8049

8
109

APPARATVS
LATINÆ LOCVTIONIS
IN VSVM STVDIOSAE IVVENTVTIS,
OLIM PER MARIVM NIZOLIVM
EX M. T. CICERONIS
Libris collectus:

Nunc denuo auctior factus, & ad sectiones, in quas Ciceroniana opera sunt distincta, diligenter accommodatus. Nominibus quoque, sua Epitheta: Verbis verò, Aduerbia subiuncta sunt.

Auctore ALEXANDRO SCOT, [illegible]Abirdonensis Academiæ
Artium liberalium Magist[illegible]que in Vniuersitate
Turnonensi Theologiæ candidato.


Ad Carolum Clauesonium Christianissimi Gallorum Regis militiæ Equitem torquatum, & Clauesonis, Hosteduni, &c. Baronem inclytum.

Accessit ad calcem operis, Francisci Syluij Progymnasmatum in artem Oratoriam libellus.



LVGDVNI,
Apud Ioannem Pillehotte, sub signo nominis IESV.

M. D. XCVI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.





ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. CAROLO CLAVESONIO, CHRISTIANISSIMI GALLIARVM REGIS TORQVATÆ

Militiæ Equiti, Clauesonis, Hosteduni, Mercurollij
& Murelli Baroni nobilissimo
Alexander Scot.
S. P.



RVDENTER Princeps ille ingenij & doctrinæ Plato (Baro illustriss.) oculorum, inquit, est in nobis sensus acerrimus quibus virtutem non cernimus, quàm illa ardentes amores excitaret sui si videretur. Hæc siquidem in humanis rebus vna latenti quadam vi, & energia nobis ne facie quidem (vt inquit Orator) nota, ad intimosvsque animi sensus permeans, non secus ac ferrum magnes in sui contemplationem mentes nostras rapit & erigit: suoque splendore in se animos ducit: nullo prorsus extrinsecus posito cõmodo & quasi lenocinante mercede: habetque hoc virtus, vt species eius & pulchritudo viros fortes etiam in hoste posita delectet: Hinc fit, vt quoties eorum qui rerum gestarum gloria claruerunt præclara virtutis munera memoria ipsi per nos recolimus, aut Historiæ monumentis eadem consecrata cernimus, non modò egregiè hæc gesta imitandi studio teneamur, sed & arctiori quodam beneuolentiæ signo viuam hanc eorum memoriam prosequamur, & veneremur. Cum itaque Turnonum non longè ab arce tua Clauesonia disiunctum ante paucos abhinc annos veniissem, Academiam magna omnis generis discipulorum nobilitate tum florentem, & virorum doctrinæ laude insigniũ multitudine illustrem & splẽdescentem, otiumque in ea & moderatum & honestum (quandiu feruor diuinæ indignationis, quæ annis elapsis in nos conspirasse visa, nec sine dolore recolo, inconcussam non illam modo vrbem, sed totas prouincias sanas & incolumes esse voluit) D. Mich. Coyssardi eius Lycei Rectoris

prudentissimi, & de re literaria (vt priuata eius in me beneficia, quæ quanta sunt ipse mihi sum testis, fileam) optimè meriti beneuolentia nactus, quarum artium singularis pulchritudo mentem meam vsq; à puero admirabili sui desiderio incenderat tractare & persequi cæpissem, hæc me prima ratio in tui absentis adhuc & nondum noti traxit admirationem, colique à me & obseruari primi isti animi motus coegerunt. Nam & Turnoni & vbicunque mihi esse contigit, doctissimus quisque tuam eximiam humanitatem, incredibilem & in omnibus gratam pietatem prædicabat, egregia tua dicta & facta in ore semper habebat, tui recordatione mirum in modum lætabatur, amoréque & acri & honesto, studioque ad amplificationem honoris & gloriæ tuæ prompto & parato flagrabat, adeo vt ipse aliis dicentibus silere vix possem. Sed cùm meme diligẽtius applicassem propiusq; admouissem, studio perspecto, vsu & consuetudine adiuncta, multo maiora & nobilitate tua diginora docuit experiẽtia, Ad rei enim militaris qua excellis peritiam, & in rebus gerẽdis raram prudẽtiam, quam optimorũ virorum concitata sermonibus fama personabat, hoc quoque quod rarius est, eoque præclarius existimandum, tuis laudibus adiungis, quod ita faueas literatis viris, vt foueas ipse mirifice studia literarum, ita disciplinas colas vt non modo ingenium, sed ipsas etiam excolas, & inter tot tam graues, tam multiplices curas, tantopere ad tranquillitatem & salutem publicam pertinentes quibus te rerum humanarum prouidentia districtum teneri voluit, nunquam ita dimittas studia literarum quin quotidie aliquid temporis bonarum artium cultui impertias, atque ita impertias vt qui sæpe profuisti ciuibus tuis occupatus, prudentia eruditione adeo & scriptis, vt nos non ita pridem vidimus, æquè prosis otiosus. Cyrum Regem Persarum narrat Xenophon, cum Lysander Lacedæmonius ad eum Sardis venisset, quendam ei conseptum agrum diligenter consitum ostẽdisse: Cum autem admiraretur Lysander & proceritates arborum & directos in quincuncem ordines, dixisse, mirari se non modo diligentiam sed etiam solertiam eius à quo essent illa dimensa: & ei Cyrum respõdisse, atque ego ista sum dimensus: Tum Lysandrũ: Recte vero te Cyre beatum ferunt quoniam virtuti tuæ fortuna coniũcta est. Quanto tu Cyro beatior, qui non arborum surculos, aut in quincuncem dispositos ordines, sed longius quiddam, quam vitæ termini ferunt spe atque animo de tua gloria cogitans, doctorum virorum siluas, literarumque & doctrinæ monumenta tua manu sata, esse iure quodam tuo possis gloriari. Huius porro Academiæ viros, ita priuato quodã animi affectu colis & quoties te præsentes præsentẽ videre volũt, beneuole acceptos dimittis, vt merito dubitemus vtrum pietatem magis tuam

an

an singularem munificentiam admirari debeamus, Qui tuus, erga nos animus eo est omnibus charior, quo manifestius eum ab ardente Catholicæ religionis tuendæ, ac propagandæ studio, cui non parum confert iste locus, scimus proficisci. Eæ me omnes causæ impulerunt, vt lucubrationes meas, quas in Apparatum hunc latinæ locutionis congessi, tui nominis gloria tutas emittere potissimum iudicarim, nec tanquam munusculum tibi sponte consecrare, sed veluti iure debitum offerre. Quid est enim quod tuo celebertimo nomini pro eximia tua in literatos omnes voluntate non debeatur? Vel quis non æquissimum arbitretur, vt qui huius Academiæ patronorum vnus optimus, eiusdémque Rectoris amãtissimus, exstiteris, eiusdem auspiciis susceptæ lucubrationes (quod nos & fecimus, & vt nostræ fortunæ modus tulit perfecimus) in tuam fidem ac patrocinium commendentur. Accipe igitur hoc nostrum siue grati animi pignus, siue fidei monumentum obseruantiæque testimonium: quod, si quando in eo mẽtem tuam reficere libuerit, Romanæ illi, puræque latinæ dictioni illustrandæ & propagandæ non parum adferet adiumenti. Sin autem grauiora quibus tuus est occupatus animus hisce leuioribus Musis oblectari nõ permittunt, habes veræ paternæ virtutis æmulũ Florisellum Claueſoniũ, ad optima quæque natum filium tuum in hisipsis Eloquentiæ castris iam iam militantem, cui nec ingratus nec inutilis meus iste sit futurus labor: Quod vero sub tui nominis splendore prodeant, non dubito quin omnibus, qui nobiscum sunt, eloquentiæ studiosis multo sint gratiores. LVG. IIII. ID. MAR.

CIↃ IↃ XXCVIII.

***



R. A. T.

PIISSIMO D. KAROLO
A CLAVESONE.

Quum tibi sint iuncta crucibus pro stemmate claues
Est tibi quod speres regna patere poli:
Crux etenim Christi clausum reserauit Olympum,
Panditur & Petri clauibus aula poli.
Jure igitur nunc sacra potes hæc symbola ferre,
CÆLORVM CHRISTI CRVX MIHI CLAVIS ERIT.

HAC CORDIS MEI SALVS.

EIVSDEM AD VNIVERSITATIS TVRNONENSIS STVDIOSAM IVVENTVTEM PRAEFATIO.

CONTEMPLATVS Aristoteles orbis molem vniuersi, cum suis quæque locis dispositа apteque collocata cerneret, summum illius bonum atque idcirco maximum diuinæ sapientiæ opus esse τὴν τάξιν affirmauit. Hoc etiam pacto egregiè dispositum eloquentis viri ingenium licet intueri, diuinique operis fidelem eum comitem dicere, qui verba & sententias, rerum prima signa mentisque expressas imagines, quas cogitationum humanarum nuntium vocat idem Aristoteles, in orbem & disciplinam redigit, animique conceptus ordine congruenti, oratione quæ humanos quocunq; libet animos flectit distincta & ornata potest efferre. Atque huius quidē sapientiæ laudem sicut inter Philosophos omnium plane iudicio sibi vindicauit Aristoteles, ita inter oratores qui se M. Tullio Ciceroni præferre, imo vel adæquare posit inuenietis neminem. Nam cum ante illum multi, cum Græci tum Latini præstantes ingenio viri discretis de rebus, & remp. administrantib. perquam necessarijs, ornate & copiose scripsissent, perfectam illam eloquētiam, quam ille ingenij, lumen solet vocare, M. Tullius Iurisconsultus, idem Philosophus, omniumque disciplinarum peritissimus (his enim terminis Oratorem definit Quintilianus) primus illustrauit. Siue enim quietem & otium quis sequatur & à regendis ciuitatibus liber totum se ad cognitionem rerum transtulerit, quæ vita, inquit idem, propter tranquillitatem, & propter ipsius scientiæ suauitatem, qua nihil est hominibus iucundius, plures quam vtile fuit rebuspublicis delectauit, quàm in omni Philosophiæ parte versatus extiterit Cicero obscurissimi ab eo loci docte & copiose tractati testantur. Annon Academicæ quæstiones, Tusculanæ magna ex parte disputationes, de Natura deorū, de vniuersitate sublime eius in physicis ingenij acumē, & in naturæ obscuritate accuratam cognitionem demonstrant? Quæ vero de morum ratione, rerumquepublicarum rectione tractat, partem eam nonne quinque de finibus bonorum & malorum libris, tribus de legibus, totidem de officiis, de Somnio Scipionis (Nam de Repub. sex illi, à doctis viris nunquam satis laudati

libri quorum hoc est fragmentum, temporis iniuria hominumque inertia perierunt) dialogis de Amicitia, de Senectute, Paradoxis, docte & concinne est persecutus? Quid de quæstionibus illis omnium difficillimis & obscurissimis, de Diuinatione, de Fato, dicam? quas ita Cicero tractauit vt inter omnes omnium sectarum Philosophos honorarius arbiter venisse videatur. Sin autem eadem prudentia, sed consilio ad vitæ studia dispari, qui habet à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, suscipiendos magistratus, gerendam sibi Rempub. arbitretur, plurimæ eius Epistolæ de rebus bellicis & vrbanis prudenter scriptæ Imperatorem, militem, priuatum, publicumque informabunt. Siue denique rerum forensium capiat oblectatio, vna eius pro Cæcinna oratio, & Topica ad Trebatium Iurisconsultum ostendunt, qualis quantusque in iuris prudentia fuerit Cicero. Nihil hic de ratione differendi in qua vna ita videtur excelluisse & omnes tum Græcos, tum Latinos superasse, vt vnum omnium oratorum Latinè loqui elegantissime, acerrimus æstimator ipse Cæsar iudicarit. Quo magis mirum videatur, in tanta cuiusque generis locorum copia qui ab hoc diuini ingenij viro, tanta facundia, sententiarúmque vbertate sunt tractati, ita nos in clara luce cæcutire, vt ne tria quidem verba, sine orationis vitio possimus vel scribere vel proferre. Quod cum ideo fieri quia ad hũc virum raro diuertimus & cum eo non sæpe loquamur viri plerique docti iudicassent, laborem qui tanto huic malo consuleret, vel quod grauior aut diuturnior per se videretur, vel quod ad altiora spiraret animus nulli susceperunt. Donec tandem Marius Nizolius, vir Italus, (& vel hoc vno nomine de re literaria optime meritus) viam quandam quæ ad hunc eloquentiæ fontem ducat breuem & quasi compendiariam adinuenit: is siquidem arduo conatu, felicique successu Ciceroniana quæque tam simplicia quam coniuncta verba, quorum delectus origo est eloquẽtiæ, in vnum quoddam opus collegit, vt qui ætatis, ingeniique tenuitate Ciceronianæ dictionis ornatum nondum assequi, aut qui pluriorum indies autorum volumina tractant Ciceronis dicendi filum memoria retinere non possunt, quæ inter scribẽdum aut loquendum vsurpant an in Cicerone inueniãtur nullo statim negotio agnoscant. Neque ea industria quæ per se maxima summaque laude, digna contentus fuit, sed & quot modis vnam rem M. Cicero extulerit, & quomodo pro aliorum autorum verbis, qui longe ab illo fonte discrepant Ciceroniana possent substitui pulchre edocuit. Sicque & ornandæ, idem & varianda dictionis viam demonstrauit. Cuius studiũ Cœlius Secundus Curio, & Marcellus Squarcialupus viri eloquẽtissimi egregie adauxerũt, in meliorem ordinem digesserunt, multisque modis locupletarunt. Sed cum multa ad tanti operis perfectionẽ adhuc deesse cernerẽ, & ex indicibus ad Ciceronis opera non satis bona fide collatis multa, ex aliorum in Ciceronem commentarijs quædam barbara, aut tãto viro nõ satis digna, quæ vix ferẽdos in iuuentutis animis errores procreant huc irrepsisse, denique Aldini exemplaris desiderium, cuius paginas secutus est Nizolius, quod nusquam apud nos inuenitur, agelli toties bene culti fructum

ctum sustuliſſe: Quod multi agrè id ego moleſto animo tuli, eoque maxime quod videbam neminẽ in hoc tanto malo adeo & moleſtia opem iuuentuti vel ferre vel moliri, in hoc ergo ſtudij genere communis, & imprimis veſtri emolumenti ſpes, & ingraueſcẽs indies deſiderium aliquid conari hortabatur, Academiæ vero Rectoris prudentiſsimi, vtilitatiſque veſtræ perquam ſtudioſi, mandatum (cui me quicquam denegare priuata eius in me ſtudia prohibent) cunctantem, & propter grauitatem oneris differentem pene coëgit. Suſcepi itaque hoc munus & vt ingenij tenuitas tulit, aliarumq; occupationum onus permiſit, D. Op. Max. beneficio perfunctus ſum: Ciceronis ergo in primis Opera cum Rhetorica & Philoſophica, tum quæ orationes continent, ne paginarum tanta in poſterũ diuerſitas nos retardet, in periodos (Sectiones vel τμήματα appellemus licet) breues & ſuccinctas diuiſimus, ad quas quæcunque hic citantur teſtimonia & dicendi rationes, tam quæ incerta pagina legebantur (vt quæcunque Curio Secundus in hoc opus contulit) quàm quæ Aldi Manutij pagina notabãtur diligenter adaptauimus. Epiſtolarũ vero quod pleraque breuiores ſint quam vt huiuſmodi diſtinctiones commodè patiantur librum & eiuſdem epiſtolam ex D. Lambini emendatione (quam nos maxime ſumus ſecuti) tantum indicauimus: Voces quæ vel non ſatis obuium, vel à vulgi conſuetudine abhorrentẽ, ſed ornatiorem vſum habere viſæ ſunt ſuccinctis in principio ſtatim verbi Scholijs illuſtrauimus, verborum cum ſimpliciũ tum coniunctorum, φρασέων Ciceronianarum quæ prius non animaduerſæ, vel præteritæ, non tenui ſupellectile locupletauimus. Adulterinis multis quæ ex indicibus aut commentarijs hoc opus inuaſerant ſublatis Ciceronis verba ſubſtituimus. Totum denique opus ita ad meliorum codicum præſertim Lambini, Fuluij Vrſini, & Caroli Stephani fidem emendauimus, vt ne voculam quidem niſi prius ad ipſum M. Tullij fontem collatam ſciens præterierim. Porro quo facilius, vt phraſeῶν ita & dictionum ad rem exprimẽdam ſuiſque coloribus depingendã appoſitarũ delectũ adhibeatis, ſubſtãtiuis ἐπιθέτων (nos adiuncta vocauimus) εὐπορίαν, ἅπερ (inquit Plutarchus) ἰκείως καὶ προσφυῶς τοῖς ὑποκειμένοις ἡρμοσμένα δύναμιν ἴσην ἔχει τοῖς κυρίοις ὀνόμασιν obſeruata operum Ciceronis literarumque ſerie ſubiunximus, verba vero ſuis Aduerbijs, eodem ordine & ſtudio decorauimus: & quo facilius æquus æſtimator quid nos hic præſtiterimus agnoſcat, quæ ſunt noſtro marte addita hoc trifolij ✣ ſigno denotauimus. Hæc autem ſingula quantum momẽti ad recte & expedite Romanã elocutionem, dicendique peritiam comparandam & conſeruandam valeant, neminem eſſe arbitror veſtrum qui non ſatis me tacente per ſe ipſe intelligat. Quod ſi quis propter communem vtilitatem, tum literarũ dignitatem, tum vt amici ſatisfacerem voluntati iure ſuſceptum hoc munus à me, & perfectũ concedat, in alieno tamen opere tantum ſtudij tantamque operam non eſſe conſumendam arbitretur, imo (quæ eſt à ſummis ingenijs, exquiſitaque doctrina viris probata ratio) iuſtioribus vtatur ijs qui ſe omnino à ſcribendo auocent, quàm qui alienæ induſtriæ volunt modum ſtatuere. Ab hoc ego eo lubentius diſſentio, quod

*neque quemquam adhuc fuisse iudicem in quo perfecta fuerint omnia: neque modum esse vllum inuestigandi veri, nisi inueneris. Quis enim aliquid simul & inuenit & expoliuit? Rhetorica annon ab Empedocle, Tysia & Corace multo ante non inuenta modo sed etiam perfecta, quàm à Demosthene & Cicerone haec est elaborata dicendi vis & copia? Thucidides primus instituit dilatare verbis, & mollioribus numeris explere sententias: Num propterea aut à scribendo deterrendus Isocrates, aut aspernandus melle dulcior Xenophon. Zeno, Empedocles, Demosthenes Dialecticam inuenerunt, quam tamen aureum ille flumen fundens Aristoteles & qui à diuinitate loquendi nomen sortitus est Theophrastus excoluerunt. Accedit quod in toto hoc negotio ita ego integre sum versatus, vt neque desint aliorum qui in hac palaestra desudarunt laudatores, & vos ex agro tam feraci & fertili prius negatas fruges percipietis veberiores. Nam cum sepe in promptu essent dicendi formulae, quam Nizolianae fortè non minus nostro instituto accommodatae, sartam tectam tamen eius industriam semper reseruaui, quod quanti fuerit laboris nôrunt qui noctes & dies in hoc ludo versantur, & qui me neque Aldinas nec quae ad eas accederent paginas vnquam potuisse nanciscì intelligunt, donec iam immineret operis fastigium cum est ad me allatus Geneuensis quidam Codex, qui non Manutij, vt illius titulus affirmat, sed Colinei, nec eas vbique, néue fideliter annotatas paginas in margine referebat. Jacobi Cellarij opera ex Ciceronis Fragmentis huc translata * asteriſco, vt idem ille instituit, sunt signata. Et cum nonnulli dum se maiorum gentium Ciceronianos volunt vocari Nizolium, & Curionem ob id inscitiae & socordiae accusent quod cum singulis vocabulis (hoc se praestitisse Curio affirmat) breuem & concinnam interpretationem apponunt, aut ex ipsa verbi, reíue natura petitam, aut ex optimis authoribus assumptam, aut similibus & pene idipsum significantibus Ciceronis verbis adornatam, pleraſque (inquiunt) voces pro Synonymis quae nihil minus quam Synonymae, pleraſque pro contrariis quae nihil sunt minus quam contrariae posuerunt. Horum ego sententiam tantisper consector, dum verba quae rerum signa vocat Aristoteles pauca, addo ego etiam nulla, in eadem lingua, idem signare concludentes, se Philosophos profitentur: Curionem tamen qui hanc varianda & exornandae dictionis rationem demonstrauit, cum M. Tullium habeat autorem, inscitiae condemnare non auderem. Nam & ipse Cicero honestatem, laudem, decus, quae, qua ratione Synonyma dici possunt non inuenio, vnam rem declarare voluit: domum, agrum, doctrinam artem fidelem posse dici. Varietas inquit idem, Latinum verbum est, idque propriè in disparibus coloribus dicitur: sed transfertur in multa disparia, varium poema, varia oratio, varij mores, varia fortuna, voluptas etiam varia dici solet, adeo vt hanc dicendi vbertatem qui perneget, modo ea cautè vtamur, & inspecta prius propria verbi significatione, idem Ciceronem Latinae linguae parentem, vt bene dicendi hostem excludat necesse est. Synonyma vero Graeca Latinis cor-*

respondent

respondentia passim inserere cum in principio operis constituissem, operarum qui omnia alienis locis collocarunt, temeritate & ignauia reuocatus, rem in secundos typos, quæ iuuante diuino numine, & limatiorem hanc operam accipient, & quæ incuria alienis locis irrepserunt sedulo resarcient, totam distulimus. Quod autem tardius quam quorundam ferebat opinio, hasce nostras lucubrationes emiserim, id partim ipsius operis granditati quæ nec vnius mensis vel anni, neue mediocrem diligentiam postulabat, partim temporum calamitati, quæ semel & iterum ab incepto iam labore reuocauit, & à studio perficiendi animum prorsus abalienauit, Typographorum denique cum iam excudere conarer, cursum reuocauit, ingenuè tribuatis. Si quid denique cessatum aut industria minus elaboratum, vel etiam erratum cognoueritis, id nostræ mentis imbecillitati, vel temporis quæ nos aliò vocauerat angustiæ cõdonate.

Quod si quis ἐν ἀγγείῳ τινὶ τὼς ὀφθαλμὼς ἔχων *(vt de Lamia Plutarchus) seuerius institerit: non alienæ industriæ detrectatorem, sed Christianum correctorem expetimus.*

Lugd. decimo Cal. Apr.

CIↃ IↃ XXCVIII.

* *
*

OPERVM CICERONIS, QVIBVS IN HOC OPERE VSI SVMVS, ELENCHVS: EX QVO ETIAM, QVAE VNA AVT ALTERA litera seu nota citantur propter breuitatem, facilè intelligi possunt.

AD Herennium libri IIII.
Cornificij, non Ciceronis.
De Inuentione lib. II.
De Oratore lib. III.
Brutus, siue de Claris oratoribus.
Orator.
Topica.
Partitiones Oratoriæ.
De optimo genere oratorum.
Pro P. Quintio.
Pro Sex. Roscio.
Pro Roscio Comœdo.
In C. Verrem act. VII.
Pro M. Fonteio.
Pro A. Cecinna.
Pro Lege Manilia.
Pro A. Cluentio.
Contra Rullum orationes III.
Pro C. Rabirio.
In L. Catilinam orationes IIII.
Pro L. Muræna.
Pro L. Flacco.
Pro P. Sylla.
Pro Archia poëta.
Antequàm iret in exilium, I. Declamatoris cuiuspiam, non Cic.
Post reditum. II.
Pro Domo sua.
De Aruspicum responsis.
Pro Cn. Plancio.
Pro P. Sestio.
In Vatinium.
Pro Cælio.
Pro Cornelio Balbo.
De Prouincijs consularibus.
In L. Pisonem.
Pro Milone.
Pro Rabirio Posthumo.
Pro M. Marcello.
Pro Q. Ligario.
Pro Deiotaro.
In M. Antoniũ Philippicæ XIIII.
Salustius in Ciceronẽ. } *Ambæ Declamatoris alicuius, non Ciceronis.*
Cicero in Salustium. }
Epistolæ Famil. lib. XVI.
Ad Atticum lib. XVI.
Ad Brutum lib. I.
Ad Q. fratrem lib. III.
Ad Brutum non ita pridem inuentæ epistolæ septem.
Ad Octauium epistola.
Academicæ quæstiones.
De Finibus libri V.
Tusculan. quæst. lib. V.
De Natura deorum lib. III.
De Diuinatione lib. II.
De Fato liber.
De Legibus libri III.
De Vniuersitate liber.
De Petitione consulatus.
De officijs lib. III.
Lælius, siue de Amicitia dialogus:
Cato, siue de Senectute dialogus.
Paradoxa.
Somnium Scipionis, è sexto de Repu.
Aratus, è Græco versus.
De Rep. li. VI. ex alijs: nã nõ extãt.
)(. nota contrarij.
L. Lege.
** Alicuius defectus indicium.*

Orationes Ciceronis, ex quibus fragmenta sunt reliqua.

Pro M. Tullio.
L. Vareno.
P. Oppio.
M. Fundanio.
C. Cornelio II.
In Competitores.
Pro Q. Gallo.
De Proscriptorum liberis.
Contra Q. Metelli concionem.
De consulatu suo.
In Clodium & Curionem.
De rege Ptolemæo.
Pro M. Æmilio Scauro.
A. Gabinio.
Fragmenta orationum
Pro P. Quinctio.
M. Fonteio.
De lege Agraria.
In L. Pisonem.
Ex commentarijs causarum.

Fragmenta librorum Philosophicorum M. T. C.

Oeconomica è Xenophonte.
Protagoras è Platone.
De iure Ciuili.
De Augurijs.
Hortensius, vel, De Philosophia.
M. Cato, seu, Laus M. Catonis.
De Gloria lib. II.
De Consolatione.
De suis consilijs.
De virtutibus.
De notis.
Chorographia.
Fragmenta librorum.
Academicorum.
De Natura Deorum.
De Diuinatione.
De Legibus.
De Fato.
Timæi, ex Platone.

Index fragmentorum ex Epistolis M. T. C.

Ad M. Titinium.
Ad Cornelium Nepotem lib. II.
Ad C. Cæsarem lib. III.
Ad Cæsarem iuniorem lib. III.
Ad C. Pansam lib. III.
Ad A. Hirtium lib. IX.
Ad M. Brutum lib. VIII.
Ad M. filium lib. II.
Ad M. Licinium Caluum.
Ad Q. Axium.
Ad Catonem.
Ad Cerelliam.
Ad L. Plancum.

Fragmenta Poëmatum M. T. C.

Phænomena ex Arato.
Alcyones.
Limon.
Marius.
Prognostica.
De Consulatu suo lib. III.
De suis temporibus.
Elegia Tamelastis.
Iocularis libellus.

Cæterum

Cæterum ne quem Epistolæ à Dionysio Lambino, alieno nonnunquam à vulgarium librorum ordine dispositæ remorentur, ab illo immutatas, aut aliter ac communis habet editio priuato quodamiudicio diuisas, è vulgarium regione in subiecta tabella paucis describimus.

Epist. quæ ad Familiares lib. sexto.

Editio vulg.	ep.8. ep.9.& 10.	Lamb.	ep.8.& ep.9 ep.10.

Libro octauo.

Vulg.	ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10. ep.12.	Lamb.	ep.9. ep.8. ep.10. ep.6. ep.7. ep.13.

Libro decimo.

Vulg.	ep.34. ep.35.	Lamb.	ep.35. ep.34.

Libro decimo quinto.

Vulg.	ep.7. ep.9.	Lamb.	ep.9. ep.7.

Libro decimo sexto.

Vulg.	ep.1. ep.2. ep.3. ep.4. ep.5. ep.6. ep.7. ep.10. ep.11. ep.13. ep.15.	Lamb.	ep.5. ep.7. ep.1. ep.2. ep.3. ep.4. ep.6. ep.11. ep.10. ep.15. ep.13.

Epistolarum ad Atticum libro primo.

Vulg.	ep.2.& 3. ep.4. ep.5. ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10.& 11. ep.12. ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19.	Lamb.	ep.2. ep.3. ep.4. ep.5. ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10. ep.11. ep.12. ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17.

Libro secundo.

Vulg.	ep.8. ep.9. ep.10. ep.11. ep.12.	Lamb.	ep.9. ep.10. ep.11. ep.12. ep.8.

Libro tertio.

Vulg.	ep.1. ep.3. ep.4. ep.13. ep.14.	Lamb.	ep.4. ep.1. ep.3. ep.14. ep.13.

Libro decimo.

Vulg.	ep.4. ep.5. ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10. ep.11.	Lamb.	ep.4.& 5. ep.6. ep.7. ep.8. ep.9. ep.10. ep.11. ep.12.

& sic deinceps.

Libro vndecimo.

Vulg.	ep.19. ep.20. ep.21. ep.22. ep.23. ep.24. ep.25.	Lamb.	ep.21. ep.23. ep.24. ep.25. eep.20. ep.22. ep.19.

Libro duodecimo.

Vulg.	ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21. ep.22.& 23. ep.24.& 25. ep.34.cuius pm.Tu tñ. ep.43. ep.44.	Lamb.	ep.13.& 14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21.& 22. ep.24. ep.25. ep.34.paulò infer. Hircij epistolam. ep.43.& 44. altera pars 44.

Libro decimotertio.

Vulg.	ep.35.& 36. ep.37. ep.38. ep.39. ep.40. ep.41. ep.46. ep.49 initiũ ad Cæsarẽ.	Lamb.	ep.35. ep.36. ep.37. ep.38. ep.39. ep.40. ep.45.&.46. initiũ Quæris quid cogitem.

Libro decimoquarto.

Vulg.	ep.13.& 14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21. ep.22. ep.22.	Lamb.	ep.13.ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21. ep.22.

Libro decimoquinto.

Vulg.—ep.26. — Lamb.—ep.26.ep.27.ep.28.

Libro decimosexto.

Vulg.	ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21. ep.22.	Lamb.	ep.13. ep.13. ep.14. ep.15. ep.16. ep.17. ep.18. ep.19. ep.20. ep.21.

Ad Brutum.

Vulg.	ep.1. ep.2. ep.3.	Lamb.	ep.1.ep.2. ep.3. ep.4.

Et deinceps.

AD

AD OPERIS HVIVS LECTOREM ERVDITVM.

Dunſius arguto vixit prænomine Scotus,
Huncque diu conſtat percelebraſſe Sophos.
Mortuus, an viuus? viuus, quoque mortuus extat,
Mortuus ille quidem: viuus at alter adeſt.
Mortuus, An fallor? fallor. Manet ille ſuperſtes.
Scripta (vides?) eius, nomen & iſte nouat.

A. Guerinus Lugd. Art. Mag.

Quædam inter excudendum omiſſa ſuis locis inſerenda.

Pag. 40. c. 2. Titulo AESTIMO. ADVERB. *Charius, 10. Fam. Charè, ep. 16. ad Brut. Largè, liberaliter, 5. in Verr. Neceſſariò nomina, 3. in Verr. Seuerè lites, pro Mur. Tenuiſſimè argentum, 6. in Ver. Valde illiberaliter, 4. Attic.*

Pag. 97. col. 1. ASTRICTE.)(*Remiſsè. 3. de Orat. 182.* Orationem non adſtrictè, ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere.

Pag. 252. c. 1. DELINQVITVR. 1. Offic. 146. Fit enim neſcio quomodo, vt magis in aliis cernamus, quàm in nobiſmetipſis ſi quid delinquitur.

Pag. 874. c 2. VELOX, *cis.* 1. Tuſc. 43. Accedit vt eo facilius animus euadat ex hoc aëre, quem ſæpe iam appello craſſum, eumque perrumpat, quod nihil eſt animo velocius nulla eſt celeritas, quæ poſſit cum animi celeritate contendere.

PRIVILEGE DV ROY.

HENRY, par la grace de Dieu Roy de France & de Pologne. A nos amez & feaux Conſeillers, les gens tenans nos Cours de Parlement de Paris, Tholoſe, Roüen, Bordeaux, Dijon, Aix, Grenoble, & Bretaigne, Baillifs, Preuoſts & Seneſchaux deſdicts lieux, Lyon, Poictiers, Orleans, Tours, Bourges, Angers & Champaigne: & à tous nos Iuſticiers & officiers, ou leurs Lieutenans qu'il appartiendra, ſalut & dilection. Noſtre cher & bien-aimé Iean Pillehotte, marchand Libraire & noſtre Imprimeur en noſtre ville de Lyon, nous a fait dire & remonſtrer, que pour le profit de la Republique, contentement & vtilité des gens de lettres & de la ieuneſſe, il auroit à grands fraiz, miſes, labeurs & impenſes recouuert deux liures, intitulez *Marci Tullij Ciceronis opera*, corrigé, noté & accommodé par ſections à meilleure forme qu'au parauant, & leſquelles œuures de Ciceron, reſpondent à vn autre liure fort neceſſaire, lequel il a pareillement recouuert à grands fraiz, & qui eſt intitulé *Apparatus Latinæ locutionis in vſum ſtudioſæ iuuentutis olim per Marium Nizolium ex M. T. Ciceronis libris collectus. Nunc denuò auctior factus, & ad ſectiones in quas Ciceronis opera ſunt diſtincta diligenter accommodatus. Auctore nobili Alexandro Scot, Scoto Abirdonenſis Academiæ artium liberalium Magiſtro, atque in Vniuerſitate Turnonenſi ſocietatis Ieſu Theologiæ candidato.* Leſquels liures ainſi corrigez, ledict expoſant feroit volontiers imprimer & mettre en lumiere: mais il doubte qu'autres Libraires & Imprimeurs, tant de ce Royaume que eſtrãgers, enuieux de ſon labeur ne les fiſſent imprimer ſur ſa copie, & les faire vendre & debiter en noſtre Royaume & ailleurs, ce qui luy tourneroit à grand preiudice, veu les grandes ſommes de deniers qu'il luy a conuenu & conuiendra fournir pour l'impreſsion deſdicts liures, & s'ils eſtoyent imprimez ailleurs, cela ſeroit cauſe de ſa totale ruine, s'il ne luy eſtoit ſur ce pourueu par nos lettres de prouiſion humblement requerant icelles. Pource eſt-il que nous inclinans liberalement à la ſupplication & requeſte dudict Pillehotte, & ne voulans qu'il ſoit fruſtré de ſes labeurs, & pour luy donner moyen de ſe rembourcer de ſes deniers, luy auons par ces preſentes, & de noſtre grace ſpeciale, pleine puiſſance & authorité Royale permis, concedé & octroyé, permettons, concedons & octroyons priuilege, congé, licence & permiſsion d'imprimer ou faire imprimer, où & en telle forme que bon luy ſemblera, leſdictes œuures de Ciceron, enſemblément ou ſeparément, & ledict *Apparatus Latinæ locutionis*, reſpondant à icelles, & ce pour le temps & terme de dix ans entiers & conſecutifs, à compter du iour & datte que leſdicts liures ſeront acheuez d'imprimer: pendant lequel temps de dix ans nous auons defendu & defendons treſ-expreſſément à tous Libraires & Imprimeurs de ceſtuy noſtre Royaume, d'imprimer ou faire imprimer par eux ou par perſonne interpoſee leſdicts Apparatus & œuures de Ciceron ainſi corrigez, ſoit enſemblément ou ſeparément, ny en vendre d'autres que ceux qui auront eſté imprimez par ledict Pillehotte, ou de ſon conſentement, encore qu'ils fuſſent imprimez hors ce Royaume, à peine de confiſcation de tout ce qui s'en trouueroit d'imprimé, vendu & diſtribué enſemblément ou ſeparément, au preiudice dudict expoſant, & de mille eſcus d'amende, moitié applicable à nous, & l'autre moitié audict Pillehotte, ſans que les contreuenans puiſſent imprimer aucuns des volumes deſdictes œuures de Ciceron ainſi corrigez, ſoubs ombre d'y faire adiouſter quelques annotatiõs & autres choſes qui pourroyent deſguiſer la matiere, pour fruſtrer ledict expoſant de ſes peines & deſpences. Voulons qu'en cas de contrauention à ce preſent priuilege, les contreuenans ſoyent condamnez & punis comme deſſus, & comme infracteurs de nos ordonnances. Si voulons, vous mandons & treſ-expreſſément enioignons, que du contenu en ces preſentes, vous faictes ſouffrez & laiſſez iouïr ledict Pillehotte, & tous ceux qui de luy pourroyent auoir droit durant ledict temps, ſans ſouffrir y eſtre mis ou donné aucun empeſchement, lequel ſi mis ou fait y eſtoit le ferez incontinent remettre au premier eſtat & deu. Et pource que de ces preſentes l'on pourroit auoir affaire en pluſieurs & diuers lieux, nous voulons qu'au Vidimus d'icelles deüement collationné par l'vn de nos amez & feaux Notaires & Secretaires, ou par deux Notaires & Tabellions Royaux foy ſoit adiouſtee comme à l'original. Voulons en outre qu'en mettant par ledict Pillehotte au commencement ou à la fin deſdicts liures vn extraict du preſent priuilege, il ſoit tenu pour deüement notifié, ſans que nul en puiſſe pretendre cauſe d'ignorance, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques, & ſans preiudice d'icelles, pour leſquelles ne voulons eſtre differé: car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le quatrieſme Mars, l'an de grace mil cinq cens quatre vingts huict. Et de noſtre regne le quatorzieſme.

Par le Roy, maiſtre Iaques Viart, maiſtre des Requeſtes ordinaires de l'hoſtel preſent.

Signé de VILLOTREYS, & ſeellee ſur ſimple queüe du grand ſeau de cire iaune.

APPARATVS LATINÆ LOCVTIONIS, EX M. T. CICERONIS LIB.

OLIM A MARIO NIZOLIO INCHOATVS,

NVNC VERO ALEXANDRI SCOTI OPERA

in iuuentutis purioris dictionis studiosæ gratiam
absolutus, in quo omnia quæ sunt ad
perfectum orationis ornatum
necessaria, continẽtur.

A CVM LATINORVM, *tum Græcorum, & Hebræorum, litera princeps: quam hi* אלף *illi* ἄλφα *vocant, eíque vtrisque primum in numeris, βῆτα secundum, & sic deinceps vt ordine, literæ. 10. subsequuntur, postea verò per denarios, centenaria, vel millenaria, connumerãdæ erunt.* De Diui. lib. 1. 23. Sus rostro si humi A, literam impresserit nónne propterea suspicari poteris, Andromachã Ennij ab ea posse describi? pro Milo. 15. Nec vobis tam salutarem hanc iudicando literam, nec illis tam tristẽ dedisset. *Romanis enim in iudicio absolutionis nota erat.*

✠ *Præpositio, cuius varios vsus qui vulgarẽ cognitionẽ videntur fugere, ab eloquẽtiæ parente emendatè repetamus, eiusdẽ cũ ab & abs virtutis.* Orat. 158. Vna præpositio est A, ab, vel abs: eaq; nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omniũ, in reliquo sermone mutata est. Nam amouit dicimus & abegit & abstulit, vt iam nescias ab ne verũ sit an abs. Quid si etiã abfugit turpe visum est? & abfert noluerunt, auferre maluerunt? Quæ præpositio præter hæc duo verba nullo alio in verbo reperitur.

¶ *Remotionis.* Epistolarum lib. 2. epi. 1. Te abfuisse tandiu à nobis & doleo, quod caruí fructu iucundissimæ cõsuetudinis tuę, de Diuin. lib. 2. 95. Quis enim non videt & formas & mores & plerosque status ac motus, affingere à parentibus liberos.

✠ ¶ *Hinc dicendi illa formula, accipere ab aliquo literas & quæ verbo cõstant passiuo.* ad Q. Frat. lib. 2. epist. 15. Sic enim habeto me nunquam a causis iudiciisque districtiorem fuisse. De Aruſp. 29. Cerimonias ab omni vetustate acceptas. Att. lib. 15. Epist. 27. Minime totum amorem ab ea mecum abstuli. * pro C. Corne. 1. quod passus esset a populari consessu senatoria subsellia separari. Cont. C. Anto. Caput ad Syllã vsque a Ianiculo ad ædem Apollinis detulit. In Clod. longe te a pulchris abesse sensisti. Prot. vnde tandem appares Socrates. an id quidem dubium non est quin ab Alcibiade? Acad. An Arcesilam a quo audit tu fortasse verum dicis.

✠ ¶ *Latini hac præpositione idem significarunt quod voce pro, præsertim cum ea quæ aut prosint alicui, aut in defensionẽ sint, volunt exprimere, quis enim ex vulgo sic loquitur: ab aliquo esse, dicere, facere,* 1. de Orat. 55. vide ne hoc totum Sceuola sit a me, *id est pro me vel mecum.* 2. Tusc. 7. Qui sunt ab ea disciplina. pro Clu. 93. Non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat, 1. ad Her. 9. A testibus dicemus, secundum authoritatẽ & vitam testium. 1. de Inuent. 90. Commune est quod nihilo magis, ab aduersariis quam à nobis facit, & 81. Air à se potius quam ab aduersariis stare. 4. ad Her. 4. Illud enim veremur ne cui satis sit ad contrariam rationem probandam, quòd ab ea steterint ij qui & inuentores huius artificij fuerunt.

✠ ¶ *Iunctum cum verbis significantibus solutionem, medium aliquem significat, per quem creditori pecunia numeratur vt ab aliquo soluere, persoluere, dare, representare, numerare, suppeditare quempiam dicit Cicero, quod Barbari alicui satisfacere per aliquem,* Attic. lib. 7. ep. 17. frater laborat vt tibi quod debet, ab Egnatio soluat. pro Cec. 17. Pecunia soluitur à Cesennia. pro Plan. 103. Sinite me quod vobis fretus, huic sæpe promisi, id à vobis ei persoluere. pro Flac. 35. Ab. A. Sextilio dicit se dedisse. Attic. lib. 5. ep. 21. Se à me soluere. quod enim prætori dare consuessent, quoniam ego nõ acceperam se à me quodammodo dare. Attic. lib. 12. ep. 25. Reliquæ pecuniæ vsuram Sillio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus. pro Flac. 44. Si prætor dedit, à quęstore numerauit, quæstor à mensa publica. 2. Cõt. Rull. 32. Sumptũ haurit ex ærario, Suppeditat à sociis. & 41. Misimus qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. pro Mil. 57. Mars communis, qui sæpius spoliantem iam & exultantem euertit, & perculit ab obiecto. 2. de Orat. 7. Ab. obliuione hominum atque à silentio vindicare.

✠ ¶ *Hac præpositione (inquit Schorus) efferimus ea, quæ vulgò significantur per quantum pertinet ad, vt.* Epist. lib. 13. ep. 15. Antonius ab equitatu firmus dicebatur. & lib. 8. ep. 10. Paratus ab exercitu. Attic. lib. 7. ep. 15. Sumus flagitiosè imparati, cùm à militibus, tùm à pecunia. de Clar. or. 63. Ille Græcus ab omni laude felicior, pro Sext. Rosc: 85. Vir ab Innocẽtia clemẽtissimus. de Cla. 161. Instructus à philosophia, à iure ciuili, ab historia. &. 233. Mediocriter à doctrina instructus. 1. Acad. 29. Nihil enim valẽtius esse à quo intereat. 7. In Ver. 32. Denudare à pectore. Posteq. ad Quir. 15. Nudus à propinquis, nulla cognatione munitus. pro Dom. 58. Tàm inops eram ab amicis? tam nuda respõsio à magistratibus? De Clar. 227. Tum erat ab oratoribus quædam in foro solitudo. pro flac. 54. Orba ab optimatibus concio. 4. Aca. 105. Quod (*mare*) nunc, quia à sole collucet, albescit & vibrat. Attà lib. 1. ep. 1. Qui sic inopes & ab amicis & estimatione sunt.

¶ *A seriem temporis notat.* 3. de Orat. 7. Qui annus ei primus ab honorum perfunctione fuit, *id est post,* Attic. lib. 13. ep. 30. Ab ea igitur vt Scribis, *id est post eam auctionem venies.* ‖ Pro Clu. 142. Neque ab illo tempore quod tum erat, neque ab ea causa quæ tum agebatur aliena fuerunt. 3. de Nat. 11. Homerus qui recens ab illorum ætate fuit. 4. In ver. 30. Ab illo tempore secum illos habuit. 2. Ip Ant. 104. Ab hora, tertia bibebatur. de Sen. 19. Cuius à morte tertius est annus. ‖ 1. de Diuin. 115. Viget enim animus in sommis, liberque sensibus, ab omni impeditione curarum iacente & mortuo pænè corpore, qui quia vixit ab omni æternitate, versatusque est cum Innumerabilibus animis omnia quæ in natura rerum sunt videt & 125. Ea est ex omni æternitate fluens sempiterna veritas.

✠ ¶ *Perquã ornati dicendi modi: à principio, ab initio, à primo, quorum loco, incuria multũ Barbariam supplerunt.* Attic. lib. 10. ep. 1. Nosmetipsi qui Lycurgei a principio fuissemus, item vellem te à principio audisse. Er Q. Frat. lib. 1. epi. 1. 19. quod tibi esset antiquissimũ & ab initio fuisse, vt primum Asiam attigisti constante fama atque omnium sermone celebratum est *vide Hadrianum Card. pag. 74.*

¶ *Ante* Orat. 217. Proximus à postremo, *id est ante postremum. Vitro* 1. de Orat. 111. Non ego hæc à me prompsi, sed fortuitò incidi in hunc sermonem. 2. de finib. 78. Sed ipsum à se oriri, & sua sponte nascitur. *inde dicendi rationes* à se aliquid facere de orat.

Regiones & situs hoc modo significat. 1. de diuin. 3. Bacillum le-

uitor à summo inflexum.3.In Ant.32. Antonius à fronte à tergo,à lateribus,tenetur.1.de Diuin. 12. Iupiter cornicem à læua coruum à dextra canere iussit. 2.Cont. Rull. 65. Ab alea porta Capenas ager est.Quint.de pet.8.Cum capillum eius à vertice teneretis.In Pis.26. At tu illo ipso tempore apud socrum tuam prope à meis ædibus sedebas.2.de Nat.129.Si calor est a sole,se opponunt.4.Acad.105.Mare nunc quia a sole collucet,albescit, Ad Brut.ep.11. Firmos & duces habemus ab occidente,& exercitus.3.de Ora.218.Laterum inflexio non ab scæna & histrionibus,sed ab armis aut etiam à palestra. 12. In. Ant. 22. Tres viæ sunt ad Mutinã,à supero mari Flaminia,ab Infero Aurelia,media Cassia.2.de Inuen.154.Funiculus à puppi relegatus.

¶ *Muneris*, Attic.lib. 8. epi.5. Pollucẽ seruum à pedibus meum Romam misi,*huiusmodi seruos Itali,vn stafiero & Galli vn laquey: Germani ein Lakey. Angli ane fit boy appellant.*

¶ *Promiscua* pro Mil. 97. Siquidem nihil sit prestabilius viro, quam periculis patriam liberare: beatos esse quibus ea res honori fuerit,à suis ciuibus.Attic.lib.5.ep.21.velim tranquillè à Parthis.7.In Ant.3. Multi præterea improbi (quos quidam à se primum numerare possunt) qui hæc loquuntur.Attic.lib. 9. ep.9.Illud certè scio, me ab singulari amore, quæcunque scribo, tibi scribere & lib.12. ep. 7. Tantum né est otij ab re tua tibi,vt etiam oratorem legas? 3.de Leg.35.Cui ne reditus quidem ad bonos, salutem à bonis potuit auferre.de2.Inuent.61.Locus communis à translatione,& contra eum qui translationem inducit.2.ad Her.9. Loci communes sunt à testibus, contra testes à quæstionibus contra quæstiones, ab Argumentis,contra argumenta,à rumoribus,contra rumores.1. de leg. 17. Natura iuris explicanda nobis est, eaque ab hominis repetenda natura. *Ibidem.*18.Altè vero & vt oportet, à capite repetis quod quærimus.& 19.Ab illa summa lege capiamus exordiũ.*ibidem.*A lege ducendum est exordium.& 20.Iuris ortum à fonte repetamus. *ibidem.* repetam stirpem Iuris à natura. 2.de leg.7.ab Ioue Musarũ primordia. *Lamb legit maiore musarum primordio.*1.Acad.4. Sin à Græcorum artibus & disciplinis abhorrerent. 2.Off.63.A litibus abhorrens.Parad.1.Locos graues ex philosophia tracta re,abhorrentes ab hoc vsu forensi & publico. Pro C. Cornel.vt ab Ioue.Opt.Max.cæterisque diis deabusque omnibus, opem & auxilium petamus.2.de Orat. 276. Eique ab ostio quærenti Ennium ancilla dixisset. *Ibidem.*Eum à Ianua quæreret. 2.Ver. 181.Diligentia quam à me expectari maxime puto.

☞ Syntaxis *legare,esse,dicere,facere,stare,soluere, persoluere, dare representare,numerare, suppeditare ab aliquo, depositum recuperare alicui, is illum à victo perculit.infirmus,paratus,firmus, imparatus ab exercitu,militibus,pecunia.à laude, felix ab Innocentia, clemens à scientijs ac virtutibus.à natura instructus, à propinquis nudus,ab amicis inops. A bonis solitudo,orba ab optimatibus concio, à causis districtus,ab illo tempore,ab ea ætate,quis recens ab omni æternitate, proximus à postremo,à se promit, orditur. facit, prope à meis ædibus à pedibus,manibus. Effingere mores,à parentibus à te legi epistolam, à frumento copiosius ager. à primo,à capite securus.ab aliquo legere alicuius literas. ab aliquo silentium esse. à vero sensu Iudicare ab aliqua re copiosius locus,à mane cœnam quærere.ab se calamitatem deprecari ab aliqua parte securus. à suspitione purus.ab humili ad Summum. ab Infinito tepore æternitas, à suspitione se sustinere & ab omni offensu.*

ABACTVS, a, vm. *dicitur proprie de pecore ad prædam acto.*4.Ver. 20.Greges equarum abactos.

ABACVS,ci.*mis. structoria, vasorum receptaculũ & ad vsum & ad põpam.*6.Verr.35.Ab hoc,iste Abaci vasa omnia vt exposita fuerant,abstulit &. 57. Cum aliquot abacorum faceret vasa aurea. 5.Tusc.61.Abacos quam plures ornauit,argento, auroq; cælato.

✠ *ADIVNCTA. Complures. 5.Tusc.*

ABALIENATIO, nis. Top. 28. Abalienatio est eius rei quæ mãcipi est,aut traditio alteri nexu,aut in iure cessio,inter quos ea Iure ciuili fieri possunt.

ABALIENATVS.a.um. ✠ Epist lib.1.ep.7.virum excellentem non nihil suspicantem propter aliquorum opinionem suæ cupiditatis, te ab se alienatum, illa epistola retinuisti. 2. de Orat.200.Iudices erant à Cæpione, propter iudicia abalienati. ✠ 6. Verr. 60. Abalienati scelere istius à nobis reges amicissimi. Atti.lib.1.epist.2.Esse animo abalienato.1.contra Rul.71. Vectigalibus abalienatis.

ABALIENO,as, *alieno, disiungo,reiicio,*2.Cont.Rull.63. Idémque agros vectigales pop. Rom. abalienaret. 2. Phil. 38. At vero Pompeij voluntatem à me abalienabat oratio mea.Atti. lib.14. epist.20. Totum se à te abalienauit Dolabella. 2. de Orat.182. Eaque omnia valde beneuolentiam conciliant,abalienántque ab iis,in quibus hæc non sunt. Epist.lib.1.ep.7. Qui nos quos in communi causa fauendo retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt. *Ibidem* epist.8.qui à senatu & ordinem coniunctissimum & hominem clarissimum abalienauerunt.2. de Ora.304. Nonne abs te iudices abalienes? Pro C.Cornel.1.Vt omnino ne ✠ illius potestate abalienemur. ‖ Quint.de Pet.Cons.37.Sin id neges, certe abalienes statim.

✠ ADVER. *Celerrime, 3. de Orat.96. Statim, de Pet. Valdè, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis, *Aliquid alicuius, & ab aliquo, & aliquid absolute abalienare,*

ABAZEA, vel Sabazea, *Instituta Dionysij.* 3.de Nat.58.

ABAVVS,ui,*nostri auus,*de Cla.212. Nam & de duobus auis iam diximus Scipione & Crasso,& de tribus proauis,&c.& ibid.213. Iam duorum abauorũ quam est illustre nomen, & pro Mur.15.

✠ *ADIVNCTA Sapientissimus.*

ABDERA, *Thraciæ vrbs.*

ABDERITES, 1.de Nat.63.3.de Orat.126.Orat.31.

ABDERITICVS, 2, um, Atte.lib.7.epi.7.Quod iam multis audio constitutum esse Pompeio, & eius consilio in Siliciam me mittere,quod imperium habeam,id est, Abderiticum. Abderiticum, *id est Stultum.*

ABDICO,as, *alium,aut me magistratu depono,me vel alium, aliquo* ✠ *bono spolio.* ‖ *Veteres Romani non minus proprie quam ornate significarunt,tamen vulgus nunc communiter per tradere effert.quod hoc fortasse propius ad vernaculam linguam accedat: Sic nos cum Cicerone dicamus.* 2. de Nat.11. Senatus vt abdicarent: Cons. abdicauerunt. 2.de Leg. 31. Quid magnificentius quam posse decernere vt se magistratu abdicent Cos.l.3.phil. 12. Antonius eo die non modo Consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Attic.lib.6.ep.1. Itaque tutela cogito me abdicare. 3.in Cat. 15. Tamen magistratu se abdicauit. *lege* ABIVDICO.

☞ Syntaxis. *Prisci Romani tam proprie quàm ornatè hoc verbo cum significare vellent,aliquem munus suum deponere,abdicare, aliquem, se,absolutè, & cum septimo casu vsi sunt.*

ABDICO, is. *repudio, reiicio,* 1.de Dium. 31. Cumque in quatuor partes vineam diuisisset,tresque partes aues abdixissent,quarta parte quæ erat reliqua,in regiones distributa,mirabili magnitudine vuam,vt scriptum videmus,inuenit.

ABDITE, *Occultè clam, in occulto.*2. In Ver.181. Quæ remota de medio atque erepta vobis sunt, omnia ita condita fuisse atque ita abditè latuisse videantur, vt hanc diligentiam quam ego à me expectari maxime pũto,nihil horum inuestigari,nihil assequi potuerit.

ABDITVS,a,um. *reconditus,absconditus,occultus,retrusus,abstrusus, ab arbitris liber*) (*peruulgatus,* 2.Off.13. Nec ferrum, aurum,æs, Argentum, effoderentur penitùs abdita, 2. de Nat.151. Venæ auri penitus abditæ.1.de Nat.49. Res penitus abditæ.Attic. lib. 15.ep.16.Hæc loca venusta sunt,abdita certe, & si quid scribere velis ab arbitris libera.3.In Ver.7.Simulachra retrusa atque abdita in tenebris.de Arusp.57. Peruertit abditos & penetrales focos.Quint.de pet.Consul.34. Quæ significant voluntatem esse abditam & retrusam, parui refert patêre ostium. 2. Tust. 61. Audisne Amphiarae sub terram abdite.1. de Inuent.2.Qui dispersos homines in agris,& in tectis sylueſtribus abditos,ratione quadam Compulit in vnum.

✠ *ADVER. Penitus.2.Offic.*

☞ Syntaxis. *Res abditæ,& res occultæ,retrusum,abditum ac penetrale, Sub terram abditum,& abditam in tenebris,in sylius abditi homines.*

ABDO,dis,*occulto,retrudo,recondo*) (*patefacio,aperio,peruulgatum* ✠ *facio.* ‖ *κρύπτω,κατακρύπτω,ψύω quotus quisque est qui hoc verbum accusatiuo iũgat,vix tamẽ aliter vsum Ciceronẽ inuenimus:sic ergo obscuratam sermonis latini integritatem restituamus.*Attic.lib.4.epi. 3. Ille se in interiorem partem ædium abdidit.Epi.li.13.ep.29.Itaque abdidit se in intimam Macedoniam. & lib.9. ep. 9. Et sese abdiderit in classem. 1.Off.126. Natura eas partes contexit atq; abdidit. Attic.lib.9.ep.4.Neque me in Arpinum hoc tempore abdam.Pro Mil. 41. Cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset.*alias tenebras.* In Piso.39.An amici tui tabulas abdiderint.pro Arch.12.Si qui ita se literis abdiderunt.2.de Diu.64. Qui luci ediderat genitor Saturnius,idem abdidit.In Pis.92. Is domum se abdidit.Epist.lib.7.ep.33.Ac me totum in literas ab- ✠ dere. ‖ & ep.28.Abdo me in bibliothecam, & alibi. de vxore Tuberonis non possum iam abdere, est enim res peruulgata.Atti.lib.16.ep.11.Ego me,vt scripseram,in Pompeianum non abdidi.

✠ *ADVER. Latentius, pro Cluent.longissimè à castris 13.famil.penitus. 2.Offic.*

☞ Sintaxis. *abdere se in domum intimam,Rhetiam,& in tenebris,De hac re non abdam,id est non tacebo, abdere se in syluam & literis & in literas.*

ABDOMEN, nis,*non gulæ vitiũ vti Nizol. sed pars ab imo pectore ad pubem.*pro Sest.110.Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant.in Pi. 41.Ille gurges, natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ & 66.oculorum delectationi abdominis voluptates anteferre.

✠ *ADIVNC. Insaturabile, in Piso.*

☞ Syntax. *Natus abdomini, & abdominis voluptates.*

ABDVCO.is,remoueo,aufero,auerto) (*traduco, ἀπάγω, ἀφαιρῶ, vulgum regio se nimis hoc verbum simplici astringit, quasi solum ad animata mouenda se referretur, cum eo ries prisci Romani, pro amouere, surparint, animo, sensibus & similibus attribuerint vt.2. de Nat.45.* Nihil est difficilius quam à consuetudine oculorum aciem mentis abducere.2. de Orat.293.abducere animos à contraria defensione,& ad nostram conor traducere.3.de Nat.20.A consuetudine oculorum animam abducere.pro Cel.22. Equidem vos abducã à testibus.5.In ver.78. Hic est Docimus,qui ad istũ deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam,vi abductam ab Rhodio tibicine,2.de Orat.40.Heri enim mihi hoc proposueram, vt si te reperissem hos à te discipulos abducerem.pro.Deiot.30. Seruum sollicitare verbis, spe, promissisque corrumpere, domum abducere.11.Iis Ant.27. Brutus equitatum ad se abduxit Dolabellæ &10. phi.9. Summumq; præsidiũ ei pollicetur, quod qui ab illo abducit exercitum, pulcherrimum & præsidiũ firmissimum adimit reipu. Epist.lib.4.ep.3. Abducere animum à solicitudine, *id est remouere* & lib.5.epist.13.Ita vt mones,quantũ potero, me ab omnibus molestiis & angoribus abducam. 1. Tusc.37.abducere aliquem a studiis.Epist.lib.4.ep.4.& lib.5.ep. 2.Me nec domesticus dolor nec &c.à Rep.abducet,pro Quint. 84.Id auferre & abducere.2.In Ant.44.Curio interuenit qui re à meretricio questu abduxit De Clar. 222. Quin etiam Catulum filium abducamus ex acie,*id est à iudiciis* Q.frat.lib.3. ep. 5. Abduco me ab omni reip.cura,dedoque literis.1.de Diuin.92. Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis autoritate abduceretur ad mercedem & quæstum. 1. de diuin.35. Nec,abducar vt reat totam Hetruriam in extis. delirare.5.verr. 210. Ab illis hominibus qui tum in rep. versati sunt,ad hanc hominum licentiam & libidinem me abducis,*id est*, inuitas & allicis.de Amic.8. Nec ab isto officio abduci debui. pro Flac.
✠ 83.Abducere se à fide. ‖ 10.*Phil.*13.Alterum (*puta equitatum*) in Macedonia Cn.Domitius adolescẽs,summa virtute & constãtia,ab legato Syriaco abduxit.2. de Diuin.13.Sed animaduertit cautè te ab iis rebus quæ sensibus percipiuntur abducere diuinationem.1.Tusc.75.Animum à corpore abducere.

✠ *ADVERB. cautè.2.de diuin.13.*

☞ Synt.*aciem mentis, animum, animos, homines abducere à, aliquè ab, aliquo ad se, vi abducere seruum ab, ad se, legiones ab, aliquo à solicitudine, vitio, molestiis, aliquem ex acie abducere, abducere se à, & ad aliquid traducere, abduci, non abduci ab officio, se à fide abducere, idest, fidem frangere, abducere equitatũ diuinationẽ, animũ abducere.*

ABDVCOR eris,*auocor, arceor, deducor.*6. In ver. 12.Abducuntur homines nonnunquam magnitudine pecuniæ ab institutis
✠ suis ‖5. de finib. 87.Vt quam minime animus à cogitationibus abduceretur.7.ver.146.Ipsos in latomias abduci imperabat.

ABEO. is. *discedo, concedo, facesso,*) (*accedo, appropinquo, maneo* ✠ *ἀποχωρῶ, μετάρχομαι, eleganter tribuitur hoc verbum rebus motum non significantibus, cum pro desistere aut desinere vsurpatur.*
13.In Ant. 48. Quin tu abis in malam pestem malumque cruciatum? Attic.lib.14.ep. 19. Nausea iam plane abiit.Epist. lib. 14.ep.1. De loco nunc quidem abiit pestilẽtia.pro.Mur.7.Abiit illud tempus,mutata ratio est.6.In ver.146.Prætor de sella surrexit,atque abijt.pro Q. Rosc. 41. Numquid causæ est,quin ab iudicio abeas turpissime victus. pro Cecin. 95. Vt ne longius abeam Atti.lib.14. ep. 1. Ad summam non posse isthæc sic abire.1.Tusc.74.Cato autem sic abiit è vita.Epist. lib.5.ep.2.Atque abeuntem,magistratu concionis habendæ potestate priuauit. Attic.lib.1.ep. 13.Quacum abiens consulatu sum domum redu-
✠ ctus, ‖5. ver.148.Ne res abiret ab Apronio.Epist.lib.10. epi.32. Abi nunc,populi fidem implora. 2. de Natura.52.Tum abeuat, tum recedunt stellæ. 4. de finib. 7.Iidem abeunt qui venerant.

Euanesco, accedo, 1. Tusc.32. Abiit ad deos Hercules. Epist. li. 7.ep.19.Non longe abieris num ius ciuile vestrum? &c. 5. de finib.117.Etsi hoc fortasse non poterit sic abire cum adsit,tamen audebo.Epist.lib.9.ep. 20.Illa mea quæ solebas antea laudare. ô hominem facilem,ô hospitem non grauem, abierunt, *id est.* euanuerunt.3.Offi.84.Nunc abeo ad vulgi opinionem.*id est accedo.*3.verr.114.De suis bonis ita dat. vt ab iure non abeat.pro.S.
✠ R.46. Quid ad istas ineptias abis inquies. ‖pro Sext. 71. Abiit ille annus,respirasse homines videbantur.

✠ *ADVER.Longè,9.Fam.longius,pro Cæc.parumper, de Clar.planè,sic,*14. *Attic.*

☞ Synt.*Abire in malam pestem, morbus abijt, abiudicio abire, abeo ad, abire & non abire ab iure, non sic. magistratu abire, pronunciat Cic. hoc verbum de morbo, de actione, de persona, abire, de, e, loco.*

ABERRATIO,nis.*auocatio* Attic.lib.12.ep.37.Siue hanc aberrationem a dolore delegerim,laudari me etiam oportere.Epist. li.15.ep.18. Verum tamen aliam aberrationem à molestiis nullam habemus.

✠ *ADIVNC.liberalissima, doctoque homine dignissima, Att.12.ep.36.*

☞ Synt.*aberratio a dolore, deligere, & habere aberrationẽ à molestijs.*

ABERRO,as,*decerro, vecedo.*4.Acad.140.Hanc normam, hanc regulã, hanc præscriptionẽ esse naturæ à qua qui abberrauisset, eum nunquam quid in vita sequatur habiturum.5.Tusc.65. Sed redeat vnde aberrauit oratio. 3.Tusc. 80.Sed nescio quo pacto
✠ ab eo quòd propositum erat, abberrauit oratio ‖ pro Cec. 55. Ne ab eo quod præpositum est, longius aberret oratio. 2. de Orat. 152.A quo homine iamdudum non aberrat oratio tua,1. Off.135.Si aberrare ad alia cæperis, ad hæc reuocetur oratio. 2. de.Or.160.A cuius inuẽtis ego tibi videor non longe,aberrare. de Aruſp.23. Si ædilis verbo,aut si nutu aberrauit.non sunt ludi ritè facti.1.Tusc. 81. Sed te de æternitate dicentẽ aberrare proposito facile patiebar.5.de fin.83.Tamẽ à proposito,inquã,aberrauimus.Attic.li.14.ep.25.Vereor ne nihil coniectura aberrem. pro Lig. 19.Partim consiliis, partim studiis à cõmuni vtilitate aberrantibus. Quint. de Pet. 38. Aberrare à distributione. 4. de finib. 40. Non multum ab Herilli leuitate aberrabimus. 7. In Ant.1.Animus aberrat à sentẽtia,suspensus curis maioribus.12. phil.23.Attendire quæso,non aberret à coniectura suspicio periculi mei.1. de Nat.101.u Qui etiamsi aberrant à coniectura. *vtcunque animum à molestiis abduco.* Attic.lib.12. ep.37.At ego hic scribendo dies totos, nihil equidem leuor,sed tamen aberro.

✠ *ADVERB. longè.2. de Orat.160. Iamdudum.2.de Orat.152.partim,pro Lig.19.longius pro Cec.55.& 5. de finib.83.multùm.4.de finib.40.*

☞ Syntaxis. *ab illo non aberrare orationem, est continenter de aliquo loqui, aberrare ad aliqua, verbo, & nutu aberrare, aberrare absolutè, id est vtcunque minus afficior. De hoc aberrare propositio, coniecturæ.*

✠ ABFER. Orat.158. Abfer noluerunt,aufer maluerunt.

ABHINC. *ex hac die vel tempore, respicit præterita.* ‖ *ἀπο τουδε, νῦν*
✠ *huius particulæ ignorant qui futuro tempori attribuunt, semperque eũ ablatiuo iungunt, cum aurea Ciceronis ætas semper hac voce tempus præteritum notet & quandoque accusatiuo quandoque ablatiuo construngat, sicenim Cicero.*2. phil. 119. Etiamsi adhinc annos prope xx. hoc ipso in templo negaui posse mortem immaturam es-
✠ se consulari. ‖3. In ver.33. Quæstor Cn. Papirio consule fuisti abhinc quatuordecim, annos. 4. verr. 25.Horum pater abhinc duos & viginti annos.est mortuus.Att.li.12.ep.18.Abhinc annis xxv. pro Cornificio spopondi. pro Quint. 37. Quo tempore ab hinc annis. xxv. In Pis.61. Mihi libertus domum ex hac die biduo ante conduxerat.4.ver. 130. Offendit eum mensem comitialem,comitiis iam abhinc triginta diebus habitis.

☞ Syntaxis. *abhinc annis & annos amplius & sine amplius, cum septimo casu.*

ABHORRENS,tis,*alienus, inimicus, aduersus,*) (*amans cupidus studiosus,* Att.lib. 7.ep.13. Delectus quidem adhuc inuitorum est & à pugnando abhorrentium.pro Flac.9. Nam si quis vnquam de nostris hominibus ab hoc genere, studio ac voluntate abhorrens fuit.1.de Orat.179.Homo à iuris studio,non abhorrẽs.3.de Orat.63.Abhorrens ab auribus vulgi.Ep.lib.13.ep.12. Est præteria Suffidius quod apud te valet plurimum,à studiis nostris nõ
✠ abhorrens. ‖2. Offic. 8. A litibus abhorrens.[Parad. 1.Locos graues ex philosophia tractare, abhorrentes ab vsu forensi & publico.

ABHORREO.es.*aspernor, fugio, religioni habeo, discrepo, sum alienus absum, longe absum à voluntate aliquid agendi.* pro Sest. 71. Et pertinere ad concordiam ciuium putauit,& ad perficiendi facultatem,animum Cæsaris à causa non abhorrere.*ibidem.* 112. Cum ipse lator nihil ab horum turpitudine,audacia,sordibus abhorreret.1. de Orat.83.Sed hæc erat spinosa quædam & exilis oratio,longeque à nostris sensibus abhorrebat Epist.lib.2. epi. 17.
✠ Quam valde Bibuli voluntas à me sine causa abhorrebat. ‖ &c lib.7. ep.3. Cum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret & lib.1.ep.9.Libri de oratore abhorrent à communibus præceptis. & li.2.ep.17.Quam abhorrens ab vbe relinquẽda.2.de Orat. 85. Sin plane abhorrebit & erit absurdus,vt se cõtineat admonebo. 1.de Orat.12. Abhorrere à consuetudine communis sensus.1.de
✠ Orat. 224. ‖ Vsque eò quæ dicenda de Iusticia putabat à vitæ consuetudine & ciuitatum moribus abhorrebant. pro Clu. 41. Nemo illum additu, nemo congressione, nemo sermone dignum iudicabat, omnes illum aspernabantur atque abhorrebant,omnes vt aliquam immanem & pernitiosam bestiam pestemque fugiebant. & 167. Quid vnquam Auitus in se admisit, vt hoc tantum facinus ab eo non abhorrere videretur. pro Cæl.10. Cælius longè ab ista suspicione abhorrere debet. Attic.lib.14.epist.13.Quintus à ducenda vxore abhorret. de Fat. 8.Alij a talibus vitiis abhorrent. de Opt.20.Causa quidem abhorret ab illa ipsa formula consuetudinis nostræ. pro Sex. Rosc.68.Tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab insania. Pro Clu.27.Seque ab his nuptiis abhorrere respondit. 2. de Diuin. 125. Quod abhorret etiam ab hominis constantia. 7. In Ant. 4.Animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu. Oct. ep. Nisi forte frustra deos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorreret, *hæc tamen epistola Ciceronis fab-*

so tribuitur. 1. Offic. 128. Et ab omni quod abhorreret ab ipsa oculorum auriumque comprobatione fugiamus. pro Sest. 96. Nec ab vtilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa P. Sextij abhorrebit oratio mea. pro Deiot. 17. Id etsi à veritate longè, tamen à consuetudine criminandi non multum abhorrebat. 4. In Verr. 10. A quo mea longissime ratio voluntasque abhorrebat. Att. li. 2. ep. 6. A scribendo prorsus abhorret animus. 1. Acad. 4. Sin à Græcorum artibus, & disciplinis abhorrerent.

ADVERB. *longè in Pis. à sensibus, 1. de Orat. à suspicione, pro Cluen. longè à veritate, multum à consuetudine, pro Deiot. longissime, 4. Ver. planè, 1. de Orat plurimum, 4. Acad. prorsus à scribendo, 2. Attic. Valde, 3. de Orat. à sententia, 7. famil. Valde voluntate ab aliquo, 2. famil.*

☞ Syntaxis *abhorrere à legendo, nuptiis, ab aliquo, Vitio, & vitium, abhorrere absolutè à suspicione, à ratione, ab illo facinus hoc abhorret, animo abhorrere, studio & voluntate abhorrens.*

ABIECTE, *Vis patet.* 3. In A. 28. Nec abiectè, nec sine aliqua dignitate casum illum temporum tuli. 2. Tusc. 55. Ne quid abiectè, nequid timidè, nequid ignaue, ne quid seruiliter muliebriterue faciamus.

ABIECTIO, nis, *reiectio, iectio.*) (*adiectio.* 1. ad Her. 10. Adiectio, literarum mutatio. In Pis. 88. debilitatio atque abiectio animi.

ABIECTVS, *a. um. demissus, humilis, contemptus, summissus, afflictus,* ✠ *fractus, perculsus, desertus.* ‖ 3. cont. Rull. 2. Paruam exigui temporis vsuram bene de me opinionis postulo, vt eam, si quæ dixero vobis probabo, perpetuo retineatis, sin aliter, hoc ipso in loco depositam atque abiectam relinquatis. pro Sest. 74. Ad pedes abiectus. Attic. lib. 9. ep. 9. Tam abiectam compositionis spem, & Epist. lib. 4. Ep. 13. Par fortuna abiectus. pro Plan. 100. Abiecta quæstoria persona comitisque sumpta. 7. Ver. 139. Ad Tribunal ante pedes tuos, ad terram virgis & verberibus abiectus 3. Tusc. 26. Tam fractus, tamque abiectus. ‖ Pro Clu. 94. Non quod illi causam pecuniæ publicæ contemptam & abiectam putarent. Attic. lib. 1. Ep. 13. Senatum ad pristinam suam seueritatem reuocaui, atque abiectam excitaui. 3. de Finib. 66. Cum ipsi inter nos abiecti neglectique fumus. & lib. 5. de finib. 57. Nihil abiectum, nihil humile cogitant. de Clar. 233. Verba non abiecta, res compositæ diligenter. 4. In Cat. 3. Exanimata Vxor, abiecta metu filia. pro Cæl. 79. Hic abiectus non tam ad pedes, quam ad mores sensusque nostros. de Amic. 59. Sæpe in quibusdam est animus abiectior, & spes amplificandæ fortunæ fractior. Attic. lib. 3. ep. 2. Sum enim animo perculso atque abiecto. Or. 192. Oratio humilis abiecta)(Alta atque exaggerata. 2. Cont. Rul. 93. Homo grandi macie torridus, contemptus & abiectus. Ep. li. 1. ep. 5. Desertus & abiectus. 2. Off. 114. Summissus & abiectus,) (se efferens. In Pis. 31. Abiectus & semiuiuus. Orat. 184. Gomicorum senarij abiecti.

✠ ADVERB. *Omnino 5. ver. plane, 11. famil, tam, pro. Cæl & 3. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Cõtemptus & abiectus, inter nos abiecti neglectique, abiectiũ & humile cogitare, abiecta Verba, ad pedes moresque & sensus abiectus, animus abiectior idem perculsus & abiectus humilis & abiecta oratio, desertus, & abiectus, abiectus & semiuiuus, abiecti, Senatũ.*

ABIEGNVS, *ex abiete,* 2. ad Her. 34. Abiegnæ trabes. Top. 61. Nisi enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset.

ABIES, tis *Alpina & procerior arbor.* 3. Tus. 44. Tosti alti stant parietes deformati, atque abiete crispa *poetæ*

✠ ADIVNCTA. *Crispa*

ABIGENDVS, a. um. 3. In Ver. 28. Iste greges equarum abigendos curat.

ABIGO, is. *pello, expello, ejicio* 2. De Orat. 247. Puer abige muscas. pro Clu. 32. Mulier partum sibi ipsa medicamentis abegisset. In Pis. 84. Illi Familias arripuerunt pecus abegerunt. 4. Acad: 89.

✠ Pestem abige à me. ‖ 1. Tust. 104. Bacillum prope me quo abigam ponitote.

☞ Syntaxis. *abigere muscas, partum medicamentis: pecus, pestem. absolutè abigere.*

ABIICIENDVS, a. um. Ep. lib. 5. ep. 13. Abijciendus dolor.

ABIICIO is, *depono, rejicio, relinquo, cum despectum vel desperationem significarent, hoc verbo vtebantur Romani.* Pro Sext. 58. Atque ✠ insigne regium, quod de suo capite abiecerat reposuit. ‖ Ep. lib. 13. ep. 1. Quod te abiecisse illam ædificationem constabat inter omnes amicos tuos: Attic. lib. 16. ep. 28. Abiicere scutum. Epist. lib. 9. ep. 24. Abiecisse curam Reip. Attic. lib. 6. epist. 1. Sed noli me putare γνησιόμματα, illa tua abiecisse 2. In Cat 14. Consilium belli faciendi abiecerit 8. In Ant. 32. Beneficiorum memoriam abiecerit. 1. In Ant. 30. Significauerunt se nouo beneficio memoriam veteris doloris abiecisse. Attic. lib. 7. ep. 3. Non dubitabo rem tantam abiicere. *ibid.* lib. 13. ep. 45. Omisi ea quæ in manibus habebam, abieci. Epist. lib. 4. ep. 7. Cum spe vincendi simùl, abiecisti etiam certandi cupiditatem. & lib. 8. ep. 11. Cæteras suas abiecit actiones. & lib. 8. ep. 6. Triumphi postulationem abiecerat. Attic. lib. 13. epist. 31. Obsecro abiiciamus ista & semiliberi saltem simus & lib. 10. epist. 7. Arma Pompeium abiecturum putas. & lib. 3. ep. 19. Vitam vel sustentabo, vel quod multo est melius abiecero. Pro Lig. 16. Suam citius abiiciet humanitatem, quam extorquebit tuam. 3. Tusc. 27. AEgritudinem nisi sic exuimus vt abiiciamus, miseria carere non possumus. & 66. Ergo in potestate est abiicere dolorem tẽpori seruientem. de Prouin. 6. Virgines se in puteos abiecerunt. 5. de Finib. 92. Policrates annulum quo delectabatur in mare abiecit. Pro S. Rosc. 10. Id quod semel mihi fide impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter imbecillitatẽ animi deponere 1. Offic. 102. Relinquunt enim & abiiciunt obedientiam 2. de Orat. 210 Gloria parta non delectari, sed totam abiicere atque deponere. pro Sest. 79. Hic se abiecit examinatus. Para. 1. Abiicere se & prosternere. Attic. lib. 4. ep. 2. Clodius abiecta toga se ad generi pedes abiecit.

¶ *Deïcio, refello, velrefuto* 1. de Leg. 26. Natura cum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Attic. lib. 16. ep. 5. Quæ minus antea ob Infirmitatem ætatis constanter ab eo fieri videbantur, ea ille abiecit. de Amic. 31. Qui omnes suas cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamque contemptam. Epi. lib. 11. ep. 21. Abiicere omnem timorem. pro Mur. 45. Abiicere hastas. 1. Offic. 72. Abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus sunt. 2. In Ant. 77. Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse, Epist. lib. 10. Ep. 12. Quantaque contentione Ticium interceflorem abiecerunt, ex aliorum te literis malo cognoscere. 2. de Orat. 132. Abiicere voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. Atti. lib. 5. ep. 11. Memmius ædificandi consilium abiecerat. Ep. lib. 9. ep. 20. Nam omnem nostram de Repub. curam, cogitationem de dicẽda sententia, commentationem causarum abiecimus.

✠ ADVERB. *Citius, pro Lig. libenter ad pedes, 8. Att. ep. 9 Libenter ad triumphum, 9. Attic. Negligenter, 4 Ver. prorsus 3. de Orat.*

☞ Syntaxis *Abiicere aliquid de manu, capite & se abiicere in, abiicere onus, abiicere se absolute, ad pedes, abiicere cogitationes in rem, Supplicem se pro alio abiicere, Senatus autoritatem abiecit. Scaurum Pompeius abiecit, Abiicere se atque prosternere, abiicere ædificationem, id est consilium ædificandi, famam ingenij abiicere, abiicere Italiam, memoriam, humanitatem id est aspernari.*

ABITVS, tus. *discessus, recessus, profectio.* 5. In Ver. 125. Ne post abitum quidem importunissimæ pestis.

ABIVDICO, *as, rem alicui ablatam iudex alteri do,* ‖ & *si huius verbi* ✠ *vis non valde ateat, tamen eius vsus cum prepositione à vel ab, à multis ignoratur:* 2. In Ver. 13. Nulla res cuiusquam tam patria atque auita fuit, quæ non ab eo imperio istius abiudicaretur. Pro Cæc. 99. Eum qui cum liber esset. censeri noluit, populus iudicat ipsum sibi libertatem abiudicasse. 2. Cont. Rull. 42. Indicabit, Alexandriam regis esse, à populo Romano abiudicabit. ¶ *Citra Iudicium remoueo,* 2. de Orat 102. Vbi plus mali quam boni reperio id totum abiudico atque reiicio. *Budæus legit. ab dico.* 3. In. Ver. 4. Rationem veritatis ab hoc ordine abiudicari.

☞ Syntaxis. *Abiudica bona, abiudicari ab aliquo, libertatem sibi ab iudicare id est per se amittere, ab iudico & reiicio.*

ABIVNGO, *is, remoueo, separo,* Attic. lib. 2. ep. 1. Demosthenes, & quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicẽdi genere abiũxerat.

ABIVRO as. *aliquid me non habere vel promisisse iuro peruro, nego quod habeo, quod verbum, inquit Scorus, cum vulgus ignoret dicit iurare se non habere, iuramentum præstare.* Attic. lib. 1. ep. 6. Mihi abiurare certius est quam dependere.

Αβλεβιτ 3. Tusc. 16. LEGE INNOCENTIA.

ABLEGATVS, a, um. *dimissus.* 4. In Ver. 73. Dimisso & ablegato, consilio. 7. In Ver. 81. Remoto atque ablegato viro.

ABLEGO, as. *amando, dimitto, remouco,* ‖ *huius verbi vsum, vt & allegare & legare à multis ignorari notat Cardinalis, est inquit ablegare fere in exilium eiicere et e cõspectu remouere,* 4. Ver. 74. Post illis ad hibitis quos ablegarat & *ibidem.* 79. Qui honestos homines qui causam norint ableget. Attic. lib. 2. epist. 18. Hæc legatio à fratris aduentu me ablegat.

☞ Syntaxis *ablegare aliquem, consilium, hoc me ablegat ab, dimittere & ablegare.*

ABLVO, is. *Abstergo, eluo, purgo*, pro Sext Rosc. 72. Ita iactantur fluctibus vt numquam abluantur. 4. Tusc. 60. Perturbatio animi placatione abluitur, 4. Tusc. 46. Vlisti pedes abluens. 4. ad Her. 23. Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.

☞ Syntaxis *ablui absolute, ablui perturbationes animi, pedes alicui abluo, suo sanguine abluere a crudelitate inimicorum.*

ABNVO, is. *Nego, recuso,*) (*concedo, aio annuo,* de Fat. 4. Nihil enim

abnuit

abnuit voluntas tua, studio meo 2. de Finib. 3. Et intelligas quid quisque concedat, quid abnuat. Pro Mil. 101. Non abnuo, non recuso. 1. de Leg. 40. Quorum nemo vnquam tam audax fuit, quin abnuerit à se commissum facinus.

☞ Syntaxis *abnuere aliquid, nihil alicui, Voluntas mea hoc tuo abnuit studio. abnuo & recuso, hunc abnuto.*

ABNVTO, as, *Sæpius abnuo veto*, 3. de Orat. 162. Quid te adiri abnutas. *Poeta.*

ABORTIO, nis. *Immaturus partus*, Pro Clu. 34. Si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellenda est.

ABORTVS, tus. *Intempestiuus ortus*, Attic. lib. 14. ep. 23. Tertullæ nollem abortũ: tam enim Cassij sunt iam, quàm Bruti serendi.

ABRADO, is. *aufero subripio metaphorice* Pro Cec. 19. posteaquam videt nihil se ab Cecinna posse litium terrore abradere.

ABRASVS, *a. um.* Pro Q. R. 20. Supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur.

ABREPTVS, *a, um. raptus.* 5. In ver. 163. Frumentum auersum abreptum ab aratoribus. pro Lig. 35. Tempestate ab reptus est ✠ vnus. ‖ 3. In ver. 7. Abreptos filios ad necem duceret.

ABRIPIO, *is. abstraho*, 6. In ver. 111. Verres abripuisse Cererem videtur. 3. de Orat. 143. Te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit. ‖ 7. Ver. 30. Etiamsi natura à parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen ac disciplina patri similem esse cogeret.

ABRIPIOR *eris, abstrahor, vi arceor & rapior.* Anteq. 29. A Coniuge abripi, à liberis abstrahi, ab aris focisque proiici. 6. In ver. 24. Quem in vincula atque in tenebras abripi iussit.

✠ ADVERB. *repente, trocul 3. de Orat.* 143.

☞ Syntaxis. *abripi à suis atque in vincula.*

ABROGANDVS, *a. um.* pro C. Cornel. 1. De Legibus abrogandis ✠ ipse ad senatum tulit. ‖ 5. In Ant. 16. Hanc ego & reliquas eiusmodi leges, etiamsi sine vi, saluis auspiciis, essent rogatæ, censerem tamen abrogandas.

ABROGATIO, *nis. dissolutio, antiquatio.* Att. lib. 3. epist. 23. Nulla lex est quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. 2. ad Heren. 15. Nam quæ abrogatio aut derogatio sit legis.

ABROGATVS, *a, um. antiquatus, de lege ac dignitate, & spoliatus dignitatis ratione.* pro Dom. 183. Eique imperium est abrogatum 2. ad Her. 15. Cuj legi abrogatum vel derogatum sit Pro C. Cornel. 1. M. Cottæ lex de iudicijs priuatis anno postquam lata sit, à fratre eius abrogata.

ABROGO, *as. aufero vel adimo, minuo vel interdico, resigno, abdico, abscindo, dissolvo, irritum facio, ne lex aliqua valeat legem fero, antiquo* ‖ *nostræ ætatis vulgus (inquit Schorus) cum significare vult rogando autoritatem alicui detrahere, dicit deponere aliquem de officio, quod barbarum est pro legi aut legem abrogare, sic abolere fidem, Cicero vero Abrogare.* De Clar. 222. M. Octauius legem Semproniam Frumentariam, populi frequentis suffragijs abrogauit. 2. de Inuent. 134. Abrogare legem derogare aliquid de lege & commutare legem aliqua ex parte. pro Q. Rosc. 44. Si tibi iam deliberatum est quibus abroges fidem iurisiurandi, respondeto. 1. ad Heren. 17. Quæ res fidem abrogat oratori. & abrogare fidem famæ. 4. In Ver. 140. Si tibi magistratum abrogasset minore ignominia te affecisset. pro Mil. 73. Qui collegæ magistratum per seditionem abrogauit. 3. de Leg. 24. Gracchus ✠ potestatem intercedendi collegæ abrogauit, ‖ 13. Offic. 40. Tarquinio collegæ Brutus imperium abrogauit. Attic. lib. 3. ep. 23. Legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare.

✠ ADVERB. *Æqualiter, de Clar. & 4. Acad. 36.*

☞ Syntaxis. *Legem abrogare, & legi, imperium alicui abrogare alicui fidem iurisiurandi abrogare, hoc tibi fidem, aut orationi abrogat, & fidem famæ, abrogare alicui magistratum per seditionem, postea tamen alicui abrogare aliquid faciendi.*

ABROGOR, *aris. rescindor, dissoluor. de lege remoueor, vel spolior dignitatis ratione.* Att. lib. 3. ep. 23. cum lex abrogatur. 4. Acad. 36. AEqualiter omnibus abrogatur fides.

ABRVMPO. *is. libero ἀποσπῶ, ῦμι*, 14. In Ant. 31. Hæc se prima latrocinio abrupit. Antonij.

ABRVPTIO, *nis, confractio disruptio* 2. de Diuini. 84. Abruptio corrigiæ *Diuortium.* Attic. lib. 11. epist. 3. Vtrumque graue est, & tam graui tempore periculum tantæ pecuniæ, & dubio rerum exitu ista, quam scribis, abruptio.

ABS *ἀπό* Orat. 158. Vt iam nescias ab ne verum sit an abs. *Lege* A & Ab.

ABSCEDO, *is. abeo recedo* 2. de Diuini 37. Caput est in iecore, cor in extis iam absedet, simul ac molam & vinum insperseris.

ABSCESSIO *nis, abitus abscessus, discessus*, de vniuer. 38. Cum ad corporatum accessio fieret tum abscessio.

ABSCESSVS, *sus. abscessio, discessus.* 1. De N. 24. Abscessus solis a nobis. ‖ Appulsus ad nos.

ABSCINDO, *dis. dis. indo, lacero, amputo.* lib. 2. Attic. ep. 7. 'Orationes à me duas postulas; quarum alteram non libebat mihi scribere, quia absederam: alteram, &c. 7. I. V. 5. Aquilium constituit in conspectu omnium, tunicamque eius à pectore abscidit. 11. I. A. 5. Post autem ceruicibus caput abscidit.

☞ Syntaxis. *Epistolam abscindere. A pectore alicuius tunicam abscindere. Caput abscindere ceruicibus.*

ABSCISSIO, onis. *præcisio figura* 4. ad Her. 67. Per abscissionem si, cùm incipimus aliquid dicere, præcidimus.

ABSCISSVS, *a, um. resciſſus, laceratus, amputatus* de Pro. 34. Quanquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando.

ABSCONDITE. *abditè, clàm.*) (. *patentius*, 2. de In 69. Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negocialis implicitè & absconditè, sed patentius & expeditius, recti & non recti quæstionem continet. 3. de Fin. 2. Quæ enim de voluptate dicuntur, ea nec accutissimè, nec absconditè disseruntur.

ABSCONDITVS, *a, um: reconditus, abstrusus, abditus* 2. I. A. 108. Erant fortasse gladij, sed ij absconditi. 3. in Cic. 13. In tantis tamq; absconditis insidijs. pro Dom. 138. Nihil de abscondito iure pontificum dicam. 4. ad Heren. 10. Aperire fontes penitùs absconditos.

☞ Syntaxis. *Gladius, insidiæ, iura. fontes absconditi.*

ABSCONDO, dis. *occulto, celo, abdo, abstrudo, retrudo, opprimo.*) (. *aperio, reſero, recludo.*

ABSCONDOR, ris. *vis patet ex agente verbo.*) (. *emineo, appareo.* pro S. R. 121. Quod quò studiosius ab ipsis opprimitur, & absconditur, eò magis eminet & apparet.

ABSENS, tis. *remotus, non præsens.* 3. Offic. 121. Et præsens tecum propediem (vt spero) & dum aberis, absens loquar. lib. 16. Epist. ep. 21. Vt vtriusq; nostrùm absentis desiderium, crebris & longis epistolis leniatur. li. 7. Att. epist. 15. Vt loquerer tecum absens, quo mihi cùm coràm id non liceret, nihil est iucundius. 4. I. V. 41. De absente secundum præsentem iudicare. 4. In Ver. 59. Ostendit enim nouo modo, si quis quid ab absente peteret, se auditurum. ad Brut. Epist. 6. Existimo omnino absentium rationem sacerdotum comitijs posse haberi: nam etiam factum est antea. C. enim Marius cùm esset in Cappadocia, lege Domitia factus est augur. & infrà, Quæ verba apertè indicant, posse rationem haberi etiam non præsentis. 2. I. A. 24. Non patiar fieri, vt absentis eius ratio habeatur. de Amic. 23. Quo circa & absentes *amici* adsunt, & egentes abundant.

☞ Syntaxis. *Absens loquor tecum. De absente secundum præsentem iudicare. Absentis rationem habere, & haberi.*

ABSENTIA, *æ. non, vt Nix, vel desiderium, vel discessus.* de Am. 77. & I. P. 37. Confer, si audes, absentiam tuam cum mea. M. Ant. lib. 14. Att. ep. 14. Vereor, ne absentia mea leuior sit apud te.

✠ ADIVNCTA *Leuior Att.* 14.

ABSOLVO, vis *perficio, conficio, transigo, ad exitum perduco.* lib. 13. Att. ep. 19. Dialogos confeci & absolui li. 4. Ep. ep. 12. Reliquam q; iurisdictionem absoluerem 3. Off. 10. Nemo pictor inuentus est, qui Veneris eam partem; quam Appelles inchoatam reliquit, absolueret. 1. de Leg. 9. Nec tam facilè interrupta contexo, quàm absoluo instituta.

¶ *Libero, soluo* 4. In Verr. 22. Hunc hominem Veneri absoluit: sibi condemnat. ad Q. fra. li. 2. ep. 5. Senatorum vna copiosè absoluit, pro Qu. R. 35. Vt ne Roscium stipulatione alliget, neque à Fannio iudicio se absoluat. 2. ad Heren. 19. Absoluere aliquem iniuriarum.

☞ Syntaxis. *Absoluere opus. Iurisdictionem reliquam absoluere. Alicui absoluere aliquem. Se ab aliquo absoluere iudicio: id est, per iudicium. De crimine absolui. Iniuriarum aliquem absoluere. Institutа absoluere.*

ABSOLVOR, tis. *perficior & liberor.* 6. In Ver. 100. Seruus ille innocens omnibus sententijs absoluitur. 2. de Finib. 106. Vita beata sapientis absolui non potest, nec ad exitum perduci. ibid. l. 4. 35. In natura necesse est aliquid perfici, & absolui. 1 de Le. 9. Historia nec institui potest, nisi præparato otio, nec exiguo ✠ tempore absolui. ‖ pro Q. R. 35. & 40. Neque Iudicio absolueretur a Fannio.

✠ ADVERB. *Apertè 3 ad Q Frat. Copiosè 2 ad Q. Frat. Bene Attic. 13. Honestè, pro Clu. & Honestissimè, facilè, 1. de leg.*

ABSOLVTE, *perfectè: item sine conditione.* ad Her. 18. Breuiter & absolutè. Top. 34. Subiungitur absolutè.

ABSOLVTIO, onis, *perfectio* ‖ Att. lib. 1. epist. 15. Habes vt breuissime potui, genus Iudicij & causam absolutionis. *ibid.* epist. ✠ 16. Sed postea quàm primum Clodij absolutione leniratem Infirmitatemque Iuditiorum perspexi 1. de Orat. 130. Hanc ego absolutionem, perfectionemque in oratore desidero. 2. de In. 30. Habitus in aliqua perfecta & constanti animi aut corporis absolutione consistit. de Vni. 36. Quibus prætermissis, cœli absolutio perfecta est.

¶ *Liberatio*, 3. Qu. Fr. epist. 9. Gabinij absolutio, lex impunitati putatur 3. I. C. 9. Decimus annus post virginum absolutionem pro Clu. 74. Sententijs XVI. absolutio fieri poterat. * con. C.

Antonium: Cùm est absolutus: si illa absolutio nominanda est. ¶ *Oratoria figura.* 1. de In. 12. Absolutio in partione.

ABSOLVTVS, a, um. *perfectus* 2. de In. 171. Simplex & absoluta necessitudo.) (. cum adiunctione. 2. de Finib. 87. Vita beata, confecta & absoluta per se. 2. ad Heren. 37. Ratio vniuersalis & absoluta. 4. de Finib. 18. His initijs omnis honestas perfectè absoluta est. ‖ Part. 94. Conficiens autem causa alia est absoluta & perfecta per se.

¶ *Iudicio dimissus.* lib. 9. Ep. ep. 21. Iam pater eius accusatus à M. Antonio, sutorio attramento absolutus putatur 3. I. V. 72. Non tu absolutus improbitatis, sed ille damnatus est cædis. ‖ pro Clu. 67. Cum esset Scamander vnius Staleni sententia absolutus.

✠ ADVER. *perfectè, 4. de Finib. Planè. 3. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Simplex & absoluta necessitudo. Vita confecta & absoluta. Per se absolutum, Vniuersalis ratio & absoluta.*

ABSONVS, a, um. *priuatum sono, malè sonans.* 3. de Orat. 38. Vox extra modum absona & absurda. 1. de Or. 115. Sunt quidam ita lingua hæsitantes, ita voce absoni, vt, &c.

ABSORBEO, bes. *verè exhaurio, rapio, absumo: translatione.* 2. de Le. 9. Ne æstus nos consuetudinis absorbeat. ‖ pro Sext. 13. Quodammodò absorbet orationem meam. de Cla. 281. Sed hunc quoq; absorbuit æstus quidam gloriæ. 2. I. A. 67. Quæ Charybdis tam vorax, tot res tam citò absorbere potuisset.

✠ ADVERB. *Quodammodò, pro S. Ros. Citò, 2. Phil.*

ABSQVE. *manifesta præpositio.*

ABSTERGENS, tis. *quod abluit: tralatione, quod remouet, arcet, sedat.*

ABSTERGEO, ges. *deleo, diluo: translatione, sedo, fugo.* 2. Q. Fr. ep. 9. Consolabor te, & omnem abstergebo dolorem. de Sen. 2. Confectio huius libri omnes absterserit senectutis molestias. Topic. 86. Oratio ægritudinem abstergens. 14. I. A. 34. Atque vtinam his omnibus abstergere fletum sententijs nostris consultisque possemus. Epist. lib. 7. ep. 14. Si timidus essem, tum ista epistola mihi omnem metum absterssisset. 3. Tusc. 43. Tum planè luctum omnem absterseris.

✠ ADVERB. *Planè, 3. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Abstergere molestias, ægritudinem, lacrymas, metum, luctum, epistola, oratione sententijs, consultis.*

ABSTERSVS, a, um, *demptus, remotus.* 2. in Ant. 91. Idem tamen quasi fuligine absterso, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti.

¶ *Pronunciat Cic. epist. de re inficiente,* Absterso caligine.

ABSTERREO, res. *deterreo, terreo, insuper arceo, prohibeo.* 4. In Ver. 142. Vt videamur à pecunijs capiendis homines absterrere. Antequam 24. Aliquem supplicem à se absterrere & excludere. 3. de Or. 162. Quid te adiri abnutas? melius esset, vetas, prohibes, absterres. pro Planc. 66. Eorum neminem à congressu meo, neque ianitor meus, neq; somnus absterruit.

☞ Syntaxis. *Ab aliqua re aliquem absterrere. A se absterrere, & excludere. Vetare, prohibere, absterrere.*

ABSTINENS, tis. *suo contentus, continens, temperans, modestus* lib. 5. Att. ep. 21. Homo mirificè abstinens. 2. Offic. 76. Laudat Africanum Panætius, quòd fuerit abstinens. lib. 1. Qu. Fra. ep. 1. Nam esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est 1. Off. 144. Prætorem Sophocles decet, non solùm manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

✠ ADVERB. *Ceteroquin, mirificè 5. Attic.*

☞ Syntaxis. *Non solùm manus, sed oculos abstinentes habere.*

ABSTINENTER *temperanter, moderatè* in Sallust 19. At in prætura modestè se gessit, & abstinenter. Pro Sest. 37. Et in causa populari, si non moderatè, at certè populariter abstinenterque versato cessit.

ABSTINENTIA æ. *modestia, continentia.* ‖ *Ineptè multi hoc nomine ea efferunt quæ continentia significat, nimirum temperantiam in voluptatibus: Nam abstinentia ijs tantum tribuitur, qui manus ab alienis abstinent, cui opposita rapacitas.* lib. 5. At. ep. 17. Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, vt nullus teruntius insumatur in quenquam. ‖ *Ibidem.* epist. 21. Vicimus omnes (hoc tu repetes) cùm abstinentia, tum iusticia, facilitate, clementia. & ep. 16. Etiam aduentu nostro reuiuiscunt, iusticia, clementia, abstinentia. & ep. 9. Faciam deniquè vt summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus. *Ibid.* ep. 15. Admirabilis abstinentia ex præceptis tuis, & 2. Offic. 77. Nulla re faciliùs conciliatur beneuolentia multitudinis, quàm abstinentia & continentia. pro Sest. 7. Possum multa dicere de prouinciali eius in eo magistratu abstinentia. 2. Offi. 49. Laus abstinentiæ est temporum illorum.

✠ ADIVNCTA. *Admirabilis, Summa, incredibilis, 5. Attic. prouincialis, pro Sest.*

ABSTINEO, es, *cohibeo, tempero, contineo.* ‖ *Latius multo patet quæ abstinentia, ex quo facile perspicimus ornatum sermonis Romani ex arbitrio eorum qui eius linguæ habiti sunt doctiores omnino dependere, diligentius ergo huius verbi vsus admodum varius spectandus est, Nam & ablatiuo sine præpositione & cum præpositione, & omisso aliquando accusatiuo Se, aliquando addito iungitur.* 4. A cad. 55. Confugis ad Physicos eos qui maximè in Academia irridentur, à quibus ne tu quidem iam te abstinebis. 5. In Ver. 4. Quod ita postulatur ab omnibus, vt ab ijs se abstineant maximè vitijs, in quibus alterum reprehenderunt. 5. Tusc. 94. Ab. ijsque (*puta voluptatibus*) abstinere minime difficile est. 3. de Finib. 38. Homines tenebras & solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant. 4. Tusc. 79. Vt Alexandrum regem videmus, qui cum interemisset familiarem vix à se manus abstinuit, In Vat. 10. Manus à te homines vix abstinere possunt 6. In ver 35. Hanc in prouincia prætorem quisquam putabit, à Siculorum argento cupiditatem aut manus abstinere potuisse, *ibid.* 71. Qui à Capitolio manus abstinere non potuerit, 3. In ver. 93. Manus à tutela, manus pupillo, &c. abstinere non potuisti. Epist. lib. 7. ep. 26. Qui me ostreis & murænis facilè abstinebam. lib. 3. Attic. ep. 7. Quod me ad vitam reuocas, vnum efficis vtà me manus abstineam. ad Brut. epist. 17. Is se maledictis non abstinet. 6. in Verr. 146. Nihil ægrius factum est multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstinerentur. ‖ Abstinere maledicto 2. phil. 12. phil. 27. Nunquam a me sacrilegas manus atque impias abstinebit. Corn. N. In vita, Attic. Sic cum biduum cibo se abstinuisset, subitò febris decessit. 3. in Ver. 36. Abstineant in hoc iudicio manus animosque ab hoc scelere nefario. 2. in Anton. 5. Abstinere se à nefario scelere. 7. I. V. 4. Abstinere manus ab alienis pecunijs. pro Syl. 80. Nos qui à cæteris causis coniurationis abstinuimus. 1. de D. 102. Vt iurgijs & litibus se abstinerent. 2. de Diu. 119. Fabâ Pythagorei se abstinuerunt. lib. 9. Attic. epist. 6. Pecunijs locupletum. non abstinere 1. de Orat. 194. Ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. 3. Off. 72. Quotus enim quisque reperietur, &c. qui abstinere possit iniuria?

✠ ADVERB. *Facilè, 7. Famil. vix 5. Tusc. In Vat.*

☞ Syntaxis. *A se manus abstinere: id est, non se iugulare, vel necare. Abstinere maledicto, cibo, iniuria. Ab aliquo manus abstinere. Manus, mentes, se, animum abstinere à scelere. In hoc te abstine.*

ABSTRACTVS, a, vm. *auulsus, disiunctus, abductus.* 1. de Diu. 66. Cùm à corpore animus abstractus diuino instinctu concitaretur. & 4. Tuscul. 38. Abstractus à ratione. Antequam. 29. A liberis suis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris focisq; proiectum, vitam degere in exilio.

ABSTRAHO, strahis. *abripio, auello, auoco, abduco.* pro Deiotar. 38. Ab omni solicitudine abstraxit. de Clar. 259. Cotta se valde dilatandis literis, à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat. de Clar. 239. Pompeium maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxit 1. de Diuin. 80. In Aesopo sæpe vidi tantum ardorem vultuum atq; motuum, vt eum vis quædam abstraxisse à sensu mentis videretur de Senect. 80. Senectus abstrahit à rebus agendis. lib. 10. Epist. ep. 18. si quos milites a Lepido abstraxissent pro A. 12. A nullius me vnquam tempore aut commodum, aut ocium abstraxit, aut voluptas auocauit, aut denique somnus retardauit. de Somn. 21. Quàm maximè se à corpore abstrahere. pro Syl. 9. ‖ Quare nihil est quod à comitatu virorum amplissimorum me vnum abstrahas 3. de Orat. 143. Atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

ABSTRAHOR, ris. *abripior, auellor.* 1. de Orat. 81. Deinde illud verendum, ne abstrahamur à consuetudine dicendi. pro Cæl. 59. E sinu gremioq; patriæ abstrahi.

✠ ADVERB. *Valdè, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Abstrahere, & abstrahi à. Se abstrahere à. Hoc illum abstrahit ad. Consilio abstrahi & è sinu, &c. Se à corpore abstrahere. In altum abstrahere.*

ABSTRVDO, dis *abscondo, abdo, secondo, occulto.* 4. Acad. 32. Natura in profundo veritatem, vt ait Democritus, penitùs abstrusit. At. lib. 12. ep. 16. Cùm manè me in syluam abstrusi densam atq; asperam, non inde exeo ante vesperum.

ABSTRVSVS, a, um. *latens, occultus, abditus, reconditus.* 1. contra Rul. 11. Nullus numerus tam abstrusus est, quem architecti huius legis non olfecerint. *Ibidem:* Penitùs abstrusas insidias alicui ponere. pro Dom. 25. Nimium diu reconditus & penitùs abstrusus animi dolor. ‖ 4. Acad. 30. Sequitur disputatio copiosa quidem, sed paulo abstrusior.

✠ ADVERB. *Penitùs, 4. Acad. pro Dom. 2. Cont. Rul.*

☞ Syntaxis. *Penitùs abstrusus. Reconditus, & penitus abstrusus. Profert. Cic. epithetum de numero, disputatione, insidijs, dolore.*

ABSVM, es, *remotus sum, ac disiunctus, disto, faceſſo, desum.* li. 2. Ep. ep. 1. Ego te abfuiſſe tam diu à nobis doleo. ibid. lib. 4. ep. 3. Longè abfuturus ſum. ‖ 7. Ver. 31. Ius abeſſe a foro. lib. 4. Epiſt. ep. 6. Abeſſe domo & foro. & lib. 6. epiſt. 15. Abeſſe vrbe. 6. in Verr. 39. Abeſſe ab domo pauliſper maluit, quàm argentum illud amittere. lib. 3. Ep. ep. 5. Procul abſum ab re ipſa & locis, pro Cecin. 57. Qui in Italia non ſit, abſitque Reipublicæ cauſa. lib. 13. Attic. ep. 22. Nunquam ab oculis meis abfuerunt. pro Syl. 74. P. Sylla

abfuit

absfuit ab oculis vestris.ad Brut.ep.6. Filius tuus à me abest.pro Planc.17.Longissimè abesse ab aliquo.pro Sestio 29.Edixitque vt ab vrbe abesset mille passus.lib.5.Attic.ep.17.Cum in castra proficiscerer,à quibus aberam bidui.lib.5.Att.epist.16.In castra properabam, quæ bidui aberant.pro Cecinn. 28. Interrogatus quot millia fundus suus abesset ab vrbe,nam cum dixisset minus LIII. pro Cæl. 18. Domus patris a foro longè abesset
✠ Att. lib. 1. ep. 2. Illam manum tu mihi cura vt prestes quoniam propè abes. *Item*.ep.11.Loca, quæ à Brundusio propius absunt,quàm tu,biduum aut triduum.li.15.Epist.ep.4.Aberam ab Amano iter vnius diei.pro Clu.28.Theani appuli quod abest à Larino XVIII.millia passuum 4. Academ.81.Mille & DCCC.stadia,quòd abesset, videbat.lib. 11.Epist.ep. 13. Abesse ab aliquo loco millia passuum XXX.Topic.81. Abesse, longeque disiunctum esse. lib.4. Epist. ep.3.Absui magnam partem consulatus tui.lib.6.Atttic. ep. 2. Longè absum. & *ibidem* ep. 3. Quippe res
✠ est in manibus,tu autem abes longè gentium ‖ pro Corn. C. Cæsar longissime abest.5.Tusc.ul. 92. Nunc quidem parumper à sole absis.de Clar.222.Multum ab his aberat L.Fusius : *id est, inferior erat.* * in Clod. Longè te à pulchris abesse sensisti.
✠ Epist.lib.4.epist. 3. Quod eodem tempore à multis ac magnis molestiis abes.Pro Planc.62.Qui absuisse ab iis studiis confiteatur. *ibid.* 67.Nunquam Ex vrbe absuit.Epist.lib.15. epist.4. Non videri esse causam cur abesset à regno.lib.11.epist.2.Quid enim abest à tua virtute & fide.lib.10. ep.23.Viginti millia passuum cùm abessent.1.Acad.14. Imo. vero & istam & totam veterem Academiam a qua absum tam diu, renouari a te nisi molestum est velim.

¶ *Abhorreo* lib. 9. Att.ep.19. Nihil à me abest longius crudelitate.lib.10.Ep.ep.23.Dū si quid acciderit mihi à reprehensione temeritatis absim. Att.lib.13.ep.30.Istæ autē ἀλογίαι non longè absunt à scelere. *ibid.* lib.8.ep.15.Et illi ciues optimi sunt,& ego ab ista laude non absum. de Cla. 318. Eloquentia, vnde longè absum.Epi.li. 6.ep.2.Ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit à culpa.2.ad Heren.5.A maleficio non abesse Att.l.8.ep.23. A consilio fugiendi absum.10.in Anton. 15. Aberat à bello : *id est,animum à bello alienum habebat* 3. de Finib. 6. Sed ab eo plurimum absum. 1. de Orat. 255. Equidem tantum absum ab ista sententia,vt,&c.

¶ *Non defendo.* pro Syl. 14. Vt mirari Torquatus desinat, me qui Autronio abfuerim,Syllam defendere.

¶ *Varia.* 1.de Diu. 42. Hæc etiam si ficta sunt à poeta, non absunt tamen à consuetudine somniorum. ‖ Q. Frat. lib. 1. epi.
✠ 1. Neque discordiarum domesticarum calamitas abfutura est.2.Offic.64.Auaritiæque absit suspicio.pro Flac.97.Vis absit, &c.pro Rab.16.Nomen ipsum crucis absit non modò à corpore ciuium Rom.sed etiam à cogitatione, oculis, auribus, &c. Or.233.Abesse non potest,quin eiusdem hominis sit,&c. At.li.9.
✠ ep. 11.Aberit non longè,quin,&c. ‖ Orat.231.A forma veritatis & à norma Atticorū absunt. Att.li.9.ep.11.Ne fortè absim cum veniet. Attic.li.13.ep. 21. Tantùm portò aberat,vt binos scriberent,vix singulos confecerunt. de Cla. 277. Tantùm abfuit, vt inflammares nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus 11.I.A.36.Ego verò istos tantum abest vt ornem, vt,&c. 1. Off.43.Id autem tantum abest ab officio,vt nihil officio magis possit esse contrarium. 1. Tusc. 76. Tantum abest ab eo vt malum mors sit,ut,&c.Or.229. Tantum abest,ne eneruetur oratio compositione verborum vt,&c.& alibi:Parum abfuit quin occideretur. de Clar. 275. Hoc vnum illi, si nihil vtilitatis attulit, abfuit:si opus erat,defuit.1.de Or. 48. Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia 1.de Leg.5.Abest enim historia literis nostris:id est,deest.de Cla.175.Aberat tertia illa laus,quæ permoueret animos.

✠ ADVERB. *Diutiùs. 2. de Orat. Diutius ex vrbe, Posiq.in Sen.Diutius fruſtra, 7 Fam. Dolenter, pro Dom.Haud procul à morte,de Sen. Longè à crimine, pro Sex. Rosc. longè ab eloquentia, multum,de Clar. longè à perfectione,1.de Orat,longè à scelere,13.Attic. longè ætate,à sepulchro,16. Attic. longè à spe,2. Offic. longè gentium, 6. Attic. longius à natura ferarum,1. Offic. Non longè, pro Pomp. Pauliſper,6.Ver. Perpetuò,4.Famil.Plurimum à suspitione, 4.Ver.Procul.13. Famil.Prorpius,1.Att.Prosus nihil.11.Attic.*

☞ Syntaxis & phrasis vera. *Abesse ab persona,loco. Abesse domo, à suis,à miseriis, ab re ipsa,ab oculis.Abesse ab,mille passus,tridui. Propius abesse à. Longè, longissimè abesse. A scelere,suspicione, laude,à bello,à sententia. Alicui abesse : id est, non hunc defendere. Tantum abest,vt,&c. Sed quia phrasis est dignissima,explicetur. Tantum abest vt nos inflammes, vix attingis,& somnum hoc loco vix tenemus. Et tantum abest vt mala sit mors,vt potius:vel,vt verear,ne. Parum abfuit, quin occideretur.*

ABSVMO, mis.*consumo,contero,conficio,perdo.*pro Quin.34.Hortensius à me petit,ne dicendo tempus absumam.

✠ ABSVMTVS *a,vm*,2.Tusc. 20. Sic corpus clade horribili absumptum extabuit.

ABSVRDE.*inepte,imquè,turpiter,nefarie*.2.Tusc.12.Aut si absurdè canat is qui se haberi velit musicum.2. contra Rull.28. Prætori imperat,quàm id ipsum absurdè, nihil ad me. 2. de Diuin.119. Nihil tam absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo
✠ philosophorum. ‖ 2.de Fini. 21. Si sapientes sint dicit absurdè. & 8.Phil.4.Quo quid absurdius dici aut existimari potest.

ABSVRDVS, a, vm, *ineptus, turpis,inconueniens, minimè consentaneus,alienus,absonus, quod omnium mentes aspernentur ac respuant.*)(*conueniens,aptus,accommodatus, tempestiuus.* 2. de Orat. 85. Sin planè abhorrebit,& erit absurdus, vt se contineat,admonebo. 3.de Ora. 38. Vox extra modum absona & absurda. pro Syl. 57. Iam verò illud quàm incredibile,quàm absurdum?qui, &c.pro Cor.37.Et simul absurda res est,caueri fœdere,vt,&c. de Pro 37.
✠ Nam & non sortiri absurdum est, &c. ‖ Att.li.7.ep.13.L.Cæsarem vidi cum absurdissimis mandatis, non hominem,sed scopas solutas. pro Q. Rosc. 19. Et hoc auribus animisque hominum absurdum.4. Acad. 132. Modò ne quis illud tam ineruditum, absurdumque respondeat. 2. de Fin. 39. Quo nihil mihi videtur esse absurdius.1.de Di. 15. Absurdoq; sono fontes & stagna cietis.Att.lib.16.ep.3.Tempus discessus * absurdum: id est,
✠ alienum, siue intempestiuum ‖ *nonnulli legunt subabsurdum vt Lamb.*

✠ *ADVERB.Planè,part.Valdè,3.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Homo absurdus,& abhorrens : id est,infestus. Absonum, & absurdum. Incredibile, & absurdum. Absurda res est agere, &c. Absurdus homo,res,vox,sonus,factum,tempus.*

ABSYRTVS,ti. *Frater Medeæ*,apud Pac.Aegialeus,3.de N.48.

ABVNDANS, tis,*affluens,circumfluens, copiosus, dives.*) (*inops,expers,deficiens.* 1. de Nat. 115. Vita abundans bonis. 1. de Orat.85. Homo abundanti doctrina incredibili quadam varietate rerum & copia.1. de Orat. 22. Græci non solùm ingenio & doctrina,sed etiam otio studioque abundantes.2.de Orat. 58. Timæus rerum copia, & sententiarum varietate abundantissimus. de Clar. 238. Non erat abundans,non inops tamen. pro Qu. 40. Nepos non adesa iam,sed abundanti pecunia. 1. Offi. 78.Vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius. 2. I. A.66. Multa & lauta supellex,non illa quidem luxuriosi hominis,sed
✠ tamen abundantis. ‖ pro C. Cornel. 2.Quis tam abundans copijs?
✠ ‖ In Piso 62.Abundantior consilio, ingenio, sapientia. 2. de Orat.120.Homines abundantes otio 3.Off.Abundans copijs & Para.Hæc vtrum abundantis an ægentis signa sunt?

☞ Syntaxis. *Homo abundans doctrina,rerum copia,ingenio, otio, studio,bellicis laudibus.Homo abundans pecunia.*

ABVNDANTER *abundè, vberius,affluenter, redundanter, plena manu,magna copia,satis superq;,copiosè,large,largiter.*)(*anguste.*2. de Ora.151.Copiosè & abundanter loqui de aliqua re, & Item
✠ 3. ad Heren. 1. Satis abundanter demonstratum est ‖ 3. de Ora.50.Qui distinctè,qui explicatè,qui abundanter,qui illuminatè & rebus & verbis dicunt, & in ipsa oratione quasi numerum,versumque conficiunt.

ABVNDANTIA,tiæ *vis,numerus,vt pecoris,copia,vbertas,affluentia,magnitudo,copia rerum.*)(*tenuitas,angustia,inopia.*2.de In 166. Aliquarum copiarum magna abundantia.3. de Orat. 123. Re-
✠ rum abundantia ‖ de Op.Gen.8.Quorum vitiosa abundantia est.Ep.lib.7.ep.2.Abundantia ocij. alibi, Abundantia quadam
✠ amoris erga me tui.1.contra Rul.18. ‖ Qui locus propter vbertatem agrorum, abundantiam rerum omnium,superbiam & crudelitatem genuisse dicitur. 3. de Finib. 65. Ne cum Infinita quidem voluptatum abundantia facilè intelligitur. de Amic. 52. Circumfluere omnibus copijs, atque in omnium rerum abundantia viuere. de Am. 89. Suppeditare alicui omnium rerum,quas natura desiderat,abundantiam & copiam.

✠ *ADIVNC.Infinita,2.de Finib.Vitiosa,de Opt. Magna,2.de Inuen.*

☞ Syntaxis.*Copiarum abundantia magna.Amoris & ocij abundantia.Vbertas, & abundantia. In abundantia viuere omnium rerum. Præstare ingenij abundantia. Abundantia infinita. Abundantia in aliqua re.*

ABVNDE *affatim,largiter,copiosè,plena manu.*)(*tenuiter,parcè,ieiunè.*ad Brut.ep. 4. Omnia alia sic abundè adsunt,vt cum quolibet antiquorum comparari possit.2.de D.3. Erit abundè satisfactum toti huic quæstioni. Attic. lib.2. ep.25. Plena manu aliquem laudare?

ABVNDO, as*,sum,dues,affluo,redundo,circumfluo, magnam copiam*
✠ *habeo.*)(*deficior,egeo,deest. mihi.* ‖ 2.de Orat.151.Nam orationis quidem copia videmus vt abundent Philosophi. Epist. lib.10. epi.10.Omnibus (mihi crede)amplissimis honoribus abundabis.Cat.56.Abundat porco,hædo,agno,gallina. Parada.1. Num

domesticis exemplis abundamus. Epist. lib. 10. ep. 16. Tu consilio non eges, vel abundas potius. 1. Off. 1. Quanquam te M. Fili annum iam audientem Cratippum, abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ. 3. de Orat. 56. Cum ipsi doctrina & ingenijs abundarent. pro Corn. 17. Cuius oratio omnibus ornamentis abundauit. 5. I. V. 9. Circumfluere & abundare omnibus rebus. 3. de Leg. 14. in cod. Germ. Theophrastus verò, vt scitis, abundauit in eo genere rerum. Attic. li. 15. ep. 15. Cum ex reliquis, quæ nonis April. fecit, abundare debeam, cogor mutuari. Att. li. 1. ep. 3. Caietam, si quando abundare cœpero, ornabo. 2. de In. 143. Cum æquitate causa abundabit. Epist. li. 4. ep. 8. Abundare ingenio. 2. Off. 13. Earum rerum quibus abundaremus exportatio. & earum quibus egeremus inuectio nulla esset. Att. lib. 7. ep. 3. Caus im solùm illa causa non habet, cæteris rebus abundat. 1. de Diu. 61. Siue deest naturæ quippiam, siue abundat atque effluit. de Am. 23. Amici egentes abundant. pro Clu. 183. Mulier abundat audacia, consilio, ratione; deficitur. * Horten. Prædijs quæstuosissimis, amicis iucundissimis, quantum libuit, abundauit.

☞ Syntaxis. *Consilio, ingenijs, audacia, ocio, doctrina, institutis, omnibus rebus abundare. Circumfluo, & abundo. Abundo in, cum septimo casu: & ex. Abundare, absolutè: id est, diuitijs affluere. Abundo, & effluo.*

ABVOLO, as. *fugio, fluo, euanesco.* 2. de Finib. 106. Fluit igitur corporis voluptas, & prima quæque abuolat. *aliter atque etiam, auolat, legitur: & pro prima, prona. sed prima, non displicet, propter illud. Virgilij. Georg. 4.*

Optima quæque dies miseris mortalibus æui. Prima fugit.

ABVSIO, onis, *oratoria figura.* Orat. 94. Abusio, quam catachresin vocant, vt cum minutum animum dicimus, pro paruo: & abutimur verbis propinquis. 4. ad Her. 46. Abusio est, quæ verbo simili & propinquo, pro certo & proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breues sunt.

ABVSVS, sus, *malus vsus.* Top. 17. Non debet mulier, cui vir bonorum suorum vsum fructum legauit, cellis vinarijs & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere. vsus enim, non abusus legatus est: *id est, non vt vtendo consumat legatum.*

ABVTOR, ris, *non recte, vel non suo loco vtor.* ‖ *Non solum vitiose, vt* ✠ *vulgus hodie arbitratur, sed laudis quoque est hoc verbum apud diserros linguæ latinæ authores.* Attic. lib. 3. ep. 14. Vt omni suo scelere & perfidia abuteretur, ad exitium meum. Q. Frat. lib. 1. ep. 1. Vt potestate quam tu ad dignitatem permisisses abuteretur. Epist. lib. 9. ep. 6. Quæ igitur studia magnorum hominum sententia, vacationem habent etiam publici muneris, ijs concedente Rep. cur non abutamur. 3. de Orat. 167. Abutimur verbo, sæpè non tam eleganter. 1. Tusc. 6. Abuti intemperanter. 1. de N. 55. Abuteris ad omnia atomorum regno atque licentia. pro Mil. 6. Quanquam in hac causa, iudices, T. Annij tribunatu, rebus omnibus pro salute reipubl. gestis, ad huius criminis defensionem non abutemur. pro Lig. 1. Vt ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuteret. pro S. R. 59. Prorsus vt vestro consessu pro summa solitudine abutatur. pro Qu. 99. Ornamentis alicuius pro spolijs abuti. Attic. lib. 7. ep. 13. Et hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est. pro S. R. 54. Abuti legibus & maiestate iudicum ad quæstum atque ad libidinem. 1. I. C. 1. Quousque tãdem abutêre Catilina patientia nostra? de Fat. 24. Communi igitur consuetudine sermonis abutimur,

✠ cùm ita dicimus, &c. ‖ Epist. lib. 12. ep. 1. Sed immoderatè quidam & ingratè nostra facilitate abutuntur. ad Brut. epi. 3. Vt non fore illi aburendum gloria tua vt adipiscatur honores paternos. Epi. li. 11. ep. 12. In eo potissimum abuti libertate, per quam eam consequutus est & lib. 10. ep. 15. Obsequioque meo si ita faceret ad omnes res abuteretur.

¶ *Vtor.* 2. de Nat. 151. Nos sagacitate canum ad vtilitatẽ nostram abutimur: id est, vtimur.

✠ ADVERB *Eleganter, impudenter, licentius.* 3. *de Orat Insolentiùs, Orat. Intemperanter otio* 1. *Tusc. peruersè. priuatim, publicè,* 1. *de Inuent. prosus confessu, pro Sex. Rosc.*

☞ Syntaxis. *Aliqua re ad vtilitatem abuti. Legibus ad quæstum, ac libidinem abuti. Facilitate immoderatè abuti, ac insolentius. Hoc abuti pro illo. Alieno abuti nomine.*

ABYDOS, vrbs *Asiæ, cui Sestos obijcitur in Europa ad fretum Hellesp.* 4. ad Her. 68. Statim potitur Abydo.

AC, *& atque, item, itidem, nec non. Accommodata vocula initijs comprehensionum, dum sequitur consonans.* pro Do. 128. Si illa lex est, ac non vox sceleris. ibid. Sic sanè hoc de nostris ædibus, ac non de

✠ publicis templis. ‖ 1. In Cat. 33. Cum tua pestе ac pernicie *ibidem.* Proficiscere ad impium bellum ac nefarium. 1. de Orat. 4. Ac mihi quidem repetenda est veteris cuiusdam memoriæ, non sane satis explicata recordatio, *ibidem.* 6. Ac mihi quidem sæpe numerò in summos homines ac summis Ingenijs præditos intuenti, quærendum esse visum est. *ibidem.* 8. Ac ne quis forte cum alijs studijs &c. *ibidem* 13. Ac ne illud quidem vere dici potest. 1. de Orat. 98. Et longe Academiæ illi ac Lycio tuum hoc suburbanum Gymnasium anteponam. Epist. lib. 12. ep. 17. Fauebam & reip. cui semper faui, & dignitati ac gloriæ tuæ 1. In Cat. 33. Hunc à tuis aris, cæterisque templis ac tectis vrbis ac mœnibus arcebis. 1. de Or. 247. Virtutem non minis & vi, ac metu tradi. pro Mur. 6. Ac de officio defensionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ, fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit. 1. de Or. 1. Ac fuit tempus, cum, &c. *ibid.* 14. Ac primò quidem. 1. I. V. 61. Ac vide quid differat. *ibid.* 35. Ac vide quantum. Epist. l. 5. ep. 12. Ac ne fortè mirere cur. *ibid.* Ac non vereor ne. 1. de In. 3. Ac mihi quidem videtur. *ibidem* 1. Ac me quidem. *ibidem* 2. Ac si volumus. *ibid.* 3. Ac si primò sic.

¶ *Quàm.* 3. I. V. 120. Contrarium decernis, ac paulo antè decreueras. Orat. 137. Vt contra dicat, ac accipi, ac sentiri velit. 3. de Orat. 201. Alia dicentis ac significantis dissimulatio. 1. de Diu. 45. Hebes æquè ac pecus. 6. I. V. 11. Si hæc contra ac dico essent omnia. Att. lib. 6. ep. 3. Quò maiorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat.

¶ *Vti.* 3. de Nat. 2. Non mihi par ratio cum Lucillio est, ac tecum fuit.

AKAKIA. *animus terrore liber.* 5. de Fin. 87.

ACADEMIA, miæ, *Gymnasium Athenis Ceramicus Græcè: ἡ Ἀκαδήμεια* vel *ἡ Ἀκάδημος. ex Steph.* 1. de Or. 98. Et longè Academiæ illi ac Lycio tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam 3. de Orat. 59. Ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. de Cla. 120. Brutus ex vetere Academia philosophorum sectam secutus est. Epist. lib. 9. ep. 8. Nosti enim profectò os, *id est, mores, institutum, ingenium,* adolescentioris Academiæ: ex ea enim media. 1. de Orat. 43. Instaret Academia, quæ quicquid dixis-

✠ ses, idipsum te negare cogeret. ‖ 5. de Finib. 8. Quæ sit istius quam commemoras Academiæ de finibus bonorum Peripateticorumque sententia. de Legib. lib. 1. Perturbatrix harum omnium rerum Academia 1. de Ora. 84. Hic mos erat patrius Academiæ aduersari semper omnibus in disputando. Attic. lib. 13. ep. 15. O Academiam volaticam & sui simile m, modò huc, modò illuc. 3. Off. 20. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, vt quodcunque maximè probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. Orat. 12. Omnis vberras & quasi sylua dicendi ducta ab illis est. Orat. 12. Fateor me oratorem, si modò sim, aut etiam quicunque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiæ spacijs extitisse. 2. de Diuin. 151. Cùm proprium sit Academiæ, iudicium suum nullum interponere, ea probare quæ simillima veri videantur, conferre causas, & quicquid in quanque partem dici possit expromere, nulla adhibita sua autoritate, iudicium audientium relinquere integrum ac liberum, tenebimus hanc consuetudinem à Socrate traditam. 1. de Diu. 22. Inque Academia vmbrifera, nitidoque Lycæo, Versus. Cic. 5. de Fin. 7. Academia noua & vetus quid. & *ibidem,* Aristoteles in Academia uetere numeratur: *id est, inter. Academicos.* 5. de Finibus 1. Constituimus inter nos, vt ambulationem postmeridianam conficeremus in Academia. & *ibidem*: Inde vario sermone sex illa à Dipylo stadia confecimus: cùm autem venissemus in Academiæ non sine causa nobilitata spacia, solitudo erat ea, quam volueramus. 3. de Oratore 65. Ab Arcesila

✠ ecentior Academia emanauit. ‖ Epist. lib. 4. ep. 12. In nobilissimo orbis terrarum Gymnasio Academiæ locum delegimus. lib. 9. ep. 8. Nosti enim profectò os adolescentioris Academiæ. Attic. lib. 13. ep. 13. Totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli. 4. Acad. 63. Nunquam arbitror contra Academiam dictum esse subtilius. 1. Acad. 45. Hanc. Academiam nouam appellabant, quæ mihi vetus videtur. 1. de leg. 53. Ego plane vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum. 1. Acad. 34. Post hos Polemo & Crates, vnaque Crantor in Academia congregati, *ibiddem* 33. Præclarè enim explicatur Peripateticorum & Academiæ veteris authoritas. de Clar. 306. Eodemque tempore cùm princeps Academiæ Philo cum Athenienſium primatibus domo profugisset 1. Acad. Illi autem qui platonis instituto in Academia quod est alterum Gymnasium. Attic. lib. 13. ep. 25. O Academiam volaticam.

✠ *ADIVNC. Adolescentior, 9. Fam. Antiqua. procax, reçes. 1. de leg. Orat. Florens, 1. de Orat. Media, Noua* 1. *Acad. Recens* 3. *de Orat. popularis* 1. *ad Q. Frat. Vmbrifera* 1. *de Diu. Volatica,* 12. *Attic.*

☞ Syntaxis. *Ex Academia vetere sectam sequi. Ex Academiæ spacijs exire. In Academia numerari: id est, inter Academicos. Ab aliquo emanat Academia. Academia vetus, adolescentior, antiqua, noua, recentior, perturbatrix rerum, volatica modo huc, modo illuc: sui similis, vmbrifera. ad Att. lib. 1. Academia, pro in Academia.*

ACADEMICI, orum. *sapientes qui in. Academia docebant, vel eorum fuere sectatores.* Prudenter Academici à rebus incertis assensionem cohibuerunt. 2. de Nat. doct. 1. Academici antiqui, quod

secun

secundum naturam esset, quo iuuaremur in vita, bonum esse decreuerunt: Zeno nisi quod honestum esset, nihil putauit bonum, 1. de Leg. Academici bona corporis alia ponebant esse in toto, alia in partibus, Acad. lib. 1. 19. Academici conantur ostendere multa posse videri esse, quæ omnino nulla sunt, quum animi inaniter moueantur, eodem modo rebus ijs quæ nullæ sint, vt ijs, quæ sint, Acad. lib. 4. 20. 30. 31. &c. Academici constituebant summum bonum esse extremum rerum expetendarum. Acad. lib. 1. 19. Academici dicebant permotiones, τὰ κατὰ φύσιν, vtiliter à natura animis nostris datas, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici & Peripatetici quondam ijdem, Offic. 3. Academici & Peripatetici rebus congruentes, nominibus differebant, Acad. q. lib. 1. 17. Academici ex loci vocabulo, nempe Academia, quæ gymnasium erat, nomen habuerunt, *ibidem*. Academici forenses causas agrestioribus musis relinquebant, Orat. 7. Academici noui contra omnes dicere solent, qui scire sibi videntur, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici noui, verum sine vlla contentione inuenire volunt, idque summa cura studioque conquirunt, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici summum bonum à natura petebant, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici summum bonum, quò omnia referrentur, nulla alia in re, nisi in natura quærendum esse, eiq; parendum dicebant, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici id habebant decretum, nihil posse percipi, Acad. lib. 4. 29. Academici mundum ex ijs quæ qualia appellant, in natura cohærente, & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse volunt, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academici nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi id sequi volunt, quodcunque verisimile videatur, de Finibus lib. 2. Academici veri esse aliquid non negant, percipi posse negant, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici veteres mediocritates probãt, & in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici volunt probabile aliquid esse, & quasi verisimile: ipsumque probabile vnicam esse regulam & in agenda vita, & in quærendo ac disputando hoc est, in omni disputatione ac consideratione veri & falsi, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici volentes perspicua à percepti distinguere, in errore versantur, vt sentit Lucullus, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academici vtramque artem, dicendi scilicet & disserendi, vim vnam esse putant, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Academicorum alij omnia incerta esse dicebant, alij verò inter incertum, & id quod percipi non possit, distinguere conabantur, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Plato Academicorum & Peripateticorum author, 1. de Nat. 10. Facilius effugiunt Academicorum calumniam, quæ vberius disputantur & fusius, de Nat. deor. 2. Academicorum & aliorum differentia 4. Acad. 7. Academicorum disputationes nihil aliud agunt, nisi vt in vtramque partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quàm proximè accedat, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academicorum more pugnare, 3. de Na. 72. Academicorum nomen vnum, sententiæ duæ, 3. de Orat. Academicorum oratio nihil ipsa iudicat, sed habetur in omnes partes, vt ab alijs possit ipsa per sese nullius authoritate adiuncta iudicare, Tusc. quæst. lib. 5. Academicorum philosophiam confundere vera cum falsis, spoliare nos iudicio, priuare approbatione, omnibus orbare sensibus, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Contra Academicos disserendum sit, nécne, Acad. q. ed. 1. lib. 2. Academicos, dum visum definiunt, partiuntur, & virorum genera declarant, κατάληψιν efficere, quam, tamen inueniri posse negant, probat Lucullus, 1 Acad. q. ed. 1. lib. 2. 41. Vides ne quanta fuerit apud Academicos verecundia? Tusc. quæst. lib. 4. Cum Academicis incerta luctatio est, lib. 2. de Finib. Inter Academicos & reliquos philosophos discrimen. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. Academicæ quæstionis libri quatuor, 13. ad Attic. Academici tertij proœmium, 16. ad Attic. Academicos libros Cicero ex duobus ijs quatuor contulit, 13. ad Attic. In Academicis libris quatuor ostendit Cicero, quod genus philosophandi minimè arrogans, maximeq; & constans & elegans arbitraretur, de Diuin. li. 2. * Acad. Academico sapienti ab omnibus cæterarum sectarum secundæ partes dantur. *ibidem*, Contra eos. Stoicos potissimum Academicorum exarsit ingenium. *ibidem*. In quorum rixam si Academicus incurrerit. *ibidem*. Nemo dubitat Academicum prælarum iri. *ibidem*. Academicos præ illis modestos cautosque homines visum iri Epicuro. *ibidem*. Mos fuit Academicis occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam, nisi qui secum ad senectutem vsque vixissent, aperiendi.

✠ ADIVNC. *Diserius. 2. de Nat. Vetus, noui, 4. Acad.*

ACARNANIA *regio, & in Epiro, & in Aegypto.* I. P. 96.
AKAIPOΣ, *tibi sim.* 9. Attic. epist. 3.
AKATAΛΗΠΤΟΝ, L. INCOMPREHENSVS.
AKATAΛΗΨIA, *incomprehensio*, 13. Attic. epist. 19.
ACCEDENS, tis. *quod accedit. adiungitur.* 2. de Nat. 102. Sol modò accedens, modò recedens, binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit.

ACCEDO, dis. πρόσειμι, χωρῶ, *adeo, venio, appropinquo, contingo, transeo, addor, cum vi vocis*) (*abeo, decedo.* ‖ *Vsurparunt Latini hoc verbum cum significare vellent ex iis quæ proponebantur aliquid eligere, vt vulgò dicunt, in aliquid consentire: nonnunquam cum dativo nonnunquam addita præpositione ad. Sic enim Marcus.* Epist. lib. 4. ep. 4. Ad Cæsarem supplex accederet. & lib. 8. ep. 6. Et ad eos fugatos accedere quos resistentes sequi noluerit. Attic. lib. 2. epist. 1. Si muli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. Epist. lib. 11. epist. 10. Huc accessit manus Ventidij. Attic. lib. 7. epist. 2. Etsi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse, & alteram leuiorem accedere. Epist. li. 11. ep. 29. Magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem. 2. In Ver. 2. Huic ego causæ, iudices cum summa voluntate & expectatione Pop. Rom. actor accessi. Attic. lib. 12. ep. 29. Ad hæc officia, vel potius merita iucundissima consuetudo accedit, 1. In Ver. 63. Sic tum ille ab Sardis rogatus ad causam accessit. *Ibidem*. ad periculum accedere. Pro. Quint. 76. Cur ex tot creditoribus ad hanc rationem nemo accesserit? 1. Offic. 73. Ad rem autem gerendam qui accedit. Pro. S. Rosc. Nondum ad. Remp. accessi. *Ibidem*, 4. Accedit illa quoque causa. 2. Phil. 64. Qui ad illud scelus sectionis auderet accedere inuentus est nemo præter Antonium. 4. de Finib. 68. Quia ne ad finem quidem bonorum eum quem vos facitis quidquam potest accedere. *Ibid.* 67. Ad vi. tutis autẽ summam accedere nihil potest. 10. Phil. 13. aut certè homo verecundus in Macedoniam non accedit. Atti. lib. 5. ep. 16. Bibulus ne cogitabit quidem etiam nunc, in prouinciã suam accedere. de Senec. 16. Ad App. Claudij senectutem accedebat etiam vt cæcus esset. Ep. lib. 11. ep. 21. Sed velim tibi persuadeas cum te constet excellere hoc genere virtutis vt nunquam extimescas, nunquam perturbere, me huic tuæ virtuti proxime accedere. de Arusp. Si quis liber aut spectandi, aut etiam religionis causa accederet. Attic. lib. 8. ep. 18. Sin autem ille circum isthæc loca commoraretur, te ei, si propius accessisset resistere velle. *Ibidẽ*. Vt pars exercitus ad Albam mittatur, pars ad te accedat. 6. I. V. 109. Qui accessistis Ennam, vidistis simulacrum Cereris. ✠ Attic. lib. 8. epist. 3. Sed hoc malle quam ad patriæ mœnia armatum accedere. Pro. Cec. 46. Neque illum si eò accessisset abiturum. *Ibidem*. Omnis enim vis est quæ periculo aut decedere alicundè cogit, aut prohibet accedere. *Ibidem*. 48. In fundum accedere. *Ibidem*. Aut tu dic quamobrem cùm vellet accedere non accesserit. *Ibidem*. 49. Deiectus quemadmodum sit qui non accesserit, id quæritur. I. P. 65. Non audebat accedere ad ludos. 7. I. V. 94. Prædones accedere incipiunt ad Syracusas. 6. I. V. 52. Ipse in oppidum accedere noluit. Attic. lib. 8. ep. 17. Non est nobis committendum, vt has legiones, quas dubio animo habeo, hostis accedere aut itinere me consequi possit. 2. de Leg. 65. Pittacus omnino accedere quempiam vetat in funus aliorum. 7. I. V. 128. Cùm ego noctu ad Heracliam accederem. 2. I. A. 106. Cùm inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obuiam ei processit magna sanè multitudo. 12. I. A. 23. Poterone Ariminum tutò accedere? Epist. lib. 1. ep. 10. Accedere in Apuliam. *ibidem* lib. 4. ep. 1. Accedere ad vrbem. Attic. lib. 7. epist. 4. Ne antè in Senatum accederem, quàm rem confeciſſem. 2. de Leg. 6. Nullum frigidius flumen attigi, cùm ad multa accesserim. Att. lib. 2. ep. 2. Ad te vt video, cominus accessit. I. P. 50. In regnum iniussu populi aut Senatus accedere. Quin. frat. lib. 3. epist. 2. Consurrexit. Senatus cum clamore ad vnum, sic vt ad corpus eius accederet. Parad. 3. Causa, quæ quando accedit alteri, id fit propensius. de Clar. Orat. 173. Antonio Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo, tamen proximus. 1. de Nat. 97. Ad similitudinem Deo propius accedit humana virtus. Attic. lib. 7. ep. 2. Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem literæ tuæ. 4. I. V. 7. Siculi proximè accedunt ad nostram disciplinam. 5. I. V. 69. Condemnari malebant quàm ad eius conditiones pactionesque accedere. pro Quint. 76. Cur ex tot creditoribus alijs ad istam rationem nemo accesserit? 4. Academ. 36. Si magna parte ad verum ipsum aut quàm proximè accedant. 3. de Orat. 262. Sanè dubitare visus est Sulpitius, vtrius oratio propiùs ad veritatem accederet. pro Mil. 60. Proximè accessit ad deos. Clodius, propiùs quàm tum, cùm ad ipsos penetrârat. in Vat. 4. Non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum & honorificum ad aures tuas accedat.

¶ *Contingit.* pro Clu. 10. Huic nihil potest offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu ac dolore.

¶ *Adiungor insuper.* Att. lib. 1. ep. 10. Accedit eò, quòd, &c. Epist. lib. 10. ep. 21. Accessit eò, vt, &c. Att. lib. 1. epi. 11. Accedit eodem etiam noster Hortensius. Epist. lib. 4. epi. 13. Accedit eò de vulgi voluntas. 2. de Orat. 197. Accedit vt ego, &c. tu autem, &c. Attic. lib. 13. epist. 21. Accedit enim quod patrem, &c. & *ibidem*. De Scrosa. etiam proximè accedit. 1. Q. frat. epi. 1. Arnus tertius accessit desiderio nostro, & labori tuo. ‖ de Harusp. 6. Accedit etiã, quod expectatione omnium fortissimo & clarissimo viro T. Annio

Annio cõstituta & deuota ista hostia videatur. Attic. lib. 2. ep. 2. Ad te, vt video cominus accessit, Epist. lib. 13. ep. 17. Quam maximus posteà commendatione nostra cumulus accedat. pro Clu. 167. An vt de causa eius periculi nihil decederet, ad causam nouum crimen accederet? 2. contra Rullum. 61. Postremò etiam vectigalia vestra venierint, accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorũ. Ad Brut. epist. 15. Accedebat ad beneficij memoriam gratam ratio illa, quæ &c. *id est, Addebatur.* 1. I. A. 39. Huc si quid accesserit, non tam mihi quàm vobis accesserit. Att. lib. 7. ep. 3. Iis se solis non inuidere, quibus nihil, aut non multum ad dignitatẽ potest accedere. de Arus. 5. Non multum mihi sanè pòst ad odium accessit. In Clod. Dolor accessit bonis viris. 1. de Orator. 254. Quò plus cuique ætatis accedit, cò fit tardior. pro Cœlio 37. Cùm paulum iam roboris accessisset ætati. Attic. lib. 5. ep. 20. Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit. Attic. lib. 14. epi. 15. Accedit, vt ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit. Epist. lib. 12. ep. 26. Vt quàm maximus his literis cumulus accedat. de Claris. 126. Manus extrema non accessit operibus eius. pro Quin. 3. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod, &c. Orat. 198. Id ad numeros proximè accedit. *pro C. Corn. 1. Nisi pœna accessisset in diuisores.

✠ ADVERB. *Callidè, pro flac. Extrinsecus, de fat. magis, & propius, in Parad. Maturissimè ad causas, 3. de Orat. Multum sanè post, de Arusp. Occultius,* 11. *Attic. Omninò non, pro Sex. Rosc. Pressius, quã proximè,* 4. *Acad. Promptius ad causam, propius ad voluntatem, temere ad maleficium,* 2. *de Inuent. Propius ad Deos, pro Q. lig. Propius ad munitiones,* 13. *Philip. Propius ad mortem, Propius Paulò, pro Sest. Propius ad veritatem, timidè ad dicendum,* 1. *de Orat. Proximè ad Deos, pro Mil. Proximè ad numen deorum, pro C. Rab. Proximè ad numeros, Orat. Proximè ad sapientis vitã, de Senec. Proximè virtuti,* 11. *famil. Proximè voluntate,* 3. *Offic. Prudentius ad genus sermonis,* 2. *de Orat. Tutò Ariminum.* 12. *Phil.*

☞ Syntaxis. *Accedere in oppidum, in senatũ, in Apuliam, in regnum. Alicui proximum accedere: id est, eundem ferè esse. Id illi accedit. Ad similitudinem Deo accedere, quippiam in cumulum. Dolorem alicui accedere. Quò plus ætatis alicui accedit. Paulum roboris ætati accedit. Animus recedit: id est, augetur. Verba iucunda ad aures accedere. Accedere ad disciplinam: id est, similes habere mores. Ad verum magna ex parte, aut quàm proximè accedere. Huc, si quid accedat, id tibi accedet. Accedit eò, quòd. Acceßit eo, vt. Accedebat ad hoc ratio illa. Accedit eòdem. Accedit vt ego. De Tullio proximè accedit. Accedere ad conditiones & pactiones: id est, accipere. Ad causam accedere crimen nouum. Ad alia accedo. Multum illi ad odium acceßit. Offensionem accedere: id est accidere.*

ACCELERATIO, onis, *festinatio,* 3. ad Her. 23. Continuatio est, orationis enunciandæ acceleratio clamosa.

ACCELERO, ras, *maturo, celero, propero, celeritatẽ adhibeo.* 2. I. C. 6. Si accelerare volent, ad vesperam eum consequentur.

ACCENDO, dis *inflammo, illumino, illustro.* 1. Off. 51. Quasi lumen de suo lumine accendat, facit vt nihilo minus ipsi luceat, cum illi accenderit. de Vni. 28. Deus ipsi solem, quasi lumen accendit, ad secundum supra terram ambitum. pro Arc. 14. Quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accenderet.

ACCENDOR, ris. *incendor, illustror.* 1. de Orat. 114. Præclarè se res habet, si hæc accendi aut commoueri arte possint.

✠ ADVERB. *Leniter, sensim, pro Cæl.*

ACCENSVS, a, um. *incensus, ardens, flagrans.* I. P. 5. Ego faces iam ✠ accensas ad huius vrbis incendium extinxi. ‖ de Som. 10. Luna radiis solis accensa.

ACCENSVS, si, *vt inquit Asconius, nomen est ordinis in militia. Erãt etiam accensi milites, qui supplendis militibus, seu legionibus quasi ad legionum censum adscribebantur: hique vel in demortuorũ locum surrogabantur, vel ad necessarias res accersebantur. Verùm ex ipsomet Cice. discimus, accensos parum ab ordine seruorum abfuisse.* 3. I. V. 71. P. Tertius, qui tum accensus C. Neroni fuit. & item 1. Qu. frat. 1. Accensus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris, non temerè nisi liberis suis deferebant, quibus illi qui dem non multo secus ac seruis imperabant. 2. de Leg. 61. Vtatur accenso, atque lictoribus. ‖ 4. Ver. 69. Interia istius libertus, & accensus idem Timarchides, qui est, quod ex pluribus testibus priori actione didicistis, rerum huiusmodi omnium transactor & minister, ad Sopatrum venit.

ACCEPTIO, nis, *accipiendi actio.* Top. 37. Neque deditionem, neque donationem sine acceptione intelligi posse.

ACCEPTVS, a, um. *quod accipitur, & receptus, exceptusq; in ratione commercij.*) (*expensum ac datum.*

¶ *Acceptus, simpliciter* 3. offic. 109. Rogationem suasit eam, qua accepta est hostibus deditus. pro Arch. 32. Ea iudices spero à ✠ vobis esse in bonam partem accepta. ‖ In Pis. 90. In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia, Vtinachorum centum talenta euomere non poteras: pro Flac. 51. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauisti. 3. de Offic. 109. Quo deprecante, accepta lex non est. 3. In Ver. 150. Prædibus acceptis. *ibid.* 118. Quæ Romæ magna cum infamia prætio accepto edixeras. Attic. lib. 16. epist. 4. Plancum acceptis nummis, relictis illis aufugisse. Epist. lib. 13. epi. 64. Clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit. pro Deiot. 14. Quæ quidem à te in eam partem accepta sunt C. Cæsar, vt eum amplissimo regis honore & nomine affeceris. pro Flac. 51. Accepta tamen fiducia occupauisti. 4. In Ver. 58. Tanta accepta ignominia. pro Plan. 51. offensiuncula accepta. 5. In Ant. 49. Ab hoc accepta iam salus. 2. In Ant. 40. Ego enim amplius H-S. ducẽties acceptum hæreditatibus retuli.

¶ *Referre aliquid acceptum, vel in acceptum.* 3. I. V. 92. Expẽsa Chrysogono H-S. sexcenta, accepta pupillo Maleolo retulit. & 3. ver. 149. Negabat opus in acceptum referre posse. de Am. 168. Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. 2. I. A. 40. Ego amplius H-S. ducẽties acceptũ hæreditatibus retuli. pro Cecin. 17. Se habere ait argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptaque relata. pro Quin. R. 8. Hoc nomen in codicem acceptum & expẽsum esse debuit. Orator. 158. Tabulæ accepti. pro Quint. Rosc. 2. Tabulę accepti & expensi. 4. I. V. 170. Quas pecunias ferebat iis expensas, quibus cum contrahebat, ✠ eas ipsi isti referebat acceptas. ‖ 3. Ver. 149. Opus in acceptum retulit quadriennio post, quam diem operi dixerat. & 92. Accepta pupillo Malleolo retulit. 2. Phil. 55. Quicquid est mali vni referemus acceptum Antonio. Attic. lib. 15. Epist. 19. Quod decem hominibus referendum est acceptum. & lib. 13. Epist. 50.

¶ *Charus.* Anteq. 2. Sit is animis vestris acceptissimus, qui, &c. de Som. 4. Nihil Deo acceptius, quàm, &c. 5. Tusc. 45. Quod approbãris, id gratum acceptumque habendum.

¶ *Imputationis.* pro Deio. 38. Deiotarus omnem quietẽ senectutis acceptam refert clementiæ tuæ. 3. De N. 86. Virtutem nemo vnquam Deo acceptam retulit. Attic. lib. 1. epist. 11. Quod viuo, tibi acceptum refero. 2. I. A. 13. Quorum nemo fuit, qui non mihi vitam suã, liberos, fortunas, rempub. referret acceptam.

¶ *Accepti beneficij vel damni.* Epi. lib. 12. ep. 14. Dolabella in oppugnando malè acceptus ad mare se contulit. Brut. Epist. libr. 11. epist. 13. Recurri ad copiolas meas: sic enim eas verè appellare possum: sunt enim exenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessimè acceptæ. de Som. 1. Pòst autem regio apparatu accepti, sermonem in multã noctem produximus. 2. de Orat. 290. Ego ✠ verò hilarè à te acceptus sum. ‖ Attic. lib. 13. epist. 50. Tribus triclíniis copiosè accepti. *ibidem.* Lautioros eleganter accepti. 4. In ver. 56. Homines malè acceptos dimisit.

✠ ADVER. *Copiosè, elegãter.* 13. *Attic. male,* 4. *In Ver. Pessimè,* 11. *Epist. Hilarè,* 2. *de Orat.*

☞ Syntaxis. *Referre aliquid acceptum, vel in acceptum est, mittere à ricenuta. Ratio par acceptorum & datorum. Acceptum hereditatibus referre. In argentarij tabulis accepta pecunia relata. Nomen in codicem acceptum & expensum. Accepti tabulæ. Animus acceptißimus. Nil Deo acceptius. Gratum acceptumq; habere. Acceptum quippiam referre alicui, riconoscere, tenere ob igo. Alicui sua mala accepta referre, imputare, darla colpa. In pugnãdo malè acceptus. Copiæ tecum omnium inopia pessimè acceptæ.*

ACCERSIO, sis, *aduoco, accio, asciscо, assumo, euoco, inuito.* Att. li. 16. epist. 1. Eum locũ Possidonius persecutus est, ego autem eius librum accersiui. 6. I. A. 1. Qui ad opprimendam remp. Brundusio ✠ legiones accersierit. ‖ Epist lib. 12. epist. 13. Vt Tarcenses pessimi socij, ita Laodiceni multo amentiores vltro accersierunt. Epist. lib. 10. epi. 33. Senatusconsultum, quo Plancum in Italiam accersistis. Epist. *ibid.* epist. 32. Cum legionem vnam ad se initio belli accersisset Antonius. Att. lib. 1. ep. 13. Accersiuit ad se, promisit, interceßit, dedit. de Cla. 332. Artes, quas cum domi haurire non posses, accersiuisti ex vrbe ea, quæ domus est semper habita doctrinæ.

¶ *Accuso.* 2. de Inuen. 97. Quidam eum capitis accersierunt. pro Cæl. 16. Nec ipse alterum ambitus crimine accersiret. *legit tamen Lamb. arceßeret* * vt & arcessitus.

✠ ADVERB. *Vltrò, Epist.* 13.

☞ Syntaxis. *Accersire ex vltimis terris, ab exteris. Accersire ac deducere vinos. In Italiam aliquem accersire. Accersire aliquem maiestatis.*

ACCERSITVS, a, um *vocatus, conuocatus, inuitatus.* 6. I. V. 115. Sacra adscita atq; accersita ab exteris nationibus. pro Cæl. 19. Vt riuulus accersitus & ductus ab ipso capite accusationis tuæ. de Ar. 24. Quorum ludorum religio tanta est, vt ex vltimis terris accersita in hac vrbe consederit. Epist. lib. 11. ep. 13. Postridie

cuncta

manè à Pansa sum accersitus Bononiam. pro Dom. 5. Quem à cuncta Italia desideratum, accersitum, reuocatum confiteris. 4. Tusc. 7. Studia doctrinæ aliunde accersita.

ACCERSITVS, tus, *simulto.* 1. de Nat. 15. Ad eum ipsius rogatu accersitúq; venissem.

ACCERSO, is. *vt Accersio, accuso, tribuo, aduoco.*

¶ *Accuso.* 4. in Ver. 142. Quis erit tam amens, qui te post quinquennium statuarum nomine accersat?

¶ *Tribuo.* 3. de Orat. 154. Translationes orationi splendoris aliquid accersunt.

¶ *Aduoco.* Brut. epist. 17. Cùm id malum, quod vitare potueris, vltrò accersas atque attrahas. Qu. frat. lib. 2. epist. 3. Pompeius se comparat, homines ex agris accersit. Attic. lib. 1. ep. 8. Te non modò non accersam, sed prohibebo. Att. lib. 2. epist. 20. Et si erit pugnandum, accersam ad societatē laboris. 6. in Ver. 76. Optimum quemq; ad se accersebat. 1. de Diuin. 32. Quo factum est, vt eum ad se rex accerseret.

☞ Syntaxis. *Accerso. absolutè. & Ad aliquid, ad se. Quempiam statuarum nomine accersere. Sp. endorem alicui rei accersere: id est, tribuere. Accersere res transmarinas. Malum vltrò accersere.*

ACCERSOR, ris, *aduocor.* Epist. lib. 7. epist. 23. Vbi sint, quando accersantur. Att. lib. 8. epist. 4. Dicæarchum mehercule diceres accersi, non vnum omnium loquacissimum. Att. lib. 11. epist. 6. In oppido aliquo mallem resedisse, quoad accerserer. 4. I. V. 113. Quòd tum magis inuidioso crimine, quàm vero accerseretur.

¶ *Accusor.* 1. ad Her. 21. Accersitur Cepio maiestatis.

☞ Syntaxis. *Accersiri, absolutè, inuidioso crimine accersiri.*

✠ ACCESSIO, nis ‖ προσθηκη, ης. προσαυξησις. *Adiectio, incrementum, lucru, super sortem, accessus.*) (*discessio, abscessio, significabant olim Romani hoc nomine ea, quæ tanquam honoraria adijciebantur ad vectigalia, aut ea quæ superiori, ex pacto pendebantur, accessionem quoque ædibus adiungere dicebant. quod vulgò dicitur partem ædificare ad ades.* 1. de finibus. 55. Fieri, tamen per magna accessio potest. *ibid.* 51. Quæ autem tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ molestias accessio fieri potest. Epi. li. 7. epi. 6. Legitima quædam est accessio commendationis tuę, nec ea vulgaris. pro C. R. 30. Non intelligo hoc quale sit, vtrum accessionem decumæ centesimæ, an decessionem de summa fecerit. & *ibidem,* Accessionē mille talentūm esse factā. 5. Ver. 76. Populus coactus est ei conferre lucri tritici modium x x v 1. & accessionem. H. M M. *ibidem* de accessione dubito. *ibidē.* 83. Cum & accessionem adscripsisset. H-S. M. D. De Amic. Quid igitur hunc paucorum annorū accessio iuuare potuisset. Epist. lib. 10. epist. 9. Accessiones fieri, meritorū meorum indices. *Ibid.* lib. 2. epist. 11. Non tam accessio querēda quam fortuna metuēda sit. 5. I. V. 116. Et H-S. Quinq; accessionis cogebantur dare. 3. Off. 12. Eorum neque accessione melior vita fit, nec discessione peior. de Vn. 38. Cùm ad corpora tum accessio fieret, tum abscessio. 2. de Diuin. 36. Hæc decessio capitis, aut accessio, subitone fieri potest? Or. 124. Vt quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio. Epist. lib. 10. ep. 18. Magnam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si. &c. Att. lib. 12. epist. 24. Méque hac ad maximas ægritudines accessione non maxima libera. Attic. lib. 16. ep. 16. Ad veteres necessitudines magnā attulit accessionem tua voluntas erga me. Epist. lib. 2. epi. 1. Quantæcunque tibi accessiones fient & fortunæ & dignitatis. I. P. 91. Cùm tibi ad pristinas clades accessio fuisset Aetoliæ interitus. I. P. 84. Tum quidem tibi etiam accessio fuit ad necem Platoris, Pleuratius eius consnes. 1. Offic. 138. Hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus.

✠ *ADIVNCTA. Digna, iucunda, 4. de finib. Quædam commendationis, legitima, nec vulgaris, 7. famil. libera, maxima, 12. Attic. Magna, 16. Attic. Permagna, 1. de finib. Parua atque exigua, 5. de finib. probabilis, 2. de finib.*

☞ Syntaxis. *Accessio facta ad rem, ad orationem. Sibi facere accessionem magnam. Accessione aliquem liberare ad magnum malum. Hoc attulit magnam accessionem ad veteres necessitudines. Accessio facta & fortunæ & dignitatis. Tibi ad pristinas clades accessio fuit mors Mini. Et ad necē illius hæc accessio est. Ædibus accessionē adiungere.*

ACCESSVS, sus. *appropinquatio, accessio, appulsus, aduentus.*) (*recessus, abscessio,* 2. de N. 33. Accessus ad res salutares, à pestiferis recessus. Att. lib. 2. epi. 1. Id à tuis literis, quas ad me de accessu tuo miseras, discrepabat. pro Mil. 53. Illi accessus ad vrbem nocturnus metuendus est. 2. de N. 19. Solis accessus discessúsque. 3. de Or. 176. Luna accessu & recessu suo, solis lumen accipit. 2. de Diuin. 34. Quid de fretis aut de marinis æstibus, dicā? quorum accessus & recessus lunæ motu gubernantur. & 89. Accessu & ✠ recessu stellarum cœlum commutari. ‖ 3. De Nat. 24. Accessus vel recessus sine Deo fieri non possunt.

ADIVNC. Modicus. 2. De N. Nocturnus, pro. Mil.

ACCIDIT, bat. *euenit, vsu venit, cadit, casus incidit, tempus incidit, fit sæpe vt, &c. Id accidit, &c. id factū est, &c. potest accidere vt, &c. potest fieri vt, &c.* Attic. lib. 16. ep. 18. Cum Cæsar ostendisset, &c. accidit vt subitò ille interiret.

ACCIDENS, tis. *qui procumbit ad aliquem supplex.*

ACCIDO, dis. *euenio, obtingo, aduenio, interuenio, cado, contingo, fio, vsu venio: in tertius personis plurimum.* 1. de N. 59. Quod in illo mihi sæpe vsu venit, idem modo cum te audirem, acciderat vt, &c. Epist. lib. 6. ep. 21. Timebā ne euenirent ea, quæ acciderunt. pro Cec. 13. Vt negotia mulieris, si qua acciderent, susciperet. Att. lib. 8. ep. 15. Accidere autē mihi nolebam, quod doleo viris fortiss. accidisse. de Som. 16. Exustiones terrarū, quas accidere tempore certo necesse est. 2. De D. 19. Nihil fieri, nihil accidere, nihil euenire potest, nisi quod, &c. Att. lib. 1. epi 13. Id autem vt acciderat, commissum est Hortensij consilio. 3. Offic. 18. Credo si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo considerat. Attic. lib. 1. ep. 13. Quæris ex me quid acciderit de iudicio. 1. De D. 58. Mihi à peritis in Asia prædictum est, fore eos euentus rerum, qui acciderunt. Epist. lib. 6. epi. 20. Quoniā multa accidere possunt. *Ibidem.* Vt ea omnia quę non nostra culpa nobis accident ✠ fortiter ferre debeamus. ‖ In Pis. 33. Sic exire à patria vt omnes sui ciues salutem, incolumitatem, reditū præcētur, quod mihi accidit. pro Qu. 9. Id accidit prætoris iniquitate. 2. De D. 21. Nihil pro certo futurum est, quod potest aliqua procuratione accidere ne fiat. pro Pl. 15. Nihil, vt plerunque euenit, præter opinionem accidet. I. P. 46. Illud etiā accidit præter optatū meum, sed valde ex voluntate, vt in furorem incideres Epist. lib. 3. ep. 10. Nihil tam præter opinionē meam accidere potuit. 2. de In. 64. Si quid pupillo accidisset. 1. I. A. 10. Si quid mihi humanitùs accidisset. 7. I. V. 105. Calamitas. quæ omnis propter auaritiā ipsius accidit. pro Pom. 59. Si quid de eo factū esset. De Am. 10. Nihil mali accidisse Scipioni puto: mihi accidit si quid accidit. Attic. lib. 8. epist. 6. Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Epist. lib. 13. epi. 7. Tamen mihi crede, singulares huic municipio calamitates accidisse. 2. ad Her. 50. ‖ Si quid nostris parentibus, liberis, cæteris necessariis casurum sit propter nostras calamitates aperiemus. Multa mala alicui casura esse, 1. de In. 36. Quid ipsi casurum sit. Epist. lib. 15. ep. 1. Quid casurum sit, incertum est. 6. I. V. 135. Mirum quendam dolorem accidere alicui. Part. 82. Aliquid incredibile aut diuinitus accidere. 2. De Orat. 200. Nihil mihi ad doloré acerbius accidere potuit. I. Vat. 8. Quid mihi optabilius ad immortalitatē glorię potuit accidere? Att. lib. 6. epist. 1. Quod video tibi etiam nouum accidisse, tanquam mihi. Epist. lib. 3. ep. 10. Quæ scribis ad me, minimè mihi miranda, & maximè iucunda acciderunt. Epist. lib. 3. epist. 1. Cognoui omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. pro Plan. 58. In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. Att. lib. 1. epist. 4. Nam mihi omnia, quæ iucunda ex moribus alterius homini accidere possunt, ex illo accidebant. Epist. lib. 3. epist. 10. illud mihi permirum accidit, tantam temeritatem, &c. Attic. lib. 7. epist. 2. Hoc mihi accidit iucūdissimum. Attic. lib. 3. ep. 20. Quod me vetas quicquam suspicari accidisse ad animū tuum, quod, &c. 2. de Inuen. 4. Hoc mihi voluntatis accidit, vt scriberem, &c. 1. de Inuen. 36. Ex temporibus considerabuntur: quid fecerit, aut quid ipsi acciderit, aut quid dixerit, aut quid faciat, quid ipsi accidat, 1. In Ver. 2. Si quod tempus accidisset. Epist. lib. 3. ep. 10. Nihil mihi tam præter opinionem accidere potuit. *Ibid.* Accidisset tempus in quo prospicere posses quāti ego, &c. Facio. *Ibid.* Quoniam accidit. Attic. lib. 1. epist. 4. Quidnam accidisset quod afferret Quinto fratri meo aut offensionē tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis, *Ibidem.* Quod cum accidisset confidebā ac mihi persuaseram fore, vt omnia placarentur inter vos. *Ibid.* Sed accidit per incommodē, quod eum nunquam vidisti. Attic. lib. 1. epi. 18. Accidit vt subitò ille interiret. 1. de Nat. 55. Vt quicquid accidat id ex æterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicatis. Attic. lib. 1. epist. 4. Quæ iucunda ex humanitate alterius hominis accidere possunt, ex illo accidebant. Epist. lib. 6. ep. 12. Nec enim mihi acciderat opus esse. Epist. lib. 6. ep. 7. Ac nescio an tibi gratius opportuniusque acciderit. 4. Acade. 121. Et si quid aduersi acciderit, (quod cui non accidit) extimescere ne id iure euenerit. Epist. lib. 15. epist. 10. Quando ergò ita accidit, vt omnium vestrum studio tuus consulatus satisfacere possit. *Ibid.* Quando id accidit quod maxime mihi fuit optatum. Attic. lib. 3. epi. 20. Quod me vetas quicquam suspicari, accidisse ad animum tuum. lib. 1. epist. 11. Cum decerneretur frequenti senatu contra pugnante Pisone, ad pedes omnium sigillatim accidēte Clodio. 1. Offic. 27. Leuiora enim sunt quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditata & præparata inferuntur, de Amic. 10. Nihil enim mali accidisse Scipioni puto, mihi accidit, si quid accidit. Epist. lib. 3. epi. 1. Et ex multorum sermonibus intelligo omnia quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. pro Sest. Nihil vt vnquā videretur tam populare, ad pop. Rom. aures accidisse, 6. In Ver. 2. Quod ad oculos animumq; accide-

rit pro Sext. Rosc.96. Casu accidit, vt id quod Romæ acciderit primus nunciaret, *Ibidem*.16. Ne quid ex ea sibi calamitatis acciderit. Pro Mil.39. Hic vero nihil habet in his malis quod minus molestè ferat, quam etiamsi quid ipsi accidat esse tamen illis meritum præmium.5. In Ver.127. Si qua calamitas propter istum saluis vectigalibus nostris accidisset. Epist.lib.2.epist.10. Ita accidit.de Fat.42. Id autem cum ita accidit.suapte natura.

☞ Syntaxis. *Accidit, absolutè. Accidit mihi. Accidi quod, & vi. Accidit diuinitus, humanitus. Accidit nouum, mirãdum, præter optatum, ad dolorem, ad gloriam. Accidunt gratissima. Id mihi permirum accidit. Ad me accidit. Hoc voluntatis mihi, desidery, studij accidit. Id accidit de hac re. Id ex voluntate accidit, & præter opinionem. Ad animum meum accidit.*

ACCIENDVS, a, um. *aduocandus*. de Ar. 25. Aruspices acciendos ex Hetruria arbitror.

ACCIO, cis. *accerso, venire iubeo, euoco*. Att.lib.5. epist.1. Tu inuita mulieres, ego acciuerò pueros. Attic.li.13.epist.46. Hic igitur si accierit, accurram.3.de Or.138. Philippus, qui filio Aristotelem doctorem accierit.

☞ Syntaxis. *Accire, absolutè. Accire aliquem. Alicui quempiam accire doctorem. Acciendus, accitus.*

ACCIPIENDVS, a, um, *qui suscipi debet*. 2. de Nat. 159. Terga boum non esse ad onus accipiendum figurata. Att. lib.1. ep.14. Animus mollis, & ad accipiendam, & ad deponendam offensionem.* pro C.Cor.1. Tribus ad legem accipiendam introuocare. *Ibid*. Vt ad legem accipiẽdam adessent. *Ibid*. Cùm legem non modò accepit, sed etiam efflagitauit.

ACCIPIENS, tis, *qui accipit*.2.de Fin.7. Voluntatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens mouetur.

ACCIPIO, is. πρὸς λαμβάνω, πρὸς λύπομαι. *Cum plurimis rebus tributum hoc verbum apud veteres inueniatur, vt annotauit Doctiss. Cardinalis.pag.57. Imprimis hoc vulgo in dissuetudinem abijt, significasse latinos hoc verbo, idem quod per Tracto, siue verbis, siue verberibus, aut quos conuiuas & hospites adhibemus. Quo modo a Cicerone vsurpari ex sequentibus patebit.6.* In Ver. 86. Leniter hominem Clementerque accepit. 4. Tusc. 74. Quo te inquit modo accepissem, nisi iratus essem.5.In Ver.139. Tu vnquam tantam plagam tacitus accipere posses.2. Tusc. 34. Spartæ vero pueri ad aram verberibus accipiuntur, vt multus è visceribus sanguis exeat. Epist.lib.8.ep.11. Accipitur Pompeius satis malè à Curione.lib.7.ep.26. Epicurum tuum, Stoici malè accipiunt. Attic.lib. 10.ep.6. Quintum puerum accepi vehementer. Attic.lib.5.ep.14. Nos Asia accepit admirabiliter,6.In Ver. 62. Honorificè accipere.7. In Ver. 156. Sicilia ciues Romanos omnes suis ipsa sedibus libentissimè semper accepit. Attic.lib. 2. ep. 16. Te in Arpinati videbimus & hospitio agresti accipiemus. Epist. lib. 9. ep. 26. Non multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci.3. In Ver.140. Iste quo aliquanto plus cogitasset malè accipit verbis Rabonium. de Som.1. Regio apparatu accipere. LEGE ACCEPTVS.

¶ *Suscipio, capio, recipio*. ad Quint Frat. lib. 1. ep. 1. Tamen id in quo erat dignitas, erat lex, erat eorum qui faciebant voluntas, accipiendum non putauit. *Ibidem* Denique hæc opinio sit, non modo ijs qui aliquid acceperint, sed ijs etiam qui dederint. Attic.lib.15.epist.20. Postea verò quam tecum. Liuium vidi, nostros tantum spei habere ad viuendum, quantum accepissent ab Antonio desperaui. Att.lib.9. ep. 2. Quid si hoc ipso premar? accipiam. *Ibid.m.* Vt ne honorem quidem à se accipere vellem. lib.5.ep.20. Dux Parthorum vulnus accepit. 4. In Ver. 25. Accipite aliam non minore pecunia, non minus impudentem calumniam. *Ibid*. Per Volcatium pecuniam accipit. *Ibid*. 27. Non accepit ipse. *Ibid*.82. Accipite nunc aliud eius facinus nobile, & multis locis sæpe commemoratum. 3. de Nat. 32. Quod autem dolorem accipit, id accipiat interitum etiam necesse est. Attic. lib.2.ep.20. Numestium ex litetis tuis studiosè scriptis libenter in amicitiam accepi. *Eam legit recepi, Ibid*. epist.22. Numerium Numestium libenter in amicitiam accepi.lib.5. ep.17. Accepi. Roma sine epistola tua fasciculum literarum. Epist.lib.13.ep.8. A Marco. Liberio C. Albinus prædia in æstimationem accepit. Attic.lib.5.ep 21. Acceperam autem satis celeriter per publicanorum tabellarios. *Ibid*. Præter eum accepit nemo. *Ibid*. Has à nostro Q. Titinio sordes accepimus. 4. In ver.78. Ob rem iudicandam pecuniam accipere. pro Clu. 98. 2. Offi. 79. At vero ille qui accipit iniuriam, & meminit & præ se fert dolorem suum. 4. In Ver. 57. Et in eum qui accepisset animaduertisse & in eum qui dedisset, *Ibid*. Pecuniam aut dandam aut accipiendam putauerant. pro Plan. 90. Ego vero ne immortalitatẽ quidem contra Remp. accipiendam putarem.1. Offi.34. Sunt etiam quædam officia aduersus eos seruanda à quibus iniuriam acceperis.3. Offi.91. Si Sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis. 12. Phil. 16. Si postulandum quid timemus? sin accipiendum, cur non rogamur? pro Sest. 105. Plausum verò etiam si quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccasset pertimescebat. Attic.lib.8.ep.3. Deferet, triumphum non accipere ne periculosum sit, au accipere inuidiosum ad bonos. pro Arch. Accipere in Fidem.3. Off.99. Quam calamitatem in bello accepisset.7. In Ver.88. Accipere nauem. 1. de Diu. 103. Accipio omen. inquit. Ep. lib. 7. ep. 13. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. *Ibid*. ‖ Epist lib. 12, epist.25. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem, fuit enim tempus cæcum excusationis.lib.2.epist.14. Sed in hoc homine nullam accipio excusationẽ. *Ibid*.lib,16.ep.19. Accipere causam: *id est, excusationem*.3.de Ora.176. Luna solis lumen accipit.2. de Fin. 82. Hoc etsi multis modis reprehendi potest tamen accipio quod dat. Ep. lib.1.ep.1. Quod dat accipimus. Att. lib.1.ep.11. Et tamen ab illo apertè, tectè quicquid est datum, libenter accepi.2.de Or.187. Si se dant & sua sponte, accipio quod datur. Ep.lib.2.ep.10. Bibulus prouinciam acceperat. ad Q. Fra. lib.3.ep.9. Suaue mihi quidem, vt videtur ☞, ad Cæsarem, sed quæro locupletem tabellarium accipiat. Ep.lib.5. ep. 21. Quod ego ita libenter accipio, vt, &c.2.de Or.85. Sit enim mihi tinctus literis, ista ipsa præcepta acceperit. Att.lib.2.ep.16. Accipere aliquem agresti hospitio. 4. I. V. 14. Qui testimonium publicum mandataque acceperant, Ep.lib.2.ep,17. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror. ad Brut. ep. 18. Cùm me pro puero respub. accepisset vadem. ‖ Epist.lib.5 ep. 20. Neque tuam hodiè epistolã de sistertiis centum sic accepisse, vt ij accipiunt, quibus epistolæ per hæc tempora molestæ sunt. pro. Quint. Cuius procurator nõ omnia iudicia acceperit. Ad Q. Fra. lib.2.ep.13. Duas à te adhuc accepit epistolas *Ibid*. plures quas scribis te dedisse non acceperam. pro. Qu. 63, Quin iudicium acciperet in ea ipsa verba, quæ Neuius edebat, non recusabat. *Ibid*. 62. Cùm is iudicium acciperet pro Quintio, cui tu, &c. ad Brut. ep. 4. Cùm exploratum habere cœpero, Cæsarem honorib. quos acceperit, extraordinarijs fore contentum. Postq. ad Quir.5. Rempub. illis accepi temporibus eam, quæ penè amissa est. Att.lib.8. epist.16. Cùm imparatam iam Capuam accipere nolui. de Clar.55. Cùm de plebe consulem non accipiebant. 2. de Orat. 155. Tenere, quæ didiceris in accipienda causa. Epist.lib.16.ep.12. Accepimus conditiones, sed ita, vt remoueat præsidia. de Cla. 173. Cùm palmam iam primus acceperit.2. I. A.74. Tam bonus gladiator, tam citò rudem accepisti? Qu. Frat. lib 2.epist.14. Accepi literas tuas datas Placentiæ, deinde alteras postridie datas Blandenonæ.3.de Off.44. Itaque præclarum à maioribus accepimus morem rogandi iudicis. Attic. lib.1. epist. 1. Quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret, *id est, à Vario*. ad Q. Frat. lib.1. ep. 1. Certè humanitatem ijs tribuere debemus, à quibus accepimus. 5. I. V. 71. Imperat Agyrinensibus, vt decimas ipsi publicè accipiant. * Hortens. Cùm rationem à dispensatore accipis. pro Quin.66. Se iudicio id quod edat, accipere.

¶ *Tracto*.6. I. V. 86. Leniter clementerque hominem accepit.

¶ *Patior*. de Amic.93. Patienter accipere admonitionem. Attic. lib.1.ep.1. Durius accipere hoc mihi visus est. *Ibid*.lib.15. ep. 20. Atque fortiter hoc velim accipias, vt ego scribo, Epist. lib. 10. ep.35. Ea te moderatè accepisse: *id est, æquo animo*. Att.lib,9.ep.2. Quanto nunc hoc idem accipiet asperius? pro Cæl.54. Accipere aliquid seuerè. Attic.lib.5.ep.20. Accipere plagam.

¶ *Intelligo*.2. de Nat. 153. Quæ contuens animus, accipit ab his cognitionem deorum. * de Senect. 79. Pueri res eas non tum primum accipere videntur.

¶ *Sensibus quoque tribuitur, idemque fere valet quod audire vel intelligere, ad verbum aliquid non ad sententiam accipere. Quod imperiti sic efferunt. Accipere aut interpretari aliquid vt verba sonant, non respicere sententiam: sed latè valde in hoc sensu patet. Hæc Schorus.* 5. In Ver. 71. Accipite nunc quid imperarit. Epist.lib. 7. ep .3. Ad omnia accipe & cognosce.3.de Nat.4, Vt opiniones quas à maioribus accepimus de dijs immortalibus. *Ibid*. 5. Nec me ex ea opinione quam à maioribus accepi de cultu deorum immortalium vllius vnquam oratio, aut docti, aut indocti, mouebit. 1. de Nat. 26. Anaximander qui accepit ab Anaximene disciplinam.3.de Finib.66. Vt de Hercule & Libero accepimus.1. Offic. 90. Vt de Socrate, itemque C. Lelio accepimus.' 4. Acad. 5. Ego autem cùm Græcas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim. 2. de Nat. 95. Accepissent fama & auditione esse quoddam numen & vim deorum.3. de Nat.47. Si Dij sunt illi, quos colimus & accepimus.5.In Ver..46. Sed quem accepi ipse oculis atque animo sensum, hunc verè apud vos & vt potero planissimè exponam. Epist. lib.3. epist.19. Cùm optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse. 4. I. V. 24. Nunc primũ hoc aures tuæ crimen accipiũt. * Epist.lib.1. ep.6. Quæ gerantur, accipies ex Pollione.1.de Orat.218. Sit boni oratoris multa auribus accepisse.

¶ *Interpretor*. Epist.lib.3.ep. 7. Vt quam in partẽ accipias minus laborem. Att.lib.15.ep.11. Accipere beneficium in contumeliam. 2.de Orat.211. Accipere aliquid grauiter. Epist.lib.10.ep.1. Quicquid in eum officij conferis, id ita accipiam, vt in me ipsum te putem contulisse. *Ibid*. lib.15.ep.16. Tento te, quo animo accipias. Att.li.4.ep.25. Sed bonam in partẽ accipies. 2. ad Her.40.

Acciper-

Accipere aliquid in aliam partem ac dictum sit. de Amic.90. Et hæc accipienda amicè,cùm benevolè fiunt. 4.ad Heren.49. Vereor quomodo hoc accipias.6.I.V.68.Quemadmodum hoc accepturas exteras nationes putasti?de Arusp.50. Velim sic hoc accipiat,vir summus atque optime de mea salute meritus,vt à me dicitur:dicam certè quod sentio.7.I. A. 8. Periculosè dico, quemadmodum accepturi.P.C.sitis horreo: sed quæso oroque vos vt accipiatis sine offensione, quod dixero. pro Deiot. 26. Vt volet quisque accipiat. Att.lib.11.ep.7. Quod rogas vt in bonâ partẽ accipiã.si qua sunt in tuis literis,quę me mordeãt,ego verò in optimam.7. in Anto.5. Accipiet in optimam partem C. Pansa:etenim dicam animo amicissimo. Attic.lib.13.ep.3. Illud non accipio in bonam partem,quod me refers. 4.ad Heren.68. Cùm verbum in duas plurésve partes accipi potest. pro Deiot. 14. Quæ quidem à te in eam partem accepta sunt,vt eum amplissimo regis honore affeceris.

ACCIPIOR, ris. *Ex actiuo suo passiui significationes patescent.* Att. lib.5.ep. 25.Quemadmodum ij ludi accipiantur: *id est,placeant.*

✠ Ep.li.5.ep.2. Cùm par voluntas accipitur.& redditur.‖ Att.lib.16. ep.16.Nec potui accipi(illo præsertim absente)liberali?. Ep.lib. 8.ep.11.Accipitur satis malè a Curione,2.de Or.211. Ita cum singuli casus humanorum miseriarum , grauiter accipiuntur si dicuntur dolenter, tum afflicta & prostrata virtus maximè luctuosa est.

✠ ADVERB. *Amicè,patienter,repugnanter,vicissim, de Amic. Admirabiliter , mirabiliter oppidis. 5. Attic. Asperius aliquid , benè conuiuas, liberalius,16. Attic.Extra ordinem,pro Clu.Clementer,honorificè, leuiter,6.Ver.Contra ac dicitur.Orat.Durius. Vehementer.1.Attic.Eleganter cautiones , libertos valdè copiosè. 13. Attic. Extrinsecus.3.de Nat. Fortiter.15. Attic.Grauiter casus. 2. de Orat. Hilarè. 1. de Orat. Libenter in amicitiam.2.Attic. Libentissimè sedibus suis aliquem.7. Ver. Malè aliquem. 1. de Nat. Malè verbis.3.Ver. Malè oppugnando , proximè epistolam. 12.famil. Malè satis, 8.famil. Moderatè. 10.famil. Omninò nulla mandata. 12. Philip. Pessimè. 11. fam. Planius,rectè,Topic. Proximè vesperi literas,14.Atti. Publicè decimas,5.Ver.Separatim salutem,pro Dom. Serius,1.Tusc.Seuerè facinus,pro Cæl.*

¶ *Ius persequendi sibi debitum, iudicium, quæstio forensis, lis*. 4. I. V. 66. Dare actionem, & dare iudicium alicuius rei cupiam. 4. I. V. 61. Prætor asseuerat se eius rei imprimis actionem esse daturum. 9. I. A. 11. Nec constituere iuris actiones malebat, quàm controuersias tollere. pro Q. R. 24. Sunt iura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare possit. pro Cec. 35. Actio iniuriarum dolorem imminutæ libertatis iudicio pœnaq; mitigat. pro Cec. 32. Eius rei ius, actionemq; quæramus. pro Cec. 33. Quæro, sitne aliqua eius rei actio, an nulla. pro Cec. 32. Hanc puto me habere actionem, vt per interdictum meum ius tentem, tuam iniuriam persequar. pro Qu. Ros. 55. Cùm de sua parte Roscius ttansegit, cum Flauio actionem tibi tuam reliquit. pro Qu. R. 35. Qui de sua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem. pro Cecin. 34. Si qui me exire domo mea coegisset armis, haberem actionem: si qui introire prohibuisset, non haberem. pro Cec. 140. Vt vos iudicetis, huius rei interdictũ atque actionem in mentem maioribus nostris non venisse. pro Cec. 8. Quare aut muta actionem, aut, &c. 2. de In. 57. Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones. 3. de Nat. 74. Inde illa actio, ope consilióque tuo furtum factum esse aio. 1. de Orat. 167. Alter iniquum putabat plus secum agi, quàm esset in actione. 1. I. V. 18. Actio ciuilis & priuatum ius. pro Cec. 54. Actio est in autorem præsentem his verbis, Quandoquidem te in iure conspicio. pro Mur. 29. Gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est. pro Mur. 22. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. pro Mil. 37. Actionem perduellionis alicui intendere. 5. de Finib. 8. Zeno vt in actionibus perscribi solet, de re eâdem ✠ fecit alio modo. ‖ Epist. lib. 5. epist. 12. Hæc autem fabula rerum euentorumq; nostrorum habet varios actus, multasque actiones & consiliorum & temporum.

¶ *Cum voce gratiarum, hominis grati officium verbis explicatum*. Ad Brut. epist. 3. Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio gratulatioq; me commouet. Epist. libr. 10. epist. 19. Gratiarum actionem à te non desiderabam. Epist. lib. 10. ep. 24. Nec enim tanta necessitudo, quanta, &c. desiderare videtur gra ✠ tiarum actionem. ‖ Attic. lib. 6. epist. 1. Nec verò pauci sunt autores C. Flauium scribam fastos protulisse actionesque composuisse.

✠ ADIVNCTA. *Aperta, considerata, periculosæ, 1. Offic. Ardentior, liberalis, singularis de Clar. Ciuilis vehemens, grauis, & copiosa, 1. de Diuin. Comes eloquẽdi, Part. Congruens menti, 3. de Orat. Congruens, & apta ad animos permouendos accommodata, publicæ, Tragica, Orat. Crudelis, & importuna, tribunitia, regia, popularis, pro Rab. Certæ, perpetua, Top. Consentanea petitionibus, diuina, 1. de Nat. Congruentes virtutibus, 5. De finib. Constantes atque optimæ, 1. Famil.* Εὐανάρχητος, *2. Attic. Facilior, 14. Attic. Forenses, lenis, teta, Varia, vehemens, Plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis, 2. de Orat. Honesta, de Amic. & 3. de Finib. Integra pro Q. Rosc. Leuior & facilior, pro Cæc. Liberalis, de Clar. Maxima, 4. Acad. Multæ, 5 Fami. Periculosæ, 1. Offic. Periucunda gratiarum, 10. famil Popularis, pro Rab. Præclaræ generis. 1. Attic. Prima, prior, 3. Ver. stultissimæ, 8. Famil. Turpes, 3 de Finib.*

☞ Syntaxis. *Actionum monitor. Actio diuina. Procuratio & actio. Actio consentanea. Dare curas & actiones, faccende, enegotij. His actio vitæ continetur. Actio mẽtis, & agitatio. Virtutis actio, & vsus. Suscipere actionem. Actio de pace id est, procuratio sublata. Cæsaris actiones horreo. Actio (nimirum oratoria) varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, non tragica, non scenæ. Actio atque contentio, Dare alicui actionem & iudicium alicuius rei. Actionem constituere, habere alicuius rei. Integram alicui relinquere actionem. Actionem mutare, excludere. Actionem perduellionis alicui intendere.*

ACTITO, tas, *frequentius ago*. de Clar. 246. Pontidius multas priuatas causas actitauit.

ACTIVM, *oppidum*. Att. lib. 7. epi. 15. Actianæ legiones. Attic. lib. 5. ep. 9. Actium venimus.

ACTOR, *qui agit*. 1. de Orat. 118. Nihil est quod cogat homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti. & 128. Gestus penè summorũ actorum. 1. Qu. Fr. epi. 1. Poetæ boni & actores industrij in extremo actu diligentissimi esse solent. 2. de Or. 194. Neq; actor sum alienæ personæ, sed autor meæ. 3. de Orat. 54. Vt eum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum. Orat. 61. Inuentor, compositor, actor. pro Sest. 116. Ludius non solùm spectator, sed actor & actoama.

¶ *Qui præest, & præcipuus in re*. pro. Sest. 61. Cato dux & autor & actor rerum illarum fuit.

✠ ADIVNC. *Acrior 6. Ver. auersus 3. iucundus, Summi, 1. de Orat. fortis & vehemens, non inuenustus sed iners, de Clar. fortissimus. optimus, pro Sest. 1 doneus de Diu. Summus pro. C. Rab. Boni Mali, industrij. 1. ad Quin. frat.*

ACTVARIOLVM, *li. parua nauis celeris minutum actuarium*. Att' lib. 16. ep. 3. Hæc ergo conscendens è Pompeiano tribus actuariolis decem scalmis. Attic. lib. 10. ep. 13. Quid duro tempore ✠ anni actuariolo fore censes? ‖ Lege, CORBITA.

ACTVARIVM, rij. *nauis genus, celeritate valens*. Att. lib. 5. ep. 9. Actuaria minuta.

✠ ADIVNC. *Minuta.*

ACTVM, i. *vnde acta, quæ tam publica quàm priuata dicuntur Sed actum, rara vox inuentu est, acta crebra*. 1. I. A. 17. Nihil est, quod tam propriè dici possit actum eius &c. quàm lex.

ACTVM est, *rem deploratam significabat*. Attic. lib. 5. ep. 15. Si prorogatur actum est. Ep. lib. 9. ep. 18. Actum de te est. Attic. ✠ lib. 12. ep. 25. Actum iam de isto est, alia magis quæro. ‖ lib. 14. ep. 3. si inueterauit actum est.

☞ Synta

☞ Syntaxis. *Actum est. Actum est de illo.*

ACTVOSE.)(*remisse.*3.de Ora. 100.Leuiter remissè,non actuosè agere.

ACTVOSVS,a,um. *quod agit, qui ab agendo non cessat.* 1. de Nat. 111.Virtus actuosa est,Deus autem vester nihil agens.Ora. 125. Luminosæ & quasi actuosæ partes duæ.

☞ Sintaxis. *Actuosè agere. virtus actuosa: id est, actionem præstans. Partes duæ (orationis videlicet) luminosa, a,quasi actuosæ.*

ACTVS, ctus. *actio, vel factum* ‖ *Accipe quæ de hoc nomine Muretus,* ✠ *lib. 6. Var. lectio. cap. 19. Vocabulum actus pro eo quod Græci dicunt ἐνεργείαν, planè Barbarum est, & priscis illis temporibus quibus Romani sermonis integritas viguit inauditũ: eo,tamẽ nonnullos vt video,& quidem eorũ qui se non latinè modo sed etiã si dijs placet,Ciceronis more loqui putant,decipiuntur autem præcipuè corrupto quodam loco ex oratione pro domo, omnem diu collectam &c. legendum autem putat ille cum multis viris docti tacito tum erumpebat, nactam audaces duces: res &c. Nos in actum Nizolij locum reliquimus ne liberam lectori potestatem indicandi adimeremus, accipe ergo Ciceronis locum.* pro. Dom. 63. omnem diu collectam ,vim improborum, quæ inueterata compresso odio, atque tacito iam erumpebat in actum, excepi meo corpore.1. de Leg. 31. Non solùm in rectis,sed etiam in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. in Sal. 1. Si de mea vita atque actibus huic conuiciatori respondero.

¶ *Ius agendi.* pro Cencina.74. Aquæ ductus,haustus, iter,actus. Lege, RATVS.

¶ *Comœdiæ vel tragediæ pars,* de Senect. 69. Nec histrioni vt placeat peragenda est fabula, modò in quocunq; fuerit actu probetur.Epist.lib.5.epist.12.Hæc quasi fabula rerum euentorumque nostrorum habet varios actus, multasq; actiones & consiliorum & temporum. pro Mar.28.Hæc igitur tibi reliqua pars est,hic restat actus.de Sen.5.Naturam optimam ducem sequimur,à qua non verisimile est, cùm cæteræ partes ætatis benè descriptæ sint,extremum actum tanquam ab inerti poeta esse neglectum.4.I.V.18.Quis dubitaret cùm videret,&c.qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset?

✠ *ADIVNC. Extremus, de Senec. Perfectissimus, ornatissimus 1.ad Q. frat. flagitiosissimus, Turpissimus, 3.Ver. Recti, praui,1.de leg.*

☞ Syntaxis. *Prauitas erupit in actum. Recti & prauiactus. Respondere de actibus.*

ACTVS, a,um. *factum: sed minimè de masculo genere.* Attic.lib.14. epist.24.Acta illa res est animo virili,consilio puerili.2.ad Her. 40.Serò acto negocio venire. Epist.lib.6.epi.8. Actis his rebus, literæ à te mihi sunt redditæ,quibus,&c.pro Quint.43.Si id vel les, iampridem actum esse poterat.pro S. R. 137. Sin autem id actum est,& idcirco arma sumpta sunt,&c. Epist.lib.2.epist.11. Atque in primis me tenet satietas actæ prouinciæ. Attic.lib.9. epist. 21. Tu mallem, inquies,actum ne agas, ad Brut. epist.2. Mihi quidem ætas acta fermè est. pro Quin. R.17. Vita acta. 3.Tusc.30.Actum habeo,quod egeris. Attic.lib.13.epist.16.Non minus bene actum cum illis puto. *Hortens. Actæ perfectæq;
✠ res. ‖Epist.lib.4.epist.13.Quid acta tua vita, quid studia &c.à te flagitent, tu videbis. *Ibidem.* lib.6.epist.4.Adiuuat ætas & acta iam vita.

☞ Syntaxis. *Actaves animo virili. Acto negocio serò venire, Sin autem id actum est. Actæ prouinciæ satietas. Actum agere: id est, quod alius egerit. Acta illi fermè atas est. Acta vita. Actum habeo quod egeris. Bene actum, vel malè cum aliquo esse putare.*

ACTVTVM. *statim, ilicè, subitò, repentè, mox.*12.I.A.26. Ego mortem actutum futuram puto.

*ACVENDVS,a,um.3.de Nat.50.Acuendæ virtutis gratia.

ACVLEATVS,a,um. *habens aculeos.* Attic. lib.14.ep.21.Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi.4.Acad.75. Quorum sunt contorta quædam & aculeata sophismata.

☞ Syntaxis. *Aculeatæ literæ. Sophisma contortum & aculeatum.*

ACVLEVS,lei *proprie insecti stimulus.*5.de Finibus 42. Vespas aculeis vti videmus. & lib. 4.7. Pungunt quasi aculeis. 2. Tusc.52. Cùm liquescimus fluimusq; mollicia, apis aculeum ferre non possumus.

¶ *Translatione varia vis.*

¶ *Conclusiuncula & captiuncula.*4.Acad.98.Sed omnes istos aculeos,& totum tortuosum genus disputandi relinquamus.

¶ *Acerbus locus.*2. de Orat.222. Genus facetiarum, in quo nulli aculei contumeliarum insunt.de Cl.173. Aliquis cum aculeo & maledicto facetus.

¶ *Vis, vehementia forensis.* Orat.62. Oratio philosophica neque neruos neque aculeos forenses habet.2.de Orat.64.Oratio sine sententiarum forensium aculeis.pro Syl.47. Noli aculeos orationis meæ,qui reconditi sunt,excussos arbitrari.

¶ *Maledicta.*2.Quin.fr.epist.1.Fuerunt nonnulli aculei in Cæsarem: contumeliæ in Gellium.pro Cæl.29. Emittere aculeos seueritatis in aliquem.pro Planc.58. In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt.De Cl.38. Cum delectatione aculeos relinquere in animis eorum qui audiunt, vt de Pericle scripsit Eupolis.

¶ *Discrimen.* pro Clu.152.Aculeos seueritatis iudicis euellere.pro Flac. 41. Qui testis mortuus est aculeo iam dimisso, ac dicto testimonio.

¶ *Dolor.* Attic.lib.1.epist.15.Ac domesticarum quidem solicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo.

✠ *ADIVNCTA. Ingrati, pro Plan. Oratorij, forenses, Orat. Reconditi, excussi, pro Syll. Nonnulli,* 1. *ad Q. frat. Dimissi, pro Flac.*

☞ Syntaxis. *Apis aculeum non ferre. Aculei, & tortuosum disputandi genus. Contumeliarum aculei. Aculeus, & maledictum. Acrui, & aculei forenses. Excussi aculei orationis. Aculei in aliquem, contumeliæ in alterum. Emittere aculeos seueritatis in aliquem. Relinquere cum delectatione aculeos in animis. Euellere aculeos seueritatis. Dimittere aculeũ. Domesticæ solicitudinis aculeos ac scrupulos occultare.*

ACVMEN,*nis. acritudo, perspicacia, ingenij vis.*Ep.lib.5.epist.14.Qui propter acumen occultissima perspicis.2.de N.74.Epicurus homo sine acumine vllo, sine lepore.pro Fl.9. Acumen ingeniorum.& Orat.110. Argutiæ & acumen Hiperidis. 1.de Orat.117. Acumen dialecticorum, sententiæ philosophorũ.2. de Orat.158. Dialectici se compungunt suis acuminibus. & 1. de Orat. 151. Omnia sub acumen styli subeant necesse est.& 143.Illudere nimium acumen alicuius.& 2.de Orat.257.Interpretatio nominis habet acumen.2.de Diu.77.Ex acuminibus,quod totum auspicium militare est.in Arat.

Tergáque Centauri atque Nepai portat acumen.

✠ *ADIVNCT. Flebile, Arat. Nimium,* 1. *singulare,* 2. *de Orat. Stomachosum frigidum, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Propter acumen occulta perspicere. Ingenij acumen, dialecticorum styli argutiæ & acumen. Dialectici se compungunt suis acuminibus. Nominis interpretatio habet acumen.*

ACVENDO. Epist.lib.15 epist.21.In excitando & acuendo plurimum valet,si laudes eum,quem cohortere.

*ACVENS, tis. Hortens. Quæ nobis dies noctesq; considerantibus,acuentibusque intelligentiam.

ACVO,is,*exacuo, excito.*)(*obtundo.*1. Tusc.80.Multa corpore existunt, quæ acuant mentem,multaq; quæ obtundant.Orat.142. Si quis ad dicendum acuat aut adiuuet in eo iuuentutem, vituperatur.5. Offi.1. Itaque duæ res, quæ languorem afferunt cæteris,illum acuebant,ociũ & solitudo.de Clar.331. Qui linguam acuisses exercitatione dicendi. pro Lig.10. Eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? 1.de Orat.90.Consuetudo exercitatioque & intelligendi prudentiam acuit, & loquendi celeritatem incitat. 4. ad Heren.2. Imò erigit omnium cupiditates, & acuit industriam. de Cl.126. Non enim solùm acuere, sed etiam alere ingenium potest.

☞ Syntaxis. *In acuendo plurimum valet. si id est, vt acuatur ingenium. Serram acuere. Acuere mentem, & obtundere. Ocium illum acuit. Acuere aliquem ad crudelitatem. Acuere prudentiam.*

ACVOR,ris.)(*obtundor: verè de ferro secante.*5.Tusc.116.Ne stridorem quidem serræ audiunt tum cùm acuitur. ‖ 1. de Orat.115. Aliquo modo acui tamen & corrigi posse.
✠

ACVS, acus pro Mil.66. Vulnus in latere,quod acu punctum videretur pro ictu gladiatoris putari.

ACVTE,*subtiliter, subtilius, cum acumine, ingeniosè, argutè.*de Somn. 11. Acutè sonans.)(.grauiter sonans.1.de Or.143.Colligere multa non modò acutè, sed etiam ridiculè & facete.2.de In.51. Sed illæ tenuius, subtilius & acutius tradantur.pro Cæl.19. Si mihi
✠ acutè argutèq; respõderit.de Am.6. ‖Multa eius & in senatu,& in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter,vel responsa acutè ferebantur.de Clar.53. Acutè,argutèque coniiccre de faciendo aliquid. * Frag. epist. Quæ facerè & breuiter & acutè locuti essemus.

☞ Syntaxis. *Acutè colligere (scilicet in disputando) respondere. Tractare tenuius, subtilius, acutius. Acutè, argutèq; respondere. Conijcere de faciendo aliquid acutè, argutèq;.*

*ACVTILIANVS, a, um, Attic.lib.1. epist.4. Acutilianum negotium.

✠ ACVTVS, a, um, *subtilis, acer, perspicax.*)(*hebes, pinguis.* ‖ 1.de In.35. Velox an tardus sit, acutus an hebetior, memor an obliuiosus. Et Epist.lib.6. epist.6. Homo est acutus,& multum prouidens. 1.Offi.100. Sequemurq; & id, quod acutum perspicaxque natura est. Atticum lib.12. epist.37. κύρος, mihi sic placuit, vt cetera Antisthenis, hominis acuti magis quã eruditi. Epist. libr.9. epistol.22. Atque hoc Zenoni placuit homini me Hercule acuto, & si Academiæ nostræ cum eo rixa. de Somn.11.

Summus ille cœli ſtelliferi curſus,cuius conuerſio eſt concitatior,acuto & excitato mouetur ſono,grauiſſimo autem hic lunaris & infimus.Or.124.Principia acuta ſententijs.1.de Or. 113. Motus animi celer & acutus ad excogitandum. de Optim. 5. Sententiæ dicendi acutæ ſunt,delectandi quaſi argutæ, commouendi graues. 3.Offic.39. Philoſophi quidam minimè mali illi quidem,ſed non ſatis acuti. 1. de Nat. 16. Antiochus homo in primis acutus.1.de Or.225. Acutus homo, & natura vſuque callidus. 1. Offic.100. Id quod acutum & perſpicax natura eſt. 1.de Inu.35.Acutus, an hebetior. *2. Acad.Cur eius *Lunæ* naſcentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua. ‖ 4. Tuſc.32.Inter acutos autem & hebetes hoc intereſt, quod ingenioſi vt æs Corinthicum in eruginem,ſic illi in morbum & incidunt tardius & recreantur ocyus, hebetes non item. 3. de Orat.221. Acutus homo, *vide* PRAETER VOLO.

ACVTIOR, tis. *qui magis acutus & argutus.*2.contra Rul. 13.Tamen ſi qui acutiores in concione ſteterunt ſuſpicantur, &c. ‖2.De Natur.42.Etenim licet videre acutiora ingenia,& ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolunt eas in quibus aër ſit tenuis ac purus,&c.

ACVTISSIMVS, a, um.1. de Orat. 251. Vocem ab acutiſſimo ſono vſque ad grauiſſimum ſonum recipere.2. de Orat. 98. Acutiſſimum & ſubtiliſſimum dicendi genus.1.de Or.180.Vir ingenio,prudentiaque acutiſſimus.

ACVTVLVS. 3. de Natur.18, Zenonisque breues & acutulas concluſiones.

Syntaxis. *Cœlum acuto & excitato mouetur ſono.Sententiæ dicendi acutæ,delectandi argutæ,commouendi graues. Acutiſſimum ac ſubtiliſſimum dicendi genus. Motus animi celer & acutus ad cogitandum. Acutus homo, Acutum ac perſpicax natura. Commune attributum hominis,motui, ſententiæ, orationi,ingenio.*

AD, *præpoſitio vim habet terminationis perſonæ ac loci. Nizolius addit,ſenſus,propè,circiter,apud. Accedunt ſignificationes finis, conſilij, vel vſus.Iuxta,vel in loco,vel circum,temporis certi vel incerti,coram perſona & loco.Præterea vicem ſubit vocis. Ex,apud perſonam, contra, verſus.Subintellectum Attinet, indicat munus, circiter, præterea occaſionem. Vim habet verbi Secundum: vt Secundum voluntatem, arbitrium.ac tandem tria vel quatuor diſcrimina præclara notionum per hanc vocalem explicantur.Contraria, Ab.*

¶ *Ad locum & perſonam.* Attic.lib. 14. epi.10. Mater ardentes in filium literas ad me miſit.Att.lib.7.epiſt.16.Is ſcripſit ad me, vt eſſem ad vrbem.3.I.C.8.Dare literas alicui ad aliquem.*pro C. Corn.1.C. Cotta de legibus abrogãdis ipſe ad Senatum retulit. cont. C. Anton. Caput ad Syllam vſque ab Ianiculo ad ædem Apollinis detulit.Frag.ep. Ad forum deſcendi togatus.

¶ *Finis,vſus propoſiti conſilij.*de Ar.49. Mihi exire domo mea,ad priuatum dolorem fuit luctuoſum, ad rationem reip. glorioſum,pro Seſt. 13. Veſtigia integritatis illius non preſſa leuiter, ad exigui prædicationẽ temporis, ſed fixa ad memoriam omnium ſempiternam.2.de Or.317.Multa ante congreſſum fiunt, quæ non ad vulnus, ſed ad ſpeciem valere videntur. pro Cl.133. Qui ad fraudem callidi ſunt. Orat. 228. Quicquid in his rebus fit vtiliter ad pugnam, idem ad aſpectum etiam eſt venuſtum. 1.Offic.34. Vt cæteri ſint ad iniuriam tardiores.1. Quin. fr.ep.1. Cyrus ille à Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperij.7. I. V.67.Nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam tutum ad cuſtodias.pro Quin.91.Plus huius inopia poſſit ad miſericordiam,quàm illius opes ad crudelitatem. pro Seſt.32. Siue illa veſtis mutatio ad luctum ipſorum, ſiue ad deprecãdum valebat.2.contra Rull.3.Veſter honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienæ dominationis occaſionem interceptus.*ibidem.*5. Hoc ego cùm ad animi mei læticiã duco eſſe permagnum,tum ad curã ſolicitudinemque multo maius. 2.Offic.47.Domus P. Mutij commendauit adoleſcentiam Rutilij ad opinionem innocentiæ & iuris ſcientiæ. pro Dom. 137. In hiſce ædibus monumentum collocaſti ad equitum notam, ad dolorem bonorum omniũ.pro Dom.131. Libertatis ſignum poſuiſti magis ad ludibrium impudentiæ, quàm ad ſimulationem religionis.pro Dom. 112. Monumentum, quod poſitum eſt, vt eſſet indicium oppreſſi Senatus, ad memoriam ſempiternam turpitudinis. pro Dom. 103. Indicium ad memoriam omnium gentium ſempiternam. pro Domo. 111. Hoc ſimulachrum quidam homo nobilis ad ornatum ædilitatis ſuæ deportauit.Attic.li.9.epiſt.15. Συναγωγὴ consiliorum tuorum non eſt à me collecta ad querelam, ſed magis ad conſolationem meam. pro Dom.21.M.Cato ratione vitæ mirabili ad laudem, & propè ſingulari.2.Offi.28. Ad exemplum amiſſi imperij portari in triumpho Maſſiliam vidimus. pro Fla. 6. Res varia & multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates.pro Dom.87.Ad laudem illuſtre.2.Offic.19 Magna vis eſt fortunæ in vtramque partem, vel ad ſecũdas res,vel aduerſas.de Sen.31.Quam ad ſuauitatem nullis egebat corporis viribus.2. Offi.17.Ad vſus ſuos adiungere.1. Offi.138. Domus ſuffragata domino ad conſulatũ putabatur. pro Syl.54. Gladiatores emptos eſſe ad cædem ac tumultũ. Epi.lib.13.ep.29. Ea pars eſt ad xxx.ſeſtertia.11.I. A.4. Populari agros non ad ſpem conſtituendæ rei familiaris,ſed ad præſentem paſtum mendicitatis ſuæ.Parad.1. Num illi vllam cogitationem habuiſſe videntur, aut auri ad auaritiam, aut amœnitatum ad delectationem,aut ſuppellectilis ad delicias,aut epularum ad voluptates? 2. Offic. 50. Id enim ipſi ſordidum eſt ad famam. Para.6.Pecuniam meam contemnis,& rectè:eſt enim ad vulgi opinionem mediocris,ad tuam nulla: ad meam modica. *Ibidem.* Non modò ad fructum, ſed etiam ad fœnus ille ſumptus exiguus eſt.5.I.A.17. An illa non grauiſſimis ignominiis, monumentiſq; huius ordinis ad poſteritatis memoriam ſunt notanda? 14. I. A. 39. Vt extet ad memoriam poſteritatis ſempiternam, ad ſeelus crudeliſſimorum hoſtium, militumq; diuinam virtutem. pro Deio.5. Quæ mihi ſunt ad ſpem obtinendæ veritatis grauiſſima, ad contentionem dicendi, ad omnem motum animi leuiora. pro Milon.81.Qui tyrannos necauerunt, propè ad immortalitatem & religionẽ & memoriam conſecrantur.3. de Leg.21. Ad immortalitatem memoriæ glorioſum. in Vat.8. Quid optabilius ad immortalitatem gloriæ mihi accidere potuit?de Pro.6.Acerbiſſimum extat indicium, & ad inſignem memoriam turpitudinis,& penè ad iuſtum imperij noſtri odium.pro R.P. 16.Imago ad memoriam poſteritatis prodita.9.I.A.10. Vita Seruij Sulpitij multis erit præclariſque monumenris ad omnem memoriam commendata. 1. de Orat. 154. Legere aliquã orationem ad eum finem, quem memoria poſsit comprehendere.1. I. C. Quem ad finem ſe effrenata iactabit audacia? Att.li.8.ep.7. Vnum etiam reſtat tibi ad omne dedecus. de Am.93. Ad voluntatem loqui omnia, nihil ad veritatem.1.de Orat.154.Exercere ſe ad verſus alicuius:*id eſt, in.*1.de Orat.69 Res, quas ad certam cauſam tempuſque cognouerit.3.de Nat.73.Commoliti dolum ad aliquem. Att.li.7.ep.13. Velim conſideres quid faciendũ putes,primùm φυτοσοφικὸς, &c. deinde ad opiniones,&c.2.de N.87.Mundi partes neque ad vſum meliores, neque ad ſpeciem pulchriores eſſe potuerunt. pro Cæl.42. Dare aliquid temporis ad ludum ætatis.10.I.A.17. Quis ſapiẽtior ad coniecturam rerum futurarum. pro Cæl.64. Fuerant ad hanc rem collocati.vt, ‖ pro Cor.63. Quid enim eſt cur non potius ad ſummam laudem huic,quam ad minimam fraudem Cæſaris familiaritas valere debeat. Or.17. Ad has tot tantaſque res adhibenda ſunt ornamenta.1.de D.83.Nullas vias dant nobis ad ſignificationis ſcientiam.1. de Diu. 105. Ad opiniones imperitorum eſſe fictas religiones.1. de Di.106. Ad errorem multitudinis, religionis ſimulachra fingere. de Fat.10. Neque hoc ſcribunt vituperantes, ſed potius ad laudem. 2.de Diu.85.Res inuenta ad quæſtum & ad errorem.2.de Diu.69. Ita Albana aqua deducta ad vtilitatem agri ſuburbani, non ad vrbem retinendam pro Mur.60. Finxit te natura ipſa ad honeſtatem. de Vn. 30. Vt hoc eſſet illi ad æternitatis imitationem ſimillimum. pro Mur.66. Nemo Catone commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationẽ humanitatis. pro Mur.73. Ad hoc officium neceſſitudinis,& ad reliquum tempus gratioſus.de Fat.25. Ad animorum motus voluntarios non eſt requirenda externa cauſa.pro Fla.32. Deſcribere pecuniam ad rationem Pompeij. de Leg.lib.2.20.Iſque ne cõmitti poſſit ad eam rationem, curſus annuos ſacerdotes finiunto. de Vni. 35.Quod maius eſt vinculum ad perpetuitatem veſtram quàm, &c. de Amb. 85. Eorum eſt habendus ad ſummum naturæ bonum optimus beatiſſimúſque comitatus. ‖ de Petr. 16. Hoc biennio quatuor ſodalitates ciuium ad ambitionem gratioſiſſimorum tibi obligaſti.pro Lig.1. Vt ignoratione tua ad hominis ſalutẽ abuterer.2. de Leg.33. Hi omnes multa ad veritatẽ admirabilia dixerunt.de Ar.35. Qui medicis ſuis non ad ſalutem,ſed ad necem vtitur.pro Fon.30. Habere voluntatem ad aliquem opprimendum,& licentiam ad maledicẽdum, & animum ad ementiendum,& ingenium ad fingendum. pro Rabi.1 Quæ mihi iuſtiſſima cauſa ad hunc defendẽdum eſſe viſa eſt, eadem vobis ad abſoluendum debet videri. pro Rab.2. Nam me amicitiæ veruſtas,ad C.Rabirium defendendum eſt adhortata. pro Qu. 75.Non ad mendacium obtinẽdum, ſed ad verum probandum autoritas adiuuat. 1. I. C.19. Ad cuſtodiendum te diligentiſſimum, ad ſupplicandum ſagaciſſimum, ad vindicandum fortiſſimum eum putaſti.pro Dom.45.Multa ad placandum atque ad miſericordiam reis conceſſa ſunt.pro Dom.30.Hic tibi autor ad inſtituendam, ſocius ad comparandam, auditor ad perficiendam rem fuit, Att.lib.15.ep.6.Præſentes ad nocendum vires habere.Anteq.15.Manus ad demonſtrandam religantur iniuriam:*id eſt, ne demonſtrare queant:* lingua inciditur ad deplorandam calamitatem:*id eſt,ne poſsit deplorare.*de Cl.306. Quint. Scæuola nemini ſe ad docendum dabat.1. de Orat. 94. Antequam ad dicendum ingreſſi ſumus. pro Cec. 60. Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum, &c.pro Cor.2. Si minus tibi ad referendam gratiam ſatisfacere potero, ad prædicandam & habendam certè ſatis ſum facturus. pro Clu.51. Ad reſpondendum ſurrexit.2. de Orat.316.Ad dicendum ſurgere. pro Cæl.25.

Oratio

Oratio ad criminandum subtiliter inducta. de Arusp.41. Autor egregius ad inflammandos animos.2.Offic.42. Iustos viros ad imperãdum deligi solitos.2.Offic.46.Deligere sibi aliquem ad imitandum. pro Sest.96. Rem quæris præclaram iuuenturi ad discendendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. Qu.de Peti. 15. Homines excellenti gratia ad conficiendas centurias. 3.I.V.2. Proiectas ad audẽdum.3.Of.112. L.Manlius paucos sibi dies ad dictaturam gerẽdam addidit.1.de D.15.mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos. 1.de Diuin.16. Quid scammoneæ radix ad purgandum possit.1.de Diui.85. Stella salutaris ad ortus puerorum.Att.lib.3,epist.7.Reliqua tempora non tam ad medicinam, quàm ad finem doloris.pro Fon. 33. Impiger ad labores belli,fortis ad pericula,peritus ad vsum & disciplinam, prudens ad consilia, felix ad casum fortunamque.pro S.R.75. Hoc mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse.1. Quin. fr.epist.1. Cùm ad templum monumentumq; nostrum ciuitates pecunias decreuissent,& *ibid.* Edicere,ne ad ludos pecuniæ decernantur. Qu.fr. *Ibidem.* Græci diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. pro Fl.59. Pecuniam ad patris honorem collatam abstulit.3.I.C.16.Erat ei consilium ad facinus.3.contra Rul.17.Numquis vestrum ad vim, ad facinus, ✠ad cædem accommodatus est. ‖Pro S. R.151. Ad eámue rem delecti,vt eos condemnaretis, quos sectores ac sicarij singulare non potuissent. & *Ibi.* Reseruatus ad aliquam rem.I. C. 25. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. pro Rab.11. Qui crucem in campo ad ciuium supplicium defigi iubes.1. I. C. 26. Ad huius vitæ studium meditati: *id est excogitati, & suscepti,* illi sunt, qui feruntur labores tui.3. I. C. 28. Mihi iam ad vitæ fructum nihil potest acquiri.pro Sest.54. Liberi mei ad necem querebantur. 4. I.C.2. Lectus ad quietem datus. pro Cæl.52. Quam ad rem aurum sumpsisti. 4. I. C.14. Summa populi Romani voluntas ad communes fortunas conseruandas.4. I. C. 15. Cæteri verò ad communem salutem consentiunt. pro Mur. 29. Dicendi exercitatio longè isti vestræ exercitationi ad honorem antecellit.pro Muren.30. Sed nunc de studiis ad honorem dispositis disputo. pro Mur.38. Hoc quanti putas esse ad famam hominum & voluntatem? 3.Offic.29.Ad nullam rem vtilis. *Ibidem.*30. Ad nullam partem vtilis. Attic. lib.14. epist.13. Hoc erit vtile ad confirmationem Ciceronis.2.de Orat.257. Etiam ad causam vtile est, &c. Attic. lib.15.epist.1. Sed ad hæc omnia vna consolatio est, quod, &c. Orat.38.Non enim ad iudiciorum certamen,sed ad aurium voluptatem scripserat.2.de Orat.260. Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere potuit. pro Ar.19. Marius, qui durior ad hæc studia videbatur.1. Offic.120. Ad eam rationẽ maximam vim natura habet.2.Qu.fr. ep. 14. Habere vim magnam ad gloriam,& ad summam dignitatem. *Frag.epist.Veterascens ad gloriam.Hortens.Oratæ neque ad voluptatem quicquam defuit,neque ad gratiam,neque ad bonam integramque valetudinem.

¶ *Iuxta, vel ratione loci, circum, & in loco.* Epist. lib.15. epist.4. Cùm ad Cybistra quinque dies essem commoratus. Attic. ad Brut.epist.6.Ex castris ad imam Cardauiam. Attic.lib.14.ep.13. Ad lacum quod habeo,venditurus sum.2.de D.21.Si fatum fuit exercitum populi Romani ad lacum Thrasimenum interire. pro Cæl.38. Habes hortos ad Tyberim.I.P.54. Togulæ lictoribus ad portam præstò fuerunt. 5.Tusc.65. Ad portas agragianas magna est frequentia sepulchrorum. pro Sest.41. L. Cæsar erat ad portas cũ imperio. Postq.in Sen. 31. Erat alius ad portas in multos annos.2.de Orat.257.Neoptolemus ad Troiã nomen inuenit.2.de Orat.60. Cùm istos libros ad Misenum studiosius lego.pro Fl.39. Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt.2.de Or.22. Conchas & vmbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere.Attic.lib.14.epist.18. Villa mea ad Lucrinum. 4. Acad.9. Hortensij villa, quæ est ad Baulos. pro Cecin.21. Ad omnes introitus homines armatos opponit. pro S.R.44.Esse in agro, & ali ad villam. pro S. R.18.Occiditur ad Balneas Palatinas, rediens à cœna Roscius.2.I. C.5. Quos stare ad curiam.2.de L.58. Ara in eo loco fuit ad eam lamina inuenta est, & in ea scriptum, &c. ad Brut. epist.15. Facerç sacrificium ad aram. 6. I. V. 93. Agere vigilias ad ædes sacras. Attic. lib.13. epist.50.Puteolis se aiebat vnum diem fore,alterum ad Baias.6. I.V.4. Thespiades.quæ ad ædem Felicitatis sunt. Itẽ. 1.Phil.17. Pecunia vtinam ad ædem Opis maneret. Attic. libr.6. epist.1. Statua, quæ ad Opis per te posita est.Epist. lib.8.epist.4. Cùm senatus habitus esset ad Apollinis ad X I. Calend. Sext. Attic. lib.14.epist.16.Rapinæ ad Opis fiunt.Attic.lib.15.epist.15.Id ego ad illud fanum sepositum putabam.Epist.lib.15.epist.2.Castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locaui.*3. Acad. Vt nos nunc sedemus ad Lucrinum, piscículosq; ✠exultantes videmus. ‖Chorog.Ibi quercorum rami ad terram iacent.

¶ *Temporis varij.* 2.I.A.19. Salutares sententiæ, quibus ad hanc diem viximus. Attic.lib.8. epist.2. Patriam non seruandam ad reditum nostrum. Epist.lib.9. epist.14. Non solùm ad tempus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exẽplum.2. I.A.31. Cogitationemq; sobrij hominis ad punctum temporis suscipe. Attic.lib.1.epist.2. Nos hîc te ad mensem Ianuarium expectamus. de Amic. 23. Bestiæ, quæ ex se natos ita amant ad quoddam tẽpus.1.I.A.9. Ad tempus occurrere.Att.li.13.ep.9. Ad quos dies redituru sim,scribam. Epi.lib.4.epist.10. Ad quod tempus te expectemus.Att.li.4.epi.15. Ad quæ tẽpora te expectem.2.de Nat.52. Ad quoddam tempus insistere.pro Syll.8. Illa ad breue tempus seueritatem postulauit.Attic.lib.12.epist.31. Te rogo vt explores, ad quam diem. de Sen. 19. Si ad centesimum annum ✠vixisset.Attic.lib.7.epist.8. ‖Ab hora octaua ad vesperum. Secreto collocuti sumus.ad Brut.epist.15. Decreui,vt in fastis ad eum diem Bruti nomen inscriberetur. de Somn.1. Vigilare ad multam noctem. Attic. lib.2.epist.22. Ad extremum manus dedit. & alibi:Is cum Pompeio ad extremum belli tempus fuit. pro Milon. 70. Ad tempus apta simulatio. pro Cæl.17. Ad tempus accommodare se alicui 1. de D.39. Ad lucem deniq; arctè dormitare cœpisti.pro Cæl.13. Verfare suam naturam:& regere ad tempus.de Cla.333. Quorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit.3.Offi.82.Isq; rem integram ad reditum suum iussit esse.3. I. C.17.Si Catilina in vrbe ad hunc diẽ remansisset. 14.I.A.20.Ex Cal.Ianua.ad hanc horam vigilaui. de Sen.22.Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit.Attic.lib.13. epist.9. Multus sermo ad multum diem.& I. V. Quo vase vtebatur ad festos dies,& ad hospitum aduentum.

¶ *Coram.*2. de D.46. Cùm dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum frustra appetiuit. pro Cæl. 75. Fama adolescentis Paulum hæsit ad metas. 2.de Nat. 100. Herere ad saxa. pro Cæl.67. Aliquis ad vinum disertus.2.Offi.89. Quidam ad mediũ ianuæ sedentes. 3. Offic. 80. Omnibus vicis statuæ factæ sunt: ad eas thus & cerei.pro Mil.29.Partim cùm ad rhedam pugnari viderent, &c.pro R.P.36. Dicere ad subsellia. pro Mil. 38. Hæc sica nuper me ad regiam penè confecit. pro Mil. 41. Milo reus ad populum accusante P. Clodio. 2. de Orat. 49. Exponere mandata ad populum à senatu.

¶ *Ex.*2.de Diu.136. Tu demerso me & equo ad ripam.*i. ex.*

¶ *Apud personam.*2.I.V.22.Decem fisci ad senatorem relicti.Att. lib. 10. ep.18.Dionysius ad me fuit bene manè. Attic. *Ibidem* ep. 4. Curio fuit ad me sanè diu.

¶ *Contrà.* pro Cæl. 9. Ad istam omnem orationem breuis est defensio.pro Sest 27.O diem illum mihi ad domesticum mœrorem glorioſum. ‖1. de finib. 39. Concluſum est contra Cyrenaicos satis acutè, nihil ad Epicurum.

¶ *Versus.* 1. de Diu. 31. Aliquis ad meridiem spectans.3. de Nat. 44. Saturnum vulgo ad occidentem colunt 12. In Anton. 26. Facilis est circumspectus, quid ad dextram, quid ad sinistram sit.

¶ *Cum, Attinet subintellecto.*1.de Leg.6.Nihil ad Cælium,sed potius ad antiquorum languorem atque inscitiam. de Som. 15. In quo qui insistunt,nihil ad nostrum genus. 2. de Leg. 47. Quid enim ad pontificem de iure parietum? pro Cor.35.Quid id ad ciuitatem? 2.de Leg. 15. Sed siue fuit, siue non fuit, nihil ad rem. 4. Acad. 94. Hoc nihil ad illum. pro Dom. 21. Sed quid ad te? ad Attic. lib. 12. ep. 26. Nihil agri ad vllam rem,loci satis, nihil ad eam, quam quæro. 2. de Or. 140. Sed hoc nihil ad me,&c.illud ad me,ac multo etiam magis ad vos.

¶ *Ratione muneris.*3. de Orat. 223. Quem seruum sibi ille habuit ad manum: *id est scribam suum.*

¶ *Promiscuæ,formulæ ac elegantes. Ad vocula vices vocum subeunte, Circiter, Praterea, In, Per, Oppotunitatis,& iuxta, exempli gratia, sententia, vsus &c.* pro Cl. 30. Et ad hanc mortem: *id est, in hac,* omnia,veneni indicia in illius mortuæ corpore fuerunt.2.de L. 52. Quid est quod ad ius pontificum ciuile appetatis? in Vat. 20. Si ad cætera vulnera hanc quoque plagam reip. infixisses. pro Plan. 3. Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa suscipio. 2. contra. Rul. 75. Ad hunc numerum quingentos singuli sument. Attic. lib. 1. epi.11. Homines ad Quinde cim. 2. Qu.fr.ep.12.Domitius ad numerum iudices non habuit.2. Qui. fi. ep. 1. Sanè frequentes fuimus, omnino ad ducentos.Att.lib. 12,ep. 26. Dubito an excusationem aliquam ad filium parem. Att.lib.13.ep.21. Conuerrere nauem ad puppim. 3. Qu.frat.ep. 1. Poema ad Cæsarem,quod composueram, incidi. 3. Tus. 11. Ad omnia cæcitas mentis. Att.lib.9.ep.4.Ad hæc igitur cogita, vel potius excogita.2.de Orat. 27. Cùm ille dubitaret,quod ad fratrẽ promiserat.de Vn.28.Nox igitur & dies ad hunc modũ. Att. lib. 2. ep. 16. Quod de Quinti frat. epistola scribis, ad me quoque fuit, *περὶ τοῦ ἐν τῷ δράματι μιμικῆς χάριτος.* Att. lib.13. ep. 6. Mummium fuisse ad Corinthum,pro certo habeo.Epist lib.12. epist.25.Quamobrem conscende nobiscum,& quidem ad puppim. Epist.lib.3. epist. 11. Cùm essem in castris ad fluuium Pyramum.2.de Orat.353. Nunciatum est iuuenes stare ad ianuam duos quosdam,qui,&c.pro Qu.60.Ad negocium suum relicto

procu

procuratore proficiſci.3. de Nat.83. Pallium aptũ ad omne anni tempus.2.de Leg.61. Ad cantus & ad tibicinem proſequi laudes honoratorum virorũ. 1.Tuſc.106. Cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. 2. Off.56. Hæc res ad breue tempus duratura eſt.1.Off.27. Perturbatio animi,quæ plerunque breuis eſt & ad tempus.Ep.lib.15.ep.6. Ad meum ſenſum & ad illud ſyncerum, ac ſubtile iudicium nihil poteſt eſſe laudabilius, quàm, &c. 2. de Or. 70. Qui mentes iudicum ad arbitrium ſuum mouere poſſit. de Cl. 80. Cato ad populum ſumma contentione dixit. pro Cor.28.De Cn.Publicio ad populum latum,vt is ciuis eſſet. 3.de Or.63.Genus orationis,quo vti ad vulgus nemo poſſit.Att. ad Brut.ep.15. Nõ enim id propoſitũ eſt huic epiſtolæ Meſſalã vt laudẽ, præſertim ad Brutũ.pro Q.R.10. Ad arbitrum petere. & *ibid.* 13.Ad iudicem cauſam labefactari pro Q.R.45. Alicuius teſtis ad iudicem fidem infirmare.2. de Diu. 70. Retinetur autem ad opinionem vulgi reipub. mos. pro Deio. 34. Nullus locus eſt ad ſtatuam roſtris clarior.13.I.A.24.Qui ſuam amẽtiam huic præbet ad gloriã.5.I.A.47.Legibus annalibus grandiorem ætatem ad conſulatũ conſtituebant.1.de Leg.7. In orationibus multus & ineptus ad ſummam impudẽtiam.de V.31. Deus cœlum ad voluntatem rotundauit. 1.de Diu.99.Quod ſomniũ mirificè ad verbum cum re conuenit.2. de Orat. 249. Verbum ad literam immutatum:vt neuius,ignauus.pro.S.R.82.Si quid eſt, quod ad teſtes reſeruet,ibi nos, &c. pro S.R. 116. Tecti eſſe ad alienos poſſumus:intimi multa apertiora videant neceſſe eſt.2. contra Rul.19.Ratione aſſecutus eſt, vt id quod liceret, populi ad partes daret. de Fat. 4. Te proponere aliquid ad quod audiam,volo.1.I.C.31.Ad breue tempus metu releuari.de Sen.74. Senſus moriendi ad exiguum tempus durat. pro Rab. 25. Vt ſe aliquando ad ſuos vindicaret.pro.S.R.72.Ita poſtremò eijciuntur,vt ne ad ſaxa quidem conquieſcant.Brut.ep.18.Obdureſcunt magis quotidie ad vocem tributi.2.de Or.14. Ad Græcorũ conſuetudinem diſputare.Or. 46. Ariſtoteles Adoleſcentes non ad morem philoſophorum tenuiter diſſerendi, ſed ad copiã Rhetorum in vtranque partem exercuit.2.de D.82.Ad noſtri Auguſtij conſuetudinem dixit Ennius,cùm tonuit,&c.Epiſt.lib.3. ep. 10.Cenſui ſumptus legatis quàm maximè ad legẽ Corneliam decernendos. 2. de Or. 72. Iudex omni ratione ad tempus,ad cauſam oratione moderandus eſt.Att.lib.8. ep.4. Commendatio alicuius ad omnes.pro Mil.10. Ad quàm legem non docti, ſed facti:non inſtituti, ſed imbuti ſumus * pro L. Vareno, Ad L.Craſſi eloquentiam grauis & vehemens & volubilis eſt Septimus.pro C.Com.1. Q. Metelli adoleſcentia ad ſummam laudem omnibus rebus ornata.Protag. Quæ poteſt eſſe indignitas voluptatis ad moleſtiam? Acad.Mihi non modò ad ſapientiam cæci videmur,ſed ad ea ipſa,quæ aliqua ex parte cerni videantur hebetes & obtuſi.Incer.Quod non aliquando ad interitum redigatur. *Ibid.* Ad militiam euntib.

☞ Syntaxis. *Ad aliquem dare literas,eſſe,laudare quempiam. Ad buſta vulnerari. Eſſe ad portas. Ad vrbem cum exercitu. Cum imperio ſtare ad lacum. Fundus ad littus. Eſt pecunia,depoſitum ad ædem. Fiãt rapinæ ad Apollinis. Orare ad Senatum,ad ſubſellia. Obſidionem ponere ad oppidum. Diſtare ad iactum lapidis, tridui, millia, & millibus. Ad multam ſcribere noctem. Ad lucem dormire. Ad vrbitum noſtrum hoc ſerua. Aliquid agere ad tempus, ad breue tempus. Hinc ad annum. Viuere ad annum. Dicere ad arbitrium, voluntatem. Ad exemplum, ad veritatem,ad ſpeciem. Ad tempus accommodare ſe. Ad ſuam voluntatem facere. Dicere ad vſum, ad legem,ad cauſam. Ad opinionem meam ingentes opes tuæ ſunt. Ad errorem vulgi ficta ſimulacra. Ad hæc mala:id eſt,præter hæc. Ad hæc:id eſt, præterea. Ad calumniã dicere,defenſionem parare. Remedium ad morbum:id eſt,contrà,vel ad eum abigendum. Ad vſ cogita. Dies ad luctum (id eſt cõtra) gloriоſus. Ad occidentẽ,ad ſiniſtram colere,ſpectare, volare. Quid ad tẽ? ad rem? negocium? prouinciam? Nihil ad noſtram amicitiam. Minimè id ad nos. Ad ca'. Ian. venire ad menſem Iunium. Ad quod tempus,ad quos dies venies,ad quæ tempora? Ad breue,ad exiguum tẽpus accedam. Mors ad tempus afficit. Ad tẽpus apta ſtultitia. Habere voluntatem ad famam. Commẽdare ad poſterorum memoriã. Conſeruitidem. Id valet ad ſpeciem,ad hominum vitam. Alicui ſe ad docendum dare. Ad fraudem callidus. Ad dicẽdum ingredi. Ad hiſtoriæ fidem ſcribere,& ad effigiẽ iuſti. Ad agendã gratiam ſatisfaciam. Ad necem aliquem quærere. Studia ad honorẽ diſpoſita. Ad aſpectum venuſtum. Præciſa lingua ad ſignificãdam iniuriã:id eſt,ne queat ſignificare Prælium nõ ad ſpeciem,ſed ad vulnus. Ille vtilis ad nullam rem,& nullam partem. Voluntatẽ habere ad mendacium, ad negocium ad literas. Ad literas vindicare ſe. Amici ad manus:id eſt,præſto. Ad pedes abijcere ſe, lugere. Ad lyrã canere, Cremari ad Cæſ.poema. Vertere nauim ad pupim. Ad Cæſ.promittere. Ad verbum ſcripta cum re conueniunt. Ad literam immutat id eſt.deſcribit. Ad alienos tractus:id eſt, cum,& inter alienos. Ad aliquid audire. Ad populi partes aliquid dare, id eſt, concedere,vel pro populo. Ad propoſitum. Ad vnum. Fuimus frequentes, omnino ad centum:id eſt fultẽ. Ad minus. Ad maximum. Ad liquidum: id eſt,apertè. Ad vnguem. Adire ad domum,ſæpius Cic.quàm domum. Ad extremum id eſt,tandem. Ex cal.ad hanc horam Ad vnum diſertus:id eſt,in. Exponere mandata ad aliquem ab aliquo.*

ADAEQVANDVS,a,um. *quod par & æquum faciendum.* pro Ar. 29. Commemorationem nominis noſtri cum omni poſteritate eſſe adæquandam.

✠ ADAEQVO,as. *æquale facio‖ſignificatur hoc verbo,par eſſe aliquid, alicui;iungitur præpoſitioni cum:nonnunquam accuſatiuo.* pro Ar.24. Noſter hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit. de Vn.36.Quæ à meipſo facta ſunt,deorũ vitam poſſint adæquare. ¶ *Æquus ſuffragijs ſum,abſolutè.*2.Qu.frat.ep.6. Senatorum vrna copioſè abſoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt.

✠ ADAEQVATVS, a,um,pro.Cor.Bal.63.Quid enim eſt, cur potius ad ſummã laudem huic, quam ad minimam fraudem, Cæſaris familiaritas valere debeat? cognouit adoleſcens: placuit homini prudentiſſimo, in ſumma amicorum copia cum familiariſſimis huius eſt adæquatus.

☞ Syntaxis. *Adæquandum eſt nomen cum omni poſteritate,id eſt æternum præſtandum. Adæquari cum primis. Fortunam cum virtute adæquare. Hic primos adæquari. Vrnam adæquare, cum paria ſunt ſuffragia,vel ſententiæ amicorum vel inimicorum.*

ADAMO, mas *valdè amo,ardenter deſidero, percupio* ‖ 1. Offic. 117.

✠ Quiſque genus ætatis degendæ conſtituit,quod maximè adamauit. Qu. Frat.lib.3. ep.5. Illud verò quod à puero adamaram *ἀδύνατον*, καὶ *παράδοξον ἐμαυτῷ ἄλλων.* 3.de Orat. 59. Qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamarat.4.Acad.9. Eam ſententiam, quam adamauerunt,pugnaciſſimè defendunt.Ep.lib.2.ep.4.Si hoc ſtatueris,quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in iis eſſe elaborandum.pro Mil. 88.Nihil erat cuiuſquam, quod ille adamaſſet.3.de Or.98. Si illam præclaram & eximiam ſpeciem oratoris perfecti & pulchitudinem adamaſti. 6. I. V.101. Id adamaſti,quod antea non aſpexeras pro Flac. 25. Quod florere in generis ſui gloria viderat, prætor adamauit. 4.I. V. 84. Cùm ſigna quædam pulcherrima vidiſſet, adamauit.* 2. Aca. Qui ſerius adamauerunt honores,vix admittuntur ad eos. *Nonius Adhamauerunt legit.*

ADAVGEO,ges.*cumulo.*)(*minuo.extenuo.*2. de Inuen.55. Per quẽ facti honeſtas adaugetur.2.de Iuuen.75. & 2.ad Her.19.Hæc ſigna adaugent ſuſpicionem. pro S. R. 30. Tamen alijs nefarijs ✠cumulant atque adaugent.& ‖alibi maleficij magnitudinem adaugere.

ADAVGESCO, cis.*creſco inſuper.*1.de Diui.13. Aut denſus ſtridor, &c. *Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu.* Poetæ.

ADDICO,cis.*dedo,mancipo,deſtino, adiudico.* pro Seſt.18. Quos æris alieni magnitudo Tribuno plebis conſtrictos addixerat. pro Dom.107.Is neminem inuenire potuit, cui ſedes meas addiceret.I. P.86. Nónne Fuſidium creditorem debitoribus ſuis addixiſti.7. in Ant.15. Antonius regna addixit pecunia. In Saluſt.11. Non enim vni priuatim ancillatus ſum,neq; me addixi. pro Mil.88. Incidebantur domi leges, quæ nos noſtris ſeruis addicerent.I.P.56.Cùm addicebas Tribuno plebis. conſulatum tuum.pro Pl.93.Senatus cui me ſemper addixi. 5.I.A.33.Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit, ſed libidini cuiuſque addixit.Poſtq.in Sen.15.Cum hoc coire auſus es,vt reip.ſtatũ,vt Senatus auctoritatẽ, vt ciuis optimè meriti fortunas prouinciarum fœdere addiceres. Parad.4. Ego te non ſtultũ vt ſæpe,non improbum vt ſemper, ſed dementem & inſanũ rebus addicam neceſſarijs.2.de In.5.Addicet corpus ſuum turpiſſimę cupiditati 4.ad Her.24.Addicere vitam ſuã omni intemperantiæ.in Piſo. 83.Eius ipſius domum euertiſti,cuius ſanguinem addixeras.

✠ *ADVER. Vltrò creditorem debitori, In Piſ.*

ADDICOR,*ris.adiudicor,deſtinor‖res in cõmercijs quæ alicui promittuntur & traduntur in venditionibus, Addici dicitur* 5.Ver.148.*152.* pro Cec.16.Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, partim gratia Cæſenniæ, partim etiam precio, fundus addicitur Ebutio.pro Qu 92. Vt parſimonia nuda cupiditati petulantiæq; addicatur. Anteq. 17. Rei ſententijs prius iudicum conuinci, quàm ſupplicio addiceretur. pro R.P.45. Tua bona Poſthume nummo ſeſtertio à me addicuntur.Attic.lib. 10.ep. 5.Vt ſcriberem,cui vellem addici. pro Rab. Poſth.45. Bona alicuius nummo ſeſtertio cupiam addici.3.de Leg. 25.Libertas plebi ſic data eſt, vt multis præclariſſimis addiceretur,vt authoritati principum cederet.3. I.V. 144. Addicitur id opus H.S. D. LX. millibus 3.I.V.144. Addicitur medimnis M M.de Leg.Agr.Addicetur communis ora Lyciorum atque Cilicium.

ADDICTIO, onis 2.I.V. 12. Addictio & condonatio bonorum.

ADDICTVS,a,um. *adiudicatus, mancipatus.* I. P.37. Nam lege Cæſaris omnis tibi Græcia addicta. 2. de Or. 55. Quanti addictus? mille nummum.3. Offic. 45. Cum eorum alteri tyrannus diem necis deſtinaſſet,& is qui morti addictus eſſet, &c.2. I. A. 52.Nemo te de vendita atque ſententia mouere potuit. pro Fl. 48.Iſte cum iudicatum non faceret,addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. pro Milo.57. Milo vitam ſuam maximis præmijs pro-

dictus? mille nummûm. 3. Off. 43. Cum eorum alteri tyrannus dic̃ necis destinasset,& is qui morti addictus esset,&c. 1. I.A.52. Nemo te.de vendita atque addia sententia mouere potuit. pro Fl.48.Iste cum iudicatũ non faceret, addictus Hermippo.& ab hoc ductus est. pro Milo.57. Millo vitam suam maximis præmijs propositam & penè addictam sciebat. pro Cæl. 80. Hunc addictum, deditum, obstrictum tibi habebis. 2. Tusc. 5. Qui certis quibusdam destinatisque sententijs quasi addicti & consecrati sunt. ‖ 3. Ver.150. Opere addicto,prædibus Acceptis. At. lib.9. ep.11. Mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur.de Ar.39.Quod tu Brogitaro addictum pecunia tradisti. 11.I.A. 16. Gladiatorio generi mortis addictus. Att.lib.7.ep.3. Sed quid est quòd cuncti Luceijs sunt addicti.4.I.V.78.Ob rem iudicandam pecuniam accipere, precio habere addictam fidem & religionem.I.V.*ibiddem.*Habere fidem alteri addictam pecunia.* con. C. Anton. Saltibus propè addictis. ‖ 2. Phil. 52. Cum te neque principes ciuitatis rogando,neque maiores natu mouendo,neque frequens senatus rogando de vendita atque addicta sententia mouere potuit. 5.In Ver. 5.Addictis & venditis.pro Q. Rosc. 41. Addictus erat tibi non.

Syntaxis. *Constrictus tibi & addictus sum. Addicere aliquid pecunia. Nemini ancillari,neque se addicere. Addicere consulatum Tribuno. Addicere libidini cuiusque piorum bona. Fœdere addicere, Corpus suum addicere vitio & vitam. Reus addictus supplicio. Addicta sestertio bona. Addicta venditaq; sententia. Addictum,deditum,obstrictum aliquem habere. Vita proposita & addicta præmijs. Addictus & consecratus. Precio addictam habere fidem & religionem. Fidem habere alteri addictam pecunia.*

ADDISCENS, tis.*qui addiscit.*de Sen.50.Solon dicebat senescere se multa indies addiscentem.

ADDISCO, scis.*qui docetur.* de Sen. 26. Quid, quod etiam addiscunt aliquid?5.de Fin.87.Vt ea,quæ Socrates repudiauerat, addisceret.3.de Or.84.Atque velocius puer addidicerat.3.de Orat. 145.Sed vt aliquid addiscerem,&c.

ADVERB *Velocius,3.de Orat.*

ADDITAMENTVM,ti.*appendicula.* pro Sest. 68. Ligus iste,nescio qui,additamentum inimicorum meorum.

ADDO,dis.*adiungo,accessionem adiungo,affero,ascribo.*)(*addigo,deduco.*2.de Orat. 54. Paululum se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum vocis Antipater. Ep.l ib. 4.ep.3. Sed aliquid atque adeò multum addunt atque afferunt de suo. ‖ 3,Offi.112. Manlius paucos sibi dies ad dicturam gerendam addidit, de Arusp. 40.Aruspicum verba sunt hæc,nihil addo de meo.1.In Ver.49. Subscriptor addatur. Epist.lib.15.ep.20.Ad amorem meum aliquantulum olim descedens addidisti.1. Off. 37. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest?4.Acad. 49. Cum aliquid minitatim aut gradatim addicur.1. Offic.150. Adde vnguentarios. Et 216. Ad eas laudes quas à patribus acceperunt addunt aliquam suam. 3. de Orat. 26. Quid multa?istum audiens, equidem sic iudicare soleo, quidquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vitiosius & deterius futurum. 3. Tusc. 26. AEra ipse tibi addidisti.Epist.lib.13.ep.15.si ad id,quod ipsorum causa vis, addideris cumulum commendationis meæ. Postquam. in Sen. 26. Ad hæc ornamenta dignitatis meæ, reliqua vos isdem addidistis,&c.2.de Di.142.Nunc Prætor intermissionem forensis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi,quibus antea vti non solebam.Attic.lib. 1. ep. 10. In illam orationem.Metellinam addidi quædam. Attic.lib.12.ep.52.Eas literas in eundem fasciculum velim addas. 1. Offi. 67. Harum rerum dulcium splendor omnis & amplitudo est, addo etiam vtilitatem in posteriore.Att.lib.1<.epist.1. Addis mihi scribendi alacritatem.Att.lib.7.ep.2. Hæc opinor sunt in his libris, quos tu laudando animos mihi addidisti.* pro. C. Cor. 1. Quod is consul paulum tribunis pleb. non potestatis, sed dignitatis addidit.

ADDENDO.*adiungendo* 1.Off.59. Addendo deducendoque videre,quæ reliqui summa fiat.

ADVERB. *gradatim, minutatim* 4. *Acad.paululum.2.de Orat.Rectè 3 Tusc.*

ADDENDVS, a, vm. *id quod addetur.* pro R. P. 2. Ne quid ad eas ruinas,quib.hic oppressus est, addendum acerbitatis putet.

ADDITVS,a,vm.*adiunctus,quod accessit.* Et 1.ad Q. Frat.epist.1. Vnus annus additus labori tuo. Ep.lib.1. ep.7. Vt plus additum ad memoriam nominis nostri, quàm ademptum de fortuna videretur. 2. de Fin. 42. Id autem ciusmodi est, vt additum ad virtutem, authoritatem videatur habiturum. 2. I. A. 31. Cur quæstores additi? cur legatorum numerus additus? *Vbi tamen alij Auctus legunt.* ‖ 4.Acad.49. Qui acervum efficiunt, vno addito grano.Par.17.Aut addita ad nomen.

Syntaxis. *Addo, & affero de meo. Addere cumulum commendationis. Ad hoc illud addo. In hanc rem addo. In fasciculum literas addere. Addere alacritatem & animos. Addendo videre quid reliquum. Id ciusmodi est vt additum ad virtutem.*

ADDVBITATIO,onis.*dubium.*3.Off.18.aliàs Dubitatio.

ADDVBITATVS,a,vm.1. Offi.83.Eoq; magis si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitata mali. ‖ 1. de Diu. 105.

ADDVBITO, as.*dubito.* Or. 137. Vt addubitet, quid potius aut quomodo dicat. ‖ 3. Off.18.In his ad dubitare turpissimum est. Epist.lib.6. ep. 6. Habes augurium meum quo si quid addubitatem,non potius vterer quàm illa consolatione. Ep. lib. 7. ep. 32. Quod ad me sine prænomine epistolam misisti,primum addubitaui,num,&c. 1.de Nat. 14. profectò eos addubitare coget doctissimorum hominum dissensio.Et 2.de Nat.118. Id,de quo Panætium addubitare dicebat.

ADDVCO,cis.*deduco,contendo,contraho.*)(*remitto.* ‖ *varius est vsus huius verbi, primum huic verbo opponitur, remitto, dicturque de iis quæ contenduntur,deinde idem valet quod commouere: & persuadere aliquem ad aliquid, prioris vsus exempla.*1. de Diu.123.Cum autem ille respondisset,in agro ambulanti ramulum adductum,vt remissus esset,in oculum suum recidisse. de Amic. 45. Commodissimum est quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cum velis vel remittas.2. Tusc.57. Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius. *Alij huius verbi vsus non tam à vulgari consuetudine remoti ex, exemplis Colligi possunt* Epist.lib.5.ep. 4.Tu tuas inimicitias vt. Reip. donares,te vicisti,Alienas vt contra remp.Confirmes adduceris. Att.lib.13. ep.33.Ista enim res me adducebat.lib. 8. ep. 3. Ipsa reipub. causa me adducit. pro Deiot. Hunc adducere non potui ad meam auctoritatem.7. In Ant. 12. Vitam quam populi Romani votis retinuisset,pro libertate populi Romani adducere. Attic. lib.7. ep.9. Exercitum adducat armis cum eo contendere.*ibid.* Remp. Adduci ad interregnum. pro. Qu. 24. Publicius, qui ex Gallia pueros isti adducebat. Att.lib. 8. ep. 11. Gentes feras armatas in Italiam adducere. pro Dom. 76. Ciuitatem in discrimen adducere.pro Deiot.2.Adducere aliquem in discrimen capitis.3. Of. 79.Adducere aliquem in inuidiam falso crimine.Postq.in Sen. 15. Non te illius vnguentorum odor in eam cognitionem adducebat,vt tibi non liceret,&c.pro Qu. 3.Adducere aliquem in ius.pro S.R. 86. Causa, que aliquem ad facinus adduxit.Epist. lib.7. ep. 26. Nondum volunt illi lauti terra nota in honorem adducere fungos,heluellas.

ADDVCOR,ris.*inducor inuitor.*de Pro.39.Adduci ad suspicandum nullo modo possum vt C.Iulius &c.Ep.lib.2.ep. 10. Non enim adduci possum,vt abs te,&c.At.lib.2.ep. 22. In eam spem adducimur. * pro C.Cornel. 1. Ante vestros annos propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci. ‖ Epist.lib. 7. ep.9.Tollamus igitur hoc quo illum adduci posse negant.

ADDVCTVS,a,vm.*inductus.*de Clar.70.Myronis signa non dum satis ad veritatem adducta.3.Ad Qu.Fra.ep. 8. Ad interregnum comitia adducta.1. de Orat.183. Mediocriste res in controuersiam adducta est?1.I.V.5.Adductus sum iudices,Officio fide,misericordia, &c. de Amic. 20. Ita contracta res est & adducta in angustum.5.I.V.140.Adductus erat in sermonem, inuidiam, vituperationem. *de suis consil.Aliqua similitudine adductus. pro Q.19.In summas angustias adductum putaret. Epist.lib.4. ep.14.Ego pacis spe,non belli cupiditate adductus,accesseram. *ibidem.* lib. 5. ep. 5. Ego quæ tua causa antea feci, voluntate sum adductus,posteaque constantia.1.Ver. 4. Tuli grauiter & acerbè in eum me locum adductum. Attic.lib.1.ep.11. Magis amicitia.Clodij adductus.Parti.49.Si præmio,si gratia adducti,pro Syll. 87. Vt ad sceleratorum pœnam amore Reipub. sum adductus &c.Epist.lib. 13. epist. 27. Ego tibi sum necessitudine & summa coniunctione adductas commendaueram. 4. Acad. 65. Ego si ostentatione adductus &c. ad hanc potissimum philosophiam applicaui. Epist.lib.12.ep.9.A. Lepido in summam solicitudinem adducti sumus.*ibidem.*3.Phil.29.6.Phil.19.

ADVERB. *Magis, Attic. 1. Magnopere, de Clar. Quam primum,15 Fam.Facilè,in Part.2. Cont.Rull. Fortuitò, de Diu.*

Syntaxis. *Adducere aliquid ex Gallia alicui. In locum adducere. In discrimen, inuidiam, & captum discrimen adducere falso crimine. Adducim cognitionem. Adducere intus. In honorem aliquid adducere. Adduci non possum vt credam. In spem & spe adduci. Adducti voluntate & odio ad Signa, ad veritatem adducta id est, accedentia. Adducta comitia. Res in controuersiam adducta. Adduci officio. Res contracta & adducta in angustum. In inuidiam, vituperationem sermonem adducere.*

ADEO, dis.*comedo.*2.Tusc.24. Cùm verò adesum in fatum renouatum est iecur, tum rursus,&c.pro Qu.40. Quis tam profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset.

ADEMPTIO, onis. *ab.atio.*pro Do.58.Ademptio ciuitatis.

ADEO,aduerb *vsque eo,tantum,sic tam sic,adeo,vt magnadeo,&c.* Cicero hac voce non raro exaggerat orationem: *idem est fere quod quin,imo,etiam.*1. Qu.Frat. ep. 2. Rempub. funditus amisimus, adeò

adeò vt Cato adoleſcens, &c. pro Clu. 170. Adeone erat ſtultus, vt, &c. pro Flac. 47. Neminem quidem adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. pro Seſt. 82. At verò illi adeò vim facinoris ſui perhorruerant, vt cogitarint. &c. pro Rab. 28. Adeòne hoſpes huius vrbis es? Epiſt. lib. 10. epiſt. 31. Adeò mihi inuiſus. eſt Lepidus, vt, &c. pro Deiot. 30. Adeone, vt etiam humanitatis iura violentur. 2. de Orat. 15. Magis adeò id facilitate, quàm alia vlla culpa mea contigit. 1. Offi. 36. Adeò ſumma erat obſeruatio in bello mouendo. 6. I. V. 142. Id adeò ex ipſo S. C. cognoſcite. 6. I. V. 141. Id adeò ex me cognoſcite. pro Cecin. 87. Id adeò, ſi placet, conſiderate. pro Cluen. 80. Id adeò ſic cognoſcite. Attic. lib. 9. ep. 19. Hanc adeò habeo gratiam tibi. Epiſt. lib. 12. ep. 16. Adoleſcens tuus, atque adeò noſter. pro Clu. 79. De foro atque adeò de ciuitate ſublatus eſt. Epiſt. lib. 4. ep. 3. Aliquid atque adeò multa addunt de ſuo. I. P. 41. Tùne etiam, atque adeò vos geminæ voragines. & cæt. Attic. lib. 15. ep. 13. Quod ad te antea atque adeò prius ſcripſi. Epiſt. lib. 10. ep. 33. Adeò longo & infeſto itinere ad me veniri doleo. pro Archia, 13. Atque hoc adeò mihi concedendum eſt magis, quàm, &c. Attic. lib. 2. ep. 3.

Interea curſus, quos prima à parte iuuenta,
Quosq; adeò conſul virtute animoq; petiſti,
Hos retine, &c. Poetæ.

ADEO, adis. *adire poſſum, iubeo.* 3. I. V. 123. Cæteri hæredes adeunt ad Verrem. Epiſt. lib. 3. ep. 10. Ad me adire quoſdam memini, & ✠ cæt. pro Cecin. 28. Cùm adibam ad iſtum fundum. ‖ pro Cæcin. 99. Adire periculum noluit. Epiſt. lib. 3. epiſt. 7. Cùm ad me aditum eſſet ab ijs, qui, &c. Ep. *Ibid.* ep. 9. Te adeunt ferè omnes, &c. de Clar. 311. Tum primùm nos ad cauſas adire cœpimus. 4. Acad. 97. Tribunum aliquem cenſeo adeant. 5. de Finib. 87. Pythagoras Perſarum magos adijt. pro Flac. 49. M. Gratidius, ad quem eſt aditum, negauit. 1. Qu. Fra. epiſt. 2. Cùm prætores diebus aliquot adiri non poſſent, nec poteſtatem ſui facerent. pro S. Roſc. 110. Adire periculum capitis. 1. Off. 83. In adeundis periculis, &c. 6. I. V. 147. Cùm ad prætorem in ius adiſſemus. 4. I. V. 55. Antequam in ius aditum eſſet. Att. lib. 14. ep. 10. Adire hæ- ✠ reditatem. ‖ pro Q. Roſc. Com. 55. Hæres ex ſua parte qua hereditatem adijt. 2. I. A. 42. Cùm ipſe patris hæreditatem non adiſſes. Cernere hæreditatem, pro adire. L. CERNO. * 3. de Nat. deor. 50. Quo libentius Reip. cauſa periculum adiret optimus quiſque.

✠ *ADVERB. Caſtè, 2. de Leg. Intempeſtiuè,* 11. *Fam. Lubentius,* 3. *de Nat. neceſſariò,* 6. *In ver.*

☞ Syntaxis. *Adire ad aliquem, ad fundum. Omnes te adeunt. Adire ad cauſas. Prætores adiri no poſſunt, nec ſui faciunt poteſtatem. Capitis periculum adire. Ad prætorem in ius adire. Adire hæreditatem.*

ADEPS, pis. *axungia, pingue quod intra cutem carnemq; eſt.* 3. I. C. 16. Num mihi P. Lentuli ſomnus, L. Caſſij adeps, C. Cethegi furioſa temeritas pertimeſcenda eſt?

ADEPTIO, onis. *adeptus, acquiſitio.* 2. de Finib. 41. Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus. Part. 113. In voluntate autem vtilitas ex adeptione alicuius commodi.

* ADEPTVS, vs. *adeptio.* 3. de Fin. 48. Qui proceſſit aliquantum ad virtutis adeptum. *Alij Aditum legunt. vt Lamb.*

ADEPTVS, a, vm. *aſſecutus, inuentus,* Attic. lib. 6. ep. 1. Omnes. (*In ciuitates*) ſuis legibus & iudicijs vſæ. αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt. LEGE ADIPISCOR.

ADESPOTOS. *authore carens & principe.* Ep. lib. 15. ep. 17. Rumores triſtiores, ſed ἀδέσποτοι, *id eſt, incerti.*

ADESVS, a, vm. L. ADEDO.

ADFERO, fers. LAFFERO.

ADGRAVESCENS, tis. 3. Tuſc. 76. Si quidem quitempeſtiuam medicinam ad mouens, non adgraueſcens vulnus illidat manus, Poetæ.

ADHAEC. *præterea.* pro Flac. 79. Adhæc prædia incenſa dedica- ✠ uiſti. ‖ de Amic. 31. L. ADHVC.

ADHAERENS, tis. *nitor, innixus ſum.* In Vat. 13. Tela in tuis viſceribus adhærebunt. pro Dom. 63. In me omnia coniurationis nefaria tela adhæſerunt. in Arat.

Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit. Epiſt. lib. 8. ep. 5. Tan- ✠ quam in quadam ſilice iam omnia adhæſerunt. ‖ In Vat. 11. Tenésne memoria, te extremum adhæſiſſe? i. *extremum quæſtorem eſſe factum.*

✠ *ADVERB. Vix, in Vat.*

☞ Syntaxis. *Tela in viſceribus adhærere. Coniurationis tela omnia adhærere in aliquo. Omnia adhærent velut in quadam ſilice. Tu extremus adhæſiſti.*

ADHAERESCO, *ſcis.* pro Seſt. 18. Adhæreſcere ad columnam. 4. Acad. 8. Ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt. Attic. lib. 4. ep. 4. Vtique fac venias, ſi potes in his locis adhæreſcere. de Cla. 320. Hortenſius in continuatione verborum adhæreſcens. 1. de Orat. 258. Quæ recta ſunt, probari: quæ praua ſunt, faſtidijs adhæreſcere. 1. Off. 86. Omninoque ita iuſtitiæ honeſtatique adhæreſceret, vt, &c. pro Dom. 13. Prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret. 2. de Or. 214. Argumentum ratio ipſa confirmat: quæ ſimulatque commiſſa eſt, adhæreſcit, de Clar. 273. Oratio ita liberè fluebat, vt nunquam adhæreſceret.

☞ Syntaxis. *Adhæreſcere ad columnam, ad ſaxum. Adhæreſcere in locis, in continuatione verborum. Adhæreſcere faſtidijs. Iuſtitiæ & honeſtati adhæreſcere. Seditionis fax funeſta in hanc materiam adhæreſcit. Argumentum, oratio adhæreſcit.*

ADHAESIO, onis. i *ipſe actus adhærendi.* 1. de Finib. 19. L. COPVLATIO.

* ADHAMO, as. *appeto.* 2. Acad. Qui ſerius honores adhamauerunt vix admittuntur ad eos, nec ſatis commendati multitudini poſſunt eſſe. *Alij legunt Adamauerunt.*

ADHIBENS, tis. *qui adhibet. ſ. verbum inſequens.* de Cl. 261. Cæſar rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam emendat.

ADHIBENDVS, a, vm. *id quod adhiberi debet.* 1. Offi. 72. Capeſſentibus remp. magnificentia & deſpicientia rerum humanarum adhibenda eſt. 1. Offi. 73. In omnibus prius quàm aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. 1. Offic. 99. Adhibenda eſt igitur quædam reuerentia aduerſus homines. de Senect. 36. Vtendum exercitationibus modicis, tantum cibi & potionis adhibendum, vt. 1. I. A. 6. Nec Antonius vllius ſupplicij adhibendi, ſi poterit, vllam partem eſt relicturus. 1. Offi. 73. Quo circa philoſophis & magnitudo animi eſt adhibenda, & vacuitas ab angoribus. Orat. 17. Ad has tot tantasque res adhibenda ſunt etiam ornamenta. pro Qu. 47. Adhibenda uis eſt veritati. * Hortenſ. Magna etiam animi contentio adhibenda eſt expli- ✠ cando Ariſtotelem, ſi legeris. ‖ 2. de Orat. 148. Hæc ſemper adhibenda. 3. Offi. 9. adhibendum ne fuerit hoc genus, quod in diuiſione Panætij tertium fuit. 2. Offi. 24. Adhibenda ſæuitia vt heris in famulos.

ADHIBEO, es. *admoueo, adfero, adiungo, adapto, vtor.* ‖ *Late huius* ✠ *verbi vſus patet, ſed quæ à vulgari conſuetudine aliena ſunt, paucis capitibus comprehendi poterunt, in aliquid aliquem, aut in aliquem aliquid adhibere, vt in conuiuium, conſilium, & eius generis alia, non tam nota eſſe videntur: Quam ad conuiuium, ad conſilium adhibere, ſed hoc proximum apud Ciceronem, non exſtat, dicit quidem ad deliberationes adhibere ſed non ad conſilium, hæc Schorus.* Epiſt. lib. 5. ep. 20. Rationes confectæ, me abſente, ſunt tecum: ad quas ego nihil præter lectionem adhibui. Orat. 48. Adhibere iudicium. 1. Q. Frat. ep. 1. Quos ego vniuerſos adhibere liberaliter, optimum quemque hoſpitio amicitiaque coniungi dico oportere. 3. de Orat. 47. Vt oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem afferat. 2. de Orat. 144. Vt his rebus adhibeat tan- ✠ quam lumen aliquod, memoriam, vocem, vires. ‖ Attic. lib. 16. ep. 18. Si tu neruulos tuos, mihi ſæpe cognitos, ſuauitatemque qua nemo tibi par eſt adhibueris. Epiſt. lib. 13. ep. 6. Itaque hoc eius officium, quod adhibet erga illos, ego mea facultate & gratia ſoleo quantum poſſum, adiuuare. 3. de Orat. 46. Cum difficilius intelligatur quid patronus velit dicere, quam ſi ipſe ille qui patronum adhibet, de re ſua diceret. 2. de Finib. 67. Nec teſtes vllos è claris viris, nec laudatores poterit adhibere. pro Rab. perd. 20. Adhiberent tribunos plebis & prætores. *Ibid.* Adhibent omnes tribunos pl. præter Saturninum. Epiſt. lib. 16. ep. 9. Te hortor, vt omnem diligentiam adhibeas ad conualeſcendum. 4. Tuſc. 39. Modum adhibes vitio. Attic. lib. 12. epiſt. 19. Illa non eos adhibuit quos exiſtimauit. 4. Acad. 86. LEGE ADVOCATVS. pro Clu. 139. nemo adhiberet. Oratorem. 5. Tuſc. 111. pro Rab. 5. Adhibeatisque in hominis fortunis miſericordiam, in reip. ſalute ſapientiam, quam ſoletis. 3. Offi. 58. Qui orationis, vanitatem adhibuerunt. 3. Offi. 44. Adhibere Deum teſtem. Orat. 65. Flores, quos adhibet orator in cauſis. Epiſt. lib. 16. ep. 6. Quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ. In vita. Attici. Adhibere curam & diligentiam in valetudine tuenda. pro Clu. 118. Facilè hoc, iudices, impetrabo, vt quam ipſe adhibere conſueuit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum vim animi, libertatemque dicendi, in hac mihi concedat. Epiſt. lib. 6. ep. 1. Vt non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem. 2. Offi. 82. Is adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes. Epiſt. lib. 2. ep. 7. Tecum loquere, te adhibe in conſilium. de Clar. 330. Tamen ea conſolatione ſuſtentor, quam tu mihi Brute adhibuiſti tuis ſuauiſſimis literis. Attic. lib. 12. epiſt. 4. Quam ad omnes res adhibes in primis ad conualeſcendum adhibe prudentiam. Qu. de Pet. 12. Ad hanc rem adhibeas neceſſe eſt omnem rationem & curam, & laborem. 1. I. A. 2. Ad deliberationes, quas habebat de rep. principes ciuitatis adhibebat. ad Brut. epiſt. 16. Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem. de Cla. 151. Plus ſtudij ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas adhibuiſſe. 3. Qu. Fr. ep. 8. Cæſar virtutem & grauitatem in ſummo dolore adhibuit. de Cl. 44. Sed tum ferè Pericles primus adhibuit doctrinam. Ep. lib. 6. ep. 1. Sed tu illum animum nunc adhibe quæſo, quo me tum eſſe oportere cenſebas. de Ar. 20. Adhibere

bete animos & mentes vestras, non solùm aures ad artíspicum vocem admouere. 1. Qu. Fr. ep. 1. Permagni hominis est, sic se adhibere in tanta potestate, vt, &c. *id est, gerere.* 1. de Nat. 3. Quid est quòd vllos dijs immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus. 2. de Ora. 189. Nisi omnes ij motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse videbuntur. 5. Tusc. 99. Persas negat. Xenophon ad panem adhibere quicquam præter nasturtium. 4. Acad. 32. Cùm adhibemus ad eos orationem huiusmodi, &c. Ep. lib. 4. ep. 6. In me consolando non mediocrem animi dolorem adhibuisti. 4. Tusc. 38. Sed adhibebit modum quendam, quem vltra progredi non oporteat. de Cl. 204. Adhibere calcaria vel frenos alicui. Attic. lib. 1. epist. 16. Vt priuatis rebus meis adhibeam quandam cautionem. de Fat. 29. Siue medicum adhibueris, siue non, conualesces. pro Dom. 36. Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. 1. de Nat. 113. Adhibere odores ad deos. 3. de Nat. 69. Melius est ægrotis non adhibere vinum omnino. 2. de Orat. 186. Medicus ægro adhibet medicinam. 1. Offi. 83. Medici grauioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. * Hortens. Domitores equorum verbera. adhibent ad domandum. 1. de Fin. 24. Illam seueritatem in eo filio adhibuit.

¶ *Infero.* 2. Contra Rul. 46. Cùm sese sociorum sanguine implerint, adhibeant manus vectigalibus vestris: *id est, diripiant.* pro Cec. 49. Adhibere vim alicui. ‖ 5. Ver. 34. Si hanc vim adhibes.

¶ *Præsto, efficio.* pro S. R. 31. Non potest vim mihi maiorem adhibere metus quàm fides.

ADHIBEOR, ris. *ex actuo vires elice.* ‖ 4. Tusc. 58. Videamus quanta sint quæ à philosophia remedia morbis animorum adhibeantur. pro Clu. 18. Cum ad amici pericula depellenda adhiberer & 139. Nunc adhibemur vt ea dicamus. de Cla. 301. Is celeriter ad causas adhiberi cœptus est. 3. de Orat. 153. Post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis, ad disciplinas. 2. de Nat. 69. Lucina adhibetur ad partus. Orat. 291. Numerus iambicus adhibetur in fabulis. Ep. lib. 4. ep. 7. A cæteris tuis non adhibemur: *id est, in consilium* pro Mur. 7. Huic ego, iudices, satisfacere cupio, vosque adhiberi arbitros. Oct. Nulla enim remedia, quæ vulneribus adhibentur tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. 1. ad Q. Fr. ep. 1. Tanta adhibebatur à nobis contentio, vt rem confici posse non dubitarem.

ADHIBITVS, a, um. *adiectus, admotus.* 3. Offi. 7. Quem nos correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus. 1. ad Q. Fra. ep. 1. Ea autem adhibita doctrina est, quæ vel vitiosissimam naturam excolere possit. 2. de Nat. deo. 150. Adhibitis opificum manibus. ‖ pro Cluen. 115. Ea diligentia quæ solet adhiberi in cæteris iudicijs, eadem reo damnato adhibita est. pro Cæc. 42. Vt non dubium sit, quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, quam illi cuius corpus vulneratum. *ibidem.* 44. Qui non modo vt fugerent, sed etiam ipsius fugæ tutam viam quæsierunt, vis adhibita non videbitur? 2. de Orat. 146. Quæ (*scilicet argumenta*) omnibus, qui ea mediocriter modo considerarint, studio adhibito & vsu, pertractata esse possunt. de Clar. 88. Itaque multis quærelis, multaque miseratione adhibita, socios omnibus approbantibus, illâ die quæstione liberatior esse Epist. lib. 9. epist. 16. Est enim adhibita in ea re summa à nobis moderatio.

ADVERB. *Alacriter. Apertè, de Amic. benè, extrinsecus.* 4. *Tusc. Et* 1. *Ad Qu. Frat. frequentius, In part. Liberaliter.* 1. *Ad Q. Frat. Publicè Orationem,* 14. *Phil. Rectè,* 4. *Fam. Seuerius.* 10. *Att. Non solum, de Arusp.*

Syntaxis. *Adhibere iudicium: id est, vti. Adhibere lumen: id est, addere. Nerues adhibere. suauitatem. Officium adhibere erga Testem adhibere Deum. Adhibere multum in se ailigentia, fidem, curâ, studium. In consilium aliquem adhibere. Literis alicui consolationem adhibere. Ad hoc omnem rationem adhibe, omnem machinam, grauitatem, virtutem, animum, mœrem. Deo cultus, preces adhibere. Iram iudici adhibere. Ad panem adhibere aliquid. Ad aliquam orationem adhibere, modum, calcaria, frena, medicum. Ægrotis vinum adhibere, medicinâ. Bonis manus adhibere, & vim alicui. Adhiberi arbitrum ad litem.*

ADHINNIO. *transfatum.* I. P. 69. Itaque admissarius iste simul atque audiuit à philosopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptarios omnis incitauit: sic ad illius hanc orationem adhinnit, vt non magistrum virtutis, sed authorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.

ADHORTATIO *inuitatio, exhortatio.* 2. de Orat. 11. ‖ Sed quo citiùs hoc, quod suscepimus, non mediocre munus, conficere possimus omissa nostra adhortatione ad eorum, quos proposuimus, sermonem, disputationemque veniamus.

ADHORTOR, aris, *hortor, cohortor, accendo, inflammo.* I. A. Iure possum ego vos ad defensionem meæ salutis adhortari. Epist. lib. 15. ep. 21. Multæ erant & reconditæ literæ, vis non erat: ad eam igitur adhortabar. Epist. lib. 1. ep. 7. ego te ad certam laudem adhortor. 1. Off. 35. Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. pro Rab. 2. Adhortari aliquem ad aliquid faciendum. ‖ 4. Philip. 11. Faciam igitur vt imperatores instructa acie solent quanquam paratissimos milites ad præliandum videant, vt eos tamen adhortentur, sic ego vos ardentes, & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. *Lamb. legit cohortabor.* Et 1. Phil. 22. Quid est aliud igitur, quam adhortari adolescentes vt turbulenti, vt pernicioſi, vt seditiosi ciues velint esse.

ADHVC. *etiam nunc, etiam tum, iam tum hactenus.* 3. I. V. 194. Facinus fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. Att. lib. 7. ep. 12. Vnam adhuc à te epistolam acceperam. Epist. lib. 6. ep. 14. Ego Cæsari. pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo. Attic. lib. 7. ep. 22. Quod facilè patior, dum vt adhuc, nihil faciam turpiter. 2. de Diuin. 4. Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo. 1. ad Her. 16. Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum ceteris artis scriptoribus. de Am. 32. Nisi quid adhuc fortè vultis. ‖ *ibidem.* 18. Quem adhuc mortalis nemo est consecutus.

ADIAPHORON. L. INDIEFERENS.

ADIGO, gis. ‖ *adigere arbitrum, pro socio, aut omisso socio. formula loquendi iurisconsultorum, qua significatur aliquem vocare ad arbitrum qui à magistratu ad constituendum ex æquo & bono est constitutus.* Top. 43. Si in vrbe de finibus controuersia est quia fines magis agrorum videntur esse quam vrbis finibus regendis adigere arbitrum non possis. 3. Offi. 66. Itaque Calphurnius ad arbitrium illum adegit, quicquid sibi de ea re facere oportet ex fide bona. pro Quint. Rosc. 25. Cur non arbitrum pro socio adegeris. Quintum Roscium, quæro L. ARBITER.

ADIECTVS, a, vm. *additus, adhibitus.* 4. I. V. 37. Partim planè videbant adiectum esse hoc cultum hæreditati.

ADIICIO, cis, *immuto, addo, applico.* 1. Offi. 116. Timotheus ad laudem bellicæ doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. 2. contra Rul. 25. Cùm ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent. de Pet. Non vt aliquid ex ijs noui adijceres. 2. de Le. 61. Neue rogum propius sexaginta pedes adijcito ædes alienas inuito domino.

ADIICIOR, ris. *addor.* 2. de Leg. 36. Qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quò ne impudentiam quidem oculorum adijci fas fuit.

Syntaxis. *Hæreditati oculi adiecti in malam partem. Ad fortunam adijcere sapientiam. Aedes adijcere fano: id est, construere iuxta fanum. Oculorum adijcere impudentiam.*

ADEMPTVS, a, um. *detractus, remotus, imminutus.* Epist. li. 1. ep. 7. Vt plus additum ad memoriam nominis nostris, quàm ademptum de fortuna videretur. pro Quin. 8. Vitandi aduersariorum impetus potestas adempta nobis est. Epist. lib. 1. ep. 7. Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit. pro Cæc. 102. Qui huic ciuitatem ademptam esse dicant. *ibid.* 97. Quod Aretinis adempta ciuitas esset. *ibidem.* 101. Vt omnes intelligerent, nec ademptam cuiquam ciuitatem esse nec adimi posse & 102. Qui huic ciuitatem ademptam esse dicat.

ADHAON. L. INCERTVS.

ADIMO, mis. *aufero, eripio, subtraho, præcido.* (*adhibeo, addo.* ‖ 5. Tusc. 111. Etenim si nox non adimit vitam beatam Cur dies nocti similis adimat. Attic. lib. 1. epist. 13. Despensam homini Syriam ademi. 4. Acad. 33. Adimere aliquid alicui. pro Qu. 49. Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut alicuius eripuit iniuria. Epist. lib. 8. ep. 10. Primum vt Cæsari aliquid adimat, inde vt Pompeio aliquid tribuat. pro Mur. 180. Nolite mihi adimere eum, cui, &c. pro Dom. 22. Quod idem in posterum de extraordinarijs potestatibus libertatem ademisses. 2. de Orat. 364. Tum ille, Adimere, inquit, omnem recusationem Crasso volui. Attic. lib. 3. epist. 7. Nisi mihi dolor meus tum omnes partes mentis, tum huius generis facultatem ademisset. ‖ Attic. lib. 3. epist. 5. Inimici mei mea mihi non me ipsum ademerunt & lib. 2. ep. 16. Primo me ita pupugit. vt somnum mihi ademerit. 1. Ver. 21. His non modò persequendi iuris sui, sed etiam deplorandæ calamitatis adimis potestatem. pro Pomp. 35. Spem deditionis non ademit. pro Cæc. non adimit ei libertatem.

ADVERB. *Improbè. 5. Ver. iustè) (improbè dari 2. Offi. In posterum libertatem. pro Dom. Magnoperè. 9. Fam. Maturè. fructus pro Cæc. repentè solem. pro S. Rosc.*

ADIMOR, ris. *auferor, abstrahor.* 2. Contra Rul. 3. Non adimi tui quam glebam de Syllanis agris. 2. Cont. Rul. 80. Quibus adimi iure non poterat coëmerunt. pro Cæc. 96 99.

Syntaxis. *Dolor adimit mentis partes. Dolor somnum adimit. Ci-*

nitatem alicui,prouinciam adimere.

* ADINVENTVS, a, vm. 2. de Nat. D.130. Ex quo intelligitur, adinuentâ animo,percepta sensibus, adhibitis opificum manibus,omnia nos consecutos.

ADIPATVS.a.Orat.25.Optimum quoddam & tanquam adipatum dictionis genus.*alias*,adipale.

ADIPISCOR, ris.*mancisco*r,*consequor*,*inuenio*,*obtineo*,*colligo*.pro Flac. 43. Lysanias adeptus est ordinem senatorium. 1. Qu. Fra. ep.1.Nos ea quæ consecuti sumus, his studijs & artibus sumus adepti,quæ,&c. pro S. R. 131. Non mirum est,quod vis diuina assequi non potuit, si id mens humana adepta non est. pro Cl. 118. Is summos honores à populo Romano adeptus est.1. Offi. 62.Is insidijs & malitia laudem est adeptus.de Senect. 4. Senectutem vt adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam.Epist.lib.4.ep.5.Magnamque ex ea re te laudem adipisci.

✠ *aliter*,*apisci*. ‖ 4.de Fin.48. Adipisci voluptatem.

ADIPISCENDVS, a,vm.*acquirendus*,*comparandus*.1. de Finib. 36. Adipiscendarum voluptatum causa. 1. de Leg. 59. Homo multa instrumenta habet ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. 3. de Orat. 134. Nunc contrà plerique ad honores adipiscendos nudi veniunt. 1. Offi. 72. Sed iis,qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt. ‖ 4.de Finib.47. Minimi momenti esse ad virtutem adipiscendam.

✠ *ADVER. Aliquantulum...Tusc. Mediocriter.1. de Orat.*

ADITVS, a,vm.*participium ab Adeo*,*adis*. 1. Off.65.Vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum ge tarum desideret gloriam.

ADITVS,tus. *via*,*introitus*,*vestibulum*,*os* Epist.lib.15.epist.4.Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria. 6. I. V. 99. Aditus enim in id sacrarium non est viris. 1. Qu.Fra.1. Aditus esse facillimos ad aliquem. Attic.lib.14 ep.16. Quæ quidem nostris amicis diuinis viris aditum ad cœlum dederunt.3. de Orat.7. Dare aditum alicui ad aliquam rem.1.Offi.6. Vt ad officij inuentionem aditus esset.Att.lib. 4. ep. 8. Tu velim Fabium,si quem habes aditum,adorere,& istum conuiuam tuum deguste. 4. de Fin.21. Quæ omnino aditum habere nullum potest in vrbem, in forum,in curiam.Attic.lib.5.ep.8.Aditus ad Antonium difficilior esse dicitur.Epist.lib.6. ep. 13. Aditus ad eum difficiliores fuerunt.2. de Nat. 123. Elephanti propter magnitudinem corporis

✠ difficiles aditus habent ad pastum. ‖ pro Pomp. 41. Ita faciles aditus ad eum priuatorum.1.de Or. 98. Nunc vterque vestrûm patefecit earum rerum aditum quas quærimus. pro Fon. 10 Magnitudine rei sic occupant animos eorum qui audiunt, vt difficilis aditus veritati relinquatur. de Cla.16.Ad quos omnis nobis aditus,qui penè solis patuit, obstructus est. pro Pom.21. Vrbes per multas vno aditu atque aduentu esse captas. pro Pom.21.Patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui antè pop.Rom.ex omni aditu clausus esset.pro S.R.110. Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. pro Cec.39. Non solùm introitu,sed omnino aditu prohiberi.Attic.lib.2. ep. 17. Comparare sibi aditum ad res pestiferas.2. contra Rull. 38. Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligetis. pro Cl. 119. Hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus est. pro Syl. 4. Quæro à te, cur qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi intercluſus esse debuerit? Antequam. 9. Cum aditus custodi parriæ præclusus sit. pro Mur. 17. Vt aditus ad consulatum posthac omnibus patéret.2.Off.31. Sed est a ius quoque aditus ad multitudinem.pro Dom. 120. Cum in templum Castoris aditus esset apertus nemini.pro Dom.123. Date de hac religione aditum, pontifices: iam reperietis, &c. Orat. 50. Vestibula nimirum & aditus ad causam faciet illustres. 3. de Fin. 48. Qui processit aliquantum ad virtutis aditum. Alij Adeptum legunt.

¶ *Primus introitus ad iuuam*,*ad portum*. ‖ 4.Attic.ep. 15. Aditus

✠ muniti mirificis molibus. pro Cec. 35. Non modò limine, tectoque ædium suarum, sed primo aditu vestibuloque prohibere aliquem. 4.I.V. 160. In primo aditu vestibuloq; templi. 7. I. V. 30. In ipso aditu atque ore portus. 1. de Orat. 204. Ab hoc aditu ianuaque patefacta.6.I. V. 117. Aditus & terra & mari ad vrbem.1. I. A. 25. Forum sepietur,claudentur aditus, armati in præsidijs multis in locis collocabuntur.

✠ ADIVNCT. *Ardui.3. Ver. Difficilis,pro Font. Difficilior*,*diuturnus*. 1. *de Nat. Difficilior*, 15. *Attic. Et 6. Famil. Diurni, nocturni, de Pet.Cons.Inter se diuersi*, 6. *Ver. Facilis, alicui*, 7. *Ver. Facilior*, 5. *Ver. Quam facillimus*, 13. *Famil. faciles. vno aditu. pro Pomp. Facillimi*, 1. *ad Qu. Frat. Illustres ad causam. Orat. Munitus mirificis molibus* 4. *Attic. Plenus atque integer. pro Mil. Pleni*, 4. *Catil. Primus*, 4. *Ver.& pro Cæc. Prouincialis.6. Attic.*

☞ Syntaxis. *Aditum patefacere obstructum,difficilem, clausum. Locus ex omni aditu clausus. Aditus & aditum intercludere alicui ad aliquem. Aditum iacére ad aliquid. Improbis ad honorem non fit aditus. Patet illi ad causam aditus, ad consulatum. Dare aditum de religione. Prohibere aliquem primo aditu, ac vestibulo. Aditus, & os portus.*

ADIVDICATVS, a, vm:*per iudicium & citra iudicium attributus*. Attic. lib. 4.epist. 2. Nemo. n. dubitat, quin domus esset nobis adiudicata.

ADIVDICO, as. *a iquid alicui per iudicium attribuo.* ‖ *cui contra-*

✠ *rium est abiudico*. 2. Contr. Rull. 42. Iudicabit Alexandriam. Regis esse à populo Romano abiudicabit. Et 43. Primum populi. Romani hæreditatem Decemuiri iudicent: cum vos volueritis de priuatis hæreditatibus Centumuiros iudicare &c. Qui sunt isti Decemuiri, quos per speciamus Regnum Alexandriæ Ptolomeo gratis adiudicaturos. *ibidem*. 57. Agri, quos P. Africanus populo Rom.adiudicauit.10.I. A.12.Si resp. iudicaret,Antonione an Bruto legiones adiudicaret?1.Offi. 33. In medio relictum quod erat,populo Romano adiudicauit.Att.lib.1. ep. 16. Pompeius sæpe multisque verbis suis mihi salutem imperij adiudicauit.*hic sine iudicio*, 2. de Orat. 129.Iudex qui nobis causam adiudicatu.us est.1.I. V. 56. Adiudicare aliquem in seruitutem alicui.

☞ Syntaxis. *Adiudicata domus. Adiudicare causam, rem alicui,& aliquem alicui in seruitutem.*

ADIVMENTVM, ti.*subsidium*,*præsidium*.1.de Or.38. Plura detrimenta publicis reb. quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata. ad Brut. ep. 4. Bruti eruptio non solùm ipsi salutaris fuit, sed etiam magno ad victoriam adiumento. pro Qu.4.Hoc mihi in causis consuevit esse adiumento.5.de Finib. 59. Vt nihil, aut non multum adiumento vllo ad suam confirmationem indigeret. 2. de Orat. 102. Qui locus est talis,vt plus habeat adiumenti quàm incommodi, hunc iudico esse dicendum. 1. Off. 72. Qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum.1.Offi.1.Quam quidem ad rem magnum attulimus adiumentum hominib. nostris. pro Pomp. 70. Præsidia periculis, & adiumenta honoribus quæranda sunt.2.ad Her.8.Nunquam

✠ habuerit, de consciis, de adiutoribus, de adiumentis. ‖ pro Mur. 38. Num tibi hæc parua videntur adiumenta & subsidia consulatus. Orat.13.Multis quidem illa, magnisque adiumentis caruit. 5. Tusc. 59. Vti exterius & aduentitijs adiumentis de *administris legit. Lamb.*

✠ *ADIVNC. Aduenticia, xterna,5. de Fin. Magnum, pro C. Rab. Maximum, Epist. ad Brut. Magna, 3. de Orat multa, multa magnaque. Orat. multa, parua, pro Mur propria, de Orat.*

☞ Syntaxis. *Importatum adiumentum alicui. Aliquid esse adiumento. Id habet multum,plus adiumenti.*

ADIVNCTIO, nis. *animi propensio*. Qu. de Pet. 17. Tribus rebus homines maximè ad beneuolentiam ducuntur: beneficio,spe, adiunctione animi vel voluntate.

¶ *Exceptio*. 2. de In. 171. Sunt quædam cum adiunctione necessitudines,quædam simplices & absolutæ & *ibid*.Illic in superio-

✠ ra adiunctio est hæc, nisi nolint fame perire. ‖ *ibidem*. Pariter autem inuenias esse multas res necessitudinis, ad quas similis adiunctio non accedit.

¶ *Societas*. Att.lib.7.epist.2.Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem adiunctio.

¶ *Oratoria exornatio*.4.ad Her.38. Adiunctio est, cum verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum aut postremum collocamus,3.de Or.204.

✠ *ADIVNC.Similis.. de Inuen.*

ADIVNCTOR, oris. *qui adiungit aliquid*. Attic.lib.8.epist.3.Ille Galliæ vlterioris adiunctor.

ADIVNCTVM. *officium*,*significatio*.2.de Leg. 54. Hostia autem maxima parentare,pietatis adiunctum putabat.

¶ *Dia ectica vox: vnde locus, dicas accidens, contingens*. Top. 53. Consequentium locus ab adiunctis longè diuersus est. Nam adiuncta non semper eueniunt,consequentia autem semper. 2. de In. 41. Deinde videndum est, quid adiunctum sit negocio: hoc est,quid manus,quid minus, quid æquè magnum sit,quid simile,ex quibus coniectura quædam ducitur.

¶ *Additum*. pro Cor. 35. Adiunctum illud etiam est,quod non est in omnibus fœderibus.

ADIVNCTVS, a,vm. *continens*,*propinquus*.pro Pom.47.Fuit qui busdam summis viris quædam diuinitus adiuncta fortuna.pro Cec. 11. Huic fundo continentia quædam prædia & adiuncta mercatur. pro Clu. 30. Quæ propria huic causæ & adiunctiora sunt. pro Cl. 38. Vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiam. de Cl.109.Eique proximè adiunctus Drusus fuit.Attic.lib.13,ep.14.

Scito

Scito te ei dialogo adiunctum esse. 2. de Nat. 135. Aspera arteria ✠ ostium habet adiunctum linguæ radicibus. ‖ 2. de Nat. 134. Ad hæc omnia percipienda os est aptissimum, quod adiunctis naribus spiritu augetur.

ADIVNGENDVS, a, um. vide ADIVNGO. pro Cl. 30. in altera, diligentia vestra nobis adiungenda est.

ADIVNGO, gis. *adnecto, applico, aggrego, adhibeo, adscribo, accedo, complector, attexo.* Ep. lib. 5. ep. 7. Si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, respub. nos inter nos conciliatura coniunctaque est. Epist. Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Epist. lib. 1. ep. 9. Ad eorum causam me adiungerem. Attic. lib. 1. epist. 11. Hic dies valde me Crasso adiunxit. de Am. 49. Cum autem contrahat virtus amicitiam (vt supra dixi) si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adiungat: id cum contingit, amor ibi exoriatur necesse est ‖ 1. ✠ Cont. Rul. 4. Hos (*puta agros*) pop. Rom. Seruilij fortissimi viri victoria adiunxit. de Cl. 261. Itaque ad hanc elegantiam verborum adiungit illa oratoria ornamenta. pro S. R. 86. Crimen & suspicionem potius ad prædam adiungeret, quam ad egestatē. 1. Q. Fra. ep. 1. Ad summum imperium etiam acerbitatē naturæ adiungere. Octau. ep. Adiungere prouincias ad imperium. pro Pom. 35. Qui vnde quinquagesimo die totā ad imperium pop. Rom. Ciliciam adiunxit. pro S. R. 116. Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. Ep. lib. 5. ep. 20. Tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxisti. 1. Contra Rul. 13. Hi vectigalia, quæ Cn. Pompeius, adiunxit, vendere cogitant. pro Qu. 12. Adiungere sibi aliquem socium. 3. de Fin. 9. Non equidem recuso, sed te adiungo socium. Epist. lib. 12. ep. 16. Tu sicut mihi pollicitus es, adiunges me quàm primum ad tuos sermones. de Vn. 37. Et singulos adiunxit ad singula. Attic. lib. 9. ep. 12. Quare eius fugæ comitem me adiungerem. Or. 174. Isocrates verbis solutis numeros primus adiunxit. 2. de Fin. 42. Qui ad virturem adiungunt voluptatem. pro Mur. 42. Beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. *id est, acquirit.* 1. de Orat. 236. Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiunxisti. 2. de Diu. 113. Autoritatem nullam debemus nec fidem commentitijs rebus adiungere. Parad. 5. Quid enim adiungit nisi nobis vniuersis? Qu. de Pet. 21. Quoscunque velis adiungere ad amicitiam. 1. Off. 138. Hanc Scaurus demolitus accessionem ædibus adiunxit. 2. de Orat. 43. Nam illud tertium &c. quod Aristoteles adiunxit, minus est necessarium.

ADIVNGOR, ris. *addor. vide actiuum.* pro Ar. 22. Magnus honos rebus populi Rom. adiungitur. Epist. lib. 1. ep. 9. Cum etiam Cæsar ad autoritatem eius ordinis adiungeretur. Att. lib. 8. ep. 17. Alter consulum in Siliciam proficisceretur, Domitius eodem cum suis cohortibus adiungeretur. 1. de Inu. 86. Eius artificij cognitio hususmodi est, vt non ad huius artis partem aliquam adiungi possit. ad Att. lib. 11. ep. 12. Præsertim cum adiungatur ad Africam etiam Hispania. pro Pom. 30. Cum ad cæteras sum- ✠ mas vtilitates, hæc quoque opportunitas adiungeretur. ‖ pro Mur. 42. Multas sibi tribus quæ municipijs Vmbriæ conficiuntur, adiunxit. de Petit. 3. Vt Cn. Pompeium adiungeremus. 5. Tusc. 85. Indolentiam autem honestati peripateticus Diodorus adiunxit. Ep. lib. 15. ep. 4. Cum ad res bellicas hæc quæ rariora & difficiliora sunt, adiunxeris.

✠ ADVERB. *Diuinitus. pro Pom. foris argumentum, separatius ad finem studiosè. 2. de Inuent. Honestè, de Pet. Consul. Omnino prouinciam, 2. de Diu. proximè de Clar. Quam primum, Epist. 12. Rectissimè. 2. Offi. Valdè. 1 Attic.*

☞ Syntaxis. *Animi adiunctio. Amicitia cum adiunctione: id est, non absolutè. Sine virtute nulla hominis ad hominem adiunctio. Cæsar Gallarum adiunctor. Pietatis hoc est adiunctum: id est, augmentum, additamentum, accessio. Adiuncta non semper, consequentia perpetuo eueniunt. Continentia & adiuncta prædia suo fundo mercari. Propriora causa & adiunctiora. Aspera arteria linguæ radicibus adiuncta. Hoc illi me adiunget: id est, conciliabit. Ad alicuius rationes se adiungere, & ad causam. Ad imperium P. R. Asiam adiungere. Adiungo aliquem socium. Aliquem ad suos adiungere sermones. Adiungit beneuolentiam comitate: id est, sib. conciliat. Aedibus accessionem adiungere. Ad autoritatem Senatus Cæs. adiunctus.*

ADIVRANS. *quiurat.* Epist. lib. 9. epist. 19. At ille adiurans nusquam se vnquam libentius.

ADIVRO, as. *iuro.* 2. Q. Fr. ep. 7. Adiurat Procilius hoc nemini accidisse. 2. I. A. 9. Adiurásque id te me inuito non esse facturum. Att. li. 2. ep. 20. Pompeius affirmat, non esse periculum, adiurat. 3. Q. Fr. ep. 5. Qui omnia adiurant debere tibi, valde renunciant.

ADIVRO, pro *Adiuuero.* de Sen. 1.

O Tite, si quid ego adiuro, curámue leuasso, &c. Ennij.

ADIVTOR, oris. *administer.* At. lib. 9. ep. 12. Huius igitur belli ego particeps, & socius, & adiutor esse cogor. pro Flac. 1. Sperabam iudices honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quàm miseriarum deprecatorem. 1. de N. 17. Quamquam non mihi, sed tibi hic venit adiutor. & *ibidem.* 18. Nolo existimes me adiutorem huic venisse. 3. Off. 116. Epicurus eiusdem adiutor autorque sententiæ. Att. lib. 8. ep. 3. Ille absentis in omnib. adiutor. 2. Contra Rull. 12. Vt autor eius legis atque adiutor essem. pro Flac. 1. L. Flaccus socius atque adiutor consiliorum, periculorumque meorum. Postq. ad Qu. 16. Adiutores, autores, hortatores ad me restituendum multi fuerunt. pro Dom. 30. Adiutor ad agendum aliquid. 2. Offi. 51. Eò plures ad benignè faciendum adiutores habebunt. pro S. R. 6. Vt ad hanc prædam tam nefariam adiutores vos profiteamini. Epist. lib. 15. ep. 4. Huic meæ voluntati vt faueas, adiutorque sis, vehementer te rogo. 1. Tusc. 28. Adiutor in prælio. 1. de Or. 253 Oratori pragmaticum adiutorem dare. & alibi, Præbere se adiutorem scelerum alicuius. de ✠ Am. 43. His adiutor contra patriam inuentus est nemo. ‖ pro Sext. 40. His se tribus auctoribus in consilijs capiendis, adiutoribus in re gerenda esse vsurum dicebat.

✠ ADIVNC. *Fortissimus. pro Dom. pragmaticus. 1. de Orat. improbi 6. Ver.*

☞ Syntaxis. *Belli particeps. socius, adiutor. Autor in consilijs, adiutor in rebus gerendis. Adiutor & autor sententiæ. Adiutor, autor, hortator. Faueas, adiutorq; sis. In re adiutor. Se præbere adiutorem scelerum.*

* ADIVTORIVM, ij. Oecon. 1. Vt ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis præpararentur.

ADIVTRIX, cis. *quæ adiuuat.* de Nat. 63. Qua in re adiutricem coniugem cepit sibi. pro Dom. 144. Tuque Minerua. quæ semper adiutrix consiliorū meorum extitisti. 6. I. V. 17. Messana tuorum adiutrix sceleru. pro Plan. 1. Quæ res Cn. Plancio in petitione fuit adiutrix. 3. Off. 38. Eaque adiutrice regem interemit. Top. 95. Danda est igitur opera, vt legem adiutricem adhibeamus. * Frag. epist. Felicitas est fortuna adiutrix consiliorum bonorum.

ADIVTVS, a, vm. *vide proxima.* Orat. 12. Philosophorum disputationibus & exagitatus maximè orator est & adiutus. Epistol. li. 1. ep. 9. Neque de monimentis meis ab ijs es adiutus à quibus debuisti. ad Brut. 3. Alter ab altero adiutus.)(*Impeditus.* Ep. lib. 2. ep. 5. Non mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipuè sum ab illo adiutus, quàm, &c.

ADIVVANDVS, a, um. *cui ferendum auxilium.* At. lib. 12. ep. 42. Perendus tibi in hoc meus error. ferendus? imò verò adiuuandus.

ADIVVANS, tis. *quod adiuuat.* 2. de Orat. 187. Omnia dicendo ✠ excitanda sunt, nihil adiuuante natura. ‖ Epist. lib. 10. epist. 15. Lepidum adiuuandum putaui.

ADIVVO, as. *adiumento sum, adiumentum affero, suffragor, subleuo, auxilior, opitulor, præsidium affero, præsidio sum, adiutor sum alicui contra aliquem.* Orat. 14. Palæstra multum adiuuat histrionem. pro Arc. 16. Literæ adiuuant ad percipiendam colendamque virtutem. 3. Off. 55. Adiuuare aliquem in collocatione filiarum. Att. lib. 7. ep. 18. Me Pompeius Capuam venire noluit, & adiuuare delectum. pro Quint. 75. Non ad mendacium obtinendum, sed ad verum probandum autoritas adiuuat. Attic. lib. 7. ep. 1. Et in eo ego te adiuuabo. 2. de Orat. 195. Cum Caius Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multum lachrymis suis adiuuaret. Ep. lib. 1. ep. 7. Vt auxilijs eum tuis & copijs adiuuares. Epist. lib. 10. ep. 15. Si nos mediocris modò fortuna reip. adiuuerit. Epist. lib. 10. ep. 10. Subueni patriæ, opitulare collegæ, omnium gentium cōsensu adiuua. 1. Off. 75. Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagū adiuuerit, & ille adiuuit Themistoclem. * Att. lib. 16. ep. 22. Adiuuabis igitur mi Capito.

ADIVVOR, aris. *vis aperta ex actiuo.* 2. de N. 134. Quæ confectio etiam à lingua adiuuari videtur. 1. de Orat. 116. Aliquem in dicendo non multum à magistro adiuuari.

✠ ADVERB. *Aliquantulum, 2. Off. Multum, de Diu. Planè, Nihil. 12. Attic. Plurimum. pro Syl. Publicè, 5. Ver. vehementer Remp.*

☞ Syntaxis. *De hac re ab illo sum adiutus, & in hac re. Adiuuandus tibi meus dolor. Adiuuare delectū: pro in, & ad delectū. Adiuuare mœrorem alicuius, fletu. Adiuuare consilio. In dicēdo ab aliquo adiuuari.*

ADLABORO, as, *valde laboro, elaboro.* de Cl. 184. An tu, inquit, ad laborasse huic modò Bruto probatus es?

ADMETIOR, ris. *metior.* 5. I. V. 73. Frumentum, quod illi ex area, si vellet, admetiri licebat.

ADMINICVLOR, aris. *fulcio, adiuuo.* 5. de Finib. 39. Quæ sit scientia, atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.

ADMINICVLVM, li, *auxilium.* 2. de Nat. 120. Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. de Sen. 53, Adminiculorum ordines capitum coniugatio & religatio, & propagatio vitium. 3. Off. 34. Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed vt dicitur, Marte nostro. de Amic. 90. Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquid tanquam adminiculum adnititur.

☞ Syntaxis, *Vites adminicula clauiculis apprehendunt. Adminicule-*

rum ordines (de vinea.) Nullis adminiculis, & suo Marte facere. Adnititur ad adminiculum natura.

ADMINISTER, stri. *minister.* 4. I. V. 69. Timarchides omnium rerum transactor & administer. 4. I. V. 136. Timarchides erat administer cupiditatum Verris. pro S. R. 77. Vnus puer victus quotidiani administer relictus non est. pro Quint. 80. Administri & satellites Sex. Næuij. 3. de Leg. 43. Augurem Ioui Optimo Maximo consiliarium & administrum esse datum.

ADMINISTRA, æ. pro Pom. 36. Multæ sunt artes eximiæ huius administræ, comitesque virtutis.

☞ Syntaxis. *Ille rerum transactor, & administer. Cupiditatum alicuius administer. Administer, & satelles. Consiliarius, & administer. Artes administræ, & comites virtutis.*

ADMINISTRANDVS, a, um. *curandus.* 1. de Inuent. 38. Locus consideratur in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videatur, habuisse ad negocium administrandum. 1. Quin. Frat. ep. 1. Ac mihi quidem videtur non sanè magna varietas esse negociorum in administranda Asia. 5. I. A. 31. Rem administrandam ✠ arbitror sine vlla mora, & confestim gerendam censeo. ‖ Ep. lib. 13. epist. 11. Ad totamque rem, & cognoscendam & administrandam legatos Equites Romanos misimus, pro Flac. 87. O Conditiones miseras administrãdarum prouinciarum in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum, vbi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio pernitiosa &c. 1. de Orat. 210. De reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi.

ADMINISTRATIO, onis. *curatio, procuratio, gubernatio.* 1. de Nat. 2. An dij ab omni curatione & administratione rerum vacent. Epist. lib. 1. ep. 9. In omni actione atque administratione. Reipub. floruissemus. 2. Offi. 12. Ea ipsa, quæ inanimata diximus, pleraque sunt hominum effecta operis, quæ nec haberemus, nisi manus & ars accessisset, nec his sine hominum administratione vteremur. neque enim valetudinis curatio, neque agricultũra, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio sine opera hominum vlla esse potuisset. ✠ Ep. lib. 15. ep. 1. Communis administratio belli. 1. ad Q. Frat. ep. 1.

✠ ADIVNCT. *Communis, 15. Famil. prouincialis,*

☞ Syntaxis. *Ab omni curatione, & administratione rerum vacare, Actio & administratio Reip.*

ADMINISTRATOR, oris. *præfectus, gubernator, moderator, rector, minister, curator, procurator.* 1. de Or. 210. Imperator est administrator belli gerendi. 5. Tusc. 62. Itaque nec pulchros illos administratores aspiciebat. *id est, ministros.*

☞ Syntaxis. *Imperator, belli gerendi administrator.*

ADMINISTRATVS, a, um. *gubernatus.* 7. I. V. 123. A nobis omnia populo Rom. semper & belli adiumenta & pacis ornamenta administrata sunt.

ADMINISTRO, as. *gero. procuro, guberno, obeo.* ‖ 1. Offi. 87. Vter ✠ potius remp. administraret. Ep. lib. 15. epist. 21. Quod opus erit prouideas atque administres. 1. de Inuent. 35. Administrare ✠ rem familiarem ‖ 6. In Ver. 144. Quod vigilanter prouinciam administrasset. pro Sex Rosc. 91. Qui summum rerum administrabant.

ADMINISTROR, tris. *gubernor.* 1. de Fi. 63. Optimè verò Epicurus, quòd exiguam dicit fortunam interuenire sapienti, maximasque ab eo & grauissimas res consilio ipsius & ratione administrari. 1. Offi. 88. Sine seueritate administrari ciuitas non potest. 1. de Nat. 4. Deorum mente ac ratione mundum administrari ac regi. Epistol. lib. 13. epist. 11. Operamque des vt per te quàm commodissimè negocium municipij administretur, ✠ quàm primumque conficiatur. ‖ 1. Ver. 68. Per homines honestissimos virosque fortissimos, non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores leges iudiciaque administrentur.

✠ ADVER. *Accuratissimè bellum, pro Pomp. Admirabiliter, 2. de Nat. Auspicatò, 1. de Diuin Benè, Quam commodissimè, 13. Famil. Commodè, 11. Famil. Deinceps res. de Clar. Diligentissimè, 10. Famil. lenius. 16. Attic. Melius, optimè, temerè, 1. de Inuent. Rectè imperia, 2. de Inuent. Vigilanter, prouinciam. 6. Ver.*

☞ Syntaxis. *Administrata adiumenta & ornamenta. Quod est opus prouide, & administra. Rem familiarem, iudicia, leges, bellum, ciuitatem, consilio & ratione administrare. Administrare, ac regere quam commodissimè. Negocium de pace administrare.*

ADMIRABILIS, le. *admirandus, admiratione dignus, mirandus, admiratione affectus, nimius, habens admirationem.* 1. de Orat. 6. Vir admirabilis in dicendo, atque in omnibus artibus. 1. de Diu. 60. Res noua & admirabilis. de Fat. 38. O admirabilem licentiam. pro Mur. 23. Ars militaris admirabilem dignitatem habet. Ep. lib. 1. epist. 7. Sapientia tua non iucunda solùm, sed admirabilis etiam visa est. Orat. 13. Admirabilis fama virtutum incredibilium alicuius. Attic. lib. 9. ep. 13. Pro tua admirabili ac singulari sapientia. 1. de Na. 52. & lib. 2. 97. & lib. 3. 23. Deum versari circum axem cœli admirabili celeritate. 1. de In. 20. Admirabile genus causæ. 1. de Diu. 100. Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio. * Hortens. Cœli signorum admirabilis ordo. ‖ Ora. 6. In oratoribus verò græcis quidem, hoc admirabile est.

☞ Syntaxis. *In dicendo admirabilis. Nouum & admirabile. Admirabile ac singulare.*

ADMIRABILITAS, tis. *admiratio.* 2. de Na. 90. Quanta sit admirabilitas cœlestium rerum. 2. Off. 38. Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. 2. de Nat. 101. In quo cum admirabilitate maximæ igneæ formæ cursus ordinatos definiũt.

☞ Syntaxis. *Admirabilitatem facere, id est, præbere, inferre.*

ADMIRABILITER. *mirificè, mirum in modum.* Attic. lib. 5. ep. 14. Nos Asia accepit admirabiliter. de Op. 17. Isocratem Plato ad mirabiliter laudari in Phædro fecit à Socrate. 4. Tusc. 36. Quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimisque magnificè dicere videntur. 2. de Nat. 132. Mundum consilio admirabiliter administrari.

ADMIRATIO, nis. *miratio, admirabilitas.* ‖ 3. de Orat. 99. Sed ha- ✠ beat, illa in dicendo admiratio ac summa laus vmbram aliquam. 2. de Nat. 124. Est etiam admiratio nonnulla in bestijs aquatilibus. 2. de Oratore 254. Hoc admirationem magis, quàm risum mouet. 10. I. A. 3. Hoc mihi maximam admirationem mouet. pro Deiot. 34. Homines admiratione obstupefacti. 2. Offi. 48. Magna est admiratio, copiosè sapienterque dicentis. Epist. lib. 5. ep. 12. Varij casus habent admirationem. 1. de Ora. 152. Hæc sunt quæ clamores, & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. de Cl. 280. Crebræ assensiones, multæ admirationes. Orat. 11. Hæc ingressio mea reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habitura est. 2. Offi. 37. Admiratione verò quadam afficiuntur ij, qui anteire cæteros virtute putantur. Epist. lib. 7. ep. 1. Quæ popularem admirationem habuerunt. Or. 192 Traducere eos, qui audiunt, ad magnam admirationem. * Frag. epist. Eloquentiam, quæ admirationem non habet, nullam iudico.

✠ ADIVNC. *Magna, maxima, 2. Offi. Mediocris, 1. ad Qu. Fra. Perspicua, pro Corn. Popularis. 7. Summa, 11. Famil. Similis, 2. de Or. Multa, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Admiratio est in hoc id est, hoc mirabile est. Admirationem mouere. Is admiratione obstupefactus. Id habet admirationem. s. mirificum est. Admiratione affici. Aliquem in admirationem traducere.*

ADMIRANDO. de Cla. 234. Admirando irridere.

ADMIRANDVS, da, dum. 2. de Nat. 123. In quo admirandum est, congressúne aliquo inter se, &c. 2. de D. 148. Aeternam naturam esse susp iciendam, admirandamque hominum generi. * Hortens. Omnis solertia admiranda est.

ADMIRANS, tis. *qui admiratur.* ‖ 1. de Nat. 6. Partim admiran- ✠ tium, vnde hoc philosophandi studium nobis exstiterit. Orat. 197. Animis attentis admirantes excipiunt. 1. de Orat. 93. Quibus dicere Carneades solebat ingenium tuum Crasse vehementer admirans.

ADMIROR, aris. *suspicio, admiratione afficior.* Epist. lib. 1. ep. 7. Magnitudinem animi tui' semper sum admiratus, semperque amaui. de Op. 15. Thucydidis quidam eloquentiam admirantur. 2. Offi. 36. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ, &c. 1. Tusculan. 39. Plato, quem tu quanti facias, scio, & quem ex ore tuo admiror. 2. de Diu. 6. Nec adulatus, nec admiratus fortunam sum hominis Att. lib. 10. epist. 19. De diplomate ✠ admiraris, quasi, &c. ‖ 2. Offi. 35. Ne quis sit admiratus. Attic. lib. 6. epist. 9. Admiratus sum, quòd nihilominus ad me tua manu scripsisses. 1. Offi. 66. Nihil hominem admirari, aut optare oportet, nisi quod sit honestum. 3. de Ora. 100. Aspicere, admirari, stupescere. 1. de Finib. 40. In quibus hoc primum est, in quo admirer, cur, &c. de Sene. 55. Cuius quidem villam ego contemplans, admirari satis non possum. 1. de Orat. 219. Quorum magnitudinem cognitionis atque artis, non modò non contemno, sed etiam admiror. Attic. lib. 7. epist. 2. Nam de illo altero minus sum admiratus. 1. I. C. Quid tu admirare de multitudine in docta? Attic. lib. 9. ep. 14. De Dionysio sum admiratus. 1. de Ora. 47. In hoc maximè admiror Platonem, quòd &c. ✠ 1. de Orat. 243. Admirarere Ingenium Scæuolæ de Cla. 323. Admirari res gestas alicuius. Attic. lib. 7. ep. 9. Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. 2. de Orat. 126. Ego in vobis hoc maximè admirari soleo, quòd, &c.

✠ ADVERB. *Communiter, Separatim in singulis, 2. Off. Rectè, de Opt. valdè, 1. de Orat. vehementer. 10. Fam. Satis, de Sen. Semper, 7. Fam. Maximè. 1. de Orat. & 2.*

☞ Synt.

☞ Syntaxis. *In hoc admirandum est, an. Suspiciendus & admirandus homini Deus. Admirans est ille te. Ex ore tuo illum admiror. De hoc non admiror, quasi, &c. Aspicere, admirari, stupescere, Hoc primum est, in quo admirer. In hoc te admiror.*

ADMISCEO, ces. ‖ *Latinè, quod Barbarè connumerare aliquem in numero aliquo dicitur.* 2. de Orat. 200. Tunc admiscere huic generi orationis illud alterum cœpi. de Vn. 7. Deus bonis omnibus mundum expleuit, mali nihil admiscuit. 3. Qu. Fr. ep. 1. Trebatium meum, quod isti admisceas, nihil est. * Hortens. Quò minus se admiscuerint atque implicuerint. *animi* hominum vitijs atque errorib.

ADMISCEOR, ris, *miscor.* 12. I. A. 16. Ego ad id consilium admiscear, in hac legatione sim? Attic. lib. 7. ep. 1. Sed hoc tamen quicquid est Precianum, cum his rationibus quas ille meas tractat, admisceri volo. ‖ 2. Tusc. 26. Veruntamen versus ab his admisceri orationi. 12. Phil. 16. Aut ad id consilium admiscear.

ADMISTIO, nis. *concretio.* de Senect. ut. 79. Cum animus omni admistione corporis liberatus, purus, & integer esse cœpit.

ADMISTVS, a, um. *commixtus, concretus.* 2. de Nat. 26. Atque aquæ etiam admistus est calor. & *ibidem.* Aquam admisto calore liquefactam diffundi. 1. Acad. 8. In illis veteribus nostris scriptis multa admista sunt ex intima philosophia. 2. de Nat. 27. Aer multo calore admistus est. de Senect. 80. Animus non habet in se quicquam admistum, dispar sui atque dissimile. 1. Tusculan. 71. Quoniam nihil sit animis admistum, nihil concretum, &c.

☞ Syntaxis. *Admiscere aliquid alicui rei, & aliquem alicui. Ad consilium admisceri. Id cum hac re admisceo. Huic id admistum. Aqua admisto calore liquefacta diffunditur. In hoc illud admistum. Aer multo calore admistus. Admistum, & concretum.*

ADMISSARIVS, rij. *equus qui ad prolem seruatur, translatum vero ad libidinosos capitur.* I. P. 69. Itaque admissarius iste, simul atque audiuit, &c. nihil expiscatus est, &c. L. ADHINNIRE.

ADMISSVS, a, um. *incitatus.* 2. de Finib. 61. Et equo admisso, in mediam aciem Latinorum irruebat.

¶ *Ma um admissum, & patratum* 1. de Finib. 2. Qui autem volunt, &c. difficilem quandam temperantiam postulant in eo quod semel admissum coërceri, reprimique non potest. Epist. lib. 3. ep. 10. Si quid à me prætermissum fuerit, commissum facinus, & admissum dedecus, confitebor. pro Cl. 128. Si à multis esset flagitium rei militaris admissum. ‖ pro S. Rosc. 62. Quo tempore maleficium sit admissum. 2. Ver. 51. Verum quod ego laboribus, periculis, inimicitijsque meis tum cum admissum erit dedecus, seuerè me persequuturum esse polliceor.

ADMITTENDVS, a, um. *excipiendus, suscipiendus.* 2. de Leg. 37. Publicus sacerdos audaciam in admittendis religionib. fœdus damnet. 1. Quint. Frat. ep. 1. Facilem se in hominibus audiendis, admittendisque præbere. 1. Offi. 139. Domus in qua & hospites multi recipiendi, & admittenda hominum multitudo cuiusque generis.

ADMITTO, tis. *recipio, intromitto, excipio, suscipio, adhibeo.* ‖ *idem valet hoc verbum quod committo, & sceleribus & vitijs tribuitur, Sed in se admittere aliquid dicimus non committere, vsum ergo ex sequentibus discamus.* pro Syll. 16. Quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit, Quod sine eodem illo Catilina facinus admisit. pro Quint. 81. Id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. pro Syll. 69. Quod quisque voluerit, cogitarit, admiserit. pro Mil. 65. Si admisisset aliquid quod non posset honestè vereque defendere. 2. de Leg. 15. Deos intueri qualis quisque sit, quid agat quid in se admittat. pro Clu. 167. Quid vnquam Auitus in se admisit vt hoc tantum facinus ab eo non abhorrere videatur? pro Sex Rosc. 76. Reliquum est vt per seruos admiserit. 8. I. A. 29. Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere & reducere, hominis nihil de dignitate, nimium de periculo cogitantis. Sall. in Cic. 7. Quem Iupiter in consilio deorum admisit. 2. I. A. 45. Cum tu tamen nocte socia per tegulas admitterere. Attic. lib. 13. epist. 50. Cæsar tertijs. Saturnalib. ad Philippum, nec quenquam admisit. pro Cl. 116. Si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt. 1. I. V. 51. Si te semel ad meas capsas admisero. pro Clu. 167. Quid vnquam Auitus in se admisit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videretur. 2. de Leg. 15. Deos, qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, intueri. 2. ad Heren. 34. Aduersarij hoc in se facinus admiserunt. 2. I. A. 47. Tu autem ea in te admisisti, quæ à verecundo inimico audire non posses. pro Milon. 104. Quodnam concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi? cum, &c. Attic. lib. 9. epist. 12. Tamen spes quædam me obtentabat, fore, vt aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret. ‖ Atti. lib. 9. epist. 4. Tantum mihi dedecoris admisisse videor. pro Rab. 26. Rabirius fraudem capitalem admisit, quod, &c. 2. de Inuent. 50. Qui illam in re peccauit, hoc quoque admisit. 3. Offi. 95. Admittere retrum facinus.

ADMITTOR, tis. *assumor.* pro Mar. 7. Nec ad consilium casus admittitur. * 2. Acad. Vix admittuntur ad honores.

ADMODVM, *valde, per.* 6. I. V. 74. Erat admodum amplum & excelsum signum cum stola. 3. de Nat. 69. Res admodum paucis salutaris. 5. de Finib. 12. Theophrasti de beata vita liber, in quo multum admodum fortunæ datur. Attic. lib. 7. epist. 23. Me superiores literæ tuæ admodum delectarunt. Epist. lib. 4. ep. 13. Qui me admodum diligunt. 2. de Nat. 137. A corde in totum corpus distribuitur per venas admodum multas. ‖ pro Rab. perd. 21. Qu. Catulus admodum adolescens. de Cl. 210. Curio literarum admodum nihil sciebat. 4. ad Her. 18. Elocutio perfecta, quæ maximè admodum oratori accommodata est. de Am. 16. Quamobrem vtrique nostrûm gratum admodum feceris. * 2. Acad. Aut nihil superum, aut obscurè admodum cernimus. de Fat. Acipenser admodum rarò capitur. ‖ Topic. 3. Quod quidem minimè sum admiratus eum philosophum rhetori non esse cognitum qui ab ipsis philosophis præter admodum paucos ignoraretur.

☞ Syntaxis. *Admodum vtile, & multum admodum. Literarum admodum nihil scire. Maximè admodum.*

ADMONENDVS, a, um. *cui admonitio facienda.* Epist. lib. 4. ep. 10. Putaui ea de re te esse admonendum.

ADMONENS, tis. *qui monet.* Att. lib. 7. ep. 1. At vellem à principio te audisse amicissimè * admonentem. ‖ vel monentem.

ADMONEO, es, *commoneo, moneo, ad memoriam alicuius rei aliquem excito.* ‖ *verbum hoc iungitur genitiuo, ablatiuo, & quod vulgo ignotum, duobus accusatiuis.* pro Cæl. 8. Illud te admonitum esse volo. Attic. lib. 1. epist. 3. Illud me pæducæus vt ad te scriberem admonuit. Epist. lib. 1. ep. 7. Scribo tamen, vt te admoneam, quod ipse literis omnibus à pueritia deditus cognoui, vt discas, &c. Att. lib. 1. epist. 8. Etenim ibi sedens hæc ad te scripsi, vt me locus ipse admoneret. 2. de Finib. 69. Et eam tantùm ad aurem admonerent, vt caueret ne, &c. 1. de Nat. 5. Qui admonent, amicè docendi sunt. 1. de Nat. 46. Ac de forma partim natura nos admonet, partim ratio docet. ‖ 3. ad Quint. Frat. ep. 1. Epistola in qua de æde Telluris, & de porticu. Catuli me admones, *ibidem.* Item quod de hortis me admones. Attic. lib. 7. ep. 25. Quod me amicissimè admones, &c. gratum est. Att. lib. 9. epist. 11. Illud me præclarè admones, vt cum illum videro, &c. 1. Qu. Fra. ep. 1. Sed te illud admoneo, vt, &c. pro Dom. 127. Neque erat causa, cur prohibendo non tam deterrere videretur, quàm admonere. Epist. lib. 7. ep. 13. Vt ego quoque te aliquid de vestris cautionibus admoneam. Attic. lib. 5. epist. 1. Nunc venio ad transuersum illum versiculum, in quo me admones de sorore. Epist. lib. 9. epist. 6. Caninius noster me tuis verbis admonuit, vt scriberem. * de suis consil. Admonuisse tibicinam vt spondæum caneret. *Pythagoras dicitur.*

¶ *Admonere Creditores, huius loquendi modi Barbara quædam plurimu ab ætate Ciceronis abhorrentia sedè tenent, vt petere debitu, &c. Sic ergo cum Cicerone Reuocemus.* pro Quint. 40. Cum tibi quotidiè potestas hominis fuisset admonendi, vel bum nullum facis, Iam biennio confecto appellas. Epist. lib. 16. epist. 24. Dolabellæ creditores fac vt admoneãtur appellabis etiam Papiam. Top. 5. Admonitus huius æris alieni nolui deesse &c.

ADMONEOR, ris. *doceor, certior fio, reprehendor.* 2 de Diu. 134. Multi nullo somnio ad thesaurum inueniendum admonentur. 2. de Nat. 166. Multa extis admonemur. Ep. lib. 1. ep. 9. Ea tantæ mihi curæ sunt, vt me nõlim admoneri. de Ar. 44. Discordiæ nostræ, de quibus ipsis his prodigijs recentibus à dijs immortalibus admonemur. * Frag. epist. Quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor. 2. de Diu. 134.

✠ ADVERB. *amicè de Amic. de Nat. 1. Amicissimè, 7 Attic. Præclarè, 9 Attic Breuiter, 2 Tusc. Obscurè, 2. de Diu. Rectè, 2 de Orat. vulgò In Piso.*

ADMONITIO, onis. *monitum, præceptum.* 2. de Orat. 339. Admonitio quasi lenior obiurgatio. 2. de Orat. 282. Admonitio in consilio dando familiaris. 1. Offic. 145. Quæ facilè apparent, nec magnopere admonitionem & præcepta desiderant. 5. de Finib. 2. Tanta vis admonitionis est in locis, vt non sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina. Epist. lib. 1. epist. 1. Sed planè nec precib. nostris, nec admonitionib. reliquit locum. Epist. lib. 10. epist. 4. Quare si aut alitèr sentirem, certè admonitio tua me reprimere: aut si dubitarem, hortatio impellere posset, vt, &c.

✠ ADIVNCTA. *Accurata. 6. Attic Maior. 1. Attic. Familiaris, similis. 2. de Orat. Mediocris 3. de Inuit.*

ADMONITOR, oris. *qui monet.* Top. 5. Vt mea diligentia mandatorum tuorum te quoque, etsi admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum excitarem. Epist. lib. 9. epist. 8. Misi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos.

✠ ADIVNC. *Non nimis verecundi 9 Famil.*

ADMONITVM, ti. *admonitio.* 2, de Orat. 64. Præcepta, admonita tractanda sunt omnia disertissimè. 2. de Orat. 175. Sed vt vsus nostri quædam admonita tradamus. *vel monita.*

ADMONITVS, a, um. Attic. lib. 8. epist. 15. A multis admoniti sumus, vt caueremus, &c. 2. de Nat. 123. Tum admonita à squilla pinna morsu comprimit conchas. Top. 5. Vt veni Veliam, admonitus huius eris alieni, nolui deesse ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.

ADMONITVS, tus. *admonitio.* 3. I. C. 8. Atque interea admonitu Allobrogum missi, qui, &c. Attic. lib. 13. epist. 18. Ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem. At. li. 9. ep. 12. Quem φιλοπατριν ἡ πολιτικὴν hominis prudentis & amici, tali admonitu, non moueret auctoritas. de Ar. 36. Sed tamen, huic malo pop. Rom. ipse nullo Aruspicum admonitu sua sponte prospexit. Ep. lib. 10. ep. 12. Recitatis literis oblata religio. Cornuto erat, pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspicijs operam dedisse.

✠ ADIVNC. *Similis*, 2. *Tusc. talis*, 9 *Att.*

☞ Syntaxis. *Ad aurem admonere, ne. Admonere absolutè, Hoc præclare, amicè admones, & de hoc. Illum admoneo tuis verbis. Multa ex hoc admonemur, & a. Locum relinquere nullum admonitionibus: id est, non egere admonitione. Admonita tradere. Admonitus à, vt, &c. Huius rei admonitus. Admonitu alicuius facere.*

ADMOTIO, onis. *applicatio.* 2. de Nat. 150. Manus apta ad neruorum eliciendos sonos admotione digitorum. 1. *admouendis digitis.*

ADMOTVS, ta, tum. *adhibitus.* pro Cluent. 36. Oppianicus continuò sperare cœpit hoc se Aiulio tanquam aliqua machina admota, fortunas Asinij expugnare posse. 2. de Orat. 190. Nulla ✠ materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest. ‖ pro R. post. 23. Demetrium qui Phalereus vocatus est, in Ægypti regno, aspide ad corpus admota vita esse priuatum.

ADMOVENDVS, a, vm. *adhibendus.* 4. Tusc. 61. Sed alia quædam ad eum est admouenda curatio.

ADMOVEO, ves. *appono, adhibeo, porrigo, extendo.* de Amic. 31. Quam qui appetunt, applicant sese, & propius admouent. 2. de Orat. 153. Admouere aurem, & subauscultare. 3. ad Heren. 32. Admouere propè.)(. *Amouere procul.* 4. Acad. 145. Cum autem læuam manum admouerat, & illum, &c. 3. Tusc. 43. Fasciculum ad nares admouebis, incendes odores. Pro Sest. 12. Admouere stimulos alicui. *id est, excitare aliquem.* de Am. 100. Admouere se ad aliquam rem. 3. ad Her. 26. Admouere vultum ad aliquem. de Ar. 20. Adhibete animos, ac mentes vestras, non solùm aures ad aruspicum vocem admouete. Or. 55. Vt cunque animum audientis moueri voles, ita certum admouebis vocis sonum. 6. I. A. 5. Dum ne exercitum propius vrbem Romam. CCM. admoueret. 1. contra. Rul. 11. Admouent manus vectigalibus populi Romani. * Acad. Cum & huc & illuc aurem diligenter admouerit.

ADMOVEOR, tis. *adhibeor, adscior.* 2. Offi. 37. Dolorum cum ad mouentur faces, præter modum plerique exterrentur. 7. I. V. 162. Quid cum ignes ardentesque laminæ, & cæteri cruciatus ad mouebantur. 2. Tusc. 61. Cum faces ei doloris admouerentur. ‖ 1. de Orat. 60. Admoueri orationem ad sensus animorum.

✠ ADVERB. *Propius. de Amic. Huc. illuc*, 4. *Acad.*

☞ Syntaxis. *Applicare se, & propius admouere. Aurem admonere, & subauscultare. Stimulos alicui admouere, & aspidem ad corpus. Ad sensus animorum verba admouere. Se ad aliquid, vere. Vultum ad aliquem & animos: admouere ad aliquid. Exercitum ad locum vere. Admouere machinas, doloris faces, ignes, laminas, & cruciatus admouere multos.*

ADMVRMVRANS, tis. *qui admurmurationem edit.* pro Pom. 11. Idque admurmurante senatu, neque me inuito est factum.

ADMVRMVRATIO, onis. *approbatio, & applausio murmure facta.* pro Pomp. 37. Vestra admurmuratio facit Quirites, vt, &c. 2. Quint. Frat. ep. 1. Clodium accusaui multis & secundis admurmurationibus cuncti senatus. 2. I. V. 45. Grata concionis admurmuratio. I. P. 31. Qui non admurmuratione, sed voce & clamore furorem illius fregistis. 6. I. V. 27. Risus populi atque admurmuratio omnium facta est. 7. I. V. 40. O diuina senatus admurmuratio.

✠ ADIVNC *Diuina* 7. *Ver. Grata*, 2. *Inver. Multa, secund*, 2. *ad Qu. Frat.*

☞ Syntaxis. *Grata concionis admurmuratio. Senatus admurmuratio, sancta, diuina. Admurmuratione, ac potius voce & clamore frangere furorem.*

ADMVRMVRO, as. *admurmurationem facio: proprium concionis, aut senatus.* 7. I. V. 40. Memoria tenetis iudices, quàm valde vniuersi admurmurarint.

ADNECTO, is. *adligo.* 2. Tusc. 23. Nauem vt horrisono freto noctem pauentes, timidi adnectunt nauitæ.

ADNITOR, ris. *applico, seu applicor, & valde nitor.* de Am. 90. Natura solitarium nihil amat semperque ad aliquid tanquam adminiculum adnititur. Att. lib. 6. ep. 8. Ego nisi Bibulus adniteretur, de triumpho æquo animo essem. *alias adnumeretur.*

* ADNOTO, vide ANNOTO.

ADNVMERO, as. *numero, ad numerum addo.* pro S. R. 114. Omnia sua tibi concessit, adnumerauit, appendit. 5. I. V. 146. Dare & adnumerare nummos alicui.

☞ Syntaxis. *Concedo, admumero, appendo. Do, & adnumero.*

ADNVMEROR, ris. *adscior, adscribor.* in Sal. 6. Si tu vnà cum illis adnumeratus esses. Att. lib. 6. ep. 8. Nisi Bibulus adnumeretur, de triumpho, &c. *alias adniteretur.*

ADNVNCIO, as. *nuncio.* Att. lib. 5. ep. 14. Tamen interea hæc vel✠ lem quæ mihi * adnunciabantur. ‖ *adferebantur legit Lamb.*

ADOLESCO, scis. *cresco.* 5. de Fin. 55. Eaque cupiditas agendi aliquid, adolescit vnà cum ætatibus. 1. de Leg. 22. Ratio cum adoleuit atque perfecta est, nominatur ritè sapientia. in Sall. Hinc enim facilè intelligetur, quàm petulanti pueritia, tam impudicus & procax adoleueris. 1. de N. 99. Qui natus sit, qui adoleuerit, qui didicerit. de Sen. 51. Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit.

✠ ADVERB. *Sensim, de Senec.*

☞ Syntaxis. *Ratio adolescit, & perficitur. Ille procax adolescit. Viriditas adolescit.*

ADOLESCENS, tis. *de mare, ac fœmina, ephebus, iuuenis, pubes.* Epist. lib. 2. epist. 15. Homo adolescens. Cat. 26. Adolescens bona indole præditus. 7. ad Attic. epist. 7. Puer, nisi fortè adolescens factus est, dum ego absum. 1. de Diuin. 36. Aphricani filia adolescens. de Senect. 10. Hic & bella gerebat vt adolescens, cùm planè grandis esset. lib. 1. de Fin. 13. in primis grauis & doctus adolescens. Tusc. q. lib. 4. 55. Adolescens perditus ac dissolutus. in Orat. 41. Adolescens etiam nunc ô Phædre, Isocrates est. 3. in Ant. 3. Cæsar adolescens penè potius puer. pro Rab. 21. Qu. Catulus admodum tum adolescens. 6. Attic. epist. 2. Pueri, siue iam adolescentis. 1. Offi. 122. Adolescentis est, maiores natu vereri, exque his deligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque autoritate nitatur. 11. Fam. epist. 7. Adolescentem vel puerum potius. 3. Phil. 15. Adolescente illo nihil castius, nihil diligentius. Seruius Cic. lib. 4. epist. 5. Quid autem fuit, quòd illam hoc tempore, ad viuendum magnopere inuitare posset, &c. vt cum aliquo adolescente primario coniunctè ætatem ageret? 2. de Orat. 88. In adolescente optanda fœcunditas orationis. 9. Fam. epist. 22. Adolescentes peni dediti. 1. de Ora. 117. Neque hæc dico, vt homines adolescentes à dicendi studio deterream.

✠ Epist. lib. 13. epist. 19. Adolescens quem &c. *vide* ADOPTO. pro Clu. 176. Ab hoc adolescente Opianico in quæstionem postulauit. Cato. 71. Adolescentes sic moriuntur, vt quum aquæ multitudine vis ammæ opprimitur. Tusc. q. lib. 5. 77. Adolescentium greges Lacedæmone vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, vnguibus, morsu, denique vt exanimarentur, priusquam se victos faterentur. 1. de Nat. 80. Qui, concedentibus philosophis antiquis, adolescentib. delectamur. Cato, 71. Quemadmodum poma ex arboribus si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, décidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert. senib. maturitas. 9. Fam. epi. 8. Adolescentior Academia. * de su. consi. Cum vinolenti adolescentes, tibiarum etiam cantu, vt fit, instincti, mulieris pudicæ fores frangerent: &c. tarditate modorum & grauitate cantus, illorum furentem petulantiam resedisse.

✠ ADIVNC. *Abstinens, ingeniosus, optimus, ornatus omnibus rebus*, 13. *Fam. Acutus pro om. Bonus, honestus, Modestissimus, propinquus, locupletes, pleni ingenio, pro Flac. Bonus, eruditus. ad Qu. Fra. Bonus & diserus, honestus imprimis inter suos & nobilis, pecuniosus, pro Cl. Bonus & strenuus, gratissimi, optimi, omnibus bonis artibus ornati, per necessarij & amicitia dignissimi*, 3 *Fam. Bonus & fortis, Clarissimus & princeps ciuitatis, lectissimus*, 3. *In Ver. Bonus & fortis, & imprimis disertus, & prudens, & dignus illo loco & nomine*, 5. *In Ver. Clarissimus, optimus, nobilissimusque*, 4. *In Ver. Florentissimus, Florentissimus vrbis & incolumis, Ornatus, nobili loco natus, prætorius*, 6. *In Ver. Miseri*, 7 *In Ver. Castus. Clarissimus atque omnium præstantissimus*, 3. *Phil. Nobilissimi, præditus summa spe.* 2. *Phil. Castus & diligens*, 6. *Attic. probus.* 7. *Attic. Nobiles.* 2. *Attic. Comicus, potentissimus hoc tempore nostræ ciuitatis, Seniores. pro Sex. Rosc. Cupidus laudis, deditus mirificè studio, dicendi*, 1.

De

De Orat. Dissertissimus, Maximè familiares, 2. De Orat. Deformis, perditus ac dissolutus, 4. Tusc. Delicatus ingeniosissimi & prope æquales, De Clar. Disertus, honestissimus, humanissimus atque optimus, non tam insulsus quàm non verecundus prudens & bonus. Boni, humanissimi, & doctissimi rectissimis studys atque optimis artibus præditi, pro Cæl. Diuinus, 5. Phil. fortunatus pro Arch. Grauis honestus imprimis & ornatus pro Sest. Gratissimus, Optimus, mihique charissimus potens & nobilis, 2. Famil, Grauis & doctus. 3. De Finib. Imprimis honestus & grauis, pro Mil. Imperitus, pro Dom. Ingeniosus & bonus, pro Mur. non acriter intelligens, Boni & fortes, in Piso. Nobilis, pro C. Rab. Omni virtute Ornatus & humanitate, pro Plan. præditus magna gloria, pro Deiot. Primarij, 4. Famil. Non solum indocti sed etiam rustici, Optimi, præditi bona indole, probi, de Senec. loquatiores in Parad. Sanctissimus, 13. Philo.

ADVERB. *Admodum pro Cæl multum. 2. Off.*

☞ Syntaxis. *Adolescens bona indole. Factus adolescens. Grauis, perditus, dissolutus. Homo adolescens. Academia adolescentior.*

ADOLESCENTIA, æ *iuuenis ætas à. XIV. anno vsque ad XXV. etiam, XXX.* Adolescentia, 2. ad Heren. Top. 32. Adolescentia, flos ætatis. pro Qu. R. 44. Magis mea adolescentia indiget illorum bona existimatione, &c. Cato. 29. Adolescentia libidinosa & intemperans effœtum corpus tradit senectuti. de Fin. lib. 5. 62. Adolescentia libidinosa & proterua. Cato 67. Adolescentia ✠ multo plures, quàm senectus, mortis casus habet. ‖ *Ibidem.* Cum illud videatis cum adolescentia esse commune. pro Cælio, Adolescentiæ cupiditates aliquando tollerabiles. de Sen. 5. Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? 1. Off. 117. Adolescentiæ ineunti inest maxima imbecillitas consilij. pro Deiot. 2. Adolescentiæ terrorem inferre alicui. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Adolescentiam in aliqua re consumere. ad Lent. li. 1. ep. 9. Iam à prima adolescentia me Musæ mansuetiores delectarunt. * pro C. Cornel. 1. In quo suspicionem omnem tollit Q. Metelli adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.

✠ AD VN. *Impura, 3. In. Ver. Liberior, Plena spei, tota, pro Cæl. Libidinosa, proterua, 5. De finib. Libidinosa & intemperans, de Sen. Magna, pro S. Ros. Modestissima, pro Mur. prima, de Cla. Procliuior ad Libidinem, in Parad. Turpis, pro Font.*

☞ Syntaxis. *Effœtum corpus tradit senectæ adolescentia intemperans. In hac re consumere adolescentiam. A prima adolescentia. Flos ætatis, libidinosa, intemperans, proterua, iniens.*

ADOLESCENTVLVS, li. *admodum adolescens.* ‖ pro Flac. 51. ✠ Abduxisti Temno Apollonidem pecuniam adolescentulo &c. pro Dom. Imberbis adolescentulus. item alibi.

✠ ADIVNCTA *Comptus, pro. Rosc. Deditus studijs, 1. de Orat. Imberbis, pro Dom. Modestissimus, pro Plan. priuatus, pro Dom. Vicinus, pro Cæl. Non Imperiti, de Diu. Nobiles, 1. Att.*

ADONIS, idis. 3. de Nat. 59. Adonidi nupsisse traditum est Venerem quartam, Syria Tyroq; conceptam.

ADOPTIO, nis, *adoptandi actio.* pro Dom. 34. Quod est Pontifices ius adoptionis? nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam filios possit: & cum potuerit, sit expertus. & *Ibidem.* 35. Quas adoptiones hæreditates nominis, pecuniæ sacrorum secutæ sunt. 1. de Fin. 24. L. Torquatus filium in adoptionem D. Silano emancipauit. 1. Tusc. 31. Quid adoptiones filiorum.

✠ ADIVNCTA. *Innumerabiles, pro Dom.*

ADOPTANDVS, a, um. Atti. lib. 8. ep. 3. Ille in Clodio adoptando augur.

ADOPTATVS, a, um. de Cla. 212. Liciniæ filius, Crassi testamento, qui fuit adoptatus. Att. lib. 7. ep. 7. Adoptatus à plebeio patricius.

ADOPTIVA, orum. pro Do. 35. Neque amissis sacris paternis, in hæc adoptiua venisti.

ADOPTO, as. *filium facio, filium instituo.* de Cla. 77. Filius Scipionis, is qui minorem Scipionem à Paulo adoptauit. pro Dom. 34. Adoptat annos viginti natus etiam minor senatorem. pro Do. 37. Filium senatorem populi Romani sibi adoptare. Epist. lib. 13. ep. 19. Adolescens, quem C. Memmius Patrensium legibus adoptauit. de Cl. 241. C. Statienus, qui se ipse adoptauerat, & de Statieno Aelium fecerat.

✠ ¶ *Me in clientelam confero alicuius.* 2. I. A. 107. Puteolani C. Cassium patronum adoptarunt. pro Sest. 9. Conuentus ille Capuæ me vnum patronum adoptauit. Epist. lib. 5. epist. 9. Ego autem, quem potius adoptem aut inuocem, quàm illum, quo defendente, vincere didici. 6. I. A. 12. Atqui illum quinque & triginta tribus patronũ adoptarũt. 1. I. V. 54. & 1. Ver. 64. Adoptare sibi aliquem defensorem sui iuris, & vltorem iniuriarum, & actorem totius causæ.

✠ ADVERE. *Obscurè, pro Dom.*

☞ Syntaxis *Is ab illo filium adoptat. Aliquem sibi adoptare. &, Legibus adoptare. Adoptare sibi patronum ac defensorem.*

ADORIENDVS, a, um. *inuadendus.* 2. ad Heren. 7. Occasio idonea ad rem adoriendam.

ADORIOR, iris vel eris. *aggredior, inuado.* 4. I. V. 37. Hominẽ id ætatis quàm tumultuosissimè adoriuntur. 7. I. V. 89. Postremam quoque nauem piratæ primam adoriebantur. pro Sest. 79. Adoriri aliquem inermem & imparatum. pro Mil. 29. Adorfri aliquem à tergo. 2. de Orator. 205. Ne conuellere adoriamur ea, quæ non possunt commoueri. Attic. lib. 13. epist. 22. Hoc quoque ipsum continuò adoriamur. Att. lib. 16. ep. 2. παυλεί λεων, si Brundusium salui adoriemur.

✠ ADVERB. *Tumultuosissimè, 4. Ver.*

☞ Syntaxis. *Occasio ad rem adoriendam. Adoriri tumultuosissimè aliquem.*

ADORNATVS, a, um *instructus, paratus, ornatus.* pro Cl. 18. Omnis testium copia à matre initiò est adornata, à matre nunc instruitur, ac omnibus eius copijs & opibus comparatur. pro Cl. 191. Comparatio huius criminis ab illa est inuenta, & adornata. 3. I. V. 58. Vidi forum comitiumque adornatum magnifico ornatu.

ADORNO, as. *instruo, orno, paro, cõparo.* pro Pom. 35. Pompeius Italiæ duo maria maximis classibus ac præsidijs adornauit. pro Mur. 46. Vt idem accusationem & petitionem consulatus diligenter adornet atque instruat.

¶ *Honore afficio.* Epi. lib. 11. ep. 14. Lætor mea consilia, measque sententias à te probari de decemuiris, de adornando adolescente.

✠ ADVERB. *Diligenter.*

☞ Syntaxis. *Copia testium ab illo adornata. Adornatus ornatu magnifico. Comparatio criminis à te inuenta & adornata.*

ADPROMITTO, tis. *promitto, alienum promissum confirmo.* pro S. R. 26. Cum id ita futurum Titus Roscius adpromitteret, crediderunt.

ADQVIESCO, scis. *quiesco.* Epist. lib. 4. epi. 6. Lectis tuis literis, aliquantum adquieui. *vide* ACQVIESCO.

ADRAMITENVS, *Xenocles, ex Adramiteo, Asiæ oppido.* de Cla. 116. item pro Fla. 31.

ADRIANVS, a, um. I. P. 92. Adrianum mare. & ad Her. lib. 3.

ADRIMETVM, *oppidum.* 5. I. V.

ADSCISCO, scis. *asciscо, adprobo, recipio, attribuo.* pro Cor. 21. Innumerabiles aliæ leges sunt latæ, quas Latini voluerunt, adsciuerunt. pro Corn. 20. Cum iussisset prætor aliquid, id si adsciuissent socij populi ac Latini, & si, &c. vt tum lege eadem is populus teneretur. I. P. 50. Alienam prouinciam sibi adscisсere. 2. Tuscul. 23. Iouisque numen Mulciberi adsciuit manus.

☞ Syntaxis. *Adsciscere leges. Id populus adsciuit. Alienum. sibi adsciscere.*

ADSCITVS, a, um. *receptus.* 6. In Ver. 115. Sacra adscita atque accersita ab exteris nationibus.

✠ ADVERB. *Publicè, 2. De leg.*

☞ Syntaxis. *Asciius, & accersitus ab aliquo.*

ADSCRIBO, bis. *Ascribo, appono, adiungo, addo.* 2. de In. 120. Nihil attinuit adscribere, quæ volet. eo enim non adscripto, nihil inest dubij. Epi. lib. 7. epist. 18. Sed & Aruncius ita te mandasse aiebat, & tu adscripseras. Epistol. lib. 10. epistol. 20. accepi literas, in quibus erat, te adscripsisse à Lepido non recepi Antonium. 2. contra Rull. 50. Adscribit idem auctioni agros Corin. ✠ ‖ Epistol. lib. 5. epist. 4. Ego tamen adscripsisse mallem, quando id te video desiderare. Episto. lib. 5. epist. 20. Illud me non animaduertisse molestè ferrem, vt adscriberem, te in fano pecuniam iussu meo deposuisse, nisi, &c. pro Cecin. 95. Sylla adscripsit in eandem legem, si quid, &c. & *Ibidem.* Hoc in omnibus legibus adscribitur. 2. contra Rull. 52. P. Seruilius Pompeio Cnei filio, non credo adscripturum esse magno. 1. de Leg. 20. Me quoque adscribito fratris sententiæ. Attic. lib. 3. epistol. 23. In altera epistola tua præter consuetudinem,

diem non adscribis. At. lib. 6. ep. 1. Adscribit etiã, & quàsi calcar admouet, interceſſiſſe ſe pro ijs magnam pecuniam. 1. de Inuen. 56. Adſcribere aliquid ad legem. Epiſt. lib. 5. ep. 20. Non adſcripſi, quòd tua nihil referebat. 2. contra Rull. 24. Siue accepta lex eſſet, illum ſibi collegam adſcriberetis, &c.

¶ *Iubeo ſcribas.* Att. li. 1. ep. 4. Terentia tibi ſalutem adſcribit. Att. lib. 6. ep. 1. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit, vt mihi ſalutem adſcriberes, Att. *Ibid.* Tu quoque ſalutem vtrique adſcribito. & lib. 5. epiſt. 20. Alexis, quod mihi toties ſalutem adſcribit, eſt gratum: ſed cur non ſuis literis idem facit?

¶ *Imputo.* 1. de In 91. Hoc incommodum Scipioni adſcribendum eſt: *id eſt, attribuendum.*

✠ ADVERB. *Ita, 7. Fam. toties, 5. Att. Vulgò laudidibus, 14. Att.*

ADSCRIPTIO, onis. pro Cecin. 95. Declarata iſta adſcriptio eſſe aliquid, &c.

ADSCRIPTOR, oris. 2. contra Rul. 22. Et videlicet collegas ſuos adſcriptores agrariæ legis non repudiabit L. Nouitius.

ADSCRIPTVS, a, um. *ſcriptus, deſtinatus.* Epi. lib. 13. ep. 30. Is enim erat adſcriptus in id municipium ante ciuitatem ſociis & Latinis datam. 3. Quin. frat. ep. 1. Antiquior dies in tuis erat adſcripta literis, quàm in Cæſaris. *aliàs ſcripta.*

☞ Syntaxis. *Nihil attinet adſcribere quæuis. Adſcribere in legem. Pŏpeio. Cn. filio non adſcribitur Magno. Me adſcribas tuæ ſententiæ. In epiſtola diem adſcribe. Ad legem adſcribere aliquid.*

ADSERVATVS, a. um. *ſeruatus.* pro Cecin. 37. Si omnes in ædibus adſeruati ac retenti ſint, * pro L. Varen. Illico Varenum vinctum, adſeruatum.

ADSERVO, as. *ſeruo.* pro Cæc. 73. Negligentius adſeruare aliquid.

✠ ADVER. *Acerrimè, 10. Att. Negligentius, pro. Cæc. & pro Arch.*

ADSISTO, ſtis. *obſiſto, obſto, contrà ſto, & me oppono.* de Leg. lib. 2. 10. Vt contra omnes hoſtium copias, in ponte vnus adſiſteret. *de Horatio Coclite loquitur.*

ADSTIPVLATOR, oris. *confirmator defenſor.* Octau. Quidam cuius auus fuit argentarius, adſtipulator pater. 4. Acad. 67. Sed illud falſum eſſe & Stoici dicunt, & eorum adſtipulator Antiochus. I. P. 18. Nemo vnquam iſto non modò propugnatore tutiorem ſe, ſed aduocato, aut adſtipulatore paratiorem fore putauit.

ADSTITVO, is. *colloco conſtituo.* 3. ad Herenn. 33. Aegrotum in lecto cubantem faciemus, & reum ad lectum eius adſtituemus.

ADSVM, es. *præſens ſum, præſto ſum, interſum.* 2. de Orat. 40. Cum vos Catule & Cæſar non adeſſetis. pro Dom. 39. Aderat præſens M. Bibulus. Epiſt. lib. 9. ep. 25. Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius. Attic. lib. 15. epi. 11. Ij ex Africa iã affuturi dicũtur. & li. 10. ep. 4. Nos qui adſumus, &c. de Clar. 200. Oratorem in cauſa non adeſſe. 3. V. 1. Adeſſe ad iudicium Att. lib. 5. epiſt. 18. Video enim te, & quaſi coràm adſis, ita cerno ἀναπάθειαν amoris tui. pro Cl. 54. Adeſt præſens in ſingulari virtute. Epiſt. lib. 4. epi. 6. Ego verò Serui vellem, vt ſcribis, in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. pro R. P. 28. Ergo aderat, vis, quæ, &c. 3. Qu. frat. epiſt. 4. Pompeio ad triumphum ad III. nonarum Nouem. volebã adeſſe. 1. de D. 57. Petijt vt manè ad portam adeſſet: & *Ibid.* Manè præſtò ad portam ad fuit. pro Fla. 54. Siluerunt principes, neque in illa concione adfuerunt. pro Qu. 79. Vos qui adeſtis in conſilio. pro Pl. 87. Aderat mecum cunctus equeſter ordo. de Senectu. 77. Qui ad mortem propius adſum. pro Qu. 47. Quæ mala iam adeſſe atque impendére videntur. Att. lib. 4. epiſt. 16. Tu aduentare, ac propè adeſſe iam debes. pro Dom. 46. Qui neque adeſſe ſit iuſſus, neque citatus. 1. de Leg. 52. Quæ cum adſunt. perparua ſunt, & quandiu affutura ſint, certum ſciri non poteſt. Attic. lib. 15. ep. 25. Ego autem, ſi impoſuiſſet aliquid, quod penè fecit, niſi tua malitia affuiſſet, animo iniquo tuliſſem. Pro Flac. 43. Decreto ſcribendo primùm video affuiſſe Lyſaniam. Poſtg. in Sent. 7. Caput, &c. ne quis pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. 3. de Orat. 5. Et eundem, id quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo adfuiſſe. Epiſt. lib. 8. ep. 8. Scribẽdo affuerunt L. Domitius, Q. Cælius, &c. Idem ‖ lib. 15. ep. 6. Quod ſcribendo affuiſti, & Attic. lib. 4. ep. 17. Prouincijs conſularibus affuiſſe, cũ omninò ne ſenatus quidem affuiſſet & lib. 7. ep. 1. Scribendo affuit. 1. de Na. 14. Adſint, cognoſcant, animaduertant. 2. de Finib. 96. Tanti autem aderant morbi veſicæ & viſcerum, vt, &c. 1. Offi. 11. Bellua ad id ſolum quod adeſt, quodq; præſens eſt, ſe accommodat. * pro C. Cornel. 1. Vt ad legem accipiendam adeſſent.

✠ ¶ *Adeſſe dicebant Romani, quod recentiores, ſtare à partibus alicuius, aut tueri partes contra aliquem.* pro Qu. 30. Recuſabant qui aderãt tum Quintio, Attic. lib. 1. epiſt. 1. Adeſſe alicui contra aliquem. Ep. li. 6. ep. 14. Ego tamen tuis rebus adero, vt difficillimis. 2. I. A. 95. Semper enim abſenti affui Deiotaro. 2. Q. fr. ep. 3. Craſſus aderat Miloni animo non amico.

¶ *Non timeo.* de Som. 2. Ades, inquit, animo, timorem omitte. pro Cec. 30. Adeſſe animo. pro Syl. 33. Adeſtote omnes animis, qui adeſtis corporibus. 8. In An. 30. Vigilare, cogitare, adeſſe animo.

✠ ADVERB. *Coram, 13. Phil. frequenter, paulo Ante, pro Cæc. Multum, in Top. Opportunè, pro Clu. Præſto, pro Mur. propius, ad Mortem, de Sen. publicè, pro Plan. Tardius, 12. Att.*

☞ Synta. *Præſens adeſſe. Ad imperandum. adeſſe Ex Gallia. In cauſa. Ad iudicium. Coràm. Ad mortem. Prope, propius. Adeſſe iuſſum, & citatum. Legibus adeſſe ſcribendis. Ad id quod adeſt, quodq; præſens eſt. Adeſſe alicui. Adeſſe animo, timorem omittere.*

ADVECTVS, a, um. *importatus, comportatus, inuectus, apportatus.* 2. I. A. 77. Inde Caſſio celeriter ad vrbem aduectus, Romam rediit. Epiſt. lib. 4. ep. 12. Cum ab Epidauro Piræum naui aduectus eſſem. 1. de D. 58. Cùm tu equo aduectus, &c. 2. de D. 84. Quidam caricas Cauno aduectas vendens.

ADVEHO, his. *apporto, importo, comporto.* 5. I. V. 172. Cũ frumentum ex decumis mancipes Romam aduexiſſent. 3. Off. 50. Si vir bonus ab Alexandria profectus Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit.

☞ Syntaxis. *Ille Romam aduectus eſt. Naui aduectus, equo.*

* ADVEHOR, eris. in L. Piſ. Cum tibi tota cognatio in ſarraco ✠ aduehatur. ‖ *citat Quin. lib. 8. cap. 3.*

ADVENA, æ, *peregrinus, hoſpes.* 2. de Or. 249. Ne in noſtra patria peregrini atque aduenæ eſſe videamur. 2. contra Rul. 93. Nos autem iam non hoſpites, ſed peregrini atq; aduenæ nominabamur. 5. Tuſc. 34. Zeno Citiæus aduena quidam, & ignobilis verborum opifex.

☞ Syntaxis. *Peregrinus, & aduena. Non hoſpes, ſed peregrinus, & aduena.*

ADVENIENS, tis. *accedens qui venit.* Att. li. 6. ep. 3. Eſt aliquid aduenientem non eſſe peregrinũ atque hoſpitem. pro Mur. 68. Quid habet admirationis, tali viro aduenienti obuiam prodiſſe multos? pro Cec. 25. In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. 2. de Diu. 142. Medici ex quibuſdam rebus, & aduenientes morbos, & creſcentes intelligunt.

ADVENIO, nis. *accedo appropinquo.* 3. de Nat. 57. Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt adueniſſe. 1. ad Her. 14. Athenis Megaram veſperi aduenit Simo. de Sen. 25. Senectus cùm aduenit, apportat ſecum multa vitia. 11. I. A. 30. Vtq; quancunque in prouinciam eius belli gerendi cauſa aduenerit, ibi imperium habeat. de Sen. 69. Cum enim id aduenerit, tunc illud, &c. 11. I. A. 7. Sapientis eſt, quicquid homini accidere poſſit, id præmiditari ferendum modicè, ſi aduenerit, eſſe.

☞ Syntaxis. *Adueniens morbus, ſenectus. Quicquid aduenerit.*

ADVENTITIVS, a um. *fortuitus, inſperatus, non quæſitus.* pro Pom. 24. Mithridates magnis aduentitiis multarum nationum copijs iuuabatur. 6. I. V. 81. Neque vllum aduentium requiratur auxilium.

¶ *Alienus, non innatus, externus, adueniens.* 2. de Nat. 26. Externus & aduentitius tepor. 5. de Finib. 59. Neque ſanè multum adiumentis externis & aduentitijs vteretur. 2. de Diuinat. 120. Animos externa & aduentitia viſione pulſari. 3. de Orato. 133. Hæc politiſſima traſmarina & aduentitia doctrina. 2. & de Inuent. 64. Aduentitia pecunia. pro R. P. 46. Aduentitia pecunia petitur ab eo, cui ſua non redditur. Top. 69. Aſſumpta & aduen- ✠ titia.) (. Innata & inſita. ‖ Attic. lib. 1. ep. 16. Vnam rationem non reijciebam, vt ager hac aduentia pecunia emeretur.

ADVENTANS, tis. *accedens, appropinquans.* de Sene. 2. Onus aut iam vrgentis, aut certè aduentantis ſenectutis.

ADVENTO, as. *aduenio, appropinquo, accedo.* Attic. lib. 4. ep. 16. Tu aduentare ac propè adeſſe iam debes. Epiſt. lib. 2. ep. 6. Nondum erat auditum, te ad Italiam aduentare, cum, &c. Att. lib. 16. ep. 4. Legiones aduentare dicuntur. 1. de Orat. 199. Quod verè iam ✠ tempus aduentat. ‖ Attic. lib. 5. epiſt. 17. Appius noſter cum aduentare videret profectus eſt Tarſum.

ADVENTVS, tus. *acceſſus.* (. *diſceſſus.* Attic. lib. 2. epiſt. 1. Quid cogites de aduentu tuo, ſcribe ad nos. Attic. lib. 12. epiſt. 49. Vt me leuârat tuus aduentus, ſic diſceſſus affixit. Attic. lib. 4. epiſt. 4. Aduentus tuus mihi ſuauiſſimus, optatiſſimuſque erit. pro Pomp. 13. Ipſorum aduentus in vrbes ſociorum. Attic. lib. 8. epiſt. 1. Ibimus Luceriam, nec eum fortaſſe delectabit aduentus noſter. pro Milon. 50. Nocturnus Clodij ad vrbem aduentus. * con. C. Anton. Vt non eſſet locus tam ſanctus, quo non aduentus tuus crimen adferret. 6. I. V. 115. Conferte huius prętoris aduentum cum illius imperatoris victoria. In Piſon. 51. ✠ Quid dicam aduentus meos? ‖ 6. Ver. 116. Id aduentu Verris Siculorum Innocentium ſanguine redundaſſe.

✠ ADIVNC. *Minus aptus ad res multas, 2. Famil. Admirandus, Gratus, honestus, 10. Att. Clarus, 15. Fami. Expectatissimus, Optatissimus, Suauissimus, 4. Attic. Gratior, 9. Fam. Improuisus, 1. Fam. Iucundus, 5. Att. Maturus. 2. Att. Matutinus, nocturnus, 5. Fam. Gratissimus, 3. Ver. Primus, 6. Ver. Nocturnus, pro Mil. Occultus, In Piso. Repentinus. 1. Phil. Suauis, molestus, 1. ad Q. Fra. Graues, 1. Cont. Rull.*

ADVERSANS, tis. *oppugnans.* 3. Off. 78. & lib. 1. 110. Aduersante etiam & repugnante natura. 2. de Oratore. 187. Aduersantem & repugnantem capere. Epist. lib. 3. ep. 10. Contentio mea aduersans actionibus aliorum.

ADVERSARIA, orum. *præscriptiones, ephemerides. Tabellæ extraordinariæ, in quibus memoriæ causa, vtcunque notamus, vt ea postea in iustas fidei tabulas codicesq; referamus: sic dicta, quòd præsto, & ad manum semper sint, & aduersa, non auersa: vel ab aduertendo, quòd propter animaduersionem & memoriam (vt dixi) conficerentur.* pro Qu. R. 5. Non habere se hoc nomen in codice fatetur, sed in aduersarijs patêre contendit. & *Ibidem.* Non ex tabulis, sed ex aduersarijs petere potuerunt. & *Ibid.* Suarum præscriptionum & literarum aduersaria proferre, amentia est. Item *Ibidem.* 7. Quid est, quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est, quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ; hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt deiecta, illæ in ordinem confectæ. Itaque aduersaria in iudicium protulit nemo, codicem protulit; tabulas recitauit.

✠ ADI NC. *Menstrua pro Q. Rof.*

ADVERSARIVS, a, um. *aduersus, oppositus, inimicus, hostis.* 2. de Or. 156. Opinionem istorum studiorum apud eos qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror. 3. I. A. 21. Nec poterat aliter de aduersarijs ducibus iudicari. pro Cec. 5. Vis ea, quæ iuri maximè est aduersaria. Sua confirmare, aduersaria euertere. pro Pl. 1. Ea res in iudicio aduersaria est Cn. Plancio. pro Clu. 94. Tribunus non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius. de Ar. 34. Theodosius Hermachi acerrimus aduersarius. de Fa. 30. Ergo siue habuerit aduersarium Milo, siue non habuerit, luctabitur. & *Ibidem.* Sine aduersario nulla luctatio est. pro Mil. 40. Octo Tribuni plebis illius aduersarij defensores mei. de Ar. 40. Acceptis à forti aduersario vulneribus. aduersis. de Ar. 50. Obtrectatores eorum atque aduersarij. in Vat. 1. Hic refutandus est, vt grauis aduersarius. Bru. 2. Aduersarius & obtrectator laudum mearum. Epist. lib. 2. ep. 4. Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio. Epist. lib. 8. epist. 4. Qui se intenderant aduersarios in eius tribunatum.

✠ ADIVNCTA. *Acer, facilis, leuior, 4. Acad. Acerrimus, fortis, de Arusp. Capitalis, 4. De finib. Grauis, In Vat. 1. Præstans, nobilitate & ingenio, Graues, pro Plan. Pares. 1. Fam.*

☞ Syntaxis. *Opinio, iudex, vis aduersaria. Aduersaria euertere: id est, obiecta, & contraria. & res aduersarij. Aduersarius acerrimus. Aduersarium habere. Obtrectator, & aduersarius. & cõtra. Grauis aduersaria expectatio. Intendere se aduersarium in alicuius dignitatem.*

ADVERSOR, ris. *repugno, obsisto, contrauenio, contra rem alicuius venio, contrà pugno, contra facio, aduersarius sum, in aliquem eo, resisto, clamo, obtrecto.*) (. *Suffragor.* 7. I. V. 81. Hanc Cleomenes vir amabat, veruntamen huius libidini aduersari non audebat. de Ora. 48. Aduersari omibus in disputando. 4. Aca. 46. Duæ causæ perspicuis & euidentibus rebus aduersantur. Orat. 172. Quis Isocrati aduersatus infensius quàm Aristoteles? pro Syll. 50. Ego verò quibus ornamentis aduersor tui? aut cui dignitati vestræ repugno? Part. 95. Neque solùm ea sunt quæ nobis suppetunt, sed etiam illa quæ aduersantur videnda.

✠ ADVERB. *Infensius. Orat. Mediocriter, pro Mur. Valdè, 1. ad Q. Fra. Vehementer, 7. Ver.*

ADVERSVM & ADVERSVS. *contra.* 3. Off. 103. Hostis legitimus, aduersus quem totum ius fœciale est. Oct. Aduersus quos aciem struis? Oct. Aduersum se armare aliquem. 5. I. V. 194. Pecuniæ conciliatæ aduersus leges. aduersum rempub. Attic. lib. 14. ep. 4. Si duriorem te præbes, non contendam ego aduersus te. ✠ ‖ ad Brut. Epi. 16. Fidem Cicero si flexerit aduersus alios iudicium suum.

¶ *Erga & in amicè.* 1. Off. 34. Officia aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis. Epist. lib. 3. epist. 13. Modestus aduersum aliquem. 2. Offic. 68. Vtendum est excusatione aduersus eos, quos inuitus offendas, quacunque possis. Attic. lib. 12. epist. 3. Blandus aduersus aliquẽ. 1. Off. 99. Adhibenda est etiam quædam reuerentia aduersus homines. 1. de Nat. 4. & 116. Pietas aduersus deos. 1. de Nat. 117. Iustitia aduersum deos. Epist. lib. 11. ep. 27. Quonam modo me gererem aduersus Cæsarem, vsus tuo consilio sum. 1. Offi. 98. Quemadmodũ nos aduersus homines geramus. 1. de Diu. 101. Ara enim Aio loquenti, quam septã videmus, aduersum eum locum consecrata est.

☞ Syntaxis. *Aduersum se armare aliquem. Aduersus aliquem flectere iudicium. Seruare officium aduersus aliquem. Aduersus illum est is modestus, blandus. Aduersus homines adhibere modestiam, pietatem aduersus Deos.*

ADVERSVS, a, um. *contrarius, incommodus, fluxus.*) (. *secundus, prosper.* Topic. 47. Quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur aduersa, vt celeritas, tarditas. 1. Off. 90. Vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est. ad Brut ep. 4. Nihil nobis aduersi euenire potest. pro Syl. 29. Omnium mentes improborum mihi vni maximè sunt infensæ & aduersæ. pro Mil. 3. Vnum genus est aduersum infensumque nobis. Att. lib. 10. ep. 9. Omnia secundissima nobis, aduersissima illis acciderunt. pro Syl. 75. Per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ, nunc subleuantur aduersæ.

☞ Syntaxis. *Aduersa sunt ex eodem genere contraria. Infensus & aduersus, & contrà.*

¶ *Oppositus loci ratione.* de Somn. 13. Intueri solem nequitis aduersum. 4. Acad. 145. Zeno cùm extensis digitis aduersam manum ostenderat, visum inquiebat huiusmodi esse. 2. I. A. 82. Caput in aduersam lecticam inferens, beneficia, quæ venderet, à collega petebat. 4. Acad. 123. Antipodes aduersis vestigijs stant contra nostra vestigia. de Somn. 14. Sed eorum partim obliqui, partim versi, partim etiam aduersi stant nobis. & *Ibidem.* 15. Qui aduersa nobis vrgent vestigia. L. HOMO. 1. de Di. 58. Eodemq; equo aduersam ascendit ripam. 2. de Nat. 125. Aer ab iis aduersus pellitur. Or. 65. Referre paria paribus, aduersa contrarijs. 2. de Nat. 134. Dentes aduersi & acuti.) (. intimi * Hortens. Quorum corpora viua cum mortuis, aduersa aduersis accommodata quàm aptissimè colligabantur. Incer. Aduersæ & perditæ res.

¶ *In anteriore parte, aduersaq; corporis.* 2. de Or. 124. Iudicibus cicatrices aduersas ostendere. de Ar. 40. Acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis. 2. de Orat. 256. Aduersus & auersus impudicus es. 7. I. V. 3. Cicatrices aduerso corpore exceptæ.

☞ Syntaxis. *Aduersum intueri solem. Antipodes aduersis vestigijs stant contra nostra vestigia. Stant antipodes nobis aduersi. Aduersi & acuti dentes,*

ADVERTO, tis. *observo, attendo, animaduerto.* Att. lib. 4. epist. 4. De librarijs, si me amas, diligenter aduerte. ‖ Lamb. non addit aduerte.

ADVERTOR, ris. *ex activo notum.* Epist. lib. 1. ep. 1. Nam aduertebatur Pompeij familiares assentire. Volcatio.

ADVESPERASCIT, bat. *fuit vespera.* 6. I. V. 147. Itaque tum de foro, cum iam aduesperasceret, discessimus. & 3. I. C. 5. Item 4. de Fi. 80. Sed quoniam aduesperascit, nunc quidem hactenus. Ep. lib. 15. ep. 4. Cam aduesperasceret.) (. cum lucesceret.

ADVIGILATVR. 2. de Legibus. 29. Vt aduigiletur ad custodiam ignis.

ADVIGILO, as. *vigilo, diligenter vigilo.* de Pet. 44. Si aduigilamus pro rei dignitate.

☞ Syntaxis. *Aduigilatur ad fanum, ad custodiam. Pro rei dignitate aduigilare.*

ADVLANS, tis. de Am. 99. Apertè adulantem nemo non videt, ✠ nisi admodum est exors. ‖ In Pis. 99. Adulantem omnibus videre te volui.

ADVLATIO, nis. *assentatio, simulatio.* 2. de Na. 158. Canum tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. de Amic. 93. Sic habendum, in amicitijs nullam pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem.

✠ ADIVNCTA. *Amans dominum. 2. de Nat.*

ADVLATOR, tis. *assentator, homo leuis, fallax, ad voluntatem loquens omnia.* 4. ad Heren. 30. Nolo esse laudator, ne videat adulator. * de Amic. 94. Qui ad alterius non modò sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur.

ADVLO, as. & ADVLOR, aris. *blandior, assentor, auribus do, omnia ad voluntatem loquor, nihil ad veritatem.* 2. de Di. 6. Nec adulatus, nec admiratus fortunã sum illius. 1. Off. 91. Cauendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facilè est. 2. Tusc. 24. Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem. Poëtæ.

✠ ADVER. *Apertè de Amic.*

☞ Syntaxis. *Apertè adulans. Adulatio, blanditio, assentatio. Adulari fortunam alicuius. Ne sinas te adulari. Adulari sanguinem alicuius.*

ADVLTER, eri. *mœchus, alienæ coniugis corruptor.* in Sallust. 21. Tu omnium cubiculorum ineunte ætate pellex, & idem postea adulter. pro Sest. 39. Clodius sororis adulter. 2. I. C. 7.

Quis

Quis adulter? quæ mulier infamis? *con. C. Anton. Cum deprehendebas adulteros ipse.

✠ ADIVNCTA. *Sororius.*

ADVLTERINVS, a, um. *non verus, non naturalis, fucatus, adumbratus.* Cluent. 41. Oppianicus testamentum in alias tabulas translatum signis adulterinis obsignauit. 3. Offic. 91. Numos adulterinos pro bonis accipere.

ADVLTERIVM, rij. *stuprum.* 2. de Ora. 274. Qualem existimas, qui in adulterio deprehenditur? tardum. de Sene. 40. Stupra & adulteria, & omne tale flagitium, voluptatis illecebris excitari. 4. Tus. 75. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta deniq; *con. C. Anto. Cum deprehendebare in adulterijs.

✠ ADIVNCTA *Nefarium pro Mil. Quotidiana. 5. Ver.*

ADVLTERO, as. *corrumpo stupro.* Part. 90. Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. pro Qu. R. Adulterare tabulas. de Am. 94. Simulatio tollit iudicium veri, idque adulterat. 1. de Leg. 43. Latrocinari, adulterare, testamenta supponere.

ADVLTEROR, aris. *cubile alterius ineo.* 1. Off. Latrocinari, fraudare, adulterari turpe est, sed dicitur non obscœnè. pro Cecin. 73. Ius ciuile pecunia adulterari non potest.

☞ Syntaxis. *Fallaciter imitando aliquid adulterare. Ius pecuniæ adulterare.*

ADVLTVS, a, um. *grandior, progressa ætas, & alia res maior, confirmatio.* de Clar. 270. Thucydides & Pericles, qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuerunt. 5. Tusculan. 58. Ab ijs ipsis, cum iam essent adultæ, ferrum remouit. de Clar. 330. Eamque tueamur, vt adultam virginem castè, &c. 5. I. V. 160. Puer adulta ætate. 2. Tusc. 13. Philosophia ea mandat animis, & vt ita dicam, serit, quæ adulta fructus vberrimos ferant. 1. I. C. 30. Delebitur hæc tam adulta reip. pestis.

☞ Syntaxis. *Adulta vrbs, virgo, scientia, morbus, arbor, ætas.*

ADVMBRATIO, onis. *leuis imago, ac species.* Orat. 103. Alicuius rei si non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio.

ADVMBRATVS, a, um. *non absolutus.*)(*expressus.* de Leg. 59. Principio quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente concipimus. pro Cæl. 12. Habuit ille multa maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum.

¶ *Fictus.* 3. Tusc. 3. Gloria est solida quædam res expressa, non adumbrata, &. *Ibid.* Eminens effigies virtutis, adumbrata imago gloriæ. 5. de Finib. 69. Adumbrata opinio honestatis. pro Syl. 52. Cornelius etiam nũc de indicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. 1. de Natu. 75. Cedò mihi istorum adumbratorum deorum formas. 2. contra Rul. 30. Comitia adumbrata.)(. comitia vera.

¶ *Obscurus.* 5. I. V. 77. Hic Aeschrio Pippæ vir adumbratus.

☞ Syntaxis. *Conatus, & adumbratio. Adumbrata virtutum signo habere. Vir adumbratus.*

ADVMBRO, as. *effingo, imitor, describo.* 2. de Orat. 194. Heroum veteres casus imitari, atque adumbrare dicendo. 3. de Orat. 16. Id genus sumus in eorum sermone adumbrare conati. Ora. 43. Excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus. pro Dom. 80. Qui ne ementiendo quidem potueris autorem adumbrare meliorem.

ADVMBROR, ris. *fingor, exprimor.* 5. de Finib. 6. In qua hæc honesta, quæ intelligimus à natura tanquam adumbrantur, sed in pueris expressa.

☞ Syntaxis. *Adumbrare facta alicuius dicendo. Imitari, & adumbrare. Adumbrare speciem ac formam.*

ADVNCITAS, tis. 2. de Nat. 122. Quædam animalia rostrorum aduncitate cibum arripiunt.

ADVNCVS, a, um. *curuatus turtuosus.* pro Cluen. 180. Serrula adũca ex omni parte dentium, & turtuosa. 1. de Nat. 66. Corpuscula curuata, & quasi aduncа. 2. Tusc. 24. Aduncis lacerans vnguibus, Iouis satelles.

ADVOCANDVS, a, um *inuocandus.* pro Qu. 47. Potentes, diserti, nobiles omnes aduocandi sunt.

ADVOCATIO, onis. *aduocati officium.* pro Sest. 119. Scio quid grauitas vestra, quid hæc aduocatio postulet. Epist. lib. 7. ep. 10. In re militari multo es cautior, quàm aduocationibus. pro Qu. 147. Nihil tã copiosa aduocatione vterer, si petẽdum esset. pro Syl. 81. Parens tuus aduocationem hominis improbissimi sella curuli honestauit. pro Cecin. 43. Quod exercitus armatos mouet, id aduocationem togatorum non videbitur mouisse? pro Dom. 54. Cum eorum aduocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti.

✠ ADIVNCTA. *Copiosa pro Quin. 4. Frequentissima. 5. Ver* 19.

☞ Syntaxis *Aduocationem discutere id est, repellere, perturbare.*

ADVOCATVS, *qui in iudicio aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico.* de Clar. 288. Non modò à corona, sed etiã ab aduocatis relinquuntur. 2. ad Quin. fra. epist. 3. Milo affuit, & Pomponius aduocatus venit. At. lib. 1. epi. 13. Certè ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse, quæ consurrectio facta sit. pro Syll. 80. Pater tuus Catilinæ reo fuit aduocatus. pro Cl. 110. Quis enim vnquam non modò in patronis, sed in laudatoris aut aduocati loco viderat? pro Mur. 9. Si turpe existimas te aduocato illum ipsum, quem contrà veneris, causa cadere. 1. de Off. 32. Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum. 2. de Orat. 196. Cum ipsum aduocatum ad communem Imperatorum fortunam defendendam inuocarem. ‖ pro Cæc. 24.

✠ ADIVNCTA. *Perpauci, Armati.*

☞ Syntaxis. *Esse alicui aduocatum. In aduocati loco videre aliquem. Alicui aduocatum venire. Inuocare aliquem aduocatum ad, &c.*

ADVOCATVS, a, um. *vocatus, accersitus.* pro Cecin. 24. Ait se

✠ Æbutio cum seruis armatis venisse aduocatum. ‖ *Ibid.* Aebutiũ cum armatis dixit fuisse compluribus verum etiam cum aduocatis perpaucis eo venisse ad Octauium. Duabus legionibus à pernicie patriæ ad salutem aduocatis. 4. Acad. 86. Sed adhibes artem aduocatam sensibus. 5. Tus. in. Sapientis enim cogitatio, non fermè ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos.

ADVOCO, as. *accerso, in auxilium voco, conuoco.* Att. lib. 12. ep. 19. Nã quòd non aduocaui ad obsignandum, primùm mihi non venit in mentem: deindè, &c. pro Q. 5. Iis, quos tibi aduocasti, viris electissimis ciuitatis summam spem habeo. 1. Tusc. 75. Cùm à negocio omni seuocamus animum, quid inquam tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus? pro Qu. 66. Neuius viros bonos complures aduocat, testatur. &c. *Ibidem.* 71. Quia tamen aliquem cõtrate aduocare poterat. 5. in Ver. 185. Aduocare concionem. in Vat. 15. Aduocare consilium. *Frag. ep. Eum amorẽ, & eum, vt hoc verbo vtar, fauorem in consilium aduocabo.

✠ ‖ 5. ver. 18. Cũ viros primarios, atque amplissimos, ciuitatis multos in consilium aduocassent.

☞ Syntaxis. *Aliquem sibi aduocare. Animum ad sei sum aduocare. concionem & consilium aduocare.*

ADVOLANS, tis *qui aduolat, accurrit.* 2. de Nat. 124. Auis aduolans ad eas aues, quæ, &c.

ADVOLO, as. *accuro inuado.* pro Clu. 18. Ipsa nuper huius opprimendi causa Romam aduolauit. pro Mu. 85. Catilina prorumpet: quà minatur, in agros suburbanos repentè aduolabit. Epist. lib. 15. ep. 16. Si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. ad Att. lib. 1. ep. 2. Hic tibi rostra Cato aduolabit. *Ibid.* lib. 2. 13. Aduola in Formianum. *Ibidem.* ep. 18. Sed ita te para, vt si inclamãro, aduoles. & lib. 4. ep. 4. Aduola ad nos.

✠ Attic. lib. 2. epist. 22. Quare aduola. pro Sest. 10. Ad vrbem confestim mitabili celeritate aduolauit. 2. ad Q. fr. ep. 7. amabote aduola.

✠ ADVERB. *Planè, 2. Att. Confestim pro Sest. Repentè pro Mur Sublimè, 2. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Aduolare Romam. Quà minatur in agros suburbanos aduocabit. Aduolare rostra, in Formianum, ad aliquem.*

ADVOLATVS, tus. *volatus.* 2. Tusc. 24. Tristi aduolatu. Poëtæ.

ADVRO, is. *vro.* 5. Tusc. 58. Candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurebat. 2. Off. 23. Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum.

ADVROR, ris. *cremor, vror.* 5. Tusc. 77. Indi cum ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur.

AEACIDES, *Aeaci filius, vel nepos,* 2. de D. 116.

Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Ennij.

1. de Off. 38. Regalis & digna Aeacidarum genere sententia. 2. de Diu. Sanè Aeacidarum genus semper fuit stolidum.

AEDEPOL. *iurandi verbum, per ædem Pollucis.* Epist. lib. 2. ep. 9.

AEDES, dis. *domus, vel templum.* pro dom. 125. vix pars ædiũ mearum decima ad Catuli porticum pro dom. 127. Iniussu plebis ædes, terram, aram, consecrare. 3. Ver. 45. Athenis audistis ex æde Mineruæ grande auri pondus ablatum. Epist. lib. 8. epist. 8. Prid. Calend. Octobres in ede Apollinis scribendo adfuerunt. 6. Ver. 122. ædes Mineruæ. *Ibidem.* 122. ædes honoris &. *Ibidem.* nihil in ædibus posuit. *Ibid.* 119. complures ædes sacræ pro Dom. sua. 116. 3. ad Quin. fratr. ep. 1. Epistola in qua de æde Telluris me admones. 2. I. V. 12. Aedium sacrarum, publicorumque operum depopulatio. pro Dom. 127. Consecrabantur ædes, non priuatorum domicilia. pro. Fl. 44. Pecuniam in ædem sacram reficiendam perscribunt. 5. Tusc 61. Magnificentia ædium regiarum. 3. I. V. 50. Quæ vidi egomet apud istum in ædibus. &. *Ibidem.* 51. In medijs ædibus. 2. de Nat. 67. Limina profanarum ædium. 3. Quin. fratr. epist. 1. Absolutum offendi in ædibus tuis tectum. de Cl. 87. Ex testudine quadam exijt in ædes. 4. ad Herennium. 64. Venit ad ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum. 2. de Legi. 58. Nostis extra portam Collinam ædem Honoris, &c. Ea causa fuit ædis dedicandæ.

✠ ADIVN

✠ ADIVN. *Aliena,2.de leg. Amenissima,3. Ati. Aurata, Magnificæ,1.de Orat Bona.2. Phil. Male materiata, Pestilentes, salubres,2. Offic. Nobilissimæ, pro Dom,Optimæ,8.Ph.Ornatissima,Plena atque ornata, 6.In Ver Profanæ,3.de Nat. Sacræ, pro Flac.44.pro Cæl.intimæ,mediæ.3.In Ver.*

☞ Syntaxis. *Aedes consecrare.In ædem sacram reficiêdam pecunia.In ædibus medijs.*

AEDICVLA, æ.*parua domus.* Parad.6.M. Manilius pauper fuit: habuit enim ædiculas in Carinis. pro Dom. 136. Eam aram & ædiculam & puluinar sub saxo sacra dedicauit.

ÆDIFICATIO, onis. *constructio.2.Q.fr.ep. 6.* Aedificationem Arcani ad tuum aduentum sustentari placebat.I.P.48.Immensa & intolerabilis ædificatio,2.ad Q.frat.ep.2.

ÆDIFICATIVNCVLA, læ.3. Qui.fra.ep.1. Quæsiuiq; ab eo, quid ei de illa ædificatiuncula Lateri mandauisses.

AEDIFICATOR, oris.*qui ædificat,fabricator.* 1.de Nat.21. ‖ Ab
✠ vtroque autem scisciror cur mundi ædificatores repente exstiterint.de Vn.3.Neque,mundo quicquã pulchrius,neque eius ædificatore præstantius.

AEDIFICIVM,cij. *structura.*3.Quint.frat.ep. 9. Quid si cæmentum non haberem,deturbem ædificium ? pro Mil. 75. Extruere
✠ ædificium in alieno. ‖ 3.ad Q.fra.ep.1. Neque fere solet nisi in his ædificijs fierj.

✠ ADIVNCTA *Malum,1.de Nat. Magnifica, priuata,publica,sacra,profana,6. In Ver.*

AEDIFICANDVS, , a,um.*construendus.* 1. Off. 138. Ad domum ędificãdi descriptio est accõmodanda.Ep.li.9.ep.2.Si quis adhibere volet non modò vt architectos,verùm etiam vt fabros ad ædificandum rempub.

AEDIFICATVRVS,a, um.3.de Nat.D.Faber.cum quid ædifi-
✠ caturus est. ‖ 6.ver. 123.Id quod erat ædificaturus.

AEDIFICATVS, a, um.*constructus,ex ædificatus.* 7. I.V. 22.'Cur
✠ carcer ædificatus? ‖ *Ibi.* 43. Nauem vero Cybeam maximam triremis instar, pulcherrimam atque ornatissimam palam ædificatam donatamque esse dico. *Ibid.* 44. constare ædificatam esse nauim. pro Syll. 70. Ad illius pœnam carcer ædificatus. 6. in Verr. 110. Vrbs quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur. 3. Offic. 55. Villam bene & ratione ædificatam.)*malè materiata,ruinosa.* At.lib.6.epist.3.Prædiola nostra bellè ædificata,& satis amœna. 2. de Leg. 3. Villa lautius ædificata.

AEDIFICO, as. *extruo,exædifico, constituo,pono,colloco, facio, construo parietem,duco.*pro Pom. 9.Qui maximas ædificasset ornatasq; classes. Att.lib.9.ep.15.Aedificare hortos,pro Dom.114. Aedificare porticum.2.Quin.fra.ep.5.Tribus locis ędifico, reliqua reconcinno.1. Tusc. 63. Qui in Timæo mundum ædifica-
✠ uit Platonis Deus.‖7.ver.44.Noli metuere hortensi ne quæram qui licuerit ædificare nauem senatori.

AEDIFICOR, ris. *construor* 2. Off.15. Vrbes sine hominum cœtu non potuissent ædificari,ne frequentari.2. Q.fratr.epi.4.Domus vtriusque nostrum ædificatur strenuè.

☞ Syntaxis. *Aedificare Rempub.Carcer ad pœnam ædificatus.Domus bene & ratione ædificata. Prædiola bellè, & villa lautius ædificata. Aedificare & ornare classes,nauem,hortos.Tribus locis ædificocæterà reconcinno Deus mundum ædificauit.Domus ædificatur strenuè.*

AEDILIS, le.de Cla.172.M.Cælius ædilis curulis factus est. 3. de Leg.7.Sunto ædiles curatores vrbis,annonæ ludorumq́ solennium, ollisq́ue ad honoris amplioris gradum , is primus ascensus esto.pro Mur.40.Ego,qui trinos ludos ędilis feceram.
✠ 7.I.V.36.Nunc sum ædilis designatus.I.P.2. ‖Me cum quæstorem imprimis, ædilem priorem , prætorem primum cunctis suffragijs pop.Rom.faciebat.& *Ibid.* ædilis es factus. Attic. lib. 9.epist.14.Prætores ius dicunt,ædiles ludos parant. De ædili & magistro & ludis: L. L VDVS. De officio ædilis,& de eius habitu & insignibus,de toga prætexta,& sella curuli.7.I.V.36.

✠ ADIVNCTA *Curulu,de Cla & pro Clu.Curatores Vrbis, annonæ,ludorumque solemnium,3.de leg. Religiosus de Aruſp.*

AEDILITAS, tis. *Aedilium munus.*2. de Off.57. L. Crassus cum Qu.Mutio magnificentissima ædilitate functus est.2. Q. frat. ep.2.Furiosa ædilitas.pro Dom.111.Hoc simurachrum quidam homo nobilis,&c.ad ornatum ædilitatis suæ deportauit.2.Off.
✠ 57.Splendor ædilitatum ab optimis viris postulabatur. ‖ *Ibid.*58. Prætermissio ædilitatis consulatus repulsam attulit. pro Dom. 112.Is posteàquam intellexit posse se interuersa ædilitate L. Pisone Cos.prætorem renunciari.pro Plan.51.Vidit M.Pisonẽ &c. in ista ædilitate, offensiuncula acceptâ, Summos a popu.Rom. honores esse adeptos. pro Clu. 69. Aedilitatem se petere cum hominibus nobilis.dicebat.de Ar.27. Curulis ædilitas. Att.lib. 2.ep.1.Qui Romæ tribunatum pleb.peteret,cùm in Sicilia ædilitatem se petere dictitasset.* 7.I. V. 36. Vt hæc ipsa ædilitas, non quia necesse fuerit , alicui candidato data : sed , quia sic oportuerit,rectè collata,& iudicio populi in loco posita esse videatur.

✠ ADIVNCTA. *Curulis,furiosa, Magnificentissima, 2.Off.Præclara,pro Cæl.Ornatissimæ, 6.In ver.*

☞ Syntaxis. *Fungi ædilitate.Curulis ædilitas magnificentissima.Aedilitatem dictitare.*

AEDILITIVS, a,um.*quod spectat ad ædilitatem, qui ædilis est.* de Cla.209.Sed oĩa is summa sperans ædilitius est mortuus. 2. de Offic.57.Crassus functus est ædilitio maximo munere. in Vat
✠ 16.Vir ædilitius. ‖ *Ibide* ædilitiam prætextam togam vendidisse pro Planc.51 & 52.Aedilitia repulsa.1.Qu.frat.ep.1. Iniquo & prauo ædilitiorum vectigali Asiam liberasti.pro Cl.79.Homo ædilitius.*prò Cluent.126.Scriba ædilitius.

☞ Syntaxis. *Ille mortuus est ædilitius. Aedilitia repulsa , Homo ædilitius.*

AEDITIMVS,mi.*ædium sacrarum curator,& custos.* I. POSTLIMINIVM. Top.36.

AEDITVVS, tui.*æditimus.6.* I. V. 96. Illi fores ædis effringunt, æditui,castodesque maturè sentiunt. *alias, æditimi , & forte rectius,vt Gellius probat.* ' *hanc lectionem sequitur Lamb.*

AEDO, dis. L. EDO. de Cla.29. Quare si tibi est commodum, æde illa quæ cœperas,& Bruto,& mihi.

AEETA, æ. 3.de Nat.54. Solem Colchis Aeetam & Circem pro-
✠ creasse. ‖ &.3.Tusc. 26. Aeeta ipse tibi addidisti.

AEGER, a,um.*ægrotus.*) (*Valens.*2.de N.12.Ne ægri quidem omnes conualescunt.1.in Cat.31.Homo æger morbo graui.de Cl. 180. Is semper infirma atque etiam ægra valetudine fuit. pro Cæl.18.Medea animo ægra.3.Tusc.22.Corpus etiam si mediocriter ægrum est,sanum non est.2.Off.15. Quis ægris subuenisset:quæ esset oblectatio valentium?Postq.ad Quir.4.Qui nunquam ægro corpore fuerunt.Att.lib.16.ep.8. Familia ægra est. Att.lib.6.ep.1.Pinnarium,quem mihi commendas, diligentis-
✠ simè Deiotarus curat,grauiter ægrum. ‖ At.li.7.ep.2.Tyronem patris ægrum reliqui. 1.de Diu.53. In eo igitur oppido,ita grauiter æger fuit,vt omnes medici diffiderent.Att.lib.6.ep.7.Tyro ad te dedisset literas, nisi eum grauiter ægrum Esęæ reliquissem. 2.de Diu.9.Ad ægros non vates,sed medicos solemus
✠ adducere. ‖ *Ibi lem.* 123. Quid igitur cum venit a coniectore somniorum potius quam a medico petere medicinam.3. Tus.5. ¶ *Marens afflictus* 3.in Ver.5. Aegra & propè deposita reipub. pars.pro Mil. 69. Omnes tibi reip. partes ægras & labantes vt eas his armis sanares & confirmares,esse commissas.Ep.lib.14. ep.4.Mulier ægra,& corpore,& animo confecta.

✠ ADIVNC. *Multi,3.de Nat* ADVER. *Grauiter, 6. Att. Mediocriter,3 Tusc.*

☞ Syntaxis, *Aeger morbo graui.Infirma, atque etiam ægra esse valetudine Animo æger.Mediocriter ægrum corpus.Grauiter æger. Aegra & planè depositaRespub.Aegra, & labans ciuitas. Aeger, & corpore & animo confectus.*

AEGEVM,gei.*Mare in quo Cyclades* 3. de Leg.36. Aegeum mare.
✠ & pro Pompe. ‖ 55. Delos tam procul a nobis in Aegeo mari posita.

AEGINA, æ.3.Off.40.Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piræo. Ep.lib. 4. ep.5. Post me erat Aegina, antè Megara.

AEGINETAE, *populi.*3.Off.46.Aeginetis qui classe valebant, Athenienses sciuerunt.vt pollices præciderentur.

AEGISTHVS, sthi.de N.lib.3.91.Aegisthi libidinem aut Paridis videmus.

AEGRE`.*grauiter,molestè, vix, difficultèr.*) (*facilè.* 1. de Diuin.73. Quem cùm non potuisset extrahere,discessit ægrè ferẽs.4.Tus. 59.Vt si quis ægrè ferat,se pauperem esse.Att.lib.16.ep.11.Ab hasta ea ægrè me tenui,itaq; perstringam sine vlla contumelia. de Sen.72.Omnis conglutinatio recens ægrè,inueterata facilè dissoluitur.4. Tusc. 81. Inueterata vitia ægrius depelluntur.de Pro.6.Byzantij totum pontum efferuescentem in Asiam ægrè repulsum sustinuerunt.6.I.V.146.Nihil ęgrius factum est multo labore meo,quàm vt manus ab illo abstinerentur. pro Pom. 13.Eum propè esse vident,quo etiam carent ægrius. Att.lib.5.ep.
✠ 2.Nihil eo vidi melius,itaque careo ægrè. ‖ 3.Tus. 21. Quod si hæc ægre ferre sapiens soleret. *Ibidem.*61.AEgre.ferre quod acciderit.

☞ Syntaxis. *Ab hasta ea ægrè me tenui. Nihil ægrius factum est multo labore meo,quàm vt.Eo ægrè careo.*

AEGRIMONIA, æ. *ægritudo animi, dolor, mœror,solicitudo , cura.* Att.lib.12.ep.37.Ferrẽ grauiter,si nouæ ægrimoniæ locus esset.

AEGRITVDO. *ægrimonia.*3. Tusc.5. Quibus duobus morbis (vt omittam alios.) ægritudine & cupiditate qui tamdem possunt esse in corpore grauiores. *Ibidem.*7. &.12. Videtur mihi cadere in sapientem ægritudo.&.8.Nomen ipsum insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum id est insanitatem &

ægri

ægritudinem animi &. 12. Sed est naturale in animis tenerum quiddam atque molle quod ægritudine quasi tempestate patiatur & 13. Non enim de ægritudine solum quamquam id quidem primum sed de omni animi, vt ego posui perturbatione morbo vt græci volunt explicabo &. 14. In quem cadit ægritudo in eundem timor. *ibidem.* Quarum rerum præsentia sumus in ægritudine eisdem impendentes & venientes timemus. *ibidem.* Ita fit vt ægritudini fortitudo repugnet. *Ibidem.* Nõ cadunt hæc in virum fortem, igitur ne ægritudo &. 15. Despicere autem nemo potest eas res propter quas ægritudine afficiposteſt ex quo efficitur virum fortem ægritudine numquam affici. *Ibid.* Aegritudo perturbatio est animi, 19. Qua (*puta iracundia.*) Quoniam vacat etiam ægritudine vacabit &. 20. Etiam si sapiens in ægritudinem incidere potest, posset etiam in misericordiam &. 1. Misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis. Sic inuidentis ægritudo est alterius rebus secundis & 23. Molestiam solicitudinem angorem propter similitudinem corporum ægrorum ægritudinem nominauerunt. *Ibidem.* Aegris enim corporibus similima est animi ægritudo. *ibidem.* Ipse etiam metus non est morbi admodum similis quamquam ægritudini est finitimus. Sed proprie vt ægrotatio in corpore sic ægritudo in animo. & 24. Est igitur causa omnis in opinione nec ægritudinis solùm sed etiam reliquarum omnium perturbationum. *ibidem.* Hæc duo genera voluptas gestiens & libido bonorum opinione turbantur vt duo reliqua metus & ægritudo malorum. &. 25. Nunc ægritudinem si possumus depellamus &. 26. est enim ægritudo (vt docebo in opinioni mali recentis &. 27. Inque ea vrbe senio & ægritudine est confectus. *Ibidem.* Hoc tu igitur censes sapienti accidere posset vt ægritudine opprimatur. *Ibidem.* Sed ægritudo maiora quædam tabem cruciatum &c. habet. 28. At hoc quidem perspicuum est tum ægritudinem existere cum quid ita visum sit vt magnum quoddam malum adesse & vrgere videatur. *Ibidem.* Epicuro autem placet opinionem mali ægritudinem esse, vt si quis intueatur maius aliquod malum. 30. Ita quamquã non hæc vna res efficit maximam ægritudinem. 32. Epicurus qui censet necesse esse omnes in ęgritudine esse, qui se in malis esse, arbitrantur. 33. Epicurus leuationem ægritudinis in duabus rebus ponit auocatione à cogitanda molestia & reuocatione ad contemplandas voluptates. 34. Nihil est enim quod tam obtundat eleuetque ægritudinem quam perpetua in omni vita cogitatio nihil esse quod accidere non possit. 43. Ad hanccine igitur vitam Telamonem reuocabis vt leuet ægritudinem. 44. Quærendum igitur quemadmodum ægritudine priuemus eum qui ita dicat. 45. Eripiamus huic ægritudinem. 46. Hæc tandem bona sunt, quibus ægritudines grauissimæ detrahantur. 52. Cyrenaici cum ægritudinem censent existere si nec opinato quid euenerit. *Ibidem.* Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. 53. Vt ijsdem malis manentibus non modo leniatur ęgritudo sed in pleriſque tollatur. 54. Videre fore in ægritudine sapientem patria capta. 55. Ergo ista nec opinata non habent tantam vim vt ægritudo ex his omnis oriatur. 59. Is modo ægritudine afficiatur cui ille nec opinatus casus euenerit. 60. Negabat genus hoc Orationis quidquam ad leuandam ægritudinem pertinere. 61. Omnibus modis fulciendi sunt qui ruunt nec cohærere possunt propter magnitudinem ægritudinis. *Ibidem.* Ex quo ipsam ægritudinem πάθος. Chrysippus appellandam putat. *Ibidem.* Aut non attingat ægritudo aut. 66. Cur non ponendæ curæ ægritudinis causa seruiamus. *Ibidem.* Timor igitur ab ijs ægritudinem potuit depellere. 67. Defatigatio igitur miseriarum ægritudines cum faciat leuiores. 68. Quod idem affingimus huic ægritudini. 69. Philosophi cũ se in media stultitia quæ nihil est peius hærere intelligant ægritudine premuntur. 70. Ergo id quod alij rectum opinantes ægritudini se solent dedere, ij turpe putantes ægritudinem repulerunt ex quo intelligitur non in Natura sed in opinione esse ægritudinem. 71. Ij tamen fatentur grauiores ægritudines suscipi quam natura cogat. 74. Cum constat ægritudinem vetustate tolli. 74. Satis dictum esse arbitror ægritudinem esse opinionem mali præsentis in qua opinione illud insit vt ægritudinem suscipere oporteat. 75. Hęc igitur officia sunt consolantium tollere ægritudinem funditus aut &c. 77. Et tamen non satis mihi videtur vidisse hoc Cleanthem suscipi aliquando ægritudinem posse ex eo ipso quod esse summum malum Cleanthes ipse fatetur. 78. Res quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat. *Ibidem.* Qui ægritudinem extenuans paruis ait eam rebus moueri. 79. Chrysippi ratio ad veritatem firmissima est ad tempus ægritudinis difficilis. *Ibidem.* Vt in causis non semper vtimur eodem statu &c. Sed ad tempus &c. accommodamus. Sic in ægritudine lenienda. 80. Assumatque ad ægritudinem. *Ibidem.* Quicquid est in ægritudine mali id naturale non est. 81. Tractatum est a nobis id genus ægritudinis quod vnum est omnium maximum. *Ibidẽ.* Sed ad eundem fontem reuertendum est ægritudinem omnẽ procul abesse à sapiente. 83. Hoc detracto quod totum est voluntarium ægritudo erit sublata illa mærens. *Ibidem.* Dum ægritudinis nomen absit. *Ibid.* Atque stirpes sunt ægritudinis quam multæ. *Ibidem.* Ratio est vna omnium ægritudinum. *Ibidem.* Inuidere ægritudinis est. 4. Tusc. 8. De ægritudine quidem, histerna disputatione videbatur. *Ibidem.* At earum rerum est absentium metus quam præsentium est ægritudo. 11. Ex malis metum & ægritudinem nasci censent metum futuris ægritudinem præsentibus. 13. Stulti autem ægritudo est ea qua afficiuntur in malis opinatis. 14. AEgritudo est animi aduersante ratione contractio. *Ibidem.* Quoniam ægritudini nulla constantia opponitur, *Ibidem.* Est igitur ægritudo opinio recens mali præsentis in quo dimitti contrahique animo rectum esse videatur. 16. Sed in singulis perturbationibus partes eiusdem generis plures subiiciuntur, vt ægritudini inuidentia, 17. Inuidentiam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas. LEGE. *Ibidem.* 18. &. 19. *Ibidem.* 22. Itaque & ægritudines & metus, & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex intemperantia, 32. Quædam quoque humanitatis habent primam speciem, vt misericordia ægritudo, metus. 34. Turbidi animorum concitatique motus &c. Important enim ægritudines anxias atque acerbas. 35. Quid est autem non miserius solum sed fœdius etiam & deformius quam ægritudine quis affectus? 36. Atque vt tabificæ perturbationes sunt ægritudinem dico, & metum. 40. Quæramus enim modum ægritudinis? 44. Ipsam ægritudinem quam nos vt tetram & immanem belluam fugiendam esse diximus, non sine magna vtilitate à natura dicunt constitutam. 55. Iam ægritudinem laudare, vnam rem maximè detestabilem, quorum est tandem Philosophorum. 56. Non enim susciperе ipsi ægritudines propter alios debemus, sed alios si possumus leuare ægritudine. *Ibidem.* Quis id approbare possit? ægritudinem susciperе pro experientia. 59. Neque omnis ægritudo vna ratione sedatur, *Ibidem.* Et vtrum illudne non videatur ægrèferendum ex quo suscepta sit ægritudo. *Ibidem.* AEgritudine autem sublata proprijs rationibus quibus heri vsi sumus, quodammodo etiã paupertatis malum tollitur. 61. Quædam sunt ægritudines, quas leuare illa medicina nullo modo possit. *Ibidem.* Etiamsi nec mala sint illa, quæ metum ægritudinem, nec bona quæ cupiditatem lætitiámue moueant. 63. etsi ægritudines sedatio, & histerna disputatione explicata est. 64. Sed ægritudini de qua satis est disputatum, & metus de quo pauca dicenda sunt, est enim metus vt ægritudo præsentis, sic ille futuri mali. 66. Inuidere ægritudinis est, malis autem alienis voluptatem capere lætitiæ. 82. Adiunximus sædationem ægritudinis qua nullum homini maius malum est. *Ibidem.* Dicere solemus & eos qui se ægritudini dediderunt miseros. 83. Itaque non fortuito factum videtur, sed à te ratione propositum vt separatim de ægritudine, & de cæteris perturbationibus disputaremus. *Ibid.* Et ægritudinis, & reliquorũ animi morborum vna sanatio est, omnes opinabiles esse voluntarios. 1. de Nat. 9. AEgritudo animę fortunæ magna, & graui commota iniuria. Attic. lib. 9. epist. 6. longior vero tua Epistola, non me solum sed meos omnes ægritudine leuauit. *Ibidem.* Epist. 3. Sed me totum ægritudini dedam. Pro Quin. Rosc. 25. Cur igitur insimulas propter ægritudinem criminis? *Lamb. leg. Magnitudinem.* Attic. lib. 9. epist. 12. Sed cum me ægritudo somno priuaret. Epist. lib. 4. ep. 6. Me autem non ratio tua solum, & societas pœnè ægritudinis, sed etiam auctoritas consolatur. Attic. lib. 13. epist. id mihi erat satis firmum ad leniendam ægritudinem, Epist. lib. 5. epi. 13. Quarum enim rerum cogitatione nos leuare ægritudine voluisti, eorum & cõmemoratione lenimur. Attic. lib. 12. epist. 12. Neque hac ad maximas ægritudines accessione non maxima. libera.

☞ Syntaxis. *Aegritudo vna res maximè, &c. Manat longius ægritudo. Commota animi ægritudo. Illum non tangit ægritudo. Versatur ægritudo in malis. In sapientem non cadit ægritudo vetustate tollitur. Aegritudinis leuatio, vacuitas. Aegritudini se dedere. Aegritudinem detrahere, nasci, effici, depellere, elenare, extenuare, alicui eripere, exuere, lenire. Aegritudine moueri. Obtundere, & eleuare ægritudinẽ, repellere, sedare, suscipere tollere, tolerare. Confici, debilitari, opprimi, premi ægritudine. Aegritudinem Cicero dicit longiorem, terram, miseram, detestabilem, fugiendam, permanentem, nouam, mœrentem, flebilem, laboriosam, cruciantem.*

AEGROTATIO, nis. *corporis mala constitutio functiones corrumpens. ἀῤῥωστία. Animaduerte discrimen morbi, vitij, ægrotationis. 3.* Tusc. 23. Sed propriè vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Tusc. lib. 4. 29. Quomodo autem in corpore est morbus, ægrotatio & vitium, sic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionem ægrotationem, morbum cum imbecillitate. Vitium, cùm partes corporis inter se dissident: ex quo prauitas, membrorum distortio, deformitas. item. *Ibidem.* Aegrotationes aut & morbi animorum difficilius euelli posse putantur,

✠ putantur,&c. ‖ 4. Tusc. 22. Quemadmodum cum sanguis corruptus est &c. morbi ægrotationesque nascuntur. Lege. 23. 24. 25. 3. Tusc. 23. At non similis ægrotationis est libido. 3. Tusc. 4. Vtrum quod minus noceant animi ægrotationes quam corporis: *ibid.* 8. Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem.

Æ G R O T O, as. *ægro corpore sum, morbo sum affectus.* pro Clu. 175. Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer diuque ægrotauit. ✠ 3. Tusc. 1. Cum idipsum quod iudicat ægrotet. 2. Tusc. 65. Ægrotare viriliter de Sen. 67. Adolescentes facilius in morbos incidunt, grauius ægrotant, tristius curantur. 2. de Fin. 43. Grauissimè ægrotare. ‖ *optime valere.* Attic. lib. 8. ep. 2. Homo quotannis periculosè ægrotans. 4. Tusc. 79. Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. 1. Off. 32. Si grauiter ægrotare filius cœperit. 1. Tusc. 86. Pompeio nostro familiari, cùm grauiter ægrotaret, Neapoli melius est factum.

✠ *A D V E R B. Grauiter. 1. Tusc. Grauius, de Senec. Grauissimè, 2. de Finib. Grauiter, 2. leuiter, 1. Off. periculosè, 8. Att. vehementer, diuque, viriliter. 2 Tusc.*

☞ Syntaxis. *Vehementer, grauiter, grauius, periculosè ægrotare. Aegrotanti melius est factum.*

Æ G R O T V S, a, um. *æger.* Epist. lib. 9. ep. 14. Cùm ad L. Cæsarem ægrotum Neapolim venissem, quanquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen, &c. ad Attic. lib. 6. ep. 1. Vt si medicus, cum ægrotus alij medico traditus sit, irasci velit, &c. 1. I. V. 70. Hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ Reipub. ✠ 2. de Diuin. 13. Aut vates quis aut somnians melius coniecerit, aut ex morbo euasurum ægrotum, aut ex periculo nauem. &c. 3. Tusc. 12. Ne ægrotus sim inquit (*orator puta*) sed si fuerim &c. 4. Tusc. 74. Vt ægroti non conualescentes. Att. lib. 12. ep. 12. Quod ipsum erat fortis ægroti, accipere medicinam.

✠ *A D I V N C T A. fortis 12. — ittis.*

☞ Syntaxis. *Verè ægrotus corpore est: per translationem statuit, Aegrota Respublica.*

✠ Æ G Y P T A. *Viri nomen,* Attic. li. 12. ep. 36. Accepique ab Ægypta literas eodem die. Epist. lib. 16. ep. 15. Ægypta ad me venit prid. idus Apriles. *ibidem.* Ego ad te Ægyptam misi, quòd nec inhumanus est, & te visus est mihi diligere.

Æ G Y P T I V S, a, um. 1. de N. 43. Portenta magorum, Ægyptiorumque dementia. I. P. 48. Rex Ægyptius. 3. de N. 39. Omne ferè ✠ bestiarum genus Ægyptij consecrarunt. ‖ 5. Tusc. 78. Ægyptiorum morem quis ignorat, quorum imbutæ mentes prauitatis erroribus, quamuis carnificinam prius subierint quam Ibim aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum, violent. 1. de Nat. 83. At verò ne fando quidem auditum est, crocodilum aut felem &c. violatum ab Ægyptio. Quid igitur censes? Apim illum Sanctum Ægyptiorum bouem deum videri Ægyptijs? 1. de Diu. 93. Vt Ægyptij, vt Babilonij, in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret quod contemplationi cœli officere posset, omnem curam in syderum cognitione posuerunt & 1. de Diui. 2. Eandem artem, etiam Ægyptij longinquitate temporum innumerabilibus pæne seculis, consecuti putantur. 1. de Nat. 102. Ægyptij nullam beluam, nisi ob aliquam vtilitatem quam ex ea caperent consecrauerunt. Hortensius. Alterius ingenium vt acetum Ægyptium dicimus.

Æ G Y P T V S, ti. *regio ab Oriente prima in Africa.* 2. Contra Rul. 42. Alexandria, cunctaque Ægyptus. L. N I L V S, & I B I S.

Æ L I V S, lij. *scriptoris nomen.* in Bruto, Ælius scripsit auit orationes multas, orator ipse, nunquam fuit. pro Clu. C. Ælius Stalenus. *ibidem.* Æliorum familia. Topic 10.

Æ L I A lex. vide L E G E S V A R I A E.

Æ L I A N V S, *ab Aelio equite Romano & Stoico.* de Cl. 206. Cottam autem miror summum ipsum oratorem, minimeque ineptum, Æli nas leueis oratiunculas, voluisse existimare suas.

Æ M I L I A *regio.* Epist. lib. 10. ep. 30. Æmilia tribus, Att. lib. 2.

Æ M O N E N S I S, *ciuitas.* pro Flac. 34. *Hinc Aemonenses & Aemonense. ibidem.* Citat præco voce maxima legatos Æmonenses.

Æ M V L A T I O, onis. *virtutis imitatio, inuidia.* 4. Tusc. 17. Æmulatio dupliciter dicitur, vt & in laude & in vitio nomen hoc sit. nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat, 4. Tusc. 56. Illa vitiosa æmulatio, quæ riualitati similis est.

✠ *A D I V N C. — uosa. 4. Tusc.*

Æ M V L A T O R, toris *imitator, æmulus, riualis.* Att. lib. 2. ep. 1. Seruilius æmulator Catonis.

Æ M V L O R, aris. *imitor, inuideo.* pro Fla. 63. Omnes eius vrbis institutæ laudare facilius possunt, quàm æmulari. 1. Tusc. 44. His æmulamur, qui ea habent, quæ nos habere cupimus. Item. 4. Tusc. 56. Obtrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est, æmulari, quid habet vtilitatis? cùm sit æmulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat: obtrectantis autem, alieno bono, quod id etiam alius habeat.

☞ Syntaxis. *Aemulari bona Alicui aemulari.*

Æ M V L V S, a, *imitator.* pro Mar. 2. Ille æmulus atque imitator studiorum meorum. Attic. lib. 6. epist. 3. Licet Brutum solum ames, me æmulum non habebis. pro Cæl. 34. Quin illa Claudia æmula domesticæ laudis. 2. I. A. 28. Is me potissimùm testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse. 7. I. V. 81. Si non tanquam virum, at tanquam æmulum remouisset. pro Mur. 61. ✠ Stoici æmuli inuentorum Zenonis. ‖ 1. de Inuent. 43. Denique autoritatis eius, & inuentores, comprobatores atque æmuli.

✠ *A D I V N C. Non molesti, & Ver. Multi, 1. de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Aemulus ac imitator. Comprobator ac æmulus.*

Æ M V S, vel Hæmus. *Thraciæ promontorium,* pro Flac. 32. Hac classe M. Crassus vir amplissimus ab Hæmo in Asiam, his nauibus ✠ Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit. ‖ Æno Leg. Lamb.

Æ N A R I A. *insula Italiæ proxima.* Att. lib. 10. ep. 15.

Æ N E A S, æ. 6. I. V. 72. Æneas fugiens à Troia, &c.

Æ N E V S, a, vm. *quod ex ære est.* &. 6. I. V. 60. Lecti ærati, candelabra ænea. 3. Offi. 38. Equus æneus. 9. I. A. 13. Ænea statua. 2. de In 69. Aneum trophæum. 6. I. V. 1. Signum æneum, marmoreum, ✠ eburneum. ‖ 3. de Nat. 30. Nihil æneum, si commutabilis esset natura argenti & æris.

Æ N I G M A, tis. *scrupus latinè dicitur, teste Gellio.* 3. de Orat. 165. Ex hoc genere fiunt, ea quæ vocantur ænigmata non est autem in verbo modus hic, sed in oratione. *1. in continuatione verborum.* Attic. lib. 7. epist. 13. Ænigma Oppiorum ex Velia planè non intellexi. & *ibid.* Iam intellexi tuum ænigma. 2. de D. 132. Iam verò quò pertinennt obscuritates & ænigmata somniorum? Att. lib. 6. ep. 7. Literæ græce ἐν αἰνίγματι. Att. lib. 2. ep. 19. Cætera erunt ἀ ἰ μ ε ι.

Æ O L E S. pro Flac. 64. Tria Græcorum genera sint verè: quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habetur: Æoles alteri: Dores tertij nominabantur.

Æ Q V A B I L I S, le. *æquus, par, similis.* 2. de In. 68. Par, quod inter omnes æquabile est. 5. de Fin. 35. Moderati æquabilesque habitus. 1. Offi. 3. Æquabile & temperatum orationis genus. 2. de Or. 54. Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. pro Cæc. 70. Quod æquabile inter omnes & vnum omnib. esse possit. 2. Offi. 40. Æquabilis prædæ partitio. pro Fla. 32. Prætoris diligentia requirenda in numero nautum, & in descriptione æquabili sumptus. 1. Q. Fr. ep. 1. Iuris æquabilem tenere rationem. 1. de N. 50. Vt omnia omnibus, paria paribus respondeant: hanc — uitatem appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem. 2. de N. 23. ✠ Motus certus & æquabilis ‖ 2. de Or. 64. Genus orationis fusum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens.

☞ Syntaxis. *Habitus æquabiles, ac moderati. Temperatum: ac æquabile genus orationis. Leuis, & æquabilis orationis tractus. Prædæ æquabilis partitio. Iuris æquabilem tenere rationem. Motus certus, & æquabilis.*

Æ Q V A B I L I T A S, *constantia, tenor vnus, moderatio, lenitas.* ✠ Orat. 52. Elaborant alij in lenitate & æquabilitate, & puro quasi quodam & candido genere dicendi. ad Brut. Epist. 16. Fortem & liberum animum, quo & Consul & nunc consularis Remp. vindicasti, sine constantia & æquabilitate nullum esse putaris & 2. de Orat. 209. Quidam intolerantius se iactant, & æquabilitatem communis iuris, præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt. 1. de Nat. 110. & lib. 2. 15. Æquabilitas motus. *alias æqualibritas.* 2. de Orat. 345. In laude iustitiæ explicandum erit, quid cum fide, quid cum æquabilitate factum sit. 1. Offi. 111. Æquabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum maximè decora est. 1. Offi. 88. In liberis populis, & iuris æquabilitate, exercenda etiam est facilitas. 1. Offi. 90. Præclara est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus ademque frons. * Incert. Illa æquabilitas vitæ non tantum habet sensum.

☞ Syntaxis. *Lenitas & æquabilitas orationis. Vniuersæ vitæ æquabilitas. Iuris æquabilitas.*

Æ Q V A B I L I T E R, *cum æquabilitate.* 2. de Orat. 218. Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. 2. Offi. 40. Æquabiliter prædam dispartiri. * 2. Quint. Fra. ep. 1. Parui refert abs ✠ te ipso ius dici æquabiliter & diligenter nisi, &c. ‖ pro. Mil. 77. Et si æquabiliter in Remp. in priuatos &c. Irruebat.

Æ Q V A L I S. le. *par, similis.* ‖ *impar.* 1. de Or. 83. Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. Orat. 188. Partem pedis æqualem esse alteri. patri. Orat. 123. Oratio par & æqualis reb. ipsis. 2. de Leg. 9. Quæ vis non modò senior est, quàm ætas populorum, sed æqualis Dei. de Cla. 244. Sed ordinem sequens, in memoriam notam & æqualem necessariò incurro. Para. 3. Peccata esse æqualia. Orat. 105. Demosthenes succesisse magnis, & maximos oratores habuit æquales. 1. de Diu. 39. Phisisthius æquasis temporum illorum. 1. de Leg. 8. Ipse autem æqualem ætatis suæ memoriam deposcit. Orat. 215. Et cretici æqualis pæan, qui spacio par est, syllaba longior. 3. de Orat. 183. Quod metiri possumus interuallis æqualibus. de Ar. 37. Hoc sacrificium, quod à regibus æquale huic vrbi accepimus. de Cla. 73. Liuius Ennio æqualis fuit. 11. I. A. 33. Deiotarus cuius beneuolentia in populum

Romanum est ipsius æqualis ætati. Or. 205. Imparibus an æqualibus. 2. de Leg. 25. Paupertatem diuitijs etiam inter homines æqualem esse volumus. Brut. 3. Memoriæ proditum est, poëtas nobileis poëtarum æqualium mortè doluisse. in Sal. 1. Æqualem & parem verbis vitam agere.

¶ *Coæuus, eiusdem ætatis, amicus.* de Clar. 179. P. Orbius meus ferè æqualis.

☞ Syntaxis. *Hi sunt inter se æquales. Oratio par, & æqualis reb. ipsis. Æqualis illius: pro, illi. Habere multos æquales. Ille fuit æqualis temporum illorum. Æqualem & parem verbis vitam agere.*

ÆQVALITAS, tis. *æqualium & parium conditio, paritas, similitudo.* 1. de Leg. 38. Quidam virtutibus exceptis atque vitijs, cætera in summa æqualitate posuerunt. de Cla. 156. Æqualitas vestra & pares honorum gradus. pro Lig. 35. Quis est, qui horum consensum conspirantem, & penè conflatum in hac propè æqualitate fraterna non nouerit? pro Mur. 41. Prætor offensionem vitat æqualitate decernendi. 1. de Orat. 188. In reb. causisque ciuium æqualitatis conseruatio. Part. 21. Similitudo æqualitasque verborum.

✠ ADIVNCTA. *Fraterna, pro Lig. legittima atque vsitata, 1. de Orat. summa, 1. de Leg. 38.*

☞ Syntaxis. *Æqualitas, & paritas honorum. Conflatus consensus in fraterna æqualitate. Decernendi æqualitas offensionem vitat. Similitudo, æqualitasq; verborum.*

ÆQVALITER. *æquè, æquabiliter, æqua parte, æqua conditione, vno tenore, constanter.* de Am. 56. Vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter, æqualiterque respon-
✠ deat. & ‖ Orat. 205. In omnibusne numeris æqualiter deceat particulas incidere. 2. de Nat. 115. Niti æqualiter. de Vniuerso. 31. Æqualiter distribuere. 4. ad Her. 19. Æqualiter perpolita 1. Q. Fr. epist. 1. Quod Græcis æqualiter Sylla describeret. Epist. lib. 11. epist. 20. Æqualiter aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. 5. I. V. 163. Frumentum, quod ciuitatibus æqualiter esset distributum. pro Fl. 89. Communis hæreditas, quæ æqualiter ad vtrumque lege veniebat.

☞ Syntaxis. *Pariter, æqualiterq; respondens beneuolentia. Æqualiter res omnes irruere. Æqualiter, aut sorte distribuere, assignare. Æqualiter ad vtrumque venit lege hæreditas.*

ÆQVATIO, onis. *adæquatio, ἐμαλίτης* pro Mur. 47. Æquatio gratiæ & dignitatis. 2. Offi. 78. Æquatio bonorum.

* ÆQVATVS, vide ante ÆQVO.

ÆQVE. *tam, pariter, similiter, æqualiter, peræquè.* 2. de Orat. 215. Afferendum est aliquid, quod sit grauius, aut æquè graue. 3. de Orat. 190. Nam versus æquè prima & media, & extrema pars attenditur. pro Quin. 85. Procurator æquè vtriusque necessarius. Epi. lib. 13. epist. 18. Vtrique nostrûm æquè gratæ erant 2. Offic. 30. Beneuolentia ciuium non æquè omnes egent. pro Clu. 195. Quos tamen ipsos æquè, & eos qui, &c. hæc cura solicitat. pro Dom. 30. Cn. Pompeius æquè vt vnusquisque vestrûm pro salute mea laborauit. de Arusp. 18. Qui æquè atque ego non sunt occupati. 1. de In. 41. Maius, minus, æquè magnum. 1. de Fin. 67. Neque ipsam amicitiam tueri possumus, nisi æquè amicos & nosmetipsos diligamus. 1. de Fin. *ibidem.* Nam & lætamur amicorum lætitia æquè ac nostra, & pariter dolemus, 4. I. V. 136. Verùm etiam sui meminerat æquè. *id est, pariter.* ad Brut. epist. 6. Hoc ad officium meum æquè atque ad vllam aliam rem pertinet. 1. de Diu. 45. Hebes æquè ac pecus. 3. de Nat. 45. Hi coluntur æquè atque illi. pro S. R. 116. Hoc æquè turpe est at-
✠ que illud. ‖ 1. Ver. 8. Populus nihil æque in rep. atque illam veterem iudiciorum vim grauitatemque requirit. 2. Offi. 69. Diuites cùm magnum aliquid ab aliquo acceperint, æquè à se aut postulari, aut expectari aliquid arbitrantur.

¶ *Adeo multum.* 3. de Orat. 47. Non æquè quid dicant attendo.

☞ Syntaxis. *Æquè primi, medij, vltimi, mali. Amicus æquè vtriusque fidelis. Quos ipsos æquè acre cura solicitat. Ego æquè vt vnusquisque vestrûm amo. Æquè ac nostra amicorum lætamur lætitia. Hoc pertinet ad officium meum æquè atque ad tuum.*

ÆQVILIBRITAS. *alias Æquabilitas, vel Æqualitas.* 1. de Nat. 110. Confugis ad æquilibritatem: sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus.

ÆQVIMELIVM, lij. pro Dom. 101. Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata. Et quid aliud æquum accipisse Melio populus Rom. iudicauit: nomine ipso Aequimelij, stultitia pœna comprobata est. & 2. de Diu. 39.

ÆQVINOCTIVM, noctij. Attic. lib. 10. epist. 19. Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Attic. lib. 12. epist. 27. Publius si æquinoctium expectat, nauigaturus videtur.

ÆQVIPARO, as. *æquo, comparo.* 5. Tuscul. 49. Nemo est qui factis me æquiparare queat.

ÆQVITAS, tis. *æquum & bonum, æquum, iudiciale.* Part. 129. Æquitatis vis est duplex, cuius altera directi & veri, & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet quod in beneficio gratia, in iniuria vltio nominatur. 1. Offi. 64. Difficile est, cùm præstare omnibus concupieris, seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maximè propria. Attic. lib. 4. ep. 17. Perspice æquitatem animi mei. pro Mur. 41. Æquitatis largitio. de Cl. 244. In explicanda æquitate nihil erat Crasso copiosius. pro Pl. 42. Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecisti. pro Cæc. 49. 1. de Orat. 240. Pro æquitate contra ius dicere. I. P. 27. Quo in spectaculo mira Reip. æquitas erat, vter eorum perisset tanquam lanista. 1. de Orat. 173. Iudicia in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate & iure certetur. 1. de Orat. 242. Nónne arripuisti patrocinium æquitatis, & defensionem testamentorum ac voluntatis mortuorum. 2. Offi. 79. Hoc nullam habet æquitatem. Att. lib. 16. ep. 17. Summa bonitas & æquitas causæ. pro Cecin. 57. Omninò iam bene agis: à verbis enim recedis, & æquitate vteris. Top. 23. Æquitas paribus in causis, paria iura desiderat. pro Cæcin. 38. Vt tantum facinus non in æquitate defensionis, sed in vna litera latuisse videatur.

¶ *Candor, probitas primata, tranquillitas.* Epist. libr. 1. epist. 9. Æquitatem tuam non potui non probare. 2. de Orat. 102. Tres personas vnus sustineo summa animi æquitate: meam, aduersarij. iudicis. de Sen. 1. Noui enim moderationem animi tui & æquitatem. 1. Tusc. 96. Animi æquitas. *id est, tranquillitas.*

✠ ADIVNC. *Humana, propria maximè Iustitiæ, 1. Offi. Mira, 3. de Nat. Summa, 16. Att. & 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Æquitatem seruare. Pro æquitate contra ius dicere. In iudicio de æquitate quæritur.*

ÆQVATVS, a, vm. *adæquatus, comparatus, assimilatus, par factus.* I. P. 14. Productus in concionem ab eo cui sic æquatum præbeas consulatum tuum. de Cla. 138. Existimo in his primùm cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiam fuisse æquatam. 6. I. V. 107. Æquata agri planicies.

ÆQVO, as. *exæquo, assequor, gradus tollo, parem facio, nec maius, nec minus fieri.* L. MINOR. 1. Offic. 3. Hi libri iam se illis ferè æquarunt.

ÆQVOR, aris. *conferor, comparor.* 3. I. V. 21. Vix cum huius parua parte æquari conferrique posse. 3. de Leg. 24. Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarẽt. 1. de In. 3. Æquari cum aliquo. * pro C. Cornel. 1. Dum æquan-
✠ tur sortes. ‖ de Vniuers. 37.

☞ Syntaxis. *Cum Græcorum gloria Latinorum copia æquata est. Æquata agri planicies, Hic liber illis se æquat. Temues cum principibus æquantur temperamento Tribunorum. Cum aliquo æquari.*

ÆQVOR, oris. *terræ planicies.* 1. de Diu. 93. Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes. * 2. Acad. Quid tam planum videtur quàm mare? Ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant.

ÆQVVS, a, um. *habens æquitatem, non iniquus verus directus, iustus.* 6. I. V. 146. Prætor æquus & sapiens. Att. lib. 8. ep. 18. Æquum est me à te impetrare, vt, &c. de Cl. 143. Cùm de iure ciuili, cum de æquo & bono disputatur. *Ibidem.* 145. Crassus multa contra scriptum pro æquo & bono dicit. & *ibid.* Sæuola peracutus ad excogitandum quod in iure aut in æquo, verum aut esset, aut non esset. Part. 129. Directum, & verum, & iustũ, & vt dicitur æquum & bonum. pro S. R. 7. Æqua atque honesta postulatio. At. lib. 16. ep. 16. Cæsar rescripsit Attico, æqua eũ postulare. Ep. li. 11. ep. 27. Vt æquum erat, vt par erat. pro Q. 19. Magistratus æquus reperiri hodie non potest. 1. de In. 27. Præter æquum & bonum durus. *Poet.* pro Q. 45. Quis nobis ista iura tam æqua describit? Top. 66. & 3. Off. 61. Æquum bonum, & æquius melius in arbitrio rei vxoriæ. pro Q. 45. Quis hoc statuit, quod æquum sit in Quintiũ, id iniquum esse in Næium? de Fat. 7. Sed Possidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. pro Cor. 60. Et erat æqua lex, & omnibus vtilis. pro R. P. 45. Satis multa hominib. non iniquis hæc esse debent, nimis etiam multa vobis, quos æquissimos esse confidimus. 6. I. V. 46. Par, æqua proportio. 1. Offi. 124. Priuatum oportet æquo & pari cum ciuib. iure viuere. Ep. li. 2. ep. 1. Quare si iniquus es in me iudex, &c. sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. 2. Q. Fr. ep. 3. Populo à se alienato, nobilitate inimica non æquo senatu, iuuentute improba. pro Cl. 6. Animis aut libentib. aut æquis remittatis. 7. I. V. 153. Vide quam me sis vsurus æquo. pro Syl. 54. Vtinam hæc non modò iniquorum inuidiæ, sed & æquorum expectationi satisfacere possit. Æquo animo facere aliquid. L. INIQVVS. pro S. R. 145. Concedo, & quòd animus æquus est, & quia necesse est. 2. Q. Fr. ep. 15. Ab æquis verò, etiam à propensis in hanc partem diligimur. Ep. lib. 3. ep. 6. Vt me tibi amicissimum esse, & æqui & iniqui intelligant.

¶ *Æqualis conditione.* 4. ad Her. 52. In æquos & pares fastidiosus.

¶ *Amicè.* Orat. 34. Consequeris tamen, vt eos ipsos, quos contrà statuas, æquos placabilesque dimittas. Q. de Pet. 36. Tamen hi possunt abs te placati æquique discedere. ad Brut. ep. 4. Æquo animo te moneri patieris. de Pro. 17. Quæ animo æquo videre non possumus. Attic. lib. 6. ep. 8. Esse animo æquo de aliqua re.

Attic.

Att.lib.7.ep.7. Tranquillissimus autem animus meus, qui totum illud æqui boni facit. ‖ pro Clu.5. Denique illa definitio æquorum iudiciorum, quæ nobis à maioribus tradita est retineatur, *ibid.*6. Id quòd æquissimum, est. pro S. R. Carere æquo animo. pro Cæc.65. Æquum & bonum.

¶ *Planus, æqualis situ.* pro Cæc.50. Æquus & planus locus.

¶ *Aequi boni facere, impetrare, optimè candidi & adhuc nullo fuco inquinati Romani omissa præpositione sic iungebant.* Att. lib.7. epi.7. Tranquillissimus autem animus meus qui tonum istud æqui boni facit. 3. Off. 61. In arbitrio Rei vxoriæ. Melius, æquius, in fiducia vt inter bonos bene agier. *Et sæpe connunctione addita sic.* 2. In Ant. 72. Propemodum æqua & iusta dicebas. Ep. lib. 13. ep. 14. Quod tibi æquum & Rectum videbitur. pro Cæc. 65. Cum se in causa putant habere æquum & rectum quod defendant.

Syntaxis. *Aequum est me, &c. De æquo & bono disputare. Directum, verum, iustum, æquum & bonum. Aequa & honesta postulatio. Aequum est. par est. Aequum bonum & æquius melius in arbitrio rei vxoriæ. Par, æqua proportio. Aequo & pari cum ciuib. ture frui, uiuere. Parum æquo vti iudice. In æquos & pares fastidiosus. Aequos & placabiles omnes dimittere. Aequo animo videre, ferre. Locus æquus & planus. Æqui boni facere.*

AER, aëris. *vnum ex initijs & elementis mundi. Cœlum, anima, spiritus, æther, Iupiter.* 2. de Nat. D. 91. Aer, nomen Græcũ, sed receptum iam tamen vsu à nostris. 2. de Nat. d. 84. Ex aqua oritur aër. 2. de Nat. 27. Aer oritur ex respiratione aquarum: earum. n. quasi vapor quidam habendus est is enim exilit Motu eius caloris qui aquis continetur. 2. de Nat. 83. Aer alitur, & æther expirationib. terræ. 2. de Nat. d. 101. Aer annuas frigorum & calorum facit varietates. 2. de N. d. 117. Aer cœli tenuitate & calore temperatus, vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus. 4. Acad. 81. Sic nobis aër crassus offunditur. 2. de N. d. 17. Aer crassissimus circumfundit terram. 2. de N. d. 10. Exin marifinitimus aër die & nocte distinguitur. Isque tum fusus & extenuatus in sublime fertur, tum, autem concretus, in nubes cogitur. Tusc. q. lib. 1. 42. Aer & ignis nihil habent proni. Tus. q. lib. 1. 40. Aer & ignis sursum rectis lineis, in cœlestem locum subuolant. Tus. q. lib. 1. 42. Aer & ignis supera semper petunt. 1. Acad. 26. Aer, ignis, aqua & terra, prima sunt initia & elementa rerum. 2. de N. d. 101. Aer fertur leuitate sublimi. 2. de N. d. 27. Ipse verò aer qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris. 2. de N. d. 101. Aer tum fusus & extenuatus in sublime fertur, tum concretus in nubem cogitur, humoremque colligens, terram auget imbribus: tum effluens huc & illuc, ventos efficit. 2. de N. d. 66. Aer interiectus inter mare & cœlum Iunonis nomine consecratur. 2. de N. 83. ipseque aer nobiscum videt, nobiscum audit, nobiscum sonat. 2. de N. d. 42. Aer purus ac tenuis: cui opponitur Cœlum crassum ac concretum. Tus. q. lib. 1. 42. Aer, qui est terræ proximus, crassus est & concretus. 2. de Nat. d. 58. Aer quem spiritu ducimus. de N. d. 2. 101. Aer spiritu ductus, alit & sustentat animantes. 2. de Diu. 89. Non verisimile solùm, sed etiam verum esse censent, perinde vt cunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoq; ingenia, mores, animũ, corpus, actionẽ vitæ, casus cuiusq; euentusq; fingi. in Arato:

Namque est ales auis lato sub tegmine cœli,
Quæ volat, & serpens geminis secat aera pennis. de Nat. d. 1. 26.

Aerem deum statuit Anaximenes. de Nat. d. 1. 39. Aerem qui per maria maneret, Neptunum esse disputat Chrysippus.

ADIVNCTA *Aduersus, Crassimus, Natura maximè frigidus, & minimè expers caloris. 2. de Nat. Crassus. 4. Acad. Calidus proximus Crassus & concretus, 1. Tusc. Finitimus immensus, & infinitus, Superior. 1. de Nat. Plenus. 1. de Diu. Temperatus. 2. de Diu.*

Syntaxis. *Aer alitur expirationibus terræ. Oritur ex respiratione aquarum. Aerem spiritu ducimus. Dicitur temperatus, crassus, fusus, extenuatus, nil proni habens, maximè frigidus, concretus, effluens huc illuc, purus, tenuis, crassus aer.*

AGNATVS,a. *Agnati qui dicantur,ex ijs quæ in verbo Agnascor dicta sunt,intelligi potest.Dicuntur enim qui per virilis sexus personas, cognatione coniuncti sunt, quasi à patre congenti (vt Caius ait)veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepos ve ex eo. Inter agnatos autem & cognatos hoc interest,quod inter genus & speciem.Nam qui est agnatus,& cognatus est:non vtiq; qui cognatus est,& agnatus est. Cognationis enim nomen,naturale est:agnationis verò,ciuile. Propriè enim ciuilis cognatio,agnatio vocatur: videlicet, quæ per mares contingit.* de Vn.35. Iupiter, Iuno, & reliqui,quos fratres inter se & agnatos vsurpare atque appellare videmus. 2. de Inuentio. 148. Agnati & gentiles. 1.ad Herenn.23. Lex, si furiosus est,agnatorum gentiliumq; in eo, pecuniaq; eius, potestas esto.

☞ Syntaxis. *Agnascendo rumpitur testamentum :hic vsus est absolutus.Cui filius agnatus est,eius rumpitur testamentum. Gentilitatum & agnationum iura.Nobis cum cælestibus agnatio est. Nos tenemur deorum agnatione, & gente.*

AGNITIO, onis. *cognitio.* 1.de Nat. 1.Quæstio,quæ ad agnitionem animi pulcherrima est.

AGNOMEN,nis,*idem quod cognomen.*2.de Inuent.28.Nomen autem cùm dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet.

AGNOSCENDO. *noscendo,intelligendo.* 4.Ac.84. Ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio?

AGNOSCO, is.*intelligo, nosco,sentio,audio,reperio,percipio,assequor, perspicio.*1.de N.49. Hæc sunt dicta subtilius, quàm vt quiuis ea possit agnoscere.de Am.100.Aspicere & agnoscere aliquid. pro Fl.46. Sext.Schola.qui rem agnoscit,neque hominem ignorat. ✠ ‖ in Piso.12.Ipse certè agnoscet & cum dolore flagitiorum suorum recordabitur.pro Pl.35.Agnosco enim ex me:*id est,coniicio.* Epist.lib.1. epist.7. Quòd mihi de filia gratularis, agnosco humanitatem tuam. Epist.lib.4. epist.3. Dolorem tuum, mecum quodammodo agnosco. Or.171. Et apud Græcos quidem iam anni propè quadringenti sunt: cùm hoc probatur, nos nuper agnouimus.2. Tusc. 70. Vt deum agnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum & inuentione & celeritate motus, omniq; pulchritudine virtutis vim diuinam mẽtis agnoscito. Att.li.16. epist.14. In tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere.pro Mil.39. Cum tota Italia facti illius gloriam libẽter agnosceret. pro Pl.44. Sequestrémne Plancium respuerunt aures agnoscerent nemo,repudiaretur.pro Pl.30.Iacis adulteria,quę nemo non modò nomine,sed ne suspicione quidem possit agnoscere. de Amic.9.Tu autẽ Fanni, quòd tantum mihi tribuisti, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicè. Epist.lib.4.epist.4. Quod dicis, &c. nec nosco,nec probo: quod autem scribis,&c. illud quidem agnosco. 2. de Orat. 362. Humanitatem & facilitatem agnoscimus tuam. 1. de N.92. Deorum cognationem libenter agnoscerẽ.Epist.lib.9.epist.15. Moriar si prætet te quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquæ & vernaculæ festiuitatis agnoscere. de Som. 2. quem vt agnoui, equidem cohorrui.Epist.li.5.epist.20.Id ego agnoui meo iussu esse factum.pro Ra.18.Ego,si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. Attic.lib.11.epist.7. Causam tuam nosco. *id est, agnosco, vel accipio.* Attic.lib.16. epist.6. Agnoui erratum meum.2.de Fin.33. Leuiter agnoscere aliquid.

¶ *Laudo.*1.de D.133.Nec psychomantiam: agnosco:*id est,probo.*

AGNOSCOR, ris. *ex actiuo pondus habetur.* 4. Acad. 86. Simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur.Orat.215. Primùm enim numerus agnoscitur,deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur.

✠ ADVERB. *Libenter,pro Mil.nuper, Orat.leuiter 2. de finib.Facile, Orat. Quodãmodo,4 famil. Primum, Orat.*

AGNVS,gni.*oue natus,ouium grex,*3.de Nat.68. Agnus inter pecudes aurea clarus coma. *Poet.* & 2. de D.39. bis. de Sen.56. Villa abundet,porco,hœdo,agno.

AGENS, *tis,* 1.de Nat. 77. Erat autem non facile agentes & molientes aliquid deos in aliarum formarum imitatione seruare.

AGENDVS. *procurandus,curandus,tentandus:*ad Attic.lib.12.epi.33. Tuam in agendis rebus nostris diligentiam amo. pro Dom.11. Nónne id agendum nobis fuit, vt materiem subtraheremus furori tuo. 3. in Anton. 33. Quod agendum & faciendum est, non recuso.

AGO,gis.*facio,tracto,curo,procuro,tento,molior, gero,agito,contendo, transigo, aggredior.* 1. de Offi. 29. Sunt qui studio rei familiaris tuendæ suum se negotium agere dicant.3. Or.90. Qui:d si pater fana expilet,cuniculos agat ad ærarium.1.de D.95. Nostri nihil in bello sine extis agunt,nihil sine auspiciis domi habent.Attic. lib.8.epist.19. Te animo magno & forti rem istam agere existimo.Attic.ad Brut.epist.17. Cicero eò tendit, id agit, ad eum exitum properat, vt sit illi Octauius propitius, &c. pro Lig. 18. Tua quid aliud arma voluerũt,quid egit ille tuus inuictus exercitus,nisi vt, &c. Attic.lib.2.epi.22. Quam vellem Romæ mansisses: quod egisses profectò.si,&c.pro Mu.82.Id mihi crede,& agunt & moliuntur. Qu.fr. li.3. epist. 4. Ego mihi ipsi ista per quem agam non habeo. nam confici nisi per hominẽ peritum non possunt.2.de Nat.d.44. Mihi enim,qui nihil agit,esse omnino non videtur. 2. de N.59. Non cessans Deus: nec quæ agit moliens cum labore operoso ac molesto.Att.lib.4.Cum Egnatio de re tua vehementer egi:is grauiter se acturum cum Aquilio confirmauit.1. Offi.4.Neque si tecum agas,neque si cum altero contrahas.1.de Ora.97. Cùm & per meipsum egissem, & per Brutum sæpe tentassem. Attic.lib.16.epist.5. Is agit mecum accuratè multis verbis, vt tibi responderem.Attic.lib.2.epist.21. ✠ ‖ Quid cum Sexcioniis egerit. & lib.2.epist.22.Cum hoc Pompeius egit,&vehementer egit,cùm diceret,&c.Att.lib.4.epist.1. Agere cum aliquo, vt aliquam rem suscipiat. Epist.lib.2.epi.15. Agere accuratè & prudenter de aliqua re.Att.lib.1.ep.1.& Epist. lib.13.ep.75.Agere cum aliquo de aliqua re.Att.li.16.epi.21.Cum aliquo de eadem re agere sæpius. de Clar.280. Quæ ego cum Crasso sæpe egi,cùm eum vehementer hortarer,&c.Epist.li.4. epi.2. Vt ad te scriberem,mecum egerunt.de Am.4. Cùm sæpe mecum egisses,Attice,vt de amicitia aliquid scriberem.Qu.fr. lib-1.epi.1. Non hortatione,neq; præceptis, sed precibus tecum fraternis ago.2. de Orat.175. Neq; enim nunc id agimus.vt explicemus,&c.Att.lib.8.epi.11.Dominatio quæsita ab vtroq; est, non id actum,beata ciuitas vt esset.2.de Orat.191.Magna vis est earum sententiarum, atque eorum locorum,quos agas tractéque dicendo.6.I.V.48. Hic nolite expectare, dum ego hoc crimen ago ostiatim.. 1. Offi.41. Qui tum cùm maximè fallunt, id agunt,vt viri boni esse videantur.1. Tusc.83.Sed quid necesse est,cùm id agam,ne post mortem miseros nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miseriorem? Att.lib.9.epist.6 Ego enim non iam id ago,vt prosperos exitus consequar.Epist lib.4.epist.7.Ego id semper egi,ne bellis interessem.

¶ *Disceptо,litigo,contendo,decerto, præsertim iudicio.* pro Cecin.37. Omnino iam bene agis:à verbis enim recedis,& æquitate veteris.Qu.fr.lib.1.epist.4. Non gladiis mecum, sed litibus agetur. pro Cecin.34.Quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio non

habes.pro Mur.35. Agere cùm aliquo ex syngrapha. pro Qu.32. Agere ex sponsione.14. I.A.30.Sed facilè est bene agere cum iis, à quibus etiam tacentibus flagitari videamur.

¶ *Latè patet hoc verbum variisq; nominibus iunctum, variam sortitur significationem: Cum aduerbijs Qualitatis benè, male, præclarè, &c. sicque vulgo efferunt benè vel malè tractari aliquem esse felicem, &c.* Epist.lib.4. epist.5. Hisce temporibus non pessimè cum iis esse actum,& Quibus sine dolore licitũ est,vitam cum morte commutare.& ep.14. Agiturque præclarè,si nosmetipsos regere possumus.& lib.5.ep.18.vt optimè actum cum eo videatur esse,Qui quam leuissima pœna ab hac republ. discesserit. de Amici.11.5. In Ver.70.Hęc conditio Aratorum,vt præclarius agi secum putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret.3. In Ver.9. Qui hoc non perspicit præclarè nobiscum actum iri,5. In Ver. 119. Cum senserit populus istum,& intelligit secum actum esse pessimè,14.In Ant.20. Facilè est benè agere, cum iis à quibus etiã tacentibus flagitari videamur.pro Sest.51. Præclarè cũ illis agimus quos pacatos esse patimur, Attic.lib.16.ep.22. Quod tecum agam de eadem re sæpius 2. de Glor. Apud eundem poetam Aiax. agit vt sepiliatur.

✠ ¶ *In discrimen & periculum voco.*7. In Ant.27.Sed vos moneo, libertas agitur populi Romani quæ est commendata vobis.6.In Ver.113.Aguntur iniuriæ sociorũ, agitur vis legum, agitur existimatio veritasque iudiciorũ.& 85. Agebantur hæc in conuentu palam de sella ac de loco superiore.pro Pom. 6. Agitur. Populi Romani gloria quæ vobis à maioribus cum magna in rebus omnibus tum Summa in re militari tradita est. *Ibid.* agitur salus sociorum pro qua.&c. aguntur certissima populi Romani vectigalia aguntur bona multorum ciuiũ.6.In Ver.49.Qui hæc quæ dico iam non occultè non per amicos & inter prites. Sed palam de loco superiore ageret. pro imperio & potestate. 2. de Finib.56.Si magna res magna hæreditas agetur.

¶ *Promiscua. vbi adagia, inanis operæ, aliud curandi & negligendi. Sunt formulæ certæ ætatis, viuendi, impellendi, & stimulandi: gratias agendi, tollendi, vexandi. Frustra conor, frustra operam tero, ludor.* de Amici.87.Præposteris enim vtimur consiliis,& acta agimus, quæ vetamur veteri prouerbio. Attic.lib.9. epist.4. Sed acta ne agamus, reliqua paremus.Att.lib.9.epi.21. Tu mallem, inquies, actum,ne agas.Epist.li.15.epi.18. Itaq; facio me alias res agere, ne conuicium Platonis audiã.pro S.R.60. Vsq; eò animaduerti iudices eum iocari atq; alias res agere.Orat.87. Ridiculum,cuius genera plura sunt.sed nunc aliud agimus.pro Cl.179.Oppius aliud agens,&nihil huiusmodi cogitãs.pro Flac.40.Quiescant, igitur & me hoc in lucro ponere,atq; aliud agere patiãtur. 3.de Orat.48. Atqui,vides, inquit Antonius, cùm alias res agamus, quàm te inuiti audiamus,qui,&c.1.Tusc.91.Virtutem necessariò gloria,etiãsi id tu non agas,consequitur.Orat.175. Quæ sua sponte,etiãsi id non agas,cadũt.de Clar.233.Miror tam alias res agere populũ,vt sit insano inter disertos locus.1.Tusc.19. Nam & agere animam, & efflare dicimus. pro Qu.Rosc.24. Eodem tempore & gestũ,& animã ageres.Epist.lib.8.epist.13.Qu.Hortensius, cùm has literas scripsi, animam agebat. 1.de Orat.251. Agere vocem. pro Cæc.49. Neminem statu detrusum.qui non adhibita vi, manu demotus, & actus præceps intelligatur. 6.in Verr.107.Agere diem festum:*id est,celebrare.*pro Archia.16.Hæc studia adolescẽtiam agunt:*id est,ducunt.*de Senectu.32.Si octuagesimum annum agerent.1.Tusc.28.Agere æuum in cœlo:*id est, viuere.*2.de Ora.258.Asellum agas:*id est.ducas.*3.in Verr.7. Agunt eum præcipitem pœnæ:*id est,impellunt.*de Senect.7.Moderati senes tolerabilem agunt senectutem: *id est, traducunt.*5. Tusc.5. Agere vnum diem bene vel malè ex præceptis sapientum:*id est, viuere & traducere.*7.in Verrem.162.& 5.de Finib.84. Agi in crucem, *id est.tolli.* Attic.lib.1.epist.13. Agere gratias alicui nomine alicuius.Epist.lib.13.epist.64.Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit.

AGOR,ris.*ex actiuo variæ vires agnoscuntur:transigor,procuror,curor.* 3. ad Herenn.27. Vt res ex animo agi videatur. pro Sex. Rosc.8. Aliud agitur nihil,nisi vt,&c. Epist.lib.1.ep.5. Hic quæ agantur quæque acta sunt, ea te literis multorum cognoscere arbitror. 2. de Orat.317. Sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, Ienioribus principiis natura ipsa præteuit. Epist. lib.15. epist.4. Marco Manneio imperaui, vt coacto in vnum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconium faceret:quod cum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad septimum calendarum Septembris veni.Epist.lib.1.epist.1. Res agitur per eosdem creditores,per quos cum tu aderas,agebatur.* Att.lib.16.epist.20. Permagna res agitur.Attici.

¶ *Tractor,habeor, accipior bene vel malè.* de Am.15. Cum illo quidem actum optimè est,mecum autem incommodius.5.in Ver. 70. Hæc conditio fuit aratorum, vt secum præclarè agi putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret. de Am.11. Cum illo quis neget actum esse præclare? Epist. lib.4.epist.5. Hisce temporibus non pessimè cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare.Epist.lib.5.epi.18. Vt optimè actũ cum eo videatur esse, qui quàm leuissima pœna ab hac republ. discesserit.5. in Verr.119. & 118. Cùm senserit populus istum, &c.intelliget secum actum esse pessimè. 14. in Ant.17. Secum malè actum putet. itẽ, Malè enim mecum ageretur, si,&c.3.in Verr.9. Qui hoc non perspicit, præclarè nobiscum actum iri.

✠ ADVERB. *Acerbe vehementer 7. in Ver. Acriter, acrius,aperte,publice,dolẽter,moderate,præclare.Pro Sest.Accuratius,planè,prudentius, 2.fam.Apertius.1. fam. Coram diligenter, familiariter, quam sæpissimè, primum. 15.fam.Frigidè.3.fam. Grauiter, liberaliter, 8.fam.Insipienter, libentius, timidius 13.fam.Minaciter,11.fam. Modicè,16.fam.non multum 7.fam. Occultius, 6.fam.Omnino, 3. fam. Ornatius, 9.fam. Palam. 1.fam.Pessimè,4.fam.Rectè, 7.fam. Subtilius,9.famil. Verè,12.Epist.famil.Accurate,Coram,14. Att.Accuratè pluribus verbis, attentius. 16. Attic. Accurate res.4. Attic. Ambitiosè,7. Attic.Asperius. 1. Attic. Astutè,10. Attic.Commodissime per aliquem.12. Att. Commodius diligentissimè. 13. Attic. Diligenter de literis iniquè.6. Attic.Grauiter cum aliquo,4.Improbe, 9.Incaute,7. iniucundius.1. Attic. Iniustè,12.libere.7. Maturius. 9. Mirificè. ibidem. Nominatim, probe. 3. Prorsus vehementer & seuere. 16. Prudenter. 9. Quam diligentissime. 1. Sapienter. 8. Satis. 4. Seuere. 1.Seuere prorsus.16.Seuerius.4. Syncere.9.Studiosius. 1.Stulte.7.Temperate. Temperantius. Timidè 9. Turpissime.7.Vehemẽter.4.Vehementer,seuere.1.ad Atticum.Accuratè.1.In Ver. Accusatoriè,benè, benignissimè,Optimè. 5. In Ver. Actuosè. Leniter Remissè. 3. de Orat. Atrocissimè,perfalsè,Sanè, accuratè, 2. ad Qu. fratrem, Austere,stoicè, pro Mur.Benè, verecundè, in Top.Bene.Agier.dolosè.3.Offic.Benè acta vita,honestè, purè,quietè,de Sen.Callidè,cautè,impudẽtius.pro Cæc. Commodius. 2. de finib. Communiter,3.de finib. Communius.2.de Diu. Confusè liberaliter.3 de Nat.Confusius,iracunde, Melius.8.Phil.Coniunctim.1.de Inuent. honeste, Recte.2.de Inuent. Considerate,Cupide, ex occultò,fortuitò, inconsideratè temere.1.Offi.Constanter, Oscitanter,solutè,de Clar. Criminosè,pro. Deiot.Consultò fortiter,necessariò,negligentius omnino,pro Clu. Cumulatè,nominatim, Omnino, Ornatè, Ornatissimè, Postquam in Sen.Demisse,suppliciter,ad Brut.epist.16. Diligenter de Pet. Consul. Disertè, Rectè, verè, 2. de Orat. Grauiter,pressius,sapienter subtilius,4.de finib. Grauius. pro Flac.& pro Rab.post.honestissimè, sanctissimè.9.Phil.Hostiatim,impunius,occultè,6.In Ver. Ieiunè,præposterè,verecundius 4. Acad. Planius populariter.3.in Ver.Prisce,Remissè. Seuerè,vrbanè, vrbanius,pro Cæl. Quamprimum,4.ver. Raptim,turbulentè, pro Dom. Quomodo inimicè, 2. Phil. Secus. 2.de Nat.Splendidè,3. Tusc. Studiosè, 4.Tusc. Turpiter innocentissimè,intigerrimè, in Salust.vehementius.*

☞ Syntaxis. *Id nobis agendum, vt. Agendum, ac faciendum. Suum negocium agere. In ærarium agere cuniculos. Nihil agunt nisi extis: id est, nihil aggrediuntur. Animo fortiter rem agere. Agere & moliri. Quæ agit, molitur cum labore. Ego mihi ipsi ista per quem agam, non habeo. Vehementer dere agere, grauiterque. Per se ipsum agere Agere accuratè,diligenter. Nunc id ago,vt. Agere, tractareque dicendo. Hostiatim agere crimen.Non gladijs,sed litibus agere,ex iure ciuili,cùm aliquo ex syngrapha,ex sponso. Præclarè cum aliquo agere. Actum & acta agere. Alias res,aliud agere. Agere annum trigesimum, ætatem, æuum, iumentum. Agi præcipitem. Agere vnum diem bene. Agere & agi in crucem. Agere gratias. Ex animo agere. Quæ fiunt, quæq; aguntur acerrime. Per creditores acta res.Cum illo optimè actum, incommodius, præclarè, pessimè. Agere diem festum, animam.*

AGRAGIANAE *portæ.* L.PORTA.

AGRARIVS,a,um, *ad agros,pertinens.*2.ad Attic.epist 15. Agraria facultas. 8. Famil. Cælij, Agraria lex Rulli. Attic. lib.1.epist.15.

Agraria

Agraria lex à Flauio Tribuno plebis vehementer agitabatur ad Attic.lib. epist.14. Huic toti rationi agrariæ Senatus obuersabatur.2. Offi.78. Ob eamq; causam aut agrariam rem tentant. 2.ad Attic.epist.1.

☞ Syntaxis. *Agraria lex, ratio, res.*

AGRARIVS, rij. *agripeta. Agrarij pro ijs, qui agros cupiebant, vt subuenirent suæ inopiæ, 1. ad Attic.16. Alibi. Agripetas appellat.* 4. In Catil.4. Qui agrarios concitare conatus est.7. Phil.18. Non solicitabit rursus agragrios.

☞ Syntaxis. *Agrarios solicitare, concitare.*

AGRESTIS, ste. *quod ad agros pertinet, rusticanum, incultum, asperum, syluestre: per translationem, durum, acerbum, inhumanum.* 5. Tusc. 77. Quæ barbaria India vastior, aut agrestior. 2. contra R.94. Ligures montani, duri & agrestes.7. in Ver.86. Palmarum agrestium multitudo in Sicilia. pro Mur.61. Aut in aliquo conuentu agrestium.1. de Orat.33. Fera agrestisq; vita. Part.90. Genus hominum indoctũ & agreste.1. de Offi.130. Agrestis & inhumana negligentia. 3. de Orat. 39. Rustica vox & agrestis. pro Mil. 26. Serui agrestes & barbari. de Sen.47. Agrestis & furiosus dominus.1. de Orat.115. Quidam vultu motuq; corporis vasti atque agrestes. Att.lib.12.epist.45. Exculto enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est.3. de Orat.225. A principio clamare, agreste quiddam est. ‖2. de Orat.10. Nec vero te, &c. rhetoricis quibusdam libris, quos tu agrestes putas insequor vt erudiam.

☞ Syntaxis. *Durus, & agrestis, Fera, & agrestis vita. Indoctus, & agrestis. Agrestis, & inhumana negligẽtia. Rustica vox, & agrestis. Homo agrestis, & furiosus. Vultu, motuq; corporis vastus, & agrestis. Clamare, agreste quiddam est.*

AGRICOLA, æ, *agri cultor*, pro Deiot.27. Deiotarus diligentissimus agricola, & pecuarius habebatur.2. de Orat.38. Si de rusticis rebus agricola quispiã diserte dixerit. pro S.R.47. Qui suos filios agricolas assiduos esse cupiunt. pro S.R.94. At ego agricola & rusticus, &c. * Hortens. Segetes agricolæ subigunt aratris multò antè quàm serant.

✠ *ADIVNCT. Assiduus, pro S.Rosc. Diligens, pro Deiot*

☞ Sintaxis. *Assiduus agricola. Agricola, & rusticus.*

AGRICVLTVRA, æ. *cultura agri, cultio agri.* 1. de Orat.249. Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. 1. Offic.151. Omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius 1. de Orat.249. Libri Magonis Carthaginensis de agricultura. 3. de Fin.4. Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus versatur, nominibus notauit nouis.

✠ *ADIVNC. Bona, Vber. dulcis, digna, homine, libero,* 1. *Offic.*

*AGRIGENTINVS, a, um. 4. I.V.124.

*AGRIGENTVM. i. *vrbs Siciliæ.* 4. in Ver.123.

AGRIPETA, æ, *agri competitor.* 1. de N.72. In Samĩ pater Epicuri Neocles agripeta venerat. Att.lib.15.epist.28. Agripetas eiectos à Buthrotiis. & lib.16.epist.1. Agripetas concisos.

*AGYRINENSIS, e. 5. I.V.47. Agyrinensis ager. 5. I.V.69. Agyrinensis populus, Agyrinensis ciuitas.

*AGYRIVM, ij. *oppidum Siciliæ.* 5. I.V.68.

AH, *exclamantis interiectio.* 2. de Orat.185. Ah inquit, patres conscripti, non ego mihi illum iniquum eiero, verùm omnibus.

*AIAX, cis. tragœdia de Aiace. 1. Offic.114. Non sæpe Aesopus Aiacem.

AIN. Attic. lib.6.epist.1. Ain tu? & lib.6.epist.2. Ain tandem. 3. de Legib.14. Ain tandem etiã à Stoicis ista tractata sunt? Orat.154. Ain, pro ais ne.

AIO, ais, *affirmo, dico, loquor.*) (*nego.* 2. de Diuinat.69. Quid ergo, Aius iste quando eum nemo nórat, aiebat & loquebatur, &c. posteaquam & sedem, & aram inuenit, obmutuit. 2. de D.116. *Aio te Aeacida Romanos vincere posse.* 2. de Fi.70. Quasi ego id curẽ, quid ille aiat aut neget. 4. Aca.104. Vt neque neget aliquid, neque aiat. 3. de Offic.91. Diogenes ait, Antipater negat. 2. de Orat.233. Docebo ius (vt aiunt) oratorem eum, quem, &c. I.P. 69. Iste Claudus (quomodo aiunt) pilam retinere, &c.

AIVS, aij. *Deus, quem Titus Liuius, Allocutium vocat.* 2. de Diu.116. Quid ergo? Aius iste loquens quando eum nemo nórat, aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit. & *ibidem*: Aio loquenti ✠ ara consecrata est. ‖ & lib.1. de Diui.101.

ALA, æ. *propriè qua volant aues.* 1. de Diuin. 57. Galli cantu plausuque premunt alas.

¶ *Turma, ordoq; equitum, per translationem.* 2. Offic.45. Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. Or.153. Quomodo enim vester Axilla ala factus est? fuga litteræ vastioris

✠ *ADIVNC. Horrisonæ, in ARAT.*

ALABANDVS, di. *Deus, & Alabandi populi.* 3. de Nat.39. Alabandi Alabandum consecrauerunt.

ALABANDEVS. de Cl.325.

✠ ALABANDENSIS, Ep.lib.13.ep.56.3. de Nat.50. ‖2. de Ora.95.

* ALABASTER, stri. *myrothecium.* * 2. Acad, Quibus etiam alabaster plenus, vnguenti putere videatur.

ALACER, cris, cre. *erectus, hilaris, paratissimus.*) (*perterritus.* pro Mur. 49. Catilina alacer atque lætus. Ep.lib.5.ep.12. Alacres animo sumus, vt, &c. *id est cupimus.* 1. de Or. 184. Alacri & prompto ore, & vultu huc atque illuc intueri. 2. ad Her.29. Alacres & erectæ vadunt, vt alteri noceant. de Som. 4. Quo sis alacrior ad tutandam remp. 1. de Diu.73. Respexitque, & equum alacrem lætus aspexit. 1. de Inu. 102. Quartus locus per quem demonstramus multos alacres expectare quid statuatur, vt ex eo, &c. 2. ad Heren.48. Si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros.

☞ Syntaxis. *Alacer ac lætus. Alacrès animo. Alacri & prompto ore & vultu: Alacer & erectus. Alacrior ad maleficia.*

ALACRITAS, tis. *lætitia gestiens, ac nimia facilitas, & studium, aut cupiditas.* 4. Tuscul.36. Sic hilariores tuæ perturbationes, cupiditas auidè semper aliquid expectans, & inanis alacritas, nõ multum differunt ab amentia. 1. de Diu. 56. Galli victores alacritate ✠ & lætitia ad canendum excitantur. Brut. ‖ epist.prid.Inuen. 7. Quæ lætitia senatus, quæ alacritas erat? At lib.16.ep 3. Addis mihi scribendi alacritatem. 4. in Ant. 1. Frequentia vestrũm Quirites, alacritatem mihi summam affert defendendæ reipublicæ. 2. de Nat.Deor.159. Canum mira alacritas in venando Epistol.lib.2.ep.9. Qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate. abfuerit. ‖ ad Q.frat.lib.3, ep. 5. Opus est quadam animi alacritate. Attic.li.2.ep.7. mira sum alacritate ad litigãdũ.

✠ *ADIVNC. Egregia, 1. famil. futilis, Inanis, 4. Tusc. Insolens, 5. Tusc. 42. Mira, 2. de. Nat. & 2. Att. Summa, 4. Phil.*

☞ Syntaxis. *Alacritate & lætitia aliquid agere. Addere alicui scribendi alacritatem. In venando alacritas. Egregia animi alacritas.*

ALARII *milites.* Epist.lib.2.epi.17. Quod autem meum erat proprium, vt alarijs transpadanis vti negarem, id etiam populo se remisisse scribit.

ALAVDAE, arum, *nomen militum certorum in legione* At.lib.16.epi. 8. Antonius cum legione alaudarum ad vrbem pergit 13. Phil.3. Huc accedũt alaudæ, cæteriq; veterani. 5. I.A.12. Antesignanos, & manipulares, & alaudas iudices se constituisse dicebat. & 1. In Ant.20. Legio alaudarum.

ALBA, *vrbs.* 4. I.A.6.

ALBANVS, a, um. 1. de Diuinat.18. Albanus mons. & 2. de Diuinat.69. Albanus * lacus. pro M. Scauro, Albanæ columnæ.

ALBATVS, a, um. *albo indutus.*) (*atratus.* in Vatin. 31. Cum ipse epuli dominus Arrius albatus esset.

ALBENSIS. 2. ad Heren.45.

ALBESCIT. *fit album.* 4. Acad. 105. Mare nunc quia à sole collucet, albescit & vibrat.

* ALBIANVS, a, um. pro Cæcin.28. Albianum iudicium. pro Cluen.82. Albiana pecunia.

ALBINVS, ni. *viri nomen.* de Clar.81. Albinus, is qui Græcè scripsit historiam.

ALBVM. bi. *tabula vel matrix (vt hodie loquuntur.) in qua nomina alicuius ordinis, vel res gestæ breuiter notabantur, vt fieret populo copia.* 2. de Orat. 52. Pontifex Maxim. res omnes singulorum annorum mandabat literis, efferebatq; in album: & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi.

ALBVS, a, um. *candidus,*) (*niger, ater.* 2. de Diu.9. Quæ alba sint, quæ nigra dicere. Epi.lib.7.ep. 28. Quod quasi auem albam videntur bene sentientem ciuem videre. 5. Tuscul. 114. Democritus alba & atra discernere non poterat. 2. de Legibus. 45 Color albus præcipuè decorus deo est, cùm in cæteris, tum maximè in textili. 2. I.A.41. Qui albus aterue fuerit, ignorans fratris filium præterijt.

☞ Syntaxis. *Album auem videre: prouerbium de rara aliqua re. Albus color Deo decorus.*

ALCAEVS, cæi. *Poeta lyricus.* 1. de Nat.80. Næuus in articulo pueri delectat Alcæum.

* ALCYON, onis. Alcy.

Alcyonem genuit claris delapsus ab astris
Præuius auroræ, Solis nocturnus satelles.

ALEA, leæ. *omnis ludus, in quo temeritas & casus, non ratio nec consilium valet: qualis est talorum, & tesserarum.* 2. in Ant.56. Homo nequissimus, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege ea qua est de alea condemnatus. 2. I.C.10. In vino & alea, comessationes & scorta quærere. pro Arch. 13. Quantum alij temporis tribuunt aleæ, quantum pilæ; tantum ego, &c. 2. I. A. 56. Licinium de alea condemnatum collusorem suum restituit, vt quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolueret. 13. I. A. 24. In lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumpserit.

¶ *Fortuna, casus.* 2. de Diu. 36. Non perspicitis aleam quandam in esse hostiis diligendis. *aleam, id est, fortunam, & casum. Legitur etiam: Alium quandam vim, &c.*

☞ Syntaxis. *Alea ludere. De alea condemnatus. In alea comessationes quærere. Multum temporis aleæ tribuere. In alea multum perdere:*

ALEATOR, oris. *alea lusor, aleæ cupidus.* 1. In Antonium. 67. Domus erat aleatoribus referta. 2. in Catil. 23. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, versantur. 7. in Verrem. 33. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur. Att. lib. 14. epist. 5. Ab aleatore *cupuas wonús.*

ALEATORIVS, a, um. 2. I. A. 67. Suggerebantur etiã sæpe damna aleatoria.

ALEI *campi.* 3. Tusc. 63.

ALES, alitis. *volucer.* 1. de Diuinat. 120. Aues quæ tum huc, tum illuc volant: alites, quæ tum à dextra, tum à sinistra parte canant, oscines. 2. de Nat. 168. Aues & alites, & oscines, vt augures nostri appellant, rerum augurandarum causa esse natas putemus. 1. de Inuen. 27. Angues ingentes alites iuncti iugo. 2. de Nat. deor. 112.

Inde est ales auis lato sub tegmine cæli.

in Arat. Ales nuncius Iouis.

☞ Syntaxis. *Aues, & alites, & oscines. Angues ingentes alites. Auis ales. Nuncius Iouis ales.*

ALETRINAS. municeps & municipium. pro Clu. 49.

ALETRINENSIS. pro Cor. 50.

ALEXANDER, dri. *Rex Macedonum.* 2. de Diui. 141. & Attic. lib. 13. epist. 28. Alexander Babylone est mortuus.

ALEXANDRIA, driæ. *vrbs Aegypti ad Nilum.* Attic. lib. 2. epist. 5. Cupio Alexãdriam reliquamq; Aegyptum visere. 2. contra Rul. 42. Alexandria, cunctaq; Aegyptus. & Epist. lib. 7.

ALEXANDRINVS, a, um. 2. contra Rullum. 41. Rex Alexandrinus.

ALEXIS, idis. *Attici amanuensis.* Attic. lib. 16. epist. 14. In tuis quoque epistolis. Alexim videor agnoscere. Attic. lib. 7. epist. 2. Nam Alexidis manum amabam, quod, &c.

ALGEO, es. *frigeo.* 2. de Orat. 285. Sapiens, si algebis, tremes. & 2 Tusc. 34. Algere.) (. Aestuare. Epist. lib. 8. epist. 17. Nostri milites facilè algere & esurire consueuerunt.

✠ *ADVERB. Facile.*

ALGIDVS, a, um. *frigidus.* Orat. 152. Vos qui accolitis Histrum fluuium, atque algidam, &c. *algidam regionem scilicet: vt Catulus, Algida loca, de Berecynt.*

ALIAS. *aliquando, de præterito.* de Cla. 144. Idq; cum sæpe aliàs, tum apud centũuiros cognitum est. Offi. lib. 1. Cùm sæpe aliàs, tum maximè bello Punico secundo. 1. de Orat. 38. Quorum pater & sæpe aliàs, & maximè censor saluti reipub. fuit. 4. Acad. 9. Quibus de rebus & aliàs sæpe nobis multa quæsita sunt, & quondam in Hortensij, quæ, &c.

¶ *De futuro, & præsenti.* de Senten. 51. Terra nunquam sine vsura reddit quod accepit: sed alias minore, plerunque maiore cum fœnore. 3. de Orat. 204. Geminatio verborum habet interdum vim, leporem aliàs. 2. de Orat. 177. Et ex iisdem illis locis interdum concludere, relinquere aliàs, aliòq; transire. 2. de Orat. 30. Itaque illi aliàs aliud iisdem de rebus iudicant. Oratio. 200. Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. 2. de Diu. 7. Sed hæc aliàs pluribus, nunc, &c. 2. de Orato. 30. Vt vterque vestrũm eãdem de re aliàs aliud defendat. 2. de Diu. 111. Vt iidem versus aliàs in aliam rem accommodari possint. Epist. libr. 7. epist. 6. Sed plura scribam aliàs. Epist. lib. 7. epist. 13. Sed aliàs iocabimur. Attic. libr. 1. epist. 10. Hoc ad te scribam aliàs subtiliùs. Attic. cum. lib. 13. epist. 21. Huic epistolæ quam tu misisti rescribam aliàs, nunc aliis malo. 5. de Fin. 77. Ego verò volo in virtute vim esse quàm maximam: sed quanta sit, aliàs, nunc tantum, &c. Attic. lib. 4. epist. 2. Si vnquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si vnquam aliàs futuri fumus, tum profectò, &c. Attic. lib. 16 epist. 21. Alij enim sunt aliàs, nostrique familiares ferè demortui. Orat. 156. Aliàs ita loquor vt concessum est, aliàs vt necesse est. 2. de Finib. 87. Nemo potest aliàs beatus esse, aliàs miser. 3. de Orat. 210. Aliàs contentius, aliàs remissius. 3. in Ver. 120. Aliàs reuocabat, aliàs decernebat, &c. 4. Tusc. 36. Ex quo intelligitur qualis ille sit, quem tum moderatum, aliàs modestum & temperantem, aliàs constantem continentemq; dicimus. 1. de Inuen. 99. Atque hic item, vt in nostra persona licebit aliàs singulatim transire omnes argumentationes, aliàs ad partitiones singula genera referre, aliàs ab auditore, quid desideret, quærere, aliàs hæc facere per comparationem suarum & contrariarum argumentationũ. de Am. 33. Mutantur etiam sæpe hominum mores, aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingrauescente. 1. de Or. 244. Cum in eiusmodi causis aliàs scriptum, aliàs æquitatem defendere doceamur.

☞ Syntaxis. *Id cum sæpe aliàs, tum apud illos cognitũ. Cum sæpe aliàs, tum maximè bello ciuili. Ille & sæpe aliàs, & maximè censor dixit: Aliàs minor, plerunq; maior. Interdum vis, aliàs ingenium. Ille aliàs aliud ait. Hæ aliàs pluribus. Idem aliàs in aliam rem accommodare. quanti sit, aliàs (scilicet dicam.) Aliàs vt volo, aliàs vt queo. Aliàs beatus, aliàs miser.*

ALIBI. *in alio loco.* Attic. lib. 13. epist. 50. Cùm Cæsar præteriret, omnis armatorũ copia, dextra sinistra ad æquum, nec vsquam alibi. 4. Acad. 103. Nusquam alibi.

ALICVBI. *uspiam, usquam.* pro Fl. 71. Si te Crassi agri delectabant hîc alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses.

* ALICVNDE. *ex alio loco.* 1. de Orat. 252, *Alicundè, arripere aliquid. *Aliunde legit. Lamb.* & pro Cec. 46. Alicunde discedere.

ALIENATIO, tionis. *defectio, diductio, animorũ diuisio disiunctioq;:* Quin. fr. lib. 1. epist. 4. Subita defectio Pompeij, alienatio consulum exturbat mentem meam. 2. In Ant. 1. Tuamq; à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putasti. de Amic. 78. Statim alienatio disiunctioq; facienda est. Orat. 144. & 3. Leg. 48. Quibus verbis sacrorum alienatio fiat.

✠ *ADIVNCT. Nimia, de Arusp. Difficilis, 3. Ver.*

ALIENATVS, a, um. *abhorrens, alienus.* ad Att. lib. 16. epi. 14. Gaudeo mihi causam oblatam, in qua omnes sentiant me ab illo
✠ alienatum. Attic. li. 1. epi. 14. Animus alienatus & offensus. ‖3. de Finib. 18. Assensione nos magis alienatos esse.

☞ Syntaxis. *Tua à me ad illum alienatio. Ego à te sum alienatus. Animus alienatus, & offensus.*

ALIENIGENA, næ. *peregrinus, alienus, externus, alia ex gente.* pro Deiotaro. 10 Homo longinquus & alienigena. 2. de Legibus 25. Deos alienigenas coli, consuetudine habet religionum. pro Cornelio. 25. Alienigenarum nos hominum studiis atque externa virtute priuari. pro Fonteio 22. Alienigenas domesticis antefer
✠ re. 4. I. C. 22. Hostes alienigenæ.) (. Hostes domestici. ‖pro Flac. 65. Quid alienigenæ de vobis loqui soleant.

☞ Syntaxis. *Homo longinquus, & alienigena. Dij alienigenæ. Alienigena, & næ, absolute. Alienigenæ hostes.*

ALIENO, as. *abalieno, vendo.* 6. in Verr. 134. Precio paruo, ea quæ à maioribus acceperis, vendere atque alienare. 2. contra Rul. 33. Alienare vectigalia.

¶ *Disiungo, & auoco studium.* Epist. lib. 3. epist. 6. Maleuoli ignari constantiæ meæ, conabantur alienare, à te voluntatem meam. de Pro. 21. Quibus cum omnibus eadem respub. me reconciliauit, quæ alienârat. Ep. lib. 2. ep. 15. Hominem adolescentem non tam allicere volui, quàm alienare nolui. Ep. lib. 5. ep. 8. Qui & te non nunquam à me alienarunt, & me immutarunt tibi.

ALIENOR, ris. *auersor, abhorreo, caueo malum aliquod.* 3. de Finib. 16. Simul atq; natum sit animal, ipsum sibi conciliari, & commendari ad se conseruandum, &c. alienari autem ab interitu, iisq; rebus quæ interitum videantur afferre.

Vendor, abducor. 2. cõtra Rul. 54. Venire vestras res proprias & in perpetuum à vobis alienari. *Ibid.* 33. Permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiẽdæ de vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis. Att. lib. 1. epist. 14. Summum erat periculum, ne si nihil impetrarent, à senatu alienarentur.

☞ Syntaxis. *Bona paruo precio vendere & alienare. A me volunt alienare voluntatem tuam: Animal alienatur ab interitu. Venire, & in perpetuum alienari ab aliquo rem aliquam. Alienantur illi à nobis: id est, recedunt à nostra consuetudine ac studio.*

ALIENVS, a, um. *quod alterius est.* 1. Offic. 30. Difficilis est cura rerum alienarum.

¶ *Non amicus, remotus, auersus, discrepans, abhorrens, alienatus.* 4. in V. 64. Letilius homo non alienus à literis. Epist. lib. 2. epist. 17. Sin ille à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. pro Mur.
✠ 56. Cato à Murena nulla re vnquam alienus fuit. ‖2. de Orat. 61. Poetas quasi aliena lingua loquutos non conor attingere. Epi. lib. 4. epist. 6. Non à me alieni. 2. de Orat. 36. Quod hæc ars profiteatur alienum esse. Attic. lib. 16. epi. 14. Vt non alienum sit me Romæ esse. pro Plan. 11. Allicere voluntates alienas. *id est, alienatas.* pro Deio. 24. Cùm is à te animo esset alieno. de Amic. 28. Ab altero non alienos animos habemus. pro S. R. 136. Non vereor, ne quis alienum me animum habuisse à causa nobilitatis existimet. Epist. li. 5. ep. 17. Non putaui esse alienum institutis meis, hæc ad te scribere. Q. de Pet. 1. Tamẽ ab amore nostro non sum arbitratus alienum hæc ad te scribere. Epi. lib. 11. ep. 27. Sum admiratus te, quicquã à me commissum quod esset alienum nostra amicitia credidisse. 1. de Diu. 83. Neq; hoc dij alienum ducunt maiestate sua. de Pro. 21. Sed alienum mihi videtur dignitate imperij, quo, &c. Epist. lib. 4. ep. 7. Qui non aliena esse ducerem à dignitate tua. 1. de Fin. 11. Quis alienum putet eius esse dignitatis, quã mihi quisque tribuit, quid in omni munere vitę optimum & verissimum sit exquirere? pro Planc. 4. Id ab hoc alienum est. Att. lib. 16. epist. 3. Nauigationis labor alienus non ab ætate solum nostra, verum etiam à dignitate. pro Cec. 24. Id dicit, quod illi causæ maximè est alienum. Epist. li. 1. ep. 9. Tantum enitor, vt neque amicis, neque etiam alienioribus desim. Epist. lib. 3. epist. 6. Vt tuum factum alieni hominis (vt leuissimè dicam) meum verò coniunctissimi, & amicissimi esse videatur. pro Do. 70. Homines alienissimi à P. Clodio: *id est, minimè coniuncti*

iuncti & propinqui. 1. de Fin. 17. Epicurus in Physicis totus est alienus.)(.Suus.*Epist.lib.8.epist.12.Homo alienissimus alicui. *Cæl.* pro C. Corn. 1.Institui exemplum meis alienissimum rationibus cupierunt.pro Qu.66.Ne qua subesse posset aliena aut illius officio, aut huius existimatione suspicio.

☞ Sintaxis. *Non alienus à literis:id est,non expers literarum.Ille à me alienior. Nullare à te fui alienus. Alienas, id est, alienatas voluntates allicere. Animo sum à te alieno. Habere alienũ ab aliquo animum. Alienum ab instituto tuo,ab amore nostro,à nostra amicitia. Maiestate Deorum alienum. Alienum id est tuæ dignitati. Nihil à te alienius. Id ab hoc alienum. Neque amicis, neque alicui moribus desis. Alienus homo:id est,non amicus. Alienissimus homo à P. Clodio. Totus est alienus ille in Medicis:id est,ab Autoribus pendens.*

*ALIFANVS,a,um.2.con. Rull.65. pro Plan.22. Alifanus ager. *Alij per ph scribunt.*

ALIMENTARIVS,a,um.*ad alimenta pertinens.* Epist.li.8.epist.6. Lex alimentaria.

ALIMENTVM,ti. *nutrimentum.* de Vn. 16. Nec verò mundus desiderat alimenta corporis. *Oecon. 1. Fruges & cætera alimenta terrestria indigebant tecto.

ALIO *in alias terras,ad aliam rem,ad alium vsum.* Attic.lib.9.ep.20. Ex illius sermone statuam, Arpinúmne mihi eundum sit, an quò aliò.1.de Ora. 133. Sed si placet, sermonem aliò transferamus.pro Cluen.63. Tamen vocat me aliò iamdudum tacita vestra expectatio.3.I. V.139.L. Domitius aliò responsionem suam deriuauit.2.de Fin.27.Appellet hæc desideria naturæ,cupiditatis numen seruet aliò.

☞ Syntaxis. *Huc venies, an quò aliò? Sermonem aliò transferre. Aliò responsionem deriuare. Cupiditatis nomen serues aliò.*

ALIOQVI & alioquin:*aliàs, cæteroquin.* 2.de L.62. Minima olim istius rei fuit cupiditas, alioquin multa extarent exempla maiorum.

ALIPHANVS *ager.* 2.contra Rul.65.pro Plan.22.

ALIPHERA, *vrbs.*Att.lib.6.epist.2.

ALIPTES,tæ.*vnctor.* Epist.lib.1.epist.9. Sed vellem non solùm salutis meæ, quemadmodum medici,sed etiã vt aliptæ virium & coloris rationem habere voluissent.

ALIQVANDO.*aliàs, nonnumquam interdum,quodam tempore,tandem, aliquo tempore.* Attic.lib.12.epist.27. Velim aliquando puerum visas. pro Cæl.18. Quis bonis viris quodam tempore coniunctior? quis ciuis meliorum partium aliquando. 4.Acad.11. Num hæc ex vllo audiuisti aliquando? pro Cec.14. Magis opportuna opera nonnunquam, quàm aliquando fideli. Epist. lib.5.epist.8.Et te nonnunquam à me alienarunt,& me aliquando immutarunt tibi.1. Offic.139. Et maximè si aliquando alio domino solita est frequentari. pro Mil.70. Erit illud profectò tempus, & illucesceret aliquando ille dies cùm tu, &c. de Ar.46. Sit discordiarum finis aliquando.1.de Orat.133. Et nostro more aliquando,non rhetorico loquamur.pro Qu.43. De controuersiis vult diiudicati serò,verùm aliquando tamen. pro Quin.94. Spes est hunc miserum aliquando tandem posse consistere. pro Flac.21. Sed si fortè aliquando beneficij huius obtrectator extitisset,&c.1.de Ora.95.Non despero fore aliquem aliquando qui, &c.Or.166.Aliquando, idque serò mihi extorta veritas est. ✠ ‖pro Clu.51.Coilegi me aliquando. &c. Epist.lib.7. epist.14.Et te aliquando collaudare possum.

ALIQVANDIV,*satis diu.*1.Acad.12. Nam Aristum Athenis audiuit aliquandiu. & Attic.lib.2.epist.8. pro Cl.20.

ALIQVANTO. *paulum.*pro Syl.56.Cincius profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ. Epist.lib.9.epist.26. Non modò non contra legem, sed etiam intra legem, & quidem aliquanto. Attic.lib.5.epist.21. Literas tuas minus paulò expecto, quàm si Romæ esses,id est,aliquanto minus.2.de Inuen.154.Postea aliquanto ipsos quoque tempestas vehementius iactare cœpit.

ALIQVANTVLVM.*paululum,paulum,nonnihil,leuiter,paulisper, aliqua ex parte.*2.de Inu.29.Et de natura licet aliquantulum ducere suspicionis.4.ad Her.14.In mediocri figura versabitur oratio, si hæc aliquantulum demiserimus, &c. pro Quin.15. Cùm æris alieni aliquantulum relictum esset. 1.de Diu.73. Cùm aliquantulum progressus esset.de Am.40.Aliquantulum deflectere de spacio.

ALIQVANTVM. Parad.3. Auri nauem euertat gubernator, an paleæ,ia re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Epi.lib.4.epist.6. Lectis tuis literis aliquantum acquieui. Attic. lib.7.epist.13.Aliquantũ animi videtur nobis attulisse Labienus.

☞ Syntaxis. *De natura ducere aliquantum suspicionis. Aliquantulum æris alieni relictum. De spacio aliquantulum deflectere. Aliquantum acquiesco. Animi aliquantum afferre alicui. Abyit aliquanto antè.*

ALIQVID. *aliqua res.*)(*nulla pars.* ‖ pro Clu.184. Post aliquid ad iungere, & 2.de Orat.38. Multi sine doctrina aliquid omnium generum & artium consequuntur.pro Deiot.35. Nihil à me arbitror prætermissum,sed aliqua ad extremam causæ partem reseruatum:id autem aliquid est,te vt planè Deiotaro reconciliet oratio mea.2.Offi.40.Qui cuipiã furatur aliquid. pro Deiot.35. Netibi illum succensere aliquid suspicere

ALIQVIS,qua,quod.*quidam,quispiam,aliquispiam,vllus,nonnullus, vnus aliquis, non nemo,aliquot, parum,paucus, quis.*4. in Verr.129. Est consuetudo Siculorum,vt nonnumquam eximat vnum aliquem diem,aut summũ biduum ex mense.pro Mar.20. Neque enim culpa tua est,si te aliqui timuerunt.2.de Or.5.Bene dicere non habet definitã aliquam regionem.Atti.lib.3.epi.15.Meq;,vt facis,velis esse aliquem,quoniã qui fui esse non possum. Attic. lib.8.ep.3.Nullus priuatorum dolor,bonorũ erat aliquis,sed hebes.5.in Verr.195.Alicuius facti si non bonã,at aliquã rationem afferre.pro Lig.22.Atq; is tamen aliquis Ligarius non fuit. 2.de N.97. Cum machinatione quadam moueri aliquid videmus. 2.Offi.41.Confugere ad vnum aliquem virtute præstantem.pro Cluentio 185.Atque istam ipsam quæstionem dicite, quis obsignauit:vnum aliquem nominatè.2.de Orat.38.Aut depingendo pictor aliquis disertè dixerit, aut scripserit. de Amic. 86. Cum eos grauis aliquis casus experiri cogit. *Ibidem.*89.Vt aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret.3. de Legib.15. Puto posse & quidem aliquem de tribus nobis.pro Cecin.Aliquis de familia,Epistol.lib.12.epist.10. Sed gesta res expectatur.quam quidem aut iam esse aliquam,aut appropinquare confido.1.de Orat.102.Quid mihi tanquam alicui Græculo quæstiuncula poniti?2.de Orat.154.Timidè tanquam ad aliquem scopulum libidinis, sic tuam mẽtem ad philosophiã appulisti.4.Acad.32. Illos, &c. quasi desperatos aliquos relinquamus.2.de Finib.72. Leonides, Epaminondas, tres aliqui,aut quatuor. Attic.lib.13. epist.15. Quo die has dabam, expectabam aliquem meorum. Attic. *Ibid.* Etsi tuæ literæ rectè sperare iubent, tamen expecto recens aliquid.3.Tuscu.19.Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiosè se habet? Atti.lib.13.epist.15. Nunc eadem illa,quid Brutus cogitet,aut si aliquid egit,&c. de Amic.90.Si aliquis.

☞ Syntaxis. *Aliquid alicui succensere. Eximere vnum aliquem diem,aut summum biduum ex mense. Velis me esse aliquem,quoniam qui fui,non sum. Confugere ad vnum aliquem. Aliquis de tribus nobis. Tres aliqui, aut quatuor. Expecto recens aliquid. Num aliquod quodpiam membrum tumidum est?*

*ALIQVISPIAM. pro Sest.63. Aliquapiam vis.

ALIQVOT. *numerum significat, nec variatur.* Attic.lib.9. epist.13 Aliquot sunt anni,cùm vos duos elegi,quos præcipuè colerem. 2.de Diu.127. Aliquot somnia vera,inquit Ennius, sed omnia, non est necesse.de Vn.1.Disciplina Pythagoreorum aliquot secula in Italia Siciliaq; viguit. Epist.lib.7,epist.18. Accepi à te aliquot epistolas uno tempore.

☞ Syntaxis. *Aliquot sunt anni,cum te,&c.Id aliquot annos viguit.*

ALIQVOTIENS, vel aliquoties.*aduerbium numeri.* pro Qu.3.M. Iunius, qui hanc causam aliquotiens apud te egit. 2. de Leg.9. Aliquoties iam iste locus à te tactus est.pro Font.23.Quod ego profectò non crederem, nisi aliquotiens ex ipsis accusatoribus audissem,cùm præciperent,&c.

ALITER. *secus, alio pacto, alio modo, non eodem modo, non perinde.* pro Dom.31.Quod certò scio aliter esse.Attic.lib.16.epist.13. Ne sim saluus,si aliter scribo ac sentio.3. Offic.68. Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt asturias.Attic.lib.16.epist.13. De Antonij itineribus nescio quid aliter audio, atq; vt ad te scripseram. Orat. 229. Tantumq; abest,ne eneruetur oratio compositione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus,nec vis esse possit. pro Dom.31.Proinde quasi isti de illo aliter atq; ego existimo, sentiant. pro Dom.140. Omnia aliter ac vos in monumentis habetis, pronunciauit. Epist.libr.6.epist.19. Sed tamen aliquid videbimus,in quo sit spes: aliter quidem non modò non appetendum,sed etiam fugiẽdum puto.de Am.76.Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt.pro R.P.29.Si qui in prædones inciderint.aliter quidpiam coacti faciant: *id est, turpiter, vel indecorè.*Attic.lib.6.epist.3.Quo maiorem spem habeo,nihil forè aliter ac deceat.Attic.lib.6.epist.6. Assentior,fieri non potuit aliter.2.de Diu.146.Cùm eadem somnia,& aliis aliter euadant, & eisdem non semper eodem modo.

☞ Syntaxis. *Ne sim saluus,si aliter scribo,ac sentio. Aliter audio atque putaram. Id agas, aliter quidem accidet,&c. Fieri non potest aliter. Eadem somnia aliis aliter euadunt.*

ALIVNDE.*ex alio loco, vel ex alia re.*pro Lig.1.Cùm id neque per te scires,neque aliunde scire potuisses.Epist.lib.5.epi.13.Aliunde pendere. 2.de Ora.38. Hic nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit.& *Ibidem*39.Aliunde assumptum bonum. Orat.80. In alienis aut transtatum, aut factum aliunde,vt mutuo.

ALIVS, alia, aliud. *non idem, reliquus, alter,* ‖ *sequuntur hæc nomina ornatissime apud Romanos,non solum quam,(vt vulgo) sed etiam, ac,atque,iteratum etiam Latini alius,vt alius,alio doctior,quod Barbari alius quam alter dicere consueuerunt,& ita sæpe diuersitatem notat vt etiã alias alias, exẽpla confusa ipse annotato* 2.de In.12. Cùm communiter quædam de omnibus præcipi possint, separatim tamen sunt aliæ cuiusque generis & diuersæ præceptiones. 5.de

Fi ni.26. Sed naturas esse diuersas, vt aliud equo sit natura, aliud boui, aliud homini. 2.de Diuin.30. Si eadem hora aliæ pecudis iecur nitidum atq; pienum est, aliæ horridũ & exile. 2.de Nat. 123. Quibus bestiis eratis cibus, vt alius generis bestiis vescerentur. *alias. Alij generis. Nam alij & aliæ in genitiuo apud Ciceronem repertum esse, testis est Priscianus libro sexto.* Epist. lib.11. epist.1. Nos ab initio spectasse ocium, nec quicquam aliud à libertate cõmuni quæsisse, exitus declarat. *Brut.* 1. Tusc.58. Ita nihil aliud est discere, nisi recordari. 1.de Leg.14. Aliud ex alio quærere. Epist.lib.9.epist.19. Me quotidie aliud ex alio impedit. Orat.36. Aliud aliis videtur optimum. ‖Attic. lib.16. epist.13. Alia enim eorum ratio, & lib.12.epist.40. Hoc videtur effici aliud tua gratia, aliud nostra. Epist.lib.7.epi.24. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. *hîc, Alius de duobus dici videtur.* Qu.fr.lib.3.ep.1. Multa in epistolam conieci, aliud alio tempore. 2.de Diuin.89. Orbis vnamquanque partem aliã alio modo mouere atq; immutare cœlum. & alibi. Signa alia alio in loco lachrymantes intuebantur. Attic. lib.16.epist.13. Sed vt aliud ex alio, mihi non potest dubium, quin, &c. Attic.lib.9.epist.12. Nec vnquam aliud ex alio peccare desitit. 3. I. V.66. Hic tum alius ex alia parte, &c. pro Sest.74. Omnes certatim alius alio grauius atq; ornatius de mea salute dixerunt. Att.lib.7.epi.2. Accepi epistolas tuas aliam alia iucundiorem. 2.de Orat.30. Itaq; illi alias aliud iisdem de rebus iudicant. 1.de Diuin.76. Simia omnia disturbauit, & aliud aliò dissipauit. Ora.200. Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. de Som.14. Vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit. 2.de Diu.111. Vt iidẽ versus alias in aliam rem accommodari possint. Ora.72. Res alio atq; alio elata verbo. Orat.73. In alio ponitur, aliud q; totum est, vtrũ oportere an decere dicas. Ora.204. Cùm aliud videatur esse numerus, aliud numerosum, quid interfit. pro Cel.6. Aliud est maledicere, aliud accusare. 1.de Orat.248. Aliud est esse artificẽ, &c. aliud non esse hebetem, &c. 1.de Leg.52. Videt sne quanta series rerum sit? atq; vt ex alio alia nectantur. 5. Tusc.70. Causæ aliæ ex aliis aptæ, & necessitate nexæ. de Or.169. Aliquem ita labi, vt aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur. *Ibid.* 223. Sed aliud quiddam longè, aliud crassè quærimus. Attic.lib.8.epist.2. Aliud tu honestum in hac causa iudicas atque ego existimem. 3.de Orat.201. Alia dicere ac significare. Sal.in Cicer.7. Aliud stans, aliud sedens, de republ. sentis. ‖2.de leg.17. Quod in aliis rebus aliisque sententiis versaris atq; ille, de Somn.14. Vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, 2. de leg.20. Itemque alios ad dies vbertatem lactis fœtusq; seruanto. 3. de Offic. 60. Respondebat cum esset aliud simulatum, aliud actum. &c. Quod alios bonos, alios sapientes existiment. pro Cæl. Alia fori alia triclinij, &c. Ratio visa est. 1.de Diu.55. Alia est coniectura Accusatoris, alia defensoris. 1.de Orat.233. Tantum dico aliud esse illud atque hoc. lib.2.32. Quid sit quare alij melius, quàm alij dicant. 2.de Ora.343. Virtus habet plures partes, quarum alia est ad laudationem aptior. 6. I. V.28. Siciliæ cùm essem, sic ab omnibus audiebam, tam te has phaleras à Philarcho Centuripino abstulisse dicebant, quàm alias item nobiles ab Aristo Panormitano, quam tertias à Cratippo Tyndaritano. Top.82. Comparationum duo genera sunt, vnum de eodẽ, & alio, alterum, &c. & *Ibidem.*87. Huic generi finitimum est illud, quod appellari de eodem & altero diximus. idem.3. de Orat.63. Alia, & bona, & mala videntur Stoicis, & cæteris gentibus. pro Cecinna.57. Non alia causa est æquitatis in vno, & in pluribus. 2. de Officiis.61. Alia causa est eius, qui calamitate premitur, & eius qui res meliores quærit. pro Cælio.67. Lux longè alia est solis, & lychnorum. Orat.237. Aliud mihi ac tibi videri potest. pro Plan.48. Nec erit hæc alia ratio Plancio ac Laterensi. Item alibi, Cùm alia dicuntur ac sentias.

✠ ADVERB. *Longè, sapissimè, & passim, Planè. Orat. & alibi.*

☞ Syntaxis. *Aliud equo est natura, aliud boui. Aliæ pecudis, id est, alius, patrio casu. Me quotidie aliud ex alio impedit. Habes alium alio meliorem. Aliud alio tempore agendum. Orbis vnamquanque partem aliam alio modo cœlu immutat. Signa alia alio in loco intueri. Aliud ex alio peccas. Hic certatim alius alio grauius obiurgat. Idem aliàs aliud iudicant. Aliud alio dissipat puer. Idem versus aliàs in aliam rem accommodatur. Res alio atque alio elata verbo. Ex alio, alia nexa sunt. Aliud quiddam longè aliud quæro. Aliud atque ego dicis. In alia re atque ego. Alia & bona & mala mihi sunt, & tibi. Lux longè alia est solis, & lychnorum.*

ALIVSMODI. *alia ratione, aliter.* 2.de Inu.21. Nam opinio dupliciter facit homines: cùm aut res aliusmodi est ac putatur: aut non is euentus est, quem arbitrati sunt.

ALLABOR, ris. *accedo, adhæreo.* 1.de Diu.58. Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus austro, sudorẽ imitari potest.

ALLATVRVS, a, um. *apportaturus.* de Leg. Mors aut̃ melior est allatura statum. Vide adfero.

✠ ALLATVS, a, um. *apportatus:* in Clod. Postquam tibi speculum allatum est. de Fat. Allatus est fortè Scipioni acipenser.

AMICITIA, tiæ. *beneuolentiæ coniunctio, familiaritas, necessitudo.* 2.de Inuen.166. Amicitia, voluntas erga aliquem, rerum bonarum illius ipsius causa, quem diligit, cum eius pari voluntate. Læl.20. Amicitia nihil aliud est, ni si omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate summa consensio. *Ibidem.*85. Amicitia virtutum adiutrix à natura data est, non viciorum comes. *Ibid.*17. Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res secundas vel aduersas, quàm amicitia. *Ibid.* 19. Amicitia hoc præstat propinquitati, quòd ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest.3.Fam.epi.10. Amicitia tua mihi ampla est.1. de Fin.69. Amicitia claudicare videtur. pro Qu. 26. Si amicitia veritate colitur, qui amicum prodit, vanus sit necesse est.1.de Leg.49. Amicitia per se colenda est.10.Fam.epist.10.Amicitia sanctissimè colenda.15. Famil. epist.14. Amicitia nostra quæ summis officiis ab vtroque culta est.1.de Fin.67.Amicitia cum voluptate cõnectitur. pro Domo sua.27.Amicitia Cõsularis.Læl.27.Amicitia vtrum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata. *Ibid.* 58. Vera amicitia mihi ditior & affluentior videtur esse.pro Clu. 117. Mihl cum viris fortibus, qui Censores proximè fuerũt, ambobus est amicitia.pro Plan.80.Amicitia inter ingratos esse nõ potest.Læl.18. Amicitia nisi in bonis esse non potest. *Ibidem.*100.Amicitia sine virtute nullo modo esse potest. *Ibidem.*Exardescit amicitia.2.de Inuen.167. Expetenda amicitia. Læl. 22. Amicitia & secundas res splendidiores facit,& aduersas partiens communicansq; leuiores.de Pet.Consul.Amicitia firma & perpetua.1.de N.d.123. Charitas & amicitia hominum gratuita est.1.Offic.58.Estq; ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit. Læl.26.Amicitia ex amore nominata est. *Ibid.*27. Amicitia orta mihi videtur à natura potius, quàm ab indigentia. *Ibid.*33.Amicitia permanet vsque ad extremum vitę diem. *Ibid,*97.Amicitia tota veritate perpenditur. *Ibid.*63. Amicitia præcurrit iudiciũ.2. de Fin.84.Pyladæa amicitia. *Ibid,*83. Quæsita amicitia vtilitatis causa. in Lel. 68. Amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatẽ facilitatemq; proclinior. *Ibid.* 88.Serpit amicitia nescio quo modo per omnium vitam. Epi.1. epist.9. Hic multum valuit vetus amicitia,quam tu,&c. in Læl. 37.Conciliatrix amicitiæ,virtutis opinio. *Ibid.*68. Condimentũ amicitiæ haudquaquam mediocre, suauitas sermonum atque morum.2.de Inu.167.Amicitiæ finis quid sit.in Lęl.50.Amicitiæ fons à natura constitutus, bonorum inter bonos beneuolentia. 13.Fam.epist.10. Amicitiæ fores aperiantur. in Læl.5. Amicitiæ gloria excellens. Lælius. *Ibid.* 45. Habenas amicitiæ habere laxissimas,quas vel adducas quũ velis,vel remittas.6.Fam.epi.16. Bithynici,Amicitiæ initia ex parentibus repeteret. 1.de Fin.70. Institutionem amicitiæ omnino non posse reperiri. in Læl. 35. Deserere ius amicitiæ. *Ibid.*94.Nam cum amicitiæ ius sit in eo, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit, si ne in vno quidem quoq; vnus animus erit,idemq; semper,sed varius, commutabilis,multiplex.10.ad Att..ep.9.Cęsaris,Pro iure amicitiæ nostræ à te peto.pro Plan.5.Vetus est lex illa iustæ veræq; amicitiæ,quæ mihi iamdiu cum illo est,vt idem amici semper velint:nec est vllum certius amicitiæ vinculum, quàm consensus & societas consiliorum & voluntatum.de Am.44.Hæc igitur prima lex amicitiæ sanciatur, vt ab amicis honesta petamus amicorum causa honesta faciamus.2.de Fin.78.Amicitiæ locus vbi esse potest, vt quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet propter ipsum:Læl.15.Amicitię nostrę memoriam spero sempiternam fore. *Ibid.*69. Amicitiæ munus expletũ est. ibi.73.Amiciciæ, coniunctionisq; necessitudo.ibid. 51. Tollere amicitiæ nodum amabilisimum.1. de N. 123. Charum ipsum verbum est amoris,ex quo amicitiæ nomen est ductum:quam si ad fructum nostrum referemus,non ad illius cõmoda,quem diligimus,non erit ista amicitia, sed mercatura quædam vtilitatum suarum.14.Fam.Amicitiæ officium & ius præstare.5.Famil.ep.17.Amicitiæ officijs diligenter sanctęq; seruatis. in Lælio 84.Amicitiæ maximum ornamentum tollit, qui ex ea tollit verecundiã. *Ibid.*29. Ortus amicitiæ generosus. pro Domo sua, Quod enim par amicitiæ. Consularis fuit vnquam in hac ciuitate coniunctius,quàm fuimus inter nos,ego & Cn. Pompeius. 1.de Fin.68. Amicitiæ præsidium firmissimũ. *Ibid.*71. Amicitiæ rationem impediri, si summũ bonum in voluptate ponatur. in Læl.13.Amiciciæ recordatione frui. *Ibid.*16.Amicitię simulatio. *Ibid.*84. Stabilitas amicitiæ cõfirmari potest.1.de Fin.66.Vacillat stabilitas amicitiæ.in Læl.91.Venenũ amicitiæ odium. 1.de Leg.37.Amicitię ea est vis,vt simulatq; sibi aliquid quàm alteri maluerit,nulla sit.Lel.15.Omnis vis amicitię est in voluntarum, studiorum,sententiarum consensione. *Ibid.*90. Amicitiæ varius, est & multiplex vsus.11.Fam.epist.28.Amicitiæ præponenda est patria.10.ad Att.epist.4.Cæsaris,Amicitię grauiorem iniuriam feceris.3.Offic.45.Admiratus eorũ fidem tyrannus, petiuit vt se ad amicitiam tertium adscriberent.de Amic.50. Similitudo allicit, & attrahit ad amicitiam.in Brut.280. Quum Crassus initio ætatis ad amicitiam se meam contulisset. Læl.33. Nihil difficilius, quàm amicitiam vsq; ad extremum vitæ diem permanere. *Ibid.*61. Ad tollendam amicitiã valet hoc quidem præceptum. Lælius.86.Consequi amicitiã.2.de Fin.78.Si vtilitas amicitiam constituet, tollet eadẽ. in Læl.49. Contrahit amicitiam virtus. *Ibid.*24.Amicitiam contrahere,quæ in rerum natura,totoq; mundo constant,quæq; moueatur omnia.2.de Fin.82.Amicitiam diuelli à voluptate non posse. *Ibid.*80. Amicitiam euertere funditus.3. Fam. Amicitiã gerere. in Læl.20. Amicitiam & gignit & continet virtus. 2.ad Att. In amicitiã accipere.7. Fam. In amicitiam meam te contulisses. Attic.lib.2.epist.20. Numestium ex literis tuis studiosè scriptis, libenter in amicitiam recepi.pro Deiot.27. Iungere consuetudinem & amicitiam cum aliquo.Læl.37.Difficile est amicitiam manere,si à virtute deficeris.2.de Fin.85. Amicitiam si metiare sua charitate, nihil est præstantius.in Lel.29. Amicitiam nasci quidam volunt ab inopia.pro Planc.46. Officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.6.Fam.epist.16. Bithynici, Amicitiam paternam nullis officiis prosequi.in Læl.19. Amicitiam natura ipsa peperit. 2.de Inuen.168. Amicitiã petere propter vtilitatẽ. in Lælio.48. Amicitiam funditus tollere è vita. *Ibid.*47 Solem è mũdo tollere videntur,qui amicitiã è mundo tollunt, qua nihil à diis immortalibus melius habemus,nihil iucũdius.1.de Fin.67.Tueri amicitiam. in Læl.58.Vocare amicitiam ad calculos. pro Quin.93. Ab amicitia afflicta transfugere.in Lęlio.82.Naturali amicitia carere. Epi.lib.3.epist.8.Sunt de amicitia gerenda præclarissimè scripti libri. pro Mur. 7. Cùm graue est verè accusari in amicitia,tum etiam si falsò accuseris non est negligendũ. 5. Fam. In amicitia adiũctus.in Lælio 56.Fines in amicitia qui sint,& quasi termini diligẽdi,constituẽdi sunt.1.de Leg.37. In amicitia illud efficitur,quod quibusdã incredibile videtur:est autem necessarium,vt nihil sese plus,quàm alterum.diligat.Lęlius.26.In amicitia nihil est fictum,nihil simulatum. *Ibid.*97. In amicitia nisi (vt dicitur)apertũ pectus videas,tuumq; ostendas,nihil fidum, nihil exploratum habeas,&c. *Ibid.*40.Prima lex in amicitia est, vt neq; rogemus res turpes,nec faciamus rogati. Tusc.q. lib.3.73. Ne optandum quidem est in amicitia, vt me ille plus quàm se amet,ego illum plus quàm me:perturbatio vitæ, si ita sit,atque officiorum omniũ consequatur.in Læl.34. In amicitia prouecti longius. *Ibid.*67.In amicitia quæ sint viro bono tenenda.'5.Fam. In amicitia quid mutuum. Læl.76.In amicitia quicquid est, id est verum & voluntarium. 1.Offi.56. In amicitia vult Pythagoras, vt vnus fiat ex pluribus. de Vniu.13. Mundus ipse concordi quadam amicitia & charitate complectitur. de Am.81. Dignus amicitia.1.de Fin.65. Omnium rerum,quas ad beatè viuendum sapientia comparauerit,nihil est maius amicitia,nihil vberius, nihil iucundius,&c.Lælius104. Vos hortor,vt,virtute excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.de Amic.79.Remouere se ab amicitia Pompeij. *Ibid.*23. Sine amicitia corruere omnia. 1.ad Attic. epist.15. Amicitiæ ambitiosæ, fucosæq;ne. pro Rosc. Amer.111.Amicitiæ cur comparatæ.Partit.88. Amicitiæ amore & charitate cernuntur.de Amic. 53. Coluntur amicitiæ simulatione, duntaxat ad tempus. *Ibid.*51. Tantum abest vt amicitiæ propter indigentiam colantur.de Amic.79.Communes amicitiæ. *Ibid.*80. Conuerterãt se amicitiæ in graues inimicitias. *Ibid.* 76. Amicitiæ, corroboratis iam confirmatisq; & ingeniis & ætatibus, iudicandæ sunt. *Ibid.*79. Depositæ amicitiæ. *Ibid.*80. Extinctæ amicitiæ. 1.de Finib.67. Amicitiæ non modò fautrices fidelissimę,sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis,quàm sibi,iuxta Epicureos.pro Cl.46. Amicitiæ similitudine facilè iunguntur. de Amicitia. 100. Leues amicitiæ. 2.de Fin.84. Mediocres amicitiæ,de Amic.80. Oppressæ amicitiæ. 2.de Inu. 168. Amictiæ profectæ ab nostro beneficio. de Amicitia.76. Amiciciæ stabiles permanent. *Ibid.*22. Veræ amicitiæ sempiternæ sunt. *Ibid.*65. Veræ amicitiæ difficillimè reperiũtur in iis,qui in honoribus req; pub.versantur. *Ibidem.*78. Vulgares amicitię. *Ibid.* 55. Amicitiarum cum ęteris bonis collatio.1.de Finib.70. Instituendarum amiciciarum consuetudo. de Am.55. Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio. *Ibid.*46.Amicitiarũ præsidia quærere.4. Acad.quæst.27. Amicitiarum proditiones.de Am.69. Amicitiarum satietates esse non debent. *Ibid.*54.Nouis amicitiis indulgere. *Ibidem.*46.Amicitias appetere.1. de Fin. 67. Ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus. de Am. 100. Conciliat amicitias & conseruat virtus. *Ibidem.*32.Si vtilitas amicitias conglutinaret,eadem commutata dissolueret.7.ad Atti.epist.8. Tu soles conglutinare amicitias testimoniis tuis. pro Cluen.46. Ad

coniungendas amicitias quantã vim habeat ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo,ſcitis omnes.de Amic.78.Dimittere amicitias. *Ibid.*87.Dirumpere amicitias.*Ibid.*78.Diſcindere amicitias.*Ibid.* 76.Diſſociat amicitias diſſimilitudo morum.1.Offic.120. Amicitias,quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere. de Amic.78. Eleuare amicitias remiſſione vſus. *Ibidem.*54. Fideles amicitias excludere. *Ibidem.*74.Moleſtas amicitias faciunt quidam,quum ipſi ſe contemni putãt.*Ibidem.*51. Fingere amicitias vtilitatis cauſa.pro R.P.32.Nec me pœniteat mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere.pro Deiot.27. Iungere amicitias & conſuetudines cum aliquo.de Am.42.Incidere in amicitias malorũ.pro Planc.46. Repudiare amicitias gratioſorum. de Amic.54.Spernere veteres amicitias. de Ami.30.In amicitiis expetendis colendiſq; ita quiſque maximè excellit, vt ſibi plurimum confidit, virtuteq; ac ſapientia ſic munitus eſt, vt nullo egeat,&c.2.de Fin.80.In amicitiis tuendis quamuis comis fuerit Epicurus,non ſatis acutus fuit.*Ibidem.*81.In amicitiis fideles. de Ami.93.In amicitiis peſtis nulla maior,quàm adulatio,blanditiæ, aſſentatio. 1.ad Attic.epiſt.16. Amicitiis nouis implicati. pro Planc.30. Quæ poteſt eſſe vitæ iucunditas, ſublatis amicitiis:quæ porrò amicitia poteſt eſſe inter ingratos?*Læl.21.Nec metiamur amicitiam verborum magnificentia. pro A.Gabin. Cum omnes amicitias tuendas ſemper putaui, tum eas maximè, quæ eſſent ex inimicitiis reuocatæ in gratiam, propterea quòd integris amicitiis, &c.

✠ADIVN. *Adiutrix, & virtutum comes vitiorum. Breuis,ſuffragatoria,firma perpetua,permultæ & perutiles de Pet.Con. Non ſolum ampla ſed etiã, iucunda, coniunctior, Inueterata.3.famil. Concors,de Vniuer. Conſularis pro Dom. Ditior & affluentior, moleſta, naturalis,pulcherrima,& maximè naturalis,remiſſior & liberior, & dulcior,& ad omnem comitatem facilitatémque procliuior,intempeſtiua,vera,vetus. Vulgaris, aut mediocris, vera & perfecta. Aequabiles, cõmunes,fideles, iuſtæ, leues,nimiæ,ſtabiles,ſuauiſſimæ veræ,veteres,nouæ,vulgares.de Amic.Firmior,magna, paterna,peruetus.13.famil.Gratuita,1.de Nat.Inſignis. Gratæ.10.famil.Iucundiſſima.2.Offic.Iuſta, veraque. Officioſa,vetuſta,pro Plan.Magna vber, iucunda non modo fautrices fideliſſimæ ſed etiam effectrices voluptatum.1.de Finib.Pyladea,mediocres.2.de Finib.Sãcta 1.de leg.Summa.15.fam.Vber in ſtudiis,2.famil.Ambitioſæ,fucoſæ,nouæ.1.Att.Plurimæ,4.Ver. Sanctiſſimæ. 1.de In. Sempiternæ.pro Rab. vtiles)(minus vtiles. 2.de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Amicitiam claudicare, colere per ſe, exardeſcere, ſerpere per omnium vitam.Ius amicitiæ deferre.Eiuſdem tollere nodum.Amicitiæ ſimulatio, ſtabilitas, venenum. Ad amicitiam adhibere, allicere, attrahere,ſe conferre. Eandem tollere, contrahere, diuellere,euertere, gerere.Accipere,recipere in amicitiã. Cum aliquo iungere amicitiam. Proſequi ſuorum patrum amicitiam.Ad calculos hanc vocare.In amicitia adiungi, prouehi. Aliquem amicitia complecti. Amicitias inſtituere.Amicitijs indulgere. Appetere,comparare,cõciliare,conſeruare, conglutinare, diſſoluere,coniungere, dimittere, dirumpere,diſcindere, diſſociare,probare,delectare,diſſuere,repentè præcidere,eleuare,excludere,fingere,habere,iungere cum aliquo amicitiam.In amicitiam incidere complicari amicitijs.Amicitiæ,ſumma conſenſio,virtutum eſt adiutrix,ditior,affluentior,firma.perpetua,gratuita,iucundiſs.Pyladea, remiſſa,libera,iuſta,officioſa,afflicta,naturalis,concors,communis,depoſita,extracta,fautrix, & effectrix voluptatum, mediocris, oppreſſa, ſtabilis, ſempiterna,vulgaris,noua,fidelis,moleſta,vetus.*

AMICTVS, a,um. *veſtitus, indutus.* de Cla.56.M.Popilius, vt erat lana amictus, ita venit in concionem.2. I.A.85. Cæſar amictus toga purpurea.3.de Orat.125.Hippias gloriatus eſt pallium quo amictus, ſaccos quibus indutus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe. 2. I.C.22. Velis amicti, non togis.I P.73. Hæc toga qua ſum amictus. 2. de D. 139. Alcibiades paulo ante interitum viſus eſt in ſomnis amicæ : amictus amiculo.

☞ Syntaxis. *Amictus lana, toga.pallio,ſacco,velis,amiculo.*

AMICTVS, ctus.*pallij genus.*5.Tuſc.90. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen. Attic.lib.6.epiſt.1. Statua quam eſſe eiuſdem ſtatus,amictus,annulus,imago ipſa declarat.2.de Orat.91. Imitari alicuius amictus,aut ſtatum, aut motum.

AMICVLA, æ.*amica.*2.de Ora.240.De amicula rixor.

AMICVLVM, li. *palliolum veſtis.* 3. de N.83. Dionyſius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere,eiq; laneum pallium iniecit.2.de D. 139. Alcibiades amicæ amictus amiculo.

✠ADIVNCTA. *Aureum, frigidum, graue, 3.de Nat.*

☞ Syntaxis. *Amiculum iniicere, detrahere.*

AMICVLVS, li.*amicus.*7.I.V.79.

AMICVS, a,um.*amicior, amiciſſimus, beneuolus, neceſſarius,beneuolentia coniunctus, cupidus, ſtudioſus.* ‖ Epiſt.lib.3. epiſt.5. quo quidem homine neminem potuiſti nec mihi amiciorem,nec (vt arbitror)ad ea cognoſcenda quæ ſcire volebam aptiorem prudentioreq; mittere.InPiſ. 39. atq; haud ſcio an malim te videri nullo pudore fuiſſe in literis mittendi an amicos ius plus placuiſſe pudoris,&c. pro Mur.42.Romæ ſcilicet amicis prefuiſti, *Ibid.*43.& amicorũ ſtudia debilitat.1.Offic.59.Propinquũ potius & amicum quam vicinum defenderis. 1. de Fin. 65. Amici maxima amoris conſpiratione conſentientes. Attic.lib.16. epiſt.6. Mihi nemo eſt amicior, nec iucundior, nec charior Attico.ad Brut. epiſt.12. Charitas liberorum amiciores parẽtes Reip.reddit.de Am.55. Vita inculta & deſerta ab amicis, non poteſt eſſe iucunda. 1. Offi.51. Vt in Græcorum prouerbio eſt, amicorum omnia eſſe communia. 1. de Leg.54. Vnde enim illa Pythagorea vox, τὰ τῶν φίλων κοινὰ καὶ φιλίαν ἰσότητα. Qu.fr.lib.1.epiſt.2. Tribuni pleb. deſignati ſunt nobis amici, conſules ſe optimè oſtendunt, prætores habemus amiciſſimos. Epiſt.lib.3.epiſt.3. Vt omnes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquam ſuccedere,nec amiciori potuiſſe prouinciam tradere.11.I.A.34.Deiotarus vnus in toto orbe terrarum ex animo amicus, vereq; beneuolus,vnus fidelis pop.Ro.de Am.15.Ex omnib.ſeculis vix tria aut quatuor nominantur amicorum paria. pro Qu.59. Amicos obſeruantia retinere. de Am.83. Acquirere amicos. de Am. 82. Eſt enim is amicus quidem, qui tanquam alter idem.1.Offi.63. Vir bonus & ſimplicis veritatis amicus. pro Cl.86. Amicus neceſſariúſque communis, pro Fla.14. Amicus & perneceſſarius meus.1.Offic.55. Illud enim honeſtum nos mouet, atque illi in quo eſt,amicos facit.5.Tuſc.63. Vtinam ego vobis tertius amicus adſcriberer.Attic.lib.7.epiſt.1.Vt ego amicior inuenirer Cilicium æratij,quàm noſtro.Attic.lib.1.epiſt.6. Ille noſter amicus.2.de Ora.72. Vbi iudex amicus aduerſario,& inimicus tibi eſt.Attic.lib.2.epiſt.21. Ille noſter amicus ſemper in laude verſatur.Epiſt. lib.1.epiſt.7. Præterea nemini de cõſularibus,amici animi erga te poſſum eſſe teſtis.5.I.V.152.Cum omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto medicamento amicos redemiſſet.Epiſt.lib.9.epiſt.1.Scito me rediſſe cum veterib. amicis, id eſt, *cum libris noſtris*, in gratiam. Hortenſ. Amicis iucundiſs. quantum libuit, & abundauit,& illis omnibus aptiſſimè ad ſalutem corporis vſus eſt.

✠ADIVNCTA. *Amans, Obſeruans, Prudens,ſtudioſus,pro Rab.Antiquior,ſui ſimiles,11.fam. Antiquiſſimus,5. In Ver. Beneuolus.1.de finib. Blandus, Bonus, Infidus,Præceps,Simplex,communis,conſentiens,Verus.dulces, fidi,)(infidi. Non indigni amicitia, noui veteres,de Amic.Communis pro Cluent.firmus, & fidelis,pro Cæl.fortior.3.fam.& 2.Ver.Gratiſſimus,partim obſcurius iniqui, partim non diſſimulanter irati, 1.famil. Satis honeſtus, in. Sall. Indignus fortuna.16. fam. Inſolens, magnus, 2.Attic. Mediocris.2.de finib. Multo iuſtior. 2. de Inuent. Officioſiſſimus, vetus. 13. fam.Paternus.7.Ver. Paternus,ac perneceſſarius,pro Flac.Priuatus,poſtquam ad Quir. Recens,4.Ver.Suauis & ſtudioſus, 2.famil.Voluntarius,pro Cæc.Boni, ſimplices,miniméque fallaces,1.Offic. Communes,Plurimi,1.Attic.Cupidi,de Pet.Conſul. & pro Syll. Fortes,Anteq.humiliores.14.Attic.Improbi,paterni,pro S.Roſc.Infideles.1.ad Q.frat.Intimi,Modeſti,tenuiores, & non occupati.pro Mur. Inſidioſi,pro Dom. Multi, 14.fam.Noui,ſtulti,atque improbi,15.fam.Per diuites. 6.Attic.Prouinciales,5.fam. Prudentiores, de Prou. Sapientes.1.de Nat.Timidi,poſtquam in Senat.*

☞ Syntaxis. *Amici conſpiratione conſentientes. Amicior, iucundior, charior. Reddere aliquem alicui amiciorem. Vita inculta, & deſerta ab amicis: Habere aliquem amicum. Ex animo amicus. Amicorum paria: Retinendi ſunt obſeruãtia amici.Amicus,neceſſariúſque. Amicus & perneceſſarius. Adſcribe me tibi tertium amicum. Nihil mihi ſolitudine amicius. Illi amici animi erga te ſum teſtis:*

AMISSIO,nis.*detrimentum in amittendo.*I.P...40.Oppidorum turpis amiſſio.Epiſt.lib.4. epiſt.3.Amiſſio omnium rerum,deſperatio recuperandi.I.P.43. Amiſſio dignitatis accidit nocenti.

AMISSVS, a, um. *perditus elãpſus.* Att.li.9. epiſt.4.Cauſam reip. ✠amiſſam puto.& ‖ Att.li.15.epiſt.11.Querebantur amiſſæ occaſiones.pro Mur.43.Amiſſio iam tempore.)(*Re integra.*2. I.V.11.

Claſſes

Classes amissæ ac perditæ. & de Prou. 17. Hoc tempore amisso annus est integer expectandus. Postq. In Sena. 38. Præsertim cum illa amissa recuperauerim, virtutem & fidem nunquam amiserim. 3. de Nat. 35. Corpora intereunt humore aut spiritu amisso. &. 86. Quasi ego non sim quæstus de amissa salute. 6. I. V. 44. Præda de manibus amissa. *id est: elapsa.*

AMITA, tæ. *soror patris.* pro Cluen. 30. Cluentia, quæ amita Habiti fuit.

AMITTO, tis. *dimitto, offendo, iacturam facio, perdo.* 10. I. A. 12. Omne ius imperij & exercitus amisisti. pro S. R. 114. Omnem honestatem amittere. 1. de Ora. 182. Amittere ciuitatem: *id est, perdere ius ciuitatis.* pro Cecin. 15. Amittere occasionem. pro Deiot. 12. Amittere receptum. L. RECEPTVM. Amittere memoriam alicuius. *id est, obliuisci.* de Ar. 33. Amittere mentem. *id est insanire.* ‖ *Lamb. legit quæ innasceras.* pro Mil. 38. Amittere vitam. pro Mar. 17. Quos amisimus ciues. *id est, propter morbum.* pro Cæl. 66. Cur Licinium de manibus amiserunt? pro Quin. R. 10. Totam litem aut obtinere, aut amittere. pro S. R. 30. Per summum dedecus vitam amittere. Epist. lib. 4. epist. 6. Amittere ornamenta, *Ibid.* Qui filium consularem magnis rebus gestis amisit. 5. Tusc. 114. Amittere lumina. Cato. 11. Mea opera, Qu. Fabi, Tarentum recepisti. Certè, inquit, tidens: nam nisi tu amisisses, nunquam recepissem. 4. ad Heren. 57. Decius amisit vitam, at non perdidit: accepit patriam, amisit animam. 1. Tusc. 73. Cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectum omnino amitterent. Ep. lib. 7. ep. 26. Cogito commorari, quoad me reficiam. nam & vires & corpus amisi.

¶ *Dimitto.* 2 de N. 124. Amittere aliquem captum.

¶ *Abijcio.* pro S. R. 154. Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis ex animo amisimus.

AMITTOR, ris. *perdor.* 2. de Or. 100. Quarum rerum negligentia pleraque causas videmus amitti.

✠ ADVERB. *Funditus.* 1. *ad Q. fra. penitus,* 2. *Off. plane.* 1. *de Diuin. Omnino.* 1. *Tusc.*

☞ Syntaxis. *Amissa occasio, tempus. Classis amissa, & perdita. Præda de manibus amissa. Amittere dignitatem, ciuitatem, ius imperij, memoriam, mentem, vitam, litem. Per dedecus vitam amittere. Vitam amittit bonus, non perdit. Aspectum amittere, Amisse vires & corpus ægritudine. Amittere captiuum: id est, dimittere. Ex animo sensum humanitatis amittere: id est, obducere callum. Amissa caussa.*

AMMON, onis. *Iupiter, qui in arenosa Libya templum haberet.* 1. de D. 3. Ammonis oraculum. &. 95. de Nat. lib. 1. 83.

AMNIS, nis. *fluuius.* 2. de Nat. 98. Liquores perlucidi amnium, ripatum vestitus viridissimi. Orat. 39. Alter sine vllis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur. 1. de D. 38. Quosdam exaruisse amnes, aut in alium cursum contortos & deflexos videmus.* 2. de Nat. Deor. 20. Profluens amnis aut vix, aut nullo modo corrumpitur.

☞ Syntaxis. *Amnium liquor perlucidus. Fluit sedatus. Fertur incitatior: contortus, & deflexus in alium cursum amnis.*

AMO, as. *diligo, charum habeo, studio prosequor, benevolentia complector, magno amore vel studio in aliquem sum vel existo, faueo, in deliciis habeo, in oculis fero, amore captus sum.* Attic. lib. 2. ep. 20. Pompeius amat nos, charosque habet. Epist. lib. 9. ep. 14. Mihi denique nunc amare videor, antè dilexisse. ‖ Attic. lib. 4. ep. 6. Quia sic amabat patriam vt mihi aliquo deorum beneficio videatur ex eius incendio ereptus. *Ibidem.* ep. 4. Vt nos ames te amari scias. ad Brut. Epist. 1. Clodius valde me diligit, vel vt ὑπερτιμώτερον dicam, valde me amat. *Ex his apparet, aliquanto plus esse amare, quam diligere: verum hoc non semper obseruatur.* Attic. lib. 2. ep. 11. Volo ames constantiam meam. 1. Offic. 68. Amare diuitias. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. Amare ex animo. Attic. li. 6. ep. 1. Ciceriones pueri amant inter se, discunt. L. AMARVS. At. lib. 1. ep. 10. Diligere, amplecti, amare, apertè laudare aliquem. de Amic. 100. Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quē ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæsita. Epist. lib. 1. ep. 7. Magnitudinem animi tui semper sum admiratus, semperque amaui. Epist. lib. 9. epist. 16. Delectauerunt me literæ tuæ, in quibus primùm amaui amorem tuum. Attic. lib. 7. epist. 2. Nam Alexidis manum amabam, quòd, &c. 3. I. C. 11. Auus tuus clarissimus vir, amauit vnicè patriam & ciues suos. 3. I. A. 18. Quem ego & frater meus certatim amamus, omnibus horis oculis, auribus, complexu tenemus. de Ar. 19. Quàm volumus P. C. licet ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos superamus. At. lib. 5. ep. 8. Brutum abiectum quantum potui excitaui, quem: non minus amo quàm tu, penè dixi, quàm te. 1. Offi. 29. Facilè quod cuiusque temporis officium sit, poterimus, nisi nosmetipsos, valde amabimus, iudicare. Top. 51. Nimium se amare. At. lib. 4. ep. 16. Et in eo me valde amo. Atti. lib. 5. ep. 21. Habes meam causam, quæ si Bruto nō probatur, nescio cur illū amemus. Q. fr. li. 2. ep. 9. Adhuc (si me amas) Mariū. At. li. 5. ep. 17. Si quicquā me amas, hunc locū ama. 2. I. C. 8. Qui alios ipse amabat turpissimè, aliorū amori flagitiosissimè seruiebat. Qu. fr. lib. 3. ep. 8. Pompeius quàm se ipse amans sine riuali. Atti. lib. 12. ep. 15. Perierunt ea quæ amabas. Att. lib. 7. ep. 2. De Raudusculo multum te amo. At. li. 1. ep. 2. Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietā expositate multū amamus, quòd ea abs te diligēter paruoq; curata sunt. Ep. Sensi ex literis tuis valde te laborasse, amo igitur voluntatem. Epist. lib. 13. ep. 62. Et in Attilij negocio te amaui.* pro Sest. 105. Horum homines nomen, orationem, vultum, incessum, amabant. Frag. ep. Me aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges.

✠ *ADVERB. Admodum de pet. Cons. AEque atque merito, & iandiu,* 13. *Attic. Certatim.* 3. *Phil. Commodum valdè.* 4. *Attic. fraternè multum,* 1. *Att. illustriùs,* 10. *Fam. Maximè.* 12. *Famil. Meritissimè.* 1. *de Or. Mirabiliter,* 9. *Famil. Mirificè,* 6. *Attic. Nimium in Top. plurimum, plus, pro Cæl. præcipuè.* 16. *Fa. Rectè.* 2. *Attic. Turpissimè,* 2. *Vnicè,* 3. *in Cat. valdè,* 12. *Att. vehementer,* 5. *Tusc. vulgò,* 9. *Attic.*

☞ Syntaxis. *Amo, charumq; habeo. Iam dilexi, nunc amo. Amare ex animo. Amo in tuis literis amorem tuum. Vnice amo, certatim. In hoc me valde amo. Si quicquam me amas. De Cæs. multum te amo. Quòd ita dicas, te amo. Amo voluntatem: id est, de studio gratias ago. In hoc negocio te amo.*

AMOENITAS, tis. *suauitas locorum.* 2. de N. 100. Amœnitates orarum & littorum. Q. fra. lib. 3. ep. 1. Domus suppeditat hortorum amœnitatem. de Pro. 29. Amœnitas locorum non retinet. Ep. lib. 7. ep. 1. Ocio tibi perfrui mirificè licuit, cum esses in illa amœnitate penè solus relictus. pro Pom. 40. Non illum amœnitas ad delectationem reuocauit. Quin. fra. lib. 3. ep. 1. Summa cum amœnitate fluminis reficio me. Parad. 1. Cogitationem amœnitatum ad delectationem habeo. * Horten. Amœnitate summa perfructus est.

AMOENVS, a, um. *voluptarius, iucūdus.* 7. I. V. 79. Amœnus sanè & arbitris semotus locus. 2. de Or. 290. Nec amœnum nec salubrē locum censet 1. de Diu. 40, Peramœna salicta. Att. lib. 16. epist. 3. Prædiola nostra bellè ædificata, & satis amœna.

✠ *ADVERB. Sanè. 7. in Verr.*

☞ Syntaxis. *Amœnitas in littore, hortis. Locorum, & fluminū amœnitas. Locus amœnus, & semotus arbitris. Salictum peramœnum. Prædiola bellè ædificata, & amœna.*

AMOR, aris. *diligor.* 6. I. V. 51. Homo qui & amari & diligi vellet.

☞ Syntaxis. *Amari, & diligi. Amari, & charum esse.*

AMOR, oris. *benevolentia, gratia, studium, charitas, pietas.* Tusc. q. lib. 4. Amor est conatus amicitiæ faciendæ ex pulchritudinis specie, iuxta Stoicos. de amic. 26. Amor, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad benevolentiam coniungendam. *Hic agnoscas amore principium esse & benevolentiæ, & amicitiæ.* Tusc. q. lib. 4. Amor flagitij & leuitatis author. 4. Tusc. 76. Amor si naturalis esset, & amarent omnes, & amarentur, & semper amarent, & idem amarent: neque alium pudor, alium cogitatio, alium satietas deterreret. 13. Fam. Noster in te amor ab his initijs profectus. 4. Tusc. Amor amicitiæ. *id est, præstantia illa benevolentiæ.* 2. de Nat. 158. Canum amor in dominos, odium in externos. de Fin. lib. 4. Amor cognitionis insitus menti. *studium intelligas.* pro Syll. Amor consulatus. *cupiditas.* Læl. 29. Amor confirmatur & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta. 6. Fam. Amor cultus ab aliquo diligentissimè. 13. Fam. Amor eius, *actiuè.* 9. ad Atti. Amor nunc emergit, nunc desiderium ferre non possum. 2. ad Heren. Amor peccatum non excusat. pro Archia Poëta. Amor gloriæ nimis acer. pro Flac. Pietas & amor in patriam. *Hic rides amoris grauitatem, cum à pietate ponatur.* Curioni, lib. 2. Epist. Incredibilis amor in te meus cognoscetur me, &c. 10. Fam. Amor meus, *actiuè.* de Vniuer. Amor voluptate & molestia mixtus. 4. Tusc. Muliebris amor. Offi. 2. Amor multitudinis vehementer commouetur: *id est, augetur, & confirmatur.* ipsa fama & opione libertatis, beneficentiæ, iusticiæ, fidei, omniumque earum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. 4. ad Atti. Si amor noster ac tuorum in te est. 12. Fam. Amor ex eo inter nos natus. de Fin. lib. 1. Amor patrius, *id est, erga patriam.* Læl. 36. Amor quatenus in amicitia progredi debeat. *Hic amicitiam quasi virtutis habitum intelligas, amorem affectum.* 3. ad Q. fr. Amor quem ad me scribit. Epist. lib. 9. ep. 11. Nam & oratio prudens & amor erga me singularis, multum leuaret. 2. ad Atti. Amor omnis solicitus atque anxius. 2. ad Att. Amor tantus fuit, vt exhauriri nulla possit iniuria. 14. Famil. Amor tantus, vt nihil suprà possit. 5. Fam. Amor tuus se ostendit. 9. Famil. Amor verus & fictus non facilè diiudicatur. 1. Fam. Amoris abundātia. *pro singularissimo.* 15. Fam. Amoris declarationem habet liber iste. 4. Tusc. 75. Omnib. ex animi perturbationibus est profectò nulla vehementior amoris furor. *de libidinoso intelligendum.* Epist. lib. 10. epi. 1.

Illud autem erat amoris mei, quem à tua puericia susceptum non seruani solùm, sed auxi, &c. 4. ad Attic. Amoris iter interrumpere. 1. ad Attic. Amoris notis insignes Epistola. 1. ad Qui. frat. Amoris plenissimæ obiurgationes. 1. ad Attic. Amoris primas alicui deferre. 5. Fam. Si quid resident in te amoris erga me. 1. de Orat. Studium & ardor quidam amoris. *Hîc animaduertas phrasim, studium amoris.* 5. ad Att. Amoris tui *συμπάθειαν*. de Nat. deor. 1. Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. 7. Famil. Amoris tui vestigia, quoquò me verto. 6. Fam. Amoris nostri vetustas. Curioni. lib. 2. Epist. Magnitudo & vis amoris mei efficeret, te vt consilio possem iuuare. Attic. lib. 6. De isto hactenus dixerim, me vel plurima vincla tecum summæ coniunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima. 5. Famil. Amoris nostro plusculum etiam, quàm concedit veritas, largiare. lib. 1. de Fin. Amori patrio & ipsi naturæ præferre ius maiestatis atque imperij. 15. Fami. Cui amori, vtinam cæteris rebus possem, amore certè respondebo. in Car. Seruire amori aliorum flagitiosissimè. Epist. lib. 10. epist. 21. Planci. Tantùm te rogo, in Hircij locum me subdas, & ad tuum amorem & ad meam obseruantiam. 4. Tusc. 74. Mundum totum se ad amorem suum subleuandum conuersurum putat. ad Dolabell. lib. 9. Epist. Quis erat qui putaret, ad eum, amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? 2. Philipp. Omnem se amorem abiecisse illinc. *id est, abduxisse, auocasse.* atque in hanc transfudisse. 6. ad Attic. Amorem erga aliquem cum hæreditate cernere. 7. ad Attic. Amorem tuum omnem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam conuerto ad eam curam. 2. de Orat. Hæc res magis amorem conciliat, illa virtutis defensio charitatem. 2. de Orat. Amorem conciliari sentimus. 11. Famil. Amorem tuum conseruabis. 1. Fam. Amorem debere. 4. Tusc. 72. Stoici, amorem ipsum conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie definiunt: *& ibi præclara multa de amore turpi fugiendo.* & 74. Etiam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clauo clauum eijciendum putant. Att. li. 16. ep. 18. Datum tempus in quo amorem tuum experiter. Curioni lib. 2. Epist. Perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem & optatum amorem tuum præ te ferres. 1. ad Quin. fr. Quem certò scio ita laborare de existimatione sua, vt propter amorem in nos fraternum, etiam de nostra laboret. 10. Fam. Amorem cum aliquo constitutum habere. 9. Famil. Amorem erga aliquem habere. pro Domo sua, Amorem habere in remp. 1. de Inu. 80. Nemo potest vno aspectu, neque præteriens, in amorem incidere. Tusc. q. lib. 4. Amorem stupri esse negant Philosophi. ad Plan. lib. 10. Epist. Vt tibi ostenderem meum amorem. 14. ad Att. in Epist. ad Antonium. Amorem meum erga te ex vultu, & oculis, & fronte perspicere potuisses. 12. Fam. Cassij, Amorem tuum erga me recognoui in tuis literis. 10. Fam. Amorem suscipere. 9. At. Ab amore auertere. 6. Att. Ex amore eo quo astricti sumus laxari aliquid velim. 15. Famil. Amore illo tuo singulari me ames. 4. Verr. Ardebat amore illius hospitæ. in Part. 88. Amicitiæ autem charitate & amore cernuntur. *Hîc perpende, ipsius amicitiæ effecta, notasq; charitatem esse, & amorem.* 5. Tusc. Habebam adolescentes amore coniunctos more Græciæ. *Ibidem.* Coniuges autem, & liberi, & fratres, & alijs, quos vsus familiaritasque coniunxit, quanquam etiam charitate ipsa, tamen amore maximè continentur. 9. ad At. Amore omni enitere. Post reditum ad Quirites: Excitit tanto in me amore frater, vt, &c. 4. Tusc. Flagrare amore. ad Plan. lib. 10. Ep. Amore impulsus hæc ad te scribenda putaui. 3. ad Quin. fr. In amore solemus ea, quæ minimè volumus, cogitare. 4. Tusc. 75. Perturbatio ipsa mentis in amore fœda per se est. 6. Verr. Vnde igitur potius incipiam, quàm ab ea ciuitate, quæ tibi vnà in amore atque in delicijs fuit? *ibidem.* & pro Flac. In amore esse. 10. Fam. In amore habere. ad Brut. Nihil minus hominis videtur, quàm non respondere in amore ijs à quibus prouocere. 1. de Orat. Amore inflammati esse debemus in patriam. Ep. lib. 12. ep. 16. Trebonij, Pro amore nostro veterrimoque. Epist. *Ibidem.* Cui nos & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare. ad Brut. Amore prouehor. 1. Of. 36. Catonis filius Tyro amore pugnandi in exercitu remansit. 4. Tusc. Etiam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clauo clauum eijciendum putant. pro Cælio, Sæuo amore saucia Medea. pro Cl. Amore generi sui capta socrus. 5. Fam. Citius amore tui fratrem tuum odisse desinam, quàm illius odio quicquam de nostra beneuolentia detrahatur. 7. Famil. Amore vtu. pro Cæl. Amores autem & hæ deliciæ, quæ vocantur firmiore animo præditis diutius molestæ non solent esse. Diuin. lib. 1. Quid amores ac deliciæ tuæ Roscius? Tusc. quæsti. lib. 4. Amores adolescecentulorum in Græcorum gymnasijs liberi & concessi. Tusc. quæst. lib. 4. Amores adolescentulorum vt sint pudici, solliciti tamen & anxij sunt, eoque magis, quòd se ipsi continent & coërcent. de Fin. lib. 2. Amores ardentes. 5. ad Att. Amores hominum in te. Tusc. quæst. lib. 4. Amores libidinosi. 2. ad Attic. Pompeius nostri amores. pro Cæl. Amorum fœdera. 1. Offic. Quæ, *forma & honesti species*, si oculis cerneretur, vt ait Plato, mirabiles amores excitaret sapientiæ. Tusc. quæst. lib. 4. atque vt muliebres amores omittam, quibus maiorem licentiam natura concessit, *quàm adolescentulorum amoribus.* 6. Philipp. Sed redeo ad amores deliciasque nostras. L. Antonium. 7. Fam. in amoribus mihi est. 16. Att. ep. 6. Pyliæ salutem dices & Atticæ, delicijs atque amoribus meis. *Frag. Ep. Eum amorem in consilium aduocabo. 2. de Leg. Græcia Cupidinum & amorum simulacra in gymnasijs consecrauit. pro P. Oppio. O amorem mirum.

✠ *ADIVNC. Acer nimis, verum honestus, pro Archi. Poet. Communis, 1. Cont. Rull. improuisus ac repentinus, 2. Contr. Rul. Dulcis & optatus, 2. Fam. fraternus, non ignotus, sed tamen gratus & optatus, iucundus, vetustus, 5. Famil. fraternus, domesticusque mediocris, pristinus, 1. Attic. Humanus princeps ad beneuolentiam coniungendam, Summi, de Amic. tam castus, tam religiosus, tam Sanctus, tam Pius, pro Dom. Inauditus, incredibilis & bonus, pro Sest. Incredibilis, pro Lig. Incredibilis & singularis, 3. de Orat. Insitus, pro Sex. Rosc. Magnus, 4. Attic. Mirificus veterrimus. 12. Famil. Mutuus, erga aliquem, 1. Famil. Mutuus inter nos, singularis in aliquem, vetus & magnus, 11. Fam. Naturalis, nouus, vetus, liberi & concessi, libidinosi, Muliebres, pudici, soliciti, anxij. 4. Tusc. Patrius, Ardentes, 1. de Finib. perpetuus in aliquem, 7. Famil. Præcipuus in aliquem, mirabiles, 1. Offic. Sæuus. Meretricij, pro Cæl. Singularis, 1. ad Q. frat. Sollicitus, atque anxius, summus, 2. Att. Summus erga aliquem, multi, iusti, debiti, 3. in Catil. Summus in aliquem, pro Flac. Summus & mutuus, 13. Famil. verus fictus. 9. Famil. Vetus. 2. ad Q. frat. Alieni a sapiente, Sancti, 3. de Fini. dispares, 1. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Amor est princeps ad beneuolentiam coniungendam. Amor amicitiæ. Canum amor in dominos. Amorem colere. Pietas & amor. amor noster: id est, quo vos amas, vel amare debes. Patrius amor. Amor tuus se ostendit. Amoris abundantia. Amoris iter interrumpere. Insignes Epistolæ notis amoris. Studium, & ardor amoris. Amoris συμπάθεια. Charum amoris verbum. Amori amore respondere. Aliorum amori seruire. Nihil ad meum erga te amorem accedere potest, Illinc amorem abijcere, & in hanc transfundere. Amplecti amorem aliquem. Amorem conciliare, debere. Amorem cum aliquo cõstitutum habere, & amorem in & erga aliquem habere. Incidere in amorem. Ex vultu perspicere amorem, ex oculis, ex fronte. In literis amorem recognoscere. Suscipere. Ab amore auertere. Aliquid ex amore laxari. Amore amare singulari. Amore arderem in malam partem. Coniuges ac liberi, quanquã charitate ipsa, tamen etiam amore continentur. Amor solicitus, anxius, singularis. Amorẽ exhaurire, id est, abolere. In amore, & in delicijs esse. Amore flagrare, inflammari in patriam. Amor veterrimus, ac verissimus. Amore impelli, prouehi, Pugnandi amor. Amore capi in malam partem. Amore vti. Roscius amores, & deliciæ tuæ. Amores hominum in te. Pompeius nostri amores. In amoribus esse alicui. Deliciæ, meiq; amores: in bonam partem. Amor acer gloriæ. Amor tuus se ostendit. Dulcis & optatus, prospectusq; amor. Amore omni enitere. In amore habere, & respondere alicui. Amore tui illum odero.*

AMOTIO, onis. *remotio.* 2. de Finib. 9. Augendæ voluptatis finis, est doloris omnis amotio. de Fin. lib. 1. 37. In omni re doloris amotio, successionem efficit voluptatis.

AMOVEO, ves. *arceo, remoueo, prohibeo.* Att. lib. 1. ep. 9. Nebulonem illum ex istis locis amoue. pro Clu. 159. Odium, inuidiam, metum, cupiditatesque omnes amoue. pro Rab. 12. Portia lex virgas ab omnium ciuium Rom. corpore amouit. de Ar. 43. Senatus amouit Suturninum quæstorem à sua frumentaria procuratione, eique rei M. Scaurum præfecit. de Pro. 2. Et proprium illum sensum doloris mei à sententia dicenda amouebo. 2. de Leg. 19. Ferijs iurgia amouento. 3. ad Heren. 32. Procul amouere. (*propè admouere.*

AMPHIARAVS, rai. 1. de Diu. 88. Amphiaraum sic honorauit fama, Græciæ deus vt haberetur, atque vt ab eius solo in quo est humatus, oracula peterentur. & 3. de N. 49.

AMPHIBOLOGIA, *vel amphilogia, aut rectius amphibolia, ambiguitas est.* 2. de Diui. 116. Nam illa amphibolia quæ Crœsum cepit, vel Chrysippum potuisset fallere. & *ibidem.* Tamen hanc amphiboliam versus intelligere potuisset. 2. ad Heren. 16. Cognitionem amphiboliarum eam, quæ à dialecticis profertur, non modò nullo adiumento esse, sed potius maximo impedimento:

mento: omnes enim illi amphibolias aucupantur, eas etiam quæ ex altera parte sententiam nullam possunt interpretari: itaque, &c. *& ibi multa contra dialecticos.*

AMPHICTYONES, num. 2. de Inuent. 69. Accusantur apud Amphictyonas: *id est, apud commune Græciæ concilium.*

AMPHILOCHIA. I. P. 96.

AMPHILOCHVS. & Mopsius Argiuorum reges & augures, 1. de Diu. 88.

AMPHORA, æ. *vasis genus & mensura.* 4. I. V. 183. Iam non quæro, vnde CCCC. amphoras mellis habueris. pro Fon. 9. Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegisse.

AMPLE, & amplissimè. *magnificè, honorificè, honestè,*) (. *abiectè, demissè, obscurè, turpiter, miserè, humiliter.* de Cl. 201. Sublatè ampleque dicere. pro Dom. 74. Omnia collegia amplissimè de salute mea decreuerunt. 6. I. V. 62. Amplè magnificéque triclinium exornare. 4. I. V. 112. Honores amplissimè & magnificentissimè gessit. 5. I. A. 54. Quibus militibus agri amplissimè dati assignati essent. 9. I. A. 16. Aliquem supremo die suo quàm amplissimè efferre. 5. Tusculan. 24. Elatè & amplè loqui.) (. *demissè & humiliter sentire.*

☞ Syntaxis. *Sublatè, ampléq; dicere. Senatus amplissimè decernens. Honores amplissimè & magnificentissimè gerere. Elatè & amplissimè loqui.*

AMPLECTOR, ris. *amplexu circumplico, amplexor, comprehendo.* Som. 5. Ille me amplexus atque osculans flere prohibebat. Epi. lib. 4. ep. 8. Cæsar fauet ingenijs, nobilitatem & dignitatem hominum amplectitur. 7. I. A. 21. An Antonius equites Rom. amplectetur? Att. lib. 1. ep. 10. Diligere, amare, amplecti, laudare aliquem pro Mil. 73. Quia nimis amplecti plebem putabatur. Ep. lib. 6. ep. 6. Me amicissimè quotidie magis Cæsar amplectitur. pro Cecin. 40. Constituere actionem, quæ nequaquam satis verbis causam & rationem iuris amplectatur. pro Fon. 15. Quæ si iudex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente circumspiciat, profectò, &c. pro Quin. R. 36. Quod ego pluribus, verbis amplecterer, si, &c. 4. I. C. 3. Paruulus filius, quem mihi videtur amplecti, resp. 2. de Ora. 234. Nam quod ius ciuile tam vehementer amplexus es, video quid egeris. pro Syll. 59. Qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, vt, &c. Epi. lib. 5. ep. 19. Cum verò ea tua sit voluntas erga me libenter amplectortalem animum. ‖ 1. de Orat. 110. Tum Antonius vehementer se assentiri Crasso dixit quod neque ita amplecteretur artem vt ij solent. &c. pro Q. R. 7. Hæc parui temporis memoriam illę perpetuę existimationis fidem & religionem amplectuntur.* Oecon. 1. Simplex natura non omnes res commodas amplecti volebat.

☞ Syntaxis. *Amplecti aliquem: id est, amare. Ingenia amplecti. Diligere, amare, amplecti, laudare. Pluribus verbis amplecti. Amplecti vehementer scientiam: id est, aggredi. Amplexos aliquos tenere amore.*

✠ *ADVERB. Amicissimè, 6. Fam. Libenter, 5. Famil. Generatim, 2. de In. Nequaquam satis, pro Cæc. vehementer, 2. de Orat. & 6. Fam. vltrò, citrò, de Amic.*

AMPLEXOR, aris. *amplector, amo, amplexibus excipio, sinu foueo, in manibus habeo.* Epist. lib. 1. ep. 9. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur, vt, &c. *Ibidem.* Meque inspectante sæpe inimicum meum modò in senatu sæuerè seducunt, modò familiariter atque hilarem amplexantur. Quin. fra. lib. 2. ep. 11. Appius totum me amplexatur. ad Brut. ep. 11. Quo magis amplexetur ac tueatur iudicium suum. *dicitur ergo de rebus non corporatis:* 4. de Fin. 36. Aut ipsius animi cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. pro Sest. 98. Neque nullum amplexari ociũ, quod abhorreat à dignitate. 1. Aca. 33. Species, quas Plato mirificè erat amplexatus. *pro Cl. 124. Tum autoritatem Censorum amplexator.

✠ *AVERB. Familiariter, hilarè, 1. Fam. Mirificè, 1. Acad. rectè: 2. Tusc. vehementius, 2. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Amplexare, in manibus habere, fouere, osculari aliquem. Amplexari iudicium, cognitionem, otium. Plato species amplexatur: id est, docet, ac magni facit.*

AMPLEXVS, xus. 1. de Diuin. 79. Puer circumplicatus serpentis amplexu.

AMPLIFICANDVS, da, dum. *augendus, locupletandus.* 1. de Orat. 143. Quæ pro nobis sunt, amplificanda atque augenda: quæ pro aduersarijs, infirmanda. atque frangenda. ‖ pro pomp. 49. In Remp. Conseruandam atque amplificandam conferre & de Amic. 59. Spes amplificandæ fortunæ fractior. Orat. 125. Altera (puta pars orationis) in augendis amplificandisque rebus.

AMPLIFICATIO, onis. *exaggeratio, augmentum, accessio, cumulus.* 1. Off. 25. Nec verò amplificatio rei familiaris nemini nocens vituperanda est. Part. 27. Est enim amplificatio vehemens quædam argumentatio. item. 53. Est igitur amplificatio grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. 2. ad Heren. 47. Amplificatio est res quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur. 3. ad Here. 23. Amplificatio est oratio, quæ aut ad iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum. 2. de Diu. 33. Si extis pecuniæ mihi amplificatio ostenditur. Orat. 103. Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. 2. Off. 42. Amplificatio honoris & gloriæ.

✠ *ADIVNC. Magna, 2. de In. vehemens de Part.*

☞ Syntaxis. *Rei familiaris amplificatio, pecuniæ, honoris, gloriæ.*

AMPLIFICATOR, oris. *exaggerator, locupletator.* 5. Tusc. 10. Pythagoras non solùm nominis inuentor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit. Ep. lib. 10. ep. 12. Me tuæ dignitatis non modò fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces.

AMPLIFICATVS, a, um. *auctus.* 3. I. C. 2. Qui hanc vrbem cõditam amplificatamque seruauit. 2. de N. 8. Respublica amplificata. 3. de Leg. 32. Pauci honore & gloria amplificati vel corrũpere mores ciuitatis, vel corrigere possunt. pro Do. 88. A populo semper sum defensus, amplificatus, & ornatus. Epi. lib. 2. epi. 18. Dignitas tua, quæ quidem à te ipso integritate & clementia tua sic amplificata est, vt nihil addi posse videatur. ‖ pro Pomp. 46. hanc auctoritatem multis postea rebus gestis, magnisque vestris Iudicijs amplificatam & c. valituram esse existimetis.

AMPLIFICO, as. *augeo, amplum facio, dilato, multiplico verbis parnam rem magnificam facio, verbis maius facio, collocupleto.*) (. *infirmo, extenuo, imminuo.* 3. de Orat. 102. Amplificare rem ornando, quod valet non solùm ad augendum & tollendum aliquid dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abijciendum. Antequam. 6. Alicuius amplitudinem ac gloriam laude atque honoribus amplificare. 2. de N. 168. Eamque facultatem differendi amplificauit Academia. 1. de Or. 221. Aliquid dicendo amplificare atque ornare. 2. Tusc. 50. Nam attrectatu & quassu sæuũ amplificatis dolorem. 4. Acad. 5. Ac vereor ne talium personarum cùm amplificare velim, imminuam gloriam.

AMPLIFICOR, ris. *ex actiuo patet potestas.* 1. de Fin. 38. Vt postea voluptas augeri amplificarique non possit. 2. de N. 144. His naturis relatus amplificatur sonus.

☞ Syntaxis. *Amplificare, & augere. Autor & amplificator. Verbs amplificata. Honore & gloria amplificatus. Defensus, amplificatus, ornatus. Rem ornando amplificare. Amplificare Remp.*

AMPLIO, as. *comperendino, amplius pronuncio, ampliandi facultatem concedo, rem profero,* ‖ *hoc verbo significabant veteres quo inscite nostri differre iudicium in aliud tempus dicere consueuerunt.* pro Cecin. 29. Cùm causam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixit sibi liquere. 3. I. V. 26. Vt etiamsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existiment, non primò iudicare. 4. ad Heren. 48. Quid fuit iudices, quare istum nefarium ampliaueritis?

☞ Syntaxis. *Ampliant iudices reum.*

AMPLITVDO, nis. *gloria, dignitas, splendor, pondus, autoritas, grauitas, claritudo, præstantia, maiestas, claritas.* 2. de Inuen. 166. Amplitudo est potentiæ, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. 2. de Orat. 164. Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis. 2. ad Heren. 17. Maiestatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimtõ afficit ‖ pro. S. Ros. 3. Propter dignitatem & amplitudinem. &c. 2. Cont. Rul. 18. amplitudo Sacerdotij pro S. R. 2. Vir in quo summa autoritas est atq; amplitudo. pro Mur. 16. Q. Pompeius posteris suis amplitudinem nominis, quam non acceperat, tradidit. de Cla. 280. Ad summã amplitudinem peruenire. pro Mur. 16. Quod virtute perfecisti, vt summa amplitudine dignus putareris. Antequã. 6. Amplitudinem & gloriam alicuius laude atque honoribus amplificare. 1. Offi. 70. Horum sententia ad claritatem amplitudinemque aptior est. 1. Officior. 67. Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo est in posteriore. pro S. R. 136. Humilitas cum dignitate de amplitudine contendit. 6. I. V. 109. Signum fuit quoddam ex ære modica amplitudine, singulari opere. Epist. lib. 1. ep. 9. Illud ad tuam amplitudinem & dignitatem pertinet, te, &c. 4. I. V. 112. Vt omnes huius honores inter suos & amplitudinem possent cognoscere. Epist. lib. 10. ep. 1. Vt omne nostrum consilium, &c. ad amplitudinem tuam conferamus. Epi. lib. 1. ep. 4. Possim confirmare, te summo omnium studio amplitudinem tuam retenturum. *Ibidem.* Epist. 6. Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. *Frag. ep. Amplitudinem gloriamque tuã magno mihi ornamento fore existimo.

✠ *ADIVN. Cara, 1. Att. Aegregia, 2. de In. Modica, 6. fam. Summa, 1. Famil.*

☞ Syntaxis. *Amplitudo nominis, potentiæ, maiestatis, copiarum. Amplitudo, ac dignitas. Autoritas & amplitudo. Ad summam amplitudinem peruenire. Amplitudo & gloria. Claritas, & amplitudo. Splendor, & amplitudo. Amplitudo, & dignitas. Honores, & ampli-*

plitudo. Consilium omne ad pietatis amplitudinem conferre. Retinere suam amplitudinem. Iniuria hominum illustrata amplitudo.

AMPLIVAGVS, 3. ad Her. 31. Ampliuagas imagines reddunt.

AMPLIVS, *plus quàm, iam, præterea, supra, magis, insuper.* ‖ *Notandum contra consuetudinem talium particularũ amplius iungi nominatiuo & accusatiuo, ratione eum comparationis dicendum esset centum nummis amplius, non centum nummi: usus tamen in omni lingua potior est, huius vocis usum ex uno Ciceronis loco discito.* pro Q. Rosc. 8. amplius sex menses &c. 1. de Or. 74. Non luctabor, inquit, te cum Crasse amplius: id enim, &c. Att. lib. 1. epist. 6. Ille satisdari amplius abs te non petit. 5. Tusc. 98. Eo contentæ non quærunt amplius. pro Sex. Rosc. 145. Quid vis amplius? & *Ibid.* Quid quæris amplius? 1. de In. 160. Quidnam amplius desideratis. 4. Aca. 81. At amplius non desideramus. 1. I. C. 6. Etenim quid est Catilina, quod iam amplius expectes? pro Plan. 69. Quæris quid pro liberis meis amplius quàm pro Plancio facio, facere possem. 2. de N. 33. Scirpibus natura nihil tribuit amplius, quàm vt eas alendo atque augendo tueretur: bestijs autem sensum & motum dedit, &c. homini hoc amplius, quòd addidit rationẽ. ad Brut. ep. 5. Cui cùm essem assensus, decreui hoc amplius, vt, &c. pro Cec. 104. Habetis eum, vt nihil dicam amplius, qui se, &c. pro Mar. 17. Alterius verò partim, nihil amplius dicam, nisi quod, &c. 7. in Verr. 127. Seipsum abs te repetit, nihil amplius. pro Cec. 27. Illi se suos armatos abduxisse dixerunt, etiam hoc amplius Cecinnam, &c. pro Plan. 17. Nihil dico amplius, hoc tamen miror, cur, &c. 5. de Fin. 11. Cùm vterque eorum scripsisset, hoc amplius Theophrastus, quæ essent, &c. 2. I. V. 37. Ego ✠ ero ædilis, hoc est paulo amplius quàm priuatus. & ‖ 4. Aca. 80. amplius desiderare. Ep. lib. 9. ep. 25. Itaque optemperare cogito præceptis tuis hoc amplius, nauicularum habere aliquid, &c. Att. lib. 8. ep. 19. Itaque non amplius. XIV. cohortes Luceriam coegi. 3. I. V. 14. Cùm enim amplius centum ciues Rom. cognoscerent. 4. I. V. 123. Leges in quibus eadem illa sunt, & hoc amplius, cum, &c. de Cl. 65. Orationes amplius. C. L. 4. Ac. 82. Mathematici confirmant solem amplius duodeuiginti partibus maiorem esse, quàm terram. Ep. lib. 11. ep. 10. Mihi fuit sestertium quatuor milibus amplius. Att. lib. 2. epist. 16. Qui ager, &c. non amplius hominum quinque millia potest sustinere Ep. lib. 12. ep. 14. Interim cognoui in Cilicia esse classem Dolabellæ, amplius quàm centum naues onerarias. 4. I. V. 77. Quibus ne reijciundi quidem amplius, quàm trium iudicum præclaræ leges Corneliæ faciunt potestatem. *Ibidem.* 26. Amplius H-S. qua- ✠ dringenties accepisse te arguo. 2. I. A. 40. Ego amplius. H-S. ducenties acceptum hæreditabus retuli. 6. I. V. 95. Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. pro Qu. R. 10. Si amplius. H-S. nummo petisti, quàm tibi debitum est, causam perdidisti. Orator. 124. Sæpe singulis vtendum est. plerumque binis, non ferè ternis amplius. pro Flac. 62. Qui septingentos iam annos amplius regnant. pro Q. R. 8. Tu hoc nomen in aduersarijs triennium amplius iacêre pateris, & *Ibi.* Hoc nomen triennio amplius in aduersarijs relinquebas. & *Ibidem.* Amplius sunt sex menses. & *Ibidem.* Amplius triennium est. de Clar. 86. Consules reaudita amplius de consilijs sententiam pronunciant. de Ar. 52. Quid enim si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? 4. in. Vert. 70. Facite quod libet, daturus non sum amplius. 3. in Verr. ✠ 143. At erat & esset amplius, si velles populo cautum. ‖ pro Flac. 68. Viginti pondo paulo amplius.

☞ Syntaxis. *Tibi hoc amplius dabo, quòd literas mittam. Etiam hoc amplius: id est, præterea. Hoc amplius Theophrastus id est, supra cæteros docuit, &c. Paulo amplius quàm priuatus. Tuis præceptis hoc amplius obtempero. Non amplius decem nummos habeo. Amplius duabus partibus maius. Non amplius hominum milia habet. Habet classem amplius quam centum naues. Hora amplius iam laborare. Vtere binis, non ferè ternis amplius. Triennium amplius agrotare, & triennio amplius. Amplius sex menses. Amplius triennium est.*

AMPLVS, amplior, & amplissimus. *magnus & patens.* 6. I. V. 74. Erat admodum amplum & excellum signum cum stola. Qu. fra. lib. 1. ep. 1. Theatrum celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum. 7. I. V. 18. Amplissimas fortunas amittere. 1. Offi. 139. Ampla domus. 6. I. V. 119. Amplissima curia & gymnasium amplissimum.

¶ *Præclarus, ingens, præstans dignitate, illustris, honestus.* pro Pomp. 1. Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus. pro Mar. 27. Quicquid est, quamus amplum sit, id parum est tum, cùm est aliquid amplius. 3. ad Heren. 31. Loci præter modum ampli. 6. I. V. 108. Amplissimum collegium Decemuirale. 6. I. V. 108. In amplissima ciuitate amplissimo loco natus. Att ✠ lib. 7. ep. 13. Amplissimus ciuis. ‖ 2. de Inuent. 168. Quiddam magis amplum & minus necessarium conficiunt pro Cec. 104. Homo virtute cognita, & spectata fide amplissimus. Ora. 30. Amplus & grandis orator. de Cla. 239. Pompeius erat oratione satis amplus. 2. de Inuent. 169. Ampla & potens ciuitas. Att. lib. 8. epist. 9. Pro tuis rebus gestis amplissimis amplioribúsne quàm Africani? pro S. R. 83. Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit. Ep. lib. 6. ep. 7. Quanquam id magnum & amplum est. 1. de Inuen. 6. Eius quædam magna & ampla pars est artificiosa eloquentia. Att. lib. 3. ep. 10. Quis vnquam ex tã amplo statu concidit. 3. I. V. 14. Nullum munus amplius aut gratius mihi esse poterat. Epist. lib. 1. epist. 3. A. Trebonius qui in tua prouincia magna negocia, & ampla, & expedita habet. 1. de Or. 13. Ac ne illud quidem verè dici potest aut plures cæteris artibus inseruire, aut præmijs ad perdiscendum amplioribus commoueri. de Pro. 27. Ampliorem honorem alteri tribuebat, quàm ipse erat consecutus. 2. contra Rul. 10. Omnia quæ chara nobis atque ampla sunt. de Am. 71. Suosque omnes per se esse ampliores volebat. Att. lib. 8. ep. 11. Vt resp. opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. pro Mil. 58. Parum amplis præmijs afficere aliquem. ✠ ‖ pro S. Rosc. 86. Amplissima pecunia. pro Mur. 15. Sin autem sunt amplæ & honestæ familiæ plebeiæ. 2. contr. Rul. 3. Quod est ipsum per se amplissimum. *ibidem.* 4.

☞ Syntaxis. *Signum amplum, & excelsum cum stola. Theatrum amplissimum magnitudine. Fortunæ, domus amplæ. Amplissimus locus ad dicendum. Collegium amplum, ciuitas, ciuis. Amplissimo natus loco. Vir spectata fide amplissimus. Amplus & grandis orator. Vir concione amplus. Id magnum & amplum est. Munera ampla, & grata. Negocia & ampla, & expedita. Ampla & honesta familia. Chara, & ampla sunt hæc nobis. Volo meos per me ampliores esse. Ampla sit gloria, Respub.*

AMPVLLA, læ. *vas vitreum, ventre amplo & inflato.* 4. de Fin. 30. Si ampulla aut strigil accedat.

* AMPVTANS, tis. de Senect. 52. Vitem amputans ferro coercet ars agricolarum.

AMPVTATIO, onis. de Sene. 53. Sarmentorum amputatio me delectat.

AMPVTATVS, 2, um. *circumcisus, mancus.* Orat. 170. Infracta & amputata loqui. 1. de Finib. 44. Amputata & circumcisa omni inanitate & errore.

AMPVTO, as. *circumcido, reseco, reũcio, refello.* 2. de Or. 88. Volo esse in adolescente, vnde aliquid amputem. 1. de Or. 65. Licet hinc quantum cuique videbitur, circumcidat atque amputet. 4. Aca. 138. Chrysippus testatur treis solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus bonorum, circumcidit & amputat multitudinem: *id est, ablegat, & refellit.*

AMPVTOR, ris. *circumcidor.* 8. I. A. 15. Sic in reipub. corpore, vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum, amputetur. 3. Off. 32. Membra quædam amputantur, si, &c.

☞ Syntaxis. *Amputata loqui, & infracta. Inanitas amputata. Multitudinem circumcidit & amputat. Amputare pestiferum: id est, morbidum, contagiosum, affectum.*

AN. *ne, vtrum, anne, an num, ecquid.* 3. de Ora. 209. Refert etiam qui audiant, senatus, an populus, an iudices, frequentes an pauci, an singuli. In quo quæsitum est, in totóne circuitu, an in principijs solùm, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. 1. Tusc. 14. An tu dialecticisne imbutus quidem es? I. P. 3. Nam quid ego de consulatu loquar, parto vis, an ne gesto. 4. Acad. 93. Tria pauca sunt, an ne multa. 4. Acad. 136. Nescio anne quinqueuirum quidem quenquam. Orat. 206. Querendumque, vtrum vna species, an ne plures. pro Cor. 54. Anne licebit fœderatis istuc, vobis non licebit? Att. lib. 12. ep. 15. Scire velim quomodo dicar spopondisse, pro patre, anne pro filio? 1. de Diu. 24. An num imperatorum scientia nihil est? 1. de Orat. 250. An verò si de re ipsa, &c. necessariò perdiscimus? Epist. lib. 1. epist. 7. Multum interest, vtrum laus minuatur, an salus deseratur. Epi. lib. 7. ep. 16. Id vtrum more Romano locutus sit, an quomodo Stoici dicunt, postea videro. 3. Tusc. 4. Vtrum quod minus, &c. an quod corpora, &c. pro Qu. 78. Tamen ne vereris, vt, &c. 1. de ✠ D. 86. Fiat necne fiat, id quæritur. ‖ Epist. lib. 7. epist. 18. An hoc significas nihil fieri.

☞ Syntaxis. *Refert qui audiant, senatus, an populus. An tu pius ne quidem es? Tria pauca sunt, anne multa? Vtrum vna res anne plures? Anne licebit cunctis, tibi non licebit? An num prouidentia nihil est? Multum interest, vtrum, &c. an. Tamen ne vereris?*

ANACTES, *dij.* 3. de Nat. 53. *Sunt qui Anaces legant.*

ANACREON, tis *poeta.* 4. Tuscul. 71. Anacreontis tota poesis est amatoria.

ANAGNIA, iæ. *oppidum.* pro Dom. 81. item. 2. I. A. 106.

ANAGNINVS, na. pro Dom. 81. item. 1. I. A. 106.

ANAGNOSTES, tæ. *lector, alicui seruiens.* Att. lib. 1. ep. 9. Puer festiuus anagnostes noster Sositheus decesserat. Epist. lib. 5. ep. 9. Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus, Vardaci esse. ✠ ‖ pro Sest. 110.

ANALOGIA, giæ. *proportio.* Atti. lib. 6. epist. 2. Philiasios dici sciebam, sed primo me ἀναλογία deceperat, φιλίας, ἐπιὼς, ὁπαδὸς & ἑταῖρος, sed hoc continuò correctius. *Vide Proportio.*

ANAPAESTICVS, a, um. Orat. 190. Anapæsticos versus ex libris Isocratis elegit Hieronymus peripateticus.

ANAPESTVM, sti. & Anapæstus. sti. *modo pedem in versu, modo versum anapesticum significat.* 3. Tusc. 57. Nec sileturillud potentissimi regis anapestum: qui laudat senem, quòd, &c. 2. de Fini. 18. Omnes Danai aut Mycenenses. Attica pubes, reliquique Græci, qui hoc anapæsto citantur. 2. Tusc. 36. Nec adhibetur vlla sine anapestis pedibus hortatio. 3. de Orat. 180. Quare primùm ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondæi pedem inuitat. 3. de Orat. 183. Ex illis modis, quibus hic vsitatus versus efficitur, pòst anapestus procerior quidam numerus efflorvit. Orat. 190. Ita factus est anapæstus, is qui Aristophaneus dicitur.

ANAS, tis. *anus aquatilis.* 2. de Nat. 124. Anatum oua gallinis sæpè supponimus. *Anus est à nando dicta.*

ANATICVLA, læ. 5. de Fin. 42. Nare anaticulas.

ANATOCISMVS, mi. *fœnus quod ex fœnore capitur.* Att. li. 5. ep. 21. Nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset. L. CENTESIMAE.

ANAXAGORAS, ræ. *Philosophus.* de Clar. 44. Pericles Anaxagoræ physici auditor. 4. Acad. 72. Anaxagoras niuem nigram dixit esse.

ANCEPS, pitis. *dubius, incertus, ambiguus.* pro Mar. 15. Incertus est exitus, & anceps fortuna belli. Orat. 98. Dicendi ancipitis incertique casus. pro Pom. 9. Vos ancipiti contemtione distracti de imperio dimicaretis. Epist. lib. 5. epist. 12. Ancipites varijque casus habent admirationem. de Somn. 3. Ancipitem video quasi fatorum viam. 1. Offic. 9. Fit vt distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. 2. de Or. 86. Anceps causa. & lib. 3. 105. Anceps disputatio. & Epist. lib. 12. ep. 10. Anceps cura, 4. Heren. 67. In ambiguis ancipitem & multiplicem verborum potestatem esse.

¶ *Vtriusque, vel geminæ naturæ.* 1. de Nat. 104. Bestiæ quasi ancipites in vtraque sede viuentes.

☞ Syntaxis. *Belli exitus, & fortuna anceps. Anceps & incertus, casus. Contentio anceps. Casus anceps ac varius. Anceps fatorum via, causa, disputatio, cura. Anceps & multiplex verborum potestas.*

*ANCHARIANVS, a, um. pro L. Vareno: Familia Anchariana.

ANCHORA, ræ. *ferrum aduncum ad sistendas naues.* 7. I. V. 87. Malũ erigi, vela fieri, anchoras præcidi imperat. Att. lib. 1. ep. 10. Epistola, quam (vt scribis) anchoris solutis de Phaselo dedisti.

☞ Syntaxis. *Anchoras præcidere, ac soluere.*

ANCILLA, læ. *pedissequa famula.* 5. in Verr. 8. Hunc serui ancillæque amant. 1. de Finib. 12. An partus ancillæ in fructu sit habendus. pro Mil. 28. Muliebris & delicatus ancillarum puerorumque comitatus. 2. de Orat. 276. Ancillam domini iussu aliquid facere.

ANCILLARIS, re *ancillarum proprium.* 5. Tusc. 58. Itaque ancillari sordidoque artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ tondebant barbam, &c.

ANCILLOR, aris. *seruio, adstringor.* in Sal. 11. Non enim vni priuatim ancillatus sum, neque me addixi, &c.

ANCILLVLA, læ. 1. de Or. 236. Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedissequamque adiunxisti. ‖ 2. de Finib. 69. Præsto esse virtutes vt ancillulas qui nihil aliud agerent &c.

ANCONA, & Ancon. *vrbs in Piceno,* 12. I. A. 23. Epist. lib. 16. epist. 12. Attic. lib. 7. epist. 11. Anconem amisimus. *Frag. ep. Ancone deiectus est.

ANDABATA, tæ. *gladiatorum genus.* Epist. lib. 7. epist. 10. Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. *id est, in tenebris agentem, vel oculos clausos tenentem, Andabatarum more: quæ gens in tenebris pugnare consueuerat. Varro. Andabatis, apud Non.* 1276. 54.

ANDROGYNVS, ni. *qui vtrunque sexum habet.* 1. de Diuin. 98. Quid ortus Androgyni? nónne fatale quoddam monstrũ fuit?

ANDROMEDA, dæ. *signum cœleste,* 2. de N. 111.

ANDROS, *insula.* Attic. lib. 9. ep. 11.

ANELLVS. LANNELLVS.

ANFRACTVS, ctus. *circuitio, flexus, ambitus* ‖ *anfractus Cicero, quos secuti ambages vocitarunt.* 2. de Nat. 47. Figura nihil habens incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil, &c. Part. 21. Oratio circumscripta longo anfractu. 2. de Diu. 127. Iam verò quid opus circuitione & anfractu? de Somn. 3. Cùm ætas tua septenos octies solis anfractus reditusq; conuertit. 2. de Legib. 19. Itaque vt ita cadat, in annuis anfractibus descriptum esto.

✠ ADIVNC. *Non lõgus, longus, ad spiritum aptus,* Par.

☞ Syntaxis. *Oratio longo anfractu. Circuitio & anfractus. Aetas tua conuertit iam decem anfractus, redituq; solis. Annui anfractus.*

ANGIPORTVM & ANGIPORTVS. *vicus, angusta via & compendiaria inter domos.* 4. in Ver. 141. Vt omnib. in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur. 1. de D. 69. Ex horreis effusum frumentum vias omnes angiportusque constrauit. 4. ad Her. 64. Ait eos angiporto toto deerrasse. pro Milo, 65. Nullũ in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus.

ANGO, gis. *constringo, crucio, premo sollicito, vexo, torqueo discrutio.* Att. lib. 1. ep. 15. Multa sunt quæ me solicitant anguntque. Qu. fr. ✠ li. 3. ep. 3. Me illa cura solicitat angitque vehementer. ‖ de Sen. 66. Quarta restat causa quæ maxime angere atque solicitam reddere nostram ætatem videtur.

ANGOR, eris. *discrutior.* At. li. 9. ep. 1. Tamen angebatur singularum horarum expectatione. 2. Off. 25. Dionysius maximo cruciatu timoris angi solitus. Att. lib. 2. ep. 18. De Statio angor equidem. Att. lib. 8. ep. 21. Non possum sine dolore accusare eum, de quo angor & crucior. Pro Arch. 29. Neque tot curis vigiliisque angeretur, si, &c. At. lib. 5. ep. 10. Angor intimis sensibus. de Cl. 7. Equidem angor animo, remp. &c. Epist. lib. 16. epist. 14. Audio te animo angi, & medicum dicere ex eo te laborare. Ep. li. 4. ep. 3. Vehementer esse solicitum, & in communibus miserijs præcipuo quodam dolore angi de Am. 10. Amicorum decessu angi Att. lib. 9. ep. 4. Antea solicitus eram & angebar, quo vti consilio possem. ‖ de Amic. 10. Suis incommodis Angi. &c.

☞ Syntaxis. *Sollicitor & angor. Cura me angit, habetq; solicitum. De amico angi. Angi & cruciari. Intimis angi sensibus, præcipuo dolore.*

ANGOR, oris. *vexans ægritudo, premens, ac discrucians solicitudo.* 2. Off. 2. Nec me angoribus dedi, quibus essem confectus, nisi restitissem, nec rursum indignis homine docto voluptatibus. 4. Tusc. 18. Angor est ægritudo præmens. 2. I. A. 37. Angoribus cõficiar. Epist. lib. 5. ep. 13. Me ab omnibus molestijs angoribusque abducam. 3. Offic. 84. Angores, solicitudines, nocturni diurnique metus. Att. lib. 1. ep. 15. Curam & angorem animi sermone & consilio leuasti tuo. Læl. 48. Quamobrem angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet, vt tollat è vita amicitiam.

✠ ADIVNC. *Vtiles. 3. Offic.*

☞ Syntaxis. *Angoribus se dare, confici. Abducere se à molestijs & angoribus. Cura & angor animi.*

ANGVICVLVS. li. 5. de Fin. 42. Serpere anguiculos.

ANGVINVS, a, um. *anguis peculiaris, & proprius.* 2. de D. 133. Ceruix anguina. Pacuuij.

ANGVIS, guis. *serpens.* 1. de Diu. 36. itẽ. 62. Tib. Gracchus duobus anguibus domi comprehensis aruspices conuocauit. 1. de Diu. 73. Ab infima ara subitò anguis emersit. 1. de Inuen. 27. Angues ingentes alites iuncti iugo. 1. de Nat. d. 102. *Cum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt atq; consumunt. Ex quo fit, vt illæ nec morsu viuæ noceant, nec odore mortuæ. 2. de Diuin. 62, Quod anguis domi, vectem circumiectus fuisset. *Ibidem.* Si anguem vectis ci cumplicasset. *Ibid.* Ego tamen miror, si emissio fœminæ anguis mortem afferebat Tib. Graccho: emissio autem maris anguis, erat mortifera Corneliæ, cur alterutram emiserit. &. 65. De angue illo, qui Syllæ apparuit immolanti, vtrunque memini. *Ibid.* Anguis ab ara extitit.

✠ ADIVNC. *Mas, fœmina, 2. de Diuin. & lib. 1. Ingentes, 1. de In. volucres, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Anguis emersit. Angues alites, & aliàs, volucres.*

ANGVITENENS, tis. *Ophiuchus, signum cœleste, quòd teneat anguem.* 2. de Nat. 109.

Anguitenens, quem clarè Ophiuchum nomine Graïi.

ANGVLATVS, a, um. 1. de N. 66. Corpuscula rotunda alia, partim angulata. *id est, anguli prædita.*

ANGVLVS, li. *figura est ex linearum adiunctione per se distinctarum.* 2. de Nat. 47. Figura nihil habens incisum angulis, nihil anfractibus nihil, &c. &. 1. Tus. 40. Terrena & humida, suopte nũtu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur. 2. I. C. 8. Nemo non modò Romæ, sed ne vllo in angulo totius Italiæ fuit, quem, &c. pro Cecin. 84. Et me ad omnes verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas.

✠ ADIVN. *Summus, 2. de Nat. Pares, 4. Tusc.*

☞ 2. Syntaxis. *Ad pares angulos fertur in terram terrenum.*

ANGVSTATVS, a, um. *coarctatus.* de Som. 15. Terra angustata verticibus, lateribus latior.

ANGVSTE, angustius. *arctè, strictè, exiguè, exiliter, tenuiter, pressè, ieiunè.*) (*latè, fusius vberius,* Or. 117. Pressè & angustè definire. 2. de N. 2. Breuius, angustius. 1. de Or. 163. Quæ Crassus coarctauit, & peranguste referst in oratione sua. de Cl. 288. Angustè & ✠ exiliter dicere. ‖ 2. de Nat. 21. Pergit idem, & vrget angustius, *Ibid.* 20. Angustius clauduntur.

☞ Syntaxis. *Pressè, & angustè definire. Breuius & angustius. Coarctata, & peranguste referta in libro. Angustè & exiliter dicere. Hostem vrgere angustè.*

ANGVSTIAE, arum. *fauces terræ, mariq;.* 2. contra Rul. 86. Corinthus erat posita in angustijs atque in faucibus Græciæ. 2. de N. 19. Fretorum angustiæ ortu aut obitu Lunæ commouentur. 1. Tusc. 45. Qui ostium Ponti viderunt, & eas angustias, per quas penetrauit Argo.

¶ *Paupertas.* Ep. lib. 16. ep. 21. Ex meis angustijs illius sustento tenuitatem. Part. 112. Angustia rei familiaris. 2. contra Rul. 36. Et multa alia quæ senatus propter angustias ærarij vendenda censuit. Ep. li. 12. epi. 30. Incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ.

✠ ‖pro Corn. 61. Idem in angustijs ærarij victorem, exercitum stipendio affecit. 5. Ver. 181. Nam si potest ista pecunia sine aratorum iniuria detrahi: Popu. Rom. habeat præsertim in tantis ærarij angustijs.

¶ *Difficultas.* 4. Acad. 112. Cum sit campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus. 3. de Or. 124. Quantis ex angustijs oratorem educere ausus es. pro Planc. 54. Etenim verebantur credo angustias, quasi res, &c. pro Cæc. 84. Et me ex hoc (vt ita dicam) campo æquitatis ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas.

¶ *Infirmitas.* I. P. 24. Non capiunt angustiæ pectoris tui, non egestas animi recipit tantam personam. pro Mar. 28. Tuus animus nunquam his angustijs quas natura nobis ad viuendum dedit, contentus fuit. 2. de Nat. Deor. 20. Angustia conclusæ orationis non facilè se ipsa tutatur.

¶ *Aerumnæ.* 4. de Finib. 68. Quæ est igitur causa tantarum angustiarum? pro Qu. 19. Tum iste, qui hunc in summas angustias adductum putaret, negat, &c. Ep. lib. 16. ep. 21. Excusationem angustiarum tui temporis accipio. 3. de Or. 226. Angustiæ temporis me coegerunt. 1. de Or. 3. In his vel asperitatibus rerum, vel angustijs temporis obsequar studijs nostris.

✠ ADIVNC. *Magna, 1. Offic. Incredibiles, 12. At. Magnæ, Summæ, pro Quint.*

ANGVSTVS, a, um. *arctus, breuis loco præcipuè.* 1. de Leg. 17. In paruum quendam, & angustum locum concludi. 3. de L. 38. Pontes

✠ etiam lex Maria fecit angustos. ‖ 3. de Orat. 119. A minutis angustisque concertationibus, ad omnem vim varietatemque vos disserendi traducendos putauit. Or. 187. Angusta quædam atque concisa, & alia est collata, & diffusa oratio.

Numeri paucitate. 1. Offic. 53. Ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumque concludi. de Am. 20. Ex infinita societate generis humani contracta res est, & adducta in angustũ, vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungatur. 1. Aca. 37. Illi perturbationes animi ex homine non tollunt, sed eas contrahunt, in angustumq; deducunt.

¶ *Abiectus.* 1. Off. 68. Nihil est tam angusti animi, tamque parui, quàm amare diuitias. 1. de Fin. 61. Ecce autem alij minuti & angusti, aut omnia semper desperantes.

¶ *Difficilis.* pro Rab. 9. Illam alteram partem nimis exiguam & angustam esse voluisti. pro Planc. 54. Nunc ab vtroque eas auulsas ais, ne in angustũ venirent. 4. Acad. 92. Latũ.) (. *Angustũ.*

☞ Syntaxis. *Corinthus in angustijs, & in faucibus. Ex suis angustijs alicuius sustentare tenuitatem. Angustiæ pectoris, & animi egestas. Temporis angustiæ. Res in angustum contracta. Animus angustus, parum. Angusti minutiq; id erat.*

ANHELANS, tis. 2. de Nat. 112.

Dum gelidum valido de pectore frigus anhelans.

Capricornus. ---2. I. C. 1. Catilina furens audacia, scelus anhelans. 4. ad Her. 68. Iste anhelans ex infimo pectore crudelitatem. 4. ad Her. 45. Itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur.

☞ Syntaxis. *De pectore anhelans frigus gelidum. Ex infimo pectore scelus anhelare, crudelitatem. Ex imis pectoribus anhelantes spiritus ducitur.*

ANHELATVS, 2, um. 3. de Orat. 38. Verba inflata & anhelata graujus.

ANHELITVS, tus. *spiritus, respiratio.* 1. Offic. 131. Quæ cùm fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur. Postquam in Sen. 15. Non te vnguentorum odor, non vini anhelitus, in eam cognitionem adducebat vt, &c. 13. I. A. 4. Quam vim anhelitus fore censetis.

¶ *Terræ vapor.* 1. de D. 114. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quib. inflatæ mentes oracula funderent. 2. de D. 44. Placet Stoicis eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cùm fluere cœperint, ventos esse. 2. de D. 117. Euanuisse aiunt vetustate vim loci eius, vnde anhelitus ille terræ fieret.

✠ ADIVNC. *Frigidi, 2. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Anhelitum moueri, & re. Vim anhelitus. Terrarum anhelitus influabant mentes.*

* ANICIANVS, a, um. ‖de Clar. 287. Si ego estis censuerim, &

✠ nouam, istam quasi de musto, ac lacu feruidam orationem fugiendam, nec illam præclaram Thuididi nimis veterem, tanquam Anicianam notam persequendam &c.

ANICVLA, læ. *anus, vetula mulier.* 1. de N. 55. Cui tanquam aniculis, Et quidem indoctis fato fieri omnia videntur. 2. Tusculan. 40. Et aniculæ sæpe inediam biduum aut triduum ferunt. 2. de Diuin. 35. Hæc mihi iam crede, ne aniculæ quidem existimant. 1. de Nat. 95. Vix digna sunt lucubratione anicula-

✠ rum. ‖ de Clar. 172. Vt ego non mirer illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, cum percontaretur ex anicula quadã, quãti aliquid venderet & respondisset illa atque addidisset, Hesperi non pote minoris, tulisse eum molestè.

ANIO, nis *fluuius ad* III. *ab vrbe miliarium.* de Clar. 54. L. PLEBS. 3. Offic. 112.

ANIENSIS, *tribus.* pro Pl. 54. Et ais prioribus comitijs Aniẽsem à Plotio, Tarentinam à Plantio tibi esse concessam, nunc ab vtroq; eas esse auulsas, ne in angustum venirent.

ANILIS, le. *quod aniculam potius quàm virum decet.* 1. Tusc. 93. Pellantur ergo ineptiæ istæ penè aniles. & 2. de D. 125. Omnem superstitionem imbecilli animi, atque anilis esse.

ANILITER. *anicularum instar.* 3. de Nat. 92. Superstitiosè atque aniliter dicere aliquid.

ANIMA, æ. *animus, ac vitæ prima causa.* de Som. 27. Hæc est natura propria animæ atque vis, vt ipsa à se ipsa moueatur: quæ si est vna ex omnibus, quæ sese moueat, neque nata est certè, & æterna est. 3. de Nat. 27. Quærit apud Xenophontem Socrates, vnde animam arripuerimus, si nullus fuerit in mundo deus. 1. Tusc. 19. Animus anima continetur. pro S. R. 146. Is tibi omnia sua præter animã tradidit. 4. I. C. 18. Præterea de vestra vita, de coniugum vestrarum ac liberorum anima, hodierno die iudicandum est. pro Sest. 87. Si P. Sestius animam, quam vix retinuit, edidisset. Ep. lib. 16. ep. 14. Vos meæ clarissimæ animæ, quàm sæpissimè ad me scribite. Ep. *ibidem.* ep 18. Considerandum vobis etiam atque etiam animæ meæ, diligenter puto, quid faciatis. in Arat.

Hæc augere. anima vitali flamine mulcet. 1. Tusculan. 19. Nam & agere animam, & efflare dicimus. Attic. lib. 8. epistol. 2. In vnius hominis quo tannis periculosè ægrotantis anima, positas nostras omnes spes habemus. pro Quin. R. 24. Eodem tempore & gestum & animam ageres. pro Mil. 49. Efflare animam, *id est, mori.* 4. ad Heren. 57. Amisit animam, *id est, moritur.* Epistol. lib. 8. epi. 13. Agere animam. *id est mori.* 7. I. V. 138. Reliqua est causa, quæ non delata ad me, sed in anima sensuque meo penitus affixa atque insita est. Attic. lib. 9. epist. 12. Aegroto dum anima est, spes esse dicitur. 1. de Nat. 88. Anima consilij rationisque particeps. 5. In Verr. 139. Apronius, qui non modò animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset. 1. Tusculan. 19. Animus ab anima dictus est.

¶ *Spiritus, vitaq; , & anhelitus.* pro S. R. 72. Ducere animam de cœlo. Orator. 107. Ita viuunt dum possunt, vt ducere animam de cœlo non queant. 2. de Na. 160. Sui, ne putresceret, anima pro sale data est. 3. de Orat. 179. Intercluso animæ & angustiæ spiritus.

¶ *Aer.* 4. Acad. 124. Si simplex animus, vtrum sit ignis, an anima, an sanguis. de Vn. 13. Inter ignem & terram, aquam Deus animamque posuit. 2. de Nat. 135. Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eamque à pulmonibus respirat, ac reddit. 2. de Nat. 138. Anima quæ spiritu in pulmo-

✠ nes ducitur. item. ‖ 1. de Or. 161. Continere animam.

✠ ADIVNC. *Infecta, Epist. ad Brut. particeps consilij atque rationis, 1. de Nat. pura, 5. Ver. Tenuis, 31. Tusculæ. AEternæ) (. Natæ, de Som. Charissimæ, 14. Fam.*

☞ Syntaxis. *Animam arripere. Animus anima continetur. Vos meæ animæ. Animam agere, amittere, efflare. In anima, sensuq; infixum. Animus ab anima dictus.*

ANIMADVERSIO, onis *consideratio, attentio, notatio.* 1. Of. 103. Excitanda est animaduersio & diligentia, vt ne, &c. *id est, adhibenda, adueienda.* 2. de Orat. 146. Atque hoc totum est, siue artis, siue animaduersionis, siue consuetudinis, nosse regiones, &c. Orat. 183. Notatio naturæ atque animaduersio peperit artem. pro Cæc. 35. Quid ad actoris notationem & animaduersionem ages. pro Ar. 16. Tamen hanc animaduersionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis.

¶ *Reprehensio.* Orat. 195. Nec enim effugere possumus animaduersionem, si semper ijsdem pedibus vteremur.

¶ *Pœna, & castigatio.* 3. Offic. 111. Indicant hoc notationes animaduersionesque censorum. Attic. ad Brut. ep. 15. In animaduersione pœnaque esse duriorem. 1. Of. 88. Omnis animaduersio & castigatio contumelia vacare debet. 1. de Fin. 35. Continere aliquem metu animaduersionis. 1. I. A. 5. Animaduersio Dolabellæ in sceleratos seruos. pro Cl. 128. Animaduersio vitiorum. Ep. lib. 5. ep. 10. Meam animaduersionem & supplicium, quo vsurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi. 2. I. A. 8. Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit. pro

✠ S. R. 68. Animaduersionis paternæ, metus. ‖ 3. In Ver. 45. Genus animaduersionis vide.

✠ ADIVNC. *Censoria, pro Clu. Mediocris, 1. De Finib. paterna, pro Sex. Rosc.*

☞ Synta

☞ Syntaxis. *Excitare animaduersionem, ac diligentiam. Notatio & animaduersio pariunt artes. Animaduersio humana, & liberalis. Notatio & animaduersio Censorum. Animaduersio & castigatio. Animaduersio & supplicium. Remittere alicui suam animaduersionem & supplicium, quo, &c. actiuè. Vti animaduersione in aliquem. Animaduersio senatus, actiuè.*

ANIMADVERSOR, oris. 1. Offi. 146. Sic nos si acres & diligentes iudices esse volumus, animaduersores; vitiorum, magna intelligemus sæpe ex paruis.

ANIMADVERSVS, a, um. *agnitus.* 1. de Or. 109. Hæc ab hominibus callidis, à peritis animaduersa ac notata sunt. *ibidem.* 125. Oratoris peccatum, si quod est animaduersum, stultitiæ peccatum videtur. ‖ 2. de Nat. 24. Animaduersum sæpe est.

ANIMADVERTENDVS, a, um. pro S. Rosc. 116. Atque ea sunt animaduertenda peccata, quæ difficilimè præcauentur.

ANIMADVERTO, & animum aduerto. *noto, attendo, animum attendo, deprehendo, sentio, intelligo.* 1. de N. 3. Sin autem dij non possunt nos iuuare, nec volunt, nec curant omnino, nec quod agamus animaduertunt, quid est, &c. 1. I. C. 20. Quid est Catilina? quid attendis? quid animaduertis horum silentium? & Epist. lib. 3. ep. 5. Animaduerti enim & didici ex tuis literis, te, &c. Attic. lib. 6. ep. 1. Deinde me obsecras amantissimè, ne obliuiscar vigilare, & vt animaduertam quæ fiant. 1. de N. 14. Quin adsint, cognoscant, animaduertant. & 3. de N. 89. Nónne animaduertis? Att. lib. 8. epist. 19. Etiam illud pro tua prudentia debes animaduertere, quot cohortes, &c. Quin. de Pet. 27. Cum vident vnum esse aliquem, qui hæc officia maximè animaduertat. Epittol. lib. 9. ep. 9. Quamobrem quid aut ille sperare possit, aut tu, animum aduerte. pro tua prudentia. * pro Q. Gall. Ego, certò scio, omnes locos, qui ludis dicti sunt, animaduertisse.

¶ *Punio, castigo.* 1. I. C. 30. Crudeliter animaduertere in aliquem. 3. I. V. 44. Cum ille non daret, animaduertit. genus animaduersionis videte. 4. I. V. 57. Tu qui instituetas in eos animaduertere, qui perperam iudicassent. ‖ Epist. lib. 5. epist. 2. Qui in alios animaduertisset &c.

ANIMADVERTOR, ris. de Am. 27. Quod quidem quale sit, etiam in bestijs animaduerti potest. Epist. lib. 11. epist. 27. Dignitas tua facit, vt animaduertatur quicquid facias. ‖ 1. de Nat. 3. Si animaduertuntur ab his. 1. de Diu. 58. Eadem non tam animaduertuntur in pace.

☞ Syntaxis. *Animaduersa & notata. Peccatum animaduertendum. Ades, agnosce, animaduerte. Pro tua prudentia animaduerte. Crudeliter animaduertere in aliquem. Animaduertere, absolutè.*

ANIMAL, lis. *animans.*). *inanimatus, inanimus.* 4. Acad. q. 37. Animal & inanimum hoc maximè discrepant, quòd inanimum nihil agit, animal agit aliquid. de Somn. 21. Inanimatum est omne, quod motu agitatur exterius: quod autem animal est, id motu cietur interiore. 1. de Diu. 57. Cum hoc animal tam sit canorum sua sponte. *id est gallus* 2. de Fin. 39. Homo, diuinum animal. 2. de Nat. 24. Siue animal, siue è terra editum. 3. de Nat. 29. Mortale igitur omne animal & dissolubile, & diuiduum sit necesse est. ad Attic. lib. 6. epist. 1. Feci iter per eius possessionem, in qua animal nullum reliquum est. 1. de Diu. 119. Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse potest. 3. de N. d. 32. Animal nullum sempiternum. 3. de Nat. 29. Omne animal naturam patibilem habet. 2. de Finib. 33. Omne animal simul vt ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. 1. de Di. 120. Omne animal vt vult, ita vtitur motu sui corporis. de Vniuer. 30. Vt animal quod videmus, esset illi animali quod sentimus ad æternitatis imitationem simillimum. 2. in Ant. 67. Charybdim dico, quæ si fuit, fuit animal viuum. 4. Acad. q. 38. Quomodo non potest animal vllum non appetere id, quod accommodatum ad naturam appareat, sic non potest obiectam rem perspicuam non approbare. de Vniu. 9. Animal vnum aspectabile, in quo alia omnia animalia continentur, mundus. de Vniuer. 8. Animal esse mundum hunc intelligens, & diuina prouidentia constitutum. 1. de Nat. 26. Si mentem istam quasi animal aliquod esse voluit: erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur. in Pis. 21. Cùm tu complexus es illud funestum animal, ex nefarijs stupris concretum. 2. de N. 128. Cùm autem in locis semen insedit rapit omnem ferè cibum ad sese, eóque septum fingit animal. 5. de Finib. 26. Omni animali illud quod appetit, positum est in eo quod naturæ est accommodatum. in Pis. 19. Consul ille, quem ego in hoc animali inuenire non possem. 3. de Nat. deor. 33. In omni animali est appetitio & declinatio naturalis. 4. de Finib. 36. Alij summum bonum in eo genere ponunt, quod si extra nostram potestatem, tanquam de animali aliquo loquantur. 2. de Nat. 122. Iam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo, ad pastum accedunt. 2. Offic. 11. Animalia habent suos impetus, & rerum appetitus. 2. de Nat. d. 122. Animalium alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt cibum. 5. de Fin. 26. Omnium animalium commune est, secundum naturam viuere. de Vniuer. 31. Quot formas animalium mens in speciem rerum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo secum cogitauit effingere. 1. Tusc. q. 22. Animalia & animantes frustra appellare censuit Dicæarchus. * de Consolat. Si vllum animal consecrandum fuit. ‖ 1. de Legib. 22. Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum memor, plenum Rationis & concilij quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatũ esse &c. 4. de Fin. 34. Omne animal applicatum est ad id quod in eo est optimum. &c *ibidem.* Omne animal, simul atque ortum est, applicatum esse ad se diligendum.

✠ ADIVNC. *AEternum, dissolubile, immortale, mortale, Sempiternum, 3. de Nat. Aptissimum ad cultum, aspectabile, de Vniuer. Canorum. 2. de Diu. Diuinum. 2. de Finib. Funestum, in Pis. particeps pudoris & verecundiæ. Appetensque coniunctionem hominum ac societatem. 4. de Finib. perfidiosum & importunum, 3. In Ver. Prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, 1. de Leg.*

☞ Syntaxis. *Animal voce canorum, dissolubile, diuiduum, natura patibili, prouidum, sagax, aspectabile, id est, præstantissimum, & spectatu dignum, intelligens funestum, ex stupris concretum.*

ANIMALIS, le. *spirabilis, aereus.* 3. de N. 34. Natura animantis vel terrena, vel ignea, vel animalis, vel humida. 1. Tusc. 40. Reliquæ duæ partes, vna ignea, altera animalis, &c. & *ibidem.* Siue illi sint animales, id est, spirabiles, siue ignei, &c. 2. de Nat. 91. Principio enim terra sita in media parte mundi, circumfusa vndique est hac animali spirabilique natura, cui nomen est aer. *Sunt qui, animabilis, hoc loco probent, pro eo vnde anima: vt spirabili, vnde spiritus ducitur.*

¶ *Animæ proprium, ab anima viuens, vitale, animam præbens.* 4. Aca. 119. Erit enim persuasum, etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse: quòd quædam animalis, intelligentia per omnia permeet & transeat. 2. de D. 133. Euiscerata, inanima cum animali sono. de Vniuers. 20. Corpora colligata vinculis animalibus. 2. de Inuent. 2. Vt mutum in simulachrum ex animali exemplo veritas transferretur.

☞ Syntaxis. *Natura animantis terrena, ignea, animalis, humida. Animalis spirabilisq; natura, cui nomen aer, animabilis. Animalis intelligentia per omnia means. Animalis sonus. Exemplum animale: i. viuens.*

ANIMANS, tis. *animal, absolutè.* 1. de N. 37. Aristot. dubitat, omnino Deus animans nec ne sit. 2. de Nat. 21. Nihil quod (viuit) generare ex se potest animantem, compotemq; rationis. de Vniu. 15. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur. de Vniu. 9. Animantes qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur. 2. de Nat. 127. Animantes multæ insectantes odoris intolerabili fœditate depellunt. de Vniu. 36. Animantes orientur, quos & viuos alatis, & consumptos sinu recipiatis. 2. de N. d. 83. Animantes aspiratione aeris sustinentur. 1. du Leg. 26. Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. in Læl. 83. Deinde vt reliquerant atque appetant aliquas alias animantes, ad quas se applicent. de Vniu. 32. Animantia diuina sunt infixa cœlo sidera, ob eámque causam suis sedibus inhærent, & perpetuò manent. de Vni. 8. Animãtia omnia sunt in quædam genera partita aut inchoata. de Vniuers. 31. Animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atq; cœleste, alterum pennigerum & aereum, aquatile tertium, terrestre quartum. 1. Offic. 11. Commune animantium omnium est coniunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum quæ procreata sunt. *ibidem.* Animantium generi omni à natura tributum est, vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea quæ nocitura videantur, omniaque quæ sint ad viuendum necessaria, acquirat & paret 1. Offic. 54. Animantium hoc natura commune est, vt habeant libidinem procreandi. 2. de Nat. deor. 42. Animantium varius ortus. 2. de Nat. deor. 121. Animantium aliæ corijs tectæ, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ. 1. de Nat. deor. 124. Animantibus quantam custodiam conseruandi sui ingenuit natura.

¶ *Coniunctum. Viuens, ac sentiens aut animatum.* de Nat. deor. 1. Qui mundum ipsum animantem sapientemq; esse dixerunt. 2. de Nat. 21. Animans est igitur mundus, compósque rationis. de Nat. deor. 1. Quæ autem animans natura, nihil curans? 1. de Nat. deor. 36. Animantem legem efficit Zeno.

✠ ADIVNCTA. *Aquatile, mortale, terrestre, diuinum atque cæleste, pennigerum, aërium, Superiores. De vniuer. armatæ cornibus, obductæ plumis, hirsutæ spinis, tectæ corijs, vestitæ villis. 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Animantia diuina, infixa cœlo sydera. Mundus, natura. Lex animans.*

ANIMATIO, onis. de Vniuers. 31. Diuinæ animationis speciem maximè faciebat ex igne. *Cœlum intelligit, seu æthera.*

ANIMATVS, a, um, *viuens, animale.* 1. Tusc. 54. Animatum est quod motu cietur interiore & suo. de Som. 6. Stellæ diuinis animatæ mentibus.

¶ *Affectus bene, vel malè.* 6. I. V. 151. Ciuitatem vt abs te affecta sit, ita in te esse animatam videmus. Ep. lib. 11. ep. 28. Si aliter essem animatus, nunquam quod facerem negarem. Ep. lib. 15. ep. 1. Intelligebam socios infirmè animatos esse. de Amic. 57. Vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. 9. I. A. 12. Qui quanquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, vt si ille adesset. Antequam 20. Sic enim ab initio fui animatus, vt me reip. procreatũ putarem. Antequam 29. Erga vos omni tempore optimè fui animatus. Ep. lib. 6. ep. 6. Pompeius animatus melius quàm paratus. 2. de Orat. 205. Ita animati homines sunt, vt nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possemus.

☞ Syntaxis. *Stellæ animatæ mentibus. In aliquem benè, vel malè animatum esse: melius, optimè, ita sic, vt, &c.*

ANIMO, as. *animatum facio, anima dono.* 1. de D. 132. Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget. 1. de N. 111. Atomi formare, figurare, colocare, animare non possunt.

ANIMOR. aris. *anima donor.* 2. de D. 89. Perinde vt cunq; temperatus sit aer, ita pueros orientes. animari atq; formari.

ANIMOSE. *Intrepidè.* 4. in Anton. 6. Animosè & fortiter facere aliquid. 1. Offi. 92. Hæc præscripta seruantem licet magnificè, grauiter, animoseq; viuere.

ANIMOSVS, & animosior. *plenus animi, plenus roboris, non timidus.* pro Mil. 93. Vir fortis & animosus. 1. Tusc. 19. Nam & animosos & bene animatos dicimus. de Sen. 72. Senectus animosior est quàm adolescentia & fortior.

☞ Syntaxis. *Fortis, & animosus. Senectus animosior, ac fortior.*

ANIMVLA, æ. *pusilla anima, & vita infirma.* Ep. lib. 4. ep. 5. In vnius mulierculæ animula si iactura facta est. *Seruij Sulpitij.*

ANIMVS, mi. *mens, anima, audacia, spiritus.* Tusc. q. lib. 1. Quid sit animus, aut vbi, aut vnde, magna dissensio est. 4. Acad. 124. Animus, est mens sine corpore vllo, vt dixit Xenocrates. de Sen. Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatiq; contrarium. de Som. 19. Animus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est. de Vniu. Animus vnus ex omnibus rationis contentionisq; sempiternarum rerum & sub intelligentiam cadentium compos & particeps: quo nihil ab optimo genitore melius procreatum: quippe qui ex eadem vinctus, alteraq; natura adiuncta materia temperatione trium partium, proportione compacta, se ipse conuersans, cùm materiam mutabilem attripuisset, & cùm rursus indiuiduam atq; simplicem, per quam omnis mouetur, discernitq; quid sit eiusdem generis, & quid alterius, & cætera dijudicat, quid cuiq; rei sit maximè aptum, quid quoq; loco, aut modo, aut tempore contingat, quæq; distinctio sit inter ea quæ gignantur, & ea quæ semper sint eadem. Tusc. q. lib. 5. Animus accipit quæ videmus 1. de Or. Acer & præsens animus. Tusc. q. lib. 3. Animus æger (vt ait Ennius) semper errat, neq; pati, neq; perpeti potest, cupere nũquam desinit. Tusc. q. lib. 4. Animus ægritudine ac perturbationib. reliquis omnibus vacuus, perfectè atq; absolute beatos efficit. pro Ros. Amer. Animus æquus. Tusc. quæst. lib. 1. Animus seipsum semper mouet, atq; idcirco non est natus, sed æternus. 12. ad Attic. Animus afflictus & fractus. de Fin. lib. 1. Animus semper agit aliquid, neq; vlla conditione quietem sempiternam potest pati. 12. ad Attic. Scire enim vis quo vno animus alitur. Offic. 1. Animus altissimus, & gloriæ cupidus. 1. de Inu. Amplus & excelsus, & patiens incommodorum. in Pis. Angustus atq; demissus. Ep. li. 4. ep. 13. Anxius & solicitus. ad Lent li. 1. Apertus & simplex. Tusc. q. lib. 1. Vt oculus, sic animus sese non videns, alia cernit. 3. ad Her. Animus nulla nisi noua aut admirabili re commouetur. 16. Famil. Ciceronis filij, Non solùm animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant. de Vn. Animus à medio profectus, extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circuniecit, seq; ipse versans, diuinæ sempiternæ sapientisq; vitæ induxit exordium. de Fin. 1. Animus à se ipse dissidens, secumq; discordans. Tusc. q. lib. 1. Animus ab anima dictus. 1. ad Quin. Frat. Animus ab iracundia antè occupatur, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur. Tusc. q. lib. 1. Animus hominis habet memoriam, & eam infinitam rerum innumerabilium. de Diu. lib. 1. Animus hominis nunquam naturaliter diuinat, nisi cùm ita solutus est & vacuus, vt ei planè nihil sit cum corpore. 1. de Leg. Animus hominis quibus rebus beatus fiat. de Nat. deor. 1. Cur animus hominis quicquam ignoraret, si esset deus? Tusc. q. lib. 1. Animus hominis, si nihil esset in eo, nisi vt per eum viueremus, esset nobis cum bestijs plantisque communis. Tusc. quæst. lib. 1. Bestiæ enim & plantæ animam vegetatiuam seu vitalem habent, per quam viuunt. Animus hominis si nihil haberet, nisi vt appeteret aut refugeret, id ei esset communè cum bestijs. Nam & bestiæ appetunt quæ sunt bona, & refugiunt contraria. Tusc. q. lib. 1. Animus humanus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Tusc. q. lib. 1. Animus humanus sic, vt natura cæleſtis, & terra vocat & humore. Tusc. q. lib. 1. Animus humanus si est excultus, & si eius acies ita curata est, vt ne cæcetur terroribus, sit perfecta mens, id est, absoluta ratio, quæ est idem quod virtus. 1. de Fin. 49. Humilis atque imbecillis. ad Marcel. lib. 5. epist. 21. Humilis & pertinax. *contraria.* Diuin. lib. 2. Imbecillis atque anilis. Diuin. lib. 2. Imbecillus, remissusque. 14. Philipp. Ieiunus, vel angustus. Tuscul. quæst. lib. 1. In corpore inclusus. Tusc. quæst. lib. 1. In corpore tanquam alienæ domi. *propria enim eius sedes, est cœlum.* Attic. lib. 12. Animus est in hortis. Tusc. quæst. lib. 2. Animus in partes duas distributus est, quarum altera rationis est particeps, altera expers. Tusc. quæst. lib. 2. Ex hoc ille animus in prælijs paratus ad vulnera. 2. de Inuen. 152. Animus ad inuentionem facilius incedet. de Diu. 2. Furore diuino incitatus. Tusc. q. lib. 3. Inflatus & tumens. ad Brut. Infixus in patriæ charitate. de Nat. deor. 1. Se inijciens & intendens in immensum. Tusc. q. lib. 4. Intentus. Tusc. q. lib. 2. Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: similimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. Tusc. q. lib. 1. Si animus vnà cum corpore interit, nullus in eo sensus remanet, ipse enim nusquam est. Tusc. q. lib. 1. Iudex omnium. Tusc. q. lib. 1. Animus iunctus ex anima tenui. *id est, aere, & ardore solis temperato.* Tusc. q. lib. 1. Animus iuxta Empedoclem est cordi suffusus sanguis. Tusc. quæst. lib. 1. Leuis & calidus, Offi. 1. Magnus elatusque, humanásque res despiciens. de Finib. lib. 5. Magnus, erectúsque. Offic. 3. Lentulo, lib. 1. Magnus & excelsus. Attic. lib. 8. Magnus & fortis. 2. Tusc. 47. Mollis, demissus, humilis, eneruatus, languens. 1. ad Attic. Mollis: *id est facilis*, & ad accipiendam & ad deponendam offensionem. Acad. q. ed. 2. lib. 1. Animus mundi. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. Vult & Plato in Timæo mundum esse animantem, & omnium qui sub aspectum cadunt, animantium perfectissimũ. Animus mundi omnium rerum quæ sunt ei subiectæ quasi prudentia quædam, procurans cœlestia ac humana, secundum Academicos. Tusc. q. lib. 1. Animus nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi potest: nec interire igitur. de Finib. lib. 4. Cùm præsertim ipse quoque animus non inane nescio quid sit, sed in quodam genere corporis. Tuscul. quæst. lib. 1. Animus, numerus, secundum Xenocratem. Offi. 1. Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non vtilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quàm fortitudinis. Offic. 1. Animus paruus. pro Rosc. Amer. Animus patrius. de Nat. deor. 1. Animus latè longéque peregrinatur. Tusc. q. lib. 3. Perturbatus. Tusc. quæst. lib. 4. Vt qui è Laucade se præcipitauerit, sustinere se cùm velit, non potest: sic animus perturbatus & incitatus nec cohibere se potest, nec quo loco vult, insistere omnino. ad App. Pulchrum, lib. 3. Promptus & alacris ad defendendam Rempub. Tusc. q. lib. 4. Vt optima quisque valetudine affectus potest videri alius, vt natura ad aliquem morbum procliuior: sic animus alius ad alia vitia propensior. 2. Famil. Animus pusillus. de Som. Scip. Animus pijs omnibus retinendus est in custodia corporis, nec iniussu eius, à quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est. de Finib. lib. 1. Animus robustus & excelsus. Tusc. quæst. lib. 3. Animus qui est in aliquo morbo, non magis est sanus, quàm id corpus quod in morbo est. Tuscul. quæst. lib. 3. Illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore. Tuscul. quæst. lib. 3. Animus sapientis ita semper est affectus, vt ratione optimè vtatur. Tusc. q. lib. 3. Animus sapientis nunquam est perturbatus. Tusc. quæst. lib. 3. Animus sapientis semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. 1. ad Attic. Animus saucius. de Som. Scip. Vt ipsum mundum ex quadam parte mortalem ipse Deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet. 1. de Diu. 63. Animus somno seuocatus à societate & contagione corporis, meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet. Tusc. q. lib. 1. Animus si est horum quatuor generum, ex quibus omnia constare dicuntur, *id est, elementorum*, ex inflammata anima constat, atq; idcirco superiora capessat necesse est. Tusc. q. lib. 1. Animus si sit numerus, vt senserit Xenocrates vel ἁρμονία, vt Aristot. multò integrior ac purior est, quàm igneus, aut animalis, longissimeq; à terra se efferet. Tuscul. q. lib. 1. Animus siue anima sit, i. spiritalis & aerius, siue ignis, diuinus est. 8. ad Attic. Quò animus spectat, & quò res vocat. pro Sest. 22. Etenim animus eius vultu, agitia perietib. tegebantur. 5. Famil. Animus tenetior. Att. lib. 7. Tranquillissimus. Offi. 3. Turpificatus. 14. ad Attic. in ep. ad Antonium, Animus tuus mihi magis patuit, quàm domus. Tusc. q. lib. 1. Vacans corpore. de Diu. lib. 2. Sensibus, *id est,*

comm

commotionibus sensuum,& curis vacuus.de Diu.lib.2.Animus natura insistens, agitatione & motu nũquam vacuus esse potest. 1. Tusc. 19. Animus Zenoni Stoico ignis videtur. 3. de Orat. Animi est omnis actio. 2. de Orat. 73. Actio varia, vehemens, plena animi,plena spiritus,plena doloris,plena veritatis.6.Fam. Ad animi æquitatem extollere. 7. ad Attic. Aliquantum animi nobis attulisse.3.Fam. Animi altitudo.)(. *animi deiectio*.2. Tusc. Amplitudo animi, & quasi quædem exaggeratio quàm alcissima.de Nat.d.2.Animi appetitus ratione reguntur. Tusc.q.lib.3. Animi auxilium non vt in corporis morbis petendum est foris. Acad.q. ed. 2. lib. 1. Animi bona ab Academicis in naturam & mores diuidebantur. Acad.q. ed.2.lib .1. Animi bona dicebant Academici, quæ essent ad comprehendendam animi virtutem idonea.12. ad Attic. Animi leniendi & sanandi causa.7. Phil.Et qui illud animi causa fecerit, hunc prædæ causa quid facturum putatis? in Pis.Sed planè animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet.Tusc.quæst.lib.1. Animi celeritas.Tusc.q.lib.4. Animi & corporis inter se comparatio.1. ad Q. Frat. Animi concitatio. de Nat. d. 1. Omnem animi conformationem cæteri philosophi motum inanem vocant:vos aduentum in animos & introitum imaginum dicitis. 13. ad Attic. Ait me animi conscientia de se suspicari. Tusc.q. lib. 2. In omnib. officijs persequendis animi est adhibenda contentio. i. *Perspicacia*, *vis*. de Vniu. Animi creatio vnde à Deo facta. *perpende phrasim*, *Facere creationem*.3.ad Attic. Animi defectio.Tusc.q.lib.1.Domus,cœlum.in Pis.Egestas.12.ad Att. Firmitas.ad Luceium, lib. 3. Firmitudo grauitasq;. Offi. 1. Animi fortis & constantis est, non perturbari in reb. asperis, nec tumultuantem de gradu deijci, sed præsenti animo vti & consilio,nec à ratione discedere. Offi. 1. Animi fortis magnique ducendum est, ea quæ eximia plerisque & præclara videntur,parua ducere.ad Nig.Figulum lib.4. Grauitas & altitudo animi.ad Brut.8.In ep.Bruti,Animi hostilis in rempub.3.de Or.Imago animi,vultus est:indices oculi.2. ad Att. Omni animi impetu,dolori & iracundiæ pareat.11. ad Att. Magis quodam animi impetu vti quàm cogitatione.1.ad Her. 1.de Inu.Animi ingenium.2.Fam.Animi ingenui est, cui multum debeas ei plurimum velle debere.Tusc.q. lib. 1. Animi intelligentia,quid aut qualis sit,difficilis.13.Fam. Animi labor.16. Fam.Q.Ciceronis,Quos ego noui languoris animi effœminatissimi plenos.2.de In. Animi & laus honesta & vituperatio vehemens est.4.ad Attic.Locus animi, stomachus vbi habitabat, olim concaluit.Tusc.q.lib.3. Qui magni animi est,eum necesse est esse inuictum.4.Fam.Magni animi fuit,non esse supplicem victori.1.Epist. Magnitudinem animi tui ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria. pro Font. Homo maximi animi. 1. ad Herenn. Animi moderatio definita. Tusc.q.lib. 3. Animi & plures & pernicioſiores morbi quàm corporis. 3.de Nat. d. Animi motus & cogitatio:*id est ratio*.de Vniu.Animi motus qui ratione rexerit, iustè vixerit:qui autem his se dederit , iniustè. 1. ad Q.Frat.Animi motum & dolorem tenere in sua potestate.Tusc. q.lib.3.Munus animi est,ratione bene vti. Tusc.q. lib. 1. Animi propria natura atque vis est motu cieri interiore & suo. de Nat. d.1. In animi notione reponere tanquam in vestigio.1. de Orat. 118.Artes in quib. animi libera quedam oblectatio queritur. de Clar.Plena animi & terroris oratio.de Diu.lib. 1. Animi pars in qua feritas quædam est, atque agrestis immanitas. de Diu lib. 1.Græci θυμὸν seu θυμοειδὲς vocant: Animi pars , in qua irarum existit ardor.de Diuin.lib. 1. Animi pars , quæ mentis & consilij est. de Diuin. lib. 1. Græci νοῦν ἢ λόγον vocant: Animi pars, quæ mentis & rationis particeps est.Diuin.lib.1. Græci λογιστικὸν μέρος vocant: Animi pars , quæ voluptate alitur. Diuin. lib. 1. ἐπιθυμητικὸν μέρος ἢ ψυχῆς, Græcis dicitur. Animi pars rationis atque intelligentiæ particeps , tum maximè viget , cum plurimum abest à corpore. Diu. lib. 1. Animi partes duæ temerariæ: *nempe* θυμὸς καὶ ἐπιθυμία.5.de Fin.36. Animi autem & eius animi partes,quæ princeps est, quæque mens nominatur , plures sunt virtutes:sed duo prima genera,vnum,&c.8.Fam. Cælij , Animi pendeo vehementer.11.ad Attic.Animi te pendêre,quam rationem sim allaturus illi. *Frequentius absolutè ponitur hæc locutio*. 1. de Or.Animi permotiones.2.de Inu. Animi propositio.Læl. Animi bene constituti proprium est , & lætari bonis rebus,& dolere contrarijs.10.ad Attic. Quid animi mihi in nauigando censes fore? Tusc.q.lib.1.Animi sedes naturalis. Tusc.q.lib.1. Animi sedem & locum in corde esse dixerunt Stoici : in cerebro , Pythagoras,& eum secutus Plato.5.Fam.Animi remissio ac dissolutio , cui opponitur altitudo animi. Torq. lib.6. Nerui atque robur animi. pro Mil. Incredibili robore animi septus. Offic. 1. Animi robusti est,magnæq; constantiæ,ea quæ videntur acerba,ita ferre , vt nihil à statu naturæ discedas , nihil à dignitate sapientis. de Nat. d. 1. In animi securitate vitam beatam ponimus. pro S. R. Hæc ego pro meipso & animi mei sensu ac dolore pronuncio.2.de Orat.Ex animi tui sententia. Tusc. q.lib.2. Sunt. n. quædam animi similitudines cum corporib. Tusc. q. lib.5. Vt maris tranquillitas intelligitur , nulla ne minima quidem aura fluctus commouente: sic animi quietus & placatus status cernitur , cum perturbatió nulla est , qua moueri queat. 5.Ver.Tantum animi habuit ad audaciam, vt dicere in concione non dubitaret. pro Font. 30. Si quantam habent ad maledicendum licentiam , tantum haberent ad mentiendum animi.8. Famil. Cælij , Tantum animi habuisset in vestro Domitio. 10. Fam. Declaratio animi tui , quem haberes de Rep. 1. de Leg. Animi turpitudo vitijs ipsis facilimè percipitur. Orat. Animi in Cicerone vis magna. Tusc. quæst. lib. 1. Singularis est quædam natura atque vis animi , seiuncta ab his vsitatis notisq; naturis.*scilicet terrena*,*humida*,*aerea & ignea*.1.ad Attic.Animi atque ingenij mei vires omnes profudi.3. ad Heren. Animi virtutes quatuor. 5. Famil. Pro animi mei voluntate. 8. Philip. Animo adesse.1.de Nat. deor. 27. Animo diuinitatem dedit Alcmæo Crotoniates. 12. ad Attic. Animo exculto nihil agreste nihil inhumanum est. 10. Famil. Lepidi , Animo meo fixa perpetuò manebunt. 1. ad Q. Frat. Animo & orationi moderari. pro Font. Animo alicuius supplicare. 12. ad Attic. Non ad animum,sed ad vultum ipsum reficiendum. Tusc.q.lib. 1. Animum ad seipsum aduocare,secum esse cogere,maximè à corpore abducere. Tusc. q. lib. 1. Animum Aristoteles appellat ἐντελέχειαν nouo nomine. Acad.q. ed. 2. lib. 2. Animum mundi Academici deum appellant. 3. I. V. 28. Animum attendere. Acad. q. ed. 1. lib.2.3. Necesse est animum perspicuis cedere,vt lancem in libra ponderibus impositis deprimi. de Vniuers. Animum Deus vt in medio mundi collocauit,ita per totum retendit. Acad.q.ed. 1. lib. 2. Vt animum sapientis commoueri & conturbari negarent.1.ad Q.Frat. 3. Animum ne contrahas aut demittas. 12. ad Attic. Animum contundere. 1. Fam. Animum debere.Acad.q.ed.1.li.2.Animum defigere, & intendere in rem aliquam. 7. Verr. Animum illis , non copias defuisse Tusc. q. lib. 1. Qui animum à corpore discedere censent,alij statim dissipari,vt Democritici & Epicurei:alij diu permanere,vt Stoici: alij semper,vt Platonici.Tusc.q.lib.1. Animum diuinum, corpore liberatum,cogitatione complecti non possumus.1.ad Qu. Frat. Animum erigere,& contrahere , seu demittere,, *contraria*. 1.de Nat. d.27. Animum deum esse Pythagoras censuit,per naturam rerum omnem intentum, & commeantem, ex quo animi nostri carperentur.Tusc.q.lib.1.Nihil omnino esse animum, & hoc esse nomen totum inane , sensit Dicæarchus. pro Mil. 85.Animum nostrum esse licet non apparet, nec cernatur. *Ibid. Argumenta id probantia*. Tusc. q. lib. 1. Animum cum corpore extingui , sunt qui censent , quales sunt Epicurei.de Vniu.Cum animum procreator mundi Deus ex sua mente & diuinitate genuisset, tum denique omne quod erat concretum atque corporeum , substernebat animo , inferiusque faciebat. Anteq. Si eundem in cæterorum periculis haberemus animum,quem in nostris difficultatibus.1. ad Q.Fr. Animum habeas & spem bonam.Epist.li.1.ep.9.Maiorem etiam animũ,quàm vnquam habuissem , daret. de Amicit. Alienum animum habere ab re aliqua. ad Q.Ligarium, lib.6.Habere fortem animum.11. Fam. D. Bruti , Tamen tribus tantis exercitibus proprijs Reip. valentibus , magnum animum habere debebas , quem & semper habuisti.15. ad Attic. Nec tam animum me quàm stomachum non habere arbitrantur. de Vni. Animum mundi haud tum denique , cùm corpus ei effecit , inchoauit Deus: Deus enim ortu & virtute antiquiorem genuit animum,eumq; vt dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori.ad At. lib.14.ep. 12.Antonius induxit animũ sibi licere,quod vellet. ad Mercell. lib. 4. Tu quoque animum inducas , si sit aliqua Resp. in ea re esse oportere. pro S. R. 53. Qui potuit animum inducere , vt exhæredaret filium. Tusc. q. lib. 1. Animum vel animam inesse in homine, & in bestia , negauit Dicæarchus. 2. in Verr. Animum aliquò intendere.9.ad Att.Animum laudo, consilium reprehendo. Tusc.lib.1. Licet etiam mortalem animum iudicantem æterna moliri, non gloriæ cupiditate quam sensurus non sit: sed virtutis , quam necessariò gloria consequatur. 1. ad Q. Frat.Animum mutare difficile est. 4. ad Attic. Animum alicui offendere.10. Philip. Animum placare & mitigare.Ep.lib.3.ep. 11. Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Rempublicam. ad Lentulum lib. 1. Quorum quidem animum tu non perspexisti solùm , quum de me ageres , sed etiam confirmasti atque tenuisti.1.ad Q.Frat. Animum ponere in aliqua re facienda. de Vniu. 19. Deus animum vt dominum atque imperatorem obedienti præfecit corpori. ad Lentulum lib.1.Præstare animum.Tusc. quæst. lib. 1. Cùm nihil erit præter animum , nulla res obiecta impediet , quo minus percipiat quale quidq; sit.pro Marcel.Animum armatum retinere.Tusc. q.lib. 1. Animum à corpore secernere , nec quicquam aliud est, quàm emori discere. Tusc. quæst.lib. 1. Cùm animum à negocio omni seuocamus , nihil aliud agimus , quàm animum ad seipsum aduocamus , secum esse cogimus , maximéque à corpore abducimus. de Nat. d. 2. Animum spirabilem sumpsimus ab aere eo,quem spiritu ducimus.5.I.V.130. Cum eius animum

ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris auaritiæque frenaret. 12. ad At. Animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferam. de Sen. 79. Non enim dum eram vobiſcum, animum meum videbatis, ſed ex ijs rebus, quas gerebam, intelligebatis. Tuſ. q. lib. 1. Animum & videre & audire, non eas partes, quæ quaſi feneſtræ ſunt animi: vt ſunt oculi & aures. Tuſ. q. lib. 1. Animum, antequam corpus intrauit, in rerum cognitione viguiſſe. *Sententia Socratis apud Platonem in Phædone.* 12. ad At. Animum vincere, Terentiæ, Animæ mi, Tuſ. qu. lib. 1. Ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpellere. Tuſc. q. lib. 1. Ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. 7. Philip. Ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemper ab optimo ciuitatis ſtatu, non voluntate fuiſſe populares. ad Lent. lib. 11. Abiectiore animo me futurum: quum Reſpub. maiorem etiam mihi animum, quàm vnquam habuiſſem, daret. 1. de Fin. 57. Acri & attento animo intueri. Epiſt. lib. 4. ep. 11. Facilè & æquo animo carere re aliqua. ad Q. Ftat. lib. 1. epiſt. 1. 27. Æquo animo facere aliquid. ad Attic. lib. 2. epiſt. 4. Interea quidem cum Muſis nos delectabimus animo æquo, imò verò etiam gaudenti ac libenti. Epiſt. lib. 5. epiſt. 12. Æquo animo mori. Epiſt. lib. 6. epiſt. 1. De re ipſo eſt tuum ſic agitare animo. *id eſt, cogitare.* Cato, In eum locum ſæpe profectus alacri animo & erecto, &c. 10. ad At. Animo meo ab ſuis rationibus alieniſſimo. 5. de Finib. Qui altiore animo ſunt, capeſſunt Remp. honoribus imperijsque adipiſcendis. Offic. 1. Facillimè ad res iniuſtas impellitur, vt quiſque altiſſimo eſt animo, & gloriæ cupido. Attic. lib. 5. Quare bono animo es: video enim, &c. de Fin. lib. 1. Quicquid animo cernimus, id omne oritur à ſenſibus. de Vniu. Qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur animantes. pro Qui. Animò certo & confirmato. 6. Fā. Animo perturbatiore aliquid cogitare. Ep. li. 5. ep. 17. Quæ animo cõplectimur, non minus noſtra ſunt, quàm quæ oculis intuemur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Animo comprehendere & tenere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Animo comprehenſum atque perceptum habere. 14. Famil. Animo confectus. Tuſ. q. lib. 5. Animo multis modis varijsque delectari licet, etiam ſi non adhibeatur aſpectus. Tuſ. q. lib. 5. Huic diſcendi quærendique diuinæ delectationi toto ſe animo dedidiſſent. 7. Verr. Ita diſſident à nobis animo ac voluntate. 3. ad Q. Frat. Animo diſtentus. de Vniu. Animo diuino in homine influente atque effluente ambitus illigabant. ad Q. Frat. lib. 1. epiſt. 1. Amare aliquem ex animo. Epiſt. lib. 16. Cuius tibi negocia ita commendo, vt maiore ſtudio, magis ve ex animo commendare non poſſim. Tuſc. q. lib. 3. Cùm conſtemus ex animo & corpore. in Piſ. 81. Equidem dicam ex animo quod ſentio. 9. Fam. Ex animo veréque diligi. 7. Famil Ex animo tuo effluam. 3. de N. d. Ex animo exire hoc mihi non poteſt. de Petit. Hos tu homines, vt ex animo, atque vt ex illa ſumma voluntate tui ſtudioſi ſint, laborato. 2. de Nat. deor. Siue ex animo id fit, ſiue ſimulatè. Par. Si quidem animo excelſo & alto, & virtutibus exaggerato ſumus. Offic. 2. Animo excelſo, magnóque deſpicere aliquid. 9. ad Attic. Animo excubare. Tuſc. quæſt. lib. 1. Animo fidenti gradi ad mortem. 12. ad Attic. Animo fractus & debilitatus. 1. Famil. Animo fracto & demiſſo fuiſſe. de Pet. 24. Poſtea totam Italiam fac vt in animo ac memoria diſtributã comprehenſamque habeas. de Vn. 8. Deus intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore. 3. I. V. 84. Dicis tibi in animo eſſe alio tempore perſequi. 4. in V. 169. Habeo in animo pecuniam Prætori dare. pro S. R. 91. Pater iſtum exhæredare in animo habebat. ad Attic. lib. 8. epiſt. 10. Rogaui vt diceret, quid haberet in animo. Epiſt. lib. 11. epiſt. 6. Cùm tribuni haberent in animo, de præſidio Conſulum deſignatorum referre. Ep. lib. 10. ep. 18. Quid. n. in animo habuerim, cùm Leuus diſceſſit à me, ex literis quas ei dedi, potuiſti cognoſcere. ad Att. lib. 1. epiſt. 14. Luceium ſcito conſulatum habere in animo ſtatim petere. Acad. q. ed. 1. li. 2. In animo res inſculptas habere. 2. de Leg. In animo meo ineſt neſcio quid, quo me plus hic locus delectet. 1. ad Q. Frat. Animo incitari. Tuſ. lib. 4. Animo inflammato aliquid concupiſcere. 1. ad Q. Fr. Animo iniquo aliquid ſuſtinere. lib. 1. de Fin. Negat ſatis eſſe, quid bonum ſit, aut quid malum, ſenſu iudicari, ſed animo etiam ac ratione intelligi poſſe. 2. de Leg. Animo in quo ſunt omnia, iubet lex caſtè ad deos adire. 16. ad Att. Animo libenti prolixoq; aliquid facere. Att. lib. 8. Magno ac forti animo rem agere. Tuſ. q. lib. 2. ex Pacuuio, Nimis es penè animo molli. 10. Fam. Planci, Animo ita paratus ire quò Reſp. vocet. 1. ad At. Cõſul ipſe paruo animo & prauo. 12. Fam. Animo perniquo patiebar te à me digredi. Tuſ. q. li. 3. In animo perturbato, ſicut in corpore, ſanitas eſſe nõ poteſt. de Nat. d. 1. Animo & ſenſibus præditus mundus. Parad. Animo nihil præſtantius, neq; diuinius. 2. Philipp. Animo relaxari. 8. ad Att. Animo ſedatiore ſcripſi. de Fin. 1. Animo & præterita & futura ſentimus. At. li. 1. Sine animo miles. 9. ad Att. Animo ſoluto ſcribere. 11. ad Att. Sed velim hæc aliquando animo ſolutiore. 3. de Fin. Stabili animo & firmo & magno. 5. I. V. 95. Sic habeo ſtatutum cum animo ac deliberatum. 1. de Inuen. Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ ſtudendum. Ep. lib. 4. ep. 11. Gratulatio tua mihi eſt probatiſſima, quòd ab optimo eſt animo. 3. Fa. Nos quo animo inter nos ſumus, eſſe nollent. ad Att. lib. 11. ep. 13. Quòd certior fieri vis quo quiſq; in me animo ſit, neminem alieno intellexi. Epiſt. lib. 2. epiſt. 1. Quapropter eo animo ſemus inter nos, quo ſemper fuimus. ad Lucium lib. 5. Alacrem eſſe animo. 5. de Fin. Tamen ex illa inueſtigatione naturæ conſequi volebat, vt eſſet bono animo. Ep. lib. 2. ep. 1. Quare hoc animo in nos eſſe debebis, vt ætas noſtra in amore conquieſcat tuo. de Fin. li. 2. 78. Et quidẽ prodeſt, inquis, mihi in eo eſſe animo. Tuſc. lib. 1. Animo elato eſſe. Att. lib. 11. Erectiorem animo eſſe. 11. ad Attic. Animo eſſe fractiorem. ad Appium lib. 3. Quod quibus adhuc non ſatis eſt perſpectum, ij mihi nolle magis hoc animo nos eſſe, quàm nõ intelligere videntur. ad Q. Lig. lib. 6. Magno fortique animo eſſe. 5. Famil. in epiſt. Q. Metelli, Animo mobili eſſe in aliquem. 5. Famil. Animo mobili eſſe, & animo ſtabili, *contraria.* Att. lib. 3. Perculſo & abiecto eſſe animo. Cato, Animo tranquillo eſſe. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Animo iam hæc tenemus comprehenſa. Ep. lib. 5. epiſt. 21. Teneriore animo mihi videbare. 5. Tuſc. quæſt. 115. Toto animo dedere ſe alicui rei. 1. ad Quin. Frat. Animo tremere. 3. ad Qu. Frat. Plura ad te animo vacuo ſcribam. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Animo vacuo audire aliquem, & magno ſtudio. 10. Famil. Animo te valere opus eſt, vt corpore poſſis. Tuſc. quæſt. lib. 1. Nihil animo velocius. de Nat. d. 1. Non modò viderat animo res obſcuras. Tuſ. q. lib. 1. Animo ipſo animum videre. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Animo aliquid videre, vt faciunt dormientes. Attic. lib. 14. epiſt. 13. Acta enim res eſt animo virili, conſilio puerili. Tuſc. q. lib. 1. Animi ſeipſos mouent: ergo æterni. Tuſc. q. lib. 1. Animi beſtiarum ſunt rationis expertes. *Hic animus & beſtiæ datur.* 2. de Orat. Animi quibus rebus concilientur. Tuſc. q. lib. 1. Vt agri non omnes frugiferi ſunt qui coluntur: ſic animi non omnes culti fructum ferunt. 1. de Diu. Animi hominum ſemper fuerunt, futurique ſunt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Animi imbecilles. Tuſc. q. lib. 4. Animi, quo maior eſt in eis præſtantia & diuinior, eo maiore indigent diligentia. Tuſcul. quæſt. lib. 1. Ne ſi interirent quidem animi, quicquam mali eſſe in morte. Tuſcul. quæſt. lib. 1. Ipſi animi magni refert, quali in corpore locati ſint: multa enim è corpore exiſtunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. de Sen. 36. Et corpora quidem defatigatione ingraueſcunt, animi ſe exercendo leuantur. Tuſc. quæſt. lib. 1. Si animi mortales ſunt, tantus interitus eſt in morte, vt ne minima quidem ſuſpicio ſenſus relinquatur. de Diuinat. lib. 1. Animi cum corpore permiſti. Diuin. lib. 1. Animi quibus rebus pellantur ſæpe vehementius. Tuſc. q. lib. 4. Animi valentes: *id eſt, bene conſtituti ac ſani, qui nulla perturbatione tentari poſſunt, qualis eſt animus ſapientis.* Tuſc. q. lib. 1. Animi per ſeipſos viuentes. Tuſc. quæſt. lib. 1. Animorum æternitas cur nonnullis videatur incredibilis. pro C. Rab. Animorum æternitas quo argumento probetur. Tuſc. quæſt. lib. 1. Cùm de animorum æternitate dicitur, de mente dicitur, quæ omni turbido motu ſemper vacet, non de partibus ijs, in quib. ægritudines, iræ, libidinéſque verſantur. 16. ad Attic. Animorum commutatio. 14. ad Attic. Animorum dicta. Tuſc. q. libr. 4. Illud animorum corporúmque diſſimile eſt, quòd animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. 2. de Leg. De animorum immortalitate Plato eadem dicit. 5. Famil. Animorum magnus eſt motus factus. Tuſc. quæſt. lib. 4. Animorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eueniunt. Tuſc. quæſt. lib. 3. Sed ſumendum tempus eſt non minus in animorum morbis, quàm in corporum. de Leg. lib. 1. 24. Genus humanum ſparſum in terras atque ſatum, diuino auctum eſt animorum munere. de Vniuerſ. Animorum parem numerum ſideribus diſtribuit Deus, & ſingulos adiunxit ad ſingula. Tuſcul. quæſt. lib. 1. Animorum nulla in terris origo inueniri poteſt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Animorum ingeniorũmque naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatióque naturæ. 9. Famil. Animorum remiſsio maximè efficitur ſermone familiari. Tuſcul. q. lib. 1. Animorum è corpore excedentium duas eſſe vitas, duplicéſque curſus diſſeruit Socrates. Offi. 1. Animorum vis duplex eſt: vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc atque illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendũque. 2. de Diu. 139. Animorum eſt ea vis atque natura, vt vigeant vigilantes nullo aduentitio pulſu, ſed ſuo motu, incredibili quadam celeritate. de Nat. deor. 1. Naturis, quæ ſine animis ſunt, locus eſt proprius. 2. in Verr. Animos abſtinere. Attic. lib. 7. epiſt. 2. Hæc opinor ſunt in libris, quos tu laudando animos mihi addidiſti. pro Leg. Man. Quæ ciuitas in Aſia, quæ non modò vnius Imperatoris aut legati, ſed vnius tribuni militum animos ac ſpem capere poſſit? pro Flac. 53. Remittant ſpiritus, comprimant animos, ſedent arrogantiam. 4. Acad. Aduerſantur enim primùm, quòd parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt. 5. de Finib. 42. Victi

debilitantur, animosque demittunt. pro Dom. sua, Efferre animos insolentia dominatus. Acad.q. ed. 1. lib. 2, Animos ad audiendum erexímus. 1. Off. 12. Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. Tusc.q.lib. 1, Animos, siue dissipentur procul à terris, siue permaneant & conseruant habitum suum, necesse est ad cœlum ferri. Tusc.q. libro. 1. Animos siue animales sint, id est, spiritabiles, siue ignei, in sublime ferri perspicuum est. de Am. 28. Ab altero non nimis alienos animos habemus. de Sen. 78. Ex vniuersa mente diuina delibatos animos habemus. Tusc.q.lib. 1. Dàs ne aut manere animos post mortem, aut morte ipsa interire? 11. ad Attic. Animos omnium occupârat desparatio rerum eius. Tusc. q. libro. 1, Animos permanere arbitramur consensu omnium nationum. 1. ad Attic. Animos optimorum hominum irritabiles, & eosdem placabiles. Tusc. q. libro. 1, Posse animos, cùm è corporibus excesserint, in cœlum quasi in domicilium suum peruenire. de Som. 10. Infra lunam nihil est nisi mortale & caducum, præter animos generi hominum munere deorum datos. pro Scst. 47. Alij dicunt animos hominum sensusq; morte restingui: alij autem eos tum maximè, cùm è corpore excesserint, sentire ac vigere. de Nat. deor. 1. Animos deos esse dicit Plato in Timæo & in Legibus. 2. de Leg. nimos omnium hominum immortales esse, sed fortium bonorumque diuinos. Tusc.q.lib. 1. Animos esse mortales, quibus rationibus probet Panætius. Epist. lib. 6. epist. 1. Animis cadere. de Nat. deor. 1. Ab animis consuetudine imbutis. de Nat. deor. 1. Ex animis conatur euellere cognitionem deorum. 1. Tusc. Idque in maximis ingenijs altissimisque animis & exi bit maximè, & apparet facillimè. de Finib. lib. 2. In animis doctissimi illi veteres inesse quiddam cœleste & diuinum putauerunt. de Nat. deor. 1. In animis hominum, deorum notionem impressit ipsa natura. Acad.quæst.ed.2.lib.1. In animis imprimentur. de Nat. deor. 2. In solis animis motum, qui sua sponte sit, ponit Plato. Tusc.q. lib. 2. Est in animis omnium ferè natura; molle quiddam, demissum, humile, eneruatum quodammodo & languidum. Off. 1. In maximis animis splendidissimisq; ingenijs plerunque existunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates. Tusc.q.lib. 3. Sed est naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine quasi tempestate quatiatur. Tusc. q. lib. 1. Animis nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. 10. Philip. nimis & armis infestus & inimicus. 2. de Nat. deor. Animis tanquam oculis totam licet lustrare terram. 2. de Nat. deor. Nosmetipsi, qui animis mouemur & sensibus. 5. I. V. 218. Videte Iudices, & prospicite animis quid futurum sit. 5. ad At. Animis stare. 4. Acad. 124. Animus est mens sine vllo corpore, vt dixit Xenocrates. 1. Tusc. 65. Animus, vt Euripides ait, deus est. 1. Acad. 29. Animus mundi, quem Deum appellant. 1. de Nat. deor. 37. Totius naturæ mens atque animus. de Som. Scip. 16. Hominibus animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ vos sidera stellasque vocatis. 1. de Diu. 61. Tum euenit duabus animi temerarijs partibus compressis vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. & *ibid.* Ea pars animi, quæ voluptate alitur. & *ibidem.* Ea pars animi, in qua irarum exitit ardor. Oct. au. Si non vnà cum corpore sensus omnis vno atque eodem consumptus est igni. 2. de Orat. 336. Omnia quæ sunt in rerum natura, celeriter animo comprehendere. ¶ 3. de Or. 219. Animi est enim omnis actio & imago animi vultus est & 2. de Nat. Mens, & animus, & consilium, & sententia ciuitatis posita est in legibus. 1. I. V. 33. Animos atque impetus alicuius retard re. pro Cl. 109. Norâtis animos eius & spiritus tribunitios. Att. lib. 7. ep. 16. Labieni aduentu noster. Cn. multo animi plus habet. 4. I. V. 149. Itaque vno genere, opinor, circumscribere, haberis in animo genus hoc oratorum, &c. 11. I. A. 34. Aliquis ex animo amicus, vereque beneuolus ac fidelis cupiam. Ep. lib. 10. epist. 23. Consiteor imprudentia me lapsum, si vnquam Lepidò ex animo credidissem. & c. Q. de Pet. 15. Hos tu homines vt ex animo atque vt ex illa summa voluntate tui studiosi sint, laborato. & *ibidem.* Ex animo agere. 3. Offi. 108. Quod ex animi tui sententia iuraueris. Attic. lib. 4. epist. 5. Erat mihi in animo proficisci ad exercitum. pro S. R. 91. Sed in animo est leuiter transire. 2. de Nat. 20. Vt mihi est in animo facere. 1. in Cat. 27. Perspicite quæso diligenter quæ dicam, & ea penitùs animis vestris mentibusque mandare. 5. In Ver. 95. Sic habeo statutum cum animo ac deliberatum. I. P. 65. Sed planè animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet. 1. de Orat. 118. Artes in quibus animi libera quædam oblectatio quæritur. in Anton. Qui illud animi causa fecerit. pro Sext. Rosc. 133. Habet etiam animi causa tus amœnum. Attic. lib. 8 epist. 19. Te animo magno ac forti istam rem agere existimo. Epist. lib. 6. epist. 14. Fac animo magno fortique sis. Epist. lib. 4. ep. 13. Te horror & obsecro, animo vt maximo sis. Att. lib. 10. ep. 17. Quòd me audis erectiorem esse animo, quid putas? Epist. lib. 6. ep. 13. Fac habeas fortem animum. Epist. lib. 10. ep. 16. Hoc animo esse debes, vt nihil huc reijcias. Epist. lib. 11. epist. 23. Magnum animum habere debes. Epist. lib. 2. ep. 1. Quare hoc animo in nos esse debebis, vt ætas nostra in amore conquiescat tuo. Epist. lib. 4. ep. 15. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. Ep. lib. 5. ep. 6. Nescio quo animo sitis inter vos. Epist. lib. 3. epist. 9. Multi sunt, qui nos, quo animo inter nos simus, esse volent. Ep. lib. 1. ep. 9. Animus magnus & excelsus. & *ibidem,* Animus apertus & simplex. Epist. li. 4. ep. 13. Grauitas & altitudo animi. 2. de Orat. 84. Animus acer & præsens. Ep. lib. 1. ep. 9. Magnitudo animi. 5. de Finibus. 57. Animus altus. *ibid.* Qui altiore animo sunt. 1. de Finibus. 49. Humilis atque imbecillus animus.)(*robustus, excelsus.* Epist. lib. 5 epist. 21. Sed planè animus, qui dubijs rebus fortitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est. Attic. lib. 3. ep. 2. Sum animo perculso & abiecto. Ep. lib. 5. epist. 12. Alacres animo sumus, vt & cæteri, &c. de Nat. lib. 2. Comprehendere aliquid animo. 2. de Diuin. 46. Tu igitur animum induces, causam hanc defendere? de Clar. 7. Angor animo. Epist. lib. 10. ep. 5. Omni animi impetu facere aliquid. 2. de Fin. 78. Et quidem pro dest, inquis mihi in eo esse animo. Ep. lib. 1. ep. 9. Reipublicæ eum animum eamque voluntatem, quam debemus præstare. Tusc.q. lib. 1. Animus calidior est, vel potius ardentior, quam est aer terræ proximus. * de Senect. 78. Cumque animus semper agitetur, nec principium motus habeat, quia ipse se moueat: nec finem quidem habiturum esse motus, quia nunquam se ipse sit relicturus. Et cùm simplex animi natura esset, neque haberet in se quicquam admixtum, dispar sui atque dissimile: non posse eum diuidi. Quod si non posset: non posse interire. Frag. epist. Præsentit animus atque augurat quodammodo. Hortens. Literis talibusque doctrinis antè excoli animos & ad sapientiam concipiendam imbui & præparari decet. *ibidem.* Quæro, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem & remittam. *ibidem.* Nihil esse, in quo se animus excellens tollat. Incert. Quanto est miserius in hominis figura animo esse efferato? Mihi quidem tanto videtur, quanto est præstabilior animus corpore. Hortens. Vidit appendicem animi esse corpus. 1. Tus. 18. Sunt qui discessum animi à corpore putant esse mortem. de Senect. 79. Cùm simplex animi natura esset. 1. Tuscul. 18. Sunt qui censeant vnà animum & corpus occidere, animumque cum corpore extingui. Qui discedere animum censent, alij statim dissipari, alij diu permanere, alij semper. de Clar. 21. Relaxa modò paulùm animum, ant sanè, si potes, libera. 4. I. V. 192. An ab hac eius infamia nequitiæ vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? Ep. lib. 2. ep. 3. Aut certè testatum apud animum tuum relinquam quid senserim. Frag. ep. Hæc aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho. de Vni. 41. Influente atque effluente animo diuino. 2. de suo consul. Atque animo pendens noctis euenta timebat. de Leg. Sine corpore animo vigente diuina est vita. Hortens. Ita nostros animos cum corporibus copulatos, vt viuos cum mortuis esse coniunctos. *ibidem.* Si æternos animos ac diuinos habemus: sic existimandum est, quo magis hi fuerint semper in cursu: id est, in ratione & inuestigandi cupiditate, & quo minus se admiscuerint atque implicuerint hominum vitijs atque erroribus: hoc illis faciliorem ascensum & reditum in cœlum fore. Acad. Ipsam *honestatem* suo splendore in se animos ducere.

¶ *Spes, virtus, audacia.* ad Att. lib. 5. ep. 20. Nostris animus accessit, hostibus timor iniectus est.

¶ *Temeritas, feritas.* I. V. Alicuius animos atque impetus retardare. pro Dom. 141. Quanquam insolentia dominatus exulcrat animos.

¶ *Ingenium & natura.* pro Cluentio, Nosse alicuius animum ac spiritus.

✠ A DIVNC. *Abiectus, Alienus, diuinus, præditus virtute, varius, commutabilis, multiplex)(vnus idemque semper, de Amic. Abiectior, amicus, magnus & excelsus, tum etiam apertus & simplex, memor, in benemeritos, Notus atque illustris, perennis, suffusus mœuolentia, fractus demissus. 1. Fam. Acer, magnus, æquissimus, Attentissimus, Certus, Constans, excellens. Fortissimus patrius, præstans. pro Sest. Acer & præsens, & acutus atque versutus, æquus, Gratus & non auidus, lenis ac remissus. 2. de Orat. Acrior, amplissimus animales, Callidior seu potius ardentior, elatus, Expers. alicuius rei, fidens, fortis in corruptus, suique simulis, integer, castusque, liber, mortalis, mollis, remissus, eneruatus. par sempiternus. Similis, vacans corpore velox. 1. Tusc. Acris & attentus firmior, humilis imbecillusque, stabilis, firmus. 1 de Finib. Accusatorius, firmior, deditus libidini, pro Cæl. Aeger Aptus inflatus*

tus tumens. 3. Tusc. AEquus atque fortis fidelissimus fortis & magnus, magnus & ad omnes casus ferendos paratus, & constans moderatior, perturbatior. 6. Famil. AEquus paratusque 3. Popularis. 4. Melior. 2. In Catil. AEquior firmus imbecillus. 7. Famil. Affinis. 2. de Inuent. Afflictus, atque fractus, erectus & minimè perturbatus, ingratus. 2. Attic. Agrestis ac durus excellens, paruus. pro Arch. AEquissimo Alacer & erectus, Caelestis, insipiens, purus & integer, sapiens, de Senect. Alienior. Egregius in rempub. Fortis & liber, Gratus liberalisque, inimicus, infectus, incertus. Epist. ad Brut. Alienissimus à rationibus Mollis & ad accipiendam offensionem, offensior, paruus & prauus, praesens in remp. Saucius, Suspensus, & sollicitus, Irritabilis.)(Placabilis. 1. Attic. Altus, humilis, quietus, robustus, stabilis, Firmus magnus, 3. de Finib. Amicissimus. 7. Phil. Amplus, excelsus & patiens incommodorum, non omnino integer, Attentus auditori, Beneuolus, 1. Docilis misericors mitis & misericors. Occupatus, stabilis, vacuus ab aliqua re, firmus, 1. de Inuent. Angustus atque demissus. Ieuis lucem splendoremque fugiens, in Piso. Angustus & ieiunus grauissimus. 4. Phil. Angustus tamque paruus, Aptus ad rem militarem Attentus. Cupidus bellorum, excellens & humana contemnens, excelsus inuictusque, excelsus magnificusque, fortis & sapiens, magnus excelsusque, & consilio prudentiaque fidens, magnus, maximus, muliebris, maior ad rem gerendam, paratus ad periculum praesens remissus robustus, tranquillus. 1. Offic. Antiquior. cõpos & particeps rationis de vniuer. Anxius & sollicitus, gratus, pertinax, superbus, maximus, 4. Fam. Magis attentus quam furens, imbellus atque anilis, imbecillus, remissusque, quietus liber. 2. de Diuin. Castus purusque, commotior diuinus, solutus, vacuus, Immortalis, Innumerabiles, 1. de Diu. Celsus & erectus & parui ducens omnia quae homini accidere possunt, 5. Tusc. Certus & confirmatus, effrenatus, pro Quint. Communis. pristinus & perennis, de prouinc. Bono magnoque. Consularis in remp. pristinus. 10. Famil. Deditissimus alicui, firmus & grauis, magnus & fortis, sapiens fortisque, tranquillus. Demissus, & oppressus, pro Cluent. Difficillimus diuini & aterni. 3. de Nat. Dignus laude, humanus ac liberalis. perfectus de part. Diues, excelsus, altus, virtute exaggeratus. Fractus, abiectus, arbitrio carens suo. Sempiternus. in Parad. Dubius. pro Pomp. Durus, non modo negligens sed etiam ingratus. Promptus & alacer. 3. Famil. Effeminatus, humanus intentus, liber terrore, vacuus re aliqua. 4. Tusc. Effeminatissimus. Firmus & constans. 16. Famil. Egregius, dignusque. 10. Phil. Excelsus magnusque. 2. Offi. firmus & magnus, magnus & excelsus, Timidus, humilis & demissus, Fractusque. 3. Offic. Fortis. infirmus, perculsus & minimè perturbatus, infirmus, mollissimus. 3. Attic. Fortior, mirificus tenerior. 14. Famil. Fractus atque afflictus, vacuus. pro Dom. Gaudens & libens. 5. Attic. Gratus, Beneficij memor. 1. de Leg. Gratissimus integer ac liber tranquillus. pro Syll. Hilaris & promptus. 2. ad Qu. Frat. Hostilis impotens. 5. Phil. Ieiunus praestantissimus. 14. Phil. Imbecillus ne dicam inhumanus magnus excellens malus. Propinquus. 12. Fam. Iratus ac perditus, incredibilis. Maximus, non solum quietus sed etiam magnus. sacer. pro Mil. Infirmior, dubijs rebus inimicissimus, mobilis. Mutuus inter aliquos. Tenerior. 5. Famil. Infractus. Solutior inimicus. Solus lib. 7. In Ver. Ingenuus maior pusillus & ipsa malenolentia ieiunus atque inanis. Solicitus. 2. Famil. Ingratus. Optimus. Gratissimus. 9. Attic. Inhumanus & gratus magnus & erectus, regius. pro Deiot. demissus humilis Iniquus, perturbatus. pro. Font. Integer, magnus, liber, perattentus, 5. In ver. Lenis atque infirmus, 2. ad Qu. Frat. Magnus, & elatus, desficiensque res humanas. suspensus, & occupatus, 1. de Orat. Magnus, & aternus. 3. de Orat. Minor, praestantissimo atque optimo, 11. Phil. Minutus, Orat. Moderatus. 3. ad Qu. Frat. Paratissimus, 13. Phil. particeps, trium temporum, proximus sollicitus, & maximus, 2. de Finib. patrius in liberos, Solutus, & cautus. Superior. dissolutus. pro Sex. Rosc. pestifer. postquam ad Quir. Simplex atque amicus, 11. Famil. simplex, vnusque vacuus, 4. Acad. Singularis. 13. Famil. Solutus, firmior Suspensus, 15. Famil. Solutus, liberque infensus, atque inimicus, infensus, atque iniquus, Inimicus & Inuidus, 4. Ver. Spirabilis, Optimi, aterni. 2. de Nat. Tener. suspensus, 4. Attic. Timidus, atque demissus, 3. In ver. Tranquillissimus, 7. Attic pro Syll. & 4. Famil. virilis, 14. Attic. Beati atque aterni, humani, 1. de Nat. Teneri atque molles, 2. de Leg. viriles, 15. Att.

81. Syntaxis. *Animus extimeus. Animus viget. se mouet. alitur scientia, ab iracundia occupatur, habet memoriam, natura iter non diuinat. Datur ex sempiternis ignibus. Ex mente diuina decerptus. Est in hortis animus. Se mouet & intendit in immensum. Ex anima tenuis id est, aere iungitur, & ardore solis temperato. Late longeq; peregrinatur. Actio animi plena. Afferre animum, animi multum. Animi causa id est, solatij. Animi conscientia suspicari. Animi contentionem adhibere. Vti praesenti animo. Maximi animi homo. Animi motus, & cogitatio. Inflectere animi magnitudinem. Tenere in sua potestate animi motum, & dolorem. In animi notione reponere. Animi pars id est, facultas. Animum erigere, contrahere, demittere. Animum & spem bonam habere. Alienum habere animum ab. Animum inducere, intendere: item defigere, mutare. Animum alicui offendere, placare, mitigare, in aliqua re reponere, praestare. Retinere armatum animum. A corpore animu abducere, seuocare, ad se aduocare. Dispellere caliginem ab animo. Aequo, faciq; animo aliquare carere, facere, ferre. Animo agitare. Animo bono es: pro fis. Cernere animo, comprehendere, complecti, comprehendere & tenere. Animo distentus, confectus. Toto se animo dedere. Animo & voluntate dissidere. Ex animo amare. Maiore studio, maioreve ex animo comendare. Ex animo, vereq; diligere. Ex animo effluere. Animo excubare. Habere, & esse in animo: id est, cupere, decernere. Animo & ratione intelligere. Libenti & prolixo animo facere. Animo relaxari. Animo frangi. Animo tremere. Animo stare, valere, prospicere, videre. Comprimere animos: id est, audaciam, temeritatem. Animi propositio, nerui, & robur. Ex animi sententia. Animum demittere, efferre, erigere. Animo cadere. Animis nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatu, nihil duplex. In animo conclusa intelligentia. Videre amici animum. Alicuius animos & spiritus noscere. Pro animi mei voluntate. Moderari animo & oratione. Animo alicuius supplicare, Considerare cum animo suo. Animi pendere. Praestare quae debemus, animum & voluntatem alicui. Animum attendere. Animum debere. Animis & armis infestus & inimicus. Perspicere, confirmare, tenere: id est, conseruare. Animus acer, praesens, armatus, attetus, aeger, aegritudine vacuus, aequus, aternus, altus, afflictus, & fractus, gloria cupidus, amplus, excelsus, incommodorum patiẽs, angustus, dimissus, anxius & sollicitus, apertus & simplex, concitatus, à se ipse dissidens secumq; discordans: solutus, vacuus. Humilis ac pertinax. Imbecillus & anilis, imbecillus remissusq;, ieiunus & angustus, ingenuus, furore diuino incitatus, inflatus ac tumẽs in patriae charitate infixus, intentus, leuis, caldus, magnus magnus & erectus, magnus & excelsus, magnus & fortis, mollis, demissus, eneruatus, languens, perturbatus, proptus, alacer, pusillus, robustus, procliuis, propensus ad vitia, morbum: saucius, à corporis contagione seuocatus, tener, spiritalis, aerius, tranquillus, turpificatus, corpore vacans sensibus & curis vacuus, nunquam agitatione vacuus, facilis, certus, confirmatus, virtutibus exaggeratus, fidens, inflammatus, incitatus, prolixus, perculsus, relaxatus, valens per se vires, irritabilis, placabilis, dominus, imperator, per naturam omnem intentus & commeans: spirabilis, depressus ac demersus in terram, ingeneratus à Deo. Animus excitatus, senatus spiritalis, ignis, excultus. Animi altitudo, aequitas, amplitudo, exaggeratio quam altissima, celeritas, conformatio, conscientia, contentio, defectio, egestas, firmitas, firmitudo, grauitas. Impetus animi potius quam ingenium. Animi intelligentia, languor.*

ANNALES, lium. *memoria publica, monumenta vetustatis.* 2. de Or. 52. Erat enim historia nihil aliud nisi annalium confectio, cuius rei memoriaeq; publicae retinendae causa res omnes singulorum annorum mandabat literis Pont. Max. effarebatque in

album

album, & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi, ij qui etiam nunc annales maximi nominantur. pro Muren. 16. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. pro Rab. 15. Istæ omnes & suppliciorum & verborum acerbitates non ex memoria vestra & patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis, atq; ex regum commentarijs conquisiuit. pro Dom. 86. Vt annales popul. Roman. & monumenta vetustatis loquuntur. 1. de Leg. 6. Annales Pontificum Maximorum, quibus nihil potest esse nudius iucundius. Epist. lib. 5. ep. 12. Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum. * de Car. 166. Isque & orationes reliquit, & annales sanè exiliter scriptos. Hortens. Annalium monumenta. ✠ de Claris. 81. exposita est in C. Fannij. Annalibus.

✠ ADIVNCTA. *Maximi. 2. de Orat.*

☞. Syntaxis. *Annalium vetustas & ordo.*

ANNALIS, le. 5. in Ant. 47. Legibus annalibus num grandiorem ætatem ad consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur? I. A. *ibidem*, Maiores nostri leges annales non habebant. 3. de Leg. 8. Consules ciuitatem annali lege seruanto. 2. de Or. 52. Lex annalis: *id est, quæ annorum numerum præfiniebat ad capiendos magistratus.*

ANNALIS, lis. Att. li. 12. ep. 24. Scriptum est in tuo annali. de Cl. 58. Ennius in nono annali.

ANNE, *an.* pro Cor. 54. An ne de vobis trahere spolia fœderatis licebit: de hostibus non licebit? L. AN.

ANNECTO, ctis. *agglutino.* 2. de Nat. deor. 135. Stomachus ad linguam annectitur.

ANNELLVS, li. *annulus paruus.* 5. de Fin. 3. Epicuri imaginē non modò in tabulis, sed etiam in poculis, & in annellis habebant. ex Nonio. Alij annulis legunt.

ANNEXVS, a, um. *alligatus.* 2. de In. 154. Funiculus à puppi religatus scapham annexam trahebat. 1. de Inuen. 26. Separatum est, quod non ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrum annexum orationi. & Top. 54.

ANNIVERSARIVS, a, am. *quod singulis recurrit annis.* 6. I. V. 84. Mercurius sacris anniuersarijs apud Tyndaritanos summa religione colebatur. 6. I. V. 207. Syracusani festos dies anniuersarios agunt. de Ar. 32. Qui sacrificia gentilia anniuersaria factitarunt. At. lib. 1. ep. 15. Sacra anniuersaria. 2. de Nat. deor. 97. Impetus cœli constantissimè conficiens vicissitudines anniuersarias. ‖ 6. In Ver. 128. atq; ille pæan sacrificijs anniuersarijs. simul cum Æsculapio apud illos colebatur.

☞ Syntaxis. *Anniuersaria sacra. Agere festos dies anniuersarios. Anniuersaria sacrificia gentilia facitare. Sacra anniuersaria. Anniuersariæ vicissitudines.*

ANNICERII. *philosophi ab Aristippo.* 3. Offi. 116.

ANNOMINATIO, onis. Græcè *ὠνομασία. vt nobilior, mobilior,* 4. ad Heren. 30.

ANNONA, næ. *res frumentaria, aut alia res quæ ad annum reponitur.* pro Pom. 45. Repentè vilitas annonæ, ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est. 1. de D. 59. Annona in macello cara est. Epist. lib. 14. epist. 7. Fundo Arpinati bene poteris vti cum familia vrbana, si annona carior fuerit. 5. I. V. 227. Annona precium non habet. pro Dom. 14. Subitò illo die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est. pro Dom. 12. Difficultas annonæ summa, inopia rei frumentariæ. pro Dom. 11. Cum ingraueseeret annona, vt iam planè inopia ac fames, non caritas timeretur. pro Mil. 73. Leuare annonam. pro Dom. 115. Aduentu meo vilitas futura est. & *ibidem.* Commutata est annona. pro Dom. *ibidem.* Annona in meo reditu facta erat durior.

✠ ADIVNC. *Cara. 1. Ver. Carior. 14. Epist. Charissima commutata. Durior. pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Annona vilitas, caritas. Annona precium non habet. Annonæ difficultas, inopia rei frumentaris (vna Cic.) Annona ingraueſcens. Annonam leuare. Annona commutata durior.*

ANNOTO. *noto, obserue.* * Oecon. 1. Et meminisset atq; annotaret, quid & quando & cui dedisset.

ANNVLARIVS, rij. *opifex annulorum.* 4. Aca. 85. An tibi erit quærendus annularius aliquis? quoniam gallinarium inueniſti.

ANNVLVS, li. 3. I. V. 157. Annulus aureus scribæ tui me deterret. 4. Acad. 85. Si in eiusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero. Q. Frat. li. 1. ep. 1. Sit annulus tuus non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. 3. Offi. 38. Foribus apertis hominis mortui vidit corpus, annulumq; aureum in digito: quem vt detraxit, ipse induit. & *ibidem.* Cum palam eius annuli ad palmam conuerteret, à nullo videbatur.

✠ ADIVNC. *Aureus. 3. Offi. 4. Ver.*

☞ Syntaxis. *In cera sigillum annulo imprimere. Detraxit annulum, & ipse induit.*

ANNVMERANDVS, a, um. *in numerum addendus.* 2. de Di. 3. Atq; his libris annumerandi sunt sex de rep.

ANNVMERATVS, a, um. 1. de In 84. Si infirmum aliquod annumeratū dicemus. * Oeco. 1. Annumerata ipsi exscripsimus.

ANNVMERO, as. *in aliquorum numero pono, in eundem numerum refero.* 1. de Nat. 2. Qui verò deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate constituti, vt eorum molestum sit annumerare sententias. de Opt. 14. Verba non me annumerare lectori putaui oportere, sed tanquam appendere. 1. I. V. 66. Annumerare & reddere pecuniam alicui. * Oeconom. 1. Cuique sua annumerauimus.

ANNVMEROR, ris. *numeror.* de Clar. 207. His duobus annumarabatur nemo tertius. pro S. R. 89. Verùm forsitan in grege annumerer.

✠ ADVERB. *Interea.*

☞ Syntaxis. *Annumerandi sunt his libri, &c. Annumerare pecuniam alicui. His annumeratur ille tertius. In grege annumerari.*

ANNVNCIO, as. *nuncio denuncio.* Att. lib. 12. epist. 1. Eique interea salutem annunciabis: item q; Pyliæ.

ANNVO, is. *nutu capitis assentio.* 5. in Ver. 213. Hoc mihi significasse & annuisse visus est. 2. de Orat. 285. Id quoque toto capite annuit. 1. de Nat. 114. Annuere te video. pro Quint. 18. Simulatque sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat. 3. I. C. 10. Tum ostendi tabulas Lentulo, & quæsiui cognoscetet ne signum? annuit. 13. in Antonium. 6. Si annuerit? næ ego istam sapientiam non audiam.

☞. Synt. *Significat, & annuit. Toto capite annuere. Annuere, absolutè.*

ANNVS, ni. 2. de Nat. deor. 52. Magnus annus qui tum efficitur, cùm solis & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spacijs, est facta conuersio. de Vniuers. 29. Annus perfectus & absolutus perfecto numero temporis tum completur: denique cùm se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerunt, cumque eos permensus est idem & semper sui similis orbis. Epist. lib. 13. ep. 4. ✠ Et propter anni tempus ad exercitū mihi eundum cōfestim esse viderem. Brut. 243. Annus iudicialis. Som. Scip. 17. Annus vertens verè appellari potest tum, cùm ad idem, vnde semel profecta sunt, cuncta astra redierunt, eandemq; totius cœli descriptionem, longis interuallis retulerint. 13. Philipp. 22. Apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis. 3. de Nat. d. Anni primus mensis apud Aegyptios. ad Quint. Frat. lib. 1. epist. 1. Addere annum labori. de Sen. 32. Quartum annum ago & octuagesimum. Som. Scip. 17. Annum homines populariter tantummodo solis, id est vnius astri reditu metiuntur. 10. Fam. epist. 25. Annum petitionis suæ non obierunt. 1. de Diu. 53. Quinto autem anno exeunte ad Syracusas occidit. Epist. lib. 5. epist. 16. Hoc grauissimo & pestilentissimo anno. pro Quin. 40. Anno vertente sine controuersia verbum nullum facis. Epist. lib. 15. epist. 16. In hoc anno, non solet addi in hoc interdicto. 3. de Leg. 8. Ni anni decem interfuerint, ne quis eundem magistratum capito. 2. Offi. 75. Nondum centum & decem anni sunt, cùm, &c. 15. Fam. Anni multi sunt, cùm, &c. 1. de Di. 36. Babylonij CCCCLXX. milia annorum, vt ipsi dicunt, monumentis comprehensa tenent. 7. Famil. Annos multos nihil aliud commentaris. ‖ pro Flac. 98. Bis hoc anno me defendente absolutus est. pro Cec. 54. Iam annos viginti habere. 7. ad Att. Annos decem peditum & equitum polliceri. 13. Att. Annis legitimis eum curules magistratus perfacilè cepisse. * pro Sest. 15. Fuerat ille annus tanquam in Rep. magno metu & multorum timore intentus arcus in me vnum. pro C. Cornel. 1. Ante vestros annos propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci. *Ibidem.* Itaque auspicato postero anno x tribuni plebis creati sunt. *ibidem.* Quæ intermissa complures annos. pro Q. Gall. Quorum ætates non annis, sed seculis, scimus esse disiunctas. Hortens. Annum magnum esse voluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum: quod fit post XII. milia nongentos quinquaginta quatuor annos. Incer. Custodes, quibus primo anno regerentur.

¶ *Tempestas & præsens constitutio, vel pars vna ex quatuor anni.* 10. ad Attic. Anni tempore duro. *cui opponit æstatem.* 2. de Nat. d. 50. Anni tempora quomodo ex solis inflexione fiant.

✠ ADIVNCTA. *Absolutus, perfectusque, de Vniuer. Complures, permulti, Singuli, 2. de Orat. Consequentes, tranquillus, de Senec. Continui, Totus. pro Pomp. Egregius, 1. Attic. Fatalis, 3. In Orat. Funestus. pro Sest. Grauissimus & pestilentissimus, 5. Famil. Integer, de Prou. 17. Iudicialis, de Clar. legitimi, 13. Attic. lenior, perfectissimus atque ornatissimus, 1. ad Quint. Frat. Magnus, 2. de Nat. & in Arat. Memorabilis, 1. de Leg. Multi, 2. Offic. Pauci, In Pis. pestifer, Superior, Postquam in Sen. plenus, atque integer, Salutaris. pro Mil. plurimi, 2. Tusc. posterior, 3. Famil. postremus. pro*

Flac.proximus, 8. Famil. & pro Sex. Ros. Recentissimus, 5. In Ver. Salutaris,)(pestilens, 1. de Diu. tranquillus aut certe munitissimus, 2. ad Quint. Frat. vberrimus, quæstuosissimusque, 2. Ver. Veriens. 1. de Nat.

☞ Syntaxis. *Annus perfectus & absolutus, iudicialis, vertens. Agere annum vigesimum. Anni multi sunt, cum. Annos habere 20. centum.*

ANNVVS, a, um. *quod vnius anni spatio continetur.* Att. lib. 6. epist. 5. Nos annuum tempus propè iam emeritum habebamus. Attic. lib. 5. epist. 1. Vt hoc desiderium nostrum plus sit annuum. 2. de Leg. 19. Idque ne committi possit, ad eam rationem cursus annuos sacerdotes finiunto. pro Flac. 100. Annui temporis criminatio. 1. de Inu. 39. Annuum spacium. Attic. lib. 15. epist. 15. Sic enim annuum tempus conficitur. 1. de Inu. 59. Et annuæ commutationes quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt. * Oecon. 1. Quod annuum esset, in duas partes diuisimus.

☞ Syntaxis. *Cursus annuos fiure ad rationem solis. Annuæ commutationes.*

ANQVIRO, ris. *inquiro, quæro.* de Orat. lib. 1. Omnes enim artis loci anquirentibus nobis, omnique acie ingenij contemplantibus, ostendunt se.

ANQVIROR, ris. *quæror, inuestigor.* de Fat. 17. In qua quid valeat id quod geri possit, anquiritur.

ANSA, sæ. *manubrium, aut id quo vas, aut aliud manu capi teneriq; solet. hinc per translationem occasio dicitur.* de Am. 60. Quin etiam necesse erit cupere, vt quàm sæpissimè peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum. pro Cecin. 18. Iste hac sextula se ansam retinere omnium controuersiarum putat. pro Planc. 84. Si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur, &c. * pro Sest. 22. Denique etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius sensus tenere possemus.

✠ ADIVNC. *Aliquæ. pro Plan. plures, de Amic.*

☞ Syntaxis. *Dare ansam ad agendum. Ansam tenere.*

ANSANCT. *in Hirpinis populis.* 1. de Diu. 79.

ANSER, ris. pro S. R. 56. Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, vt significent, si fures venerint. & 13. I. A. 11. Anseres de Falerno depellantur: *id est, Anser poeta, cui Antonius Falernum donauerat.*

ANTANDRIVS, a, um. *ab Antandro insula.*

ANTAXON. 1. Tus. 68. Ora australis ignota nobis, quam vocant Græci ἀντάξονα.

ANTE. *præ, pro, à fronte, ob, in conspectu.*

¶ *Loci ratione.* pro S. R. 12. Vt non modò clàm, verum etiam hîc in foro, ante tribunal tuum M. Fanni, ante pedes vestros iudices, inter ipsa subsellia cædes futuræ sint. & *ibid.* 13. Ne hic *ibid.* ante oculos vestros trucidetur. pro Mil. 27. Clodius ante suum fundum Miloni insidias collocauit. 1. de Diu. 73. Cùm Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium, tum ante oppidum Nolam Samnitum castra cepit. 7. I. V. 49. Hi ne in freto ante sua tecta & domus nauigarent, precio abstetis fœderis emerunt. 5. de Fin. 35. Vt si aut manibus ingrediatur quis, aut non antè, sed retrò, fugere planè seipse videatur. 1. de Orat. 192. Omnia enim sunt posita ante oculos. 7. I. V. 64. Hominem nostis, qui ducem prædonum ceperit, quam libenter eum palam ante oculos omnium esse patiatur. 1. ad Heren. 24. At in senatum, aut ante Imperatorem, & in consilium talis causa potest venire. * pro C. Corn. 1. Ante vestros annos propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci.

¶ *Temporis.* Att. lib. 14. ep. 22. Idipsum quod me mones, quattriduo antè cogitaram. 2. de Inu. 15. Ille multo ante lucem surrexit. 2. de Fin. 31. Vt qui asoti esse velint, philosophi antè fiant. Epist. lib. 3. epist. 7. Mandauitq; vtrique eorum, vt antè ad me excurrerent. & alibi, Multum interesse mihi est visum inter eum qui tum erat & qui anno antè fuerat. 3. Tus. 28. Quæ venientia longè antè videris. postquam ad Quis. 7. C. Marius ante me consularis subijt, &c. Attic. lib. 7. epist. 14. De quibus antè ad te falsum scripseram. 5. I. A. 52. Vt ei triennium ante legitimum tempus petere liceat. 3. I. V. 115. Minutius mortuus est ante istũ prætorem. 2. I. V. 9. Qui dum hîc quæ opus essent, compararet, causam interea ante eum diceret. 2. de Nat. 61. Vt Fides, vt Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proximè à M. Aemilio, antè autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata.

¶ *Magis.* Attic. lib. 8. epist. 24. Crucior, quòd eum quem ante me diligo, video in consulatu quiduis potius esse, quàm Cos.

☞ Syntaxis. *Ante pedes, ante oculos. Non antè, sed retro Quatriduo ante, anno ante, longè ante. Tertius ante me Consul. Ante istum Prætorem ille obijt: id est, ante eius magistratum. Illum ante me diligo.*

ANTEA. *ante hac, ante hoc tempus, superioribus diebus, superioribus temporibus.* Attic. lib. 7. epist. 3. Posthac neque hercule antea negligentes fuimus. Attic. lib. 15. epist. 13. Quod ad te antea, atque adeò prius scripsi (sic enim mauis ad scribendum tibi verè dicere) feciſti me acriorem. 2. de Inu. 36. Si integer antea fuisse demonstrabitur. Epistο. lib. 1. epist. 2. Nactusque tempus hoc magis idoneum, quàm vnquam antea, ita sum cum illo locutus, &c.

☞ Syntaxis. *ad te antea, atque adeò prius scripsi. Id magis nunc aptum quam vnquam antea.*

ANTEACTVS, a, um *superior.* 2. de Inu. 36. Ex anteacta vita facere iudicium, &c. & 5. I. V. 146. & pro Marcel. 3. in Clod. Vita ante acta te seruauit.

ANTECANIS, nis. *procyon.* 2. de Nat. 114. L. PROCYON.

ANTECAPTVS, a. um. *antè conceptus.* 1. de N. 43. Ante capta animo rei quædam informatio, Græcè προλήψις.

ANTECEDENS, tis. *præcurrens, antegrediens, antegressus, præpositus, antepositus primum.*)(. *quod consequitur.* de Fat. 23. Omnia quæ fiant, fieri causis antecedentibus: & *ibidem.* Voluntatis nostræ non esse causas externas & antecedentes. Part. 7. Exijs rebus, que quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur, alia ex consequentibus, alia ex repugnantib. 2. de Inu. 66. Obseruantia, per quam ætate aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur. de Fat. 9. Causæ naturales & antecedentes. 2. de Inu. 161. Homines aliqua dignitate antecedentes Octau. Et quæ non insequens hora antecedente calamitosior pop. Rom. illuxit? de Cla. 82. Sed inter hos paululum ætate his antecedens Galba, eloquentia præstitit. de Cla. 109. M. Pennus Paulum Gracchum
✠ ætate antecedens. ‖ Top. 88. de Fat. 43.

☞ Syntaxis. *Externa causa, & antecedens. Antecedens ætate, dignitate, sapientia. Insequens antecedente hora calamitosior. Antecedens ætate illi, & illum.*

ANTECEDO, dis. *anteeo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteuerto.* ‖ *Cicero per hoc verbum, (inquit Schorus) significauit quæ alij auctores per præcedo.* Topic. 88. Si huic rei illa antecedit, huic non antecedit. Top. 53. Quicquid antecedit quamque rem, id cohæret cum re necessari. 6. de Fat. 34. Non sic causa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, id & causa sit: sed quod cuique efficienter antecedat. de Fat. 43. In omnibus quæcunque fiunt, verisimile est causam antecedere. Epist. lib. 11. epist. 13. Antecedere aliquem ætate. Biduo me Antonius antecessit. Attic. lib. 8. epist. 9. Pompeius expeditus antecesserat legiones. 1. Acad. 3. Ea res longè cæteris antecedit. de Vniuers. 20. Septima, quæ septem & viginti partibus antecederet primæ. 1. de Inuent. 86. Si id, quod sequitur, non videatur necessariò cum eo quod ante cessit, cohærere. 6. in Verrem. 138. Incipit is loqui, qui & authoritate & ætate, &, vt mihi visum est, vsu rerum antecedebat Timarchides.

✠ ADVER. *Efficienter de Fat.*

☞ Syntaxis. *Antecedere motu, tempore, natura, illum, illi.*

ANTECELLO, lis. *excello, præsto, antesto.* 5. in Verr. 10. Hæc causa magnitudine iniuriæ criminibus cæteris antecellit. 6. I. V. 118. In ea sunt ædes sacræ complures, sed duæ quæ longè cæteris antecellunt. 1. de Inue. 5. Præclarum mihi quiddam videtur adeptus is, qui qua re homines bestijs præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. 2. de Nat. 145. Sensus hominum multò antecellit sensibus bestiarum. 2. ad Her. 48. Inferiores, qui omnibus his rebus antecellunt. pro Mur. 29. Dicendi consuetudo longè & multum isti vestræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Mur. 24. Summa dignitas est in ijs, qui militari laude antecellunt. pro Mur. 36. Vir humanitate, sapientia, integritate antecellens. de Sen. 64. Vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. 1. de Diu. 91. Chaldæi in Syria cognitione astrorum antecellunt. pro Arc. 4. Antecellere omnib. ingenij gloria. * pro C. Cor. 1. Qui eloquentia cæteris antecellit. 1. de Diuinat. Similiter cohortatione circum conciliabula antecellunt.

✠ ADVER. *Longè. 6. Ver. 2. Cont. Rul. longè, multum. pro Mur.*

☞ Syntaxis. *Antecellere alicui. In aliqua re antecellere. Antecellere ad honorem. Aliqua re, antecellere, ætate, sapientia.*

ANTECEPTVS, a, um. 1. de Nat. 43. L. ANTICIPATIO.

ANTECESSIO, onis. *præcursio, progressio, progressus.*)(. *consequutio.* 1. Off. 11. Homo autem, qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum videt, earumque progressus quasi antecessiones non ignorat. Top. 53. Tripartitò igitur distribuitur locus hic, in consecutionem, antecessionem, & repugnantiam.

ANTEDICO, cis. *prædico, anteprædico.* 2. de Diu. 17. Hæc qui antedicunt, quam rationem sequantur, vides. 1. I. A. 26. Atque ego hoc dico de futuris, quod est augurum, antedicere ea que vitari possunt.

ANTEEO, is. *antecedo, præeo, præcedo.* 2. Contra Rul. 92. Lictores prætoribus anteibant cum fascibus duobus. 1. Tusc. 5. Cato qui hos ætate anteibat. 9. I. A. 1. Seruius ætate illis anteibat, sapientia omnibus. 5. de Finib. 93. Præstantiam animi omnibus bonis corporis anteire dicimus. de Fat. 44. Si illi fateantur assentiones non sine viso antecedente fieri, alia ratio est: sed si concedunt

anteire

anteire visa. &c. vide ne idem dicant de Clar. 229. Consules qui omnes intelligentia anteibant. Tusc. lib. 5. Fortunam ipsam anteibo fortunis meis. pro Syl. 23. Nec se æquales tui propter istam causam abs te anteiri putant. 2. Offi. 37. Qui anteire cæteros virtute putantur.

☞ Syntax. *Anteire tempore, dignitate, aliquem, alicui: fortuna, fortunis. Illi se à te anteiri dicunt.*

ANTEFERO, fers. *antepono præpono.* Part. 1. Deinde ista tua studia uel maximis meis occupationibus ante ferrem libenter. Epist. lib. 6. epist. 6. Vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem. pro Corn. 45. Quis dubitaret de toto iure pacis & belli omnibus iurisperitissimis imperatores nostros anteferre. 2. Cont. Rul. 6. Vos qui me antetuleritis nobilitati. Epist. lib. 5. epist. 20. Tamen ita existimes velim, me antelaturum fuisse, si ad me venisses, voluntatem tuam commodo meo. Orat. 23. Sed ego idem, qui, &c. recordor longè omnibus vnum anteferre Demosthenem. Quin. Frat. lib. 2. ep. 1. Comitia iudicijs anteferre. Att. lib. 6. ep. 8. Qui se solet anteferre puero sororis tuæ filio. de Clar. 133. Anteferre se alicui. pro Syl. 89. Vt nemo ei se honore anteferret. Epist. lib. 2. ep. 18. Præsertim cum sine cuiusquam reprehensione, legatis quæstorem possis anteferre. Ep. lib. 1. ep. 9. Bibuli fortunam, quam ille afflictam putat, omnium triumphis victorijsque antefero. ‖ Or. 134. Hæc quasi lumina Magnum afferunt ornatum orationi.

¶ *Procuro, prouideo.* Ep. lib. 6. ep. 16. Certè nos quod est dies allatura, id consilio anteferrè debemus.

✠ *ADVER. Longè Orat.*

☞ Syntaxis. *Hocistirei antefero. Se honore alicui anteferre. Consilio futura anteferre: id est, prouidere.*

ANTEGREDIOR, ris. *progredior, antecedo, anteuerto.*](. *sequor.* 2. de N. 54. Lucifer Latinè dicitur, cùm antegreditur solem: cùm subsequitur autem, hesperos. de Fat. 21. Quod si ita est, omnia quæ fiunt, causis fiunt antegressis. & *ibid.* 19. Causę fortuitò antegressæ. & 1. de Diu. 25. Iisdem signis antegressis. 1. Offic. 94. Id tum apparet, cùm antegressa est honestas.

✠ *ADVER. Fortuito de Fat.*

☞ Syntaxis. *Antegredi aliquem. Quæ fiunt, antegressis causis fiunt.*

ANTEHAC, *antea.* Epist. lib. 12. epist. 13. Atque antehac sperare quidem licebat, nunc etiam illud ereptum est. Epist. lib. 1. ep. 7. Simul quod video, non vt antehac putabam, nouitati esse inuisum meæ.

ANTELATVS, a, um. de Pro. 27. Cùm ipse cæteris omnibus esset omni honore antelatus.

ANTELVCANVS, a, um. *quod ante lucem est, vel fit.* Ep. lib. 5. ep. 4. Ex antelucano tempore vsque ad horam diei decimam. 4. Tusc. 43. Qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria. 2. I. C. 22. Antelucanæ cœnæ.

☞ Syntaxis. *Antelucana opificum industria. Tempus antelucanum. Cœna antelucana.*

ANTEMERIDIANVS, a, um. *quod ante meridem est, vel fit,*)(. *pomeridianus.* Att. lib. 13. epist. 23. Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nunc respondebo vespertinis. 3. de Or. 22. Antemeridianus sermo. L. POMERIDIANVS.

ANTENNA, næ. *transuersum in naus lignum ad malum, cui velum alligatur.* 3. de Orat. 178. Quid tam in nauigio necessarium, quàm prora? quàm puppis, quàm antennæ? quam vela? mali? &c.

ANTEOCCVPATIO, onis. *Rhetorica exornatio est, alia ab occupatione.* 3. de Or. 203. Erroris inductio, in hilaritatem impulsio, anteoccupatio, &c.

ANTEOCCVPO, as. *præoccupo.* Or. 138. Vt anteoccupet, quod putat opponi. *de eadem anteoccupatione loquitur.*

ANTEPONO, nis. *præpono, præfero, antefero, præstabilius puto, primas omnium alicui do, aliquid primum & summum habeo.* Att. lib. 1. ep. 14. Vera quidem laude probitatis, neque me tibi, neq; quenquam antepono. Quin. Frat. lib. 1. ep. 2. Si te illi anteponis, valde magnum facis. 1. de Orat. 98. Et longè Academiæ illi & Lycæo tuum hoc suburbanum antepono. 5. Tusc. 12. Cuius iudicium longè antepono tuo. Epist. lib. 4. ep. 7. Ea te sapientia esse iudico, vt meum consilium non anteponam tuo. Epist. lib. 3. epist. 7. Nec mehercule aliter vidi existimare Cn. Pompeium, quem omnibus, qui vnquam fuerunt, vel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. de Cl. 255. Hanc autem gloriam, testimoniumque Cæsaris, tuæ quidem supplicationi non solùm, sed triumphis multorum antepono. in Vat. Nemo se anteponet, quo minus reus fiat. ‖ 1. de Orat. 191. Nemo de ijs qui peritissimi sunt, anteponatur.

☞ Syntaxis. *Hocistirei antepono. Te illi antepono. Se anteponere, absolutè.*

ANTEPRAEDICO, cis. *prædico.* 6. I. A. 5. Itaque quod paulo antè feci in Senatu, facià apud vos, testificor, denuncio, antepræ dico.

ANTEQVAM, *prius quam.* At. lib. 5. ep. 14. Antequam aliquo loco consedero, literas à me non habebis. Att. lib. 2. epist. 7. Equidem antequam tuas legi literas, in hominem ire cupiebam. pro Dom. 141. Præsertim illo magistro, qui cogeretur docere, antequam ipse didicisset, 7. I. V. 54. Nunquam in Sicilia frumentum publicè est emptum, antequam iste hoc præclarum consilium dedit, vt, &c. 3. de Or. 143. Neque defatigabor antequam percepero, &c. 4. I. V. 140. Neque in hac re solum fuit eiusmodi, sed antequam egò in Siciliam veni, in maximis rebus ac plurimis. Parad. 6. Nunquā eris dives, antequam tibi tantum ex tuis possessionibus reficiatur, vt tueri sex legiones possis. Ep. lib. 7. ep. 14. Sin nostri oblitus es, dabo operam vt istuc veniam, antequam planè ex animo tuo effluo. 12. I. A. 23. Cui fui semper amicus, antequam ille reip. est factus inimicus. Qu. Fr. lib. 1. ep. 2. Ne quid de bonis, quæ L. Octauij fuissent, diminuerent, antequam Cn. Fundanio pecuniam soluissent. pro Mil. 104. Vtinam, dij immortales, vt P. Clodius viueret, antequam hoc spectaculum viderem. 8. I. A. 23. Dixitque, se non antea renunciaturum senatui, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset, quàm ex illa circumscriptione excederet.

☞ Syntaxis. *Scribam antequam discedo, & discedam. Antequam legi, scribebam. Nunquam dixi, antequam illa dictauit.*

ANTEROS, *Veneris & Martis filius.* 3. de Nat. 60. Tertius Cupido quidem est Anteros.

ANTESIGNANVS, ni. *primipilus, miles qui ante signum in acie collocatur.* 2. I. A. 71. Fueras in acie Pharsalica antesignanus. ‖ 5. In Ant. 12. Antesignagnos iudices constituere.

☞. Syntaxis. *Antesignanus miles. Antesignanus absolutè. Iudex antesignanus.*

ANTESTO, as. *præsto¹, antecello, excello.* 2. de Inuen. 2. Crotoniatæ quondam omnibus corporis viribus & dignitatibus antesteterunt.

✠ *ADVER. Multum. 2. de In.*

☞ Syntaxis. *Antestare viribus, dignitate.*

ANTEVERTENS, tis. *præcedens.* 2. de Nat. 54. Stella tūm anteuertens solem, tum subsequens.

ANTEVERTO, tis. *præuerto,* ‖ *hæc duo verba non significant antecedo aut præcedo (vt exponit Nezolius) sed præuenire præponere, idque præposterò & peruerso ordine vt obseruauit Doctissimus Cardinalis. pag. 209. Ita vt quod in animo erat vt postea fieret antea fiat & contra quod prius faciendum postea fiat. Trahitque plerumque datiuum & fit sæpe deponens. vide Cardinal. loco citato,* de Am. 16. atque id ipsum cùm tecum agere conaret, Fannius anteuertit. pro Mil. 46. Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuium, illo ipso, quo profectus est die: itaque anteuertit.

☞ Syntaxis. *Ille anteuertit, absolutè.*

* ANTIANVS, a, um. Frag. ep. Hercules Antianus.

ANTICIPATIO, onis. Græcè προλῆψις. 1. de Nat. 43. Quis non habet sine doctrina anticipationem quandam deorum: *id est, anteceptam animo rei quādam informationem, &c.* L. PRAENOTIO.

ANTICIPATVS, a, um. *antè conceptum, prænotum, insitum.* 1. de N. 76. Ita est informatum, anticipatumq; mentibus nostris.

ANTICIPO, as. *anteoccupo, anteuerto.* Att. lib. 8. ep. 22. Dices, quid igitur proficis? qui anticipes eius rei molestiam, quam triduo sciturus sis.

Ἀντινομία, contraria lex. L. LEX.

ANTILIBANVS, *mons.* Attic. lib. 2. ep. 16.

ANTIOCHIA, æ. *vrbs.* lib. 13. ep. 19.

ANTIOCHII, *philosophi ab Antiocho.* 4. Acad. 70.

ANTIPODES, dum. *aduersi orbis gentes.* 4. Acad. 123. Antipodes è regione nobis, è contraria parte terræ aduersis vestigijs stant contra vestigia, quos Antipodas vocatis. de Som. 14. Sed eorum partim obliquos, partim versos, partim etiam aduersos stare nobis. & *ibidem.* 15. Qui aduersa nobis vrgent vestigia.

☞ Syntaxis. *Stant Antipodes vestigijs aduersis contra vestigia, Vrgent aduersa nobis vestigia Antipodes.*

ANTIQVITAS, tis. *vetustas.* 2. de Leg. 27. Antiquitas proximè accedit ad deos. item. Orat. 169. In exemplis autoritatem habet antiquitas. 3. de Orat. 39. Quo magis antiquitatem eorum sermo retinere videatur. pro Font. 31. Generis antiquitas ex clarissimo municipio profecta. * de Clar. orat. Maiore honore in omnibus artibus, quàm in hac vna dicendi, versatur antiquitas Frag. epistol. Quis in eo generis antiquitatem desideret?

¶ *Priscorum facta & mores.* Orat. 155. A quibusdam seriò iam emendatur antiquitas, qui, &c. pro R. P. 27. P. Rutilius. qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiæ. 1. de Orat. 193. Plurima in X II. tabulis antiquitatis effigies. 2. de Diuin. 70. Errabat enim multis in rebus antiquitas, quam vel vsu iam, vel doctrina, vel vetustate imputatam videmus. 4. ad Heren. 4. Non omnia antiquitati concedenda esse.

✠ *ADIVNC. Incorrupta. 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Habet autoritatem antiquitas. Generis antiquitas. Vir documentum antiquitatis: id est, priscæ probitatis.*

ANTIQVIOR, ius, & Antiquissimus, a, um. *carior, melior, potior,*

carissimus, optimus, potissimus. Epist. lib. 11. ep. 24. Si in aduentu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius. Attic. lib. 12. ep. 20. Me id multo magis mouet, quod mihi est sanctius & antiquius. Attic. lib. 7. epist. 3. Ne dubitaris, quin quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. Quin. Frat. lib. 1. ep. 1. Quod tibi & antiquissimum esse, & ab initio fuisse, omnium sermone celebratum est. Attic. lib. 2. epist. 22. Nihil sibi antiquius amicitia nostra est. 2. de Diu. 78. Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem & gloriam, quam regnum & possessiones suas. Epist. lib. 11. epist. 5. Nec quicquam habui antiquius, quàm vt Pansam statim conuenirem. Attic. lib. 12. epist. 5. De Tullia mea tibi antiquissimum esse video. Quin. Frat. lib. 2. epist. 1. Is iudicorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. 1. de Inu. 69. Hoc trophæo nihil carius, nihil antiquius habere conuenit. Attic. lib. 10. epist. 7. Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Att. lib. 15. epist. 2. Id quidem sic susceptum est mihi, vt nihil sim habiturus antiquius. 4. ad Her. 34. At salus antiquior est militum, quàm impedimentorum. Ep. lib. 10. ep. 34. Nihil antiquius communi salute iudicaui. 1. de Inu. 80. Qui pauperes sunt, ijs antiquior officio pecunia est. 13. I. A. 6. Nihil vita antiquius existimare, omnia posteriora libertate ducere.

☞ Synt. *Nihil sit antiquius: id est, esse potest. Sanctius, & antiquius.* Hic aduerte, post sanctius, esse antiquius. *Id mihi antiquissimum esse. De te mihi antiquissimum est. Habere aliquid antiquissimū. Nihil carius, nihil antiquius. Huius rei mihi semper antiquissima cura fuit.*

ANTIQVO, as. *abrogo.* 3. de Leg. 38. Vos demum, vt video, legem antiquastis sine tabella. Att. lib. 1. ep. 11. Et populum vt rogationem antiquaret. rogabant,

ANTIQVOR, aris. *abrogor.* At. lib. 1. ep. 10. Piso operam dat, vt ea rogatio, &c. & de religione antiquetur. 2. Offic. 73. Philippus legem agrariam tulit, quam tamen antiquari passus est.

ANTIQVVS, antiquior, antiquissimus. *priscus, vetus.*) (*recens.* 3. I. V. 66. Hæc nimis antiqua & obsoleta sunt. Att. lib. 9. epist. 11. Igitur antiquissimæ cuique epistolæ primum respondebo. Quint. Frat. lib. 3. epist. 1. Antiquior dies in tuis erat ascripta literis. pro Rab. 25. Causam suscepisti antiquiorem momoria tua. de Vniu. 19. Animus & ortu & virtute est antiquior corpore. de Am. 20. Antiquior & pulcrior & magis à natura profecta causa amicitiæ. de Clar. 83. Sed multo tamen antiquior & horridior ille quàm Scipio.

¶ *Simplex ac purus.* pro S. R. 26. Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent, crediderunt. pro Sex. R. 27. In qua mu-
✠ liere vestigia antiqui officij remanent. ‖ pro Quint. 59. Antiquam officij Rationem dilexit.

☞ Syntaxis. *Antiquum & obsoletum. Antiquissima epistola. Dies ascripta antiquior. Ille antiquior & horridior quam tu.*

ANTISTES, tis. *primarius vnius templi sacerdos.* pro Dom. 104. Vos qui estis antistites ceremoniarum & sacrorum, autorem habetis & magistratum publicæ religionis. de Ar. 14. Antistites sacrorum. 2. de Diu. 112. Cum antistitibus agamus, vt proferant, &c. pro Dom. 2. Alij antistites deorum immortalium, alij interpretes religionem requirendi.

¶ *Princeps, author.* 1. de Or. 202. Eum quærimus, qui sit eius artis antistes, cuius esse Deus putatur.

ANTISTITA, tæ. *primaria sacerdos & vates.* 6. I. V. 99. Cereris sacerdotes atque illius fani antistitæ. *Sic enim legendum est, non* antistites, *autore Gellio lib. 13. cap. 19. & Priscano lib. 5. Significat enim fœminam sacerdotem.*

ANTISTHENES, nis. 3. de Or. 59. Ab Antisthene, qui patientiam & duriciam in Socratico sermone adamauit Cynici.

ANTITHETON. Or. 166. Græci ἀντίθετα nominant, cùm contrarijs contraria opponuntur. Id quod scis, prodest nihil: id quod nescis, obest.

ANTIVM, *oppidum.* Att. lib. 2. ep. 3. Hinc Antiates: *ibid.* ep. 6.

ANTONIANVS, a, um. *quod est Antonij.* Ep. li. 12. ep. 14. Antonianæ leges. in ep. Lentul. & eodem libro ep. 25. Antonianum latrocinium. in Verrem, Antoniana vetus dicendi ratio. sed id de Antonio illo Oratore.

ANTONIASTER, *ab Antonio per contemptum factum nomen, vt ab oleo oleaster, vt à pyro pyraster.* pro Vareno, Erucius hic noster Antoniaster est.

ANTRONIANVS, a, um. Att. lib. 1. ep. 10, Antroniana domus.

ANVS, ani. *podex.* Ep. lib. 9. ep. 22. Anum appellas alieno nomine, cur non suo potius? ima excrementorum via.

ANVS, anus. *vetula mulier.* 1. Tus. 48. Quæ est anus tam delira, quæ ista timeat? 2. de Di. 141. An tu censes vllam anum tam deliram
✠ futuram fuisse, vt somnijs crederet? ‖ 1. de Nat. 18. Anus fatidica.

✠ *ADIVNC. Delira, 1. de Diu. excors, 2. de Nat. Fatidica, 1. de Nat.*

ANXIETAS, tis. *procliuitas ad angorem.* 4. Tus. 27. Ex quo in alijs anxietas, vnde anxij: in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Estq; aliud, iracundum esse: aliud, iratum: vt differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando, neq; anxij semper anguntur, vt inter ebrietatem & ebriositatem interest.

ANXIFER, a, um. *quod anxietatem affert.* 1. de Diu. 22.

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

2. Tusc. 21. Anxiferi vertices.

ANXITVDO, nis. *anxietas.* de Republica lib. 2. Quartaque anxitudo prona ad luctum & mœrens, semperque ipsa se solicitans. ex Nonio.

ANXIVS, a, um. *qui natura procliuior est ad angorem.* 4. Tusc. 27. Non omnes anxij sunt qui anguntur aliquando nec anxij semper anguntur. 4. Tusc. 34. Aegritudo anxia atque acerba. de Sen. 65. At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes. Attic. li. 2. ep. 24. Solicitus & anxius amor. 2. de Fin. 55. Anxio & solicito animo esse. 1. Offi. 72. Si quidem nec anxij futuri, & cum grauitate constantiaq; victuri.

☞ Syntaxis. *Anxietas non est angor. Anxius non semper angitur. Cura anxifera, & vertices anxiferi. Anxitudo semper se solicitat. Anxia & acerba ægritudo. Senex morosus, anxius. Amor difficilis & anxius. Anxius & solicitus animus. Anxius, absolutè.*

AONIVM, *oppidum.* Att. lib. 5. ep. 21.

APAGE, & apagete. *abigentis vox & fastidientis aliquid.* Ep. lib. 5. ep. 10. De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ, apagete cum nostro Sexto Seruilio.

☞ Syntaxis. *Apagete cum illo: de vno.*

APAMEA, æ. *oppidum Phrygiæ maioris.* Att. lib. 5. ep. 16. Ep. li. 2. ep. 17.

APAMEENSIS, e. Att. lib. 5. ep. 21.

APAMEVS, a, um. Ep. lib. 3. ep. 9. *Alias Appianus.*

APENNINVS, ni. *mons Italiam in longitudinem disterminans.* 12. in Ant. 26. Num idem in Apennini tramitibus potero facere? Ep. lib. 11. ep. 10. Antonius Apennino alpibusq; se tenet. 2. I. C. 23.

APER, pri. *sylvester porcus.* 6. I. V. 95. Aiebant in labores Herculis non minus hunc immanissimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthium referri oportere. 4. Tus. 49. Iratúmne Herculem censes conflixisse cum Erymanthio apro?

✠ *ADIVNCTA. Eremanthius, 6. Ver. Ingens. 7. Ver.*

APERIENDVS, a, um. *exponendus.* 2. de Fin 18. Aperiendum est igitur quid sit voluptas: aliter enim explicari quod quæritur,
✠ non potest. ‖ 2. de Nat. 53. tum vespertinis temporibus delitescendo tùm matutinis se aperiendo nihil immutat.

¶ *Patefaciendus.* 2. de Nat. 14. Palpebræ aptissimæ & ad claudendas pupillas, & ad aperiendas. *Animaduertas dici posse, Fores atrium aperiunt, labra dentes ac linguam.*

APERIO, ris. *clausum patefacio.* Att. lib. 5. ep. 11. Epistolam aperui, legi. Att. lib. 1. ep. 10. Aperite literas. 1. de D. 74. & lib. 2. 67. In templo Herculis valuæ clausæ repagulis subitò se ipsæ aperuerunt. 2. Offi. 54. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, vt pateat omnibus.

¶ *Declaro, indico, demonstro, explico, pando, differo apertè, facile reddo.* Epist. lib. 6. ep. 11. Tibi virtus tua reditum ad tuos aperuit. ad Brut. ep. 10. Nec in senatu sceleratissimorum consiliotum fontes aperire dubitaui. Antequam. 12. Aperuerūt non fortes esse se amicos, si, &c. & 4. ad Her. 10. Aperire fontes penitus absconditos. 2. ad Her. 50. Si de clementia, qua in alios vsi sumus, aperiemus. pro Cl. 66. Quæ in diuturna obscuritate latuerunt. si aperiam, vt ea cernere oculis videamini. 1. Tusc. 6. Multò studiosius philosophiæ fontes aperiemus. 1. de Orat. 84. Carneades verò multo vberius ijsdem de rebus loquebatur, non quò aperiret sententiam suam (hic enim mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando) sed, &c. * pro C. Corn. 2. Studia, consilia, cogitationesq; eorum aperiam? Acad. Mos fuit Academicis occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam aperiendi.

¶ *Promiscua, detego, instituo, paratus sum ad soluendum.* 2. I. A. 77. Cùm mulier fleret vberius, is caput aperuit, in collum inuasit. Ep. lib. 9. ep. 18. Dionysius Corinthi dicitur ludum aperuisse. Att. lib. 5. epist. 1. De Oppio factum est vt volui, & maximè quòd DCCC. aperuisti.

APERIOR, ris. *detegor, exponor, denudor.* 1. Offi. 129. Verentur ne si quo casu euenerit, vt corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decorè.

¶ *Explicor.* pro S. R. 127. Id quod postea aperietur. 13. In Ant. 13. Sed suo tempore totius huius sceleris fons aperietur.

✠ *ADVER. Aliquandò, pro Mil. Breuiter, in Part. Dilegenius. 1. de In. Paulum, 9. Attic. postea, pro Sex. Ros. Studiosius, 1. Tus. Subitò, 1. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Stellæ nunc se aperiunt. Palpebræ pupillas aperiunt. Rem familiarem aperit benignitas. Consilia aperire. Aperio me esse amicum. De sapientia aperio. Aperire caput, ludum.*

APERTE, apertius, apertissimè. *planè, non obscurè, non dissimulanter, rectè.*) (*circuitione, ex insidijs, tectè.* 2. I. V. 18. Apertè palamque dicere aliquid. pro Quin. R. 43. Planius & apertius dicam. 2. de Fin. 15. Planè & apertè loqui. 4. I. V. 156. Apertissimè & planissimè ex

mè explicare quidpiam. 2. de Ora. 306. Ponere aliquid apertè falsum. de Cla. 274. Numeri non apertè, sed dissimulanter concluſi. Or. 38. Non ex insidijs, sed apertè & palam facere aliquid. pro Plan. 34. Sed eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius. Attic. lib. 14. epist. 13. Læticiam apertissimè tulimus omnes. Att. ad Brut. epist. 6. Quæ verba apertè indicant, posse rationem haberi etiam non præsentis. Att. lib. 1. ep. 11. Et tamen ab illo apertè, tectè, quicquid est datum, libenter accepi.* pro C. Cornel. 2. Pugnem apertè?

☞ Syntaxis. *Apertè palamq;. Planius & apertius. Apertissimè & planissimè. Apertè falsum. Non apertè, sed dissimulanter. Apertius ferre dolorem.*

APERTVS, a, um. *apertissimus, patens, manifestus, planus, ante oculos positus.*) (. *obscurus, abditus, ex insidijs, tectus, insidiosus.* 6. In Ver. 42. Statuerunt se nihil tam clausum neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumque esset. pro S. R. 97. Vnum hoc sumo, quod mihi apertum tuum scelus, resque manifesta dat. 2. I. C. 1. Cùm illum ex occultis insidijs in apertum latrocinium coniecimus. pro Pom. 71. Multas simultates, partim obscuras, partim apertas suscepi. Orat. 218. Dochimus iteratus numerum apertum & nimis insignem facit. pro Clu. 48. Nemo vnquam apertior in iudicium adductus est. 2. de Nat. 4. Nihil potest esse tam apertum tamq; perspicuum. At. li. 8. ep. 3. Apertus dolor. } (. *hebes.* de Am. 97. Apertum pectus, vt dicitur, videre & ostendere. Ep. lib. 2. ep. 2. Quod iam omnibus est apertum. Para. 1. In apertum referre aliquod opus: *id est, edere.** Acad. Nónne apertum est. 7. I. V. 103. Naues apertæ.) (. *constratæ.*

¶ *Serenus, tranquillus.* 1. de Diu. 1. Assyrij cœlum ex omni parte patens atque apertum intuentur.

¶ *Facilis, perspicuus, perspectus, patens.* 1. de Inu. 28. Aperta & lucida narratio. 1. Fin. 30. Altera occulta quærdam & quasi inuoluta aperiuntur, altera prompta & aperta indicantur. 14. I. A. 17. Multis apertus cursus ad laudem.

¶ *Audax.* pro Mur. 51. Atque ille, vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit.

☞ Syntaxis. *Apertum & promptum. Apertum scelus: id est, notum. In apertum conijcere latrocinium: id est, cogere aliquem vt palàm officiat. Rem istam facit apertam & insignem Cæsar: id est, detegit. Apertum ac perspicuũ. Videre ostendereq; pectus apertum. In apertum referre librum: id est, edere. Ex omni parte cœlum patens & apertum. Aperta & lucida narratio. Apertus ad laudem cursus multis. Homo apertissimus.*

APEX, cis. *fastigium.* de Senect. 60. Apex senectutis est authoritas. *id est, summa dignitas.*

¶ *Diadema, insigne regium.* 1. de Legib. 4. Nec dubito, quin ab aquila Tarquinio apicem impositum putent: *id est, diadema, regis insigne.*

APHRACTVM, acti, & Aphractũs, cti. *genus nauigij, quo Rhodij vtebantur.* Att. li. 5. ep. 13. Nauigauimus tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. Att. li. 6. ep. 8. Aphractis cæterisque longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus. Att. *ibid.* Detraxit viginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum. L. DICRORVM.

APIANI. *legati.* Ep. lib. 3. ep. 7.

Ἀπειρία. L. INFINITIO.

APIS, pis. *insectum, mellis opifex.* 1. Offi. 157. Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur, sed cum congregabilia natura sint, fingunt fauos. 2. Tus. 52. Cùm liquescimus nimiumque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non pos-
✠ sumus. ‖ de Haruſp. 25. Atque in apum fortasse examine, nox ex hetruscorũ scriptis haruspices, vt à seruitio caueremus monerent. & 1. de Diu. 73. Si examen apum ludis in scenam venisset. 3. Offi. 11. Apes quorum opere efficitur aliquid ad hominum vsum atque vitam.* Oecon. 3. Apes in aluearium concesserunt.
✠ de Senec. 54. Apum examina.

APIS. 1. de N. 83. Apis ille sanctus Aegyptiorum bos.

APISCI. *pro adipisci.* Ep. li. 4. ep. 5. Sulpitij. & 1. de Leg. 59. Apiscen-
✠ di causa. Att. ‖ lib. 8. ep. 22. Maris apiscendi causa. 1. de Orat. 257.

Ἀπόδειξις, *demonstratio.* L. ARGVMENTVM, & DEMONSTRATIO.

APODYTERIVM, rij. *locus vbi balnearium ingressuri, se expoliebant.* Q. Fr. lib. 3. epist. 1. In balnearijs assa, in alterum apodyterij angulum promoui. Qu. Fr. *ibidem.* Iam ἀπὸ ἀπυτηρίου nihil alsius.

APOLLINARES, ludi: *id est, Apollini dicati.* Att. lib. 2. epist. 19. 10. Philipp. 7.

APOLLO, inis. 2. de Nat. 68. Iam Apollinis nomen est Græcum, quem solem esse volunt. & 3. de Nat. 57. Apollinum antiquissimus. & *ibid.* de Apollinibus multis. 6. I. V. 119. Apollo Thesmotes, vel Temnites. pro Fon. 20. Hæ sunt nationes, quæ quondam Delphos vsque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum profectæ sunt.

APOLLONIA, niæ. *vrbs Macedoniæ.* ad Brut. ep. 2. Ep. lib. 13. ep. 19.

APOLLONIENSIS, se, pro Flac. 71.

APOLLONIATES, *Diogenes.* 1. de N. 29. I. P. 76.

APOLLONICENSIS. Att. lib. 5. ep. 17. Apollonicensem Xenonem commendaui.

APOLLONIVS, nij. 1. de Orat. 75. & 130.

APOLOGVS, gi. *fabula, in qua bruta animalia inducuntur loquentia.* 2. de Orat. 264. Ad hoc genus adscribuntur etiam narrationes apologorum. 1. de In. 25. Ab aliqua re iam parta incipere, quæ vel fabulam, vel apologum, vel aliquam contineat irrisionem.
✠ 1. ad Heren. 10. Exordiemur ab apologo &c.

Ἀποφατικὰ. L. NEGANS.

APOPHTHEGMA, tis. L. DICTVM. Epist. lib. 9. ep. 16. Sic audio Cæsarem, cùm volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων.

APOPROEGMENON. *id est, reiectum.*) (. *Proegmenon: id est, præpositum.* 3. de Fin. 15. L. REIECTVS.

APOTHECA. cæ. *taberna, vel potius cella vinaria.* in Vat. 12. Cùm omnium domos, apothecas, naueisque furacissimè scrutarêre. 1. in Antonium. 67. Apothecæ totæ hominibus nequissimis condonabantur.

✠ ADIVNC. *Totæ. I. Phil.*

APPARATE. *cum apparatu, magnificè,* Att. lib. 11. ep. 50. Itaque edit & bibit ἀλῶς, & iucundè, opiparè sanè & apparatè. *De Cæsare hoc dicit Cicero.*

☞ Syntaxis. *ἀλῶς, iudicundè, opiparè edere ac bibere.*

APPARATIO, onis.) (. *Inapparatio, onis.* 2. Offi. 56. Magnificentia & apparatio popularium munerum. 1. ad Heren. 12. Genus est narrationis, quod intercurrit nonnunquam aut fidei, aut criminationis, aut alicuius apparationis, vel laudationis causa.

APPARATVS, a, um. *adornatus, comparatus.* pro Sest. 116. Qui ludos apparatissimos magnificentissimosque fecit. 1. ad Her. 11. Quod nimium apparatis verbis compositum est. 1. de Inu. 58. Domus omnibus rebus instructa & apparata. 1. ad Her. 11. Vt
✠ non apparata oratio videatur. ‖ 1. Phil. 36. Vt in illo apparatissimo spectaculo studium pop. Ro. tribuerit absenti.

APPARATVS, tus. *apparatio, magnificentia.* 1. Offi. 25. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Orat. 83. Apparatus epularum à magnificentia recedens. de Som. 1. Pòst autem regio apparatu acceptì, &c. in Vat. 31. Omitto festum diem argento, veste, omni apparatu, ornatuque visendo. 2. I. A. 101. Quid prandiorum apparatus proferam? Ep. lib. 7. ep. 1. Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem. de Cl. 263. Præcepta, quæ maiorem habent apparatum. 1. de Nat. 20. Omnis totius orbis designatio & apparatus. 1. de Orat. 229. Dixit Q. Mutius more suo, nullo apparatu, purè & dilucidè.
✠ pro Sest. 77.

✠ *ADIVNC. Magnificus non priuatus aut plebeius, sed patricius & prætorius. pro Sest. maior de Clar. Maximus. 5. Tusc. Naualis. 10. Attic. Nullus. 1. de Orat. Omnis. 1. de Nat. præclarus. 7. Phil. Regius de Som. Tenuissimus. 9. Fam.*

☞ Syntaxis. *Magnifici apparatus. Epularum apparatus à magnificentia recedens. Regio accipi apparatu. Apparatus & ornatus. Præceptorum apparatus. Dicere nullo apparatu, purè & dilucidè.*

APPAREO, res. *adsum, videor, præsto sum, cõpareo, exto, existo, speciem habeo, in conspectum me do,* pro Cl. 147. Quid ceteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? pro Syl. 5. An verò in quibus subsellijs hæc ornamenta reipub. viderem, in his me apparere nollem? 1. de N. 37. Ita fit vt deus ille nusquam prorsus appareat. de Cl. 82. Itaque exaruerunt vix iam vt appareant. 2. de Diu. 65. Anguis ille, qui Syllæ apparuit immolanti. Epist. lib. 10. epist. 20. Cùm equites Antonij apparuissent. pro Fl. 29. Nulla vspiam prædonum nauis apparuit. 1. de Or. 37. Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ vestigium apparet? At. ad Brut epist. 17. Tamen illud apparebit, verba rebus esse contraria. 2. de Diu. 140. Equus in quo vehebar, mecum vnà demersus, rursus apparuit. 3. I. A. 28. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum. Parad. 1. Quoniam illud maiorum vigiliarum opus in tuo nomine apparuit. 3. de Fin. 23. Membra nobis ita data sunt, vt ad quandam rationem viuendi data esse appareant.* Protag. Vnde appares ô Socrate: an id quidem dubium non est, quin ab
✠ Alcibiade? ‖ 2. In Ant. 84. Vbi campus Leontinus appareat.

¶ *Patet, liquet.* de Cl. 95. Aulus Porcinna fuit, vt apparet ex orationibus, scriptor sanè bonus. de Cla. 121. Idq; apparet ex genere & grandiçate verborum. Ora. 84. Aliquid manifestè deprehensum apparere. Epist. lib. 1. ep. 9. Illud odium omne repentè apparuit. pro Flac. 38. Siue hoc Romæ confictum est, vt apparet: siue missum domo est, vt dicitur. 2. de N. 18. Hoc siquis quærat vnde habemus, apparet quòd à terra sumpsimus. Ep. lib. 2. ep. 7. De quo quid sentiam, nihil attinet dicere, cum appareat ipse quid fecerim. 1. de Orat. 72. Tamen apparet atque extat, vtrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. Ep. lib. 5. ep. 19. Quid rectum sit, apparet: quid expediat, incertum est. pro S. R. 121. Quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eo

magis eminet & apparet.

✠ ADVERB. *Clarius, planè, 8. Famil. Facilè, 4. Ver. magis. pro Sex. Rosc. manifestè, Orat. Nusquam, 1. de Orat. repentè. 1. Famil. Rursus. 2. de Diu. Serius, 5. de Fin. Vspiam. pro Flac.*

☞ Syntaxis. *Apparere quæstioni, concioni, id est, adesse. Id amplius non apparet: id est, neq; extat vestigium. Apparuit angelus. Nulla nauis apparet. In illo nihil apparet honestum. Membra apparent ad vtam: id est, constituta sunt. Vt apparet: id est, vt patet. Apparet & extat, an Id quò magis opprimitur & absconditur, eò magis eminet & apparet.*

APPARITIO, onis, *apparitoris officium.* Ep. lib. 13. ep. 54. Quod in longa eius apparatione singularem eius fidem abstinentiamq; cognoui.

APPARITOR, oris. *satelles, stipator, minister.* 5. I. V. 61. Mittit ad eum Venerios: id est, apparitores à prætore assignatos. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. Si lictor non suæ, sed tuæ leuitatis apparitor. 2. I. . 82. Quis vnquam apparitor tam humilis, tam abiectus?

✠ ADIVNC. *Assignati, recentes, 5. Ver. Abiecti, humiles, 2. Phil. Necessarij, 1. ad Qu. Frat.*

APPARO, as. *comparo paro.* 6. in Ver. 44. Ornare & apparare conuiuium. pro Pomp. 35. Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. 5. in Ant. 54. Facilius apparabitis ea quæ necessitas flagitat. pro Mil. 29. Qui iter illud ad cædem faciendam apparasset. Qu. Frat. lib. 3. epist. 8. Is ludos apparat magnificentissimos, sic, inquam, vt nemo sumptuosiores.

APPARO R, aris. *Præparor, comparor, adornor.* Quint. Frat. lib. 2. ep. 3. Crimina quæ in Sestium apparabantur. 1. ad Her. 4. Animus iudicis constituitur vel apparatur ad audiendum.

☞ Syntaxis. *Conuiuium ornare & apparare. Bellum apparare, iter, ludos, crimina in aliquem, animum iudicis.*

APPELLATIO, onis. *compellatio.* pro R. P. 11. Qua appellatione litium? in qua Posthumi mentio facta nulla est. pro Quin. 65. Videturne intercessisse appellatio Tribunorum?

¶ *Pronunciatio.* de Clar. 259. Lenis appellatio literarum.

¶ *Creatio.* pro Dom. 129. Regum appellationes venales erant.

* *Etymologia, à verbum, notatio.* 1. de Glor. Oppidorũ appellationem vsurpatione appellatam esse existimo, quòd opem darent.

✠ ADIVNC *Improbissima, in Vat. Inanis. 5. Attic. Lenis, de Clar, venales. pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Literarum appellatio: id est, prolatio. Regum appellationes venales.*

APPELLANDVS, a, um, *inuocandus.* pro Quin. 94. Sin, &c. quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est?

¶ *Conueniendus.* Ep. lib. 1. ep. 2. Quod tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisq; perspexeram.

¶ *Pronunciandus.* de Cla. 133. Nam de sono vocis & suauitate appellandarum literarum, quoniam filium cognouisti, noli expectare quid dicam.

APPELLANS, tis. 2. de Or. 196. Cum ego illum crebò appellans collegam ei suum commendarem.

APPELLATOR, oris. 6. in Ver. 146. Nihil ægrius factum multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstinerentur.

APPELLATVS, a, um. *dictus, pronuntiatus.* Att. lib. 5. epist. 17. Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est. Ep. lib. 2. ep. 10. Ita victoria iusta imperator appellatus apud Ilsum. Hortens. Ex quo sapientia est appellata prudentia, 1. de Glor. Oppidorum appellationem vsurpatione appellatam esse existimo, quòd opem darent.

¶ *Citatus, in iudicium vocatus.* pro R. P. 9. Neminem vnquam quo ea pecunia peruenisset, causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset. In litibus autem nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, &c. 2. I. A. 71. Appellatus es de pecunia, quam pro sectione debebas.

APPELLO, as. *voco, compello, alloquor.* ‖ *Perfecta illa ætas hoc verbo* ✠ *significauit, nominatim rogare aliquem de aliqua re, quod nos per alloquor sæpius exprimimus. Cicero cum efferre vult, quod Galli s'addresser à quelqu'vn dicunt, aut quod latinè agere cum aliquo dicerentur, sæpius Appello, quam alloquor vtitur. Etsi vtroque sensu vsus est, hoc tamen interesse videtur quod illud seuerioribus, hoc leuioribus rebus soleat adhiberi.* 3. de Nat. 36. Hunc Aegyptij Thoyt appellant, de Vn. 35. Iupiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter se agnatosque vsurpare & appellare videmus, pro Cecin. 55. Seruos non numero di stinguunt, sed appellant vno familiæ nomine & *ibid.* De liberis quisquis est, procuratoris nomine appellatur. Epist. lib. 2. epist. 16. ccedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, nomenque imperij quo appellor. 13. I. A. 22. O Spartace: quem enim te potius appellem? Epist. lib. 9. epist. 22. Appellare rem suo nomine. de Vn. 29. Cæterorum autem siderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur. 5. Tus. 23. Ex maiore parte vnaquæque res appellari spectarique debet. pro Clu. 72. Tum appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandissimè potest: Quid tu, inquit, Pacete: Qu. Frat. lib. 2. ep. 9. Tu vt me & appelles, & interpelles, & colloquare & obloquare velim. 13. I. A. 4. Salutare benignè, comiter appellare vnumquenque. 3. de Leg. 38. Ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet. 2. Offi. 48. Appellare milites blando sermone. 2. de In. 78. Appellare nomen alicuius identidem. 1. I. A. 31. Te aut M. Antoni absentem appello, nónne, &c. pro Cl. 65. Te appello Oppianice, te T. Acti, audete negare, &c. pro Mur. 81. Te appello Cato, nonne prospicis? &c. 5. I. V. 212. C. Marcelle te appello, num, &c. pro Pom. 11. Appellare aliquem superbius. 2. Contra Rul. 62. Appellare aliquem asperius. 5. I. V. 134. Appellare aliquem verbo grauiore. Ep. lib. 1. ep. 9. Quidam homines, & ijdem illi, quos sæpe nutu significationeque appello: *id est, indico, significo, demonstro.* pro Flac. 106. Qui etiam me vultu appellat. ac repetit etiam, &c.

¶ *Nomino, nuncupo.* Ep. lib. 6. ep. 6. Cæsar nunquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat. 1. de Or. 239. Vt enim tristem Galba vidit, nomine appellauit. & 4. Acad. 13. Me autem nomine appellabat. Ep. lib. 5. ep. 2. Is cùm agere cœpisset, tertio quoq; verbo orationis suæ me appellabat.

¶ *In ius voco, debitum reposco.* 2. Contra Rul. 99. A me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis. Att. lib. 12. ep. 15. Cocceium velim appelles: quod enim dixerat, non fecit. pro Quin. 39. Cùm tibi quotidie potestas fuisset admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto ferè appellas. Ep. lib. 16. ep. 14. Dolabellæ procuratores fac vt admoneantur, appellabis etiam Appiam. Atti. lib. 1. ep. 6. Tulliola tuum munusculum flagitat, me sponsorem appellat. de Cl. 18. Videor enim iam te ausurus esse appellare, quoniam, &c. Att. lib. 16. ep. 14. Possumus enim vt sponsores appellemus, procuratores introducere. Attic. lib. 5. epist. 19. De Attiliano nomine scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messalam.

¶ *Inuoco, & confugio ad.* 1. de Leg. 40. Quæ si appellare audent. impij, quo tandem studio colentur à bonis? pro Flac. 4. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem. 7. I. V. 187. Vos etiam imploro atque appello sanctissimæ deæ. pro S. R. 77. Te nunc appello P. Scipio, meministine? &c. pro Quin. 98. Ab omni magistratu agitatus, quem præter te appellet, habet neminem. Antequam. 16. Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas. pro Quin. 64. Cuius procurator à prætore ad Tribunos appellare ausus sit. 6. I. V. 145. Quis igitur prætorem appellat? qui quæstor istius fuerat Cæcilius. I. Vat. 33. Appellari: sne Tribunos plebis, ne causam diceres? pro Planc. 24. Appellauit pulum, tribubus. me submisi.

APPELLOR, aris. *in ius vocor, citor.* pro Cec. 54. Aedes, quæ in lege non appellantur. 1. Offi. 89. Cauendum est ne ijsdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. pro Cl. 19. Hæc omnia nisi perspexeritis in causa, temerè à nobis illam appellare ✠ putatote. ‖ pro Sex. 56. Appellari reges a populo.

¶ *Inuocor.* pro Qu. 63. Appellantur Tribuni, à quibus cum esset certum auxilium petitum. tamen, &c. 6. I. V. 145. Atque adeò cum iam discessio facta esset, prætor appellatur.

✠ ADVER. *Asperius, 2. Cont. Rul. Blandè milites, 2. Offi. Blandissimè, temerè. pro Clu. Comiter, de Pet Consul. & 13. Phil ibidem. nimirum potius, rectè, Omninò fas non esse, Commodè, 2. Tusc. Comiter honestum, 3. Offic. Durius, pro Lig. Græcè, inutiliter, latinè, pessimè, Top. honorificentissimè, 6. Famil. & 15. Famil. ita sanè Grauissimè. pro Mil. Melius Rectè, Orat. Nominatim, vulgò, 4. Tus. & 7. Ver. Omnino non licet, 4. Ver. pudenter, vltrò. pro Quin. Rectè, 2. de Leg. Ritè. 2. de Fin. Superbius. pro Mur. & pro Pomp. valdè, probè, 13. Att. Verè. 11. Fam. pro Cæc. pro Flac.*

☞ Syntaxis. *Appellandus Deus. Literas appellare suauiter. Rex appellatur ille à Senatu. Appellari de pecunia. Quo te appellem nomine? Nomine aliquem appellare. Aliquem superbius, asperius, verbo grauiori appellare. Nutu, significatione, vultu appellare. Appellare sponsorem aliquem: id est, in ius vocare. Vos appello iudices, tribunos, populum. Tribuni, Prætor appellatur: id est, aliquis ad eos confugit.*

APPELLO, lis. *applico, admoueo, accedo.* ‖ *vel ex hoc vno manife-* ✠ *stum. potius quid diu vsu tritum fuerit, quam quid à nostris præcipiatur studiosius inquirendum: Quis enim ex nostris non potius dicat nauis appulit, quam nauem, aut naue, quo modo incorruptam Ciceronis ætatem semper loquutam esse vel hæc subiecta exempla comprobabunt.* 3. I. Ver. 48. Cum Persæ mille numero nauium classem ad Delum appulissent. 2. de Orat.

154. Timidè tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad Philosophiam appulisti. pro Rab. 25. Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titij afflictam nauem videres. 1. de D. 44. Visus est in somnis pastor ad me appellere.

APPELLOR, ris. *applicor, admoueor.* Att. lib. 13. ep. 21. Cum'ad villam nostram nauis appelleretur. 7. I. V. 63. Appellitur nauis Syracusas.

✠ *ADVER. Valdè, timidè, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Hostes classem ad vrbem appulerunt. Mentem ad philosophiam appellere, Rationes suas ad scopulos appellere, &c. id est, fortunas amittere: translatione ad naufragiũ. Is ad me appulit: id est, venit. Appellitur Syracusas nauis. Appulsi hostes nauibus in Siciliam. Classis appulsa ad promontorium.*

APPENDICVLA, læ. *corollarium.* pro R. P. 8. Est enim hæc causa, quò ea pecunia peruenerit, quasi quædam appendicula causæ iudicatæ atque damnatæ.

APPENDIX, cis. *additamentum, corollarium.* in Hort. Vidit enim quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus.

APPENDO, dis. *pendo, annecto, suspendo.* L. APPENSVS. 6. I. V. 56. L. Piso aurifici palàm appendit aurum. pro S. R. 114. Omnia sua tibi concessit, adnumerauit, appendit. de Opt. 14. Non verba me annumerare lectori putaui oportere, sed tanquam appendere.

APPENDOR, ris. *suspendor ad.* 2. I. A. 97. Tanti acerui nummorum apud istum construuntur, vt iam, appendantur, non numerentur pecuniæ.

APPENSVS, a, um. 5. Tusc. 62. Gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit.

☞ Syntaxis. *Appendere alicui diuitias: id est, adiungere, largiri. Non tam numerantur, sed appenduntur pecuniæ.*

APPETENDVS, a, um. *desiderandus, optandus.* pro Mil. 73. Sp. Melius in suspicionem incidit regni appetendi. 2. I. A. 114. Qui propter suspicionem regni appetendi sunt necati.

APPETENS, tis. *auidus, cupidus.* pro Pomp. 7. Quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes atque auidi laudis fuistis. de Am. 50. Nihil est tam appetens similium sui, nihil rapacius quàm natura. pro Do. 101. Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata. 2. Tusculan. 58. Studiosissimus appetentissimusque honestatis. 2. de Nat. 100. Mare terram appetens littoribus claudit. 2. de Diu. 85. Puer lactens, mammam appetens.

¶ *Auarus.* 2. de Or. 182. Gratus animus, nõ appetens, non auidus. 2. contra Rul. 20. Homo cupidus atque appetens.

APPETITIO, onis. *appetitus, cupiditas.* 2. Off. 18. Appetitiones, quas illi ἐφὰς, obedientes efficere rationi. 4. Ac ad. 24. Nam aliter appetitio (eam enim esse volumus ἐφεῖν) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod est visum, moueri non potest. 3. de Fin. 23. Appetitio animi, quæ ὁρμὴ Græcè vocatur, non ad quoduis genus vitæ, sed ad quandam formam viuendi videtur data. 4. de Fin. 47. Ad appetitionem rerum esse in his momenta diceret. Quasi verò hæc appetitio non ad summi boni adeptionem pertineret. *Ibidem.* 48. Ab his & appetitio & actio commouetur. 2. de N. deor. 58. Natura mundi omnes motus habet voluntarios, conatusque & appetitiones. 3. de Nat. deor. 33. Nullum potest esse animal, in quo non & appetitio sit, & declinatio naturalis. 1. Offic. 13. Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus. 3. Offic. 30. Detractio & appetitio alieni est contra naturam. 1. de Diu. 46. Ex triplici appetitione Solis, XXX. annos Cyrum regnaturum esse portẽdi. Top. 62. Atque etiam est causarum dissimilitudo, quòd aliæ sunt, vt sine vlla appetitione animi, sine voluntate, sine opinione suum quasi opus efficiant.

✠ *ADIVN. Immoderata, 3. Tusc. Minima, 4. Tusc. Naturalis, 3. de Nat.*

tibus rebus continetur. 2. de Orat. 30. Res mihi videtur esse, inquit, facultate præclara, arte mediocris. ars enim earum rerum est, quæ sciuntur: oratoris autem actio opinionibus, non scientia continetur. 1. ad Heren. 2. Ars est præceptio, quæ dat certam viam rationemq; faciendi. 3. de Finib. 49. Artes efficiuntur ex cognitionibus comprehensionibusq; rerum. de Cl. 263. Ars dat rationes certas & præcepta faciendi aliquid, quæ habent ordinem, & quasdam errare in faciendo non patientes vias, 4. Acad. 22. Ars ex multis animi perceptionibus constat. 1. de Orato. 108. Ars definitur ex rebus penitùs perspectis, planeq; cognitis, atque ab opinionis arbitrio seiunctis, scientiaq; comprehensis. Orat. 183. Notatio naturæ & animaduersio peperit artem. 3. de Orat. 195. Artem à natura proficisci. 2. Officior. 6. Nullam dicere maximarum rerum esse artem, cùm minimarum sine arte nulla sit, hominum est parum consideratè loquentium. 2. de Natur. 57. Artis maximè proprium est, creare & gignere. 1. de Diuinat. 24. An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt & gubernatores falluntur. 5. de Finib. 26. Omnes artes in aliqua, scientia versantur. 4. & de Finib. 10. Ars est dux certior quàm natura. 1. de Finib. 42. Gubernatoris ars bene nauigandi ratione habet. 1. de Orat. 186. Nihil est, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habet illam scientiam, vt ex iis rebus quarum ars nondum sit, artem efficere possit. 2. de Orat. 110. Hæc omnia artem & præcepta requirunt. & 2. de Orat. 44. Non omnia, quæcunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad præcepta esse reuocanda. pro Cæl. 54. Vir illa humanitate preditus, illis studiis, artibus, atque doctrina. Quint. frat. lib. 1. epist. 1. Studia & artes quæ sunt nobis Græciæ monimentis disciplinisque traditæ. 3. de Orat. 125. Artes quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continentur, Geometrica, Musica, literarum cognitio, & poetarum. Epist. lib. 4. epist. 3. Artes ingenuæ. pro Arch. 5. Erat tum Italia plena Græcarum artium & disciplinarum, studiáque hæc in Latio colebantur, & hìc Romæ, &c. 2. Offic. 6. Si est aliqua disciplina virtutis. *id est, ars.* Colere bonas artes, & colere disciplinam Stoicam. L. CICERO. pro Arc. 10. Homo mediocris, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. Epist. lib. 7. epist. 3. Habere scientiam magnarum artium. 2. Offic. 150. Opifices omnes in sordida arte versantur. 1. de Diuinat. 24. Ars gubernandi, scientia imperatorum, ratio atque prudentia, reipub. gerendæ. 1. de Orat. 8. Recondita in arte & multiplici subtiliq; versari. 3. de Orat. 23. Vna fingendi est ars, in quâ, &c. & *Ibid.* Vna est ars ratióque picturæ. 2. de Orat. 147. Ad inueniendum in dicendo hæc tria sunt: acumen, deinde ratio, quam licet (si volumus) appellemus artem, tertium diligentia. & *Ibidem.* 146. Atque hoc totum est, siue artis, siue animaduersionis, siue consuetudinis, nosse regiones, intra quas, &c. 4. de Finib. 76. Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio præsunt, debent habere. 1. de Inuent. 2. Hæc res, quæ vocatur eloquentia, siue ars, siue studium, siue exercitatio quædam, siue facultas à natura profecta. Orat. 147. Versus ille, qui vetat artem pudere proloqui, quam factites. 2. de Orat. 157. Tradere artem differendi, & dare præcepta. Epist. lib. 7. epist. 1. Libenter mehercule artem desinerem. 4. Acad. 22. Artium aliud eiusmodi genus est, vt tantummodo animo rem cernat, aliud vt moliatur aliquid & faciat. & *Ibidem.* Artes quarum omne opus est in faciendo & agendo. & *Ibidem.* Quid enim est quod arte effici possit, nisi is qui artem tractabit, multa perceperit? Part. 35. Animi quemadmodum affecti sint, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis spectantur. de Senect. 9. Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationésque virtutum. 2. Offi. 12. Inanimata pleraque sunt hominum effecta operis, quæ non haberemus, nisi manus & ars accederent: neque enim valetudinis curatio, neque nauigatio, neque agricultura, sine hominum opera vlla esse potuisset. 5. Tusc. 8. Leon quæsiuit ex eo, qua maximè arte confideret. Epist. lib. 7. epist. 19. Nulla ars literis, sine doctore & interprete percipi potest. * de Senect. 79. Pueri artes difficiles discunt. Hortens. Cum in his artibus vixerimus. de Consol. Bonis studiis atque artibus expolitos. 1. de Orato. 234. Cuius. *iuris ciuilis*, artem cum indotatam esse atque incomitatam & incomptam videres, verborũ eam dote locupletasti & ornasti. *Ibidem.* Quod in ea plus operæ laborisq; consumpseras, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno: sit sanè tanta, quantum tu illam esse vis. Etenim sine controuersia & magna est, & latè patet, & ad multos pertinet, & summo in honore semper fuit.

✠ AIDVNCT. *Amplissima omnium, 4. Tusc. Absoluta & perfecta, ingenuæ, humanæ, maximæ, mutæ, præclarissimæ, Rhetoricæ, Reliquæ, sordidiores, 3. de Orat. Antiquæ, liberales, Rhetorica, 1. de Inuentio. Bona, 6. Ver. & pro Cæl. Ciuiles ac forenses, grauiores, honestæ, leuiores, vetustiores, vberrimæ, variæ & multæ, de Clar. Claræ, opinabiles. 1. de Diu. Comites ac ministræ, alicuius, difficilima, facilis, facillima, incompta, leuis, magna, non mediocres: sed propè magnæ, nulla aut pertenuis, obscura & difficilis, perfecta, magna atque vber, plena, delectationis, præclaræ, & inter se pares, & eiusdem sociæ dignitatis, propriæ, Reconditæ, Recondita, multiplex subtilisque, variæ & diuersæ, 1. de Orat. Comites administræque alicuius, eximiæ, & multæ, Inaudita, pro Pomp. Communes bonorum, pro Syll. difficilis. 7. Attic. & de Senec. Diuina. 1. de Nat. Dux certior quam natura, Exquisitæ, 4. de Finib. Excellens, humilis, pro Arch. Fidelis, 10. Fam. Iners, Optima, Elegantes & ingenuæ, Grauissimæ, plurimæ & grauissimæ, 2. de Finib. Intima, 13. Fam. loquax nimium, Maxima, mutua, tota, 2. de Orat. Forensis, Magnæ, Magna & gloriosa, Orat. Forenses atque populares, 3. de Finib. Honestissimæ, Bonæ. pro Cæl. Ingenuæ, 4. Famil. Innumerabiles, 1. de leg. Maior, præstantissima, 5. Tusc. Maior. & vberior, Opinabilis. 1. Acad. Multa, 1. ad Q. Frat. & pro Flac. Necessariæ, 2. de Natura. Operosæ, 2. Offic. Optimæ, 2. de Diu. Oratoriæ, Top. Potissima, Summa, 1. Famil. Perfectæ, 3. de Nat. Plurimæ, atque optimæ, pro Lig. Prætiosæ, pro Q. Rosc. Solers, in Arat. Sordida, 1. Offic. Tanta tamque fructuosa, 2. ad Q. Frat. vulgares, pro Sex. Rosc.*

☞ Syntaxis. *Ars est præceptio, constat ex perceptionibus animi. Artes, studia, doctrinæ. Artes quibus doctrinæ liberales continentur. Artium habere scientiam, Omnis ars in aliqua scientia. Opifex in arte sordida. Vna est ars & ratio. Acumen, ratio, vel ars, ac diligentia. Artes quibus opus est in faciendo, & agendo. Artem tractare. Animi artibus. (inertijs affecti. Artes exercitationesq; virtutum. Manu, & arte accedente.*

✠ ARSACES, is. Epi. lib. 8. epi. 14. Tanti non fuit Arsacen capere. Seleuciam expugnare.

✠ ARTAVASDES, is. Epist. lib. 15. epi. 2. Vt Artauasdes rex Armenius quocunque animo esset, sciret non procul à suis finibus exercitum pro Rom. esse. Attic. lib. 5. epi. 20. Armenius Artauasdes. *Ibid.* epist. 21. Deiotari filio pacta est Artauasdis filia.

ARSINOA, æ. *vrbs.* I. P. 91. ‖ Arsinoen, Thracum, Neopactum, ✠ vt modò tute indicasti, nobiles vrbes atque plenas, fateris ab hostibus esse captas.

ARTATA. pro R. P. 39. ‖ Auditæ, visæque merses, fallaces quidem, & fucosæ, chartis, & linteis, & vitro delatæ, quibus cum multæ naues refectæ fuissent vna non potuit parua & artata. *Hunc tamen locum corruptum esse asserit, D. Lamb. in annotationibus in hunc locum.*

✠ ARTEMITANVS, na, num. Attic. lib. 1. epist. 16. ‖ Voleterranos & Artemitanos quorum agrum Sylla publicarat, neque diuiserat. in sua possessione retinebant. *Alias Arretinos.*

ARTERIA, riæ. 2. de Nat. 155. Aspera arteria (sic enim à medicis appellatur) ostium habet adiunctum linguæ radicibus, paulo supra quàm ad linguam stomachus annectitur: eaque ad pulmones vsque pertinet, excipitque animam eam, quæ ducta sit spiritu, eandemque à pulmonibus respirat & reddit. 3. ad Heren. 21. Nam leduntur arteriæ, si antequam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur. & *Ibid.* Recreatur enim vox spiritu, & arteriæ reticendo acquiescunt. L. VENA.

✠ *ADIVNC. Aspera, crebra, multaq;, 1. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Arteriæ pluratiuo numero sæpius quàm arteria.*

ARTHEMISIA, Mausoli Cariæ regis vxor, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum. 3. Tusc. 75.

ARTHRITICVS, a, um. *qui articulorum dolorib habet.* Epist. lib. 9. epist. 23.

ARTICVLATIM. *separatim, seorsim.* 1. de Leg. 36. Quæ fusè olim disputabantur ac liberè, ea nunc articulatim distinctéq; dicuntur. 3. de Nat. 67. Membraq; articulatim diuidit.

ARTICVLATE. *cum primis.* Attic. lib. 6. epist. 5. Valebis igitur, & puellæ salutem articulatè dices.

☞ Syntaxis. *Articulatim distinctéq; dicere. Articulatim membra diuidere, Articulatè salutabis Cæsarem: id est, seorsim, cum primis.*

ARTICVLVS, li. *nodus, iunctura, nodus naturæ in animate, in planta.* Attic. lib. 1. epist. 4. Tertia magnos articulorum dolores habet. de Sen. 53. Inuente vere in vitibus existit tanquam ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur. 1. de Nat. 80. Næuus in

articulo

articulo pueri delectat Alcæum.

¶ *In oratione duplex, vt ex Tullio patet.* 2. de Orat. 359. Verba, quæ quasi articuli connectunt membra orationis & 3. 184. Oratio articulis membrisq; distincta. 4. ad Heren. 17. Oratio fluctuans & dissoluta, quæ sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc. Orat. 59. Ad numerum articulus cadens. 4. ad Heren. 27. Articulus dicitur, cùm singula verba interuallis distinguuntur, cæsa oratione.

¶ *Momentum, occasio, opportunitas, punctus temporis.* pro Qu. 19. Tum iste, qui nunc in summas angustias adductum putaret, vt eum suis conditionibus in ipso articulo temporis astringeret, assem sese negat daturum.

✠ ADIVNCT. *Singuli, 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Articulorum dolor. In articulo sarmentorum gemma. Verba quasi articuli nectentia orationis membra. Oratio articulis membrisq; distincta, & sine neruis, sine articulis. Ad numerum articulus cadens. Inops astringitur in ipso temporis articulo.*

ARTIFEX, cis. *opifex, sciens & peritus.* pro Murena. 29. Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulædos esse, qui citharœdi fieri non potuerunt. 4. Acad. 22. Artificem non fortuitò, sed quem præcepta & comprehensa tenere videmus, appellamus. & *Ibid.* Artificem ab inscio non est distinguere, si artem subtraxeris. Epist. lib. 5. epist. 12. Atq; illi artifices corporis simulachra ignotis nota faciebant. *id est, Apelles & Lypsippus.* 6. 1. V. 4. Nimirum didici etiam artificum nomina. *id est, eorum qui statuas fecerant.* * de Clar. 96. Hoc in oratore videtur apparuisse artifex, vt ita dicam, stylus.

¶ *Gubernator, fabricator.* de Vn. 5. Artifex mundi. *id est, Deus.*

¶ *Autor, magister, præcipuus doctor.* 1. de Orat. 23. Græci dicendi artifices & doctores. Orat. 172. Theodectes politus scriptor atque artifex. pro Ar. 10. Scenicus artifex. *id est, histrio.* 2. de Finib. 116. Artifex callidus comparandarum voluptatum. Q. de Pet. 37. C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat. se, &c. pro Qu. 78. Ne quid mihi eiusmodi accideret, cum contra talem artificem dicturus essem, verebar.

¶ *Causa.* Orat. 161. Consuetudo artifex suauitatis.

✠ ADIVNCT. *Callidus, 2. de Fin. Egregius, Græci, pro Mur, Multi, 3. Ver. Politus, Orat. Probus, de Vni. Scenicus, pro Arch. Summus, pro Sest. & 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Deus mundi artifex. Dicendi artifex, & doctor. Politus scriptor, & artifex. Scenicus artifex. Artifex callidus comparandarum voluptatum. Cotta in ambitione artifex Consuetudo artifex.*

ARTIFICIOSVS. *cum maiore arte, accuratius.* 2. de Nat. 57. Quod in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere.

ARTIFICIOSVS, a, um. *habens artem ac vim artificij.* 2. de Nat. 58. Ipsius verò mundi natura non artificiosa solùm, sed planè artifex, &c. 2. de Nat. 57. Zeno ita naturam definit, vt eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem via. & *Ibidem.* Natura, id est, vt dixi, ignis artificiosus, magister artium reliquarum.

¶ *Artificio præditus.* 2. de Natu. 138. Artificiosum & diuinum opus. 2. de Finib. 15. Mathematici de re artificiosa loquuntur. 1. de Diuinat. 52. Ea genera diuinandi artificiosa dicuntur. Item, Artificiosa præsensio.) (*naturalis diuinatio.*

ARTIFICIVM, cij. *opificis industria, opus, actio, præstantia, opera, ars ipsa.* 1. Offic. 150 Iam de artificiis & quæstibus qui liberales habendi, qui sordidi sint, hoc fere accepimus. 1. de Orato. 129. Atqui vide, inquit, in artificio & opera quàm tenui & leui quanto plus adhibeatur diligentiæ, quàm, &c. pro S. Rosc. 49. Obliuisci artificium. 3. de Finib. 4. Ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi, &c. 4. Acade. 144. Quò enim spectat illud? cùm artificia tolli quereris à nobis, nisi vt opifices concitentur? 6. in Verr. 72. Simulachrum singulari opera artificióque perfectum. 6. in Verr. 46. Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta, & summa arte. 6. in Verr. 46. Vt intelligatis hominem artificij cupidum, non argenti fuisse.

¶ *Astus, dolus.* Epist. lib. 9. epist. 16. Non iam satis est consilio pugnare, artificium quoddam excogitandum est. pro Planc. 22. Vicinitas non fallax, non erudita artificio simulationis.

¶ *Ratio, prouincia; graue. disciplina, præceptio, institutio, affectata diligentia, studium, apparatus.* 1. de Orat. 146. Non esse eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum. 1. de Ora. 74. Artificium dicendi. Attic. lib. 4. epist. 15. Reliqui libri τεχνολογίων habent. 2. de Orat. 156. Suspicio artificij imminuit oratoris autoritatem & orationis fidem. 2. de Orat. 83. Componere artificium de iure ciuili. 4. Acad. 30. Natura maximo quasi artificio fabricata est primum animal omne, &c. 4. de Fin. 76. Qui cuique artificio præsunt, eam quæ communis appellatur prudentia, debent habere. pro S. R. 49. Non tu in isto artificio accusatorio callidior es quàm hic in suo.

✠ ADIVNCT. *Accusatorium, varia, pro Sext. Rosc. Alienum, 3. de Orat. Antiquum, 2. in Verr. Callidissimum, elegantiora, necessaria, 1. Tusc. Commodum, pro Q. Rosc. dissimile aliorum, 2. de Orat. Incertum, 1. de Inuen. Intimum, pro Clu. Leuius, 4. Ver. Mirum, 3. Verr. Proprium, tenue, leue, 1 de Orat. Singulare, Summum, 6. Ver. Sordidum, ancillaréque, 5. Tusc. Suburbanum, vrbanum, pro Plan. Magna, 4. Acad.*

☞ Syntaxis. *Ignis artificiosus: id est, artium magister. Artificium & opera naturæ. Artifici, non argenti cupidus. Artificio pugna, si consilium desit. Artificium ex eloquentia natum, non contrà. De iure ciuili componere artificium. Artificium accusatorium.*

ARTOLAGANVS, ni. *panis genus delicati, qualia sunt liba, seu placentæ.* Epist. libr. 9. epist. 20. Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.

ARTVS, tus. *membrum.* 2. de Fini. 93. Quos dij immortales ille, cùm omnes artus ardere videretur, cruciatus perferebat. 2. Tuscul. 61. Cùm audiuissent eum grauiter esse ægrum, quòd vehementer eius artus laborarent.

¶ *Articulus, commissura, nodus.* de Clar. 217. Cn. Octauius qui multis medicamentis erat propter dolorem artuum delibutus. 1. de Orat. 121. Et tota mente, atque omnibus artubus contremisco. 2. de Nat. 150. Digitorum molles commissuræ & artus. Quint. de Pet. 30. Nerui atque artus sapientiæ sunt, non temerè credere. de Diu. lib. 1. 40.

Excita cum tremulis anus attulit artubu' lumen.

✠ ADIVNCT. *Molles, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Artuum dolor. Mente tota, & artubus tremere. Digitorum artus. Nerui & artus disciplinæ.*

ARVSPEX, cis. *extispex, qui volatib. auium inspiciendis futura prædicit.* 1. de N. 55. Aruspices, augures, arioli, vates, coniectores, &c. 2. de Diuin. 26. Persuaderi igitur cuiquam potest ea quæ significari dicuntur extis, cognita esse ab aruspicibus obseruatione diuturna. 3. I. C. 19. Cùm aruspices ex tota Hetruria conuenissent, totius vrbis atque imperij occasum appropinquare dixe-
✠ runt. ‖ 1. de Diuinatio. 85. Quid enim habet haruspex. Attic. lib. 2. epist. 7. Latores & aruspices legis curiatæ.

ARVSPICINA, næ. *diuinationis genus, ars extispicum.* 2. de Diuin. 28. Vt ordiar ab aruspicina, quam ego reipublicæ communisq; religionis causa colendam censeo. Epist. lib. 6. epist. 18. Cum qui hodie aruspicinam facerent, in senatu Romæ legerentur. 2. de D. 49. & 50. De ortu aruspicinæ & de Tage.

ARVSPICINVS, a, um. *artis aruspicum.* 1. de Diuinat. 72. Quod Hetruscorum declarant & aruspicini, & fulgurales, & rituales libri.

ARVVM, ui. *campus, ager.* Orat. 163. Frugifera & ferta arua Asiæ. Ennij. 1. de N. 123.

ARX, cis. *castellum.* 2. de Orat. 273. Tarento amisso arcem tamen Liuius Salinator retinuit. de Senect. 11. Salinator amisso oppido
✠ fugerat in arcem. ‖ 4. In Cat. 11. Video enim mihi hanc vrbem videre lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium. I. P. 84. Qui cùm oppido desperassent, munire arcem cæperunt. 1. de Leg. 2. Nisi fortè Athenæ tuæ solæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. Parad. 1. Non enim tale est vt in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidiæ. pro Syl. 79. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. Antequam. 9. Arcem vrbis ab incendio liberaui. I. P. 11. Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij. pro Lig. 22. Africa omnium prouinciarum arx. 1. contra Rull. 18. Hoc templum Iouis. Opt. Max. atque hæc vrbs arx omnium gentium. pro Clu. 156. In arce legis præsidia defensionis suæ constituere.

✠ ADIVNC. *Alta, 7. Famil. communis, bonorum, pro Syll. Tota 5. famil.*

☞ Syntaxis. *Arcem retinere: id est, seruare. Translatione, Romam Cic. vocat bonorum & gentium arcem. Africam arcem prouinciarum: & legis arcem esse præsidia defensionis.*

AS, assis. *libra, siue libella, pondo.* 2. Offic. 58. M. Scius in caritate annonæ asse modium populo dedit.

¶ *Minimus nummus.* pro Qu. 19. Tum iste assem sese negat daturum. pro Qu. Rosc. 51. Dic. H-S. CCCLIII. dedisse, qui assem nullum dedit.

¶ *Totum, cuius est diuisio in partes assis.* pro Cecin. 17. Facit hæredem ex deunce & semiuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Ebutio sextulam aspergit. Epist. lib. 17. epist. 20. Testamento, quod Antistius Romæ fecerat, hæres ex parte dimidia & tertia Capito est: in sextante sunt hi, qui, &c. *Vide Budæum de Asse, & Georgium Agricolam.*

☞ Syntaxis. *Dedit Scius modium asse.*

ASCENDENS, tis. de Cla. 280. Is ascendens gradibus magistratuum ad summam amplitudinem peruenit.

ASCENDO, dis. *scando* Epist.lib.15.epist.4.Expedito exercitu ita noctu iter feci,vt ad III.Idus Octobris cum lucesceret,in Amanum ascenderem. Attic.lib.1. epist.13. Ascendere in castellum. 2.de Finib.74. Ascendere in concionem. 1.Tusc.71. Is ita locutus est, vt non ad mortem trudi, verùm in cœlum videretur ascendere.pro Dom.75.Quibus tanquam gradibus mihi videor in cœlum ascendisse.pro Milo.99.Gloria cuius gradibus homines videntur in cœlum ascendere. de Ami. 90. Si quis cœlum ascendisset, &c.4. Acad. 148. Nos ad nauiculas nostras ascendimus.6.in Verr.51. Ascendit in oppidum Archagathus ‖ *Lamb. legit descendimus.*.2 de Orat.100. Lex peregrinũ vetat in murum ascendere. & 3. de Orat. 176. Sol sensim ascendens in diuersam partem. pro Clu.110.In altiorem locum ascẽdere. 1.de Diuin.58. Eodem equo aduersam ascendit ripam. pro Mur.55. Ex continuis honoribus familiæ maiorumq; suorum, vnum ascendere gradum dignitatis conatus est:2.Offic.61.Non solùm vt ne affligantur, sed etiam vt ad altiorem gradum ascendãt. Orat.125. Ornatus ille admirabilis,propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. de Clar.241. Ascendere ad honores de Sen. 34.Cùm ingressus iter pedibus sit,in equum omnino non ascendere. pro Cluent. 150. Insummum locum ciuitatis ascendere. Part.12. Aut à minoribus ad maiora ascendimus. 3.de Orat.225. In omni voce est quiddam medium,sed suum cuique voci:hinc gradatim ascendere vocem vtile & suaue est. ad Brut. epist. 4. Timeo de consulatu, ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quàm inde,si consul factus sit.descensurum.*con. conc.Q.Metel.Ascendi in concionem.in L.Pis.Hic cum ad Padum Placentiæ fortè consedisset,paucis pòst annis in eam ciuitatem ascendit.Horten.Eloquẽtiam,quam tu in cœlum,credo vt ipse cum ea simul ascenderes, sustulisses. ‖pro Sext. Rosc.83. Qui sua virtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum.

* ASCENSIO, onis. *ascensus.* de Cla.137. Quorum quidem quæ fuerit ascensio, &c. ex eo existimari potest. *Alij tamen Assensio legunt.*

ADVERB. *Altè*, 10. *famil. Gradatim, in Part. & 2. de Orat. Omninò non, De Senect. Sensim, in 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Ascendere in concionem, in cœlum & cœlum, tanquam gradibus. Ad nauiculam ascendere. In diuersam partem sol ascendit. Crescere, ascendere, in altiorem locum peruenire virtute. Ascendere ad honores, in equum,in summum ciuitatis locum.*

ASCENSVS, sus. *Ascensio.* pro Dom.54.Homines audaces ab eius templi aditu atq; ascẽsu repulisti.6. in Ver. 51.Ipse in oppidum accedere noluit,quod erat difficili ascensu atque arduo. de Ar. 43.Atque hic ei gradus ad rempublicam, hic primus est aditus & ascẽsus ad popularem iactationem. 3. de Legib. 7. Ollisq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto. 1.de Orat. 261.Neque is consistens in loco,sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo.' * Hoc illis *animis* faciliorem ascensum & reditum in cœlum fore.

☞ Syntaxis. *Aditu & ascensu templi pellere aliquem.Oppidum arduo ascensu. Hic primus gradus, aditus, & ascensus ad honores. Ingredi arduo ascensu.*

ASCIA, ascię *dolabra,instrumentum quo ligna dolantur,& poliuntur.* 2. de Leg.59. Hoc plus,inquit, ne facito rogum,ascia ne polito.

ASCISCENDVS, a, um, *ascribẽdus.* pro Arch. 4. Aliquem non modò non segregãdum,cùm sit ciuis,à numero ciuium, sed etiam si non esset, ascisc*endum esse.

¶ *Comparandus.* pro Dom.95. Nihil vnquam de me dixi sublatius ascisc*endæ laudis causa.

ASCISCO, scis. *appeto. approbo.*1.de Finib.23.Natura ipsa, vt Epicurus,ascisc*it, & reprobat,*id est,voluptatem & dolorem.*2.de Leg. 20. Alterum quod interpretatur fatidicorum effata incognita, cùm senatus populusq; asciuerit. 2. de Nat. 7. Hos augures ne ipsæ quidem fabulæ asciuissent,si res omnino repudiarent.

¶ *Ascribo, adiungo, adscio, annumero, seligo.* 2.I.C.8. Omnes perditos ad hoc incredibile sceleris fœdus asciuit.de Amic.50.Bonos boni diligunt ascisc*untq; sibi,quasi propinquitate coniunctos.pro Dom.92.Sed tamen ego mihi sororem virginem ascisc*o:tu sororem tuam virginem esse non siuisti.I. P.25. Me patronum vnum asciuerant.

¶ *Retineo comparo.* ad Brut.ep.16.Qui tyranni nomen asciuit sibi. de Cl.267. Is quæ clarorũ virorũ esset, non dubitabat ascisc*ere. Epist.lib.5. ep. 10. Viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipsi sibi asciuerunt, amplius sexaginta. Ora.25. Asciuerunt apsum suis auribus opimum quoddam dictionis genus pro Cor. 21. Innumerabiles aliæ leges sunt latæ: quæ Latini voluerunt, asciuerunt.6.in Verr.21.Asciuerunt sibi illud oppidum piratæ.de Cla. 209. Idcirco hanc consuetudinem libenter asciuimus.

¶ *Tribuo, arrogo.* pro Dom.97.Neque istam mihi ascisc*o sapientiam, quam nonnulli in me requirebant.1.de Orat. 87. Eos expertes esse illius prudentiæ quam sibi ascisc*erent.

ASCISCOR, ris. *appetor.* 3. de Finib.70. Minimè verò probatur huic disciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam aut iustitiam propter vtilitates ascisc*i aut probari.1.de leg.31.Id enim vt suauitate delectans,sic ab errore mentis tanquam salutare aliquid ascisc*itur, similiq; insc*itia mors fugitur,vita expetitur.

¶ *Aduocor, excipior.* pro Cor.27. Omnes mutare ciuitatem possunt, modò ascisc*atur ab ea ciuitate.

ASCITVS, a, um. *assumptus, habitus, deductus.*de Ar.27.Sacra ista ascitaex Phrygia fuerunt 7.in Verr.186. Sacra Cereris à Græcia ascita & accepta. Cor. Nep. in vita Att. Illa, quæ natura prima sunt ascita,natura diligimus.

¶ *Acquisitus.*Cor.Nep.in vita Att.Amitti ciuitatem Romanam, alia ascita.

*Expetitus.*5. de Finibus 17. Alij censent primum ascitum doloris vacuitatem, primum declinatum dolorem.

¶ *Alienus,fictus,adulterinus,simulatus.* Cor Nep. in vita Attici. Vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse:non ascitum.

ADVER. *vndique pro Cor.*

☞ Syntaxis *Sunt boni in ciuitatem ascisc*endi. Non id ago laudis ascisc*endæ gratia. Natura bonum ascisc*it,malum reprobat. Ad fœdus ascisc*ere bonos. Bonbonos ascisc*unt sibi. Illi tyranni nomen sibi ascisc*et. Hostes asciuerunt sibi oppidum. Id mihi certè non ascisc*o. Ascisc*itur id vt salutare,fugitur mors. Is ascitus à ciuitate: id est, cooptatus: Sacra ascita à Græcia, ex Græcia. Amisit Romam,ascita Alba. Non natiuus, sed ascitus candor.*

ASCITIVS, ij.pro Cœl.23.P.Ascitius reus dictus,adiutor & conscius fuisse, iudicio liberatus.

ASCLEPIADES *medicus & amicus L.Crassi oratoris.* 1.de Or. 62.

‖ Neque verò Asclepiades is, quo nos medico,amicoq; vsi sumus,tùm cum eloquentia vincebat cæteros medicos,in eo ipso quod ornate dicebat medicinæ facultate vtebatur, non eloquentiæ.

ASCRIBO, bis. *adiũgo, assigno, ascisc*o.* ‖ *Diligẽtissimè obseruandus est varius vsus huius verbi,& vt singula cũ quibus nominibus iungitur trita sunt consuetudine animaduertenda, & recipienda, potius,quam ad rationis iudicium reuocanda; dixit enim Cicero ascribere aliquem in ciuitatem,ciuitati,& in ciuitate, in amicitiam nunquã in amicitia, aut ad amicitiam, ascribere ad iudicium suam sententiam, & iudicio, ad numerum & in numerũ,omnia in subiectis exẽplis facile perspicies.* Att.lib.14.ep.20.Gaudeo quòd vulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus.pro R.P.1.Ascribe ad iudicium tuum meam quoque sententiam. de Opt. 16. Qui Thucydidem laudanit,ascribet suæ nostram sentẽtiam. Qu.fr.lib.1.epist.1.Hunc ad tuum numerum libenter ascribito.2.de Orat.264. Et ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum. 2. I. A. 34. Tu verò ascribe me talem in numerum.5.Tusc.63.Vtinam ego tertius vobis amicus ascriberer.3.Offi.45.Tyrannus petiuit vt se in amicitiam tertium ascriberent. pro Dom. 116. Hic non est ausus nomen suum emptioni illi ascribere.6.I. A.13. Altera statua ab equitibus Rom. equo publico, qui idem ascribunt patrono.Atti. lib.6.epist.2.Qui ad Statium adscripserit,nescio. pro Cor.20.Ascribere pœnam fœderatis.2.de Leg.11. Ostenderunt ea se scripturos atque laturos,quibus ascriptis susceptisq; beatè viuerent.5.I.V.154.Iam hoc quidem non reprehẽdo,quòd ascribit Accensus.

¶ *Accentum refero, tribuo.*1.de Diuin.29.At illud minimè fuit auguris quod ascripsit, ob eam causam pop. Rom. calamitatem cepisse. 3. de Nat.89. Bonos exitus bonorum ascribimus attribumúsque sine vlla ratione diis immortalibus.

ASCRIBOR, ris. *annumeror, collocor.* de Arusp.57. In certam sedem ciuitatis ascribimur.

☞ Syntaxis. *Bona Deo ascribas. Ad iudicium tuum meam sententiam ascribe. Ascribe me tibi socium,ad tuum numerum,in numerum. Ascribi in certam ciuitatis sedem.*

ASCRIPTITIVS, a, um. *ascriptus.*3. de Nat.39. Quosdam quasi nouos & ascriptitios ciues in cœlum receptos fuisse.

ASCRIPTOR, oris. *qui in exemplum ducit scripta. Secundum quosdam idem est,quod subscriptor, qui & causidicus est causam adiuuans.* Postquam.in Sen.24. Itaque is fuit non modò salutis defensor, verùm etiã ascriptor dignitatis meæ.Postq.in Sen.8. Cùm eum in me restituendo autorem fuisse ascriptoremq; videatis. pro Do.49.Ille nouitius Ligur venalis ascriptor tuus & subscriptor.

☞ Syntaxis. *Et defensor, & ascriptor dignitatis alicuius. Autor & ascriptor. Ascriptor tuus, & subscriptor.*

ASCRIPTVS, a, um. pro Arch.8. Qui cum ascriptum Heraclien sem dicunt. pro Arch. *Ibidem.* Archias Heracliæ ascriptus est. & *Ibidem.* 10. Præsertim cùm in aliis ciuitatibus fuerit ascriptus.& 7. Qui fœderatis ciuitatibus ascripti essent.

☞ Syntaxis. *Ille ascriptus est Basileensis, nummum cius. Ascribi fœderatis ciuitatibus.*

ASCVLANVS, a.um.de Cl.169.pro Font.31.

ASCVLVM, li. *vrbs.* pro Clu.21.de Clar.169.

ASELLVS, li. Attic.lib.1. epist.13. Asellus onustus auro.

ASIA, siæ. pro Flac. 64. Asia vestra constat ex Phrygia, Misia, Caria, Lydia. & *Ibidem.* Asiæ ora maritima. 2. contra Rul. 39. Pergamum, Smyrna, Trallis, Ephesus, Miletus, Cizicus, tota denique Asia. pro Fl. 85. Cùm Asiam prouinciam consulari imperio obtineres. Attic. lib. 5. epi. 21. Ipse in Asiam profectus sum Tharso non. Ian. & ibi de Asia. Attic.

ASIANVS, na, num. *ex Asia.* Attic. lib. 1. epi. 14.

ASIATICVS, a, um. *ex Asia. & ad Asiam attinens.* de Clar. 325. Genera Asiaticæ orationis duo sunt, &c. pro Pomp. 19. Asiaticæ pecuniæ. de Cl. 52. Asiatici oratores non contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, sed parum pressi & nimis redundãtes. Orat. 27. Inclinatè vlulantiq; voce Asiatico more canere. 3. de Ora. 40. De Asiaticis & Atticis. ‖ pro Pom. 19. Deinde quòd nos eadem Asia atque idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit, &c.

ASINVS, ni *notum animal, contumeliosè Asinus dicitur & homo segnis.* 2. de Nat. 159. Longum est multorum persequi vtilitates & asinorum. in Piso. 73. Quid nunc te asine literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus.

Ἀσώματον, *sine corpore, expers corporis.* L. DEVS.

ASOTVS, *prodigus, effusus.*) (*acerbus.* 2. de Fin. 22. Atqui reperiemus asotos, ita non religiosos vt edant de patella. 2. de Fin. 23. Asoti mundi, elegantes optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione. 3. de Nat. 77. Posse asotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schole exire.

✠ *ADIVNC. Acerbi, 1. de Nat. Iucundi, elegantes, non religiosi, 1. de Finib.*

ASPECTABILIS le, *quod sub sensum oculorum cadit, visibile dicũt.* de Vn. 11. Corporeum & aspectabile, itemq; tractabile omne necesse est esse, quod natum est & 9. Deus animal vnum aspectabile, in quo omnia animlia continerentur, effecit.

ASPECTO, as. *intueor, aspicio.* pro Pl. 101. Quid me aspectas? quid mea promissa repetis?

ASPECTVS, ctus. *acies, quod visum appellant.* 2. de Nat. deor. 142. Oculi aspectum, quò volunt, Facilè contorquent. de Pro. 38. Referre aspectum aliquò. 3. de Orat. 358. Omnes res quæ sub aspectum veniunt. 1. Offic. 14. Quæ aspectu sentiuntur. de Vniuers. 9. Qua ex coniunctione cœlum ita aptum est, vt sub aspectum & tactum cadat. 2. ad Heren. 9. Aut denique nunquid aliquo sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu, &c. 2. de Nat. deorum. 158. Pomorum iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam & aspectus. 2. in Ant. 73. Auctionis verò aspectus miserabilis. 2. de Orat. 357. Res cæcæ, & ab aspectus iudicio remotæ. Orat. 228. Idem ad aspectum etiam venustum. pro Syl. 74. Hominum aspectum lucemq; vitare. pro Cec. 45. Aspectus armatorum ad vim faciendam valet, incursus & impetus non valebit? de Ar. 8. Qui sacra Bonæ deæ aspectu virili violauit. 2. ad Her. 27. In contentione per distributionem acri & defixo aspectu vti oportet. 3. de Orat. 96. Quæ primo aspectu nos ceperunt. de Clar. 200. Non assidens & attentè audiens, sed vno aspectu & præteriens sæpe iudicat. de Clar. 15. Eorum aspectu omnis cura consedit. 2. de Nat. 9. Primo aspectu inanimum quiddam se putat videre, pòst autem, &c. 6. in Ver. 117. Situs vrbis communitus & præclarus ad aspectum. Quint. de Pet. 1. Vt ea quæ in re dispersa atque infinita viderentur esse, ratione & distributione sub vno aspectu ponerentur. 1. Tusculan. 73. Cùm acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectũ omnino amitterent. 2. de Diui. 92. Illi orbes, qui aspectum nostrum definiunt. Attic. lib. 7. epist. 3. Ex literis tuis hanc primo aspectu voluptatem cepi, quòd, &c.

¶ *Præsentia, conspectus.* Epist. lib. 10. epist. 23. Adducere copias in aspectum hostium. 1. I. C. 17. Alicuius aspectum præsentiamq; vitare. & *Ibidem:* Carere me aspectu ciuium malo. Epist. lib. 4. epist. 9. Noli rempublicam, multis claris viris orbatam, priuare etiam aspectu tuo. 4. I. C. 11. Versatur ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis.

¶ *In aspectum: id est, publicè.* pro Ar. 12. Ex literis aliquid in aspectum lucemq; proferre.

✠ ADIVNCT. *Iucundus, primus, 2. de Nat. defixus, & acer, 3. ad Her. Vnus de Clar.*

☞ Syntaxis. *Contorquere, referre, vitare aspectũ, Sentiri: percipi aspectu. In aspectum venire. Aspectus acer, defixus, miserabilis. Ad aspectum remotum. Sub aspectu cadere. In aspectum adduci, & proferri. Primo aspectu.*

ASPELLOR, leris. 2. Tusc. 25.

Sed longe à Lato numine aspellor Iouis. i. expellor, arceor, Poetæ.

✠ ASPENDIVS, *citharistes.* 3. I. V. 53. ‖ Aspendiũ Citharistam, de quo sæpè audistis, id quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit.

✠ ASPENDVM, *oppidum.* 3. I. V. 53. ‖ Aspendum vetus oppidum, & nobile, in Pamphylia scitis esse, plenissimum signorum optimorum *Ibidem.* Nullum te Aspendi signũ Verres reliquisse, &c.

ASPER, a, um. & Asperior. *scaber, durus, habens aliquid asperitatis. Ea enim aspera proprie sunt, quorum partes alia eminent, altaq; superantur.*) (*lenis. leuis.* 2. de Finib. 76. Sensus iudicat dulce, amarum, leue, asperum, propè, longè, &c. Part. 30. In locis spectatur, leues an asperi, salubres an pestilentes. 4. de Fin. 78. Homo asper & durus oratione & moribus. pro Plan. 40. Homo natura asper & omnibus iniquus. de Cl. 129. Licinius asper, maledicus, genere toto paulò feruidior atq; commotior. pro Mur. 60. Accessit his tot, doctrina non moderata nec mitis, sed paulò asperior ac durior. pro Corn. 22. In periculis & asperis temporibus. Orat. 20. Aspera, tristis, & horrida oratio. * Acad. Quem aspero ore discerpant.

☞ Syntaxis. *Asper homo, oratio, locus, tempus. Asper natura moribus, oratione.*

ASPERE, & Asperius. *durè, seuerè, rigidè, acerbè.* 1. de Orat. 227. M. Cato apud populum Romanum asperè & vehementer est locu✠tus. ‖ Orat. 128. Dicantur in aduersarios aspere. Quint. frat. 2. ep. 3. Marcellinus Pompeium nimis asperè tractat. Atti. lib. 9. ep. 18. Asperius quàm tui patiantur mores, de Dionysio scripsisti. Epi. lib. 1. ep. 5. Acerbè & asperè accusare aliquem. pro Plan. 33. Maledicta in aliquem asperè & ferociter & liberè dicta. pro Plan. *Ibid.* Asperius, inquit, locutus est, &c. imò fortasse liberius.

☞ Syntaxis. *Asperè & vehementer. Nimis asperè. Acerbè & asperè. Aspere ferociter: liberè, dicere, tractare, maledicere.*

ASPERGO, gis. *respergo.* 3. de N. 88. Hostiam immolare noluit, ne arã sanguine aspergeret. 4. ad Her. 61. Quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit.

¶ *Inficio lædo.* In Vat. 41. Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aspergis. pro Pla. 30. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis?

¶ *Attingo misceo.* Ep. lib. 2. ep. 16. Hæc asperſi, vt scires me tamen in stomacho solere ridere. Qu. f. lib. 1. ep. 9. Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc aspergit molestiq, quòd, &c. pro. Clu. 71. Atq; etiam ipse cõditor totius negocij guttam aspergit huic Bulbo. pro Mur. 66. Si illius comitatem facilitatemq; tuæ grauitati & seueritati asperseris.

¶ *Tribuo.* pro Cecin. 17. Ebutio sextulam aspergit: *id est, hæredem fecit ex sextula.*

ASPERGOR, ris. *admisceor.* in Vat. 15. Nequa ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur. pro Cor. 56. Idcirco illa in omni parte orationis sua arte aspergi videbatis. Or. 87. Huic generi orationis aspergentur etiam sales,

ASPERSVS, a, um. *sparsus, inspersus, iniectus.* 1. de Diu. 23. Aspersa temerè pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere possunt fortuita.

¶ *Fœdatus, notatus, affectus.* 2. in Ant. 91. Senatusconsulta quasi fuligine aspersa. Epist. lib. 6. ep. 6. Eodẽ fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. pro Cæl. 23. Qui istius facti nõ modò suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus

✠ *ADVERB. leuiter, 6. Fam. Temerè, 1. de Diuin.*

☞ Syntaxis. *Aspergere lingua, laudatione, maculis. Aram aspergere, splendorem, sextulam. Aspersi sales: Fuligine senatusconsulta aspersa. Aspergere alicui labeculam, sextulam.*

ASPERITAS, tis. *salebra.* 2. de Nat. 98. Saxorum asperitates, impendentium montium altitudines. 9. I. A. 2. Asperitas viarum. 1. de Ora. 3. In his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis obsequar studiis nostris. 2. de Ora. 212. Oratio in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate condìtur.

✠ *ADIVNCT. Iudicialis, 2. de Orat. Rustica, 3. de Orat.*

☞ Communitas abstracti. *Asperitas saxorum, viarum, rerum, contentionis.*

ASPERNATIO, onis. *contemptus, contentio.* 4. Tusc. 32. Perturbationes animi ex aspernatione rationis eueniunt.

ASPERNOR, aris. *respuo, refuto, recuso, repudio, reijcio, fugio, abhorreo.* pro R. P. 44. Quam virtutem non modo aspernari ac refutare, sed etiam complecti & augere debetis. pro Cl. 47. Seruus sermonem Fabricij non est aspernatus. 2. de Ora. 154. Philosophiã hæc ciuitas nunquam aspernata est. 6. I. V. 113. Quas illorum querimonias nolite per deos immortales aspernari, nolite contẽnere ac negligere. 3. de Or. 97. Gustatus, quod valde dulce est. aspernatur ac respuit. Attic. lib. 7. ep. 16. Quanquam nõ aspernor Trebatij literas ad Brut. ep. 17. Cicero seruitutem honorificam modò non aspernatur, & Att. lib. 15. epist. 12. Cassius frumentariam rem aspernãbatur. Qu. fr. lib. 2. epi. 11. Focos autem illius de sua egestate ne sis aspernatus. pro S. R. 153. Hanc proscriptionem nisi hoc iudicio à nobis reiicitis & aspernamini, videte per deos, &c. pro Sest. 30. Is nunquam ausus esset equitum Romanorum preces aspernari. pro Clu. 194. Cuius furorem deos immortales à suis aris aspernatos esse confido. de Fat. 47. Dicere aliquid quod omnium mentes aspernẽtur ac respuant. In Pisonem. 45. Nemo ciuis est, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione deniq; ipsa consulatus tui perhorrescat. Epistol. lib. 2. epistol. 1. Præsertim si in

eo genere

eo genere studium meũ non aspernabere.5. Tusc.91.Quos enm tristiores vidisset, x x x. minas accepit,ne aspernari regis liberalitatem videretur. 2.de Fin.31. Appetere voluptatem.)(*aspernari dolorem.* Attic.lib.13.epist.37.Vtrum apertè hominem asperner ac respuam,*ὑ αυσλώις ἀπ α]αις.* 1.de Fin.15. Et tamen à philosopho,si afferat eloquentiam, non asperner:si non habeat, non admodum flagitem.L. MALEFICVS. *in L.Pis. Qui colore ipso ✠patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen. ‖ Epist. lib.4.epist.9. Vide ne superbi, sit aspernari eiusdem liberalitatem & lib.5. epist.12. Ea si me tibi vehementius commendabit ne aspernere.

☞ Syntaxis. *Aspernari virtutem. Ab aris Deus aspernatur. Animo aspernari. Non aspernor. Aspernor, & respuo, aspernor, & refuto: reijcio, & aspernor.*

ASPERSIO,onis.*respersio.*2.de Leg.24. Nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur. & 1. de D.23. Aspersione fortuita.

✠ADIVNC. *Fortuita.1.de Diu.Sumptuosa.2.de leg.*

ASPICIENDVS,a,um. de Clar.12. Tanquam ad aspiciendam lucem esse reuocatum.

ASPICIENDI,1.de Ora.161.Sed ea cum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit.

ASPICIO, cis. *conspicio,tueor, intueor, contueor, aspecto, in aliquem oculos conijcio,alicuius in vultu habitant oculi mei,obtutum in aliqua re figo.*1.de Ora.161. Sic euoluit oratio,vt eius vim & incitationem aspexerim,vestigia ingressumq; non viderim.3.de Or.122. Hoc cernes,si modò aspexeris.3.I.C.13.Illi inter se furtim nonnunquam aspiciebãt.pro Syl.74.Aspicite,ipsum contuemini os. de Arusp.2.Sed vecors repentè sine voce constitit:deinde respexit,& simul ad Cn.Lentulũ Cos.aspexit, concidit, in curiæ penè limine.1.de Diu.73.Respexitq;,& equum alacrem lætus aspexit. pro S. R.63. Propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit. 2.I.A.76.At etiam aspicis me,& quidem vt videris irarus. *con. CAnton. Cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo sine luctu aspicere posset.de Arusp.33.Aspicere vrbem.

ASPICIOR,ris. de Ar.8. Sacra, quæ viri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est.

✠ADVER. *Furtim,3.Cat.Strictim,*1.*de Orat.Decorè.* 1. *Offic.*

☞ Syntaxis. *Aspicere vestigia, lucè. Inter se aspicere, & ad aliquem. Si modo aspexeris. Aspice,contuere. Aspici oculis.*

ASPIRATIO,onis.*exhalatio.*1.de Diu.79.Quæ omnia fiunt,& ex cœli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum.

¶ *Spiritus.* Orat.160.Maiores nusquam, nisi in vocali,aspiratione vtebantur.Lege H.

¶ *Spiratio.* 1.de D.130. Vt eius cœli aspiratio grauis & pestilens futura sit.2.de Nat.83.Animantes autem aspiratione aeris sustinentur. *aliàs,aspiratione.*

☞ Syntaxis.*terræ aspiratio, Aeris aspiratio : i.in qua trahitur aer.*

ASPIRANS,tis. *spirans.* 2. de Nat.136. Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant.

✠ASPIRO,as.*nitor, cogito.* ‖ *Quis non mediocriter in bonorũ autorum lectione versatus non putet, Aspiro idem valere Quod contendo. Etsi nullus id Ciceronis etate hoc verbo significare voluerit,omnes enim peruenire aut accedere exposuerunt.* 1.I.V.20. Nemo ad alienam causam inuitis iis,quorum negocium est,accedere aut aspirare debet.3. in Vetr. 142. Quid enim quisquã ad meam pecuniam me inuito aspirat? de Clar.84. Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest:*id est,ad Africani gloriam.*pro Syl.52.Quis tum dicit in campum aspirasse Syllam ? Orar. 139. Sed hæc ad eam laudem, quam quærimus,aspirare non possunt.pro Qu.89.Dixi Romæ domũ fuisse, quò iste ne aspirauit quidem. pro Cec.39. Si mihi ante occurratur, ne non modò intrare, verumetiam aspicere aut aspirare possim.

¶ *Faueo.* I.P.11.Cùm tu non modò ad eum Ciceronem, cui.&c. nunquam aspirasti, sed omnibus consiliis, quæ ad me opprimendum parabantur,interfuisti.4.ad Her.45. Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paululum in reb.difficilimis aspirauit.

¶ *Accedo.*5.Tusc.12.Hæc in oculeum conijciuntur,quò non aspirat vita beata.5. Tusc.27. Occupaui, inquit, te fortuna, atque cepi,omnesq; aditus tuos intercluſi,vt ad me aspirare non posses. Epist.lib.7. epist.10. Subinuideo tibi,vltrò te etiam accersitum ab eo,ad quem cæteri propter eius occupationem aspirare non possunt. 4. in Verr. 76. Quando iste nisi Februario mense aspirabit in curiam?

☞ Syntaxis. *Aspirare ad causam, ad pecuniam, in curiam. In difficilimis rebus aspirare. Aspirare alicui. Aspirare, aut accedere.*

ASPIS,dis.*serpens exiguus,perniciosissimus.* pro R.P.23. Demetrius ✠aspide ad corpus admota,vita est priuatus,& ‖3.de Nat.47.Aspidas crocodilos,&c.2.de Fin.59. Si scieris aspidem occultè latere vspiam,& velle iamprudentem super eam assidere,cuius mors tibi emolumentum factura sit,improbè feceris, nisi monueris ne assideat.

Asnvl& Saturnus, id est immitis,Attic.lib.13.epist.40.

ASPORTANDVS, a,um. 6.I. V.110.Is hoc signum auellendum asportandumq; curauit.

ASPORTATIO, onis.6. I.V.110. Quod eorum demolitio atque asportatio. perdifficilis videbatur.

✠ADIVNCT. *Perdifficilis.6.Verr.*

ASPORTATVS,a,um.3.I.V.53.Signa plaustris euecta asportataq; L. DEPORTARE.

ASPORTO, as. Parad.1. Cæteri ita fugiebant, vt multa de suis rebus asportarent.

☞ Syntaxis. *Asportare & auellere. Euehere & asportare. Multa de suis rebus asportare.*

ASSA,orum. *cella in balnearijs vbi tantùm sudant, non etiam lauant: idcirco Seneca sudatoria vocat.*L. BALNEARIA.

ASSECLA,clæ. *assectator.* Attic. lib.6.epist.3. Qui potentissimorum contumaciam non tuli,ferrem huius assecla? 2.de Diu.79. Cæsar Troginorum tetrarchiam Deiotaro eripuit, & assecla suo Pergameno nescio cui dedit. in Sal.21. Tu omnium mensarum.assecla.3. in Verrem.65. Legatorum assecla. *pro C. Cornel. 2. Pauci assentatores eorum atque assecla subsequantur.

✠‖5.In Ver.34.Ab assecla tuis quadrupli condemnari.

☞ Syntaxis. *Assecla, pro familiari & amico:translatione. Mensarum assecla.*

ASSECTATIO,onis.pro Mur 70.Tenues homines,&c. habent hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem, Qu. de Pet.27. Sed quoniam assectationis mentio facta est,id quoque curandum est,vt,&c.

ASSECTATOR,oris.*assecla.* pro Cor.62.Cum ducibus ipsis,non cum comitatu assectatoribusq; confligant. 4. I. V.29. Quidam assectator ex numero amicorum. Qu.de Pet.27. Tertia est hoc genere assidua assectatorum copia.

✠ADIVNC. *Vetus,4.Ver.*

☞ Syntaxis. *Comitatus & assectatores.*

ASSECTOR, aris.1.de Orat.239. Cum ædilitatem P. Crassus peteret, eumq; Seruius Galba assectaretur,&c.

ASSENSIO, nis. *assensus,approbatio,plausus, applausus.* de Cl. 114. Orationis genus exile, nec satis populari assensioni accommodatum.4.Acad.37.Nunc de assensione atq; approbatione,quam Græci *συγκατάθεσιν* vocant, pauca dicemus. de Cl. 289. Crebræ assensiones, multæ admirationes. 1.de Inu.51. Inductio est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem eius qui cum instituta est. & *Ibid.*48.Iudicatum est, res assensiones aliquorum comprobata.

¶ *Prosequutio naturalis rei proficuæ.* de Fat.42. Assensio fieri non potest, nisi commota viso.& *Ibid.*Assensio fieri nõ potest, nulla vi extrinsecus excitata. & *Ibid.* Appetitum sequitur assensio & actio. *Ibid.*de assensionibus multa.

✠ADIVNC.*Crebræ,popularis,de Clar.falsa.3.de Finib. Firma & constans voluntaria.* 1. *Acad.firmæ veræq;. de Vniuer. Imbecilla.* 4.*Tuscul.nec tacitæ nec occultæ pro Mil.*

☞ Syntaxis. *Assensio popularis,crebra. Assensio & comprobatio. Assensio commota viso.*

ASSENSOR, oris. Epist. lib.6. epist.21. Quotidie commemorabam te vnum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem.

ASSENSVS,a,um.4. Acad.99. Sapiens multa sequitur probabilia,non comprehensa, neque percepta, neque assensa,sed similia veri.

ASSENSVS,sus. *assentio, approbatio.* Acad. quæst. li.4..94.Assensum à certis & illustrioribus cohibere. Academicarum quæst. lib.4.57. Assensum retinere.4.Academ. 39.Quare qui aut visum, aut assensum tollit, is omnem actionẽ tollit è vita. 4. Academ. Præsertim quum ipsi dicatis sapientem in furore sustinere se ab omni assensu, quia nulla in visis distinctio appareat.4. Academ.quæst. 108. Assensu suo comprobare aliquid. 2. de Natu. deor.4. Quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius : Aspice hoc sublime, candens, quem inuocant omnes, Iouem. 2. de Clar. 185. Vulgi assensu, & populari approbatione iudicari solet.4. Acad.108. Assensus lubricos sustinere.4. Acad. 104. Assensus sustinere sapientem dupliciter dicitur.3.de Fin.31. Obsistere visis, assensusq; suos firmè sustinere.

☞ Syntaxis. *Lubricus assensus. Assensum cohibere, tollere. Assensu suo comprobare. Vulgi assensu iudicare. Sustinere se ab omni assensu.*

ASSENTANDI.2.de Ora. 122. Dicam enim non reuerens assentandi suspicionem.

ASSENTATIO, onis. *adulatio,blanditiæ,blanda vanitas,blandum mendacium.* pro Cl. 36. Is se blanditiis & assentationibus in Asinij consuetudinem penitùs immersit. Attic. libr.13. epistol.28. Quàm enim turpis est assentatio ? cùm viuere ipsum turpe sit nobis. Qu.fr.lib.1.epist.1. Græci diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. de Amic.98. Semper auget assentatio id

quod

quod is cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. de Amic.62. Beneuolentiam ciuium blanditiis, & assentationibus colligere turpe est. & 91. Assentatio vitiorum adiutrix procul amoueatur.

✠ ADIVNC. *Adiutrix vitiorum, Callida, faceta, molesta, non digna homine, pernitiosa, de Amic. Nimia, Epist. ad Brut. Turpis,* 1. *Attic.*

☞. Syntaxis. *Assentatio turpis: adiutrix vitiorum. Assentationibus se immergere. Ad assentationem erudire. Blanditiæ & assentationes.*

ASSENTATIVNCVLA, læ. Epist. lib.5. epi.12. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.

ASSENTATOR, oris. *ad voluntatem dicens.* 1. Offi.91. Cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures. & 42. Pernicioſus assentator. de Am.94. & 95. Assentator ad alterius non modò sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur.. 5. Tusc. 61. Quidam ex eius assentatoribus Damocles, &c. 2. Offic.6 2. Assentatores populi, multitudiniſq; leuitatem voluptate quasi titillantes. I. P. 70. Græculus assentator. 3. de Ora.115. & Top.83. An aliquid interſit inter assentatorem & amicum. pro Cecin.14. Assentator mulierum.

✠ ADIVNCT. *Pernicioſus,* 1. *Offic.*

☞. Syntaxis. *Assentator pernicioſus Græculus. Assentator populi. Assentator titillans multitudinis leuitatem.*

ASSENTATORIE. Qu. fr. lib.2. epist.14. Dubitare te non assentatoriè, sed fraternè veto.

ASSENTATVS, a, um. 4. Acad.45. Vt nihil nobis assentati esse videamur.

ASSENTIENDO. 1. de Diu. 7. Omnibus in rebus temeritas in assentiendo errorq; turpis est.

ASSENTIENS. 2. de Diui. 104. Ennius, qui magno applausu loquitur essentiente populo.

ASSENTIO, tis. *Assertione approbo, assentior, cum aliquo sentio, concedo.* Att. lib.9. epist.11. Assentio tibi, vt in Formiano potissimùm commorer. Epist. lib.1. epi.1. Nam aduerrebatur Pompeij familiares assentire Volcatio. 1. Offic.18. Cauendum est, ne his rebus temerè assentiamus.

☞ Syntaxis. *Assentire alicui. Temerè assentire. In assentiendo turpis temeritas.*

ASSENTIOR, ris. *assentio, conuenio, probo, blandè mentior, cum aliquo sentio, plaudo, audio, in sententiam alicuius eo, vel discedo, vel*

✠ *discessionem facio,* ‖*monendi hic sunt iuniores, ne cum exprimere volunt aliquē approbare alicuius sentētiam, Consentire dicant (vt multi) sed assentiri, sic enim optimi auctores loquuti sunt.* 1. de Orat. 214. Tibi senatus breuiter impoliteq; dicenti maximis est de rebus assensus. Attic. lib.16. epi.14. Is in Casca mihi valde assensus est. pro Cor.61. Neque me dissensioni meæ pristinæ putaui potius assentiri, quàm præsentibus reipubl. temporibus & concordiæ conuenire. 1. de Orat.126. Illud verò quod à te dictum est, esse permulta, &c. valde tibi assentior. 3. de Nat.64. de quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo autem quid tibi assentiar. 3. de Orat.182. Namq; illud assentior Theophrasto, &c. 1. de Orat.35. Tum ille, Cætera inquit assentior Crasso. Attic. lib.7. epist.13. Item, De Venonianis rebus tibi assentior. & lib.7. epist.1. Catoni assensus est Fauonius. & Epist. lib.1. epist.1. Huic assentiuntur reliqui consulares. Attic. lib.7. epist.3. Habet enim res deliberationem, etsi ex magna parte tibi assentior. 4. Aca.68. Vitiosum est assentiri quicquā falsum. ad Bru. ep. prid. In.2. Primo acerbissimè tulit Seruilius, assensum esse mihi de Plāco. Epi. li.1. epi.2. Bibulo assensum est de tribus legatis. * de Consolat. Assentiamur eorum sapientiæ. Epist. lib.2. epist.15. Assensus est ei.

✠ ADVERB. *Apertè,* 1. *fam. Arroganter,* 2. *de Inuent. Certè,* 1. *de Nat. Facilè,* 11. *Att. Falsò,* 3. *de finib. frequenter,* 10. *fam. Imbecillius, Omninò, temerè, vehemēter,* 4. *Acad. Libenter.* 11. *Phil. Paulùm, de Clar. planè,* 9. *fam. prorsus,* 4. *Attic. Rectè,* 1. *de Inuen. Valdè.* 16. *Attic.*

☞ Syntaxis. *Assentiri alicui de re aliqua. Quid tibi assentiar? Assentitur omnia. Valde, id est, ex magna parte assentiri.*

ASSENTOR, atis. *adulor, blandior.* de Cl.296. Hæc germana ironia est, cur ita sentiam non dicam, ne me tibi assantari putes. Epist. lib.9. epist.12. Et tibi assentantur tandiu dum ades. de Amic.97. Qui ipse sibi assentatur. Attic. lib.8. epist.9. Non sum veritus, ne viderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. de Am.94. Postremò imperauit egomet mihi assentari omnia.

☞ Syntaxis. *Assentari alicui. Assentari omnia.*

ASSEQVOR, ris. *consequor, nanciscor.* 3. de Nat.38. Ratione vtimur ad eam rem, vt apertis obscura assequamur. pro Pl.60. Eosdem fumus honorum gradus, quos illi assecuti. Posteq. ad Quir. 5. Vestros deniq; honores, quos eramus gradatim singulos assecuti. I. P. 2. Assequi omnes magistratus sine repulsa. de Amic. 29. Vt amicitia sit, per quam quisque assequatur, quod quisque desideret, de Ar. 18. Nemo illorum prudentiam, non dicam assequi, sed quanta fuerit perspicere potest. Epist. lib.1. epist.7. Itaque omnia quæ ne per populum quidem sine seditione se assequi arbitrantur, per senatū consecuti sunt. pro Pla.90. Nunquam ego mortem potius, quàm immortalitatem assecutos

✠ putaui. ‖1. de Legib.7. Eum tamē velle duntaxat imitari quem si assequi posset aliquantum, tamen ab optimo abesset. 1. de Orat. 133. Vt ne plus assequamur quam quātulum tu in dicendo assecutus es.. *Ibidem.*134. Nemo vnquam assequetur. 2. de Diuin. 12. Coniectura assequetur. 1. de Ora. 136. Quod neque precibus vnquam nec insidiando, nec speculando assequi potui. Attic. lib.3. epist.5. Ad te quid scribam, nescio: si enim es Romæ, iam me assequi non potes: sin es in via, cum eris me assecutus, coràm agemus. 2. de Nat.51. Augescantq; & pubescant, maturitatemq; assequantur.

¶ *Obtimeo.* 1. Offi.110. Nihil sequere, quod assequi nequeas.

¶ *Intelligo.* Atti. li.11. epi.4. Non assequor, vt sc. tibam quod æquo animo legas. Attic. li.7. epist.13. Coniectura vel suspicione assequi aliquid. 4. I. V. 181. Assequor, *παρέλκων.* Item: Nihil horum inuestigari, nihil assequi poterit. de Am.19. Hos viros bonos appellandos putemus, qui assequuntur quantum homines possunt. 2. de Inuen. 139. Vt essent non qui scriptum suum recitarent, &c, sed qui cogitationem assequi possent.

¶ *Teneo.* 1. Tusc.94. Senectus non in cursu à tergo insequens, nec opinantes assecuta est.

¶ *Æquo.* Epist. lib.6. epist.4. Beneuolentiam tuam erga me imitor, merita non assequor. 4. ad Her.29. Vt longitudo aut plenitudo harum, multitudinem alterius assequatur & exequet.

✠ ADVER. *Ampliùs, pro Plan. celeritèr maturitatem,* 2. *de Orat. Facilè,* 16. *Attic. &* 12. *Attic. Gradatim postqu. ad Quir. Optimè, de Vniuer. Prudentiùs,* 2. *de Diu. Subtilius, ad Brut. epist.* 15.

☞ Syntaxis. *Assequi magistratus, merita, cogitationem. Assequi per amicitiam, per populum. Insequitur, & assequitur tandem. Assequor, & exæquo.*

ASSERO, seris. *affirmo, vendico.* 3. Offic.55. Qui proscribunt villam (vt ipsi asserunt) bene ædificatam.

ASSEROR, ris. pro Fl.40. Cùm in causa liberali, eum qui asserebatur, cognatum suum esse diceret.

☞ Syntaxis. *Absolutè, vt asserunt. Assero de hac re. Ille asserebatur.*

ASSERTIO, onis. 1. Aca.44. Academici censent nihil oportere, neque profiteri, neque affirmare quenquam, neque assertione approbare, &c. L. PRAECVRRO & SVSTINEO.

ASSERVATVS, a, um. pro Arch.9. Cum Appij tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur

ASSERVIO, seruis. *servio.* 2. Tusc.56. Qui volūt exclamare maius, toto corpore contentioni vocis asseruiunt.

ASSERVO, vas. *adservo, servo.* 5. in Verrem.55. Tum iste imperat, dum res iudicaretur, hominem vt asseruarent: cum iudicatum sit, ad se adducant.

ASSERVOR, aris. 1. I. C.19. Domi meæ te asseruari rogasti. 7. I. Ver. 76. Asseruari priuatis custodiis.

☞ Syntaxis. *Asseruare hominem, asseruari custodijs, domi.*

ASSESSIO, nis. Epist. lib.11. epist.27. Oblitúmne me putas, qua celeritate ad me Tarento aduolaris: quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio, &c.

ASSESSOR, oris. *quasi secundarius iudex, qui iuris dicendi causa principi iudici assidet.* 1. de Diuinat.95. Lacedæmonij regibus suis augurem assessorem dederunt.

ASSEVERANTER. *affirmatè.* Attic. lib.15. epist.19. Qui Cicero valde asseueranter cum eo locutus est. 4. Acad.60. Hæc Antiochus ferè, & Alexandriæ tum, & multis annis pòst, multo etiam asseuerantius in Syria.

ASSEVERATIO, nis. Attic. lib.13. epist.29. Omni asseueratione tibi affirmo. quod mihi credas velim, maiori offensioni esse, quàm delectationi possessiunculas meas.

ASSEVERATVR, *affirmatur.* 4. in Verr.26. Vtrum asseueratur in hoc, an tentatur?

ASSEVERO, as. *affirmo.* 2. de Nat.94. Isti quemadmodum asseuerant ex corpusculis mundum esse perfectum. 4. Acad.35. Nemo vlla de re potest contendere neque asseuerare, sine aliqua eius rei, &c. certa & propria nota. 4. I. V. 61. Asseuerat se eius rei in primis actionem esse darurum. de Cl. 208. Magni interest coram videre, quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret. pro Cluen. 72. Is pulchrè asseuerat, se, &c. de Clar. 292. Bella ironia, si iocaremur: sin asseueramus, vide, &c. Or. 237. Hoc meum iudicium, de quo hoc libro tantoperè asseueraui. Attic. lib. 10. epist. 16. Asseuerare aliquid firmissimè. 2. I. A. 80. Idq; se facturum asseuerauit.

✠ ADVERB. *Firmissimè,* 10. *Attic. Pulchrè, pro Cluent. tantoperè, Orat.*

☞ Syntaxis. *Asseueratur in hoc. Asseuero de his rebus. Pulchrè asseuerat se, &c. Sin asseueras.*

ASSIDENS, tis. de Clar.100. Itaque intelligens dicendi existimator, non assidens & attentè audiens, sed vno aspectu & præteriens de oratore sæpe iudicat.

ASSIDEO, des. *assisto, propè sedeo.* 4. in Ver.83. Sthenius est is qui nobis assidet, Thermitanus.6.in Ver.138. Nos rogatu magistratus assedimus. I. P.80. Cùm Cn. Pompeius P. Lentulo frequens assideret. Att.li.1.epist.11. Mihique vt assedit, dixit, &c. Att. lib.5. epist.21. Assident, subducunt ad nummum. conuenit.1.in Catil. 16. Consulares simul atque assedisti, partem istam subselliorum vacuam reliquerunt. 2. de Diu.8. Tum in bibliotheca, quæ in Lycæo est, assedimus.2.de Orat.224. In Tiburti fortè assedimus ego & M.filius. pro.Sext.Rosc.60. Peroravit, aliquando assedit, surrexi ego. Ora.129. Curio cum cœpisset respõdere, subitò assedit.7.in Ver.111. Cum lachrymans in carcere mater noctes diésque assideret. 1.de Ora.102. Irrisi semper eorum hominum impudentiam, qui cùm in schola assedissent, ex magna hominum frequentia dicere iuberent, si quis, &c. pro Planc.10.28. Macedones huius repentino periculo commoti huic assident. i. *assistunt.* 2.de Fin.59. Si scieris imprudẽtem super aspidem assidere velle, improbè feceris nisi monueris.

✠ ADVERB. *Fortè, 2.de Orat. Simulatque, 1.In Cati. Subitò, Orat.*

☞ Syntaxis. *Assidere alicui. Assidebant multi. Assidere à bibliotheca, in Tiburti.*

ASSIDO, dis. *consido, consedeo, sedeo.* 1.Acad.14. Et simul assidamus, inquam, si videtur.

ASSIDVE & Assiduissimè. *continenter, vsque assiduus, totos dies, quotidie, omni tempore, dies atque noctes, diem & noctem, nullo puncto temporis intermisso.* de Cla.316. Assiduissimè mecum fuit Dionysius Magnes. Epist. lib.5. epist. 15. Literæ credo quibus assiduè vtor. pro Mil. 119. Voces quas audio assiduè, & quibus adsum quotidie. Postq.ad Quir.4. Sic omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta delectant.4.ad Her.69. Vt frequẽter & assiduè consequamur artis rationem.1.de Diuin.74. Gallos gallinaceos sic assiduè castare cœpisse, vt nihil intermitterent.

☞ Syntaxis. *Assiduissimè esse cum aliquo. Frequenter, & assiduè.*

ASSIDVITAS, tis. *perseuerantia, opera quotidiana, diligentia.* 2.de N.deor.99. Sed assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi. Qu.de Pet.3. Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. Attic.lib.2.epist.15. Terentiæ pergrata est assiduitas tua & diligentia. ad Qu.fr lib.1.epi.3. Hortensius summa assiduitate me insidiosissimè tractauit. pro Deiotar.42. Eandemque assiduitatem tibi præbuit postridie. Att.lib.12.epist.32. Medici assiduitas, & tota domus omni genere diligẽs: & lib.16. epist.5. Quintus assiduitate orationis meæ commutatus est totus. pro Sext. Rosc.149. Ipse assiduitate, consilio, autoritate, diligentia perfecit, vt, &c. Epist.lib.7.epist.6. Et quo consilio profectus es, id assiduitate & virtute consequêre. pro Cor.6. Talis eius in rempublic. nostram labor, assiduitas, dimicatio. pro Mur.21. Assiduitatis & operarum harũ quotidianarum putat esse consulatum.

¶ *Frequentia.*2.Off.74. Propter ærarij tenuitatem assiduitatémque bellorum tributum conferre. Epistol.lib.16. epist.25. Noli committere vt excusatione potius expleas officium scribendi, quàm assiduitate literarum. pro S.R,154. Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis amisimus. 4.ad Her.19. Et si vitabimus eiusdem literæ nimiam assiduitatem.

✠ ADIVNC. *Pergrata, 1.Att.Nimia, 4.ad Her.Præclara, frugalitatis, 3.Ver. Quotidiana, 2.de Nat. Quotidiana, & summa, de Pet.Consul.*

☞ Syntaxis. *Assiduitas quotidiana. Assiduitas & consuetudo. Assiduitas & frequentia. Assiduitatem præbere.*

ASSIDVVS, a, um. *frequens, continuus, diligens.* Att.lib.4.epi.8. Audiui Romæ esse hominem, & suis se assiduum. de Sen.56. Bonus assiduus dominus. 1. de Orat.150. Assidua & diligens scriptura. pro S.R.51. Cùm hic filius assiduus ruri esset. pro Cæl.10. Cassius fuit assiduus mecum. de Pet.29. Ipsi recum assidui sint. 3. de Ora.55. Homines labore assiduo & quotidiano assueti. pro Plan. 21. Non enim tribum Terentinam, sed solidam & robustam, & assiduam frequentiam præbuerunt. pro S. R. 51. Hic ruri assiduus semper vixit. & 47. Qui filios suos agricolas assiduos esse cupiunt. 2. de Orat. 162. Magistri assidui vno opere eandem incudem diem noctemq; tundentes. Top. 10. Locuples enim assiduus, vt ait Aelius, appellatus est, ab ære dando. de Cl.18. Flagitator non molestus, sed assiduus tamen & acer.

¶ *Continuus, continens, perpetuus, non intermissus, adiunctus.* Epist. lib.10.epist.21. Frater meus in febriculam incidit assiduam. pro Cl.16. Quotidianæ querimoniæ, assiduus fletus. pro S,R.67. Hæ sunt impiis assiduæ furiæ.

☞ Syntaxis. *Suis assiduus. In prædijs assiduus, ruri. Assiduum & quotidianum. Assidua febris, fletus, furiæ: Illis assiduæ furiæ id est, infestæ semper.*

ASSIGNANDVS, a, um. pro R.P.27. Nec verò id homini tum quisquam, sed tempori assignandum putauit.

ASSIGNATIO, onis, *attributio.* Epist.lib.13.epist.8. Cæsar Syllanas venditiones & assignationes ratas esse voluit.2.contra Rull. 83.4.in Ant.9.& 6.Phil.14. Assignatio agrorum.

✠ ADIVNC. *Firmæ, ratæ, 13.fam. Nouæ, 3.contra Rul.*

ASSIGNATVS, a, um. *attributus.* 5.I.V.61. Hoc quoque attendite, apparitores à prætore assignatos habuisse decumanũ. de Som. 7. Ne munus humanum assignatũ adeò defugisse videamini. I.P.88. Quid per tuum seruulum ordines assignati.5.I.A.54. His que militibus agros ita darent, assignarent, vt quibus militibus amplissimè dari assignati essent.

ASSIGNO, as. *attribuo, tribuo, ascribo.* 3. contra Rul.7. Quis assignauit? quis dedit? quis concessit præter Syllam? Quin.fr.lib.1. epi.4. Amabo te ne hoc sceleri meo potius quàm imprudentiæ assignes, Attic.lib.10.epist.4. Quoquo modo verò se res habeat, nihil assignabis, nec patruo, nec patri.3.cont.Rull.12. Assignare agros colonis.2.I.A.43. Duo millia iugerum, agri Leontini Sext. Clodio assignasti.de Clar.74. Hæc si minus apta videntur huic sermoni, Brute, Attico assigna.1.ad Her.28. Hoc nostris occupationibus assignare debebis. pro Dom.116. Inferiorem ædium partem assignauit suæ genti Clodio. Attic.lib.3.ep.19. Mihique ex agro tuo tantum assignes, quantum corpore meo occupari potest. Attic.lib. 6. epist.1. ὑποψία si perturbatior est, tibi assignatio: te enim sequor σχεδίως * Oecon. 1. Hunc sexum custodiæ & diligentiæ assignauerat natura.

ASSIGNOR, ris. *tribuor.* Epi.li.6.ep.7. De quo quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. Epist. lib.11. epist.20. Aequaliter aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Epist.lib.10.epist.18. Hoc omne assignatum iri pertinaciæ meæ videbam. * pro A. Gabin. Si quid est commissum, id non imprudentiæ, sed perfidiæ assignari solet.

✠ ADVERB. *Aequaliter, 11.fam.publicè, 2.Cont.Rul. Quoquo versus, 9.Phil.*

☞ Syntaxis. *Assignare tempori, pertinacia, sceleri. Assignare, pro attribuere, & ascribere: in malam partem. Assignatus ager.*

ASSILIO, lis. *aggredior.* 2.de Ora.213. Nec assiliendum statim est, ad illud genus.

ASSIMILANDVS, a, um. 1.de Inu. 42. Simile autem ex specie comparabili, aut ex conferenda atque assimilanda natura iudicatur.

ASSIMILIS, le. *similis.* 2.de N.136. In pulmonibus inest raritas quædam & assimilis spongiæ mollitudo.

ASSIMVLATIO, onis. 4.ad Her.50.

ASSIMVLATVS, a, um. *fictus, simulatus.* pro Cæl.14. Is multos fortes viros specie quadam assimulatæ virtutis tenebat. pro Clu.36. Exitum huius assimulatæ familiaritatis cognoscite. 4. I.V.189. Literæ liturarq; omnes assimulatæ, expressæ de talibus in libros transferuntur.

ASSIMVLO, as. *simulo.* 3.Offi.97. Vlysses furere assimulauit.

☞ Syntaxis. *Assimulatæ virtutis species: Assimulata familiaritas.*

ASSISTO, stis. *assideo, sto, obsto.* 3.I.V.66. Seruis suis imperat Rubrius, vt ianuam clauderent, & ipsi ad fores assisterent. 2. Tusc. 21. Accede nate, assiste, aspice. &c. pro Arch.24. Alexander cum in Sycheo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, &c. 2.de Leg.10. Vt contra omnes hostium copias vnus in ponte assisteret.

☞ Syntaxis. *Assistere ad fores. Absolutè, Assiste. &, Contra hostem assistere.*

ASSOLEO, les. *soleo.* de Am.7. Cum in hortos D.Bruti commentandi causa (vt assolet) venissemus. 2.I.A.82. Deinde (vt assolet) suffragia. 2.de Inu.122. Deinde qui assolent. 2.de Nat.d.10. Senatus ad quos assoleret, referendum censuit.

ASSORINVS, *vel* Asserinus. *ager in Sicilia.* 6.I.V.96.&5. In Ver.47.

ASSORVM *vel* (*vt quidam legunt*) Asserum, *oppidum.* 6.I.V.96.

✠ ASSVEFACIO, cis. *vsu doceo || semper huic verbo iungitur ablatiuus, nunquam datiuus, vt in rencentiorum sermonibus sæpe animaduertimus temerè vsurpatum.* Ep.li.4. epi.st13. Atque orbus iis rebus omnibus, quibus & natura me & voluntas & consuetudo assuefecerat, cùm cæteris, tum ipsi mihi displiceo. de Cla.7. Arma quę tractare cœperam, & quibus me assuefeceram. de Pro.33. Cæsar cæteras nationes imperio Rom. parêre assuefecit.

☞ Syntaxis. *Assuefacere se armis. Nationes parêre assuefecit Cæsar.*

ASSVEFACTVS, a, um. *assuetus.* 3.de Ora.36. Quorum sermone assuefacti qui erunt ne cupientes quidem potuerunt non Latinè loqui. de Cl.213. Curionis patrio instituto puro sermone assuefacta domus. 2.I.C.96. Aliquis scelerum exercitatione assuefactus.

ASSVESCO, scis. *consuetudinem exercitationemq; capio.* 4.Acad.57. Sic tu internoscas, si assueueris. 5 de Fin.5. Vt fremitum assuescere voce vincere. 1.de N.96. Sed assiduitate quotidiana & consuetudine oculorum assuescunt animi. Epist.lib.9.epist.22. Ego seruo & seruabo (sic enim assueui) Platonis verecundiam.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Si assuescas. Assuesce vinci. Assuescere consuetudine.*

ASSVETVS, a, um. *suetus, assuefactus.* pro Pl. 22. Vicinitas non assueta mendacijs. 3. de Orat. 55. Homines labore assiduo & quotidiano assueti.

✠ ASSVM. Epist. lib. 9. ep. 20. Itaque vsque ad assum vitellinum opera perducitur. *alias vitulinum.*

✠ *ADIVNC. Vitulinum, vel vitellinum, 9. Fam.*

ASSVMENDVS, a, um. Or. 209. Genus autem hoc orationis neque totum assumendum est ad causas forenses, neque omnino repudiandum. 1. Finib. 33. Libero tempore, cùm nihil impedit, quo minus, & c. omnis voluptas assumenda est, omnis dolor depellendus.

ASSVMO, mis. *accipio.* 1. de Orat. 170. Neque illum iure ciuili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset. Epist. li. 7. ep. 25. Equidem aliquantum iam etiam noctis assumo. pro Mur. 31. Quam laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. 1. Of. 151. Illinc assumes, quæ ad hunc locũ pertinebunt. 3. Of. 23. Quod alteri detrahat, sibi assumat. 1. de Or. 54. Orator tractationem orationis sibi assumet. At. li. 2. ep. 19. Ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienã assumpsissem. 1. de Or. 217. Si quis in aliqua arte excellens, aliam quoq; artem sibi assumserit.

¶ *Tribuo arrogo.* 1. Of. 2. Si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare. Ep. lib. 1. ep. 9. Neque verò ego mihi postea quicquam assumpsi, neq; hodie assumo, quod quenquã maleuolentissimum iure possit offendere. pro Syll. 84. Ego verò mihi nil assumo, sed, &c. pro Planc. 56. Vt eorum reprehensionem vos vestræ prudentiæ assumere, meæ modestiæ remittere debetis. pro Syl. 85. Dico illud, quod in his causis non autoritati assumo, sed pudori meo.

¶ *Argumentor, colligo, concludo.* 2. de D. 107. Sed cùm bis sumpsit, quod voluit, id tamen assumit, quod concedi non potest. 2. de. D. 109. Assumit autẽ Chrysippus hoc modo: Sunt autem dij, &c.

ASSVMOR. ris. *accipior.* 2. de Or. 163. Argumenta aut ex sua sumi vi, aut assumi foris. Top. 8. Alij loci in eo ipso de quo agitur hærent, alij assumuntur extrinsecus.

✠ *ADVER. Aliundè, foris, 2. de Nat. extrinsecus, 2. de Orat. & Top. posteà, hodiè, 1. Famil.*

ASSVMPTIO, nis. *ratio argumentandi.* 2. de D. 108. Sed demus tibi istas duas sumptiones, &c. Assumptio tamen, quam πρόληψιν Græci vocant, non dabitur. 1. de In. 67. Assumptio est, per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur.

✠ *ADIV. Extrema 2. de In. Infirma, perspicua, 1. de In.*

ASSVMPTIVVS, a, um. 1. de In. 15. Iuridicialis partes sunt duæ: quarum alteram absolutam, alteram assumptiuam nominamus. Assumptiua quid sit, *Ibidem.* Assumptiua pars est, cum pro se defensio infirma est, sed assumpta extranea re comprobatur.

ASSVMPTVS, a, um. *ascitus.* pro Cor. 55. Sacra Cereris assumpta de Græcia. *id est, accepta.* L. ASCITVS. Part. 23. Assumpta verba.

☞ Syntaxis. *Laudem assumere, inuidiam. Illinc assumes quod. Assumptum de Græcia. Sibi assumere. Sacra assumpta, & verba.*

ASSVRGO, gis. *honoris causa surgo.* In P. 26. Nemo tibi in curiam venienti amplius assurrexit.

ASSVRGOR, ris. de Sen. 62. Salutari, appeti, decedi assurgi, &c. 1. de In. 48. Vt maioribus natu assurgatur, vt supplicũ misereatur.

ASSVS, a, um. *torridus, aridus, squalidus.* At. lib. 12. ep. 6. Pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, à te nitidum solem vnctumque repetemus. *Hic animaduertas, dici solem, assum, cum tamen asset.*

ASSYRIA, riæ. *regio.* ‖ 2. de Finibus. 106. Non intelligo cur Aristoteles Sardanapali epigramma tantopere derideat, in quo ille Rex Assyriæ glorietur, omnes secum libidinum voluptates absthulisse.

ASSYRII, orum. ‖ 1. de Di. 2. Principio Assyrij, vt ab vltimis autoritatem repetam propter planitiem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, cùm cœlum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur traiectiones, motusque stellarum obseruauerunt.

AST. Att. lib. 1. ep. 13. Tu crebras à nobis literas expecta: ast plures ipse mittito. 3. de Legib. 8. Ast si quando, &c. *Ibid.* sæpe. Att. lib. 6. ep. 5. Hoc tu indaga, vt soles: ast hoc magis, &c. Ast autem. Cic. apud Priscianum.

ASTANS, tis. *præsens videns.* pro Mar. 34. Non est astantibus omnibus necesse dicere. Postq. in Sen. 25. Astante & audiente Italia tota. de At. 12. Maxima frequentia ciuium astante.

ASTARTE, es. *quarta Venus vocatur.* 3. de Nat. 59.

ASTERIA, riæ. *soror Latonæ.* 3. de Nat. 42.

ASTO. as. 4. I. C. 3. Neque ille, qui expectans huius exitum diei astat in conspectu meo gener.

ASTRICTVS, a, um. Ora. 220. Nec tamen hæc ita sunt arcta & astricta, vt ea cum velimus, laxare nequeamus. 4. Acad. 8. Nam cæteri antè tenentur astricti, quàm quid esset optimum iudicare potuerunt de Cl. 309. Dialectica quasi contracta & astricta eloquentia putanda est. & 327. Verborum astricta comprehensio. 1. de Nat. 18. Non adiutor huic veni, sed auditor, & quidem æquus, libero iudicio, nulla eiusmodi astrictus necessitate, vt mihi velim nolim, sit cetra quædam tuenda sententia. 1. de Or. 70. Poëta numeris astrictior, verborum autem licentia liberior, & 254. Numerus astrictus.](. *numerus solutus.* 1. de Orat. 254. Histtio astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedũ. 2. de N. 136. Aluus tum astringitur, tùm relaxatur. At. li. 6. ep. 2. Tantum abest, vt ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid velim, vt, &c. I. P. 30. Quorum mens erat oppressa præmio, lingua astricta mercede. Parad. 1. Voluptates quibus maximè astricti sunt ‖ ad Quint. Fra. lib. 1. ep. 1. Quòd per se negligeret eas leges quibus est astrictus. de Cl. 40. Aquo est disciplina Lacedæmoniorum astricta legibus.

¶ *Notatus, turpis, infamis.* pro Syl. 82. Homines astricti tanto scelere. I. P. 95. Quis non eos pari scelere astrictos arbitretur.

✠ ¶ *Alligatus.* ‖ 6. In Ver. 92. Quis est hic, qui ad statuam astrictus est. *Ibidem.* 90. Astrictum dedamus.

ASTRINGENS, tis. *particip.* de Na. lib. 2. 138. Astringentibus se, vel relaxantibus intestinis.

ASTRINGO, gis. *alligo, obligo.* ‖ *vsum huius verbi non satis ani-*
✠ *maduertunt, qui datiuo iungunt, cum Cicero, aliique probati auctores. cum ablatiuo coniunxerint vt annotata exempla demonstrabunt.* Att. lib. 10. ep. 6. Quicquid ego astrinxi, ille relaxat. de Pro. 34. Sed tamen vna atq; altera æstas vel metu, vel spe, vel pœna, vel præmijs, vel armis, vel legibus, potest totam Galliã sempiternis vinculis astringere. pro Plan. 74. Et huius tanti Officij seruitutẽ astringam testimonio sempiterno. de Vn. 11. Vinculorum id est aptissimum, quod ex se atque de ijs quæ astringit, quàm maximè vnum efficit. pro Q. 19. Vt eum suis conditionibus in ipso articulo temporis astringeret. 3. de Ora. 171. Astringere orationem numeris. 2. de Leg. 48. Tribus modis astringi sacris hæreditatem. & 49. Quærunt enim qui astringantur sacris. pro Sest. 108. Astringi scelere. 4. I. A. 9. Is magno scelere se astringeret.

¶ *Colligo.* 3. Tusc. 13. Stoici, qui breuiter astringere argumenta solent.

ASTRI'NGOR, ris. *arctor.* de Fat. 32. Hæc arctiùs astringi ratio
✠ non potest. ‖ 2. de Nat. 136. 2. de Leg. 48. 49. de Fat. 32.

✠ *ADVERB. Arctius, de Fat. breuiter, 3. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Astricta & contracta eloquentia, numerus, aluus. Necessitate astrictus, vinculis. Breuiter astringere, arctiùs. Scelere astrictus.*

ASTRO'LOGIA, giæ. *astrorum scientia.* 2. de Diu. 87. Eudoxus in astrologia facilè princeps scribit, Chaldæis in prædictione & notatione cuiusque vitæ ex natali die minimè esse credendum. 1. de Ora. 69. Constat inter doctos, hominem ignarum astrologiæ ornatissimis atque optimis versibus Aratum de cœlo stellisque scripsisse. 1. Off. 19. In astrologia C. Sulpitium audiui-
✠ mus. 2. de Nat. Pro astrologia diuinante. ‖ 2. de D. 88. Panætius in Astrologia excellens.

☞ Syntaxis. *In astrologia princeps. In astrologia audire aliquem. Astrologia diuinans.*

ASTROLOGVS, gi. *interpres astrorum.* 1. de D. 85. Quid astrologus? cur stella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris sit? Saturni Martisve contraria. 4. I. V. 129. Iste nouus astrologus. qui non tam cœli rationem, quàm cælati argenti ducit. 1. de D. 12. Astrologorum prædictiones, 2. de D. 88. Astrologorum prædicta reijcere. L. DESCRIBO.

✠ *ADIVNCTA. Summi, 1. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Astrologorum prædicta prædictiones.*

ASTRVM, stri. *sidus, stella.* 1. de D. 91. Chaldæi in Syria cognitione astrorum antecellunt. de Som. 17. Homines tantummodo annum solis, id est vnius astri reditum metiuntur. 1. Tusc. 63. Et astra suspeximus, tum ea quæ sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia. de Vn. 30. Has igitur ob causas nata astra sunt. 7. I. V. 27. Notare initium veris non ab aliquo astro. At. li. 1. ep. 21. Ex astris cadere. 1. Acad. 26. Quintum genus è quo astra sunt. 2. de N. 117. In aëre autem astra voluuntur, quæ se & nixu suo conglobata continent, & forma ipsa figuraq; sua
✠ monumenta sustentant. ‖ de Vniu. 38. Atque qui rectè & honestè curriculum viuendi à natura datum confecerit ad illud astrum quo cum aptus fuerit, reuertetur. 2. de Natur. 41. Astra oriuntur in ardore cælesti, *Ibidem.* 19. Cursus astrorum dispares conseruari &. 1. de Nat. 37. Cleanthes diuinitatem omnem tribuit astris. 2. de Nat. 43.

✠ *ADIVNC. Clara, de Rep. Cruenta, 2. Offic. infixa.)(. errantia, 1. Tusc. conglobata, rotunda, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Astra suspicere, notare. Ex astris cadere. Astra volui Astra conglobata.*

ASTVRA, ræ. *verbs.* Att. lib. 12. ep. 39. Epist. lib. 7. ep. 19. ‖ Att. lib. 12. ep. 39. Asturam sum à te profectus. Epi. li. 6. ep. 19. Ego me Asturæ diurius arbitror cõmoraturum, quo ad ille quandoq; veniet.

ASTVRCO, onis. 4. ad Her. 63. Aut asturconi locus ante ostium

detur. *Est autem equus ab Asturia Hispaniæ oppido.*

ASTVS, ſtus. *astutia.* 3. Of. 68. Quorſum hæc? vt intelligas non placuiſſe maioribus noſtris aſtus. *alias, astutos.*

ASTVTE, *callidè.* Q. fr. lib. 1. ep. 2. Nihil nec temerè dicere, aſtute reticere debeo. Att. lib. 10. ep. 6. Aſtutè nihil ſum acturus.

ASTVTIA, æ. pro Clu. 183. Quòd ſi aut confidens aſtutia, aut callida eſſet audacia, vix vllo obſiſti modo poſſet. 5. de Fin. 31. Quibus abeſt ad præcauendum intelligendi aſtutia. 3. Off. 68. Sed aliter leges, aliter Philoſophi tollunt aſtutias.

✠ *ADIVNCT. Confidens, pro Clu.*

☞ Syntaxis. *Astutia intelligendi. Confidens astutia. Tollere, id est, fugare astutias.*

ASTVTVS & ASTVTIOR. *callidus, vafer, veterator, veteratorius, malitioſus.* 3. Off. 57. Homo verſutus, obſcurus, aſtutus, fallax, malitioſus, callidus, veterator, vafer.) (*apertus, ſimplex*, &c. Orat. 64. Nihil atrox, nihil mirabile, nihil aſtutum, &c. Epi. lib. 3. ep. 8. Quod ſi quis me aſtutiorem fingit, quid poteſt eſſe incallidius, quàm, &c. pro Mur. 8. Id eſſet hominis & aſtuti & ingrati.

✠ ‖ 2. In Ver. 34. Ita fiet vt tua ratio exiſtimetur aſtuta: meum conciliũm neceſſarium.

✠ *ADVERB. Maximè, 3. Fam.*

☞ Syntaxis. *Verſutus, aſtutus, fallax, callidus.*

ASTV, vel ASTY, *vrbem ſignificat: hocq; nomine olim omnes ciuitates Græciæ vocabantur, vt Diodorus ſcribit. Verùm per excellentiam quandam, Athenæ & Alexandria, vt Stephanus teſtatur, ſic appellatæ vetuſtis temporibus fuerunt, non ſecus quàm Vrbis nomine Roma intelligebatur. Cicero autem Athenas intelligit, in quam ciuitatem Theſeus innumeros mortales conuocauit: vt eſt apud Plutarchum.* 2. de Leg. 5. Vt noſtri Attici, priuſquam Theſeus eoſdem migrare ex agris & in Aſtu quod appellatur, omnes ſe conferre iuſſit, & Sunij erant ijdem & Attici: ſic nos & eam patriam ducimus vbi nati, & illam qua excepti ſumus. *Terentius quoque. In aſtu venit, inquit.*

ASTYPALEA, leæ. *inſula vna Cycladum.* 3. de Nat. 45. ‖ Itaque
✠ Achillem Aſtypalea inſula ſanctiſſimum colit. *aliàs ſanctiſſimè.*

ASYLVM, li. *locus profugij.* 3. L. V. 85. ‖ Quod is Epheſi ſe quæſto-
✠ rem vi prohibitum eſſe dicebat quò minus è fano Dianæ, ſeruum ſuum qui in illud aſylum confugiſſet, abduceret.

AT. *ſed, atqui. verùm ‖ de hac particula vide Cardin. pag. 70. Et Scho. de*
✠ *particulis.* Att. lib. 7. ep. 11. Non eſt in parietibus reſp. ar in aris & focis. Att. lib. 5. ep. 11. At verò poſthac fruſtra potius dabo, quàm ſi rectè dari poterunt, committam vt non dem. Epiſt. lib. 5. ep. 11. Ad properationem meam quiddam intereſt, non expectare, donec, &c. at ſtatim cauſam illam totam arripere. Ep. lib. 6. ep. 6. Cæſar nunquam niſi honorificentiſſimè Pompeium appellat, at in eius perſona multa facit aſperſus: armorum iſta & victoriæ ſunt facta, non Cæſaris. Ep. lib. 9. ep. 22. At hodie penis in obſcœnis eſt.

¶ *Cæterum.* Ep. *Ibidem.* At verò Piſo ille frugi quæritur, &c. 1. de Orat. 38. Atque is non accurata quadam orationis copia reip. ſaluti fuit: at verò eius filij diſerti, &c. ciuitatem diſſipauerunt. 3. de N. 87. At verò aut honoribus auctis, aut re familiari, &c. tum dijs gratias agimus, cum nihil noſtræ laudi aſſumptum arbitramur. 2. de Inue. 52. At enim qui patria poteſtate tribunitiam poteſtatem infirmat, minuit is maieſtatem: *id eſt, etenim.* 1. I. V. 22. At enim ſolum id eſt, vt me Siculi maximè velint: alterum illud credo obſcurum eſt, à quo Verres minimè ſe accuſari velit. 4. in Verr. 15. At enim iſtum ſoli Siculi perſequuntur, ciues Rom. qui in Sicilia negociantur, defendunt, diligunt. Epiſt. lib. 6. ep. 6. At nos quemadmodum eſt complexus. 2. de Fin. 78. At enim ſequor vtilitatem: manebit ergo amicitia tamdiu, quàm diu ſequetur vtilitas. 3. de Nat. 86. At enim minora dij negligũt, &c. Sic enim dicitis, quaſi ego, &c. 3. de Nat. 27. At enim quærit apud Xenophontem Socrates, vnde animam arripuerimus, ſi nulla fuerit in mundo: & ego quæro, vnde orationem, vnde numeros, vnde cantus.

¶ *Saltem tamen.* 5. I. V. 195. Si non bonam, at aliquam rationem afferre. Ep. lib. 6. ep. 6. Animum tuum, etſi non ſapientiſſimi, at amiciſſimi hominis authoritate confirmandum puto. pro Do. 129. Eſſes omnia ſi minus re, at verbis conſecutus. 7. I. V. 68. Si minus ſupplicio affici, at cuſtodiri oportebat. 2. de Or. 68. Si minus vt ſeparatim, de his rebus reſpondeat, at certè vt in cauſa prudenter poſſit intexere.

☞ Syntaxis. *At verò: id eſt, ſed profectò. At enim: id eſt, verùm tamen. Si non bonum, at aliquid. Si non ſapiens, at amicus. Si minus affectus ſupplicio, at cuſtoditus. Si minus, &c. at certè.*

ATAVVS, ui. pro Cæl. 33. Patet, auus, proauus, atauus.

ATEDIVS, *tectum nomen: id eſt, Cæſar.* Att. lib. 12. ep. 4. ‖ Horum
✠ quid eſt, quod Atedio, probare poſſumus.

ATELLA, læ, *vrbs.* 2 contra Rul. 85. ‖ Atellam Cumas, Neapo-
✠ lim Pompeios, Nuceriam ſuis præſidijs deuincient.

ATELLANIVS, a, um. 2. de D. 25. Totum omnino ſarum etiam Atellanio verſu iure mihi irriſum eſſe videtur.

✠ ATELLANVS. Epi. lib. 9. ep. 16. Nunc venio ad iocationes tuas, quando tu ſecundum Oenomaum, non vt olim ſolebat Atellanum, ſed vt nunc fit mimum introduxiſti & lib. 15. ep. 7. Locutus ſum tecum de agro vectigali Municipij Atellani, qui eſt in Gallia. ad Q. fr. at. lib. 2. ep. 15. Ex Atellano municipio.

ATENIM, *verum, verum enim.* L. AT.

ATER, a, um. *niger.* 5. Tuſc. 114. Democritus alba & atra diſcernere non poterat. Q. fr. lib. 2. ep. 12. Riſit niuem atram. 2. I. A. 41. Qui albus atérue fuerit ignorans fratris filium præterijt. 3. Tuſc. 11. Atra bilis. Nubes atræ. in Arat.

☞ Syntaxis. *Atra nix, bilis, nubes. Diſcernere atra, alba.*

✠ ATAMANVM, *gens.* I. P. 96. ‖ Athamanumque gens, vendita.
A-THENAE, arum. 1. de Orat. 13. Vt omittã illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus ſumma dicendi vis &
✠ & inuenta eſt, & perfecta. ‖ 2. de Leg. 4. Me quidem, ipſæ illæ Athenæ, non tam operibus magnificis, exquiſitiſque antiquorum artibus delectant. *Ibidem.* 36. Nam mihi cũ multa eximia diuinaque videntur Athenæ tuæ perperiſſe atque in vita hominum attuliſſe, tum nihil melius illis myſterijs, quibus ex agreſti immanique vita, exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus. *Ibidem.* 28. Illud vitioſum Athenis quod Cylonio ſcelere expiato, Epimenide Crete ſuadente, fecerint Contumeliæ fanum. 3. de Leg. 26. Conſolarenturque nos non tam Philoſophi qui Athenis fuerunt qui facere hoc debent quàm clariſſimi viri, qui illa vrbe pulſi carere ingrata ciuitate quam manere in improba maluerunt. 2. de Leg. 63. de Fat. 7. Ep. lib. 12. ep. 16. & lib. 15. ep. 19. lib. 9. ep. 16. Att. lib. 5. ep. 10. & lib. 6. ep. 9. de Cla. 26. 44.

ATHENIENSIS, ſe. *Atticus.* pro Flac. 62. Adſunt Athenienſes, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura leges ortæ atque in omnes terras diſtributæ putantur. pro Flac. 64. Athenienſes, quæ gens Ionum habetur. Or. 25. Athenienſium ſemper fuit prudens ſyncerumque iudicium: de quorum vrbis poſſeſſione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen proditum eſt: quæ vetuſtate ea eſt, vt ipſa ex ſeſe ſuos ciues genuiſſe dicatur, vt eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur: authoritate autem tanta eſt, vt iam fractum propè ac debilitatum Græciæ nomen huius vrbis laude nitatur.

ATHEOS, *ſine Deo.* 1. de Nat. 63. Diagoras atheos qui dictus eſt: poſteaque Theodorus, nõne apertè deorum naturam ſuſtulerunt? 3. de Nat. 89.

ATHLETA, tæ. *ad luctationem, certamenq; inſtitutus.* de Sen. 27. Cùm Milo iam ſenex eſſet, athletaſque ſe in curriculo exercentes videret, aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur: illacrymansq; dixiſſe, At hi quidem iam mortui ſunt. 2. Tuſc. 40. Subduc cibum athletæ, & cæt. Orat. 228. Athletæ & gladiatores, nihil nec vitando faciunt cautè, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæſtram quandam. 2. Tuſc. 56. Faciunt idem, cum exercentur athletæ.

ATHOS, *mons.* 2. de Fin. 112. Helleſponto iuncto, Athoque perfoſſo.

ATINA, næ. *oppidum.* pro Plan. 30.

ATINAS, tis pro Pl. 22. & de Diu. lib. 1. Campus Atinas.

ATLANTICVS, a, um. de Som. 15. Atlãticum mare, quod Magnum, quod Oceanum appellatis in terris.

ATLAS, antis. *mons in Mauritania, & viri nomen.* 5. Tuſcu. 8. Atlas ſuſtinere cœlum traditur. & pro Seſt. 19.

ATOMVS, mi. *individuum corpuſculum.* 1. de Fin. 17. Ille atomos, quas appellat, id eſt, corpora indiuidua, propter ſoliditatẽ cenſet in infinito inani, in quo, &c. ita ferri, vt concurſionibus inter ſe cohæreſcant, ex quo efficiantur ea quæ ſint, quæq; cernantur omnia: eumq; motum atomorum nullo à principio, ſed ex æterno tempore intelligi conuenire. 1. de N. 54. Infinita vis innumerabilium atomorum, quæ interiecto inani cohæreſcunt inter ſe, & aliæ alias apprehendentes continuantur, ex quo efficiuntur omnia. 1. de N. 65. Abuteris ad omnia atomorũ regno, ſi licentia. 1. Acad. 6. De corpuſculorum (id enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui. de Fat. 23. Democritus autor atomorum accipere maluit neceſſitate omnia fieri, quàm à corporibus indiuiduis naturales motus auellere.

☞ Syntaxis. *Atomi cohæreſcunt inter ſe. Atomorum regnum.*

ATQVE TIAM. *& verò.* L. VERO.

ATQVE. *&.* 2. de D. 114. Is à conſtantia atque à mente, atque à ſe ipſa diſceſſit. pro Fla. 1. In maximis periculis huius vrbis atque imperij grauiſſimo atque acerbiſſimo reipu. caſu, ſocio atque adiutore conſiliorum, periculorumque meorum, &c. pro Mur. 79. Qui ab illo in ſpeculis atque inſidijs relicti, in capite atque in ceruicibus noſtris reſtiterunt.

¶ *Iam, & hinc.* 3. I. C. 15. Atque illud, quod faciendum primùm fuit, factum atque tranſactum eſt. 1. de Orat. 102. Atque, inquit Sulpitius, hoc primùm ex te quærimus, &c. 3. de Nat. 60. Atque hæc quidem atque eiuſmodi, ex vetere Græciæ fama collecta ſunt. 3. de Leg. 20. Atque vt C. Flaminium, atque ea quæ priſca ſunt, relinquam, quid, &c.

¶ *Quàm.*

¶ *Quàm.*3.I.V.119.Iſte aliter atque vt edixerat,decreuit.3. Tuſc. 73.Qui ſuos caſus aliter ferunt, atque vt alijs autores ipſi fuerũt.3.I.C.20.Simulachrũ Iouis cõtrà atque antè fuerat,ad orientem conuerſum.2.de Leg 17.In alijs rebus verſor, atq; tu. 2.de Or.254.Vim verbi in aliud atq; cæteri accipiant,poſſe ducere.3. de Or.117.Sed paulò ſecus à me atque ab illo perfecta ſunt. de Som.9.Stellæ errãtes verſantur retrò,contrario motu atq; cœlũ.

¶ *Vtvti.*2. de In.70. In hanc argumentationes ex ijſdem locis ſumendæ ſunt,atq; in cauſam negocialem. *& cum præcedit æquè pro tam,illud atque,quam vel vt ſignificat.* 3. de N.45.Hi coluntur æquè atq; illi.pro Dom.51.Hoc vnum & idem videtur eſſe,atq; id quod de me ipſo nominatim tuliſti. Att.lib. 2.ep.3. Hoc non diſſimile eſt atque in Solonium.ad Brut.epiſt.6. Hoc officium meum æquè atque ad vllam aliam rem pertinet.*Hortenſ.Simili nos effectos eſſe ſupplicio,atque eos.

¶ *Idcircò,cum voce Adeo.*4.I.V.2.Atque adeò antequam de incõmodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur eſſe dicẽda de dignitate,&c. Antequã. 13. Atq; adeò,cùm hæc omnia omnibus ſint acerba,tum verò verò nobis intoleranda.1.I.V.68.Hoc inſtitui, atq; adeò inſtitutum referri moleſtè ferunt.At.lib.1.ep-14.Ego princeps in adiutoribus atq; adeò ſecundus fui.pro Pl.48. Inſector,poſco,atque adeò flagito crimen.pro S.R.29. Hoc cõſilio, atq; adeù hac amentia impulſi,&c.pro S. R. 99. Quæ ſi prodierit,atq;adeò cũ prodierit,ſcio enim proditurũ eſſe,audiet, &c.

☞ Syntaxis. *In eodem periodi membro bis,atque Atq; hæc quidẽ,atque eiuſmodi. Aliter atq; vt dixi.Contrà atq;.In alia re atq;.Cotrario motu atq; cœlum. Colitur aquè atq; Deus. Vnum & idem atq; id quod. Nõ diſſimile atque. Atque adeo antequã,&c. Poſco,atq; adeò flagito.*

ATQVI.*ſed ſed enim,etenim.*3.de Or.48.Atqui vides,inquit, Antoni,&c.4.I.Ver.145.Quid verò modum haberi nullũ placet,atqui habẽtur neceſſe eſt.pro Plan.78.Atqui eum cum vides, quo metandem animo in te eſſe putas? Ep.lib. 6.ep. 6.Atqui, vtebar familiariſſimè Cæſare, Pompeium faciebam plurimi.Ep. li.9.ep. 22.Atqui hoc Zenoni placuit,&c.pro Mil.54.Atqui exceſſo loco ſuperiorẽ ſe fore putabat Milone.. 2. de N.18. Atqui certè nihil melius eſt mundo.Att.lib.7. ep. 7.Atqui certè ille agerè debuit.

ATRAMENTVM, ti.*ſuccus ater.*Epi.lib.9. epi.21.Iam pater eius accuſatus à M.Antonio , ſutorio atramento abſolutus putatur. Q.fr.li.2.ep .14.Calamo & atramẽto temperato, charta dentata esagetur.2.de N. 127. Atramenti effuſione ſepiæ ſe tutantur.

ATRATVS, a,um. *funebri veſtimento indutus, funeſtus, concretus, fedatus.*)(.*albatus.*in Var.30. Cedo, quis vnquam cœnauit atratus(*id eſt,cum toga pulla.*1.de Diu. 98. Quid, quòd fluuius atratus ſanguine fluxit?

ATRIDAE,*Agamemnon & Menelaus.*3.ad Her.34.

ATRIENSIS, ſe.*ſeruus,cui atrij cura mandabatur.* I. P. 67.Idem coquus,idem atrienſis.& Parad.5.Serui atrienſes.

ATRIOLVM, li.*atrium minus.* L. ATRIVM.Q.fr.li.3.ep.1. Quo loco in porticu quæ ſcribere aiunt,vt atriolum fiat,mihi vt eſt, ✠ magis placebat.& Att. ‖ lib.1.ep. 8. Typos tibi mando quos intectorio atrioli poſſum includere.

ATRIVM, trij.*primus intra ædes aditus.*3.Q.fr.ep.1.Atriolum non ferè ſolet, niſi in ijs ædificijs fieri,in quibus eſt atrium maius. 1.contra Rullum.7.Vt in atrijs auctionarijs potius quàm in triuijs aut in compitis auctionentur.pro Q.25.Næuius ſuos neceſſarios ab atrijs Licinijs,& à faucibus macelli corrogat.*pro Q. 12. Tollitur ab atrijs Licinijs atque à præconum conceſſu in Galliam Næuius,& trans Alpes vſque trensfertur.

✠ ADIV.*Auctionaria,*1.*Contra Rul.licinia,pro Quint. Maius,*3.*ad Quint. Frat.*

ATROCITAS, tis.*diritas,immanitas,crudelitas.* pro Quin.52.Rei atrocitas neceſſitudinis nomine leuatur.2.de In. 51. Locus cõis, per quẽ ipſius facti atrocitas.aut indignitas, aut omnino culpa cum indignatione augeatur.4.Aca.135.Atrocitas iſta, quo modo in Academiam irruperit,neſcio.Qu. fr. lib.1.ep.2. Hæ literæ cum leguntur,inuidioſam atrocitatem habent. 2. ad Heren. 9. Augere atrocitatem peccati. 4. I. C. 11. Ego quòd in hac cauſa vehementior ſum,non atrocitate animi moueor, ſed ſingulari quadam humanitate & miſericordia.

✠ *ADIV. Indigna,rerum,tanta & tam indigna,*7.*Ver. Inuidioſa,*3.*de Orat.tanta,pro Cœl.*

ATROCITER, *crudeliter.* 7. I. V. 159. Nimis atrociter minitari cuipiam.Or.56.Contenta voce atrociter dicere.pro Mi.21.Atrociter ferre de aliquo.

ATROX, cis.*habens atrocitatem,crudelis,atro horrendoq; aſpectu.*pro S.R.61.Res ſceleſta,atrox,nefaria.de Cl.85.Conſules de re atroci magnaq; quærere.2.de Ora.200.Genus orationis vehemens ✠ & atrox)(.*lenitatis & manſuetudinis.* pro Mar. 21. ‖ Nunc venio ad &c.atrociſsimam ſuſpicionem.

☞ Synt.*Leuatur,irrumpit atrocitas.Inuidioſa atrocitas. Animi atrocitas.Atrociter dicere.ferre.Vehemẽs & atrox oratio, ſuſpicio,aſpectus.*

ATTALENSIS, ſe.2.contra Rul.49. (talici agri.

ATTALICVS, ca.6.I.V.27.Attalica Sicilia.2.contra Rul. 49.At-

ATTAMEN, *verumtamen* , Ep.lib.7.ep.23. Attamen iſthæc ipſa quæ te emiſſe ſcribis , non ſolùm rata mihi erunt:ſed etiam grata.Ep.*Ibid.*ep.26. Attamen ne mirere vnde hoc acciderit, lex ſumptuaria,&c.Or.19.Quem ſi imitari atq; exprimere nõ poſſumus,attamen qualis eſſe debeat,poterimus fortaſſe dicere. 3. de Or.14. Atq; ei ſi nequaquam parem illius ingenio,at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam referre.de Cl.15.Si non pari,at grato tamen munere.

ATTELLANVS,a,vm. *ab Attella Campaniæ oppido hiſtriones dicti:vnde Attellanæ & Attalanæ fabulæ.* Ep.lib.9. ep. 16. Quando tu ſecundum Oenomaum Acij , non vt olim ſolebas Attelanũ, ſed vt nunc fit,Mimum introduxiſti.

ATTENDENDVM.*animaduertendum,agnoſcendum.*2.de In. 176. bis,Poſtremò attendum eſt,num,&c.1.de Inu.20. Humile genus cauſæ,quod negligitur ab auditore,& non magnopere attendendum videtur.

ATTENDENS, tis.*animaduertens.*4.Tuſc.67. Hæc lætitia quàm turpis ſit,ſatis eſt diligenter attendentem penitus videre.

ATTENDO, dis. *animaduerto,animum attendo,noto,diligenter percipio,attento animo ſummaq; cum benignitate audio,mentem aures q; erigo,ſilentium tribuo , animum & mentem adhibeo, aures admoueo, attentum animum teneo,adſum animo.*)(.*Alias res ago.*2.de Inu. 16. Hoc autem in horum locorum expoſitione oportebit attendere,non omnes,&c.& 2.de In.44.Si diligenter attendimus,hæc apta inter ſe intelligemus.1.I.V.48.Quid in dicendo poſsit, nũquam ſatis attendi.3.de Or.47. Non æquè quid dicant, niſi admodum attẽdi,intelligo.3.I.V.27. Quis nos magnopere attẽdit vnquam-hoc quidem genere cauſarum,vbi,&c.Ep. lib. 1. ep.9. Sed attende quæſo,quæ ſint conſecuta. 3. de Fin. 40. Attendere aliquem ſtudiosè.2. de Orat. 256. Attendere & aucupari verba oportebit.1.de In.77. Quæ pertinent ad dicendum , nos melius quàm cæteri attendimus.Ep.lib.11.ep.13. Attendere te volo,quæ in manibus ſunt.Or.189.Sed non attendimus , neq; exaudimus noſmetipſos.2.I.A.30.Sed ſtuporem hominis attendite. 7. I. V. 147.Quod iſte neq; attendere vnquam , nec intelligere potuit. pro Qu.79.Quod abs te quæſo,vt diligenter attendas.pro R. P. 14.Vt cùm lex aliqua recitaretur,primum verſum attenderet,ſi &c.1.de Or.161.Imò id mehercule,inquit,ipſum attẽdo.1.de In. 8. Hermagoras quid dicat, non attendit. Epiſt. Ego quia curo, attendoq; id tibi,affirmo te,&c.5.de Fin.8. Attende quæſo Brute,ſatisne, &c. pro Milon.23.Rem geſtam vobis dum breuiter expono,quæſo diligenter attendite.pro Plan.98.Audi,audi atq; attende Laterenſis.3.de Fin.6. Attendes igitur vt ſoles.Epiſt.lib. 6.ep.2.Si attendes,quod facis,intelliges,&c.Ep.lib.3.ep.7.Nihil errabis,ſi paulò diligentius attenderis,vt intelligas,&c.pro Syl. 33.Erigite mentes aureſque veſtras,& me de inuidioſis rebus vt ille putat,dicentem attendite.4.I.V.98.Attendite queſo & videte,&c.pro Arch.18.Quoniam me in hac re tam diligenter attẽdiris.Part.121.Excitare animos vt attendant.pro Q.63.Cùm attendo qua prudentia ſit Hortẽſius, non arbitror , &c. 2. Off.56. Sed cum attenderint veniam neceſſitati dari,non mirabuntur, &c. 12.I.A.26.Animus tamen erit ſolicitus,vt nihil poſſit de officijs legationis attendere.Att.lib.15. ep. 25. Parua res eſt,ſed tu bene attendiſti.3. Off.35. Sed ſi animum attenderis , turpitudinem videas.3.I.V.28.Quo tempore igitur aures iudex animumque attenderet.2.contra Rul.38. Sed attendite animo ad ea quæ ✠ ‖ ſequuntur. 4. Acad. 53. Illud attendamus in toto hoc genere quam inconſtanter loquamur *Ibidem.*111. Cum enim ſumeretur vnum eſſe quædam falſa viſa,alterum nihil ea differre à veris,non attendere illud ſuperius ea re à ſe eſſe conceſſum.

ATTENDOR,tis.*Animaduertor.*3.de Ora. 190.Nam verſus aquè prima,& media,& extrema pars attenditur.

✠ *ADVER. Admodum, 3. de Orat.Bellè,*5.*de Fini. Benè,*15.*Fam.Commodius,melius, poſtremò,*1.*de Inu. Diligenter,*2.*de In.pro Quint.pro Mil.*6.*Ver.pro Arch. Magnoperè,*3.*Ver.Neggligentius,pro Clu. Paulò diligentius,*3.*Fam.parum,pro Lig.pauliſper,*2.*Phil.paulum,*4.*Ver.rectè,pro Cæc.Satis,*1.*Ver.ſtudioſè,*3.*de Finib.*5.*Vnquàm,*1.*In Ver.*

☞ Syntaxis. *Attendo id tibi., Attende diligenter. Attende omnium, aures. Id attenditur.*

ATTENTATVS, a,um.3.de Orat.108. Melius fuerat præterire, quàm attentatum deſerere. Poſtq. ad Qui.17. L. Hellius ſuam claſſem attentatam magno cum ſuo periculo penè ſenſit.

ATTENTE, ATTENTISSIME.*ſilentio,attento animo,diligenter.*1.de Or. 259. Itaque nos raucos ſæpe attentiſſimè audiri videon.pro S.R.9.Vos oro,vt attentè bonaq; cum veniaverba mea audiatis.Part.29. Intelligenter autem vt audiamur ,& attentè, à rebus ipſis ordiendũ eſt.pro Clu. 8. Quæſo vt me benignè attenteq; audiatis. ‖pro Cluen.63.Nam etſi a vobis ſic audior vt nunquam benignius neque attentius quemquem audicũ putẽ pro Dom.32.Veſtra in me attentè audiendo benignitas proue-

xit orationem meam.2.I.A.10.Alterum peto à vobis.vt pro me dicentem benignè:alterum ipse efficiam,vt contra illum cum dicã,attentè audiatis.de Cl. 200.Assidès & attentè audiès.(*dire.*

☞ Synt.*Attentissimè.Attentè,bonaq; cũ venia.Benignè & attentè au-*

ATTENTIO,onis.2.de Or.150. Cura, attentio,animi cogitatio, vigilantia,assiduitas.labor,vno diligentiæ verbo continentur.

ATTENTO,as. *tento, pertento* ‖ *hoc verbo exprimebant Romani id quod tentatur ab aliquo si obtinere poterit,vt attentare vrbem,hominem &c.*4. I. V. 135. Omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui,attentare.Or.208.Compositæ orationis insidijs fidem auditoris attentare.

ATTENTOR,ris. *inuador.*pro Sest.9. Quam vrbem ab illa scelerata manu attentari suspicabamur. de Ar. 16. Cũ ea attententur eius lingua,cuius antea manu euersa sunt.

☞ Syntaxis. *Attentatum deserere. Inimicos attentat. Insidijs orationis attentare auditores.*

ATTENTVS.& ATTENTISSIMVS.*excitatus, intentus auditor.*3,I.V.126. Qui in re aduentitia & hæreditaria tam diligens & attentus esset.&7.Ver.158.Vt varietate criminum vos attentos tenerem.4.ad Her.17.Tenere auditorem attentum.3.de N. 1.Præbebo me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorẽ. 2.de Or.323. Attentum commonent Græci, vt principiò faciamus iudicem.1.ad Her.7.Facere auditores attentos.2.de Or. 82. Vt eum qui audiat,beneuolum nobis faciamus, & docilem, & attentum.1.Off.132.Si attentos animos ad decoris conseruationem tenebimus.2.de Diu. 111. Id certè magis est attenti animi quàm furentis.Or.197.Attento animo excipere aliquid.3.de Or. 17. Omne illud meridianum tempus Crassum in acerrima & & attentissima cogitatione posuisse.

¶ *Assiduus in opere,diligens.*pro S.R.44. Attenta & rusticana vita.pro Qu.11.Paterfamilias prudens & attentus.

☞ Syntaxis. *Diligens & attentus. Attentum tenere, facere. Attento animo excipere. Acerrima & attentissima cogitatio.*

ATTENVATE. *teiunè.*de Cla. 201. Attenuatè pressèque dicere.

ATTENVATIO,onis.*extenuatio,imminutio.*2.ad He.31.Desenfosoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere cum attenuatione suspicionis.

ATTENVATVS, a,um. *exilis, humilis, abiectus, demissus.*de Cla. 282.Oratio nimia religione attenuata. 4. ad Her. 12. Attenuata est,quæ demissa vsq; ad vsitatissimam puri sermonis consuetudinem L. ACCLAMATIO. pro Pom.30.Bellum expectationi Pompeij attenuatum atque imminutum est.

ATTENVOR,ris.*imminuor.demitor,deprimor.*3.ad Her.6.Vt hæc attenuentur,quæ suprà demonstraui.

ATTESTANS,tis.*comprobans.*pro Syll.82.De his tantùm dicam quod satis est,attestante memoria omniũ,neminẽ esse,qui,&c.

ATTESTOR,aris. *testor.testem facio.*pro Mil. 69. Te magne tamen attestaretur,&c.

ATTEXO,xis.*adiungo,applico.*de Vniu.36. Vos autem ad id quod erit immortale,partem attexitote mortalem.

ATTICE. *Atticorum more.* de Opt. 12. Bene dicere, est Atticè dicere,de Clar.290.

ATTICISMVS,mi.*elegantia linguæ Atticæ.*Att.lib.4.ep.16. Et ille Latinus ἀτθισμὸς ex interuallo regustandus.

ATTICVS, a, um. *Athenensis.* Or. 23. Demosthenes, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas.de Cla.167. Huius orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum vrbanitatis habent,vt penè Attico stylo scriptæ esse videantur.3.de Or.39. Suauitas sermonis Atticorũ & Romanorũ propria,de Cl.67.Ea subtilitas,quam Atticam appellant.Or.27. Atticorum est incultè & horridè dicere, modò id eleganter enucleateque fiat.& *ibide.*Atticorum aures teretes & religiosæ.

✠ 1.de N.94.Scito sermone & Attico loqui. ‖ 3. Tusc.3.Vnde erat exortum genus Atticorum ijs ipsis qui id sequi se profitebantur ignotum.Or.29.Hoc esse Atticum in Lysia, nõ quod tenuis sit atque inornatus,sed quod nihil habeat insolens aut ineptum.

✠ ADVER.*Maximè,Orat.*

☞ Syntaxis. *Atticus stylus.subtilitas,Atticorum aures.*

ATTILIVS,lij.pro S. R. ‖ 50.2.de Nat.61. pro Sest.74. 2. Contr. ✠ Rull.82.Et.2.In.Ver.39.

ATTINENDI.Orat.157.Quamque attinendi magni dominatus fient.*Poet.*

ATTINEO,es.1.ad He. 1. Græci scriptores ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiuerunt, quæ nihil attinebant,vt ars difficilior cognitu putaretur.

AVLA, læ. *atrium, regia.* pro Dom. 62. In fundum vicini consulis non instrumentum aut ornamentum aulæ, sed etiam arbores transferebantur. Epist. lib. 15. epist. 4. Rex omni authoritate aulæ communita regnum cum dignitate obtinuit.

AVLAEVM, læi. *aulæ ornamentum, peripetasma, peristroma, stragula, & stragula vestis.* pro Cæl. 55. Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

AVLIS, dis. *oppidum & portus in Bœotia, in quo contra Troiam Græci coniurarunt.* 1. Tusc. 116. 1. de Diu. 63.

AVLOEDVS, di. *tibicen.* pro Mur. 29. Vt aiunt in Græcis artificibus, eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint. *auletas, habent exemplaria emendatiora.*

AVOCANDI. 2. de Leg. 9. Lex vim habet ad rectè facta vocandi, & à peccatis auocandi.

AVOCATIO, onis. 3. Tusc. 33. Auocatio à cogitanda molestia. .)(. *Reuocatio ad contemplandas voluptates.*

AVOCO, as. *traduco, abstraho, remoueo, arceo, abduco.*)(. *Voco.* de Sen. 15. Senectus auocat à rebus agendis. de Ar. 18. Litetæ, quæ nostros animos deterrent atq; auocant à religione. Epist. lib. 4. epist. 5. Ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca. 2. I. A. 23. Ego nihil prætermisi, quin Pompeium à Cæsaris cōiunctione auocarem. & 115. Si te laus allicere ad rectè faciendum non potest, ne metus quidem à fœdissimis factis potest auocare. pro Ar. 12. A. studijs nullo me vnquam tempore, aut commodum aut ocium meum abstraxit, aut voluptas auocauit, aut deniq; somnus retardauit. pro Cor. 66. Auocare aliquem ab aliqua contentione, à discordijs. Orat. 45. A proprijs personis & temporibus auocare controuersiam. pro S. R. 90. Mammæi quos iam ætas à prælijs auocabat. & 1. de D. 111. Qui se à corpore auocent. 1. de Fin. 2. Auocare aliquem à philosophia. 1. Acad. 15. Auocare philosophiam à rebus occultis. *de Socrate.*

✠ *ADVER. Sapienter. 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Auocare animos à vitijs, contentione, prælio. Insuper philosophiam ab occultis rebus auocare. i. redimere eruere, secernere.*

AVOLO, as. Att. lib. 9. epist. 12. Experiar certè vt hinc auolem. 2. de D. 37. Cor enim potuit subitò nescio quò auolare.

AVRA, ræ. *lenior ventorum flatus. Cic. sententiæ sunt de valido vento.* in Arat. *Et climata magis paulo est aquilonis ad auras.* & *ibidem.* Nisi ara subitis auris nubem diduxerit.

¶ *Fauor leuis, ac popularis.* de Aruſp. 43. Sulpitium longius quàm voluit popularis aura prouexit. pro Sest. 101. Quem neque periculi tempestas, nec honoris aura potuit vnquam de suo cursu dimouere. pro Mur. 35. Totam opinionem patua nonnunquam commutat aura rumoris.

✠ *ADIVNC. Minima, 5. Tusc. parua. pro Mur. Popularis, de Aruſp. Subitæ, Clarisonæ, infernæ, validæ, in Arat.*

☞ Syntaxis. *Aura aquilonis. Aura subita. Popularis aura, rumoris, honoris.*

AVRATVS, a, um. *in auratus.* Or. 163. Auratus aries Colchorum. 2. ad Her. 34. Pellis inaurata arietis. postq. in Sen. 27. Currus auratus. Para. 6. Aurata tecta in villis. Aca. lib. 2. Auratus arcus.

AVRELEA, *via Romæ.* 2. I. C. 6.

AVRELIVM, *tribunal.* pro Sest. 34.

AVRELII, *gradus.* pro Clu. 93. pro Flac. 66.

AVREOLVS, a, um. 4. Acad. 135. Est enim non magnus, verùm aureolus libellus. & 3. de Nat. 43. Aureola oratiuncula.

AVREVS, a, um. *ex auro.* 2. I. A. 85. Sedebat in rostris Cæsar in sella aurea, coronatus. pro S. R. 124. Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni. Oct. Cum te matris tuæ partum aureum esse dixi. 12. I. A. 20. Aureus nummus. 2. de N. 159. Illo aureo genere, vt poetæ loquuntur.

AVRICVLA, læ. *quod circumforamen auris eminet.* Qu. Frat. lib. 2. ep. 14. Ita me & esse, & fore auricula infima scito molliorem. 4. ad Her. 15. Cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas versarentur. Q. Fr. lib. 3. ep. 4. Auriculam fortasse mordicùs abstulisset.

✠ ADIVNC. *Infima. 2. ad Q. Frat.*

☞ Syntaxis. *Auricula infima. Mollior auricula*

AVRIFER, a, um. *ferens aurum.* 2. Tus. 22. Aurifera arbor. Poetæ.

AVRIFEX, cis. 6. in Verr. 56. Cum vellet sibi annulum facere, aurificem iussit vocari. 2. de Or. 159. Aurificis statera.

AVRIGA, gæ. *currum rector, signum cœlestè.* 2, de Nat. 110. Auriga sub læua geminorum obductus parte feretur.

✠ ADIVNC. *Indoctus. 2. de repub.*

AVRIGER, a. um. 2. de Diu. 63.

Aurigeris diuûm placantes numina tauris. Poetæ.

AVRIS, ris. *pars capitis, qua vocem haurimus, accipimus, audimus.* 2. de Nat. 141. Aures cum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt. Orat. 150. Graues sententiæ in conditis verbis elatæ offendunt aures, quarum est iudicium superbissimum. 4. ad Her. 32. Aurium sensus fastidiosissimus. 3. in Ver. 23. Erigere aures, & attendere animum: pro Fon. 12. Vnum est enim & simplex aurium iudicium, & promiscuè, & communiter stultis ac sapientibus à natura datum. pro Plan. 66. Populus Rom. aures hebetiores, oculos acres & acutos habet. 8. I. A. 28. Hæc vos non dico animo ferre, sed aurib. accipere potuistis? Ep. lib. 3. ep. 8. Si cuius aures ad hanc disputationem patent. 14. I. A. 20. Meæ aures semper omnium præceptis & monitis patuerunt. 1. de Ora. 218. Est boni oratoris, multa auribus accepisse. Quint. Frat. lib. 1. ep. 1. Regum aures patêre debent querelis omnium. 3. Contra Rul. 3. Completi sunt animi aures que omnium, me, &c. pro Syl. 12. Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit. pro Arch. 26. Vt etiam malis poetis aures suas déderet. Antequam. 13. Aequi auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminatione, sed vacuæ præbebuntur. pro Clu. 66. Profectò nihil à me dicetur, quod non dignum vestris studijs atque auribus esse videatur. 1. de Or. 120. Qui nihil potest dignum hominũ auribus efficere atq; edere. & lib. 2. 344. Hæc enim feriunt aures hominum. Oct. Deos frustra appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret. Attic. lib. 1. epist. 4. Dare aures suas alicui. Orat. 27. Atticorum aures teretes & religiosæ. de Opt. 11. Qui teretes aures habent, intelligens que iudicium. de Clar. 124. Tritæ nostrorum hominum aures, intelligens que iudicium. 2. de Fin. 69. Admouere aliquem ad aurem. Epist. lib. 12. epist. 16. Dare auribus: *id est, adulari, prouerbium.* Trebonij. * Cat. Vt expectatio à cognitione, aures ab oculis vincerentur. Acad. Cum & huc & illuc aurem diligentem admouerit. de Fat. In aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas.

✠ ADIVNCTA. *AEquissimæ, 2. Famil. Apertæ, 1. de Inuent. Apertæ, atque integræ, 1. Tusc. Auidæ, & capaces. Ieiunæ, inhumanæ, & agrestes, Teretes, & Religiosæ. Orat. Elegantes. 9. Famil. Eruditæ, 2. de Repub. Hebetiores. pro Planc. Non obstusæ criminatione, sed vacuæ, Antequam. patientissimæ, pro Lig. Teretes, de Opt.*

☞ Syntaxis. *Aures hebetiores, obtusæ, vacuæ, teretes. Aures erigere. Auribus accipere. Adhibere, dare aures, Ad aures venit. Ad aurem ad mouere. Dare auribus.*

AVRORA, ræ. *diluculum.* in Arat.

Humida non sese vestris aurora querelis.
Ocyus ostendet, clari prænuncia solis. de Diuin. lib. 1. 20.
Cum primùm gelidos rores aurora remittit. * Alcy. *Præuius auroræ, Solis noctisq; satelles.*

AVRVM, ri. *metallum omnium præstantissimum.* 2. de Leg. 45. Aurum & argentum in vrbibus & priuatim, & in fanis, inuidiosa res est. 5. Tusc. 61. Parad. Aurum cælatum: χρυσὸν ἐργασμένον *Græci vocant.* in Pison. 99. Mitto aurum coronarium, quod te diutissimè torsit, quum modò velles, modò nolles. 9. Fam. ep. 16. Quasi aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. pro Flac. 68. Pergami non multum auri ratio constat, aurum in ærario est. 3. de Nat. deor. 74. Cognosce alias quæstiones, auri Tolosani, coniurationis Iugurthinæ. 2. de Nat. deor. 151. Auri argentique reconditæ venæ. de Senect. 55. Non enim aurum habere præclarum sibi videri duxit, sed eis qui haberent aurum, imperare. 7. Fam. Mallem auro, argento, ære essent. 12. ad Att. ep. 6. Lacuna in auro. 1. ad Att. epist. 13. Castella in quæ auro onustus asellus posset ascendere. 1. de Leg. Agrar. 12. Ex auro coronario, quod neque consumptum in monimento, neque in ærarium relatum sit, id ad Decemuiros referri iubet.

✠ ADIVNC. *Coronarium, In Pis. Melius, 1. de In Præclarum, de Sen. Tolosanum. 3. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Aurum cælatum, coronarium, inuidiosa res. Auri vena recondita. Habere aurum.*

AVSCVLTANDVM. 1. de D. 132. Nam istis, &c. magis audiendum quàm auscultandum censeo.

AVSCVLTATOR, oris. Part. 10. Nam aut auscultator est modò, qui audit, aut disceptator, &c.

AVSCVLTO, as. *aures admoneo.* pro S. R. 104. Mihi auscultà, vide, &c.

AVSPICATO, *bono auspicio, auspicio captato.*)(*Vitio.* 1. de Diu. 3. Romulus auspicatò vrbem condidit. *ibidem.* 26. Deiotarus nihil vnquam nisi auspicatò gerit. 2. de Nat. 11. Ego non iustus? qui & consul rogaui, & augur, & auspicato? pro Mur. 1. Illo die quo ✠ auspicatò renunciaui, &c. ‖ 1. de Diu. 28.

AVSPICATVS, a, um. *auguratus.* pro Rab. 11. Qui in campo Martio comitijs centuriatis, auspicato in loco, crucem defigi iubes. * pro C. Cornel. 1. Auspicatus posterus annus.

AVSPICIVM, cij. *ab aspiciendis auibus augurum.* de Sen. 11. Optimis auspicijs ea geri quæ pro reip. salute gerantur: quæ contra rempublicam fierent, contra auspicia geri. 1. de Diu. 30. Nihil publicè sine auspicijs, nec domi, nec militiæ gerebatur. 2. de Leg. 20. Agere auspicium publicum. 1. de Diu. 28. Auspicia, quæ alicui secunda euenerunt. Att. lib. 8. ep. 3. Ille legibus. C. Metelli contra auspicia ferendis autor. pro Cl. 14. Nubit genero socrus nullis auspicijs, nullis autoribus. 1. de Diu. 29. Appius Censor. P. Aetheum notauit, quòd ementitum auspicia subscripserit: sed veram fuisse obnunciationem, exitus approbauit. in Vat. 14. Auspicia, quibus hæc vrbs condita est, quib. omnis respublica atque imperium tenetur. & 21. An quia tua semper sic egisses auspicia, fueris auguria dissoluturus. & 39. Omnes cum te viderint, tanquam auspicium malum detestantur. 2. de Diuin. 43. Fulmen optimum auspicium habetur, si sinistrum fuerit. & 74. Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus ad omnes res, præterquam ad comitia. & *ibidem.* 77. Augures præcipiunt, ne iuge auspicium obueniat, vt iumenta iubeant disiungere. & *ibidem.* Ex acuminib. quod totum auspicium militare est, M. Marcellus totum omisit. & 71. Hæc auspicia quib. vtimur, siue tripudio, siue de cœlo, simulachra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo. & 76. Prætores & proconsules auspicia non habent: itaque nec amnes transeunt auspicatò, nec tripudio auspicantur. & 80. Alijs à dextra, alijs à læua datum est auibus vt rarum auspicium faciant. & 78. Auspicia, quæ ipsi ad Pompeium proficiscenti facta sunt. & *ibidem.* Efficere vt ne fieri possit auspicium. 2. Contra Rul. 31. Iubet auspicij coloniarum deducendarum causa decemuiros habere pullarios. pro Mur. 1. Illa solennis comitiorum precatio consularibus auspicijs consecrata. Postquam. In Sen. 10. Tribunus plebis legem tulit, ne auspicijs obtemperaretur, ne obnunciare consilio aut comitijs liceret. & de Ar. 48. Leges Iuliæ contra auspicia latæ. At. lib. 1. ep. 13. Bono auspicio facere aliquid.)(*Vitio nauigare.*

✠ ADIVNCTA. *Augusta, pro Mil. Bona. 1. Attic. Coacta, diuinum, Externa, præclara, Secunda, 1. de Diuin. Consularia. pro Mur. Ementita, 2. Phil. Iuge. Militare, Optimum, Ratum, sinistrum, 2. de Diuiu. Optima, de Senec. Malum, in Vat. Populare, Publicum. 2. de Leg.*

☞ Syntaxis. *Optimum auspicium, secundum, malum. Agere, ferre, subscribere auspicia. Auspicijs teneri, vti. Tripudio auspicari. Auspicio consecrari, & bono auspicio facere.*

AVSPICOR, aris. *de cœlo seruo, auspicium ago.* 2. de Nat. 11. Gracchus cum pomerium transiret, auspicari est oblitus. 2. de Diu. 76. Prætores auspicia non habent: itaque nec amnes transeunt auspicatò, nec tripudio auspicantur. 1. de Diu. 77. C. Flaminius cum tripudio auspicaretur, pullarius diem prælij committendi differebat.

AVSTER, stri. *ventus à meridie.* Attic. lib. 7. epist. 2. Ita bellè nobis flauit ab Epeiro leniissimus auster, & mitis. At. lib. 16. epist. 7. Reiectus sum austro vehementi ad eandem Leucopetram. de Som. 16. In Aquilonis Austriúe partibus. 1. de Diu. 58. Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectorijs videmus, austro, potest sudorem imitari.

✠ ADIVNC. *Aduersus, 12. Fam. Leniissimus, 7. Attic. Summus, in Arat. Vehemens. 16. Att.*

☞ Syntaxis. *Auctor lenis ac mitis. Allapsus austro humor.*

AVSTERE. *durè, duritèr, seuerè.* pro Mur. 74. Agit mecum austerè & Stoicè Cato.

AVSTERVS, a, um. & AVSTERIOR. I. P. 71. Fortasse austerior & grauior esse potuisset. 3. de Orat. 96. Austerus homo: *id est nimium seuerus & acerbus.* pro Cæl. 33. Agere illo austero more & modo. 3. de Or. 101. Suauitas austera & solida.)(*Suauitas dulcis, decocta.*

☞ Syntaxis. *Austero more & modo. Suauitas austera & solida.*

AVSTRALIS, lis. *ad meridiem, ad austrum.* 2. de N. 51. Aquilonaris regio.)(*Australis regio.* & de Som. 15. & in Arato.

AVT, *vel.* I. P. 94. Res ipsa aut me ipsum, aut alium quampiam, aut inuitabit, aut dehortabitur. 6. I. V. 78. Quem tibi aut hominem, &c. aut verò Deum auxilio futurum putas. 1. de Or. 35. Cætera, inquit, assentior Crassò, ne aut de C. Lælij, aut de huius genere, aut arte, aut gloria detraham. de Senect. 57. Quid de prætorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum oliueto-rúmue specie dicam?

☞ Syntaxis. *Aut homo, aut verò Deus.*

AVTEM, *sed.* 1. de Orat. 70. Poëta numeris astrictior paulò, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus socius ac penè par: in hoc quidem certè propè idem, nullis vt numeris, &c. 1. de Leg. 23. Est igitur prima societas, &c. inter quos autem ratio, &c. inter quos porrò est, &c. si verò ijdem imperijs, &c. 2. de Diu. 115. Crœsus hostium vim sese peruersurum putauit, peruertit autem suam.

¶ *Imò.* Epist. lib. 16. epist. 22. Ego hîc cesso, quia ipse nihil scribo, lego autem libentissimè. & lib. 5. epist. 12. Sed quia videbam ciuilis belli historiam iam penè à te esse perfectam, dixeras autem mihi, te reliquas res orditi, deesse mihi nolui, quin te admonerem.

¶ *Igitur.* pro Cl. 167. Quæ deinde interceptio poculi? cur non de integrò autem datum? 2. I. V. 12. Vt ea restitui nullo modo possit, vix autem aliquantum recreari posse videatur.

¶ *Et.* pro Cecin. 16. Cum pecunia Cæsenniæ ex illa hæreditate deberetur, eam porrò in prædijs collocari maximè expediret: essent autem prædia, quæ mulieri maximè conuenirent, ea venirent, liceretur is, quem, &c. 1. de Nat. 56. Sed elatus studio, vereor ne longior fuerim: erat autem difficile rem tãtam inchoatam relinquere.

¶ *An, & ne.* 5. I. V. 208. Cur non in media oratione mea consurgitis ac discedi tis? vultis autem istorum audacias aliqua ex parte resecare? desinite dubitare, vtrum, &c.

¶ *Præterea.* Ep. li. 4. ep. 10. Sed cùm leuiora non multo essent quæ audirentur, quàm quæ viderentur, suspicarer autem multum interesse reip. &c. puraui te de ea re esse admonendum.

¶ *Profectò.* Ep. lib. 5. ep. 12. Neq; enim tu is es, qui, qui sis, nescias, &c. neque autem ego sum ita demens, vt, &c.

¶ *Contra.* 1. de Or. 115. Sed sunt quidam ita lingua hæsitantes, vt, &c. sunt autem quidam ita habiles, vt, &c.

¶ *Tamen.* 1. de Leg. 34. Tum illud effici, quod quibusdam incredibile videatur, sit autem necessarium, vt nihil sese plus quàm alterum diligat.

¶ *Omnino.* Att. li. 9. ep. 12. Pridie autem apud me Crassipes fuerat, qui se, &c. *Attende, Autem in primo membro epistolæ positum.*

AVTHEPSA, sæ. *vas, ab αὐτὸς & ἕψω, quòd sua sponte coquat, suppositis in inferiore fundo (duos enim fundos habuisse videtur) carbonibus accensis, ibiq; conclusis. Sunt qui vas illud esse autument, quod passim in mensis patinis supponimus, ne cibi è iure refrigerentur.* pro S. R. 133. Domus referta vasis Corinthijs & Deliacis: in quibus est authepsa illa, quam tanto precio nuper mercatus est, vt qui prætereuntes precium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur,

AVTOMEDON, ontis. pro S. R. 98. Automedontem illum sui sceleris acerbissimi, nefariæq; victoriæ nuncium.

AVTOR, ris. *suasor, impulsor, hortator, machinator, architectus, adiutor, monitor, consiliarius, præfectus.* ‖ *Phrasis illa dicendi, consulo tibi quæ passim in Scholijs teritur me induxit vt hic admonerem iuniores priscos Latinos illum dicendi modum per authorẽ esse alicui, expressisse, Consulo tibi pro Suadeo. Consuetudine, illa integra nunquam Romæ vsurpatum.* Attic. lib. 9. ep. 13 Senatui cùm primùm potui, pacis autor fui. & *ibidem.* Eo tempore non modò ipse autor dignitatis tuæ fui, verùm etiam cæteris autor ad te adiuuandum. & lib. 14. ep. 9. Ea ratio ædificandi initur, consiliario quidem & autore Vestorio. & ad Brut. ep. 11. Nam illi magnopere autor fui, ne differret tempus petitionis suæ. & ad Att. lib. 9. epist. 12. Ego quidem non sum autor, si Pompeius Italiam relinquat, te quoque profugere. & lib. 15. ep. 11. Sed autor non sum, vt te vrbi committas. Ep. 5. Hirtius mihi vt absim, vehementer autor est. Ep. lib. 6. ep. 8. A me consilium petis, qui sim tibi autor in Sicilián e subsidas, an proficiscare, &c. & lib. 1. ep. 9. Ego tibi sum autor, vt quibus rebus possis, eum tibi ordinem reconcilies. 1. de Leg. 53. Tibi magnopere autor sum, vt aliquando, &c. Postquam In Sen. 8. Cùm eum in me restituendo autorem ascriptoremque fuisse videatis. pro Dom. 30. Hic mihi grauissimus autor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit. de Ar. 18. Habeo autores & magistros religionum colendarum maiores nostros, qui, &c. pro Planc. 32. Crassus maximarum societatum autor, plurimarum magister. Att. li. 8. ep. 3. Ille legibus contra auspicia ferendis autor. & ep. 22. Non mihi satis idonei sunt autores ij qui à te probantur. 3. de Or. 51. Quare omnes istos me autore deridete. & lib. 2. 155. Quos tu cùm haberes autores, miror cur, &c. & 290. Non vereor ne quis iam in isto genere me leuiorem putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi autores protulisti. de Clar. 129. C. Licinius diligentia & virtute animi atque vita bonus autor in senatu. pro Flac. 36. Præclarus iste autor suæ ciuitatis: *id est, qui testis eam vituperat.* Epist. lib. 12. ep. 2. Autor alicuius interficiendi. pro Flac. 53. Hunc habent autorem Tralliani doloris sui, & autorem querelarum. 2. I. A. 26. Autor ad faciendum aliquid. Postquam. ad Quir. 16. Qui rerum mearum gestarum autores, testes, laudatoresque fuerunt. & 13. Cùm duo Consules empti, pactione prouinciarum autores se inimicis Reipublicæ tradidissent. pro Mur. 62. Hæc. M. Cato autorib. eruditissimis inductus arripuit. Attic. ad Brut. ep. 10. In hoc honore extraordinario nemo magistratus autor extitit. pro Flac. 54. Siluerunt principes, neque ipsius decreti ac testimonij autores esse voluerunt. Top. 46. Soluere pupillo tutore autore. pro Cecin. 72. Quod mulier sine tutore autore promiserit, non deberi. pro Cecin. 54. Actio in autorem præsentem. & 27. P. Cæsennius autor fundi, non tam autoritate grauis, quàm corpore. 2. de Orat. 194. Neque actor sum alienæ personæ, sed autor meæ. & 1. de Orat. 198. Multi ingenio sibi autore dignitatem pepererunt. * pro C. Cornel. 1. Alijs ille in illum furorem magnis hominib. autoribus impulsus est.

¶ *Doctor, & magister.* pro Mur. 30. Vt aut ingeniosus poeta, & autor valde bonus. 3. de Ora. 211. Orationem eandem aliam esse putari autore mutato. & de Clar. 44. Te rerum Romanarum autorem laudare possum religiosissimum. 1. de Orat. 240. Cum differendo par esse non posset, ad autores confugit. Orat. 172. Isocrates orationis ornandæ autor locupletissimus. Attic. lib. 8. ep. 2. Quasi locupletior mihi sit quærendus autor quàm Socrates. Item, Ille Plato, quem ego autorem vehementer sequor. 1. de Natur. 10. Non enim tam autores in disputando, quàm rationis momenta quærenda sunt. Attic. lib. 7. ep. 3. Cæcilius malus autor Latinitatis. pro For. 6. Quis est ex eo numero, qui vobis autor placeat? eo nos iam laudatore & teste vtemur. de Clar. 47. Thucydides autor locuples. 5. I. V. 216. Habes autorem idoneum. de Clar. 55. Cum Appius Cæcus de plebe consulem non accipiebat, M. Curius patres antè autores fieri coegit. Ora. 10. Non solùm intelligendi, sed etiam dicendi grauissimus autor & magister Plato. de Clar. 37. M. Cethegus, cuius eloquentiæ est autor, & idoneus quidem, mea sententia, Quint. Ennius. 3. Offi. 113. Polybius bonus autor in primis scribit, &c. 3. Offic. 97. Apud Homerum optimum autorem, talis de Vlysse nulla suspicio est. Orat. 196. Aristoteles autor optimus. Att. lib. 10. epist. 14. Autor luculentus: *id est, exploratus, certus.* & lib. 12. epist. 19. Habeo non nullos ex ijs, quos nunc lectito autores, qui dicant fieri id oportere. 5. de Fin. 20. Fruendi rebus his, quas, &c. princeps Carneades, non ille quidem autor, sed defensor disserendi caussa fuit. 4. Acad. 5. Ego cum Græcas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim nullum iam Græcarum literarum autorem requiro. Att. lib. 6. epist. 2. Cum mihi autor placeret (erat enim ἰσχνώτατος, & vixerat in Peloponneso) admirabar tamen, &c. * Incer. Vtraque earum sententiarum doctissimos habuit autores. ‖ 1. Tus. 26. Auctoribus ad istam sententiam quam vis obtineri, vti optimis possumus. Ad Quint. Frat. lib. 3. epist. 8. Hirtius auctor fere videtur.

¶ *Caput, princeps, dux.* Att. li. 8. ep. 2. Autor reipublicæ. Ep. li. 10. ep. 5. Præbere se autorem, principem, & ducem senatui. 1. de Or. 211. Definirem hunc reip. & rectorem publici consilij autorem esse habendum. Item: Cn. Pompeius, qui voluit me sui facti, sui iudicij, sui beneficij esse & prædicatorem & autorem de Clar. 106. Autor legis.)(*Dissuasor.* 3. Offi. 110. Atque huius deditionis ipse suasor & autor fuit. Part. 97. Non enim supplex vt ad iudicem venit orator, sed hortator atque autor.

¶ *Nuncius & narrans.* Att. lib. 14. ep. 8. Id certis autoribus comperi. At. lib. 3. ep. 11. Quidam boni nuncij, non optimis tamen autorib. * Frag. Epist. Nihil omnino certi, nec locupletem ad hoc autorem habebamus. ‖ *Auctorem vocarunt Latini eum, qui in vendendis rebus ius habebat, aut sibi vsurpabat, emptori præstandi ea quæ addicebat, & quasi eum notabat: vnde emptio proficiscebatur.* pro Cæc. 27. Duo prætereà testes nihil de vi, sed de ipsa emptione fundi dixerunt, Publ. Cesennius auctor fundi, non tam authoritate grauis, quàm corpore. In Piso. 4. Ego agrum. Campanum melioribus auctoribus reseruaui. In Ver. Nam statim Luc. Metellus vt isti successit ex Ca. Sacerdotis & S. peducei, Instituto ac literis frumentum Mamertinis imperauit, tùm illi intellexerunt, id quod à malo auctore emissent, diutius obtinere non posse.

✠ ADIVNC. *Amicissimus atque sapientissimus,1.Fam. Bonus,6.Ver.& 5.Tusc.& 3. Offic. valdè bonus, Eruditissimi,pro Mur.tam,Castus,tam religiosus,tam sanctus,pro Dom. Certi,idonei,14. Attic. Certissimus,15. Famil.Diuinus,de Opt.Domesticus, Grauis, constans, præstans virtute,religione, æquitate,pro Corn. Egregius,de Haruſp.Expertes humanitatis,2. de Diu. Grauior, peritissimus. pro Pomp. Grauissimus,* 11. *Famil. Grauis,præclarus,pro Flac.Idoneus,locuples,1.de Diu. Leuis, pro Plan.* ἰσοσυνόρα|ϛ, *6. Attic. locupletes, bonus, 3. Offic.locupletior, 4. Attic. locupletissimus, Orat. Luculentus,* 1. *Attic. Malus, 5. Ver. Melior, 9. Attic.& In Piso. Optimus,2. Attic. præsens,pro Cæc. priuatus,Epist.ad Brut.Recentior,Melior,9. Att. Religiosissimus.1.de Orat.Summus.de Clar.*

☞ Syntaxis. *Autor grauis,idoneus. Autor fui pacis. Senatui autor,vt &c. Autor est vehementer, valde,magnopere. Autor ad faciendũ. Autor illius interficiendi. Inducia toribus. Consiliarius ,& autor. Autor, socius,adiutor. Autor & magister. Autor luculentus , locupes,exploratus,certus:de scriptore. Autorem se præbere,ducem,principẽ, rectorem, suasorem,ascriptorem alicui. Nuncy certi, non optimis autoribus.*

AVTORAMENTVM, ti,*obligatio & nexus.*1. Offi. 150. Est enim in mercenarijs ipsa merces autoramentum seruitutis.

AVTORITAS,tis.*pondus,momentum,testimonium,existimatio , vis, fides.6.*I.V.60.Existimatio atque autoritas nominis populi Romani imminuta.1.de Diuin. 62. Hunc ergo antepones Platoni, qui vt rationem non redderet , autoritate tamen hos minutos philosophos vinceret.3. de Nat. deor. 16. Tu autoritates omnes contemnis,ratione pugnas.1.de Nat.deor.10.Autoritas sine ratione plerunque obest.de Cla.327. Id autoritatis habet parum. 2.Offic. 34. Iusticia sine prudentia satis habet autoritatis.de Senect. 62. Senectus honorata maximam habet autoritatem.1.de Diu. 5. Pythagoras diuinationi magnam autoritatem tribuit. Epist. lib. 1. ep. 1. Nos in causa eò minorem autoritatem habemus,quod tibi debemus. & Attic.lib.8.ep.1.Quam enim ille autoritatem habeat in hac causa.2.de Diu.113.Autoritatem vllam debemus nec fidem commentitijs rebus adiungere.Epist.lib.1. epist. 7. Nostra defensio dignitatis tuæ propter magnitudinem beneficij tui plerisque officij maiorem autoritatem habere videtur,quàm sententiæ.3.de Nat.deor.91. Stoici poetis dederunt autoritatem.3.de Nat. deor. 85. Inuita hoc loco versatur oratio: videtur enim autoritatem afferre peccandi. de Senect. 62. Non cani,non rugæ repentè autoritatem afferre possunt. pro Deiot. 30. Si hoc à tanta autoritate fuerit approbatum , de Senect. 60. Apex senectutis est autoritas. Attic,lib.4.epist.12.Peducei autoritas multum apud me valet.Attic.lib.15.ep.13.Peducei autoritas magna quidem apud me,&in primis grauis.8.I.A.4.Quam igitur municipijs ad excludendum Antonium autoritatem damus. 1. Offic. 91. Hisque etiam maior quàm antè tribuenda est autoritas. 3. I. A. 14. Vt præstantissimis ducibus à nobis detur autoritas.2.de D.139. Neminem cognoui qui maiore autoritate nihil diceret. 11. I. A. 25. Opus est nobis homine, qui habeat autoritatem,nomen,&c.de Senect.3. Vt maiorem autoritatem haberet oratio.12.I.A. 23. Lentonis Cæsennij Septemuiralis autoritas. pro Font. 12. Ne cupido testi autoritas attributa videatur.de Senect.3.Ne parum autoritatis esset in fabula.3. Offi. 109. Vtilitatis species falsa ab honestatis autoritate superata est. de Senect. 37. Appius tenebat non modò autoritatem , sed etiam imperium in suos.1.de Diu.33. Gracchus auspiciorum autoritatem confessione errati sui comprobauit. &*ibidem.* Aruspicum disciplinæ magna accessit autoritas.&*ibid.*34. Sors contemnenda non est,si autoritatem habet vetustatis.pro Corn.31.Autoritate & exemplo alicuius facerem aliquid. Attic.lib.8.ep.9. Tua autem autoritas vehementius mouet. pro Corn. 60. Si mea autoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet. de Ar. 45. Et eo fecisse autore dicebat, cuius autoritatis neminem posset pœnitere.1.de Orat.195. Bibliothecas omnium philosophorum vnus mihi videtur.x 11.Tabularum libellus,& autoritatis pondere,& vtilitatis vbertate superare.& *ibidem.*194.Autoritate nutuque legum docemur coercere omnes cupiditates. de Senect. 61. Quorum non in sententia solùm , sed etiam in nutu residebat autoritas. Orat. 120. Hoc & autoritatem orationi affert , & fidem.2.de Orat. 156. Suspicio artificij imminuit & oratoris autoritatem,& orationis fidem.pro Flac.21. Nunc verò quam habere autoritatem , aut quam fidem possunt. & 61. Habere autoritatem apud aliquem.Attic.lib.10.epist. 1. Eius igitur mihi viuit autoritas,& filius eodem est apud me pondere. & lib.8.ep.9. Quò plus in suadendo autoritatis haberem.& lib.16.ep.16.Non dubitabam quin consulum literæ apud te plurimum autoritatis haberent. Orat. 169. Habet autem vt in ætatibus autoritatem senectus,sic in exemplis antiquitas. pro Syll. 10. Nec testimonio fidem tribui conuenit , nec defensioni autoritatem. pro S. R. 6. Non eandem vim & autoritatem habent aduersaria, quam tabulæ. pro Flac. 9. Huius rei quæ sit vis , quæ autoritas, quod pondus,ignorant. pro Pomp. 51. Tametsi cognoscitis autoritates contrarias clarissimorum virorum,tamen omissis autoritatibus , ipsa re & ratione possumus exquirere veritatem. 4. ad Heren. 4. Quòd si illorum autoritate remota res omnes volent cum re comparare , intelligent , &c. &*ibidem.*2.De autoritate & vetustate autorum. pro Mur. 67. Tolle mihi è causa nomen Catonis,remoue ac prætermitte autoritatem,congredere mecum criminibus ipsis. *ibidem.* Si autoritatibus hanc causam confirmandam, putatis , est vobis autor vir bellorum peritissimus , &c. pro Pom. 43. De quo homine vos , id quod maximè facit autoritatem , tanta & tam præclara iudicia fecistis. pro ✠ & ‖ pro Mur.90.Si quid habet aut momenti commendatio aut auctoritatis confirmatio mea. Flac.40. Quia de tabulis publicis recitat,quæ in accusatoris potestate fuerunt , non debet habere autoritatem.pro Arch. 9. Tabulæ , quæ solæ obtinent publicarum tabularum autoritatem. Antequam. 17. Nemo tam perdita autoritate , tam facinorosa vita inuentus est , qui , &c. & *ibidem.* Qui neque tanta valetis autoritate , neque , &c. pro Dom. 117. Posuerat enim autoritatem in vno,quæ in his omnibus.pro Dom. 118. Autoritas propter coniunctionem affinitatis minor est putanda.pro S. R. 2. Vir in quo summa autoritas est & amplitudo.1.de Inuen.101.Grauissima autoritas. 2. de Orat. 155. Vir autoritate grauis , gloria clarus. 2. Contra Rull. 44. Homines autoritate tenui.Epist.lib.5. epist. 12. Autoritas testimonij,tui. Attic.lib. 7. epist. 7. Tanta autoritate dux,tanta audacia. Attic. lib. 11. epist. 6. Habere pondus,id est,autoritatem. Epist. lib.1.epist.7.De autoritate & sententia alicuius scribere aliquid: *id est,ex autoritate.*Epist.lib.4.epist. 9. Ex autoritate alicuius gerere magistratum.5. I. A. 37. Cæsar nondum interposita autoritate vestra , suo consilio atque iudicio Antonium vt hostem arcuit.Epist.lib. 1. epist. 7. Offensionem esse periculosam propter interpositam autoritatem,religionemque video.Epist.lib. 1.epist.2.De his rebus, pridie quàm hæc scripsi , senatus autoritas grauissima intercesserat.3. Offic.109.Sine autoritate senatus facere aliquid. pro Cecin. 74. Rata autoritas harum rerum à iure ciuili sumitur.1.Offic. 37.Aduersus hostem æterna autoritas.2.I.V. 7. Legationes cum publicis autoritatibus ac testimonijs venerunt.item,In tabellis nihil erat autoritatis.I.Vat. 24.In rostris, quò autoritatis exquirendæ causa cæteri Tribuni plebis principes ciuitatis ducere consueuerunt. pro A. Cecin. 54. Lex vsum & autoritatem fundi iubet esse biennium. Top. 23. Vsus autoritas fundi biennium est. Quæ autem extrinsecus assumuntur,ea maximè ex autoritate ducuntur.Top.73. Ad faciendam enim fidem autoritas quæritur.de Arus. 14. Multæ sunt domus in hac vrbe iure optimo , sed tamen iure priuato , iure autoritatis,iure mancipij,&c.Epist.lib. 1. epist. 7. Eaque que de ea reductione scripta autoritas tantam vim habet,vt, &c. & lib. 8.epist. 8. Si quis huic senatusconsulto interfuisset, autoritas perscriberetur.3.de Orat.5. Et eundem,id quod in autoritatibus perscriptis extat,scribendo affuisse.5.Tusc. 34. Huius sententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur. Pro Cluen. 124. Tum autoritatem censorum amplexator.in Pison. 4. Ego in C. Rabirio interpositam Senatus authoritatem sustinui contra inuidiam,atque defendi.pro M. Scaur. Vos quoque de familia nobili cum autoritate orbis terrarum sentire debetis. Frag. ep. Continebar doctissimorum hominum autoritate. in Pison. 5. Prouincia Senatus autoritate , exercitu & pecunia instructa & ornata.in Pis. 64. Afflictor & proditor dignitatis & autoritatis.

✠ ADIVNCTA. *AEterna,Summa,1.Offic.Apex senectutis,maior,de Sen.Cara,1.In Cat. Censoria , permagna,pro Clu. Clara& stabilis,digna mutatione,honesta & digna verecundia , & cultu, & honore,1.de Inuent. Clarissima,Contraria.pro Pomp. Certæ. 7. Ver. Consularis,Diuina, inaudita , postquam ad Quir. Domestica,Grauis,Rata.pro Cæc.AEquestris, 5. Ver. Excellens,pro Mur.Grauis apud aliquẽm,6. In Ver.Grauissima,Minor.1.Fam.Illustrior,Immortalis, pro Cor. Legittima perdita,Antiq.leuior.pro Qu. Ros.Magna, 6.Att.Magna & imprimis grauis,* 15. *Att.Maxima, 2.de Repub.Mediocris,publica,pro Mil. Minima,2. de Fin.Naturalis,2.de Diu.patria.pro Cæl.perpetua, Senior,de Clar. pontificalis. 2. de Leg.pristina. 7. Phil. Senatoria. 3. ad Qu. Frat. Summa apud aliquem. pro Sest. Tanta religionis. 3. In Ver. Tenuis , 2. Con. Rull. Summæ,priuatæ.2.In Ver.vetus.5.Ver.*

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Autoritas maxima, rata, æterna, contraria, remota. Habere autoritatem, dare, afferre, concedere. Autoritate vincere, pugnare. Ab autoritate approbari. Dicere autoritate, superari, facere, doceri. Autoritate tenui homo. Autoritas ac fides. Exemplum & autoritas. Valens autoritas, & grauis. Nomen & autoritas. Autoritas & imperium. Autoritatis pondus. Autoritas & nutus. Vis & autoritas. Vis autoritas, pondus. Autoritas & vetustas. Autoritas & amplitudo. Autoritas & audacia. Autoritas & sententia. Interposita autoritas. Intercedens autoritas. Vsus & autoritas fundi. Autoritas ad fidem faciendam. Domus iure autoritatis. Autoritas perscripta.*

AVTOROR, aris. *militiæ sacramento obligor.* Epist. li. 10. ep. 32. Quia cùm depressus in ludum bis gratis depugnasset, autorari sese nolebat, & ad populum confugerat. *alias, & quidē melius, autore.*

AVTVMNALIS, le. in Arat. Autumnale lumen. }(. *Vernum.*

AVTVMNVS, ni. Part. 37. Vt hyems, ver, æstas, autumnus.

AVTVMO, as. *opinor, censeo, puto.* Or. 166. Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereri. Top. 55.

AVVNCVLVS, culi. *matris meæ frater.* 2. de Orat. 341. P. Tubero Africanum auunculum laudauit. & 3. de Fin. 6. de Clar. 222. Drusus tuus magnus auunculus. pro C. Cornel. 2.

✠ *ADIVNC. Diuinus ac singularis. 3. de Fin. Magnus. de Clar.*

AVVS, ui. *patris & matris pater.* pro Murena. 15. Proauus. L. Murenæ & auus Prætores fuerunt.

✠ *ADIVNC. Disertissimus, 2. Phil. Nobilis, 3. Phil. Sapientissimus, 2. In Ver.*

AVXILIARIVS, a, um. Ep. lib. 10. ep. 32. Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quóquam misi. Asinij Pollionis. de Pro. 15. Res in Sardinia à proprætore vna cohorte auxiliaria gesta.

AVXILIOR, aris. *adiuuo, suffragor, opitulor, opem auxiliumq; fero, auxilio sum, auxilio succurro, subsidio eo vel venio, præsto sum, subuenio, subleuo, adsum, præsidium fero, adiumento, subsidio præsidio sum, fidem dexteramq; porrigo, subsidio proficiscor.* Ep. lib. 5. ep. 4. Auxiliari cupiam. & 4. ad Herennium. 37. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ sunt.

AVXILIVM, lij. *subsidium, præsidium, adiumētum, opis adminiculum, numen.* 2. de Orat. 200. Nihil mihi ad existimationem turpius, quàm si is, qui alienissimis à me, saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non possim. Orat. 141. Petere auxilium ab aliquo. 2. I. C. 19. Deos immortales nobis contra tantam vim auxilium esse laturos. 4. in Verrem. 9. Ferre opem & auxilium alicui. & pro Dom. 4. Academic. quæst. 89. Fer mî auxilium. pro S. R. 116. Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. pro Corn. 23. Qui nostros duces auxilio laboris, commeatus, periculo suo iuuerit. Antequam. 25. In meis miseriis diuinum aliquod auxilium & numen ostendite. 11. I. A. 26. Non vt ex ea acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. 2. ad Heren. 2. Esse auxilio alicui. Epist. lib. 4. ep. 13. In quo debeat esse, aut promissio auxilij alicuius, aut consolatio doloris tui. pro Rab. 5. Dij quorum ope
✠ & auxilio hæc respub. gubernatur. ‖ pro Dom. 27. Opem & auxilium tulisset.

¶ *Copiæ, pluratiuo tamen numero.* Parad. 6. Magna equitum ac peditum auxilia. pro Deiot. 22. Et imperatoribus nostris auxilia mitteret.

✠ *ADIVNC. Aduenticium, Bona, præsens. 6. Ver. Barbara. 11. Attic. Certum. pro Quint. Diuinum. Antequ. Fidelissima & grauissima. pro Font. Fidelissima & maxima. Ep. ad Brut. Firmum. 7. Ver. Imbecilla, Voluntaria. 15. Famil. Magna, 6. Attic. Magna & Varia 13. Phil. ibidem. Multa, varia, Mediocre. 10. Fam. Nefarium, Noua. pro Mur. Nouissima, 11. Fam. Summa, 2. In Catil.*

☞ Syntaxis. *Auxilium ferre, petere, adiungere sibi, ostendere. Ope & auxilio. Auxilium & numen ostendere. Auxilia equitum & peditum.*

AYΞΗΣΙΣ. *id est, amplificatio.* Orat. 125. Tum sunt maximè luminosæ & quasi actuosæ partes duæ: quarum alteram in vniuersi generis quæstione pono, quam (vt suprà dixi) Græci appellant θέσιν: alteram in augendis amplificandisque rebus quæ ab eisdem αὔξησις est nominata.

AXIA. L. AESTIMATIO.

AXIA. *æstimo.* pro Cecin. 20.

AXILLA, læ. *locus subter brachium concauus.* Orat. 153. Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris?

AXIOMA, tis. de Fat. 1. Enunciationes, quas Græci ἀξιώματα vocant. 1. de Nat. 70. Epicurus totum hoc, aut est, aut non, negauit esse necessarium. Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enuncietur: id autem appellatur ἀξίωμα, quod est quasi effatum, aut verum esse, aut fallum. L. PRONVNCIATVM.

✠ *ADIVNCTA. Falsum, verum, de Fato.*

AXIS, xis. *linea quædam per mundi centrum ducta, circum quam mundus ipse perpetuo conuertitur.* de Vniuers. 32. Terra altrix nostra, quæ transiecto axe sustinetur. & 4. Acad. 123. Terram circum axem conuerti. in Arat.

Hosce æquo spacio deuinctos sustinet axis. 1. de Nat. 53. Versari circum axem cœli admirabili celeritate.

B

Litera Latinorum secūd. a, muta: pro β. Græcorum.

BABYLON, onis. *vrbs Chaldæa gentis caput, in Syria.* 1. de Diu. 47. Alexander Babylone est mortuus. pro D. 60. Alteri Syriam, Babylonem, Persas tradidisti.

BABYLONIVS, a, vm. 1. de Diu. 36. *ibidem* lib. 2. 97. 4. Tusc. 5.

BACCA, cæ. *fructus arborum, quales sunt corni, oleæ.* 2. de Diuinat. 15. Agricola cùm florem oleæ videt, baccam quoque se videre putat. 1. Tusc. 31. Ergo arbores feret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. 1. de Leg. 25 Quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur. & 116 Nec fruges terræ, baccas ve arborum dedisset, nisi, &c. de Se-
✠ nect. 5. & 2. de Leg. 19. Baccæ arborum terræque fruges. ‖ 2. de Nat. 127. Idque semen inclusum est in intima parte earum baccarum quæ ex quaquæ stripe funduntur.

BACCHAE, arum. *signa Thracum mulierum bacchantium, à quibus Orpheus discerptus legitur.* Ep. li. 7, ep. 23. Bacchis verò vbi est apud me locus: at pulchellæ sunt, noui optimè, &c. & Ep. lib. 7. ep. 23. Bacchas istas cum Musis Metelli comparas.

✠ *ADIVNC. Certæ. 1. de Leg. Pulchellæ. 7. Fam.*

BACCANALIA, orum. *Bacchi sacra.* 2. de Leg. 37. Senatus autoritas de bacchanalibus, &c.

BACCHANS, tis. *qui bacchatur, furiosus.* 4. I. C. 11. Versatur ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis. * Acad. Quem in comptis vnguibus bacchantes asperoque ore discerpant.

BACCHATIO, onis. *bacchantium furor propriè, vel alia quæuis insaniendi ratio.* 3. in Verr. 33. Nocturnæ bacchationes & vigiliæ.

BACCHOR, aris. *furo, insanio.* de Clar. 275. Eos quorum altior oratio actioque esset ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. 1. in Cat. 26. Hìctu quibus gaudijs exultabis, quanta in voluptate
✠ bacchabere. ‖ Orat. 99. Et quasi inter sobrios bacchari vino lentus videtur.

BACCHVS, chi. *Liber.* pro Flac. 60. Euchius, Bromius, Nysius, Bacchus, Liber.

BACILLVM, li. *baculus & virga.* 1. de Diu. 30. Liruus, id est, incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum. 2. de Finib. 33. Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum. ad Atticum lib. 11. ep. 6. Quos ego cum bacillis in turbam conieci. 2. Contra Rull. 92. Lictores non cum bacillis, sed cum fascibus anteibant. 7. in Verr. 141. Bacillo oculos alicuius tundere.

✠ *ADIVNC. Incuruum. 4. Acad. & 1. de Diu. Inflexum & incuruatum. 2. de Finib.*

BACCHIS, Bœotius *vates.* 1. de Diu. 34.

BAIAE, arum. *oppidum.* pro Cel. 27. Qui vnguenta sumpserit, qui Baias viderit. pro Cæl. 35. & Att. lib. 13. ep. 50. Conuiuia Baijs acta,
✠ comessationes. Item. ‖ Ep. lib. 9. ep. 2. Ad Baias venire & Ep. 12. gratulor Baijs nostris.

BAIANVS, na. Att. lib. 14. ep. 8. Baiana negocia.

BAIVLVS, li. *operarius, appositus ad ferenda onera.* 2. de Orat. 40. Remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem describ. 3. Tusc. 78. Nihil inter Alcibiadem summo loco natum, & quemuis baiulum interesset, de Cla. 157. Operarij autem aut baiuli deesse non possunt. Parad. 3. Operarij & baiuli.

BALANS, tis. *quod ouium vocem emittit.* 1. de Diuinat. 42. Rex ipse Priamus, &c. ex sacrificabat hostijs balantibus. Ennij.

BALBVS, a, um. *lingua hæsitans, cuius lingua inhæret ita, vt ægrè loqui possit.* 1. de Or. 260. Demosthenes ita balbus fuit, vt Rhetoricæ primam literam non posset dicere. Ep. lib. 2. ep. 10. Balbus enim sum, quod non putāram. & *ibidem.* Sed balbi non sumus.

BALBVTIENS, tis *inepte tractans, differens.* 4. Acad. 137. Sed ille noster est planè, vt suprà dixi, Stoicus, perpauca balbutiens.

BALBVTIO, tis. *lingua hæsito. translatione, inepte differo, male dicto, tracto, ago, vel obscurè, ambiguèq; pronuncio, dico.* 5. Tusculan. 75. Academici balbutire desinant aliquando, aperteque & clara voce audeant dicere, &c. 1. de Diuinat. 5. Epicurus balbutiens de natura deorum.

BALEARES. *insulæ.* Attic. lib. 12. ep. 2.

BALEARICVS, ca. 1. de Diu. 4.

BALEARIS: *id est, Balearicus.* pro Sex R. 147.

BALISTA, stæ. *arcus magnus, cum manubrio.* 2. Tusc. 57. Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò grauiores ictus habent, quò sunt contenta & adducta vehementius.

BALNEAE, arum. *eranthina ædificia coniuncta, alterum vbi viri, alterum vbi mulieres publicè lauabantur: autor Varro.* pro Sex. Rosc. 18. Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius. 4. ad Heren. 15. Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit, postquam perfusus est, defricari. 2. de Orat. 229. Quàm multa de balneis quas nuper ille vendiderat, dixit. & *ibidem.* Modò enim existi de balneis. pro Cæl. 61. Balneæ xeniæ. & *ibidem.* 62. Balneæ publicæ. ✠ & 63. In balneas contrudi.

✠ ADIVNC. *Palatinæ. pro Sex. Rosc. publicæ Xeniæ. pro Cæl.*

☞ Syntaxis. *Balneæ xeniæ, publicæ. In balneas venire.*

BALNEARIA, orum. *locus balnearum.* Quint. Frat. lib. 3. ep. 1. Nihil restabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. & *ibidem.* In balneariis assa in alterum apodyterij angulum promoui. Att. lib 13. ep. 29.

✠ ADIVNCTA. *Hyberna, maiora, minora. 13. Att.*

BALNEATOR, oris. *balnearum præfectus.* pro Cæl. 62. Mulier familiaris facta erat balneatori. 13. in Anton. 26. Balneator temperans.

✠ ADIVNC. *Temperans. 13. Phil.*

* BALNEOLAE, arum. Hortens. Primus balneolas suspendit, inclusit pisces.

BALNEVM, siue BALINEVM, nei. *locus vbi quisque priuatim domi suæ lauabatur.* Att. lib. 2. ep. 3. Balneum calefieri iubebo. Attic. li. 15. ep. 13. Cùm è balneo exissem, accepi literas tuas. pro Deiot. 17. Huc te è balneo, priusquam accumberes, ducere volebat. At. li. 13. ep. 50. Cæsar inde ambulauit in littore, post hæc in balneũ.

BAMBALIO, onis, *cõtumelioſum cognomen.* Philipp. 3. 16. Tuæ con iugis bonæ fœminæ atque locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxit. *Locus est ex Notatione.*

BARBA, æ. *viri villus ad mentum.* 5. Tusc. 58. Regiæ virgines vt tonstriculæ tondebant barbam, & capillum patris. 3. de N. 83. Dionysius Aesculapij barbam auream demi iussit. 2. Contra Rul. 13. Aliquis capillatior quàm antè, barbaque maiore. 3. de Fin. 18. Viris mammæ atque barba.

BARBARE. *inquinate.* 2. Tusc. 12. Vt si Grammaticum se profes- sus quispiam, barbarè loquatur.

BARBARIA, riæ. *locus barbarus, vel fera gens.* I.P. 17. Quod nulla in barbaria quisquam tyrannus fecit. 5. de Fin. 11. Omnes ciuitates non Græciæ solùm, sed etiam barbariæ. 2. de Finib. 49. A quò non solum Italia & Græcia, sed etiam omnis barbaria com mota est.

¶ *Mores duri, fieri, vita barbara, crudelitas, barbaries.* pro Corn. 43. C. Cæsar inueteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus disciplinaque deleuit. 1. de Or. 118. Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. pro Font. 34. Illi immani ac intolerandæ barbariæ resistamus.

BARBARICVS, ca, cum. 1. Tusc. 85. & lib. 3. 44. Poetæ.

BARBARIES, ei. *Barbaria, populi, & regiones feræ, alienæ.* 1. de Nat. 82. Ægypti & Syri, & ferè cuncta barbaries.

¶ *Vitiosa locutio, alienaq; à Latinitate.* de Clar. 258. Omnes tum ferè, qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

✠ ADIVNC. *Cuncta. 1. de Nat. Domestica de Clar.*

BARBARISMVS, mi. *vicium in locutione.* 4. ad Heren. 18. Barbarissimus est, cùm verbum aliquod vitiosè effertur.

BARBARVS, a, um, *immanis, incultus, agrestis, ferus, crudelis, atrox.)(Humanus.* pro Marc. 8. Gentes immanitate barbaræ. pro Fon. 21. Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. pro Mil. 26. Serui agrestes & barbari. 4. de Finib. 62. Antiqui illi quasi barbari, vt nos de nostris solemus dicere. 6. in Verr. 112. Neque tam barbari lingua & natione illi, quàm tu natura & moribus. Att. lib. 11. epist. 7. Auxilijs barbaris fallacissimæ gentis non esse Rempub. defendẽdam. 2. de Nat. deor. 11. Vos Tusci ac barbari. 3. I. C. 22. Allobroges barbari. 6. I. V. 112. Qui scelere barbaros vicerit.

¶ *Incomptus, inelegans, ineptus.* 2. Tusc. 6. 7. 8. Contra barbaros philosophos.

✠ ADI NC. *Vani. & Fallaces. 1. de Diu. Fidelis. 2. Offi.*

☞ Syntaxis. *Gens barbara immanitate. Consuetudo seruis, auxilia barbara. Agrestis ac barbarus. Barbarus lingua, & natione, natura, & moribus.*

BARBATVLVS, a, um. *ferè imberbis, vel cum parua barba.* Attic. lib. 1. ep. 13. Concursabant barbatuli iuuenes. Parad 5. Barbatulus mululus.

BARBATVS, a, um. 1. de Nat. 84. Iupiter barbatus, Apollo imberbis. pro Muræna. 26. Hæc iam tum apud illos barbatos ridicula credo videbantur. pro Cæl. 33. Aliquis ex barbatis illis non hac barbula, qua ista delectatur, sed illa horrida, quam in statuis antiquis & imaginib. videmus. pro Sestio, 19. Barbati illi veteres. Att. lib. 2. ep. 1. Mulus barbatus.

BARBVLA, læ. pro Cæl. 33. Vnus ex barbatis illis non hac barbula, qua ista delectatur, sed, &c.

BARDVS, a, um. *stupidus, hebes, tardus.* de Fat. 10. Zopyrus physiognomon stupidum Socratem esse dixit & bardum.

BARGILAETAE, *populus.* Ep. lib. 13. ep. 56.

BARO, onis. *mulier philosophiæ studiosa, autore Suida, ex qua interdum Cicero philosophos effœminatos & molles, Barones appellat.* Ep. lib. 9. ep. 26. Ille Baro te putabat quæsiturum, vnum cœlum esset, an innumerabilia. *Lamb. legit, vero alij autem varo. Videtur etiam stultum & stupidum significare.* 2. de Fin. 77. Hæc cùm loqueris, non Barones stupemus: tu videlicet tecum ipse rides. item. 2. de Diu. 144. Huic equidem Antipho, Baro, inquit, victum te esse non vides. aliàs (vero)

¶ *Princeps vir.* Att. lib. 5. ep. 11. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui.

BASILICA, cæ. *locus publicus, & magnificè ornatus.* Att. lib. 4. ep. 15. Paulus in medio foro Basilicam texuit ijsdem antiquis columnis. 6. in Verrem. 6. Qui forum & basilicas ornarent. & 7. Ver. 151. Forum plenum & Basilicas videmus. pro Muræna. 70. Si vno basilicæ spacio honestamur. Att. lib. 2. ep. 14. Basilicam habeo non villam frequentia Formianorum.

✠ ADIVNC. *Magnificentissima. 4. Att.*

BASIS, sis. *radix, pes, ima pars, sustentamentum.* 4. in Ver. 155. Videmus in basi statuarum maximis literis incisum à communi Sicilia datas. 9. I. A. 16. *bis,* Vtique consules eam basim statuamq; faciendam locent. I. P. 92. Vt esset, quod in basi trophæorum incidi inscribique liceret. 4. I. V. 160. Statua ablata, basim tamen in foro manere voluerunt. 5. Tusc. 65. Quò cùm patefactus esset aditus in aduersam basim, acceſſimus. 6. in Verr. 74. Hæc statua erat posita Segestè, sanè excelsa in basi. 2. de Nat. 125. Basis trian guli, quam grues efficiunt. Quint. Frat. lib. 3. ep. 2. Edera conuestiuit basim villæ.

✠ ADIVNC. *Aduersa. 5. Tusc. Altior, excelsa Inanis Index sui sceleris. 6. In Ver.*

BATVO, is. Ep. lib. 9. ep. 22. Batuit, inquit, impudenter: depsit multo impudentius.

BAVLI, orum. *locus in littore Neapolitano.* Epist. lib. 8. ep. 1. Ego qui scirem, Pompeium Baulis embaneticam facere. *id est, nauicularium.* 4. Acad. 9. Hortensij villa, quæ est ad Baulos. 4. Acad. 125. Nos nunc sumus ad Baulos.

BEATE. *feliciter.* in Parad. 1. Profectò nihil est aliud bene beatèq; viuere, nisi honestè & rectè viuere. *Beatè viuere, idem quod apud Græcos εὖ ζῆν εὐδαίμονως ζῆν.* Tusc. quæst. lib. 2. 29. Beatè viuere in vna virtute positum est, iuxta Stoicos. Tuscul. quæst. lib. 5. 42. Quid potest ad beatè viuendum deesse ei, quem fortitudo ab ægritudine & à metu vindicet, temperantia tum à libidine auocet, tum insolenti alacritate gestire non sinat? 2. de Finib. 86. Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè viuendum refertur, &c.

BEATITAS, tis. *beatitudo.* 1. de Nat. 96. L. BEATITVDO.

BEATITVDO, inis. *beatitas.* 1. de Nat. deor. 96. At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit (vtrumque omnino durum, sed vsu mollienda nobis verba sunt) verùm ea, quæcunque est, cur in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam figura membrisque corporis vacuam cadere non potest? nihil aliud dicis, nisi nunquam vidi solem, aut mundum beatum, quòd, &c.

BEATVS, & BEATISSIMVS. *cui bene est, felix.* de Fin. lib. 2. 92. Beatus, iuxta Metrodorum, est, cùm corpus bene constitutum sit, & sit exploratum ita futurum. 1. Philipp. 35. Beatus est nemo qui ea lege viuit, vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Tusc. 9. lib. 5. 23. Nam qui beatus est, non intelligo, quid requirat vt sit beatior: si est enim quod desit, ne beatus quidem est. 10. ad Att. ep. 18. Opto vt beatus sis. *id est, Omnia tibi prosperè eueniant.* Tusc. q. lib. 5. 41. Volumus enim eum qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum, non vt paruo metu præditus sit, sed vt nullo. de Fin. lin. 2. 86. Beatus: esse in maximarum rerum timore nemo potest. Tusc. quæst. lib. 5. 22. Mihi enim non videbatur quisquam esse beatus posse, cùm in malis esset. 1. de Nat. deor. 48. Beatus esse sine virtute nemo potest. 1. de Na. deor. 86. Quod beatum & immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negocium. *Epicuri dictum.* Tusc. quæst. lib. 5. 45. Quo (honesto) detracto quid poterit beatum intelligi? Tusc. quæst. lib. 5. 86. Nomen beati longè & latè patet. Tusc. quæst. lib. 5. 29. Nec vlla alia huic verbo, cùm beatum dicimus, subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. Tusc. quæst. lib. 5. 43. His tam grauibus concitationibus, tamque ipsis inter se dissentientibus atque distractis (ægritudine videlicet, metu, lætitia gestiente, & libidine) quem vacuum, solutum, liberum videris ✠ hunc dubitabis beatum dicere. ‖ 6. Ver. 126. Tam beati quam iste est non sumus. &c. pro Cæl. 67. Mulieres beatæ. Tusc. quæst. li. 5. 45. Beatum ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficiendum. 1. de Nat. deor. 53. Beatam vitam in animi securitate, & in omnium

nium vacatione munerum ponimus.2.de finib.41.Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus.1. Acad.quæst.35. Zeno in vna virtute positam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam,inquit, beatam, sed non beatissimam.Partit.57. Ex beato miser, miserabile est, Messenio, lib.6. ep.21.In libera & in beata ciuitate viximus.Tusc.quæst.lib.5. 28. Beati dicuntur,qui sunt in bonis,nullo adiuncto malo.2. de Inuent.1. Crotoniatæ quondam quum florerent omnib. copijs, & in Italia quum in primis beati nominarentur. Parad.
✠2. Qui te beatum qui te florentem putant. de Somn.4. Vbi Beati æuo sempiterno fruuntur.7.Famil.ep.28. Non solum sapiens qui huic absis sed etiam beatus. Tusc.quæst.lib.5.16. Sic contrà illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt,nullæ libidines incitant,nullæ futiles lætitiæ languidis liquefaciunt voluptatibus.1.de Leg.32. Beati, qui honorati sunt, videntur propter honestatis & gloriæ similitudinem, miseri, qui inglorij.in Parad.2.Nemo potest non beatissimus esse,qui est totus aptus ex sese, quique in se vno sita ponit omnia.3.de Nat.deor.81. Duodequadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissimæ & beatissimæ ciuitatis. 1. ad Qu.Frat. ep.1. Beatissimum aliquem velle: *hoc est, nihil ex eius commodis detrahere.*in Sallust.19. Vnde tu,qui modò ne paternam quidem domum redimere potueris repentè tanquam somnio beatus, hortos preciosissimos,&c.parauerisne?ad Att.lib. 8. ep. 11.Moderatori ciuitatis beata ciuium vita proposita est. de Amicit.23. Ex quo illorum beata mors videtur, & horum vita laudabilis. 2.de Fin.86.Beatum, si modò sit aliquid esse beatum, id totum positum est in potestate sapientis.Tusc.quæst.lib.5.39. Si omne beatum est,cui nihil deest, & quod in suo genere expletum atque cumulatum est : idque virtutis est proprium:certè omnes virtutis compotes beati sunt. * Hortens. In Beatorum insulis, vt poetæ ferunt. *ibidem.* Vnà essemus beati cognitione naturæ & scientia.2.de Fin.65.Non hilaritate,nec lasciuia, nec risu aut ioco, comite leuitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate & constantia sunt beati.

✠ADVER. *Absolutè, Ardenter,* 4. *Tusc. perfectè,* 2. *Tusc.Summè,*4.*de Fin.*

☞ Syntaxis. *Beatus & beatissimus. Coniunctim beata ciuitas, vita, mors. Beatum te volo. Beatus,munitus, septus, inexpugnabilis. Nihil beatum,honesto detracto.' Florens & beatus. Imprimis beatus.*

BELGAE.*Galli Septentrionales.*pro Font.16.

BELLATOR,oris.*bellicosus.* ‖ pro Corn.54. An.accusatori maio-
✠res nostri maiora præmia quã bellatori esse voluerunt. de Cla. 268.Is minus vehemens orator quàm bellator fuit.4. Tusc. 42. Nec verò de bellatoribus solùm disputant. Att. lib.8.ep. 16. Ecquæ pacifica persona desideretur,an in bellatore sint omnia.4. Tusc.52.

BELLATRIX, cis.*bellicosa.*4.Tusc.53.Ista bellatrix iracundia.

BELLE,& BELLISSIME.*bene,apte,prosperè,commodè, æquo animo.*Qu.Frat.lib.3.ep.1. Aqua non longè à villa bellè sanè fluens. Att.lib.6.ep.1.Sumus enim ambo bellè curiosi. Att. lib.1.epist.1. Hermathena tua posita ita bellè est, vt totum gymnasium ἐμπαίζειν esse videatur.3. de Orat. 99. Bene & præclarè quamuis sæpe dicatur: bellè & festiuè nimium sæpe nolo. 2. de Diuinat. 66.Hæc.non tam admirabilia sunt, quàm coniecta bellè. Epist lib.16.ep.9.Bellissimè nauigauimus.& lib.14. ep. 14. Bellissimè mecum esse poteritis.Att.lib.4.ep.16.Hæc quo modo fers?Bellè hercule.Att.lib.13.ep.33.Horum ego vix attigi penulam, tamen
✠remanserunt:cecidit bellè. ‖ & lib.8.ep.24.Bellissime.

BELLICOSVS,a,um.*armis & bellica virtute valens.*Epist.lib.5.ep. 11. Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi. & de Pro. 33. Gentes bellicosæ.

BELLICOSISSIMVS,ma.pro Pomp.28.Bellicosissimæ natio-
✠nes. ‖ Ep.lib.11.ep.4. Cum omnium bellicosissimus bellũ gessi.

BELLICVM, ci.*cantus ad arma vocans.*7.I.A.3. Atque ijdem bellicum me cecinisse dicunt.Or.39. Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus, canit quodammodo bellicum.pro Mur.30. Simul atque motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

BELLICVS,a,um.*militaris.*de Clar.84. Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest.2.de Diu. 76. Rem bellicam administrare.2.de Nat.161. Vt exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ.pro Mur.22. Virtus bellica.3. Offic. 107.
✠Ius bellicum hosti seruandum. ‖ 2. de Leg.45. Tincta verò absint,nisi à bellicis insignibus. *ibid.* 60. Excipit bellicam peregrinamque mortem.

☞ Syntax. *Laus,res,disciplina,virtus,ius bellicum.*

BELLIGERANDO.*pugnando.* pro Font. 26. C. Marius, qui isti par in belligerando esse possit.

BELLIGERANDVM. *bellum gerendum.* Postquam ad Quir. 19. Quoniam nobis cum fortuna belligerandum fuit.

BELLIGERO, as. *bellum vel bella gero.*4.ad Heren. 17. Balligerare cum hostibus.

✠BELLIGERANS, tis.*bellum gerens.*1. Offi. 38.
Nec cauponãtes bellum sed belligerantes. — Vosne velit an me regnare her.a, quidue ferat sors, Poëtæ.

BELLIPOTENS,tis.*bellator.*2.de Diu.116. Aeacidæ belli potentes sunt magis,quam sapientipotentes. Ennij.

BELLO, as.*belligero, bellum gero.* pro Arch.27.Fuluius, qui cum Ætolis bellauit.de Senect.5.Gignantum more bellare cum dijs. 6. in Verr. 72. Cùm illa ciuitas cum Pœnis suo nomine ac sua
✠sponte bellaret.pro Pom.32.Longè à domo bellare. ‖ 1.Offi.86. Ne id bellandi magis fuga quam vtilitatis ratione faciamus.

BELLOVACI.*populi in Belgis.*Ep.lib.8.ep.1.

BELLVA, æ.*bestia.*4. Acad.quæst.108. Bellua fera & immanis.4. Tusc.q.44. Vt terra & immanis bellua, fugienda ægritudo. 1. de Diu.49. Bellua vasta & immanis.2. Tusc.22. Bellua vastifica.3.de Leg. 22. Belluæ impuræ furor multis inflammatus furoribus. 3. de Off.32.Sic ista in figura hominis feritas& immanitas belluę, à communi tamen humanitate corporis segreganda est.Ep.lib. 7.ep.1.Est quædam illi belluæ cum humano genere societas: *id est,elephanto.* 7. Verr. 108. Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro? 7. Ver. 108. Cum homine enim crudeli nobis res est,an cum fera atque immani bellua? 8. Philipp.13.Quinetiam de illo homine queri solebas, quid te facturum'de bellua putas?2.de Nat.deor. 100. Belluæ ad saxa natiuis testis adhærentes. *ibidem.* Belluarum disparia genera *in mari* partim submersarum, partim fluitantium & innatantium.1. de N.97.Ea genera belluarum,quæ in rubro mari Indiáue gignantur. 3. de N.d. 40. Belluarũ nomine appellare singulas stellas,vt capram,vt lupam,vt taurum,vt leonem.1.de Nat.98. Elephanto belluarum nulla prudentior:de bestijs loquor.3.de N.d.47. Belluas multas in numero deorum reponebant barbari.2.de N.122. Belluis sensum & appetitum natura cur dederit. * in L.Pis.Quæ
✠te belluam ex vtero,non hominem fudit. ‖ pro Syll.76.Belluæ ex portentis,immanes.

✠ADIVNC. *Altrix.1.de Diu. Audax & nefaria. pro Mil.Fera & Immanis,*4.*Acad. Immanis,* 7.*Ver. Immanis & tætra,de Prou.Importuna, in Pis.Importunissima,*6.*Phil.Impura.*3 *de Leg.prudens,Fluitantes,*1. *de Nat.Immanes.*13.*Phil.pro Flac.*2. *de Nat. Tætra & pestifera.*7.*Phil.Tæterrima.* 3. *Phil.Vastifica.* 2. *Tusc. vasta & Immanis.*1.*de Diu.Natantes de Opt.*

☞ Syntaxis. *Bellua tetra & immanis. Vasta & immanis,impura,fera. Belluæ feritas & immanitas.*

BELLVM,li.*duellum. Mars,belli contentio certamen belli tempus belli arma.*Ora.153.Nam vt duellum bellum,& duis bis:sic Duellium eum, qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerunt: cùm superiores appellati essent semper Duellij.1.Offi.80.Bellum ita suscipiatur, vt nihil aliud nisi pax quæsita videatur. *Sic Plato de Leg.*1.*ἆρ' οὐ νομίζετως ἀκριβῶς εἰ μὴ χάριν ἑρίζουσι τὰ πολεμικὰ νομαζετὰ πόλεμον, ἀ δ' πολεμικῶν ἕνεκα τὰ δ' εἰρήνης.*8.Phillip.2.Bellum aliquando sine tumultu:at sine bello tumultus nunquam.5.Ver.45. Nam cùm quadriennio pòst in Siciliam venissem, sic mihi effecta visa est, vt hæ terræ solent, in quibus Bellum acerbum, diuturnumq; versatum est.pro Syl.28. Cum omnibus improbis æternum bellum esse susceptum. de Pro. 19. Bellum affectum, & vt vera dicam,penè confectum videmus.9.ad At.ep.12. Bellũ *ἀσπονδον* Ep.lib.9.ep.13. Quod bellum commotum à Scapula, ita postea confirmatum à Pompeio,vt nulla ratione ab illa miseria se eripere posset.At.lib.9.ep.4.Deinde bellum crudele & exitiosum,susceipi à Pompeio,intelligebam.10. Fam. epist.24.Planci, Bellũ detrusum in Hispaniã.1.de Diu.105.Bellum domesticum, triste,ac turbulentum.pro Cor.Balbo.5.Durissimum bellum.At. lib.8.ep 22.Video enim quantum id bellũ, & quàm pestiferum
✠futurum sit. ‖ Att.li.9.ep.14.Pestiferum bellum pararet.ad Brut. ep.14.Renatum bellum.2. in Catil. 28. Bellum intestinum: *pro domestico:*in Catil.Bellum iustum cum hoste.1.Off.36.Ex quo in telligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur aut denunciatum antè sit, & indictum. 9. ad At.ep.15.Bellum merum loqui.Tusc.q.li.3. 28.Bellũ mortiferum. Diu.li.1.Bellum nefarium.8.Fam.ep.12.in ep. Cælij,Bellum occultum mihi indixit. 2. de Nat. d.14. Bellum Octauianum.10. Fam. Planci.ep.24.Bellum oppressum.5.Phil.26.Bellũ,quod ab opinione plerunq; & fama gubernatur.11. Fam. ep. 14. Bellum renatum.11.Fam.epist.12.Bellum non restinctum,sed etiam inflammatum.11. Phil.18. Sertorianum bellum à Senatu priuato datum est.Aca.q.ed.1.li. 2.Belli apparatus. *παρασκευὴ τὸ πολέμου, Græci vocant.* pro Sest. 12. Communem martem belliq; casum nimium timens.5.Phil.26.Belli celeritatem morabitur.10.Fam. Planc.24.Belli certamen.pro Sest.58.Antiochũ illum magnum, maiores nostri magna belli contentione terra mariq́ue superatum intra montẽ Taurũ regnare iusserũt.10.I.A.20.Incertos exitus esse belli,martẽq; cõmunẽ. 8. ad At.Belli me expertẽ fuisse. de Arusp.resp.49.Tũ verò est ratus se posse, queniãtogatũ domestici belli extinctorẽ nefario scelere fœdasset,illũ etiã,illum externorũ,bellorum,hostiumq; victorẽ affligere.5.Famil.ep.12.

Belli ciuilis historia à L.Luceio scriptã.4.Fam.epi.7.Belli ciuilis initia inuitũ suscipere,extrema nõ libẽter persequi.4.Aca.3.Belli instrumenta.2,de Leg. 34. Belli ius, in quo & suscipiendo, & gerendo,& deponẽdo ius vt plurimùm valet,& fides. 10. Fam. ep.25.Belli reliquiæ extinguendæ. Ep.li.10.ep. 20. Qui reliquias huius belli oppresserit,eũ totius belli confectorẽ fore.1.de Ora. 210. De reliquis rebus quæ essent propriæ belli administrandi, & 6.Fam.ep.12.Belli ciuilis turbã appellabãt Axiũ Balbum.2.de N.61.Bello Ligustico Q.maximus dedicauit templum Honoris & Virtutis.2.Fam.ep.16. Quòd nunquã bello ciuili interfuisset, ✠ glotiari solitus Q.Hortensius. ‖ pro Corn. 47. omnia iura belli perdiscere. 2. de Diu. 77. Ab ijs qui auspicia nulla habent bella administrãtur.12.Fam.ep. 24. Ad bellum denunciandũ legatos miserat Senatus.8.Fam.Cælij, Vbi ad bellũ & castra vẽtum sit. pro Leg.Man.60.Idẽ cũ Theutonis bellũ administraret.&c.pro Pom.61. Administrare bellũ cum aliquo.*i.gerere bellũ contra aliquẽ*.Plancus Ciceroni,li.10 ep.23.Verebar ne cui obtrectatorum viderer,& nimiũ pertinaciter Lepido offensus, & mea patiẽcia etiã alere bellum.10.ad At.ep.4.Ferro,bellũ terra & mari cõparat.in Pis 58.Bellum cõficere.Mario,li.7.ep.3.Deinde quia ab ea sentẽtia Põpeius valde abhorreret,suadere instituit, vt bellũ duceret.ad Att.li.7.ep.16.Tum ad te scribã plura, si erit bellum.10. Fam.ep.25.Plãci,Bellũ extinguere.7.I.V.18.Si fugitiui bellum in Sicilia facerẽt.pro Mil.64.Bellũ facere alicui.12. Fã. Bellũ gerimus,sed nõ pari cõditione,cõtra arma verbis.Læl.79. Nihil turpius,quàm cum eo bellũ gerere, qui cum familiariter vixeris. 11.Philip.18.Populus Romanus Crassò cõsuli bellũ gerẽdum dedit.2.de Leg.Agr.14. Bellum habet nescio quod suscepti.Consulatus cum Tribunatu.4.Ad Att.In bellũ cõfugere.2.de Or.155. Quos cùm haberes authores Antoni,miror cur philosophiæ,sicut Zethus ille Pacuuianus,propè bellũ indixeris. pro Deiot.30. Indicere bellũ nefarium.3.Verr.79.Nisi publicè satisfactũ,sit,ei ciuitati bellum indici atq; inferri solere. pro Dom. sua 60. Sed quid ego vestrã crudelitatẽ expromo,quã in ipsum me ac meos adhibuistis,qui parietibus, qui tectis,qui columnis ac postibus meis horrificum quoddã & nefarium, omni imbutũ odio bellum intulistis.2.in Anton.53.Inferre bellum cõtra patriã.15.Fam. Bellum in prouinciã inferre.2.pro Leg.Agrar.76. Vrbs,quæ facere atq; instruere bellum possit.8.Philip.4.Inter bellum&pacẽ medium nihil.1.de N.d.28.Bellum,discordiã, cupiditatẽ, cæteraq; generis eiusdẽ,ad Deum reuocat Parmenides.16.Fam.Bellum sustinere. ‖ lib.9.ep.19. Bellum inferre. *ibid.*ep.18. Euolare non tã ad belli quã ad pacis societatẽ.6.ad Att.ep.5. Bello arderet Syria.2.de Nat.deor.6.Bello Latinorum , &c. cum Octauio, Mamilio.Tusculano prælio dimicaret,&c.7.ad Att.ep.16.Bello flagraturã totã Italiã.1. Officior.36. In bello mouendo summa fuit apud priscos Romanos obseruatio.10. Fam. ep.23. in Epist. Planci,In bello pudor est maximè periculosus. 12. Fam.ep.10. In bello titubari solet. Ep.li.10.ep.15.Persequi aliquem bello.12. Fam.ep.8.Bello profligato ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur. Diu. lib.2.21. Bello Punico secundo exercitus pop.Rom.ad lacum Thrasimenum interijt.1.Offi.38.Bello gloriã quærere.7.ad Att.Bello vti.2.de N.deor.9.Bella,quibus Reip. salus continetur.ad Brut.ep.2.Bella ciuilia nunquam deerunt,si clementes esse voluerimus.Offi.1.79.Itaq; eorum consilio sæpe aut non suscepta, aut confecta bella sunt, nonnunquam etiam illata.de Sen.12.Bella domestica &externa.1.Off.38.Bella,quib imperij gloria proposita est,minus acerbè gerenda sunt.5.Fam. Bella hostilia &externa.1.Off.34.Bella suscipienda sunt ob eam causam,vt sine iniuria in pace viuatur.12.Fam.ep. 18. Bellorum ciuilium exitus quales.6.Fam.ep.1.Bellorum omnium exitus incerti de Arusp.respon.Bellorum victor.2.de Nat.deor. 9. Tum enim nostri duces bella gerere incipiunt,& cæt.pro Corn.Balbo.47.Si tanta bella legisset,quanta gessit &confecit,&c.omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisset. Or.30. Thucydides res gestas & bella narrat & prælia. 2. de Nat. deor. Bellis prælijsq; dij non caruerunt.4. Fam.6.ep. 1. In bellis ciuilibus nihil miserius victoria *2. de Nat. deor. 125. Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum coruo. 5. I. V. 207. Sustinere non vim, non arma , non bellum.6. Ver. 115. Conferte , hanc pacem cum illo bello.cont. C. Anton. Ex quibus ait se,cum velit,subitò fugiti uorum bellum excitaturum.Frag.ep.Quòd videret nomine pacis bellum inuolutum fore.*ibidem.* Bellum ex consensu ciuitatis confectum iam haberemus.

¶ *Discordia naturarum.*2.de Nat.deor.125.Quasi naturale bellum est miluo cum.

✠ ADIVNC. *Acerbum diuturnumque calamitosum.5. Ver. & pro font. Acerbum intestinumque horrificum ac nefarium periculosissima & maxima. pro Dom. Acerbissimum,dubium,necessarium,periculosissimum,periculosissimum Maximumque.Tetrum miserumque.5. Phil. Acerbissimũ & calamitossimum proximum.12. Phil. Acerrimum grauissimum de Clar. Acerrimum & maximum,aere & magnum continua,Durissimum. pro Corn. Bal. ἀμφοτεμβριον 5. Atticum. ἀσωνυλον Crudele & exitiosum. Crudelissimum & maximum Infinitum, Iustum,longum,Merum.9.Att. AEternum 4.in Catil. Calamitosum ciuibus & exitiabile, non iniustum quidem sed tum pium & necessarium. 10. Att. Calamitosum.6.Fam.Ciuile.2.Famil.& 15. Attic. Commune.11. Fam.Crudelissimum, Internecinum. 14. Phil. Diuturnum.Epist.ad Brut.Domesticum.pro Plan. Domestica.)(.Externa,de Senect.Externa, Maxima & periculosissima.Inexpiabile,de Arusp. Exitiosum leniora pestiferum,8.Att. Externum.1.Maximum & periculosum, Fœdissimum. 4. Famil. Formidolosissimum. Magnum. Nefarium & Crudele,parua.In Piso. Graue. 6. Phil. Graue & vehemens. Grauissimæ Maius tantum , tam luctuosum.pro Mur.Graue & Diuturnum, varia,pro Sest.horribile ac nefarium.Iniustum,2. In Cat.hostilia externaque. 5. Famil. Iniustum impiumque, triste & Turbulentum. 1. In Ver. impium ac nefarium. Intestinum ac domesticum.Tantum,tam Insidiosum 1. In Cat. Inutile,Plurima.1. de Inuent. Inutilia. pro Flac. Iusta hostiliaque.pro Deiot.Magnum,graue.1. de Orat. Magnum & necessarium,plura , superius. pro Cæc. Magnum & vehemens.Maritimum.Sacrilegum,Impiumque.7.In.Ver.Maiora, Proximum, 13.Phil. Maritima terrestria, de Pro.Maximum pristinum,de Som.Maximum crudelissimum. Sceleratissimũ periculosissimumque.3.in Cat.Maximum difficillimumque. Sæuissimum prope Omnium. 4.Verr. Miserum fataleque.pro Mar. Miserrimum.13.Famil.Mortiferum.3. Tusc. Muliebre. In Vat.Multa.6.In Ver. Naturale.2.de Nat. Naturale & maritimum. periculosum magnitudine,Seruile, tatrum periculosumque tantum , tam diuturnum , tam Longè lateque dispersum.Turpe,vetus , latè dispersum, diffusumque.pro Pom. Nefarium. 2. Phil. Nouum Sociale vetera.pro Font.Occultum.8.Famil.periculosa.9. Phil.pestifera.1.Offi.Propria.1.de Nat.deo. Superiora. 1.de Fin. Teterrimum periculosissimumque. 10. Famil. Tantum tàm crudele tàm nefarium.*

☞ Syntaxis. *Bellum acerbum,æternum,affectum,non confectum,commotum,confirmatum,perniciosum,exitiosum,crudere, domesticum,triste,turbulentum,durissimum,pestiferum,intestinum,iustum, denunciatum,indictum, merum,mortificum , nefarium,occultum,oppressum,renatum,restrictum, inflammatum,teterrimum,periculosum , externum, prostigatum,hostile. Bellum suscipere,indicere,facere,gerere,comparare,conficere.Belli instrumenta,celeritas,reliquiæ. Si est bellum. In bellum confugere.Bello ardere prouinciam.*

BELLVS, a.um: & BELLISSIMVS. *aptus,conueniens.*Att.lib.5. ep.17. Illum pueris locum belliſſimum esse duximus.

¶ *Lepidus.* Att.li.6.ep.4. Pyliæ & puellæ Cæciliæ belliſſimæ salutem dicas.Ep.li.14.ep.7.Cicero belliſſimus tibi salutem dicit. Att.lib.13.ep. 20. Theatrum quidem sanè bellum habuisti.1.de Leg.6.Succedere huic belli,Clodius, Asellio, &c. ad Her lib.4. Belli montes.Ep.lib.15.Gratissimæ & bellæ literæ.

¶ *Tranquillus.* At.li.4.ep.15.Recordor quàm bella pauliſper nobis gubernantibus ciuitas fuerit.

¶ *Hilaris.* Att.li.5.ep.16. Hæc ipsa fero equidem fronte ac vultu bellis,sed angor intimis sensibus.

¶ *Tutus,laudabilis.*1.de Orat. 247. Quàm sit bellum cauere malum,nemo ignorat.

¶ *Præstans,bonus.* Epist.li.9.ep.2 Mihi in mentem venit bellum esse, aliquò exire.

¶ *Suauis,vrbanus.* Attic.li.1.ep.1. Durius accipere hoc mihi visus ✠ est,quàm vellem.& quàm homines belli solent. ‖ Ep. lib.7.ep. 16.Bellus homo est.

¶ *Honestus.* Att.lib.15.ep.11.Bella iuris licentia.

¶ *Gratus.* Att.lib.10.ep.16. Satis bella affert.*: id est quæ placent.*de Or.li.1.255.Belliſſimum subsidium.Ep.li.16.ep.18.Bellus,pro bene habitus,& ex morbo confirmatus.

☞ Syntaxis. *Bellus locus , puella : mons,litera, ciuitas,frons ac vultus, homo,prædium. Id agere bellum est:id est,optimum.*

BELVS,*id est Hercules quintus,in India natus.*3.de Nat.42.

BENE. *probè, præclarè, valde cõmodè, ratione, bona ratione.*) (*malè.* 4. ad Herenn. 60. Attic. lib. 13. epist. 6. Quòd reliquos hæredes conueniſti, feciſti planè bene. Att. lib. 13. epiſt. 33. Othonẽ quod ſperas poſſe vinci, ſanè bene narras. 5. in Antonium. 40. Reſpublica bene & feliciter geſta. 3. Offi. 15. Domus bene & ratione ædificata. Ep. li. 1. ep. 8. Rẽ te valde bene geſſiſſe rumor erat. pro Quin. 12. Res ruſtica ſanè bene culta. Att. li. 7. ep. 7. Hoc enim ipſum bene fecit, quòd, &c. Att. li. 12. ep. 24. Bene fecit Silius, qui tranſegerit. 3. de Fin. 15. Bene facis, quòd me adiuuas. Att. li. 7. ep. 3. De animo meo erga rẽpublicã, bene facis quòd non dubitas. 2. Cõtra Rull. 58. Adoleſcens nõ minus bene nummatus, quàm bene capillatus. de Vniu Bene factus homo à Deo. de Fat. 34. Bene veſtitus. 3. Offi. 55. Bene ædificatus. 2. Tuſ. 17. Bene conſtitutus. Cat. 57. Bene cultus. *ibid.* 5. Bene deſcriptus. Cat. 50. Bene inſtitutus. ‖ Att. li. 16. ep. 3. Sed bene acceptis ne in me ſtomachum erumpant. 6. pro Mil. 94. Bene moratus. pro Seſt. 23. Bene ſanus. 2. de Or. 322. Bene exiſtimans. 4. Acad. 21. Bene olens. de Am. 44. Bene ſuaderis. pro Dom. 37. Imberbis adoleſcẽtulus, bene valẽs ac meritus. 2. de Di. 38. Quæ autẽ incõſtantia deorum eſt, vt primis minentur extis, bene promittant ſecundis. 6. I. A. 18. Itaque Senatum ſua ſponte bene firmum, firmiorẽ veſtra autoritate feciſtis. Para. 2. Improbo nemini bene eſſe poteſt. 2. de Leg. 28. Bene verò, quòd fides cõſecratur manu. pro Qu. 79. Bene agis, quàm longè eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum. pro Q. Roſ. 32. Tutuum negocium geſſiſti bene. 5. in Ver. 146. Bene agis Alba. pro Mur. 14. Bene habet, iacta ſunt fundamenta defenſionis. Att. li. 6. ep. 1. Bene audire, & malè audire. L. A VDIO. 2. Offi. 88. Catonis. Bene paſcere, bene veſtire,

¶ *Valde, ſatis.* 2. de Ora. 361. Habetis ſermonem bene longum. de Clar. 81. Fabius literarum & antiquitatis bene peritus. Att. lib. 14. ep. 7. A Cicerone mihi literæ ſanè πωνυμίαι, & bene longæ. & li. 6. ep. 6. Puer bene ſibi fidens. 4. in Verrem. 169. Is bene penitùs in iſtius familiaritatem ſe dedit. Ep. li. 10. ep. 33. Antonius habet inermes bene multos. Ep. li. 5. ep. 12. Qui ſemel verecundiæ fines tranſierit, eum bene & nauiter oportet eſſe impudentem. 2. Tuſ. 44. Sed ſi eſt tantus dolor, quantus Philoctetæ, bene planè magnus mihi quidem videtur. 1. in Verr. 48. In Clamando video eum eſſe bene robuſtum. At. li. 4. ep. 9. Bene manè hæc ſcripſi pro Muræna. 69. Cum bene magna caterua. Att. li. 9. ep. 19. Rectè auguraris de me: bene etiam cognitus ſum.

☞ Syntaxis. *Bene facere, narrare. Bene planè, planè bene. Sanè bene. Bene & feliciter. Bene & ratione. Valde bene. Bene factus, capillatus, nummatus, iratus, moratus, firmus. Bene verò. Bene habet, id eſt, res optimè habet. Bene audire, id eſt, in honore haberi, eſſe, honeſtè affici, laudari. Bene pro valde longus, peritus. Bene penitus. Bene & nauiter impudens. Bene magnus, bene manè.*

BENEDICO de Opt. 13. Benedicere, eſt Atticè dicere. & 1. de Or. 21. Profeſſio benedicendi. 2. de Or. 5. Benedicere, quod eſt ſcienter & peritè & ornatè dicere.

¶ *Bene precor, aut laudo.* pro Seſt. 110. Cui benedixit vnquã bono?

BENEDICTVM, cti. 3. de Nat. deor. 77. Benedicta malè interpretari. de Cl. 322. Philoſophia mater omnium benefactorum, beneque dictorum.

BENEFACIO, cis. *beneficio afficio, benignè facio, beneficium tribuo vel do, bene vel optimè mereor, orno, beneficijs orno, bene promereor, beneficium confero, beneficio complector.* 1. de Inuent. 109. Ab ijs, quibus benefecerimus, malè tractari.

BENEFACTVM, cti. *rectè factum, honeſtè factum, virtus.* de Senect. 9. Multorum benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. Parad. 3. Benefacta rectè facta ſunt. 2. Tuſ. 64. Omnia enim benefacta in luce ſe collocari volunt.

¶ *Beneficium, meritum.* 2. Offi. 61. Benefacta malè locata, male facta arbitror. Ennij. ad Br. ep. 16. Benefacta pro debitis exigimus.

BENEFICENTIA. tiæ. *liberalitas, benignitas.* 1. de Nat. deor. 122. Quid eſt melius aut præſtantius bonitate & beneficentia. 2. de Ora. 343. Virtutes in quadam comitate & beneficentia poſitæ. Idem. 1. de Offi. 20.

✠ *ADIVNCT. Diuina. 2. de Diuin. Præſtans. 1. de Diu.*

BENEFICENTISSIMVS. 2. de Nat. 64. Iupiter optimus, id eſt, beneficentiſſimus.

BENEFICIVM, cij. *benefactũ, benegnitas, liberalitas, meritũ, promeritum, officium, gratia, munus.* Att. lib. 10. ep. 8. Pompeius, qui tibi vt beneficium daret, prius iniuriam fecit. Att. li. 8. ep. 24. Cæſar maximum beneficium te ſibi dediſſe putabit', ſi te huc reijcis. Bru. epiſto. 7. Nec coniunctiori dare beneficium potes. Attic. lib. 14. ep. 15. & Ep. li. 13. ep. 8. Dare beneficium alicui, & accipere beneficium ab aliquo. Att. li. 9. ep. 9. Pompeius, à quo tantum beneficium te accepiſſe prædicas. pro Cornel. 37. Tribuere beneficiũ. 1. in Antonium. 17. Multa beneficia alicui tributa & data. 1. Offi. 49. Dare beneficium, reddere beneficium, collocare beneficium, deferre beneficium. & 45. Conferre beneficium in aliquem. pro Seſt. 49. Quod à me beneficium haberetis? cum pro vobis, ea quæ mihi vilia eſſent, reliquiſſem. 3. de Nat. deorum. 70. Eos beneficium à patribus nullum habere. ad Brut. ep. 16. An hoc pro beneficio eſt habendum, quòd ſe quàm Antonium eſſe maluerit. 2. Officiorum. 76. Melius apud bonos quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. & 68. In collocandis beneficijs mores hominum, non fortunam ſequi conuenit. Epiſt. Fam. lib. 13. ep. 28 Bene collacare beneficium. prò Sylla. 26. Ego tantis à me beneficijs in republica poſitis, ſi, & cæt. de Amicit. 96 Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur. pro Muræna. 70. Homines tenues vnum habent in noſtrum ordinem aut promerendi aut proferendi beneficij locum. Ep. Fam. lib. 13. ep. 26. Bene ponere beneficium apud aliquem. & ep. 54. Ponere beneficium apud gratos homines. Poſtquam ad Quir. 22. Vlciſcendæ iniuriæ faciliot ratio eſt, quàm beneficij remunerandi. 1. Contra Rullum. 13. Non enim vnus afficitur beneficio, ſed vnus priuatur iniuria. Ep. Fam. lib. 10. ep. 14. Et rempublicam diuino beneficio afficeris. ‖ pro Pom. 71. Ego me hoc honore præditum tantis veſtris beneficijs affectum ſtatui. *ibidem.* 68. & 69. Poſtquam redijt, ad Quirites. 1. Beneficio diuino immortaliq́ue veſtro, eius deuotionis ſum conuictus. 2. in Antonium. 91. Ne qua poſt idus Martias immunitatis tabula, néue cuiuſquam beneficij figeretur. pro Planc. 82. Complecti aliquem beneficio: *id eſt, afficere.* pro Cæl. 7. Meum erga te beneficium tueri debeo. Att. li. 6. ep. 1. Ornare ciuitatem beneficijs. Poſtquam. ad Quir. 12. Quem ego maximis beneficijs ornaueram. Ep. Fam. lib. 1. ep. 9. Qui tuis maximis beneficijs ornatus in te potiſſimùm fractam illam vim ſuam contulit. 4. in Verrem. 29. Hoc illis in beneficij loco deferendum eſt. Ep. Fam. lib. 8. ep. 8. Dare aliquid alicui pro beneficio. 5. in Verrem 114. Atque hoc in beneficij loco petitum eſt ab Apronio. & 191. Qui benignitate adducti per beneficium & gratiam ciuitatibus conceſſerunt, vt nummos pro frumento darent. 5. in Verrem. 115. Hoc vix ab illo in ſummo beneficio impetratum & *ibidem.* Beneficij gratiæq́ue cauſa concedere aliquid. 5. in Verrem. 189. In beneficij & gratiæ loco petere aliquid. & 7. Ver. 52. Beneficium vt dicitur, trabali clauo figere. 2. Contra Rullum. 60. Beneficio iſto legis & benignitate decemuirali nihil vtor. pro Planc. 2. Cui ſum obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. 4. in Catilinam. 22. Hoſtes alienigenæ beneficio ſe obligatos putant. Ep. Fam. lib. 13. ep. 25. Hagaſſeretus magnis meis beneficijs ornatus & memor & gratus fuit. 2. Contra Rul. 21. Gratus ac memor beneficij. pro Archia. 11. Archias in beneficijs ad ærarium delatus eſt à L. Lucullo prætore & conſule. 3. de Nat. deorum. 70. Multi deorum beneficio peruersè vtuntur. 2. de Fin. 117. Si nam ob cauſam cuiquam commodes, beneficium illud habendum non eſt, ſed fœneratio. Ep. Fam. lib. 2. ep. 6. Neque enim ſum veritus, ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia beneficia non poſſem, cum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam, quam vel non capere animus meus accipiendo, vel remunerando cumulandoq́ue illuſtrare poſſit. Ep. Fam. li. 4. ep. 14. Quibus pro meis immortalibus beneficijs chariſſima mea ſalus eſſe debebat. & li. 8. ep. 12. Qui me odiſſe, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit: & cùm homo auarus, vt ea ſolueret, ſibi imperare non poſſet, occultum bellum mihi indixit. * Poſtquam. ad Quir. 16. Qui veſtris maximis beneficijs honoribusq; ſunt ornati. contra C. Antonium, Te meo maximè beneficio eſſe ſublectum. Fragment. Ep. Si me ad id beneficium arceſſeres, quo me in libertatem vindicaſſem.

✠ *ADIVNCT. AEternum. Parad. Amplisſimum vilia. pro Seſt. Contumelioſum. 15. Attic. Clariſſima & maxima. Innumerabilia. 3. Famil. Cæleſtia. 3. Offi. Complurima. 2. Offic. Diuina immortale. Excellens poſtquam ad Quir. Fructuoſa Antequam. Grata. 6. Phil. Immortalia. 4. Famil. Inſigne & ſingulare permagnum. 2. Cont. Rull. Incundiora. 10. Fam. Leuiora poſteris. 1. de Inuent. Magnum. 8. Att. & 8. Fam. Maius. pro Flac. Magna, parua, facilia, ſingularia, vulgaria vera Falſa. 2. de Fin. Magna & diuina mutua grata. 1. Offi. Maiora. 14. Phil. Maximum pro Mur. 1. Fam. Minora vera. pro Planc. Multa, plurima. 7. Ver. Paterna. 11. Phil. Proxima de prouinc. Preclarum. pro Cæl. Recens ſumma. pro Dom. Singulare. Maxima. 1. Fam. Vetera. 13. Fam.*

☞ Syntaxis. *Beneficium alicui dare, accipere ab aliquo, tribuere, reddere, collocare, conferre, habere ab aliquo. Pro beneficio, & in beneficij loco habere. Per beneficium & gratiam concedere. In aliquo beneficium ponere. Beneficio tuo. Apud aliquem beneficia ponere. Beneficij gratiæq; cauſa concedere. Clauo figere beneficium. Beneficio affectus, ornatus, obſtrictus, obligatus. Beneficium ſuſtinere. Debere alicui beneficium.*

BENEFICVS, a, um. *benignè faciens, benignus.* 1. de Natura deor. 123. Ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos & benignos fuiſſe. 1. de Leg. 49. Beneficus eſt qui

non sui,sed alterius causa benignè facit. 2. de Nat. deor.64. Iupiter optimus,id est, beneficentissimus. 1. Officiorum. 42. Qui gratificantur cuipiam,quod obsit,&c.non benefici, neque liberales,sed pernicioſi assentatores iudicandi sunt,2.de Diuin. 102. Dij sunt benefici, generique hominum amici. pro Milon. 20. Beneficus & salutaris ciuis.2.Of.32.Benefica volũtate mouetur, etiamsi res fortè non suppetat.

BENEMERENDVM. de Amic.32. Propensioresq; ad bene merendum,quàm ad repoſcendum simus.

BENEMERENS, tis.*beneficus.* Antequam iret. 5. Opitulari benemerentibus. pro Planc. 80. Ciues de patria benemerentes. 1. Offi.149.Bene de republica sentientes,ac benemeritos aut merentes colere debemus.

BENEMEREOR, ris.*beneficio afficio,beneficium colloco.* Epist.lib. 10. epist. 17. Libenterque ei sum testimonio,omnibusque ero, qui benemerentur.& epist.5.De rep.benemereri.de Cl.253.Bene de nomine ac dignitate pop. Rom. meritum esse existimare debemus.

BENEMERITVS, 2, um.}(.*malemeritus.* Antequam.16.Igitur ex ciuitate benemeritus de repub.ciuis exturbatur.

BENEVENTVM.*vrbs.*3.I.V.38.

BENEVENTANVS.*ibidem.*

BENEVOLE, *amicè.* de Am. 90. Et hæc accipienda amicè,cum benevolè fiunt. Ep. li.13.ep.21. Præstò esse alicui fideliter & benevole.1.de Fin.34.Amicè & benevolè fecisti.

BENEVOLENTIA,tiæ.*gratia,bona gratia,studium,amor,charitas.* }(.*odium,offensio.*1. Offi.47. De benevolentia autem,quam quis habeat erga nos, primum illud est in officio, vt ei plurimum attribuamus, à quo plurimum diligimur.de Opt. 19. Atque ita prædicaretur eum donari virtutis ergò benevolentiæque,quam erga pop.Athenienſem haberet.Post.ad Quir. 24. Mihi in vestris commodis augendis grata animi benevolentia defutura non est.Epist.lib.1.ep.9.Mea in te pietas, quid enim dicam benevolentiam? cùm illud ipsum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur. Att.li.11.ep.1.Omnem spem habeo in tua erga me mihi perspectissima benevolentia, quâ si his temporibus miseris & extremis præstiteris, hæc pericula fortius feram.Epist.li.4.ep.11. Præstare benevolentiam alicui.3. Offi.63. Tribuere gratiam alicui,id est benevolentiam. 2. Offi. 23. Malus custos diuturnitatis metus, contraque benevolentia fidelis est,vel ad perpetuitatem.Attic.lib.5.epist.18.,Exercitus ad benevolentiam erga nos consentiens. 1. ad Her. 8. A persona nostra benevolentiam contrahemus,si,&c.2.de Orat.182. Multum valet ad vincendum animos eorum, apud quos agitur, conciliari quàm maximè ad benevolentiam. 2. Offic.32. Benevolentia beneficijs capitur maximè.&*ibidem.* 2. Benefica voluntate benevolentia mouetur, etiam si res fortè non suppetat. Epist.lib.1. epist. 5. Vt & meam & cæterorum erga te fidem & benevolentiam absens experirere. & ep.7.Meã erga te benevolentiam facilè perspicias.pro Sest.6.Sed benevolentiam & charitatem illius necessitudinis mors filiæ non ademit.Att.li.16.ep. 16. Hoc pro coniunctione & benevolentia nostra mihi sumpsi.2.Offi. 48. Oratio benigna multitudinis animos ab benevolentiam allicere. 2. de Orato. 182. Hæc omnia valde benevolentiam conciliant.Epist.Fam.li.3.ep.7. Suscipere & conseruare benevolentiam. Att.lib.6.ep. 1. Reportare benevolentiam omnium ex prouincia.Ep.lib.3.ep.10.Nauare benevolentiam suam in aliquem.

✠ADIVNC. *AEqualis ætati.* 11. *Phil. Bona, mutua, par & mutua, perpetua, & Maxima.* 13. *Fam. Falsa, Part. Fidelis.* 9. *Fam. Firmissima,* 2. *Att. Grata Sempiterna, præstans in aliquem. postquam ad Quir. Impar Par.* 6. *Fam. Incredibilis.pro Clu. Insignis.pro Dom. sua Intemperata, necessaria, de Amic. Maior.* 3. *Fam. Mediocris, Singularis, de Prou. Mirabilis.* 15. *Fam. Non obscura,* 13. *Fam. perspectissima.* 11. *Att. propensa,* 11. *Fam. Summa.* 10. *Fam.& 6. Fam.*

☞ Syntaxis. *Perspectissima benevolentia, fidelis. Benevolentiam contrahere, præstare, reportare, conciliare, nauare in aliquem. Ad benevolentiam alicuius consentire. Capit, mouet, benevolentia. Animi benevolentia, Benevolentia & charitas. Coniunctio & benevolentia.*

BENEVOLENTIOR. Epist.lib.13.epist.60. Nam benevolentior quàm semper fui,esse non possum.

BENEVOLVS, & BENEVOLENTISSIMVS.*amans, inclinatione animi in aliquem propendens, amicus studiosus.* 2. de Or.80. Iubent exordiri ita, vt eum qui audiat, benevolum nobis faciamus, & docilem, & attentum. 1. de In 20. Si eum benevolum, docilem,& attentum fecerit. & pro Cl. 176. Seruus domino benevolus.2.de Or. 322. Iudices benevolos benèque existimantes efficere. Antequam. 30. Benevolus huic ciuitati ab hoste proijcitur in exilium.2.de In.161.Benevolus patriæ.Ep.li.5.ep.16.Existimabam officio me esse functum benevolentissimi atque amicissimi, quem me tibi & fuisse semper existimes velim, & futurum esse confidas.1.ad Her.7.Benevolus auditor.

☞ Syntaxis.*Benevolus vrbi. Auditor, iudex benevolus. Benevolentissimus & amicissimus absoluta synonyma.*

BENIGNE,& BENIGNISSIME *comiter, liberaliter.* 13. in Anton.4.Salutare benignè,comiter appellare vnumquenque. 1.in Ver. 33. Quæ cum Quæstore suo benignissimè communicauit. Att.lib.3.ep.3.Adhuc inuitamur benignè.pro Flac. 54. Ista ciuitas neque seuerè Flaccum oppugnauit, neque benignè defendit.1.Offi.42.& Ep.lib.13.ep.67.Benignè facere alicui.2. Offi.52. Nam aut opera benignè sit indigentibus,aut pecunia.pro Cor. 36.Benignè, non grauatè,comiter quidem certè, non communiter conuenit.pro Cl.8.Benignè attenteque audire. pro Deiot. 36. Deiotarus dicere est solitus benignè sibi à populo Romano esse factum. 5. in Ver. 196. Frumentum, inquit, abs te emere oportet.optimè:modium denario,benignè ac liberaliter.Epist. lib.4. epist. 13. Nunc P. Nigidio ne benignè quidem polliceri possum.

☞ Syntaxis. *Benignè salutare, communicare cum aliquo, inuitare, defendere, facere alicui. Benignè facta opera, & pecunia inopi. phrasis mira. Benignè factum alicui ab aliquo. Benigne ac liberaliter.*

BENIGNITAS, tis. *clementia, comitas, humanitas.* 5. de Finib. 65. Iusticiæ adiunctæ sunt pietas, bonitas, liberalitas,benignitas, comitas.pro Quin.Rosc.33.Nunc deũm immortalium benignitate omnium fortunæ sunt certæ.pro Cecinna.91.Veruntamen nos vestræ benignitati pareremus:*id est, vestræ clementiæ.* pro Domo sua.32.Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. pro Sestio. 31. Etsi me attentissimis animis summa cum benignitate auditis,tamen, &c.

¶ *Liberalitas, beneficentia.* Att.lib.4.ep.2. Amicorum benignitas exhausta est. 5. in Ver. 191. Qui benignitate adducti per beneficium concesserunt,vt nummos pro frumento darent. 2. de Nat. deor.131. Sed illa quanta benignitas naturæ? quæ tam multa ad vescendum gignit?

✠ADIVNC. *Grata, De Pet. Conf. honesta, iucunda aditu, propensa in Calamitosos, Vtilis.* 2. *Offi. Incredibilis, pro Rab. maior,* 1. *Offic. Nimia.pro Cæc. priuata.pro Flac. Quæstuosa,* 1. *Con. Rull. Summa.pro Cluent.*

BENIGNVS, 2,um.*blandus, comis.* 6.in Verr.6.Benignus ad commodandum.2.Offi.48. Oratione benigna multitudinis animos allicere.pro Corn.Balb.36. Comes,benigni, faciles, suaues homines. ad Brut. ep. 15. Sed nescio quo modo facilius in honore benigni, quàm in victoria grati reperimur.1. de Nat. deor. 123 Ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent,futuros beneficos & benignos fuisse.2.Fam.ep. 12. Quanquam omnia nec benigna,nec copiosa cognôrant.

¶ *Liberalis, beneficus, munificus.* Offi.li.1.44. Qui benigniores esse volunt,quàm res patitur,peccant.1.de Leg. 48. Benignus liberalisue qui dicitur,officium,non fructum sequitur.

BEROA,æ.I.P.89.In oppidum Beroam refugisti.

BES.*octo vncię.* Attic.lib.4.epist. 14. Fœnus ex triente factum erat bessibus.

BESSI,orum.*populi.*I.P.84.

BESSICA.*gens.* I.P.84.

BESTIA,æ.*bellua. Nomen bestiæ etiam piscibus & conchylijs conuenit.* L.BELLVA, & BESTIOLA. 2. Diuin.69.Bestia monstrosissima.7.Fam.ep.1.Sed quæ potest homini esse polito delectatio. quũ aut homo imbecillis à valentissima bestia laniatur,aut preclara bestia venabulo transuerberatur:pro Sext.R. 56. Canes tametsi bestiæ sunt,tamen,&cæt.2.de N.d.124. Bestiæ aquatiles, vt crocodili, fluuiatilesq; testudines. Tusc.q.lib.4.32. Bestiæ in perturbationes non incidunt.1.de Fin.71.Multæ bestiæ penè loquuntur magistra ac duce natura.5.Tusc.q.38. Aliæ bestiæ sunt nantes,aliæ volucres, serpentes quædam, quædam gradientes. Tusc.lib.5.79. Quid bestiæ? non pro suo partu ita propugnant, vt vulnera excipiant? nullos impetus,nullos ictus reformident? 2.de Nat.deor.123. Bestiæ, quæ alius generis bestijs vescuntur. Tusc.q.lib.5.98.Bestiæ,vt quicquid obiectum est,quod modò à natura non sit alienum, eo contentæ, non quærunt amplius.9. Fam. ep. 6. Ad bestiarum auxilium confugere.Tusc. q. lib.5.38. Bestiarum quæque suum tenens munus, quum in disparis animantis vitam transire non possit,manet in lege.2. de Nat. deor. 99.Bestiarum varia genera,vel cicurum,vel ferarum.2. de Nat. deor.33.Bestijs sensum & motum dedit natura, & eum quodam appetitu accessum ad res salutares, & à pestiferis recessum.10. Fam.Pollionis.epist.32.Bestijs obijcere. in Pisonem. 88. Quid, quòd populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos sociosque misisti? Tusc. q.li.5.38. Namque alias bestias nantes,aquarum incolas esse voluit(*natura.*)alias volucres cœlo frui libero, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes: earum ipsarum partim soliuagas,partim congregarasimmanes alias,quasdam autem cicures:non nullas abditas,terraq; tectas.de Fin. lib.5.38.

Bestias

Bestias quasdam esse, in quibus insit aliquid simile virtutis. de Nat.deo.1.82. De bestijs quibusdam firmiores videas esse apud Aegyptios ac Syros opiniones. de Amic.83.Hoc apparet in bestijs,volucribus,agrestibus,natantibus,suibus,cicuribus,feris.2. de N.d.128.In bestijs quanta ratio appareat ad perpetuam conseruationem earum generis.

✠ *ADIVN.Abditæ,terraque tectæ,gradientes, Immanes)(cicures,Nantes,Serpentes.Soliuagæ)(congregatæ volucres.5.Tusc.Agrestes,cicures)(Feræ,Natantes de Ami.Ancipites,in vtraque sede viuentes,aquatiles mutæ nihil intelligentes Terrenæ,volatiles,volitantes, 1.de Nat.Immanis ac pernitiosa pro Cluent.liberæ.5.de Finib.Monstrosissima.2.de D.Mutæ,praua,1. de Finib. præclara valentissima,7.Famil.*

☞ Syntaxis. *Bestia valentissima,præclara,aquatilis,nans,volucris,serpens,cicur fera,immanis,soliua,abdita,tecta.Hic & species,& epitheta sunt.Bestijs obijcere.Ad bestias mittere aliquem.*

BESTIARIVS, rij. *qui cum bestijs pugnabat in publicis ludis.*Q.frā. lib.2.ep.5.Nam ille vindex gladiatorum & bestiariorum, emerat de Cosconio bestiarios:nec sine ijs armatis vnquam in publico fuerat.in Vat.40.Gladiatoribus & bestiarijs Remp. obsidere.pro Sest.135.Primùm do, inquit, bestiarios, lex est scripta de gladiatoribus. *Festiuè.*

BESTIOLA, *minima bestia.* 2.de N. d. 123.Dissimilimæ bestiolæ communiter cibum quærunt: *id est,pinna & squilla.*

✠ *ADIVNC. Minimæ,dissimillimæ,1.de Nat.*

BETA, tæ. *holus.*Epist.lib.7.ep.26.Beta & malua.

BIAS, antis.de Amic.60. Bias, qui sapiens habitus est vnus è septem.Parad.1.

BIBENDO.pro Flac. 92. Nam iste totam Asiam magnitudine poculorum,bibendoque superauit.

BIBITVR. 2. in Ant. 104. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.3.I.V.66.Fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur.

BIBLIOTHECA, *librorum multitudo.*ad Sulpitium lib.13. ep.77. Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, quum multos libros surripuisset, &c. Att.lib.1. epi.8. Bibliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quamuis acrem amatorem inueneris.4.ad Att.ep. 9. Bibliotheca alicuius pasci.ad Quint. frat. lib. 3. ep.4. De bibliotheca tua supplenda,libris commutandis,Latinis comparandis,valde velim ista confici.

¶ *Locus librorum.*Epist.lib. 9.ep. 4. Si hortum in bibliotheca habes nihil deerit.2.de Di.8.Cùm, &c.satisque ambulatum videretur,tum in bibliotheca,quæ in Lyceo est,assedimus.1.de Ora. 196.Bibliothecas omnes duodecim tabulæ superant. 2. Tusc.6. Ne bibliothecis quidem Græcis egebimus.4. ad Att.ep.4.Offendes designationem Tyrannionis, bibliothecam mirificam librorum meorum. *Hic aduertas librorum bibliothecam.* ad Curium lib.7.ep.28.Abdo me in bibliothecam.

✠ *ADIVNCTA Mirifica,4.Att.*

BIBO,bis.*poto,perpoto,poculum exhaurio, potionem exhaurio, haurio, sorbeo.*11.I. A. 10. Quid eum non sorbere animo?quid non haurire cogitatione?cuius sanguinē non bibere censetis.5.Tusc.97. Darius,cùm aquâ turbidâ bibissēt,negauit vnquam se bibisse iucundius.& 118. Lex, quæ in Græcorum conuiuijs obtinetur, Aut bibat,inquit.aut abeat. I. P. 22. Conuiuium, in quo nemo potest dicere,vtrum iste plus biberit,an vomuerit,an effuderit. Attic.lib. 13, ep.50. Itaque & edit, & bibit ἀλλῶς & iucundè.5. Tusc.97.Nunquam sitiens biberat,nec esuriens ederat.

✠ *ADVER.ἀλλῶς & iucundè, 13. Attic.Iucundius, 5. Tusc.Plurimum,16.Attic.*

BICEPS, tis.1.de Diu.121.Si puella nata biceps esset.

BICORPOR, ris.2. Tusc. 22. Hæc bicorporem afflixit manum. Poetæ.

BIDIS. *oppidum est tenue sanè, non longè à Syracusis,in Sicilia.* 4. I. V.53.54.Hinc Bidini & Bidenses, *Ibidem.*

BIDVVM, dui. *duorum dierum spacium.*2.de O.96.Tantæ tenebræ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur, vt per biduum nemo hominem homo agnosceret.At.lib.8.ep.22.Romæ nihil auditur noui, nec in his locis,quæ à Brundusio absunt propius quàm tu,biduum aut triduum.& lib.5.ep.16.Nos in castra properabamus, quæ aberant ✠ bidui.& ‖ epist.lib.10.ep.17.Venti dius bidui spatio abest ab eo.

BIENNIVM,ij.*spacium duorum annorum.*pro Cec.54.Lex vsum & autoritatem fundi iubet esse biennij. 5. in Ant.7. Tribuni plebis tulerunt de prouincijs contra acta Cæsaris:ille biennij, iste sexennij.

BIFARIAM, *bipartitò.*de Vniu.27. Aliqua bifariam contrariè simul procedentia. 3. Tusc. 24. Cumque is motus aut boni aut mali opinione citetur bifariam quatuor perturbationes distributæ sunt.

BIFORMATVS, a,um.2.Tusc. 20. Hos non biformato impetu centaurus ictus corpori infixit meo.Poetæ.

BILIS, lis. *duplex humor in sanguine.*2.de Na.117.Ab eo cibo cùm est secreta bilis,hique humores, qui ex renibus profunduntur, reliqua se in sanguinem vertunt.3.Tusc. 11.Quasi verò atra bili solùm mens,ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur.1.Tusc.56.Sanguis,bilis,pituita,ossa, nerui,&c.4.Tusc.22.Cùm pituita redundat aut bilis in corpore.

¶ *Ira.*Att.lib.2.ep.7.Si (vt scribis)bilem id commouet.

✠ *ADIVN.Atra.3.Tusc.*

BIMESTRIS, stre.*duorum mensium,bimensis.*Epist. lib.10.ep. 24. Consulatus bimestris.Planc.

BIMVS, a, um. *duorum annorum.* Ep. lib. 3. ep.8. Horrensiumque roges,vt de hac quoque sententia bima dicedat,qua mihi nihil potest esse inimicius.& lib.10.ep.24.Legio bima.Planc.

BINVS, um.4.I.V.133.Describebat censores binos insingulas ciuitates Timarchides & 130.Vt dies XLV.inter binos ludos tolerentur.5.I.V.165. Binæ centesimæ.2.de N.48. Bis bina quid sint, Epicurus non didicit.3.de Legib.7.Bini censores sunto.2. contra Ru.84.Et vnicuique vestrum,vbi consistat bini pedes assignentur,de Clar. 333. Nònne cernimus vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles constitisse?Or.213. O M.Druse, patrem appello,hæc quidem duo binis pedibus incisim.1.de Ora.261.Demosthenes vna contentione verborum,binas contentiones vocis & remissiones continebat.Epist.lib.7.ep.1.Binæ venationes per dies quinque magnificæ.Att.li.6.ep.1.Per binos tabellarios misi Romam literas Ep.lib.10.ep. 33. Binos tabellarios in duas naues imposui.12.Philip.27. Cn.Pompeius cum P.Vectio inter bina castra collocatus est.Att.lib.7.ep. 14. Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum.3. de Orat. 196. Terna aut bina,aut singula etiam verba dicebant.Epist.lib.9.ep.22. Cùm loquimur terni,nihil flagitij dicimus:at cùm bini, obscœnum est:Græcis quidem,inquies.

BIPARTIOR, iris. *in duas partes distribuo,seu partior.*3.I.C.5.Atq; ibi omnes proximis villis ita bipartiti fuerunt, vt Tybris pons interesset.

BIPARTITO.*dupliciter,bifariam.)(.singulari modo,simpliciter.*pro Flac.32.Bipartitò classis distributa fuit,vt, &c. 10. in Antoni. 13. Equitatus,qui in Græciam ducebatur,bipartitò alter, &c. alterum,&c.

BIPEDALIS, le.*duorum pedum longitudine.*‖ 4.Acad.82.Sol.mihi ✠ quidem bipedalis Epicuro autem &c.

BIPES, dis.*quod duos habet pedes.*1. de Nat. 96. Quid obstat quo minus sit beatus,si non sit bipes.pro Dom.48.Omnium non bipedum solùm,sed etiam quadrupedum impurissimus.

BIREMIS,mis.*nauis,quæ remorum duos ordines continet.*7.I. V.50. Ne hæc biremis ascriberetur,&c.

✠ *ADIVNC. Præclara,5.Ver.*

BIS.7.I.V.8.In vna ciuitate bis improbus fuisti,cùm,&c. 8. I.A. 12.In quo bis falleris,primùm quòd.&c.deinde quòd &c.Epi. lib.9. ep. 16. De quo tu mihi antea scripseras bis eodem exemplo. Item lib. 3. ep. 8. Isq; ludos apparat magnificentissimos, stultè bis terq; vel quia.2.de Nat. Deor. 48. Bis bina quid sint, Epicurus non didicit.Orat.153.Nam vt duellum bellum,& duis bis:sic,&c.

BITHYNIA, æ.*regio.*7.I.V.27.Bithyniæ reges lectica octophoro gestari soliti.

BITHYNICVS,ca.Ep.lib.13.ep.9.

Βλάμμα.L. DETRIMENTVM.

BLANDE,Blandius,Blandissimè.*comiter,suauiter,mansuetè.*Att. li. 16.ep.2.Amabo te,mi Attice,videsne quàm blandè?pro Clu.72. Appellare aliquem blandissimè.1. de Orat. 112. Petere aliquid ✠ blandius. ‖ pro Q.R.49.Rogare blande.

BLANDENTVS,a.Q.fr.lib.1.ep.2.

BLANDEMONA, æ.*oppidum.*Q.frat.lib.2.ep.14.

BLANDILOQVENTIA,æ.3.de Nat.66. Nam vt ego illis supplicarem tanta blandiloquentia?Poetæ.

BLANDIMENTVM,ti.*blanditia.*pro Cæl.41.Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit. quibus sopita virtus conniueret.5. Tusc.87.Nec eam minimis blandimentis corrupta deseret.

✠ *ADIVNCTA. Minima,5.Tusc.Multa,pro Cæl.*

BLANDIOR,diris.*amplexor.* 4. Acad. 139. Video quam suauiter voluptas, sensibus blandiatur.de Amic. 99. Qui aduersando assentatur, litigare se simulans blandiatur. 1. de Orat. 90.Ita nati sumus, vt & blandiri, & suppliciter insinuare possimus. Quint. fr.lib.2.ep.11.Mirificè mihi blanditur Appius.pro Flac. 92. Cur matri blanditur? cur epistolis & sororis & matris imbecillitatem aucupatur.

☞ Syntaxis. *Absolutè,blandior.Matri blandior.*

BLANDITIA, æ. *assertatio, illecebræ.*) (*Mimæ.* pro Pl. 29. Facilis est illa occursatio & blanditia popularis. Quin. de Pet. 32. Ea desiderat blanditiam, assiduitatem, benignitatem. de Am. 62. Beneuolentiam ciuium blanditijs & assentationibus colligere turpe est. pro Cl. 36. Is se blanditijs & assentationibus in illius consuetudinem penitùs immersit 3. Off. 74. Malitiosis blanditijs officiorum non veritate, sed simulatione quærere hæreditates. 1. de Fin. 33. Blanditijs præsentium voluptatum deliniti atque corrupti, non prouident. Q. frat. lib. 1. ep. 2. Elicere aliquem blanditijs ad iudicium. 5. I. V. 65. Sermo inquinatissimus & blanditiæ flagitiosæ. Attic. lib. 1. epist. 16. Exprimere nummulos ab aliquo blanditijs.

✠ *ADIVNC. Apertæ, pro flac flagitiosa, 5. Ver. Improba, vitiosa, turpis, tamen necessaria in petitione. De Petit. Cons. malitiosa officiorum, 3. Offic. popularis. pro Plan.*

BLANDVS, a, um. *benignus, comis, lenis, suauis.* Att. lib. 12. epi. 3. Vnũ te puto minus blandum esse quàm me. Item. epi. 5. Scis me minimè esse blandum: itaq; minus aliquanto dico quàm sentio. 2. Off. 48. Milites blando appellando sermone delinire. 7. I. A. 25. Ne blanda aut supplici oratione fallamur. 1. de D. 41. Vocare aliquem blanda voce.

BOEOTIA, æ. *regio.* pro Flac. 100. ‖ 3. de Nat. 49. Nostri quidem
✠ publicani, cum essent agri in Boeotia deorum immortalium excepti lege censoria. negabant immortales esse vllos qui aliquando homines fuissent.

BOEOTIVS, a, um. 1. de Di. 34. Bacchis Bœotius.

CAEMENTVM, ti. *lapides rudes & fracti, quibus ædificia conſurgunt.* pro Mil.75. Repentè lintribus in eam inſulam, materiã, calcem & cæmenta conuexit.3. Qu. fr.epiſt.9. Quid, ſi cæmentum non haberem,deturbem ædificium? 2.de Diu.98. Num hæc in latere aut in cæmento ex quibus effecta eſt, valere potuit. pro Domo.61.Nec illi cæmentis ac tegulis meorũ tectorum ſe famem ſuam expleturos putauerunt.

CAERVLEVS, lea. *color cæli, cærulus, cumatilis,* 1. de Nat.84. Oculos cæruleos eſſe Neptuni.

CAERVLVS, a, um. 1.de Diu.41. Ad cœli cærula templa. & i Arat.Cærula aſtra *2.Acad.Mare nónne cærulum?

CAERVLA, *id eſt, maria.* 5.de Finib.49.Poëtæ. L. TRANSVEHOR.

CAESAR, ris. ‖Att.lib.10.epi.7. Iratum mihi Cæſarem eſſe, cum ✠ idem amicus eſſet Pompeio nolui. *Ibid.* Cæſar qui duarum rerum ſimulationem tam citò amiſerit,manſuetudinis in Metello,diuitiarum in ærario. & *Ibid.* lib.8.ep.25. Sed planè quidquid mali hic Piſiſtratus non fecerit,tam gratum eſt,quam ſi alium facere prohibuerit. *Piſiſtratum vocat Cæſarem. Ibid.* lib.13.epi.50. Villa,(*Ciceronis.*) ita completa militibus eſt, vt vix triclinio vbi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet,vacaret,quippe hominum.c10.c10. Epiſt.libr.14.epiſt.14. Adiuuat etiam Piſo,quod ab vrbe deſcedit, & ſceleris condemnat generum ſuum. *is erat Cæſar. Ibidem.* lib.9.epiſt.16. Sic audio Cæſarem cum volumina iam confeceritἀναθεωμάτων, vel per ſe ſi quid afferatur ad eum, pro meo, quod meum non ſit,reijcere ſolere. Attic.lib.10. epiſt.4. Cæſarem non voluntate aut natura, non eſſe crudelem,ſed quod putaret popularem eſſe clementiam.Attic.lib.14.epiſt.13.Ex ipſius (Antonij) literis cognoſces,(miſi enim tibi exemplum) quàm diſſolutè, quam turpiter, quámque ita pernicioſè, vt nonnunquam Cæſar deſiderandus eſſe videatur,facile exiſtimabis.2.de Diui.79. Cæſarem eodem tempore, & hoſtem & hoſpitem vidit, *Deiotarus*, quid hoc triſtius? Is cum ei Troginorum tetrarchiam eripuiſſet, & aſſeclæ ſuo Pergameno, neſcio cui, dediſſet eidemq; detraxiſſet Armeniam à ſenatu datam : Cumque ab eo magnificentiſſimo hoſpitio acceptus eſſet:ſpoliatum reliquit & hoſpitem & regem. Attic. lib. 9. epiſt. 17. Atqui eum (*Cæſarem*) loqui quidem κατ' ἰωῦς narrant ; Cn. Carbonis M. Bruti ſe pœnas perſequi omniumq; eorum in quos Sylla crudelis hoc hoſpitio fuiſſet, nihil Curionem ſe duce facere quod non hic Sylla duce feciſſet. Epiſt.lib.11. epiſt.28. At ludos quos Cæſaris, victoriæ Cæſar adoleſcens fecit, curaui. At id ad priuatum officium,non ad ſtatum reipub.pertinebat. Epiſt. lib.16. epi.12.Delectus enim magnos habebamus:putabamuſq; illum (*Cæſarem,*) metuere, ſi ad vrbem ire cœpiſſet, ne Gallias amitteret: quas ambas habet inimiciſſimas præter Tranſpadanos. Attic. lib.4. epiſt.8. Si verò id eſt quod neſcio an ſit, vt non minus longas iam in codicillorum faſtis, futurorum. COSS. paginulas habeas (*Cæſar*) quam factorum, quid illo miſerius niſi reſpub.in qua ne ſperatur quidem quicquã melius, Attic.lib.14. epiſt. 23. Acta illa res eſt (*Cæſaris mors*) animo virili conſilio puerili. Attic. lib.12.epiſt.39. Qualis futura ſit Cæſaris vituperatio,contra laudationem meam,perſpexi ex eo libro,quem Hirtius ad me miſit in quo colligit vitia Catonis. Top. 94. Quibus omnibus generibus (*ſcribendi*) vſus eſt nimis impudenter Cæſar contra Catonem meum.1.de Diuin.119. Cæſar cum immolaret illo die quo primum in ſella aurea ſedit, & cum purpurea veſte proceſſit, in extis bouis opimi cor non fuit. Attic.lib.14. epiſt. 1. *Cæſar ſe in ſummo odio ante mortem eſſe ſentiebat.* & lib.10. epiſt.4.Cæſar. Pompeij ſocer. Epiſt.lib.13.epiſt.4. Hanc actionem meã C.Cæſar, primo ſuo conſulatu in lege Agraria comprobauit. Agrumq; volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuum liberauit. Epiſt lib.6.epiſt.6. Nolo Cæſarem de me optimè meritum exiſtimare, ea me ſuaſiſſe Pompeio, quibus ille ſi paruiſſet, eſſet hic quidem clarus in toga, & princeps: ſed tantas opes quantas nunc habet, non haberet. Epiſt. lib.15. epiſtola. 19. Neque nos Cæſar diutius Syllam deſiderare patietur.& lib.16.epiſt.12. Itaque Cæſar cùm amentia quadam raperetur, & oblitus nominis atque honorum ſuorum Ariminum, Piſaurum, Anconam, Arretium occupauit. Attic.lib.7.epiſt.21. Pedem in Italia video nullum eſſe, qui non in iſtius poteſtate ſit, de Pompeio ſcio nihil, eumque niſi in nauim contulerit exceptum iri puto? O celeritatem incredibilem? Huius autem noſtri.& epiſt.22.O rem Acerbam, perſequi Cæſar dicitur, perſequi Cæſar Pompeium? quid? vt interficiat? O me miſerum. & Epiſt. 20. Cæſar ad pacem hortatur *Ibid.* epiſt. 1. Sed tamen Gratulans mihi Cæſar de ſupplicatione, triumphat de ſententia Catonis. Epiſt.lib.16.epiſt.11. Et ipſe. Cæſar, amicus noſter minaces ad ſenatum,& acerbas litteras miſit:& erat adhuc impudens, qui exercitum & prouinciam inuito Senatu teneret. Attic. lib.8. epiſt.25. Cæſaris inſidioſa clementia. Epiſt. lib.12. epiſt.1. Status Reipubl. poſt Cæſaris mortem. Attic li.12.ep.22. Catonem primum ſententiã putat de animaduerſione dixiſſe: quam omnes ante dixerunt:præter Cæſarem:&,cum ipſius Cæſaris : tam ſeuera fuerit, qui tum in prætorio loco dixerit, &c. Attic.lib.9.epiſt.5.(*Cæſar. Ciceroni.*) In primis à te peto quoniam confido me celeriter ad vrbem venturum, vt te ibi videam, vt tuo conſilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum vti poſſim. Et lib.10. epiſt.11. Si exiſtimas eandem rationem fore Cæſaris in dimittẽdis aduerſariis & conditionibus ferendis,erras nihil niſi atrox, & ſæuum rogitat, atque etiam loquitur. Epiſt. lib.6. epiſt.6. In quo admirari ſoleo grauitatem, iuſtitiam & ſapientiam Cęſaris qui nunquam niſi honorificentiſſimè Pompeium appellat at in eius perſonam multa facit aſperius, & libr. 16.

epist. 11. Nunquam in maiore periculo ciuitas fuit nunquam improbi ciues pariorem ducem (*Cæsare*) habuerunt. 3. Offi. 28. Cæsar semper in ore Græcos versus Euripidis habebat,

Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem Colas,

2. Offic. 27. Secutus est (*Cæsar*) qui in causa impia, victoria etiam fœdiore, non solum singulorum ciuium bona publicaret, sed vniuersas prouincias regionesque vno calamitatis genere comprehenderet. & 3. Offi. 83. Cæsar qui rex populi Romani dominusque esse concupierit idque perfecerit. 2. Offic. 23. Nec vero huius Tyranni (*Cæsaris*) solum, quem armis oppressa pertulit ciuitas, interitus declarat, quantum odium hominum valeat ad pestem. 2. de Diui. 52. Quid? ipse Cæsar, cùm à summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transiniit? Attic. lib. 9. epist. 18. Cæsar claudit maritimos exitus. Epist. lib. 8. epi. 8. Illa præterea Cn. Pompeij sunt animaduersa, quæ maximè confidentiam attulerunt hominibus vt diceret se ante Kal. Martias non posse sine iniuria de prouinciis Cæsaris statuere; post Kal. Mart. se non dubitaturum. *Ibid.* Itaque vt video, alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar, vt aut maneat, neque hoc anno sui ratio habeatur: aut si designari poterit, decedat, Atti. lib. 7. epist. 13. Cæsar exercitum tenet multa spe, & promissis. omnia omnium concupiuit. Attic. lib. 14. epist. 10. Cæsar, etiam in foro combustus, laudatusq; miserabiliter. & *Ibid.* epist. 13. Quæ enim Cæsar nunquam neque fecisset, neque passus esset, ea nunc ex falsis eius commentariis proferuntur. ad Quint. frat. lib. 3. epist. 5. Vnumque ex omnibus Cæsarem esse inuentum, qui Ciceronem, quantum vellet tantum amaret, aut etiam (sicut alij putant) vellet. Epist. lib. 10. epist. 28. Egregius puer Cæsar, de quo spero equidem reliqua. *Ibidem.* L. Cæsar optimè sentit. 1. Offic. 108. Erat in L. Crasso & in L. Philippo multus lepos: maior etiam, magisque de industria in C. Cæsare. L. Filio. 5. Tusc. 55. A. Cinna caput præcidi iussit. C. Cæsaris, in quo mihi videtur fuisse specimē humanitatis, salis, suauitatis, leporis. *Huc nos nec opinātes deuexit tanti imperatoris nobilitas.* de Cl. 252. De Cæsare ita iudico, illū omnium ferè oratorum Latinè loqui elegantissimè. & *Ibidem.* 253. Cæsar de ratione Latinè loquendi accuratissimè scripsit ad Ciceronē. Attic. lib. 8. epi. 9. Sed hoc ῥῆμα horribili vigilātia, celeritate, diligētia est plenū: *id est, Cæsar* 2. de Diu. 23. Cæsar in curia Pompeiana occisus est.*

CAESARIANVS, a, um. Attic. lib. 16. epi. 10. Cæsariana celeritas.

CAESENA. *vrbs.*

CAESIM. *incisim.* Orat. 225. Membratim adhuc, deinde cæsim diximus, &c.

CAESIVS, a, um. *Cæruleus, glaucus color, quales sunt feliū oculi.* 1. de Nat. deor. 84. Cæsios oculos Mineruæ. 4. ad Her. 63. Hominem cæsium.

CAESTVS, stus. *claua ex corio, plumboque.* 2. Tusc. 40. Pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem.

CAESVS, a, um. *percussus, occisus, trucidatus.* 14. I. A. 1. Exercitum hostium cæsum fusumq; cognoui. ‖ ad Brut. epist. 6. Dolabellam cæsum fugatumque esse. pro Cl. 194. Hostiæ cæsæ. Attic. lib. 5. epist. 18. Ne quid inter cæsa & porrecta, vt aiunt, oneris mihi addatur. *Sumpta est similitudo à sacrificijs, cùm inter cæsa exta & porrecta, sinistri quid acciderit, ne litari possit. verebatur enim Cicero, ne quo tempore ex prouincia Cilicia profecturus esset, eo tempore eiusmodi quid accideret, ne posset discedere.* pro Mil. 14. Ille dies, in quo T. Gracchus est cæsus. Anteq. 18. Serui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur.

CAETERA, rum. Plural. Cæteri, æ, a. *reliqua, alia, aliud, reliquum. Pro cætera, dicimus, item; cætera, & quæ sequuntur, & alia eiusdem generis, & si quid eiusmodi, & siqua similia.* Qu. de Pet. 13. Sed hoc nomen amicorum in petitione latius patet, quàm in cætera vita. Attic. Cætera in re. Attic. lib. 6. epist. 2. Iam cætera iurisdictio nec imperia, nec demens, cum admirabili facilitate. 1. contra Rul. 14. Tu Rulle, missos enim facio cæteros. 6. I. Verr. 43. Qu. Calidius eques Romanus cum cæteris Siculis. 2. de Inuen. 1. Is & cæteras tabulas complures pinxit, & Helenæ se pingere simulachrum velle dixit. 2. de Inu. 90. Et id signis confirmandum huiusmodi, ex cætera diligentia, ex antè factis, &c. 6. I. V. 49. Argentum illi cæterum apposuerat. 1. de Inu. 51. Si vestes & cæterum ornamentum habeat. Epist. lib. 4. epist. 4. Cæteri & cætera eiusmodi sunt, vt, &c. 2. de Finib. 2. Apud cæteros autem philosophos, qui quæsiuit aliquid, tacet. 1. de Fin. 26. De cætero vellem equidem vt ipse doctrinis esset instructior, aut ne deterruisset alios à studiis. 1. de Inuen. 41. Molestia amor & cætera quæ in simili genere versantur. 2. contra Rul. 38. Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera factum intelligetis. 2. de Orat. 141. Si mihi filius gignitur, is q; prius moritur &c. & 132. Agas asellum, &c. Attic. lib. 14. epist. 18. O loca cætera, quàm valdè expetenda, interpellantium autem multitudine penè fugienda. Quint. frat. lib. 2. epist. 13. Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquam quòd sine te, cæterùm satis commodè oblectabar. *id est, in cæteris rebus,* de Nat. lib. 1. 60. Nō solùm enim poeta suauis, verunetiam cætera doctus sapiensq; traditur.

☞ Syntaxis. *Cætera vita. Absolutè ac simpliciter Cæteri. Cæterum argentum. Cæteri, & cætera. De cætero velim. Cæterum: id est, in cæteris rebus, vel aliàs. Cætera doctus & sapiens non solum poeta.*

CAETEROQVIN, vel CAETEROQVI. *alioquin.* Orat. 83. Illam autem concinnitatem adhibet hic quidem subtilis, quem nisi quod solum, cætero quin rectè quidam vocant Atticum. 1. de N. 60. Sed Simonidem arbitror: non enim poeta solùm suauis, verùm etiam cætero qui doctus, sapiensq; traditur. Epist. lib. 6. epist. 19. Attic. lib. 12. epist. 3. epist. lib. 9. epist. 10.

CAETERVM, *sed.* Attic. lib. 14. epist. 16. Cæterùm quis non? *id est,*
✠ *impetrabit.* ‖ ad Brut. epist. 16. Cæterùm nequicquā periit ille, &c. Epist. lib. 6. epist. 19. Cæterùm is mihi quidē locus non displicet.

CAIA, iæ. *prænomen honorificum & frequēs Romanarum mulierum. fertur enim Caiam Cæciliam, Tarquinij Prisci regis vxorem, optimam lanificam fuisse: & ideo institutum fuit, vt nouæ nuptæ, ante quam mariti interrogata quænam vocarentur, Caiam esse se dicerent.* pro Mur. 27. Vt quia in alicuius libris exempli causa id nomen inuenerant, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari.

CAICVS, *fluuius.* pro Flac. 72. Longè est à Tiberi ad Caicum.

CAIETA, tæ. *vrbs à nutrice Aeneæ sic dicta.* pro Pompeio 33. Portus Caietæ celeberrimus & plenissimus nauium.

✠ CALAMIS, idis, *statuarius.* de Clar. 70. Quis enim eorum qui hæc minora animaduertunt, non intelligit, Canachi signa rigidiora esse, quam vt imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem sed tamen molliora.

CALAMISTER, stri. *acus quædam, qua calfacta capilli intorquentur, & ornatus accersitus in oratione.* Orat. 78. Remouebitur omnis ornatus, quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibe-
✠ buntur. ‖ Postq. in Sen. 15. Frons calamistri notata vestigiis. de Cla. 202. Cæsar ineptis fortasse gratum fecit, qui volunt illa calamistris inurere.

CALAMISTRATVS, a, um. *calamistris inustus, vel potius adornatus.* pro Sestq. 18. Calamistrata coma. ‖ Post. in Sent. 12. Calamistratus saltator.

CALAMITAS, tis. *miseria, ærumna, pernicies, aduersa vel incommoda fortuna, incommodæ res, offensio.* pro Pom. 14. Hæc vobis prouincia non modò à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda. ad Brut. epist. 6. Nemo maiorem calamitatem mor-
✠ te Pansæ accepit. ‖ 7. In Ant. 20. Resp. nullā calamitatem accipere potest, sine culpa senatus. Attic. lib. 3. epist. 9. Preparauit, ne quid absens acciperet calamitatis. pro Pom. 45. Accepta in Pōto calamitate ex eo prælio, hostiū opes animiq; creuerunt. 1. I. C. 11. Quanquam videbam perniciem meā cum magna calamitate reip. esse coniūctā. 1. de D. 29. Ob eam causam populus Romaximam calamitatem cepit.* pro Cluen. 202. Quod si qua ca-
✠ lamitas hunc in hoc iudicio afflixerit innocentem. ‖ Attic. lib. 3. epist. 25. Nobis in hac calamitate tabescēdum est. & epist. 3. Singulari calamitate afflictus sum.

✠ *ADINVCT. Ciuilis, pro Cec. Communis, 14. famil. Dissimilis, magna. 2. Phil. Fatalis, pro Lig. honestissima, indignissima, publica, pro Dom. sua. Improuisa, Maior, Summa, 3. In Ver. Impendentes, 2. de Diu. Incredibilis, & singularis, Tanta, tota, 3. Attic. Incredibiles, 1. Tusc. Iniustissima, Singulares, 13. fam. Inueterata, præsens, 3. Tusc. Maxima, 5. famil. & 5. Phil. Necessaria, 2. Offic. Noua, par, pro Syll. priuata, 1. In Catil. Singularis, 11. Attic. Veteres, 1. de Inuen.*

☞ Syntaxis. *A calamitate defendere. Calamitate accipere, & capere.*

CALAMITOSVS, CALAMITOSIOR, CALAMITOSISSIMVS, *ærumnosus, calamitate affectus.* Octa. Quæ non insequens hora antecedente calamitosior popu. Rom. illuxit? 4. Tusc. 82. Miseri affecti, ærumnosi, calamitosi. Epist. lib. 9. epist. 13. Aliquis magis fortuna quàm culpa calamitosus. Attic. lib. 8. epist. 1. Flagitiosa & calamitosa fuga. 2. de Orat. 238. Calamitosus homo.
✠ ‖ 11. In Anto. 34. Calamitosissimum bellum. pro Clu. Calamitosa fama. 2. pro Leg. Agr. 80. Calamitosus ager cœlo ac loco. I. V. Act. 3. 96. Tempestas calamitosa. de Finib. lib. 5. 54. Calamitosum ocium.

☞ Syntaxis. *Calamitosa hora, fuga, fama, ager, ocium. Miser, affectus, calamitosus. Fortuna, culpa calamitosus.*

CALAMITOSE. de Offic. lib. 3. 105. Nam quod aiunt minima de malis, id est, vt turpiter potius quàm calamitosè, an est vllum maius malum turpitudine?

CALAMVS, mi. *frutex aquaticus ad scribendum apius.* Attic. lib. 6. epi. 8. Cùm instituissem ad te scribere, calamumq; sumpsissem, &c, Qu. fr. lib. 2. epist. 14. Calamo & atramento temperato, char-
✠ ta etiam dentata res agetur. ‖ *Ibidem.* Vt quicunque calamus in manus meas inciderit eo vtor tanquam bono.

✠ *ADIVNCT. Bonus, 2. ad Quint. Frat.*

✠ CALANVS, 1. de Diu. 47. Ad mortẽ proficiſcẽs Calanus Indus cùm adſcenderet in rogum ardentem, O præclarum diſceſſum inquit è vita, cum vt Herculi cõtigit mortali corpore cremato, in lucẽ animus exceſſerit, &c. 2. Tuſc. 52. Calanus Indus indoctus, ac barbarus, in radicibus Caucaſi natus ſua voluntate viuus combuſtus eſt & 1. de Diu. 65. Ex quo illud eſt Calani.

CALANTICA, æ. *Tegmen capitis mulièbre.* Cic. in Clodium, apud Nonium: Tunc cùm vincirentur pedes faſciis, cùm calanticam capiti accommodares, &c.

CALATA, æ. *oppidum.* 5. I. V. 101. pro Seſt. 72. & 101.

CALATIA, æ. *idem.* Attic. lib. 16. epiſt. 8.

✠ CALATINVS, ni. ‖ 5. In Ver. 101. Calatinis quãobrẽ imperaſti anno tertio, vt decumas agri ſui quas Calatæ dare conſueuerant, Ameſtrati. M. Cæſio decumano darẽt. Epiſt. lib. 13. epiſt. 37. Hippiam Philoxeni filiũ, Calatinum hoſpitem & neceſſarium meum tibi cõmẽdo maiorem in modum. 2. de Nat. 61. Vt fides & Mens: quas in Capitolio dedicatas videmus proximè à M. Aemilio Scauro, antè autem ab Attilio Calatino erat, Fides conſecrata. *Ibid.* 165. Primo Punico bello Roma Calatinum tulit ſingularem. 2. de Leg. 28. Rectè etiam à Calatino ſpes conſecrata eſt. *Lamb. Leg. Calatinum.*

CALCAR, ris. *equi ſtimulus, ad calcem alligatus equitis: tranſlatione, animi incitamentum.* Attic. lib. 6. epiſt. 1. Aſcribit etiam & quaſi calcar admouet, interceſſiſſe ſe pro iis magnam pecuniam. 3. de Orat. 33. Dicebat Iſocrates, doctor ſingularis, ſe calcaribus in Ephoro, contrà autem in Theopompo frenis vti ſolere. Attic. lib. 6. epiſt. 1. Alter frenis eget, alter calcaribus. de Clar. 204. Alteri ſe calcaria adhibere, alteri frenos.

☞ Syntaxis. *Calcaria adhibere, admouere. In aliquo vti calcaribus.*

CALCEAMENTVM, tí. *calceus.* 5. Tuſc. 90. Mihi amictus eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra. *Oecon. 1. Calceamẽta vtrique ſexui conuenientia ſeponebantur.

CALCEATVS, a, um. pro Cel. 62. Homines calceati & veſtiti.

CALCEOLVS, lib. 1. de Nat. 83. Soſpita, cum pelle caprina & calceolis crepandis.

✠ *ADIVNCT. Repandi. 1. de Nat.*

CALCEVS, cei. *pedum veſtitus & tegmen.* 1. de Orat. 231. Si mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles & apti ad pedẽ. 2. in Antonium 76. Rediui cum calceis & toga, ✠ nullis nec caligis, nec lacerna. ‖ 13. Philip. 28. Eſt etiam Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus ipſe à ſe, apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortem: mutauit calceos pater conſcriptus repentè factus eſt. 1. de Inuent. 4. Tum veriſimilia hoc modo, ſi multus erat in calceis puluis, ex itinere eum venire oportebat.

✠ *ADIVNCT. Habiles, & apti ad pedem, Sicyonij, viriles, 1. de Orat.*

✠ CALCHAS, *vates.* 2. de Nat. 7. ‖ Quòd ſi ficta credimus, licentia fabularum, Mopſum Tyreſiam Amphieraum, Calchantem Helenum: quos tamen augures ne ipſæ quidem fabulæ aſciuiſſent. 1. de Diu. 72. Vt apud Homerum Calchas, qui ex paſſerum numero, belli Troiani annos auguratus eſt, 1. de Diuin. 87. Calchantem auguẽ ſcribit Homerus longè optimũ, eumq; ducem claſſis fuiſſe. at illum auſpiciorum credo ſcientia, non lotorum.

CALCITRO, as. *calce percutio: tranſlatione, renuo.* pro Cæl. 36. Eum habere tuis copiis deuinctum non potes, calcitrat, reſpuit.

CALCVLVS, li. *lapillus, ratio.* 1. de Orat. 261. Demoſthenes cõiectis in os calculis ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronunciabat. 2. de Fin. 60. Voluptatémne calculis ſubductis præſium ineunt? Att. lib. 8. epiſt. 16. Quare nunc ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus. de Amic. 58. Hoc eſt quidem nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, vt par ſit ratio acceptorum & datorum. *Hortenſ. Vt calculum reducas, ſi te alicuius dati pœnitet.

CALEFACIO, cis. *calefacio: deſidero, tranſlata poteſtate.* ad Qu. fr. lib. 3. epiſt. 2. Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius.

CALEFIO, fis. *caleſco,* 3. ad Her. 21. Fauces calefiunt, & arteriæ complentur. Attic. lib. 2. epiſt. 3. Balneum calefieri iubebo.

✠ *ADVERB. Luculenter, 3. ad Q. frat.*

CALENDAE, arum. Qu. fr. lib. 3. epiſt. 4. Hæc ſcripſi ad octauum calend. Nouemb. Att. lib. 1. epiſt. 5. Ad VIII. Cal. Decembris. *De Calendis, Nonis, & Idibus, & earum locutionibus, abunde vide Lilij Gregorij, Gyraldi Ferrarienſis, de Annis, &c. libellum.*

CALEO, les. *calidus ſum.* de Senect. 53. Vua veſtita pampinis, nec modico tempore calet, & nimios ſolis defendit ardores. 1. de Fin. 30. Sentiri hoc putat, vt calere ignem, niuem eſſe albam.

¶ *Vigeo.* 4. ad Her. 22. In re frigidiſſima cales, in feruẽtiſſima friges. pro Planc. 55. Illud verò crimen de nummis, quos, &c. caluit recenti, nunc in cauſa refrixit. de Cla. 234. Cn. Lentulus calebat in agendo. 3. I. V. 66. Poſteaquam ſatis calere res Rubrio viſa eſt. 4. Attic. epiſt. 16. Itaque iudicia calent.

¶ *Afficior,* In Sall. 2. His vitiis & meę, & veſtrę iam mores calẽt.

CALESCO, ſcis, *calidus fio, calfio.* de Senec. 57. Vbi enim poteſt illa ætas æquè caleſcere vel apricatione, vel igni? 2. de Nat. 138. Anima quæ ſpiritu in pulmones ducitur, caleſcit ab ipſo ſpiritu.

CALES, ium. *oppidum.* 2. contra Rul. 95. 12. In Ant. 27.

CALENVS, na. Epiſt. lib. 9. epiſt. 13.

CALEFACIO, cis. Epiſt. lib. 16. epiſt. 18. Calface hominem. & lib. 8. epiſt. 6. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos nihil frigore frigeſcimus. Cælij.

CALIDVS, & CALIDIOR. 2. de Nat. 23. Omne quod eſt calidum & igneũ, cietur & agitatur motu ſuo. 1. Tuſc. 42. Calidior eſt enim, vel potius ardentior animus, quàm hic aer, &c.

CALIGAE, arum. *tibiarum tegumentum.* Attic. lib. 2. epiſt. 3. Mihi eius caligæ vt faſciæ cretatæ non placebant.

CALIGANS, tis. in Arat.

Atque tenui caligans veſtiet vmbra.

CALIGINOSVS, a, um. *obſcurus, caligine tectus.* 1. de Diu. 130. Si obſcurior & quaſi caliginoſa ſtella fuerit. 1. Tuſc. 69. Nebuloſum & caliginoſum cœlum. & 43. Cœlum humidum & caliginoſum eſt, propter exhalationes terræ.

CALIGO, nis. *tenebræ.* Poſtquam in Sen. 5. Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in Repub. reſpicere cœpiſtis. pro Pla. 96. Vide nunc caliginẽ temporum illorum. 2. contra Rul. 43. Nunc tetris tenebris & caligine eò ſe peruenturos putant. 12. I. A. 14. Quod videbam equidem, ſed quaſi per caliginem perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus. & *Ibid.* 5. Diſcuſſa eſt illa caligo, quam &c. item in Arat. Aliquid obſcura caligine tectum. *Prognoſt. Stinguuntur radij cæca caligine tecti.

✠ *ADIVNCT. Cæca. Obſcuræ in Arat.*

☞ Syntaxis. *Caligo & tenebræ, & contrà. Obſcura caligo. Caliginem diſcutere.*

CALIX, cis. *poculum.* I. P. 67. Toreuma nullum, maximi calices, ne contemnere ſuos videretur. 3. Tuſc. 44. Quid, huic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare deſinat?

✠ *ADIVNCT. Maximi in Piſo.*

CALLEO, es. *ſcio, teneo, poſſideo.* pro Cor. 32. Ignoſco tibi. ſi neque Pœnorum iura calles, neque, &c. Epiſt. lib. 4. epi. 5. In illis rebus exercitatus animus callere iam debet.

CALLIDE, & CALLIDISSIME. *aſtutè, non incallidè, cautè.* Orat. 98. Callidè argutéq; dicere. de Ora. lib. 1. 48. Callidè & peritè. pro Cl. 58. Callidiſſimè dicere. pro Fl. 22. Callidè acceſſit.

CALLIDITAS, tis. *malitia, aſtutia.* 3. Offic. 113. Fuit igitur ſtulta calliditas peruerſè imitata prudentiam 1. Offic. 63. Plato inquit, ſcientiam quæ eſt remota à iuſtitia, calliditatem potius quàm ſapientiam appellandam. de Aruſp. 19. Pœni calliditate valent. Part. 137. Genus eiuſmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis.

✠ *ADIVNC. Stulta, 2. Offic. vetus pro Sex. Roſc.*

CALLIDVS, a, um. *aſtutus, verſutus, vafer, malitioſus, eruditus artificio ſimulationũ, veteratorius, veterator, non incallidus.* 5. I. V. 35. Deinde in hoc homo luteus etiam callidus & veterator eſſe vult. 3. de Nat. 25. Chryſippus homo ſine dubio verſutus & callidus. Callidos voco, quorum tanquam manus opere, ſic animus vſu concalluit. 2. de Fin. 52. An quod illa callida eſt? vt optimè poſſit architectari voluptates. 1. Offic. 33. Nimis callida & malitioſa iuris interpretatio. 1. Offic. 108. Callidum & verſutum factum Solonis. pro Clu. 183. Qui ad fraudem callidi ſunt.

CALLIOPE, es. *vna Muſarum, à vocis bonitate dicta.* Att. lib. 2. epi. 3. Hæc mihi cum eo libro, in quo, &c. Calliope ipſa perſcripſerit, non opinor eſſe dubitandum, quin ſemper, &c.

CALLIPEDES, æ. *tragœdus quidã.* Att. li. 13. ep. 13. Biẽniũ præteriit, cùm ille Callipedes aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit.

CALLIS, is. *ſemita.* pro Seſt. 12. Italiæ callis. *aliàs Caulæ.*

CALLVM, li. *cutis vſu denſior.* 5. Tuſc. 90. Mihi calceamentum eſt ſolorum callum. & 2. Tuſc. 36. Et ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori. Epiſt. lib. 9. epiſt. 2. Conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo. 3. Tuſc. 53. Callum vetuſtatis obduxerat.

✠ CALONES. *militum miniſtri.* ‖ 3. de Nat. 11. Eos canteriis albis nullis calonibus, obuiam Vacieno veniſſe exiſtimas.

CALOR, tis. *ardor, nimius ſolis ardor.* 13. Attic. epiſt. 34. Vitandi caloris cauſa Lanuuij tres horas acquieui. 2. de Nat. 23. Omnia quæ alantur & creſcant, continere in ſe vim caloris, ſine qua neque ali poſſent, neq; creſcere. & 129. Si eſt calor, à ſole ſe opponunt. & *Ibid.* 131. Eteſiarum flatu nimij temperãtur calores. de Vni. 42. Cauſæ quæ vim habeãt caloris & frigoris. 1. de Orat. 265. Nunc Scæuola paulum requieſcet, dum ſe calor frangat, & nos ipſi, quoniam id temporis eſt, valetudini demus operam. Quin. fra. lib. 2. ep. 15. Scio nunquam me à cauſis diſtrictiorem fuiſſe, atq; id anni tempore grauiſſimo, & caloribus maximis. lib. 3. epiſt. 1. Ego ex maximis caloribus (non etiam meminimus maiores) in Arpinati ſumma cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus. de Senec. 53. Vua & ſucco terræ &, calore ſolis augeſcit.

2. Off. 13. Tecta quibus & frigorũ vis pelleretur, & calorum molestiæ sedarẽtur + Oecon. 1. Viro calores & frigora perpetiẽda.

✠ ADIVNC. *Aequabilis, Corporeus, Maximus, Nimius, Salutaris, vitalis, 2. de Nat. Magni, maiores, 3. de Orat. Maximi, 2. de Orat. Nimij, 3. de Nat. Similis sui, 2. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Calor est: scilicet magnus in aere. Calor se frangit, Calor ibus maximis ambulare.*

CALPE, pes. *promontorium in Aphrica*: Epist. lib. 10. ep. 32.

CALVITIVM, tij. *calua & nuditas naturalis.* 3. Tusc. 62. Perinde stultissimus rex in luctu capillum sibi euellebat, quasi caluitio mœror leuaretur.

CALVMNIA, æ: *iniusta vexatio, & fraudulenta interpretatio.* Part. 137. Genus eiusmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis. pro Cec. 61. Aequitatis iudicium cùm erit, caue in ista tam frigida tamq; ieiuna calumnia delitescas. pro Mil. 7. Qui calumnia litiũ fundos alienos petebat. 4. I. V. 66. A quo H.S.C.M. per calumniam malitiamq; petita sunt. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. Illa acerrima ministra prætorum auaritiæ calumnia, pro Clu. 86. Nec sine ignominia calumniæ relinquere accusationem poterat. & 163. Hic nobis patronis calumniam fortasse non effugiet. de Fat. 31. Itaque premebat alio modo, nec vllam adhibebat calumniã. pro Dom. 36. Illud in primis ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. & *Ibidem.* 37. Quæ maior calumnia, quàm imberbem adolescentulum dicere filium senatorem popu. Roman. sibi velle adoptare? pro Dom. 49. Accusare propter calumniæ metum non est ausus. Sall. in Ci. 3. Qui verò nihil poterat, is erat calumniæ proximus. Epist. lib. 1. epist. 4. Res aduersariis nostris extracta est variis calumniis. & ep. 1. Senatus religionis calumniam, non religione, sed maleuolentia comprobat. 1. Officior. 33. Existunt etiam iniuriæ sæpe calumnia quadam & nimis callida & malitiosa iuris interpretatione. 4. Aca. 65. In minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. Epist. lib. 8. ep. 8. Nam de diuinatione Appius cum calumniam iurasset, contẽdere ausus non est. Pylioq; cessit *Item iurare calumniam vulgò dicitur, iurare de calumnia: quod fit ante litem cõtestatam.* Epist. *Ibidem,* C. Sempronius Rufus calumniam maximo plausu tulit, quòd is, &c. Attic. lib. 4. ep. 3. Metellus calumnia dicendi tempus exemit. in Sal. 3. Sed est quædam calumnia, quam vnusquisque nostrum testan e animo suo fert de eo, qui falsum crimẽ bonis obiectat. 2. I. C 4. Tongillus, quem amare in prætexta calumnia cœperat * de Ora. Turpissimus calumniæ quæstus.

✠ ADIVNCT. *Acerrima, ministra prætorum auaritiæ, 2. de Orat. Nimis callida, 1. Offic. frigida, ieiuna, pro Cæc. Impudens, 4. In Ver. Maior, pro Dom. variæ, 1. famil.*

☞ Syntaxis. *Ieiuna prætexta, frigidaq; calumnia. Per calumniam & malitiam petere. De calumnia iurare. Calumniam adhibere, iurare. Calumnijs extrahere rem, id est, producere iudicium.*

CALVMNIANS, tis. *qui calumniatur*, pro Qu. 67. Tacet res in controuersiis, isto calumniante biennium.

CALVMNIATOR, ris. *malitiosus interpres, qui falsum crimẽ obijcit.* pro Cec. 65. Scriptum sequi calumniatoris est. & 3. I. V. 27. Calumniatores de sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. & 4. Ver. 22. Etenim erit eiusmodi causa, vt ipse prætor cùm quæreret calumniatorem, paulo tamen consideratione repetire non posset. pro Qu. 87. Aliquis calumniator atque improbus.

✠ ADIVNC. *Egens pro Clu. Improbus, pro Quint.*

CALVMNIOR, aris. *calumniam adhibeo, vexo, malitia ago.* Postq. in Sen. 26. Meq; etiam si diutius calumniarẽtur, redire iussistis. pro S.R. 55. Is apertè ludificari ac calumniari sciens videtur. Epi. lib. 9. epist. 7. Nam quòd antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. Epist. lib. 9. epist. 7. Sed calumniabar ipse me, putabã, &c. 2. ad Her. 9. Defensoris locus est, cùm accusatorem calumniari criminatur.

✠ ADVER. *Diutiùs Postq. in Sen.*

✠ CALVVS, ui. ‖ Attic. lib. 1. epi. 13. Nosti Caluum ex Nanneianis, illum, illum laudatorem meum: de cuius oratione honorifica ad te scripseram, *Ibid.* Caluum & Plautum & cæteras eiusmodi quisquilias statuere nunquam esse factũ. *Lamb-Talnam.* Epist. lib. 15. epist. 21. Habes de Caluo consilium & iudicium meum.

CALX, cis. *pars posterior pedis* 5. in Verr. 56. Et ibi cùm pugnis & calcibus consciscius esset, promisit, &c. 4. ad Her. 68. Huc subsellium quoddam calce premens dextra pedem defringit. 5. Tusc. 77.

✠ Certare pugnis & calcibus. ‖ pro Syll. 71. vti pugnis & calcibus.

¶ *Finis, & meta.* 1. Tusc. 15. Nunc video calcem ad quem decursum est. de Rep. *teste Seneca, Epist. lib. 19. epistola 109.* Quoniam sumus ab ipsa calce, eius interpellatione reuocati. *vbi obseruandum est, ipsa calce genere fœminino scripta, quod & Seneca testatur.* de Senec. 83. Nec verò velim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. de Am. 101. Quibus cum tanquam è carceribus emissis, cum iisdem ad calcem (vt dicitur) peruenire possis.

¶ *Lapis excoctus iam.* pro Mil. 75. Repentè in eam insulam, materiam, calcem & cæmenta conuexit.

CALYPSO. *fœmina fabulosa.* 1. Offic. 112. Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, cùm mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret, &c.

CAMELVS, li. *brutum.* 2. de Nat. 123. Cameli adiuuantur proceritate collorum.

CAMERA, æ. *testudo, fornix, tectum incuruum.* Quint. f. lib. 3. epist. 1. Pauimenta rectè fieri videbantur, cameras quasdam non probaui, mutariq; iussi.

CAMERINVM, *vrbs.* Attic. lib. 8. epist. 18.

✠ CAMERS, tis. pro Syl. 53. In agro Camerti, Piceno, vel Gallo. ‖ pro Corn. 47. Neque Fulginatium, neque Camertium fædere esse exceptum, quo minus eorum ciuibus, à populo Romano præmia virtutis tribuerentur. *Ibidem.* 50. Cohortes Camertium.

CAMERTINVS, a, um. pro Cor. Balb. 46. Camertinum fœdus.

CAMINVS, ni. Epist. lib. 7. epist. 10. Valde metuo, ne frigeas in hybernis: quamobrem camino luculento vtendum censeo.

✠ ADIVNCTA. *Luculentus, 7. famil.*

✠ CAMIRVS, ri. 3. de Nat. 54. Quartus (Sol.) is, quẽ heroicis temporibus Archãto Rhodi peperisse dicitur, auum Ialysi, Camiri. & Lindi.

CAMPANIA, niæ. *regio.* pro C. Rab. 8. Cùm tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur?

CAMPANVS, a, um. 1. contra Rul. 20. Superbia nata Capuæ esse ex Campanorum fastidio videtur. ‖ Epist. lib. 11. epist. 20. Quatuor legionibas iis, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Syllanis & agro Campano. 11. Phil. 26. Hic est Campanus ager & Leontinus, quæ duo maiores nostri annonæ perfugia ducebant. 2. Cont. Rull. 85. Tunc illud exilium Campanæ coloniæ, vehementer huic imperio timendum. *Ibid.* 81. Ne agrũ Campanum priuatis gratis, Rullo rogante tradat. *Ibidem.* 88. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cællam atque horreum Campani agri esse voluerunt. *Ibid.* 81. In publicum Campanũ incurrere. *Ibid.* 75. At enim ager Campanus hac lege diuidetur, orbis terræ pulcherrimus. *Ibid.* 90. Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam, ratione, & consilio maiores nostri ad inertissimum, & desidiosissimum otium perduxerunt & 93. Campanum Supercilium. 1. Cont. Rull. 2. Campanus ager per sese & Syllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni restitit.

✠ ADIVNC. *Superbi, 2. Cont. Rull.*

CAMPESTER, stris, stre. pro Cæl. 11. Vt exercitatione ludoque campestri tunicati vteremur.

CAMPVS, pi. *ager, saltus, planicies.* 2. contra Rul. 95. Agros nostros cum suis, optimis atque vberibus campis conferendos scilicet non putabunt. 1. de Diu. 93. Babylonij in camporum patentibus æquoribus habitantes. & *Ibid.* 94. Cilices campos & mõtes hyeme & æstate peragrant. 2. de Nat. 98. Impendentium montium altitudines, immensitatesq; camporum. & 161. Spacia frugifera & immensa camporum. 3. I. A. 22. Is campi Leontini duo millia iugerũ immunia possidet.

¶ *Ager, additio.* 1. de D. 59. Cum in villa quadam campi Atinatis maneres.

¶ *Forum, platea.* pro Rab. 11. Qui in campo Martio comitiis centuriatis auspicato in loco crucẽ defigi iubes. Qu. fr. lib. 2. epist. 2. In campo Martio comitia consules habebant.

¶ *Translatione, amplitudo, copia, vbertas.* pro Cecin. 84. Et me ex hoc (vt ita dicam) campo æquitatis ad istas verborum angustias reuocas. 14. I. A. 17. Magnus est in rep. campus, vt sapienter dicere solebat Crassus, multis apertus cursus ad laudẽ. 4. Acad. 112. Cum sit campus, in quo exultare possit oratio, cur eam in tantas angustias compellimus. 1. Offic. 61. Hinc Rhetorum campus de Marathone, Salamine, &c. Attic. lib. 5. epist. 15. Non habet satis magnũ cumpum ille tibi non ignotus cursus animi mei. 3. de Orat. 67. Ex ingenti quodà immensoq; campo in exiguum sanè gyrum oratorem compellitis. 3. de Orat. 122. In hoc tanto tamq; immenso campo licet oratori vagari liberè. pro Mu. 18. Nullum nobis fors campum dedit, in quo excurrere virtus cognoscique posset.

✠ ADIVNCT. *Deformis, obsitus, 5. Ver. fœnicularius, 12. Attic. Ingens, immensus, tantus, tamq; immensus. 3. de Orat. Latior, Top. Magnus, 5. Attic. Optimi atque vberes, 2. Agrar. Patentes, 1. de Diu. Sanctus, pro Rab. ibid. Martius,*

☞ Syntaxis. *Camporum æquora patentia, immensitates, spacia. Campus æquitatis, Reipublicæ, orationis, Rhetorum, virtutis.*

CANCELLI, orum. *septa quædã è ligni modicis internallis connexis, quibus scenæ & tribunalia, & fenestræ munichantur.* pro Sest. 124. Tantus est ex fori cancellis plausus excitatus.

¶ *Terminus, finis, translatione.* pro Qu. 6. Si extra hos cancellos egrediar

egrediar,quos mihi ipse circundedi.5.Ver.135.Satísne vobis prætori improbo circundati cancelli videntur in prouincia, imò verò in sella ac tribunali? 1. de Orat.52. Quasi certarum rerum forensibus cancellis circumscripta scientia.

✠ADIVNCT. *Forenses,1.de Orat.*

CANCER,cri. *aquaticum animal,& cœleste signum.* in Arat.

——*Et claro collucens lumine cancer,*
In quo consistens conuertit curriculum sol.

CANDAVIA, æ.*regio.* ad Brut.epist.6. Ex castris ad imam Candauiam.Attic.lib.3.epist.7.Per Candauiam ibimus.

CANDELABRVM, bri. *in quo infigitur candela ad prælucendum.* 4.I.V.183.Iam non quæro,vnde tot candelabra,sed,&c.& 6.Ver. 60.Lecti ærati & candelabra ænea.& 64.Candelabrum & gemmis clarissimis & opere mirabili perfectum.

✠ADIVNCT. *Aeneum,perfectũ opere mirabili,6.Ver.*

CANDENS,tis. *igneus,accensus,candore fulgens.* 2.Offic.25. Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum.in Arat. Candens circus.*id est,orbis,vel circulus lacteus.*4. ad Her.59.Tædas candentes accipit.

*CANDEO,es.*fulgeo.* Prognost.

Ast autem tenui quæ candent lumine Phatnæ.

CANDIDATORIVS, a, um. *spectans ad candidatum.* Attic.lib.1. epist.1.In omni munere candidatorio fungendo.

CANDIDATVS, a, um. *candida veste, indutus, quales erant Romæ qui magistratum petebant.*pro Mur.44. Non placet mihi inquisitio candidati prænuncia repulsæ.Qu. fr.lib.1.epist.1.4.Tribunitij candidati.pro Mur.57.Prætorius cãdidatus & consularis.de Pet. 34.A candidato aliquid petere. pro Mur.77.Nec cãdidatis ista benignitas adimenda est.Atti.lib.1.epist.9.Scito nihil tam exercitum esse nunc Romę quàm cãdidatos.Att.lib.1.epist.1.Nemo est enim ex iis qui nunc petunt,qui si in nostrum annum reciderit,firmior candidatus fore videatur.I.P.54.Officiosissima natio candidatorum.*con.C.Anton.Gladiatores, quos ipse consularis candidatus perspexit, & legit,& emit.

✠ADIVNCT. *Consularis,sapiens,singularis.pro Mur. Firmior,1.Attic. Gratuiti,2.ad Quint. Fr. Pares,singuli,4.ad Attic.*

CANDIDE, *sincerè, purè, benignè.* Epist.lib.8. epist.6. Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candidè posuisse inimicitias videare.Cæl:j.

CANDIDVLVS, a, um, 5. Tusc.46. Candiduli dentes, venusti oculi,&c.

CANDIDVS, a, um. *albus, purus, sincerus.* Orat.53. Purum quoddam & candidum genus dicendi.

CANDOR,oris. *splendor,fulgor,lux.* 2. de Nat.40. Solis candor illustrior est quàm vllus ignis.de Som.8 Circulus lacteus splendidissimo candore inter flammas relucens. 1.Tusc.68. Cum videmus speciem candoremq; cœli.

¶ *Alkedo.* in Arat. *Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.*
1.de N.75. Ille fusus & candore mixtus rubor.pro Cæl.36. Candor huius te perpulit,&c.Or.79.Fucati verò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur.

✠ADIVNCT. *Exiguus, extremus, Nimius, Arat.Illustrior,2.de Nat. Splendidissimus,de Som.*

CANENDI.de Leg.lib.2.38.Canendi sonis variis,nihil tam facilè in animos teneros ac molles influit.

CANENS,tis.2.de Nat.22. Tibiæ modulatè canentes,& fidiculæ numerosè sonantes. ‖12. In. Ant. 8. Receptui canente Senatu.

✠*Oecon. 1. Chorus canentium. *Ibid.* Ipsis canentibus amicum quiddam & dulce resonat.

CANEPHORAE,arum.*id est.canistriferæ. Virgines Cereris sacerdotes, quæ cistas binas ferebant opertas: quarum in altera flores erant, quibus ver: in altera spicæ, quibus æstas significabatur. hinc καναφόραι vocabantur.*6.I.V.5. Erant ænea duo præterea signa, non maxima,verùm eximia venustate, virginali habitu atq; vestitu:quæ manibus sublatis sacra quædã more Athenienſium virginum repositа,in capitibus sustinebant. Canephoræ ipsæ vocabantur.

CANESCO,scis.*senesco,inueterasco.*1.de Leg.2.Eaq; quercus de fratris mei Mario canescet seculis innumerabilibus. de Cl.8.Cum oratio iam nostra canesceret, haberetq; suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.

CANI,orum.*albi senum capilli.* de Sen.62. Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre possunt.

CANICIES,ei.Oct. O turpẽ exacta dementiq; ætate caniciem.

CANICVLA, æ.*stella,quæ & Syrius dicitur,in ore canis cœlestis.*2.de Diuin. 93. In his locis post solstitium canicula exoritur, apud Troglodytas ante solstitium.1.de Diu.130.Cei ortum caniculæ diligenter quotannis solent seruare. 3. de Nat.26. Rationem & orationem canicula non habet.

✠CANINIVS, ij.11. Phil.14. Caninius Cimber, &c. qui omnia iura dissoluit.Epist.lib.2.epist.8.Caninius Gallus Ciceronis Familiaris. Epist.lib.1.epist.4. Caninius Trib. Plebis. Epist.libr.7. epist.30. Ita Caninio Consule scito neminem prandisse nihil tamen eo consule mali factum est, fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit.

✠CANINIANVS,a,um.Epist.lib.1.epist.7.Qui mihi cum semper tuæ Laudi fauere visus est etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano. *Alias Catoniano.*

CANIS, nis.2.de Nat.158. Canum fida custodia,amans dominorum adulatio,odium in externos, incredibilis ad vestigandum sagacitas narium, alacritas in venando. pro S.R.56. Canes publicè aluntur in Capitolio,vt significent, si fures venerint. Alij canes,&latrare & mordere possunt. *Ibid.*Canes acres.de D.lib.1. 65.Canes sagaces.pro S.R.90.Nihil mali est,canes ibi quàm plũrimos esse, vbi permulti obseruandi multaq; seruanda sunt.6.in Ver.31. Canis venaticus.1.de L.32. Aegyptij canem & felem vt deos colunt.‖2.de Na.37.Scite enim Chrysippus,vt clypei causa inuolucrum,vaginam autẽ gladij: hic præter mundum, cetera omnia aliorum causa esse generata:vt eas fruges atque fructus, quos terra gignit animantium causa: animantes autem hominum,vt equum vehendi causa:arandi bouem,venandi & custodiendi canem. ipse autẽ homo ortus est ad mundum contemplandum.Attic.lib.6.epist.5.Multa &dixit,& fecit,cum quadam mea contumelia,P.Clodij canis.*id est assecla.*1.Tusc.108.In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domesticos: nobile autem genus canum illud scimus esse: sed pro sua quisque facultate parat,à quibus lanietur: eamque optimam illi esse censent sepulturam. 3.In Ver.126.Homo Ligurem accusare cœpit, qui re aduenticia, atque hereditaria,tàm diligens tam attentus esset,debere eum laiebat,suam quoque rationem ducere,multa sibi opus esse,multa canibus suis,quos circum se habebat.

✠ADIVNCT. *Acres, Arguti, Quam plurimi,pro Sex. Rosc.tàm eminẽtes,támque ieiuni,de haruſp.Nocturni, pro Mil.plures & maiores, 7.Ver. Publici,optimates, domestici,1.Tusc.Prouidus,Clarus,Arat.Sagaces,1.de Diuin.Venaticus,5.Ver.*

CANISTRVM,stri.*fiscina,cista viminea.* Attic.lib.6.epist.1. Lancibus & splendidissimis canistris nos soles pascere.

CANITVR.1.de D.30.Lituus,quo canitur.

CANNAE,arum. *locus miser.andæ memoriæ in Apulia.* 3.Tusc.89.

CANENSIS,se.de Clar.12.Cannensis pugna.pro S.R.89.

✠CANO, nis.*sono, canto,cantus edo,vaticinor.* ‖ *Vulgus quod huius verbi vim non satis agnouerint,relicto tramite Romanorum,potius ludere instrumentis musicis (quod apud bonos autores non inuenitur) quàm canere,cum veteribus,dicere consueuerunt. Sic ergo cum optimis Latinis Latinè loquamur,*1.Tusc.4.Epaminondas præclare fidibus ceciniſse dicitur.2.de Nat.22. Si ex oliua modulate canentes tibiæ nascerentur. 1.de Diu.56.Galli victi silere solent, canere victores,& lib.2.122.Si canere velim,vel voce,vel fidibus.2.de Or. 338.Tibicem sine tibiis canere non potest. Orator.27.Inclinata vlulantiq́ue voce,more Asiatico canere.3.de Nat.27.Ad harmoniam canere mundum Pythagoras existimat. 2.de Orat.352. Cum ceciniſset id carmen,quod in eum scripserat. 1. Tusculi.4. Epaminondas fidibus preclarè ceciniſse dicitur.*ibid.*3.Et in Originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus. 2.Tusc.12. Aut si absurdè canat is,qui se haberi velit musicũ.12.I.A.8. Canere receptui. 2.contra R.67. Atque hoc carmen iste non vobis, sed sibi intus canit. *id est, ad suam vtilitatem refert.* de Cl.187. Tibicen Antigenidas dixit discipulo sanè frigenti ad populum, Mihi cane & Musis. 3.I.C.18.Vt hæc quæ nunc fiunt,canere dij immortales viderentur. *id est, vaticinari.* Orat. 39. Thucydides rebus bellicis canit quodammodo bellicum. 5.I.V.105. Cum in eis conuiuiis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur.* de suis consil.Vt spondæum caneret. ‖*Intus Canere prouerbio dicitur qui omnia in rem suam conuertit & Quicquid agat sua causa facere conatur.* 3.In Ver.53. Atque etiam illum Aspendium Citharistam de quo sæpe audistis, id quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, vt etiam illum ipsum artificio suo superasse videretur,2.Cont.Rull.67. Atque hoc carmen hic tribunus plebis non vobis sed sibi intus canit.

✠ADVERB. *Absurdè,2.Tusc.diligẽtèr,2.de Fin.Flebiliter,præclarè,1.Tusc.Intus,3.in Ver.& 2.Cõt.Rul.Modulatè,2.de Nat.Quodãmodo.Orat.Similiter,1.de Diu.*

CANOR, eris, *cantor.*de Cl.71. Carmina quæ apud Homerum in Phæacum epulis canuntur.

☞ Syntaxis. *Canunt galli,homo,voce,vel fidibus:mundus,dij,symphonia.Carmina canuntur:canere alicui,& sibi intus.*

CANON,onis.*regula.* Epist.lib.16.epist.17. Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles.

CANOPITAE,arum.*qui Canopum insulam,ad ostium Nili incolunt.*

CANORVS,a,um.*ad cantum inflexus,clarus.*1.de Diu.57.Gallus est animal canorum sua sponte.de Cl.234.Vox suauis & canora. de

Sen.28. Omnino canorum illud in voce splẽdescit in senectute. 1.Offic.133.Sine contentione vox nec languens, nec canora. 3.de Orat.25. Profluens quiddam habuit Carbo, & canorum. de Cl. 105.Canorus orator & volubilis.4.Acad.21.Hoc dulce,canorum illud,hoc bene olens.

CANTERIVS, rij. *equus castratus.* 3. de Natu.11.Eos tu canteriis albis obuiam Vacieno venisse existimas? Epist. lib.9. epist.19. Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse,quando canterium comedisti, Romam peruehi.

CANTHARIS, idis. *insecti genus, alatum, letiferum. grauiter olens.* Epist.lib.9.epist.21.Gaius,accusante L.Crasso,cantharidas sumpsisse dicitur.5.Tusc.111. Theodorus Lysimacho mortem minitanti:Magnum verò,inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es.

CANTICVM,ci. *actus comœdiæ,& pars liberior,& lasciuior cantus.* Epist.lib.9. epist.22. Fortè nosti canticum. Ora.57. Est etiam in dicendo quidam cantus obscurior, non hic è Phrygia & Caria Rhetorum epilogus penè canticum, sed ille quem, &c. 2. de Diu.113.Cantibus.*alias canticis.*

CANTILENA,æ.*cantio.* Attic.lib.1.epist.16.Vt crebrò mihi insurret Epicharmus cantilenam illam suam,νήφειν,&c. *id est,esto sobrius.*1.de Orator.105.Qui non Græci alicuius loquacitatem sine vsu,neque ex scholis cantilenam requirunt. Epist. lib.11.epi.20. Totam istam cantilenam ex hoc pendunt, vt quamplurimùm lucrifaciant.

CANTIO, nis. *carmen veneficum.*de Claris Orat.217.Idque veneficiis & cantionibus Ticiniæ factum esse dicebat. L. VENEFICIVM.

CANTIVNCVLA,æ. 5.de Fin.49.Cantiunculis irretitus.

CANTITATVS,a,um.de Clar.74. Carmina in epulis esse cantitata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato.

CANTO,as. *cano, cantus, edo vel fundo.*2.de Orat.279. Quid ploras ✠pater?mirum,ni cantem.condẽnatus sum. ‖2.In Cat.23.Hi pueri tam Lepidi ac delicati non solum amare & amari, neque cantare, &c, didicerunt. Quint.fr.lib.2. epist.12.Iampridem,vt scis, istum canto Cæsarem. 2. de Diu.57. Cur ante lucem galli cantant.& 1.de Diu.74.Galli gallinacei canere cœperunt.

CANTOR, ris.1. de Ora.236.Leguleius quidam præco actionum cantor formularum,auceps syllabarum,& in Vat.

CANTVS,tus. *symphonia,vocis inflexio.*pro S.R.134. Cantu vocum, neruorum & tibiarum tota vicinitas personabat. 4. Acad. 20. Oculi pictura tenentur, aures cantibus. pro Mur.22. Te gallorum, illum buccinarum cantus excitat. 3. de Legib.30. Plato ait, musicorum cantibus mutatis mutari ciuitatum status. 1.de Diuin.114.Qui sono quodam vocum & Phrygiis cantibus incitantur.2.de Legibus 61.Ad cantus & ad tibicinem persequi laudes clarorum virorum. 1.Tusc.ul 4.Neruorum vocumq; cantus. Orator.57. Est etiam in dicendo quidam cantus obscurior,&c. 2.de Orator.34.Quis cantus moderatæ orationis pronunciatione durior inueniri potest? quod carmen artificiosa verborũ conclusione aptius.5.Tusc.104.Tibicines,iiq; qui fidibus vtuntur,suo non multitudinis arbitrio cantus numerosq; moderantur. 3.de Orator.96. Quanto molliores sunt & delicatiores in cantu flexiones & falsæ voculæ, quàm certæ & seueræ?pro Arch.19. Bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt. de Som. 22.Quod docti homines neruis imitati atque cantibus, aperuêre sibi reditum ad hunc locum.pro Cæl.35. Accusatores cantus & symphonias iactant.1.de Diuin.80 Sæpe vocum grauitate & cantibus pelluntur animi vehementius.& 14. Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. 1. de Orat.255. Solet Roscius dicere, se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardioris tibicinis modos & cantus remissiores esse facturũ.7.I. V.31. Cantus symphoniæ.pro Mur.22.Cantus bucinæ.*de suis consil. Adolescentes tibiarum cantu instincti. *ibidem.* Grauitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse.

✠ *ADIVN. Dulcior,2.de Orat.Lugubres,2.de leg. Modici Nauticus,2.de Nat. Obscurior,Orat. Quotidianus, pro Sex.Rosc.Remissiores,1.de Orat.Sinister. 7.famil.*

☞ Syntaxis. *Cantus vocum, neruorum, tibiarum. Ad cantus laudare. Cantu flecti. Cantus ac modus. Cantus & numerus.*

CANVS,a,um. *albus, candidus.*1.de Diu.13.

Saxaq; cana salis niueo spumata liquore. & in Arat.
Necmetuunt canos minitantis murmure fluctus.

CANVSIVM, ij.*oppidum.* Attic.lib.9.epist.1.

CAPACITAS, tis.*spacium,capiendi.*1. Tusc.61.Vtrum capacitatem in animo putamus esse? *ibidem.* Qui enim fundus,aut quæ talis animi figura intelligi potest?aut quæ tanta omnino capacitas?

✠ *ADIVNCT. Tanta,*1.*Tusc.*

CAPAX, cis. *quod aliquid capere potest.* Orat. 104. Demosthenes non semper implet aures meas, ita sunt auidæ & capaces. & semper aliquid immensum infinitumq; desiderant.

CAPEDO, nis. *vas quo vtebantur antiqui in sacris deorum.* Parad.1. Capedines & fictiles vrnulæ.

CAPEDVNCVLA,æ. *parua capedo.*3.de Nat.43. Capedunculis, quas Numa reliquit.

CAPELLA,æ. *capra.*4.I.V.87. Capella quædam,ea quidem mirè scitè facta & venustè.

✠CAPENA,*porta.*‖Attic.lib.4.epist.1.Cum venissem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant: à qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata, similis & frequentia & plausus mè, vsque ad Capitolium celebrauit.

CAPENAS,atis.*ager Capenas.*4.I.V.31. Epi.lib.9. epist.17.

CAPESSENDVS, a,um.10.I.A.19. Ecquod principium pũtatis libertatis capessendæ. 2.de Nat.121. Partes corporis ad pastum capessendum conficiendúmq;.Attic.lib.16.epi.7.Istuc ad remp. capessendam venio. Epist.lib.1.epist.9.& 3.de Orat.110. Sitne sapienti capessenda respubl.

CAPESSENS, tis. 2.de Orat.106. Vt eidem Carboni Trib. pleb. alia tum mente rempubl. capessenti P. Africanus responderat. 2.de Nat.115. Partes tertæ vndique medium locum capessentes nituntur æqualiter.

CAPESSO, sis. *peto, obtineo, appeto, confector, assequor, teneo.* 1. de Diuinatione.40.

Post illa germana soror errare videbar,
Tard.q; vestigare & quærere te,neque posse
Corde capessere.——de Republica libro quarto, teste Augustino.de Ciuitate Dei,lib.2,cap.10.Aeschines ciuis Atheniensis,vir eloquentissimus, cum adolescens tragœdias actitauisset, Rempublicam capessiuit.1. Tusc.ul. 42. Is autem animus superiora capessat necesse est.Attic.lib.10.epist.10. Melitam igitur, opinor,capessemus.

CAPIENDVS,a,um.3.de Orat.188.Sæpe capienda membris minutioribus oratio est ‖*Carpenda legit.Lamb.*de Cl.178.Aliquis in capiendo aduersario versutus.Orat.63.Philosophi docendi causa,non capiendi loquuntur 2.de Ora.294. Non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cedere. Orat.170. Adhibere insidias ad capiendas aures.

CAPILLATVS,a,um:CAPILLATIOR.2.contra Rull.13.Aliquis corpore inculto atque horrido capillatior quàm antè,barbaque maiore. & 58. Adolescens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

CAPILLVS,li.*capitis pilus.* in P.25.Erãt illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ. pro Sexto Roscio.135. Capillus compositus & delibutus.pro Sestio 19.Capillus horridus.

✠ *ADIVNCTA. Compositus, delibutus.pro Sex.Rosc. compti, in Pis.horridus,pro Sest.Subcrispus.4.Ver.*

CAPIO,is.cepi,captum. *comprehẽdo,fero,prehendo,decipio.*3.in Verrem.10.Probabo Verrẽ contra leges pecunias cepisse.pro Rab. 31.Nemo tam fuit pubes,quin arma ceperit. Epist.lib.5.epist.10. Sex oppida vi oppugnando cepi 2. I. Verr.52. Si Glabrionis patris vim & acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis.11.I.A.5.Capere documentum ex aliquo. L. DOCVMENTVM. 1.de Diuin.24. Nec tuendi satietas capere poterat. 3.I. A. 29. Aliquando patrium animum virtutemque capiamus. 1. Offic.35. Qui nationes deuictas bello in fidem cepissent. pro Pomp. 62. Antequam magistratum per leges capere licuisset. 3.de Leg.8. Eundem magistratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito. 1. I. C.4. Decreuit senatus vt Consules viderent, ne quid respubl.detrimenti caperet.2.I.A.91. Tantum te cepisse odium regni videbatur. 2.I. C.22. Sunt ita multi, vt eos capere carcer non possit. pro Mil.88. Capere eius amẽtiam ciuitas non poterat. Attic. lib.13. epist. 35. Vrbs ei parum magna visa, quæ etiam ipsum capere potuerit. pro Pomp.66. Quæ ciuitas est in Asia,quę vnius Tribuni militum animos ac spiritus capere possit?1.Offic.59.In omni officio & consuetudo exercitatioque capienda vt boni ratiocinatores esse possumus. Epist.lib.11.epi.16. Scitè & cõmodè capere tempus adeundi ad aliquem. pro Plan. 1.Capiebam animo non mediocrem voluptatem,quòd, &c. de Sen,54. Laertes leniens desiderium quod capiebat ex filio. & Attic. lib.14.epist.16. Lætitia quam oculis cepi iusto interitu tyranni.Epist.lib.10.epist.5.Ex literis tuis cepi fructum duplicem, mihique, &c. lib.1.epist.9. Cum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea. Attic.lib.1. epist.3. Multo maiorem fructum ex populi Rom.existimatione illo damnato cepimus, quàm ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus. 2.contra Rull.58. Vix iam videtur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat.3. Offic.15. Inest in his aliquid probi, quod capiat ignaros.Attic.lib.8.epist.3. Inuitè cepi Capuam,non quo,&c. & pro Qu.97. Vt aliquãdo miseriordiam caperet aliquam ætatis suæ. 1.de Nat.49.In ea imagines mentem intentam infixámque nostram intelligentiam capere.*id est, intelligere*, quid sit Deus. pro

Mar.

Mar. 6. Quæ tam magna sunt, vt ea vix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit. 1. Offic. 54. Sequuntur fratrum coniunctiones, pòst consobrinorum sobrinorumque, qui cum vna in domo iam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. de Ami. 25. Qui ob amicitiam summa fide constantiáque seruatam maximam gloriam ceperit. Epist. lib. 2. epist. 6. Nulla est gratia, quam vel non capere animus meus accipiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare possit. * 1. de Diuinat. 73. Ante oppidum Nolam florentissima Samnitum castra cepit. 3. I. V. 78. Tantæne tuæ Vertes libidines erunt, vt eas capere non prouinciæ populi Romani, non nationes exteræ possint. ‖ pro Mar. 3. Fructū omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum cepit.

CAPIOR, ris. *prehendor.* 4. Acad. 66. Decipi, falli, capi, idem. 1. de Orat. 174. Cum obsignes tabellas clientis tui, quibus id sit scriptum quo ille capiatur, ego tibi vllam causam maiorem committendam putem? pro Cec. 83. Aequitatem rei verbi laqueo capi non oportet. pro Cl. 13. Ea animum adolescentis pellexit, his omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac delinire potest. 2. in Antonium 114. Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cœlo capi posse videatur. Anteq. 22. Mors quæ ob rempublicam capitur. * de Fato, Acipenser admodum rarò capitur.

CAPTVS, a, um. *affectus, victus, captiuus.* 2. de Orat. 195. Captus sum misericordia. 3. I. C. 16. Belli duces captos iam & comprehensos tenetis.

✠ ADVERB. *Admodum rarò, de Fat. Aliquando animum, 3. Phil. Breui, 5. Fam. Commodè tempus adeundi, 11. Famil. Crudelissimè, 1. Phil. Facillimè coniecturam, pro Mur. inuitè, 8. Attic. Mirificè, 9. Famil. Necessariò, 2. In Verr. Opportunè, Pro Sex. Rosc. Perfacile, 13. Atti. Plane nauim suo onere, 7. Verr. Recte, 2. de Diu. Scite tempus. 11. Famil. Strenue, pro Rab. posthu. Sortito, 4. Ver. Vix gloriam, 2. Phil. pro Mar.*

☞ Syntaxis. *Pecunias, arma, oppida, mortem, tempus, desiderium, fructum, ignaros, misericordiam capere. Capi blanditijs.*

CAPITAL, lis. *capitale, vetustum verbum.* 2. de Leg. 21. Quiq; non paruerit, capital esto.

CAPITALIS, le: & CAPITALIOR. *pernicioſus, crimen quod aut libertatis, aut ciuitatis amissio sequeretur.* 4. in A. 3. Capitalem & pestiferum à Brundusio M. Antonij redit m timebamus. 2. Offic. 73. Capitalis omnino oratio est, ad æquationem bonorum pertinens. 1. Offic. 41. Totius iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui, &. 4. in Verr. 95. Facere aliquem reum rei capitalis. pro Cec. 25. Aliquem rei capitalis arguere. pro Dom. 78. Qui erat. rerum capitalium condemnati. de Sen. 42. Qui in vinculis essent damnati rei capitalis. 4. I. V. 68. Sopater rei capitalis accusatus. pro Rab. 26. Rabirius fraudē capitalem admisit. 1. de Orat. 131. Erat enim Athenis reo dānato, si fraus capitalis esset, quasi pœnæ æstimatio. 3. de L. 6. Vincula sontium seruanto, capitalia vindicanto. 2. de Inu. 96. Lacedæmoniis lex erat, vt capitale esset, nisi, &c. 1. de N. 14. Facinora capitalia. Qu. fr. lib. 2. epist. 12. Capitalis creber, acutus Thucydides. 3. Offic. 82. Capitalis Eteocles, qui, &c. *id est, sceleratus.* 5. I. A. 33. Capitalis homo. 2. I. C. 3. Hostis tam capitalis. de Am. 2. Odio capitali ab aliquo dissidere. 4. I. V. 68. Rerum capitalium quæstiones. ‖ 7. Ver. 107. Res capitales.

☞ Syntaxis. *Capitalis homo, oratio, iniustitia, res, fraus, facinus, odium, hostis. Capitalis rei accusatus, damnatus. Admittere capitalem fraudem. Capitale est, nisi.*

CAPITINVS, na. pro Sylla.

CAPITO, nis. *à nimis magno capite.* 1. de Nat. 81. Sili, Flacci, Frontones, Capitones.

CAPITOLINVS, a, um. pro Do. 144. Iupiter Capitolinus. & pro Rab. 31. Cliuus Capitolinus. Qu. fr. lib. 2. ep. 4. Capitolini & Mercuriales. ‖ Anteq. 25. Si C. Mario auxilio fuistis, quod in cliuo Capitolino improborum ciuium cædem fecerat. pro Sest. 28. In cliuo Capitolino cum gladiis esse, pro Dom. 7. Hic tu me etiam custodem defensoremq; Capitolij, templo nanque omnium, hostem Capitolinum appellare ausus es, quòd cùm in Capitolio Senatum duo consules haberent, eò venirem.

CAPITOLIVM, lij. *templū ac sedes Iouis Opt. Max. in cliuo.* Anteq. 24. Dij deæq; immortales, qui excellente tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutā. 1. contra Rul. 18. Hoc templum Iouis Opti Max. atque hæc arx omnium gentium. 6. I. V. 69. Capitolium flamma consumptū. 4. Acad. 137. Cum ambo ad senatum in Capitolio starent.

✠ ADIVNC. *Diuinum, pro Sest.*

CAPITVLVM, li. 1. de Leg. 21. Nec verò ferent, si audierint te primum capitulum optimum prodidisse. *alias caput libri optimi.*

✠ ADIVNCT. *Primum, Optimum, 1. de leg. Paruum, pulcherrimum. 6. Verr.*

CAPPADOCIA, æ. *regio Ponti.* Epist. lib. 5. epi. 2. & 4. pro Pom. 7.

✠ Cappadociæ latebræ. ‖ 2. Cont. Rull. 54. Cappadociæ solitudo. Epist. lib. 15. epist. 2. Itaque cum exercitu per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens est iter feci. *Ibid.* epist. 3. Dicíq; Armenium regē in Cappadociam impetum facturum *nunciarent legati.* & epist. 4, Magnum bellum in Cappadocia concitatur. *Ibid.* Cyprus insula & Cappadociæ regnum duæ, maximæ clientelæ Catonis.

CAPPADOX, cis. Postquam in Sen. 13. Cappadocem modò abreptum de grege venalium diceres.

CAPRA, æ. de Am. 63. Capras & oues quot quisque habet dicere posse, quot amicos habeat non posse dicere. 2. de N. 126. Capræ in Cræta ferè cum sunt confixæ venenatis sagittis, dictamum quærunt. 2. de N. 110. At capra læuum humerum claro obtinet.

CAPRICORNVS, ni. *brumale signum.* in Arat.

Quem cùm perpetuo vestiunt lumine Titan,
Brumali flectens contorquet tempore currum:
Hoc caue te ponto studeas committere mense.
Corpore semifero magno capricornus in orbe.

*CAPRIGENVS, a, um. *caprinus.* Prognost.

Caprigeni pecoris custos de gurgite vasto.

CAPRINVS, a, um. vt Pellis caprina. 1. de N. 83.

✠ CAPRIVS, ij. 3. de Nat. 58. ‖ Tertium Dionysium Captio patre, eúmque regem, Asiæ præfuisse dicunt.

CAPSA, æ. *arca.* 1. I. V. 51. Si te semel ad meas capsas admisero.

CAPSIS, *id est, cape si vis.* Orat. 154. Iam in vno verbo capsis, tria verba sunt.

CAPTATIO, *verborum aucupium, & pugna verborum, logomachia.* Part. 81. Et illam disputandi prudentiam, concertatio captatioq; verborum imitatur.

CAPTIO, onis. *deceptio, argutia, sophisma.* 4. Academ. 45. Maiore quadam opus est vel arte, vel diligentia, ne ab iis quæ clara sint ipsa per se, quasi præstigiis quibusdam & captionibus depellamur. 2. de D. 41. Cur igitur vos inducitis in eas captiones: quas nunquam explicetis? de Fat. 30. Omnes istius generis captiones eodem modo refelluntur. 2. de Finib. 17. Captiones dialecticæ. de Clar. 197. Quanta esset in verbis captio, si, &c. Attic. lib. 10. epist. 17. Omnes captiones in omni sententia occurrunt. ‖ Part. 133. Eamque sententiam nihil habere aut captionis, aut vitij.

✠ ADIVNCT. *Dialecticæ, 1. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Captiones inducere. Captiones depellere.*

CAPTIOSE, *vafrè, argutè.* 4. Acad. 94. Captiosè interrogans.

CAPTIOSVS, CAPTIOSIOR, CAPTIOSISSIMVS. 4. Acad. 46. Alterum est, quòd fallacibus & captiosis interrogationibus circumscripti & decepti quidam, cum eas dissoluere non possunt, desciscunt à veritate. 4. Acad. 49. Stoici captiosissimo genere interrogationis vtuntur. pro Qu. Rosc. 52. Quo nihil captiosius neque indignius dici potest. & 29. O captiosam societatem. 1. de Fin. 22. Epicurus non qua via captiosa soluantur, ambigua distinguantur ostendit.

☞ Syntaxis. *Captiosa interrogatio, societas. Absolutè, Captiosa: id est, captiones. Captiosa dissoluere.*

*CAPTIVITAS, tis. pro C. Corn. 1. Cùm omnibus gentibus finem diuturnæ captiuitatis, turpitudinis & seruitutis afferret.

CAPTIVNCVLA, æ. Attic. lib. 15. epist. 7. Videtur obiisse legationem, & omnes captiunculas pertimescere.

CAPTIVVS, a, um. *victus & captus.* ad Brut. epist. 3. Hoc S. C. ad tuos siue captiuos, siue deditiios pertinet. 3. de Natu. 82. Plures captiuos acerbè, quàm prædones necati. 3. ad Her. 2. Redimere captiuos ab hostibus. 2. Offi. 62. Redimere captiuos è seruitute. Epist. libr. 5. epist. 11. Ducere aliquem captiuum in triumpho. 8. I. A. 31. Diutius seruitutem perpessi sumus quàm captiui frugi & diligentes solent. 1. Offic. 38. Pyrrhi sententia de captiuis reddendis.

CAPTO, as. *allicio, aucupor, obserno, consector, peto.* 4. Acad. 94. Quid enim ad illum, qui te captare vult, vtrum tacentem irretiat, an loquentem. 1. de Inu. 51. Inductio, quæ rebus non dubiis captat assensionem eius, qui, &c. Epist. lib. 10. epist. 23. Lepidus desperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit. 2. de Inu. 157. Captare aliquem aliquo emolumento, *id est, allicere.* 2. in Antonium 86. At etiam misericordiam captabas. 2 de Orat. 32. Captare voluntates hominum. *id est, quasi aucupari, aliàs, Excipere.* I. P. 60. Captare plausus. Epist. lib. 11. ep. 4. Captare nomen imperatorium. 2. Tusc. 17. Captare risus.

✠ ADERB. *Mediocriter, 10. Famil.*

CAPTOR, ris. *prehendor.* de Ar. 55. Dissident principes, captatur ✠ occasio. ‖ 2. de Inuent. 51. Captatur misericordia. 1. ad Heren. 8. Ab aduersariorum persona benenolentia captabitur.

☞ Syntaxis. *Captare aliquem misericordiam, voluntates, plausus, risus, occasionem.*

CAPTVS, a, um. *captiuus, victus, superatus, iacens.* Att. li. 9. ep. 4. Planè intercluſi captiq; sumus. Epist. lib. 8. ep. 2. Mihi visus sum captus

esse.pro Dom.26.Oppressa captaq; repub.pro Cl.12. Socrus generi contrà, quàm fas erat, amore capta. de Clar. 72. Captus Tarento. Hortens. Capti splendore virtutis.

¶ *Mancus,læsus,priuatus.*5.Tusc.117.Vt idem oculis & auribus captus sit. 6. I. V.101. Tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratã decidisti.pro Rab.21. Qu.Scæuola mancus & membris omnibus captus ac debilis.1.Offic.94. Tam decet,quàm delirare & mente captum esse.‖4. Acad.55.Proferre mente captos.

¶ *Deceptus.* 3.Offic.70.Vti ne propter te captus fraudatúsue sim. 12.in Ant.6. Pansa eodem captus errore,quo nos.

&c Syntaxis. *Captus amore,oculis,auribus,membris,mente,errore.*

CAPTVS,tus. *ingenium,natura.*2. Tusc.65.Græci homines non satis animosi,prudentes, vt est captus hominũ satis hostem aspicere non possunt.

CAPVA, æ, *vrbs.* 1. contra Rul. 20. Luxuries Annibalem Capuæ corrupit.Posth.in Sen.16.Capua,in qua vrbe domicilium quondam superbiæ fuit.12.I.A.7. Capua, quæ his temporibus altera Roma est.

CAPVLVS,li.*manubrium gladij.*de Fat.5.Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur:quasi verò capulo sit occisus.

CAPVT, is.*principale in animalis corpore membrũ.*de Sen. 34. Masinissa nullo imbre, nullo frigore adduci potest, vt capite operto sit.11.I.A.5. Pòst autem cæsis caput abscidit, idque fixum gestari iussit in pilo. Epist.lib.7.epist.31. Nec caput, nec pedes. *pro Mur.51.Dixit duo corpora esse Reip.vnum debile infirmo capite.alterum firmum sine capite:huic caput se viuo non defuturum.con. C.Ant. Quod caput etiam tum plenũ animæ & spiritus ad Syllam vsque ab Ianiculo ad ædem Apollinis manibus ipse suis detulit.in Clod. Cum calanticam capiti accõmodares.

¶ *Vita salus.*1.de Orat.181. Capitis nostri sæpe accidere potest vt causæ versentur in iure.& *ibidem.* 182. Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam contentionémq; maiorem quàm de ordine,de ciuitate,de libertate,de capite hominis consularis?de Cla.47.Causa capitis.1.de Orat.233. Socratis responsa sic exarserunt iudices,vt capitis hominẽ innocentissimum condemnarent.& 231. Socratẽ in iudicio capitis pro se dixisse. pro Dom.33. Nihil de capite ciuis aut de bonis sine iudicio detrahi potest.pro Qu.Rosc.16. Iudicia summæ existimationis,& penè dicam capitis.de Cl.136. In iudicium capitis aliquem vocare. 4. I.V.98. Cum verò abs te tui capitis causa peteret, hominesque certos domo misisset,ne tum quidẽ, &c. *id est,tuæ existimationis & salutis.*3. Offic.107. Vt si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris. pro Qu.8.Ego, qui caput alterius, famam, fortunasque defendo.

¶ *Initium,principium,pars præcipua,origo.*2.contra Rul.15.A primo capite legis vsque ad extremum,reperio nihil aliud cogitatum, &c.Et quod maximè rem continet.L.CONTINEO.pro Pl.57. Si quid sine capite manabit,& cuius autor non exstet.1.de Orat. 42. Iam ab illo fonte & capite Socrate, &c. pro Flac.42. Caput est omnium Græcorum concitandorũ Heraclides ille Temnites.2.contra Rul.26. Qui quod secundo capite scriptum est,non meminit in tertio. Posth.in Sen.7. Cum caput meæ proscriptionis recitaretur.2.de Orat.223. Capita de republica in duabus orationibus contraria inter sese.Epist.lib.5. epist.8. Caput est quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum, & *Ibid.* Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo prætereunda sunt.4.Acad.101.Ex vno Epicuri capite,altero vestro, perceptio & comprehensio tollitur,quod est caput Epicuri: si vllum sensibus visum falsum est, nihil percipi potest: quod vestrum, sunt falsa sensus visa. de Cl. 164. Quod ex quibusdam capitibus expositis nec explicatis intelligi potest,& *Ibid.*165.Illa verò censoria contra Cn. Domitium non est oratio, sed quasi capita rerum.& orationis commentarium paulò plenius.Att.li.16.epi.11. Ad Caluum scripsi,vt ad me τὰ κεφάλαια mitteret.2.de Orat.337. Ad consilium de republica dandum, caput est nosse rempublicam.de Amicit.45. Caput esse ad beatè viuendum, securitatem, &c.2. de Inuen.24. In hoc loco caput illuderit accusatori,si demonstrare poterit, &c.secundarium, si &c. & 175. Atque in hoc loco mihi caput illud videtur esse, vt quæramus, &c. 1.de Orat. 87.Caput enim esse arbitrabatur oratoris, vt & ipsis, apud quos ageret, talis, qualem se ipse optare videretur.2. I.A. 77. Caput autem literarum, sibi cum illa Mima nihil posthac futurum. Epist.lib.3.epist.7.An tibi obuiàm non prodirem? primùm Appio Claudio?deinde Imperatori? deinde more maiorum? deinde,quod caput est,amico? Attic.lib.1.epist.14. Et id quod caput est, nobis inter nos nostra vitia sunt toleranda. & lib.2. epist.6. Et quod caput est, mihi quæuis satis iusta causa cessandi est. Attic.lib.13. epist.21. Valde probo hominem, domum, facultates:quod caput est,ipsum non noui. *Epist.lib.10. epist.18.Fortem castellis duobus ad capita positis reliqui. *Planci.*

¶ *Status. Capitis enim diminutio, est prioris status mutatio.* Topic. Si ea mulier testamẽtum fecit quæ se capite nunquam diminuit. *id est, quæ per coniugium nunquam viri conuenit in manum.*

Summa frumenti decumani præcipua. 3. in Verr. 11. Verres aliquot nominibus de capite, quantum commodum fuerit, frumenti Decumanis detraxit.& 5. Ver.82.In illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiserit quam ipse quæsierat:tibi concedetur, qui de capite vectigalium P.R.remisisti.

**Dogma, decretum.* 4.Acad.101.Ita nobis tacentibus ex vno Epicuri capite,altero vestro,perceptio & comprehensio tollitur.

✠ *ADIVNCT. Aduersum, clarum: Obstipum, Summum,Arat. Aenea,6. Attic. Alterna,inter se contraria,pro Cluentio. Certum legit.3. Agr. Contraria,Magnum, Laudabile,2.de Orat. Paruum,præclarum, Postquam ad Quir,Primum, Proximum,1.Cont.Rull. Superius, 2.Cont.Rull.Tæterrima,& Spurcissima,1.Phil.Translaticium,3.Famil.*

CARBASEVS,a,um.*Carbasus,lini optimi genus:vnde vela carbasea, & carbasa dicta.*7.in Verr.30.Tabernacula carbaseis intenta velis. & 79.

CARBO, onis. 2. Offic.25. Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum.

CARBVNCVLVS, li. 4. ad Heren.10. Ipse à vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret.

CARCER, is. *custodia, vincula, locus in quo asseruantur rei.* 1.I. C.19. Non longè à carcere atque à vinculis abest, qui seipsum iam dignum custodia iudicat. pro Syll.70. Ad illius pœnam carcer ædificatus esse videtur.7. in Verr. 22. Cur carcer ædificatus esse videtur.7.in Verr.22.Cur carcer ædificatus.2.I.C.27.Carcer vindex nefariorũ scelerum.& 4.I. Catil.13.Cum filium eius impuberem ligatum à prætore missum in carcerem, necandum esse dixit.Attic.lib.2. epist.24. Vectius,quòd confessus est cum telo fuisse, in carcerem coniectus est.*Lamb.Legit vincula.*1.Tusc.74. Nec tamen illa vincula carceris ruperit. 7. I. V.68. Contrudi in carcerem.& 75.Condi in carcerem. & 76. Duci in carcerem. pro Pl.30. Emitti è carcere. * in Clod. Non te iudices vrbi, sed carceri,reseruarunt.

¶ *Locus,vnde cursus initium.* de Sen.83. Nec verò velim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari.de Amic.101. Quibus cum tanquam è carceribus emissus, cum iisdem ad calcem (vt dicitur) peruenire possis.4.ad Heren.4. Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum, & steterit vt mittatur, impudentéque illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet, & narret aliis quomodo Ladas aut Boius cum Sicyoniis cursitarint.de Cl.173. Nec in quadrigis, qui vix à carceribus exierit, eum,&c.

✠ *ADIVNCT. Totus, 2. de Diu. Vindex nefariorum scelerum,* 1.*in Catil.*

&c Syntaxis. *Carcer vindex scelerum. In carcerem mitti, conũci, contrudi,condi,duci. E carcere emitti. A carceribus emissus, id est, ab initio cursus. Intra carcerem stare. E carceribus exire.*

CARDIACVS,ci.1.de Diu.81. Nec cardiacis hoc tribuẽdum est, nec phreneticis. *id est,eis qui ore ventriculi affecti sunt: qui morbus cardiacus dicitur.*

CARDO,inis.2.de N.105.

Extremusq; adeò duplici de cardine vertex
Dicitur esse polus. ——

✠ *ADIVNC. Altisonus,3.Tusc.Duplex.2.de Nat.*

CARE, *magno precio,nimiò.*ad Brut. epist.16. Valde carè æstimare aliquid.pro Dom.115.Emit domum penè dimidio carius quàm æstimabat.

CARENDO.postquam ad Quir.3.Amicitiæ quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi quàm fruendo.Orat.157.Quàm chara sint quæ pòst carendo intelligunt.

CARENDVM.1.Tusc.26. Nõ dico carere sensu,sed carendũ esse.

*CARENS,tis.de Legib.Sensu carenti nihil profectò est mali.

CAREO, es. *vaco, vacuus sum,deficior,deseror,absum.*)(. *Abundo,potior, fruor.* 1.Tusc.88. Carere igitur hoc significat egere eo, quod habere velis.inest enim velle in carendo:nisi cum sic tanquam in febri dicitur,alia quadam notione verbi.Dicitur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas, & non habere te sentias, etiam si id facilè patiare: carere enim in malo non dicitur, non enim esse dolendum. dicitur illud bono carere, quòd est malum. sed ne viuus quidem bono caret, si eo non indiget: sed in viuo intelligi tamen potest regno carere. dici autem hoc in te satis subtiliter non potest: posset in Tarquinio,cùm regno esset expulsus:at in mortuo ne intelligi quidem potest: carere enim sentientis est:nec sensus in mortuo. ne carere quidem igitur in mortuo est.de Senec. 47. Quanquam non caret is, qui non desiderat. 1.de Fin. 38. Cum omni dolore caret. Epist. lib.16. epist. 15. Aegypta mihi nunciauit,te planè febri carere, & bellè habere. pro Milo. 18. Caruit foro postea Pompeius, caruit senatu,&c. ad Attic. lib.9. epistol.20. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini togam puram

puram dedi. 4. Academ. 1. Magnum ingeniũ Luculli, &c. caruit omnino rebus vrbanis. pro Rab. 29. Quid iam ista, C. Mario nocere possunt? quoniã sensu & vita caret. Attic. lib. 2. epist. 1. Neq; nos te fruimur, & tu nobis cares. 1. Offic. 101. Appetitus omni perturbatione animi carere debent. pro Lig. 4. Ergo hæc duo tempora carent crimine. * de Clar. 23. Prudentia ne maximis ✠ quidem in bellis æquo animo carere quisquã potest. ‖ pro Sex. Rosc. 55. Innocens est quispiã, veruntamen, quanquã abest à culpa, suspicione tamen non caret. de Clar. 32. Isocrates, magnus orator, & perfectus magister, quanquã foris luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo iudicio, est posteà eõsequutus. 6. In Ver. 41. Diodorus interea prætore isto propè triennium prouincia domoque caruit. pro Sex. Rosc. 44. An amandarat hunc sic, vt esset in agro, ac tantũmodo aleretur ad villam? vt incõmodis omnibus careret. de Senec. 7. Quòd voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullam putarẽt. de Amic. 22. Expetuntur voluptates vt dolore careas. 1. Tusc. 12. Miserum Cn. Pompeium qui tanta gloria, tanta dignitate sit orbatus: omnes denique miseros qui hac luce careant. 5. Tusc. 63. Quam huic erat miserum, carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari. *Ibid.* Sed vt ad Dyonisium redeamus: omni cultu & victu humano carebat.

✠ ADVERB. *Aegrè, 7. Attic. Aegrius, pro Pomp. Diutius, 1. Attic. Diutius, 1, In Cat. Dupliciter culpa, 9. fam. Facilè, 4. Attic. in perpetuum, 12. Attic. Necessariò, 7. Ver. Omninò, de Senec. Planè, 16. Fam. Sapiẽter, 2. de Or.*

☞ Sintaxis. *Absolutè, ille caret. Carere febri, foro, vrbe. Carẽdo noscim°.*

CARIA, æ. *regio.* Orat. 25. Caria, Phrygia, & Mysia. pro Fl. 65. Prouerbium, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria, id potissimum esse faciendum. 1. de Diu. 91. & 1. ad Q. fr. epist. 1.

*CARICA, æ. *fici genus.* 2. de Diuin. 84. Quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

CARINA, æ. *nauis dorsum, nauis pars ima.* 3. de Orat. 178. In nauigio latera, carinæ, prora, puppis.

CARINAE, arum. *locus Romæ.* Parad. 6. M. Manlius habuit ædiculas in Carinis. & de Ar. 49. Cum diceret velle se in Carinis ædi-
✠ ficare alteram porticum, quæ palatio responderet. ‖ ad Qu. fra. li. 2. ep. 3. Tuã in Carinis mũdi habitatores lamiæ conduxerunt.

CARITAS, tis. *inopia frumenti, vel alterius rei.* (*vilitas, vbertas, copia.* 2. Offic. 58. M. Seius in caritate annonæ asse modium populo dedit. 5. in Verrem. 216. Biennio prouinciam obtinui, cum alter annus in vtilitate, alter in summa caritate fuerit. 3. Offic. 50. Si vir bonus Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit in Rhodiorum inopia & fame summaq; annonæ caritate. de Ar. 31. Caritas annonę sterilitas agrorum, inopia frugum. pro Pom. 44 Repentè vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est. pro Do. 12. Erat igitur & præsens caritas & futura fames. 5. in Ver. 216. Aut vberiora cibaria facta sunt
✠ caritate. pro Dom. 11. ‖ 5. Ver. 47. Caritatem annonæ verere. Caritas, difficultas annonæ, summa inopia rei frumentariæ. Attic. lib. 9. epist. 11. Nũc omnia ista iacêre puto propter nummorum caritatem. * pro Dom. 11. Vt iam planè inopia ac fames, non caritas timeretur. & 12. Vt homines non iam diuturnam caritatem, sed vt famem planè timerent. *Ibidem.* Cum tu in annonæ caritate in consules repẽtinos impetus comparares. pro Dom. 25. Qua ex re primum caritas nata est, deinde inopia, impendebat fames, incendia, cædes, direptio.

✠ ADIVNCT. *Admirabilior, 1. de Finib. Diuturna, præsens, pro Dom. Gratuita, 1. de Nat. humana, 5. Fam. Maxima, 1. fam. 3. Off. Naturalis, 2. de Diu. Summa pro Rab. & 4. Attic.*

☞ Syntaxis. *In caritate annus. Inopia, fames, & annonæ caritas. Annonæ caritas, & frugum inopia. Caritas præsens, & futura fames. Nummorum caritas.*

CARMEN, nis. *versus, argumentum carmine tractatum.* de Ami. 24. Empedoclem quidem carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ, &c. pro Ar. 27. Aditus templorum carminibus exornauit. 1. Tusc. 64. Poeta graue plenumq; carmen non sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundit. 2. de Diu. 111. Non esse autem carmen illud furẽtis, ipsum poema declarat. de Cl. 75. Illa carmina, quæ multis sæculis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, de clarorum virorum laudibus, scriptum reliquit Cato. 4. Acad. 86. Simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur. *id est, Antiopa comœdia vel tragœdia.* de Claris. 71. Quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud Homerũ in Phæacum epulis canuntur. 2. de Or. 352. bis, Cum Simonides ceciniſſet id carmen, quod in Scopam scripsisset, &c. pro R. P. 43. Hæc laus carminibus poetarũ non celebratur. 2. de Or. 34. Quod carmen artificiosa verborũ constructione aptius? & 3. de Orat. 195. Quotum illa summa vis carminibus est aptior & cantibus: *id est, numerorum & vocum.* 4. Tusc. 41. Condere carmina. 2. contra Rul. 67. Atque hoc carmen iste non vobis, sed sibi intus canit. 1. de Orator. 245. Vt totum illud vti lingua nuncupãrat, non in XII. tabulis, sed in magistri carmine scriptũ videretur. pro Rab. 13. I lictor, colliga manus, &c. Tarquinij superbissimi ac crudelissimi ista sunt cruciatus carmina. pro Mur. 26. Prætor interea ne pulchrum se ac beatum putaret, atq; aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoq; carmen compositum est. pro Cæl. 18. Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. 5. de Fin. 43. Sunt enim plurima elemẽta naturæ, quibus auctis virtutis quasi carmen efficitur.

✠ *ADIVNCT. Absurdum, pro Mur. Aptius, Blandissima, mala, 2. de Orat. Grande, Graue, Probrosa, 1. Tusc. Graue plerunque, 5. Tusc. Lugubre, Præclarum, 3. Tusc. Mollissimum, 5. de Finib. Necessarium, 2. de Leg. Totum de Senect. Triste. 1. de Diu. Poetæ. Noua. 4. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Carmine tractare, vaticinari. Carmen fundere, contexere, efficere.*

CARMENTALIS. L. FLAMEN.

CARNEADES, is. 3. de Orat. 65. Diuina quædam celeritate ingenij dicendiq; copia. Carneades. 2. de Ora. 161. Carneadis vis incredibilis dicendi. 1. de Diu. 51. Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade. 4. Acad. 16. Carneades x c. vixit annos. 2. de Orat. 155. De Carneade, Critolao & Diogene, qui ab Athenien-
✠ sibus legati, Romam venerunt. ‖ 4. Acad. 6. Post autem conficta à Carneade, qui est quartus ab Arcesila, audiuit eum Egesimũ, qui Euandrum audiuerat, Lycidis discipulum, cùm Arcesilæ Lycidas fuisset. *Ibid.* 139. Clitomachus affirmabat, nunquã se intelligere potuisse, quid Carneadi probaretur. 1. Acad 45. Carneades autem nullius Philosophiæ partis ignarus, Attic. lib. 13. epist. 21. Carneades *παρεκβαλλων* pugilis, & retentionẽ aurigæ, simílem facit *παρεξ*. 1. de Diu. 23. Fingebat Carneades, in Chiorum lapicidinis, saxo diffisso, caput extitisse Panisci. *Ibid.* 62. Carneades concertationis studio modò ait hoc, modò illud. 2. de Diuin. 9. Etenim me mouet illud quod imprimis Carneades quærere solebat, quarúmnam rerũ diuinatio esset. 5. Tusc. 120. Quorum controuersiam solebat tanquã honorarius arbiter, iudicare Carneades. *Ibid.* 83. Quod quidem (*virtutem satis habere ad vitam beatam præsidij*) Carneadẽm disputare solitum accepimus, sed is vt contra Stoicos, quos studiosissimè semper refellebat, & contra quorum disciplinam ingenium eius exarserat. 2. de Finib. 42. Quæ possunt eadem contrà Carneadeum illud summũ bonum dici: quod is non tam vt probaret protulit, quàm vt Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret *Ibid.* 35. Reliqui sibi constiterunt, vt extrema cum initiis conuenirent, vt Aresto voluptas: Hieronimo doloris vacuitas: Carneadi frui principiis naturalibus. 4. Acad. 98. A Clitomacho sumam qui vsque ad senectutem cum Carneade fuit, homo acutus vt Pœnus, & valde studiosus ac diligens & *Ibid.* 99. Duo &c. placet Carneadi esse visorum genera. *Ibid.* 59. Carneadem autem etiã heri audiebamus, solitum esse dilabi interdum, vt diceret opinaturum, id est, peccaturum esse sapientem. de Fat. 32. Itaque dicebat Carneades, ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea, quorum causas natura ita contineret, vt ea fieri necesse esset. *Ibid.* 19. Descendit in Academiam Carneades, nec tamen sine causis. & *ibidem.* 23. Acutius Carneades, qui docebat Epicureos posse suam causam sine hac commentitia declinatione defendere. Atti. lib. 12. epist. 24. Et vt scias me ita dolere: vt non iacet, quibus COSS. Carneades, & ea legatio Romam venerit. 2. de Diui. 87. Quod Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se fortunatiorem, quàm Prænestæ vidisse Fortunam.

CARNEADEVS, a, um 4. Acad. 148. Carneadea sententia. 5. de Fin. 16. Carneadea diuisio.

CARNEADIVS, dia. 3. de Orat. 68. Carneadia vis.

CARNIFEX, cis. *tortor, lictor.* 3. in Ver. 9, Non sicarium, sed crudelissimum carnificem in iudiciũ adduximus. de Aruſp. 35. Quales hunc carnifices habere putamus? qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem vtatur? I. P. 10. Hæc sunt ò carnifex in gremio sepulta consulatus tui. 11. I. A. 7. Ponite ante oculos carnificem tortoremq; Samarium. pro Qu. 50. bonorum emptores conueniunt, vt carnifices ad reliquias vitę lacerandas & distrahendas. 7. I. V. 112. Sextus carnifex Verris.

✠ *ADIVNC. Crudelissimus, 3. Ver. Internuncius, 7. Ver. Non sicarius, sed crudelissimus, 1. Ver.*

CARNIFICINA, næ. *supplicij & cruciatus locus, cruciatus, crudelitas.* 5. Tusc. 78. Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus, quamuis carnificinam prius subierint, quàm ibim, aut felẽ, aut aspidem, aut canem violent. 3. Tusc. 27. Cùm omnis perturbatio misera est, tunc carnificina est ægritudo. pro Sest. 135. Non ea est medicina, sed carnificina atq; crudelitas.

CARO, nis. in Pis. 67, Mensa extructa non cõchiliis aut piscibus, sed multa carne subrãcida. pro Pl. 23. Quibus è municipiis vix iam, qui carnem Latinis petant, inueniuntur. I. P. 19. Caro putida.

✠ ADIVNC. *Multa, subrancida, putida, In Pis. Venenata, 2. de Nat.*

CARPENS, tis. *capiens.* 1. de Orat. 191. Vel passim licet carpentem & colligentem vndique repleri ista iuris ciuilis scientia.

CARPO, is. *detrahо, fugillo, maledico, lacero.* pro Cor. 57. Qui more hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant, non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt.

¶ *Eligo.* pro Cluen. 129. Non animaduertes in omnes? sed carpes vt velis? & paucos ex multis ad ignominiam fortiêre?

¶ *Curiosus lego.* pro Sest. 119. Non sum tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam ac delibem.

CARPOR, eris. *laceror verbis, incusor.* Qu. fr. lib. 2. epist. 3. Pompeius carpebatur à Bibulo.

¶ *Discrutior.* Para. 2. Cum corpus Reguli carperetur, carpi ipse certè nō potuit. *hic tum carperetur, & Carpi, habent veteres codices.*

¶ *Trahor.* pro Cl. 129. In multorum peccato, carpi paucos ad supplicium non oportet.

✠ ADERB. *Vndique pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Carpere hominem, flosculos. Dente carpere. Ad supplicium carpere. Carpitur corpus.*

CARTHAGINENSIS, se 2. contra Rul. 94. Carthaginenses fraudulenti & mendaces, &c.

✠ ADIVNCT. *Fraudulenti, Mendaces, 2. Agr.*

CARTHAGO, nis. 1. contra Rul. 5. Agri in Hispania apud Carthaginem nouã. & 2. contra Rull. 50. Carthago vetus in Africa.

CARTHAGO, *Iouis filia.* 3. de Nat. 42.

CARTINVM, *oppidum.* Attic. lib. 12. epist. 43.

CARVNCVLA, *caro.* 2. de D. 52. Caruncula vitulina.

✠ ADIVNCT *Vitulina, 2. de Diuin.*

CARVS, CARIOR, CARISSIMVS. *non vilis.* 1. de D. 59. Aut si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. pro Dom. 14. Subitò illo die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est.

CASA, læ. *tugurium, & domus rustica, & vilis.* 5. Tusc. 97. Ptolemæo peragranti Aegyptum comitib. non secutis cibarius in casa panis datus est. Epi. li. 16. ep. 18. Helluo nequissimus H-S. c c. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla macceria, nulla casa.

CASCVS, a, um. *senex, vetus,* 1. Tusc. 27. Illud erat insitū priscis illis, quos cascos Ennius appellat.

CASEVS, ei. de Sen. 56. Villa abundat lacte, caseo, melle.

CASSANDRA, *vates.* 1. de D. 85.

CASSIA, æ. *via media vrbe Roma ad Mutinam, inter superum & inferum mare.* 12. I. A. 23. L. VIA.

CASSIANVS, a, um. *à Cassio iudice seuero.* L. CASSIVS. pro Mil. 32. Itaque illud Cassianum, Cui bono fuerit, in his personis valeat. 2. I. A. 35. Si quis vsurpet illud Cassianum, Cui bono fuerit.

✠ ‖ 5. Ver. 137. In Cohorte tua Cassianum iudicem habebas.

CASSILINENSIS, nense, 2. de Inu. 171.

CASSILINVM, ni. *oppidum.* 2. I. A. 102. de Inu. 171.

CASSINAS, atis, *à Cassino.* 2. contra Rull. 65. & 2. I. A. 103.

CASSINVM. *oppidum.* 14. I. A.

CASSIOPE, es. *portus.* Epist. lib. 16. epist. 9.

CASSIOPEA, æ. 2. de Na. 111. Obscura specie stellarū Cassiopea.

CASSIVS, ij. pro S. R. 84. L. Cassius ille, quem populus Rom. ve-
✠ tissimum & sapiētissimū putabat. ‖ Att. lib. 15. epist. 11. Hoc loco fortibus sanè oculis, Cassius, (. Martem spirare diceres) se in Siciliam non iturum. 3. de Legib. 36. Vno in genere relinqui videbatur, vocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduel lionis. Attic. lib. 16. epist. 2. Cassius cum classicula sua venerat. Epist. lib. 12. epist. 11. Cassij diligentia in exercitibus comparandis. Epist. lib. 6. epist. 6. Cassium sibi legauit Cæsar. ad Brut. ep. 5. Dixit Seruilius etiam de Ventidio, & vt Cassius persequeretur Dolabellam. pro Dom. 130. Hoc signū Ç. Cassius Censor cum in curiam transtulisset. Epist. lib. 16. epi. 21. Præterea declamitare Græcè apud Cassium institui. 2. Phil. 26. & 30. C. Cassius Cesaris interfector. 5. In Ver. 97. C. Cassius vir clarissimus & fortissimus. pro Pompeio. 48. C. Cassius Manliæ legis suasor. pro Planc. 52. Tribuni pleb. P. Rutilius Rufus, C. Fimbria, C. Cassius Cn. Orestes facti non sunt. 3. In Ver. 60. M. Terentius & C. Cassius Consules. pro Sest. 103. Tabellaria lex a. L. Cassio ferebatur. pro Plāc. 58. L. Cassius ex Plancij accusatoribus. 3. In Cat. 9. L. Cassius ex Catilinæ coniuratis. 3. Phil. 23. Quid autem attinuerit, L. Cassio Tribuno Pl. fortissimo & constantissimo ciui, mortem denunciare (*Antonio*) si in Senatum venisset. *Ibid.* 26. Q. Cassius prætor. 2. Phil. 87. Ideóne L. Tarquinius exactus, Sp. Cassius Sp. Melius M. Manlius necati vt multis post seculis à M. Antonio quod fas non est, rex Romæ constitueretur?

* CASSIVS, a, um. pro C. Corn. 1. Cassia lex. & 3. de leg. 35. 3. Ver. 16. Lex Terentia & Cassia frumentaria.

CASSVS, a, um. *vacuus, inanis.* 2. de Diu. 133. Terrigenam, tardigradam, domiportam sanguine cassam. in Arat. Cassus luminis. 5. Tusc. 19. Cassum quid dam, & inanis vocis sono decoratum.

CASTE, & CASTISSIME. *integrè, purè.* 2. de Leg. 19. Ad diuos castè adeunto. 1. de Nat. 3. Purè & castè deos venerari. pro Do. 134. Is nihil ritè, nihil castè perfecit. pro Pomp. 2. In amicorum periculis castè integreq; versari, de Cl. 330. Tueamurq; eam, vt adultam, virginem castè. Epist. Fam. lib. 14. Castissimè colere deos. de Ar. 29. Religione sua aliquid castissimè tueri.

☞ Syntaxis. *Purè & castè. Castè & integrè.*

CASTELLANVS, a, um. *vt, triumphus castellanus: id est, de castello capto actus.* de Cla. 257.

CASTELLVM, li. *vicus, siue rusticorum domus in agris clausa mœnibus. Sunt etiam castella, munitiones ligneæ castrenses, pro vallis erectæ ad arcendos hostes.* pro Cec. 20. Cecinna ad diem venit in castelum. Axiã. & pro Deiot. 17. Cum in castellum Luceium venisses. Epist. lib. 11. epist. 4. Multa castella cepi, multa vastaui. Attic. lib. 3. epi. 7. Castellum natura munitum. de Cl. 255. Qui Ligurum castella expugnauerūt. 5. I. A. 9. Aditus hostium castellis & aggerib. prohibetur. I. P. 11. Cui templū illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij. 2. de Diuinat. 37. Vrbem philosophiæ mihi crede proditis, dum castella defenditis.

✠ ADIVNC. *Multa. 11. fam. Munita, 3. Attic. Munitissima, 5. Attic. Necessarium, 3. Attic.*

CASTIGANDVS, a, um. *coercendus.* 3. Offi. 73. Qui nō verbis sunt & disputatione philosophorū, sed vinculis & carcere castigādi.

CASTIGATIO, nis. *obiurgatio, animaduersio.* 1. Offic. 88. Omnis & animaduersio & castigatio contumelia vacare debet. L. OBIVRGATIO, & RELEVO.

CASTIGATVS, a, um. 2. Tusc. 50. Vidēsne vt obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor?

CASTIGO, as. *obiurgo, multo.* 1. de Or. 185. Et quoniã de impudētia dixi, castigemus etiã segniciem hominū. Tusc. 64. Pueros matres & magistri castigare solēt, nec verbis solùm, sed etiã verberibus. 1. Offic. 88. Qui punit aliquē, aut verbis castigat. 1. de Leg. 62. Castigare improbos. 5. Tusc. 4. Sed in hoc me ipse castigo.

☞ Syntaxis. *Non sedatus, sed castigatus. Verbis, & verberibus castigare. In hoc me castigo.*

CASTIMONIA, niæ. *castitas.* 6. in Verr. 102. Quæ sacra per summam castimoniã virorum ac mulierū erant, eadem per istius stuprum esse violata. 2. de Leg. 24. Castè iubet lex adire ad deos, animo scilicet: nec tollit castimoniam corporis.

✠ ADIVNCT. *Summa, 6. Ver.*

CASTITAS, tis. *castimonia, virginitas.* 2. de Leg. 29. Vt sentiant mulieres in natura fœminarū omnium Deum castitatem pati.

CASTOR & POLLVX, *fratres, dij.* 1. de Diuin. 75. Stellæ aureæ insignia Castoris & Pollucis. pro Mil. 92. Qui cum falcib. ad Castoris concurrerunt. 7. I. V. 185. Vósq; omnium rerum forensium, consiliorum maximorū, legum iudiciorumq; arbitri & testes celeberrimo in loco prætorij locari Castor & Pollux.

CASTRA, orum. *locus vbi exercitus manet.* 7. I. V. 29. Iste nouus imperator pulcherrimo Syracusarū loco statiua sibi castra faciebat. 2. de Diu. 114. Castra enim in Thessalia castris collata audiebamus. Attic. lib. 8. epist. 19. Castra propter anni tempus & militum animos facere non possum. 12. I. A. 27. Cn. Pompeius cum P. Vectio inter bina castra collocutus est. Epist. lib. 15. ep. 4. His rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum. Attic. lib. 9. epist. 17. Nos ad portas castra habemus. & lib. 8. epist. 15. Cùm Cæsar ad oppidum castra haberet. 2. de Inu. 123. Hostes prope muros castra habent. Attic. lib. 9. epist. 16. Ad murum castra posui. 1. de Diu. 77. Cum Aretiū versus castra mouisset. 11. I. A. 12. Saxa castrorū antea metator, nunc (vt sperat) vrbis. Epist. lib. 15. epist. 1. Pacorus Euphratem transiuit, & castra posuit Tybæ: & epist. 2. Castraq; ad Cybistra quod oppidum est ad montem Taurum, locaui. & lib. 10. epi. 35. Itaq; continuis itineribus ad forū Vocontiū veni, & vltra castra ad flumen argenteū contra Antonianos feci. & li. 15. ep. 4. Castra in Lycaonia apud Iconiū feci. & li. 9. epi. 20. In Epicuri nos aduersarij nostri castra coniecimus. 1. de Diui. 73. Florētissima castra cepit. de Leg. agrar. Pedum manubias, sectionem, castra deniq; Cn. Pompeij decemuiri vendent. Incer. Custodia castrorum.

✠ ADIVNCT. *Aestiua, 16. Famil. Ciuilia, 14. Attic. Florētissima, 1. de Diu. Maxima, 15. Fam. Media, infima, nefaria, 15. Attic. Plena curæ, 2. Phil. Præclara, 7. fam. Statiua, 7. Ver.*

☞ Syntaxis. *Castra facere, collocare, habere, ponere, mouere, locare.*

CASTRATVS, a, um, *exectus.* 3. de Orat. 161. Nolo morte dici Africani castratam esse rempubl. Ennij.

CASTRENSIS, se. *militaris.* pro Cæl. 11. Eadem erat castrensis ratio & militaris. 3. I. C. 17. Nisi cum ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem.

* CASTRICIANVS, a, um. pro L. Flac. 54. Castricianū nomen. *Ibidem.* Castricianum vulnus.

CASTRAM, *stri. Oppidum.* Attic. libro 8. epist. 18. Cæsarem firmo

firmo progressu in castrum Truentinum venisse.

CASTVLONENSIS, *saltus*. Epist. lib.10.epist.31.

CASTVS, & CASTISSIMVS, *purus integer, incorruptus*. Attic. lib.11.epist.6. Pompeius vir integer, castus, & grauis. 1.de Diu. 121. Castus animus & purus. 4. ad Her.24. Corpus castum, animus corruptus. pro Fon.22. Mens casta & integra. 2. de Inu.36. ✠ Integer & castissimus vir. ‖ 3. In Ant.15. Quis hoc adolescente castior? quis modestior? 2.de Inu.114. Præmia virtutis sancta & casta esse oportet. de Ar.27. Fœmina, quæ matronarum castissima putabatur. & *Ibidem*. Qui castissimos ludos omni flagitio polluerent. pro Cæl.9. M. Crassi castissima domus. pro Rab.11. Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis seruari oportere defendo. 2. de Leg.45. Ebur haud satis castum donum Deo.13. I. A.8. Res familiaris cùm ampla, tum casta à cruore ciuili. 1. Tusc.72. Qui se integros castósq; seruauissent, his, &c. pro Qu. R.21. Periurum castus fraudasse dicitur.

☞ Syntaxis. *Castus vir, Cæsar, animus, corpus, mens, iuuenis, præmium, ludus, domus, concio, donum. Castus & integer. Castus ac purus. Castus & modestus. Vir à sanguine castus.*

CASVS, sus. *fortuna, euentus, sors, fors*. 2.de Diu.15. Quomodo ergo id quod fit cæco casu & volubilitate fortunæ, præsentiri potest? ✠ ‖ 2.de Diu.49.25. Casus potest imitari veritatem. & lib.1.23. Nunquam perfectè veritatem casus imitatur. & lib.2.114. Casum prælij omnes timebamus. pro Cl.74. Atque etiam casu tum Stalenus ipse non aderat. de Fa.2. Id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem impediuit. 2.de Orat.346. Ferre sapienter casus aduersos. & 211. Casus humanarum miseriarum varij sunt. pro Pomp.60. Maiores nostri semper ad nouos casus temporum nouorum consiliorum rationes accommodabant. 6. I. A. 19. Fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, quem tulimus, &c. nunc si quis erit, erit voluntarius. 1.de Nat.92. Illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, quis tantus casus, vt, &c. ad Her. Hæc res magnum casum habet. 2. Offic.19. Hæc igitur fortuna cæteros casus rariores habet. de Sen.67. Aetas illa multò plures quàm nostra, mortis casus habet. Epist. lib.10.epist.21. Si casus inciderit, pro vobis mori paratus sum. Attic. lib.15.epist.24. Casus consilium nostri itineris iudicabit. 3. I. C.29. Vt ea virtute non casu gesta esse videantur. pro Syl.83. Aliquid casu magis & felicitate ab aliquo quàm virtute & consilio gestum esse. pro Sest.12. Communis Mars belliq; casus est incertus. pro Fl.31. Casus est enim in capiendo locus, euentus, occasio. 2.de Diu.141. Nisi ista casu nonnunquam fortè temerè concurrerent. Epist. lib.5.epi.2. Quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quàm consilio fortem fuisse? & lib.2.epist.7. Iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerũ contulisti tribunatum tuum. & lib.13.epist.9. Et casu permulti sunt in ea societate valde mihi familiares. 2.de Na.6. Idq; euenit nõ temerè, nec casu, sed quòd, & 2. de Diu.18. Quid est tandem quod casu fieri fortuna putemus. *Ibidem*. Ne in Deum quidem cadere videtur, vt sciat, quid casu & fortuito futurum sit. 2. Offic.44. Habere aliquid aliquo casu atque fortuna. pro Pl.35. Si sortis, nullum crimen est in casu. Attic. lib.11.epist.14. Is maiore in casu est, quòd iam receptus. ✠ ‖ *Lamb. legit. Causa*. &c. Epist. lib.7.epist.5. Casus verò mirificus quidam intetuenit, quasi vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuæ.* pro L. Varẽ. Optio vobis datur, vtrum velitis casu illo itinere Varenũ esse vsum, an huius persuasu & inductu. ¶ *Infortunium*. pro S.R.98. Ille miser ignarus casus sui, &c. Anteq. 13. In nostro euentu aliorum reminiscentes casus. pro Syll.61. Eum tamẽ in hoc casu, quo afflictus iacet. conseruare cupiunt. pro Syl.1. Sed quoniam ita tulit casus infestos, vt, &c. Epist. lib.4. epist.13. Aliorum opibus casus meos sustentabam. 1.de Orat.2. Quam spem cum graues communium temporum, tum varij nostri casus fefellerunt. Qu. Frat. lib.1.epist.4. Si releuare potes communem casum de Clar.281. Ita grauissimo suo casu dum Alexandri similis esse voluit, L. Crassi & multorum Crassorum inuentus est dissimilimus. pro Sest 53. Cum meum illum casum tam horribilem, tam grauem, tam repentinum non solùm homines, sed tecta vrbis ac templa lugerent. 2.de Orat.197. Grauis & miserabilis casus alicuius. Epist. lib.4. epist.6. Vellem vt scribis in meo grauissimo casu affuisses. pro Do.84. At vide, quid interfit inter illum iniquissimum patris tui casum, & hanc fortunam conditionemq; nostram.* Frag. epist. Ne qui casus perimeret superiora.

¶ *Status anceps*. Epist. lib.10.epist.8. Sed cum in eum casum me fortuna demisisset, vt aut, &c.

¶ *Ruina*. pro Cæl.41. Via lubrica, qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix possis. 1.de Diu.44. Deinde eius germanum cornibus connitier in me arietare, eoq; ictu me ad casum dari.

¶ *Inflexio vocabuli*. Or.160. Absurdum erat, aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solùm Græcè loqui, & ibi 164. Verba quæ habent casus in exitu similes. 4. ad Her.29. Verba quę similiter iisdem casib. efferũtur. 2.de Nat.64. Iupiter quasi iuuans pater: quem conuersis casibus appellamus à iuuando Iouem. 2.de Orat.358. Verba immutata casibus.

✠ ADIVNC. *Acerbissimus, dissimilis, improuisus, incredibilis, ac penè diuinus*, 15. *Famil. Aduersi, Grauis, Grauissimi, miserabileśq;*, 2.de Orat *Alieni, Ancipites, varijque, communis, & incertus, Gladiatorij*, 5. *Famil. Ancipites, incertique dicendi, Barbari, Rectus, Similes in exitu. Orat. Bellici, Calamitosus atque funestus, multis, innocentibus, leuior*, 7. *Ver. Bonus, grauissimus, vani, incertique*, 5. *Tusc. Communis, Graues*, 1.de Orat. *Coniunctiores, reip.* 1. *famil. Dubius, varius, pro Cluen. Fatalis*, 6. *Phil. Vel gloriosus, vel grauis, de Arusp. Grauis, de Amic. Grauior, necessarius, & fatalis*, 1. *Phil. Grauissimus. atque acerbissimus, pro Flac. Horribilis, & grauis, & repentinus, Tristes*, 1.de Diuin. *Horribiles miserique, Multi, tantique, támq; præcipites*. 3.de Orat. *Humani pro Marc. Incertus*. 5. *Ver. & pro Mil. Infestus pro Syll. Iniquissimus. pro Dom. Innumerabiles*. 2.de Diu. *Magnus*. 6. *famil. Mediocris*. 11. *Fam. Melior*. 7. *Famil. Miserabilis, vltimus, voluntarij, tætri*. 2. *de Finib. Quidã mirificus*. 16. *famil. Noui temporum, pro Pomp. Nec opinatus*. 3. *Tuscul. Periculosissimus. pro Arch. Pessimus*. 11. *famil. Plures de Senec. Rariores*. 2. *Offic. Similis*. 2. *de Inuent. Tristior. epist. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Cæcus casus, aduersus, varius, nouus, fatalis, magnus, incertus. Casum timere, ferre, sustentare. Casu gerere, fieri aliquid. Aliquo casu habere quippiam. Res habet magnum casum. Casus & fortuna. Fortuna casus habet. Si casus incidat, pro te occumbet. Casu & fortuito factum. Ille in bono casu est. Casum releuare id est, ærumnas leuare. In casum demittitur id est, præcipitẽ dari. Ad casum dari. ad ruinã impelli.*

CATACHRESIS, sis. *abusio*. Attic. lib.9.epist.21. Illa tamen κατα χρησις illius est odiosa, quam penè præterij. L. ABVSIO.

CATADVPA, duporũ. *quæ alio nomine cataractæ nominantur, sunt loca vbi Nilus se præcipitat ingenti cum sonitu*. de Som. Scip.13. Sicut vbi Nilus ad illa quæ catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus, ea gens quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret.

Κατα γραφὴ. L. DESCRIPTIO.

Κατάληπτον. L. COMPREHENSIBILIS.

Κατάληψις. L. COMPREHENSIO.

CATAMITVS, ti. *Ganymedes, puer meritorius*. 2. I. A.77. Vt te catamitum præter spem mulier aspiceret, &c.

CATE, *Aduerbium*. In Arat.

Tum tornare catè, contortus posśidet orbis.

CATEGOREMA, tis. 4. Tusc.21. Res, quæ dicuntur de quodam aut quibusdam, quas κατηγορήματα dialectici appellant.

CATELLA, 1. de D. 103 Erat autem mortua catella eo nomine.

CATENA, æ. *vinculum ex connexis annulis*. 7. I. V.105. Iste hominibus innocentibus iniici catenas iubet. & pro Sest. 16. Clodius legum sacrarum catenis constrictus. 4. ad Her.51. Iste sicut aliqua bestia soluta ex catenis volitat & vagatur toto foro.

CATENATVS, ta, tum. *catena vinctus*. lib.8. Epist. Fam. epist.15. Cælij. *Lamb. leg. Senatus*.

CATERVA, æ. *turba*. I. P.54. Lictores togulas acceperunt, & cateruam imperatori suo nouam præbuerunt. pro Dom.110. Cum forum armatis cæteruis perditorum hominum possideres. 1.de Orat.184. Vagari magna cæterua toto foro. & 3. de Orat.194. Cateruæ atque conuentus hominum. 1. Tusc.77. Cateruæ veniunt contradicentium. 7. I. V.112. Testium cæteruas in iudicium tuum esse venturas. pro S.R.135. Magna cæterua togatorũ. pro Mur.69. Posthumus cum bene, magna sua caterua venit.

✠ ADIVNCT. *Armatæ, pro Dom. Imminens, tota, pro Sest. Magna, pro Sex. Rosc. Bene magna, pro Mur. Magnæ Amicorum. pro Cæl. Noua. In Piso.*

Καθῆκον. L. OFFICIVM.

CATINA, *vrbs*. 4. I.V.185. Epist. libr.13. epist.30.

CATINENSIS, se. 4. I.V.120. Epist. lib.13. epist.30.

CENSEO, es. *arbitror, puto, existimo, statuo, decerno, æstimo, censum habeo, æstimationem habeo.* At. lib. 10. epist. 13. Quid mihi animi in nauigando censes fore? & *Ibidem.* Quid duro tempore anni actuaria fore censes? 2, de Or. 368. Sed nunc quoniam id temporis est, surgendum censeo. 3. I. C. 13. Et quoniam nõdum est perscriptum. S. C. ex memoria vrbis, Quirites, quid Senatus censuerit exponam. ad Brut. ep. 15. De cæteris rebus quid senserim, quid que censuerim, audisse te arbitror. de Cl. 314. Cũ cẽserem remissione vocis me periculum vitare posse, in Asiam profectus sum. 9. In Ant. 3. Ego sic interpretor senssisse maiores, vt causam mortis cẽsuerint, nõ genus esse quærendũ. & 3. I. Ant. 37. De ea re ita cẽseo, vt C. Pansa, &c. Ep. li. 1. ep. 1. Crassus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex ijs qui cum imperio sunt. 5. I. V. 190. Consules, si eis videbitur, primo quoque tempore ad hunc ordinem referant, ita vti de republica fideque sua censuerint.

¶ *Aestimo.* pro Fl. 80. In qua tribu denique ista præda censuisti? & *Ibidem.* Voluisti magnum agri modum censere.

CENSOR, ris. *existimor.* At. li. 8. ep. 17. Aliter video censeri Marcello & cæteris, qui hic sunt.

¶ *Censum patior.* 4. I. V. 139. Quinto quoque anno Sicilia cẽsetur. erat censa Prætore Peducio: quintus annus cum te prætore incidisset, censa denuò est. Att. lib. 1. ep. 15. Ne absens censeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus: sub lustrum autem censeri Germani negociatoris est * pro Flac. 80. Si aliena censendo sua facere posset.

✠ ADVERE. *Amplius, 13. Phil. Ita vt è repub. fidéque. 3. Phil. Magnoperè, 7. Ver. nominatim videnda, 2. Cont. Rull. Planè, de Claris prorsus ita, 2. de Leg. Simpliciter, 1. Acad.*

☞ Syntaxis. *Mihi aliter censetur censetur Cicilia. Censa vrbs.*

CENSOR, oris. *qui præest moribus populi, magister morum, præfectus moribus.* 3. de Leg. 46. Censores apud Romanos, nomophylaces apud Græcos. & *Ibidem,* De officio vtriusque. 3. de Legib. 7. Censores populi ciuitatis, soboles, familias, pecuniasque censento: vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor: populi partes in tribus distribuunto: ex in pecunia ciuitatis ordines partiunto: equitum, peditumque prolem describunto: cœlibes esse prohibento: mores populi regunto : probrum in senatu ne relinquanto: bini sunto : magistratum quinquennium habento: reliqui magistratus annui sunto, eaque potestas semper esto. pro Cl. 129. Censor præfectus moribus, & magister veteris disciplinæ & seueritatis. Epist. lib. 3. epist. 13. Cum hæc scribebam, Censorem iam te esse sperabam, eò breuior est hæc epistola, & vt aduersum magistrum morũ modestior. pro Cæl. 25. Is fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister. pro Dom. 130. Censor, penes quem maiores nostri iudicium senatus de dignitate esse voluerunt. pro Cl. 128. Quod item facere censores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduersione. 3. Off. 115. Eosque à censoribus omnibus ignominijs notatos. pro Dom. 123. Quin. Metellus C. Attinium ex senatu Censor reiecerat. pro Dom. 82. Vbi cauisti, ne meo me loco, Censor in Senatu legeret: & 84. L. Philippus censor patrem tuũ præterijt in recitando senatu. 2. de Orat. 272. Africanus censor militem quendam ignauum notauit ac tribu mouit. pro Cl. 119. C. Geta à L. Metello & Cn. Domitio censoribus ex senatu eiectus est. & *Ibidem,* Video igitur iudices animaduertisse censores in iudices quosdam illius iudicij Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent. & *Ibidem.* 122. Atque etiam ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt alter alterius iudicium non modò reprehendat, sed etiam rescindat, vt alter de senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet. vt alter in ærarios referri, ac tribu moueri iubeat, alter veret. 3. de Orat. 92. Putaui esse censoris, ne longius id serperet, prouidere.

✠ ADIVN. *Bonus, 1. Att. proximi, pro Arch. Superiores, 3. Contra Rull.*

☞ Syntaxis. *Censor notat, tribu mouet, animaduertit in iudice.*

CENSORIVS, a, um. *quod Censoris est, qui Censor est, vel fuit.* 2. de Orat. 368. Sed vide ne quid Catulus attulerit religionis, opus hoc censorium est: id autem committere, vide quàm sit homini turpe censorio. I. P. 9. Magistra censoria. de Pro. 46. Censorium iudicium, ac notatio. I. P. 10. Iudicium ratioque censoria. *Ibidem,* Censoriam potestatem minuere. Quint. fra. lib. 1. ep. 1. In pactionibs faciendis non legem spectare censoriam, sed commoditatem conficiendi negocij, & liberationem molestiæ. pro Cl. 41. Tabulæ publicæ censoriæ Latini corruptæ. de Pro. 46. Censorium iudicium ac notionem de ciuitate esse sublatam. pro Cluent. 121. Censoria subscriptio & notatio censoria. pro Cæl. 35. Censoria grauitas. pro Cl. 129. Censoria animaduersio. & 129. Censoriæ seueritatis nota non inureretur.

☞ Syntaxis. *Censorium opus, homo, iudicium, magistra notatio, ratio, potestas, lex, tabulæ, subscriptio, grauitas, animaduersio, seueritas.*

CENSVRA, æ. *censoris dignitas.* Att. lib. 4. ep. 9. Sanè velim scire, num censum impediant tribuni diebus initiandis (hic enim est rumor) totaque de censura quid agant, quid cogitent. 1. de Inuent. 48. Gracchus pater, quẽ po. Ro. ob id factũ quòd in sciente collega in censura nihil egisset, post censuram consulẽ fecit.

✠ ADIVNCT. *AEgregia pro Domo Tota. 4. Attic.*

CENSVS, a, um. *qui venit in censum.* (*Incensus.* pro Arch. 11. Eum qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue. L. CENSEO. 3. in Verrem. 104. Cum is vnicam filiam haberet, neque census esset. &c. 1. de Orator. 183. Quæritur, is qui domini voluntate census sit, si non sit conditum lustrum, sitne liber? pro Arch. 11. Illis censoribus nullam populi partem esse censam. * pro Flacc. 80. Census es mancipia Amyntæ. *Ibid.* Cum te audisset seruos suos esse censum.

CENSVS, sus. *bonorum æstimatio, & ipsa bona.* pro Cecin. 99. Populus cùm in censum venit, hoc iudicat, cum ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui cum liber esset, censeri voluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. pro Cornel. 5. Is furatus esset ciuitatem, genus suum ementitus, irrepsisse in censum dicitur. Item: Scire velim, num censum impediant tribuni diebus initiandis. L. CENSVRA. pro Flac. 52. Homo sine honore, sine existimatione, sine censu. pro Cluen. 141. Eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis & ex censu quærere. 4. in Vert. 63. Census qui isto prætore sunt habiti, non seruaturum se Metellus ostendit. 137. Siculi ex censu quotannis tributa conferunt, & in censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ summæque faciendæ censori permittitur. pro Cl. 134. Africanus cum esset censor, & in equitum censu, C. Licinius sacerdos prodijsset, clara voce dixit, se scire illum verbis conceptis peieraſſe. Para. 6. Aestimatio census. pro Arc. 11. At census nostros requiris, &c. pro Flac. 80. Illud quæro. sintne ista predia censui censendo. & *ibidem.* multa de censu, & censoribus, & ærario.

☞ Syntaxis. *In censum venire, irrepere. In censum prodire equitum. Sine censu homo. Esse census censendo prædio. Aestimatio census.*

CENTAVRVS, ri. *monstrum ex homine & tauro, conflatum, nubis pro Iunone & Ixionis congressu.* 3. de Nat. 51. Nubium vna centauros genuisse dicitur. & in Arat.

CENTENVS, a, um. *centum.* Parad. 6. Centena sestertia.

CENTESIMAE, *vsuræ dicuntur, cum pro singulis centenis duodena quotannis persoluuntur: quæ ideo centesima appellatur, quòd in centum mensibus to ἀρχέριον, sortem adæquet, vel potius quia singulis mẽsibus in fœnus centesima sortis pars impenderetur, nimirum à mensirua solutione.* Att. lib. 1. ep. 9. Centesimæ nummum. & Att. lib. 5. ep. 21. Centesimas me obseruaturum dixi, cum anatocismi aniuersario. & *Ibidem.* Qui centesimis cum anatocismo contentus non esset. *Ibidem.* Nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non bono quaternas centesimas sperabat. & *Ibidem.* Vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. *id est, sine anatocismo.* Brut. ep. 18. Tributum ex centesima collatum.

✠ ADIVN. *Perpetuæ 6. Att.*

☞ Syntaxis. *Centesimas obseruare, ducere perpetuo fœnore. Ex centesima collatum tributum. Centesimæ cum anatocismo.*

CENTIES. *Centies. saxagies, & cæteris huius formæ, cum de pecuniis loquimur, addendum est, centum millia, scilicet sestertium nummum.* I. P. 86. Nonne H-S. centies & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?

CENTRVM, tri *locus medius in sphæra.* 1. Tusc. 40. Terra in medio mundi sita ad vniuersi cœli complexum, quasi puncti instar obtinet, quod κέντρον illi vocant.

CENTVM. pro Mil. 61. Sctui centũ dies penes accusatorẽ fuerunt.

CENTVMVIRI, orum. *decemuiri, centumuiri, & cætera huiusmodi nomina delectorum sunt, ad aliquod munus obeundum. Nam centumuiri iudices erant rerum capitalium.* 1. de Orat. 173. Res delata est ad centumuiros. & *Ibidem.* 176. Quid qua de re inter Marcellos &

Claudios centumuiri iudicarunt.

CENTVMVIRALIS, le. pro Cæc. 53. Centumuirale iudicium. & 1. de Orat. 173. Iactare se in causis centumuiralibus.

CENTVRIA, æ. *centum homines, erat enim populus Romanus in cẽturias distributus.* 7. I. V. 37. Præco qui te toties seniorum iuniorumq; centurijs illo honore affici pronunciauerit. 2. de Or. 260. Cum M. Scipio ex centuria sua renunciaret Acidinum consulem, præco ei dixit. Die de L. Manlio, &c. 7. I. A. 16. & de Pet. 25. & 26. & pro Mur. 73. Idem centurias equitum sine suffragio esse voluit. prp Pomp. 2. Prætor primus centurijs cunctis renunciatus fuit. de Cl. 273. Itaq; paucæ centuriæ ad consulatum defuerunt. pro Dom. 141. Vobis campus centuriarumq; vna vox omniumq;, &c. pro Milo. 44. Illa augusta centuriarũ auspicia. Post. In Sen. 26. Vt eædem centuriæ quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. 2. contra Rull. 32. Deinde ornat eum mulis, tabernaculis, cenurijs, suppellectili. * con. C. Anton. Te collocatione centuriarum esse sublectum.

✠ ADIVN. *Cunctæ pro Pomp. Paucæ de Clar.*

CENTVRIATIM. *aduerbium, per centurias.* pro Fla. 15. Tributim & centuriatim descriptis ordinibus.

CENTVRIATVS, a, um. *in centurias distributus, descriptus.* pro Dom. 79. Centuriata & curiata comitia. & 2. cont. Rul. 26. De lege centuriata & curiata. 3. de Leg. 44. de comitijs centuriatis.

✠ ‖post Red. In Sen. 26. & 1. In Ant. 19.

☞ Syntaxis. *Centuriata comitia, & lex.*

CENTVRIATVS, tus. *centurionis munus.* pro Pomp. 37. Imperator, cuius in exercitu veniant centuriatus, atque venierint. I. P. 88. Quid centuriatus palàm venditos?

CENTVRIO, as. *in centurias distribuo centurias conficio.* At. li. 16. ep. 9. Varroni quidem displicet consilium pueri mihi non, firmas copias habet: Brutum habere potest, & rem gerit palàm, centuriat Capuæ, dinumerat.

CENTVRIOR, ris. postquam ad Quir. 13. Cum homines in tribunali palàm conscribi, centuriarique vidissem.

CENTVRIO, onis. *centuriæ præfectus & dux.* pro Mar. 7. Nihil tibi ex ista laude centurio, nihil præfectus decerpit. pro Cor. 34. L. Martius primipili centurio. & 2. I. C. 14. Manlius iste centurio.

✠ ADIVNC. *Nobilis, 5. Attic. pugnaces & laceros, 8. Philip.*

CENTVRIPAE, arum. *oppidum.* 6. I. V. 50.

CENTVRIPINVS. 6. I. V. 50.

CEPHALEDVM, *oppidum.* 4. I. V. 128.

CEPHALEDITANI. 4. I. V. 130.

CERA, æ. 1. Tusc. 108. Persæ mortuos cera circumlitos condunt 3. de Or. 175. Sed verba nos cum iacentia sustulimus è medio, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus & & fingimus. 3. de Na. 30. Si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset. 3 I. V. 95. Codicis extrema cera: *id est tabularum.* pro Flac. 37. De cera & creta, quæ olim in obsignandis literis vtebantur. * Frag. Epi. Ceris delites 3. de Nat. Deor. Fictor è cera.

✠ ADIVN. *Commutabilis, 2. de Nat. extrema, 5. Ver. infamis ac nefaria, legitima, de Di. Mollissima, 3. de Or.*

CERAMICVS, ci. *locus Athenis id est, Academia.* 1. de Fin. 39. Statua est in Ceramico Chrysippi. 2. de L. 65. L. ACADEMIA.

CERAMIVM, mij. *locus Romæ.* At. lib. 4. ep. 3.

CERARIVS, rij. *qui ceram tractat, vel, Cerarium, rij pro eo quod ceræ nomine penditur.* L. COLLYBVS.

CERATVS, a, um. *cera inductus & illitus.* 1. I. V. 24. Tabella cerata cera legitima non illa infami ac nefaria.

CERBER ASTER, stri. L. SERPERASTER.

CERBERVS, ri. 1. Tusc. 10. Triceps apud inferos Cerberus. 3. de Nat. deor. 43.

CERCOPS, copis. 1. de Na. 108. Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse Cercopis.

CEREBRVM, bri. *in capite vnum ex visceribus.* 1. Tusc. 19. Alij in cerebro dixerunt animi esse sedem.

✠ CERELEA. ad At. li. 13. ep. 21. Mirificè Cerelia studio videlicet Philosophiæ flagrans, describit à tuis & lib. 14. ep. 21. Hûc Cerelia missa ab istis est legata ad me. Et lib. 15. ep. 2. Cereliæ facilè satisfeci. Epist. lib. 13. ep. 72. Cereliæ necessariæ meæ, rem nomina, possessiones, Assiaticas commẽdaui tibi, præsens in hortis tuis, quam potui diligentissimè: Tuque mihi pro tua consuetudine, pro tuis in me perpetuis, maximisque officijs omnia te facturum liberalissimè recepisti.

CERES, ris. *frugum numen.* 2. de Nat. 60. Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum ex quo illud Terentij: Sine Cerere & libero friget Venus. 2. de Natur. 67. A gerendis frugibus Ceres tanquam Geres. & 3. de Nat. 52. Ceres à gerendo, &c. De sacris Cereris. pro Cornel. 55. Sacra Cereris, &c. 6. I. V. 99. Sacra Cereris per mulieres ac virgines confici solita. 2. de N. d. 62. Cerere nati Liber & Libera. & li. 1. 40. Terra quæ Ceres diceretur

✠ ADIVNC, *Antiquissima, princeps Omnium sacrorum, religiosissima, 6. In. Ver.*

CEREVS, a, um. *ex cera fictus.* 3. de Nat. 30. Omne cereum commutari potest. L. CERA. & lib. 1. 71. Fingere aliquid in cereis aut fictilibus figuris.

CEREVS, rei. *fax cerea.* 3. Offic. 80. Omnibus vicis statuæ factæ sunt, ad eas thus & cerei.

CERIMONIA, æ. *religio, cultus, religio sacrorum.* 7. in Verrem. 186. Quorum sacra maximis & occultissimis cerimonijs continentur. pro Corn. 55. Sacra Cereris summa maiores nostri religione confici cerimoniáque voluerunt. 2. de In. 66. Religionem eã quæ in metu & ceremonia deorum sit appellant. & 161. Religio est quæ Dei curam cerimoniámque affert. pro Rab. 27. L. Flaccus homo in sacerdotio, cerimonijsque, quibus præerat, diligentissimus. pro Dom. 31, At etiam alio modo sit constituturus de religione pontificum, quàm cerimoniarum ius coegerit. de Ar. 18. Statas solennesq; cerimonias pontificatu contineri. & 37. Sacrificium, quod sit incredibili cerimonia. & 21. Omnia solennia ludorum omnibus rebus summa cum cerimonia sunt seruata. 7. I. V. 36. Facere ludos maxima cum cerimonia. pro S. Ros. 113. Qui legationis cerimoniam polluerit. 2. contra Rull. 19. Domitius, quod per cerimonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, vt, &c. 2. de Leg. 55. Hoc summã religionem cerimoniámque declarat. & li. 1. 43. Cerimoniæ religionésque in deos. pro Dom. 109. Sacræ religionis cerimoniæ. 1. Tusc. 27. Cerimoniæ sepulchrorum.

☞ Syntaxis. *Cerimonia maxima, & occultissima, stata, solennis, incredibilis. Religio & cerimonia. Metus & cerimonia Deorum. Cerimoniæ in Deos, ludorum, sepulchrorum.*

CERNO, nis. *vide oculis: sed sæpius animo.* 4. ad Her. 67. Vt de eo si dicas, qui multas hereditates adierit, prospice, tu qui plurimum cernis. 1. Tusc. 46. Ne nunc quidem oculis cernimus quem videmus. * 2. Academ. Aut nihil superum, aut obscurè admodum cernimus.

¶ *Animo.* Ep. li. 5. ep. 12. Cerno iam animo, quanto omnia vberiora fututa sint. 4. I. C. 11. Videor mihi videre, &c. cerno animo, &c. 3. de Or. 159. Quæ cernere & videre non possimus. 1. de Nat. 49. Cernere animo, videre mente. Topic. 27. Cernere atque intelligere aliquid animo. Topic. 2. Verecundè tu quidem vt omnia, sed tamen vt facilè cernerem te ardere studio, mecum, vt tibi illa traderem, egisti.

¶ *Quæro, respicio, sequor.* 1. de Legib. 49. Gratus est, qui in referenda gratia non suum commodum, sed eum ipsum, cui refert gratiam, cernit.

¶ *Adeo, æstimo.* 2. contra Rul. 40. Hæreditatem creuimus. Ep. lib. 9. ep. 14. Ate autem peto, vt me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere: *id est, adire.* At. lib. 6. epist. 1. Is fratris Appij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuit. At. lib. 13. epist. 44. Non committendum est, vt iniussu meo cernat, &c. At. lib. 11. ep. 2. Pridie nonarum ex testimento creui hæreditem. & ep. 12. Galeonis hæreditatem creui.

CERNOR, tis *iudicor, discernor, æstimor.* Topi. 80. Causa certis personis & locis cernitur. 1. Off. 66. Omnino magnus animus duabus rebus maximè cernitur. Part. 78. Atque hæ quidem virtutes cernuntur in agendo. 5. Tusc. 22. Res genere, non numero cernuntur. * Acad. Quæ aliqua ex parte cerni videantur.

¶ *Agnoscor.* 2. de Diuin. 103. Quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus.

✠ ADVERB. *Ciuiliter sine armis, 8. Fam. melius, de Sene. planè, 2. Cont. Rul. penitus, 3. de Orat, Subtilius, 2. de Nat. Tacitè non esse aptum illud, 3. de Orat. Bipertitò, Top. Extrinsecus, 2. de Diuin.*

☞ Syntaxis. *Cernere hereditatem, Cernere animo. Cernere atque intelligere animo.*

CERTAMEN, nis. *certatio, contentio, prælium.* 3. de Na. 95. Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen. 1. de Orat. 3. Et consulatu deuenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen. Brut. Epist. prid. Inuent. 7. Magnum mihi est cum illo certamen. 1. de Diu. 95. In bello, in quo maius erat certamen & discrimen salutis. pro Fl. 62. Qua de re etiam inter deos certamen fuisse proditum est. 2. de Or. 317. Gladiatorium vitæ certamen, quod ferro decernitur. 1. Off. 38. Cum altero certamen honoris & dignitatis est. de Cla. 319. In patrocinio Sicilienſi maximè in certamen veni cum Hortensio. Epist. lib. 10. epist. 18. Si à certamine bellitam necessarij me remouissem. 1. Acad. 43. Instituere sibi certamen cum aliquo. 2. Tuscul. 62. Descendere in aliquod certamen. 2. de Fini. 68. Certamen honestum, disputatio splendida.

✠ ADIVNCTA. *AEquum, 4. Ver. Difficile, 2. Attic. Extremum, 7. Fam. forense, Orat. Gladiatorium, 2. de Orat. Graue, 5. de Finib. Gymnicum, 2. de Inuent. honestum, 2. de Finib. Improbum, pro Corn. Magnum, pro*

Flac.

Flac. Magnum & difficile. 4. de Fin. Maius. 1. de Diu. Mediocre. pro Mur. Medium Omnium Rerum. 1. de Or. Præsens. 3. Cont. Rull.

☞ Syntax. *Certamen alicui cum aliquo esse. In certamen deuenire, descendere. A certamine se remouere. Certamen instituere. cum aliquo. Belli certamen. Certamen & discrimen.*

CERTATIM. pro Sest. 74. Cum omnes certatim alius alio grauius atque ornatius de mea salute dixissent. 2. I. A. 118. Certatim posthac mihi crede ad hoc opus curretur.

CERTATIO, onis. *contentio.* pro Qu. 68. Non fuit mihi par certatio cum illo. 2. de Fin. 44. Virtuti cum voluptate certatio est. 3. de Leg. 6. Cum populus iudicasset, per populum multæ pœnæ certatio esto. de Am. 32. Atque hæc inter eos sit honesta certatio. 2. de Leg. 22. Quod sine curriculo & certatione corporum ✠ fiat. ‖ 2. de Leg. 38. Iam ludi publici, cùm sint cauea, circoque diuisi, sint corporum certationes, cursu & pugilatione, luctatione, circuliſque equorum vsque ad certam victoriam circo constitutis.

✠ *ADIVNC. Honesta, de Amic. Iniqua. 1. In Ver. Magna. 2. de Nat. par. pro Qu.*

CETATVR. 1. de Or. 173. Iudicia in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate ac iure certatur

CERTANS, tis. 5. Tusc. 77. Adolescentium greges Lacedæmone vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, morsu.

CERTE. *scilicet, profecto, certò, sine dubio, sine, vlla controuersia.* At. li. 3. ep. 18. Causam nostram Pompeius certè susceperus est. At. lib 12. ep. 36. Drusus enim certè vedere vult. Qu. Fr. li. 1. ep. 2. Certè enim scio te fecisse cum causa. de Clar. 123. Certè enim boni aliquid attulimus, & nocuimus, fortasse. pro Mar. 6. Et certè in armis locorum opportunitas multum valet. Att. lib. 8. ep. 16. Nam certè neque tum peccaui, cùm, &c. neque cùm, &c. 2. de Di. 18. Si deus scit, certè illud eueniet: sin certè eueniet, nulla fortuna est. pro Sest. 78. Num illo die fuerit? certè non fuit. Att. lib. 1. ep. 9. Quòd te modestè ferre certè scio. Att. lib. 4. ep. 3. Certè scio te auere. &c. 3. I. Ver. 1. Iste certè statuerat non adesse. pro Fon. 8. Quod certè scire potes, &c. Att. lib. 16. ep. 6. Quod quidem certè enitar. & lib. 12. ep. 26. Certè quidem negas te nosse. 2. de Diu. 23. Certè igitur ignorare melius est. 1. de Nat. 5. Alterum profectò potest, &c. alterum certè non potest, &c. Tusc. lib. 5. Vbi est animus? certè quidem in te est. 4. Acad. 105. Hæc sunt falsa sanè, inuidiosa certè non sunt. Orat. 144. Ad dignitatem docere non habet, certè si quasi in ludo: sed si, &c. 4. I. A. 3. Hoc insperatum omni- ✠ bus, consilium, incognitum certè cepit. ‖ Att. lib. 16. ep. 3. certè enim &c. deseremus.

¶ *Saltem, cum. At.* 1. Tusc. 117. Homines mortem optare incipiant, vel certè timere desistant, Att. lib. 9. ep. 10. Tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certè ab optima fide proficiscetur. At. lib. 7. ep. 7. Atqui certè ille agere debuit. & li. 16. ep. 7. Et si quamuis non fueris impulsor & suasor, approbator certè fuisti. 1. de Or. 80. Nobis si ingenium, vt tu putas, non maximè defuit, doctrina certè & ocium, & hercule studium illud dicendi acerrimum defuit.

¶ *Rectè.* 2. de Fin. 91. Epicurus naturales diuitias dixit parabiles esse quòd paruo esset natura contenta, certè, nisi voluptatem tanti æstimaretis: *id est, rectè diceret Epicurus, nisi, &c.*

☞ Syntaxis. *Certe quidem. Si non prudens, at certe amicus.*

CERTO. *certè.* Ep. lib. 4. ep. 13. Cætera, quæ tibi à multis prõpta esse certò scio, à me sunt paratissima. At. li. 2. ep. 23. Nam id te cupere certò scio. Ep. li. 6. ep. 4. Aliquid iam actum putabam: non quòd ego certò sciã, sed quòd haud difficilis erat coniectura. & ep. 1. Ab altera te ipsum nunquam timuisse certò scio. & lib. 9. ep. 10. De quo etiam nihil scribente me, te non dubitare certò scio. At. lib. 2. ep. 22. Sed certò videntur hæc aliquò eruptura. 5. Tusc. 81. Nihil ita expectare quasi certò futurum.

☞ Syntax. *Certò scio. Certo id videtur. Certò id futurum est.*

CERTO, as. *decerto, contendo, belligero, certamen mihi est cum aliquo,* 2. de Orat. 76. Annibal, qui tot annos cum popul. Rom. de imperio certauit. de Clar. 172. Cum aliquo dicacitate certare. 4. Academ. 65. Certare cum aliquo pugnaciter de aliqua re. 2. I. C. 18. Certare cum vsuris fructibus prædiorum. 10. in Ant. 10. Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus vitijs cum vtroque certabat. * con. C. Anton. Qui in sua ciuitate cum peregrino negauit se iudicio æquo certare posse. de Petit. consulat. 6. Se Romæ iudicio æquo cum homine Græco certare non posse.

✠ *ADVEB. Planè. pro Cæc. Pugnaciter, 4. Acad.*

☞ Syntax. *Certare cum aliquo dicacitate, & de aliqua re. Pugnaciter certare.*

CERTVS, a, um. CERTIOR, CERTISSIMVS. *non dubius, non incertus, compertus, apertus, manifestus, notus, exploratus, minimè dubius, ratus, nihil habens dubitationis, in quo nulla dubitatio esse potest, quod manu tenetur, vel in manibus habetur, in præsentia atque ante oculos.* 3. de Nat. 13. Græci, quæ affirmant, certiora esse dicunt, quàm quæ apud Sagram. Attic. lib. 6. epist. 5. De Cælio adhuc nihil certi habebamus. & lib. 5. epist. 21. Sed posthac quæ certa non erunt, pro certo negato. & lib. 3. epist. 11. Ad me, obsecro te, vt omnia certa perscribas. 1. de Nat. 6. Quid quaque de re certi habeas, scire cupio. de Fat. 12. Quoniam in Fabio certum ponitur, ortum esse eum canicula oriente, Attic. li. 16. epist. 13. Omnia igitur velim explices, & ad me certa mittas. & *ibid.* Tu mihi de his rebus quæ nouantur, omnia certa, clara. Attic. lib 15. epist. 21. Ita eum placaui, & quidem. c c c c. M. certa, reliqua in spe. Epist. lib. 5. epist. 14. Non habeo certum, quæ te res hinc retrahat. Attic. lib. 1. epist. 10. Neque id ipsum tamen certum habeo. Epist. lib. 10. epist. 23. Is tamen adhuc viuit, & dicitur victurus: sed tamen de hoc mihi parum certum est. & lib. 1. epist. 9. Mihi non tam de iure certum est (quanquam ne id quidem valde dubium est) quàm illud, &c. & lib. 11. epist. 1. Quem enim impedimento futurum putas, cùm de nobis certum sit nos quieturos. & lib. 12. epist. 5. Hyemem credo adhuc prohibuisse, quo minus te certum haberemus. pro Syll. 38. Respondit se nescire certum. Epist. lib. 9. epist. 23. Cras ad te fortasse: sed cùm certum sciam, faciam te paulò ante certiorem. Attic. lib. 10. epist. 6. Pompeium. pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam. & lib. 12. epist. 24. Orobio opinor, sed certum nescio, & lib. 9. epist. 18. De aduentu Cæsaris. pro certo habebamus. & ad Brut. epist. 5. Non nunciabatur quicquam quod pro certo haberemus. 2. de Nat. 48. Neque enim mundum pro certo rotundum esse dicitis. Attic. lib. 9. epist. 18. Nunciatum est nobis Cæsarem ad v i i i. calendarum Capuæ, hoc pro certo putauimus. Epist. lib. 8. epist. 4. Præterea nunciatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. de Cl. 10. Dicere aliquid pro certo. pro Quin. 11. Is non ita institutus est, vt iura societatis & officia certi patris familiâs nosse possit. 10. in Ant. 11. Certi fines Macedoniæ, certissima conditio, certissimo modo erat etiam illius excercitus: cum Vatinij verò legionibus quid erat Antonio? Epist. lib. 12. ep. 4. Vt Antonio ex senatus sententia certas res nunciarent. pro Pomp. 6. Aguntur certissima populi Rom. vectigalia. pro Quin. 35. Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos, &c. 2. de Nat. 97. Qui tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines viderit. Epist. lib. 3. epist. 8. Primo duo capita epistolæ tuæ nihil habent, quod aut definitum sit aut certum, nisi me, &c. 3. de Nat. 24. Stellæ cursus certos & constantes habent. 1. de Nat. 37. Cleanthes æthera certissimum deum iudicat. 1. I. V. 31. Qualis erat ista tua accusatio? quæ domestici periculi, metu certissimi & maximè criminis non modo suspicionem, verùm etiam mentionem ipsam pertimescat. pro Sestio. 49. Hoc summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum.

¶ *Ratum, & constitutum.* pro S. R. 31. Certum est deliberatumque, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia dicere. 2. de Orat. 144. Mihi certum est à iudicijs causisque discedere. 2. Contra Rull. 102. Pro certo polliceor hoc vobis atque confirmo, & me, &c. Attic. lib. 7. epist. 3. Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. pro S. R. 83. Quod certum est non facere. Attic. lib. 13. epist. 7. Sibi certum est Romæ manere. & lib. 1. epist. 6. Mihi abiurare certius, est quàm dependere. & lib. 15. epist. 19. Certum mihi est ad Brutum transire. & lib. 1. epist. 7. Certius tibi est me esse hìc, quàm mihi te istic.

¶ *Fidus, securus, fidelis.* Attic. lib. 5. epist. 17. Habebam paucis diebus certos homines, quibus dare poteram. Epist. lib. 1. epist. 7. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. I. P. 46. Deorum hæ sunt in impios pœnæ certissimæ constitutæ. ad Quint. Fratrẽ. libr. 2. ep. 2. Tu velim quam primùm bona & certa tempestate conscendas.

¶ *Apertus, publicus, notus, infamis.* Qu. Frat. lib. 1. ep. 2. Certissimus matricida. Att. lib. 15. ep. 21. Quem tu illo certiorem nebulonem? pro S. R. 83. Iam intelliges certum crimen, quibus suspicionibus coarguatur.

¶ *Peculiaris, quidem, definitus, selectus, proprius.* de Som. 4. His certus est in cœlo ac definitus locus. Orat. 198. Certa quædam & definita lex. pro Mar. 16. Certorum hominum ferociam extimescens. de Cl. 64. Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. Attic. lib. 8. epist. 1. Ei statim rescripsi, hominemque certum misi de comitibus meis. pro Dom. 28. Hanc nostram coniunctionem certi homines sicti is sermonibus diremerunt. 1. de Orat. 183. Certis quibusdam verbis diuortium fieri. & 254. Astrictus certa quadã moderatione pedũ. & *ibid.* 254. Quod quidem certis de causis aliter existimatur. 1. de In. 66. Certum quid-

dam & breui exempli causa ponam.2.de Ora.42.Infinitum genus quæstionum.)(*Certum in quo quid in personis,& in constituta re,& definita quæritur.*& 2. de Ora. 119. Hæc autem requirunt,vt certis dicendi luminibus ornentur.pro Qu.29.Tribuni,à quibus cum esset certum auxilium petitum, tamen, & cæt. de Somn. 16. Eluuiones tertatum, quas accidere tempore certo necesse est.2.de Leg.66.Et huic procurationi certum magistratum præfecerat.2.de Diu.85. Cum videretur certo in loco silicem cædere. & lib.1. 91. Elis in Peloponneso familias duas certas habet, aruspicinæ nobilitate præstantes.1.de In 66.Sed vtraq; suo loco posita vim suam tanquam propriam & certam obtinet.pro Qu. 77. Diffido satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere.pro Cor.30.Vidi ego quosdam Athenis numero Iudicum,atque Areopagitarum certa tribu,certo numero.3. de Or. 38. Sunt certa vitia,quæ nemo est quin libenter fugiat.1. Offi.117. Implicari aliquo certo genere cursúque viuendi. 2. de In.132.Cur in certa verba iurent,cur certo tempore conueniant, certo discedant.1.de Diu.118. Certis reb. certa signa percurrere. 4.I.V.128. Cephaledi mensis est certus,quo mense, &c. pro Qu. 35.Totam causæ meæ dictionem in certas partes diuidam.

¶ *Commone factus,gradu comparationis.* Att.lib.10. epist.3. Feceris igitur commodè,mihiq́ue gratum,si me de his rebus,& si quid erit aliud, quod scire opus sit, feceris certiorem & lib.9. epist.1. Pompeius certiorem me sui consilij fecit.& lib.8.ep.15. Vtinam tui consilij certior factus essem. Brut. ep.pr. In.7. Me velim de tuis rebus consilijsque facias diligentissimè certiorem. Attic. lib.1.ep.11.Tu quid agas,vbi sis,cuiusmodi istæ res sint, fac me quàm diligentissimè certiorem.At.lib.1.epist. 12. Te velim me certiorem facias, quid de meis mandatis egeris, atque etiam quid de negocio tuo.

☞ Syntaxis. *Nihil certi habeo,si quid,aliquid. Id certum non ponitur in te.Certa mittere,scribere. Habere certum. Certum esse alicui de aliqua re.De iure certum non est.Nondum te certum habemus:id est, de te nucios certos:Nescire certum.Pro certo habere de putare, haberi,polliceri. Certum est abire: id est, decerno. Certis hominibus dare literas. Certus nebulo.Sunt certa vitia,quæ,&c. In certas diuidere partes. Certus & confirmatus animus:id est,fortis.Certiorem facere,&c.*

* CERVICVLA,æ.5.I. V.49.Tamen ne putamus patronũ tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum?

CERVIX,cis. *posterior colli pars, audacia.* ‖ 12.In Ant. 15. Dandæ ✠ ceruices latronibus.2. de Diu.133. Testudo capite breui,ceruice anguina.7.I.V.109. Prætorem tu accusas?frange ceruicem.Or. 59.Nulla mollitia ceruicum,nullæ argutiæ digitorum. 11. I.A.5. Pòst autem ceruicibus caput abscidit.5.I.V.107.Cùm istius auaritiæ pœnam collo & ceruicibus suis sustinerét.1.de N.54. Itaq; impositis in ceruicibus nostris sempiternum dominum. pro Mur.79. Qui ab illo in speculis atque insidijs relicti, in capite, atque in ceruicib.nostris restiterunt.2.de N.159.Boum terga nõ sunt ad onus accipiendum figurata,ceruices autem natæ ad iugum.ad Brut.ep. 16. Puer qui à ceruicibus nostris auertisset Antonium.pro Mil.78. Ego Clodij furores à ceruicibus vestris repuli.3.I. C. 17. Non facilè tantam molem mali à ceruicibus nostris depulissem.pro S.R.30.Dare ceruices alicui.5.I. A. 42. Dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ. Anteq. 21. Ore oppresso ceruices esse præbendas.5.Tusc.62.Gladium demitti iussit,vt impenderet illius beati ceruicibus. Epist.lib.12.ep.23. Legiones ad vrbem adducere, & eas in ceruicibus nostris collocare cogitat. 3.ad Her.26.Sin erit in demõstratione sermo, paululùm corpus à ceruicibus demittemus. pro Do. 142. Remp. in hac causa vestris ceruicibus sustinetis. pro Sest.138.Qui tanta munia suis ceruicibus sustinent. & 90. Vt aliquo præsidio caput & ceruices,& iugulum ac latera tutetur.5.I.V.135.Bene agis,tamen si qui erunt tantis ceruicibus recuperatores,qui audeant in prouincia,cùm prætor adsit, contra voluntatem eius iudicare, *id est, tanto animo.*

✠ ADIVNC. *Anguina. 2. de Diu. Cruentæ.7.Ver.Dextra.longa,palidæ. Arat. Nefariæ. 5. Phil. Teres.2.de Nat.*

☞ Syntaxis. *Cernices frangere,præbere, dare. A ceruicibus pellere,repellere,depellere.Caput abscindere ceruicibus.Collo & ceruicibus sustinere. In ceruicibus collocare legiones. Quis tantus est ceruicibus: id est, tanto animo?*

CERVLA,æ.*cera.*L.MINIATVLVS.

CERVSSATVS,ta.*cerussa illitus & dealbatus,seu fucatus.*I.P.25.

CERVVS,ui.3. Tusc.69. Natura ceruis & cornicib. vitam diuturnam dedit.

CESENNA,æ.*vrbs.*Ep.lib.16.ep.27.

* CESONINVS, ni. post redit.in Sen. 12. de Prouinc. consul.7. Cesoninum Caluentium per contemptum appellat.L.Pisonem.

✠ In Piso.14.

CESPES,tis.pro Cecinna. 60. Non esse arma cespites neque glebas.

CESSATIO,onis,*intermissio.* Ep. li.16.ep.26.Sic tu etiam,si quid scribas non habebis,scribito tamen,ne furtum cessationis quæsisse videaris.1. de N. 103. Epicurus nihil cessatione melius existimat.1.de Leg.10.Legationem aliqua oratio ista postulat, aut eiusmodi quampiam cessationem liberam atque ociosam.

✠ ADIVNC. *Libera atque ociosa.1.de Leg.*

CESSATOR,tris.*piger,lentus,segnis.*Qu.Fr.lib.3.ep.5.De libris Tyrannio est cessator,Chrysippo dicam, sed res operosa est. Qu. Fra.li.3.ep.6.Cùm Electram & Troadam scripseris,cessator esse noli.Ep.lib.9.ep.17.Hæc tibi antea non rescripsi, non quòd cessator esse solerem,præsertim in literis,sed,&c.

CESSIO,onis.*à cedo, cessi.* Top. 28. Abalienatio est eius rei,quæ mancipi est,aut in iure cessio,aut,&c.

CESSO,as.*nihil ago,vaco,ferior,cessator sum,cõquiesco,langueo.*1. de Nat.22. Isto tam immenso spacio quæro Balbe cui pronoẽ vestra cessauerit.3. de N. 94. Cur tam multos deos cessare & nihil agere patitur.1.de N.102. At pueri etiam cùm cessant,exercitatione aliqua delectantur. At.lib.2. ep. 7. Denique aliquid aliud extabit,ne tibi planè cessasse videamur.Ep.lib.16.ep.22.Ego hîc cesso,quia ipse nihil scribo,lego autem libentissimè. Qu. Frat. lib.3. epist. 1. Cicero noster,dum ego adsum,non cessauit apud Rhetorem. 1. Academ. 2. Nec tamen istum cessare, sed celare ✠ quæ scribat existimo. ‖ Attic.lib.2.epist.6. Satis iusta causa cessandi est.

¶ *Moror.*de Pro.15. Alterum,si tabellarij non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere.

¶ *Desino,finem facio,desisto.*Qu.Fra.lib.3.ep.5.Illos libros scribere non cessaui, neque cesso. de Sen. 13. Gorgias centum & septem compleuit annos, nec vnquam in suo studio & opere cessauit. Attic. lib. 11. epist. 11. Ille non cessat de nobis detrahere. Quin. Frat.lib.1. epist. 4. Sin. &c. ne cessãtis me certiorem facere, vt accurram. & lib. 2. epist. 2. De ædificatione tua Cyrum vrgere non cesso.

☞ Syntaxis. *Cessare,& nihil agere.Cesso dicere,vrgere.Cessat tabellarius:id est,tardus est,moratur.Cessare in studio,& opere,*

CETARIVS,rij.*qui magnorum piscium mercaturam exercet.*1.Offi. 150.Cetarij,lanij,coqui,fartores,piscatores,&c.

CETVS,ti.*pistrix,ingens piscis,belua marina.* 2. de Nat.114.

—— *Centaurus Cedit, equi partem properans subiungere cetis. aliàs,& rectius,chelys.*

CEOS,*vel.*CEVS,ei.*insula.* At.lib.5.ep.12.

CEVS,ea.1.de Diu.130.

CHALCEDONIVS,ia.*ab vrbe Calcedone.*1. Aca.17.& 3.de Or.26.

CHALCIDICVS,a. *Idem.*3.de Nat.24.

CHALDAEI, orum.*Babylonij.*pro Mur.25.A quibus dies tãquàm à Chaldeis petebantur.1.de Diu.2.Assyrij qua in natione Chaldæi non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, siderum scientiam putantur effecisse.& 91.Chaldæi in Syria cognitione astrorum solertiaque ingeniorum antecellunt. & lib. 2. 87. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die credendum non esse. 1. Tusculan. 95. Chaldæorum promissa.

CHALDAICVS,a,um.2.de Diu. 88. Scilax totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiauit.

CHAONIA,*regio.*Att.lib.6.ep.3.

CHARACTER,eris. Orat.134. Sed etiam ipsa forma restat,& character ille qui dicitur.item: In omni re difficillimum est formam, quod χαρακτὴρ Græcè dicitur exponere optimi, quòd aliud alijs videtur optimum.Qu.Frat.lib.2.ep.15.Dic mihi num aut res, aut χαρακτὴρ non delectat?

CHARITAS,tis.*amor,studiosa propensio.* de Am. 82. Ipse se quisque diligit, non vt aliquam à seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quòd per se quisque sibi charus est. 1. de Nat.123. Hominum charitas & amicitia gratuita esse debet. de Am.31. Sensum diligendi & beneuolentiæ charitatem à natura gigni. 1.de Finib.52.Liberalitas, qua qui vtuntur, beneuolentiam sibi conciliant,& quod aptissimum est ad quietè viuendum, charitatem. de Amic. 27. Ea charitas, quæ est inter natos & parentes, quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest. de Am. 72. Cùm cogniti sunt & regum filij inuenti, retinent tamen charitatem,*id est,animi propensionem ingenitam,*in pastores, quos patres suos diu esse crediderunt. ad Brut. epist. 12. Vt charitas liberorum amiciores parentes reip.redderet.2.de Or. 206.Hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio charitatem. & 237. Parcendum est autem maximè charitati hominum, ne temerè in eos dicas, qui diliguntur. pro Sest. 53. Patriam, quæ mihi erat charissima, propter ipsius patriæ charitatem reliqui. 1. Offi. 57. Omnes omnium charitates patria vna complexa est. pro Sest. 6. Sed beneuolentiam & charitatem illius necessitudinis mors filiæ non ademit.12.I. A.20.Nec id fit fastidio meo, sed charitate reipub.Epist.lib 12.epist.16.Filius tuus, cui nos & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare.1.in Ant.29.Credo vos homines nobiles,&c. charitatem ciuium & gloriam concupisse. *de Prouinc. consu. 29. Eum ✠ ad populi charitatem deuocant. ‖ Part. 56. Charitate autem

rem mouentur homines vt deorum, vt patriæ, vt parentum aut amore, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum vt Familiarium. 10. Fam. epist. 6. Me autem impulit tui Charitas, vt quamquam nec tibi ipsi consilium deesset, & fratris firmique beneuolentia, fidelisque prudentia tibi præsto esset futura, vellem tamen meæque auctoritatis. pro plurimis nostris necessitudinibus præceptum aliquod ad te peruenire *ibidem.* ep. 22. Sic tibi persuade tantam esse apud omnes bonos tui haritatem, vt nullum genus amplissimæ dignitatis excogitari possit, quod tibi paratum non sit. pro Rab. 15. Nihil horũ sine magna cura & summa charitate vestri ordinis loquor. 1. de Fin. 35. At magnum periculum adijt. (*Torquatus*) in oculis quidem exercitus. Quid ex eo consecutus es? laudem, & charitatem quæ sunt vitæ sine metu degendæ præsidia firmissima. 1. de Nat. 123. Hominum charitas & amicitia gratuita est *ibid.* Nulla est charitas naturalis inter bonos. 2. Off. 30. Sequitur vt disseramus quibus rebus possimus facillimè eam quam volumus, adipisci cum honore & fide charitatem: Sed ea non pariter omnes egemus. de Amic. 102. Sed quoniam res humanæ, fragiles caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur: charitate enim beneuolentiaque sublata, omnis est è vita sublata iucunditas. 1. Tusc. 90. Quia tanta charitas patriæ est, vt eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur. 2. de Leg. 5. Sed necesse est, charitate eam (*patriam*) præstare qua reipub. nomen vniuersæ ciuitatis est. pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. 1. de Leg. 60. Nam cum animus, cognitis perceptisque virtutibus, à corporis obsequio, indulgentiaque discesserit, voluptatemque sicut labem aliquam dedecoris oppresserit, omnemque mortis doloriscque timorem effugerit, societatemque charitatis coierit cum suis, &c. quàm contemnet, quàm despiciet, quàm pro nihilo putabit ea, quæ vulgò dicuntur amplissima. *Lamb. Legit societatem carnis eiecerit.*

✠ ADIVNCT. *Admirabilior. 1. de Fin. Diuturna, præsens, pro Dom. Gratuita. 1. de Nat. Humana. 5. Famil. Maxima. 1. Fam. Maxima. 3. Offi. Naturalis. 2. de Diu. summa. pro Rab.*

☞ Syntaxis. *Charitas & amicitia. Beneuolentia & charitas. Beneuolentiæ charitas. Charitatem retinere in aliquem. Charitas & amor.*

CHARON, ontis. *inferorum nauta.* 3. de N. 43.

CHARTA, æ. *chartula, membranula, macroculum,* χάρτης. Qu. Frat. lib. 2. ep. 14. Calamo & attramento temperato, charta etiam dentatares agetur. pro Cæl. 40. Chartæ quoq; quæ illam pristinam seueritatem continebant, obsoluerunt. At. li. 2. ep. 20. Iam enim charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. & li. 5. ep. 4. Chartam tibi deesse mea cautio est. Ep. li. 7. ep. 18. An hoc significas, nihil fieri? frigere te: ne chartam quidem suppeditari? pro R. P. 39. Merces fallaces chartis, limites, ac vitro delatæ. 1. de Diu. 20.

Voces tristificas chartis promebat Hetruscis.

CHARTVLA, æ. Ep. lib. 7. ep. 18.

CHARVS, CHARIOR, CHARISSIMVS. *acceptus, iucundus, antiquus, qui suauitatem filij apud aliquem obtinet.* 1. de N. 123. Charum ipsum verbum est amoris ex quo amicitiæ nomen est ductum. 4. I. C. 11. Comes alicui charus atque iucundus. pro Cl. 202. Hic multis charus atque iucundus est. de Cl. 20. Vir mihi charus atque iucundus. pro Arch. 22. Ennius charus fuit Africano. 2. de Or. 304. Si in homines charos iudicibusque iucundos inuehare. 2. de Or. 15. Cùm viderem apud me homines mihi charissimos & amissimos. Ep. li. 1. ep. 7. Quem in primis amamus, charumque habemus. pro Cor. 59. Aliquem diligere, charumque habere. Postquã in Sen. 2. Parẽtes charissimos habere debemus. At. li. 9. ep. 9. Paucos æquè ac te charos habeo. & li. 10. ep. 13. Omneis suos charos habet, me quidem se ipso chariorem. & li. 2. ep. 20. Pompeius nos amat, charosque habet. 4. I. C. 3. Frater charissimus & amantissimus. 1. I. A. 29. Dolabella, qui es mihi charissimus. 1. de Or. 19. Cæteriq; quorum gloria nobis dignitasq; chara est. 1. Off. 57. Omnium societatum nulla est charior, quàm ea quæ cum republ. est. chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa est. 2. Offi. 29. Atque in has clades incidimus, dum metui quàm chari esse & diligi maluimus. 2. de Fin. 29. Sibi quenque charum esse. & *ibid.* Qui sibi chari sunt, sese q; diligunt. & li. 1. 53. Diligi & charum esse, iucundum est.

☞ Syntaxis. *Charus & iucundus, charus & amicus. Amare, charumq; habere. Charissimus, & amantissimus. Charus est ac dilectus. Sibi charus est: sese q; diligit. Charum esse, diligiq;.*

CHARYBDIS, dis. *locus in freto Siculo periculosus, quòd ibi mare sit vorticosum & præceps.* de Arusp. 59. Quam denique tam immanem Charybdim poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos haurire gurgites posset? quantas, &c. 2. in An. 67. Quæ Charybdis tam vorax, tot res tam citò absorbere potuisset? 7. I. V. 145. Non charybdim tam infestam, neq; Scyllam nautis fuisse arbitror. 3. de Orat. 162. Charybdim bonorum, voraginem potius dixerim.

✠ ADIVNC. *Immanis, de harusp. Infesta. 3. in Ver. Vorax. 2. Phil.*

☞ Syntaxis. *Charybdis immanis, vorax, infesta, Bonorum, id est, opum, Chrybdis.*

CHELE, les. *Scorpij brachia, in cœlo signum.* in Arat.

Exin protecta claro cum lumine Chele. & ibidem.
Et paucæ Cheles stellæ.

CHELIDON, nis. *Verris clientula & amica.* I. V. act. 3.

CHERRONESVS, si. *locus Thraciæ & vrbs.* ad Brut. epist. 2. Quòd scribis postea statuisse te ducere exercitum in Cherornesum, &c. facis ex tua dignitate. 2. Contra Rul. 49.

CHERRONENSIS, se. I. P. 86.

CHIMAERA, æ. *monstrum confictum.* 1. de Nat. deor. 109. Res quæ nunquam esse potuerunt, vt Scylla & Chimæra. Att. lib. 2. ep. 16. πρόσθεν λέων, ὄπιθεν δ' ὄφις, αὐτὰρ ὁ μέσσην χιμαίρα

CHIROGRAPHVM, phi. *scriptum manu propria, quæ dicitur.* Ep. li. 12. ep. 1. Cuius æra rehgere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. 2. I. A. 81. Quo me teste conuinces: an chirographo? at literæ sunt librarij manu. At. li. 2. ep. 20. Nõ vtar meo chirographo neq; signo, si modò erũt eiusmodi literæ, quas in alienũ incidere nolim. 3. de N. 74. Id quoq; L. Labienus fecit, qui chirographũ sex primorũ imitatus est. Ep. li. 7. ep. 18. Græculam tibi misi cautionẽ chirographi mei. 1. I. A. 16. An in cõmẽtariolis, & chirographis, & libellis acta Cæsaris firma erũt? Ep. li. 16. ep. 21. Credidi chirographis eius & affimationi præsentis Laterẽsis, & li. 2. ep. 13. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. & lib. 10. ep. 21. Laterẽsis suo chirographo misit mihi literas, in quibus, &c. exẽplar eius chirographi Titio dedi: ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea quibus fidẽ non habendam putaui, Leuicipio dabo perferenda. de Cl. 176. Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestam rem deferre. 2. I. A. 35. Cuius domus quæstuosissima est falsorum cõmentariorum chirographorum officina.

☞ Syntaxis. *Tuo chirographo literas accepi. Vti suo chirographo. Chirographi cautio.*

CHIRVRGIA, æ. *Medicinæ pars quæ manu medetur.* Att. li. 4. ep. 3. Diæta curari incipio: chirurgiæ tædet.

CHIVS, ij. *insula.* 3. I. V. 49. & 7. Ver. 126.

CHIVS, a, um. de Sen. 3. Aristo Chius.

CHLAMYDATVS, 2, um. *vt crepidatus.* pro R. P. 27. L. Sylla imperator chlamydatus.

CHLAMYS, dis. *vestis militaris & regia. paludamentum.* pro R. P. 27. L. Scipionis non solum cum chlamyde, sed etiã cum crepidis in Capitolio statuam videtis. 4. ad Her. 60. Citharœdus palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta.

CHORDA, æ. *nervus.* 3. de Or. 214. Voces vt chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant. 2. de N. 149. Itaque plectri similem linguam nostri dixêre, chordarum dentes.

CHORAGIVM, gij. *scenicus apparatus totus, & pompa. Ponitur pro Thrasonica quadam ostentatione.* 4. ad Her. 63. Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur.

CHOREVS, rei. *trocheus. alias Chorius pes est.* Orat. 212. Dichoreus est, cùm duo extremi chorei sunt: id est, è singulis longis & breuibus.

✠ ADIVNC. *Extremi, Orat. Innumerabiles. 2. Phil. Venales. 5. Phil.*

CHORVS, ri. *corona, multitudo, sodalitium, numerus.* pro Mur. 49. Catilina stipatus choro iuuentutis. At. li. 14. ep. 8. Baiana negocia chorumq; illum, de quo scire vis, cùm prospexero, tum scribam. 3. Offi. 116. Potest esse vtile, quod sit huic talium virtutum choro contrarium. 1. de Fin. 26. Epicurum penè è philosophorum choro sustulisti: *id est, è numero.* 5. I. A. 15. Saltatores, citharistas, totum denique commessationis Antonianæ chorum. * Oecon. 1. Vbi chorus canentium non certis modis neque numeris præeuntis magistri consensit, dissonum quiddam ac tumultuosum canere videtur. At vbi certis numeris ac pedib. velut facta conspiratione consensit atque concinuit.

☞ Syntaxis. *Chorus iuuenum, philosophorum, virtutum, & commessationis: id est, compotatorum.*

CHRYSES, æ, *amnis Siciliæ.* 6. I. V. 96.

CHRYSIPPVS, pi. *philosophus Stoicus.* ‖ de Fat. 14. Omnia vera
✠ in præteritis necessaria sunt vt Chrysippo placet. *ibid.* 41. Chrysippus aũt cũ & necessitatẽ improbare & nihil vellet sine præpositis causis euenire, causarũ genera distinguit vt & necessitatẽ effugiat & retineat Fatũ. 4. Acad. 75. Sed quid eos colligã. cum habeã Chrysippũ, qui fulcire putatur porticum Stoicorũ? 1. Tus. 108. Per multa alia colligit Chrysippus vt est in omni historia curiosus. 2. de N. 16. Chrysippus quidẽ, quãquã est acerrimo ingenio, tñ ea dicit, vt ab ipsa natura dedicisse, nõ vt ipse reperisse videatur. 4. Aca. 87. Res vniuersas profundã: de quibus volumina impleta sunt nõ à nostris solum, sed etiamà Chrysippo, de quo queri solẽt Stoici: dũ studiosa omnia cõquisierit cõtra sensus, & perspicuitatem

cuitatem contraq; omnem consuetudinem, cõtraq; rationem, ipsum sibi respondentem, inferiorem fuisse: itaq; ab eo armatum esse Carneadem. 4. de finib. 7. Quamquam scripsit attem Rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, vt, si quis obtumescere concupierit nihil aliud legere debeat. 1. de Nat. 39. Iam verò Chrysippus, qui Stoicorum somniorum vaferrimus interpres, magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus. 4. Acad. 138. Testatur sæpe Chrysippus, tres solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus bonorum: circumcidit & amputat multitudinem. 1. de finib. 39. At etiam Athenis, vt à patre audiebam facetè, & vrbanè Stoicos irridente, statua est in Ceramico, Chrysippi sedentis porrecta manu: quæ manus significet illum in hac rogatiuncula esse delectatum. Num quid nam manus tua, sic affecta quemadmodum affecta nunc est, desiderat? Nihil sanè. At si voluptas esset bonum desideraret. de Fat. 12. Vigila Chrysippe, ne tuam causam, in qua tibi cum Diodoro. valente Dialectico magna luctatio est deseras. 1. de Nat. 94. Zeno Chrysippum numquam nisi Chesippum vocat. 1. de Orat. 49. Etenim videmur, ipsdẽ de rebus ieiunè quosdam & exiliter vt eum quem acutissimum ferunt, Chrysippum disputauisse, neq; ob eam rẽ philosophiæ non satisfeciſſe, quod non habuerunt hanc dicendi ex arte alienam facultatem. Attic. li. 7. ep. 2. Sed tamen ne illo quidem quicquã improbius. Chrysippum verò, quem ego propter literularum nescio quid libenter vidi, in honore habui, discedere à puero insciente me?

CHRYSIPPAEVS, a. um. 4. Acad. 96.

CIBARIA, orum. *omnia quibus animantes vescuntur & aluntur.* pro S. R. 56. Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio. & *ibidem.* 57. Cibaria vobis præberi videmus. 4. I. V. 12 Quæstores liberaliter ex istius cibarijs tractati. & 3. Ver. 72. Menstrua cibaria. & 5. Ver. 216. At vberiora cibaria facta sunt caritate, credo, &c. Att. lib. 6. ep. 3. Vnde, inquit, me iubes petere cibaria? & *ibid.* Dare cibaria alicui. Ep. lib. 5. ep. 20. Et existimare debes eo minus ad te, vel de tuis cibarijs, vel de mea liberalitate peruenisse. 2. Tusc. 37. Ferre plus dimidiati mensis cibaria. * Oecon. 1. Quæ ad cibaria coquenda & conficienda pertinent.

✠ ADIVNC. *Menstrua, 3. Ver. Vberiora, 5. Ver.*

☞ Syntaxis. *Cibaria locare: id est, apponere, præbere, dare, ferre. Ex cibarijs tractare aliquem. Cibaria menstrua, vberiora facta.*

CIBARIVS, a, um. 5. Tusc. 97. Ptolemæo peragranti Ægyptum comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus est.

CIBVS, vbi. *esca. pastus, epula.* 2. de Nat. 122. Animalia cibum partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum, &c. 2. de Nat. 24. Cleanthes negat vllum esse cibum tam grauem, quin is die ac nocte concoquatur. 2. de Fin. 64. Epicurus vtebatur eo cibo, qui & suauissimus esset, & idem facillimus ad concoquendum. 2. de Leg. 67. Terra cibos fert, & vt mater cibos suppeditat. 1. de Diu. 62. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus. & 57. In omne corpus diuiso & modificato cibo: *aliàs, mitificato.* 7. I. V. 117. Parentes liberis suis cibum vestitumque inferre prohibentur. de Sen. 36. Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. 1. de D. 60. Nunc onusti cibo & vino perturbata & confusa cernimus. pro Mur. 74. Cato negat verum esse, allici beneuolentiam cibo. 1. de Fin. 37. Cùm cibo & potione fames sitisq; depulsa est. Ep. lib. 16. ep. 1. Si posteaquam cœpisti, videris tibi me posse consequi, tuum consilium est. * Oecon. 1. Quæ ad cibum conficiendum vasa constituebantur. Hortens. Cibum subtrahunt.

✠ ADIVNC. *Animalis, grauis, Terrestris, 2. de Natur. deor. Multus, 5. Tusc. Suauissimus & facillimus ad concoquendum, 2. de Fin.*

☞ Syntax. *Cibum capessere dente, ferri à terra, adhibere. Cibus grauis, inflationem habens. Cibo onustus. Ad concoquendum facilis cibus.*

CICATRIX, cis. *signum quod sanato vulnere, vel vlcere, hæret in corpore.* 7. I. A. 17. Luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix. 1. de Inu. 47. Quoniã cicatrix est, fuit vulnus. 3. Tusc. 54. Nec ille liber vulneribus medetur, sed cicatricibus. 3. Cont. Rul. 4. Ne refricare obductã iã reipubl. cicatricẽ viderer. 7. I. V. 3. Vt ostẽderet cicatrices aduerso corpore exceptas. 2. de Or. 124. Et iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere.

☞ Syntax. *Cicatricem iam obductam refricare. Exceptas aduerso corpore cicatrices: id est, vulnerum exceptorum vel plagarum.*

CICERO, onis de Clar. 253. Cicero, copiæ inuentor ac princeps à Cæsare dictus. 4. Fam. ep. 14. Cicero ad Pompeium accessit, pacis spe adductus. 1. Qu. Frat. ep. 14. Exul Thessalonicæ agebat. 16. Attic. ep. 14. A Dolabella alienatus. 15. Fam. ep. 14. Sacerdotium non appetiuit, cùm posset consequi. 4. Acad. 115. Diodorum à puero audiuit. 11. Fam. Epist. 15. Breuitatis magistro vti cogitat Bruto, 3. Quin. Frat. epist. 1. Poema ad Cæsarem composuit, ✠ 6. Fam. epist. 18. Oratorem meum tantopere à te probari vehementer gaudeo, mihi quidem sic persuadeo, me quicquid habuerim iudicij de dicendo in illum librum contulisse & 4. Fam. ep. 3. de Clar. 217. Cum ego pro Titinia Cottæ perorauissem, ille contra me pro Ser. Næuio diceret, subitò totam causam oblitus est. 4. Fa. ep. 3. Omnẽ suã curã atque operam ad philosophiã contulit, de Clar. 319. Cum Hortensio coniunctissimus. 2. Phil. 40. H-S. ducenties ex amicorum testamentis consequutus, 2. de Leg. 42. Iudicia Senatus, Italiæ, gentium denique omnium conseruatæ patriæ consecutus est, Att. lib. 9. ep. 12. Vrbis conseruator & parens. 3. de Leg. 37. Consul. Rempub. optimam Attici opinione constituerat, quæ esset in potestate optimorum, de Clar. 1. Ab Hortensio in augurum collegium cooptatus & inauguratus. Ep. lib. 6. ep. 6. Cur ad ciuile bellum profectus. Postqu. in Sen. 33. Cur armis Clodio non restiterit, Att. lib. 11. ep. 3. Cicero magnam pecuniam Pompeio mutuã dedit. pro Rab. 32. Gabinium receptum in gratiam, in iudicio capitis defendit. 7. Fam. ep. 1. Etiam non optimè de se meritos defendebat rogatu aliorum. 13. Att. ep. 13. Suam περὶ τελῶν συνταξιν Bruto respondit. 2. de Leg. 42. Custodem vrbis, omnibus suis rebus ereptis ac perditis, violari ab impijs passus non est, eamque ex sua domo in ipsius patris domum detulit, Orat. 214. Ab Aristotele dissensit. 3. de Leg. 21. Cicero sibi egregium, & ad immortalitatem memoriæ gloriosum duxit, neminem in eum mercede vlla tribunum potuisse reperiri, nisi cui ne esse quidem licuisset tribuno, In Pis. 25. A Campanis inaurata statua donatus. 4. Ver. 100. Cicero apud Tribun. pleb. Sthenij Thermitani causam egit, 5. Fa. ep. 6. Domum ædificauit. 5. Fam. ep. 9. Fœneratores ex obsidione exemit. Or. 12. Non ex rhetorum officinis, sed ex medijs Academiæ spacijs orator extitit, ad Brut. ep. 3. Quanto cum plausu exceptus à populo. pro Mur. 40. Cicero Aedilis trinos ludos fecit. 2. Cont. Rull. 7. Primus homo nouus Consul factus est, de Clar. 321. Prætor primus magna populi voluntate factus, ad Brut. ep. 17. Multò minus in agendo, quàm in scribendo fortis. 2. de Leg. 31. Augur fuit. 1. in Ver. 2. In Sicilia quæstor fuit. 7. Fam. ep. 30. Cicero socium studiorum habebat Atticum. 6. Fam. ep. 21. Timidus habebatur à nonnullis. 9. Fam. ep. 16. Discipulos dicendi habuit Hircium & Dolabellam. 9. Fam. ep. 18. Cæsare dominante quasi ludum habuit. 4. Att. ep. 5. Villam habuit, quæ Catuli fuerat. 2. Fam. epist. 1. Cicero impiger in scribendo. 1. ad Q. Fr. ep. 4. In calamitatem incidit, quòd ijs credidisset, à quibus nefas putârat esse se decipi, de Clar. 330. In Reipub. noctem incidit, 1. de N. 6. Institutus à Philone, Antiocho, Diodoro, Possidonio, At. li. 2. ep. 18. A Cæsare inuitatus vt sibi esset legatus, Att. li. 14. ep. 2. Facilis à Cæsare iudicatus. 13. ad Att. ep. 21. Cicero lapsus in verbo, Inhibere, In Vat. 37. pro Mur. 3. Legis ambitus lator. Attic. li. 14. ep. 12. Legatus in Græciam proficiscitur, & li. 4. ep. 17. Legatus Põpeio. 5. Fam. ep. 7. Cicero non multò minor quàm Lælius. 4. In Cat. 23. & 11. Phil. 23. Cicero Prouinciam pro Reipubl. salute neglexit. 15. Fam. ep. 4. Triumphum neglexit. In Piso. 6. & Pro P. Sest. 121. A. Qu. Catulo patriæ parens nominatus, in 2. Phil. 4. Augur à Cn. Põpeio & Q. Hortensio nominatus. 4. Ver. 181. Cicero publicanorum ordinẽ vehemẽter obseruabat. 2. Con. Rull. 3. Cùm primùm licitum est, Cõsulatum petijt & obtinuit de Clar. & 1. Tus. Cicero à M. Tullio Rege oriundus. 1. Contra Rull. 27. Equestri loco ortus. 12. Phil. 27. In Cn. Pompeij exercitu tyro bello sociali. 1. In Cat. 28. Homo per se cognitus. 1. Cont. Rull. 23. Veritate non ostentatione popularis, de Arusp. 58. Senatus comes. pro Deiot. 1. & pro Cl. 51. Initio dicendi grauiùs cõmoueri solitus. pro Planc. 74. Nonnunquã de scripto dicere solitus. Ep. li. 6. ep. 7. In ep. A. Cæcinnæ. Cicero omnium patronus, de Glar. 315. Asiam totam cũ summis rhetoribus peragrauit. 3. Att. ep. 15. Pompeij minus liberali responso perterritus. 9. Fam. ep. 17. Philosophus. Att. li. 8. ep. 3. Sacerdotio amplissimo præditus. 2. Cont. Rull. 48. Prætor biennio antequam Cos. pro Clu. 147. Prætor quæsiuit de pecunijs repetundis. 1. ad Q. Fr. ep. 4. In exilium proficiscens, triduo summa cum gloria dicebatur esse rediturus. 3. Ver. 16. In Sciliciam, in Vetrem inquirendi causa profectus, Att. li. 10. ep. 4. Quatuordecim annis antè prospexit tempestatem eam, qua euersa est Respub. Ep. li. 12. ep. 16. De interitu Cæsaris scripturus putabatur. 1. Cont. Rull. 23. Cicero qualis in gerendo consulatu, Att. li. 15. ep. 13. Libros de Officijs quando scripserit. 13. ad Attic. ep. 19. In suis libris de Finibus, quibus personis quem sermonem tribuat. Ep. li. 15. ep. 21. Quicquid dicebat facetum Trebonio videbatur, de Clar. 161. Quo anno natus. *ibid.* 313. Quo habitu corporis adolescens fuerit. Att. li. 15. ep. 15. Noster quo modestior est, eò me magis commouet, de Clar. 312. Quo tẽpore ad causas accesserit. *ibid.* 328. Quo tẽpore floruit, Att. lib. 1. ep. 13. Cicero abiens consulatu, magna frequentia domũ reductus. pro Mur. 17. Claustra nobilitatis refregit, de Clar. 330. Post mortẽ Hortensij, orbẽ eloquẽtiæ quasi tutor relictus. Ep. li. 15. ep. 4. Ab inani laude & vulgi sermonibus remotus. pro Põp. 2. Ter Prætor primus centurijs cunctis renunciatus, de Clar. 277. M. Callidij lenitatem orationis reprehendit, ad Brut. ep. 15. A Bruto reprehensus, quòd in honoribus decernendis esset nimius. 1. Fam. ep. 9. Qua ratione restitutus,

postquam

postquam In Sen.16.A.P.Lentulo Consule comitijs centuriatis in patriam reuocatus, Att. lib.14.ep. 22. Cicero ad Brutum de optimo genere dicendi scripsit 2.ad Att.ep.1.De Consulatu suo librum scripsit.3.de Leg.4.Quæ de optima Repub. sentiret, sex libris antè scripsit,quàm de legibus.Leges autem,de quibus ad eum,quem probauit,ciuitatis statum accommodauit Att.lib.1. ep.16.Græcum commentarium de rebus suis scripsit, 12.ad Att. ep.48.Marium scripsit,Orat.102. 103. 104. Permultas orationes scripsit.1.de Leg.9.Plura scripsit,quàm quisquam ex Latinis. 1. Q.fra.ep.2.Homines nihili,etiam sciens,familiaritate complecti solitus,Ep.lib.9.ep.15.Facetijs mirificè capi solitus.8. Fami. Maiorem partem nihil curare solitus.8.Att.ep.16. Omnia officio metiri solitus.Ep.lib.2.ep.16.Etiam in stomacho ridere solitus.Orat.131.Miseratione admodũ dolenter vti solitus.9.Fam. ep.21. Quo sermone in quaeq; re vti solutus. ‖ Ipsa iudicia (inquit) non solemus omnia tractare vno modo: priuatas causas, & eas tenues,agimus subtilius: capitis, aut famæ scilicet ornatiùs:Epistolas vero quotidianis verbis texere solemus.1. de Legib.13.A primo tempore ætatis iuri studuit,neque vnquam ita se ad dicendum dedit, vt ius ciuile contemneret. pro. Cæc. 97. Cottam in causa Arretinorum apud Decemuiros superauit pro Rab.9.Cos.perduellionis iudicium sustulit,de Clar.306. Cicero se totum Philoni tradit. 5.Fam. ep. 14. Lacrymis & tristitiæ se tradebat de Clar. 311. Cicero doctus in forum venit.5. Fa.ep. 6. Vindex coniurationis. pro Sest.50.Periculo Reip.viuebat,Ep.li. 6.ep.6.Vtebatur familiarissimè Cæsare.5.Fam.ep.12.Viuus gloriola sua perfrui vult.1.Att.ep.13.Ciceronis & Clodij altercatio in Senatu,1.ad At.ep.9.Ciceronis anagnostes puer Sositheus. 7. Fam. ep. 27. Ciceronis animum ex eius libris desiderabat Curius.4.Att.3.Ex Ciceronis area expulsi fabri.15.Fam.ep.4. Ciceronis astutia qua Amanenses oppressit. 8. Att. ep. 11. Ciceronis augurium de belli ciuilis magnitudine,Ora.104.Ciceronis aures auidę & capaces, de Clar.266. Ciceronis perpetua de pace authoritas nihil valuit,3.de Legib.36. Ciceronis auus singulari virtute in suo municipio, quo ad vixit,restitit M.Gratidio,cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat,ferenti legem tabellariam:quæ quum res esset ad se delata,Scaurus Cõsul, Vtinam, inquit, Marc. Cicero isto animo atque virtute in summa Rep.nobiscum versari,quam in municipali maluisses.pro Dom.62.Ciceronis bona quàm fœdè à Clodianis direpta. 12. Phil. 19. Ab Antonio nondum victore cuidam Petisio Vrbinati donata.de Prou.45.Ciceronis casus, funus Reipublicæ:sed iustum & indictum.3.de Leg.21.Ciceronis causa quęincidit in tribuniciam potestatem,nihil habuit contentionis cum tribunatu:non enim plebs incitata rebus eius inuidit, sed vincula soluta sunt,& seruitia incitata,adiuncto terrore etiam militari.de Cl.78.&.150.Ciceronis cũ Sulpitio,cõparatio.6.Fa.ep.6. Ciceronis consilium de Pompeij,& Cæsaris coniunctione, In Pis.4.Ciceronis consulatus acta.4.in Cat.2. Ciceronis Consulatus ad salutem Reip.fatalis,Ep.lib.9.ep.24.Ciceronis cura de Rep.4.Att.ep.15.Ciceronis oratorij,dialogi.7.Fam. ep. 32. Ciceronis dicta & ioci cuiusmodi.9.Fam.ep.16.Ciceronis facetè dicta ad Cæsarem cum reliquis actis perferebantur. 7. Att. ep. 5. Ciceronis natalis dies ad 111. non.Ian.pro Quin.4. Ciceronis diligentia,1.In Cat.8.9.10.&c.Ciceronis diligentia in explorandis Catilinæ consilijs.2. de Leg. 42. Ciceronis discessu polluta sunt religionum iura omnia,perditorum ciuium scelere,vexati lares eius familiares, in eorum sedibus exædificatum templum licentiæ,pulsus à delubris is qui ea seruarat.4.Att.3. Ciceronis domus in Ceramico. pro Dom.103. Ciceronis domus in Palatio,& in pulcherrimo vrbis loco,pro Dom.114. Prope porticum Catuli,de Aruſp. 15. Pecunia publica ex authoritate. Senatus ædificat,Att.lib.16. ep. 5. Ciceronis epistolæ quando edi cœptæ.2.Fam.ep.10.Ciceronis militaria facinora,2.Fam.ep.16. Ciceronis stomachi & oculorum fastidium.4.Ver. 99. Ciceronis festinatio,vt ad diem Verris iudicio adesset,Att.lib. 1. ep. 1. Ciceronis filius quando natus. 12. Fam. ep. 16. Ciceronis filius Athenis operam dabat literis sub Cratippo,ad Brut.ep.14. Trebonij:Ciceronis filius cum Bruto. 10.Phil. 13. Cicero F. Legionem à C.Antonio ad Brutum abduxit.10.Att.ep.4.Q.Ciceronis filius quas literas ad Cæsarẽ miserit.16.Fa.ep.21. Ciceronis filij errata.Ep.li.12.ep.16.Ciceronis filij laus.14.At.ep.7.Ciceronis filij litteræ.pro Do.50.Cic. filij vita,à Clodianis expetita.1.ad Q. fr.ep.3.Ciceronis filia magno ingenio,6.At.ep.3.Ciceronis præclarè gesta in Prouincia.14.ad At.ep.14.Ciceronis cum P.Clodio inimicitiæ.1.de D.58.Ciceronis insomniũ, quũ Asiæ prouinciæ præesset.5.Fa.ep.2.Ciceronis magistratu abesitis iusiurandum.13.Att.ep.47.Ciceronis laudatio Porciæ:item M. Varronis & Lollij laudatio. 12. Att. ep. 21. Ciceronis liber de luctu minuendo.12.Fam.ep.17.Ciceronis liber de optimo genere dicendi quando scriptus. 13. Att. ep. 18. Ciceronis arguti libri ad Varronem.16.ad Att.ep.11.Ciceronis libri de Officijs.ad Q.fra. lib.3.ep.5.Ciceronis libri de optimo statu ciuitatis & optimo ciue,vel de Rep.13.At.ep.19. Ciceronis tres de Oratore libri.4.Attic.ep.15.Et 2.Q.fr.ep.13. Ciceronis libri de Rep. quando scripti, 1. Fam. epist.9. Ciceronis tres libri de temporibus suis,versibus scripti.8. Fam. ep. 2. Ciceronis politici libri omnibus vigent. 2. Q.fr.ep.2.Ciceronis lippitudo.2.cont.Rull.1.Ciceronis maiores honoris popularis luce caruerunt,ad Brut.ep.17. Ciceronis maledicentia,ad Brut.ep.6.Ciceronis necessarij Dyrrachini.9. Fa. ep.16.Ciceronis opera libertas erat in ciuitate.Orat.34.Ciceronis:de Bruto & eius eruditione opinio,Ep.lib.3.ep.8. Ciceronis opinio de legationibus laudandi causa missis,13,Att.ep. 19. Ciceronis oratio nitorem habet, Orat. 108. Ciceronis oratio pro Roscio plena iuuenili redundantia, pro Planc. 66. Ciceronis orationes quo tempore scriptæ,Att.lib.2.ep.1.Ciceronis orationes Consulares.3.Q.fr. ep. 1.Ciceronis pro Scauro & pro Plancio orationes.1.Att.ep.11.Ciceronis orationum Aristarchus erat Atticus.11.Fam.ep.14.Ciceronis organum Senatus, pro Planc. 66.Ciceronis ocium nunquam ociosum 1. Att. ep. 5. Ciceronis pater quando discesserit,2.de Leg.3.Ciceronis pater,quum esset infirma valetudine,in villa egit ætatem in literis,ad Brut.ep.17. Ciceronis peccatum in ornando Octauio,Att.lib.13 ep. 13. Bruti:Ciceronis quædam φιλολογώτερα, 2.ad Atticum ep. 1. Ciceronis prognostica.11.ad Att.ep.12. Ciceronis profectio, pro Syll. 42.Ciceronis Consulis prouidentia, pro Sest. 8. Ciceronis prudentia in C.Antonio moderando,pro Plan.64.Ciceronis Quæstura obscura. 13.Fam. ep. 38. Ciceronis Quæstura Siciliensis, de Opt. 14. Ciceronis ratio in orationibus Æschinis & Demosthenis conuertendis.In Pis.34.Et.4.Att.ep 1. Ciceronis reditus ab exilio cuiusmodi,pro Syll.21.Ciceronis regnum. 9. Fa. Ciceronis regnum forense,7.Ver.34.Ciceronis religio in magistratibus ineundis,5.Fam.epistо.9. Ciceronis seruus anagnostes,de Clar. 315. Ciceronis in rhetorica socij & condiscipuli, *Ibidem.* 310. 311. 312. Ciceronis acerrimum in adolescentia studium,12.Fam.ep. 13. Ciceronis toga omnium armis felicior, 7. Fam.ep.19.Ciceronis Topica vbi & quando scripta. 7.Fam. ep. 5.Ciceronis verbum lusit Cæsar.9.Fam.ep.21. Ciceronis verborum fulmina.12.Fam.ep.20.Ciceronis villæ,Cumanum, Pompeianum,Sinuessanum.13.Fam.ep.11.Ciceronis voluntas & studium in Arpinates municipes suos,de Clar. 328. Ciceronis vox, fato publico extincta,1.ad Q.frat.ep.3.Ciceronis vox in domesticis periculis potissimùm occidit.1.Fam. ep. 9. Ciceroni, Gabinio & Pisoni Consulibus,non exercitus,sed duces defuerunt. 3.de Leg. 45. Ciceroni & clarissimis viris visum, de quo serui & latrones sciuisse se aliquid dicerent de hoc eodem cunctam Italiam quid sentiret,offendere,pro Sest. 126. Ciceroni absenti quantus honos à Senatu habitus. de Clar.1. Ciceroni è Cilicia decedenti de Hortensij morte allatum est.9.Fam. ep. 15. Ciceroni à regibus multis allatæ literæ.Postq.in Sen.27.28.29.30. Ciceroni in afflicta eius fortuna, qui beneuoli fuerũt. pro Quint. Ciceroni amicissima breuitas.de Clar.314.Ciceroni quæ causa in Asiam proficiscendi fuerit. 15. Fam. ep. 4. Ciceroni M. Caro supplicationem decreuit.5.Fam. ep. 2. Ciceroni obiectum fuit, eum in nonnullos animaduertisse indicta causa. 4. in Cat. 20. Ciceroni vni conseruatæ Reip. gratulatio decreta. de Clar. 2.3. Ciceroni coniunctissimus Hortensius.9.Att.ep.4.Ciceroni meo togam puram dare vellem.3.Fam. ep.10. Ciceroni quæ tributa sit merces laborum,& vigiliarum suarum.5.Fam.ep.15.Ciceroni perfugium erant literæ. 4. Att.ep.1.Ciceroni redeunti in patriam vt omnes gratulati sint.3.Cati.1.Ciceroni primo ex togatis post vrbem conditam supplicatio decreta.de Clar.190. Ciceroni quantum tribuerit Hortensius.16. Fam. ep. 11. Ciceroni à frequenti Senatu triumphus flagitatus.3.ad Q.fra.ep.2. Ciceronem appellauit exulem Gabinius.Brut.ep.17.Ciceronem Octauius patrem appellat.1.Att.ep.14.Ciceronem ambitio ad honorum studium duxit.11.Fam.ep.27.Ciceronem impulit Matius, vt Philosophica scriberet,pro Plan. In Ciceronem omnio omni ũ facetè dicta conferri solita.1.adQ.fr.ep.4.In Ciceronẽ exulem qui officiosi fuerint.11.Fam.ep.26. C. Matij in Ciceronem officia.1.ad Q.fr.ep.3.In Ciceronem perfidia Hortensij, & Arrij:ad Brut.ep.5.Ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo.6.Fam.ep.6.Ciceronem qui ex Repub.expulerint.5. Fam.ep.12.Ciceronem ad spem quandam immortalitatis rapit commemoratio posteritatis.15.Fam.ep.4. A Cicerone conseruata Respub.1.de leg.15. A Cicerone satis scriptum de optimo Reip.statu.3.de Leg.45.Nihil de Cicerone actum legibus.postquam in Sen.24.De Cicerone reuocando quæ decret.Ora. 131. 1.Ciceroni vis animi,magna. 4.In Cat. 11. Cicerone nemo mitior,Postq.ad Quir.20.Pro Cicerone Senatus, & hominũ præterea viginti millia vestem mutarunt.6.Fam.epist. 6. Cicerone stante Remp. cadere posse non putarunt. 1. ad Att. Cicerones gloriæ auidissimi. 7.ad Att. ep. 13. Cicerones nostri interdum mihi amandandi videntur in Græciam. 6.ad Att.ep. 1. Ciceroni pueri amant inter se,discunt,exercentur.5.ad Att.ep.17. Cicerones pueros Deiotarus filius secum in regnum duxit. ‖ Ep. lib.3.ep.10.Nam si me virum bonum,si dignum ijs studijs,eaq; doctrina cui me à pueritia dedi:si satis magni animi, non mi-

nimi

nimi consilij in maximis rebus perspectũ habes. Ep. li. 4. ep. 4. *Pluribus verbis egit gratias Cæsari Marcello restituto.* 2. ad Q. frat. ep. 13. Scripsit. πολιτικὰ. spissum opus & operosum. Att. lib. 3. ep. 23. Oro obtestorque te, vt Q. fratrem ames, quem ego miserum miserè perdidi: néue quidem patiare grauius consulere de se, quàm expediat sororis tuæ filio: Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiam & ignominiam nominis mei, tueare quoad poteris. 6. Famil. ep. 14. Nam si quisquam est timidus in magnis periculosisque rebus, semperque magis aduersos rerum exitus metuens, quàm sperans secundos, is ego sum: & si hoc vitium est, eo me non carere confiteor. Att. lib. 1. ep. 13. Sed heus tu: videsne consolatum illum nostrum quem Curio antea ἀποδόκιμον vocabat si hic factus erit, fabam mimum futurum. Att. lib. 16. ep. 6. De gloria librum ad te misi, & in eo proœmium id est, quod in Academico tertio, id euenit ob eam rem quod habeo volumẽ proœmiorũ, ex eo eligere, soleo, cum aliquod σύγγραμμα institui. Itaque iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum isto proœmio, conieci id in eum librum quem tibi misi: Cùm autem in naui legerem Academicos, agnoui erratum meum. Epist. lib. 7. ep. 3. Mortem mihi cur conscisserem, causa nulla visa est: cur optarem multæ. Epi. lib. 9. ep. 26. Sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit cum esset obiectum, habere eum a Laida. Habeo inquid Laida, non habeor, à Laide. Græcè hoc melius tu si voles interpretabere, (ἔχω λαΐδα οὐκ ἔχομαι λαΐδι.) me vero nihil istorum ne iuuenem quidem mouit vnquam: nedum senem. Attic. lib. 1. ep. 13. Clodius Ciceronem tegem appellat. 2. de Diu. 6. Cumque esset in vnius potestate Respub. neque ego me abdidi, neq; deseruì, neque afflixi, neque ita gessi, quasi homini, aut temporibus iratus, neque ita porro aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius, vt me meæque peniteret, id enim à Platone, Philosophiaque didiceram naturales esse conuersiones quasdã Rerumpublicarum, vt, ea tum à principibus tenerentur, tum à populis, aliquando a singulis, 1. de Nat. 7. Sin autem quis requirit, quæ causa nos impulerit, vt hæc (Philosophica) tam sero literis mandaremus, Nihil est quod expedire, tàm facilè possimus. Nam cum otio languueremus, & is esset Reipub. status, vt eam vnius consilio atque cura gubernari necesse esset: primùm ipsius Reip. causa Philosophiam nostris hominibus explicandam putaui, magni existimans interesse ad decus & laudem ciuitatis, res tam graues tamque præclaras, Latinis etiam literis contineri. 2. Offic. 7. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis, quærentibus satisne constanter facere videamur, qui cùm percipi nihil posse dicamus, tamen & alijs de rebus disserere soleamus, & hoc ipso tempore præcepta officij persequamur. 1. Acad. 13. Sed de te ipso. (*Cicerone*) inquit quod audio? quanam inquam de re? Relictam à te veterem (*Academiam*) tractari nouam. Quid ergo inquam, Antiocho id magis licuerit, nostro familiari, remigrare in domum veterem è noua, quàm nobis in nouam, è vetere? certe enim recentissima quæque sunt correcta, & emendata maxime. 1. de Leg. 11. Vt quemadmodum Roscius familiaris tuus (*Ciceronem alloquitur.*) in senectute numeros in cantu cæciderat, ipsaque tardiores fecerat tibias. sic à contentionibus, quibus summis vti solebas, quotidie relaxes aliquid, vt iam oratio tua, non multum à Philosophorum lenitate absit, quod sustinere cum vel summa Senectus posse videatur, nullam tibi à causis vacationem video dari. 2. de Diu. 5. Equidem etiam ex ijs fructum capio laboris mei, qui iam ætate prouecti in nostris libris acquiescunt: quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius indies incitatur: quos quidem plures quam rebar, esse cognoui. Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, vt Græcis de Philosophia litteris non egeant, quod assequar profectò si instituta perfecero. 3. de leg. 25. Neque nobis cum illa tùm peste certamen fuit, sed cum grauissimo Reipu. tempore: cui si non cessissem, non diuturnum beneficij mei patria fructum tulisset. atque hoc rei exitus indicauit. 1. de Finib. 7. Quamquam si planè sic verterem Platonem, aut Aristotelem, vt vererunt nostri poetæ fabulas: male credo mererer de meis ciuibus, si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem: sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen ne faciam interdictũ puto. 1. de Natu. 6. Nos autem nec subito cæpimus Philosophari, nec mediocrem à primo tempore ætatis in eo studio operam curamque consumpsimus, & cum minimè videbamur, tum maximè Philosophabamur. Parad. 2. Quid enim ego laboraui, aut quid egi, aut in quo euigilauerunt curæ, & cogitationes meæ, siquidem nihil peperi, tale nihil consecratus sum, vt eo statu essem, quem neque fortunæ temeritas neque inimicorum labefactaret iniuria? Mortem minitaris, vt omnino ab hominibus: an exilium vt ab improbis demigrandum sit? Mors terribilis est ijs, quorum cum vita omnia extinguntur, non ijs quorum laus emoti non potest. &c.

CICONIA, æ. *auis nota.* 3. de Fin. 63. Ciconiæ aliorum etiam causa quædam faciunt.

CICVR, ris. *Animal mansuetum.*) (*ferus, immanis,* 2. de N. 99. Varia genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarum. 5. Tusc. 38. Bestiarum immanes alias, quasdam cicures. de Am. 83.

CIENS, tis. 2. de Nat. 81. Naturam esse vim sine ratione cientem motus in corporibus necessarios. & lib. 3. 27. Natura illa sunt omnia cientis, vt & agitantis motibus & mutationibus suis.

CIEO, es. *commoueo.* 1. de Diu. 15

Absurdoq; sono fontes & stagna cietis

2. de Fin. 94. Cui viperino morsu venæ viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cient.

CIEOR, eris. 1. Tusc. 20. Sic ex corporis totius natura & figura varios motus cieri. de Vn. 21. & 24. Cuius orbis semper eodem modo ciebatur. 1. Tusc. 54. Animatum est, quod motu cietur interiore, 2. de Nat. 23. Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitatur motu suo.

☞ Syntaxis. *Ciens natura, & agitans. Cieri cruciatus, fontes, stagna. Suo motu cieri & agitari.*

CILICIA, æ. *regio.* 6. I. V. 23. pro Leg. Man. 35.

CILICES, licum. *Ibidem.* 1. de Diu. 2. de leg. Agra. Addicetur communis ora Lyciorum atque Cilicum.

CILICIENSIS, se. Ep. lib. 13. ep. 67.

CILICENSI's, se Qu. f. lib. 1. ep. 2. Ciliciensis prætor.

CILICIVM, cij. *vestis e pilis caprarum contexta,* 3. in Verr. 95. Cum iste coria, cilicia, saccos imperaret.

CIMBRI, *populi.* pro Pom. 60. 2. Tusc. 65.

CIMBRICVS, ca. pro Arch. 19.

CIMMERII, orum. *populi.* 4. Acad. 61. Et Cimmerijs quidem, quibus aspectum solis siue deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci quem incolebant situs, ignes tamen aderant, quo tum illis vti lumine licebat: isti autem quos tu probas, tantis offusis tenebris ne scintillam quidem vllam nobis ad aspiciendum reliquerunt.

CINCINNATVS, a, um. Postq. in Sen. 11. Quo vultu cincinnatus galeo patriæ preces repudiauit. & pro Sest. 26. Cincinnatus consul. *aliàs Cirratus.*

CINCINNATAE, *pro cometis, aut crinitis.* 2. de Natur. 14. *aliàs crinitas.*

CINCINNATVS, ti. 2. de Finib. 12. Maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, vt dictator esset.

CINCINNVS, ni. *capillus ad ornatum intortus.* 3. de Ora. 98. Atque eo citius in oratoris aut in Poëtæ cincinnis aut fuco offenditur, quòd, &c. I. P. 25. Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ.

CINCTVS, a, um. pro Milone. 1. Non enim corona consessus vester cinctus est, vt solebat. pro Flac. 27. Regio quæ mari cincta est. pro Pomp. 30. Sicilia multis vndique cincta periculis. 6. I. V. 124. Gorgonis os cinctum anguibus.

CINGO, is. *coerceo circundo. munio. tueor.* 3. de Nat. 95. Diligentiusque vrbem religione quàm ipsis mœnibus cingitis. Att. lib. 4. ep. 15. In campo Martio septa marmorea sumus & tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticu.

✝ ADVER. *Diligentius, 3. de Nat. vndique, pro Pomp.*

☞ Syntaxis. *Consessus corona cinctus. Regio mari cincta', & periculis.*

CINGVLVM, li *oppidum.* Att. lib. 7. ep. 13.

CINGVLVS, li. *zona.* de Somn. 15. Cernis terram quasi quibusdã redimitam cingulis: è quibus duos maximè inter se diuersos vides, &c.

✝ ADIVN. *Australis, grauis, diuersi inter se, maxime habitabiles. Medius & maximus. de Som. Scip.*

CINIS, is. pro Quint. 97. Eum obsecrauit per fratris sui mortui cinerem. 3. I. V. 113. Cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inussisti. 13. I. A. 22. Sceleratum dedisse pœnas cineri atque ossibus clarissimi viri. 4. ad Her. 13. Nisi miserandum patriæ viderint cinerem.

CINNA, æ. 3. de Natu. 80. Cur tot ciuitatis principes à Cinna interempti? Att. lib. 7. ep. 7. Nec in cæde principum clementior hic erit, quàm Cinna.

CIRCA, *circum:* Att. lib. 4. ep. 19. Nostram ambulationem, & ea quæ circà sunt, velim cùm poteris inuisas. Ep. li. 9. ep. 15. Ex literis tuis intellexi perspectum tibi esse animum meum circa curã valetudinis tuæ. 3. I. V. 126. Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. 2. contra Rul. 20. Cùm Rullus Capuam & vrbes circa Capuam occuparit.

☞ Syntaxis. *Circa locum, personam. Circa negocium, aut valetudinem. Ait enim Cicero (mirifica locutio) Mihi est animus circa curam valetudinis tuæ.*

CIRCE, ces. *maga.* 3. de Natur. 48. Circe & Pasiphae è Perside Oceani filia natæ, patre Sole. 3. de Nat. 54. Solem Colchis Æetam & Circen procreasse. 1. Off. 123. Vlysses in illo errore diuturno mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiuit.

CIRCEIENSES, *populi.* 3. de Nat. 48.

CIRCENSES. *ludi.* 6. in Ver. 33.

CIRCEVS,

CIRCEVS, a, ũm. 1. I. V. 57. Sed repentè ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres.

CIRCI, orum *locus.* ‖ Att. lib. 12. ep. 20. & lib. 15. ep. 10.

CIRCITER. *ad, non multo secus, prope, ferè.* Ep. lib. 3. epist. 5. Circiter idus Quintiles puto me ad Iconium fore. Att. lib. 2. epist. 4. Nos circiter cal. in Formiano erimus. & lib. 12. epist. 26. Pansa circiter calendas affuturus videtur.

CIRCVITIO, nis. *circumscriptio, anfractus, periphrasis, ornamentum oratorium.* 2. de Diu. 40. Epicurus circuitione quadã Deos tollẽs rectè, non dubitat diuinationem tollere. 4. ad Her. 43. Circuitio est oratio rem simplicem assumptam circunscribens elocutione. 2. de Diu. 127. Iam verò quid opus est circuitione & anfractu? vt sit vtendum interpretibus somniorum, potius quàm directò? Deus si quidem nobis consulebat, Hoc facito, hoc ne feceris, diceret, &c.

CIRCVITVS, tus. *conuersio, periodus, comprehensio & ambitus verborum, continuatio, circumscriptio, circuitus, orbis: omnino synonyma.* 2. de Nat. 50. Circuitus solis orbium conuersionem conficiunt annuam. de Somn. 3. Cùm hi duo numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint. de Vniuers. 28. Nox igitur & dies vnum circuitum orbis efficit. 3. de Or. 189. Modò ne circuitus verborum sit aut breuior quàm aures expectent, aut longior quàm vires atque anima patiatur. Orat. 78. Circuitus continuatioque verborum. Orat. 204. Circuitus orationis, quam Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. 3. de Ora. 296. Cùm illi veteres circuitum & quasi orbem verborum conficere non possent, terna aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant. 3. de Or. 188. Oratio conuersiones habeat absolutas.

✠ ADIVNC. *Breuior, Longior, 3. de Orat. Sapientissimus atque optimus, de Vniuersi. Incitatior, Or. totus. ibid. Naturalis, Som. Scip.*

*CIRCVITVS, a, um. pro C. Cornel. 1. Circuitis rostris.

CIRCVLATOR, oris. *circumforaneus homo, vulgaris, vagus, sordidus, quem Hor. Cyclicum dicit.* Ep. lib. 10. ep. 32. Circulator quidem actionum notissimus. Pollionis.

CIRCVLO, as. *caput ago & verso.* de Clar. 200. Oscitans iudex, loquens cum altero, nonnunquam etiam circulans: *id est, caput modo huc, modo illuc, quasi in circulum agens.*

CIRCVLVS, li. *orbis, forma plana in orbem acta, gyrus, rotundus ambitus, corona hominum colloquentium.* 2. de N. 47. Duæ formæ præstantes sunt: ex solidis globus (sic enim σφαῖρα interpretari placet) ex planis circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur. 5. de Fin. 56. Quosdam videmus cùm non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos aut semi circulos consectari.

¶ *Conuersio.* de Som. 6. Stellæ circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili.

¶ *Zona, via.* de Som. 8. Orbis lacteus & circulus lacteus.

¶ *Corona, cœtus.* 1. de Orat. 159. Si quemcunque patrem familiâs arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis respondisset. Quin. Frat. lib. 3. ep. 4. Cato diruptis tabellis de circulo se subduxit. Att. lib. 2. ep. 18. Sermo in circulis duntaxat', & in conuiuijs est liberior quàm fuit.

✠ ADIVNC. *Exiguus vitæ, immensus gloriæ. pro Rab. lacteus, de Som. Scip.*

CIRCVM, *circa.* 4. in Verr. 169. Is prætorem circum omnia fora sectabatur. At. lib. 8. ep. 19. Si Cæsar circum isthæc loca commorabitur. de Opt. 10. Templa quæ circum forum sunt. 4. Aca. 123. Nicetas censet terram circum axem se summa celeritate conuertere. Att. lib. 9. ep. 11. Ii qui circum eum sunt omnia postulantes. Att. lib. 8. ep. 17. Ea copia, quam Capuæ & circum Capuam comparastis. & epist. 9. Volo circum villulas nostras errare. pro Quin. 25. Tum Næuius pueros circum amicos dimittit. * 1. de Diu. Cohortatione circum conciliabula antecellunt.

☞ Syntax. *Circum loca, hominem. Filios circum amicos dimittere, Terra se conuertit circum axem.*

CIRCVMCVRSO, as. Epist. lib. 7. ep. 1. Vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula circumcursare posses.

CIRCVMEO, is. *circuo, eo circum, circundo.* Ep. lib. 8. ep. 11. Furius & Lentulus vnà nobiscum circumierunt. At. lib. 14. ep. 24. Antonij consilia narrabat, illum circumire veteranos.

☞ Syntaxis. *Circumire loca, & homines.*

CIRCVMEOR. *spolior.* 13. I. A. 20. Qui se totius belli fluctibus circumiri quàm illum progredi maluit.

*CIRCVMIECTVS, a, um. 2. de Diu. 62. Quod anguis domi vectem circumiectus fuisset. Alij Circumuectus legunt.

CIRCVMLIGO, a. *implico, complico.* 2. de Diu. 66. De Roscio potest illud quidem esse falsum, vt circumligatus fuerit angui.

CIRCVMLITVS, ta. *vnctus, & inductus.* 1. Tusc. 108. Cera circumlitus.

CIRCVMLVVIO, onis. 1. de Orat. 173. Alluuionum & circumluuionum iura.

CIRCVMPEDES, *serui.* 3. I. V. 92. Circumpedes homines formosi & literati. L. A PEDIBVS & PES.

CIRCVMPLECTOR, eris. *circumplico.* 13. I. A. 12. Qui domini patrimonium complexus quasi thesaurum draco, Agri Lucani possessiones occupauit. de Vniuers. 21. Eoque motu vndique est eos circumplexus.

CIRCVMPLICATVS, a, um. 1. de Diu. 49. Bellua vasta & immanis circumplicata serpentibus. & 79. Puer circumplicatus serpentis amplexu.

CIRCVMPLICO, as. *circumplector.* 2. de Diu. 62. Si anguis vectem circumplicasset.

CIRCVMPOTATIO, nis. *cùm pocula de manu in manum traduntur, & in circuitum redeunt.* 2. de Legibus. 60. Hæc præterea sunt in legibus de vnctura: quæ seruilis vnctura tollitur, omnisque circumpotatio.

CIRCVMRETITVS, a, um. *implicatus, impeditus, inuolutus.* 7. I. Ver. 149. Cum te implicatum seueritate iudicum, circumretitum frequentia populi Romani esse videam.

CIRCVMRODO, dis. *arrodo.* Att. lib. 4. ep. 5. Dudum circumrodo, quod deuorandum est.

CIRCVMVALLATVS, a, um. *obsessus, circumuentus, munitus.* Att. lib. 9. ep. 14. Mihi epistola affertur à Lepta, circumuallatum esse Pompeium.

CIRCVMVECTIO, nis. de Vn. 26. Solis circumuectio, &c. & At. lib. 2. ep. 16. Portorium circumuectionis.

CIRCVMVECTVS, ctus. 2. de Nat. 65. Æther qui tenero terram circumuectu amplectitur.

✠ ADIVNC. *Tener. 2. de Nat. deo.*

CIRCVMVECTVS, a, um. *circumductus, circumportatus.* 2. de Diu. 62. Si anguis domi vectem circumuectus fuisset.

CIRCVMVENIO, is. *decipio.* 6. I. Ver. 17. Tua me Messana circumuenit. pro Quin. Ros. 25. Quem per arbitrum circumuenire non posses.

CIRCVMVENIOR, ris. *capior, decipior.* de Cl. 48. Quia quasi committeret contra legem, quo quis iudicio circumueniretur. de Clar. 260. Circumuenior, inquit, iudices, nisi subuenitis. pro Quin. 95. Acerbum est ab aliquo circumueniri. 2. Offi. 51. Subuenire alicui, qui potentis alicuius opibus circumueniri vrgeriq; videatur.

✠ ADVERB. *Acutè, pro Flac. Indignè, Anteq. iret. &c.*

CIRCVNVENTVS, *deceptus.* Anteq. 11. & 16. Subito ipsi simili periculo circumuenti, &c. Ep. lib. 5. ep. 1. Nunc video illum circumuentum, me desertum. pro Cl. 79. & 9. Innocentem pecunia circumuentum esse. pro Clu. 30. Aliquem iudicio oppressum & circumuentum esse innocentem. 1. Tusc. 98. Aliquis iudicio iniquorum circumuentus.

☞ Syntaxis. *Vrgeri, & circumueniri. Opprimi & circumueniri.*

CIRCVNCIDO, dis. *amputo, reseco, demo, aufero.* 1. de Or. 65. Licet hinc quantum cuique videbitur, circuncidat atque amputet. 4. Acad. 138. Testatur sæpe Chrysippus treis solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus bonorum, circuncidit & amputat multitudinem. 5. de Fin. 39. Ars agricolarum quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.

CIRCVNCIRCA. *ab omni parte, vndique.* Ep. lib. 4. ep. 5. Cœpi regiones circuncirca prospicere. Sulpitij.

CIRCVNCISVS, a, um. 1. de Fin. 44. Amputata circuncisaque inanitate omni & errore. 6. I. V. 107. Locus omni aditu circuncisus atque diremptus.

CIRCVNCLVSVS, a, um. 1. I. C. 7. Mea diligentia circunclusus commouere te contra rempub. non potuisti. & 2. In Cat. 14. Si Catilina meis consilijs circunclusus pertimuerit.

CIRCVNDATVS, a, um. de Som. 15. Terra quasi quibusdam redimita & circundata circulis. pro Fl. 27. Regio, quæ insulis circundata esset. 2. de Diu. 134. Inuenit auri aliquantum, idque circundatum argento. 3. I. C. 2. Tectis omnibus subiectos propè iam ignes circundatosque restinximus. 3. Ver. 80. Obsessum te dicis, ignem allatum, sarmenta circundata.

CIRCVNDO, as. *cingo, sepio, vallo, stipo, circunsepio, circunfundo, vestio, circumueho, circumplico, circumligo, circumjcio.* 1. de Or. 264. Tu autem exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circundedisti. pro Quin. 36. Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circundedi. 5. Tusc. 59. Cum fossam latam cubiculari lecto circundedisset. Ep. lib. 15. ep. 4. Oppidum vallo & fossa circundedi. de Vniu. 18. Deus animum vestiuit corpore, & circundedit extrinsecus. & *ibidem.* 15. Deus totam figuram mundi omni lenitate circundedit. 4. I. C. 8. Cæsar illis horribiles custodias circundat. I. P. 93. Milites ignes circundederunt. 3. Ver. 69. Omnes ad eam domum profecti sunt, cædere ianuam saxis, ligna & sarmenta circundare.

☞ Syntaxis. *Terra redimita, & circundata circulis. Ignes tecta circundati. (datiuo casu.) Vide terram circundatam ab externo. &, hîc externum ignem circundatum: id est, adiectum. Dices ergo, oppidum fossa circundatum & oppido fossa circundata.*

CIRCVNDVCO, cis. 2. I. A. 102. Vt vexillum videres, & aratrum circunduceres.

CIRCVNFERO, fers. *circungesto.* 4. I. V. 104. Quæso codicem circunfer, ostende.

CIRCVNFEROR, ris. pro Cor. 11. Cum ipsius tabulæ circunferrentur, inspiciundi nominis causa. 3. de Or. 176. Sol circunfertur vt accedat ad brumale signum, &c.

CIRCVNFLO, as. 5. I. V. 98. Circunflari ab omnibus ventis.

CIRCVNFLVENS, tis. *abundãs.* pro Mur. 49. Circunfluente colonorum Aretinorum exercitu. de Am. 52. Circunfluens omnibus copijs. At. lib. 2. epist. 21. Ille noster amicus semper in laude versatus, circunfluens gloria. * de Cl. 203. Incitata & volubilis, ✠ nec ea redundans tamen, nec circunfluens oratio. ‖ Parad. 1. Cum viderem homines rebus his circunfluentes.

CIRCVNFLVO, is. *abundo.* 5. I. V. 9. Circunfluere & abundare omnibus rebus.

☞ Syntaxis. *Circunfluere gloria. Circunfluere, & abundare omnibus rebus, omnibus copijs.*

CIRCVNFORANEVS, a, um. *qui circum forum spaciatur venditans aliquid.* pro Clu. 40. Clodius pharmacopola circunforaneus, qui properaret, cui fora multa restarent. At. lib. 2. ep. 1. Tusculanum & pompeianum valde me delectant, nisi quòd me ære non Corinthio, sed hoc circunforaneo obruerunt.

CIRCVNFVNDO, dis, *ambio.* 2. de Nat. 17. Terram crassissimus circunfundit aer.

CIRCVNFVSVS, a. um. *circundatus.* de Som. 15. Terra circunfusa illo mari, quod Oceanum appellatur. de Vn. 16. Neque erant anima circunfusa extrema mundi. pro Mil. 72. Pomp. in illis publicorum præsidiorum copijs circunfusus sedet. 4. Aca. 122. Latent omnia crassis circunfusa tenebris. & 46. Circunfusus luce. * Aca. Latêt ipsa omnia magnis obscurata & circũfusa tenebris.

✠ ADVERB. *Vndique. 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Terram circunfundit. i. ambit aer. Circũfusus luce, tenebris.*

CIRCVNIICIO, cis. de Vn. 23. Sic animus à medio profectus, extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circuniecit.

CIRCVNGESTO, as. *circunfero.* Qu. Fr. lib. 1. ep. 2. Eam epistolam T. Catienus circungestat.

CIRCVNSCRIBO, bis. *definio, determino, concludo, constituo.* pro Rab. 30. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ.

CIRCVNSCRIBENDVS, da, dum. *condemnandus.* 13. I. A. 19. Parata de circunscribendo adolescente sententia consularis.

CIRCVNSCRIBENS, tis. *explicans.* 4. ad Her. 43. Circuitio est oratio, rem simplicem assumptam circunscribens elocutione.

CIRCVNSCRIBO, is. *describo, adumbro.* 5. de Fin. 23. In hunc orbem quem circunscripsimus, incidere non possunt.

¶ *Circundo, texo.* 8. I. A. 23. Virgula stantẽ circunscripsit, dixitq; vt responderet, &c. priusquã ex illa circũscriptione excederet. Oct. Cur immemor beneficij sui, sceleratè circunscribis.

¶ *Claudo, desino, termino.* 1. de Or. 70. Orator nullis terminis circunscribit aut definit ius suum.

¶ *Decido, refello.* 4. I. V. 149. Itaq; vno genere opinor circunscribere habetis in animo genus hoc oratorum, quod eos infenso animo venisse dicatis, quia fuerit in decumis iste vehemẽtior. pro Mil. 89. Senatus credo prætorem eum circunscripsisser.

CIRCVNSCRIBOR, ris. *terminor, definior, concipior.* pro Sest. 97. Sed genus vniuersum breui circunscribi ac definiri potest. de Or. 200. An tẽ enim circunscribitur mente sententia, cõfestimq; verba concutiunt.

✠ ADVERB. *Sceleratè ad Octa. Breuiter. pro Sest. numerosè, in Pari.*

CIRCVNSCRIPTE, *definitè, paucis, breuiter.* 2. de N. 147. Singulas res definimus, circunscripteq; complectimur. in Or. 221. Circunscriptè numero seq; dicere. *ibid.* Circunscriptè disserere.

CIRCVNSCRIPTIO, onis. *definitio, circuitio.* 1. de Nat. 21. Æternitas, quam nulla temporis circunscriptio metiebatur. de Cl. 34. Natura ipsa circunscriptione quadam verborum comprehendit concludit; sententiam.

¶ *Fraus & deceptio.* pro Clu. 46. Cum omnis ab his fraus, omnes insidiæ circunscriptionesq; adolescentium nascebantur. 3. Offi. 61. Circunscriptio adolescentium lege latoria erat vindicata. pro Fla. 74. Aperta circunscriptio.

¶ *Periodus.* Or. 204. Circunscriptio etiam periodum significat. L. PERIODVS.

✠ ADIVNC. *Aperta. pro Flac.*

CIRCVNSCRIPTOR, oris. 2. in Cat. 7. Quis testamentorum subiector? qui circunscriptor inueniri potest? qui se, &c.

CIRCVNSCRIPTVS, a, um. *terminatus, vexatus, sublatus, clausus.* de Or. 38. Argenti certi; & circumscripti verborum ambitus. ad Her. en lib. 4. 31. Demus operam, Quirites, ne omnino Patres conscripti circunscripti putentur. Att. lib. 7. epist. 9. Si fortè Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum incitans, notatus, aut Senatus consulto circũscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit, &c. 2. de Or. 67. Assumamus quoque eam partem, sed ita vt sit circumscripta modicis regionibus. 1. de Ora. 52. Quasi certarum rerum forensibus cancellis circunscripta scientia. pro Arch. 29. Spacium vitæ circumscriptum. 3. Ver. 43. Quamobrem omni tempore Syllano ex accusatione circunscripto, legationem eius præclaram cognoscite. 4. Acad. 46. Fallacibus & captiosis interrogationibus circunscripti atque decepti quidam, &c. 3. de Fin. 31. Circunscriptis igitur his sententijs, quas posui, & his quæ similes earum sunt. *id est, sublatis, inductis, obliteratis.* Para. 2. Exilium terribile est illis, quibus circunscriptus est habitandi locus. pro Arch. 29. Si quibus regionibus vitæ spaciũ circunscriptũ est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas. 6. In Ant. 5. Ille se fluuio Rubicone. c c. mil. circũscriptũ esse patiatur?

☞ Syntaxis. *Circunscriptus, atque deceptus, Circunscribere aliquem, oppidum, exercitum, Magistratum, sententias.*

CIRCVNSECO, cas. *circuncido.* pro Clu. 180. Serrula, qua illud potuit circunsecari.

CIRCVNSEDENDVS, a, um. Att. li. 10. ep. 3. Qui filios miserunt ad Cn. Pompeium circunsedendum.

CIRCVNSEDEO, es. *circunsideo, obsideo, circunuenio.* 5. in Anton. 27. Ne coloniam circunsedeat. 6. I. A. 3. Cum Antonius Brutum oppugnet, Mutinam circunsedeat. & 7. in Ant. 21. Qui Mutinam circunsedent.

CIRCVNSEDEOR, ris. pro Deiot. 25. Cæsarem in castello circunsederi. 4. ad Heren. 34. Circunsederi ab hostibus. Att. lib. 14. ep. 9. Cum ab eo Catilius circunsederetur. 2. I. A. 19. Senatum ab Ithyreis circunsederi. Ep. lib. 8. ep. 1. Ipsum apud Bellouacos circunsederi intercluſum ab reliquo exercitu. Att. lib. 15. ep. 10. Circunsedemur omnibus copijs.

☞ Syntaxis. *Circumsedere oppidum. Ab hoste circunsederi. Intercluſum circunsederi.*

CIRCVNSEPIO, pis. *circundo.* Oct. Cohortib. armatis circunseptus Senatus. de Ar. 45. Vos ijsdem ignibus circunsepti.

CIRCVNSESSIO, onis. *obsessio.* in Verr. act. 3. 83. Circunsessionis causam & culpam in alios transferre.

CIRCVNSESSVS, a, um. *circundatus.* ‖ 3. Ver. 83. Circunsessus ✠ Lampsaci. 4. I. C. 3. Horum hominum lacrymæ, à quibus me circumsessum videtis. 12. I. A. 24. Semel circumsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens, &c. Oct. Consul ab Antonio circunsessus.

CIRCVNSIDEO, des. *circumsedeo, obsideo.* Att. lib. 9. ep. 14. Populi Rom. exercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossa & vallo septum tenet. 5. in Anton. 24. Antonius circunsedit Mutinam. 3. in Verr. 82. Populus qui te circunsedit.

CIRCVNSIDEOR, ris. 2. de Inuen. 72. Quidam imperator ab hostibus circunsidebatur.

CIRCVNSISTO, *circundo.* 7. I. V. 141. Lictores circunsistunt valentissimi.

CIRCVNSONO, as. 3. Offi. 5. Conducere arbitror talibus aures tuas vndique circunsonare.

CIRCVNSPECTIO, onis. *accurata consideratio.* 4. Acad. 35. Sin ex circumspectione aliqua & accurata consideratione quod visum sit, id se dicent sequi, tamen exitum non habebunt.

CIRCVNSPECTANS, tis. 4. ad Her. 62. Iste aspectu rabido circunspectans huc & illuc. 1. Tusc. 73. Dubitans, circumspectans, hæsitans.

CIRCVNSPECTO, as. *circunspicio.* 2. de Nat. 126. Bestiæ in pastu circunspectant, in cubilibus delitescunt. I. P. 99. Circunspectat omnia, quicquid increpuerit, pertimescit, diffidit rebus suis.

CIRCVNSPECTVS, ctus. 12. in Ant. 26. Facilis est circunspectus vnde exeã, quò progrediar, quid ad dextram, quid ad sinistrã sit.

CIRCVNSPICIENDVS, a, um. *aduertendus, prospiciendus.* 1. Off. 59. Hec igitur circunspicienda sunt in omni officio, &c. Qu. Fr. 2. lib. 1. ep. 1. Sed est circunspiciendum diligenter, vt in hac custodia prouinciæ omnes ministros imperij tui reip. præstare videare. 2. de Or. 301. Multa in causis circunspicienda sunt, ne quid offendas, ne quò irruas.

CIRCVNSPICIO, cis. *aduerto, perpendo. agnosco, omnia oculis collustro, accuratè considero.* Ep. lib. 5. ep. 13. Circunspice omnia membra reip. quæ notissima sunt tibi, &c. ‖ 2. de Nat. 140. Oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent ex quo plurima conspicientes. *aliàs* circumspicientes fungantur suo munere. 2. de Diu. 72. Ille autem suspicit, nec circunspicit. pro Qu. 96. Omnia circunspexi, omnia periclitatus sum, &c. 1. Contra Rul. 23. Vt circunspiciamus omnia, quæ populo grata sunt, nihil tã populare quàm pacem reperiemus. pro Syl. 70. Circunspicite paulisper mentibus vestris hosce ipsos homines, qui, &c. 2. Cont. Rul. 44. Atque illud circunspicite vestris mentibus, &c. Parad. 4. Nunquam homo amentissimè te circunspicies? nunquam quid agas, considerabis. 4. I. C. 4. Quare P. C. incũbite ad salutem reip. circunspicite omnes procellas, quæ, &c. de Orat. Conuerte animum, & ea ipsa artium genera circunspice. pro Qu. R. 55. Vsque adeone te diligis? & magnificè circunspicis? vt, &c.

✠ ADVER. *Celeriter animo, 2. de Leg. diligenter. ep. 1. ad Qu. Fra. Diligentissimè, 4. Acad. Magnificè. pro Q. Rosc. Paulisper. pro. Pub. Syl.*

CIRCVNSPICIOR, ris. Ora. 79. Quid deceat, circunspicietur.

CIRCVNSPECTVS, a, um. *animaduersus*: Ep. li. 1. ep. 9. Circūspectis rebus omnibus, rationibusq; subductis, summam feci, &c.

CIRCVNSTANS, tis. *proximus.* 4. ad Her. 68. Si à rebus consequentibus, aut circunstantibus non recedemus.

CIRCVNSTO, as. *circundo, circunsisto.* 10. I. A. 20. Noctes & dies omnia nos vndique fata circunstant. 2. I. V. 52. Circunstant te summæ autoritates, quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant. 1. I. C. 21. Cæteri ciues qui circunstant senatum. Att. lib. 1. ep. 13. Credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse, quæ consurrectio iudicum facta sit, vt me circunsteterint, vt apertè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. 1. I. C. 32. Desinant insidiari domi suæ consuli, circunstare tribunal prætoris vrbani, obsidere cum gladijs curiam. 4. Acad. 89. Ceruleæ incinctæ igni incendunt, circunstant cum ardentibus tædis.

☞ Syntaxis. *Circunstant nos fata omnia: id est, ærumnæ. Illum circunstant autoritates. Circunstare Senatum, id est, stare circa Senatores.*

CIRCVNVESTIO, stis. 3. de Orat. 156. Quando quidem iste circunuestit dictis, sepit sedulò: *id est, occultat ne id quod agitur, possit intelligi.*

CIRCVEO, is. *circumeo.* pro Cec. 94. Cecinna cum circūiret prædia, venit in istum fundum. Ep. li. 10. ep. 30. Cùm equites nostrū cornu circuire vellent. Att. li. 15. ep. 24. Sed tamē Antonij consilia narrabat, illum circuire veteranos vt acta Cæsaris sancirent.

CIRCVEOR, iris. *circumuenior.* Ep. lib. 10. ep. 30. Milites ab equitatu circuibantur.

CIRCVS, ci. *campus in quo populus ludos spectans considebat, circulus.* 2. de Leg. 38. Ludi publici sunt cauea circoq; diuisi. pro Mur. 72. Vt locus in circo & in foro daretur amicis & tribulibus. & *ibid.* 73. Qui in circo totas tabernas tribulium causa comportarunt. 2. I. A. 110. Nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? Att. lib. 1. ep. 11. Res agebatur in circo Flaminio. 1. de Diu. 55. Seruus per circum cùm virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. in Ara. Candens circus: *id est, lacteus, circulus.*

✠ pro Sest. 33. Iidem Consules, quos nemo est, qui non modò ex memoria, sed etiam ex fastis euellendos non putet, pacto iam fœdere prouinciarum, producti in circo Flaminio in concionem ab illa furia, ac peste patriæ, maximo cum gemitu vestro, illa omnia quæ tùm contra me, contráque Remp. dixerat, voce ac sententia sua comprobauerunt. pro Planc. 55. Illud vero crimen de nummis quos in circo Flaminio deprehensos esse dixisti, caluit re recenti. postq. In Senat. 16. Tu es ausus in Circo Flaminio productus cum tuo illo pari dicere, te semper misericordem fuisse?

CIS. *citra.* Ep. lib. 3. ep. 8. Diœceses, quæ cis Taurum sunt. Att. lib. 7. ep. 2. Quò ad hostis cis Euphratem fuit.

CISALPINVS, na. pro Pomp. 35. Cisalpina Gallia.

CISIVM, sij. *genus vehiculi, quo quis citissimè vehatur.* pro Sex. R. 19. Hic decem horis nocturnis, sex & quinquaginta millia passuum cisijs peruolauit. ‖ 2. Phil. 77. Inde cisio celeriter ad vrbem vectus, domum venit capite inuoluto.

CISTA, æ. *fiscina, canistrum, arca.* 5. in Ver. 197. Quaternos H-S. quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cista transferam ex fisco. 1. ad Her. 21. Pontes disturbat, cistas deijcit.

CISTELLA, læ. 1. ad Her. 21. * Ille nihilominus cistellam deferre. alias sitellam.

CISTOPHORVS, ri. *Asiatici nūmi genus.* Att. li. 11. ep. 1. Ego in cistophoro in Asia habeo ad H-S. bis & vicies. & pro Dom. 52. Vt ✠ si in Asia cistophorum flagitaret, &c. ‖ Att. lib. 2. ep. 6. Scripsi ad Quæstores vrbanos de Qu. Frat. negotio vide Quid narrent & quę spes sit & denarij: an. Cistophoro Pompeiano iaceamus. *ibid.* ep. 16. Quæstores autem quæso, num etiam de cistophoro dubitant?

✠ ADIVNC. *Pompeianum. 2. Att.*

CITARINI. *populi, qui apud Plinium Citarij.* 5. I. V. 103.

CITATVS, a, um. *in ius vocatus.* pro Dom. 46. Qui neque adesse sit iussus, neque citatus. 3. in Verr. 19. Quo die primùm iudices citati consedisti. 1. in Verr. 41. Quo die citato reo mihi dicendum est. pro Dom. 83. Ego, qui nunquam sum à Trib. pl. citatus. pro Clu. 49. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, vt re semel atque iterum præiudicata condemnatus in iudicium venerit.

✠ 5. In Ant. 14. Citatus Iudex.

CITERIOR, is. *propinquior.* 3. de Leg. 4. Atq; vt ad citeriora & notiora nobis veniam, omnes gentes, &c. Ep. lib. 2. ep. 12. Solicitus equidem eram de rebus vrbanis, ita tumultuosæ conciones Quinquatrijs afferebantur: nam citeriora nondum audiebamus. 5. Tus. 71. Hæc ille intuens, &c. quanta rursus animi tranquillitate humana & citeriora considerat: de Pro. 36. Gallia citerior.) (. *Gallia vlterior.*

CITERIS, dis. *famosa mulier.* Ep. li. 9. ep. 26. M. Antonius à Citeride ✠ amica. ‖ Att. li. 10. ep. 12. Hic tamen Citheridem secūm lectica aperta portat, altera vxorem. *alij Cytheris legunt.*

CITHERIVS, a, um. *vocatur Antonius quod Citheridem meretricem adamauerat.* Att. lib. 15. ep. 22. Certè si pergit, bellum paratum est. Hic autem noster Citherius nisi victorem neminem victurum.

CITHARA, æ. *lyra.* 4. ad Her. 60. Citharam tenens exornatissimam, auro & ebore distinctam.

CITHARISTA, æ. *qui cithara tantùm pulsat, non canit.* 3. I. V. 53. Aspendius citharista. 5. I. A. 15. Saltatores, citharistæ, & cæt. 2. de Diuinat. 133.

CITHAROEDVS, di. *qui cithara pulsat & canit.* 5. Tus. 116. At vocem citharœdi non audiūt, ne stridorē quidem ferræ, tum cum acuitur. pro Mur. 29. Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerunt. 2. de Or. 325. Tanquam citharœdi procœmium affictum, non sit orationis exordium.

CITIVS, a. 5. Tusc. 34.

CITIAS, atis. 4. de Fin. 56. Postea tuus ille Pœnulus (scis enim Citiatas clientes tuos à Phœnicia esse profectos.) *Hæc est vera eius loci lectio.*

CITIMVS, siue CITVMVS, a, um. *proximus, superl.*)(*Vltimus.* de Som. 8. Luna vltima cœlo, citima terris. & de Vniu. 22. Hanc autem citimam à media linea direxit ad lœuam. de Repub. li. 1. teste Nonio, Quare, si placet, deduc orationem tuam de cœlo ad hæc cituma.

CITIVS, *ocyus, prius tempore.* 1. Offi. 59. Vt vicinum citius adiueris, quàm fratrem, &c. 1. de Or. 174. Citius hercule is, qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit, in Euxino ponto Argonautarum nauē gubernabit. 2. I. A. 25. Citius dixerim iactasse se aliquos, &c. quàm vt quisquam cælare vellet. Att. lib. 2. ep. 10. Orbis hic in rep. est conuersus, citius omnimo quàm potuit, id culpa Catonis. 4. Tus. 81. Citiusq; repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. 6. I. V. 59. Vox me citius defecerit, quàm nomina. Ep. lib. 3. ep. 10. Ego autem citius cum eo veterem coniunctionem diremissem, quàm nouam ✠ conciliassem. ‖ & lib. 5. ep. 2. Citiusque amore tui fratrem tuum odisse desinam quàm illius odio quidquam de nostra beneuolentia detrahatur.

¶ *Potius, ac verius, aptius ratione.* de Cl. 238. Eam citius veteratoriam quàm oratoriam dicores.

CITO. *celeriter, maturè, quam primùm, sine mora, breui tempore, quàm mox.* (. *Tarde.* Ep. lib. 9. ep. 3. Puto citò me ad te esse venturum. Att. li. 3. ep. 27. Ego te, vt scribis, citò videbo. Ep. li. 16. ep. 20. Si diligentiā, quā instituisti, adhibueris, citò firmus eris. At. li. 4. ep. 2. Orationē tibi, etiāsi non desideras, mittam citò. de Cla. 264. Sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim. & *ibid.* 265. Quam tu non tam citò rhetorem dixisses, quàm politicon. 3. de Orat. 144. Qui non citò quid discit, nunquam omnino posse perdiscere.

CITO, as. *in ius voco. adesse iubeo, diem alicui dico, laudo, nomino.* pro Fl. 34. Citat præco maxima voce legatos Aemonenses. 1. de Nat. 95. Tu ipse paulo antè cum tanquam senatum philosophorum citares, summos viros desipere dicebas. 4. I. Verr. 146. Primùm igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo. 4. I. Ver. 98. Citat reum, non respondet: citat accusatorem, &c.

CITOR, aris. 2. de Fin. 18. Omnes Danai aut Nycenenses Attica pubes reliquique Græci, qui hoc Anapæsto citantur. pro Rab. 31. Omnes hi abs te capitis C. Rabirij nomine citantur: *id est accusantur.* pro Sest. 35. Cum equester ordo reus à cōsule citaretur. Anteq. 6. Non citatur reus audaciæ, virtutis reus citatur. 1. Offi. 75. Citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ. postq. In Sen. 31. Nominatimque alij citabantur, alij relegabantur. 2. de Fin. 62. Cum datis testibus, alij tamen citarentur. pro Mil. 51. Tota denique rea citaretur Hetruria.

✠ ADVER. *Nominatim. postq. in Senat.*

☞ Syntaxis. *Citare in iudicium, & extra, vt autores. Capitis aliquem citare. Citatur ille reus. Nominatim citare.*

CITRA. *cis.* Ep. li. 16. ep. 2. Is locus est citra Leucadem stadia. cxx. Att. li. 16. ep. 7. Erat tum Brutus cum suis nauibus apud Heletem fretum citra Veliam. 6. I. A. 5. Vt exercitum citra flumen Rubiconem educeret. Or. 58. Vocis sonus non est à postrema syllaba citra tertiam.

CITREVS, a, um. *vt, Mensa citrea.* 6. I. V. 37.

CITRO, L. VLTRO CITRO´QVE.. (grauis.

CITVS, a, um. *celer, maturus.* 3. de Orat. 204. Vox cita, tarda, acuta,

CIVARO, onis. *oppidum.* Ep. lib. 10. ep. 23.

CIVICVS, a, um. pro Plan. 72. At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, vt coronam & dent ciuicam, & se ab aliquo seruatos esse fateantur, & I. P. 6. Corona ciuica.

CIVILIS, le. pro Font. 16. Crassus ex ciuilibus studijs absque obtrectatione domestica Marcello inimicus. 1. de Off. 148. Aliquid contra morem consuetudinemque ciuilem facere. At. li. 7. ep. 13. Ciuile bellum, quod ex ciuium dissensione oriatur. pro Cec. 74. Ciuilis ac publica lex. 1. in Ver. 18. Ciuilis actio & priuatum ius. 1. de Orat. 193. Ius ciuile. & 7. I. A. 8. Pax ciuilis. 1. de Inuen. 6. Ciuilis ratio multis & magnis ex rebus constat: *id est, politia,* pro

Deiot.31.Ciuilis victoria.pro Mil.36.Ciuile odiū.Ep.li.15.ep.15. Ciuilis sanguinis odio.de Nat.lib.2.78.Quasi ciuili conciliatione & societate inter se coniunctos.Ep.lib.11.ep.28.At pro ciuili parte debeo Remp.velle saluam.Matij.Att.lib.14.ep.22.A ciuilibus castris abhorrere.L. POLITICVS.

☞ Syntax.*Ciuile studium,consuetudo,mos,bellum,lex, pax, ratio,sanguis,conciliatio,castra.Pro ciuili parte debeo Remp.saluam velle.*

CIVILITER. *ex iure ciuili.* 1. Offi. 38. Vt cum ciuiliter contendimus. * Frag. ep. Philosophiæ quidem præcepta noscenda, viuendum autem ciuiliter.

CIVIS,uis.*municeps,popularis,liber.* ‖ *Admonendos duximus eos, qui* ✠ *conterraneos,meos,cōpatriota & conciuis dicere consueuerunt,postrema duo barbara esse. Conterraneum vero, apud Plin. vocari qui eiusdem est terræ aut regionis,quem Cicero sæpe popularem vocat,Qui vero eiusdem est ciuitatis. Ciuem suum vocasse Ciceronem.* pro Flac. 8. Ciuis amantissimus Reipub.10.ad Att.ep.9.Cæsaris,Vir quietus & ciuis bonus.1. Offi.86. Grauis & fortis ciuis, & in Republica principatu dignus, bella biuilia fugiet atque oderit, tradetque se totum Reip.neque opes aut potentiam consectabitur:totamque eam sic tuebitur,vt omnibus consulat. de Rep. lib. 4.teste. Nonio,In ciue excelso atque homine nobili,blanditiam,ostentationem,ambitionē eam esse leuitatis.4. Tus.42.Ciuis improbus.2.in Catil.12.Perditus ciuis.pro R.P.22. Equus Rom. ex hac vrbe,ciuis huius Reip.10.Fam.ep.32. Pollionis, Ciuis Romanus sum.2.Off.49.Ciuis seditiosus & inutilis.pro Corn.Balb.55. Romani ciuis. 2. Offi. 83. Ciuis boni summa ratio & æquitas est, commoda ciuium defendere,non diuellere,atque omnes æquitate eadem continere.3.de Leg.11.De ciuis capite,nisi per maximum comitiatum, ollosque, quos censores in populi partibus locassint,ne ferunto.10.ad Att.epist.9.Cæsaris, Quid ciui bono magis conuenit,quàm abesse à ciuilibus controuersijs,10.Fam. Planc.ep.9.Nihil ciui,aut serò,aut exiguè à patria tributum potest videri. 1. de Leg. 61. Cùm se non popularem alicuius loci ciuem,sed totius mundi agnouerit. pro Corn. Bal. 30. Asciscere ciuem.6.Vert.74.Apud Segestanos repertum esse Iudices scitote neminem, neque liberum, neque seruum,neque ciuem,neq peregrinum, qui illud signum auderet attingere. 4. Acad. 176. Postremò solum ciuem,solum liberum: insipientes omnes peregrinos,exules,seruos,furiosos,&c.3.Offi.47.Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit,rectum est non licere.9.ad Att.ep.22. Ciues boni,amantes patriæ.1.in Catil.29. Summi viri & clarissimi ciues. 1.de Fin. 10. Debeo profectò, quantumcunque possum, in eo quoque elaborare, vt sint opera, studio, labore meo doctiores ciues mei.2.de Diu.6.Dabunt igitur mihi veniam mei ciues,vel gratiam potius habebunt,quòd,&c.pro Mil.94. Valeant,inquit Milo,valeant ciues mei,sint incolumes,sint florentes.1.in Catil. 17.Serui mehercle mei si me isto pacto metuerent,vt te metuūt omnes ciues tui:domum meam relinquendā putarē.pro Dom. sua.77. Ciues Romani inuiti ciuitatem aut libertatē non amittebant.Acad.q.ed.1.li.2.13.Ciues seditiosi.1.in Catil. 33. Tum tu Iupiter,&c.nunc & huius socios à tuis aris, cæterisq; templis, à tectis ac mænibus.à vita, fortunisq; ciuium omnium arcebis.1. in Catil.29. Certè verendum mihi non erat, ne quid hoc parricida ciuium interfecto,inuidiæ mihi in posteritatem redundaret.1.in Catil.28 Tenere iura ciuium.pro R.P.33.Neque ego,cui omnis ciuium libertas charissima fuisset,meam proiecissem.7. Ver.146.Ceruices in carcere frangebantur indignissimè ciuium Romanorum,vt etiam illa vox & illa imploratio,Ciuis Romanus sum,&c.1.in Catil.28.Salutem ciuium negligere.8.ad Attic. ep.11.Ciuium beata vita moderatori Reipublicæ proposita est. Att.li.9.ep.12.Inferre famem ciuibus.11.Fam.Matij.ep.28. Ciuibus victis vt parceretur.1.Offi.53.Ciuibus multa inter se sunt cōmunia,forum,fana,porticus,viæ,leges,iura, iudicia, suffragia, consuetudines:præterea & familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ.2.de Diu. 1. Tradere vias optimarum artium ciuibus.1. Fam. ep. 9. Ciues in Repub. tales esse soere,quales sint principes.ad Lentul.li.1.ep.9.Quòd meos ciues, & à me conseruatos, &c.seruis armatis obijci noluerim. 2. in Catil.2.Incolumes ciues relinquere.pro Mil.37. Facinorosorum armis meos ciues meis consilijs periculisque seruatos pro me obijci nolui.3.de Nat.deor.39. Quos quasi nouos & adscriptitios ciues in cælum receptos putant.6.Ver. 74. Colebatur à ciuibus, ab omnibus aduenis visebatur.

✠ ADIVNC. *Acerrimus.Constantissimus atq; Clarissimus,posteri,1.Phil. Alacres pacis,Impij & audaces, & facinorosi tolerabiles,12.Phil. Alienissimi,Crudelis in calamitate melior. Seditiosus, Seditiosus & turbulentus, Turbulenti & mali,2.de Orat. Amantissimus, reipub.electissimi & amplissimi, fortes, lectissimi & amplissimi, Nobilissimi pro Flac. Amicissimus Inutilissimus,1.de Inuent. Amicissimi & acerrimi, boni & singulares,pestiferi,supplicioque digni,1.de Orat. Amplissimi,Gratiosi,atque fortes,Grauissimi, & sapientissimi, Indemnati & incolumes.pro Cornel. Amplissimi & clarissimi,clarissimus,egregius, dissimilisque,fortis, & constans in optima ratione,improbi ac scelerati, incolumis,Optimus,perdissimus, Scelerati ac nefarij.pro Dom.sua ad pont. Amplissimi ac sapientissimi, clarissimi atque optimè de repub. meriti, Inuictus, multi & optimi,de Arusp. resp. Antiqui, Orat. Antiquissimus, partim improbi,partim inuidi,Nouus.pro Cæc. Audaces,audaces & mali,& pernicioſi,boni & fortes, calamitosus.Clarissimi,clarissimi & grauissimi, florentissimus, florentissimi & de salute patriæ bene meriti, fortis,fortissimi & clarissimi,fortissimi atque optimi,fortissimus ac summus, Improbi, importunus, indemnati, leues & audaces & mali & pernicioſi,multi & fortes, Optimi & fortissimi, perditi, perditus & pestifer,præstantissimus.Sceleratissimi.pro Sest. Audacissimi, Grauis & fortis in republica, dignus principatu. meliores, meliores, vtilioresque, reipub. studiosus & inutilis. 1. Offi.Bonus,Optimi & clarissimi.8.Att. Bonus & optimi, cuiusque cupidus, Seditiosi, sceleratique. Turbulentus.pro Cæl.Bonus,Clarissimus & fortissimus, fortissimi,Summus.& clarissimus, Turpissimus atque improbissimus.In Vat.Boni & vtiles.reipub. Noui,perniciosus, impius, audax,facinorosus sceleratus,libidinosus,)(Sanctus temperatus,innocens, modestus, temerarius,aut crudelis,8.Phil.Captiui,3.Tusc. Carissimus. reip.10. Phil. Clarissimus atque inuictissimus. Optimi & amicissimi alicuius,In Piso.Clarissimi & sapientissimi,Improbissimi.Optimi,& ornatissimi, optimus & alicui amicus,potentissimus & clarissimus.pro Planc. Clarus salutarisque reipub. firmissimi & fortissimi, fortissimus & constātissimus, Amicissimusque reipub. Grati,Sceleratus & perditus,5.Phil.Clementes, Grauis,11. Fam. Constans & fortis, & imprimis molestus, Constantissimus in rebus optimis, egregius & non indisertus,Grauis tum etiam eloquens, indisertus, Ingenuus,præstantes.princeps, turbulentus, sed tamen eloquens, de Clar. Crudelis,dignus aliquo negotio, honestissimus atque innocentissimus.7.In Ver.Detestabilis, Impij,Sceleratique,infimi,præditus pari voluntate,13. Phil.Dissimillimi, impij singularis. 2. Phil. Doctiores, excellens,1.de Fin.Egentes & facinorosi,fortes & boni, Incolumes,florentes & beati,ingrati, miseri & de rep. optimè meriti, perditissimi, Scelerati, Sceleratus & pernicioſus,Salutaris & mansuetus,timidus, & omnia circumspiciens pericula. pro Mil. Egregij, Scelesti, in Salust.Egregius.pro Mur.Egregius,& paratissimus ad ea quæ timentur propulsanda.5.Attic. Excellentes,14. Philip.Fidelissimi atque optimi,4. Philip.fortiores,7. Fam.fortis atque innocens,pro Font.fortissimus atque innocentissimus, memor sui nominis,imitatorque maiorum, Impij. pro caritate reipub. nimium multi, pro multitudine benè sententientium admodum pauci, Optimi,)(sceleratissimi,3. Philip. Fortissimus & ad omnia paratissimus.impij & dissimillimi,10.Fam.Frequentes,2.Ver.Immemor patriæ,inimicus dignitatis,6. Phil.Improbus.pro Rab.Incolumes, locupletiores, & meliores. Prouidi,2. In Catil. Innumerabiles. Turbulenti,pernitiosi,seditiosi,1. Phil.Integri & incolumes. Infimus,5.Ver.Ingratus & iniustus.pro Marcel. Innocens,vtilis.pro Cluent. leuis & popularis)(constans seuerus & grauis,de Amic.locupletiores.plurimi,veteres,4.Ver. Maior, Nobilissimus & constantissimus, Optimus & de Repub.Optimè meritus, præstantissimi. Sceleratissimus,Postquam ad Quir.Mal.2.Fam.& pro*

Sex.Rosc.Malus atque inutilis,2. de Inuen.Memor atque gratus,multi salui,liberique,9. Fam.Mirificus,8. Fam Nefarij,7. Phil. Nobilissimi,2. de Diu. Noui & adscripticij.3.de Nat.Noxius,Optimus & grauissimus, popularis,salutaris,sapiens,Seditiosus atque improbus. 3.de Leg.Optimus & fortissimus.12.Fam.Ornatissimus. pro Syll.pestiferi supplicioque digni,1. de Orat. Pij in parentes.3. Officio. præstans,1.de Diu.prudentissimus, sceleratus.ep.ad Brut.Salui sapientes.Summi,1. Famil. Seditiosi.4.Acad.Soliciti.4.Tusc.vniuersi.2.Offi.

☞ Syntaxis.*Ciuis Reip:amantiss.grauis,bonus,fortis,excelsus,improbus,perditus,seditiosus,inutilis,popularis,clarissimus,nouus,aductitius.*

CIVITAS,tis.*ciuium multitudo vnum in locum congregata, libertas.* pro Sest.91.Conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominauerunt.de Som.Scip.4. Concilia cœtusque hominum iure sociati,quæ ciuitates appellantur.4.Academic.137.Ego tibi prætor esse non videor,quia sapiens non sum,nec hæc vrbs, nec in ea ciuitas.& *ibid.* Et Roma vrbs,& eam ciuitas incolit. pro Muræna.47.Homines in suis ciuitatibus & municipijs gratiosi.pro Syl.28.Etenim in qua ciuitate res tantas gesserim, memini,& in qua vrbe intelligo.1.de Ora.86. Instituere ciuitates, scribere leges.pro Flac.74. An honestior est ciuitas Pergamena, quàm Smyrnæ. pro Cor. 28. Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest. pro Cec. 100. Cum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo esse possit,tum amittitur hæc ciuitas: denique cùm is qui profugit, receptus est in exilium: hoc est, in aliam ciuitatem.2. de Leg.5. Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus.pro Ar.7.Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis,si qui fœderatis ciuitatib. ascripti fuissent, si tum cùm lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent,& si 60.diebus apud prætorem essent professi. & *ibid.* 6. Heraclea, quæ esset ciuitas æquissimo iure.pro Dom.68.Nemo ciuis Rom.aut ciuitatem, aut libertatem potest amittere,nisi ipse autor sit factus. & 77. Nemo ciuitatem populi iussu vnquam amittet inuitus.pro Cor.24. Seruos bene de rep. meritos per sæpe libertate, id est, ciuitate publicè donari vidimus.& 5.Is furatus esse ciuitatem,genus suum ementitus, irrepsisse in censum dicitur. & 30. Defendo nullam esse ex omni regno terrarum,ex qua nobis interdictum sit,vt ne ascisscere ciuem, aut ciuitate donare possimus.& *ibid.* 31. Ne quis inuitus ciuitate mutetur, neue in ciuitate maneat inuitus. pro Ar.22.Ergo illum maiores nostri in ciuitatem receperunt.2. de Leg.5.Cato in ciuitatem Romanam susceptus est.de Cl.79. Donare aliquam ciuitate.pro Corn. 30. Perdere ciuitatem. Dicare se in aliquam ciuitatem.L. DICO,as.pro Arc. 9.Largiri ciuitatem alicui.& *ibid.*10.Impartiri ciuitatem cuipiam. pro Cec. 99. De iure ciuitatis & libertatis, deque amittenda & ciuitate & libertate.& 100.& 101.& 102.& pro Dom.77.78.& 79. * Con. C. Anton. Qui in sua ciuitate cum peregrino negauit se iudicio æquo certare posse.in L. Pison. In eam ciuitatem ascendit. 3. de Nat. Deor. 50. In plerisque ciuitatibus intelligi potest virorum ✠ fortium memoriam consecratam. ‖ 1. Offi. 88. Tamen ita probanda est mansuetudo,atque clementia,vt adhibeatur Reipub. causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest. Att. lib.2.ep.20. Nunc quidem nouo quodam morbo ciuitas moritur, vt cum omnes quæ sunt acta, improbent, quærantur doleant,varietas in re nulla sit,aperteque loquantur, & iam clare gementi tamen medicina nulla afferatur. 2.ad Quin.Frat.epist. 14. Summum otium forense, sed senescentis magis ciuitatis, quàm acquiescentis.3.de Leg.30. Vt enim cupiditatibus principum,& vitijs infici solet tota ciuitas:sic emendari & corrigi continentia.*ibid.*15.Sed quoniam regale ciuitatis genus, probatum quondam,postea non tam regni,quàm regis vitijs repudiatum est,nomen tantùm videbitur regis repudiatum,res manebit, si vnus reliquis omnibus magistratibus imperabit.de Clar.332. Tu tamen(& si cursum ingenij tui, Brute, premit hæc importuna clades ciuitatis) contine te in tuis perennibus studijs & effice id,quod iam propemodum,vel plane potius affeceris,vt te diripias ex ea quam ego congessi in hunc sermonem turba patronorum.7.In Ver.161.Hac se commemoratione ciuitatis,omnia verbera depulsurum, cruciatumque à corpore deiecturum arbitrabatur 5.In Ver. 56. Huic homini,iudices, honestissimæ ciuitatis honestissimo, non modo frumenti scitote, sed etiam vitæ & sanguinis tantum relictum esse, quantum Apronij libido tulit.3. de Leg. 32. Idque haud paulò est verius, quam quod Platoni nostro placet,qui musicorum ait cantibus mutatis,mutari ciuitatum status: Ego autem nobilium vita, victúq; mutato, mores mutari ciuitatum puto.Quo perniciosius de Repub. merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiant ipsi,sed ea infundunt in ciuitatem. 7.Att. ep. 3. De sua potentia dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis Att. lib.4.ep. 16. Amisimus (mi Pomponi) non omnem modo succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem ciuitatis. 6. In Ver. 76.Circum omnia prouinciæ fora rapiebat: singillatim vnicuique calamitati fore se denunciabat: vniuersam se funditus illam euersurum esse ciuitatem minabatur.Ep.lib.13.ep.36. Cumque propter quosdam sordidos homines qui Cæsaris beneficia vendebant, tabulam in qua nomina ciuitate donatorum incisa essent reuelli iussisset. eidem Dolabellæ, me audiente Cæsar dixit,nihil esse quod de Mega vereretur.&c. Epist. lib.15. ep.21. Nam vt illa omittam,quæ ciuitate testè fecisti,&c. *ibidem.*lib.5. ep.17.Cogitaresque, & in nostra ciuitate, & in ceteris quæ rerum potitæ sunt, multis fortissimis atque optimis viris,iniustis iudicijs,tales casus incidisse.7.In Ver.134.Dicito,mentiri nauarchos,mentiri tot & tam graues ciuitates, &c. Att.lib.5. epist.21. Ciuitates locupletes,ne in hyberna milites reciperent, magnas pecunias dabant.7.In Ver.12. Perditæ ciuitates, desperatis omnibus rebus,hos solent exitus exitiales habere, vt damnati in integrum restituantur,vincti soluantur,exules reducantur,res iudicatæ rescindantur.pro Corn.Balbo.43. Quis est tam demens, qui sentiat ius hoc Gaditanis esse retinendum, ne interceptum sit ijs perpetuò ad hoc amplissimum præmium ciuitatis.*ibidem.* Versari in ciuitate.1.de Leg.23.Vnde etiam vniuersus hic mundus, vna ciuitas communis deorum, atque hominum, existimanda: & quòd in ciuitatibus ratione quadam de qua dicetur idoneo loco,agnationibus fumiliarum distinguuntur status.id in rerum natura tanto est magnificentius,tantoque præclarius, vt homines deorum agnatione, & gente teneantur. 3. de Nat. deor.5.Mihiq; ità persuasi,Romulum auspicijs, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse nostræ ciuitatis: quæ nunquam profecto sine summa placatione deorum immortalium, tanta esse potuissent.

✠ ADIVNC. *Adiutrix scelerum,libidinum testis,prædarum ac fautorum receptrix, amica, ampla, illustris, clara,ampla & nobilis,improba,paucæ & paruæ, tam potens tam libera immanis & Barbara. 6.In Verr. Afflictæ Opportunissima.2.Cont. Rull. Alternæ Amicissima,& fidelissima,Grauis,honesta, incolumis. Inuictissima,misera atque inanis, socia factorum atque flagitiorum tantæ & tam graues. 4. in Ver. Aliena. pro Rab.Amicissimæ, amplissimæ. 2. In Ver. Amplissima, fœderata,graues,honestissima,maxima & locupletissima,perditæ,splendidissima.7.In Ver.Beata,1. de Finib. Beata & honesta.8.Att.Beata & libera.5.de Fin.Bella.4.Att.Clara,pacata & libera.2. de Orat. Commendatior,coniunctissima atque amicissima,fidelissima atque amicissima,pro Corn.Balbo.Commenticia,florentissima consilio & armis. Noua, bene moratæ, pacatæ tranquillæque.1.de Or.Communis.3. de Fin. Antea copiosa,fidelior,aut copijs locupletior, aut Auctoritate, grauior, Grauissima ac nobilis,honesta & antea copiosa,immunis,immunes.ac liberæ minimæ,minores.Nobilissima, Ornatæ atque honestæ parua perparua & tenuis. permultæ perpaucæ.5.in Ver.Cuncta illustris illustris & Nobilis.3.In Ver.Doctæ, nobilissima quondam & nunc doctissima.Vniuersæ.5.Tusc. Egentissimæ Orba perdita.3.Fam.felices,lauta,Nobilis.13. Fam. fidelissima.8.Phil. firma, de Amic. firma & valens,de Aruisp. resp.Florens.14.Phil.fœderata,multę.pro Arch.Grata. pro.Sest.Grauis.locuples Ornata,Grauissima & maledicentissima moderatissima, honestior nobiles prudens. & grauis. pro Flac. Grauissima postquam ad Quir. Ingrata,Bene morata & libera.pro Mil.libera de prouin. libera & honesta,ep.ad Brut.Liberæ.1. Cont.Rull.libera,& in aliquem.Officiosa.14. Fam. Locuples, Sancta, tenuis, locupletissimæ.2.Phil.Maledicta.pro Cæl.Marinæ.6.Att.Maximæ,Vniuersa.1.de Inuent.Misera.14. Att.& 5.Att.Bene morata bene constituta,pulcherrima.de Clar. Necessaria.13. Phil. Occupatissima, 3. de Orat.Opulentissima & Beatissima.3.de Nat.princeps omnium rerum.pro Mar.Proxima.2.Att. Prudentissima.pro Sex.Rosc.Quieta.9.Fam. Saluæ & incolumes amplæ & Potentes.2.de Inuent.Sollicita.Orat.Totæ.2. de Leg.*

Syntaxis. *Ciuitatis genera, conuenticula, cœtus, concilia. Ciuitatem instituere, amittere. Ciuitate donari. Ciuitatem alicui impartiri, largiri. In ciuitatem suscipi. Ciuitate mutatus.*

CIVS. a. *à Cio, vel Ceo insula.* 2. de Or. 351. & 3. de Or. 126. de Cla. 30.

CLADES, dis. *conflictus & calamitas.* 2. de N. 8. Qui risus classe deiecta, magnam pop. Rom. cladem attulit. Att. lib. 8. ep. 2. Ignorare mihi videris, hæc quanta sit clades. de Cla. 332. Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.

✠ ADIVNC. *Generosæ.* poetæ. 2. *de Diu. horribiles, lustrificæ,* ex poeta. *Vetustæ.* 2. *Tusc. Importuna ciuitatis. de Clar. Ingens* ex poeta. *Maximæ.* 1. *de Diu. Magnæ.* 3. *Phil.* & 2. *de Nat. Deo. pristinæ, in Piso. Publica,* 10. *Att. Subitæ.* 3. *Tusc.* ex poeta, *Tantæ,* 6. *Ver.*

CLAM. *furtim, obscure, ex occulto, occultè.* (*Palàm.* lib. 15. ep. 1. Ibi bene valentem vidi Pyliam, quinetiam paulò clàm ijs (*cum septimo*) eam vidi: venerat enim funus. in Sal. 15. Timens ne facinora eius clàm vos (*cum accusatiuo,*) essent. 3. Tusc. 17. Qui propter auaritiam clàm depositum non reddit, quod iniusticiæ. Ep. lib. 1. ep. 1. Vt in reb. ab intimis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à consularibus exagitatis, ita versamur. pro S. R. 23. Multa palàm domum suam auferebat, plura clàm de medio remouebat. pro Cec. 92. Nec vi, nec clàm, nec precariò possidere.

CLAMATOR, oris. 3. de Orat. 78. Clamatores odiosi ac molesti. de Cl. 182. Vt intelligi possit quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse.

✠ ADIVNC. *Odiosi ac molesti.* 3. *ad Qu. Frat.*

CLAMATORIVS. Qu. Frat. lib. 3. ep. 3. Clamatorium genus.

CLAMITO, as. pro Qu. Rosc. 20. Supercilia illa olere maliciam, & clamitare callidit atem videntur: *id est, præ se ferre.* 2. de Diuin. 84. Quidam caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

CLAMO, as. *vociferor, clamorem edo, persono. clamorem facio, voce contendo, clamorem profundo.* pro Mur. 78. Ego quod facio, me omnium vestrum causa facere clamo atque testor. 2. de Fin. 65. Tu ipsum clamat virtus beatiorem fuisse quàm Thorium. 6. I. V. 67. Rex deos hominesque contestans clamare cœpit, &c. Att. lib. 6. ep. 9. Sed clamaui tamen, admiratusque sum, quòd, &c. 7. in Verr. 17. Cum, vt dico, hoc de pecunia clamaret, in vincula coniectus est. pro Clu. 31. Cum & de suo & de vxoris interitu clamaret. 1. de Fin. 58. Clamat Epicurus non posse, &c. pro Qu. 31. Clamabat porrò Quintius, se nolle, &c.

* CLAMOR, ris. Aca. Ab eis, quos deserit, insanus, imperitus, temerariusque clamabitur.

✠ ADIVNC. *Importune. pro Mil. porro. pro Quint.*

CLAMOR, oris. *vociferatio.* 1. de Orat. 152. Hæc sunt quæ clamores, *id est, acclamationes, vel admurmurationes,* & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. 2. de Diuin. 50. Bubulcus clamorem maiorem cum admiratione edidit. Att. lib. 1. ep. 13. Clamor, concursus fit. pro Flac. 15. Psephismata non sententijs neque autoritatibus declarata, nec iureiurando astricta, sed porrigenda manu profundendoque clamore multitudinis concitata. 3. de Orat. 225. Acutissimus clamor. ‖ Attic. lib. 4. epist. 3. Itaque antè Diem, 3. Idus Nouemb. cùm sacra via discenderem, in secutus est me cum suis clamor, lapides, fustes, gladij. hæc improuisa Omnia. 6. In Ver. 94. Clamor à vigilibus fanique custodibus tollitur. 2. ad Quin. Frat. ep. 1. deinde eius opere repentè à Græcostasi & gradibus clamorem satis magnum sustullerunt. Att. lib. 2. ep. 18. Fusium clamoribus, & conuitijs, & sibilis consectantur. Epist. lib. 12. ep. 7. Dixi de te, quæ potui, tanta contentione quantum torum est, tanto clamore, consensuque populi, vt nihil vnquam simile viderim. 7. In Ver. 92. Cum prætor quæreretur, vt constaret, ei neminem nunciasse: fit ad domum eius cum clamore concursus, atque impetus. 2. ad Quin. Frat. ep. 5. Sed eodem die vehementer actum est, de agro Campano clamore senatus prope concionali. & lib. 3. ep. 1. Clamores efficiam, si eum mecum habuero otiosum. 6. In Ver. 94. Interea ex clamore, fama tota vrbe percrebruit expugnari deos patrios, non hostium aduentu, neque repentino prædonum impetu, sed ex domo atque cohorte prætoria, manum fugitiuorum instructam, armatamque venisse. Epist. lib. 8. epist. 2. Clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt, & ostenderunt planè esse quod ferri nõ posset. 3. ad Heren. 21. Nam læduntur arteriæ, si antequam leni voce permulsæ sunt, acri clamore arceantur.

✠ ADIVNCT. *Acutissimus.* 3. *de Orat. par. ibid. Cœlestis.* 5. *Phil. Concionalis.* 2. *de Orat. Gladiatorij.* 1. *Phil. Incredibilis.* 1. *de Diu. Infestus atque inimicus populi.* 6. *Ver. Magnus.* 8. *Fam.* 3. *Att. Maior.* 2. *de Diu.* & *de Clar. Maximi.* 10. *Phil.* 4. *Att.*

CLAMOSVS, a, um. 3. ad Her. 23. Continuatio est orationis enunciandæ accelerario clamosa.

CLANDESTINVS, a, um. *occultus.* Or. 223. Cur clandestinis consilijs nos oppugnant? pro Syl. 33. Exercitus perditorum ciuium clandestino scelere conflatus. ‖ de Sen. 40. Hinc patriæ proditiones, hinc rerum publicarum euersiones. Hinc cum hostibus clandestina colloquia, nasci dicebat: nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret.

CLANGOR, oris. *tubarum cantus, & aquilæ, aliarum item auium vox.* 2. de Diu. 63.

Nona super tremulo genitrix clangore vocabat. 2. Tusc. 24. Iouis satelles, &c. langorem fundi vastum.

CLARE. *clara voce, explicatè, enodatè, manifestè, planè, apertè, dilucidè, uculenter.* Attic. lib. 2. epist. 20. Cum apertè loquantur, & iam clarè gemant.

CLARIVS. *aduerbum.* Epist. lib. 8. ep. 14 Quo propius ea contentio accedit, eo clariùs id periculum apparet.

CLAREO, es. *emiteo.* 1. Offi. 84.

Ergo postq; magisq; vrri nunc gloria claret.
ex Ennio. & de Sen. 10. in Arat.

Non potuit nobis nota clarere figura. & in eodem opere,

——— *Simili quia forma litera claret.*

CLARISONVS, a, um. *clare sonans, canorus.* in Arat.

Hunc è clarisonis auris Aquilonis ad Austrum, &c.

CLARITAS, tis. *splendor, amplitudo, splendor nominis, alitudo fortunæ & gloriæ nobilitas. In voce claritas etiam.* 1. Offi. 70. Horum sententia ad claritatem amplitudinemque aptior est. 2. de Diuin. 66. Mitor deos immortales Histrioni futuro claritatem ostendisse, nullam ostendisse Africano. Epist. lib. 13. epist. 68. Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam. ‖ 1. In Ant. 33. Num amplitudinis, num claritatis, num gloriæ pœnitebat? 1. Acad. 19. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus, Valetudinem vires, pulchritudinem in toto: in partibus autem, sensus integros, & præstantiam aliquam partium singularem, vt in pedibus celeritatem: vim in manibus: claritatem in voce.

CLARIVS, ria. *à Claro insula & vrbe. vnde fuit Antimachus poeta vt Ouid. testatur,* & Cic. de Clar. 191. Quod dixisse Antimachum Clarium poetam ferunt. *sic enim legendum est, non clarum.*

CLARO, as. *illustro, patefacio, ostendo.* 1. de Diu. 21.

Iupiter excelsa clarabat sceptra columna. Poetæ.

CLARVS, a, um; & CLARISSIMVS. *planus apertus, perspicuus, expressus, dilucidus, explicatus, illustris, euidens, peruulgatus, non obscurus, in promptu, qui tanquam in clarissima luce versatur, nobilis, insignis.* de Som. 2. Ostendebat autem Carthaginem de excelso & pleno stellarum, illustri & claro quodam loco. pro Cl. 134. Clara voce, vt omnes audire possint, dicere aliquid. pro Cec. 22. Clara voce imperare aliquid alicui. 5. I. V. 61. Clara res est, toto orbe celeberrima atque notissima. pro Quin. R. 8. Ego quæ clara sunt consuetudine, diutius dicere non debeo. 2. de Diuin. 8. Plurimis nostris exemplis vsus es, & ijs quidem claris & illustribus. 2. de Orat. 155. Vir gloria clarus, autoritate grauis. de Am. 102. Virtutem alicuius posteris fore claram & insignem. de Sen. 22. Clarus & honoratus vir. pro R. P. 44. Clarus & præpotens vir. 2. de Or. 155. Tres nobilissimi & clarissimi philosophi. Tusc. lib. 1. 116. Claræ mortes pro patria oppetitæ. non solum glorioſæ rhetoribus sed etiam beatæ videri solent in Arato,

——— *Stella lumine clara.*

* pro C. Cornel. 1. Homo summa prudentia clarus. C. Cotta. Alcy. Claris delapsus ab astris. ‖ 4. Acad. 75. Videor ne tibi, non vt Saturninus, nominare modo illustres homines, sed etiam imitari nunquam, nisi clarum, nisi nobilem? de Clar. 54. Dissensit cum Mario, clarissimo ciue, Consul nobilissimus & fortissimus Sylla. 4. Acad. 6. Quasi verò clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leuiorum. pro Rab. Posth. 23. Et ex doctrina nobilem, & clarum qui Phalereus vocitatus est, in eodem isto Ægypti regno aspide ad corpus admota vita esse priuatum. 1. de Orato. 198. Sic in nostra ciuitate, amplissimus quisque & clarissimus vir, vt ille, qui propter hanc iuris ciuilis scientiam sic appellatus à summo poeta. est, &c. 6. In Ver. 41. Litteræ mittuntur isti à patre vehementes, ab amicis item, videret quid ageret, de Diodoro quo progrederetur: rem claram esse & inuidiosam: insanire hominem, perituru hoc vno crimine nisi caussa. 7. In Ver. 99. Res erat clara: neque solum argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur. In Arat.

At magnum nomen signi clarumque vocatur. ibid.
Et propè conspicies, parium sub pectore claro
Andromidæ signum.

1. de Fin.

1.de Fin.36.In quo enim maximè cõsueuit iactare vestra se ora tio,tua præsertim,qui studiosè antiqua persequeris claris & for tibus viris cõmemorandis, deorumque factis nõ emolumento aliquo,sed ipsius honestatis decore laudandis id totum euertitur,eo delectu rerum, quem modo dixi, &c. Postq. ad Quir.4. Vestra beneficia, quamquã mihi semper clarissima visa sunt, tamen nunc renouata illustriora videntur.1.In Cat.4.C. Gracchus,clarissimo patre natus,auis,maioribus, Att.lib.6.ep. 9. Admiratus,sum vt vidi obsignatam epistolam,breuitatem eius:vt aperui rursus,σύγχυσιν Literularum quæ solent compositissimæ & clarissimæ esse. pro Syll. 40. Vos denique in tantis tenebris erroris, & inscientiæ clarissimũ lumen prætulistis menti meæ.

☞ Synta. *Clarus locus,vox,res,exempla,vir,virtus,mors,stella. Illustris & clarus. Res clara,celeberrima,atque notiss. Virgloria,doctrina clarus & honoratus Lumine clara stella.*

CLASSICVLA,æ.Att.lib. 16. ep. 2. Cassium cum classicula sua venerat.

CLASSIS.*naues,nauium multitudo.*7.in Verr. 130. Naues quibus præfuerat. Cleomeni tradidit,classi populi Romani Cleomenem præesse iubet. pro Flac. 32. Hac classe M. Crassus ab Eno in Asiam, his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit. pro Pomp. 9. Qui maximas ædificasset ornassetq́ue classes. Orat.153.Duellius,qui Pœnos classe deuicit.9. I. A. 4. Vt eum classes habere prohiberet. 7. I. V. 85. Præclara classis in speciem,sed inops & infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum. *Ibidem.*Tandiu in imperio suo classem iste prætor diligens vidit,quandiu conuiuium eius flagitiosissimum præteruecta est.7.I.V. 86. Posteaquam paulùm proueuecta classis est, & Pachinum quinto die denique appulsa est.

✠3.In Ver.48.Vt ne Persæ quidem cum bellum toti Græciæ,dijs hominibusque Indixissent, & mille, nunero nauium classem ad Delum appulissent, quidquam conarentur aut violare aut attingere.7.In Verr.136.Tua luxuria atque auaritia ,;classis populi Romani à prædonibus capta & incensa est. *Ibiem.*135. Tu à ciuitatibus pecuniam classis nomine coegisti:*Ibidem.*90. Tunc prædonem dux Heracleo,repentè præter spem non sua virtute, sed istius auaritiæ nequitiaq; victor, classem pulcherrimam, Populi Rom. in littus expulsam, & eiectam cum primum adueisperasceret,inflammari,incendique iussit,pro Flac.31. Testimonio doceo,eo ipso tempore, quo tu ipse negas classem habendam fuisse complures à prædonibus esse captos?tamẽ Flacci consilium in remigibus imperandis reprehendetur ? 7. Ver. 99.Qui ex illo numero reliqui Syracusas classe amissa refugerant. *Ibidem.*96.Vsque ad forum, & ad omnes vrbis crepidines accessit : quò neque Carthaginensium gloriosissimæ classes, cùm mari plurimum poterant,multis bellis sæpe conatæ , vnquam adspitare potuerint.2.de Di.20.Si enim factũ fuit classes Po . Romani bello Punico primo, alteram naufragio alteram à Pœnis depressam interire : etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent. L. Iunio & P.Clodio Coss.classes tamen interisent. Sin cum auspicijs obtamperatum esset,interiturræ classes non fuerunt,interierunt fato.2. de Finib. 112. Vt si Xerxes cum tantis classibus, tantisque equestribus, & pedestribus copijs Hellesponto iuncto,Athóue perfosso maria ambulauisset,terramque nauigasset.3.Offic.46.Darius etiam Athenienses, qui sciuerunt,vt Æginetis, qui classe valebant pollices præcederẽtur.Epist.lib.3.ep.5.Tunc ille mihi dixit,te classe velle decedere: perfore accommodatum tibi,si ad Sidam maritimam partem prouinciæ,nauibus accessissem.

¶ *Ordo ciuium & distributio , pro modo census & dignitatis.* pro Flac.15.Tributim & centuriatim descriptis ordinibus,classibus, ætatibus,&c.2.I.A.82.Prima classis vocatur.renunciatur, deinde vt assolet suffragia.4. Acad. 73. Qui mihi cum illo collocati quintæ classis videntur.

✠*ADIVNC. Armatæ pro Sest. Bella. 16. Attic.Bene magna,Maxima.12. Famil. Gloriosissimæ, præclara in speciem,sed inops atque infirma, propter dissimilitudinem pugnatorum atque remigum,pulcherrima.7. Ver. Magna & ornata pro Pomp.Maxima.2.Tusc. Optimæ atque importunissimæ.2.Ver.Tantæ.2.de Finib.*

☞ Syntaxis. *Classes ædificare, & ornare classe deuincere, nauigare.*

CLASSITIVS.ij. *vnus ex Antonij stipatoribus.*5.In Ant.18.Sequebatur,Classitius, Mustela, Tiro,gladios ostentantes,sui similes greges ducebant per forum.

CLASTIDIVM, dij.*oppidum.*4.Tusc.48.

CLATERNA, æ. *vrbs.*pro Mil. Ep.lib.12.ep.5.

CLAVA, æ. *teli genus.* 6. in Verr. 94. Qui primò cum obsistere ac defendere conaretur , malè mulctati clauis ac fustibus repelluntur. de Senect. 58. Habeant igitur alij sibi clauam & pilam.

✠CLAVDIA. æ Epist.lib.5.epi.2. Q. Metelli Celeris vxor. pro Cæl. 34.Nonne te si nostræ imagines viriles non commouebat,ne progenies quidem mea, Q. Illa Claudia , æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? Non virgo illa Vestalis Claudia , quæ patrem complexa triumphantem, ab inimico Tribuno plebis de curru detrahi passa non est ? de Arusp.27.Fœmina autem quæ matronarum castissima putabatur , Quin . Claudia cuius priscam illam seueritatem sacrificij tua soror mirificè existimatur imitata.

CLAVDICANS, tis.2.de Orat. 299. Spurius Caruilius grauiter claudicans ex vulnere ob Remp.Accepto.

CLAVDICATIO, onis. 1.de Nat.84.In quo stante atque vestito apparet claudicatio non deformis.& 2.de Orat.149.

CLAVDICO, as. *altero pede nuto,non rectè incedo : transfatione, titubo,vacillo,infirmus ac debilis sum.* 2. de Orat. 149. Num claudicat at hic clodicat.3.de Orat.196.Sic vulgus,si quid in oratione claudicat,sentit.1.de Nat.108.Nec vos exitum reperietis, resque tota vacillat ac claudicat.de Clar.214. In quacunque enim vna planè claudicaret,orator esse non posset.Ora.170.Quid est cur claudicare aut insistere orationem malint? non cum sententia pariter excurrere.1.Off. 119. Vt cõstare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis,nec in vllo officio claudicare. de Cl. 227. Actio paulùm cùm vitio vocis, tum etiam ineptijs claudicabat.1.de Finib. 69. Qui verentur , ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. 5. Tusc.22. Item beatam vitam etiamsi ex aliqua parte claudicare,tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum.

✠*ADVERB.Grauiter,2.de Orat.Paulùm, de Clar.ibidem planè.*

☞ Syntaxis. *Claudicat homo , res, oratio , actio , amicitia, vita Claudicat & insist oratio. Vacillare , & claudicare.In officio claudicare & ineptijs.*

✠CLAVDIVS.ij.1.de Orat. 176. Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patricios centumuiri iudicarunt?Cum Marcelli ab liberti filio stirpe,Claudij patricij eiusdem hominis heredꝫatem,gente ad se rediisse dicerent , nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis,ac gentilitatis iure dicendum?3. Offic. 66. Claudius proscripsit : insulam vendidit: emit P. Calpurnius Lanarius. *Ibidem.*Vt cum in arce augurium Augures acturi essent , iussissentque Titum Claudium centimanum , qui ædes in Cælio monte habebat demoliri eas quarum altitudo officeret auspicijs.pro Syll.42. *App.Claudius à Cicerone constitutus ad iudicum dicta perscribenda.* pro Planc. 51. Vidit enim pater tuus App.Claudium nobilissimum hominem, viuo patre suo, potentissimo,& clarissimo ciue C. Claudio, Ædilem non esse factum,& eundem sine repulsa esse factum consulem:4.In Ver. 107.C.Claudius,C.F.Palatina non quæro quis hic sit Claudius, quàm splendidus,quàm honestus,quàm idoneus,propter cuius auctoritatem & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorũ cõsuetudine discederet, & Ciuem Romanum cognitorem daret. 6.Ver.7.C.Claudius pulcher. *Ibid.*133.Nisi arbitramini,L.Crasso Q.Scæuulæ,C.Claudio,potentissimis hominibus,quorũ ædilitates ornatissimas vidimus commercium istarum rerum, cum Græcis hominibus non fuisse.de Arusp.12. L. Claudius rex sacrorum.*aduersus P.Clodium gentilem suum iudicauit.* In Vat. 3. T. Claudius P.Sestij accusator.2.de Nat.deor.8.Nihil nos P.Claudij bello Punico primo temeritas mouebit? qui etiam per iocũ deos irridens,cum cauea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, vt biberent quoniam esse nollent: qui risus classe deuicta,multas ipsi lachrymas,magnam Populo Ro. cladem attulit.3.de Leg.42.Id totum dixi & Crassi sapientissimi hominis sententia , quam senatus est secutus , cum decreuisset.C. Claudio consule designato, Carbonis seditionem referente,eo inuito qui cum populo ageret,seditionem non posse fieri.

CLAVDENDVS, a, um. *comprimendus , suprimendus.* 2. Offic. 54. Nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit. 2. de Natur. 142. Palpebræ aptissimæ factæ , & ad claudendas pupillas, ne quid incideret , & ad aperiendas.

CLAVDO, dis. *obstruo , oppilo , obturo, intercludo.* pro Flac. 61. Cum L. Flacco portas tota Asia claudebat , Cappadocem autem illum recipiebat.Atti.lib.9.epistol.18.Cæsar claudere mihi videtur maritimos exitus.5.Tusc.59.Claudere fores cubiculi, Orat.229.Claudere sententias numeris.Epist.lib.4. ep. 13. Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, me insinuabo.

CLAVDOR, ris.*occludor.*pro Dom.54.Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas.1.I. A. 25. Forum sepietur , omnes claudentur

✠aditus. ‖7.Ver.95.Non enim portu illud oppidũ clauditur, sed vrbe portus ipse cingitur , & concluditur. 4. In Verr. 4. Vrbem

pulcherrimam Syracusas, quæ cum mane munitissima esset cùm loci natura terra ac mari claudebatur, cum vi consilioque, cepisset. (*M. Marcellus*) non solum incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatam, vt esset idem monumentum victoriæ, mansuetudinis, continentiæ, cùm homines viderent, & quid expugnasset, & quibus pepercisset, & quæ reliquisset.

CLAVSVS, a,um. *occlusus, obstructus.* Q. fra. li. 2. ep. 5. Adhuc clausum mare scio fuisse. Or. 198. Comprehensio orationis clausa & terminata esse debet. Epi. lib. 12. ep. 9. Tuas res ignoramus, tanquam clausa sit Asia. *Vide* CLAVSVS.

☞ Synt. *Claudere rem familiarẽ, consuetudinẽ, aditus, mare, prouinciã.*

CLAVDVS, di. *altero pede læsus.* 1. de N. 84. Et quidem Athenis laudamus, Vulcanum eum quem fecit Alcmenes: in quo stante atque vestito leuiter appareat clauditatio non deformis: claudum igitur habebimus deum. I. P. 69. Iste claudus, quomodo aiunt, pilam tenere.

CLAVICVLVS, li. vel CLAVICVLA, læ. *capreolus in vite.* 2. de Nat. 120. Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. de Sene. 52. Vitis clauiculis suis quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

CLAVIS, uis. pro Dom. 25. Scilicet tu Sex. Clodio Omne frumentũ priuatum, & publicum, omnes prouincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claues lege tua tradidisti.

CLAVSTRVM, stri. *quo aliquid clauditur, valuæ, fores, loca clausa:*
✠ *‖ quod nostrum vulgus clauum regni aut imperij vocat, Latini Claustra dixerunt.* 7. I. V. 83. Claustra vrbis hostibus non committenda sunt. 6. I. V. 52. Effringi multorum fores, reuelli claustra. 1. contr. Rul. 21. Horreum belli sub signo & claustris positum &. 2. Cont. Rul. 86. Corinthus erat posita in angustijs Græciæ, sicut terra claustra locorum teneret, & duo maria penè contingeret. pro Mur. 17. Cùm ego claustra ista nobilitatis refregissem pro Fla. 30. Omnes vrbes maritimas claustris imperij nostri contineri. *Oec. 1. Ouium cæterarumque pecudum fœtus atque fructus claustro custodienda erant.

CLAVSVLA, æ. *extrema cuiusque rei pars, præsertim in oratione, versus, verborum conclusio, exitus.* ‖ *Quam nos sententiam aut periodum vocamus, integri illi, adhuc Romani Clausulam appellauerunt: Epistolarum quoque & comœdiarum extremæ partes quæ a nobis conclusiones dictæ, à Romanis, clausulæ dicebantur: vtriusque significationis exempla facile ipse distingues.* Att. lib. 6. ep. 3. Clausula est difficilis in tradenda prouincia: sed: hæc Deus aliquis gubernabit. Epi. lib. 2. ep. 4. Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, vtar ea clausula, qua soleo, teque ad studium summæ laudis cohortabor. 5. I. V. 35. Illa verò præclara est clausula edicti, quod omniũ controuersiarũ, quę essent inter aratorẽ & decumanũ, si vter velit edicit, se recuperatores daturum. 13. I. A. 47. Veniamus aliquãdo ad clausulã, legatos venire nõ credo. 2. de Or. 240. Addidisti clausulam, tota Taracina, &c. Or. 216. Pedem clausula non solùm extremum pedem, sed etiã proximum superiorem, sæpe tertium etiam intelligere debemus. 3. de Or. 179. Clausulas & interpuncta verborum animæ interclusio & angustiæ spiritus attulerunt. 3. de Ora. 171. Clausulæ in orationibus interpunctæ. Orat. 215. Clausula numerosè & iucundè cadens. pro Cæl. 65. Mimi ergo est etiã exitus non fabulæ, in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus.
✠ *ADI V. Difficilis. 7. Att. præclara. 5. In Ver. variæ Or. ad Brut. interpunctæ. 3. de Orat.*

CLAVSVS, a,um. *reconditus, sub signo & claustris positus.*) (*patens, apertus, promptus, expositus.* pro Quin. 93. Quintius fatetur se non ornare magnificè conuiuiũ, non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ, patentem atque adeò expositam cupiditati & voluptatibus. 5. In Ver. 63. Nemo dubitat, quin eò sit occisus, quòd habere clausa non potuerit sua consilia. *de Verre.* & 7. Ver. 38. Nullius domus clausa contra tuam cupiditatem potest esse. & 6. Ver. 42. Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset. Qu. fra. lib. 2. ep. 5. Atque adhuc
✠ clausum mare scio fuisse. ‖ pro Pomp. 21. Patefactumque nostris legionibus esse pontum, qui antè populo Romano ex omni aditu clausus esset. 7. In Ver. 57. Nihil tam clausum ad exitus nihil tam sæptum vndique nihil tam tutum ad custodias, nec fieri nec cogitari potest. 4. Tusc. 2. Quis enim est qui putet, cùm floreret in Italia Græcia potentissimis, & maximis vrbibus, ea quæ magna dicta est, in hisque primùm ipsius Pythagoræ, deinde postea Pythagorcorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces, aures clausas fuisse?

☞ Syntaxis. *Habere domum clausam, consilia, mare. Res clausa & recondita.*

CLAVSVS, ui. *gubernaculum nauis, cuneolus.* de Sene. 17. Ille autem clauum tenens sedet in puppi quietus, &c. pro Sext. 20. Clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reip. tractare. 7. I. V. 52. Beneficium (vt dicitur) trabali clauo figere.

CLAZOMENAE, arum. *vrbs, & Anaxagoræ patria.* 1. Tusc. 104.

CLAZOMENIVS, ia. 3. de Or. 136.

CLEANTHES, this. 4. Aca. 126. Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari & re-
✠ rum potiri putat. ‖ 3. de Nat. 23. Nihil igitur affert pater iste Stoicorum (*Cleanthes*) quare mundum ratione vti putemus: nec cur animantem quidem esse. 2. de Nat. d. 13. Cleanthes quidem noster quatuor de causis dixit,, in animis hominũ informatas deorum esse notiones. 1. de Nat. 37. Cleanthes autem qui Zenonem audiuit, vnà cum eo quem proximè nominaui (*Aristone*) tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturæ menti, atque animo hoc nomen tribuit, tum vltimum, & altissimum, atque vndique circunfusum, & extremum omnia cingentem, atque complexum ardorem, qui æther nominetur, certissimum deum iudicat. 4. de Finib. 7. Quamquam scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, vt si quis obmutescere concupierit. nihil aliud legere debeat. 2. de Finib. 69. Pudebit te, inquam illius tabulæ, quam Cleanthes sane commode verbis pingere solebat. Iubebat eos qui audiebant, secum ipsos cogitare, pictam in tabula Voluptatem pulcherrimo vestitu & ornatu regali, in solio sedentem: præsto esse virtutes vt ancillulas, &c. 2. de Nat. 24. Cleanthes negat vllum esse cibum tam grauem, quin is die ac nocte concoquatur. de Fat. 14. Omnia enim vera in præteritis, necessaria sunt vt Chrysippo placet dissentienti à magistro Cleanthe, &c. 2. de Nat. 40. Atque ea quidem (*astra*) tota esse ignea, duorum sensuũ testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus, & oculorũ. *Ibi.* 24. Cleanthis argumenta de vi caloris in omni corpore.

CLEMENS, tis, & CLEMENTIOR. *lenis, mitis, mansuetus, misericors, humanus, liberalis.* 2. de Finib. 12. Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. ad Brut. epist. 2. Si clementes esse voluerimus nunquam deerunt bella ciuilia. Attic. lib. 7. epistol. 7. Nec in cæde principum clementior hic erit quàm Sylla. pro S. R. 85. Clemens ab innocentia. pro Planc. 31. Clemens & misericors iudex. 1. Offic. 137. Clemens castigatio.

☞ Syntaxis. *In disputando clemens. Ab innocentia clemens. Clemens & misericors. Castigatio clemens.*

CLEMENTER. *mansuetè.*) (*dissolutè.* 7. in Verr. 19. Quod est factum clementer, dissolutè factum criminari. Antequam 27. Clementer audire.

CLEMENTIA, æ. *lenitas, benignitas, animi lenitas, humanitas, misericordia, moderatio animaduertendi, placabilitas, mansuetudo, bonitas.* 2. de Inuen. 162. Clementia est, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. Att. lib. 10. epist. 4. Cæsarem non voluntate, aut natura non fuisse crudelem, sed quòd putaret popularem esse clementiam. & li. 14. ep. 25. Clementiam Cæsari malo fuisse: qua si vsus non fuisset, nihil ei tale accidere potuisset. 2. in Antonium. 116. Cæsar aduersarios clementiæ specie deuinxerat. Quint. frat. lib. 1. epist. 1. Omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis, Part.
✠ 78. Clementia, lenitas, moderatio animaduertendi. ‖ Epist. lib. 5. epist. 1. Itaque in luctu & squalore sum, qui prouinciæ, qui exercitui, præsum, qui bellum gero. quæ quoniam nec ratione, nec maiorum nostrorum clementia administrastis, non erit mirandum si vos pœnitebit. Attic. lib. 8. ep. 25. Huius insidiosa clementia delectantur: illius iracundiam formidant. ad Brut. epist. 2. Sed salutaris seueritas, vincit inanem spem clementiæ. 7. In Verr. 114. Hic cuncti, Siculis &c. commouentur, & de suis periculis, fortunisque omnibus pertimescunt: illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperij, in tantam crudelitatem inhumanitatemque esse conuersam. Attic. lib. 8. epi. 9. Metuo, ne omnis hæc clementia, ad vnam illam crudelitatem colligatur. Attic. lib. 14. epist. 21. M. Antonius ad me tantum de Clodio rescripsit, meam lenitatem & clementiam & sibi esse gratam, & mihi, voluptati magnæ fore.

✠ CLEOBIS. is 1. Tusc. 113. Primum Argiæ sacerdotis Cleobis, & Biton filij prædicantur, nota fabula est.

✠ CLEOMBROTVS, ti. 1. Tusc. 84. Callimachi quidem epigrãma in Ambraciotam Cleombrotum est: quem ait cùm nihil ei accedisset aduersi, è muro se in mare abiecisse lecto Platonis libro. 1. Offi. 84. Atque hæc quidem Lacedæmonijs plaga mediocris fuit: illa pestiferã, qua cùm Cleombrotus inuidiam timẽs, temerè cum Epaminonda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt.

✠ CLEOMENES, is. 7. In Verr. 81. Cleomenem Syracusanum Classi populi Rom præesse iubet Verres. *Ibidem.* 86. Cleomenes autem qui alterum se Verrem cùm luxuria atque nequitia, cùm etiam imperio putaret: similiter, totos dies in lectore tabernaculo posito perpotabat. 1. Offic. 33. Cleomenes, cùm triginta dierum essent cum hoste pactę induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum essent, non noctium pactæ induciæ. 4. Verr. 50. Cleomenes *furtorum Verri particeps.*

✠ CLEON, tis. *orator.* de Clar. 28. Post Pericles, qui cùm floreret

omn

omni genere virtutis, hac tamẽ fuit laude clarissimus, Cleontem etiam temporibus illis turbulentum illum quidem ciuem, sed tamen eloquentem constat fuisse.

✠ CLEOPHANTVS, ti. *medicus.* pro Cluent. 47. Erat illo tempore infirma valetudine Auitus, vtebatur autem medico ignobili, sed spectato homine Cleophanto: cuius seruum Diogenẽ Fabricius ad venenũ Auito dãdũ spe & pcio sollicitare cœpit.

CLEPO, pis *furor, rapio, surripio.* ἀπὸ τοῦ κλέπτω. 2. de Leg. 22. Sacrum sacroue commendatum qui clepserit, rapseritque patricida esto. 3. de Nat. 63. Agnum Thyestes clepere ausus est. 2. Tusculan. 23. Ignem Prometheus clepsit dolo. de Repub. lib. 4. Spartæ rapere pueri & clepere discunt.

CLEPSYDRA, dræ. *vas è quo aqua paulatim effluens horas distinguebat, horologium.* 3. de Ora. 136. Non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat.

CLIENS, tis. *qui in fide alicuius est, & patronum habet.* pro S.R. 19. Manlius Glaucia tuus cliens & familiaris. 2. I. A. 107. Quos clientes nemo habere velit, non modò esse illorum cliens.

✠ *ADIVN. Noui, pro Font. plurimi, pro Clu. proprius, 13. Famil. vetus, 6. Famil.*

CLIENTELA, æ. *clientum defensio, tutela, procuratio.* At. lib. 14. ep. 12. Scis quàm diligã Siculos, & quàm illã clientelam honestã iudicem. 6. I. A. 13. Ianus Medius in L. Antonij clientela fit. 6. I. V. 90. Conabaris clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ ad te traducere. Ep. lib. 13. ep. 64. Quare si te fautore vsus erit, amplissimè clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit. 4. I. C. 22. Pro hospitijs clientelisque prouincialibus. pro S.R. 106. Esse in fide & clientela alicuius. & 106. Conferre se in fidem & clientelam alicuius.

✠ *ADIVNC. Honesta, 13. Attic. Illustris, 6. Verr. Maxima, 15. Famil.*

☞ Syntaxis. *In clientela esse alicuius. In clientelam, in fidem, & clientelam alicuius se conferre.*

✠ CLIMACHIAS. 4. In Ver. 128. Erat eius honoris cupidus Arthenio quidã Climachias cognomine, homo sane locuples, & domi nobilis. *Ibidem.* 129. Dies is erat legitimus comitijs habẽdis: eo modo Climachias sacerdos renunciatus est.

CLINATVS, a, ũm. *inclinatus.* in Ar. à Cic. ter vsurpatum.

✠ CLISTHENES, is. 2. de Leg. 40. Et Athenienſis Clisthenes Iunoni Samiæ, ciuis egregius, cum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit. de Clar. 27. Posteaque Clisthenem multum, vt temporibus illis valuisse dicendo.

CLITELLAS, larum. *ephippia, quæ iumentis imponuntur, ad melius ferendas sarcinas.* pro M. Scaur. Ego quia Albanas habeo columnas, clitellis eas opportaui At. lib. 5. ep. 15. Clitellæ boui sunt impositæ, non est nostrum onus: sed feremus. *prouerbium significans, imp. ferre, ibi impositum onus.*

CLITELLARIVS, mulus. Top. 36. *id est, onerarius.*

CLITERNINI. L. Colei.

✠ CLITOMACHVS. 1. *Philosophus nobilis Academicus.* 5. Tusc. 85. Voluptatem cum honestate Clitomachus & Callipho copulauit. 4. Ac. 16. Industriæ plurimum in Clitomacho fuit. *Ibidem.* 17. Iam. Clitomacho Philo vester operã multos annos dedit. *Ibid.* 102. Accipe quemadmodum ea dicãtur à Clitomacho in eo libro quem ad Cl. Lucilium scripsit poëtam, cùm scripsisset ijsdẽ de rebus ad L. Censorinum, &c. 3. Tusc. 54. Legimus librũ Clitomachi, quem ille euersa Carthagine misit cõsolandi causa ad captinos ciues suos. 1. de Orat. 45. Academiam Carneades & Clitomachus, & Æschines obtinebant. 4. Ac. 11. Et erat iam antea Alexandriæ familiaris Antiochi Heraclitus Tyrius qui & Clitomachum multos annos & Philonẽ audierat. *Ibid.* 98. Nec vero quidquã ita dicã, vt quisquã id singi suspicetur: à Clitomacho sumam, qui vsque ad senectutẽ cũ Carneade fuit, homo & acutus vt Pœnus, & valde studiosus ac diligens, & quatuor eius libri sunt de sustinendis assentionibus. *Ibidem.* 108. Credoque Clitomacho ita scribenti Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, quod vt feram & immanem belluã sic ex animis nostris assentionẽ. id est, opinationem & teneritatem extraxisset.

CLIVVS. vi. *collis.* Att. lib. 2. ep. 1. Cliuus Capitolinus. & pro Rab. 31. & Postquam in Senat. 11.

CLOACA, æ. *locus cauus, per quem sordes publicæ eluũtur.* pro Ce. 46. Prætor qui de fossis & de cloacis interdicit. & pro Sest. 77. pro Planc. 95. Arcem facere ex cloaca. *Prouerbium: id est rem abiectissimam ornare.*

✠ CLODIA, æ. At. li. 12. ep. 11. Nũ Clodia D. Bt. cõsulari, filio suo mortuo vixerit. pro Cæl. 31. Res est omnis nobis in hac causa iudices, cum Clodia muliere non solum nobili, sed etiã nota. *Ibidem.* 32. Neq; enim muliebres vnquam inimicitias mihi gerendas putaui, præsertim cum ea Clodia quam omnes semper, amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putauerunt.

✠ CLODIVS, ij, At. li. 1. ep. 9. P. Clodium Appij F. te credo audisse cũ veste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris & lib. 2. ep. 10. Nam nos quidem, si per istum tuum sodalem Publium (*Clodii*) Licebit, *ἐξεστιν* cogitamus. & lib. 4. ep. 3. Reum Publium, nisi antè occisus erit fore à Milone puto. & lib. 2. ep. 8. Tribunatum pleb. perit. Att. lib. 1. epist. 13. Clodius ad conciones confugit pro Sest. 43. In contione dixit (*Clodius*) aut mihi (*Ciceroni*) semel pereundum aut bis esse vincendum. pro Milo. 74. Clodius Ædem Nympharum incendit, vt memoriam publicæ recensionis, tabulis publicis impressam extingueret. 2. ad Q. frat. ep. 3. Clodius *concionatur in Pompeium:* Ep. lib. 1. ep. 9. Quamquam ille (*Clodius*) perennis inimicus amicorum suorũ, qui tuis maximis beneficijs ornatus in te potissimùm fractam illam & debilitatã vim suam contulit. *Ibidem.* Non pluris fecerat Bonam Deam: quàm tres sorores. Att. lib. 1. ep. 11. Clodius conciones miseras habebat in quibus Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messalam consulem cõtumelioſe ledebat. 1. de Leg. 6. Clodius Historicus. pro Mi. 47. Dixit hoc comes P. Clodij C. Clodius. 4. Ver. 122. Decreuit senatus honorifico S.C. vt his C. Clodius Appij. F. Pulcher, prætor de senatu cooptando leges cõscriberet. *Lamb. C. Claudius legendum censet.* pro Cluent. 40. L. Clodius pharmacopola circũforaneus. pro Cœl. 78. Sext. Clodius minister seditionis & dux, qui ædes sacras, qui censum Pop. Rom. qui memoriam publicam suis manibus incendit, &c. pro Cæc. 27. Sext. Clodius cui nomen est Phormio, nec minus niger, nec minus confidens quam ille Terentianus est Phormio.

✠ CLODIVS, a, um. pro Dom. 34. Quid? Sacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te est? posq. In Se. 5. *Clodiæ legis in Ciceronem atrocitas.*

✠ CLODIANVS, a, um. pro Dom. 24. Qui in orbe terrarum vacuus extraordinarijs fascibus, atque imperio Clodiano fuisset? 2. ad Q. fr. ep. 1. Is cùm grauiter Clodianis incendijs trucidationibus, lapidationibus questus esset: Sententiam dixit, vt ipse iudices per Prætorem vrbanum sortiretur: Att. lib. 1. ep. 11. Id autẽ erat de Clodiana religione ab senatu constituturum. 2. ad Q. fra. ep. 3. Nam vt surrexit operæ Clodianæ clamorem sustulerunt. *Ibidem.* Quasi signo dato, Clodiani nostros conspurare cæperunt. pro Mil. 73. Nec verò me, Iudices, Clodianũ crimẽ mouet.

CLVDO. dis. *claudo.* 2. de N. 100. Mare terram littoribus cludit.

CLYPEVS. pei. *scutum.* 1. de Diuin. 99. Clypeos Lanuuij à muribus esse derosos. 2. de Fin. 97. Epaminondas quæsiuit, saluúsne esset clypeus, cum saluum esse, &c. * Or. 2. 235. Si quis Phidiæ clypeum dissoluerit. Epist. lib. 5. ep. 12.

COACERVATIO, onis. *copia, cumulus: aceruus, aggregatio.* Part. 122. Frequentatione argumentorum, & coaceruatione vniuersa, motus animorum incitare.

✠ *ADIVNCT. Vniuersa, de part.*

COACERVATVS, a, um. *congregatus, coactus, congestus, cumulatus.* Part. 40. Singula per se exigua sunt, mutuum tamen cùm sunt coarceruata proficiunt. 1. contra Ru. 14. Videtis constitutam & coaceruatam pecuniam.

COACERVO, as. *aggrego.* 6. I. V. 54. Et ne fortè hominem existimetis hanc tantam vim emblematum sine causa coarceruare voluisse, videte, &c.

COACERVOR, ris. *accumulor, cogor, congregor.* 2. contra Rul. 70. Pecuniæ coguntur & coaceruantur. pro S.R. 133. Tantum quantum coaceruari vna in domo potuit.

COACESCO, scis. *acidum fieri.* de Sen. 65. Vt non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.

COACTIO, onis. *conspuratio, congregatio, conuenticulum.* de Aruſp. 56, Veruntamen nocturnis vigilijs & coactione hominum iustitium illud conceptum ac meditatum est. *Lamb. Leg. cottione.*

COACTOR, oris. *qui pecuniam cogit & recepit officij nomine.* pro R.P. 30. Nõ intelligo hoc quale sit, vtrũ accessionem decumæ, vt nostri coactores facere solent, centesima, an decessionem de summa fecerit. pro Cluent. 180. Ne multa perquiritur à coactoribus: *id est, ab iis qui auctioni præsunt.*

COACTVS, a, um. *expressus.* pro Dom. 93. Nunquã de me, nisi coactus ac necessariò dico. 2. de Di. 73. Ergo hoc auspicium diuini quicquam habere potest? quod tam sit coactum & expressum.

¶ *Congregatus.* pro Cec. 59. Coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati. Att. lib. 8. ep. 19. Quæ si copiæ in vnũ locum coactæ fuerint, hærebis. 2. de In. 4. Sed omnibus in vnum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissimè percipere videbatur, excerpsimus. 4. I. V. 13. Iste nauem maximam, Messanæ publicè coactis operis, ædificauit.

¶ *Via dactus.* 2. de In. 98. Vt & necessariò sumus in portũ coacti.

COACTVS, ctus. *impulsus.* ad Brut. ep. 17. Quoniam efflagitas coactu tuo scribam. 7. I. V. 74. Coactu atque efflagitatu meo.

COAEDIFICO, ris. *cõstruo.* At. lib. 13. ep. 33. Campum Martium coædificari.

COAEDIFICATVS, a, um. in Partionibus. 36. Loci coædificati.)(. *Loci vasti.*

COAEQVO, as. 5. in Verrẽ. 95. Sic ad libidines tuas oſa coæquasti.

COAEVVS, a, um. *æqualis, cũ aliquo ætate cõiunctus.* in Vat. 31. Nunquam

quã puer aũt adoleſcẽs inter coæuos fueras. *alias, cocos: & melius.*

COAGITATIO, onis. *agitatio.* 2. de Na. 138. Anima coaleſcit primùm ab ipſo ſpiritu, deinde coagitatione pulmonum.

COAGMENTATIO, onis. *nexus, compoſitio, conſtructio, coniunctio.* de Vniu. 14. Omnis coagmentatio corporis, vel calore vel frigore, vel aliqua impulſione vehementi labefactatur. 2. de N. 119. Copulatio rerum & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. & lib. 1. 20. Quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis.

☞ Syntaxis. *Rerum, corporis, naturæ, labefactata, diſſolubilis coagmentatio.*

COAGMENTATVS, a, um. *compactus, compoſitus.* 1. Tuſ. 71. Quoniam nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum. nihil coagmentatum, nihil duplex. 3. de Orator. 169. Collocationis eſt componere & ſtruere verba, ſicut ne aſper eorum concurſus, néue hiuulcus ſit, ſed quodam modo coagmentatus & leuis. 3. de Fini. 74. Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius: aut in operibus manufactis, tam compoſitum, tamque cõpactum, & coágmentatũ inueniri poteſt?

COAGMENTO, as. *compono, coniungo, conſtruo.* de Sene. 72. Opus ipſa ſuum, eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit. Ora. 77. Verba enim verbis quaſi coagmentare negligat. de Cl. 98. Verba compone & quaſi coagmenta.

COAGMENTOR, ris. *conficior, tractor.* 7. I. A. 21. Docebo ne coagmentari quidem poſſe pacem.

☞ Syntaxis. *Cogmentare verba, pacem. Verborum concurſus coagmentatus ac leuis. Componere, & quaſi coagmentare.*

COAMICVS. de A. 99. Hodie me ante omneis coamicos ſtultos ſenes verſaris atque luſeris lautiſſimè. Poëtæ. *Alios comicos.*

COANGVSTO, as. *coarcto.* 3. de Leg. 32. Hæc lex dilatata in cunctum ordinem coanguſtari etiam poteſt.

COARCTO, as. *conſtipo, coanguſto.*) (. *Dilato, explico.* 1. de Orat. 163. Perfice vt Craſſus hæc quæ coarctauit, & peranguſtè referſit, in oratione ſua dilatet nobis atque explicet.

COARGVO, is. *indico, redarguo, accuſo, conuinco, detego.* Epiſt. lib. 3. ep. 8. Non noſtram perfidiam is coarguit, ſed indicat ſuam. pro Mur. 9. Fuga laboris inertiam coarguit & deſidiam. pro Flac. 20. Satis ne vobis coarguere his autoribus diſſolutam Græcorum conſuetudinem videor? Attic. lib. 9. ep. 4. Sed opinor quieſcamus, nec noſtram culpam coarguamus. pro Ligario, 16. Refellere & coarguere mendacium alicuius. pro Syll. 17. Illum multorum literæ & nuncij coarguerunt. & 44. In eum locum te deducis, vt antequam me commutati iudicij coarguas, te ſummæ negligentiæ, tuo iudicio conuictum eſſe fatearis. pro Milo. 37. Hunc autem hæc eadem coarguunt. 2. ad Herennium. 8. Coarguere rem aliquam certioribus argumentis. 2. I. A. 28. Coarguere aliquem: *id eſt, ſigno aliquo oſtendere, illum aliquid feciſſe.* 7. in Ver. 152. Coarguere aliquem auaritiæ. 1. Acad. 13. Philo errorem eorum qui ita putarunt, coarguit.

COARGVOR, ris. *conuincor.* 6. in Verr. 104. Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à teſtibus, vrgetur confeſſione ſua. pro S. R. 76. Iam intelliges certum crimen quàm multis ſuſpicionibus coarguatur. 2. de In. 137. Aut alijs conſtitutionibus factum coarguetur. 1. contra Rull. 17. Hæc à me ſuſpicionibus & coniecturis coarguuntur. pro Cl. 41. Oppianicus digito legata deleuerat, ne lituris coargui poſſet. Anteq. 15. Quorum cognita improbitas me tacente coarguitur turpitudine vitæ.

☞ Syntaxis. *Coarguere, & refellere. Auaritiæ aliquem coarguere. Crimen coarguere.*

COAVCTIO, nis. *auctio.* 5. in Verr. 189. Hoc crimen eſt, &c. ex coauctione annonæ atque æſtimationis.

COBIAMACHVS, chi. *vicus inter Toloſam & Narbonem.* pro Fon. 9.

COCHLEA, æ. *Græcè λίχνος.* 2. de Diui. 133. Vt ſi quis medicus ægroto imperet, vt ſumat terrigenam, *herbigradam aliẽ*, domiportam ſanguine caſſam, potius quàm hominum more cochleam diceret. 4. ad Herenn. 62. Iſte tanquam cochlea abſcondens & retentãs ſeſe tacitus, quo ſit tutus, comeditur cum domo ſua, & aufertur.

COCLES, tis *luſcus, qui altero captus eſt oculo: de Horatio Coclite.* 2. de Legibus. 10.

COCTVS, a, um. *maturus.* de Sen. 71. Poma matura & cocta.) (. *cruda.* Att. lib. 13. ep. 50. Bene coctus & conditus ſermo bonus.

COCVS, ci. *vel* coquus, *qui cibos parat & condit.* Epiſt. lib. 9. epi. 20. In ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. pro S. R. 134. Mitto coquos, piſtores, lecticarios, &c. I. P. 67. L. COAEVVS.

✠ ADIVN. *Arthricius, 9. Fam. Optimi.*

COCYTVS, ti. *fluuius apud inferos.* 3. de Nat. 43. Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, &c. 1. Tuſcul. 10. Cocyti fremitus.

CODEX, cis. *liber, tabulæ, tabulæ accepti & expenſi, & in quo publica acta ſcribebantur.* pro Quint. Roſ. 4. Quomodo H-S. CCCLIII. in codice accepti & expenſi non ſunt? & *Ibid.* Prò dij immortales, eſſéne quemquam tanta audacia præditum? qui quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat? quod in codicẽ iniuratus referre noluit, id iurare in litẽ non dubitet? & *ibidem.* 5. Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum confiretur, ſed in aduerſarijs patére contendit. & 8. Vtrum cætera nomina in codicem accepti & expenſi digeſta habes? pro Cluent. 91. C. Verres ſubſortitionem eius in eo codice non habebat, qui tum interlitus proferebatur. & 5. Verr. 41. Codicis tui literas contemplare. 3. Verr. 149. Cauſam in me conferebat, quòd tum codicem obſignaſſem. pro Syl. 44. Referre in codicem. 3. I. V. 157. Proferre falſum codicem. & 95. Codicis extrema cera: *id eſt, tabularum.* & 119. L. Piſo multos codices impleuit earum rerum, in quibus interceſſit. * pro C. Cornel. 1. Legere codicem cum intercedatur. *Ibidem.* Codicem attigit.

✠ ADIVNCT. *Falſus, pro Q. Roſc. multi, 3 Ver.*

☞ Syntaxis. *Accepti & expenſi codex. In codicem referre, digerere Codicem obſignare.*

CODICILLI. orum. *literæ, tabellæ, libelli.* Epiſt. lib. 4. epiſt. 12. Puer mihi obuiam venit cum codicillis, in quibus erat ſcriptum, Marcellum, &c. Quint. frat. lib. 2. ep. 10. Epiſtolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. Epiſtol. li. 9. ep. 26. Accubueram hora nona, cùm ad te harum exemplum in codicillis exaraui. 8. I. A. 28. Hic heſterno die ſententiolas noſtras in codicillis & omnia verba referebat. Attic. lib. 4. ep. 8. Qui non minus longas iam in codicillorum faſtis futurorum Conſulum paginulas habeat, quàm factorum.

☞ Syntaxis. *Exarare in codicillis exemplum' epiſtolæ. Referre in codicillis dicta.*

CODRVS, dri. 5. de Finib. 62.

COELATOR, oris. 6. in Verr. 54. Artifices omnes cœlatores & vaſcularios conuocat. & 63. Mittit rogatum vaſa ea quæ pulcherrima apud illum viderat, ait ſe ſuis cœlatoribus velle oſtendere.

COELATVS, a, um. *inſculptus. vt argentum & aurum cœlatũ.* 5. Tuſ. 61. Or. 232. & 4. I. V. 129. Qui non tam cœli quàm cœlati argenti rationem ducit. *obſerua elegantem annominationem.* & 6. Verr. 97. Galeæ æneæ cœlatæ opere Corinthio. 2. de Inuen. 116. Vaſa magnificè & præciosè cœlata.

COELEBS, bis. *qui vel quæ vxorem aut virum non habet.* 3. de Leg. 7. Cœlibes eſſe prohibento.

COELESTIS, ſte. *diuinus, diuus, cœlites.* Orat. 119. Cùm ſe à cœleſtibus rebus refert ad humanas. 2. de Diu. 93. Vim cœleſtem aliquid ad eos qui in terra gignũtur, pertinere. Br. ep. pr. In. 7. Res à te geſta eſt memorabilis & pœnè cœleſtis. 4. Ac. 127. Cogitanteſque ſupera atque cœleſtia, hæc noſtra, vt exigua & minima contemnimus. 5. I. A. 28. Tum illæ cœleſtes diuinæq; legiones. de Somn. 9. Orbis cœleſtis extimus, qui, &c. 3. Offic. 25. Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœleſtium collocauit. 4. I. A. 10. Quid eſt eſt quod de voluntate cœleſtium dubitare poſſimus. 1. de Leg. 24. Agnationem nobis eſſe cum cœleſtibus. & 2. de Leg. 19. Diuos, & eos qui cœleſtes ſemper habiti, colunto.

☞ Syntaxis. *Cœleſtes colito Geſta cœleſtia, orbes, vis.*

COELICVLVM, li. de Ar. 32.

COELIMONTANA. porta. I. P. 55.

COELITẽS, tum. *cœlicolæ.* de Somn. 1. Gratias, inquit, tibi ago ſumme Sol, vobiſque reliquis, Cœlites, quòd, &c. 2. de D. u. 104. Ego diuûm genus eſſe ſemper dixi, & dicam, coelitum ex Ennio. 4. Tuſc. 63. Neque ira cœlitum inuectum malum:

COELIVS. *Mons Romæ.* 3. Offi. 66.

✠ COELIVS, ij. *Cognomen in Romana Repub. celebre.* Epiſt. lib. 2. ep. 15. Ego de prouincia decedens, quæſtorem Cœlium præpoſui prouinciæ puerum? inquis, at quæſtorem: at nobilem adoleſcentem. 3. de Leg. 36. Dedit huic quoque iudico Cœlius tabellam, doluitque quòd vixit. ſed vt opprimeret Cœlius populum nocuit Reip. de Clar. 272. Nec vero M. Cœlium prætereundum arbitror quęcunque eius in exitu vel fortuna vel mẽs fuerit, qui quãdiu authoritati meę paruit, talis Trib. Plebis fuit, vt nemo contra ciuium perditorum populares turbulentamq; dementiam à ſenatu, & à bonorum cauſa ſteterit conſtantius. 2. de Nat. 8. C. Flaminium Cœlius religione neglecta cecidiſſe apud Thraſimenum ſcribit cum magno reipub. vulnere. 2. de Orat. 54. Sed iſte ipſe Cœlius neque diſtinxit hiſtoriã varietate locorũ, neq; verborum collocatione, & tractu orationis leni, & æquabili perpoliuit illud opus: Sed vt homo neq; doctus neque maximè aptus ad dicendum, ſicut potuit dolauit. At. li. 10. ep. 11. *Cœlij ad Ciceronem epiſtolæ.* 3. In Verr. 130. M. Cælius prætor cum Verre. 13. Philip. 26. Et homo diruptus, dirutuſque Q. Cœlius.

COELIANVS, a, um. At. lib. 10. epiſt. 14. Fortuna velim meliori, animo Cœliano.

COELO, as. *inſculpo.* 1. de Diu. 79. Atque hanc ſpeciem Praxiteles cœlauit argento.

COELVM, li. *altißimum Dei domicilium. Lege SPIRITVS.* Epiſt.lib.9.ep.26.Ille verò te putabat quæſiturum, num vnum cœlum eſſet,an innumerabilia.3.de Or.176.Hic ſtatus eſt huius totius mundi atque naturæ, cœlum vt rotundum terráque vt media ſit. pro Pomp.41. Pompeium omnes ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum,ſed de cœlo lapſum intuentur.Qu. fr.lib.1. ep.1.E cœlo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum. de Som.12.Summus ille cœli ſtelliferi curſus.1.de Diu.97.Cùm cœlum diſceſſiſſe viſum eſt, atque in eo animaduerſi globi.1. de Diu.1.Cœlum ex omni parte patens atque apertum intueri. de Som.9.Stellæ errantes,quæ verſantur retrò contrario motu, atque cœlum.1.de Diu.41.

Quanquam multa manus ad cœli cœrula templa.
Tendebam lachrimans.——pro Rab. 15. Quem non modò foro,ſed cœlo hoc ac ſpiritu cenſoriæ leges carere voluerunt. Or.107.& pro S.R.71.Ducere animam de cœlo.Att. lib. 4.epi.3. Milo proſcripſit ſe per omnes dies comitiales de cœlo ſeruaturum.* Hortenſ.Epicurei plures volunt eſſe cœlos. *Ibiem* Eloquentiam in cœlum,credo vt ipſe cum ea ſimul aſcenderes,fuſtuliſſes. de Conſolat. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit. *Ibidem.* Omnibus eundem curſum in cœlum patere. ¶ *Aer,ſpiritus circunfuſus.*1.in C.15. Poteſtne tibi huius vitæ hæc lux,Catilina,aut huius ſpiritus cœli eſſe iucundus?1.de Diuinat. 130. Cuius Cœli aſpiratio grauis ac peſtilens eſt. & 93. Apud Hetruſcos propter aeris craſſitudinem de cœlo multa fiunt. 2. contra Rullum.80.Vectigal cœlo ac loco calamitoſum.de Fat. 7.& 8.Cœlum craſſum.)(.*cœlum tenue.*2.de Nat.13.Cœli temperatio,*id eſt aeris.*7.in Verrem.26. Natura loci ac cœli Syracuſarum.Att.lib.11.ep.24.Cœli grauitas.1.de Diu.16. Summanus de cœlo ictus.1.de Orator.179.L. Fuſius cuicunque particulæ cœli officeretur,immutata lumina putabat.1.Tuſc.60. Cœlum hoc, in quo nubes,imbres ventiſque coguntur,quod & humidum & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ.

¶ *Tranſlatione,ſummus gradus & locus.*Att.lib.6. epi.2. Salaminij nos in cœlum decretis ſuis ſuſtulerunt. 4.in Antonium.6. Cæſar in cœlum fertur.Attic.lib.2.ep.10.Si verò ea quæ de me pacta ſunt,non ſeruantur,in cœlo ſum.& ep.20.& 19. Bibulus hominum admiratione ac beneuolentia in cœlo eſt. 2. I. A. 107. Collegam de cœlo detraxiſti 2.de Nat.48. Epicurus dum palato quid ſit optimum iudicat,cœli palatum (vt ait Ennius) non ſuſpexit.Att.lib.2.ep.1.Attingere cœlum digito.

✠ *ADIVNCT.Craſſum)(tenue,de Fat.extremum,atque vltimum,2.de Diu.Humidum & caliginoſum,liberum,nebuloſum & caliginoſum,vniuerſum,1.Tuſc.Pingue atque concretum,tenue,purum & propteria ſalubre,1.de Diu.Rotundum,3.de Orat.Stelliferum,Totum. de Som.*

☞ Syntaxis. *De cœlo miſſus,delapſus. Deducere de cœlo animam. De cœlo ictus,obſeruare,ſeruare. In cœlum ferre aliquem. In cœlo eſſe: id eſt, felicem eſſe. De cœlo aliquem detrahere. Cœli palatus. Cœlum digito attingere.*

COELVS, li.*pater Saturni.*2.de Nat.63.Vetus opinio,exectum eſſe Cœlum à filio Saturno.& 3.de Nat.44.Aether & dies parentes Cœli.& 53.55.& 61.

COEMO,mis.*coemptionem facio,emo.* 6.I. V. 133. Non modò non vendebant,ſed etiam coemebant.Ep.lib.15.ep.19.& lib.7.epi.23. Sylla omnia bona coemit.

COEMPTIO, onis. pro Mur.27. Horum igenio ſenes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt.& *Ibidem*:Putarunt omnes mulieres,quæ coemptionem facerent,Caias vocari.pro Flac.84.In manu, inquit, conuenerat,ſed quæro vſu?coemptione?1.de Orat.237.Mulieris,quæ coemptionem fecerit,cauſam defendere.pro Flac.84.Coemptione in manum conuenire.

☞ Syntaxis.*Coemptionem facere. Coemptione in manum conuenire.*

COEMPTIONALIS, le.*qui frequens eſt in emptionibus.* Epiſtol. lib.7.ep.29. Si inter ſeries coemptionales vænale proſcripſerit, &c.Curij.

COENA,æ.*veſpertina menſa.*Quint.fr.lib.3.epiſt.1.Venit ad nos Cicero tuus ad cœnam, cùm Pomponia foris cœnaret. pro Cæl.20.Eſt enim dictum ab illis,fore qui dicerent,vxores ſuas redeuntes à cœna,attrectatas eſſe à Cælio.pro S.R.98. Non illũ redeũtem à cœna videtis.3.in Ver.49. Quid ego iſtius prandia & cœnas commemorem pro S. R. 59. Puerum vocauit, credo cui cœnam imperaret.pro Deiot. 21. Cùm te vomere poſt cœnam velle dixiſſes.Ep.li.9.ep.16. Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant:quod erit magnificum, ſit & lautum.

✠ Att.lib.6.ep.3.Vocare aliquem ad cœnam.‖Ep.lib.9.ep.20.Tamen in ea coena cocus meus præter ius feruens.

✠ *ADIVNC.Anicluana,2.In Cat.Auguralis.7.Famil. intempeſtiuæ,lautæ,9.Att.Iucundæ.5.Tuſc. Sumptuoſæ.9.Fam.*

☞ Syntaxis.*Venire ad cœnam ad aliquem. Redire à cœna. Cœnam alicui imperare. Vomere poſt cœnam. Vocare ad cœnam aliquem. Dare alicui cœnam.*

COENACVLVM, li.*triclinium,conclaue.*2.contra Rull. 95. Roma cœnaculis ſublata atque ſuſpenſa.

COENANS,tis.At.li. 9.epi.7. Cœnãtibus nobis, & noctu quidẽ Statius à te epiſtolam breuem tulit.* pro M. Scaur. Venenum hoſpiti aut conniuæ cœnanti datum. ‖ At.li.15.ep.26.Aduentabat autem βαλνεον cænantibus nobis.

COENATVRVS, a.um.Att.lib.13.ep.50.Cum Cęſar ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi veniſſet.villa ita cõpleta militibus eſt,vt vix triclinium,vbi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet,vacaret. Q.fra.li.1.ep.1.Apud Pompeium in eius nuptijs erã cœnaturus.

COENATVS,a,um.1.de D.57.Qui vt cœnati quieſcerent, viſum eſſe ei,qui,&c.

COENITO,as.*frequentius cœno.*Ep.lib.7.ep.16.Ego ſi foris cœnitarem,Cn.Octauio familiari tuo non defuiſſem.& lib. 9. ep.7. Non deſino apud iſtos qui nunc dominãtur, cœnitare. & epiſt. 16. Puto enim te audiuiſſe,illos apud me declamitare,me apud illos cœnitare. ‖ Et ep.24.Cænitando foris.

✠ *ADVERB.Foris,9.Eam,*

COENO, às.2.de Inu.14.Qui cum in quandam cauponam diuertiſſent,ſimul cœnare & in eodem loco ſomnum capere voluerunt,cœnati diſcubuerunt.Epiſt.lib.1.epiſto.2. Ego eo die caſu apud Pompeium cœnabam. pro Deiot. 19. At eodem te cùm cœnauiſſes,rediturum dixeras.in Vat.31.Quis vnquam in funere familiari cœnauit cum toga pulla. 2.de Orator. 246. Manus laua,inquit,& cœna.Quint.frat.lib.3.epiſt.1.Cœnare foris. 3. de Orator.352.Cum cœnaret Cranone in Theſſalia apud Scopam. 2.de Finib.24.Benè cœnare,libenter cœnare.

✠ *ADVERB.Bellè,frugaliter,honeſtè,libẽter,malè,nequiter,Grauè,rectè,turpiter,2.de Finib,melius.5.Tuſc.*

☞ Syntaxis. *Simul cœnare. Cœnare apud aliquem. Cœnare in funere familiari cum toga pulla. Cœnare,abſolutè. Cœnare foris.*

COENVLA,æ. *parua cœna.*Epiſt.lib.9.ep.24.Vereor ne obliuiſcacare cœnulas.& 5.Tuſc.91.Heſterna cœnula.

COENVM,ni.*lutum.*pro Dom. 47. O cœnum, O portentum. 4. Tuſcul.53.Stoici dicunt omnes ſtultos inſanire, vt malè olere omne cœnum.pro Seſt.20.Habeo quem opponam labi illi atque cœno.Att.lib.2.ep.21.Pompeius oblitus cœno. *de Conſolat.In cœno iacere.

COEO, is.*conuenio,adiungor,congredior*‖*cum duo idem petunt,qui collegæ futuri, aut qui muneve,neceſſitudine, aut ſocietate commungendi ſunt.hi coire a Latinis dicuntur, quod vulgo ignorantia in diſſuetudinem abiit.*ad Att.lib.1.ep.14. Cæſar cum eo coire cogitat, & Bibulus cum hoc ſe putat poſſe coniungi.Poſtquam in Sen.15.Cũ hoc coire auſus es? Att.lib.7.epiſto.3.Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræum. pro Dom. 47. Collegia medius fidius Tribunorum plebis tota reperientur,&c.quæ coeant de hominum locupletiſſimorum bonis. pro Clu. 144. Dixi Habito ſtatim de eo,qui coiſſet,quo quis condemnaretur,illum eſſe liberum.pro Clu.148.Qui eorum coit,coierit,conuenit,conuenerit,&c.

¶ *Iungor,conirabor.*pro Quin.76.Coire ſocietatem voluntariam cum aliquo.2.de Natu. 123. Pinna cum ſquilla ſoietatem coit comparandi cibi.pro S.R.96. Coire ſocietatem præmij vel ſceleris cum aliquo.pro S.R. 87. Coire ſocietatem cum aliquo de aliqua re.2.in Antonium.24.Vtinam Cn.Pompei cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes,aut nunquam diremiſſes.

✠ pro.S.R.20.Societas coitur.

☞ Syntaxis.*Coiuere amici,Coire ſocietatem cum aliquo. Coire de ſalute,&c.*

COEPI, ſti.*inſtituo,ſuſcipio,incipio.*pro Rab. P. 5. Vt magis pœniteret cœpiſſe,quàm liceret deſiſtere. Att.li.1.ep.3. Caietam ſi quando abundare cœpero,ornabo.1. de Orator. 170. Neque ſe antè cauſas amicorum tractare cœpiſſe, quàm ius ciuile didiciſſet.de Fat. 35. Neue inde nauis inchoandæ cœpiſſet exordiũ. Epi. lib.10. ep. 15. Si latro rurſus in Italiam ſe recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei.Att.lib.7. ep.20. Ipſe me Cæſar ad pacem hortatur,ſed antiquiores literæ quàm ruere cœpit.

COEPTO, as.*incipio.* in Arato.

——*Cœptant tutos conſtringere portus.*

COEPTVS,a,um.2.de Diuin.8. Nunc de republica conſuli cœpti ſumus.de Cla.26.Qua in vrbe primùm literis oratio eſt cœpta mandari.1.de Orator.168. Antè petitam eſſe pecuniam quã eſſet cœpta deberi.de Fin.lib.5.24. Tum ſenſim incipit progredi,ſeſeque agnoſcere:cœptaque & ea,quæ naturæ apta ſunt appetere,& propulſare contraria.*pro C.Corn.1. Cœptum igitur per eos,deſitum eſt per hunc.

☞ Syntaxis.*Cœptus ille eſt conſuli de pace. Litera ſcribi cœpta.*

COEPTVS, tus.*inceptum.*4.de Fin.41. Atque ipſa inſtitutio hominis ſi loqueretur,hæc diceret, primos ſuos quaſi cœptus appetẽdi fuiſſe,vt ſe conſeruaret in ea natura, in qua ortus eſſet

COERARIVS,rij.*curator.*COERO, *Curo.*de Leg.lib.3.19. At si quid erit quod extra magistratus, coërario vsus sit, qui coëret, populus creato:eique ius coërandi dato. *Alij legunt,cohærario.& cætera eodem modo.*

✠COERCENDVS,a,um.1.de Fin.51.Tamen in quibusdam neque pecuniæ modus est,neque honoris,nec imperij,nec libidinum nec epularum nec reliquarum cupiditatum quas nulla præda vnquam improbè parta minuit, sed auget potius atque inuã nat: vt coercendi magis quam dedocendi esse videantur.

COERCENS,tis.*comprehendens,amplectens.*2.de Nat.101. Restat vltimus & omnia cingens,& coercens cœli complexus.

COERCEO,ces.*contineo.*2.de Nat.57.Mundus omnia complexu suo coercet & continet.

¶ *Refreno,domo,reprimo.*2.Tus.47.Hoc præcipitur vt ratio coerceat temeritatem.2.de Fin.3.Cùm enim fertur quasi torrens oratio,quamuis multa cuiusque modi rapiat,nihil tamen teneas, nihil apprehendas,nusquam orationem rapidam coerceas. de Cla.316.Fluuium extra ripas diffluentem coercere.At.li.5.ep.21. Appius turmas aliquot equitum dederat Scaptio,per quas Salaminios coerceret. & ad Brut. ep.16. Ego verò is sum, qui non modò non supplicem,sed etiam coerceam postulantes, vt sibi supplicetur.11.In Ant.4.A progressu coercuit. *alias Arcuit.* reditu refrenauit. 2.Offi.24.Ijs qui vi oppressos coercent, sit sanè adhibenda sæuitia.3. de Or.4. Coercere aliquem ablatis pignoribus.Att.lib.1. ep. 15. Resecare libidinem, coercere iuuentutem. 3.Oft.23.Eos morte, exilio, vinculis, damno coercent. 1. de Or. 194.Coercere cupiditates.Top.39.Coercere aquam.*id est,arcere.* 5.I.V.208.Coercere improbitatem.

COERCEOR,ris.*moderor.*2. de Finib. 73. Pudicitia non infamiæ metu coercetur,sed sanctitate sua se tuetur. 4.Acad.65. Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. 1.de Fin.2.Qui autem moderatius id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo,quod semel admissum coerceri reprimique non potest.

☞ Syntaxis.*Cælum cingit omnia complexu suo,atque coercet Fluuios coercere,iuuentutem,libidinem,Coercere & reprimere.*

COERVLEVS,a,um.L.CAERVLVS.1.de N.d. 84. Cæsios oculos Mineruæ,cœruleos esse Neptuni.in Arat. Cœrulea pistrix.

COETVS,tus. *concilium.*de Senect.85.Cùm in illud animorũ concilium cœtumque proficiscar.2.de Finib.77.Opiniones,quæ in senatu, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioq; sint proferendæ.de Som.4.Concilia & cœtus hominum iure sociati.in Sal.18. Ea pars, quò tanquam in vnam voraginem cœtus omnium vitiorum exesserat.7.in Verrem.185.Omnesque Dij, qui solennes cœtus ludorum initis.1.de Orator. 30.Dicendo tenere hominum cœtus.& 2.de Orat.233.In hoc tali cœtu,& tam accurato sermone.3.de Orator. 62. Valde autem est absurdum ei concionem,aut senatum,aut vllum cœtum hominum committere,cui,&c.2.de Finib.11.Cœtus matronarum.1.I.C.6. Cœtus nefarij.1.I. C.10. Dimittere cœtum. Cœtu nostro dimisso. *de Consolat.Te in eorum cœtu locatam consecrabo.

✠*ADIVNC.Occulti,2.cont.Rul.Nefarij.1.in Catil.Populares.4.Acad.Solennes ludorum.7.Verr.talis.* 2. *de Orat.Vllus.3.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Hominum cœtus,vitiorum,ludorum. Concilium ac cœtus. Cœtus iure sociatus.Cœtum dimittere.*

COGITATE.*cogitatò.consultò.*pro Arch.18. Accuratè cogitateq; scribere aliquid.

COGITATO.*cogitate.*1. de Off. 27. Permultum interest, vtrum perturbatione,&c.an consultò & cogitatò fiat iniuria.

COGITATIO,onis.*mẽtis sensus,mentis agitatio,animi motus, animi sensus,intimus sensus, reconditus sensus, meditatio,commentatio, φαντασία, intimus sermo,cura.*Att.lib.10.ep.6. Meas cogitationes omnes explicaui tibi superioribus literis.Att.lib.8.ep. 24. Obsecro te Cicero suscipe curam & cogitationem dignissimam tuę virtutis,vt,&c.& lib.9.epist.13. Quamobrem à te peto,vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi.2.de Or.186.In ea cogitatione curaque versor, vt odorer,&c.At.lib.15.ep.25.Hæc me species cogitatióque perturbat. 2.in Antonium.31.Attende enim paulisper,& cogitationem sobrij hominis ad punctum temporis suscipe. Parad. 1. Cùm illi cogitationem vllam habuisse videntur, aut auri ad auaritiam, aut,&c.de Amic.31.Qui omnes suas cogitationes abiecerunt in rem tam humilem,támque contemptam.Epist.lib.3.ep.11.Cõplexus sum cogitatione te absentem,3.de Orat. 17. Omne illud tempus meridianum Crassus in acerrima & attentissima cogitatione posuit. & *Ibid.* Cùm eum in cogitatione defixum esse sensisset.Att.lib.9.ep.8.De his rebus rogo vos, vt cogitationem suscipiatis.& lib.14.epist.23.Quæris vt suscipiam cogitationem, quid nam istis agendum putem.& lib.9.ep.13.Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt arbitrarer&c. 2.contra Rull.5. Versantur in animo meo multæ & graues cogitationes. Brut.

✠ ‖ *Epist.Prid.Inuentarum.3.*Cicero tuus nunquam videtur dimittere cogitationem,cuius sit filius.1.de Ora. 150.Subitam orationem commentatio & cogitatio facilè vincit.Ora.134.Qui motus cogitationis celeriter agitatus, per se ipse delectat. pro Syl. 64.Peterem veniam ex intimis vestris cogitationibus,& ex humanitate communi.de Am.27.Quapropter à natura mihi videtur potius,quàm ab indigentia orta amicitia,applicatione magis animi cum quodam sensu amandi,quàm cogitatione,quãtum illa res vtilitatis esset habitura.1. de Or. 218. Multe animo & cogitatione,multa etiam legendo percurrisse. & 2. de Orat. 130.& 131. Neque quoties verbum aliquod est scribendum nobis,toties eius verbi literæ sunt cogitatione perquirendæ.1. de N.39.Mens nostra quiduis cogitatione potest depingere.3. ad Her.32.Cogitatio quamuis regionem potest amplecti,& in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari & architectari. Item: Quis est iste tuus sensus, quæ cogitatio? Brutos vt non probes,Antonios probes.1.de Natur. 106.Sic enim dicebas speciem Dei percipi cogitatione, non sensu,nec esse in ea vllã soliditatem,nec eandem ad numerum permanere,eámque esse eius visionem,vt similitudine & transitione cernatur, neque deficiat vnquam ex infinitis corporibus similium accessio, ex eóque fieri vt in hæc intenta mens nostra beatam illam naturam & sempiternam putet.pro Mil.79. Fingite animis: liberæ enim sunt cogitationes nostræ,& quæ volunt, sic intuentur, vt ea cernimus,quę videmus,fingite igitur cogitatione imaginẽ, &c.3.I.V.58.Vidi simul cum populo Rom.forum adornatum ad speciem magnifico ornatu,ad sensum cogitationémque acerbo & lugubri.1.Off.132.Cogitatio in vero exquirendo maximè versatur.& 3.Offic.4.Nos tantum roboris non habemus, vt cogitatione tacita à solitudine abstrahamur. & 1. Off. 19. Omnis autem cogitatio motúsq; animi,aut in studijs scientiæ cognitionisque versabitur,aut,&c.1.Tusc.50.Quidam nequeunt qualis animus sit vacans corpore, intelligere, & cogitatione comprehendere.pro Fl.66.Sed vestrum est iudices, omnia quæ dici possunt in hominum leuitatem,&c.etiam si à me minus dicuntur,vestris animis & cogitatione comprehendere.4.Tuscu. 29. Sed in animo tantũmodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione seiungere.& 2.Tusc.53.Hæc cogitatio non solum animum comprimit&c.3.de N. 47. Omnia quæ nobismetipsis cogitatione fingere possumus.Epist.lib.4.ep.5. Quoties in eam cogitationem necesse est vt tu veneris, & nos sæpe incidimus. 1.de Nat.21.Quod ne in cogitationem quidem cadit.Att. lib.7. epist.3.Si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset,1. de Or. 6. Quocunque te animo & cogitatione conuerteris.pro Sest. 11. Audite literas,& vestram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate.*pro C.Cornel.2.Studia, consilia, cogitationésque eorum aperiam.Hortens.Congruere cum cogitatione magna voluptas corporis non potest.

✠*ADIVNC.Acerbæ Diuturnæ.3.Tusc. Acerrima atque attentissima,Deformis.3.de Orat.Bonæ.1.de Diui. Certæ. 2. Offic. Multo difficilior multoque obscurior, Mollissimæ.1.Tusc.Dignissima virtutis,8.Attic.Inanis liberæ,pro Mil. Intimæ,pro Syll.Malæ conscientiæ atque animi,pro Sex.Rosc.Melior,quieta, tacita.1.Offic. Multa.2.Attic.Multæ & graues.2.Cont. Rull. Posteriores, sapientiores,12.Phil.Pristinæ 9.Attic.Quotidianæ.1.de Orat.Reliqua.4.Att.Summa.1.Fam.*

☞ Synta. *Cogitatio dignissima, acerrima, attentissima grauis. Cogitationes suscipere,explicare.In cogitatione versari.Habere,& abducere cogitationes in studia. Cogitatione aliquem complecti, percurrere aliquid,depingit mens, percipere, fingere. In animo cogitatione distinguimus.Venire in cogitationẽ.Conuertere se animo & cogitatione ad.*

COGITATVM,ti.*cogitatio.*1.contra Rul.1.Hæc non cogitata sapientum,sed optata furiosorum videntur.de Cl. 254. Cogitata mentis præclarè eloqui.

COGITATVS,a,um.*meditatus.*2. I. A.85.Attuleras domo meditatum & cogitatum scelus. pro Deiot. 17. In posterum, inquit, diem distulit,vt cùm in castellum Luceium ventum esset, ibi cogitata perficeret.

COGITO,as.*meditor,commentor,contemplor,mente contrecto,mente complector,cogitatione complector,animo agito,mente agito, mecum quæro existimo,in animo habeo,mihi in animo est cogitationem alicuius rei habeo,omnem meam curam defigo in aliqua re, animo & cogitatione comprehendo, in aliqua re cogitationem pono, omnem curam cogitationemq; configo, memoriam meam ad aliquam rem excito ratione animoq; lustro,ante oculos meos propono,speciem alicuius rei cogitatione percipio.Mente & cogitatione versor,cogitationem alicuius rei capio,cogitationem suscipio.*1.de Ora.223.Sagaciter peruestigare quod sui ciues,ijque qui audiunt,cogirent,sentiant,opinentur,expectent.pro Deiot.38. Hæc ego repeto, & dies & noctes cogito. 2.de Leg.2. Nihil in his locis nisi montes & saxa cogitabam.pro Font.12.Vos sæpius eandem rem animis agitare, & diutius

diutius vno de teſte cogitare poteſtis.2.con.Rul.62. Vos tamen id poteſtis cum animis veſtris cogitare. 2. de Leg.1. Nam illo loco libenter ſoleo vti, ſiue quíd mecũ ipſe cogito, ſiue aliquid ſcribo, aut lego. pro Mil.57. Clodius nihil de extremis Milonis comitibus cogitauit. Attic. lib.9. epiſt.4. Adhæc igitur cogita, vel potius excogita.2.de Orat.102. Et quicquid de ſua re cogitârit, in medium proferat. pro Rab.29. Longius quàm vitæ termini poſtulant, ſpe atque animo de ſe & gloria ſua cogitare. Epiſt. lib.1. epiſt.7. Is viſus eſt mihi toto animo de te ac de tuis ornamentis, & commodis cogitare.2.I.C.20. Sed eos hoc moneo deſinant furere, & proſcriptiones & dictaturas cogitare. Attic. lib.13.epiſt.12. De hortis toto pectore cogitemus. 2. Tuſc. 58. Ad ferendum dolorem placidè & ſedatè, plurimum proficit, toto pectore (vt dicitur) cogitare, quàm id honeſtum ſit. Epiſt. lib.4.epiſt.5. Cœpi egomet mecum ſic cogitare: Hem nos homunculi, &c.5. Tuſc.110. Docto & erudito homini viuere eſt cogitare. Epiſt. lib.15. epiſt.16. Si inſulam Britanniam cœpero cogitare, eius ἀδονὴν mihi aduolabit ad pectus. Attic. libr.14. epiſt.14. Sed mehercule ſi humaniter, & ſapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis. Attic.lib.2. epiſt.9. Ludi Antij futuri ſunt pridie Non. eos Tullia ſpectare vult: inde cogito in Tuſculanum. Attic.lib.9.epiſt.1. M. Lepidus ✠ cras cogitat. ‖ *Quam obſeruatione autorum linguæ Latinæ cognitio acquiratur, hoc loco clarum. ſic enim olim conſuetudine Romana vſurpatum eſt vt verbum profectionem ſignificans omittatur, Quod tamen à nemine grammaticorum præceptis vnquam traditum. Notandum tamen hoc magis in ſermone familiari aut epiſtolis locũ habere quam alijs generibus orationum: vt ſupra, Cras cogitat: puta, proficiſci.* con. C. Anton. Conſulatum ſpero aut cogito.

COGITOR, ris. *excogitor, exiſtimo.* 4. Acad.37. Nihil enim agens ne cogitari quidem poteſt, quale ſit, 2. de Diu.137. Nulla ſpecies cogitari poteſt, niſi pulſu imaginum.

✠ ADVERB. *Acerbe de pernicie reip. crudeliter de exilio, 4. Cat. Acrius, 5. de Finib. Accuratius, Multum de aliquo, 3. famil. Acutiſsime, libidinoſè, prudẽter, 1. Offic. Altius, Orat. Amabiliter in aliquem. 4. Attic. Amantiſsime, 3. ad Q. frat. Aſtutè. 2. famil. Attentius, 2. Offic. Bene aliquando. 2. Phil. Callide, incondite, monſtruoſe, Præpoſtere, 2. de Diuin. Crudeliſsimè, 11. Attic. Diligenter, 1. Tuſc. Diligenter rationem. pro Cluent. Diligentius, 10. Attic. Diuine, ibid. Diligentiſsime, pro Seſt. Diù. 15. fam. Diutius pro Font. Etiam atq; etiam, male. 8. fam. Humaniter in aliquem, 14. Attic. Longius ſpe & anim. o de gloria, pro C. Rab. Male iandiu de Senec. Multum & Diù. 1. Acad. Nefarie ſtulte pro Syll. Nefarie de vita alicuius, obſcurè pro Mil. Omnino, 4. famil. Omnino vnquam, 5. Verr. Optime. 14. Philip. Plane parum. 6. Attic. Plurimum, 2. Cont. Rull. Recte. Sapienter in aliquem. 14. Attic. Sæpe & multum, 1. de Inuent. Sæpenumero, 1. de Orat. Salutariter, 10. famil. Sapienter, de Pet. Conſ. Senſim, 3. Tuſc. Tantiſper. pro Cæc. Timide, pro Cæl. Valde, 12. Phil. Verè. 1. ad Quint. Frat.*

☞ Syntaxis. *Repetere, & dies, noctéſque cogitare. Saxa cogitare. de teſtibus cogitare. Cum animo ſuo cogitare. Cogita, excogita. Toto pectore cogito. Cogitare amabiliter in aliquem. Cogito hinc Romam.*

COGNATIO, onis. *coniunctio.* 6. I.V.72. Segeſtani cognatione ſe cum populo Romano coniunctos eſſe arbitrantur. 1. de Nat.92. Deorum cognationem libenter agnoſcerem. 5. de Fin. 1 L. Cicero frater noſter cognatione patruelis, amore germanus. 1. de Inu.36. Cognatione, quibus maioribus, quibus conſanguineis. 5. in Ant. 6. An poteſt cognatio vlla propior eſſe quàm patriæ. 6. in Ver. 81. Quæ cognatio ſtudiorũ & artiũ non minus eſt coniũcta, quàm illa naturæ. 2. de Diuinat. 142. Hęc verò qua cum ſomniis naturali cognatione iungũtur. 2. de Orat. 100. Cognationes, affinitates, &c. 5. de Fin. 65. Et tota domus coniugio & ſtirpe coniungitur, ſerpit ſenſim foràs, cognationib. primùm tum affinitatibus, deinde amicitiis, pòſt vicinitatibus cum ciuibus. pro Syl, 59. Cincius nunquam ſibi cognationẽ cum prædiis eſſe exiſtimauit ſuis. Attic. lib. 12. epiſt. 48. Pro cognatione quæ mihi tecum eſt. 1. de Diu. 64. Animus, qui deorũ cognatione teneatur. Ora. 186. Habere aliquam neceſſitudinẽ aut cognationem cum aliquo. 2. de Diu. 34. Cum rerum autem natura quam cognationem habent? Poſtquam in Sen. 14. Cognatio materna tranſalpini generis. 2 de Diu. 33. Diſtantium rerum cognatio naturalis. & *Ibid.* 54. Cognatio naturæ & quaſi concentus atque conſenſus, quàm συμπάθειαν Græci appellãt. 3. de Na. 28. Naturam quaſi cognatione continuatã conſpirare. pro Lig. 8. Propinqua cognatio. pro Clu. 16. Tulit hoc commune dedecus iam familiæ, cognationis, nominis, grauiter filius. * in L. Piſon. Cum tibi tota cognatio in ſarraco aduehatur.

✠ ADIVNCT. *Ampliſsima, 4. Ver. non minus coniuncta, 6. Ver. Continuata, 2. de Nat. Materna poſtquam in Sen. Naturalis, 2. de Diuin. propinqua, propior, 5. Phil. pro Lig. proprior certiorque, 1. de Legi. Proxima, 3. de Orat. Tota. in Piſ.*

☞ Syntaxis. *Cognatio conſanguinitatis, patriæ, naturæ, virtutũ. Cognatio, concentus & conſenſus naturæ. Animus deorũ cognatione tenetur.*

COGNATVS, a, um. *ſanguine coniunctus, habens cognationem cum aliquo, qui alicuius cognatione tenetur, affinis, conueniens.* Poſtquam ad Quir. 6. Pro reditu P. Pompilij multi cognati & affines deprecati ſunt. pro S. R. 96. Propinqui cognatique optimè conuenientes. 3. de Orat. 195. Nihil eſt tam cognatum mẽtibus noſtris, quàm numeri atque voces. pro Cec. 15. Amici cognatiq; illius. Attic. lib. 13. epiſt. 27. Incidiſſemus etiam in illos, in eis in cognatum tuum. de Vniu. 15. Formam autem maximè & ſibi cognatam & decoram dedit: *id eſt, ſimilem.* Lege, AGNATVS.

☞ Syntaxis. *Numerus nobis cognatus. Forma illi cognata, & decora: id eſt, conueniens, & decens.*

COGNITIO, onis. *agnitio, intelligentia, inſpectio, notio, ſcientia.* Topic. 67. Cauſarum cognitio cognitionem euentorum facit. 3. de Fin. 34. Nam quæ corporis ſunt, ea cognitionem habent faciliorem. 2. de Nat. 140. Vt homines deorum cognitionẽ cœlum intuentes capere poſſent. 1. de Ora. 185. Cognitionem iuris magnam ac difficilem eſſe. & *Ibid.* Nullius mihi artis facilior cognitio videtur. 3. de Orat. 110. Nam aut cognitio rei ſcientiaq; perquiritur, aut, &c. 5. de Fin. 34. Natura hominis, in qua ſit mirabilis quædam vis rationis, & cognitionis, & ſcientię. pro Flac. 24. Vtrum hîc tandem diſceptationẽ & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Attic. lib. 16. epi. 18. Quæ lex earum rerũ quas Cæſar egiſſet, magnam conſulib. cognitionem dedit & *Ibid.* Coss. quorum & lege, & S. C. cognitio & iudiciũ fuit. 1. de Orat. 122. Nam ipſæ quidem res in perfacili cognitione verſantur. 1. Offi. 13. 19. 20. 150. 151. 152. Cognitio rerum aut occultarum aut admirabiliũ, ad bene beateq; viuendum neceſſaria eſt. 2. cont. Rul. 33. Orbis terrarũ cognitionem alicui ſine conſilio dari, & pœnam ſine prouocatione. pro Cornel. 32. Ipſæ enim leges te à cognitione ſua iudicio publico repulerunt. 1. Off. 151. Cognitio contemplatióq; naturæ, &c. 2. de Nat. 153. Quæ contuens animus accipit ab his cognitionẽ deorum. * Hortenſ. Vna eſſemus beati cognitione naturæ: & ſcientia. 1. de Finib. 7. Si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. Cat. Vt expectatio à cognitione, aures ab oculis vincerentur. 3. Aca. Homini vt ſoli cupiditas ingeneraretur cognitionis & ſcientiæ.

¶ *Iudicium.* de Clar. 87. Cùm dies cognitionis eſſet.

✠ ADIVNCT. *Diuina, 5. Tuſc. Facilis, infinita, ſatis magna, ſubtilior, vulgaris, 3. de Orat. Facilior magna ac difficilis, neceſſaria, Summa rerum ciuilium, 1. de Orat. Magna, 16. Attic. magna atque ardua, 2. de Inu. Manca quodammodo atque inchoata naturæ, Soluaga atque ieiuna, 1. Offic. Perfacilis, Orat. vſitatæ perceptæque, 1. de Diuin. vtilis. Top.*

☞ Syntaxis. *Id habet cognitionem facilem: id eſt, facile noſcitur. Id cognitionem tibi dabit. In cognitione faciũ hoc verſatur: Cognitio & ſcientia. Cognitio & contemplatio.*

COGNITOR, oris. *qui cognoſcit, qui alium in iure defendit, procurator.* pro Qu. Roſc. 38. Tu Qui. Roſcium pro opere & labore quòd cognitor fuiſſet, quòd vadimonia obiiſſet, rogaſti vt, &c. pro Q. Roſc. 53. Nemo alteri petit, niſi cui cognitor eſt factus. & 32. In hanc rem me cognitorem dediſti. & pro Q. Roſc. 54. Niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem. & *Ibid.* Quoniam tuus cognitor non eſt factus. de Aruſp. 46. Cùm in me cognitorem harum omnium rerum illa fiãma conijciebatur: *id eſt, qui cognoſcebam.* 7. I. V. 166. Homines tenues adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt, vbi neque noti eſſe iis, quò venerunt, neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt. & *Ibid.* 167. Cognitorem locupletem dare. 3. I. V. 13. Ciuem Romanũ, qui cognitores homines honeſtos daret, ſublatum eſſe in crucem. 4. I. V. 106. Videte porrò aliam dementiam, cognitorem aſcribit Sthenio. quem? cognatum aut propinquum? non, &c. & *Ibid.* Sthenius inuenire neminem Siculum potuit, qui pro ſe cognitor fieret. & *Ibidem.* Cedò cui Siculo, cùm is reus fieret, ciuis Romanus cognitor vnquam factus ſit? & *Ibid.* 107. At credo Sthenius hoc ſibi amplum eſſe putauit, eligere è ciuium Rom. numero, quem cognitorem daret. 2. ad Her. 20. Maior annis L X. & cui morbus cauſa eſt, cognitorem dat.

✠ ADIVNC. *Improbiſsimi, 5. Ver. Locuples, 7. Ver.*

COGNITVS, a, um. *ſpectatus, perceptus, comprehenſus, compertus,*

perſpectus, iudicatus. pro Muren. 26. Veriti ſunt ne dierum ratione peruulgata & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi. 1. Offi. 18. Incognita pro cognitis habere. Epiſt. lib. 1. epiſt. 7. Re perſpecta & cognita. de Cl. 147. Satis mihi videbar habere cognitum Scæuolam ex iis rebus, quas, &c. pro Cec. 104. Homo virtute cognita & ſpectata fide ampliſſimus. 1. de Orat. 92. Arte cognitis penitúſque perſpectis rebus contineri. pro Cec. 104. Homo in vtraque fortuna cognitus, multis ſignis, & virtutis, & humanitatis. Brut. epiſt. pr. in 7. Clodij animũ perſpectũ habeo, cognitum, iudicatum. 1. de Orat. 108. Res penitus perſpectæ, planeq; cognitæ. Brut. Ex me illud eſt, quod te velim habere cognitum. 5. de Finib. 76. An verò quiquam poteſt probare, quod perceptum, quod comprehenſum, quod cognitum non habet. 4. I. V. 118. Vt aliquando de rebus ab iſto cognitis iudicatiſq;, & de iudiciis dicere deſiſtamus. *con. C. Anto. Homo nobilis & valde in hoc largitionis quæſtu notus & cognitus. Frag. epiſt. Cognita virtus,

✠ ADVERB. *Benè, 6. Ver. & 10. fam. Diu. in diuin. Diligenter, Top. modò, 10. fam. Facilè. Orat. Maximè, de Clar. Planè, 1. de Orat. penitus, 10. famil.*

☞ Syntaxis. *Cognitum ac peruulgatũ. Perſpectum & cognitum. Homo cognitus: in bonam partem. Habere quid perſpectum, cognitum, & iudicatum. Penitus perſpectum, planeq; cognitum. Cognitum & iudicatum. Perceptum, comprehenſum, cognitum.*

COGNOMEN, nis. *cognomẽtum.* de Am. 6. Cato quaſi cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis. 3. Offic. 112. T. Manlius, qui Galli torque detracto cognomen inuenit. 1. de Fin. 23. Neque Torquatus, qui hoc primus cognomen inuenerit. pro S. R. 17. Duo iſti Roſcij, quorũ alteri Capitoni cognomen eſt, iſte qui adeſt Magnus vocatur. 2. Offic. 57. P. Craſſus cùm cognomine diues, tum copiis. Attic. lib. 2. epiſt. 13. Noſter amicus Magnus, cuius cognomen vna cum Craſſi diuitis cognomine conſeneſcit. pro Cl. 72. Quid tu, inquit, Pacete (hoc enim ſibi Stalenus cognomen ex imaginibus aliorum delegerat, ne ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuæ quam generis vti cognomine videretur.) pro Mur. 31. Quam laudẽ ille Africa oppreſſa cognomine ſibi præ ſe ferebat, eandem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit. de Som. 2. Eritq; cognomen id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc hæreditarium. 3. I. A. 16. Bombalio, qui propter hæſitantiam linguæ ſtuporemq; cordis cognomen ex ignominia traxerit. & 6. In Ant. 11. Hinc enim puto Trebellum ſumpſiſſe cognomen. 2. de Inu. 28. Nomen autem cùm dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. 4. ad Heren. 42. Cognomen quod pro certo nomine collocamus.

✠ ADIVNCTA. *Hæreditarium, de Som. Scip.*

☞ Syntaxis. *Cognomen inuenire, aſſumere, trahere.*

COGNOMENTVM, ti. *cognomen.* pro Mil. 47. C. Caſſinius cognomento Schola. 2. de Fin. 15. Vt Heraclitus, cognomento qui *ενεκρυπτος* perhibetur.

COGNOMINATVS, a, um. Part. 53. Verba ponẽda ſunt quæ vim habeant illuſtrandi, nec ab vſu ſint abhorrentia, grauia, plena, ſonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata, ſuperlata.

COGNOSCENDVS, a, um. *noſcendus.* 1. de Ora. 204. Studium cognoſcendæ percipiendæq; virtutis.

COGNOSCENS, *qui noſcit.* 4. ad Her. 26. Qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit, cum commodum & ſui cognoſcentem videre in poteſtate quis ſperet?

COGNOSCO, cis. *percipio, attendo, diſco, non me latet, non me fugit, aſſequor, teneo, habeo, exaudio, animaduerto, cognitum habeo, intelligo, notum habeo, mihi notũ eſt, perſpectum mihi eſt, cerno, notitiam alicuius rei habeo, cognitionem capio.* ¶ *Sic Schorus vim huius verbi explicat cognoſcere inquit de re aliqua dicitur is qui inquirit aut quæſitor eſt conſtitutus, à magiſtratu, vt diſceptet de eo quod in iudicium venit iudicum igitur munus cognoſcere: Cognitorem eſſe verò, eius qui defendit cauſam alicuius: videre & audire qui ius habeat & nõ quam æqua ſint & non cauſam audire hæc ille. Farraginem hanc Synonimorum Nizolius magis videtur, ex vulgari grammaticorum turba: quam excultiſſimis Romanorum Roſtris aſſumpſiſſe: vnicum Nos Agnoſco expunximus (cuius vſus vel pueruli, ſatis notus, reliqua lectoris iudicio perpendenda relinquimus.* Attic. lib. 5. epi. 4. Idq; quoniam Philotimum habes, perſpice & cognoſce rationem. Item, lib. 16. epi. 17. Conſulibus & lege, & S. C. permiſſum erat, vt de Cæſaris actis cognoſceretur, ſtatuerent, iudicarẽt. 4. I. Ver. 26. Cauſam Verres cognoſcebat, Verres iudicabat. 2. Offic. 82. Aratus adhibuit ſibi in concilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognoſceret. 5. I. A. 53. Vt conſules cognoſcant, qui ager colonus ſit, qui contra, &c. 2. de Orat. 99. Hoc primùm præcipiemus, quaſcunq; cauſas erit acturus, vt eas diligenter penituſque cognoſcat. de Clar. 98. P. Craſſus domi iuris ciuile cognouit, *id eſt, didicit.* 1. de Orat 143. Etiam illam cognõram & acceperam, conciliandos eſſe, &c. Epiſt. lib. 1. epiſt. 8. Ex eodem de toto ſtatu rerum communim cognoſces. Attic. lib. 5, epiſt. 21. Habes conſilia noſtra, nunc cognoſce de Bruto. Epiſt. lib. 1. epiſt. 5. Quæ hic agantur, quæq; acta ſint ea te ex literis multorum & nunciis cognoſcere arbitror. & lib. 4. ep. 4. De Marcelli ſalute paulo antè quàm tu cognouimus. & lib. 10. epiſt. 29. De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam credo te cognoſcere ex literis tuorum. Attic. lib. 6. epiſt. 1. De me imperatore ſcribis te ex Philotimi literis cognouiſſe. 1. de N. 14. Adſint, animaduertãt, cognoſcant. pro Fl. 51. Quem tu cum ephebum Temni cognoſſes, quoniam te nudus delectarat, ſemper nudum eſſe voluiſti. Epiſt. lib. 5. epiſt. 12. Vt cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant. 7. I. V. 9. Ideò non tam ex re, quàm ex iſtius decretis cognoſco. Attic. lib. 9. epiſt. 19. Bene enim tibi cognitus ſum. *Oecon. 1. Quod etiam ludicris ſpectaculis licet ſæpe cognoſcere. Attic. lib. 16. epiſt. 21. Cognoui ſtudia tua in amicos. *Ibidem.* Res ita eſt firma, quam Coſs. de conſilij ſententia decreuerunt, cum & Senatuſconſulto cognoſcerent.

COGNOSCOR, ris *noſcor.* 2. Offic. 46. Facilimè autem in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui ſe ad claros & ſapientes viros bene conſulentes reip. contulerunt. 1. de Ora. 222. Nihil certum ſciri, nihil planè cognoſci ac percipi poſſe. *Hortenſ. Vnde facilius quàm ex annalium monumentis aut res bellica aut omnis Reipub. diſciplina cognoſcitur?

✠ ADVERB. *Bene aliquem. Bene leges, & inſtituta, facile, Penitus, de Clar. Breuiter commodè, Plane, 4. in Ver. Diligenter, 1. de Inuen. Diligẽter cauſas, facile rem totam Penitus cauſus, 2. de Orat. Diligenter verba, pro Cæl. Diligenter vim naturam, 2. de Inuent. Diligentius, 4. Tuſc. Diligentiſſime, Orat. explorate, 1. de Nat. Facilius, ex aliquo, 2. famil. Libentiſsime, melius, 13. famil. Maxime fidem. quamprimum, 12. famil. Modo, ſummatim, 10. famil. Omnino nunquam fontes, 3. de Orat. Optime, 5. in Ver. Prorſus, 3. in Ver. Quam ſæpiſsime, 7. famil. Recte, 7. in Ver. & pro Quint. Senſim tarde, 5. de finib. Separatim, pro Cluent. & 5. Phil. Sero. 2. Phil. Sero. 1. Tuſc.*

☞ Syntaxis. *Cognoſcere cauſam (propriè iudicium.) Cognoſcere, & percipere. Perſpicere: & cognoſcere. Cognoſcere, ſtatuere, iudicare. Diligenter penituſq; cognoſcere. Cognoſcere Medicinam: id eſt, addiſcere. Ex literis, ex aliquo, ab aliquo cognoſcere. Certum ſciri, & planè cognoſci nihil poſſe.*

COGENDVS, a, um. *congregandus.* Attic. lib. 6. epiſt. 20. Vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem.

COGENS, tis. *colligens, congregans.* 2. de Leg. 8. Mens omnia ratione aut cogentis, aut vetantis Dei.

COGO, gis. *vim facio, impello, adigo, vim adhibeo, vim affero, neceſsitatem affero, compello.* 3. Offic. 55. Diogenes contrà, num te emere coegit? qui ne hortatus quidem eſt? de Am. 20. Vim hoc quidem eſt afferre. quid enim refert, qua me ratione cogatis: cogitis certè. Epiſt. lib. 1. epiſt. 5. Quorum vtrum minus velim, non facilè poſſum exiſtimare: ſed ſi res cogat, eſt quiddam tertium. 2. de Legibus. 14. Plato hoc quoque legis putauit eſſe perſuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere. 2. I. C. 25. Etiã ſi hominum ſtudia deficiant, dij ipſi, &c. cogant ab eis virtutibus vitia ſuperari. *Incert. Omniũ pectora ſic attingit, vt cogat in gemitum. ¶ *Colligo, argumentor, concludo.* Brut. epiſt. pr. in 7. Hoc cogere volebat, falſas literas eſſe.

¶ *Congrego.* Epiſt. lib. 5. epiſt. 1. Recordare cætera, quàm citò Senatum coegerim. 3. I. V. 70. Cum frumentum imperarem, cum ſtipendium cogerem. Attic. lib. 8. epiſt. 19. Itaque non amplius XIIII. cohortes Nuceriam coegi. pro Rab. 6. Qui me ex conſtituto ſpacio in ſemihoræ curriculum coegiſti. 2. de Orat. 142. Craſſus pollicitus eſt ſe ius ciuile, quod nunc diffuſum & diſſipatum eſt, in certa genera coacturum, & ad artem facilè redacturum. pro Cec. 59. Neminẽ coegeris, ipſi conuenerint ſua ſponte. & 33. Manum facere, copias parare, multitudinem hominum cogere, armare inſtruere. & 32. Cogere homines armatos. Atti. lib. 15. epiſt. 13. Nec duces ſimus, nec agmen cogamus. Epiſt. li. 4. epiſt. 12. Marcellus me rogauit vt cogerem medicos: coegi, & è veſtigiò eò ſum profectus. pro R. P. 30. Ait enim dum Gabinio pecuniam poſthumus cogeret, ex decumis imperatorum pecuniam ſibi coegiſſe. 4. I. V. 140. Cogere pecuniam à ciuitatibus. 2. de Leg. 22. Cogere ſtipem. 5. Ver. 317. Cogere pecuniam.

COGOR, ris. *colligor, concludor.* 3. de Na. 33. Innumerabilia ſunt ex quibus effici cogiq; poſſit, nihil eſſe quod ſenſum habeat, quin id intereat. 2. de Leg. 32. Ex quibus id quod volumus efficitur & cogitur. 1. de Inu. 87. Hic cõplexio eſt infirma: aliud enim quàm cogebatur, illatum eſt.

¶ *Impellor.* pro Dom. 135. Fieri particeps alieni ſceleris inuitus cogor. 1. I. A. 11. Quid erat cauſę, cur in ſenatum heri tam acerbè cogerer?

¶ *Comprimor.* 2. de N. 101. Aer extenuatus in ſublime fertur

concre

concretus autem in nubem cogitur.

Congregor, conuocor. 3. de Fin. 7. Cato in ipsa curia solebat legere, dum Senatus cogeretur. 1. de Ora. 191. Interea dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur, licet, &c. Attic. lib. 8. epist. 17. Vt reliquæ copiæ omnes Brundusium cogerentur.

☞ Syntaxis. *Cogere pecuniam, copias, senatum, autores, stipendium, ius ciuile, stipem. Cogere pecuniam ab amicis. Acerbè cogi. Aer cogitur in nubem. Romam coguntur copiæ.*

COHAERARIVS, rij. *qui cohæret, & alteri ad aliquod munus adiunctus est.* L. COAERARIVS.

COHAERENS, tis. *connexus, adhærens, coniunctus.* 3. Offic. 11. Qui primùm hæc natura cohærētia opinione distraxisset. 2. de Ora. 325. Membrum cohærens cum omni corpore. 1. Aca. 28. Omnis natura cohærens & continuata cum suis partibus. 3. de N. 3. Res si minus veræ, tamen aptæ inter se & cohærentes.

COHAERENTIA, æ. *compositio.* 2. de Nat. 155. Circuitus solis & lunæ, reliquorumq; siderū, quanquam etiā ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent.

✠ COHAERE O, res. *cohæresco, conuenio,* ‖ *cohæret oratio cuius partes aptè sunt inter se, cui opponitur disiuncta.* Ora. 149. Vt inter se quàm aptissimè cohæreant extrema cum primis. 1. ad Herenn. 11. Cohærere cum aliquo. Top. 53. Quicquid antecedit quamq; rem, id cohæret cum re necessariò: quicquid repugnat, id eiusmodi est, vt cohærere nunquam possit. pro Cec. 52. Sermo familiaris non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. de Ar. 60. Etenim hæc vix innixa in omniū vestrūm humeris cohærebunt. pro Cæl. 15. In quo non modò crimē non hærebat, sed vix diserti adolescētis cohærebat oratio. 5. de Fin. 79. Illud dico, ea quæ dicat præclarè inter se cohærere. de Vniu. 13. Mūdus ita aptè cohæret, ✠ vt dissolui nullo modo possit. ‖ 1. de Legib. 24. Namque alia quibus cohærent homines, è mortali genere sumpserunt. 1. Acad. 24. Neq; enim materia cohærere potuisset, si nulla vi continetur. * 1. de Leg. Vna eadémq; natura mūdus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret ac nititur.

Absolutè: beneres habet in dicto. pro Pomp. 19. Hæc ratio pecuniarum, &c. implicita est cum illis Asiaticis, & cohæret.

✠ *ADVERB. Apte de vniuer. necessario vehementer. 1. de Inuen. Necessario cum re. Top. præclare. 5. de Finib. Quam aptissime extrema cum primis. Orat.*

☞ Syntaxis. *Natura cohærens, & continuata. Extrema cum primis inter se cohærent. Mundus aptè cohæret.*

COHAERES, dis. *simul hæres.* Attic. lib. 7. epist. 8. Dolabellam video Liuiæ testamento cum coheredibus esse in triente. & pro Qu. 55. sibi soli non cohæredibus petit. Epist. lib. 13. epist. 46. Lucius est cohæres meus: *id est, mecum hæres.*

COHAERESCO, scis. *cohæreo.* 1. de Nat. deor. 54. Atomi quæ cohærescunt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur. 1. de Finib. 17. Atomos ita ferri, vt concursionibus inter se cohærescant.

COHIBENS, tis. *comprehendens, continens.* de Fat. 19. Sed interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas cohibentes inter se efficientiam naturalem.

COHIBEO, bes. *refreno, contineo.* 3. I. A. 5. Nisi Cæsar illius furentis impetus crudelissimósque conatus cohibuisset. 5. I. A. 37. Vt eius furorem ne Alpium quidē muro cohibere possemus. pro Mil. 77. Nunquam ille à coniugibus vestris effrenatas libidines suas cohibere potuisset. 4. Acad. 68. Effectum illud erit, sapientem assensus omnes cohibiturum. 1. de Natu. 1. Prudenter Academicos à rebus incertis assensionem cohibuisse. 1. Acad. 44. Cohibere semper, & ab omni lapsu continere temeritatē. 2. Offic. 18. Cohibere motus animi turbatos. pro Mar. 8. Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare. pro Pomp. 56. Qui ab auro gazaq; regia manus, oculos, animum cohibere possit. 4. Acad. 94. Cohibere assensus.

✠ *ADVERB. Prudenter. 1. de Nat. semper, 1. Acad.*

☞ Syntaxis. *Cohibere impetus, furorem, libidines, assensus, manus, oculos, animum à gaz.*

COHIBITIO, onis. *interdictum.* 5. in Verr. 37. Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex area, cohibitio tollendi nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni, non voluntatem.

COHONESTO, as. *honesto, decoro.* pro Quin. 50. Funus quo amici conueniunt ad exequias cohonestandas. Antequam 30. Quem sæpe vestra laude cohonestatis. 4. in Verr. 168. Eorum autoritate statuas cohonestare tuas conatus es. Epist. lib. 13. epist. 11. Honestare aliquem.

COHORREO, res. *horrore & fragore magno afficior.* 3. de Orat. 6. Ex quo sudore cùm cohorruisset, cum febri domū rediit. Attic. libr. 5. epist. 21. Cohorrui primò: etenim erat interitus ciuitatis. & lib. 7. epist. 1. Sin iam illas accepisti, scis cohorruisse me, quod tuæ literæ de legionibus Cæsaris afferrent. de Somn. 2. Quem vt agnoui, equidem cohorrui.

COHORS, tis. *multum manus, propriè: translatione, caterua, multitudo varia hominum.* pro Mil. 68. Si Capitolinæ cohortes contra Milonis impetum armatæ sunt. pro Mar. 7. Nihil tibi ex ista laude cohors, nihil turma decerpit. Qu. fr. lib. 1. epist. 1. Domestici & necessarij apparitores, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent. 4. I. V. 66. Prætorem de sua cohorte iudicem dare. 2. I. C. 24. Cùm hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriam. 6. * I. V. 115. Conferte huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto.

✠ *ADIVNCTA. Auxiliaria de Prouin. & 11. Famil. Impura. Orat. Inuita. studiosa, tota, 4. Ver. Nobilis, 5. Attic. Optimæ, pro Sext. plenissimæ, 3. Famil. Præclara prætoris, 5. Ver. Prætoria, 15. famil. & 10. Famil.*

COHORTICVLAE, arum. *paruæ cohortes.* Epist. lib. 8. epist. 6. Cohorticularum nescio quid amisit. Cælij.

COHORTANDVM. *adhortandum.* 1. de Orat. 258. Illud vereor ne maiorem vim ad deterrendum habeat, quàm ad cohortandum &c. 1. de Orat. 30.

COHORTATIO, onis. *hortatio.* Attic. lib. 16. epist. 13. Incredibiliter me commouet tua cohortatio. 1. de Orat. 204. Cohortatione alicuius concitari ad studium cognoscendæ veritatis. ad Brut. epist. 14 Cohortationibus excitari. Epist. lib. 1. epist. 7. Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis aut sine causa suscepta videatur, illa me ratio mouet vt, &c. pro Clu. 138. Cohortatio iudicum παθητικῶς ἐγλελυμένη illa tua non abieci, quæ mihi hærent in visceribus. pro Corn. 52. Neque ille summus poeta noster Annibalis illam magis cohortationem, quàm communem imperatorem voluit esse, hostem qui feriet, &c.

✠ *ADIVNCT. Grauior, 9. Phil. Inanis. 3. Attic. Mirifica, 13. Attic. Pulcherrimæ, 12. Phil. veteranæ, 10. fam. vniuersæ, pro Corn. Balbo.*

☞ Syntaxis. *Cohortatione commouere excitare, incitare aliquem.*

COHORTOR, aris. *hortor, adhortor.* Epist. lib. 2. epist. 4. Teque ad studium summæ laudis cohortabor. 2. de Ora. 35. Cohortari ad ✠ virtutem ardentius, à vitiis acrius reuocare. ‖ 4. Phil. 11. Sic ego vos ardentes, & erectos ad libertatem cohortabor.

✠ *ADVERB. Ardentius ad aliquid, 2. de Orat.*

COINQVINOR, aris. *turpificor, commaculor.* 3. de Nat. 68. Summum esse arbitror periculum, matres coinquinari, regiam contaminari stirpem. Poetæ.

COITIO, onis. *societas, sodalitas.* pro Pl. 53. Dubitatis, inquit, an coitio facta sit? Qu. fra. lib. 3. epist. 1. Quòd audisti in candidatorum consularium coitione me interfuisse, falsum est. pro Cl. 148. Si item de coitione voluisset, adiunxisset.

COLCHI, orum. *regio, & populi.* Orat. 163. Auratus aries Colchorum. Attic. lib. 9. epist. 11.

COLEI. *testes, seu testiculi, & familiæ nomen Lanuuij.* Epist. lib. 9. epist. 22. At honesti Colei, Lanuuini, Cliternini non honesti.

COLLACHRIMATIO, onis. 2. de Orat, 190. Nec ad misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui verbis, sententiis, vultu, voce, collachrymatione denique ostenderis.

COLLACHRYMO, as. *lugeo.* de Somn. 1. Ad quem vt veni, complexus me senex, collachrymauit. pro Sest. 123. Histrio casum meum toties collachrymauit.

COLLATATVS, a, um. *dilatatus.* Ora. 187. Oratio collatata atque diffusa.) (. *Angusta atque coercita.*

COLLATIA, æ. *regio & oppidum.* 2. contra. Rul. 95.

COLLATIO, onis. *comparatio, similitudo.* 1. de Inu. 49. Collatio est oratio, rem cum re ex similitudine conferens. 2. de Diuin. 38. Quanquam tu quidem non hostiarū casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. 4. de Fin. 75. Collatio ista te nihil iuuat: nec enim, &c. *Et ibi nonnulla collationis exempla pulcherrima.* 1 de Ora. 210. De collationibus signorum. 3. de N. 70. Quę est in collatione ista similitudo. 4. Tusc. 84. Philosophia ex rationū collatione constat. * con. C. Anton. Te collatione centuriarum è postremo in tertium locum esse sublectum.

COLLATO, as. *dilato.* L. COLLATATVS.

COLLATVS, a, um. *comparatus.* 4. Acad. 73. Qui mihi cum illo collati quintæ classis videntur. pro Pom. 66. Si quem haberetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videretur. * Hortens. Disputatio collata cum horum actis perfectisque rebus.

COLLAVDANDVS, da, dum. *ornandus, honestandus.* 1. de Ora. 30. Aliquem non cohortandum, sed potius collaudandum videri.

COLLAVDATIO, onis. *laudandi actus.* 2. de Inuent. 125. & 2. ad Heren. 13.

COLLAVDO, as. *comprobo, laudo,* Epist. lib. 1. epist. 7. Illud tibi affirmo fore, vt cum redieris, ab omnibus collaudere. 5. I. A. 28. Eodem die D. Bruti factum collaudauistis. Attic. lib. 9. epist. 19. Clementiam Cæsaris per literas collaudaui. & Antequam. 2.

COLLECTA, æ. *pecunia quæ colligitur à multis, vt fieri soleat in diuersis, à conuiuis, & alijs in locis.* 2. de Orat. 233. Ego verò, inquit ille,

quoniam collectam à conuiua Crasse exigis, non committam, vt si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi.

COLLECTIO, nis. *συναγωγὴ, congregatio.* pro Pomp. 22. Vt eorum collectio dispersa celeritatē persequendi retardaret. de Cl. 302. Attuleratq; duas res, quas nemo alius, partitiones, quibus de rebus dicturus esset, & collectiones: memor & quæ essent dicta contrà quæq; ipse dixisset. Attic. lib. 16. epist. 5. Mearum epistolarum nulla est *συναγωγὴ*.

COLLECTITIVS, a, um. *recens, collectus, tumultuarius.* Epist. lib. 7. epist. 4. Signa tyrone, & collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit.

COLLECTVS, a, um. *coactus.* 2. I. C. 5. Exercitus collectus ex senibus desperatis. 1. Offic. 104. Multa multorum facetè dicta, vt ea quæ à sene Catone sunt collecta, quæ vocantur *ἀπομνημονεύματα*. 3. de Orat. 90. Res vndiq; collectæ & comportatæ. 2. in Catil. 5. Exercitus collectus ex rusticis. pro Do. 63. Vt improborū diu collecta & inueterata compresso odio & tacito iam erūpebat in actum. ¶ *Comparatus.* 1. I. V. 71. Conseruare famā antè collectā. 1. I. V. 72. Existimatio multo labore collecta.

✠ ADIVNCT. *Diu. pro Dom. Præclare, 13. Attic. Vndique, 1. in Cat.*

☞ Syntaxis. *Sibi colligere, & conciliare beneuolentiam; item gratiam & famam ab aliquo. Colligere inuidiam crudelitatis ex aliqua re. Te collige. Multum virium colligere. Cum te collegeris, iterum dicas. Vnde collige. Collecta, & comportata.*

COLLEGA, æ. *qui eiusdem cum altero officij & potestatis est.* 1. Offic. 144. Bene Pericles, cum haberet collegam in prætura Sophoclem, &c. 2. I. A. 85. Eum, quem collegam regni habebas, dominum habere velles. de Pro. 20. Vt commune officium censuræ communi voluntate defenderent. de Ami. 39. Aliquos duos bis vna consules & collegas in censura fuisse. *pro C. Cornel. 1. Nec vehementius ostēdere se laturū *legē* inuito collega, quā ipsi collegę magistratū abrogare: nec criminosius, tribus ad legem accipiendam, quàm ad collegam reddendū priuatū introuocare.

✠ ADIVNCT. *Custos ac vindex cupiditatis, 2. Cont. Rull. Coniunctissimi, de Amic. Cupidus Prouinciæ, in Piso, Immanis & impurus. pro Sest. Non indisertus, de Clar. Perhonorificus in aliquem & partium studiosus ac defensor bonorum, 1. Attic. studiosus, 1. famil.*

COLLEGIVM, gij. *conuentus, cœtus, vt sacerdotū, opificum, seruorum, & id genus: dicitur etiam Sodalitas.* 3. de Leg. 24. Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sanæ mentis sit? Epist. lib. 3. epist. 10. Amplissimi sacerdotij collegium, in quo non modò, &c. sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. 3. Offi. 80. Cum prætorium collegium Tribuni plebis adhibuissent. pro Dom. 33. De rebus diuinis pontificum collegium docere. de Clar. 127. Hic qui in collegio sacerdotum esset, condemnatus est. pro Dom. 47. Collegia mediusfidius Tribunorū pl. tota reperientur, hoc iure sublato, quæ coeant de hominū locupletissimorū bonis. 4. I. V. 100. Collegium Tribunorum pl. pro Sest. 32. Nulla societas vectigalium, nullum collegium, nullum concilium, nullum commune consilium, &c. pro Dom. 74. Nullum est in hac vrbe collegium, quod, &c. ad Brut. epi. 5. Cooptare aliquē in collegiū. 6. I. V. 108. Amplissimum collegium decemuirale. de Cl. 1. Cooptatum me ab eo in collegiū recordabar. *pro C. Cornel. 1. Cornelios verò ita multos, vt iam etiam collegium constitutum sit.

✠ ADIVNCT. *Amplissimum decemuirale, 6. In Verr. Frequens. pro Dom. Innumerabilia, vetera, pro Sest. Maximū, prætoriū, 8. Fam. Noua in Piso. Totū, in Vat.*

☞ Syntaxis. *Collegium desperatum, sacerdotij, prætorium, pontificum, Trib. plebis, decemuirale. Cooptare aliquem in collegium.*

COLLIBET, bat. *libet.* in Sal. 17. Sallustius in eo honore nihil non æquum & verum duxit, quod ipsi facere collibuisset. Sal. In Cic. 2. Nihil flagitiosum corpori putasti, quod alteri collibuisset. Epist. lib. 15. epist. 16. Vt simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, spectrum tuū occurrat. 1. de Nat. 109. Quod simul ac mihi collibitum est, præstò est imago.

COLLIDO, dis. *frango, contero.* 3. de Nat. 31. Humor facilè comprimi collidiq; potest.

COLLIGATIO, onis. *connexio, vinculum.* de Fat. 31. Omnia naturali cogitatione conserte contexteq; fieri. 1. de Diu. 127. Qui colligationem causarum omnium perspiciat animo. 1. Offic. 53. Arctior verò colligatio est societatis propinquorum. de Vni. 21. Sesquialteris autem interuallis, & sesquitertiis, & sesquioctauis sumptis, ex his colligationibus in primis interuallis sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat.

✠ ADIVNCT. *Arctior, 1. Offic. Naturalis de fato.*

COLLIGATVS, a, um. *vnà nexus, connexus.* 1. de Nat. 9. Vt alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligataeq; videantur. 1. Offic. 16. Quæ quatuor inter se colligata atque implicita sunt. de Vn. 35. Omne colligatum solui potest. & *Ibidem.* Corpora colligata vinculis naturalibus.

COLLIGO, as. *constringo, ligo, vincio.* Ora. 120. Atticus annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit. pro Rab. 15. I lictor, colliga manus. de Vn. 13. Vt vnum medium extrema colligaret. 11. I. A. 4. Alterum Brutus omnia diripere cupiētem vitæ suæ periculo colligauit, à progressu arcuit. 11. I. A. 26. Ni Brutum colligassemus in Græciam. 1. de Inuen. 104.

COLLIGOR, aris. *constringor.* Or. 168. Id enim expectant aures, vt verbis colligetur sententia. *Hort. Corporaviua cum mortuis, aduersa aduersis accōmodata quàm aptissimè colligabantur.

☞ Syntaxis. *Hæ inter se apta & colligata. Colligata & implicita. Medium extrema colliget. Aliquem colligare in locum quempiam: id est, amandare. Sententia verbis colligata.*

COLLIGENDVS, a, um. *comparandus, acquirendus.* Epist. lib. 9. epist. 16. Ad istorū beneuolentiam conciliandā & colligendam. ¶ *Recreandus.* 1. de Orat. 24. Crassus quasi colligendi sui causa, se in Tusculanum contulit. *id est, reficiendi & recreandi.*

COLLIGENS, tis. *legens, se eligens.* 1. de Orat. 191. Vel passim licet carpentem & colligentem repleri ista iuris ciuilis scientia. ¶ *Comprimens.* 2. de Nat. 101. Aer humorem colligens, terram auget imbribus.

COLLIGO, gis. *cogo, congrego.* 2. in Cat. 8. Catilina ex agris magnum numerum perditorum hominum collegerat. 6. I. V. 40. Mouere castra ex aliquo loco, & vasa colligere. 1. Offic. 159. Ea Possidonius collegit permulta. 1. de Orat. 146. Quæ sua sponte homines eloquentes facerēt, ea quosdam obseruasse atque collegisse. de Cl. 214. Curio nullam memoriam antiquitatis collegerat. ad Brut epist. 9. Me quidem tum rationes quas collegeras, tum autoritas tua à nimio mœrore deterruit. de Cl. 268. Si ij, quos iam diu colligis, viuerent. item 269. Et oratores quos colligo. Qu. de Pet. 45. Colligere multa in vnum locum. de Fin. 56. Colligere multa argumenta contra aliquem. de Cla. 282. Is metuens, ne vitiosum colligeret, etiā verum sanguinē deprauabat. ¶ *Intelligo, nosco.* Attic. lib. 2. epi. 23. Ex eo colligere potes, quanta occupatione distinear. ¶ *Acquiro, comparo.* de Am. 62. Beneuolentiam ciuium blanditiis & assentationibus colligere turpe est. 1. de Leg. 50. Vt beneuolentiam & bonum rumorem colligant, erubescant, &c. 1. ad Her. 8. Colligere beneuolentiam à persona alicuius. Qu. fr. lib. 2. epi. 15. Ex hoc labore magnam gratiam dignitatemque colliges. 3. de Orat. 133. Colligere gratiam ex priuatorum negociis. Quin. fr. lib. 1. epist. 1. Colligere laudem omnium vndique. 7. in Verr. 19. Vt ex eo crudelitatis inuidiā colligam. pro Clu. 77. Qui omnes rumores & concionum ventos colligere consuēsset. ¶ *Me recipio, reficio.* pro Pomp. 24. Manus eorū qui se ex Mithridatis regno collegerunt. 1. Tusc. 58. Cum animus se collegit atq; recreauit. 1. de Ora. 251. Vocem ab acrutissimo sono vsq; ad giauissimum sonum recipere, & quasi quodammodo colligere. ad Brut. epist. 9. Tum me, inquit, collegi, verēs ne, &c. & Attic. lib. 7. epist. 3. Ipsi se collegerunt admiratione integritatis meæ. & ad Brut. epist. 9. Iudicium tuum magni æstimans, idq; veritus, me ipse collegi. Epist. lib. 3. epist. 10. Tamen vt me collegi, cætera facillima videbātur. & lib. 1. epist. 9. Collegi ipse me, & cum ipsa quasi republ. collocutus sum. & lib. 5. epist. 18. Rogo te colligas, virumq; præbeas. & lib. 11. epist. 18. Sin aliquid virium fortè collegerit, sentiat, &c. 4. Tusc. 78. Quid est autem seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere? pro Qu. 53. Tu te collige, aliquid loci rationi & consilio da. 1. de Diuinat. 57. Is primò perterritus somnio surrexit, deinde cum se collegisset, &c. recubuit.

COLLIGOR, vel COLLIGITVR, *impersonale, intelligitur.* 2. Offic. 57. Vnde colligitur, hæc pueris & mulierculis esse grata.

✠ ADVERB. *Acute, facete, ridicule, 1. de Orat. Acute crimina, pro Deiot. Aliquādo. pro Cluen. Amice, Beneuole, memoriter, 1. de Finib. Breuiter. 1. Attic. Commodius animo, 2. de Inuent. Copiosè, rhetoricè sententias. 3, Tusc. Copiosè, 5. famil. Diligentius, pro Pomp. Diuinitus. 3. de Orat. Eleganter, 5 famil. Exquisitus, 1. Tusc. Modice beneuolētiā, in Part. Præclare, 13 Attic. Propemodū. 12. Attic. Singulatim, 1 de Diuin. Tenuiter argumenta, 4. in Ver. vndique, 1. ad Q. frat. Vndiq; copias, 6. Phil. Vndique omnes perditos, in L. Piso.*

COLLIMO, vide COLLINEO.

✠ COLLINEO siue COLLIMO, as. *dirigo, propositū assequor, ‖ hoc verbo Latini significatur, quod Barbari, ferire scopum, aut tangere metam efferunt.* 2. de Diu. 121. Quid est enim, qui totum diem iaculans, non aliquando collineet. 3. de Fin. 22. Vt si cui sit propositum collineare hastam aliquò aut sagittam. & *Ibidem.* Huic in eius similitudine omnia facienda sint vt collineet, & tamen, vt omnia faciat, quò propositum assequatur.

COLLINA, porta *Romæ*. 2. de Leg. 58.

COLLIQVEFACTVS, a, um. *dissolutus, liquatus*. pro Clu. 175. Venenum colliquefactum in potione.

COLLIS, lis. *mons*. pro Clu. 161. Cum quædam controuersia in collibus esset orta. in Arat. Excelsi colles.

✠ *ADIVNCT. Diserti nitidissimi, 5. Ver. Excelsi, Arat.*

COLLOCATIO, onis. *dispositio*. 1. Offic. 142. Itaq; videtur eadem vis ordinis & collocationis fore. 3. de Ora. 169. Collocationis est componere & struere verba, sic, vt néue asper eorum concursus néue hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & leuis. & Orat. 232. Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione verborum. 1. de Orat. 151. Ipsa collocatio conformatioq; verborum perficitur in scribendo. 2. de Orat. 181. De ordine verborum & collocatione aliquid dicere. pro Cl. 190.

✠ Collocatio filiæ. & 2. de Offic. 55. ‖ 2. de Orat. 54. Perpolire collocatione & tractu orationis.

COLLOCANDVS, a, um. *aptandus, statuendus*. Part. 3. Sed & res & verba inuenienda sunt, & collocanda: *& alia plura ibi*. pro Mur. 28. Itaque beneficij collocandi spem perdidistis. pro Cec. 15. Pecuniam in prædiis collocare. item: Pecuniæ collocandæ ratio esse debet. ad Brut. epist. 15. Tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum.

COLLOCATVS, a, um. *dispositus*. pro Pl. 97. Huius ego manibus in naui tuta collocatus, Brundusium petere contendi. Quin. fra. lib. 1. epist. 1. In quibus tuas virtutes consecratas, & in numero deorum collocatas vides. 7. I. V. 36. Aedilitas alicui data & rectè collocata, & in loco posita. 3. I. C. 21. Cum signum statueretur, quo collocato atque ad vos senatumq; conuerso vidistis, &c. I. P. 28. Quem ad Cn. Pompeium interimendũ collocatũ fuisse cõstabat. Bru. ep. pr. In. Qui esset eo quo ego sum gradu, Senatus populique iudicio collocatus. Postquã in Sen. 2. Populus Rom. cuius honoribus in amplissimo consilio, & altissimo gradu dignitatis, & in hac omnium terrarum arce collocati sumus.

✠ *ADVERB. Simpliciter, 4. de finib. Recte, 7. Ver.*

COLLOCO, as. *loco, pono, dispono, statuo, accommodo*. 3. Offic. 25. Hercules ille quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocauit. 7. I. V. 55. Se bene apud istum tam multa precia ac munera collocasse. Epist. lib. 13. epist. 28. Bene collocare beneficium. 2. Off. 70. Collocare beneficium apud aliquem. Epist. lib. 12. epist. 23. Legiones ad vrbem adducere cogitat, eásque in ceruicibus nostris collocare. de Orat. 173. Acutarum grauiumq; vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocauit. 2. Tusc. 39. Collocare aliquem in cubili. de Ar. 53. Collocare aliquem in tuto. 2. de Inu. 121. Non illo loco verbũ istud collocasset. Epist. lib. 2. epist. 13. Mihi erat in animo, cùm prima æstiua attigissem, militaremq; rem collocassem, decedere ex Senatusconsulto. 1. de Orat. 161. Tabulas ac signa propalam collocare. de Cla. 261. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. pro Sest. 83. Collocare statuã in foro. 3. I. C. 20. Simulachrum aliquod ita collocare, vt solis ortũ conspiciat. Part. 31. Violatur is qui procreauit, qui aluit, qui sede ac domo atque in republ. collocauit. 4. ad Her. 24. Fortunate collocauit in amplissimo statu. I. P. 61. Collocare sibi tabernaculum in aliquo loco. 7. I. A. 19. In hac custodia tanquam in specula collocati sumus. pro Quin. 83. Collocare spem in incerto futuri temporis euentu. 4. Verr. 6. Sedes ac domicilium collocare. pro Dom. 100. Si vos me in meis ædibus collocatis. pro Mil. 18. P. Clodius seruum in templo Castoris ad Pompeium interficiendum collocârat. Quin. fra. lib. 3. epist. 1. Columnas neq; rectas neque eregione Diphilus collocârat. & *Ibid*. Ea erat loco posita. 1. de Orat. 162. Suo quicq; loco collocare. & lib. 3. 124. Collocare aliquem in regno maiorum suorum. pro Dom. 82. In eo loco sum, in quo me honores populi Rom. collocauerunt. 5. I. A. 3. Non enim patrimonium suum effudit, sed in salutem pop. Rom. collocauit. de Cla. 222. Qu. Catulum in præsidiis reipub. collocemus. pro Mil. 27. Collocare insidias alicui. Quint. frat. lib. 1. epi. 1. Qui omne studium suum in doctrina & sapiẽtia collocassent. 1. Offic. 158. Tum optimo quisque ingenio totum se in solitudine & scientia collocaret. * pro Dom. 137. In vrbe monumentum deletæ Reipub. collocatis ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium.

¶ *Do nuptum*. de Cl. 98. Collocare filiam alicui. 1. de Diu. 104. In matrimonium colloco. 1. de Inu. 91. P. Scipio Corneliam filiam Tiberio Graccho collocauit.

COLLOCOR, ris. *accommodor, adaptor*. 5. I. A. 18. Lectícæ collocabantur. *id est, deponebantur*. 3. in Catil. 26. In animis ego vestris omnes triumphos meos condi & collocari volo. pro Cec. 11. Is curauit vt in eo fundo dos collocaretur.

✠ *ADVERB. Aptissime, Diligenter, Orat. Bene, 13. famil. Bene prætia apud aliquem, 7. In Ver. Diligenter, ingeniose, 1. de Inuent. Longe se. 4. In Ver. Melius, pro Cæc. Mirifice, 2. de Na. Palam se in vita, pro Cæl. Penitus, legiones in hybernis, 10. fam. Propalam, 1. de Orat. Recte, 2. de Nat. Vsquam in solitudinem, de Amic.*

☞ Syntaxis. *Collocare beneficium apud aliquem, statuam, munera. In naui collocatus. Alio collocatus gradu, in cœtilio Deorum, in tuto. Rem militarem collocare: id est, bene constituere. In bono lumine collocare. Domicilium sibi collocare in. Collocare in regno, in matrimonium: & collocare filiã alicui. Dotem in fundo collocare. Insidias alicui collocare.*

COLLOCVPLETANDVS, a, um. *ditandus, augendus*. 2. ad Her. 28. Exornatio est, qua vtimur rei honestandæ & collocupletandæ causa, confirmata argumentatione.

COLLOCVTIO, onis. *colloquium, sermo*. Epist. li. 1. epist. 9. Hac me mente fuisse, & senatus ex me te consule audiuit, & tu in nostris sermonibus collocutionibúsque ipse vidisti. Attic. lib. 12. epist. 1. Αἰσχ· quædam, quæ habet collocutione ipsa suauitatem. 1. ad Her. 25. Venire in collocutionem cum aliquo. 11. I. A. 5. Collocutio familiarissima cum aliquo.

✠ *ADIVNCT. Familiarissima, 1. Agra, & 11. Philipp.*

COLLOQVIVM, quij. *collocutio, sermo, congressus, dialogus, sermonis communicatio*. Attic. lib. 14. epist. 6. Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incõmodum. 4. Acad. 6. Quasi verò clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leuiorũ. Attic. lib. 12. epi. 16. In hac solitudine careo omniũ colloquio. Epi. li 10. ep. 23. 157. Colloquia facta improbabam. 9. I. A. 2. Cum ad colloquium congressumq; eius peruenero. ‖ & 12. In Ant. 26. Nempe in Antonij congressum colloquiumq; veniendum est. & *Ibidem*. 27. Memini colloquia cum acerrimis hostibus. 3. Offic. 1. Vt neque cessaret vnquam, & interdum colloquio alterius non egeret. 2. I. A. 7. Colloquia amicorum absentium. *id est, literæ*. de Sen. 40. Cum hostibus clandestina colloquia, Par. 32. Colloquia personarum.

☞ Syntaxis. *Ad colloquium, congressumq; venire. Colloquia absentium: id est, literæ*.

COLLOQVENDI. 1. de Diu. 90. Magi congregantur in Fano commentandi causa, atque inter se colloquendi.

COLLOQVENS, tis. *vna loquens*. de Clar. 218. In eo libro vbi se cum Curione colloquentem fecit.

COLLOQVOR, ris. *cum aliquo sermonem habeo, vel confero, communico, colloquium facio*. Attic. lib. 6. epist. 1. Tu velim quàm sæpissimè mecum per literas colloquare & Epist. libr. 1. epist. 7. Per literas tecum quàm sepissimè colloquar. Epist. lib. 4. epist. 1. Vtinam Ser saluis rebus colloqui potuissemus inter nos. 1. de Diuin. 64. Dij cum morientibus colloquuntur ‖ de Arusp. 62. cum hominibus colloquatur. Qu. fr. lib. 1. epist. 9. Tu verò vt me appelles & interpelles, & obloquare, & colloquare velim. Attic. lib. 11. epist. 14. Quibus cum tu de hoc ipso colloquare velim, & ad me quid tibi responderint, scribes. 1. de Orat. 26. Qui primo die de repub. inter se collocuti sunt. & Epist. lib. 1. epist. 9. Cum ipsa quasi rep. collocutus sum. Attic. lib. 6. epist. 9. Eadem omnia, quasi collocuti essemes, vidimus. 1. de Orat. 32. Hoc enim vno præstamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus. Attic. lib. 16. epist. 8. Antonius à me postulat vt clàm colloquatur mecum.

✠ *ADVERB. Postremum cum aliquo, quam sæpissime per literas, 1. famil. Secreto, 7. Attic.*

☞ Syntaxis. *Per literas colloqui. Colloquemur inter nos.*

COLLVCEO, ces. *luceo*. 2. de Nat. 40. Sol longè lateq; collucet. 3. I. V. 58. Vidi collucere omnia furtis tuis. & 6. Ver. 71. Fulgore auri collucere & illustrari templum. de Vn. 28. Vt mundus omnibus colluceret. 4. Acad. 105. Mare nunc, quia à sole collucet, albescit, & vibrat, dissimileq; est proximo ei continenti.

✠ *ADVERB. Late, longeq; 2. de Nat.*

COLLVDO, dis. 4. in Ver. 58. Qui tibi inimicus esset tanta contumelia accepta, nisi tecum collusisset, & tuę potius existimationi seruisset quàm suæ.

COLLVM, li. *cervici subiecta pars, ceruix, ceruices*. 7. in Ver. 107. Cum istius auaritiæ pœnam collo & ceruicibus suis sustinerent. & 6. Ver. 37. Homini iam collum in laqueum inferenti subuenire. 2. I. A. 77. In collum inuasit, *id est, complexus est*. Qu. de Pet. 8. Qui viuo stanti collum gladio secuerit. de Clar. 313. Procerum & tenue collum. 2. de N. 123. Cameli adiuuantur proceritate collorum. 7. I. V. 27. Ipse autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo. 4. Acad. 19. Neque verò hoc loco expectandum est, cum de remo inflexo aut de collo columbæ respondeam. *con. C. Anton. Collum secuit hominis.

✠ *ADIVNCT. Procerum, tenue, de Clar.*

✠ Syntaxis. *Collo & ceruicibus sustinere pœnam. Inferere collum in laqueum. In collum inuadere. Colli proceritas.*

COLLVSIO, onis. 5. in Verr. 33. Cum verò verbo iudicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequissimorum collusio cum Decumanis sociis tuis, atq; adeò procuratoribus, tamen audis illius iudicij mentionem facere?

COLLVSOR, oris. *qui vnà ludit, in ludo socius.* 2. I. A. 56. Lenticulam de alea condemnatum colluſorẽ ſuum reſtituit. & 2. in Ant. 101. Hunc tu compranſoribus tuis & colluſoribus diuidebas? & 5. in Ant. 13. Vt ei cum M. Curio conſeſſore eodum & colluſore facilimè poſſit conuenire.

COLLVSTRANS, tis *illuminans, illuſtrans.* 2. de Na. 92. Sol omnia clariſſima luce colluſtrans.

COLLVSTRATVS, a, um. *illuſtratus.* Orator. 36. Pictura colluſtrata.](*opaca.*

COLLVSTRO, as. *aſpicio.* 5. Tuſcul. 65. Cum omnia colluſtrarem oculis, animaduerti, &c.

COLLVSTROR. *illuſtror, illuminor.* 1. de Diuin. 17. & lib. 2. 91. Luna ſolis lumine colluſtrari putatur.

COLLVVIES, ei. *ſordes, fæces.* Attic. lib. 9. epi. 12. Et te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea quæ perſpicitur futura colluuie regnare.

COLLVVIO, onis, *idẽ*, pro Seſt. 15. Ille ſceleratiſſimus ex omnium ſcelerum colluuione natus. de Sen. 85. Cum ex hac turba & colluuione diſcedam. de Ar. 55. Hæc tanta colluuio tantaq; euerſio ciuiratis. in Vat. 23. Leges, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audatia Saturnini, & in colluuione Druſi, & inter Syllana arma vixerunt.

☞ Syntaxis. *Ex turba & colluuione diſcedere. Colluuio & euerſio ciuitatis.*

COLLYBVS, bi. *pecuniæ detrimentum, quod ſit apud argentarios, cum ea è regione in regionem tibi defertur, & redditur.* 5. I. V. 181. Nam collybus eſſe qui poteſt, cum vtantur vno genere nummorum. 5. I. V. 181. Certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primùm proſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. Attic. lib. 12. epiſt. 6. De Cælio vide quæſo ne qua lacuna ſit in auro. Ego iſta non noui: ſed certè in collybo eſt detrimentum.

COLENDVS, a, um. *obſeruandus, amandus.* Epiſt. lib. 5. epiſt. 8. Mihi tui colendi, aut amandi, aut ornandi voluntas nunquam defuit. 2. de Orat. 148. Diligentia præcipuè colenda eſt nobis. 2. cont. Rul. 94. Is in Deorum immortalium numero venerandus à nobis & colendus eſt. 1. Offic. 4. In officio colendo ſita vitæ eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. 1. de Leg. 16. Cuius muneris colendi efficiendique cauſa nati ſumus. 1. Offic. 3. Sed hoc quoque colendum eſt æquabile & temperatum orationis genus. pro Ar. 16. Literæ adiuuant ad percipiendam colendámque virtutem.

¶ *Curandus.* pro S. R. 50. Qui præeſſe agro colendo flagitium putes. & *Ibid.* Studium quod ad agrum colendũ attinet, 2. de N. 151. Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam. pro S. R. 43. Tot prædia, tam pulchra, tam fructuoſa pater filio ſuo colenda ac tuenda tradiderat. 4. de Fin. 38. Si igitur illa cultura vitium in vite inſit ipſa, cætera credo velit quæ ad colendam vitem attinebunt.

COLO, lis. *amo, diligo, obſeruo, veneror.* Attic. lib. 9. epiſt. 13. Aliquot ſunt anni, cum vos duos elegi, quos præcipuè colerem. Attic. lib. 10. epiſt. 7. Nihil mihi vnquam gratius accidit, quàm quòd meam Tulliam ſuauiſſimè diligentiſſimeq; coluiſti. Epi. lib. 15. epiſt. 21. Colere aliquem abſentem memoria. Epiſt. lib. 4. epi. 4. & lib. 12. ep. 27. Colere aliquem ſumma obſeruantia. Attic. lib. 12. epiſt. 27. Nunc planè nec victum, nec vitã vllam colere poſſum. Poſtq. ad Quir. 24. Memoriam veſtri beneficij colam beneuolentia ſempiterna. Attic. lib. 13. epiſt. 11. Poſthac enim poterimus cõmodius colere inter nos in Tuſculano. de Am. 84. Neq; ſolùm colent ſe inter ſe ac diligent, ſed etiã verebũtur. Atti. li. 2. epiſt. 19. Hìc Cæciliũ colimus & obſeruamus diligenter. pro Fl. 51. Ciuitas, quã meus frater in primis colit ac diligit. de Sen. 83. Pater tuus quem colui & dilexi. Epiſt. lib. 3. epiſt. 13. Nam tibi me profiteor & in repub. ſocium, & in quotidiana vita coniunctum, cum iis artibus ſtudiiſque quæ colimus. Poſt. ad Quiri. 22. Colere benemeritos. 1. Offic. 5. Colere amicitiã, iuſtitiam, liberalitatem. de Clar. 1. Colere aliquem loco parẽtis. & 2. in Anton. 99. Quem patris loco colere debebas. pro S. R. 106. Colere atque obſeruare aliquem. Attic. lib. 16. epiſt. 19. Meq; ille mirificè coluit & amauit. 2. de Or. 160. Illi qui hoc ſolum colendum ducebam: *id eſt Rhetoricam.* Part. 5. Sequi & colere leges. de Somn. 12. Qui in vita humana diuina ſtudia coluerunt. 3. ad Her. 4. Studioſè colere ſocietates, atq; amicitias. 3. de N. 45. Achillem Aſtypalea inſula ſanctiſſimum colit. 1. de N. 120. Dij quos nos colere, precari, veneráriq; ſolemus. 1. de N. 56. Piè ſancteq; colere Deũ. 2. de Inu. 1. Crotoniatæ templum Iunonis religioſiſſimè colebant. 3. ad Her. 4. Religioſè & caſtè colere aliquid. 2. de Fin. 101. Colere diem natalem. pro Arch. 27. In qua vrbe imperatores propè armati Poetarũ nomen & Muſarum delubra coluerunt. 2. de Legibus 12. Colere ius & iuſtum. pro Font. 21. Colere religionem. & de Aruſp. 18. Colere religiones. & 3. Offic. 12. Colere virtutem. Colere bonas artes. L. RECOLO. Colere ſtudiũ philoſophiæ. L. CVLTVS. 1. Tuſc. 27. Nec cerimonias ſepulchrorum tanta cura coluiſſent, niſi, &c. de Aruſp. 28 Quæ Perſæ ſemper ſumma religione coluerunt. pro Fl. 9. Teſtimoniorum religionem & fidem nunquã iſta natio coluit. de Clar. 117. Tubero vita ſeuerus, & congruens cum ea diſciplina, quam colebat. 2. de Inuen. 161. Obſeruantia eſt, per quam ſuperiores veneramur, & colimus. * Hortenſ. Lautum victum & elegantem magnificè, neque minus quàm deceat colere.

¶ *Curo.* pro S. R. 50. Maiores noſtri ſuos agros ſtudioſè colebant, non alienos cupidè apperebant. & *Ibidem.* Quòd aliis prædia coluit, non ſibi. * Oecon. 3. Neque ſerit vitem, neque quæ ſata eſt, diligenter colit.

¶ *Habito, incolo.* 2. de N. 164. Qui has nobiſcum terras ab oriente ad occidentem colunt. Anteq. 10. Quam nunc colere gentem inſtituam. 7. I. V. 187. Deæ, quæ illos lacus lucoſq; colitis. Epiſt. lib. 2. epiſt. 12. Vibem mi Rufe cole, & iſta luce viue.

¶ *Exorno.* 4. ad Her. 21. Colere vitam cum virtute: *id eſt, viuere.*

✠ ADVERB. *Aequè, atque, obſeruare, diligentiſſimè, Sancte neceſſitudinẽ, 13. fam. Aeque ius, 1. de leg. Aſſidue, Sanctiſſime, 9. fam. Caſtiſſimè deos, 14. famil. Commodius inter ſe, 13. Attic. Diligenter, 2. Attic. Diligenter ſolum, de Clar. Diligentiſſime, Suauiſſime, 10. Attic. Maximè vnumquemq;, 1. Offic. Mirifice, 16. Attic. Omnino ſtudioſe, agros, prædia. pro Sex. Roſc. Pie, Sanctè, 1. de Nat. Deo. Priuatim, 2. de leg. Religioſe, Sanctius, 3. de Nat. Sanctiſſime, 6. In Verr. Sanctiſſime, Sacra, auſpicia, pro Mil.*

COLOR, eris, *obſeruor, amor.* de Am. 51. Amicitiæ non propter indigentiam, ſed propter amorem coluntur. 1. de Ora. 255. Vereris ne tua domus, ſi à litigioſis hominibus non colatur, à ceteris deſeratur. Epiſt. li. 9. epi. 15. Coli & amari à multis. pro Quin. 26. Amicitia veritate, ſocietas fide, propinquitas pietate colitur. Epiſt. lib. 6. epiſt. 10. Coli & obſeruari ab aliquo.

¶ *Curor, excolor.* 2. contra Rullum. 66. Ager qui arari aut coli poſſit, non qui aratus aut cultus ſit. 2. cõtra Rullum. 87. Vt eſſet vrbs, quæ res eas, quibus ager Cãpanus coleretur, ſuppeditare poſſet.

¶ *Habitor.* 6. in Verrem, 119. Coliturq; ea pars vrbis, & habitatur frequentiſſimè.

CVLTVS, a, um. *excultus.* pro Quint. 12. Erat ei res ruſtica ſanè bene culta & fructuoſa.

✠ ADVERB. *Caſtiſſime, 1. de Diu. Frequentiſſime, 6. in Verr. Vehementius ſtudia, pro Arch.*

COLONARIVM, rij. *vectigal quod pro re penderetur ruſtica. in quo ſenſu etiam vſus videtur. Cæſar de bello ciuili.* 3. Attic. lib. 13. epiſt. 6. Colonarium vide ne nullum debeamus: *aliter columnarium.*

COLONARII, orum. *qui vectigal colonarium exigebãt, vt arbitror.* Epiſt. lib. 8. epiſt. 9.

COLONEVS, nei. *locus, in quo Sophocles Oedipum tragœdiã ſcripſit.* de Sen. 22. Oedipus Coloneus. de Fin. lib. 5. 3. Coloneus locus, cuius incola Sophocles ob oculos verſabatur.

COLONIA, niæ. *populus ex vrbe, aut regione, aliò deductus & translatus. Colonia tamen etiam priuilegio fiebant, ſine ſoli mutatione.* pro Font. 3. Narbo Martius colonia noſtrorum ciuium. pro Cecin. 98. In colonias Latinas ſæpe noſtri ciues profecti ſunt, aut ſua voluntate, aut legis mulcta. 2. contra Rul. 92. Cùm cæteris in colonis Duumuiri appellentur, hi ſe Prætores appellari volebant. de Clar. 79. Cum Triumuir coloniam deduxiſſet. 1. contra Rull. 16. In Ianiculo coloniam conſtituere. & 2. contra Rull. 34. Deducere nouas colonias renouare veteres. 1. de Diuin. 3. Mittere coloniam in Aſiam. 2. I. C. 24. Vrbes coloniarum ac municipiorũ. pro Syll. 61. Hic patronus, defenſor, cuſtos illius coloniæ. *item,* Qui coloniam deducebat, patronus erat colonorum. L. COLONVS. 1. de Diuinat. 102. Item in colonia luſtranda ab eo, qui eam deducebat. 2. I. A. 102. Mos in coloniis deducendis, vt ille qui deduceret, aratrum circumduceret, &c.

✠ ADIVNCT. *Fidiſſima, fortiſſimaq;, Imparatæ, 5. Phil. Imprimis, firma & illuſtris. pro Corn. Firmiſſima, & ſplendidiſſima, Florens. Noua, 2. Phil. Florentiſſima, 13. Phil. Nouæ veteres, 2. Cont. Rull.*

☞ Syntaxis. *In colonias proficiſci. Colonias deducere, conſtituere, renouare, mittere, luſtrare.*

COLONVS, ni. *agricultor.* pro Cec. 94. Qui colonus habuit conductum de Cæſennia fundum. & *Ibid.* Dubium eſt quin ſi Cæſennia tum poſſidebat cum erat colonus in fando, poſt eius mortem hæres eodem iure poſſederit. 5. I. V. 228. Coloni pop. Rom. atque aratores. 7. in Verr. 122. Coloni agrorum. 2. de Orat. 287. Optimus colonus, parciſſimus, frugaliſſimus. 1. contra Rull. 20. Deducant colonos quos velint, & iis agros aſſignent. & 2. cont. Rull. 74. In omnes colonias totius Italiæ colonos deducant. pro Sylla. 60. Colonorum diſſenſio delata ad patronos eſt.

✠ ADIVNCT. *Frugaliſſimus, Modeſtiſſimus, optimus, paratiſſimus, 2. de Or. honeſtiſſimi, 13. Phi. Noui, 2. Phil.*

COLONVS ager. 5.I. A. 53. Vt consules cognoscerent qui ager colonus esset, quò milites veterani deducti essent.

COLOPHON, onis. *Vrbs.* pro Pomp.33.

COLOPHONIVS, a, um. pro Arch.19. Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum. & *ibidem*, de Homeri patria.

COLOR, oris. *pigmentum, species prima aspectabilis.* 1.Offic.130. Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est; color exercitationibus corporis.3. de Orat. 94. Ornatur oratio genere primùm, & quasi colore quodam, & succo suo. de Arusp.2. Sed vecors repentè sine suo vultu, sine colore, sine voce constitit.3.de Orat. 197. His tribus figuris insidere quidam venustatis non succo illitus, sed sanguine diffusus debet color. de Clar.298. Catonis lineamentis nihil, nisi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant, flos & color defuit. pro Clu.54. Crebra coloris mutatio.de Cl.171. Vrbanitatis color. 2.de Legib.45. Color autem albus præcipuè decorus Deo est, cùm in cæteris, tum maximè in textili,&c.5. Tusc.46. Candiduli dentes, venusti oculi, color suauis. *in L.Pison. Qui colore ipso patriam aspernaris.

✠ ADIVNCT. *Albus, Decorus, 2.de Leg. Clari, 3. de Orat. Dispares, 1.de Fin. Egregius, 2. de Finib. Pauci, Orat. pristinus, 4. Attic. Seruilis, in Piso. Suauis, 5. Tuscul.*

COLORATVS, a, um. *tinctus.*3.de Nat.51. Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus.de Clar.171. Vrbanitate quadam quasi colorata oratio.

COLORO, as. *colorem indico, tingo.* Orat.42. Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis, ipsa se postea colorat & roborat. 1. de Natura.111. Atomi formare, figurare, colorare, animare non possunt.

COLOROR, aris. 2.de Orat.60. Vt cum in sole ambulem, etiam si ob aliam causam ambulem, fieri natura tamen vt colorer: sic cum istos libros ad Misenum lego, sentio orationem meam illorum quasi cantu colorari.

COLVMBA, bæ. 4.Acad.79. Tu autem ne negas infracto remo, neque columbæ collo commoueri. 3. de Finib.18. Plumæ versicolores columbis.

COLVMBINVS, a, um. Epist.lib.9.epist.18. Pullus columbinus.

COLVMELLA, æ. *prima columna.*2. de Legib.66. Statuere columellam super tumulum. 5. Tusc. 65. Animaduerti columellam è dumis eminentem.

COLVMEN. *culmen, princeps.*5.I. V.176. Timarchides columen familiæ vestræ.13.I.A.26. Columen amicorum Antonij Cotyla. pro Flac.41. At istud columen actionis tuæ Mithridates ambulat cum lorica, &c.1.de Diuin.18.

Quid verò Phœbi fax, tristis nuncia belli.
Quæ magnum ad columen flammato ardore volabat?

1. de Diuin.20. Ni post excelsum ad columen, &c. pro Sest.19. Columen reipublicæ.

✠ ADIVNCT. *Excelsum, Magnum, 1.de Diuin.*

COLVMNA, næ.3. de Orat 178. Columnæ & templa & porticus sustinent. pro Dom.62. Columnæ marmoreæ ex ædibus meis ad socerum consulis portabantur. Quint. frat. lib.3.epist.1. Columnas neque rectas, neque eregione Diphilus collocârat. pro Cl.39. Is in discordiis ciuitatis ad eam columnã, ad quam multorum sæpe conuiciis perductus erat, tum suffragiis populi perueuerat. Qu.fr.lib.3.epist.1. Columnæ porticus politæ sunt. 1.in Ant.5. Euersio illius execratæ columnæ. 1.de Diuin.21.

Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna.

Columna Menia. L. MENIVS. *pro M. Scaur. Ego qui Albanas habeo colũnas, e litellis eas apportaui. *Ibidem.* & in Orat. 224. Incurristi amens in columnas.

✠ ADIVNCT. *Aurea, solida, Summa, 1.de Diuin. Aeneæ, pro Corn.Balbo. Antiquæ, 4. Attic. Excelsa, 2.de Diuin. Marmoreæ, pro Dom Noua, 3.in Verr. Politæ, 3.ad Quint.frat. Rectæ, 2.ad Quint.frat.*

COLVMNARIVM, ri. *tributum quod in singulas columnas domum sustentantes exigeretur, propterea quod opulentiam significarent habitantium. Itaq; in Cæsare lib. 3.de bello ciuili, Columnaria legunt, non colonaria.* Attic.lib.13. epist.6. Columnarium vide ne nullum debeamus.

COLVMNARII, orum. *præfecti columnarum tributis.* Epist.lib.8. epist. 9. Nolo te putare Fauonium à columnariis præteritum esse. Cælij.

COLVS, lus. *bacillus, è quo mulieres pensa trahunt.* 2. de Orat.277. Quando ad me venis cum tua colu & lana?

COMAGENE, nes. *vrbs, & regio.* Epist.lib.8.epist.10.

COMAGENVS, na. Epist.lib.15.epist.1.

COMA, mæ. *capillus.*pro Sest.18. Consul vnguentis affluens, calamistrata coma. Postq.in Sen.12. Primùm processit madenti coma composito capillo, &c.

✠ ADIVNCT. *Calamistrata, pro Sest.intonsa, 3.Tusc. Madida, postquam in Senat.*

COMATVS, a, um. 8.in Ant.27. Gallia comata? id est, brachata & transalpina.

COMBIBO, bis. *imbibo, haurio,* 5.de Fin.9. Sed infici iam debet his artibus: quas si combiberit, dum tener est, ad maiora veniet paratior.

COMBIBO, onis. *compotor.* Epist.lib.9. epist.25. In controuersiis quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

COMBVRO, ris. *uro, cremo, inflammo, incendo, exuro.*7. in Verr.93. & Quint.frat.lib.1.epist.2. Comburere aliquem viuum.1.de Diu. 33. Comburamus annales.

COMBVSTVS, a, um. *crematus, adustus.* pro Cl.27. & Ser.Epist.lib. 4.epist.12. Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam lucceret, combustus est. Attic.lib.14.epist.10. At Cæsar etiam in foro combustus, 2. Tusc.l.52. Calanus Indus sua voluntate viuus combustus est. 1.de Nat.63. Libri Protagoræ in concione combusti.

COMBVROR, ris. *aduror.* Quinto fratri, lib.1. epist.2. Aliquem fumo comburi.

COMEDO, dis. comedi, comesum. *cibum capio, edo: adedo.* de Cla. 217. Nisi se collega tuus iactauisset, hodie te isthic muscæ comedissent. pro Sest. 110. Vsque eò non fuit popularis, vt bona solus comesset. Epist.lib.9.epist.20. Ego te iacente bona tua comedam. & lib.11.epist.21. Quocirca Sagulium negligamus, qui res nouas quærit: non quò veterem comederit, nullam enim habuit, sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. pro Flac.91. Quid attinuit relinquere hanc vrbem? quasi bona comẽsse Romæ non liceret. Attic.lib.6. epist.1. Putat enim Pompeius suos nummos vos comedisse, Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore. 2. de Orat.240. Vt olim tu Crasse comedisse eum lacertum Largij. * Hortens. Se ad extremum pollicetur prolaturum, quæ se ipsa comest.

COMEDOR, ris. *edor.* 4. ad Her.62. Iste tanquam cochlea, &c. comeditur cum domo sua, & auertur.

COMES, tis. *qui alterum sequitur, assectator, assecla, socius.* Epist.lib.13. epi.71. Titus Augustus & comes meus fuit illo miserrimo tempore, & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum socius. pro Syl.66. Itaque P. Sylla hoc importunissimo tum honoris, tum etiam calamitatis socio atque comite, & secundas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine vllo remedio atque alleuamento permanere. Epist.lib.1.epist.9. Me quidem certè tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium sociorum comitemq; habebis. de Cl. 45. Eloquentia pacis est comes, ocijq; socia. Epist.lib.1. epist.9. In eis verò vlciscẽdis, &c. mirificum me tibi comitem præbuissem. 1.de Orat.75. Omnes artes comites ac ministras oratoris esse. Attic.lib.8.epist.1. Ei statim rescripsi, hominemq; certum misi de comitibus meis. de Amic.96. Quanta illi in oratione maiestas, vt facilè ducem populi Romani, non comitem diceres. de Ami.37. Neque se comitẽ illius furoris, sed ducem præbuit. pro Mar. 11. Huius rei tu ipse es & dux & comes. 4. Tusc.19. Examinatio metum subsequens, & quasi comes pauoris. pro Mur. 13. Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Attic.lib.5. epist.11. Marcellus sedendi comes, etsi ille magistratũ non gesserit, erit tamen transpadanus. * Hortens. Cum videat me & meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, grauitatem, fidem. Incer. In libris de Repub. Platonis me comitem profiteor, in Consolatione filiæ Crantotem sequor.

✠ ADIVNCT. *Carus atque iucũdus, 4. In Cat. Extremi. pro Mil. Idoneus, 13. Attic. Importunissimus. pro Syll. Mercenarius in Piso. Mirificus. 1. famil. Non molestus, 9. Attic. Nequissimi. 2. Phil. Veteres.) (. recẽtes, 6. fam.*

☞ Syntaxis. *Socius, & comes. Habere aliquem comitem. Præbere se comitem. Dux & comes.*

COMESATIO, *vel* COMESSATIO, onis. *intempestiuum conuiuium, præsertim nocturnũ, & à cœna.* pro Cæl.35. Comessationes, conuiuia Baiis acta.5.I. A.15. Totus denique comessationis Antonianæ chorus. 2. in Cat.10. In vino & olea comessationes & scorta quærere.3.de Orat.162. Tempestas comessationis, aut comessatio tempestatis.

COMESATOR, *vel* COMESSATOR, otis. *qui intempestiuis conuiuijs indulget.* pro Cæl. 67. Non idem iudicum comessatorumq; conspectus. & Attic.lib.1. epist.11. Nostri istic comessatores coniurationis: *alias, comissatores.*

COMESSOR, *vel* COMESOR, aris. *intẽpestiuis conuiuijs & epulis vtor.* Epist.lib.1.epist.9. Si quando illa dicet, Phædriam introrumittamus comessatum: tu, Pamphilam cantatum prouocemus: *alias comissatum.*

COMESVS, a, um. *consumptus, adesus.* in Sal.20. Patrimonio non comeso, sed deuorato. pro Clu. 173. Venenum epotum quàm comesum celerius potest.

COMETES, tæ. *stella crinita.* 2.de Nat.14. Stellæ quas Græci cometas, nostri crinitas vocant, quæ nuper magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ.1.de Diu.20.

Vidisti & claro tremulos ardore cometas. L. CRINITVS.

COMICVS,a,um. *ad comœdiam pertinens.* pro Qu.R.28.Comœdius ex artificio comico spectatur. Orat 184. Comici Poetæ.L. COMOEDIA.

COMICE, *comico more.* 3.de Orator.27.Res tragicas penè comicè tractare.

COMINVS, *aduerb. de propinquiore loco, propius.*) (*eminus.*2.de Diu. 26.Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima excursio,nunc cominus agamus.pro Corn.23. Qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnarit.de Sen.19. Eminus hasta, cominus gladio vti.pro Plan.72.Cominus pugnare. Attic.lib.2.epi.2. Qui me epistola petiuit, ad te, vt video, cominus accessit. pro Cec.43.Etsi non solùm impulsu scutorum, neque conflictu corporum, neque ictu cominus, neque coniectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum,&c.magnas copias pulsas esse & vidimus,& audiuimus. 4.Tusc.49. Video enim vtrumque cominus ictu cecidisse contrario.

☞ Syntaxis. *Cominus agere, accedere, pugnare.*

COMIS,me:& COMIOR. *humanus, habens comitatem, suauis, commodus, facilis, benignus.*de Sen.59. Cyrus omnibus in rebus comis erga Lysandrum atque humanus fuit.pro Corn.36. Comes,benigni,faciles, suaues homines, qui erranti comiter monstrant viam.2.de Fin.80. Vir bonus,comis & humanus. pro Mur. 66. Quis C. Lælio comior? quis iucundior? & *ibid.* Nemo eo commodior, comior: moderatior fuit, &c. Attic. lib.3.epist.20. Nil come, nil simplex est. de Cl.212. Qu. Scæuola augur percomis est habitus. pro Planc. 64. Omnibus comis eram visus. * Lin. Quicquid come loquens atque omnia dulcia linquens.

☞ Syntaxis. *Comis & humanus. Quis illo comior? In omni re, & in omnibus comis.*

COMITAS,tis. *facilitas.*) (*seueritas, grauitas.* Part.22.Idq; comitate fit magis quàm vanitate. Qu. frat.lib.1.epist.1. Cyrus ille à Xenophonte scriptus,cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur.de Cl.148.Scæuolæ multa in seueritate non deerat comitas. de Sen.10. Comitate condita grauitas.2.de Inuen.162.Clementia est.per quàm animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. Attic.lib. 6.epist.6. Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis. 2. de Orat. 182. Verborum comitas.1.Offi.109.Contraq; pater eius nullam comitatem habuit sermonis.& 2.Offi.48. Comitas affabilitasq; sermonis maximè conciliat animos hominũ. pro Mur. 66. Si illius comitatem facilitatemq; tuæ grauitati seueritatiq; asperseris.

✠ ADIVNC. *Iucunda, singularis,* 1.*ad Quint.fra. Multa, de Clar. Summa.ibidem.*

☞ Syntaxis. *Comitatem habere. Comitas & affabilitas sermonis. Comitas & facilitas.*

COMITATVS,a.um.pro Dom.76,Quem pop.Romanus à porta in Capitolium, atque inde domum sua celebritate lætitiaque comitatum honestauit. Attic.lib.9. epist.2. Si Cn.bene comitatus conscendisset,& Cos.transissent.2.I.C.4.Molestè fero,quòd ex vrbe parum comitatus exierit.pro Cæl.34.Mulier multis viris comitata.12.I.A.25.Quis audeat luci bene comitatum aggredi.

COMITATOR,oris.5.Tusc.113.

✠ ADVERB. *Benè,*12.*Phil.Parum,*2.*Catil.*

COMITATVS,tus. *comitum multitudo, clientela, cœtus, numerus, chorus, caterua.* Attic.lib8.epist3. Si manco,& illum comitatũ optimorum ciuium desero,cadendum est in vnius potestatem. pro Corn.62.Cum ducibus ipsis,non cum comitatus assectatoribus confligant.3.I.C.6.Cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent. & *Ibid.* Literæ quæcunq; erant in eo comitatu, integris signis prætoribus traduntur. Qu. fr.lib.3.epist.1.Ille ignarus sui comitatus, repentè aperuit lecticam,item,Quæ si quos inter societas est eorum habendus optimus comitatus.pro Milone 28.Muliebri ac delicato ancillarum puerorumq; comitatu.de Sen.29.Mihi verò illi comitatu nobilium iuuenum fortunati videbantur. Para.2. Regulus virtutum præsidio munitus, tantóque virtutis comitatu septus. de Aru.2. Cepi equidem maximũ fructũ,& ex consurrectione omnium, & ex comitatu publicanorum. Epist.lib.6.epist.19. Si modò tecti satis erit ad comitatum nostrum recipiendum. 6.I. Verr.121. Aduentum & comitatum cum exercitu & victoria conferatis. 5.I.V.205. Vtrũ crimini defensio, an comitatus exilio quæritur.

✠ ADIVNC. *Familiaris,*2.*de Inuent.improbissimus, flagitiosissimusque, Turpissimus,* 5.*Ver. Magnus,* 1.*Catil. Maximus,*3.*de Leg. Maximus, ornatissimusq;.Pro Fla. Muliebris,& delicatus ancillarum puerorumq;, Multus, Magnusque. pro Mil.Optimus, pro Cluent. Optimus, Beatissimúsque,de Amic.Pulcherrimus,*5.*Tusc. Regius,*6.*in Ver.Tantus. Parad.*

COMITER, *humanè, humaniter, benigne.*13.I.A.4.Salutare benignè, comiter appellare vnumquemque. 1.de Nat.57. Tum Cotta comiter vt solebat: Atqui, inquit,&c.1.Offic.51. Homo qui erranti comiter monstrat viam.pro Cæl.13.Cum aliquo comiter viuere.pro Corn.36.Benignè,non grauatè,comiter viuere.pro Corn. 36.Benignè,non grauatè, comiter quidem certè, non communiter conuenit. *Sic Cicero comiter interpretatur, contra quendá qui comiter, dicebat esse communiter. Hîc aduerte, clarissimos oratores aliquos putare, benignitatem, benignum, benignè, significare liberalitatis vim: sed Cic.secus.*

☞ Syntaxis. *Benignè comiterq; salutare, appellare. Viuere comiter.*

COMITIA, orum. *conuentus pop. Rom. commune consilium omnium ordinum, ad creandos magistratus, ad ferendas leges, & alia cum populo agenda.*pro Planc.49. Consul comitia habere cœpit, vocatæ tribus, latum suffragiũ, descriptæ, renunciatæ: longè plurimum valuit Plancius.2.I.A.82. Ecce Dolabellæ comitiorum dies, sortitio prærogatiuè quieſcit, renunciatur, tacet. prima classis vocatur, renunciatur. deinde, vt astolet, suffragia: tum secũda classis vocatur, &c.3.de Leg.44. Ferri de singulis nisi centuriatis comitiis noluerũt. descriptus enim populus, censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragiũ auxilij, quàm fusè in tribus conuocatus. 2.contra Rul.4. Est illud amplissimum Quirites, quod hoc honore ex nouis hominibus primùm me multis post habitis affecistis, quòd prima petitione, quòd anno meo: sed tamen magnificentius esse illo nihil potest, quòd meis comitiis non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed vocem viuam præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatum tulistis. Postquam. in Senat.26.Comitia centuriata, quę maximè maiores iusta dici haber que voluerunt.2.contra Rul.26.Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, curiata tantùm auspiciorum causa remanserunt.& Epist.lib.1.epi.9. De comitiis multa, & de lege centuriata & curiata. Qu.fr.lib.2.epist.2. Gracchus augur recordatus est, quid sibi in campo Martio comitia consulibus habentibus cõra auspicia accidisset pro Rab. 11. Qui in campo Martio comitiis centuriatis, auspicato in loco crucem defigi iubet.pro Mil.42.Quid comitiis in campo quoties potestas fuit? de Pet.44. Video nulla esse comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquæ centuriæ renũcient suos sibi maximè necessarios.Qu.fr.lib.3.epist.3. Comitiorũ quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus magna volũtate bonorũ omnium. de Cl.55. Habere comitia contra leges. Attic. lib.9.epist.11. Comitia consularia à prætore haberi non posse. & lib. 4. epist.1. Legem comitiis centuriaris esse perlatam.4.I.V.128.Satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset. Epist. lib.7.epist.30. In campo certè non fuisti, cùm hora secunda comitiis quæstoriis institutis sella Qu. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset: quo mortuo nunciato, sella sublata est. Ille autem qui comitiis tributis esset auspicatus, centuriata habuit, consulem hora septima renũciauit, &c. Attic.lib.1. epist.1. In campo Martio comitiis tribunitiis ad XVI. Cal.Sex. competitores qui firmi esse videbantur, Galba & Antonius. 11. I.A.19. Quòd si comitia in senatu haberi placet, petamus, ambiamus: tabula modò noua detur nobis, sicut populo data est. 3. de Legib. 45 Comitia illa sunt armis gesta seruilibus. Attic. lib.4.epist.14. Sed ea comitia puto fore vt dicantur. *De Comitys, vide A.Gellium, & Alexandri Genialis dies.*

✠ ADIVNCT. *Aedilitia, leuiora, priora, superiora.pro Plan.Centuriata,*1.*fam.Consularia, pro Mur.Curiata. Vera,*2.*Cont.Rull.Gratuita, Tota,*4.*Acad. Iusta, Recentia,*1.*de Diuin. Magna, singularia,*8.*fam. Nugatoria.pro Sex.Rosc.Põtificia,pro Cæl.Proxima,*1.*in Cati. publica priuata.pro Pomp.Quæstoria,*7.*fam.Tributa. ibid.Tribunitia,*1.*Attic.*

☞ Syntaxis. *Centuriata comitia, quæstoria, tributa, curiata, tribunitia. Comitia habere, gerere armis, ducere.*

COMITIALIS, le. *ad comitia pertinens.* Qu.fr.lib.1.epist.2. Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi nõ poterat. & epist.5. Dies comitiales exemit omnes. 4.I. V.130. Offendit eum mẽsem comitialem, comitiis iam abhinc triginta diebus habitis.

ADIVNCTA. *Inutiles, maximus, multi, probabiles,* 2.*de Legib.*

COMITIATVS,tus. *comitia.* 3.de Leg.11.De capite ciuis, nisi per maximum comitiatum, &c. ne ferunto. *Ibid* 27. Omnibus magistratibus, auspicia & iudicia dantur, &c. auspicia, vt multos inutiles comitiatus probabiles impedirent more.

COMITIVM, tij:& forum comitium. *locus in quo comitia habebantur, campus Martius, commune consilium.*5.I.V.9.Quid, hoc cuiquam

quam ferendum putas esse? huius argẽto domos vestras, huius lignis & tabulis focum comitium ornari? pro Sest.75. Cùm forum comitiũ, curiam armatis hominibus occupauissem. 3.I.V. 49. Tenes, quem quondam in comitio vidistis. & 58. Vidi simul cum populo Romano forum comitiumq; adornatum, ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemq; acerbo & lugubri. * de Clar.288. Si angustè & exiliter dicere est, Atticorum: sint sanè Attici, sed in comitium veniant, ad stantem iudicem dicant.

COMITOR, aris. *assector, sector.* 2.de Finib.60. An est aliquid per seipsum flagitiosum, etiamsi nulla comitetur infamia. 2.de Inuent. 14. In itinere quidam proficiscẽtem ad mercatum quendam est comitatus. 5. Tusc.100. Cæteraque, quæ comitantur huic vitæ.

COMMACVLO, as. *maculo, turpifico, fœdo.* Pro Cæl.16. Si se ista infinito ambitu commaculasset.

COMMEANS, tis. 2. de Nat. 49. Sol ab ortu ad occasum commeans. 1.de Nat.27. Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem.

COMMEATVS, tus. *cibaria ad multitudinem aliquam alendam, præsertim belli tempore. Item tempus quod eundi, manendi, redeundi datur, & præscribitur alicui.* pro Pom.53. Cùm ex omnibus prouinciis commeatu & publico & priuato prohibebamur. Attic.li.7.epi.9. Suscepto autem bello aut tenenda sit vrbs, aut ea relicta ille à commeatu & reliquis copiis intercludendus. 1.de Orat.210. De commeatu, de insidiis faciendis atque vitãdis, &c.1.ad Her.24. Vt ille qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ intercluserint. 7.I.V.110. Hunc scitote fuisse Heraclitũ in ea causa, qui propter grauem morbum oculorũ tum cùm nauigaret, & iussu eius qui potestatem habuit, in commeatu Syracusis remanserit. 7.I.V.61. Hancine impudentiam iudices ciuitatibus pro numero militum pecuniarũ summas describere, certo precio sexcentenos nummos nautarum missione constituere, quos qui dederat, commeatum totius ætatis auferebat: iste quod & nautæ nomine, & pro stipendio frumentoque acceperat, lucrabatur.

✠ ADIVNCT. *Publicus, priuatus pro Pomp.*

☞ Syntaxis. *Commeatum auferre. Commeatu prohiberi, intercludi. In commeatu remanere.*

COMMEDITOR, *meditor, verso.* 3. ad Heren.31. Quare locos: quos assumpserimus, egregiè commeditari oportebit, vt perpetuò nobis hærere possint. *alias, egregie communterq; notare.*

COMMEMINI, isti. *memini.* 1.de Ora.227. Quem hominem probè commeminisse aiebat. & 3.de Ora.82. Id quod tu rectè commeministi. 1.Tusc.13. Ego autem non commemini, antequam sum natus, me miserum.

COMMEMORABILIS, le. *memorabilis.* pro Mar.10. Vir commemorabili pietate ac virtute præditus. & 2.de Nat.131. Multa alia in aliis locis commemorabilia proferre possum.

COMMEMORANDVS, a, um. 2.I.Ver.42. O commemoranda iudicia, præclaramq; existimationem nostri ordinis.

COMMEMORATIO, onis, *mentio, recordatio.* Qu.fr.lib.1.epist.1. Me in scribẽdo commemoratio virtutis delectauit. 3.in Verrem 101. Verres in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuit. Epist.lib.5.epist.12. Me commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit. & lib.10.epist.5. Commemoratio huius rei magnam mihi lætitiã attulit. Orat. 120. Commemoratio antiquitatis, exemplorum prolatio. pro Arch.29. Commemorationẽ nominis nostri non cum vitæ tempore dimittendam esse, sed cum omni posteritate adæquandam. 4.I.V.192. An ab hac eius infamia nequitiq, vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat?

✠ ADIVNCT. *Assidua, 3.Ver. Illustrior, Splendidior, Diu. Multa, 2.Attic. Necessaria, pro Cluent. Supervacanea, 3.famil.*

COMMEMORANDVS, a, um. *memoria dignus.* Parad.6. Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio?

COMMEMORATVS, a, um. pro Planc.95. Nihil ex meis est tem poribus, quod minus mea celebratione commemoratum sit.

COMMEMORO, *memoro, dico, memini, prosequor, profero, sermonem vsurpo, alicuius rei memoriam vsurpo, crebris vsurpo sermonibus, laudo.* 6.I.V.135. Longum est & non necessarium, commemorare quæ apud quosque visenda sunt. de Am.74. Beneficia meminisse debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Epist.lib.4.epist.4. Omnes enim causæ, quas commemoras, iustissimæ sunt. 2.de Orat.160. Critolaus quem simul cum Diogene venisse commemoras. 3.de Orat.72. Metrodorus de cuius memoria commemorauit Antonius. Quin. frat. lib.1. epist. 1. Omnes de tua virtute commemorant. pro R.24. C. Decianus, de quo tu sæpe commemoras. de Sen.38. Quid quoque die audierim, dixerim, egerim, commemoro vesperi. 6.I. V.115. Vrbis direptionem commemorabo.

COMMEMOROR, tis. 4.Acad.72. Primùm quod initiò dixisti, videamus quale sit, similiter à nobis de antiquis philosophis commemorari, atque seditiosi solerent claros viros, sed tamen populares aliquos nominare. pro Deiot.40. Quæ si priuatis gloriosa sunt, multo magis cõmemorabuntur in regibus. pro Qu.8. Nam quid hoc inquius, aut indignius dici, aut commemorari potest?

✠ ADVERB. *Breuiter, pro Corn. Creberrimè, 1.de Diu. Libentiùs, 1.Famil. Planiùs, 3.In Verr. Verè, pro Font. Vesperi quod dixeris, de Senec.*

☞ Syntaxis. *Longius est commemorare, quid, &c. Commemorare hoc, & de hoc. In Rege id commemoratur, id est, laudatur.*

COMMENDATIO, onis. *commissio.* Epist.lib.1.epist.3. Is cum antea & suo splendore & nostra cæterorumq; amicorũ commendatione gratissimus in prouincia semper fuit, tum hoc tempore propter tuum in me amorem nostramq; necessitudinem vehementer confidit, his meis literis se apud te gratiosum fore. & *Ibidem.* Omnibusq; rebus eum ita tractes, vt intelligat nostram commendationem non vulgarem fuisse. Attic. lib. 8. epist. 4. Cui qui noster honos? quod obsequium? quæ etiam ad cæteros contempti cuiusdam hominis commendatio nostra defuit? vt meum iudicium reprehendi à Qu.fr. vulgoq; ab omnibus malim, quàm illum non efferre laudibus.

¶ *Laus, celebratio, comprobatio.* 5. Tusc.103. Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetitur gloria, molestiæ habeat quàm voluptatis. Epist. lib.1.epist.7. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Orat.111. Hunc librum si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est, 2. Offic. 45. Prima est igitur adolescenti commẽdatio ad gloriam, si quæ ex bellicis rebus comparari potest. Orat. 124. Principia acuta sententiis vel ad offensionem aduersarij, vel ad commẽdationem sui. 2.de Ora.211. Illa pars orationis quæ probitatis commendatione boni viri debet speciem tueri. I.P.1. Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum. 1.I. C.28. Homo per se cognitus, nulla commendatione maiorum. de Cla.96. Is magnos honores sine vlla commendatione maiorum est adeptus. pro Flac.24. Aliquis infimo loco natus, nulla commendatione famæ. de Cla.138. Huius mores omnes commendationem ingenij euertunt. de Clar.312. Hæc causa tantum commendationis habuit, vt, &c.1.Offic.46. Prima igitur commendatio proficiscitur à modestia. pro Deiot.2. Qui commendationem ineuntis ætatis ab impietate & scelere duxerit. pro Cæl.6. Et meus hic forensis labor vitæq; ratio dimanauit ad existimationem hominum, paulò latius commendatione ac iudicio meorum. 3.I.A.17. Nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. pro Planc.31. Hoc valeret, inquam, in communi consensu omniũ, & dulcissima commendatione naturæ. 2.de Orat.357. Facillimè teneri ea quæ auribus percipierentur, aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione animis traderentur. 2.de Fin.35. Epicurus in prima commendatione voluptatem dixit. & *Ibidem.* Vt voluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret.

✠ ADIVNC. *Accurata, Communis hominum, & inter homines, naturalis, diligentissima, Grauissima, maior, 13.famil. Diligens, 2.fam. Dulcissima, pro Planc. Magna liberalitatis, Non vulgaris, 1.fam. Non modo humana, sed etiam diuina. pro Mar. Obscura & incerta, 5.de fin. Perpetua, 2.Offic Singularis, 3.famil.*

☞ Syntaxis. *In vulgus commendatio. Commendatio ad gloriam.*

COMMENDATITIVS, a, um. 6.I.V.148. Tabellæ non commendatitiæ, sed tributariæ. Epist.lib.5.epist.5. Etsi statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias, tamen, &c.

COMMENDATRIX, cis. 1.de Leg.58. Lex est emendatrix vitiorum, commendatrixq; virtutum.

COMMENDATVS, a, um: COMMENDATIOR, COMMENDATISSIMVS. *creditus, laudatus, commissus.* 9. in Anton.10. Vita Ser. Sulpitij mulris erit præclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata. 2. in Ant.32. Quæ res vnquam gloriosior? quæ commendatior hominum memoriæ sempiternæ? pro Cor.43. Quis nostrũm est, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia commendatior? pro Sest.21. Alter erat opinione hominum, nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus. & *Ibid.* Homo falsa opinione, errore hominum commendatus. 2.de Legib.22. Sacrum sacróve commendatum qui clepserit, parricida esto. de Pro.35. Quare sit in eius tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati commendata est. 11. I. A.21. Harum rerum omnium decertatio consulibus commissa & commendata est. pro Ar.18. Poetæ quasi deorum aliquo dono & munere commendati nobis esse videntur. pro S. Rosc.113. Cui fortunæ viui commendatæ sunt atque concreditæ. pro Dom. ad Pon.142. Vobis ergo meam dignitatem, studium & iudicium

iudicium non modò commissum, sed etiam commendatum arbitrabantur. Epist. lib. 12. epist. 16. Vale, & matrem meosq; tibi commendatos habe. Epist. lib. 12. epist. 12. A te peto dignitatem meam tibi commendatam habeas. & epist. 26. Rogo vt habeas eos à me commendatissimos. pro Cl. 34. Spes illa quam mulier in aluo commendatam à viro continebat. pro Cæl. 5. Nec enim vobis satis commendata huius ætas esse posset, nisi, &c.

✠ ADVERB. *Valde, 16. famil.*

COMMENDO, as. *fidei alicuius committo, in alicuius fide ac religione depono, concredo, repono, colloco: alicuius virtuti, fidei, felicitati concredo, trado.* 1. de Orat. 228. Filios suos paruos tutelæ populi commendare. pro Pomp. 13. Vt se socios dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis. Attic. libr. 3. epist. 20. Me totum tuo amori fideiq; commendo. & lib. 14. epist. 15. Respubl. ita te mihi commendauit, vt chatiorē habeam neminem. Epist. lib. 2. epist. 6. Tibi me totum commendo atque trado. & lib. 13. epi. 32. Sed vereor, ne quia complures tibi præcipuè commendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. pro Publ. Quint. 98. Tibi me, tibi meas omnes opes fortunasq; commendo, tibi committo existimationem ac spem reliquæ vitæ. Epist. lib. 2. epist. 17. Petis à me vt Bibulo te quàm diligentissimè commendem. ad Brut. epist. 6. Ad petitionem aut commendationem honoris tibi Glicona medicum diligentissimè commendo. Epist. lib. 1. epist. 3. Quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo, commendoq; tibi eius omnia negocia, liberos, procuratores, familiam. & lib. 7. epist. 29. Quare, mi Cicero, perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitio successori nos de meliore nota commenda. de Ar. 14. Pontifices, quorum autoritati, & fidei, & prudentiæ maiores nostri sacra religionesq; commendarunt. pro Mur. 2. Idem consul eum vestræ fidei commendat, quem tantea diis immortalibus commēdauit. Q. fr. li. 1. ep. 2. Quam multos mecū egisse putas vt se Statio commendarem.

¶ *Laudo probo.* 2. de Orat. 9. Vt duos summos viros, iis qui neutrum illorum viderint, eorū quibus ambo illi oratores cogniti sunt, viuorum & præsentium memoria teste commendemus. 1. de Orat. 252. Vox quæ vna maximè eloquentiam commendat. de Cl. 240. Huius actio non satis commendabat orationem. Attic. lib. 13. epist. 19. Ligarianam, vt video, præclarè autoritas tua commendauit. 2. de Orat. 183. Lenis oratio commendat reos. 2. Offic. 47. P. Rutilij adolescentiam ad opinionem & innocentiæ, & iuris scientiæ, P. Mutij commendauit domus. Postquam in Sen. 12. Cùm eum præter simulatam tristiciam nulla res commendaret.

COMMENDOR, ris. *trador, committor, credor.* Epist. lib. 5. epist. 12. Cupio res nostras quàm celerrimè monumentis commendari tuis. Epist. lib. 11. epist. 10. Satis me multa scripsisse quæ literis commendari possint, arbitror: *id est, committi.* Epist. lib. 5. epist. 12. Vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari nolim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. 2. de Orat. 36. Historia qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur?

¶ *Laudor.* Epist. lib. 12. epist. 13. Neq; enim omnium iudiciorum malim me à te commendari, quàm ipso tuo iudicio dignè ac mereor commendatus esse. Cl. 216. Nulla re vna magis commendatur orator, quàm splendore verborum.

¶ *Fidei committor.* 3. de Fin. 16. Simulatq; natū sit animal, ipsum sibi conciliari & commendari ad conseruandum. ‖ ad Quint. fr. lib. 1. epist. 2. Zeuxis, quem scribis certissimum matricidam, tibi à me intimè commendari.

✠ *ADVERB. Bene, 4. in Ver. Communiter legatos. Diligentissimè, etiam atque etiam, magnopere, mediocriter, penitus. Præcipue, Religiosè & sine ambitione, separatim, diligētius studiosè, studiosius. Quam diligentissime, vnicè, 13. famil. Digne ac meremur, 12. fam. Diligenter, epist. ad Brut. Grauissime, 7. famil. Intime, 1. ad Quint. frat. Potissimum adolescentiam, pro Cæl. Præclare, 13. Attic. Præclare his rebus, 2. Phil. Recte. 15. famil. Quā diligentissimè. 2. fam. Quam celerrime monumentis, 5. fam. Valde, 3. famil.*

☞ Syntaxis. *Homo ad memoriam, & memoriæ præclaris monumentis commendatus. Res commendata sacro. Commissus & commendatus. Commendatus & concreditus. Non modò commissus, sed commendatus. Commendatū habe illum. Commendare se tutelæ, fidei, amori, felicitati alicuius. Commendare aliquem de meliore nota. Literis commendari: id est credi. Nulla re vna magis commendatur orator, &c. Sibi commendari animal. Conciliare & commendare.*

COMMENTARIOLVM, li. *libellus.* 1. I. A. 16. An in commentariolis & chirographis & libellis acta Cæsaris firma erunt. 4. de Fin. 10. Quæ res efficit, ne necesse sit, iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à commētariolis suis discedere. 1. de Ora. 5. Quæ pueris nobis ex cōmentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt. Quint. de Pet. 45. Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

COMMENTARIVM, rij. *liber ad subsidium memoriæ comparatus, in quo rerum & negociorū capita notantur.* de Cl. 164. Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. Epist. lib. 8. epist. 11. Quam quisque sententiam dixerit, in commentario est rerum vrbanarum, è quo tu quæ digna sunt, selige. Attic. lib. 1. epist. 16. Commentarium consulatus mei Græcè scriptum misi ad te. ad Oct. M. Antonius ciuitates donabat ex commētario. Epist. lib. 8. epi. 2. Commentariū rerum vrbanarum primùm dedi L. Castrinio, secundùm ei qui has literas tibi reddet. 7. I. V. 53. Audite decretum mercenarij prætoris ex ipsius commentario. & *Ibid.* Recita commētarium. pro Syl. 45. Ego recentem putarem memoriam cuncti senatus commentario meo posse superari. 3. Tusc. 54. In eo est disputatio scripta Carneadis, quam se ait in commētarium retulisse. Attic. lib. 7. epist. 3. Referre aliquid in commentariū manu sua. 1. de Ora. 208. Illa quæ in commentarium meum retuli.

✠ *ADIVNC. Paulo plenius, de Clar. Plurima, 3. de fin.*

COMMENTARII, orum. *commentarium.* Epist. lib. 5. epist. 12. Si enim suscipis causam, conficiam commentarios rerū omnium. de Cl. 261. Cæsar scripsit commentarios rerum suarum. 3. Offi. 8. Quem locum miror à Possidonio breuiter esse tractatū in quibusdam commentariis, pro Rab. 15. Ex annalium monumentis, & ex regum commentariis aliquid conquirere. de Cl. 72. Vt & Atticus scribit, & nos in antiquis cōmentariis inuenimus. 1. I. A. 2. Nihil tum nisi quod erat notum, in C. Cæsaris commentariis reperiebatur. de Cl. 55. Possumus T. Coruncanum suspicari disertum, quòd ex pontificum commētariis longè plurimum ingenio valuisse videatur. 3. de Finib. 10. Commentarios quosdā Aristotelicos, quos hîc sciebam esse, veni vt auferrē. 2. de Orac. 224. Vbi sunt fundi Brute, quos tibi pater publicis commētariis consignatos reliquit: id est, tribus libellis de iure ciuili. 2. in Anto. 35. Cuius domus quæstuosissima est falsorum commentariorum & chirographorum officina.

✠ *ADIVNCT. Antiqui, nudi & venusti, de Clar. Commenticij, 5. Phil. Falsi, Infiniti, 2. Phil. Noui, 12. famil.*

COMMENTATIO, onis. *cogitatio, meditatio.* 1. de Orat. 150. Subitam orationem commentatio & cogitatio facilè vincit. & *Ibid.* 157. Et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Epist. lib. 9. epist. 20. Commentatio causarum. de Clar. 249. Isse se quotidianis commentationibus exercebat. & 2. de Orat. 118. Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. de Cl. 105. In exercitationibus commentationibusque multum operæ ponere. 1. de Orat. 257. Subitæ ad propositas causas exercitationes, & accuratæ ac meditatæ commentationes, multi sudoris sint. 1. Tusc. 74. Tota enim philosophorum vita, vt ait idem, commētatio mortis est. 2. Tusc. 42. De exercitatione & consuetudine & commentatione dixi, apage fis: nunc de ratione videamus. & 41. Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo.

✠ *ADIVNC. Accuratæ, 1. de Orat. Domestica, Quotidianæ, de Clar. Multa, 2. de Orat. Plurima, 3. de finib.*

☞ Syntaxis. *Commentatio & cogitatio. Commentationibus se exercere. Meditata & accurata cogitatio. Hîc habes Meditatus, patiendi vi.*

COMMENTITIVS, a, um, *fictus.* pro S. R. 42. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat. 1. de Nat. 18. Commentitiæ futilesq; sententiæ. & lib. 2. 70. Commentitij & ficti Dij. 3. Offi. 39. Ficta & commentitia fabula. 5. de Fin. 90. Nomina partim noua & commentitia, partim idem significantia. 1. de Nat. 28. Parmenides commētitium quiddam coronæ similitudine efficit.

☞ Syntaxis. *Commentitium & fictum. Commenticiū ac futile. Nouum & commentitium.*

COMMENTOR, aris. *meditor, cogito, considero, mecum meditor, conficio.* Attic. lib. 4. epist. 6. Veruntamen ipsum mecum in his locis commentor, vt ista improbem. 3. I. A. 36. Iam accedunt consules multos iam menses de pop. Rom. libertate commentati atque meditati. I. P. 97. Sin autem aliquid sperare volueras, cogitaras id, quod illa trophæa plena dedecoris & risus te commentatum esse declarant. Epist. lib. 7. epist. 1. Si me occupationibus relaxārō (nam vt planè exoluam non postulo, & ipsum quidem multos annos nihil aliud commentor.) docebo, &c. 3. Tusc. 29. Nam qui hæc audita à docto meminissem viro, futuras mecum commentabar miserias. de Claris. 301. Hortensius tanta memoria fuit, vt quæ secum commentatus, esset ea sine scripto verbis eisdem redderet. vbi etiam pro Scribere seu Annotare poni videtur. 1. de Diu. 90. Magis congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. de Amic. 7. Cùm in hortos Dec. Bruti commentandi causa (vt assolet) veniremus. Epist. lib. 12. epist. 2. Ad quem paratus venerat, cum in villa

Metelli

Metelli complures dies commentatus esset. & *Ibid.* Quæ autem in lustris & in vino commentatio potuit esse. 5. de Fin. 42. Animaduertuntque ea quæ domi fiunt curiosiùs, incipiuntq; commentari aliquid & discere. Epist. li. 4. epi. 6. Vt antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducẽdum sit hoc tempus. 5. de Orat. 84. Magister hic Samnitum summa iam senectute est, & quotidie commentatur. 11. I. A. 13. Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. pro Sext. R. 82. Quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quàm in alium reum commentaretur. Attic. lib. 9. epist. 11. Θεῖος meas commentari non desino: *id est, proposita.* de Cl. 310. Commentor declamitans cum aliquo quotidie. & 87. Vsque illum commentatum in quadam testudine cum seruis literatis fuisse. Epist. lib. 16. epist. 26. Is diu & multis lucubrationibus commentata oratione vide vt probari possit, te non peccasse.

✠ ADVERB. *Diù.* Vide commentatus, *Quotidie, 3. de Orat. & de Clar.*

COMMENTVM, ti. *res ficta, excogitata inuentio.* 2. de Nat. 5. Opinionum enim commenta delet dies. de Clar. 301. Idem sua, & commenta, & scripta, & nullo referente omnia aduersariorum dicta meminerat.

COMMEO, as. *eo, venio, redeo, coeo.* Attic. lib. 8. epist. 9. Crebrò enim illius literæ ab altis ad nos commeant. pro Pom. 55. Insula Delos, quò omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeabant. 7. I. V. 45. Nauis, quæ ad furta quæ reliquisses, commearet. 3. de Nat. 31. Cum eadem vicissim retrò commeant. pro Cel. 38. Cuius in hortos iure suo libidines omniũ commearent.

✠ ADVERB. *Vicissim, retro, 3. de Nat. vndique, pro Pompeis.*

COMMERCIVM, cij. *vsus, familiaritas, affinitas.* de Sen. 42. Voluptas nullum habet cum virtute commercium. 6. I. V. 133. Mihi commercium vllius rei cum illo non est. & 5. Ver. 93. Is agrum in Segestano (nam commerciũ in eo agro nemini est) conductum habebat. & 4. Ver. 124. Ei locum illum senatorium ille vendidit, cui ne commercium quidem esse oportebat. ad Brut. epist. 16. Si sit commercio locus.

COMMEREO, res. *mereor.* 1. de Or. 232. Interrogabatur reus quam quasi æstimationem commeruisse se maximè diceret.

COMMERITVS, ta, tum. 2. de Inuen. 95. Non castigabo pro commerita noxia. Plauti.

COMMETIOR, tis, *metior, simul metior.* 1. de Inu. 39. Sæpe oportet commetiri cum tempore negocium. de Vn. 29. Neque siderum ambitus inter se commetiuntur.

COMMIGRO, as. *migro, domicilium muto, redeo, eo.* Qu. fr. lib. 2. ep. 3. Domus tibi conducta est, sed breui in tuam commigrabis.

COMMILITO, onis. *in bello socius.* pro Deiot. 28. Hic adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

COMMINATIO, onis. *minatio.* 3. de Ora. 204. Orationis autem ipsius tanquam armorum est, vel ad vsum comminatio & quasi petitio, vel ad venustatem ipsa petitio.

COMMINISCOR, ris: commentus sum. *fingo.* De Fat. 5. Quædam etiam Possidonius comminisci videtur. 2. de N. 59. Epicurus monogrammos deos commentus est. Attic. lib. 6. epi. 1. Nec me hoc vel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes, 4. de Fin. 43. Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur. 2. ad Her. 10. Confingere & cõminisci aliquid. *pro P. Opp. Verisimile non est, tantũ scelus M. Cottã esse cõmentum.

COMMINVO, is. *frango, diminuo.* I. P. 93. Illi statuam istius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. pro Qu. 26. Nullum officium tam sanctum est, quod non auaritia comminuere atque violare soleat. 2. Offic. 40. Viriatus, quem C. Lælius prætor fregit & comminuit.

COMMINVTVS, a, um. Attic. lib. 4. epist. 3. Re familiari comminuti sumus. 6. I. V. 56. Is nescio quo pacto dum armis exercetur, annulus aureus quem habebat fractus est & comminutus.

COMMISCENDVS, a, um. 2. de Nat. 128. In mari & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines.

COMMISCEO, sces. *permisceo.* de Am. 83. Cuius animum cum se commisceat, vt efficiat penè vnum ex duobus. 4. ad Her. 47. Ius accusatoris cum iure testimonij commiscebis.

COMMISCEOR, tis. *misceor.* pro Marc. 7. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur. pro Dom. 144. Cuius ignem non sum passus cum totius vrbis incendio commisceri.

COMMISERANS, tis. In Arat.

Commiserans hominum metuendos vndique casus.

COMMISERATIO, onis. *miseratio, misericordia.* 3. de Orat. 217. Aliud molestia, sine commiseratione graue quiddam, & vno pressu ac sono obductum. 2. ad Heren. 50. Commiserationem breuem esse oportet: nihil enim lacryma citius arescit.

COMMISEROR, aris. *misereor, miseratione afficior, miserationem exprimo verbis gestu.* 1. I. V. 46. Quid cum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traijcere cœperit? Aut eq. 21. Conqueri & commiserari non licere.

COMMISSATOR, oris. L. COMESSATOR.

COMMISSVM, si. *factum, facinus, delictum.* pro Syl. 72. Ecquid huius factum aut commissum non dicam audacius, sed quod cuiquam paulo minus consideratum videretur factum quæro. 2. Tusc. 31. Enunciare cõmissa, prodere conscio. 2. de Leg. 22. Sacrum commissum quod neque expiari poterit, impiè commissum esto. *Videtur hic Cicero loqui de quodam scelere, quod expiarĩ non potest cuiusmodi Theologi nostri appellant, peccatum in spiritum sanctum, & peccatum ad mortem.*

✠ ADIVNCT. *Audacius, pro Syll. Sacrum, 2. de leg.*

COMMISSIO, onis. *exhibitio.* Attic. lib. 16. epist. 5. Sed tamen rumoris nescio quid affluxerat, commissione Græcorum frequentiam non fuisse. Attic. lib. 13. epist. 25. Et tecum ago vt iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum ij ludi accipiantur, deinde omnia.

COMMISSVRA, ræ. *iunctura.* 2. de N. 139. Quid dicam de ossibus? quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent? & 150. Molles digitorum commissuræ. de Vni. 21. Vt & ipse secum, & inter se ex commissura iungerentur.

✠ ADIVNC. *Aptæ ad stabilitatem, & ad artus finiendos accõmodatæ, Mirabiles, molles digitorũ, 2. de Nat.*

COMMISSVS, a, um. *factus, inceptus, initus.* pro Mu. 33. Pugna quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata. 3. I. C. 6. Tum interuentu Pontini pugna quæ erat commissa, sedatur? pro S. R. 113. Res tanta, quæ publicè gesta atque commissa sit.

¶ *Patratus, admissus.* pro Font. 30. Frugi hominem iudices videtis positum in vestra fide ac potestate, atque ita vt commissus sit fidei, promissus potestati. 1. Offic. 124. Iura fidei magistratuum commissa sunt. 1. Offi. 85. Vt tutela, sic procuratio reipubl. ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa gerenda est. 6. in Anton. 2. Multis rebus nefariis antè commissis. pro Quint. 60. Commissum nihil est, quare ad istam rationem peruenireatur. pro Mur. 5. Nihil commissum contra legem esse defendo. Epist. lib. 3. epist. 10. Sed quoniam accidit, si quid à me prætermissum fuerit, commissum facinus & admissum dedecus confitebor. ‖ pro Syll. 6. Cum ille tanto scelere commisso omnium officiorũ societatem diremisset. pro Sext. Rosc. 62. commissa maleficia. Epist. libr. 16. epist. 10. Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est.

¶ *Traditus.* pro Dom. 18. Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem sunt commissa. 5. I. V. 6. Qui Quæstor consulem suum consiliis commissis, rebus omnibus creditis, spoliaret, & 11. I. A. 21. Cum harum rerum omnium decertatio consulibus commissa & commendata sit. pro Dom. 1. Vt omnia vestræ sapientiæ fidei, potestatique commissa creditaq; esse videantur. 7. I. V. 35. Mihi honorem illum non solùm datum, sed etiam creditũ ac commissum puto.

¶ *Obligatus.* pro Dom. 145. Hanc ego deuotionem capitis mei, cùm ero in sedes meas restituturus, tum denique conuictam esse & commissam putabo. 4. I. V. 36. Factemus vt paleſtritæ petant hæreditatem: quòd eam palæstræ commissam esse dicant. & 3. Ver. 27. Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. & 5. Verr. 30. Pœnam octupli commissam persequi. *Hoc vulgò Cadere in pœnam dicitur.*

COMMITTENDVS, a, um. *credendus, tradendus, commendandus.* Attic. lib. 8. epist. 20. Quantum iis copiis committendum sit, non te præterit. 1. de Orat. 174. Ego tibi vllã causam maiorem committendam putem? Attic. lib. 10. epist. 2. Fortunæ sunt committendaomnia, sine spe conamur vlla.

¶ *Faciendum.* Epist. lib. 11. epist. 20. Non committendum putaui, prius vt alpes transgrederer, quam scirem, &c.

COMMITTO, is. *admitto, patro, pecco, patior, probo.* de Cl. 219. Is ne legens quidem vnquam sensit, quantum flagitij commisisset. pro Qu. 98. Is nihil alienum vita superiore commisit. 3. in Ver. 6. Verres multa in Deos, nefariè commisit. & 46. Ea natura quæ tantum facinus commisit. de Cla. 48. Sed cum ex eo, quia quasi committeret contra legem, quo quis iudicio circumueniretur, sæpe ipse in iudicio vocaretur, orationes aliis desitit scribere. pro Cl. 92. Is condemnatus est, quòd contra legem commisisset. 4. in Ver. 138. Censoribus, si quid commisissent, pœnæ erant legibus constitutæ. 2. de Inu. 20. Qui simili impulsu aliquid commiserint. & *Ibidem.* Cum impulsione aliquem commisisse quid dicet. 1. in Ver. 35. Quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini datutus sum. pro Mil. 63. Nihil timent, qui nihil commiserunt. 2. de Ora. 233. Non committam, vt si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. Attic. lib. 8. epist. 3. Non puto Cn. nostrum commissurum, vt Domitium relinquat. & epist. 15. Non placuit nobis cõmittere, vt temeritas nostra reipublicæ noceret. & li. 1. epist. 13. Id autem vt accideret, cõmissum est Hortensij consilio.

✠ ‖ & li. 5. epi. 6. Non cõmittã vt tibi cum possint reddi à me litteræ non reddãtur. & li. 13. Ne cõmittas, vt frustra properasse videaris. Qu. fr. lib. 1. epi. 1. Præsertim cùm id comiserit, vt ille alter annus

etiam

etiam tertium posset adducere. 1. de Leg. 37. Quocirca vereor committere, vt non bene prouisa principia ponantur. 8. I. A. 15. Ego nolo quenquam ciuem committere, vt morte mulctandus sit. Epist. lib. 5. Non committā, vt tibi insanire videar. Attic. lib. 1. epist. 5. Non committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligētia possis. 2. Officior. 50. Id enim ipsi sordidum est ad famam, committere vt accusator nominetur. Epist. lib. 3. epist. 9. Non est meum committere, vt negligens fuisse videar. & lib. 11. epist. 20. Ipsum Cæsarem nihil sanè de te quæstum, nisi dictum, quod diceret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum, se non esse commissurum vt tolli possit. 6. Ver. 26. In conspectū pop. Rom. quo ore vos commisistis? *pro L. Varen. In legem de sicariis commisit.

Mando, credo, concedo, trado. pro Qu. 98. Tibi committo existimationem ac spem vitæ meæ. Qu. frat. lib. 1. epi. 1. Si quis est in quo iam defendaris, huic mihi credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris. & *Ibid.* Vt eos quos tuæ fidei potestatiq; S. P. Q. R. commisit & credidit, diligas. Epist. lib. 13. epist. 5. Neq; te impedio, quo minus susceptum negocium pro tua fide & diligentia ex voluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam difficilémque commisit, gerere possis. pro S. R. 123. Quæ posita sunt in suspicionibus, ea vestris ingeniis coniecturæq; committo. Attic. lib. 15. epi. 11. Autor non sum, vt te vrbi committas. pro Dom. 49. Qui se populo commiserant, repellebantur. pro S. R. 116. Cùm per eius fidem læditur, cui se commiserit. Epist. lib. 3. epist. 10. Quid mihi ille non cōmisit? quid non mecum communicauit? Attic. lib. 1. epist. 10. Itaque neque Achaicis, neque Epiroticis hominibus paulò liberiores literas committere audeo. *Ibidem.* Huic terræ filio nescio qui committere epistolam tantis de rebus non audeo. Epist. lib. 1. epist. 9. Quos tamen ipsos libros, si quem cui rectè committam inuenero, curabo ad te perferēdos. Att. lib. 4. epist. 1. Præterea sunt quædam domestica, quæ literis non committo. Epist. lib. 16. epist. 4. Quare te neq; nauigationi, neque viæ committas. Attic. lib. 9. epist. 4. Quorum causa timidus me fortunæ committebam. Qu. Fr. lib. 1. epist. 1. Huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuæ cōmiseris. in Arat. *Hoc caue te ponto studeas committere mense.* 4. Acad. 68. Vt tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committere. 12. in Ant. 25. Possum ne satis videri cautus, si me huic itineri tam periculoso commisero? pro Pomp. 31. Quis nauigauit, qui non se aut mortis, aut seruitutis periculo committeret?

¶ *Facio, ineo.* pro S. R. 11. Longo interuallo iudicium hoc inter sicarios primùm committitur. Qu. fr. lib. 3. epist. 4. Ad VIII. Calend. Nouemb. quo die ludi committebātur. Epist. lib. 10. epi. 33. Sed vt rationem ineo, quo die prælium Pansa commisit, eodem à Gadibus naues profectæ sunt.

¶ *Obligo.* pro Clu. 103. Nihilominus enim potest, vt illam mulctam non commiserit accepisse tamen ob rem iudicādam, &c.

COMMITTOR, ris. *trador, credor. commendo.* Attic. lib. 1. epist. 13. Satius est infamiæ sordibus relinqui, quàm infirmo iudicio committi.

✠ ADVERB. *Contra 2. de Inuen. Impiè Scelerate, pro Sex. Rosc. Impie, Nefarie, 3. In Ver. Nunquam omnino. 1. Offic. Omnino se ludis, pro Sest. Optime alicui, 2. Cont. Rull. recte, ibid. Rectè, libros Temere, literas, 1. famil. Rectissime, 1. ad Quint. Frat. Rectissime liberos. 2. Offic. Stulte se potestati regis, Temere fortunas atq; formā. libidini, pro Rab. posth. Temerè, pro Cæc. Timidius se fortunæ, 9. Attic. Tutè liberos, 9. famil.*

☞ Syntaxis. *Pugna & prædium commissum, & pugnatum. Iura magistratui commissa. Commissum facinus, & admissum dedecus. Commissa consilia: id est, aperta, credita. Omnia tuæ fidei commissa, creditaq;. Non solum datum, sed creditum & commissum. Illi hoc ne committas. Non committam, vt Scelus, maleficium committere. Nihil ego commisi: Epistolam rectè committere alicui. Se nauigationi, viæq; committere.*

COMMODE, COMMODIVS, COMMODISSIME. *benè, rectè, commodùm.* ✠ Epist. lib. 12. epist. 29. cōmodiusque, id est, quam quod ille à me petit, *Ibid.* commodissimū esse credo & epist. 30. Commodissime agi. pro S. R. 9. Non satis commodè dicere posse, nam commoditati ingenium est impedimento. de Am. 1. Multa ab aliquo breuiter & commodè dicta. 2. Offic. 87. Has res commodissimè Xenophon persecutus est. 1. de Orat. 227. Aliquid non tantùm parum commodè, sed etiam turpiter & flagitiosè dictum: & 231. Oratio commodè scripta. Attic. libr. 11. epist. 7. Quòd literas, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commodè. pro S. R. 33. Hunc pro dignitate laudare nemo satis commodè posset. 2. Offic. 69. Commodè autem quicunque dixit, pecuniam qui habet, &c. 3. contra Rul. 1. Commodius faciss̄ent. *id est, melius.* 1. de Inuen. 58. Exercitus is, cui præpositus est sapiens imperator, omnibus partibus cōmodius regitur, quàm is qui stulticia alicuius administratur. Attic. lib. 7. epist. 14. Sanè commodè Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum. & lib. 10. epi. 3. Feceris igitur commodè: mihiq; gratum, si me de his rebus feceris certiorem & lib. 16, epi. 6. Magis commodè quàm strenuè nauigaui. Epist. lib. 11. epist. 16. Et ille cui mandaui, satis scitè & commodè tempus ad te cepit adeundi. 2. Offi. 89. Sed toto hoc de genere commodiùs à quibusdā, &c. ✠ disputatur, quàm, &c. ‖ Attic. lib. 2. epist. 8. Emerseram commodè ex Antio in Appiam ad Treis tabernas, cùm in me incurrit Roma veniens Curio meus. 5. I. V. 61. Commodè cùm Apronius è palæstra rediisset, statuitur Lollius in illo conuiuio.

☞ Syntaxis. *Commodè scribere, dicere, facere, nauigare. Scitè & commodè adire quempiam.*

COMMODITER, *commodè.* L. COMMODITOR.

COMMODITAS, tis. *opportunitas.* 2. de Inu. 40. In occasione commoditas ad faciendum idonea. pro S. R. 9. Neque satis commodè dicere possum: nam commoditatis ingenium est impedimento. 2. Offic. 14. Qui ex bestiis fructus, aut quæ commoditas percipi posset? nisi, &c. de Amic. 23. Amicitia plurimas & maximas commoditates continet. 1. ad Her. 1. Non parū habet in se fructus copia dicendi & commoditas orationis. 1. Offic. 9. Ad vitæ commoditatem iucunditatemq;, ad facultates rerum atque copias, conducat id nec ne, &c. 3. de Nat. 73. Omnes meos dolos fallacias, præstigias, præstrinxit cōmoditas patris. & 86. Externæ commoditates, vineta, segetesq;, &c. *id est, bona fortunæ* ✠ *quæ vocantur.*

ADIVNCT. Externæ, 3. de Nat. Idonea ad aliquid faciendum, 2. de Inuent. Imitatrix prauæ virtutis, 1. de Inuent. Magna, 2. de Nat. Multæ, Tantæ, 4. de Finib. Plurimæ & maximæ de Amic.

☞ Syntaxis. *Commoditates percipere, continere. Commoditates externæ: id est, bona.*

COMMODANDI. 2. de Orat. 207. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum, studiis autē eorum cæteris commodandi fauetur.

COMMODATVS, a, um. *concessus.* pro Mar. 19. Hæc à virtute donata, cætera à fortuna commodata esse videntur.

COMMODO, as. *accommodo, vtendum do, inseruio, benignè facio, benefacio, aliquem iuuo,* L. OCCVPO. 6. I. V. 20. At publicè commodasti tritici modiūm LX. milia. pro Cæl. 32. Mulier, quę se aurum Cælio commodasse dicit. 4. ad Her. 64. Ait se ædes cuidam ad nuptias commodasse. 6. I. V. 91. Nomen suum alicui ad translationem criminis commodare. Epist. lib. 3. epist. 3. Quæ successori commodare potest is, qui prouinciā tradit. & lib. 13. epist. 48. Quibus tu quæcunque commodaueris, erunt mihi gratissima. & epist. 54. A te peto, quando apud gratos homines beneficium potis, vt eo libentius his commodes, operamq; des, quoad fides tua patietur, vt socrus adolescentis rea ne fiat. & epist. 32. Quamobrem peto à te maiorem in modum, vt his omnibus in rebus quantum tua dignitas fidesq; patietur, commodes. & epist. 54. Primùm vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua patietur. & epist. 35. Peto igitur abs te, vt omnibus rebus, quoad sine molestia tua facere possis, ei commodes. & epist. 9. Cupio ei societati, quibuscunq; rebus possim commodare. & epist. 16. Quicquid ei commodaueris, erit mihi maiorē in modum gratum. 2. de Fin. 117. Nec enim si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habēdum est, sed fœneratio. Epi. lib. 2. epi. 17. Quod scribis ad me drachmis CCCLIII. nihil est quòd in isto genere cuiquā possim commodare. Frag. epist. Cui ego quibuscunque rebus potero, libentissimè commodabo.

COMMODOR, ris. 1. Offic. 51. Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuique.

✠ ADVERB. *Diligentissime, 5. ad Attic. publice, 1. In Ver. Quoad. Fides patietur, 13. famil.*

☞ Syntaxis. *Hoc à Fortuna commodatum: id est, concessum ad tempus. Commodo ædes ad. Commodare alicui, in cunctis, & se commodare. Sua causa commodare, fœneratio est. In isto genere tibi nequeo commodare: id est, hac de re, in hoc. Id sine detrimento commodetur.*

COMMODVM. *vix, tantùm, commodè, opportunè.* Attic. lib. 10. ep. 18. Commodùm ad te dederam literas de pluribus rebus, cùm ad me bene manè Dionysius fuisset. & lib. 13. epist. 9. Commodùm discesseras heri, cùm Trebarius venit. & epist. 30. Commodùm ad te miseram Demeam, cùm ad me Eros venit.

COMMODVM, modi. *vtilitas, bonum, ratio,* ὠφελήματα. 3. de Finib. 69. Incommoda autem, & commoda (sic enim ὠφελήματα & ἀνωφελήματα appello) communia esse voluerunt. 2. de Ora. 335. Qui vtilitatē defendet, enumerabit commoda pacis, opum, &c. 1. Offic. 83. Dimicare de honore, gloria, cæterisque commodis. 1. de Inu. 35. & 3. ad Her. 13. Præterea commoda & incommoda considerantur ab natura data animo aut corpori. pro Pomp. 71. Salutem reipubl. meis commodis & rationibus prætuli. Qu. fr. lib. 1. epist. 1. Est eius qui aliis præsit, eorum quibus præsit, commodis

modis vtilitatiq́ue ſeruire.i. deſeruire.1.de Nat.123. Si amicitiã ad fructum noſtrum referemus, non ad illius commoda quem diligimus.1.de N.23.Incommoda vitę ſapientes commodorum compenſatione leniunt.pro Muræn. 47. Quibus contra valetudinis commodum laborandum eſt.2.de Inu.18. Cùm commodum aliquod maioris adipiſcendi commodi cauſa præteritur. & *ibidem.* Retinendi, augendi, adipiſcendive commodi cauſa. Attic.lib.12.ep.27.Velim aliquando cùm erit tuum commodũ, Lentulum puerum viſas.1.de Di.111. Vt oſtenderet etiam Philoſophum,ſi ei commodum eſſet,pecuniam facere poſſe. Qu. frat.lib.3. ep.9. Nihil quod ad commodum meum attinet, ſine maximo tuo commodo & maxima tua facultate, mi frater, cogitarit.Att.lib.13. ep.46.Id ſi tibi erit commodum, cures velim.Poſtq.In Sen. 11. Neq; ſolùm id dixit,ſed quos ei commodum fuit,compellauit.de Cl.20.Quare ſi tibi eſt commodum, ede illa quæ cœperas.1. I. V. 56. Etiamſi ſpacium ad dicendum noſtro commodo vacuoſq; dies habuiſſemus.Epiſt.lib.4. ep. 2. Tu quod commodo tuo fiat,quamprimùm velim venias. Att. lib.14.ep.18.Ipſe quod commodo tuo fiat,cum eo colloquere.& lib.13.ep.46.Heri neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe, cùm diceres te in Tuſculanum eſſe venturum:quod vtinam, iterum vtinam,tuo tamen commodo.& ep.11.Piſonem ſi poteris conuenias? vides quàm maturum ſit:ſed tamen quod tuo commodo fiat.& ad Br.ep.5.Si minus id commodo reipub. facere poſſes,vt in iiſdem locis exercitum contineres.& lib.1.epi.3. Nunc verò ſentio, quod tuo commodo facere poteris, venias ad id tempus quod ſcribis.de Cl 17.Ego verò expectabo ea quæ poſliceris,neq; exigam,niſi commodo tuo. & *Ibidem.* Quod ipſe, cui debes,in commodo exacturum negat.Acad. Ipſam *honeſtatem* ſuo ſplendore in ſe animos ducere, nullo prorſus commodo extrinſecus poſito,& quaſi lenocinante mercede.

✠ ADIVN.*Commune,Maius,*1.*de Inuent.Magnum,*13. *Attic.Maximum,*1.*Fam.Non mediocre,*4.*Verr.Priuatum,pro Sex.Roſc.Senatorium,*5.*Ver.*

ADVERB.*æquè.*7. *ad Attic.*

☞ Syntaxis. *Commodis,vtilitatiq; ſeruire.Si tibi eſt commodum. Voca quos tibi commodum eſt.Spacium habes tuo commodo. Tu(quod commodo tuo fiat.) Agere commodo ſuo.*

COMMODVS,a,um:COMMODIVS. *opportunus,vtilis, facilis.* At.lib.13.ep.16.Nihil geri poteſt nec commodius, nec aptius, quàm vt ſcribis.3.I.V.113.Vt filijs bona patria eriperes, & cui tibi commodum eſſet,condonares. Q.frat.lib.3.ep.1.Literæ,quas ego accepi ſatis commodas de Britannicis rebus. Att. lib. 8. ep. 13. Ex literis tuis ea quæ in agro Piceno geſta erant, cognoui commodiora eſſe multo quàm vt erat nobis nunciatum. pro Cec. 8. Potuiſti ad tuum ius faciliore ac commodiore via peruenire.pro Muræn.66.Nemo Catone proauo tuo commodior, comior,moderatior fuit,ad omnem rationem humanitatis.Q. frat.lib.1.ep.1.In hoc genere multo te eſſe iam commodiorem mitioremq; nunciat.de Am. 54. Qui antea commodis fuerunt moribus,eos proſperis rebus immutari.4.ad Here.26. Qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit,eum commodum & ſui cognoſcentem videre in poteſtate quis ſperet? Attic.lib.9.ep.3. Si commodius anni tempus eſſet,vel infero mari liceret vti.

☞ Syntaxis. *Vtile & commodum. Apta & commoda via. Homo commodus,comis. Homo commodior,mitiorq;. Commodis eſſe moribus. Annus tempus commodum.*

COMMOLIOR,iris.*molior.*3.de Nat.73.

*Neque dolum ad eum,neque machinam commoliar.*Statij poetæ comici.

COMMONEFACIENDVS, da,dũ.*admonendus.*Epi.li.13.ep.72. Sed tamen Cereliæ procuratores ſcripſerunt,te propter magnitudinem prouinciæ multitudinemq; negociorum,etiam atque etiam eſſe commonefaciendum.

COMMONEFACIO,cis.*commoneo,admoneo.*Ep. lib. 5. ep.3. De rationibus prouinciæ quid vellẽ fieri, vt is vos doceret & commonefaceret.6.I.V.44.Irriſio quæ commonefaceret iſtius turpem calamitoſamq; præturam. Sal. in Cic. 2. Videlicet vt nos commonefacias,quàm conuerſa ſit Reſp.4.ad He.33.Cùm ipſe te veteris amicitiæ commonefaceret,commotus es?

✠ ADVER.*Etiam atque etiam,*13.*Famil.*

COMMONEFIO,fis.7.I.V.111.Nemo eſt qui tui ſceleris ex illa oratione commonefiat.

COMMONEO,es.*admoneo.*2.de Orat.323. Attentum, commonent Græci vt principiò faciamus iudicem.6. I. V. 57. Hoc me cõmonuit Piſonis annulus,quod totũ effluxerat.Part. 96.& 3.in Ver.154.& 7.Ver.128.Cõmonere aliquẽ de aliqua re.4. ad Her. 44.Te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant.

COMMONEOR,ris *admoneor,fio certior.*3.de Fin. 2. Vt commoneri nos ſatis ſit,nihil attineat doceri.

✠ ADVER.*Breuiter,*4.*Famil*

COMMONITIO,nis.Quin.de Pet.41.Commonitionibus.*alias, communitionibus.*

COMMONSTRO,as.*indico.*1.de Orat.203. Sed vt commonſtrarem tantùm viam,& vt fieri ſolet, digitum ad fontes intenderem.2.de Orat.162.Et illi ſedes & tanquam domicilia omnium argumentorum commonſtret. de Vn.37. Commonſtrauitq́ue leges fatales.

COMMONSTRATVS,ta,tum. *indicatus.*3.de Orat.208.

COMMORATIO,onis.*mora.*Epiſto.lib.6.ep. 19. Nam & villa & amœnitas illa,commorationis eſt,non diuerſorij.Qu. fr. lib.3. epi. 1. Multos dies hanc epiſtolam in manibus habuit,propter commorationem tabellariorum.

¶ *Exornatio oratoria.*4.ad Her.58.Commoratio eſt,cùm in loco firmiſſimo,quo tota cauſa continetur, manetur diutius, & eodem ſæpius reditur.3.de Orat.200.Nam & commoratio vna in re,permultum mouet.

✠ ADIVNC.*Diuturnior.*7.*Fam.Vrbana.*9.*Famil.*

COMMORANDI.Epi.lib.6.ep.10.Cõſilium tuum,vel caſus potius diutius in armis ciuilibus commorandi ſemper mihi magno dolori fuit.de Sen. 84. Commorandi enim natura diuerſorium nobis,non habitandi dedit.

COMMOROR,aris.*maneo,conſiſto,ſubſiſto.*At.lib.9.ep. 11. Aſſentio tibi,vt in Formiano potiſſimùm commoret.Att.li.5.ep. 12. Noſtra negocia,quoniam Romæ commoraris,amabò te explica. Ep.lib.3.ep.3.Triduum Epheſi commoratus ſum.1. de Orat. 82. Complures ſum ibi dies commoratus.7.in Verr. 94. Prædones vnam illam ſolam noctem ad Pelorum commorati,ad Syracuſas accedere incipiunt.Epiſt.lib.2.epiſt.17.Commoraturum me nuſquam ſanè arbitror.& lib. 6. ep. 19. Ego me Aſturæ diutius arbitor commoraturum.pro Pomp.13.Vt illi beatiſſimi eſſe videantur,apud quos ille diutiſſimè commoratur.Attic.lib.11.ep. 7.Non poſſum præ fletu diutius in hoc loco commorari. 1. de Inuent.61.Commorari diutius in aliqua re. Orat. 137. Verſare ſæpe multis modis eandem & vnam rem,& hærere in eadem, commorariq; ſententia.2.de Orat. 292. Id amplector, exorno, exaggero,ibi commoror,ibi habito, ibi hæreo. pro Quint. 23. Deinde Romæ dies ferè.xxx.Quintius commoratur.Ep.lib.6. ep.8.Quaſi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari. & lib. 3.ep.5.Prope cal.Sextiles puto me Laodiceæ fore:ibi per paucos dies,dum pecunia accipitur,commorabor.& lib.15.epi.4. Cùm ad Cybiſtra propter rationem quinque bellè dies eſſem commoratus.& lib.6.ep.3. Nos apud Alyziam vnum diem commorati ſumus.& lib.13.ep.21.Audio eum etiam nunc, vbi ego reliqui,Cybiræ commorari.& ‖ Quint.frat. lib.1. ep. 3. Me diutius quam aut tuum tempus aut firma ſpes poſtulabit in tam miſera tamquem turpi vita commorari.Epiſt.libr.11.epi.5.Lupus familiaris noſter,cùm ad te veniſſet, cumq; Romæ quoſdam dies commoraretur,ego eram in ijs locis,in quibus,&c.Att.lib.8 ep. 19. Si Cæſar circum iſthæc loca commorabitur. pro Clu. 37. Cùm is apud mulierculam quãdam pernoctaret,& ibidem diẽ poſterum commoraretur.pro Quin.Roſc. 48.Ipſa mihi veritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere & commorari coegit. Brut.epiſt. 18. Tardare & commorati te melius eſt.pro Quint. Roſc.28.Quoniam ille hic conſiſtit pauliſper,mihi quoque neceſſe erit paulùm commorari.pro Mil.28. Milo pauliſper dum ſe vxor comparat,commoratus eſt.Quin.fra.lib.1,ep.3.Illud fieri non poteſt, me diutius quàm firma ſpes poſtulabit, in tam miſera vita commorari.

✠ ADVER.*Accuratius Parad.Attentius in ſtudio de Cl.Diutius.*6.*Fam.Diutius ibi.*4.*Fam.Diutius in cauſa.*13.*Fam.Diutius in loco,*11.*At.Diutiſsimè,pro Pom. pauliſper.pro Cluen.Pauliſper dum.pro Mil. Paulum, pro Q.Roſc.Com.*

☞ Syntaxis.*Commorari Romæ,triduum,vnam ſolam illam noctem:In re commorari.Tardare,& commorari alicubi.Conſiſtere & commorari.Hærere & commorari in ſententia:& contrà.*

COMMOTIO,onis. *motus, affectus, perturbatio.* 5. Tuſculan. 42. Temperantia & moderatrix omnium commotionum. &. 8. Animi commotio.

COM,MOTIVNCVLA,læ.*febricula.*At.li.12.ep.12.Atticę hilaritatem libenter audio,cõmotiunculis*συμπάσχω.i. condoleo, afficior.*

COMMOTIOR,oris.de Clar.129.Licinius genere toto feruidior atque commotior.1.de D.80.Non poteſt eſſe vehemens actio, niſi ſit animus ipſe commotior.

COMMOTVS,a,um.*affectus,perturbatus.*Att.li.6.ep.1.Equidẽ ſum magna animi perturbatione commotus,4.ad Her,38.Commotus non es:cùm tibi mater pedes amplexaretur,nõ es cõmotus. 1.de Offi.102.Quí aut libidine aliqua, aut metu commoti ſunt.

COMMOVENDVS, da,dum.*incitandus,afficiendus.*2.de Ora.189. In commouendis iudicibus ijs ipſis ſenſibus ad quos illos adducere volo permoueor.

COMMOVEO,ues.*moueo,perturbo,afficio,excito,concito, commuto,*

*inuito.*pro Rab.38.Nihil me clamor iſte commouet, nihil perturbat.2.de Orat.20.Hæc porticus & tot locis ſeſsiones Græcarum diſputationum memoriam nobis commouent.1.de Na.8. Multorum non modò diſcendi, ſed etiam ſcribendi ſtudia cõmoui.6.V.47.Sed magnum & acerbum dolorem commouent. 4.I.V.83.Domo eius omnia abſtulit,quæ paulò magis animum cuiuſpiam aut oculos poſſent commouere.1.de Inu. 103. Commouere indignationem,& concitare odium.4.ad Her.52. Duæ res ſunt,quæ poſſunt hominem ad turpe cõpẽdium commouere,inopia & auaritia.At.lib.1.ep.3.Crebrãs expectationes nobis tui commoues. Att.lib.3. ep. 13. Non commoui me adhuc Theſſalonica.Epiſt.lib.6.ep.20.Tu cura vt valeas,& te iſtinc ne commoueas. Att.lib.14.ep. 19. Nunc quacunque nos commouimus,ad Cæſaris acta vocamur.2.de Or.195.Nõ prius ſum conatus miſerico diã alijs commouere,quàm miſericordia ſum ipſe captus. pro M.Scau. Quem purpura regalis non cõmouit.

COMMOVEOR, ris.*afficior, excitor.*ad Q.frat.lib.3.ep.5. Nec ſatis commoueor animo ad ea quæ vis cauenda. 3. I. A. 18. Tum à ſuis ſimilibus inuidiam in me aliquam commoueri putat. 7. in Verr.20.Vt nemini minus expediret vllum in Sicilia tumultum aut bellum commoueri.2. Off.32.Vehemẽter amor multitudinis commouetur,ipſa fama & opinione liberalitatis. 1.de Orat. 114.Præclarè enim ſe res habeat,ſi hæc accendi aut commoueri arte poſsint.pro Pom.23. Tamen nimia longinquitate locorum ac deſiderio ſuorum commouebatur.6.Verr.110. Non ſolum commouear animo etiam perhorreſtam.Font. 36. Nunc eiuſdem miſerijs ac periculis cõmouetur.pro Clu. 180. Omnis ſuſpicio in eos ſeruos,qui non comparebant, commouebatur. 4.ad Her.52.Quid tibi nunc quicquam obijciam ? ſi probus es, non metuiſti:ſin improbus,non commoueris.

✠ *ADVER. Acerrime ſenſus. 3. de Orat. Aliquantum, pro Cluent.facilius,vehementer.1.de Inuent. Grauiter, 7.In Ver. Grauius,de Senec. Incredibiliter, Valde,16. Attic.Leuiter,14.Attic.Maximè auctoritate.pro Seſt. Maximè voce,Ora.Magnopere,de Aruſp.Mediocriter, magnopere.1, Attic.non minime,6.in Ver. Parumper mentes.2.Cont.Rull.Perleuiter.2.ad Quint.frat.Prorſus.7.Attic.Paulo magis,4.Ver.Sane.12. Famil. Sane quam,8.Famil.Nec ſatis,3.ad Quint.frat. Similiter,1. Phil.Tantulum,in Piſo.Temere ſe alicunde, 6. Famil. valde commendatione,vehementer literis,7.Fami.vehementer,2.Ver.vehementer amorem multitudinis, 2. Offic.vehementer Oratione,5.Famil.vehementius ,10. Attic.& 14.Famil.*

☞ Syntaxis. *Commouere iudices, ſtudia mulierum ad indignationem. Ne te iſtinc commoueas. In aliquem commoueri inuidiam. Deſiderio commouear.*

COMMVNICATIO,nis.pro Corn. 31. Nunquam à maioribus noſtris intermiſſa eſt largitio & communicatio ciuitatis. 5. de Fin.65.Nihil eſt quod latius pateat quàm coniunctio inter homines hominum,& quaſi quædam ſocietas & communicatio vtilitatum.3.de Or.202.Communicatio, quæ eſt quaſi cum ijs ipſis apud quos dicas,deliberatio.*de ornatu quodam loquitur.*Att. lib.1.ep.14.Quin mihi nunc te abſente ſermonis, communicatio,quæ mihi ſuauiſſima tecum ſolet eſſe,maximè deeſt.

✠ *ADIVNC. Suauiſſima ſermonis, Summa cum aliquo, 1.Attic.*

☞ Syntaxis. *Largitio & communicatio ciuitatis. Coniunctio,societas, & communicatio.*

COMMVNICANDVS, a,um.7.I.V.5. Num tibi illius victoriæ gloriam cum illo communicandam putas?pro Syll.10. Neque ego hoc partiendæ inuidiæ, ſed communicandæ laudis cauſa loquor.1.de Leg.33.Sequitur igitur ad participãdum alium alio communicandumq;,iuſtos natura eſſe factos. de Amic. 24. In periculis aut adeundis,aut communicandis.

COMMVNICANS,tis.de Amic.22.Amicitia res adũerſas partiens communicansq; leuiores facit.

COMMVNICATVS, a,um.5.I.V. 50.Socij putandi ſunt,quos inter res communicata eſt.pro Clu.130.Eo tempore iudicia cum equeſtri ordine communicata ſunt.Epiſt.li.11.ep.27.Prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiariſſimè dicta ſcripta cõmunicata ſunt. pro Mur.2.Cum omnis poteſtas deorum immortaliũ, aut tranſlata ſit ad vos,aut communicata vobiſcum.

COMMVNICO,as.*confero,credo,partior,impartio,refero,cũ aliquo ſermones aut conſilia confero.participo.*Attic.lib.1.ep. 15. Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe quàm hominem eum , qui cum omnia,quæ me cura aliqua afficiant,vnà communicem.Epiſt. lib. 6.ep.20.Multa præterea metuo,quæ cum Milone veſtro communicaui. Att.lib.11.ep. 20. Quod ad te ſcripſeram vt cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi ſcripſit te cum eo locutum. pro Quint. 15. Cùm de ſocietate inter ſe multa communicarent.Epiſt.lib.1.ep.7. Pompeius ſæpe mecum de te cõmunicat.& *ibid.*Re cum illo ſæpe communicata.Epiſt. libr.4. ep.1.Et hoc tempore velle te mecum,ſi propius acceſſiſſem, de officio vtriuſque noſtrum communicare. de Amic. 72. Vt ſi quam præſtantiam virtutis conſecuti ſunt,impartiant eam ſuis, communicentq; cum proximis.Ep.lib.12.ep.2. Quod ego periculum non extimeſco , modò facti veſtri gloriam cum mea laude communicem.Ep.lib.15.ep. 21. Cùm mecum inimicitias communicaſti.Ep.lib.15.ep.14.Tum vt quib.de rebus vellemus, tu tuis,ego meis inter nos communicaremus.1.de Orat.66.Sin ei dicendum erit de iure ciuili, tecum communicabit. pro Do. 132. At ſi collegium pontificum adhibendum non videbatur, nemõne horum tibi idoneus, viſus eſt , vt cum eo dedicationẽ cõmunicares?pro S. R. 140. Deſinant cauſam ſuam cũ Chryſogono communicare. I. P. 5. Ego prouinciam cum Antonio communicaui.

COMMVNICOR,ris.2.de Inu. 144. Præmia virtutis non oportere, aut cum improbis communicari aut in mediocribus hominibus peruulgari.Ep.lib.5. epi.16.Relinquetur enim ſimplex illa iam cura doloris tui,quæ non cum illis communicabitur, ſed ad te ipſum propriè referetur.

✠ *ADVER. Audacter cum aliquo,12.Attic.Benigniſſime facta,in Diui.Coram inter ſe,15.Fami.vna.1. Att. Familiariſſime.11.Fami.*

☞ Syntaxis. *Partiri, & communicare. Vnà communicare alicui, cum aliquo.Cum aliquo de quopiam communicare. Cũ aliquo inimicitias, prouinciam communicare.*

COMMVNIO,onis. *communitas, conſociatio.*1. de Leg. 23. Inter quos eſt communio legis, inter eos communio iuris eſt. pro Milo. 101. Ego fortunas meas in communionem temporum tuorum contuli.4.Acad.44.Si dicent ea de quibus diſſerent, ſedilucidè perſpicere,nec vlla communione viſorum impediris. 5.Tuſc.5.Philoſophia homines inter ſe primò domicilijs, deinde coniugijs,tum literarum & vocum communione iunxit. 1. de Ora.189.Genus eſt quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes duas aut plures complectitur partes. pro S,R.63.Multum valet communio ſanguinis.3.de Orat.69.Si manere in priſtina communione voluiſſent.

✠ *ADIVNCT. Priſtina.3.de Orat.nec vlla.4.Acad.*

☞ Syntaxis. *Communio legis,iuris,& ſanguinis.*

COMMVNITIO,onis.2.de Orat.320.Aut aditum ad cauſam,& communitionem.*aliàs munitionem.*

COMMVNITVS, a,um. 6.I.V. 117.Situs vrbis communitus & præclarus ad aſpectum.pro Qu. R.43. Sanctiſſimis teſtimonijs cauſa Roſcij communita eſt.pro Cec. 74. Quid refert habere fundum,&c.ſi parum ſit communitum ius?Epiſt.lib. 15.epiſt. 4. Rexque ſine tumultu , ſine armis , omni autoritate aulæ communita regnum cum dignitate obtineret.

☞ Syntaxis. *Communitas,ſitus,cauſa,ius,autoritas.*

COMMVNIS, ne. *coniunctus,vulgaris, contritus, de medio ſumptus. latè patens.)(.Singularis,proprius,præcipuus.*3.in Ver.18.Quam iſte laudem communem ait ſibi eſſe mecum. de Prouin. 2. Dolor meus,quem vos communem ſemper vobis mecum eſſe duxiſtis.2.de Leg.59. Hæc locupletibus ferè cum plebe communia ſunt.Att.lib. 11. ep. 1. Hoc eſt mihi commune cum cæteris. pro Rab.4.Labor in hoc defendẽdo præcipuè meus eſt,ſtudiũ verò conſeruandi hominis commune mihi vobiſcum eſſe debet. pro Quint. Roſc. 27. Is ſeruus fuit ei cum Roſcio communis. Epiſto,lib.2. Qui mos mihi cum Bibulo communis eſt. pro Quint.Roſc.27. Seruum gratis factum eſſe communem cum alio,qui precio proprius fuiſſet. pro Syll. 9. Quod mihi conſulĩ præcipuum fuit præter alios , id in priuato cum cæteris eſt cõmune.de Amic. 15. Quo cum mihi coniuncta cura de rep. & de priuata fuit,quo cum domus fuit & militia communis.pro Seſt. 29. Scelera quæ tibi cum eo coniuncta atque communia ſunt. pro Cæl.59.Paries qui cum eo mihi fuerat communis. de Sen. 67. Quod illud eſt crimen ſenectutis , cùm illud videatis cum adoleſcẽtia eſſe commune?1.Off.70. Quare cùm hoc commune ſit potentiæ cupidorum cum ijs,quos dixi ocioſos,alteri,&c. 2.de Or.36.Hoc quod hæc ars profitetur,cũ alia arte commune eſt.1.Off.58.Propinqui,quibus communis plerunque fortuna eſt.Or. 107. Quid eſt tam commune quàm ſpiritus viuis terra mortuis,mare fluctuantibus,littus eiectis?1.in Ant.5.Alia porrò propria Dolabellæ, quæ, niſi collega abfuiſſet, credo eis fuiſſent futura communia.de Senect.67.Omni ætati mortem eſſe communem.I.P. 99. Supplicium legis & iudicij commune eſt probis & improbis. Epiſt.lib.9.epiſt.9. Sed poſteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi , ab Cæſare epiſtolam accepi.de Senect. 35. At id quidem non proprium ſenectutis eſt vitium,ſed commune valetudinis.pro Cor. 27. Quod commune eſt liberorum populorum, non proprium fœderatorum. de Cl.

49. Hoc ſtudium non erat commune Græciæ, ſed proprium Athenarum.5.de Finib.66.Atque hæc ita iuſticiæ propria ſunt, vt ſint virtutum reliquarum communia.1. de Leg.23. Vniuerſus hic mundus, vna ciuitas communis deorum atque hominum exiſtimanda eſt. 1. de Orat. 137. Iſta omnium communia & contrita præcepta didici. 1.Offic. 51. Omnia autem communia hominum videntur ea,quæ,&c.1.de Inuent.40. Commune eſt quod accidit omnibus eodem ferè tempore, vt meſſis, vindemia,&c.& *Ibidem.*Publicum, commune & ſingulare.4.in Ver. 112.Loca communia,*id eſt,publica.*1.de Ora.94.Contra communem opinionem ratione pugnare, ex communi quadam hominum opinione dicere. 2. Offic. 35. Cùm ad opinionem communem omnis accommodatur oratio.I. V. Act. 4. Commuuis fama atque ſermo.3.de Orat.193.Ea ſunt in communibus infixa ſenſibus.& 113. Quod in communi mente quaſi impreſſum ſit.7.I.V.23.Incluſum ſupplicium atq; à libero ſpiritu & communi luce ſecluſum. de Amic. 18. Quæ ſunt in vſu vitaque communi.2.de Diu.86.Sed hæc quidem vita iam communis exploſit.pro Quint.74.Communi luce priuari.de Amic. 38. Sed loquor de ijs,de quibus memoriam accepimus, quos nouit vita communis.1.de Orat. 248. In communi vita & vulgari hominum conſuetudine non eſſe hebetem nec rudem.1.de Or. 221.In communi vitæ conſuetudine.Quin.fr.lib.1. ep. 1. Præter communem fidem,quæ omnibus debetur, præterea, &c.pro Fla.24.Communis humanitatis iure,&c.pro Quin.51. Hæc viri boni faciunt & hominum exiſtimationis & communis humanitatis cauſa.2.de Orat.72. Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum & politioris humanitatis expers. Orat. 117. Definire aliquid ad commune iudicium & ad popularem intelligentiam accommodatè. 1. de Orat. 249. Hac communi intelligentia contẽti eſſe poſſimus.2 cõtra Rul. 60. In communi atque eodem quo cæteri iure verſari volo. 1.de Orat. 2. Graues caſus communium temporum. & *Ibidem.* Fluctus à communi peſte depulſi.pro Planc,31.Hoc valeret,inquam,in communi conſenſu omnium & dulciſſima commendatione naturæ.Epiſt.lib.1.ep.9.Quem animum antea tantum modo communi officio ciuium, non aliquo erga me ſingulari beneficio debitum præſtiti.3.Offic.52.Vt vtilitas tua communis vtilitas ſit, viciſſimque communis vtilitas tua ſit.pro Syl.9. Tempus agendi fuit magis mihi proprium quàm cæteris: doloris verò & timoris& periculi fuit illa cauſa communis.1,Off. 51.Vt in Græcorum prouerbio,Amicorum omnia eſſe communia.1. de Ora.165.De communibus & peruagatis rebus loqui.& 2. de Orat. 210. Vicium commune & peruagatum. 3. de Fini. 3.In omni arte,cuius vſus communis vulgariſque ſit. Epiſt. lib. 1.ep. 9. Quos libros arbitror Lentulo tuo fore non inutiles: abhorrent enim à communibus præceptis.5. Tuſc. 59.Idem cùm in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex alta turri ſolebat.Epiſt.lib.4.ep.15.Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuam poſtulare, aut communem recuſare.1.de In.100.Cõmune autem præceptum hoc datur ad enumerationem,vt,&c.Epiſt.li.5.epi. 14. Te rogo vt ad coniectum noſtrum redeas,& ad conſuetudinem,vel noſtram communem,vel tuam ſolius & propriam. 1.de Leg. 23. Inter quos ratio,inter eoſdem recta ratio communis eſt. & *Ibidem.* Quibus autem hæc ſunt inter eos communia, & eiuſdem ciuitatis ſunt. de Pro. 20. Vt commune officium cenſuræ, communi animo & voluntate defenderent.3.Off.80.Prætores & Tribun. plebis rem nummariam de communi ſententia conſtituerũt. de Amic.66.Simplicem præterea, & communem, & conſentientem amicum eligi par eſt.

☞ Syntaxis.*Communis dolor mihi tecum.Scelera tibi cum illo coniuncta & communia.Precepta communia,& contrita.Ex communi opinione dicere. Communis vita & vulgaris hominum conſuetudo.Commune iudicium & intelligentia.Communis omnium ſenſus. Res communis,& peruagata.Communis & vulgaris,Comuni animo.De communi ſententia,id eſt,iunctis animis.Amicus ſimplex & communis, id eſt,reciprocus.*

COMMVNE,nis.*Reſpublica,ciuitas,vniuerſitas,collegium.*4.in Ver. 145.Iidem,pro parte in commune Siciliæ contulerunt. 2. de In. 8. Ex noſtro quoque nonnihil in commune contulimus. 3. in Ver.96.Iſte commune Miliadum vexauit.4.in Verr.114. Statuæ inauratæ à communi Siciliæ datæ.

☞ Syntaxis. *In commune conferre ex ſuo.Vexare commune:id eſt,ciuitatem,Rempub.*

COMMVNITAS, tis.*communio ſocietas.*de Amic.62.Tum ſit inter eos omnium rerum,ſine vlla exceptione,communitas. 1. de Natu.117. Cum diis quid poteſt nobis eſſe iuris, cùm homini nulla cum eis ſit communitas.4. Academ.34.In eo autem ſi erit communitas cum falſo, nullum erit iudicium. 6. in Anton. 3. Quæ nobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis eſſe cõmunitas ? 1.Off.20.Ea ratio, qua ſocietas hominum inter ipſos,& vitæ quaſi communitas continetur. Ep.li. 9.ep.24. Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ atque victus. 3. de Finib. 66. Quemadmodum membris vtimur priuſquam didicimus cuius ea vtilitatis cauſa habeamus, ſic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & conſociati ſumus.& *Ibidem.* 67.Præclarè Chryſippus, cætera nata eſſe hominum cauſa & deorum,eos autem communitatis & ſocietatis ſuæ.1. Off. 156. Cogitatio in ſeipſa vertitur, eloquentia verò amplectitur eos, quibus cum communitate iuncti ſumus.4.de Finib. 4. Homines natos eſſe ad congregationem hominum, & ad ſocietatem communitatemque generis humani. *Perpende membrorum ſynonymiam.*1. Off. 45. Communitas & ſocietas vitæ. 1. Off. 157. Conſociatio hominum atque communitas.& *Ibidem.*188.Communitas cõiunctioque humana.Top. 29. Vnum adde verbum,iure,iam à communitate res diſiuncta videbitur.

¶ *Iuſticia ciuilis.* 1. Off. 152. Omnis honeſtas manat à partibus qnatuor,qnarum vna ſit cognitionis,altera communitatis, tertia magnanimitatis,quarta moderationis.& *Ibidem:* Placet igitur aptiora eſſe naturæ,quæ ex communitate, quàm ea quæ ex cognitione ducantur.

✠ ADIVNC.*Apta naturæ,immanis,magna,*1.*Offic. Ciuilis,Naturalis.*3.*de Finib.Humana.*3.*Off.*

☞ Syntaxis.*Communitas conditionis,æquitatis,legationis,vitæ & victus. Ad communitatem ciuilem coniuncti & conſociati homines. Communitas & ſocietas : Conſociatio & communitas. Communitas coniunctioque.*

COMMVNITER, *promiſcue,de communi ſententia.)(.Propriè,ſeparatim.*4.de Fin.4.Nos ita eſſe natos,vt communiter ad virtutes apti ſimus.2.de Inu.12.Cùm communiter quædam de omnibus præcipi poſſint, ſeparatim quoque aliæ ſunt cuiuſque generis & diuerſæ præceptiones.2.Off.36.Admirantur communiter illi quidem omnia quæ,&c.ſeparatim autem,ſi, &c. pro Fon. 12. Aurium iudicium promiſcuè & communiter omnibus à natura datum.Attic.lib.3.ep.15.Et nos aliquando aut obiurgare, aut communiter conſolari deſine.2,de Inu.146. Deinde vtra lex de genere omni, vtra de parte quadam, vtra communiter in plures,vtra aliquam certam rem ſcripta videatur.Epiſt.lib. 13. epi. 12.Alia epiſtola communiter commendanti tibi legatos Arpinatum,hac ſeparatim Quint.Suffidium.2.de Natu.123.Sic diſſimillimis beſtiolis communiter cibus quæritur.Att.lib.11.ep. 5. Literæ,quas communiter cum alijs ſcripſiſti,& quas nomine tuo.& ad Brut. ep. 6. Cùm eum videro,communiter conſtituemus de reditu eius.1.in Anton.4.Atque hæc omnia communiter cum collega. pro S.R. 108. Poſſidere aliquid communiter cum aliquo.pro Muræna. 11. Vt rebus communiter geſtis penè ſimul cum patre triumpharet.3.Offic.80. Conſcripſerunt communiter edictum cum pœna.*id eſt,de communi ſententia.* & *Ibidem.* Edictum quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit.3.de Finib. 9. Sæpiuſque iſta loquemur inter nos, agemuſque communiter.

☞ Syntaxis.*Promiſcue & communiter.Scribere cum alio communiter, conſtituere,poſſidere.Res communiter geſtæ.*

COMMVRMVROR, aris. I.P.61. Ita enim ſunt perſcripta ſcitè & literatè, vt ſcriba ad ærarium qui eas retulit, præſcriptis rationibus, ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus ſit.

COMMVTABILIS, le.*mutabilis,inconſtans.*pro Milon.70. Vide quàm ſit varia vitæ commutabiliſque ratio.de Ami.94. Aſſentatoris animus varius,commutabilis,multiplex.3.de Nat. 30. Si omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum quod commutari non poſſet.

COMMVTATIO, onis.*conuerſio,viciſſitudo.* ad Octa. O miſerã & in breui tam celerem reipublicæ commutationem. 1. de In. 59. Annuæ commutationes quadam ex neceſſitate ſemper eodem modo fiũt.2.de Diui.89. Cùm temporum anni tempeſtatumque cœli conuerſiones commutationeſque tantæ fiunt,acceſſu & receſſu ſtellarum.At.lib.1.ep.14. Quod afferret Quinto fratri meo commutationem tantam voluntatis. de Amic. 79. Morum commutationem factam eſſe.de Fat.17.Ita fit,vt commutatio ex vero in falſum fieri non poſſit.

✠ ADIVNC.*Annuæ,*2.*de Inuent. Aptæ ad maturitatẽ Frugum,& ad temperationem,Ciuiles,*5.*Famil.Miſera & celer.ad Octau.Tanta,*1.*Attic.vber & varia,* 3.*ad Quint.Frat.variæ,Orat.*

¶ *Oratoria exornatio,cum duæ ſententiæ inter ſe diſcrepantes extrahuntur,vt à priore poſterior contraria proficiſcatur,hoc modo:eſſe oportet,vt viuas,non viuere vt edas.*4.ad Her.40.

COMMVTANDVS, a,um.*variandus,afficiendus.*de Petit. 32. Cuius & vultus & ſermo ad aliorum ſenſum & voluntatem commutandus eſt.2,de Or.211.Ad animos commutandos, & omni ratione flectendos. 3. I. Cat. 25. Quæ non ad delendam rempublicam pertinerent,ſed ad commutandam.

¶ *Permutandus.*1.Offic.39. Regulus de captiuis commutandis Romam missus est.

COMMVTATVS, a,um.*mutatus.*Att.lib.16.ep.5. Quintus præceptis meis commutatus est totus.Epist.lib.3.ep.5. Tua ratio postea est commutata.

COMMVTO,as.*muto,conuerto,interuerto,contrarium facio, commutationem affero.*5.de Finibus.74.Fures earum rerum, quas ceperunt,signa commutant.de Petit. 32. Commutare & vultum & sermonem ad sensum & voluntatem alterius. pro Sest.37. Vt cum patriæ charitate constantiæ gloriam commutaret.pro Cl. 129.Qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutauit.2.ad Heren. 29. Multi leue compendium fraude maxima commutauerũt.1.contra Rull.14.Possessionis inuidiam pecunia commutare.3.de Orat.165.Proprium proprio commutare. Epi. lib.4.ep.5.Mortem cum vita commutare.5.I.V.51,Quis vnquam conatus est omnia iura & consuetudinem omnium, commutare cum vituperatione sine quæstu.* Orat. 158.Adiuncti verbi primam literam præpositio commutauit.

COMMVTOR,ris.1.Offi.31. Sed incidunt sæpe tempora,cùm ea quæ videntur digna esse iusto homine,commutantur, fiuntq; contraria.1.de Inuent.102.Quæ si sit semel iudicata, neque alio commutari iudicio, neque nulla potestate corrigi potest. 4. de Finib.7.Quibus etiam qui assentatur, nihil commutantur animo,& ijdem abeunt,qui venerant.de Fat. 17. Hæc commutari ex veris in falsa non possunt.de Arusp. 60. Quare prouidete, ne reipub.status commutetur.

✠ *ADVERB. Audacius tabulas, 5. In Verr. Breuiter verba, paululum Orat. facilè, & libenter sententiam, 2.de Inuent.Maximè actionem, in Part. vehementer, 16. Attic.*

☞ Syntaxis.*Commutare & flectere animos.Commutatus homo,captiui.Proprium proprio commutare,& mortem cum vita.*

COMOEDIA,diæ.*fabula,Comicorum ars.*1.Off. 104. Quo genere iocandi,eleganti, vrbano, ingenioso, faceto, Plautus noster & antiqua comœdia referta est.de Cl.224.Athenienses Hyperboli veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. * Incert. Comœdia est imitatio vitæ,speculum consuetudinis,imago veritatis.

✠ *ADIVNC. Antiqua, 1. Offic.vetus, de Clar.& 2.de Legibus.*

COMOEDVS,di.*actor comœdiarum.*Orat.109.Comœdum in tragœdiis,tragœdum in comœdijs placere vidimus. ‖ pro Q.Rosc. 30.Qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenerat comœdos.*ibidem.*Ex pessimo histrione bonum comœdum fieri.

✠ *ADIVNC Bonus.pro Q.Rosc.Primi.ibidem.*

COMPACTIO,onis.*coagmentatio.*5,de Finib.33.Videmus ea quæ terra gignit,corticibus & radicibus valida seruari, quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum.

COMPACTO,*aduerbium:consultò,& quod Vergilius dixit,compositò.*Attic.lib.10.ep. 14. Non committendum vt etiam compactò prohibiti videamur.

COMPACTVS, cta, ctum. *coagmentatus.*3. de Finib.74. Quid enim in operibus manu factis tam compositum,tamque compactum & coagmentum inueniri potest? *Obserua trium verborum synonymian.*de Vn.24.Quippe qui ex eadem vinctus altera que natura, adiuncta materiâ temperatione trium partium proportione compacta se conuersat,&c.

COMPAGES,gium.*commissura,vincula.*de Sene.77.Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur.

COMPAR, ris.*exornatio rhetorica.*4. Her. 28. Compar appellatur, quod habet in se membra orationis,quæ constant ex pari ferè numero syllabarum,&c.

COMPARABILIS,le.*quod habet comparationem.*1.de In.49.Cõparabile est,quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet.&79.){. *Dissimile.*1.de In.42. Simile ex specie comparabili iudicatur.

COMPARATE, *cum comparatione.* Topicorum. 84. Cùm autem quæritur quale quid sit,aut simpliciter quæritur, aut cõparatè.

COMPARATIO,onis.*collatio,contentio, similitudo, facultas, compensatio.*1.Off.58.Si contentio quædam & coparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sunt, patria & parentes,proximi,&c.deinceps,&c.& 152. Eorum autem ipsorum quæ honesta sunt,potest incidere sæpe contentio & comparatio de duobus honestis vtrum honestius.& lib 2.88.Vtilitatum comparatio fieri solet.& 1.Off. 10. Primùm igitur de honesto, tum de vtili, pòst de comparatione eorum differendum. 1. de Orat.257.Et illa orationis suæ cum scriptis alienis comparatio. 5.Tusc.38. Et si præstantia debent ea dici,quæ habent aliquam comparationem,animus autem humanus cum alio nullo, nisi cum ipso Deo comparari potest.2.de Na.52.Cùm solis & lunę, &quinque errantium ad eandem inter se comparationem est facta conuersio.de Clar.134.Cùm autem ipsum audires sine comparatione,non modò contentus esses,sed melius nõ quæreres.& item. Quæ qui sine comparatione alicuius spectaret, satis magna diceret.Ep.lib.10. ep. 5. Ex literis tuis cepi fructum duplicem,mihique in comparatione difficilem ad iudicandũ, amorémne erga me tuum,an animum in rempub.pluris æstimandum putarem.Topic. 71. Parium comparatio nec elationem habet,nec submissionem.

¶ *Apparatus præparatio,cautio.* pro Pomp.9. Mithridates omne reliquũ tempus non ad obliuionẽ veteris belli, sed ad cõparationẽ noui contulit.Q.fr.lib.1.epi. 2. Nihil de me mea cõparatione diminuo.*i.de meo apparatu & cautione.*de Cl.263. Has vias ille tenens,& paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipsa illa comparatione disciplinaque dicendi iam in patronorum numerũ peruenerat.*i.apparatu & facultate.*1.de In.15.Comparatio criminis est,cùm aliud aliquid factum,rectum aut vtile contenditur.*i.compensatio*pro Clu. 101. Totius denique huius criminis comparatio ab illa & inuenta & adornata est.

✠ *ADIVN.AEqualis,Top.Breuis,2. de Inuent.facilis, 2.de Finib.Necessaria,vtilis,2. Offi.Inuenta,& adornata,pro Cluent.*

☞ Syntaxis.*Contentio, & comparatio.Conuersio siderum ad eandem inter se comparationem,Hoc mihi in comparatione difficile est.*

COMPARATIVVS, a,um.*comparabilis.* 2. de In. 76. Deinde oportebit ipsam illam comparatiuam iudicationem exponere, tanquam causam deliberatiuam.

COMPARO,res.*video,palàm fum,adfum.*Anteq.14. Illa conspiratio conflata ita restincta est,vt nulla scintilla compareat incendij.Orat.234.In Thucydide orbem orationis desidero, ornamenta comparent.de Cl.122. Nobis quidẽ pueris oratio hæc omnium optima putabatur,quæ vix iam comparet in hac turba nouorum voluminum.pro Clu. 180. Omnis suspicio in eos seruos qui non comparebant,commouebatur. Att. lib. 12. ep. 2. Pompeium non comparere,nec in balearibus omnino fuisse, pro Rab.23.Comparére in illa multitudine bonorum.

¶ *Appareo.*3.I.V.132.Cùm ille dixisset signa & dona comparére omnia.&7.Ver.147.Quærite nũc vestigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant.pro Syl.73.Quæ ita à fortuna deformata sunt,vt tamen à natura inchoata compareant.

COMPARANDVS, a,um.*acquirendus.*2.de Fin.110. Quid enim tanto opus est instrumento optimis artibus comparandis.

¶ *Præparandus.*3.de Or. 101. Quare primùm sylua rerum ac sententiarum comparanda est.

¶ *Conferendus.*2.I.A.117.Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum,cæteris verò rebus nullo modo es cõparãdus. pro Fon.17.Nemo Gallus cum ciue Rom.comparandus est.

COMPARATVS,a,um. *constitutus, decretus,*pro Dom. 77. Ius à maioribus nostris ita comparatum est, vt ciuis Rom. libertatẽ nemo amittat inuitus.pro Cl.57.Iam hoc quoq; propè iniquissimè comparatum est,quid,&c.2.de Diu.122.Si ita natura comparatum esset,vt ea dormientes agerent,quæ somniarent, &c. pro Cl. 196. O mira,præclara,atque diuinitùs iam à principio Ro.nominis à maiorib.nostris ratio cõparata, ne quis, &c. de Am.101.Ita ratio cõparata est vitæ naturęq; nostrę,vt alia ætas oriatur ex alia.Or.37.Genus*ἀπὸ τοῦ ἀλεκτικοῦ*,quòd quasi ad inspiciẽdum delectationis causa comparatum est. Orat.208. Id genus quod est ad delectationem comparatum.2. de In. 69.Maleficiũ de quo iudicium comparatum sit.pro Cl.128.Idcirco illa sortitio cõparata est,ne &c.pro S.R.101.More maiorũ comparatum est,vt,&c.ad Brut.ep.12.Præclarè legibus cõparatũ est,vt, &c.5. Tusc.36. Nam cui viro ex seipso apta sunt omnia,quæ ad beatè viuendũ ferunt,&c.huic optimè viuendi ratio cõparata est.pro Rab.6.Qui me ex cõparato & cõstituto spacio in semihoræ curriculũ coëgisti.* pro C.Corn.2.Nullo intercessore comparato. Oecon.1.A natura comparata est opera mulieris ad domesticã diligentiam,viri autem ad exercitationẽ forensem & extraneã.

¶ *Collatus.*Or.96.Et nisi coràm erit comparatus illo fortior,per se hic quem dico,probabitur.Q.fra.lib.3.ep. 4. Si cum Esernino Samnite Pacidianus comparatus videretur.

COMPARO, as. *paro,præparo.*Q.fr.lib.2. ep.3. Pompeius se cõparat,homines ex agris accersit.pro Cl. 47. Cõparare insidias alicui per aliquem.Atti.lib.2.epi.17. Nunquam huc veniissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi comparãt.Or.223. Cur de perfugis nostris copias cõparat cõtra nos.4.I.C.22. Quæ quidẽ nõ minore labore tueor,quàm cõparo.Q.fra.lib.1.ep.1.Sed te illud moneo,vt te ante cõpares,& quotidie meditere,&c.pro Cl. 191. Neque solùm diligens fuit,vt accusatoré filio suo compararet, sed etiã,&c.3.de N.19.Sed eas rationes tu ita refellis,vt cùm me interrogaturus esse videare,& ego me ad respondendum comparârim,repentè auertas orationẽ,nec des respondendi locum. pro Mil.28.Milo paulisper dũ se vxor,vt fit,comparat, cõmoratus est.7.Ver.26.Primũ temporibus hybernis ad magnitudinẽ

frigorũ præclarũ sibi hoc remediũ cõparat.&3.Ver.65.Magnificè cõuiuium comparat.Epist.lib.7.ep.1. Reliquas partes diei tu consumebas ijs delectationibus,quas tibi ipsi ad arbitrium tuũ comparas.1.de Fin.65.Omnium rerum, quas ad beatè viuendũ sapientia comparauit,nihil est maius amicitia.pro Dom.30.Instituere,comparare,perficere aliquam rem.*Oecon.1. Qui labore & industria compararet victum.

¶ *Confero,compono,comparationem,contentionem facio.*de Sen. 14. Equi fortis senectuti cõparat suã.1.de Or.11.In hoc ipso numero si diligẽter & ex nostrorũ & Græcorũ copia cõparare voles, multo pauciores oratores quã poetæ boni reperientur.pro Do. 130.Quæso pontifices,& hominẽ cum homine,& tempus cum tempore,& rem cũ re comparate.Ep.li.3. ep.6. Cùm meũ factum cũ tuo cõparo,etsi,&c.tamẽ multò magis meo delector quàm tuo.Ora.138.Cõparare similitudines.vti exemplis,&c.1. Off.11. Homo per rationẽ consequentia cernit,similitudines cõparat, &c.Ora.38. Conferre pugnantia,& comparare contraria. 2. de Or.172.Maiora & minora & paria comparabimus sic ,&c. 6. I. V.121.Vt hominem cum homine comparetis.

¶ *Acquiro.*4.ad Here.28. Huic industria virtutem comparauit. pro Q.4.Quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiã comparaui.1.de Or.199.Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia camparaui.Ep.lib.2. epi. 4. Comparare laudem bonis artibus.2.Off.45.Comparare gloriam ex rebus bellicis.6.I.V. 147.Hunc homini alienissimo à ciuitatibus laudationem per vim comparare.

¶ *Emo.*4.I.V.83.Studiosè comparare suppellectilem.Q.fra.lib.3. ep.9.Qui ludos H-S.CCC.comparat.

¶ *Constituo,decerno.*pro Qu.51.Itaq; maiores nostri raró id accidere voluerunt,prætores,vt considerate fieret, comparauerunt. 4.ad Her.24. Bene maiores nostri hoc comparauerunt , vt neminem regem,quem armis cepissent,vita priuarent.

¶ *Facio,consto,edo.*4.ad Her.38. Tumultus C. Gracchi tumultus domesticos comparauit. * pro Dom.13. His ducibus cum tu in annonæ caritate,in consules,in Senatum,in bona fortunasque locupletum,per causam inopum atque peregrinorum, repentinos impetus comperares.

COMPARO,rãs.*compensor.*2.Off.20.Quæ si longior fuerit oratio,cum magnitudine vtilitatis comparetur.

¶ *Conferor,*de Am.9.Sed hi nec comparantur Catoni.

¶ *Acquiror.*pro Quin.12.Fecit societatem earum rerum,quæ in Gallia comparabantur.pro S.R.111.Idcirco amicitiæ comparãtur, vt commune commodum mutuis officijs gubernetur. *Oecon.1.Mundus muliebris,qui ad dies festos comparatur.

✠ *ADVER.Copiosè,largè pastum, 2.de Nat. Diligenter argumenta argumentis,1.de Diu.Diligenter ex copia,1. de Orat. Diligentissimè ducem,Omninò,Diligentissime, 16.Famil. Idoneè animum, 1. de Inuent. Improbissimè quæstum,7.Ver.in perpetuum præsidium,3.In Cat.Iniquè aliquem cum aliquo,pro Deiot.Insciè,3. de Finib. Occultè milites,14.Attic. Magnificè conuiuium ,3. In Ver.propemodùm,2.Offic,prorsus, magnopere, de Pet. Consul. Studiosè tabulas pictas , Studiosius supellectilem,4.In Verr.*

☞ Syntaxis.*Spacium comparatum & constitutum. Ille se comparat. Insidias comparare alicui,copias. Mulier dum se comparat,&c. Laudẽ comparare:tumultus.Ius comparatum à priscis.Natura ita comparatum.Ratio diuinitùs comparata.De maleficio iudicium comparatum. Legib.comparatum est,vt. Factum cum facto comparare.Hoc cum illo comparetur:id est,compensetur.*

COMPASCO,scis.Top.12.Ex coniugatione huiuscemodi est argumentum:Si compascuus ager est,ius est compascere.

COMPASCVVS,a,um. vt, *Compascuus ager relictus ad pascendum communiter vicinis.*

COMPEDES, dum.*soleæ lignæ,quibus pedes captiuorum constringi solent.*Att.lib.8.ep.2. Age iam,has compedes.fasces inquam hos laureatos,hæc ex Italia ferre quàm molestum est? pro Rab. 20. Cùm esset vnà Glaucia,etiam ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus.1.Tusc.75.Qui in compedibus corporis fuerũt, etiam cùm soluti sunt,tardiùs ingrediuntur.

COMPELLATIO, onis.*appellatio.*3.I.A.17. Idem Qu. Ciceronẽ compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam.Ep.lib.12.ep.25.Nec verò postea destiti labefactare eum, qui , &c. Itaque quotidianas compellationes meas non tulit,seque in vrbem recepit inuitus.4.ad Heren. 23. Exclamatio est,quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius.per hominis,aut vrbis,aut loci aut rei cuiuspiam compellationem.hoc modo:Te nunc alloquor Africane, cuius,&c.

✠ *ADIVNC. Crebræ, vel potius quotidianæ,12.Fami. præclaræ.2.de Natura deor.*

COMPELLO,as.*appello,nomino,alloquor.*Att.lib.2.ep.2. Nigidius minatur in concione,se iudicem qui non affuerit, compellaturum.13.I.A.10.Cùm hoc cõpello,prætereo illius ex grege latrocinij neminem.2.I.A.94.Compellarat hospitem præsens,computarat,&c.3.I.A.17.Idem Q.Ciceronem compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam.1. ad Heren. 24. Mimus quidam Actium poetam compellauit in scena,cum eo Actius iniuriarum agit.hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari eum cuius nomine scripta dentur agenda. Postquam.In Sen.11.Neq; solùm id dixit, sed quos ei commodum fuit,compellauit.in Sal.9.Nec enim me speraſti mutuam tibi gratiam relaturum,vt vicissim tuos compellarem.1. de Di. 41.Exin compellare pater me voce viderut,his verbis.Att.lib.13. ep.23. Quare date in sermonem,& perseca, & confice. excita, compella,loquere.

COMPELLOR,ris.*accusor,nominor.*Postquam.In Sen.31. Nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabantur. Ep.li.8.ep.12.Quibus cùm parũ procederet,vt vlla lege mihi poneret accusatorem,compellari ea lege mea voluerunt,qua,&c.

✠ *ADVERB.Nominatim,postq.in Senat.Non amplius, 1.de Or.vicissim,in Sallust.*

☞ Syntaxis. *Cum septimo,Edicto compellare aliquem.Compellare voce aliquem.*

COMPELLO, lis.*impello,cogo,congrego, vexo.*4.Acad.112.Cum sit campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias cõpellimus?1. de In.2. Qui dispersos homines in agris ratione quadam compulit in vnum locum & congregauit.I.P.16. Me domo mea expulistis,Pompeium domum suam compulistis.de Pro.33.Cæsar cæteras nationes contriuit , compulit, domuit,&c.

COMPELLOR,ris. *oneror,vexor,afficior.*Epist.lib.1.ep.9.Cùm verò in hunc sensum,& allíciar beneficijs hominum, & compellar iniurijs,facilè patior,&c.

☞ Syntaxis. *In angustias compellere , in vnum locum. Cæsar populos compulit:id est,vexauit.*

COMPENDIARIVS, a,um.*breuis.* 2.. Offic.43. Socrates hanc viam ad gloriam proximam,& quasi compendiariam esse dicebat,si quis id ageret,vt qualis haberi vellet,talis esset.

COMPENDIVM,dij.*quæstus,vtilitas.*3. Off.63. Is omnino se negat facturũ compendij sui causa,quod non liceat.pro Q. R.49. Si quando me vis peierare , vt paululum tu compendij facias, paratum fore scito.pro Fl.7.In vberrima re turpe compendium effugit.4.I.V.6.Ciues qui merces suppeditant cum quæstu cõpendioq;.& 5.Ver.109.In quæstu sunt compendioque versati.4. ad Here.52. Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe compendium commouere,inopia & auaricia.& lib.2.29.Multi leue compendium fraude maxima commutauerunt.

✠ *ADIVN.Turpe,pro Flac.*

☞ Syntaxis. *Facere compendium:id est,præmium dare. Effugere compendium.In compendio versari. Quæstus & compendium.*

COMPENSATIO,onis.*comparatio,præmium,merces,remuneratio.* 1.de N.23.Incommoda vitæ sapientes commodorum compensatione leniunt.5.Tusc. 95. Hac vtitur compensatione sapiens, vt voluptatem fugiat,si ea maiorem dolorem effectura sit: & dolorem suscipiat,maiorem efficientem voluptatem.4.ad Her. 35. Fortitudo est contemptio laboris & periculi , cum ratione vtilitatis &compensatione commodorum.

COMPENSANDVS,a,um.*exæquandus, comparandus.* Anteq.13. Si facta compensanda sunt,conferamus æquitatem.

¶ *Instaurandus.*2.Off.68.Certisq; operis & officijs erit,quod violarum est,compensandum. Att.lib.7. ep. 17.Vix vllo ocio compensandam hanc Reip.turpitudinem.

COMPENSATVS,a,um.7.I.V.33. Dãna in stipendijs ab isto dissoluta,& compensata ætatis fructu.3.de Orat. 14. Summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur.

COMPENSO,as.*comparo,remunero,repono, exæquo,assequor.* ‖ *hoc verbo(inquit Schorus)significarunt veteres,quod adolescentiores Sarcio,resartio,dicuntque compensare aliquid aliqua, re, & cum aliqua re.*pro Fon.3.Massilienses Gallicorum bellorum pericula popul. Rom.copijs remissisque compensârunt.pro Dom.32. Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam: sed hoc compensabo breuitate eius orationis,quæ,&c.Ora.231. Ij tamen hoc vitium compensant,vel facultate , vel copia. 5. de Finib.48.Et cum maximis curis & laboribus compensare eam, quam ex discendo capiant voluptatem. Orat. 216. Paucitatem pedum grauitatis suæ tarditate compensat.I.P.75. Sed sit offensus: nonne compensabit cum vno versiculo tot mea volumina laudum suarum?2.de Fin.98.Rationes tuas te video compensare cum istis doloribus: non memoriam corpore perceptarum voluptatum.

COMPENSOR,ris.*exæquor.*pro Mur.71.Neque vlla re alia,quæ à vobis consequuntur,nisi opera sua compensari putant posse. *id est , quasi remunerari.* 2. de Finib. 96. Compensabatur tamen

cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam, &c. & *Ibid.* 97. Compensabatur cum summis doloribus lætitia. pro Flac. 72. Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam. pro Cl. 150. Atque hæc omnia honoris commodis compensantur.

☞ Syntaxis. *Facta compensare, & violatum, & turpitudinem. Compensatur cum dolore lætitia.*

COMPERENDINATVS, tus. de Cl. 87. Galbam autem verecundè & dubitanter causam recepisse, vnum quasi comperendinatus medium diem fuisse, quem totum ille in considerandâ causa componendaque posuit. 3. I. V. 86. Adimo enim comperendinatum, bis vt causa dicatur.

COMPERENDINATVS, a, um. *comperendinatu gaudens.* 3. I. V. 20. Nemo Verrem comperendinatum, sed damnatum iudicabat. 6. I. V. 33. Posteaquam Verres est comperendinatus.

COMPERENDINO, as. *amplius pronuncio, amplio, profero, procrastino, differo* ‖ *Quid hoc verbo significarint Latini, hæc Budæi verba docebunt, Comperendinati rei (inquit) dici possunt in causis criminalibus: quos curia dimissos fide sua esse voluit, hoc est quos suæ ipsorum custodiæ commisit, vt aut vrbem carceris loco iussi habeant, aut priuatâ aliquam domum, vt fit interdum ex personarum dignitate, & genere causarum. Comperendinati autem ideo dici possunt quia non plane absoluti sunt, sed veluti vadimonio quodam obstricti vel quia nondum comperta satis crimina vel quia non dum innocentes se approbauerunt Cicero. 6. Ver. 33. Videte hominis amentiam postquam est comperendinatus cum iam pro damnato mortuoque esset ludis Circensibus, apud Sisennam virum primarum, cum essent triclinia strata argentumque expositum, contemplarique vnum quodque otiose, & considerare cœpit Mirari stulticiam alij, alij amentiam. Cui comperendinato cum iam multi testes dixissent, quicquam illorum venire in mentem Comperendinatum Verrem, id est, qui in Secundam actionem impetrauerat iudicium differri. Cicero damnatum inuidiose appellat propter ingentia crimina testimoniaque prementia & præiudicia ab ipso multis rebus de se facta, vt pote qui accusatus repetundarum, Quod Siliciam prouinciam argenteis vasis celatisque spoliasset tamen temperare sibi apud Sisennam nequiuisset, quin cupiditatem illam prænimiam celatæ supellectilis ingenitam sibi proderet. Hæc Budæus. 6. I. V. 33.* Tua ratio est, vt secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem.

COMPERENDINOR, ris. *comperendinatu vtor.* 3. I. V. 26. Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea vel iudicari primò poterat, vel ampliùs pronunciari.

☞ Syntaxis. *Verres comperendinatus. Reus comperendinatur.*

COMPERIO, ris. *certum reperio, deprehendo, comprehendo, cõpertum habeo.* de Clar. 276. Cùm indicia mortis suæ se comperisse manifestò, & manu tenere diceret. pro S. R. 33. C. Fimbria dicè Scævolæ dixit, posteaquam comperit eum posse viuere. 4. I. V. 282. Vt comperi remotas esse literas societatis, habui rationem annorum. Attic. lib. 14. ep. 8. Scripsit se id certis autoribus comperisse pro Cl. 192. Quod ego ex multis audiui & comperi. Epist. lib. 5. ep. 5. Ex multis audiui. non comperisse me, non audeo dicere. 4. Acad. 63. Et inquireret, qui tibi constares: cùm idem negares quicquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. 1. I. C. 10. Hæc ego vix dum iam cœtu vestro dimisso comperi. pro Syl. 86. Nihil de hoc comperi.

COMPERTVS, a, um. *certus indubitatus.* pro Cl. 127. Aut illud afferant, aliquid esse quod de ijs duobus habuerit compertum. pro Cl. 42. Facinus manifestò compertum atque deprehensum. pro Clu. 131. Nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti.

✠ ADVER. *Manifestò, de Clar. & pro Clu. Maximè, 10. Famil.*

☞ Syntaxis. *Manifestò comperire, & manu tenere. Audio, & comperio. de hoc comperio. Habere compertum. Cõpertum & comprehensum.*

COMPESCO, scis. Qu. de Petit. 41. Nec tamen in petendo respublica compescenda est. *aliàs capessenda.*

COMPETITOR, oris. *qui cum alio in petitione concurrit.* 1. Off. 38. Vt cum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor: cùm altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero, &c. pro Pla. 10. Non competitor à quo es victus, sed populus à quo es præteritus, in culpa est. Att. lib. 1. ep. 1. Competitores, qui certi esse videbantur Galba & Antonius. & *Ibid.* Catilina certus erit competitor.

✠ ADIVNCT. *Certus, 1. Attic. liberalis, 4. Attic. Nobilis, 8. Fam. Pares suffragijs, pro Planc. peregrini. pro Cæl. Vrbani, 1. Attic.*

COMPETITRIX, cis. pro Mur. 40. Nam & nos habuimus scenam competitricem.

COMPILATIO, nis. *furtum fraus.* Epist. lib. 2. ep. 8. Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi vadimonia dilata, & Chresti compilationem mitteres?

COMPILO, as. *furo. fraudo, diripio.* 3. in Verr. 35. Apertissimè consulem, exercitum, prouinciamque compilauit. & 6. Verr. 53. Vno imperio hostiatim totum oppidum compilauit. 1. de Natur. 87. Alij omnia, quæ possunt, fana compilant. pro Mur. 25. Qui ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum scientiam compilauit. in Vat. 5. Aerarium exhaurire, rempublicam compilare.

COMPILOR, ris. *diripior.* de Or. 268. Nihil est quod mihi gratias agas, inquit, si malui compilari, quàm venire.

✠ ADVER. *Apertissimè, 3. Ver. Ostiatim, 6. in Verr.*

COMPINGO, gis. *constringo.* Attic. lib. 8. ep. 8. Pompeius vrbem reliquerat, Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compegerat, ibat in Græciam.

COMPINGOR, ris. *impellor.* 1. de Orat. 46. Oratorem in iudicia & in concionculas tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam.

COMPITA, torum. *quadriuia loca in quæ multæ viæ conueniunt.* 1. contra Rul. 7. In triuijs aut in compitis auctionari.

COMPITALIA, orum. *festi dies, qui in compitis agebantur.* At. lib. 2. ep. 3. Pridie compitalia.

COMPITALITIVS, a, um. Att. lib. 7. epist. 7. Compitalitiorum dies. I. P. 8. Compitalitij ludi. L. AMBVLATIO.

COMPLANATVS, a, um. *deiectus, dirutus.* pro Dom. 101. Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata.

COMPLAVDO, dis. *simul plaudo.* de Ami. 24. in Cod. Germ. Stantes complaudebant in re ficta. *vetus lectio, plaudebant.*

COMPLECTOR, ris. *complexu teneo, meo sinu complexuq; recipio, in collum inuado.* 1. de Or. 103. Pater complexus erat filium, flensq; eum centumuiris commendasset. Att. lib. 16. ep. 5. Complecti & osculari aliquem. pro Fon. 36. Soror fratrem complexa tenet. 1. de Diuinat. 103. Arctè complecti aliquem. 1. de Diuinat. 58. Vidi in quiete, te repentè lætum extitisse, nosque inter nos esse complexos. pro Planc. 99. Hic me complexus est, conspersitque lacrymis.

¶ *Amo, excipio, tracto amicè, charum habeo, faueo, suscipio, defendo.* Att. lib. 16. ep. 14. Cum oppius me hortaretur, vt adolescentem, totamque causam manumque veteranorum complecterer, dixi me id nullo modo facere posse. Quint. frat. libr. 3. ep. 1. Frater eius mecum est multum: quare vt instituisti, complectere adolescentem. Epist. lib. 2. ep. 6. De ipso Tito Annio tantum tibi polliceor, te maioris beneuolentiæ erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem. Epist. lib. 2. ep. 8. Quare de te homini, complectetur, mihi crede. de Vn. 13. Mundus ipse se, concordi quadam amicitia & charitate complectitur. de Prouinc. 38. Multos est hic ordo complexus honoribus & beneficijs suis. pro Planco. 82. Complecti aliquem beneficio. pro Mar. 10. Complecti aliquem beneuolentia. 1. Offi. 57. Omnes omnium charitates patria vna complexa est. Brutus epistol. 12. Veterem ex tuis literis libenter complexus sum.

¶ *Contineo, ambio, circundo, comprehendo.* 6. I. V. 57. Nullo modo possum omnia illius facta aut memoria cõsequi, aut oratione complecti. de Somn. 9. Circulus extimus, qui reliquos omnes complectitur. de Cl. 14. Liber, quo iste omnem rerum memoriam breuiter complexus est. 2. de Fin. 45. Omnem complectatur *mens* vitæ consequentis statum.

¶ *Assequor, apprehendo, teneo.* de Clar. 322. Nemo erat qui Philosophiam complexus esset. 1. de Orat. 64. Si quis vniuersam ac propriam oratoris vim definire complectique vult. 3. de Orat. 173. Sententiam numero quodam complecti. Poquam. ad Quir. 6. In ipso beneficio tanta magnitudo est, vt eam complecti oratione non possim. de Senectut. 15. Cùm complector, animo, quatuor causas reperio, cur, &c. Epist. lib. 5. ep. 17. Nec enim minus nostra sunt quæ animo complectimur, quàm quæ oculis intuemur. & lib. 3. ep. 11. Complexus igitur sum cogitatione te absentem. 2. de Finib. 112. Omne cœlum & totam terram mente complecti. 1. de Orat. 19. Animo rei alicuius magnitudinem complecti. Orat. 8. Quod cogitatione tantùm & mente complectimur. Epist. lib. 3. ep. 3. Te rogo vt quæ successori amicissimo commodare potest is, qui prouinciam tradit, ea pro nostra constantissima voluntate ergate, cura ac diligentia complectare. 2. Offic. 19. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, vt hominum studia complectamur, eaque teneamus, dicemus.

¶ *Adiungo.* I. P. 75. Complecteris amplissimos viros ad tuum scelus, *id est, adiungis.*

¶ *Colligo, argumentor, concludo.* 5. de Finib. 26. Vt iam liceat vna comprehensione omnia complecti & dicere, omnem naturam esse conseruatricem sui. 1. de In. 73. Nam ita complectemur, vt in vnum conducamus propositionem & assumptionem.

✠ ADVER. *AEque atque, 6. Famil. Arctius, 1. de Diu. Breui, Or. Breuiter memoriam rerum, memoriter, per diligenter, de Clar. Celeriter, 1. Tusc. Circumscriptè, 2. de Nat. Etiam atque etiam, 13. Famil. Extrinsecùs, 1. de Nat. nimium multa, pro Cæc. Occultè viros, in Piso.*

Quam

Quam Liberalissimè. 3. Fam. Scientissimè, 4. de Fin.

☞ Syntaxis. *Complecti aliquem & lacrymis conspergere. Causam alicuius complecti, & aliquem: scilicet defendendum. Honore & officijs complecti, charitate, amicitia, animo, cogitatione, cura, & diligentia.*

COMPLEMENTVM, ti. *supplementum.* Orat. 230. Inculcata repetias inania quædam verba, quasi complementa numerorum.

COMPLENDVS, a, um. *implendus.* 3. de Orat. 119. Onerandum & complendum pectus plurimarum & maximarum rerum suauitatè, copia, varietate.

COMPLETVS, a, um. *plenus.* 4. Acad. 125. Ita completa & conferta sunt omnia, vt & quod mouebitur corporum cedat, & qua quicque cesserit, aliud illicò subsequatur. Orat. 168. Meæ aures perfecto completóque verborum ambitu gaudent. pro Flac. 32. Neque est adhuc ea summa completa. 3. Contra Rull. 3. Completi sunt animi aurésque vestræ, me, &c. 1. Tusc. 28. Totum cœlum humano genere completum est. Attic. lib. 1. epist. 15. Cùm domus bene completa est. *id est, plena.* 2. de Diu. 119. Animorum consentientium multitudine completum esse mundum.

COMPLEO, es. *impleo, obsoluo, perficio.* 5. de Fin. 71. Complent ea quidem beatissimam vitam. & 5. Ver. 116. Vt summam mei promissi compleam. & de Senect. 13. Gorgyas Leontinus centum & septem compleuit annos. 7. I. V. 141. Cum sanguis os oculósque complesset. pro Cluen. 93. Gradus theatri accusator hominibus seditiosis complêrat. 2. Contra Rul. 78. Tu locum compleas numero, confirmes præsidio. 2. de Nat. 49. Cùm sol terras larga luce compleuerit, &c. Orat. 131. Vt plangore & lamentatione compleremus forum. de Senect. 46. Quæ quidem etiam in Sabinis persequi soleo, & conuiuium vicinorum quotidie compleo. 1. de Nat. 88. Sol annuos cursus conficit, lustrationem menstruo spacio luna complet. de Somn. 11. Quis est iste, qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus? Att. lib. 13. ep. 34. Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere paginam volui. 2. Contra Rul. 85, Complere municipium colonis. 2. de Nat. 124. Complere se conchis.

¶ *Fæcundo.* de Som. 10. Sol cuncta sua luce lustrat & complet.

COMPLEOR, ris. *absoluor, perficior.* 2. de Inu. 169. Compleri, ad exitúmque perduci. 3. de Fin. 43. Illi enim corporis commodis compleri vitam beatam putant. 5. I. A. 18. Cum ventum erat ad ædem Concordiæ, gradus complebantur. de Cl. 289. Occupetur locus in subsellijs, cõpleatur tribunal. 3. ad Heren. 21. Fauces calefiunt, arteriæ complentur. Quin. de Pet. 31. Vt de nocte domus compleatur.

✠ *ADVERB. Perfectè, 4. de Finib. Vndique, 5. de Finib.*

☞ Syntax. *Complere vitam. Mundum luce sol complet.*

COMPLEXIO, onis. *comprehensio verborum, periodus.* Orat. 85. Nec aceruatim multa frequentans vna complexione deuinciet. 3. de Orat. 179. Longissima est complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest.

¶ *Argumenti conclusio & summa rationum.* 1. de Inu. 87. Hic cùm concesseris propositionem & assumptionem, complexio est infirmanda: aliud enim quàm cogebatur, illatum est. 1. de Inu. 67. Complexio est, per quam id quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur. 2. ad Herenn. 28. Complexio est quæ concludit, breuiter colligens partes argumentationis. 1. de Inu. 72. Ne quod perspicuum sit, id in complexionem inferamus.

¶ *Dilemma.* 1. de Inu. 45. Complexio est, in qua vtrum concesseris, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus est, cur vteris? Si probus, cur accusas?

¶ *implicatio, confusio.* 2. In Ant. 95. At quibus verbis, modo æquum sibi videri, modò non iniquum: mira verborum complexio.

¶ *Exornatio, quæ vtramque complectitur exornationem, & conuersionem scilicet, & repetitionem.* 4. ad Her. 21.

✠ *ADIVNC. Breuis negotij, Perspicua, 1. de Inuent. Longissima Verborum, 3. de Orat. Mira Verborum, 2. Phil. vera & Falsa, 2. de Inuent.*

COMPLEXVS, xa. *patiendi forma vsurpatum.* pro S. R. 37. Sceleſtum facinus, atque eiusmodi, quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. *id est, contineri.*

COMPLEXVS, xus. *amplexus.* pro Flac. 95. Qui vos in complexu coniugum vestrarum trucidare voluit. 2. in Ant. 60. Venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuæ Mimulæ, pro Planc. 100. Vi me Plancus & complexu suo retiuuit. 2. I. C. 22. Postremum genus est de Catilinæ delectu, imò verò de complexu eius ac sinu. Quint. Frat. lib. 1. epist. 3. Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimisi meo. pro Fon. 36. Abstrahere filium de complexu matris. Attic lib. 12. epist. 1. Atque vtinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, ad osculum Atticæ possim currere. 13. I. A. 9. Respub. illum sinu complexúque recipiet. & 11. Phil. 5. Complexus, summæ benevolentiæ falsi indices extiterunt in amore simulato. pro Cæl. 49. Complexus & osculatio. de Senect. 51. Terra semen tepefactum vapore & complexu suo diffundit, &c.

¶ *Ambitus.* 2. de N. 58. Mundus omnia complexu suo coercet & continet. & 101. Restat vltimus & omnia cingens & coercens cœli complexus.

¶ *Coitus.* 2. de Diu. 143. Quidam cùm in somnis complexu Venereo iungeretur, calculos eiecit.

✠ *ADIVNC. Altissimus a domicilijs, Vltimus, 2. de Nat. Extremus, 7. Ver. Indices. Falsi, Summæ benevolentiæ, 11. Phil. Venereus, 2. de Diu*

☞ Syntaxis. *In complexu coniugum trucidare. In complexum ac sinum venire. Retinere complexu suo. De complexu abstrahere, dimittere. Ad complexum currere. Complexu recipere. Complexus & osculatio. Cæli complexus.*

COMPLICATVS, a, um. *implicatus.* 3. Offi. 76. Si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere.

COMPLICO, as. *inuoluo, claudo.* Att. li. 12. ep. 1. Cùm complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit. Quin. Frat. lib. 3. ep. 1. Cùm hanc iam epistolam complicarem, tabellarij à vobis venerunt.

COMPLORATVS, a, um. pro Domo. 98. Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata, arbitraria petentes funeris.

COMPLVRES, rium. *multi.* 2. de N. 55. Vulcani item complures. *id est, multi.* 2. de Ora. 111. Ambiguorum autem complura sunt. Ep. lib. 6. ep. 7. Multa sustuli, complura ne posui quidem & lib. 10. ep. 6. Complures consules dicti, quorum nemo, &c. & lib. 2. ep. 8. Ego cum Pompeio complures dies nullis in alijs nisi de rep. sermonibus versatus sum.

COMPONENDVS, a, um. *iungendus.* Att. lib. 4. ep. 9. Tibi etiam gratias agebat, quòd signa componenda suscepisses. de Cl. 238. In inueniendis componendisque rebus mira accuratio.

¶ *Edendus.* Orat. 150. Sed stylus exercitatus efficiet facilè hanc viam componendi. de Cl. 48. Totúmque se ad artes componendas transtulit. Att. lib 15. ep. 4. Sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius.

¶ *Tractandus, iudicandus.* de Cl. 87. In consideranda componendaq; causa totum diem ponere. Ora. 143. In cognoscendis componendisq; causis.

COMPONO, nis. *dispono, coniungo, congero, coagmento, conflo, ex coniunctione facio, conficio, conglutino, construo, ex multis vna iungo, dispono, constituo, misceo, tempero, compositionem facio, comparo, confero.* (. *destruo, dissoluo.* de Cl. 98. Ipsa verba compone, & quasi coagmenta. 3. de Orat. 169. Collocationis est, componere & struere verba sic, vt néue asper eorum concursus, néue hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & leuis. Orat. 147. Verba componere, & syllabas propemodum dinumerare & dimetiri. 2. de Orat. 308. Componere ea quæ dicenda sunt probandi & persuadendi causa.

¶ *Edo, facio.* de Vn. 40. Atque is quidem qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu: qui autem erant ab eo creati, cùm parentis ordinem cognouissent, hunc sequebantur. Attic. lib. 15. ep. 15. Testamentum composui: quod cùm voles, obsignabis. de Cla. 227. Rem videbat acutè, componebat diligenter. Att. lib. 6. ep. 1. C. Flauius scriba fastos protulit, actionésque composuit. Quin. Frat. lib. 3. ep. 1. Poema ad Cæsarem, quod composueram, incidi. *alias, institueram.* 2. de Orat. 224. Brutus tres libros de iure ciuili composuit. 4. Acad. 49. Componunt igitur primùm artem quandam de ijs quæ visa dicimus, eorúmque & vim & genera definiunt. 2. de Diu. 110. Callidè enim qui illa composuit, perfecit, vt quodcunque accidisset, prædictum videretur. 1. de Leg. 14. Composui formulas iudiciorum, confeci libellos de stillicidiorum iurè.

¶ *Decerno, instituo.* pro Cec. 50. Componere interdicta. Attic. lib. 16. epist. 16. Componere libellos. Ep. lib. 3. ep. 8. Romæ composui edicto. Att. lib. 15. ep. 25. Ego itinera sic composueram, vt nonis Quint. Puteolis essem. Orat. 143. Cognoscere & componere causas, ‖ 3. Offic. 80. Quòd communiter compositum fuerat solus edixit.

COMPONOR, ris. *edor, conficior.* Ep. lib. 10. ep. 22. Ne S. C. arbitratu nostro componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouisse.

¶ *Tractor, fodor.* 2. de Ora. 83. Crassus componi posse dicebat. 4. I. V. 54. Ita causa componitur, vt Bidenses hæreditatem peterent. pro Sext. Rosc. 136. Fieri non poterat vt componeretur.

¶ *Conferor, comparor.* de Op. 17. Æschines tanquam Aserninus, vt ait Lucilius, cum Pacidiano hîc componitur.

¶ *Coniungor, adiungor, nector.* Orat. 164. Nec solùm componentur verba ratione, sed etiam finientur.

✠ ADVERB. *Cautius. 5. in Ver. Diligenter, de Clar. Generatim, 1. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Componere argumentum, causas, libros, testamentum, poema, artem. Libello, interdicto, edicto componere. Non componetur: id est, conuenit minimè.*

COMPORTATVS, a, um. *aduectus, allatus. 3.* de Orat. 90. Res vndique exquisitæ, collatæ, accersitæ, comportatæ.

COMPORTO, as. *vna porto.* pro Do. 54. Cùm arma in ædem Castoris comportabas.

COMPORTOR, ris. *afferor, feror, vehor.* Att. lib. 5. ep. 18. Frumentum ex agris in loca tuta comportatur. 4. I. V. 46. Omnia ad istum comportari necesse est. I. P. 23. Cùm arma in templum Castoris luce & palàm comportarentur.

✠ ADVERB. *Palam Arma, pro Sest.*

COMPOS, tis, *particeps. 2.* de Nat. 21. Animans est igitur mundus, composque rationis. 2. de Nat. 36. Mundum esse rationis & consilij compotem. 5. Tus. 39. Omnes virtutis compotes beati sunt. & 5. de Fin. 71. Homines compotes virtutum. Att. lib. 9. ep. 4. Non sum, mihi crede, mentis compos, tantum mihi dedecoris admisisse videor. 2. I. A. 97. Tu mentis es compos: in Pisonem. 48. Qui suæ mentis compos non est. 1. de Orat. 210. Quarum rerum qui essent animo & scientia compotes, eos imperatores dicerent. Orat. 101. Illud quæro, cuius qui sit compos. is sit eloquens. pro Sest. 146. An ego in hac vrbe esse possum, his pulsis, ✠ qui me huius vrbis compotem fecerunt? ‖ 2. Tus. 43. Compotes virtutis.

☞ Syntaxis. *Compos homo, mundus, mentis, rationis, consilij, virtutis, animo, scientia. Vrbis compotem facere.*

COMPOSITE, *disposite. 1.* de Ora. 48. Oratoris est, compositè, ornatè, copiosè eloqui. Ora. 136. Compositè & aptè dicere.)(. *Sine verborum modo & ordine dicere.*

COMPOSITIO, *confectio, quasi structura, coagmentatio, compages, constructio, ὁμοφωνία, concordia, dispositio, ordo, descriptio. 2.* de Legib. 55. Totaque huius iuris compositio pontificalis magnam religionem declarat. 2. de Nat. 146. Compositiones vnguentorum, & ciborum conditiones, &c. & 1. de Nat. 47. Compositio membrorum, conformatio lineamentorum. 1. Offi. 98. Apta compositio membrorum. 2. de Orat. 58. Compositio verborum. 3. de Finibus. 74. Verùm admirabilis compositio disciplinæ Stoicæ, incredibilisque rerum traxit ordo. 1. Tusc. 41. Sonorum varia compositio harmonias efficit plures. 1. Offi. 142. Ordo est compositio rerum aptis & accommodatis locis. Or. 182. Compositio quæ tota seruit grauitati vocum, & suauitati. 3. de Or. 198. Verbis ad aptam compositionem & condecentiam vti.

¶ *Concordia.* Att. lib. 9. ep. 4. Spes compositionis me fefellit: qua facta, volebam, &c. & ep. 9. Compositionis spem non desperatissimam esse puto. & ep. 16. De compositione aliquid me confecere spero. 2. in Antonium. 24. Pacis concordiæ, compositionis autor esse non destiti.

¶ *Commissio.* Ep. lib. 2. ep. 8. Quid? me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorum compositiones & vadimonia dilata mitteres? *Compositiones gladiatorum, commissionem intelligit, cùm ipsi ad pugnam committuntur & exhibentur.*

¶ *Constitutio.* 3. de Leg. 12. Magistratuum compositio. & *ibid.* Ex magistratuum compositione, quod cuiusque reip. genus, sit, intelligi.

✠ ADIVNC. *Admirabilis, 3. de Fin. Apta, 1. Offi. Pontificalis, 2. de Leg. Tota, Orat. Varia, 1. Tusc.*

COMPOSITOR, oris. Ora. 61. Perfectum oratorem hoc vno excellere. *id est, oratione.* cætera in eo latére, indicat nomen ipsum. non enim inuentor, aut compositor, aut actor hæc complexus est omnia: sed & Græcè ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus est.

COMPOSITVS, a, um: & COMPOSITIOR. *conflatus, concretus, conglutinatus, factus, ex compositione factus, instructus.* Orat. 208. Cõpositæ orationis insidijs, fidem auditoris attentare. 1. de Or. 50. Composita oratio & ornata, & artificio quodam & expolitione distincta. 4. ad Heren. 17. Oratio puris & electis verbis composita. 1. de Leg. 39. Hæ rationes satis scitè vobis instructæ & compositæ videntur. pro Sest. 41. Quem certi homines compositi monuerunt, vt à me caueret. 3. de Orat. 152. Verba ex coniunctione facta: id est, composita. 2. de Diu. 98. Ad rem pertinet, quo modo cœlo affecto compositisque sideribus quodque animal oriatur. 3. de Fin. 74. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manufactis tam compositum tamque compactum & coagmentatum inuenire potest. 4. ad Heren. 59. Equus natura bene compositus. 4. Acad. 40. Compositа autem ea conclusio sic est: eorum quæ videntur, alia vera sunt, alia falsa, &c. 1. I. V. 47. Si ab isto libro, quem tibi magister iuuj nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit, vno verbo discesseris. Att. lib. 1. epist. 16. Commentarium consulatus mei Græcè compositum misi ad te. 2. de Legib. 11. Quæque ita composita sanctaque essent, ea videlicet leges nominauerunt. 1. de Fin. 7. Libri Græci leguntur à Græcis ijsdem de rebus alia ratione compositis. 2. de Leg. 32. Auspicia ad vtilitatem reipub. esse composita. pro Deiot. 17. Locus erat quidam, in quo erant composita, quibus te rex munerare constituerat. pro Mar. 28. In hoc elaborandum est, vt rempub. constituas. eáque tu in primis composita summa tranquillitate & ocio perfruare. 3. de Leg. 42. Composita & constituj à repub. quicquam agi per vim minimè ciuile est. 2. Contra Rull. 52. Literarum exemplum ab istis compositum esse arbitror. 1. de Legib. 17. Iura quæ composita & descripta sunt. pro Dom. 123. Verba ad religionem Deorum immortalium composita. de Cl. 233. Verba non abiecta, res compositæ diligenter.

¶ *Ornatus.* pro S. R. 135. Composito & delibuto capillo passim per forum vsitare. 1. ad Heren. 11. Exordium nimium apparatis verbis compositum.

¶ *Affectus, paratus, aptus, promptus. 2.* I. V. 32. Nemo vnquam paratior, vigilantior, compositior in iudicium venit.

✠ ADVER. *Communiter. 3. Offic. Diligenter de Clar. Græcè. 1. Attic. Iamdiu. 5. in Ver. Lepide, Orat. & 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Oratio composita & ornata: puris & electis verbis composita. Rationes compositæ. Sideribus compositis orti. Equus bene compositus. Respublica composita & constituta. Literarum exemplum compositum. Iura composita & descripta. Composita verba, res. Compositus capillus: id est, nimio comptus ornatu. Exordium apparatis verbis compositum. Compositus in iudicium venit.*

COMPOTATIO, onis. de Senect. 45. Græci conuiuium tum compatationem, tum concœnationem vocant.

COMPOTOR, oris. *combibo.* I. P. 65. Nisi fortè vt cum P. Clodio, hoc est, compotoribus suis cœnet. & 2. I. A. 42. Tum verò adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo & compotorum tuorum Rhetorem in eundem. 5. In Ant. 22. Bona suis comitibus compotoribúsque descripsit.

COMPRANSOR, oris. *qui simul prandet. 2.* I. A. 101. Agrum hunc tu compransoribus & collusoribus diuidebas.

COMPREHENDENDVS, a, um. *retinendus.* de Clar. 19. Eisque nosmetipsi ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impulsi sumus. 1. de Ora. 17. Est enim scientia comprehendenda rerum plurimarum.

COMPREHENDO, dis, *capio, deprehendo, comprehensum contineo, deuincio.* Quin. Frat. lib. 1. ep. 2. Is hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. pro Cæl. 62. Vt serui prosilirent, hominémque comprehenderent. Ep. lib. 6. ep. 18. Curtius consenserat cum Hispanis quibusdam Pompeium comprehendere, ad Cæsarémque deducere. pro Milon. 73. Cuius adulterium in puluinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ comprehenderunt. 2. I. C. 3. Quòd tam capitalem hostem non comprehenderim potius quàm emiserim. Orat. 100. Tenemus igitur Brute, quem quærimus: sed animo, non manu: si comprehendissem, ne ipse quidem persuasisset, vt se dimitterem. pro Cæl. 64. Erant enim illi positi, vt comprehenderent Licinium, vt manifestò Licinius teneretur.

¶ *Consequor, prosequor, explico, exprimo, absoluo. 1.* de Or. 154. Comprehendere aliquid memoria. Ep. lib. 6. ep. 22. Quæ à sapientissimis viris tradita memoria & scientia comprehendisti. Att. li. 12. ep. 22. Cato verbis luculentioribus & pluribus rem comprehenderat. de Clar. 34. Natura ipsa circumscriptione quadam verborum comprehendit concludítque sententiam. 1. de Or. 34. Ac ne plura consecter, comprehendam breui. sic enim statuo, &c.

¶ *Assequor, concipio, teneo, percipio. 5.* Tus. 121. Sed quoniam manè eundum est, has quinq; dierum disputationes memoria comprehendamus. 3. de Nat. 64. Hoc non modò comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possum attingere. 2. de Or. 136. Omnia quæ sunt in rerum natura, celeriter animo comprehẽdere. pro Cl. 6. Si quam opinionem mentibus vestris comprehendistis. 3. de Nat. 21. Eo minus, quod tu vis, possum mente comprehendere. pro Clu. 47. Comprehendere aliquam rem indicio alicuius. 2. de Leg. 16. Quæ vix summa animi ratione comprehendas. 4. Acad. 22. Quid quisquam meminit, quod non animo comprehendit ac tenet?

¶ *Explico.* de Cla. 317. Proprijs verbis solutè & facilè comprehendere sententiam. 3. de Nat. 21. Id quod tu vis non possum mente comprehendere. & 1. de Nat. 115. Comprehende igitur animo, & propone ante oculos Deum, &c. pro Flac. 66. Sed tamen vestrum est iudices, omnia quæ in hunc dici possunt, etiamsi à me minus dicuntur, vestris animis & cogitatione comprehendere. pro Com. 3. Qui omnes animo virtutes penitùs comprehendisset.

¶ *Amplector, amore deuincio.* pro Cæl. 13. Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio. Ep. lib. 13. ep. 15. Vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua comprehenderis. pro Planc. 30. Is omnibus officijs per se & per patrem totam Asiam præfecturam comprehendit.

COMPREHENDO, is. *contineor, exprimor.* pro Qu. Rosc. 46. Ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur. 3. Offi. 67. Sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili omnes comprehendi non possunt: quæ autem possunt, diligenter tenentur.

¶ *Detegor, agnoscor, deprehendor.* pro Cæl. 62. Vt venenum cùm à Licinio traderetur, manifestò comprehendi posset. pro Cor. 10. Vt factnus ipsum manifestò comprehenderetur. pro Cec. 81. Nulla res est, quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit.

¶ *Percipior, teneor, intelligor.* 4. Acad. 18. Ex quo efficitur, nihil posse comprehendi. & *ibid.* Nihil posse comprehendi, vt planè confidas id perceptum cognitumque esse. & 23. Virtutum cognitio confirmat, percipi & comprehendi multa posse. 5. de Finib. 27. Hoc comprehenditur suis cuique sensibus. 1. de Legib. 30. Nam & sensibus eadem omnia comprehenduntur. de Vn. 3. Quod intelligentia & ratione comprehenditur.

¶ *Capior.* 1. de Nat. 93. Quid opus est manibus, si nihil comprehendatur?

✠ ADVERB. *Aptè sententiam verbis. Orat. Breui, 1. de Orat. Breuiter, 2. de Finib. Firmè animò. ibid. Celeriter animo, 2. de Orat. Firmè, Grauiter, 1. de Fin. Manifestè, pro Flac. Manifestò, pro Cæl. penitùs virtutes omnes animo, pro Corn. Balbo. Solutè, & facilè sententiam, de Clar.*

COMPREHENSVS, a, um. *perceptus.* 4. Acad. 22. Non enim fortuitò hunc artificem dicemus, esse illum negabimus: sed cùm alterum percepta & comprehensa tenere videmus, alterum non item. & 21. Animo iam tenemus hæc comprehensa, non sensibus. de Pet. 24. Postea totam Italiam fac vt in animo ac memoria tibi distributam comprehensamque habeas. 1. de Orat. 108. Res penitùs perspectæ, planeque cognitæ, atque ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiáque comprehensæ. Orat. 19. Habere aliquem formam comprehensam animo. 2. de Fin. 6. Mihi videor habere bene cognitam voluptatem, & satis firmè conceptam animo atque comprehensam. 2. de Nat. 5. Habere aliquid cognitum comprehensumque animo. pro Flac. 68. Aliquid manifestè comprehensum.

¶ *Contentus.* 2. de Finib. 20. In alio verò libro breuiter comprehensis grauissimis sententijs quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur. pro Qu. Rosc. 15. In hanc formulam omnia iudicia concluſa & comprehensa sunt. 1. de Diu. 36. Qui cccclxx. millia annorum momentis comprehensa continent.

¶ *Captus.* 2. de Orat. 170. Et tu cum gladio cruento comprehensus es. 3. I. C. 16. Belli duces captos iam & comprehensos tenetis.

☞ Syntaxis. *Comprehendere animo, mente, memoria, scientia, verbis. Breui comprehendere. Aliquem comprehendere amicitia, humanitate, officio. Percipere & comprehendere. Cognitum habere, & comprehensum. Concluſum & comprehensum.*

COMPREHENSIBILIS, le. 1. Acad. 40. Visum comprehensibile, Græcè κατάληπτον

COMPREHENSIO, onis. *deprehensio.* 2. I. A. 18. Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit.

¶ *Apprehensio.* 1. de N. 65. Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio.

¶ *Ambitus orationis.* de Cl. 140. Verba eligere, collocare, & comprehensione deuincire. & 162. Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) de Cl. 34. Spiritu quasi necessitate aliqua, verborum comprehensio terminatur. & 96. Orat. 149. Comprehensio numerosè & aptè cadens.

¶ *Agnitio.* 4. Acad. 101. Ex vno Epicuri capite comprehensio & præceptio tollitur. & 31. Mens hominis amplectitur maximè cognitionem & κατάληψιν quam (vt dixi) verbum è verbo exprimentes, comprehensionem dicemus. & 145. & 3. de Fin. 49. Cognitiones comprehensionesque rerum, è quibus efficiuntur artes, ad appetitiones mouent.

✠ ADIVNC. *Firma, 2. de Finib. longa, longior, Numerosa perfecta, plena, vniuersa, Orat. stabilis atque immutabilis, 4. Acad. vera & Fidelis, 1. Acad.*

COMPRESSIO, onis. de Clar. 29. Crebri sententijs, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum sub obscuri.

COMPRESSIVS. *aduerb.* 2. de Fin. 17. Quòd latiùs loquerentur rhetores, dialectici autem compressius.

COMPRESSVS, sus. I. HERBESCO.

COMPRESSVS, a, um. *tectus, absconditus.* pro Dom. 63. Omnis improborum vis diu collecta & inueterata compresso odio atque tacito iam erumpebat in actum. & 14. Quasi ego frumentum aliquod compressum tenerem.

¶ *Suppressus, concluſus, abditus.* pro Cæl. 75. Voluptates cùm incluſæ diutius & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subitò se nonnunquam profundunt, atque eijciuntur vniuersæ.

¶ *Pressus.* de Ar. 55. Iam ista serpens compressa atque illisa morietur.

¶ *Frenatus.* 1. de Diuin. 61. Duabus animi temeritatis partibus compressis.

COMPRIMENDVS, a, um. *dissimulandus.* pro Dom. 140. Ne audaciæ quidem locus ad timorem comprimendum fuit.

COMPRIMO, mis. *freno, sedo, coerceo, cohibeo, frango, retardo.* 10. I. A. 11. Nisi Cæsar furentis hominis conatum & audaciam compressisset. & Epist. lib. 15. ep. 4. pro Mur. 24. Qui dicendo comprimat tribunitios furores. 1. I. C. 11. Compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio. & Top. 86. Comprimere exultantem lætitiam. 2. de Nat. 148. Hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimemus. In Vat. 2. Vt ferocitatem istam tuam comprimerem, audaciam frangerem, loquacitatem retardarem. I. P. 59. Meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas. Quin. Frat. lib. 1. ep. 1. Paulò cupidiorem publicanum comprimere. pro Deiot. 34. Comprimere plausum.

¶ *Abscondo, occulto, tego, abdo.* Attic. lib. 10. epist. 4. Multa eius magna delicta compressi. Attic. lib. 5. epist. 21. Græci & ciues Rom. qui frumentum compresserant, magnum numerum pollicentur.

¶ *Contraho, claudo, adduco, stringo.* 4. Academ. 145. Zeno cum paulùm digitos constrinxerat, assensus huiusmodi, tum cùm planè compresserat, pugnumque fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. Orator. 113. Nam cùm compresserat digitos, pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse. Att. lib. 3. ep. 12. Orationem illam ita compressèram, vt nunquam emanaturam putarem. 2. de Nat. 123. Tum admonita à squilla pinna morsu comprimit conchas.

COMPRIMOR, ris. *contineor, prehendor.* 3. de N. 31. Humor facilè comprimi collidiq; potest.

✠ ADVER. *Arctè vehementer pugnum, Planè, 4. Acad. In perpetuum.*

☞ Syntaxis. *Audaciam comprimere, plausum, frumentum, digitos, orationem.*

COMPROBATOR, ris. *approbator.* de Inu. lib. 1. 43. Qui denique autoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli.

COMPROBATIO, onis. *approbatio.* de Fin. lib. 5. 62. Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur, & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?

COMPROBATVS, a, um. *deprehensus. comprehensus.* pro Cæl. 58. Perceleri interitu sertui aiunt esse ab hoc comprobatum venenum. 1. de Inu. 48. Iudicatum est res assensione, aut autoritate, aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata.

COMPROBO, as. *approbo, laudo, collaudo.* pro Pomp. 69. Sententiam tuam laudo, vehementissimeque comprobo. Ep. lib. 15. ep. 4. Si tu honorem mecum sententia tua comprobàris. pro Cor. 42. Cùm Gaditanus iussa nostra sententia sua comprobat. pro Dom. 15. Dij immortales nomine suo reditum meum comprobauerunt. pro Cecin. 72. Has comproba tabulas. Orator. 214. Patris dictum sapiens filij temeritas comprobauit. 1. de Fin. 65. Neque verò oratione solum, sed multo magis vita & factis & moribus comprobauit. Att. lib. 16. ep. 20. Tota potestas eius rei tua est, vt quæ consules decreuerunt, & cæt. non dicam comprobes, sed studiosè libenterque comprobes. * *ibid.* ep. 21. Quem arbitramur officij tui & Reipub. causa decretum Coss. comprobaturum.

COMPROBOR, ris. *confirmor, laudor.* Antequam. 2. Illic animi voluntas propensa comprobatur, hîc memoria collaudatur. 4. I. V. 119. Rem aliquam testimonio alicuius comprobari. Attic. lib. 10. epist. 1. Ita lætor, vt me quasi patris eius iudicio comprobari putem.

✠ ADVER. *Firmius acta, studiosè, libenterque, 16. Att. Multò Magis, 1. de Finib. Omninò in aliquo, pro Dom. vehementissimè, pro Pomp.*

COMPROMISSVM, si. *facultas à litigantibus arbitro data, arbitrum proferendi & iudicandi.* 4. in Verrem. 66. Quod iudicium secundum Heraclitum de compromissis factum erat. & *ibidem.* Pœnis compromissisque interpositis. Epist. lib. 12. epist. 30. Sed à magistris cum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi sese quo minus id facerent, & compromisso & iureiurando impediri. pro Quint. Rosc. 12. Quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrum sumpseris, quanto æquius & melius sit dari repromittique, si peteres.

☞ Syntax. *Interponere, facere compromissum. Compromisso impedire.*

COMPROMITTO, tis. *compromissum facio.* Quin. Frat. lib. 2. ep. 14. Tribunij candidati compromiserunt, H-S. c c c c. in singulas, apud Catonem depositis petere eius arbitratu: vt qui contrà fecisset, ab eo condemnaretur.

COMPTVS,

COMPTVS,a,um. *ornatus,compositus.* I.P.25. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. de Sen. 28. Compta oratio & mitis.

COMPVLSVS,a,um. I.P. 87. Omnitotius prouinciæ pecore cõpulso pellum nomine. pro Marc. 13. Omnes qui ad illa arma fato nescio quo sumus compulsi.

COMPVNCTVS,a,um. *notatus,iniustus,quod seruis fieri consueuit.* 2. Offi.25. Barbarum, & eum quidem (vt scriptum est) compunctum notis Threicijs districto gladio iubebat anteire.

COMPVNGO,gis. *figo.* 2. de Or.158. Dialectici ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus.

COMPVTO,as. *subduco,ad calculos reuoco,rationes confero.* 2. I. A.94. Compellârat hospitem præsens, computârat, pecuniam imperârat.

CONATVS,tus. *vis,impetus.* 2. de Nat.122. Appetitus, quo belluæ conatum habent ad naturales pastus capessendos. 10. I. A. 24. Apuleius princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. Ep. lib. 5. ep. 2. Qui omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parat. 2. I. C. 26. Is omnes motus conatusque Catilinæ prohibebit. & *ibid.* 27. Si cuius incœptum vllum conatumue contra Remp. deprehendo. & 1. In Cat. 11. Compressi tuos nefarios conatus præsidio amicorum. pro Syl. 76. Non hominum ille impetus & conatus fuit, sed belluarum. Or. 36. Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus. 2. I. C. 14. Catilina de spe conatuq; depulsus, &c. Anteq. 11. Conatibus malorum obuiam ire. de Ar. 7. Si impetum in me facere conabitur, resistam, & eius conatum refutabo. 1. Offi. 109. Pater eius, ille qui Tiberij Gracchi perditos conatus vindicauit. Or. 103. Alicuius rei, si non perfectio, at conatus tamen & adumbratio. pro Qu. 48. Magno conatu studioque agere aliquid. * con. C. Anton. Prætereo illum nefarium conatum tuum.

✠ *ADIVNC. Crudelissimi. 3. Phil. Gratus. 10. Fam. Impij. pro Syll. Magnus, maior. pro Quin. Nefarij. 1. Catil. Occulti. 1. de Diu. Optimi & præclarissimi. 12. Famil. Perditi. 1. Offi.*

☞ Syntaxis. *Conatum habere, parare, prohibere, comprimere, reputare. Conatibus depulsus. Conatu studioq; magno agere.*

CONCALEFACIO, cis. & CONCALFACIO. *apud Non. ex Cic. ad Pansam:* Ventidianis rumorib. concalefecimus. 2. de Or. 316. Et ait idẽ cũ brachiũ cõcalefecerit, tum se solere pugnare.

CONCALEFIO, fis. 1. Tusc. 42. Quam tamen Democritus concalefactam & spirabilem: id est, animalem esse voluit.

CONCALEO, es, L. STOMACHVS.

CONCALESCO, scis. 1. Tusc. 42. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt.

CONCALLESCO, scis. *seu potius* CONCALLEO. 3. de Nat. 25. Callidos, voco, quorum tanquam manus opere, sic animus vsu concalluit. L. CALLEO.

CONCAVVS,a,um. *cauus, vacuus.* 2. de Nat. 98. Speluncarum concauæ altitudines. de Fat. 10. Socrates iugula concaua non habebat.

CONCEDO, dis. *ignosco, condono.* pro Cluent. 195. Multi sæpe in iudicando liberum peccata parentum misericordiæ concesserunt: vos ne huius vitã matris crudelitati condonetis, rogamus. ¶ *Tribuo, dono, largior, permitto, do, licentiam vel potestatem permitto, potestatem do, licentiæ aliquid do, potestatem defero, potestatem largior, potestatem facio, libertatem do, libertatem concedo, per me licet, causa nihil dico quin.* ‖ 1. de Orat. 201. Si pio dolore me esse affectum viderent concederent. pro Qu. 93. Artes quibus tu magnus es, tibi concedo. Ep. lib. 1. ep. 2. Consules neque concedebant, neque valde repugnabãt. de Am. 38. Cõcedere amicis quic quid petant, & impetrare ab eis quicquid velimus. 2. Offi. 63. Multa multis de suo iure concedere. 2. de Inu. 174. Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere oportebit. pro Fl. 37. Leuitas totius Asiæ, de qua nos & libenter & facilè concedimus. 4. I. V. 108. Vt vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur. 3. I. V. 32. Vos quæso date hoc, & concedite pudori meo. & pro Plan. 73. Tibi remitto atque concedo, vt Cn. Plancium defendas. 2. de Or. 28. Catulus, cui Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem elegantiamque concedere. Epist. lib. 4. epist. 12. Ab Athenienſibus locum sepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui, quòd religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserant. de Pro. 44. Ego dolorem & inimicitias meas reip. concessi. pro Mur. 47. Concessit senatus postulationi tuæ. * con. C. Anton. Vt primum locum concederem. Frag. Ep. Et præteritis ignoscis, & concedis futura.

¶ *Abeo.* 1. I. C. 17. Vt opinior, ab eorum oculis aliquò concederes. 2. de Diu. 45. Vnde fulmen venerit, quò concesserit. * Oecon. 3. Apes in aluearium concesserunt.

¶ *Celo, fateor, non nego, non repugno.* 4. Tusc. 63. Vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. Att. lib. 12. ep. 46. Etsi de cupiditate nemini concedam. & lib. 14. ep. 21. Non concedo tibi in desperatione. Ep. lib. 4. ep. 3. Nemini concedo, qui maiorem ex reipubl. pernicie molestiam traxerit. Ep. lib. 10. ep. 3. Nemini concedo, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse. 1. de Ora. 57. Quibus ego, vt de his rebus omnibus differam, cùm concessero, illud tamen oratori tribuam & dabo, vt explicet, &c. & *ibid.* 48. Nam si quis hunc statuet esse oratorem, qui, &c. tamen huic ipsi multa tribuat & concedat necesse est. 1. de Nat. 90. Beatos esse deos sumpsisti: concedimus: beatum autem sine virtute neminem esse posse, id quoque damus, & libenter quidem: virtutem autem sine ratione constare non posse, conueniat id quoque necesse est: adiungis, nec rationem esse, nisi in hominis figura, quem tibi hoc daturum putas? pro Cecin. 103. Is ius suum deseruit, nec quicquam illius audaciæ petulantiæq; concessit. pro S. R. 118. Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit.

* *Accedo, transeo.* Acad. Si in illos aut in istos concesserit.

CONCEDOR, ris: vel CONCEDITVR. *ignoscitur.* pro S. Rosc. 3. Neque temerè dicto concedi oportet.

¶ *Tribuor.* pro Arc. 13. Quantum cæteris ad res suas obeundas conceditur temporis, & ad ipsam requiem animi. pro Arc. 4. Si mihi hoc à vobis tribui concediq; sentiam. * pro M. Tull. Cui concedi sine summo omnium periculo potest, vt, &c.

✠ *ADVERB. Commodus, 1. de Or. Facetè aduersariò, 2. de Ora. Facilè, pro flac. honestè, Necessario, 1. de Inuent. Libenter. 5. Att. Multum. 3. de Orat. multum Perturbationi. 9. Phil, Minus honestè. 7. Att. prorsus Beneficia, de Arusp. Recte. 1. de Fin.*

☞ Syntaxis. *Concedere alicui de aliqua re. Dare & concedere. De suo iure concedere. Concedo meum dolorem tibi: id est, tua causa æquo animo fero. Tribuo & concedo.*

CONCELEBRATVS,a. um. *cultus, absolutus.* 1. de In. 4. Quare mihi videntur postea cætera studia recta atque honesta per ocium concelebrata ab optimis enituisse: hoc verò, &c.

CONCELEBROR, ris *frequenter, excolor.* Quin. de Pet. 34. Conuiuia quæ facilè abs te & amicis tuis concelebrantur & passim & tributim.

✠ *ADVERB. Passim tributim Conuiuia De. pet. Cõsul.*

CONCENTIO, onis. *concentus.* pro Sest. 118. Caterua tota clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata ✠ est. ‖ *Lamb. contentione. Legit.*

CONCENTVS, tus. *harmonia quasi consensus.* 4. de Fin. 75. Vt in fidibus plurimis si nulla earum ita contenta numeris sit, vt concentum seruare possit omnes æquè incontentæ. 1. de Legib. 21. Concentus auium. 1. Offi. 145. Maior & melior actionum quàm sonorum concentus est. de Som. 11. Hic est, inquit ille, sonus, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione, distinctus impulsu & motu ipsorum orbium efficitur, qui acuta cum grauioribus temperans, æquabiliter concentus efficit. 2. de Diuin. 34. Cognatio naturæ & quasi concentus consensusque, quam Græci συμπάθειαν vocant. 3. de Orat. 21. Omnium doctrinarum quasi consensus, concentusque. 2. de Nat. 119. Stellarum concentus ex dissimilibus motibus.

✠ *ADIVNC. Maior, melior. 1. Offic. Tantus. 2. de Nat. varij. Som. Scip.*

☞ Syntaxis. *Concentus auium, fidium, actionum, soni, naturæ, doctrinarum, stellarum.*

CONCEPTIO, onis. *conceptus, formula.* 2. de Diu. 49. Conceptio mulæ contra naturam fortasse, sed partus propè necessarius. 2. Inuent. 58. Ibi enim omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur.

CONCEPTVS,a,um. *meditatus, comparatus, dictatus.* pro Clu. 134. Africanus cùm esset Censor, & in equitum censu, C. Licinius Sacerdos prodijsset, clara voce dixit se scire, illum verbis conceptis peierasse. *id est, dictatis.*

CONCEPTVS,tus. *conceptio.* 1. de D. 43. Quædã etiã oriebantur ex hominũ conceptu & satu. de Vn. 35. Oceanum Salaciamq; cœli satu terræque conceptu generatos editosque memorant.

CONCERNO, nis. *cerno, video.* Qui. de Pet. 16. Quòd si satis grati homines essent, illa omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno. *aliàs, confido.*

CONCERPO, pis. *conscindo, lacero.* Att. lib. 10. ep. 14. Tu tamen eas epistolas quibus asperiùs de eo scripsi, aliquando concerpito, ego item tuas.

CONCERPO, ris. *discerpo.* Ep. lib. 8. ep. 6. Quod tibi scripsi Curionem frigere, iam calet, nam feruentissimè concerpitur.

✠ *ADVERB. Feruentissimè. 8. Fam.*

CONCERTATIO, onis. *certamen, contentio.* 1. de Or. 194. Infinitæ concertationum q; plenæ disputationes. & 2. de Orat. 68. Iéiuna concertatio verborum. & 2. Tusc. 30. Verborum concertatio. & 1. de Finib. 27. Concertationes in disputando pertinaces. 1. de Diu. 62. Carneades concertationis studio modò ait hoc, modò illud.

✠ ADIVNC.

✠ ADIVNC. *Ieiuna.1.de Orat. Indignæ philosophia, pertinaces in disputando, 1. Offic. Minutæ angustæque, 3. de Orat.*

CONCERTANDVM, *disceptandum.* Antequam. 13. Nunc si lingua est concertandum, innocentiam virtute fretus supero.

CONCERTATORIVS, a, um. *contentiosus, vehemens.* de Cla. 286. Thucydides hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

CONCERTATVS, ta. Part. 99.

CONCEPTO, tas. *pugno, contendo, discepto.* pro Pomp. 28. Qui sæpius cum hoste confligit, quàm quisquam cum inimico concertauit, Att. lib. 3. ep. 12. Nunquam accidit vt cum eo verbo vno concertarim. 3. de N. 42. Hercules, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus. * Protag. Inter vos de huiusmodi rebus controuersemini, non concertetis.

CONCESSIO, *assumptiua iuridicialis causæ pars.* 1. ad Heren. 24. 2. de Inui, 94. Cõcessio est, per quã non factum ipsum improbatur ab reo, sed vt ignoscatur id petitur. Att. lib. 3. ep. 14. Concessione nostra omnẽ vim sui iuris amiserint. Ep. li. 10. ep. 8. Concessiones præmiorum. Planci. * Con. C. Anton. Te concessione competitorum è postremo in tertium locum esse sublectum.

CONCESSOR, oris. At. lib. 2. ep. 15. Modò te concessore spectare liceat.

CONCESSVM, *si. concessio, concessus.* L. LICENTIA.

CONCESSVS, a, um. *certus.*) (*dubius. controuersus.* 2. de Diu. 103. & 104. Videsne, vt ad rem dubiam concessis rebus peruenerit? hoc vos dialectici non facitis: nec solùm ea non sumitis ad concludendum, quæ ab omnibus conceduntur, sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis quod velitis & *ibid.* 106. Quæ dubia sunt, ea sumere ipsos pro certis atque concessis. pro Plan. 33. Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorando non est concessa libertas.

CONCESSVS, sus. *permissus, permissio, potestas.* pro Cæl. 28. Datur enim omnium concessu huic aliquis ludus ætati. 2. de Leg. 13. Si latores leges aliquas concessu suo sanxerunt. Epist. lib. 4. ep. 6. Magna deliberatio est, quæ ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu & beneficio quiescendi. de Vn. 44. Philosophia data est nobis deorum concessu & munere. de Clar. 84. Sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributum est.

CONCHA, æ, *genus piscis testa contectum.* 2. de Or. 22. Sed tamen ita solet narrare Scæuola, conchas eos & umbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere consuesse. 2. de N. 123. Prima duabus grandibus patula conchis. & *ibid.* Admonita à squilla pinna morsu, comprimit conchas. & 124. Plataleæ conchis se complens, easq; euomens.

✠ ADIVNC. *Grandes. 2. de Nat. Patula. 3. de Fin.*

CONCHYLIATVS, a, um. *murice tinctus.* 2. I. A. 67. Conchyliata peristromata.

CONCHYLIVM, lij. *murex, conchæ genus, purpura.* I. P. 67. Mensa extructa, non conchylijs aut piscibus, sed multa carne, &c. 2. de Diu. 33. Ostreis & conchylijs omnibus contingit, vt cum Luna crescant pariter, pariterque decrescant. 6. Ver. 59. Ipse dabat purpuram, amici operas. & 6. Ver. 59. Nihil nisi conchylio.

CONCIDO, dis, concidi. *cado, rno.* pro Pom. 19. Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. Postquã. In Senat. 16. Cùm ego vnà cum rep. consulari ictu concidissem. 1. de Diu. 77. Equus sine causa repentè cõcidit. Orat. 148. Cùm meæ forenses artes & actiones publicæ concidissent. Anteq. 1. Ne omnes concideretis, ardoreque flammæ conflagraretis. de Som. 20. Vel cõcidat omne cœlum, omnisq; natura consistat, Att. lib. 1. ep. 13. Senatus authoritas cõcidit. & *ibidem.* Ne patres constripti vna plaga accepta conciderent, ne deficerent. Att. li. 8. epist. 24. Pompeius malas causas semper obtinuit, in optima cõcidit. & li. 3. ep. 10. Quis vnquam ex tam amplo statu concidit. 2. de Orat. 353. Hoc interim spacio conclaue illud, vbi epulabatur Scopas, concidit, eaque ruina ipse oppressus cum suis interijt. 4. Acad. 146. Artificia concidere dicebas. 6. I. V. 12. Iuuat me, hæc præclara nomina artificum Verris æstimatione sic concidisse. 2. de Diu. 119. Contrahi animum, & quasi labi atque concidere, & ipsum esse dormire. pro Dom. 135. Et mens debilitata metu cõcidit. pro Pom. 19. Scimus Romæ solutione impedita fidẽ concidisse. de Clar. 43. Themistocles veneno epoto mortuus cõcidit. Item, Concidere animo. 1. Tusc. 89. Lucius Brutus in prælio cõcidit. 4. ad Her. 13. Vrbs, conflagrata cõcidit. ‖ Att. lib. 10. ep. 7. Languentibus nobis concidat.

✠ ADVER. *Funditùs. 1. de Din. Indignissimè, tarde nimium, pro Sest. Repentè, Subitò, 2. de Diu.*

☞ Syntax. *Fides cõcidit, homo, vrbs, mens, animus. Animo concidere.*

CONCIDO, dis. *cædo, trucido.* pro Flac. 73. Membra vxoris fustibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. 3. in Verr. 122. Concidere aliquem virgis. 5. in Ver. 155. Cæde, concide. 3. de Orat. 4. Cùm omnem authoritatem Senatus in conspectu populi Romani concideres. 5. I. A. 28. Vos decretis vestris Antonium concidistis. Quin. Frat. lib. 2. ep. 4. Vatinium arbitratu nostro concidimus. 4. Acad. 42. Hæc autem vniuersa concidunt etiam minutiùs. 1. de Nat. 94. Concidere aliquem totis voluminibus. Ora. 231. Concidere & delumbare sententias. Orat. 230. Infringere & concidere numeros.

✠ ADVERB. *Minutiùs, 4. Acad.*

CONCISVS, a, um. *cæsus, trucidatus.* de Pro. 9. Pòst concisæ sunt optimæ cohortes. Att. lib. 5. epist. 16. Sed tamen equites nostros concisos à Barbaris nunciabant. Epist. lib. 10. epist. 32. Pansæ exercitus concisus est. ad Atticum li. 16. epist. 1. Agrippethas Bruthroti concisos audio. 12. in Antonium. 11. Antonius nondum erat vestris tam grauissimis, tamq; multis iudicijs ignominijsque concisus.

☞ Syntaxis. *Concidere neruos. Virgis aliquem concidere. Alicuius concidere authoritatem. Concidere aliquem. Concidere sententias, numeros. Cohortes, equites, exercitus concisus.*

CONCILIABVLVM, i. de Diu. in Frag. Cohortatione circum conciliabula antecellunt.

CONCILIANDVS, a, um. *cogendus, colligendus, acquirendus.* 1. de Orat. 143. Etiam illa cognôram, initiò conciliandos eorum esse animos qui audirent. 4. I. V. 137. Offensionem & inuidiam pecuniæ cõciliandæ causa susciperet. 12. I. A. 11. Mea persona ad istam pacem conciliandam minimè fuit deligenda. Orat. 162. Aut enim negligenda nobis fuit voluptas audientium, aut ars eius conciliandæ reperienda.

CONCILIATIO, onis. *communio, commonitas.* 1. Offi. 149. Communem totius generis hominum conciliationem & consociationem colere, tueri, seruare debemus. 4. Acad. 131. Honestum autem quod ducatur à conciliatione naturæ. Zeno statuit finem esse bonorum. 2. de N. 78. Deos inter se quasi ciuili conciliatione & societate esse coiunctos. 2. de Or. 216. Quæ permotionis causa vehementer, vel conciliationis causa leniter aguntur. *id est, beneuolentiæ, fauoris.*

¶ *Captatio, comparatio.* pro Clu. 84. Pecuniam Staleno dedit Oppianicus ad conciliationem gratiæ.

✠ ADIVNC. *Ciuilis. 1. de N. Communis. 1. Offi.*

CONCILIATRICVLA, læ. pro Sest. 21. Alter erat nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

CONCILIATRIX, cis. 1. de N. 78. Natura blanda conciliatrix, & quasi sui lena. de Amic. 37. Virtutis opinio est conciliatrix amicitiæ. 1. de Leg. 27. Oratio, quæ conciliatrix est humanæ maximè societatis.

✠ ADINVC. *Blanda, 1. de Nat. deor.*

CONCILIATVS, a, um. *sedatus.* Att. lib. 14. ep. 14. Puero quoque ✠ hoc à me dabis, vt animum eius conciliatum reddas. ‖ *Aliter. Lamb.*

¶ *Coactus.* 4. I. V. 140. Vtrum cùm iudices sitis de pecunia capta & conciliata, tantam pecuniam captam negligere potestis?

CONCILIO, as. *acquiro, paro, comparo, reconcilio, deuincio, beneuolentiam coniungo, charitatem inter aliquos iungo, cum aliquo consuetudinem & amicitiam iungo, aliquem ad amicitiam adiungo, amicitiam cum aliquo constituo.* ‖ *Admonendos censui adolescentiores ne dicãt consiliare aliquam cum aliquo (vt iam fere passim) sed inter se, vel alicui, sic enim optimi scriptores loquuntur.* Part. 53. Amplificatio est grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. Att. lib. 1. ep. 2. Conciliare sibi voluntatem alicuius. Ep. lib. 4. ep. 13. Careo omib. amicis, quorum beneuolentiam nobis conciliârat Resp. lib. 3. ep. 10. Citiùs veterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem. & lib. 5. ep. 7. Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, respub. nos inter nos conciliatura coniunctura; sit. ad Octau. Cui nulla dignitas maiorum conciliasset opem potentium. pro Arch. 17. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat ab omnibus. 2. Offi. 17. Conciliare sibi animos hominum, & ad vsus suos adiungere. 1. de Fin. 52. Liberalitas, qua, qui vtuntur, beneuolentiam sibi conciliant & charitatem. pro Deiot. 39. Deiotarus, quo cum mihi amicitiam resp. conciliauit, hospitium voluntas vtriusque coniunxit. 4. I. V. 142. Inuenta est ratio, quare H-S. CXX. millia vno genere conciliauit. pro Clu. 7. Si quis deus vestram mihi beneuolentiam ad audiendum conciliaret. pro Mur. 41. Magnitudo negocij conciliat gloriam. & *ibidem.* Largitio æquitatis conciliat gratiam. 2. de Orat. 207. Eumque cui conciles hunc amorem, significes nihil ad vtilitatem suam retulisse. & *ibidem.* 206. Namque hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio charitatem. & 182. & 200. Ea quæ omnia valde beneuolentiam conciliant. & 115. Vt conciliemus nobis eos qui audiunt. & 200. Conciliare sibi beneuolentiam populi. 4. Acad. 131. Frui rebus ijs, quas primas homini natura conciliet.

¶ *Procuro.* Epist. lib. 10. epist. 27. & 1. de In. 91. Conciliare pacem inter ciues.

¶ *Aungo.*

¶ *Adiungo.* de Ar. 57. Parentibus & patriæ nos primùm natura conciliat, 1. Off. 50. Oratio cõciliat inter se homines, cõiungitq; naturali quadam societate. pro S. R. 63. Feras inter se partus atque educatio & natura ipsa conciliat. Ep. li. 12. ep. 23. Antonius legiones sibi conciliare pecunia cogitabat. ad Brut. ep. 7. Itaque nostra necessitudo debet conciliare te illi.

CONCILIOR, ris. *adiungor.* 3. de Fin. 16. Simulatque natum sit animal, ipsum sibi conciliari & commendari ad se conseruandum. pro Pomp. 70. Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari puto. 2. de Ora. 182. Multum valet ad vincendum, animos iudicum conciliari, quàm maximè ad beneuolentiam erga oratorem. & 122. Ordiri orationem, in quo concilietur auditor, &c. & 2. de Or. 206. Sentimus amorem conciliari, si id velle videare, quod sit vtile ipsis, apud quos agas, defendere.

✠ ADVER. *Quam maximè animos, valdè Beneuolentiam, 2 de Orat.*

☞ Syntaxis. *Conciliare inuidiam, offensionem, pecuniam, pacem, fidem, beneuolentiam, charitatem sibi, alicui. Inter ciues conciliare pacem. In oratione conciliatur auditor.*

CONCILIVM, lij. *cœtus congregatio, consilium, numerus, classis.* 2. de Fin. 11. Quid necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere. & 77. Opiniones, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioque proferendæ sunt. 1. de Nat. 18. Tum Velleius fidenter sanè, &c. tanquam modò ex deorum concilio & ex Epicuri intermundijs descendisset: Audite, inquit, &c. 1. de D. 49. In Deorum concilium vocari. Sal. in Cic. 3. In concilio deorum fuisse. & *ibid.* In concilio deorum admitti. 1. Tus. 72. Ijs deuium quoddam iter est seclusum à concilio deorum. in Vat. 18. Conuocare concilium. 3. Offi. 38. Concilium pastorum. pro Dom. 74. Quoniam plebi quoque vrbanæ mores, conuenticula, & quasi concilia quædam esse voluerunt. de Somn. 4. Concilia cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. de Sen. 85. Cùm in illud animorum concilium cœtumque proficiscar. 2. de Leg. 31. Augures possunt concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere. 2. In 52. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit. Quint. Frat. lib. 3. ep. 1. Cogito inducere di-
✠ centem Apolinem in concilio Deorum, qualis. ‖ 3. de Leg. 42. Quippe cui liceat concilium, simulatque intercessum turbarique cœptum sit, dimittere, quod qui permouet cum agi nihil potest, vim quærit. 3. Offi. 25. Itemque magis est secundum naturam. pro omnibus gentibus si fieri possit, inuandis aut conseruandis, maximos labores molestiasque suscipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in concilio cælestium collocauit, quàm viuere in solitudine non modo sine vllis molestijs, sed etiam in maximis voluptatibus. pro Dom. 74. Quoniam plebi quoque vrbanæ maiores nostri conuenticula, & quasi concilia quædam esse voluerunt.

✠ ADIVNC. *Amplissimum, Postquam in Senat. laudabile, atque Populare. 15. Fam. Priuatum) (publicum Orbis terræ. 3. de Fin. Summum, de Senec.*

☞ Syntaxis. *Concilium plebis, virtutum, Deorum, animorum. Cõcilium ac cœtus. Conuenticula, & quasi concilia. In concilium adducere, admittere, proficisci, Concilium habere.*

CONCINNE, *pulchrè facetè.* 2. de Or. 81. Hæc quidem sunt concinnè distributa, sed non peritè. 2. de Nat. 69. Concinnè vt multa Timæus. *id est, facetè.* pro Quin. 49. Hunc rogat blandè & concinnè.

CONCINNITAS, atis. *compositio lenis, & numerosa concinnitudo, decentia.* Or. 81. Collocata verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt. Or. 149. Forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum. & 83. Illa concinnitas, quæ verborum collocationem illuminat. de Clar. 38. Vt memoriã concinnitatis suæ relinqueret. & 286. & 325. Ornata sententiarum concinnitas.

✠ ADIVNC. *Ornata, de Clar.*

CONCINNITVDO, nis. *concinnitas.* 1. de In. 25. Exordium splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum debet habere.

CONCINNO, as. *adorno, aptè compono.* Ep. lib. 12. ep. 16. Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum ex instituto meo. de Fin. lib. 5. 83. Vides vt hæc concinnant.

☞ Syntaxis. *Concinnè dicere. Concinnitas in oratione. Ornamenta concinnant.*

CONCINNVS, a, um: & CONCINNIOR. *ornatus, numerosus, elegans, politus, facetus, aptus. nam Cinnus commissio est.* Qu. Frat. li. 3. ep. 1. Mihi erit curæ tectorium vt cõcinnum sit. de Cl. 325. Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm venustæ & concinnæ. Or. 65. Sophistæ concinnas magis sententias exquirunt, quàm probabiles. de Clar. 271. Concinnæ acutæq; sententiæ. I. P. 59. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus è scho-
la. 5. de Fin. 13. Aristo concinnus & elegans. 3. de Orat. 98. Concinna, distincta, ornata, festiua oratio. 4. ad Heren. 32. Lepida & concinna exornatio. 3. de Orat. 201. Reditus ad rem aptus & concinnus. Orat. 21. Alij in eadem iciunitate concinniores. *id est. faceti, florentes etiam, & leuiter ornati.* I. P. 22. Hic autem nec tam
✠ concinnus helluo, nec tam musicus iacebat, &c. ‖ 3. de Ora. 205. Verborum concinna transgressio.

☞ Syntaxis. *Concinnum tectorium, sententia. Homo concinnus ad persuadendum. Exornatio concinna, reditus ad rem, helluo. Elegans, aptus, & concinnus.*

CONCINO, nis. *simul cano, conuenio, quadro.* 5. de Fin. 83. Videsne vt hæc concinant? & hercule mirabilis est apud illos contextus rerum: respondent extrema primis, media vtrisque, omnia omnibus. 2. de Nat. 19. Omnes mundi partes inter se concinentes. * Oecon. 1. Vbi certis numeris ac pedibus velut facta conspiratio-
✠ ne consensit atque concinuit chorus. ‖ 1. de Nat. 16. Antiocho Stoici cum Peripateticis, re cõcinere videntur, verbis discrepare. *Lamb. consentire.*

CONCINOR, ris. *canor.* pro Sest. 43. Hæc tum à me tanquam fata in ipsa re generanda concinebantur. 1. Tusc. 106. Hæc cùm pressis & flebilibus modis concinuntur, difficile est, &c.

CONCIO, onis. *conuentus vel multitudo hominum, corona, consilium, scena.* 1. de Nat. 63. Libri Protagoræ in concione combusti. 2. de Orat. 242. Quid aliud fuit in quo concio rediret, nisi illa vultus & vocis imitatio? pro Sest. 28. Consul aduocat concionem, habet orationem talem, qualem, &c. 5. in Verrem. 185. Aduocare concionem donandi causa. de Amicit. 95. Concio quæ ex imperitissimis constat. Orat. 214. Clamor concionis. Attic. lib. 1. ep. 18. Ex hac ego lege secunda concionis voluntate omnia illa tollebam, quæ. &c. pro Flac. 15. Nullam maiores nostri vim concionis esse voluerunt. pro Flac. 15. Quæ scisceret, aut quæ populus iuberet, se mota concione iuberi veteratique voluerunt. & *ibid.* 16. Græcorum totæ resp. sedentis concionis temeritate administrantur. de Aruspic. 46. Ista labes eas habet conciones, ea miscet, ea turbat. * pro Flac. 54. Cuius lingua quasi flabella se-
✠ ditionis illa tum est egentium concio ventilata. ‖ 6. In Ver. 110. Præstò mihi Sacerdotes Cereris cũ infulis: ac verbenis fuerunt, cõcio cõuentusq; ciuium, in quo ego cum loquerer, tanti fletus, gemitusque fiebant, vt acerbissimus tota vrbe luctus versari videretur. Postquam. in Sen. 12. Cum vero in Circo Flaminio non à Trib. plebis consul in concionem, sed à latrone Archipirata productus esset. 4. Acad. 144. Quid me igitur Luculle in inuidiam, & tanquam in concionem vocas. pro Font. 29. Quem cum in concionem Gracchus vocari iuberet, & viator quereret, quem Pisonem? &c. Att. lib. 15. ep. 15. Quæ quidem promissorum eius erant φιλόλογα & dignitatis meæ, vt vel in concione dicere auderem. Epist. lib. 7. ep. 18. Epistolam tuam quam accepi ab Arruntio conscidi innocentem, nihil enim habebat quod nõ vel in concione recte legi posset. 2. de Leg. 61. Honoratorum virorum laudes in concione memorantor Att. lib. 8. epist. 9. Nè ego istas literas in concione recitari vellem. & lib. 4. ep. 3. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appij, furiosissimæ Publij.

¶ *Oratio ad populum.* pro Sest. 107. P. Lentulus habuit concionem
✠ de me, ad quam pop. Romani concursus est factus. ‖ 14. In Ant. 16. P. Apuleius doloris mei concionem habuit maximam populo Ro. vnum atque idem sentiente. &c. I. P. 34. De mea salute, P. Lentuli, Cn. Pompeij, cæterorumque principum celeberrimæ & gratissimæ conciones fuerunt. Epist. lib. 5. ep. 2. Atque ille me abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. lib. 9. ep. 14. Legi concionem tuam, nihil illa sapientius. Antequam. 19. In concione mea nihil ponam de rebus meis gestis. Ep. lib. 11. ep. 14. Meæque illæ vehementes conciones, tanquam συγγράμματα esse videntur. 2. Contra Rull. 1. Eam primam habent concionem, qua gratiam beneficij vestri cum suorum laude coniungant. * pro C. Cornel. 1. Quam ego causam longè aliter prætor in concione defendi.

¶ *Suggestum.* ‖ Att. lib. 4. ep. 2. & Postquam in Sen. 11. Subitò ille
✠ in concionem ascendit. & de Fin. lib. 2. 74. Quid enim mereri velis iam cum magistratum inieris, & in concionem ascenderis, vt dicas, &c.

✠ ADIVNC. *Accuratæ, graues, vniuersa, de Clar. Acerbissimæ. Cuncta. 14. Phil. pro Cai. Rab. Celeberrimæ, & Grauissimæ, improbæ, præclara, in Piso. Crebræ. 1. Fam. Domestica, Necessariæ. pro Dom. Externa, Insanissima. Turbulenta vehemens. pro Mil. Funebris. 2. de Orat. furiosissimæ, Temerariæ, 4. Attic. horribilis perditæ. 14. Att. Infinita. 2. de Diu. Legitima de Opt. gen. Ora. Lentæ seditiosæ, vehemens & grauis. pro Clu. Maior. 1. de Or. Malæ, Secũdæ,* Id est Fortunatæ. 2. *Cõt. Rull. Miserè. Non iniucunda miseris, inanis improbis,*

Beatis.

Beatis non grata, bonis non grauis. 1. Att. Molestæ tumultuosæ. 2. Fam. Multæ Magnæque. 6. Fam. Orba ab optimatibus. pro Flac. pestifera Santissima. 13. Phil. proxima, Sceleratæ, tota. pro Dom. Quotidianæ Turbulentæ, veræ, non conductæ, pro P. Sestio Sapiens. 9. Famil. Timidissimæ. 7. Attic. vehemens. 1. epist. ad Quint. Fra.

☞ Syntaxis. *Concionem aduocare, habere. Concio celeberrima, gratissima. In concionem ascendere.*

CONCIONANDVM. 1. Tus. 117. Quæ cùm ita sint, magna tamen eloquentia est vtendum, atque ita velut superiore è loco concionandum, vt homines, &c.

CONCIVNCVLA, læ. Att. lib. 2 ep. 16. Quod vectigal superest domesticum, præter vicesimam, quæ mihi videtur vna conciuncula, clamore pedissequorum nostrorum esse peritura.

CONCIONALIS, le. Att. li. 1 ep. 13. Illa concionalis hirudo ærarij. & Qu. Fra. lib. 2. ep. 4. Clamor concionalis: *id est, concionis.*

CONCIONARIVS, a, um. Quin. Frat. lib. 2. epist. 3. Populus concionarius.

CONCIONATOR, oris. 4. I. C. 9. Intellectum est, quid interest inter leuitatem concionatorum, & animum vere popularem.

CONCIONOR, aris. *concionem habeo.* Att. li. 9. ep. 18. Cæsar postero die in oppidum introiuit, concionatus est, inde Romam contendit. de Ar. 8. De religionibus sacris concionatus est Clodius. Quin. Fra. lib. 2. ep. 5. Cato concionatus est, comitia haberi non siturum. Ep. li. 10. ep. 31. Cùm Lepidus concionaretur, atque omnibus scriberet, se consentire cum Antonio. 5. Tus. 59. Idemq; cùm in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. ‖ Ep. lib. 12. ep. 22. At etiam de te concionatur: nec impunè; nam sentiet quos lacessierit.

✠ ADVER. *Impunè. 12. Fam. Sordidè. 15. Att.*

* CONCIPIENDVS, a, um. Hortens. Literis talibúsque doctrinis antè excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui
✠ & præparari decet. ‖ 5. de Fin. 64. Nos ad Idæa sacra concipienda virum optimum delegimus.

CONCIPIENS, tis. *excipiens.* 2. de N. 81. Semen incidens in concipientem comprehendentémque naturam.

CONCIPIO, is. *cum ad semen, & ad generandum propriè pertinet, significat comprehendo, colligo, accipio, imbibo.* 2. de N. 26. Omnia quæ terra concipiat semina, temperatione caloris orti & augescere. 2. de Diu. 49. Vtrum igitur cum conceperit mula, an cum pepererit, ostentum est? pro Clu. 33. Vt id quod conceperat, seruaret, vt saluum parere posset.

¶ *Suscipio* 1. Offi. 121. Ipsa senectus concipit dedecus. 2. de Diu. 81. Imbecilli animi superstitiosa ista facile concipiunt. 2. de Or. 190. Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest.

¶ *Exprimo.* Qu. Frat. lib. 2. ep. 14. Concipere vadimonium.

¶ *Nosco, intelligo, assequor, cogito.* 3. Offi. 107. Quod ita iuratum est, vt mens conciperet fieri oportere, id obseruandum est. 1. de Leg. 59. Principiò quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente concipimus.

¶ *Admitto, patroc. exprimor, percipio.* 1. Tusc. 72. Qui in repub. violenda fraudes inexpirabiles concepissent. 2. I. C. 7. Concipere scelus. 3. I. V. 9. Non tibi maius in sese scelus concepit, cum fana spoliaret, &c. quàm ij, si qui istum, &c. sententia sua liberauerint. pro Syl. 16. Quod flagitium non cum Antonio concepisti. 1. de N. 66. Ita necesse fuit, aut hæc flagitia animo concipere, aut, &c. 7. in Verr. 72. Concipere furorem ex maleficio. 3. de Leg. 32. Concipere vitium. 6. I. V. 101. Concipere magnam cupiditatem auribus. *id est, ex auditu.*

CONCIPIOR, ris. *exprimor, pronuncior* 3. Offi. 108 Quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere periurium est.

¶ *Excipior, attrahor.* 2. de N. 138. Animæ pars redditur respirando, pars concipitur parte quadam quam ventriculum appellant.

CONCEPTVS, a, um. *excogitatus, fictus, occultatus.* pro Syl. 67. Furor biennio antè conceptus erupit in meo cõsulatu. Postquam. ad Quir. 1. Odium in aliquem conceptum tamdiu continere de Ar. 55. Veruntamen nocturnis vigiliis iustitium illud conceptum ac meditatum est. 4. Tus. 21. Discordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta. & 1. Tusc. 96. Cum iam in præcordijs conceptam mortem contineret.

¶ *Verè genitus.* pro Clu. 31. Vt vnà & illa, & quod erat ex fratre conceptum, necaretur. 2. de Diu. 68. Iráne censes? antè coronam extitisse, quàm herbarum conceptum esse semen?

¶ *Translatione nutritus.* pro Mur. 84. Hoc quod conceptum resp. periculum parturit, consilio discutiam.

¶ *Acquisitus.* 3. de N. 91. Is non à deo immissum dolorem, sed conceptum à seipso continebat.

¶ *Perceptus.* Antequam. 1. Si liberûm conceptã dulcedinem animo inclusam continetis. 2. de Fin. 6. Voluptas animo concepta atque comprehensa.

¶ *Obiectus.* 2. I. V. 49. Vos aliquot iam per annos cõceptam huic ordini turpitudinem atq; infamiam delere potuistis.

¶ *Contractus.* pro S. R. 66. Sanguis paternus, ex quo si qua macula concepta est, laui non potest. *Alias elui.*

¶ *Excogitatus.* 6. I. V. 72. Magno scelere concepto.

✠ ADVERB. *Firmè Animo. 2. de Fin. Iamdiu postquam ad Quir.*

☞ Syntaxis. *Natura, id est, terra concipiens & comprehendens Concipere ignem. Animo, menteq; concipere. Sceleris furorem concipere. Conceptum & comprehensum animo. Concepta macula, turpitudo.*

CONCISIO, nis. Part. 19. Concisione verborum.

CONCISSVS, a, um. *minutus, breuis, angustus.* 2. de Orat. 61. Philosophi angustis & concisis disputationibus illigati. & 327. Quanquam hoc ipsum imus, &c. concisum est. 3. de Orat. 200. Distinctè concisa breuitas. Orat. 159. Concisum non concæsum. Orat. 40. Thrasymachus minutis numeris concisus. de Cl. 66. Concisæ sententiæ. & interdum non satis apertè cùm breuitate, tum nimio acumine. * *Participium vide supra post.* CONCIDO.

☞ Syntaxis. *Concisa disputatio, breuis ac hominis sententia.*

CONCITATIO, onis. *motus, commotio.* Qu. Frat. lib. 1. ep. 1. Vehementes animi concitationes. 5. Tus. 48. Concitatio animi, quam perturbationem voco.

¶ *Tumultus.* de Cl. 56. Plebis concitatione & seditione nunciata.

¶ *Instinctus, inflatus.* 1. de Diu. 34. Concitatione quadam animi aut soluto liberóque motu futura præsentire. & 80. Atque etiam illa concitatio declarat, vim in animis esse diuinam. & 2. de Diu. 27. Concitatio mentis.

✠ ADVNC. *Graues. 5. Tusc. Popularis. pro Sest. vehementes. 1. ep. ad Quin. Ira.*

CONCITATOR, oris. pro Dom. 11. Seditionis stimulator & concitator tu fuisti. pro Dom. 13. Clodius concitator tabernariorum.

CONCITATVS, a, um: & CONCITATIOR. *commotus, permotus, impulsus.* de Som 12. Conuersio cœli concitatior. pro Mur. 65. Ac ipsum & animi quodam impetu concitatum. & vi naturæ atque ingenij elatum iam vsus flecteret, dies leniret, ætas mitigabit. 1. de Orat. 204. Si quis esset satis concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ veritatis. de Cla. 306. Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus. ‖ pro de Dom. 54. Conscribebas palam non modo liberos, sed etiam seruos ex omnibus vicis concitatos. * pro M. Scau. Vxor pellicatus dolore concitata.

✠ ADVERB. *Populariter, Seditiosè concitare. pro Cl. publice. 1. In Cat. Temere in Odium. 2. de Inuent.*

CONCITO, as. *excito, incito, moueo, facio, conflo, sollicito, instammo.* 1. de Orat. 227. Concitare misericordiam populi. & 2. de Orat. 235. Concitare risum. 7. I. V. 21. Concitare inuidiam in aliquem. 1. de Inu. 100 Concitare grauem offensionem in aliquam rem & iterum, 105. Concitare magnum odium in aliquem hominem. pro Mur. 83. Concitate seditionem ac discordiam. Epist. lib. 2. ep. 1. Vt quam expectationem de te concitasti, hanc sustinere ac tueri possis. pro Mil. 59. Cum totius Italiæ concursus, quem mea salus concitauerat, facti illius gloriam libens agnouisset. Epist. lib. 10. ep. 31. Non modò nationes, sed etiam seruitia concitare.

CONCITOR, ris *sollicitor, perturbor, permoueor.* 4. Acad. 144. Quò enim spectat illud, nisi vt opifices concitentur. Or. 128. Alterum, quo perturbantur animi, & cõcitantur. 2. de Or. 191. Hominem irasci, dolore, omni animi motu concitari.

¶ *Excitor.* 4. I. C. 6. Noua quædam misceri & concitari mala. Epist. lib. 15. ep. 4. Cum magnum bellum in Cappadocia concitaretur.

¶ *Agitor, incitor, agor.* 1. de Diu. 66. Cum à corpore abstractus animus diuino instinctu concitatur

CONCITVS, a, um. *commotus, pronus.* pro Cecin. 14. Defensor nimiùm litigiosus, concitus ad rixam.

CONCLAMO, as. 6. I. A. 2. Cum vos vniuersi vna mente & vna voce iterum à me conseruatam esse rempublicam conclamastis. in Verr. Conclamant omnes, & approbant ita fieri oportere.

CONCLAVE, vis. *cubiculum, triclinium.* 6. in Verr. 8. Singula conclauia, quæ iste & Romæ & in omnibus villis habet, tricenos lectos optimè stratos cum cæteris ornamentis conuiuij quæreret. 1. de Diuinat. 26. Conclaue illud, vbi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. 2. de Orat. 355. Hoc interim spacio conclaue illud, vbi epulabatur Scopas, concidit. Quint. Frat. lib. 3. epist. 4. Tectum quod super conclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum. pro Dom. 116. Porticus cum conclauibus pauimenta trecentùm pedum. Qu. Fr. lib. 3. ep. 9. In primisque inferior porticus & eius conclauia fiunt rectè. pro S. R. 64. Cum pater ornatus cubitum in idem conclaue cum duobus filijs isset.

CONCLVDO, dis. *peroro, efficio, inficio, infero, complector, colligo.* pro Sest. 136. Sed vt extremum habeat aliquid oratio mea conclu-

dam illud de optimatibus.2.de Orat. 307.Deinde vt concludamus atque ita peroremus,natura ipsa præscribit.Orat. 122. Post omnia perorationem inflammantem restinguentémue concludere.& *ibid.* Singulas argumentationes ita concludere,vt efficiatur,quod sit consequens ijs quæ sumentur ad quamq; rem confirmandam.& 137. Vt argumentum ratione concludat.1. de Inu.73.Hoc si nolis inferre,& inferas quod sequitur,fecit igitur incestum:& concluseris argumentationem, & perspicuam fugeris complexionem.2.de Ora.215.Demonstrare quod concludere aduersarij velint, non effici ex propositis, nec esse consequens.1.de N.90. Argumenti sententiam concludere more dialecticorum.4. Aca. 27. Quod si ita esset, quomodo quenquam concluisse aliquid aut inuenisse diceremus,aut quæ esset concluſi argumenti fides. 1. de Diu. 71. Cratippus ex ipsis exemplis solet ratione concludere,hoc modo,si,&c.

CONCLVDENDVM. 2.de Diu.103.O acutos homines,qui paucis verbis negocium confectum putant, ea sumunt ad concludendum,quorum his nihil conceditur.

CONCLVDO,dis.*colligo*.2.de Ora.199.Concluſiq; ita,vt dicerem, &c.5. I.V. 163. Conclusurum me esse crimen decumarum dixeram.& 6.Ver. 115. Vt aliquando totam huius generis rationem concludam atque definiam. Attic.lib.13.epist.29. Dolabellæ nomen iam expeditum videtur, vt etiam representatione concludam. 2. de Finib. 63. Deinde concludebas, dolorem esse summum malum.

¶ *Claudo,cogo,constringo*.de Cl.34. Natura ipsa circunscriptione quadam comprehendit concluditq; sententiam. Orat. 230. Explere & concludere sententias.de Vn.8. Deus intelligentiam in animo,animum concluſit in corpore.5.de Fin.56.Ne bestiæ quidem,quas delectionis causa concludimus, facilè patiuntur sese contineri.

CONCLVDOR,ris.*inferor,colligor*.1.de Fin.22.Epicurus non quomodo efficiatur, concludaturque ratio, tradit.1.de Diu.61.Illa igitur ratio cõcluditur,nec id quod &c.2.de Fin.3. Commodius arbitror ex rebus concessis concludi quid velis, & ad exitum peruenirì.1.de Diu.82. Quæ quidem esse reuera,hac Stoicorum ratione conclu litur,si sint Dij,&c.

¶ *Terminor, circumscribor,claudor,finior*. Orat. 100. Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione conclu litur.Epist.lib.5.ep. 12. Si alicuius ancipites varijq; casus exitu notabili concluduntur,expletur animus iucundissimæ lectionis voluptate.pro Mur. 41. Prouincia in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur.1. de Leg.17.Vt hoc ciuile ius quod dicimus,in paruum quendam & angustum concludatur locum naturæ.7. I. V. 95. Vrbe portus cingitur & concluditur.1.de Orat. 260. Orator autem concludatur in ea, quæ sunt in vsu ciuitatum vulgari & forensi.pro Quin.67.In hoc singulare iudicium causa omnis concluditur.

✠ ADVERB. *Acriter,male,in Part.Acute,1.Tusc.Ad extremum,pro Mur.Aliquando,de Amic.Angustius, Breuius. 2. de Nat. Apertè, Dissimulanter numeros. variè dissimulanterque,de Clar. Breuiter. 2. de Legib. Commodius.2 de Finib.Contortius. 3. Tusc. Inconsideratè,probabiliter,de Fat.Male,Orat.Rectissimè.Vitiosè.4.Acad.*

CONCLVSE,*definitè,circumscriptè*.Orat.177.Aptè,& concluse aliquid dicere.

CONCLVSIO, onis.*clausula,peroratio,epilogus, complexio, & argumentatio ipsa*.1.de Inu. 98. Cõclusio,est exitus & determinatio totius orationis. 2. de Orat. 80. Tum alij conclusionem orationis, & quasi perorationem collocant. 2. de Diu. 103. Conclusio autem rationis ea probatur,in qua ex rebus non dubijs,id quod dubitatur,efficitur.4.Aca.67. Hæc conclusio quam habeat vim, considera *id est,argumentatio,vel ratio*. Qu.Fat.lib.1.ep.1. In extrema parte & conclusione muneris ac negocij tui diligentissimus sis.Ora.195.Conclusio sententiarum.3.de Or.179. Conclusio verborum. *id est,clausula*. de Cl. 33. Conclusio ad numerum. ✠ 2. ad Her. 47. Conclusiones, quæ apud Græcos συλλογισμοὶ Nominantur tripartitæ sunt.3.de Orat.201. Orationis apta conclusio. 4.ad Her.42.Conclusio est,quæ breui argumentione,ex ijs quæ ante dicta sunt aut facta conficit, id quod necessario consequatur.1.de Fin.30.Interesse inter argumentũ, conclusionemq; rationis.3.de Nat. 18. Acutulæ & breues conclusiones. 1. de Inuent. 45. Conclusio simplex ex necessaria consecutione. 2. ad Her.38. Cõclusionis reprehensio duplex.3 ad Her.15.Conclusionibus breuibus vtemur,*in demonstratiuo genere*.enumeratione ad exitum causæ.

✠ ADIVNC. *Acuta,vetus & Breuis. 2. de Nat. Aptæ rationis.3 de Orat. Artificiosa. 2. de Orat. Communis innumerabiles, ratæ,Top. Breues & acutæ. 3. de Nat. extrema,Non solùm vera,sed perspicua,Facilis.5. Tusc. Fortuita.1. Acad. Necessaria, postrema,Simplex.1.de Inuent.Tota vera,2.de Diu.*

¶ *Conclusio,exornatio est,quæ breui argumẽtatione,ex ijs quæ antedicta sunt aut facta,confitit id quod necessariè consequatur*, &c.4. He-Herenn.41.

CONCLVSIVNCVLA, læ.4.Acad.75. Fallaces conclusiunculæ. L. CONTORTVLVS.

✠ ADIVNC. *Contortulæ & Minutæ.2.Tusc. Fallaces. 4. Acad.*

CONCLVSVS, a, um.*clausus*.2.de Nat. 20. Concluſa aqua facilè corrumpitur.& *ibid.* Angustia concluſæ orationis. Ora.20.Oratio non concluſa.) (*Oratio terminata*.1.de Orat.187. Omnia quæ sunt concluſa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt.pro Qu. R. 15. In hanc formulam omnia iudicia concluſa & comprehensa sunt. Orat. 170. Sententia aptè verbis comprehensa & concluſa.

¶ *Patratus, decretus*. 4.I.V.82. Facinus crudelitate perfectum & concluſum.

¶ *Collectus,determinatus,definitus*. 2.de Fin. 85. Perfecto enim & concluſo,nec virtutibus nec amicitijs vsquã locũ esse,si ad voluptatem omnia referãtur,nihil præterea magnopere dicendum. *¶ *Illatus*. 1.de Fin. 39. Concluſum est contra Cyrenaicos satis acutè:nihil ad Epicurum.

✠ ADVERS. *Similiter.Orat.ad Brut.Subtiliter,1.Tusc.*

☞ Syntaxis. *Concludere perorationem, argumentationes,sententiam. Argumentum concludit. Comprehendo & concludo. Definio & concludo. Expleo & concludo. Vrbs portu cingitur & concluditur. Orator in ea concluſus,quæ. Facinus crudelitate perfectum & concluſum.*

CONCOENATIO,onis.*simposion*.de Senect.45. Græci cõuiuium tum compotationem,tum concœnationem vocant.

CONCOQVENDVM, *meditandum,agitandum,expendendum*. pro Qu.R.45. Tibi diu deliberandũ & concoquendum est,vtrũ, &c.

¶ *Modificãdum*.2.de Fin. 64. Cibus facillimus ad concoquendũ.

CONCOQVENS, tis. *immutans*. 2. de Nat.124. Platalea conchas stomachi calore concoquens,& postea euomens.

CONCOQVO, is. *translatione,vinco,strenuè fero*.Qu.Fra.lib.3.ep.9. ✠ Hæc odia non forbeo solùm, sed etiam concoquo. ‖ Ep. lib. 9. epist.4. Nunc vtra te *ἐρίπνια* magis delectet *χυμωνάσια* ne,an hæc quam noster Diodorus non concoquebat.

CONCOQVOR,*digeror,exteror, mutor*. 2. de Nat. 24. Cleanthes negat vllum esse cibum tam grauem, quin is die ac nocte concoquatur.& 136. Aluus arcet & continet illud quod recipit,vt id mutari facilè & concoqui possit.

☞ Syntaxis. *Deliberã & concoque. Concoquere stomachi calore. Odia forbere, & concoquere. Mutat & concoquit calor.*

CONCORDIA, diæ.*consensus,conspiratio*.pro Clu.152.Equites ordini senatorio concordia coniunctissimos esse cupio. Antequam.9.Pax & concordia extraneis gignetur, cùm iam domesticis non insideat. Ep.lib.12.ep. 15. Hæc conspiratio & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem. Att.li.8.ep. 24. Aliquos perfidia hominum distractos rursus in pristinam concordiam reducere. 3. I. C. 25. Reconciliatio concordiæ. pro Clu.100.Num Marius interpres pacis & concordiæ non probatur. 13. I. A. 2. Si Cinna concordiam cum Octauio confirmare voluisset. Att.lib.7.ep.3. Si ad concordiam res adduci potest. & lib.9.ep.11.Demetrij liber de concordia.* Oecon,1.Ex eiusmodi vocum concordia non solùm ipsis canentibus amicum quid dam & dulcè resonat, verùm etiam spectantes audientesque lætissima voluptate permulcentur.1. de Fin. 47. Quia pacem animis afferat *temperantia*:& eos quasi concordia quadam plecet ✠ ac leniat. ‖ Att. lib.1. ep. 14. Multa à me de ordinum dignitate, & concordia dicta sunt Calend.Decemb. & postride. & *ibidem*. Sic ego cõseruans rationem,institutionemque nostram,tueor, vt possum,illam à me conglutinatam concordiam. & epist. 15. Senatus autoritatem abiecit, & ordinum concordiam disiunxit.Att.lib.8.ep.15.Vt in Italia possemus aut concordiam constituere,qua nihil vtilius videbatur,aut Remp.summa cum dignitate defendere. 5. In Ver.23. Tantámque habebat morum coniunctionem,atque concordiam,vt Apronius, qui alijs inhumanus ac barbarus, isti vni commodus, & disertus videretur.3.de Fin.21. Viditque rerum agendarum ordinem, & vt ita dicam concordiam. 2. Ofh. 82. Vt omnes constituta concordia sine querela discederent.

✠ ADIVN *Communis.1.Fam. Equestris,1.Att. Gratissima.11.Fam.Incredibilis.8.Phil. Magna.2.in Catil. Pristina.8.Att.Singularis.3.Phil.*

☞ Syntax. *Gigni concordiam.In concordiam reducere.Ad concordiam adducere.*

CONCORDISSIME. pro Rab.14.Mors illi acerba eius fratris, qui eum concordissimè vixerat.

CONCORDO, as.*cõsto,congruo,consentio,cum aliquo sentio,idem sentio,concino,concentum seruo*.) *Dissentio*.4. Tusc.30.Sic animi sani-

tas

tas dicitur, cùm eius iudicia opinionesque concordant.

☞ Syntaxis. *Illi concordant. Concordant cum illis nulli.*

CONCORS, dis: & CONCORDISSIMVS, *consentiens, conueniens, coniunctus. Concordes sunt, quorum sensus in aliqua re congruunt.* pro Lig. 5. An ille cum P. Actio, quàm cum concordissimis fratribus esse maluisset. 3. de L. 28. Moderatus & concors ciuitatis status. de Vn. 13. Mundus ipse se concordi quadam amicitia & charitate cõplectitur. de Ar. 45. Quod anno antè frarer Metellus concors etiam tum senatus principi Cn. Pompeio sententiam dicenti excluserat.

☞ Syntaxis. *Concors, frater, status, amicitia, charitas, senatus.*

CONCREDITVS, a, um. pro S.R. 113. Cui fortunæ viui commendatæ sunt atque concreditæ.

CONCREDO, dis. *credo, commendo.* pro Quin. 62. Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiscens, & concredere solebas.

CONCREPO, as. *perstrepo.* 3. Off. 75. Si vir bonus hanc habeat vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hac vi non vtatur. 2. Contra Rull. 81. Qui simul ac decemuiri concrepuerint, expediti ad cædem possint esse. pro Cæl. 55. Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

☞ Syntaxis. *Concrepere digitis. Decemuiri concrepant. scabella.*

CONCRESCO, scis. 2. de Nat. 26. Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque niue priuinaq; concresceret, nisi eadem se ademisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

CONCRETIO, onis. *compositio.* de Vn. 42. Causæ, quæ vim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris. 1. de N. 71. Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur. 1. Tus. 66. Deum esse mentem solutam quandam & liberam, segregatam ab omni concretione mortali, &c.

CONCRETVS, a, um. *mixtus, conflatus, quasi conglutinatus, coagmentatus, fictus.* ‖ *Physicorum vulgus. pro hoc vocabulo, compositus introduxit. Nunquamtamen Cicero Conflata ex variis Naturis & in vnum corpus commixta, Composita dixit, vt corpora ex elementis concreta non composita dicuntur,* 1. Tusc. 66. Nihil est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur. 1. Tus. 71. Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatũ, nihil duplex. & 60. Quid enim obsecro te, terrâne tibi, aut hoc nebuloso & caliginoso cœlo, aut sata, aut concreta videtur tanta vis memoriæ? & *ibid.* 61. Quid illa vis? quæ, &c. ex hâcne tibi terrena mortaliq; natura, & caduca concreta videtur? & 47. Nam nunc quidem foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, terrenis concretisq; corporibus sunt intersepta quodam modo. 1. Tusc. 42. Necesse est, vt animi ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur & diuidatur crassus hic & concretus aer, qui est terræ proximus. 2. de N. 42. Aer purus ac tenuis. *(. Cœlum crassum atque concretum.* 1. de Diu. 130. Pingue & concretum esse cœlum. 1. de N. 75. Species deorum, quæ nihil habeat concreti, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis. de Vn. 23. Deus omne quod erat concretum & corporeum, substernebat animo. 2. de N. 101. Aer fusus & extenuatus in sublime fertur: concretus autem in nubem cogitur. 5. Tus. 69. Initia vnde omnia orta, generata, concreta sunt. 1. Tus. 56. Nam sanguinem, bilem, pituitã, &c videor posse dicere, vnde concreta & quomodo facta sint. 3. de N. 30. Corpus concretum ex elementis. & 34. Etenim aut simplex est natura animantis, &c. aut cõcretũ ex pluribus naturis. 1. de D. 18.

Cùm claram speciem concreto lumine luna.
Abdidit. —— I. P. 21. Animal ex nefarijs stupris, ex ciuili cruore, ex flagitiorum impunitate concretum.

☞ Syntaxis. *Concretum corpus, natura, vis memoriæ, aer, cœlum, initia, animal. Mixtum & concretum. Crassum & concretum. Pingue & concretum. Aer in nubem concretus cogitur. Concretum, &c.*

CONCVBINA, næ. 1. de Ora. 183. Cùm quæreretur, &c. & de eius matre: quæ si iudicaretur certis quibusdam verbis, non nouis nuptijs fieri cum superiore diuortium, in concubinæ locum duceretur.

CONCVBITVS, tus. *coniunctio, complexus venereus.* 1. de Nat. 42. Concubitus deorum cum humano genere.

CONCVBIVS, a, um. *cum omnes cubant, intempestus.* 1. de D. 57. Qui cùm cœnati quiescerent, concubia nocte visum est in somnis ei, &c.

CONCVLCO, as. *protero, obtero.* I. P. 61. Piso ad portam Aesequilinam, Macedonicam lauream conculcauit. pro Flac. 53. & pro Dom. 110. Proterere & conculcare aliquem.

CONCVLCOR, aris. At. lib. 8. ep. 11. Conculcari miseram Italiam videbis proxima æstate, ab vtriusque mancipijs, &c.

CONCVMBO, bis: vel CONCVBO, as. de Fat. 30. Quia ita fatum sit, & concubiturum cum vxore Laium, & ex ea Oedipũ procreaturum. & 1. de In. 44. Si peperit, cum viro concubuit.

CONCVPISCO, scis. *cupio.* 1. de Nat. 22. Quid autem erat, quòd concupiscere Deus mundum signis ornare. 1. de Finib. 53. Quæ autem cupiditates inanes sunt, his parendum nõ est: nihil enim desiderabile concupiscunt. 1. de Diu. 51. Cuius mors ita gloriosa fuit, vt eam concupiscere filius. 3. I. A. 33. Quid concupiscas, tu videris: quod concupiueris, certè habebis. Ep. li. 10. ep. 8. Concupiscere aliquid pernicioſum. pro Clu. 26. Is Sasiliam in matrimonium ducere concupiuit. pro Quin. 69. Sicut tu semper summè concupisti. Att. li. 9. ep. 6. Cn. noster Syllani regni similitudinem concupiuit. & lib. 7. ep. 13. Cæsar omnia omnium concupiuit. Or. 4. Qui res magnas, & maximè expetendas concupiuerunt. pro S.R. 105. Prædia alterius concupiscere. Parad. 6. Diuitias infinitè concupiscere. 1. I. A. 29. Credo vos non opes violentas, &c. sed ✠ charitatem ciuium & gloriam concupisse re. ‖ Epist. li. 10. ep. 9. Concupisco nihil mihi.

✠ *ADVERB. Infinitè Parad. Summè. pro Quin. vehementer. pro Q. Ros.*

CONCVPITVS, a, um. 4. Tusc. 24. Nam cùm est concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, &c. permanat in venas illud malum, &c.

CONCVRRENDVM. pro R. P. 18. Si vobis nunciaretur hanc legem ferri, concurrendum ad curiam putaretis. & *ibid.* Conuolaretis ad rostra.

CONCVRRO, ris. *conuenio, conuolo, fugio.* Qu. Fr. lib. 1. ep. 2. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia cõcurret. pro Qu. 79. Vt statim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo DCC. millia passuũ conficiuntur. 6. I. V. 146. Concurrit ad me maxima multitudo. pro Mil. 40. Ipsæ cunctæ Italiæ cupienti signum dedit, vt ad me restituendum Romam concurrerent. At. lib. 16. ep. 3. Ad Balbum scripsi, vt si quid tale accidisset, vt non concurrerent nomine. subueniret, &c. 1. Offi. 45. Quæ vt concurrant omnia, optabila, pro Plan. 78. Sæpe concurrit, vt eodem tempore multa mihi agenda sint. 2. de Diu. 141. Nemo somnijs crederet, nisi ista casu nonnunquam fortè temerè concurrerent. 2. ad Her. 11. Si quæ suprà dicta sunt, signa cõcurrunt. 5. de Fin. 28. Res enim contrariæ concurrunt. 2. Contra Rul. 14. Concurrunt plures vno tempore librarij, deferiptam orationem ad me afferunt. At. lib. 1. ep. 17. Et raptim in eam sententiam pedarij concurrerunt. Ep. li. 10. ep. 30. In aciem copias de vico produxit, & sine mora concurrit. At lib. 8. ep. 3. Nulla est sedes, quò concurrant, qui remp. defensam volunt. ad Brut. ep. Prid. In. 2. Ne darem perditis hominem parùm sanum, quò cõcurrerent. Or. 154. Cùm autem nobis non dicitur, quia obsceniùs concurrerent literæ.

¶ *Confligo, contendo, pugno.* 13. I. A. 38. Vtrum sit æquius, concurrere an consentire, &c. ex epistola. M. Antonij. 3. de Or. 170. Verba ne asperè concurrant, néue vastiùs diducantur.

✠ *ADVERB. Asperè verba, 3. de Ora. Confestim Obscænius literas. Or. statim. pro Qu. Temere, 2. de Diu. vndique. 4 Ver.*

CONCVRRITVR, *concursus fit.* 10. I. A. 21. Concurritur vndique ad commune incendium extinguendum. 2. Contra Rul. 13. Concionem aduocari iubet, summa cum expectatione concurritur. 4. Ver. 133.

CONCVRSATIO, onis. ‖ de Clar. 333. Si operosa magis est con- ✠ cursatio oportunorum. Ep. lib. 1. ep. 1. Libonis & Hipsæi non obscura concursatio & contentio. de Cla. 242. Multa concursatione, multoq; clamore. pro Dom. 14. Quid puerorum illa concursatio nocturna. 2. de D. 146. Cedò tandem, quid sit ordo, aut concursatio somniorum. 11. I. A. 27. In tanta concursatione perturbationum. *aliàs conuersione.* L. CONCVRSVS.

CONCVRSIO, onis. *concursus.* Or. 151. In ea est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte vt vitiosam fugit Demosthenes. 4. ad Her. 19. Crebræ vocalium concursiones. 1. Acad. 6. Corpusculorum concursio fortuita. 1. de Fin. 17. Corpora indiuidua in infinito inani ita ferri, vt concursionibus inter se cohærescant. Top. 76. Concursio rerum fortuitarum.

¶ *Exornatio oratoria* 3. de Orat. 204. Concursio, quæ verborum exornatio est.

✠ *ADIVNC. Crebra vitiosa, Ora. Fortuita. 4. Aca. Spirabilis. 1. Tus. Turbulenta. 1. de Fin.*

CONCVRSANS, tis. 2. de Nat. 115. Corpora huc & illuc temerè concursantia.

CONCVRSO, as. Ep. lib. 1. ep. 1. Vt nostras villas obire, & mecum si mul lecticula concursare possis. pro S.R. 81. Qui armati noctes dieſq; concursabant. pro Mur. 44. Præsertim cum iam hoc nouo more omnes ferè domos omnium cõcursent. 2. de D. 129. Deos immortales cõcursare omnium mortalium non modò lectos, verùm etiam grabatos, &c. At. lib. 1. ep. 13. Concursabant barbatuli iuuenes. 7. I. V. 29. Tum inquam, concursant cæteri prætores. & 79. Obire prouinciam, & concursare.

☞ Syntax. *Concursare. Villas, lectosq; concursare. Obire & concursare.*

CONCVRSVS, sus. *conflictio, conuentio, motus, effusio, concursio.* Att. lib. 5. ep. 16. Concursus fiunt ex agris & vicis, & ex domibus omnibus. de Clar. 288. Cùm Demosthenes dicturus erat, concursus audiendi causa ex tota Græcia fiebant. ad Brut. ep. 3. Nam tantæ multitudinis, quantam capit vrbs nostra, concursus est ad me factus. 6. I. V. 52. Quem concursum factum in oppido putaris? &

7.Ver.65.Et concūrsus vndiq; fiebant.Att.li.1.ep.13.Clamor concursusq; fit.pro Deiot.28.Quos cōcursus facere solebat,quàm se iactare?1.de D.50. Cum Bubulcus clamorem edidisset,concursum esse factum,totamq; in eum locum Hetruriam cōuenisse. Att.li.5.ep.13.De concursu legationum priuatarum, & de incredibili multitudine, quæ mihi mirabilem in modum Ephesi prestò fuit,audisse te puto. I.P.51.Quid dicam effusiones hominum ex oppidis,quid concursum ex agris:pro Dom.142.Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorúmq; cōcursus. Att. ad Brut.ep. 10. Omnis omnium concursus ad te futurus est. 4. Acad.70. Mihi autem magis videtur nō potuisse sustinere concursum omnium philosophorum.Ep.lib.5.ep.13.Quæ cogitatio vi tempestatum & concursu calamitatum labefactata atque conuulsa. de Clar. 25. Concursus quinque artium maximarum, &c. 2. de Fin. 110. Magnus concursus honestissimorum studiorum. * Frag.ep.Ad quem cum fieret concursus.

¶ *Conflictus.*Part.104. Ex rationis,& ex firmamenti conflictione,& quasi concursu quæstio exoritur.1.de N.66.Mundum esse factum concursu atomorum fortuito. Part. 21. Concursus asper literarum.3.de Or.169.Collocationis est, componere & struere verba sic,vt néue asper eorum concursus sit,néue hiulcus. Orat. 150.Extremorum verborum cum insequentibus primis concursus,aut hiulcas voces efficit aut asperas.

✠ ADIVNC. *Admirabilis,Quotidianus.*1.*Phil. Asper, Disiuncti, hiantes,Part. Asper hiulcus sed quodammodo coagmentatus & Leuis.3.de Or. Facilis,Felix,Fortuitus.*1.*de Nat.Grauis.*1.*de Diu.Incredibilis.*4.*Attic. Magnificentissimus.pro Dom.Magnus. 7.Ver. Maximus Omnium.*4.*Ver.*

CONCVSSVS,a,um.pro Mil.79. Concussa hominum licentia,& cupiditatibus fractis.

* CONCVTIENS,tis,4.Tus.19. Terrorem *definiunt* metum concutientem.Ex quo fit vt pudorem rubor,terrorem pallor & tremor,& dentium crepitus consequatur.

CONCVTIO,tis.*vehementer commoueo.*2.in Ant. 109. Is leges Cæsaris,vt rempub.concutere posset,euertit.

CONDECENTIA,tiæ.*concinnitas,decorum,ornatus.*3.de Orat.198. Orator verbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam,sententijs verò ad grauitatem orationis vtatur.

✠ ADINVC. *Apta.3.de Orat.*

CONDEMNATVS, a,um. de Senec.42.& pro Dom.78. Rerum capitalium condemnati.pro Clu.116.Scæuola condemnatus est alijs criminibus. 2. I. A. 56. Antonius Licinium Lenticulam de alea condemnatum restituit. pro Flac. 43. Poles item pecuniæ publicæ est condemnatus.I.P.39.Tuum factum est condemnatum iudicio amicorum.2.in Ant. 4. Cuius etiam familiares de vi condemnati sunt.Ep.lib.6.ep.6. Ea ciuitas,in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuerterunt.

CONDEMNO,as.*damno,accuso.*)(.*Absoluo,libero.* Epist.lib.2.ep.1. Quare si iniquus es in me iudex,condemnabo eodem ego te crimine.1.I.V.30.Ego hoc vno crimine illum condemnem necesse est,de Pro.25. Qui Gabinij literas insigni quadam nota & ignominia noua condemnastis,1.de Ora. 172. Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare sententia mea,pòst etiam impudentiæ.Ep.lib.14.ep.14.Piso sceleris condemnat generum suum.2.de N.73.Cōdemnare aliquem causa incognita.4.I.V.22. Hūc hominem Veneri absoluit,sibi cōdemnat. Brut.ep.In.Ger. In.1. Ego fidem cōsulum nō cōdemnabam,quæ suspecta vehementer erat.I.P.39. Amici tui silentio temeritatem tuā cōdemnauerunt.I.P. 14. Crudelitatis tu furcifer senatū consul in concione condemnas.1.de Or. 233. Cuius responso sic iudices exarserunt, vt capitis hominem innocentissimum condemnarent.

COMDEMNOR,tis.pro Cec.91.Condemnari sponsionis.)(.*Vincere sponsionem.*pro Qu.13.Arbitrium pro socio condemnari.pro S. R. 113. Turpissimo iudicio condemnati.4. I. V. 22. Condemnari iniuriarum.

✠ ADVER. *Gratis,honestè,posterius.pro Cluent.*

☞ Syntaxis.*Condemnatus rei capitalis,furto,de alea.*

CONDICO, cis.*dicto conuemo,significo.*Ep.li.1.ep.9.Crassus penè à meis laribus in prouinciam profectus est, nam cùm mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis.

CONDIMENTVM,ti.*conditio,sapor qui cibos commēdat.*2. de Fin. 90. Socrates dicebat cibi condimentum esse famem, potionis sitim. 3.Offi. 120. Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse nonnihil, vtilitatis certè non habebit. de Amic. 68.Accedat huc suauitas oportet sermonum atque morū, haud quaquam mediocre cōdimentum amicitiæ.2.de Ora.171.Hæc omnium sermonum condimenta sunt. Qu.Fra.lib.1.ep.1. Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

✠ ADIVNC. *Mediocre de Amic.*

CONDIO,is.*præparo,comparo,tempero.* pro Clu. 72. Qui vitia quæ ab natura habet etiam studio atque artificio quodam maliciæ condiuit.Or. 185. Omnino duo sunt quæ condiant orationem, verborum numerorúmque iucunditas. Ep.lib.7.ep.26. Isti herbas omnes ita condiunt, vt nihil possit esse iucundius. 1. Tusc. 188. Persæ mortuos cera circumlitos condiunt. Att.lib.12.ep.39. Hilaritate tristitiam temporum condiebamus.

CONDIOR,ris.*sapore suaui donor.*5.Tus.98.Labor in venatu sudor, cursus ab Eurota,sitis,fames: his enim rebus Lacedæmoniorū epulæ condiuntur.& *ibid.* 97. Quis hoc non videt, desiderijs ista condiri omnia.2.de Orat.212. Oratio illa temperata est,in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur.

☞ Syntaxis. *Condire epulas,mortuos,orationem,tristitiam.Cæs.conditus sale,& facetijs.*

CONDISCIPVLVS, lib.1.Tus.41. Dicæarchus cùm Aristoxeno æquali & condiscipulo suo.1.de Nat.34.Xenocrates Aristotelis condiscipulus.pro Syl. 18. Et se meum condiscipulum in pueritia commemorauit fuisse.Att.li.5.ep.19.Tui condiscipuli. * pro Q.Gall.Multos etiam cōdiscipulos habet in theatro, qui simul literas non didicerunt.

CONDISCO,scis.pro Qu.12. Vt in pecunia tua condisceret, qui pecuniæ fructus esset.pro Plan.13. Cōdiscas,censeo mihi paulo diligentius supplicare.

CONDITIO,onis.*condimentum.*2.de N.146. Perspicuū est enim, quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.1.de Diu.116.Natura fruges terræ,baccásque arborum generi humano dedit, & earum cultus conditionésque tradidit.

¶ *Modus,ratio,lex,pactum pactio,conuentio,fortuna,status,ius.* Ep. lib.10.epist.31. Adde huc,quòd literæ perferri nulla conditione potuerunt.Ep.lib.11. ep.14. Legionem Martiam & quartam negant, qui illas norunt,vlla conditione ad te posse perduci. 5. de Fin.55.Appetit animus aliquid agere semper,nec vlla conditione quietem sempiternam possit pati.pro Mar. 8. Ea vicisti,quæ & naturam & conditionem,vt, vinci possent, habebant. & *ibid.* 12.A quo etiam ipsius,victoriæ conditio,visque deuicta est.pro Rab.16.Harum rerum non solùm euentus atque perpessio, sed etiam conditio,expectatio, mentio denique ipsa indigna, homine libero est.Ep.li.5.ep.16. Homines nos ea lege nati sumus, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: nec est recusandum, quò minus ea qua nati sumus, conditione viuamus. pro Mur.60. Iniquam legem & miseram cōditionem instituet periculis hominum, si existimabit, &c. de Vniu. 36. Homines mortali conditione esse generatos.3. Tus. 36. Alienum appetis, qui mortalis natus conditionem postules immortalium. Attic. lib.15.ep.1.Ea conditione nati sumus,vt nihil, quod homini accidere possit,recusare debeamus.1. Tus.15. Et quid ergo intelligit,quantum mali ex humana conditione deieceris. 14. I. A.33. Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti.Ep.lib.12.ep.23.Omnem conditionem imperij tui statúmque prouinciæ mihi demonstrauit Stratorius. 2. de Di. 93. Omnes eodem tempore ortos eadem conditione nasci. pro Cecin. 40. Alicui grauem legem & conditionē constitui.Ep.lib.5.ep.18. Et qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati sumus,cogitet. pro Mur. 47. Sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te autore constituit.pro Mil.93.Conditio atq; fortuna hominum infimi generis.1. Offi. 41. Est autem infima conditio & fortuna seruorum.pro Cæl.57.Serui,quos intelligebat non communi conditione seruitutis vti,sed licentiùs cum domina viuere.pro Cor.24. Serui, quorum vis & fortunæ conditio infima est pro Mar.12.Cùm ipsius victoriæ conditione,iure omnes victi occidissemus.ad Brut.ep.16. Nisi fortè non de seruitute,sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis. Parad. 5. Qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis.2.I.C.14.O conditionem miseram non modò administrandæ,sed etiam conseruandæ reipub. pro R.P. 15.Prouidete ne duriorem vobis conditionem statuatis. 4. I. C. 16.Seruus est nemo,qui modò tolerabili conditione sit seruitutis, qui non, &c. pro Corn. 36. In superiore conditione & causa poni.de Sen.68.At senex eo meliore conditione est,quàm adolescens, cùm id quod sperat ille,hic assecutus est. Ep.lib.6.ep.1. Nec debes dubitare,quin aut aliqua rep. sis futurus qui esse debes,aut perdita non afflictiore conditione quàm cæteri. 3. Contra Rul.9.Libera meliore iure sunt,quàm soluta, &c. soluta meliore in causa sunt,quàm obligata: immunia cōmodiore conditione sunt,quàm illa quæ pensitant.Ep.lib. 4. ep. 3.Quæ quia non vides,mihi non videris meliore esse conditione, quàm nos qui videmus.& ep. 4. Atque hoc ipso melior est tua quàm nostra conditio,quòd tu quid doleas scribere audes,nos ne id quidem tutò possumus. 4. I. C. 22. Quamquam inest in vno loco conditio melior externæ victoriæ,quàm domesticæ,quòd,&c. Ep.lib.8.ep.9. Non expetitur successio,quando Galliæ,quæ habent intercessorem, in eandem conditionem, quam cæteræ prouinciæ,vocant.pro Dom.64.Ego pro patria mori dubitarem hoc meliore conditione quàm Decius,quòd ille,&c. ego, &c.3. I.C.27. Earum rerum quas gessi, non est eadem fortuna atque

conditio,& illorum qui,&c.quòd mihi,&c.illi,&c. & 4. In Cat. 1. Mihi hæc conditio conſulatus data eſt vt omnes acerbitates perferrem. de Prou. 16. Et in vtriuſque pari ſcelere diſparem conditionem facit. Ep.lib.5.ep. 18. Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, vt optimè actum cum eo videatur eſſe,qui, &c. pro Clu. 129. Hanc conditionem ſupplicij maiores in bello timiditati militis propoſitam eſſe voluerunt. pro Flac. 24. Hæc, etiamſi in homine ipſo de quo agitur,negligenda ſunt:tamen in conditione atque in exemplo pertimeſcenda videntur.pro Cluent. 150. Conuerte nunc ad cæteros ordines,eaſdem vitæ conditiones non perferent.2.Contra Rul. 56. Qui ſe miſericordia ſenatus, non agri conditione defendunt.pro Cæl.14.Quare iſta conditio,iudices,reſpuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat.3.I. C. 2. Et quod ſalutis certa lætitia eſt,naſcendi incerta conditio.pro Qu.20.Quintius deteriore tempore abſens auctionatur, Scapulis difficiliore conditione diſſoluit.pro Clu.94.Aequa conditione diſceptare, & *ibidem.* Iniqua conditione cauſam dicere. 2. Contra Rull. 17. Paucas tribus non certa conditione iuris ſe ſortis beneficio fortuito ad vſurpandam libertatem vocare. pro Pl. 11. Eſt enim conditio liberorum populorum, poſſe ſuffragijs vel dare, vel detrahere quid velint cuique. & 6. Si illam accuſationis conditionem ſequar:id eſt, vt neceſſe habeam hunc illi anteponere. pro Cor.25.Hanc tu igitur conditionem ſtatuis tuis ciuibus, vt quod ijs, quos Gaditanis adiutoribus armis ſubegimus, liceat, id ne liceat ipſis,&c.pro Cæl.22.Et contra periculoſiſſimas hominum potentias, conditioni omnium ciuium prouidere. pro R.P.35.Quid ergo iſta conditio eſt teſtium,vt quibus creditum non ſit negantibus, iiſdem credatur dicentibus. & 16. Qui ſuo iudicio eſſent illam conditionem vitæ ſecuti. Epiſt. lib.2. ep. 7. Eaque mihi conditio maneat, qua profectus ſum. 10. I. A. 11 Certi fines Macedoniæ,certa conditio, certiſſimo modo etiam erat illius exercitus.7.I. A. 21. Scilicet ad eum legatos miſimus, non vt paréret, ſed vt conditiones ferret, leges imponeret. & 6. In Ant. 3. Quæ vobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis,legationis eſſe communitas?& 4.Phil.11.Hoſtis,cum quo nulla pacis conditio eſſe poſſit. de Pro. 46. Præſertim cùm ab illis aliquotiens conditio C. Cæſari lata ſit, vt eaſdem leges alio modo ferret, qua conditione auſpicia requirebant, leges comprobabant.pro Cæl.36. Hinc licet conditiones quotidie legas:id eſt,tibi ab amatoribus latas.Ep.lib.8.ep.8. Alteruter ad conditionem deſcendere vult Cæſar, vt aut,&c.aut, &c. & Ep. 14.Cæſar fert illam conditionem, vt ambo exercitus tradant.& lib.16.ep.12.Feruntur omnino conditiones ab illo,vt Pompeius eat in Hiſpaniam, &c. & *ibid.* Accepimus conditiones:ſed ita, vt remoueat prædia ex ijs locis, quæ occupauit. & *ibid.* Sin ille ſuis conditionibus ſtare noluerit, bellum paratum eſt:eiuſmodi tamen quod ille ſuſtinere non poſſit, præſertim cùm à ſuis conditionibus ipſe fugerit.1. Tuſ. 93. Quid eſt igitur quod quærâre,ſi repetit, cùm vult:ea enim conditione acceperas. ‖ Attic. li.12.ep.13.Conditio Regia delegandi.pro Quin.85. Quo in loco conditionem tuli, ſi vellet pecuniam petere. Quintium iudicatum ſolui ſariſdaturum,dum ipſe ſi quid peteret, pari conditione vteretur. pro S. R. 30. Hanc conditionem miſero ferunt, vt optet,vtrum malit,&c.vt.lib.8.ep. 23. Nec Pompeium ad vllam conditionem acceſſurum putabam.Orat.235. Aut reperiam ipſa eadem conditione,qui vti velit,vt,&c.pro Qu.R. 36. Eſt hoc & ex conditione iuris, & ex conſuetudine cautionis firmſſimum argumentum.Qu.Frat.lib.2.ep.2. Si conditio valde bona fuerit, fortaſſe non omittam.pro Qu.97.Tranſigere cum aliquo qualibet,dummodo tollerabili,conditione.Att.lib.8. ep. 24. Qui vt adduci tali tempore ad vllam conditionem poſſit, magis opto quàm ſpero.pro Quint. 30. Hunc conditionibus quoad poteſt, producit. pro Quin. 46. Conditionem æquiſſimam repudiare. & 27.Aliquem iniquis rationibus ad ſuas conditiones perducere. & 19. Aliquem ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis adſtringere.1.de Or.100.De ijs credo,rebus,inquit Craſſus,vt in conditionibus ſcribi ſolet, quibus ſciam poteroque. de Legib. lib.3. Nihil porrò tam aptum eſt ad ius conditionemq; naturæ. Top.81.A naturáne ius profectum ſit, an ab aliqua quaſi conditione hominum & pactione. pro Ar. 25. Iuſſit ei præmium dari ſub ea conditione,ne quid poſtea ſcriberet. pro Mil.79. Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meæ, ſi poſſim efficere,vt Milonem abſoluatis:ſed ita,ſi Clodius reuixerit. Ep.li.6. ep.7.Aut ea conditione daret,ſi reciperes'te correcturum.5.I.V. 146.Ad tuam veniam conditionem.In Fra.de leg. agrar. Myſia & Phrygia item conditioni legiq; parebunt.

✠ADIVNC.*AEqua.4.Ver.AEquiſſima,difficilior,par, pro Quint.Afflictior.Perdita.7.Fam. valde Bona.2.de Orat.Certa iuris.Commodior.2.Cont.Rull.Quam commodiſſima.13. Famil. Communis, Durior Miſera.pro Mur.Deterior. 2. de Nat. Diſpar. 7. Ver. Duriores legum,Iniqua.pro Cluent.Grauis,Infima,ſuperior.pro Corn.Balbo.hoſtiles & Bellicæ. 3. Offic.Humana. Miſerrima.6.Famil.Non Ignota.12.Att.Incerta. 3. Catil. Iniqua Pacis.1.Phil. Iniquiſſima Vitæ. 2. Famil. Inuidioſa Pacis.13.Phil.Iuſtior. pro Rab. Melior tolerabilis.4.Catil.Melior & Honeſtior. 1. Ver. Miſera & indigna.5.In Ver.& pro Flac. Mortalis Vitæ. 14.Philip. Optima.3.Cont.Rull. & 3.Ver. Præclara. 1. de Legib. Regia.pro Deiot.Tota.2.Ver.Tuta,Valentior.5. Famil. Verecundæ ac AEquæ.12.Phil.*

☞ Syntaxis. *Conditio miſera,humana,mortalis,commodior, diſpar, difficilis,æqua,dura,infima,tolerabilis,afflicta,iniqua,certa,par. Conditiones facere,proponere,ferre,accipere. Vti conditione,producere aliquem. Ad conditiones perducere,accedere. Sub conditione. Meliori eſſe conditione,mala. Adduci conditione.*

CONDITOR,oris.*qui cibos condit & parat,cocus.*pro Clu.71. atque etiam ipſe conditor totius negotij guttam adſpergit huic Bulbo.Poſtq.In Senat.14.Conditor,inſtructorque conuiuij.

CONDITVS, a, um: tior.*à condiendo. gratus,ſalſus, temperatus.* de Sen. 57. Tum conditiora facit hæc ſuperuacanei operis aucupium & venatio. Att.lib.13.ep.50.Nec id ſolùm, ſed bene cocto & condito ſermone bono.3.de Orat.97.Vnguentum ſumma & acerrima ſuauitate conditum de Cla. 110. Niſi id quod dicitur, ſit voce,vultu motuq; conditior.& 177. Nemo vnquam vrbanitate,nemo lepóre,nemo ſuauitate conditior. de Sen. 10. Comitate condita grauitas.2.de Orat.227. Nulla oratio vnquam fuit lepóre & feſtiuitate conditior.pro Mur.66.Quare non erunt illa quidem meliora, ſed certè condita iucundius.1. Offic. 133. Sale conditus & facetijs Cæſar.2.de N. 151. Mandare aliquid conditum vetuſtati.

CONDITVS, a, um.*abſconditus,repoſitus.*2.de Legib. 56. In eo ſepulchro regem noſtrum Numam conditum accepimus.& *ibid.* 57.Nam ſiti dicuntur ij qui conditi ſunt.1.de Diu.128.Sic in cauſis conditæ ſunt res futuræ. 2. de Diu. 112. Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus.

¶ *Conſtitutus,editus,ædificatus.*1. Tuſc.3. Homerus fuit ante Romam conditam.pro Mur. 49. Sic vt ei iam exploratus & domi conditus conſulatus videretur.6.Ver.115.Ab hoc qui cœpit conditas ab illo qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas. 2. de Diu.86.Ex illa olea arcam eſſe factam, & conditas ſortes. 6. in Verr. 72. Segeſtam ab Ænea conditam eſſe demonſtrant. ✠2.de Leg.11.Conditæ leges.Incer.Romam conditam Olympiadis ſextæ ann.3.

CONDO,is.*abſcondo,repono,recondo.*2.de Nat.157.Neque homines murium ac formicarum cauſa frumentum condunt.5.Tuſc.27. Metrodorus omne bonum in viſceribus medulliſq; condidit. pro Cl. 72. Qui illi pecuniæ, quam condiderat, ſpe iam atque animo incubaret.2.Contra Rul.68.Vt liceat illi inuidiam deponere,pecuniam condere.

¶ *Conſtituo,inſtituo,conſtruo.*1.de D.84. Qui reſpublicas cõſtituerunt,qui vrbes condiderunt. 3.I.C.2. Romulus,qui hanc vrbem condidit.3.I.V.49.Tenes,qui vrbem illam condidiſſe dicitur.

¶ *Facio,edo,compono.*2.de Leg.11. Condere leges.ad Att.lib.1.ep. 13. Condere poëma, condere carmen. L. OCCENTARE.2.de Orat. 268. Condere luſtrum.

¶ *Confirmo,*pro Dom.96. Rempublicam condere meo diſceſſu, quàm omnium interitu occidere malui.

CONDOR,ris.*reponor,abſcondor.*6.I.V. 140. Literas in ærario ſanctiori condi imperauit. 3. I. C. 26. In animis ego veſtris omnes triumphos meos condi & collocari volo.7.I.V.75.Condi in carcerem.in Ara.Et Cepheus conditur ante lumborum tenus.

✠ADVERB.*Auſpicatò.2.de Diu.Obſcurè. Arat. Optimè.2.de Repub.*

CONDOCEFACIO, cis. *doceo, commoneo.*5. Tuſc. 87. Nemo eſt enim, qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eumque condocefaciat, vt ea quæ bona maláue videantur, poſſit contemnere.

CONDOCEFACTVS,cta,*doctus.*2.de Nat.161.Belluæ domitæ & condocefactæ.

CONDOLEO, les. *doleo.*3. de Orat. 6. Namque latus ei dicenti condoluiſſe,ſudoremq; multum conſecutũ eſſe audiebamus.2. Tuſ.52.Nos ſi pes condoluit,ſi dens, ſed fac totũ dolere corpus, ferre non poſſumus.1.Tuſ. 41. Dicæarchus ne condoluiſſe quidem vnquam videtur,qui animum ſe habere non ſentiat.

CONDOLESCO,ſcis.*condoleo.* 1. Acad. 37. Cùm perturbationem animi illi ex homine non tolleret, naturáque condoleſcere,& concupiſcere,& extimeſcere,& efferri lætitia dicerent.

CONDONANDVS,a,um.2. Offi. 78. Qui pecunias creditas debitoribus condonandas putant.

CONDONATIO, onis.2.I.V.12.Bonorum poſſeſſionumq; contra omnium inſtituta addictio & condonatio.

CONDONATVS,a,um.*concessus.* ‖ Ep.lib.5. ep. 18. Potentiæ alicuius condonatum existimetur.pro Cluent.109.Qui illud acerbè tulit, non sibi ac defensioni suæ condonatum esse Oppianicum.pro Plan.75.Datus est tibi ille,condonatus ille.

CONDONO,as.*dono,concedo,do,omitto.*pro Qu.Ros.56. Suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flauio. Epist.lib.13. ep.73.A te peto,vt eius filios,qui in tua potestate sunt, mihi cõdones.Anteq. 22. Non enim illis victus cedo , sed incolumibus vobis me condono.Ep.lib.5.ep.10. Meam animaduersionem & supplicium , quo vsurus eram in eum quem cepissem , remitto tibi & condono.3.I.V.113.Vt literis eius bona eriperes,& cui tibi commodum esset,condonares.

¶ *Ignosco,indulgeo.*pro Milone. 6. Nec deprecaturi sumus,vt crimen hoc nobis propter multa eius in rempubl. merita condonetis.

CONDONOR, ris. 1. I. A. 67. Apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur. 2. Offic. 78. Cùm alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ. * pro M. Scau. Vt M. Aemilius cum sua dignitate omni , cum patris memoria , cum aui gloria , sordidissimæ genti ac , propè dicam , pellitis testibus, condonetur.

Syntaxis. *Datus,& condonatus.Condonare alicui suam partem, captiuos.Remittere alicui,& condonare supplicium:id est,eius causa non sumere de quopiam supplicium.Crimen alicui condonare:id est,alicuius causa ignoscere,delere,omittere,non animaduertere,*

CONDVCIBILIS, le.*vtilis.*2.ad Her.35. Amicum castigare obmeritam noxam, immane est facinus , verùm in ætate vtile & conducibile.ex Plauto.

CONDVCIT,bat.*vtile est,conuenit.*de Prou. 1. Hoc maximè reipub. conducit , Syriam Macedoniamq; decerni. Antequam. 2. Fidei conducit,in loco debitum retribuere. *id est , conuenit.* Att. lib.1.ep.1.Rationibus nostris conducere videtur,Thermum fieri cum Cæsare.1. Offi. 9. Tùm autem consultant , conducat id nécne,de quo deliberant,ad vitæ commoditatem,ad facultates rerum,&c.Ep.lib.1.ep.9.Facilè patior ea me de repub.sentire ac dicere, quæ maximè cùm mihi , tum etiam reipub. rationibus putem conducere.ad Brut.ep.18.Quæ fuit,quidnam mihi videretur , accerseremúsne te , atque tibi id conducere putaremus, an tardare & commorari te melius esset.Epist.lib.4.ep.7.Scripsi ad te,quæ & saluti tuæ conducere arbitratus sum,& non aliena esse duxi à dignitate.Ep.lib.5.ep.19.Ea maximè conducunt,quæ sunt rectissima.1. de Finibus. 52. Nec homini infanti atque impotenti iniustè facta conducunt, qui,&c.

CONDVCENDVS, a,um.*congregandus,cogendus.*2.de Inuent.24. Verùm id breui faciendum est , & in vnum multa sunt conducenda, vt,&c.

CONDVCO,is.*simul duco,congrego,cogo.*2.de In.3. Crotoniatæ publico de consilio virgines vnum in locum conduxerunt. 1. de Inu.73.Nam ita complectemur , vt in vnum conducamus propositionem & assumptionem hoc modo.4.I.A.3. Cæsar exercitum inuictum ex Hispanis militibus conduxit.

¶ *Ad tempus redimo,operam alicuius emo.)(.loco.*1. de Inuen.47.Si Rhodijs turpe non est portorium locare , nec Hermacreonti quidem turpe est conducere.pro Cæl. 18. Cælius conduxit domum in Palatio.Qu.Fra.lib.2, ep, 3. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. Ep.lib.16.ep.21. Nam quid ego de Bruto dicam?&c.huic ego locum in proximo conduxi.2. de Diu. 47. Redemptor , qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendum. de Pro. 9. Conducere aliquem ad cædem faciendam.Att.lib.1.ep, 14. Asiatici de censoribus nimium magno conduxerunt.

ADVER. Breuiter.1. de Inuent. Magno domum.pro M.Cæl.Maximè rationibus Reipub.

CONDITIO,onis.*redemptio,collectio,* συναγωγὴ pro Cæc. 94. Cùm idem in eadem conductione fuerit in fundo.1.de In. 74. Quare in longis argumentationibus ex conductionibus , aut ex contrario complecti oportet.*Conductionibus , id est , colligendis ijs quæ in argumentatione fuerant dispersa.*

CONDVCTOR, oris. *redemptor.*Qu.Fra.lib.3.ep.1. Is respondit se eius operis H-S.CCCVI.conductorem fuisse.

CONDVCTVS, a,um.*adductus,allatus,admotus.*8.I.A.17. Res geritur,conductæ vineæ sunt,pugnatur acerrimè.

¶ *Redemptus ad tempus.*pro Cecinna.94.Qui conductum habuit de Cesennia fundum.pro Cluentio.175.Solebat enim extra portam aliquid habere conducti.5.in Verrem. 53. Cùm is arationes magnas cõductas haberet à publicanis. pro Mur.67. Si mercede conducti obuiam condidatis issent.pro Sest. 38. Erat mihi contentio cum operis conductis.2.de Inu.1. Itaque Heracleontem Zeusim magno precio conductum adhibuerunt.1.in Anton, 22. Quis enim aut accusator tam amens reperietur. qui reo condemnato obijci se multitudini conductæ velit? aut iudex, qui reum damnare audeat,vt ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?pro Sest.38.Cum operis conductis.

CONDVPLICATIO, onis.*exornatio quædã rhetorica.*4. Ad Her. 38.Conduplicatio est,eiusdem vnius,aut plurium verborum iteratio,&c.

CONDVPLICOR, ris. 1. de Diuinat. 24. & 3. de Orat. 155. Tenebræ conduplicantur , noctisque & nimbum obcæcat nigror. Pacuuij.

CONFATALIS,le.de Fat.30 Copulata enim res est & confatalis:sic enim ille appellat.& *ibidem.* Hæc , vt dixi , confatalia ille appellat.

CONFECTIO,onis.*absolutio,perfectio,compositio,cõminutio.*14.I.A. 1. Confectio huius belli est D. Bruti salus. de Senect. 2. Confectio huius libri mihi iucunda fuit.2.de Orat.52. Annalium confectio : & conficere annales. * Hortens. Quæ confectio est valetudinis,quæ deformatio coloris, quæ non euocetur atque eliciatur voluptate?

¶ *Collectio.* pro Flac.20.Confectio tributi, & cõficere tributum: *id est,colligere,*

¶ *Præparatio.*2.de Nat.134.Intimi dentes,qui genuini vocantur, conficiunt escas : quæ confectio etiam à lingua adiuuari videtur.

CONFECTOR,otis.*qui conficit & absoluit.* Ep.lib. 10. ep. 20. Qui reliquias huius belli oppresserit,hic totius belli confector futurus est.4.I.V.108.Confector negociorum.

¶ *Vorator,corruptor.*2.de Nat.41.Hic noster ignis confector est, & consumptor omnium.

* CONFECTRIX,cis.Incer.Nihil esse quod non aliquando ad interitum redigatur,vel ipsa confectrice omnium vetustate.

CONFECTVS, a, um.*perfectus.*Epist.lib.3.ep.11. Orationes tuas confectas omnes expecto. de Prou. 19. Bellum affectum videmus,& verè vt dicam,penè confectum.Ep.li.8.ep.16. Dum hæc decernuntur , quæ iam erunt confecta. pro Pomp. 26. Partem militum qui iam stipendijs confectis erant, dimisit. Attic. lib. 8. ep. 4. Confecta res est. & lib. 16. ep.4. Confecti ludi.14.I.A.1. Reditum ad vestitum confecta victoria reseruati.Frag.ep.Bellum ex consensu ciuitatis cõfectum iam haberemus. Hortens. Si æra singula probasti.summam , quæ ex his confecta sit , non probare soles:*ibid.* Confectis Senatusconsultis.2.in Anton.6.Vino lustrisque confectus.

¶ *Transactus.*pro Qu.40.Biennio iam confecto ferè appellas.

¶ *Consumptus,affectus,perditus,ager,infirmus,languidus.* 7. I.V. 133. & 1.I.C.26.Confectus ac perditus fame.2.I.C.20. Homo ætate cõfectus exercitatione robustus.& 24.Gladiator ille cõfectus & saucius.ad Oct.Gladiator vulnerib.& ætate confectus.pro Mur. 86. Homo miser , & cùm corporis morbo , tum animi dolore confectus. Epist. lib.14.ep.4.Mulier ægra , & corpore & animo confecta. pro Dom. 59. Nemo eum nisi lacrymantem confectumq; vidit.pro Mur.86.Confectus morbo, lacrymis , ac mœrore perditus.1.de Fin. 41. Confectus animi corporisque doloribus. pro Rab. 21. Confectus senectute. 2. in Cat. 10. Qui vino languidi,confecti cibo,eructant sermonibus suis cædem bonorum.Att.lib. 6. ep. 7. Vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere.pro Mil. 20. Tota ciuitas confecta senio est. de Arusp. 2. Haud potest grauiorib.à me verbis vulnerari, quàm est itatim in facto ipso à P. Seruilio confectus & trucidatus.1.de Or.27. Eo autem omni sermone confecto , &c. Epist.lib.1.ep.2.Idibus Ianuarijs in Senatu nihil est confectum, propterea quòd , &c. pro Qu.Ros.13. Iam duæ partes causæ sunt confectæ. Topic. 29. Nondum satis est,adde,nec ea,&c.confectum est. *id est, perfecta est definitio.* Postquam ad Quir.15. Confectus vulneribus.1.de Diu.68.Reliqua diuinationis breui confecta sunt:*id est.venerunt.*Ep.lib.2.ep. 15. Et mehercule confecta res ex mea est sententia.pro Pom.28. Bella non solùm gesta ab hoc,sed etiam confecta.I.P.84. Quem necasti verberibus summa senectute confectum. 1. de Leg. 18. Eadem ratio cum est in hominis mente confirmata & confecta lex est.Att.lib.11.ep.11. Confectus cruciatu summorum dolorum.

CONFERENDVS,a,um.*comparandus,exequandus.*1.Offi.76.Tamen ne minima ex parte Lycurgi legi conferendi sunt.1.Tusc. 2.Gesta Romanorum neque cum Græcis,neque vlla cum gente sunt conferenda.

CONFERO, fers. *comparo,collationem facio , exæquo.* ‖ *hoc primum hic obseruãdum,nullibi hoc verbum,pro Secum ferre, aut vna adferre, seu quod Gallicè,*apporter auec soy, *dicitur.apud Ciceronẽ Inueniri: in qua sententia nunc plerumque ab imperitis vsurpatur.* I. P. 33. Si meum turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua.2.de Diu. 151. Conferre causas , & quid in vtramque partem dici possit , expromere. de Cl. 213. Vt conferamus parua magnis. de Opt. 17. Vt cum maximis minima conferam. Epist. lib. 2. epist. 6. Qui si ex omnibus vnus exoptandus esset , quem tecum conferre possemus , non haberemus. & epist. 12. Cum vna mehercule ambulatiuncula atque vno sermone nostro omneis fructus prouinciæ non

confero

confero.4,Acad.73. Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus,non modò ingenij magnitudine,sed etiam ✠ animi?‖ 2.de In. 24.Vestra præsidia cum illius latronis Inopia atque ægestate debeo conferre. de Clar.271. Conferre. cum aliquo 2.de N2.9 .Si conferre volumus nostra cum externis. 6. Verr.115.Conferte hanc pacem cum illo bello. 3. I.V. 191. Cum vtris tandem istius factum collaturus es?pro Syl. 72. Agedum, conferte nunc cum illius,vitam P.Syllæ.pro Quin.Rosc.20. Vitam inter se vtriusque conferre.6.I.V.115.Conferte hanc pacem cum illo bello: huius prætoris aduentum cum illius imperatoris victoria: huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto:huius libidines cum illius continentia.6.I.V.121. Conferte Verrem,non vt,&c.sed vt pacem cum bello, leges cum vi, forum & iurisdictionem cum ferro & armis, aduentum & comitatum cum exercitu & victoria conferatis. de suis consil. Vt aliqua similitudine adductus maximis minima conferam.

¶ *Aggrego,aduno,comporto.* 4.I.V.131.Siculi ex censu quotannis in tributa conferunt. & 145. Iidem pro parte in cõmune Siciliæ contulerunt.pro Qu.12.Conferre aliquid in commune.

¶ *Adhibeo impendo.* Epist.lib. 10. ep. 12. Atque in his curis, quas contulit ad dignitatem tuam,cepi magnam voluptatem,quòd, &c.lib.4.ep.3. Omnem meam curam atque operam ad Philosophiam contuli.& lib.16.ep.4.Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris,tanti me fieri à te iudicabo.& lib.10. ep.1.Vt omne nostrũ consilium,studium,officium,operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. & *Ibidem.*Quicquid in eum iudicij officijque contuleris,id ita accipiam,vt in meipsum te putem contulisse.& ep. 5.Itaque commemoratio tua beneuolentiæ eius, quam erga me à pueritia contulisses,magnam mihi lætitiam attulit.pro Arch.19. Omne studium atque ingenium contulit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam.Attic.lib.4.epist.1.Conferre plurimum laboris ad conficiendum aliquid. Epist. lib. 1. ep. 9. Quantum literis,quantum studijs veteribus,nostris delectationibus consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui hæc semper amasti,libentissimè conferemus. & lib. 13. ep. 17. Magnopere à te quæso,vt ad eam voluntatem,si quam in illum ante has meas literas contulisti, quàm maximus commendatione postea cumulus accedat.Att.lib. 13. ep.13. Academiam ex duobus libris contuli in quatuor.pro Pom.9.Is omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit.Att.lib.7.ep.1.Per fortunas confer te ad eam curam,vt de omni statu meo cogites.2. Offic.2. Omnes meas curas & cogitationes in rempublicam conferebam. Att. libr. 4. ep.1.Eundem te plurimum operæ,studij,diligentiæ,laboris,ad conficiendum reditum meum contulisse. *de Orat. Quicquid vocis ac linguæ, omne in istum turpissimum calumniæ quæstum contulisti.

¶ *Communico.* At.lib.5.ep.21.Quid opus est,inquam, potius,quã rationes conferatis?assident, subducunt, ad nummum cõuenit. Att.lib.1.ep.17.Cùm erimus congressi tum si quid res feret, coràm inter nos conferemus.ad Att.lib.2.ep.25. Coram breui cõferre,quæ volumus,licebit.& li.16.ep.13.Coràm igitur hoc quidem conferemus.2. de Di. 28.An hæc inter se aruspices omnes contulerunt. *Ibidem.* Quomodo ista obseruatio est collata inter ipsos?item.2.Off.39.Habere quibus cum possis familiares conferre sermones.Ep.lib.6.ep.21.Interq; nos conferre solitudines nostras.1.de Fini. 16.Quotidieq; inter nos ea quæ audiebamus, conferebamus:neq; erat vnquam controuersia,quid ego intelligerẽ,sed quid probarem. de Fin.lib.4. Conferam tecũ quam cuiq; verbo rem subijcias:nulla erit controuersia. At.lib.2.ep.5. Si quid συγγένυς.tecum fortè contulerit,ne omnino repudiaris.

¶ *Promiscuæ potestates & præcipuè horum verborum, pono, repono, tribuo,taceo, congero, consto, misceo, admoueo, appropinquo conijcio, transfero,insinuo.*de Ar.35.Nec confero nunc in te vnum omnia. Att.lib.12.ep.30.Cùm in filium causam conferret.3.de Or. 226. Scitum est enim causam conferre in tempus.pro Qui.11. Næuius vocem in quæstum contulit.Att.lib.9.ep.2.In me conferte omnem temporum illorum culpam. I.P. 64. Plebs in cuius tu infamiam,ea quæ per latrones de me egeras contulisti.1. Off. 48.Conferre officia in aliquem. & *Ibidem.* 49. Conferre beneficium in aliquem.pro Flac.41.Conferre inuidiam mortis alicuius in aliquem.2.de Or.182.Cõferre crimen in aduersarium.pro Font.2.Galli cum M.Fonteio ferrum ac manus contulerunt. I. P.49.Conferre signa cum hostibus.pro Plan. 48. Conferre pedum,vt aiunt,aut propius accedere.Conferre capita. 5. in Verr. 31.Conferent boni capita: *i.capita inter se appropinquabunt,vt secretò inter se colloquantur.*pro Cec.22.Omnes eodem tempore se in fugam conferunt.3.de Or.211.Cùm Aeschines cessisset Athenis,& si Rhodum contulisset.Ep.li.12.ep.14.Exclusus ab Antiochia Dolabella,Laodiceam se contulit.de Cla.180.Crassus initio ætatis ad amicitiam meam se contulit.Att. lib.3. epist.3. Illò cùm peruenire non liceret,statim iter Brundusium versus contulit,ante diem rogationis.Ep.li.11.ep.13.Meumque iter eo contuli.2.con.Rull.60;Si est æquum, prædas ac manubias suas imperatores non in monumeta Deorum immortalium,neque in vrbis ornamenta conferre:sed ad Decemuiros reportare. Oct. 1.Metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi.

CONFERO, *ris.comparor.*Or. 14.Parua enim magnis sæpè rectissimè conferuntur.2.de Inu.151. Similitudo infirmatur, si demonstres illud quod conferatur,ab eo cui conferatur,diuersum esse genere,natura,&c.

¶ *Conijcior.*pro Planc.35. Multa in Plancium quæ nunquam ab eo dicta sunt,conferuntur.1.de Inue.41. Imprudentia in purgationem confertur.Ep.lib.7.ep.32.Ais enim, vt ego discesserim, omnia omniũ dicta,in his etiã Sestiana in me cõferri.li.5.ep.5. Nam comperisse me non audeo dicere, ne fortè id ipsum verbum ponam,quod abs te aiunt falsò in me solere conferri.

COLLATVS,a,um. pro Qui.Rosc.17.Falsum crimen in purissimam vitam collatum.

¶ *Propinquus,oppositus,obiectus.* 2. de Din.114.Castra castris collata audiebamus.

¶ *Redactus.*At.li.13.ep 13.Res ad me sine cõtrouersia collata est.

¶ *Adhibitus.*pro Flac.59. Pecuniam filio auferre licuit ad patris honores collatam.

✠ ADVERB. *Expeditissime ex loco, facillimè,6.Famil. falsò Quid in aliquem,pro Mil.Facillimè causam,Nunc primum suspicionem.pro Sex.Rosc.falsò causam criminis,7.Ver.falsò verbum in &c.5. Famil. Maturè se in societatem,necessario se in fluctus. Propè necessario depetit.Consul. Propriè crimina in aliquem Publice lucri tritici modium.5.In Verr. Rectissimè parua magnis.*

☞ Syntaxis. *Conferre curam,operam,diligentiam, consilium,studium, iudicium, ingenium,in, & ad. Conferre aliqua inter se. In tempus,in hostem,causam,& culpam conferre.Conferre officia, munidam in aliquem.Signa,castra castris,iter aliquò.In aliquem conferre crimen.*

CONFERTVS,a,um. *refertus, plenus.* 2. de Fin.64. Vita denique conferta voluptatum omnium varietate.3.Tusc.43. Vel totus liber potius abijciendus est:est enim confertus voluptatibus.pro Sest.23.Ociosa vita & conferta & plena voluptatibus. 4.Acad. 125.Tũne inane quicquam putes esse?cùm ita completa & conferta sint omnia vts&c.

☞ Syntaxis. *Vita conferta & plena voluptatibus. Completum & confertum.*

CONFESSIO,onis.*confitentis actio.*1.de Diui.33. Gracchus auspiciorum autoritatem confessione errati sui comprobauit. 13. in Ant.48.Vt confessionibus ipsius omnia patefacta eius parricidia videretis.pro Sest.145. Cùm ad vos indicia,literas, confessiones communis exitij detuli.3.I.C. 15.Lentulus patefactus indicijs & confessionibus suis ad.Oct.Liceat semel impunè peccare,sit erranti medicina confessio.Ep.lib.8.ep. 8. Quid si nefarias de patre confessiones audisses?1.Acad. 43. Rerum obscuritas ad confessionem ignorationis adduxit Socratem.6.in Verr. 104.Conuincitur à testibus,vergetur confessione sua,manifestis maleficijs tenetur.pro Mil.15. In confessione facti defensio iuris suscipi potest.pro Clu.148.Neque hæc tua recusatio,confessio sit captæ pecuniæ, sed, &c. Postq. ad Quir. 1. Confessione inimicorum esse conuictum;1.de Inu.53.Taciturnitas imitatur confessionem.7. I.V.165.Sua confessione induatur ac iuguletur necesse est.

✠ ADIVN. *Firma animi.4.Tusc. Grauior.pro Rab. Improbissima,turpis& periculosa.5.In Ver.Inusitata.pro Marcel.Nefariæ,Cæl.8.Famil.*

CONFESTIM. *sine vlla mora,illicò,statim,actutum.*) (*ex interuallo.* Att.lib.7.ep.23.Ecce Cassij literæ, Vibullium è Piceno currere ad Cn,confestim insequi Cæsarem.pro Clu.192. Mulier confestim huc aduolauit.5.in Ant.31. Rem administrandam arbitror sine vlla mora,& confestim gerendam censeo.Epist.lib.3.ep.7. Confestim Iconium veni.1.Ac.1.Confestim ad eũ ire perreximus.1.de Inu.43.Et cætera quæ factum aliquod similiter confestim,aut ex interuallo solent consequi.2.de Inuen.42.Quæ gestum negocium confestim,aut ex interuallo consequuntur.

☞ Syntaxis. *Res administranda,sine mora,& confestim gerenda.*

CONFICIENDVS,a,um.*absumendus.*pro Flac.20.Duæ rationes conficiendæ pecuniæ,aut versura,aut tributo:nec tabulæ creditoris perferuntur,nec tributi confectio vlla recitatur.

¶ *Cogendus,constandus.*2.contra Rul. 33. Primùm permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de vestris vectigalibus alienandis.

¶ *Curandus.* Attic.lib.4.epist.1.Idemque tu plurimum operæ, studij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meum contulisti. * Oecon. 1. Quæ ad cibum conficiendum vasa constituebantur. *Ibidem.* Quæ ad cibaria conficienda & coquenda pertinent.

CONFICIENS, tis: & ſſimus. *efficiens.* 5. de Finib. 81. Sed hæc cùm corporis bona ſint, eorum conficientia certè in bonis numerabis. Partit. 94. Conficiens autem cauſa alia eſt abſoluta & perfecta per ſe: alia aliquid adiuuans, & efficiendi ſocia quædam.

¶ *Vberior.* pro Flac. 44. Ciuitas conficientiſſima literarum.

CONFICIO, cis. *facio, curo, efficio, abſoluo, procuro, præſto, exequor, compleo, expedio, transigo.* Epi. lib. 7. ep. 2. Quòd ſi mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, confeciſſem cum cohæredibus. Attic. lib. 12. epi. 20. Tu cum Apelle Chio confice de columnis. & li. 1. ep. 4. De Acutiliano negocio, quod mihi mandàras, confeci. & lib. 13. ep. 45. Spero cum Publio confeciſſe. 2. de Orat. 11. Conficere munus ſuſceptum. Epiſt. lib. 2. ep. 12. Cùm tu hæc leges, ego iam annuum munus confecero. & lib. 5. ep. 10. Nam ſi hoc expectandum ſit, tum totum bellum conficiam, viginti oppida ſunt, & 9. in Anton. 6. Exequi & conficere mandata. Quintra. lib. 2. ep. 13. Facies, vt mea mandata digeras, perſequare, conficias. Quin. fra. lib. 2. ep. 4. De Tullia noſtra ſpero nos cũ Craſſipede confeciſſe. pro Corn. 47. Marius plurima bella & geſſit & confecit. Epiſt. lib 5. ep. 11. De Dionyſio, ſi me amas. confice. pro Pomp. 61. Pompeius difficili reipub. tempore exercitum cõfecit. Att. lib. 8. ep. 11. Conficere exercitus maximos. & lib. 1. ep. 5. Quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis. 2. de Or. 121. Quare illam partem, &c. perpoliam atque conficiam. de Clar. 324. Hortenſius tamen hunc curſum confecit. 2. de Orat. 324. Conficere motus animorum. de Senect. 6. Confeci longam viam. Attic. lib. 2. ep. 4. Valde hoc velim amanter diligenterque conficias. de Somn. 3. Scipio bellum maximum confecit, Numantiam exſcindens. pro Sext. Roſc. 76. Per quos homines tantum facinus conficere potuit. Epiſt. lib. 9. ep. 13. Reditum, ſi me tantum amas, quantum certè amas, hominibus confice. de Cla. 259. Sed tamen lenis appellatio literarum, bene loquendi famam confecerat. Atti. lib. 9. ep. 16. Cum in ſpem venero de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim te certiorem faciam. Par. 93. Nam ſunt aliæ cauſæ quæ ipſæ conficiunt, aliæ quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. 6. in Verr. 59. Mulier iſti ſtragulam veſtem confecit. 3. de Ora. 125. Hippias gloriatus eſt, &c. annulũ quem haberet, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. 4. ad Heren. 23. Exclamatio conficit ſignificationem doloris. Atti. libr. 1. epi. 13. Biduo per vnum ſeruum confeci totum negocium. & lib. 16. ep. 17. Te oro vt hoc negocium ita agas, ita tractes, ita conficias, vt, &c. Attic. lib. 7. ep. 5. Conficere aut deponere negocium. pro Planc. 28. Conficere legationem & mandata. Orat. 176. Iſocrates propè centum confecit annos. pro Cæl. 39. Qui omnem vitæ ſuæ curſum in labore corporis conficeret. de Vniuer. 38. Qui rectè curriculum vitæ à natura datum confecerit. 1. Tuſc. 92. Vt cum LX. annos confecerit, reliquos dormiat. 1. de Natu. 88. Sol curſus annuos conficit, cuius luſtrationem menſtruo ſpacio luna complet. & *Ibidem.* Eadem ſpacia conficiunt. pro Flac, 91. Vt pecuniã quam confecerat, non conſumpſiſſe, ſed Flacco dediſſe videatur. *. Oecon. 1. Cætera conficeret opera.

¶ *Paro, immuto, attero, mollio.* 2. de Nat. 134. Dentes aduerſi acuti diuidunt eſcas, intimi autem conficiunt.

¶ *Abſumo, abligurio, perdo, peſſundo, vinco, vexo.* pro Flac. 90. Patrimonium quod conficere potuit, diſſipauit. Epiſt. libr. 5. ep. 20. Conficere rationes. Epiſt. lib. 10. ep. 17. Sed ego eum hortatus ſum iſtò proficiſci, quòd illa valetudine magis conficere ſe, quàm me tueri poſſet in caſtris. Attic. lib. 3. ep. 8. Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. pro Mar. 11. Vetuſtas omnia conficit ac conſumit. 1. de Natu. deor. 102. Ibes maximam vim ſerpentum conficiunt. 1. de Orat. 79. Nos amicorum negociis res ipſa antè confecit, quàm poſſemus aliquid de rebus tantis ſuſpicari. Attic. lib. 11. ep. 4. Me conficit ſolicitudo. 2. de Diu. 117. Quæ vetuſtas eſt, quæ vim diuinam conficere poſſit? pro Sext. 110. Cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit. 2. de Inuent. 111. Licinius hoſtes conſecutus eſt & confecit. pro Milo. 38. Hæc ſica nuper, vt ſcitis, me ad regiam penè confecit. Poſtquam. In Senatu. 10. Qui cum ſuam rem non minus ſtrenuè, quàm poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit. pro Marc. 11. Nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas. 1. de Finib. 59. Mœrores qui animos exedunt conficiunt que curis.

✠ ADVERB. *Accurate, bene, 13. Att. Amanter, Diligenter, 2. Attic. Bene curſum, 6. Famil. Breui. Parad. Conſtantiſſime, 2. de Nat. Diligenter, diligentiſſime. pro Q. Roſc. & 3. Famil. Dilucide argumentationem, in Part. Glorioſiſſime, magnificentiſſime, 14. Attic. Iucunde, 5. Atti. Nihilominus legationem, 2. de Inuent. Optime curſum. 1. de Inuent. pene aliquem. pro Milo. Plane animum, 3. Tuſc. Quam commodiſſime negotia, 12. Fam. Quam maxime orationes. de Senect. Recte curriculum, de Vniuerſ. Strenue rem ſuam. poſtquam in Senat.*

CONFICIOR, ris. *celebror.* 3. de Na. deor. 58. Dionyſios multos habemus: primum, &c. quartum Ioue & Luna narum, cui ſacra Orphica putantur confici. 1. de Fin. 60. Conficiuntur & angore & metu: maximeque cruciantur, cum.

¶ *Perdor, excrucior, vexor.* Orat. 33. Deſiderium quo conficior, requirens, &c. Epiſt. lib. 4. ep. 13. Conficior curis. & lib. 10. epiſt. 17. Curis confectus. de Aruſpic. 39. Corpus noſtrum tenuiſſima ſæpe de cauſa conficitur. 3. Offic. 29. Fame & frigore confici. Attic. lib. 3. ep. 5. Maximo dolore conficior. 7. in Verr. 150. In quibus te ab eodem me ſuperiore ex loco confici & concidi neceſſe eſt. Epiſto. lib. 14. ep. 3. Conficior enim mœrore, mea Terentia, nec me meæ miſeriæ magis excruciant quàm tuæ veſtræque. & *Ibid.* Quare cùm dolore conficior, tum etiam pudore. Att. li. 10. ep. 20. Non loquor plura, ne te quoque excruciem: ipſe conficior veniſſe tempus, cum, &c.

¶ *Comparor, colligor.* 3. in Verr. 138. Permagnam is dicit ex ea re pecuniam confici poſſe. * Acad. Ex quo poteſt probabiliter confici, eum rectè primum eſſe.

¶ *Abſoluor.* At. lib. 15. ep. 15. Sic enim annuum tempus conficitur.

¶ *Perficior, fio.* Att. lib. 3. ep. 23. Vno capite quo reuocabor, modò res conficiatur, ero contentus. pro Clu. 74. Sententiis decem & ſex abſolutio confici poterat. pro Quin. 79. Triduo DCC. millia paſſuum conficiuntur.

CONFICITVR. *colligitur, conſequitur, ſequitur, concluditur.* 1. de Inu. 73. Aut ita, vt id ſolum quod conficitur, inferatur. 1. de Inue. 72. Ex quo conficitur, vt ſi, &c.

✠ *ADVER. Accommodate genus dictionis, in Part. Aliquando opere aut &c. pro Marc. Diligentiſſime, 7. Verr. Quamprimum negotium. 13. Fami. Tardius rem pro Pub. Seſt.*

☞ Syntaxis. *Pecuniam conficere. Reditum conficere: id eſt, procurare Negocium, bellum, munus annum, exercitũ. De pace cõficias. Perpoliã, & conficiam. Amanter conficere. Cibum conficiunt dentes. Confici curis, dolore. Conficere, & abſumere. Hoſtes conſequi, & conficere. Sacra conficiuntur. Id conficitur. 1. cõcluditur. Cõficitur iter, & ſpacium tẽporis.*

CONFICTIO, onis. *machinatio.* pro S. R. 35. Criminis confictionem Erucius ſuſcepit.

CONFICTVS, a, um. *fictus.* 2. ad Her. 12. pro S. R. 47. Hæc conficta à Poëtis arbitror eſſe, vt, &c.

CONFIDENS, tis. *temerarius, audax.* pro Cecinna. 27. Phormio nec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio. 7. in Antonium. 4. & 11. 16. Nequam eſt homo ille atque confidens. 3. Tuſcul. 14. Qui fortis eſt, idem eſt fidens: nam confidens mala conſuetudine loquendi, in vitio ponitur.

CONFIDENTER, tiùs, ſſimè. *animosè, audaciter.* 2. de Orat. 28. Et eo quidem loquor confidentiùs, quòd Catulus auditor acceſſit, cui, &c. 2. ad Heren. 8. Confidentiſſimè reſiſtere. pro Cæl. 44. Dicam enim iam confidentiùs de ſtudijs eius honeſtis. ad Herennium, Aliquid confidenter, malitioſè, flagitioſè factum.

¶ *Aliquando in vitio ponitur dictio* Confitenter: *id eſt, temere.*

CONFIDO, dis. *audeo, non timeo.*)(*deſpero, diffido.* 1. Officior. 73. In quo ipſo conſiderandum eſt, ne aut temerè deſperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. 3. Tuſcu. 14. Diſcrepat enim à timendo confidere. Epiſt. lib. 4. epiſt. 7. Ij autem qui eſſent, auderem ſcribere, niſi te intelligere confiderem. Quin. frat. lib. 2. Hæc me, vt confidam, faciunt. 1. Tuſcula. 78. Nihil nimis oportet confidere. Attic. lib. 6. epiſt. 7. Confido rem, vt volumus eſſe. Ep. lib. 8. ep. 13. Quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Attic. lib. 6. ep. 9. Spero, quæ tua temperantia eſt, & herculè, vt me iubet Acaſtus, confido te iam, vt volumus, valere. 7. in Verr. 176. Ego mei officio rationem confido eſſe omnibus notam. pro Cluen. 156. Sicuti veſtra æquitate nixi confidimus. Epi. lib. 13. ep. 6. Tibique vt confido, gratias agam. Tuſculan. lib. 1. Quem te & opto eſſe, & confido futurum. Epiſto. lib. 12. ep. 18. Id ego & ſperàram, prudentia tua fretus: & vt confiderem, fecerunt tuæ grauiſſimæ literæ. Attic. lib. 8. ep. 19. Non magnoperè his legionibus confido. 1. de Finib. 31. Non exiſtimat oportere nimium nos cauſæ confidere. de Amic. 17. Ego verò non grauaret, ſi mihi ipſe confiderem. pro Fl. 5. Cur ſibi confidat, qui, &c. Att. lib. 9. ep. 4. Optimatibus verò tuis nihil confido, nihil iam ne inſeruio quidem. & lib. 16. ep. 16. Itaque accuſabar ab eo, quòd parum conſtantiæ ſuæ confiderem. 5. in Anto. 1. Niſi veſtræ virtuti conſtantiæque confiderem. Att. lib. 1. ep. 7. Ne dubites mittere, & arcæ noſtræ confidito. & li. 8. ep. 9. Quanto autem ferociùs ille cauſæ ſuæ confidet, cũ vos viderit? &c. 5. Tuſc. 40. Qui enim poterit, aut corporis firmitate, aut fortunæ ſtabilitate confidere? pro Qu. R. 2. Ego facultate cauſæ confiſus, vide quò progrediar. pro Cluent. 1. Niti

& ma

& magnopere confidere aliqua re At.lib.8.epist.11. Illum, quo antea confidebant, metuunt. Epist.lib.12.ep.14. Exclusus ab Antiochia Dolabella, nulla alia confisus vrbe Laodiceam se contulit. Att. lib.8. ep. 19. Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse. Qu.frat.lib.1.ep.2. Confidere animo.de Ar.35. Hoc & tu confides magis,& nos propè iure diffidimus. ‖pro Sext.135. Confidere causæ.

✠ *ADVERB. ferocius, magnopere, 8. Attic. Magnopere & niti Inuidia, magnopere causæ. pro Cluent. plane, 4. Acad. Plurimum, de Amic. valde literis, 13. Famil. valde Maliciæ suæ. 5. In Verr. vehementer. 1. Famil.*

☞ Syntaxis. *Confido. Nimis confidis. Sibi confidere, causæ. Animo confidere, corporis firmitate.*

CONFIDENTIA, tiæ. *impudentia, audacia.* 2. de Orat. 257. Tanta confidentia estis, auferte. istam enim superbiam &c. pro Fl. 10. Videte quo vultu, qua confidentia dicant. 2. I. A. 104. Confidentia & temeritas tua. 2. ad Here. 8. Quæ signa confidentiæ sunt, non innocentiæ.

✠ *ADIVNC. Tanta, 2. de Orat.*

CONFIT. *fit, conficitur.* Atti. lib. 9. ep. 10. Quo facilius & cum maiore dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota confieret. Att. lib. 8. ep. 24. Commodius cadere non potuit, quàm vt res sine sanguine confieret.

CONFIGO, gis. *figo, vulnero.* 5. de Finib. 32. Configebat tardus celeres, stans volantes. ex Actio. 4. Acad. 89. Hercules vt Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis. pro Muræn. 25. Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit. *Prouerbium.*

¶ *Pono, figo.* 7. In An. 5. Configere omnes curas & cogitationes in reipublicæ salute.

CONFIXVS, a, um. *transfixus. notatus.* 2. de Nat. deor. 126. Capræ in Creta feræ, cùm sunt confixæ venenatis sagittis, dictamum quærunt. 12. In Ant. 18. Diffitebant etiam Seruio, meminerant eius sententijs confixum Antonium. de Arusp. 8. Clodius ducentis, vt ipse gloriari solet, confixus Senatusconsultis.

CONFINGO, gis. *fingo.* pro S.R. 30. Crimen incredibile confingunt. pro Deiot. 16. Id vos facinus ob optimo viro cogitatum esse confingitis. 4. I. V. 90. Confingere aliquid criminis. 2. ad Her. 10. Confingere & comminisci aliquem rumorem.

✠ *ADVER. Credibiliter, Suspicioſe, pro Deiot.*

CONFINIS, ne *vicinus, finitimus.* 4. ad Her. 17. Qui perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans.

CONFINIVM, nij. *finis.* 2. Off. 63. Conuenit autem in omni re contrahenda, in vicinitatibus & confinijs æquum & facilem esse, multa multis de iure suo concedentem.

CONFIRMATIO, onis. *fides.* 1. de In. 48. Signum est, quod sub sensum aliquem cadit, &c. & tamen indiget testimonij & grauioris confirmationis, vt cruor, &c. 1. de Inu. 34. Confirmatio est, per quam argumentando nostræ causæ fidem & autoritatem & firmamentum adiungit oratio.

¶ *Consolatio.* Epist. libr. 6. ep. 3. Superioribus literis beneuolentia magis adductus, quàm quòd res ita postularet, fui longior: neque enim confirmatione egebat virtus tua.

✠ *ADIVNCT. Grauior, 1. de Inuent.*

CONFIRMANDVS, a, um. 10. In Anton. 17. De quibus confirmandis & sanciendis legem comitijs centuriatis laturus est. 1. de Diu. 71. Satis est ad confirmandam diuinationem, semel ita esse aliquid diuinatum.

CONFIRMATOR, oris. pro Cl. 72. Res parum certa videbatur: sequester & confirmator pecuniæ desideratur.

CONFIRMATVS, a, um. *fortis.* pro Q. 77. Diffido satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere. Epi. lib. 1. ep. 8. Difficile est sensum in republica, præsertim rectum & cõfirmatum deponere. pro Cl. 28. Sassia lætanti iam animo & spe optima confirmata, nubit Oppianico. de Am. 76. Omnino amicitiæ corroboratis iam confirmatisq; & ingenijs, & ætatibus, iudicandæ sunt. Ep. lib. 5. ep. 5. Et reuera confirmata amicitia cõmemoratio officiorum superuacanea est. 5. I. V. 3. Quam sibi nondum confirmato consilio, sed ineunte ætate susceperat. Anteq. 16. Hoc incommodum in vno confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem.

CONFIRMATVR. *certum est.* 4. I. V. 23. Quorum omnium testimonijs de hac pecunia confirmatum est.

CONFIRMO, as. *affirmo, asseuero, promitto.* At. lib. 16. ep. 5. Hoc mihi non modò confirmauit, sed etiam persuasit. de Am. 10. Qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit, & vt confirmare possum, certè nunquam fuit. Item. 2. de Orat. 6. Hoc verò fieri planè non potuisse confirmo. pro Pomp. 71. Ego tibi confirmo, eam, &c. de Clar. 25. Hoc sine vlla dubitatione confirmauerim. Ep. lib. 6. ep. 6. Memini me ex multis audire, te de glorioso & celeri reditu meo confirmare. 2. cont. Rul. 14. Omni hoc vobis ratione cõfirmare possum, me, &c. Epi. lib. 6. epi. 1. Ego tibi hoc confirmo, nihilo te, &c. pro Ar. 15. Difficile est hoc de omnibus confirmare. Ep. lib. 3. ep. 10. De me tibi sic promitto atque confirmo, me, &c. & lib. 1. ep. 8. Veruntamen ipse me confirmo ad eius voluntatem, à quo honestè dissentire non possum. *alias, conformo.*

¶ *Consolor.* Att. lib. 1. ep. 13. Confirmare & excitare afflictos animos bonorum. Ep. lib. 6. ep. 3. Neque enim confirmatione nostra egebat virtus tua, neque erat ea mea causa atque fortuna, vt cui ipsi omnia deessent, alterum confirmarem. Q. fr. li. 1. ep. 3. Nunc erige te & confirma, si qua subeunda dimicatio erit.

¶ *Corroboro, Stabilio. firmum reddo, probo comprobo.* 1. de Or. 90. Vt id quod intenderemus, confirmare, & id quod contrà diceretur, refellere possemus. 2. de Ora. 80. Nostra confirmare rationibus & argumentis, deinde contraria refutare. 1. de Inuent. 49. Exemplum est, quod rem confirmat aut infirmat, &c. 2. de Diu. 38. Quanquam tu quidem non hostiarum casum confirmas fortium similitudine, sed infirmas fortes collatione hostiarũ. 2. de Ora. 214. Argumentum ratio ipsa confirmat, quæ, &c. At. li. 16. ep. 18. Decretumq; COS. quòd ij secundum Buthrotios fecerunt, des operam, vs Plancus noster quàm primùm cõfirmet. 1. de Fin. 30. Confirmare aliquid exquisitis rationibus.

¶ *Vires assumo.* Epist. lib. 16. ep. 5. Mihi placebat, si firmior esses, vt te Leucadem deportares, vt ibi te planè confirmares.

✠ *ADVERB. Bene, planè, 16. Fam. fidenter, 1. de Orat. liquidò, 6. in Ver. Magnopere, 13. At. Molestius, 3. de Natura. præclare pro Q. Rosc. Temere, pro Font.*

CONFIRMOR, ris. *roboror, comprobor.* pro Dom. 47. Hoc verbis illis sanciri, aut suffragiis confirmari potest?

✠ *ADVERB. Impudentissimè, 3. Cont. Rull. Mediocriter, 4. Famil. Necessario, 1. de Inuent. vehementius, 15. Famil.*

☞ Syntaxis. *Hoc ego confirmo, & tibi, & de hac re. Ad voluntatem alicuius confirmare se. Confirmo & promitto. Excito, & confirmo. Erigere, se, & confirmare. Sancire, & confirmare.*

CONFISIO, onis. L. FIDENTIA.

CONFITENDVM. 1. de Na. 44. Esse igitur deos confitendũ est.

CONFITENS, tis. 2. de Fin. 21. Quòd mihi quidẽ visus est, cùm sciret, velle tamen confitentem audire Torquatum.

CONFITEOR, eris. *præ me fero, agnosco.*) (*inficior.* Atti. lib. 2. ep. 24. Vectius quòd confessus esset se cum telo fuisse, in carcerem cõiectus est. 2. de N. 11. Vir sapiens peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit. 2. I. A. 17. Cùm homines nefarij de patriæ parricidio confiterentur. in Sall. 15. Sallustius confessus est vobis audientibus adulterium. 3. I. C. 11. Cùm id posset inficiari, repentè confessus est. pro Sest. 40. Tacendo loqui, non inficiando confiteri videris. pro Ar. Poët. Quod tu nunc de tuo patruo prædicas, nemo vnquam adhuc de sese est confessus. pro Dom. 93. de criminibus obiectis non confiteri. 3. contra Rul. 4. Concordiæ patronum me in hunc annum confessus sum. pro Cl. 183. Stratonem aliquid de veneno esse confessum. Epist. lib. 5. epist. 2. Me abs te cupisse laudari, apertè atque ingenuè confitebar. pro S.R. 119. Confiteri de maleficio. 2. de Leg. 29. Cõfiteri religiones. 6. I. A. 16. Quo etiam, vt confitear vobis Quirites, minus hodierno die contendi. Epist. lib. 1, ep. 9. Nemo est cuius officijs me tam esse deuinctum non solùm confitear, sed etiam gaudeam.

✠ *ADVERB. Apertè, 5. Famil. ingenuè, ibidem Impunè, pro Cluent. Liberè, pro M. Cœl. Necessariò, 2. de Di. Palam, in Sallust. Planè, pro Rab. post. verè, ibidem. Tandem, aliquandò, pro Syll. Timidè, pro Planc.*

☞ Syntaxis. *Confiteri peccatum de adulterio.*

CONFIXVS, a, um. 2. de Or. 253. Nuculã an confixum vis facere? *id est, verbis configere, & exagitare.*

CONFLAGRATVS, a, um. 4. ad Here. 13. Quomodo vrbs acerbissimo concidat incendio conflagrata.

CONFLAGRO, as. *ardeo.* Anteq. 1. Ne omnes concideretis, ardoreque flammæ cõflagraretis. 3. I. V. 41. Ille miser furtorum istius inuidia conflagrauit. 2. de Nat. 92. Conflagrare terras necesse est. 1. I. C. 29. Inuidiæ incendio conflagrare.

☞ Syntaxis. *Conflagrare ardore flammæ, inuidia. Inuidiæ incendio. & absolutè, Conflagrare.*

CONFLATVS, a, um. *compositus, coagmentatus.* pro Cæl. 12. Monstrum ex contrariis diuersisq; atque inter se repugnantibus naturæ studijs coflatum. pro Lig. 35. Aliquorum consensus conspirans, & penè conflatus. pro S.R. 1. Iniuriam nouo scelere conflatam. pro Clu. 18.

☞ Syntaxis. *Conflatum monstrum consensus, iniuria.*

CONFLICTIO, onis. *conflictus, contentio, quasi concursus.* Part. 104. Ex ratio is autem, & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu, quæstio exoritur. *ibidem.* Rationum & firmamentorum contentio. Partit. 55. Rerum inter se pugnantium conflictio.

flictio. & 102, Ille status & quasi conflictio cum aduersario. & 1. de Inuent. 18.

CONFLICTOR, aris. pro Quin. 44. An vt honestiore iudicio conflictere? at sine summo scelere propinquum tuum iugulare non potes. Ep. lib. 9. epist. 25. Noli pati litigare fratres & iudiciis turpibus conflictari. Att. lib. 10. ep. 4. Fortuna, qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur. Ep. lib. 6. ep. 13. Cæsar diutius velle videtur eos habere solicitos, à quibus se putat diuturnioribus esse molestiis conflictatum: *alias conflictum.* 2. ad Her. 37. Homines multis & magnis incommodis conflictantur, propter immensam pecuniæ cupiditatem. 1. de Leg. 32. Qui canem & felem vt deos colunt, non eâdem superstitione, qua cæteræ gentes conflictantur. de Ar. 42. Cum his conflictari, & pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino molestum.

☞ Syntaxis. *Fortuna conflictatus, & ab hoste. Superstitione conflicturi. Cum aliquo conflictari.*

CONFLICTVS, ctus. *conflictio.* 2. de Nat. 25. Lapidum conflictu atque tritu ignem elici videmus. pro Cecinna. 43. Impulsu scutorum & conflictu corporum magnas sæpe copias pulsas esse. 2. de Diuin. 44. Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

CONFLIGENDI. 14. I. A. 26. Pansa princeps prælij faciendi, & cum Antonio confligendi fuit.

CONFLIGENDVM. Posteq. In Sen. 31. Cùm mihi priuato confligendum viderem cum exercitu, qui, &c. pro Cec. 46. Vt confligendum sibi & armis decertandum putent. 2. de Inuent. 126. Sæpe id quod scriptum est recitando, sæpe cum scripto factum aduersarij confligendo. 1. ad Here. 16. de his rebus cautè confligendum est, in quibus tabulæ aut alicuius firma autoritas videbitur interfuisse.

CONFLIGO. *contendo, concurro, dimico prælior, prælio decerto, prælium facio, prælium committo signa confero, manum confero.* pro Cec. 8. Potuisti leuiore actione confligere. pro Domo. 66. Sperauit ijsdem se copijs cum illo posse confligere, quibus cum ego noluissem dimicare. pro Corn. 62. Cum ducibus ipsis, non cum comitatu assectatoribusque confligant. I. P. 20. Confligere armis. 1. de Off. 81. Et manu cum hoste confligere. 1. Off. 81. Temerè autem in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & belluarum simile est. & 84. Cleombrotus inuidiam timens, temerè cum Epaminunda cõflixit. 2. I. C. 25. Causæ, quæ inter se confligunt. Ep. lib. 11. ep. 13. Reliquisque rebus pro nostra salute contra sceleratissimam hostium conspirationẽ confligamus. 1. de Finib. 23. Torquatus cum Latinis conflixit apud Veserim. 4. Tuscu. 49. Iratúmne censes Herculem conflixisse cum Erymanthio apro? pro Pomp. 28. Qui sæpius cum hoste conflixit, quàm quisquam cum inimico concertauit.

✠ ADVER. *Temere cum aliquo. 1. Offic. Sæpius, pro Pomp.*

☞ Syntaxis. *Cum aliquo confligere, & contra aliquem. Actione confligere, manu, armis, copijs.*

CONFLANDVS, a, um. pro Sest. 66. Quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur.

CONFLATVS, a, um. *paratus, comparatus, acquisitus, factus.* pro Clu. 18. Hoc totum à matre conflatum est, & perfectum. 2. I. A. 70. Bellum quod natum, conflatum, susceptum opera tua est. pro Qui. R. 48. Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium. pro Cl. 79. Summam alicui inuidiam atque infamiam esse conflatam. 2. de N. 100. Mare terram littoribus sic cludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur. pro Syll. 33. Exercitus perditorum clandestino scelere conflatus. 1. I. C. 25. Ex perditis conflata improborum manus. 2. de In. 8. Ex his duabus diuersis sicuti familijs vnum quoddam est cõflatum genus à posterioribus. pro Syl. 39. Et ea domi eius pleraque conflata sunt. Pro Cl. 99. Cùm quæstor esset in exercitu, seditionem esse conflatam. Par. 121. A reo querela conflati criminis proferetur. pro Syll. 15. Conflato gladiatorum tumultu. pro S. R. 1. Iniuria nouo scelere conflata.

CONFLO, as. *cogo, conficio.* ‖ *Latini hoc verbo significarunt ea, quæ ex pluribus quasi vnum efficiebantur.* 4. In Ant. 15. Ille cùm exercitũ nullum haberet, magnum repentè conflauit. pro S. R. 132. Eius rei quæ conflauit hoc iudicium, mentio facta non est. 4. I. V. 116. Venus quæ totam illam accusationem iudiciuḿque conflârat. pro Clu. 9. Faciamque vt intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflârit. de Ar. 42. Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatésque conflauit. 2. ad Heren. 8. Nam quiuis horum sensus potest conflare suspicionem. 1. I. C. 23. Si mihi conflare vis inuidiam. pro Cæl. 29. Conflare inuidiam alicui iuueni ex communi infamia iuuentutis.

CONFLOR, ris. 4. I. V. 135. Quod cuique negocij conflari volebat, nullo labore faciebat. pro Syll. 13. Quibus ipsis tum conflari periculum putabatur. 1. Offic. 14. Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honestum.

☞ Syntaxis. *Negocium conflare, cellum, mendacium, inuidiam, infamiam, seditionem, tumultum, crimen, iniuriam, pactiones, societates, suspiciones. Periculum alicui conflare.*

CONFLVENS, tis. Epist. lib. 10. ep. 35. A confluente Rhodano castra mouit.

CONFLVO, is. *concurro, conuenio, peruenio, fluo,* de Cl. 258. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc vrbem multi inquinatè loquentes, ex diuersis locis. 2. Tuscul. 6. Quod accideret etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint. 1. de Inu. 5. Hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit. in Sall. 16. Nisi fortè te in ea castra coniecisti, quò omnis sentina reipublicæ confluxerat. 2. de Leg. 6. Fibrenus rapidè dilapsus citò in vnum confluit. pro Planc. 84. Causæ pleræque ad nos confluũt. 6. I. V. 117. Aliqua diuersa in exitu cõiungi & confluere.

☞ Syntaxis. *Confluere homines, laudes, dignitatem, Reipub. sentinam, in castra.*

CONFORMANDVS, a, um. 1. de Or. 17. Oratio conformanda est non solùm electione, sed etiam constructione verborum. 3. de Or. 198. Orator ita conformandus est, vt, &c.

CONFORMATIO, nis. *forma, compositio, exornatio.* Topic. 27. Non esse rursus ea dico. quæ tangi demonstrariue non possunt, cerni tamen animo atque intelligi possunt: vt si vsucapionem, si agnationem definias. quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignita & impressa in intelligentia, quam notionem voco ea sepè argumentando definitione explicanda est. 2. de Or. 357. Facillimè animo teneri possunt ea quæ percipiuntur auribus aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione animis tradantur: vt res cæcas & ab adspectus iudicio remotas conformatio quædam & imago & figura ita notet, vt ea quæ cogitando complecti vix possemus, intuendo quasi teneamus. 1. de Natu. 47. Compositio membrorum, & conformatio lineamentorum. 1. Tusculan. 50. Quasi verò intelligant animus qualis sit in ipso corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, quis locus. 1. de Or. 151. Ipsa collocatio conformatióque verborum perficitur in scribendo. 2. de N. 85. Animantis figura cõformatióque membrorum. 1. de Or. 114. Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. & 3. de Orat. 199. Inter conformationem verborum & sententiarum hoc interest, quòd, &c. de Cla. 140. Sententiarum ornamenta & conformationes. 1. de Orat. 18. Vocis conformatio atque varietas. 1. de Natur. 106. Omnem talem conformationem animi Philosophi motum inanem vocant: id est, cùm de Hippocẽtauro cogitamus. 3. Off. 96. Altera pars honestatis cernitur in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ. 4. ad Her. 66. Conformatio est, cum aliqua quæ non ad est persona confingitur, quasi adsit, &c.

☞ Syntaxis. *Conformatio insignita & impressa in intelligentia. Lineamentorum conformatio. Corporis, verborum, membrorum, sententiarum, vocis.*

CONFORMATVS, a, um. *institutus, conceptus.* pro Arch. 1. Quòd si hæc vox huius hortatu præceptisque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit, &c. 3. de Nat. deor. 26. Mundum non ædificatum, sed à natura conformatum puto.

CONFORMO, as. *compono, fingo, effingo, figuro, formo, informo.* pro Arch. 14. Quas imagines ego mihi proponens, animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam. 1. de Fin. 23. Ad maiora quædam nos natura genuit & conformauit. 3. ad Her. 33. In primo loco rei totius imaginem conformabimus. pro Mur. 60. Consilium tuum vituperare non audeo, nonnulla in re forsitan conformare, & leuiter emendare possim.

CONFORMOR, aris. *fingor.* 4. de Finib. 5. Vna pars Philosophiæ, qua mores conformari putantur.

☞ Syntaxis. *Mundus conformatus, non ædificatus, Animum & mentem cogitatione conformare. Rei imaginem conformare. Conformare consilium, & emendare, & mores.*

CONFOSSVS, a, um. *transfixus, traiectus, confectus, necatus.* pro Syl. 33. Quinque hominibus comprehensis ac confossis, interitu rempub. liberaui.

CONFRACTVS, a, um. 2. de L. 55. Quæque in porca confracta iura sunt.

CONFRINGO, gis. *frango, infringo.* pro Fl. 73. Membra vxoris fustibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. pro Mil. 35. Nisi esset is consul, qui eam præturam auderet possetque confringere.

CONFVGIENDVM. 1. de Orat. 61. Illustrare oratione, si quis istas ipsas artes velit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem.

CONFVGIO, gis. *concurro, infugio, profugio, perfugio, præsidium vel auxilium ab aliquo peto.* (. *Excipio.* 1. Tuscul. 85. Priamum, cùm in aram confugisset, hostilis manus interemit. Ep. lib. 4. ep. 6. Non enim vt tum me à republica mœstũ domus excipiebat, quæ leuaret, sic nunc domo mœrens ad rempublicam confugere possum,

possum, vt in eius bonis acquiescam. 5. Tusc. 5. Ad te confugimus à te opem petimus. pro Qu. 10. Quintius tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus in tuam fidem, veritatem, misericordiam confugit. pro Fon. 23. Confugere ad opem alicuius. 2. Offi. 41. Confugere ad aliquem virtute præstantem. pro Clu. 63. Ille diffidens rebus suis, ad Stalenum & ad pecuniam confugit. Postq. In Sen. 10. Qui nisi in aram tribunatus confugisset, profectò, &c. pro S. R. 27. Roscius de amicorum sententia Romam confugit. Att. lib. 3. ep. 15. Ex quibus statim in tuos agros confugiam. 2. Her. 5. Confugiet ad imprudentiam, stultitiam, adolescentiam, vim, persuasionem.

✠ *Adverb. Leuissime. 8. Fami. Priuatim, 6. Ver.*

Confvndo, dis. *perturbo, misceo, conturbo.* pro Dom. 127. An tu hæc ita confundis & perturbas de Vn. 41. Cùm ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os offusus, se confundit & contulit. 4. Ac. 61. Ea Philosophia quæ confundit vera cum falsis.

Confvsè. *permixtè.*)(*discretè, electè.* 3. de Nat. 19. Quare, si videtur, noli agere confusè, vt hoc explicemus hac disputatione, quod quæritur. 2. de Finib. 27. Epicurus cõtemnit differendi elegantiam, confusè loquitur. 1. de Inu. 49. In præsentia tantummodò partes argumẽtandi confusè & permixtè dispersimus pòst discretè & electè in genus quoq; causæ digeremus. 4. Ac. 47. Non confusè. 8. in An. 1. Confusiùs acta res est, quàm, &c.

Confvsio, nis. *perturbatio.* 2. de Leg. 25. Suos deos aut nouos coli, confusionem habet religionum. 5. de Finib. 67. Atque hæc coniunctio confusioque virtutum, tamen à Philosophis ratione quadam distinguitur. 1. de Nat. deor. 3. Quibus sublatis perturbatio vitæ sequitur, & magna confusio. pro Mur. 47. Confusionem suffragiorum flagitasti. 2. Offic. 65. Hæc confusio temporum.

Confvsvs, a, um. *perturbatus, turbulentus, varius, permixtus, habens confusionem.* 1. de Inue. 34. Veruntamen non incommodum videtur, quandam syluam atque materiam vniuersam antè permixtam & confusam exponere omnium argumentationũ. pro Sest. 5. Sed quoniam singulis criminibus cæteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sestij, de genere vitæ. &c. Cõtendámque in hac confusa atque vniuersa disputatione, vt nihil, &c. 1. Off. 95. Si hoc de quo loquimur, decorum est, id totum quidem cum virtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. 2. de D. 35. Vis quędã diuina, quæ confusa toto mũdo est. & 60. Nunc onusti cibo & vino, perturbata, & confusa cernimus. de Cl. 100. Sed nec illa oratio ciusmodi est, vt à pluribus cõfusa videatur. 3. de Or. 47. Ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil vt sit primum, nihil vt secundum. Ora. 195. Omnes in oratione esse quasi permixtos & confusos pedes. 1. de Di. 118. Vis quædam sentiens, quæ est toto confusa mundo. 2. de Orat. 177. Vt re distinguantur, verbis confusa esse videantur. 4. Acad. 118. Anaxagoras dixit materiam infinitam esse, sed ex ea particulas similes inter se minutas, eas primùm confusas, postea in ordinem adductas mente diuina. * 1. de Legib. In frag. Omnes homines inter se natura confusi prauitate dissentiunt.

☞ Syntaxis. *Confundo & pertubo. Se confundere, & conferre cum. temporum confusio. Confusa & permixta disputatio. Vis diuina toto mundo confusa.*

Confvtatio, onis. *dissolutio, reprehensio.* 1. ad Her. 4. Confutatio est contrariorum locorum dissolutio.

✠ Confvtatvs. 2. de Nat. 45. Cuius opinionis leuitas confutata est.

Confvto, as. *refello, refuto, reprehendo, diluo, coarguo, infirmo, dissoluo, redarguo, explodo, conuinco, frango, eyicio, abucio, aduersaria euerto. falsum esse doceo, tollo.* 1. de Di. 8. Cotta hic disputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. 5. Tusc. 88. Maximisque doloribus affectus eos ipsos inuectorum suorum memoria & recordatione cõfutat. Par. 134. Confutare audaciam alicuius.

Congelo, as. *congelacio.* Epist. lib. 2. ep. 13. Erat in eadem epistola veternus ciuitatis; gaudebam sanè & congelasse amicum nostrum lætabar ocio.

Congemo, mis. *simul gemo.* pro Mu. 51. Senat⁹ cõgemuit frequẽs.

Congero, ris *congrego. accumulo, comporto.* pro Pompo. 22. Res omnes pulcherrimas Mithridates ex tota Asia direptas in suũ regnum congesserat. 1. de D. 78. Midæ dormienti formicę tritici granain os congesserunt. de Cla. 197. Illud minus curo, quòd congessisti operarios omneis. 3. I. A. 15. Antonius in Cæsarem maledicta congessit. de Cl. 332. Vt te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum. pro Deiot. 12. In quem dij atque homines omnia ornamenta congesserunt. pro Pl. 26. Minturnenses C. Mario viaticum congesserunt, nauigium dederunt. pro Planc. 83. Sed hoc nescio quo modo frequenter in me congessisti, sanéque in eo creber fuisti te idcirco, &c. pro Mil. 65. Congerere crimina in aliquem. ad Brut. ep. 16. Bruti Si omnia simul congesseris.

Congeror, ris. *congregor.* Tus. li. 5. 117. Congerantur in vnum omnia. de Amic. 58. Neque verendum est ne plus æquo quid in amicitia congeratur.

Congestvs, a, um. *collectus.* 2. de Diuin. 66. Tritici grana in os pueri Midæ congesta. 5. In Ant. 12. Innumerabilis pecunia congesta in illam domum est. *. Oecon. 1. Cum verò paratæ res sub tectum essent congestæ.

Congestvs, stus. *comportatio.* 2. de Diuin. 68. Herbam autem asperam credo extitisse auium congestu, non humano satu.

Congiarivm, rij. *imperatoris donum: à congio, mensuræ genere vini, & similium.* Att. ib. 16. ep. 8. Legiones congiarium ab Antonio accipere noluerunt. Attic. lib. 10. ep. 6. Vehementem auaritiam video fuisse, spem magni congiarij. 2. I. A. 116. Cæsar muneribus, monumentis, congiarijs, epulis multitudinem imperitam lenierat. Ep. lib. 8. ep. 1. Plancus magno congiario donatus est à Cæsare. Cælj.

✠ *Adiunct. Magnum, 10. Attic. & 8. Fam.*

Conglacio, as. *congelo, durefio.* 2. de Nat. 26. Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque niue priuinaque concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta diffunderet. Ep. lib. 8. ep. 6 Curioni nostro tribunatus conglaciat.

Conglobatvs, a, um. *coherens, congregatus.* 2. de Na. 98. Terra vndique in sese nutibus suis conglobata. 4. Ac. 118. Figura conglobata. Par. 55. Definitiones conglobatæ.

Conglobor, ris. *cogor, colligor.* 2. de Nat. 116. Mare cùm supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur vndique æqualite neque redundat vsquam.

✠ *Adverb. Æquabiliter, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Terra suis nutibus conglobata.*

Conglvtinatio, onis. *connexio.* de Sene. 72. Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. Or. 78. Circuitus conglutinatioque verborum.

✠ *Adiunct. Recens)(veterata, de Senect.*

Conglvtinatvs, a, um. 3. I. A. 28. Antonius ex his tot vitijs conglutinatus est. Att. li. 1. ep. 14. Sic tueor, vt possum, illam à me conglutinatam concordiam.

Conglvtino, as. *coniungo, copulo, confio, compono.* de Sene. 72. Sic hominem eadem optimè quæ conglutinauit, natura dissoluit. 2. ad Her. 4. Ita poteris animi vicium cum causa peccati cõglutinare. Att. lib. 7. ep. 8. Tu soles conglutinare amicitias testimonijs tuis. ‖ de Ami. 32. Vtilitas amicitias conglutinaret. Epist. lib. 11. ep. 27. Vitæ dissimilitudo non est passa voluntates nostras consuetudine conglutinari.

☞ Syntaxis. *Conglutinatus homo vitijs. Conglutinare concordiam, amicitias, voluntates. Consuetudine animos conglutinare, ac voluntates.*

Congratvlatio, onis ad Brut. ep. 3. Sed tamen omnium ordinum consensus gratiarum actio, congratulatóque me cõmouet, propterea quòd, &c. *aliàs gratulatio.*

Congratvlor, aris. *signis lætitiam ostendo, cum aliquo gaudeo.* pro Pl. 66. Sed ea res haud scio an plus mihi profuerit, quàm si mihi essent omnes congratulati. pro Sest. 20. Mihi denique homines præcipuè congratulabantur, quod habitarus essem, &c.

Congrediendi. Att. lib. 15. ep. 26. Illud præclarè, quòd te consolata est spes breui tempore congrediendi.

Congrediens, tis. *coiens.* 2. de Nat. 103. Luna tum congrediẽs cum sole tum digrediens, &c. * 2. de Glor. Ajax cum Hectore congrediens.

Congredior, ris. *conuenio, pugno.* Att. lib. 8. ep. 23. Sed ego cùm hæc scribebam, nec illos congressuros, nec si congressi essent, Pompeium ad vllam conditionem accessurum putabam. & ad Brut. ep. 6. Filius tuus à me abest, in Macedonia congrediemur. & ad Attic. lib. 2. ep. 24. Cum eo, vt res indicat, sæpe congressus est. & lib. 6. ep. 8. Sed explora rem totam, vt quo die congressi erimus, consilium capere possimus. pro Cæl. 53. Vbi congressus cum seruis Luceij Cælius? pro Pl. 12. Venio nunc ad populi partes qui si tecum congrediatur, &c. 2. de Natur. 1. Ne ego incautus: qui tecum congredi conatus sum. pro Lig. 9. Tubero contra Cæsarem congressus est armatus. pro Mur. 67. Quare remoue autoritatem, & congredere mecum criminib. ipsis. pro Syl. 47. Nondum statuo te virium satis habere, vt ego tecum luctari & congredi debeam. I. P. 59. Si ipsi coràm congredi poteris. ad Brut. ep. 11. Antistius congressus. P. Dolabella milites habente maluit, &c. Top. 93. Stratus, in quo primùm insistit, quasi ad repugnandum congressa defensio. * conc. Quint. Met. Congredi non licet cum resistente.

✠ *Adver. Coram, in Piso.*

☞ Syntaxis. *Luna cum sole congrediens.)(digrediens, Congredi, absolute: id est, coire. colloqui. Congredi cum aliquo: id est, contendere. Congredi, etiam absolute: id est, pugnare.*

Congregabilis, le. *congregatus, quod facilè congregatur, & amans socium.* 1. Off. 157. Apũ examina cõgregabilia natura sunt.

Congregatio, onis. 4. de Finib. 4. Homines natos esse ad congregationem hominum. 3. de Finib. 65. Nos ad coniunctionem congregationémque hominum, & ad naturalem communitatem esse natos.

CONGREGATVS, a, um. pro Do. 67. Ex quo indicare potestis, quanta vis illa fuerit oriens & congregata, cùm hæc Cn. Pompeium terruerit, iam distracta & extincta. L. SOLIVACVS. 2. de N. 123. In quo admirandum est, congressúne aliquo, an iam inde ab ortu naturæ congregatæ sint. pro Dom. 89. Multitudò hominum congregata ex seruis conductis. 4. Ac. 100. Niuem ex aquâ esse congregatam. *alias concreta.* Par. 4. Latronum multitudo vnum in locum congregata. pro Cec. 59. Coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati.

CONGREGO, as. *colligo, contrahо, conuoco, coacerno, aggrego, cogo, frequento, coniungo, in vnum locum compello.* pro Qu. 52. Is, qui cum te aut voluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. 1. de Nat. 39. Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum: *id est, colligit.* 1. de Orat. 13. Homines dispersos & dissipatos vnum in locum congregare. & 1. Tusc. 62. Qui dissipatos homines congregauit. 5. de Fin. 42. Homines æqualibus delectantur, libenterque se cum his congregant. in Vat. 25. L. Paullum in eundem hunc numerum congregasti. pro Rab. 21. atque ibi se cum tuo patruo & cæteris congregare. 14. I. A. 15. Ciues vnum se in locum ad curiam congregabant.

✠ ADVERB. *Facillime pares cum paribus, de Senect. libenter, 5. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Congregare in vnum locum, ex seruis, secum. in numerum. Congregare se.*

CONGRESSIO, onis. *congressus, colloquium, sermo.*) (. *Digressio.* Top. 59. Amori congressio causam attulit, amor fugitio. Quint. frat. lib. 1. ep. 3. His de causis hoc malum, quòd te non vidi, minus acerbum fuit, quàm fuisset tum congressio, tum verò digressio nostra. pro Cluen. 41. Nemo illum aditu, nemo cõgressione, nemo sermone dignum putabat. 2. I. A. 46. Persuasi vt eum à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione prohiberet. 1. Off. 132. Congressiones familiarium. 1. de Or. 192. In congressionibus hominum.

✠ ADIVNC. *Acerba & misera. 1. ad. Q. frat. Bellicosa, Seuera. 7. Famil.*

CONGRESSVS, sus. *pugna.* 2. de Orat. 317. Ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur.

¶ *Colloquium, congressio.* 1. I. A. 26. Nempe in Antonij congressum colloquiumque veniendum est. pro Sest. 110. Omnes aditum, sermonem, congressum tuum fugiunt. 4 Ac. 6. Quasi verò clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leuiorum. pro Syll. 16. Cùm interim Sylla cum eisdem ne mediocri quidem sermone & congressu coniungeretur. pro Plan. 66. Eorum neminem à congressu meo inuitor abterruit. Orat. 33. Congressus nostros, consuetudinem victus, sermonesque doctissimos requiro. Attic. lib. 1 ep 17 Mihi verò vt inuideant piscinarij nostri, aut scribam ad te aliàs, aut in congressum nostrum rese ubo. Att. lib. 4. ep. 12. Si quis congressus fuerit mihi cum Cæsare. At. lib. 1. epist. 14. Ac mihi persuaseram fore, vt omnia plucarentur inter vos, non modò sermone ac disputatione, sed conspectu ipso congressuque vestro.

¶ *Societas.* 2. de Nat. 123. In quo admirandum, est, congressúne aliquo inter se, an iam inde ab ortu naturâ congregatæ sint.

✠ ADIVN. *Mediocris, pro Syll. Quotidianus. 7. Famil. Tacit. 4. Acad.*

☞ Syntaxis. *Venire in colloquium, & congressum alicuius. In congressum reseruare. Fugere & requirere congressus.*

CONGRVENS, tis. *aptus, accommodatus, conueniens, consentiens*)(. *Repugnans, discrepans.* 3. de Orat. 220. Actio menti congruens esse debet. 5. de Finib. 58. Actiones virtutibus congruentes. 1. de Leg. 38. Siue Aristotelem & Theophrastum cum illis re congruentes, genere docendi paulùm differentes. de Cl. 117. Tubero vita seuerus, & congruens cum ea disciplina quam colebat. Part. 54. Actio congruens & apta ad animos permouendos. 3. de Orat. 50. Ij sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nominem. 2. de Fin. 45. Eadem ratio fecit hominem appetentem, cumque his natura & sermone & vsu congruentem. Ep lib. 9. ep. 24. Initium suspicionis mihi fuerunt literæ tuæ, quibus literis congruentes fuerunt aliæ postea multorum Epist. lib. 7. ep. 27. Sed tamen erat aptum bibliothecæ, studijs que nostris congruens. 4. Acad. 44. Maximè autem conuincuntur, cùm hæc duo pro congruentibus sumunt, tam vehementer repugnantia. 1. de Leg. 10. Oratio verbis discrepans, sententijs congruens. de Cla. 41. Gestus cum sententijs congruens. * 1. de Leg. in Frag. Mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret ac nititur.

☞ Syntaxis. *Actio congruens homo. Sumere aliquâ pro congruentibus. aptum, & congruens. & contrà. Cum aliquo congruens.*

CONGRVENTER. *conuenienter.* 3. de Orat. 34. Ad id quod agitur, aptè congruentérque dicere. 3. de Finib. 26. Congruenter naturæ, conuenienterque viuere.

CONGRVO, is. ‖ *Cum dativo vel ablativo idem quod conuenio, aptus* ✠ *sum, congruens: conuenio, vbi diligenter conueniam ne congruas cum imperitis dicamus. Neque enim Cicero aut poetas tempora Latinorum vllius hoc verbo vsus est. Nunc autem Grammaticorum plebs Orationē congruam conclamat, dum Latinā asserit, cum Neque Congruens in ea sententia latinum sit. Nam congruo, & congruens rem cum qua conferuntur adiunctā habent.* 4. I. V. 129. Sicuti tuos dies mentiqui congruere volunt cum solis lunæque ratione. Att. lib. 7. ep. 13. Reliqua patebant, & cum Terentiæ summa congruebant. 3. de Ora. 28. Non omni causæ congruit orationis vnum genus. 3. de Fini 19. Principijs congruere debent quæ sequuntur. de Amic. 27. si aliquem nacti simus, cuius cum moribus & natura congruamus. Att. lib. 2. ep 9. Valde eius sermo de Publio cum tuis, interis congruebat. 2. de Fin. 100. Quamquam ea epistola cum sententia eius Philosophi nullo modo congruebat. 3. Offic. 13. Etenim quod summum bonum à Stoicis dicitur, conuenienter naturæ viuere, id habet hanc (vt opinor) sententiam, cum virtute congruere semper. 5. Tusc. 82. Congruere natura, & cum ea conuenienter viuere. 1. de Diu. 97. In his omnibus responsa aruspicum cum Sibyllæ versibus congruebat. 1 de Leg. 54. Hi de re vna solùm dissident, de cæteris mirificè congruunt. 4. Tusc. 30. Corporis temperatio, cùm ea congruunt inter se, è quibus constamus, sanitas dicitur. pro S. R. 62. Cùm multæ causæ conuenisse in vnum locum, atque inter se congruere videntur. de Ar. 29. Ea pars legis tuæ quæ congruebat cum iudicio senatus. pro Mar. 16. Nostri sensus in bello congruebant. 1. de Inuen. 19. Nam illa quæ prima dicuntur, si vehementer velis congruere & cohærere cum causa, ex eis ducas oportet, quæ post dicenda sunt. * Hortens. Congruere enim cogitatione magna voluptas corporis non potest.

✠ ADVERB. *Mirifice. 1. de Leg. valde. 2. Attic. vehementer, 1. de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Cum aliquo, & alicui congruere. De hoc non congruunt illi. Ista inter se congruunt. Congruere, & cohærere in aliquare.*

CONIECTIO, onis. *coniectus.* pro Cec. 41. Ictu cominus coniectione telorum magnas sæpe copias pulsas esse. 2. de Diuin. 130. Idem somniorum coniectionem definit hoc modo, esse vim cernentem & explanantem, quæ à dijs hominibus significentur in somnijs.

CONIECTOR, oris. *interpres somniorum, portentorum, vates.* 2. de Diu. 134. Defert ad coniectorem quidam, somniasse se ouum, &c. 1. de Diu. 45. Somnij interpretatio à coniectoribus facta. & 62 Coniector quidam & interpres portentorum. & lib. 2. 124. Coniector somniorum. Par. 6. Vaticinationes, & responsa sacerdotum, auruspicum, coniectorum. 1. de Diu. 42. 72.

CONIECTVRA. *ræ. opinio, suspicio, diuinatio, prouisio, augurium, existimatio, finis, sensus, etc.* tt. lib. 12. ep. 5. Quod autem sino hanc rem [illegible] à te. 2. de In. 16. Omnis igitur ex causa, ex persona, ex facto ipso coniectura capienda est. Epist. lib. 7. ep. 1. Omnino si quæris, ludi apparatissimi. sed non tui stomachi: cõiecturam enim facio de meo. 2. de In. 29. Hæc ad aliquam coniecturam faciendam pertinent. 4. I. V. 183. De cæteris ex hoc coniecturam facere debebitis. 2. de Diuin. 147. Coniectura, quæ in varias partes duci potest, nonnunquam etiam in contrarias, nihil incertius, &c. 145. An ea quæ dixi, quicquam aliud significant, nisi acumen hominum, ex similitudine aliqua coniecturam modò huc, modò illuc ducentium? Attic. lib. 8. epist. 11. Non ariolans vt illa, cui nemo crediderit, sed coniectura prospiciens iam iamque maiora, &c. & lib. 13. epist. 9. Quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. 2. de Diuin. 129. Etiamsi fieri possit coniectura vera somniorum, tamen isti qui profitentur, eam facere non possunt. & 65. Cur autem de passerculis coniecturam fiat? pro Mur. 44 Ex vultu coniecturam faciunt, quantũ quisque animi habeat. 1. de Diu. 75. Facta etiam coniectura in Dionysio est, qui, &c. & 78. Fiunt certæ diuinationum coniecturæ à peritis. de Cl. 56. Tantum modo coniectura ducor ad suspicandum. pro Cl. 97. Iam hæc diuinatio est: sed vide ne mea coniectura multo sit verior. Attic. lib. 14. ep. 25. Cupio antequam Romam venio, odorari diligentiùs, quid futurum sit: quanquam vereor, ne nihil coniectura aberrem. 1. contra Rul 17. Hæc à me suspicionibus & coniectura coarguuntur. Or. 126. Cùm de verò ambigitur, quid quæri coniectura solet. pro Flac. 7. Iudicare aliquid coniectura pro S. R. 62. Tamen non temerè creditur, neque leui coniectura res penditur. pro S. R. 97. Etiam ne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda, aut coniectura capienda est? pro Qu. R. 20. Multam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura. 2. de Diu. 121. Ex ebriorum visis innumerabilia coniectura trahi possunt. quæ futura videantur. pro Dom. 15. Nonnulli ad illam rem rationem coniecturámque reuocabant, qui, &c. de Ar. 54 Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturáque tangeremur. pro Cæl. 66. Hæc causa ab argumentis, à coniectura,

ab ijs

ab iis signis quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est.1.de Diu.24. Artes quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles.72. Alia subitò ex tempore coniectura explicantur. Attic. lib.9. epist.3. Transisse enim eum iam putabat, coniectura dierum ac tempestarum. Epist.lib.9.epist.2. Quanquam quò me coniectura ducat, habeo. *item.* Sed ea vos coniectura prospicitis. Attic.lib.1. epist.1. Petitionis nostræ huiusmodi ratio est, quòd adhuc coniectura prouideri possit. pro Pomp.26. Multa prætereo consulto, sed ea vos coniectura perspicitis. pro Dom.11. Neque id coniectura prospiciebamus, sed iam experti videbamus. Epist. libr. 1. epist.5. Quæ autem posita sunt in coniectura, quæq; mihi videtur fore, ea puto tibi à me scribi oportere.10.I.A. 17. Quis sapientior ad coniecturam rerum futurarum.1.de Na.39. Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus.7.I.V.63. Quid eius sit, coniectura vos assequi debetis. & *Ibidem.* & Attic. lib.12. epist.20. Coniectura assequere. Attic.lib.2. epi.10. Quantum coniectura auguramur. 3.I.V.125. Ex vno de cæteris coniecturam facere. & pro Mur.9. Huius rei coniecturam de tuo ipsius studio facillimè ceperis. 2.de Or.299. Facere coniecturam de se.

✠ ADIVNCT. *Bona,7.Verr.Certæ,1.de Diuin. Credibilis,Probabilis,Vera,2.de Diuin. Difficilis,6.Famil. Domestica,5.Ver.Facilis,5.de Finib.Infinita,2.de Finib. Leuis,Multa,pro Sext.Rosc.Perspicua,1.de Inuent.Verior. Pro Cluent.*

☞ Syntaxis. *Coniecturam capere, facere, ducere. Coniectura prospicere duci, aberrare, coarguere, iudicare, pendere aliquid, explicare quippiam, contineri.*

CONIECTVRALIS, le. *inficialis.* Topic.92. Prima quæstio aut inficialis, aut coniecturalis appellatur. Top.50. Sed locus hic magis ad coniecturales causas valet.2.ad Her.8. Coniecturalis status.2. de Inu.14. Nunc à coniecturali constitutione proficiscemur, cuius exemplum sit hoc expositum, In itinere quidam, &c. 2. de Diuin. 26. Omne genus coniecturale in hoc ferè genere ponebas.

CONIECTVS, ctus. *coniectio.* Attic.lib.4. epist.3. Qu. fratris domus fracta coniectu lapidum.3. de Or.220. Oculorum tum coniectu, tum hilaritate. & pro Sest.115. Oculorum coniectus.

CONIECTVS, a, um. 1.I.C.15. Ego tuas petitiones ita cõiectas, vt vitari non posse viderentur, parua quadam declinatione effugi. ad Brut.epist.9. In te omnium coniecti oculi sunt.2.de Orat.225. Coniectis oculis, gestu omni imminẽti, inquit, &c. pro Mur.73. Hæc omnia crimina à multitudine in tuam nimiam diligentiam serui coniecta sunt. pro Sest. 40. Inimici oratio vana improbè in clarissimos viros coniecta. 1. de Diu.57. Tum ei dormienti visum est, &c. se interfectũ in plaustrum à caupone esse coniectum & super stercus iniectum.4.I.V.18. O præclarè coniectum à vulgo in illam prouinciam omen communis famæ atque sermonis.

¶ *Coniectura notus.* Qu.frat.lib.3.epist.1. Quòd epistolam diu in manibus habui, ideo multa coniecta sunt, aliquid alio tempore. 1.de Diu.118. Ea quibus bene percepta sunt, ij nõ sæpe falluntur: malè coniecta, maleque interpretata, falsa sunt, non rerum vitio, sed interpretum inscitia. 2.de Diu.66. Hæc non tam admirabilia sunt, quàm coniecta bellè.

✠ ADVERB. *Belle,2.de Diu.Male,1.de Diuin.Præclare,4. In Verr.Gregatim in latumias,7.Ver.Improbe, Oratio in viros.Pro Sest.*

CONIICIO, cis. *coniectura assequor vel consequor, coniecturam facio, coniectura prospicio vel perspicio, agnosco, auguror, interpretor, diuino, existimo.*7.I.Ver.40. Quam multos esse oporteret, ex ipso nauigio conijciebat. Attic.li.14.epist.24. Sed citò conieci Lanuuij te fuisse.3.de Orat.48. De me enim conijcio. Qu.frat. lib.3. epi.9. Quàm te velim cautũ esse in scribendo, ex hoc conijcio, quòd, &c.de Cl.53. L.Brutus, qui de matre suauianda ex oraculo Apollinis tam acutè coniecit. 1. de Diu.12. Num igitur, quæ tempestas impẽdeat, vates melius conijciet quàm gubernator? & *Ibid.* 12. Bene qui conijciet, vatem hunc perhibeto optimum. ¶ *Confero, iacio, trudo, emitto.* Epist.lib.8.epist.4. Nam disputando coniecit illam vocem Cn. Pompeius, omnes oportere senatus dicto audiẽtes esse.2.I.A.21. Negocium q; transegisses, ni se sub fcalas tabernæ librariæ coniecisset. 2.de Diui.46. Sed te mirificam in latebram coniecisti. 2. Offic.60. Demetrius Periclem vituperabat, quòd tantam pecuniam in præclara illa propylea coniecit.7.I.V.17. Conijcere aliquẽ in vincula, vel in carcerem. Epist.lib.12.epist.1. Resp. iacet in iis perturbationibus, in quas eam ille coniecit.2.I.C.1. Cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus.pro Dom.67. Clodius Pompeium foro priuauit, domum coniecit. Atti.lib.5.epist.16. Appius in vltimam prouinciam se coniecit Tarsum vsque. pro Cæl.63. Licinius in fugam se coniecit. pro Cæl.62. Sin se in intimum conijcere vellent, non satis commodè calceati & vestiti id facere possent.3.de Orat.192. Cùm quis se mente ac voluntate conijcit in versum, verba sequuntur. pro Planc. 30. Conijcere maledicta in aliquem. pro Qu.52. Ergo in eum qui, &c. omnia tela coniecisti. pro Planc.83. Conijcere causam in locos: *id est, diuidere.* Parad.1. Ego verò illa ipsa ludens conieci in locos communes. 2.de Leg. 64. Quam legẽ eisdem propè verbis nostri viri in decimam tabulam coniecerunt. Attic.lib.16.epi.6. Itaque id prœmium conieci in eum librum quem ad te misi. Epist. lib.9. epist.20. In Epicuri nos aduersarij nostri castra coniecimus. de Ar.2. Conijcere telum, & emittere telum.

CONIICIOR, ris. *agor, impellor, emittor,* 7. in Verr.142. In Latumias statim conijciebantur. I.P.94. Nulli conijcientur in hunc ordinem, nulli eximentur. 1. Tusc.96. Conijci in carcerẽ. 5. Tusc. 12. Conijci in eculeum. 4. I. V.127. Nunquid igitur oportet nisi tres sortes conijci? vnam educi? nihil, conijci iubet tres, &c. de Ar.45. Cum in me flamma illorum temporum conijciebatur, excepi, & pro patria solus exarsi. in Vat. 13. Omnia tela in te conijcientur.

✠ ADVERB. *Acute, de Clar. Acutius, Belle, 2. de Diu. Cito,14. Attic.Melius,1.de Diu.*

☞ Syntaxis. *Conijcere ex. & de se. Conijcere se in fugam. Conijcere maledictum, telum in aliquẽ. Conijcere sortes, aliquẽ in carcerem, vincula.*

*CONISCANS, tis. in L.Pis. Caput opponis, cum eo conisCans.

CONIVGATIO, onis, *συζυγία.* de Sen. 53. Capitum coniugatio, & religatio, & propagatio vitium. Top.38. Locus ex coniugatione, id est, ex coniugatis.

CONIVGATA, orum. *coniuncta.* Top.12. Coniugata dicũtur, quæ sunt ex verbis generis eiusdem: vt sapiens, sapienter, sapientia.

CONIVGIVM, gij. *connubium, matrimonium.*1. Offic.54. Prima societas in ipso est coniugio. pro Clu.188. Ptæterea quid eam sibi domum coniugij delegit, in qua, &c. Attic.lib.6.epist.8. Etiam mehercule lætatus sum sermone Pyliẽ de cõiugio Tullię meę. *Oecon.1. Maritale coniugium sic comparatum est à natura.

CONIVGO, as. *coniungo.*1. Offic.58. Est ea iucundissima amicitia, quam morum similitudo coniugauit. 2. de Fin. 45. Quæ *mens* disiuncta coniugat. *melius coniungat.*

CONIVNCTA, orum, *coniugata.*2.de Ora.167. Ex coniunctis sic argumenta ducuntur, &c.

CONIVNCTA, orum. *adiuncta, locus dialecticus.* Part.7. Alia ex coniunctis.

CONIVNCTE, (simè. *simul, coniunctim.*) (. *simpliciter, separatim.* 2.de Ora.248. Si quando risus coniunctè re verboq; moueatur. de Am. 2. Coniunctissimè & amantissimè viuere cum aliquo. & 3.de Ora.11. & 2.de Or.158. Simpliciter dici.) (. *Coniunctè efferri.* Epist. lib.5.epist.12. Coniuncténe malles cum cæteris rebus nostra contexere, an separare, &c.

CONIVNCTIM, *coniunctè.* Cæl.Epist.lib.8. epist.8. Neque quid coniunctim de ea re referretur à Coss.1.de Inu.9. Ac mihi videtur coniunctim agendum de materia & partibus.

CONIVNCTIO, onis. *copulatio, necessitudo, affinitas, cognatio, societas, consociatio, congregatio. conuenientia, continuatio, quasi concentus atque consensio.* Epist.lib.1. epist.7. Quòd mihi de filia & Crassipede gratularis, agnosco humanitatẽ tuam, & spero nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Epist.lib.4.epist.8. Sin minus, me certè in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni amoriq; facturum. Attic.lib.6.epist.2. Dixerim me vel plurima vincula tecum summæ coniunctionis optare, & sunt amoris arctissima: tantum abest, vt ex quo astricti sumus, laxari aliquid velim.13. I.A.11. Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco. Attic. lib.16. epist. 16. Hoc pro coniunctione & beneuolẽtia nostra mihi sumpsi, vt id à te peterẽ, quod, &c. Epist. lib.13. epist.10. Quæsturę coniunctio liberorum necessitudini proxima est. 3. de Fin.65. Nos ad coniunctionem congregationemq; hominũ, & ad naturalem communitatem esse natos. Epist.lib.13. epst.10. In omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiãtur. & epi.26. Idq; ipse pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat, quàm suauis esset inter nos & quanta coniunctio. pro Dom.28. Hanc nostram coniunctionem certi homines fictis sermonibus diremerũt. & 118. Eius autoritas propter tantam coniunctionem affinitatis minor est putanda. pro Plan.22. Iam municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer mouentur. pro Cæl.55. Rationem tantæ familiaritatis & tantæ consuetudinis, tantæ coniũctionis reddas necesse est.8.I.A.20. Quorum est nemo, qui non mecum habeat aliquam coniunctionẽ gratiæ. de Am.23. Si exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionẽ: *id est, amicitiam.*1. Offic.11. Commune animantium omnium est, coniunctionis appetitus procreandi causa.2.de Diu.119. Hac igitur mentis coniunctione cum externis mentibus cerni quæ sint futura, continuatio coniunctioq; naturæ.2.de Diu.142. Coniectores ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam vocant *συμπαθειαν* quod,

etrique rei conueniat ex somniis, & quid quanq; rem sequatur, intelligunt.

¶ *Coniunctio, pro ea quam partē orationis faciunt Grammatici.* Orat. 135. Cum demptis coniunctionibus, dissolutè plura dicuntur. ¶ *Enunciationis genus, in qua & adhibetur.* de Fat. 12. Ergo hæc quoque coniunctio est ex repugnantibus, & est Fabius, & in mari Fabius morietur. *& Ibidem.* Non & natus est quis oriente canicula, & is mari non morietur. & 16. Ex connexo transferri ad coniunctionum negationem, hoc modo: Si cui venæ sic mouentur, is habet febrem: non & alicui venæ sic mouentur, & febrem is non habet. Top. 57. Coniunctionum negantia.

¶ *Verborum quadam exornatio est, cum interpositione verbi, & superiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores, hoc modo:* Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetustate. 4. ad Her. 38.

✠ ADIVNCTA. *Aeterna, perdiuturna, sempiterna, 2. de Nat. Contraria, vera, 4. Acad. Humana, 5. de Finib. Incolumis, 3. Offic. Infinitæ, 2. de Diuin. Inuidiosa, 8. fam. Iucundissima, 16. fam. Magna, proxima necessitudini liberorum, Suauis inter aliquos, Veræ, 13. famil. Maxima gratiæ, 7. Ver. Mediocris gratiæ, 9. Phil. Noua, Suauissima, 4. Attic. Paterna, 10. Phil. Perpetua, 4. Catil. Repentina affinitatis. 2. Attic. Summa, 14. Phil. Tanta. pro Dom. Vetus, 6. famil.*

☞ Syntaxis. *Coniuncto quæstura, affinitatis, vicinitatis, beneuolentiæ, naturæ, mentis, Conuenēcia, & coniunctio. Hominum coniunctio, congregatio, communitas.*

CONIVNCTVS, ctior, ſsimus. *iunctus, copulatus, continens, adiunctus, cohærens, consentiens, implicatus cum aliquo, communis, sociatus, connexus, habens societatem, coniunctionem gratiæ, quasi deuinctus, necessarius.*) (. *disiunctus, solitarius.* Attic. lib. 1. epi. 13. Multa consuetudine coniuncti inter nos sumus. de Am. 39. Tum etiā cum iis & inter se coniunctissimos fuisse M. Curiū & T. Coruncanum. Attic. lib. 14. ep. 15. Vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus. 6. in Verr. 72. Non solum amicitia, sed etiā cognatione cum aliquo coniunctum esse. pro Cl. 152. Equites ordini senatorio concordia coniunctiss. esse cupio. Attic. lib. 16. epist. 17. Me paterna necessitudine coniunctū semper habuisti. pro Plan. 27. Qui est cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. 1. I. A. 7. Vrbs mihi coniunctissima. pro Syl. 57. Homo mihi coniunctissimus officiis, vsu, consuetudine. de Amic. 84. Homines beneuolentia coniuncti. 6. I. V. 81. Quæ cognatio studiorum & artium propemodū non minus est coniuncta, quàm illa generis & nominis, pro Syl. 6. Non enim iam se vllo officio cum illo coniunctum putat, qui, &c. de Clar. 2. Vir egregius coniunctissimusq; mecum consiliorū omniū societate, pro Do. 27. Quod par amicitiæ fuit vnquam coniunctius quàm, &c. Epist. lib. 13. epist. 76. Nihil potest esse coniūctius, quàm nos inter nos sumus. 1. de Or. 24. Antonius summa cum Crasso familiaritate coniunctus. Attic. lib. 9. epist. 10. Vt per te qui vtrique es coniunctus, res, tota cōfieret. & *Ibid.* Cum vtriq; sis maximè necessarius. & lib. 16. epist. 21. Homo familiarissimus, & mihi omnib. rebus coniunctus. 2. de N. 78. Deos inter se quasi ciuili conciliatione & societate esse coniunctos. Epist. li. 12. epi. 26. Lucius magna mecum necessitudine coniunctus est. 2. de Or. 331. Hæc & natura & vtilitate, & tractatione coniuncta sunt. 3. de Or. 61. Philosophia oratori coniuncta maximè. 2. de Diu. 33. Primum exta sunt coniuncta mūdo. 2. Offi. 34. Iustitia coniuncta intelligētiæ. ad Oct. Mea salus coniūcta publicæ saluti. pro Sest. 4. Dolor coniunctus officio, 1. Offi. 6. Præcepta naturæ coniūcta, *i. naturalia.* de Sen. 59. Virtuti tuæ fortuna coniuncta est. 1. de N. 26. Motus sensui coniunctus & continens. 1. I. C. 33. Latrones scelerum fœdere inter se ac nefaria societate coniuncti. pro Cæl. 13. Quis turpioribus vtris coniūctior? 1. Offi. 44. Talis autē simulatio vanitati coniunctior est, quàm liberalitati. Epist. lib. 4. epi. 9. Cum omnium nostrūm periculum esset coniunctū suo. 2. de Di. 82. Conueniens & coniuncta inter augures constantia. 3. de Or. 147. Verba continuata & coniuncta. pro Sest. 29. Scelera quæ tibi cum illo coniuncta atq; cōmunia sunt. de Amic. 85. Vt quoniam solitaria non posset virtus ad ea quæ summa sunt peruenire, coniūcta & sociata cum altera peruenīret. pro S. R. 39. Quæ vita est maximè disiuncta à cupiditate, & cum officio coniūcta. de Cl. 317. Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. 1. de Or. 17. Celeritas respondendi subtili venustate coniuncta. 1. de Or. 243. Dicendi vis egregia summa festiuitate & venustate coniūcta. Epist. li. 5. epist. 13. Declarat enim summam beneuolentiam coniunctam pari prudentia. 3. I. A. 35. Ea summa miseria est, summo dedecore coniuncta. 3. de Or. 221. Verba neminem mouēt, nisi eum, qui eiusdem linguæ societate coniunctus est. 2. I. V. 10. Vita multis vitiis flagitiisq; coniuncta. 1. de Leg. 6. Fannij ætate coniunctus Antipater. de Clar. 264. Varro cum Sicinio ætate coniunctus. 6. I. V. 145. Postea decernitur, ac non variè, sed propè coniuncti is sententiis. I. P. 32. Qui discessus cum gloria potius esse coniunctus quàm cum probo puraretur. de Amic. 15. Quo cum mihi coniūcta cura de repub. fuit. Epist. lib. 4. epi. 2. Quòd existimas meam causam coniunctā esse cum tua. *Oec. 1. Propter hoc mas cum fœmina est coniunctus. Hortens. Ita nostros animos cum corporibus copulatos, vt viuos cum mortuis esse coniunctos.

✠ ADVERB. *Maxime habere. 15. famil. Maxime Oratori, Officio, 3. de Orat. & pro Plan. propemodū, 6. Ver.*

☞ Syntaxis. *Coniunctus cum aliquo, alicui. Coniuncti inter se, amicitia, cognatione. Habere aliquem coniunctum officijs, vsu, consuetudine. Familiaris, & omnibus rebus coniunctus. Coniunctum & continens. Coniunctum & commune. Coniunctum & sociatum. Vita, vitijs coniuncta. Coniunctus alicuius ætate: id est, proximus. Constantia conuenies, & coniuncta inter amicos. Philosophia oratori coniuncta maximè.*

CONIVNGENDVS, a, um. pro Clu. 46. Similitudo morum multum valet ad coniungendas amicitias. Attic. lib. 8. ep. 3. Vt mihi vel consiliū meū cum illius consilio, vel fortuna coniungenda. ✠ ‖6. Verr. 145. coniungendæ necessitudinis causam satis iustam putant.

CONIVNGO, gis. *copulo, coniugo, conglutino, consocio, congrego, coagmento, concilio, connecto.* Atti. lib. 16. Ego ad prætores missi, vt se nobis coniungerent. pro Deiot. 39. Deiotarus, quo cum mihi amicitiam resp. conciliauit, hospitium voluntas vtriusque coniunxit. 7. I. A. 6. Quanquam nos ab ineunte ætate illius vsus, consuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas similitudoq; coniunxit. pro Pom. 26. Quantum illud bellum factum puteris, quod coniungant reges potentissimi. I. P. 20. Quem ego ciuem meo iudicio cum deorum immortaliū laude coniungo. Q. Fr. lib. 1. ep. 1. Difficile est ea, quæ commodis, vtilitate & propè natura diuersa sunt voluntate coniungere. Ep. lib. 5. ep. 7. Non dubito quin Resp. nos inter nos conciliatura coniunctura q; sit. pro Quin. 32. Is qui cum te aut voluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. Poſtq. In Senatu. 4. Nunquam dubitastis meam salutem cum salute communi coniungere. pro Quint. Ros. 16. Falle socium, qui se in negocio coniunxit. Attic. lib. 10. epist. 10. Volare dicitur Petreius, cū Afranio coniunxisse. Epi. lib. 7. ep. 30. Eamque epistolam cum hac coniunxi.

CONIVNGOR, ris. pro *Syl.* 16. Cùm interim Sylla cum eisdem ne mediocri quidem sermone & congressū coniungeretur. de Cl. 120. In doctrina Academicorum veterum differendi ratio coniungitur cum suauitate dicendi & copia. 6. I. V. 117. Portus, qui cum diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur, & confluunt. de Pro. 42. Quòd me secum ne beneficiis quidem videbat posse coniungi. 2. de Ora. 308. Neque tanti est illud quod videtur prodesse, vt cum aliquo malo cōiungatur. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. Aliquem hospitio, & amicitia cum aliquo coniungi. Quin. Fr. lib. 1. epist. 1. Cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur.

✠ ADVERB. *Maximè 13. famil. maximè lingua, 1. Offic. Maximè societate, pro Corn. Mirifice. 12. famil. Quam maximè. 5. Famil.*

☞ Syntaxis. *Coniungere aliquem cum deorum immortalium laude, i. æquè laudare ac deos. Conciliare & coniungere inter se amicos. Coniungi, & consuere.*

CONIVNX, gis. *particeps connubij.* Att. lib. 8. ep. 2. Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. & 3. de Nat. 78. Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum. Quin. Fr. lib. 1. ep. 3. Fidelissima ✠ coniunx. ‖& 2. Ver. 14. Coniuges conseruare non licitū est. 3. In Ant. 16. Pater coniugis tuæ. 4. Catil. 18. De coniugum vestrarum ab librorum anima iudicandum est.

✠ ADIVN. *Minime auara. 3. Phil. Fidissima, pro Sest. fidelis. 2. Offi. Fidelissima. 9. Phil. Integra à petulantia. 2. Ver. Misera, pro Domo sua ad Pont.*

CONIVRATIO, onis. *conspiratio, consensio.* 2. I. C. 6. Vt omnes factam esse apertè coniurationem contra Remp. videretis. 3. I. C. 17. Hæc in remp. coniuratio manifestè deprehensa est. & 4. Catil. 6. Tam exitiosam haberi cōiurationem à ciuibus nunquam putaui. 3. Offi. 44. Nam si omnia facienda sunt quæ amici velint, non amicitiæ tales, sed coniurationes purandæ sunt. 1. I. C. 13. Ista coniuratio perditorum hominum: *id est, Isti conurati.*

✠ ADIVNCT. *Ciuilis, occulta. 5. famil. Exitiosa, impia, 4. In Cat. Recens) (vetus, pro Dom. Scelerata, Anteq. Sceleratissima. 13. Famil. Superior pro Syll.*

CONIVRATOR, oris. 4. I. C. 20. Manus coniuratorum, quam videtis esse permagnam.

CONIVRATVS, a, um. pro Fon. 11. Testibus cupidis, iratis, coniuratis, non credendū esse. pro Mur. 52. Homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci à Catilina sciebam. pro Plan. 100. Exules coniurati.

CONIVRO, as. *consentio, conspiro.* pro Syl. 70. Catilina contra rēp, coniurauit. & *Ibid.* 71. Ij quos coniurasse cognitū est. de Ar. 36. Hi quibus cum coniurati. pro Mil. 66. Seruos Milonis sibi confessos

fessos esse de interficiédo Pompeio coniurasse. Epist. lib. 5. epi. 6. Scito me tantum habere æris alteni, vt cupiam coniurare.

CONNECTO, ctis. *coniungo.* (. *separo.* de Nat.
Aeternum ex astris cupiens connectere nodum.

CONNECTOR, ris. *iungor.* 3. de Ora. 164. Nam illud ex hoc genere profluit: non est in vno verbo translato, sed ex plurib. continuatis connectitur. Attic. lib. 14. epist. 18. Ista verò quæ tu connecti vis, aliud quoddam separatum volumen expectant. 2. de Diu. 111. Ἀκροστιχὶς, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur. de Fat. 12. Si verum est, quod ita connectitur: si quis oriente canicula natus est, is in mari non morietur. 1. de Fin. 67. Amicitia cum voluptate connectitur.

✠ ADVER. *vere, de fato.*

CONNEXIO, onis. de Or.*

CONNEXVS, a, um. *nexus, aptus, coniunctus.* I. P. 10. Persequere his funerib. connexos dies. 2. de Nat. 97. Qui tam certos, cœli motus, tam ratos astrorum ordines, tamq; omnia inter se apta & connexa viderit. 4. de Fin. 53. Est apud illos ordo rerum cõseruatus, & omnia inter se apta & connexa. 2. de Orat. 325. Connexum sit principium consequenti orationi, ita vt, &c. de Som. 9. Nouem tibi orbibus connexa sunt omnia. Part. 137. Sic inter se pleraq; sunt connexa & apta, vt, &c.

✠ ADVERB. *Leuiter. 2. de Nat. Deo.*

☞ Syntaxis. *Apta, & inter se connexa. Connexa, & apta.*

CONNEXVM, xi. *enunciati & conclusionis genus.* 4. Acad. 96. Ratio connexi, cum concesseris superius, cogit inferius concedere. de Fat. 14. Si quod primum in connexo est necessarium, fit etiam quod consequitur necessarium.

CONNITOR, ris. *nitor, operando conor.* 3. Off. 6. Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac vt efficias. 5. de Fin. 42. Cum autem paulùm firmitatis accesserit, conniti untur vt se erigant, & manibus vtuntur. in Arat.
Atq; genu flexo taurus connititur ingens. 1. de Diu. 44. Deinde eius germanum cornibus connitier in me arietare.

CONNIVENDVM. pro Fl. 25. In quo etiamsi quid errasset, omnes boni conniuendum esse arbitrarentur.

CONNIVENS, tis. 1. Tusc. 117. In mediis vitæ laborib. obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno. 2. de N. 143. Oculi somno conniuẽtes, palpebris tanquam inuoluti quiescũt. de Ar. 38. Conniuentes oculi abaui tui.

CONNIVEO, ues. *palpebras oculorũ moueo, modò claudens, modò aperiens: dissimulo.* pro Cæl. 41. Multa nobis blandimenta natura dedit, quibus sopita virtus conniueret. 1. I. A. 18. Sed ea ipsa cõcedo, quibusdam in rebus etiã conniueo. pro Cæl. 59. Prò dij immortales, cur interdum in hominũ sceleribus maximis, conniuetis. de Ar. 52. Qui in tot tantisq; sceleribus conniuebant.

CONNIXVS, a, um. *fultus, firmus.* 2. Tusc. 47. Ratio connixa perse & progressa longiùs fit perfecta virtus.

CONNVBIVM, bij. *coniugium.* Antequam. 24. Tuque particeps connubij, socia regni regina Iuno. Topi. 20. Mulier nupta cum eo cui connubij ius non est. 1. Offic. 54. Sequuntur connubia & affinitates.

CONNVS, ni. Epist. lib. 9. epist. 22. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus vocitatus est: nũ id obscœnũ putas?

CONOR, aris. *tento, experior, molior, enitor, incumbo, id ago, vt, &c. id molior, id pugno, vt, &c.* 2. de Orat. 61. Poetas omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor attingere. 1. de Orat. 25. Sed priusquam illa conor attingere, proponam, &c. Orat. 105. Videsne profectò Demosthenem multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle. pro Sext. Rosc. 54. Non modò facere non possum. verùm ne conor quidem. pro Qu. 77. Dixi mihi videri ore durissimo esse, qui præsente eo gestum agere conaretur. pro S. R. 135. Quæ efficeret, quæ conetur. Orat. 210. Id fortasse non perfecimus, conati quidem sumus. de Vniu. 33. Hæc si verbis explicare conemur, frustra laboremus. 2. I. C. 19. Quibus hoc præcipiendum videtur, vt desperent se id quod conantur, consequi posse. pro Clu. 182. Mater in filij caput quæstionem habere conata est. & 160. Hæc si T. Actius cogitasset, profectò ne conatus quidem esset dicere, id quod multis verbis egit, iudicem non deuictum legibus esse oportere. pro Deiot. 18. Quod & occultius conari & cautius efficere potuit. Orat. 33. Magnum opus omnino & arduum Brute conamur: sed nihil difficile amanti puto. Epist. lib. 4. epist. 13. Et afferam rationes, quibus te à molestiis coner abducere. & lib. 1. epist. 4. Qui nunc, &c. si qua conabuntur agere, satis prouisum est, &c. Epist. lib. 1. epist. 9. Ea est enim conatus, quibus patefactis, &c. Epist. lib. 4. epist. 7. Aut enim bellum renouare conati sunt, & hi se in Africam contulerunt. de Aruspic. 7. Si imperium in me facere conabitur, resistam, & eius conatus refutabo. *pro P. Oppio. Hoc verisimile est, tantum scelus Oppium esse conatum?

✠ ADVER. *Occultius. pro Deiot. Omnino, verbum, facere. pro Quint. Recte regere studia. pro Pomp.*

☞ Syntaxis. *Conor attingere. Conari multa.*

CONQVASSATIO, onis. *concussio, commotio.* 4. Tusc. 23. Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.

CONQVASSATVS, a, um. *concussus, commotus.* pro Sest. 56. & in Vat. 19. Exteras nationes illius anni furore conquassatas videbam. Epist. lib. 4. epi. 5. Omnes prouinciæ conquassatæ sunt. 1. de Dia. 97. Apulia maximis terræ motibus conquassata est.

CONQVERENDVM. pro Sest. 3. Nihil ab eo prætermissum est, quod aut pro republica conquerendum fuit, aut pro reo disputandum.

CONQVEROR, ris. *deploro.* Epist. lib. 5. epist. 2. Nihil tecum de tui fratris iniuria conqueror. Epist. lib. 8. epi. 9. Contristauit hæc sententia Cornelium, & scio eum conquestum esse cum Scipione. 6. in Verr. 111. Non illi bonorum direptiones, non iniqua iudicia, non vim, non contumelias, quibus oppressi erant, conquerebantur, sed, &c. & 7. Ver. 170. Si ad saxa hæc conqueri ac deplorare vellem. & 5. Ver. 45. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de istius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallẽt. pro S. R. 25. Conqueri de scelere & iniuriis alicuius. & *Ibidem.* 9. Grauiter conqueri. 2. Tusc. 50. Conqueri fortunam aduersam, non lamentari decet.

✠ ADVER. *Grauiter. pro Sex. Rosc. Grauissime, 2. Cont. Rull. Mediocriter, pro Quint. publice De factis, 4. Ver. Verissime, 1. Cont. Rull.*

☞ Syntaxis. *Conqueri cum aliquo. Conqueri, aç deplorare aliquid: & contrà. Conqueri de aliqua re. Conqueri, non lamentari.*

CONQVESTIO, onis. *querela.* Qu. fr. li. 1. epist. 1. & 3. ad Her. 23. & 1. de Inuen. 106.

CONQVIESCENDVS, a, um. 3. de Ora. 189. Notatur autem maximè similitudo in conquiescendo.

CONQVIESCO, scis. *quiesco, consideo, desino.* Orat. 107. Ita postremò eiiciuntur, vt ne ad saxa quidem conquiescant. pro R. P. 44. Hyeme omnia bella iure gentium conquiescunt. pro Mil. 69. Si vrbs ab armis sine Milonis clade nunquã esset conquietura. pro Cor. 3. Is à pueritia vsque ad hanc ætatem à continuis bellis nunquam conquieuit. pro Dom. 101. Nunquam conquiesceret fluctus bonorũ. 1. cont. Rul. 21. Vectigal, quod intermissis aliis non conquiescat. pro Mil. 38. Itaque quando illius postea fica conquieuit? Epist. lib. 1. epist. 1. Quoniam tu nisi perfectare de me non conquiẽsti. 5. de Finib. 55. Videmus igitur vt conquiescere ne infantes quidem possint. Attic. lib. 1. epist. 4. Ex omnibus molestiis ac laboribus vno illo in loco conquiescimus. Epist. lib. 9. epist. 6. & Attic. lib. 1. epist. 17. Quod nos quoque imitamur, vt possumus, & in nostris studiis libẽtissimè conquiescimus. Epist. lib. 2. epist. 1. Vt ætas nostra iam ingraueſcens in amore atque in adolescentia conquiescat tua. de Am. 22. In amici mutua beneuolentia conquiesceret. Epist. lib. 4. epi. 6. Habebam, quò confugerem, vbi conquiescerẽ, cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresque deponerem. pro Pom. 15. Etiamsi irruptio nulla facta sit, tamen agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. pro Arch. 12. Hic homo suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuicio defessæ conquiescant. Attic. lib. 12. epist. 38. Conquiescent literæ, nisi quid noui exiterit.

✠ ADVERB. *Libentissime, 9. famil. Paulum aduentu alicuius. pro Q. Lig. Nunquam. pro Dom. pro Corn.*

☞ Syntaxis. *Conquiescimus in aliqua re, dum quiete nobis est, atque tranquillè. Quiescit studium: id est, intermittit, cessat.*

CONQVIRO, ris. *anuestigo, magna diligentia quæro.* 2. cont. Rull. 96. Statim, conquisituri sunt aliquid sceleris. 3. Offic. 117. Conquirere suauitates vndique. 1. ad Heren. 1. Græci scriptores ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiuerũt, quæ nihil attinebant, vt ars cognitu difficilior putaretur. 3. de Orat. 26. Sed quid ego vetera conquiram. 6. I. V. 40. Conquiri Diodorum iubet. 1. de Orato. 202. Non enim hoc conquirimus, sed, &c.* Hortens. Vt aliorum facta & euenta conquiram.

CONQVIRO, ris. *indago.* Epist. lib. 5. epist. 9. Ego tamen terra mariq; vt conquirererur, præmandaui: & profectò illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit. 2. de Fin. 110. Sed ea nullam aliam ad rem, nisi ad voluptatem conquiruntur.

✠ ADVERB. *Curiosiùs. De Clar. Studiose, 4. Acad. Vndique, 5. In Ver. Vndique pecuniam, 12. famil. vndique suauitates, 3. Offic.*

CONQVISITE. *exquisitè, diligenter, docte.* 2. ad Her. 50. Conquisitè conscribere aliquid.

CONQVISITIO, onis. de Pro. 5. Exercitus superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus. de Vniu. 5. Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium.

✠ ADIVNCT. *Durissima, de Prouin. Omnis. de Vniuer.*

CONQVISITOR, oris. *cui aliquid conquirendum mandatum est.* Attic. lib. 7. epist. 20. Nullus vsquam delectus: nec enim conqui-

sitores ? νυκτομαχεῖν audent, cùm ille adsit. *item* pro Mil. 68.

CONQVISITVS, a, um. *exquisitus, insignis.* 5. Tusc. 62. Incendebantur odores, mensæ conquisitissimis cibis extruebantur. de Ar. 57. Si quis aliquem fictis conquisitisque vitiis deformatum vellet inducere. 2. contrà Rul. 96. Isti ab Rullo conquisiti atque electi coloni.

CONSALVTATIO, onis. Att. lib. 2. ep. 18. Consalutatio forensis.

✠ *ADIVNC. Forensis, Perhonorifica, 2. ad Attic.*

CONSALVTO, as. *saluto.* 2. de Or. 13. Qui cùm inter se, vt eorum vsus ferebat, amicissimè consalutassent. 2. in Anton. 58.

✠ *ADVERB. Amicissimè inter se, 2. de Orat.*

CONSANESCO, scis. *sanor, sanus fio.* Epi. lib. 4. epist. 6. Nunc hoc tam graui vulnere, etiam illa quæ consanuisse videbantur, recrudescunt.

CONSANGVINEVS, a, um. *sanguine coniunctus, propinquus.* 1. de Inu. 35. Cognatio, quibus maiorib. quibus consanguineis. *1. de Leg. In fi. Nec se intelligunt esse consanguineos.

CONSAVCIO, as. *fatcio, vulnero.* 4. ad Her. 27. in hoc autem crebro & celeri vulnere corpus consauciari videtur.

CONSCELERATVS, a, um. *sceleratus.* pro S. R. 67. & 3. I. V. 90. & ad Oct. Quæ furiæ dies noctèsque parentum pœnas à consceleratissimis filiis reputant.

CONSCENDENS, tis. Epist. lib. 3. epist. 10. Tamen vt vidit tua interesse, conscendens iam nauem, Epheso Laodiceam reuertit.

CONSCENDO, dis. *ascendo.* Quin. fr. lib. 2, epist. 2. Tu velim quàm primum conscendas, ad meq; venias. Attic. lib. 9. epist. 2. Si Cn. bene comitatus conscendisset, & consules tranh ssent. Epist. li. 12. epist. 25. Quamobrem conscende nobiscum, & quidem ad pup. pim: vna nauis est iam bonorum omnium, &c.

☞ Syntaxis. *Conscendere nauem, ad puppim.*

CONSCENSIO, onis. *ascensus.* 1. de Diuinat. 68. Conscensio in naues.

CONSCIENTIA, tiæ. *recordatio, animi quædam ratio, vis & lex, à qua & derectè factis, & secus admonemur.* 3. de N. 85. Et virtutis & vitiorum sine vlla diuina ratione graue ipsius conscientiæ pondus est: qua sublata iacent omnia. Attic. li. 13. epi. 20. In omni vita sua quenquam à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. pro Mil. 63. Magna vis est conscientiæ in vtramque partem. vt neque timeant qui nihil commiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccârint. 2. I. A. 114. In ipsa conscientia rectè factorum satis magnus laborum fructus est. Attic. lib. 12. epist. 27. Mea mihi conscientia pluris est quàm hominum sermo. Parad. 5. Timor ex conscientia peccatorum exoritur. Antequam. 19. Illi scelerum suorum conscientia cruciati, popul. Rom. pœnas dabunt. 1. I. C. 1. Patére tua consilia non sentis? constrictam iam omnium horum conscientia teneri coniurationem tuam non vides? & 3. In Cat. 10. Is recitatis literis conscientia conuictus repentè conticuit. & 2. in Catil. 13. Homo audacissimus conscientia conuictus reticuit. pro Cæl. 23. Qui non modò facto, sed etiam à conscientiæ suspicione abest. de Cl. 250. Qui in hoc communi malo consoletur se, cùm conscientiam optimæ mentis, tum etiã vsurpatione & renouatione doctrinæ. pro Mil. 65. Conscientia magnorum delictorum. 1. de Fin. 51. Quòd si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiã septi esse & muniti videntur, deos tamen horrent: easq; ipsas solicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, à diis immortalibus supplicij causa importari putant. Parad. 2. Te conscientiæ stimulant maleficiorũ tuorum. 3. Offic. 85. Hunc tu quas conscientia labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? 1. de Leg. 40. Itaque pœnas luunt, non tam iudiciis, quàm quòd eos agitant infectanturq; furiæ. non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudisq; cruciatu. 3. de Offi. 44. Sceleris est pœna tristis, & præter eos euentus qui sequuntur, per se ipsa maxima est: cùm verò iurato dicenda sententia sit, meminerit Deũ se habere testẽ: id est, vt ego arbitror, mentem suam, &c. Epist. lib. 3. epist. 7. Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officij mei. Attic. lib. 10. epist. 4. Præclara igitur conscientia sustentor. 1. de Leg. 40. Angor & sollicitudo conscientiæ vexat impios. pro Cluen. 56. Consilia conscientiæq; facinorũ supplicio dignæ sunt. 7. I. V. 182. Illi ad quos conscientiæ cõtagio pertinebit. 2. ad Her. 8. Accusator dicet aduersarium cum ad eum ventũ sit, erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutũ esse, &c. quæ signa conscientiæ sunt. 2. de Finib. 28. Epicurus in magnis interdum versatur angustiis, vt hominum conscientia remota nihil tam turpe sit, quod non voluptatis causa videatur esse factutus. I. P. 39. Tu oppressus conscientia scelerum tuorum. & 43 Impedita & oppressa mens conscientia. & *ibid.* 44. Horum alter sic fuit infirmatus conscientia scelerum & fraudum suarum, vt non sit ausus. &c.

✠ *ADIVNC. Comes, 10. Attic. Communis, 4. Ver. Iucundissima bene actæ vitæ. de Senec. Præclara, Sceleratа. 1. Attic. Recta, 13. Attic. Stabilis, 2. de finib. Supplicio dignæ. pro Cluent.*

☞ Syntaxis. *Conscientiæ pondus angor, vis. Conscientiæ te vexant malefacti. Officij conscientia fretus. Conscientia sustentari præclara. Conscientiæ signa: id est, læsa, vel peccati. Conscientiæ opprimi. Mens impeditur, & opprimitur conscientia.*

CONSCINDO, dis *discindo, scindo, discerpo.* Epist. lib. 7. epi. 18. Epistolam tuam conscidi innocentem: nihil enim habebat, quod non vel in concione rectè legi posset. 5 I. V. 56. Conscindere aliquem pugnis & calcibus. Attic. lib. 2. epist. 19. Conscindere aliquem libilis.

CONSCINDOR, ris. *laceror.* Attic. lib. 8. epist. 25. Is me ab optimatibus ait conscindi.

CONSCISSVS, a, um. Epist. lib. 7. epist. 25. Quòd epistolam conscissam doles, noli laborare, salua est domi.

CONSCISCO, scis. *infero.* 5. in Verr. 129. Aratores mortem sibi ipsi consciuerunt. de Cl. 43. Themistocles veneno sibi mortem consciuit. Epist. lib. 7. epist. 3. Mortem mihi cur consciscerem, causa non visa est: cur optarem, multæ. & *Ibid.* Aut capiẽdus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. 2. de Natu. 8. Iunius necem sibi ipse consciuit. pro Cluen. 171. Is mortem sibi ipse consciscet. ad Brut. epist. 6. Nec incolumis fui Cæsare viuo, nisi postquam illud consciui facinus.

☞ Syntaxis. *Consciscere sibi mortem. Consciscenda mors voluntaria. Facinus consciscere.*

CONSCIVS, a. um. *particeps, socius, testis.* pro Cluent. 59. Is conscius illi facinori fuisse putabatur. 6. I. V. 124. Nolo viros primarios esse temeritati & mẽdacio conscios. Attic. lib. 1. epist. 15. Ille mihi in priuatis rebus omnibus conscius est. Epi. lib. 11. epist. 28. Conscius autem mihi eram nihil à me commissum esse, quòd, &c. 2. Tusc. 10. Etsi mihi conscius sum, nunquam me cupidum fuisse vitæ. 3. Offi. 73. Ego mihi nullius culpæ conscius sum. pro Cæl. 52. Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. pro Cæl. 52. Serui conscij multarum rerum. pro Deior. 21. Horum, inquit, eram conscius. & *Ibid.* Habere aliquẽ conscium maximi sceleris. Epist. lib. 5. ep. 5. T. Pomponius homo omnium meorum in te studiorum & officiorum maximè conscius. pro Font. 6. Satisne vobis multos satis idoneos testes & conscios videtur ipsa fortuna esse voluisse earũ rerum, quæ, &c. 2. de Finib. 53. Facilè vt excogitet, quò occultè, sine teste, sine vllo conscio fallat. 3. ad Heren. 33. Et eius rei multos dixerit testes & conscios esse.

✠ *ADVER. Maximè studiorum, 5. famil.*

☞ Syntaxis. *Facinoris conscius, & facinori. Testis & conscius boni & mali. In hoc tibi sum conscius.*

CONSCRIBO, bis. *scribo, compono.* de Sen. 83. Sed illos etiam de quibus audiui & legi, & ipse conscripsi. Attic. lib. 13. epi. 48. Conscripsi de his ipsis libris epistolam ad Cæsarem. 1. Ad Her. 1. Vt de ratione dicendi conscriberemus. Epist. lib. 7. epist. 19. Institui Topica Aristotelica conscribere, ab ipsa vrbe commonitus amantissima tui. Attic. lib. 12. epist. 20. De Antonio Balbus ad me cum Oppio conscripsit. pro S. R. 100. Volumen quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse. Epist. lib. 12. epist. 15. Milites, quos Dolabella ex Asia conscripserat, è Syria fugientes in Pamphyliam venerunt.

CONSCRIBOR, ris. postquam ad Quir. 13. Cùm homines in tribunal Aurelio palàm conscribi centuriarig; vidissem. pro Sest. 34. Cùm serui vicatim conscriberentur, decuriarentur.

✠ *ADVERB. Celeriter veteranos, 10. famil. Communiter edictum, 3. Offic. Diligentius, perquisitius. 1. De Inuent. Nominatim, Perspicue, *Nominatim seruum, postquam, in Sen. Palam. pro Domo, & postquã, in Senat. Publice, 7. in Ver. Separatim, 2. de leg. Subtilius. 1. de leg. Vicatim homines. Pro Sest.*

CONSCRIPTIO, onis. *scriptio.* pro Cl. 191. Falsæ conscriptiones quæstionum.

CONSCRIPTVS, a, um. *scriptus.* de Cl. 132. Liber, quem de consulatu suo conscriptum misit ad Furium poetam. pro Cl. 186. Fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferre.

¶ *Ad hæc* CONSCRIPTI *dicebantur, qui ex equestri ordine patribus adscribebantur, vt numerus senatorum expleretur. hinc postea senatores omnes, Patres conscripti appellati.* 4. I. C. 3. Quare P. C. consulite vobis, & 4. ad Heren. 31. Demus operam Quirites, ne omnino Patres conscripti circunscripti putentur.

*CONSECRANDVS, a, um. de Consolat. Si vllum vnquam animal consecrandum fuit.

CONSECRATIO, onis. *dedicatio.* pro Dom. 125. An consecratio nullum habuit ius? dedicatio est religiosa? pro Dom. 106. Clodius suis se dicit manibus domum ciuis optimi consecrasse. quæ tua fuit consecratio? pro Dom. 123. & 124. Consecrationes fiebant aut à Pontificibus, aut à Tribunis pleb. pro Corn. 33. Obtestatio & consecratio legis. pro Dom. 117. In consecratione statuebantur æræ, quæ religionem afferrent.

CONSECRATVS, a, um. *sacer.*)(*Profanus.* 6. in Ver. 4. Hûc Cupidinem, quòd cõsecratus erat, non attigit. *ibidé*, 128. Aristeus cum Libero patre eodem in templo consecratus. ad Quin. fra. lib. 1. epist. 1. Vrbes in quibus tuas virtutes consecratas vides. 1. Tusc. 32. Vetera iam ista & religione omnium consecrata. 2. Tusc. 5. Qui certis quibusdam deitinatisq; sententiis quasi addicti & consecrati sunt. 4. in Catil. 2. Campus cõsularibus auspiciis consecratus. 6. I. V. 106. Sicilia Cereri consecrata est. & 4. Verr. 51. Mutia honor hominis deorum religione consecratus. 2. I. V. 14. Delubra sanctissimis religionibus consecrata. 3. Tusc. 1. Ars eius atque vtilitas deorum immortalium inuentioni consecrata: *id est, medicina.* 2. de Nat. 61. Cupidinis & Veneris vocabula consecrata. 5. Tusc. 11. Ratio disputandi Socratis, Platonis memoria & ✠ literis consecrata. ‖ 2. de Nat. 78. Mens, fides, virtus, concordia, consecratæ, & publice dedicatæ sunt. pro Sest. 143. Neq; si hanc opinionem in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus, minus existimemus, &c. pro Mur. 1. Illa solennis comitiorum precatio consularibus auspiciis consecrata. 3. de Natu. 51. Certæ tempestates pop. Romani ritibus consecratæ. & 61. Quarum rerum vtilitate video etiam consecrata simulachra. 1. de Nat. 102. Belluas à barbaris propter beneficium consecratas. 2. de Leg. 27. Ex hominum genere cõsecrati, vt Hercules, & c. 2. de Diuin. 69. Ex ea Aio loquenti ara in noua via consecrata est. Quint. frat. lib. 1. epist. 1. Virtutes tuas consecratas, & in deorũ numero collocatas vides. pro Clu. 43. Martiales quidam Larini appellantur ministri publici Martis, eique Deo veteribus institutis consecrati. 3. de Natu. 50. Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. de Arusp. 7. Clodium esse consecratum Miloni. Part. 36. Locus consecratus.)(*Locus profanus.* 3. de Nat. deorum. 50. In plerisque ciuitatibus intelligi potest, acuendæ virtutis gratia, aut quo libentius Reipub. causa periculum adiret optimus quisque virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam.

✠ ADVERB. *Publice, 2. de Nat. Recte, 2. de leg.*

CONSECRO, as. *dico, dedico, sacro, religiosum facio, monumentum facio, fanum alicui facio, mortuum in locum aliquem infero.* 2. de N. 61. Quamuis Menti delubra, Virtuti & Fidei consecremus, tamen, &c. Quint. frat. lib. 1. epist. 1. Amplissimis monumentis consecrare memoriam nominis sui. 2. de Leg. 5. Patria, cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere & quasi cõsecrare debemus. pro Do. 51. Quid nũc apud pontifices agisse mea domum consecrasse, te monumentum fecisse, in ædibus meis te signum dedicasse. 2. de Legib. 22. Ne quis agrũ consecrato, auri argenti sacrandi modus est. pro Ar. 27. Fuluius Martis manubias Musis consecrauit. Attic. lib. 12. epist. 19. Ego illam consecrabo omni genere monumentorum. 6. I. V. 67. Dare, donare, dicare, consecrare aliquid Ioui Opt. Max. 2. de Nat. 62. Liber, quem maiores nostri consecrauerũt. pro Dom. 123. C. Attinus bona Qu. Metelli consecrauit, foculo posito in rostris, adhibitoq; tibicine. pro Dom. 140. Consecrare aram in littore. 3. de Nat. 39. Omne ferè bestiarum genus Aegyptij consecrauerunt. 1. de Nat. 102. Aegyptij nullam belluam nisi ob aliquam vtilitatem consecrauerũt. 2. de Leg. 28. Athenienses Impudentiæ fanum fecerunt: sed virtutes, non vitia consecrare decet. 1. de Diuin. 46. Mater Phalaridis visa est videre in somnis simulachra deorum, quæ ipsa Phalaridis domi consecrauisset, &c. *de Cõsolat. Te approbantibus Diis immortalibus ipsis in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium consecrabo. 2. de Leg. In frag. Græcia Cupidinum & Amorum simulacra in gymnasiis consecrauit.

CONSECROR, ris. 4. I. V. 158. Apud omnes Græcos hic mos est, vt honorem hominibus habitum in monumentis huiusmodi nonnulla religione deorum consecrari arbitremur. pro Corn. 33. Aut pœna, cum caput eius qui contrà facit, consecratur. pro Mil. 81. Qui tyrannos necarunt, propè ad immortalitatem, & religionem, & memoriam consecrantur. 2. de Leg. 28. Bene verò quòd mens, pietas, fides, consecratur manu: quarum omnium Romæ dedicata publicè templa sunt. 6. I. Verr. 69. Tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecratur. pro Dom. 119. An putatis, si is potestatem tenuerit, & aliquid dixerit, domum vniuscuiusque consecrari posse? 2. de Nat. 66. Aer Iunonis nomine consecratur.

✠ ADVERB. *Auguste, sancte, 2. de Nat. Nefarie aram, pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Addictus & consecratus. Consecrari Deorum, religione. Ars inuentioni Deorum consecrata. Literis consecratum. Consecrare domum, facere monumẽtum, signum dedicare. Consecrare & dedicare aliquem. Consecrare aliquem ad memoriam & religionem, Aer consecratus nomine Iunonis. Caput alicuius consecrari.*

CONSECTARIVS, a, um. 4. de Finib. 50. Illud verè minimè consectarium, sed in primis hebes, illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam, quòd non possit sine honestate contingere, vt iure quisquam glorietur. *item.* 48. Nunc venio ad illa tua breuia, quæ consectaria esse dicebas: & primum illud quo nihil potest esse breuius, bonum omne laudabile, laudabile autem omne honestum: omne igitur bonum honestum: ô plumbeum pugionem. 3. de Finib. 26. Consectaria me Stoicorum breuia & acuta delectant.

✠ ADIVNC. *Breuia, 4. de Finib. Breuia & acuta, 3. de Finib.*

CONSECTATIO, onis. *captatio, aucupium.* Orat. 165. In huius concinnitatis consectatione, Gorgiam fuisse principem accepimus.

CONSECTATRIX, cis. *auceps.* 3. Offic. 118. Libidines sunt consectatrices voluptatis.

CONSECTIO, onis. *sectio.* 2. de Nat. 151. Consectio arborum. 1. de Diuin. 116. Nisi consectionis materiæ fabricam haberemus. *alias, confectio.*

CONSECTVS, ta. in Arat. & de Nat.*

Hic quantus terris consectus pellitur orbis.

CONSECTOR, aris. *imitor, quæ. o, sequor, aucupor, capto.* 1. de Ora. 34. Ac, ne omnia consequar, comprehendam breui. 1. P. 57. Leuitatis est, inanem aucupari rumorem, & omnes vmbras etiam falsæ gloriæ cunsectari. 1. de Orat. 117. Tardi ingenij est, riuulos consectari, fontes rerum non videre. 1. de Leg. 7. Sisenna in historia puerile quiddam consectatur. 5. Tusc. 11. Cicero genus disputandi Socratis consectatus est. 2. Offic. 53. Alexãder beneuolentiam Macedonum largitione consectabatur. 3. de Orat. 38. Vitium quod nonnulli de industria consectantur. Attic. lib. 13. epist. 23. Ne existimes, qui non debita consectari soleant, quod debeatur remissuros. 1. de Fin. 32. Nemo est qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci velit. pro Cec. 54. Si tam verè homines verba consectarentur quàm rem. 1. Offic. 86. Bonus ciuis non opes aut potentiam consectabitur. Orat. 38. In Panathenaico Isocrates ea se consectatum fatetur. & 2. de Orat. 90. Vitiosa consectari imitando.

¶ *Insequor, vrgeo, vexo, premo.* Attic. lib. 2. epist. 18. Consectari aliquem clamoribus, & conuiciis, & sibilis. 2. de Inu. 111. Licinius hostes consectatus est, & confecit.

✠ ADVERB. *Pueriliter, 4. Acad. Studiose, Orat. Studiosissime, 2. Tusc. Vere verba, pro Cæc.*

☞ Syntaxis. *Consectari beneuolentiam, hostes, aliquem, conuicijs, sibilis.*

CONSECVTIO, onis. *consequentia, connexum.* 1. de Inuen. 45. Simplex conclusio ex necessaria consecutione conficitur. 1. de Fin. 37. Ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis.

¶ *Διάθεσις, id est, apta verborum compositio, & constructio.* Part. 18. Consecutio verborum in coniunctione seruãda, ne generibus, numeris, temporibus, personis casibus perturbetur oratio: nam vt in simplicibus verbis, quod non est Latinum, sic in coniunctis, quod non est consequens, vituperandũ est. 2. *de Finib. 45. Quæ *mens* & causas rerum & consecutiones videat.

¶ *Quæstio qualitatis, qualitas ipsa.* 3. de Orat. 111. Cognitionis tres modi, coniectura, definitio, &c. vt ita dicam, consecutio. & *ibid.* 111. Consecutio, tractatur, cum quid quanque rem sequatur, inquiritur. vt illud: Sitne aliquando mentiri boni viri.

✠ ADIVNCT. *Necessaria, 1. de Inuen.*

CONSECVTVS, a, um. 1. Ant. 42. Proximo, altero, tertio, denique reliquis consecutis diebus non intermittebas, &c. *Frag. epist. In quo tua me prouocauit oratio, mea consecuta est segnis. Hortens. Eius omne institutum voluntatemq; omnem successio prospera consecuta est.

CONSENESCO, scis. *senex fio, annis & ætate ingraueſco.* Attic. lib. 2. epi. 13. Noster amicus magnus, cuius cognomen vna cum Crassi diuitis cognomine consenescit. pro Cluent. 13. Soror in huius amantissimi sui fratris manibus & gremio, mœrore & lachrymis consenescebat. Attic. lib. 2. epist. 23. Deinde omnes illius partis autores etiam nullo aduersario consenescere. 1. de Orat. 247. Veteres leges aut ipsas sua vetustate consenuisse, aut nouis legibus esse sublatas. de Sen. 29. Quamuis consenuerint vires, atque defecerint. pro Clu. 5. Causa cognita consenescat.

CONSENSIO, onis. *consensus, conspiratio.* 1. Tusc. 30. Omni in re consensio omnium gentium lex naturæ putanda est. Epist. lib. 1. epist. 9. Quo in discrimine mirifica senatus, incredibilis Italiæ totius, & singularis bonorum omnium consensio in metuendo exitit. de Am. 15. Et id in quo est omnis vis amicitiæ, voluntatum, studiorum & sententiarum summa consensio. pro Font. 6. Consensio Gallorum. Brut. epist. pridé Reperta. 7. Res omnium consensione laudata. Postquam. in Sen. 37. Nulla de illis magistratuum consensio. Attic. lib. 10. epist. 4. Quorum societas & sceleratæ cõsensionis fides, quò eruperit, vides. *Obserua Ad bona, ad pernitiem.* ✠ in Clod. Manet illa in Republ. bonorũ consensio.

✠ ADIVNCT. *Maior, 1. Attic. Maior & aptior. pro Sest. Maxima, 8. Phil. Mira, 12. famil. Mirifica Senatus, Incredibilis, totius prouinciæ singularis, bonorum omnium, 1. famil. Scelerata, 10. Attic.*

CONSENSVS,ūs.*consensio,conspiratio,quasi concentus conuenientia, cognatio.*1.Tusc.35.Omnium consensus naturæ vox est.4.I.A.12. Nunquam inter senatum & vos consensus maior vlla in causa fuit.3.de Nat.28.Illa mihi placebat oratio de conuenientia consensuq; naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas.& *Ibid.*Iste quasi cõsensus,quam συμπάθειαν Græci vocant.2.de Diuin.34. Cognatio naturæ:& quasi concentus atq; consensus,quam συμφωνίαν Græci vocant.& *Ibid.*33. Rerum natura vno consensus iuncta est atque continens.3.de Ora.21.Omnium quasi consensu doctrinarum concentúsque.5.de Finib.66. Conspiratio consensusq; virtutũ.ad Brut.ep.3. Omniũ ordinum consensus.pro Dom.75. Vnus consensus omnium.de Ar.60.Consensus ordinum est diuulsus.Epist.lib.1.epist.9. Maxima vis est in consensu bonorum.*Frag.epist.Bellum ex consensu ciuitatis confectum iam haberemus.

✠ ADIVNCT. *Gramissimus,9.Phil.Incredibilis priuatus,pro Sest.Magnus,1.fam.Maior,3. de Nat.Miri.3. de Ora.Optimus,praclarus iudicum,5.Phil.Publicus, pro Mu.& in Pis.Singularis,1.Phil.Summus,3.Phil. Vox naturæ omnium,1.Tusc.*

CONSENTANEVS,a,um. *aptus,conueniens,consentiens,verisimilis.*)(.*Dissentaneus,sed aqua hæ.et,vt aiunt.*2.de Natu.42. Cum in æthere astra gignantur, consentaneum est in iis sensum inesse & intelligentiam,3. Offic.118. Non id spectandum est quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere.de Fat.33. Stoicis consentaneum est oracula comprobare. 1.Offic.6. Hæ disciplinæ si sibi consentaneæ esse velint,de officio nihil queant dicere. Or. 74. Dicere significat quasi aptum esse, consentaneumq; personæ & tempori. Epist.lib.4.epist.13. Relinquebatur triste quoddam & his temporibus consentaneũ genus litterarum.2.de N.58. Actiones consentaneæ appetitionibus.3.Offi.20. Hæc formula Stoicorum rationi disciplinæq; maximè consentanea. Epist. lib.3.epist.6. Quod quidem erat consentaneum cum iis literis, quas ego Romæ acceperam.2.de D.134.Obscura somnia minimè consentanea sunt maiestati deorum.1.Offi.68. Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate.& 96. Decorum id esse quod consentaneum sit hominis excellentiæ,&c.9.I.A.15.Eiusq; mors consentanea vitæ fuit.3.de Finib.48. Cum his ea consentanea & consequentia sint, ne de eorum quidem veritate est dubitandum. 2.de Leg.23. Optimæ reipublicæ leges dare consentaneas. 2.Offi.18. Perspicere, quid in quaq; re verum sincerumq; sit, quid consentaneum cuique, quid consequẽs.Part.7. Vt ea quæ sunt ipsi contrarióue eius aut similia, aut dissimilia, aut consentanea, aut dissentanea. 2.de Orat.170.Ex consentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus

✠ ADVERB. *Maximè rationi,3.Offic.*

☞ Syntaxis. *Mors vitæ consentanea:id est, similis,consentiens.Consentaneum & consequens.Aptum & consentaneum.*

CONSENTIENS,entis.*conueniens,conspirãs.*2.de Di.119.Animorum consentientium multitudine repletum esse mundum. 1.de Diu.84.An dum bestiæ loquantur,expectamus:hominum consentiente autoritate contenti non sumus? Attic.lib.4.epist.16. Nemo in terris est mihi tam consentientibus sensibus. de Sen. 61. Cuius de laudibus omnium est fama consentiens. 2.de Diu. 89. Cum stellæ in eam partem venerint, quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominant.2.de N.19.Tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio. ad Brut. epist.15. Ciuitas in retinenda libertate consentiens. 2.de N.119. Copulatio rerum & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ.1.de Fi.65.Epicurus quantos quantaque amoris conspitatione consentientes tenuit amicorum greges.5. Tusc.72.In quo à doctis positum est consilium omnis vitæ consentiens & penè conspirans. 4. Acad. 131.Epicurus, cuius est disciplina nunc notior,neq; tamen eum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens. de Clar. 141. Motus cum verbis sententiisq; consentientes.

✠ ADVERB. *Incredibiliter,1.Phil.*

CONSENTINI.*populi Italiæ.*1.de Fin.7. Lucillius Persij,Scipionis & Rutilij iudiciũ reformidans,aiebat Tarentinis se & Consentinis & Siculis scribere,

CONSENTIO,tis. *congruo,conuenio,consentaneus sum,idem sentio, cum aliquo facio, in sententia alicuius maneo, iudicio vel opinione alicuius sto,cum aliquo sentio,in eadem voluntate vel opinione sum,conspiro,comuro.*1.I.A.21. Omnes enim iam ciues de reipub.salute, vna & mente & voce consentiunt. de Am.88. De amicitiæ vtilitate omnes vno ore consentiunt. In Vat.23. Tu nos qui de communi salute cõsentimus, tyrãnos vocas.4.I.A.7.Omnes mortales vna mente consentiunt, omnia arma contra hunc esse capienda. pro Sest.109. Causa in qua omnes ordines ciuitatis vnà consentiunt. 4.I.A.10. Omnes deos ad rempubl.conseruandam arbitror consensisse. de Senect.61. In quem illud elogium vnicum plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum.1.contra Rull.15. Si consenserint possessores non vendere, quid futurum est.2.I.A.17.Cum homines nefarij confiterentur, se vrbem inflammare consensisse.7.I.V.18.Serui,quos iste belli faciendi causa consensisse iudicauit. Epist.lib. 6.epist.18. Quin. Curtius consensit cum Hispanis quibusdam, si Pompeius in oppidum venisset, eum comprehendere, ad Cæsaremq; deducere.‖3.de Finib.10. Ratio nostra consentit,oratio pugnat. & 4. Acad.52.Sed mihi neutiquam cor consentit cum oculorum adspectu.Epist.lib.10.epi.6.Literæ recitatæ in senatu nequaquam consentire cum oratione Furnij visæ sunt.2.de Finib.116. Non elogia monumentorum hoc significant? velut hoc ad portam, vno ore cui plurimæ consentiũt gentes, populi primariũ fuisse virum.& *Ibid.*117. Id ne cõsensisse de Catatino plurimas gentes arbitramur? &c. Epist.lib.11.epi.5. Vt principiis consentiant exitus. Att.lib.7.ep.3.Hæc eis,quæ de Fabio acta scribis, valde consentiunt. Par.32. Si personis,& ea quæ narrabuntur,consentient. 4.I.C.15. Cæteri verò ad communem salutẽ consentiunt.1.I.A. 1.Atque his principiis reliqua consentiebant. pro Mur. 1. Vt vestræ mentes atque sententiæ cum populi Romani voluntate suffragiisq; consentiãt.1.Offi.5.Hic si sibi ipse consentiat,& non interdum naturæ bonitate vincatur, sit,&c.pro Clu.60. Iudices tamen in Oppiano sibi constare, & superioribus consentire iudiciis debuerunt. de Vn.6.Consentire sibi, & consentire secum, & constare sibi:idem.Attic.li.16.epist.14. Consenti in hac cura, in qua sum,vt me expediam.1.Offi.98. Delectat hoc ipso, quòd inter se omnes partes cum quodã lepore consentiunt. *Oeco.1. Vbi chorus canentium non certis modis neque numeris præeuntis magistri consensit. *Ibid.*At vbi certis numeris ac pedibus velut facta conspiratione consensit atque concinuit.

✠ ADVER.*Recte,4.Acad.Valde,7.Attic.Vehementer, 6.famil.vndique,3.Tusc.*

☞ Syntaxis. *Esse alicui consentientibus sensibus.Omnium fama consentiens.Consentiens,conspirans,continuata cognatio. Coagmentatio naturæ consentiens. Consentiens & conspirans consilium. De hoc omnes consentiunt, & vnà consentiunt. Consentire de,& ad:& cum datiuo. Cum lepore consentiunt partes.*

CONSEPIO,pis.*munio,claudo,sepio.*de Sen.59. Ager conseptus ac diligenter consitus.

CONSEQVENS,tis. *insequens,futurus, quod consequitur.*)(.*Repugnans, primum.* Part. 7. Ex iis rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur, alia ex consequentibus,alia ex repugnantibus.4.de Fin.68.Cum consequens aliquod falsum sit,illud cuius id consequẽs sit, non posse esse verum. Or.16.Cernere consequentia,repugnantia videre.de Cl.152. Quæ quibus posititis sint,quæq; non sint consequentia.2.de Orat.215. Id quod concludere velis,non effici ex positis,nec esse consequens.1.de Leg.15. Quoniam scriptum est à te de optimo reipublicæ statu,consequens est vt scribas tu idem de legibus. 2.de Orat.325. Connexum autẽ sit principium consequenti orationi. & 3. de Orat.170. Si verba extrema cum consequentib.primis iungetis.Part.18. Vt in simplicibus verbis quod non est latinũ,sic in coniunctis quod non est consequens, vituperandum est.Or.122.Vt efficiatur, quod sit consequens iis quæ sumentur, &c.5.Tuscul.24. Vitium est consequentia reprehendere, cum prima concesseris.4.de Fi.54. His propositis,tenuit prorsus consequentia. & *Ibid.*55.Sic consequentibus vestris sublatis prima tolluntur.& 3.de Finib.25.Videamus nunc quàm sint præclara illa, iis quæ nunc posui consequentia. Orat.115. Quod cuique consequens sit, quodq; contrariũ.5. Tusc.18. Hoc probato consequẽs est illud,&c.& *Ibidem.*21. Assentior alterum alteri consequens esse, quemadmodum, &c. & 50. Contrariorum contraria sunt consequẽtia.2.de Fin.34. His omnibus,quos dixi, consequentes sunt fines bonorum, Aristippo simplex voluptas, &c.& lib.3.48. Cùm his ea consentanea & consequentia sint.2.Offi.18. Perspicere, quid in quaque re verum sincerumq; sit, quid consentaneum cuique, quid consequens.& 1,Offic.11. Homo rationis particeps,per quam consequẽtia cernit, causas rerum videt,&c.1.de Diu.127. Homo signis quibusdam consequentia declarantibus futura præsentit. & 2.de Diuin.44. Ex eo significationem rerum consequẽtium quærimus.2.de Diu.150. Philosophi in primis acuti, & consequentia & repugnantia videntes. 2. de Fin.45. Omnemq; complectatur *mens* vitæ consequentis statum.

✠ ADIVNCT. *Falsum,4.de Finib.*

CONSEQVENTIA,tiæ.*consecutio,consectarium, connexum.*1.de Diu.128.Qui cursum rerum euentorumq; consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt.4.ad Heren. 67. Per consequentiam significatio fit,cum res quæ sequuntur aliquam rem, dicuntur.

CONSEQVOR,ris. *adipiscor,assequor, obtineo.*)(. *Repugno.* pro Cæl. 18. Qui ex reipublicæ causa gloriosam victoriam consecutus est. 3. Offic. 82. Qui omnia honesta negligunt, dummodo potentiam

potentiam consequantur. Epist. lib. 1. epist. 5. Vt tuam pristinam dignitatem & gloriam consequare. & epi. 7. Omnia, quæ ne per populum quidē sine seditione se assequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt. & lib. 5. ep. 15. Quòd si id egissemus ego atq; tu, &c. omne tempus vnà fuissemus, quod quantum fieri poterit, consequamur. pro Planc. 60. Quem magistratum iam octingenti ferè consecuti sunt. pró Dom. 117. Opus erat sciētia: quam etsi omnes consecuti sunt, tamen peritiores vetustas facit. Qu. fr. lib. 1. epist. 1. Nos ea quæ consecuti sumus, his studiis & artibus adepti sumus. 2. I. V. 48. Inuestigare & consequi aliquā rem. Qu. de Pet. 2. Etsi tibi omnia suppetunt, quæ consequi aut vsu homines aut diligētia possunt, tamen, &c. 6. I. V. 57. Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. Postquam. ad Quirit. 5. Quis vestra in me beneficia enumerare aut consequi possit? de Vn. 6. Si minus id quod habemus, in animo consequemur, haud erit mirum. 1. de Fin. 33. Vt reijciendis voluptatibus maiores alias consequatur. Epist. lib. 2. epist. 11. Vel quia videmur eam famam consecuti, &c. 3. de Offic. 2. Si minus imitatione tantam ingenij præstantiam consequi possumus. 2. Offic. 45. Magnam laudem & à summo viro, & ab exercitu consequebatur. 1. de Fin. 35. Quid ex eo consecutus est? laudem & charitatem. *con. C. Anton. Quam dignitatem reliqua vita es consecutus. Frag. epist. Quæ es ab Senatu summo cum honore consecutus.

¶ *Attingo, itinere æquo.* Epist. lib. 16. epist. 1. Si statim nauigas, nos Leucade consequere. Attic. lib. 3. epist. 4. Nihil mihi optatius cadere potest, quam vt me quamprimùm consequare. 2. I. C. 6. Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. Attic. lib. 3. epist. 3. Nunc tu propera, vt nos consequare. & epist. 7. Tu nihilominus, si properâris, nos consequere. & lib. 8. epist. 17. Non est nobis committendum, vt has XIIII. cohortes hostis accedere, aut itinere me consequi possit.

¶ *Sequor, persequor, imitor.* de Fat. 9. Qui aut, &c. is non videt quid quamque rem res consequatur. & 14. Si quod primum in connexo est, necessarium est, sit etiam quod consequitur necessarium. 3. de Fin. 64. Ex quo illud natura consequitur, vt communem vtilitatem nostræ anteponamus. 1. de Diuin. 53. Atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta: *id est, Aristoteles scribit prima statim euenisse.* 1. I. A. 32. Libertatem pax consecuta est. 1. de Orat. 160. Hæc Crassus cum dixisset, silentium est consecutum. de Clar. 61. Hunc Cethegum consecutus est ætate Cato. 3. de Orat. 6. Tum latus ei condoluisse, sudoremq; multum consecutum esse audiebam. pro Mur. 85. Si hæc elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redundârint. Epist. lib. 1. epist. 5. Doleo eiusmodi tempora post tuam profectionem consecuta esse, &c. de Somn. 10. Hunc vt comites consequuntur, alter Veneris, alter Mercurij cursus. Epist. lib. 5. epist. 2. Visa est oratio non injucunda, & mediocris quidam est risus consecutus. Qu. fr. lib. 2. epist. 5. In eam tabulam magni risus consequebantur. 2. de Leg. 18. Eum igitur morem cum breuitate, si potero, consequar. 2. de Orat. 56. Verborum propè numerum sententiarum numero consequi. 1. de N. 41. Chrysippus, quem Diogenes consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerua, partū Iouis disiungit à fabula. pro Pomp. 34. Quæstum consequi. de Clar. 228. Maiores consequi non poterat, & minori necesse erat cedere. 2. ad Heren. 27. Consequi videtur vt doceamus, &c. 4. Tuscul 19. Ex quo fit, vt pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur. 1. de Fin. 48. Vt nulli propter eas *voluptates* dolores consequantur.

✠ ADVERB. *Amplissime, 7. Attic. Breui, necessario. 1. Tusc. Commodius, in Part. Deinceps, de Clar. Deinde, continuo, 7. Ver. Difficillime, 15. famil. Diligenter, 5. Attic. Facile omnia, 4. Attic. Facillime, 9. famil. Honestissime, pro Q. Rosc. Iniustè, 3. Offic. Necessario damnationem, studiosè, 2. de Inuent. Necessario rem, in Top. Omnino aut certe facilius, pro Cornel. Balbo. plene, 4. de Finib. Similiter, confestim, 1. de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Consequens id non est. Nunc consequens est, vt. In coniunctis (id est, in oratione) non consequens vituperatur. Consequentia prædicere. Euentorum consequentiam tenere. Inuestigare & consequi aliquid vsu, diligentia. Factum consequi memoria. Consequi laudem ex aliquare, & ab aliquo. Consequi aliquem celeritate, itinere. Consequi aliquem ætate. consequitur, vt videamus.*

CONSERENDO. 4. Acad. 109. Iam istuc te quoque impediet in nauigando, in conferendo, &c.

CONSERO, ris, conseui, consitum. *planto, sero, semino.* 2. de N. 130. Indus non aqua solùm agros lætificat, sed eos etiam conserit. 1. Tusc. 31. Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam: vir magnus leges, institutа, rempubl. conseret.

CONSATVS, tā. de Vniu.*

CONSERO, ris, conserui, consertum. *confero, coniungo, pugno.* 4. Tusc. 48. Atque hìc collocuti sunt inter se priusquam manum consererent, leniter & quietè. pro Mur. 20. Signa contulit, manum conseruit. Attic. lib. 7. epist. 19. Conserere manum cum hoste, vel cum alio quopiam. Anteq. 20. Non patiar, vt opera mea manus inter vos conseratis, cædesq; ciuium inter se fiat. (*Hìc observa, Cædes ciuium inter se fiat.*

✠ *ADVER. Leuiter, quiete manus, 4. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Manum conserere inter se, cum aliquo.*

CONSERTE. *coniunctè.* de Fat. 31. Omnia naturali colligatione, conserte, contexteq; fieri.

CONSERTVS, a, um. *vnà cum manu.* 1. de Orat. 41. Multisq; præesse m, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu consertum vocarent, quòd in alienas possessiones tam temerè irruisses. pro Mur. 26. Eum fundum ego ex iure meum esse aio, quid tum inde? ibi ego te ex iure manu consertū voco. & *Ibid.* Vnde tu me ex iure manu consertum vocasti. inde ibi ego te reuoco. & 30. & Epist. lib. 7. epist. 13.

Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt.—Attic. lib. 15. epist. 7. Debuerat autem non ex iure manu consertum, sed quæ sequuntur, tu quoque scribes. *Ex iure manu consertum, formula est antiqua, qua vtebantur in vindicanda possessione, qui simul contendebant.*

☞ Syntaxis. *Ex iure manu consertum aliquem vocare. Repetere manum consertum ex iure.*

CONSERVATIO, onis. *custodia.* 1. de Orat. 188. Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitimæ & vsitatæ in rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruatio 1. Offic. 100. Via quæ deducit ad conuenientiam conseruationémque naturæ. 2. Offic. 11. Frugum fructuumq; reliquorum perceptio & conseruatio. & 1. Offic. 131. Si attentos animos ad decoris conseruationem tenebimus.

✠ ADIVNCT. *Tuta atque integra, 1. de Inuen.*

CONSERVATOR, oris. *seruator, præses, custos.* Attic. lib. 8. epist. 9. Alterum existimari conseruatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum. pro Fl. 60. Mithridatem conseruatorem Asiæ nominabant. Anteq. 10. Vtrum vt custos accipiar? an vt proditor excludar? si vt conseruator, vestra erit ignominia: si vt oppugnator, præcisa erunt omnia. pro D. 26. Cōseruator reip. Attic. lib. 9. epist. 12. Me nonnulli conseruatorem istius vrbis esse dixerunt. pro Sest. 54. Custos & conseruator vrbis. Epist. lib. 12. epist. 3. de Ar. 58. Conseruator patriæ.) (*Proditor patriæ.*

CONSERVATRIX, cis, 5. de Fin. 26. Omnem naturam esse conseruatricem sui.

CONSERVANDVS, a, um. 6. in Ver. 140. Vt quisque eis rebus tuendis conseruandisque præfuerat. 2. de Diu. 75. Ius augurum diuinationis opinione principiò constitutum est, postea reip. causa conseruatum ac retentum. Epist. lib. 1. epist. 9. Ciues mei, à me conseruati.

✠ *ADVERB. Maxime genus & nomen, 8. Phil.*

CONSERVO, as. *custodio, tueor, retineo, seruo, adseruo. tutor, reseruo foueo, teneo.* Anteq. 14. Qui hoc imperij domicilium sartum tectum ab omni periculo conseruaui. 1. de N. 52. Si aliquis in mundo est qui regat, qui gubernet, qui conseruet omnia. Antequā. 18. Ego apud vos non loquar, quos conseruaui? Q. Fratr. lib. 1. epist. 1. Vt vos eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere & conseruare patiantur. pro Pomp. 12. Quæ accepistis, tueri & conseruare non posse. pro Cor. 38. Seruare & conseruare maiestatem. 3. Offic. 103. Conseruare iusiurandum. pro Quint. R. 6. Conseruare ordinem. L. ORDO. Attic. lib. 6. epist. 1. Sed ordinem conseruabo tuum. Orat. 120. Conseruare & notare tempora. de Orat. lib. 2. Conseruare pecuniā vel patrimonium. 3. I. V. 124. Quod alterius mortui voluntatem conseruabat. Epist. libr. 5. epist. 3. Si poteris, velim tuam pristinam erga me voluntatem conserues. Epist. lib. 3. epist. 7. Hæc ad te scripsi liberiùs, fretus conscientia officij mei, beneuolentiæq; quam à me certo iudicio susceptam, quoad tu voles, conseruabo. & lib. 4. epist. 13. Tuorumque meritorum erga me memoriam conseruabo. *in Pis. 4. Ego agrum Campanum, si diuidi non oportuit, conseruaui. pro Dom. 137. In vrbe, quam suis laboribus, ac periculis conseruasset.

CONSERVOR, ris. 2. Offic. 87. Res familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. 3. I. C. 25. Vt omnes salui conseruaremini. 3. I. C. 2. Non minus iucundi sunt ij dies quibus conseruamur, quam ij quibus nascimur.

✠ ADVERB. *Benigne, comiter. pro Corn. Balbo. Constanter, 7. famil. Diligenter, 2. Attic. Prouide. Diligenter studia officij.*

CONSERVVS, ui. *qui eidem domino cum alio seruit.* Quint. fr. lib. 3. epist. 1. Eo die quatuor eius conseruos & discipulos Venafri cuniculus oppresserat. pro Clu. 179. Is noctu duos conseruos dormientes occidit. Epist. lib. 12. epi. 3. O rem miseram: dominum ferre non potuimus, conseruo seruimus.

CONSESSOR, oris. *assessor, qui alteri assidet.* L. ASSESSOR. 2. de Fin. 62. Aulus Varius, qui est habitus iudex durior, dicere consessori solebat, aut hoc, &c. Atti. li. 2. epist. 15. Modò te consessore spectare liceat. 5. I. A. 13. Vt ei cum M. Curio consessore eodem & collusore facilè possit conuenire. pro Flac. 24. Testes accusatoris, consessores, conuiuæ, &c.

CONSESSVS, sus. *homines significat vno in loco considētes.* pro Mil. 1. Non enim corona consessus vester cinctus est, vt solebat. pro Fl. 41. Cum hic Dorylensis efferretur magna frequentia consessuq; vestro. 3. I. V. 19 In conspectu consessuq; vestro. 1. Tusc. 36. Frequens consessus theatri. Attic. lib. 1. epist. 13. Non enim vnquam turpior in ludo talario consessus fuit. pro Quin. 12. Præconum consessus. * pro C. Cornel. 1. Quod passus esset tum primum à populari consessu senatoria subsellia separari. de Sen. 63. A cuncto consessu plausus multiplex esset factus.

✠ *ADIVNC. Frequens theatri, 1. Tusc. Magnus, de Sen. Maximus, pro Sest.*

☞ Syntaxis. *In conspectu & consessu senatorum. Theatri frequens consessus.*

CONSIDEO, des. *simul assideo.* de Cl. 24. In pratulo propter Platonis statuam cōsedimus. 3. I. V. 19. Quo die primùm iudices citati in hunc reum consedistis. 1. Ac. 14. Quæ cum sunt dicta, in conspectu consedimus omnes. Attic. lib. 1. epist. 13. Vt primùm iudices consederunt. de Sen. 63. Legati in certo loco consederant. pro Fl. 36. Cur homines in theatro consederant. 1. de Ora. 29. Et omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, consedisse dicebat. de Arusp. 7. Cùm mihi stans tacenti minaretur, voce tantùm attigi legum initium, & iudicij: consedit ille, conticui.

¶ *Maneo, moror, sum.* 1. de Diu. 78. & lib. 2. 66. Platoni in cunis dormienti apes in labellis consederūt. 1. de Fin. 10. Sic cuius in mente consedit iustitia, hoc ipso quod adest, turbulenta non potest fieri. 1. de Diu. 73. Equus cuius in iuba examen apum consederat. Ora. 96. Hoc in ea de qua loquor mediocritate consedit. de Ar. 24. Quorum ludorum religio tanta est, vt ex vltimis terris acersita, in hac vrbe consederit. Attic. lib. 5. epi. 14. Antequam aliquo loco consedero, literas à me non expectabis. Attic. lib. 2. epist. 4. Cum Quin. noster iam in ocio consederit. Epist. lib. 15. epist. 4. Quinque cohortes apud Philomelum consederunt. & lib. 2. epist. 15. In easdem solitudines tu ipse venies, in quibus nos audies consedisse. 4. Acad. 9. Tum eodem spacio consedimus. In frag. in L. Pis. Hic cum ad Padum Placentiæ fortè consedisset. ¶ *Minuor, sedor.* de Cl. 93. Ardor animi consedit. pro Mur. 18. Consedit vtriusq; nomen in quæstura. 4. Acad. 87. Furor consedit. de Cl. 15. Eorū aspectu omnis quæ me angebat de rep. cura, cōsedit.

☞ Syntaxis. *Considere propter statuam: id est ad. Iudices in reum considentes. In conspectu considere. In certo loco considere. Iustitia in mente consedit, in ocio, aliquo loco. Consedit ardor furor, cura.*

CONSIDERANS, tis. 5. Tusc. 3. Equidem eos casus mecum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere. Hortens. Quæ nobis dies noctesq; considerantibus, magna spes est.

CONSIDERANTIA, *consideratio.* Qu. ff. li. 3. epi. 9. Cuius in hoc vno considerantiam & ego sustinebo.

CONSIDERATE, tius. *cogitatè, cogitatò, consultè, prudenter, iudicio.* pro Qu. 51. Itaq; maiores nostri raro id accidere voluerunt: prætores vt considerate fieret, comparauerunt 1. Offi. 94. Agere, quod agas, considerate. 1. Offi. 136. Cum ira nihil rectè fieri, nihil considerate potest. & 49. Beneficia quæ iudicio, cōsideratè, constanterq; delata sunt. Attic. lib. 9. epist. 1. Quid ais, si hic temperantius egerit consideratius consilium te daturum, qui potest? Attic. lib. 9. epist. 12. Consideratiùs vtilitati nostræ consuluero.

CONSIDERATIO, onis. *circūspectio, animaduersio, oratio.* 4. Aca. 127. Est enim animorum ingeniorumq; naturale quoddā quasi pabulum, consideratio contemplatioq; naturæ. 4. Aca. 35. Sin ex circunspectione aliqua, & accurata consideratione, quod visum sit, id se dicent sequi; tamen exitum non habebunt.

✠ *AIVNCT. Accurata, 4. Acad.*

☞ Syntaxis. *Consideratio, circunspectio. Consideratio & contēplatio.*

CONSIDERATVS, ssimus. *pronūsus, meditatus.* de Ar. 3. Nihil feci non diu consideratum, & multo antè meditatum. 2. de Inuen. 18. Ratiocinatio, est diligens & considerata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio. Par. 5. Cui viuendi via considerata atque prouisa est. pro Qu. 11. C. Quintus vna in re paulò minus consideratus, qui, &c. pro Syl. 72. Factum quod paulò minus consideratum videatur. 2. de In. 164. Ratio bene considerata. de Cl. 354. Considerata tarditas. pro Font. 19. Illud verbum consideratissimum nostræ consuetudinis arbitror. pro Cec. 1. Illud considerati hominis esse putamus non contendere, &c. * Incer. Quod iudicis lenti & considerati est proprium.

✠ *ADVERB. Bene. 2. de Inuen. paulò minus, pro Quint.*

CONSIDERO, ras. *reputo, cogito, commentor, animaduerto, circunspicio, conspicio, spectò, existimo, contemplor, intueor, attēdo, rationem habeo, expendo, pondero, ante oculos meos pono, vel propono, ratione animoq; lustro, animo & cogitatione complector, animum ad aliquam rem refero, ante oculos meos volitat, mente mea circunspicio, animo intueor, animo contemplor, expiscor.* pro S. R. 48. Age nunc refer animum, sis, ad veritatem, & considera, quæ studia à patribus, &c. Attic. lib. 7. epist. 3. Id coràm considerabimus, quale sit: habet enim res deliberationem. Epist. lib. 14. epist. 14. His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur consideretis, Parad. 4. Nūquámne homo amentissime te circunspicies? nunquâmne quid facias considerabis, ne quid loquare? Attic. lib. 7. epist. 13. Sed de hoc tu videbis: quippe cùm de ipso ac de me ista considerare velim. & *Ibid.* Sed velim consideres, quid faciendum putes. Epist. lib. 10. epi. 16. Flagitare Senatus instituit Cornutū, vt referret statim de tuis literis: ille se considerare ait velle. ‖ 1. de Inu. 38. vide ADMINISTRO. pro S. R. 108. Age nunc ex ipsius Chrysogoni iudicio Rosciorū factum consideremus. 5. in Ver. 29. Considerate cum vestris animis vosmetipsi, &c. 6. in Verr. 33. Contemplari & considerare aliquid. & 7. Verr. 173. Vide etiam atque etiam, & considera quid agas.

CONSIDEROR, tis. 1. de Inu. 14. Vnaquæque constitutio ex se & ex sua natura consideratur. 1. Offic. 147. Veri etiam poetæ suum quisque opus à vulgo considerari vult, vt si quid, &c.

✠ *ADVERB. Breuiter, * Communiter, expiditius rationem ac viam artis, facilius, simpliciter, 1. de Inuen. Coram, 7. Attic. Diligenter, 3. Tusc. Diligentius, ocioſè, 6. Ver. Diligētissimè, 2. de Diu. Diù, de Arusp. Diutius, 2. de Nat. Etiam atq; etiam, optimè, 14. fam. Magnopere, separatim, separatim verba ex se, simpliciter, vehementius, 2. de Diuin. Mediocriter, 2. de Orat. Multum, etiam atque etiam, 12. Phil. Valdè, 1. Offic. verè, 2. Cont. Rull.*

☞ Syntaxis. *Considerata viuendi via, & prouisa. Homo consideratus. Considerata excogitatio, tarditas, factum. Considerare de aliquare. Cum suis animis considerare homines. Contemplare, viue, considera. Ex se, & sua natura aliquid considerare.*

CONSIDITVR, 3. Ora. 18. In syluam venitur, & ibi considitur.

CONSIDO, *consideo.* 2. de Leg. 7. Sed si videtur, considamus hîc in vmbra. Attic. lib. 2. epist. 6. Quinetiam dubito, an hîc Antij considam. de Vniu. 4. Sensus mouentia quæ sunt eadem in opinatione considunt. 3. de Orat. 189. Verborum iunctio variè distinctè considat. de Prou. 34. Quæ iam licet considant, sed tamen, &c. *alias, Cōcidant.*

☞ Syntaxis. *Considere in vmbra. Considere in opinatione. Verborum iunctio considat distinctè.*

CONSIGNANDVS, a, um. de Vn. 26. Sidera ex quibus erat motus temporis consignandus.

CONSIGNATVS, a, um. *obsignatus, signatus.* 2. de Ora. 224. Ij fundi, quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit. 3. de L. 46. Publicis literis consignatam memoriam publicam nullam habemus. 1. Tusc. 57. Nec fieri posset, vt à pueris tot rerum atque tantarum insitas & quasi consignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, nisi, &c. 1. de Diuin. 87. Clarissimis monumentis testata consignataq; antiquitas: *id est, ipsa exempla.* 5. in Verr. 109. Ratio certa est, Aetnensiū & publicis & priuatis literis consignata. pro Deiot. 37. Quæ publicis populi Romani literis monumentisq; consignata sunt. pro Fl. 37. 1. I. V. 28. Iisdē literis illius prætura, & tua quæstura cōsignata est. ‖ pro Clu. 139. Autorrates nostras consignatas se habere arbitratur.

CONSIGNO, as. *obsigno, signo firmo.* 4. Aca. 2. Vt literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus: sic ille in animo res insculptas habebat. Postquam. in Sen. 28. Priuilegij vim autoritate honestissimorum hominū & publicis literis consignauit.

CONSIGNOR, ris. pro Qu. 25. Tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur.

☞ Syntaxis. *Consignata memoria, notiones. Antiquitas testata, & consignata monumentis. Literis consignare monumentis mandanda. Consignare signis: id est, signis firmare.*

CONSILIARIVS, rij. *autor, præscriptor, qui consilium dat.* 3. de Leg. 43. Augur meminisse debet, Ioui Opt. Max. se consiliarium & administrum datum. Att. lib. 14. ep. 9. Ratio ædificandi initur consiliario quidem & autore Vestorio. 4. I. V. 42. Interea amici & consiliarij eius molestè ferre cœperunt, Heracliū profugisse. Atti. li. 3. ep. 19. Si me à meis cōsiliariis proditū & proiectū vides. Epist. li. 1. epi. 2. Non inuito rege ipso consiliariisq; eius. & epi. 9. Sed certè & ego te autore amicissimo & sapientissimo, & tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & beneuolo certè vsus esses.

CONSILIANDVM, *consulendum, deliberandum.* Atti. lib. 15. epi. 10. Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum

dum legatione, vehementer expecto: est enim inexplicabilis. *Legitur etiam, de tua: & pro ad consiliandum, alij ad conciliandum, legunt: sed consiliandum melius.*

CONSILIVM, lij. *deliberatio, cogitatio, animaduersio, ratio, cogitatum, quod aliquis sequitur aut spectat, consultum, sententia.* ‖ *Notandum sæpe pro senatoris catu. hanc vocem vsurpari à Ciceron, neque putemus (vt multi) in ea significatione solum Per C. scribi.* 2. de Iuuen. 31. Consilium est, aliquid faciendi, non faciendiue excogitata ratio. 2. de Orat. 63. Consilia primùm, deinde acta, postea euentus. 2. de Inu. 164. Cupiditas consilij gubernatione regitur. Epist. lib. 11. epist. 29. In consiljo capiendo prudentia, in dando fides requiritur & religio. & lib. 10. epist. 4. Consilium plenum prudentiæ & fidelitatis. 1. de Orat. 36. Prudentium consilia. Attic. lib. 8. epist. 11. Leuatur enim omnis cura cùm aut consistit consilium, aut cogitando nihil explicatur. & lib. 16. epist. 7. Nihil debet, qui consilium dat, præstare præter fidē. Attic. lib. 9. epist. 10. Consilia ex euentu, non ex voluntate à pleriſq; probari solent. & *Ibidem.* Quod verissimum nobis videbitur, de eo quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certè ab optima fide & optimo animo proficiscetur. Epist. lib. 1. epist. 7. Totius facti tui iudicium, non tam ex cōsilio tuo, quàm ex euentu homines sunt facturi. pro Cluen. 85. Minùs fidele consilium alicui dare. 12. I. A. 6. Optimus est portus pœnitenti mutatio consilij. Attic. li. 16. epist. 7. Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse. & lib. 14 epist. 23. Consilia temporum sunt, quæ in horas commutari vides. & lib. 8. epist. 22. Et simul scito labare meum consilium illud, quod iam satis tibi fixum videbatur. 7. I. A. 19. Turpe est viro prudenti, præsertim in re tam perspicua, consiliū intelligendi defuisse. 2. contra Rull 5. Cui non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur? Epist. lib. 2. epist. 1. Nisi meis puer olim fidelissimis atq; amantissimis cōsiliis paruisset. Qu. fr. lib. 3. epist. 8. Recordare consilium nostrum, quod fuerit profectionis tuæ: non enim commoda quædam sequebamur parua ac mediocria. Attic. lib. 8. epist. 15. Nec mihi tantum sumo, vt meum consilium valere debuerit: secutus sum tuum. & lib. 15. epist. 12. Quid ætati sit credendum, magni consilij est. & lib. 10 epist. 1. Nihil mihi adhuc accidit, quod maioris consilij esset. & lib. 3. epist. 4. Capere consilium de sententia alicuius. & lib. 12. epist. 49. Ipse venirem Romam, si satis consiliū quadam de re haberem. & lib. 14 ep. 13. Nec alia causa profectionis mihi vlla fuit, cùm consilium cepi legari à Cæsare. & lib. 7. epist. 10. Subitò cepi consilium, vt exirem. pro Dom. 114. Qui petnicioſa reip. consilia cepisset. 4. I. V. 41. Capit consilium de amicorum sententia, non adesse ad iudiciū. 3. Offi. 40. Principes consilium hoc ceperunt, nomen Tarquiniorum memoriam q; regni esse tollendam. 2. in Ant. 34. Tu quem Narbone consiliū interficiēdi Cæsaris cepisse notissimum est. Epist lib. 14 epist. 12. Metuo ne id consilij ceperimus, quod non facilè possimus explicare. de Fat. 2. Maximè nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad concordiam ciuium pertinerent. Epist. lib. 4. epist. 2. Exquirere consilium alterius. 2. de Or. 35. Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia. Epist. lib. 10. ep. 10. Cognoui, quæ tua voluntas, quod tuum consiliū esset de repub. Epist. lib. 10. epist. 16. Tu quāquam consilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, vt nihil huc reijcias: nec in rebus tam subitis, tamq; angustis à Senatu consilium petendum putes. Attic. lib. 15. epist. 1. Quid enim illi afferre consilij possum, cùm ipse egeam consilio? Attic. lib. 1. ep. 4. Ego qui in te satis consilij statuebam esse, malui Peducēū tibi consilium per literas quàm me dare. & lib. 3. epist. 15. Quod in meipso satis esse consilij decreueras. Attic. lib. 13. epi. 17. Nunc me iuua mi Attice consilio. Epist. lib. 6 epist. 8. Actis his rebus literæ à te mihi sunt redditæ, quibus à me consilium petis, quid sim tibi autor: in Siciliáne subsidas, an. &c. Epist. lib. 3. epi. 2. Quid efficere possis, tui consilij est. Attic. lib. 8. epi. 3. Quare vt de maxima re deliberanti, ita mihi des consilium velim. & lib. 9. epi. 2. Consideratius consilium dare. Epist. lib. 14 epi. 14. Vestrum consilium est, quid vobis sit faciendum. Attic. lib. 6. epist. 3. Qu. puer literas patris aperire solet, idq; de meo consilio. Attic. lib. 13. epist. 31. Cæsar nihil facturus nisi de meo consilio. & lib. 3. epi. 4. Capere consilium de sententia alicuius. 3. de Nat. 74. Ope consilioq; tuo furtū factum est. Attic. lib. 3. epist. 2. Sed eò si veneris, de toto itinere ac fuga mea consilium capere potero. Postq. ad Quir. 24. In consiliis de repub. capiendis, &c. 2. cōtra Rull. 90. Nec concionandi potestas erat, nec consilij capiundi publici. Attic. lib. 9. epi. 2. Capere consilium ex re & ex tempore. 2. I. C. 14. Si Catilina sententiam permutauerit, & consilium belli faciendi abiecerit. Attic. lib. 5. ep. 11. Fannius ædificandi consilium abiecerat. & lib. 7. epist. 22. Ego tamen Philocimi literis mutaui consiliū de mulieribus. 1. Offic. 112. Cato semper in proposito susceptoq; consilio permansit. 1. I. A. 1. Exponam vobis breuiter consilium profectionis & reuersionis meæ. Epist. lib. 3. epi. 5. Nunc ego tibi meum consilium exponam. Att. li. 9. ep. 6. Consiliū primum est, suoscocare vrbem; deinde, &c. Epist. li. 9. epist. 24. Aquini consilia sunt inita de me. Attic. lib. 15. ep. 4. Animis vsi sumus virilibus, consiliis mihi crede puerilibus. & lib. 8. epist. 4. Cuius fortunæ, quantū humano consilio effici poterit, motū ratione quadam gubernabimus. 1. Offi. 82. Reperias multos, quibus periculosa & callida consilia, quietis cogitationibus splendidiora & maiora videātur. 3. de Nat. 78. Homines rationem bono consilio à diis immortalibus datam in fraudem conuertunt. Epist. lib. 6. epi. 10. Quæ sunt in fortuna, temporibus regētur, & consiliis nostris prouidebūtur. pro Dom. 73. Senatus est summum populi Rom. populorumq; & gentium omnium ac regum consilium. 1. contra Rul. 19. Commune consilium. de Diu. li. 1. Summū consiliū. ‖ de Clar. 129. Pacis spem à publico consilio esse exposam. Epist. li. 1. epist. 7. Eaq; quæ de ea scripta est autoritas, tantam habet vim, vt magis iratorum hominum studium, quàm constātis senatus consilium esse videatur. pro Dom. 74. Nulla est in hac vrbe societas publicanorum, nullum collegium, nullum concilium, nullū deniq; commune consilium, quod non, &c. 7. in Verr. 23. Sententia sine consilio, damnatio sine defensione. Epist. lib. 5. epist. 2. Quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quam consilio fortem fuisse. *pro Cluen. 184. Mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur. pro C. Cornel. 2. Studia, consilia, cogitationesq; eorum aperiam? con. C. Anton. Cuius tu consilium in tua turpissima causa delegisti. Frag. epist. Felicitas est fortuna adiutrix consiliorum bonorum: quibus qui non vtitur, &c. Ergo in perditis impiisq; cōsiliis nulla potuit esse felicitas. *Ibid.* Eum amorem & eum, vt hoc verbo vtar, fauorē, in consiliū aduocato. 2. de Legib. In frag. Magnū audaxq; consiliū Græcia suscepit, quòd.

CONSILIVM, *pro iudicibus congregatis.* pro Quint. 5. Si apud hoc consilium. ex opibus, non ex veritate causa pendetur. *Item* 34. Tibi instat Hortensius vt eas in consilium. de Cla. 86. Consules re audita amplius de consilij sententia pronunciant. 7. I. V. 52. Causam cognoscit, & de consilij sententia pronunciat. Aduocare consilium vel concionē. L. ADVOCO. 3. de Leg. 42. & 1. de Ora. 121. Dimittere consiliū pro Clu. 83. Cur eum cùm in consilium iretur, abesse patiebantur? cùm in consilium mittebant, Stalenum iudicem non requirebant.

¶ *Arbitrium.* Attic. lib. 10. epist. 1. Veniendúmne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit.

✠ ADIVNCT. *Acerrima, callidum, diligentia, inertissima, 15. Attic. Alterna. Bellicum, Sordidum, In Vat. Amantissimum, 7. Attic. Amplissimum. Magnū. Perdita, 3. Phil: Aptum ad Facinus. 3. in Catil. Arrogans. Superbum. 2. de Orat. Bona, commune, periculosum.) (. tutum, plena. prudentiæ, proprium. 10. fam. Bonum, periculosa & callida, & splendidiora & maiora, vrbanū. 1, Offic. Cautiora, Maxima, 13. Phil. Cautum, paternum, Singulare, 1. de Orat. Certum, Dolosa. pro Rab. Clandestina, Orat. ad Brut. Clariora luce, Sanctissimum, grauissimumque. 1. In Catil. Crudelissima, inseparatū, Nouum, 4. Phil. Crudelissimum, Maius, 11. Phil. Cupidum & audax, & temerarium. pro Quint. Digna summa laude, 5. Verr. Difficile, mala, sceleratissima, secretum, epi. ad Brut. Dispar, Seueriſsimum, varium, vetus. 3. de Orat. Dissoluta, fidele, Turbulenta, 2. Cōt. Rull. Diuina, de Clar. & 13. fam. Diuinū ac singulare, Pro Font. Domesticum, 16. Attic. συγγνώμη, pro temporibus, non illauta, gloriosa, sed Paulo salubriora. inusitatū, 8. Attic. Extremum, honesta & expedita, 9. Attic. Fidele, & salutare, 6. fam. Fidelissima, atque amantissima, Multum, triste, 2. famil. Firmū.) (imbecillum. pro Flac. Fortuita, grauissimum, iusta, præstans. Sempiternum. pro Sest, Gratum acceptumq; alicui, 16. famil. honesta, 2. Offic. honestum, perutile, sed minime honestum. Salutare, 3. Offi. humana, Occulta, Occultiora, Optima, Perniciosa. pro Dom. Humanum, Minime obscurum. pro Mil. Idonea ad negotiū. 5. Attic. Integrum. Optima. pro Cluent. Intima, perspicua, tacitum, vetera, 2. Ver. Iucunda, medium, Sapiēs, Sapientissimū, 4. famil. Languidiora. Suauissimū atq; amantissimū, 1. Atti. Mediocria. pro Mur. Non minimū, necessariū, publicum, atq; priuatū, 3. fam. Noua. pro Pomp Nona & periculosa, & turbulenta. pro Syll. Non glorioſum, sed tamen periculo vacuum & dolore, 11. Attic. Non mediocre, 1. de Inuentione.*

Perdit

perdita amicorum.5.Phil.Par. Totum.15.famil. Pium priuatum, Salua atque honesta Reipub. Salutaria Reipubl. Plenum sceleris & audaciæ, pro Sex. Rosc. Plenum prudentiæ & fidelitatis, 7.famil. Præclarũ, Stultum, veruntamen demens, 7.Ver. Prudens, vacuum periculo, 10. Attic. Præpostera, verum, de Amic. Priuata pro Planc. Publica, 2.de Diuin. Puerile, 14. Attic. Recta, vera, honesta, 4. Attic. Senatorium, Singularia, 3. Ver. Socia pacis, & togæ. pro Mar. Summum, 7. Phil. Superiora, 9. famil. Temerarium ac repentinum, 2. de Inuen. & 10. famil. Turpissimum verissimum, 3. Attic. Vetus.1.de Orat.

☞ Syntaxis. *Consilium fidele, amantissimũ, magnum, pernicioſum, periculoſum, callidum, ſummum. Consilium habere, dare, capere, petere. De consilio alicuius aliquid facere. Consilium ex re, & ex tempore capere, abijcere, mutare. Consilijs prouidere. Apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate pendũtur causæ. In consilium ire, venire. Consilium conuocare, aduocare.*

CONSIMILIS, le, *similis, parilis.* 1.de Orat.149. Causa aliqua posita consimili causarum earum, quę in forum deferuntur.2.I.A. 28.Cùm rem gessisset consimilem rebus iis quas ego gesseram. 2.de Orat.209.& 3.de Or.25. Aut quæ sunt aliis grauioribus consimilia.4.ad Her.45.Consimilis. ℣. *Dissimilis.* in Arat.

Consimili specie stellas pariliq; colore.

CO'NSISTENDI, dum.4. Tusc.41.Ipsa sibi imbecillitas indulget, in altumq; prouehitur, impudenſq; nec reperit locum consistendi.pro Flac,50.Iste cui nullus est vsquam consistẽdi locus. Antequã.17. Ego repentè vi tribunitia correptus, ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatẽ.Part.101.Ita consistendum, vt quod obiicitur factum, neges.

CONSISTENS, tis. 1.de Orat.161. Nec is consistens in loco, nec inambulans.

CONSISTO, stis, constiti. *consto, commoror, nitor, pendeo subsisto, resido, vel resideo, sum.*5.I.V.34. Nympho antequàm planè constitit, condemnatur.7.I.V.28.Oppida in quibus prętores consistere & conuentum agere solent. Attic.lib. 5.epist.12. Plura scribã ad te, cùm constitero. & lib.12.epist.1. Vt dum consisto in Tusculano, sciam quid garriat in rusticatu.pro Rab.21. Cùm is armatus in in comitio constitisset.in Arat.Sol consistõs in Capricorno conuertit curriculum.Attic.lib.16.epist.4. Brutus tardè nauigaturus est, consistens in locis pluribus. Orat.98. Si semel consiteris, nunquam cades. Attic.lib.16.epist.6. Veni igitur ad siccam octauo die è Pompeiano, cùm vnum diem Veliæ consitissem.& lib.8.epist.15. Itaque Cales processi, vt ibi potissimum consisterem.1.de Diuin.31.Qui ad meridiem spectans in media vinea dicitur constitisse. 2.de Orat.200. Vbi sensi me in possessione iudicij & defensionis mææ constitisse.pro Do.139. Tantus clamor à nostris, vt neq; mente, neq; lingua, neq; oratione consisteret 3.de Orat.122. Oratorẽ vbicunq; constiterit, consistere in sito.& Orat.30.Causidicus qui in forensibus causis possit præclarè consistere.pro Cecin.75.Non consistes illo iudice.pro Dom. 139. Neque mens, neque vox, neque lingua consistere.de Clar. 333.Nonne cernimus vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles constitisse? Quin.fr.lib.2.epist.3.Clodius neque mente, neque lingua neque ore consistere potuit. 2.I.A.68. Is neque vigilans, neque in somnis mente vnquam potest consistere.de Sen. 74. Qui mortem omnibus horis impendentem timet, is tranquillo non potest animo consistere. 2.de Diu.149. Vt nunquam liceat quieta mẽte consistere,pro Qu.32. In hoc summa iudicij causaq; tota consistit.de Fat.8. Hæc disserens qua de re agatur, & in quo causa consistat, non videt.1.de Or.182.Præsertim cùm hæc causa non in crimine aliquo, sed in iure ciuili consistat. Attic.lib.7.epist.10. Si in Italia Pompeius consistit, erimus vnà. de Somn.20. Vel cõcidat omne cœlum, & omnis natura consistat necesse.pro Quin.10. Vt multis iniuriis iactatam atq; agitatam æquitatem in hoc tandem loco consistere & infirmari patiamini. pro Quin. R.48.Ipsa mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere & commorari cogit. & 28. Quoniam ille hic consistit paulisper, mihi quoque necesse est paulum commorari.Epist.lib.7.epist.26. Vt hodie primùm & graui morbo videar posse consistere. pro Ar. 19. Bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt.Epist.li.10.ep.18.Mihi si contigisset vt prior occurrerem Antonio, non mehercule horam constitisset.Attic.lib.6.epist.1.Consistere vsura debuit, quę erat in edicto meo: *id est, non debuit mutari.* Postquam.In Sen.13.Si cum hoc homine in foro cõstitisses.2.I.V.19. Verres appellat hominem, cum hoc consistit, hunc amplexatur.4.I.A.6. Milites Albæ constiterunt.Epist.lib.10.epist.11. Ipse in Allobrogibus constiti, vt, &c.pro Mur.26. Homines cùm rectè atq; in loco constitissent, iuberi abire. Ad Brut.Is vbi consistat, vspiã non habet.pro Qu.5. Veritas locum vbi consistat, reperire non poterit. pro S.R.148. Tibi in isto loco consistere non liceret.lz.de Inuen.30. Habitus in aliqua animi absolutione consistit.5. Tusc.41.Omne bonum in vna honestate consistit. 1. Offic.18. Primus ille locus in veri cognitione cõsistit.2.I.A.53.Causa eius belli in persona tua consistit. & 1. in Ant. 18. Cn. Pompeij tertius consulatus in quibus actis consistit? nempe in legibus, pro Mar.23.Salus reip. in vnius mortalis animo consistit. Attic.lib,7.epist.3.Ego in cuius causa reip. salus consistebat 3.I. A.19. Cùm in eo salus & vita optimi cuiusque & libertas populi Rom. dignitasq; consisteret.pro S.R. 152. In quo non modò culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere. pro Cluent.79. Similis in cæteris suspicio consistebat.& 83. Eò transire illius turpitudinis infamiam, vbi cætera maleficia consistant. de Arus. 23. Si ludus constitit, aut tibicen repentè conticuit. Attic.lib.8.epist.11.Leuatur enim omnis cura, cùm aut consistit consilium, aut cogitãdo nihil explicatur. 1.de Orat.1.Si infinitus labor ætatis flexu cõstitisset. Epist.li.7.ep.17. Quòd iam videris certa aliqua in sententia constitisse. Orat.199. Comprehensio à capite ita fluere debet, vt ad extremã veniens consistat.& 30. Causidicum sequuntur, qui in forensibus causis possit præclarè consistere.

✠ *ADVERB. Diutius in hoc. 1. de Inuen. Multum diu, 2.de Inuen. Nusquam, 11. famil. Paulisper. pro Q. Rosc. Planè, 5. In Ver. Præclare, Orat. ad Brut. Recte in loco. pro Mur. vsquam. pro Flac.*

☞ Syntaxis. *Consistendi locus. In loco consistere. Cùm constitero: absolutè. Consistere mente, lingua, oratione. In iudice consistere. Consistere animo tranquillo. Causa non in crimine, sed iure ciuili consistens.*

CONSITIO, onis. *Satio,* de Sen.54. Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones.

CONSITVRA, ræ. *consitio.* de Repub. Quæ videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ indiciis interpretabatur.ex Non.Mar.

CONSITVS, a, um. *satus.* de Senect.59. Ager conseptus ac diligenter consitus.

CONSOBRINVS, ni. *ex fratre vel sorore matris natus.* pro Lig.11. Nam quid aliud agis? nisi vt Romæ ne sit, ne cum hoc T. Brocho auunculo suo, ne cum eius filio consobrino suo, ne nobiscum viuat. 2. de Orat.2. Cùm nos eruditemur vnà cum consobrinis nostris Aculeonis filiis, quo cum erat nostra matertera, pro Quin.16. P. Quintij consobrinã habet in matrimonio Næuius.1.Offi.54.Sequũtur fratrum coniunctiones, pòst consobrinorum sobrinorumq;: qui cùm vna in domo iam capi non possint.in alias domos tanquam in colonias exeunt.Postquam. In Sen.9. Alter Cethegum consobrinum suum reposcebat.

✠ *AIVNCT. Maximè necessarius, 2.famil.*

CONSOCIATIO, onis. *Societas, communio.*1. Offic.149.Cõmunis totius generis hominum conciliatio & consociatio.& 157.Consociatio hominũ atque communitas.3.Offi.26.Dissoluetur omnis humana consociatio: *alias, Consortio.* apud Non.Mar.

✠ *ADIVNCT. Communis, humana, 3. Offic.*

CONSOCIATVS, a, um. Par.6. Qui domi tuæ videt pariter accusatorum atque iudicum consociatos greges.3.de Finib.66.Sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. 1. de Leg. 23. Homines lege cum diis consociatos esse.4.I.A.12. Nunquam tam vehementer cum senatu consociati fuistis.

✠ *ADVERB. Pariter greges, in Parad. Vehementer cum Senatu. 4. Phil.*

CONSOCIO, as. *iungo.* 3.de Fin.71. Neque verò rectum est, cum amicis aut benemeritis consociare aut coniungere iniuriam. Postq. in Sen.15. Tũne ausus es cum Gabinio cõsociare consilia pestis meæ?

CONSOLABILIS, bile, *quod consolationem admittit.* Epist.lib.4. epist.3. Est omnino vox consolabilis dolor.

CONSOLATIO, onis. *solatio, leuamen, leuatio, medicina, confirmatio.* Attic.lib.1.epist.14. Fuit enim mihi & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata.3.Tusc.77.Erit igitur in consolationibus prima medicina, docere aut nullum malum esse, aut admodum paruum: altera, &c. Attic.lib.12.epist.15. Affirmo tibi nullam consolationẽ esse talem, totos dies scribo. pro Mil.101. Nunc me vna consolatio sustentat, quod, &c. de Clar.330. Ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis.Epist.libr.5.epi.16.Est autem consolatio peruulgata quidẽ illa maximè, quam semper in ore atq; in animo habere debemus, homines nos vt esse meminerimus, ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra, &c. Quin.frat.lib.3.epist.5.Quorum nihil est huiusmodi, vt ego me multa consolatione leniam. Antequam.22. Næ pœnæ nonnullam habent in se consolationem. de Senec.5. Præterita ætas quamuis longa, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. 2. de Diuinit. 3. Nam quid ego de consolatione

solatione dicam? quæ mihi quidem ipsi sanè aliquantum mederur,cæteris item multum profuturam puto. Epist.lib.4.epi.3. Hactenus existimo nostram consolationem rectè adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus leuari possent molestiæ tuæ. * Incert. In consolatione filiæ Crantorem sequor.

✠ *ADIVNCT. Annua, longior. 5. Attic. Firmissima & vsitata. 3. Tusc. Grata. 1. Att. Gratissima, magna, modica peruulgata. 5. Fam. Grauior, leuis, maxima, misera, necessaria. Optima, vera. 6. Fami. Maior. de Sen. Mediocris. 3. Fam. Multa. 1. ad Qu. Fr. Propriæ. 5. Tusc. Stulta. 15. Attic, Tenuis. 2. Attic. vulgaris, 7. Fam.*

☞ Syntaxis. *Consolatio timoris. Sustentari consolatione, lenire se, permulcere mœrores. Consolationem adhibere.*

CONSOLATOR, oris. Epist.lib.6.epist.4. Etsi me ipsum consolatorem tuum longinquitas temporis mitigauit. 3. Tusc.73. Consolatores ipsos cõfiteri se miseros, quum ad eos impetum suum fortuna conuerterit.

✠ *ADIVNCT. Miseri. 5. Tusc.*

CONSOLATORIVS, ria, rium. *quod ad consolandum valet, quod consolationem continet.* Attic.lib.13.ep.20. A Cæsare accepi literas cõsolatorias, datas pridie calen. Martij. Hispali, de vrbe augẽda.

CONSOLATVS, a, um. *absolutus.* Epist.lib.5.epi.20. Vt apud duas ciuitates rationes confectas & consolatas deponeremus. Alij Consolidatas, alij Consignatas legunt.

CONSOLIDATVS, ta. *confirmatus, confectus, conciliatus.* Epist. lib.5.epist.20. Illud quidem certè factum est, quod lex iubebat: vt apud duas ciuitates Laodicensem & Apamanensem, &c. rationes confectas, & consolidatas deponeremus. *alias, solutas: sed certè rectius consolidatas.*

CONSOLANDI. CONSOLANDO 3. Tusc.76. Chrysippus autem caput esse censet in consolando, detrahere illam opinionem mœrenti, si se officio fungi putet iusto, atque debito: sunt etiam qui hæc omnia genera consolandi colligunt. *& quæ sequuntur multa & pulchra, de ratione consolandi.*

CONSOLANS, tis. 3. Tusc.75. Hæc igitur officia sunt consolantium, tollere ægritudinem funditùs, aut sedare, aut detrahere quamplurimùm, aut supprimere nec pati manare longius, aut ad aliam traducere: sunt qui vnum officium consolantis putent, malum illud omnino non esse, vt Cleanthi placet: sunt qui non magnum malum, vt Peripatetici: sunt qui abducunt à malis ad bona, vt Epicurus: sunt qui satis putant, ostendere nihil inopinati accidisse, nihil mali.

CONSOLOR, aris. *solor, leuo, dolorem leuo, mœrorem minuo, desiderium lenio, consolationem adhibeo, alicui perfugium & solatium præbeo, confirmo, consolatione permulceo, consolatione sustento, dolorem, luctum, fletũ abstergeo.* Ep.li.4.ep.3. Dices, quid me ista res consolatur in tãtis tenebris, & quasi perpetuis reip. Att.li.4.epi.6. Nos malo solatio, sed non multo tamen consolamur, quòd ipsius vicem minimè dolemus. 1. I. V. 18. Si qua reliqua spes est, quæ sociorum animos consolari possit. Attic.lib.15.ep.26. Illud præclarè, quòd te consolata est spes breui tempore congrediendi. pro Quin. R.43. Inani & tenui spe consolaris, Attic. lib.12. epist.15. Feci quod ante me nemo, vt ipse me per literas consolarer: quem librum ad te mittam. 4. I. C.8. Spes, quæ sola hominem in miseriis consolatur. 2. de Nat.48. Eloquentia consolamur afflictos, deducimus pertetritos à timore. Epist.lib.5. epist.13. Te enim spes aliqua consolatur. de Am.10. Sed non egeo medicina me ipse cõsolor: & maximè illo solatio, quo pleriq;, &c. ad Oct. Cedam vita, quæ bona spe posteritatis me consolatur. pro Mil. 98. Gloria est vna, quæ breuitatem vitæ posteritatis memoria consolatur. de Cla.250. Is consolatur se, cùm conscientia bonæ mentis tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. Epist. lib.7.epist.11. Ego enim desiderium tui spe tuorum commodorum consolabor. Attic.lib.4.epist.16. Dicendi laborem delectatione oratoria consolor. Quin. fr. lib.2. epist.5. Sed hoc incommodum consolãtur quotidianæ dãnationes inimicorũ. & epi.9. Consolabor te, & omnem abstergebo dolorem. pro Planc.52. Quæ tibi maiores tui non consolãdi tui causa dicerent, sed &c. de Pro.16. Consolari se exemplo alicuius. pro Qu.57 Nihil quòd humilitatem cuiusquam virtus iudicis consoletur. Epist. lib.4. epist.6. Ne eum dolorem, quem à rep. capio, domus iam consolari possit. & epist.8. Virtuti tuæ magis gratulari debeo, quàm consolari dolorem tuum. Attic.lib.5.epist.11. Tu velim Pyliam meis verbis consolere. 3. Tusc.71. Oileus Telamonem de Aiacis morte consolatus est. Epist.lib.6.epist.4. Sed hoc mihi non sumo, vt te consoler de communibus miseriis. Attic.lib.1.epist.13. Vt te de rep. consoler. * Hortens. Consolabitur eum magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio.

✠ *ADVERB. Amicissime, de Clar. Comiter, 3. Attic. Vehementer, 6. famil.*

☞ Syntaxis. *In consolando caput est. Consolandi genus. Consolantis officium. Malo solatio consolari. Consolari per literas. Consolari & abstergere dolorem. Consolari dolorem: id est, fugare, tollere. Consolari aliquem de morte. De Rep. consolari: id est, de Resp. malis.*

CONSONANTIOR, oris. *melioresono.* Partit.17. Atque etiam est hæc distinctio in verbis, altera natura, tractatione altera: natura, vt sint alia consonantiora, grandiora, leuiora, & quodammodo nitidiora: alia contrà.

CONSONO, nas. *respondeo, consentio, conuenio.* in Sall.1. Vt omnis oratio moribus consonet.

CONSONVS, a, um. *conueniens.* Attic.lib.4. epist.15. Credo Platonem vix putare satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.

CONSOPIOR, iris. *obruor, occupor, teneor.* 1. Tusc.117. Quid melius quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere? & ita commuentem somno consopiri sempiterno?

CONSOPITVS, a, um. *obrutus somno.* 2. de Diuin.135. Cum Ptolemæus eo vulnere summo cum dolore moreretur, Alexander assidens somno est consopitus: tum secundum quietem visus ei dicitur draco, is quem, &c. 1. Tusc.92. Endymion à Luna consopitus putatur.

CONSORS, tis. *particeps, socius.* pro Mil.103. Quid respondebo tibi, Qu. frater, consorti mecũ temporum illorum? de Cla.2. Socium & consortem glorioſi laboris amiserã. 5. Verr.57. Cùm ex agris tres fratres consortes profugissent. pro Flac.35. Potuit dare Sextilius: nam fratres quidem consortes sunt mendiciratis. 5. I. V. 155. Consors alicuius in lucris & furtis.

☞ Syntaxis. *Socius & consors laboris: &, In labore.*

CONSORTIO, onis. *consociatio.* 3. de Offi.26. Dissoluatur necesse est omnis humana consortio. Ex Non. Mar. *aliàs consociatio.*

CONSPECTVS, *aspectus, præsentia.* Attic.lib.7.epi.10. Subitò cepi consilium vt exirẽ, ne qui conspectus fieret aut sermo. pro Mur. 89. Omnium suorũ consuetudine conspectuq; priuari. pro Syll. 26. Vrbis conspectu tranquillo animo & quieto frui. 2. contra Rull.6. Qui aditum huius loci conspectumq; vestrum magnopere fugerunt. 7. I. V. 85. Tum se tamen in conspectum nautis paulisper dedit. 1. de Diui. 41. Nec sese dedit in conspectum corde cupidus. 1. Tuscul.50. Vt si iam possent in homine vno cerni omnia quæ nunc tecta sunt, casusne in conspectum videatur animus, an tanta sit eius tenuitas vt fugiat aciem, 1. de Finib.24. Et eum in conspectum suum venire vetuit. 7 I. V. 87. Euolârat iam è conspectu fortè fugiens quadriremis. Epist. lib.2.epist.5. Loco excelso & illustri sita est laus tua in conspectu multorum ciuium. 2. de Leg.27. Religio posita in fundi villæq; conspectu. 1. Acad. 14. Quæ cùm sunt dicta in conspectu, & consedimus omnes. Epist.lib.7.epi.7. Cui propè in conspectu Aegyptus est. 2. contra Rul.86. Hæc quæ non tam procul erãt à conspectu imperij. 3. de Orat.159. Ponere aliqua penè in conspectu animi. 5. de Finib. 2. Platonis illi hortuli non memoriam solùm mihi afferunt, sed ipsum videntur in conspectu meo hîc ponere. de Clar. 15. Explicatis ordinibus temporum vno in conspectu omnia viderem. 3. de Leg.11. Quam breui frater in conspectu posita est à te magistratuum omnium descriptio. 1. contra Rul.7. Censoribus vectigalia locare, nisi in conspectu populi non licet. 2. de Orat.226. Audes in ciuium esse conspectu. 5. de Finib.93. Quamuis minima anima animi præstantia omnibus bonis corporis anteit, vt ea ne in cõspectu quidem relinquantur. 7. in Verr.169. In conspectu libertatis mori. 2. I. A. 8. Qui hoc ipso tẽpore stant cum gladiis in conspectu senatus. pro Deiot. 15. In cõspectu deorum pœnatium necare hospitem. 4. I. C. 3. Neque ille qui expectans huius exitum diei astat in conspectu meo gener. pro M. Scau. Deos constituisse in templo videtur in vestro conspectu.

✠ *ADIVNCT. Dulcior, patriæ, de Prou. frequens, iucundissimus, pro Pom.*

☞ Syntaxis. *Ne quis fiat conspectus, aut præsentia. Conspectus amicorum, vrbis, fundi, villæ, imperij, animi, libertatis. Dare se in conspectum alicui. Animus non cadit in conspectum. Stare in conspectu senatus. Aegyptus est in conspectu.*

CONSPERGO, gis. *aspergo, respergo.* pro Planc.99. Hic me complexus est, conspersitq; lacrymis. 1. Acad.8. Scripta illa nostra, quæ Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus.

CONSPERSVS, a, um. 3. de Orat.94. Oratio conspersa quasi verborum sententiarumq; floribus.

CONSPICIENDVS, a, um *insignis.* 3. ad Heren.26. In gestu nec venustas conspicienda, nec turpitudo sit: ne aut histriones, aut operarij videamur esse. *aliàs conspicuam.*

CONSPICIENS, tis. Attic.lib.5. epist.18. Exercitu Ciliciam propè conspiciente.

CONSPICIO, cis. *aspicio, considero, video.* 1. I. C.17. Carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici mallem. I. P.60. Vehi per vrbem, conspici velle, &c. pro Muren. 88.

Qui

Qui imaginem patris sui laureatam in sua gratulatione conspexit. 3.I. C.20. Si signum illud quod videtis, solis ortum conspiceret.4. Academ.36. Sapienti potest accidere, vt cum omnia fecerit, diligentissimeq; conspexerit, existat aliquis, &c. *aliter, circunspexerit.* pro Mutæn. 13. Quare non debes temerè consulem populi Romani saltatorem vocare; sed conspicere, quibus præterea vitiis affectũ esse necesse sit eum cui verè istud obijci possit. pro Cec.54. & pro Mur.26. Actio est in autorem præsentem his verbis, Quando quidẽ te in iure conspicio. pro Corn.47. Vt conspiciatis eum mẽtibus vestris, quem oculis non potestis.

✠ ADVERB. *Pro Cæc. Procul, prope Arat.*

☞ Syntaxis. *Mente conspicere. Infestis conspici oculis.*

CONSPICOR, aris. *video.* 1.a.I Hist.en. 38. Ajax gladio incubuit, Vlysses interuenit: occisum conspicatur, è corpore cruentum telum educit.

CONSPIRANS, tis 2. de Nat.19. Tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio. pro Lig.35. Quis est, qui horum consensum conspirantem, & penè coniuratum hac propè æqualitate fraterna non nouerit?

CONSPIRATIO, onis. *consensus, coniuratio.* Epist.lib.12.epist.15. Hæc conspiratio & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem.2. Offic.16. Magnas vtilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu.1.de Finib.65. Aliqui magni amoris conspiratione consentiẽtes. pro Dom.28. Hanc nostram conspirationem in republica bene gerenda certi homines diremetunt.4.in Catilin.22. Tanta conspiratio bonorũ.1.de Finibus 66. Conspiratio consensusque virtutum. Epist. lib.11. epist.11. Sceleratissima conspiratio. Antequam.14. Illa conspiratio constata restincta est: *id est, coniuratio.* pro Deiot.11. Conspiratio certorum hominum contra dignitatem tuam. *Oecon.1. Vbi certis numeris ac pedibus velut facta conspiratione consensit atque concinuit chorus.

✠ ADIVNCT. *Incredibilis, 16. famil. Magna, 1. Offic. Sceleratissima, 11. fam. Tanta, 2. In Catil.*

CONSPIRO, as. *consentio.* 3.I.A.13. Vt omnes ad autoritatẽ huius ordinis, maiestatemq; populi Romani defendendam conspirasse videantur. Epist.lib.10.epist.12. Mirabiliter omnium generum atque ordinum consensus ad liberandã rempublicam conspirauit. 11.I.A.2. Nec dum senatum cum populo Romano conspirasse sensisset.1.contra Rul.26. Conspirate nobiscum, consentite cum bonis. 3. de Nat.28. Naturam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas.

✠ ADVERB. *Mirabiliter ad remp. liberandam. 10. fam.*

☞ Syntaxis. *Cognatio rerum conspirans, consentiens, & continuata. Consensus conspirans, & constatus. Conspiratio & concordia. Conspiratio & consensus. Conspiratio consensusq; virtutum. Bonorum consensus conspirat ad, contra, in. Conspirare cum aliquo.*

CONSPONSOR: oris. *qui cum alio spondet.* Attic.lib.2.epist.18. Velim des operam, vt inuestiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita. Epist. lib.6. epist.18. De negocio tuo, quòd sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare.

CONSPVTO, as. *sputo aliquem sedo.* Qu.frat.lib.2.epist.3. Clodiani nostros consputare cœperunt.

CONSTANS, tis, simus. *firmus, stabilis, grauis, præsens, perpetuus, conueniens, æquabilis, moderatus, singulari constantia præditus.*) (. *Inconstans, mobilis.* de Amic.63. Firmus & stabilis & constans amicus. 1, Offic.80. Fortis animi & constãtis est, non perturbari in rebus asperis. pro Dom.87. Is fortis & constans in optima ratione semper fuit. de Am.8. Nec vllo casu arbitror hoc constanti homini accidere posse, vt vlla intermissio fiat officij. de Aruſp.18. Fateor me vna atque constanti aruspicum voce esse permotũ. & *Ibid.* Mea perpetua atq; constans voluntas in rem publicam. Postq. In Sena.28. Conitans & perpetua defensio salutis meæ. Epist. lib.1.epist.7. Eaque quæ de ea scripta est autoritas, tantam vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quàm constantis senatus consilium esse videatur. de Clar.95. Ciuis in rebus optimis constans.1.de Leg.45. Constans & perpetua ratio vitæ. pro Cec.1. Et hoc constantis hominis esse putaui, qui cum vi, &c.3.de Nat.24. Stellæ cursus certos & constantes habent. & 2.de Nat.55. Stellarum conueniens constansq; conuersio. Epist. lib.12.epist.9. Ex Asia nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidẽ constantes, sed adhuc sine autore.2.de Diu.17. Motus Lunæ constantissimus.

Vir constans & grauis.) (. *Leuis, Mobilis.*

☞ Syntaxis. *Firmus, & stabilis, & constans amicus. Fortis animus, & constans. Perpetuum & constans. In aliquo constans. Certus & constans cursus cœli. Rumores constantes.*

✠ CONSTANTER, *fortiter, æqualiter, perpetuò, conuenienter.* ‖ad Brut.epist.16. Si modò constanter & perpetuò placebit hoc consilium, tẽ tã puto gratiã pietati meæ. Orat.198. Oratio æqualiter constanterq; ingrediẽs.5. Tusc.26. Epicurus quàm sibi constanter conuenienterq; dicat, non laborat.1. Offic.49. Beneficia, quæ iudicio, consideratè, constanterq; delata sunt. de Vn.40. Constanter manere in suo statu. Attic.lib.4.epist.16. Constanter & liberè me gessi.

☞ Syntaxis. *Constanter & perpetuò. Oratio æqualiter, constanterq; ingrediens. Constanter & conuenienter dicere. Iudicio, consideratè, constanterq; delatum beneficium.*

CONSTANTIA, tiæ. *firmitas, stabilitas, grauitas, æqualitas, perseuerantia, firmitas animi, firmum consilium, status constans & perpetua ratio vitæ, perpetuitas.* 1. Offi.112. Cato grauitatem suam perpetua constantia roborauit semperq; in proposito susceptoq; consilio permansit. & 125. Nihil est quod tam deceat, quàm in omni re gerenda consilioq; capiendo seruare constantiam. & 23. Fundamentum iustitiæ est fides, id est, dictorum conuentorumq; constantia & veritas. Attic.lib.4. epist.16. O constantiam promissi, & fidem miram. 1. Offic.47. Beneuolentiã non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicemus. Brut.epist.16. Fortis animus sine constantia & æquabilitate nullus est. 5. Tusc.31. Non ex singulis vocibus philosophi spectãdi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia. pro Pomp.69. In te satis esse animi constãtiæq; arbitror. 1. Offi. 67. Acerba ferre, robusti animi est, magnæq; constãtiæ. de Ami. 65. Constantia & stabilitas. Epist.lib.9. epist.11. Constantia & firmitas. 7. I. A.14. Retinenda est igitur vobis constantia, grauitas, perseuerãtia. pro Mar.32. Quæ enim pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. 2. de Diuinat.82. Quæ autem est inter augures conueniens & coniuncta constantia. 2. de Diuin.18. Nihil est tam contrariũ rationi & constantiæ, quàm fortuna. *pro M.Scau. Posse virtutẽ sine præsidio fortunæ quò contendisset, labore & constantia peruenire.

✠ ADIVNCT. *Admirabilis, 13. Phil. Admirabilis, incredibilis, Innumerabilis, 2. de Nat. Conueniens & coniuncta, 2. de Diu. Diuturna animi, in Part. humana, Summa, pro Sest. Magna, perpetua, 1. Offi. Placida, constansq;, Placida & quieta, 4. Tusc. Singularis, pro Pom.*

☞ Syntaxis. *Constantia perpetua, coniuncta, conueniens. Constantia & stabilitas. Constantia & æquabilitas. Perpetuitas & constantia. Dictorum constantia, & veritas.*

CONSTERNO, nis. *sterno, effundo, tego, spargo.* 1. de Diuinat.69. Nam ex horreis direptum & effusum frumentum vias omnes constrauerat. in Arato.

Ille graui moriens constrauit corpore terram.

CONSTRATVS, a, um. pro Sest.85. Cùm forum corporibus ciuium Romanorum esset constratum cædẽ nocturna.

CONSTIPOR. ris. *coarcto, constringor, contrudor.* 2. cont.Rull.78. Non modò dena iugera dari vobis, sed ne constipari quidem tantum numerũ hominũ posse in agrũ Campanũ intelligetis.

CONSTITVENDVS, a, um. *decernendus, instituendus.* 1.I. V.10. Vt in constituendo accusatore, quòd sequi possitis, habeatis. Par.99. Atque etiam ante iudiciũ de constituendo ipso iudicio solet esse contentio. & *Ibid.* de constituẽdis actionibus. 2. de Or. 210. Nam si fortè quæreretur, quæ esset ars imperatorum constituendum putarẽ principiò, quis esset imperator, &c. 1. Offic.122. Ineuntis ætatis insciti, senũ constituẽda & regenda prudentia est. pro D.2. Vobis hodie constituendũ est. vtrum posthæc, &c.

CONSTITVO, is. *decerno, delibero, cogito, statuo, destino, sancio, præscribo, designo.* Attic.lib.8.epist.18. Quamobrem cùm constituisses, vt Vibullius mihi scripserat, ad v.Idus Feb. Corfinio proficisci cum exercitu, & ad me venire, miror, quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. & *Ibid.* Coss. constituerũt idem facere. Attic.lib.16.epist. 10. Constitueram, vt pridie idus Aquini manerem. Epist.li.10.ep.17. Lepidus ad forũ Voconij castra habet, ibique me expectare constituit. 2. Offic.9. Vt constitueret honestum aliquod, quod vtile non esset. pro Qu.33. Cum maiores ita constituerint, vt qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret. 4. I. V.138. Censoribus, si quid commisissent, pœnæ erant legibus constitutæ. 3. con. Rul.10. Lex quæ ius melius Syllanis præditis constituat, quàm paternis. Qu. de Pet.28. Vt quantum cuiq; confidas, constituere possit. pro Do.31. Aliter constituere de religione pontificum, quàm cerimoniarum vis postulet. 5. I. A.47. Legibus annalibus grandiorem ætatem ad consulatum constituebant. Attic.lib. 16.epist.2. Erotem remisi citiùs quàm constitueram, vt esset cum Hortensio: & quia equitibus quidem ait se Idibus constituisse, &c. Epist.lib.11.epist.21. Nondũ satis constitui, molestiæ ne plus, an voluptatis attulerit mihi Tribatius noster. pro Qu.89. Omnia bona possessa non esse constitui. 1. de Orat.265. Sanè vellem non constituisse in Tusculanũ me hodie venturũ esse Lælio. 2. I. C.13. Patefeci cætera, quid ea nocte egissem, quid in proxima constituissem, &c .1.de Orat.265. Nunc Scæuola quoniam in Tusculanũ ire constituit, paulùm requiesceat, dum se calor frangat. Attic. lib.9.epist.9. De hac re cum aliquid constitueris, velim mihi scribas. & ad Brut.epist.6. Cum eum videro, cõmuniter constituemus de reditu eius. Attic.lib.14.ep.22.

Nihil

Nihil antè de profectione constituam quàm ista, quò euasura sint, videro. Ep. lib. 12. ep. 19. Sed hoc melius ex re, & ex tempore constitues. Ep. lib. 2. ep. 8. Quando, & quomodo, & per quos agẽdum sit, tu optimè constitues. At lib. 13. ep. 20. Itaqi vt constitui, adero. pro Cec. 20. Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur. pro Qu. 18. Quasi domi nummos haberet, ita Scapulis constituit se daturam. 4. I. V. 65. Constitui cum hominibus, quo die Messanæ mihi præstò essent. 1. Off. 32. Vt constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum.

¶ *Pono collocо, adapto, sufficio, creo, edo, consto, paro, comparo, procuro, facio, sumo.* de Pet. 29. Qui, si iactari non potuerunt, necessarios in hoc munere constituant. & 25. Cùm cæteros cupidos tui constitueris. & *Ibidem.* Si præsidij se aliquid sibi constituere putant. Q. de Pet. 22. Constituere amicitiam cum aliquo. pro R. P. 5. Vt iam metuere Posthumus cogeretur, ne quod crediderat, perderet, si credendi constituisset modum. pro Clu. 38. Hominem ante pedes Quin. Manlij constituunt. pro Cæl. 79. Constituite vobis ante oculos huius miseri senectutem. 3. I. V. 77. Quinetiam eum tibi quæstoris in locum constitueras. Qui, frat. lib. 1. ep. 2. Constituere crucem sibi ipsi. pro Deiot. 25. Cæsar Deiotarum regem constituit. 1. de Or. 112. Te mearum ineptiarum testem & spectatorem fortuna constituit. pro Dom. 125. Constituere iura. pro Cecin. 40. Constituere ius, aut conditionem aliquam alicui. & *Ibidem.* Constituere legem aliquam ciuitati. & *Ibidem.* Constituere actionem alicuius rei. Attic. lib. 8. ep. 15. Constituere concordiam. pro S. R. 22. Constituere pacem. 11. I. A. 4. Constituere rem familiarem suam. pro Sext. Rosc. 72. Constituere supplicium alicui malificio. 7. I. V. 116. Constituere supplicium in aliquem. 1. ad Her. 6. A beneuolentia principium constituemus. pro Clu. 59. Constituere locum reo. Att. lib. 12. ep. 2. Diem Tyrannioni constituemus. ‖ 2. Offic. 41. Constituenda æquitatẽ Summos cum infimis pari iure retinebat. æquitatem: hoc reipublicæ moderatoris proprium. 1. de Orat. 143. Constituere controuersiam. pro Mur. 4. Constituere patronum. *con. C. Anton. Populus Romanus minus diligenter scit sibi constituere defensorem. pro M. Scau. Deos ille constituisse in templo videtur in vestro conspectu.

CONSTITVOR, ris. *confictor, instituor, proponor, disponor, statuor, decernor.* pro Cl. 181. Constituitur quæstio de furto. 3. I. V. 5. Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. 7. I. V. 133. Dico mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas esse. 4. ad Her. 4. Per exordium animus iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. 3. Off. 80. Vt res nummaria de communi sententia cõstitueretur: iactabatur enim temporibus illis nummus. 1. ad Her. 27. Ex intentione & inficiatione iudicatio constituitur. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. Semper honores putaui, si vulgares essent, viles: si temporis causa constituerẽtur, leues. pro Cec. 46. Pœnas ignauis imperatoribus constitui. *pro M. Tull. Hoc iudicium sic expectatur, vt non vnæ rei statui, sed omuibus constitui putetur. Oecon. 1. Instrumenta vasa, constituebantur.

✠ *ADVER. Aliquando. 1. Offi. Bene de rebus domesticis, pro Sest. Breuiter, 2. de Finib. Communiter, ep. ad Brut. Coram. 15. Attic. Diligenter iura. 5, In Ver. Grauiter de aliquo, melius ex re & tempore, 12. Fam. Impune Supplicium, 7. Ver. Inique. 6. Atti In posterum, obscure regnum, 2. Cont. Rull. lente, 11. Famil. libenter. pro Mur. Maturius, 8. Famil. Omnino causam, pro Cæc. Optime, 2. Fam. publice patronum pro Pomp. Repente proficiscipro Mil. Sanctissime. 3. de Na. Sapientissime, 3. de Leg. verissime, 2. de Inuent.*

CONTEMNO,nis.*dispicio,dispicatui duco sperno,abijcio,reijcio,inane ac leue existimo,pro nihilo puto*.3. de Or.51. Quare omnes istos deridete,atque contemnite.pro Muræna. 15. Contempsisti L. Murenæ genus,extulisti tuum.2.de Finibus.18.Dialecticam cõtempsit Epicurus.1.in Verr.24.& pro Mil. 65. Contemnere aliquem,ac pro nihilo putare.3.de Finibus.29. Contemnere dispicere,pro nihilo putare,non curare,infra se ducere.1.Offi.28. Ea quæ plerique vehementer expetant, contemnere & pro nihilo ducere.2.contra Rull. 95. Irridere atque contemnere alios præ se.Or.131.Contemnere aliquem.)(.*Admirari*.

CONTEMNOR, ris.1.Offic.106. Voluptatem contemni & reijci oportere.

✠ ADVERB. *Aperte existimationem.3.In Ver.Constanter omnino,seuerissime,1.Offi.Magnopere,pro Rab. posth.Mirifice,1.de Nat.penitus aliquem, pro Milon. Plane Orat.Præclare Res humanas,5. Fami. Recte pecuniam,in Parad.valde,8.Fami.valde Elegantiam ludorum,pro Mur.vehementer hominem,7. Atti.vicissim,2.de Leg.*

CONTEMPLATIO, onis.*consideratio, mentis agitatio*. 4. Acade. 127.& 1. Offic. 154. Est enim animorum naturale quoddã quasi pabulum,consideratio contemplatioq; naturæ.1.de Nat. deor. 50.Hæc res magna ac diligenti contemplatione dignissima. 1. de D.93.Cum ex terra nihil emineret,quod cõtemplationi cœli posset officere.Brut.Epist.prid.Inuent.7. Virtutis disciplinam meliorem reperiet nullam, quàm contemplationem atque imitationem tui.

✠ ADIVNCT.*Magna ac diligens,1.de Nat.deo.Manca Naturæ,atque inchoata,1.Offic.*

CONTEMPLATOR,oris.1.Tusc.69. Homo contemplator cœli ac deorum.

CONTEMPLANDVS, a,um. 1.de Nat. 77. Quis tam cæcus in contemplandis rebus vnquam fuit, vt hoc non videret ?

CONTEMPLANS,tis.Offi.113.Quæ contemplantes expendere oportebit,quid quisq; habeat sui.1. de Or.151. Omnes loci artis inquirentibus nobis,omniq; acie ingenij contẽplantibus,ostẽdunt se & occurrunt.1.de Nat. deo. 52. Deus terras Maria contemplans,hominum commoda,vitasque tuetur.

CONTEMPLOR, aris.*considero,perspicio,intueor,animo intueor*.6. in Verr. 33. Contemplari vnumquodque ociosè & considerate cœpit.1.Offic.153.Quæ cognitione digna sunt,summo ocio secũ ipse consideret & contempletur.1.Offi.154. Tractare & cõtemplari res cognitione dignissimas. pro Deiot. 40. Propone tibi duos reges,animo contemplare,quod oculis non potes. pro Fl. 26.Aliquid quàm maximè intentis oculis (vt aiunt) acerrimè contemplari.5.in Verr. 41. Codicis tui literas contemplare. pro Plan.2.Conspectus vester reficit & recreat mentem meam , cũ intueor & contemplor vnumquemque vestrûm.Ora.9.Nec verò ille artifex cùm faceret Iouis formam, contemplabatur aliquem,è quo similitudinem duceret.& 1.de Or.161.Sed ea,cùm contemplari cuperem,vix aspiciendi potestas fuit.2. de Nat. 4. Cùm cœlum suspeximus , cœlestiaque contemplati sumus. & 98.Contemplari oculis pulchritudinem cœli.

✠ ADVERB.*Acerrime,pro Flac.Otiosè,6.Ver.studiosè,2.de Leg.*

☞ Syntaxis. *In re contemplanda. Deus maria contemplans. Secum considerare & contemplari. Animo contemplari, intentis oculis Intueri,& contemplari.*

CONTEMPTIO, onis.*contemptus,despicientia,despectio*. 3. Offic. 117.Fortitudo est dolorum laborumq; contemptio.& Parad. 4. Tusc.95.Totã vim bene viuendi in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia ponamus.1.de In. 22. Si aduersarios aut in odium,aut in inuidiam,aut in contemptionem adducemus.1.Off.13.Contemptio rerum humanarum.3.in Ant. 16.Contemptio pecuniæ.*Hortens.Mortis contemptio.

✠ ADIVNCT. *Firma stabilis doloris,2.de Finib. Magna,2.Tusc.*

☞ Syntaxis. *Contemptio ac despicientia. Adducere aliquẽ in odium,inuidiam,contemptionem.*

*CONTEMPTVS,a,um:ptior,ptissimus.*despicatus, abiectus, despectus ab omnibus,paucis,contemnendus.* pro Sest. 36. Despicatissimi hominis furor,contemptissimi Consulis leuitas.2. contra Rull. 93.Homo contemptus & abiectus.pro Plan.12. Homo contempta & sordida vita.2.de D.117.Quo iam nihil potest esse contẽptius.pro Cl.94.Causa contempta atq; abiecta.de Cl.96.Quint.

Pom

Pompeius non contemptus orator. de Fin. lib. 2. 90. Tenuissimus victus, atque contemptissimæ escæ. pro Mur. 25. Id enunciatis vestris mysterijs totum est contemptum & abiectum. * pro C. Cornel. 2. Contemptissimum nomen,

CONTENDO, dis. *nitor, conor, curo, laboro, enitor.* 3. Off. 42. Qui stadium currit, eniti & contendere debet vt vincat. pro Lig. 6. Quantum potero, voce contendam, vt hoc pop. Rom. exaudiat. 3. Offi. 6. Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac vt efficias. Orat. 210. Quod plurimis locis voluisse eos, atque animo contendisse, peroratione nostræ declarant. pro Sest. 5. Contendámque (si modò id consequi potero) vt nihil à me prætermissum esse videatur, Qu. Fra. lib. 1. ep. 1. Contende quæso atque elabora, vt, &c. & *ibid.* Neque ego hoc contendo, quod fortasse iam in nostra ætate difficile est, mutare animum. pro S. R. 97. Quæ res eum vna nocte tantum itineris contendere coegit. 2. Offi. 45. Iuuenes magna spectare, & ad ea rectis studijs contendere debent. 14. I. A. 32. Qui ad summam laudem gloriamq; contendit. pro Plan. 96. Iter à Vibone Brundusium petere contendi. pro Plan. 97. Dyrrachium petere contendi. 1. de Orat. 255. Sermone paulo intentiore conficere omnia, nunquam lateribus aut clamore contendere. pro Fla. 38. Vociferarer, & quantum maximè possem, contenderem, testarer publicanos, &c. pro Plan. 48. Sic ego hoc contendo, me tibi cuiuscunque tribus rationem popoſceris, redditurum. Ep. lib. 1. ep. 9. Tantum contende in repub. quantum probare tuis ciuibus possis. pro Mur. 65. Vt cùm ad vltimum animo contendissemus, ibi tamen, vbi oporteret, consisteremus. Ep. lib. 1. ep. 8. Cùm plus contenderimus quàm possumus, minus tamen faciamus quam debemus.

¶ *Pugno, certo, luctor, confligo, digladior, in contentionem venio, contentionem de aliqua re facio, contentionis aliquid cum aliquo habeo.* Ep. lib. 5. ep. 8. In quo etiam, si multi mecum contendent, tamen omnes facilè superabo. 1. Offi. 110. Sic enim est faciendum, vt contrà naturam vniuersam nihil contédamus. 9. I. A. 15. Seruius contra vim grauitatemque morbi contendit, vt ad castra peruenerit. Att. lib. 7. ep. 9. Aut si exercitum adducat, necesse est armis cum eo contendere. 3. de Fin. 66. Tauri pro vitulis contra leones summa vi impetúque contendunt. Ep. lib. 7. ep. 32. Vt sacramento contendas mea non esse. 1. de Orat. 41. Multisq; præessem, qui interdicto tecum contenderent. pro S. R. 136. Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. 3. de N. 10. Patere igitur rationem meam cum tua ratione contendere. pro Plan. 47. In hac causa desinamus aliquando (si videtur) vulgari & peruulgata declamatione contendere. Att. lib. 14. ep. 14. Si duriorem te præbes, non contendam ego aduersus te. pro. Qu. 78. Tamen ne vereris, vt possis hæc contra Hortensium contendere? At. lib. 1. ep. 1. Thermus cùm Silano contendit. de Cla. 246. Iurgio contendere. pro Qu. 96. Iure contendere. pro Qu. 66. Inimicissimè & infestissimè contendere. * pro M. Scau. Posse virtutem, quò contendisset, peruenire. Hortens. Hunc Crassum ad imitationem quasi nostri generis contendisse.

¶ *Intendo & adduco: translatione.* de Fa. 21. Itaque contendit omnes neruos Chrysippus, vt persuadeat, &c. 2. I. V. 35. Magnum onus, sed dignum in quo omnes neruos ætatis industriæque meæ contenderem. 4. I. V. 52. Iam in tanta impudentia illius remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus. ne omnia cum dolore agere videamur. Ep. lib. 15. ep. 14. Te rogo vt omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc proꝟuinciam temporis prorogetur. ‖ 2. de Inuent. 173. Quæ cum his duabus nunquam poterit contendere.

¶ *Comparo, confero, refero.* 2. de Inu. 145. Primùm igitur leges oportet contendere, considerando, vtra lex ad maiores pertineat, &c. pro Sext. Rosc. 93. Quicquid contrà dixeris, id cum defensione nostra contendito: ita facilè causa Sex. Roscij cum tua conferetur. 2. I. C. 25. Si causas contendere velimus. pro Planc. 77. Contendere eadem: *id est, parem referre gratiam.* Sed si non eadem contendit in tribunatu Plancius, existimare debes non huic voluntatem defuisse, sed me, &c.

¶ *Eo, vado celeriter.* Or. 105. Si potuissemus, quò contédimus, peruenire. At. li. 5. ep. 20. Tharsum veni, inde ad Amanũ contendi. & li. 8. ep. 15. Mihi non dubium est, quin Brundusium contendam.

¶ *Posco, flagito, peto, efflagito.* Att. lib. 9. ep. 20. Nec dubito, quin Cæsar à me contendat, vt ad vrbem veniam. & lib. 11. ep. 8. Per eos quin nostra causa volunt, diligentissimè cõtendas opus est, & li. 15. ep. 4. De oratione Bruti prorsus contendis, mecumq; iterum tam multis verbis agis. & li. 8. ep. 12. Dixi me nihil ab inuito contédere. ad Brut. ep. 14. Quare omni studio à te mi Brute contendo, vt, &c. Ep. li. 1. ep. 9. Cum põpeius ita contendisset, vt nihil vnquam magis, vt cum Crasso rediremus in gratiam. Qu. Fr. lib. 3. ep. 1. Pompeius à me valde contendit de reditu in gratiam: sed adhuc nihil profecit. 3. Offi. 59. Incensus cupiditate contendit à Pythio, vt venderet. Ep. lib. 1. ep. 5. A nobis agentur omnia diligenter, vt neque si quid obtineri poterit, non cõtendamus, nec, &c. & lib. 2. ep. 6. Verecundius à te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderẽ. pro Qu. 77. Cùm is à me peteret & summè contéderet, vt, &c. pro Dom. 115. Sic à Scæio contendit, vt sibi domũ venderet. Qu. de Pet. 21. A quo facilè, si contendes, impetrare poteris, vt, &c. At. li. 5. ep. 21. Primùm cõtendã à Q. Fratre, vt se præfici patiatur. 1. de Ora. 166. Cũ Hipseus maxima voce plurimis verbis à M. Crasso contenderet, vt, &c. * con. C. Anton. Quod cum sæpius ageres, & impudentiùs à me contenderes.

CONTENDOR, ris. *poscor.* 4. in Verr. 131. Propter magnitudinem potestatis hic magistratus à populo summa ambitione contenditur.

✠ *ADVERB. Ciuiliter. 1. Offi. Contra, 2. de Inuent. Copiosissimè, infestissimè. pro Quint. cupidissimè, inimicissimè. ibidem. Diligentissimè. 11. Att. Honestè. 1. Ver. Magnopere. 4. Acad. Mirificè, 6. Att. Planè, de Pet. Consul. Prorsus. 15. Att. Valde. 3. ad Qu. Fr. Vehementer. 15. Fam. & de Diu. Vehementer. 1. At. Verecundius. 2. Fam.*

☞ Syntaxis. *Enitere & contende. Quantum labore contendere possum, tantum faciam & efficiam. Animo contendere. Contende & elabora. Hoc ego contendo, mutare animum. Iter contendere. Rectis ad gloriam studijs contendere. Romam petere contendit. Nihil contra naturam contendas, Contendere cum aliquo, aduersus, & contra aliquem. Contendere ætatis neruos. Omnia ne contendas. In eo neruos omnes contendas. Leges contendere. Eadem contendere. Id à te contenditur.*

CONTENTE, *vehementer, magna contentione.* 2. Tus. 57. Genu M. Antonium vidi, cùm contentè ipse pro se lege Varia diceret, terram tangere. 5. Tusc. 97. Contentius ambulare. 3. de Orat. 210. Vti ornámentis ijsdem, aliàs contentiùs, aliàs summissiùs.

CONTENTIO, onis. *certatio, controuersia, luctatio, certamen, dimicatio, pugna, vis, vis animi, labor corporis, contentio animi.* 2. in Ant. 7. Mihi cum M. Crasso multæ & magnæ contentiones fuerunt. pro Sest. 58. Antiochus magna belli contentione superatus. 1. Offi. 90. Equi propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes. pro Mur. 34. Pugna summa contentione pugnata. 2. I. A. 2. An decertare mecum voluit contentione dicendi? 1. Offi. 137. Contentiones, quæ cum inimicissimis fiunt. Ep. lib. 1. ep. 9. Respubl. contentionem cum illis viris fieri non vult: & ne fiant, vehementer recusat. 1. in Ver. 62. Nec ferè vnquam venit in contentionem de accusando, qui quæstor fuerit, quin repudiaretur. 4. Acad. 132. Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio. Att. lib. 7. ep. 1. Nunc autem impendet summa inter eos contentio. pro Sest. 47. Inter sapientissimos homines hæc contentio est, cùm alij dicant, &c. alij, &c. 1. de Orat. 107. Omnem contentionem esse inter homines doctos in verbi controuersia positam. & 47. Græci contentionis cupidiores, quàm veritatis. de Op. 22. Accurata & inimicitijs incensa contentio. pro Qu. 24. Quòd nisi, &c. non tam citò res in contentionem venisset. pro Cor. 21. In quo magna contentio. Heraclienſium fuit, cum magna pars in his ciuitatibus, &c. pro Cæl. 55. Rès minimè dubitanda in contentione posita, vtrum, &c. an, &c. pro Plan. 18. Hæc tibi est prima cum Plancio generis vestri familiæque contentio, qua abs te vincitur. item 1. Ver. 62. Nunquam ferè venit in contentionem de accusando, qui quæstor fuerit, quin, &c. 3. de Leg. 24. Plebs de suo iure periculosas contentiones nullas facit. & *ibid.* 25. Nostra causa nihil habuit contentionis cum tribunatu. 2. de Ora. 22. Ocij fructus non est contentio animi, sed relaxatio. de Senect. 82. Otiosam ætatem sine vllo labore & cõtentione traducere. pro Arch. 12. Ferre animi nostri tantam contentionem non possent, nisi eos doctrina relaxaremus. pro Deiot. 6. Impetus contentioque dicendi. 1. de Leg. 11. Sic tu à contentionibus, quibus summis vti solebas, quotidie relaxes aliquid. 3. de Orat. 228. Sed aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros curámque laxemus. pro Cæl. 39. Si quis omnem vitæ suæ cursum in labore corporis atque in animi contentione conficeret. 3. de Orat. 222. Effusa sine intermissione contentio. & de Clar. 234. Animi magna, vocis parua contentio. 1. de Diu. 73. Equum summersum cùm maxima contentione non potuisset extrahere, discessit. 2. Tusc. 55. In omnibus officijs persequendis, animi est adhibenda contentio. Qu. Frat. lib. 1. ep. 1. Tanta adhibebatur à nobis contentio, vt rem posse confici non diffiderem. 1. Offi. 136. In obiurgationibus vtendum est fortasse & vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore. & 146. Contentio vocis.](*Summissio vocis.* 1. de Orat. 255. Summa vis & contentio dicendi.](*Grauissimi sermonis lenitas.* 3. de Nat. 92. Hominum membra nulla contentione, mente ipsa atque voluntate mouẽtur. 2. de Ora. 212. Asperitas contentionis in oratione. 3. de Oratio. 5. Vehementissima contentione animi, ingenij, virium dicere, &c. Attic. lib. 7. ep. 3. Illud etsi expetitum à me sit, & approbatum à te, tamen non est nostra contentione perfectum. 2. Offic. 48. Contentio orationis maiorem vim habet ad gloriam pro Cluen. 2. Altera pars non magnæ in dicendo contentionis forè videbatur. 2. de Orat. 214. Similis contentio actionis.

Orat.109. Acerrima contentio.2. Tuſ.56. Qui volunt exclamare maius,toto corpore atque omnibus vngulis,vt dicitur, contentioni vocis aſſeruiunt.1.de Ora.261. Demoſthenes tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus, vt vna continuatione verborum binæ ei contentiones vocis & remiſſiones continerentur. de Cla. 80. Cato contra Galbam ad populum ſumma contentione dixit.2.de Nat.116. Nihil interrumpit, quo labefactari poſſit:tanta contentio grauitatis & ponderum. de Opt.20. Meritorum in rempubl. contentio ſanè grauis. 2. de Orat. 110. Contentio ex ſcripti interpretatione.pro Mur.8. Mihi cum Muræna magna amicitia eſt, quæ in capitis dimicatione à Ser. Sulpitio non idcirco obruetur, quòd ab eodem in honoris contentione ſuperata eſt.pro Mar.5. Res tuæ geſtæ contentionum magnitudine cum nullo conferri poſſunt. * de Clar.304. Cuius in teſtimonio cõtentio & vim accuſatoris habebat & copiam. pro M.Scau. Cum illo ſibi contentionem fore putabat. Hortenſ. Magna etiam animi contentio adhibenda eſt explicando Ariſtotelem.

¶ *Exornatio oratoria.* 4. ad Her. 22. Contentio eſt, cùm ex contrarijs verbis oratio conficitur:vt, Inimicis te placabilem,amicis inexorabilem præbes. 3.ad Her.23. Contentio eſt oratio acris,& ad confirmandum,& ad confutandum accommodata.3. de Or. 225. Eſt quiddam contentionis extremum,quod tamen inferius eſt,quam acutiſſimus clamor.

¶ *Comparatio.* pro Plan.5. Quædam hominum eſt faciẽda contentio. 2. de In. 114. Et aliorum cum ſuis factis contentio. 2. ad Her.21. Primùm quæri conuenit,vtrum fuerit vtilius ex cõtentione: *id eſt, ex comparatione.* I. P. 51. Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus,&c.

✠ ADIVNC. *Accurata,grauis,de Opt.g.Or. Acerrima, forenſis.Orat. Acrior.3.de Finib. Agrariæ.2. de Finib. Anceps.pro Pomp. Clariſſima,Grauiſſimæ,Legittima. pro Seſt.Commodior,par,In Vat. Crebræ,Inimiciſſimæ, maior.1.Offi.Diſpar,media.1.Famil. Diſſimilis.pro Syll. Effuſa inanes,incredibilis,Mira,ſumma corporis,vehementiſſima animi.3.de Orat. Iniuſta,ſapiens.pro Cornel. Magna.pro Flac. Magna laterum, Magna animi, parua vocis. Nimia vocis,de Clar. Magnæ, maior, mediocris. 1. de Orat. Maxima, 8. Phil. Multæ & magnæ, multæ & maximæ.2. Phil. Periculoſæ,ſummæ,3.de Leg. praua. Anteq. prima Aduerſariorum. Part. Similis.2. Tuſ. Summa de aliquare,Turpis,4. Att. Tanta.12. Fam. Vera.pro Planc.*

☞ Syntax. *Aliquid in contentionem venire. In contentione poni. Contentione dicendi certare. Pugnata ſumma contentione pugna. Fiunt contentiones cum inimicis. Venit in contentionem de accuſando. Facere contentiones. A contentione aliquid quotidie relaxare, & curam & animum laxare. Animi contentio adhibenda. Vna verborum cõtentio. Facere verum contentionem:id eſt,collationem.*

CONTENTVS,a,um. *quem non pœnitet, qui ſatis eſſe putat, qui facilè patitur.* de Clar.134. Si ipſum ſine comparatione audires, non modò eſſes contentus,ſed melius non quæreres. 5. Tuſ. 96. Paruo cultu natura contenta eſt. pro Fl. 71. Patresfamilias ſuo contenti. pro Flac. 28. Maiores noſtri in priuatis rebus minimo contenti, tenuiſſimo cultu viuebant. de Am. 88. Paruo contentus.de Opt.8. Quidam non contenti quaſi bona valetudine, vires,lacertos,ſanguinem quærunt. 7. in Ver. 164. Eo contentum me eſſe dicam.pro Cl.132. Neque I. Gellij iudicio ſtetit Lentulus, neque Lentuli exiſtimatione contentus fuit Gellius. Attic. lib.14. ep. 16. Sed quemadmodum tu præcipis, contenti idibus Martijs ſimus.item:Iam nihil egeo vectigalibus, & paruo contentus eſſe poſſum.1.Offi.151. Satiata quæſtu, vel cõtenta potius. 7.in Ver.188. Vt Reſp.vna hac accuſatione mea contẽta ſit.3. de Or.67. Et ſi ſatis eſſe putatis,ea quæ,&c.ſed ſi his cõtẽti eſtis,&c. Par.6. Contentũ ſuis rebus eſſe, maximæ ſunt certiſſimæque diuitiæ. de Sene. 69. Quod cuique temporis ad viuendum datur, eo debet eſſe contentus. Par.ad. 6. Dives eſt, cui tanta poſſeſſio eſt,vt ad liberaliter viuendum facilè contẽtus ſit. & *ibid.* Si animus tuus ſatiatus eſt, aut contentus etiam pecunia, concedo, diuesjes.pro Planc.62. Populus Romanus diligit magiſtratus.in quibus ſi qua præterea eſt ars, facilè patitur:ſin minus, virtute eorum innocentiaque contẽtus eſt.de Fat.16. Chryſippus ſperat Chaldæos contẽtos Stoicorum cauſa fore. Ep.lib.2.ep.16. Quamuis paruis Italiæ latebris contentus eſſem. & lib.3.ep.13. Quibus ego rebus à tali viro contentus eram. * con. C. Anton. Ego ea lege contentus ſum.

¶ *Intentus,adductus.*) (. *remiſſus.* pro Mur.33. Cùm contento curſu hoſtium claſſis Italiam peteret.pro Seſt.13. Ad tribunatum,quia ipſe ad ſeſe iamdudum vocat, & quodammodo abſorbet orationem,contento ſtudio curſuque veniamus.5. Tuſc.54. Onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remiſſis opprimunt. 4. de Finib. 75. Vt in fidibus plurimis, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, vt concentum ſeruare poſſit, omnes æquè incontentæ ſint:ſic, &c. 2. Tuſcul. 57. Baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius. Orat. 56. Contenta vox.)(. *Summiſſa vox.*

✠ ADVER. *Facilè ad viuendum liberaliter, Parad. vehementius.2.Tuſ.*

☞ Syntaxis. *Contentus ſum. Cultu paruo contenta natura. Hîs ego à te contentus ſum. Contento curſu petere Romã. Contento ſtudio dicere. Contentæ fides.*)(. *incontentæ. Contentum & adductum tormentum. Vox contenta.*

CONTERO,ris.*tero,conſumo.* Ep.lib.9.ep.25. Κόψις ϖαιδείαν, quam contriueram legẽdo,totam in hoc imperio explicaui.1.de Leg. 53. Quiætatem in litibus conterunt. pro Qu. Roſc. 41. Fruſtra tempus contero.de Am.104. Studia literarum,in quibus remoti ab oculis populi omne ocium tempusque contriuimus. 5. de Fin. 57. Conterere ætatem in rebus quærendis. 1. de Fin. 72. An ille tempus aut in poetis euoluendis cõſumeret? aut ſe,vt Plato in muſicis, geometria, numeris, aſtris contereret? de Pro.33. Cæſar cæteras nationes contriuit,compulit,domuit. 5. Tuſc.85. Cùm virtutem ad cœlum extulerint, reliqua ex collatione facilè eſt conterere atque conſumere.Att.lib.9.ep. 3. Quæ autem ſunt horum temporum,ea iam contriuimus. Ep.lib.1.ep.9. Ego illius omnes grauiſſimas iniurias communis concordiæ cauſa, voluntaria quadam obliuione contrieram.

CONTEROR,ris.1.de Or.249. Cùm in cauſis,& in negocijs,& in foro conteramur.

☞ Syntaxis. *Ocium tempuſq; conterere. Nationes conterere, compellere, domare. Conterere & conſumere. Quæ ſunt eorum temporum, ea iam contriuimus. Contritæ iniuriæ voluntaria obliuione.*

CONTERREO,res.*terreo.*1.de Orat. 214. M. Scaurus iam credo huc veniat, & hanc loquacitatem noſtram vultu ipſo aſpectuq; conterreat.

CONTESTANS,tis. 6. I. V. 67. Rex flens, ac Deos hominéſque teſtans clamare cœpit. pro Flac. 102. Cùm ego te Flacce cœlum noctémque teſtans flens flentem obteſtabar, cùm tuæ fidei ſalutem vtbis commendabam.

CONTESTATIO,onis. *obiectatio.* * pro C. Cornel. 1. Petiuit à me prætore maxima conteſtatione,vt.

CONTESTATVS,a,um. pro Fl.25. Ab hac perenni cõteſtatáque, *id eſt, perſpecta,* virtute maiorum ne degeneres. pro Qu. Roſ. 35. Cum eo litem conteſtatam habebat. pro Qu. Roſ. 54. Cùm lis ✠ conteſtata cum Flauio damni iniuria eſſet.& ‖ 32. Lite cõteſtata,Iudicio damni iniuria conſtituto.

CONTESTOR,ris.*obteſtor,iudicium committo,conſtituo*q;. Att.li.16. ep.14. Non enim procuratores litem conteſtabuntur: quo facto non ſum neſcius ſponſores liberari.

☞ Syntaxis. *Conteſtans Deos hominesq;. Perennis & conteſtata virtus. Habere litem cum aliquo conteſtatam.*

CONTEXO.xis.*comungo,compono,texo.* Orat. 120. Memoriam rerum veterum cum ſuperiorum ætate contexere. 1. de Legib. 9. Nec tam facilè interrupta contexo, quàm abſoluo inſtituta. Epiſt.lib.5.ep.12. Coniuncténe malles cum cæteris rebus noſtra contexere?pro Cæl.18. Ac longius mihi quidem contexere hoc carmen liceret:nam nunquam,&c. Ep.lib.10.ep. 13. Contexere extrema cum primis.

CONTEXOR,ris,*comparor,adornor.* pro Deiot.19. At quàm feſtiuè crimen contexitur.

✠ ADVER. *Coniunctè.5.Fam. Facilè.1.de Leg. Feſtiue. pro Deiot. Longius carmen.pro Cæl.*

CONTEXTE, *coniunctè.* de Fat. 31. Omnia naturali colligatione conſertè contexteq; fieri.

CONTEXTVS,a,um.5. Tuſ. 96. Ita perpetuas & contextas voluptates in ſapiente fore ſemper. 2. de Nat. 158. Villis ouium conſectis & contextis homines veſtiuntur.

☞ Syntaxis. *Contexere interrupta,carmen, extrema cum primis. Crimina contexuntur. Voluptates in ſapiente perpetuæ & contextæ.*

CONTEXTVS,tus:*vel.* CONTESTVS,ſtus.*complexio.*5. de Fin. 32. Pennarumque contextu corporis tegumenta faciebat. 5. de Fin.83. Mirabilis eſt apud illos contextus rerum, reſpondent extrema primis, &c. Par. 82. Sed in toto quaſi contextu orationis hæc erunt illuſtranda maximè.

✠ ADINVC. *Mirabilis. 5.de Fin. Totus. Part.*

CONTICEO,ces.*reticeo.*3.de Or.141. Hæc cùm Craſſus dixiſſet, parumper & ipſe conticuit, & cæteris ſilentium fuit. 3. I. C. 10. Recitatis literis conſcientia conuictus conticuit.2. Tuſc.3. Qui iam conticuere, pene ab ipſo foro irriſi. de Clar. 324. Cùm ſtudium noſtrum, Brute, conticuit, ſubitò & obtumuit. 2.

Officior.

2.Officior.3.Illæ literæ conticuerunt forenſes & ſenatoriæ. I. P. 26.Cùm obmutuiſſet ſenatus,iudicia conticuiſſent,&c.

CONTICESCO,ſcis.pro Mur.22. Simulatque.increpuit ſuſpicio tumultus,artes illicò noſtræ conticeſcunt.4.in Ant.33.Nũquam de vobis hominum gratiſſimus ſermo conticeſcet. pro Mar. 9. Nulla vnquam ætas de tuis laudibus conticeſcet. Poſtquam. In Sen. 16. Saltem dum conticeſceret illa lamentatio & gemitus vrbis.

✠ *ADVERB. Illico.pro Mur.Parumper,3.de Orat.Repentè,de Aruſp.Subito & obmuteſcere.de Clar.*

☞ Syntaxis. *Conticuit, & obmutuit. Conticeſcere literas,ſermonem, iudicium,ætatem. De aliqua re conticeſcere.*

CONTINENDVS,a,um.Qu.Fr.li.1.ep.1.Linguam omnibus eſſe cõtinendam.In Vat.12.Cuſtos ad cõtinendas merces miſſus.

CONTINENS,tis.*iunctus,adiunctus,affixus,coniunctus, proximus.* Ep.lib.15.ep.2.Cappadociæ pars,quæ cum Cilicia continens eſt. 2.de Nat.deor.117. Mari aer continens eſt. pro Cecin. 11. Huic fundo continentia quædam prædia atque adiuncta mercatur. &*ibid.*15.Hic fundus,qui fundo eius antiquo continens eſt.1.de Nat.26.Motus ſenſui coniunctus & continens in infinito nullus eſſe poteſt. 2. de Fin. 61. Neque porrò ex eo natus,ſeſe è continenti genere tertiam victimam reip. præbuiſſet.2.de D.33.Natura rerum vno conſenſu iuncta eſt & continens. de Fat. 44. Proxima & continens cauſa mouet aſſenſionem. 1. de Inuent. 37. Continentia cum ipſo negocio ſunt ea quæ ſemper affixa eſſe videntur ad rem, neque ab eo poſſunt ſeparari. * Hortenſ. Coſtinentes terræ.

¶ *Continuatus,perpetuus.*3.de Or.214.Continenti ſpiritu.)(. *intermiſſo ſpiritu.* 1. Tuſc. 16. Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire mælo:*id eſt,perpetuam.*3.ad Her.22.In extrema oratione continens vox remedio eſt voci.Ep.li.5.ep.12. Si in hac ſententia fueris, vt à continentibus tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris, ſecernas hanc quaſi fabulam rerum euentorumque noſtrorum.

¶ *Terra mari proxima,non inſula.*4.Acad. 105. Mare diſſimile eſt proximo ei continenti.

¶ *Temperans.*Ep. lib. 9. ep. 19. Cùm reges tam ſint continentes, multo magis cõſulares eſſe oportet. Att.li.6.ep.6.Puerũ inquies, & fortaſſe fatuum,& non grauem,& non continentem.

CONTINENTER. *ſemper.*1.de Nat.110. Quomodo enim probes continenter imagines ferri?aut ſi continenter, quomodo æternè.1.Acad.32.Quia continenter labuntur & fluunt omnia.Orat. 135.Continẽter vnum verbum, non in eadem ſententia ponere.

¶ *Temperatè,temperanter.*1.Offi.106.Parcè,ſobriè,continenterq; viuere pro Mur.12. In Aſia continenter vixiſſe, laudandum eſt.

¶ *Continuatè,coniunctè,perpetuo.*3.ad Heren. 21. Vno ſpiritu continenter multa dicere.

☞ Syntaxis.*Continens mari aer. Prædia continentia,& adiuncta. Coniunctam & continens. Proximum & continens. Continentia negocio, quæ illi ſemper affixa. Vox,oratio, ſpiritus,ſcripta continentia. Viuere parcè,ſobriè,continenter.*

CONTINENTIA,tiæ *temperantia,virtus voluptatireſiſtens abſtinentia.*2.de In.164.Continentia eſt, per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur.6.I. V. 115. Conferte huius libidines cum illius continentia. pro Pom. 67. Ora maritima Cn. Pompeium propter animi continentiam requiſiuit.Qu.Fra.li.1.ep.1. Quem nulla conditio pecuniæ ab ſumma integritate continentiaque dedaxerit.Qu.Fra.*ibidem.* Tua integritas & continentia. pro Fl. 28.In re domeſtica continentiæ laus quæritur, in publica dignitatis. 2. Offi. 86. Valetudo ſuſtentatur continentia in victu omni atque cultu.5. Tuſ.99. Sicutas conſequitur continentiam in victu.2.Offi. 77. Nulla te conciliare facilius beneuolentiam multitudinis poſſunt ij.qui reipub.præſunt, quàm abſtinentia & continentia.

✠ *ADIVNC.Par,In Vat.Summa.2.ep.ad Q.Frat.*

☞ Syntaxis. *Integritas & continentia.In victu, in cultu continentia. Abſtinentia & continentia.*

CONTINEO, nes.*comprehendo,complector,includo,concludo.* 2. de Nat. 58. Mundus omnia complexu ſuo coercet & continet.& 136.Aluus arcet & continet illud quod recipit, vt id mutari facilè & concoqui poſſit.pro Cl.34.Spes illa, quam mulier in aluo commendatam à viro continebat. Poſtquam ad Quir. 1. Continere odium iam diu conceptum in aliquem.3.de Nat. 91.Is non à Deo immiſſum dolorem,ſed conceptum à ſe ipſo continebat. Att. lib. 14. ep. 25. Me idus Martiæ non tam conſolantur, quàm antea:magnum enim mendum continent.1.de Ora.94. Omnes rerum fontes animo ac memoria continere.2.de N. 23. Omnia quæ aluntur & creſcunt,continent in ſe vim caloris. de Fat. 25. Motus enim voluntarius eam naturam in ſe continet, vt ſit in noſtra poteſtate.1.de Diu.117.Continet enim totam hanc quæſtionem ea ratio, quæ eſt de natura deorum: quam ſi obtinẽmus,ſtabit & illud,quod locum hunc continet, eſſe deos. 1. de Fin.12. Hæc quæ vitam continent omnem. 3. Offic. 31. Lex ipſa naturæ,quæ vtilitatem hominum conſeruat & continet.de Cla. 112.Significabat enim non prudentiam ſolùm, ſed quòd maximè rem continebat,fidem.pro Dom.92. Tantum homines impios iniuſtum nefarijs mentibus bonorum odium continebat. Anteq. 1. Continere aliquid incluſum animo. * Hortenſ. Omnis iſtorum diſputatio quanquam vberrimos fontes virtutis & ſcientiæ contineat.

¶ *Coerceo,freno,cohibeo.* Qu.Fra.li 1.ep.1.Eſſe abſtinentem, continere omnes cupiditates præclarum eſt. 13. In Ant. 5. Quibus enim ſeptis tam immanes belluas continebimus? pro Pom. 38. Non poteſt exercitum is continere imperator,qui ſeipſum non continet. Qu. Frat. lib. 1. ep. 1. Nihil eſt negocij continere eos, quibus præſis,ſi te ipſe contineas.1.Cont.Rul.19.In ea veſtri iſti ſatellites modeſtè inſolentiam ſuam continebunt? Att.lib.13.ep. 21.Tu autem commodè feceris, ſi reliquos continueris, ne, &c. Parad. 3. An temperantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit,in aliqua effuderit?1.Acad.44.Cohibere & continere temeritatem à lapſu.2. de Fin. 62. Contineo me ab exemplis Græcis.4. Acad.104.Qui de omnibus rebus contineat ſe ab aſſentiendo.& *ibid.* Cùm ſe à reſpondendo contineat.Ep.lib.11.ep. 3.Continere iracundiam.1 I.C.21.Quorum ego vix abs te iamdiu manus ac tela contineo.7.I.V.73. Vix populus ſe continuit à ſupplicio tuo.2.de Or.222.Continere dicta in aliquem.pro Seſt. 26. Continere ſe domi. 1. de Orat.261. Continere animam. de Clar.332. Tu tamen contine te in tuis perennibus ſtudijs.pro C. Rab.18.Quin continetis vocem indicem ſtultitiæ veſtræ?

¶ *Conſeruo.*2.Offi.84. Nulla res vehementius rempub.continet, quàm fides.4.ad Her.47.Continere aliquem in officio.

✠ *ADVERB. Abſcondite quæſtionem, patentius & expeditius, ſimpliciter. 2. de Inuent Arctius.2. de Nat. Conſulto.pro Seſt. Diligentiſſimè Linguam.2. ad Qu. Frat. Modeſtè inſolentiam.1. Cont. Rull. vehementius rempub.2.Offi.vix,facilè ſeſe regionibus Officij.2. Cont. Rull.*

CONTINEOR,ris.*conſto,ſum,conſeruor.*2.de Or.150. Qua vna virtute omnes virtutes reliquæ continẽtur.2.de Leg.5. Dum illa ſit maior,& hæc in ea contineatur.6.I.V.60.Facinus in quo omnia nefaria contineri mihi atque ineſſe videntur. pro Mar.23. Tua ſalute noſtra ſalus continetur.2.de Nat. 9. Bella, quibus reipub. ſalus continetur.4.I.C.2.Forum,in quo omnis æquitas continetur.1.de N.7.Res tam præclaras Latinis literis contineri. & 3. de Nat. 28. Naturam vno diuino ſpiritu contineri. Orat.102. Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirij cauſa continebatur. 2. de Nat. 59. Homines venis, & neruis, & oſſibus continentur. pro Mar.29.Vita corpore & ſpiritu continetur.pro Syl.63.Status reipubl.maximè iudicatis rebus continetur.1. de Orat. 193. Fontes diſputationum,qui iure ciuili & legibus continentur. 2. Contra Rul.41.Agri eodẽ capite incluſi continebantur.4.I.V.187. Summè expectabant homines, quid in tabulis cõtineretur. de Vn.5. Quod immutabili æternitate continetur. 1. de Diu. 24. Artes quæ coniectura continentur,& ſunt opinabiles.1.de Ora.34.Sic ſtatuo,perfecti oratoris moderatione vniuerſæ reipubl.ſalutem maximè contineri. de Ar. 18. Status ſolennéſque ceremonias pontificatu, rerum bene gerendarum autoritates augurio contineri.1.de Or. 92. Artem verò nagabat eſſe vllam, niſi quæ cognitis penitúſque perſpectis rebus contineretur.& 2.de Ora. 15. Feciſque hoc,quod,&c.vt de ijs rebus,quæ doctrina aliqua continerentur,diſputarem.de Cla. 322. Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur.1.de Ora.5.Ego eloquentiſſimorum hominum artibus eloquentiam contineri ſtatuo.2. de Orat.30. Oratoris omnis actio opinionibus,non ſcientia continetur.pro Pl.23. Flos equitum Rom.publicanorum ordine continetur. 2. de Nat.27.Calor,qui in aquis cõtinetur.6.I.V. 117. Eorum coniunctione pars oppidi,&c.ponte rurſum adiungitur & continetur. pro Clu. 12. Mulier amore capta quomodo poterat, in illa cupiditate continebatur.2.de Na.142. Natura membranas oculorum firmas fecit, vt continerentur. pro Dom. 100. Sed hic meus reditus,pontifices,veſtro iudicio continetur. Or.10.Plato ait ideas ſemper ratione & intelligentia contineri. * de Proſcript.lib.Ita legibus Syllæ continetur ſtatus ciuitatis,vt.de Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur.

¶ *Coerceor,cohibeor.*3.I.V. 62. Cæteræ libidines eius ratione aliqua continebantur. pro S. R. 55. Vt metu contineatur audacia. * Frag.ep.Continebar doctiſſimorum hominum autoritate.

✠ *ADVERB. Aptè. 2. de Nat. Diù in cupiditate. pro Aul.Cluent.*

☞ Syntaxis. *Coercere & continere. Arcere & continere alium, quod intus eſt.Conceptum odium continere:id eſt,claudere,occultare, conſeruare. Animo & memoria continere. Id maximè rẽ continet:id eſt:grauiſſimum eſt. Incluſum animo continere. Continere cupiditates,inſolentiam,ſe in libidine. Cohibere & cõtinere temeritatem à lapſu, & à dicendo:manus ac tela ab aliquo. A ſupplicio alicuius ſe continere. Con-*

tinere

tinere se domi in studijs. Fides Remp. continet. Id non scientia, sed opinione continetur. Horum cœtus humilium genere continetur. Basilea minor maiori adiungitur ponte, & continetur.

CONTINGIT, bat. *euenit, accidit, succedit, prorogatur.* 2. de Orat. 15. Magis adeò id facilitate quàm alia vlla culpa mea cõtigit. 1. de Or. 164. Quoniam tantum habemus ocij, quantũ iamdiu nobis non contigit. Att. lib. 8. ep. 15. Quoniam autem tecum vt essem non contigit, vtinam tui consilij certior factus essem. de Cl. 289. Volo hoc oratori contingat, vt cùm auditum fuerit eum esse dicturum, locus in subsellijs occupetur. 5. in Ant. 49. Vtinam C. Cæsari contigisset adolescenti, vt esset senatui charissimus. 1. Offi. 74. In magnis animis id plerumque contingit. de Cla. 118. Hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, vt omnes, &c. Ep. lib. 10. ep. 24. Si mihi vita contigerit. apud Non. Quod non modò singulis hominibus, sed potentissimis populis sæpe contingit. 2. Offi. 41. Cùm id minus contingeret, leges sunt inuentæ.

✠ ADVERB. *Iamdiu non. 1. de Orat. Magis id adeo. 2. de Orat. Plerumque. 1. Offi. Sæpe. 10. Fam.*

☞ Syntaxis. *Contigit vt. Contigit hoc. Illis contigit. In magnis animis contingit. Contigit, pro succedit. Vita si contingat: id est, si prorogetur.*

CONTINGO, gis. *tango, attingo.* 2. de Nat. 122. Atque etiam aliorum ea humilitas est, vt cibum terrestrem rostris facilè contingant. 2. de D. 91. Luna tanta humilitate fertur, vt terram propè contingat. de Fat. 22. Atomus alia aliam contingit. pro Pom. 1. Cùm antea per ætatem nondum huius autoritatem loci contingere auderem. 1. Tus. 43. Cùm animus naturam sui similem contigit. de Som. 15. Hic autem aliter cerne, quàm nos tenui parte cõtingat. 5. Tus. 76. Alia autẽ diuina illa cœlum cõtingant. 2. de Nat. d. 120. A caulibus brassicisque refugere dicuntur *vites*, nec eos vlla ex parte contingere.

CONTINVATIO, onis. *perpetuitas.* 1. de Nat. 9. Mirabilis quædam continuatio seriesq; rerum, vt alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligatæq; videantur.

¶ *Sympathia.* 1. Acad. 29. Immutabilis continuatio ordinis sempiterni. 1. de Nat. 55. Continuatio causarum.

¶ *Periodus.* 1. de Orat. 261. Demosthenes contentione verborum binas continuationes & remissiones continebat. 3. de. Orat. 179. Longissima complexio verborum est, quæ spiritu vno volui potest. 3. de Orat. 46. Nimis longa continuatio verborum. 3. de Orat. 165. Non in verbo modus hic, sed in oratione: id est, continuatione verborum. 3. de Ora. 184. Numerus in continuatione nullus est: nam distinctio numerum cõficit. 4. ad Her. 28. Continuatio est densa & continens frequẽtatio verborum, cum absolutione sententiarum: *id est, periodus.*

¶ *Oratoria exornatio.* 4. ad Her. 22. Continuatio est, orationis enunciandæ acceleratio clamosa.

✠ ADIVNC. *Admirabilis. Mirabilis. 1. de Nat. Fatalis quasi & immutabilis. 1. Acad. Non minus longa verborum, Soluta, apta atque iucunda verborum. 3. de Or. Tota, Orat. ad Brut.*

CONTINVATVS, a, um. *continens.*) (. *interruptus.* 1. Acad. 28. Et ita putant effici, quæ appellãt qualia, è quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum. 2. de Nat. 117. Aër mari cõtinuatus & iunctus est. 3. de Nat. 28. Conuenientia consensusq; naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. 3. de Ora. 147. Verba coniuncta cõtinuataq;. 1. Tus. 22. Sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat nouo nomine, quasi quandam cõtinuatam motionem & perennem. & 2. Tus. 38. Luctus continuatus.

☞ Syntaxis. *Natura, verba coniuncta & continuata. Cohærens & continuatum. Continuatus & iactatus aer mari.*

CONTINVO. *statim, illico.* Att. lib. 9. ep. 18. Atque huiusce rei iudicium iam cõtinuò video futurum. pro Qu. R. 17. Ignis in aquam coniectus continuò extinguitur. Ep. lib. 1. ep. 9. Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam continuò. Ep. lib. 10. ep. 12. Feci cõtinuò omnes participes meæ voluptatis. 4. Acad. 1. Deinde absens factus ædilis, continuò prætor, pòst, &c. Att. lib. 9. ep. 18. Sed tamen quicquid egero, continuò scies. 4. de Fin. 75. Æquè enim contingit omnibus fidibus vt incontentæ sint: illud non continuò, vt æquè incontentæ. 2. de Or. 199. Non continuò si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine esse ponendum. Att. lib. 6. ep. 2. Hoc continuò correximus.

CONTINVANDVS, a, um. 3. ad Her. 25. Cùm autem contendere oportebit, adaucto mediocriter sono vocis, verbis continuandis vocem quoque adaugere oportebit.

CONTINVATVS, a, um. 3. de Or. 164. Quod ex pluribus continuatis connectitur. Orat. 218. Res iterata & continuata. in Vat. 21. Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus. pro Flac. 25. Libertas, quæ vsque ad hoc tempus imperio, & rerum gestarum gloria continuata permansit. 2. Contra Rull. 69. Syllanus ager à certis hominibus latissimè continuatus habet inuidiam.

✠ ADVERB. *Latissimè. 2. Cont. Rull.*

CONTINVO, as. *perpetuo.* 13. Contra Rull. 14. Denique sine cura possidebit eos fundos, quos in agro Cassinati fructuosissimos continuauit, cùm vsque eo vicinos proscriberet, quoad, &c. 2. Cõtra Rul. 77. Coemãt præterea, ista dena iugera cõtinuabunt.

CONTINVOR, ris. 1. de Nat. 54. Atomi cohærescunt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.

☞ Syntaxis. *Iterata & continuata verba gloria. Agri continuati. Inter se cohærent atomi. & aliæ aliæs apprehendentes continuantur.*

CONTINVVS, a, um. *continens, perpetuus, perennis.* pro Pomp. 54. Aliquot annos continuos magna imperij parte caruimus. pro Flac. 27. Senatus nihil à superioribus continuorum annorum decretis decessit. 3. de Orat. 183. Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Orat. 94. Plures continuæ translationes. pro Fon. 31. Tum continuæ præturæ, quæ & cæteris ornamentis, & existimatione innocentiæ maximè floruerunt. Ep. lib. 10. ep. 35. Continuis itineribus ad forum Vocontium veni. 3. ad Her. 22. Conseruat vocem continui clamoris remissio. & *ibid.* Continens vox. 7. I. V. 93. Tot dies continuos quid egisti. 2. I. V. 38. Equester ordo iudicauit annos propè quinquaginta continuos.

☞ Syntaxis. *Anni continui: id est, continuati. Plures continuæ translationes: id est, proximæ.*

CONTOR, aris. *percunctor.* Att. lib. 11. ep. 10. Cumque ex eo de me contaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum.

CONTORQVEO, ques. *conuoluo, iacu lor, deflecto.* 2. de Nat. 55. Non enim ætheris ea natura, vt vi sua stellas complexa cõtorqueat. 2. de Diu. 106. Deinde contorquent, & ita concludunt: non igitur, &c. 3. Tus. 63. Quas sententias colligit? quæ verba contorquet in Ar.

Brumali flectens contorquet tempore currum.

CONTORQVEOR, ris. *circumagor, verſor.* 1. de N. 24. Mundus mirabili celeritate contorquetur. 2. de Orat. 72.

CONTORTE, & CONTORTIVS. *obliquè.* 1. ad Her. 15. Contortè dicere aliquid. & 3. Tus. 22. Hæc concluduntur contortiùs. & 1. de In. 20. Perturbatè & contortè dicere aliquid.

CONTORTIO, onis. *flexio.* de Fat. 16. Maius est enim has contortiones orationis, quàm signorum ortus obitusq; perdiscere. 4. ad Her. 28. Itaque in illo genere & remotione brachij & contorsione dextræ gladius ad corpus afferri videtur.

CONTORTVLVS, a, um. 2. Tus. 42. Stoici contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis effici volunt, non esse malum, dolorem.

CONTORTVS, a, um. *distortus.* 1. de Or. 256. Contortas res & sæpe difficiles necessariò perdiscimus. Orat. 66. Contorta & acris oratio. 4. Acad. 75. Quorum sunt contorta & aculeata quædam sophisinata. 1. de D. 38. Quosdam amnes in alium cursum contortos & deflexos videmus. Ora. 234. Demosthenes cuius non tam vibrarent fulmina, nisi numeris contorta ferrentur.

☞ Syntaxis. *Contorqueri dicimus stellas, argumenta, fulmina, orationem, & aculeata sophismata. Amnes in alium cursum contorquere. Orationum contortio, brachij.*

CONTRA. *aduersum, aduersus, in hostili modo.*) (. *pro, secundum.* 2. de N. 168. Impia consuetudo est contra Deos disputandi. Att. lib. 7. ep. 5. Serò restitimus ei, quem aluimus contra nos. 1. de Ora. 178. Defendere causam alicuius cõtra alium patronum. 1. de Or 85. Disputabãt cõtrà diserti homines Athenienses. 4. I. V. 107. Quid si contrà omni ratione pugnauit? de Sen. 51. Et cõtra auium minorum morsum munitur vallo aristarũ. i. Offi. 19. Veri inuestigationis studio à rebus agẽdis abduci, cõtra officiũ est. Ep. li. 11. ep. 28. Scio me à te cõtra iniquos meos solere defendi. & pro Q. 76. Testimonium quod contra te est. 3. Offi. 61. Nec qui contra se liceatur, emptor opponet. 3. de Ora. 72. Hoc non modò non pro me, sed cõtra me est. Att. li. 9. ep. 6. Cõtra meum iudiciũ, & cõtra omnium antiquorum autoritatem cupio discedere. Ep. li. 5. ep. 5. Pro ijs rebus nulla mihi abs te relata gratia est, contrà etiam esse aliquid abs te profectum ex multis audiui. Att. lib. 10. ep. 11. Facere contra aliquem. de Cla. 128. Cõtra studium populi stare. pro Qu. 44. Q. Hortensius contra caput non didicit dicere. pro Qu. Rof. 51. Resistere & repugnare contra veritatem. 3. Offi. 24. Contra naturam viuere. 1. Acad. 36. Sic inter rectè factum atque peccatum, officium & cõtra officium, media locabat quædam. * pro C. Cornel. 1. Alter nihil vnus potest cõtrà multos. 4. Acad. 47. Quos contra disputant.

¶ *Econtrario, excontrario. potius, imò.* 1. Offi. 49. In collocando beneficio hoc maximè officij est, vt quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimùm opitulari. quod contrà fit à plerisque: à quo enim plurimum sperãt, &c. pro Cor. 51. Atque vtinam propugnatores, &c. & contrà oppugnatores, &c. Acad. lib. 1. Fr. Non is sum, qui obtrectem libenter, sed contrà qui laudem omnia, 5. de Finib. 21. Quæ bona sunt, mala putant: bona contrà, quæ mala. 1. Acad. 36. E. sumenda dicebat, contraque contraria. Ep. lib. 4. epist. 4. Nos qui domi sumus, tibi beati videmur: at contrà

nobis

nobis,tu præ nobis beatus.5.Tusc.16.Ergo vt hi miseri,sint contrà illi beati.pro Mar. 20. Non enim culpa tua est, si te aliqui timuerunt: cõtraq; summa laus,quod plerique minimè timendum esse senserunt.2.de Or.330. Ad causam pertinet, cautè, an contrà,demonstratum sit.Orat.74.Decere,&c. contraque item dedecere.pro Cl.84. Sapientissimum esse dicunt eum cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem. In stultitia contrà est: minus enim stultus,cui nihil in mentem venit,quàm ille, qui, &c. & 172. Quid huic cum Auito nihil, atque adeò potius etiam contrà simultas. Partit. 46. Illa autem altera argumentatio, quasi retrò,ac contrà potius sumit quæ vult.5.de Finib.55.Num igitur censes animo solicito fuisse?nihil minus, contraque illa hæreditate diues.2.de Fin. 39. Cyrenaici non viderunt, vt ad cursum equum, sic hominem ad intelligendum, & ad agendum esse natum: contraque vt tardam aliquam pecudem ad pastum, & ad procreandi voluptatem eum ortum esse voluerunt. Ep.lib.1. ep.9.Noui enim animum tuum nulla in cæteros maleuolentia suffusum, contraque cùm magnum & excelsum, tum etiam apertum & simplicem.

¶ *Aliter,secus.*pro Syl.69.Iam enim faciam contrà, atque in cæteris causis fieri solet,vt,&c.Qu.Frat.lib.1.ep.1.Factum est enim mea culpa,contrà quàm tu mecum egeras. pro Corn. 7. Si denique aliquid non contrà ac liceret factum diceretur, sed contrà atque oporteret.2.de Orat.86.Clamare contrà quàm deceat, & quàm possit, hominis est impudentissimi. 6. I. V. 11. Si hæc contrà ac dico essent omnia,tamen,&c. Orat. 137. Vt contrà ac dicat accipi ac sentiri velit.1.de D.53.Omnia ferè contrà ac dicta sunt,euenire.I.P.18.Edicere est ausus, vt senatus, contrà quàm ipse censuisset, ad vestitum rediret. 11. I. A. 34. Cùm contrà ac Deiotarus sensit, victoria belli iudicârit. pro Dom. 122. Quanquam quid ego de vestro iure,contrà quàm proposueram,disputabo.4.ad Her.6.Contraque faciunt quàm pollicetur.

¶ *Ex alia parte.* pro Dom. 88. Cùm me in iudicium populi nemo vocârit,condemnari non potui, contraq; à pop. Rom. semper sum defensus & ornatus.2.de Fin.86.Beatè viuere vos in voluptate ponitis, item contrà omnem infelicitatem in dolore. 2. I. A.38.Sed & ego,quid ille,& contrà ille,quid ego sentirem, videbat. Epist.lib.1. ep. 9. Si laudabit hæc illius formam,tu huius contrà.

☞ Syntaxis. *Contra studium populi stare.Contra caput dicere. Quod contrà fit à multis. In hac re contrà est. Id factum est contrà, quàm. Contra ac dictum sit.*

CONTRACTIO,onis. *breuitas,fuga.* Att. lib.5.ep.4. Meam in eo parsimoniam contractio paginæ significat.1.Offi.146. Superciliorum remissio aut contractio. Or. 193. Contractio & breuitas grauitatem non habet.2.de N.150. Facilis digitorum cõtractio, facilisque porrectio.1. Tusc.90. Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia,quo in dolore contractio.3.de Orat. 194. Contractione breuius fieri, aut productione longius. Orat. 59. Brachij porrectio in contentionibus, contractio in remissis. pro Sest.19.Frontis contractio. * Partit. 19. Contractione orationis ✠ fit obscurum. ‖ 4.Tusc.66.Contractio animi in dolore.)(effusio animi in lætitia.

✠ ADIVNC. *Facilis.2.de Nat.*

CONTRACTIVNCVLA, læ.3. Tusc. 83. Morsus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

CONTRACTVS,a,um:ctior.*breuis, astrictus, collectus.*de Cl. 162. Ambitus verborum contractus & breuis.de Cla.309.Dialectica quasi contracta & astricta eloquentia putanda est. pro Cæl. 76. Quæ studia in senectute contractiora esse debent : *id est, remissiora.*Ep.lib.7.ep.31.Propter res tuas ita contractas, vt quemadmodum scribis,nec caput, nec pedes. Parad. 1.Accipies: igitur hoc paruum opusculum elucubratum hisiam contractioribus noctibus.1.Offi.15.Rerum contractarum fides.3.de Or.155.Similitudinis est ad verbum vnum contracta breuitas. 2. de D. 37. Cor bouis contractum aliquo morbo exile & vietum esse. de Am. 20. Ex infinita societate generis humani ita contracta res est & adducta in angustum, vt omnis charitas, aut inter duos, aut inter paucos iungatur. Attic.lib.8.ep.18. Nos desecta manu pares aduersarijs esse non possumus: contractis autem nostris copijs,spero,&c. Att.lib.7.ep.7.Quid sit optimum,malè contractis rebus,planè video.pro Qu.11.A principio, quemadmodum res gesta & contracta sit, exponam.

¶ *Admissus,patratus,factus,cõfectus,conciliatus.*Qu. Fra.lib.1.ep.1. Ea ferre homines,molestissimè debẽt, quæ eorũ culpa cõtracta sunt. At.lib.11.ep.22. Ea est à nobis contracta culpa,vt,&c.pro R. P.25.Hoc quidem suscepto atque contracto,multa perpetienda fuerunt.2.I.C.4. Æs alienum contractum in popinam.1. Offi.53. Consuetudines præterea & familiaritates,multæq; cum multis res rationesq; contractæ. pro Syl. 56. Magna ratione cum rege Mauritaniæ contracta.3. Tus.52. Malum culpa contractum Att. lib.11.ep.9. Omnia culpa contracta sunt.

✠ ADVER. *Malè.7.Attic.*

CONTRADICENS,tis.1.Tuscul.77. Cæteræ veniant contradicentium.

CONTRADICO,dicis.Att.lib.1. ep.14. Vnus contradixerat Metellus.At.lib.5.ep. 21. Scaptius ait se nihil contradicere. pro A. P. 10.Cùm erant appellati,si eis videbatur,statim contradicere solebant.3.de Fin.2. Nec qui contradicunt, causam difficilem repellunt.4.Acad.30. Vereor ne maiorem largiar ei qui contradicturus est libertatem.3.de Nat.95. Dabis nobis aliquem diem vt contra ista dicamus. 2. de Orat. 261. Num, si contra te dixero, mihi maledicturus es?pro Quin.8.Quin. Hortensius contra me est dicturus.

CONTRADVCO,cis. 4.ad Heren. 24. Quid, quòd exercitum contraduxit?

CONTRAHENDVS,a,um.*agendus,transigendus.*2. Offi. 39. Qui vendunt,emunt,conducunt, locant, contrahendisque negotijs implicantur.2.Offi.63. Conuenit autem in omni re contrahenda,vendẽdo,emẽdo,cõducendo,locando,æquũ & facilem esse. ¶ *Cohibendus.*1. Offi. 103, Appetitus omnes contrahendi sedandique sunt.

CONTRAHO.*congrego,colligo,cogo.* Att. lib. 8. ep. 13. Contrahere omnia in vnum locum. Att.lib.8.ep.17.Vos hortor,vt quotcunq; militum contrahere poteritis, contrahatis. Att. *ibid.* Ex quibus non amplius xiiii. cohortes cõtrahere potui.& lib.1.ep.13. Contraxi vela, perspiciens inopiam iudicum. de Am. 24. Amicitia omnia contrahit,discordia dissipat.

¶ *Coarcto,in angustum redigo.*1.de Diu.120. Omne animal membra quò vult flectit,contorquet,porrigit,cõtrahit.Part. 23. Contrahere orationem.)(. *dilatare.*2.de N. 102. Recessus Solis quasi tristitia quadam contrahit terram,accessus autem lætificat.Qu. Frat.lib.1.ep.1. Te rogo, ne contrahas aut demittas animum. 2. de Leg.38.Varius canendi sonus tum remittit animos,tum contrahit.Or.153.Contrahere nomina.1.Acad. 37. Sed ea contraherent,in angustumque deducerent.2.de Nat.164.Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores,postremò deducere ad singulos.1.de Inu.24.Si turpitudo causæ contrahet,offensionem acriorem facit.

¶ *Retraho.*2.Tus.41.Quis cùm decubuisset ferrum recipere iussus,collum contraxit?

¶ *Corrugo.*pro Cl.72.Contrahere frontem.

✠ ¶ *Transigo.* ‖ pro Syll. 56. Multa ratione cum rege Mauritaniæ contracta. 4.I.V.170. Nam quas pecunias ferebat ijs expensas, quibus cum cõtrahebat,eas ipsi illi referebat acceptas. pro Qu. Res ab eo qui cum contraxisti,recessit.pro Clu.41.Cum illo iam nemo rationem,nemo rem vllam contrahebat. 1. Offic.4. Neque si tecum agas quid,neque si cum altero contrahas.5. Tusc. 105. Magnis molestijs vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt.

¶ *Concilio,comparo,acquiro,conflo,capto.*1.ad Her.8.A nostra persona beneuolentiam contrahemus.de Am.49.Virtus contrahit amicitiam.Ep.lib.2.ep.16.Dolabellam videbam fore ab ijs molestijs,quas sua liberalitate contraxerat,liberum. 4. ad Her. 50. Inuidiam contrahere in vita,odium in oratione : *id est, accersere, trahere.* 5. de Fin. 91. Si mercatura in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.

CONTRAHOR,ris.*facessor.*ad Att.li.15.ep.11. Contrahi mihi negocium videtur. 4. in Cat. 9. Sin illam alteram secuti eritis,nescio an amplius mihi negocij contrahatur.

¶ *Congregor.*Att.lib.8.ep.1. Sic enim parari video, vt Luceriam omnes copiæ contrahantur.

¶ *Astringor,concidor,labor,in angustum adducor.*2.de Nat. 135. Stomachi partes quæ sunt infrà quàm id quod deuoratur,dilatantur:quæ autem supra,contrahuntur.2.de D.119.Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat atque concidere, & ipsum esse dormire.de Amic.48.Virtus ex bonis amici quasi diffunditur, & incommodis contrahitur.

✠ ADVER. *Inusitatius,Orat.Omnino nihil.5.Tus.Amplius.14.Cohortes.8.Att.*

☞ Syntaxis. *Brachij porrectio & contractio. Animi effusio & contractio.Breue & contractum. Contractæ noctes. Contracta semem studia.Expouere res gestas contractas: id est, transactas. Id culpa tua contractum.Culpa hæc à te contracta est. In omni re contrahenda : id est, dum quid cum alio contrahimus. Appetitus contrahere. Ne contrahas aut demittas animum.Contrahere amicitiam,inuidiam,negocium.*

CONTRARIE. *repugnanter.* Part. 108. Idem de eadem re contrariè scriptum.1. de Orat. 140. Contrariè scriptum, aut ambiguè.2.de Or. 263. Verba relata contrariè. de Vniu. 27. Bifariam contrariè simul procedentia.

CONTRARIVS,ria,rium.*aduersus,aduersarius,pugnans,diuersus.* 1. de In. 42. Contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eodem cui contrarium esse dicitur, plurimum distat: vt frigus,calor:mors,vita.4.Aca.97.Contraria ea dico, cùm alterum ait,alterum negat.5.Tusc.50. Contrariorum contraria sunt consequentia. 2. de Inu. 165. Fortitudini contraria est ignauia, & iustici æ

iusticiæ iniusticia.4.de Fin.67. Vitia sunt virtutum contraria.2. de In.165. Fidentiæ contrarium est diffidentia: audacia autem non contrarium sed appositum est ac propinquum. Top. 47. Deinceps locus est,qui à contrario dicitur. Cõtrariorum autem genera sunt plura:vnum, eorum quæ in eodem genere plurimum differunt: vt sapientia, stultitia. eodem autem genere dicũtur, quibus propositis occurrunt tanquam è regione quadam contraria:vt celeritati tarditas, non debilitas.ex quibus contrarijs argumenta talia existunt:Si stultitiam fugimus,sapientiam sequamur:& bonitatem, si malitiam. Hæc quæ ex eodem genere contraria sunt,appellantur aduersa.48.Sunt enim alia contraria,quæ priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellantur στερητικὰ. præpositio enim In, priuat verbum ea vi quam haberet,si,In,propositum non fuisset:vt dignitas, indignitas: humanitas,inhumanitas,& cætera generis eiusdem, quorum tractatio est eadem, quæ superiorum, quæ aduersa dixi. 49. Nam alia quoque sunt contrariorum genera, velut ea quæ cum aliquo conferuntur:vt duplum, simplum: multa,pauca:longum, breue:maius,minus,Sunt etiam valde contraria alia,quæ appellantur negantia.ea ἀποφατικὰ Græci,contraria agentibus: vt, Si hoc est,illud non est.Quid enim opus exemplo est, tantùm intelligatur argumento querendo, contrarijs omnibus contraria non conuenire.de Fat.37. Contraria hoc loco ea dico, quorum alterum ait, alterum negat. ex his igitur necesse est alterum verum esse,alterum falsum. 1. Offi. 43. Id tam abest ab officio, vt nihil magis officio possit esse contrarium.2. I. A. 18. Tota in oratione tecum pugnas, & non modò non cohærentia inter se dicis, sed maximè disiuncta atque contraria: vt non tanta mecum,quanta recum tibi sit contentio.1.de D.62. Quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti vera,contrariam.de Sen. 77. Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatique contrarium.de Op. 14. Orationes inter se contrariæ Æschinis & Demosthenis. 2. de Orat. 223.& pro Clu. 148. Capita inter se contraria. pro Cæl. 12. Monstrum ex contrarijs diuersisque, atque inter se repugnantibus naturæ studijs conflatum. de Somn.9. Astra errantia, quæ versantur retrò contrario motu atque cœlum. 1. de Diuinat. 85. Stella Iouis ad ortus puerorum salutatis est.Saturni contraria.1. de Diuinat. 78. Flumina in contrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxit. Epist. lib. 10. epist. 33. Verebar, nepium consilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei. 2. de Oratore. 215. Afferendum est aliquid in contrariam partem, quod, &c.1. de Orat. 158. Disputare de omni re in contrarias partes. & 2. de Orat. 215. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex ijsdem suppeditatur locis.pro Cecinna.104.Si quid contraria parte in homine ostendendum sit,habetis hominem, &c. pro Qu. Rosc. 47. Atque ego hoc ex contrario contendo: leuior esset, &c.2.de Orat. 182. Itaque eadem sunt in aduersarios ex contrario conferenda. & 2. de Inu. 25. Defensor autem ex contrario primùm dicet,&c.& 1.de Inuent.26.Commutabile est, quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex contraria parte dici. & lib. 2. 157. Rerum expetendarum tria genera sunt: par autem numerus vitandarum ex contraria parte. Antequam. 26. Si neminem læsi, si etiam è contrario multis opem tuli. 3. I. V. 120. Contrarium decernebat ac paulò antè decreuerat.2.de Nat.102. Sol binas reuersiones ab extremo contrarias facit. Orat. 38. Conferre pugnantia,& comparare contraria.& 65. Referre paria paribus,aduersa contrarijs.1.Offi.31.Sed incidunt sæpe tempora,cùm ea commutantur, fiuntque contraria. 2. Contra Rul. 67.Conuersa ratio antea cùm erat,&c.id est, nunc contrarium est atque antea fuit.ad Brut.ep.17. Verba rebus esse contraria. 3. Offi.119.Omnis voluptas honestati est contraria.2. de Diuinat. 18. Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna.

¶ *Oratoria exornatio,idem ferè est, quod contentio.* 4. ad Herenn. 26.Contrarium est: quod ex rebus diuersis duabus,alteram breuiter & facilè confirmat,&c.

✠ ADVERB. *Maximè.Valdè,Topic.perspicue,Orat.*

☞ Syntaxis. *Disiuncta & contraria,Contraria,diuersaq;. Contrarius est Iouis motus,atque primæ sphæræ. In contrarias partes. fluuios fluere. In contrariam partem disserere. Quid contraria parte de te dicam? Ex contrario contendere. E' contrario, tibi sum amicus. Ex contraria parte dico,&c. Dicere ex contraria parte: id est, pro parte, vel contra dicere.*

CONTRASCRIPTVM, pti. Attic.lib.16.ep.17.Antonij edictum legi Bruto,& horum contrascriptum præclarè.

CONTRAVENIO, nis. *aduersor, contrapugno.* 4. I.V. 107. Quid si de literis corruptis contrauenit? pro Muræn. 9. Si ille ipse, quem centrauenerit, causa cadat. 1. Tusc. 55. Ego verò facilè sum passus, ne in mentem quidem mihi aliquid contrauenire: ita isti faueo sententiæ.

CONTRECTATIO,onis.*tractatio,tractatus,attrectatus.*1.de Na. 78.Quod ni ita esset,cur nõ taurus eque cõtrectatione gestiret.

CONTRECTO,as.*tracto,attrecto.*3.de Or.24.Qui quæ complecti tota nequeunt,hæc facillius diuulsa contrectant.

CONTREMISCO,scis.*tremo,contremo.* 1. de Orat. 121. In principijs dicendi tota mente atque omnibus artubus contremisco. Ep.li.6.ep.7.Cùm verò ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremisco. pro Sest. 67. Cuius in mea causa nunquam fides virtusque contremuit. 1. de Diu. 58. Tum ego contremui timore perterritus.

CONTREMO,mis.3. de Oratore. 155. Cœlum tonitru contremit. Poetæ.

CONTRIBVENDVS,a,um.pro Mil.83. Quæ mihi contribuenda laus esset ipsi?

CONTRIBVO.*confero,tribuo.*14.I.A.39. Vrbemque ad eam rem pecuniam dare,contribuere,soluere iubeant.

CONTRISTO,as.*mœrore afficio.* Ep.lib.8.ep.9. Contristauit hæc sententia Balbum Cornelium, & scio eum conquestum esse cum Scipione.

CONTRITVS, trita,tritum.*peruulgatus.vulgaris,communis,peruagatus.*1.de Orat.137. Ista omnium communia & contitia præcepta didici. pro Sest. 86. Quod iam contritum & contemptum putatur. Att.li.12.ep.26.Nihil habemus,quod scribamus, eadem quotidie,quæ iam iamq; ipsa contrita sunt.

¶ *Consumptus.*1.de Or. 219. Quo in studio ingeniosorum hominum totas ætates videmus esse contritas.

CONTROVERSIA, siæ.*disceptatio,contentio,discrimen.pugna,lis.* 2.de Or.291.Res quæ in dicendi controuersiam aut disceptationem vocatur. Or.121.Nihil ambigi potest, in quo non aut controuersiam res faciat, aut verba. pro Qu. 19. Mihi cum eo controuersiæ nihil est.pro S.R. 87. Magna vi cum illo rei familiaris controuersia erat.pro Cec. 31. At controuersia non erat,quin verum dicerent.3.I.C. 10. Hanc Cethego cum cæteris controuersiam esse dixerunt,quòd,&c.de Cl.72.Est inter scriptores de numero annorum controuersia.2.de Orat.335. Controuersia inter hominum sententias in illo est,vtrum,&c.ad Brut.ep.6.Flauius noster de controuersia,quam habet cum Dyrrachinis,hæreditaria,sumpsit te iudicem. Ep. lib. 13. ep. 69. Habere controuersiam de aliqua re cum aliquo: exempli causa, de fundo.pro Cl.161.Cùm quædam(vt solet)controuersia esset orta. 9. I. A. 11. Nec constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere.1.de Orat.143 Constituere controuersiam. pro Corn.43. Sedare controuersias.3.Offi.119. Dirimere controuersiam. 1. de Orat. 47. Verbi enim controuersia tamdiu torquet Græculos homines,contentionis cupidiores,quàm veritatis.107.Omnem contentionem esse inter homines doctos in verbi controuersia positam.& 183. Mediocrisne res in controuersiam adducta est? Orat.45. In controuersia & contentione versari. 1. ad Heren.17. Interfectam esse matrem ab Oreste conuenit mihi cum aduersarijs: iure fecerit. & licuerit ne facere,id in controuersia est. 2. de Oratore.104.Causa ex controuersia constans,vt hæreditatis. & lib. 1.140. Controuersia ex scripti interpretatione. 1.de Inuent. 12. Generis controuersia est, cùm & quid factum sit conuenit,& quo id factum nomine appellari oporteat, constat: & tamen.&c.Ep.lib.13.ep.26.Vocari in controuersiam, & li.1.ep.2. Hac controuersia vsque ad noctem ducta, senatus est dimissus. pro Cecin. 19. Fundus, quem sine vlla controuersia biennium possedit.At.lib.13.ep.13.Ait sine vlla controuersia rem ad me esse delatam.3.Offi.7.Panætius,qui sine controuersia de Officijs accuratissimè disputauit.

✠ *ADIVNC. Breuis, coniecturalis, similis,* 2. *de Inuent Ciuilis.*1.*Att. Ciuiles remotissimæque,graues.*1.*de Ora. forenses de Opt. g.Or.hereditaria.*3. *Att. Iudicialis.* 3. *Ver. Legittimæ,minimæ.pro Cæc. Legittimæ & ciuiles. Orat. Magna. pro Sest. & pro Sex. Rosc.parua, plena dissentionis,tota,*1. *de Leg.paruæ,summa.* 1. *de Inuent. priuata ac singularis.*3.*de Orat.Plurimæ.*4.*Ver.*

☞ Syntaxis. *Aliquid in controuersiam & disceptationem vocari. Id controuersiam facit.Controuersia non est,quin. In illo est controuersia, vtrum.De controuersia sumere iudicem.Controuersiam habere,tollere, constituere,sedare,dirimere. In controuersiam quid adduci. In controuersia versari:Controuersiam ducere,Sine cõtroversia: id est,sine dubio.*

CONTROVERSOR, aris. *contendo, litigo.*in Protagora: autore Prisciano:Nunc à vobis ô Protagora & Socrates postulo, vt de isto concedatis alter alteri, & inter vos de huiusmodi re non controuersemini.

CONTROVERSVS, a,um.*litigiosus,dubius.*de Cla.46. Siculi acuta gens & controuersa natura.pro Mur.28.Sin aliter etiam controuersum ius nosse, & tractare videare.2. de D.104. Sed isti sumunt pro certo,quod dubium controuersumq; est.1.de Leg.52. Res controuersa & plena dissensionis inter doctissimos. Part. 61.Controuersa causa.

☞ Syntaxis. *Res dubia & controuersa. Homo,causa controuersa.*

CONTRVCIDATVS, a, um. *interemptus, trucidatus.* pro Sest. 76. Debilitatum corpus & contrucidatum.

CONTRVCIDO, das. pro Sest. 24. Hi summi imperij nomine armati, Remp. contrucidârunt.

CONTRVDOR, ris. *conflipor, coarctor, extrudor.* in Sal. 19. Ex Africa tantum exhausit, quantum potuit in naues cõtrudi. pro Cœl. 63. Deinde qui eam prouinciam susceperint, vt in balneas contruderentur. 7. in Verr. 68. Eôdem cæteros contrudi imperat.

CONTVBERNALIS, lis. *domesticus, familiaris.* Att. lib. 2. epi. 14. C. Arrius, proximus est vicinus, imò ille quidem iam contubernalis. Ep. lib. 9. ep. 20. Illud doleo, in isto loco venire me non potuisse: habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. pro Cœl. 73. Is profectus est in Africam Q. Pompeio contubernalis. de Cla. 105. Qui se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat. Qu. Fra. lib. 2. ep. 4. Spero nos ante hyemem contubernales fore. Att. lib. 13. ep. 28. Quid tu hunc de pompa Quirini contubernalem his nostris moderatis epistolis lætaturum putas? & lib. 8. ep. 7. Siue ab Oppijs tuis contubernalibus. pro Lig. 21. Militiæ contubernales. pro Flac. 41. Contubernalis pro hospite. pro Flac. 24. Testes accusatoris, consessores, conuiuę, contubernales. ✠ pro Plan. 27. Fuit in Creta postea contubernalis Saturnini. &c.

☞ Syntaxis. *In militia, in consulatu contubernalis.*

CONTVBERNIVM, nij. *conuictus, sodalitas.* 7. I. V. 103. Vbi illud contubernij imuliebris militiæ in illo delicatissimo litore? pro Planc. 27. Necessitudo contubernij.

CONTVENS, tis. 3. de Or. 319. Neque verò est quisquam, qui eadem contuens efficiat.

CONTVEOR, eris. *aspicio.* 3. de Nat. 8. Me rogas, cur te duobus contuear oculis, & non altero tantùm, cùm idem vno assequi possim. 1. Tus. 45. Quod tandem spectaculum forè putas, cùm totam terram contueri licebit? 3. de Orat. 6. Vt illud vestigium contueremur. pro Syl. 74. Aspicite ipsum, contuemini os, &c. & ✠ de Somn. 18. Contueri ad cœlum. ‖ pro Dom. 146. Patriæ vultus contuentur..

☞ Syntaxis. *Contueri cœlum, & ad cœlum.*

CONTVITVS, tus. pro Sest. 115. Vester iste in me animorum oculorumque contuitus.

CONTVMACIA, ciæ. *superbia.* 6. I. V. 89. Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. pro Qu. Ros. 44. Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæque vniuersæ vox. de Am. 54. Itaque illi fastidio ferè & contumacia efferuntur. Att. lib. 6. ep. 3. Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli. I. P. 78. In quo Torquatus furebat contumacia responsi tui. Att. lib. 14. ep. 14. Libentius deponimus inimicitias reipubl. nomine susceptas, quàm contumaciæ. 1. Tus. 7. Adhibuitq; liberam contumaciam, à magnitudine animi ductam, non à superbia.

✠ *A* DIVNC. *Libera. 1. Tus. Magna, par, 12. Fam. Singularis. 6. Ver.*

☞ Syntaxis. *Insolentia, superbia, contumacia. Contumacia & arrogantia. Fastidium & contumacia. Libera animi contumacia à magnitudine animi ducta.*

CONTVMACITER. *superbè, præfractè.* Qu. Fra. li. 2. ep. 1. Clodius furebat se à Racilio contumaciter vrbaneq; vexatum. 2. de Diu. 71. Nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. Att. lib. 6. ep. 1. Ad me autem contumaciter, arroganter. ἀκαιρότερος solet scribere. & lib. 16. ep. 4. Cætera & satis grauiter & contumaciter.

☞ Syntaxis. *Aliquem contumaciter vrbaneq; vexare. Contumaciter & arroganter.*

CONTVMAX, cis. *superbus.* Att. lib. 15. ep. 15. Suram nefarium cognoui hominem, præterea in me contumacem. 4. ad Her. 52. In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis.

☞ Syntaxis. *Contumax in superiores.*

CONTVMELIA, liæ. *conuicium, ignominia, iniuria.* 1. de Nat. 73. Epicurus Nausiphanem vexat omnibus contumelijs. pro Syl. 23. Equidem vehementer lætor eum esse me, in quem cùm cuperes, nullam contumeliam iácere potueris. 2. de Or. 222. Genus facetiarum, in quo nulli aculei contumeliarum insunt. Brut. ep. 16. Seruire, est contumelias pati. 11. In Ant. 5. Verborum cõtumelijs aliquem lacerare. & lib. 14. ep. 16. Sed homines benevolos, qualescunque sunt, graue est insequi contumelia. 4. Tus. 77. Alternis versibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ. 6. I. V. 20. Quibus tu priuatim iniurias plurimas cõtumeliasque imposuisti. 3. I. A. 22. Quid est porrò facere contumeliam? quis sic loquitur? * *Ita tamen loquitur Cato, Plautus, Terentius & Quintilianus* pro Cæl. 6. Maledictio nihil habet propositi ✠ præter contumeliam. ‖ 3. de Leg. 61. Ne ille eandem contumeliam quam cæteri ferre non possit.

✠ *A* DIVNC. *Extrema ac miserrima. ep. ad Brut. Grauissimæ. 4. Tus. Insatiabilis. 1. de Orat. Insignis & noua. 2. Cont. Rul. Maxima. 11. Phil. Maximæ. Summæ. 5. In Ver. Multæ. pro Qu. Nefariæ in Pis. Pertinaces. 1. de Finib. Plurimæ. 6. In Ver. Quam Minima. 5. Attic. Tanta. 4. Ver.*

☞ Syntaxis. *Aliquem contumelijs vexare. In aliquem iacere contumeliam. Aculeus contumeliæ. Insequi aliquem contumelijs. Contumelias inter aliquos intorqueri. Imponere alicui contumelias. Facere contumeliam.*

CONTVMELIOSE, ssimè. *iniuriosè.* 1. Offi. 134. Cùm de absentibus detrahendi causa maledicè contumelioseque dicitur. in Vatin. 30. Contumeliosissimè maledicere alicui.

CONTVMELIOSVS, a, um. *iniuriosus.* Ep. lib. 1. ep. 10. Qui istinc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quòd nihil respõdeas: partim contumeliosum, qui malè respondeas. pro Pl. 6. Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda oratio est. pro Cor. 24. In socios verò contumeliosum est, exclusos esse, &c. Ep. lib. 5. ep. 2. Oratio in aliquem contumeliosa. 1. Qu. Fr. ep. 2. Literæ in aliquẽ contumeliosæ. pro Cæl. 30. Contumeliosæ voces in aliquem emissæ. Att. lib. 15. ep. 12. Vsuriq; sunt beneficio Antonij contumelioso. 3. I. A. 15. Contumeliosus in edictis.

☞ Syntaxis. *Epistolæ contumeliosæ. Contumeliosus in epistolis. Contumeliosum est in amicos, &c.*

CONTVNDO, dis. *obtero, frango.* pro Flac. 73. Membra vxoris lapidibus & fustibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. 3. I. A. 29. Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. Att. lib. 12. ep. 43. Contudi animum, & fortasse vici, si modò permansero. pro Cec. 18. Ita calumniam obtriuit & contudit.

CONTVRBATIO, onis. 4. Tus. 19. Conturbatio est metus excutiens cogitata. item Top. 52.

CONTVRBATVS, a, um. de Ar. 25. Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. 6. I. V. 32. Is tristis & contutbatus domum redijt. Ep. lib. 7. ep. 3. Vidisti me ita conturbatum, vt nescirem, &c. 2. I. A. 36. Nescio, quid conturbatus mihi esse videris: nunquid subtimes?

CONTVRBO, as. *perturbo, confundo.* Att. lib. 7. ep. 2. Inualetudo tua me valde conturbat. 3. Offi. 81. Hæc sunt, quæ conturbant homines in deliberatione nonnunquam. 3. ad Her. 31. Frequentia & obambulatio hominum conturbat & infirmat imaginum notas. 3. Offi. 40. Incidunt sæpe multæ causæ, quæ conturbant animos vtilitatis specie. Ep. lib. 8. ep. 12. Conturbat me Seruij huius mora. 4. Acad. 10. Non sanè, inquit, conturbat me expectatio tua. 2. I. A. 32. Num conturbo te? non enim fortasse satis quæ distinctius dicuntur, intelligis. pro Cl. 135. Vnum etiam est, quod me maximè conturbat, cui loco, &c.

¶ *Decoquo, rationes debiti commisceo, non soluo.* pro Plan. 68. Vtrum igitur me conturbare oportet? an hoc nomen quod vrget, nunc cùm petitur dissoluere? Quin. Fra. lib. 2. ep. 11. Ad quem ego rescripsi, nihil esse, quod posthac arcæ nostræ fiducia conturbaret. & Att. lib. 4. ep. 7.

CONTVRBOR, ris. At. lib. 8. ep. 9. Sed tamen signa conturbantur, quibus voluntas à simulatione distingui posset. 4. Acad. 10. Eo minus conturbor.

✠ *A* DVERB. *Magnoperè. pro Planc. Mirificè. 6. Att. Valdè. 14. Att.*

CONTVSVS, a, um. 2. Tus. 40. Pugiles ictibus contusi ne ingemiscunt quidem.

☞ Syntaxis. *Conturbatus homo, ludi. Conturbatus in valetudine. Num te conturbo? Conturbare, absolutè: id est, decoquere.*

CONVALESCENDVM. Att. lib. 12. ep. 4. Quem ad omnes res adhibes, in primis ad conualescendum adhibere prudentiam.

CONVALESCO, scis. *sanor, consanesco, valentior fio, ex morbo euado, è graui morbo recreor.* de Fat. 28. Si fatũ tibi est ex hoc morbo conualescerè, siue medicum adhibueris, siue non, conualesces. 2. de Nat. deor. 12. Ne ægri quidem omnes conualescunt. pro Clu. 37. A iulius illicò conualescit. pro Syl. 76. Vt conualesceret aliquandò, & sanari ciuitas posset. pro Milone. 25. Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis conualescebat. Ep. lib. 13. ep. 29. Ille in morbum incidit, ex quo non conualuit. & lib. 9. ep. 9. Certum scio iam conualuisse eam. 3. Tus. 5. Non omnes qui curantur, conualescunt. pro Clu. 175. Cùm is iam conualesceret, &c. Ep. lib. 10. ep. 17. Is cùm primùm posse ingredi cœpit, non magis sibi quàm reipubl. conualuisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. * pro C. Cornel. 1. Qua lege suffragiorum ius potestasque conualuit.

¶ *Cresco.* Antequam. 14. Ne rei crudelitas experta in me, in vos conualescat. & *ibid.* 16. Impunè ad omnium perniciem conualescet. Att. lib. 7. ep. 3. His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciue Respub. ad resistendum imbecilla sit.

✠ *A* DVERB. *Commodissimè. 16. Fam. Ilico. pro Cluen. Impunè ad pernitiem. Anteq. Tardius, 14. Fam.*

☞ Syntaxis. *Conualescere: id est, redire ad frugem meliorem. Malum, Cæs. ita conualuit: id est, creuit, auctus est viribus.*

CONVALLIS, lis. *planicies ex omni parte montibus septa.* 2. Cont. 95. Roma in montibus posita, & conuallibus.

CONVECTOR, ctoris. *qui in eadem nauí conuehitur.* Act. lib. 10. ep. 19. Naui eius, & ipso conuectore me vsurum puto.

CONVEHO, his. *comporto.* pro Mil. 75. Repentè lintribus in eam insulam materiam conuexit.

CONVELLENDVS, a, um. 7. I. V. 186. Vertes simulacrum Cereris sactario Catilinæ conuellendum auertendumque curauit.

CONVELLO, lis. *reuello.* pro Domo sua. 54. Cùm gradus Castoris conuelliſti ac remouiſti. 1. de Leg. 54. Qui me ex noſtris penè conuellit hortulis. 2. de Ora. 205. Nec conuellere adoriamur ea, quæ non poſſunt commoueri. de Aruſp. 41. Tiberius Gracchus conuellit statum ciuitatis. pro Clu. 4. Conuellere opinionem mentè comprehenſam. I. P. 4. Qui reipubl. ſtatum conuulſuri viderentur.

CONVELLOR, ris. pro Rab. 3. Cùm cuncta auxilia Reipub. labefactari conuellique videat. 1. de Diu. 117. Hæc mihi videntur non ✠ poſſe conuelli. ‖ pro Cæc. 51. Conuelli pacta. &c.

CONVENAE, arum. *qui ex diuerſis locis in vna mœnia conueniunt.* 1. de Orat. 37. Romulus paſtores & conuenas conſilio & ſapientia congregauit. 5. Tuſc. 58. Dionyſius quibuſdam conuenis & feris barbaris cuſtodiam corporis ſui committebat.

CONVENIENS, tis. *conſonus, decorus, par, dignus, conſentaneus, decens, concors, congruens, aptus. pro.* ‖ *alienus.* 2. de Fin. 99. Nihil ſcriptum ab eo congruens & conueniens decretis eius reperies. de Amic. 17. Nihil eſt tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel ſecundas vel aduerſas, quàm amicitia. 3. de Nat. deor. 44. Quid enim philoſopho minus conueniens, quàm deos tollere? 3. Officio. 35. Recta & conuenientia & conſtantia natura deſiderat, aſpernaturque contraria. 2. de Nat. deor. 55. Stellarum conueniens, conſtanſque conuerſio. 3. Offi. 35. Quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint apta & inter ſe conuenientia. 2. de Diu. 82. Conueniens & coniuncta inter augures conſtantia. & 35. Conuenientem hoſtiam rebus ſuis immolare. pro Sext. Roſ. 96. Propinqui cognatique optimè conuenientes. 1. Offi. 58. Benè conuenientes propinqui: *id eſt, concordes.*

✠ *ADVER. Benè Propinqui. 1. Offic. Optimè Cognati. pro Sex. Roſc.*

☞ Syntaxis. *Congruens & conueniens. Aptum & conueniens. Conueniens id tibi non eſt. Conſtans & conuenientes.*

CONVENIENTER, *congruenter, ſecundum, pro.* 3. Offi. 13. Conuenienter naturæ viuere: *id eſt, cum virtute congruere ſemper.* 3. de Fin. 26. Conuenienter naturæ congruenterque viuere. 5. Tuſ. 82. Congruere naturæ, & cum ea conuenienter viuere.

CONVENIENTIA, tiæ. *coniunctio, cognatio, quaſi concentus atque conſenſus.* 2. de Nat. 55. Hæc in ſtellis conſtantia, hæc conuenientia temporum ſine ratione intelligi non poteſt. de Am. 100. In amicitia enim eſt conuenientia rerum, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia. 1. Off. 14. Pulchritudo, venuſtas, cõueniẽtia partium. 3. de Fin. 21. Quod ἐυ ὁμολογίαν. Stoici, nos appellemus conuenientiam, ſi placet. 2. de Diu. 124. Conjectores ſomniorum ſignificationes faciunt ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam vocant *συμπάθειαν.* 3. de Fi. 46. Quorum omne bonum conuenientia atque opportunitate finitur. 2. de Diu. 34. Si vllam eſſe conuenientiam naturæ cum extis conceſſero. 1. Offi. 100. Via quæ deducit ad conuenientiam conſeruationẽque naturæ,

✠ *ADIVNC. Tanta. 2. de Nat. Vila. 2. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Conſtantia & conuenientia. Conuenientia & coniunctio naturæ. Conuenientia & opportunitas.*

CONVENEO, nis. *congruo, non abhorreo, aptus vel conueniens, vel accommodatus ſum.* in Horten. Nam quòd vereris, ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio, &c. pro Corn. 61. Neque me diſſenſioni meæ priſtinæ putaui potius aſſentiri, quàm præſentibus reipubl. temporibus & concordiæ conuenire. 1. Offi. 98. Poetæ etiam vitioſis perſonis quid conueniat, & quid deceat, videbunt. de Pro. 41. Hoc decet me & conuenit ijs rebus, quas geſſi. 1. de Diu. 99. Quod ſomnium mirificè ad verbum cum re conuenit. pro Cæl. Cùm eſſent prædia, quæ mulieri maximè conuenirent. Ep. lib. 9. ep. 12. Minimè miror cœlum etiam & terras vim ſuam, ſi tibi ita conueniat, dimittere. Orat. 86. Pleraque ex illis conueniant huic tenuitati. 2. de Nat. 74. Nec verò conuenit, ſed in reliquos veſtros, & in eum maximè, qui iſta peperit. Top. 49. Tantum intelligatur argumento quærendo, contrarijs omnibus contraria non conuenire. pro Deiot. 28. Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. pro S. R. 65. Hæc ſuſpicio conuenit in illum. 1. de In. 26. Communè exordium eſt, quod nihilo minus in hanc quàm in contrariam partem cauſæ poteſt conuenire. 3. in Ver. 128. Quæ vitia videntur in quemuis potius, quàm in iſtum conuenire. 1. de Inu. 26. Vulgare exordium eſt, quod in plures cauſas poteſt accommodari, vt cõuenire videatur. 5. in Verr. 206. Sunt quædam in te ſingularia, quæ in nullum alium conuenire poſſent. 2. de Ora. 246. Et tamen id dixit, quod conueniret in omnes luſcos. 2. de Inuent. 44. Quid in quanque rem conueniat, res ipſa docebit. 9. in Ant. 8. Nihil enim minus in hunc ordinem conuenit. 3. de Fin. 46. Vt ſi cothurni laus illa eſſet, ad pedem aptè conuenire. 2. de Inuen. 16. Non omnes loci in omnem cauſam conueniunt. pro Syl. 23. Hæc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit. 3. de Fini. 35. Sed non conueniret ad omnia. Epiſt. lib. 6. epiſt. 8. Hæc tua deliberatio non mihi conuenire viſa eſt cum oratione Largi. 2. de Diui. 34. Fiſſum iecoris conuenire cum lucello. de Finib. * Atque hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Attic. lib. 9. ep. 4. Rem conuenturam puto. 1. ad Her. 4. Diuiſio eſt, per quam aperimus quid conueniat, & quid in controuerſia ſit. 1. de Leg. 53. Poteſt res cum eo conuenire. & *ibid.* Si poſſet inter eos aliquid conuenire. pro Q. Aliquid vel nihil inter aliquos conuenire. de Clar. 209. Difficile eſt in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, vt ſibi ipſe non conueniat. 6. in Verr. 147. Optimè cum aliquo conuenire: *id eſt, eſſe concordem.* 1. de Natur. 90. Virtutem ſine ratione conſtare non poſſe, conueniat id quoque neceſſe eſt. pro Clu. 120. Nemo ne pecuniaria quidẽ de re minima erat iudex, niſi qui inter omnes aduerſarios conueniſſet. 1. ad Her. 24. Cum factum conuenit, ſed iure an iniuria factum ſit, quæritur. 2. de In. 68. Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit.

¶ *Coeo, concurro, congregor.* pro Sext. Roſc. 11. Magna multitudo hominum conuenit ad iudicium. & 62. Cum multæ cauſæ conueniſſe in vnum locum, atque inter ſe congruere videntur. 2. contra Rullum. 12. Non deſiſtebant clàm inter ſe conuenire. 1. de Nat. deor. 16. Tres enim trium diſciplinarum principes conueniſtis. Attic. lib. 8. ep. 6. Omnes copias in vnum locum conuenire. pro Cecinna. 59. Neminem coegeris, ipſi conuenerint ſua ſponte. Att. lib. 8. epiſt. 20. Da operam vt huc quamprimùm venias, antequam omnes copiæ aduerſariorum conueniant: neque enim celeriter huc homines conuenire poſſunt: & ſi conuenirent, quantum ijs committendum ſit, non te præterit. 2. de Diuin. 50. Cum Bubulcus clamorem ediditſet, concurſum eſſe factum, totamque breui tempore in eum locum Herrutiam conueniſſe. I. P. 34. Mei capitis ſeruandi cauſa Romam tota Italia conuenit. Epiſt. lib. 10. ep. 12. Senatus eſt continuò conuocatus, frequensq; conuenit. 1. in Anton. 8. Addebant præterea rempubl. conuenturam Calen. Sextilibus, ſenatum frequentem fore. 4. in Verrem. 38. Aduerſarij poſtulant, vt in eam rem iudices dentur ex ijs ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent. 1. Offic. 144. Cùm Pericles & Sophocles collegæ in prætura de communi officio conueniſſent: item *Creditores & ſponſores conuenere quid ſit*: L. CREDITOR. Topicorum. 14. Vxores quæ in manum viri conuenerunt, matres familiàs ſunt: *id eſt, quæ ſocietatem bonorum coierunt.* L. COEMPTIO. * con. C. Anto. Dico ſuperiore nocte cuiuſdam domum Catilinam & Antonium cum ſequeſtribus ſuis conueniſſe.

¶ *Adeo ad aliquem, ad aliquem eo ſeu venio.* Epiſt. lib. 4. epi. 2. Poſthumia tua me conuenit. & lib. 3. ep. 4. Si Clodium conuenero, ex illius ſermone ad te ſcribam plura. Ep. li. 9. ep. 14. Neminem conueni (conuenio autem quotidie plurimos: ſunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis cauſa in hæc loca conueniãt) quin omnes, &c. Ep. li. 1. ep. 9. Quem cùm in Sardinia conueniſſet, Teipſum, inquit, cupio. pro S. R. 50. Attilius ille, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant, conuenerunt. de Sen. 83. Neque eos ſolùm conuenire aueo quos ipſe cognoui, ſed illos etiàm de quibus audiui & legi. * pro C. Cornel. 1. Qui ſuffragij ferundi cauſa conueniunt.

CONVENIOR, ris. Att. lib. 8. ep. 11. Lentulum antè puto tranſmiſſurum quàm poterit conueniri.

✠ *ADVE. Aptè, 3. de Fin. Clã inter ſe. Pauliſper, 2. Cont. Rul. Maximè Officio, 15. Fam. Mirifice, 1. de Diu. Optimè cum aliquo. 6. Ver. preclare, 16. Attic. vndique aliquo, 5. In Ver. vndique vno tempore, 2. In Ver.*

CONVENIT, bat. *decet, conducit.* Antequam. 6. Non conuenit, cùm ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam eſſe tardiores. 2. Offic. 63. Conuenit autem tum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum. Antequam. 2. Fidei conducit, in loco debitum retribuere.

¶ *Decet, par eſt.* 2. de Nat. 79. Hæc non conuenit penes deos eſſe negare. pro Qu. 85. Multa antè fieri conuenit, quàm, &c. pro Sex. Roſ. 154. Vos his malis mederi cõuenit. 1. In Cat. 4. Quo ex S. C. confeſtim interfectum te eſſe, Catilina, conuenit. pro Q. 48. Illicone ad prætorem ire conuenit? pro Rabir. 21. Quid tandem C. Rabirium facere conuenit. 1. ad Heren. 14. Tres conuenit habere res narrationem. & *ibid.* In hac re exerceri conuenit. 2. de Fin. 33. Quid igitur conuenit, ita dicere, &c.

¶ *Conſtat. decretum eſt.* 2. contra Rull. 41. Inter omnes conuenit ita eſſe. 4. Tuſc. 61. Inter omnes enim conuenire oportet, commotiones animorum, &c. 2. de Finib. 4. Vt inter eos qui ambigunt, conueniat, quid ſit id de quo agatur. 2. de Finibus, 87. Qui ſibi is conueniet, ſi negabit, &c. *id eſt, quî ſibi is conſtabit.* 7. in Ant. 4. Qui enim conuenit, vt qui ſe populares dicunt, hi populi ſalutem

lutem oppugnent? pro Milon.55. Qui conuenit, præsertim id temporis? pro Cornel.36. Benignè, non grauatè, comiter quidè certè, non communiter conuenit. 1. de Inuent. 11. Nominis controuersia est, cùm de facto conuenit, & quæritur id quod factum est, quo nomine appelletur. & *ibidem.* 12. Generis est controuersia, cum & quid factum sit, conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat: & tamen, &c. 1. ad Herenn. 17. Interfectam esse ab Oreste matrem, conuenit mihi cum aduersarijs: iure fecerit & licueritne facere, id est in controuersia. Orato. 116. Nisi inter eos conuenit, quid sit illud, &c. Attic. lib. 5. ep. 21. ffident. subducunt ad vnum, conuenit.

CONVENTICVLVM, li. pro Dom. 74. Conuenticula & quasi concilia quædam plebi Romanæ mores esse voluerunt. pro Sest. 91. Tum conuenticula hominum, quę postea ciuitates nominauerunt.

CONVENTVS, a, um. 2. de Orat. 13. Cæsar dixit mihi à se Scæuolam hinc euntem esse conuentum.

CONVENTVM, ti. *generale verbum est (inquit Vlpianus) ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt.* 2. de Orat. 100. At verò in foro pacta, cõuenta, stipulationes, &c. & Part. 130 Pactum, conuentum, stipulatio, &c. 3. Offi. 95. Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita. & lib. 1. 23. Dictorum conuentorumque constantia. & 32. Potest enim accidere promissum aliquod & conuentum, vt id effici sit inutile ei qui promiserit.

CONVENTVS, tus. *conuentum, pactum.* Attic. lib. 6. ep. 3. Pontinus enim ex pacto & conuentu (ea enim lege exierat) iam à me discesserat. 2. ad Her. 20. Sunt item pacta, quæ sine legibus obseruantur ex conuentu.

☞ Syntaxis. *Pacta, conuenta, stipulationes. Ergo pactum & stipulatio, non sunt conuenti species.*

CONVENTVS, us, *πανήγυρις, turba, concio, cœtus, multitudo hominum vnum in locum congregata.* 3. I. V. 137. Domus erat non meretricio conuentu, sed prætoria turba referta. & 6. Ver. 207. Syracusani festos dies agunt celeberrimo virorum mulierumque conuentu. & 1. de Or. 116. In magno conuentu. 3. I. V. 94. In tanto virorum conuentu. 2. I. C. 13. Quæsiui ab eo, an in nocturno conuentu fuisset. nécne, &c. pro Deiot. 5. Dico extra conuentum, & eam frequentiam qua oratorum studia niti solent. Att. lib. 1. ep. 16. Conuentus qui initiò celebrabantur, iam diu fieri desierunt. Epi. lib. 4. epi. 1. Frustra in senatum, siue potius in conuentũ senatorum es ventutus. 2. de Fin. 1. Primus Gorgias ausus est in conuentu poscere quæstionem: id est, iubere dicere, &c. 7. in Verr. 28. Oppida in quibus prætores consistere, & conuentum agere solent. pro Sest. 9. Et tum conuentus ille Capuæ me vnũ patronum adoptauit.

✠ ADIVNC. *Celeberrimus virorum mulierumque, 6. Verr. Dignissimus repub. honestissimus maximusque, 7. Verr. Elegans, de Clar. firmi, pro Lig. honestus, Maximus, 5. In Verr. Magnus, 1. de Orat. & 15. Famil. Meretricius tantus, 3. In Ver. Nocturnus, 2. In Cat.*

☞ Syntaxis. *Conuentus celebrari, fieri, agi. Conuentus & frequentia.*

CONVERSIO, onis. *circumuectio.* de Vniu. 17. Mundus maxima vna conuersione atque eadem ipse circum se torquetur & vertitur. de Som. 12. Sũmus ille cœli stelliferi cursus, cuius cõuersio est cõcitatior. & *ibi.* Totius mundi incitatissima cõuersio. & 1. de Nat. 21. Conuersio cœli. 2. de Diuinat. 89. Cum temporum anni tempestatumq; cœli conuersiones commutationesque tantæ fiant accessu & recessu stellarum. 1. de Leg. 24. Perpetuis cursibus conuersionibusq; cœlestibus extitisse materiam, &c.

¶ *Mutatio, vicissitudo.* pro Flac. 94. Videtis, in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione versemur? & 31. Tempestatum moderatio atque conuersio. pro Dom. 46. Mihi nihil oberat præter conuersionem status & inclinationem communium temporum. 2. de Diu. 6. Naturales esse conuersiones quasdam rerumpublicarum.

¶ *Periodus, ambitus, & continuatio* 3. de Orat. 188. Oratio conuersiones habeat absolutas.

¶ *Item exornatio est, per quam non, vt antè primum repetimus verbũ, sed ad postremum continenter reuertimur.* 3. de Orat. 204. Tum in extremum eiusdem verbi crebra conuersio.

✠ ADIVN. *Absoluta, 3. de Orat. Annua, certa definitaque, Conueniens constansque, longa, Quotidiana. Rotunda, Continuæ, 2. de Nat. Cælestes, 1. de Leg. Incitatoria, incitatissima, de Somn. Scip. Maxima, de Vniue.*

☞ Syntaxis. *Conuersione torqueri, & verti. Conuersio & concitatio. Conuersio & commutatio cœli.*

CONVERSANS, *versans.* de Vniu. 23 Animus se ipse conuersans, &c.

CONVERSVS, a, um. de Som. 17. Huius anni nondum vigesimam partem scito esse conuersam.

¶ *Mutatus.* de Arusp. 24. Ludi penè ad cædem & ad funus ciuitatis conuersi sunt. pro Flac. 69 Quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersum. Epist. lib. 16. epistol. 11. In quartanam conuersa est vis morbi. 2. contra Rull. 67. Conuersa ratio antea, &c. pro Dom. 126. Pœna illa in alium instituta, in te ipsum est conuersa. 6. in Verr. 132. Conuersam iam habent demonstrationem suam. pro Dom. 105. Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa. Att. lib. 8. ep. 21. Vide, quàm conuersa res est.

¶ *Directus.* 4. I. C. 1. Video in me omnium vestrum ora atque oculos esse conuersos. 2. de Orat. 245. Omnis est risus in iudicem conuersus.

¶ *Traductus.* 1. de Fin. 6. Quæ splendidè dicta sunt, neq; sunt cõuersa de Græcis. 2. de Natur. 104. Carmina conuersa. de Opt. 18. Orationes à Græco conuersæ. * Lim. *Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti Conuersum expressumq; Latina voce Menandrum. In medio populi sedatis vocibus effers.*

¶ *Circumductus.* Attic. libr. 2. epist. 21. Orbem Reipublicæ esse conuersum.

✠ ADVERB. *Festiue, 2. Attic. Recte, de Vniuer. Retro Arat.*

CONVERTENDVS, a, um. Ora. 20. Alij instructi ad permouendos & conuertendos animos.

CONVERTO, tis. *commuto, traduco, refero.* Epist. lib. 11. ep. 13. Qui quidem eas copias, quas diu simulatione Reipub. comparabãt, subitò ad patriæ periculum conuerterunt. 2. de Orat. 200. Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cepionis fugam. 2. Offic. 37. Cumque aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit & rapit. Quint. fr. lib. 3. ep. 5. Vt mones, valde me totũ ad ociũ pacẽque cõuerto. 1. de Orator. 6. Quocunque te animo & cogitatione conuerteris. & Or. 138. Vt sæpe animos in hilaritatem risumq; conuertat. 1. de Nat. 77. Quo faciliùs animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitate conuerterent. Epistol. libr. 3. epist. 10. Totumque ad eius viri voluntatem nutumque conuerterem. pro Syll. 17. Ille conuertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem. 3. Offic. 78. Digitorum percussione hæreditates omnium ad se posse conuertere. Attic. lib. 13. ep. 21. Conuertere nauem ad puppim. 3. de Nat. 78. Homines rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamq; conuertunt. de Am. 80. Cauendum est, ne in graues inimicitias conuertant se amicitiæ. pro Rab. 29. Nolite igitur fortunam conuertere in culpã. 3. Offic. 82. Si quis ex homine se conuertat in belluam. *Item alibi.* Quas ab itinere Syriæ ad suam potentiam dominatumque conuerterat. pro Cl. 150. Conuerte nunc eadem vitæ conditiones ad cæteros ordines, non proferrent. 2. de Diu. 30. In eundem habitum se coloremque conuertunt. pro Dom. 22. * In eum ipsum se conuertit, quo adiutore, quæ fecerat omnia, se fecisse dicebat. 5. I. A. 40. M. Lepidus graue bellum ad pacem conuertit. pro S. R. 115. Et ex eo T. Roscius non paulum nescio quid in rem suam conuertit. & 114. Si ex eo negotio tantulum in rem suam conuertisset. pro S. R. 114. Nihil de patris fortunis in rem suam conuertit. 1. Offic. 42. In rem suam alienam conuertere. pro S. R. 112. Si mandatum aut neglecturus, aut ad tuũ commodum cõuersurus es 2. de Na. 142. Et aspectum, quo vellent, facilè conuerterent. * Acad. Rursus te ad illum conuerte, & quære.

¶ *Voluo, circumago.* 4. Acad. 123. Terra, quæ circum axem se summa celeritate conuertat ac torqueat.

¶ *Interpretor.* 3. Tusc. 29. Conuertere Græca in Latinum. de Opt. 14. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Demosthenis & Æschinis: nec conuerti, vt interpres, sed vt orator, sententijs ijsdẽ, & earum formis tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum vimq; seruari. nõ enim ea me annumerare lectori putaui oportere, sed tamquam appẽndere. 2. Off. 87. Xenophontis liber, qui Oeconomicus inscribitur, quem nos è Græco in Latinum conuertimus.

¶ *Tribuo.* de Clar. 141. Sed hoc vitium huic vni in bonum conuertebat. * *alij conuertebatur legunt.*

✠ ADVERB. *Aliquando se ad sanitatem. pro Syll. Malè, 1. de Finib. Repente. pro Cæl.*

CONVERTOR, ris. de Fat. 14. Nec in falsum è vero præterita possunt conuerti. & 20. Non potest verum futurum conuerti in falsum. 2. ad Her. 37. Quæ hoc modo concludentur, ex contrario conuertentur hoc modo, &c. Top. 82. An possit eloquentia conuerti in infantiam. 3. de Na. 31. Omnia hæc tum intereunt, tum in naturam aliam conuertuntur. * Incer. Nemo est qui non mori malit, quàm conuerti in aliquam figuram bestiæ.

¶ *Circunducor.* de Som. 10. In infimo orbe Luna radijs solis accensa conuertitur.

¶ *Accedo.* Epist. lib. 3. epi. 12. Gratulabor tibi prius, ita enim re-

rum ordo postulat: deinde ad me conuertar.

☞ Syntaxis. *Aliquid in laudem, ad finus conuerti. Vis morbi in tabem conuersa. Multum res conuersa. Ora & oculi in aliquem conuersa. Hæc omnia de Græcis conuersa: id est, ex Græco. Conuertere se totũ ad pacem. Ad timorem, non ad sanitatem se conuertere. Omnia in fraudem conuertere. Omnia ad suum commodum conuertere. Terra se conuertit ac torquet. In Latinũ Italica conuertere, & ex Italico. Vitia tibi in bonũ conuertis. Ergo damna in malum, & beneficia in malum conuertere.*

CONVESTIO, stis. *vestio, tego, orno.* Qu. Fra. lib. 3. ep. 1. Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit hedera.

CONVESTIOR, ris. 1. Tus. 69. Herbis prata conuestirier.

CONVESTITVS, a, um. pro Dom. 101. Ergo eius domum euersam duobus locis conuestitam videtis.

CONVEXVS, a, um. in Arat.

Inde Fides leuiter posita & conuexa videtur.

*CONVICIATOR & CONVICIVM. vide post CONVISO.

CONVICTIO, onis. *conuictus.* Ep. lib. 16. ep. 21. Cic. filij. * Iucundissima conuictio. *alij Conuentio legunt.*

CONVICTOR, oris. *qui vulgo commensalis dicitur.* Cicero filius, Ep. li. 16. ep. 21. Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos secum Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illi probatissimis. Qu. Fra. lib. 1. ep. 1 Domestici conuictores.

✠ *ADIVNC. Domestici. 1. ep. ad. Qu. Fra. Famliares. & Quotidiani. 16. Fam.*

CONVICTVS, a, um. pro Quin. 49. Turpi iudicio conuictus. pro Dom. 145. Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse & commissam putabo. Posteq. ad Quir. 1. Eius deuotionis me esse conuictum iudicio deorum, testimonio senatus, confessione inimicorum, maximè lætor. pro Syl. 44. In eum locum te deducis, vt antequam me commutati iudicij coarguas, te summæ negligentiæ iudicio tuo conuictum esse fatearis. 4. Acad. 34. Simili in errore versantur, cùm conuicti ac iudicio veritatis coacti perspicua à perceptis volunt distinguere. 4. ad Herenn. 24. Maiores nostri si quam vnius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant. pro Clu. 7. Causa, quæ ipsa opinione hominum tacita, propè conuicta, atque damnata est. pro Flac. 98. M. Aquilium patres nostri multis auaritiæ criminibus testimoniisq; conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. 2. I. C. 13. Homo audacissimus conscientia conuictus reticuit. pro Flac. 41. Qui testis postquã effudit, quæ voluit omnia, reprehensus, conuictus, fractusq; discessit. pro Fon. 24. Magistratibus, quos gessit, conuictus virorum bonorum testimonijs. pro Quin. 49. Aut ignominia affectus, aut turpi iudicio conuictus. 1. de Leg. 38. Siue Aristonis conuictam & fractam sectam secuti sunt L.

CONVINCO.

CONVICTVS, ctus. *conuictio, συμβίωσις*, Att. li. 13 ep. 23. 3. Offic. 21. Nã is tollit conuictum humanum & societatem. Ep. li. 5. ep. 14. Vt istis te molestijs laxas, & ad conuictum nostrum redeas.

CONVINCO, cis. *arguo, coarguo, red. arguo, cogo, euinco.* 1. de Fin. 13. Verùm enim inuenire volumus, non tanquam aduersarium aliquem conuincere. 1. de Nat. 92. Vtinam tam facilè vera inuenire possem, quàm falsa conuincere. 1. Tus. 11. Quid negocij est, hæc poetarum & pictorum portenta conuincere? *id est, falsa ostendere.* Parad. 5. Cùm eum ne liberum quidem esse ratio & veritas ipsa conuincat. 2. I. A. 8. Quo me teste conuinces, si negem ? an chirographo? & *ibid.* 9. Teq; in isto ipso conuinco non inhumanitatis solùm, sed etiam amentiæ. Part. 116. Conuincere peccata argumentis. 2. de N. 3. Conuincere errores alicuius. pro Syl. 71. Huius si causa non manifestissimis reb. teneretur, tamen eum mores ipsius & vita conuincerent. 1. de Orat. 42. Nihil te de moribus homi um didicisse conuincam. 3. de Nat. 44. Sed vt Stoicos nihil de dijs explicare conuinceret. de Am. 65. Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerosque conuincunt.

CONVINCOR, ris. 6. I. V. 104. Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua. 5. I. V. 149. Quod siue fateris, siue conuinceris, quàm maximis in rebus teneare, non vides? pro S. R. 118. Non ex illo hoc intelligitur, sed ex hoc illud conuincitur. 2. de In. 32. Conuinci in aliquo peccato. pro Qu. 79. Volo inaudiam facinus ipsius, qui id commisit, voce conuinci de Vn. 6. Oratio, quæ neq; redargui, neq; conuinci possit. Antequam. 17. Sententijs iudicum conuinci. 5. I. V. 169. Testibus conuinci. & 7. Ver. 40. Testimonijs conuinci. & 3. Ver. 26. Manifestis criminibus conuinci.

☞ Syntaxis. *Aliquem, falsa conuincere. In furto aliquem conuincere, & furti. Coargui, conuinci, vrgeri. Conscientia, iudicio, testibus conuictus. Conuictus & societas humana.*

CONVISO, sis. *conspicio,* in Arat.

Et loca conuisit cauda tenus infera piscis.

CONVICIATOR, oris. *maledicus.* pro Muræn. 13. Maledicus, conuinciator. in Sal. 1. Si de mea vita huic conuiciatori respondero.

✠ *ADIVNC. Maledicus, pro Muræn.*

CONVICIVM, cij. *maledictum, probrum, contumelia, crimẽ, opprobrium, maledictio, maledictum iurgij petulantis.* pro Cæl. 30. Adulter, impudicus, sequester, conuicium est, non accusatio. pro Cæl. 6. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuicium: si facetiùs, vrbanitas nominatur. Ep. lib. 1. ep. 5. Pompeius cum pro Milone diceret, clamore conuicioq; iactatus. pro Muræn. 13. Non debes arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuicio. pro Dom. 3. Respondebo hominis furiosi non orationi, sed conuicio: cuius exercitationes cùm intolerabili petulantia, tum diuturna impunitate muniuit. 4. Acad. 125. Vrgebor iam omnium vestrũm conuicio. 3. Offi. 83. Qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere: Att. lib. 16. ep. 8. Et ei conuicium grande fecerunt. I. P. 63. Sed os tuum ferreo, senatus conuicio verberari voluisti. pro Cl. 74. L. Quintius conuicium C. Iunio iudici quæstionis maximum fecit. Ep. lib. 10. ep. 16. Cum ei magnum conuicium fieret cuncto à senatu, quinq; Tribuni pl. retulerunt. Ora. 160. Aliquando, idque serò, conuicio aurium mihi extorta veritas est. pro Arc. 12. Vbi aures conuicio defessæ conquiescant. Att. lib. 2. ep. 18. Consectari aliquem conuicijs. 2. Qu. Fr. ep. 10. Efflagitare aliquid conuicio. pro Qu. 62. Sustinere quotidianum alicuius conuicium. * Frag. epist. Vt mirum Senatus conuicium exceperit.

✠ *ADIVNC. Grande. 16. Att. Graue. pro Cluent. Iustissimum honestissimumque. 10. Fam. leuia atque Inepta nugatoria, pro Sex. Rosc. Magnum. 12. Famil. Magnum turpeque. 4. Att. Maximum. 6. Ver. Quotidianum pro Qu. Tacitum. 16. Fam.*

☞ Syntax. *Respondere conuicio. Vrgeri conuicio. Facere alicui conuicium. Fieri conuicium. Conuicium sustinere.*

CONVIVA, uæ. *socius ad epulas. conuictor.* 1. Tus. 3. Quanquam est in Originibus, solitos esse in epulis canere conuiuiuas ad tibiã de clarorum hominum virtutibus. de Cl. 75. Carmina in epulis cantari solita à singulis conuiuis. Att. lib. 16. ep. 3. Hunc tu lege conuiuis tuis: sed si me amas, hilaris & bene acceptis. li. 12. ep. 4. Non assequor, vt scribam, quod tui conuiuæ non modò libenter, sed etiam æquo animo legere possint. pro Fl. 24. Testes accusatoris, confessiones, conuiuæ, contubernales. 2. de Orat. 233. Collectam à conuiua exigere. * pro M. Scau. Venenum hospiti aut conuiuæ cœnanti datum.

✠ *ADIVNC. Consiliarij Consilij alicuius. 6. Ver. hilari & benè accepti. 16. Att. Singuli, de Clar.*

CONVIVIVM, ij. *accubatio epularis amicorum.* 5. I. V. 105. Cum in eis conuiuijs symphonia caneret, maximisq; poculis ministraretur. de Sen. 45. Benè maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominârunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum cõcœnationem vocant. & *ibidem.* 46. Ego propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuijs delector. pro Arc. 13. Quantum temporis alij tribuunt tempestiuis conuiuijs. I. P. 65. Conuiuium publicum non dignitatis causa inibit. pro Mur. 13. Cõuiuium moderatum & honestum. & *ibid.* Intempestiuum conuiuium. I. P. 22. Quod quidem istius quasi aliquod Lapitharum, aut Centaurorum conuiuium ferebatur. de Pet. 34. Conuiuia, quæ facetè abs te & amicis tuis concelebrantur, & passim & tributim. pro Qu. 93. Ornare conuiuiũ magnificè ac splendidè. 6. I. V. 62. Instituere & parare conuiuium. & 44. Ornare & apparare conuiuium. pro Cæl. 35. Conuiuia Baijs acta, comessationes. 3. Offi. 38. Cpiparè paratum erat conuiuium. pro Qu. 59. Versari in conuiuijs. 1. Tus. 96. Græci in conuiuijs solent nominare, cui poculum traditurí sunt. Postq. In Sen. 14. Conditor instructorq; conuiuij. 5. I. V. 23. In conuiuio saltare nudus cæperat. 5. I. V. 28. Qui nondum etiam Aproniani, conuiuij crapulam exhalassent. 5. I. V. 160. Vt nullum vnquam pudicum neque sobrium conuiuium viderit.

✠ *ADIVNC. ἀσελγες, delicatum. 2. Att. flagitiosa, muliebria, præclarum. 7. Ver. Gladiatorium, Impura, pudicum, sobrium, tempestiuum. 5. In Ver. Gratum, Iucundum & gratum. 6. Ver. honesta, nocturna. pro Sex. Rosc. Intempestiua. 9. Att. Maximum. pro Clu. Mirificum. 1. Att. Moderatum, turpe. pro Mur. Modica, de Senec. publicum, in Pis. Tempestiua. pro Arch.*

☞ Syntaxis. *Conuiuium celebrare, instituere, parare, ornare, apparare. instruere.*

CONVIVOR, aris. *conuiuium ago, epulas do.* 5. in Verr. 105. Quotidie non modò in publico, sed etiam de publico conuiuari.

CONVOCATIO, onis. *conuentus, congregatio.* Postquam. In Sen. 38. Nulla ad rempub. defendendam populi Romani conuocatio.

CONVO

CONVOCATVS, a, um. Ep. lib. 10. ep. 12. Senatus est conuocatus, frequensque conuenit. de Cl. 191. Qui conuocatis auditoribus, legebat is magnum illud volumen, &c. * Acad. Conuocata de hortulis in auxilium quasi libera turba temulentorum.

✠ *ADVERB. Fusè Populus. 3. de Leg.*

CREO, as. *procreo, gigno, facio.* 2. de Natur. deor. 57. Artis maximè proprium eſt, creare & gignere. 2.de Orat.219. Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos. 1. Tuſc. quæſt. 54. Principium extinctum, nec ipſum renaſcetur, nec à à ſe aliud creabit. de Fin. libr. 5. Omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, ſummum bonum eſt in corpore. 2. de Orat 123. Creare, alere, confirmare. 2. de Diuinat. 55. Nonnunquam etiam errorem creat ſimilitudo. 1. in Verrem 62. Creare periculum alicui. * pro C. Corn. 1. Tribunos per Pontificem creauerunt. 3.de Legi.9. Creare conſules.

¶ *Paro, necto, obijcio.* Antequam. 23. Nemini iniuſtè periculum creaui.

CREOR, atis. pro S.R.75. In vrbe luxuries creatur. At.li.9.ep.11. Id aſſequetur, ſi per Pr.Coſſ. creantur: nos autem in libris habemus, non modò Coſſ. à Pr. ſed ne prætores quidem creari ius eſſe. ad Attic. lib. 9. ep. 11. Maius imperium à minore creari ius non eſt, de Ar.40. Ne patribus cædes periculaque creentur. 1. Offic.22. quæ in terris gignuntur omnia ad vſum hominum creantur.

✠ *ADVER. Deintegro Cenſores.4.Ver.iniuſtè periculum. Anteq.ir.Ritè Conſules,3.de Leg.*

☞ Syntaxis. *Ars creat & gignit. Aſe aliquid creare. Creare errorẽm, periculum. Creatur luxuries, imperium.*

CREPIDA, dæ. *ſolea, calceamentum contrarium cothurno: Cothurnus ſublatus, crepidæ depreſſæ ſunt.* pro R. P. 27. Scipionis non ſolùm chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuam videtis.

CREPIDATVS, a, um. *ſoleatus.* in Piſon.92. Is nocte intempeſta crepidatus, veſte ſeruili nauem conſcendit.

CREPIDO, nis. *ora terræ, quæ alluitur aqua, prærupti ſaxi, & viarum extremitas, vel ripa paulo eminentior.* 7. I. V. 96. Piraticus Myoparo ad omnes vrbis crepidines acceſſit. Orat. 224. Deinde omnia tanquam crepidine quadam, comprehenſione longiore ſuſtinentur.

CREPITVS, tus. *ſonus colliſione excitatus, aut percuſſione.* 7. I. V. 161. Nulla vox alia inter crepitum doloremq́ plagarum audiebatur. 4. Tuſcul. quæſt. 19. Terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequitur. Top. 52. Pedum crepitus, ſi crepitus hominum. 2.ad Her. 8. Num qui ſtrepitus, clamor, crepitus exauditus ſit. Epiſt. li. 9. ep. 22. Stoici etiam crepitus aiunt æquè liberos, ac ructus eſſe oportere.

✠ *ADIVNC. Honeſti, liberi, 9. Famil.*

☞ Syntaxis. *Crepitus plagarum, dentium, pedum.*

CREPO, as. L. PERCREPO.

CRVPVNDIA, orum. *quæ pueris dantur, oblectandi cauſa.* de Clar. 313. Totum aliquem non næuo aliquo aut crepundijs, ſed corpore omni velle cognoſcere.

CRES, Cretis, *Cretenſis.* pro Mur. 74. Cretes, quorum nemo guſtauit vnquam cubans. 1. de D. 34. Epimenides Cres.

CRESCENS, tis. 2. de D. 142. Et aduenientes & creſcentes morbos intelligunt.

CRESCO, ſcis. creui. *augeſco, adaugeſco, accreſco, adoleſco, exoleſco, mano, ſerpo, ingraueſco, propagor, ætate procedo, aſcendo, in altiorem locũ peruenio.* 2. de Diu. 33. Oſtris & conchylijs omnibus contingit, vt cum Luna creſcant, parieteráque decreſcant. 1. de D. 100. Cum lacus Albanus præter modum creuiſſet. in Sa. 3. Plerunque reſpub. priuatis creſcit inimicitijs. 1. ad Heren. 28. Iam ſatis huius voluminis magnitudo creuit. pro Pomp. 45. Cùm accepta calamitate ex eo prælio hoſtium opes animiq́ue creuiſſent. pro Seſt. 69. Ex quo intellectum eſt, mihi abſenti creuiſſe amicos. pro Arch. 13. Ex his ſtudijs hæc quoq; creſcit oratio. pro Mur. 37. Expectatio muneris, quæ rumore nõnullorum creuerat. pro S.R. 83. Si mihi libéret accuſare, accuſarem alios potius, ex quibus poſſem creſcere. de Aruſ. 45. Creſcebat in eos odium à quibus, &c. pro Cl. 77. Ex inuidia alterius creſcere. 7. I. V. 172. De multis mihi creſcere licebit: *id eſt, in altiorem locum peruenire.*

✠ *ADVERB. Incredibiliter, de Aruſp. Pariter, 2. de Diuinat. Pariter cum ætate ſtudia.*

☞ Syntaxis. *Creſcere numero, dignitate, materia. Creſcere ex inuidia.*

CRETA, tæ. *inſula.* 5. I. A. 13. Eſt enim nobis Creta notior, quam Roma Cydæ. pro Plan. 17. Is fuit in Creta.

¶ *Terra alba, & tenax.* pro Flac. 37. Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, qua vtuntur omnes in publicis & priuatis literis.

CRETATVS, a, um. *creta ſparſus.* Att.lib.2.ep.3. Etenim mihi eius caligæ, vt faſciæ cretatæ, non placebant.

CRETENSIS, ſe. *Cres.* 3. de Natur. 53. Tertius Iupiter Cretenſis Saturni filius. 5. I. A. 14. Cretenſis iudex &. 13. Cydam Cretenſem, portentum inſulæ. & 14. Dura natio, ſcilicet Cretenſium.

* CRETERRA, æ. *Nonius aut idem ſonare quod Situlam.* 2. de Nat. deor. 114. In medioque ſinu fulgens creterra relucet. *Hanc veriorem lectionem quàm Cratera aut Had. Iunius in Nomenclatore.*

CRETICVS. *Qu. Metelli cognomen, quòd Cretam vicerit.* Attic. lib. 1. epiſt. 16.

¶ *Pes in verſu, qui eſt ex longa & breui & longa.* Orat. 218. & 3. de Orat. 181.

CRETIO, onis. *hæreditatis aditio.* Atti.lib.13.ep.44. Ex eo cognoui cretionem Cluuio. Veſtarium negligentem, liberam cretionẽ, teſtibus præſentibus ſexaginta duobus. At.lib.11.epiſt. 12. Puto enim cretionem ſimplicem fuiſſe.

✠ *ADIVNC. Libera, 13. Att. Simplex, 11. Attic.*

CRETVLA, læ. *diminutiuum à Creta.* 6. I. V. 58. Signum in cretula.

CREVI, ſti: *à verbo cerno decerno,* 3. de Leg. 6. Quodcunque ſenatus creuerit, agunto. 2. de Leg. 21. Quibus diuis creuerint procuranto.

CRIBRVM, ri. *vas piſtorum, ad grana, farinamve purgandam.* 2. de Diuin. 59. Quaſi verò quicquam intereſt, mures ſcuta an cribra corroſerint.

CRIMEN, nis. *criminatio, infamia.* Attic. lib. 9. ep. 6. Αχνευτίας. crimen ſubire non audeo. & ep. 3. Ingrati animi crimen horreo. 7. in Verr. 105. Inferre crimen proditionis alicui. pro Cor. 56. Tum luxuria illius, quæ non crimine aliquo libidinis, ſed cõmuni maledicto notabatur. 7. in Verr. 2. Laudem imperatoriam criminibus auaritiæ obteri. pro R. P. 27. Poſthumo crimen veſtitus afferret? pro Syll. 68. P. Syllæ perſona non ſuſcipit crimen tantorum facinorum, ac tam atrocium, pro R. P. 36. Hoc decem millium crimen. pro Cæl. 51. Duo ſunt crimina vna in muliere ſummorum facinorum, auri, &c veneni, &c. & 65. Maximi facinoris crimen. & 56. Fingere crimen

men maximi sceleris. pro S. Rosc. 72. Tanti maleficij crimen. 113. In crimen mandati iudicium q́ue infamię reuocati. pro Syl. 13. Crimen cõiurationis. 2. de Or. 104. Siue ex crimine causa cõstet, vt facinoris: siue ex controuersia, vt hæreditatis siue ex deliberatione, vt belli: siue ex persona, vt laudis: siue ex disputatione, vt de ratione viuendi. & *Ibidem.* At nostræ ferè causæ, quæ quidẽ sunt criminũ, &c. 4. I. Ver. 192. Auariciæ ne crimina frugalitatis laudibus deprecetur. pro L. Varen. Ea cædes si potissimũ crimini datur detur ei, cuia interfuit. con. C. Anton. Vt non esset locus tam sanctus, quo non aduentus tuus crimen affertet.

¶ *Facinus, peccatum, fraus, noxa, culpa, delictum, maleficium.* 2. de Orat. 199. Non continuò si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine & fraude capitali esse ponendum. 7. in Verr. 44. Istam accusator in magnis criminibus abiiciendam putabat. & 72. Scio mihi crimini datum iri, pecuniam accepisse. & pro S. R. 48. Vita rustica, quam tu probro & crimini putas esse oportere. Epist. lib. 7. ep. 3. Sunt enim qui criminis loco putant esse, quòd viuam. pro Dom. 95. Id quod mihi crimini dabatur, crimen non erat. 4. ad Heren. 48. Non apertissimæ res erant crimini datæ, non omnes hæ testibus comprobatæ de Clar. 276. Cum accusatione sua Qu. Gallio crimini dedisset, sibi eum venenum parauisse. pro Quint. 8. Falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum iacere. 2. de Orat. 330. Quæ suspicionẽ & crimen afferunt. pro Flac. 33. Qui probari potest in ea pecunia non referenda crimen sibi ipsum facere? in qua crimen esset nullum, si referret. 11. I. A. 21. Aut suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse videbimur. 4. ad Heren. 47. Inferre crimina. }(. *Diluere crimina.* de Amic. 66. Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. & pro Milon. 97. Miloni facinoris suspicio, non facti crimen obstat. 6. I. V. 100. Daretq́ue operam, vt is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. in crimen voco, vel reuoco. L. Voco. 7. I. V. 45. Te hoc crimine non arguo: sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. pro Cluent. 39. Oppianici causa crimen hoc Asinianum cum testibus multis, tum verò indicio Aiulij probabatur. pro M. Scau. Proditionis est in crimen vocatus. pro Sext. Rosc. 42. Commenticium crimen confirmare. pro Qu. Ligar. Nouum crimen & ante hunc diem inauditum ad te. Q. Tubero detulit: idq́ue C. Pansa ausus est confiteri. *Ibidem.* Cum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses. *Ibid.* Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est quod latebat: confirendum est. 5. I. V. 105. Falsum esse crimen. *Ibidem.* Vtrum crimini defensio, an comitatus exilio quæritur? *Ibidem.* 206. Cur in hoc vno crimine isto genere defensionis vteris? Sunt quædam omnino in te singularia, quæ in nullum alium hominem dici, neque conuenire possunt: quædam tibi cum multis communia. Ergo vt omittam eiusmodi cætera, quæ forsitan alij quoque etiam fecerint: illud, in quo te grauissimè accusaui defendes?

✠ ADIVNCT. *Atrocissimum, pro Deiot. Certum, commentitiũ. Fictum, Incredibile, perspicuũ, pro Sex. Rosc. Certa, certissima, grauissima, maiora. nouum, pauca, tãtum ac tam manifestum, verum, pro Cluent. Certa propriaque, leuius, Manifesta, nefaria, Notiora, tanta ac tam manifesta, 3. In Verr. Commune, ingens, multa. pro Flac. Decumanum, domesticum ac vernaculum, falsum, graue & vehemens. Maximum, paruum. 5. In Ver. Dissolutum, fœdissima. pro Syll. Falsa, 1. Offi. Graue, permulta, tantum. de Diuin. Grauissimum, maxima, 2. Philip. Inane, maxima plurimaque reliqua, 4. Verr. Inaudita Integrum, Inuidiosum, leuia, magna, Nauale, Obsoleta, quotidiana, Totum. 7. Verr. Infinita, in Pison. Iniquum Suspiciosum. de Part. Inuidiosissimum & maximum, magnum, genere ipso maius, probrosum vinarium, pro Font. Nefarium, 2. de Nat. Nouum & ante hunc diem inauditum, pro Q. Lig. Obscurum. 6. In Verr. proprium quæstionis, pro Cæl. Tribunarium, 5. Offic. Tot. tantaque. 4. Phil.*

☞ Syntaxis. *Crimen subire, inferre, suscipere, fingere. Reuocari in crimen. Ex crimine causa constans. Ponere aliquis in crimine nefario. Abijcere in magnis criminibus culpam, Dari, esse crimini, & loco criminis. Alicui facere crimen. Crimen inferre, diluere. In crimine damnari. In crimen vocari.*

CRIMINATIO, onis. *crimen, accusatio.* pro Quin. R. 37. Criminatio tua quæ est: Roscium cum Flauio pro societate decidisse. 1. de Inu. 104. Cùm omnia quæ in negocio gerendo acta sunt, cũ vniuscuiusque indignatione & criminatione colligimus. 2. de Orat. 321. Quæ valeant contra falsam criminationem. 3. contra Rul. 3. Criminatio, qua in me absentem vsus est. pro Sest. 77. Nihil adhuc criminationis est in Sestium. de Amic. 67. Ab aliquo oblatas criminationes depellere.

✠ ADIVNC. *Acerrima accusatorum, subita, 2. de Inu. Falsa, 2. de Orat. Inaudita, pro Qui. Tota, pro Rosc.*

☞ Syntaxis. *Vti in aliquem criminatione. Id criminationis est in te. Criminationes offerre.*

CRIMINOR, aris. *crimination em vel crimen mfero, vel offero, culpa, vtio, crimini do, criminatione vtor, criminis loco pono, in crimen voco vel reuoco, accuso.* pro S. R. 44. Quod benevolentia fit, id odio factum criminaris. pro Mil. 12. Conciones illæ quibus inuidiosè potentiam meam criminabatur. 3. Offi. 79. C. Marius Q. Metellum apud populum Romanum criminatus est, illum bellum ducere. pro Cæl. 51. Venenum quod eiusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cælium criminantur. pro Syll. 43. Ne cui liceret illud iudicium temerè creditum criminari. pro Planc. 38. Libet enim mihi nescio quid etiam de illa tribu criminari. & 78. Quòd tu me esse ingratum criminaris. 2. I. A. 3. De amicitia quã iste à me violatam esse criminatus est, pauca dicam. 6. I. V. 59. Iam enim non libet omnia criminari. de Opt. 15. Criminari criménue dissoluere argumentando. 2. ad Here. 9. Cum accusatorem calumniari criminabatur. & 48. Secundus locus est, cum consideramus, illæ res de quib. criminamur, ad quos pertineãt.

✠ ADVER. *Inuidiose potentiam, pro Mil.*

☞ Synta. *Criminari inuidiosè. Criminor te, & criminor fecisse te. Hoc de te criminor. Hæc omnia ego criminor. De hac re criminor illum.*

CRIMINOSE, & CRIMINOSIVS. *suspiciosè, accusatorie, acerbè.* pro Deiot. 21. Sed tamen acta res criminosè est, pro S. R. 55. Criminosè & suspiciosè dicere aliquid. de Cl. 131. Qui suspiciosius aut criminosiùs dicere, audiui neminem.

CRIMINOSIOR. 4. ad Her. 52. L. FREQVENTATIO.

CRIMINOSVS, a, um. *suspiciosus, quod criminis suspicionem mouet, & affert.* ‖ 4. Ver. 162. Quid ille putabat hoc Verri criminosum fore, pro Cl. 94. Acerbus criminosus. pro Lig. 5. Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. de Cla. 221. Et Orator incitans animos, acer, acerbus, criminosus. pro Plan. 46. Officiosam amicitiam nomine inquiuas criminoso. & 4. Non enim timeo, ne id mihi criminosum sit. pro Syll. 36. Mihi non videtur in hunc id criminosum esse debere.

☞ Syntaxis. *Suspiciosè & criminosè dicere. Id criminosum si est, voluntatis tamen non est. Criminosum nomen. Id in illum est criminosum.*

CRINES, nium. *capilli.* 5. I. V. 76. & Or. 153.

CRINITVS, ta. *qui crines habet.* 6. I. V. 124. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus. 4. Ac. 89. Crinitus Apollo. Poetæ. 2. de N. 14. Stellæ quas Græci cometas, nostri crinitas vocant. *alias & emendatè, cincinnatas.*

CRINOMENON, *illud in quo quasi certamen est controuersia, quod Græcè λογικὸν dicitur.* Or. 126. Vt omni errore sublato, rẽ planè, quæ venit in cõtrouersiam, videre possimus. L. IVDICATIO.

CRISPVS, pa, pum. *intortus.* 3. Tusc. 44. Abiete crispa. Poetæ.

CRISPISVLCANS, antis. Top. 61. Crispisulcãs igneum fulmẽ.

CRITICVS, ci. *poematum iudex. quo nomine Aristarchus & Aristophanes grammatici appellati fuerunt.* Ep. li. 9. ep. 10. Ego inter Niciã nostrum, & Vidium iudex sum. profert alter (vt opinor) duob. versiculis expensum, Niciæ, alter Aristarchus hos ἰδιώσεα. ego tãquam criticus antiquus iudicaturus sum, vtrum sint. τὰ πάντῃ, an κατ' ἐμβολιμαῖον.

CROCODILVS, li. *lacerta est Aegypti immensæ magnitudinis.* 2. de Natu. 124. ‖ Crocodili. Fluuiatilesq; testudines &c. ortæ extra aquam, simul ac primum niti possunt, aquam persequuntur. vide *Ibidem.* 129. 1. de Natura. 83. Crocodilum, felem, & ibim non violari ab Ægypto.

CROCOTA, tæ. *vestis muliebris crocea.* de Ar. 44.

CROCVS, vel. *Crocum.* ci. 3. de Orat. 97. Vnguentum magis laudatur, quod terram, quàm quod crocum olet. *Incer. Meliora vnguenta sunt quæ terram, quàm quæ crocum sapiunt.

CRODIMVS, mi. *locus.* pro Font. 9.

CROMMYACRIS, cridis. *Cypri promontorium.* Epi lib. 12. epi. 13. Valle, &c. Cypro à Crommyacride. Cassij.

Κρόνος. L. SATVRNVS.

CROTALVM, li. *instrumenti genus, quod manu pulsatur laminis quibusdam ex ære rotundis, sonum ex collisione reddentibus, non admodum cymbalo dissimile.* I. P. 20. Neque collegæ tui cymbala & crotala fugi. *alias, Crotalia.*

CROTO, onis. *verbi Italici.* Att. lib. 9. ep. 21.

CROTONIATAE. 2. de In. 1. 1. de Na. 27.

CRVCIAMENTVM, ti. *cruciatus.* 11. I. A. 8. Nec grauiora verè sunt tormenta carnificum, quàm interdum cruciamenta morborum.

✠ ADIVNCT. *Grauia. 11. Phil.*

CRVCIATVS. *cruciamentum, tormentum, pœna, supplicium.* 3. de Nat. 81. Summo cruciatu supplicioque Varius homo importunissimus perijt. 2. Offic. 25. Dionysius maximo cruciatu mortis

angi

angi solitus est,qui,&c.1.de D.23.Magno animi cruciatu vitam agere.item. 4. Catil. 10. Vt omnes animi cruciatus & corporis etiam egestas & mendicitas consequatur.pro S.R.119.Is vel sese in cruciatum dari cupit,dum,&c.3.I.V.9.Qui ciues Rom.cruciatu & morte affecerit.Att.lib. 11.ep.11.Confectus iam cruciatu summorum dolorum. 2. de Finib. 94. Cui venæ,&c.tetros cruciatus cient.& 2.Tusc.19.*Poet.*

✠ *ADIVNC.Acerbissimus.7.Ver.Magnus.2.de Diuin. Malus,13.Phil.Maximus,pro Syl.& 2.Offic.Miseri,1. de Leg.Mœstus,13.Philip.Summus,5.Tusc.Tætri.2.de Finib.*

CRVCIATS,2,um. Anteq. 19. Illi scelerum suorum conscientia cruciati populo Ro.pœnas dabunt.11.I.A.9. Cruciatus est à Dolabella Trebonius,&c.

CRVCIO,as.*cruciatu afficio,conficio,afflicto,torqueo,premo,exanimo, angoribus conficio,supplicijs macto,maiore malo macto.*Att.lib. 8.ep. 23. Officij mei deliberatio me cruciat, cruciauitque adhuc.

CRVCIOR,ris.de Arus.39.Dolore corporis cruciari & consumi. Para.2. Tuæ te ærumnæ premunt,tuæ libidines te torquent, tu dies noctesq; cruciaris.2.de Finib.14.Quorum alter lætitia gestiat, alter dolore crucietur. 2. de Finib. 65. Cruciari vigilijs & fame.

✠ *ADVER.Diu.Impune,7.Ver.*

☞ Syntaxis. *Cruciatu summo, & supplicio perire. In cruciatum dari. Dolorum cruciatus.Cruciatus ab aliquo.Cruciari,& consumi.*

CRVDELIS, lis. *durus,inhumanus,ferreus,ferus,teter, immanis,importunus,omnis humanitatis expers,natura asper,singulari immanitate & crudelitate præditus,prædo barbarus atque immanis, inexorabilis, omni duritate atq; immanitate teterrimus,immemor humanitatis,immansuetus,qui maxima asperitate & immanitate naturæ est.*)(. *Clemens, misericors.*ad Brut. ep. 12. Lepidus crudelis in liberos.2.de Orat.198.Quispiam in alicuius calamitate crudelis.Att.lib.9.ep. 4. Bellum crudele & exitiosum suscipi à Pompeio intelligebã. 2.ad Her.29.Animus ferus,crudelis & inhumanus.pro Deiot.2. Crudelis Castor est,ne dicam sceleratum & impium.

☞ Syntaxis. *Ferus,crudelis,inhumanus.*

CRVDELITAS,tis. *sæuitia,immanitas,inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas, importunitas, acerbitas morum immanitasq; naturæ.*)(. *Clementia.*3.Offi.46.Est enim hominum naturæ,quam sequi debemus,maximè inimica crudelitas.Qu.fr.lib.1. ep.3. Inimicorum crudelitas nondum est nostra calamitate satiata.1.de Orat.225.Ij quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. 11. In Ant. 8.Is suam insatiabilem crudelitatem exercuit, non solùm in viuo, sed etiam in mortuo.pro Sest. 135. Non est ea medicina, sed carnificina atque crudelitas. pro Dom. 59. Vxorem meam vexauistis, rapuistis, omni crudelitate lacerauistis.4.ad Here.68.At iste spumans ex ore scelus, anhelans ex infimo pectore crudelitatem,contorquet brachium.pro Dom. 60.Crudelitas,quam in me atque in meos adhibuistis.At. lib.9. ep.19.Nihil abest à me longius crudelitate.pro Flac.24.Homo crudelitate barbarus.7.I.V.143. Libido crudelitatis exercendæ. con.C.Ant.Cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas præbuit. Hortens.Qui crudelitate excogitata necabantur.

✠ *ADIVN.Arrogans,5.Fam.Domestica, pro Q.Rosc. Grauior atque crudelior,3.Verr.Immanis,7.Phil.Immanis & fera,14.Phi.Importuna in aliquem,de Prou. Inaudita,regia,pro Rab.Incredibilis,4. Phil.Inimica, 3.Offic.Insatiabilis,tæterrima,11.Philip.Multo melior Summa,4. Catil.Nefaria, 7.Verr.singularis,5.Verr. Tanta,in Vat.*

☞ Syntaxis. *Crudelitas insatiabilis.Carnificina & crudelitas. Lacerare omni crudelitate.Ex infimo pectore crudelitatem anhelare. Homo crudelitate barbarus.In aliquem adhibere crudelitatem.*

CRVDELITER, ssimè *durè,acerbè.*)(. *Dissolutè.*4.I.C.10. Qui de exitio vrbis tam acerbè tamque crudeliter cogitarit.1.Offi.82. Illud considerandum est, ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat.ad Brut.ep.4.Crudeliter eripere aliquid cuipiam. 1. I.C. 30. Crudeliter animaduertere in aliquem. pro Syll.75. Crudelissimè perire.

☞ Syntaxis. *Crudeliter cogitare, facere, mori. Hinc vis duplex crudelitatis,per pestem & in alium illatæ.*

CRVDITAS, tis. *stomachi affectio,cum malè concoxit,vel est stomachi redundantia ex ægra concoctione.* de Fat. 34. Cruditas morbi, causa est.de Sen.44.& 2.de Finib.23.Epist.lib.15.epist.17.Decius, Sulla mortuus cruditate.& lib. 9. ep. 18.Cruditate satius est hic quàm istic fame.

CRVDVS,a,um.*immaturus.*de Sen. 71. Poma ex arboribus si cruda sunt,vi auelluntur:si matura & cocta,decidunt.

¶ *Cruditate affectus.*2.de Fini.23. Asoti,qui in mensam vomant, crudiq; postridie se rursus ingurgitent.pro Cl.168.Dico illum cum ad illud prandium crudior venisset,& sibi tum non pepercisset,ægrotasse,&c.1.de Orat.124.Noluit inquiunt,hodie agere Roscius,aut crudior fuit.& *Ibidem.* 125. Nemo videtur, quia crudus fuerit,stultus fuisse.

CRVENTO, as.CRVENTOR, ris.*sanguine imbuo.*Postq.In Sen. 5.Ne propter me ciuiũ vulneribus resp. cruentaretur, pro Sest. 80.Tribunus plebis templum cruentauit.de Ar.35. Sucures suas cruentari scelere voluit.✠con.C.Anto.Cæde nefaria cruentauit se.2.In Ant. 86. Cruentat oratio.

✠ *ADVER.Impie.1.de Diu.*

CRVENTVS,a,um.4.I.A.4.Antonius cruentus sanguine ciuium Romanorum.2.de Or.170. Et tu cum gladio cruento comprehensus es.pro Milo.34.Tu P.Clodij cruentum cadauer eiecisti domo.

☞ Syntaxis. *Cruentus, absolutè, &, Sanguine cruentus.*

CRVOR, oris. *sanguis è vulnere.* Anteq. 9. Liberos vestros ad cædem & cruorem non sum passus extrahi.pro S.R. 19. Cruorem inimici quàm recentissimum ostendere.

✠ *ADIVNCT.Ciuilis,in Piso.Iucundus,4.Phil.Quam recentissimus inimici,pro Sex.Rosc.*

CRVS,ris. *tota illa pars,quæ à coxendicis cervice incipit, & ad extremos pedis digitos,pertingit.*pro S.R.56.Quòd si luce quoque canes latrent, cum deos salutatum aliqui venerint, opinor ijs crura suffringantur.11.I.A.14.Qui præstantissimos ciues Pollentia expulit,& quidem fracto crure.13. I. A. 27. Perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent.1.de Nat.102. Ibes sunt aues excelsæ. cruribus rigidis,corneo proceróque rostro.

CRVSTA, stæ.6. I. V. 52. Vasis crustæ aut emblemata detrahebantur.

CRVSTVMINVS,ager.*à Crustumio op.& flu.*pro Fla.71. Crustumina tribus.pro Pl.38.& pro Cor.57.

CRVX,cis.*patibulum.*3.I.V.7.Verres ciues Rom.in crucem sustulit.& At.lib.7.ep.11.In crucem tolli.5. de Fin. 92. Polycrates. Samius ab Oronte prætore Darei in crucem actus est.pro Cl.187. Strato in crucem actus est execta lingua. 7. I. V. 12. Vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reseruares?Qu.fr.lib.1.ep.2.Is crucem sibi ipsi constituit, ex qua tu eum antè detraxisti.3.I.V.9. Qui ciues Roma. morte, cruciatu,cruce affecerit.I.P.42,Non ego si te cruci suffixum viderem,maiore efficerer lætitia ex corporis tui laceratione.13. I. A. 21. Hostis teterrimus omnibus bonis, cruces ac tormenta minatur.7.I. V.168. Itaque illa crux sola post conditam Messanam illo in loco fixa est.Attic. lib. 14.epistol.18.Quis enim audeat violare,proposita cruce,vel saxo?& lib.14. epist. 17. De saxo in crucem.

✠ *ADIVNCTA. Certa,pro Mil.*

☞ Syntaxis. *In crucem tollere,agere,figere. Alicui crucem constituere. Suffigere cruci. Crucem & saxum proponere.*

CVBICVLARIS,re.*quod ad cubiculum pertinet.*2.de D.134.Quidam somniauit,ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.& 5.Tusc.59.Lectus cubicularis.

CVBICVLARIVS,rij.*cubiculi minister.*5.I.V.8. Hunc vestri ianitores,hunc cubicularij diligunt.& Att. lib.6.ep. 2.Nihil per cubicularium.

CVBICVLVM,li.*conclaue,cella,testudo.*5.I.V.56.Is cum iste etiam cubaret,in cubiculum introductus est.& Epist.lib.7.epist.1.2.de Orat. 263. Quando Galba de triclinio tuo exibis? Cum tu, inquit,de cubiculo alieno. & pro Deiot.21.Quint.frat.lib.3. ep. 1. Grande cubiculum autem, & hybernum altum, valde probaui. & *Ibidem.* Nec atriolum habere poterat,adiuncta cubicula,& eiusmodi membra.5.Tusc.59.Cum fores cubiculi clauserat, &c.

✠ *ADIVN.Alienum,altum, Ampla, hybernum, subgrande,3.de Or.Adiuncta,3.ad Quint.frat.*

CVBILE,lis.*lectus.*2.de Nat.126.Bestiæ in cubilibus delitescunt. 4.I. C. 17. Nemo inuentus est tam miser,qui non cubile ac lectulum suum saluum esse velit.de Ar.39. Cum, quod ineas cubile non sentis.Ep.lib.9.ep.22. Pherei hic cubile inire est ausus. & *ibidem.* Vsurpata duplex cubile.pro Clu.15.Non limen cubiculi,non cubile filiæ.2.Tusculan.39.Vt collocet in cubili,vt vulnus obliget. & lib.5.90.Mihi cubile terra.I.P.83.Scelera tua non vestigijs odorantes ingressus tuos,sed totis volutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus.4.I. V. 190. Vt omnes mortales huius auaritiæ non solùm vestigia, sed etiam cubilia videre possint.

✠ *ADIVNC. Duplex,9.Fam.Saluum,4.Catil.*

☞ Syntaxis. *Inire cubile alicuius.Vitiorum cubilia,non modo vestigia.*

CVBITO,as.*sæpe cubo.*pto Cæl.36.Qui tecum semper pusio, cum maiore sorore cubitauit.

CVBITVS,ti.*mensura,quantum è cubito brachij ad extremam manum est.*Att.lib.13.ep.13.Biennium præterijt.cum ille ἀκμὴν ἰάνυς assiduo cursu cubitum nullum processerit.2.de Leg.66. Nam super

terræ

terræ tumulum, noluit quid statui, nisi columellam trib. cubitis non altiorem.

CVBO, as. *recumbo, accumbo.* 5. I. V. 56. Is cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est. pro S. R. 64. Cum pater cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus filiis isset. & *ibid.* Duo filij propter patrem cubantes. 2. de Diu. 20. In eo conclaui ei cubandum fuisse, quod proxima nocte corruit. 2, de Inu. 144. Alexandrum Pheræum vxor sua, cum simul cubaret occidit. de Som. 1. Deinde cubitum discessimus. 2. de D. 122. Alligandi essent omnes, qui cubitum irent. 2. Tusc. 61. Itaque narrabat eum grauiter de hoc ipso cubantem disputauisse. 3. ad Heren. 33. Aegrotus in lecto cubans. pro Mur. 74. Cretes quorum nemo gustauit vnquam cubans. 2. de Orat. 353. Simonides dicitur ex eo quòd meminisset, quo eorũ quisque loco cubuisset, demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse.

CVIAS, atis. *vnde, qua ex gente, vel secta.* 5. Tusc. 108. Socrates cum rogaretur, cuiatem se esse diceret, mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem esse arbitrabatur.

CVIVS, a, um. *id est, cuius.* 3. I. V. 142. Vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuius periculum. & 3. Verr. 16. & 68. * pro L. Varen. Ea cædes si potissimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit.

CVIVSDAMMODI. c. de Finib. 36. Iam verò animus non esse solùm, sed etiam cuiusdãmodi debet esse. de Diu. lib. 2. 34. Num etiam si fissum cuiusdãmodi fuerit in iecore, lucrum oſtẽditur.

CVIVSMODI. 5. Tusc. 121. Vbi enim melius vti possumus hoc cuiusmodi est, ocio. 2. de Inuentio. 124. Legem cuiusmodi sit, conseruârit.

CVIVSMODICVNQVE. pro Cluen. 17. Cuiusmodicunq; mater sit.

CVICVIMODI. pro S. R. 95. Vereor enim cuicuimodi es Roſci, ne, &c. Attic. lib. 3. epist. 22. Tuq; ad me velim omnia quàm diligentissimè, cuicuimodi sunt, scribas. de Legib. lib. 2. Neque in populo, lex, cuicuimodi fuerit illa. Attic. lib. 11. epist. 19.

CVIVSQVEMODI. 2. de Fin. 3. Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusquemodi rapiat nihil tum teneas, nihil apprehendas. pro Fla. 40. Tabulæ cuiusquemodi. 6. I. V. . Homines cuiusquemodi.

CVLCITRA, træ. *pulvinus, lectulus.* 3. Tusc. 45. Collocemus hunc in culcitra plumea, psaltriam adducamus, &c. Attic. li. 13 epi. 49. Silius culcitras non habet.

✠ *ADIVNCT. Plumea, 3. Tusc.*

CVLEVS, lei. 2. de Inu. 149. Quidam iudicatus est parentem occidisse, & statim quòd effugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt, os autẽ obuolutum est folliculo & præligatum: deinde est in carcerem deductus, vt ibi esset tantisper, dum culeus, in quem coniectus in profluẽtem deferretur, compararetur, &c. Qu. fra. lib. 1. epist. 2. Insuere aliquem in culeum. pro S. R. 30 & 70.

CVLINA, næ. *popina.* Epist. lib. 9. ep. 10. Oblitúsne es fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia Septimiæ? & Epist. lib. 15. ep. 18. Vbi igitur, inquies, philosophia? Tua quidem in culina, mea molesta est.

CVLMEN, nis. *columen.* in Arat.

In cœlum victor magnum sub culmine portat.

CVLMVS, mi. *frumenti calamus, à radice ad spicam.* de Senect. 51. Herbescens viriditas, quę nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmóque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur.

✠ *ADIVNCT. Geniculatus, de Sen.*

CVLPA, pæ. *causa, meritum, crimen, reprehensio.* de Vn. 39. Ego me, si quid postea fraudis aut vitij euenerit, extra omnem culpam causámq; pono. pro Lig. 1. Cum à te non solum liberationem culpæ, sed etiam errati veniam impetrauissent. de Senec. 7. Sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa, non in ætate. 3. de Leg. 10. Senatori qui non aderit, aut causa, aut culpa esto. & 37. Nam Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet, quo autore lata esse dicitur: tu si tabellariam tuleris, ipse præstabis. Epist. lib. 6. epist. 1. Simus igitur ea mente, vt nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus. Epist. lib. 9. epist. 16. Nihil est sapientis præstare, nisi culpam. Attic. lib. 15. epist. 27. Atticæ meæ velim me ita excuses, vt omnem culpam in te transferas. Attic. lib. 8. epist. 6. Malo Tyronis verecundiam in culpa esse, quàm liberalitatem Curij. Attic. lib. 7. epist. 3. Vt iam ne istius quidem rei culpam sustineam, quo minus diu fuerim in prouincia, quam fortasse fuerit vtile. Quint. frat. lib. 2. epist. 11. Cum Domitius dixisset, vestra culpa hæc acciderunt equites Rom. Attic. lib. 9. epist. 4. Iudicans hæc eius opera accidisse & culpa. 2. de Orat. 15. Magis adeò id facilitate quàm vlla alia culpa mea contigit. Qu. de Peti. 31. Hoc sine maxima culpa negligentiæ fieri non potest. pro Mar. 13. Et si aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. pro Plan. 52. Neque verò, vt te liberent aliqua culpa, quam tu vereris, ne à te susceptа videatur. 1. de Orat. 100. De reliquo iam nostra culpa erit, si te dimiserimus. de Senect. 14. Sua vitia imprimentes, & suam culpam in senectutem conferunt. Attic. lib. 8. epist. 16. Omnino omnem culpam Domitius in Pompeium confert. & lib. 9. epist. 2. At solet, cum se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam. pro Font. 8. Transferte culpã in alios. Attic. lib. 13. epi. 22. Ego librarios tuos culpa libero, neque te accuso. Brut. epist. 16. Huius rei culpa in te residet. 1. de Finib. 33. Simili sunt in culpa qui officia deserunt. Epist. lib. 10. epist. 26. Nos in culpa sumus Epist. lib. 1. epist. 9. Mustorum est & varia culpa. & *ibid.* Vt iam sit in iis culpa, qui me defenderunt. 3. de Nat. 78. Vt si medicus sciat eum, qui, &c. magna sit in culpa. Attic. lib. 7. ep. 3. Sustinere culpam alicuius rei. Epist. lib. 1. epist. 15 Horum malorum culpam fortuna sustinet. Epist. lib. 16. epist 26. Non potes effugere huius culpæ pœnam, te patrono. Orat 35. Iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. 7 I. V. 132. Ego culpam in te fuisse demonstro. Qu. fr. lib. 1. epist. 1. Ea ferre homines molestissimè debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt. 7. I. V. 133. Aut omnes extra culpam esse, aut vni attribuendam esse culpam. Orat. 192. Sed & illi priores erant, & Ephorus in culpa est. & 137. Vt in eo, in quo reprehendatur, culpam in aduersarium conferat. 2. de In. 24. Eximere aliquem à culpa. pro Mur. 73. Ille piè fecit, & hic à culpa remotus est. pro Cl. 127. Non omnes in culpa sunt ac suspicione ponendi. pro Pl. 9. Cum te ædilem fieri oportuisse dicis populi culpam, non competitoris accusas & *ibid.* 10. Non competitor, à quo es victus, sed populus, à quo es præteritus, in culpa est. 7. I. V. 41. In hoc genere omnes insunt culpæ, auaritiæ, maiestatis, libidinis, &c. 2. de Inu. 3. Facti alicuius atrocitatem, aut omnino culpam augere. 1. Offic. 89. Cauendum est, ne maior pœna quàm culpa sit. 3. de Na. 91. Ne cum Paridis libidinem videmus, à Deo causam requirimus, cum culpæ penè vocem audiamus. 1. de Or. 233. Nunc ille damnatus, nullam aliam ob culpam, nisi propter inscitiam dicendi. Attic. lib. 9. epist. 4. Sed opinor quiescamus, ne culpam nostram coarguamus. Attic. lib. 11. epist. 22. Ea est enim contracta culpa, vt, &c. & epist 9. Vitio meo pereo, omnia culpa contracta sunt. pro Rab. 2. Non enim C. Rabirium culpa delicti in discrimen vocauit. pro S. R. 112. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quòd, &c. Epist. lib. 16. ep. 10. Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est. Par. 3. Peccare, est tanquam transire lineas: quod cum feceris, culpa commissa est. pro S. Rosc. 48. Iam profectò intelliges, te inopia criminum, summam laudem S. R. vitio & culpæ dare. pro R. P. 29. Nolite igitur fortunam conuertere in culpam 7 in Ver. 20. Non dicam ne illud quidem, si maximè in culpa fuerit Apollonius, tamen, &c. * con. C. Anton. Etiam cùm culpa nulla subesset.

✠ *ADIVNC. Aliena, 2. de Inuent. Inimicitior, 9. Attic. Magna, 1. Offic. Maior, Arat. Maxima, de Am. & 7. Ver. Minor, Summa, Tolerabilior. 11. Attic. Paterna. pro Rab. Perpetua, pro Deiot. Præterita, 10. famil. Propria, 14. famil. Similis, 1. de Finib. Turpis, pro Sex. Rosc. Varia, 1 famil.*

☞ Syntaxis. *Liberatio culpæ. Nihil præter culpam præstare. In aliquem transferre culpam. Culpam sustinere, in aliquo esse. In culpa esse. De reliquo, tua culpa est, nisi, &c. Culpam conferre in. In te culpa residet. Sustinere culpam. Eximere aliquem à culpa. Culpam contrahere. Omittere. Fortunam in conuertere in culpam.*

CVLPO, as. *culpæ do, culpæ alicuius tribuo, in culpa pono, reprehendo.* in Sall. 7. Non te tui piget homo leuissime, cum ea culpas quæ in historiis gloriæ mihi ducis? & *Ibidem.* 12. Bibuli patientiam culpaui.

CVLTER, tri. 2. Offi. 25. Dionysius cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.

CVLTIO, onis. *cultura.* de Sen. 56. Qui se agri cultione oblectabant. 5 I. V. 226. Cultio agri.

CVLTOR, oris. 1. Offi. 109. Alij veritatis cultores, fraudis inimici.

CVLTRIX, cis. 5. de Fin. 39.

CVLTVRA, ræ. *cultio, cultus.* de Sen. 54. Hesiodus de cultura agri scripsit. 2. de Ora. 88. Sicut in vitibus noua sarmenta cultura excitantur. 2. contra Rul. 83. Ager desertus à plebe atque à cultura hominum. 2. Tusc. 13. Ager quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. 2. contra Rull. 94. Ager nihil ferens, nisi multa cultura, magnoq; labore quæsitum. 5. de Fin. 39. Adhibere culturam vitibus. 4. de Fin. 38. Si cultura vitium in vite insit ut sa, &c. pro Flac. 71. Ager natura perbonus, & diligentia culturaq; melior.

✠ *ADIVNCT. Multa, 2. Cont. Rul. Salutaris. de Senec.*

☞ Syntaxis. *Cultura excitari sarmenta.*

CVLTVS, a, um. *excultus.* 2. Tusculan. 13. Animi non omnes culti fructum ferunt. pro Quint. R. 33. Ager nulla ex parte cultus, incultus. de Clu. 315. Studium philosophiæ à prima adolescentia

cultum, & semper auctum, nuper renouaui. 2. I. A. 49. Postea cultus sum à te, tu à me obseruatus.

✠ ADVERB. *Bene ager. de Senec. Diligentissime amor, 6. famil. Sane bene. pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Cultus animus, homo, ager, studium. Cultus minus est, quàm Obseruatus, vt ex Tullio liquet.*

CVLTVS, tus. *vitæ ratio.* Epist. lib. 9. epist. 3. Dabimus sermonem iis qui nesciunt nobis, quocunque in loco simus, eundem cultum eundem victũ esse. Offi. li. 1. Eademq; mediocritas ad communem vsum cultumq; vitæ referenda est. 1. de Orat. 33. Homines à fera agrestiq; vita ad hunc humanum cultum ciuilemq; deducere. 1. Offic. 158. Quæ ad victum cultumq; pertinent. 1. Offic. 25. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæq; cultus cum elegantia & copia. 5. de Finib. 54. Animi cultus quasi quidam humanitatis cibus. 2. Offic. 15. Quibus rebus exculta hominum vita tantum distat à cultu victuq; bestiarum. 1. de Nat. 96. Cultus & curatio corporis erit adhibenda Deo. * Oecon. 1. Cum victus & cultus humanus non, vti feris, in propatulo ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus esset.

¶ *Cultura, cultio.* 2. de Nat. 158. Oues nullum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione possent. 1. de Leg. 1. Agricolæ cultu stirpes diuturnæ seminantur.

¶ *Cura.* 2. de Inuen. 161. Tribuere alicui officium & diligentem cultum.

✠ ADIVNCT. *Communis atque vsitatus, 3. Tusc. Diligens, 2. de Inuent. Humanus, Ciuilis, 1. de Orat. Optimus deorum, castissimus atque sanctissimus, plenissimusque pietatis, 2. de Nat. Magnifici, 1. Offic. Maiores atque minores. Pius, 1. de Nat. Malus, tenuissimus. part. Mollissimus paruus, quotidianus, 5. Tusc. Necessarius, 5. de Finib. Saluber & moderatus, 1. de Diu. Segnior, 2. de leg. Tenuis de Amic.*

☞ Syntaxis. *Cultus & victus. Vitæ cultus. Humanus & ciuilis cultus. Cultus, victusq; bestiarũ. Cultus & curatio corporis. Tribuere officium alicui, & cultum diligentem.*

CVM, *præpositio vim habet coniunctionis, instrumenti, societatis.* 2. de Nat. 59. Homo quæ agit, ea molitur cum labore operoso & molesto. pro R. P. 5. Quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi vsque ad extremum. 5. I. V. 94. Sic habeo statutum cum animo ac deliberatum. pro Cluen. 70. Si cum animis vestris longo interuallo recordari illius vitam volueritis. 5. I. V. 29. Considerate cum vestris animis vosmetipsi. 2. de In. 17. Perspicere aliquam rem cum consilio & cura. 5. I. V. 188. Cum aratoribus & cum ciuitatibus frumentum æstimasse. Attic. lib. 8. epist. 2. Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. 2. de Ora. 170. Et tu cum gladio cruento comprehensus es. Orat. 220. Quo de genere cum exemplis suprà diximus. 3. Offi. 112. in Cod. Germ. Is cum prima luce Pomponij domum venit. de Opt. 11. Inscius faciendi, cum aliqua solertia iudicandi. Orat. 174. Orationem cum seueritate audiri, poetas autem cum voluptate. pro Ceci. 25. Cum ferro inuadere in aliquem. pro Clu. 51. Semper magno cum metu dicere incipio. 1. Offic. 136. Ita procul absit, cum qua nihil rectè fieri potest. 1. I. C. 33. Hisce omnibus Catilina cum reipublicæ salute & cum tua peste ac pernicie proficiscere. 1. de Diuinat. 68. Conscensio in naues cum fuga. 5. Tusc. 65. Immissi cum falcibus multi locum purgarunt. & 16. Omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate. Epist. lib. 2. epist. 6. Iulium cum his ad te literis misi. Epist. libr. 11. epist. 6. Quanquam intelligo me cum multis esse facturũ: tamen, &c. de Amicitia. 83. Idq; faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani. 2. de Orat. 46. Quid denique cum aliqua virtute aut fecerit aut tulerit. Quint. frat. li. 1. epist. 2. Facere aliquid cum causa. de Senect. 1. Sæpe mirari soleo cum hoc C. Lælio, &c. Attic. lib. 11. epist. 11. Quare id quoque velim cum illa videas, vt sit, qui vtamur. Attic. lib. 7. epist. 14. Tu ipse cum Sexto scire velim quid cogites de exeundo. 4. ad Her. 65. Venit iste cum Sago. & *Ibid.* Mulier cum magno fletu. de Ar. 9. Responsum aruspicum, in quo cum aliis multis etiam illud est, loca sacra, &c. 2. de Orat. 296. Cum cæteris tuis laudibus, hæc est maxima. Cum aliquo stare, vel facere: id est, ab aliquo. Epist. lib. 5. epist. 18. L. MECVM.

¶ *Aduerbium autem, significat causam, occasionem. Dicitur quum, & quom, antiquitus.* In Sall. 7. Non te tui piget homo leuissime, cùm ea culpas, quæ in historiis gloriæ mihi ducis? 2. de Orat. 154. Numa magnus vir habẽdus est, cùm illam sapientiam constituendæ, ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit, quàm eam Græci natam esse senserunt. 2. I. V. 42. O præclaram existimationem nostri ordinis, cum socij iudicia de pecuniis repetundis fieri volunt. 2. de Orat. 89. Vix annus intercesserat ab hoc sermone, cum iste accusauit Norbanum. 4. I. V. 89. Vna nox interceserat, cum iste illum sic diligebat, vt diceres inter eos omnia esse communia. pro Cl. 28. Dies nondum decem interfuerant, cum ille alter filius necatur. & 12. Mater quæ multos iam annos, & nunc, cum maximè filium interfectum cupit, &c. de Cl. 55. M. Curius, cùm Appius de plebe consulem non accipiebat, patres autores fieri coegit. pro Cl. 72. Vnus & alter dies interfuerat, cum, &c. 14. I. A. 30. Fides mea, quam cùm secutus es, nunquam te consilij tui pœnitebit. Sall. in Cic. 1. Sed cùm in te modestiam nullam animaduerto, respondebo tibi. 1. de Orat. 233. Qui nunc cum ille damnatus est, tamen dicunt, &c. 4. ad Her. 63. Bene facitis, cum venitis, &c. 3. de Finib. 9. Præclarè facis, cum tenes memoria, &c. Epist. lib. 13. epist. 24. Tibi gratias ago cum tantum meæ literæ potuerunt, vt his lectis, &c. Epist. lib. 9. ep. 14. Gratulor tibi, cum tantum vales apud Dolabellam, quantum, &c. Epist. lib. 16. epist. 16. Mihi gratissimum feci ti cum eum nobis amicum quàm seruum esse maluisti. 1. de Nat. 58. Sæpe de L. Crasso videor audisse, cum te togatis omnibus anteferret. Attic. lib. 2. epist. 22. Cum diceret. Epist. lib. 5. epi. 18. Cum vnum sit iudicium. Epist. lib. 6. epist. 1. Præsertim cum possem promittere. pro Flac. 61. Vnum quidem erat tempus, cum L. Flacco portas tota Asia claudebat, Cappadocem autẽ illum recipiebat. Attic. lib. 12. epist. 22. Iampridem scito esse, cum vnum te pluris quàm omnes illos putem. Attic. lib. 9. epist. 13. Aliquot enim sunt anni, cùm vos duos elegi, quos præcipuè colorem. Epist. lib. 15. epi. 14. Multi anni sunt, cũ ille in ære meo est. Ora. 171. Iam anni quadringenti sunt, cum hoc accidit. Epist. lib. 15. epist. 16. Iam biennium est, cum virtuti nuncium remisisti. 1. de Inu. 2. Fuit quoddam tempus, cum in agris passim homines bestiarum more vagabantur. Attic. lib. 13. epist. 13. Biennium præteriit, cum ille assiduo cursu cubitum nullũ processerit. pro Mur. 17. Cum ego verò tanto interuallo clausura ista nobilitatis refregissem, &c. non arbitrabar accusatores esse dicturos, &c. 6. in Ver. 137. Cum diutius in negocio curaq; fueram, ad Carpinatium reuertebar. de Somn. 1. Cum in Africam venissem, &c. nihil mihi fuit potius, &c. Epist. lib. 3. epist. 10. Cum est allatum ad nos de temeritate eorũ, qui, &c. grauiter primo nuncio commotus, sum, &c.

☞ Syntaxis. *Cum animo statutum habere. Considerare cum suo animo. Dicere cum exemplo. Cum prima luce ire. Cum voluptate audire, cum metu: id est, cum tua peste, ac bonorum salute. Cum fuga discedere. Id facio cum desidereo, cum virtute, cum causa. Venit illa cum fletu. Cum cæteris laudibus hæc est maxima. Nox vna interceßit, cum ille sic mutatus est. Aliquot sunt dies, cum te amo. Fuit iam quoddam tempus, cum. Cum fueram in cura, &c. consolationem tamen capiebam. Cum adiuit & adiuerit.*

CVM & TVM, *præcedit illud, hoc subsequitur. solet autem vtrunque pro Et, explicari: aut Cum, pro Non solum: Tum, pro Sed etiam. Illud etiam obseruatur, vt Cum minus quiddã, Tum verò, grauius & maius significet.* de Inu. 134. Hæc cùm summè inutilia, tum multo turpissima sunt. Attic. lib. 7. epi. 15. Imparatus cùm à militibus, tum à pecunia. Epist. li. 1. epist. 7. Lentulum nostrum cùm cæteris artibus, tum in primis imitatione tui fac erudias. Epi. lib. 13. ep. 54. Cùm mihi multa grata sunt, tum in primis quòd, &c. 1. de Nat. 57. Id cùm sæpe, tum cum te audirẽ, paulo antè contigit. Epist. lib. 13. epist. 14. Ego cùm antea studiosè commendabam Marcilium, tum multo nunc studiosiùs, quòd, &c. Attic. lib. 1. epist. 1. Sanè sum perturbatus, cùm ipsius Satrij familiaritate, tum Domitij, in quo, &c. 4. Acad. 65. Ergo de omni statu consilioq; totius vitæ, aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cùm alios, tum etiam meipsum velim? Epist. lib. 16. epi. 21. Nam cùm maximam cepissem lætitiã ex patris epistola, tum verò iucundissimæ tuæ literæ cumulũ mihi gaudij attulerunt. Epist. lib. 9. epist. 14. Nam cùm te semper tantũ dilexerim, quantũ, &c. tum his tuis factis sic incẽsus sum, vt, &c. & li. 5. ep. 13. Ad consolandũ autem cùm illa valeãt quæ collegisti, &c. tum nihil plus, quàm quòd, &c. Epist. lib. 10. epist. 16. Nam literæ tuæ, cùm rebus ipsis essent & beneficiis in rempubl. gratissimæ, tum erant grauissimis verbis sententiisq; plenæ. Attic. lib. 7. epist. 4. Hoc cùm antea intelligerem, tum verò proximè iudicaui. Attic. lib. 3. epist. 7. Nisi mihi dolor meus, cùm omnes partes mentis, tum maximè huius generis facultatem ademisset. Epist. lib. 14. epist. 3. Quare cùm dolore conficior, tum etiam pudore. Attic. lib. 3. epist. 8. Itaque cùm meus me mœror quotidianus conficit, tum verò hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. 1. de Orat. 134. Sine quo, cùm in vita nihil quicquam egregiũ, tum certè hoc quod tu expetis, nemo vnquam assequetur. Attic. lib. 7. epist. 5. Ex victoria cùm multa mala, tum certè tyrannis existet. & *Ibid.* Qui acerrimè cùm cætera, tùm hoc iter vituperarẽt. 1. de Nat. 1. Cùm multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis quæstio est de natura deorum, &c. Epist. lib. 10. epist. 3. Cùm ipsum Furnium per se vidi libentissimè, tum hoc libentiùs, quòd, &c. 3. Offic. 47. Plena exemplorum est nostra respubl. cùm sæpe alias, tùm maximè bello Punico secundo, quæ, &c. Epist. li. 15. epist. 7. Nam cùm te semper dilexi, amauiq; , cum mei amantissimum cognoui in omni varietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficiis vel defensus

tristibus

tristibus temporibus, vel ornatus secundis, necesse est, vt sim totus veiter.& lib.9.epist.13. Velis per te, me hoc muneris, cùm ipsis amicis hominibus,tum municipio Caleno,tum Leptæ dare.de Clar.9. Cùm in cęteris ciuitatibus,tum maximè in nostra. de Cl. .Quibus cùm rerũ gestarum gloria, tum etiam sapientiæ laude perfrui licuit.pro Mar.3.Ille omnis anteactæ vitæ fructum hodierno die maximum cepit,cùm summo consensu Senatus,tum præterea iudicio tuo grauissimo. 4.ad Her.27. Hoc exornationis genus cùm commodum est auditu, &c. tum verò vehementer comprobat,&c.Epist. lib.13.epi.55. Nam cùm iam diu diligerem M.Anneum,deq; eo,&c. tum verò posteaquam mecum fuit,&c.neminẽ pluris facio.Epist.li.2.epist.9. Primùm tibi,vt debeo, gratulor, &c. & cùm gratulor, tum verò, quibus gratiam agam,non reperio.1. Tusc.2.Res militaris,in qua cùm virtute nostri multum valuerunt, tum plus etiam disciplina. Epist.lib.4.epist.11. Quod cùm in omni re,tum in hoc maximè negocio potes existimare. Epist.2. Omnino cũm miserior res nunquam accidit,tum ne deliberatio quidem difficilior.& li.15. epist.4.Quo audito vehementer sum commotus,cùm de Syria, tum de mea prouincia,de reliqua denique Asia.

☞ Syntaxis. *Hoc cùm summè vtile, tum multo honestissimum illud est, quòd. Cum doctrina, tum imprimis pietate. Id fecit cùm sæpe alias,tum verò hoc tempore. Cum valet prudentia, tum plus etiam pietate. Cum cætera,tum hoc dictum vitupero.*

CVM PRIMVM,*vt primùm,vbi primùm,simulatq;*. Attic.lib.4.ep.1. Cum primùm Romam veni,fuitq;cui rectè ad te literas darem, nihil prius faciẽdum putaui, quàm,&c.Epist.lib.10.ep.21. Cum primum poterit isthùc recurrere,non dubitabit,ne quo loco rei publ.desit. Epist.lib.10.epist.17. Sed tamen cum primum posse ingredi cœpit,non recusabat,&c.

CVMPRIMIS,*in primis*.4 I.V.68. Homo domi suæ cumprimis locuples.& 3.Ver.137.Homo cumprimis honestus.

CVMAE, arum. *oppidum*. 1.de D.98.2.contra Rull.85.

CVMANVM,ni.*villa Ciceronis*.4.Attic.epist.9. Epist.lib.4.epist.2.

CVMANVS,na,num.2. in Rull.65. Cumanus ager.

CVMVLATE, CVMVLATIVS, & CVMVLATISSIME, ✠ *plenè, maiore mensura.* ‖Postquam. In Senat. 1. Si parum vobis cumulatè gratias egero, quæso,&c.2. Qu.frat. epist.4. & Attic. lib.9.epist.9.Cumulatissimè satisfacere alicui.Attic.lib.15.epi.15. Id etiam ad dignitatem meam pertinet, cum non modò perliberaliter à vobis,sed etiã ornatè cumulateq; tractari.2.de D.2. Quæ vt plenè esset cumulateq; perfecta,&c. Attic.lib.6.epist.3. Cumulatè publicanis satisfactum. Ora.54. Cumulatiùs augere aliquod munus, quàm,&c.

☞ Syntaxis. *Cumulatè satisfacere,aliquem tractare. Cumulatè, ornateq; tractare aliquem. Iam est plenè,cumulateq; perfectum. Munus cumulatius auctum.*

CVMVLANDVS, a, um. 3. de Orat.89. Duæ partes mihi supersunt illustrandæ orationis ac totius eloquentiæ cumulandæ. Epist. libr.2. epist.6. Remunerando, cumulandóque illustrare gratiam.

CVMVLATVS,a,um. *expletus,perfectus,plenus*.2.de Or.34. Quid plenius,quàm omni rerum genere cumulata oratio. 1.de Orat. 118. Fingendus est nobis detractis omnibus vitiis orator,atque omni laude cumulatus. Epist.lib.9. epist.14. Vt mirarer locum augendi in eo fuisse,quod mihi iamprídem cumulatum esse videbatur.2.de Orat.18. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio,2.Offi.18. Quorum studiis ea quæ natura desiderat,expleta cumulatáq; habeamus.pro Sest.86.Perfecta cumulatáque virtus. Attic.lib.12. epi.5. Domus duplici decore cumulata.2.de Fin.63. Ex altera parte ponebas cumulatũ aliquem plurimis & maximis voluptatibus,nullo nec præsenti nec futuro dolore:ex altera antè cruciatibus maximis, nulla nec adiuncta,nec sperata voluptate.

CVMVLO, as. *augeo adaugeo, expleo, compleo, perficio*. 1.Offic.116. Africanus eloquentia cumulauit bellicam laudem. pro S.R.30. Sed tamen hæc aliis nefariis cumulãt atque adaugent. 1.I.C.14. Alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti.

CVMVLOR, ris. Epist.lib.9.epist.14. Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudeo,quòd,&c.pro Cæl.37.Nũc mihi animus ardet, & meum cor cumulatur ira. Epist.lib.13.epist.41. A te peto,vt ea quæ initiò ostendisti,deinde quæ fecisti,ad exitum augere & cumulari per te velis. 5. de Finib.40. Summum bonum, quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.

☞ Syntaxis. *Cumulanda oratio, & eloquentia. Remunerando & cumulando, gratiam illustrare. Orator omni laude cumulatus. Vitijs cumulatus homo. Perfectã.cumulatáq; virtus. Cumulare probitate sapiẽtiam. Cumulare & augere. Scelere scelus cumulare. Gaudio cumulatus. Cumulatur bonum pietate.*

CYRENAICVS, a, um. 3. Offi.116. Ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerij philosophi nominati.3.de Or.59. Ab Aristippo, quem illæ magis voluptariæ disputationes delectârant, Cyrenaica ✠ philosophia manauit. ‖4.Acad.20. Quid de tactu, & eo quidem quẽ philosophi interiorem vocant, aut doloris, aut voluptatis? in quo Cyrenaici solo putant veri esse iudicium, quia sentiatur. *Ibid.*142. Aliud iudicium Protagoræ est, qui putet id cuique verum esse, quod cuique videatur, aliud Cyrenaicorum qui præter permotiones intimas nihil putãt esse iudicij, &c.3 Tus.52. Cyrenaicorum restat sententia, qui tum ægritudinẽ censent existere, si nec —opinato quid euenerit.2. de Fini.115. Cyrenaici quidem non recusant, scilicet *totum diem esse in voluptate.*3. Tus.28. Cyrenaici non omni malo ægritudinem effici censent sed inspera to, nec — opinato malo.

CYRENENSIS.2.conta Rull.50 Agros Cyrenenses.

CYRENAEI, 4. Acad.76.

CYRHESTICA, cæ. *Syriæ pars proxima Siliciæ* Attic.li.5.epist.18.

KYPIAΞ, *Αξις.* L. SENTENTIA.

✠ CYRSILVS, li.3. Off.48. Athenienses, cùm Persarũ impetũ nullo modo possent sustinere statuerentque vt vrbe relicta, coniugibus & liberis Trœzene depositis, naues conscenderent, libertatémq; Græciæ classe defenderent: Cyrsilum quendã suadentem vt in vrbe manerent Xerxemque reciperent lapidibus obruerent.

CYRVS, ri. Qu.Fr.lib.1.ep.1. Cyrus Ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij. de Clar.112. ✠ At Cyri vi tam & disciplinam legunt, &c. ‖de Sen.30. Cyrus quidem apud Xenophontem eo sermone quem moriens habuit, cùm admodum senex esset negat se vnquam sensisse, senectutẽ suam imbecilliorẽ factam, quàm adolescentia fuisset.2.de Fin. 116. Lege laudationes, Torquate, non eorum qui simul ab Homero laudati, non Cyri, nõ Agesilai, non Aristidis, &c. neminẽ videbis ita laudatum, vt artifex callidus comparandarum voluptatum videretur.1.de Diuin.46. Quid ego quæ magi Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dyonisij Persici libris præferam? nam cùm dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetiuisse manibus, cùm se conuoluens sol elaberetur, & abiret ei magos dixisse, quod genus sapientum, & doctorum habebatur in Persis, ex triplici appellatione solis. xxx. annos Cyrum regnaturum portendi.2. de Leg.56. At mihi quidem antiquissimum sepulturæ genus id fuisse videtur quo apud Xenophontem Cyrus vtitur, &c.

CYZICVS, ci. *vrbs Asiæ.* I. V. & alib.

CYZICENI, orum. 6. I.V.135. & pro Põp.20. Vrbem Cyzicenorũ.

D

D *Latinorum literula muta: in numeris valet quingenta.* Attic.lib.1. epist.5. H-S. DCXX.

DACTYLICVS, a, um. Orat.191. Dactylicus numerus.

DACTYLVS, li. *pes in versu.* Ora.187. Dactylus, qui est è longa & duabus breuibus.3.de Orat.180. Pedes heroi tres: dactylus, spondæus, anapæstus.

✠ ADIVN. *Accommodatior, Orat. Aequalis, de Clar.*

DAEMON, nis, *lar.* de Vn.34. Dij quos Græci *Δαίμονας* appellant, nostri (vt opinor) lares, si modò hoc rectè conuersum videri potest.

DAEMONIVM. *genius, sapiens.* 1.de Diu.122. Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodq; ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse diuinum quiddam, quod Dæmonium appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti sæpe reuocanti.

DALMATA, tæ. Epist.lib.5. epist.11. Dalmatis dij malè faciant, qui tibi molesti sunt.

DALMATIA, tiæ. *regio in Illyrijs.* Epist.lib.5.epist.10. *ter.* Vatinij.

DALMATICVS, a, um. Epist.lib.15.epi.10. Cæsar de meis rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert, Vatinij.

DAMNATIO, onis. *condemnatio.* Attic.lib.7.epist.3. Omnes damnati, omnes ignominia affecti, omnes dānatione ignominiaq; digni. I.P.87. Reorum acerbissimæ damnationes.) (. *Libidinosissimæ liberationes.* pro Cl.55. Quid est illa damnatione iudicatum, nisi, &c.4.I.V.100. Hanc damnationem duci non oportet. 1.ad Her.26. Ne parua quidē dubitatio potestremorari damnationē.

✠ ADIVNC. *Aliena, pro Dom. acerbissimæ reorum.) (. libidinosissimæ liberationis, in Piso. Misera,* 10. *famil. Inuidiosæ,* 4. *Ver. Quotidianæ,* 2. *ad Q Frat.*

DAMNATORIVS, a, um. *vt damnatorium iudicium.* 5 in Verr.55.

DAMNATVS, a, um. pro R. P.8. Causa iudicata atque damnata. 7.I.V.107. Næuius iniuriarum damnatus est. 1. Tusc.50. Sed plurimi contrà nituntur, animosq; quasi capite damnatos morte mulctant. & 98: Capite damnari. ad Brut. epist.12. Si Lepidus positis armis de vi damnatus esset. pro Flac.43. Nicomedes, qui & furti, & pro socio damnatus est. pro Clu.7. Causa. quæ ipsa opinione hominum tacita propè conuicta & damnata fit. dę Clar. 305. Iam Qu. Varius sua lege damnatus excesserat. & 1.de Orat. 231. Ergo ille quoq; damnatus est, non solùm primis sententiis, quibus, &c. sed etiam illis, quas, &c. pro S.R.114. Damnatus per arbitrium, & rem restituit, & honestatē omnem amittit. 2.I.V. 39. Qui ambo peculatus damnati sunt. & *Ibidem.* Qui de maiestate damnatus est. 1.I.A.23. Lex quæ iubet ei qui de vi, itemq; ei qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici.

DAMNO, as. *condemno, improbo, conuinco.*) (. *absoluo.* pro Dom.9. Eos ego potissimum damnare debui. Attic.lib.7. epist.12. Damnare aliquem sceleris. Par.134. Damnare aliquem stultitiæ. 4.ad Heren.33. At eum vos iurati capite damnastis. 4.ad Heren.24. Maiores nostri, si quam vnius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorū conuictam putabant.

DAMNOR, ris. 6.in Verr.100. Vt is eo crimine damnaretur. pro S.R.113. Turpi iudicio damnati. 7.I.V.11. Damnari nomine coniurationis. pro Cl.116. Damnari de repetūdis. de Clar.180. Damnari ambitus. * con.C. Anton. Qua lege duos consules designatos vno tempore damnari vidimus.

✠ ADVER. *Honestè, iampridem, 2. In Verr. Inique à ciuibus. pro Pub. Sest. Palam voce omnium, 7. Verr.*

☞ Syntaxis. *Causa iudicata, atque damnata. Iniuriarum damnatus, capite, de vi. Causa conuicta & damnata. Damnare aliquem stultitiæ, de vi, nomine coniurationis.*

DAMNVM, ni. *iactura, detrimentum, incōmodum, malum. fraus.* 1. Off. 32. Nec contra officium est, maius damnum anteponi minori, vt si, &c. de Cla.125. Damnum Gracchi immaturo interitu res Romanæ Latinæq; literæ fecerunt. Epist.lib.10.ep.28. Magnum damnum factum est in Seruio. Epist.lib.7.epist.33. Quòd declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Attic.lib.1. epist.13. Nihil est damni factum noui. 5. de Fin.91. Si mercatura aliquid damni contraxerit. Epist.lib.1.epist.9. In meis damnis ex autoritate Senatus resarciēdis. 2.cont.Rull.21. Non quæro flagitium huius iacturæ arq; damni. 3. Offic.23. Qui coniunctionē ciuium dirimunt, eos leges morte, exilio, vinculis, damno coercēt. 1.I.A. 12. Quis vnquam tanto damno senatorem coegit? 1.de Leg.51. Damna & detrimenta. Att.libr.13.epi.27. Ἐπίτιμια magnū nullū fieri potest ἀπήτιμον vel non magnū molestum futurū est. Top.22. Damni infecti promittere. pro Qu.R.32. Iudiciū damni iniuria constitutū. pro Q.R.54. Cum lis contestata cum Flauio damni iniuria esset. * Hortens. Quod damnum est, quod non euocetur atque eliciatur voluptate.

✠ ADIVNCT. *Aleatoria, tantum, 2. Philip. Magnum, 9. famil. Maius, minus,* 1. *Offic. Maxima.* 13. *Attic. Nouum,* 1. *Attic. Quæstuosum,* 14. *Attic.*

☞ Syntaxis. *Damnum facere: id est, pati. In ille magnum sit malum. Damnum contrahere. Iactura & damnum. Damnum ac detrimētum.*

DANAI, orum. *Græci.* 2.de Fin.18.

DANDVS, a, um. DATVR, &c. L. Do.

DARDANI, *populi feri in sinu Illyrico, à Troianis oriundi.* pro Sest.94.

DARDANVS, ni. *philosophus Stoicus.* 4. Acad.69.

DAREVS, rei. 5.de Fin.92. Polycrates ab Oronte Darei prætore in crucem actus est.

DATIO, onis. 2.cont.Rull.59. Cuius iudicium legumq; datio tollitur. *aliàs, latio, à fero.*

DATVM & Acceptum. de Ami.58. Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. & *Ibid.* Nec obserua, stricténe plus reddat, quàm acceperit.

*DATVS. *vide post* Do.

DE *præpositio, vim habet significandi A, Ex quo: nimirum ipsam materiam.* Epist.libr.7. epist.29. Duos parietes de eadem fidelia dealbare: *prouerbium.* Atti.lib.16.epist.16. Atticus pecuniam numerauit de suo.

¶ *Cum potestate partis, copiæ, quantitatis.* 2. contra Rull.20. Comitia de minore parte populi facta. 3. contra Rull.5. Non adimitur cuiquam gleba de Syllanis agris. 2.de Diuina.134. Misit coniectori, quantum visum est, de argento. tum ille, Nihilne de vitello? Parad.1. Cæteri multa de suis rebus secum asportabāt. 4.I.V.113. Nihil ex sacro, nihil de publico attigi. 1.de Or.51. Quicquid erit quacunque ex arte, quocunque de genere. pro S.R.24. Cui de tanto patrimonio nihil relictum est.

¶ *Cum vi subiecta materiæ tractatæ.* pro Qu.33. De re pecuniaria iudicium esse. & *Ibid.* 31. De capite suo priore loco causam dicere. Orat.116. Explicare mentem suam de quaque re. Orator. 39. De rebus bellicis canere bellicum. de Clar.44. Sit sanè vt iubet, de isto. 5.I.V.124. Recita de epistola reliqua. 1.de Orat.212. Philosophus qui de sua vi ac sapientia vnus omnia penè profitetur. pro Quint.R.12. De quo nomine ad arbitrium adisti, de eo ad iudicem venisti. Attic.lib.13.epi.13. Illa quæ habes de Academicis, frustra descripta sunt. 3. de Orat.207. His de rebus sol me ille admonuit, vt breuior essem. Attic.lib.9.epist.6. Itaque neque de ocio nostro spero iam, neque, &c. de Cl.114. Sunt orationes eius ieiunæ, multa præclara de iure. pro Sest.72. Quæ etiā collegæ eius moderatio de me. pro Corn.45. Quis dubitaret de iure pacis & belli omnibus iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? 1.de Orat.42. Nihil te de ratione vitæ didicisse, nihil quæsisse, nihil scire conuincam. 1.de Diuinat.56. Somnium de Simonide, qui, &c. & lib.2.5. Vt Græcis de philosophia literis non egeant. Epist.lib.11. epist.21. Consiliis tuis, quæ scribis de agris assignandis ab vtrisque vestrūm, vehementer assentior. Attic.lib.12. epist.19. Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. pro Milon.99. Fama de interitu Clodij & *ibidem:* Lætitia de interitu Clodij. Attic.lib.7.epist. 2. Epistola in qua est de periculis. reip.5.I.V.100. Recita decretum de tributis. Quint.frat. lib. 2. ep. 15. O iucundas mihi tuas de Britannia literas. 2. contra Rull. 6. Vt in omnibus meis factis atque consiliis vestrum de me factum consiliumque laudetur. 2. de Inuent. 146. Deinde, vtra lex de genere omni, vtra de parte quadam, vtra cōmuniter in plures, vtra in aliquā certā rē scripta videatur. 2. de Orator. 76. Præcepta de re militari cuipiam dare. & 83. Cuiusmodi artificium de ipso iure ciuili Crassus componi posse dixit. 2. de Orat.123. Oratio Crassi de Colonia Narbonensi, & altera de lege Seruilia. 2.de Diuin.2. Primus liber est de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore, &c. Attic.libr.12.epist.15. Liber de minuendo mœrore. de Clar. 31. Philosophia de natura. 3. Offic.82. Ipse autem in ore semper Græcos versus de Phœnissis habebat. 2.I.C.22. Postremum genus est de delectu Catilinæ.

¶ *Est & significatio vocum, Inter, Ex.* de Clar.131. Is accusator de plebe fuit. 1.de Diuin.133. Astrologi de circo. 2.I.A.65. Exultabat gaudio persona de mimo modò egens, repentè diues. Eximi de reis. L. EXIMO. Attic.lib.5.ep.18. Mitte ad nos de tuis aliquem tabellarium. Atti.lib.1.ep.1. De iis, qui nunc petunt, Cæsar certus petatur. Epist. libr.11. ep. 21. Cum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbauit rem. Attic. libr.8. ep. 1. Ei statim rescripsi, hominemque certum misi de Comitibus meis. 1.de Orator.191. Nemo de iis qui peritissimi sunt, huic anteponendus est. & 72. Magnum quoddā opus est, atque haud sciam, an de humanis operibus longè maximum. pro Milo. 66. Vnus de illis. de Clar. 83. Oratio Lælij de collegis non melior, quàm de multis, quam voles, Scipionis. & 125. Ego istum de superioribus penè solum lego. de Orat. 50. De firmissimis alia prima ponet, alia extrema. & *ibidem.* Id secundum erat de tribus. 2. de Legib. 40. Deinceps in lege est, vt de ritibus patriis colantur optimi. Quinto fratr.libr. 1. epist. 1. Legatos

habes

habes,de quibus dignitate præstat Tubero. de Opt.9. Is habeatur sine orator,sed de minorib. pro S.R.98. De tribus & decem fundis,ille tres possidet.7.I.A.21. De tribus enim quæ proposui, hoc extremum est.pro Lig.15.Quàm multi essent de victoribus, qui,&c. cum etiam de victis reperiantur quàm multi, qui,&c. 1.de Inuen.76. Quodlibet exemplum de iis quæ proposita sunt. 1.Offic.108. De Græcis autem facetus Socrates, *id est, ex Græcis.* 1.de Leg.24. Ex tot generibus nullum est animal præter hominem quod habeat notiam aliquam Dei:de ipsisq; hominibus nulla gens est,quę non habendum sciat esse Deum.*item*,Ac primum de tribus illis quæ antè dixi, beneuolentiæ præcepta videamus.pro Dom.108. Nemo fuit,&c. qui rem vllam de meis bonis attigerit. pro Fl.9. Si quis vnquam de nostris hominibus fuit, &c.

¶ *Cum vi temporis.* Qu.fr.lib.2.epist.14.De multa nocte vigilare.

¶ *Loci ratione.*1. de Diuin. 93. Apud Hetruscos propter crasitudinem aëris de cœlo multa fiunt.6. I. V. 85. Hæc agebantur de sella ac de loco superiore.& 44. De manibus prædam amittere. pro Cl. 163. A. Binnius quidam caupo de via Latina.2. de Orator.28. Hominem audietis de schola, &c.Orat. 47. Non enim declamatorem de ludo, aut rabulam de foro quærimus. pro Cecin.60.Saxum de terra tollere.pro S.R.151. Excipere aliquem qui de manibus alterius effugisset.Att.lib.5.ep.4.Ecce autem de transuerso L.Cæsar,&c.

¶ *Autoritatis.* pro S.R.27.De amicorum sententia Roscius Romam confugit.Attic.lib.13.epi.31. Cæsar non est facturus quicquam nisi de meo consilio. pro Cæl. 68. Facere aliquid de sententia atque autoritate alicuius.2.Tusc.34.Minos leges sanxit de Iouis sententia. Attic.lib.6.epist.3. Puer literas patris aperire solet,idq; de meo consilio.& lib.4.epi.2. Vix tamen sibi de mea voluntate concessum est. & lib.7. epist.5. Nihil faciam nisi de de sententia tua. Epist.lib.12. epist.3. Facere aliquid de consilio alicuius. Attic.lib.3. epist.4.I. V. 41. Capere consilium de sententia alicuius.2.de Inu.3. Tum Crotoniatæ publico de consilio virgines vnum in locum conduxerunt.

*Cum vi vocula Ab.*pro Dom.127. Agri de hostibus capti.pro Cecin.103. Nec minus vereretur, ne contemnere Ebutium, quàm de eo contemptus esse existimaretur. Attic.lib.12.epist.23. Id de Marcello scire potest.Attic.lib.1.epist.11. Postea Messala consul de Pompeio quæsiuit, quid de religione sentiret. & epist.9. De eo mihi Thysius se audisse scribit hæc, esse hominem cum Antonio,&c.Epist.1. Accipere aliquid de aliquo.1.de Leg.3.Quæro, an ita factum,de Mario,vt scribis,acceperis.Attic.lib.13,epist.31. Is CC.iugera de M.Pilio emit.

¶ *Tandem,pro,propter, & gratia,vel culpa.* Attic.lib.9.epi.15.Pompeius misit ad me Magium de pace:quæ visa sunt,respondi. pro Domo.47.Collegia tribunorum tota reperiẽtur, quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis.Atti.lib.12.epist.3. Sed velim scire,hodiéne statim de auctione,aut quo die venias.1.I.A. 12. Cum languerem de via.1. Acad.1. Fessus de via.Part 127. Defensor autem de æquitate nitatur.1.Offi.39. Regulus de captiuis commutandis Romam missus est.1.de Orat.186.Quod quidem certis de causis aliter existimatur. Orat.191.Qua de causa fit,vt, &c. Attic.lib.2.epist.16. Si quid de ea causa venierunt. de Ar.39. Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. Atti.lib.8. epist.21.Is de quo angor & crucior. Epist. lib.8.epi.15.Intemelij in armis sunt,neq; de magna causa.Epist.lib.8.epist.8. Eos tibi & rem de qua misi,velim curæ habeas.pro Cluen.120.Excipere quibus de causis non liceat,&c. Attic.lib.7.epist.2. Nam de illo altero minus sum admiratus. Attic. lib.12. epist.42. De Othone diffido.Attic.lib.7.epist.5.De repub.quotidie magis timeo. Atti. lib.3.epist.8.Me metus de fratre in scribendo impedit.

☞ Syntaxis. *Pecunia hæc de meo est. Collegia de pijs facta. De quo nomine iudicem accedis? Est ille de nostris hominibus? De transuerso. Id faciam de tuo consilio. De nuncio accipere:id est, à. De illa causa non veniasiid est,propter. Capta de hostibus vrbs.*

DEA, deæ. L. DEVS. pro Rabir.5. Ab Ioue optimo Maximo cæterisq; diis deabusq; immortalibus pacem ac veniam,peto,precorq;, vt,&c.3.de Nat.45.Qui de dea matre est.Deus sit necesse est.Anteq.24.Dij deæq; immortales qui,&c.

✠ *ADIVNCT. Bona. pro Dom. Custos rerum intimarum,2.de Nat.Immortales.pro Rab.Sanctissima,7.Ver. Speculatrices & vindices facinorum & scelerum, 3.de Natura.*

DEALBATVS,a,um. 3.I.V.145.Colũnæ,quas dealbatas videtis.

DEALBO,as.*tectorium induco.*Epi.lib.7.epist.29. Duos parietes de eadem fidelia dealbare,prouerbium.

DEALBOR,ris.3.I.V.145. Quòd si tanta pecunia columnas dealbari putassem,certè nunquam ædilitatem petiuissem.

DEAMBVLATVR.1.de Leg.14.Quin igitur ad illa spacia nostra sedesq; pergimus? vbi cum satis erit deambulatum, requiescemus.& 2.de leg.1.Satis iam deambulatum est.2.de Orat.256.Eamus deambulatum:& ille, Quid opus fuit de? Imò verò,inquit, quid opus fuit te?

DEBEO,bes. *faciendum est, vt, &c. conuenit,oportet.*ad Brut.ep.1. Ciuis talis, qualis & prudentissimus & fortuna optima esse debet.Or.70.Magni iudicij & summæ facultatis esse debebit moderator ille,&c.Epist.lib.1.epist.7.Qui & te maximè debuerunt, & plurimùm iuuare potuerunt.2.de D.91. Oculorũ fallacissimo sensu iudicant ea,quę ratione atq; animo videre debebant.Atti. lib.9.epist.8. Si volẽt grati esse,debebunt Pompeium hortari vt mihi sit amicus. de Vn.40. Quantum esset,quod deberet accedere.τοσον ακων προσγενεσθαι. 2.de Orat.310. Nam principia habere hanc vim magnoperè debent, vt possint,&c.*ibid.* Principia causarum propria esse debent.

¶ *Referatur etiam ad res alienum.*Attic.lib.10.epist.17.Is debet mihi multos nummos. & Epist. lib.13. epist.14. huic in tua prouincia pecuniam debet.P.Cornelius,& epist.56. Ille debet mihi pecuniam. 4.I. V.60. Debebat Epicrates vllum nummum nemini. Epist.lib.13.epist.61.Ei Nicenses pecuniam grandem debent ad sestertiũm octogies. 2.I. A. 71. Appellatus es de pecunia quam pro domo & pro sectione debebas.& 93.Sestertiũm quadringenties debuisti. Attic.lib.5.epist.21.Sceptius ait illos putare talenta ducenta se debere & *Ibid.* Quid vos?quantum,inquam,debetis? respondent CC.pro Qu.R.26. Debeo tibi ex societate nihil,&c. pro Quint. 15. Nec societas tibi quicquam debet,nec priuatim. Quintius debuit.Attic.lib.14.epist.21.Calendis Ianuariis debuit, adhuc non soluit. & epist.22. Si mihi Dolabella, quod debet, dissoluerit.& lib.16.epist.14. Illi turpe erit eo nomine quod satisdato debeat,non dissoluere.

¶ *Et ad ea quæ variè destimantur.* 2.de Inu.97.Hostiæ,quas debuisti.pro Mar.28.Cum patriæ,quod debes.solueris.Epi.lib.5.epi.13. Præstitimus patriæ, quantũ debuimus.& lib.11.epi.11. Tantum tibi debeo,quantum persoluere difficile est. Postq. ad Quir.17. Huic ego homini tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas est.Epist.lib.2.ep.6.Est animi ingenui,cui multũ debeas, ei plurimù velle debere. & lib.10.ep.12. Perficere, vt ne minus respublica tibi,quam tu reipub.debeas.& lib.1.epist.9. Et quoniam tibi incredibilem quendam amorem & omnia in tejpsum summa & singularia studia deberem reip. quæ te in me restituendo multum adiuuisset,eum certè me animum merito ipsius debere arbitrabar.1.de Ora.121.Hoc summũ beneficium. ‖Q Maximo debeo,quod, &c. 1.de L.5. Debes hoc munus studiosis literarum.Attic.lib.1 epist.11. Qui mihi laudem illam eo minus deberet, quòd, &c.2.I.A.27.Quo etiã maiorem tibi gratiam debeo,qui,&c.Epist.lib.8.epist.12.Qui me odisse, qui magna mihi debebat beneficia,cœpit.& *Ibidem.* Soluere beneficia. Epist.lib.10. epist.12.Id nostræ necessitudini debere me iudico.

DEBEOR,ris. *in pecunijs.* 5.I. V.189. Cum frumentum deberetur, pecuniam poscere. pro Cec. 16. Pecuniam alicui ex partitione deberi.Epist.lib.3.epist.5. Pecunia quæ mihi ex publica permutatione debetur.1.de Ora.168 Antè petitam esse pecuniã,quàm esset cœpta deberi.2.I.A.96. Ne iste quidem exista syngrapha deberi dicit.pro iis rebus,quæ,&c.

*In alijs rebus.*Epist.lib.1.epi.9.Qui ex me fructus debentur.4.I.A. 4.Cui pro diuinis meritis diuini honores debentur. 2.de Orat. 345.Sua cuique virtuti laus debetur. 4. ad Her.55. Vita hominis fato debetur.pro Sest.47.Vita necessitati debetur.I.P.91. Et pœnam,quæ tanto facinori deberetur,subire 3.in Ver.48. Nullum est tantum malum,quod non tibi pro multis scelerib.debeatur. & 7.Ver.76. Supplicia quæ debentur hostibus.1.I.C.16. Misericordia, quæ tibi nulla debetur.7.I.V.27. Veneri ac Libero reliquum tẽpus deberi arbitrabatur.I. P.6. Is mihi ciuicã coronam deberi à repub.dixit.2.de Orat.8. Deberi à me tantis hominum ingeniis putauit, vt,&c.1.Offic.58. Necessaria vitæ præsidia debentur, iis maximè,quos antè dixi.2.de Fi.17.Gratia non debetur ei,qui,&c.Qu.fr.lib.1.epi.1.Communis fides, quæ omnibus debetur. Epist. lib.13. epist.75. Cuius causa omnia cùm cupio, tum meherculè etiam debeo.

✠ *ADVERB. Diutius,Top. Diutius munus,3.de Orat. Magnoperè nihil,pro Plac.Nimiũ diu pensionẽ,2.Phil. Omnino non,1.Ad Q.Frat.Plurimum alicui.pro Corn. Balbo.Priuatim,pro Qu.Vltro.* ibid.*Valdè,6. Attic.*

DEBILIS,le.*mancus,infirmus,imbecillis,leuis.*) (. *Firmus.*3.I.C.3. Aut eos infirmos sine illo ac debiles putabã.pro Mil.95. Equites Romani,quorum vires erant debiles.pro Mur.51.Duo corpora esse reip.vnum debile,infirmo capite:alterum firmũ, sine capite.pro Sest.24. Si gladium puero puero, aut si imbecilli seni aut debili dederis.pro Rab.21. Qu.Scæuola mancus,& membris omnibus captus ac debilis,8.I.A.31.Mutius senex & debilis veniebat in curiam.1.de Diu.55.Tum ille etiã debilis factus est.pro Mil.15.Occurrebat mancam & debilem præturam suam futuram consule Milone.de Cl.219.Qui hac parte animi tam debili esset.

☞ Syntaxis. *Infirmus ac debilis Imbecillus & debilis.Mancus,membris captus,ac debilis.*

DEBILITAS,tis.*infirmitas.* I.P.1. Tarditas ingenij, ſtupor,debilitaſque linguæ.5.de Fin.84. Bonum integritas corporis,miſera debilitas.4.de Fin.20. Itaque id agunt,vt à ſe dolores, morbos, debilitates repellant.1.de Fin.49.Dolores humili animo imbecilloq; ferre miſerum eſt, ob eamq; debilitatem animi multi ſeipſos penitùs perdiderunt. 3. Tuſc.81. Separatim autem certæ ſcholæ ſunt de ſeruitute,de debilitate, de cæcitate, &c.1.de Inu. 36.Morbus,debilitas,&c.

✠ *ADIVNC. Miſera, 5.de Finib.*

☞ Syntaxis. *Linguæ ſtupor ac debilitas. Hic perpende vim longè minorem ſequi.*

DEBILITATIO,onis. I.P.88.Debilitatio atque abiectio animi.

DEBILITATVS,a,um.*fractus.* Epiſt. lib.5.epiſt.13. Fractus & debilitatus. Anteq.27. Oppreſſa eſt reſpubl.armis.metu debilitata ſeruili. pro Dom. 135. Mens debilitata metu cóncidit. pro Quint.4. Vt multis incommodis veritas debilitata tandem recreetur.pro Dom.25. Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu.1.de Ora.122. Simul ac me fractum ac debilitatum vidit.pro Flac.62.Fractum & debilitatum Græciæ nomen.3.I.C. 10. Recitatis literis debilitatus atq; abiectus, conſcientia conuictus repentè conticuit.2.contra Rul.90.Neruis vrbis omnibus exectis,vrbs ipſa ſoluta & debilitata relinquitur.2.I.C.14.Si Catilina meis conciliis circumcluſus ac debilitatus ſubitò pertimuerit.2.I,C.24.Naufragorum eiecta & debilitata manus.& 10. Debilitatus ſtupris.pro Dom.40.Tuus præcipitans iam & debilitatus tribunatus.1.de Fin.47.Plerique autem victi & debilitati tradunt ſe libidinibus conſtringendos.Poſtquam.ad Quirit.19. Aut debilitata virtute,aut fracto animo eſſe.2.de Ora.195. Afflictus,debilitatus,mœrens, &c. ad Brut.epiſt.9. Minimè decet te animo debilitatum videri.Orat.3.Vereor ne tardem ſtudia multorum,qui deſperatione debilitati nolẽt,&c.pro Seſt.79. Multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, ſe abijcit exanimatus.2.de Orat.142.Debilitatus à iure diſcendo.

DEBILITO,as. *debilem facio, frango, infringo, minuo, comminuo, exhaurio,neruos incido,execo,eneruo affligo.*pro Fl.73.Membra vxoris debilitauit lapidibus,fuſtibus,ferro, manus contudit,digitos confregit, neruos concidit. Attic.lib.5. epiſt.4. Tua profectio ſpem meã debilitat.5.I.A.4.Vtrum hoc eſt confirmare militum animos? an debilitare virtutem. 5.Tuſc.76. Dolor ardẽtes faces intentat:is fortitudinem,patientiam ſe debilitaturum minatur. pro Muræn.80. Horum ego audaciam debilito, ſceleri reſiſto. Poſtquam in Senat.35.Quid eſt,quod animum meum frangere aut debilitare poſſit?in Vat.18.Tribunitios furores debilitare & reprimere.pro Cæl.60. Sed hæc facta illius clariſſimi viri mentio,& vocem meam fletu debilitauit, & mentem dolore impediuit.pro R.P.48.Sed me dolor debilitat,includitq; vocem. pro Pl.103.Noli animum meum debilitare luctu.pro Mur.43. Hæc amicorum ſtudia debilitant.

DEBILITOR,ris. pro Mar.8. Nulla eſt tanta vis,quæ non debiliterari ac frangi poſſit. Epiſt.lib.14.epiſt.3. Debilitor lacrymis. pro Muræn. 45. Eiuſmodi candidatorum amici intimi debilitantur.8. I. A.4. Conſenſus populi, ſi nos langueſcimus, debilitetur ne ceſſe eſt. 5.de Fin. 42. Si vincunt, lætitia ſe efferunt: victi debilitantur.pro Deiot.7.Actio cauſæ maximè debilitatur loco.1.de Orat. 24. Cum Druſi Tribunatus infringi iam ac debilitari videretur. Quint.frat.lib.1.ep.1. Animum frangi & debilitari moleſtia non oportet.3.de Orat.190. Verſus debilitatur, in quacunque eius ſit parte titubatum. pro Gec.42. Saucij ſæpe homines cùm corpore debilitantur, animo tamen non cedunt. Epiſt.lib.1.epiſt.6. Et ipſa die,qua debilitantur cogitationes inimicorum. * Horrenſ. Vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis.

✠ *ADVER.Maxime,pro Deiot.*

☞ Syntaxis. *Ciuitas fracta, debilitata. Abiectus fractus, & debilitatus. Nomen fractum,& debilitatum. Vrbs ſoluta & debilitata Stupris debilitatus. Debilitatum & contrucidatum corpus. Debilitare audaciam, virtutem. Frangere & debilitare animum.*

DEBITIO,onis.*debitum.*Atti.lib.14.epiſt.13. Quintus de emendo nihil curat hoc tempore: ſatis enim torquetur debitione dotis. pro Plan.68. Diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ: nam qui pecuniam diſſoluit,ſtatim non habet id quod reddidit :qui autem debet:& retinet alienum, gratiam autem & qui refert, habet:& qui habet in eo ipſo quod habet,refert.

✠ *ADIVNCT. Diſſimilis,pro Plan.*

DEBITOR,oris.*propriè is eſt,à quo inuito exigi pecunia poteſt.*Attic. lib.7.epiſt.17. Ticinius debitoribus ſuis renunciauit, vt eodem fœnore vteretur.Epiſt.lib.9.ep.16. Hæc eſt leuior plaga ab amico quàm à debitore.pro Fl.48. Fecit eadem omnia quæ noſtri debitores ſolent: negauit enim ſe omnino verſurã illam feciſſe Romæ.2.Offi.78.Pecunias creditas debitoribus condonare.I.P. 86.Nónne Fuſidium creditorem debitoribus addixiſti?

☞ Syntaxis. *Condonare pecuniam creditoribus. Addicere debitoribus creditorem.*

DEBITVM,ti.*debitio,es alienum,pecunia debita,nomen.*Attic.lib.13. epiſt.23. Ne exiſtimes, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros.Qu.fta.lib.1.epiſt.2.Itemq; miſit ad Apollonienſes,ne de bonis quæ Octauij fuiſſent, diminui paterentur,priuſquam Fundanio debitum ſolutum eſſet. Antequam.2. Fidei conducit in loco debitum retribuere.

DEBITVS,a,um. *meritus, iuſtus,*pro Mil.86. Vobis illæ ſeræ quidem,ſed iuſtæ & debitæ pœnæ ſolutæ ſunt. pro Cornel.59.Cui munus hoc debitum,& debitam iuſtamq; gratiam refero.2.de Orat.208.Vt etiam iracundiam non iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defenderes.& 3.de Orat.14.Alicui debitam gratiam meritámq; referre. Brut.epiſt.7.& 7.I.A.10. Iuſtum ac debitum honorem alicui decernere. 1.I. C.20. Vita multis ſupplicijs iuſtis debitiſque erepta.ad Brut. epiſt.15. Huic habiti à me honores nulli niſi debiti.pro Fl.54.Soluere pecuniã alicui iamdiu debitam. 14.I.A.31. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria eſt potiſsimùm reddita.Epi.lib.5.epiſt.8.Reddere officium alicui iamdiu debitum.ad Brut.epiſt.16. Benefacta pro debitis exigimus. de Opt.3. Docere debitũ eſt,delectare honorarium, permouere neceſſariũ.pro Qu.39. Quod debitum non eſt,id datum non eſt.pro Cl.34.Pecuniam alicui non debitam ſoluere.Attic.lib.12.epiſt.24. Leuatio quædam eſt,ſi minus doloris,at officij debiti. pro Quint.41.Satis eſt argumẽti nihil eſſe debitum Næuio,quòd,&c.

✠ *ADVERB.Iamdiu. pro Flac.& 1. Cat.*

☞ Syntaxis.*Soluere iuſtas ac debitas pœnas.Referre debitam iuſtámue gratiam.Merita & debita iracundia.*

DECANTANDVS,a,um. 1.de Diu.105. Sola enim multorũ annorum memoria non decantandi augurij,ſed diuinandi tenuit diſciplinam.

DECANTATVS,a,um. *peruagatus, peruulgatus.* 2. de Orat.140. Quæſtiones omnes animo percurſas, ac propè decantatas habere debet. Attic. libr.13. epiſt. 34. Etenim hæc decantata erat fabula.

DECANTO,as. *canto, celebro, peruulgo.* 2.de Orat.75. Græcus doctor,qui alicui peruulgata præcepta decantet.4.de Fin.10.Quæ quidem efficit,ne neceſſe ſit iiſdem de reb.ſemper quaſi dicta decantare,neque à commentariolis ſuis diſcedere.3. Tuſc.53. Sed & iam decantauerant fortaſſe.

DECEDENS,tis.Epiſt.lib.2.Epiſt.15.Ego de prouincia decedens quæſtorem Cælium præpoſui prouinciæ.Cæl.Epiſt.lib.8.epi.1. Quod tibi decedenti pollicitus ſum, me,&c.

DECEDO,dis. *cedo,diſcedo, morior.*) (*Accedo.* Antequam 20. Ego inimicorum amentiæ ſalutis omnium cauſa decedam. Antequam.13.Si violentiæ impetu opprimimur,decedam pro omnibus vnus tribunitio furori.pro S.Roſ.73. Tametſi viciſſe debeo, tamen de meo iure decedam.4.I.V.43.Prætorvi cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere. Attic.lib.16. epiſt.2. Sed cum videas quantũ de iure noſtro deceſſerimus, quid hæres? Attic. lib.6. epi.2. Vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. 2.contra Rull.67. Decedere de poſſeſsione. 2.Offic.63. Paulum nonnunquam de ſuo iure decedere. pro Cæl.38. Dici ſe nulla cupiditate inductũ de via deceſsiſſe.pro Flac.17. Senatus nihil à ſuperioribus continuorum annorum decretis deceſsit. Epiſt. lib.2. epiſt.11. Itaque conſtituiſſe dicuntur, in Cariam ex noſtra prouincia decedere. pro Clu.167. An vt de cauſa eius nihil decederet? ad cauſam nouum crimen accederet? pro Quint.16. Decedit ex Gallia Romam ſimul Næuius. de Senect. 73. Vetat Pythagoras iniuſſu Dei de præſidio & ſtatione vitæ decedere. Epiſt.lib.1.epiſt.9. Sunt etiam qui putent, ſi decedas, à te relinqui poſſe,qui prouinciæ præſit.Epiſt.lib.2.epiſt.15.Ex prouincia decederet.4.I.V.48.De prouincia decedere.pro Corn.11.Qui de ciuitate quàm de ſententia decedere maluit. Attic.lib.13.epi.19. παράτινον,id fortè putabam, quod omnes illi deceſſerant. Attic. lib.1,epiſt.5.Pater nobis deceſsit ad VIII.Calend.Decemb.

DECEDOR,ris.de Sen.62. Salutari,appeti,decedi,aſſurgi.

✠ *ADVERB. Alicunde,pro Cæc.Certe.5.in Ver.Aliquando de ſententia.pro Mur.Plane poſt annum.2.fam.*

☞ Syntaxis.*Decedere de prouincia,de poſſeſsione,de ſuo iure,de vita.*

DECEM & tres.pro S.R.20. Fundos decem & tres reliquit.

DECEM,& ſex.*pro ſexdecim.*pro Cl.74.L.TRIGINTA.

DECEMBER.bris.L.DIES.*item* MENSIS.

DECEMPEDA,dæ.*eius menſuræ inſtrumentum, quo terram metiuntur metatores.*14.I.A.10. Saxa peritus metator, vrbem in decempeda ſua diuiſerat.pro Mil.75.Qui cum architectis & decempedis villas multorum hortoſq; peragrauit.4.Acad.126.Solis magnitudinem quaſi decempeda metiri.

DECEMPEDATOR,oris, *agri metator.*13.I.A.37. L.Antonius æquiſſimus agri publici & priuati decempedator.

DECEMPRIMI, *qui ἀριστοποιοὶ Græcè dicũtur, nomen erat legationis. Amerinorum:vt quinque primi, Agyrinenſium, in Sicilia,πρυτάνεις à Græcis.*pro S.R.25.Itaque Decurionum decretum ſtatim fit,vt decemprimi proficiſcantur ad L.Syllam.

DECEM-

DECEMSCALMVS. *videtur Cicero hoc vsus quasi adiectiuo Actuariolo*, L. SCALMVS.

DECEMVIRI, rorum. 1. de Orat. 58. & 2. contra Rull. 16. Nostri decemuiri qui duodecim tabulas perscripserunt.

DECEMVIRALIS, le, *vt amplissimum collegium decemuirale.* 6. in Verr. 108. & 1. in Rul. 14. Pecunia decemuiralis. de Orat.*

DECEMVIRATVS, tus. *decem virum magistratus, & officium.* 2. contra Rull. 59.

DECENTER, *decore.* pro Cecin. 74. Iura à maioribus decentissimè descripta.

DECENTIA, tiæ. *conuenientia, condecentia, decorum.* 2. de Nat. 145. Venustatem, ordinem, &, vt ita dicam, decentiã oculi iudicant.

DECERNENDVS, a, um. Epist. lib. 3. epist. 10. Ego censui sumptus legatis quàm maximè ad legem Corneliam decernendos.

DECERNO, nis. *statuo, constituo, in animum induco, destino, mihi certum est, consilium est, animo intẽdo. consilium capio, iudico. censeo, mihi certum est, consilium est, animo intendo, consilium capio, iudico, censeo, sancio, decretum facio, decretum interpono, creui, sententiam dico vel fero, decreto.* Attic. lib. 6. epist. 6. Decreueram cum eo valde familiariter viuere. 2. de Orat. 156. Minimè, inquit Antonius, ac si decreuit philosophari potiùs, vt Neoptolemus apud Ennium paucis. & Epist. lib. 15. epist. 4. Supplicationem mihi nunc decreuit. 4. de Finib. 22. Cum senatus triumphum Africano decerneret. Attic. lib. 3. epist. 15. Nihil impertiisti tuæ prudentiæ ad salutem meam, quod aut in meipso satis esse consilij decreueras, aut, &c. 4. in Verr. 161. Senatus decreuit, populusq; iussit. 4. I. C. 5. Vos mea diligentia patefactam esse coniurationẽ decreuistis. Epist. lib. 1. epist. 1. Crassus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium. censet enim etiam ex iis qui cum imperio sunt. Qu. fr. lib. 1. epist. 1. Cum ad templum monimentumq; nostrum ciuitates decreuissent. Attic. lib. 7. epist. 15. Posthumus de quo nominatim decreuit senatus vt iret in Siciliam. pro Dom. 74. Nullum est in hac vrbe collegium, quod non amplissimè de mea salute decreuerit. 3. I. V. 119. Verres contra edictũ suum sine vlla religione decernebat. pro Fl. P. Orbius contra te omnia decreuit. Attic. li. 10. epist. 12. Res quas Cæsar statuit, decreuit, egit, &c. & lib. 16. epist. 18. Coss. de consilij sentẽtia decreuerunt secundum Buthrotios. Attic. lib. 4. epist. 2. Nunciat iam populo pontifices secundum se decreuisse. & lib. 16. epist. 20. Quæ Consules decreuerunt secundum Cæsaris decreta & responsa. ad Brut. epist. 15. Decreui vt in factis ad eum Diem Bruti nomen inscriberetur. Epist. lib. 1. epist. 3. In primisque vt quæ Titus Appius de eius re decreuerit, ea comprobes. ad Brut. epist. 15. Decernere honores alicui. 2. ad Heren. 19. De eadem re sæpe alius aliud decernit, aut iudicat. pro Qu. 6. Vno iudicio de fortunis omnibus decernere. Attic. lib. 10. epist. 10. Sed vtinam meo solùm capite decernerem. 2. de Orat. 201. Pro mea omni fama fortunisq; decerno. Attic. lib. 16. epist. 21. Res ista est firma, quam Coss. de consilij sententia decreuerunt.

DECERNOR, ris. Attic. lib. 7. epist. 3. Sic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. 2. de Orat. 317. Certamen quod ferro decernitur. Attic. lib. 5. epist. 21. Nullos honores mihi nisi verborum decerni sino. Attic. lib. 8. epist. 5. Pendeo animi expectatione Corsinienſi, in qua de salute reip. decernitur. pro Dom. 18. Non oportet quicquam vni extra ordinem decerni. Epist. lib. 3. epi. 10. Ad me adire quosdam memini, qui dicerent nimis magnos sumptus legatis decerni. Epist. lib. 2. epist. 7. Itemq; petiui à te non vt decernatur aliquid noui, quod solet esse difficilius, sed vt ne quid noui decernatur. Epist. lib. 2. epist. 11. Sum solicitus, quidnam de prouinciis decernatur. Qu. fr. 3. lib. 1. epist. 1. Prætor edixit ne ad ludos pecuniæ decernantur.

✠ ADVERB. *Atrocius, grauius, planè, 11. Phil. Amplissime, seuere. pro Dom. Caute, varie, 6. Ver. Communiter Supplicationes, 14. Phil. Diligenter, Fortiter. de Re pub. 4. Catil. Gratis honores, omnino nemini supplicationes. de Prou. Consul. Grauissime, Ornatissime, 1. Att. Honorificentissime de salute. pro Pub. Sest. Iniuriosè, 1. ad Q. Fra. Iuste, sapienter. pro Cluent. Libere. 14. Famil. Mature, Serius. 5. Philip. Nominatim de aliquo. 7. Attic. Quamhonorificentissime, 3. Famil. Recte, pro S. Rosc. Vere ad Octau.*

DECRETVS, a, um. pro Cæl. 38. Si esset aliqua dissimilis istius, quæ haberet palàm decretum semper aliquem, &c. pro Do. 24. Lex decreta. 3. I. C, 14. Atque hoc idem decretum est in L. Cassium. Epist. lib. 1. epist. 7. Stipendium Cæsari decretum est, & decem legati. 2. de Ora. 347. Decreta virtuti præmia. ad Brut. Epist. prid. Inu. 7. Honos debitus diis immortalibus decretus est. Epi. lib. 15. epist. 5 Itaque feci supplicationem decretam, *id est, decreui supplicationem. quidam enim sic distinguunt.* Attic. lib. 7. epist. 1. Annuus sumptus mihi decretus est. de Pro. 37. Is prouinciam desponsam, non decretam habere videtur. *id est, perpetuam, non ad tempus demandatam.*

✠ ADVERB. *Seuere, Epist. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Decernit Cato, Senatus, Consules. Decernere honores, & de honoribus. Decretam facere supplicationem. id est, decernere.*

DECERPO, pis. *delibo, excerpo, aufero.* pro Mar. 7. Nihil tibi ex ista laude centurio, nihil præfectus decerpit. 2. de Orat. 229. Ne quid iocus de grauitate decerperet.

DECERPTVS, a, um. 5. Tusc. 38. Humanus animus decerptus ex mente diuina.

DECERTANDI. 1. Offic. 34. Duo genera decertandi sunt, vnum per disceptationem. alterum per vim: illud proprium est hominis, hoc belluarum.

DECERTATIO, onis. *dimicatio, concertatio.* 11. in Ant. 21. Harum rerum omnium decertatio consulibus commissa est.

DECERTO, tas. *depugno, dimico.* Epist. lib. 5. epist. 8. Cum multis consularibus tanta contẽtione decertaui, quanta nunquam antea. 5. de Fin. 5. Locus vbi Demosthenes & Aeschines inter se decertare soliti sunt. de Pro. 33. Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum præliis fœlicissimè decertauit. pro Dom. 63. Vi & armis contra vim decertare. 2. I. A. 2. An decertare mecum voluit contentione dicendi? pro Plan. 87. Iure & legibus disceptando decertare.

✠ ADVERB. *Acerrime. 2. Tusc. Cominus ferro inter se. In Piso. Confestim, 5. Phil. Felicissime præliis. de Prou. Cusular.*

☞ Syntaxis. *Magna contentione decertare. Præliis, vi, & armis decertare. (vnà.) Disceptando decertare.*

DECESSIO, onis. *abitus, discessus.* Epist. lib. 4. epist. 4. Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat. Attic. lib. 6. epist. 5. Mihi decessionis dies ἀναβατήριος obrepebat. 1. Qu. fr. epist. 1. Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam.

¶ *Detrimentum, diminutio.* pro R. P. 30. Non intelligo hoc quale sit, vtrùm accessionem decumæ centesimæ, an decessionem de summa fecerit, & *Ibid.* Decessionẽ mille talentûm esse factam. 2. de Diu. 36. Hæc decessio capitis aut accessio subitone fieri potest? de Vn. 16. Nec enim vlla decessio fieri poterat, nec accessio.

✠ ADIVNCT. *Matura. 1. ad Q. Frat. Molesta. 1. Tusc. Tarda, 4. famil.*

DECESSVS, us. *decessio, mors.* de Am. 10. Me ipse consolor, & maximè illo solatio, quòd eo errore careo, quo amicorum decessu plerique angi solent. 2. I. A. 97. Decessus è prouincia. Epist. lib. 8. epist. 10. Quod ad decessum tuum attinet.

DECET, bat. *conuenit, decorum est, dignum est, postulatius, patitur, par est, aptum est.* 3. de Orat. 208. Nunc quod aptum sit, id est, quod maximè deceat in oratione, videamus. 1. Offic. 125. Quid deceat, & quid aptum sit personis, &c. 1. de Orat. 120. Non enim pudendo, sed non faciendo id quod non deceat, impudentiæ nomen fugiendum est. & *Ibid.* 130. Quem non decet, hunc ad id quod possit, detrudendum puto. & 2. de Orat. 85. In quibus neque abesse quicquam decet, neque redundare. Attic. lib. 6. epist. 3. Quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat. Orat. 70. Vt in vita, sic in oratione nihil est difficilius, quàm quod deceat, videre. & *Ibid.* 74 Decere declarat, quasi aptũ esse consentaneumque personæ, quod in omnibus rebus valet, contraq; item dedecere. 1. Offic. 93. Quod decet, honestum est: quod honestum est, decet. & 110. Nihil decet inuita, vt aiunt Minerua. 1. de Diu. 39. Sed exemplis grandioribus decuit vti. 6. in Ant. 1. Res confecta est, minus quidem illa seuerè quàm decuit, non tamen omnino dissolutè. de Opt. 10. Si eodem modo putãt dici pro Milone decuisse. 1. Offic. 113. Nec velle experiri quàm se aliena deceant. & *Ibid.* Id enim maximè quemque decet, quod est cuiusque suum maximè. Or. 191. Decet hoc nescio quomodo illum. de Pro. 41. Hoc decet me, & conuenit ijs rebus quas gessi. 3. de Finib. 64. Decet chariorem esse patriam nobis, quàm nosmetipsos. 4. Tusc. 34. Oratorem irasci non decet, simulare non decet. 2. de Leg. 7. Fieri sic decet.* in Clod. Quem decet muliebris ornatus. quem incessus psaltriæ.

☞ Syntaxis. *Id decet, & aptum tibi est. Id erit aliter, ac deceat. Quod decet, honestum est. Hæcillum decent.*

DECIDO, dis. *cado.* 2. Offic. 43. Ficta omnia tanquam flosculi decidunt. de Sen. 71. Poma ex arboribus, si matura sint, decidunt. de Ar. 54. Ne in vnius imperium res decidat, admonemur. Att. libr. 2. ep. 21. Decidere ex astris.

¶ *Decisionem facio, transigo, pactionem facio, decerno,* de Arus. 42. Clodius cum propinquis, suis decidit, ne reos faceret. pro Qu. 17. Decidis statuisq; tu, qui ad denariũ solueretur. & *ibid.* Per te C. Aquili. decidit P. Quintius, quòd liberis Scapulæ dissolueret. 3. I. Ver. 125. Dicebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum. 4. I. V. 79. Qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. 3. I. V. 56. Qui medimnis D C C. decidere voluit. pro Sext. Rosc. 114. Transigere atque decidere cum aliquo. & 32. Magno tuam dimidiam partem decidisti. &

Ibidem.

*Ibidem.*34. Tuam partem dimidiam, quemadmodum vis, decide.& *Ibidem.*De tota re,inquit,decidistine:ergo huc, &c.pro Qui. 19.Decidere de omnibus rebus rationibusq; societatis.

✠ *ADVERB.Celeriter tanquam flosculos,2 Offic.*

☞ Syntaxis. *Transigere atque decidere cum aliquo. De omnibus rebus decidere.*

DECIMVS,a,um.2.in Ant.77.Hora diei decima ferè ad Saxa rubra venit.

DECIPIO,pis.*capio,impono,circumuenio,fraudo,circumscribo,induco, fallo, supplanto, fucum facio,in fraudem impello, in errorem induco, verbado,errorem obiicio,errorem incutio,in fraudem deduco,aucupor, eludo.*2.de Diuin.116.Nam illa amphibologia,quæ Crœsum decepit,vel Chrysippum potuisset fallere.Att.lib.13.ep.13.Nisi fortè me communis φιλαυτία decipit. Attic. lib.1.ep.6. Quod te de Taiano negocio decepisse scribis,id ego Tadio gratum esse intellexi.2.de Or.289.Decipere expectationem alicuius.

DECIPIOR,ris.4.Aca.66.Decipi,falli,capi.

DECISIO,onis.*transactio.*pro Q.R.48.Dicam decisionem factã esse,quæ facta non est.pro Flac.88.Decisionis arbiter C.Cæcilius fuit.pro Cec.104.Nostra decisio de æquitate.

✠ *ADIVNC. Mediocris & tenuis vetus.pro Qu. Rosc. Propria,1.Acad.*

DECISVS,a,um.I.V.act. 7.119. Quibus omnibus rebus actis atque decisis,producuntur è carcere.*id est,transactis.*

DECIVS,cij.1.Tusc.89.

DECLAMATIO,onis.*domestica exercitatio & vmbratilis, & cõmentatio inclusa, quo in genere pueri apud magistros exercentur.* pro Mur. 44. Non placet mihi declamatio potius quàm persalutatio.1.Tusc.ul. 7. Hæc mihi senilis est declamatio. pro Planc.47. Vulgaris & peruulgata declamatio. *Hic aspice synonymiam vulgarem.*item. Declamationis nomen apud nullum autorem antiquum ante ipsum Ciceronem inuenri potest.Seneca.

✠ *ADIVNC. Quotidiana,15.Famil.Senilis,1.Tusc.vulgaris & Peruagata,pro Planc.*

DECLAMATOR,oris.3.de Orat.136. Non eum declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat. pro Planc. 83. Non vobis videor cum aliquo declamatore disputare?item Orat. 47. Declamator de ludo. L.R ABVLA.

DECLAMATORIVS,a,um.1.de Ora.73. Declaratur,vtrum in hoc declamatorio sit opere iactatus.Q.fr.lib.3.ep.3.Puer magis illo declamatorio genere delectatur:in quo, quoniam ipsi fuimus,patiamur illum ire nostris itineribus.

DECLAMITANS,tis.de Cl. 310.Commentor declamitans (sic enim nunc loquuntur) sæpe cum M.Pisone, aut cum aliquo quotidie.

DECLAMITO,as.1.de Ora.251. Græci, qui annos complures sedentes declamitant.1. Tusc.7.Vt enim antea declamitabã causas,quod nemo diutius fecit, sic hæc mihi senilis est declamatio.Ep.li.16.epi. 21. Præterea declamitare Græcè apud Cassium institui,Latinè autem apud Brutum exerceri volo. 2.I. A. 42. Quanquam tu quidem vini exhalandi, non acuendi ingenij causa declamitas.

✠ *ADVER.Græce,16.Fam.Multum Latine, de Clar.*

☞ Synta. *Declamitare cum verbo:item causas,& Græcè,Latinè,&c.*

DECLAMO,as.*exerceor in declamationibus.* 2. de Fin.5. Ad fluctũ, aiunt, declamare solitum Demosthenem,vt fremitum assuesceret voce vincere.6.I.V.149.Ille insanus, qui pro isto cõtra me vehementissimè declamasset,libellum mihi dat.Epi.li.3.ep.11. Maiestas est(vt Sylla voluit)ne in quẽuis impunè declamare liceret.At.li.14.ep.12.Haud amo vel hos designatos, qui etiã declamare non coegerunt pro Sex.Rosc. 82. Quæ mihi visus est ex alia oratione declamare.5. I.A.19. Ipse interea decem & septem dies de me declamauit, vt digestio potius quàm declamatio videretur.

✠ *ADVER.Impune in quemuis,3.Famil.Interea decem & septem dies,5.Phi.Vehementissimè contra aliquem, 6.in Verr.*

☞ Syntaxis. *Declamare vehementer, ad fluctus,ex alia oratione, de aliquo.*

DECLARANDVS,a,um.Ep.lib.5.ep.13.Itaque hoc sæpius dicendum tibique non significandum solùm, sed etiam declarandũ arbitror,nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius.2.Off.6.Hoc autem tempore tantum nobis declarandum fuit,cur,&c.

✠ *ADVER.Maximè,3.de Orat.Tantum,2.Offic.*

DECLARANS,tis.3.de Fini. 13. Plura vocabula idem declarantia.3.de Or.218.Gestus sententiam non demonstratione, sed significatione declarans.1.de Diui.127. Homo signis quibusdam consequentia declarantibus futura præsentit.

DECLARATIO,onis.Ep.lib.15.ep.21.Liber iste,quem mihi misisti,quantam habet declarationem amoris tui.

✠ *ADIVNC. Iucundissima,10.Famil.*

DECLARATVS,a,um.At.lib.2.ep. 23. Clodius Tribunus plebis
✠ declaratus. ‖pro Mur.2.Declaratus Consul.

DECLARO,as.*significo,demonstro,ostendo,pronuncio.*5.I.A.39.Lepidus gemitu & mœstitia declarauit,quantũ haberet odium seruitutis.Orat.210. Quod plurimis locis perorationes nostræ,voluisse nos ea animo contendisse declarant.2.de N. 6. Præsentiã sæpe Diui suam declarant.1.de Or. 190. Propriam cuiusque rei vim definitione declarare.de Vn.35.Qui eatenus se nobis declarãt,quoad ipsi volunt. pro Mur. 3. Profectò etiam rectius in iudicio consulis designati, is potissimum consul qui consulẽ declarauit, autor beneficij populi Romani,defensorque periculi esse debebit.2.cont. Rull. 4.Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus, non singulæ voces præconum,sed vna voce vniuersus populus consulẽ declarauit. Ora.74.Decere perfectionem declarat officij.& *Ibidem.*Decere declarat quasi perfectum esse,&c.1.de D.39.Declarant illa quidem acumen interpretis,sed,&c.1.Offi.26.Declarauit id modò temeritas.C.Cæsaris,qui,&c.Parad. 6. Copiam rerum declarat satietas rerum & abundantia.1.de Or.193. Actionũ genera quædam maiorum consuetudinem vitamq; declarant. At.lib.6.ep.1. Qui declarauit,quanti me faceret, cum sæpe,tum in Bursa. pro Dom. 98. Is nullam beneuolentiam insignem in rempublicam declarat.* de Clar,104.Tempus declarandi ingenij.

DECLARO,ris.3.de Orat.46. Verba vsitata & propriè demonstrantia ea quæ significari & declarari volemus.1.de Diu.2 Volatibus auium cantibusq;,vt certissimis signis, declarari res futuras.2.de Nat.163.Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus.2.de Orat.280.Cannius exclamat,neutrum illis literis declarari.*sc.*A.F.P.R.

✠ *ADVERB. Apertè,obscurè,2.de Diu. Apertius literis,15.Fam.Facilius beneuolentiam, 13. Famil.parum,3.Tusc.planè,13.Attic.*

☞ Syntaxis. *Diui declarant suam præsentiã,i.apparent.Declarare aliquem Consulem:id est,pronunciare,significare,& declarare.*

DECLINANDVM. de Amic. 62. Nonnunquam declinandum est de via,modò ne summa turpitudo sequatur.1. Offi.145.Quæ autem parua videntur delicta,ab his est diligentiùs declinan-
✠ dum. ‖ Atti.lib.8.ep.15.Neque ea tam pertimui si subiunda essent,quam declinanda putaui si honestè vitare possem.

DECLINATIO,onis.*deflectio.*)(*Appetitio.*3.de Nat.33. Nullum animal est,in quo non & appetitio sit,& declinatio naturalis. pro Cl.148.& Att.lib.2.epi. 19. Neque hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ, sed laboris & periculi declinatio. de Fat. 22.& 1.de Finib. 19. Epicuri atomorum declinatio commentitia.de Fat.47.Cum attulisset nullam causam, quæ istam declinationem efficeret:tamen, &c. 1.I. C. 15. Ictum parua quadam declinatione,&,vt aiunt, corpore effugere.3. de Or.205. Declinatio beuis à proposito.

✠ *ADIVNC. Breuis à proposito,3.de Or.Commenticia de Fat.honesta periculi,3.Attic Naturalis,3.de Nat. parua,1.Catil.*

DECLINO,as.*deflecto,decedo,vito, declinationem efficio, de via deducor.*)(*Appeto,ascisco.*2.de Orat.157. Sed vt eò reuertatur, vnde huc declinauit oratio:videsne,&c. Orat. 138. Vt declinet à proposito deflectatq; sententiam.4. Tusc.13.Vt bona natura appetimus, sic à malis naturã declinamus? quæ declinatio,si cũ ratione fit,cautio appellatur.1.de Leg.57.At ego huc declinabam non inuitus.1.Offic.19.Declinare vitia.& 11.Et declinare ea quę nocitura videantur.de Fat. 22. Motus extra pondus & plagam, cum atomus declinat interuallo minimo.1.de Fin.19.& 1.de N. 69.Epicurus ait.sine causa declinare atomos.de Fat. 46.Atomũ loco moueri,& declinare dicis.& *Ibidem:*Quæ ergo noua causa in natura est,quæ declinet atomum.*id est,deflectat.*& 18. Cũ duo indiuidua per inanitatem ferantur,alterum è regione moueri alterum declinare.pro Sest.73.Magna rerum permutatione impendente declinaui paululum.pro Milon.41.Declinare laqueos iudicis.At.lib.2.ep.19.Declinare periculum sine molestia.Orat. 228.Tectè declinare impetum aduersarij.5.de Finib.5. Declinare de via ad dextram.At.lib.14.ep.19.Non arbitrantur Antoniũ à Capua declinaturum.pro Planc. 97. Vrbem illam declinaui, quæ,&c.pro Cluent.106.Declinare de statu suo.

DECLINOR,ris.3.de Nat. 33. Appetuntur quæ secundum naturam sunt,declinantur contraria.

✠ *ADVER.Aliquantum à proposito è,Tectè impetum, Orat.ad Brut.Diligentissimè à vitijs,1.Offi. Naturaliter,de Fat.paululum,pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Declinare de via,à via,Declinatio & appetitio naturæ. A proposito declinatio.Oratio declinans:scilicet à proposito. Locomouetur,& declinat atomus.Ille à Roma declinauit. De statu suo declinare.Vitium,periculum declinare.*

DECOCTOR,oris.*qui suam rem confecit,inficiator,fraudator.*2.I.A. 44.Decoctoribus lege Roscia certus locus erat constitutus.2.I.

C.5.Exercitus collectus ex senibus desperatis, ex rusticis mendiculis,ex decoctoribus.

DECOCTVS,a,um. 3. de Orat. 101.Suauitas austera, solida.)(. *Dulcis,decocta.* I.P.61. Argentum decoctum.

DECOLOR,ris.*quod colorem amisit,sine colore.*2. Tusc. 20. Iam decolorem sanguinem omnem exsorbuit.Poetæ.

DECOLORATIO,onis.*liuor.*2.de Diuin. 58. Sed & decoloratio quædam ex alia contagione terrena, maximè potest sanguini similis esse.

DECOLORATVS,a,um.*sine colore.*2.ad Here. 8.Si tumore aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum.& 44. Mortuum, deformatum, tumore præditum, corpore decoloratum constat fuisse.

DECOQVO,*malè rem rego,conturbo.*2.I.A.44. Tenésne memoria prætextárum te decoxisse?& *Ibidem.*Qui fortunæ vitio,non suo decoxisset.At.li.9.ep.11.Sciebam eum agrum decoquere quoto anno. ‖ *alias de solo solere quærere.*

DECOR,oris,L. DECVS.1.Ac.33.Theophrastus spoliauit virtutẽ suo decore, imbecillamque reddidit : quòd negauit in ea sola positum esse beatè viuere.1.de Fin.36.Factis virorum fortium, non emolumento aliquo,sed ipsius virtutis decore laudandis.

DECORATVS,a,um.*ornatus.*5.Tus.119.Cassum quiddam, & inanis vocis sono decoratum.

DECORE,*decenter.*1.Offic.114.Vt ea si non decorè,at quàm minimè indecorè faciamus.1.de Orat.144.Loqui ad rerum dignitatem aptè & quasi decorè.& 3.de Orat.180. Quibus hi tres pedes in principio continuandorum verborum satis decorè cadunt.

1.de Diuin.20.Formata decorè.

Syntaxis. *Aptè,& quasi decorè. Decorè cadens pes.*

DECORANDVS,a,um.pro Lig.6.O clementiã admirabilẽ,atq; omniũ laude,prædicatione,literis,monumẽtisq; decorandam.

DECORO,as.*celebro,orno,cohonesto.*)(.*dedecoro.*Antequam.3. Quos maiores nostri æterna triumphi laude decorarunt.pro Cor. 16. Quem pop.Romanus singularibus honoribus decorauit. I. P. 27.Respublica quam ipse decorarat atque auxerat.1. Tusc. 34.

Nemo me lacrymis decoret,nec funera fletu
Faxit cur? volito viuu' per ora virum,

de Clar.263.Hæc omnia vitæ decorabat grauitas & integritas. ad Oct.Scipiones patriã suam spolijs triumphisq; decorarunt.

DECOROR, ris.1. de Or.194.Cum honestus labor honoribus, præmijs,atque splendore decoratur. 4. Acade.4. Quæ populari gloria decorari in Lucullo debuerunt ea ferè sunt & Græcis & Latinis literis celebrata. 1. de Orat. 232.Socrates respondit sese meruisse, vt amplissimis honoribus & præmijs decoraretur. pro Ar. 22. Omnes denique illi,Maximi, Marcelli,&c.non sine communi omnium nostrũm laude decorantur. 4. I. V. 112. Id oppidum maximis monumentis decoratur.

Syntaxis *Decorare & augere honore,præmijs,laudibus, splendore, monumentis.*

DECORVM,ri.*decus.*Orat.70.Vt in vita,sic in oratione nihil est difficilius,quàm quod deceat,πρέπον appellant Græci,nos dicamus sanè decorum. huius ignoratione non modò in vita, sed sæpissimè & in poematis.& in oratione peccatur.1.Offi.93.Hoc loco continentur, id, quod dici Latinè decorum potest,Græcè enim πρέπον dicitur : huius vis est ea, vt ab honesto non queat separari.1. Offic.96. Decori descriptio duplex:nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur : & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. *& ibi de vtroque decoro.* & *Ibidem.*Decorum, quod poetæ sequuntur.At.li.13.ep.16.Illã Academicam εὐστάθειαν, totam ad Varronem traduximus,quæ modò fuit Catuli Luculli,Hortensij : deinde quia παρὰ τὸ πρέπον non videbatur, quod erat hominibus nota,&c.simulac veni ad villam, eosdem illos sermones ad Catonem Brutumque transtuli.1.Offi. 97.Seruare decorum.pro Sest.119.Scio,quid grauitas vestra, quid hæc aduocatio,quid ille conuentus,quid dignitas populi Rom.& quid periculi magnitudo,quid ætas,quid honos meus postulet.*decori est explicatio.*

*ADIVN.Generale,*1.*Offic.*

DECORVS, a, um. *decens,conueniens,πρέπον,consonus.*)(.*Indecorus.* Att.lib.5.epist.9.Patras accedere sine ijs impedimentis,non satis visum est decorum.1.Offi.66.Nihil nisi quod honestum decorumque sit, expetendum est.2.de Nat. 151. Aurum res ad vsum apta,& ad ornatum decora.de Senect.28.Sed tamen decorus est sermo senis quietus & remissus. 2. de Legib. 45. Color albus præcipuè decorus Deo est.1.de D. 118. Quod non decorum est, nec dignum dijs.2.de Legib,20.Quæ cuique diuo decoræ gratæque sint hostiæ,prouidento.1.Offi.111.Omnino si quicquam est decorum,nihil est profectò magis quàm æqualitas vniuersæ vitæ,tum singularum actionum.1.de Diuin.62.Epicurus sentit nihil vnquam elegans,nihil decorum. Acad. lib. 4.Hoc tibi non ita decorum est. Att.lib.4.ep.15. Vt vix satis decorum videretur,cum plures dies esse in Tusculano.1.de Diu.22.

Ocia qui studijs læti tenuère deboris. Hor.
Et Lycum nigru oculis nigroq; Crine decorum.

Syntaxis. *Aurum ad ornatum decorum. Sermo decorus,quietus, remissus. Decorus Deo color albus. Decorum & dignum hoc tibi. Hoc mihi decorum,& gratum est.*

DECREPITVS,a,um.*senectute affectus, confectus, qui summa senectute est.*pro Cæl.38.Tristis ac decrepitus senex.

DECRESCO,scis.*subsedeo,decedo.*2.de Diu,33.Ostreis & conchylijs omnibus contingit, vt cum Luna crescant pariterque decrescant : *id est,exhauriantur.*

DECRETVM,ti.*interdictum,consultum.*4.I.V.119. Qui Romæ totum edictum,& annua decreta vendidit.3.I. V. 93. Qui decretis edictisq; tuis in te concitati sunt.pro S. R. 25. Decurionum decretum statim fit,vt Decemprimi profiscantur ad L. Syllam. 2. ad Her.19.Iudicatum est,de quo sententia lata est, aut decretũ interpositum.4.V.119.Verres ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit.pro Dom. 74. Omnes publicanorum societates de meo consulatu amplissima atque ornatissima decreta fecerunt.Ep.lib.13.ep.56.Pecuniã neque ex edicto,neque decreto depositam habuit. Postq. In Sen.2. Senatus, à quo sæpè munificentissimis decretis honestati sumus.At.lib.9.ep.18. Cæsar volet augurũ decreta facere.1.I.A.3.Ne qua tabula vllius decreti Cæsaris aut beneficij figeretur.3.Contra Rull. 43.Cur non item & decreto, & palàm regionem illam petiuerunt? Attic. lib.16.ep.17.Si ea decreta,quæ de Cæsaris actis interposita sunt, non seruantur,magna perturbatio rerum futura est.Att. lib. 16. ep.19 Decretum quod Coss. secundum Buthrotios fecerunt, quamprimum confirmet & probet.& epist.16. Liberalissimum decretum abstulimus, quod & obsignatum ab amplissimis viris.pro Mil.40.Cum Pompeius de me decretum Capuæ fecisset.10.I.A.12.Si omne ius decretis Reip.statueretur.

¶ *Dogma,scitum.*4.Acad.27.Sapientia neque de se ipsa dubitare debet,neque de suis decretis,quæ Philosophi vocant δόγματα: quorũ nullũ sine scelere prodi poterit.4.Ac.109. Nullũ sapientis decretum esse potest,nisi comprehensum,perceptum,& cognitum.2. de Finib.28,Est enim tanti Philosophi,audacter sua decreta defendere.*con.C.Anton.Cum grauissimis vestris decretis absens notatus est.Att.lib.16.ep.21.Quem arbitramur decretum consulum comprobaturum.

ADIVNC.Amplissima atque ornatissima,Diuina atque immortalia,pro Dom.Annua,noua,3.Verr: Egregium,2.Phil.Falsa,3.Phil.Falsum,4. Academ. ibidem Stabile.Fixum,ratum firma,pro Mur. Grauissima, 11. *Phil.honestiora,4.Phil.honorificentissima, pro Deiotar.Iustum & seuerum,8. Attic.Liberalissimum,*1. *At. Magnificentissima,Postq.ad Quir. Multa, superiora. pro Flac.præclarum.5.Tusc.vetus,*2 *.de Diuin.*

Syntaxis. *Decretum edictumq; Interponere.facere decretum. Decreti tabulas figere. Decretum auferre:id est,obtinere.*

DECVMA,mæ.*decima pars,quam arator decumano dabat.*5.I. V. 25. Quantũ decumanus edidisset, tantum sibi decumæ dare oportere.& 104.Ager vectigalis populo Rom.ex parte decuma. pro Dom.50.Decumæ facinorum & stuprorum. in Verr. act. 5. 88. Addicere decumas alicui. L. SCRIPTVRA.5.I. V. 110. Agri. Leontini decumæ anno tertio venierunt tritici medimnis XXXVI.& 112.Ratio decumarum sine plurimis literis confici non potest. *Ibidem.* Totidem medimna decumæ debeantur. *Ibidem.* 113. Pluribus millibus medimnũ venisse decumas agri Leontinti,quàm. *Ibidem.*Vt pluribus medimnis decumas emeret.*Ibid.*114.Minus tribus medimnis in iugerum neminem dedisse decumæ. *Ibidem.* Neminẽ minus tribus decumis dedisse.

*ADIVN.Certæ,magnæ,reliquæ,*5.*in Verr.*

Syntaxis. *Ager ex decuma parte vectigalis. Addicere decumas alicui.*

DECVMANVS, ni.*magnus,& publicanus qui decumas exigit.* 2. de Finib. 24. O Publi.ô Gurges Galloni,es homo miser, inquit, cœnasti in vita nunquam bene, cum omnia in isto consumis, squillã atque acipensere,cum decumano,5.in Verr. 110. ad 118. De decumanis,qui decumas exigebant.

*ADIVN. Certi,pro Quint. Languidus vigilijs, Ministri ac satellites cupiditatum suarum,plenus squaloris ac pulueris,*5.*Verr. Principes & quasi senatores cupiditatum suarum,*4.*Verr.*

DECVMBO,bis.*cubo,iaceo.*2.Tusc. 41.Mittunt etiam vulneribus confecti,ad dominos,qui quærant,si satisfactum ijs sit,se velle decũbere.& *Ibidem.*Quis non modò stetit,verùm etiã decubuit turpiter.3.I.A.35.Quod gladiatores nobiles faciunt, vt honestè decumbant,faciamus nos principes orbis terrarũ.5. I.V. 61. Cũ Apronius in triclinio, quod in foro strauerat,decubuisset.

*ADVERB.Honestè,*3.*Phil,Turpiter,*2.*Tusc.*

*DECV

* DECVMVS,a,um.*decimus.*5.I.V.121. Vix decuma pars aratorũ.

DECVRIA,riæ.*classis,ordo iudicum Romæ à decies centenis iudicibus appellata,qui in singulis curijs sedebant.* 1. I. A. 19. Lex promulgata est de tertia decuria iudicum.& 5. Philp.15. 4.I.Verr. 79. Hunc hominem iudicum numero habebimus? hic alterã decuriam senatoriam iudex obtinebit?5.In Ver.185.Qui nummulis corrogatis de scenicorum corollarijs cum decuriam emerũt,ex primo ordine explosorum in secundum ordinem ciuitatis venerunt.pro Cluen.103.Mulcta ab eo petita est,sicut ab Iunio,quòd non suæ decuriæ munere,neque ex lege sedisset.

✠ *ADIVN. Senatoria,4.Verr.Tertia,1.Phil.*

DECVRIATIO,onis.*in curias distinctio & descriptio.*pro Planc. 45.Decuriatio tribulium,descriptio populi,&c.

DECVRIATVS,a,um.*in curiam adscriptus.*Quin.fr.lib.2.ep.3.S.C. factum est,vt sodalitates decuriatique discederent. pro Dom. 13. Cum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum.

DECVRIO, as: & DECVRIOR,ris.*in curiam adscribo,* pro Plan. 45.Doce decuriasse Plancium,conscripsisse populum,&c.& *Ibi.* 47.Tu doce Plancium sequestrem fuisse,largitum esse,conscripsisse,tribules decuriauisse.pro Sest.34.Cum vicatim serui conscriberentur,decuriarentur.7.I.A. 18. Non rursus improbos decuriabit?non sollicitabit agrarios?

✠ *ADVERB.Vicatim,pro Pub.Sest.*

DECVRIO,onis.*quasi senator in municipio,vel conuentu.*pro S.R.25. Decurionum decretum statim fit,vt Decemprimi proficiscantur ad Syllam.pro Clu.41.Illum tabulas publicas Latini corrupisse,decuriones vniuersi indicãrunt.pro Sest. 10. Recita, quid decreuerint Capuæ decuriones. item, L. Manlius est vnà cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus,decurioq; Neapoli.

DECVRRITVR.1. Tusc.15.Iam video calcem:ad quem cum sit ✠ decursum,nihil sit præterea extimescendũ. ‖Ep.li.16.ep.4. Ego puto te belliss̃imè,&c decursurum.

✠ *ADVERB.Bellissimè, 16. Famil.Cupidè,pro Pub. Quint.*

DECVRSIO,onis.*excursio.*Ep.lib.11.ep. 10. Necesse est Antonius Apennino Alpibusq; se teneat, & decursionibus per equites, quos habet multos,vastet ea loca quæ incurrerit:Bruti.

DECVRSVS, a,um.*confectus,transactus,indicatus.*de Sen.83. Nec verò velim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. pro Qu.88.Biduo.DCC.millia passuum est decursa. & 81. DCC. millia passuum vis esse decursa biduo. & 99. Propè acta iam ætate decursaq;. Epist.li.8.ep.13.Cæterum porrò & ætate iam sunt decursa,&c.1.de Orat. 148. Ista quæ abs te breuiter de arte decursa sunt,audire cupimus.

✠ *ADVERB.Breuiter,1.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Spacium decursum. Aetas acta, & decursa. Multa discrimina ætate decursa. Breuiter hæc à te decursa.*

DECVRSVS, sus.*spacium,functio.*Ep.lib.3 ep.2.Facilior erit mihi quasi decursus mei temporis.1.de Or.1. Decursus honorum.

DECVRTATVS, a,um.Or.178. Animus mutila sentit quædam, & quasi decurtata.

DECVS,oris.*honor,laus,dignitas,honestas, ornamentum.* 1. de Orat. 199. Ego mihi hoc præsidium comparaui,non solùm ad vsum forensem, sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis. 6.I.Ver.97.Decora atque ornamenta fanorum.pro Cec.28. Falcula decus atque ornamentum iudiciorum.2.I.A.54.Cn. Pompeius,qui populi Romani decus ac lumen fuit.1.de Natu. deor. 7.Hoc magni interest ad decus & laudem ciuitatis.Attic.lib.12. ep.5.Vt cernat duplici decore cumulatam domum.1.Offic. 124. Ciuitatis dignitatem & decus conseruare.& 17.Honestatem & decus conseruare. de Pro.28. Sed decus illud & ornamentum triumphi minuendum non putaui.2. de Finib.35. Vna simplex, cuius autor Zeno: posita in decore tota.*ideſt,honestate.* 2.de Fi. 44.Epicureos nisi arguimus,omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deserenda est.5.de Finib.63.Ad laudem & ad decus nati sumus.Epist.lib.10.epi.12. Verum decus in virtute positum est.2.de Finib 56.Adeunda sunt pericula decoris honestatisque causa.3. Tusc.18. Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.de Cla.59. Vt homini decus est ingenium,sic ingenij lumen est eloquentia.de Cla.331.Et ijsdem artibus decus omne virtutis inunxisti.1. Offi.141.Modus autem est optimus, decus ipsum tenere.2.de Leg.55.Decus quod antiqui summum bonũ esse dixerunt, hic solum bonum dicit: item dedecus, quod illi summum malum, hic solum.

✠ *ADIVNC. Lætum,1.de Diuin.Magnum,de Clar.verum,10.Famil.*

☞ Syntaxis. *Ait Cic:sæpius, decus & ornamentum, & multitudinis numero. Decus ac lumen. Decus & laus. Natus ad laudem ac decus. Hoc tibi est decus,& decori. Decus & honestas.*

DECVSSO,as.*in forma X literæ constituo.*de Vniu. 21. Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæq; accommodans,mediam quasi decussauit.

DEDECET,bat.*indecorum est.*)(.*Decet,decorum est.*Or.74.Decere quasi aptum esse & consentaneum personæ, contraque item dedecere.1.de Ora.132.Is quæ habeas modicè ac scienter vti, & vt ne dedeceat.4.Tus.54.Oratorem irasci minimè decet,simulare non dedecet.1. Offic.146. Vt si quid dedeceat in illis,vitemus & ipsi.*aliter,In illos.*

DEDECORANS,tis.*turpificans.*3.Offic.6.Te inanem redire turpissimum est dedecorantem & vrbis autoritatem, & magistri.

DEDECVS,oris.*turpitudo,nota turpitudinis,infamia,probrum,labes, macula,ignominia,labes turpitudinis,opprobrium.*2.Tuscu.24.Nihil videri debet.peius dedecore.3.I.A.35.Nihil est detestabilius dedecore,2,de Leg.55. Antiqui decus summum bonum esse dixerunt,item dedecus summum malum.3.ad Here.9. Dolor dedecore & infamia leuior est.1.Offic. 139. Ampla domus dedecori domino sæpe fit,si est in ea solitudo.Att.lib.8. epi.7.Vnum etiã restat amico nostro ad omne dedecus. & ep. 11. Sed vereor, ne cum nihil proficiam,etiam dedecori sim. 1. Offic. 121. Optima hæreditas à patribus traditur liberis, gloria virtutis:cui dedecori esse,nefas iudicandum est.2 de Diuin.22.Cum ignominia & dedecore mori:2.I.V.51.& Att.lib.9.ep.4. Admittere dedecus. 1.Offic.123.Sin autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est:quod & ipsa senectus concipit dedecus.&c.Ep. lib.3.ep.10.Admissum dedecus confitebor.pro Mur. 12. Sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum est flagitium ac dedecus.1. I. C. 13. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod priuatarum rerum dedecus non hærer infamiæ?pro Cl.12.Sine summo dedecore vitæ ac turpitudine.Att.lib.8.ep.3.Subire periculum cum aliquo fortè dedecore.1.de Fini.47.Incurrere in dedecora.Attic.lib.10. ep. 7. Nec versari inter eos sine dedecore potero.5.I.V.60.Homo in dedecore natus.de Cl.130.M.Brutus,in quo magnum fuit,Brute,dedecus generi vestro.pro S.R.63.Sumptus effusi cum probro atque dedecore.Att.lib. 16. ep. 7. Factum meum flagitij plenum & dedecoris.pro Cluent 61.Iudicia vera,atque insigni turpitudine notata,atque oppressa dedecore & infamia.4. ad Here.45. Aliquem suis maculæ & dedecori esse. ad Hortensium. Quod dedecus est,quod non euocetur atque eliciatur voluptate?

✠ *ADIVN.AEternum,pro Font.Commune Fami. pro Cluent.Detestabilè,Summum,3. Philip.Domesticum, Magnum,3.Offic.Maius,malum,1.Tuscul.Maximum, pro Rab.Sempiternum,in Pison.Tantum 5.Ver.*

☞ Syntaxis. *Flagitium ac dedecus. Probrum & dedecus. Dedecus & infamia. Macula & dedecus. Dedecus ac turpitudo.Dedecus admittere,concipere. Id fiet dedecori tibi:& erit ad dedecus. Incurrere in dedecora. In dedecore nasci.*

DEDICATIO,onis.*consecratio.*pro Dom 103. Nisi quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.pro Dom.125. An consecratio nullum habet ius? dedicatio est religiosa?pro Do. 121. Postem teneri in dedicatione tẽpli oportet.

✠ *ADIVNC. Religiosa,superstitiosa,pro Dom.*

DEDICATVRVS,a,um.6.I.V.123. Marcellus duo templa dedicaturum se Romæ vouerat.

DEDICATVS,a,um.1.de Leg.59.Ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit.2.de Nat. 61. Fides & Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus à M. Aemilio. & *Ibidem.* Virturis & Honoris templum à Qu. Maximo dedicatũ. 2.de Leg.28.Bene verò, quòd Mens, Pietas, Fides consecratur, manu:quarũ omnium dedicata publicè templa sunt. 6. I. V.64. Vt cũ audissent simulacrũ Iouis Opt, Max. dedicatum, legatos mitterent.3,de N.13.Aedes Castori & Polluci in foro dedicata.

✠ *ADVER. Publicè, 2.de Nat.publicè templum,3. de Natur.*

DEDICO,as.*dico,consecro,religiosum facio,religionem in aliquem locum infero,aliquem locum religione deuincio.*pro Arch.19.Smyrnæi delubrum Homero dedicauerunt.pro Dom. 121. Simulacrum aut aram dedicare.2.de Nat.78.Consecrare & publicè dedicare aliquem deum.pro Flac.79.Ad hæc prædia incensa dedicauisti, pro Dom.51. Quid, quod nunc apud Pontifices agis ? te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse, te in ædibus meis signum dedicasse.

DEDICOR,ris.*consecror.*1.de Leg. 3. Romulus templum sibi dedicari in eo loco iussit.

✠ *ADVER.Rectè,pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Dedicare templa,idola,aras,prædia,signa.*

DEDICENDVS,a,um Ep.lib.9.ep.20.Dedicendæ tibi sunt sportelæ & artolagani tui.

DEDISCO,scis.*quæ didici, obliuiscor.*3.de Or.91.Cum iuuentus nostra dedisceret penè discendo.Ep.lib.9,ep.24.Deinde vereor,ne nescio quid illud,quod solebas, dediscas,& obliuiscare cœnulas facere,de Cl.51.Eloquentia loqui penè dedidicit.pro Quint.

56. Etenim si vult bonorum virorum instituto viuere, multa oportet discat atque dediscat.

✠ *Adverb. Penè loqui.*

Dediscor,ris.de Cl.171. Hæc verba mutari dediscique possunt.

Deditio, onis. *subiectio,cùm quis se in hostis potestatem tradit.* pro Pomp. 35. Pompeius eis spem deditionis non ademit, obsides imperauit.13.I. A.48. Cum locum tibi relictum non modò ad pacem,sed ne ad deditionem quidem feceris.3. Off. 109. Atque huius deditionis ipse qui dedebatur,autor fuit.4.I.A. 13. Maiores nostri bellicosissimas gentes in deditionem imperij redegerunt.

Deditici vs,a,um. *deditus.*ad Brut. ep.3. Id senatusconsultum plerique intepretantur etiam ad tuos siue captiuos, siue dediticios pertinere.

Deditvs,a,um.Ep.lib.1.ep.7.Vt te admoneam,quod ipse literis omnibus à puericia deditus,experiendo magis quàm discèdo cognoui.1 de Orat.57.Puer his studijs mirincè deditus.1.de Orat.2.Artes,quibus à pueris dediti fuimus.pro Mil.92. Vir bonorum voluntati & autoritati senatus deditus.pro Cæl.63. Homo grauitati deditus. pro Arch.12. Fateor me his studijs esse deditum.5.I. V. 59. Is ciues Romanos coluit,ijs indulsit, eorum voluntati & gratiæ deditus fuit.pro S. R. 38. Vita vitijs omnibus dedita.pro Dom.126. Vir religionibus deditus.Ep.libr.5.ep. 8.Hoc sum magis Publio deditus,quòd,&c de Fin.lib.2.Epicuro deditus. pro Cæl. 72. Puer deditus disciplinis & ijs artibus, quibus,&c.de Cl.223.Quin.Cæpio nimis equestri ordini deditus.pro Cæl.45.Animus libidini deditus, cupiditate impeditus. de Clar.79.Qu. Nobilior iam patrio instituto deditus studio literarum.pro Cæl.80.Hunc addictum,deditum, obstrictum tibi habebis.Att.lib.10.ep. 3. Vt igitur hæc scirem, dedita opera has ad te literas misi.3.de Ora.191.Opera dedita facere aliquid.

✠ 2.de Inu.92.Imperatore Samnitibus dedito. ‖ Att. lib. 15. ep. 4. Dedita opera misi.

✠ *Adverb. Magnopere studijs,3.de Orat.Mirificè,* 1. *de Orat.Penitus,disciplinæ, Postq,in Senat.*

☞ Syntaxis. *Literis deditus,alicuius voluntati,& gratiæ,alicui Addictum,deditum,obstrictum aliquem habere.*

Dedo,dedis.*addico.trado,do,mancipo,quasi consecro.*2.de Legibus.5. Patria,cui nos totos dédere & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus.Quin.fr.lib.3.ep.5.Abduco equidem me ab omni reipublicæ cura.dedoque literis.3.de Orat. 54. Itaque ei studio se excellentissimi ingenij homines dediderunt. 1. Offic.71.Qui doctrinæ sese dediderunt.1.de Orat.10.Qui musicis penitùs se dedidit,quin,&c.& 95. Cum se ad scribendũ maiore opera dediderit. & 234. Primùm Scæuolæ te dedidisti. 5. Tusc.115.Dédere se alicui arti toto animo.Q.de Pet.27. Dédere se vni alicui,& deserere cæteros.pro Arc 26. Dédere aures suas alicui.Or.148.Dédere se desidiæ. Attic.lib.9.ep.5. Ne me totum ægritudini dedam.1.Tusc.72. Qui se totos libidinibus dedidissent.& lib.2.48.Si se lamentis dedet.2.de Finib.66. Dédere se libidini alterius. 6. in Verr. 90. Eius religione te vinctum astrictumq; dedemus.Postquam.ad Quir. 13. Dédere aliquen constrictum hostibus.pro Mil. 2. Quem reum sententijs iudcum tradidisset,eum telis militum dédere.At.lib.9.ep.12.Do,do pœnas temeritatis meæ.Att.lib.5.ep.20.Saturnalibus mane se mihi Pindenissę dediderunt.1.de Ora.181.Quem pater patratus dedidisset,ei nullum esse postliminium. & *Ibidem.* Cum pater patratus ex S.C.Mancinum dedidisset.

Dedor,ris.2.de Inuent.91. Qui porcam tenuerit,dedi oportere. pro Qu.59.Vt inimicorum crudelitati dedatur vita S.Roscij.

✠ *Adverb. Muliebriter lamentis, lachrimisque,* 2. *Tusc.Penitus studio.1.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Se totum alicui dédere, ac penè consecrare, Vni alicui se dédere. Aures dédere. Militum telis aliquem dédere.*

Dedocendvs,a,um.2.de Or.72.Cum docendus iudex est,aut dedocendus.1.de Fin. 51. Vt coercendi magis,quàm dedocendi esse videantur.

Dedoceo, dédoces. *ab eo, quod quis edoctus est,deduco, secus doceo.*)(. *Doceo.*1.de Finib.20.Quod profectò nunquam putauisset, si à Polyeno familiari suo Geometriam discere maluisset, quàm illa etiam ipsum dedocere.

Dedvcendo.1.Offic.59.Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, deducendoque videre, quid reliqui summa fiat.*deducendo,id est,detrahendo.*

Dedvco,cis.*adduco,reuoco,remouco reduco,verbis flecto detraho,deductionẽ facio.*)(*reduco.*1.de Or.135.Illud quod eò,quò intẽdas,ferat deducatq;,cognoscendum est.2.in Verr.25.Vt cuius diuitiæ me de fide deducere non potuissent,ne eiusdem pecunijs de honore deijcerer. 1.in Cat. 28. Si quis me de hac animi lenitate deduxerit.2.de Orat.340. Deduci à tristicia. Qui.fr.lib.1.ep.1.Quẽ nulla conditio pecuniæ ab summa integritate continentiaque deduxerit.de Fat.18. Epicurus atomos de via deducit. Quint.de Pet.31.Da operam vt illos de prauitate animi deducas.2. de N. 148. Eloquentia deducimus perterritos à timore, & consolamur afflictos. 6.in Verr. 11.Deducere aliquẽ ab humanitate & ab religione.1.de Or.30.Voluntatẽ impellere quò velis,vndè aut ẽ velis deducere.1.Ac.9.Nã nos in nostra vrbe peregrinãtes errantesque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt.pro Flac.35.Non deduxi,inquit,Seruilium.Ep.lib.10.epi.12. Cum magna multitudo ciuium me de domo deduceret. Att. lib.8.ep.19.Coss.præsidia deducturi sunt.4.Acad.120.Cuius maiestatem deducitis vsque ad apium perfectionem.2.I. C. 4. Sed eum viderem fore,&c.rem huc deduxi,vt palàm pugnare possetis.Antequam.20.Neque eò rem deducam, aut progredi patiar,vt &c.

Dedvcor,ris.Epist.lib.1.ep.1.Quod instituit referre de religione,ab eo deduci non potest. de Pro.13. Aliquem ex prouincia deduci.L.Diripio.3.in Ver.6.Quorum scelerum pœnis agitatur,à mente consilioque deducitur.1.cont.Rull. 16. Deducentur,inquit,coloniæ.pro Cecin.20. Et de fundo moribus Cecinna deduceretur. L. Citimvs.3.de Orat.170. Ne verba asperè concurrant,neue vastius deducantur. 2. de Diuin. 55.Coniectura omnis ingenijs hominum in multas ac diuersas, aut etiam contrarias partes sæpe deducitur. de Clar.87. De sententia deduci.3.ad Her.4.Deduci à via recta.2. de Leg. 53. Partitionis caput scriptum cautè, vt centum nummi deducerentur.2. de Diu. 39. Ad eum agnum non casu, sed duce Deo seruus deducitur. 2.de Orat.189.Vt is qui audit,ad fletum misericordiam que deducatur.& *ibidem.* 186. Odoror quàm sagacissimè possum, quò iudices deduci oratione facillimè posse videantur.pro Q. R. 34. Ergo huc vniuersa causa deducitur,vtrum,&c.Attic.lib.5.ep. 18. Cicerones nostri sunt apud Deiotarum, sed si opus erit, deducentur Rhodum.pro Mur.52.Homines coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina sciebam. * Hortens. Habet ipsa certam & definitam viam, sed ex ea multis vitijs & erroribus deprauata deducitur.

✠ *Adverb.Gradatim,2.de Nat.Necessariò,2.In Cati. Publico,2.Cont.Rull.*

Dedvctvs,a,um.*adductus.* pro Flac. 9. Qui ad hoc iudicium deducti non sunt.de Am. 1. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam,vt,&c.2.de Diuin.69. Ita Albana aqua deducta ad vtilitatem agri suburbani.Epist.lib.14.ep. 4.Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitij & amicitiæ ius officiumque præstaret.2. de Leg. 50. Si in testamento deducta scripta non essent. 13. I. A. 27. Saxa homo deductus ex vltimis gentibus.de Opt.19.Si prius exposuero,quæ causa in iudicium deducta sit.

✠ *Adver. Auspicatò colonia,*2. *In Ant. Omninò nullus nummus,*5. *In Ver.Sensim eò consuetudo,* 1. *Off.*

☞ Syntaxis.*Deducere aliquem de fide,de animi lenitate,à tristitia,animi prauitate,ab religione. Quò res deducta? Deduci ex prouincia: id est,reuocari.A mente, consilio.Verba vastè deducta.*) (. *concurrentia. Causa in iudicium deducta.*

Dedvctio,onis. *detractio,adductio,deriuatio.* 5. I. V. 180. Certis nominibus deductiones fieri solebant.Atti.lib.4.Ne qua deductio fieret,magna ex parte tua potestas erat.1.de D.100.Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio est. Top.33.Riuorum à fonte deductio.2. I. A.62. In oppida militũ crudelis deductio.pro Cec.27. Vt ius ac deductio moribus fieret.1.contra Rul.16.Deductio coloniarum in agros aliquos.1.de In.19.In coniecturali autem constitutione, quia ratio non est, non potest ex deductione rationis nasci iudicatio.

✠ *Adivnc.Admirabilis aquæ,*2.*de Diu.Crudelis & misera militum,*5.*Phil.*

☞ Syntaxis..*Deductiones riuorum.militum,coloniarum,rationis.*

Dedvctor,oris.*qui honoris causa aliquem deducit.*Qu.de Pet.28. Deductorum officium,quod maius est quàm salutatorum,&c.

Deerro,as.*aberro.*1. ad Her.14.Si nullis transitionibus vtemur, si non deerrabimus ab eo quod cœperimus exponere. & lib. 4. 64.Ait iste eos similitudine loci deceptos angiportu deerrasse. *.3.Acad.Qui in itinere deerrauissent.

Defatigatio,nis.*lassitudo.*5.I.A.20. Nulla res ei finem cædendi nisi defatigatio & satietas affert.de Sene. 36. Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. 3. de Orat. 171. Interspirationis enim,non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed verborum & sententiarum modo interpunctas clausulas esse in oratione voluerunt,2.de Nat.59.Deus morbum non metuens ex defatigatione membrorum.1.ad Here.27.Ne qua possit animum tuum defatigatio retardare.de Sen. 86. Senectutis defatigationem fugere debemus.

✠ *Adivnct, Turpis,quærendi,*1.*de Finib.*

☞ Syntaxis

☞ Synta. *Defatigatio & satietas. Defatigatio & exercitatio corporis.*

DEFATIGATVS,a,um. *languens de via, fessus de via.* 1. de Diuin. 104. Puella defatigata petiit à matertera, vt sibi concederet, vt in eius sella requiesceret. Epi. lib. 5. ep. 14. Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit. Epist. lib. 12. ep. 25. Quanquam sumus iam defatigati, sed nulla lassitudo impedire officium debet. Ep. lib. 10. ep. 39. Sed meherculè iam defatigatus repub. conseruanda. 3. ad Her. 17. Animi defatigati ab aduersarijs multitudine verborum. & 4. Aca. 7.

☞ Syntaxis. *Defatigatum corpus, animus.*

DEFATIGO, gas. *defatigationem vel laborem affero.* 3. de Leg. 29. Defatigare aliquem in aliquo negocio.

DEFATIGOR, ris. ad Brut, ep. 16. Te hortor, ne defatigere, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis, &c. pro Mar. 20. Noli igitur in conseruandis bonis vitis defatigari. 2. de Ora. 117. Ne auditor defatigetur similitudinis satietate. & 3. de Orat. 143. Profectò nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequam percepero, &c. de Cl. 86. Egerunt gratias, & ne defatigaretur, orauerunt. Ep. lib. 14. ep. 1. Nec animi nec corporis laboribus defatigari. Lent. Ep. lib. 12. ep. 14. Hæc etsi adhuc nõ magnopere mihi tulisse fructum animaduerto, tamen non despero: nec defatigabor permanere non solùm in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis. de Clar. 34. Laborare & defatigari,

✠ idem. ‖ *Alias defici legitur.*

☞ Syntaxis. *Defatigare quempiam in aliquare. Defatigari aliqua re: & (cum infinitiuo) aliquid facere, &c.*

DEFECTIO, onis. *eclipsis, defectus.* Att. lib. 3. ep. 18. Metuens credo defectionem animi mei. de Sen. 29. Etsi ista ipsa defectio viriũ adolescentiæ virijs efficitur sæpius, quàm senectutis. 1. de Diui. 111. Thales primus defectionem solis, quæ Astyage regnante facta est, prædixisse dicitur. & 2. de Diuin. 17. Solis defectiones, itemque Lunæ prædicuntur in multos annos. 2. de Nat. 153. Defectiones Solis & Lunæ.

¶ *Animi, studiq; alienatio, rebellio.* Quint. fr. lib. 1. ep. 4. Subita defectio Pompeij, alienatio Coss. in Pison. 84. In illa omnium barbarorum defectione Macedonica. 4. Tusc. 22. Intemperantia, quæ est à tota mente & à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, vt &c.

✠ ADIVNCT. *Iusta, 1. Acad. Sutita, 1. ad Quint. frat. Macedonica, in Pison.*

DEFECTVS, a, um. *perfectus.* Att. lib. 13. ep. 23. Libri ad Varronem non morabantur, sunt enim defecti: tantùm librariorum menda tolluntur. *aliter, defecti: fortè, perfecti, vel descripti. nam antea dixerat se Romam misisse describendos, vt Varroni mitteret.*

DEFECTVS, ctus. *defectio.* 2. de Nat. 51. Neque solùm eius species ac forma mutatur, tum crescendo, tum defectibus in initia recurrendo. *de Luna.*

DEFECTVM, ti *malum.* pro Sestio. 133. Ille ad eos à quibus audiebatur, quotidie aliquid defecti afferebat. de Vatinio.

DEFENDO, dis. *tego, protego, propugno, ad sum, studeo, faueo, pro aliquo dico, verba facio, causam alicuius suscipio, vel ago, sum aduocatus tueor, iniuriam prohibeo, calamitate vel periculo prohibeo, complector.* 2. de Ora. 161. Carneades nullam vnquam rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam non euerterit. 3. Offic. 67. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. 1. de Or. 172. Armis prudentiæ causas tueri atque defendere. pro Syl. 6. Hortensius Syllam de ambitu defendit. & 86. Nullum scelus defendo ac tego. & 50. Ego iacentem, & spoliatum defendo & protego. pro Milone. 6. Defendere vitam ab inimicis. 1. Offi. 23. Qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriæ, tam est in vitio, quàm, &c. 3. Offic. 74. Qui non defendit iniuriam, neque propulsat à suis. Planc. Ep. lib. 10. ep. 15. Ego fratrem mittam qui Italiam à vastatione defendat. Ep. lib. 13. ep. 64. Diligentissimè aliquem tueri atque defendere. pro Pomp. 14. Defendere aliquem à calamitate. pro Mur. 5. Defendere pericula ciuium. 8. in Anto. 11. Ego semper ocio studui, pacem defendi. pro Mil. 9. Vim vi illatam defendere. 4. Aca. 120. Illud autem superius sicut caput & famam tuam defendere necesse erit. Epi. lib. 5. ep. 1. Pudor tuus te defendit. pro Quin. 43. Ne locum suum, quem adhuc honestissimè defendit, obtineat. Epist. lib. 4, ep. 14. Quod sentias aut re efficere, aut denique libera oratione defendere. de Sene. 53. Vua vestita pampinis, nimios solis defendit ardores. pro Cl. 146. Defendo aliquem apud prætores & ædiles curules. I. P. 4. Ego interpositam Senatus autoritatem sustinui contra inuidiã, atq; defendi. pro M. Tull. Si se telo defenderit fur. pro C. Corn. 1. Quã ego causam longè aliter prætor in concione defendi. Frag. ep. Defendas velim tolerabile erratum.

✠ ADVERB. *Accurate, Acutissime sententias, prudentissimè, Stoice. Sententiam, 2. de Diu. Acrius acta, vsque ad extremum. 2. Philip. Accerrime. 16. Attic. Acerrimè pericula hominum. Bene, grauius, Ornatissime, vehementius causam. De Clar. Sanè, animosè, 3. Tuscul. Apertius dignitatem, improbe, significatius, 3. Famil. Audacter, 2. de Fin. Benignè, pro Flac. Breuissimè, copiosissimè, honestè, liberè, publice causam, pro Clu. Constantissimè rempub. simpliciter, 3. de Orat. Contra quam causa postulat. Copiosè, ornate sententiam, versutius, pro Cæc. Copiosè aliquem, pro Sex. Rosc. Copiosè causas reorum, priuatim, 4. Verr. Copiosius partes. 13. Attic. Copiosissimè, facilius excusatione necessitatis, pro Rab. post. Diligentissimè, 5. Attic. Diu multumque, Magnopere probabiliter pugnacissime. 4. Acad. facilè se a crudelitate, 4. in Catil facillimè mortem obliuione & silentio, 11. Phil. feliciter castra, 14. Philip. fortiter libere salutem, 12. Famil. Grauissimè, 5. Famil. Grauissimè, & verissimè, 3. de Fin. honestè, vix satis honestè, 2. de Orat. honestissimè locum suum, pro Quint. Impune vitam, verè, pro Mil. Magnopere statum reipub. Nimiũ vehementer rationes, 3. Cont. Rull. Melius, vberius, 1. de Fin. Negligenter, pro Q. Rosc. Nonita vt præclarè prouinciam, 7. Ver. Ornatissimè, 4. Att. Parum diligenter, 7. Famil. perfectè ærarium, 3. Offi. perfacile. 3. Ver. præclarè, 3. de Nat. præcario aliquem, pro Cæl. procul. tecta, 2. Cati. Puplicè domum, de Arusp. Religiose leges, 5. Verr. Summè, 10. Famil. Timide, postquã, in Senat. vehementer, 3. de Leg.*

DEFENDOR, ris. 2. cont. Ru. 51. Mithridates ab inuicta manu Cn. Põpeij Mæote, & illis paludibus atq; altitudine montiũ defenditur. * pro A. Gab. Integris amicitijs officiũ prætermissum imprudentiæ vel negligentiæ excusatione defenditur. & 4. Ac. 69.

✠ ADVER. *Vulgo in Indicio, pro. A. Cæc.*

☞ Syntaxis. *Aliquem de re quapiam defendere. Tueri atque defendere (pura synonyma.) Iniuriam defendere, pericula.* L. ARCERE.

DEFENSIO. *propugnatio, patrocinium.* 1. de Ora. 237. Vtriusque rei facilis & prõpta defensio. pro Cel. 9. Ad istam omnẽ orationem breuis est defensio. Ep. li. 1. ep. 7. Nostra propugnatio & defensio dignitatis tuæ. ad Brut. ep. 12. Quo in iudicio Lepidus defensionem non haberet. Ep. lib. 5. ep. 8. Permanere in defensione alicuius suscepta. Suscipere defensionem alicuius. pro Milo. 15. Qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit. & *Ibidem:* In confessione facti defensionem iuris suscipi posse. de Cl. 162. Defensione iuncta laudatio & oratio. con. C. Anto. Tu potes in defensione tua dicere. 5. I. V. 205. Vtrùm crimini defensio, an comitatus exilio quæritur. ‖ Ep. lib. 1. ep. 9. Repentinam defensionem oppugnare, & 1. de Orat. 242. Arripere defensionem testamentorum.

✠ ADIVNC. *Angustior, iniquiorque, pro Cæc. Breuis, pro Cæl. Ciuilis, repentina, summa, Part. Commoda, magnifica & præclara, perniciosa. 7. Verr. Confusa atque vniuersa, præsens, pro Sest. Constans salutis, perpetua, fortis, Inuicta, Postq. ad Quir. Contraria intima, 2. de Orat. Extrema, pro Planc. facilis & prompta, 1. de Orat. honestissima, pro Cluent. Improba, ingeniosa, 6. Verr. iniqua, mala, mala ac misera præclara reliqua, 5. Ver. Iusta, 8. Att. laudabilis, 2. Offic. leuis, 1. de Inuent. Misera & perdita perditissima, Tota, 4. Ver. Perfacilis & expedita. 3. de Fin. potior, pro Mur. plurimæ, repentina, tolerabiles, de Clar. Priuata. Anteq. Propria, 4. Academ.*

☞ Syntaxis. *Propugnatio ac defensio, facilis, prompta, breuis.*

DEFENSITO, tas. de Cl. 100. Fannius causas defensitauit. & 1. Offic. 121. & 4. Acad. 69.

DEFENSOR, oris. *propugnator, patronus, tutor, aduocatus, adstipulator, custos, qui aliquem in fidem suam recipit, quem aliquis patronum adoptat, qui aliquem habet commendatum.* ‖ *Oppugnator, aduersarius.* 1 de Or. 244. Mutius paterni iuris defensor, & quasi patrimonij propugnator sui. pro Rab. 12. Defensor custosq; libertatis. Postquam. In Sen. 37. Alter fuit propugnator mearum fortunarum, & defensor assiduus. 1. I. V. 54. Adoptare sibi aliquem defensorem sui iuris. Ep. lib. 1. ep. 1. Is in omnibus rebus se accerrimum tui defensorem fore ostendit. pro Mil. 40. P. Lentulus propugnator senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus publici consilij. & *Ibidem.* Octo tribuni plebis illius aduersarij, defensores mei. pro C. Corn. 1. Quod palàm iam isti defensores iudiciorum pugnauerunt. con. C. Anto. Populus Romanus constituit sibi defensorem. *Ibidem.* Hunc honestissimarum rerum

defensorem populus Romanus repudiare potest.

✠ ADIVNC. *Acerrimus, Part. Assiduus. Anteq. iret. Constantissimus, 8. Phi. Diligentissimus, pro Corn. Balbo fidelis, pro Mur. Satis idoneus, Nimium litigiosus, consuetus ad rixas, ineptus ac stultus inter viros, Inter mulieres peritus iuris. & Callidus, pro Cæc. Magnus, 1. de Diuin. Multi, 2. de Fini. Perpetui, de Prouin. Studiosissimi, 4. Verr.*

☞ Syntaxis. *Defensor & custos. Propugnator ac defensor.*

DEFENSTRIX, *quæ defendit.* in Tunæo, de Vniuersitate. testante Prisciano, 245.

DEFERENS, tis. de N. d. lib. 1. 107. Vt igitur Tib. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre, de M. Octauio, deferentem sitellam, &c.

DEFERO, fers *nuncio Offero, significo.* Ep. lib. 4. ep. 3. Te esse solicitum, multi ad nos deferunt. Att. lib. 2. ep. 24. Hoc Curio ad patrē detulit, ille ad Pompeium: res delata ad senatum est. & *Ibidem.* Nisi Curiones rem antè ad Pompeium detulissent. pro Mil. 26. Quam vocem ad Catonem statim Fauonius detulit. Quint. fra. lib. 1. ep. 1. Sic ad nos omnes ferè deferunt, nihil te fieri posse iucundius. 2. in Cat. 3. Sed quàm multos fuisse putatis, qui quæ ego deferrem, non crederent. Att. lib. 11. epi. 7. Multos esse arbitror, qui ad Cæsarem detulerint, me pœnitere consilij mei. pro Cl. 143. Qui nostra consilia ad aduersarios deferunt. 3. contra Rul. 1. Si quæ apud vos de me defertur. pro Pl. 100. Is insidias mihi ab inimicis meis paratas detulit. pro Corn. 64. Deferri aliquem acerbum nuncium alicui. 2. de Diu. 134. Defert ad coniectorem quidam somniasse se, &c.

¶ *Tribuo, trado, credo, concedo, refero.* pro Sest. 145. Cum ad vos iudicia communis exitij detuli. 1. I. A. 2. Ad hūc ordinem res optimas deferebat. 4. I. C. 5. Hæc omnia iudices detulerunt, rei confessi sunt. Ep. lib. 6. ep. 10. Vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero. Epist. lib. 1. ep. 1. Atque istam partem vitæ consuetudinisque nostræ totam ad te defero. 1. de N. 15. Ad quē tū Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. 2. de Ora. 227. Deferre palmam alicuius rei cuipiam. pro Flac. 1. Deferre præmium dignitatis alicui. 3. Offi. 112. Rem ad populum detuli. 2. in An. 87. M. Antonius consul C. Cæsari Dictatori regnum detulit, Cæsar vti noluit. pro Flac. 14. Omnem ei suam autoritatē, gratiam, copias, opes, ad hoc negocium conficiendum detulit. 2. cont. Rull. 45. Si quis est honos singularis, populus Rom. eum, cui velit, deferat. pro Pomp. 69. Quicquid possum ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor & defero. Ep. lib. 4. ep. 13. Vltrò mihi Cæsar omnia detulit. pro Pomp. 67. Deferre omnia ad vnū. pro Cor. 37. Deferre alicui potestatem beneficiorum tribuendorum. Ep. lib. 13. ep. 55. Vltrò ei legationem detuli, cùm multis iam petentibus denegassem. Ep. lib. 6. ep. 22. Hanc meam volūtatem ad matrem tuam detuli. & lib. 13. epist. 18. Eique nec opinanti voluntatem tuam per literas detuli. Att. lib. 13. ep. 13. Ligarianam præclarè vendidisti: posthac quicquid scripsero, tibi præconium deferam. de Cl. 86. Itaque publicanos causam detulisse ad Galbam. Ep. lib. 5. ep. 20. Quamquam iustis de causis rationes deferre properārim. ad Oct. Quę tibi non antè quàm postulares, maiora quàm velles, plura quàm sperares detulit senatus. Q. fr. lib. 1. ep. 1. Qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris, non temerè libertis suis deferebant. 4. in V. 29. Deferre aliquid cuipiam loco beneficij.

¶ *Adduco.* pro Dom. 21. Quem tu ad hunc honorem rogatione tua detulisti. In Pison. 2. Populus Roman. mihi omnes honores detulit. pro Murę. 64. Hos ad magistros si quæ te fortuna Cato detulisset, non tu quidem, &c. pro Mil. 33. Librarium te aiunt eripuisse è domo, vt præclarum inde munus ad aliquem deferre posses. pro Cluen. 6. Si iudicia iam facta domo deferamus ad causas. pro Flacc. 52. Deferre querelas suas ad aliquem per aliquem. pro Sylla. 54. Deferre mandata ab aliquo. pro C. Corn. 1. Sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre. con. C. Anton. Quod caput ad Syllam vsque ab Ianiculo ad ædem Apollinis manibus ipse suis detulit.

¶ *Accuso.* pro Cor. 63. Is in consulatu præfectum fabrūm detulit. pro Cæl. 56. Hic nemini nomen detulit. pro Cæl. 56. Deferre nomen alicuius de aliqua re. pro Dom. 49. & pro Cæl. 76. Deferre nomen alicuius de ambitu. pro S. R. 28. Nomen huius de parricidio deferrent.

¶ *Exhibeo.* 3. Offi. 107. Deferre iusiurandum alicui.

¶ *Deferor.* 7. in Verr. 149. Ad eam defertur esse, &c. *id est, renunciatur.* Att. lib. 1. ep. 13. Defertur res ad senatum.

¶ *Tribuor.* 3. de Leg. 4. Quod genus imperij primùm ad homines iustissimos deferebatur. pro Lig. 3. Si illud imperium esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico consilio deferebatur. Att. lib. 2. ep. 5. Et quoniam Nepos proficiscitur, scire velim cuinam auguratus deferatur. Ep. lib. 1. ep. 1. Omnes rem ad Pompeium deferri volunt.

¶ *Afferor, adducor.* pro Fl. 21. Lex tabulas ad prætorem triduo deferri iubet. * pro C. Cornel. 1. Dum sitella defertur.

✠ ADVERB. *Audacter, 15. Famil. Considerate beneficia, 1. Offic. Doctè ac delicatè coronam, 3. Offic. libenter priores alicui, de Clar. Longe aliter atque, Nominatim ad honorem extra ordinem, pro Dom. Occultissimè, 6. Verr. Omnino non tabulas, pro Flac. Protinus, 1. de Legib. Secretò controuersias, 7. Ver. Temerè, 1. ad Q. fratrē Vere sermones, 3. Famil. vltro omnia, pro Planc. vltro Pecuniam, 12. Famil.*

DELATVS, a, um. *synonyma in verbis quære.* Ep. lib. 5. ep. 20. Scito à me & tribunos militares, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse: in quo quidem me ratio fefellit. liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari: postea certior sum factus, triginta dieb. deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. pro S. R. 64. Nomina filiorum de parricidio delata sunt. 2. de Inuen. 58. Cum venefici cuiusdam nomen esset delatum. 4. Aca. 8. Ad quamcunque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescunt. Ep. lib. 4. ep. 9. Omnia delata ad vnum sunt.

✠ ADVERB. *Diuinitùs, 1. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Deferre ad aliquem, & alicui. Beneficij loco deferre aliquid alicui. Defert ad honores virtus. Nomen alicui deferre, vel iusiurandum. Rem ad vnum deferri: id est, prouinciam vni mandari.*

DEFERVESCO, scis deferbui. *refrigeror.* 4. Tusc. 78. Aut rogandi sunt vt si quam habent vlciscendi vim, differant in tempus, dū deferuescat ira. *Deferuescere autem certe significat ardorem animi inuita ratione excitatum.* Orat. 107. Quantis illa clamoribus diximus de supplicio paricidarum: quæ nequaquam deferbuisse, pòst aliquanto sentire cœpimus. pro Cæl. 43. Cum adolescentię ✠ cupiditates deferbuissent. ‖ Ep. lib. 9. ep. 2. Censeo tamen tātisper ibidem dum deferuescit hæc congratulatio.

DEFESSVS, a, um. *defatigatus.* 2. de Ora. 23. Animi nostri forensibus negocijs defessi gestiunt, ac volitare cupiunt, vacui cura atque labore. & 234. Defessus sum labore atque itinere disputationis meæ. & 3. de Or. 145. Quamobrē nisi fortè iam es defessus, & si tibi graues non sumus, refer te, &c. Ep. lib. 2. ep. 3. Neque quisquam est quin satietate iam defessus. 2. contra Rul. 87. Aratores cultu agrorum defessi. pro Arch. 12. Vbi aures conuicio defessæ conquiescant. Ep. lib. 10. ep. 28. Egique acerrimè, senatū iam languentem & defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque reuocaui.

☞ Syntaxis. *Languens & defessus (ait Cicero tamen vis maior in langore.)*

DEFICIENS, tis. 1. Tusc. 73. Qui cum acriter deficientem solem intuerentur.

DEFICIO, cis. *de sum.* ‖ *Etsi huius verbi significatio vel pueris com-*
✠ *munis, vsus tamen vix mediocriter versatis obuius, hinc fit vt multi aliquid mihi deficit dicant, Cum Cicero alúque aurea illius ætatis semper accusatiuum subdant.* pro Quint. 1. Quod mihi consuevit esse adiumento, id quoque in hac causa deficit. 3. I. V. 31. Vererer, ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vos vires; deficerent. Epi. lib. 4. epi. 6. Ea me solatia deficiunt, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. pro Flac. 61. In hac repub. ad quam opprimendam nō animus eis, sed vires deficiunt & defuerunt. Postquam. ad Quir. 1. Vt quod odium in omnes bonos conceptum iam diu continebant, id in me vno potius quàm in vniuersa ciuitate deficeret. ✠ ‖ *alias desciscerent.* de Vniuers. 30. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo. 2. de Fin. 44. Si memoria defecerit, tuum est vt suggeras. 4. Ac. 7. Tamen nec illi defecerunt, neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. Or. 6. Multi oratores clari. *ἀπὸ σκόπου* fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt. Attic. lib. 7. ep. 20. Deficit enim non voluntas, sed spes. pro Font. 24. Si eū in causa deficerent omnia. de Cla. 93. Cum motus omnis animi tanquam ventus hominē defecerat. Q. fr. lib. 2. ep. 12. Omnia colligo, vt noui scribam aliquid ad te: sed vt vides, res me ipsa deficit. 1. de Ora. 199. Iam me vires deficere cœperunt. 7. in Verr. 71. Me non solùm vires, sed etiam vita deficit. 6. I. V. 59. Vox me citius defecerit, quàm nomina. 4. I. V. 52. Iam me dies, vox, latera deficient, si velim, &c. pro Cæl. 29. Dies iam me deficiet, si quæ dici in eam sententiā possunt, coner exprimere. pro Sext. Rosc. 89. Tempus herculè te citiùs quàm oratio deficeret. 3. de Natur. 81. Dies me deficiet, si, &c. 1. I. V. 52. Quàm multa te deficiant, vides Cæcili. pro Deiot. 28. Ea tamen illum studia defecerunt. de Clar. 93. Prudentia nunquam deficit oratorem. 2. in Cat. 10. Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Orat. 4. Si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij vis fortè deficiet.

3. de

3.de Or.83.Si quos discentes vita defecit.7.in Verr.157.Dolor me non defecit.Ep.lib.7.ep.1.Vox eum defecit.Ep.lib.4.ep. 13. Relinquebatur triste quoddam literarum genus, id quoque deficiebat me,in quo,&c.

¶ *Sum alienus.*pro Syl.35. Nec si à me fortè desciueris,id circo te à se,& à republica,& à tua dignitate deficere patitur.1. in Catil. 28.Qui à republica deficiunt, ciuium iura non tenent.3. in Ver. 79. Deficere ab imperio ac nomine nostro volebat. pro Pl. 86. Consules à republica & à bonis omnibus defecerunt.Ep.lib.12. ep. 10. Cæteriq́ue qui vnà cum illo à republica defecerunt. Ep. lib.2.ep. 16. A méque ipse deficerem. 2. de Fin. 79. Si vtilitas ab amicitia defecerit.de Amic.37. Difficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris.Ep.lib.7.ep.12.Quare si planè à nobis deficis,molestè fero.

¶ *Minuor,patior defectum.* 3. de Nat. 35. Animanteis, cum calor defecerit,tum interite.At.lib.1.ep.13.Ne P. C. vna plaga accepta conciderent, ne deficerent.pro S.R. 10. Sin à vobis deserar, tamen animo non deficiam. de Somn. 17. Olim deficere sol hominibus extinguiq́ue visus est.1.de Diu.121. Si Luna paulò antè Solis ortum defecisset in signo Leonis.

¶ *Desero.5.*in Verr.110.Leontina ciuitas me defecit.

✠ ADVERB.*Planè.7 Fam.*

DEFICIOR,ris.de Cl.14.In quo non modò defici, sed etiam laborare turpe est.pro Cluen.184.Mulier abundat audacia,consilio & ratione deficitur. de Ar. 40. Ne patres auxilio diminuti deficiantur.

☞ Syntaxis. *Absolutè,Id deficit.Ille deficit à sua dignitatè.*

DEFIGO, gis.*colloco,pono,immitto,figo,intendo.*1.I.C.16.Sicam consulis in corpore defigere.3.de Or.28.In eo mentem orationémque defigit.14.in Ant.13.Qui omnes suas curas in reipub.salute defigunt. & 11.In Ant.10.In omnium possessiones atque fortunas impudentissimos oculos spe & mente defigit.de Pro.8.Hæc audacia quam ille præsens,in oculis vestris, mentibúsque defixit.pro Dom.9.Ea sententia, quam populi sermo in animis vestris iam antè defixerat.

¶ *Est item verbum mali ominis,à sagis ductum.*de Legibus lib. 2.21. Quæq́;angue iniusta,nefasta,vitiosa, diraue defixerit,irrita infectáque sunto.

DEFIGOR,ris.pro Rab.11. Qui in campo Martio crucem defigi, & constitui iubes.

✠ ADVERB. *Iam Antè.pro Dom.Tuto.7.Fam.*

☞ Syntaxis. *In aliquare mentem & orationem defigere. Oculos defigere spe ac mentem in possessiones omnium. Defigere in oculis aliquem: id est,obijcere, & anteponere, vel collocare. Locum defigere in mente & cogitatione.*

DEFINIENDVS,a,um:& DEFINIENDO.2.de Leg.8.Videamus igitur rursus, priusquam digrediamur ad leges singulas vim naturámque legis: ne cum referenda sint ad eam nobis omnia,labamur interdum errore sermonis,ignoremúsque vim sermonis eius,quo iura nobis definienda sint.2.de In.52. Vis vocabuli definienda verbis est.Orat.116. In omnibus quæ ratione docentur & via,primùm constituendum est, quid quidque sit: nisi enim inter eos qui disceptent conuenit, quid sit illud, de quo ambigitur nec rectè disseri,nec vnquam ad exitum peruenire potest:explicanda est sæpe verbis mens nostra,atque inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est.de Orat.116.Res inuolutas definiendo explicare.de Cl.152. Definiendo explicare rem latentem.

DEFINIO, nis.*describo,definitione explico,quid aliquid sit constituo, circumscribo,termino,definitione vniuersam rei vim explico, perscribo.* 1.de Orat. 64. Si quis vniuersam & propriam oratoris vim definire,complectiq́ue vult,hic orator erit,qui, &c. 2. de Orat.162. Aliquid breuiter illustrare, verbisque definire. 1. de In. 10. Definire vim vocabuli alicuius. Postquam. ad Quirit. 23. Neque æquum est tempore & die memoriam beneficijs definire. pro Cor.64. Loca quæ regionibus orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Rom.definiunt. Orat. 65. Similiter extrema definire. pro Sest. 67. Qui imperium populi Romani orbis terrarum terminis definiuit.pro Mar.26. Hic tu modum vitæ tuæ non salute reip.sad æquitate animi definies.1.de Orat. 108. Artem definire ex rebus perspectis,planéque cognitis, &c. 1.de Orat.70. In hoc quidem certè propè idem, nullis vt terminis circumscribat, aut definiat ius suum.I. P. 42. Qui mala dolore,bona voluptate definiunt.8.I.A. 9. Sedes sibi optimas,hortos,Tusculana,Albana definiunt.2. Contra. Rull. 32. Dat præterea potestatem verbo prætoriam, reuera regia definit in quinquennium.Orat.65.Sæpissimèque extrema definiunt.3. ad Her. 5. Si vnamquamque rem certo naturæ termino definiemus. 4. Acad, 114. Tu mores fingas,fines bonorum constituas, officia describas, quam vitam ingrediar definias, &c. pro Quint. 8. Tibi quid facias definit. 2. de Diu. 92. Illi orbes qui aspectum nostrum definiunt.3.de Orat. 107. Philosophi causam aut controuersiam appellant,cámque tribus literis, aut deliberatione, aut laudatione,definiunt.3.de Fin.53.Itaque id definimus quod sit indifferens cum existimatione mediocri. 1. Offic. 96. Quæ autem pars subiecta generi est,eam sic definiunt,vt id decorum esse velint,quod,&c.1.de Inu.11. Definire rem verbis, breuitérque describere.Or.117.Erit igitur hæc facultas in eo, vt definire rem possit:neque id faciat tam presè & angustè, quàm in philosophorum disputationibus fieri solet.* Frag.ep.Vt alio modo definiam.

✠ ADVERB.*Accommodatius ad intelligentiam populare,Explanatius,presè & angustè,vberius,Similiter extrema verba.Or. Benè,pressius.4.Tus.Breuiter.2.de Ora.Generaliter.1.de Inu.Probè Fortitudinem.1. Offi. Squalidius.4 de Fin.*

DEFINIOR,ris.5.de Finib.76.Perficiendi vis ita definitur à Stoicis,vt negent,&c.1.Offi.96. Atque illud superius sic definiri solet,decorum id esse,quo,&c. item. 5. Ver. 211. Cur quæ optimo iure esse debet, huic præcipuè lex iniuriæ definitur? de Ar. 53. Quas ego optimatium discordias à dijs immortalibus definiri putem.2.de Finib. 4. Epicurus negat definiri rem placere: sine quo fieri interdum non potest,vt inter eos qui ambigunt, conueniat quid sit id de quo agatur. 3. de Orat. 9. Atque his ferè ipsis definietur viris.pro Sest. 97. Sed genus vniuersum breui circunscribi & definiri potest:omnes optimates sunt, qui, &c.1. Offic. 62. Itaque probè definitur à Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt, propugnantem pro æquitate. pro Arc. 23. Res hæ quas gessimus,orbis terræ regionibus definiuntur.

☞ Syntaxis. *Definire & complecti. Illustrare ac definire. Definire alicui vitam:id est,circumscribere vitæ rationem. Aspectum nostrum definiunt orbes:id est,terminant.*

DEFINITE, *apertè, finitè.* pro Cor. 32. Lex Gellia, quæ definitè potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat.& 2. de Orat. 118.Definitè de singulis hominibus.

DEFINITIO,onis.*descriptio.*1.de Orat. 189. Definitio est earum rerum, quæ sint eius rei quam definire volumus, breuis & circumscripta quædam explicatio.& *ibidem.*Definitionibus, quam vim res habeant,est exprimendum.& *ibid.*190. Propriam cuiusque rei vim definitione declare. Orat. 116. Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est: definitio enim est, oratio, quæ quid sit id de quo agitur, ostendit quàm breuissimè. Top. 9. Definitio est, quæ id quod quasi inuolutum est, euoluit. 4. ad Heren. 36. Definitio est, quæ rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter & absolutè. & *ibid.* Hæc oxornatio omnem rei cuiuspiam vim & potestatem dilucidè proponit, & breuiter explicat.& *ibi multa definitionum exempla sunt.* 2. de Fin. 5. Atqui hæc patefactio quasi rerum opertarum, cum quid quicque sit aperitur,definitio est.1.Offi. 7. Omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputetur. 2. de Orat. 83. In verborum definitionibus,neque abesse quicquam decet, neque redundare. 108. Atque in hoc genere causarum nonnulli præcipiunt, vt verbum illud quod causam facit,lucidè, breuiter vterque definiat? quod mihi quidem perquàm puerile. videri solet. alia est enim, cum inter doctos homines de ijs ipsis rebus quæ versantur in artibus,disputatur, verborum definitio: vt cum quæritur, quid sit ars, quid sit lex: in quibus hoc præcipit ratio atque doctrina, vt vis eius rei quam definias, sic exprimatur, vt neque absit quicquam, neque superfit. Top. 28. Definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ diuisionum: partitionum, cum res ea quæ proposita est, quasi in membra discerpitur: vt si quis ius ciuile dicat id esse,quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iurisperitorum autoritate, edictis magistratuum, more, æquitate consistit. Diuisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur: hoc modo, Abalienatio est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Top. 26. Definitio est oratio, quæ id quod definitur, explicat quid sit. definitionum autem duo sunt genera prima: vnum earum rerum quæ sunt, alterum earum quæ intelliguntur, &c. Part. 41. Definitio genere declaratur & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid sit eluceat. Top. 83. Cum autem quid sit quæritur,notio explicanda,& proprietas, & diuisio, & partitio. hæc enim sunt definitioni attributa. additur etiam descriptio,quam Græci *ὑποτυπωσιν* vocant.2.de Inuent. 53. Breuis & aperta & ex opinione hominũ definitio.1.de Leg.29.Ita quæcunque est hominis definitio,vna in omnes valet.1. de Leg. 30. Nulla dissimilitudo est in genere: quæ si esset, non vna omnes definitio contineret.Par.102. Definitio atque descriptio aut informatio verbi. 2. de Diu. 110. Hominum & tempotum definitione sublata.

✠ ADIVNC. *Breuis,apta,honesta.Plures,vera,vtilis.*I. *de Inuent. Conglobatæ.Part.Explicata,Top. Mala.*4. *Acad.Subtilis.*1.*de Orat.*

☞ Syntaxis. *Definitio est circumscripta explicatio. Definitio inuoluta euoluit.Opertarum rerum patefactio definitio est.Definitio,descriptio, & informatio Verbi.*

DEFINITIVVS,ua,vum. *vt definitiua constitutio.*2.de In.52.& li. ✠ 1.17. & Top.92. Definitiua causa.

DEFINITVS,a,um.*certus,decretus,constitutus.*Ep.lib.3.ep.8.Nihil habēt quod,definitum sit,aut certum.de Som.4.Huic certus est in cœlo ac definitus locus. 2. de Orat.5. Benedicere autem non habet definitam aliquam regionem.1.ad Her. 1.Si recta intelligentia & definita moderatione animi gubernetur. 2. de Orat. 145.Genera esse definita non solùm numero, sed etiam paucitate.1.de Orat. 42. Certum autem in quo quid in personis & in constituta re & definita quæreretur.& 2.de Or.65.Vnum de certa definitaq; causa.de Fat.9.Non tamen sequitur,vt etiam sedere eos & ambulare principalibus causis definitum & constitutum sit.

✠ *ADVERB. Fataliter.*2. *de Diu.propemodum. pro Domo sua,Similiter.Or.ad Brut.*

☞ Syntax. *Definitum & certum.Recta intelligētia definita animi moderatio.(Synonyma in copulatu)Constitutum ac definitum : & contrà.*

DEFIT,*deest.*3.Tusc.44.Pol mihi fortuna magis nunc defit,quàm genus. Poetæ.

DEFIXVS, a, um.*infixus,hærens in aliquo,positus.*pro Fl.3. Totum statum ciuitatis & omnem spem, &c. in vestra potestate, & in hoc vno iudicio positam esse & defixam.pro Dom.103.Porticus furoris Tribunitij, defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam,de Ar. 57. Vitia in aliquo penitùs defixa atque hærentia.3.de Ora.17. Cum eum in cogitatione defixum esse sensisset,statim recessisse.& 2.de Ora.175.His locis in mente & cogitatione defixis.4.I.A.13.Virtus est altissimis defixa radicibus.Ora.9. Aliquid intueri,in eoque defixum esse.de Som. 9.Quousque humi defixa tua mens erit.2. I. V. 7. Vt non modò in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim.

☞ Syntax. *Spes est in te posita & defixa. Iudicium defixum ad memoriam sempiternam,Vitium defixum,ac inhærens. Virtus defixa radicibus altis.Intueri aliquid,& in eo defixum esse.*

DEFLAGRATIO, onis. *exustio, flamma,ardor.*pro Pl. 95. Cum mea domus ardore suo deflagrationem vrbi minaretur. 1. de Diu. 111. Deflagratio futura aliquando cœli atque terrarum. 3. Fin.64.Terrarum omnium deflagratio consequatur.

DEFLAGRATVS, a, um. *exustus.*3. Tusc. 44. Fana flammâ deflagrata.

DEFLAGRO, a. *conflagro,comburor,ardeo.* ‖ *Nullis hoc verbum (in-* ✠ *quit Schorus) vsitatum est, nisi qui in optimis auctoribus sunt versati:aly.pro eo vtuntur,incendi,exuri,comburi.*2.de Nat.69.Qua nocte natus Alexander esset,eâdem Dianæ Ephesiæ templum deflagrauisse.1.de D.30.Curia Saliorum deflagrauit. 4. Acad. 119. Fore aliquando,vt omnis hic mundus ardore deflagret. 2. I. A. 91.Illæ faces,quibus incēsa L.Bellieni domus deflagrauit.3.Off. 94.Phaethon ictu fulminis deflagrauit. Par. 4. Ædes nymparum manu tua deflagrauerunt.

☞ Syntaxis. *Deflagrare.&, Deflagrare ardore,aut flamma.*

DEFLECTO, ctis. *declino, contorqueo.* de Ar. 41. Nihil vt à patris virtute, præterquam quòd à senatu descisset, deflexisset. de Am.40.Deflexit enim iam aliquantulum de spacio curriculoq; consuetudo maiorum. & 100. Sed nescio,quomodo ab amicitijs sapientum,&c.ad leues amicitias deflexit oratio.7. I. V. 175. Si quis tantulum de recta religione deflexerit. *aliter,ratione.* 2. Offi.9.In quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via, sensimq; eò deducta est,vt,&c.Ep.lib.8.ep.11.Curio de suarum actionum cursu tua causa deflexit.Ora.137.Vt declinet à proposito, deflectatque sententiam. pro Mur. 46. Cum te curriculo petitionis deflexisses,animumque ad accusandum transtulisses. pro Qu. R.46.Qui semel à veritate deflexit. pro Cec. 51. Si ad verba rem deflectere velimus.

✠ *ADVER.Aliquantulum de spatio,de.Amic.Tantulum de recta ratione.*7.*Ver.*

☞ Syntaxis. *De spacio & curriculo deflectere. A veritate deflectere. Ad res deflectere verba.*

DEFLEO,fles.*ploro,deploro.*de Clar.329.Sæpe enim inter nos impendentes casus defleuimus. pro Dom. 96. Defleui coniugis miseræ dissidium. Ep. lib. 10. ep. 31.Illud initium ciuilis belli sæpe defleui.

DEFLETVS,a,um.*comploratus.*3.de Or.9. L. Crassi mors quæ est à multis sæpe deflera.1.Tus. 86. Non liberi defleti, non fortunæ omnes à victoribus possiderentur.13.I. A. 10. Sed hæc satis diu multumq; defleta sunt.

✠ *ADVERB.Diu.Multumque.*13.*Phil.*

DEFLEXVS, a,um.1. de Diu. 38. Quosdam amnes in aliūm cursum contortos & deflexos videmus. Att.lib.9.ep.12. Ætas iam à diuturnis laboribus deflexa ad ocium. ‖ *alias deuexit.*

☞ Syntaxis. *Contortus amnu,ac deflexus:id est,sinuatus. Deflexa ætas ad ocium:id est,ocij cupida.*

DEFLORESCENS,tis.de Cl. 317. Non talis,qualem te, Brute, iam defloreſcentem cognouisti.

DEFLORESCO, scis. *flaccesco, florē venustatemq; amitto.*pro Cæl. 44. Quæ naturâ & celeriter defloreſcunt. 4. ad Her. 39. Formæ dignitas aut morbo defloreſcit,aut vetustate extinguitur.

✠ *ADVER.Natura celeriter.pro Cæl.*

DEFLVO, is.*labor,delabor.*de Am.58.Ne quid excidat,aut defluat in terram.5.Tus.62.Iam ipsæ defluebant coronæ.

¶ *Cesso.*Ep.lib.9.ep.20,Vbi salutatio defluxit,literis me inuoluo.

¶ *Accedo.*1. Tus.62.A quibus mansuefacti & exculti ad elegantiora defluximus.

¶ *Alienor.* pro Sest.69.Ex octo tribunis plebis,quos habueram, vnus me absente defluxit.

¶ *Penetro.*Ora.96.Hoc totum è Sophistarum fontibus defluxit in forum.

DEFORE. *defuturus.*2.Contra Rul.89.Tamē non defore,qui,&c.

* DEFORMATIO, nis. Hortens. Quæ deformatio coloris & corporis est,quæ non euocetur atque eliciatur voluptate?

DEFORMATVS, a, um. *turpis, forma atque ornamentis omnibus spoliatus,turpificatus.*Att.lib.2.ep.21.Sic ego hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus subitò deformatum vidi. & *ibid.*Deformatus corpore,fractus animo.2.ad Her. 8. Mortuus, deformatus, tumore præditus, corpore decoloratus. de Ar. 25. Ludi deformati,inquinati,peruersi, conturbati. & 57. Si hominem deterrimum poeta aliquis fictis conquisitisque vitijs deformatum vellet inducere.3.de Or.8. Deformata ciuitas.6.I. V. 122.Parietes nudos deformatósque reliquit.pro Qu.92. Aliquis deformatus, atque ornamentis omnibus spoliatus. pro Syl. 73. Quæ ita à fortuna deformata sunt,vt tamen à natura inchoata compareant.

☞ Syntaxis. *Corpore deformatus. Deformatus. Ludi deformati,inquinati,peruersi,conturbati.(Synonymiam aduerte in quatuor vocabulis.) Vitijs deformatus.*

DEFORMIS,me.*turpis.*)(. *Formosus.*1.de Inu,35.Ep.lib.4.ep.9.Nec eam diligere minus debes, quòd deformior est, sed misereri potius.pro Cæl. 6. M. Cælium nunquam pœnitebit non deformem esse natum.2.de Orat. 248. Iocus in rebus turpiculis, & quasi deformibus ponitur.5.de Fin.35. Motus statúsne deformis. 1.Offi.126. Partes quæ ad naturæ necessitatem datæ, aspectum deformem habent. pro Cæl. 6. Deforme est etiam de seipso prædicare, &c.

☞ Syntaxis. *Res turpicula, & quasi deformis. De se prædicare, deforme est.*

DEFORMITAS,tis.*prauitas,turpitudo.*)(. *dignitas.* 1. de Orat.156. Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem prauitatemque veniamus.2.de Or.239.Deformitas & corporis vitium. Ep. lib.10.ep.6.Dignitas nulla erit, sed summa deformitas. 3. Offi. 105.Nullum est maius malum turpitudine: quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis,quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri? 1. de Leg. 51. Animi deformitas.

✠ *ADIVNC. Aliqua.*1.*de Ora.Summa.*1.*Fam.*

☞ Syntaxis. *Deuenire ad deformitatem & prauitatem. Corporis vitium & deformitas.Turpitudo,deformitas,deprauatio.fœditas.*

DEFORMO, as. *fœdo,turpo,maculo, quasi depingo.*)(. *Orno,exorno,* pro Cæc. 14. Quis igitur ille,quem suprà deformauī. de Ar. 51. Eius concio,in qua Pompeium ornat,an potius deformat.4.ad Heren.21.Qui sunt qui Italiam deformârunt? Carthaginenses. & 3.ad Her.37.Aut si qua re deformabimus:vt si cruentam, aut cœno oblitam,aut rubrica delibutam inducamus.pro Cæl.3.Ea quæ accusatores deformandi huius causa dixerunt.

DEFOSSVS,a,um.2.de Or.174.Vt si aurum cui,quod esset multifariam defossum,commonstrare vellent.1.de Diu. 32. Nouaculam illam defossam in comitio, suprâque impositum puteal accepimus. 2. de Diu. 134. Respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto:fodit,inuenit aurum, &c.

✠ *ADVER.Multifariam.*2.*de Orat.*

DEFRAVDO, as. *decipio.* Orat. 221. Ne breuitas defraudasse aures videatur,néue longitudo obtudisse. Epist. li. 7.ep.10. Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus.

DEFRICOR, aris.4.ad Her. 15. Nam vt fortè hic in balneas venit,cœpit,postquam perfusus est,defricari.

DEFRINGENDVS, a, um.3.de Orat.108. Surculo defringendo vsurpare possessionem amissam.

DEFRINGO, gis.*decerpo,frango.*pro Cecin.60.Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. 4. ad Heren. 69. Hic subsellium calce premens,dextra pedem defringit.

DEFVGIENDO. 5.Tuſ.118.Iniurias fortunæ,quas ferre nequeas, defugiendo relinquas.

DEFVGIO,gis.*refugio,recuſo.*1.de Or.106. Non te decet eam diſputationem defugere. Att.lib.8.ep.3.Defugere aliquod munus. pro Syl.33. Attendeiam quàm defugiam autoritatem conſulatus mei. de Som. 7. Ne munus humanum aſſignatum adeò defugiſſe videamur.

DEFVNGOR,eris.*exantlo,fungor,perfungor.* pro S. R. 21. Cum ij qui antea metuebant, redirent, & iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur. Antequam.14.Illi,quorum animus eſt religionis pietate defunctus.Ep.lib.10.ep.24.Neque ego pro maximis tuis beneficijs tam vili munere defungor orationis. Ep. lib. 8. ep. 1. Et hoc mendacio,ſi qua pericula tibi impenderent,vt defungeremur,optaui.5.I. V. 42. Quis non maximo ſe affectum beneficio putauit?cum tribus decumis pro vna defungeretur?

✠*ADVER. Libenter.10. Fam.*

☞ Syntaxis.*Periculis defunctus: id eſt, ereptus.*

DEGENERO,as.*veteres maiorum laudes obtero,deflecto.*de Cla.130. Naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauit vitio deprauatæ voluntatis.13.I. A.30.Frater tuus qui à vobis nihil degenerat. de Pro 21. Cuius vtinam filij non degenerasſent à grauitate paterna.pro Fl.25.Ab hac perenni conteſtataque virtute maiorum non degenerauit L.Flaccus.5.I.V. 159. Conſuetudo & diſciplina degenerare non ſinit.1.de D. 6.Panætius degenerauit à Stoicis. 2. Tuſ. 60. A quo illum degenerare dolebat.5.de Fin.13.Namq; horum poſteri degenerant, vt ipſi ex ſe nati eſſe videantur.

DEGENDVS,a,um.1.Offi.11.Ad vitam degendam præparate res neceſſarias. L. AEVVM.de Amic. 88. Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur eſſe expertem ſui.1. Offic. 117. Id ſibi quiſque genus ætatis degendæ conſtituit, quod maximè adamauit.

DEGO, gis.*ago,tanſigo,traduco,vino.* pro S. R. 150. Degere ætatem inter feras.& 144.Degere vitam in egeſtate.Antequam.29. Degere vitam in exilio.pro Syl.75.Cum Lentulo& Catilina fœdiſſimam & miſerrimam vitam degere. 4. de Finibus 30. Degere vitam cum virtute. de Sen. 2. Degere omne tempus ætatis ſine moleſtia.2.de Fin. 118. Degere omnem ætatem in tranquillitate. Ep.lib.11.ep.28. Quod reliquum eſt vitæ,in ocio Rhodi degam. * Horten. In Beatorum inſulis immortale ævum degere.

DEGOR,ris.1. de Nat. 51. Quæ vita deorum ſit, quæque ab ijs degatur ætas.

☞ Syntaxis.*Degere vitam,ætatem.Vita degitur.Degere vitam in egeſtate,cum virtute,inter impios.Degere,abſolute:id eſt,viuere.Ab eo vita degenda eſt.*

DEGVSTO,as.*delibo,guſto,attingo,agnoſco,conijcio.* Att.lib.1.ep.13. Altercatio huiuſmodi,ex qua licet pauca deguſtes.Par.1.Deguſtabis genus hoc exercitationum mearum,quibus vti conſueui. Att. lib. 8. ep. 8. Tu velim Fabium odorere,& iſtum conuiuam tuum deguſtes.pro Clu.72. Qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ deguſtârat.5.Tuſ.61. Vis igitur deguſtare, &c. vitam , & experiri fortunam meam. Att. lib. 13. ep. 38. Vellem aliquid deguſtaſſes de fabulis.

☞ Syntaxis. *Deguſtare hominem,vitam.de aliqua re.*

DEHINC.*deinde,poſtea.*2. de Inu. 43. Quòd ſimul diuerterit, dehinc cœnârit.2.Tuſ.15.Primùm igitur,&c.dehinc,&c.

DEHORTANDO. Corn. In vita Attic. Ne fruſtra dehortando conemini.

DEHORTOR,aris.*diſſuadeo, deterreo, auoco.*I.P.94. Res ipſa aut me,aut alium quempiam aut inuitabit, aut dehortabitur. 3. ad Her.6.Si ab his dehortabimur.

DEIECTIO,onis.*depulſio.*pro Cecin.57.Qui illam vim deiectionemque fecerit.

DEIECTVS,a,um.pro Qu.Roſc.7.Hæc ſunt deiecta, illæ in ordinem confectæ.Att.lib. 16. ep. 14. Mihi videatur *πρεπῶδες* ille deiectus de gradu. pro Cecin. 36. Qui armis pulſus eſt , non videtur eſſe deiectus?pro Mur.76. Quintus Tubero prætura deiectus eſt. pro Cec. 50. Deiectus verò qui poteſt eſſe quiſquam, niſi in inferiorem locum de ſuperiore motus?item , Illud verò, nullo modo poteſt deiectus eſſe quiſquam non modò quitatus non ſit, ſed ne æquo quidem & plano loco. * Frag. ep. Ancone cum eo deiectus eſt ex Senatuſconſulto.

DEIERO,as. *iuro.* 4.ad Heren. 63. Iſte oneratus auro clamat & deierat.

DEIICIO,cis.*deturbo,demolior,depello,diſturbo,exturbo,præcipito,dimoueo,eijcio,deiectionem facio.*pro Sex.Roſ.99.Habeo etiam dicere quem contra morem maiorum minore annis XL. de ponte in Tyberim deiecerit. Orat. 129. Nos ſæpe aduerſarios noſtros de ſtatu omni deiecimus.2. I. V. 23. Pollicitus eſt quantum vellent pecuniæ, ſi me ædilitate deieciſſent. 7. in Verr. 161. Hac ſe commemoratione ciuitatis omnia verbera depulſurum , cruciatumque à corpore deiecturum arbitrabatur. 8. in Ant. 6. Antonij præſidium Claterna deiecit Hircius.pro Do. 24. Cum ſenatum à gubernaculis deiecíſſes , populum è naui exturbaſſes.1. in Ant. 1. Nec verò vſquam diſcedebam , nec à republica deijciebam oculos.5.I.V.40.Si prius illud propugnaculum,quo contra omnes meos impetus vſurum ſe putat, ex defenſione eius deiecero.pro Cec. 38. Eieci ego te,non deieci. pro Cec. 23. Prætor interdixit,vt vnde deiecíſſet, reſtitueret. & 31. Non deieci,ſed obſtiti.7.in Verr.129. Si metum hunc Siciliæ deiecero. 2.Tuſc.40.Videſne, quantum de doloris terrore deiecceris? pro Qu.27.Libellos Sext. Alphenus deiecit.

✠*ADVER. Nuſquam oculos.6. Ver.Tantulum oculos, 7. Ver.*

DEIICIOR,ris.*deturbor.*2.Cont.Rull.80. Deiici, vel dimoueri ex poſſeſſione.2.in Verr. 25. Vt cuius pecuniæ me de fide deducere non potuiſſent, ne eiuſdem pecunijs de honore deijcerer. 1.ad Her. 23. Is obuolutus & obligatus corio deijciatur in profluentem.pro Mur.79.Deijci de vrbis præſidio,& de cuſtodia ciuitatis deturbari.pro Cec.49.Dimoueri enim & depelli de loco neceſſe eſt eum,qui deijcietur.pro Qu.79.De ſaltu deijcitur Qu.1. Offi.80.Tumultuantem de gradu deijci.

✠*ADVERB. Alicundè.Dupliciterporro.pro Cæc.*

☞ Syntaxis. *Magiſtratu deijci. De omni ſtatu deijcere aliquem. Deijcere à ſe cruciatum : id eſt,pellere , fugare. Deijcere oculos a ſuis:id eſt, remouere.*

DEIN,*deinde.*2.de N.110.Dein quæ ſequuntur & de Clar.93.Dein flacceſcebat oratio.& pro Mil.42.& Or.154. Dein,pro deinde.* in L.Piſon.Prius—dein—extremè.

DEINCEPS,*deinde,poſtea,poſthac,rurſus.*1.de Orat. 25. Cotta qui tribunatum petebat , & Sulpitius qui deinceps eum magiſtratũ petiturus putabatur.3.de Fin.20.Primum eſt officium vt ſe conſeruet in naturæ ſtatu,deinceps vt ea teneat,quæ ſecundum naturam ſint.3.de Or.181.Breues deinceps tres,extrema producta, pæanem faciunt.Ep.lib.2.ep.18.Sed tamen tres fratres,quos deinceps Tribunos plebis per triennium video fore , te nolo habere inimicos. de Clar. 201. Tum reliquos vt inſtitui, deinceps perſequar.2.de Nat.93. Annales Enni , vt deinceps legi poſſint, effici poſſe.Top.87.Loci autem qui,&c.deinceps eſt videndum. Brut. ep. 10. Velim deinceps meliora ſint.de Cla. 218. Res quas Cæſar anno pòſt & deinceps reliquis annis adminiſtrauiſſet in Gallia.2.de Leg.40.Deinceps in lege eſt,vt de ritibus colantur optimi.1. de Or. 37. Sed deinceps omnia plena conſiliorum videmus.5.Tuſ.8.A quibus ducti deinceps omnes ſapientes habebantur.1.Offi.42.& 142.De iuſticia ſatis dictum eſt:deinceps, vt erat propoſitum,de liberalitate dicatur.1.Offi.160.Prima,&c. ſecunda,&c. tertia , &c. deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur.2.de Diu.111. *ἀκροτελεύτιον* , cum deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur.1.de Diu.64.Qui primus, qui ſecundus,qui deinceps moriturus. de Som. 16. Deinceps accipere ab alijs & tradere alijs. 4. Tuſc.3. Vt deinceps qui accubarent , canerent ad tibiam,&c.Poſtquam. ad Quir. 17. Opera mea rempub.incolumem magiſtratibus deinceps traditam.2.de Leg.47. Sacra deinceps familijs prodantur & ſint perpetua.1. ad Her.14. Cauẽdum eſt etiam,ne id quod ſemel ſupra diximus,deinceps, dicamus.*id eſt,iterum.*de Clar.12.Poſteáque,deinceps,&c.& 312. Deinceps inde multa,&c.

DEINDE,*dein,exinde,exin,dehinc,poſthac,deinceps.ſecundo loco.*2.de D. 80. Totius augurij primùm naturam ipſam videre , deinde inuentionem,deinde conſtantiam.Ep.li.3.ep.7. Primùm Appio Claudio, deinde imperatori, deinde more maiorum , deinde quod caput eſt,amico.2.de Nat.113. Deinde Delphinus, exinde Orion.Qu.Frat.lib.3.ep. 8. Quas ad te deinde literas mittemus.

DEINTEGRO,*denuo.*Att.lib.13.ep.27.Illud verò vel optimè,quòd ita multa mutari volunt,vt mihi deintegrò ſcribendi cauſa non ſit.Ep.lib.12.ep.30.Qui in morbum deintegrò inciderunt.5.I.A. ✠ 10. & Ferre Leges deintegrò. ‖ 4. Ver. 139. Cenſores deintegrò creari. Att.lib.13.ep.49.Gratulare deintegrò

DEIVNCTVS,a,um. de Vn. 12. Ita neceſſitas cogit, vt eadem ſint ea quæ deiuncta fuerunt.

DELABOR,ris.*deuenio,deflecto.* 3. de Orat. 178. Ex vtraque parte tecti aqua delabitur.& in Arat.1. Offi.77. De manibus audaciſſimorum ciuium delapſa arma ipſa ceciderunt. Quint. Frat. lib.1.ep.1.E' cælo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum. pro Mar. 24. Omnia quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus vincienda ſunt.1.de Or.96.Inſperanti mihi cécidit,vt in iſtum ſermonem delaberer. de Am. 78. Iam enim à ſapientum familiaritatibus, ad vulgares amicitias oratio noſtra delabitur. pro Cæl. 15. A maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio eſt noſtra delapſa.Att.lib.7.ep.5.Delabi in morbũ.Part.13. A maiotibus ad minora delabi.2.de Ora.246.Delabi in aliquod vitium.2.Offi.64.Habenda eſt ratio rei familiaris: quam delabi ſinere,flagitioſum eſt.1.de Diu.58. Cum tu prouectus ſubitò, atque delapſus in flumen,nuſquam apparuiſſes.4. Aca. 59. Delabitur interdum,vt dicat opinatorum,&c.de Fat.39. Dum autẽ verbis vtitur ſuis , delabitur in eas difficultates , vt neceſſitatem fati confirmet inuitus. Ep.lib.6. ep.10. Nam ipſe quotidie mihi

delabi

delabi ad æquitatem,& ad rerum naturam videtur.Qu.Fr.lib.1. ep.1.Sed neſcio quo pacto ad præcipiendi rationem delapſa eſt oratio mea,cum id mihi propoſitum initiò non fuiſſet.11. Ant. 24.Signum cœlo delapſum.

✠ ADVERB. *Potiſſimum iſtuc.pro Muræn.*

☞ Syntaxis. *Delabi ex,& e loco, & loco. De manu delabi. Delabi in ſermonem,ad nugas. Delabitur familiaris res. Delabi ad æquitatem, in optimam partem.*

* DELAPSVS,a,um.Alcy. Alcyonem genuit claris delapſus ab aſtris Præuius Auroræ Solis noctisque ſatelles.

DELATIO,onis.*accuſatio.*1.I.V.49.Cuicunque vos delationē dediſſetis.Ep.lib.8.ep.6.Inter poſtulationem & nominis delationē vxor diſceſſit.1.I.V.64.& pro Cl.25.Delatio nominis.

✠ ADIVNC.*Salutaris & diligens,de Prouinc.*

* DELATVS,a,um.con. C. Anton. Quo tempore à L. Caſono furti delatus ſis.

DELECTAMENTVM,ti.*oblectamentum.*I.P,60.Inania ſunt iſta, mihi crede,delectamenta penè puerorum.

✠ ADIVNC.*Inania.In Piſo. permulta.de Sen.*

DELECTATIO,*oblectatio,fructus,iucunditas, fructus iucunditatis.*)(*faſtidium.*de Sen.45.Delectationes conuiuiorum non corporis voluptatibus magis quàm cœtu amicorum ſermonibuſque metiebar. 4. Tuſc. 20. Delectatio eſt voluptas, ſuauitate ſenſus animum deliniens.Poſtquam,In Sen.13.In omni parte corporis aliquam delectationem gaudiumque verſari.2. de Diu. 113. Fabulæ delectationis habent multum.Ep.lib.7.ep.1. Quæ populares admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent.1.de Or.193.Mira quædam in cognoſcendo ſuauitas & delectatio. pro Pomp. 40. Non illum amœnitas ad delectationem reuocauit.pro Mur.39.Ab delectatione omni negocijs impedior.& *ibid.*Et in ipſa occupatione delectationes alias multas habere poſſumus.1.Offi.105.Hominis mens videndi & audiendi delectatione ducitur. 1. de Orat.249. Res ruſticas vel fructus cauſa,vel delectationis inuiſere.Ep.lib.9.ep.24.Magna delectatione & voluptate te priuaſti.3.de Or.153.Poſt autem delectatio, iucunditasque celebrauit.2.de Leg. 14. Studij delectationisque cauſa ſcribere leges,non reip.vt Plato,&c. Ep. lib. 6. ep. 12. Doctrina & literæ,quæ ſecundis reb. delectationem modò habere videbantur,nunc verò etiam ſalutem. 4. ad Her. 25. Hoc habet magnam delectationem.

✠ ADIVNC. *Aliena, Plurimæ.* 1. *de Inuent. Deſidioſa. Leuiſſima.2.de Orat.Diuina.4.Tuſ.Diuturna propria, Summa.3.de Orat.Ingenua & digna Sapiente.5.Tuſc. Magna.1.Fam.Maior,Maxima,Mira.1.de Orat.Multæ.pro Mur.Oratoria.4.Att.Puerilis.1.de Fin. veteres. Part.*

☞ Syntaxis.*Delectatio eſt voluptas.* (*hic obſerua,genus ad delectationē eſſe voluptatē.*) *In omni corporis parte aliqua delectatio & gaudiū.* (*agnoſcas hic gaudium ſignificare voluptatem.*) *Suauitas & delectio. Ad delectionem reuocari. Ab delectatione Impediri. Delectatio & voluptas.Id non habet delectationem. Quæ tibi hæc eſt delectatio?*

DELECTO,as.*oblecto, ago,duco,capio,delectationem habeo, affero.* 3. de Or.95.Quod non ſolùm delectet,ſed etiam ſine ſatietate delectet.1.Off.98.Pulchritudo corporis mouet oculos & delectat. Qu.Fr.lib.2.ep. 14. Literæ tuæ incredibiliter me delectauerunt, Att.lib.7.ep. 23. Philotimi literæ me admodum delectauerunt, At.lib.2.ep.6.Itaque libris me delecto, quorum habeo Antij feſtiuam copiam.Ep.lib.1.ep.7. Quia me ſtatus hic reip. non delectat.Att.lib.2.ep.4. Interea quidem cum Muſis nos delectabimus.Ep.lib. 9. ep. 18. Tu te iſtic Atheniano iure delectato, ego me hîc Hirciano. de Am. 15. Itaque non tam iſta me ſapientiæ fama delectat,quàm,&c. At.li.16.ep.5. Incredibile eſt,quàm me Quintius in omni genere delectârit.At.lib.1.ep.1. Hermathena tua valde me delectat.Qu.Fr.li.2.ep. 12. Me magis de Dionyſio delectat:ipſe eſt enim veterator magnus.

✠ ADVERB. *Admodum, De Clar. Diutius,de Aruſp. Humaniter.7.Fam.Incredibiliter.2.ad Qu. Fr.Mirè.1. Att.Vehementer.14.Att.*

DELECTOR, aris.*oblector,ducor,capior,teneor,delectatione videndi ducor.ex aliqua re fructum capio, voluptate afficior,morior in ſtudio faciendi aliquid,paſcor,perfruor.gaudeo,letor.* Qu.Fr.lib.3.ep. 3. Puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur. in Piſo.45.Hiſce ego rebus paſcor,his delector,his perfruor,quòd Senatus,&c.pro Arch.30. Nunc quidem certè cogitatione quadam ſpeque delector. Att.lib.1.ep. 17. Multi opinione æquitatis delectantur.Ep. lib. 12. ep. 29. Nullo prorſus plus homine delector.Ep.lib.3.ep.6.Magis meo factò delector, quàm tuo.de Or. 36.Ennio delector,ait quiſpiam,qui,&c.Qu.Fr.li.3.ep.2.Cognoſce nunc hominis audaciam,in rep.perdita delectare.2.de Leg. 17. In hoc admodum delector, quod, &c. ad Brut.ep.1. In quo valde delector, me antè prouidiſſe, &c. *id eſt,in Dolabella.* de Am.66.Ne criminibus inferendis delectur amicus. 1. I. V. 44. Vt me ab eo delectari faciliùs quàm decipi putem poſſe. Orat. 195.Vt ab altero non delectêre,alterum oderis.de Clar.188. Delectatur audiens multitudo, & oratione ducitur, & quaſi voluptate quadam perfunditur. ‖ Epiſt. lib. ep. 5. Eo ipſo bono tuo quo delectatur.

✠ ADVERB. *Æque altero ac ſeipſo, Similiter.1. Offic. Dupliciter,Literis. 9. Fam. Incredibiliter ſtudijs, Magnopere.3.Fam.Incredibiler voluptatibus, Planè onere.de Senec. Magnoperè humanitate.13. Fam. Magnoperè ludis.pro Muræn.Magnoperè verbo.pro Cor.Balbo Mediocriter.1.de Fin.Minus Diu. vehemētius pila, 3.de Orat.Mirificè.4.Acad. Mirificè ingenijs.6.Fam. prorſus plus nullo.12.Fam.vehementer Literis.14. At. vehementer Memoria.13.Att.Vnicè.3.ad Qu. Frat.*

☞ Syntax. *Id me delectat. Hoc me delectat. In hoc delector,& hoc.Cum ſtudijs me delecto.Ille in omni genere me delectat.Hac re paſcor, delector,perfruor.*

DELECTVS, a,um. 2. Contra. Rull. 44. Cum delecta finitorum iuuentute,&c.pro Dom.24.Vir ſæpe ad extrema reipub. diſcrimina delectus. Antequam. 15. Nunc vel ſolus delectus ad calamitatem,vel primus vocatus ad tale periculum.Qu.Fr.li.1.ep.1. Quæſtorem habes non tuo iudicio delectum.

DELECTVS, ctus. *diſcrimen,ratio,electio.*1.Offic 45. Tertium eſt propoſitum,vt in beneficentia delectus eſſet dignitatis.1.Offi. 49. Acceptorum autem beneficiorum ſunt delectus habendi: nec dubium,quin maximo cuique plurimum debeatur.4. I. V. 123. Iſte omnia iura precio exæquauit,omnium rerum delectū atque diſcrimen pecunia ſuſtulit.2. Contra Rul.56. Cæteri agri ſine vllo delectu decemuiris addicentur. pro Cor. 49. Qui imperatoribus noſtris in bello delectum virtutis eripi vellet: 4.de Fin.69. Officia tolluntur delectu omni & diſcrimine remoto.5. I. A. 13. Delectus autem & notatio iudicium etiam in noſtris ciuibus haberi ſolet.3.de Ora.148. Verborum propriorum delectus eſt quidam habendus. de Clar. 253. Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ,ex Cæſare.5.de Fin.90.Mihi quidem etiam laudatius videretur, quod eligitur, & ad quod delectus ✠ adhibetur. ‖ 1.de Diu. 103. Quod idem in delectu conſules obſeruant, vt primus miles fiat bono nomine.Or.48.Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. 1. Offi.6.Si rerū aliquem delectum reliquiſſent. pro Cl. 128. Quod idem facere cenſores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduerſione vitiorum,qui conuenit.1.de Fin.33.Itaque harum rerum hic tenetur à ſapiente delectus, vt reijciendis voluptatibus maiores alias conſequatur. pro Pl. 9. Populus non delectu aliquo aut ſapientia iudicat, ſed impetu nonnunquam & quadam temeritate.1.Offi.149. Habere delectum ciuis & peregrini,in ipſoq; peregrino priuatim ne an publicè venerit.de Prou. 5. Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu & duriſſima conquiſitione collectus,omnis interijt.Att.li.7.ep.20. Nullus vſquā delectus.nam conquiſitores φαυλοτατοι ἂν non audent, nec nomina dant.5.I. A. 31. Delectum haberi ſublatis vacationibus. * Hortenſ.Nullo delectu propoſito bonorum & malorum.

✠ ADIVNC. *Elegans verborum,magnus, de Clar.percautus & Diligens.1.ad Qu.Fr.Prouincialis. 15. Fam. Superbiſſimus.pro Cornel.Balbo.*

☞ Syntaxis. *Delectum habere beneficiorum. Delectum & diſcrimen. Adhibere delectum. Tenere delectum. Delectus ſuperbiſſimus, & duriſſima conquiſitio copiarum.*

DELEGANDVS,a,um. Att.lib.12.ep. 13. Balbi regia conditio eſt delegandi.

DELEGATIO,onis.*mandatum,prouincia.*At.lib.12.ep.3.Delegatio in mancipe annua die.

DELEGATVS,a,um.Att.lib.2.ep. 9. Quoniam putas prætermittendum à nobis eſſe hoc tempore cratera illum delegatum. ✠ *alias delicatum.*

DELEGO, as.*mando, mitto.*2.de Orat. 125. Hæc ipſa, quæ nunc ad me delegare vis, ea ſemper in te præſtantia fuerunt. Ep. lib. 8. ep.1.Tamen in hoc te deprecor,ne me arrogantiæ condemnes. quòd hunc laborem alteri delegaui. Att.lib.13.ep.44. Quintum, de legabo,ſi quid æri meo alieno ſuperabit.pro Dom.16. Delegaui amico locupletiori,&c. ‖ pro Font.8. Quid ſi hoc crimen optimis nominibus, delegare poſſumus.

DELENDVS,a,um.pro Pomp. 7. Delenda eſt vobis illa macula, Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta.1.I.An.1.Omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui. Poſtquam. ad Quir. 12. Quæ deliberatio non in re delenda,ſed in augenda mercede conſumpta eſt.

DELEO,es.*tollo,extinguo,adimo.abſtergeo.*Ep.lib.7.ep.18. Non enim te puto meas epiſtolas delere, vt reponas tuas. pro Deiot.37. Hæc nulla vnquam vetuſtas obruet, nulla delebit obliuio. de Amic.

eraliquid

Amic. 11. Qui non modò præsentia, verum etiam futura bella delerit. Qu. Fra. lib. 3. ep. 8. Deleuit mihi omnem molestiam recentior epistola. de Aruspic. 6. Extinguere & funditùs delere aliquid. 1. in Verr. 26. Extinguere atque delere improbitatem. 2. Cont. Rul. 87. Delere aliquod ædificium. 2. de Leg. 64. Delere sepulcrum. 1. de Diu. 8. Cotta sic disputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. 1. Tus. 117. Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius? Att. lib. 1. ep. 13. Ius & fas omne delere. pro Sest. 56. Qui omnes leges vna rogatione deleuit. ad. Octa Tu cruore & flamma omnia delere vis. de Arusp. 33. Vrbs hæc, quam delere voluisti. & 4. in Cat. 21. Scipio Numantiam deleuit. pro S. R. 131. Iupiter vrbes deleuit, fruges perdidit. Postquam. In Sen. 3. Qui cum per se rempublicam lacerare non posset, sub alieno scelere deleuit. Att. lib. 15. ep. 4. Iam scripseram, delere nolui. Ep. lib. 14. ep. 3. Delere epistolam lacrymis.

DELEO, ris. 3. ad Her. 31. Imagines sicut literæ delentur. Att. lib. 10. ep. 6. Nisi Pompeius vincit, nomen populi Rom. deleatur necesse est. pro Quin. Ros. 7. Hec delentur statim, illæ seruantur sanctè.

✠ *ADVERB. Funditus memoriam. pro Quin. Funditus Patriam. 1. Offic. Funditus pestem, de Arusp. Funditus Remp. 3. Phil. Funditus Senatum. 13. Phil. non modo præsentia. de Amic. Omnino. 1. Tus. Omnino. Remp, 15. Fam. Omnino nomen. 6. Ver.*

DELETVS, a, um. 3. Offi. 3. Extincto senatu, deletisque iudicijs, quid est, &c. 1. de N. 38. Homines morte deleti. 1. Tus. 90. Toto animante deleto, & facto interitu vniuerso. pro Pomp. 20. Magnas hostium copias multis prælijs esse deletas. 2. Offi. 16. Multi deleti sunt homines hominum impetu. pro Mur. 74. Quorum alteri vno aduentu nostri exercitus deleti sunt. pro Flac. 60. Nominis propè Romani memoriam cum vestigio imperij non modò ex ædibus Græcorum, verum etiam ex literis esse deletam. 3. in Verr. 145. Tectorium vetus ex columna deletum esse, & nouum inductum.)(*Inducere.* * pro Dom. 137. Monumentum deletæ Reipub.

✠ *ADVERB. Non modo ex ædibus. Græcorum verum etiam. pro Flac.*

☞ Syntaxis. *Delentur literæ, imagines, maculæ, molestiæ, exercitus, nomen, memoria,*

DELENIO, nis. *delinio, mitigo.* Ep. li. 12. ep. 2. Alter nouis commentarijs Cæsaris delenitus est. *aliàs, delimtus.*

DELETRIX, cis. *quæ delet, pernicies.* de Arusp. 49. Illa penè deletrix, huius imperij fica.

DELIACVS, a, um. *ex Delo.* pro S. R. 153. Deliaca vasa. *id est, præstantissima.* & 4. Ac. 85. Gallinarius Deliacus. L. DELOS.

DELIBANS, tis. 4. ad Her. 69. Ille nulla voce delibans insitam virtutem, condidit tacitus.

DELIBATVS, a, um. de Cla. 58. Flos delibatus populi, *aliàs, Delibutus & illibatus.* L. LIBATVS, & ILLIBATVS. 2. de Inu. 174. Quod sit de honestate delibatum, virtute aliquando recuperare. de Sen. 78. Ex vniuersa mente diuina, delibatos animos habemus.

DELIBERATIO, onis. *consultatio, consilium, oblivium, quæ magnum.* Att. lib. 7. ep. 3. Id coram considerabimus, quale sit: habet enim res deliberationem, etsi ex magna parte tibi assentior. 1. in Ant. 2. Deliberationes, quas habebat de repub. Att. lib. 14. ep. 13. Suscipe nunc meam deliberationem, qua solicitor: ita multa veniunt in mentem in vtranque partem. 2. de Or. 336. Incidit enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri. pro Pomp. 27. Vtinam virorum fortium tantam copiam haberetis, vt hæc vobis deliberatio difficilis esset, quémnam potissimùm tantis rebus præficeretis? de Fat. 2. Maximè nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad pacem pertinerent, omnisque ferè nostra in his deliberationibus consumebatur oratio. 3. Offi. 50. De viri boni deliberatione & consultatione quærimus. & 17. Panætius non videtur debuisse huiusmodi deliberationem introducere. & lib. 1. 9. Triplex est consilij capiendi deliberatio: nã, &c. *ibid.* Id quod id deliberationem cadit. 3. de Ora. 202. Communicatio, quæ est quasi cum ijs ipsis apud quos dicas, deliberatio. & 2. de Or. Causa ex deliberatione constans, vt belli. 1. de Or. 22. Forenses disceptationes iudiciorum aut deliberationum. 1. de In. 12. Demonstratio & deliberotio, genera sunt causarum. 1. Offi. 9.

✠ *ADIVNC. Difficilis. pro Pomp. Difficilior. Magna. 4. Fam. Difficillima. 1. Of. Plurimæ. 3. de Or. Turpis. 2. Offi.*

☞ Syntaxis. *Id non habet deliberationem: id est, postulat. Habare deliberationes de. Deliberatio incidit ur: id est, adimitur. Deliberatio & consultatio. Deliberatio consilij capiendi. Cadit hoc in deliberationem.*

DELIBERANDI, do, dum. Att. lib. 8. ep. 3. Coram tecum mihi potestas deliberandi non est, Postquam. ad Quir. 12. Is noctem sibi ad deliberandum postulauit: quæ deliberatio, &c. pro Qu. R. 45. Tibi diu deliberandum & concoquendum est, vtrum, &c. 1. Offi. 9. Cum enim vtilitas ad se rapere, honestas contrà reuocare ad se videtur, fit, vt distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. 1. Offi. 9. In deliberando sæpe animi in contrarias partes distrahuntur.

DELIBERANS, tis. Att. lib. 8. ep. 3. Quamobem vt de maxima re ✠ deliberanti, ita mihi des consilium velim. ‖ 1. Offi. 52. Cõsilium deliberanti dare.

DELIBERATIVVS, a, um. *ex deliberatione constans.* 2. de Inu. 155. Causa deliberatiua. & lib. 1. 7. Deliberatiuum genus est, quod positum in disceptatione & consultatione ciuili, habet in se sententiæ dictionem.

DELIBERATOR, oris. *qui de aliqua re deliberat.* pro Sest. 74.

DELIBERATVS, a, um. Ep. lib. 5. ep. 2. Nec illi quicquam deliberatius fuit, quàm me, &c. euertere. 1. Contra Rull. 25. Mihi deliberatum & constitutum est, ita gerere consulatum. 5. I. V. 95. Sic habuisti statutum cum amico ac deliberatum, omnes qui habitarent in Sicilia iudices reijcere? pro S. R. 31. Certum est deliberatumque dicere, &c. pro Qu. R. 44. Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iurisiurandi, respondeo.

✠ *ADVERB. Diù. 2. de Inuen.*

DELIBERO, as. *consulto, consulo, consilior, deliberationem habeo, cõsilium exquiro, consilium capio, considero, video, concoquo, inquiro.* 2. de Fin. 115. qui voluptatem summum bonum esse decernit, nõ cum ea parte animi in qua inest ratio & consilium, sed cum cupiditate, id est, cum leuissima parte deliberat. 3. ad Her. 2. Vt si senatus deliberet, captiuos redimat, an non. 3. I. V. 1. Iste certè statuerat, & deliberauerat non adesse. Att. li. 2. ep. 7. De geographia etiam atque etiam deliberauimus. Att. lib. 11. ep. 3. Si tecum olim coràm potius quàm per literas de salute nostra fortunisque deliberauissem. Ora. 138. Vt sæpe cum ijs qui audiunt, nõnunquam etiam cum aduersario deliberet.

✠ *ADVERB. Certè, Facilius de re tota, 3. Ver. Omnino. 3. Offi. Diù pro Qu. Rosc.*

☞ Syntaxis. *Hoc nihil mihi deliberatius, quam constitutum ac deliberatum habere. Statuere, deliberare. Etiam atque etiam deliberare. Certum est, deliberatumque dicere. (Hic nota vim capiendi consilium, & à consilio statuendi.)*

DELIBO, as. *decerpo, quasi libando minuo, degusto.* pro Sest. 119. Vt omnes vndiq; flosculos carpã atque delibẽ. Ep. li. 10. ep. 21. Putabã posse me nec de laude ieiuni hominis deliberare quicquã.

DELIBOR, ris. 2. de In. 114. Et tertius, si existant, qui, &c nónne de sua gloria delibari putant?

☞ Syntaxis. *Flosculos carpere, ac delibare. De laude aliquid delibare: id est, agere, vel minuere, aut detrahere.*

DELIBVTVS, a, um. *vnctus, oblitus,* de Cla. 217. Cn. Octauius, qui deuinctus erat fascijs, & multis medicamentis propter doloré artuum delibutus. pro S. R. 135. Composito & delibuto capillo, passim per forum volitare. 1. Tusc. 106. Per terram sanie delibutam fœdè diuexarier. 3. ad Her. 37. Vt si cruentam rem aut cœno óblitam, aut rubrica delibutam inducamus.

☞ Syntaxis. *Capillus delibutus vnguentis, medicamentis. Terra sanguine delibuta.*

DELICATE. 3. de Or. 60. Recubare alicubi molliter & delicatè. 1. Offi. 106. Delicatè ac molliter viuere.

DELICATVS, a, um. *mollis.* Att. li. 1. ep. 16. Odia illa libidinosæ & delicatæ inuentutis. 1. de Nat. 103. Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat. 1. de N. 112. Delicatæ & obscœnæ voluptates. pro Mur. 20. Asia ista referta, & eadem delicata. de Clar. 196. Adolescens delicatus. 2. I. C. 23. Puer lepidus ac delicatus. pro Mil. 28. Muliebri & delicato ancillarum puerorúmque comitatu. 1. Offi. 144. In re seuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem. I. P. 70. Is omnia eius adulteria delicatissimis versibus expressit. At. lib. 2. ep. 14. Delicatum conuiuium. Parad. 1. Delicatæ regum pateræ, *aliàs, Filicatæ: & rectius.* L. FILIGATVS.

☞ Syntaxis. *Libidinosus ac delicatus. Voluptas delicata, & obscœna. Comitatus, regio delicata. Sermo conuiuio dignus ac delicatus, in bonam partem. Versus. & conuiuium delicatum.*

DELICIAE, arum. *delectamentum, suauitas, voluptas, amores,* mel. 6. in Verr. 2. Quæ ciuitas tibi in amore atque in delicijs fuit. Att. li. 6. ep. Publicanos habeo in delicijs. 2. Contra Rull. 36. Via Herculanea vendibilis multarum deliciarum. pro Mur. 13. Multarũ deliciarum comes est extrema saltatio. pro Dom. 62. Alter se Catilinæ delicias fuisse dicebat. in Vat. 20. Illi quibus erat in delicijs, vix risum tenebant. Att. lib. 16. ep. 6. Pyliæ salutem dices & Atticæ, delicijs & amoribus meis, de Orat. 39. Longissimè ipsi à talibus delicijs, vel potius ineptijs abfuerunt. 1. de Diuin. 76, Simia, quam rex Molossorum in delicijs habebat, & 79. Quid amores & deliciæ tuæ Roscius. 6. in Ant. 12. Sed redeo ad amores deliciasque nostras, L. Antonium, & 13. Phil. 26. Quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat. pro R. P. 26. Deliciarum & voluptatis causa quosdam cum

mitrella

mitrella sæpe videmus. Parad. 1. Cogitatio supellectilis ad delicias epularum, ad voluptates. Ep. lib. 8. ep. 8. Scito C. Sempronium, mel ac delicias tuas calumniam maximo plausu tulisse. 5. Orat. 78. Pamphilum que sinamus in insulis tantam rem, tanquam puerilis delicias aliquas, depingere.

✠ ADIVN. *Magnæ. pro Pomp. Molesta. pro Cæl. Pueriles. 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Id mihi in amore ac delicijs est. In delicijs habere. Filiæ meæ amores, ac deliciæ. (& de vno dicitur hoc.) Id agit deliciarum causa: id est, animi gratia. Is mel ac deliciæ tuæ.*

DELICIOLAE, larum. Att. lib. 1. ep. 6.

DELICTVM, cti. *peccatum, error.* pro Mar. 18. Dij pœnas à populo Rom. ob aliquod delictum expetiuerunt. pro Cec. 7. Quo delictum maius, eo pœna est tardior. 1. Offi. 145. Quæ autem parua videntur esse delicta, ab ijs est diligentiùs declinandum. pro Cec. 86. Iniuriarum delictum esse. Ep. lib. 15. ep. 17. Homines sapientes delicto suo, non aliorum iniuria commoueri. ‖ pro Rab. Post. 13. Propter multorum delicta etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat.

✠ ADIVNC. *Magna, 1. Att. Maiora. 1. de Inuent. Maius. pro Cæc. Mediocre, leuè. pro Mur. Parua. 1. Offic. & 10. Attic.*

DELIGENDVS, a, um. pro Mur. 24. Dicendi facultas sæpe valuit in consulè deligendo. 2. Cont. Rull. 23. Si vobis ex omni populo deligendi potestas esset.

DELIGO, 3. is, *lego, eligo, delectum habeo, delectum adhibeo.* 2. de In. 2. Ille autem quinque delegit, quarum nomina multi memoriæ tradiderunt. pro Mil. 21. Itaque delegit è florentissimis ordinibus ipsa lumina. 2. Offi. 46. Eorum fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. 1. de Leg. 60. Bona deligere, & reijcere contraria. pro Planc. 62. Populus Rom. delegit magistratus, in quibus, &c. 2. Cont. Rul. 23. Quem vnum ex cunctis delegisse cens. C. Anton. Cuius tu consilium in tua turpissima causa delegisti. in L. Pis. Quem ego vnum potissimum delegissem generum. Frag. epist. Impudentissimum nomen delegere. ‖ & 6. Verr. 86. Statuam delegit.

✠ DELIGOR, ris. *ligor, vincior.* 6. I. V. 86. In ea, hominem diuaricari, & deligari. *id est, in ea statua.*

✠ DELINIENDVS, a, um. 2. Off. 56. Quanto Aristoteles grauius & verius non reprehendit, qui has effusiones pecuniarum non admiremur quæ fiunt ad multitudinem deliniendam.

DELINIO, nis. *pl. ico, allicio, mitigo, demulceo.* 2. Offi. 48. Milites blãdo appellando sermone delinire. 5. I. V. 157. Delinire aliquem precio. pro Mur. 74. Fouere hominum sensus, delinire animos, ✠ & adhibere voluptates. ‖ pro Mil. 96. Delinire patrimonijs.

DELINIOR, ris. pro Clu. 13. Ea animum adolescentis pellexit ijs omnibus rebus, quibus illa ætas capi & deliniri potest.

DELINITIO, onis. *mitigatio.* 2. Offic. 56. Delinitio multitudinis, &c.

DELINITOR, oris. *blandus, lenis; moderator.* de Clar. 246. Iudex, cuius delinitor esse debet orator.

DELINITVS, a, um. *mitigatus.* 1. de Or. 36. Genus hominum, disertorum oratione delinitum. pro Cl. 28. Mulier non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delinita est. Ep. li. 15. ep. 16. Iam biẽnium est, cum virtuti nuncium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. 1. de Fin. 33. Delinitus blanditijs voluptatum. Ep. li. 12. ep. 2. Alter nouis commentarijs Cæsaris delinitus est.

☞ Syntaxis *Delinire sermone, precio. Capere ac delinire ætatem. Delinitus illecebris voluptatis.*

DELINQVO, quis. *pecco, committo.* 3. de Nat. 90. Lex, vt condemnetur filius, si pater deliquisset. pro Clu. 128. Ne miles in bello propter hostium metum delinqueret. 2. Tusc. 12. Philosophus artem vitæ professus deliquit in vita. 2. de Inuent. 33. Delinquere ✠ in aliqua re. ‖ 2. Contra Rul. 99. Si quid deliquero, nullæ sunt imagines, &c.

DELIQVESCO, scis. *dissoluor, liquefio, diffluo.* 4. Tusc. 37. Nec alacritate futili gestiens deliquescat.

DELIRANS, tis. 1. de Nat. 42. Exposui ferè non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia.

DELIRATIO, onis. *stultitia, error, insania.* 2. de Di. 89. O deliration nem incredibilem. & de Sen. 36. Sic ista senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet.

✠ ADIVNC. *Incredibilis. 2. de Diu.*

DELIRO, as. *desipio.* 1. Offi. 94. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare, quàm mente captum esse. 1. de Diu 35. In extis totam Hetruriam delirare. 1. de N. 95. Desipere, delirare, dementem esse. & 93. Omnésne tibi delirare visi sunt?

☞ Syntaxis. *In aliquâ re delirare. Desipere. delirare, dementem esse.*

DELIRVS, a, um. *stultus, insanus, mente captus.* 2. de Orat. 75. Tum Annibal respondisse fertur, multos se deliros senes sæpe vidisse, sed qui magis, quàm Phormio, deliraret, vidisse neminem. 2. de Diu. 142. An tu censes vllam anum tam deliram fuisse, vt hæc crederet. 1. Tus. 48. Quæ est anus tam delira, quæ ista timeat?

DELITESCENS, tis. 2. de Nat. 53. Stella tum delitescens, tum rursum se aperiens.

DELITESCO, scis. *lateo.* ‖ *rudes Latinæ linguæ, huius verbi vsum neglecto, Abscondere se, aut Latere in angulis, vsurpant incautè.* 2. de Nat. 126. Bestiæ in cubilibus delitescunt. pro Cæl. 62. Vt eò mitteret amicos, qui delitescerent, deinde repentè prosilirent. & 63. Serui in balneis delituerunt. pro Cec. 61. Æquitatis iudicium cum erit, caue in ista tam frigida calumnia delitescas. 4. Aca. 15. Sic Arcesilaus, qui constitutam philosophiam euerteret, & in eorum autoritate delitesceret, qui negassent quicquam sciri posse.

☞ Syntaxis. *In autoritate delitescere.*

* DELITVS, a, um. *oblitus, deletus.* Frag. ep. Ceris delitis. *ibid.* Tuli molestè quod literæ delitæ sunt mihi à te redditæ.

DELIVM, lij. *locus.* 1. de Diu. 123.

DELIVS, a, um. 3. I. V. 47. & 3. de N. 88. Delius Apollo.

DELOS, li. pro Pomp. 55. Insula Delos tam procul à nobis in mari Ægæo posita. 6. I. V. 71. & 3. Ver. 48. Apollinem Deli violatum esse. Att. lib. 9. ep. 11. Non solum Romæ, sed etiam Deli tuum digamma videram. L. DIGAMMA.

DELPHI, orum. *vrbs.* 3. de Nat. 57. Appollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. pro Font. 20. Delphos vsque ad Apollinem Pythium. 2. de Diu. 117. Cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur?

DELPHICVS, a, um. 6. I. V. 130. Mensæ Delphicæ. & 2. de Diu. 118. Oracula Delphica.

DELPHINVS, ni. *piscis marinus, omnium animalium velocissimus.* 2. de Diu. 145. Gubernatores cum exultantes loligines viderint & delphinos, tempestatem significari putant. 1. de Nat. 78. An tu delphinum vllam anteferre censes figuram suæ?

DELTOTON, *cæleste sidus.* in Arat.

—— *Deltoton dicere Graij,*
Quod soliti, simili qua forma litera claret. Δ.

DELVBRVM, bri. *templum.* 2. in V. 14. Verres delubra sanctissimis religionibus consecrata depeculatus est. pro Arch. 19. Smyrnæi delubrum Homeri in oppido dedicauerunt. 1. I. V. 3. Simulacra sanctissima deorum ex delubris religiosissimis sublata. 3. de N. 84. Mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri. & 46. Aras delubraque Hecates in Græcia videmus. pro Dom. 132. Cum nouum delubrum in vrbis clarissimo loco inchoaret. pro Arch. 27. Delubrum Musarum colere. 2 de Leg. 19. Constructa à patribus delubra habento. 3. de N. 95. Pugnare pro templis atque delubris deorum. L. TEMPLVM.

✠ ADIVNC. *Communia, 2. de Leg. Nouum. pro Dom. Patria. pro Rab. Religiosissima. 3. Ver.*

☞ Syntaxis. *Templa & delubra Deorum.*

DELVDO, dis. *ludo, illudo, eludo, derideo.* pro S. R. 26. Deinde aliquanto lenius, nihil agere atque deludere cœperunt.

DELVDOR, ris. 2. Cont. Rul. 78. Contemnere maiestatem populi Rom. deludi vos metipsos diutius ab isto patiemini?

DELVMBO, as. *debilito, eneruo.* ‖ *quasi lumbos & vires aufero.* Orat. 231. Nec minutos numeros sequens concidat, delumbetque sententias.

DEMENS, tis. tior, ssimus. *de mente ac sanitate deturbatus, emota mẽte, insanus, amens.* (. *Sanus.* 1. Offic. 83. In tranquillo tempestatem aduersam optare, dementis est. I. P. 47. Tragico illo Oreste aut Athæmante dementior. 3. I. C. 11. Tum ille scelere demens, &c. de Arusp. 56. Inconsideratissima & dementissima temeritas. 2. de Diu. 114. Quę perturbatione animi, sanus cum esset, timebat ne euenirent, eã demens euentura esse dicebat. 1. de Nat. 95. Desipere, delirare, dementem esse.

☞ Syntax. *Scelere demens. Inconsiderate ac demens temeritas.*

DEMENSVS, a, um. *dimensus, ad mensuram.* Or. 38. Vt verba verbis quasi demensa & paria respondeant.

DEMENTER, *stultè.* 3. in Cat. 22. Res tanta, tam deméter credita.

DEMENTIA, tiæ. *amentia, stultitia.* 4. I. C. 22. Qui ex numero ciuiũ dementia aliqua deprauati hostes patriæ semel esse cœperunt.

✠ ADIVNC. *Popularis turbulentaque, de Clar. Summa, Vtilis. 4. Tusc.*

DEMERGO, gis. *immergo, obruo.* 1. de Diu. 14.

—— *Cornix Demersit caput, & fluctum ceruice recepit.* * 2. Acad. Si quando nos demersimus, vt qui vrinantur.

DEMERSVS, a, um. 2. de Di. 140. Equus, in quo vehebar, mecum vnà demersus, rursus apparuit. 2. Off. 24. Quamuis enim demersæ sint leges opibus alicuius, quamuis tremefacta libertas: tamen, &c. de Sen. 77. Est enim animus ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram. pro Sest. 50. C. Marius senile corpus paludib. occultauit demersum. pro Syll. 87. Patriã demersam extuli. 3. de Fin. 48. Qui demersi sunt in aqua.

☞ Syntaxis. *Demersus & fluctibus, & opibus. In terram demersus.*

DEMETATVS, a, um. *descriptus, distinctus.* 2. de Nat. 110. Atque ita demetata signa sint, vt in tantis descriptionibus diuina solertia appareat.

DEMETIOR, iris. *metior, describo, dimetior.* 2. de N. 155. Solis cursus demetiri, temporum varietates cognouimus. *alias, Demensi.*

DEMETO, tis. *meto.* 2. de N. 156. Tempestiuè demetere, percipereque fructus. de Sen. 70. Demetere & percipere fruges.

✠ *ADVERB. Tempestiuè. 2. de Nat. Deor.*

DEMIGRANDVM. Para. 2. Mortem ne mihi minitaris, vt omninò ab hominibus an exilium, vt ab improbis demigrandum sit? pro Dom. 100. Demigrandum est potius aliquò, quàm habitandum in hac vrbe.

DEMIGRO, as. *aliàs ad habitandum eo, discedo.* Att. li. 4. ep. 16. Multa mihi dat solatia, nec tamen ego de meo statu demigro. in Vat. 39. Strumæ denique ab ore improbo demigrârunt, & alijs iam se locis collocârunt. 1. Tus. 74. Vetat enim nos Deus iniussu suo hinc demigrare. in Pis. 91. Quos tu demigrare, & aras & focos relinquere coegisti. pro R. P. 30. Mentes quæ ex hominum vita ad deorum religionem sanctimoniámque demigrant. 1. in Catil. 19. A quo repudiatus ad sodalem tuum M. Marcellum demigrasti.

✠ *ADVERB. Omninò ab Hominibus. 2. de Nat.*

DEMIGRATVRVS, a, um. 2. Contra. Rul. 41. Demigraturi in illa loca nostri homines sunt propter agrorum bonitatem.

* Hortens. Si ex hac in aliam haud paulò meliorem domum sine mora demigrare *volumus.*

☞ Syntaxis. *De statu suo demigrare. In aliquem locum demigrare.*

DEMINVO, is. *diminuo.* Ep. lib. 13. ep. 12. Non vt aliquid de illa commendatione deminuam, sed, &c. *aliàs, comminuam.*

DEMIROR, aris. *valdè miror.* 2. Cont. Rul. 99. Hæc te sperasse assequi posse demiror. Ep. lib. 7. ep. 27. Me autem propter quem cæteri liberi sunt, tibi liberum non visum demiror. At. lib. 15. ep. 1. I tam auditam à te esse omninò demiror. At. lib. 14. ep. 16. Quod demiror equidem.

✠ *ADVERB. Omninò. 15. Att.*

DEMISSE, *humiliter.* pro Dom. 93. Vtrum me non respondere, an demissè respondere decuit? Att. lib. 2. ep. 18. Me tueor, vt oppressis omnibus, non demissè, vt tantis rebus gestis, parum fortiter. ad Brut. ep. 16. Suppliciter ac demissè agere gratias alicui. 5. Tus. 24 Demissè & humiliter loqui.

☞ Syntax. *Suppliciter ac demissè. Demissè & humiliter.*

DEMISSIO, *animi abiectio, infractio, debilitatio.* 3. Tus. quæst. 14.

DEMISSVS, a, um. *humilis, fractus, sordidus. (Latus, alacer.* pro Cl. 58. At C. Fabritius à subsellijs demisso capite discesserat. pro Dom. 82. Inuenies eum apud sororem tuam, occultantem se capite demisso. pro Mur. 45. Videsne tu illum tristem & demissum? iacet, diffidit, &c. pro Syll. 74. P. Sylla mœrens, demissus, afflictus. pro Fon. 23. Animus demissus atque humilis. pro Cl. 58. Erigebat animum demissum, oppressum Oppianicus. 2. de Or. 182. Demissus, non acer, non pertinax, non litigiosus, non acerbus. Att. lib. 2. ep. 22. Vt ille tum humilis, vt demissus erat. Ep. lib. 1. ep. 9. Fracto animo & demisso. ‖ 2. Tusc. 47. In animis mollè quidam demissum, humilè, eneruatum quodammodo & languidum, &c.

¶ *Defluxus.* pro Clu. 111. Illa vsque ad talos demissa purpura.

☞ Syntaxis. *Tristis ac demissus. Mœrens, demissus, afflictus. Animus demissus ac humilis.*

DEMITIGOR, aris. *mitigor, lenior.* Att. lib. 1. ep. 10. Nos quotidie demitigamur.

DEMITTO, tis. *inclino, deprimo, immitto abijcio.* 2. de Or. 267. Memmius in forum descendens caput ad fornicem Fabianũ demittebat. 4. in Ver. 74. Demittere se ad aurem alicuius. 5. de Fin. 42. Si vincunt, efferunt se lætitia: victi debilitantur, animósque demittunt. 4. ad Her. 14. In mediocri fulgure versabimur, si hæc, vt antè dixi, aliquantulum demiserimus. 1. de Diu. 73. Cum ipse equum demisisset in flumen, summersus equus non extitit. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. Te rogo, ne contrahas aut demittas animum. 3. ad Her. 26. Sin erit in demonstratione sermo, paululum corpus à ceruicibus demittemus.

¶ *Abijcio.* Epist. lib. 10. ep. 8. Cum in eum casum me fortuna demisisset, sit, &c.

✠ *ADVERB. Penitus se in Causam. 7. Att.*

☞ Syntaxis. *Demittere caput, & se ad aurem alicuius. Se demittit equus in flumen. In eum casum te fortuna demisit.*

DEMIVRGVS. gi. *Turpilij comœdia.* Ep. li. 9. ep. 22. Itaq; non modò in comœdijs res ipsa narratur, vt ille in Demiurgo modò &c.

DEMO, mis, demsi, tum. *detraho.* 2. de Fin. 23. Cui nihil demsit ius. 5. I. V. 77. Demit de capite medimna D c. & 81. Quantum de capite demisisset. At. lib. 11. ep. 15. Demere solicitudinem alicui. de Pet. 7.

✠ Qui Tanusiorum capita demebant, &c. ‖ 5. Verr. 80. Quod de capite ipso demsit.

DEMOR, ris. 4. Ac. 49. Cum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur. 3. de N. 83. Dionysius Æsculapij barbam auream demi iussit.

☞ Syntax. *Demere alicui de molestia. Minutatim & gradatim demere.*

DEMOCRITICVS. 1. de Orat. 42. & 1. Tus. 82.

DEMOCRITIVS, a, um. 3. de Nat. 82.

DEMOCRITEVS, a, um. 2. de Diu. 32. Verùm sint ista Democritea vera. 2. Tus. 52. 1. de Nat. 73.

DEMOCRITVS, ti. *nomen philosophi.* 2. de Orat. 235. 1. de Nat. 121. de Risu.

DEMOLIENDVS, a, um. 4. in Ver. 161. Quæstores statuas demoliendas locarunt.

DEMOLIOR, iris. *deturbo, deijcio, disturbo, euerto.* ‖ 6. Ver. 84. Continuò signum vt demolirentur, &c. Imperauit. *ibid.* 85. Qu. Frat. lib. 3. ep. 1. Diphilus columnas demolietur. 1. Off. 138. Hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit ædibus. Top. 22. Demoliri parietem. Ep. lib. 12. ep. 13. Partem muri demolitus est.

DEMOLITIO, onis. *euersio.* 4. I. V. 161. Dum ea demolitio fieret,

✠ Quæstores non minus triginta adessent. ‖ Postquam in Sen. 31. Aditus templorum, &c. demolitione sublati.

DEMONSTRATIO, onis. *ratio validior.* 3. de Orat. 218. Gestus sententiam non demonstratione, sed significatione declarans. 6. I. V. 132. Illi conuersam iam habent demonstrationem suam. 1. de In. 12. Demonstratio & deliberatio genera sunt causarum. 4. Acad. 26. Argumenti conclusio, quæ est Græcè ἀπόδειξις, ita definitur, Ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit.

¶ *Euidentia.* ἐνάργεια.

✠ *ADIVNC. Falsa, Necessaria, 1. de In. Vniuersa, 6. Ver.*

DEMONSTRATIVVS, a, um. *epidictius.* 1. de In. 7. Causæ tres partes supponimus, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuã. & *ibid.* Demonstratiuum genus est, quod tribuitur in alicuius certæ personę laudem, aut vituperationem. Orat. 37. Id genus, quod Græcè ἐπιδεικτικὸν nominatur.

DEMONSTATOR, oris. 2. de Ora. 353. Simonides dicitur, ex eo quòd meminisset, quo quisque loco cubuisset, demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse.

DEMONSTRO, as. *commonstro. ostẽdo, significo, declaro. satis signi do, præ me fero, apertè fero, non dissimulo, profiteor, dignum ad rem intendo, testificor.* 6. I. V. 131. Nam vt antè demonstrabant, quid vbique esset. ita nunc, quid vndique ablatum sit, ostendunt. At. lib. 1. ep. 1. Demonstraui hæc Cæcilio, simul & illud ostendi, &c. Ep. lib. 3. ep. 3. Mihi Fabius demonstrauit me à te plurimi fieri. Ep. lib. 9. ep. 24. Spurina quidem cum ei rem demonstrassem, & vitam tuam superiorem exposuissem, magnum periculum summæ reip. demonstrabat, nisi, &c. Qu. Fra. lib. 1. ep. 1. Demonstrare amorem fraternum in aliquem. 1. de Or. 143. Demonstrare rem.

✠ *id est, narrare.* ‖ 4. Ver. 154. & 6. Ver. 85.

✠ *ADVERB. Antè. 6. Ver. Breui causam, dilucidè, necessariò. 1. de Inuent. Breuiter. 2. de Inuent. Breuiter funera. pro A. Cluent. Cautè rem, propriè. 2. de Orat. Commodius causam. pro Quint. Diligentissimè. 3. Fam.*

DEMOROR, aris. *detineo, remoror.* 2. de Orat. 235. Ne diutius vos demorer, exponam, &c. Lent. Ep. lib. 12. ep. 15. Nonnullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionem detinuisse, nos & demoratos esse, dum classis Dolabellæ certior fieret de aduentu nostro.

✠ *ADVERB. 2. de Orat. Diutius.*

DEMORTVVS, a, um. *mortuus.* At. li. 16. ep. 11. Alij enim sunt aliàs, nostriq; ferè familiares demortui. 4. I. V. 124. Cum esset ex veterum numero quidam senator demortuus. 6. in Ver. 9. Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. & *ibid.* Si quis Romæ esset demortuus. 1. ad Her. 20. Altera lex iubet augurem in demortui locum qui petat nominare.

DEMOSTHENES, nis. *orator princeps.* de Clar. 121. Lectitasse Platonem studiosè, audiuisse etiam Demosthenes dicitur. Or. 15. Demosthenes frequens Platonis auditor. 1. de Orat. 260. Ille cui fine dubio summa vis dicendi conceditur, Athenienſis Demosthenes. Or. 23. Vt mirarentur Demosthenem maximè, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo Atticas fuisse. Ora. 104. Vsque adeò difficiles & morosi sumus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas. & *ibid.* m. 110. Demosthenis imago ex ære in Tusculano Bruti. Tus. q. lib. 4. 43. Demosthenes dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria. de Diu. li. 2. 118. Demosthenes Phythiam φυσᾶσθαι dicebat: *id est, cum Philippo sentire.* Tus. qu. lib. 5. 103. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susu. 10 delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ, vt mos in Græcia est, insusurrantique alteri, Hic est ille Demosthenes. Or. 90. Demosthenes non tam dicax, quàm facetus. 1. de Or. 260. Demosthenes primam suæ artis literam dicere non poterat. Brut. 35. Demosthenes qualis orator. Brut. 141. Demosthenes sententiarum ornamentis & conformationibus omnibus præstat. de Opt. gen. Or. 19. Demostenes muros Athenienses refecit pecunia sua. 3. de Or. 211. Brut. 142. Demostenes omnia actioni tribuit. Or. 26. Ne Demosthenes quidem Æschini videtur Atticè

dicere. Ora. 135. Demosthenis orationum perfectissima est pro Ctesiphonte. 1. de Orat. 260. Demosthenis ratio vocis & spiritus exercendi. Brut. 288. Ad Demosthenem audiendum concursus ex tota Græcia fieri solitus. & 5. de Fin. 5. Demosthenem aiunt in Phalerico ad ductum declamare solitum, vt fremitum assuesceret voce vincere. 1. Offi. 4. Et Demosthenem existimo, si illa quæ à Platone didicerat, tenuisset, & pronunciare voluisset, ornatè splendidéque facere posse de Diu. lib. 2. 96. Demosthenem scribit Phalereus, cum rō dicere nequiret, exercitatione fecisse, vt planissimè diceret.

DEMOVEO, es. *remoueo, dimoueo* pro Syll. 62. Vt non alteros demouisse, ✠ sed vtrosque constituisse videatur. ‖ 2. Contra. Rul. 80. Qui ex possessione remp. demoueret. pro Clu. 44. Hunc à causa Martialium demouere. 2. Ver. 52. De certa sententia demouere *vide.* DIMOVEO.

DEMOTVS, a, um. pro Cec. 49. Aliquis manu demotus & actus præceps.

DEMVM. *tandem.* 5. Tus. 107. Exilium & quantum demum à perpetua peregrinatione differt in Sal. 1. Ea demum magna voluptas est Crispe Sallusti, æqualem ac parem verbis vitam agere.

DENARIVS, rij *decima fere aurei nummi, seu coronati pars: & pondere penè idem quod drachma. Denarius autem dictus fuit, quod denis assibus valeret.* 4. I. V. 137. Singulis censoribus denarij trecenti ad statuam prætoris imperati sunt. 3. Offi. 92. Emere denario, quod sit mille denariorum. *aliter, mille denarium.* pro Font. 9. Quaternos denarios in singulas vini amphoras exegisse. pro Quin. 17. Decidis statuisque tu, quid ijs ad denarium solueretur. Alin. Ep. lib. 10. ep. 32. Antonius quingentos denarios singulis militibus dedit. Att. lib. 2. ep. 6. Vide, quid narrent, & quæ spes sit denarij. & li. 16. ep. 8. Octauius quingentos denarios dat. 5. I. V. 196. Speraueram me ad denarios peruenturum, Ep. lib. 9. ep. 16. Quem tu mihi Popilium? quem denarium narras? & ep. 18. Ollam denariorum implere.

☞ Syntaxis. *Saluere, ad denarium.*

DENEGATVS, a, um. 2. de Orato. 126. Et nihil à natura denegatum est.

DENEGO, as. *nego, inficior, recuso.* Ep. li. 5. ep. 12. Impudenter facio, qui tibi tantum oneris imponam: potest enim mihi denegare occupatio tua. pro Font. 8. Hoc crimen optimis nominibus denegare possumus. 7. I. V. 35. Quæ iucunda videntur esse, naturę denegarem. 11. I. A. 19. Assensero, ambitionem induxero in curiam: negauero, suffragio meo tanquam commitijs homini honorem amicissimo denegauero. Att. lib. 1. ep. 1. Aquilium non ✠ putamus, qui denegat, &c. ‖ pro Flac. 1. Aliquid denegare.

DENICALES, ium. *feriæ, cum mortui causa fami ja purgabatur.* 2. de Leg. 55. Nec verò tam Denicales, quæ à nece appellatæ sunt, quia residentur mortui, quàm cæterorum cœlestium, quieti dies feriæ nominarentur: nisi maiores eos qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent.

DENIQVE, *ad extremum, post omnia.* 2. de Orat. 315. His omnibus consideratis, tum denique cogito, &c. 2. de Or. 317. Nihil est denique in natura rerum omnium, quod, &c. Postq. ad Quir. 16. Primùm, &c. tum, &c. denique ad extremum, &c. pro Pomp. 40. Non denique, &c. postremò, &c. pro Quint. 99. Ne sexagesimo denique anno macula notetur. 5. de Fin. 7. Mathematici, poetæ, musici, medici denique, &c. 2. Cont. Rull. 61. Omnes vrbes, agri, regna denique, postremò etiam vectigalia vestra venierint.

DENOMINATIO, *figura.* ad Her. lib. 4. 44. Denominatio est quæ à propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua possit intelligi res quæ non suo vocabulo sit appellata.

DENOMINO, aris. 4. ad Her. 44.

DENOTATVS, a, um. *perspectus cognitus, comprehensus.* 4. Acad. 57. Sapientum, de quo omnis his sermo est, cum ei res similes occurrant, quas non habeat denotatas, retenturum assensum.

DENOTO, as. *significo, designo.* pro Pomp. 71. Qui vna die tota Asia, vno nuncio atque vna literarum significatione, ciues necandos trucidandosque denotauit.

DENS, tis. 2. de N. 134. Dentibus in ore cōstructis manditur, extenuatur & molitur cibus: eorum aduersi acuti diuidunt escas, intimi autem conficiunt, qui Genuini vocantur. 4. Tus. 19. Terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequitur. 3. de Nat. 53. Æsculapius primus dentis euulsionem inuenit. 5. Tus. q. 46. Dentes candiduli. I. P. 1. Dentes putridi. 2. de Leg. 60. Quot auro dentes vincti essent. pro Corn. 57. Dente maledico carpere aliquem.

✠ ADIVNC. *Acuti, aduersi, Genuini, Intimi. 2. de Nat. Candidi. 5. Tusc. Eburnei. 6. Verrin. Non inimicus, sed maledicus. pro Corn. Balbo. putridi in Piso. Tæter. 2. de Diuin.*

☞ Syntaxis. *Constructi dentes mandunt, extenuant, moliunt cibum, diuidunt, conficiunt. Carpere dente maledico.*

DENSELETAE, *populi Macedonis.* I. P. 84.

DENSVS, a, um. *creber, cassus, plenior, concretus, pinguis.* 1. de Nat. 120. Loca syluestribus sepibus densa. Att. lib. 12. ep. 16. Sylua densa atque aspera. Att. lib. 7. ep. 1. Vbi illæ densæ dexteræ.

DENTATVS, a, um. *mordax.* Qu. Frat. lib. 2. ep. 14. Charta dentata res agetur.

DENVDATVS, a, um. Ep. lib. 12 ep. 15. Denudatis ac diuenditis ciuibus.

DENVDO, as. *nudo, spolio.* 1. de Orat. 235. Spoliare atque denudare aliquem suo ornatu. 7. in Ver. 32. Ne excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus Romanus aspiciat.

✠ ADVERB. *Crudelissimè. 12. Fam.*

☞ Syntaxis. *Spolio ac denudo. A pectore denudatus.*

DENVNCIATIO, onis. *indicium, significatio, indictio.* pro Fla. 14. Vt eos qui domo exire nolebant, testimonij denunciatione terreret. & Ep. lib. 11. ep. 20. Terrere aliquem denunciatione periculi. 2. de Diu. 54. Quæ est enim ista à dijs profecta significatio, & quasi denunciatio calamitatum? 6. I. A. 4. Facilè verò huic denunciationi parebit. & *ibid.* Non est illa legatio, sed denunciatio belli, nisi paruerit. Plan. Ep. lib. 10. ep. 8. Quòd præmatura denunciatio boni ciuis imparati, quàm periculosa esset, ex casu collegæ videbam.

✠ ADIVNC. *Periculosa, præmatura Planc. 10. Fam.*

☞ Syntaxis. *Significatio, & quasi denunciatio.*

DENVNCIANDVS, a, um. Ep. lib. 12. ep. 24. Quod senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandū misserat.

DENVNCIANS, tis. Ep. lib. 4. ep. 3. Monente & denunciante te.

DENVNCIATVS, a, um. 2. in Verr. 25. Siculis denunciatum esse audio, domum ad illum vt venirent. 1. Offi. 36. Nullum bellum esse iustum, nisi quod denunciatum antè sit & indictum. Ep. lib. 12. ep. 18. Ego autem nunquam, cum mihi denunciatum esset à tuis ire aliquem, non dedi. 3. de Orat. 142. Plus enim aliquanto attulisti, quàm tibi esset tributum à nobis atque denūciatum. pro Mil. 53. Mortem ab illo denunciatam palàm Miloni & prædicatam. 1. Tus. 118. Vt à Deo denunciatum videatur.

✠ ADVERB. *Apertè ita. 4. Phil. Antè Bellum. 1. Offic. Palam mors. pro Mil.*

DENVNCIO, as. *quasi indico, palam dico, testor, ostento, significo, prænuncio.* Ep. lib. 11. ep. 25. Expectanti mihi tuas quotidiè literas, Lupus noster subitò denunciauit vt ad te scriberem. 2. in Verr. 36. Moneo, prædico, antè denuncio. 1. de Diu. 65. Hector moriens propinquam Achilli mortem denunciat. 1. de Orator. 103. Cum se ad omnia, de quibusque audire vellet, esse paratum denunciaret. pro Qu. 27. Sext. Alphenus denunciat se procuratorem ✠ esse. pro Cec. 19. At ille denuciat fundum illum suum esse ‖ & 20. Denunciat Cæcinæ armatos se habere. pro Qu. 54. An cum Romæ domus eius sit, domum potius denunciem? pro Cecin. 95. Cur Ebuti de isto potius fundo quàm de alio Cecinnæ denunciabas. 3. in Ant. 22. Denunciare timorem alicui. pro Mil. 3. Quamobrem illa arma non periculum nobis, sed præsidium denunciant. 5. in Ant. 19. At ille inimicitias mihi denunciauit. 5. in Ant. 21. Quid erat aliud, nisi denunciare populo Rom. seruitutem? Ep. lib. 5. ep. 11. Vt quicquid opus esset, mihi denunciaret. pro Qu. R. 26. Denunciare iudici, & denunciare in iudicium. pro Mur. 49. Catilina Sulpitio vim denunciabat. pro Sest. 40. Denun-
✠ ciare ‖ vim, castra, exercitus. pro Sext. Rosc. 110. Denunciare testimonium alicui. pro Cluent. 24. M. Aurius qui antè denunciārat. 6. in Ant. 5. Testificor, denuncio, antè prædico, nihil eum facturum, &c. Att. lib. 2. ep. 20. Clodius mihi adhuc denunciat periculum. Att. iib. 2. ep. 23. Clodius non mediocres terrores iacit & denunciat.

DENVNCIOR, ris. 1. de Diu. 97. Quibus portentis magna populo Rom. bella denunciabantur.

✠ ADVER. *Antè. 2. Ver. Apertè. 10. Fam. apertius, Fortius. pro Plan. Multò antè, de Senec. Sigillatim vnicuique. 6. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Denunciarè alicui, pro significare. Bellum denunciatum ac indictum. Denunciata palàm, & prædicata mors. Moneo, prædico, antè denuncio, denunciare alicui inimicitias.*

DENVO. *deintegro.* 4. in Verr. 139. Sicilia te prætore censa denuò est. & 3. Ver. 37. Recita denuò. 4. ad Her. 27. Quæ denuò alio orationis membro excipitur.

DENI. denûm, *decem.* I. V. act. 4. Pueri annorum senûm, septémque denûm.

DEONERO, as. *exonero, depono.* 1. in Verrem. 46. Quid, cum commiserari, & conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid & in te traijcere cœperit?

DEORSVM.) (*Sursum.* de Vn. 41. I. SVRSVM. 1. de N. 69. Directè deorsum ferri.

DEPACISCOR, ris: depactus sum. *paciscor, spondeo.* At. lib. 9. ep. 6. In quo non extimesco periculum: cum enim tot impendeant, cur non honestissimè depacisci velim? pro S. R. 110. Cum illo partem suam depacisci. & 115. Ipse tria prædia sibi depactus est. 5. I. V. 60. Neque antè dimissus est, quàm ad conditiones eius depactus

depactus est.2.de In.72.Depacisci cum aliquo,vt aliquid fiat.

DEPASCENDVS, a,um.2.de Ora.96. In summa vbertate inest luxuries,quæ stylo depascenda est.

DEPASCOR,ris.*absumor,resecor.* 2. de Orator.284. Qui à pecore eius depasci agros publicos dicebant. 1. de Legib. 55. Depasci veterem possessionem Academiæ, ab hoc acuto homine non sinemus.

DEPECVLATOR,oris.*furreipub.*2.I.V.2.Depeculator ærarij.I.P. 96.Depeculator,vexator,&c.

DEPECVLOR,aris.*furor,compilo.*2.I.Ver.11. Verres in prouincijs omnia fana depeculatus est.& 6.I.Ver.79.Cur pro isto, qui laudem honoremque familiæ vestræ depeculatus est,pugnas. 6. I. V.37.Eum omni argento spoliasti & depeculatus es. 4. ad Her. 38.Ciuitates,regna,domos omnium depeculatus est.

DEPELLO,lis.*pello,repello,expello,declino,propulso.*)(. *Appeto.asciſco, assumo.* 3. I. C. 17. Non facilè tantam molem malia ceruicibus nostris depulissem.de Prouin.6.Virgines voluntaria morte nefariam turpitudinem depuletunt.Antequam.14.Quem fortuna erexerat ad gloriam, eundem tribuni furor depulit ad calamitatem.pro Sest.79. Nec alia vlla re, ab se mortem, nisi mortis opinione depulit.Ep.lib. 2. ep. 16. Nisi iam ipsa ratio depulisset omnes molestias.& lib.7.ep.26.Sed si morbum depulero, facilè,vt spero, illa reuocabo. de Arusp. 58. Qui patriæ conseruatorem vrbe depulit.pro Liga.26. Depellere aliquem de proposita sententia pro Sest.90.Qui ab aris,focis,ferrum, flammam depellit,&c.de Clar.297. Longi sermonis initium depulisti Attic. pro Qu.8. Tela depellere, & vulneribus mederi. * pro Sest. 49. Cædem à vobis liberisque vestris,vastitatem,incendia,rapinas, meo dolore luctúque depuli.

✠ *ADVERB. Planè Molem.3.Catil.*

CEPELLOR,ris.de Fat.20. Sequitur enim, vt si alia ab alia nunquam depellatur,ne contingat quidem alia aliam.13.in Ant. 11. De Falerno anseres depellantur. pro Cecinn. 49. Dimoueri & depelli de loco. * pro C.Rabir.17.Te ex illa actione meo consilio,virtute,autoritate,esse depulsum.

✠ *ADVER. AEgrius.4.Tusc.*

☞ Syntaxis. *Depellere mortem,turpitudinem:& à se,ab alio. Depellere ad calamitatem,& de sententia. De loco dimoueri,& depelli.*

DEPENDENDVS,a,um.Ep.lib. 1. ep. 9. Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti.

DEPENDO, dis. *pendo,soluo.*Att.lib.1.ep.6. Mihi abiurare certius est quàm dependere.pro Sest.140.Omnes reip. pœnas præsenti morte dependerunt.4.in C. 10. Latorem legis Semproniæ pœnas reip.dependisse.

DEPENDOR,ris.ad Brut.ep.18.Quod spoponderis, quemadmodum soluas,nisi is dependi facilè patiatur,pro quo spoponderis. Att.lib.14.ep. 18. Puto, si quid in homine pudoris est,præstaturum eum,ne serò quodam modo dependatur.

☞ Syntaxis. *Quod spopondisti pro alio,id tibi dependendum. Dependere alicui pœnas. Dependitur.*

DEPERDO, dis. *amitto,perdo.* pro Font. 19. Ne quid apud vos de existimatione sua deperderet. pro Cecin. 102. De iure ciuitatis nihil potuit deperdere.de Prouinc. 11.Qui non solùm bona,sed etiam honestatem miseri deperdiderunt 5. Tusc. 40. Nam qui ✠ timebit,ne quid ex his deperdat,beatus esse nō poterit. ‖ 4.Ver. 73.Ne quid de libertate deperderet.& 1.Ver. 71. Habet enim nihil quod in offensione deperdat.

☞ Syntaxis. *De perdere de honestate,& honestatem.*

DEPEREO,ris.*pereo.* Top.15.Si seruus, cuius vsus fructus legatus est,deperisset.At.lib.1.ep.17. Enitere,vt scheda ne qua depereat.

DEPICTVS,a,um.Or.39.Minuta,quædam,nimisq; depicta.

DEPINGO,gis.*pingo,describo.*4.Acad.48.Vt ea declarant,quæ cogitatione depingimus. 1.de Nat. 39. Mens nostra quiduis cogitatione potest depingere.pro S.R.74. Quæmadmodum vitam huiusce depinxeris.

☞ Syntaxis. *Depingere mente,item cogitatione. Minuta,nimisq; depicta oratio.*

DEPLORANDVS,a,um.& gerund.DEPLORANDVM. 4.in Cat.4.Vt nemo ad deplorandum quidem reip.nomen,atque ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinquatur.pro Sest. 4.Necessariò mihi de isdem rebus esse arbitror,si non subtilius disputandum, at certè dolentius deplorandum.

DEPLORO,as.*lamentor,conqueror.* de Senect. 84. Non libet mihi deplorare vitam,quod multi & indocti sæpe fecerunt.7.in Ver. 170. Si ad saxa hæc conqueri & deplorare vellem. de Senect. 7. Sæpe interfui querelis,quas illi deplorare solebant, &c. Att. lib. 2. ep. 16. Nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, vt quemuis mouere possit. 11. I. A. 6. Quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Att. lib. 9. ep. 21. Multáque in quam.de C.deplorabo.4.in Verr. 65. Socijs ne deplorare quidem de suis incommodis licet.& 5.Ver.45. De iniurijs deplorare ac conqueri.2. Offi. 67. Deplorare interitum alicuius. 5. Tusc. 115. Deplorare suam cæcitatem. pro Cluent. 65. Quorum alter eloquentia damnationem illam,alter tacita pietate deplorat.

✠ *ADVER.Copiosè.5.Ver.Dolentius.pro Sest.*

DEPLORO,ris.2.de Or.211.Quæ de altero deplorentur,ad suas res reuocare.

✠ *ADVER.Diuinitus.1.de Diu.*

☞ Syntaxis. *Aliquem deplorare,& de aliquo. Ad saxa deplorare. De iniurijs deplorare,& conqueri. Aperta pietate aliquid deplorare.*

DEPONENDVS,a,um. Att.lib.1.ep.14. Animus mollis & ad accipiendam & deponendam offensionem. 2. de Diu. 112. Libri Sibyllæ valeant ad deponendas potius quàm ad suscipiendas religiones.

DE,PONO, nis.*repono,colloco,abijcio,exuo,pono, commodo, credo.*)(. *Suscipio.*pro Cec.103.De relinquo iam communem causam,populique ius in vestra fide ac religione depono. Ep. lib. 4. ep. 6. Cuius in sermone & suauitate, omnes curas doloresque deponerem.14.in Anton.34.Deponere mœrorem & luctum. Att.li.12. ep.5.Sed quid ego hæc,quæ cupio deponere,& toto animo philosophari:item.lib.7.ep. 5. Cum nostrum negocium aut confecerimus,aut deposuerimus.1.Acad. 3. Deponere aliquid de manibus. pro Syl. 18. Deponere ex memoria insidias factas. & pro S. R. 49. Deponere studium faciendi aliquid. 1. Tusc. 7. Sic nobis placet, nec pristinum dicendi studium deponere, & in hac maiore & vberiore arte versari. pro Pla. 76. Is deposuit simultates,quas mecum habebat.2.Cont.Rul.68. Deponere inuidiam, pecuniam condere. 2. de Nat. 11. Consules imperium deponere,consules abdicare.Ep.lib.2.ep.17.Rationes mei quæstoris Apameæ deponere cogitabamus. Quin. Frat.lib.2. ep.14. Tribunij candidati. H-S. c c c c. apud M. Catonem deposuerunt. 3. Offic.95. Deponere pecuniam apud aliquem.iu Piso. 5. Deponere prouinciam. Ep. lib.5.ep.1. Vt primùm in concione prouinciam deposui,statim,&c.& Att.lib.2.ep.1.2.de Orat. 210. Gloriam partam abijcere atque deponere.8. in Ant.25.Prouinciam remitto, exercitum depono.Ep.lib.7.ep.6. Tu modò ineptias istas & desideria verbis depone. pro Quint. 45. Possumus petitoris personam capere,accusatoris deponere. 13. in Ant.22. Deponere alienum nomen ipse maluit, quàm suum illis reddere. pro Cluent. 190. Deponere inimicitias veteres. de Amic. 79.Deponere amicitias.)(. *Suscipere inimicitias.* 8. I. A. 23. Deponere errorem.Ep.lib.11.ep.21.Deponere timorem. 13. in Anton. 24. Cum in gremijs mimarum mentem mentúmque deponeres.Ep.lib.13.ep.1.Si audieritte ædificationem deposuisse: *id est, abiecisse.*pro S. R. 10. Opprimi me onere officij malo, quàm id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter presidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro Cæl.50. Obliuiscor iniurias,depono memoriam doloris.3. Offi. ✠ 95. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit. ‖ pro Mil. 40.Deponere timorem.

DEPONOR, ris.pro Cecin. 100. Non adimitur ijs ciuitas,sed ab ijs relinquitur atque deponitur.

✠ *ADVERB.Honestius inimicitias.14.Att.Honestissimè Molestias.2.Offi.humanissimè simultatem. 3. Att. paulisper lecticam.6.Ver.Planè causam.1.Fam.*

☞ Syntaxis. *Deponere ius suum in alicuius fide,& in suauitate dolores, mœrorem,luctum,studium,simultates. Ex memoria deponere amorem. Imperium deponere,rationes alicubi,errorem,ædificationem.*

DEPOPVLATIO,onis.*vastatio.*pro Font.34. Prouincia à Thracum depopulatione defensa. de Arusp. 3. Qui excisionem, inflammationem,euersionem,depopulationem,vastitatem meis omnibus tectis atque agris intulerunt. 1. in Ver. 12. Ædium sacrarum,publicorúmque operum depopulatio.I.P.40.Agrorum depopulatio.5.I.A. 25. Totū iter Antonij quid habuit,nisi depopulationes,vastationes,cædes,rapinas? pro Dom.146. Non me bonorum direptio,non tectorum excisio,non depopulatio prædiorum, non præda consulum, ex meis fortunis crudelissimè capta,permouet.

DEPOPVLATOR,oris.*prædiator,direptor.*pro Dom.13.Depopulator fori,obsessor patriæ.

DEPOPVLOR, aris.*vasto,diripio,depopulationem infero.*1. I. V. 11. Verres Siciliam per triennium depopulatus est.7.I.A. 15. Antonius agros depopulatus est. ‖ 5. Verrin. 84. Depopulari ciuitates. ✠

DEPORTATVS, a,um. pro Mur. 12. Aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. 5. in Verr.36.Vt ante Calen.Sext.omnes decumas ad aquas deportatas haberet.

DEPORTO, as. *affero, exporto, palàm porto,porto.* pro Dom. 111. Hoc simulacrum quidam homo nobilis ad ornatum ædilitatis suæ deportauit. pro Pom. 61. Pompeius bellum in Africa confecit,victorem exercitum deportauit.Ep.lib. 7. ep. 15. Nihil ex ista prouincia potes,quod iucundius sit,deportare. 1.I.V. 28. Illi quidem, vt est hominum genus nimis acutum & suspicio-

sum, non te literas ex Sicilia in Verrem deportare velle arbitrantur, sed quòd ijsdem illius prætura & tua quæstura consignata sit, asportare te velle ex Sicilia literas suspicantur. Ep. lib. 16. ep. 5. Mihi placebat, si firmior esses, vt te Laucadem deportares, vt ibi te planè confirmares. de Sen. 1. Téque non cognomen solùm Athenis deportasse, sed humanitatem. 1. Offi. 78. Deportare triumphum ex prouincia. Ep. lib. 8. ep. 9. Mittam, qui pantheras alant, & eas deportent. 7. in Ver. 39. Tertia illa tua quam tecum deportabas.

✠ ADVERB. *Frugaliter sanè signa domum. pro Dom. Tutè sua. 7. Fam. vndique omnia. 6. Ver.*

☞ Syntaxis. *Deportare flagitium, exercitum, se aliquò*

DEPOSCENS, tis. Att. li. 5. ep. 2. Hortensio deposcenti cætera mea mandata vniuersè mandaui.

DEPOSCO, scis. *omnino posco, appeto, expeto.* 3. I. V. 63. Cum iste iter hoc sibi ad quæstum suum depoposcisset. pro Flac. 97. Hoc non modò non recuso, sed etiam deposco. 2. de In. 144. Quam volet sibi rem à magistratu deposcito. 3. I. A. 33. Hoc non modò non recusem, sed appetam etiam atque deposcam. pro S. R. 95. Téne has partes tibi depoposcisse? pro Pomp. 44. Populus Rom. vnum sibi ad commune omnium gentium bellum, Cn. Pompeium imperatorem depoposcit. 2. I. C. 6. Qui sibi has vrbanas insidias cædis atque incendiorum depoposcerat. 13. I. A. 11. Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco.

DEPOSCOR, ris. pro Pomp. 5. Pompeium ad id bellum imperatorem ab omnibus deposci atque expeti.

☞ Syntaxis. *Appeto & deposco: & contrà.*

DEPOSITVM, ti. *alicui commendatum, vel creditum.* 1. Offi. 31. Vt non reddere depositum, etiam ne furioso promissum facere. & lib. 3. 95. Neque semper deposita reddenda sunt. 3. Tusc. 17. Qui propter auaritiam clàm depositum non reddit, quod est iniustitiæ.

DEPOSITVS, a, um. *creditus, commendatus.* 2. Contra Rul. 41. Missimus qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. 3. I. V. 5. Itaque mihi videor magnam & maximam, ægram & propè depositam reipub. partem suscepisse: *id est, desperatam.* 6. I. V. 19. Habere aliquid depositum apud aliquem. Att. lib. 15. ep. 15. Apud me item puto depositum. pro Syll. 65. Cæcilius deposito onere domestici officij, nihil posthea nisi de reipub. commodis cogitauit. pro Qu. 45. Depositis armis de re pecuniaria disceptare. 3. Contra Rul. 2. Sin aliter eam opinionem hoc ipso in loco depositam & abiectam relinquatis. 3. Offic. 48. Athenienses statuerunt, vt coniugibus & liberis Trœzenæ depositis naues conscenderent.

☞ Syntaxis. *Magnam & maximam, ægram & propè depositam reip. partem suscipere, Deponere & abijcere opinionem. Depositæ copiæ: id est, expositæ in littore.*

DEPRAVANDVM. Brut. ep. 18. Multi ad deprauandum parati

DEPRAVATE, & corruptè iudicare de aliqua re. 1. de Fin. 71.

DEPRAVATIO, onis. *corruptio, distortio* 5. Offi. 105. Quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri? de Leg. lib. 2. Hæc non interpretatio, sed deprauatio verbi est. 2. de Ora. 252. Oris deprauatio non digna nobis. 1. de Leg. 29. Quod si deprauatio consuetudinum, si opinionum vanitas, non imbecillitatem animorum torqueret & flecteret quocunque cœpisset. Part. 127. Non re, sed deprauatione verbi se vrgeri queratur. 2. de Diu. 137. Omnium somniorum vna ratio est: quæ per Deos immortales videamus ne nostra superstitione & deprauatione superetur.

✠ ADIVNC. *Non digna nobis, 2. de Orat.*

DEPRAVATVS, a, um. 2. de Diu. 96. Quædam contra naturam deprauatam habere, & ea ab natura restitui atque corrigi, &c. Att. lib. 10. ep. 4. Filius indulgentia videlicet nostra deprauatus est. 2. de Leg. 28. Mores hac dulcedine corrupteláque deprauati sunt.

DEPRAVO, as. *corrumpo.* 1. de Fin. 17. Epicurus quæ corrigere vult, deprauare mihi videtur. 2. Contra Rull. 96. Nimiæ rerum copiæ
✠ illos deprauabant. ‖ 1. Phil. 32. Nihil est tam sanctum quod non soleant domestici deprauere nonnunquam.

DEPRAVOR, ris. pro Arch. 8. Eas quæ deprauari non possint, repudias tabulas: quas dicis solere corrumpi, requiris. 2. de Fin. 33. Deprauari mala disciplina.

☞ Syntaxis. *Deprauatus & corruptus. Deprauatus ac fœdus. Deprauatio & vanitas. Filij indulgẽtia deprauati. Nõ corrigis, sed deprauas.*

DEPRECATIO, onis. *detestatio, amotio, remotio, precatio, postulatio.* 2. de In 103. Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Part. 131. Ad eius facti deprecationem ignoscendi petenda venia est. 3. de Orat. 203. pro Rab. 26. Huic afferet aliquam deprecationem periculi ætas illa, quantum fuit. pro Clu. 8. Vtar ea deprecatione, qua, &c. Postquam. ad Quir. 7. Non enim ille deprecatione rediit, sed, &c. 5. I. Ant. 11. Nulla æquitatis deprecatio. pro Qu. R. 46. Quis enim deprecatione deorum, non conscientiæ fide permouetur? Ep. li. 5. ep. 20. De Catilio, nescio, quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ. pro Clu. 8. Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, iudices, qua mihi sæpius vtendum esse intelligo.

✠ ADIVNC. *Diligentissima. 5. Fam. Facilis. 11. Att. Nacturna. 2. Att. Nullæ æquitatis. 5. in Anton. Aliqua periculi. 3. de Orat. reliqua. 6. Ver.*

DEPRECATOR, oris. *qui reo veniam & impunitatem deposcit, & eximit periculo.* Att. lib. 11. ep. 8. Filium misit non solùm sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. & ep. 14. Achaici deprecatores. pro Pom. 35. Cretenses ad Pompeium legatos deprecatoréque miserunt. pro Fl. 1. Sperabam iudices honoris potius. L. Flacci me adiutorẽ futurum, quàm miseriarum deprecatorem. ¶ *Defensor.* pro Pl. 102. Deprecator fortunarum alicuius. pro Sest. 27. Deprecator salutis meæ. Ep. li. 2. ep. 13. Post temeritatem nostri Dolabellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo.

✠ ADIVNC. *Nobilissimi. pro Corn.*

DEPRECANDVS, a, um. Ep. lib. 12. ep. 24. Quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat. pro Corn. 18. Deprecandæ maleuolentiæ causa.

DEPRECOR, aris. *precando impetro, supplico, recuso, detestor, remoueo.* 3. I. V. 157. Iam qui tot scelera commisit, is nullam ab sese calamitatem poterit deprecari. 2. Tusc. 52. Qui nullum supplicium de precatus est, neque recusauit. pro Syl. 72. Multorum hic vitam est à Sylla deprecatus. Postquam ad Quir. 6. Pro reditu P. Popilij multi cognati & affines deprecati sunt. 5. in Anton. 3. Pacem vult M. Antonius, arma ponat, roget, deprecetur. Postquam. ad Quir. 7. Me autem fratris lacrymæ à vobis deprecatæ sunt. pro Planc. 102. Custodem salutis meæ à vobis deprecor, Iud. & *ibid.* Pro vno filio duo patres deprecamur. 1. in C. 27. Vt à me quandam propè iustam patriæ querimoniam detester, ac deprecer. pro Clu. 81. Inuidia remota, quam dies mitigauit, oratio mea deprecata est. 7. in Verr. 124. Deprecari mortem alicuius. & 161. Supplicij vim deprecari. 2. Contra. Rull. 99. Si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Ep. lib. 8. ep. 12. Deprecari iniuriam ab aliquo. 1. de Orat. 90. Ad extremum deprecari aliquid & conqueri. 2. de Fin. 1. Primùm, inquam, deprecor, ne me putetis, &c. 7. I. V. 140. Seruilius & recusare & deprecari. Orat. 138. Deprecari, supplicare. Ep. lib. 10. ep. 31. Neque est vllum periculum, quod pro lit errate aut refugiam, aut deprecer. pro Mur. 58. In quo ego accusatore primùm illud deprecabor, ne quid L. Murenæ dignitas illius noceat. ad Brut. ep. 12. Mater & soror deprecatur. pro pueris. 4. Ver. 192. Auaritiæ crimina frugalitatis laudibus deprecari. pro Cæc. 30. Excusatione summæ stultitiæ summæ improbitatis odium deprecari. 3. de Or. 9. Cum Quint. Catulus sibi non incolumem fortunam sed exilium & fugam deprecabatur. pro Flac. 24. Tamen ciuis à ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecaretur, ne, &c. 1. in Anton. 27. Primùm deprecor, ne itascaris. 3. de Orat. 71. Quæ cum ita sunt, paululum equidem de me deprecabor, & petam à vobis, vt, &c. Cæl. Ep. lib. 8. ep. 1. Tamen in hoc te deprecor, ne, &c. 2. de Ora. 201. Omnia semper pro amicorum periculis, nihil vnquam pro me ipso deprecatus sum. pro Font. 26. Iratos hostium animos atque horribiles eorum impetus deprecari. * Postquam, ad Quir. 16. Me consules, prætores, tribuni plebis, Senatus, Italia cuncta, semper à vobis deprecata est. lib. 6. de Rep. Claudij inuidiam Gracchi charitas deprecabatur. 4. I. V. 192. Auaritiæ ne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? pro M. Scaur. Vt salutem à vobis nepotis sui deprecarentur. Dij.

✠ ADVERB. *Paulatim. 1 de Orat.*

☞ Syntaxis. *Deprecari ab se calamitatem. Deprecari atque recusare. Deprecari vitam alicuius ab aliquo. Arma, pœnas, rogos, deprecari. Aliquem ab aliquo deprecari. Refugio, ac deprecor.*

DEPREHENDO, dis. *comprehendo, animaduerto, agnosco comperio,* Epist. lib. 12. ep. 12. Tabellarios deprehendere, literásque intercipere. pro Cæl. 14. Cum ego facinora oculis prius quàm opinione, manibus, antè quàm suspicione deprehendi. pro Quint. 61. Hominem. P. Quint. deprehendis in publico conaris abducere, &c. pro Cluent. 20. Cum manifestò venenum deprehendisset. & 49.

DEPREHENDOR, ris. 2. de Inu. 14. Deprehendi in maleficio. 7. in Verr. 110. Deprehendi in manifesto scelere. pro Mil. 65. Scutorum, gladiorum, pilorúmque multitudo deprehendi posse iudicabatur. 5. in V. 41. Qui quod vitium in altero reprehendit, in eo ipse deprehenditur. 3. In Cat. 4. Vt tota res à nobis manifestè deprehenderetur. Orat. 219. Nec deprehendetur manifestò, quia à nobis de industria fiat. 2. de Orator. 275. Deprehendi in adulterio. * con. C. Anton. Cum deprehendebare in adulteriis. ‖ pro Flac. 37. In minimis rebus sæpe res magnas. Vidi deprehendi.

✠ ADVERB. *Itidem Sicas. 3. Catil. Manifestò aucupium delectationis. Orat. Manifestò venenum. pro Clu.*

DEPREHENSVS, a. um. Orat. 84. Aliquid manifestè deprehensum apparere. Att. lib. 1. ep. 9. P. Clodius deprehensus domi C. Cæsaris. pro Flac. 38. Ceta deprehensa, considerem totius testimonij fictam audaciam manifestò comprehensam atque oppressam teneri. 3. In Cat. 10. De gladijs & sicis, quæ apud se erant deprehensæ respondit, &c. & *ibid.* 11. Propter vim sceleris manifesti atque deprehensi. de Cl. 276. Sibi eum venenum parauisse, idque à se esse deprehensum dicebat. 1. de Orat. 207. Deprehensum me, inquit Antonius, planè video. de Clar. 241. C. Statienus in facinore manifesto deprehensus, pœnas legibus & iudicio
✠ dedit. ‖ Ep. lib. 8. ep. 7. Nisi triduo bis deprehensus esset & *ibid.* percontari cum qua quis sit deprehensus. pro Clu. 49. Re manifestò deprehensus & 50. Deprehensum venenum.

☞ Syntaxis. *Deprehendere manibus, suspicione. Deprehensus in adulterio. Manifestus ac deprehensus.*

DEPREHENSIO, onis. pro Cluent. 50. Manifesta veneni deprehensio.

✠ ADIVNC. *Manifesta veneni. pro Clu.*

DEPRESSVS, a, um. *demissus, deiectus.*)(. *Sublatus.* in Piso. 14. Altero ad frontem sublato, altero ad mentem depresso supercilio. 7. in V. 67. Latumiæ opus ingens in mirandam altitudinem depressum. 3. ad Her. 25. In conquestione vtemur voce depressa: *id est, humili.* 3. ad Her. 21. Si quàm maximè depressa ac sedata voce principia dicemus. pro Clu. 183. Hoc modo sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit. de Sen. 77. Est enim animus ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram. * pro M. Scau. Depressa, cæca, iacens domus.

¶ *Demersus, a, um.* pro Pomp. 21. At eodem imperatore classem magnam superatam esse atque depressam. pro Arch. 21. L. Lucullo dimicante cũ interfectis ducib. depressa est hostiũ classis.

DEPRIMENDVS, a, um. 3. ad Her. 2. In quibus extranea causa conficiet deliberationem, in his ea ipsa erit causa adaugenda, aut deprimenda.

DEPRIMO, mis. *affligo, protero, conculco, depello, demitto.*)(. *Extollo, erigo, effero.* I. P. 41. Etiamne vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis? 5. Tusc. 51. Tantum propendere illam boni lancem putat, vt terram & maria deprimat.

☞ Syntaxis. *Depressa & sedata vox. Animus depressus ac demersus in terram. Superata & depressa classis.*

* DEPRIMOR, eris. de Consolat. Vitijs & sceleribus contaminatos deprimi in tenebras.

DEPROMENDVS, a, um. 1. de Orat. 201. In causis priuatis depromenda sæpe oratio est ex iure ciuili.

DEPROMO, mis. *exprimo, profero, expono, eruo.* 2. de Or. 117. Vt habeant, vnde statim possent argumenta depromere. & 127. Illa deprome nobis, vnde afferas, &c. 5. I. V. 555. Depromere aliquid domo alicuius. pro Clu. 58. Cum illa verba ex intimo artificio deprompsisset, respicite iudices, &c.

DEPROMOR, ris. 1. de Orat. 252. Iuris vtilitas ad quanque causam quamuis repentè, vel à peritis, vel de libris depromi potest. 2. Offi. 52. Altera ex arca, altera ex virtute depromitur. 4. ad Fin. 10. Nam è quibus locis quasi thesauris argumenta depromerentur, vestri ne suspicati quidem sunt. * Hortens. Vnde ad agendum aut dicendum copia depromi maior exemplum potest?

DEPROMPTVRVS, a, um. Ep. lib. 13. ep. ep. 6. Ei pollicitus sum, me ex intima nostra arte deprompturum mitificum genus commendationis.

DEPROMPTVS, a, um. Parad. 1. Vereor, ne cui ex Stoicorum disputationibus, non ex meo sensu deprõpta hæc videatur oratio. 1. de Or. 244. Mutius quid attulit, quod de iure ciuili deprom ptum videretur? pro Pom. 37. Pecunia ex ærario deprompta ad bellum administrandum. 3. I. A. 15. Primùm in Cæsarem maledicta congessit, deprompta ex recordatione stuprorum suorum. 2. de Or. 219. Res penè ex intima defensione depromptæ.

☞ Synt. *Domo depromere aliquid. Depromere de philosophia, ex ærario.*

DEPSO, sis, depsi. *manu subigendo emollire ac omnino pinsere, à Græco* ἕψειν *id est. mollio, coquo, tingo: etiamsi Latinis obscœnum aliquid significârit.* Ep. li. 9. ep. 22. Batuit, inquit, impudenter, depsit multo impudentius.

✠ ADVER. *Impudenter. 9. Fam.*

DEPVGNATVR. Att. li. 16. ep. 11. Calendis Ianuarijs erat fortasse præsidio, aut quidem antè depugnabitur.

DEPVGNATVRVS, a, um. 4. Tusc. 48. Aiax depugnaturus cum Hectore.

DEPVGNO, as. *decerto, dimico.* Att. lib. 7. ep. 7. Cum hoc aut depugnandum est, aut habenda è lege ratio: depugna, inquit potius, quàm seruias. 3. de Fin. 73. Torquatus cum Gallo apud Antenem depugnauit prouocatus. 5. in Ant. 20. L. frater, qui Myrmillo Mylasis depugnauerat. * 2. de Glor. Aiax cum Hectore congrediens depugnandi causa agit. 3. Acad. Depugnare cum facinorosis & audacibus.

✠ ADVER. *Gratis. 16. Fa. Peregrè. 5. Phil. valdè. 8. Fam.*

DEPVLSIO, onis. *expulsio, inficiatio.* 2. de Fin. 41. Adeptio boni.)(. *Depulsio mali.* 8. I. A. 11. Seruitutis depulsio. 1. de In. 13. Intentionis depulsio. 5. de Fin. 17. Voluptatis alij primum appetitum putant, & primam depulsionem doloris. de Vn. 42, Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum.

✠ ADIVNC. *Prima, 5. de Finib.*

DEPVLSOR, oris. *expulsor.* 2. I. A. 27. Depulsórque dominatus, quàm parriceps esse maluit.

DEPVLSVS, a, um. Ep. lib. 1. ep. 7. Scitò nos de vetere illa nostra diuturnaq; sententia propè iam esse depulsos. pro Cec. 22. Quo loco depulsus Cecinna tamen, &c. 3. de Or. 11. C. Cotta per inuidiam depulsus tribunatu. 2. de N. 135. Stomachus agitatione linguæ depulsum & quasi detrusum cibum accipit, pro Dom. 15. Depulsis & dissipatis copijs hostium. 3. in Cat. 19. Cum & simulacra deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum deiectæ. Ep. lib. 12. ep. 1. Vt tantum modo odium illud hominis impuri, & seruitutis dolor depulsus esse videatur.

DEPVLTVS, a, um. *depulsus.* 4. ad Her. 16. Nam qui perduellionibus venditat patriam, non satis supplicij dederit, si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.

DEPVTO, as. *puto, constituo, destino, dico, consecro, despondeo.* 1. de Di. 43. Proinde vidè ne quem tu esse hebetem deputes æquè ac pecus, is sapientia munitum pectus egregium gerat. Accij.

DERELICTIO, onis. *contemptio.* 3. Offi. 31. Communis vtilitatis derelictio, contra naturam est.

✠ ADIVNC. *Communis, iniusta. 3. Offic.*

DERELICTVS, a, um. *desertus.* de Clar. 16. Ager incultus & derelictus. & 3. ad Heren. 31. Locus celebris.)(. *Derelictus.* 1. I. C. 25. Aliquis perditus, & ab omni non modò, fortuna, verumetiam spe derelictus.

DERELINQVO, quis. *desero.* 5. I. V. 120. Aratores agros deserent, totáſque arationes derelinquerent. pro Cec. 103. Derelinquo iã communem causam, populiq; ius in vestra fide depono.

DEREPENTE. pro Lig. 14. Si cum hoc domi fecimus, tu derepentè irrupisses, &c. 1. de Diu. 66. Sed quid oculis rapere visa est derepentè ardentibus?

* DEREPTVS, a, um. *detractus.* 1. de Fin. 43. Omnium falsarum opinionum temeritate derepta. *Alij Direpta legunt.*

DERIDEO, es. *ludo.*)(. *Arrideo.* 3. de Or. 51. Quare istos omnes deridete, atque contemnite. pro Flac. 76. Pergameni te deriserunt, quid tu? ludi te non intelligebas?

DERIDEOR, ris. de Opt. 11. Aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, esset idipsum Atticorum. Qu. Fra. lib. 2. ep. 14. Domitius se derideri putat.

DERIVANDI. pro Mil. 29. Dicam enim non deriuandi criminis causa, sed vt factum est.

DERIVATIO, onis. *deductio.* 2. Offi. 14. Adde ductus aquarum deriuationes fluminum.

DERIVO, as. *duco, deduco, traho, mano, accerso.* 11. I. A. 22. Et cogeris partem aliquem in Asiam deriuare curæ & cogitationis tuæ. 5. Tusc. 72. Iustitia nihil in suam domum inde deriuat. Att. lib. 4. ep. 3. Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare. 4. Ver. 49. Quid est, quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse. 3. I. V. 139. L. Domitius aliò responsionem suam deriuauit.

DERIVOR, ris. 2. ad Heren. 43. Considerandum est, ne tota causa mutata in aliam causam deriuetur.

☞ Syntaxis. *Deriuare crimen, fluuios, curas. In alios deriuare culpam, responsionem alio, causam in aliam causam.*

DEROGATIO, onis. *diminutio.* 2. ad Her. 15. Cum duæ leges inter se discrepant, videndum est, num quæ abrogatio aut derogatio sit. * pro C. Corn. 1. Tertium est genus de legum derogationib.

DEROGO, as. *detraho, delibo, minuo.*)(. *Arrogo.* 2. de D. 146. Quomodo isti, si somnium verum euasit aliquod, non ex multis potius vni fidem derogant, quàm ex vno innumerabilia confirmant? pro Font. 13. Quorum virtuti & rebus gestis fidem & autoritatem in testimonio inimicitiarum suspicio derogauit pro S. Ros. 89. Non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, vt te copiosiùs quàm me putem posse dicere. 2. de In. 53. Derogare aliquid de dignitate populi. & 136. Derogare aliquid de lege, abrogare legem, commutare legem aliqua ex parte. pro Fla. 9. Non ego nationi huic fidem derogo.

DEROGOR. 2. ad Her. 15. Cum ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum vel derogatum sit. 2. de Inu. 175. Dignáne causa videatur, quare aut de magnificentia, aut de honestate quiddam derogetur. pro Qu. 75. Ne fides mea perfidiâ illius derogetur labore. pro Cec. 3. De aduersarij testium fide, derogatur. * pro C. Corn. 1. Quo de genere per sæpe S. C. fiunt, vt nuper de ipsa lege Calpurnia, cui derogaretur.

✠ ADVERB. *Maximè, pro Flac.*

☞ Syntax. *Id fidem & autoritatem tibi derogat. Nimium tibi derogas, sibi dum arrogas. De lege aliquid derogare.*

DEROSVS, a, ũm. *corrosus.* 1. de Diu. 99. Clypeos à mutibus esse derosos.

DERTHONA, næ. *vrbs Ligurum.* Ep. lib. 11. ep. 10.

DERVO, ruis. *diruo, euerto.* Att. lib. 16. ep. 11. De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

DESCENDENDVM. 1. de Orat. 252. Quanto minus est ad iuris ciuilis dediscendi occupationem descendendum?

DESCENDENS, tis. pro Planc. 33. Cum ille domum descendens rogasset Crannium, quid tristis esset.

DETRAHOR,ris.pro Milon.39.Detrahi in iudicium.5. I. V.181. Scribæ nomine binæ quinquagesimæ detrahebantur.pro Cæl. 34. Claudia patrem triumphantem de curru detrahi passa non est.Att.lib.9.ep.1.Cum aliquid de illo detrahatur,nefas esse ap- ✠ probare. ‖ pro Rab.P.44.Detrahi ex dignitate,&c.

✠ ADVERB. *Facilè,2.Phil.*

DETRACTVRVS,a,um.1.I.V.49. Cum ipse de ea facultate, si quem habet,aliquantum detracturus sit.

DETRACTVS,a,um.*in actiuo synonyma sunt.*1.de Or.118.Fingere aliquem detractis omnibus vitijs,atque omni laude cumulatũ. 2.Offic.34.Quo quis callidior est,hoc inuisior detracta opinione probitatis.de Clar.Or.262. Commentarij Cæsaris nudi omni ornatu orationis,tanquàm veste detracta. Ep. lib. 3.ep.6. Si absenti mihi vnius mẽsis labor detractus esset. pro Pom.10.Ne vera laus ei detracta oratione nostra, nec falsa afficta esse videatur.pro Planc.52.Nihil enim, mihi crede, de te detractum, sed aliquid etiam de virtute significatum tua.1.de Fin. 30. Detractis de homine sensibus,reliqui nihil est.aliqua re.Ep. lib 3. ep.12. Ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur.6.in Ant.15.Celeritas de causa detracta.pro Clu.82. Nihil potest neque additum neque detractum de re familiari latere.

☞ Syntaxis. *De se detrahere: id est,se non laudare, non sibi tribuere, Detrahere alicui damna. De aliquo detrahere,& alicui.1.maledicere.*

DETRIMENTVM, ti.*damnum.*βλάμμα.) (. *emolumentum.* 3. de Fi.69.Emolumẽta & detrimenta,quæ ὠφελήματα & βλάμματα. appellant.1.de Orat.38. Plura detrimenta publicis rebus quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata. 5.I. A. 34. Consules prouideant,ne quid Respub.detrimenti accipiat.6. I. V.20. Respubl. detrimentum fecit, quòd per te imperij ius in ciuitate imminutum est.& *Ibidem.* Non sine magno Reip. detrimento.1.de Fin.53 Plusq; in ipsa iniuria detrimenti est quàm in his rebus emolumenti,quæ iniuria pariuntur.In vita Att.Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod adferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum traiecit suarum. de Clar. 4. Nostro incommodo detrimentóque doleamus. pro Pomp. 15.Accipere detrimentũ in aliqua re.& 67.& 2.I.A.101.Tua ista detrimenta sunt,illa nostra.Planc. Ep.lib. 10. ep.18. Tamen si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset,hoc omne assignatum iri aut pertinaciæ meæ,aut timori videbam Planc.Ep. lib. 10.ep.24.Neque tamen refugiendo commissuri sumus, vt maius detrimentum Respub.accipere possit.1.Off.51.Quicquid sine detrimento possit commodari,id tribuatur cuique.Ep. lib. 16.ep.11.Senatus consulibus,prætoribus,Tribunis plebis, & nobis qui proconsules sumus, negocium dedit,vt curaremus, ne quid Respub.detrimenti caperet.pro Mil.71.& 1.I.C.4.Vt videret,ne quid Respub.detrimenti caperet.

✠ ADIVNCT. *Magnum,10.Fam.Maius,1.Fami.Maximum,5.Verr.Minus,Postquam in Senat.Plura,1.de Orat.Summum,1.de Inuent.*

☞ Syntaxis.. *Per aliquem importatum detrimentum alicui,Pati,accipere,facere detrimentum.Incommodum ac detrimentum.*

DETRVDO,dis. *depello,deturbo,expello.*de Vniu. 42. Et ita dextra detrusit in lævam partem oculorum, leváque in dextram.Ep. lib.5.ep.10.Quatuor enim turres,& quatuor muros cepi, & arcem eorum totam,ex qua me niues, frigora, imbres detruserunt.1.Offi. 114. Sin aliquando necessitas, nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij non erunt,&c.1.de Orat.130. Detrudere aliquem ad id quod facere potest.

¶ *Differo,produco.*At.li.4.ep.16.Putãt fore aliquem, qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat,Catone præsertim absoluto.

✠ ADVER.*Aliquando,1.Offic.*

DETRVDOR,ris. *deturbor.* pro Qu.28. Quintius de agro communi à seruis communib. vi detruditur. pro Cec. 49. Potéstne detrudi quisquam,qui non attingitur? nonne, si verbum sequi volumus,hoc intelligamus necesse est,eum detrudi cui manus afferantur? necesse est,inquam, si ad verbum rem volimus attingere, neminem statu detrusum, qui non adhibita vi manu demotus & actus præceps intelligatur.1.de Or.46.Oratorem in iudicia & conciunculas,tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam.

¶ *Differor.*Qu.fra.lib.2.ep.12.Putantur detrudi comitia in mensem Martium.

DETRVSVS, a.um.2.de Nat.135. Stomachus agitatione linguæ depulsum,& quasi detrusum cibum accipit.Qu.fr.lib.1. ep. 4.In maximum luctum laboremque detrusus sum.

☞ Syntaxis. *Comitia detrusa in Cal.id est,dilata. Detrudere & compingere.Cibus depulsus ac detrusus. In luctum detrusus.*

DETVRBANDVS,a,um.pro Quin.47. De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est.

DETVRBATVS,a,um.*deiectus.*Ep.li.12. ep.25.Neque solùm spe. sed certa re iam & possessione deturbatus est.Ep.lib.5.ep.7. Sed hoc scito,tuos veteres hostes,nouos amicos,vehementer literis perculsos,atque ex magna spe deturbatos iacére.

DETVRBO, bas.*demolior,deijcio detrudo.* 6. I. V. 90. Tindaridani statuam istius deturbarunt.Parad.4.Cum parietes disturbabas.

✠ ‖ *alias deturbabas* in Pison.46.Suum quemque scelus de sanitate ac mente deturbat.I.P.93.Illi statuam istius deturbant, affligunt,comminuunt, dissipant.Qu.fr.lib.3.ep.9.Quòd si cæmentum bonum non haberem,deturbem ædificium?

☞ Syntaxis. *Deturbare aliquem de fortunis, spe, possessione, certa re. Deturbare ædificia.Ex spe deturbari.*

DEVECTVS,a, um.1.in Anto.9.Atque ego celeriter Veliam deuectus sum.

✠ ADVERB.*Celeriter,1.Phil.*

DEVENIENDVM.Epistol.lib. 7.ep.3. Aut deueniendum in victoris manus.

DEVENIO, nis. *venio, peruenio.* 2. de Orat. 239. Quæ cuiusmodi sint,faciliùs iam intelligemus,cum ad ipsa ridiculorum genera deuenerimus.I.P.70.Deuenit,aut potius incidit in istum Græculus,&c.Ep. lib. 4.ep. 5. Quoniam in eam fortunam deueni, &c.pro Mur.29.Qui oratores euadere non possunt,ad iuris studium deuenire.At.lib.1.ep.7.Nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire.

✠ ADVER, *Necessariò ad locum,6.Verr.*

DEVEXATVS, ta.*valde vexatus,afflictus.* Ep. lib. 10.ep.3. Per tot annos Repub.deuexata.

DEVEXVS,a,um.*deflexus,inclinatus.*1.de D.101.Lucus vestæ, qui à palatij radice in nouam viam deuexus est.Att.li.9.ep.12.Aetas iam à diuturnis laboribus deuexa ad ocium, domesticarum

me rerum delectatione molliuit. 5. de Legib. Sol paululum à meridie iam deuexus videtur

☞ Syntaxis. *Deuexa mea, ætas in, ad.*

DEVICTVS, a.um. 2. contra Rul. 89. Quibus Cos. Capua deuicta atque capta est 2. de Nat. 8. Classe deuicta.

DEVINCIO, cis. *obstringo, alligo, constringo, comprehendo.* ‖ *Cum ignorent recentiores sæpe hoc verbum ad Officia quibus astringamur transferri à Cicerone, vsurpant obnoxium facere, aut obnoxium esse.* pro Sest. 15. Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxit, nihil contra me esse facturum. pro Dom. 131. Deuincire aliquem locum religione: *id est, deuouere.* Epist. lib. 13. ep. 7. Tum viros primos & homines honestissimos summo beneficio in perpetuum tibi tuisque deuinxeris. de Clar. 98. P. Crassus cum Seruio Galba affinitate sese deuinxit. Quint. frat. lib. 1. ep. 2. Quē non solùm sermone meo, sed etiam familiaritate deuinxi. 1. Offic. 54. Sanguinis autem coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines. Ep. lib. 13. ep. 3. Ipsum præterea summo officio, & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. 2. in Ant. 116. Cæsar aduersarios clementiæ specie deuinxerat. Orat. 85. Nec aceruatim multa frequentans vna complexione deuinciet. 2. de N. 148. Eloquentia nos iuris legumque societate deuinxit. I. P. 29. Qui in Italia omnes omnium gentiū partes tribus triumphis deuinxit. de Fat. 20. Hi mentem hominis voluntate libera spoliatam fati necessitate deuinciunt. de Ar. 5. Hic maximo se scelere deuinxit.

DEVINCIOR, ris. 7. I. V, 81. Cleomenes ab isto donis beneficijsque plurimis deuinciebatur. de Cla. 140. Verba eligere, collocare, & compressione deuincire. 3. Offic. 111. Fœdera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides.

DEVINCTVS, a, um. Ep. lib. 1. ep. 9. Cuius officijs me esse deuinctum confiteor. & lib. 1. ep. 7. Hic tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctus est. & lib. 6. ep. 11. Nunc tanto sum deuinctus eius beneficio, vt nemini plus debeam. Ep. lib. 6 ep. 10. Omnes ferè familiarissimi eius quasi deuincti meis magnis veteribus officijs me diligenter obseruant. Ep. lib. 3. ep. 13. Ijs studijs, quibus vterque nostrum deuinctus est. de Cl. 45. Nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis nasci cupiditas dicendi solet. Att. lib. 16. ep. 17. Me maximo beneficio deuinctū semper habebis. pro Cæl. 36. Eum habere tuis copijs deuinctum nō potes. de Pro. 19. Nationes nondum legibus. & iure certo, nec satis firma pace deuinctæ. pro Mil. 89. Pompeium nouo reditu in gratiam quasi deuinctum arbitrabatur. pro Cl. 179. Vt eum nuptijs alligatum, simul & testamenti spe deuinctum haberet in potestate. 1. contra Rul. 16. Italiam omnibus vinculis deuinctam & constrictam tenere. pro Planc. 45. Tenere aliquem deuinctū largitione. itē. pro Arch. 5. Is totam Hortensiorum domum deuinctam consuetudine renebat. pro Cec. 92. Ad duas dissimiles res duo deuincta interdicta sunt.

☞ Syntaxis. *Deuincire aliquem clementia, Se scelere deuincire. Fœdere deuincitur fides. Aliquem vinculis amicitiæ deuinctum tenere.*

DEVINCENDVS, a, um. 1. I. C. 18. Tu ad deuincendas perfringendasq; leges valuisti. *aliàs euertendas.*

DEVINCO, cis *supero, vinco.* 2. de N. 6. Cum ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuicissent. Orat. 153. Duellius qui Pœnos classe deuicit. 2. contra Rull. 85. Nuceriam suis præsidijs deuincent.

DEVITATIO, onis. *fuga, vitatio.* Att. lib. 16. ep. 2. Facilior & exploratior deuitatio legionū fore videtur, quàm piratarum, qui apparere dicuntur.

DEVITATVS, a, um. Att. lib. 9. ep. 6. Ne Cæsar se à me deuitatum putet.

DEVITO, as. *defugio, vito.* 2. in Verrem. 8. Procellam temporis deuitauit.

DEVITOR, ris. 2. Tusc. 62. Nullum ab ijs, qui in id certamen descendant, deuitari dolorem.

DEVIVS, a, um. *qui derecta via deflexit, à via remotus, alienus, aduersus.* lib. 2. ep. 4. Id & nobis erit iucundum, & tibi nō sanè deuiū. I. P. 89. In oppidum deuium Beroam perfugisti. Attic. lib. 3. ep. 7. Sed itineris causa vt diuertar, primum est deuium, &c. & lib. 4. ep. 3. Metellus per itinera deuia ad campum currebat, &c. & lib. 14. ep. 10, Treboniūs itineribus deuijs proficiscitur in prouinciā. 2. in Ant. 106. Quid Anagnini? qui cùm essent deuij, obuiam ei descenderunt. de Amic. 94. Qui enim potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus assentatoris? qui, &c. 5. in An. 37. Homo amentissimus, atque omnibus consilijs præceps & deuius. 3. Acad. Quod si liceret vt ijs, qui in itinere deerrassent, sic vitam deuiam secutis corrigere errorem pœnitendo.

☞ Syntaxis. *Via, iter, opidum factum, vita, animus deuius.*

DEVNX, cis. *vndecim vncię, quasi vna de asse dempta.* pro Cecinna. 17. L. As.

DEVOCO, as. *reuoco.* de Pro. 29. Nihil est, qnod eum de prouincia deuocent: ad gloriam deuocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem Senatus equestris ordinis gratiā, populi charitatem. 5. Tusc. 10. Socrates primus Philosophiam deuocauit è cœlo.

DEVOCOR, ris. 2. ad Her. 4. In suspicionem maleficij deuocari.

DEVOLO, as. *auolo, aufugio.* pro Qu. 93. Ab afflicta amicitia transfugere, & ad norentem aliam deuolare. 4. ad Her. 25. Falsi amici simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes.

DEVOLVTVS, a, um. 7 I. A. 13. Non auditis sententiam meam flagitari? cui cum pridie frequentes esseris assensi, postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti.

DEVORANDVS, a, um. Att. li. 4. ep. 5. Dudum circumrodo quod deuorandum est. de Cla. 236. M. Piso hominum ineptias & stultitias, quæ nobis deuorandæ sunt, non tulit.

DEVORATVS, a, um. I. P. 90. In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum centum talenta euomere non poteras. in Sal. 20. Patrimonio non comesso, sed deuorato. pro Flac. 57. Quod erat spe lucrum deuoratum. 13. In Anton. 3. Beneficijs Cæsaris deuoratis.

DEVORO, as. *ligurio, helluor.* pro Sest. 23. Verbum ipsum voluptatis omnibus modis animi & corporis deuorabat. I. P. 48. Cum partim eius prædæ profundæ libidines deuorassent: partim, &c. Att. lib. 1. ep. 13. Ille legis hæreditatem spe deuorarat. 5. in Verr. 177. Deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. Ar. lib. 7. ep. 3. Quid enim tibi faciam? qui illos libros deuorasti? Ep. lib. 11. ep. 21. Quo circa Segulium negligamus, qui res nouas quærit: non quòd veterem comederit, nullam enim habuit: sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. 6. I. A. 17. Quapropter Quirites expectate, & paucorum dierum molestiam deuorate. pro Dom. 60. Cum omnium locupletum bona spe & auaritia deuorasse. 3. I. V. 135. Iste qui iam spe & opinione prædā illā deuorasset.

DEVOROR, ris. de Clar. 282. Orationem à multitudine deuorari: *id est, non planè intelligi.* 2. de Nat. 135. Stomachi partes quæ sunt infrà quàm id quod deuoratur, dilatantur: quæ autem suprà contrahuntur.

☞ Syntaxis. *Deuorandæ stultitiæ. Deuorare libros. Bona spe deuorare: id est per auaritiam & opinionem. Orationem deuorare: i. percipere.*

DEVOTIO, nis. *dedicatio, consecratio.* 3. de N. 15. Deiorum deuotionibus placatos esse deos. pro Dom. 145. Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum denique cōuictam esse & commissam putabo. Postq. ad Qu. 1. Eius deuotionis me esse conuictum iudicio deorum, &c. testimonio senatus, confessione inimicorum maximè lætor.

DEVOTVS, tā, tum. *destinatus, constitutus.* de Ar. 6. Accedit enim, quòd T. Annio deuota & constituta ista hostia videtur.

DEVOVEO, ues. *vouco, destino, dedico, consecro.* 2. de Natu. 10. Quidam imperatores se ipsos dijs Immortalibus, capite velato, verbis certis pro Republ. deuouerunt. 1. de Diu. 51. P. Decius deuouit se, & in aciem Latinorum irrupit armatus. 2. de Finib. 61. Nā etiam eius collega. P. Decius princeps in ea familia consulatus, cum se deououeret, & equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat, &c. 11. in Ant. 13. P. Decius qui maiorum suorum exempla persequens, pro alieno se ære deuouit. Para. 1. Quæ vis patrem Decium? quæ filium deuouit? & immisit in armatas hostium copias? Postquam ad Quir. 1. Cū me fortunasq; meas pro vestra incolumitate, ocio, concordiaque deuoui. pro Dom. 145. Méque ac meum caput hac conditione deuoui, vt si, &c. 3. Offi. 95. Agamemnon cùm deuouisset Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius.

☞ Syntaxis. *Deuotionis conuictus. Capitis deuotio. Pro alio se Deo deuouere. Deuouere se pro ære alieno. Deuouere filium.*

DEVS, dei. *diuinus spiritus, numen, præstans æternaq; natura, diuus, qui in deorum numero est, ille qui cœlum atque terras tuetur & regit, procreator mundi.* 1. Tusc. 66. Nec deus ipse qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam & libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens & mouens, ipsaq; prædita motu sempiterno. 1. de Natu. 60. Roges me, quid, aut qualis sit Deus: autore vtar Simonide, de quo cùm quæsisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi causa sibi diē postulauit: cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petiit: cùm sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quæreret, cur ita faceret? Quia (inquit) quantò diutius cogito, tantò mihi res videtur obscurior. 1. de N. d. 30. Plato sine corpore deum vult esse, vt Græci dicunt, ἀσώματον. de Ar. 19. Quis est tam vecors, qui cùm suspexerit in cœlum, deos esse non sentiat? *& ibi multa de Deo, ac prouidentia.* de Som. 4. Ille princeps Deus, qui omnem hunc mundum regit. de Somn. 9. Nouem orbibus connexa sunt omnia, quorum vnus est cœlestis extimus, summus ipse Deus arcens & continens cæteros. do Som. 19. Deum igitur te scito esse: siquidem Deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet, qui tam regit & moderatur id corpus cui præpositus est, quàm hunc mundum princeps ille Deus. 2. de D. 148. Esse præstantem aliquam æternámque naturam, & eam suspiciēdam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum cœlestium cogit confiteri. 4. de

de Finib. 11. Sed etiam modestiam quandam cognitio rerum cœlestium affert, his qui videant, quanta sit etiam apud deos moderatio, quantus ordo: & magnitudinem animi, deorũ opera & facta cernentibus: iustitiam etiã, cum cognitum habeas, quod sit summi rectoris & domini numen. 1. de Leg. 24. Nulla gens est tam fera, quæ non etiam si ignores, qualem deum habere deceat, tamen habendum sciat. 1. de Diuin. 120. Quanto id deo est facilius, cuius numini parent omnia. 2. de Nat. 4. Iupiter dominator rerum. omnia nutu regens, pater diuumque hominumque. de Vniuers. 35. Deus, qui omnia genuit: *ad alios deos genitos fatur.* de Vniuers. 18. Sic deus ille æternus, hunc perfectè deum procreauit. 3. de Nat. deor. 92. Nihil est, quod deus efficere non possit, & quidem sine labore vllo. 2. de Diuinat. 125. Nec frustra & sine causa quid facere, dignum deo est. 2. de Legib. 26. Et quod Thales dixit, homines existimare opportere, deos omnia cernere, deorum omnia esse plena, fore enim homines castiores. 3. Off. 102. Nunquam nec irasci Deum, nec nocere. pro S. Rosc. 131. Commoda quibus vtimur, lucemque qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, à Deo nobis dari atque impartiri videmus. 2. Off. 11. Dij ratione vtentes. & *ibid.* Deos placatos pietas efficiet & sanctitas. Att. lib. 14. ep. 11. Nostri illi heroes, sed dij futuri quidam, in gloria sempiterna sunt. 2. de N. 60. Deos quosdã ex magnis beneficiis fuisse constitutos. de Sen. 81. Sic me colite, vt Deum. 7. I. Verr. 112. Dij manes. Para. 1. Cum tibi siue Deus, siue natura dederit animum, &c. 1. de Nat. 53. Tragici poetæ cùm explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad Deũ. pro Pomp. 70. Testor omnes deos. & eos maximè qui huic loco temploque præsident, qui omnium mentes eorum qui ad Rẽp. adeant, maximè perspiciunt. 2. de Diuin. 40. Deos ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, &c. 1. de N. 82. Deos ea facie nouimus, qua pictores & fictores voluerunt. 2. de Nat. 82. Malos felices contra deos testimonium dicere. & 88. Improborũ prosperitates secũdæq; res redarguunt vim omnem Deorum ac potestatem & 2. de Nat. 167. Magna dij curant, parua negligunt. Antequam. 28. Testor deos deasque omnes immortales, me, &c. 3. I. V. 7. Dij patrij. 2. de Inuent. 95. Ei Deo: *id est, Dianæ*, Attic. libr. 6. ep. 6 Ac te apud eum, dij boni, quanta in gratia posui. de Clar. O. dij boni, quid quasi nos aliud agimus. Att. libr. 9. epist. 21. Reliqua ô Dij, qui comitatus. 2. Offic. 5. Quid est enim per deos optabilius sapientia. 8. I. Ant. 10. Nunquid tale habemus? dij meliora: id enim ipsum agimus, &c. Attic. libr. 9. ep. 2. Contrà igitur? Dij, inquis, auerruncent, I. Pis. 38. Appellatus est hic Vulturius illius prouinciæ (si diis placet) imperator. 3. I. A. 36. His ducibus diis iuuantibus erimus liberi breui tempore. Q. fratr. lib. 2. ep. 4. Diis hominibusque plaudentibus. 1. Off. 38. Doq; volentibus cum magnis diis. Epistol. libr. 7. ep. 20. Diis approbãtibus & iuuantibus. & libr. 10. ep. 22. Meq; diis iuuantibus ante brumam expectabis. de Sen. 83. Si quis mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam. 1. Tus. 23. Harum sententiarum quæ vera sit, deũm aliquis viderit. Att libr. 6. ep. 3. Sed hæc deus aliquis gubernabit. Att. lib. 9. ep. 4. Quid tu autem possis? aut quid homo quisquã? vix iam Deus. 1. Tusc. 99. Dij immortales sciunt, hominẽ puto scire neminem. 2. de Orat. 178. Qui ordo tibi placet, & quæ dispositio argumentorum, in quo tu mihi semper deus, videri soles. Postq. ad Quir. 11. P. Lentulus, cõsul patens, deus, salus nostræ vitæ. pro Sest. 144. P. Lentulus cuius ego patrem deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei. Tusc. q. lib. 1, 67. Deus qua facie sit, aut vbi habitet, ne quærendum quidem est. 2. de Legib. 41. Deus qua mente sit futurus, quando ei aliquid ab impiis donatur, vetat Plato dubitare: cùm vir nemo bonus ab improbo donari velit. de Nat. d. 1. 27. Si deus esset animus hominis, cur quicquam ignoraret, de N. d. 1. 24. Si mundus est Deus, quoniam partes mundi sunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicẽda sunt. 2. de N. d. 39. Sapiens est mundus, & propterea deus. Tusc. q. li. 1. 63. Deus mundum ædificauit, secundum Platonem in Timæo. 14. Fam. ep. 7. Deus aliquis mihi medicinã fecisse videatur. de Vniuers. 14. Deus effector mundi atque molitor. Tusc. q. libr. 1. 70. Deus vel effector mundi, si natus est vel moderator, si semper fuit. de Diuinat. lib. 1. 67. Deus inclusus corpore humano. de Vniuers. 17. Deus is qui erat quum mundum crearet, de aliquando futuro deo cogitans. 2. de Natur. 77. Deus nulli naturæ obediens aut subiectus. 4. ad Attic. ep. 15. Deus ille noster Plato. 1. de N. d. 18. Deus Platonis de Tymæo, opifex ædificatorq; mundi. 1. de N. d. 20. Deus Platonicus. 2. de N. d. 4. Deus præsens & præpotens. Tusc. q. libr. 1, 28. Tantus & tam præsens habetur deus. 7. ad Attic. ep. 1. Deus qui nos melius, quàm optare auderemus, liberauit. 4. ad Att. ep. 9. Fors viderit, aut si quis est deus qui hæc curet. 1. ad Att. ep. 13. Nisi quis nos deus respexerit. 16. Fam. ep. 12. Nisi quis deus, vel casus aliquis subuenerit. 1. de Nat. 68. Deus significatur beatus & æternus. Tusc. q. libr. 1, 74. Vetat dominans ille nobis deus, iniussu hinc nos suo demigrare. 2. de Leg. 25. Deus vindex constituitur, vt præsentis pœnæ metu religio confirmetur. 1. de Nat. deor. 18. Mundus, deus volubilis. 1. de Nat. deor. 37. Dei formam intelligi posse nõ censet Aristo. 1. de Nat. deor. 34. Dei formam mutabilem esse vult Heraclites Ponticus. 1. de Nat. deor. 31. Dei formam quæri non oportere: Socrates apud Xenophontem. 1. de Leg. 24. Dei notitiam nullum est animal quod habeat præter hominem. 1. de Nat. 106. Dei speciem cogitatione percipi cum sensu. 2. de Leg. 25. Deo nihil minus gratum, quàm non omnibus patére ad se placandum & colendum, viam. 1. de Natur. deor. 24. Deo isti rotundo quæ vita tribuitur? 14. Fam. ep. 7. Deo piè & castè satisfacere, Som. Scip. 4. Deo nihil, quod quidem in terris fiat: acceptius est, quàm concilia, cetusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. 3. de Legib. 3. Deo paret mundus, & huic obediunt maria terræque & hominum vita iussis supremæ legis obtemperat. 2. de Legib. 26. Deo probitas grata est, sumptus remouendus. 2. de Leg. 40. Deo proximum & antiquissimum id habendum, quod sit optimum. 2. de Leg. 41. Deo spõtione voti obligamur. 1. de Nat. deor. 102. Non membra solùm hominis deo tribuunt imperiti, sed vsum etiam membrorum, arcum, sagittas, hastam, & cætera. 2. de Natur. deor. 34. Deo tribuenda est ratio recta, constans: *paulo post vocat perfectam & absolutam.* 1. de Natur. deor. 25. Deum dixit Thales Milesius eam mentem, quæ ex qua cuncta fingeret. de Vniuers. 7. Deum, qui esset optimus, fas nec est, nec vnquam fuit facere quicquã: nisi pulcherrimũ. 1. de Nat. deor. 27. Deum Pythagoras censuit esse animum, per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo animi nostri caperentur. 1. de Natur. deor. 28. Deum voluit esse Xenophanes: mente adiuncta, omne præterea quod esset infinitum. 1. de Nat. deor. 39. Deum esse mundum & cœlum & astra & terram, & animos, & eos quos maiorum institutis accepimus. 2. de Natur. deor. 30. Deum esse mundum, omnemque vim mundi diuina natura contineri. 1. de Nat. 31. Deum solem & animum esse ait Socrates apud Xenophontem: & modò vnum, tũ autem plures deos constituit. 1. de N. 28. Ad deum reuocat Parmenides, cupiditatem, bellum, discordiam. Tusc. quæst. libr. 1, 70. Deum etsi non videmus tamen agnoscimus, ex operibus eius. de Nat. deor. 1. Deum non attingit labor. Tusc. quæst. libr. 1, 51. Deum ipsum cogitatione complecti non possumus. 3. de N. 76. Cõtra deum disputare. 1. de N. 26. Deum non modò aliqua, sed etiam pulcherrima specie esse decet. 1. de Leg. 25. Ex quo efficitur, vt is agnoscat deum, qui vnde ortus sit, quasi recordetur ac agnoscat. 4. Acad. quæst. 120. Deum omnia nostri causa fecisse docent Stoici. 1. de Nat. 124. Fingere deum lineamenris dũtaxat extremis. de Diu. li. 2, 18. Ne deũ quidẽ cadere, vt sciat quid casu & fortuitò futurum sit. 1. de Natur. 37. Deum certissimum iudicat Cleanthes, vltimum & altissimum, atque vndique circumfusum, & extremum omnia tingentem, atque complexum ardorẽ, qui æther nominetur. 1. de Natur. 25. Sed nos deum nisi sempiternum intelligere qui possumus? de Nat. 1. Aëra deum statuit Anaximenes. 1. de Nat. 26. Quis enim deum non timeat, omnia prouidentem & cogitantem & animaduertẽtem, & omnia ad se pertinere putantem, curiosum & plenum negotij deũ? de Diuin. libr. 2. 125. Nihil à deo significari somniis. de Vniuers. 35. Deo inuito, non sunt dissoluta per eum facta. 2. de Natur. 165. Nisi iuuante deo tales non fuerunt Curius, Fabricius, Coruncanus, reliquiq; viri fortes. 2. Famil. ep. 15, & 6. ad Attic. ep. 6. Dij approbent, quod actum est. 3. Philipp. 35. Quod si iam (quod dii omen auertant.) fatum extremum Reip. venit, &c. 3. de Natur. 47. Dij Barbarorum. 2. Diu. 102. & libr. 1. 82. Dij benefici sunt generiq; hominũ amici. 2. de N. 70. Dij bellis præliisq; non caruerũt, vt fabulæ ferũt. *ibi.* Dij cõmenticij & ficti. 2. de N. 167. Magna dij curant, parua negligunt. ad Brut. epist. 16. Dij deæq; mihi prius omnia eripuerint. 11. Famil. epistol. 21. Dij isti malè faciant. Attic. lib. 15. ep. 28. & lib. 16. ep. 1. Dij faxint quod promittis. Tusc. q. lib. 1, 28. Dij genitales. Tusc. q. lib. 1, 29. Dij maiorum gẽtium. 15. ad Att. Dij illi mortuo: *imprecatio est supresso verbo.* 8. Phi. 10. Ergo habet Antonius, quod suis pollicetur: quid nos? nunquid tale habemus? dij meliora. Id enim ipsum agimus, nequid posthac huiusmodi quicquam possit polliceri. 3. de Nat. 86. Dij minora negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. Diuin. libr. 1, 79. Dij ipsi se nobis non offerunt vim autem suam longè lateq; diffundunt. 3. de Nat. deor. 77. Dij poetici. 3. de Nat. 11. Dij præsentes vbi visi fuerint. 10. Fam. ep. 33. Pollionis, Quod dij prohibeant. Tusc. q. libr. 1, 36. Dij quales sint, ratione cognoscimus. pro Cluen. 197. Dij quomodo placandi. 14. Fam. epist. 4. Dij, quos tu castissimè coluisti, gratiam nobis nõ retulerunt. 1. de Nat. 91. Dij hominum similes, &c. 2. de Nat. 63. Dij induti specie humana, fabulas poetis suppeditauerunt de Vniuers. 34. Deorum quos Græci *δαίμονας* appellant, nostri opinor: lares. 2. de Legib. 27. Cur paupertatem sumptu ad sacra adhibito deorum aditu arceamus. 3. de N. 49. Quum essent agri deorum immortaliũ excepti lege Cẽsoria 3. de Nat. 70. Deorum beneficio multi peruersè vtuntur. 10. Fam. ep. 8. Planci, Deum benignitate. 1. de Nat. 18. Tanquam descendisset ex deorum concilio. 2. de Nat. 7. Deorum cultus quis & optimus & castissimus. 2. de Nat. 70. Deorum formæ & ætates & vestitus, ornatusq; noti

sunt.1. de Natur.38. Deorum honore res sordidas atque deformes afficere.2.de Leg. 22. Deorum iram donis placare impius ne audeto.*ibidem.* Deorum manium iura sancta sunto. Hos leto dato, diuos habento. Sumptum in ollos luctumq; minuunto.2. de Nat.77. Deorum natura præpotens & excellens.1.de Nat.116. Est deorum eximia quædam præstansq; natura.de Vniuers.33. Quæ de deorum, qui cernuntur, quiq; sunt orti natura, præfati sumus.3.de Natur.50. Quisquam nobilium deorum.2.de Nat.61. Deorum nomen obtinuerunt eæ res, quarum vis tanta, sine deo regi non possent (nempe fides, virtus, honor, salus, concordia, libertas.) 1.de Nat. 85. Quot hominum tot linguæ, tot nomina deorum.1. de Nat. deorum notionem in hominum animis impressit ipsa Natura.3.de Nat.16. Cleanthes quatuor modis formatas in animis hominum putat deorum esse notiones. de Arusp. resp.19. Deorum immortalium numine omnia regi, gubernarique perspeximus.2.de Leg. 55. In deorum numero esse maiores voluerunt eos qui ex hac vita migrassent. 1. de N. 29. In deorũ numero Democritus refert imagines, earúmque circuitus, & cætera.2.de Leg.29. Deorum omnium plures, singuli singulis sacerdotes.2. de Leg. 45. Deorum omnium terra sacrum domicilium.de Vniuers.32. Deorum qui intra cœlum gignerentur, terram custodem esse voluit deus.1.de Nat.29. In deorum opinione turpissimè labitur Empedocles.de Vniuer.35. Deorum ortus habeatur, atque dicatur, vt Oceanum, Salaciámque cœli satu tetreque cõceptu generatos, editosque memoremus. ex his Phorcyn Saturnum, & Opem: deinceps Iouem atque Iunonem, reliquos, quos fratres inter se agnatósque vsurpare atque appellare videmus.de Vniuers.34. Deorum progeniem se esse dicebant veteres & prisci viri.2.de Leg.27. Deorũ species quadã opinione in oculis est, non solùm in mentibus.1.de Nat. 48. Deorum speciem, corpus non esse, sed quasi corpus: nec habere sanguinem, sed quasi sanguinem dicit Epicurus.1.de Nat.deor.39. Deorum ignotorum turbam magnam congregat Chrysippus.1. de Leg. 21. Deorum immortalium vi, natura, ratione, potestate, mente, numine, natura omnis diuina regitur.3.de Nat.deor.88. Improborum prosperitates, secundæq; res redarguunt vim omnem deorum ac potestatem.1.de Nat.deor.31. Deorum vim & naturam tollit Antisthenes. Topic. Deorum virtus naturâ excellit, hominũ industriâ.15. Fam.ep.5. M. Catonis, Dijs immortalibus gratulari nos; quàm tibi, acceptum referre mauis, gaudeo. ad Oct. Deos frustrà appello, quorum aures atque animus à nobis abhorret.2.de Natur.166. Deos certos cur Homerus principibus heroum periculorum comites adiunxerit.1.de Leg.32. Qui canem & felem vt deos colunt, eádem superstitione, qua cæteræ gentes conflictantur.2.de Natur.deor.168. Mala & impia est consuetudo contra deos disputandi.de Di.libr.1,10. Deos esse, & consulere rebus humanis.2.de Leg.26. Deos non esse parietibus claudendos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumq; hic mundus templum esset, censuerunt Magi Persarum. Tusc.quæst.lib.1,30. Cur deos esse credamus, firmissimũ hoc afferri potest, quòd nulla gens tam fera, nemo omnium tã sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio.1. de Leg.15. Deos esse dominos ac moderatores omnium rerum, eaque quæ gerantur, eorum geri iudicio ac numine, eosdemque optimè de genere hominum mereri, & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate religiones colat, intueri, piorúmque & impiorum habere rationem à principio ciuibus persuasum esse debet.1.de Nat.deor.121. Deos esse dicit Democritus, principia, mentesque quæ sunt in vniuerso.1.de Nat.38. Deos Perseus eos dicit esse habitos, àquibus magna vtilitas ad vitę cultum esset inuenta.2.de Legib.26. Deos omnia cernere, deorum esse plena omnia, homines existimare oportere dicebat Thales: fore enim omnes castiores.1.de Natur.34. Deos octo esse dixit Xenocrates.1.de Nat.2. Deos esse dubitauit Protagoras, nullos esse omninò Diagoras & Theodorus Cyrenaicus putauerunt.1.de Nat.84. Deos esse facimus his vocabulis, quibus à nobis nominantur.1.de Nat. 25. Deos esse natiuos Anaximander putauit.2.de Nat.76. Deos esse quodam pacto negat Democritus. Tusc.q.lib.1,36. Deos esse natura opinamur.1. de Nat. 32. Deos populares esse multos, naturalem vnum dicit Antisthenes. de Arusp. respon. 18. Deos esse, quibus argumentis probetur.2. de Leg.32. Deos esse summos cùm concedamus eorumque mente mundum regi, & eorum benignitatem hominum consulere generi, & posse nobis signa futurarum rerũ ostendere, non video, cur diuinationem esse negent.2. de Leg. 19. Deos nemo separatim habessit, nóue nouos: sed ne aduenas, nisi publicè adscitos priuatim colunto.1.de Legib.43. In deos ceremoniæ ac religiones, non metu, sed ea coniunctione, quæ est homini cum Deo, conseruandæ.2. de Leg 37. Deos nouos, & in his colendis nocturnas peruigilationes fic Aristophanes poeta vexat, vt apud eum Sabazius, & quidam alij dij peregrini iudicati è ciuitate eiiciantur.1.ad Quint. fratr.ep.3. Quod precaret deos, nisi meas præces audire desiissent.1. de Nat.125. Re tollit, oratione relinquit deos Epicurus. de Vniuers.39. Deos alios in terra, alios in Luna, alios in reliquas mundi partes spargens Deus quasi serebat.2.de Leg.25. Deos suos, aut nouos, aut alienigenas coli, confusionem habere religionum, & ignota etiam sacerdotibus ceremonias.10. Fam.ep.34. Lepidi, Deos hominésque testor.de Senect.81. Vereri Deos.15. Famil.epist.7. Deos tibi eum honorem fortunare volo: *meliùs consulatum.* 2.de Fin.93. Quos dij immortales, ille, quum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat: de Vniuers.34. A diis ortis fidem non habere, difficile.3.de Nat.deor. 70. Non ideirco à diis non optimè nobis esse prouisum, quòd multi eorum beneficio peruersè vtantur.3.ad Qu.fra.ep.1. Dijs hominibusq; inuitis.2.de Leg.16. Diis immortalibus interpositis tum iudicibus, tum testibus ciuiũ inter ipsos, quâ sãcta erit inter eos societas.1.de Leg.21. Naturam omnem diuinitùs regi deorum immortalium natura, ratione, potestate, mente, numine, siue quod erit aliud verbum quo planius significem, quod volo. † pro M. Scaur. Sanctissimos deos illo constituisse in templo videtur, in vestro conspectu, vt salutem à nobis nepotis sui deprecarentur.

✠ *A* DIVNCT. *AEternus, Beatus, Effector mundi atque molitor, de Vniu. Beatus & aternus, 2. de Fin. Certissimus, Pulcherrimus, Beatus, & Immortalis, Sapiẽs, Sempiternus, AEternus, Naturale, Simplex, 1. de Nat. Fortis, 3. de Natur. Immortalis, 1. de Finib. Præditus summa mente, 4. Acad. Opifex ædificatorque mundi. 1. de Inuent. Præpotens, Supremus, 1. de Legib. Præsens, ac præpotens, 2. de Natur Princeps, Summus, de Somn. Sanctissimus, 3. in Verrem. Tantus, & tam præsens, 1. Tusc.ul.*

☞ Syntaxis. *Deus princeps, summus, pater diuũ hominumq;, beneficus, genitalis, immortalis, dominus, moderator. Di meliora. Deus omen auertat. Deus approbet, auertat. Deo iuuante. O Deus bone. Si Deo placet.*

DEXTELLA, læ, *parua dextra, delicia.* Att. libr. 14. ep. 23. Quint. fra. vt scribis, est dextella.

DEXTER, ra, um.) (*Sinister.* 1. de Diu. 12. Iupiter cornicem à læua coruum à dextra canere iussisset. 1. de Diuinat. 46. Pateram dextra manu tenebat. Epist. libr. 10. epist. 30. Dextetius cornu. Galbæ.

DEXTERA, træ, *dextra.* Posth. In Sen. 12. Qui mihi primus afflicto & iacenti consularem fidem dexteramque porrexit. 7. I. V. 152. Cui supplici non illa dextera fidem porrexit? de Prou. 9. Imperator dexteram tendens milites hortabatur. Attic. libr. 7. ep. 1. Vbi sunt illæ densæ dexteræ. pro Cl. 27. Dexterã reformidare.

DEXTRA, træ. *dextra manus.* 11. I. Ant, 5. Dextræ quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ. 10. I. Ant. 9. Græcia tendit dextram Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. 1. de Di. 85. Quid augur: cur à dextra coruus? à sinistra cornix faciat ratum. 12. I. A. 26. Facilis est circumspectus, quid ad dextram, quid ad sinistram sit, de Vniu. 42. Nam & antè & ponè, ad læuam & ad dextram, & sursum & deorsum, &c. 1. de Diu. 59. Prendisse eam dextram tuam.

✠ *A* DIVNC. *Consularis. Posth. ad Quir. Densæ. 7. Att. Fida. 14. Firmior. pro Deiot. Hostilis. 2. Tusc. Impia. 1. Catil. Testes. 2. Phil.*

☞ Syntaxis. *Fidem dextramq; porrigere. Hæc dextra fidem porrigit. Dexteram tendere alicui, & auxilium polliceri. Prendere dextram.*

DEXTRORSVM. *ad dextram.* 1. de Diuinat. 44.

Dextrorsum orbem flammeum.
Radiatum solis liquet cursu nouo, &c. Poetæ

DIADEMA, tis. *apex, insigne regni.* 2. I. Ant. 85. Tu diadema imponebas cum plangore populi. 3. I. A. 12. Antonius collegæ diadæma imposuit. & 10. I. A. 7. Nisi fortè eos qui diadema posuerunt: conseruãdos: eos qui nomẽ regis sustulerũt, deferendos putatis.

DIAETA, tæ. *medicina pars, quæ victu morbos curat.* ad Attic. libr. 4. epist. 3. ego diæta curari incipio chirurgiæ tædet.

✠ DIAGONDAS. 2. de Leg. 37 Atque omnia, nocturna, ne nos duriores forte videamur, in media Græcia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit.

DIAGORAS, ræ. 3. de N. 89. At Diagoras cũ Samothraciã venisset, Atheos ille qui dicit, atq; ei quidã amicus: Tu qui deos, &c. ✠ 1. de Natur. 63. Quid: Diagoras atheos qui dictus est postea que Theodorus, nonne aperte deorum naturam sustulerunt? *ibi.* 2. Nullos esse omninò (deos) Diagoras Melius, & Theodorus Cyrenaicus putauerunt. 1. Tusc. 111. Hanc sententiam significare videtur Laconis illa vox, qui cũ Rhodus Diagoras, Olympionices nobilis vno die duos suos filios Olympiæ vidisset, accessit ad senem, & gratulatus, Morere (inquit) non enim in cœlum ascensurus es. 1. de Nat. 118. Nam superstitione, quod gloriari soletis, facilè est, liberare, cum sustuleritis omnem vim deorum, nisi forte Diagoram aut Theodorum, qui omninò Deos esse negabant, censes superstitiosos esse potuisse.

DIALECTICA, cæ. *differendi ratio & scientia, veri & falsi iudicandi scientia, dialecticorum scientia, prudentia disputandi, ars intelligendi quid quamque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium.* de Clar. 309. A Diadoro cùm in aliis rebus, tum studiosissimè in Dialectica exercebar, quæ quasi contracta & afflicta eloquentia putãda est: sine qua etiã tu Brute iudicasti teu iustã illam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam esse putant, consequi non posse. 4. Acad. 91. Dialectica veri & falsi, quasi disceptatrix & iudex. & *ibid.* 92. Dialectica primo progressu festiuè tradit elementa loquendi, & ambiguorum intelligentiam, & concludendi rationem: tum venit ad soritas, lubricum sanè & periculosũ locum. Or. 114. Aristoteles in principio artis Rhetoricæ dicit eam artem quasi ex altera parte respondere dialecticæ, vt hoc videlicet differant inter se, quòd hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. 1. Acad. 32. Dialectica disciplina, id est, oratio ratione conclusa, huic quasi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur. 2. de Fin. 17. & Orat. 113. Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat: quòd latius lo querentur rhetores, dialectici autem compressius. 2. de Orat. 157. Ars bene disserendi, & vera ac falsa diiudicandi, quæ verbo Græco Διαλεκτικὴ appellatur: *& ibi de dialectica multa.* 2. de. Fin. 18. Dialecticam contemnit Epicurus, quæ vna cõtinet omnem & perspiciendi quid in quaque re sit, scientiã & iudicãdi quale quicque sit, ratione & via disputandi. 4. Acad. 95. Fundamentum dialecticæ est, quicquid enuncietur (id autem apellatur ἀξίωμα quod est quasi effatum) aut verum esse, aut falsum. 3. de Finib. 71. Dialectica habet rationem, ne cui falsò assentiamur, néue vnquam captiosa probabilitate fallamur: eaq; quæ de bonis & malis diceremus, vt tenere tuerique possimus: nam sine hac arte, quẽuis arbitramur à verò abduci falliq; posse. * Hortens. Tune Pseudomenon & Soritam, & totam Dialectică aut illudis aut increpas?

✠ *ADIVNCT. Dilatata. de Clar. Deceptatrix, & iudex veri ac falsi. 4. Acad. Multa. in excogitandis argumentis, loquax in iudicandis argumentis. 2. de Ora. Similis. Pugno. 2. dr Fin. Tota Hortens.*

DIALECTICA, eorum de Clar. 119. Stoicorum in dialecticis omnis cura consumitur. 3. de Fin. 41. & 1. Off. 19. Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis. Attic. li. 14. ep. 12. Vestorius homo remotus à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus.

DIALECTICE. *dialecticorũ more, tenuiter, subtilitèr.* 2. de Fi. 17. Rhetoricè vel dialecticè disputare. 1. Acad. 8. Multa dialectcè dicat.

DIALECTICES, ces. Top. 6. Omnis ratio diligens disserendi duas habet partes, vnam inueniendi, alteram diiudicandi. *ibidem.* Iudicandi vias Stoici diligenter persecuti sunt, eam scientiam, quã dialecticen appellant: inueniendi verò artem, quæ topice dicitur, totam reliquerunt.

DIALECTICVS, a, um. *minutus philosophus, disputandi peritus.* 2. de Diuin. 115. Ambigua ad dialecticum referenda sunt. 2. de Diuin. 11. Quomodo mentientem dissoluas, quem pseudomenon vocant, aut quemadmodum soriti resistas, dialectici docent. Orat. 113. Disputandi ratio & loquẽdi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi, & ornandi. pro Dom. 47. Sexte noster bona venia, quoniam iam dialecticus es, & hoc quoque liguris. & c 2. de Diu. 122. Si velim geometricum quiddã, aut physicum, aut dialecticum explicare. 4. Acad. 98. Mina erat merces dialecticorum. de Fat. 12. Vigila Chrysippe, ne causam tuam, in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio est, deseras. 2. de Fin. 17. Dialecticæ captiones. de Or. 127. Acumen dialecticorum. Part. 138. Et eadẽ vel angustè disserere, vt dialectici qui appellantur, vel vt oratorem decet, latè exprimere. de Fat. 15. De cõnexis & coniunctionibus ridiculis dialecticorum. Part. 1. De minuto genere dicẽdi, & argumẽtãdi dialecticorũ, siue Stoicorũ.

✠ 2. Ad Heren. 16. Sunt qui arbitrantur ad hanc causam tractandam veheme nter pertinere cognitionem Amphiboliarũ eam, quæ à dialecticis profertur. Nos vero arbitramur, non modò nullo adiumẽto esse, sed potius maximo impedimento, omnes enim illi amphibolias aucupantur. Orat. 114. Nam & ipse Aristoteles tradidit præcepta plurima disserendi, & poste à qui dialectici dicuntur spinosiora multa peperetunt. 2. ad Her. 16. Ita metuũt (*dialectici*) in dicẽdo ne quid ambiguũ dicant nomen suũ pronũciare nõ possũt. 2. de Or. 158. Nã & omne quod eloquimur, sic, vt aut esse dicamus id, aut nõ esse: & si simpliciter dictũ sit, suscipiũt dialectici vt iudicẽt, verumne sit an falsum, & si cõiunctè sit elatum, & adiuncta sint alia, iudicent rectène adiuncta sint, & veráne summa sit vniuscuiusque rationis, & ad extremum ipsi se cõpungũt suis acuminibus, & multa quærendo, reperiũt nõ modò ea, quæ iam nõ possint ipsi dissoluere, sed etiam quibus antè exorta, & potiùs detexta prope retexantur. 1. de Orat. 127. Acumen dialecticorum. 1. Acad. 25. Dialecticorum verba nulla sunt publica.

✠ *ADIVNC. Valens. de Fat.*

DIALOGVS, gi. *disputatio, sermo in personæ distributus.* Epistol. lib. 1. ep. 9. Scripsi etiam tres libros in disputatione & dialogo. de Clar. 218. Cum disputatio esset inter eos, vt est consuetudo dialogorum. Orat. 151. Plato in iis sermonibus, qui dialogi vocãtur. Att. libr. 5. epist. 5. Nos Tarenti, quos cum Pompeio Διαλόγους de Republica habuerimus, ad te perscribemus. libr. 13. epsti. 15. Varronis. Διάλογον expecto. & epistol. 40. Hic dialogus sic conclusus est.

✠ *ADIVNCT. Mirifici. 2. Attic.*

DIANA, næ. *Dianæ plures fuerunt.* 3. de Natur. 58. & 2. de Natur. 68. Dianam & Lunam eandem esse putant: eadem apud Græcos Diana & Lucifera, & apud nos Iuno Lucina. & Diana dicta, quia noctu quasi diem efficit. in Arat.

Vt quondam Orion manibus violasse Dianam
Dicitur, &c.

6. I. V. 71. Dianã pergæ violatã esse. & 74. De simulacro Dianæ.

✠ 1. de Diuinat. 47. Qua nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagrauit, eadem constat ex Olympiade natum esse Alexandrum. 3. I. Ver. 48. Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam temporibus exactis, fugisse Delũ atque ibi Apollinem, Dianamque peperisse. *ibid.* 54. Pergæ fanum anti quissimum & sanctissimum Dianæ scimus esse, id quoque à te nudatum, ac spoliatum esse: ex ipsa Diana quod habebat auri, detractum atque ablatum esse dico. 3. Offic. 95. Agamemnon cùm deuouisset Dianæ. &c. vide DEVOVEO.

DIANIVM, *oppidum.* L. SINOPE.

DIARIVM, rii. *Stipendium militibus in singulos dies propositum.* Attic. libr. 8. ep. 12. Eo modo autem ambulat Cæsar & iis diarijs militum celeritatem incitat. *Hic expende, ambulare, de exercitu iter faciente:*

DIARRHOEA, rhœæ. *alui purgatio, ventris fluxio.* Epist. libr. 7. epist. 26. In eas herbas cum incidissem in cæna augurali, apud Lentulum tanta me Διάῤῥοια arripuit, vt hodie primum videar cæpisse consistere: *Hic, Medice, discas vim consistentiæ.*

DIBAPHVS, phi. *bis tinctus purpura.* Epi. libr. 2. ep. 16. Nã Curius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. Attic. libr. 2. ep. 10. Strumam Vatinij sacerdotij Διβάφων vestiant.

DICA, dicæ. *iudicium actio.* 16. I. Verr. 53. Artagatho imperat, vt ali quid illotum quorum argentum fuerat, nummulorum dicis causa daret: *aliter dicæ.* 4. I. Verr. 37. Scribitur Heraclio dica quater. & 42. Dicas sortitur, educit ex vrna tres iudices.

DICACITAS, tis. 2. de Orat. 218. Duo sunt genera facetiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue. Illa superior cauillatio, hæc altera dicacitas appellatur. Orat. 87. Sales, quorum duo genera sunt: vnum facetiarum, alterum dicacitatis. 2. de Orat. 244. Scurrilis dicacitas oratori fugienda est. Attic. lib. 1. epist. 10. Genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur.

✠ *ADIVN. Scurrilis. 2. de Orat.*

✠ DICÆARCHVS. chi. Att. libr. 2 ep. 2. Et Hercule magnum acervum Dicæarchi mihi ante pedes extruxeram. 1. Tusc. 77. Acerrimè autem, deliciæ meæ, Dicæarchus contra hanc immortalitatem disseruit, is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quòd Mitilenis sermo habetur, in quibus vult efficere animas esse mortales. Attic. libr. 13. epist. 32. Dicæarchi περὶ ψυχῆς vtrosque velim mittat. &c. 4. Acad. 124. Tenemúsne quid animus sit? vbi sit? deniq; sit ne? an vt Dicæarcho visum est, neque sit quidem vllus. Attic. libr. 6. ep. 2. Dicæarchi tabulis creditis. & libr. 2. ep. 7. Dicæarchũ rectè amas, luculctus homo est, & ciuis haud paulò melior quã isti nostri ἀδικέσταρχοι. 3. de Leg. 14. Ab eodem Aristotele doctus Dicæarchus, huic ratione studioque non defuit. 1. Tusc. 41. Dicæarchum verò cum Aristoxeno æquali, & cõdiscipulo suo doctos sanè homines omittamus: quorum alter ne condoluisse quidem vnquam videtur, qui animum se habere non sentiat: Alter ita delectatur suis cantibus, vt eos etiam ad hæc transferre conetur. 2. de Diuin. 105. Magnus Dicæarchi liber est. nescire ea (*quæ euentura*) melius esse quàm scire. 1. Tusc. 21. Dicæarchus autem in eo sermone quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium, primo libro multos loquentes facit: Duobus Pherecratem quendam Phithiotam senem, quem ait Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omninò animum, & hoc esse nomen totum inane, frustraque animalia, & animantes appellari. Attic. libr. 2. ep. 16. Controuersia est Dicæarcho, familiari tuo, cum Teophrasto amico meo, vt ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longè omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικὸν: vtrique à me mos gestus esse videatur.

DICANDVS, a, um. *tribuendus:* de Conf. Huic idem honos cettè dicandus est.

DICATIO, onis. *cũ aliquis se in ciuitatem aliquã dicat, & tradit.* pro Corn. 28. Neque solùm dicatione, sed etiam postliminio potest fieri ciuitatis mutatio.

DICATVS,a,um. Ora.42.Epidicticon genus gymnasiis & palestræ dicatum,spretum & pulsum foro.1.Tusc.ul.73. Cygnus non sine causa Apollini dicatus est.7.L V.183. Donum Iouidicatum ac promissum.

DICAX, cis.*paulo nimium facetus,promptus, paratus ad dicendum.* Orat.90. Demosthenes non tam dicax fuit,quam facetus:est autem illud actionis ingenij, hoc maioris artis.2. de Orat.221. Hominibus facetis & dicacibus difficile est habere hominum rationem,& ea quæ occurrant,cum salsissimè dici possint,tenere.2.L Ant.76.Populum in te dicacem etiam reddidisti.2.de Orat.244.Vargula & Granius sunt dicaces. Granio quidem nemo dicacior.pro Cæl.67. In conuiuiis faceti & dicaces.pro Qu. 11.Quo impunius dicax esset.

DICOREVS, rei.*pes poeticus.* Orat. 213. Insistit autem ambitus modis pluribus, è quibus vnum est secuta Asia maximè,qui dichoreus vocatur, cùm duo extremi chorei sunt: *id est, e singulis longis & brevibus.*

DICIS, causa:*id est simulandi causa,per simulationem,ad speciem.* L. DICA. *Ego tu ibidē,dicæ causa, legi posse existimo,vt sit lusus causa.*

DICO, as.*nuncupo, προσφωνῶ consecro, addico.* pro Corn. 28. Non est huius ciuitatis ciuis., qui se alij ciuitati dicare potest. pro Cor.30. Dicare se in aliquam ciuitatem.Attic. Rectum censuisti, vt aliquid dicare.2. de Leg. 7. Ordire igitur: nam hunc totū tibi dicamus diem. Epi. libr.2. epi.6. Huic meæ laudi tuū studium dices.3. de Orat. 11. Non vidi eorum casus, qui tum adolescentes Crasso se dicarāt.Ad Cæs. ex Non. Balbū quanti faciam,quamque ei me totum dicauerim,ex ipso scies.

☞ Syntaxis. *Dicare tempus,studium,se se,totum alicui,in ciuitatem.*

DICENDI, do, dum.1. de Orat.149. Dicendo homines, vt dicant efficere. & *ibid.* 150. Peruersè dicere homines, peruersè dicendo consequi.de Clar.57.Dicitur etiam C. Flaminius ad populum valuisse dicendo.2. de Orat.92. Dicendi genera singula singulis ætatibus.15.ad Att. ep. 2.De optimo dicendi genere iudicium.M.Bruti à Cicerone diuersum.Brut. Dicendi opus ex quinque partibus constat. Part. 3.Dicendi doctrinæ partes tres, 2.de Orat.115. Dicendi ratio tribus ad persuadendum rebus est nixa.Brut.49.Dicendi studium non commune Græciæ,sed proprium Athenarum.Brut.329.Dicendi certum tempus Pompeia lege constitutum.2.de Orat.33. Dicendi vsus in omni pacata & libera ciuitate dominatur.11.Fam.ep.28. Matij, dicendo vincere non postulo.1.Off.1. Vt nonmodò Græcarum litterarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos & ad dicendum & ad iudicandum:*id est,in oratoria arte, & philosophia*..2.de Orat.48.Num igitur placet, cum de eloquentia præcipias, aliquid etiam testimoniis dicendis quasi in arte tradere. di Vniuers.5.Quod ne dictu quidem fas est.13.Fam. epist.1.Dicendum aliquando est.*pro,tandem dicendum est*..4.Verr.119.Audistis ob ius dicendum:Qu.Varium dicere, procuratores suos isti centum & triginta millia nummûm dedisse.1.Acad.5. Dicendi ars,pro Rhetorica.1.ad Herenn.1.Dicendi assiduitas artem multùm iuuat.1.de Inuent.4.Dicendi assiduitas audaciam alit.4.ad Attic.epist.3.Dicendi calumniam tempus eximere.1.ad Heren. 1.Dicendi copia quid desideret.Brut.45. Dicendi cupiditas quibus rebus alatur,quas fugiat. 2. de Orat.30. Dicendi disciplina mendatio nixa est.Brut.26.Dicendi facultas cæteris artibus multò tardius absoluta. 3. de Orator.53. Dicendi facultatem veteres Græci sapientiam nominabant.1.Off.3. Dicendi genus forense. Or.20. Dicendi genera tria.

✠ *ADVERB.Etiam atque etiam,13.Fam.Non modo non frequenter,sed etiam rarò.Or.ad Brut.*

DICO, cis.*loquor,aio,narro,verbum vel verba facio,verba,vel sermonem,vel orationem habeo,vsurpo,commemoro, expono, explico, profero,memoro,in concione vel oratione mea pono.* 1. de Nat.d.87.Mortē dico,& deos timebat Metrodorus 1. I. Verr.30. Quamobrem nihil dico de meo ingenio, neque est quod possim dicere:neq; si esset, dicerem. Tusc.q.lib.1.12. Non dico fortasse eriam,quod sentio.pro Rosc.Amer.13. Causam dicitis, qui vnus relictus, ex illorum nefaria cæde restat. libr. 1. de Pinib. 15. Dicit planè, quod intelligam.Attic.libr.5. epist. 9. Cicero meus modestissimus & suauissimus puer tibi salutem dicit.pro Rosc. Amer. 12. ea nos hoc tempore vtimur,qui causam dicimus.de Vniuer.19. Dicimus multa inconsiderate ac temerè. pro Planc. 55. Multi etiam communes inimici reorum omnium, qui ita semper testimonium de ambitu dicunt.2.Philipp.42.Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset :tu cursim dicis aliena.2.ad Qu.frat. ep.3. Dixi pro illo de ambitu.pro Syll.83.Qui testimonium de coniuratione dixi in alios.Att.li.1.ep.11.& 6.Ver.44.Neque dixi quicquam pro testimonio,nisi quod erat ita notum atque testatum. 2.de Fin.10.Sed tu istuc dixti bene Latinè,parum planè.Attic.li. 4.ep.5.Sed quibus sententiis dixti,quod & ipsi probarent, lætati sunt tamen me contra Pompeij voluntatem dixisse.6.Ver. 143. Vt quisque ætate & honore antecedebat,ita sententiam dixit ex ordine.11.Philipp.18.Crassus Consul Pontifex maximus, Flaccō collegæ Flamini Martiali mulctā dixit,si sacris dissessisset. pro Milo.37. Diem mihi (credo) dixerat, mulctam irrogârat, actionem perduellionis, intenderat. Attic. libr.11. Et si multa præsens in præsentem acerbè dixerat & fecerat.4.Verr.176.Dicam paulò altius,3.ad Qu.fratr.epist.4.Nihil dicam grauius.de Amic.96.Dissuasimus nos, sed nihil de me: de Scipione dicam libentius.1.de Natur.deor.125.Valeat quid enim dicam? propitius sit.Parad.1.Dicam,quod sentio tamen.1.Acad.11.Dicam,vt res est. pro Rosc. Amer.94. Dices: quid postea, si Romæ assiduò fuit? 3.Tusc.46.6. Ver.10. Dicet aliquis, Quid ergo tu,&c. 3. Verr.143.Dic,dic,quæso,clarius.2.ad Quint.fr.Dic mihi verū. 3.de Leg.40.Dicat Senator loco:*id est rogatus.*6.Famil. epist. 21. Dicerem de me ipse:*id est,me ipsum laudarem,* 6.Verr.143. Quum, surgeret nemo,neque sententiam diceret.ad Qu.fratr. li.3.ep.4. Quum testimonium secundum fidem & religionē grauissimè dixissem.de Clar.Orat. 80. Quum quidem eo ipso anno contra Seruium Galbam ad populum summa contentione dixisset. 13.Famil.ep.8.Si dicam,docere te videar, non rogare. 1. de Nat. deor.116. Sic loquitur, vt Corunceanum pontificem maximum te audire dicas.10.Famil.epist 24.Planci, Non dixerim facilè.3. Ver.156.Iam verò in bonis.Quint.Opimij vendendis, quas iste prædas, quàm apertè, quàm improbè fecerit,longum est dicere 1. de Orat. 112. Dicere nunquam non inepetum est nisi cùm est necessarium.2.de Inuen.142.Dicere à scripto.Læl.98.Dicere ad voluntatem alicuius.Tusc.q.libr.4.54.Dicere aliquid acriùs & vehementius.1.Ac.q.16.Dicere aliquid constanter. 4.Ac.q.15. Dicere aliud atque sentias. Tusc.q.libr.5.75. Dicere apertè & clara voce.1.Off.2.Dicere aptè,distinctè,ornatè,pro Rosc. Comœd.16.Dicere audacter & apertè. Brutus. 23. Dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit.1.de Finib.Dicere causam aliquem,pro Quint.31.de capite suo priore loco causam dicere.Tusc.q.libr.1.17.Dicere certa.libr.1.de Finib.2. Dicere contra omnes. 4. Acad. q. 99. Dicere contra sensus, contraque perspicuitatem.2.Offic.48.Dicere copiosè,sapienterq;. 1. Offic. 134.Dicere de absentibus,detrahendi causa.1.de Natur.deor.30. Longum est dicere de Platonis inconstantia de Senec.30. Dicere de seipso senile est, eique ætati conceditur. 3. Offic. 112.pro Rosc.Amer.33.Dicere diem alicui.4.Acad.q .134. Dicere disertè copioseque.pro Cecin. 73. Dicere dotem. 1. Acad. q. 4. Dicere ea quæ sunt in promptu. de Finib. lib.4.6. Dicere minora enucleatè. 1. Off.4. Dicere grauissimè & copiosissimè. 4. Acad.q. 146..Dicere inuidiosè,eleganter,subtiliter.de Finib.lib.2.74.Dicere ius.5.I.Verr.19.Dicere leges. de Pet. Cons.37. Dicere mendacium alicui.Tusc.q.lib.4.53.Dicere monstra.pro Planc.74.Dicere orationem de scripto.de Finib.libr. 4. 6. Dicere pro reo. 2. Famil.ep.3.Dicere suam rationem contra alienam.de Clar.Or. 182. Dicere omnes Romæ cupierunt, non plurimi ausi sunt pauci potuerunt.pro Domo sua.27.Dicere senatui:*pro,in Senatu, vel apud Senatum.*Orat.237. Dicere sententiosè sine verborum & ordine & modo,infantia est. 2. Offic. 31. Dicere simpliciter breuiterq;. 4. Acad.63. Dicere subtiliter contra aliquem.1. Tusc. 41.Dicere subtiliter magis,quàm dilucide. ad Quint. fr. libr.1. ep.2.Nec temerè dicere, nec astutè reticere. 4. Acad.81. Dicere falsum testimonium.14.ad Att.ep.1. Dicere valde vehementer & liberè.2.de Leg. Verè dicere.12. Fam.epist.2.Non dicere visus Antonius, sed vomere. pro. Cluent. 160. Quæ dixi necessariò, pluribus verbis egi, vt,&c.& *ibid.bis.*Attic libr.13.ep. 25. Sed etiā atque etiam dico, tuo periculo fier. Epist libr.12.ep.7.Quod autem & in senatu pluribus verbis disserui.& dixi in concione:in eo velim fidem meam liberes.de Clar.333. Nihil dico amplius: tantum dico, si mihi,&c.& pro Qu.70.Vnum illud dico,si propter,&c.2.de Ora.72.Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm expertus.Attic.lib.1.epi.16.Homines beati, hos piscinarios dico, amicos tuos.2.de Diuin.96.Demosthenes cum Rho. dicere nequiret, exercitatione fecit,vt planissimè diceret.Orat. 189.Quòd versus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus. Orat.113.Aliud videtur oratio esse,aliud disputatio:nec idem loqui esse,quod dicere.item. 136. Dicere nihil aliud est, nisi omnes, aut certè plerasque illuminare sententias.de Clar.188. Dicere de aliqua re proposita in vtramq; partem.2.de Orat.32.Dicere causas in foro.de Clar. 219. Dicere ex tempore. 4. I. Verr. 102.Dicere aliquid ex superiore loco. Attic.libr.2.ep.24. Dicere ex inferiore loco.Dicere dictum. L. DICTVM.5.I.Ant.54.Dixi ad ea omnia consules. de quibus retulistis.4.Aca.49. Ad has omnes visiones permulta dixit.2.de Leg.33.Nisi hi omnes multa ad veritatem admirabilia dixissent:*id est, vera prædixissent:* Attic.libr.13.epist.33. Non temerè dixit Hortensius ad Quæstorem,Trib.mil. &c. pro Quint. 31. Dicere causam de capite suo priore loco.pro Cor.11.Cum Qu. Metellus causam de pecuniis repetundis diceret.de Clar.80. Cato contra Galbam ad populū summa contentione dixit.2.de Orat.98. Dicere causam contra aliquem apud Centumuiros pro aliquo. de Clar.Orat.81.Metellus pro L. Cotta dixit, accusante Africano. & 288. Sed in iudicium veniant, ad stantem iudicem dicant de Optim. 10.

De re

De re priuata ad vnum iudicem dicere. Atti. lib. 7. epi. 7. Ad ſummam dic, M. Tulli, &c. Attic. libr. 15. epiſt. 19. Dic mihi, Antonius vúltne, &c. Attic. libr. 2. ep. 4. Quod inter nos liceat dicere. 1. de Orat. 112. Nam quid ineptius eſt, quàm de dicendo dicere? & *ibid.* 114. Quid de illis dicat, quæ, &c. Attic. li. 4. ep. 3. Dicete ſententiam de ſcripto. & & 10. I. Anto. 5. & de Clar. 46. & Epiſt. libr. 10. epiſt. 13. *Memoriter, & ex memoria.* pro Dom. 27. Quis apud populum Rom. de illius dignitate induſtrius: quis ſenatui ſæpius dixit. 5. de Fi. 27. Et ſi ea quæ adhuc dixiſti, quãuis ad ætatẽ rectè iſto modo dicerentur. pro Dom. 95. Dico igitur, & quàm poſſum maxima voce dico, me, &c. pro Sext. Roſc. 45. Vt non modo tibi contra nos dicendum putes, verùm etiam contra rerum naturam, contraque conſuetudinem hominum contraq; opiniones omnium. pro C Cor. 1. Dum priuatim dicunt. *ibid.* Cauſam lege Varia de maieſtate dico. contr. C. Anton. Tu potes in defenſione tua dicere. Hortenſ. Qui lentus dicere ſolabat. Incer. Vt ita diceret, quo modo ſe quilibet poſſe confideret.

¶ *Decerno.* 3. I. Verr. 149. Dicere diem operi faciendo. pro Fla. 86. Doti valeria pecuniam omnem ſuam dixerat.

¶ *Propono.* Attic. lib. 9. epiſt. 18. Volet Cæſar, vt prætor dictatorem dicat.

✠ ADVERB. *Abſurde, competenter, honeſtè, inconſtantiſſime, liberius, nimium ſæpè,) (parum ſæpè, pulchrè, Rhetoricè, 2. de Finib. Abundanter, accuratius, congruenter, exigue, explicate, feſtiue, grauiſſime teſtimonium, Illuminate, numeroſe, pauloſecus, ſupra, 3. ac Orat. Acerbe nihil, Separatim de moribus. 13. Fam. Accommodatè ad perſuadendum acutè. Audacius, compoſite, copioſiſſime. Eloquentiſſime, impolite, latius paulo, lenius, memoriter, paratius peruerſe, prudenter, pure cauſam, quam maxime accommodate ad, Remiſſius, 1. de Orat. Accurate cauſam, anguſte. Argutius attenuate preſèque, Atticè, copioſe & ornate, enucleate loqui & inelegãter causã, exiliter, incõſulte, inculte, inepte, nõ ita cito Rhetorem. Odioſe pereleganter, perite, plane oratorem, plurimum, preſsè. Ridicule, ſapienter, ſcienter, ſemel & iterum ſimiliter Latine, ſolute ſuauiter, ſuſpicioſius aut criminoſius, temperantius, de Clar. Accurate ſententiam, tuto ſententiam. 4. Attic. Accurate teſtimonium, arroganter, coniunctè, de re vtraque, Conſulto, diſerte & ſcribere. Dolenter facetius, faſtidioſius, iocosè, probabiliter, proprie de vno quoque, quaſi ſtulte cum ſale, ſordide, ſubridicule temere, turpiſſime, 2. de Orat. Accuſatorie, grauiter teſtimonia, paulo amplius, 4. Ver. Aceruatim reliqua, callidiſſime, caute, pedetentimque, contra, grauiter & diù honeſtiſſimè. Nuſquam, palam fortiſſimè, pro Cluent. Accurate, plus minúsve quam ſit neceſſarium, non longe cauſam, ſatis ſupérque, timide, pro Flac. Acrius, admirabiliter, planè vehementius, 4. Tuſc. Acutius, pro Cor. Balbo. Æqualiter ius, 1. ad Qu. Frat. Aliquando, contumelioſè de abſentibus, maxime, quamquam quid, obſcæne, ſeuere de abſentibus, ſatis fere, 1. Offic. Ample, apte, aptius, Aſperè multæ, cæſim, circunſcriptè numeroſèque, Compoſitè & aptè, concluſe, Copioſius de re criminoſius, Definite, diligentius, diſſolute, excelſius, exquiſitius, fortuito, concluſe, apteque, horride, ieiune, latius, longius magnificentius, melius quam præcipere, Minutè, ornatè ſatis, partite, preſſius, quantuluncunque, rectè, inciſa, Sentẽtioſè, ſubtiliter ſubmiſſe, ſummiſſius, temperatè, tranquillè, verſutè, veteratoriè. Orat. ad Brut. Amplius nihil eo, quam, pro Marcell. Timidius. pro Cæc. Aniliter, facile non, inurbane, Superſtitioſè. 3. de Nat. Apertè, caſu, impudenter, parum impudenter, Planiſſimè. 2. de Diuin. Apertè flagitia aliena, pro Saluſt. Appoſite ad perſuaſionem, breuius, Contorte, deinceps, diuerſe de eadẽ re, obſcure, negligenter, nuperrimè, Perturbatè, poſterius, planiſſimè, præclariſſimè prorſus nihil, Singulatim de vtroque genere. 1. de Inuent. Apertiſſime artificioſè, Ornate. 3. de Finib. Arrogantius, improbè, publicè, 3. In Verr. Articulate ſalutem, 6. Attic Aſſeuerantius, certius, conſtantiſſime, elegãter, Inuidioſe, paulo obſcurius, paululum ante. Syllabatim, 4. Acad. Atrociter in Senatu, Iracunde, parcius de laude, veriſſimè, pro Mur. Audaciter, cupidè, cupidiùs, Falsò in aliquem, pro Font. Audaciter, & apertè, Perinde, ac ſi, pro Quint. Roſc. Bellè, familiarius. Palam pro Repu. pro Qu. Benè, diligentiſſimè, mollius, ſtultè, tolerabilius, 4. de Finib. Benè alicui, certatim de ſalute, Grauiùs de ſalute, Malè ornatius priuatim ſententias. pro Seſt. Breui, breuiter ſententias, 1. Famil. Breuiter de vnoquoque, facete, Gratis, Iamdiu, Publicè, Publicè teſtimonium. Sortitò ſententiam, 6. In Verr. Breuiter magna, Clarius, grauiter. ac deploratè liquidò, Sigillatim de incommodo, 5. In Verr. Breuiſſimè, crebro, nimis, rectè, timide de, & pauca. pro Pomp. Clarè, leniter, pro Syll. Concinne, 2. de Oat. Confeſtim, latinè. 1. Acad. Confidentius, de ſtudiis honeſtis, Paulò ante. pro Cæl. Conſtanter. Conuenienter, huberius, liberè. 5. Tuſ. Conſultò, occultè, diſtinctè, inconſultè, ſtrictim, 1. de Natur. Contentè, dilucide, inconſideratè, 1. Tuſc. libere cauſam. Quamuis diu, Sæpenumero, pro Sex. Roſc Coram, modicè. 2. contra Rull. Cupidſsimè falſum teſtimonium. in Vat. Curſim aliena, impiè in aliquem, honeſtè non poſſe, Tantum breuiter ſenſim, Spurce, verius, 2. Phil. Diffuſius, fortiſsime, honeſtius, male latinè, rectius, religioſe teſtimonium, ſtudioſe contra aliquem. 3. Tuſ. Diligenter. 1. ad Quint. fratr. Diſtinctius de vtroque, Dubitanter. Diutius. 8. Famil. Dure, leniſsimè. 12. Philipp. Elatè, Integrè, parum de re, Siccè & integrè, de Opt. g. Orat. Etiam atque etiam ſalutem. 14. Famil. Fideliter. 16. epiſt. ad Brut. Ferociter, vltro, pro Planc. Ferocius. 2. ad Qu. Frat. Fortiter. Nominatim vitium prædij. 3. Offic. Generatim, in Piſo, Grauiter ſeuereque, recte ſine exceptione. Saliem hoc, 7. Verr. Induſtrius apud populum, Neceſſario de ſe, ſublatius de ſe, pro Do. ſua ad Pont. Inhumanius potiſſimum quid ſentimus, de Amic. Inſcite, probe, vix ſatis conſtanter, 2. Tuſc. Inſolenter, inſulsè, 5. Attic. Intemperanter. Iracunde nimis hoc quidem, 1. Phil. Liberè ſententias. 3. Phil. Minacius quam facere, 5. Phil. Minus aliquantò quam ſentire, 12. Attic. Modeſte. 2. Fam. Neque ita multo poſt populariter multa, ſimpliciter, 2. Offic. Pedetentim cauteq; 2. in Ver. Periculoſe. 7. Phil. Prudentiſſime. 1. de leg. Pudentius. 6. Attic. Satis luculente. 1. de Diu. Scelerate in aliquem, pro Mil. Seditioſiſſimè. 2. Attic. Spurce. 7. Attic. Summatim, verecunde, 5. de Finib. Temere contra, obſcœnius vere conſulem, 9. Famil. Valde vehementer & libere, 14. Attic.*

DICORIS. 4. Tuſc. 21. Diſtingunt illud etiam, vt ſit libido earũ rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibuſdam, quæ *λεκτὰ ὑφίστασθαι* dialectici appellent? vt, habere diuitias, capere honores. 6. I. Verr. 38. De hoc nomine Verri dicitur, habere eum perbona tereumata. 3. de Nat. 45. Ariſtæus oliuæ inuentor dicitur. & 54. Solem Achantho Rhodi peperiſſe dicitur. & *ibidem.* 55. Mercurius, qui Argũ dicitur interemiſſe. Epiſt. lib. 8. epiſt. 9. Pompeius dicitur valde laborare. 3. de Natur. 57. Aeſculapius, qui primus vulnus obligauiſſe dicitur, & 91. Portẽta & flagitia ab vtriſque dicuntur. 3. de Orat. 160. Vt dicitur. *id eſt, vt aiunt.* Tuſc. 4. lib. 4. De cuius excellentia, multa quidem dici, quamuis fusè latéque poſsint. 4. Philipp. Vt ſententiæ de ſumma Reip. liberè dici poſsint. de Finib. li. 1. Quid ego miſerius dici aut fingi poteſt? 7. Fam. Dici non poteſt quàm valde gaudeam. pro Qu. Dici. vix poteſt quàm multa ſint quæ reſpondeatis. Tuſc. q. libr. 3. Video enim ab eo dici multa ſeuerè, multa præclarè. libr. 1. de Finib. Dici ſplendidè quædam non conuerſa de Græcis. 5. Famil. Vatinij. P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro ſe cauſam dicier vult. pro Qu. 8. Quid hoc iniquius dici aut commemorari poteſt. * Quint. fratr. libr. 1. epiſt. 1. Parui refert, abs te ipſo ius dici æquabiliter & diligenter. 2. de Nat. 175. Quæ à prudentibus, quaſi per diſsimulationem non intelligendi, ſubabſurdè falſeque dicuntur.

✠ ADVERB. *Amantius, honoroficentius. 2. Attic. Ample & expticari, Dilucide planeque, incisim, membratim, producte, proprie, in hoc vsitate. Orat. ad Bru. Belle quid in aliquem. 13. Attic. Commode latinè, 1. Ac. Constantius, 5. Tusc. Dupliciter. 4. Acad. Falso omnino. 1. de Inuen. Frustra, temere. in Arat. Fuse, Græce, late, 4. Tusc Grauius. de Repub. modestius de aliquo, Ornatius pro causa, peritius de fœderibus, Subtilius de Iure. pro Corn. Balbo. Interciſe, permiſtè, Quasi ſurſum verſus, retroq;. de Part. Latine decorum, maledice de absentibus, studiose detrahendi causa. 1. Offic. Legittime procuratorem. pro Cluent. Obtusius. 1. de Natur. Omnino. 1. de Nat. Omnino subtilius. 3. de Orat. Omnino nihil posse in vita. pro Mur. Opportune. 7. Attic. Ornatius, ornatissime, causam. 1. de Or. Perfectè, plene præciſe, ſtultissime. 2. de Nat physice. 1. de Diuin. Pie. 2. de Inuent. Præclare à sapientibus, Propriè actum. 1 Philipp. Rectissime. 1. de Leg. Religiosius. de Arusp. salsè subabsurde. 2. de Orat. Seuere. 3. Tusc. Similiter omnia. de Clar. Varie. 5. Verr. vulgò. 9. Famil.*

DICTVRVS, a, um. 5. I. V. 68. Reſpondebat ſe ad recuperatores eſſe dicturum. pro Quint. 8. Qui hoc iudicio partes accuſatoris obtinet, contra me ſit dicturus.

DICTVS, a, um. 2. de Diu. 8. Dicendum eſt igitur mihi ad ea quæ ſunt à te dicta. pro Flac. 86. Quæcunque ſine tutore autore eſt dicta dos, nulla eſt. * pro Q. Gal. Omnes longos, qui ludis dicti ſunt, animaduertiſſe. Incer. De accuſatore lege quincta dicta.

✠ ADIVNCT. *Aliter ab alio, ambigue, directe, inconſtanter, incredibiliter, de Part. Amice, 2. Philip. Aſperius, breuiter crimina. pro Cluent. Communiter. diu, eſſe. 2. de Inuent. Dialectice. 1. Acad. Diuinitus, hilare, literatè, rectè, turpiter. 2. de Orat. Diſperſe & & diffuſe res. 1. de Inuent. Fæmiliariſſime. 11. Fam. Feſtinanter, 5. de Finib. Flagitioſe. 1. de Orat. Græce Rhetor, latine Orator. ad Br. Grauiſſime. pro Mur. Honorifice. 5. Fam. Imperitiſſime. pro Corn. Balbo. Languidius. 5. Tusc. Perfacete. 3. Verr. Rotunde ac apte, Splendide. 4. de Finib. Sanctè. pro Font.*

☞ Syntaxis. *Dicitur, Dicere peruersè, inconſiderate, temerè, Latinè planè, ex ordine, acerbè. Diem dicere, teſtimonium, à ſcripto, ad voluntatem. Cauſam dicere apud ſenatum, contra ſenſus. Dicere leges, monſtra, falſum teſtimonium, portenta, flagitia:*

DICROTVM, ti. *genus nauigij, biremis.* Attic. li. 5. epiſt. 11. Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliquid: Attic. lib. 16. epiſt. 4. Nam & ipſe Domitius bona planè habet dicrota.

✠ ADIVN. *Bona. 16. Attic.*

DICTAMVS, mi. 2. de N. 126. Herba, quæ dictamus vocatur, qua guſtata, ſagittæ excidere dicuntur ex corpore.

DICTATOR, oris. *magiſter populi, vt Varro ſcribit.* 3. de Fin. 75. 5. de Leg. 81. Regio imperio duo ſunto, *& ibi de dictatore, & magiſtro equitum multa.* 2. I. A. 87. C. Cæſari dictatori perpetuo. M. Antonius conſul populi iuſſu regnum detulit. pro Mil. 27. Iter eo die Miloni erat Lanuuium ad Flaminem prodendum quòd erat dictator Lanuuij Milo. Attic. libr. 9. ep. 18. Volet Cæſar vt Coſſ. roget prætor, vel dictatorem dicat. Attic. lib. 15. ep. 21. Quinto filio negocium dedit Antonius, vt eum dictatorē efficeret. pro Qu. Emiſti bona Sex. Alpheni L. Sylla dictatore vendente. Att. lib. 9. epiſt. 18. Sylla potuit efficere ab interrege vt dictator diceretur. Quin. fr. lib. 3. ep. 8. Ad interregnum comitia adducta, rumor dictatoris iniucundus bonis.

✠ ADIVNCT. *Perpetuus, proximus. 1. Cont. Rull. Perſpicuus & inuidioſus, 3. Cont. Rull.*

DICTATORIVS, a, um. *vt dictatorium gladium.* pro Cl. 123.

DICTATA, *quæ magiſtri pueris dictant.* Qu. frat. lib. 3. epiſt. 1. Mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiſcant. item 1. de Natur. 72. Iſta enim à vobis quaſi dictata redduntur, quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt. 4. de Fin. 10. Quæ quidem res efficit, ne neceſſe ſit iiſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare 2. Tuſc. 26. Dionyſius Stoicus multos verſus admiſcebat orationi: ſed is quaſi dictata nullo delectu, nulla elegantia. de Finib. Nam iſta veſtra, &c, dictata ſunt.

☞ Syntaxis. *Dicta tradere, decantare.*

DICTATVRA, turæ. *dictatoris munus.* 1. I. An. 4. Is dictaturam, quæ vim iam regiæ poteſtatis obſederat, funditùs ex repub. ſuſtulit. 3. Offic. 112. Quòd is paucos ſibi dies ad dictaturam gerendum addidiſſet. Qu. fr. lib. 2. ep. 14. Erat aliqua ſuſpicio dictaturæ, nec ea quidem certa.

✠ ADIVNCT. *Perpetua. 1. Phil.*

*DICTERIVM, ij. *falsè dictum.* Frag. epiſt. Quæ facetè & breuiter & acutè locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicteria voluerunt.

DICTIO, onis. *Oratio, dicendi genus, actio, non vocabulum, aut verbum vnum.* 1. de Orat. 22. Græci ſepoſuerunt à cæteris dictionib. hāc partem dicendi, quæ, &c. pro Quin. 35. Totam cauſæ meæ dictionem in certas partes diuidam. pro Seſt. 40. Is mihi cauſæ dictionem denunciabat. 1. de Orat. 64. Quæcunque res inciderit, quæ ſit dictione explicanda. 1. de Orat. 152. Etiam ſi vehementiſ ſimè ſe in his ſubitis dictionibus exercuerit. & *ibid.* 157. Eruenda deinde dictio eſt ex domeſtica exercitatione, & vmbratili. &c. & 2. de Orat. 271. Genus facetiarū cùm oratoriis dictionibus, tùm vrbanis ſermonibus accommodatum. 1. de Inu. 21. Aut ab aliqua firmiſsima ratione noſtræ dictionis incipiemus. 1. de Or. 52, Fateor in forenſibus cauſis magis aſsiduè verſari hanc noſtram dictionem.

✠ ADIVNT. *Attica, perpetua, popularis, Subitæ. de Cl. Forenſis. 1. de Orat. Oratoriæ. 2. de Orat. Reliqua. 1. de Diuin. Tota. pro Qu.*

DICTITO, tas. *frequenter dico.* 2. de Orat. 56. Ex numero eorum, qui cauſas dictitarunt. & pro Dom. 15. Boni viri dictitabant.

DICTO, ctas. *dicere quæ alius excipiat.* Att. libr. 7. ep. 13. Si ſcriberem ipſe, longior epiſtola fuiſſet: ſed dictanit, propter lippitudinem. Att. libr. 8. ep. 16. Mihi moleſtior lippitudo erat etiā quàm ante fuerat dictitare tamen hanc epiſtolam malui, quam, &c. Att. libr. 10. ep. 3. Eodem die epiſtolam dictauit, prīdie dederam mea manu longiorem. Attic. libr. 13. epiſt. 9. Non modò Tyroni dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere. Quint. fr. li. 3. ep. 1 Hæc inter cœnam Tyroni dictaui. Attic. li. 2. ep. 23. Hæc ambulans dictauit recreandæ voculæ cauſa. & libr. 14. epiſt. 24. Hæc ſcripſi ſeu dictani appoſita ſecunda menſa. Attic. libr. 13. ep. 25. Ergo ego ne Tyroni quidem dictaui, qui totas periochas perſe qui ſolet, ſed Spinteri ſyllabatim. 4. de Finib. 62. Rogarem te, inquit, vt diceres pro me tu idem qui illis orationem dictauiſſem.

✠ ADVERB. *Grauiter, ornate. 1. de Finib. Syllabatim. 3. ep. ad Attic.*

DICTVM, cti. 1. Offic. 104. Multaq; multorum facetè dicta vt ea quæ à ſene Catone ſunt collecta, quæ vocant apophthegmata. pro Flac. 72. Catonis eſt dictum, pedibus compenſari pecuniam. 2. de Or. 222. Dicere enim, aiunt, Ennium, flammam à ſapiente facilius ore in ardente opprimi, quàm bona dicta teneat. *Hæc ſcilicet, bona dicta, quæ falſa ſint: nā ea dicta appellantur proprio iam nomine.* 2. de Orat. 244. Ne quotieſcunq; pozuerit dictum dici, ne ceſſe habeamus dicere. Epiſt. lib. 9. epi. 16. Acutè aut facete dictū. 2. de Orat. 340. Commodè ac breuiter, & acutè dictum. pro Planc. 85. Vter noſtrum eſt cupidior dicti. 2. I. A. 42. Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere.

¶ *Verbum ſermo* Epiſt. lib. 1. ep. 9. Nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæſare interceſcit, quod ille non ita illuſtri gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctum putarem. Epiſt. libr. 5. epiſt. 1. Ob dictum capite & fortunis oppugnari. pro Rab. P. 9. Ex dictis teſtium appellari. & 32. Dictis teſtium recitatis.

✠ ADIVNC. *Arrogans aut ſuperbum. pro Syll. Breue, bona, ſalſa. 2. de Orat. Conſulare. 2. Attic. Minima, maxima, ſapiens. Orat. Minimum. Part. Obſcurum. 3. Off. Petulans. pro Mil. Proteruum. 2. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Ex dictis teſtium appellari.*

DIDVCO, cis. *aperio, diſpergo.* Orat. 113 Cum autem diduxerat pūgnum, & manum dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiā dicebat eſſe. in Ant.

Ni parte ex aquilonis opacam pellere nubem,
Cœperit, & ſubitis auris diduxerit ara. 2. de Inuent. 51. Diducere aliqua in contrarias partes.

DIDVCOR, ris. 1. de Inu. 109. Diduci ab aliquo: *id eſt, ſeparari.*

✠ ADVERB. *Vaſtius. 3. de Orat.*

DIDVCTVS, a, um. 3. de Orat. 23. Riuis eſt diducta oratio, non fontibus.

DIECVLA, æ. Attic. libr. 5. epiſt. 21. C. Iulius dieculam dixit: item: Dieculam adderem.

DIES, diei. *lux, tempus.* Attic. libr. 4. epiſt. 1. Poſtridie in ſenatu, qui fuit dies Non. Septemb. 3. de Ora. 17. Inclinato iam in poſtmeridianum tempus die. Attic. libr. 2. epiſt. 12. Dies nullus erat Antij cum eſſem, quo die non ſcirem, &c. Attic. ad Brut. ep. 15. Cum lætiſſimus ille ejaitati dies illuxiſſet. Attic. libr. 7. ep. 25.

Diem

Diem ex die expectabam, vt statuerem, quid esset faciendum. Attic.lib.16.epist.16.Pecuniam ad diem soluere. Att.lib.8.ep.10. Alios non soluere,aliorum diem nondum esse. 2.I.A.87. Cum Iatronibus non solùm de die,sed etiam in diem viuere.2.de Or. 169. Si barbarum est in diem viuere, nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. pro Quint. 75. A me nominis, quod inficiatus esset, diem petiuit. Attic.libr. 4. epist. 1. Venit legi dies.5. ad Atticum libr. 10. epist. 5. Diem pecuniæ idib.Decembr. esse. pro S. Rosc.128.Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones fiant, nimirum calend. Iunias. pro Cec. 32. Cecinna ad constitutam diem tempusque venit. Postquam ad Quir.23. Neque æquum est, tempore & die moram beneficij definire. pro Cæl.59. Dij nonnunquam præsentis fraudis pœnas in diereseruãt.C.In Vita.Attic. Emere aliquid in diem,3.de N.95. Dabis nobis aliquem diem, vt contra ista dicamus. Attic.lib.3. epist.7. Post diem tertium eius diei. 2. I. V. 6. Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulauissem, 3.I.V.33. Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti, in iudicium voco.1.de Fi.51. Quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur. Epist.lib.1.epi.2. Consumere diem altercatione. Postq. In Sen.13.Qui dies totos de officio differunt. Attic.lib.7.epist.9. Dies noctesque torqueo7. 5. In Verr. 87. Perpotare totos dies. 2.I.V.67.Dicere diem alicui. Attic.lib.6. epist.5. Paucos dies habebam reliquos annui muneris.de Arusp. 7. Diem dixisset, vt fecerat:fecissem, vt ei statim tertius à prætore dies diceretur. Attic.lib.1 epist.8. Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. pro Do. 83. Cui dies dicta non est. 3.in Verr. 146. Dicere diem operi faciundo.Attic.lib.3.epist.9.Multus sermo ad multũ diem. Qu.Fratr.lib.1.epist.2.Si diem nobis Clodius dixerit tota Italia concurret. de Clar.87. Vnum quasi comperendinatus medium diem fuisse.Att.lib 13.epist.26.Equidem credibile non est,quantum scribam die,quin etiam noctibus:nihil est in enim somni. Brut.epist.15. Etesiarum diebus auster me in Italiam retulit. & Attic. libr.12.epist.12.Nos in Formiano esse volumus,vsque ad pridie nonas Maias :eò si ante eam diem non veneris, Romæ te fortasse videbo.4.I.V.42. Dies pro luce in genere muliebri, contra Vallam. 2.I.C.6.Postera die.)(hesterna die, &c.5.Tusc. 218.Multa prima die, cum de ipsa morte quæreremus:non pauca etiam postero cum ageretur de dolore, sunt dicta de morte. de Clar.88.Socios illa die quæstione liberatos fuisse.Attic.li.12. epist.49.Vel vna dies mihi erit vtilis.Attic.lib.5.epist.2.Vt ea die manerem in Trebulano.3.I.An.20. Antonius diem edicti obire neglexit, & ante quartum Calendarum.Decembris distulit.pro Plan.99.O reliquas omnes dies noctesq; quibus iste,&c.2.I.An. 88. Quæ formido illa die,3.Off.58.*bis* : Inuitat Caninius postera die familiares suos.pro Dom. 45.*bis* : Vter mastistratus accuset inter.missa die. 1. de Diuinatione. 103. Ea ipsa die domum ad vesperum rediit. 3. de Natur. 56. Mercurius cœlo parte, die matre natus. 2. de Finib. 101 .Agere diem suum natalem, Attic.libr.6. epist. 1. Ego diem statuo satis laxam. & Epist.5. Mihi decessionis dies κακόζηλος obrepebat Attic.libr.3.ep.15.Dies autem non modò leuat luctum hunc,sed etiam auget.Qui.fra. lib.2.ep.3.Producta dies in IIII.iduum Februarij.Quint.fratr. libr. 2. epist. 5. Si sibi cum populo dies agendi essent exempti. Qu.frat.libr.3.epist.1. Antiquior dies in tuis fuerat asscripta literis quàm in Cæsaris.2.I. Ant. 110. Heri quartus in circo dies ludorum Romanorũ fuit.M. Antonius ad populum tulit.vt quintus præterea dies Cæsari tribueretur.de Amic.12.Ex multis diebus , quos in vita celeberrimos lætissimosque tulit. Attic.libr. 4.ep.16.Dies cum venerit. Top.62. Vitium in dies cresit. * pro Sest.28.Equites Ro.daturos illius diei pœnas. *Sic enim legendum probat Gellius* lib.9.cap.14.pro C.Cornel.Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestasque venisset. cont.C.Ant. Prætereo illum penè acerbum & luctuosum populo Ro. diem in L.Piso.Quis huc illuxit dies? Oecon.1.Mundum muliebrem qui ad dies festos comparatur:deinde ad virilem item dierum solemnium ornatum.*ibid.* Quibus ad dies festos vtimur.

✠ ADIVNC. *Acerbior.Oct.Acerbissimus,lætior,supremus.1.Philip.Acerbi,non honesti.2.Famil. AEstiuus, hodierna, Iusti, quieti. 2. de Leg. AEstiui,Continui. 7.Verr.Æterna.3.Catil.Annua.Certus,iucundi atque illustres, multus, vtilis & gratus. 12. ad Attic. Antiquior, odiosi .3.ad Quint. fratr.Apti ad consilium.16. Attic.Beatus.2.de Finib.Breuior calamitosus Perexigua,Vacui, 2.Verr. Brumalis.2.de Diuin. Celeberrimi, lætissimique. de Amic. Celeberrimus & sanctissimus, festi anniuersarij. 6.Ver.Certa, exigua, legittimus. 5. in Verr.Clarissimus.pro Dom.sua ad Pont.Comitiales.4. Attic.Compitalitij , religiosus & ignotus in vulgo.9. Attic.Compitalitius .7.Attic.Dirus.8.Attit. Extremus.3.de Orat. ἀκρωτήριον. 3. Verr. Festi honestissimus, superiores.in Par.Faustus,horribilis Solstitialis. 1.Tusc.Fœdus & flagitiosus,præteriti.3. Phil.Funestus, 2.Tusc.Funestus,luctuosus.ad domesticũ dolorẽ grauis, ad posteritatis memoriã gloriosus,Turbulẽtissimus,pro Sest. Glorioßissimus, populoq; gratissimus,pro Qu.Ligar.Lætificus ciuitatis. Epist.ad Brut.Lætiores.10.Ph. Lætissimus)(tristissimus.de Prouin.Liberior & magis vacuus ab interuẽtoribus.de Fat.Longior.13. Attic. Medius,perpauci,vacuus. de Clar. Misera & infelix. pro Syll.Multi,hesterna.3.de Or.Natalis.2.Ph.Notus pro Mil.Optatissimus.15.Fam.Pauci.pro Qu.pauculi, 5.Att.Perendinus.pro Mur.Plurimi & lautissimi,reliqui.pro Planc.Præclarus.4.Ver. Propinquus vtilis. 11 Attic.Proximi.2. de Inuent.Pulcher. 4.Fam.Satis laxa.2 Attic.Totus 1.de Leg. 7.Verr. & 2. Attic.Tristis.3.Tusc.Turpis.8.Philip.*

☞ Syntaxis. *In posImeridianum tempus dies inclinat. Dies nullus est, quin febriat ille.Dies iste lætus tibi illuxit, Diem ex die expectare.Soluere ad diem.In diem viuere, & de die. Ad constitutam diem ac tempus. Reseruare in diem.Do tibi diem,vt respondeas. Post tertium diem eius diei. Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti,in iudicium voco. Dare, & dicere diem alicui. Multus sermo ad multum diem. Scribere die ac noctibus.Statuere diem laxam.Agere diem natalem.Ferre in vita dies celeberrimos.*

DIFFERENS, tis. *dispar,dissimilis.) (congruens,similis,par.* de Fat. 8. Quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas.1.de Orat.189.Partes generis communione quadam similes.specie autem differentes.Orat.76. Aliquid ab indifertis re, plus quàm opinione differens. 1. de Leg.30. Ratio, &c. est communis doctrina differens, discendi quidem facultate par. 1.de Leg.38.Cum illis re congruentes, genere docendi paulum differentes.

✠ ADVER. *Paulùm.2.de Leg.plus quàm opinione.Ora.*

DIFFERENTIA,tiæ. *dissimilitudo, discrimen, varietas, distinctio, internallum.*1.Offi.94.Qualis autem differentia sit honesti & decori facilius intelligi quàm explanari potest.1.Offi.122. Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, vt, &c. 3.de Fin. 31. Qui nullam rerum differentiam esse dixerunt. 5. de Fin. 19. Ita fit,vt quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorumque dissimilitudo.

DIFFERO, fers. *reiicio, detrudo, reseruo, sustineo, sustento, profero, extraho,produco,prorogo,moram interpono,tardo,procrastino,moror, celeritatem de causa detrabo,cunctor.*Epist.lib.5.epist.12.Sin autem differs me in aliud tempus, coràm tecum loquar. Epist. libr.2. epist.3.Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo.Quint.frat.libr.2.epist.7. Cætera præsenti sermoni reseruentur: hoc tamen non queo differre. de Clar.297.Rem commouisti noua disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus.Att.li.15.ep.21.Quæ differs, vt mecum coràm. expecta bo tabellarios. ad Br.ep.11. Ipsi magnopere autor fuit,ne differret tempus petitionis suæ. 6.I. Ant. 19. Venit tempus ita maturum , vt differri iam hora non possit.pro Quint.22.Differre vadimonium cum aliquo.8.I.Anto. 23. Cum ille tempus differret, virgula stantem circum scribit.Attit.lib.10.ep.1.Differre consilia in longinquum tempus. pro S.Rosc.26. Differre quotidie ac procrastinare aliquam rem.Attic.libr. 13. ep.36. Differre rem in diem.Epist.lib.10.ep.16.Seruilius rogatus rem distulit.4.de Finib.5.Quarum cùm vna sit,cum mores conformari putantur,differo eam partem,&c.I.Var.28.Quod promulgasti misericordiæ nomine,ac crudelitatis tẽpus distulisti.3.I.An.20.Antonius diẽ edicti ante diem quartam Cal. Decemb.distulit. de Prou. 28. Alij tempus differebant,alij,&c.pro Deiot.21.In posterum, inquit, diem distulit. 3.I.Ver.81. Differre vim doloris in posterũ. ¶ *Dislo differo,alius sum.* Or.66.Poetæ quæstionem attulerunt, quidnam esset illud ,quo ipsi differrent ab oratoribus. 2. de Inuent.92. Hoc genus causæ à superiore hoc differt. quòd in illo, &c.1. Off.96. In eo quo natura hominis à reliquis animantibus differt.pro Cecin.39.Qui hoc ab illo differt? vt ille cogatur,&c. ille non cogatur? &c.*ibid.* Vt ista re aliquid cum aliqua ex parte differre videatur.pro Pomp .13. Horum aduentus in vrbes non multum ab hostili expugnatione differt.3.de Orat.195.Inter doctum & rudem non multum differt in iudicando. 1. de Natur. deor.81. Nihil inter deum & deum differt.8. I. Ant. 32. Statui tamen à vobis in tanta atrocitate temporis non differre vestitu. de Fat.7.Multaq; alia sunt quæ inter locum & locum non differunt. de Cla. 150. Aetates nostræ nihil , aut non ferè multum differunt quod,&c.2.cont.Rull.84. Quasi verò paulùm differat ager Campanus ac Stellatis.2. Off.30. Hæc est vna res prorsus,

vt nō multū differat inter ſummos & mediocres viros. Top. 50. Sed quid inter ſe differant dicendum eſt. Or. 114. Rhetorica & Dialectica hoc differunt inter ſe, quòd hæc, &c. illa autem, &c. 2. de Orat. 94. Multi naturis differunt voluntate autem ſimiles ſunt inter ſe, pro Cecin. 59. Quod etiam ſi verbo differre videatur, re tamen eſt vnum & idem, in omnibus cauſis valebit. de Opt. 3. A perfecto qui abſunt, non genere differunt, vt ab Actio Terentius, ſed in eodem non ſunt pares. & *ibidem.* 6. Oratores non generibus inter ſe, ſed facultatibus differunt. 4. Tuſc. 24. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter ſe differunt, re verò copulata ſunt. 1. Off. 99. Eſt autem quod differat in omni ratione habenda inter iuſtitiam & verecundiam. 1. I. Verr. 61. At vide, quid differat inter opinionem meam & tuam. 1. de Nat. 16. Aliqua inter ſe magnitudinem, & quaſi gradibus, non genere differre. 1. de Inuent. 40. Cum genere idem ſit, ſit aliud, quod quadā parte, & ſpecie differat. 4. de Finib. 5. Peripatetici Academiciq́ue, qui re conſentientes, vocabulis differebant. 4. de Finib. 4. Virtutes omnes ſimiles artium reliquarum, materia tantùm ad meliorem partem & tractatione differunt. 4. de Fin. 47. Atque Ariſtonis eſt exploſa ſententia, dicentis nihil differre aliud ab alio, nec eſſe res vllas præter virtutes, inter quas quicquam omnino intereſſet. & 3. de Finib. 33. Sed eæ definitiones paulùm oppidò inter ſe differunt. 2. de Inuent. 15. Deinde, quid res cum re differat, demonſtrabitur, vt non idem videatur de vtraque exiſtimari oportere. 1. de Inuent. 40. Occaſio cum tempore hoc differt: nam genere quidem vtrumque idem eſſe intelligitur: verùm, &c. * Hortenſ. Quantum inter ſe homines ſtudiis, moribus, omni vitæ ratione differant.

✠ *Adver. Mulum, plurimum. Top. Non fere multum de Clar. Paulùm. 2 Contr. Rull. Paulùm oppido. 3. de Finib.*

Differt, bat. *aliud eſt & aliud, diſtat, interest, abeſt, refert.* 2. de Diu. 76. Solebat ex me Deiotarus percontari auguri noſtri diſciplinam, & ego illius: dij immortales, quantum differebat, vt quædam etiam eſſent contraria. 2. de Diu. 96. Quid inter Aethiopes & Syros differebat corporibus animis. &c.

☞ Syntaxis. *Rem differre & tempus. Rem differre, & procraſtinare. Ad tempus differre: id eſt, in poſterum. Hoc ab illo differt, & inter hoc & illud. Quid differant hæc, audias. Plurimum differre aliqua. Hæc igitur hoc differunt, quod. Quid res cum re differat, vide. Multum inter eos differ animis;*

Difficile, & Difficillime. *difficulter.* 2. de Inuent. 169. Difficilè fieri id dicimus, quod, &c. de Vniuerſ. 33. Difficilli me factum eſt.

Difficilis, le. *laborioſus, operoſus, habens multum difficultatis & laboris, arduus, habens difficultatem, in quo multum eſt negotij vel operis, in labore multo poſitus, magnus.* pro Planc. 5. Sed mihi in hac cauſa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defenſionis ratio proponitur. 3. de Leg. 33. Dicam, Attice, & verſabor in re difficili, ac multum & ſæpe quæſita. 1. I. Verr. 36. Intelligo quàm ſcopuloſo difficiliq́ue loco verſer. de Natur. Difficile factu eſt, me id ſentire quod tu velis. Epiſtol. lib. 1. epiſt. 7. Quod ſcire vis qua quiſque in te fide ſit & voluntate, difficile dictu eſt de ſingulis: vnum illud audeo, &c. 3. de Nat. 94. Natura deorum obſcura eſt, & difficiles explicatus habet. 1. Off. 64. Sed quò difficilius, hoc præclarius. 1. Off. 19. Res difficiles & obſcuræ. 2. de Inu. 161. Res arduæ ac difficiles. 1. de Orat. 250. Contortas res & difficiles perdiſcere. 2 de Inuent. 130. Nec fuiſſe ei graue, nec difficile eam cauſam excipere, ſi, &c. 2. de Leg. 47. Quo plura & difficiliora ſcire videatur. Attic. lib. 9. epiſt. 11. Res difficiles ad iudicandum. 1. Off. 116. Hoc difficile eſt ad loquendum. Or. 104. Vſque eò difficiles & moroſi ſumus, vt, &c. 3. de Natur. 72. Parens illepidus, & in liberos difficilis. de Sen. 7. Senes moderati, nec difficiles, nec inhumani, tolerabilem agunt ſenectutem. 5. I. Ant. 36. D. Bruti opera difficilimo reipub. tempore eſſe ſubuentum. 5. I. Ant. 46. Summo & difficilimo reipub. tempore. pro Pomp. 61. Exercitū difficili reip. tēpore cōficere. pro Cec. 11. Temporibus illis difficilimis ſolutionis. * pro C. Cornel. 1. Quaſi legem aliquam aut ad ſcribendum difficilem. Incer. Eſt cauſa difficilis laudare puerum.

✠ *Adver. Sanè. 2. Philipp. & de Sen. valde Oratio. 1. de Orat.*

☞ Syntaxis. *In re difficili verſari. Difficile factis, & difficilimè. Obſcuroſi, & difficiles explicatus habens. Arduum ac difficile. Contortum ac difficile. Difficile ad loquendum, iudicandum. Difficilis ac mouens: Illepidus ac difficilis in aliquem. Summo & difficili reip. tempore.*

Difficiliter. *difficulter.* 4. Acad. 49. Vt difficiliter à vero internoſcatur. *ibid.* 50. Vt difficiliter internoſci poſsit.

Difficvltas, tis. *labor, angustia, asperitas.* Topic. 93. Quæ fieri ſine ſumma difficultate non poſſunt. Epiſt. lib. 4. epiſt. 2. Nihil conſtrui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem de Fat. 39. Dum verbis vtitur ſuis, delabitur in eas difficultates, vt neceſsitatem fati confirmet inuitus. 1. de Diu. 106. Sed difficultas laborq́ue diſcendi diſertam negligentiam reddidit. pro Cluen. 2. Res habens multum difficultatis & laboris. Quin. Fr. lib. 1. epiſt. 1. Atque huic tuæ voluntati ac diligentiæ difficultatem afferunt publicani. Att. libr. 13. epiſt. 33. Sed ſi Plancus feſtinat, tum haberes difficultatem. & de Clar. 25. Hæc ars magnam habet difficultatem. 1. de Orat. 120. Vt quiſque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem pertimeſcit. 1. de Orat. 16. Incredibilis rei magnitudo atque difficultas. 1. I. V. 40. Propter magnitudinem rerum ac difficultatem. Attic. libr. 8. epi. 3. In vtraque enim re ſumma difficultas erit, ſummus animi dolor. 2. de Natur. 45. Ea difficultas induxit imperitos vt errarent. pro Mur. 19. Setuius mukorum difficultatem exhorbuit. 1. de Inuent. 50. Non rei ſolùm magna vtilitas eſt, ſed præcipiendi quoque ſumma difficultas. pro Qu. 10. Tot tantisq́ue difficultatibus affectus atque afflictus. 1. Catil. 14. Quæ ad domeſticam tuam difficultatem ac turpitudinem pertinent. Anteq. 11. Si eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in noſtris difficultatibus. 7. I. Verr. 50. Summa in difficultate nauium. & *ibid.* Nullis populi Romani difficultatibus. 1. de Orat. 82. Propter nauigandi difficultatē. 5. I. V. 190. Difficultas vecturæ. 4. I. V. 69. Et ſimul oſtendi ſe in ſumma difficultate nūmaria eſſe. & *ibid.* Expoſitis ſuis difficultatibus. &c.

✠ *Adivn. Domeſtica. pro Rab. Incredibilis. 1. de Ora. Magna. 4. Fam. Maiores. 7. Verr. Multæ. 1. Phil. Nummaria. 2. Verr. Odioſa. nauigandi. Part. Pecuniaria. 10. Attic. Publica. 7. Attic. Summa, de Clar. & 13. Famil. Tanta. 6. Verr. Tot tantæq́uæ. pro Quint.*

Difficvlter, *difficiliter, difficilè, egrè, vix, triſtius. dutius.* 2. de Inuent. 169. Atque in his omnibus quid difficulter fieri, & quid facilè fieri poſsit, oportet conſiderare.

☞ Syntaxis. *In difficultates incurrere. Difficultas & labor, id habet difficultatē. Difficultatibus affectus & afflictus, Difficultas nauium, numaria:*

Diffidenter. pro Cluent. 4. Timidè & diffidenter aliquid facere.

Diffidentia, tiæ. (*fidentia.* 4. Tuſc. 80. Metus eſt diffidentia expectati mali. 2. de Inuent. 165. Fidentiæ contrarium eſt diffidentia: & ea re vitium eſt.

☞ Syntaxis. *Metus diffidentia expectati mali. Hic aduerte definitionē, cum ſit potius diffidentia boni metus.*

Diffidens, tis. 2. de D. 8. Nihil affirmabo, quæram omnia, dubitans plerunq́ue, & mihi ipſe diffidens. I. Piſ. 88. Diffidens & deſperans rebus ſuis. pro Pomp. 23. Aliquem fugientem excipere, diffidentem rebus ſuis confirmare, afflictum erigere, perditum recreare.

Diffido, dis: diffiſus ſum. *quaſi deſpero.* Qu. fra. li. 1. ep. 1. Tanta adhibeatur à nobis diligentia, vt rem poſſe confici non diffiderem. 1. de Diuin. 53. Eudemus ita grauiter, æger fuit, vt omnes medici diffiderent. Anteq. 12. Quis eſt, qui non ſibi ac ſuis diffidat fortunis. pro Mur. 45. Vidéſne tu illum triſtem, demiſſum? iacet: diffidit, abiecit haſtas. 2. de Finib. 86. Qui autem diffidit perpetuitati bonorum, timeat neceſſe eſt. pro Cluent. 63. Is certè potius qui ſibi alia ratione diffideret, quàm is qui omni ratione conſideret. ad Brut. epiſt. 16. Te hortor, ne defatigere, nec diffidas ſemper in præſentibus malis prohibendis. pro Qu. 77. Diffido me poſſe in hac cauſa conſiſtere. 4. Acad. 7. Inuenire ſe poſſe quod cuperent, diffiſi ſunt. Or. 3. Experire id nobis. quod te aſſequi poſſe diffidas. Quint. fratr. libr. 3. ep. 8. Si ille dictator ſit factus, penè diffidit. Orat. 97. Eloquentia, quam omnes ſe aſſequi poſſe diffiderent. Attic. libr. 15. epi. 20. Quo die audiui. &c. ſubdiffidere cœpi. de Prou. 38. Diffidere ſibi Attic. libr. 12. ep. 42. De Othone diffido. Epiſt. lib. 2. epiſt. 10. Parthos times, quòd diffidis copiis noſtris. 5. Tuſc. 3. Huic incipio ſententiæ diffidere. Sulp. Epiſt. libr. 4. ep. 5. Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. de Prou. 38. Sed homines diffiſi ſunt ipſi ſibi. pro Mur. 63. Ego quoque diffiſus ingenio meo quæſiui adiumenta doctrinæ.

✠ *Adverb. Penitus. 5. Famil. Valdè. 1. Attic. Summa. 4. Famil.*

☞ Syntaxis. *Ita grauiter æger ille fuit vt, medicus diffideret. Tibi ne diffidas, iacens, diffidens. Subdiffidere. Diffidens ac deſperans ſuis rebus:*

Diffindo, dis. *findo, diuido.* de Vniu. 21. Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffindit. 1. de Diu. 23. Saxum diffiſum.

Diffiteor, eris. *nego, inficior.* Epiſt. li. 10. ep. 8. Itaque nunquam diffitebor me, &c. Plancij.

Diffluo, is. *liqueſco, abundo, fluo,* 12. de Off. 106. Turpe eſt diffluere luxuria. 3. de Orat. 129. Græci diffluctes ocio. de Clar. 163. Fluuium extra ripas diffluentem coercere.

DIFFVGIO, gis. *huc illuc fugio, dilabor.* 2. I. Ant. 108. Omnes metu perterriti repetè diffugiũt. & 3. Off. 114. pro Do. 6. Ministros partim amissis gladiis, partim ereptis diffugisse. Epist. li. 15. epist. 1. Diffugiunt, qui sunt, metu oblato.

DIFFVNDO, dis. *dispergo, spargo, effundo.* 1. de Diuinat. 79. Dij vim suã longè latéque diffundunt. de Sen. 51. Terra sementepe factum complexu suo diffundit.

DIFFVNDOR. ris. 2. de Nat. 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. & 26. Glacies calore liquefacta & dilapsa diffunditur. de Amic. 48. Virtus ex bonis amicis quasi diffunditur, & incommodis contrahitur.

✠ *ADVERB. Latè, longè, 1. de Diuinat.*

DIFFVSE, *dispersè.* 1. de Inu. 98. Res dispersè & diffusè dictæ.

DIFFVSVS, a. um. 2. de Finib. 115. Error tam longè latéque diffusus. 2. de Orat. 142. Ius ciuile, quod non diffusum & dissipatum est, cogere, & ad artem redigere. 2. de Fin. 83. Quibus vinum diffusum è pleno sit œnophoro. pro Sest. 97. Numerus optimatium latè & variè diffusus est. pro Corn. 13. Cn. Pompeij latè longeq; diffusa laus. 2. de Natur. 95. Sol diem effici toto cœlo luce diffusa. 3. de Orat. 197. Color diffusus sanguine. 1. de Orat. 187. Quę ignota quondam omnibus & diffusa latè videbantur. 3. de Orat. 183. Dithyrambi membra & pedes sunt in omni locupleti oratione diffusa. 1. de Leg. 34. Hæc benevolentia tam longè latéque diffusa. 1. de Orat. 28. Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.

✠ *ADVERB. latè, longe. 1. de Leg. Latè, varie numerus, pro Sest. Longe laus. pro Corn. Balbo.*

☞ Syntaxis. *Deus vim suam, longè, latéque diffundit. Terra diffundit semen, Diffusum ac dissipatum. Color sanguine diffusus. Glacies diffusa Platanus ramis patulis diffusa ad locũ opacandum. Diffusè & dispersè:*

DIGAMMA, *Flitera.* Attic. lib. 9. epist. 2. Deli tuum digamma videram: *id est, Formianum, villam, vt quidam intelligunt, quod ab F litera id nomen incipiat, quæ digamma Aeolicum vocatur. Ego verò, Digramma lego, vt Digramma sit codex, in quem soleret Atticus, & fructus agrorum, & impensas referre.*

DIGERO, ris. *concoquo, mitifico.* Attic. lib. 4. epi. 16. Stomachus cõcaluit, vt digerat multa cruda facilius. ‖ *in vulg. lib. aliter legitur.*

¶ *Ordino, distinguo, instituo. distribuo, diuido.* 3. I. Ver. 60. Habeo istius tabulas omnes, quas diligentissimè legi atque digessi. pro R. P. 23. Demetrius rempub. Athenis optimè Digessit. Qu. Fr. li. 2. ep. 13. Facies scilicet, vt mea mandata digeras, persequare, conficias. 1. de Or. 190. Si quis omne ius ciuile in genera digerat, perpauca sunt. 1. de Inu. 49. Quicquid cuique conueniat, ex hac copia digeremus.

✠ *ADVERB. Discretè & electè ex copia. 1. de Inu. Optimè rem. pro Rab.*

☞ Syntaxis. *Digerit cruda stomachus. Digerimus libros, mandata, rempublicam.*

DIGESTIO, onis. *distributio.* 5. I. Ant. 19. Vt digestio potiùs, quàm declamatio videretur. 3. de Orat. 203. Digestio, quæ exornatio est, ea et partitio.

DIGESTVS, a, um. 1. de Orat. 186. Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta generatim componerent, pro Quint. 9. Vtrum cætera nomina in codicem digesta habes?

✠ *ADVERB. Artificiosè. 1. de Orat.*

*DIGITVLVS, i. pro Mar. Scaur. Duobus digitulis gulã oblisit.

DIGITVS, *pars in manu pedibusq; teres.* pro Cæl. 28. Aliquid primoribus labris gustare, & extremis (vt dicunt) digitis attingere. Att. li. 7. ep. 3. Mihi certum est, ab honestissima sententia digitũ nusquam. 6. I. Ver. 33. Neque ab argento digitum discedere. 1. de Orat. 203. Sed vt cõmonstrarem & digitum, vt fieri solet, ad fontes intenderẽ. 3. I. V. 241. Tollit digitũ Iunius Patruus. Parad. 3. Digitis peccata dimetiri. 4. Ac. ad. 145. Nam cum extensis digitis a fuersam manum ostenderat, visum, inquiebat, huiusmodi est. Deinde cum paulùm digitos constrinxerat, assensus huiusmodi. Tum cum planè compresierat, &c.

✠ *ADIVNC. Extremus. pro Cæl. Transuersus 1. Philip.*

☞ Syntaxis. *Aliquid extremis digitis attingere. Neque discedere digitum. Digitum intendere ad.*

DIGLADIOR, aris. *decerto.* 1. Off. 28. Philosophi ea quæ plerique vehementer expetunt, & de quibus inter se digladiari solent, cõtemnũt. & 3. de Leg. 20. 4. Tusc. 46. Digladientur. illi per me licet, &c. *. 1. Acad. Quid antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus.

DIGNATIO, onis. *dignitas.* Att. li. 10. epist. 10. Et si meus quidem est fortior. eoque ipso vehementius commouet, nec quicquam nisi de dignatione laborat.

DIGNE, *pro dignitate.* Post q. In Senat. 18. Quis de tali ciue satis dignè, vnquam loquetur. Epist. lib. 12. epist. 13. Is omnium iudicio dignè, ac meretur, commendatus est. de Sen. 2. Philosophia nũ quam satis dignè laudari potest.

☞ Syntaxis. *Insignis Latinitas hæc est: Commendatur dignè ac meretur.*

DIGNITAS, tis. *honestas, honor. gradus, gradus dignitatis, honoris amplitudo, splendor.) (indignitas.* 2. de Inuent. 166. Dignitas est alicuius honesta autoritas, quæ & cultu, honore & verecundia digna est. 2. de Orat. 164. Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis. 4. I. Cat. 9. Sicut ipsius dignitas, & maiorum eius amplitudo postulabat. Epist. lib. 3. epist. 9. Tua dignitas atque amplitudo mihi cara est. pro Flac. Apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinuisti. pro Syll. 5. Quorum ego opera illum in locum atque in hanc celsissimam sedem dignitatis atque honoris ascendi. Att. lib. 10. epi. 6. Adeptus es amplissimos dignitatis gradus. pro Planc. 32. Tenere summum gradum & dignitatis & gratiæ in aliquo loco. Epist. lib. 10. epist. 12. Dignitatem tuam & esse iam, & futuram amplissimam intelligo. 1. Off. 124. Ciuitatis dignitatem & decus sustinere. pro Dom. 94. Facti alicuius egregij splendorem verbis dignitatemque retinere. pro Dom. 3. Hi tales viri qui non solum consiliis suis, sed etiam specie ipsa reipub. dignitatem sustinent. pro Flac. 28. In Imperio atque in publica dignitate omnia ad splendorem gloriamque reuocãda sunt. item: Summã video esse in te dignitatẽ generis, integritatis, industriæ, cæterorumq; ornamentorum omnium. pro Mur. 21. Summa est in vtroque honestas, summa dignitas. Quint. fra. lib. 1. ep. 1. Species tam gratiosi liberti, aut serui, dignitatem nullam habere potest. Orat. 144. At dignitatem docere non habet. pro Muræn. 23. Ars militaris admirabilem dignitatem habet. pro Mur. 55. Qui ex continuis maiorum suorum honoribus vnum ascendere gradum dignitatis conatus est. de Amic. 12. Vt ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur peruenisse. 2, de Orat. 334. In suadendo nihil optabilius quàm dignitas, *id est, honestas.* 1. Off. 67. Vt nihil à dignitate sapientis discedas. 2. de Orator. 138. Ac si quid affert præterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra causam est. 2. de Orat. 221. Seruare dignitatem suam parcendo aduersariis. Epist. libr. 4. epist. 14. Ego si dignitas est bene sentire de rep. & bonis vitis probare, quid sentias, obtineo pristinam dignitatem meam: sin autem in eo dignitas est, quod sentias aut re efficere, aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem vllum est reliquum nobis dignitatis. 5. Tusc. 45. Ergo etiam dignitas ei attribuenda est. Attic. libr. 8. epist. 13. Tenendam hanc horam puto, quæ dignitatem & & opportunitatem habet. de Amic. 72. Is qui dignitati est. * pro C. Corn. 1. In quo suspicionem omnem tollit. C. Curionis virtus ac dignitas, & Qu. Metelli adolescentia. contr. C. Anto. Hanc tu habes dignitatem qua fretus me contemnis & despicis? an eam, quam reliqua vita es consecutus. pro M. Scauro, Vt M Aemilius cum sua dignitate omni sordidissimæ genti ac pellitis testibus condonetur. in L. Pison. Nec municipij dignitas patitur. Frag. Epist. Nec idcirco mihi desiderandam esse dignitatem meam, quòd eam multi impugnarint: sed eò magis recolendam, quòd plures desiderarint.

¶ *Decor, pulchritudo, ornamentũ, decus, forma & liberalis species.* 1. Of. 130. Venustatẽ muliebrem dicere debemus, dignitatem virilẽ. 2. de Inuent. 2. Quare qua sint illæ virginis dignitate præditæ, potes ex his suspicari. 1. de Orat. 141. Agere cum dignitate & venustate. 1. Off. 107. In formis aliis dignitas inest, aliis venustas. 2. de Inu. 2. Pueri magna præditi dignitate. 1. Off. 141. Vt ea quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatem moderanda sint. 1. Off. 130. Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est, color exercitationibus corporis. 4. ad Heren. 19. Sententiarum exornatio est, quæ non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem. 3. ad Heren. 23. Dignitas est oratio, cum aliqua grauitate & vocis remissione. 1. Off. 69. Tranquillitas animi affert dignitatem. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Pauimenta porticus summam dignitatem. habebant. de Ar. 41. Sed habet ea molestia quandam dignitatem. de Prou. 28. Dignitas verborum & honos Cæsaris laudi concessurus est.

✠ *ADIVNCT. Ad mirabilis. pro Mur. Admiranda consilij. 5. Phil. Amplissima. 5. Tusc. Cara. 1. de Orat. Carissima. 3. Famil. Communis, vetus. 1. Cont. Rull. Coniuncta cum vilitate communi, eximia. pro Dom. sua. Consularis, Summa de Clar. Excellens. pro Corn. Familiaris. pro Syll. Imperatoria. pro Pomp. Iucundior. 6. Famil. Liberalis, tota, 2. Off. Magna. 6 Verr. Maior. 12. Philip. Maxima, nefaria. 12. Philip. Minor. pro Planc. Noua. 5. Verr. Otiosa. Pro Sest. Par. Parua. 11. Phil. Præstabilior. de Prou. Præstans, postquam ad Quir. Præstantissima. 3. de Nat. Cum præsens tum etiam insperata. 2. Famil. Pristina. 4. Famil. Publica, Salua. pro Fla. Singularis. 3. de Orat. Vera in Vat. Virilis. Arat.*

☞ Syntaxis. *Dignitas & amplitudo. Celsissima dignitatis & honoris sedes. Dignitatem & decus ciuitatis sustinere. Splendor ac dignitas: Hoc non habet in seruo dignitatem. Seruare suum dignitatem. Virgo dignitate prædita. In formis inest dignitas, aut venustas. Formæ dignitas colo*

tas coloris bonitate defenditur.

DIGNANDVS,a,um. 4.Acad.36. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat.

DIGNO, as. *pro Dignor.* in Arat.

Æterno cunctas xuo qui nomine dignant.

DIGNOR, aris. *dignus habeor, vel existimor.* 2.de Inu.214.Qui ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt. 2.de Inu.161. Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes,cultu quodam & honore dignantur. 3. de Orat.25. Re dissimiles inter se,quæ tamen consimili laude dignentur. * Oecon. 1.Quid apud nos hoc nomine dignantur.

☞ Syntaxis. *Vir probus summa æstimatione dignandus.*

DIGNVS & DIGNISSIMVS. *honestus, qui meretur, dignitate præditus,plenus dignitatis, habens dignitatem, qui cum dignitate est, idoneus,par,egregius,summum dignitatis gradum tenens.*pro Arch.5. Omnes cum cognitione & hospitio dignum putauerunt de Ar. 29. Deiotarus sæpe à senatu regali nomine dignus existimatus est.Attic.libr.8.ep.24. Suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis,vt, &c.de Ar.51.Et hunc vnum esse in hac ciuitate dignum huius imperij dicit.de Pet.2. Nõ potest qui dignus habetur patronus consularium, indignus consulatu putari.pro Quint.94.Qui mœror dignus inueniri in calamitate potest? Att.libr.7.ep.17. Quid docto homine & amico dignum fuerit? *id est, quod docto homini conueniens fuerit.*1.de Diu.118.Quod nõ decorũ est,nec diis dignũ.7.I.A. 5. Quo nomine dignus est nemo,nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere.Ep.li.8.ep.12. Posteaquam illum ne cui satisfaceret quidem, me dignum habere sensi.in Sal. 9. Res familiaris,quæ mihi multõ minor est, quàm habere dignus sum.I. Pis.3.Cum omnes te luce dignum non putarent.pro Dom.131.Præclara voluntas ,atque omni laude digna.4.Acad. 17.Res est idonea de qua quæratur & homines digni quibus cum differatur.3.I.Ant.25.Philippus vir auo patre maioribusq; suis dignissimus. & 2.de Fin.62. Aliquẽ esse dignum vel indignum suis maioribus Epist.libr.2.ep.18.Præbere se dignum maioribus suis. Epist. *ibid.*ep.11. Vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, quia maiora in republica onera sustinere.& possim, & soleam. Epist.libr.10.epist.7. Vt dignum aliquid & consulatu meo.& vestra expectatione efficerem.3.de Leg.5.Qui modestè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse.2.de Leg.45.Dignissima autem bona habentur,& formæ ab vno pictore vno absolutæ die.6.I.Anton.19. Venit tempus Quirites serius omninò , quàm dignum populo Romano,fuit,sed tamen,&c.& 3.I. A.22. Dignus malo. * cont. C.Anton.Dignus consulatu.

✠ ADVERB. *Omninò laude,2.de Orat , Maximè iusto homine.1.Offic.Parum aliquo.5.Fam.*

☞ Syntaxis. *Hic mœror non est dignus in tanta calamitate. Hoc tempus non est dignum. Negotium tuis viribus dignum.*

DIGREDIENS, tis.2.de Natur.103.Lunatũ cogrediens cum sole,tum digrediens.

DIGREDIOR, ris.*egredior,discedo,aberro,ad alia,aberro à proposito, diuerto.*Epist.li.12.ep.18.Ersi pe iniquo patiebar animo te à me digredi.& li. 4.epist.12.Cum ab eo digressus essem eo consilio, vt,&c.pro Syll.34.Parens eius omnibus illis rebus interfuit,nunquam est à me digressus.Attic.lib.3.ep.9.Timebam,ne à me digredi non posset.de Ar.3. Dolore efferri , & iracundia longius digredi,quã sapientis hominis cogitata ratio postulabat. 1. de Inuent.97.. Nobis de causa digredi,nisi per locum communem displicet.2.de Orat.311. Digredi ab eo quod proposuerit. de Cl. 300.Sed iam ad id,vnde digressi sumus,reuerertamur.5. I.Verr. 163.Verùm huc longius quàm voluntas fuit,à proposito digressa est oratio mea.de Clar.322.Delectandi causa digredi parumper à causa.3. de Nat. 60. Sed eò iam, vnde huc digressi sumus, reuertamur.Par.14.Paululum digredi de cursu.3.I.Verr.163. Verùm huc longius quam voluntas fuit, ab epistola Timarchidis digressa est ratio mea.

✠ ADVERB. *Longius.5. In Verr. Longius iracundia. de Arusp. Parumper à causa.de Clar. Paululum. de cursu dicendi. Part.*

☞ Syntaxis. *Luna digrediens à Sole. Digredi ab aliquo,de causa,à pro posito. Inde huc digressus sum.*

DIGRESSIO,onis.declinatio.)(*congressio.*Quint. fatr.libr.1.ep. 3.Id minus miserum fuit, quàm fuisset tum congressio,tum verò digressio nostra.de Clar.291.Digressio à proposita oratione. 2.de Or.312.Causæ quæ plurimos exitus dant ad huiusmodi digressionem.& 3.de Orat.200.Ab re non longa digressio,tum reditus ad rem.1.de Inuent. 97. Digressio aut sui laudem,aut aduersarij vituperationem continet:aut aliam causam deducit,ex qua conficiat aliquid confirmationis , aut reprehensionis, non argumentando, sed augendo per quendam amplificationem.

✠ ADIVNCT. *Acerba & misera.1.ad Qu.fratrem non longa à re,superior.3.de Orat.periucunda.de Clar.*

DIGRESSVS,sus.*digressio,discessus.* Attic.libr.1.ep.4.Vt primùm à tuo digressu Romam veni,confeci.Quint.fratr.libr.1.ep.3.Cõgressus nostri lamentationem pertimui, digressum verò non tulissem.

✠ ADIVNC. *Longinquus. de Senec. Longissimus. 2. de Nat.*

DIIVDICATIO,onis.*disceptatio,iudicii,deliberatio.*1.de Leg.56. Nam ista quidem magna diiudicatio est.

DIIVDICANDVS, a,um.1.de Leg.45.Honesta & turpia,natura,non opinione diiudicanda sunt.

DIIVDICO, as.*discerno,distinguo,,discepto.*3.de Orat.193.Qmnes tacito quodam sensu quæ recta ac praua diiudicant.3. Offic.67. Rectè diiudicare aliquid.alias iudicare.pro Cecin. 49.Qui tam callidè verbis controuersias,non æquitate diiudicas.3. Offic. 19. Vt sine vllo errore diiudicare possimus. Part. 139. Vera à falsis diiudicare & distinguere.4.Acad.107.Nec habent istam artem, qua vera & falsa diiudicent.3.de Finib.6. Attendes igitur vt soles, & eam controuersiam diiudicabis,quæ,&c.

DIIVDICOR, ris. 1. Tusc. 23. Vtrum igitur inter has sententias diiudicari malumus?an ad propositum redire.2. de Orator.110. Idque aut nunquam diiudicari poterit,aut ita diiudicabitur. de Pet.30.Quibus rebus beneuolus & simulator diiudicari possint. Epistol.lib.9.ep.16. Non facilè diiudicatur amor verus & fictus. pro Quin.43.De controuersiis velut diiudicari.1.de Leg.56.Hoc iudicari nunquam poterit.

✠ ADVERB. *Callide contouersias. pro Cecin.ibid.Diligenter.Serò.pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Verbis, non æquitate res diiudicare. Diiudicatum est inter has sententias. Sic beneuolus acinimicus diiudicatur: De controuersia diiudicare.*

DIIVNGO,gis.*disiungo.*Attic.lib.7.epist.1.Diiungere me ab illo volo.de Diu.libr.2.77.Inuenta diiungere.

✠ ADVERB.*Facile,sæpe.Orat.*

DIIVNCTIOR. *remotior.* Att.libr.12. epist.4. Totum est aliud, posteaquam suum ad te diiunctior.

DILABOR, ris. *diffugio.* 2.sic Legib.6.Fibrenus diuisus in duas partes,rapideque dilapsus,citò in vnum confluit.2.I.A.66.Malè parta , malè dilabuntur. 2. Offic. 80. Praclarissimè constituta resp. dilapsa est. 2. de Nat.26. Glaciem colore liquefactam & dilapsã diffundi.4. ad Her. 25. Hi simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes.1.Offic.104.Ne elati voluptate in aliquam turpitudinem dilabamur.2.de Inu.70.In relationem criminis dilabi.4. Tusc.10. Sed intento opus est animo , ne omnia dilabantur,si vnum aliquid effugerit.13.I.Ant.11.Sunt alij plures fortasse,sed mea memoria dilabuntur.

✠ ADVERB.*Male.2.Phil.Rapide.2.de Leg.*

☞ Syntaxis. *Fluuius rapidè dilapsus. Glacies liquefacta & dilapsa. Fortuna dilapsa deuolant assentatores:*

DILACERO,aris.1.de Nat.27.Distractione humanorum animorum discerpi & dilacerari deum.

DILANIANDVS,um.pro Mil.34. Tu cadauer P.Clodij noctur nis canibus dilaniandum reliquisti.

DILAPIDO,as.*dissipo,decoquo,consumo.*In Epistola Octauij.M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam , ærarium exhauriebat,minuebat vectigalia.

DILARGIOR,iris.*dono.*2.contra Rull.80.I.Sylla,qui omnia sine vlla religione,quibus voluit,dilargitus est.

DILATATVS, a,um. de Clar.309. Ista iusta eloquentia,quam dialecticam dilatatam esse putant.3.de Leg.32. Hæc lex dilatata in ordinem cunctum coangustari etiam potest. 1. Offic. 76. Quorum rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur.

DILATO, as.*collato,latè explico:propago.*)(*coangusto, coarcto, angustè refercio.*pro Fl. 12. Sed non dilatabo orationem meam:etenim posset esse infinita.Orator.113.Dilatare manum.de Cl.259. Dilatare literas.3.de Natur.22.Iltum enim locum illa vetus Zenonis breuis conclusio dilatauit.Part.23. Ex verbo dilatare orationem.) (*ex verbo contrahere.* Par.1.Cato nullum sequitur florẽ orationis,neque dilatat argumentum , sed,&c. 4.Acad.42.sed ita dilatauit.&c.

DILATOR, ris.de Somn.16.Vestra gloria quantis in angustiis se dilatari vult.2.de Natur.20. Hæc enim quæ dilatantur à nobis,Zeno sic premebat.3.de Fin.49.Vtrunque eorum fundi quodammodo & quasi dilatari putant. * Hortens.In continentibus terris vestrum nomen dilatari potest.

☞ Syntaxis. *Lex in cunctum ordinem dilatata. Dilatatum imperium, oratio argumentum. Fundi & dilatari gloriam in angustijs oratione.*

DILATIO, onis. *prolatio,mora,retardatio,procrastinatio.* 3.I. Ant. 2.Quæ est igitur expectatio?aut quæ vel minima dilatio temporis?pro Pomp.2.Dilatio comitiorum.

✠ ADIVNCT. *Minima temporis.13.Phil.*

DILATVS,a,um. 3.de N.18.Eodemq; etiam illa differemus.Bru. ep.16.Vereor ne in breue tempus dilata sit abs te pernicies.Bru. epist. pridem Inuent.1.Si ea, quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non in diem ex die dilata.2.de Orat.14.Bonam sermonis partem in alium diem esse dilatam.Att.lib.16.ep. 18. Res ab iis à Calend.Iun.dilata est.ad III.nonarum Iun.Att.lib.1.ep.13. Comitia in VI.Calend.Sextilis dilata sunt.4.I. V.75. Transacto aut dilato iudicio.4.de Fin.1. Cum ego te hac noua lege videã eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac me causa tempus dilaturum putas?de Pro.13.Nec toties dilata res esset.Epistol.lib.10. ep.12. Itaque res dilata est in posterum.Qu.fratr.lib.2.ep.3.Res in posterum dilata est, Clodius in Quirinalia produxit diem.

DILAVDO, as.*predico.*Att.libr.6.epist.2.Libri, quos tu dilaudas.

DILIGENS, tis. & ssimus.*attentus,sedulus,diligentiam adhibens, assiduus.* 3.I.V.126. Qui in re aduentitia & hæreditaria tam diligens & attentus esset. pro Pl.2.M. Laterensis homo studiosissimus,& diligentissimus salutis meæ.1. de Diuinat. 94. Cares in ostentis animaduertendis diligentes fuerunt.5.I.V.53.Homo nauus & industrius, experientissimus & diligentissimus arator. pro Cæl.73. Qu. Pompeius castissimus vir,atque omnis officij diligentissimus.Quint.frat.lib.1.ep.1 Diligentissimus omnium in promerendo, vt sibi magni honores haberentur. Orat. 78. Quædam etiam negligentia est diligens.Att.libr.12.ep.32. Medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens. 2. de Orat.272.Non amo nimium diligentes:*dictum Africani censoris.* 1.I.C.19. Quem tu ad custodiendum te diligentissimum fore putasti.1.de Orat.150.Assidua,diligens scriptura.Att.libr.5.ep.4. Literas Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. 2. de Inu. 161.Tribuere alicui diligentem cultum.2. de Nat.72. A diligendo diligens.

☞ Syntaxis. *Diligens & attentum. Studiosus & diligens.Omnis Officij diligens:In omni genere diligens.Scriptura assidua,diligens:*

DILIGENTER, *accuratè,exquisitè,studiosè,magna cum cura & diligentia.*Att.lib.16.ep.16. Studiosè diligenterque curare aliquid. Epist.lib.6.ep.5.Liber tuus & legitur à me diligenter, & custodiatur diligentissimè.1.I.Ant.38.Et sum à vobis benignè ac diligenter auditus.1.de D. 7. Diligenter etiam atque etiam facere aliquid.de Cl.86.Iterum multò diligentius,meliusq; dixit.

DILIGENTIA,tiæ.*assiduitas,sedulitas* Att.libr.2.ep.15. Terentiæ pergrata assiduitas tua & diligentia.de Amic.91.Omnis in hac re habenda ratio & diligentia est, vt, &c.2.de Orat. 147. Ipsum ingenium diligentia,etiam exarditate incitat.148. Diligentia cùm omnibus in rebus,tum in causis defendendis plurimum valet: hæc præcipuè colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quod non assequatur. & *ibid.* 150. Reliqua sunt in cura,attentione animi cogitatione,vigilantia, labore complectar vno verbo:quo sæpe iam vsi sumus,diligentia:qua vna virtute reliquæ virtutes omnes continentur. *Hic vocabuli pondus expendas lector.*1.de Offic.103.Excitanda est animaduersio & diligentia,vt ne quid temerè ac fortuitu,inconsideratè negligenterq; agamus. pro Muræn.86. Mea summa & vobis cognita in remp.diligentia.Top.5.Vt mea diligentia mandatorum tuorũ, te quoque ad memoriam rerum nostrarum excitarem. 1. de Orat.260.Demosthenes impedimenta naturæ diligentia industriaq; superauit.1.de Inuent.70.Magna cura & diligentia scribere aliquid.4.ad Her.29.Diligentia comparat diuitias,negligẽtia corrumpit animum.& 36.Diligentia est accurata cõseruatio suorum.Epist.libr.10.epist.1. Conferre diligentiam ad aliquam rem.1.Offi.138. Domus finis est vsus,ad quem accommodanda est ædificandi descriptio:& tamen adhibenda dignitatis commoditatisque diligentia.* Oecon.1. Cum & curam & diligentiam ea desiderarent.*ibid.* A natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam. *ibid.* Hunc sexum custodiæ & diligentiæ assignauerat natura.*ibidem.* Partis opibus æquè fuit opus memoria & diligentia.*ibid.* In re familiari laboriosior est negligentia quàm diligentia.Oecon.2.Qui me absente in meũ locũ substituitur,& vicarius meæ diligentiæ succedit.

✠ ADIVNCT. *Accuratissima,7.Attic. Acerbissima, amplissima.pro Corn. Balbo. Artificiosa.1.de Inuent. Crudelis. Pro Syll.Egregia,noua, singularis.7.Verr. Excellens in re aliqua.2.Famil.Grata.12.Famil.Inanis, inepta,misera,miserabilis,molesta.3.Att. Incredibilis. pro Mur.Magna.10.Famil.Maior summa.4.Tusc.Non mediocris.4.Acad.Minuta. in Part. Nimia.pro Mil. Pergrata.2.Att.Plena simultatum.pro Flac.Priuata. 1.Vat.Tanta.pro Cæc.*

☞ Syntaxis. *Studiosè,diligenterq;. Fac diligenter etiam atque etiam. Assiduitas & diligentia.Excita animaduersionem ac diligentiam.Diligentia & industria.In hoc diligentiam confero.*

DILIGO, gis. *amo, charum habeo.*pro Corn. 59. Vt eos diligitis & charos habetis,sic.&c.Ep.libr.1.ep.9. Et eum non solùm beneficio, sed amore etiam & perpetuo quodam iudicio meo diligebam.Epistol.lib.5.ep.8 Quos ego ambos vnicè diligo.pro Plan. 27.Hic ab illo dilectus est.Att.libr.12.ep.35. Tuam quidem& in agendis nostris rebus,& in consiliis ineundis, mihique dandis, in ipsis literis quas mittit beneuolentiam,diligentiam,prudentiam mirificè diligo.*.de Leg.5. Colere & diligere aliquem. pro Quint.Rosc.5.Vsque eóne te diligis,& magnificè circumspicis, vt ita petas? Epist libr.4.ep.13.Qui me admodum diligunt.& li. 3.ep.1.Valde hominem diligo.Epist.libr.9.epist.14.Tantum accessit, vt mihi nunc denique amare videar,antè dilexisse. pro Corn. 63. Fidem eius est complexus,officia obseruantiáque dilexit. * Fragm.epist.Me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges.

✠ ADVERB. *Acrius, egregiè, vehementius,15.Famil. Admodum.de Clar.& 12.Offic.& 1.Attic.Eximiè.pro Arch.Constantissimè,10.Phil.Facilè,7. Attic. Gratis. 2.de Finib.Libenter.12.Famil. Magnificè continentiã. 9.Phil.Maximè ex omnibus,Mirificè aliquem.2. Fam. Mirificè diligentiam.12. Attic. Multum,plus plusque in dies,plane,6.Attic. Mutuo.10. Famil. Nimio plus. 10.Attic. Præcipuè & insigniter. Part.Plurimum.2. de Orat.Quammaximè.7. Famil. Quodammodo,vicissim.de Amic.Separatim.2.de Nat.Singulariter.4.Ver. Valdè,vehementissimè. 13. Fam.valde, Recte, 6.Verr. Vehementer.13. Attic.vsque eo.Pro Qu.Rosc.Com.*

DILIGOR, ris.Epistol.libr. 13.epist.47. Vt scires eum non à me diligi solũ,sed etiã amari.& lib.11.epist.27.Dilexi te quo die cognoui,méque à te diligi iudicaui.1.de Nat.58. Te ab eo mirificè diligi intelligebam.

✠ ADVER. *Generatim & ornari à singulis partibus prouinciæ.4.Verr.Maxime.8.Attic.Plurimum.1.Offic. Vere ex animo.9.Fam.Vnice.1.Attic.*

☞ Syntaxis. *Amore diligere,Colo & diligo.Nunc amo,antè diligebã:*

DILORICO, as. *discindo, aperio.* 2. de Oratore 124.Qui in causa peroranda non dubitauit excitare reum consularem, & eius diloricare tunicam.

DILVCESCIT, bat.*lucescit,lucere incipit.*3.I.C.6.Ipsi ad me,cum diluceseceret,deducuntur.12.I.A.5.Dilucsa est illa caligo, quam paulò antè dixi:diluxit,patet,videmus omnia.

DILVCIDE,*lucidè,perspicuè,clarè,apertè,planè,*in Vat.37.Mea lex dilucidè vetat.& Orat.79.Dilucidè planéque dicere.1. de Orat. 144.& Planè dilucidè loqui.1.de Diu.117.Quæ est à te explicata dilucidè.

DILVCIDANDVS, a, um.3.ad Her. 8. Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus,id in dicendo honestius consilium appellabimus.

DILVCIDVS, dior.*apertus,euidens.*Orat.21. Contrà tenues,acuti,omnia docentes,dilucidiora non ampliora facientes.1.de Inuent. 29. Ac verbis quoque dilucidis vtendum est. 1. ad Her. 15. Quo breuior, eò dilucidior erit narratio. & 2.ad Her. 3. Perspicua & dilucida expositio.

☞ Syntaxis.*Perspicuus ac dilucidus.*

DILVCVLVM, li.*summo mane,prima lux.*Att.li.16.ep.13.vi. Iduũ cum antè lucem surrexissem, veni diluculo ad Pontẽ Tiretiũ qui est Minuturnis.pro S.R.19.Primo diluculo nũcius hic Ameriam venit.

☞ Syntaxis. *Diluculo,absolutè:& prima diluculo.*

DILVO, is. *confuto,abstergeo.*pro S.R.42.Ego qua rationes restã leues infirmem ac diluam, reperire non possum. pro Mil. 73. P. Clodij, de qua,si nollem diluere crimen,vt dilui: tamen, &c, pro Cæl.35.Quæ tu diluas oportet, & falsa esse doceas.7.I. Verr. 76.& de Clar.277.Diluere crimina aduersariorum.2.de Inu.117. Diluere,quæ contrà dicit possunt.6.Verr.43.

DILVOR,ris.& 1. de Inuent. 78.Diluere contrarias argumentationes.3. Tusc.34.Quæ cogitatio vna maximè omnes molestias extenuat & diluit.2.ad Her.38.Alterutra pars diluitur.

✠ ADVERB. *Dilucidè. 4. Verr. Facilius,1.de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Infirmare & diluere. Crimen diluere. Diluere & extenuare molestias cogitatione.*

DILVTIVS.*parcius.*pro M.Font.Galli posthac dilutius potabũt, quod illi venenum esse arbitrabuntur.

DIMANO, as. *profluo.* pro Cæl. 6. Metus hic forensis labor vitęq; rario dimanauit ad æstimationem hominum paulò latiùs,commendatione ac iudicio meorum.

✠ ADVERB. *Latius ad existimationem hominum,pro Mar. Cæl.*

DIMENSIO, onis. 1. Tusc. 57. In illo libro pusionem quendam

Socra

Socrates interrogat Geometrica quædam, de dimẽſione quadrati.

DIMENSVS, a, ũ. Orat. 183. Quem dimensa ratio docuit, quid acciderit de Senect. 59. Atqui ego iſta ſum dimenſus, mei ſunt ordines, mea deſcriptio. *ibi.* A quo eſſẽt illa dimẽſa atque deſcripta.

DIMETATVS, ta, tũ. *Dimenſus.* 2. de N. 155. Eorũ enim curſus dimetati, maturitates temporum, & varietates, mutationesque cognouimus.

DIMETIENDVS, a, um. & di. Orat. 147. De ſyllabis propemodũ dinumerandis & dimetiendis loquemur. de Sen. 49. Studium dimetiendi penè cœli atque terrę.

DIMETIOR, ris. dimenſus ſum. *metior, digero.* Par. 3. Dimetiri pecata digitis, aut verſus pedibus.

DIMICANS, tis. pro Seſt. 1. Rei de capite dimicantes. pro Ar. 22.

DIMICATIO, onis. *diſcrimen, contentio.* pro Syll. 77. in extrema dimicatione fortunæ deſerere. Orat. 42. Sed hæc ludorum atque pompæ, nos autem iam in aciem dimicationemque veniamus. pro Planc. 31. In extremo diſcrimine ac dimicatione fortunæ, vel fortunarum. pro Planc. 77. Is nec inimicitias, nec vitę dimicationes pro me ſibi defugiendas putauit. pro Corn. 6. Talis eius in remp. noſtram labor, aſſiduitas, dimicatio. de Pro. 23.

✠ *ADIVNC. Infinita. pro Rab. Maxima, pro Mil. Par, pro Mur. Periculoſa & grauis, 8. Famil. Plena laudis. 2. Att. Tot ac tantæ. pro Arch.*

DIMICATVRI. Off. 38. Cum Pyrrho de imperio dimicabatur.

DIMICO, as. *confligo.* 2. de N. 6. Cum A. Poſthumius cum Octauio Manilio prælio dimicaret. pro Arch. 23. & 29. Qui de vita, gloria cauſa dimicant. Att. libr. 8. ep. 20. Vt de omnibus fortunis reipub. dimicem. & libr. 7. ep. 3. De ſua potentia dimicant homines periculo ciuitatis. Epiſt. libr. 6. ep. 3. Alteri dimicant, alteri victorem timent. 4. Tuſc. 42. Conuenit dimicare pro patria.

✠ *ADVERB. Paratius de honore, 1. Offic. Priuatim periculo ſuo. pro Corn. Balbo.*

☞ Syntaxis. *In aciem dimicationemque venire. In diſcrimine ac dimicatione fortunæ. Prælio dimicare. Dimicare de gloria, pro gloria.*

*DIMIDIA, æ. dimidius pars. 5. I. Verr. 117. Si, vt quæ dimidiæ eſſent decumæ vocarentur.

DIMIDIATVS, a, um. *medius.* 4. I. V. 129. Exemit ex anno vnã dimidiatumque menſem. 2. Tuſc. 37. Ferre plus dimidiati menſis cibaria. 5. Tuſ 65. Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus verſiculorum, dimidiatis ferè.

DIMIDIVS, a, um. Epiſt. libr. 13. ep. 29. Hæres ex parte dimidia & tertia eſt. Capito, in ſextante alij. pro Dom. 38. Itaque pop. Ro. neque Salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos ſacerdotes. 2. de Nat. 103. Luna maior, quam dimidia pars terræ. pro D. 115. Is emit domũ propè dimidio carius quàm æſtimabat. Att. lib. 9. ep. 11. Rectè non credis de numero milium, dimidio plus ſcripſit Clodia. 5. I. V. 77. Addicitur medimnis MM. dimidio ferè pluris quàm anno ſuperiore. Attic lib. 13, ep. 29. Ambulatiuncula propè dimidio minoris conſtabit illo loco. pro Fl. 46. Habebat iſte quoſdam diſcipulos, quos dimidio redderet ſtultiores quàm acceperat. pro Qu. Roſc. 32. Tu ſine me cum Flauio decidiſti, vtrum pro dimidia parte, an pro tota. Attic. libr. 11. ep. 2. Ex ea pecunia partem dimidiam ferè exegit. 5. I. V. 40. Emtores accederent. ad dimidias partes emendas. *ibi:* & 117. Cũ ex eo agro dimidio plus abſtulerit, quàm pop. Rom miſerit. *ibid.* Si vt quæ dimidiæ eſſent, decumæ vocarentur, paruo vẽdidiſti. 3. I. V. 123. Ex ſua cuiuſque parte ne minus dimidium ad fratrem peruenirent. pr. Fl. 32. Dimidium eius quo Pompeius erat vſus, imperauit. 2. de Orat. 352. Dixit ſe dimidium eius ei, quo pactus eſſet, pro illo carmine daturum. Qu. fr. libr. 2. ep. 4. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curani.

☞ Syntaxis. *Exeſa poſteriore parte: id eſt, poſtrema dimidiata ferè. Ex hoc minus dimidium ad te peruenit:*

DIMINVENDO. Quin frat. li. 1. ep. 2. Te rogo, vt procuratoribus Flauij remittas de diminuendo.

DIMINVO, is. *imminuo, minuo, attenuo, detraho, exhaurio, decerpo, derogo, remitto, leuo, ad pauciora redigo, diripio, diminutionem facio.* Qu. fr. li. 1. ep. 2. Ne quid de bonis, L. Flauij diminuerent.

DIMINVOR, ris. 3. de Or. 187. Ne quid de hoc tã exiguo ſermonis tui tẽpore, vel verbo vno meo diminueretur. ad Her. 27. Verum tamen maturabimus, & quod negotio diminutum fuerit, exequabimus induſtria. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Ne de bonis quæ Octauij fuiſſent, diminui paterentur.

DIMINVTIO, onis. *imminutio.*) (*accretio.* Ep. lib. 4. ep. 5. Imperio præterea tanta diminutio facta eſt, &c. & de Ar. 40. 2. Off. 73. Neque de bonis priuatorum publicè diminutio fiat. 1. cont. Rull. 21. Non quæror diminutionem vectigalium. 1. Tuſc. 68. Luna accretione & diminutione luminis quaſi. faſtorum notans dies. 2. cont. Rull. 16. Diminutio libertatis, & diminutio ciuũ. 3. I. C. 24. Diminutio ciuium. de Pr. 38. Mulctari Imperatorem diminutione prouinciæ, contumelioſum eſt.

¶ *Exornatio*, cum aliquid eſſe in nobis, aut in iis quod defendimus, aut natura, aut fortuna, dicemus egregium, quo ne quaſi significetur arrogans oſtentatio, diminuitur, aut attenuatur oratione. 4. ad Her. 51.

DIMINVTVRVS, a, ũ. pro Syl. 2. Sed quantũ de mea authoritate diripuiſſet, tantum ſe de huius prædiis diminuturũ ſperauit.

DIMINVTVS, a, um. pro Cec. 5. Pars aliqua iuris diminuta. Top. 29. Qui capite non ſunt diminuti. de Aruſp. 40. Ne patres auxilio diminuti deficiantur. pro Syll. 56. Prædiis diminutis. 3. de Ora. 130. Separatione partium, magnitudines ſunt artium diminutæ. pro Cec. 38. Si ſententia huius interdicti diminuta aut infirmata ſit. de Clar. 1. Interitu talis auguris dignitatem noſtri collegij diminutam dolebam. pro Planc. 91. Aliquid de libertate diminutum putat.

☞ Syntaxis. *Remitto tibi de diminuendo. Diminuere dere, & res, Diminutio ſit de. Diminutione prouinciæ mulctatus imperator. Auxilio diminutus deficitur inops. Sententia diminuta & infirmata.*

DIMISSIO, onis. Parad. 6. Dimiſſiones libertorum ad fœnerandas diripiendaſque prouincias. 7. I. V. 85. Dimiſsionem propugnatorum.

DIMISSVRVS, a, um. Atti. lib. 6. epiſt. 8. Cæſar exercitum nullo modo dimiſſurus eſt.

DIMISSVS, a, um. 4. Ac. 11. In iſta philoſophia, quæ nũc propè dimiſſa reuocatur. 1. I. C. 10. Hæc ego omnia vix iã cœtu veſtro dimiſſo comperi. 4. I. V. 73. Dimiſſo atque ablegato conſilio.

DIMITTENDVS, a, um. pro Arch. 29. Non cum vitæ tempore dimittendam eſſe cõmemorationem nominis noſtri. pro Cor. 31. Sui quemque iuris & dimittendi & retinendi eſſe dominũ.

DIMITTO, tis. *amitto, miſſum facio. remitto, depono, omitto.* pro Plãc. 94. Libertatem meam neque dimiſi vnquam, neque dimittam. Att. lib. 14. ep. 11. Ego non dimittam iſtam curam. pro Qu. 25. Tũ Næuius pueros circum amicos dimittit. 3. Off. 99. Sed dimittamus fabulas, &c. de Fat. 7. Sed Poſſidium, ſicut æquũ eſt, cum bona gratia dimittamus. 13. I. Ant. 2. Si aliquid de ſumma grauitate Pompeius, multum de cupiditate Cæſar dimiſiſſet. 2. de L. 31. Augures poſſunt cõcilia vel inſtituta dimittere, habita reſcindere. 4. I. V. 79. Qui honeſtos homines ableget, conſilioque dimittat. 1. de Orat. 100. De reliquo iam noſtra culpa erit, ſi te dimiſerimus. Attic. lib. 12. ep. 19. Diſcedentem te non ſine magno dolore dimittam. 1. de Or. 126. Ep. li. 13. ep. 63. Dimittere aliquem à ſe. pro Syll. 57. Aliquem dimittere abs ſe, & mandare in vltimas terras. Or. 109. Dimittere eum, quem manu cõprehenderis. & 105. Quoniam Demoſthenẽ totum cognouiſti, nec eum dimittis è manibus. Or. 34. Conſequêris tamen, vt eos ipſos quos contrà ſtatuas, æquos placabilésque dimittas. I. P. 47. Dimittere exercitum. & *ibid.* Dimittere familiam. 7. I. V. 101. Dimittere remiges. 1. Off. 36. Cum Pompilio videretur vnam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimiſit. Ep. lib. 9. ep. 1. Et ſi non idcirco eorum vſum dimiſerã, quod iis ſuccenſerem. de Amic. 78. Dimittere amicitiam alicuius. Att. lib. 7. ep. 12. Dimittere ſe penitùs in cauſam. 4. Acad. 79. Epicurus rem eò dimittit, vt, &c. Epiſt. libr. 9. ep. 12. Quod Quidem ſi ita eſt, minimè miror cœlum etiam & terras vim ſuam, ſi tibi ita conueniat dimittere.* Att. li. 7. ep. 12. Dimittámne me penitùs in cauſam. *alij. Demittam legunt.*

DIMITTOR, ris. Attic. lib. 1. ep. 11. Hoc concurſu optimatum comitia dimittuntur. 4. I. V. 70. Res illo die non peroratur, dimittitur iudicium. & 6. Verr. 146. Prætor dimitti iubet ſenatum. pro Cec. 75. Patrimonium vnius incommodo dimittitur.

✠ *ADVERB. Amantiſſime aliquem. 5. I. Att. Continuò exercitum. pro Deiot. Contumelioſe aliquem. 2. de Or. Libenter à ſe aliquem. 8. Att. Multum de Cupiditate. 12. Ph. Prorſus nunquam cogitatione. epiſt. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Demiſſum & ablegatum conſilium. Ius tuum dimittere, retinere. Dimittere libertatem: id eſt, negligere. De cupiditate multum dimittere: Conſilio aliquem dimittere: id eſt, ex conſilio. Dimittere abs ſe, & mandare in vltimas terras. Ne dimittas è manibus. Dimittere vſum. Dimittitur iudicium, miles.*

DIMOVEO, es. *depello, promoueo, remoueo, deiicio,* Att. li. 4. epiſt. 15. Quod in oratoriis libris perſonam deſideres Scæuolæ, non ea temerè dimoui. Anteq. 21. Expurgare ſuſpicionem, dimouere. 2. de Inu. 86. Dimouere intentionem facti in alium. 2. I. V. 52. Vt ne quis de te vera & certa poſit ſententia dimouere. 2. de Orat. 208. Odium à nobis dimouere, & in alios ſtruere. 2. cont. Rull. 80. Ex ea poſſeſsione rempub. dimouere, ex qua Syllæ dominatio non deiecisſet. Para. 1. Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimouet. pro Cec. 42. Vis, quæ formidine animum perterritum loco ſæpe & certo de ſtatu dimouet. pro Seſt. 101. Dimouere aliquem de curſu ſuo. & pro Plan. 53. Dimouere aliquem loco ſuo.

DIMOVEOR, ris. 1. I. V. 4. Quo ego adiumento ſperabã hanc à me moleſtiam poſſe dimoueri. pro Dom. 68. Similis à rep. labes in poſterum dimouebatur. 4. I. A. 13. Virtus nunquam poteſt dimoueri loco. pro Cec. 49. Dimoueri & depelli de loco.

✠ *Adverb. Temere,4. Attic.*

☞ Syntaxis. *Suspicionem expurgare ac dimouere. Sic odium,ac factis intentionem. Dimouere loco,de loco.*

Dinvmerandvs,a,um.Orat.147.De syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquamur.

Dinvmeratio,onis. *exornatio quædam verborum, frequentatio.*3.de Orat.205.

Dinvmero,as.1.Offi.154.Etiamsi dinumerare se stellas,& metiri mundi magnitudinem posse putet.Att.lib.16.ep.9.Octauius centurias Capuæ dinumerat,iam,iamque video bellum.7.I.V. 119.Dinumerare pecuniam alicui.

✠ *Adverb. Propemodum Syllabas.Orat.*

Diocharina,næ.*locus.*Att.lib.13.ep.43.

Dioecesis,si.*procuratio,vel gubernatio* ‖ *hac voce (inquit Schorus) Græci nominabant procurationem & administrationem regionum,partium regni,aut prouinciæ alicuius,ea enim in. Iuliæus distribuitur, hoc est,in vicos quosdam qui communi iure sunt & vtuntur, & ab eo qui præest ius dicitur certo aliquo loco & tempore,quo omnes eius diœcesis homines conueniunt. Eadem ratio apud nos est vt regnũ destribuatur in certas regiones quas nostra lingua vocamus Zeut aut ein.*Landgericht,landguotei. *Gallico Latine Ballinias vulgus nominat:vicos etiam nonnulli appellant,Latini nullo proprio nomine sed communi idem exprimunt,vt procuratio administratio:qui præest diœcæses dicebatur procurator aut administrator Latinè,Gallicè* Baillifz *&c.ab aliis Satrapa aut Satrapes quod Persicũ est; hactenus Schorus.* Att.lib.5. ep. 21. Mirifica expectatio Asiæ nostrarum diœcesiũ. Ep.lib.3.ep.8.Vt me omnium illarum diœcesium quæ cis Taurum sunt,omniumque earum ciuitatum magistratus legationesque conuenirent.Ep.li.13.ep.53.Deinde,si quid habebit cum aliquo Hellespontino controuersiæ,vt illã *Auditorem* reijcias.

Dioecetes,tæ. *qui procurationem & quasi dispensationem regiã suscipit.*pro R.P.22.Rabirius diœcetes fuit regius.& 28.Id autem facere non poterat,nisi diœcetes(hoc enim nomine vtitur) qui à rege est constitutus.

✠ *Adiunc.Regius,pro Rab.Post.*

✠ Diocles,is.5.In.Verr.129.Centuperinum Dioclem hominẽ locupletem, suspendisse se constat, quo die sit ei nunciatum, Apronium decumas redemisse.6. In Verr. 35. Diocles est Pamphili gener,illius à quo hydria ablata est,Popilius cognomine, ab hoc abaci vasa omnia vt exposita fuerant abstulit (*Verres.*)5. In Ver.93.Diocles est Panormitanus,Phimes cognomine, homo illustris ac nobilis arator.

✠ Diodorvs. ri.2. de Fin.19.Diodorus ad eandem honestatem addidit vacuitatem doloris.5.de Finib.9.Tusc. 85.Indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adiunxit.de Fat. 12.Vigila Chrysippe, ne tuam causam,in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio est deseras.*Ibidem.* 13. At Chrysippe minime vis,maximeque de hoc ipso cum Diodoro certamen est. *ibidem.* 17. Sed ad illam Diodori contentionẽ, quam *περὶ δυνάτων* appellant reuertamur, in qua quid valeat id quod fieri possit inquirit. Placet igitur Diodoro id solum fieri posse,quod aut verum sit aut verum futurum sit.1.de Na.6.Diodorus,Philo,Anthiochus possidonius,à quo nos instituti (*Cicero.*) sumus.4.Acad.115.Diodoro quid faciam(*Cicero*)Stoico, quẽ à puero audiui.5.Tusc.113.Diodorus Stoicus,cæcus multos annos nostræ domi vixit.Epist.lib.9.ep.4. Nunc vide, vtra te *lapicis* magis delectet,*χυοίνωσις* ne,an hæc quam noster Diodorus non concoquebat. *Alij Diodotum Ciceronis institutorem dicunt, quem domi suæ cæcum aluit.*

✠ Diodotvs,ti.ad Qu.frat.lib.1.ep.2.Literas ad te parùm fraternè scripseram:quas oratione Diodoti, Luculli liberti, commotus,de pactione statim quod auderam, iracundius scripseram,& reuocare cupiebam.

✠ Diogenes,nis.1.de Nat.29.Quid aër, quo Diogenes Apolloniates vtitur deo, quem sensum habere potest, aut quam formam Dei?2.de Diu.6.Quem (*Chrysippum*)subsequens vnum librum Babylonius Diogenes edidit.Et 1.de N.41.Quem Diogenes Babilonius consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerua, partum Iouis ortumque virginis, ad Physiologiam traducens diiungit à fabula.3.Offic,51.In eiusmodi causis aliud Diogeni Babilonio videri solet, magno & graui Stoico, Aliud Antipatro discipulo eius,homini acutissimo.2.de Orat. 157. Ex tribus clarissimis Philosophis, quos Romam venisse dixisti videsne Diogenem fuisse,qui diceret se artem tradere benè disserendi. *Ibidem.* 155. Atque ex istis sæpè audiui, cùm dicerent pergratum Athenienses, & sibi feciſſe, & multis principibus ciuitatis,quòd cum ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent, tres illius ætatis nobilissimos Philosophos misissent.Carneadem,& Critolaum,& Diogenem.1.Tusc.104.Durior Diogenes,& id quidem sentiens, sed vt Cynicus asperiùs, proijci se iubet inhumatum.3.de Natur.88.Improborum igitur prosperitates,secundæque res redarguant, (vt Diogenes dicebat)vim omnem deorum ac potestatem. *Vide.*3.de Nat.82.

Dione, *Veneris mater.*3. de Nat. 59.

Dionysia,orum.*Bacchi festa Bacchanalia.*1.V.85.

Dionysipolitae,*populi.*Q.fra.lib.1.ep.2.

Dionysivs,sij.*Dionysii multi fuerunt.*3.de N.58.& 85.Dionysius

✠ in Tymppanidis rogum illatus.& Att.lib.7.ep.7. ‖ 5.Tusc.l.57. Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit cum, V.& XX.natus annos dominatum occupasset. *Ibidem.* Ne tonsori collum committeret tondere filias suas docuit. 3. de Natu. 83.Dionysius cum fanum Proserpinæ locris expilauisset, nauigabat Syracusas:isque cùm secundissimè cursum teneret,videtisne(inquit) amici quam bona à dijs immortalibus nauigatio sacrilegis detur 2.de D.25. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium?quo cruciatu timoris angi solitum,qui cultros metuens tonsorios,candenti carbone sibi adurebat capillum. 3. de Nat.83.Dionysius aureum ioui detraxit amiculum,3. Tuscu. 27.Dionysius quidem Tyrannus,Syracusis expulsus, Corynthi pueros docebat:vsque eò imperio carere non poterat. & Epist. lib.9 ep.18.1.de Diuin. 34. Dionysij mater eius qui Syracusarum tyrãus fuit,vt scriptum apud Philistum est,& doctum hominem,& diligentem,& æqualem temporum illorum, cùm pregnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse Satyriscum huic interpretes portentorum,qui Galliotæ tum in Sicilia nominabantur, responderunt (vt ait Philistus,)eum quem illa peperisset, clarissimum Græciæ diuturna cum fortuna fore.& 2.de Diu.136.1.de Diu.73.Facta coniectura etiam in Dionysio est,paulò antequàm regnare cœpit:qui cum per agrum Leontinum iter faciens equum ipse dimisisset in flumen:submersus equus voraginibus non exstitit:quem cum maximè contentione non potuisset extrahere, discessit ægrè ferens, cum autem aliquantulum progressus esset,subitò exaudiuit hinnitum respexitque & equum alacrem lætus aspexit cuius in iuba examen apum consederat:quod ostentum habuit hanc vim.vt Dionysius paucis pòst diebus regnare cœperit.5. Tusc.59.Cumque duas vxores haberet (*Dionysius*) Aristomachen,ciuem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat,vt omnia perscrutaretur & speculatetur antè: & cùm fossam latam cubiculari lecto circumdedisset,eiusq; fossæ transitum,ponticulo ligneo coniunxisset:eum ipsum, cum fores cubiculi clausserat,detorquebat. Idemque cum in communibus suggestis consistere non auderet contionari ex turri alta solebat. & *Ibidem.* 58. Filiæ Dionysij candentibus iuglandium putaminibus,barbam sibi & capillos adurebant. *Ibid.* 63. *Dionysium.*Musicorum perstudiosum accepimus, poetam etiam tragicum.*vide Ibidem.*60.61.62.Ibidem.98.Dionysius negauit se iure illo nigro quod cœnæ caput erat delectatum. Tum is qui illa coxerat,minimè mirum inquit, cõdimenta enim defuerunt: quę tandem inquit ille?Labor in venatu,&c.4.Aca.71. *Dionysius Heracleotes ex Stoico factus Epicureus.*5.de Finib.94. Nobis Heracleotes Dionysius flagitiose desciuisse videtur à Stoicis propter oculorum dolorem Att.lib.4 ep.10 Nos hic voramus literas cũ homine mirifico(ita mehercule sentio)Dionysio. Et lib.9. epi. 18.Ego autem illum (*Dionysium*) malè sanum semper putaui, nunc etiam impurum & sceleratum puto. *Ibidem.* epist.14.De Dionysio sum admiratus qui apud me honoratior fuit, quàm apud Scipionem Panætius,à quo impurissimè hæc nostra fortuna despectata est.Et li.8.ep.4 Loquacissimus,&minimè aptus ad docendum.Et lib. 7.ep. 4. Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te & Ep.7.Dionysius vir optimus.Et lib.6.ep. 1. Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem aiunt eum furenter irasci.Sed homo nec doctior nec sanctor, fieri potest. de Clar. 316. Assiduissimè autem mecum fuit Dionysius magnes.Att.lib.8.ep.10.Morem gessi(*Dionisio*)dimisi à me, vt magistrũ Ciceronũ non libenter:vt hominem ingratũ nõ inuitus.

Dioscvri,*apud Græcos multi.*3.de N.53.

* Diphthera,æ.Att.lib.13.ep.24.Quatuor diphtheræ sunt in tua potestate.*Pet.Victorius membranas,Paul.Leopar.' libros Academicarum quæstionum intelligit.*

Διπλη,*nota,qua veteres in margine scriptorum notabant.si quid esset animaduersione dignũ.Duobus autẽ modis hæc dipla pingebatur: vno sic Laltero huic aduerso sic.7. vtraq; autem trigoni figura obliqua sine basi.*Att.lib.8.ep.2.Vibullij res gestæ sunt adhuc maximæ: id ex Pompeij literis cognoscesin quibus animaduertio illũ locũ,vbi erit *Διπλη*:videbis de Cn. nostro ipse Vibullius quid existimet.

Diplomata,tis.*principum & aliorum magistratuũ codicilli, literæve publicæ,signo regio munitæ,& sanctæ.*At.li.10.ep.19.De diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitij insimulaꝛẽ.& *Ibi.* Ego autẽ quia scripseras te proficisci cogitare(etenim audierã memini taliter licere)& eo te habere censebam,&quia à pueris diploma sumseras.I.P 90. Mitto diplomata tota in prouincia data.Ep.lib.6.ep.12.Diploma statim non est datum, quòd mirifica est improbitas in quibusdam,qui tulissent acerbiùs veniam tibi dari,quem,&c.

✠ *Adiunc.Tota,In Piso.*

Diræ,arum *furiæ,tristia signa,minæ.*1.de D.29. Etenim diræ, si-

cut cætera auſpicia,vt omina,vt ſigna,non cauſas afferunt, cur quid eueniat,ſed enunciant euentura niſi prouideris.& *Ibid.* M. Craſſo quid acciderit,videmus,dirarũ obnũciatione neglecta.

DIRECTIVS,*directo.*Par.24.Directè dicere.) (.*Inuerſo ordine dicere.*4.Ac.66.Phœnices eo directiùs gubernant,quòd,&c.

DIRECTO,*directè.*1.de Nar.69.Directò deorſum ferri. Part. 46. Alterum ad fidem directò ſpectat.

DIRECTVS,a,um.*rectus.*pro Cec.28.Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.1.de N.137.Viæ ab inteſtinis ad iecur ductæ ac directæ.2.de D. 127.Iam verò quid opus eſt circuitione & anfractu,potius quàm directo?pro Cel. 41. Illud cum labore ad laudem directum iter probo.& *Ibidem.* 42. Non ſemper eſt vera illa & directa ratio.pro Quin.R.11.Quid eſt in iudicio?directum,aſperum,ſimplex, Part. 129.Ratio directi, & veri,& iuſti,&(vt dicitur)æqui & boni.Topicor.22.Paries directus.1.de Finibus,57.O præclaram beatè viuendi,& apertam,& ſimplicem,& directam viam.de Scne. 59. Ordines arborum in quincuncem directi.

DIREMPTVRVS,a,um.3. Offic.119.Callipho & Dinomachus, qui ſe dirempturos controuerſiam putauerunt.

DIREPTIO,onis.Ep.lib.4.ep.1.Vrbs relicta direptioni atque incendijs.& ep.13.Vereor in eorum naufragijs & bonorum direptionibus,&c.pro Dom.51.Direptiones bonorum alicuius. 1. I. C.18.Vexatio direptioq; ſociorum.6.I.V. 115. Vnius vrbis Syracuſarum direptionem commemorabo.& in medium proferã. pro Dom.25.Impendebat fames,incendia,cædes,direptio.

✠ *ADVNC. Acerba,atque indigna,fœda vini,7.Verr. Impunita, ac libera ſociorum,2.Catil. Tanta ſociorum.2.Offic.*

☞ Syntaxis. *Direptio loci,hominis,populorum.Vexatio,direptioq;.*

DIREPTOR,oris.3.I.A.27.Direptor & vexator vrbis.2.I.C.20.L. PRÆDATOR.

DIREPTVS,a,um.pro Pom. 22. Res, quas Mithridates ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat.1.de Fin.43. Sapientia omnium falſarum opinionum temeritate direpta, certiſſimam ſe nobis ducem præbet,&c.Att.lib.5.ep.20.Ibi quinq; dies morati,direpto & vaſtato Amano indè diſceſſimus. Att. lib. 9. ep.11.Quem tu locum Græciæ non direptum iri putas.

☞ Syntaxis. *Direpta ſapientia mens.*

✠ *ADVER. Acerbè,impudenter,4.Verr.*

*DIREPTVS us.1.Tuſc.71.Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac direptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

DIRIBEOR,ris.*diſtribuor,dinumeror,diſcernor,ſeparor.*I.P.96. An expectas dum de te LXXV.tabellæ diribeantur?*pro C. Corn. 1.Dum tabellæ diribentur:

DIRIBITIO,onis.*diſtributio.*pro Pl.14.Nihil iam eſt,quòd populo ſupplicetur, nihil quod diribitio, nihil quòd ſupplicatio magiſtratuum,renunciatio ſuffragiorum expectetur,&c.*Significat populi diſtributionem,quæ fieri conſueuerat in comitijs priuſquã ſuffragia rogarentur.vt populus in ſuas vel tribus,vel claſſes diſtribueretur.Sunt tamen quibus diremptio,pro diribitio,magis probetur.*

DIRIBITOR,oris.*diſtributor.erant enim diribitores, qui populum Romanum in ſuas claſſes & tribus diſtribuebant, ad ſuffragia ordine ferenda.*Poſtquam,In Sen.27.Quando illa dignitate tot rogatores,diribitores,cuſtodes.& I.P.36. Vos rogatores, vos diribitores,vos cuſtodes fuiſſe tabularum.

¶ *Eſt etiam diribitor citra ſcopuli diſtributionem: vti dicuntur tabularum diribitores.*

DIRIGENDVS,a,um.3. Offic.83. Honeſtate dirigenda vtilitas eſt.item:Eadem vtilitatis quæ honeſtatis eſt regula.L.REGVLA.3.de Ora.188.Hanc ad legem dirigenda & formanda oratio eſt.3.de Orat.188.Nec ſunt hæc rhythmicorum aut muſicorum acerrima norma dirigenda.

DIRIGENS,tis.pro Mur.3. M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens,& diligentiſſimè perpendens momenta officiorum omnium,2.de Finib.71. Epicurei voluptate omnia dirigentes.

DIRIGO,gis.*refero,metior,æſtimo.conſtituo,ordino,dirigo, deſcribo, diſpono.*de Cl.140.Antonius nihil non ad rationem,& tanquam ad artem dirigebat.4.Ac.66.Et meas cogitationes ſic dirigo,nõ ad illam paruam Cynoſuram,&c.ſed ad Helicen, &c. Orat. 9. Speciem aliquam intuens,in eámque defixus,ad illius ſimilitudinem artem & manum dirigebat.1.de D. 30. Lituo Romulus regiones direxit,cum vrbem condidit.Brut.ep.16.Si flexerit aduerſus alios iudicium ſuum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxerat,in exturbando Antonio.Ep.li.10.ep.11. Cum ipſe iret ad Mutinam dirigerem.5. de Fin. 57. Fines bonorum, quos vtilitate aut voluptate dirigunt.Topic.89.Dirigere orationem ad animi bona.Or.237.Nihil firmum teneo,quo iudicium meũ dirigam.pro Seſt.98.Hoc eſt igitur propoſitum his Reipublicę gubernatoribus,quò intueri, & quò curſum ſuum dirigere debeant.1.de D.25. Diuinatio fallit fortaſſe nonnunquam: ſed tamen ad veritatem ſæpiſſimè dirigit.At.lib.14.ep.14.Me ſine ad hanc opinionem dirigere puerum.pro Mur.77. Hæc omnia ad rationem ciuitatis ſi dirigas, recta ſunt:ſi ad diſciplinæ præcepta perpendas,reperiuntur prauiſſima.

DIRIGOR,ris.2.de Leg.13.Lex eſt iuſtorum, iniuſtorumque diſtinctio ad illam rerum omnium principem expreſſam naturã, ad quam leges hominum diriguntur.3. Offic. 89. Sed tamen ad extremum vtilitate putat officium dirigi magis quàm honeſtate.1.de Fin.54.Ne ipſarum quidem virtutum laus reperire exitum poteſt,niſi dirigatur ad voluptatem.2.de Nat.13.Ab eteſijs ventis maritimi curſus celeres & certi diriguntur.

✠ *ADVER. Sæpiſſimè,1.de Diu.*

☞ Syntaxis. *Dirigere,& formare orationẽ,iter ſuum. Dirigere omnia voluptate,cogitatione ad. Diuinatio aliquando adveritatẽ dirigit. Dirigere aliquẽ ad opinionẽ virtutis. Ad rationẽ ciuitatis omnia dirigere.*

DIRIMO, mis. *diuido, diſtraho.*) (. *concilio, contraho,* pro Syll. 6. Cum ille tanto ſcelere commiſſo omnium officiorum ſocietatem diremiſſet.Q.fr.lib.2.ep. 14.Actum eſt eo die nihil, nox diremit.pro Dom.28.& 3.Offi.23.Hanc noſtram coniunctionẽ, hanc iucundiſſimam vitæ ſocietatem certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.2.I.A.24. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nũquam diremiſſes.Ep.li.3.ep.10.Ego autẽ cum eo citius veterem coniunctionem diremiſſem, quàm nouam conciliaſſem. pro Cæl.34.Appius Claudius pacem Pyrrhi diremit. 1. de Leg. 54.Perparuam verò controuerſiam dicit,& non eam quæ dirimat omnia.2.de Leg. 31. Dirimere rem ſuſceptam. 1. de D.85. Cur pulmo inciſus in extis dirimat tempus,& proferat diem.

DIRIMOR,ris. *Indiuiduum corpus.quod dirimi diſtrahiq; non poteſt.*

☞ Syntaxis. *Nox diremit.Coniunctionem dirimere. Dirimere pacem, rem ſuſceptam.*

DIRIPIENDVS,a,um.de Pro. 13. Hos vos de prouincijs ſi non aliquando deducendi eſſent,diripiendos non putaretis. Att.lib. 8.ep.2.Patriam non ſeruandam ad reditum noſtrum, ſed diripiendam inflammandamq; relinquimus.

DIRIPIO,pis.*prædor,aufero,rapio.*pro Syl.2.Sed quantum de autoritate mea diripuiſſet,tãtum ſe huius præſidij diminuturum ſperauit.pro Pomp.57.Expilare ſocios,diripere prouincias.11. I. A.4.Omnia vexare & diripere cupient.Ep.li.8.ep. 10.Quæ diripuiſſes ipſe,vt viderentur ab hoſte vaſtata.*con.C.Anton.Ant.

✠ Diripuit ſocios. ‖ In Vat.6.Diripere fortunas.

DIRIPIOR, ris.3.de Or.3.Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis.Poſtquam In Sene. 17. Domus mea diripiebatur.I.P.96.An expectẽ,dum de te. LXXV. tabellæ diripiantur?aliàs,diripiebantur.

☞ Syntaxis. *Diripere loca,de dignitate,patrimonium dignitatis.*

DIRITAS,tis.*crudelitas.*in Vat. 9. Quanquam ſis omni diritate atque immanitate teterrimus.3.Tuſc.29.Vt ſi qua inuecta diritas caſu foret,ne me imparatum cura laceraret repens.

☞ Syntaxis. *Teter diritate & immanitate.*

DIRVMPO,pis.de Am.87.Repentè amicitias exorta aliqua offenſione dirumpimus.Ep.lib.7.ep.1. Dirupi penè me in iudicio Galli familiaris tui.

DIRVMPOR,ris.Ep.lib. 12. ep. 2. Itaque iam infinito fratris tui plauſu dirumpitur.

DIRVPTVS,a,um.Qu.fr.lib.3.ep.4.Cato diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit.13.in Ant. 26. Homo diruptus dirutusque Qu. Cælius.

DISSENTIO,tis.*dissideo, discrepo,inter me & alium quempiam dissensio est, in alia voluntate vel opinione sum, in alia omnia eo,vel discedo.*1.de N.5.,Res nulla est, de qua tantopere non solùm docti, sed etiam indocti dissentiant. & 1.de Orat.5. Solésque nonnunquam hac de re à me in disputationib. nostris dissentire. Orat. 214. Aristoteles pæana vt optimum probat, à quo dissentio. pro Font.20. Galli à cæterarum gentium more ac natura dissentiunt.1.I.C.24.Dissensit M. Lepidus, à Q. Catulo. 2.de Fin. 80. Græci maledictis insectantur eos à quibus de veritate dissentiunt.2.de Fin.19.Illi inter se dissentiunt. Offi. lib. 3. Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi.1.ad Her.19.Cum videtur scriptoris voluntas cum scripto dissentire.de Arusp.54. Sylla dissensit cum Mario. 4.de Fin. 2.Stoicos à Peripateticis non verbis, sed vniuersa re & tota sententia dissentire.* 1. de Diu. Omnes
✠ homines inter se naturâ confusi prauitate dissentiunt. ‖ 5. de Fin. 33. Tamen concedo vt qui de hoc dissentiunt, existiment quod velint.5.de Fin.79. Respondeo me non quærere(inquam) hoc tempore quid virtus possit, efficere sed quid constanter dicatur,quid ipsum à se dissentiat.

✠ ADVERB. *Grauissimè,2.Phil.honestè.1.Fam.Longè ab aliquo,de Amic.Magnoperè.3 de Ora.Magnoperè, paulùm in ratione,1.de Inuent.Multum, valdè ab aliquo.1.Philip.Occultè à salutè.pro Sest. Tantoperè. 4. Acad.vehementèr. ep.2.ad Brut. vehementer in Philosophia.13.Fam.vehementissimè.pro Tom.*

☞ Syntaxis. *A se ipso dissentit impius. Inter se dissentientes. De hoc dissentiunt omnes. Ab aliquo dissentire de. Alicui dissentire: & cum aliquo.Vniuersa re. & tota sententia dissentire.*

DISSERENDI.dum.1.de Fi.31,Sed & argumentandum,& accuratè differendum, & rationibus conquisitis de voluptate differendum putat.2.de Or.157.Dialectica ars differendi, & vera ac falsa diiudicandi. 1.de Leg.62. Atque hæc omnia quasi sepimẽto aliquo vallabit differendi ratione veri & falsi iudicãdi scientia, & arte quadam intelligendi, quid quanque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium.*& ibi de rhetorica, & earum differentia.*1.de Or.68.Philosophia in tres partes est distributa:in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores.* Or. 113.Aliud videtur oratio esse,aliud disputatio, nec idem loqui esse quod dicere: attamen vtrunque in differendo
✠ est.de Cl.143. In differendo mira explicatio. ‖ 1. de Fin. 26. Sed quæ in his corrigere voluit deteriora fecit, differendi artẽ nullam habuit.& 1.de Natu.11. Vt hæc in Philosophia ratio contra omnia disserendi Nullamque rem aperte iudicandi profecta à Socrate repetita ab Arcesila Confirmata à Carneade vsque ad nostram vignit ætatem.2.Tus.9. Academiæ cõsuetudo de omnibus rebus in cõtrarias partes differendi de Fat.1.Totaque est logice Quam rationem differendi voco.

DISSERENS,tis.1.de Fin.27 Differentium inter se reprehensiones non sunt vituperandæ. Att.lib.9. ep. 3. Differens in vtranque partem.* pro Q. Gall. Cum facit Euripidem & Menandrum inter se differentes.

DISSERO, tis. *disputo,dico.*3.de Nat.96. Quæ disputaui,differe malui quàm iudicare.2.de Orat.13. Cæsar dicebat te per multa cum Antonio de eloquentia disseruisse.& li.1.57. Hæc ego cum ipsis philosophis tum Athenis differebam,pro Fl.42. Sed de hoc teste differuit & subtiliter,& copiosè Qu. Hortensius.Ep.lib.12. ep.7.Quod pluribus verbis in senatu differui, & dixi in concione.de N d.lib.1.Dissero breuius quàm causa desiderat.de Am.4. C.Lælij persona visa est idonea fuisse, quæ de amicitia ea ipsa differeret.* de Sen.78. Quæ Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorum disseruisset.

DISSERO R, ris.de Fin.li.2,3. Vt inter quos disseritur, conueniat Tus.li.1, In vtranque partem multa disseruntur. de Am.33.Quæ inter me & Scipionem de amicitia differebantur. de Fin. lib. 1, 12.Differetur inter principes ciuitatis. Acad. q. lib.4.17. Et rem idoneam de qua quæratur,& homines dignos quibus cum disseratur,putant.

✠ ADVERB. *Absconditè, Acutissimè.3.de Fin.Acerrimè,ineptè.1.Tus.Accuratè.commodiùs.1.de Fin.Accuratiùs.3.de N.Acutè.3.de Leg.Acutiùs.4.de Fin.Angustè,in Part.Argutè,subtiliter.1.Acad.Benè,2.de Or. Breuiùs,1.de Nat.Copiosè,doctè.5.Tusc.Dialectícè,5.de Fin.Diutiùs.pro Sex.Rosc, Dupliciter,dehonestè, Nerosiùs.1.Offi.Duriùs.ep.3 ad Brut.Græcè.Latinè. 9.At. Vberiùs,2.de Nat.Praclarè. 26. Att. Plurimum. 3.de Or.prudenter,subtiliùs.4.Tus.Recte tenuiter,verissimè. Orat.ad Brut.Remissiùs splendidiùs.3.Offi.*

☞ Synt. *Argumentandu,& differendũ, Aliqua disserere,ni tamẽ iudicare. De re aliqua disserere. Inter eos disseritur. Cum aliquo disserere.*

DISSIDEO des:dissedi & dissidi.*dissentio dis.ordeo.*)(.*Congruo.*7.I. V. 181. Quasi natura & genere disiuncti sint, dissident à nobis animo & voluntate. Antequam.18.Hostes qui in bello dissident voluntate,dimicant armis.de Or.li.1.Ita à sententia scriptũ dissidet.2.Offi.8.Temeritas,quę à sapientia dissidet plurimùm.de Cl.223. Nisi Qu.Cæpio nimis equestri ordini deditus, à senatu dissedisset pro Sest.44.Cõsules à Tribuno plebis post interitum meũ dissidentẽqui,&c.4.Aca.132.Definitio summi boni, de qua qui dissident,de omni ratione vitæ dissident.At.li.1.ep.10. Quinimo inter se leuiter dissidẽt.At.li.7.ep.6. Non rectũ me in tãtis rebus à Põpeio dissidere.1.de L.54.Hi de re vna solùm dissidẽt, de cæteris mirificè congruunt. de Fat. 44. Aliquos verbis, non re dissidere.pro Mar.31. Non consilijs solùm & studijs,sed armis etiã & castris dissidebamus.de Am. 2. Cũ P. Sulpitius capitali odio à Q.Pompeio dissideret.pro Cor.30. Odio quodam atque dissidio dissidere ab aliquo.4.Acad.143. Chrysippus cum Cleante doctore suo quàm multis rebus dissidet. 2. ad Her. 13. Cum voluntas scriptoris cum scripto dissidere videtur. 11. in Ant.15.Non cum homine, sed cum causa dissideo. 1. de Fin. 58. Dissidere à seipso,secumq; discordare. & 44. Cupiditates intus in animis inclusæ inter se dissident atque discordant.1. de N.1.
✠ Opiniones variæ,atque inter se dissidentes. ‖ 4.de Fin.3.Existimo veteres illos Platonis auditores Speusippum Aristotelem Xenocratem. &c. Satis & copiose & eleganter habuisse constitutam disciplinam vt non esset causa Zenoni cum Polemonem audisset cur & ab eo ipso & à superioribus dissideret. 4. Acad. 132. Summi boni definitione omnis ratio vitæ continetur de qua qui dissident de omni ratione vitæ dissident.

✠ ADVERB. *Leuiter inter se. Att.Paululùm.1.Fam. plurimum ab.1.de Inuen.Plurimum à sapientia.2.Offi.*

☞ Syntaxis. *Dissidere ab aliquo studijs,genere. Inter se dissident illi. De re aliqua dissidere. Cum aliquo dissidere. Dissidere atque discordare, Variæ opiniones. & inter se dissidentes.*

DISSIDIVM,dij.*dissensio,diuortium.*pro Cl. 190. Sæpe fieri diuortia,atque affinitatum dissidia vidimus.pro Syl.60. Vt hoc dissidio ac dissensione facta, oppidum in potestate posset habere. At.lib.1.ep.14.Non dissensione ac dissidio vestro, sed voluntate ac iudicio tuo.pro Cæl. 31. Magnũ odiũ video cũ crudelissimo dissidio extitisse.pro Cor. 30. Odio quodam atq; dissidio dissidere ab aliquo. de Am. 80. Ne qua amicorum dissidia fiant. 1. Acad. 42. Doce quod & qua de causa dissidium factum sit: vt videamus,satisne ista sit iusta defectio.1.de Fin.44. Odia,dissidia,discordiæ,&c.de Ar.45. Dissidium optimatium. pro Dom. 96.Defleui coniugis miseræ dissidium.2.in Ant.45 Is desiderio tui dissidij ferre non poterat.Att.lib.15.ep.28.Iulia non vult amplius ferre.constitutum enim est dissidium.

✠ ADIVNC. *Crudelissimum. pro Cæl. Iusta & magna, de Amic.*

☞ Syntaxis. *Diuortia,& affinitatum dissidia. Dissidium & dissensio. Odio & dissidio dissidere ab aliquo.*

DISSIMILIS, le. *dispar ab aliquo. cum aliquo dissimilitudinem habens.*2.de Ora.83.Existimant artificium esse hoc quoddam non

dissimi

dissimile cæterorum.de Cl.28. P. Crassus dissimilis ceterorum Crassorum. item. 2. de Orat. 208. Tum excitarum, si non tam acerbum odium, attamen aut odij, aut inuidiæ non dissimilis offensio. 5. de Fin. 39. Stirpium educatio quædam & perfectio est,non dissimilis animantium.2.I. A. 59. Antonius saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium. pro Dom. 120. Aliquis mei dissimilis.Ep.lib.10. ep. 6. Qui te ab impiorum ciuium tui dissimillimorum societate seiungas.4.de Fin.15. Hoc sic expositum, dissimile est superiori.Attic.lib.4.epist. 15. Nulla vis est naturæ, vt sui dissimilia possit effingere.de Clar.204. Quid tam dissimile, quàm Cotta Sulpitio? pro Syl. 90. Et erat huic iudicio longè dissimilis illa contentio.5. de Fin. 62.In his verò ætatibus,quis est tam dissimilis homini,qui non, &c. de Cla. 284. Quid est tam dissimile, quàm Demosthenes & Lysias.de Cl. 286. Qui sunt inter se dissimiles,& aliorum.3.de Or. 25. Res dissimiles inter se,quæ tamen consimili laude dignentur.2.de Or. 126. Cum inter vos in dicendo dissimillimi sitis. Postquam. ad Quir. 23. In officio persoluendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est.pro Planc.68.Dissimilis est pecuniæ debitio & gratię. 2.de Diu. 93. Eos qui nascuntur eodem tempore posse in dissimiles incidere naturas propter cœli dissimilitudinem. Ep. lib.1. ep.7.Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam.I.C. 9. Diuersa Catilinæ stodia in dissimili ratione. pro Muræn. 49. Quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant homines percussi Syllani temporis calamitate. ✝ pro C. Cor. Homo illorum ✝ & vita & prudentia longè dissimilis. ‖ 3. de Orat. 23. Sed ita tamen vt neminem sui velis esse dissimilem. *ibid.* Vna est ars,ratioque picturæ, dissimillimi tamen. Zeusis, Aglaophon, Apelles.de Clar. 285. Equidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter sese.*ibid.*284. Cum sint ipsi dissimillimi inter sese. 2. Cont.Rul.31.Id quod dissimillima ratione factum est.2.de Fin. 9.Res tam dissimiles eodem nomine appellas.& 10.

☞ Syntaxis. *Dissimile isti, & istius, (id sæpius.) Quid tam dissimile quàm impius pio vel, quàm pius & impius. In dicendo dissimiles, inter se dissimiles. In dissimiles incidere naturas.*

DISSIMILITER.*dissimili ratione.*2.Contra.Rul.31. & 2. ad Her. 20.Res dissimiliter iudicatæ.& 2.de Fin.10.

DISSIMILITVDO,nis.*varietas,distantia,differentia.*de Am. 76. Morum dissimilitudo dissociat amicitias.pro Cor.31.Dissimilitudo ciuitatum varietatem iuris habet maximam.2.de Diu.96. Dissimilitudo locorum dissimiles hominum procreationes habet.1.de Orat.252.Ius ciuile hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem,quòd vox & gestus,&c. iuris autem vtilitas,&c. Ep. lib.2.ep.13.Genus institutorum meorum dissimilitudinem habet cum illius administratione. 2. de Diu. 94. Quarum rerum tantæ dissimilitudines sunt,vt alia Romæ, alia Tusculi eueniat sæpe tempestas.5.de Fin. 19. Est etiam alia cum ipsis artibus sapienti. ✝ dissimilitudo. de Fat. 8. Quoniam tantum natura à natura distat, quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas.1.Offi.107. Vt enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt, sic in animis existunt maiores varietates. & 109. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ, morúmque minimè virtutẽ dorum.1.de Leg.30. Nulla dissimilitudo est in genere. de Cla. 284. Videat, ne ignoret & gradus,& ✝ dissimilitudines,& vim,& varietatem Atticorum. ‖ 3.de Ora. 23.Quanto admirabilius in oratione atque lingua quæ cùm in ijsdem verbis sententijsque versetur. Summas habet dissimilitudines.2.de Diu.93.Confitendum sit illis qui nascuntur eodem tempore posse in dissimiles incidere naturas propter. cœli Dissimilitudinem.

✝ ADIVNC.*Incredibilis,Tantæ.2.de Diu. Innumerabiles.Magnæ.1.Offi.Probabiles.4.Acad. Summæ,tantæ. 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Ab aliquo dissimilitudinem habere. Vt in corporibus magnæ dissimilitudines,sic in animis maiores varietates.*

DISSIMVLANTER,*obscurè.*(*Apertè.*2 de Orat.149. Id tamen dissimulanter facere, prudentia est. de Cl.273. Numeri non apertè & eodem modo, sed variè dissimulanterque concluſi. Ep.lib.1.ep. 5. Cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati.

DISSIMVLANTIA,tiæ.*ironia dissimulatio.*2.de Or. 270. Socratem opinor in hac ironia dissimulantiáque longè lepore & humanitate omnibus præstitisse.

☞ Syntaxis. *Ironia & dissimulantia.*

DISSIMVLATIO, onis.*mala,& non mala dissimulantia,ironia.*2. de Or.269.Dissimulatio est,cum alia dicuntur ac sentias.& 350. Aliquando euolutus es illis integumentis dissimulationis tuæ. 3.de Ora.201.Tum illa,quæ maximè quasi irrepit in hominum mentes,alia dicentis ac significantis dissimulatio.3.Offi.60.Ex omni vita simulatio dissimulatioq; tollenda est.4.Ac.17.Socrates autem de se ipso detrahens in disputatione, plurimum tribuebat ijs, quos volebat refellere: ita cum aliud diceret atque sentiret,libenter vti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνέαν vocant: quam ait etiam in Africano fuisse Fannius. 2. de Or.275. Quæ a prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi,subabsurdè falsèque dicuntur.lib.3.201.

✝ ADIVNC.*Per iucunda.3.de Orat.Vrbana.2.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Ex omni vita simulatio & dissimulatio tollenda.*

DISSIMVLATOR,oris.de Or.li.2,Dissimulatores studiorum.

DISSIMVLO,as.*occulto,comminco.* Att.li.8.ep.1.Dissimulare enim non potero, mihi quæ adhuc acta sunt, displicere. pro Cl. 54. Neque id obscurè ferebat,nec dissimulare poterat. pro Do. 121. Non dissimulo me nescire ea, quæ etiam si scirem, dissimularem.pro Pl.75.Ceteri vera beneficia etiam minora dissimulant, ne obligati esse videantur.Ep.lib.10.ep.8. Multa & simulaui inuitus,& dissimulaui cum dolore.1.I.C.30.Nonnulli sunt, qui ea quæ vident,dissimulant.pro Mur.40. Etiã illos qui dissimulant, non solùm eos qui fatẽtur.1.Offi.105. Si quis est paulò erectior, occultat & dissimulat appetitum voluptatis.Att.lib.1.ep.15.Fingere,dissimulare,&,obtegere.ad Oct.Vt ista dissimulare possit.

DISSIMVLOR, ris. pro S. R. 86. Tenuitas hominis dissimulari ✝ non potest. ‖ pro Sest.35.Aut.silentio Cos.dissimularentur.

☞ Syntaxis. *Fingere,dissimulare,obtegere. Dissimulare simpliciter,& aliquid,& silentio.*

DISSIPABILIS,le.*quod facilè dissipatur.*3.de Nat.31.Aer natura cedens est maximè & dissipabilis.

DISSIPATIO, onis. *dissolutio.*1.de Nat. 71. Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur. 13. Phil. 10. Tantam ei pecuniam decreuisti is, quantam ex bonis patrijs in prædæ dissipatione inimicus victor redigisset.13.I. A. 11. Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine ✝ deposco. ‖ *alias dispensationem*

DISSIPATVS,a,um.*dispersus,dissolutus.* pro Sest.91.& 1.Tusc.62. Homines dissipatos vnum in locum congregare.pro Dom. 15. Depulsis ac dissipatis copijs hostium. Att.lib.15. ep.11. Prorsus dissolutum offendi nauigium, vel potius dissipatum. de Cla. 216.Curio cùm tardius in cogitando, tum instruendo dissipatus fuit.Postquam.in Senat. 23. Aliquis fractus & propè dissipatus.1.de Or. 36. Genus hominum in montibus & syluis dissipatum & lib.2.142.Ius ciuile, quod nunc fusum & dissipatum est, in certa genera cogere, & ad artem facilè redigere. Orat. 235. Facilius est apta dissoluere,quàm dissipata connectere. pro Fl. 14.Distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus,Cn. Pompeium,&c.1.de Or.187.Omnia,quæ sunt concluſa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt.pro Sest.145.Euersa domus est,dissipati liberi,rapta coniunx.2.Cont.Rull.88.Effusis ac dissipatis fluctibus vestris.

DISSIPO,as.*dispergo,disperdo,dissoluo,diffundo,consumo,conficio,distraho.* 2. de Nat. 41. Ignis quocunque inuasit, cuncta disturbat ac dissipat.2.de Or.226.Nihil supereſt, libidines totum dissipauerunt.14.I.A.15.Dissipare famam vel rumorem. 3.I.V.17. Cum istius amici sermones huiusmodi dissipauissent,me,&c.Ep.lib. 4.ep.13.Dissipare fortunas.3.de Nat. 73. Postremò à parco patre quod sumas, quanto dissipas libentius. de Amic. 24. Amicitia omnia contrahit,discordia dissipat.1.Contra.Rul. 1. Disperdere ac dissipare patrimonium.1.de Diu.76.Simia omnia, quæ erant ad sortem parata,disturbauit,& aliud alio dissipauit. in Vat. 34. Subsellia dissipauit, vrnas deleuit.2. de Diu. 69. Simia vrnam euertit, sortes dissipauit. pro Pom. 22. Medeam prædicant in fuga fratris sui membra in ijs locis, quà se parens persequeretur, dissipauisse. Ep. lib.2. ep. 10. Capere,occidere,& dissipare hostes. & lib. 12. ep. 14. Dissipare classem. I. P. 93. Illi statuam istius deturbant,affigunt, comminuunt, dissipant. Postquam. ad Quir. 19. Mihi, quod potuit sceleratorum furor detrahere, eripuit,abstulit,dissipauit.

DISSIPOR,ris.1.Tusc.18.Qui discedere animum censent,alij dissipari statim,alij diù permanere,alij,&c.pro Planc. 57. Maledicto nihil facilius emittitur,nihil latius dissipatur.Ep.lib.4.ep.7. Habemus etiam rationem rei familiaris tuæ, quam dissipari ✝ nolumus. ‖ 1. Tusc.24.Si anima fortasse dissipabitur.

✝ ADVER. *Frustra pecuniam.3.Fam.Latius.pro Plan.*

☞ Syntax. *Interitus & dissipatio corporum. Pecuniæ,prædæ dissipatio. Depulsa & dissipatæ copiæ.Nauigium dissolutum & dissipatum. Homo in instituendo dissipatus. Homo fractus & dissipatus (in ærumnis inquam.) Fusum ac dissipatum. Dispersum & dissipatum. Dissipati liberi.Concta ignis disturbat & dissipat.Dissipare rumorem.Statuam comminuere,dissipare. Animus non dissoluitur,non dissipatur.*

DISSOCIATVS,a,um.3.de Orat.69.Posteà dissociati à Socrate, deserti à doctis.Att.lib.4.ep.16.Dissociatis animis ciuium.

DISSOCIO,as,*disiungo.*de Am. 76. Morum dissimilitudo dissociat amicitias.

DISSOLVBILIS,le.*dissipabilis.*)(*Indissolubilis.*3.de N.29.Animal mortale dissolubile,& diuiduum est.& lib.1.20.Coagmentatio dissolubilis.

DISSOLENDVS,a,um.pro Mur.65.Misericordia commotus ne sis,etiam in dissoluenda seueritate.

DISSOLVO, uis. *ære alieno me libero.* ‖ *Satisfacio, hanc tamen significationem raro vsurpant imperiti.* pro Syl. 56. Dissoluere æs alienum. pro Qu. 17. Per te C. quit decidit Quintius, quod liberis Scapulæ dissoluerat. 5. in Ver. 174 Pecuniam tenere, nec quicquam vlli dissoluere. Att. lio. 14. ep. 21. Tibi assentior maiorem eius fore, si mihi quod debet, dissoluerit. Att. lio. 16. ep. 14. Illi turpe erit eo nomine, quòd satisfacere debeat, procuratores eius non dissoluere. 1. Tusc. 100. Ego verò Lycurgo maximam gratiam habeo, qui me à pœna mulctauerit, quam sine mutatione, & sine versura possum dissoluere.

¶ *Resoluo.* pro Dom. 50. His verbis scripta est ista proscriptio, vt seipsa dissoluat. 4. Acad. 75. Chrysippus multa contra se ipsus, quæ in consuetudine probantur, dissoluit. 3. de N. 29. Illa autem quæ Carneades afferebat, quemadmodũ dissoluitis? &c. 2. de Or. 158. Dialectici multa inueniunt, quæ non possunt ipsi dissoluere. 2. de Diu. 11. Quomodo autem mentientem dissoluas, quem pseudomenon vocant, dialectici dicent. 2. Contra Rul. 54. Interea dissoluant iudicia publica, de consilijs abducant quos velint. 7. in Ver. 52. Pecuniamque ex S. C. & ex lege dissoluerant. Orat. 235. Facilius est apta dissoluere, quàm dissipata connectere. Or. 232. Compositi oratoris benè structam collocationem dissoluere permutatione verborum. & *ibid.* 235. Isti, vt est in prouerbio, scopas (vt ita dicam) mihi videntur dissoluere. de Sen. 72. Opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit. 3. Offi. 113. Fraus constringit, non dissoluit periurium. pro S. R. 112. Dissoluere amicitiam. & pro Qu. R. 38. Dissoluere societatem.

DISSOLVOR, ris. *euanesco, labor.* 3. Offi. 26. Quam si ad se quisque rapit, dissoluetur omnis humana consociatio. de Vn. 35. Indissolubiles quidem esse non potestis, non tamen dissoluemini. 1. in Ant. 19. Ea lege omnes iudiciariæ leges Cæsaris dissoluuntur. 1. I. A. 18. In maximis rebus, id est, in legibus, acta Cæsaris dissolui, ferendum non puto. pro Cæc. 40. Periculosum est ✠ dissolui hoc interdictum. ‖ 1. Tusc. 24. Si anima est fortasse dissipabitur, Si ignis extinguetur. Si est Aristoxeni harmonia, dissoluetur.

✠ ADVERB. *Festiuè, 2. de Diu. Separatim. pro Q. Rosc.*

DISSOLVTVS, a, um. *nimium remissus, negligens, effœminatus.* Brut. ep. Prid. in 7. Nec dissolutum à te quicquam homines expectãt, nec crudele. 7. I. V. 7. Crudelis in animaduertendo, dissolutus in permittendo. 5. I. V. 162. Verres negligens ac dissolutus. & 129. Vir omnium dissolutissimus. pro Qu. 38. Dissolutus in re familiari ac negligens. & 40. Dissolutus, profusus, perditus nepos. 4. Tusc. 55. Adolescẽs perditus & dissolutus. ad Bru. ep. 3. Ne tua liberalitas dissolutior videatur. 1. Offi. 99. Negligere quid de se quisque sentiat, non solùm arrogantis, sed omninò dissoluti. pro S. R. 32. Dissoluto animo esse. pro Flac. 20. Dissoluta Græcorum consuetudo, & impudens licentia. 2. Contra. Rull. 54. O consilia dissoluta & perdita. 5. I. V. 131. Iudicium dissolutum, perditum, nummarium. Att. lib. 1. ep. 16. Nihil populare ac dissolutum. 7. I. V. 103. Poterone in eos esse vehemens, &c. in eum dissolutus? ¶ *Infirmatus, afflictus, fractus, dissipatus.* 2. de Leg. 29. Quod institutum peritè à Numa posteriorum pontificum negligentia dissolutum est. 1. de Orat. 188. Ars quæ rem dissoluram & diuulsam conglutinaret, & ratione quadam constringeret. pro Cec. 7. Id iam mala consuetudine dissolutum est. Att. lib. 15. ep. 11. Dissolutum offendi nauigium, vel potius dissipatum. pro Cec. 11. Dissoluta argentaria. 2. de Fin. 100. Quod dissolutum sit, id esse sine sensu.

✠ ADVER. *Omninò. 6. Phil. & 1. Offi. Melius æs alienum. 2. Offi. Prorsus Nauigium, 15. Att.*

DISSOLVTE, *remissè, indulgenter, negligenter, ignauè.* Att. lib. 14. ep. 12. Ei nec crudeliter quicquam eripui, nec dissolutè quicquã remisi. pro Cecin. 103. Ius suum dissolutè relinquere. 6. I. A. 1. Res confecta est minus quidem illa seuerè, quàm decuit, non tamen omnino dissolutè. ‖ 5. Ver. 90. Dissolutè vendere.

DISSOLVTIO, onis. *resolutio, infirmatio, confutatio, reiectio.* 1. de Leg. 31. Mors est dissolutio naturæ. 6 I. V. 133. Hi qui post iudiciorum dissolutiones ædiles facti sunt. 2. de Fin. 101. Quæro autem, qui sit, quod cum dissolutione, id est morte, sensus omnis extinguatur. 1. I. A. 21. Hæc vtrum tandem lex est, an legum omniũ dissolutio? pro Cl. 3. Dissolutio criminum ab oratore quæritur. 1. ad Her. 4. Confutatio, est contrariorum locorum dissolutio. Ep. lib. 5. ep. 2. Si humanitas appellanda est, in acerbissima iniuria remissio animi & dissolutio. Part. 21. Dissolutionibus relaxare constructionem.

¶ *Est etiam dissolutio & dissolutum, exornatio, quæ cõiunctionib. verborum è medio sublatis, separatis partibus effertur, &c.* 4. ad Her. 42.

DISSOLVTVM, ti. *dissolutio, de qua proximè.* 3. de Orat. 205.

☞ Syntaxis. *Dissoluere debitum, pecuniam, æs alienum. Coniuratio impiorum se ipsa dissoluet. Dissoluere amicitiam. Nil à te dissolutum expecto. Negligens ac dissolutus. In re familiari dissolutus. Dissoluta negligentia, ceciditas. Iudicia dissoluta, perdita, nummaria. Animi remissio & dissolutio in acerbissima iniuria.*

DISSONVS, a, um. Oecon. 1. Dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur chorus.

DISSVADENS, tis. Part. 95. Dissuadentibus aut vtilitas labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferendæ: neque alijs ex præceptis, sed ijsdem ex suasionis locis.

DISSVADEO, des. *deterreo.* 2. Cont. Rul. 100. Quis vnquam tam secunda concione legem Agrariam suasit, quam ego dissuasi: si hoc dissuadere est, ac non disturbare ac peruertere. 3 Offi. 101. Non modò non censuit captiuos remittendos, verum etiam dissuasit. & 110. Cum præsertim de captiuis dissuasurus esset.

DISSVASIO, onis.)(*Suasio.* pro Cl. 140. Dissuasio rogationis eius, quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur. 1. ad Her. 2. Deliberatiuum genus est, quod habet in se suasionem & dissuasionem.

DISSVASOR, oris. 2. de Or. 261 Dissuasor legis.) (. *Autor legis.* ad Brut. ep. 15. Auster quasi dissuasor consilij mei.

DISSVAVIOR, aris. *suauior, osculor.* Ep. li. 16. ep. 27. Ego vos videbo, tuosque oculos etiam ti te veniens in medio foro videro, dissuauiabor. Qu. fratris.

DISSVO, *sensim paulatimq; dissoluo.* de Amic. 78. Tales igitur amicitiæ dissuendæ magis sunt quàm discindendæ. 1. Officior. 120. Amicitiam magis decet se sim dissuere, quàm repentè præcidere.

DISTANS, tis. *disiunctus, diuersus.* Ora. 52. Naturæ variæ & voluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. 2. I. A. 67. Tot res, tam dissipatæ, tam distantibus in locis positæ. Or. 34. Quid enim tam distans, quàm à seueritate comitas? 2. de Nat. 164. Terræ ab huiusce regionis, quam nos incolimus continuatione, distantes. 5. Tus. 69. Sidera inter se & altitudine & humilitate distantia.

DISTANTIA, tiæ. *differentia, discrimen.* de Amic. 76. Tanta est inter eos, quanta maxima esse potest, morum studiorumque distantia.

✠ ADIVN. *Maxima, Tanta. de Amic.*

DISTENTVS, a, um. DISTENTISSIMVS. *occupatus, impeditus.* Att. lib. 15. ep. 18. Intelligo te distentissimum esse, quã de Buthrotijs, quã de Bruto. 3. de Na. 94. Diuina prouidentia distenta, cœlum versans, terras tuens, maria moderans. Att. lio. 9. ep. 16. Breuitate epistolæ scire poteris eum valde esse distentum. Qu. Fra. lib. 3. ep. 8. Et si distentus tùm opera, tùm animo sum multò magis. pro S. R. 12. Sylla tot tantisque negocijs distentus est, vt respirare liberè non posset.

✠ ADVERB. *Valdè, 9. Att.*

DISTERMINO, as. *separo, disiungo.* in Arato.

Quas interualla binas disterminat vnum.

DISTINCTE: & DISTINCTIVS. *dispositè, distributè.* 3. de Or. 50. Distinctè, explicatè, abundanter & illuminatè dicere. 2. Tus. 7. Qui profitentur se neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornatè dicere. 1. de Leg. 36. Articulatim distinctéque dicere. Or. 99. Partitè, definitè, distinctéque dicere. 2. I. A. 32. Num conturbo te? non enim fortasse satis quæ distinctius dicuntur, intelligis.

DISTINCTIO, onis. *discrimen, distributio, interpunctio, dissimilitudo.* 2. de Leg. 13. Lex est distinctio iustorum & iniustorum. de Vn. 6. De his igitur quæ diximus, hæc sit prima distinctio. & 24. Animus dijudicat, quæ distinctio sit inter ea quæ gignuntur, & ea quæ sunt semper eadem. 1. Offic. 104. Facilis est distinctio ingenui & illiberalis ioci 1. de Fin. 33. Facilis & expedita distinctio. 3. de Orat. 184. Numerus in continuatione nullus est nam distinctio numerum conficit. & 204. Eiusdem verbi crebrius positi quædam distinctio. 1. de Fin. 64. Distinctio veri & falsi. 2. de Diu. 127. Quæ est tandem illa distinctio, quæ vera, quæ falsa habeat de Fat. 43. Causarum distinctio ac dissimilitudo. ad Brut. ep. 2. Sed illam distinctionem tuam nullo pacto probo: scribis enim, &c. 2. de Nat. 15. Distinctio omnium siderum.

✠ ADIVNC. *Facilis. 1. Offi. Facilis, & expedita. 1. de Fin. Iniucunda. in Part. Tenuis & acuta, 4. Acad.*

DISTINCTVS, a, um. *apertus.* Or. 53. Distincta alios & interpuncta, interualla, moræ, respirationésque delectant.

¶ *Ornatus* de Som. 12. Illi autem octo cursus septem efficiunt distinctos interuallis sonos. 1. de Orat. 50. Oratio artificio quodam & expolitione distincta. pro Flac. 27. Regio, quæ mari cincta & portubus distincta esset. 2. de Nat. 95. Cœlum astris distinctum & ornatum. & 99. Littora distincta rectis & vrbibus. 6. I. V. 62. Pocula gemmis clarissimis distincta. de Pro. 4. Via illa nostra castris Thracijs distincta est & notata. 2. de Orat. 328. Narratio distincta personis, interpruncta sermonibus. 3. de Orat. 184. Oratio articulis membrisque distincta.

DISTINGVENDVS, a, um. de Fat. 2. Rursus autem distinguẽdum, est, & ita dicendum, ipsius individui hanc esse naturam, vt, &c. Or. 65. Sophistarum distinguenda similitudo.

DISTIN

DISTINGVO, guis. *separo, disiungo secerno, discerno. interpungo, vario.* Parad. 4. An tu ciuem ab hoste natura ac loco, non animo factisque distinguis? & 3. Causa igitur hæc, non natura distinguit. 6. I. V. 88. Sed ea quo pacto distinguere ac separare possim, ✠ nescio. ‖ 2. de Orat. 244. Qui igitur distinguemus à Crasso, à Catulo, à cæteris familiarem veltrum Granium aut Vargulam. Part. 139. Vera à falsis dijudicare atque distinguere. 2. de Or. 36. Oratoris est formare orationem, eamque variare & distinguere, quasi quibusdam verborum sententiarumq; insignibus. 4. ad Heren. 19. Distinguere orationem varietate. 2. de Or. 54. Distinguere historiam varietate locorum. 2. de In. 49. Distinguere & illustrare orationem. pro Mur. 76. Populus Romanus distinguit rationem officiorum & temporum, vicissitudinem laboris & voluptatis. & 49. Quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant homines percussi Syllani temporis calamitate. de Cl. 152. & Orat. 16. & 1. de Fin. 22. Distinguere rem ambiguam. Top. 31. Secernenda distinguere. 4. Acad. 22. Artem si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? pro Cecin. 56. Seruos non numero distinguunt, sed appellant vno familiæ nomine, de Clar. 74. Oratorum genera distinguere ætatibus. I. P. 69. Græcus primò distinguere atque diuidere illa quemadmodum dicerentur.

DISTINGVOR, ris. 1. de Leg. 23. Agnationibus familiarum distinguuntur status. 2. de Nat. 101. Aer nocte ac die distinguitur. 2. de Nat. 26. Quid inter naturam & rationem interfit, non distinguitur. 2. de Nat. 98. Quorum omnium multitudo insatiabili varietate distinguitur. 1. de Finib. 38. Omni priuatione doloris putat Epicurus tetminari summam voluptatem, vt postea variari voluptas distinguique possit, augeri amplificarique non possit. Att. lib. 8. ep. 9. Signa conturbantur, quibus voluntas à simulatione distingui posset. 3 de Orat. 184. Numerum in guttis cadentibus, quòd interuallis distinguuntur, notare possumus. pro Flac. 36. Hæc oratio describi ac distingui potest, vt Flacco, &c. Lælio autem, &c. 1. Offi. 95. Decorum quidem totum cum virtute confusum est, sed mente & cogitatione distinguitur. 2. de Diu. 146. Quomodo autem distingui possunt vera somnia à falsis.

✠ ADVERB. *Acutè, in Top. Dilucidè argumentationem, in Part. Melius, 3. de Orat. Seuere cogitatione, 2. Offic.*

☞ Syntaxis. *Distincto numerum conficit. Distincta me delectant. Pocula gemmis distincta. Distincta varietate oratio.*

DISTINEOR, ris. *impedior, impeditus teneor.* Ep. lib. 7. ep. 2. Nos hîc multitudine & celebritate iudiciorum ita distinemur, vt quotidie vota faciamus, ne intercaletur. Att. lib. 2. ep. 23. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione distineat. Ep. lib. 12. ep. 30. ✠ Nam a tea distinebar maximis occupationibus. ‖ Propterea quod omnibus curis remp. mihi tuendam putabam: tum hoc tempore multò distineor vehementius. & 12. 1. A. 28. Metuendum est, ne imperita multitudo per me pacem distineri putet. pro Planc. 79. Distineor tamen & diuellor dolere.

✠ ADVERB. *Vehementius occupationibus. 12. Fam.*

☞ Syntax. *Occupationibus distineri. Pacem distinere.*

DISTO, as. *absum, differo, diuersus sum, interest.* 1. de Ora 215. Multum inter se distant istæ facultates, longéque sunt diuersæ atque seiunctæ. 2. Offi. 15. Hominum vita plurimùm distat à victu cultúque bestiarum. 2. de Orat. 263. A quo genere ne illud quidem plurimùm distat. pro S. R. 44. Multum distat argumentatio tua ab re ipsa atque à varitate. Topic. 34. Quanquam enim vocabula propè idem valere videantur, tamen quia res differebant, nomina rerum distare voluerunt. 4. Acad. 59. Cùm à veris falsa non distent. 1. de In. 42. Contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eodem cui contrarium est, plurimùm distat: vt frigus calori, vitæ mors.

☞ Syntaxis. *Hæc multum inter se distant, longéq; sunt diuersa, atque seiuncta. (hic aduerte fermè battologiam.)*

DISTORTIO, vel DISTORSIO, onis. 5. de Fin. 35. Distortione & deprauatione membrorum. Tusc. li. 4. 29. Distorsio membrorum.

DISTORTVS, a, um. *contortus.* pro Mur. 61. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos. de Fat. 16. Multa sunt genera enunciandi, sed nullum est distortius, quàm hoc, &c. 2. de Orat. 266. Gallus pictus in Mariano scuto sub nodis distortus, ciecta lingua, &c.

DISTRACTIO, onis. *disiunctio.* 3. Offi. 32. Nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio. 1. de Nat. 27. Distractione humanorum animorum, discerpi & dilacerari deum.

✠ ADIVNC. *Summa. 3. Offi.*

DISTRACTVS, a, um. *disiunctus, alienatus.* pro Dom. 67. Vis oriés & congregata.)(*Iam distracta & extincta.* Ep. lib. 4. ep. 7. Qui non idem consilium, quod tu, secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos. 3. de Orat. 7. Ambitionis labore vita distracta. pro Pom. 9. Vos ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. Att. lib 8. ep. 24. Vt Cæsarem & Pompeium perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. Att. lib. 8. ep. 19. Sed diligentius est videndum, ne distracti pares aduersarijs esse non possimus.

DISTRAHENDVS, a, um. pro Qu. 50. Ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. pro Cec. 6. Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt.

DISTRAHO, is. *diuello, disiungo, dissipo, deduco.* pro Planc. 102. Nemo eum à me diuellat ac distrahat. 2. I. A. 23. Postea verò quàm Pompeius se totum Cæsari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere coner? Att. lib. 8. ep. 18. Antequam copiæ illius nos à nobis distrahant. Ep. lib. 4. ep. 13. Quos aut mors eripuit nobis, aut distraxit fuga. 3. Offi. 11. Qui hac natura cohærentia opinione distraxissent. Or. 152. Distrahere voces.

DISTRAHOR, ris. 1. de Fin. 50. Vt ab ea nullo modo nec diuelli, nec distrahi possint. Qu. Fra. lib. 1. ep. 3. Metuebam, ne à me distrahi non posses. pro Dom. 98. Distrahi à complexu suorum. 3. de Nat. 29. Indiuiduum corpus est, quod dirimi distrahique non potest. 1. de Orat. 250. Oratoris industriam in plura studia distrahi nolim. 1. Offi. 9. In deliberando sæpe animi in contrarias partes distrahuntur 4. Acad. 134. Distrahor, tum hoc, tum illud videtur. 1. Offi. 9. Fit, vt distrahatur in deliberando animus, afferátque ancipitem curam cogitandi. pro Syll. 59. Vt ab his membra diuelli citius & distrahi posse diceres. 5. Tusc. 60. Distrahi in contrarias partes.

✠ ADVERB. *Citius. pro Syll. Sæpe. 1. Offi.*

☞ Syntaxis. *Cum tyrannis nobis est summa distractio. Vis distracta & extincta. Distracti animi id est, alienati. Distractum & laceratum. Diuellere se ab aliquo, & distrahere. Indiuiduum dirimi distrahiq; non potest. Distractum studium in plures artes. In deliberando distrahitur animus. Mens in contrarias partes distracta.*

DISTRIBVENS, tis. pro Rab. 20. Ex armamentis publicis arma pop. Rom. C. Mario consule distribuente dantur.

DISTRIBVO, is. *diuido, partior, tribuo.* Att. lib. 7. ep. 14. Sanè commodè Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum. 7. I. V. 63. Nonnullos scribis suis, filio cohortique distribuit. *id est, seruos.* 1. I. C. 9. Fuisti igitur apud M. Leccam ea nocte Catilina, distribuisti partes Italiæ, statuisti quo quemque loco proficisci placeret.* Oecon. 1. Tum etiam itinera & labores pacis ac belli, id est, rusticationis & militarium stipendiorum, distribuit natura. *ibid.* Instrumentum & supellectilem distribuere.

DISTRIBVOR, ris. Ep. lib. 12. ep. 1. Pecuniæ maximæ distribuuntur.

✠ ADVERB. *Æqualiter. 5. in Ver. Bifariam. 3. Tusc. Bipartitò classem, Centuriatim partes, Tributim. pro Flac. Breuiter dispositionem, commodissimè, 1. de Inu. Commodè, 7. Att. Peritè. 2. de Or. Tripertito, Top.*

DISTRIBVTE, *distinctè.* 2. Tusc. 7. Qui profirentur se neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornatè scribere. 2. de In. 177. Distributius tractare.

DISTRIBVTIO, onis. *diuisio, partitio, descriptio.* pro Cl. 1. Mihi certum est, hanc tandem distributionem inuidiæ & criminum seruare. Part. 7. Nam aut temporum seruantur gradus, aut generum distributiones. 2. de Diu. 45. Cœli distributio, & certarum rerum notatio docet, vnde fulmen venerit. Qu. de Pet. 38. Aberrare à distributione. 3. de Ora. 202. Deinde dubitatio, tum distributio. 1. ad Her. 17. Distributio diuiditur in enumerationem & expositionem.

DISTRIBVTOR, oris. I. P. 36. Vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuistis tabularũ. *aliàs diribitores.* L. DIRIBITIO.

DISTRIBVTVS, a, um. Qu. de Pet. 24. Posteà totam Italiam fac vt in animo ac memoria distributã, comprehensamq; habeas. pro Dom. 32. Oratio quæ est in ius religionis, & in ius reip. distributa. 2. Tusc. 47. Est enim animus in partes distributus duas: quarum, &c. 2. de Fin. 17. Omnẽ vim loquendi in duas distributam esse partes. 1. ad Her. 19. Causarum diuisio in duas partes distributa est. item: In tres partes à plerisque distributa sapientia est. pro Cl. 74. H-S. quadraginta millia nummum in singulos iudices distributa, eum sententiarum numerum conficere debebant. 3. I. C. 8. Vt vrbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum distributúmque erat, incenderent. pro Fl. 62. Athenienses vnde fruges & leges ortæ, & in omnes terras distributæ putantur. Ep. lib. 4. ep. 1. Orbem terrarum distributis ✠ imperijs ardere bello. ‖ 1. de Orat. 109. Verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt.

☞ Syntaxis. *Distinctè ac distributè scribere. Distributam habere prouinciam animo & memoria. Describere ac distribuere vrbem.*

DISTRICTVS, a, um. *strictus, occupatus, dissentus.* de Ar. 60. Suffragia districta tenentur à paucis. 3. de Orator. 7. Quandiu Crassi fuit ambitionis labore vita districta. *aliàs, distracta.* Qu. Frat. lib. 2. ep. 15. Sic habeo, nunquam me à causis & iudicijs districtiorem fuisse,

¶ *Eductus è vagina.3.* I. C. 2. Districtos in remp. gladios retudimus.2.I.V.24. Videbam me hoc iudicio districtũ & obligarum fore.Ep.lib.2.ep.15.Reip.nihil est carius, in qua tu non valde te iactas:districtus enim mihi videris esse.*id est,angi & cruciari.*

DISTRINGO, gis.*constringo.* 3. Offi. 113. Fraus enim distringit, non dissoluit periurium.

¶ *Aperio,nudo è vagina.*3.Offi.112.At ille vt ingressus est,confestim gladium distrinxit,iurauitque,&c. * con. C. Anton. Duas vno tempore conantur in Rempub.ficas distringere.

✠ *ADVERB. Confestim,3. Offi.*

*DISTVRBANDVS,a,um.pro C.Cornel.1. Qui aliquod institui exemplum disturbandorum iudiciorum pernicioſissimum cupiêrunt.

DISTVRBATIO, onis. *euersio.* 3. Offi. 46. Vt in disturbatione Corinthi,&c.

DISTVRBATVRVS, a,um.5.in Anton. 19. Huc etiam nisi venirem, fabros se missurum, & domum meam disturbaturum esse dixit.

DISTVRBATVS, a, um.Att.lib.4.ep.3.Disturbata porticus Catuli,quæ reficiebatur,& ad tectum iam penè peruenerat.

DISTVRBO, as.*deijcio,demolior,dissipo,peruerto.* ‖ *Quod Galli,me-*
✠ *tre par terre, Quod cũ latinè vulgus reddere non potest,absurda multa vsurpat.Sic ergo Cicero.*2.de Nat.d. 41. Ignis quocunque inuasit, cuncta disturbat & dissipat. pro S. R. 111. Qui fidem lædit, quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem. 2. Contra. Rul. 100. Si hoc dissuadere est, ac non disturbare atque peruertere. pro Syl. 15. Ille ambitus iudicium tollere ac disturbare voluit. pro Syl.71. Vi & armis disturbare iudicia.pro Dom.103. Disturbare porticum.1. ad Her.21. Pontes disturbat,cistas deijcit. Ep. lib.11.ep. 21.Cum quidam agrariam curationem ligurirent, disturbaui rem,totámque integram vobis reseruaui.1.de Diu.76. Simia & sortes ipsas, & cætera quæ erant ad sortem parata, disturbauit,& aliud alio dissipauit.

DISTVRBOR, ris. pro Dom. 114. Quibus spectantibus,domus mea disturbaretur, diriperetur. pro Dom. 98. Disturbari tecta, diripi fortunas.

☞ Syntaxis. *Disturbare domos,tecta, iudicia, amicitiam. Disturbant operæ, & ignis.*

DITHYRAMBICVS, a.um.de Optim.1. Dithyrambici poetæ.

DITHYRAMBVS,bi.*versus genus:qui versus,quod Baccho canere-*
*tur(qui & ipse Dithyrambus dictus est) id retinuit nomen : quo versu vsus est Pindarus.*3.de.Or,183.Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus, cuius membra & pedes sunt in omni locupleti oratione diffusa.

DITIO, onis. *imperium,potestas.* ‖ *varios tamen loquendi modos no-*
✠ *stris hominibus non satis cognitos ex sequentibus agnosces.*3.I. V. 66.Nationes,quæ in amicitiam pop.Rom. ditionémque essent. & 6. Ver. 60. Quæ in eorum regno ac ditione sunt. de Pro. 32. Cæsar totam Galliam in nostram ditionem redegit.3. I. V. 55. Vrbésque Achaiæ multas sub imperium pop. Rom. ditionémque subiunxit.pro Qu.6. In ditione ac potestate alicuius esse. & 94.Si fas est respirare,P.Quintium contra nutum ditionémque Næuij.2.Cont.Rul. 73. Redigere aliquem in suam ditionem & potestatem.Anteq. 24. Iupiter Opt. Max. cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur.3.I.V.97.Tenere aliquem in sua potestate & ditione.

✠ *ADIVNC. Decemuiralis.2.Cont.Rul.*

☞ Syntaxis. *In ditionem & amicitiam alicuius esse:in ditione, ac regno. In ditionem redire.Sub imperium,ditionemq;subiungere. Ditio & potestas.Nutu ac ditione alicuius gubernari.Tenere in ditione.*

DITIOR,us,DITISSIMVS.*diuitior.*de Am.58. Ditior mihi & affluentior videtur esse vera amicitia.Parad.6.Vt quisque,quod plurimi est,possidet,ita ditissimus habendus est.

☞ Syntaxis. *Ditior & affluentior.*

DITOR,ris.*locupletor.*1.Offi. 153. Si contigerit ea vita sapienti, vt omnium rerum affluentibus copijs ditetur.

DITATVS,a,um.4.ad Her.67.Vrbs triumphis ditata.

DIV.*perdiu,multos annos,multos dies.* de Sen. 68. Quanquam (ô dij boni)quid est in hominis vita diu?pro Mar.28.Quid est.n. omnino hoc ipsum diũ,in quo aliquid extremum est?1.de Di.104. Neque diu vox illa extitit. Att. * Aiebant illum primum sanè diu multa contra.13.in A.10. Sed hæc satis diu multúmque defleta sunt.1.de Orat. 152. Nec ea quisquam nisi diu multumque scripitárit, consequetur.& 136. Omnia iam ex eo, quæ diu cupio,cognoscam. pro Dom. 63. Vis improborum diu collecta & inueterata, tacito odio iam erumpebat in actum. pro Syl. 73. Hæc diu, multum & multo labore quæsita, vna eripuit hora.1. in Ver. 72. Quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdere.2.Cont.Rul.87. De Capua multum est ac diu consultum.pro Cl.202.Hic satis diu in miserijs fuit, satis multos annos ex inuidia laborauit.Att.lib.3.ep.22.Perdiu nihil de te audiui.& lib.4.ep. 12. Libri oratorij diu ac multum in manibus fuerunt.pro Qu.96.Sæpe ac diu iacuit,&c.Ora.1. Vtrum difficilius esset,&c.diu multúmque dubitaui.Ep.lib.11.ep.13.Qui quidem eas copias,quas diu simulatione reipub.comparabant, subitò ad partiæ periculum conuerterunt,

☞ Syntaxis. *Quid hoc in vita diu? Satis diu, multumq;. Hoc diu,multum,& in multo labore quæris. Perdiu ægrotare. Sæpe ac diu multúq;.*

DIVARICOR,ris.*crucibus distrahor.*6.I. V. 86. In ea statua Sopatrum diuaricari ac deligari iubet.

DIVELLO,lis.*distraho,separo.*pro Pl.102. Nemo eum à me diuellat ac distrahat. 3. Offi. 75. Res à natura copulatas errore diuel-
✠ lere. ‖ 2. Offi. 83. Commoda ciuium defendere non diuellere.

DIVELLOR,ris.1.de Fin.50.Vt ab ea nullo modo nec diuelli nec distrahi possint.pro Pla.79.Distineor tamen & diuellor dolore. pro Syl.59. Vt ab his membra diuelli citius & distrahi posse diceres.pro Dom.98.A quibus cum summo dolore diuellitur. pro Qu.26.Affinitas filijs istius viuis diuelli non poterat.I.V.Act.6. Cum tot rerum tanta varietate diuellerer.2.I.C.22.Nequedivelli ab eo possunt.pro Mil.100. Magno dolore à te diuellor.

✠ *ADVERB. Ægre,de Sen.*

DIVENDO, dis. 1. Contra Rul. 7. Hic permittit sua legè, vt Decemuiri bona pop.Rom.possint diuendere.

DIVERSE, *variè.*1,de In.93.

DIVERSOR, aris.*apud hospitem sum,versor.*3. in Verr. 64. Verres Rubrium delicias suas parum lautè diuersari dicit.3.in Ver. 69. Domus in qua iste diuersabatur. & item : Lyso apud quem diuersatus es. Att. lib. 6. ep. 1. Vedius diuersatus est Laodiceæ apud Pompeium.2.in Ant. 68. Hac te in domo tandiù diuersari non pudet.5.Tus. 22. Nuper cum Athenis imperator apud Aristonem diuersarer.Att.li.13.ep.2.Inuito eum per literas, vt apud me diuersetur.

✠ *ADVER.Lautè parũ.3.Ver.Tandiù in domo,6.Phil.*

DIVERSOR, oris.*hospes,qui recipitur.*2. de In 15. Caupo cum quibusdam diuersoribus illum qui antè exierat,consequitur.

DIVERSORIOLVM,Att.lib.14.ep.8.Accepi VII.calendarum in
✠ diuersoriolo tuas literas. ‖ Epist.lib.12. ep. 20. Gratæ mihi tuæ literæ nisi quòd Sinuessanum diuersoriolum contempsisti.

DIVERSORIVM,rij.*hospitium.*2.I. A.104.M.Varro voluit villam illam,esse studiorum suorum,non libidinum diuersorium.2.de Orat.234.Requiescam in Cæsaris sermone, tanquam in aliquo peropportuno diuersorio. & 290.Qui hoc diuersorio sermonis tam libenter acquieturum te esse dicebas. Ep.lib.6.ep. 19. Nam & villa,& amœnitas illa commorationis est, non diuersorij. de Sen.84.Ex vita ista discedo tanquam ex hospitio,non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Att.lib. 4. ep. 11. Cogito in hortis Crassipedis, quasi in diuersorio cœnare. Ep. lib. 7. ep. 23. Næ ego multo libentius emerim diuersorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim.pro S.R.134.Officina nequitiæ,diuersorium flagitiorum omnium.

✠ *ADIVNC. Apta,11. Att.Peroportunum.2.de Ora.*

☞ Syntaxis. *Lautè diuersari.In domo, apud aliquẽ diuersari. Acquiescere fermonis diuersorio.*

DIVERSVS,a,um.*dispar,distans,varius,dissimilis,disiunctus,contrarius ferè,totus alius, disparilis.*2. de In.12. Separatim sunt aliæ cuiusque generis & diuersæ præceptiones.pro Pomp.9. Duo loca dissũctissima,maximéque diuersa.de Som.15. Duo aliqua inter se maximè diuersa. pro Pom. 46. Ex tam longinquis & tam diuersis locis.2.Cont. Rul.86. Corinthus duo maria maximè nauigationi diuersa penè coniungit. Qu. Fr.lib.1.ep.1.28. Difficile est ea, quæ vtilitate & propè natura diuersa sunt, voluntate coniungere.1.de Ora.262.Cætera quæ constant ex varijs & diuersis studijs. de Cl. 307. Hæc videntur esse à proposita ratione diuersa.4. Acad.101.Epicurus,qui à te totus diuersus est. de Opt. 1.Hoc est diuersum à reliquis.3.de Or.58. Variæ & diuersæ.& in omnem partem diffusæ disputationes.de Cl. 258. Confluxerunt in hanc vrbem multi ex diuersis locis 2.I.C.9.Diuersa Catilinæ studia in dissimili ratione. de Ar. 26. Quod ex aliquo disiuncto diuersóque monstro significatum caueremus.2.I.A.93. Quæ ex diuersis emebantur. *id est, à diuersis hominibus.* 1. de Inu. 33. Hoc igitur vitandum est,ne cuius genus posueris,eius secum aliquã, sicuti diuersam & dissimilẽ partem ponas, in eadẽ partitione. 6. I. V.117. Portus qui diuersos inter se aditus habent. 5. I. A. 49. Cæsaris autem longissimè diuersa ratio. pro Pom. 28. Varia & diuersa genera bellorum.

✠ *ADVERB. Longè locus.Top.Longè facultates,& seiunctæ.2.de Or.Longissimè.5.Phil. Maximè inter se.5. In Ver.Maximè nauigationi.2.Cont.Rull.*

☞ Syntaxis. *Alia & diuersa genera. Disiunctum ac diuersum.Longin quã ac diuersa loca.Varium & diuersum.A proposito diuersum.Homo ab aliquo totus diuersus. A diuersis hæc dicuntur (scilicet hominibus.)*

DIVERTICVLVM,li.*fl. xio via, anfractus.*I.P.53.Quos tu Meandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula flexionésque quæsisti?pro Qu.51.Staturius aliud fraudis,& insidiarum

rum in eodem vestigio diuerticulum reperit. Part. 136. Ne diuerticula peccatis darentur.

☞ Syntaxis. *Peccatorum diuerticula & flexiones.*

DIVERTO, tis. *diuertor, de via decedo.* 1. de D. 57. Cũ duo quidam iter vnà facerent, alter ad cauponem diuertit, alter ad hospitem, pro Deiot. 17. Cum domum regis hospitis tui diuertisses. Att. lib. 10. ep. 18. Hortensius ad Terentiam salutarum diuerterat 3. I. V. 16. Diuertere ad amicos, & 5. de Fin. 4. Diuertere ad hospitem. Att. lib. 14. ep. 1. Diuerti ad illum, de quo tecum manè. 2. Offi. 64. Cimon imperauit villicis suis, vt omnia præberentur, quęcunq; Laciades in villam suam diuertisset, pro Milo 52. Clodius Aritia rediens diuertit ad Albanum. & *ibid.* Suspicari debuit Clodium ad villam suam diuersurum. 13. I. A. 13. Nunciant se Pompeij conueniendi causa diuertisse Massiliam. Epist. lib. 12. ep. 25. Sed redeamus ad illud, vnde diuertimus.

DIVERTOR, tis. *diuerto.* Att. li. 3, ep. 7. Sed itineris causa vt diuertar, primum est deuium. pro Fon. 9. Qui Cobiacho diuerterentur, neque Tholosam ire vellent.

☞ Syntaxis. *Ad amicum salutatum diuertere, domum, in villam ad villam.*

DIVES, tis: DIVITIOR. *locuples, copiosus, affluens, opulentus, pecuniosus, omnibus copijs circumfluens, opibus & copijs præditus, omni copiarum genere abundans, diuitijs affluens, cui amplissimæ fortunæ sunt, pecunia princeps, bene nummatus.* Parad. 6. Animus hominis dives, non arca appellari solet, quamuis illa sit plena: dum te inanem video, diuitem non putabo. 3. de Or. 183. Inde ille diuitior & licentior fluxit dithyrambus. Parad. 6. Dives est, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit. pro Mur. 61. Solos sapientes esse, si mendicissimi sint, diuites. 2. Offi. 57. P. Crassus cùm cognomine dives, tũ copijs. 2. Offi. 70. Dives, fortunatus, opulẽtus. (*Pauper. humilis.* 3. de Fin. 75. Rectius enim appellabitur dives, quàm Crassus, qui nisi equisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset. in Vat. 30. Ex pauperrimo dives factus est. 8. I. A. 10. Ex mendicis fieri repentè diuites. Parad. 6. Neminẽ esse diuitem qui non exercitum alere possit suis fructibus. & *ibid.* Hic non modò non copiosus & dives, sed etiam inops & pauper æstimandus est. * Incert. An verò multorum in terris prædiorum dominos diuites appellamus. Ep. lib. 7. ep. 16. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurũ: id vtrum Romano more locutus sit, benè nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites, qui cœlo & terra frui possunt, postea videro.

☞ Syntaxis. *Dives animus. Dives, fortunatus, opulentus. Copiosus & dives. Ex paupere factus dives.*

DIVEX O, as. *vasto.* 11. I. A. 4. Omnia diuexare & diripere cupiens. & 13. Phil. 21. Diuexat, agros, &c.

✠ ADVERB. *Fœde. 1. Tusc.*

DIVIDENDO. 1. de Fin. 22. Epicurus nihil de diuidendo & partiendo docet.

DIVIDO, dis. *partior, dispartior, distribuo, dispertio, partibus distribuo, seco, digero, distinguo, discrimino, distraho, segrego, excludo.* Att. lib. 5. ep. 20. Amanus Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. pro Syll. 42. Diuisi illas tabulas toti Italiæ, diuisi in omnes prouincias. 1. de Leg. 44. Nos legem bonam à mala nulla alia nisi naturali norma diuidere possumus. Or. 115. Ambiguè dicta diuidere & explanare oportet. & 137. Diuidere in partes. 2. de Ora. 80. Pòst diuidere causam, aut proponere, Ora. 117. Partiri ac diuidere genus vniuersum in species certas, vt nulla neque prætermittatur neque redundet. 2. de Fin. 26. Quomodo autem philosophus loquitur? tria genera cupiditatum, naturales & necessarias, naturales non necessarias, nec naturales nec necessarias. primùm diuisit ineleganter: duo enim genera, quæ erant, fecit tria: hoc est non diuidere, sed frangere rem. qui si diceret cupiditatum esse duo genera, naturales & inanes, naturalium quoque duo, necessarias & non necessarias, confecta res esset. vitiosum est enim, in diuidendo partem in genere numerare. 5. Tusc. 40. Aristoteles bona diuisit tripartitò. Part. 29.

✠ ADVERB. *Acutè, viritim, de Clar. Æqualiter. 2. de Leg. Articulatim membra. 3. de Nat. Ineleganter. 2. de Fin. Infinitè. 1. Acad. Subtiliter, Tripertito, vtiliter. 5. Tusc. Tributim nummos, 4. Att. viritim bona. 5. Tusc. viritim ciuibus. 2. de Repub.*

DIVIDOR, tis. *dissecor.* 3. de Natu. 6. Omne corpus secari ac diuidi potest. Part. 33. Quæ ad faciendam fidem pertinent, ea in confirmationem & in confutationem diuiduntur. I. P. 4. Ego agrum Campanum, si diuidi non oportuit conseruaui.

✠ ADVERB. *Passim. pro Syll. vltro, Citroque. 1. Acad.*

☞ Syntaxis. *Ambigua diuidere, & explanare. Partiri ac diuidere. In diuidendo vitiosum est, &c.*

DIVIDVVS, a, um *quod recipit sectionem.* de Vn. 19. Idque interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum esset in corpore. *ibid.* Materia quæ diuidua gignitur. 3. de Nat. 29. Dissolubile & diuiduum est omne animal mortale.

DIVINANS, tis. *prædicens futura, hariolus.* 1. de Diu. 47. Est quiddam in nobis præsentiens atque diuinans, *ibid.* li 2. 48. Quædam casu eueniunt, vt prædicta sunt à diuinantibus.

DIVINATIO, nis. *vaticinatio, augurium, prædictio, præsensio, scientia rerum futurarum, augurium, ariolatio, oraculum, coniectura.* Ep. lib. 3. ep. 12. Quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione, non despero. Ep. lib. 6. ep. 6. Quare, quando vt augures & astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te auctoritatem augurij & diuinationis meæ, debet habere fidem nostra prædictio. 2. de Diu. 150. Chrysippus diuinationem definit his verbis, vim cognoscẽtem & videntem, & explicantem signa, quæ à dijs hominibus portendantur: officium autem eius esse, prænoscere Dei erga homines mente qua sint, quidque significent, &c. 2. de L. 32. Diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, esse censeo, & huius hanc ipsam partem, quæ est in auibus, cæterisque signis disciplinæ nostrę. 2. de D. 13. Diuinatio est earum rerum, quæ fortuitę putantur, prædictio atque præsensio. 1. de D. 1. Diuinatio quam Græci μαντικὴν appellant: id est, præsensio, & scientia rerum futurarum. 1. de D. 71. Potest autem quis cum diuinationem habeat, errare aliquando. & 78. Fiunt certæ diuinationum coniecturæ à peritis. 1. de Diu. 5. Xenophanes diuinationem funditùs sustulit. 1. de N. 55. Sequitur μαντικὴν vestra, quæ Latinè diuinatio dicitur. pro Cl. 97. Iam ista diuinatio est: qua si licet vti, vide ne mea coniectura multò sit verior. 2. de Nat. 166. Multa diuturnus vsus ita notauit, vt artem diuinationis efficeret. pro S. R. 96. Eò rem adducam, vt nihil diuinatione opus sit.

¶ *Est quoque genus causæ, cum de constituendo accusatore quæritur. vnde Diuinatio Cic. in Verr.* Qu. Fr. lib. 3. ep. 2. Apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter Memmium, & T. Neronẽ & C. Antonium: putabamus fore vt Gabinio daretur. Ep. lib. 8. ep. 8. De diuinatione Appius cum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pylioque cessit.

✠ ADINVC. *Artificiosa, Naturalis, opinabilis, vera,* 1. *de Diu.*

☞ Syntaxis. *Animi diuinatione permoueri, Augurium & diuinatio alicuius. Diuinatio est prædictio, atque præsensio. (hic habes & synonyma, & duo genera diuinationis.) Habere diuinationem. De diuinatione calumniam iurare.*

* DIVINATVS, a, um. *coniectus, prædictus.* 1. de Diu. 123. Quæ mirabiliter à Socrate diuinata sunt.

DIVINE, *diuinitus.* Att. lib. 10. ep. 4. Nunquam de republica nisi diuinè cogitaui. 1. de Diu. 124. Multa diuinè presensa & predicta reperiri.

DIVINITAS, tis. *Deorum maiestas, summa præstantia.* 2. de Or. 86. Quorum alterum diuinitatis mihi cuiusdam videtur, alterum humanitatis. 2. de Diu. 81. Placet igitur humanitatis expertes habere diuinitatis autores. Or. 62. Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. 1. de N. 33. Aristoteles menti tribuit omnem diuinitatẽ. 2. de D. 26. Diuinitas, vnde animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. de Nat. d. li. 1. 27. Diuinitatẽ dedit Soli & Lunæ, reliquisque sideribus, animoq; præterea. eodẽ, 34. Diuinitatem tribui putat stellis errantibus Heraclides Ponticus. eodem, 37. Diuinitatẽ omnem tribuit astris Cleantes. de Vn. 21. & de Or. lib. 2. 298. Ex diuinitate sua animum genuit Deus.

☞ Syntax. *Loquendi diuinitas. Ex diuinitate sua genuit animu Deus.*

DIVINITVS, *diuinè, diuino numine.* Att. lib. 1. ep. 13. Ille locus inductus est à me diuinitùs. *id est, diuina quadam solertia.* Att. li. 2. Var. 10 satis mihi facit, Pompeius loquitur diuinitùs. pro Syll. 43. Multa prouidit diuinitùs. Partit. 82. Quæ diuinitùs accidunt. de Or. lib. 2. Diuinitùs à Platone disputata. pro Dom. Diuinitùs inuenta & institutа. 1. de Or. 202. Vt & ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed diuinitùs ad nos delatum videatur. Posth. in Sen. 29. Homines dẽ me diuinitùs meriti. Ep. lib. 1. ep. 9. Quæ sunt apud Platonem nostrum scripta diuinitus.

✠ ‖ 1. de Oratio. 26. Multa diuinitùs à tribus illis consularibus. C. Cotta deplorata. 1. de D. 66. Inest. igitur in animis præsagitio extrinsecus iniecta atque incluſa diuinitus.

☞ Syntaxis. *Diuinitus loqui: id est, diuine. Diuinitùs accidit, id est, à Deo. Diuinitus de aliquo mereri: id est, honores diuinos.*

DIVINO, as. *vaticinor, auguror, conijcio, futur. significo, in posterum præsentio, præsagio, ariolor, oraculum edo, coniectura prospicio.* Att. lib. 16. ep. 8. Non equidem hoc diuinaui, sed aliquid taleputaui fore. pro Qu. 60. Nemo diuinare poterat te postulaturum. Qu. Fra. lib. 2. ep. 2. Quod futurum est latrocinio Tribunorum, non diuino. 1. de Diu. 89. Veteres vt sapere, sic diuinare regale ducebant. Ep. lib. 3. ep. 13. Quasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum, sic. &c. & lib. 6. ep. 1. Diuinare futura Brut. ep. 18. Diuinare de aliqua re. 1. de Diu. 64. Morientes diuinare.

✠ ADVER. *Mirabiliter, Naturaliter. 1. de Di. Prorsus, 2. de Leg.*

☞ Syntaxis. *Diuinare aliquid, & de aliquare.*

* DIVINOR, aris. Incer. Ne quid certi sit, diuinari potest.

DIVINVS, a, um: DIVINIVS, & simus. *cœlestis, Θεῖος, diuinans, magnus.* 2. de Fin. 39. Homo diuinus atque cœleste animal, &c. 1. de Orat. 40. Homo diuinus in dicendo. Qu. Fr. lib. 2. epist. 7. Idib. Maiis. Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. 1. de Or. 131. Hæc in te Sulpiti diuina sunt. Postq. ad Quir. 7. Cn. Pisonis diuina quædam & inaudita autoritas, atque virtus. 5. in Anton. 28. Illæ cœlestes diuinæque legiones Martia & quarta. ‖ pro Mil. 84. Nisi qui nullã vim cœlestem existimat numenue diuinũ. 6. I. V. 18. Res illum diuinas apud eos deos in suo sacrario propè quotidie facere vidisti. 3. I. A. 26. Sors diuina. 1. de D. 81. Melancholicos habere aliquid in animo præsagiens atque diuinum, existimat Aristoteles. & 112. Nec Pherecydes potius diuinus habebitur quàm Physicus. de Fat. 15. Hoc loco Chrysippus æstuans, falli sperat Chaldæos cæterosque diuinos. 7. I. V. 40. O diuina senatus admurmuratio. 1. de Orat. 40. Homo diuinus in dicendo. 1. de Nat. 33. Diuinus ille cœli sensus in celeritate tanta conseruari quomodo potest. 2. de Nat. 60. Diuina bonitas erga homines. 1. Fam. ep. 9. Diuina illius in me liberalitas. 4. Acad. 2. Diuina memoria. 1. de Nat. 53. Diuina solertia. pro L. Man. 10. Consilium diuinum. 7. Fam. ep. 5. Diuinum & fortuitum opponuntur. ad Qu. Fr. lib. 1. epist. 1. 25. Diuinæ cuiusdã virtutis esse videtur. 1. de Nat. 22. Cum numini diuino omnes naturæ, cœlum, ignes, terræ, maria parerent. 1. ad Qu. Fr. ep. 1. 6. Quendam è cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent. 1. de Nat. 39. Diuinam vim in ratione esse positam ait Chrysippus. 2. de Nat., 166. Sine aliquo afflatu diuino nemo vnquam fuit vir magnus. pro Mil. 92. Homo diuina & incredibili fide. 12. Fam. epist. 14. Lentuli, Diuina tua mente prospexisti. 2. de Nat. deo. 30. Omnis mundi vis, diuina natura continetur. 13. Fam. epist. 4. Quasi diuino consilio isti negocio præpositum esse. 4. Acad. q. 117. Diuino ingenio esse. de Amic. 13. Diuini animi hominum. 14. ad Att. epist. 15. Diuini viri. de Vn. 32. Diuina animãtia infixa cœlo sidera. 1. de Na. d. 29. Diuinas esse quatuor naturas cẽset Empedocles, ex quibus omnia constare vult. 11. Fam. epist. 6. Netas esse duxi, &c. vt de tuis diuinis in Rempub. meritis sileretur. 2. Fam. epist. 15. Diuinis laudibus ornauit res nostras. 1. de Diuin. Itaque appropinquante morte anima multo est diuinior. 1. de Diu. 58. Quid hoc somnio dici diuinius potest? 2. de Leg. 45. Diuinissima dona habent formæ, ab vno pictore, vno absolutæ die.

☞ Syntaxis. *Diuinum ac cœleste. Diuinum in oratione. Diuinum & in auditum. Cœlestis, diuinaq; legio. In animo aliquid præsagiens, & diuinum habere. Chaldæi cæteriq; diuini. Numen diuinum. Diuinæ laudes.*

DIVISIO, onis. *partitio, distributio, diuortium, dissidium, sectio.* 3. de N. 6. Quadripartita fuit diuisio tua: primùm, vt velles docere deos esse, deinde quales essent, tum ab iis mundũ regi, postremò consulere eos rebus humanis, hęc, si rectè memini, partitio tua fuit. 3. Offic. 9. Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. 2. de N. 66. Diuisio trium regnorum, cœli, maris, & inferorum. 1. ad Her. 17. Causarum diuisio in duas partes distributa est. L. INTERCAPEDO.

¶ *Ad hæc exornatio, quæ rem semouens à re vtramq; absoluit ratione subiecta.* 4. ad Her. 53.

DIVISOR, oris. 11. I. A. 13. Nucula & Lento Italiæ diuisores lege ea, quam senatus per vim latam iudicauit. & 5. Phil. 20. Tantum quisque habebat possessor, quantum diuisor reliquerat Anton. ¶ *Item pecuniarum redemptor, quæ tributim diuidebantur à candidatis ad suffragia corrumpenda.* pro Pl. 48. Doce, per quem sequestrem, quo diuisore tribus corrupta sit. 2. I. V. 22. Diuisores omnium tribuum noctu ad istum vocati. 5. in Ver. 16. In furis ac diuisoris disciplina educatus. Ep. lib. 9. epist. 22. Num honestum verbum est Diuisor? at inest obscœnum, cui respondet Intercapedo. * pro C. Cornel. 1. Nisi pœna accessisset in diuisores. ✠ ‖ de Arusp. 42. Vir clemens diuisores omnium tribuum domi ipse suæ crudelissima morte mactaret. 6. In Ver. 45. Hoc ipsum conferam quo tu te superiorem fingis, quod H-S. LXXX. millia diuisoribus vt prætor renunciarere, dedisti.

DIVISVS, a, um. 3. de N. 5. Religio in sacra & auspicia diuisa est, tertium adiunctum est, &c. 2. de L. 6. Fluuius diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc insulæ alluit.

✠ *ADVERB. Late, & dispersim, pro Pomp.*

DIVITIAE, arum. *opulentia, amplæ fortunæ, magnæ fortunæ atque copiæ, summa copia opes & copiæ, omnium rerum abundantia.*)(*Summa inopia.* Att. lib. 1, ep. 3. Quod si assequar, supero Crassum diuitiis. de Amic. 22. Diuitiæ opportunæ sunt vt vtare, opes vt colare, honores vt laudêre. 1. Off. 25. Expetuntur diuitiæ, tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. 2. contra Rul. 67. Diuitiis augere aliquem, & fortunis locupletare. de Amic. 52. Homines diuitiis affluentes. 1. de Orat. 161. Diuitiæ atque ornamenta ingenij alicuius,

✠ *ADIVNCT. Quasi duces ad voluptatem, & valetudinem bonam. 3. de Finib. Inanes. 2. cont. Rul. Ingentes. 2. Ver. libidinosæ, parabiles, terminatæ, 1. de Finib. Maximæ certissimæq;. Parad. 6. Naturales, Parabiles, 2. de Finib. Oportunæ. de Amic. Veteres, illibataque. pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Diuitiis augere aliquem, & fortunis locupletare. Ingenij diuitiæ.*

DIVITIOR. 3. de Orat. 183. Hinc ille diuitior & licentior fluxit dithyrambus.

DIVORTIVM, tij. *affinitatis dissidium, discidium, dissidium.* Top. 19. Si viri culpa factum est diuortium, pro liberis manere nihil oportet. Attic. lib. 13. epist. 7. Lentulus cum Metella facit diuortium. Cæl. Epist. lib. 8. epi. 7. Valeria diuortium sine causa fecit, nuptura est D. Bruto, nondum retulerat. 3. de Ora. 157. Nam si res suum nomen & propriũ vocabulum non habet, &c. vt in vxore diuortium, necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere. pro Cl. 190. Sæpe fieri diuortia atque affinitatum dissidia videmus. Attic. lib. 12. epist. 51. Sed quid est, quod audio Spinterem fecisse diuortium. 1. de Ora. 183. Mater, quæ si iudicaretur certis quibusdam verbis fieri cum superiore diuortium, in cõcubinæ locum duceretur. 2. I. A. 69. Antonius cum Mima fecit diuortiũ. pro Clu. 14. Ecce autem subitum diuortium, discedit à Melino Cluentia. 3. de Orat. 66. Sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia. Att. lib. 5. epi. 20. Amanus Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Epist. lib. 2. ep. 10. Qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarum diuortiis.

✠ *ADIVNC. Subitum, pro Cl.*

☞ Syntaxis. *Facere cum aliqua diuortium. Diuortia, & affinitatum dissidia. Doctrinarum, aquarum diuortia.*

DIVRNVS, a, um. *quod ad diem pertinet, aut fit de die.* 2. contr. Rull. 5. Quæ mihi nullam partem neque diurnæ, neque nocturnæ quietis impartiunt. 3. Off. 84. Diurni nocturnique metus. & de Sen. 82. Diurni nocturnique labores. 1. de In. 39. Annuum, menstruum, diurnum, nocturnum spacium.

DIVTINVS, a, um. *diuturnus.* 1. Offi. 112. Multa passus est Vlysses in illo errore diutino. *aliter. diuturno.* Epist. lib. 11. epist. 8. Libertatis desiderio, & odio diutinæ seruitutis.

DIVTISSIME, *longissimo tempore.* Qu. Fr. lib, 1. ep. 1. 1. Vtre quàm diutissimè iucũda opinione oblectarem. I. P. 90. Quod te quàm ✠ diutissimè torsit. ‖ De Amic. 4. Qui & diutissimè senex fuisset.

DIVTVRNITAS, tis. *longinquitas temporis vel temporum, magnus numerus dierum.* 2. de Leg. 24. Nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi labes diuturnitate vanescere non potest. 2. de N. 5. Non stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis. 1. de Orat. 129. Diuturnitas memoriæ. 1. de Orat. 14. Diuturnitas pacis ocium confirmauit. Attic. lib. 7. epist. 21. Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatem gloriæ. pro Pom. 26. Quod imperij diuturnitati modũ statuendum veteri exemplo putauistis. Epist. lib. 5. ep. 16. Diuturnitas maximos luctus vetustate tollit. 2. de Finib. 87. Negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beatè viuẽdum aliquid afferre. 1. de Finib. 40. Dolor in longinquitate lenis, in grauitate breuis esse solet: vt eius magnitudinem celeritas diuturnitatem alleuatio consoletur.

☞ Syntaxis. *Animi labes diuturnitate non euanescit. Diuturnitas luctum vetustate tollit.*

DIVTVRNVS, a, um. *longus, diutinus, longinqui temporis longinquus* 2. Off. 43. Nec simulatum quicquã potest esse diuturnũ. de Sen. 69. Nihil mihi diuturnũ videtur, in quo est aliquid extremum. 2. de D. 28. Et quàm diuturna ista obseruatio fuit? aut quàm lõginquo tempore obseruari potuit? de Sen. 26. Diuturnam sitim expleui. 2. de In. 163. Diuturna perpessio rerum difficilium. 3. de Or. 98. Hoc non potest in delectatione esse diuturna. pro Mar. Diuturnum silentium. pro Syl. 76. Diuturnus morbus. pro Pom. ✠ Diuturna pax. ‖ pro Pomp. 15. Ita tantum bellum tam diuturnũ, tam longè lateq; dispersum &c. Cn. Pompeius extrema hyeme apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate cõfecit. de Prouin. 5. Vt vix se possit diuturna pacè recreare.

DIVS. 3. I. V. 50 Sub dio. *id est sub aere.* Oecon. 1. Foris & sub dio esse.

DIVVLGANDVS, a. um. *edendus.* 2. I. A. 7. Hæc nullo pacto diuulganda sunt. Br. ep. pr. In. 6. Non supprimenda res erat, sed diuulganda. Ep. lib. 6. ep. 12. Quare visum est occultius agendũ, neque vllo modo diuulgandum, de te iam esse confectum.

DIVVLGATVS, a, um. *peruulgatus, peruagatus, celebratus, sermone tritus, sermonibus celebratus, manans, qui multis in ore est, agitatus, iactatus, commemoratus, clarus, patefactus, cognitus, in medium prolatus, in publicum propositus.* Epist. lib. 10. epist. 26. Te adipiscendi magistratus leuissimi & diuulgatissimi, si ita adipiscare, vt plerique, præpopera festinatio abducet à tantis laudibus. Postquã in Sen. 10. Cuius primum tempus ætatis palàm fuisset ad omnes libidines diuulgatum.

☞ Syntaxis. *Diuulgatum, tritum, ac celebratum. Palàm diuulgatus ad omnes libidines.*

DIVVLGO,gas.*foras do,edo.in medium profero, in vulgus indico, in apertum refero,celebro,peruulgo, palàm recito.* ‖ *Multi veram huius verbi vim ignorant,& vsum: Itaque a Cicerone discant, qui hoc verbo significauit, quod Barbari volunt,cum dicunt, aliquid inter homines dispergere,omnibus in ore dare,aut coram facere.* Ac.lib.13. epist. 21. Hermodorus qui solitus est Platonis libros diuulgare.pro Fon. 10.Inimici hanc rem sermonibus diuulgare voluerunt.

DIVVLGOR,ris.Orat.112. Hunc librum etiamsi minui vestra commendatione,tuo tamen nomine diuulgari necesse est. Ac. lib.12.ep.39. Volo eum librum diuulgari.

DIVVLSVS,a,um. *distractus, disiunctus, discerptus, dissolutus.* 1.de Or.188.Ars quæ rem dissolutam diuulsamque conglutinaret,& ratione quadam constringeret.3.de Orat.24. Aliqua diuulsa & quasi discerpta contrectare. de Aruſp. 60.Con sensus ordinum est diuulsus.

☞ Syntaxis. *Dissolutus & diuulsus. Diuulsus,& quasi discerptus, de aqua,de consensu.*

DIVVS,a,um. *Deus,homo diuinus.*2.de Leg. 19. Ad diuos adeunto castè.2.de N.6.Præsentiam sæpe diui suam declarant.2.I.A.110. Est ergo tamen diuo Iulio M.Antonius.2.de Leg.19.Diuos eos, qui cœlestes semper habiti,colunto. ‖& 1.de D.21.Præcipuè ingenti coluerunt numine diuos, Poëtæ.

DO, das. *impertio,largior,defero,præbeo,exhibeo,trado,tribuo dono.*de Vn.16.Ad hanc conuersionem quæ pedibus & gradu non egeret,ingrediendi membra non dedit Deus.2.contra Rull.19.Domitius quòd per ceremonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, vt id quoad liceret,populi ad partes daret.3. de N. 75.Si rationem hominibus dij dederunt,& malitiam dederunt. 7.I.V.82.Et pro Domo sua,Dare potestatem,honorem, autoritatem & ornamenta alicui.3.de N.66.dare perniciem,mœrores luctum,exitium,exilium alicui in versu.1.de Or.118. Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. Parad.4.Iniuria tua dedit mihi reditum gloriosum, non exitum calamitosum.Ep.lib.1.ep.1.Is se acerrimum tui defensorem. fore ostendit,quòd dat accipimus.2.de Finib.82. Hoc etsi multis modis reprehendi potest,tamen accipio quod dat.Att.lib.5. ep. 11.Dare literas.item:Huic totiésne me literas dedisse Romam, cum ad te nullas darem? at verò posthac frustra potius dabo, quàm si rectè dari potuerint,committam vt non dem.At.lib. 5. ep.4.Fessulanus mihi literas tuas dedit.*id est,reddidit.* ‖ & lib.13. ep.48. Vestorius ad me scripsit vt iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Hetereio cuidam fundum Brinnianum vt ipse ei puteolis recte mancipio dare posset.3.I.C.12.Dare literas alicui ad aliquem.5.Tusc.80.Dare se in tormenta.2.de Orat. 280.Dare patronum alicui.Att.lib.16.epi.18.Consules Plancum dederunt.*id est, iudicem vel arbitrum.* de Clar.306. L. Scæuola nemini se ad docendum dabat.2.cont.Rull.12.Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem. 4. I. V. 169. Is benè penitus in istius familiaritatem sese dedit:I.P. 68. Is dedit se in consuetudinem,&c.Quin.de Pet.12.Qui ad meam gloriã augendam tanto studio te dedisti.Att.lib.13.epi.25. Da te in sermonem.Ep.lib.13.ep.1.Dare se ad lenitatem.Epist.lib.4:ep.5. Da hoc illi mortuæ,da cæteris amicis.2.de Fin.86.Atque hoc dabitis,vt opinor.Att.lib.1. ep. 9. Ne me dem incertæ & periculosæ fugæ.7.I.V.27.Dare se labori atque itineribus.pro S. R. 18. Dare se rei familiari,vitæque rusticæ.At.lib.2.ep.8.Ego me do historiæ,Att.lib.5.ep.14.Dare æstiuos menses rei militari, hybernos iurisdictioni.Att.lib.1.ep.13.Dare operam alicui.Attic.lib.1. ep.4.Dare aures alicui.& lib.4.ep.15.Dare dies alicui.11.I.A. 24. Dare tempus alicui rei.Att.lib.9.ep.4.Video,vt se huic dent,vt daturi sunt.& lib.7.ep.12.An ijs me dem,qui potiuntur.Ep.libr. 2.ep.8.Da te homini.de Somno.18. Neque sermonibus vulgi te dederis.1.Ac.12.Da quæso te huic etiam generi literarum.At. lib.15.ep.15.His literis scriptis me ad *συγκλῆτον* dedi. 1 de L.12 Si te ad ius respondendum dedisses.& *Ibidem*.Cicero se ad dicendum dedit Attic.lib.5.ep.15. Tu autem sæpè dare tabellarijs publicanorũ poteris per magistros scripturæ. & *ibid.* Tardè tibi reddituro dabã familiari homini ac domestico. ep.14.Dederã Epheso pridie,has dedi Trallibus At.li. 8. ep.15 & ep.19. Dare mãdata alicui ad aliquẽ in Vat Dare gladiatores. Q.fr.li.3.ep. 9.Dare munus populo.1.in Ver.31. ‖&2.de Inu.73. & 91.Dare aliquid crimini,&3.in Ver.12.Verit⁹ est ne sibi crimini dare⁊,eos, &c.Ep.li.11.ep.28.Dare aliquid vitio.4.de Fi.40. Obliuiscemurque quæ virtuti ipsi principia dederimus.1.Ac.10. *Da pro dic.* Sed da mi nunc,satisne probas?14.ad At.ep.14.Do hoc naturæ meę. *2.in hac re naturæ meæ obsequor.*5.Ver.218.Sed do hoc vobis & cõcedo,esse multos,&c.4.Ac.68.Quod tu mihi das.*hoc est,concedis, vt fit in disputando.*ad A.li.16.de Aruſp.resp. Cognitionẽ consulibus dat lex.ad At.lib.1.ep.8.Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat.2.Philip.15.Hodie non descendit Antonius:cur⁹ dat natalitia in hortis.4.in Verr.173.Dat amico suo cuidam negociũ, qui tũ magister erat eius societatis,vt diligenter caueret. ad Siliũ li.13.ep.65.Operas in scriptura pro magistra dat:At.lib.2.& 7. Sibi enim bene gestæ,mihi conseruatæ Reip.dat testimoniũ.1, de N.d.90.Id quoq; damus,& libenter quidem.1.de N.123.Vos autem quid mali daris,5.de Fin.48. Videamus partes,quarũ est aspectus illustrior: quæ quo sunt excelsiores, eò dant clariora indicia naturæ.7.I.A.12.Re & veritate nobis milites sine vlla recusatione,summo etiam cum studio,nomina dant.*hoc est,seipsos scribendos offerunt,& curant nomina sua inscribend.*4.2,de Ora. 187. 187.Si se dant,&c.accipio,quod datur, & ad id vnde aliquis natus ostenditur,vela do. 6. in Verr. 95. Dant sese in fugam istius præclari Imperatoris nocturni milites.ad At.li.4. ep.16. Vnum omnia posse, disrumpuntur ij qui me aliquid posse doluerunt, multa mihi dant solatia.2.de Diu.123.Nullas dant vias nobis ad significationum scientiam pro Sest.22. Denique etiam sermonis ansas dabat,quibus reconditos eius sensus tenere possemus. 6.Ver.48. Is cœnam isti dabat apud villam in Tyndaritano. ad Pætum.Ep.li.9.ep.20.Sed vide audaciam,etiam Hircio cœnam dedi sine pauone.Ac.li.4. 12. Dedi Antiocho operã diligentius, vt causam ex eo totam cognoscerem.4.Acad.17.Iam Clitomacho Philo vester operam multos annos dedit.4.Verr. 19 Dedit operam,vt Halesinus ad se Dio continuò veniret,&c, 1. Tusc.7. In quam exercitationem ita nos studiosè operam dedimus, vt, &c.ad At.lib. 10.ep.13.Non reddit quæ dedi eius filio mutuo, & vtitur excusatione temporis.ad At.lib.16.ep. 3. Sapienter igitur, q⁹ manus dedisti, quodq; etiã vltrò gratias egisti. pro Deio.40. pro Pla.& pro Ligar.1. de Or.Sed maximè eorũ incolumitates, quibus salutẽ dedisti.pro Cl. 181.Mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum non in quæstionem tulit, sed planè ad supplicium dedit.1.de Nat.d.27.Dedit diuinitatem Soli & Lunæ,&c.ad Att. lib.7.ep.13.Qui,vt aliud nihil,hoc tamen profecit:dedit illi dolorem.1.Tusc.u.3.de Clar. 72. Annis enim ferè cccc x. Post Romam conditam Liuius fabulam dedit.pro Milo.15.Nam qui non pœnam confessioni,sed defensionem dedit,is,&c.3. de Or. 220. Oculos autẽ natura nobis,vt equo & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.4.Ver.27.Cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm si centum cohortes fugitiuorum fuissent.3.Ver.7.Quo tempore quidem signi satis dedit,si quid esset quod posset dicere,se tacere nõ posse.ad Att.lib.11.epi.3. Cui magnam dedimus pecuniam mutuã. 7.Verr.74.Ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnam dedistis. 13. Philip.33.Scilicet verba dedimus, decepimus, ignorabat legio Martia quarta,nesciebant veterani quid ageretur.12.Philippic. 24. Itaque ipsi(ne dicam mihi)populo Romano pœnas dederunt:me saluum adhuc Respub.conseruauit.ad Att.lib.8.epi.9. Sed me illorum sententiæ minus mouebant, minus multa dederant illi Reip.pignora.ad Att.lib. 14. Quare quoniam hoc à me flagitetis,vt quæ tua potestas est,ea neges te inuito vsurum, puero quoque hoc à me dabis,si tibi videbitur.ad Atti.li.11. ep. 7.Sed si quid res dabit tibi facultatis, id me maximè consolari poterit ad At.lib. 1.ep.9. Dabimus hoc Pompeio.*hoc est,Pompeij causa faciemus.*1.Ac.24.Dabitis enim profectò.*pro permittetis cõcedetis.*Sulp.li.4.epist.5.Da hoc illi mortuæ,da cæteris amicis ac familiaribus,qui tuo dolore mœrẽt:da patriæ,vt si qua re opus sit,operã & consilio tuo vti possit.2.Tusc.33.Sanè si nudus es, da iugulum.pro Milo.31.Certè optabilius Miloni fuit dare iugulũ S.Clodio,16.ad Att.ep.13.Da melius.5.Ver.180. Vnum, inquam da mihi ex illis aratoribus,qui vel ad statuam,&c.2.Famil.ep.4. Quare da te homini:complectetur,mihi crede.*1.insinua te in eius amicitiã.*Ruffo li.5.ep.20.Non habui cui potius id negocij darẽ, quàm tibi.ad At.lib.10 ep. 8. post.Red in Sene. pro Rab.Posth. pro Syll.Offi.2.Famil.6.& 13.Qui tibi vt beneficium daret,prius iniuriam fecit.2.de Leg.Agra.19.Domitius, quod per ceremonias populi fieri non poterat,ratione assecutus est,vt id,&c.quo ad liceret,populi ad partes daret.pro Corn.Balbo.16.Cuius igitur audita virtus dubitationis locum non daret. pro Sylla. 39. Qui negare noluit esse in eodẽ numero Syllam, quo plus spei Gallis daret 5.Verr.69.Quærebant quæ in verba Recuperatores darent.2.de Or.233.Non committam, vt, si defugerim,tibi causam aliquam dem recusandi.4.Ac.q.121. 1.Philippic.3.Negas si ne deo posse quicquã esse tibi è transuerso Lampsacenus Strato,qui det isti deo immunitatẽ magni cuiusdẽ muneris. ad Att. li.16.ep.11.Atticæ,quoniam(quod optimum in pueris est)hilarula est,meis verbis suauium des.Terentiæ lib.14.ep.12. In viã quòd te des hoc tempore,nihil est.de Amic.60.Quinetiam necesse erit cupere, & optare, vt quàm sæpissimè peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum.de Am. 99.Ad extremum det manus,vinciq́ue patiatur: vt is qui illustris sit plus illustrisse videatur. 2. de Leg. 1. Sermoni reliquo demus operã sedentes.pro Arch.3.Quæso à vobis,vt in hac causa mihi detis hanc veniã,accommodatam huic reo,&c.1.*indulgeatis, cõcedatisq; mihi hoc si fortè peccauero.*1.de Nat.d.9. Ea vero ipsa nulla ratione melius frui potui,quàm si me ad totam Philosophiã pertractandam dedissem.1.in Catil.29.Ego si hoc optimum factu iudicarem,P.C. Catilinam morte multati,vnius vsurã horæ gladiatori isti ad viuendũ non dedissem.de Clar. Orat. 276. Quinetiam memini,quũ in accusatione sua,Q.Gallio crimini

dediſſet, ſibi eum venenum parauiſſe, &c. 3. de Orat. 56. Eloquentia varietate, copia, quam ſe cunque in partem dediſſet omnium fuit facilè princeps. pro Cluent. 30. Qui vxori ſuæ Cluentiæ quum ipſe poculũ dediſſet. 5. Tuſc. Lælius ſi digito quem attigiſſet. pœnas dediſſet. Somn. Scip. 18. Neq; ſermonibus vulgi dederis te, neque, &c. pro Cæl. 42. Poſtremò quum, &c. dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atque ad manes haſce adoleſcentiæ cupiditates, reuocet ſe aliquando, &c. ad Attic. lib. 7. ep. 13. Qui tantis de rebus huic mandata dedit. de Vniu. 38. Qui dederit ſe motibus animi, iniuſtè vixerit. 4. Acad. q. 50. Quis enim tibi dederit aut deum omnia poſſe, aut ita factum eſſe ſi poſſit? ad Attic. lib. 3. ep. 23. Tu ad me velim proximis literis, vt ſe initia deſerint, perſcribas. 5. in Verr. 96. Dare aliquem ad alterius iniurias. ad Att. lib. 15. epiſt. 8. Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur. 6. Verr. 52. Ad ſalutem communem aliquid dare. 2. ad Att. epi. 8. Dare animum ſuum mœrori. 3. Offi. 66. Arbitrum illum adegit, qui ſibi dare facere oportet ex fide bona. 3. Philip. 14. & 8. Philip. 4 Dare auctoritatem alicui. pro Ligar. Audaciam. 12. Fam. epi. 16. C. Trebonij, Noli putare mi Cicero, me hoc autibus tuis dare. *id eſt, in hoc tibi aſſentari, vel hoc aſſentationis cauſa tibi dicere.* 11. Philipp. 20. Dare bellum. 1. Offi. 48 Dare beneficiũ, nécne in noſtra poteſtate eſt. de Aru. reſp. 10. Cauſam dicendi iuſtam & neceſſariã. pro Roſc. Amer. 30. pro Seſt. 89. 12. Philip. 15. Cetuices. 3. de Finib. 40. Itaque mihi videris, Latinè docere Philoſophiam, & ei quaſi ciuitatẽ dare: quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur. 4. ad Attic. ep. 2. pro Flac. 17. Concionem alicui. 14. Arti. epi. 15. Cogitandum alicui. 16. ad At. ep. 18. Cognitionẽ rei alicuius. 2. ad Here. 20. Cognitorem. 1. Offic. 52. Conſilium fidele deliberanti. de Amic. 44. Conſilium verum dare gaudeamus liberè. pro Mur. 1. Conſulatum. in Vatin. 28. Contentionem reiectionis. 11. Philipp. 21. Crimen ſuſpicioni. pro Milo. 15. Dare defenſionem. 1. in Ver. 49. Delationem. Topic. 25. Demonſtrationem. pro Milo. 22. Documenta. 2. ad Atti. ep. 10. Dare epiſtolam de phaſelo. 6. in Ver. 125. Excuſationem. 2. ad Atti. epi. 8. Expectationem. *pro, mouere expectationem.* Diuin. li. 2. 39. 5 Philip. 6. Dare alicui facultatem ſui iridendi. in Piſ. 63 Glotiam. 3. in Ver. 117. Dare hereditatem. 5. Phi. lip. 45. & 11. Phil. 20. Dare imperium. 7. in Verr. 68. in Catil. & 3. Philip. Dare in cuſtodiam. pro Roſc. Amer. 120. In queſtionem 1. Verr. 34. & pro Cecin. 8. 13. Fam. epiſt. 7. Iudicium alicui. *hoc eſt, iuriſdictionem.* pro Planc. 103. Dare lætitiam alicui. 1. Offic. 71. pro Clu. 51. Laudi, vitio, cõtraria. 3. de Leg. 10. Legem & diſciplinam viuendi populis, ad Attic. lib. 2. epiſt. 1. Librum perferendum ad aliquem. 1. Offic. 103. pro Domo ſua. 47. Licentiam. pro Roſc. Com. 3. Litem. ad Att. lib. 2. Is quærit ex me, num conſueuiſſem Siculis locum gladiatoribus dare. 2. de Nat. deo. 83. Quacunque enim imus, quacunque mouemur, videtur quaſi locum dare, & cedere. 13. ad Att. epiſt. 48. Dare mancipio. ad Att. lib. 8. ep. 19. & 6. In Ant. 6. Mandata alicui ad aliquem, 11. Philipp. 21. Materiam inuidiæ. 1. ad Qu. Fr. epiſt. 2. Materiam ſermonis. 3. Off. 92. Alicui medicamentum. pro Dom. ſua, Mercedem. *pro, dare pœna.* pro Milo. 89. Mentem. *id eſt, animum immittere.* Læl. 76. Merita. pro Seſt. 124. Munus gladiatoriũ alicui, *id eſt, in eius memoriam.* 15. ad Att. epiſt. 1. Dare operam funeri. 1. Offi. 128. Liberis dare operam, re honeſtum eſt, nomine obſcœnum. *hoc eſt liberis procreandis.* 2. de Leg. 26. Operam rebus diuinis. 1. de Orat. 265. Operam valetudini. 4. Acad. q. 19. Optionem. pro Rab. Poſth. 4. Dare partes. Cat. 4. ad Att. epiſt. 1, & 3. ad Qu. Fr. epiſt. 1. Alicui plauſum multiplicem. 3. Philip. 36. Poteſtatem & fortunam aliquid faciendi. 3. ad Att. epiſt. 17. Poteſtatem vt quid fiat. in Piſ. 59. Præcepta. 11. Philip. 20. Præſidium. 3. de Orat 211, & 8. In Ant. 13. Primas, ſecundas, tertias alicui rei. 2. Offic. 66. Principatum alicui, *τὰ πρῶτεῖα δίδοναι.* 1. de Finib. 40. Primùm erit hoc quaſi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè feruntur. 3. in Verr. 92. Dare rationem. 4. ad Herenn. 1. Rationem. ſui conſilij. pro Rab. Poſth. 6. Reditum regis Conſuli. 5. Fam. ep. 13. Recordationes. 1. in Ver. 4. Se ad defendendos homines. 1. de Nat. d. 9. Se ad legẽdos libros. Tuſc. li. 2. 57. Se gemitui lamentabili, imbecillo, abiecto. flebili. 7. Verr. 85. Se in conſpectum alicuius. 5. Tuſ. 80. Se in tormenta. 1. Offic. 122. Se incunditati. 13. Famil. ep. 10. Se petitioni. 4. Tuſculan. 84. Se philoſophiæ excolendum. 5. in Verr. 49. Se populo ad coronam. de Aruſp. reſp. 42, Se prouinciæ, vel rei militari, atque ibi piratarum, conſumelias perpeti, 7. Fam. ep. 28. Se amicorum ſalutationi. 1. Tuſc. 113. Se ſomno. de Fin. lib. 2. 79. Se vadem ad mortem pro amico. de Sen. 43. Se voluptatibus. 9. Fam. ep. 3. Sermonem alicui. 3. Philip. 34. Signum. *pro oſtendere vel probare.* 3. de Fin. 9. Addo etiam illud multa iam mihi dare ſigna puerum & pudoris & ingenij. Topic. 25. Significationem 1. Ver. 27. Virtutis ſpecimen. 4. Fam. epi. 3. Studium ſuum artibus. pro Flac. 99. Dare tabellam de aliquo. pro Cælio 28. Tempus ad ludum ætatis. pro Quint. 75. & 6. in Ver. 48. & 7. Ver. 163. Teſtes. pro Plan. 50. Teſtimonium dignitati alicuius in Piſo. 98. Dare veniam ad ignoſcẽdum. pro Clu. 47. Alicui venenum. 15. Famil. ep. 6. Veritati vel amicitiæ. 10. Philip. 19. Veſtitum & arma. 12. Philip. 5. Vicarium. 2. Philipp. 5. Vitam. pro Roſc. Ameri. 48. Virio, vel culpæ. 14. Fam. ep. 14. Vrbem diripiendam. Diui li. 2. 57. Deos gallis ſignum dediſſe cantandi. pro L. Varen. Ea cædes ſi potiſſimũ crimini datur, detur, ei, cuia interfuit. pro C. Corn. 1. Legem de libertinorũ ſuffragijs Cornelius cum Manilio dedit. Quid eſt hoc? Dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus eſt? *ibid.* Bonorum poſſeſsionẽ ex edicto ſuo P. Scipioni dediſſet. 1. de Glor. Oppidorũ appellationem vſurpatione appellatam eſſe exiſtimo, quòd opem darent. de Clar. 23. Qui eloquentiæ veræ dat operã, dat prudentiæ. Att. lib. 5. ep. 21. Quod enim prætori dare conſueſſent, quoniam ego non acceperam, ſe à me quodammodo dare. pro C. Cor. 2. Non ſilentio, fauente nobilitate, nullo interceſſore comparato, populo Ro. dedit cooptandorum ſacerdotum poteſtatem. pro Sex. Roſc. 18. Cumq; ſe voluntate patris rei familiari vitæq; ruſticæ dediſſet. 2. I. V. 55. Dare teſtes in ſingulas res. pro Quint. 75. In hãc ſponſionem teſtes dare oportebat. Frag. epi. Quod mihi vacationem das. *ibi.* Cum conſtet Cæſarem Lupercis id vectigal dediſſe. Incer. Philoſophiã Dij pacis quibuſdam veram dederunt.

DANDVS, a, um. *donandus, exhibendus.* de Amic. Virtuti opera danda eſt. 3. de Ora. 141. Dãda palma docto oratori. Tuſc. q. li. 1. 109. Quantum autem cõſuetudini famæque dandum ſit, &c. 8. Philip. 13. Cæteris autem, ſi errorem ſuum depoſuerint, & in Reipu. gratiam redierint, veniam & impunitatem dãdam puto. 2. Off. 63. Conuenit autem cùm in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum ad Attic. lib. 4. Veſtorio dandi ſunt dies. in Orat. 75. Ingredientibus conſiderandum fuit, quid agere mus: nunc quidem iam quocũque feremur, dandanimirũ vela ſunt. de Amic. 26. Vt in dandis recipiendiſque meritis, quod quiſque minus per ſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet.

DARIS, datur. 2. Attic. ep. 20. Si dabitur quies. 3. de Nat. 90. Quænã vnquam ob mortẽ Myrtili pœnis luendis dabitur ſatietas ſupplicij? 3. de Leg. 47. Hæc detur cura Cenſoribus. de Nat. d. 1. 81. Detur id vobis. *id eſt, concedatur.* 11. Philip. 36. Caſsio verè ſententia mea dominatum & principatum dari. 2. de Finib. 21. Et tamẽ quid attinet luxurioſis vllam exceptionem dari, aut fingere aliquos, &c. pro Roſc. Amer. 119. Is ſe in cruciatum dari, cupit dum hac de re quæratur. ad. Octau Dari in ſeruitutem. ad Attic. lib. 1. ep. 13. Neque ijs à Senatu reſponſum dari patitur. 13. ad Attic. epi. 22. Sed tum dari foras ſcripta, cum vtrique noſtrũ videbitur de Amic. 62. Eſt enim, quatenus amicitiæ dari venia poſſit. 2. Off. 60. Quanquam enim quod præſens tanquam in manu datur iucundius eſt tamen hæc in poſterum gratiora. 10. ad Atti. ep. 17. Datur opera de illo. 2. de Fini. 84. Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur. 6. Verr. 100. Is accuſatur, ficti teſtes in eũ dantur. Part. 126. Ea litera de accuſatore ſolet dari iudici. *id eſt, transferri in iudicem.* 2. de. Orat. 187. Si ſe dant, & ſua ſponte, accipio quod datur. pro S. R. 131. Commoda quibus vtimur, à deo nobis dari atq; impertiri videmus. * pro L. Varen Optio vobis datur, vtrum velitis. Hortenſ. Dari mihi iubeas indicem Tragicorum. Incer. Ad militiam euntibus dari ſolebãt cuſtodes, quibus primo anno regerentur.

DATVRVS, a, um. Attic. lib. 8. ep. 6. Epiſtola quam de nocte daturus eram. 4. Verr. 66. Si quis eum pulſaſſet, edixit ſe iudiciũ iniuriarum non daturum, &c. Lentulus Ciceroni lib. 12. ep. 14. Spero celeriter eum pœnas daturum. Lentul. li. 12. ep. 15. Quamobrẽ opinione confido ſceleratiſſimum latrenem pœnas daturum. 5. de Fin. 50. Non intelligunt idcirco eſſe ea propter ſe expetenda, quò nulla vtilitate obiecta delectentur animi, aque ipſa ſcientia etiam ſi incommoda datura ſit gaudeant. pro Seſt. 28. Equites Ro. daturos illius diei pœnas.

DATVS, a, um. pro Pom. 49. Hoc tantũ boni quod à dijs immortalibus oblatum & datum eſt. Attic. lib. 1. ep. 11. Et tamen ab illo apertè, tectè, quicquid eſt datũ libenter accepi. 6. Verr. 36. Apud amicos multa depoſita, multa alijs data atque donata. Epi. li. 4. ep. 14. Accepi literas tuas Corcyræ datas. 3. in Cati. 4. Itaque vt cõperi legatos, &c. atque huic eſſe ad Catilinam datas literas, &c. ad Quint. frat. lib. 2. Accepi literas tuas datas Placentiæ. de Senect. 63. Quibus cum à cunctо conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex eis quendam, Athenienſes ſcire quæ recta eſſent, ſed facere nolle. 2. Off. Huic quoque ergo à maioribus noſtris eſt in tota dignitate principatus datus. ad Qu. fr. li. 2. Eodem igitur die Tyrijs eſt Senatus datus, frequẽs. de Ami. 85. Virtutum amicitia adiutrix à natura data eſt, non vitiorum comes. 1. de Finib. 72. Data eſt mihi facultas vt meo arbitratu facerem. 4. Famil. ep. 5. Ser. Sulpitij. Quod non prius quàm darum adẽptum ſit. pro Leg. Manil. 49. Tantũ boni à dijs immortalibus oblatum & datum. ad. Attic. lib. 1. ep. 11. Et tamen ab illo apertè, tectè, quicquid eſt datum, libenter accepi. pro Cluen. 89. Ne legi quidem quicquam per tribunum plebis lataméti datum eſt. 1. de Leg. 53. Ego planè vellem me arbitrum inter antiquã Academiam & Zenonem datum. de Sene. 75. Non. M. Attilium, qui ad ſupplicium eſt profectus, vt fidem hoſti datam conſeruaret. 6. Verr. 51. Ferebat grauiter illam ſibi ab iſto prouinciam datã. Terentiæ lib. 14. ep. 7. Datum. III. Iunij. ad Tiron. lib. 16. epi. 11.

Datum

Datum pridie idus Iunij.Ep.li.14.ep.2.Datũ ad III.non Octob. Thessalonicæ.2.Offi.58.Ne Marco quidẽ Scio, vitio datũ est, quòd in caritate asse modium populo dedit.2.Phi.17.Ad sepulturã corpus vitrici sui negat à me datum.At.li.7.ep.17.Alterum Cõsulatum à Rep.ne data quidẽ occasione repulimus.8.Fa.ep. 1.Cælij, Data opera parauí.2.I.A.32.Cur prouinciæ Cassio & Bruto datæ?Hort.Vt calculũ reducas,si te alicuius dati pœnitet.

☞ Syntaxis. *Dare ad populi partes. Dare luctum, mœrores, perniciem alicui Dare literas alicuius: id est, reddere. In alicuius sermonem se insinuare, ac dare, & in familiaritatem benè penitùs se dare. Dare se ad alicuius gloriã augendam. Ad lenitatem se dare. Dare se labori, itineri. Dare operam alicui, historiæ. Dare dies totos literis, studijs. Ad ius respondendũ se dare. Dare alicui (sine literas) Naturæ alicuius dare. Tibi hoc do, & concedo. Natalitia dare. Dare alicui negocium, Dare alicui solatia, cœnam. Dare operam alicui, vt ex eo aliquid noscamus. In rem aliquam dare operam. Salutem afflictis dare. Dolorẽ alicui dare. Verba dare, decipere. Hoc tibi dabo. i. tua causa faciam. Hoc mihi da: i. permitte, concede. Dare se pro, id est, se credere. In viã se dare. Scribe, vt se initia dederint. Dare aliquid alicuius auribus. Alicui homini & rei ciuitatem dare. Dare expectationẽ, iudicium: id est, iurisdictionẽ. Litẽ alicui dare. Aer locum dat, & cedit. Mercedem praui dant: id est, pœnas. Veritati dare mentem. Dare operam liberis, rei diuinæ. Potestatẽ & fortunã faciendi dare, recordationes. Dare se in conspectum alicuius, in tormenta, iucunditati. Se pro amico vadem dare ad mortẽ. Dare alicui sermonem. Dare tempus ad ludum, testimonium dignitati alicuius, veniã ad ignoscendum. Dare vitã. Alicui signum dare. Veniã & impunitatem dare. In dando munificus. Dantur scripta foras. Præsens in manu datur. Datur de illo opera. Dari & impartiri ab aliquo. Virtus incõmoda dat. Bonũ à Deo oblatũ & datum. Dare & donare. Dare plausum. In tota dignitate principatus datus. Datus alicui frequẽs Senatus*

Docendvs,a,um.do,di,dum.2.de Orat.72.Cum docendus iudex est, aut dedocendus.2.de Leg.47. Iureconsulti ignoratione docendi (nam non solùm scire aliquid artis est, sed quædam etiam ars docendi) quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispartiuntur.de Clar.316.Vir instituendo docendoque prudens.3.de Finib.65.Natura impellimur, vt prodesse velimus quàm plurimis, in primisque docendo, rationibúsque prudentiæ tradendis.itaque non facile est inuenire, qui quod ipse sciat non tradat alteri: ita non solùm ad discendum propensi sumus, verùm etiam ad docendum.

Doceo,ces.*instituo, erudio, edoceo præcepta do, vias trado, informo, disciplinam trado.* pro Qu.R.28.2.de Or.216.Aut si qua est ars salis, eam nos tu potissimum docebis.I.P.73. Quid nunc te Asine literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus.2.de Orat.197. Quamobrem hoc vos doceo Sulpiti, vt in dicendo irasci, vt dolere possitis.pro Quin.79. Docet me eiusmodi rem & factum simul Sex.Næuij: quod si solum proferretur, satis esse deberet. pro Pom.19.Deinde nos idem isse Mithridates docuit, id quod certè calamitate docti memoria retinere debemus. de Op. 3. Docere, delectare, permouere animos audientium.2.de Or.121. Conciliare, docere, mouere.Ep.lib.5.ep.3.De rationibus prouinciæ quid vellem fieri, vt is vos doceret & commone faceret.Or. 40.In quo cum doceret eos, qui, &c.domus eius officina habita eloquentiæ.est.3.contr.Rul.4.Vt doceã te ip his tacere rebus.2. de Or.82.Docilẽ, non cum polliceor me demonstraturũ, sed docũ doceo, & explano.1.Offi.101.Altera quæ docet & explanat, quid faciendum fugiendumque sit.1.Offic.156.Erudire atque docere aliquem.2.de D.5.Docere atque erudire iuuẽtutem.1. de Or. 126.Docere mercede.2.I.A.8.Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede nihil sapere docuit.Qu.fr.lib.2. ep.4. Tyrannio docet apud me.pro Flac.42. Tradere artem docendi.Ep.li.9.ep. 22.Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.Att.lib.8.ep.2. Nihil arbitror fore, quod reprehendas: si qua erunt, doce me. Attic.lib.16.epist.8.Docui literis, hoc fieri non posse.Epi. lib. 3. ep.6.Cum intereà ne literas quidem vllas accepi, quæ me docerẽt quid ageres. pro Dom.33.Docere pontificũ collegium de rebus diuinis.2.de Orat.102.Equidem soleo dare operam, vt de sua quisque re me ipse doceat.6.I.V.113.Docere iudicem de iniurijs suis.de Sen.129.Senectus adolescentes docet, instituit, ad omne officij munus instruit.

Doceor,ris.de Clar.200.Doceri de aliqua re. & pro S.R.127. Aliquem doceri ab aliquo de aliqua re. pro S.R. 26. Vt mori mallet, quàm de his rebus Syllam doceri.

✝ *Adver.Diligenter,3.ad Q.fr.Dilucidè.4.Acad.fideliter.3.de Orat,Ineptè Mineruam.1.Acad.Iracundius,laboriosius,pro Q.Rosc.Latinè 3.de Finib.potissimum artem salis.2.de Orat.Serò.7.Ver.*

☞ Syntax. *Ignoratio docendi. Instituere docereq;. Docere de aliqua re aliquem. Docere & erudire. Docere, tradere, inculcare. Docere aliquem quid agat. Docere, instituere, instruere.*

Dochimvs,mi.*pes oratorius* ∪ – ∪ – Orat.218.vt,Amicos tenes.

Docilis,le.*qui facilè libenterq; docetur & intelligit, aptus ad disciplinam.*)(.*Indocilis.*2.de Orator.80.Iubent enim exordiri, ita, vt eum qui audiat, benevolum nobis faciamus,& docilem, & attentum.& 2.de Or.82.Docilem autẽ facio, non tum cũ polliceor me demõstraturum, sed tũ cũ doceo & explano.1.ad He.7.Docilis est, qui attentè vult audire.2.Tuscul.15.Præbere se docilem ad aliquam sententiam.Ep.lib.7.epist.20.O medicum suauem, ✝ meque docilem ad hanc disciplinam.‖ 2.de Orat. 323. Nam & attentum commonent Græci, vt principio faciamus iudicẽ docilem quæ sunt vtilia, sed non principij magis propria &c. *ibid.* Et dociles magis initijs esse possunt.

✝ *Adver.Magis.2.de Or.Maximè.1.de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Docilis est, qui attentè audit. (ergo quòdnam discrimen inter docilem & attentum?) Ad pietatem docilis.*

Docilitas,tis.*discendi facilitas.* pro Sest. 9. Ij perfecto genere humanæ docilitatis atque ingenij dissipatos vnum in locum congregauerunt.5.de Finib.36.Prioris generis est docilitas, memoria: quas virtutes qui habent, ingenioſi vocantur.

✝ *Adinvc. Humana.pro Sest.*

Docte.*peritè, litteratè.*in Sal.9.Satis doctè ac peritè fecisti.

Doctor,oris.*magister, præceptor, interpres.*1. de Orat.23. Ea, quæ Græci dicendi artifices & doctores reliquerunt. 1. de Orat.126. Summus ille doctor istius disciplinæ Apollonius.Ora.117.Iudicem me esse, non doctorem volo.1. de D.6. Panætius Possidonij doctor, discipulus Antipatri.3.de Orat.54. Neque disiuncti doctores, sed ijdem erant viuendi præceptores atque dicendi. 3.de Or.56.& de Off.1.Doctor sapientiæ.Ep.li.7.ep.19.Libri iuris ciuilis quanquã plurimi sunt, doctorẽ tamen lumenq; desiderant.2.de Ora.2.Ab his doctoribus, quibus ille vteretur, eruditemur.*Ibid.* Doctoribus nostris ea ponere in percunctando.

✝ *Adivnc. Disiuncti.) (idem, Singularis, Summi dicendi, veteres.3.de Orat.Intelligens, de Clar.nobilis, 5. de Finib.Rhetorici, summus.1.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Doctè & peritè facere. Liber doctorẽ ac lumen desiderant. Theologiæ doctor.*

Doctrina,næ.*eruditio, literæ.*5.I.V.204.Homo omni doctrina & virtute ornatissimus.1.de Or.11.Qui in artium studijs liberalissimis sunt doctrinisq; versati. Orat.34.In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ.pro Cæl. 24. Studium doctrinæ atque humanitatis.3.de Ora.120.Nostra est omnis ista prudentiæ doctrinæq; professio.de Clar.236.M. Piso quicquid habuit ex disciplina, maximèque ex omnibus qui fuerunt, Græcis doctrinis eruditus fuit.Ep.lib. 4.ep.3.Is autem summè omnium doctrinarum studioſus fuit.2.de Ora. 15.Res quæ doctrina aliqua continetur.Ep.li.4. ep. 4.Me omnis ars & doctrina liberalis,& maximè Philosophia delectat.pro Arch. 12.Relaxare animum doctrina.& *ibidem.* Excolere animũ doctrina.4.Aca.1.Magnum optimarum artium studiũ, & omnis liberalis & digna homine nobili à Lucullo percepta doctrina. 2.de Or.256.Ambigui genera, de quibus est doctrina quædam subtilior. Orat.17. Ab alijs verborum doctrina quæritur. Part. 3.Doctrina dicendi in tres partes distributa est.Orat.161.Quòd si indocta consuetudo tam est opifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari putamus? pro Mur. 63. Ego quoque in adolescentia diffisus ingenio meo, quæsiui adiumẽta doctrinæ.de Ar.15.Sæpius ad laudem atque virtutem naturã sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. 2. de Leg. 39.Ciuitatos malis studiis malisq; doctrinis euerti.2.de Or.109. Eiusmodi definitio genere ipso doctrinam redoler.exercitationéque penè puerilem.lib.3.123.Institutus liberaliter educatione doctrináque puerili.lib.1. 208. Hæc non aliqua mihi doctrina tradita sunt. & 252.Ius ciuile summatim percipi sine doctrina potest.1.Offi.151.Doctrina rerum honestarum.*id est, ipsum docere res honestas.*1.de Or.208.Hæc non aliqua mihi doctrina tradita sunt, sed, &c.de Iur.ciuil.Nec verò scientia iuris maioribus suis.Qu.Aelius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit.Hortens.Literis talibusque doctrinis antè excoli animos, & ad sa- ✝ pientiam concipiendam imbui & præparari decet. ‖ pro Sex. Rosc. 46. Eò accessit studium doctrinæ vt ne à literis quidem alienus esses.

✝ *Adivn.Abundans, facilis, liberalissimæ, reliqua, vetus, puerilis.1.de Or.Elegans, exquisita, de Cla.Eximia, liberalis, atque ingenua, Magistra vetus rectè faciendi, & bene dicendi, Mediocris perridicula, politissima, singularis transmarina atque aduenticia, vulgaris.3.de Or.fidelis.14.Fam.liberalis.13.Fam:liberalis & digna homine nobili, In Salust.Non moderata, nec mitis, sed paulò asperior & durior, pro Mur.malæ.2.de Leg.Multa.3.Famili. Optima, Subtilior.2.de Orato.Puerilis. pro Cal.Summa.2.Fam.Verior.de Senec.*

☞ Syntaxis. *Studium artium, & doctrina. Doctrinæ professio. Educatio, doctrinaq; puerilis. Doctrina tradere aliquid alicui.*

DOCTVS,a,um. *literatus,doctrina excultus,eruditus intelligens,literis perpolitus, homo abundanti doctina,doctina atque optimarum artium studiis eruditus, vir præclara eruditione atque doctrina ornatus.* 1.de Orat.102.Quid mihi tanquam Græculo ocioso & loquaci fortasse docto & erudito,quæritiunculam ponitis.2.de Ora.177. Hæc apud doctos semidoctus ipse percurro. & 25. Ea quæ scribo, neque ab indoctissimis neque ab doctissimis legi vellem. 1.de N.60.Simonides non solùm poëta suauis,sed etiam doctus fuisse traditur. Orat.13. Ita & doctis eloquentia popularis,& disertis elegans doctrina defuit. de Cl.185. In quo nũquam fuit populo cum doctis intelligentibúsque dissensio. 1. Tuscul. 3. Antiquissimum è doctis genus poëtarum. 1.de Diuin.2. Gens humana atque docta.)(. *Immanis atque barbara.*pro Cæl.24.Ado lescens humanissimus & doctissimus rectissimis studiis atque artibus præditus T.Coponius.de Clar.169. M. Gratidius doctus Græcis literis. *& ibid.* Doctus & Græcis literis & Latinis. & 1. Offi.1. Vt non modò Græcarum literarum rudes,sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos. de Clar.94. Vir doctus ex disciplina Stoicorum. & 114. Doctus vir, & Græcis literis eruditus.2.de Or.299. Quidam doctus homo,& in primis eruditus,2,de Orat.72. Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm (id quod est maius) expertus.pro Plan.81. Locus ille mutus,vbi quisque altus aut doctus est.pro Mil.10.Ad hanc legem non docti,sed facti:non instituti, sed imbuti sumus.3.Offic.15. Itaque cum sunt docti à peritis,desistunt facilè à sententia.

☞ Syntaxis. *Doctus & eruditus. Doctus & intelligens. Græcis literis doctus. Ex disciplina Stoicorum doctus. Doctus homo, & imprimis eruditus.*

DOCVMENTVM,ti. *admonitio,præceptum,exemplũ,monumentum.* pro R.P.27.P.Rutilius,qui documẽtum fuit hominibus nostris virtutis,antiquitatis,prudentiæ.11.I.A.5.Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit,quid esset victis extimescendum.pro Dom.126.Homo omnium scelerum flagitiorumque documentum.Brut.ep.15.Vt in posterum documentum statuerem,ne quis,&c. pro Milo.22. Iam ab adolescentia dederas, documenta maxima, quàm contemneres populares insanias. 1. contra Rull.27. Habere aliquem sibi documento.

✠ ADIVN. *Maxima, pro Mil.*

☞ Syntaxis. *Is fuit nobis documentum. Homo flagitiotum documentum. Capere documentum. Habere aliquem sibi documento. Documẽta dare: id est, argumenta,signa indicia.*

DODONA,næ. *Epiri vrbs.*1.de Diuin.95.Aut à Dodona oraculum petebant.

DODONAEVS,a,um,1.Diuin.76.Cum oraculum à Ioue Dodonæo petiissem. & 3. Dodonæum oraculum. Attic.lib.2. epist.4. Quercus Dodonæa.

DODRANS,tis. *nouem vncias,quasi de asse dempto quadrante: & significat totius integræ reliqua partes.* Attic.li. 1.epist.11.Qu.Fr.Qui Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit,&c.

✠ AIVNC. *Reliquus.* 1. *Attic.*

DOGMA,tis.*decretum quasi dictatum,præceptum,* δόγμα. 4.Acad. 133.Scelus enim dicebas esse Luculle, dogma prodere.4.Aca.27. Sapientia neque de se ipsa dubitare debet,neque de suis decretis,quæ philosophi vocant Δόγματα; quorum nullum sine scelere prodi poterit.cum enim decretum proditur,lex veri rectique proditur.2.de Fini.105. Vt prouerbia nonnulla veriora sint, quàm vestra dogmata.

✠ AIVNC. *Commune.* 4. *Acad.vera.*2.*de Finib.*

DOLENDVS, a,um. Epist.lib.12.ep.23.Hæc à te vlciscenda sunt, etiam si non sint dolenda.

DOLENDVM. Brut.epi.9. Et est dolendũ in tam graui vulnere.

DOLENS,tis. *mœrens.*Epist.lib.5.ep.8.Quædam pestes hominum ✠ laude aliena dolentium.‖Parad.5. Soli igitur hoc contingit sapienti, vt nihil faciat inuitus nihil dolens.

DOLENTER. 2.de Ora.211.Casus humanarum miseriarum grauiter accipiuntur,si dicuntur dolenter. Epist.lib.10.epi.24. Dolenter meherculè magis,quàm inimicè facio.8.I.A.22. Dolenter hoc dicam potius, quàm contumeliosè. pro Do.98. Atque ✠ ita vt dolenter absis.‖ Orat.131.Vti dolenter.

DOLEO,es. *dolorem capio vel accipio,condoleo, indoleo, mœreo, angor dolenter fero,angor animo,dolore ardeo,ingemisco,acerbè fero, dolorẽ animò capio, molestiam capio in dolore & mœstitia sum, dolor mihi accidit,in dolore sum vel mœrore potius.*.1.de Orat.230.Nemo ingemuit,nihil cuiquam doluit.nemo est questus,nemo remp. implorauit,nemo supplicauit.pro Mur.42.Cui placet,obliuiscitur: cui dolet,meminit.pro Cæl.37.Si egebis,tibi dolebit.Bru.ep.17. Dolet mihi,quòd tu non stomacharis. Epist.lib.5.ep.14.Doleo, quia doles & angere.Att.lib.16.ep.2.Dummodo doleãt aliquid, doleant quidlibet. de Clar.5. Si id dolemus, quòd eo iam frui nobis non licet,nostrum est id malum.Att.li.12.ep.1.De Atticæ febricula scilicet valde dolui. Epist.lib.8. epist.12. A te peto, vt meas iniurias perinde doleas,vt me existimas & dolere,& vlciscī tuas solere,& *ibid.* Doleo dolorem tuum. Atti.lib.8.epist.23. Vt meam vicem doleres,cum me videres derideri.& ep.2.Pom-Peius cuius ego vicem doleo.3. I. V.113. Si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus.Att.lib.6.ep.3.Curionis & Pauli meorum familiarium vicem doleo.Att.*ibidem.*Equidem doleo non me tuis literis certiorem fieri Att.li.4.ep.6.Nosq; malo solatio, sed nonnullo tamen consolamur, quòd ipsius vicem minimè dolemus.& lib.6.ep.6.De Hortẽsio te certò scio dolere.ad Oct. Quis ista aut dissimulare possit,aut non dolere?& pro Sest.145. Qui meum casum luctúmque doluerunt.3.Tusc.78.Quid ergo? illud quod Alcibiades dolebat,non ex animi malis vitiisq; constabat. in Var.21. Quis tum non ingemuit? non doluit Reipub. casum? pro Cæl.24. Qui ex omnibus maximè Dionis mortem doluit. pro Flac.57. Non enim omnia quæ dolemus, eodem iure queri possumus.

✠ ADVERB. *Grauiter, valdè,*12.*Att.Impunè, leuius,* 11.*Att.Intolleranter,*2.*Tusc.Maximè ex omnibus,pro Cæl.Mediocriter,postmodum,*10.*Fam.Mirificè,*2.*Ati. Pariter angoribus.*1.*de Finib.plus quam satis.*7.*Ver. Præcipuè,*7.*Famil.Proinde iniurias, vt,* 8.*Famil.*

☞ Syntaxis. *Id non est dolendum. In tanto vulnere dolendum est. Dolenter facio,non inimicè. Ille dolet. Idi dolet Dummodo doleas aliquid. De febricula filiæ valde doleo. Dolere iniurias, dolorem, vicẽ alicuius. Pro mea iniuria tuam doleo vicem. De Cæsare doleo.*

DOLIVM,lij.*vas amplum,in quo vinũ in annũ reconditur.*de Cla.287. Qui hoc sentiat,si is potare velit,de dolio sibi hauriendũ puret?

DOLOSVS. *edolo.*2.de D.86.Quis robur illud cecidit? quis dolauit? de Ora.lib.2.54.Dolare orationẽ.Acad.lib.4.100.Non enim est è saxo sculptus,aut è robore dolatus.*de homine loquitur.*

☞ Syntaxis *Dolare orationem.*

DOLOPES,pum.*populi.* I. P. 91.

DOLOR,oris.*mœror,acerbitas,acerbus sensus animi vel corporis,animi cruciatus.* 2.Tusc.35. Dolor autẽ motus asper in corpore à sensib. alienus.Att.lib.8.ep.3.In vtraque re summa difficultas erit,summus animi dolor.4.Tusc.18.Dolor est ægritudo crucians.Attic. lib.9.ep.11.Plus apud me valere beneficij gratiã, quàm iniuriæ dolorem volo.de Pro.44. Ego doloré & inimicitias meas reip. concessi.8.I.A.18. Quanquam proprios dolores suarum rerum omnes habebant, tamen huius ciuitatis miseriis non poterant non commoueri. de Pro. 2. Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo,nec iracundiæ seruiam.& *ibid.* Tamen aliquam dolori meo veniã tribueretis. pro Clu.10. Huic nihil potest offensionis accedere, sine acerbissimo animi sensu & dolore. de Arusp.17. Animi quidam dolor homines aliquando effert ad gloriam in refutandis maledictis improborum. Atti. lib.11.ep.8.Sed augeo commemorãdo dolorem, & facio etiam tibi.pro Dom.97.Accepi magnum atque incredibilem doloré. & Epist.lib.4.ep.3.Est omninò vix consolabilis dolor. Att.lib.8. ep.9.Sed hæc omittamus: augemus enim dolorem retractãdo. & lib.3.ep.15.Ne scindam dolorem meum.2.de Orat.199.Et eorum dolorem qui ingebant suos, oratione refricabam. & *ibid.* Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere poterat. pro Do.145. Vt perpetuum dolorem auulsus à me is sustinerem. 4. I. C. 1. Mihi hæc conditio consulatus data est, vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem.pro Cæl.33. Minimum enim dolorem capiet,qui illam nõ videbit.de Clar.1.Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem.& Epist.lib.1. epist.5. Summus dolor, quem in rebus tuis capio. de Clar. 130. Is cum remiserant dolores pedum,non dgerat in causis.Q.Fr.lib.1.ep.3. Sed omnis dolor est,quòd, &c. & epist.2. Atque his dolor est, quòd,&c. & li.2.ep.14.Faciam, vt in medio dolore ac desiderio mei læteris. pro Mur.89. At habet magnũ dolorem, vnde cum honore decesseris,eodem cum ignominia reuerti.1.de Or.220. Quid esset iracundia,seruórne mentis, an cupiditas puniendi doloris.de Arusp.38.Hominibus iniuria tui stupri illata in ipsos dolori non fuit.& 44. Causa grauis, & cùm aliquo animi & virili dolore coniuncta. 7. I. V. 111. Illa facilè dolorem corporis patiebatur.pro Sest.49. Hunc doloré perpeti malui,quàm, &c. pro Cæl.59. Vidi enim & illum hausi dolorem, vel acerbissimũ in vita,cum,&c. 6. I.V.47. Hæ res magnũ & acerbum dolorem commouent,mulierculis præsertim.Epist.lib.4.ep.5.Nullus dolor est,quem non longinquitas temporis minuat atq; molliat. Att.lib.9.epist.4. Obsecro te,cripe mihi hunc dolorem. *& ibid.* Non angor,sed ardeo dolore. & lib.6. ep.1. Accipiam equidem dolorem,mihi illum irasci. & lib.7.ep.13. Hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. 6. I. V.135. Existimare vos hoc volo, mirum quendam dolorem accidere iis, ex quorum vrbibus hæc auferantur. Attic.lib.1.ep.4. Terentia magnos articulorum dolores habet. ad Octau. Nulla remedia tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. 5.Tusc.l. 65. Si voluptas dolorem effectura sit. 1. de Finib.24. Vt omittam dolorem, quem optimus quisque pro patria & pro suis suscipit.& 37. 38.Aliquem in voluptate esse,aut in dolore.Ep.lib.4.ep.6.Sed opprimor interdum, &

vix resisto dolori. Ep. *Ibidem.* Nec eum dolorem, quem à Repu. capio, domus iam consolari potest, nec domesticum Resp. Ep. lib. 5. ep. 16. Exhaurire alicui vniuersum dolorem. & libr. 4. epi. 5. Minuere dolorem.)(*Augere dolorem.* & lib. 5. ep. 13. Abiicere omnem dolorem. Ep. lib. 5. ep. 4. Hoc loco vides me augere dolorē tuum, quem consolando leuare debeam. Ep. lib. 4. epi. 6. Cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresque deponerem. Ep. *Ibidem.* ep. 3. Vehementer esse solicitum, & in communibus miserijs præcipuo quodam dolore angi. & lib. 4. ep. 6. Quanto fuerim dolore, meministi, in quo, &c. 11. I. A. 1. Magno in dolore sum, vel mœrore potius, quem accepimus ex crudeli morte Trebonij. & 38. Quàm acerbissimum alicui dolorem inurere. Ep. lib. 1. ep. 5. Afficior summo dolore, eiusmodi tempore, &c. 2. Tusc. 53. Ettamen fuisse acrem morsum doloris idem Marius ostendit, cruς enim alterum non præbuit: ita & tulit dolorem vt vir, & vt homo, maiorem ferre sine causa necessaria noluit. At. lib. 12. ep. 19. Recordationes effugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. At. lib. 3. ep. 15. Cæteri dolores mitigantur vetustate. * in Clod. Dolor accessit bonis viris. pro M. Scau. Vxor pellicatus dolore concitata. Hortens. Vidi in dolore podagræ nihilo ipsum fortiorem, quàm.

✠ ADIVN. *Acerbus, domesticus, tantus. 3. In Ver. Acerbissimus, alienus, minimus, pro Cæl. Acerbissimi. 14. Famil. Acerbissimi varijque, acerrimi, intollerabiles, 5. Tusc. Asperi, leuis, parui, prauissimi, tolerabiles. 1. de Finib. Asperi & odiosi. Maximi, mitior, molestus, tolerabilis. 2. Tusc. Apertus, hebes. 8. Att. Asper, molestus, odiosus, contra Naturam, difficilis toleratu. 4. de Finib. Breuis temporum, coniunctior, minor, mistus, Pius, pro Sest. Vix consolabilis, intestinus, mediocris, præcipuus, præteritus. 4. Fami. communis. de Pro. Diuturnus, fictus. 2. de Orat. Duri. 1. be Diu. Grauis. 13. Famil. Grauis & longus, impatibilis.) (. tolerabilis, lenis, longinquus.) (. leuis, longissimus, Magnus, breuis, miserrimus, stabilis. 2. de Finib. Graues corporis, patibilis. 4. Tusc. Grauior, pro Rab. Grauissimus, nimius, pro Planc. Incredibilis. 11. Att. Index perfectionis suæ, Sempiternus, postquam ad Quir. Ingenuus, longior, magni maiores, multi non miseri sed laborioſi. 10. Phil. Intolerabilis, Medius, præsens. 2. ad Q. frat. Inueteratus, officiosus, productior. 3. Tusc. Iustus, pro Flac. Iustissimus, vetus, 1. Phil. Magnus, maximus. 1. Famil. magnus atque acerbus, M. rus. 6. Verr. Magnus atque incredibilis, perpetuus, plebeius, Tanti, pro Dom. Magnus atque intollerandus, Multi & graues. 7. In Ver. malus.) (. fides bona, Top. Maior, pro Mil. Maximus, & æternus. 1. Att. Muliebris, pro Clu. Municipalis. 7. Att. Naturalis. de Clar. Necessarius. 4. In Verr. Nouus, Summus. 2. Famil. priuatus, virilis. de Arusp.*

☞ Syntaxis. *Dolor est motus asper. (ecce genus:) est ægritudo crucians, (alterum genus). Acerbus animi sensus, & dolor. Dolor vix cōsolabilis. Dolorē sustinere, perferre, capere. Remittit dolor. Omnis dolor est, quòd, &c. Dolorē haurire. Dolorem id cōmouet. Dolore ardere. Dolorē accipere. Eripere alicui dolorē, & dare. Dolorē habere capitis. Facere alicui dolorē. Suscipere dolorē pro aliquo. Dolorē alicui exhaurire. In aliquo dolorē deponere. Esse in dolore, & magno dolore. Dolorē alicui inurere.*

DOLOSE. *malitiosè, ex insidijs, ex occulto.* 3. Off. 61. Dolosè & maliciosè agere aliquid.

DOLOSVS, a, um. *malicioſus.* pro R. P. 4. Ptolemæus dolosis consilijs regno pulsus.

DOLVS, li. *fraus, fallacia, machina, insidiæ, dolus, malus.*) (. *bona fides.* 3. de N. 73. Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ, sine ratione esse nō possunt. & *Ibid.* Commoliri dolos & fallacias ad aliquē in versu. Top. 40. Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. 3. Off. 61. Simulatio & dissimulatio dolus malus est. & 92. Pacta semper ne sint seruanda, quæ nec vi nec dolo malo, vt prætores dicere solent, facta sint. 3. de N. 74. Iudicia de fide mala, & iudiciū de dolo malo. 3. Off. 61. Aquilius protulit formulas de dolo malo. & *Ibid.* Iste dolus legib. erat vindicatus. 3. de N. 74. Iudiciū de dolo malo, quod Aquilius protulit, quē dolum idē Aquilius tum teneri putat, cū, &c. 3. ad Here. 3. Dolus cōsumitur in pecuniā, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, &c. & lib. 4. 67. Dolis malicioſa Carthago. & lib. 3. 8. Nā quod in dicendo rei dilucidandæ causā dolum appellauimus, id in dicendo honestiùs consilium appellabimus. At. lib. 1. ep. 1. Agere cœpit cum eius fratre de ijs rebus, quas eum dolo malo accepisse de Vario diceret. pro Flacc. 74. Adductus est in iudicium Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione huius ipsius tutelæ nomine. pro Dom. 36. Illud in primis ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur.

☞ Syntaxis. *Dolī machinæ, fallaciæ. Dolus malus. Dolus malicioſus. Dolo malo agere.)(. bona fide.*

DOMESTICVS, a, um. *familiaris, intestinus, vernaculus, priuatus, intimus.)(. Externus, alienus.* In Vat. 31. Quis vnquā in luctu domestico, in funere familiari cœnauit cum toga pulla. 2. Off. 26. Externa libētius in tali re, quàm domestica recordor. Ep. li. 5. ep. 2. Ego vrbē à domesticis insidijs, & ab intestino scelere defendi. 5. I. V. 141. Domesticū atq; vernaculum crimen. *1. Romæ, non in prouincia paratū.* & 3. In Ver. 39. Occultū, intestinū ac domesticū malum. 4. ad Her. 2. Domestico & sui ipsius testimonio abuti. 2. de Orat. 86. Stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico præconio colligere. de Ar. 19. Huius gentis ac terræ domesticus natiuusq; sensus. 1. Tusc. 2. Res domesticæ & familiares. pro Sest. 97. Domesticis malis impediti. Difficultate domestica laborare. L. DIFFICVLTAS. 1. ad Atti. epi. 14. Domesticus amor. de Arusp. resp. 43. Domesticus sanguis. pro Rosc. Amer. 15. Domesticus vsus & cōsuetudo. *Ibid.* 154. Domestica crudelitas. 1. Ac. q. 9. Domestica disciplina. 8. Fam. ep. 14. Cælij. Domestica dissensio. *i. ciuiles discordiæ.* pro Dei. 32. Domestica inhumanitas. Postq. in Sena. 10. & 5. Ver. 6. Domesticū lenociniū. 7. Fa. ep. 14. Valde iā lautus es, qui grauere literas ad me dare homini præsertim pro pè domestico. 16. ad At. ep. 12. Domesticum cōsilium capere. 4. Fam. ep. 8. Domestica sede iucūdior locus. pro Fonteio. 22. Domestici & alienigenæ. ad Brut. Domesticæ epistolæ, *i, domo missæ, & de rebus domesticis scriptæ.* 1. ad Atti. ep. 14. Domesticæ res & forenses: publicæ & priuatæ, opponuntur. 10. ad At. ep. 7. Domesticæ tricæ. 1. de Fini. 10. Vnde hoc tā insolens domesticarū rerum fastidium. pro Deiot. 5. Intra domesticos parietes dicere. Curionis lib. 2. Paucis enim diebus erā missurus domesticos tabellarios. *i. priuatim, & meo nomine.* 2. Off. 26. externa libentius in tali re, quā domestica, recordor. Lucei, lib. 5. ep. 13. Ergo & domestica feremus vt censes: & publica paulò etiā fortiùs, quàm tu ipse qui præcipis. 2. de Nat. de. 7. Ne domesticis quidem exēplis docti. 6. de Fami. epi. 6. Domesticis rebus & cupiditatibus suis peropportunam victoriam fore putabant.

☞ Syntaxis. *Domesticæ insidiæ. Domesticum & vernaculum crimen: id est, in patria. Intestinum ac domesticum. Domesticus natiusq; gentis sensus. Domestica dissensio, id est, ciuilis.*

✠ DOMI. *adverb.* At. lib. 1. ep. 9. Clodius deprehensus domi Cæsaris. 7. In Ver. 72. Domi. esse apud aliquem. 1. Tusc. 51. pro Dom. 105. 5. Tusc. 55. de Sen. 82. 5. Tusc. 113. Att. lib. 16. ep. 3. *Vide* DOMVS.

DOMICILIVM, lij. *domus, habitatio, sedes, tectū.* 2. de N. 95. Si essent qui sub terra habitarent bonis & illustribus domicilijs. 2. contra Rul. 87. Vt aratores cultu agrorū defessi vrbis domicilijs vterētur. pro Arch. 7. Cum hic domicilium Romæ multos iā annos haberet. 2. contra Rul. 96. Coloni Capuæ in domicilio superbiæ atq; in sedibus luxuriæ collocati. Postquam. in Senat. 16. In qua vrbe domicilīū quoddā superbiæ fuit. 1. Tus. 24. In cœlū quasi in domicilium suū peruenire. pro Arch. 9. At domicilium Romæ habuit. pro Cor. 13. Pompeij gloriæ domicilium cōmunis imperij finibus terminatur. I. P. 76. Qui familiaritatis licentia suorum improbissimorū sermonum domiciliū in auribus vestris eius impulsu collocauerunt. 1. de Na. 76. Humanā figuram domicilium mētis esse. ep. li. 16. ep. 17. Cui verbo domiciliū est propriū in officio. pro Dom. 127. Cōsecrantur ędes, non priuatorum domicilia. pro Ar. 7. Si in Italia domicilium habuissent. 4. I. V. 6. Sedes ac domiciliū collocare. de Sen. 63. Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. & 77. Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terram. pro Rab. 15. Quem censoriæ leges vrbis domicilio carere voluerunt. Ep. lib. 7. epist. 28. Erat enim multò domicilium huius vrbis aptius humanitati tuæ. de Clar. 257. Firma tecta in domicilijs habere. 1. de Or. 105. In hoc domicilio imperij & gloriæ.

✠ ADIVNC. *Altissimum, honestissimū, de Sen. Aptum alicui. 2. Fa. Bona & illustria. 2. de Na. Diuinū. 7. In Ve. Ornata atq; referta omnibus rebus, pro Pōp. Pristinū. 1. de Leg. propriū. 15. Fa. Sacrū. 2. de Leg. stabile, & certū, pro Mur. Terrestre. 6. In Ver. vniuersum. 4. In Cati.*

☞ Syntaxis. *Bonis & illustribus domicilijs habitare. Vti domicilio. Habere domicilium. Gloriæ domicilium. Sedes & domicilium collocare.*

DOMINA, næ. *princeps, regina.* 3. Offi. 28. Hæc n. virtus est domina & regina virtutū. & li. 2. 37. Voluptates blādissimæ dominæ. pro Marc. 7. Fortuna dña rerū humanarū. I. P. 3. Sit sanè sors domina campi. Parad. 5. Cupiditas honoris quàm est imperiosa domina. 2. de Leg. 58. Et in ea lamina scriptum, Domina honoris.

✠ ADIVN. *Blandissimæ. 2. Offi. Dura, improuisa, vehemens Imperiosa. Parad. 5.*

DOMINANS, tis. pro Milon. 79. Dominante homine furioso. 2. Offic. 51. Vt nos adolescentes contra L. Syllæ dominantis opes fecimus. pro Clu. 67. Bestiæ fame dominante, plerunque ad eū

eum locum, vbi aliquando pastæ sunt, reuertuntur. de Sene. 46. Libidine dominante temperantiæ locus non est. 1. Tusc. 74. Vetat enim dominans ille in nobis Deus.

DOMINATIO, onis. *dominatus, tyrannis, regnum* ‖ *Idem valet quod Græcis τυραννὶς: Sed qui à vulgus dominium in ore habet, pro dominatione aut dominatu, discat. Apud Ciceronem pro dominatu, & imperio non inueniri hæc Schoræ sunt.* Attic. lib. 8. ep. 3. Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione & Marij tyrannide Philippus. 3. I. A. 34. Non modò crudelis & superba dominatio nobis, sed ignominiosa etiam & flagitiosa est ferenda. Epist. lib. 10. ep. 31. Vita sub dominatione misera est. 4 ad Her. 28. Ne fortuna magnam in nos habeat dominationem. 1. contra Rul. 19. Nouam dominationem tibi comparare. Att. lib. 8. epi. 21. Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatem victoriæ & dominationis. & lib. 8. epi. 11. Dominatio quæsita ab vtroque est. 2. I. V. 35. Dominatio regnumq; iudiciorum. 2. de In. 163. Rationis in libidinē dominatio.* pro C. Cornel. 1. Propter nimiam dominationem potentium secederent.

✠ *ADIVNC. Accommodatissima ad aliquid. 3. Contr. Rull. Aliena, ep. ad Brut. Non modo crudelis, & superba, sed ignominiosa, etiam & flagitiosa. 3. Phil. firma, & moderata, 2. de Inuent. Iucunda multitudini, bonis honesta 2. Att. Misera. 5. Famil. Noua. 1. Contr. Rull. & 2. Cont. Rull. Regia. 7. Ver.*

☞ Syntaxis. *Habere dominationem. Rationis in libidinem dominatio.*

DOMINATRIX, cis. *domina.* 1. de Inu. 2. Dominatrix animi cupiditas.

✠ *ADIVNC. Cæca, & temeraria. 2. de In.*

DOMINATVS, tus. *dominatio, principatus.*) (*Seruitus,* ‖ *hoc nomen cum in vitio, tum in laude, à Cicerone vsurpatur elegantissimè, quod vix nostris hominibus notum: exempla ipse facilè distinguies.* 2. de Na. 152. Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus. 2. de N. 29. Dignissimus potestate & dominatu omnium rerum. pro Deio. 30. In dominatu seruitus fit, in seruitute dominatus. 1. de D. 53. Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. 11. Phi. 36. Cassio mea sententia dominatū & principatum dedi. Parad. 5. Dominatus cupiditatum. & *Ibidem.* Iudex verò quantum habet dominatum. 2. Off. 2. Cū dominatu vnius omnia tenerētur. pro R. P. 19. Dominatus est, inquit, Alegādriæ: imò verò in superbissimo dominatu fuit. pro Dom. 68. Aliquem nouo dominatu pulsum esse. 2. de Or. 225. L. Brutus populū Romanum dominatu regio liberauit. 4. de Fin. 38. Cùm autem assumta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturæ, huius turelæ subijciantur. 5. Tusc. 57. Occupare dominatum. ‖ pro Dom. Quæ domus erat ipsa iudicio tui crudelissimi dominatus, & miserrimæ populi Rom. seruitutis & 141.

✠ *ADIVNC. Crudelis. 1. de Diu. Crudelissimus, Nouus, pro Dom. Impotentissimus. 1. Famil. perpetuus, de Cla. Regius. 10 Famil. Superbissimus, pro Rab. Teterrimus, crudelissimusque. 3. Phil. Tantus. 4. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Potestas & dominatus. Dare alicui principatum & dominatum. esse in superbissimo dominatu. Dominatu pelli.*

DOMINOR, aris. *rerum potior, regno teneo, dominatum teneo, dominatu teneo, dominatu premo, imperium in aliquos teneo.* 4. Acad. 126. Cleanthes solem dominari & rerum potiri putat. pro R. P. 39. Dominatus est, inquit, Alexandriæ: imò verò in superbissimo dominatu fuit. *in hoc exemplo, Alexandriæ vrbis, genitiuus est, non datiuus ac si dicas, Cæsar dominatus est Romæ: id est, in vrbe Roma.* Orat. 219. Vbi libido dominatur, innocentiæ leue præsidium est. 2. de Orat. 33. Vsus dicendi in omni pacata & libera ciuitate dominatur. pro Qu. 94. Improbos in capite fortunisque hominum honestissimorum dominari. & 98. Dominari in bonis alicuius. Q. fr. lib. 1. ep. 1. 3. Neque eiusmodi partem Reip. geris, in qua fortuna dominetur. Ep. lib. 4. ep. 12. Casus & fortuna in bonis dominatur. pro Cec. 71. Nimia potentia in ciuitate dominatur. de Sen. 37. Senectus honesta est, si nemini mancipata est, si vsque ad extremum spiritum dominatur in suos. 1. de Orat. 30. Hæc vna res in ciuitatibus semper floruit, sempérque dominata est. 1. I. V. 24. Dominari in iudicijs. Ora. 79. Atque hæc in oratore dominabuntur. ‖ 3. in Verr. 136. Verum etiam in his sartis, tectis dominata est.

¶ *Regor, gubernor.* 1. Offic. 139. O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino.

✠ *AOVER. Audacius. ep. ad Brut. 16.*

☞ Syntaxis. *Dominatur & rerum potitur Sol. Dominari in capite bonorum, in suos. Dominans in nobis Deus.*

DOMINVS. *rex, princeps, tyrannus, imperator.* 3. Off. 83. Ecce tibi qui rex po. Rom dominusque omnium gentium esse concupierit. 3. de L. 28. Senatus est dominus publici consilij. pro Do. 90. Populus dominus regum, victor atque imperator omniū gentiū. 6. Phil. 12. Popu. Rom. victor dominúsq; omnium gentium. pro Plan. 11. Hic princeps populus & omnium gentiū dominus atq; victor. 2. cont. Rul. 21. Hos omnium rerū dominos habebimus. 5. I. V. 71. Aratorum dominus & rex. 1. de Fini. 58. In disco dia dominorum domus beata esse non, potest. 4. Ac. 126. Cogimur dissensione sapientum dominum no trū ignorare. de Vn. 19. Deus animum vt dominum atque imperatorem obedienti præfecit corpori. Att. lib. 12. ep. 20. In omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate. 3. Tus. 11. Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant. XII. Tab. pro S. R. 78. Ne tam diù quidem dominus erit in suos, dum ex ijs de patris morte quæratur. de Sen. 47. Libenter verò istinc tanquā à domino agresti ac furioso profugi. 1. Tusc. 48. Liberatos. n. se per eum dicunt grauissimis dominis, terrore sempiterno, & diuturno ac noctutno metu. 4. de Fi. 11. Deus summus rector & dominus. 2. de L. 15. Dominos esse omnium rerum & moderatores deos. pro Corn. 11. Sui quemque iuris & dimittēdi & retinendi esse dominum, de Sene. 56. Semper boni & assidui domini referta cella vinaria, olearia, penuaria est. pro Do. 107. Cum vir bonus dominum se in suis ędibus esse voluisset. in Vatin. 31. Cum ipse epuli dominus. Q. Arrius albatus esset. 13, I. A. 17. Nam si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat. 2. de Ora. 276. Nasica sensit ancillam domini iussu dixisse, &c. 1. Offi. 139. O domus antiqua, heu quām dispari dominaris domino. 2. de Na. 158. Canum tam fida custodia, tam amans dominorum adulatio. 1. Offici. 139. Non domo dominus, sed domino domus ornanda est. * Incer. An verò multorum in terris prædiorum dominos diuites appellamus.

✠ *AOVIVNC. Agrestis, & furiosus, Bonus, & assiduus, de Sen. Amicior, Bonus, epist. Brut. ep. 16. Amicissimus reip. pro Deiot. Clarissimus. 13. Phil. Dispar. 2. Phil. Familiaris. 1. de Orat. Grauissimi. 1. Tusc. Ignarus commodi sui. 3. Ver. improbissimi, Parad. Impudicus. ad Octau. Innumerabiles. 7. Att. Inuictus. pro Qui. Iusti.) (. alieni. 1. Offi. Molestus. 8. Phi. Nouus, & crudelis, vetus, & clemens, 15. Att. Sempiternus. 1. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Senatus est publici consilij dominus. Grauissimo domino liberatus. Canum amans dominorum adulatio (in bonam partem.)*

DOMIPORTA, tæ. *cochleæ epitheton* 2. de Diu. 133. Terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam. L. COCHLEA. *exemplum hoc est obscuræ circuitionis, seu descriptionis.*

DOMITIA. via, pro Font. 8.

DOMITOR, oris. 1. Off. 90. Equos propter crebras præliorum cōtentiones ferocitate exultantes, domitoribus tradere solemus, vt his facilioribus possimus vti. pro Milo. 36. Milo domitor armorum Clodij. Hortens. Vt domitores equorū non verbera solum adhibēt ad domandum, sed cibum etiam sæpe subtrahunt.

✠ *ADIVNC. Faceriores. 2. Offic.*

DOMITVS, us. 2. de Natur. 151. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

DOMITVS, a, um. 1. de Or. 194. Docemur autoritate, nutuq; legū, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. 2. de N. 161. Belluæ domitæ & condocefactæ. pro Sylla. 1. Improbi ciues domiti atq; victi. pro Font. 2. Galli subacti & bello domiti. de Pro. 5. Domitis gentibus finitimis, barbariaque compressa.

DOMO, as. *condoce facio, edomo.* 2. Offi. 14. Sine hominum opera, aut pascere equos, aut domare non possemus. pro Sest. 67. Qui seruitia virtute victoriaque domuit. pro Mar. 8. Domuisti gentes immanitate barbaras. de Pro. 32. C. Pōtinus Allobroges domuit. Hortens. Domitores equorū verbera adhibent ad domandum.

DOMO, is. de Pro. 32. Omnes has nationes frangi domarique cupiunt.

☞ Syntaxis. *Habere domitas libidines, coercere cupiditates. (aspice synonymiam in sententijs.) ‖ Domita & condocefactabellica. Domitus & victus. Subacti & bello domiti Galli. Frangere, domare q; nationes.*

DOMVS, mi, & mus. *ædes, domicilium, tectum, dij penates, lares, lar familiaris, lares familiares, sedes, foci patrij, aræ foci q.* pro Domo. 109. Nihil sanctius, nec omni religione munitius, quàm domus vniuscuiusque ciuium: hic aræ sunt, hic foci, hic dij penates, hic sacræ religionis cerimoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus vt inde abripi neminem fas sit. pro Domi. 143. Domus, sedes, aræ, foci, dij penates. pro Deiot. 8. Domus, dij penates, aræ focique. 1. Officio. 139. Ornanda est dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda. *Ibidem.* Non domo dominus, sed domino domus honestanda est. & *Ibidem.* Domus finis est vsus, ad quem accomodanda est ædificandi descriptio. & 138. Cn. Octauius præclaram ædificauit in palatio, & plenam dignitatis domum. 4. In Catil. 2. Domus commune perfugium. 6. I. V. 3. Domus amicis apertissima & perhospitalis. Quint. fr. lib. 1. ep. 1, 36. Iam tibi Asia, sicut vnicuique sua domus, nota esse debet. I. P. 16. Me domo mea expulistis, Pompeium domum suam compulistis. pro Flacc. 14. Qui domo exire nolebant, & *Ibidem.* Qui domi stare non

pote

poterant. Or.89. Ridicula ex tempore ficta vel domo allata. At. lib.2.ep.7. Clodius in domo Cæsaris quondam vnus vir fuit. At. li.1.ep.9. Clodius deprehensus domi Cæsaris.2. I.V.25. Siculis denunciatum est domum ad illum vt venirent. Epist.lib.13. ep.69. Apud eum sic fui, tanquam domi meæ.7. I.V.72. Is domi apud ✠ me est. ‖ Atti.lib.4.ep.2. Senatui placere mihi domum restitui, & *ibidem*. Domus ædificatur, scis quo sumptu, qua molestia, &c. 3. Offi.112. Is cum prima luce Pomponij domum venit.5. Tusc. 113. Diodorus multos annos nostræ domi vixit. Ep.lib.9.epi. 19. Balbus rectè à porta domum meam venit: neque hoc admiror, quòd non ad tuam potius, sed illud, quòd nec ad suam. ad Her. lib.4. Qui nuper alienæ domui, non ausim, &c.1. de Di. 46. Quæ ipsa domi Phalaridis consecrauisset. Ep.lib.3.ep.8. Nonne manis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ? Ep. li.13.ep.46. Quem tibi sic commẽdo, vt vnum ex domo nostra. Ep.lib.9.ep.15. Tu velim cum fabris domum perspicias: si enim nihil est in parietibus aut in tecto vitij, cætera mihi probabuntur. pro Do.115. Is duas magnas & nobiles domos coniungere voluit. Ep.li.5.ep.8. Vt domus tua cognosceret, &c. ad Octa. Domus illa æterna. *vbi videlicet agunt beatæ animæ*.1. Off.139. Ampla domus. Læl.15. Quo cum domus fuit & militia cõmunis. 1. Off. 139. Domus clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusq; generis multitudo, qualiter comparata esse debeat. de Arusp.resp. 37. Domus in imperio est.2. de Nat.d.17. Domus magna pulchraque 12. ad Att. ep. 6. Tota domus superior vacat. pro Dom.sua. 106. Affligere domũ alicuius. pro Dom.sua. 114. Disturbare ac diripere domum alicuius.2. ad Q.fr.ep.13. Extra domũ gratiosus.4. ad Her.51. Domum & familiam perfringere. pro Dom.sua.67. Domum conijcere aliquem.1. Aca.q.9. Domum deducere. pro Quint.54. Domum denunciare.15. Fam.ep.17. Domum aliquid literarum dabis.8. ad Att.ep.25. Domam aliquem expectare. pro Arch. 5. Statim Luculli, &c. cum domum suam receperunt.11. Fam.epi. 27. Domum alicuius ventitare, in summis officijs ducebatur. pro Rosc. Amer.52. Domum vocare.1. Offi.139. Odiosum est, cum à prætereuntibus dicitur, O domus antiqua, heu quàm dispari dominare domino. 10. Fam.ep.12. De domo me deducere. pro Fla.14. Adiunxit illa, vt eos qui domo exire nolebant, testimonij denunciatione terreret.9. Fa.ep.5. Domo se non comouerũt. 2. Phili.28. Domo consilium petere.11. ad Att.ep.6. Domo se recipere. Post redit. In Sen.28. Propter metum dimicationis & sanguinis domo se tenere.3. Ver.67. Clamor interea fit tota domo inter seruos Rubri atque hospitis, &c.2. Offi.64. Est enim valde decorum patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. * cont. C. Anton. Dico cuiusdam domum Catilinam & Antonium cum sequestrib. suis conuenisse. pro M. Scau. Domus tibi deerat? At habebas. *ibidem*. Depressam, cæcam, iacentem domum pluris quàm te æstimasti. Hortens. Si ex hac in aliam haud paulò meliorem domum sine mora demigrare. *volumus*.2. I.A.35. Ad quem è domo Cæsaris tam multa delata sunt: cuius domus quæstuosissima est falsorum commentariorum & chirographorum officina: agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium, flagitiosissimæ nundinæ.2. I. A.7. Quum omnes impuritates pudica in domo susceperis.1. Ac.13. Remigrare in domum veterem è nouã.

✠ ADIVNC. *AEterna, parua, Som. Scip. Aliena, referta donis, magnæ, & nobiles, pro Dom. Ampla, præclara, & plena dignitatis*.1. *Offi. Angusta*.1. *de Finib. Antiqua*.1. *de Leg. Apertissima, & perhospitalis, priuata, regia*.7. *In Verr. Cæca, de Clar. Cælestis, ac diuina, Magna, pulchraque, naturalis, operosa*.2. *de Na. Castissima, Infamis, crudelis, facinorosa, & libidinosa,) (plena integritatis, officij, & religionis, Inimica, minister alicuius facinoris, popularis, pro Cæl. Commune perfugium*. 4. *In Catil. Communis*.1. *de Diuin. Diligens, Superior*, 11. *Att. Egregia*.2. *ad Qui. frat. Exornata atque instructa*.) (. *nuda atque inanis*, 4. *In Ver. Familiarissima senectuti, pro Arch. felix, pro Deiot. fidelis, studiosissima, cupidissimaque salutis aut studij alicuius*,15. *Att. Gratiosissima, referta aleatoribus, plena ebriorum, pudica*, 2. *Phi. Honestissima, locupletior, expers huius iniuriæ, locupletissimæ, locupletissima, & amplissima, Meretricia, notissima, & apertissima, & maximè hospitalis, Optima, plena signorum pulcherrimorum, plena stupri, dedecoris, flagitij, vacua, atque nuda*.6. *In Verr. Instructior, & apparatior*,1. *de Inuent. Inanes. prætoria, tota, vacuæ signis, & tabulis pictis*.3. *In Verr. lætissima*.) (. *mœrens, pro Sest. Locuples, & referta, plena ornamentorum*.1. *de Or. Modestior*,6. *At. Nota*.1. *ad Q.fr. Paterna, venalis, In Salust. Pestilens*.3. *Off. Pulchra*.3. *de Nat. Religiosa, vacua suspicione religionis, de Aru. Stabilis, de Amic. vacua*.1. *In Catil. vetus*.) (. *noua*.1. *Acad*.

☞ Syntaxis. *Domo se tenere, Domum aliquem expectare. De domo deducere. Domum alicuius affligere. Domo se nõ comouere. Tota domo fit clamor, Commendare aliquem, vt vnum ex domo sua.*

DONANDI.5. I.V.185. Aduocare concionem donandi causa.

DONATIO, onis. *amicè, sponteq; facta distributio*.4. I.A.9. Quos nõ bonorum donatio, non agrorum assignatio satiauit. & de Opt. ✠ 19. Eaq; donatio in theatro facta est. ‖ 2. de Leg.50. In donatione hoc idem secus interpritantur. pro Sex. Rosc.24. Rapinæ. furta donationes.5. In Ver.186. Hæc à te donatio constituta est. & 185. Quæ tua donatio singulari impudentia prædita.

✠ *ADVNC. Falsæ, 5. Phil. Singulari impudentia prædita, noua alijs, mihi quidem incredibilis*,5. *In Ver.*

DONATVS, a, um.3. de Finib.18. Alia videntur à natura propter eorum vsum tantùm esse donata. de Ar.6. Aliquem quasi diuino munere donatum reip. videri.2. de N.6. P. Vacienus, & agro à senatu, & vocatione donatus.3. de Fin.18. Cauda pauoni à natura donata est ad ornatum. Brut. ep. 6. Dyrrhachini sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt.

✠ *ADVER. Consultò*,1. *de Leg.*

DONEC, *dum, quoad, vsque eo dum, tandiu dum, vsque ad eum finem dum, vsque eo, quoad*. Ep.li.5.ep.12. Ad properationem meã quidam interest, non te expectare donec ad locum venias.

DONO, as. *condono, largior, munere afficio, munus do, munus affero, donum affero, stipẽdio afficio, muneribus amplissimis orno*.5. I.V.185. Qui Rubriũ corona, & phaleris, & torque donasti.1. I. C.22. Vtinam tibi istam mentem dij immortales donarent. pro S.R. 23. Is nõ pauca suis adiutoribus largè effuseque donabat. Q.fr.lib.3.ep.1. Minuebat vectigalia, donabat ciuitates ex commentario. I. P. 7. Mihi pop. Roman. non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatémque donauit. pro Ar.5. Itaque eum Tarenti ciuitate cæterisque præmijs donauerunt.2. de N.158. Nisi fortè dubium est, quin hominibus hæc omnia natura donauerit.5. I.V.185. Donare aliquem annulo aureo.5. Tusc. 90. Munera ista ciuibus tuis dona. Ep.lib.5.ep.4. Tu tuas inimicitias, vt Reip. donares, te vicisti. *id est, permitteres*.

✠ *ADVER. Effusè, largè, pro Sext. Rosc. Sigillatim ciuitate, pro Cornel. Balbo.*

DONOR, ris. de Op.19. Corona aurea donari.1. de Orat.114. Hæc quidem inferi & donari ab arte non possunt. pro S.R. 108. Donari ab aliquo maximis præmijs. Ep.lib.5.ep.12. Cum ipsi corona donarentur.2. de Legib.41. Vir nemo bonus ab improbo se donari vult.

✠ *ADVER. Publice libertate, pro Corn.*

DONVM, ni. *munus*.3. de Leg.11. Donum ne capiunto, néue danto, néue petenda, néue gerenda, néue gesta potestate.2. de Or.286. L. Cincius legẽ de donis & muneribus tulit. pro Clu.66 Tantũ donis datis muneribúsq; perfecerat, vt, &c.1. de Or.114. Omnia sunt enim illa dona naturæ.1. Tusc.64. Philosophia donum deorum.3. de Na.75. Donum hoc diuinum rationis & consilij. pro Ar. 18. Poëtæ quasi deorum aliquo dono atque munere commẽdari nobis esse videntur.1. I.A.32. Nõ intermittis quasi donũ aliquod quotidie affere Reip. pro Cl.28. Dona nuptialia. 7. I.V. 183. Donũ regale Tusc.li.5.20. Quasi dona fortunæ. de Leg.li.2.22. Donis placare Deorum iram impius ne audeto. L. DIVINVS. L. EBVR. Frag.ep. Vt à te fictis aggrederer donis.

✠ *ADIVN. Castum, diuinissima*.2. *de Leg. Dignum regio munere*.7. *In Ver Diuinũ*.,. *de Nat. Eximiũ atque pulcherrimum, Regale*. 7. *In Verr. Magnificentissima, pro Deio. Militaria, pro Mur. Muliebria, nuptialia, pro Cl.*

☞ Synta *Diuino munere donatus, vir ipse Rei. Vocacione donatus à Senatu. Aeternitate immortalitateq; donatus. Donare suas inimicitias alicui*:1. *alicuius gratia inimicitias omittere. Dona & munera. Dono & munere commendatus. Afferre donum Respub.* (*Sæpe Tullius iungit donum & munus.*)

DORES, *tertium genus ferè Græcorum*. pro Fla.64.

DORMIENS, tis 1. de D.63. Iacet.n. corpus dormiẽtis vt mortui. Q.fr.li.1.ep.1,35. Dormiẽté excitare.2. de D.122. Si ea dormiẽtes gerent quæ somniarent, alligandi essent omnes, qui cubitum irent.2. de D.140. Dormientis animus imbecillus & remissus.

DORMIO, mis. *somnum capio, sopitus sum, quieti me trado, cubo*.2. de D.119. Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat atq; concidere, & ipsum esse dormire. Ep.li.7.ep.24. Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: sic ego non omnibus, mi Galle, seruio.2. de In.14. Postquam illos arctius, vt fit, iam ex lassitudine dormire sensit, &c.1. de D.59. Arctè & grauiter dormite. At. li.10.ep.15. Puella eius mane primùm dormit ad horas treis.

✠ ADVER.

✠ ADVERB. *Arctè, grauiter, 1. de Diuin. Arctius, 2. de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Arctè & grauiter dormire. Dormire ad horam mane.*

DORMITANS, tis. 2. de Or. 144. Et istam oscitantem dormitantemq; sapientiam. Scævolarum & reliquorum beatorum ocio concedimus. Attic. lib. 2. ep. 16. Cœnato mihi etiam dormitanti pridie Calend. Maias epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis.

☞ Syntaxis. *Oscitans & dormitans sapientia. Cœnato mihi etiam dormitanti. de ea feréque.*

DORYLENSES. *populi.* pro Flac. 41.

DORYPHORVS, ri. *militaris Polycleti statua. significat autem satellitem, vel armigerum.* de Clar. 296. Polycleti Doryphorum sibi Lysippus aiebat magistrum fuisse. Orat. 5.

DOS, dotis. *ornamentum.* 2. de Leg. 40. Clisthenes Iunoni Samiæ filiarum dotes credidit. Att. lib. 14. ep. 12. Quintus torquetur debitione dotis. pro Qu. 98. Ipsæ filiæ nubili dotem conficere non potest. 11. I. A. 12. His quasi præter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius. pro Fl. 86. Quæcunque sine tutore autore est dicta dos, nulla est. & *Ibidem.* Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. 1. de Or. 234. Cuius artem cum indotatam atque incomitatam & incoptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti.

☞ Syntax. *Dotis debitione torqueri. Dotem conficere filiæ. Dicere. Dotem verborum ornare.*

DOTALIS, le. Att. lib. 15. ep. 20. Mercedes dotalium prædiorum. ad Oct. Dotale matrimonium.

DOTATVS, a, um. *dote, donatus, ornatus.*) (. *Indotatus.* Att. lib. 14. ep. 12. Villa quò introducatur dotata Aquilia.

DRACHMA, mæ. *vncię pars octaua, denarius.* L. DENARIVS. pro Fl. 34. Dixit publicè datum drachmarum. CC. & sex millia. 1. de Diu. 33. Quibus diuitias pollicetur, ab his drachmas ipsi petunt. Ep. lib. 12. ep. 13. Ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam est. ‖ Epist. lib. 2. ep. 17. De drachmis. CCCLIII. Nihil est quod in isto genere cuiquam possim commodare.

✠

DRACO, onis. *serpentis genus immane.* 2. de Diu. 63.

Vidimus immani specie, tortuq; draconem.
Terribilem, &c. —— & 135. Draco is quem mater Olympia alebat 11. I. A. 12. Seruus domini patrimonium complexus, quasi thesaurum draco. 4. ad Heren. 63. Iste quotidie per forum tanquam iubatus draco serpit.

✠ ADIVNC. *Lapideus, terribilis, tortus, 2. de Diu. Torquus, Arat.*

DREPANITANVS, a, um. *ex Drepano montorio.* 4. I. V. 140.

DRVIDES, dum. *sacerdotes, vates, & sapientes quondam Gallorum de quibus Cæsar de bello Gallico, lib. 6. 1.* de Di. 90. Et in Gallia Druides sunt.

* DVA, orum. *duo.* Orat. 156. Sepulchra dua. *ex Accio.*

DVBIE. 1. de D. 124. Potest accidere vt aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptum.

DVBITANS, tis. pro D. 140. Identidem se ipse reuocando, dubitans, timens, hæsitans. 2. de D. 8. Nihil affirmando quæram omnia dubitans, plerunque mihi ipse diffidens.

✠ ADVERB. *Multum, in Pison.*

DVBITANTER, *timidè, diffidenter.*) (. *Fidenter, non dubitanter. 2.* de In. 10. Sine vlla affirmatione quærentes, dubitanter vnum quodque dicemus. de Clar. 87. Verecundè dubitantérque facere aliquid. ad Oct. Spes posteritatis, qua sublata non dubitanter occidam.

DVBITATIO, nis. *exornatio est, cum quærere videtur orator, vtrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimum dicat,* &c. 4. ad Her. 41. & 3. de Or. 202.

¶ *Hæsitatio, scrupulus, aporia.* Epi. lib. 3. epist. 5. Itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere. pro Cl. 20. Nec in causa vlla dubitatio esse potest. 4. I. C. 5. Illi sine dubitatione damnati esse videantur. 3. de Or. 186. Pro his omnibus sine vlla dubitatione respondeo. Att. lib. 16. ep. 16. Consules probauerunt causas sine vlla dubitatione. pro Cec. 4. Vestra in iudicando dubitatio. & 9. Iuris dubitatio tardiorem me facit ad iudicandum. pro Cl. 73. In ea obscuritate & dubitatione omniũ Canutio placuit pronunciare. 1. contra Rull. 11. Si fœdus illud habet aliquam dubitationem. 2. Off. 17. Nihil hic locus habet dubitationis, quin, &c. li. 3. 9. De quo alterum potest habere dubitationem, an, &c. lib. 1. 147. Ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere homines vsu peritos. 1. de N. 63. Cum pœnam ne dubitatio quidem effugere potuisset. 2. de Orat. 202. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio. tractusq; verborum? Epi. lib. 4. ep. 7. Hoc mihi affert dubitationem. 2. de N. 158. Nisi fortè illud dubitationẽ affert, quin, &c. At. li. 12. ep. 7. Tollere omnem dubitationem alicui. de Arus. 10. Primũ explicabo, &c. si id facere verè & sine cuiusquam dubitatione potero: sin scrupulus tenuissimus residere aliquis videbitur, religioni parebo. & 56. Aliquis sine vlla dubitatione deterrimus. 3. Off. 18. Si quãdo dubitatio accidit, quale sit id de quo consideretur. 5. de Finib. 27. Quod quanquã dubitationem non habet, est enim infixum in natura comprehenditur suis cuiusque sensibus, sic vt contrà si quis dicere velit, non audiatur: tamen, &c. pro Clar. 76. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & dubitatio, quidnam esset actum. * Epi. lib. 9. epi. 17. Nec tibi solicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui.

✠ ADIVN. *Ignota. 7. Famil. Infinita, 2. de Orat. Indigna, de Amic. Minor. 13. Famil. Tenuissima. 4. In Verr.*

DVBITATVR. pro Cec. 38. Non de armis dubitatur, sed de verbis quæritur.

DVBITATVRVS, a, ũm. pro Mil. 64. Arbitror eum non dubitaturum, quin cum suo periculo salutem patriæ afferat.

DVBITO, as. *addubito, hæreo, ambigo, quæro, timeo, mihi in dubium venit. dubium mihi est, dubium habeo. pendeo animi, mihi ipse diffido, ambiguum habeo, in dubium venio.* 1. de Natu. 18. Tum ille fidenter sanè nihil tam verens, quàm ne dubitare de aliqua re videretur. & lib. 2. 98. Nemo de diuina ratione dubitaret. pro Sylla. 52. Cornelius etiam de indicando dubitat. 1. Tuscu. 73. Nec verò de hoc quisquam dubitare possit, nisi idem, &c. 3. Offi. 77. Turpe est dubitare Philosophos, quæ ne rustici quidem dubitant. Ep. li. 5. ep. 20. Illud caue dubites, quod ego, &c. 4. I. C. 10. Itaque homo mitissimum non dubitat P. Lentulum æternis vinculis mãdare. 4. Acad. 52. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum. Atti. lib. 16. ep. 21. Non dubito, quin mirere, qui tecum de eadem re sæpius agam. & lib. 6. ep. 2. Dionysius non dubitabat, quin ei crederemus. pro Mar. 17. Non dubito, quin multos, si fieri posset, & Cæsar ab inferis excitaret. Ep. lib. 10. ep. 8. Non dubito, quid præsentes sentiẽt. At. li. 10. ep. 1. Nõ dubito, quid nobis agendũ putes. ✠ 1. de Or. 181. Macinus in senatum introire nõ dubitauit. ‖ pro Cæ. 16. Aut tum quisquam fuerit qui dubitarit, quin emeretur Cæsenniæ & 5. de Finib. 29. Itaque dicunt, nec dubitant.

✠ ADVER. *Diù, multumque, Orat. Diutiùs, pro Font. Diutiùs de iure, pro Cæc. plane. 3. Fami. planè non adire periculum, 10. Famil. Rectè, 2. de Diu. Sanè, 1. de Or. Omninò nunquam. pro Cornel.*

☞ Syntaxis. *Se reuocando. dubitans timens, hæsitans. Omnia dubitanter dicere. fecere. Omnium obscuritas & dubitatio. Id habet, affert dubitationem, Tollere alicui dubitationem. Inijcere alicui scrupulum ac dubitationem. Delegendo dubito aliquid, de aliqua re. Non dubito, quin, & quid credas.*

DVBIVS, a, um. *incertus, anceps, controuersus, lubricus, suspiciosus, varius, habens aliquid quæstionis, habens dubitationem, dubitationem afferens. habens deliberationem, ancipiti cogitatione distractus.* 3. de Na. 10. Rem minimè dubiam argumentando dubiam facis. & pro Flac. 48. Res minimè dubia. de Ar. 20. Ne plura de re minimè loquar dubia. 2. de D. 106. Quæ dubia sunt, ea sumere pro certis atque concessis. & *Ibidem.* Id sumere pro certo, quod dubium controuersumque sit. pro Mur. 68. Ridiculum est, quod est dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium potest esse, iudicare. 1. de Inuen. 67. Eorum igitur quæ constant, exempla ponemus: illorum quæ dubia sunt, rationes afferemus. 2. Off. 16. vti in re nõ dubia testibus nõ necessarijs. pro Deio. 11. Res erat nõ in opinione dubia, sed in præsentia, atque ante oculos proposito periculo. 1. de Orat. 92. Quæ ab oratoribus tractantur, dubia esse & incerta *Ibidem.* 240. Tum ille confirmabat ita se rem habere, nec dubium esse posse. 4. de Finib. 67. Dubium est, ecquænam fieri possit accessio. Att, lib. 8. ep. 15. Cum nobis nõ dubium esset, quin Brundusium contenderemus. & lib. 13. epist. 43. Prorsus ex his literis non videbatur esse dubium, quin, &c. 2. de Orator. 32. Non est dubium, quin si quis hoc animaduerterit, id possit notare. Part. 41. Non dubium est id quidem quin definitio, &c. Att. lib. 8. ep. 20. Mihi dubium non est, quin, &c. At. li. 11. ep. 6. De hac re mihi dubium non est. pro Cec. 18. De ciuitate in dubium venire. At. lib. 11. ep. 15. Alij non veniunt in dubium de voluutate. pro Quin. 5. Non eò dico, quòd mihi veniat in dubium tua fides. pro. Q. 67. Res in dubium venire non potest. pro Pomp. 27. Quæ res est, quæ cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit. 4. Acad. 29. Hæc autem habere dubia, abhorrere à sapientia est. pro Cec. 31. An in coacta multitudine, in armis, in telis, &c. dubium vobis fuit, an esse vis aliqua videretur, nécne? Ep. li. 1. ep. 7. Si dubium tibi est, posse te illius regno potiri, non est conandum: si exploratum, non est cunctandum. & li. 4. ep. 15. Cognoui autem id quod mihi dubium non fuit. 2. de Inu. 84. Vocare aliquid in dubium. ‖ & Ep. li. 10. ep. 31. Nemo vocabit in dubium Prouinciam me nulli, nisi qui à senatu missus veniſſet, traditurum & 5. de Finib. 28. Necesse est quidem si quis sibi ipsi inimicus est, eum quæ bona sunt mala putare, bona contra quæ mala, &c. quæ sine dubio vitæ sunt euersio. 2. de Or. 145. Quæ in dubiũ vocarẽtur, &c. At. li. 16. ep. 17. Acta Cæsaris in dubium, ventura videntur. pro Cecin. 38. Omnia in dubium

incer

incertumque reuocari.pro Cl.58.Dubij & varij casus.3.de N.25. Et Chrysippus tibi acutè dicere videbatur homo sine dubio versutus & callidus.Attic.lib.1.ep.16.Heluetij sine dubio sunt in armis.Ep.lib.2.ep.18.Et hercle sine dubio erit ignominia.

☞ Syntaxis. *Dubium & controuersum.Non id opinione dubium est,sed ante oculos proposito periculo. In dubium id mihi venit: & venio de hacre.Vocari, vocare in dubium, & reuocare. Dubij & varij casus. Hercle,sine dubio.Non est dubium,quin,&c.*

DVCENDVS,a,um:& di *æstimandus.* pro Sest. 23. Officij rationem in omni vita,non commodi esse ducendam.pro Arch. 14. Pericula mortis parui esse ducenda.

¶ *Hauriendi.* Anteq. 27. Vti liberum spiritum ducendi .nullam habeat potestatem.

DVCENS,tis.*gubernans,ductor dux.*Att.lib.7.epist.22.Cohortes ex Piceno Lentulo & Thermo ducentibus cum Domitij exercitu iunctas esse.

DVCENTI,orum.2.cont.Rul. 32. L.STIPATOR.

DVCENTIES.2.I.A.40.Ego enim amplius H-S. ducenties acceptum hæreditatibus retuli.

DVCO,cis. ‖ *Multis & variis rebus hoc verbum tribuitur: quæ tamen* ✠ *à vulgari consuetudine discedunt,paucis hic annotauimus:significatur enim hoc verbo,origo, & initiũ tẽporis, rationẽ alicuius rei ducere,pro habere,Duci in aliqua re,pro commoueri,& delectari,animum,vitam ducere,Ducere tempus,quod vulgus prolongare aut extendere,quorũ illud barbarum est:exempla videto in promiscuis viribus huius verbi.*

¶ *Deduco sumo.*2.I.A.20.Viri fortissimi,qui ordines duxerũt.pro Mur.20.Qua legatione duxit exercitum,signa contulit.pro Fla. 45.Heraclides,quem iudicatum hic duxit Hermippus.

¶ *Adduco induco.*2.Tusc.42.Ita me ad credendum tua ducit oratio.

¶ *Iudico,existimo.*7.I.V.63.Ducere aliquos in hostium numero. Ep.li.1.ep.6.Quæ ne tu quidem vnquam timenda duxisti.Item lib.4.ep.7.Quæ non aliena esse ducerem à dignitate tua. in Sal. 7.Nunc ea reprehendis, quæ antea gloriæ mihi ducebas. de Clar.298.Nec in hoc ironiam duxeris esse.2.de Fini. 24.Lælius eò dictus est sapiens,non quòd intelligeret quid suauissimum esset, sed quia parui id duceret.2.de Finib. 29. Ducere omnia humana infra se.4.ad Her. 29. Et tamen cum ita viuit, neminem præ se ducit hominem.

¶ *Produco profero,protrahо,trahо.*pro Milo.76. Ducere parietem per vestibulum alicuius.Att.lib.6.ep.2.Vt fœnus quaternis centesimis ducant.3.I.V.30.Ducere tempus.

¶ *Deriuo.*Q.fr.li.3.ep.1.Ducere aquam per fundum alterius.Ep. lib.6.ep.6.Quarum alteram duco è Cæsare ipso,alteram,&c.

¶ *Concipio.*2.de In.29.Ducere,trahere, sumere suspicionem in aliqua re,& elicere.

¶ *Obtineo,assequor.*pro Deiot.2.Qui commendationem ineuntis ætatis a scelere duxerit.Orat.9.Aliquis è quo similitudinem duceret.

¶ *Abeo.cum me te,se.*Ep. li.10.ep.32.Asinij ad Ciceronem,Balbus quæstor magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus ne stipendio quidem militibus reddito duxit se à Gradibus,*id est,abduxit,latenter abiit.*

¶ *Promiscuæ vires.*pro Sest.6.P.Sestius duxit C. Albini filiam. 2. de Or.316.Neque attendit eos ipsos,vnde hoc simile ducit aliter facere.1.Aca.40.Ex quo etiam nomen hoc duxerat.Brut.ep. 8.C. Nisennius Cretensi bello Metello imperatore octauum principem duxit.Ep.li.10.ep.1.Vt optandum sit, vt possimus ad id tempus reip.spiritum ducere.Orator.135.Ab eodem verbo ducere sæpe orationẽ:*id est,incipere.*In Vat.14.& 2.de N.57.Ducere principium ab aliquo,vel ab aliqua re.pro Pomp. 33. Atque eos portus,quibus vitam & spiritum ducitis.4.ad Here. 45. Ducere spiritum præ cura.2.de Nat. 18. Aer ille quem spiritu ducimus. Attic.lib.8.ep.15.Duxi meam mecum rationem.3.I.V.126.Debere eum aiebat suam quoque rationem ducere, multa sibi opus esse,&c.pro S.R.128.Nonnullius rationem sui commodi ducit. 5.de Fin.18,A quo totius vitæ ducat exordium.2.contr.Rull. 17. Tunc quæro quam ob causam initium rerum ac legum suarũ hinc duxerit,vt Pop.Rom.suffragio priuaretur.*Acade. Ipsam *honestatem,*suo splendore in se animos ducere.

✠ *AVERB.Extrinsecus spiritum,2.de Nat. Omnino in, 2.de Orat.publice testes,pro Flac. Recte expetendum, 5.de Finib.*

DVCOR,ris.*habentur in præcedenti verbo Homonyma.* 1. de Diuin. 34. Oracula, quæ æquitis sortibus ducuntur. & *Ibidem.*Sortes duci.pro Fl.65.Si quis despicatui ducitur.pro Qu. 53. Officij rationem atque existimationis duci conuenit. 4. I. V. 100. Hanc damnationem duci non oportet.& 7.Verr.124. Ipsi in hostium loco numeroque ducemini.pro Q.50. Huic acerbissimum viuo videntique funus ducitur. Par. 1. Tanquam in gyrum rationis duci oporteret.Or.115.Qui eloquentiæ laude ducitur. pro Rab. 29.Qui in periculis cum laude & virtute versantur, spe posteritatis fructuque ducuntur.5.Tusc.9.Alij emendi quæstu & lucro ducuntur.'4. I. V. 143. Qui statuarum honore & gloria ducitur pro S.R.120.Ita,credo,literis eorum Chrysogonus ducitur.1.de Or.183.Mulier,quæ in concubina: locum duceretur.1. de Offic. 148.Nec quenquam hoc errore duci oportet. 2. de Natur.50. Ex quatuor tẽporum mutationibus omnium, quæ in terra marique gignuntur,initia causæque ducuntur.Att.lib.9.epi.11. Belli initium ducetur à fame.1.Off.60.Ab ijs rebus quemadmodum ducatur honestum,satis ferè diximus.1.Off. 151.Sed ab ijs partibus,quæ sunt honestatis,quemadmodum officia ducerentur, satis expositum videtur.de Aruſp.54. Ad quem metũ,si deorum monitis non duceremur,tamen ipsi nostro sensu coniecturaq; raperemur.Br.ep.18.Bellum ducetur.*id est,producitur.*

✠ *ADVERB. Bipertito equitatum,10. Phil. Maxime ex authoritate,Top.Nimium diu,12.Famil.*

DVCTOR,oris.*dux,qui ordinem ducit.*1.Tusc. 89. Quoties ductores nostri ad non dubiam mortẽ concurrerunt?

DVCTVRVS,a,um.2.I. C. 23. Non suas secum mulierculas sunt in castra ducturi?

DVCTVS,a,um. Orat. 11.Ac video hanc primùm ingressionem meam non ex oratoris disputationibus ductam, sed à media Philosophia repetitam.3.de Fin.16.Ex quo intelligi debet,principium ductum esse à se diligendi sui.pro Flac. 48. Heraclides cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo,& ab hoc ductus est,& postea missus,&c.Att.lib.6.ep. 1. Soluere centesimis ductis cum renouatione singulorum annorum.Atti.lib.6.epi.2. Centesimis ductis non perpetuis, sed renouatis quotannis. de Cl.190.Is beneuolentia ductus mihi tribuebat omnia.pro Mur. 61.Non re ductus es,sed opinione.2.de N. 135.Aspera arteria excipit animam meam eam, quæ ducta est spiritu, eademque à pulmonibus respirat.Att.lib.3.ep. 14. Méque tempotis non longinqua spe ductum esse,molestè feram.2.de Natur.137. Viæ ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ.1.Tusc.71.Contumacia à magnitudine animi ducta,non à superbia. in Arat.

Huic spacio simili ductum latus extat vtrumque.

pro Q.R.48. Vnde hoc totum ductum & conflatum iudicium est.de Cl.21.Hinc Pomponij ductus est sermo.5.de Fin.2.Vt nõ sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina.de Cl.218. Omnis ille sermo ductus è percunctatione filij.

✠ *ADVERB.Longe,3.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Spiritum ducere. Aer quem spiritu ducimus.Tua oratio me ducit ad credendum.Infra se ducere cuncta. Ducere opinionem ex aliqua re.Ducere commendationem & nomen à scelere.Ducere suam rationem secum Ducere aliquem despicatui Ducere rationem officij: id est,habere. In hostium loco ducere aliquem.A fame belli ducitur initiũ. Ad metum duci.Ductum & conflatum inde iudicium.*

DVCTVS,ctus.Ep.lib.3.ep. 11. Omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt.pro Pomp.61. Pompeius rem optimè ductu suo gessit.de Ar.3.Qui suo ductu & imperio cruento non potuerunt,&c.2.Offi.14. Adde ductus aquarum deriuationes ✠ numinum.2.de Leg.2.Ductus aquarum. ‖ 5.de Finib. 47. Qui ductus oris,qui vultus in quoque sit.

DVDVM.*iam de breui tempore ferè dicitur, quandoque etiam de longiore.*At.lib.4.ep.5.Dudum enim circumrodo,quod deuorandũ est.2.de Or.263.Dixi dudum, materiam aliam esse ioci, aliam seueritatis.de Fat.41.Ratio quam dudum diximus.de Clar. 138. Cum vix vt dudum ad Demosthenem, sic nunc ad Crassium peruenimus.At.lib.11.ep. 22. Quæ dudum ad me,& quæ etiam antè ad Tulliam scripsisti,ea sentio esse uera. Att. lib.14.epi.12. Id erat quondam quasi necesse,nunc quoquo modo res se habet,non est item quàm dudum. ‖ de Clar. 251. Vt dudum de Læliorum & Mutiorum familijs audiebamus.

DVELLIVS,lij.Orat.153.Duellius, qui Pœnos classe deuicit,&c. *Alijs Duilius dicitur.*

DVELLVM,li.*bellum.*Or.153.Antiqui nomina contrahebant,quo essent aptiora:vt duellum bellum,duis bis.2.de Leg.45. Iam æs atque fertum duelli instrumenta,non fani.& 21. Quique agent rem duelli,quique populare auspicium,prænomento.

✠ *ADIVNCT.Graue,insta,3.de Leg.*

DVLCEDO,is.*dulcitudo.*Brut.epist.16. Vos quibus virtutis aliena dulcedinem viuendi minuere non potuerit.pro Ar. 24. Milites dulcedine quadam gloriæ commoti,magno illud clamore approbauerunt. Anteq. 1.Si liberum conceptam dulcedinem animo inclusam continetis.1. de Leg. '47. Quæ natura bona sunt, quia dulcedine voluptatis & scabie carent, non cernimus satis. & libr. 2. 38. Mores hac dulcedine corrupteque deprauati. 2.de Fin.39. Voluptas quæ maxima dulcedine sensum mouet.& 114.Cum omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi mouerẽtur.Ep.lib.11.ep.28.Neque pecuniæ dulcedine captus sum. Quifra.lib.1.ep.2.Quasi dulcedo iracundiæ.3.de Orat, 159. Dulcedo orationis.4.ad Her.30. Auium dulcedo ducit ad Auium.

✠ *ADIVNC.Concepta, & animo inclusa, Anteq.Maxima,2.de Finib.*

☞ Syntaxis

☞ Syntaxis. *Viuendi dulcedo, gloriæ, voluptatis. Dulcedo & corruptela, Pecuniæ, iracundiæ, orationis, autium dulcedo.*

DVLCESCO, scis. de Sen. 53. Vua primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

DVLCICVLVS, a, um. *dimin. à dulcis.* 3. Tus. 45. Demus scutellam dulciculæ potionis.

DVLCIS, cc. cior, cissimus. *suauis, charus, iucundus.*) (. *Amarus.* 1. de Offic. 3. Demetrius Phalereus, orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophrasti discipulum possis agnoscere. 3. de N. 32. Omne enim animal sensus habet. Sentit igitur & calida & frigida, & dulcia & amara. de Clar. Oratione Lælij nihil esse dulcius. Att. lib. 14. ep. 13. Nunc epistolæ tuæ quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? Att. lib. 6. epist. 2. Nihil inquam in isto, Brutum amasti dulcissime Attice. & 3. de Leg. 25. Dulcissime frater. de Clar. orat. 77. * Historia quædam Græca scripta dulcissime. Hortens. Alterius ingenium sic dulce, vt acetum Aegyptium dicimus.

Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

✠ ADVER. *Valè, 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Dulcis Demetrius, frater, litera. Dulcissimè scribere.*

DVLCITER, *suauiter, iucundè.* 2. de Fini. 18. Voluptas, qua sensus dulciter ac iucundè mouetur.

DVLCITVDO, nis. *dulcedo.* 3. de Orat. 97. Gustatus præter cæteros sensus dulcitudine commouetur. de Or. li. 3. 159. Dulcitudo orationis.

DVM, *dummodo, donec, quandiu, vt.* ‖ *Hæc particula (inquit Cardinalis) a perfectis illis oratoribus coniungitur cum verbo expecto, mira cũ elegantia, & pæne omnium auctorum concordia, Nihil dum eleganter etiam Cicero pro, nondum, vsurpat.* 2. de D. 78. Virtus, quæ vetat spectare fortunam, dum præstetur fides. Anteq. 29. Si mea pericula neglexi, dum timorem à patria propulsarem. 1. de Or. 101. Ista concione, dum mihi liceat fateri nescire quod nescia. Att. lib. 6. ep. 1. Quot vis præfecturas sume, dum ne hic negocieris. 6. I. V. 39. Nihil ei longius videbatur, quàm dum illud videret argentum. pro Qu. 28. Hæc dum Romæ geruntur. Quintius interea, &c. 6. I. V. 9. Nihil dum etiã istiusmodi suspicabar. Att. lib. 9. ep. 2. Brundusio nihil dum erat allatum. 5. I. V. 122. Num expectatis, dum L. Metellus, &c. Tuscula. * Expectas fortasse dum dicat, patietur? Brut. ep. 6. Noli expectare dum tibi gratias agã. 2. de N. 129. Vsque ad eum finem dum possint se ipsa defendere. Ep. lib. 10. ep. 12. Nihil dum enim sciebat. lib. 12. ep. 7. Nihil dum audieramus vbi esses. pro Mil. 51. Sustinuisse hoc crimen primum ipse ille latronum occultator locus, dum neque muta solitudo indicasset, neque cæca nox ostendisset. Milonem. 6. I. V. 6. Vti aliqua re tamdiu dum velis. pro Fla. 41. Qui valuit tam diu, dum hic prodiret. At. li. 1. ep. 1. De Ausidio non puto te expectare dum scribam. * 5. de Legib. Neque dum satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur.

☞ Syntaxis. *Dum ne hic sis. Nihil dum etiam audiebatur. Non expecto, dum gratias agat. Vsque ad eum finem, dum. Nihil dum enim scribam. Tamdiu dum velis. Expecta dum scribam.*

DVMETVM, ti. *locus spinis abundans enatis.* 5. Tuscul. 64. Septum vndique & vestitũ vepribus & dumetis indagaui sepulchrum.

¶ *Acida, & spinosa disputatio.* 4. Acad. 112. Stoicorum dumeta.

DVMMODO, *modo vt si modo, dum tamen, dum vt.* Att. lib. 7. ep. 7. Quod nunquam dummodo ocioſi essent, recusarunt. & lib. 12. ep. 44. Dummodo ne ijsdem verbis. 3. de Or. 183. Dummodo ne continuum sit. 3. Offi. 82. Qui omnia honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur.

DVMVS, mi. *spina.* 5. Tusculan. 65. Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem.

DVNTAXAT. *tantùm, solùm, saltem.* I. P. 32. Atque ille discessus, dolor meus duntaxat, vestrũm quidem scelus ac dedecus haberetur. 2. de Or. 119. Hæc artem quidem & præcepta duntaxat requirunt. de Amici. 53. Coluntur autem simulationes amicitiæ dũtaxat ad tempus. Attic. lib. 4. ep. 3. Nos animo duntaxat vigemus. pro Deiot. 1. Quod ipsum etsi non iniquum est in tuo duntaxat periculo, tamen, &c. ‖ 2. de Fi. 21. Eo nomine duntaxat, cætera cauerent.

DVO, *gemini, bini, duplices.* Octauio, Duo Decij. 4. I. V. 25. Horum pater abhinc duo & viginti annos est mortuus. Virg.

Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros.——duo, pro duos.

Epist. lib. 3. ep. 4. Duos duarum ætatem plurimi facio Cn. Pompeium, & M. Brutum. Orat. 156. Video sepulchra duo duorũ corpetum, & M. Brutum. Orat. 156. Video sepulchra duo duorũ corpetum, & M. Brutum. *ex Accio. alias dua legitur. & Ibidem.* Mulieri vna duũm virũm. *aduerte, duũm.* de Cl. 162. Oratio, qua anno duodequinquagesimo vsus est.

DVODECIES. in Sallustium, Sestertio duodecies cum Cæsare pacisci tur. 4. I. V. 185. Furta prætoris quę essent H—S. duodecies.

DVODECIM. 2. de Leg. 59. Discebamus enim pueri duodecim, vt carmen necessarium. & 58. Quid? qui post duodecim in vrbe sepulti sunt. de Legi. li. 2. de Or. li. 1. Duodecim tabulæ. * Horte. Quod in duodecim scripsi solemus. *Hieron. Vuolfius Scripsi legit*

DVODENVS, a. 2. in Rul. 84. Et in eo duodena describit in singulos homines iugera.

DVODETRICIES. 5. I. V. 163. H-S. duodetricies in annos singulos Verri decernebantur.

DVODEQVINQVAGESIMVS. annus. de Cl. or. 162.

DVODEVIGINTI, & duodequadraginta. L. VNDEVIGINTI.

DVPLEX, cis. *geminus.* L. COAGMENTATVS. 3. ad Herenni. 33. Duplices similitudines esse debent: vnæ rerum, alteræ personarum. 1. Tusculan. 72. Itaque differuit duas esse vias, duplicesque cursus animorum è corpore excedentium. Orato. 193. Par, duplex, sesquiplex. * Incert. Quæ *fœminæ*, duplices pupillas habent.

☞ Syntaxis. *Viæ duæ, duplices q; cursus.*

DVPLICATVRVS, a, um. Atti. lib. 5. epi. 18. Exercitum Deiotari aduentu omnibus suis copijs duplicaturi eramus.

DVPLICATVS, a, um. Part. 20. Verba duplicata & idem significantia. & 5. Verba iterata, duplicata. Part. 21. Verba geminata & duplicata, vel sæpius iterata. pro Dom. 95. At id nec propositum vllum fuit, & si fuisset, duplicata gloria discessissem.

☞ Syntaxis. *Duplicare nouis copijs exercitum. Duplicata, & idem significantia verba. Verba geminata, duplicata, iterata. Duplicata gloria discedere.*

DVPLICITER, *bis, bipertito.* Brut. ep. 17. Is se maledictis non abstinet, ijs quidem, quæ in ipsum dupliciter recidunt. Ep. lib. 9. ep. 20. Dupliciter delectatus tuis literis: & quòd, &c. & quòd, &c. & ep. 16. Qua culpa mihi videor dupliciter carere. 4. Academ. 104. Quæ cùm exposuit, adiungit, dupliciter dici, assensus sustinere sapientem: vno modo, cùm, &c. altero cum &c.

DVPLICO, as. *gemino, itero.* 2. de D. 42. Facilè fuit, quas nos habemus duplicare.

DVPLICOR, ris. Ep. lib. 5. ep. 14. Duplicari solicitudines. Orat. 135. Cum duplicantur iteranturq; verba. * Incert, Si mihi vitæ spatium duplicetur.

DVPLVS, pla, plum. *altero, tanto.* de Vniu. 20. Vnam principiò partem detraxit ex toto, secundam autem primæ partis duplam, deinde tertiam quæ esset sesquialtera, deinde quartam quæ secundæ dupla esset, quintam inde quæ tertiæ tripla, tum sextam octuplam primæ, posttremò septimam, quæ septem & viginti partibus antecederet primæ. pro Fl. 49. Prætor iudicauit, vt si iudicatum nẽgaret, in duplum iret. 3. Off. 65. Subire pœnam dupli. de Vn. 20. Duplum & triplum interuallum.

☞ Syntaxis. *Ire in duplum: id est, dupli pœna mulctari.*

DVPONDIVS, dij. *à duobus ponderibus, dictum dupondium Varro scripsit, quòd vnum pondus Assipondum dicebatur, ideo quod as erat libra pondus. Sed apud Cicer. pecuniola est, siue numus duobus assibus valens.* pro Qu. 52. Si dupondius tuus ageretur. *sic enim legit Rufinianus, in figura quæ Communicatio dicitur.*

DVRIVS, aduerb. *crudelius, grauius.* Brut. ep. 3. Nihil differui duriùs. & Attic. li. 1. ep. 1. Duriùs accipere aliquid. Famil. lib. 11. epi. 27. Duriùs quàm à te facta sunt, nonnulla proferuntur.

DVRESCO, scis. *durus fio.* 2. de Natur. 26. Aquilonibus reliquisque frigoribus durescit humor.

DVRIENSE. bellum. pro Cor. 5.

DVRITAS, tis. *seueritas, duritia, acerbitas.*) (. *comitas, lenitas.* Ora. 53. Duritas & seueritas & quasi mœstitia orationis. de Senect. 65. Quantã in altero duritas? in altero comitas?

DVRITER. 4. ad Her. 16. Verba duriter aliunde translata.

DVRITIA, tia. *durities.* pro Do. 87. Animi duritia sicut corporis, quod cum vritur, non sentit, stupor potius est quam virtus. Par. 81. Patientiam duritia immanis imitatur. 3. de Or. 59. Qui patiẽtiam & duritiam in Socratico sermone adamarat. 5. Tuscul. 74. Duritia virilis.

✠ ADIVNCT. *Immanis, Part. virilis.* 1. *Tusc.*

DVRITIES, ei. *duritia.* pro Do. 101. An ego tantam animi duritiem habere possim, vt possem, &c.

☞ Syntaxis. *Animi duritia stupor est. Duritia virilis. Habere animi duritiem.*

DVRO, as. *sto, maneo, diuturnus sum, stabilis permaneo, diu hæreo.* de Se. 74. Iam sensus moriendi, si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat, præsertim in sene. 2. Offic. 56. Ipsa illa delinitio multitudinis, ad breue exiguumque duratura est tempus.

☞ Syntaxis. *Ad breue tempus, exiguumq; durare.*

DVRVS, a, um: DVRIOR, & issimus. *crudelis, asper, inhumanus, incultus, ferreus, horridus, vix homo, agrestis.* de Cla. 117. Vir vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. 2. Offic. 50. Duri hominis, vel potius vix hominis videtur periculum capitis inferre. Br. ep. pr. In. 7. Duri fuimus in Dolabella. 7. I. V. 120. Durus ferreus, inhumanus. pro Cæl. 37. Senex durus, & penè agrestis. Ora. 148. Durũ agrestemque se præbere. Att. lib. 14. ep. 13. Duriorem se præbere miseræ & afflictæ fortunæ alicuius.) (. *Facilem se præbere.* 4. de de Finib. 78. Horridiores euadunt, asperiores, duriores & oratione & moribus. Att. lib. 14. ep. 22. Attilius poëta durissimus. pro Mur. 60. Accessit his tot doctrina non moderata nec miris, sed

paulò

paulò asperior ac durior.pro Arch.17.Quis tam animo agresti ac duro est? 1.de Inuent.27.Nam ipse durus est præter æquum & bonum.pro Arch.19.Marius qui durior ad hæc studia videbatur.pro Dom. 15.Annona in meo reditu facta erat durior. & 93. Hæc durissima reip.tempora.Parad. 5. Durissima seruitus. pro R. P. 15. Prouidete,ne duriorem vobis conditionem statuatis. Para.5.Cupiditas honoris quàm dura est domina.2. de Or. 278. Neminem puto esse tam durum,cui non oratio tua miseranda visa sit.1,Offic.37. Quamquam id nomen durius effecit iam vetustas.de Clar.273.Verbum durum,insolens,humile.

✠ ADVERB.*Admodum,Orat.*

☞ Syntaxis. *Vt vita,sic oratione durus,incultus, horridus, Durus, ac vix homo. In aliquo durus. Durus,ferreus,inhumanus. Annona durior tempus seruitus,conditio,nomen.*

DVVMVIRI.orũ.Or.156.Planè duorum virorum iudicium,aut trium virorum capitalium ,aut decemuirorum litibus iudicandis nunquam,atqui dixit Accius sepulchra duorum corporum. 2.cont.Rull.17.Triumuiri, quinqueuiri,decemuiri,&c.pro.Clu. 25.Quatuoruiri, quos municipes fecerant. *Septemuirales.& Septemuiratus vide locis suis.*

DVVMVIRATVS. *duumuirorum officium.* pro Sest. 14.*ad tribunatus.*

DVX,cis.*qui ducit exercitũ,ductor,imperator,princeps,signifer qui ordines ducit,præfectus,autor.*7.I.V.88. Dux præfectusque classis.Att. lib.16.ep.8.Planè hoc spectat Octauius,vt se duce,bellum geratur.Epist.lib.9.ep.25. Summum me ducem literæ tuæ reddiderunt:planè nesciebam te tam peritum esse rei militaris. de Sen. 31.Sed tamen ille dux Græciæ, &c. pro Flac.27. Prætor, dux,& imperator. pro Font.36. Induciomarus dux Allobrogum.pro Dom.89.Præficere aliquem ducem exercitui.pro Planc.74.Qui causæ nostræ duces & quasi signiferi fuerunt. pro Mur.50.Dux & signifer calamitosorum.de Amic. 28. Cum duobus ducibus de Imperio in Italia decertatũ est,Pyrrho & Annibale.3.I.V.12. Duxq; hostium.de Amic.42.Nec maior pœna statuenda est iis qui secuti erunt alterum,quàm iis qui ipsi fuerint impietatis duces.& 37.Nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. & 19.Natura optima rectè viuendi dux.1.de Finib.71.Magistra ac duce natura.3.Off.23.24.25.Naturam debemus ducem sequi. 3.I. Cat.22.Diis immortalibus ducibus,hanc voluntatem suscepi.3. de Orat.60.Autor publici consilij dux regendæ ciuitatis,sententiæ princeps in senatu. Epist.libr.10.epist.6.Præbere se autorem, principem & ducem senatui.5.I.V.54.Dux & magister ad faciẽdum aliquid.Attic.lib.7.ep.19.Duces improuidi & negligentes. de Arusp.57.Sed tamen eorum omnium hic dux est atque princeps.1.de Orat.7.Belli duces præstantissimi.1.de Diu.118.Ad hostiam diligendam potest dux esse vis quædam sentiens.2. de Diuin.83 Vt ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem.1.Tusc.27.Mors claris viris & fœminis dux est in cœlum.pro Pom.34.Cn.Pompeio ducẽ tanti belli.Att.libr.7. ep.7.Dux tanta autoritate.

✠ ADIVNCT.*Acerrimi,nefarij,vrbani,3.In Cat.Aduersarij,viui,& incolumes prædonũ,nõ solùm veteres sed etiam recentes.3.Phil.* Ἀπροσδόκητοι, *Improuidi,& negligentes,7.Attic. Audaces.desperati,parati, atque armati seditionis,viui hostium.Pro Dom.Boni.3.Offic. Cæcus.5,Tusc.Certissima,1.de Fin.Clarissimi.pro Marc. Certior.4.de Finib.Clementissimus.pro Deiot.Diligentissimus.pro Flac.Experti.8.Phil.Firmi.epist.ad Brut. Fortes,11.Famil.Idoneus,nobilissimi.11.Philipp.Improbi.6.Verr.Innumerabiles.1.de Orat.Illustris,& certus, 2.de Inuent. Maior, 4.Acad. Memor aliorum,oblitus sui,4.I.Catil.Nocturna,Arat. Notissimi latronum.* 10. *Famil.Nouus,Publici,pro Sest.Optima.3.Tusc. Paratior..16.Famil.Præstantissimi.6.Famil,&5.Phil.Summus pro Font.& 9. Famil. Togatus*, 2. *Catil. Verus, 7.Verr.*

☞ Syntaxis. *Causa, dux & signifer. Magistra ac duce natura. Dux regendæ ciuitatis:Præbere se autorem, ducem, principem Senatui. In hac re, ad hanc rem ducem habeas rationem. In cælum dux est pũs mors.*

DYNAEI, *populi.*Att.lib.3.ep.23.

DYNASTES,stæ.*princeps,& quiuis magistratus* .Attic.libr.2.ep.9. Si erit nebulo iste cum iis Dynastis in gratia.11.I. A. 31. Cæteri reges tetrarchæ dynastæ.

DYPILVS,li.*locus.*de Finib.li.4.

DYRRACHINI, populi.pro Sest.I. V. *& alibi.*

DYRRACHIVM, chij. *oppidum.* Attic.lib.8.epist.17.pro Planc.5, In Ver. 4. Tusc.

ΔΥΣΧΡΗΣΤΗΜΑΤΑ. L. COMMODA.

DYSENTERIA,riæ.*tormina.*Epist.lib.7.epist.26.Sanè *Δυσεντερίαν* pertimueram. & *ibid. Δυσεντερικὰ πάθη*, morbus edacitatis.

DYSVRIA,riæ. *vrinæ difficultas,*ἰσχουρία, *Quomodo autem dysuria & stranguria distinguantur,à Galeno,& Celso discendum est.* Epist. lib.7.epist.26. *Δυσουρικὰ πάθη*, morbus turpioris intemperantiæ. Attic.lib.10.ep.12.*Δυσουρία* tua mihi valde molesta.

E

E *Altera ex vocalibus.* 3. de Orat. 43. Vt iota literam tollas & e, plenissimum dicas.

¶ *Præpositio eadem virtute qua Ex, De: & hic varia potestas, nimirum.*

¶ *Ratione materiæ.*4.Acad.110.E saxo sculptus. pro Plan.95. Lapidem è sepulchro venerari pro deo. Orat.180. E' poëticis numeris. Orator. 19. E' breuibus. * de Nat. deorum, Fictor è cera.

¶ *Originis.* Orat. 232. Eunuchi è Siria Aegyptoq; 1. de Orat. 12. Cæterarum artium studia ferè reconditis è fontibus hauriuntur.de Clar.267. Quicquid habuit,id totum habuit è disciplina. 3.de Nat.77.Posse acerbos è Zenonis schola exire.

¶ *Numeri.*de Clar.169.Q.Vectius Vectianus è Marsis.

¶ *Pro à.* Attic.lib.7.epist.22.E' Philotimo literas accepi.

¶ *Cõmodi,vsus,& vtilitatis ratione.*Or.158.Ex vsu dicũt,& è rep. quòd in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi literam sustulisses.3.I.A.30,E rep.*id est, ex vtilitate reip.* vt Senatusconsultum è rep. factum.9. I.Ant.17. Senatus censet, atque è rep.existimat,ædiles,&c. Brut. epist.2. Facis ex tua dignitate & è rep.10. I. Ant. 25.Brutum bene & è repub.& sua maiorumque suorum dignitate consuetudineque feciſſe.Epist.libr.13.epist.8. Ea prædia,si dicam non esse è rep.diuidi,docere te videar,non rogare.

E' regione, *in conspectu,& quasi rectis lineis oppositus.*Topic.47. Occurrunt tanquam è regione quadam contraria.2.de Natur.103. Luna cum est è regione solis,deficit.2.de Diu.17. Luna è regione solis facta incurrit in vmbram terræ.Quint.frat.libr.3.epist.1. Diphilus columnas neque rectas, neque è regione collocârat. 4.Acad.123. Nonne etiam dicitis esse è regione nobis, è contraria parte terræ,qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia,quos Antipodas vocatis?de Fat.18.vt duo cũ indiuidua p inanitatem ferantur alterum è regione moueatur, alterum declinet.1.de Finib. 19.Si omnia deorsum è regione ferrentur, & vt dixi, ad lineam.de Vniuers.21.Vt & ipsæ secum & inter se ex cõ missura,quæ è regione esset,iungeretur.

☞ Syntaxis. *E Cas.literas accepi.Ex tua dignitate facis, & è repub.Id fieri non est è rep.Id existimo è re tua esse.*

EA re.*propterea,ob eam rem.*Att.libr.8.ep. 8. O rem turpem & ea re miseram:sic enim,&c.Epist.libr.9.ep.2.Is metuit,& ea re fugit. 4.Phil.Deinde ea re non venit in mentem:quia nihil attinuit.3. Off.53.Id ea re quia turpe est,non est faciendum. Epist. libr. 13. 46.Ea re vtrumque scripsit,vt,&c.2.de Inuent.97.Et ea re tradu ci non potuerunt.

☞ Syntaxis. *Id ea re,quia turpe est,non faciendum.Ea re dico,vt.*

EATENVS.*hactenus,vsque dum,vsque ad eum finem,vsque eò, quoad vsque eò ne* Quinc.frat.libr.1,ep.1,8. Ferre aliquem eatenus, quoad per se negligat,&c.de Opti.23.Verba persequens eatenus,vt ea non abhorreant à more nostro,1.de Legib.14.Sed hoc ciuile eatenus exercuerunt,quoad populo præstare voluerunt.de Vni. 35.Dij eatenus nobis declarantur quo ipsi volunt.

☞ Syntaxis .*Eatenus feram,quoad. Eatenus, vt. Eatenus id spero fa-cies,quo possis.*

EBLANDIOR,ris.*blãditiis quasi extorqueo.*Att.li.16.ep.18.Enitere, elabora,vel potius eblandire,effice,vt Plancus,&c.

EBLANDITVS,a,um.*perpetiendo ratione.*pro Planc.10.Comitiis ædilitiis studium esse populi,non iudicium : eblandita illa,non enucleata esse suffragia.

EBRIETAS,tatis.4.Tusc.27. Inter ebrietatẽ & ebriositatem interest:aliudq; est esse amatorem,aliud amantem.

EBRIOSITAS,tis. *affectio vel habitus, cum quis & citò & facilè ebrius fit.*4.Tusc.27. L.EBRIETAS, *proximè suprà.*

EBRIOSVS,a,um.*facilis ad ebrietatem.* de Fat.10.Stilponem ferunt & ebriosum & mulierosum fuisse.4.Aca.53.Vtimur exemplis furiosorum,ebriosorum,&c.

EBRIVS, a,um. *temulentus,vinolentus,vino languidus,vino obrutus, vino cõfectus.*)(.*Sobrius,siccus.*pro Mil.66.Seruos Milonis apud se ebrios factos dixit.2.I.A.105.Personabant omnia vocibus ebriorum.2.de D.120.Quid dicam insanis? quid ebriis? quàm multa falsa videntur.

EBVLLIO,lis.*propriè efferuesco: metapho. quasi iacto, velostento.* 3. Tusc.42.Qui si virtutes ebullire volent & sapientias,nihil aliud dicent, nisi, &c. de Finib. 180. Dixerit hoc Epicurus,semper beatum esse sapientem : quod quidem solet ebullire nonnunquam.

EBVR,oris.*dens elephantis.*2.de Leg.45.Ebur ex inani corpore extractum,haud satis castum donum deo.Part.1.Marmorea ecta ebore,& auro fulgentia.de Clar.257.Mineruæ signum ex ebore pulcherrimum Phidiæ.‖6. I. Verr. 8.Ebur gemmas, aurum coëmere.

✠ *ADIVNCT.Non inutile.pro Cluent.*

EBVRNEVS,a,um. *&* EBVRNEOLVS. *ex ebore.*6.I.Verr.1. Signum æneum,marmoreum,eburneum.3.de Orat.223.Eburneo lasistula.* *Gellius tamen lib.1.cap.11. Eburnea legit.*

EC.*num vel an, in compositione.*4.In.Ver.67.& 152. Ecquis?ecqui.ecquæ.Attic.libr.2.epist.2.Sed heus tu ecquid vides.Cal.venire?de Ar.34.Ecquid scis,&c.Ep.lib.7.ep.16. Ecquid in Italiam venturi sitis,fac sciam.Att.libr.8.ep.16. Deinde fingas quem me esse deceat:& vbi me plurimum prodesse reip.sentias,ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.4.de Finib. 67. Dubium est,ecquæ nam fieri possit accessio.2.de Inu.42.Ecquæ lex, ecquod artificium, &c. ecquo ab alio fieri potuerit. 1. Acad. 2. Percunctantibus nobis ec siquid Roma forte noui. Part.48.Quid illa,ecquonam modo,ecquonam loco artis indigent?& 64. Vt cum quæritur,ecqui sinam,&c.pro Mur.68. Eccui autem non proditur reuertenti?In A.166.Eccui potestas in forũ introeundi fuit.4.I.Ver.44.Ecquãdo te rationẽ factorum tuorum redditurũ putasti? ecquando de his rebus tales viros adiutores existimasti? Attic.libr.13. Brutus ecquid agit?ecquando. 13. I.A.24.Ecquò te tua virtus prouexisset?ecquò genus, &c.Epist. lib.8.ep.15.Ecquem Cæsare nostro actiorem.

☞ Syntaxis. *Ecquid venturus est? Ecquæ persona hic adsit nescio.Ecquo ab alio sperãs Ecsiquid istic est noui scribe.Ecquò nam modo? Eccui dicu? Ecquando venies? Ecquò vadis?*

ECBATANA,orum.pro Pomp.9.*Quæ tamen lectio nonnullis hominibus doctis minus probatur: Neque enim Mithridates Mediæ,sed Ponto Cappadociæque imperauit.*

ECCE.aduerb.*rem improuisam subitamque demonstrans.* Attic.libr. 1. ep.14.Ecce aliæ deliciæ equitũ vix ferendæ. Att.li.13.ep.16. Eccetuæ literæ de Varrone,pro Cluen.14. Ecce autem subitum diuortium.de Pto.45.Ecce illa tempestas,&c.6 In.Verr.148.Ecce autem noua turba atque rixa.Att.lib.6.ep.1.Ecce autem alia pusilla epistola.Attic libr.8.ep.3.Sed ecce nuncij scribente me hæc ipsa noctu in Caleno.& *ibid.* Ecce literæ Cæsaris ad Corfiniũ. & ep.8.Ecce subitò literæ domitij ad illũ.& lib.7.ep.23.Ecce postridie Cassij literæ.de Ar.46.Ecce iisdem autoribus restituti sumus.Att.lib.15.ep.4.Ecce autem de transuersso.L.Cesar.vt veniã ad se rogat.3.Off.83. Ecce tibi qui rex pop.Rom.esse cõcupierit. Attic.libr.2.ep.14.Ecce ex altera parte Sebosus,&c.2 I. Verr.17. Ecce autem repentè,&c.pro Cec.30. Cùm subitò ecce idẽ, &c. pro Cl.75.Ecce tibi eiusmodi sortitio,vt in primis Bulbo esset iudicandum ,4 ad Heren. 1. Ecce tibi iste, &c .2. de Orat. 94.Ecce tibi exortus est Isocrates.2.de Finib.96. Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est,dici aliter non potest.

☞ Syntaxis. *Cum subito ecce,Ecce tibi iste.Ecce miserum hominem.*

ECDICVS, ci.*Ecdici dicuntur municipiorum tribuni,vel quæstores,qui eos persequuntur qui reip.pecuniam debent.*Epist.li.13.ep.56. Dixerat mihi Euthydemus se curaturum,vt Ecdici milesij Romam mitterentur:ter vsurpatum est.

ECHINEIS.*insula in Aegeo.*in Arat.

ECLIPSIS, pſis. *defectio,obscuratio.*3.ad Heren.36. Eclipsis.solis & lunæ.

ELOGARII,orum.Att.lib.16.ep.2.Sed notentur Elogarij,quos &c. *id est nomina eorum qui in libris de gloria loquentes inducuntur: notentur minio,aut simili colore,vt internoscantur.*

ECONTRARIO,5.de Fin.35.Econtratiò moderati habitus, &c.

ECVLEVS,lei.*genus tormenti,vt rota.*11.I. A. 7.Ponite ante oculos vincula,verbera,eculeum,carnificem,tortoremque Samarium. pro Mil.58.Facti in eculeo quæstio,iuris in iudicio.‖Pro Deiot. 3.Exortus est seruus,qui cum in eculeo appellare non posset,eũ accusset solutus, 3. de Finib. 42. An vero certius quidquam potest esse, quam illa ratio eorum, qui dolorem in malis ponunt,non posse sapientem beatum esse,cum eculeo torqueatur? 5.Tusc.12.Hæc etiam in eculeum coniiciuntur, quo vita non aspirat beata.& 13. Velut iste chorus virtutum, in eculeum impositus,imagines constituit ante oculos,cum amplissima dignitate,vt ad eas cursim porrectura, nec eas beata vita à se desertas passura videatur.& *ibid.* 14. Conantem iremeculeũ retinet ipsa prudentia. LEGE EQVVLEVS.

EDACITAS,tis.*vitium ventris & gutturis.*Qu.frat.libr.3.ep.9.Sine matre edacitatem pueri pertimesco.Epist.libr.7.ep.26.Epicurei *Auorsi?tæ* morbum edacitatis putant.

EDAX.cis.*vorax.*Ep.li.9.ep.20.Cum homine edaci tibi res est.pro Flac.41.Edacem hospitem amisisti.

EDENDVS,a.Ep.libr.1.ep.9.Quos iam pridem ad te misissem,si edendos putassem.

EDERA,ræ.Qu.fra.libr.3.ep.1.Topiarium laudaui,ita omnia conuestiuit edera.*bis.*

EDICENDVM.2.de Finib.74.Est enim tibi edicendũ,quæ obsecuturus sis in iure dicendo. Attic. libr.1.ep 15.Ne absens censeare,curabo edicendum & proponendum locis omnibus.

EDICO, cis. *indico, proscribo, expono. Edicere nõ solum prætoris est,* ✠ *sed etiam cõsulis.‖ Si hoc verbum diuulgatu esset,non dicerent indocti, mandare,pro edicere: Nam illud (inquit Sbornus) primatorum tantum est,hoc magistratus, aut vt Barbari,mandamenta publicare, affigere mandamenta,pro quo Latinè Edicta.*4.I.Ver.6851 quis eum pulsasset, edixit sese iudicium iniuriarum non daturum,3. Offic. 80. Edictũ quod cõmuniter cõpositũ fuerat solus edixit. pro Qu. 84.Quid est causæ quin si longè aliter possedit quàm prætor edixit,iste ex edicto non possederit.I.P.17.Consul edicit,vt senatus senatusconsulto ne obtemperet.3.de Nat. 84. Edixit vt quisque,&c.Qu.fratr.libr.1.ep.1,21.Prætorem edicere,ne fiat aliquid 2.de Leg.24. Suade igitur istam ipsam legẽ,vt ego possim edicere.&c.2.de Inuen.67.Quæ prætores edicere consueuerunt. de Amic.60. Alius igitur finis amicitiæ constituendus est, si prius quid Scipio reprehendere solitus sit,edixero. Attic.li.11.epist.7. Antonius edixit,ita vt me & Læliũ exciperet,

EDICOR,ris.de Orat.136.Nullus locus feré ab eo sine confirmatione sententiæ edicitur.*aliter, inducitur.*6.In.Ant.2.Iustitium edicit saga sumi dixi placere.

✠ *ADVERB. In posterum.3.I.Verr.*

EDICTVS,a,um.Qu.frat.libr.2.epist.2.Comitia edicta sunt ad x 1.Calend.Febr.2.I.Ver.141. Iste locare incipit non proscripta: neque edicta die.

EDICTVM,cti.*interdictũ.* 3.I.V.93. Hi qui decretis edictisq; tuis in te concitati sunt.3.I.V.109.Qui plurimũ tribuunt edicto prætoris,edictum legem annuam dicunt esse.4.I.V.119.Qui Romę totum edictum & omnia decreta vendidit.3.Offic.80.Edictum quod communiter compositum fuerat solus edixit.6.I.A.17 Senatum censere, ædiles curules edictum quod de funeribus habeant,Seruij Sulpitij funeri remittere.pro Quin.60.Quod prætor non fieri,sed ex edicto suo fieri iubet. Epist.lib.13.ep.56. Pecuniam neque ex edicto, neque ex decreto depositam habui. pro Qu.73.Si ex edicto possedisti, quæro,cur bona non venierint.&84.Qui ex edicto meo in possessionem venerit. pro Flac. 67.Flacus sanxit edicto, ne frumentum ex Asia exportari liceret.pro Pomp.58.Edictum & intercessio tribunorum.7. In.V.7.

✠ Edictũ, vt ne quis cũ telo seruus esset.& ‖ 5.I.V.36.Cũ illud edictum repente vberrimum, & quæstuosissimum nascitur. & *ibid.* 37. Nam eos superioribus quidem edictis satis perdiderat, atque affixerat.& *ibid.* Attendite cuiusmodi edicta sint.

✠ *ADIVNC. Acerba, iucunda, molesta,2, Attic. AEquum,improbum,& inhumanum,nouum,prouinciale, vetus,translaticiũque, vrbanum.3.I.Verr. Atrox,verum,recens,3.Phil.Noua,peculiare,præclarum,prætoria,repentinum,seuerum,superiora, vberrimũ,& quæstuosissimum,5.In.Verr Inimicum, nimium,pro Pomp. Noua,& inaudita,pro Planc.Totum.4.Verr.Translaticium,5.Attic.*

☞ Syntaxis. *Edicta & decreta ex edicto facere. Sancire edicto. Edictum & intercessio Tribunorum.*

EDICENDVS,a,um.1.de Orat.157.Exercenda est etiam memoria edisc endis ad verbum quàm plurimis & nostris scriptis & alienis.pro Mur.25.Qui singulis diebus edisc endos fastos populo proposuerit.4.Acad.136.Est enim non magnus,sed aureolus, & ad uerbum edisc endus libellus.

EDISCO.scis.*memoriæ mando.* ‖ *Admonendi sunt hic rudiores,ne pro hoc verbo dicãt,memoriter discere aliquid,id enim Edisco significat:illud vero Barbarum est,& Ciceronis ætati incognitum.*2.de Fin. 20.Quis vestrãm non edidicit Epicuri κυριαι δοξαι Epist.libr.6.epist.18. Lepta suauissimus edisc at Hesiodum,& habeat in ore.&c.1.de Orator. 246. Qui istam artem facillimam non edisc unt.*ibidem.* 231.

EDISCOR, ris.2. Tusc. 27. Non leguntur modò, sed edisc untur.

EDISSA *vrbs,& portus.*7.I.V.86.

EDISSERO, ris.*expono.*2.de Leg.55.Neque necesse est edisserri à nobis,quæ sint,s funestæ familiæ.

EDITIO, onis.pro Plan.39. Ista editio summam habet acerbitatem.& 41.Idcirco hæc editio per se non acerba est.

✠ *ADIVNC. Acerba.pro Planc.*

EDITITIVS,tii.*qui ab vna tãtũ parte index electus est.*pro Plan.56. Nec quicquam aliud in hac lege nisi edititios iudices es secutus:item. pro Mur.47.Idem edititios iudices esse voluisti.

EDITVRVS,a,um.pro Syll.44. Tibi familiari meo prius edituri fuerunt iudicium scribæ mei,si voluisses, quàm in codicem referrent.

EDITVS,a,um.*altus.*6.In Ver.107.Locus præcelsus atque editus.

¶ *Genitus.*1.Off.118.Hercules Iouis satu editus.3.Tusc.2.Simul atque editi in lucem & susceptisumus.

¶ *Patefactus.*Brut.ep.2.Hæc ex oraculo Apollinis edita tibi puta.1.de Orat.186.Deinde posteaquam est editū. expositis à Cn. Flauio primùm actionibus,nulli fuerunt.

¶ *Creatus.*pro Plan.41.Clarissimi ciues nomen editi iudicis nō rulerunt.‖ & 42.Sed hunc iudicibus editis qui testes iidem esse possent absolutum putarem.1.Tusc.115.In lucem editus,*poetæ.*

*Factus.*3.In.Cat.11.Pòst autem aliquāto Vulturnij iam iudicio exposito atque edito surrexit.de Ar.58.Infinita sunt scelera,quæ ab illo in patriam sunt edita.

✠ EDO,is.*facio,profero.*‖ *hoc verbum, preter alia significata quæ nota sunt,modos occultiores habet loquendi. Dicitur enim edere spiritum, quod est agere animam,edere scelus,quod est perpetrare,edere stragem, quod est facere,edere nomen quod est dare, edere sonos, id est proferre, edere librum,hoc est publicare, Hæc Cardinalis, his adde,certis aliquid præscribere atque comprehendere,aut nominare,quæ nostris hominibus ita nota non sunt. Ciceronis tamen perfamiliaria.* Attic.libr.1.epist.13. Cum is meo nomine ad inuidiam vteretur, Dij immortales, quas ego pugnas,quas strages edidi? 2.de Fin.24.& 2.de Diu.50.Edere clamores.1.de Legib.39.Edere magnam ruinam. Quintra.libr.2.ep.9. Memini nos miros risus edere.pro Sest.58.Edere scelus in aliquem.13.I.Anton.21.Edere facinus.2.de Natur.129. Crocodilos cum in terra partum ediderint,obruere ova.Quint. fratr.libr.1.ep.2.Edere exemplum seueritatis alicubi.2.de Nat. 158.Oues nullum fructum edere ex se sine curatione hominum possunt.2.de Orat.131. Ager,qui meliores fœtus possit & grandiores edere.* pro C.Cornel.2.Ego vobis edam duos testes.pro Quint.76.Socium tibi in eius bonis edidisti Quintiū. & 88. Qui sibi nuper eum edidit socium.

¶ *Diuulgo.* Attic.libr.13.ep.21.Dic mihi placétne tibi primùm edere iniussu meo.2.de Or. 325.Nam nonnulli cū Prooemium meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt,vt, &c. 1.de Leg. 7.Scriptores qui nondum ediderunt,de quibus existimari non potest.& 3.de Legib.47.Qui magistratu abierint,apud Censores edant., exponant, quid in magistratu gesserint.pro Quint. 63.Iudicium quin acciperet, in ea ipsa verba quæ Næuius edebat,non recusasse.& 66.Se iudicio id quod edat accipere.de Cl. 19.Vt illos de rep.libros edidisti.1.de Or. 120. Qui nihil possunt dignum hominum auribus efficere atque edere. Att. li.2.ep.16. Is me rogat, vt annales suos emendem & edam. 4. Acad. 12. Nec se renuit, quin contra suum doctorem librum etiam ederet.pro Dom.14.Is meum nomen operariis ediderat, imperitis iniecerat. 2. Offic. 77. Apollo Pythius oraculò edidit, Spartam nulla re alia nisi auaritia esse perituram.

¶ *Conficio.*Att.lib.7.ep.3.Edere rationes alicui.

¶ *Promsua,conuictim tamen.*12 I.Ant.22. Cuius in complexu libenter expressum vitæ spiritum ediderim. pro Sest. 83. Edere animam.

EDOR,ris.pro Planc.37. Non intelligo, cur vno in genere tribus edi voluerit.*id est,ab accusatore,*Attic.libr.16.epist.5.Eas epistolas perspiciam, corrigam,tum denique edentur. 2. de Diuinat. 27. Illud naturale genus diuinandi concitatione mentis edi,& quasi fundi videbatur.2. de Leg.18. Leges autem edentur à me non perfectæ,&c.pro Syll.42. Illas tabulas describi ab omnibus statim librariis,diuidi passim & peruulgari,atque edi populo imperaui.

✠ *ADVERB.Libenter,extremum spiritum. 2. Philipp. Magnificè tanquam oraculo.5.de Finib.*

☞ Syntaxis. *In lucem editus,ac susceptus. Edere scelus. Ager meliores & grandiores fœtus edens. Spiritum,animam,rationes edere.*

EDO,es,esum.*comedo,cibum capio.* Attic.lib.13.ep.50.Itaque & edit, & bibit *ad hoc* & iucundè opiparè sanè & apparatè.2.de Orat.233. Catulus fœnum alios aiebat esse oportere.2.de Natur.8. Mergi pullos in aqua iussit vt biberent, quoniam esse nollent.5. Tusc. 97.Nunquā sitiens biberat,nec esuriens ederat.2.de Fin.22.Primùm ita non religiosi vt edant de patella. de Amic. 69. Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit.

✠ *ADVERB.Apparatè,iucundè,oppiparè.13.Attic.*

EDOCEO,ces.*doceo.* Postquam in Senat. 28.Qui meam causam prudentibus commendārit, imperitos edocuerit. Sal. in Cic. 7. Quem Minerua omnes artes edocuit.4.Tusc.80.Edocuit tamē ratio,&c.2.ad Her. 36. Id magis verisimile aiunt, quod vsus res ab se experiendo edocet.

EDOLO,as.*dolo.* Attic.libr.13.ep.45. Omisi ea quæ in manibus habebam,quod iusseras edolaui.

EDOMO,as.*domo.*de Fat.10. Vitiosam naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrina,vt,&c.

HAONH. L. VOLVPTAS & VOLVPTARIVS.

EDORMIO,mis.*ope somni conficio.expergefio.*2.In Anton.30.Edormi crapulam & exhala.4.Acad.52.Cumq; edormierunt,illa visa quàm leuia fuerint,intelligunt.

EDVCANDO. 2. de Finib. 109. Vt in gignendo, in educando.

EDVCATIO,onis.*institutio.disciplina.*3.de Orat 123, Institutus liberaliter,educatione doctrinaque puerili.3.de Leg.29.Id difficile factu est, nisi educatione quadam & disciplina.3.de Fin. 62. Fœtus & educatio bestiarum:pro S. Ro.63. Partus & educatio ferarum.

✠ *ADIVNCT. Non dissimilis animantium. 2. de Orat. Puerilis.3.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Educatio & doctrina. Educatio & disciplina. Fœtus & educatio bestiarum.(hic fœtus partum,& actum parturiendi, non quod nascitur,significat:)*

EDVCATOR,oris.*altor.*2.de Natur.86 Omnium rerum sator,educator & altor mundi est.pro Planc.81.Educator alicuius.

EDVCATRIX,cis.*nutrix.* 1.de Leg.62.Earum rerum parens est, educatrixq; sapientia.

EDVCATVS,a,um.*altus,nutritus,institutus.*7. In.Verr.48. Habemus hominem in fœcialium manibus educatum.1.de Orat.137. Homo ingenuus liberaliterq; educatus.& Orat.42.Educata huius nutrimentis eloquentia est.1.de Inuent. 35. Apud quos quo more,cuius arbitratu sit educatus.de Cla.211.Filius nō tā in gremio,quàm in sermone matris educatus.7.I.Verr. 122. Qui à parentibus susceptiq; educatiq; sunt.

✠ *ADVERB. Ingenuè, liberaliter. 3. de Finib. & 1. de Orat.*

EDVCO,as.educaui & eduxi.*alo,nutrio,instituo.*2.de Orat.356.Sed vtea quæ orta sunt,educet atque confirmet.2.de Orat.124.Non est boni parentis quem procreārit & eduxerit,eum non & vestire & ornare.

EDVCO,cis.*extraho,duco,libero.*2.de Inuent. 14.& 1. In Cat.6.Educere gladium è vagina. de Orat. libr.1. Educere in medium agmen.de Diu.lib.1.Educere in aciem copias.de Orat.lib.1..Educere dictiones in aciem forensem.1.de Diu.73.Educere exercitū in expeditionem.1.In Catil.10.Educ tecum omnes tuos.Qu.fratibr.3.ep.3.Si nobiscum eum rus aliquò eduximus.3.de Or. 124. Quantus ex angustiis oratorem educere ausus es. 2. cont. Rull. 21.Sortiri tribus,& educere quas velis.5.In.Verr.112.Cum in ius ipsum eduxi, expressi ,vt conficere tabulas se negaret.* pro P. Oppio.Quos educere inuitos in prouinciam non potuit.1.I.C. 9.Delegisti,quos Romæ relinqueres,quos tecum educeres,14. Philipp.36.Hirtius fortissimo præstantissimoq; animo exercitū eduxit.Epist.lib.10.ep.30.Antonius legiones eduxit duas.

EDVCOR,ris.Tusc.libr.1.Educi è custodia.1.de Orat.181.P.Rutilius Mancinum de Senatu iussit educi. 4. Verr. 127. Educi sortem.

EDVCTVS,a,um.Attic.libr.1.ep.9. Eum per manum seruulæ seruatum & eductum.1.de Diuin.102.Si lacus ita esset eductus, vt ad mare peruenire non posset.

EFFANDVM.Attic.libr.13.ep.40. Opinor augures nihil habere ad templum effandum.

EFFARI,s,vel re,tur.*eloquor,enuncio.*in Sal.22. Mihi ratio habenda est,vt ea dicam, quæ honestè effari possim. pro Deiot. 141. Nec vllum verbum solenne potuit effari.4. Acad. 97. Quod ita effabimur,aut viuet eras,&c.1.de Diu.41.Hæc pater effatus,&c. de Or.151.Effari & nuncupari Latinè dici posse.

✠ *ADVERB. Honestè,In Sal.*

EFFATVS,a,um.*pactus.*2.de Leg. 21.Vrbem & agros & templa liberata & effata habento.

EFFATVM.ti.*pronunciatum.* 4. Acad. 95. Nempè fundamentum dialecticæ est,quicquid enunciatur (id autem appellatur ἀξίωμα quod est quasi effatum) aut verum esse aut falsum.

¶ *Oraculum, vaticinium.* 2. de Legib. 20. Alterum genus sacerdotum, quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita.

✠ *ADIVNCT. Verum,falsum.4.Acad.*

EFFECTIO,onis.*effectus,efficientia, non actio.*3.de Fin. 45.Quemadmodum opportunitas non sit maior productione temporis, sic recta effectio (κατόρθωσις enim ita appello,quoniam rectum factum κατόρθωμα) igitur effectio crescendi accessionem nullā habet.3.de.Finib.24.Artis effectio.

✠ *ADIVNCT. Recta,2.de Finib.*

EFFECTOR, oris.*profector, architectus, molitor,creator, autor.* de Vn.14.Effector mundi & molitor Deus.& 1. Tusc. 70. Effector tanti operis ac muneris.2.de Diu.55.Magna stultitia est earum rerum deos facere effectores.de Vn.35.Horum operum ego parens effectorq; sum.1.de Orat.150. Stylus optimus dicendi effector & magister.

✠ *ADIVNC. Optimus, & præstantissimus .2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Deus mundi effector & molitor. Alicuius rei effector. Huius operis parens & effector, id est, princeps, autor, effector, ac magister.*

EFFECTRIX, cis. 2. de Finib. 55. Pecunia est est effectrix multarũ & magnarũ voluptatũ. ‖ de Vniu. 32. Iam verò, terram altricem nostram, quæ tractecto axe sustinetur diei noctisque effectricem eandemque custodem antiquissimam deorum, voluit esse eorum, qui intra cœlum gignerentur.

EFFECTVRVS, a, um. 1. de Natur. 53. Vt innumerabiles mundos natura effectura sit, efficiat, effecerit. & 5. Tusc. 95.

EFFECTVS, a, um. vt, *locus ab effectis rebus.* 1. Off. 160. Quare hoc quidem effectum sit in officiis diligendis, hoc genus officiorũ excellere, quod, &c. Top. 67. Quod effectum est, quæ fuerit causa, demonstrat. Orat. 110. Nam in me quidem iampridem effectum quod futurum fuit. 2. de Diu. 98. In latere & cæmento, ex quibus vrbs effecta est. *. 3. de Nat. Deor. Materiã rerũ, vnde orta sunt omnia, esse diuina prouidentia effectam. Top. 23. Ab effectis rebus hoc modo.

EFFECTVS, ctus. *quod effectum est, euentus quandoque.* 3. de Finib. 32. Sic in libidine peccatum est etiam sine effectu. & *ibid.* Nam vt peccatum est patriam prodere, parentes violare, quæ sunt in effectu: sic timere, sic in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu. 2. de Diuin. 47. Radicum, quarum causam ignoramus, vim & effectum videmus. 2. Tusc. 3. Effectus eloquentiæ est audientium approbatio.

☞ Syntaxis. *Violare, vitium est in effectu: timere sine effectu. Causarum vim & effectum videre.*

EFFERATVS, a, um. *immanis.* 1. de Natur. 62. Multas esse gentes sic immanitate efferatas, vt, &c. 4. Tusc. 32. Sunt enim multa effera & immania. * Incert. In hominis figura animo esse efferato.

EFFERENS, tis. Par. 1. Aliquis se gloria & prædicatione efferẽs.

EFFERO, ris, atis. 2. de Nat. 99. Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari.

✠ EFFERO, fers, extuli, elatum. ‖ *verbi huius significata, quæ vulgo ignorantur hæc fere sunt: efferre fructus, aliquem proferre dicunt, efferre, pro eo quod Barbari dicunt ad sepulturam ferre funus, efferre pro extollere, efferre aliquid, aliquem, aut efferri pro commoueri, concitari, affici. Exempla cuiusque ordine digesta inuenies.* de Clar. 16. Ager qui multos annos quieuit, vberiores efferre fruges. 5. In. Ver. 113. Cum aget id quod pertarò euenit, cũ decimò extulisset. & 198. Id perdere aratorem, quod agri segetesque extulissent. 2. de Nat. 86. Quæ efferunt aliquid ex se, perfectiora sunt quàm ea quæ ex his efferuntur.

¶ *Promo, pronuncio.* 1. de Orato. 111. Peto à vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis. Orator. 150. Efferre sententiã grauem inconditis verbis. 2. de Orat. 88. Volo enim se efferat in adolescente fœcunditas. Lim.

Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti.
Conuersum expressumque Latina voce Menandrum.
In medio populi sedatis vocibus effers.

¶ *Profero, educo.* Attic. libr. 6. ep. 8. Bibulus pedem porta non plus extulit quàm domo sua. pro Quint. 99. Vt quam existimatione & honestatem in iudicium tuum attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre. 3. I. Cat. 8. Qui ex ædibus eius, si quid relorum esset efferret. & *ibi.* Maximum sicarum numerum extulit. Epist. lib. 7. epist. 18. Iam ista tua culpa est, qui verecundiam tecum extuleris, & non hic nobiscum reliqueris. 2. I. Cat. 2. Quòd verò nõ cruentum mucronem, vt voluit, extulit, quanto tandem, &c. 3. de de Natur. 80. Cur Maximus filium extulit consularem, *id est, ad funus tulit.* ✠ ‖ Attic. li. 7. ep. 2 Qui pedem porta quò ad hostis cis Euphratem fuit, non extulit.

¶ *Extollo, celebro.* Attic. libr. 15. ep. 1. Cn Lucullus matrem efferebat pro Mutæn. 15. Contempsisti. L. Murænæ genus extulisti tuũ 3. de Orat. 49. Efferre aliquem verbis. Epist. li. 9. ep. 14. Efferre aliquem summis laudibus in cœlum. 5. de Finib. 42. Si vincunt, efferunt se lætitia: victi debilitantur, animosque demittunt. 4. Tusc 39. Efferre se insolenter. pro Dom. 141. Efferre animos. de Prou. 34. Quæ quamquam sunt absciss; tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescunt. 1. de Orat. 228. Cum pupillum filium ipse penè in humeros suos extulisset. pro Syl. 87. Patriam demersam extuli. 1. I. Catil. 28. Populus Romanus, qui per te omnes honorum gradus ad summum imperium extulit. pro Quin. Rosc. 31. Quæ res extulit eum? vna commendatio huius. Antequam. 14. Quem paulo antè fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, eundẽ Tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Cor. 18. Hi quos fortuna extulit, aut, &c. de Ar. 17. Si me efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum animi quidam dolor, quis non ignosceret?

¶ *Affico* Epistol. lib. 2. ep. 10. Comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerunt.

✠ ADVERB. *Aliquando se, de Prou. Altius. Insolenter. 4. Tusc. Insolentius. 1 bid.*

EFFEROR, tis. *homonyma in actiuo sunt.* Att. lib. 1. ep. 6. Efferri studio in aliqua re. L. ELATVS. de Sen. 83. Efferor studio te videndi. in Sal. 13. Cupiditatibus infinitis efferri. pro Deiot 26. Efferri lætitia. 2. Contra Rull. 96. Sed certò non continebuntur, progredientur longius, efferentur. de Ar. 3. Dolore efferri, & iracundia longiùs digredi quàm deceat. pro Cæl. 21. Læsi dolent, irati efferuntur. 2. de Leg. 66. Efferri ante lucem *id est, ad sepulturam.* 2. de Or. 125. Cum casu in eadẽ causa cum funere efferretur anus. Iunia. 4, ad Her 29. Verba quæ similiter iisdem casibus efferun-
✠ tur. 4. Tus. 47. Et efferri ira. ‖ Pro Flac. 41. Cũ Dorylensis efferretur.

✠ ADAERB. *Amplissimè supremo die, 9. Philipp. foras. 10. Philip. Incisim, membratim, Orat. Longissimè. 1. Tusc.*

☞ Syntaxis *Ager cùm decimo effert. Parum ager & seges extulit. Efferre ex se aliquid. In cœlũ laudibus efferre, & simpliciter Efferre. Animos efferre. Se lætitia efferre & efferri. Animi dolor ad gloriam illum extulit. Efferor studio in literis, in philosophia. Cupiditatibus efferri. Ille cum funere effertur.*

EFFERVESCENS, tis. de Clar. 246. Pontidius efferuescens in dicendo. 2. de Orat. 88. Verba efferuescentia. de Prouin. 6. Totus Pontus armatus efferuescens in Asiam, atque erumpens.

✠ EFFERVESCO, scis. efferbui. ‖ *Significat, quod Barbari dicũt effluo, ebullio, quo Cicero in hoc sensu non est vsus.* 2. de N. 27. Aquæ, quæ efferuescunt subditis ignibus. Epistol. libr. 9. ep. 2. Censeo la
✠ tendum tantisper ibidem, dum efferuescat hæc gratulatio. ‖ *alij legunt deferuescat, & fortasse rectius.* pro Cæl. 77. Si nimium efferbuisse videtur huius in gerendis inimicitiis vis, ferocitas, pertinacia. pro Planc. 15. Sic campus atque illæ vndæ comitiorum, vt mare profundum & immensum, sic efferuescunt quodam quasi æstu, vt, &c.

✠ ADVERB. *Vehementius, stomacho iracundia. de Cl. Nimium. pro Cæl.*

☞ Syntaxis. *Efferuescit prouincia armata, aqua, lætitia, comitiorum vndæ. Efferuescens in aliquem & erumpens.*

EFFICACITAS, tis. *virtus efficientia. efficiendi facilitas.* 4. Tusc. 31. Itemque viribus corporis & neruis & efficacitati similes, similibusque verbis animi vires nominantur. Qu. de Pet. 8. Qui tantũ habet in libidine artis & efficacitatis, vt, &c.

EFFICAX, cis. *qui multum habet efficacitatis.* Epistol. libr. 8. ep. 10. Nosti MARCELLUM quàm tardus & parum efficax sit, itemque Ser uius quàm eunctator.

EFFICIENDI. 1. de Leg. 16. Cuius muneris colendi efficiendique causa nati sumus.

ERIPHILE, les. *vxor Amphiarai, quæ pulchritudine monili incenſa, ſalutem viri prodidit.* & 1. de Inu. 94. Eriphyle auro viri vitam ven- ✠ didit. ‖ 6. In Ver. 39. Eriphylam accepimus in fabulis, ea cupiditate, vt cũ vidiſſet monile, (vt opinor) ex auro & gemmis, pulchritudine eius incenſa ſalutem viri proderet.

✠ ERIPIENDVS, a, um. 2. Offic. 10. Quorum error eripiendus eſt, omniſque opinio ad eam ſpem traducẽda, vt honeſtis conſilijs iuſtiſque factis, non fraude & malitia, ſe intelligant ea quæ velint, conſequi poſſe.

ERIPIO, pis. *aufero, adimo, extorqueo.* 2. contra Rull. 19. Id totum eripere nobis atque ex manibus extorquere conatus eſt. 2. de Diui. 79. Cæſar Deiotaro regnum eripuit. 3. I.C. 1. Hunc mihi timorem eripere. Attic. lib. 1. ep. 13. Omnem illi *ωὰ}ὴνοίαν* eripui. Att. lib. 9. ep. 4. Eripe mihi hunc dolorem. 1. de N. 6. Philoſophia quæ lucem rebus eriperet. pro Seſt. 53. Cum ego me è cõſpectu veſtro eripuiſſem. de Amic. 89 Eripere alicui poteſtatem hominis aſpiciendi. pro C. Cornel. 2. Potentiſſimorum hominum ✠ collegijs eripuit cooptandorum ſacerdotum poteſtatem. ‖ Att. lib. 10. ep. 4. Eripere errorem.

¶ *Libero, eruo.* 1. de Or. 225. Eripite nos ex miſerijs, eripite, &c. 2. de Diu. 25. Eripere aliquem à morte. pro Cl. 70. Si quis eum caſus ex periculo eripuerit. in Clod. Integritas tua te purgauit ✠ pudor eripuit. ‖ Q. fr. lib. 1. ep. 1. 16. Cuius tu ex impuriſſimis faucibus inhoneſtiſſimam cupiditatem eripuiſti, ſum ma æquitate, Ep. lib. 3. ep. 5. Quam facultatem ſi quis caſus eripuerit, mea tamen in te omnia conſtabunt. & lib. 9 ep. 13. Quod bellũ commotum à ſcapula, Ita poſtea confirmatum eſt à Pompeio, vt nulla ratione ſe ab illa miſeria, eripere poſſet. 2. de Orat. 172. Eſt eiuſdem & eripere contra Remp. & largiri pecunias.

✠ *ADVERB. Ad extremum è manibus. de Prou. Crudeliter, ep. 4. ad Brut. Impune, 3. In Ver. Omnino poteſtatem aſpiciendi, de Amic. Plane, alacritatem animi, 3. ad Q. fr. priuatim, publicè, 7. In Ver.*

ERIPIOR, ris. Parad. 6. Virtus nec eripi, nec ſurripi poteſt. Epiſt. lib. 1. ep. 5. Sed vereor ne eripiatur à nobis cauſa regia. pro Mur. 82. Nunquam eſt, cum ego non ex iſtorum inſidijs eripiar atq; ✠ euolem. ‖ 1. de Or. 226. Eripi ex faucibus.

✠ *ADVERB. Indigniſſimè, pro Cæl.*

ERODO. *corrodo, derodo.* Incert. Byturi vites in Cãpania erodunt.

ERogATIO, onis. *diſtributio.* Atti. lib. 9. ep. 6. In primis erogatio pecuniæ.

ERogATVS, a, um. 5. I.V. 165. Pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi ad emendum frumentum attributa. & 7. Verr. 47. Oſtendam multas pecunias iſti erogatas in operum locatione falſas eſſe perſcriptas. pro Flacc. 30. Pecunia in claſſem eſt erogata.

✠ *ADVERB. Priuatim, publice, 6. Attic.*

ERogO S. a. *curo, diſtribuo.* in Vat. 29. Erogaſti pecunias ex ærario ✠ tuis legibus. ‖ At. li. 8. ep. 5. Tironẽque Curio commendes, vt ei, vt peti, ſi quid opus erit, in ſumptum eroget, pro Flacc. 30. Nos hic in mare ſuperum, & inferum, Seſtertiarer & quadragies erogabimus. *vbi notandum hoc verbum de publicis rebus tantũ dici.*

ERogOR, ris. Att. lib. 5. ep. 21. Qua ex inſula nullus nũmus me obtinente erogabitur. Qu. fra. lib. 1. ep. 1. 21. Quanta tamen pecunia penderetur, ſi omnium nomine quicunque Romæ ludos fa- ✠ cerent, erogaretur. ‖ Att. lib. 5. ep. 21. Qua ex inſula (non *ὑπερβολικῶς* ſed veriſſimè loquor, (nummus nullus me tenẽte, erogabatur, Q. fr li. 1. ep. 2. Attalus. Iphemeneus mecum egit, vt ſe ne impedires, quominus quod ad Qu. Publicen iſtatuã decretum eſt, erogaretur Atti lib. 6. epiſt. 1. Reſcripſi, alterum me moleſtè ferre, ſi ego in tenebris laterem, nec audiretur Romæ nullum in mea prouincia nummum niſi in æs alienum erogari.

ERRATICVS, a, um. de Sen. 52. Vitem ſerpentem multiplici lapſu & erratico ferro amputans coërcet ars agricolarum.

ERRATIO, onis. *error.* 2. de Net. 56. In cœlo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas ineſt. de Vniu. 19. Deus motum cœli ab omni erratione liberauit.

ERRATVM, ti. *mendum, error.* 2. contra Rull. 5. Cui errato nulla venia, rectè facto exigua laus proponitur. pro Syll. 64. Peterem veniam errato L. Cecilij. pro Cluen. 173. Nullum ob totius vitæ, non dicam vitium: ſed erratum. Attic. lib. 16. ep. 6. Agnoui erratum meum. & lib. 6. epiſto. 1. Nam illud de Flauio ſi ſecus eſt, commune erratum eſt. Epiſt. libr. 16. epiſt. 21. Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, vt non ſolùm animus à factis, ſed aures quoque à commemoratione abhorreant. Attic. libr. 13. epiſto. 42. Quod appelletur L.

Curſidius in oratione Ligariana, erratum eſt meum, ſed vt aiunt, *συγγνωστὸν ἁμάρτημα*. Ep. lib. 5. ep. 20. Non meum erratum, ſed tuum. * Frag. ep. Defendas velim tolerabile erratum.

✠ *ADIVN. Commune, 6. Att. Fabrile. 5. Atti. Intolerabile. 2. Att. Minimum. 6. Ver.*

☞ Syntaxis. *Errato ſuo veniam petere. Agnoſcere erratum. Errata ætatis meæ m. ignum mihi afferunt dolorem, cruciatum.*

ERRANS, tis. *imprudens.* de Ar. 37. Sacrificium tam occultũ, quod non modò curioſos oculos excludit, ſed etiam errantes.

¶ *Vagus.* 2. de Nat. 2. Errans & vaga ſententia.) (*Stabilis & certa.* & 52. Maximè verò admirabiles ſunt motus earum quinque

✠ ſtellarum, quæ falsò vocantur errantes. ‖ 2. de Finib. 71. Vt noſtram ſtabilem conſcientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur.

ERRO, as. *labor, pecco, offendo, prolabor, per errorem labor, errore ducor, in errore verſor, error mihi obiectus eſt, conſilio labor, errore captus ſum, in errorem rapior. in culpa ſum.* 12. I. A. 5. Cuiuſuis hominis eſt, errare: nullius, niſi inſipientis, perſeuerare in errore. 2. I. A. 23. In eo non tu quidẽ tota re, ſed temporibus erraſti. 1. Tuſ. 39. Errare malo cum Platone, quàm cum iſtis vera ſentire. Ora. 42. Me autem qui Iſocratem non diligunt, cum Socrate & Platone errare patiantur. pro Corn. 64. Videte, ne vtilius nobis & honeſtius ſit, illis ducibus errare, quàm hoc magiſtro eruditi. 2. de Orato. 83. Quod autem putant, &c. valde mihi videntur errare: omninoque in hoc omnis eſt error, quòd, &c. Orat. 192. Sed & illi priores errant. & Ephorus in culpa eſt. 5. I. V. 157. Sed in hoc errat vno, quòd, &c, pro Cecin. 32, Fac in hoc errare me.

¶ *Vagor aberro.* 1. de Orato. 209. Nec vagari & errare cogatur oratio. & Orat. 77. Vt ingredi liberè, non vt licenter errare videatur. 4. Acad. 66. Eo fit, vt & errem & vager latiùs. Att. lib. 8. ep. 9. Ego Arpini volo eſſe pridie Calend. deinde circum villulas noſtras errare.

✠ *AVER. Diutius, pro Planc. Latius. 4. Acad. licenter Orat. 77. Longè à porta, In Piſo. Multum. 8. Phi. pariter & vnà cum aliquo, 12, Phi. propemodum, pro Sex. Roſc. valdè. 2. de Orat. vehementer, 5. In Ver.*

ERROR, oris. *erratio, erratum, peccatum, lapſio, prolapſio, fraus, falſa opinio, culpa. ſi. gitium.* 2. de Natu. 70. Quæ res genuit falſas opiniones erroreſque turbulentos, & ſuperſtitiones penè aniles. 2. de Leg. 43. Opinionibus vulgi rapimur in errorem. 1. Tuſc. 105. Sed plena errorum ſunt omnia. & 3. Tuſc. 2. Errorem cum lacte nutricis ſuximus. & lib. 5. 78. Ægyptiorum mentes imbutæ priuatis erroribus. pro Syll. 40. Vos mihi in tantis tenebris erroris & inſcitiæ, clariſſimum lumen præluliſtis. pro Seſt. 22. Aliquis falſa opinione & errore hominum commendatus. I. P. 59. Honores in quibus homines errore ducuntur. pro Cornel. 30. Quo errore ductos vidi egomet multos, &c. 8. I. A. 33. Deponere errorem. 1. Offic. 148. Nec quenquam hoc errore duci oportet, vt arbitretur, &c. & 2. Offic. 10. Quorum error eripiendus eſt, omniſque opinio, &c. Attic. lib. 3. ep. 7. Coarguere errorem alicuius. Att. lib. 10. Ep. 4. Eripe mihi hunc errorem. pro Cec. 5. Si quis error nobis in tanta re ſit obiectus. 1. de Na. 2. Verſari in ſummo errore, & in maximarum rerum ignoratione. 12. I. A. 6. Panſa eodem captus errore quo nos. 3. contra Rull. 16. Hoc vos in errore verſari diutius non oportet & 2. Cont. Rull. 6. Verſatur enim magnus error. pro Mur. 23. Non patiar te in tanto errore verſari. 4. Academ. 116. Eſtne quiſquam tanto inflatus errore, vt ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit? 2. de Orat. 260. Natura enim nos noſter delectat error. 3. Offic. 83. Auertere aliquem ab errore. de Clar. 292. Inducere aliquem in errorem. I. P. 59. In errorem induci, Quint. frat. lib. 3. ep. 9. Lapſus eſt per errorem. 2. de Diui. 55. Sæpe etiam errorem creat ſimilitudo. & 60. Eumque errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. 2. de Orat. 83. Omninoque in hoc omnis eſt error, quòd, &c. pro Cec. 71. Nonnunquam honeſto ac probabili nomine bono viro iudici error obijci ſolet. de Conſolat. Neſcio qui nos teneat error, aut miſerabilis ignoratio veri. 3. Acad. Corrigere errorem pœnitendo. Horten. Ex quibus humanæ vitæ erroribus atque ærumnis ſit, vt. *Ibidem.* Quo minus ſe admiſcuerint atque implicuerint *animi*, hominum vitijs atque erroribus.

✠ *ADIVNC. Communis. pro Deiot. Diuturnus, maximi. 1. Offic. Humanus. 6. Att. longus. 3. Fam. Magnus. 1. de Orat. Magni, varij. 1. Tuſcula. Maximus. 1. de Finib. Mediocris. 2. de Diuin. Multi, ſummus. 4. Tuſc. Obſcurus. de Aruſp. Pernicioſus, de Amic. Similis. 4. Famil. Tantus, pro Mur. Turbulenti. 2. de Natur. Turpis. 1. de Diuin.*

☞ Syntaxis. *In errorem rapi. Sugere errorem cum lacte nutricis. Error tenebræ. Falſa opinio, & error.* hic habes deſcriptionem erroris. *Errore duci in aliquare. Eripere, obijcere alicui errorem. Errore inflari. Per errorem labi.*

ERRVBESCENS, tis. 1. de Natu. 112. Epicurus voluptates non erubeſcens, perſequitur omnes nominatim.

ERRVBESCO, ſcis. *rubeo, pudet.* 1. de Legi. 50. Vt bonum rumorem colligant, erubeſcunt, pudici etiam loqui de pudicitia. & 41. O rem dignam, in qua omnes erubeſcant. pro Quint. R. 8. Erubeſcit: quid reſpondeat, neſcit. in Sal. 15. Salluſtius confeſſus eſt vobis audientibus adulterium, nec erubuit ora veſtra. in Vat. 39. Affines te erubeſcunt. Att. lib. 16. epiſt. 5. Circunſpicite, ſed ante quàm erubeſco. Epiſtol. lib. 5. ep. 12. Epiſtola enim non erube-

✠ ſcit. 2. ad Herenn. 8. Erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe. ‖ 2. de Fini. 28. Deinde vbi erubuit (vis enim eſt permagna naturæ) confugit illuc vt neget accidere quicquam poſſe ad voluptatem nihil dolentis.

☞ Syntaxis. *Erubeſcere: & in aliquare. Erubeſcere ora ſenatorum. Boni prauos erubeſcunt.*

ERVCTANDO. I. P. 13. Vnde tu nos turpiſſimè eructando eieciſti.

ERVCTO, ctas. *ructo, iacto, crepo, erumpo.* 2. I. C. 10. Socij Catilinæ accubantes in conuiuijs, eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum.

✠ *ADVERB. Turpiſſimè, In Piſo.*

✠ ERVDIENS, tis. 3. de Finib. 6. Quod ſi facerem, quaſi te erudiens, iure reprehenderer

ERVDIO, dis. *doceo, inſtituo, expolio, imbuo, inſtruo, ad humanitatem informo.* 2. de Or. 10. Nec verò rhetoricis quibuſdam libris inſequor, vt erudiam. 2. Tuſcul. 34. Erudire iuuentutem laboribus. 1. Offic. 156. Neque ſolùm viui atque præſentes ſtudioſos dicendi eruditi atque docent, ſed hoc idem etiam poſt mortem monumentis literarum aſſequuntur. 1. Tuſcul. 64. Philoſophia nos primùm ad deorum cultum, deinde ad ius hominum, tum ad modeſtiam magnitudinemq; animi eruditiuit. 5. I. V. 161. Inſtituere & erudire filios ad maiorum inſtituta. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 7. His autem in rebus iam te vſus ipſe profectò eruditat. Epiſt. lib. 1. ep. 7. Lentulum noſtrum cum cæteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias. de Amic. 13. Qui magnam Græciam inſtitutis & præceptis ſuis eruditerunt. 1. de Ora. 253. Erudire aliquem in iure ciui-

✠ li. ‖ 3. de Orat. 32. Diligentiſſimèque hoc eſt eis, qui inſtituunt aliquos, atque eruduint, videndum.

¶ *Certiorem facio.* Epiſt. lib. 2. ep. 12. Obuiæ mihi velim ſint literæ tuæ, quæ me eruduant de omni rep. ne hoſpes plane veniam.

ERVDIOR, ris. Quint. fr. lib. 1. ep. 2. Qu. filius puer optimus eru-

✠ ditur egregiè. ‖ 2. de Orato. 2. Et ab his doctoribus quibus ille vteretur, eruditemur. 3. de Fini. 8. Vt ita eruduiatur.

✠ *ADVER. Egregiè. 2. ad Q. fra. Imprimis, imitatione. 1. Fami. primum ad cultus deorum. 1. Tuſc.*

ERVDITIO, onis. *doctrina, inſtitutio.* Q. fr lib. 3. ep. 1. De Ciceronis tui eruditione quòd labores, nihil eſt. 1. Offi. 119. Vir præclara eruditione atque doctrina. 2. de D. 130. Ad hæc opus eſt ingenio præſtanti, & eruditione perfecta. 2. de Or. 1. Vir omninò omnis eruditionis expers. 1. de Fini. 71. Epicurus nullam eruditionem eſſe duxit, niſi quæ beatæ vitæ diſciplinã iuuaret. 1. Ac. 4. Quæ ſine eruditione Græca intelligi non poſſunt.

✠ *ADIVN. Digna libero homine. 1. de Orat. liberalis, Summa. 1. Tuſc. perfecta. 2. de Diu. præclara. 1. Offic.*

ERVDITIVS. *aduerbium.* de Senect. 3. Qui ſi videbitur eruditiùs diſputare, quàm conſueuit ipſe in ſuis libris.

ERVDITVS, a, um: & iſſimus. *doctus, perpolitus, philologus.* 1. de Or. 102. Quid mihi tanquam Græculo otioſo, & loquaci & fortaſſe docto atque erudito, quæſtiunculam ponitis? 1. de Fi. 26. Eruditus eſt, qui omnibus bonis artibus politus eſt. Quint. fra. lib. 1. ep. 1. 18. Vir doctrina atque optimarum artium ſtudijs eruditus. 1. Tuſc. 5. Eruditus & doctrina excultus. 1. de Nat. 8. Complures Græcis inſtitutionibus eruditi. Attic. lib. 4. ep. 15. Ex quibus nullos puto te literis aut muſicis eruditos expectare. 1. de Orat. 180. Homo omnium diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimus. 1. de Fini. 13. & 3. de Natur. 22. Homo omni doctrina eruditus. de Clar. 281. Erat autem cùm inſtitutus optimè, tum etiam perfectè eruditus. pro Cornel. 47. C. Marius ſtipendijs & legationibus bellicis eruditus. 2. de D. 98. T. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. 3. de Orato. 137. Quidam Socraticis diſputationibus eruditi. Parad. 1. An alia quædam eſſet eruditа, alia popularis oratio. pro Arch. 15. Quid illi. iſtáne literatura eruditi fuerunt? pro Planc. 22. Aliquis eruditus artificio ſimulationis. pro Fon. 33. Homo non literis ad rei militaris ſcientiam, ſed rebus geſti & victorijs eruditus. pro Arch. 4. Vrbs eruditiſſimis hominibus liberaliſſimiſque ſtudijs affluens. 2. de Ora. 28. Hominem audietis de ſchola atque à magiſtro & Græcis literis eruditum. de Cl. 104. Doctus, & Græcis

literis eruditus. Pat. 5. Nã nos quoq; oculos eruditos habemus. Epist. li. 5. ep. 14. Animus eruditus, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet. 2. Tusc. 6. Qui liberaliter eruditi adhibita etiam differendi elegantia, ratione, & via philosophantur. 4. ad Heren. 67. Disciplinis erudita Corinthus. 1. de. Or. 5. Eruditissimorum hominum artes. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 13. Græci diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. de Clar. 104. Gracchus fuit literis Græcis eruditus. de Clar. 282. Sed ad Caluum reuertamur, qui orator fuisset, cum literis eruditior quam Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi & exquisitius afferebat genus. 1. de Finib. 1. Eruditi Græcis literis.

✠ ADVERB. *Leuiter, 3. de Or. liberaliter, 2. Tusc. maximè ex omnibus doctrina, perfectè, planè, de Cla. Subtilius, de Pro. Cons.*

☞ Syntaxis. *Erudire, docere. Erudire ad pietatem & ad instituta pietatis*, hic habes finem, & rationem, vel rem cum qua. *Erudire in aliquare. Eruditi literæ de: id est reddunt certiorem. Eruditio & doctrina. Doctus & eruditus. Eruditus & doctrina excultus. Oculus eruditus. Erudita disciplinis Basilea. Iniure eruditus.*

ERVMPENS, tis. de Pro. 6. Byzantij totum pontum armatum efferuescentem in Asiam atque erumpentem, ægrè repulsum, & ceruicibus suis intercluſum sustinuerunt.

ERVMPO, pis. *exeo, euado, efferuesco, exardeo, eruptionem facio.* pro Dom. 63. Omnis improborum vis diu collecta & inueterata compresso odio erumpebat in actum. pro. Mur. 47. Vt odia occulta ciuium in optimi cuiusque fortunas erumperent. 6. I. V. 106. Ignes qui ex Aetnæ vertice erumpunt. Quint. fr. lib. 3. ep. 1, Vaporarium, ex quo ignis erumpit. 2. de Diu. 85. Itaque perfracto saxo sortes eruperunt. pro Sest. 9. Cùm illa coniuratio ex latebris erupisset. pro Syl. 67. Furor biennio antè conceptus erupit in meo consulatu. 2. I. C. 1. Abiit, excessit, euasit, erupit. 10. I. A. 19. Postremò erumpat aliquando vera & me digna vox. de Amic. 78. Erumpunt sæpe vitia amicorum, tum in ipsos amicos, tum in alienos. 2. de Or. 235. Quomodo tisus exiitat, atque ita repentè erumpat. Att. lib. 16. cap. 3. Ne in me stomachũ erumpant, cùm sint tibi irati.

¶ *Emitto.* In Arat.

Aestiferos validùs erumpit flatibus ignes

✠ ADVERB. *Aliquando vocem, In Vat. vndique ventos, 3. de orat.*

ERVPTVRVS, a. um. Attic. lib. 2. ep. 21. Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus. de Ar. 4. Videbam illud scelus non posse arceri ocij finibus, sed eruppturum aliquando ad perniciem ciuitatis. Att. lib. 6. ep. 3. Bellum magnum videtur in Italiã eruptur ũ. ‖ & li. 2. ep. 20. Hæc quo eruptura sint timeo.

☞ Syntaxis. *In aliquem erumpens vis, odium. Erumpere in aliquos stomachum. Bellum in pios erumpit.*

ERVENDVS, a. um. pro Mur. 16. Ex annalium vetustatè eruenda est memoria nobilitatis tuæ. ‖ 2. de Orat. 360. Non eruenda memoria.

ERVO, eruis. *eligo, eripio, extraho.* Epist. lib. 5. ep. 9. Profectotibi illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit, & inde tamen aliquando eruam. 1. Tusc. 29. Si quæ Græci scriptores prodiderunt, eruere conor. 2. de Orat. 146. Scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus. 1. contra Rull. 3. Aliquid indagare, inuenire, ex tenebris eruere. 4. de Fin. 10. Eruere obruta. Attic. li. 13. ep. 30. Sic vnde potes, erues.

ERVOR, ris. 2. de Orat. 174. Reliqua cura & cogitatione eruũtur. Att. lib. 12. ep. 35. Fanum fieri volo, neque hoc mihi erui potest.

☞ Syntaxis. *Hoc mihi non erues: id est, ab hac sententia non possum auelli.*

ERVPTIO, onis attic lib. 7. ep. 14. His eruptionem facturi dicebantur. & ad Brut. ep. 2. Bruti eruptio.

✠ ADIVNC. *praciara, 11. famil. Salutaris, ep. ad Brut.*

ERVTVS, a, vm. *extractus.* de Diu. 57. Aliquem mortuum erutũ esse. & de Fin. li. 4. Sententiæ nescio vnde ex abdito erutæ.

ERYCINA. *Venus.* 1. I. V. 55. & 3. Ver. 27.

ERYCVS, ci. *mons Siciliæ.* 4. I. V. 22.

ERYMANTHIVS, a, vm. *ab Erymantho mõte & fluuio.* L. APER.

ERYTHRAE. *populi.* 3. I. V. 49.

ERYTHRAEA, *Sibylla.* 1. de Dium. 34.

ERYTHRAEVM, 1. *oppidum.* Incer. Erythræo oppido superpositum montem Mimanta

ESCA, scæ. *cibus* 2. de Nat. 59. Dij nec escis, nec potionibus fruuntur. 2. de Nat. 160. Sus verò quid habet præter escam. 1. de Diuin. 115. Si modò temperatis escis modicisque potionibus est affectus. de Sen 44. Plato escam malorum voluptatẽ appellat, quod ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces 2. de Finib. 90. Negat enim tenuissimo victu, id est, contemptissimis escis & potionibus minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum. * Hortens. An vero voluptates corporis expetendæ, quæ verè & grauiter à Platone dictæ sunt illecebræ atque escæ malorum?

✠ ADIVNC. *Contemptissimæ. 2. de finib. Temperatæ. 2. de Diuin.*

☞ Syntaxis. *Esca & potiones iunguntur ferè semper.*

ESCVLENTA, orum. *esca cibus.* 2. de Nat. 141. Ea pars oris, qua esescvlentis & poculentis iter natura patefecit.

ESCVLENTVS, a, um. *esca, escæ, redolens.* 2. I. A. 63. Antonius vomens fructis escvlentis vinum redolentibus, totum tribunal impleuit. 2. de Nat. 124. Eligere quæ sint escvlenta.

☞ Syntaxis. *Escvlenta & poculenta*, substantiæ modo: *& frusta escvlenta*, adiectorum ratione.

ESQVILINA, *porta.* I. P. 55.

ESSEDVM, di. *genus vehiculi.* Attic. lib. 6. ep. 1. Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis vincta & lectica. 2. I. A. 58. Vehebatur in essedo Tribunus pl.

ESSEDARIVS, rij. *essedi auriga.* Ep. lib. 7. cap. 6. Ne ab essedariis decipiaris.

ESTO. *vox concedentis.* pro Deiot. 30. Esto concedatur hæc quoque acerbitatis magnitudo. 2. I. A. 81. Esto hoc imperitè (nec enim, &c.) 1. I. V. 47. Esto, ipse nihil est: at venit, &c. pro S. R. 73. Esto, causam proferre non potes, tametsi, &c. 7. I. V. 75. Verum esto. 2. de Fin. 61. Esto fecerit, si ita vis.

✠ ESTVNTO, *imperantis.* 3. de Leg. 10. ‖ *aliy legunt sunto.*

ESVRIENS, tis. 7. I. V. 86. Ecce autem ebrio. Cleomene esurientibus cæteris, nunciatur naues esse in portu 5. Tus. 97. Nunquã videlicet sitiens biberat, nec esuriens ederat. ‖ 1. de Diu 77. Si esurientibus. pullis res geri poterit.

ESVRIES, ei. *fames.* Ep. lib. 8. ep. 1. Vt ego misererer eius esurici, non sum commotus. Cælij.

ESVRIO, ris. *fameſco.* Epist. lib. 8. ep. 17. Nostri milites facilè algere & esurire consuerunt.

ET, *que, etiam vero etiam, item, itemq;.* 1. de Orat. 10. Mathematici recõdita in arte, & multiplici subtiliq; versantur. 1. de Or. 247. Virtus hominibus instituendo & persuadendo, non minis & vi ac metu traditur. 2. I. C. 9. Frigore, & fame, & siti, ac vigiliis perferendis. 1. Off. 69. Tum etiã ægritudine & voluptate animi & iracundia vacare. pro Dom. 73. Senatus est summum populi Rom. populorumq; & gentiũ omniũ ac regum consilium. itẽ: Alterumq; & tertium poscitur. L. QVE. 5. Tusc. 75. Academici balbutire. desinant aliquando, aperteque & clara voce audeant dicere, &c. 1. Off. 109. Quod in Catulo, & in patre, & in filio, idẽq; & in Qu. Mucio Macino vidimus. 1. de Or. 38. Quorum pater & sæpe alias & maximè censor saluti reip. fuit. pro Cæc. 57. Non alia causa est æquitatis in vno & in pluribus. pro Cæl. 67. Lux longè alia est solis & lychnorũ. & 29. Res tamẽ ipsa & grauiter accusari potest. 2. de Diu. 108. Et quidem cur ita opinetur, rationem subiicit. de Cl. 285. Et quidem duo fuerunt, &c. 2. I. A. 43. Duo millia iugerum ei assignasti, & quidẽ immunia. & *ibi.* 41. Et quidẽ vide, quàm te amẽ, &c. 2. de. D. 141. Sed draconẽ loquẽtem visus est audire: & quidẽ, quo maius sit, cum radiculam in ore teneret, locutus est. 2. I. A. 76. Atq; etiam me aspicis, & quidẽ tu videris iratus. Ep. lib. 15. ep. 17. Præposteros habet tabellarios, & si me quidem non offendunt, sed tamen, &c.

☞ Syntaxis. *In patre & in filio, idemq; & in, &c. Et sæpe alias, & maximè nunc. Non magis amo te, & illum. Ille tamen & alacer venit.*

ETENIM, *nam, sedenim, nunc, quippe.* 2. de Diu. 141. Etenim ex diuisione hoc secundum est, quæ est, &c. *id est, nunc hoc, &c.* 4. I. V. 169. Etenim rem totã breuiter cognoscite. & 145. Etenim sic cõsiderate. 3. I. V. 53. Etenim quoniam numerum iniuriarum vobis non possum exponere, sigillatim autem de vnuscuiusque incõmodo dicere infinitum est: genera ipsa iniuriarũ quæso cognoscite. pro Rab. 31. Etenim si Sceuę seruo, &c. & 30. Etenim Quirites, &c. 1. de Finib. 30. Etenim quoniã detractis, &c. & *ibid.* Etenim quid percipit præter voluptatem. pro Flac. 38. Neque in toto Aemonensium testimonio cõmouebor: etenim quibus ego istam laudationem remittam. *Adest, quippe quibus, &c.*

ETESIAE, arum. *venti flati, qui quotannis post canicula exortũ flant diebus, XXXX.* 2. de Nat. 132. Venti Etesiæ, tempestiui & salutares non modo hominibus, sed etiam pecudibus ac stirpibus: quorum flatu nimij temperantur calores, & ab iisdem maritimi cursus celeres & certi diriguntur. Brut. ep. 15. Etesiarum diebus auster me in Italiam retulit. & Attic. li. 6. ep. 7. Rhodo Athenas euntibus Etesias valde redare posse. Epist. lib. 12. ep. 25. In Græciam desperata libertate rapiebar, cum me Etesiæ prosequi noluerũt, austérque aduersus maximo flatu me Rhegium retulit. Epist. lib. 2. ep. 15. Ego nisi quid me Etesiæ morabuntur, celeriter vos videbo, Orat. 152. Hoc motu radiantis Etesiæ in vada ponti.

✠ ADIVNC. *Tempestiui & salutares. 2. de Natura.*

ETHOLOGVS, gi. 2. de Orat. 244. Vitanda est minorum ethologorum similitudo.

ETHRVSCI, *populi.* 2. de Diu. 28. *Scribitur etiam Etrusci.*

ETIAM, & *item, vel.* Epist. lib 9 ep. 25. Autoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. Epist. lib. 4 ep. 4. Vno te vicinius

quòd te Marcelli collegæ tui salute paulo antè quàm tu, cognouimus, etiam mehercule, quòd quemadmodum ea res agere tur, vidimus. pro Dom. 34. Adoptat annos viginti natus etiam minor senatorem. Qu. Fr. lib. 2. ep. 3. Cum multa maledicta. versus etiam obscœnissimi in Clodiam dicerentur. 1. de Orat. 45. Erat etiam Metrodorus, &c. Attic. lib. 4. epist. 1. Cognoui te, &c. etiam, & c. eundémq; te, &c. 7. I. V. 102. Credo hasce tabellas ei nihil profuturas, etiam plus suspicionis in eo crimine futurum. Orat. 236. Vt ea qui vtantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerunque prudentes. hîc *etiam, pro imò.* 5. I. V. 194. Facinus fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. de Clar. 261. Voce, motu, forma etiam magnifica. de Cla. 263. Orator probabilis, iam verò etiam probatus ex hac, &c.

ETIAM nunc. *nunc etiam, etiam nùm, adhuc, etiam tum, etiam cum.* Att. lib. 3. ep. 17. Aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hæc loca commorabor. Att. lib. 3. ep. 9. Me etiam nunc istorum beneficiorum expectatio hîc tenet. Att. lib. 8. ep. 20. Da operam, si vlla ratione etiam nunc efficere potes, vt te explices. Orat. 119. De materia loquor orationis etiam nunc, non ipso de genere dicendi. pro Mur. 27. Etiam nunc statuere non possum, vtrũ, &c. Epist. lib. 5. ep. 20. Quod etiam nunc corrigere possum. Att. lib. 2. ep. 8. Sed tota res etiam nunc fluctuat. Epist. lib. 10. ep. 32. Etiam nunc Balbus in prouincia esset. 4. I. V. 97. Cum isti etiam tum de Sthenio integra tota res esset. ‖ 2. de Ora. 8. Deberi hoc à me tantis hominum ingeniis putaui, vt cum etiam nunc viuam, illorum memoriam teneremus. Att. lib. 9. epist. 4. Alter religiosus etiam nunc dies, Alter in vulgus ignotus. Epist. lib. 3. epist. 10. Tum vero etiam nunc remanere in ciuitate nostra, studia propè omnium consensu erga fortes, & industrios viros, *ibid.* lib. 5. epist. 20. Sed si quid est, (cum de logio parum gratiosum est) quod ego in rationibus referendis, etiam nunc corrigere possum, & li. 10. ep. 10. Cuius rei nõ modo non poterit tempus, sed ne maturum quidẽ etiam num, meo iudicio fuit, lib. 13. epist. 15. Sed tamen idem me consolatur, & iam hominem petustum, etiamnum gloria, volunt incendere. pro Arch. 17. Tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. 3. In Ver. 154. Quæremus etiam quid iste in vltima phrygia fecerit.

ETIAMSI. *etiam vt, quamuis, licet.* Att. lib. 7. ep. 7. Ego bonos viros sequar, etiamsi ruent. 5. de Finib. 19. Etiamsi id assequi nequeas tamen, &c. Attic. lib. 5. ep. 5. Etiam vt nullum periculum sit, &c. Epist. lib. 1. ep. 9. Etiamsi non in nos is esset, qui est. Epist. lib. 11. epist. 21. Tuis enim opibus, etiamsi timidi essemus, tamen omnem timorem abiiceremus.

ETIAM atque etiam. *magnopere, magis ac magis, magis magisque,* ✠ ‖ *modus loquendi vulgo inusitatus, veteribus tamen perfamiliaris.* pro Pom. 58. De qua, vt arbitror, isti ipsi, qui minantur etiam atque etiam, qui id liceat considerabunt. Att. lib. 8. ep. 19. Etiam atque etiam atque etiam te hortor, vt, &c. 1. In V. 46. Vide modò, etiam atque etiam considera. 1. I. V. 37. Tu quemadmodum existimes, vide etiam atque etiam. Epist. lib. 6. ep. 6. Etiam atque etiã puto, &c. Qu. Fr. lib. 1. ep. 2. Te vehementer etiam atque etiam rogo. Attic. lib. 8. ep. 24. Etiam atque etiam se auertere, &c. 1. de Diuin. 7. Diligenter etiam atque etiam facere aliquid.

ETIAM. *affirmantis, aduerbium.* (*Non.* 4. Aca. 97. Omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam aut non, non modò verum esse, sed etiam necessarium. 4. Acad. 104. Vt sequens probabilitatem vbicunque hæc aut occurrat aut deficiat, aut etiam aut non respondere possit.

ET VERO ETIAM. *id est, atque etiam.* L. VERO.

☞ Syntaxis. *Et etiam. In nullo adhuc etiam vitium. Etiam nunc moraris? Etiam nunc non possum, Etiam tum ille dicebat. Etiamsi nobis dicas. Etiam vt neges, dabo.*

* ETRVSCI, orum. *populi Italiæ.* 2. de Diu. 28. Aruspices, Etrusci. Hortens. Prædones Etrusci. *Scribitur Ethrusci.*

ETSI. *tametsi.* Att. lib. 8. ep. 16. Id enim etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. Att. lib. 5. ep. 16. Etsi in ipso itinere dissidebant tabellarij, tamen surripiendum aliquid spacij putaui, ne me immemorem tui putares. Quin. Fr. lib. 1. ep. 1. 34. Etsi nõ dubitabam, quin, &c. tamen, &c. Etsi quamuis, &c. L. QVAMVIS.

☞ Syntaxis. *Etsi quamuis.* aduerte, quamuis, vocem fermè redundantem.

ET VERO. L. VERO.

ETYMOLOGIA, giæ. *notatio,* ἔτυμον, *vocabulum.* 1. Acad. 32. Verborum etiam interpretatio probabatur, qua de causa quæque essent ita nominata, quam etymologiam appellabant. Top. 35. ἐτυμολογία, id est, verbum ex verbo, veriloquium: nos autem nouitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus: quia sunt verba rerum notæ.

ETYMON. Ep. li. 16. ep. 10. Docui enim te fides ἔτυμον q; haberet.

EVADO, dis. *fio.* 5. I. V. 161. Tu eiusmodi euasisti, in furis & diuisoris disciplina educatus. de Clar. orat. 299. In dicendo pauci digni nomine euadunt. & 131. Is perfectus Epicureus euaserat. & 175. Is simili ratione summus euaserat. 1. de Orat. 126. Quos iudicabat non posse oratores euadere. 2. de Leg. 43. Sed nimis sæpe secus aliquando videmus euadere. Qu. de Pe. 27. Minutatim ex communibus proprij euadunt. Orat. 95. E philosophorum scholis tales ferè euadunt. 4. de Finib. 69. Ex his angustiis ista euaserunt deteriora. 4. de Finib. 78. Quæ rursus dum sibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadũt, asperiores, duriores, & oratione & moribus. ad Brud. ep. 7. Bibulum nolì dimittere ex sinu tuo tantum iam virum, ex quanto, crede mihi, potest euadere, qui vestris paucorum respondeat laudibus.

¶ *Aufugio, euolo, exeo.* 1. Tusc. quæst. 43. Accedit vt eo faciliùs animus euadat ex hoc aere, eumq; perrumpat, quòd, &c. 2. de Diuinat. 13. Aegrotus euasit ex morbo, nauis euasit ex periculo, exercitus euasit ex insidiis. ✠ ‖ 1. Tusc. 98. Id multo beatius est, te cũ ab ijs qui se in iudicum numero haberi volunt, euaseris, ad eos venire qui verè iudices appellantur. 3. in Verr. 13. Euadere ex iudicio, & emergere. L. EMERGO. de Sen. 89. Cum animus ex corpore euasisset. 2. I. C. 1. Abijt, excessit, euasit, erupit. 2. de Natur. 95. Ex abditis sedibus euadere in in loca clara.

¶ *Erumpo, irruo.* pro Cæl. 65. Euasissent subitò ex balneis mulieris amici: *id est, erupissent.*

¶ *Euenio, cado.* 2. de Diu. 121. Aliquando id quod somniamus euadere. 2. de Diu. 146. Cum eadem somnia & alijs aliter euadant, & ijsdem non semper eodẽ modo. & *ibid.* Cui somnium euasit. 2. de Diu. 109. Multa vera, inquit, euadunt. & *ibid.* Aliquid, sicut prædictum est, euadere. Attic. lib. 14. ep. 21. Nihil antè de profectione constituam, quàm ista, quò euasura sint videro. Att. lib. 9. ep. 1. Antea videamus, hoc quorsum euadat. Attic. li. 16. ep. 14. Quoad audiamus hæc? quæ commota sunt quorsum euadant.

✠ ADVERB. *Minutatim, ex communi proprium, de Pet. Con. secus. 2. de Leg. fere Orat. facilius. 1. Tusc. Subitò pro Cæl. Aliquando. 2. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Ille eiusmodi euasit. Dignum in dicendo euadere* Euadet *ille perfectus, summus. Ex iudicio euadere & emergere. Euasit. Abijt. excessit, euasit,* synonyma perpende per gradus potestatum. *Illud euadet verum.*

EVAGOR, aris. 1. Off. 102. Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquam exultantes siue cupiendo, siue fugiendo, non satis à ratione retinentur, hi sine dubio finem & modum transeunt.

✠ ADVERB. *Longius. 1. Offic.*

EVANESCO, scis. *vanesco. ad nihilum vecido, è conspectu omnium me aufero, exaresco, obsolesco, in nihilum occido.* 2. de Orat. 95. Omnis eorum memoria sensim obscurata est & euanuit. Attic. li. 3. ep. 10. Sin, vt scribis, ista euanuerint, aliud aliquid videbimus. Atti. li. 3. ep. 14. Posteaquam extenuari spem nostram & euanescere vidi. ad Brut. ep. 16. Non modò reliqui temporis gloriam eripueris tibi, sed etiam præterita euanescere coges. 5. Tusc. quæst. 85. Nam Pyrrhonis & & Herilli sententiæ euanuerunt. 1. de Diuinat. 38. Potest autem uis illa terræ euanuisse vetustate. 2. de Diuin. 117. Hoc loco cum vrgerentur, euanuisse aiũt vim loci eius. de Diuinat. *ibidem.* De vino aut salsamento putes loqui, qui quæ euanescũt vetustate. de Cla. ora. 323. Cũ iam penè euanuisset Hortẽsius. de Cla. 106. Isq; & orationes reliquit, quæ iã euanuerunt.

✠ ADVERB. *Iam, penè de Clar.*

EVANGELIA. *præmia quæ dantur ob iucundum nuncium, & supplicationes quæ ob rem benè gestam decernuntur.* Att. li. 2. ep. 3. Primum, vt opinor, εὐαγγέλια. Atti. lib. 2. epi. 8. Epistolis tuis εὐαγγέλια quæ reddam nescio. & lib. 13. ep. 38. Itane nunciat Brutus illum ad bonos viros εὐαγγέλια. sed vbi eos, nisi fortè se suspendit.

EVASVRVS, a, um. Atti. li. 7. ep. 16. Hæc intelligentur, quorsum eua sura sint.

EIKAIPIA. L. OCCASIO & OPPORTVNE & OPPORTVNITAS.

EVCHIVS, chij, *Bacchus.* L. BACCHVS.

EYXPHΣTHMATA. L. COMMODA.

EVCLIDES. *Socratis discipulus Megareus.* 4. Acad. 129.

EVDAEMON, onis. *id est Arabia.* Attic. lib. 9. ep. 11.

EY'ΔOΞIA. L. FAMA.

EVECTVS, a, um. *sublatus.* de Cl. 51. Vt semel è Piræo eloquentia euecta est 3. I. V. 53. Signa plostris euecta asportataq;.

EVELENDVS, a, um. pro Sest. 33. Consules non modò ex memoria, sed etiam ex fastis euellendi.

EVELLO, lis. *extirpo.* 2. de Di. 67. Timidè fortasse signifer euellebat quod fidenter infixerat. pro S. R. 6. Hunc mihi ex animo scrupulũ euelle. Att. li. 10. ep. 13. Euellere radices. Or. 97. Inserere nouas opiniones, & euellere insitas. 1. de Orat. 230. Tamen omnẽ eorum importunitatem ex intimis mentibus euellisset vis orationis tuæ. ✠ ‖ pro. Cl. 152. hoc metu præposito, euellere se aculeũ seueritatis vestræ posse cõfidũt. de Pro. 43. Si ex rerũ natura non possem euellere, ex animo certè excidere; pro Clu. 4. Euellã ex animis hominũ, tantam opinionem tam penitus insitã. pro Sest. 60. Qui in contione palã dixerunt, linguã sa eueillisse M. Catoni, quæ semper contra extraordinarias potestates libera fuisset. pro Dom. 34. Vides me non radicitùs euellere omnes actiones tuas. neq; illud agere quod apertum est.

EVELLO,lis.2.de Fin.97.Euelli iussit hastam.

☞ Syntaxis. *Aliquem ex memoria euellere. Scrupulum ex animo euellere.*

EVENIO,nis.*euado, obuenio, cado, fio, obtingo, conficior, accidit, vsu venit, procedo, exitum habeo, intercedo.* ‖ *euenire dixerunt Romani quod nostri rudiores, exitum bonum, aut malum habere.*2.de Diuin.53. Omnia ferè contrà ac dicta sunt, euenere.& lib.1.27. Auspicia quæ alicui secunda euenerunt.1.de Di.125.Vt cùm euenerit, ita cadet, vt prædictum sit.pro Quin.49.Nam quid homini potest turpius accidere ? quid verò miserius aut acerbius vsuuenire? quod tantum euenire dedecus? Epist.lib.6.ep. 21.Timebam, ne euenirent ea quæ acciderunt.pro Mur. 1. Idem ego sum precatus, vt ea res vobis faustè, feliciter, prosperéque eueniret.Ep.lib. 3.ep.12.Velim tibi prosperè euenire quæ facta sunt. pro Sest. 71. Quibus vtinam ipsis euenissent ea, quæ tum homines præcabantur.2.de Natur.167.Magnis viris prosperè euenire semper omnes res.& lib.3.81.Multis bonis malè euenire, multis improbis optimè.2.de Di. 52.'Quota enim quæq; res euenit prædicta ab his?& 94.Alia Romæ, alia Tusculi euenit sæpe tempestas.2. de Or.224.Fortè euenit, vt in Priuernati essemus.1.de Inuen.42. Quæri solet, quid ex quaque re euenerit, eueniat, eueniturum q; sit.& 60.Quare euenit, vt res,& c. *id est quare sit.*1.de In. 20. Quod euenit, si facies,&c.At.lib.6.ep.6.Id euenit ob eam rem, quòd, &c.pro Planc. 15. Nihil vt plerunque euenit, præter opinionem accidet.1.de Fin.53.Incommoda, quæ eueniunt improbis.ad Br. ep.4.Nihil nobis aduersi euenire potest.Ep.lib.2.ep. 10. Ex quo vereor, ne idem eueniat in meas literas.

✠ *ADVER.Benè.1.Tusc.Benè, fauste, feliciter, prosperè, pro Mur.Casu, contra ac dictum.2.de Diuin.facilè. 1.de Diu.feliciter.16.Famil.Malè, optimè.3. de Natur. Nec opinatò, opinato.3.Tusc.perraro.5.In Ver.profluenter. 5.Tusc.prosperè, temere.2.de Nat.prosperè quid.3.Fam. Raro, ac insolenter vulgo,1.de Inuent.*

EVENTVRVS,a,um.1.de Diu.2.Vt prædici possit, quicquid cuique euenturum & quo quisque fato natus sit.2.de Diu. 105.Nescire ea quæ euentura sunt, melius est quàm scire.1.Tusc.9. Illi quibus tam euenit vt morerentur,& quibus euenturum est, miseri.2.de Nat.118.Ex quo euenturum nostri putant, vt ad extremum omnis mundus ignesceret.

☞ Syntaxis. *Alicui,& in aliquem aliquid euenire.*

EVENTVM,ti. *euentus, exitus, casus, res, fortuna.*1.de D. 12.Rerum euenta magis arbitror quàm causas quæri oportere. Top. 67. Causarum cognitio cognitionem euentorum facit.Arti. libr.9. ep.4.Causæ euentorum magis mouent quàm ipsa euenta. pro Rab.posth.1.Hoc plerique facimus, vt consilia euentis ponderemus: & cui bene quid processerit, multum illum prouidisse: cui secus, nihil sensisse dicamus.2. de D. 99. Chaldæorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur.I.P.98. Non euentis, sed factis cuiusque fortunam ponderari. Epist. libr.1.ep. 7. Ego te ex nostris euentis communibus admonendum putaui. & lib.5. ep.12. Vt à continentibus tuis scriptis secernas hanc, quasi fabulam rerum euentorum q; nostrorum. *Septus pluratiuo numero.* Horten. Vt aliorum facta & euenta conquiram.de suo Consul. atque animi pendens noctis euenta timebat.

✠ *ADIVNC.Communia.1.Fam.Dubia, Part.*

EVENTVS,tus.*euentum, exitus, casus.*1.de Inue.42.Euentus est alicuius exitus negocij.At.lib.9. ep.10. Consilia ex euentu, non ex voluntate à plerisque probari solent.2.de Grat.63.Consilia primùm, deinde acta, postea euentus.pro Quin.83.Spem maleficij præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocare. pro R. 16.Harum rerum non solus euentus atque perpessio, sed etiam expectatio indigna homine libero est. de Arusp. 6. Scipio Carthaginem quasi fatali euentu solus euertit.pro Corn. 9. Ipse casus euentusque rerum, non duces, sed comites eius consiliorũ etunt.14. I. A.5. Sed spei fructum rei conuenit & euentui reseruari.2.de Leg.43.Sceleris est pœna tristis,& præter eos euentus qui sequuntur, per seipsa maxima est.1.de Diu.58.Mihi à peritis in Asia prædictum est, fore eos euentus rerum qui acciderunt. 2.de Diu.22. Si ab adolescentia scisset, quos euentus senectutis esset habiturus.1.de Or.123.Euentum dicendi ex sententia procedere.& 120.Varios euentus orationis pertimescere.Atti.lib.9. 4.Fortiter ferre aliquem euentum.Epi.lib. 6.epi.21.Nunc nihil timeo,& ad omnem euentum paratus sum.4.ad Here.14.Qui sciunt, quid alijs acciderit, facilè ex aliorum euentibus suis rationibus possunt prouidere.1.I.C.16.Ab euẽtu suo ista subsellia vacua facta sunt. ‖ *alias aduentu.*1.de Diuinat.12. Significatione euentus.

✠ *ADIVNC.Aduersi.) (.secundi, incerti valetudinis, pro Mar.Dubius, Part.fatalis, de Arusp.humanus.* 4. *Tusc.Incertus, pro Quint.Prosperi.2.de Diui. vary.*

2.*de Orat.*

☞ Syntaxis. *Euentus est exitus.* habes hic genus, *Casus euentusque.*

✠ EVERRENDVS,a,um. *Scopis expurgandus.*4.In Ver.19.Videte satisne paratus, ex illo omine vrbano ad euerrendam prouinciam venerit, *alias euertendam. vide Riuiũ & Lamb. in annotationibus suis in hunc locum.*

EVERRICVLVM,li.*retis piscatorij, genus, à verrendo dictum.* 3. de Natur. 74. In euerriculum malitiarum omnium iudicium de dolo malo. ‖6.In Verr.53. Quod vnquam huiusmodi euerriculum vlla in prouincia fuit.

EVERSIO,onis.*ruina, casus, pernicies.*5.de Finib. 28. Quæ sine dubio vitæ sunt euersio. de Sen.40. Hinc rerum publicarum euersiones.1.I.A. 5. Euersio illius execratæ columnæ.de Arusp. 3. Inferre euersionem tectis atque agris. 4. Academ. 99. Omnis vitæ euersio.

EVERSOR,oris. Part.106. Ciuis euersor ciuitatis.& pro Sest.17. Euersor huius imperij.

EVERSVS,a,um.pro Sest.35.Vrbs excisa & euersa.Att.lib.5.ep.16. Euersam in perpetuum prouinciam nos inuenisse scito. pro Q. 74.Aliquis afflictus,euersus.

✠ *ADVERB.Funditus, fortuna, prouincia,* 5. *Famil.& 1.Ver.Planè Attic.Sigillatim bonis.5.In Ver.*

EVERSVS,sa,sum.*ab euerror, euerreris, vt apparet.*4.I.V.52. O Verrea præclara,&c.quod fanum denique, quod non euersum atque extersum reliqueris? ‖pro Dom.101.Domus euersa.

✠ EVERTENDVS,a,um. Ad Brut.ep.15. Nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est boni, quantum in euertenda mali.

EVERTO, tis.*exturbo, euersionem infero.* Brut.ep.15 Lepido statuam in rostris statuimus, ijdem illam euertimus.pro S. R. 115. Sed hunc funditùs euertit bonis.4.Academ. 18.Vt retineamus eam definitionem, quam Philo voluit euertere.Ora.122.Sua confirmare, aduersaria euertere.2.de Fi.80. Ista præcepta quæ probas, funditùs euertunt amicitiam.de Arusp.6.Scipio solus Carthaginem euertit.Attic. lib. 1.epist. 15. Ille annus duo firmamenta Reipu.per me vnum constitura euertit. pro Dom. 35. Funditùs euertisti ciuitatem.1.de Ora.174. Qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit.Parad.3.& 4.de Fin. 76.Auri nauem euertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest.de Cla.238.Huius vita & mores omnẽ commendationem ingenij euertunt.Ep.lib.5.ep.2.Is me decreuerat non iudicio atque disceptatione, sed vi atque impressione euertere.At.lib.16.ep.14.Is quantum in ipso fuit.Remp.euertit.1.I.V.21.Euertere aliquem omnibus fortunis. 3. de Finib.10. Quasi virtutis lumẽ extinxeris,& virtutem penitus euerteris.I. P.86.Euertisti miseras funditùs ciuitates. ‖ 5.In Verr.47.Labefactarat enim vehementes aratores iam superior annus, proximus verò funditus euerterat.3.In Ver.135. Ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patrijs conetur euertere.4. I.Ver.36.Euerte leges, testamenta.

✠ *ADVERB.Funditus.2.de Fini.6.Funditus bonis, pro Sex.Rosc.funditus domum.de Amic. Ciuitatem. pro Dom.fortunas, pro Quint.Suos.10.Attic.penitus.3.de Finib.planè.1.In Ver.*

EVERTOR,ris.de Amic.23.Nulla domus tam stabilis, nulla ciuitas tam firma est, quæ non odijs atque dissidijs funditùs possit euerti. ‖pro Quint.95.Calamitosum est bonis euerti.

☞ Syntaxis. *Vt aliquem & impressione euertere. Omnibus fortunis aliquem euertere.*

EVESTIGIO.*repentè.*Epist.lib.4.epi.12.Euestigiò eò sum profectus prima luce.1.I.V.57.Sed repentè euestigiò ex homine, &c. factus est Verres.

EVICTVS,a,um.3.I.V.1.Verres tam nefarijs criminibus, tam multis testibus euictus.

EVIDENS,tis *clarus, apertus, perspicuus dilucidus.* 4.Ac.17.Plerique definitiones euidentium rerum non improbant.& 44. Euidentes & perspicuæ res.3.de Nat.9.Euidens est, de quo inter omnes conueniat.& 2.de Nat.5.Quid enim est hoc euidentius? de Am. 27. Quod in homine multò est euidentius. Top. 97. Narratio euidens. *id est, dilucida.*de Vniu.28.Mensura euidens.

☞ Syntaxis. *Euidens & perspicuum.*

EVIDENTIA,tiæ.*perspicuitas.*4.Aca.17.Nihil est clarius ἐνεργείᾳ, vt Græci: perspicuitatẽ aut euidentiam nos.si placet, nominemus.& *Ibid.*Sed tamen orationem nullam putant illustriorem ipsa euidentia reperiri posse.

EVIGILATVS,a,um.At.lib.9 epist.14. Honesta atque expedita tua consilia, quàm euigilata tuis cogitationibus.

EVIGILO,as.*vigilo, incumbo, elaboro.* Parad.1. In quo euigilarunt curæ & cogitationes meæ.ad Br.ep. 15. Messala tanta est industria, tantoque euigilat studio, vt,&c.

EVISCERATVS, ta. tum. *viscéribus exemptus, confessus, discerptus.* 2. Diu. 133. Euiscerata, inanima, cum animali sono. ex Pacu. I. P. 43. & 1. Tusc. 107. Vt tu vspiam saxis fixus asperis, euisceratus lacere penderes. vt ait ille, saxa spargens tabo.

EVITANDVS, a, um. Ora. 194. Vt versum fugimus in oratione, sic ij sunt euitandi continuati pedes.

EVITATIO, nis, f. ad Her. 3. Euitatio incommodorum.

EVITO, as. *vito effugio.* 5. de Fin. 20. Ne vitationem quidem doloris ipse per se quisquam in rebus expendendis putauit, nec sic etiam euitare posset.

EVITARI, vitam. *id est, eripi, auferri.* 3. de Or. 215. & 1. Tusc. 85. & lib. 3. 45. Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam euitari.

EVLOGIVM, gij. L. ELOGIVM.

EVMENIDES, *furiæ.* 3. de Nat. 46. Eumenides, quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos, vt ego interpretor, lucus furiæ, furiæ deæ sunt, speculatrices credo & vindices facinorum & sceleris.

EVMOLPIDAE. 2. de Leg. 35. Quid ergo aget Inachus, Eumolpidæque vestri & angusta ista mysteria? si quidem sacra nocturna tollimus.

EVNVCHVS, chi. *exectus, castratus.* Orat. 232. Eunuchi è Syria Ægyptóque.

EVOCATIO, onis, f. ad Her. 3. Euocationes hominum.

EVOCATOR, oris. 1, l. C. 27. Euocator seruorum & ciuium perditorum.

EVOCATVS, ta, tum. *miles auxiliarius & externus, ex diuersis locis coactus.* ✠ ‖Epist. lib. 15. epi. 4. Cum interia superioribus diebus ex Senatusconsulto, & euocatorum firmam manum, & æquitatum satis idoneum & populorum liberorum, regúmque sociorum auxilia voluntaria comparauissem, *Ibid.* lib. 10. epi. 30. Antonius legiones eduxit duas, &c. & prætorias cohortes duas, vnam suam alteram Silani, & euocatorum partem. & lib. 3. ep. 6. Antonium præfectum euocatorum misi ad te, cui, si tibi videtur, cohortes traderes.

¶ *Accersitus.* 2. de Fin. 99. Probitas præmiorum mercede euocata. pro Deiot. 40. Misericordia tua occurrere soler supplicibus, nullius oratione euocata. Att. lib. 8. ep. 2. Non expulsi, sed euocati è patria. pro Deiot. 13. Et venit vel accersitus, vt socius, vel euocatus, vt is qui senatui parere didicerat.

EVOCO, as. *elicio, exuscito, excito.* 3. I. V. 27. Verres statim Messana literas dedit, Dionem euocauit. 2. de Orat. 353. Iuuenes stant ad ianuam duo, qui te magnopere euocant. Attic. lib. 2. epist. 24. Sic te euocabam, vt nihil actius.

EVOCOR, ris, f. L. V, 68. Ita Agyrio quinque primi accitu istius euocantur. * Hortens. Quæ confectio est valetudinis, quæ deformatio coloris & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur atque eliciatur voluptate?

✠ ADVERB. *Magnoperè aliquem. 2. de Orat.*

EVOLO, as. *auolo, effugio.* 7. I. V. 87. Euolârat iam è conspectu ferè fugiens quadriremis. 3. I. V. 13. & pro Mur. 82. Confringat iste sanè vi sua consilia senatoria, quæstiones omnium perrumpat, euolet ex vestra seueritate. Epist. lib. 7. ep. 30. Quin hinc ipse euolare cupio. pro Deiot. 30. Vbi id quod intus est atque nostrum, impunè euolare potest, de Cl. 271. Itaque tantos processus faciebat, vt euolare, non excurrere videretur. 1. de Leg. 2. Aquila euolauit ex arbore. Anteq. 8. Liceat ex hac flamma euolare. de Som. 5. Qui ex corporum vinculis tanquam ex carcere euolârunt. 1. de Diu. 114. Quorum animi spretis corporibus euolant, & excurrunt foras. pro Sest. 28. Consul exanimatus euolat è senatu. 1. de Or. 161. Tantus cursus verborũ fuit, & sic euolauit oratio, vt, &c.

✠ ‖2. de Orat. 22. Cum rus ex vrbe tanquam è vinculis euolauissent. de Amic. 14. Vt optimi cuiusque animus in morte facillimè euolat tanquam è custodia.

¶ *Ascendo.* Epist. lib. 1. epi. 7. Quem illi esse in principibus facilè sunt passi, euolare altius certè noluerunt.

¶ *Vito, effugio.* de Pro. 14. Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis, inuitissimis nobis euolârunt. ‖ 3. In Verr. 67. Iste qui sita cupiditate tantos tumultus concitatos videret cuperet aliquâ euolare si posset. *Ibid.* 70. Tamen ex ea flãma periculoq; euolauit. Att. lib. 10. ep. 12. Certe hinc istis inuitissimus euolabo.

✠ ADVER. *Altius. 1. Fam. Facillimè. de Amic. Impune. pro Diot.*

☞ Syntaxis. *Euolat nauis. Euolare & excurrere foras. Cursus verborum & euolans oratio.*

EVOLVENDVS, a, um. 1. de Finib. 72. In poëtis euoluendis tempus consumere.

EVOLVO, uis. *explico.* pro Cæl. 56. Cuius ego criminis neq; principium inuenire, neque euoluere exitum possum. 3. Offic. 76. Si quis voluerit animi sui cõplicatam notionẽ euoluere. in Arat.

Quare ego nunc nequeo totos euoluere cursus.

Attic. lib. 9. epist. 12. Totam hanc deliberationem euoluis accuratiùs in literis VIII. cal. Mart. datis. Top. 9. Euoluere id quod inuolutum est.

¶ *Expendo animo.* 1. Tusc. 25. Eũolue diligenter eius librum, qui est de animo. 4. Acad. 114. Euoluere naturam omnium rerum. Att. lib. 9. ep. 12. Euolui volumen epistolarum tuarum.

✠ ADVERB. *Accuratius deliberationem. 9. Att. diligenter. 1. Tusc. Separatim libros, Top.*

EVOLVTIO, onis, *lectio.* 1. de Finib. 25. Quid historiæ cognitio? quid poëtarum euolutio? quid tanta tot versuum memoria voluptatis affert?

EVOLVTVS, a, um. *absolutus.* 2. de Or. 350. Aliquãdo te euolutum nudatúmque video illis integumentis dissimulationis tuæ.

EVOMO, mis. *foras, pronuncio.* 2. I. C. 2. Quòd tantam pestem euomuerit, foràsque proiecerit. 2. de Natu. 124. Conchas coquere, & eas postea euomere. pro Mil. 79. Non vereor, ne odio inflam matus hæc in illum euomere videar. de Ami. 89. Apud aliquem euomere virus acerbitatis suæ. I. P. 90. In quo tu accepta, tamen deuorata pecunia Vticanorum centum talenta euomere non

✠ poteras. ‖5. in Ant. 20. Tum vero agmine quadrato in ædem Concordiæ venit, atque in me absentem orationem ore impurissimo euomuit.

✠ ADVERB. *Verius in aliquem, pro Mil.*

☞ Syntaxis. *Euomere, foràsq; proiicere. Euomere pecuniam.*

EVPHRATES, tis. *fluuius.* 2. de N. 130. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis nouos agros inuehit.

EVRIPIDES, dis. Ep lib. 16. ep. 8. Ego singulos Euripidis versus,

✠ singula eius testimonia puto. ‖3. Tusc. 30. Quod autem Theseus à docto viro se audisse dicit, id de seipso loquitur Euripides, fuit enim Anaxagoræ discipulus, 1. Tusc. 115. 4. Tusc. 63. De Opt. 18. 3. Off. 108. 4. Tusc. 71.

EVRIPIDEVS, dea, deum. 3. Tusc. 59. Euripideum carmen.

EVRIPVS, pi. 2. de Leg. 2. Ductus aquarum, quos isti euripos vocat. 3. de Nat. 24. Quid Chalcidico euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? pro Mur. 35. Quod fretum, quem euripum tot motus, tãtas, tam varias habere putatis agitationes fluctum? L. NILVS.

EVROPA. *pæ. extrícus mundi partibus vna, sed minor.* 3. de Natura. 24.

Europa: n Lybiamq; rapax vbi diuidit vnda. & pro Fl. 64.

EVROTAS, tæ. *fluuius.* 2. Tusc. 36. 5. Tusc. 98. Labor in venatu, fu-

✠ dor cursus, ab Eurota, fames sitis &c. 2. de Inuent. 96. Magnis tempestatibus commotus fluuius Eurotas, is qui præter Lacædemonem fluit. Attic. lib. 15. ep. 6. Sedere ad Eurotam.

EVRVS, euri. *ventus ab ortu flans inter Subsolanum & Nothũ.* ‖ Attic.

✠ lib. 16. ep. 2. Sed quoniam Euro villa extrudimur Brũdusium cogito: facilior enim, & exploratior deuitatio legionum fore videtur.

EVVLSIO, onis. 3. de Nat. 57. Aesculapius primus dentis euulsionem inuenit.

EVVLSVS, a, um. Attic. lib. 15. ep. 4. Excisa est arbor, non euulsa: ›-itaq; quàm fructificetur vides. 4. de Orat. 4. Euulsa lingua.

EVΘYMIA. *animus terrore liber.* 5. de Fi. 87. Democritus ex illa inuestigatione naturæ consequi volebat, vt esset bono animo: id enim illi summum bonorum εὐθυμίαν, & sæpe ἀοχλησίαν appellant, id est animum terrore liberum.

EYTAΞIA. L. ORDO, COLLOCATIO, DISPOSITIO.

EVXINVS. *pontus.* 1. de Or. 174.

EX, *Præpositio vires habens diuersas: nimirum dictionum.* ‖ *Occultiores*

✠ *huius præpositionis vsus ex Schoro accipe. Ex præpositio (inquit) nota sed quædã forma loquendi ex ea sunt nostris non satis vsitata: quas cum Græci præpositione κατὰ exprimut, & nos patrio sermone eodem modo, docere hic volumus Latinos non, Secũdum, vt multi vertunt, sed ex, aut è dixisse: non enim dicunt veteres illi Romani Secundum leges administrare, vt vulgus nunc, sed ex lege, hæc ille: plura vide apud Cardinalem. pag. 91. Nisi te satis sequentia exempla docuerint.*

¶ *Ab.* Epist. lib. 9. ep. 17. Ex aliquo scire, ex aliquo quærere. pro Qu. R. 7. Piso ex aduersarijs pecuniam non peteret. Ep. lib. 11. ep. 20. Ex hoc pendére totum negocium, vt plurimum lucri fiat. 3. Offic. 66. Pater sæpe ex filio est nominandus. Epist. li. 3. ep. 6. Ex literis tuis intellexi. Att. lib. 16. ep. 3. Ex Zenone cognoscam. Or. 114. Rhetoricam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ. Atti. lib. 8. ep. 13. Accepi tuas litteras, ex quibus cognoui, &c. 1. de Inuent. 14. Ex eadem parte eodem in genere. * Incer. Cum ex aduersis & perditis rebus ad meliorẽ statũ fortuna reuocatur.

¶ *Post.* Attic. lib. 7. ep. 25. Die ex die expectare. I. V. Act. 4. Ex interuallo regustare aliquid. 6. I. A. 1. Res ex Cal. Ian. agitata, paulò antè confecta est. 14. I. A. 20. Ex Cal. Ian. ad hanc horam vigilaui. Epist. lib. 16. epi. 9. Vereor, ne ex Cal. Ian. magni tumultus sint. & lib. 13. & 26. Negotia mea quæ sunt in Achaia, ex eo quòd heres sum M. Mindio. Attic. lib. 9. epist. 4. Ex ea die Septentriones venti fuêre. pro Qu. 22. Ex eo tempore res esse in vadimonium cœpit. Atti. lib. 16. epist. 1. Sumptus ex Calen. April. ad H—S. LXXX. accommodetur. pro Dom. 70. Ex Cal. Ian. quoad perfecta res est, de me retulisti. Attic. lib. 4. epist. 17. Futurus sum extra vrbem ex idibus Ian. 1. I. A. 1. Nec verò vsquam

discede

discedebam ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus. de Cl.318. Cotta ex consulatu profectus est in Galliam. 2. I.V.30. Tribuni militares ex Calend. Ian. non iudicabunt. 2. contra Rul. 55. Infinito ex tempore non vt antea ab Sylla & Pompeio Cos. 2. Offic. 47. Ex qua ætate qui exercentur, laude affici solent. pro Sest. 1. Si quis antea, iudices, mirabatur, &c. ex hoc tempore miretur potius, &c. pro Dom. 90. Tantum ex vetere illa coniurane odium continebat.

¶ *Propter.* Attic. lib. 2. epist 19. Ex literis alicuius aliquem in amicitiam recipere. Epist. lib. 3. ep. 4. Ex illius sermone ad te scribã plura. pro Fon. 16. Aliqui ciuilibus studiis atque ex obtrectatione domestica inimici. de Clar. or. 332. Ex te nos duplex afficit solicitudo. pro Rabir. Posth. 23. Demetrius & ex repub. Athenis, quam optimè digesserat, & ex doctrina nobilis & clarus. pro S. R. 82. Quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare. 3. Offi. 72. Ex alterius insciti prædari. Attic. lib. 8. ep. 16. Ex literis Pompeij non dubitabam, quin, &c. 2. de Inuen. 14. Postquã illos arctius, vt fit, iam ex lassitudine dormire sensit.

¶ *Circa.* Offic. 157. Ea virtus quæ constat ex hominibus tuendis. *id est, ex societate generis humani.* & lib. 1. 76. Quanquam hæc quidem res, non solum ex domestica ratione est, attingit enim & bellicam.

¶ *In.* 2. Offi. 25. Alexander Pheræus ex insidiis interiit. & lib. 3. 99. Ex insidiis capi. de Clar. 94. Spurius doctus ex disciplina Stoicorum. pro Muren. 75. Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros. Q. Tubero. 5. Tusc. 59. Ex tutri alta concionari.

¶ *Per.* 1. de Inu. 65. Ex se intelligi propositio dicitur, cum approbationis non indiget. 1. de Inu. 14. Ex se & ex natura considerare aliquid. *& ibid.* Ex se nihil firmi dare ad recusationem. 2. de Nat. 31. Ipsum ex se sua sponte moueri. & 26. Quæque ipsa ex se generata stirpibus continentur.

¶ *Iuxta.* pro Qu. 32. Ex sponso agere. pro Quint. 48. Ex officij ratione, atque ex omnium consuetudine factum alicuius considerare. 3. de Nat. 74. Quæ ex empto aut vendito, conducto aut locato fiunt. Par. 117. Fides ex fortuna ponderanda non est. pro S. R. 108. Ex vnius iudicio factum alterius considerare. pro Q. 5. Si ex opibus, non ex veritate causa pendetur. 3. de Orat. 108. Ex iure ciuili furculo defringendo vsurpare possessionẽ amissam. pro Mur. 26. Ex iure manu consertum. pro Clu. 103. Iudex qui non ex lege sedisset. pro S. R. 26. Ex sua natura cæteros fingere. de Ar. 15. Domus mea ædificatur ex autoritate senatus, pecunia publica. ad Brut. epist. 2. Facis ex tua dignitate & è repub. & Att. lib. 5. epist. 8. Statues, vt ex fide, fama, réque mea videbitur. 1. de Diuin. 36. Somnia, quæ Magi Cyro interpretati sunt ex Dionysij Persici libris. Attic. lib. 5. epist. 20. Te ex sententia nauigasse gaudeo. pro Cor. 61. Nauigium ex tempestate moderari. 2. de Ora. 137. Non ex reis, sed ex rebus numerare causas. pro Q. R. 46. Non ex pactione verborum, sed ex malitia & perfidia dij hominibus irasci solent. pro Qu. R. 56. Ex iurisperitorum consilio & autoritate restipulari ab aliquo. 1. de Inu. 70. Ex lege iurati iudices iudicent. 1. de Inu. 68. Ex legibus optimè resp. administratur. 1. be Inuen. 68. Ex vtilitate communi leges interpretari, non ex scriptione quæ in literis est, & ad vtilitatem communẽ. 1. Tusc. 58. Ex quo. 1. ad Heren. 25. Ex testamento iuberi, & ex plebisscito vetari aliquid facere. 4. ad Heren. 7. Ex arte scribere. 1. de Inuen. 8. Ex arte dicere 4. Tuscu. 72. Ex pulchritudinis specie definire. Epist. lib. 3. ep. 3. Eáque me ex tuis mandatis monuit. Epist. lib. 12. epist. 19. Ex re & ex tempore constituere aliquid. & epist. 4. Ex opinione hominum scribo quæ scribo. 5. Tusc. 31. Ex aliqua re spectare, aliquem *id est, æstimare.* Anteq. 26. Quæcunque administraui, ex vestra autoritate, & patrum conscriptorum voluntate feci. I. P. 46, Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate 2. contra Rull. 63. Ex sua voluntate facere, &c. 1. de Orat. 94. Ex communi quadam hominum opinione dicere. Attic. lib. 7. ep. 14. De quibus antè ad te falsum ex Torquati literis scripseram. & ad Brut. epist. 5. Atque hoc poteris ex superioribus meis literis recordari. & lib. 16. epist. 1. Tu ex meis literis quando respondeas meditare. Quin. Fr. lib. 2. ep. 1. Noli, inquit, ex taciturnitate nostra Lupe quid aut probemus aut improbemus, iudicare. Qu. Fr. lib. 2. epist. 1. Ex superiorum temporum conuitiis, ex præsenti silentio, quid senatus sentiret, se intelligere dixit. & lib. 1. epist. 2. Zeuxis, quem ego & ex suis ciuibus, & ex multis aliis quotidie magis cognosco nobiliorem esse propè, quàm ciuitatem suam. pro S. R. 18. Spero ex hoc ipso non esse obscurum, ad quem, &c. *Frag. ep. Bellum ex consensu ciuitatis confectum iam haberemus.

¶ *Insuper numeri, copiq; ratione.* 1. de Orat. 102. Ex magna hominum frequentia dicere iubebat, si quid quæreret. Epist. li. 1. ep. 1. Treis legatos ex iis qui priuati sunt, & 4. I.V. 113. Nihil ex sacro, nihil de publico attigit. 2. Offic. 32. Honestum illud maximè perlucet ex iis quas commemorauí virtutibus. 2. contra Rul. 23. Si vobis ex omni populo diligendi potestas esset. *& ibid.* Quem vnum ex cunctis delegisseris Epi. lib. 13. ep. 1. Is non est ex istis. *& ibid.* Aulus vnus ex meis intimis. 1. de Leg. 21. Ex tot generibus nullum animal est, &c. de Amic. 65. Hũne ex maximè raro hominum genere iudicare debemus. 1. de Orat. 168. Homo ex numero disertorum postulabat, &c. pro Ar. 16. Ex hoc esse hunc numero quem, &c. ad Brut. epist. 12. Veterem ex tuis literis complexus sum. *pro M. Scau. Vnus ex omni memoria sceleratissimus. Hortens. Eundem non modò ex mediocri pecunia, sed etiam ex tenui percipere possumus. de Consolat. Et mares & fœminas complures ex hominibus in Deum numero esse videmus.

¶ *Materiæ.* pro Arch. 22. Ennius in sepulchro Scipionum constitutus ex marmore. 4. I.V. 50. Statua ex ære facta. & 6. Ver. 72. Simulachrum ex ære. & 62. Poculum ex auro. 1. de D. 48. Alexander ex eo auro buculam faciendam curauit. 3. de Nat. 38. Temperantia constat ex prætermittendis voluptatib. de Vn. 11. Vinculorum id aptissimum, quod ex se, atque de iis quæ astringit, maximè vnum afficit. Attic. lib, 13. epist. 13. Totam Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. Parad. 6. Populus Romanus ex tantis vectigalibus iampridem vix potest alere exercitum.

¶ *Mutationis.* de Opt. 23. Ex Græco, vel è Græco, vel à Græco conuersa oratio. 2. de Orat. 147. Ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat.

¶ *Recessus.* Ex vita, vel è vita, vel à vita excedere. L. EXCEDO.

¶ *Causa efficiẽtis, & occasionis. Ex quo, quo, qua ex re, quocirca, vnde.* 1. de Finib. 17. Atomi ita feruntur, vt concursionibus inter se cohærescant, ex quo efficiuntur omnia. de Fat. 44. Ex quo facile intellectu est, verbis eos, non re dissidere. de Amic. 23. Ex quo quantum boni sit in amicitia, iudicari potest. 1. Offic. 36. Ex quo intelligi potest, nullum bellum, &c. 1. de Diu. 62. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, &c. 1. de Diuin. 32. Ex quo factum est, vt rex, &c. 1. de Diui. 65. Ex quo illud est Caleni, &c. 1. Offic. 33. Ex quo illud, summum ius, summa iniuria. & 21. Ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatium dicatur, &c. *& ibidem.* Ex quo, quia suum cuiusque fit, &c. quod cuique obtigit, id quisque teneat. 1. de Nat. 12. Ex quo existit & illud, &c. 1. Offi. 13. Ex quo animi magnitudo existit, &c. 2. de Ora. 154. Ex quo quidam ferunt, &c. de Clar. 57. Ex quo nulla suspicio est, &c. pro Mar. 15. Ex quo nemo erit, &c. *Frag. epist. Ancone deiectus est ex Senatusconsulto.

¶ *Loci.* pro Clu. Boni viri ex occulto interuenissent.

¶ *Tandem vim habet præpositionum Absque. Sine, Citra.* 1. de In. 36. Ex tempore: *id est, subitò.* 2. de Orat. 246. Illud egregium & ex tempore: Manus laua, inquit, & cœna. item. Itaque his de rebus ex tempore & coram. pro Arch. 18. Sæpe ego hunc vidi cum literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus quæ tum agerentur, dicere ex tempore. 2 de Orat. 192. Antipater Sidonius solitus est versus ex tempore fundere. 1. de D. 72. Alia autem subitò ex tempore coniectura explicantur. 1. Offic. 33. Capere consilium ex tempore. Orat. 89. Ridicula ex tempore ficta, non domo allata. pro Flac. 36. Græcos ex tempore, quod opus sit, obsignare dixit. Attic. lib. 10. ep. 1. Quæ partim parari & iam cogitari, partim ex tempore futura censes. 1. de Inuent. 25. Res ex tempore nata. 5. Tusc. 88. Ex tempore effutire, &c. Attic. lib. 6. epist. 1. Te enim sequor αὐτοσχεδίαζε; id est, ex tempore agentem.

EXACTIO, onis. *pensio, tributum, stipendium, vectigal.* Att. lib. 5. ep. 1. Ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur. Ep. li. 10. epist 32. Magno pondere auri coacto de publicis exactionibus. & lib. 3. ep. 8. Illa acerbissima exactio capitum atque ostiorum. 2. de Leg. 51. Exactio pecuniarum. pro Dom. 51. Quid operum publicorum exactio; quid inscriptio nominis tui?

✠¶ *Item expulsio.* ‖ 1. de Or. 37. Tametsi ipsam exactionem (*puta regum*) mente non lingua perfectam L. Bruti esse certimus.

✠ *AIVNC. Acerbissima. 3. Fam. Extrema 5. Att. perfecta. 1. de Orat. Publicæ. 10. Fam. Superior. 3. de Leg.*

EXACTVRVS, a, um. Qu. de Pet. 35. Demonstres, quàm molestè feras, aliis te id rebus exacturum esse persuadeas: *id est, quasi* ✠*cumulate compensaturum.* ‖ *Lamb. legit exsarturum.*

EXACTVS, a, um. *completus.* 3. I.V. 48. Laronam iam ad pariendum vicinam temporibus exactis fugisse Delum. 1 Tusc. 94. Eorum autem qui exacta ætate moriũtur, fortuna laudatur. & 7. I.V. 21. Pater exacta ætate. 3. I. C. 6. Tertia ferè vigilia exacta.

¶ *Acceptus, de argento scilicet debito.* 3. Nat. 84. Per præconem vendidisse exactaque pecunia dixisse, vt, &c.

¶ *Expulsus.* 1. de Orat. 37. Quid exactis regibus.

EXACVENDVS, a, um. 1. de Orat. 131. Ad vos exacuendos accommodaui orationem meam.

EXACVO, is. *acuo, cohorter.* Attic. lib. 12. ep. 35. Velim cohortere & exacuas Cloatium. 1. de Leg. 60. Cum homo exacuerit illam ingenij aciem ad bona diligenda & reiicienda cõtraria. 3. de Leg. 21. Clodius ad statum nostrum labefactandum mucronem tribunitium exacuit. Epist. lib. 10. ep. 23. Solicitudinesq; meas quotidie magis tua merita exacuunt.

EXADVER

EXADVERSVS: *aduerbium, è regione, ex aduerso.* 1. de Diuinat. ✠ 101. ‖ *Alias aduersus.*

EXAEDIFICATIO, onis. *constructio, compositio.* 2. de Or. 63.

EXAEDIFICATVS, a, um. 2. de L. 42. In nostris sedibus exædificatũ templum Licentiæ. 4. Ac. 126. Ne exædificatum quidem hunc mundum diuino consilio existimo.

✠ EXAEDIFICO, as. *exstruo, ædifico,* 1. de Orat. 164. Nunc verò Crassę mea quoque etiam causa, rogo, vt quoniam tantum quoque habemus otij, quantum iam diù non contigit, nè grauare exædificare id opus, quod instituisti.

EXAEDIFICOR, ris. *ædificor.* 7. in Verr. 47. Nauis publicè gratis coactis fabris operisque imperatis exædificari atque effici potuit.

☞ Syntaxis. *Exædificari, ac effici.*

EXAEQVO, as. *æquo, æqualem vel paremfacio.* 4. I. V. 123. Iste omnia iura precio exæquauit, omnium rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. Epi. lib. 13. ep. 32. Sed vereor, ne quia complures tibi præcipuè commendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. Att. lib. 4. ep. 14. Pecunia omnium dignitatem exæquat. 4. ad Herenn. 29. Vt longitudo & plenitudo harum, multitudinem alterius æquet & exæquet. in Arat. Exæquare vnum cum alio. de Amic. 73. Qui in amicitiæ necessitudine superiores sunt, exæquare se cum inferioribus debent.

EXAEQVOR, ris. 4. ad Her. 26. Pauci pluribus exæquari non possunt. Postq. ad Quir. 22. Superiorem, esse contra improbos minus est negocij, quàm bonis exæquari.

☞ Syntaxis. *Pecunia omnium exæquat dignitatem. Exæquare se cum inferioribus: & cum datiuo.*

✠ EXAGGERRANDVS, a. um. 3. de Or. 103. Nihil est ad exaggerandam, & amplificandam orationem accommodatius, quam vtrumque horum cumulatissimè facere posse.

* EXAGGERANS, tis. Academ. Voluptatis nomen suauitatem, ✠ quietem, teste populo exaggerans. ‖ 1. Offic. 92. Rem familiarem omni ratione exaggerans.

EXAGGERATIO, onis. *elatio.* 2. Tusc. 64. Exaggeratio quàm altissimi animi.

✠ ADIVNCT. *Altissima, Maxima, animi.* 2. *Tusc.*

EXAGGERATVS, a, um. *erectus, cumulatus, amplus.* Parad. 6. Qui animo excelso, & alto, & virtutibus exaggerato est. Orat. 192. Alta & exaggerata oratio.)(*humilis & abiecta.* de Clar. orat. 66. Hæc posteriorũ quasi exaggerata altius oratio. 4. I. C. 19. Benignitate deorum auctas exaggeratasque fortunas nox vna penè deleuit.

✠ ADVERB. *Altius, de Clar.*

EXAGGERO, as. *amplifico, verbis aliquid magnum facio, augeo.*)(*extenuo.* 1. de Ora. 234. Veritus es nisi istam artem exaggerasses, ne operam perdidisses. pro Planc. 71. At enim nimis ego magnum beneficium Plancio facio, &. vt ais, id verbis exaggero. 2. de Ora. 292. Id complector, exorno, exaggero.

☞ Syntaxis. *Exaggeratus animas virtutibus Exaggerare & amplificare.*

EXAGITATOR, tris. *vexator.* Orat. 42. Plato exagitator omnium rhetorum.

EXAGITATVS, a, um. *agitatus, vexatus.* Ep. lib. 1. ep. 1. Vt in rebus multò, ante quàm tu profectus es ab ipso rege, & ab intimis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à consularibus exagitatis, & in summam inuidiam adductis ita versamur. pro Syll. 60. Colonorum dissensio delata ad patronos est, cum multos annos esset exagitata. Or. 12. Horum enim disputationibus, & exagitatus maximè orator est, & adiutus. Postq. in Senat. 19. Causam senatus exagitatam esse concionibus improborum. de Som. 22. Nec in hunc locum nisi multis exagitati seculis reuertuntur: *id est. exerciti & agitati.*

EXAGITO, as. *vexo, diuexo, insector, exerceo, iacto.* 3. de Orat. 56. Inuenti sunt, qui hanc dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent. Att. lib. 1. ep. 13. Insectari & exagitari aliquem. ¶ *Tracto commemoro.* Ora. 149. Quod apud Lucilium scitè exagitat in Albutio Scæuola. At. lib. 3. epist. 7. Ne & meum mœrorem ✠ exagitem, & te in eundem luctum vocem. ‖ Orat. 26. Æschines quædam exagitat.

EXAGITOR, ris. Orator. 27. Quonam igitur modo audiretur Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur vt putidus?

✠ ADVERB. *Scitè, Orat. Palàm.* 1. *Famil.*

☞ Syntaxis. *Res exulceratæ & exagitatæ, Insectari & exagitare hostes. Exagitare suum mœrorem.*

EXALBESCO, scis. *expalleſco, extimeſco,* 1. de Or. 121. Equidem in me ipso sæpe experior, vt exalbescam in principio dicendi. & 4. Ac. 48. Tremere & exalbescere obiecta re terribili. 5. de Fin. 31. Exalbescere metu. * Hortens. vt ait Ennius: Refugiat timido ✠ sanguen atque exalbescat metu. ‖ 3. de Orat. 216. Qui refugiat timido sanguen, & exalbescat metu.

EXAMEN, nis. *apum congregatio.* 1. Officior. 157. Apũm examina fingunt fauos. de Arusp. 25. Si examen apum ludis in scenam ✠ veniſſet. ‖ 1. de Diuin. 73. Et equum alacrem lętus aspexit, cuius in iuba examen apud confederat, de Arusp. 25. Videmus vniuersi repente examina tanta seruorum Immissa in populum Rom. sæptum & inclusum & non commouemur. de Senec. 54. Res rusticę lætę sunt &c. tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum horum omnium varietate.

✠ ADIVNC. *Congregabilia,* 1. *Offic.*

EXAMINANDVS, a, um. pro Fon. 11. Ad vnamquanque rem examinandam, momentoque suo ponderandam.

EXAMINANS, tis. Orat. 26. In hoc ipso diligenter examinante verborum omnium pondera.

EXAMINATVS, a, um. *libratus.* 1. Tusc. 43. Cum enim sui similem & leuitatem & calorem adeptus est, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur.

✠ ADVERB. *Exiliter Verba. 3. de Or. Grauiter. 9. Fam.*

EXAMINO, as. *perpendo, expendo, pondero, excutio, exquiro, in manibus iacto.* pro Planc. 79. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, quid cuique debeam. Or. 26. Diligenter examinare verborum omniem pondera.

EXAMINOR, ris. 2. de Or. 159. Sed ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

✠ ADVER. *Diligenter, verborum pondera, Orat.*

☞ Syntaxis. *Rem examinare, momentoq; suo ponderare. Animus æquis examinatus est ponderibus.*

EXANGVIS, gue. *pallidus.* de Ar. 2. Ille exanguis & æstuans se è curia repentè prorupit. I. P. 88. Cum tu, quòd tibi succederetur, exanguis & mortuus concidisti. 7. I. V. 129. Exanguium corpora mortuorum. pro Sest. 79. Aliquis extremo spiritu exanguis & confectus. & 24. Homo eneruatus & exanguis Qu. fr. lib. 2. ep. 3. Ille furens exanguis interrogabat, &c. 3. Tus. 26. Lacrymæ perdere humore exangueis genas. 4. ad Heren. 17. Aridum & exangue genus dicendi.

☞ Syntaxis. *Exanguis & æstuans. Exanguis ac mortuus. Extremo spiritu exanguis & confectus. Furens exanguis. Arida & exanguis dicto.*

EXANIMATIO, onis. 1. Offic. 131. Sic cauebimus, ne in perturbationes atque exanimationes incidamus. 4. Tusc. q. 19. Exanimatio est metus subsequens, & quasi comes pauoris.

✠ ADIVNC. *Humilis. 4. Tusc.*

EXANIMATVS, a, um. *consternatus, metu conturbatus.* 4. I. C. 3. Meam mentem domum sæpe reuocat exanimata vxor, metu abiecta filia. 4. I. V. 189. Itaque illum mutum, exanimatum, & vix viuum relinquo. 3. de Or. 38. Nolo verba exiliter exanimata exire. pro Mil. 62. Milo nullo metu perterritus, nulla conscientia exanimatus. Ep. lib 9. ep. 15. Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuisse? 1. de Ora. 121. Adolescentulusque in initio dicendi sic exanimatus sum, vt, &c. ✠ Ep. lib. 8. ep. 17. Exanimatus sum tuis literis, &c. ‖ 2. Tusc. 54. Ita afflicti & exanimati Iacent.

EXANIMO, as. *perturbo, perterrefacio.* Attic. lib. 10. epi. 10. Aduentus Philotimi exanimauit omnes qui mecum erant. pro Milo. 94. Me quidẽ exanimant & interimunt hæ voces Misonis. Part. 1. Te metus exanimat iudiciorum. Attic. lib. 11. ep. 6. Tulliæ meæ morbus me exanimat.

EXANIMOR, tis. 2. de Finib. 97. Cum graui vulnere exanimari videret se. 5. Tusc. 77. Denique vt exanimarentur, priusquam se victos faterentur.

☞ Syntaxis. *Verbum exanimatum. Exanimatus conscientia. Exanimari aliquem & interimi.*

EXANTLO, ab ἐξαντλέω *exhaurire: significat enim excipio perfungor, haurio.* 2. de Diuin. 64. *Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos.* 1. Tusc. 118. Quod cum exantlauisset omnes labores? tum incideret in mortis mãlum sempiternum.

EXANTLATVS, a, um. 2. Tusculan. 20. Quæ corpore exantlato atque animo pertuli. 4. Acade. 108. Herculis labor exantlatus à Carneade.

EXARDESCENDVM. 2. de Orat. 190. Materia facilis ad exardescendum.

EXARDESCO, is. exarsi. *inflammor.* de Amic. 29. Mirabilis quædã exardescit beneuolentiæ magnitudo. de Amic. 100. Ex quo eorum exardescit amor, &c. 2. Tusc. 58. Ira exardescit, libido concitatur. 3. I. V. 64. Homo vt hæc audiuit, exarsit ad id quod nunquam viderat: *id est, amore captus est.* Ep. lib. 1. ep. 9. Exarsi non solùm præsenti iracũdia, sed, &c. At. li. 2. ep. 21. Nũc verò sibilis vulgi, &c. vereor, ne exarserit. 4. I. V. 48. Homo exarsit iracundia & stomacho. 3. de Orat. 4. Philippus grauiter exarsit, *id est. iratus est.* 5. Tusculan. 83. Ingenium Carneadis exarsit contra Stoicorum disciplinam. Br. ep. pr. in. 2. Is in causa Planci exarsit incredibili dolore. Orat. 102. In omni genere amplificationis exarsimus. 4. I. A. 16. Hodie longo interuallo ad spem libertatis exarsimus. & 10. Phil. 19. Tota Italia libertatis desiderio exarsit. & 11. In Ant. 3.

Ipsi

Ipsi enim sponte vestra exarsistis ad libertatis recuperandæ cupiditatem. pro R. P. 13. Quanquam tum propter multorum delicta etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat. pro Syll. 75. Ex multis vitiis repente ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit. de Amic. 78. Nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit. 1. de Diuin. 66. Præfagitio, &c. qui si exarsit actius, furor appellatur. de Aruspic. 45. Ego illam flammam excepi, pro patria solus exarsi. Acad. Contra eos *Stoicos*. potissimum Academicorum exarsit ingenium.

✠ ADVERB. *Acrius. 1. de Diu. Grauiter ad. Q. Fr. Subito bellum, Pro Lig.*

☞ Syntaxis. *Exardescere beneuolētiam, importunitatem. Exardescere ad aliquid, iracundia, stomacho.*

EXARESCO, scis. *exsiccor, exhaurior, absumor.* (. *reuiresco.* 1. de D. 38. Vt quosdam exaruisse amnes videmus. I. P. 82. Si amnes exaruissent. de Clar. 16. Sic omnis fructus repressus, exustusq; flos siti veteris vbertatis exaruit. Arc. lib. 10. ep. 16. Miror eius lachrymas diuturna miseria nō exaruisse. de Clar. 82. Itaque exaruerunt, vix iam vt appareant. Epist. lib. 9. ep. 18. Deinde ipsa illa si qua fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. & lib. 7. ep. 24. Vides enim exaruisse iam veterem vrbanitatem. 4. ad Heren. 46. Aliquando rei publicæ rationes quæ malitia nocentium exaruerunt, virtute optimatum reuiresciunt.

EXARATVS, a, um. *arando effossus.* 2. de Diu. 51. An est quisquam ita insipiens, qui credat exaratum esse Deū? & 81. Exaratus puer. 2. de Leg. 58. Cum multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt.

EXARO, as. *cogo colligo.* 7. I. V. 98. Iis plus frumenti importabatur, quàm quantum exaratant. 5. Ver. 45. Hæ literæ Iudices L. Metelli quas audistis, hoc quantum est, ex Sicilia hornotini exeruerunt. *sæpe in ijsdem Verrinis hoc modo vtitur.*

¶ *Conscribo.* Att. li. 13. ep. 37. Antelucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui, nescio quid ad te, & lib. 12. ep. 1. Hoc literarum exaraui egrediens è villa ante lucem. & lib. 16. ep. 6. Itaque statim nouum præmium exaraui. Epist. lib. 12. ep. 20. Hæc cum essem in senatu, exaraui, & lib. 9. ep. 26.

✠ Cum ad te harum exemplum in codicillis exaraui. ‖ Attic. lib. 14. ep. 24. Statim hoc nescio quid exaraui.

✠ ADVERB. *Omninò. 5. In Ver.*

EXATVRO, as: *vel* EXSATVRO, as. L. EXSATVRO.

EXAVDIO, dis, *audio.* 4. I. C. 14. Sed quæ exaudio, dissimulare non possum. pro Syl. 34. Vt idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam. & *ibid.* 33. Maxima voce, vt omnes exaudire possint, dico, &c. 1. de Diuin. 73. Cum aliquantulum progressus esset, subitò exaudiuit hinnitum. 1. I. C. 21. Quorum voces paulo antè exaudire potuisti. Ora. 189. Sed non attendimus, neque exaudimus nosmetipsos. Att. lib. 13. ep. 46. Heri in strepitu mihi videor exaudisse, cum diceres, &c. Attic. lib. 4. ep. 8. Vix enim mihi exaudisse videor. 4. Acad. 20. Multa exaudiunt in eo genere exercitati.

EXAVDITVS, a, um. 1. de Finib. 71. Qui exaudita quasi voce naturæ, sic, &c. 2. ad Heren 8. Num qui clamor exauditus sit. At. lib. 1. ep. 11. Tanti sonitus fuerunt, vt ego eò breuior sim, quod eos vsque istinc exauditos putem.

EXCAECO, as. *sensu videndi orbo.* 4. Ac. 74. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus?

EXCANDESCENTIA, *est ira nascens & modo existens, quæ Græcè dicitur θύμωσις* 4. Tusc. 21.

EXCANDESCO, scis. *exardesco.* 4. Tusc. 42. Hæc nullam habent vim, nisi ita excanduit fortitudo. Epist. lib. 8. ep. 12. Id postquam resciit, excanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitauit.

EXCARNIFICATVS, a, um. *discruciatus.* 3. de N. 82. Democritum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus.

EXCAVATVS, a, um. 6. in Ver. 62. Trulla excauata, cum manubrio aureo.

EXCEDO, dis. *emineo.* Parad. 5. Quid, cum cupiditatum dominatus excessit? de Vn. 14. Sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt, vt nulla pars huiusce generis excederet extrà. in Sal. 18. Ea pars, quò tanquam in vnam voraginem cœtus omnium vitiorum excesserat.

¶ *Abeo exeo.* Brut. ep. 15. Vos fortasse sapientius excessistis vrbe, quā liberaueritis. Epist. lib. 10. ep. 32. Finibus prouinciæ meę nunquam excessit. 1. I. A. 9. Excedere ex vrbe 2. I. C. 1. Abiit, excessit, euasit, erupit. Postq. in Senat 6. Cum excessisset, qui cædi & flammæ vobis autoribus restiterat. 8. in Ant. 23. Nisi prius sibi respondisset, quàm ex illa circumscriptione excederet. 1. de Di. 53. Cum animus Eudemi ex corpore excesserit. pro Arch. 4. Vt primùm ex pueris excessit Archias. 2. de Or. 326. Nam is postquam excessit ex ephebis, &c. de Clar. 262. Sed ad eos qui vita excesserunt, reuertamur. 1. Off. 153. Excedere è vita. & de Cl. 80. & 1. Tusc. 29. Excedere à vitâ.

✠ ADVER. *Trius quam, 8. Philip. Fortasse sapientius, ad Brut. ep. 15. vt primum pro, Arch.*

☞ Syntaxis. *Excedere vrbe: & ex. Sic à vita, è vita, & vita excedere.*

EXCELLENS, tis: & tissimus. *præstans, præstabilis, præcellens, antecellens, eximus, egregius, excellenti animo ac virtute.*). *vulgaris.* de Cl. 59. Vitum excellentem præclarè tum illi homines florem populi esse dixerunt 2. de Diu. 129. Dij immortales rerū omnium præstantia excellentes. 1. de Nat. 4. Vt vna excellentissima virtus iustitia. pro Sest. 12. M. Petrei excellens in amore reip. virtus. 2. de In 1. Excellens muliebris formæ pulchritudo. 1. Tusc. 2. Excellens in omni genere virtus. pro Ar.

✠ 17 ‖ Propter excellentem artē, ac venustatem, videbatur omnino mori non debuisse. de Cla. 333. Galba fuit inter tot æquales vnus excellens. 1. Acad. 12. Vir excellens omni genere laudis. de Cl. 266. Excellēs in aliqua arte. 1. de Nat. 56. Et pie sancteque colimus naturam excellētem atque præstantem. Epist. lib. 4. ep. 3. Tua scientia excellens ac singularis. Anteq 24. Dij, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constituram.

✠ ADVERB. *Maximè. 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Vir excellens. Et rerum præstantia excellens, & in aliqua re. Excellens ac præstans. Excellens & singulare.*

EXCELLENTER. *magnificè excelsè.* 1. Offic. 61. Quæ magno animo fortiter excellenterque facta sunt.

EXCELLENTIA, tiæ. *præstantia.* 1. Offic. 97. Nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiāque animantium reliquorum. de Amic. 71. Sæpe enim excellentiæ quædam sunt. qualis erat Scipionis in nostro (vt ita dicam) grege. 1. Off. 96. Decorum id est, quod cōsentaneum est hominis excellentiæ. 1. Off. 17. Animi excellentia magnitudóque. *κατ' ἐξοχὴν.* L. ENTHYMEMA.

✠ ADVERB. *Magna. 1. Offic.*

☞ Syntaxis. *Excellētia præstantiaq;. Excellentia & magnitudo animi.*

EXCELLEO, es. *excello.* Frag. ep. Quare effice & elabora vt excelleas.

EXCELLO, lis. *præsto, antecello, anteosto, emineo, eniteo, princeps sum.* de Cl. 84. Mos est hominum, vt nolint eundem pluribus rebus excellere. 2. Tus. 43. Sed ab ea vna virtute quæ cæteris excellat, omnes nominatæ sunt. 2. de Inuent. 1. Zeuxis longè cæteris pictoribus excellebat. 2. de Orat. 216. In iocis tu longè alijs mea sententia excellis. & *ibid.* Attici In eo genere præter cæteros excellunt. Orat. 6. In oratoribus verò admirabile est, quantū inter omnes vnus excellat. 3. de Orat. 141. Si quærimus, quod vnum excellat, ex omnibus docto oratori palma danda est. 1. de Inuen. 3. Excellere inter aliquos. 1. de Leg. 51. Qui singulis vitiis excellunt, aut etiam pluribus. 1. de Diuin. 91. Telmesus in Caria est, qua in vrbe excellit aruspicum disciplina. 1. de Diu. 38. Igitur oraculum illud nunc minore gloria est, quia minus oraculorū veritas excellit. de Amic. 75. Nō enim tu possis quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere. Epist. lib. 11. ep. 21. Excellere in aliquo genere virtutis. 4. Acad. 4. Excellere ingenio & doctrina. 1. de Orat. 217. Qui in aliqua arte aut facultate excellit ‖ de Clar. 215. Sed tamen alius in alia excellebat: *ibidem.* Excellere actione.

✠ ADVERB. *Iam diu in eloquentia, de Clar. longè alijs. 2. de Orat. longè Cæteris, 1. de Inuent. Maximè improbitate. 4. In Ver. Maximè magnitudine animi 1. Offic. Mirabiliter. ep. ad Brut. 15. Quam Maximè, In Diuin.*

☞ Syntaxis. *Excellere aliqua re: & in re. Excellere alicui, & inter aliquos.*

EXCELSIVS. *altius.* Orat. 119. Excelsius & magnificentius dicere.

EXCELSITAS, tis. *celsitas, altitudo.* 1. Offic. 24. Etenim multo magis est secundum naturam excelsitas animi & magnitudo, quam voluptas, &c. Nonius: *aliter celsitas.*

EXCELSVS, a, um. *altus sublimis.* Attic. lib. 4. ep. 15. Septa marmorea facturi sumus, eaque cingemus excelsa porticu. 6. in Verrem. 74. Hæc erat posita Segestæ sanè excelsa in basi. pro Milone 54. Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo. de Somn. 2. Ostendebat autem Carthaginem de excelso, pleno stellarum, illustri & claro loco 1. de Nat. 102. Ibes sunt aues excelsæ, cruribus rigidis, &c. 6. In Verrem. 74. Erat admodū amplum & excelsum signum cum stola. in Arat. Excelsi colles. Attic. lib. 6. ep. 1. Statua quæ ad Opis pe te posita in excelso est. 3. I. C. 20. Simulachrum Iouis maius facere, & in excelsum collocare. de Opti. 12. Ii quos nihil excelsum magnificúmque delectat. pro Murena. 60. Vir magnus & excelsus. Orat. 119. Orator grandis, & quodammodo excelsus. 2. Tusculan. quæst. 11. Vir altus, & excelsus, & humana despiciens. 1. Offic. 79. Animus excelsus & magnificus. & 15. Animi excelsi atque inuicti magnitudo ac robur. Epistol. li. 2. ep. 5. Excelso &

illustri loco sita est laus tua 3, ad Heren. 13. Parem aut excelsiorem fuisse.

☞ Syntaxis. *Excelsitas animi & magnitudo. In excelsum collocare statuam. Vir altus & excelsus. Animus excelsus & magnificus. Excelsum simulachrum, basis, collis.*

EXCEPTIO, onis. *adunctio.* de Amic. 62. Tum sit inter eos omnium rerum sine vlla exceptione communitas. Epist. lib. 6. ep. 5. Quotiescunque filium tuum video, polliceor ei studium quidem meum & operam sine vlla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem & autoritatem cum hac exceptione, quantum valeam, quantúmque possim. 2. Contra Rull. 22. Optimæ leges sine vlla exceptione tollentur. 2. de Finibus 21. Quid attinet luxuriosis vllam exceptionem dare? pro Corn. 32. Quòd si exceptio facit ne liceat, ibi inesse licere. 1. contra Rul. 10. Sunt in tota lege exceptiones duæ: excepit enim, &c. 2. de Inuen. 57. Prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones. & *ibid.* Exceptio, extra quam in reum capitis preiudicium fiat. pro Cecin. 23. Prætor interdixit sine vlla exceptione, tantum vt vnde deiecisset, restitueret. 1. de Orat. 168. Vt illi vnde peteretur, vetus atque vsitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuisset. 1. de Ora. 168. Vt petitor rursus cum peteret, ne exceptione excluderetur. 1. de Inuen. 56. Exceptio, extra quam si quis, &c. Atti, li. 6. ep. 1. Habeo exceptionem. *ὠδωνμένων* extra quam si &c. 2. de Inuen. 172. Homines vt cibo vtantur non necesse est, nisi cum illa exceptione, extra quam si nolint fame perire. 1. ad Heren. 22. In priuatis actionibus, prætoriæ exceptiones fiunt. 7. I. V. 80. Tametsi rectè sine exceptione dixeram. 2. de Inuent. 140. Quædam tacitis exceptionibus cauentur. Attic. lib. 8. ep. 4. Nunquam ego cuiquam tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè sine vlla exceptione precidit. ad Qu. frat. li. 1. ep. 1. 29. Nõ patiar te cum exceptione laudari.

✠ ADIVN. *Absurda, 3. de Rep. prætoriæ. 2. de In. Quæstuosa. 1. Cont. Rull. Tacitæ, 2. de Diu. vetus atque vsitata. 1. de Orat.*

☞ Synt. *Luxuriosis dare exceptionem: id est, modũ præscribere. Sine exceptione interdixit. Prætor, vti tantã restitueret, &c. Habere exceptionẽ.*

EXCEPTO, as. *excipio extraho.* Par. 5. Aliquis barbarulos mulos exceptans de disciplina, & pertractans.

EXCEPTVS, a, um. *exclusus: quod etiam significamus his vocibus, Extrà, Præter.* Ep. lib. 1. ep. 1. Is hac regia causa ex excepta, pollicetur se, &c. & lib. 5. ep. 21. Mihi solitudo iucundior est, quàm sermones eorum qui frequentant domum meam: excepto vno, aut ad summum altero. 1. de Orat. 38. Omnes, exceptis, Crasse, vobis duob. Post. in Sen. 8. Duos consules improbos nunquam, excepto illo Cesonio, tempore fuisse. 2. de Orat. 66. Denique ei qui profitetur, &c. nullum potest esse genus orationis, quod sit exceptum. pro Clu. 120. Leges quibus exceptum est, de quibus causis iudicem legi non liceat. Exceptum fœdere, in Verrem, & pro Corn. Balbo.

¶ *Captus.* Ep. lib. 12. ep. 14. Classis dissipata est, onerariæ omnes ad vnam à nobis sunt exceptæ.

¶ *Auditus.* At. lib. 12. ep. 12. Nisi si quid ex prætereunte viatore exceptum est, nihil scire possumus.

✠ ADVERB. *Nusquam. pro Corn. Bal. Planè, 8. Attic.*

EXCERPENDVS, a, um. 2. de Or. 47. Non enim si est facilius, eo de numero est excerpendum.

EXCERPO, pis. *decerpo, deligo.* 3. Offi. 3. Non solùm ex malis eligere minima oportet, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inest boni. 2. de Inu. 4. Quod quisque commodissimè præcipere videbitur, excerpsimus.

✠ EXCESSVRVS, a, vm. 12. Phil. 14. Excessurum se ex Italia dixit, deos penates, & sedes patrias relicturum. si (quod dij omen auerterent) rempub. oppressisset Antonius. LEGE. EXCEDO.

EXCESSVS, sus. 1. de Leg. 3. Romulus post excessum suum Proculo Iulio dicit, &c.

EXCETRA, træ. *hydra.* 2. Tus. 22. Hæc dextra Lernam tetram mactata excetra placauit.

EXCIDO, dis. *elabor fluo, defluo.* ‖ *præter vulgarem vsum significat temere, & inconsideratè dicere, aut promulgare aliquid.* 12. I. A. 8. Excident gladij: fluent arma de manibus. de Am. 58. Neque enim verendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat. 1. I. C. 16. Quoties tibi sica excidit casu aliquo, & elapsa est? pro Syll. 73. Verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit, vnde quisquam posset offendi. pro Dom. 104. Ex isto ore religionis verbum excidere aut elabi potest. 10. I. A. 6. Quod verbum tibi non excidit fortuitu. ad Brut. ep. 10. Quodammodo victoria excidit è manibus. 2. de Nat. 128. Cum animal ex ventre elapsum excidit. Att. lib. 9. ep. 12. Sol excidisse mihi é mundo videtur. 1. de Or. 5. I. libellus, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. & *ibidem.* Quæ pueris nobis ex commentariolis nostris inchoata atque rudia exciderunt.

¶ *Cum vi oblationis.* 2. de Leg. 46. O miram memoriam Pomponi tuam: at mihi ista exciderant. Att. li. 9. ep. 4. Sed ea iam mihi exciderunt. Ep. lib. 5. ep. 13. Quæ cogitatio cum mihi non omninò excidisset, etenim penitùs insederat: tamen, &c. Att. li. 6. ep. 1. Sed planè te intelligere volui. mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam literis scripsisses. de Prou. 43. Ex animo excidere aliquid.

✠ ADVERB. *Fortuitu. 10. Phil. Omninò. 5. Fam. Repente. orationem. pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Excidunt gladij, fluunt arma de manibus. Caue, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat. Excidit, & elapsum est.* hîc expende synonyma pura. *Ex ventre elapsum animal excidit. Id ex animo excidit.*

EXCIDENDVS, a, um. *diruendus.* 1. Offi. 76. Africanus in excidenda Numantia reipub. profuit. ‖ *alias exscindenda.*

¶ *Rescindendus.* 3. de Or. 4. Hæc tibi est excidenda lingua: qua vel aulula libidinem tuam libertas mea refutabit.

EXCIDO, dis. *cædo, excindo, excisionem infero.* ad Brut. ep. 16. Ijs qui illud malum exciderint, cuius istæ reliquiæ sunt, nullum vnquam dignum præmium tribui poterit. Ep. lib. 7. ep. 20. Quanquam illa quidem habet lucrum, à quo etiam aduenæ teneri solent: quem tamen si excideris, multum prospexeris. * loc. lib.

Fundum Varro vocat quem possim mittere funda.
Ni tamen exciderit qua causa funda patet.

¶ *Diruo.* pro Dom. 61. Excidere vrbes hostium. pro Sest. 95. Qui ædes sacras expugnauit, excidit, incendit.

EXCIDOR, ris. 2. Offic. 13. Nec lapides exciderentur è terra ad vsum nostrum necessarij.

EXCINDOR, ris. *excidor, euertor, diruor, deleor.* pro Pl. 97. Vrbs quæ se vel potius excindi facilè pateretur, quàm, &c. pro Mil. 91.

✠ Curiam inflammari, excindi, funestari. ‖ de Som. 3. Numantiam excindes. *ab* EXCINDO, is.

EXCIO, cis. *euoco.* 12. in Ant. 16. Iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus.

EXCIPIENDVS. *excludendus* Att. lib. 5. ep. 21. Hic facit vt mihi excipiendus sit, cum teruncium nego sumptum factum.

EXCIPIENS, tis. 1. de Diu. 12. Nihil est quod diuturnitas temporum, excipiente memoria, prodendisque monumentis, efficere atque assequi possit.

EXCIPIO, pis. *excludo. secerno.* ‖ *Sunt & huius verbi loquendi formæ vix hominibus nostris satis notæ, Aliquem excipere pro incurrere, & incidere in aliquem, nostri potius, intercipere dicere consueuerunt. Significantur & hoc verbo, quæ continuo ordine consequuntur, Item audio vel intelligo.* 4. I. C. 15. Hosce ego homines excipio & secerno libenter. 1. Tus 9. Nam si solos eos diceres mortuos quibus moriendum est, neminem tu quidem eorum, qui viuerent, exciperes. 4. Aca. 73. Democritus ita est ausus ordiri: Hæc loquor de vniuersis: nihil excepit, de quò non profiteretur, quid enim esse potest extra vniuersa? Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. 29 Omnes itade tua virtute cõmemorant vt in summis tuis laudibus vnã excipiant iracundiam. & *ibid.* 21. Cum lex nominatim exciperet, vt ad templum monimentumque capere liceret. Att. lib. 6. ep. 1. Id verò per te exceperamus negociatori, quod si cuipiam, huic tamen non. 1. de Diu. 87. Excepi de antiquis præter Xenophanem neminem. 8. in An. 8. Omnes idem sentiunt: cùm omnes dico, eos excipio, qui, &c. 4. Academ. 28. Qui negat quicquam esse quod percipiatur, is nihil excipit. Att. lib. 11. ep. 7. Tum ille ita edixit, vt me exciperet, & Lælium nominatim.

¶ *Recipio, capio, suscipio, arripio.* de Sene. 19. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. 2. de Nat. 135. Linguam ad radices eius hærens excipit stomachus. Att. lib. 1. ep. 11. Crassus postea quàm vidit illum excepisse laudem, surrexit, &c. Ep. lib. 10. ep. 23. Excipere aliquem cum literis. 3. I. C. 8. Excipere fugientes. pro Sest. 23. Excipere vulnera. pro Sest. 143. Herculis ambusto corpore, vitam & virtutem immortalitas excepisse dicitur. de Cla. 318. Interim me Quæstorem Sicilienses excipit annus. 4. ad Her. 17. Grauem figuram excipiat attenuata. Orat. 158. Ex vsu dicunt & ex repub. quòd in alterò vocalis excipiebat, in altero erat asperitas. Br. ep. pr. in. 7. Timeo, ne illum aliquorum furor excipiat. 1. de Inuent. 30. Cum rei expositio magnam excipiat offensionem. 2. de Ora. 273. Ex alterius oratione excipere aliud atque ille vult. Ep. lib. 1, ep. 9. Nullum meum dictum, non modò factum, pro Cæsare interfecisse, quod ille non illustri gratia exceperit. pro S. R. 151. Isti bonorum emptores arbitrantur vos hîc tales viros sedere, qui excipiatis eos, qui de suis manibus effugerint. 2. de Orat. 148. Aduersarij non solum sententias, sed etiam verba omnia excipere. de Cl. 43. Excipere sanguinem patera: *id est habere.* 11. I. A. 27. Brutus legiones conscripsit nouas, excepit veteres. 2. de Diu. 50. Omnia alicuius loquentis verba excipere. literisque mandare. pro Deiot. 25. At eo tempore ipse misit, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se deferrent. 2. de Diu. 26. Genus diuinandi naturale, quod animus

arripe

arriperet aut exciperet extrinsecus ex diuinitate. pro Pomp. 25. Hunc in illa fuga Tigranes rex excepit, diffidentemque rebus suis confirmauit. pro Mil. 106. O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit. pro S.R. 144. Roscius sua omnia tibi concessit, ex omnibus rebus seipsum nudum, neque præterea quicquam excepit. Ep. lib. 4. ep. 6. Non enim vt tum me à republ. mœstum domus excipiebat, quæ leuaret, sic nunc domo mœrens ad remp. confugere possum, vt in eius bonis acquiescam. 2. de Leg. 5. Patria est illa quæ nos genuit, & illa quæ excepit. 7. I. V. 117. Vt filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret. pro Dom. 63. Omnem vim improborum excepi meo corpore. de Pro. 23. Vnum pro vniuersis subire atque excipere pericula. de Pro. 41. Quamuis excipere fortunam, subire vim atque iniuriam. 1. de Orat. 96. Aliquid exsermone alicuius memoria dignum excipere. 4. I. V. 177. Is omnia tela excipiat necesse est. Att. li. 10. ep. 12. Omnipo excipiam hominem. Or. 197. Laq; dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos & prætetuolat numerus. de Arusp. 45. Cum in me illa flamma illorum temporum conijciebatur, excepi, & pro patria solus exarsi. * Frag. ep. Vt mirum Senatus conuicium exceperit.

¶ *Sublimeo.* pro R.P. 42. Excipere aliquem labentem. * de Cla. 243. Labores etiam magnos excepisset.

EXCIPIOR, ris. Att. lib. 11. ep. 7. Poterat enim sine nomine res excipi. pro Cec. 81. Nulla res est, quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit. pro Pl. 57. Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. Att. lib. 8. ep. 15. A multis admoniti sumus, vt caueremus ne exciperemur à Cæsare.

✠ ADVERB. *Extrinsecùs, 2. de Diu. Fortiter, vulnera. 2, Tusc. Humanè, 2. de Leg. Nominatim. 11. Att. Nominatim agros. 2. Cont. Rull. Nusquam Legem, 2. de Inu. Simillimè atque in Lege, 1. Cont. Rul.*

☞ Syntaxis. *Excipere spiritum, ac respirare. Excipere flammam, vulnera, labentem amicum. Animam excipi spiritu, & respirare:* egregia dicendi ratio.

EXCISIO, onis. pro Dom. 146. Tectorum excisio. & ‖ De Arusp. Resp. 3. Excisionem, inflammationem, vastationem &c. sua cum præda, meis omnibus tectis atque agris intulerunt.

EXCISVS, a, um. pro Sest. 35. Vrbs excisa & euersa. 7. I. V. 67. Opus ingens multorum operum penitus excisum. Att. lib. 15. ep. 4. Excisa est arbor, non auulsa, &c.

EXCITANDVS, a, um *incitandus, accendendus, inflammandus.* 1. Off. 103. Appetitus omnes contrahendi, sedandiq; sunt, excitandæque animaduersio, &c. 2. de Or. 187. Omnia dicendo excitanda sunt, nihil adiuuante natura. 1. de Orat. 17. In eorum qui audiunt mentibus sedandis, aut excitandis. Ep. lib. 15. ep. 21. In excitando autem & in acuendo plurimum valet, si laudes eum ✠ quem cohortere. ‖ pro Mar. 24. Omnia sunt excitanda.

¶ *Reuocandus.* pro Fon. 26. Ita verò C. Marius excitandus erit ab inferis, qui, &c.

EXCITATVS, a, um. *sublatus, erectus, stans, celsus.* 2. de Nat. 140. Deus homines humo excitatos, celsos & erectos constituit, vt, &c.

¶ *Excellens.* Ep. lib. 2. ep. 16. Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem descisceret.

¶ *Vehemens.* de Som. 12. Summus ille cœli stelliferi cursus, cuius conuersio est concitat or, acuto & excitatio mouetur sono.

¶ *Concitatus.* pro Sest. 124. Tantus ex omnibus spectaculis plausus excitatus. 2. Offi. 75. Tantum Italicum bellum propter iudi- ✠ ciorum metum excitatum est. ‖ Or. 214. Clamor excitatus.

¶ *Confirmatus.* ad Brut. ep. 10. Erectior senatus erat, non sententijs solùm nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. pro R. P. 42. Sunt ea quidem magna, sed magnis excitata sunt præmijs ad memoriam hominum sempiternam.

¶ *Vsurpatus.* 2. de Orat. 175. His locis in cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum posita excitatis.

✠ ADVERB. *Acriter indignatio. 1. de Inuent. Aliquando dolor. pro Dom. Extrinsecus, de Fat. Facilius ventus. pro Syll. Latiùs regiones. pro Rab. post. Improuiso, tempestates. pro Mur. Maximè. 10. Fam. Obscæniùs natura. 3. de Nat. populariter inuidia. pro A. Cluent.*

EXCITO, as. *adhortor, inuito, inflammo, incito, allicio, commoueo, concito, stimulo, elicio, stimulos admoueo.* pro Plan. 59. Quæ scripsit grauis ille poeta, vt nos & nostros liberos ad laborem & laudem excitaret. pro Pomp. 6. Genus belli est eiusmodi, quod maximè vestros animos excitare atque inflammare debet. 1. de Or. 102. Motus in animis hominum dicendo excitare vel sedare. Top. 5. Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque ad memoriam rerum nostrarum excitarem. 4. Acad. 93. Excitare aliquem ex somno. Ep. lib. 16. ep. 14. Excita ex somno tuas literas. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. 35. Dormientem excitare, cutrentem incitare. Plan. Ep. lib. 10. ep. 18. Quæ si aduentus meus represserit, agam gratias fortunæ constantiæque meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Att. lib. 6. ep. 7. Eum valde tuæ literæ excitârunt. Ep. lib. 1. ep. 1. Quem autoritate tua cunctantem & diffidentem excitare solitus es. 2. Offi. 20. Hoc cognito, dicendum est, quonam modo hominum studia ad vtilitates nostras alicere atque excitare possimus. 2. de Orat. 124. Excitare reum consularem, & cicatrices aduersas senis iudicibus ostendere. pro R.P. 47. Possum excitare multos reductos testes liberalitatis meæ. 1. de Orat. 245. Dicendo excitare aliquem à morte. Or. 85. de Clar. 322. & Top. 45. & 7. I. V. 128. & 2. I. C. 20. Excitare mortuos ab inferis. Post. in Sen. 24. Excitare aliquem ab inferis, vel ab Acheronte. Orat. 35. ✠ Excitare alicuius memoriam charam alicui. ‖ 2. de Orat. 195. Sensi quidem, tum magnopere moueri iudices, cum excitaui mæstum, ac sordidatum senem.

¶ *Confirmo, erigo, subleuo, consolor.* de Clar. 13. & pro Dom. 96. Excitare iacentem. de Amic. 59. Excitare animum abiectum & iacentem. Att. lib. 1. ep. 13. Confirmare & excitare afflictos, & abiectos & eos ad pristinam dignitatem reuocare.

¶ *Facio, offero, exhibeo, præbeo, edo, occasionem præbeo.* 7. Phil. 3. Excitare incendium in fortunas alicuius. pro Sest. 41. Hanc ei suspicionem quidam nuncij excitarunt. 1. Offi. 14. Facies honesti, quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sui. 2. de Fin. 52. Sapientia ardentes amores excitaret sui, si videretur. Ep. lib. 3. ep. 11. Excitare risum. & lib. 9. ep. 22. Excitare clamorem. 2. Offi. 48. Quæ in multitudine habetur oratio, ea sæpe vniuer- ✠ sam excitat gloriam. pro Sest. 121. Excitare fletum alicui. ‖ pro Mur. 51. Catilinam excitaui.

¶ *Vexo.* 3. Offi. 68. Excitare atque agitare feras.

¶ *Concito.* pro Mar. 18. Dij qui facilè tantum bellum excitauerunt. * con. C. Anton. Pastores retinet, ex quibus ait se subitò fugitiuorum bellum excitaturum.

EXCITOR, tis. *in proximo actiuo sunt homonyma.* 2. de Leg. 68. Nec è lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui inciſam. pro Mur. 36. Tempestates commoueri, concitari, excitari. de Ar. 4. Tum vidi, ac multò antè prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipubl. pro Planc. 69. Nec vides istorum ipsorum charitate ad huius salutem defendendam maximè stimulari me atque excitari. 2. de ✠ Diu. 56. Galli victores alacritate ad canendum excitantur. ‖ pro Sest. 99. Excitantur fluctus in repub.

¶ *Educor, extrahor.* 2. de Natur. 118. Vapores, qui à sole ex aquis excitantur.

✠ ADVERB. *Coram suspicionem, Omninò plausus. pro Sest. Sensim vocem, 1. de Orat. valdè. 6. Att. vehementius, 1. ad Quint. Fr.*

☞ Syntaxis. *Audientes excitare, sedare. In excitando & accendendo id valet. Ab inferis excitare. Homo animal excitatum, erectis, celsum,* omnino synonyma. *Fortuna excitata.* (. *Inclinata, iacès. Sonus cœli acutus & excitatus. Excitatur præmijs virtus. Excitanda sunt in vita philosophiæ præcepta. Excitare mortuos ab inferis, à morte, ab Acherõte. Confirmare & excitare afflictum & abiectum. Incendium in fortunas alicuius excitare. Excitare sui amores. Fletum alicui excitare. Tempestas commota, concitata, excitata. Vapor ex aquis à sole excitatus.*

EXCITVS, a, um. *experrectus,* 1. de Diu. 40. Ennij. ‖ Excita cum ✠ trèmulis anus attulit artubu' lumen.

EXCLAMATIO, onis. *acclamatio, clamor.* 4. ad Her. 23. Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei alicuius, compellationem: hoc modo, Te nunc alloquor, Africane, cuius, &c. & lib. 5. 21. Acutas vocis exclamationes vitare debemus. Or. 135. Exclamatio vel admirationis, vel conquestionis.

EXCLAMO, as. 1. de Nat. 13. Itaque mihi licet exclamare, vt Statius in Synephebis: Prò Deûm, &c. 2. Tus. 56. Qui volunt exclamare maius, toto corpore contentioni vocis assetuiunt. de Som. 4. Hic cum exclamasset Lælius, &c. 2. de Orat. 39. Non possum quin exclamem, &c. 2. I. A. 30. Brutus nominatim Ciceronem exclamauit.

✠ ADVERB. *Magis. 2. Tus. Nominatim. 2. Phil. Temere. pro Sest.*

EXCLVDENS, tis. *secludens, excipiens.* Quint. Frat. lib. 1. ep. 1. Nec excludentes ab eius vsu suos, potiusque & amici impartientes & reipub.

EXCLVDO, dis. *arceo, distraho, extrudo, prohibeo, portas alicui claudo.*

✠ *Excludi temporibus, occultum est. Sic tamen Cicero temporis iniquitatem & angustiam significauit, exempla vide in* EXCLVDOR. & EXCLVSVS. pro Cor. 39. Gaditani Pœnos mœnibus excluserunt. Ep. lib. 5. ep. 15. Sed nescio quomodo ipsæ illæ excludere me à portu & pro fugio videntur. Attic. lib. 8. epist. 18. Priusquam Cæsar aut tuum iter impedire, aut te à me excludere posset. Antequam. 24. Aliquem supplicem à se absterrere & excludere. de Arusp. 45. Quod anno antè senatus exclusetat. 3. de Nat. 76.

Ratio quæ vitia culpamque excluderet.5.I.A.29. Exclusit eum à republ.distraxit,segregauit,scelus illius,&c.Or.50.

¶ *Excipio.*Ep.lib.1.ep.1.Crassus treis legatos decernit,nec excludit Pompeium.

¶ *Emitto.*2.de Nat.129.Gallinæ ex ouis pullos excludunt. ‖ &3. ✠ de Orat.78.

EXCLVDOR, ris.*excipior.* 1. de Orat. 168. Vt petitor rursus cum peteret,ne exceptione excluderetur.2.de In.57.Prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones.3.I.V.148.Angustijs temporis excluduntur omnes.pro Cecin.Aliquem verbo excludi.1. de Orat.46.Repelli oratorem à gubernaculis ciuitatum, & excludi ab omnium rerum scientia. Attic.lib.9. ep. 3. Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur. pro Clu. 31. Ne partu eius ab hæreditate fraterna excluderetur. 2. Contra Rul. 59. Qui honore Decemuiratus excluditur nominatim.

✠ ADVERB. *Apertè.3.In Ver.Nominatim honores.2. Cont.Rull.*

EXCLVSVS, a, um. *expulsus,impeditus.* 7.I.V.117.Matres ab extremo complexu liberum exclusæ.6.I.V.61.Hi excluſi temporibus pop.Rom.agere quæ voluerant, non potuerunt.

¶ *Reiectus,prohibitus,mœnibus aditu.* Brut.ep.7 à Germanis Inu. Dolabellam à Rhodijs excluſum.Quint.Frat.lib.1.ep.1.20.Nullius inopiam ac solitudinem domo tua & cubiculo esse exclusam. Ar.lib.8.ep.15 Qui regionibus excluſi intra præsidia aliena veniſſent.

¶ *Orbatus.*pro Cornel.24.In socios verò incurioſum est,ijs præmijs excluſos esse eos,quæ parent stipendiarijs.

¶ *Sublatus, demptus, ademptus.* de Cla. 329. Pacis spem à publico consilio esse excluſam videmus.

¶ *Emissus, genitus, editus.* 2. de Nat 124. Ex ouis pulli orti,relinquunt matres, à quibus excluſi fotique sunt.

¶ *Prolatus,pronunciatus,emissus.*2.I.A. 73. Itaque excluſis tuis vocibus ad te milites misit.*aliæ excusis.*

✠ ADVERB.*Vndique,pro Clu.*

EXCOGITANDVM.1. de Orat.113.Motus animi atque ingenij celer ad excogitandum.

EXCOGITATIO,onis.1.Tuſ.61.Illa vis quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atque excogitatio dicitur.2.de Or.120.Hæc excogitationem non habent difficilem.

✠ ADIVNC.*Difficilis,2.de Ora.diligens & considerata faciendi aliquid.2.de Inu.*

EXCOGITATVS,a,um.pro Clu.36.Ratio excogitata Larini est. * pro C.Cor. 2. O rem excogitatam. Hortenſ. Qui crudelitate excogitata necabantur.

✠ ADVERB.*Omninò nihil.2.Cont.Rul.verè ratiò.2.de Inuent.*

EXCOGITO,as.*cogitando inuenio,machinor,fingo,meditor.*8.I.A.19. Excogitare quæ tua ratio sit, Calene,non possum.4. Ac.69. Excogitauit aliquid,eadem dici,quæ Stoici.4.I.V. 134. Mira quædam excogitare genera furandi. Atr. lib.9. ep 4. Ad hæc igitur cogita, vel potius excogita. & lib. 11. ep. 16. In quo tuo consilio ✠ egeo,& si nihil excogitas. ‖ 6.In Ver.147.Cum ad prætorem in ius adissemus, excogitat sanè diligētèr & cautè quid discernat.

EXCOGITO,ris.2.I.C.7.Quicquid sceleris fingi,aut excogitari potest.1.de Nat. 51. Vita, qua nihil beatius excogitari potest. ✠ pro Deiot.20.Quid causa excogitari potest &c.

✠ ADVERB.*Callidè,improbè,ingeniosè,3.In Ver.Cautè,diligenter,6.In Ver.*

✠ EXCOLENDVS,a,um.4.Tuſ.84.Demus nos ergò huic(*Philosophiæ*)nos excolendos,patiamur nos sanari.

EXCOLO, lis. *exorno,expolio.* pro Ar.12. Nisi animos nostros doctrina excolamus.

EXCOLOR,ris,*amor,diligor,erudior.*Qu.Fr.lib.2.ep.15.A propensis in hanc partem vehementer excolimur & amamur.Orat.31.An victus hominum Athenienſium beneficio excoli potuit,oratio non potuit: Par.1. Nihil est tam horridum, quod non splendeſcat oratione,& tanquam excolatur.* Oecon.1. Vtensilia, quibus hominum genus excolitur. Hortenſ. Literis tamen hūsque doctrinis antè excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui & præparari decet.

✠ ADVERB.*Vehementer,& amari.2.ad Qu.Fr.*

☞ Syntaxis. *Excoli & amari.Splendeſcens & excultum.*

EXCORS,dis.*amens,vecors.*2.de N.5. Quæ anus tam excors inueniri potest,quæ extimeſcat?1.Tuſ.11.Quis tam excors est,quem ista moueat?de Am.99.Apertè adulantem nemo non videt,nisi admodum est excors.pro Dom. 48. Neque tu eras tam excors, tamque demens,vt nescires,&c.5.I.A.5. Hoc qui non videt, excors est.2.de D.37. An quod aspexit vestitu purpureo excordem Cæsarem,ipse corde priuatus est?

✠ ADVER.*Admodum,de Amic.*

☞ Syntaxis. *Excors & demens.*

EXCRVCIATVS,a,um.I.V.act.3. 45. Hominē fumo excruciatum semiuiuum reliquit.pro Pom. 11. Aliquem vinculis ac verberibus,atque omni supplicio excruciatum necare.

EXCRVCIO,as.*conficio,exanimo,interimo.*Attic.lib.10.ep.20.Non loquor plura, ne te quoque excruciem. ipse conficior venisse tempus,&c.Ep.li.14.ep.3.Conficior enim mœrore, mea Terentia,nec me meæ miseriæ magis excruciant quàm tuæ.1.de Fin. 50.Libido & ignauia animatum excruciant.

✠ ADVER.*Mirabiliter.10. Attic.*

EXCVBIAE,arum.*diurnæ nocturnæq; vigiliæ.*pro Mar.33. Nos tibi excubias & custodias pollicemur.7. in An.24. Cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo. pro Mil.68.Si excubiæ,vigiliæ,&c. pro Pl.101. O excubias tuas Cn. Planci,miseras.

✠ ADIVNC. *Miseræ.pro Planc.*

☞ Syntaxis. *Excubiæ & custodiæ.*

EXCVBO,as.*vigilo,vigilans sum.*6.I.A.18. Quamobrem Quirites quantum potero excubabo,vigilabóque pro vobis.1.de Di. 112. Vt tecta relinquerent,& armati in agro excubarent.1.de D. 96. Lacedæmonij non contenti vigilantibus curis in Pasitheæ fano somniandi causa excubabant, quia vera quietis oracula ducebant.4. Tusc.37. Qui semper animo sic excubat,vt ei nihil improuisum possit accidere. Att. lib.9.ep.12. Et tamen omnis spes salutis in illis est,&ego excubo animo,nec partem vllam capio quietis.Pl.Epist.lib.10.ep.8. Ex quo intelligi potest,curam reipsummè defendendæ tamprideni apud nos excubare.

☞ Syntaxis. *Excubare vigilareq; pro aliquo. Animo excubare,& nullam capere partem quietis. Apud me cura hæc excubat.*

EXCVDO,dis.*compono,elucubro.*Att.li.15.ep.26. Tibi de gloria excudam aliquid *ἀριστεῖον*, quod lateat in thesauris tuis.

EXCVLPO,pis.Att.li.13.ep.28. Tamen nescio quid è quercu exculi seram, quod videretur simile simulachri.

EXCVLTVS, a, um.*ornatus,decoratus,præditus,institutus.*Cl.95.C. Tuditanus omni vita atque victu excultus atque expolitus. 1. Tusc.62. A quibus mansuefacti & exculti à necessarijs artibus ad elegantiora deluximus.1 Tusc.4. Nec qui id nesciebat,satis excultus doctrina putabatur.& lib.5.39. Humanus animus si est excultus,&c.fit perfecta mens.2. Offi. 15. Quibus rebus exculta hominum vita plurimùm distat à victu bestiarum. Ora.48.Ingenia quæ disciplina exculta sunt. * de Consolat. Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus & institutis excultam constitutámque habemus.

EXCVRRENS.tis. de Orat. 178. Productiora alia, & quasi immoderatiùs excurrentia. Attic. lib.5.epist. 5. Summa excurrens. DCCCXX.

✠ ADVER. *Immoderatius,Orat.ad Brut.*

EXCVRRO,ris.Att.lib.10.ep.17.Ego dum naues & cætera parantur,excurro in Pompeianum.& lib.14.ep.17.Cupio excurrere in Græciam.& lib. 1. ep. 1. Fortasse excurremus mense Septembri legati ad Pisonem.3. I. V. 67. Excurrat aliquis, qui hoc tantum mali filio suo nunciet.Ep.lib.3.ep.7.Mandaui vtrique,vt antè ad me excurrerent,vt tibi obuiam prodire possem.2.Cont.Rul.86. Excurrere ex Africa,& imminere pop.Rom.4 I. V. 6. Habent propinquam prouinciam, quò facile excurrunt. 1. de Diu. 114. Quorum animi spretis corporibus euolant & excurrunt foràs. pro Murēn.18.Campus in quo excurrere virtus & cognosci possit.de Clar.171.Itaque tantos processus faciebat,vt euolare, non excurrere videretur.Or.170.Orationem non claudicare,nec insistere,sed cum sententia pariter excurrere.

✠ ADVERB. *Longius,3.de Or.paritèr, orationem cum sententia.Orat.ad Brut.Facilè.4.Ver.Foràs.1. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Oratio producta & excurrens. Animus euolat, & foràs excurrit. Excurrere ad aliquem. Oratio cum sententia pariter excurrens.)(. Claudicans,insistens.*

EXCVRSIO,onis.*decursio,incursio.*de Pro.4.Via illa excursionibus barbarorum est infesta. & 2. de Diu. 26. Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima excursio, nunc cominus agamus.pro Deiot. 22. Tueri fines suos ab excursionibus hostium & latrocinijs. pro Pom. 16. Cum vna excursio equitatus per breui tempore totius anni vectigal ferre possit. de Senect. 19. ✠ Nec enim excursione,nec saltu vteretur,sed, &c. ‖ 2.de Inuent. 111.Excursionibus prouinciam infestam reddere.

✠ ADIVNC. *Moderata,atque rata,Orat.Nocturna.2. In Catil.*

☞ Syntaxis. *Via excursionibus infesta.*

EXCVRSOR,oris.4.I.V.22.& 4.I.A.15.LEMISSARIVS.

EXCVSATIO,onis.*purgatio,satisfactio,causa.*1.de Orat.125.Stultitiæ peccatum excusationem non habet. de Sen.65. Morositas tamen & hæc vitia,quæ dixi,habent aliquid excusationis, non illius quidem iustæ,sed quæ probari posse videatur.6. I. V. 125. Nam Sappho,quæ sublata de Prytaneo est, dat tibi iustam excusatio

cusationem, propè vt concedendum atque ignoscendum esse videatur.2.de Ora.198. Vix mihi tenuis quædam venia dabatur excusationis,quòd tamen eum defenderem,qui mihi quæstor fuisset. Att.li.8.ep.16. Nihil prætermissum est quod non habeat sapientem excusationem,non modò probabilem.5.I.A.14.Qui habent legitimam excusationem, exilij causa solum vertisse. Of.140.Quibus si nihil aliud responderem,&c.iusta esset excusatio.pro Cæl.2.Sed ego Atratino ignosco,qui habet excusationem vel pietatis,vel ætatis,vel necessitatis.2.Offi. 68. Vtendum est excusatione aduersus eos quos inuitus offendas,quacunque possis, quare id quod feceris necesse fuerit, nec aliter facere potueris.I.P.13.Vti excusatione valetudinis. pro Cæl. 43.Defendere vitia alicuius excusatione adolescentiæ.pro R.P.27.Necessitatis excusatio Rutilium facilè defendit. de Ar. 5. Si autem id non videt,periculum est, ne se stuporis excusatione defendat. pro Syl.26. Me neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat à labore. pro Syl. 47. Illæ valent apud me excusationes iniuriæ tuæ,iratus animus tuus,ætas,amicitia nostra.de Am.40.Turpis excusatio est, & minimè accipienda, cùm in cæteris peccatis, tum si quis contra rempub.se amici causa fecisse fateatur. I. P. 10. An potest vlla esse excusatio consuli malè sentienti?de Am. 43.Talis improborum consensio, excusatione amicitiæ tegenda non est.pro Cec.30. Excusatione summæ stultitiæ, summæ impobitatis odium precari.pro Rab.8. Cum ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quæreretur.Att.lib.12.ep.26. Dubito,an excusationem aliquam ad Silium parem. & *ibidem*.ep.27. Quærenda est excusatio.ad Brut.& lib. 9. ep. 4. Hanc eram ipsam excusationem relicturus.ad Cæsarem.lib.10.ep. 13. Is mihi non reddit,quod ei dedi mutuum,& vtitur excusatione temporis.2.de Orat.275.Cum Metellus excusationem oculorum à me non acciperet. pro Muræn. 29. Morbi excusationi pœna addita est.& 5.Phil.6.Nullæ istæ excusationes sunt, Meus amicus est, &c. de Amic. 37. Nulla est excusatio peccati,si amici causa peccaueris.Orat.230.Nobis in scribendo atque in dicendo, necessitatis excusatio non probatur.3.de Nat.90. At Deo ne excusatio quidem est inscientiæ. 2. de Inuent. 100. Quibus in simili excusatione non sit ignotum.I.P.36. Nemini ciui vlla, quo minus abesset, satis iusta excusatio visa est. Ep.lib.12.ep.25. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. Ep. lib. 10. ep. 4. Ego autem præteriti temporis excusationem affero. & *ibid*.Afferte excusationem cessationis. Ep. lib.6.ep.7. Vtrique rei excusationem tuæ vitæ consuetudo dat.& lib.11.ep.27.Errare cum excusatione posse. & lib.16.ep. 25 Vti excusatione iusta & idonea.* pro A.Gabin Officium prætermissum imprudentiæ vel negligentiæ excusatione defenditur. ‖ 9. Phil. 8. Excusatio legatus obeundi.

✠ ADIVN. *Facilis.12. Att. Iusta,in Piso. Iusta, & idonea,16.Fam.Legitima.5. Phil.Magna,9.Phil. Misera quidem,sed tamen iusta,7.Phil.Sapiens, & probabilis,8.Att.Similis.2.de Inu.Turpis. de Amic.*

☞ Syntaxis. *Ebrietas,non habet, non dat excusationem iustam. Hoc habet sapientem excusationem,legitimam,probabilem. Nullam tu habes excusationem.Minimè accipienda excusatio. Quæsita excusatio,parata. Excusationem ad aliquem relinquere.Vti temporis,necessitatis,ignorantiæ,imprudentiæ valetudinis excusatione. Non accipio digiti excusationem:*id est,affecti morbo digiti.*Id non excusationem. Errabis nunquam cum excusatione.*

EXCVSANDVS,a,um. Att.lib.12.ep.15.De me excusando apud Apuleium dederam ad te pridie literas.

EXCVSANS,tis.de Cl. 101.C.Lælius se excusans dixit,&c.

EXCVSATVS,a, um. 3. I. V.103. Hic omnibus me vehementer excusatum volo,non negligentia mea fore,vt,&c.Att.lib.12.ep. 18.Martianus ad me scripsit,me excusatum esse apud Apuleium à Torquato & Strabone.

EXCVSO, as. *purgo,excusatione vtor,excusationem affero, satisfacio, crimen removeo, culpa libero, à culpa eximo, excusatione alicuius rei tego,adumbro.)(.accuso.*Att.lib.15.ep.27.Atticæ meæ velim me ita excuses,vt omnem culpam in te transferas. Quin.Fr.lib,2.ep.2. Primùm me tibi excuso,in eo ipso,in quo te accuso.me enim, &c.Att.li.11.ep.7.Quod te excusas,ego verò tuas causas nosco. Ep.lib.11.ep.15. Collegæ mandasti, vt te mihi per literas excusaret. Cæl. Ep. lib. 8. ep. 1. Sed ipsum volumen quod tibi misi, facilè vt ego arbitror,me excusat.Att.lib.9.ep.15.Viris bonis me non nimis excuso. & lib. 11. ep. 25. An his illuc euntibus mandem, vt me excusent. pro Lig. 21. Is cùm morbo impediretur, statuerat se excusare.2.de Orat.253.Cum eum gregales requirerent excusauit Vespa Terentius, quòd eum brachium fregisse diceret.Att. lib. 15. ep. 25. Varroni memineris excusare tarditatem literarum mearum. 8. I. A. 1. Quanquam is quidem antequam sententiam diceret,propinquitatem excusauit.

✠ ADVERB. *Facilè,8.Fam.*

✠ EXCVSOR.aris,At.li.12.ep.14.Sed cura vt excuser morbi causa in dies singulos.*ibidem*.ep.16.Apud Apuleium(quoniam in perpetuum non placet)in dies vt excuser videbis.de Amic.64.Quidam excusari se arbitrantur, quia non sine magna causa peccauerunt.5.In Ant.14.Quæro igitur, Si Lysiades citatus iudex non responderit, excuseturque Areopagites esse,accipietne excusationem is, & *ibidem*. Sunt item secti iudices qui fortasse excusabuntur.

☞ Syntaxis. *Aliquem alicui excusare. In aliqua re se excusare. Excusari morbi causa. Non in perpetuum,sed in dies excusari.*

EXCVSSVS,a,um.*vacuus*.de Ar. 37. Iudices te dimiserunt excussum & exhaustum.

¶ *Amissus*.Ep.lib.9.ep.10.Adeón' tu mihi excussam seueritatem putas,vt ne in foro reliquiæ pristinæ frontis appareant?

¶ *Tritatus,tractus*.pro Mur.26.Res peruulgata,atque in manibus iactata & excussa.pro Syl. 47. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari.

✠ EXCVTIENDVS,a,um.1.Tus.88.Hoc igitur probe stabilito, & fixo,illud excutiendum est, vt sciatur quid sit.CARERE. ne relinquatur aliquid erroris in verbo.

EXCVTIO,tis:excussi.*agito*. Qu.Frat.lib.1.ep.1.9. Scrutari omnes sordes,& excutere vnumquenque comitum.

¶ *Examino*.2.Cont. Rull. 60. Decemuiri qui nostros imperatores excutiant.

¶ *Exploro*. pro S.R.97.Nihil est quod metuas, non excutio te:si quid fortè ferri habebas,non scrutor, &c.

¶ *Animaduerto*.Par.124. Explicare & excutere aliquod verbum.

¶ *Reijcio*.Pro Cæl.67.Quamobrem excutiemus omnes istorum delicias,omnes ineptias,si prodierint.

¶ *Excito*.3.Offi.81.Explica atque excute intelligentiam tuam,vt videas,&c.

¶ *Aufero,depello,abigo,eripio*.pro Dom.76.Quare illa calamitas excussit hoc genus totum maledicti.pro Syl. 24. Excutiam tibi istam iactationem.1.Tus.111. Hanc excutere opinionem mihimet radicitus nolui.

¶ *Proijcio,dejcio*.2.de N.93. Excutere aliquid in terram.

EXCVTIOR,ris.*vexor,spolior*.Asin.Ep.li.10.ep.31.Tabellarij sexcentis locis excutiuntur.

✠ ADVERB.*Radicitus opinionem.1.Tus.*

¶ *Attrector*.pro Plan.29.Aspicitur,non attrectatur:procul apparet,non excutitur,non in manus sumitur.

¶ *Eripior*.pro Mur.30. Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur.

EXECO,as.*seco,reseco*.pro Cl.179.Ipse armarij fundum execuit,& nummos abstulit.pro Sest.135.Hi medentur ciuitati,qui execant pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis. Att. lib. 2. ep. 1. Non minus esset probanda medicina quæ sanaret vitiosas partes,quàm quæ execaret.

☞ Syntaxis. *Execare pestem ac strumam.* Hic animaduertendum est,pestem accipi pro tumore ipso,& strumam pro abscessu.

EXECRANDVS, a,um.*detestabilis*.2.I.A.65. Hic execrandus pop. Rom. & detestabilis est.

EXECRATIO.onis.*preces malæ*.pro Sest.71.Exierunt malis omnibus & execrationibus duo Vulturij.pro Sest. 15. Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat, nihil contra me esse facturum. 7. I. V. 103. Vbi fides? execrationes? 3. Offi.55. Quod Athenis execrationibus publicis sanctum est.Att. li.2.ep.18. Habet etiam Campana lex execrationem in concione candidatorum.I.P.43. Thyestea ista execratio.

✠ AIVNC. *Publicæ.3.Offi.*

EXECRATVS, ta,tum.1.I.A,5.Euersio illius execratæ columnæ.

EXECROR,aris. *malè precor*. 3. I. V.121.Alij Sacerdotem execrabantur,qui Verrem tam nequam reliquisset.I. P. 96. Omnes te oderunt,tibi pestem exoptant,te execrantur.I. P. 33. Quòd tibi proficiscenti euenit,vt omnes execrarentur, malè præcarentur. 1.de Leg.34.Rectè Socrates execrari eum solebat,qui,&c.3.Off. 11.Itaque accepimus Socratem solitum execrari eos, qui,&c. 1. Tus. 107. Execratur apud Ennium Thyestes, primùm vt naufragio pereat Atreus. Orat.138.Vt optet, vt execretur. 2. de Nat. 65.Ex Enn.Cui,quod in me est,execrabor hoc,quo lucet, quicquid est.

✠ ADVER. *Rectè.1.de Legib.*

☞ Syntaxis. *Execrari,malè precari.*

EXECTIO, onis. *excisio*. pro Clu. 180. Cum illa exectio fundi in armario animaduerteretur.I.V.Exectio linguæ.L.LINGVA.

✠ ADIVNC. *Conscelerata linguæ.pro Clu.*

EXECTVS, a,um,*castratus*.2.de Nat.63.Vetus opinio est,exectum esse Cœlum à filio Saturno.

¶ *Abscissus*.pro Clu.187. Strabo in crucem actus est execta lingua.2.Contra Rull.90.Neruis omnibus exectis

EXECVTIO,onis.*persecutio*.2.ad Her.18.Quæritur in translatione primùm,num aliquis eius rei actionem,petitionem, aut executionem habeat,quam non oportet.

EXEDO, dis, & exes. *consumo, conficio, corrodo.* 3. Tus. 27. Ægritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. 5. Tus. 16. Quem nullæ ægritudines exedunt. 2. de Diu. 37. Cor est in extis, iam abscedet, Deus id eripiet, vis aliqua conficiet, aut exedet. 1. de Fin. 59. Mærores, qui animos exedunt conficiuntque curis.

EXEDOR, ris. 1. de Fin. 51. Solicitudines, quibus hominum animi dies & noctes exeduntur.

☞ Syntaxis. *Ægritudo animum lacerat, exest, conficit.*

EXEDRA, græ. *locus vbi sint sedes multæ paratæ, præterea nihil: quas vacuas aulas vocant.* 3. de Ora. 17. Cotta in eam exedrã venit, in qua Crassus lectulo posito recubuisset. 1. de N. 15. Offendi eum sedẽtem in exedra. 5. de Finibus. 4. Tamen ego illa moueor exedra.

EXEDRIA, *pro exedra.* Ep. lib. 7. ep. 23. Exedria quædam mihi noua sunt instituta, in porticula Tusculani.

✠ *ADIVNC. Noua. 7. Fam.*

EXEMPLAR, ris. *exemplum, imago, species quam artifex imitatur, & quam sibi proponit ad imitandum, ad quod efficitur aliquid.* Asin. Epli. 10. ep. 31. Ex literis quas Pansa mihi misit, cognosces omnia: nam earum tibi exemplar misi. Att. lib 4. ep. 5. Vrgebar abeo cui misi, & non habebam exemplar. pro Mur. 66. Ad imitandum verò tam mihi propositum exemplar illud est, quàm tibi. de Vniuer. 3. Qui aliquod munus efficere molitur, si eam speciem, quæ semper est eadem, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat necesse est. & *ibid.* Vtrum fabricator ille tanti operis imitatus sit exemplar, quod semper vnum & idem est. de Vniuers. 30. Ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo. de Am. 23. Amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur sui. pro Cecin. 28. Falcula exemplar antiquæ religionis. in Salust. 18. Eius enim partis exemplar erat Sallustius, quo, &c.

☞ Syntaxis. *Literarum exemplar. Imitandum exemplar. Speciem sibi & exemplar proponere.*

EXEMPLVM, pli. *exemplar, imago, factum, authoritas, documentum, specimen, clarissimus monumentis testata consignataq; antiquitas.* Att. lib. 7. ep. 22. Cæsaris literarum exemplum tibi misi. Att. li. 8. ep. 6. Earum literarum exemplum infrà scripsi. Ep. lib. 4. ep. 4. Sæpius ad aliquem literas vno exemplo dare. & lib. 9. ep. 16. De quo tu mihi antea scripseras bis eodem exemplo. 2. Contra Rul. 52. Literarum exemplum compositum esse arbitror: P. Seruilius Cn. Pompeio, &c. Att. lib. 9. ep. 4. Capua literæ sunt allatæ hoc exemplo: Pompeius mare transijt, &c. 1. de Orat. 190. Hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi cernerem, &c. 1. Offi. 7. Superioris generis huiusmodi exempla sunt Omnia ne officia perfecta sint: nunquid, &c. 2. de In. 59. Exemplum translationis in causa nobis positum sit huiusmodi, cum, &c. 2. de In. 156. Supponere exemplum vniuscuiusque rei. Top. Exempla posui ex iure ciuili. 3. de Orat. 206. Quæ tu Crasse sine definitionibus & sine exemplis effudisti. 4. ad Her. 5. Hoc interest inter exemplum & testimonium: exemplo demonstratur id quod dicimus, cuiusmodi sit: testimonio, esse illud ita vt nos dicimus, confirmatur. 1. de Diuin. 39. Sed exemplis grandioribus decuit vti. 13. I. A. 3. Exempli causa paucos nominaui. Par. 1. Sed hæc videri possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum lentiùs disputantur, vita atque factis illustranda sunt summorum virorum hæc, quæ verbis subtiliùs quàm satis est, disputari videntur. 1. de Inuen. 66. Vt certum quiddam & breue exempli causa ponamus. pro Mur. 27. Vt quia in alicuius libris exempli causa id nomen inuenerant, putarunt, &c. 1. de Inuen. 67. Eorum igitur quæ constant, exempla ponemus: horum quæ dubia sunt, rationes afferemus. & 76. Id vt perspiciatur, aut scribamus, aut in quolibet exemplo de ijs quæ proposita sunt, hoc idem exerceamus. 1. de Inuen. 88. Perspicuo & grandi vitio præditum posuimus exemplum. 1. de Inuen. 49. Exemplum est, quod rem autoritate aut casu alicuius hominis, aut negocij confirmat aut infirmat, horum exempla & descriptiones in præceptis elocutionis cognoscentur. 4. ad Her. 63. Exemplum est, alicuius facti aut dicti præteriti cum certi autoris nomine propositio: exemplum rem ornatiorem facit, cum nullius rei nisi dignitatis causa sumitur: apertiorem, cum id, quod sit obscurius, magis dilucidum reddit: probabiliorem, cum magis verisimilem facit: ante oculos ponit, cum exprimit omnia perspicuè, vt res dicta propè manu tentari possit. 2. de Diuin. 8. Exempla clara & illustria. de Pro. 20. Cùm ego meorum factorum exempla ex summis viris petam. pro Cor. 31. Autoritate & exemplo alicuius facere aliquid. ✠ & de Ar. 26. ‖ Cum Athenionis aut Spartaci exemplo luctus facere maluerit. pro Plan. 90. Peremtum esse mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo fuisset senatus. 1. de Diu. 64. Diuinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat Possidonius, quo affert Rhodium quendam, &c. 2. Offi. 28. Ad exemplum amissi imperij, portati in triumpho Massiliam vidimus. pro Sest. 19. Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis diceres intueri. in Sal. 5. Vt ego sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum. pro Deiot. 28. Is vir vnde pudoris pudicitiæque exempla peterentur. Epist. lib. 1. epist. 9. Exemplum præclarissimum vindicandæ religionis sustulerunt. in Sal. 4. Sallustius omnium maiores ad vnum exemplum & regulam quærit. 3. de Legib. 32. Pernicioſè merentur de repub. vitiosi principes, quòd non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem: neque solùm obsunt, quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpunt, plúsque exemplo quàm peccato nocent. Orat. 169. Habet autem vt in ætatibus auctoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. de Orat. 229. Cum esset ille vir exemplum, vt scitis, innocentiæ. pro S. R. 27. In qua muliere etiam nunc quasi exempli causa, vestigia antiqui officij remanent. 3. I. A. 13. Quod in iuuentute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis? de Orat. 133. Si exempla sequimur, à Demosthene sumamus, Quin. Frat. lib. 1. ep. 2. Edere exemplum seueritatis alicubi. pro Muræn. 66, Domesticum te habere dixi exemplum ad imitandum. & *ibid.* Est illud quidem exemplum tibi propositum domi. 1. Offi. 104. Suppeditant autem & campus noster, & studia venandi, honesta exempla ludendi, pro Fla. 24. Tamen hæc in imitatione atque in exemplo pertimescenda videntur. & *ibid.* 25. Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. Ep. lib. 9. ep. 14. Liberasti ciuitatem metu: neque solùm ad tempus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti. pro Flac. 25. In hoc ego reo, ne quod pernicioſum exemplum prodatur, pertimescam? pro Syl. 49. Et tamen id veteri exemplo atque instituto optimi cuiusque faciebant. 1. de Orat. 201. Monumentum rerum gestarum, vetustatis exempla, oratori nota esse debent. 2. de In. 4. Non vnum aliquod proposuimus in exemplum, cuius omnes partes exprimerentur. Orat. 129. Commemoratio antiquitatis, exemplorúmque prolatio. pro Clu 133. & 134. Qua de re tota si vnum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam: non enim exemplum, &c. 1. I. A. 1. Athenienſium renouaui vetus exemplum. Ep. lib. 4. ep. 3. Quod exemplo fit, iure fieri putant. 3. Offi. 69. Imagines enim illæ feruntur ex optimis naturæ principijs, & veritatis exemplis. 2. de Inu. 2. Vt mutũ in simulachrũ ex animali exemplo veritas transferantur. 2. de Leg. 45. Itémque cætera huius exempli dona sunt. de Amic. 82. Nec ipsi sibi exemplo sunt, hæc vis amicitiæ qualis & quanta sit. de Amic. 34. Atque harum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis, quod, &c. 3. Offi. 16. Nec verò ab his iusticiæ, tanquam à sapiente petitur exemplum. 2. I. A. 114. Quòd si illi è conspectu nostro se abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt. *ibid.* 10. In. Ant. 5. Et proponis illi exempla ad imitandum, ad Heren. lib. 4. Aut si aceruos se dicant tritici habere. & eorum exemplum pugno non habeant. * pro C. Cornel. 1. Qui aliquod institui exemplum disturbandorum iudiciorum pernicioſissimum, temporibus suis accommodatissimum, meis, alienissimum rationibus cupierunt. Hortens. Vnde ad agendum aut dicendum copia depromi maior grauissimorum exemplorum quasi incorruptorum testimoniorum potest?

✠ *ADIVNC. Acerbum, atque intollerandum, 4. Ver. Aliena, ficta, oratoria, perpauca. Orat. Aliena, recentia,)(antiqua, domestica, 13. Phil. Animale, facile & peruulgatum, perspicua, & grandi vitio prædita, Superius. 1. de Inuent. Antiqua, nouum, pessumum, plena antiquitatis, & dignitatis, recentia, 5. In Ver. Breuissimum glorioſa. 2. de Orat. Clara, & illustra, commentitia, grandiora, plurima. 2. de Diuin. Domesticum. pro Mur. & 2. de Nat. Generatum,)(æternum, de Vniuers. Grauissima, Hort. honesta, Maximum. 1. Offi. Illustre, Illustrius. 3. Phil. Innumerabilia. 1. de Nat. Insignè, præsentia, atque viua. 3. de Orat. Laudabilè, & præstans mirabilia. 3. Offi. Maiora, 5. Tus. Maxima, perspicuum, 1. de Diu. Nouum, 2. In Ver. Notiora, vetera, Part. perditum. pro Planc. pernitioſum. pro Flac. præclarissimum, de. Opt. gen. Rarum. 6. Fam. Recens, 3. In Ver. tot, tanta, ac tam noua. pro Pomp. vetus. pro Syll.*

☞ Syntaxis. *Plures epistolæ vno exemplo. Epistola exemplum mittere. Exempla ponere, supponere. Exempli causa dicere. Ad exemplum amissi imperij. Ad vnum exemplum & regulam omnes aptare. Non tantum mali est peccare Principes, quantum illud, quòd, &c.* hoc adnotamus, quia phrasis est singularis, licet extra vocem Exemplum, *Vir innocẽtiæ exemplum. Id ago ad facti exemplum. In Exemplum proponere,*

✠ EXEMPTIO, onis. 1. Contra. Rull. 10. Sunt enim in tota lege exemptiones duæ, non tam inquæ quã suspicioſæ. *Sic ab Ioanne Nunnesio emendatum inuenimus, retinenda tamen mihi videtur editio communis. Manutij & Lamb.* quæ exceptiones. *habet.*

✠ *ADIVN. Non tam iniquæ, quã suspicioſæ, 1. Cont. Rul.*

EXEO,is.*egredior,prodeo,progredior,pedem effero,foràs me do,procedo,excedo,emergo.erumpo,emano,mano,exulo, euado, erior, nascor.*2. de Or.223.Minimè mirum est te sudare: modò enim existi de balneis.2.de Orato.263.Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis?Cum tu,inquit,de cubiculo alieno.1.Offic. 54. Qui cùm vna domo iam capi nō possunt,in alias domos tanquam in colonias exeunt.1.Offic.118.Herculem ferunt exisse in solitudinē, atque ibi sedentem diu secum,&c.in Vat.12. Aliquem exire legatum in aliquā prouinciam. 4.I. V.61. Cum omnes boni perspicerent,ad illum non modò illos nummos,qui per simulationem ab isto exierant,reuertisse.Att.lib.1.ep.16. Cum de consularibus mea prima sors exisset,&c.de Clar.265. Nihil non consideratum exibat ex ore.pro S. R. 3. Nequaquam tamen similiter oratio mea exire,atque in vulgus emanare poterit. Att.li.13. ep.13.Libri quidem exierunt, vt in tali genere ne apud Græcos quidem simile quicquam.3.Tuscul.10. Exisse ex potestate dicimus eos,qui effrenati feruntur aut libidine,aut iracundia. *Ibid.* Qui igitur exisse ex potestate dicuntur,idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis,cui regnum totius animi à natura tributum est.pro Dom.37.Exire è patricijs: *id est, fieri plebeium per adoptionem.*Epist.lib.1.ep.9.Exire domo.& lib. 4.epist.1. Exire ex vrbe.I.P.33.Exire patria.& Attic.lib.2.ep.7.Exire de naui.de Amic.15.Exire de vita.

✠ ADVERB. *Commodius.9. Famil. Similiter,oration em.pro Sex.Rosc.tutoinde.6.In Ant.*

☞ Syntaxis. *Exire in prouinciam. Libros exire. Ex potestate exire*, i. ferri transuersum,furere. *E patricijs exire,patria,de vita,ex vrbe.*

Ex eo.*inde,ideo,idcirco,eare,quia.*2.de D.72.Attulit in caueā pullos is,qui ex eo nominatur pullarius.1.de Or.121.Si quid in me est, ex eo est,quòd,&c.2. de Diuin. 69.At paulo pòst audita vox est monentis, vt, &c. Ex eo Aio loquenti ara consecrata est.2.de Orat.283.Scaurus nonnullam habet inuidiam,ex eo quod aliorum bona sine testamento possidet.4.de Fin.73.& lib. 3.53. Præpositum ex eo credo appellatum est quòd præponatur alijs Ar. lib.6.ep.9.Cognoui ex eo,quòd ita scripseras,te Romam venisse,&c.Att.lib.1.ep.11.Posteaquàm vidit illum excepisse laudem, ex eo quòd hi suspicarētur,&c.de Cl.48.Cum ex eo,quia quasi committeret contra legem,sæpe in iudicium vocaretur.

☞ Syntaxis. *Ex eo sic dicitur. Si quid est in te,ex eo est, quòd.* hic expende numerum in monosyllabis octo. *Ex eo quòd iubeas, id agam.Ex eo quia venis,gaudeo.*

EXEQVIAE,arum.*funus,pompa.iustæ,iusta funeris,supremi diei celebritas,latatio,parentatio.*pro Quin.50.Funus,quò amici conuenirent ad exequias cohonestandas. pro Clu. 101. Mater exequias illius funeris prosecuta est.2.de Legib. 42. Qui sepultura & iustis exequijs carnerunt.pro Milo.34. Cadauer.P.Clodij spoliatum imaginibus exequijs,pompa,laudatione,&c.

✠ ADIVN.*Iustæ.2.de Leg.*

☞ Syntaxis. *Funus,quo conueniunt amici ad cohonestandas exequias. Exequiæ funeris.*

EXEQVENDVS,a,um.3. Tusc. 15. Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum.1. Offic. 79. In exequendis negocijs rationi obedire.

EXEQVOR,ris.*sequor,obseruo,præsto,perficio.*Atti. lib.3.ep. 15. Exequi sua officia & studia.de Sen.34.Masanissa senex omnia regis officia & munera exequitur.& 72. Quod munus officij exequi & tueri possis.de Sen.28.Quod si exequi nequeas, possis tamen alijs præcipere.& 38.Quæ si exequi nequirem,tamen,&c.Att.li. 11.ep.11.Ne si sit,quidem quod ad te debeam scribere,facilè id exequi possem.9.I. A.9.Exequi mandata alicuius.

¶ *Imitor.*5.I.A.54.Omnes consulates,qui per valetudinem exequi fugam illam potuissent. 5. I. V. 46. Tamen antiquum modum sationis nulla ex parte exequi potuit. At.li.9.ep.14.Cur non omnes factum illius executi sumus? de Vn. 5. Non igitur dubium est,quin æternitatem maluerit exequi.

¶ *Continuo.*pro R.P.5.Difficile est,quod cum spe magna sis ingressus,id non exequi vsque ad extremum.

¶ *Attingo.*I.Sal.13.Neq; tu si qua in pueritia peccasti, exequar.

¶ *Explico.*Ep.lib.11.ep.28.Nam præter hæc habeo multa occultiora,quæ vix verbis exequi possim.

✠ ADVER.*Vsque ad extremum.pro Rab.post.*

☞ Syntaxis. *Ad exequendum munus. Officia & munera sua exequi. Officij munus exequi ac tueri. Exequi alicuius accusati delicta.*

EXERCENDVS,a,um.1.Offi. 79. Exercendum autē est corpus, & ita afficiendum,vt obedire rationi possit.pro Pomp.4. Quorum magnæ res aguntur in vestris vectigalibus exercendis occupatæ 1.Offi.88.Exercenda est facilitas & altitudo animi quæ
✠ dicitur. ‖ 7. in Verr. 143. Libido crudelitatis exercendæ.& 1.de Orat.157.exercenda est memoria in edisc endis &c. pro Cluen. 178. Exercendæ medicinæ causa tabernam dedit. de Senect. 38. 1.Offic.122.

EXERCENS,tis. de Sen.27.Athletæ in cutriculo se exercentes. 2.de Orat.287.Cum cæteris in campo exercentibus ipse in herba recumbebat.

¶ *Faciens.tractans.*pro Ar.3.Prætor exercens iudicium.

EXERCEO,,ces.*colo,excolo.facio,fricto, tracto, exercitatione vtor, verser in aliqua arte, consuetudinem atque exercitationem capio.*

✠ ‖*Tribuitur non raro à Cicerone muneribus, & officijs,in quibus opera aliqua.significatque quod Galli,dicunt.*Sēployer.*Vide pro Pomp.16.* ad Brut.ep.15.Messala graui iudicio multaque arte se exercuit in verissimo genere dicendi.1.de Or.149.Plerique in hoc vocē & vires exercēt suas.& *Ibi.* Vehementissimè exercere se in aliqua re Atti. li.9.de 3.Exercere se in cōsulationibus,& differere in vtrāque partem.Ora.99. Is in hoc solo se exercuit, huic generi studet vni. de Somn. 21. Exercere animam in optimis rebus. 1. I. C. 25. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit,fortuna seruauit.de Sen.21.Exercere memoriam. 3. ad Her.34.Exercere ingenium.8.in Anto.8. Exercere crudelitatem suam in aliquo. 1. in Verr. 13.Exercere inimicitias nimium familiariter.ad Brut.ep.2. Exercere iracundiam in superatos. pro Pomp.16.Qui vectigalia exercent atque exigunt.2.Tuscul. 40. Subduc cibum vnum diem athletæ,louem ipsum, cui se exercebit,implorabit.5.Tusc.3.Fortuna me in multis varijsque casibus exercuit.1.de Leg. 14. Exercere ius ciuile. 1. de Orato. 154. Exercere se ad versus alicuius.Ep.lib.1.ep.7.Ad hæc te exerceas: hæc cogites. pro Pomp. 28. Quod genus belli est,in quo illum non exercuerit fortuna reipublicæ?de Cl. 230. Is me adolescentem multos annos in studio eiusdem laudis exercuit.de Cl. 331. Pammenes exercuit.Brutum.de Cla.249.Is sese quotidianis cōmentationibus acerrimè exercuit. 3. I. V. 155. Atque etiam iudicium in prætura publicum exercuit.2. de Finib.54.Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset.Ora.46.Aristoteles adolescentes in thesi,non ad Philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in vtramq; partem exercuit.

¶ *Affligo.aga.*pro Arch.28.Quid est, quòd nos in hac breui vitatantis nos in laboribus exerceamus?Ep.lib. 12. ep. 4. Nunc me reliquiæ vestræ exercent.

✠ ADVER.*Acerrimè se,de Clar.Familiariter nimium. 1.In Ver.Scienter vocem,vehementissimè se.1.de Orat. vehementer.5.Tusc.*

EXERCEOR,ris.Qu.fr.lib.2.ep.15.Scauri iudicium statim exercebitur. pro Cæl. 1. Omnibus negocijs intermissis vnum hoc iudicium exercetur.2.de Nat.161.Vt exerceamur in venando.6. I.V.56.Prætor armis exercetur. Att.lib.6.ep.1.Pueri amant inter se,discunt,exercentur.de Clar.315. Apud Demetrium studiosè exerceri solebā.de Cl.309.A Diodoro cùm in alijs rebus, tū studiosissimè in dialectica exercebar.1.de Ora.244.In hoc genere pueri apud magistros exercentur.2.Tusc.56.Faciunt idem,cum exercentur athletæ. * Frag. ep. Quòd studiosissimus quisque apud eum exerceretur.

¶ *Affligor,mœreo.*Attic.lib.13.ep.22.Te de prædio auiæ exerceri molestè fero.

✠ ADVERB.*Latine apud.16.Famil. Studiosè, studiosissime in dialecticis,de Clar.*

☞ Syntaxis. *Exercere corpus,se,pietatem,dialecticam,Medicinam,potētiā,vim,in Theologia. Exercere crudelitatem suā in aliquo, inimicitias,quæstionem,iudicium. Aliquem exercere literis. Exerceri: pro laborare,vel se exercere. Exerceri de annonæ caritate:id est,augi.*

EXERCITATIO,onis.*vsus,tractatio,actio,meditatio,commentatio, consuetudo,munus,studium,ludus,industria,agitatio,curriculum.*2. de N.26.Corpora nostra motu atque exercitatione recalescunt.1, I.V.47.Vsus exercitatioque forensis,3.de Fin.41. Exercitatio in dialecticis.2.de N.168.Exercitationes rhetoricæ.& li.1.103.Pueri etiam cum cessant exercitatione aliqua ludicra delectantur. Att.lib.15. * Nosti horum exercitationem in latrocinio, pro Mil. 35.Milo exercitationem virtutis dedit.de Senect.38. Hæ sunt exercitationes ingenij,hæc curricula mentis.1. Offic.123. Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur. de Senect.9. Aptissima sunt omninò arma senectutis,artes exercitationesque virtutum.1. Offi. 130. Color exercitationibus corporis tuendus est.de Senect.36. Vtendum est exercitationibus modicis. pro Cæl.11. Vt exercitatione ludoque campestri tunicati vteremur. 2. I. C. 9. Aliquis scelerum exercitatione assuefactus. pro Dom. 3. Is conuicij exercitationem cum intolerabili petulantia, tum diuturna impunitate muniuit. de Clar. 331. Exercitatio dicendi linguam acuit. 1. de Orato. 90. Consuetudo exercitatioque & intelligendi acuit prudentiam, & eloquendi celeritatem incitat.1.de Orato.243. Quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo. 1. de Orato. 257. Subitæ ad propositas causas exercitationes. de Fat. 3. Oratorias exercitationes non tu quidem,vt spero,reliquisti.3.de Orat. 188. Cùm exercitatione, tum stylo formanda nobis oratio est. pro Pompe. 1. Quan-

tum ex foréſi vſu, pròpè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre. pro Cæl. 54. Exercitatio vſuſque dicendi 1. Offi. 59. Conſuetudo exercitatioque capienda eſt, vt, &c. *Ibidem.* 60. Nec medici, nec imperatores, nec oratores quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum ſine vſu & exercitatione conſequi poſſunt, &c. pro Mur. 29. Dicendi conſuetudo longè iſti veſtræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Ar. 1. Exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter eſſe verſatum. 1. de Or. 81. Abſtrahi ab exercitatione & conſuetudine dicendi. 2. de D. 96. Multi naturæ vitium meditatione & exercitatione ſuſtulerunt, vt Demoſthenes. 1. ad Heren. 3. Exercitatio, eſt aſſiduus vſus conſuetudoque dicendi. 2. Tuſcula. 42. De exercitatione & conſuetudine, & commentatione dixi. & 41. Tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo valet. Ep. lib. 1. ep. 9. Tu me de Lentuli tui noſtrique ſtudijs & exercitationibus velim quàm ſæpiſſimè certiorem facias. * Frag. ep. Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe. Oecon. 1. A natura comparata eſt opera viri ad exercitationē forenſem & extraneam.

✠ ADIVNCT. *Acerbior, maximæ, oratoriæ, perfecta, de Clar. Accuratæ, popularis, & forenſis, Subitæ. 1. de Orat. Bona, multa, non inutilis. 1. de Inuent. Campeſtris, pro Cæl. Communis, crebræ, atque magnæ, domeſtica, & vmbratilis, facilis, forenſis, ludicra, maxima, penè puerilis. 1. de Orat. Egregia, plurima, 3. de Fini. laborioſa. 1. de Finib. laborioſæ, Magna. 2. Tuſc. maior, propria, 3. de Orat. Modicæ, de Senec. parua, de Amic. parua,)(, magna. 3. Offic. Quotidiana dicendi, pro Pomp. Rhetoricæ. 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Motu & exercitatione recaleſcunt membra. Vſus & exercitatio. Ludica exercitatio. Ingenij exercitatio, mentis curriculum,* copulæ ſynonymæ. *Aſſuefieri ſcelerum exercitationi. Conſuetudo, exercitatioq; Exercitatio eſt aſſiduus vſus,* hìc genus. *Exercitatio, meditatio, conſuetudo.*

EXERCITATVS, a, um: tior, & tiſſimus. *verſatus, exercitatione præditus.)(. rudis.* 7. I. V. 141. Sex lictores valentiſſimi. & ad pulſandos verberandosque homines exercitatiſſimi. pro Cl. 52. Homo in hominibus necandis exercitatus. pro Pomp. 55. Et Homines in maritimis rebus exercitatiſſimi paratiſſimique. At. li. 14. ep. 12. Veſtorius in arithmeticis ſatis exercitatus. 6. I. A. 17. An ſum rudis in rep. quis exercitatior? qui, &c. 1. de Diu. 93. Hetruſci ob eam cauſam portentorum exercitatiſſimi interpretes extiterūt. de Somn. 21. Agitatus & exercitatus in optimis curis. Orat. 200. Id autem bona diſciplina exercitatis, qui & multa ſcripſerint, & quæcunque etiam ſine ſcripto dicerent, ſimilia ſcriptorum effecerint, non erit difficillimum. Q. fra. lib. 1. ep. 1. 2. Animus maximis in rebus gerendis & ſuſtinendis exercitatus. pro Q. 3. Homo & in alijs cauſis exercitatus, & in hac multum & ſæpe verſatus. 2. cont. Rul. 83. Aratores glebis ſubigendis exarcitati. pro Quin. 97. Manus in propinquorum proſcribendis bonis exercitata. 2. Offic. 53. Paratiores erunt & tanquā exercitatiores ad bene de multis promerendum. 4. Academ. 110. Item ſi de officio, multisque alijs de rebus in quibus verſatus exercitatusque ſit, neſcire ſe dicat. Qu. fr. lib. 3. ep. 3. Pæonius rhetor, homo valde ✠ exercitatus & bonus. ‖ pro Mur. 22. Ille exercitatus in propagandis finibus: tu in regendis.

✠ ADVERB. *Valdè. 2. ad Quint. frat.*

☞ Syntaxis. *Exercitatus in pulſandis, & ad pulſandos homines. Exercitatus & paratus in rebus bellicis. Agitatus & exercitatus in curis optimis.*

EXERCITVS, a, um. *peritus.* pro Fon. 32. M. Fonteius vſu bellorum in primis eorum hominum, qui nunc ſunt, exercitus. Atti. lib. 1. ep. 9. Scito nihil tam exercitum fuiſſe Romæ, quàm candidatos omnibus iniquitatibus.

¶ *Iactatus, vexatus.* pro Plan. 78. Quo quidem etiam magis ſum non dicam miſer, ſed certè exercitus. pro Mil. 5. Quid enim nobis duobus laborioſius, quid magis ſolicitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt.

☞ Syntaxis. *Laborioſum. ſolicitum, exercitum.*

EXERCITVS, tus. *manus, copiæ.* pro Pom. 61. & 5. I. A. 43. Pompeius exercitum difficillimo Reipubl. tempore confecit. 4. I. A. 6. Cæſar exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus conduxit. 5. I. A. 23. Cæſar paucis diebus exercitum fecit. pro Mur. 32. Maximus & fortiſſimus exercitus. 5. I. A. 36. Conſcribere & comparare exercitum. In Piſ. 47. Dimittere exercitum. pro Mur. 20. Ducere exercitum. de Pro. 5. Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu & duriſſima conquiſitione collectus omnis interiit. de Prou. 9. Exercitus inſtructus. 2. I. C. 5. Magnopere contēno collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis, decoctoribus, ex ijs qui vadimonia deſerere quàm illum exercitū maluerunt. 6. I. V. 115. Cōferre huius cohortē imperatam cū illius exercitu inuicto. 6. I. V. 121. Aduentum & comitatum eum exercitu & victoria conferatis. de Aru. reſp. 42. Exercitu L. Luculli ſolicitato per nefandum ſcelus fugit illinc. Frag. ep. De exercitu retinendo. *Ibidem.* Eo *exercitu* tradito aut demiſſo.

✠ ADIVNC. *Ampliſſimus numero, cunctus, exiguus firmitate, melior, vniuerſus, Planc. 10. Fam. Boni ſed rudes. Or. Certus, clari, fideliſſimus, & conſtantiſſimus, periculoſus, Pulcherimus. 10. Phil. Clarus, atque victor, permagni, regij. pro Pom. Conſularis. 3. In Ver. Contrarij. 2. de Or, firmus. 14. At. firmiſſimus. 2. At. Floretiſſimus. 11. Phil. Imbecillus. 15. Famil. Incolumis, paruus. 5. Att. Infirmus. 6. Att. Inuictus. 6. Ver. Magnus. 6. Fam. Maximus, & fortiſſimus, pro Mur. & 4. Verr. Nouus, valentes. 12. Fam. Nouus.)(. vetus. 2. Tuſc. Optimus)(. peſſimus. 12. Phil. Ornatiſſimus. pro Fl. Parati. 7. Phil. Paratiores, & fortiores. 1. Offi. Proprij Reipu. 1. Fami. Robuſtus, & victor. 1. Phil. Tiro, & collectus. 7. Verr. veteranus. 9. Fam, veterani, vetus. 2. Phi victor. 5. Phi.*

☞ Syntaxis. *Exercitum comparare, conſcribere, facere, inſtruere, conficere, ducere, conducere, colligere, dimittere,*

EXESVS, a, um. *conſumtus.* 5. Tuſc. 65. Exeſis poſterioribus partibus verſiculorum dimidiatis ferè.

EXHAEREDANS, tis. 2. in Ant. 41. Igitur fratrem exhærendans te faciebat hæredem.

EXHAEREDATVS, a, um. 4. ad Heren. 34. Sed etiam à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt.

EXHAEREDO, as. *hæreditate priuo.* pro S. R. 52. Pater iſtum exhæredare in animo habebat. pro Clu. 135. Ille cum filium exhæredaret, quem oderat, ei filio homines alieniſſimos cohæredes coniunxit.

EXHAERES, dis. *hæreditate excluſus.* 1. de Orato. 175. Egit lege in hæreditatē paternā teſtamento exhærtes filius. & *Ibid.* Poſſētne paternorum bonorum exhæres eſſe filius, quē pater teſtamento neque hæredem, neque exhæredem ſcripſiſſet nominatim.

EXHALANDVS, a, um. 2. I. A. 42. Quanquam tu quidem vini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamitas.

EXHALATIO, onis. *vapor, anhelitus terræ, afflatus ex terra expiratio, aſpiratio.* 1. Tuſcu. 43. Cœlum hoc, quod humidum & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ.

EXHALO, as. *ſpiro, reſpiro, emitto.* 5. In Verr. 28. Qui nondum conuiuijs crapulam exhalaſſent. & 2. In Ant. 30. Edormi crapulam & exhala.

EXHAVRIENDVS, a, um *infirmandus, educendus.* 2. contra Rull. 69. Vrbanam plebem nimium poſſe, exhauriendam eſſe. * *Hoc enim verbo eſt vſus: quaſi de aliqua ſentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur.*

EXHAVRIO, tis. *aufero.* in Sal. 19. Ex Africa tantum hic exhauſit, quantum potuit in naues contrudi. I. P. 48. Prædam, quam ex vrbibus ſociorum exhauſeras, deuoraſti. 2. contr. Rull. 97. Cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis. pro Seſt. 48. M. Craſſus eadem ſibi manu vitam exhauſit, qua mortem ſæpe obtulit hoſtibus. & 80. Plaga illa vna extremo defuit: quæ ſi acceſſiſſet, reliquum ſpiritum exhauſiſſet.

¶ *Minuo.* Ep. lib. 9, ep. 14. Libentiusque omnes meas laudes ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis.

¶ *Exequor.* Att. lib. 7. ep. 1. Reliquum eſt, vt mandata noſtra exhaurias. & lib. 5. ep. 6. Mandaui omnia quæ tu exhauries.

¶ *Effundo, proijcio.* Att. lib. 1. ep. 15. Multa ſunt quæ me ſolicitant anguntque, quæ mihi videor aureis nactus tuas, vnius ambulationis ſermone exhaurire poſſe.

¶ *Euacuo, exinanio, ſpolio.* de Sen. 17. Cū alij per foros currant, alij ſententiā exhauriāt. At. li. 1. ep. 16. Exhaurire ſententiā vrbis. in Vat. 5. Ærariū exhaurire, Rēp. cōpilare. 5. I. Anto. 11. Immanes quæſtū, quos M. Antonij tota exhauſit domꝰ. ad Oct. Antonius publicā dilapidabat. pecuniā, ærariū exhauriebat, minuebat vectigalia.

¶ *Voro, ingurgito.* 2. I. A. 63. Tantum vini in Hippiæ nuptijs exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet vomere.

EXHAVRIOR, ris. At. lib. 2. ep. 21. Tantus fuit amor, vt exhauriri nulla poſſet iniuria. Ep. lib. 5. ep. 16. Non facilè exhauriri tibi iſtū dolorem poſſe vniuerſum puto. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 7. Prouinciam ſumptu exhauriri. 1. I. C. 12. Sin exieris, exhaurietur ex vrbe ruorum comitum magna, & pernicioſa ſententia Reipubl.

✠ ADVER. *Facilè, dolorem. 5. Famil.*

EXHAVSTVS, a, um, *conſumptus exinanitus, perditus.* 3. de Or. 100. Actio cōſumta ſuperiore motu & exhauſta. At. li. 4. ep. 2. Amicorū benignitas exhauſta, eſt in ędificādo. I. P. 86. Ciuitates omnibus rebus exhauſtæ. At. li. 6. ep. 1, Prouincia ſumptib. & iacturis exhauſta. de Pro. 6. Byzantij exhauſtis ſumtib. bellisq; maximis. 5. I. V. 77. Aratores funditus euertebātur, & eò magis quòd ſuperiorib. annis exhauſti erāt, ac penè perditi. 5. I. V. 164. Ærariū inops & exhauſtū. de Pro. 4. Vt exhauſtas domos replerepoſſent.

¶ *Pro*

¶ *Profligatus, reiectus, pulsus, sublatus, fugatus.* 4. ad Here. 15. Scurra exhausto pudore. de Ar. 37. Iudices te dimiserunt excussum & exhaustum. 2. I. C. 7. Vno mehercule Catilina exhausto releuata mihi respubl. videtur.

¶ *Siccatus.* pro Cluent. 31. Is exhausto illo poculo mortis, est mortuus.

¶ *Fusus.* Qui fr. lib. 1. ep. 2. Exhaustus enim est sermo hominum, multæ emissæ iam eiusmodi voces.

EXEMTVRVS, a, um. pro S. R. 26. Ille confirmabat sese nomen Sexti Roscij de tabulis exempturum.) (. *referre aliquem in proscriptis.*

EXEMTVS, a, um. Q. fr. lib. 2. ep. 5. Si sibi cum populo dies agendi, essent exemti.

EXHIBEO, es. *profero, ostendo.* pro Fl. 35. Cedo tabulas, non deportaui: fratres exhibe, non denũciaui. pro Milo. 33. Exhibe quæso Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarũ, quod, &c. 6. I. A. 7. Horam exhibere vllam in tali ciue liberando non possumus: *aliter, eximere vllam.* pro Sestio. 107. Ipse nõ solùm autorem meę salutis, sed etiam supplicem populo Rom. exhibuit. Att. lib. 5. ep. 18. Sed iam exhibeo pupillum, neque defendo.

¶ *Facesso, adduco, paro, comparo.* Attic. lib. 2. ep. 1. Exhibere molestiam alicui.

EXHIBEOR, ris. 3. Off. 112. Quod audisset adolescens filius negocium exhiberi patri, accurrisse Romam. 1. de Nat. 45. Quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum negocij quicquam, nec exhiberi alteri. 7. I. V. 62. Misit complures, vt omnia sibi integra quamprimùm exhiberentur.

✠ *ADVER. Saltem. pro Fla. Non solùm. pro Sest. quamprimum. 7 Verr.*

EXHIBITVRVS, a, um. 1. Aca. 18. Qui philosophiam iam professus sim populo nostro exhibiturum.

EXHILARATVS, ta. *hilaratus.* Ep. lib. 9. ep. 26. Miraris tam exhilaratam esse seruitutem nostram?

EXHORRESCO, scis. *horrore perfundor.* 3. de Orat. 50. In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant. 1. de Finib. 43. Exhorrescere metu. Epist. lib. 10. ep. 18. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris.

EXHORTATIO, onis. Planc. Epist. lib. 10. ep. 7. Quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi.

EXHORTOR, aris. de Senect. 42. Cum esset consul in Gallia, exhortatus est in conuiuio à scorto, vt, &c. *Si vera hæc lectio, est, habes hîc Exhortor in patiendi (vt aiunt) significatione. Sed ego, exoratus, integram esse lectionẽ arbitror.* 1. Ac. 16. Exhortari ad virtutis studium.

EXIGENDVS, a, um: do. 2. Offic. 63. Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. Ep. lib. 13. ep. 11. Ad pecunias quæ à colonis debentur exigendas, legatos equites Romanos misimus. 1. Offic. 41. Vti seruis vt mercenarijs ad operam exigendam. ‖ Q. frat. lib. 1. ep. 1. 26. In exigendis vectigalibus. ✠

EXIENS, tis. 1. de Diuin. 53. Quinto autem anno exeunte, cum esset spes, &c. pro Q. Gall. Videbar mihi videre alios intrantes, alios autem exeuntes.

EXIGO, gis. *ad dissolutionẽ cogo, postulo, flagito, extorqueo.* de Cla. 17. Ego verò expectabo ea quæ polliceris, neque exigam: & erunt mihi grata, si solueris. Epi. lib. 15. ep. 16. Sed non vrgeo: longiores enim expectabo, vel potius exigam. 1. in Verr. 33. Mancipes à ciuitatibus pro frumento pecunias exegerunt. pro Murę. 42. Desperatas iam pecunias exegerunt. 2. de Orato. 128. Quo facilius id à te exigam quòd peto, nihil tibi à me postulanti negabo. pro Font. 9. Quaternos denarios in singulas amphoras portorij nomine exegisse. pro R. P. 39. Posthumus exegit quod tradiderat. Ep. lib. 3. ep. 7. Et simul querebare, quòd eos tributa exigere vetarem, & lib. 2. ep. 6. Ne id quod petat, exigere magis quàm rogare, & in mercedis potius quàm beneficij loco numerare videatur. & lib. 6. ep. 18. Teneor tamdiu dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. 2. de Orat. 233. Exigere collectam à conuiua. 3. in Verr. 28. Exigere nomina sua. Attic. lib. 4. ep. 1. Exigere fructus prætermissos. 3. Offic. 94. Exigere promissa. 2. de Finib. 119. Exigerem exte, cogerémque vt responderes. Epi. lib. 8. ep. 6. Si ad illam summam veritatem ius exegeris. 2. de Finib. 73. Omnibusque ex rebus voluptatem quasi mercedem exegit. 1. Tusc. 91. Atqui ab hoc acerbius exigit natura, quod dederat. de Optim. 15. Vt intelligant, quid ab illis exigant, qui se Atticos volunt. 1. de Leg. 4. Qui à poëta, vt à teste, veritatem exigunt. de Amic. 30. Liberales sumus, non vt exigamus gratiam: non enim beneficium fœneramur, sed, &c. ad Brut. ep. 16. Benefacta pro debitis exigimus.

¶ *Profligo, pello.* 2. In Ant. 69. Is vxorem suam suas sibi res habere iussit, ex XII. tabulis causam addidit, exegit.

✠ *ADVER. Acerbè. 3. de Repub. Acerbius. 1. Tuscula. Amplius. IN Ver. facilius vectigalia. 2. Famil. Plane, de Petit. Consul. præclarè. 2. de Leg.*

✠ EXIGOR. eris. 2. de Orato. 199. Tum illa, quæ modo Crassus commemorabat. egi, neque reges ex hac ciuitate exigi, neque tribunos plebis creari, neque plebiscitis toties consularem potestatem minui, &c. sine nobilium dissensione potuisse.

☞ Syntaxis. *Exigere epistolas, vectigal, pensiones, collectum, fructus, gratiam, benefacta. Exigere ab aliquo, & ex.*

EXIGVE. *tenuiter, exiliter.* 3. de Orat 142. Cum de duabus primis celeriter exigueque dixisses. de Ami. 58. Nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam. Planc. Ep. lib 10. ep. 9. Nihil aut serò aut exiguè à patria ciui tributum potest videri. Attic. lib. 11. ep. 16. Epistola exiguè scripta.

☞ Syntaxis. *Exiguè dicere. Scripta exiguè epistola. Exiguè tributum tibi est à Principe.*

EXIGVITAS, tis. *exilitas.* 4. de Finib. 32. Istæ ipsæ obscurationes, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem appareant, Cæl. Epist. lib. 8. ep. 10. Nunc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat.

EXIGVVS, a, um. *exilis.* 2. de Di. 137. Possum suspicari contractum morbo aliquo bouis exile, & exiguum, & vietum cor fuisse. Para. 6. Ille sumtus non modò ad fructum, sed etiam ad fœnus est exiguus. Ep. lib. 5. ep. 7. Quanquam literæ tuæ exiguam significationem tuæ erga me voluntatis habebãt. 3. de Or. 67. Ex ingenti quodam oratore, immensoque campo in exiguum sanè gyrum compellitis. 1. de Or. 264. Tu autem exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circundedisti. pro Qu. 2. P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. 1. de Or. 16. Exiguum oratorum numerum inueniri. & 57. Tenui quodam & exiguo sermone disputare. 2. contra Rul. 5. Cui errato exigua laus proponitur. pro Rab. 9. Exigua & angusta. Par. 8. & 1. de L. 9. Exiguo tempore absoluere aliquid. 1. de Or. 92. Exigui temporis opinio. ‖ 1. de Finib. 63. *Vide* ADMINISTRO. ✠

✠ *ADVERB. Valdè. 9. Famil. Sane. 2. Offic.*

☞ Syntaxis. *Cor exile, exiguum, victum: synonyma. Gyrus exiguus. Exigui fines: id est, angusti. Exiguæ amicorum copiæ. Exigua oratio, ac tenuis. Exiguum & angustum tempus.*

EXILIO, lis. *fugio, euado, me proripio.* Ep. li. 16. ep. 16. Mihi crede, tuis & illius literis perlectis exilui gaudio. 7. I. V. 164. Cùm populi Romani clamore perturbatus exiluisti. & 72. Exiluit conscientia sceleris excitatus.

EXILIS, le. *tenuis.* 2. de Diu. 30. Iecur nitidum ac plenum.) (. *iecur horridum & exile.* 2. contra Rul. 66. Solum exile & macrum. 2. de Or. 159. Genus sermonis exile, aridum, concisum, minutum.) (. *liquidum, fusum, profluens.* de Clar. 82. Exiliores orationes. 1. de Orat. 83. Spinosa & exilis oratio.

✠ *ADVERB. Sanè. de Clar.*

☞ Syntaxis. *Corpus horridum & exile. Solum exile & macrum. Oratio spinosa & exilis.*

EXILITAS, tis. *tenuitas, ieiunitas.* 1. de Ora. 50. Qui discernes eorum quos nominaui vbertatem in dicendo & copiam, ab eorum exilitate, qui hac dicendi elegantia non vtuntur? ‖ de Claris. 283. Inde erat illa exilitas quam ille de industria consequebatur. ✠

EXILITER, *tenuiter, ieiunè.* 1. de Ora. 49. Videmus ijsdem de rebus ieiunè quosdam & exiliter disputasse. 3. de Orato. 38. Verba exiliter examinata exire. de Clar. 106. Orationes exiliter scriptæ. L. CALCVLVS.

EXILIVM, lij. *patriæ, aut alicuius ciuitatis priuatio, pœna exilij, proscriptio.*) (. *restitutio.* 1. de Ora. 177. Qui Romam in exilium venisset, cui Romæ exulare ius esset, &c. Para. 2. Exilium terribile est illis, quibus circumscriptus est habitandi locus. Parad. 4. Exilium est pœna sceleruin. & *Ibid.* Leges volunt sceleratos exilio affici. pro Cecin. 100. Exilium non supplicium est, sed profugiũ portusque supplicij. & *Ibidem.* In nulla lege nostra reperietur maleficium vllum exilio esse mulctatum. & *ibid.* Cum is profugit, receptus est in exilium: *hoc est, in aliam ciuitatem.* 1. I. C. 20. Egredere ex vrbe Catilina, in exilium proficiscere. pro Murę na. 89. Ibit igitur in exilium miser. 2. I. C. 14. Eijci in exilium. Atti. lib. 9. ep. 18. Ab illo patriæ proditores de exilio reductos esse. Anteq. 30. Proijcitur Tullius in exilium. 2. I. A. 9. Reducere aliquem de exilio. pro Syll. 74. Et cum lege retineretur, ipse se exilio penè mulctauit. 5. I. A. 14. Aliquem exilij causa solùm vertisse, nec postea esse restitutum. 3. de N. 80. Cur P. Rutilius in exilio est? At. lib. 10. ep. 16. Damnati restituentur, in exilium ibo. 2. de Or. 56. Aliquẽ in exilium pulsum esse. pro Clu. 29. Et contra Rul. Mulctare aliquem exilio. 2. de Fin. 54. Profectus est in exilium Tubulus statim. 5. Tusculan. 105. 106. 107. 108. *De exilio multa & pulchra.* * in Clodium Neque te retinere in ciuitate, sed exilio priuare voluerunt. Antequam. 22. Neque exilium turpe (est) quod virtute suscipitur. *Ibidem.* Si exilio mulctabunt corpus.

✠ AD

✠ ADIVNC. *Malum 4. de Finib. Miserum. 5. de Finib. Optatum. pro Quint. Terribile, Parad. Turpe Antiquam iret in.*

☞ Syntaxis. *Venire in exilium, recipi. De exilio reduci. Exire, proficisci, proyci, exportari in exilium.*

EXIMIE. *egregiè.* pro Arch. 20. C. Marius eximiè L. Plocium dilexit.

EXIMIVS, a, um. *egregius, præstans.* pro Pomp. 3. Dicendum est enim de Cn. Pompeij singulari eximiaque virtute. & pro Cor. 40. pro Sex. Ros. 127. Eximia virtus. 2. de Or. 125. Sed hęc ipsa, quę nunc ad me delegare vis, ea semper in te eximia & præstantia fuerunt. pro S. R. 137. Viri fortes, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit. 1. Offic. 67. Ea quæ eximia plerisque & præclara videntur parua ducere. 1. de Fin. 42. Istæ vestræ eximiæ pulchræq; virtutes. 7. I. V. 81. Erat Nice facie eximia, vt prædicatur, vxor Cleomenis, &c. 1. de Di. 52. Fœmina eximia pulchritudine. Ep. lib. 6. ep. 1 Eximium ingenium.

☞ Syntaxis. *Eximia, singularíq; virtute vir. Facies, opus, ingenium, pulchritudo, virtus eximia.*

EXIMO. mis: emi, emptum. *excludo, excipio.* de Amic. 23. Si exemeris ex rerum natura amicitiam, nec domus vlla, nec vrbs stare poterit.

¶ *Libero.* Or. 77. Eximere aliquem è vinculis. 2, de Inu. 24. Eximere aliquem à culpa. Ep. lib. 5. ep. 6. Qui ex obsidione fœneratores exemerit. 4. I. V. 99. Ob eam causam ne tu ex reo eximere, si ego non adessem ad diem. 6. I. V. 41. Absentem de reis eximit. 2. de Or. 268. Eximere aliquem ex ærarijs. Cor. Nep. Eximere aliquem de proscriptorum numero. *invita Attici.*

¶ *Consumo, produco, protraho.* Attic. lib. 4. ep. 3. Metellus calumnia dicendi tempus exemit: *id est contriuit, consumsit.* Qu. fr. lib. 2. ep. 1. Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit.

¶ *Minuo, detraho.* 2. Tusc. 29. Illud quod me angit, non eximis. 4. I. V. 129. Eximere vnum diem ex mense.

EXIMOR, ris. I. P. 94. Nulli concijcientur in hunc ordinem, nulli eximentur. 2. I. A. 101. Agrum de vectigalibus eximi.

EXIN. *exinde.* 1. de D. 55. Exin cuidam rustico, &c. 2. de Nat. de. 111. *Exin contortis aries cum cornibus hæret.* Orat. 154.

EXINANIENDVS, a, um. 7. in Ver. 63. Nox illa tota, exinanienda naui consumitur.

EXINANIO, nis. *exhaurio.* 1. I. V. 11. Verres fana spoliasse, domos exinanisse dicitur. 5. I. V. 119. Agros vastare atque exinanire.

EXINANITVS, a, um. 7. I. V. 103. Nauis exinanita. 2. contra Rul. 71. Regibus atque hominibus exinanitis.

☞ Syntaxis. *Agri vacui, & exinaniti Rex homines; exinaniti.*

EXINDE. *deinde exin.* 2. de Nat. deo. 101. Exinde mari finitimus aer die ac nocte distinguitur.

EXISTIMANDVS, a, um: do. Or. 51. Quòd si, &c. quid tandem in causis existimandum est: quibus, &c. pro Font. 11. Ad vnamquamque rem existimandam, & momento suo ponderandam. de Cl. 239. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens.

EXISTIMANS, tis. Or. 76. Orationis subtilitas imitabilis videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. 2. de Orat. 322. Iudices benevolos & bene existimantes facere. 3. Off. 31. Homo ipse de se bene existimans, seseque diligens.

EXISTIMATIO, onis. *auctoritas, honestas, fama.* 2. de Or. 172. Bona existimatio diuitijs præstat. Anteq. 23. Vtique ea maneat opinio & existimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata est. Ep. lib. 5. ep. 20. Nihil feci sciens, quod sit contra aut rem, aut existimationem tuam. pro Flac. 52. Homo egens sordidus, sine honore, sine existimatione, sine sensu. 2. de Or. 200. Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere potuit pro Q. R. 16. Iudicia summæ existimationis, & penè dicam, capitis. 4. I. V. 57. Qua in re ipsius prætoris caput existimatioque agitur. 2. de Or. 192. Cum igitur ingenij nostri existimatio. pro Syl. 77. Quod ad tempus existimationis partæ fructus referuabitur. pro Fl. 35. Asclepiades fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus. pro Deiot. 27. In ea existimatione & ætate saltauit. pro Cæl. 6. Meus hic forensis labor dimanauit ad existimationem hominum. Ep. li. 13. ep. 73. Violare existimationem alicuius. Att. lib. 1. ep. 1. Venite contra existimationem alicuius. pro Pl. 6. Offendere existimationem alicuius. Ep. lib. 9. ep. 16. Vt cùm me hospitio recipies, existimationem te aliquam putes accipere. 4. ad Her. 15. Perdere existimationem. 5. I. V. 154. Bono præsidio munitur existimatio tua: siquidem in Apronij constituitur diligentia atque autoritate.

¶ *Opinio, iudicium.* pro Qu. R. 15. Cuius existimatio sanctissima est. pro Cec. 9. Turpis existimatio. 2. de Inu. 37. & 157. Existimatio bona & mala. 5. In Ver. 190. In hoc genere facilior est existimatio, quàm reprehensio. de Prou. 40. Quo minus sæpe aut interpeller à nonnullis, aut tacita existimatione reprehendar. pro Cl. 56. Oppianicus re & existimatione iam, lege & pronunciatione nondum condemnatus. pro Fon. 31. Tum continuæ præturæ, quæ & cæteris ornamentis & existimatione innocentiæ maxime floruerunt. 5. Is V. 132. Non aliqua re simulatione populi Ro. existimationi se hominum vendicasset. *Ibidem.* 133. Omnium existimationi satisfeciisses.

✠ ADIVN. *Bona perpetua, sanctissima, pro Quint. Rosc. Bona.) (. mala. 2. de Inu. Cara. 4. In Verr. Communis. 7. Ver. Facilior, grauis hominum. 5. In Verr. honesta. 1. de Inuent. Incertissima 8. Famil. Integra. pro Quint. Magna. 5. Famil. Optima, pro Mur. popularis. 1. Attii. præclara. 2. Verr. Summa. 13. Famil. Tacita, de Prouin. Turpis. pro Cæc.*

☞ Syntaxis. *Bona existimatio, Opinio & existimatio. Sine honore, sine existimatione. Hic igitur caput & existimatio tua. Existimatione damnatus: id est, infamis. Venire & facere contra existimationem. Offendere, perdere, accipere existimationem.*

EXISTIMATOR, otis. *iudex, opinator.* de Cl. 320. Tantum detraxit, quantum non quiuis vnus è populo, sed existimator doctus & intelligens posset cognoscere. Ora. 112. Existimator alicuius artificij, non magister. de Clar. 200. Intelligens dicendi existimator iudicat. & 252. Huius generis acerrimus existimator. 3. de Ora. 80. Non stultus alieni artificij existimator. de Cla. 146. In augendo, in ornando, in refellendo, magis existimator metuendus, quàm admirandus orator.

✠ ADIVNC. *Acerrimus, doctus & intelligens, Intelligens dicendi, de Clar. Non stultus. 3. de Orat.*

EXISTIMATVRVS, a, um. Ep. lib. 1. ep. 7. Vt ex euentu homines de tuo consilio existimaturos videremus.

EXISTIMATVS, a, um. 2. de Orat. 268. P. Cornelius homo (vt existimabatur) auarus & furax. de Cl. 82. Orationes ex quibus existimari de ingenijs potest. de Ar. 29. Deiotarus sæpe à senatu regali nomine dignus existimatus est. pro Cecin. 10. Is domi suæ honestus in primis existimatus est.

EXISTIMO, as. *puto, reputo, sentio, opinor, duco, iudico, habeo.* 5. In Ver. 190. Eum qui hoc fecit, auarum possumus existimare. pro Dom. 31. Proinde quasi isti de Cn. Pompeio aliter atque ego existimo, sentiant. 2. contra Rull. 88. Quòd si maiores nostri existimassent quenquã, &c. pro Cl. 159. Maximè existimare cõscientiam mentis suæ. Ep. lib. 15. ep. 21. Cum verò ea sine summo amore cogitare non potueris, non possum existimare plus quenquam à seipso quàm me à te amari. Ep. lib. 1. ep. 5. Tuæ sapientiæ est, existimare omnem amplitudinem & dignitatem in virtute tua esse positam. Ep. *Ibid.* Quorum vtrum minus velim, non facilè possum existimare. ad Brut. ep. 4. Quanta sim lętitia affectus, cognitis rebus Bruti nostri, facilius est tibi existimare quàm mihi scribere. Epist. lib. 16. De ingenio eius valde existimaui bene. de Cla. 138. Ego sic existimo, hos oratores, &c. in Sal. 22. Desine vnumquemque moribus tuis existimare. pro Cæl. 2. Si existimare verè de omni hac causa volueritis. Att. lib. 7. ep. 13. Ne me existimaris ad manendum esse propensiorem. 2. I. V. 8. Verres de omnibus bonis malè existimat. 2. Off. 36. Malè existimare de aliquo. Ep. lib. 3. ep. 8. Simulque non de meis peius quàm de te existimat. 1. de L. 7. Scriptores qui nondũ edidérunt, de quibus existimare non possumus. 5. Tusc. 4. Sed in hoc me ipse castigo, quòd ex aliorum & nostra fortasse malicia, non ex ipsa virtute de virtutis robore existimo. 2. de Or. 3. Artes de quibus aliquid existimare possem. Att. lib. 6. ep. 2. Dionysius de Dicæarcho bene existimabat.

✠ AVER. *Bene, de Pet. Cons. & pro Q. Rosc. & 6. Fam. Contra, pro Cor. falsò, pro Sest. Grauius. 11. Att. longè, aliter, pro Sex. Ros. longe secus, pro Mur. malè, vsque eò malè. 2. In Ver. Male de Aliquo. 1. de Na. Melius, prorsus sic, de Clar. Melius de aliquo, optimè. 13. Famil. Minus bene. 6. Att. Optimè de Aliquo. 4. Verr. Peius, de aliquo. 3. Fam. prorsus. 3. da N. Rectè, de Fato. Secus. pro Plan. & pro Clu. valdè benè de ingenio. 15. Fam. verè. 1. Fam. verè de causa. pro Cæl. vere de religione. 6. In Ver.*

EXISTIMOR, ris. 2. de Or. 4. Crassus existimari volebat non dedisse. 2. de Orator. 101. Nonnulli dum operam suam multam existimari volunt, volitant. &c. Ep. lib. 16. ep. 4. De medico & tu bene existimari scribis & ego sic audio. Incert. Custodia castrorum non honoris, sed oneris, existimatur.

✠ ADVERB. *Inuidiosè tyrannum. pro Deiot. priuatim.) (. publicè amicos. 4. Ver. vulgo. pro Pomp.*

☞ Syntaxis. *Existimare de aliquo ex facie: In existimando prudens. In suos benevolus, & bene existimans. De aliquo bene & malè existimare. De illo bene existimatur.*

EXISTO, stis: extiti. *sum, appareo.* 2. de Ora. 6. Talem verò existere eloquentiã, qualis fuerit in Crasso, non potuisse cõfirmo. 1. Offi. 107. Vt in corporibus magnæ dissimilitudines sunt, sic in animis existunt etiam maiores varietates. Ep. lib. 3. ep. 11. Nec tam glorioſum exitum tui iudicij extitisse, sed tam prauam inimicorum tuorum mentem fuisse mirabar. Ep. lib. 8. ep. 5. de Gallijs constituetur. erit qui intercedat. deinde alius existet, qui impediat, &c. Anteq. 10. Itaque quod putaui fore gaudium, id extitit exitium. 2. de N. 86. Vt si quis dicat, dentes & pubertatem naturà existere: ipsum autem cui ea existant, non constare natura. Att. lib. 10. ep. 13. Eò magis timeo, ne in filium existã crudelior. 2. de Or. 217. Quidam sic insulsi extiterunt, vt nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur. pro S. R. 5. His de causis ego huic causæ patronus extiti. de Clar. 31. Huius ex vberrimis sermonibus exiterunt doctissimi viri. Ep. li. 1. ep. 9. Cuius ego fautor & adiutor extiti. Ep. lib. 2. ep. 6. Tua in me clarissima & maxima beneficia extiterunt. & lib. 5. ep. 8. Quantum meum studium extiterit dignitatis tuæ tuendæ, non dubito, quin, &c. Epist. lib. 7. ep. 1. In aliquo admiratio magna vulgi, delectatio nulla extitit. 5. Tusc. 72. Ex qua cùm summa extitit vtilitas ad res ponderandas, tum maximè ingenua delectatio. Epist. lib. 10. epist. 6. Qui animo in Remp. extiti consulari. pro Arc. 24. Nisi Ilias extitisset illa, idẽ, &c. 1. de In. 39. Res, quæ in præsentia existunt. pro R. P. 1. Si extitisset in rege fides, nihil sapientius Posthumo. 1. de Ora. 6. Cur plures in omnibus artibus, quàm in dicendo admirabiles extitissent. 1. de Orat. 8. Quo in genere multi perfecti homines extiterunt. & *Ibid.* Minimam copiam poëtarum egregiorum extitisse. de Ami. 69. Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, num quando, &c. de Amic. 24. Itaque si quando aliquod officium extitit amici in periculis adeundis, &c. quis id non laudet. 2. de Orat. 235. Quo pacto concitetur risus, vbi sit, quomodo existat, atque ita repentè erumpat. pro S. R. 75. Ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia, &c. 2. Offic. 80. Ex quo tantæ discordiæ secutæ sunt, vt tyranni existerent, & optimates exterminarentur. Att. lib. 7. epi. 5. Ex victoria cum multa, tum certè tyrannis existet. pro Cor. 47. Existat ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest, &c. pro Cæl. 33. Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis, & potissimùm cæcus ille, &c. qui si extiterit, sic loquetur, &c. 1. de Natur. 6. Partim admirantium, vt hoc Philosophandi nobis subitò studium extitisset. 3. I. V. 39. Hoc malum non modò non existit, sed etiam opprimit, antequam possit perspici. 3. I. V. 94. Quid expectas? an dum ab inferis ille Malleolus existat. 2. de Na. 153. Ex quibus vita beata existit. & lib. 1. 12. Ex quo exi. it & illud, &c. 2. de Orat.
✠ 194. Poëta nemo existere potest sine quodam afflatu, &c. 2. de D. 68. At in eius capite corona extitit, & quidem subita. & lib. 1. 58. Cum delapsus in flumen nusquam apparuisset, repentè lætus extitit. & 73. Sum nersus equus voraginibus non extitit. & li. 2. 65. Anguis ab ara extitit. & lib. 1. 75. Lysandri statuæ, quæ Delphis stabat, in capite corona extitit ex asperis herbis. & 101. Cũ terræmotus factus esset, vox ab æde Iunonis ex arce extitit, vt sue plena procuratio fieret. & *Ibidem.* Neque diù vox vlla extitit.
¶ *Prodeo, exeo.* 6. I. V. 107. Spelunca, qua ferunt Ditem patrem repentè cum curru extitisse.
¶ *Consto.* 1. de Natur. 49. Cum species innumerabilibus indiuiduis existat.

✠ ADVERB. *Parumper cognatione, pro Corn. Repente. 2. de Diuin. Subitò. 1. de Diuin.*

☞ Syntaxis. *Existunt in me tua beneficia. Ille extitit ab inferis, ex domo. Existit homo animo & corpore. Vox extitit. Angelus extitit: id est, apparuit.*

EXITIABILIS, le. Art. lib. 10. ep. 4. Bellum exitiabile.

EXITIALIS, le. *exitiosus.* 7. I. V. 12. Perditæ ciuitates hos solent exitus exitiales habere.

EXITIOSVS, a, um. *pernicioſus.* pro Planc. 87. Quibus armis à seruis eædem fieri senatus reip. exitiosum fuisset. Ep. lib. 6. ep. 1. Sed quod & fieri posse & exitiosum fore si euenisset, videbam. 4. I. C. 6. Tam exitiosam haberi coniurationem. de Arusp. 4. Exitiosum prodigium, &c.

EXITIVM, tij. *pernicies.* 1. I. C. 9. Qui de nostro interitu, & huius vrbis exitio cogitent. & 4. In Cat. 10. De pernicie Reipubl. & de exitio vrbis cogitare. Qu. frat. lib. 1. ep. 4. Me miserum, ego omnibus meis exitio fui. * pro P. Opp. Multum posse ad salutem alterius, honori multis: parum potuisse ad exitium, probro nemini fuit. cont. conc. Quin. Met. Nisi eorum exitio non requieturum.

✠ ADIVNC. *Commune, pro Mur. Crudelissimum, & luctuoſum. pro Syll. Crudelissima, publica. pro Pomp. Summum. pro Planc.*

EXITVRVS, ra, rum. Ep. Famil. lib. 15. Non plus quàm has, quas nunc legis, existimaui exituras.

EXITVS, tus. *euentus, casus, finis.* de Cl. 128. L. Bestia bonis initijs orsus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus. Epist. lib. 2. ep. 16. Sed ego fortassis vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. ad Brut. epist. 10. Si contigerit nostris rebus exitus, quem optamus. Epist. lib. 2. epi. 10. Hæc ætas hunc habuit exitum sanè felicem. 2. de D. 53. Responsa aruspicum, quæ aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios. 5. I. A. 42. Fugam quærebamus omnes, quæ tamen exitum non habebat. de Fat. 44. Vtrique ad eundem exitum veniunt. Ora. 116. Nunquam ad exitum peruenire potest. Epi. lib. 10. epi. 22. Cum ea quæ consulebantur, ad exitum non peruenirent. Orat. 164. Verba, quæ casus habent in exitu similes. 1. de Ora. 92. Artem rebus in vnum exitum spectantibus & nunquam fallentibus contineri. 5. Tuscu. 15. Atqui profligata iam hæc, & penè ad exitum adducta quæstio est. Ep. lib. 3. ep. 12. Expedire exitum institutæ rei. & lib. 4. ep. 2. Sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. pro Pomp. 3. Principium orationis.) (*exitus orationis.* 1. Tuscul. 91. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster affert: sic exitum mors. Br. ep. 7. à Germanis prid. In. Ea quoque habuit exitũ optabilem. Ep. lib. 5. ep. 12. Viri excellentis ancipites varijque casus, si notabili exitu concluduntur, expletur animus voluptate. 3. de Nat. 89. Boni bonos habent exitus. 7. I. V. 12. Perditæ ciuitates hos solent exitus exitiales habere. pro Mur. 80. In exitu est iam consulatus. pro Cæl. 65. Mimi ergo est exitus, non fabulæ: in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus. Att. lib. 7. ep. 3. Armorum exitus semper incerti. pro Mar. 15. Incertus est exitus & anceps fortuna belli. Attic. lib. 16. ep. 14. Exitum expectare debemus. 3. de Leg. 25. Atque hoc rei exitus indicauit.
✠ quis enim, &c. ‖ 2. de Di. 24. Exitus fatales habuit.
¶ *Factus, re.* Epist. lib. 10. ep. 8. Vt quæ Reipubl. polliceremur, exitu præstaremus.
¶ *Terminus, finis, modus.* 1. de Finib. 54. Ne ipsarum quidem virtutum laus reperire poterit exitum, nisi dirigatur ad voluptatem.

✠ ADIVNCT. *Aduersi.) (. secundi. 6. Famil. Boni. 3. de Nat. Calamitoſus, Parad. Contrarij, diuersi fatales, grauissimi. 2. de Diu. Difficilis fœdus, & perniciosus Iudicij. 3. At. Difficiles, pro Deiot. Dignus, vita atque factis, Exitialis, moleſtus, plurimi, Spissi & producti. 7. Verr. Dubius rerum. 2. Attic. Extremi exitiorum. 1. Contr. Rul. facilis. 2. de Inu. felix, incerti. meliores. 2. Famil. fortunatus, tristes, de Clar. Glorioſus. 3. Fam. Improuisi, Part. Incertus, pro Mar. Innumerabiles, mirabiles. 1. de Diuin. Iracundus, perſpicuus, 1. de Inu. Lautus. 8. Famil. Maritimus, prudens, ſimillimus principio. 4. In Verr. Maritimi. 6. Attic. Notabilis. 5. Famil. Optabilis, ep. ad Brut. proſperi. 9. Attic. Recentes. pro Flac. Similis, In Piſ. Similes, vtiles bellorum, aut neceſſarij. 1. Offic. Triſtes aut neceſſarij. 2. Offic.*

☞ Syntaxis. *Habere tristes exitus, militiæ, itineris. Habeat hoc bonum exitum. Fuga non habuit exitum. Ad exitum perueniunt. Verba, quorum casus exitus similes. Hæc in vnum spectant exitum. Casus tui exitus præclaro concluſi. Quæ polliceris, exitu præſta.*

EXLEX. *qui lege aliqua non tenetur.* pro Cl. 94. Non quod illi Syllam exlegem esse putarent.

EXOLESCO, scis. *quasi imueteraſco.* in Sal. 13. Posteaquam ætas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuisset, exoleuerat.

EXOLETVS, ti. *quaſi emeritus, catamitus.* pro Mil. 56. Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

EXOLVO, uis. *ſoluo, diſſoluo, libero, abſoluo.* 5. I. V. 55. Ille tantum decumanis, quantum iste imperauit, exoluit 3. Offic. 7. Nec exoluit quod promiserat. At. lib. 16. ep. 6. Nomina mea per deos expediui, exolui, bella reliqui. Ep. lib. 6. ep. 6. Si me occupationibus relaxaro: nam vt planè exoluam, non postulo.
✠ ADVER. *Plane, 6. Famil.*

EXOPTANDVS, a. um. Epist. lib. 2. ep. 6. Si vnus ex omnibus exoptandus esset.

EXOPTATVS, a, um. tior, ſſimus. *expectatus.* pro S. R. 19. Exoptatum nuncium alicui afferre. Att. lib. 5. Nihil exoptatius aduentu meo. item lib. 4. Exoptatissima gratulatio.

EXOPTO, as. Ep. li. 4. ep. 6. Multis de causis te exopto quã primũ videre. & li. 2. ep. 7. Vt sempiternæ laudi tibi sit iste Tribunatus exopto. I. P. 96. Omnes te oderunt, tibi pestẽ exoptãt, te execrantur. At. li. 9. ep. 14. Torqueor infelix, vt iam Mutianũ exitũ exoptem. Q. fr. lib. 1. ep. 2. Nunc ea cognosce, quæ maximè exoptas.

EXORABILIS, le. *placabilis.*) (. *inexorabilis.* Atti. lib. 1. ep. 2. Ille est
✠ minus exorabilis. & pro Dom. 45. Exorabilis. populus. ‖ Q. fr. li. 1. ep. 1. 32. Nam si implacabiles iracundiæ sunt summa est acerbitas, si autem exorabilis summa leuitas.

EXORATVS, a, um. de Senect. 42. Is exoratus est à scorto, vt secuti feriret aliquem, &c. pro Cluen. 69. Pòst exoratus popoſcit,
✠ &c. ‖ de Pro. 42. Siue iratus, siue exoratus.

EXORBEO, es. *haurio, helluor.* 2. in Anto. 71. Gustaras ciuilem sanguinem, vel potius exorbueras. 2. Tuscul. 20. Iam decolorem sanguinem omnem exorbui. de Arusp. 59. Quæ vnquam Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantinorum prædas exorbuit? pro Muræ. 19. Seruius multorum difficultates exorbuit.

EXORBEOR, ris. 1. de Orat. 225. Ne iniquo iudicio exorbeatur sanguis meus.

EXORDIENDVS, a, um. 1. de Ora. 119. Qui non timidè ad dicendum accedunt, neque in exordienda oratione perturbantur, penè videntur impudentes.

EXORDIOR, ris. *ordior, exordium capto, principium duco.* 2. de Diui. 101. Quæ cum ille dixisset, tum ego rursus quasi ab alio principio sum exorsus dicere, Non ignoro, Quinte, &c. 2. de Orat. 158. Ea quibus antè exorsa, & potius detexta propè retexantur. 2. de Ora. 80. Iubent exordiri ita, vt eum qui audiat, benevolum nobis faciamus, & docilem, & attentum. & 145. Pertexe modò Antoni, quod exorsus es. & 31. Exorsus es non gloriosè magis, vt tu putas, à veritate, quàm à nescio qua dignitate. 2. de Or. 320. Exordiri ab ipsa re. 1. ad Herenn. 10. Exordiri causam à dicto aduersarij. pro Cæl. 36. Quæ clamore exorsa verbis, paruam rem magnam facit. 1. de Fin. 29. Tunc dicere exorsus est. Primùm igitur, inquit, &c.* Horten. Nec enim imperitè exorsus es. ‖ 3. de Or. 181. Ab eo numero exorsus est Fannius.

✠ ADVER. *Benè causam. 1. de Inuent. Potissimum ab eo,* ibidem. *Gloriosè. 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Ab illo principio exordior dicere. In exordienda oratione. Pertexe, quod exorsus es.*

EXORDIVM, dij. *principium, exorsus, prooemium.* 1. de Orator. 122. Animaduerti summos oratores in dicendi exordio permoueri. de Vn. 5. Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium. 1. Tuscul. 8. Ergo ita nascetur exordium. 2. de Orato. 315. Exordium aut exile, aut nugatorium, aut vulgare atque commune. 1. de Leg. 8. Ego ab vltimis temporibus scribendi exordium capiendum esse censeo. 5. de Finib. 23. Ergo hinc capiamus exordium, omne animal, &c. 5. I. A. 35. A Bruto igitur exordium capiamus. 5. de Finib. 18. A quatorius vitæ ducent exordium. de Vn. 23. Sese que ipsa versans sempiternæ vitæ induxit exordium. de Fat. 25. Nèue inde nauis inchoandæ cepisset exordium. 1. de Inu. 3. Exordium mali.

✠ ADIVNCT. *Commune, cõmutabile, longum, separatum, translatum, vulgare. 1. de Inuen. Difficillimum.) (. facillimum, de Vniuer. Exile, aut nugatorium, aut vulgare, atque commune, vehemens, & pugnans, 2. de Or.*

☞ Syntaxis. *Nasci, capere, ducere, inducere exordium.*

EXORIOR, ris. *orior, existo, erumpo.* 1. de D. 93. Post solstitium canicula exoritur. pro Syl. 75. Noua quædam illa immanitas exorta est. pro Cl. 12. Repentè est exorta mulieris importunæ nefaria libido. 2. de Natu. 159. *Ferrea tum verò proles exorta repentè est.* 3. contra Rull. 10. Et repentinus Sylla nobis exoritur. Ep. lib. 1. ep. 5. Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio. 5. Tuscul. 31. Qua gloria commotus Epicurus exoritur. 5. de Finib. 64. Honestum, quod ex his virtutibus exoritur. 3. Off. 51. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. de Op. 15. Sed exorietur Thucydides. At. lib. 7. ep. 25. Ego nunc paulum exorior, & maximè his literis, quæ Roma afferuntur. 2. cont. Rull. 89. Antè extingui atque opprimi, quàm planè exortum ac natum esset.

✠ ADVERB. *Longius, Arat. Paulum. 7. Attic. perrarò. 1. de Orat.*

EXORNATIO, onis. *ornamentum, ornatus, conformatio, lepor, concinnitas, festiuitas.* 2. de Inuent. 11. Exponere aliquid simpliciter sine vlla exornatione. 4. ad Herenn. 19. Dignitas est elocutionis forma, quæ reddit ornatam orationem varietate distinguens. hæc in verborum & sententiarum ornationem diluitur. item: Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione: sententiarum exornatio est, quæ non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem.* Oeco. 1. Quæ ad lauationem, quæ ad exornationem pertinerent, exponebantur. ‖ 2. ad Herenn. 28. Exornatio, est qua vtimur, rei locupletandi, & co honestandi causa *Ibidem.* 29. Tum exornatio prætermittenda est, si parum locuples ad amplificandum, & exornandum res videtur esse. de Part. 11. Quas sibi proponet in istis tribus generibus orator? C. F. Delectationem in exornatione in iudicio, aut seuitiam. *Ibidem.* 10. Tria sunt genera, iudicij Deliberationis, exornationis, quæ quia in laudationes maximè confertur, proprium habet iam ex eo nomen. & 69. Et earum quidem forma duplex est, quarum altera delectationem sectatur aurium. Alterius vt obtineat, probet, & efficiat quod agit, omnis est suscepta contentio Itaque illud superius exornatio dicitur.

✠ ADIVN. *Egregia vrbis. 2. de Inuent.*

EXORNATOR, oris. 2. de Ora. 54. Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

EXORNATVS, a, um. de Ar. 44. Mulieres eum ita exornatum deprehenderunt. 4. I. V. 84. Domus exornata & instructa.) (. *nuda & inanis.* 1. de In. 69. Clarum & exornatum trophæum.

EXORNO, as. *expolio, illumino.*) (. *deformo.* 6. I. V. 62. Exornat amplè magnificè; triclinium, exponit plurima ac pulcherrima vasa argentea. 5. Tuscu. 10. Pythagoras exornauit eam Græciam, quę magna dicta est, præstantissimis artibus. 3. de Ora. 150. Illustrare & exornare orationem. 2. Tuscul. 12. Exornare aliquem falsa gloria. 2. de Or. 292. Id amplector, exorno, exaggero. 3. ad Her. 37. Id accidet, si imagines aliqua re exornabimus, vt si coronis, aut veste, purpurea: aut si qua re deformabimus, vt si cruentam aut cœno oblitam inducamus.

EXORNOR, ris. *adornor, subornor, sollicitor.* 4. ad He. 23. Et vtrùm ne aliquem exornari oportuit, qui ista prohiberet, ac fieri non sineret, an non?

✠ ADVER. *Amplè triclinium, magnificè. 6. In Verr. Dilucidè, planè orationem. de Vniuers. priuatim, publicè. institutis artibus. 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Orationem illustrare, & exornare.*

EXORO, as. *impetro.* 1. de Ora. 133. Nunc te iam exoremus necesse est, vt nobis explices, &c. Epist. lib. 16. ep. 21. Exoro enim, vt mecum cœnet. pro Qu. Rosc. 46. Quem ego vt mentiatur, inducere possum, vt peieret facile exorare porero. ad Oct. Ille ea exorabat, quæ volebat auferre: tu extorques. 2. de Orat. 14. Ita me frater exorauit, vt huc secum venirem. 8. I. A. 19. Et antea deterrere te, ne popularis esses, non poteramus: nunc vt sis popularis, exorare non possumus.* Frag. ep. Ego Ibidem orans inter cœnam exoraui.

EXOROR, ris. *placor.* pro Deiot. 9. Cùm facilè exorari Cæsar, tũ semel exorati soles. Attic. lib. 15 epist. 6. Brutus & Cassius vtinam quàm facilè à te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne, &c. 3. I. V. 138. Negat illa posse hominem exorari. pro Mur. 61. Virinon esse, neque exorari, neque placari.

EXORATVR. *impetratur.* Postqu. ad Quir. 23. Bene meritos quin colas, exorari fas non est.

✠ ADVERB. *Semel. pro Deiot.*

EXORSVS, sus. *exordium.* pro Pomp. 11. Quoniam is est exorsus orationis meæ.

EXORTVS, tus. *ortus.*) (. *occasus.* 3. ad Her. 36. Solis exortus, cursus, occasus nemo miratur, quia quotidie fiunt.

EXOTERICVS, a, um. Att. lib. 4. ep. 15. Aristoteles in libris quos exotericos vocat, &c.

EXPALLESCO, cis. *exalbesco.* 2. ad Her. 8. Erubuisse, expalluisse, titubasse.

EXPECTATIO, onis. *spes.* 3. cont. Rul. 65. Nolo suspensam & incertam plebem Rom. obscura spe & cæca expectatione pendere. Att. lib. 3. ep. ep. 13. Ex tuis literis plenus sum expectatione de Pompeio. & lib. 2. ep. 14. Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli. Att. lib. 2. ep. 8. Quantam mihi expectationem dedisti contiuij istius. & lib. 1. ep. 3. Crebras expectationes nobis tui commoues. I. Sal. 2. Scio me in respondendo non habere magnam expectationem, quòd, &c. Att. lib. 8. ep. 5. Pendeo animi expectatione Corfinienti, in qua de salute Reipub. decernitur. 2. de Ora, 74. Quo ista maiora feci sti, eò me maior expectatio tenet quibusdam rationibus, &c. Att. lib. 8. ep. 15. Aliquid in summa expectatione esse, audimus, &c. & ep. 21. Omnis expectatio nostra erat in nuncijs Brundusinis. 2. de Or. 284. Nihil magis ridetur, quàm quod est præter expectationem. 2. de Or. 289 Decipere expectationem alicuius. Anteq. 19. Profectò istis bona nulla vacua expectatione periculi relinquetur. 3. Off. 6. Sustines enim magnam expectationem industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. Ep. lib. 2. ep. 1. Vt quam expectationem tui concitasti, eam sustinere ac tueri possis. 1. de Or. 180. Ea causa quo concursu hominum, qua expectatione defensa est? & 137. Nihil dicam expectatione vestra dignum. Atti. li. 7. ep. 16. Nunc has expectationes habemus duas: vnam, &c. alteram, &c. & lib. 3. ep. 15. Varronis sermo facit expectationem Cæsaris. 3. de N. 1. Nescis quanta cum expectatione te sim auditurus. Att. lib. 7. ep. 7. Scribis mirificam expectationem esse mei. 1. de Or. 205. Ea si paulò latiùs dixeris, expleris omnem expectationem diuturni desiderij nostri. Brut. epistol. 15. Summa est expectatio tui. Epistol. libr. 2. ep. 3. Summa scito in expectatione te esse. 1. Tuscul. 30. Cum me in summam expectationem adduxeris. Att. li. 3 ep. 18. Afferre expectationem alicui. 4. Acad. 10. Facere expectationem sui. Ep. lib. 2. ep. 4. Vincere expectationem. & lib. 15. ep. 4. Sum in expectatione omnium rerum. pro Clu. 75. Summa omnium expectatio, quidnam sententiæ ferent nummarij iudices.* Cato. Vt expectatio à cognitione, aures ab oculis vincerentur.

¶ *Timor.* de Cla. 166. Præteritorum recordatio est acerba, acerbior expectatio reliquorum. pro Rab. 16. Harum rerum non solùm

ſùm euentus atque perpeſsio, ſed etiam conditio, expectatio, mentio ipſa deniq; indigna homine libero eſt.

✠ *ADIVNCT. Acerbior, de Clar. Aduerſaria, grauis, & incredibilis mirabilis. 2. Famil. Breuis. 14. Famil. Caca. 1. Cont. Rull. Crebræ. 1. Attic. Diuturna ſupplicij. de Aruſp. Firma. 8. Famil. Indigna homine libero, pro Rab. Longa, magna. Suſpenſa hominum. 10. Famil. Maior, 4. Acad. Maxima. 5. Attic. Mirifica. 7. Attic. Non parua, quotidiana. 3. Attic. Solicita, 3. Tuſc. Summa. 1. Tuſc.*

☞ Syntaxis. *Obſcura ſpes, & cæca expectatio ſynonyma. Expectatione ſamplenus de te. Mouere expectationem. Durè concitare, commouere, In breue in legendo. Expectatione animi pendere. Suſtinere expectationem, explere. In expectationem adducere. Afferre alicui facereque expectationem. Eſſe in expectatione omnium rerum.*

EXPECTANDVM. 4. Acad. 19. Neque hoc loco expectandũ eſt, dum de remo inflexo reſpondeam.

EXPECTATVS, a, um: & tiſſimus. *exoptatus.* Attic. libr. 4. epiſt. 4. Aduentus tuus mihi ſuauiſsimus, expectatiſſimusque erit. Epiſt. li. 10. ep. 5. Intellexi te laborare, vt ad me tuę expectatiſſimę literę perferãtur. Ep. li. 16. ep. 7. Charus omnibus expectatusq; venies. & libr. 4. ep. 10. Venies, mihi crede, expectatus. de Sen. 67. Aliquis expectatus ad ampliſſimam dignitatem venit. *Id eſt, de quo ſpes eſt, eum fore clariſsimum.*

✠ *ADVERB. Foris, pro Syll. Prorſus omnibus, 4. Fam. Vehementer. 5. Fam.*

EXPECTO, as. *præſtolor, ſpero.* Attic. lib. 7. ep. 25. Diem ex die expectabam, vt ſtatuerem, quid eſſet faciendum. & libr. 8. ep. 4. Expecto vt ſciam quid reſpondeas conſultationi meæ. 14. In Anton. 3. Hanc rem auidiſſimè ciuitas expectat. Att. lib. 16. ep. 20. Quod cum magna ſpe expectauimus. Ep. lib. 15. ep. 16. Longiores expectabo, vel potius exigam. & libr. 11. ep. 5. Non expectant ſolùm, ſed poſtulant. 2. de Inuent. 85. Non neceſſe eſt expectare, quin mox fiat, &c. Epiſt. libr. 15. epiſt. 21. Reliquum eſt, vt tuam perfectionem amore proſequar, reditum ſpe expectẽ, abſentem memoria colam. Attic. libr. 1. ep. 2. Nos hìc te ad menſem Ianuariũ expectamus ex quodam rumore, &c. Epiſt. libr. 3. ep. 10. Omnia volo à me & poſtules & expectes. Attic. libr. 2. ep. 21. Si homines trãſitum tempeſtatis expectare potuiſſent. & lib. 5. ep. 8. Sed curſum expectabamus.

✠ *ADVER. Acriter. 8. Famil. Acerrimè aduentum. 5. Famil. admodum. 4. Academ Amanter. 5. Famil. Ampliùs, ſummè. 4. In Verr. Auidè, commodiſſimè. 2. Attic. Auidè literas. 16. Attic. & 14. Phil. Iamdiu. 1. Acad. Maximè literas. 11. Attic. Meliùs. 6. Famil. Minus, paulò. 5. Attic. Mirificè literas. 3. ad Quint. fra. Omninò, iamdiu. 9. Famil. Priuatim adiumentum, Prorſus, nihil, publicè, ſummè. 6. In Verr. Prorſus, 12. Attic. Quotidie tabellarios. 14. Famil. Valdè, vehementer. 1. Attic. Valdè literas, vehementer, quotidie tabellarios. 16. Famil. Vehementer literas. 11. Fam. Rectè. 5. Phil.*

☞ Syntaxis. *Suauis & expectatus. Charus & expectatus. Ad gloriam expectatus. Diem ex die expectare: Spe expectare.*

EXPECTORO, as. *è pectore ejcio, expello.* 3. de Orat. 152. Pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat. & 216. & 4. Tuſc. 19. Ennij.

EXPEDIENDVS, a, um. *abſoluendus.* de Clar. 154. Expediendis cõficiendisq; rebus vincere alios. Quint. frat. libr. 2. ep. 14. Ad expediendum te, ſi cauſa fuerit, commorére. Pro Mil. 10. Si vita noſtra in aliquas inſidias incideret, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.

EXPEDIO, is. *libero, explico, extrico.*) (. *Impedio.* Attic. li. 2. ep. 25. Aut nos expedies omni moleſtia, aut eris particeps. I. Piſ. 74. Imò habeo gratiam: hærerem enim, niſi tu me expediſſes. Attic libr. 3. ep. 20. Expedire ſe ab omni occupatione. 4. In Ver. 101. Expedire ſe ex laqueis.) (. *Induere ſe In laqueos.* pro R. P. 24. Sapientis eſt, cum ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poſſit expedire. 4. In Verr. 105. Videte, vt dum expedire ſeſe vult induat. Attic. libr. 16. ep. 6. Quod ſatisdato debeo, peto à te vt antè prouideas, planè expedias, & ſolutum relinquas.

¶ *Abſoluo.* Ep. lib. 13. ep. 26. Peto à te vt eius negocia explices. & expedias, tum iure & poteſtate quam habes, tum etiam autoritate & conſilio tuo. 1. de Finib. 64. Ii remotis ſenſibus, ne idipſum quidem expedire poſſunt quod diſſerunt. Epiſt. libr. 3. ep. 12. Expedire exitum inſtitutæ rei. Ep. libr. 16. ep. 18. Non deſinam cum Galba cõmunicare, ſi quid expedire poterit. de Sen. 57. Breui expediam, agro bene culto, &c, Attic. libr. 9. ep. 18. Nihil expedio niſi. &c. *id eſt, extrico.*

¶ *Promptum facio, facilè ſine impedimento.* pro Cæl. 65. Cũ Licinius veniſſet, pyxidem expediret, manu porrigeret, &c. Ep. libr. 13. ep. 37. Peto à te vt eum expedias. & lib. 9. ep. 19. Me aliàd ex alio impedit: ſed ſi me expediero.

✠ *ADVERB. Breui. de Senec. Elegantiſſimè, & deferre. ep. ad Brut. 5. Facilè. 1. de N. & 1 de Fin. Perſpicuè, planè. 3. de Finib. Vehementer pro Mur.*

EXPEDIOR, ris. Epiſt. libr. 8. ep. 9. Nam non expeditur ſucceſsio, quando Galliæ, &c. Attic. lib. 5. ep. 21. Dum hic nodus expediatur.

† Fragm. ep. Ex cæteris genẽtilibus pecunia expedietur.

✠ *ADVERB. Celeriter rempublicam. 12. Fam.*

EXPEDIT, bat. *vtile eſt, conducit.* Attic. libr. 7. ep. 21. Nihil Cæſari minus expedit ad diuturnitatem dominationis. pro Cæc. 16. Pecuniam in prædiis collocare expedit. pro Mar. 31. Multi dubitabant quod ſibi expediret. 2. cont. Rull. 66. Idẽ expedit & emptori & venditori. 3. Offic. 76. Facere quod vtile ſit, quodq; expediat. Ep. libr. 5. ep. 19. Quid rectum ſit, apparet: quid expediat, obſcurũ eſt. 13. I. A. 16. Omnibus bonis expedit ſaluam eſſe remp. Att. libr. 8. ep. 19. Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum anguſtam.

☞ Syntaxis. *Ad facere quod vtile eſt, ac expedit.*

EXPEDITE. *planè.* de Clar. 237. C. Cenſorinus quod propoſuerat explicans expedite. 2. de Inuent. 69.

EXPEDITIO, onis. *abſolutio.* 4. ad Herenn. 69. Habet paucis comprehenſa breuitas multarum rerum expeditionem.

Belli. de Diu. lib. 1. 73. Educere exercitum in expeditionem.

EXPEDITVS, a, um. & tiſſimus. *promptus, paratus, facilis, nulla re implicatus.* de Amic. 13. Reditus ad cœlum optimo cuique expeditiſſimus eſt. Attic. libr. 2. ep. 22. Quare aduola: expedita mihi erunt omnia, ſi te videbo. Quint. fratr. lib. 2. ep. 14. Sic habeto, nihil nobis expeditius fore fortunatius. pro Quint. 23. Hic cum cæteris, quæ habebat vadimonia differt, vt expeditus in Galliã proficiſci poſſet. pro Mil. 28. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. 11. I. Ant. 25. Expedito nobis homine & parato opus eſt, qui, &c. & *ibid.* Bonorum animus ad nutum noſtri ordinis expeditus iam non erit. Anteq. 6. Non conuenit enim, cum ego ad promerẽdum officium fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam eſſe tardiores. 2. Contr. Rull. 81. Ad vim prõptus, ad ſeditionem paratus ad cædem expeditus. Quint. fratr. libr. 2. ep. 14. Ea ſunt ad explicandum expeditiſsima, de Clar. 263. Diſciplina Hermagoræ ad inueueniendum expedita. Attic. libr. 5. ep. 18. Exercitus expeditus ad mutandum locum. de Clar. 180. Facilis & expeditus ad dicendũ 2. de Orat. 131. Expeditus ad pronunciandũ. de Cl. 245. A natura ſatis ſolutus, atque expeditus ad dicendum & 227. Expedita & perfacilè currens oratio. & 220. Expedita & profluens in dicendo celeritas. pro Fl. 104. Illam viam ſibi videns expeditiorem ad honores. 2. de Or. 118. Quos locos multa commentatione & meditatione paratos atque expeditos habere debetis. Att. lib. 8. ep. 9. Pompeius expeditus antecеſſerat legiones xi. Luceria. 4. Ac. 105. Sic igitur inducto & conſtituto probabili, & eo quidem expedito ſoluto, libero, & nulla re implicato, vides profectò. Luculle, &c. 1. de Fin. 33. Facilis & expedita diſtinctio. Ep. lib. 14. ep. 19. Sed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita ſunt. Attic libr. 5. ep. 4. Sed non dubito quin S. C. expeditum ſit. Att. lib. 4. ep. 16. Indicia reliqua impendent, nondum eſt planè expeditum. de Aruſp. 18. Sed quoniam mea cauſa expedita eſt, videamus nunc, quid Aruſpices dicant.

✠ *ADVERB. planè. 4. Attic.*

☞ Syntaxis. *Facilis & expeditus ad dicendum. Solutus & expeditus. Expedita & profluens celeritas. Expedita oratio, cauſa, exercitus, homo in quo. Ad eadem expeditus.*

EXPELLO, lis. *ejcio, exigo, detrudo, exturbo, depello,* Att. lib. 10. ep. 4. Hi ſunt, qui me ciuitate expulerunt.

EXPELLOR, ris. pro Milo 102. Ex vrbe expelli, exterminari. ejici. pro Qu. 28. Expelli atque ejici è prædio. 2. Contra Rul. 83. Expelli atque exturbari ex agris.

EXPENDO, dis. *perpendo, exquiro, examino.* Orato 47. Nec verò vterer impudenter hac copia, ſed omnia expendet ac ſeliget. Poſt. in Senat. 14. Iidem expendunt atque æſtimant voluptates. 7. I. V. 23. Deinde hęc expedite atq; æſtimate pecunia. 2. de Orat. 309. Equidem cum colligo argumenta cauſarum, non tam ea numerare ſoleo, quàm expendere. pro Fl. 12. Vos qui in iudiciis teſtem diligenter expenditis. de Clar. 186. Nos qui hæc arte aliqua volumus expendere. 1. Off. 113. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quiſque habeat ſui.

¶ *Do, cum Pœnas.* 2. Tuſc. 23. Expendere pœnas alicui.

✠ *ADVER. Diligenter teſtem, pro Flac.*

EXPENDOR, ris. *æſtimor.* pro R. P. 43. Hæc laus non poetarum carminibus celebratur, ſed prudentium iudicio expenditur.

EXPENSVS, a, um. *datus.*) (. *Acceptus.* L. ACCEPTVS. 3. I. V. 92. Expenſa Chryſogono H. S. ſexcenta, accepta pupillo Maleolo retulit. & *ibi.* Chryſogono expenſa lata ſunt. Att. li. 2. ep. 4. Ne tu expenſum munerib. ferres. Att. lib. 15. ep. 20. Videas enim, vnde numeri ſint, mihi feras expenſum. 6. I. A. 15. Quis vnquam in illo

Iano inuẽtus est, qui L. Antonio mille nũmum ferret expẽsum? ¶ *Mensuratus.* pro Fl. 68. Ante pedes prætoris in foro expensum est auri pondo centum paulò minus per Sex: Cæsium.

EXPERGEFACIO, cis. *ex somno excito.* 7. I. V. 37. Si fortè expergefacere posses. 4. ad Her. 46. Hic Italiam tumultis expergefecit terrore subito.

EXPERGISCOR, ris: experrectus sum. *à somno, vel de somno excitor. somno solvor.* L. EXPERRECTVS. Att. li. 2. ep. 23. Si dormis, expergiscere. 4. Academ. 51. Itaque simul experrecti sumus, visa illa contemnimus. 1. de Diuin. 59. Cum autem experrectus esses, hora secunda ferè te sibi somnium narrauisse. in Sal. 15. Sed non ita experrecti sumus, vt à te cauere possimus. Atti. libr. 13. ep. 37. Deinde cùm somno repetito simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola à sororis tuæ filia.

EXPERIENDVS, a, um. *explorandus tentandus.* 2. de Diu. 97. Babylonij CCCCLXX. millia annorum in periclitandis experiundisque pueris quicunque nati essent, posuerunt. pro Sest. 138. Alicui magnos esse experiundos & subeundos labores. pro Cec. 33. Qui ad constitutum experiundi iuris gratia veniset. de Am. 64. Et iudicare difficile est sanè, nisi expertum: experiendum autem est in ipsa amicitia. Att. li. 9. ep. 12. Nunc sine periculo experiendum erit: experiar certè, vt hic auolem.

EXPERIENS, tis: & tissimus. *expetitus.* 5. I. V. 53. Homo nauus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator, & pro Clu. 23. A. Aurius vir fortis & experiens. Epi. lib. 4. ep. 3. Quod ✠ experiens quotidie probo. ‖ 6. in V er. 37. Promptissimi hominis & experientis & imprimis gratiosi supellectilem omnem auferre non dubitasti.

EXPERIENTIA, tiæ. *periclitatio, vsus, exemplum.* Planc. Ep. li. 8. ep. 6. Quæ si aduentus meus represserit, agam gratias fortunæ constantiæq; meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. pro R. P. 43. Experientia patrimonij amplificandi.

EXPERIMENTVM, ti. *argumentum.* 3. Tusc. 73. Sed nimirum hoc maximum est experimentum, cum constet, &c.

✠ *ADIVNCT. maximum.* 2. *Tusc.*

EXPERIOR, ris. *periclitor, periculum facio, vsu tractando cognosco, tento.* Att. lib. 7. ep. 2. Itaque omnia experiar, & vt spero, assequar. Or. 32. Experiri id noli, quod te assequi posse diffidas. Epist. lib. 1. ep. 9. Te autem etsi mallẽ in meis rebus expertum, quàm etiam in tuis tamen, &c. & lib. 13. ep. 29. Ego quod in me ipso experiri potui, ad te refero. Or. 3. Par est omnes omnia experiri, qui res magnas & magnopere expectandas concupiuerunt. pro Fla. 65. Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimùm esse faciendum. pro Cæl. 58. Vim veneni aiunt Cælium esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esset ab hoc comprobatum venenum. Attic. lib. 9. ep. 2. De Bruto etiam experti sumus, quod nuper in edicto tuo scripseram rogatu tuo. 12. I. A. 6. De me experior. ad Brut. ep. 16. Experiar & tentabo omnia. At. lib. 16. ep. 28. Facilè patior oblatum tempus, in quo amorẽ experiar tuũ. de Cl. 231. Te arbitror malle ipsum tacere, quàm tacituritatem nostram experiri. Frag. ep. His contraria atque parata, vt esse solent, expertus sum. ¶ *Item ad forũ & iudicia relatum, age in iure.* pro Qu. 68. Fuit procurator, qui cum experiri posset. & 75. Ego experiri non potui. pro Qu. 38. Experiri immo iure. pro Q. R. 25. Iudicio graui experiri nolebas. pro Cæl. 10. Qui nunquam ne congressu quidẽ & constituto cœperunt de tantis iniuriis experiri.

✠ ADVERB. *maximè, 1. famil. Paulisper. 1. Philip.*

EXPERRECTVS, a, um. L. EXPERGISCOR. pro S. R. 141. Nobilitas experrecta remp. recuperauit. Anreq. 14. Ne rei crudelitas in me experrecta, in vos conualescat, præcauete. *al. experta.*

EXPERS, tis. *non particeps, vacuus, immunis.* 2. de Or. 1. Antoniũ omninò omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse. 1. de Or. 264. Censebam oratorem nullius ornamenti expertem esse oportere. At. lib. 8. ep. 8. Pompeius omnes nos προσηγορίας expertes sui tanti ac tam inusitati consilij relinquebat. 1. de Leg. 22. Cũ cætera sint omnia rationis expertia. 1. Offic. 50. & ad Oct. Veræ rationis & orationis expertes. Ep. lib. 4. ep. 14. Te omnium periculorũ video expertem fore. Or. 21. Vtriusque particeps, vel vtriusque potius non expers. de Am. 88. Amicitiam nullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. 2. Diuin. 81. Placet igitur humanitatis expertes habere diuinationis autores. pro Sest. 47. Homo expers consili, & ingenij. 4. I. V. 191. Vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers. ✠ ‖ 2. de Finib. 38. Honestatis expers. *ibid.* 55.

✠ ADVER. *funditus earum rerum, 3. de Orat. Omnino omnis eruditionis. 2. de Orat. planè doctrinæ. 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Eruditionis expers & ignarus. Consilij sui aliquem relinquere expertem. Periculorum expers.*

EXPERTVS, a, um. *pragmaticus, habens vsum multarum & magnarũ rerum, multarum rerum peritus, experiens.* 2. de Orator. 102. Dicam ei in tibi Catule, non tam doctus quàm (id quod maius est) expertus, &c. pro Mil. 70. Hoc quàm crebrò accidat, experti debemus scire. pro Cor. 16. Cuius audita virtus dubitationi locũ nõ daret, huius præsens experta, atque perspecta obtrectatorũ voce lædetur. de Amic. 63. Et iudicare difficile est sanè, nisi expertum. pro Pl. 22. Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis. pro Dom. 11. Neque in coniectura prospiciebamus sed iam experti videbamus.

☞ Syntaxis. *Virtus præsens, experta, perspectaq;. In aliquare expertus.*

EXPETENDVS, a, um, *optabilis.* de Ora. 4. Qui res magnas, & maximè expetendas cõcupiuerunt. 1. de Orato. 221. Quæ vulgo expetenda & optabilia videntur. de Am. 86. Ea quæ putant homines expetẽda, honestas, gloria, tranquillitas animi atque iucunditas 4. de Fin. 50. Quod optabile est, id esse expetendũ. pro Arc. 14. Nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem. Ep. li. 2. ep. 10. Quæ tamen omnia in expetẽda amicitia tua secutus sum. Att. lib. 6. ep. 9. Nec me *ἀνυσιν* in expetendo cognosces, nec *ἀτυξιαν* in abiiciendo. 1. de Finib. 30. voluptatem ipsam per se esse expetendam, & dolorem ipsum per se esse fugiendum. pro Mil. 50. Ille nocturnus ad vrbem aduentus vitandus potius quàm expetendus fuit. 2. de Inuent. 157. Res expetendæ.)(. vitandæ. de Arus. 43.

✠ ADVER. *magnopere, 4. de finib. Maximè honestas. 1. Offic. valdè loca, 4. Att. vulgò & optabilia. 1. de Orat.*

EXPETENS, tis. pro Pom. 57. Ne legaretur A. Gabinius Pompeio expetenti ac postulanti.

EXPETITVS, a, um. de Fin. lib. 2. 38. Qui potiatur expetitis corporis voluptatibus.

✠ ADVER. *Serò. 4. Tusc.*

EXPETO, tis. *opto, cupio, peto, ascisco.* I. P. 16. A me quidem etiam pœnas expetisti, quibus coniuratorum manus mortuorum expiaretis. pro Deioi. 30. Expetere vitam alicuius. item: Non expetere vitam, non capitis arcessere. 1. Tusc. 116. Erichthei filiæ cupidè mortem expetiuerũt. pro Mar. 18. Deos pœnas ab aliquo ob aliquod delictum expetere. de Ar. 43. Expetere pœnas domestici sanguinis. 1. de Ora. 134. Sine quo hoc quod tu expetis, nunquã assequere. At. ex Cor. Nostrã gloriã tua virtute augeri expeto. pro Prõp. 30. Italia ab hoc auxiliũ magnopere expetiuit.

EXPETOR, ris. Or. 66. In concionibus tracta quædam & fluens expetitur oratio. pro Pom. 5. Pompeium ab omnibus ad id bellũ imperatorẽ deposci atque expeti. 2. de Or. 172. Si Sapientia tantopere expetitur, &c. 5. de Fin. 37. Ea enim vita expetitur, quæ sit animi corporisque expleta virtutibus. & lib. 1. 42. Nunc sapientia expetitur, quod est tanquam artifex comparandæ voluptatis. 2. de Or. 172. Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda. 1. de Fin. 32. Itaque Epicurus semper hoc vtitur, vt probet, voluptatem naturæ expeti, quòd, &c. de Clar. 207. Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in causis reiiciendis fuit. pro Fl. 95. Nunc à Flacco Lentuli pœnæ per vos expetuntur. 6. I. V. 108. Athenienſium sacra summa cupiditate expetuntur. * pro M. Scau. Redimunt se ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur.

✠ ADVER. *Amplius quid, pro Syll, Auide, Sitienter. 4. Tusc Cupidissimè, 7. Attic. magnopere, 4. de finib. maximè dignitatem, 1. de Orat. vehementer, 1. Offic.*

EXPIABILIS, le. *placabilis.* 13. I. A. 2. Bellum expiabile. *aliàs. inexpiabile.*

EXPIATIO, onis. *procuratio.* de Ar. 21. Diis violatis expiatio debetur. 1. de Leg. 40. Scelerum in homines atque impiorum nulla expiatio est.

EXPICTVS, a, um. *depictus, descriptus, expressus.* 5. Tusc. 114. Qui motus hominum, qui ferarum nõ ita ab Homero expictus est, vt quæ ipse non viderit, nos vt videremus effecerit?

EXPILATIO, onis. *direptio.* 3. Off. 36. Expilationes & direptiones sociorum.

✠ ADIVNC. *Tanta, 3. Off.*

EXPILATOR, tis. Quint. frat. li. 1. ep. 1. 7. Cum domus hospitem, non expilatorem recepit.

EXPILATVS, a, um. 3. de Or. 121. Hæc sumẽda sunt nobis ab iis ipsis, à quibus expilati sumus. pro Clu. 181. Expilato armario, pecunia ablata. 6. I. V. 63. Regẽ spoliatũ expilatumque dimisit.

EXPILO, as. *diripio.* 3. de Natu. 83. Dionysius fanum Proserpinæ Locris expilauit, pro Pomp. 57. Expilare socios, diripere prouincias.

EXPIANDVS, a, um. pro Mil. 74. Cuius supplicio senatus religiones expiandas sæpe censuit. pro Rab. 11, Qui expiandum fotum ab illis nefariis sceleris vestigiis esse dico.

EXPIATVS, a, um. 1. I. A. 30. Expiato foro, dissipato concursu impiorum. 1. de Leg. 40. Nam & iis sine illius suffimentis expiati sumus.

EXPIO, as, *procuro.* I. P. 85. Tua scelera dij immortales in nostros expiauerunt. de Ar. 10. Sed primùm expiabo religionem ædium mearum.

¶ *Placo-*

¶ *Placo.* I.P.16. A me quidem etiam pœnas experistis, quib. cõiuratorum manes mortuorum expiaretis.

EXPIOR, ris. 2. de Diu. 130. Quæ dij significẽt, quemadmodũque ea procurentur atque expientur. de Ar. 35. Is nomen populi Romani tanto scelere contaminauit, vt id nulla re possit, nisi ipsius supplicio expiari. 6. I. V. 111. Cereris numen istius supplicio expiari volebant. 2. de Legib. 22. Sacrum commissum, quod expiari non poterit, impiè commissum esto: quod expiari poterit, publici sacerdotes expiãto. de Ar. 23. Eaque errata expiantur. Attic. lib. 1. ep. 14. Quare quæ violata sunt, expiabuntur. pro Sext. Rosc. 71. Quare quo omnia quæ violata sunt, expiari putantur.

☞ Syntaxis. *Expiare religiones, forum à vestigiis sceleris. Sine suffimẽtis expiari. Deus expiat scelera patris in filium. Expiare religionem ædium. Expiare Deum: id est, placare. Procurare, & expiare quæ à Deo significentur. Sui supplicio scelus patratum expiare: id est, delere, purgare, veniam obtinere de.*

EXPIRATIO, onis. *exhalatio.* 2. de Nat. 83. Terræ expirationibus aer alitur, & æther, & sidera.

EXPISCOR, aris. *Indago, inquiro.* I.P.69. Itaque iste simulatque audiuit à philosopho voluptatem tantoperè laudari, nihil expiscatus est. Epist. lib. 9. ep. 19. Nescis me ab illo omnia expiscatũ. L. ARABARCHES.

EXPLANATIVS, *planius, apertius,* Orat. 117. Definire aliquid cùm explanatius, tum etiam vberius.

EXPLANATIO, onis. *explicatio, enodatio, interpretatio.* 3. de Or. 200. Commemoratio vna in re permultum mouet, & illustris explanatio. 1. de Diu. 116. Quia erãt multa obscura & ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. 2. de Diu. 131. Dij nobis obiiciunt quorum neque scientiam, neque explanationẽ habeamus. de Ar. 18. Portentorum explanationes Hetruscorum disciplina continentur. de Ar. 13. Religionis explanatio, vel ab vno pontifice perito rectè fieri potest. 4. ad Her. 18. Explanatio est, quæ reddit apertam & dilucidam orationem. & 24. Vniuscuiusque propositionis explanatio.

✠ ADIVN. *Illustris. 3. de Orat.*

EXPLANATOR, oris. *interpres explicator.* 1. de Diu. 116. Sunt enim explanatores, vt grammatici poetarum.

EXPLANATVS, a, um. 4. Acad. 19. In lingua ponebant explanatam vocum impressionẽ. 4. de Fin. 41. Nondum aũt explanatũ satis erat, quid maximè natura vellet: explanetur igitur.

EXPLANO, as. *interpretor, interpretationem vel explanationem facio, interpretatione explico, illustro, expono, perspicuum, planum facio, explico, aperio, patefacio.* de Clar. 152. Explanare rem obscuram interpretando. Or. 80. Verbum quod optimè sonat, & rem maximè explanat. 2. de Fin. 60. Explanare aliquid apertius. Epist. lib. 3. ep. 1. Quapropter ille tibi omnia explanabit. Attic. lib. 13. ep. 10. Planè quid sit non intelligo: explanabis igitur. & lib. 14. ep. 15. Explanabis igitur hoc diligentius. 2. de Leg. 9. Sed antè &c. vim istius cœlestis legis explana. 1. Off. 101. Altera, quæ docet & explanat, quod faciendum fugiendúmque sit. 2. de Or. 82. Docilem autẽ facio, non tum cum polliceor me demonstraturum, sed tum ✠ cum doceo & explano. ‖ 3. de Orat. 102. Explanare aliquid.

EXPLANOR, ris. 1. Off. 94. Hoc facilius intelligi quàm explanari potest. 2. de Orat. 280. Quæ coniectura explanantur longè aliter atque sunt. 3. de N. 3. Ego verò, si quid explanari tibi voles, respondere volo.

✠ ADVER. *Acutè, concinnè, 2. de Orat. Apertius. 2. de Finib. Diligenter. 2. Offic. Diligentius, 14. Attic. & 7. Ver. Facilimè. 5. de Finib. Longe Aliter. 2. de Orat. Maximè, Orat.*

EXPLEO, ples. *impleo, compleo, saturo, satio, absoluo.* de Vn. 7. Deus expleuit mundum omnibus bonis. Ora. 231. Neque infarciens verba, quasi rimas expleat. & 40. Explere sententias meliorib. numeris. & 230. Nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. 1. de Or. 205. Ea si paulò latius dixeris, explẽris omnem expectationem diuturni desiderij nostri. Ep. lib. 2. ep. 1. Non enim vereor ne non scribendo te expleam. de Sen. 26. Explere diuturnam sitim. pro Cæl. 49. Explere libidinem. Par. 96. Explere cupiditates, satiare odium. pro S. R. 150. Explere auaritiam suam pecunia. 4. ad Heren. 46. Explere inimicitias, & saturare odium. 2. de Fin. 42. Explere cumulatè vitam beatam. 3. Offic. 34. Hanc igitur partem relictam explebimus. Ep. lib. 16. ep. 25. Noli committere, vt excusatione potius expleas officium scribendi, quàm assiduitate literarum. de Cl. 154. Sic expleuit, quod vtrique defuit.

EXPLEOR, ris. Brut. ep. 16. Iis qui illud malum exciderint, nihil quo expleri possit eorum meritum, tribui vnquam poterit. 2. de Nat. 64. Saturnus annis insatiabiliter expletur. 1. de Or. 225. Quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri.

✠ ADVER. *Aptius nihilo, Orat. Cumulatè, 2. de Finib. Insaturabiliter. 2. de Nat.*

EXPLETVRVS, a, um. pro Dom. 61. Nec illi cæmentis ac tegulis meorum tectorum se famem suam expleturos putauerunt.

EXPLETIO, onis. 5. de Fin. 40. Expletio naturæ.

EXPLETVS, a, um. *satur, plenus.* 5. I. V. 100. Vt aliquando expleti ac saturati discederent. pro Syl. 90. Te iam Torquate expletum ✠ huius miseriis pigeat, &c. ‖ de Arusp. 42. Expleta intemperantia.

¶ *Ornatus.* 5. de Fin. 37. Ea enim vita expetitur, quæ sit animi corporisque expleta virtutibus.

¶ *Absolutus.* 3. de Fin. 32. Quicquid enim à sapiente proficiscitur, id continuò debet expletum esse omnibus suis partibus. 2. de N. 37. Perfectum expletúmque omnibus suis numeris & partibus. de Am. 69. Vt amicitiæ munus expletum sit. 2. de Fin. 48. Expleta & perfecta forma honestatis. item: 2. Offi. 18. Quorum studiis, ea quæ natura desiderat, expleta cumulataque habemus.

✠ ADVERB. *Aliquando. 5. In Ver. Continuò. 3. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Explere expectationem desiderij. Explere inimicitias, & odium saturare. Explere quod reliquum est. Vita virtutibus expleta. Perfectum expletumque. Expletum & cumulatum.*

EXPLICANDVS, a, um, 9. I. A. 10. In legibus interpretandis, & æquitate explicandis. 1. Off. 7. Præcepta Stoicorum, de quibus est nobis his libris explicandum. Attic. lib. 8. ep. 3. O rem, inquis, inexplicabilem: atqui explicanda est. 1. de Or. 64. Quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda.

EXPLICATE, *enodatè.* 3. de Orator. 50. Explicatè & distinctè dicere.

EXPLICATIO, onis. 7. I. A. 1. Quarum rerum facilis explicatio videtur. 2. de Di. 129. Vtrũ philosophia dignius sagarum superstitione ista interpretari, an explicatione naturæ? 2. de Or. 120. Explicatio illustris & perpolita. 3. de N. 62. explicatio fabularũ, & enodatio nominum. 1. de Diu. 127. Sed est quasi rudentis explicatio. L. ETYMOLOGIA, & INTERPRETATIO.

✠ ADIVNCT. *Breuis quædam, & circumscripta, 1. de Orat. facilis, Orat. Facilior perorationis, Suspiciosa, Part. Illustris, perpolitáque. 2 de Orat. Mira, de Claris.*

EXPLICATOR, oris. *explanator, interpres.* de Orat. 31. Rerum explicator. 2. de In. 6.

✠ ADIVNC. *Commodior. 1. de Inuent. Grauis rerum, prudens, Seuerus, Orat.*

EXPLICATRIX, cis. 1. Academ. 32. Huic quasi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ, &c.

EXPLICATVS, a, um, *apertus, definitus.* 1. de Or. 4. Veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio. pro Pl. 5. Sed mihi in causa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. 2. de Or. 358. Locis est vtendum multis, illustribus & explicatis. Att. lib. 9. ep. 6. Literæ tuæ, quib. nihil potest esse explicatius, nihil perfectius. de Pro. 35. Rem propè iam explicatam perturbare atque impedire. 1. Off. 83. Eoque magis si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitata mali. Ep. li. 6. ep. 1. Explicata & explorata ratio salutis. Att. libr. 5. ep. 5. Sed antequam proficiscare, vtique explicatum sit illud, H-S XX. & DCCC. 1. de Natu. 1. Multæ res in philosophia nequaquam satis ✠ adhuc explicatæ sunt. ‖ 1. de Diu. 39. Quæ Antiphontis interpretatione explicata (*puta somnia.*)

¶ *Tractatus.* Top. 1. Aristotelis Topica, quæ sunt ab illo pluribus lib. explicata. de Clar. 164. Capita multa exposita, nec explicata.

¶ *Effusus.* 1. de Ora. 161. Tanquàm in aliquam locupletem domum venerim, non explicata veste, neque propositoargento, neque signis ac tabulis propalàm collocatis. ‖ de Clar. 15.

¶ *Iacens.* 2. cont. Rul. 95. Capua planissimo in loco explicata.

¶ *Decretus, certus.* Br. ep. 7. pr. In. Mihi non erat explicatum, quid agerem.

✠ ADVERB. *Facile de Fat. Omnino, 12. famil. propèiam, de Pro. Con. sanè non satis, 1. de Orat.*

EXPLICATVS, tus. *explicatio.* 3. de N. 94. Natura deorum obscura est, & difficiles explicatus habet.

✠ ADIVN. *Difficilis. 3. de Nat.*

EXPLICO, cas. *expono, dilato, in medio pono, enodo, euoluo, aperio, dico, recito, verbis rem amplector, exitum reperio, extrico.* Att. lib. 8. ep. 3. Quid in vtrãque partem mihi in mentem veniat, explicabo breui. 1. de Diuin. 6. Chrysippus totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam. item 1. de Orat. 163. Perfice, vt Crassus quæ coarctauit, & peranguste referit, in oratione sua dilaret nobis atque explicet. 7. I. A. 9. Quæ tria dum explico, quæso attẽdite. Epi. li. 5. ep. 12. Explicare causas rerum. 1. de Orat. 100. Nunquam te, nisi omnia quæ percunctati erimus, explicaris, dimittemus. 2. de Diu. 6. Explicare philosophiam. pro Fl. 10. Explicare se dicendo. 1. de Fin. 72. Explicare sententiam suam. Ora. 116. Explicare mentem suam de quaque re. Attic. libr. 10. ep. 6. Explicare cogitationes suas litteris. Ep. lib. 7. ep. 3. Explicare, quid sit optimum factu. 1. de Orat 155. Summorum ora-

torum Græcas orationes explicabam: quibus lectis hoc assequebar, vt cum ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem, non solum optimis verbis vterer, sed etiam, &c. Epist. lib. 9. ep. 25. *λύρᾳ παιδάειν* quam contriueram legendo, totam in hoc imperio explicaui. pro Pom. 30. Siciliam vndique cinctam periculis, celeritate consilij explicauit. 2. de Diu. 41. Cur igitur vos indueritis in eas captiones, quas nunquam explicetis? pro Cæl. 67. Qui se profectò nunquam, si in istum locum processerint, explicabũt. *id est, expedient, extricabunt.* 4 I. V. 156. Explicare aliquid apertissimè & planissimè. 2. contra Rul. 13. Is explicat orationem sanè longam. pro S. R. 100. Veniat modò, explicet suum illud volumen, quod, &c. de Vn. 33. Hæc si verbis explicare conemur, frustra laboremus. Part. 122. Explicare & excutere aliquod verbum. de Clar. 237. Explicare expeditè, quod proposueris. 3. de Fi. 33. Explicare aliquid definitione. Att. lib. 15. ep. 13. Nos *τὰ περὶ τὰ λογάρια* & magnificè explicamus. 2. de Diu. 122. Si velim grammaticum aut physicum quiddam explicare. pro Fl. 44. Nisi mihi totam rationem omni & personarum genere & literarum explicaris. 3. Tusc. 13. De omni animi perturbatione explicabo. Attic. lib. 3. ep. 3. Eiusque rei causam verè explicas. * Hortens. Magna etiam animi contentio adhibenda est, explicando Aristotelem, si legeris. *ibid.* Vt breuiter totum explicem. Incer. Chrysippus æstuans laboransque quonam pacto explicet, & fato omnia fieri, &c.

¶ *Absoluo.* Ep. li. 13. ep. 26. Alicuius negocia explicare, & expedire. Att. lib 5. ep. 12. Negocia nostra amabo te, explica.

¶ *Expedio.* Attic. lib. 8. ep. 20. Quare da operam vt te explices, & huc quàm primum venias.

¶ *Induco, demonstro, ostendo, expendo, excutio.* 1. I. V. 27. Vitam alterius totam explicare, atque eam in oculis conspectúque omnium exponere.

¶ *Excuto.* 3. Offic. 81. Explica atque excita intelligentiam tuam, vt videas, &c.

¶ *Produco.* Attic. lib. 4. ep. 15. Laxare aliquod ædificium, & explicare illud vsque ad aliquem locum.

¶ *Decerno.* Attic. lib. 13. ep 29. Si Faberius nobis nomen illud explicat, noli quærere quanti.

✠ ADVER. *Accuratè. 2. Tusc. Accuratius, cõmodius, eleganter. 1. Tusc. Accuratius locum, dilucidè narrationes, Orat. Acutè, diligẽtissimè, præclarè, 1. Acad. Apertissimè, planissimè iniurias. 4. In Ver. Breui. pro Planc. Breuiter, subtilius. 2. de Nat. Copiosè, expeditè facete, grauiter, ridicule variè, de Clar. Diligentissimè causam. Pro. Corn. Diligenter vim, leuissime, singulatim de vnaquaque re. 2. de Inuent. Dilucide. 1. de Diuin. Enodatius. 5. de Finib. facilè. 14. Famil. Facilius quæ velis. 3. Offic. Vberius, valdè. 4. Acad. Latinè. 1. de Finib. Magnificè. 15. Attic. Ornatius, similiter. 1. de Orat. Planè. 13. Attic. Plane causam, Planius, Part. verè causam. 7. Attic.*

EXPLICOR, ris. 2. de Nat. 138. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. Attic. lib. 7. ep. 12. Nihil vidi vnquam, quod minus explicari possit. Att. lib. 7. ep. 21. Explicari res non potest. 2. de Fin. 18. Aperiendum est igitur, quid sit voluptas: aliter enim explicari, quod quæritur, non potest. quàm si explicauisset, non tam hæsitaret.

EXPLODO, dis. *eĩcio, exsibilo.* 2. de Di. 86. Sed hoc quidem genus diuinationis vita iam communis explosit.

EXPLODOR, oris. 1. de Orat. 259. Aesopum, si paulum irraucuerit, explodi video. Part. 3. Histrio si paulo se moueat extra numerum, exsibilatur & explooditur. pro Qu. 30. Erotes comœdus non modo sibilis, sed etiam conuicio è scena explodebatur. Quin. frat. lib. 2. ep. 11. Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus. 1. Offic. 6. Aristonis & Pyrrhonis explosa sententia. 5. de Finib. 23. Iam explosæ eiectæque sententiæ Pyrrhonis & Herilli. pro Clu. 86. Id quod tum explosum & eiectum est.

EXPLORATE, *certè, planè.* Plan. Epist. lib. 10. ep. 8. Non solùm bene sperare de nobis homines, sed explorate iudicare volumus. 1. de Nat. 1. Exploratè perceptum esse & cognitum. Epi. li. 16. ep. 8. Exploratè nauigare.

EXPLORATVS, a, um. tius, & tissimus. *certus, explicatus.* (. *Dubius.* Att. lib. 3. ep. 15. Fac vt omnia ad me perspecta & explorata perscribas. 10. I. A. 19. Magna spe & propè explorata, libertatis causam suscepimus. 3. Off. 117. Spes alicuius explorata. 1. de Nat. 64. Non est igitur tam explorata ista ratio quàm videtur. Epistola. libr. 6. ep. 1. Explorata nobis est victoria. pro Muræn. 49. Sicut ei iam exploratus & domi conditus cõsulatus videretur. Att. lib. 1. ep. 13. Vt non libeat cuiquam dare nisi de quo exploratum sit tibi eum redditurum. Ep. lib. 2. ep. 16. De quo mihi exploratum est, ita esse vt tu scribis. Postquã. ad Quir. 15. Cũ mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno consulem futurum. 4. Ac. 54. Cui possit exploratum esse de sua salute? Brut. ep. 17. Quid enim exploratius esse potest, quàm illius animus in rempub. Ep. lib. 9. ep. 10. Cum mihi erit exploratum, te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. Att. lib. 16. ep. 2. Brundusium pergere cogito: felicior enim & exploratior deuitatio legionum fore videtur, quàm piratarum, qui apparére dicuntur. & *ibid*, ep. 14. Dixi me nullo modo facere posse, nisi mihi exploratum esset, eum Tyrannoctonis amicum fore. d Sen. 66. Quis est tam stultus cui sit exploratum, se vsque ad vesperum esse victurum? Att. lib. 3. ep. 17. Literæ à timore, exploratæ.

EXPLORATVM. habeo, *id est, compertum, perspectum, cognitum.* 1. de N. 51. Deus habet exploratum, fore se semper. 7. I. A. 16. Poteritis igitur exploratam habere pacem, cum in ciuitate Antoniũ videatis? Ad Brut. ep. 4. Si exploratum habere cupero, Cæsarẽ honoribus extraordinariis fore contentum. & Attic. lib. 9. ep. 9. Cæsarem hoc idem probaturum, exploratum habeo. 2. de Diu. 60. Illud exploratum habeo, nihil fieri posse sine causa.

✠ *ADVERB. Diligenter. 1. de Leg. Maximè. 8. Attic. planè. 3. famil.*

EXPLORO, as. *indago exquiro, obserue.* 7. I. V. 43. Quæ quidem prospectare iam exilium, & explorare fugam videbatur. ad Bru. ep. 16. Futura quoque nisi antè sit occursum, explores, ne se insinuent. Att. lib. 6. ep. 8. Sed explora rem totam. pro Pom. 34. Pompeius Siciliam adiit, Africam exploravit.

☞ Syntaxis. *Id mihi perspectum, exploratum, & cognitum est. Explorate nauigare. Esse alicui exploratum.*

EXPLOSIO, nis. Epist. lib. 8. ep. 11. Ludorum explosiones & funerum. Cælij.

EXPOLIO, lis. *excolo, exorno, perpolio.* 2. de Inuen. 3. Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. 3. de Or. 137. Plato Syracusium Dionem doctrinis omnibus expoliuit. & libr. 2. 40. Nox te, inquit, nobis Antoni expoliuit. 2. ad Her. 27. Difficillimum verò est inuentum expolire. 1. de Inu. 76. Neque eadem ratione expolire partitiones.

EXPOLITIO, onis. *exornatio, explicatio.* Orat. 185. In verbis inest materia quædam, in numeris expolitio. 1. de Orat. 50. Oratio ornata, & artificio quodam & expolitione distincta. 1. de Inuent. 74. Argumentatio est inuenti artificiosa expolitio. Qufr. lib. 3. ep. 3. Expolitiones vtriusque nostrûm sunt in manibus, sed tua ad perfectum.

¶ *Item exornatio quædam sententiarum.* 4. ad Heren. 55. Expolitio est, cum in eodem loco manemus, & aliud atque aliud dicere videmur, &c. *ibidem pulcherrima.*

✠ ADIVNCT. *Artificiosa alicuius inuenti, 1. de Inu. vrbana. 3. ad Qu. frat.*

EXPOLITVS, a, um. de Cl. 95. Tuditanus omni vita atque victu excultus, atque expolitus. 2. de Diuin. 48. Cum aut ad lineamenta oris peruentum est, tum intelligas illud, quod iam expolitum sit, intus fuisse. de Consolat. Bonis studiis atque artibus expolitos.

EXPONENDVS, a, um. *aperiendus.* Anteq. 15. Animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem. 2. de Or. 49. Si mandata sint exponenda in senatu ab imperatore. Or. 210. Si exponenda narratio est.

EXPONO, nis. *edisserо, exprimo.* pro S. R. 14. Ab initio, res quemadmodum gesta sit, vobis exponam. pro Mil. 23. Exponere rem gestam. de Am. 3. Quas sententias in hoc libro exposui meo arbitratu. de Am. 3. Is exposuit nobis sermonem de amicitia, &c. 1. I. V. 27. Vitam alterius totam explicare atque eam non modò in animis iudicium, sed etiam in oculis conspectúque omnium exponere. 1. de Ora. 227. Quam orationem in Originibus suis exposuit ipse Cato. 2. de Inuen. 6. Exponere præcepta diligenter enodata 3. I. C. 13. Exponere aliquid ex memoria. 3. de Orat. 72. Qui artes rhetoricas exponunt.

¶ *Narro.* 2. de Finib. 58. Exponere mandata alicuius alicui. 3. de Leg. 47. Qui magistratu abierint, apud censores edant & exponant, quid in magistratu gesserint. 3. de Fin. 15. Equidem soleo, quod vno Græci, si aliter non possum, idem pluribus verbis exponere. Par. 44. Dictum de altero est, exponere nunc de reprehendendo. 1. de Orat. 102. Hoc de quo modò exposuit Antonius. Epistol. lib. 1. ep. 9. Ego autem cum illa sequor, quæ paulò antè proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere. Epistol. *ibidem.* Quod tibi vt planius exponam, paulò altius repetam, & *ibidem.* Summam feci cogitationum mearum omnium: quam tibi, si potero, breuiter exponam. Orator. 36. Difficile est formam exponere optimi. I. P. 7. Exposui breuiter consulatum meum: audi nunc, &c. pro Cæl. 35. & Epistol. libr. 5. ep. 12. Reddere & exponere rationem alicuius facti.

¶ *Explico, propono, palàm pono, dispono, offero, exhibeo.* 3. Offi. 51. Frumentum aduexi, exposui, vendo meum, &c. Att. lib. 5. ep. 4. Exponere & numerare pecuniam pro Muræ. 75. Atque ille strauit lectulos

lectulos,& exposuit vasa Samia. 3. Tusc. 43. Expones, quæ spectat florida & varia. 2.I.A. 114. Factum præclarum atque diuinum,cum expositum ad imitandum 2. Aca. Vitam suam exponere ad imitandum iuuentuti.

EXPONOR, ris. Ep. lib. 5.ep.2. Hoc in sermone,cum à me exponeretur,quæ mea expectatio fuisset orationis tuæ, visa est oratio non iniucunda.

✠ *ADVERB. Absolutè sententiam, aperte rem, Apte sententiã,breuiter,Probabiliter,Orat. Apertè & breuiter summam causæ,breuiter locum,ornatè, simpliciter.1.de Inuẽ.Breui.1.de Orat.Breuiter,Part.Breuiter. minimèque obscurè.1.Acad.Breuiter consilium.1.Phil. Breuiter consulatum.In Pis. Breuiter crimina, Sũmatim, pro Cluẽt.Breuiter.rem gestam.pro Mil. Breuius. 6.Famil.Breuissimè.11.Famil.Commodius.1.Attic.Diligenter,prudenter.3.Attic.Diligenter enodata præcepta,indiligenter,simpliciter sine exornatione.2.de Inu. Diligentissimè mandata.10.famil.Dilucidè memoriter. 4.Finib. Humanissimè.13.Attic. Perbreuiter,summatim.2. de Orat. Planius.1. Famil. Planissimè, verè sensum.5.In Ver.verè.1.de Nat.*

☞ Syntaxis. *Exponere literis,argumentis. Explicare,& in oculis, conspectúque exponere. Mandata exponere. Exponere suam pecuniam.*

EXPORTATIO, onis.)(*Inuectio.* 2. Off. 13. Earum rerum quibus abundaremus exportatio,& earum quibus egeremus inuectio.4.I.V. 185. His exportationibus,quæ recitatæ sunt.

EXPORTANDVS, a,um. 3.I.V. 40. O portentum in vltimas terras exportandum.

EXPORTO, as.)(*Inuehо.* pro Fl. 17. Qui in fame frumentum exportare ausus est. ‖ 4.in Ver.176. Vim mellis exportasse.

✠ EXPORTOR, ris. in Vat.12. Vt inde aurum exportari, argentúmque prohiberes.pro Fl.67. Cum frumentum quotannis ex Italia atque ex omnib. prouinciis exportaretur. pro Pomp. 14. Asia fertilis multitudine earum rerum quæ exportantur.

✠ *ADVER.Occultè.6.In Ver.Occultius.4.Ver.*

☞ Syntaxis. *Exportare & cum præpositione Ex.*

EXPOSCO, scis. pro Mil. 93. Misericordiam ipse non implorat: ego autem repugnante hoc imploro & exposco.

EXPOSITIO, onis. 2. ad Her. 3. Narratio defensoris simplicem & dilucidam expositionẽ habere debet.3.de Or. 201. Expositio. sententiæ suæ.4.ad Her.52. Perspicua & dilucida expositio.

✠ *ADIVNCT. Iunctæ,& duplices.5.de Finib.*

EXPOSITVS, a,um. *explicatus, declaratus.* 1. de Or. 186. Expositæ à Cn.Flauio primùm actiones.3.I.C.11. Post autem aliquantò toto (Vulturtii) iã indicio expositо atque edito, surrexit,&c. Or.23. Ille sermo noster,qui est expositus in Bruto. de Cla. 164. Capita multa exposita,nec explicata.

¶ *Dispositus, appositus, paratus.* 6. I.V. 35. Ab hoc abaci vasa omnia vt exposita fuerant, abstulit. Part. 44. Ingeniis hominum criminosorum exposita est vita innocentium. pro Qu. 74. Quasi eximio præmio sceleris exposito. Att lib. 1. ep. 2. Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. pro Sex Rosc. 34. Totam causam iudices explicemus, atque ante oculos expositã consideremus. 6. I.V.33. Cum essent triclinia strata, argentumque expositum in ædibus.pro Qu. 93. Domus patens,atque adeò exposita cupiditatibus. 3. de Ora. 215. Colores pictori expositi ad variandum.

EXPOSTVLATIO, onis. *criminatio,quædã accusatio.*)(*Purgatio.* Epist.lib.3,ep.7. Nunc cognosce æquitatem expostulationis tuæ. Qu.fr.lib.2.ep.2. Contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio.pro.Cl.161. Cum esset expostulatio facta. pro Dom.16. Flagitabar bonorum expostulatione,&c.

EXPOSTVLANDI. Ep. lib.3. ep. 10. De qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessariũ. Ep.lib.2.ep.17. Sed locus videtur esse tecum expostulandi.

EXPOSTVLO, as. *exposco,expostulationẽ facio.*)(*Purgo.* 5.I.V.107. Omnes de nostris iniuriis expostulant.Epi.lib.5.ep.2. Facilis à te existimari debeo, qui nihil tecum de iis ipsis rebus expostulem. pro Syl. 44. Aut quoniam tam facile inueheris in amicos, cur non iracundius aut vehementius expostulasti? pro Pl. 58. Sed venio ad L. Cassium, cuius ex oratione ne illum quidem Iuuentium tecum expostulaui.pro Qu.R. 50. Vix medius fidius tu Fãni à Ballione hoc expostulare auderes,& impetrare posses.

✠ *ADVER. Iracundius vehementius, pro Syll.*

☞ Syntaxis. *Cum amico tempus expostulandi. Expostulare de iniuriis. Cum alicuio aliquem expostulare:& aliquid in aliquo.*

EXPRESSE. *planè apertè.*4.ad Her. 11. Expressè conscripta ponere oportet exempla.

EXPRESSVS, a,um.)(*Adumbratus.*1.de Nat.75. Species deorũ,quæ nihil cõcreti habeat,nihil solidi, nihil expressi nihil eminentis.

¶ *Firmus, confirmatus, apertus.* Ep.lib.1. ep.7. Hæc vides quantò expressiora,quantoq; illustriora futura sunt.pro Pl.29. Hęc sunt iudicia solida & expressa,hæc signa probitatis.pro. S. R. 62. Expressa sceleris vestigia extant.pro Cæl. 12. Expressa signa virtutis.)(*Adumbrata, &c.*3.Tusc. 3. Res solida & expressa, non adũbrata.3.Off. 69. Sed nos veri iuris germanæq; iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur.& lib.1.133. Sonus erat dulcis,literæ neque expressæ, neque oppressæ.pro Fl.53. Fateantur in persona Meãdri expressam esse faciem ciuitatis.pro Arch.14. Multas imagines fortissimorum virorum expressas scriptores nobis reliquerunt. 3. de Ora. 44. Aliquod vitium imitatione ex aliquo expressum. pro. S. R. 47. Vt effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.pro Qn. R.20. Persona illa impura,inuisa in huius moribus, natura, vitaque est expressa.pro Arch.30. Relinquere effigiem virtutũ nostrarũ summis ingeniis expressam & politam. 2.de Leg.13. Lex est iustorũ iniustorumq;,distinctio,ad illam rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominũ diriguntur. pro Arch. 21. Bellum Mithridaticum totum ab hoc expressum est.

¶ *Vi extractus.* 2.de Diu.73. Hoc auspicium diuini nihil habere potest,quod tam sit coactum & expressum. & 44. Si nubiũ conflictu ardor expressus se emiserit.

¶ *Editus,accuratè.* Att.lib.9.ep.18. Omnem illius meumque sermonem omnibus verbis expressum tibi statim mittam.

¶ *Translatus.* 1.de Finib.4. Fabulæ ad verbum de Græco expressæ.Lim.

Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti.
Conuersum expressumq; Latina voce Menandrum.
In medio populi sedatis vocibus effers.

✠ *ADVERB. Diligenter.13.Attic.Facilius. 4. Tusc.*

EXPRIMENDVS, a,um. *aperiendus.* 1.de Or.17. Omnis vis ratioque dicendi in eorum qui audiunt, mentibus aut sedandis, aut excitandis, exprimenda est. Qu. frat.lib.3.ep. 5. Tu qui omnes isto eloquendi & exprimendi genere superasti. Or. 185. Oratio ad exprimendos animi sensus reperta.

¶ *Conficiendus.* pro Rab.7. An de tabulario incenso longa oratio est exprimenda. Orator. 61. Perfecti oratoris species exprimẽda est.

EXPRIMENS, tis.3.de Or. 218. Manus digitis subsequens verba non exprimens. & *ibidem.* Gestus scenicus, verba exprimens. de Ar. 59. Poeta fingendo exprimens Scyllam aut Charybdim.

EXPRIMO, is. *expono,eloquor,oratione complector, imitor, effingo.* 4. Ac.77. Nemo superiorum non modò expresserat, sed ne dixerat quidem, posse hominem nihil opinari. 1. de Diu.79. Atque hanc speciem Praxiteles celauit argento, & noster Archias expressit versibus. item. Cur non ipsius confessionem multorum oculis,facinoris denique voce tanti sceleris crimẽ expresserint? Epi.lib.3.ep.11. Exprimere formam reipub. & temporum. 2. de Or.90. Exprimere quandam formam dicendi.pro Cec. 49. Qui iura non vtilitate cõmuni,sed literis exprimis.4.Ad Her.64. Exprimere & effingere formam alicuius.1. de Diu. 61. Hæc verba ipsa Platonis expressi: igitur,&c. Att.lib.8.ep.11. Ille vir quẽ nostris libris satis diligenter,vt ibi quidem videmur,expressimus. 2.de Orat.184. Exprimere oratione mores alicuius.1.Ac.10. Qui non verba,sed vim Græcorum expresserunt poetarum.pro R.P. 4. Filius liberalitate vitam patris expressit.2.de Orat.90. Exercitatio,qua illum quem antè delegeris, imitando effingas atque exprimas. 1. de Orator.32. Quòd exprimere dicendo sensa possumus.

¶ *Auferо.* pro Mil.10. & Or. 165. Hanc legem à natura ipsa arripuimus,hausimus,expressimus.

¶ *Cum labore obtuneo.* Att.lib. 1. ep.16. Si tuis blanditiis tamen è Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris. 4. I.V. 165. Nullam pecuniam statuarum nomine, nisi vi expressam & coactam. 5. I.V.112. Cum in ius ipsum eduxi, expressi, vt conficere tabulas se negaret.

✠ *ADVER. Amplius.5.In Ver.Breuiter,latè,Part.Diligenter.2.de Finib.Diligenter aliquem.5.de Repub.Diligenter satis libris.8.Attic.Necessariò partes.1. de Inuent.Subtiliter vim oratoris.2.de Orat.*

EXPRIMOR, ris. *effingor.* Or. 8. Vnde illud quasi imago exprimatur. 3. de Orat. 15. In libris Platonis ferè omnibus Socrates exprimitur.

¶ *Exponor.*3.de Fi. 15. Nec tamen exprimi verbũ è verbo necesse erit,vt interpretes indiserti solẽt.de Or.23. Neq; ea interpretatione mea aut ornatus explicari,aut planius exprimi possint.

¶ *Pronuncior.*3.de Ora. 38. Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentiùs.

✠ *ADVERB. Planius.1.de Orat.Præclarè naturam.6. Famil.Putidius literas.3.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Expressum ac eminens. Expressum & illustre exemplum. Solida & expressa iudicia. Sonus non expressus, neque oppressus. Expressa & polita effigies. Coacta & expressa vix pecunia. Imitando effingere & exprimere. A natura vitium exprimere. Fabulæ ad verbum de Græco expressæ.*

EXPROBRANDI, do. pro S. R. 45. Non enim hoc exprobrandi causa, sed commonendi gratia dicam. 2. de Orat. 304. Quid si quæ vitia sunt in iudicibus, ea tu in aduersariis exprobrando non intelligas te in iudices inuehi?

EXPROBRANS, tis. de Amic. 74. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium.

EXPROBRO, as, *obijcio, probro, vitio & culpæ do, verto, &c.* 7. I. V. 131. Num tibi casus bellicos exprobrare, aut obiicere videor? Ep. lib. 5. epist. 15. Nescio, quomodo illæ ipsæ literæ quasi exprobrare mihi videntur, quòd in vita maneam. I. Sal. 15. Exprobrare languorē alicui. de Am. 73. Quorū plerique aut quæruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant.

☞ Syntaxis. *In aliquo exprobrare: & alicui. Exprobrare, aut obijcere aliquid. Officia exprobrare.*

EXPROMO, mis. *profero, expono.* Epist. lib. 5. ep. 12. Quæ nunc expromam absens audaciùs. 2. de Leg. 17. Sed iam exprome, si placet, leges istas de religione. Att. lib. 2. epist. 8. Deinde suum exprompsit odium. pro Dom. 60. Sed ego vestram crudelitatem expromo? pro Mil. 34. In meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam. Quin fra. lib. 1. epist. 1. 22. Vt apud eos ipsos, quod ab iis didicerimus, velimus expromere. 2. de Diu. 151. Conferre causas, & quid in quamque sententiam dici possit, expromere.

✠ ADVERB. *Audacius. 5. Fam.*

EXPROMOR, ris. 2. I. C. 22. Quorum omnis industria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. Orato. 125. Causa, in qua vis eloquentiæ possit expromi.

EXPVGNATIO, onis. pro Pom. 13. Ipsorum aduentus in vrbes sociorum, non multùm ab hostili expugnatione differt. Att. lib. 11. ep. 20. Nocturnæ expugnationes.

✠ ADIVN. *Hostilis, pro Pomp. Luctuosa Fani. & acerba, atque clara, apud omnes. 3. In Ver. nocturnæ. 3. Att.*

EXPVGNATOR, oris. *vrbis expugnator.* 1. de In. 93. Expugnator pudicitiæ. & 5. in Ver. 9.

EXPVGNO, as. *capio vi.* pro Cluent. 36. Hoc se Ailio, tanquam aliqua machina admota, sperabat se capere Asinij adolescentiam, & fortunas eius expugnare posse. pro Cæl. 49. Expugnare pudicitiam. 4. in Verr. 130. Certa aliqua ratione expugnare: *id est, conuincere.*

¶ *Extorqueo vel exprimo.* 3. I. V. 44. Dij immortales, quāta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit.

EXPVGNOR, ris. Parad. 4. Sapientis animus nunquam vincitur, nec expugnatur.

☞ Syntaxis. *Ratione expugnare: id est, conuincere. Legationem sibi expugnare allegationibus, Vincere & expugnare.*

EXPVLSIO, onis. Par. 6. Expulsiones vicinorum..

EXPVLSOR, oris. pro Qu. 30. Iste bonorum possessor, expulsor, ereptor.

EXPVLSVS, a, um. pro Clu. 14. Expulsa atque exturbata filia. & 188. Cupiditate matris expulsa ex matrimonio filia. Att. lib. 8. ep. 2. Non expulsi sed euocati è patria. pro Mil. 51. Multi à Clodio ✠ bonis expulsi. ‖ Pro Sex Rosc. 27. Ea Sextum Roscium inopē, eiectum domo atque expulsum ex suis bonis, fugientem latronum tela, & minas recepit domū. Pro Sest. 7. Sestius Massiliam profectus est, vt socerum videre, consolarique posset, Fluctibus reipub. expulsum, in alienis terris iacētē. 4. In Ver. 62. Heraclius ille Syracusanus, & hic Bidinus Epicrates expulsi bonis oībus Romā venerunt. 5. In Ver. 127. Ostendit, deiectos, eiectos, Fortunis omnibus expulsos esse populi Romani socios atque amicos.

✠ ADVERB. *aliquando agro, pro Mur. Iniquè, pro Dō. Iniquè à ciuibus, pro Sest.*

EXPVLTRIX, cis. 5. Tusc. 5. Philosophia expultrix vitiorum.

EXPVRGANDVS, a, um. de Cl. 258. Quo magis expurgandus est sermo.

EXPVRGO, as. *quasi expio.* Antequam, 21. Expurgare, suspicionē dimouere.

EXPVTO, as *excogito, reputo.* Epi. lib. 10. ep. 24. Et rursum quæ mēs cum à tanta gloria auocarit & ad cogitationem consulatus bimestris transtulerit, exputare non possum. Planci.

EXQVILIAE, arum. *mons Romæ.* 2. de Leg. 28.

EXQVILINA *porta.* 2. de Or. 175.

EXQVIRENDVS, a, um. pro Flac. 12. Vos qui mores exquirendos putatis 5. Tusc. 66. Mens agitandis exquirendisque rationibus alitur. pro Dom. 39. Non sum in exquirendo iure augurum curiosus. 1. Offic. 132. Cogitatio in vero exquirendo maximè versatur. 4. I. A. 5. His senatus arbitratur singulares exquirendos honores.

EXQVIRENS, tis. de Fat. 2. Maximè nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad concordiam ciuium pertinerent. Atti. lib. 8. ep. 3. Hæc scripsi sedato animo, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.

EXQVIRO, tis. *quæro requiro, perquiro, inuestigo, perscrutor.* Atti. lib. 7. ep. 12. A te nihil tum certi exquiro, sed quid videtur. Attic. lib. 13. ep. 22. De Varrone non sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. & lib. 7. ep. 17. Sed hæc non nimis exquiro à Græcis. pro Deiot. 42. Exquire de Blesamio, nunquid, &c. pro Pom. 51. Omissis autoritatibus ipsa re & ratione exquirere veritatem. 2. de Diuin. 46. Cum extē causam vniuscuiúsque diuinationis exquirerem. 2. de Natu. 96. Exquirere causas rerū. 4. I. V. 133. Exquirere aliquid palàm. 6. I. V. 10. Noli facta Veris ad antiquæ religionis rationem exquirere. 1. Offic. 147. Quid in aliquo peccatum sit, exquirere. 1. de Fin. 11. Quid verissimum sit exquirere. 2. de Diuin. 28. Sed soli sumus, licet verum exquirere sine inuidia.

✠ ADVER. *Accuratius. 4. de Finib. Diligenter. 13. Att. Diligentius, magnoperè consilium. 15. Attic. Diligentissimè præcium. 5. In Ver. Quam diligentissimè. 8. Att. Studiosè. 1. Offic.*

✠ EXQVIROR, ris. pro Cæc. 56. Sed in hac re, cognita sententia, edicti verba exquiri omnia voluerunt.

☞ Syntaxis. *Exquirere ex aliquo, & de.*

EXQVISITE, & tius. *accuratè diligenter.* de Cla. 276. Accuratè exquisiteque facere aliquid. 1. Tusc. 116. Rationes à philosophis exquisitiùs colliguntur. de Cl. 322. Quid videretur exquisitius, quàm vulgus hominum studuisse literis.

EXQVISITVS, a, um: & tior. *accuratus, lectus, excellens.* 1. de Or. 250. Quanquam ipsi omnia, quorum negocium est, consulta ad nos & exquisita deferunt. Epist. lib. 4. ep. 13. de Cl. 22. & 1. de Fin. 1. Tua exquisita doctrina & singularis industria. 1. de Fin. 30. Exquisitis rationibus confirmare aliquid. 1. de Diu. 4. Philosophorum exquisita quædam argumēta, &c. 2. de Orat. 175. Quod autem, &c. non est exquisitæ artis præscribere, sed mediocris ingenij iudicare. de Clar. 282. Accuratum & exquisitum dicēdi genus. Orat. 163. Verba bene sonantia, sed non, vt poëtæ, exquisita ad sonum, sed sumta de medio. 1. Offic. 130 Mundicia odiosa & exquisita nimis. de Clar. or. 104. Gracchus semper habuit exquisitos è Græcia magistros. 1. Off. 133. Nihil fuit in Catulis, vt eos exquisito iudicio putares vti literarum. de Clar. 252. Multæ literæ & exquisitæ Cæsaris. I. P. 67. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum. 4. I. A. 6. Laudantur exquisitissimis verbis legiones. de Clar. 273. Reconditæ, exquisitæque sententiæ. 3. Off. 100. Nec verò ignorabat se ad exquisita supplicia proficisci. de Clar. 321. Exquisitius & minimè vulgare orationis genus.

✠ ADVER. *Vndique. 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Exquisita doctrina, ratio. Accuratū & exquisitū. Mundicia odiosa, & nimis exquisita. Magister exquisitus. Supplicia exquisita.*

EXSACRIFICARE. *sacrificare* 1. de Diu. 42. Ennij.

EXSATVRATVS, a, um. *expletus.* 5. Tusc. 101. Exsaturata libido.

EXSATVRO, as, vel EXATVRO, as. *expleo.* 7. I. V. 64. Pascere oculos, & exsaturare animum cruciatu alicuius.

EXSCRIBENDVS, a, um: & di. Ep. lib. 16. ep. 21. Multum mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. 3. I. V. 98. Proinde quasi exscribendi potestatem non haberet.

EXSCRIBO, bis. *describo.* 4. I. V. 189. Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. Oecon. 1. Cuique sua annumerauimus, atque annumerata impleri exscripsimus.

EXSIBILO, as. *explodo.* Parad. 3. Histrio si paulo se moueat extra numerum, exsibilatur & exploditur.

EXSICCATVS, a, um. Ep. lib. 16. ep. 26. Nelagenæ dicerētur inanes fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ. de Cl. 290. Exsiccatum genus orationis. *id est, extenuatum.*

✠ ADVERB. *Furtim. 16. Fam.*

EXSPOLIO, as. pro Deiot. 25. Deiotarus auxionatus est, sesēque exspoliare maluit, quàm pecuniam tibi non submini strare. 2. de Fin. 43. Vt virtutem earum rerum selectione exspoliarent. Attic. lib. 10. ep. 1. Exspoliare Pompeium exercitu & prouincia.

EXSVSCITO, as. *expergefacio.* pro Mur. 22. Te gallorum cantus exsuscitat. 1. Offic. 12. Quæ cura exsuscitat etiam animos, &c. ad Brut. ep. 16. Tu te exsuscita. 3. ad Her. 22. Cum sermone animū eius retinet, & exsuscitat clamore. & 34. Si naturalem memoriā exsuscitauerimus hac notatione.

EXSVSCITOR, ris. 3. ad Her. 36. Docet ergo se natura vulgari & vsitata re non exsuscitari, nouitate verò, & insigni quodam negocio cōmoueri. 2. de Inu. 49. Animus aut renouatur ad ea quæ restant, aut omnibus iam dictis exsuscitatur.

☞ Syntaxis. *Exsuscitari à somno. Animum, se, memoriam exsuscitare.*

EXSVSCITATIO, onis. *commotio.* 4. ad Her. 56.

EXTA, orum. *præcordia.* In Vat. 14. Puerorū extis deos manes mactare. 2. de D. 29. Gallinaceum fel, sunt enim qui vel argutissima hæc exta esse dicant. 1. de Diu. 12. Exta pecudū, aut monstra,

aut

aut fulgura interpretantium. Top. 77. Præsensio per exta.

✠ ADIVNCT. *Argutissima, bona.) (. non bona, prima, secunda. 2. Diuin. Bona, tristissima. 1. de Diuin.*

EXTABESCO, scis. *totus liquefio, contabesco.* 3. Tusc. 26. Corpus macie extabuit. & 2. de Nat. 5. Opiniones nouas diuturnitate extabuisse.

EXTEMPLO, *illicò.* pro Qu. R. 8. Quid fingat extemplò, non habet. & in Arat.

* EXTEMPORALIS, le. do not. Extemporalis.

EXTENSVS, a, um. *extentus.* 4. Ac. 145. Nam cum extensis digitis aduersam manū ostenderat, visum, inquiebat, huiusmodi est.

EXTENTVS, a, um. *extensus, proiectus.* 2. de Or. 242. Cum extento brachio paululum etiam de gestu addidit.

EXTENVATIO, onis. 3. de Ora. 200. Distinctè concisa breuitas & extenuatio.

✠ ADIVNC. *Concisa. 3. de Orat.*

EXTENVATVS, a, um.) (. *Cōcretus.* 2. de Nat. 101. Aer extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. Brut. Ep. lib. 11. ep. 13. Recurri ad copiolas meas. sic enim eas verè appellare possum: sunt enim extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessimè acceptæ.

EXTENVO, as. *minuo attenuo, deprimo.*) (. *Adaugeo, exaggero, amplifico.* 3. Tusc. 34. Quæ cogitatio omnes molestias extenuat. 4. I. V. 138. Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. 3. de Orat. 102. Amplificare rem ornando.) (. *Extenuare & abiicere.* 2. Offic. 70. Neque enim verbis auget suum munus, sed etiam extenuat. pro Mar. 21. Verbis extenuare aliquid. 2. ad Her. 4. Aut causam vehementer extenuabit.

EXTENVOR, ris. Attic. lib. 3. ep. 14. Posteaquam extenuari spem
✠ nostram & euanescere vidi. ‖ 2. de Nat. 134. Extenuatur cibus dentibus & mollitur.

✠ ADVER. *Singulatim voluptates. 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Extenuat amor molestias. Dentes extenuant & molliunt cibum. Munus verbis extenuare.*

EXTEREBRO, as. *exterebrādo extrabo, perterebro.* 1. de D. 48. Itaque ex eo auro, quod exterebratum esset, buculam curauit faciendā.

EXTERMINANDVS, a, um. *ablegādus, profligandus.* 13. I. A. 1. Hūc ex finibus humanæ naturæ exterminandū puto. pro Sest. 9. Idē C. Marcellum exterminandū ab illa vrbe curauit: *aliter, cū illa.*

EXTERMINATOR, oris. *expulsor.* pro Dom. 141. Resp. obseruabatur ante oculos exterminatoris sui.

EXTERMINATVS, a, um. *fugatus.* pro Flac. 25. Huius virtute reges exterminati sunt. pro Dom. 141. Resp. erat exterminata mecum. Postq. ad Quir. 14. Itaque resp. exterminata, mihi locum in hac vrbe esse non putaui. 1. de N. 63. Protagoras vrbe atque agro est exterminatus.

EXTERMINO, as. *expello, eijcio.* de Pro. 3. Vt non antè attigerint, quàm hunc ordinem condemnarint, quàm autoritatem vestrā ex ciuitate exterminarint. 3. Off. 47. Malè etiam, qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosque exterminant. pro Sest. 30. Exterminabit ciues Romanos consul à suis diis penatibus?

EXTERMINOR, ris. pro Cor. 51. Atque vtinam, qui vbique sunt propugnatores huius imperij, possent in hanc vrbem venire, & contrà oppugnatores reip. de ciuitate exterminari. 3, I. C. 3. Cum ex vrbe Catilinā eiiciebam, cum illum exterminari volebam. pro Mil. 102. Ex vrbe expelli, exterminari, eiici.

☞ Syntaxis. *Ab vrbe exterminari. Vrbe & agro. Exterminare autoritatem. Remp. peregrinos. Exterminari, expelli, eijci.* exaggerationem agnosce & synonymiam.

EXTERNVS, a, um. *extrarius, extraneus, externus, alienigena, extrinsecus accedens, aduentitius, peregrinus.*) (. *Domesticus.* 6. In Ver. 114. Neque hæc externa nobis est religio, neque aliena. 2. de N. 158. Canum amor in dominos & odium in externos. 2. de Diuin. 119. Animos externa & aduentitia visione pulsari. 2. de Nat. 26. Externus & aduentitius tepor. de Som. 21. Inanimatum est omne, quod impulsu agitatur externo. ad Br. ep. 10. Nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus. 2. Offic. 64. Apud populos externos, & *ibid.* Externi homines. 1. de Nat. 26. Mens cingitur corpore externo. Epist. lib. 4. ep. 9. In externis locis minor est ad facinus verecundia. 5. Tusc. 25 Fortuna domina rerum externarum, & ad corpus pertinentium. Topic. 89. Externa commoda.

☞ Syntaxis. *Externum, alienum. Domesticus.*) (. *externus. Visio animi externa & aduentitia.*

EXTERO, is. *comminuo, digero, conficio.* 2. de Nat. 136. Aluum subiectam stomacho calorem multum habere exterendo cibo.

EXTERREOR, ris. *perterreor.* 2. Officior. 37. Dolorum cum admouentur faces, præter modum pletique exterrentur.

EXTERRITVS, a, um. *perterrefactus.* 1. de Diuin. 40.
Talia commemorat lacrymans exterrita somno.
✠ 1. de. Diuin. 79. Noctu lumine appositò experrecta nutrix, animaduertit puerum dormientem. Circumplicatum serpētis amplexu, quo aspectu exterrita clamorem sustulit.

EXTERVS, a, um. *externus.* pro Font. 25. & 1. I. V. 18. Exteræ nationes & gentes. 2. I. C. 29. Exterus hostis atque longinquus.

EXTIMESCENDVM. 7. I. A. 2. Ab Antonio maius periculum quàm vllis nationibus extimescendum est. de Fat. 28. Nec ob rem fatum, aut necessitas extimescenda est.

EXTIMESCO, scis. *pertimeso.* Att. lib. 9. ep. 6. Vnum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem. & Ep. lib. 9. ep. 26. Nihil est, quod aduentum nostrum extimescas. Att. lib. 16. ep. 11. Cerulas enim tuas miniatulas extimescebam. pro Deiot. 31. De fortunis
✠ communibus extimescebam. ‖ Pro Plan. 2.

EXTIMVS, a, um. *externus.*) (. *Intimus.* de Somn. 9. Orbis cœlestis extimus, &c.

EXTINCTOR, oris. I, P. 26. Non extinctor, sed autor incendij. de Ar. 94. Extinctor belli domestici. pro Dom. 101. Extinctor cōiurationis. pro Syl. 88. Ne extinctor patriæ, ne proditor appelletur.

EXTINCTIO, onis. *interitus.* 1. Tusc. 117. Supremus ille dies nō extinctionem, sed commutationem affert loci. Hortens. Neque molestam extinctionem & quasi quietem vitæ fore.

EXTINCTVS, a, um. *oppressus, deletus, mortuus.* pro Dom. 94. Extinctum iam est illud maledictum crudelitatis. 3. Offic. 3. Extincto enim senatu, deletisque iudiciis, quid est, &c. de Am. 80. Vt extinctæ potius amicitiæ quàm oppressæ videantur. Epist. lib. 4. ep. 3. Omnes ciues sic existimant, quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatem tuam. pro Cæl. 61. Sin autem iam suberat simultas, extincta erat consuetudo, dissidiū extiterat, &c. 3. de Or. 1. Illa virtus L. Crassi morte extincta subitò est. pro Cor. 34. Cum duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania extincti occidissent. 2. de N. 23. Refrigerato autem & extincto calore, occidimus ipsi & extinguimur. pro Cæl. 71. Memoria tanti flagitij non extincta illa quidem, sed repressa vetustate. de Cl. 2. Vir egregius, alienissimo reip. tempore extinctus. Epist. lib. 10. ep. 25. Quæ ad extinguendas reliquias belli pertinent.

✠ ADVER. *Funditus, 4, In Ver. Iampridē, pro Sest. Omnino. 13, Philip.*

EXTINGVO, guis, *restinguo, opprimo, deleo, interitum alicuius facio.* 7. in Verr. 112. Non posse Verrē testes interficiendo crimina sua extinguere. 4. I. V. 172. Vt si posset, quæ antea scripserat, ea planè extingueret. 3. I. V. 48. Fuit illa cupiditas tanta, quæ tantam extingueret religionē in. 4. I. C. 7. Qui delere imperiū, qui populi Romani nomen extinguere conati sunt. pro Mil. 5. Alicuius nō salutem modò extinguere, sed etiam gloriā per iudices infringere. & Planc. lib. 10. ep. 22. Extinguere bellum. Epist. lib. 1. ep. 1. Gratiam autem nostram extinguit hominum suspicio. de Pro. 22. Inimicitias in fortissimis viris non solùm extinxit Reip. dignitas, & ipsorum, sed etiam, &c. pro Mil. 74. Qui ædem Nympharum incendit, vt memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret. de Arusp. 6. Extinguere & funditùs delere aliquid. 1. de Or. 60. Animorum motus inflammare vel extinguere. 1. I. V. 26. Extinguere & delere improbitate. 6. I. A. 18. Omnes vnum studetis, M. Antonij conatus auertere à Repub. furorem extinguere, opprimere audaciam. pro. S. R. 36. Extinguere, atque opprimere potentiam alicuius. pro Corn. 16. Mors extinguit inuidiam. 3. de Natur. deor. Ne susceptas publicè religiones disputatio talis extinguat.

✠ ADVER. *Omnino. 1. In Ver, & de Senec. Plane Scripta. 4. In Ver. non modò, pro Mil, non solùm, de Prou.*

EXTINGVOR, ris. 4. ad Her. 38. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. de Senec. 36. Animus & mēs nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. de Am. 35. Familiaritates extingui solere. Ep. lib. 11. ep. 27. Causam dissensionis nascentem extingui summè studui. 2. contra Rull. 89. Antè extingui atque opprimi, quàm planè exortum ac natum esset. pro Cæl. 79. Nolite hunc natura ipsa occidentem velle maturius extingui vulnere vestro. de Clar. or. 93. Cum ardor animi consedit, omnis illa vis, & quasi flamma oratoris extinguitur. de Senec. 71. Itaque adolescentes mori sic videntur, vt cum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: senes autem sic, vt sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis extinguitur. Hortens. Si extingui tranquillè volumus.

✠ ADVER. *Maturius vulnere, pro Cæl. Simul cum repub. 3. de Orat.*

EXTIRPANDVS, a, um. 4. Tusc. 42. Nos perturbationes extirpandas putamus.

EXTIRPATVS, a, um. de Amic. 48. Nisi ex eius animo extirpatā humanitatem arbitremur.

EXTIRPOR, ris. *extirpor euellor;* de Fat. 11. Vitia ex naturalibus causis nata extirpari, ac funditus tolli non possunt.

✠ ADVER. *Funditus, de Fat.*

EXTISPEX, cis. *aruspex.* 1. de Diu. 29. Ars extispicum. & lib. 2. 26.

EXTO, as. *appareo, consto, sum.* Attic. lib. 1. ep. 4. Sed tamen vt iubes curabo, vti huius peregrinationis tibi opus extet. Attic. lib. 2. ep. 7. Denique aliquid aliud extabit, ne tibi planè cessasse videar.

Attic.lib.15.ep.13. Extabit opera peregrinationis huius. de Clar. 57. Quem verò extet, & de quo sit memoriæ proditum, eloquentem fuisse, & ita esse habitum, primus est M. Cornelius. de Clar. orat. 36. De adis nulla extant scripta. 2. Offic. 48. Extant Epistolæ Philippi ad Alexandrum, quibus, &c. pro Corn. 13. Vbique extant huius fortitudinis expressa exempla. 1. de Inuen. 70. Si literæ non extarent, magnopere eas requireremus. Epist. lib. 1. ep. 7. Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit. 1. de Inuent. 39. Res quarum monimenta certa in literis extant. pro Planc. 66. Non minus ocij quàm negocij rationem extare oportere. 1. de Diuin. 71. Sine oculis non potest extare officium & munus oculorum. 2. de Diuin. 107. Sine diuinatione non potest officium & munus diuinationis extare. 3. de Leg. 35. Grauiora iudicia de potentissimis hominibus extant vocis quàm tabellæ. Epist. lib. 11. ep. 17. Sed is ambitus extat, &c. & lib. 5. ep. 2. Dum id senatusconsultum extabit, officium meum in te obscurum esse non poterit. pro Planc. 2. Multa extant in me tua merita. Epist. lib. 1. ep. 8. Quæ si erunt allatæ, nostrum studium extabit in conueniendis magistratibus. Orat. 202. Non item in oratione, vt in versu extat numerus. 7. I. V. 147. Sed scriptum extat in iisdem literis, ἀπολύω. exc. 1. de Orat. 72. Tamen apparet, atque extat, vtrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. 3. de Orat. 99. Quo magis id, quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur.

✠ ADVER. *Aliundè. 3. Tusc. Nusquam sepulchrum. 1. Phil. Repentè, subitò. 1. de Diuin.*

EXTOLLO, lis: extuli. *effero, erigo, animos tollo, insolentem facio.*) (. *Deprimo, submitto.* Orat. 155. Neque tuum vnquam in gremium extollas liberorum ex te genus. I. P. 41. Etiamne vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis? Antequam. 1. Quem virtutis gloria ad cœlum extulit, eundem inimicorum inuidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicium. pro Dom. 119. Quem percussum ipsa Respublica suis manibus extolleret. pro Mur. 8. Extollere aliquem iacentem. 2. in Anton. 28. Altè extollere manum, &c. vel pugionem, vel quippiam aliud. 2. Tusc. 54. Sic vrgetur, vt se nequeat extollere. pro Planc. 33. Vbi illa antiqua libertas? quæ malis oppressa ciuilibus, extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debeat? de Am. 74. Vt hi qui superiores submittere se debent, sic quodam modo inferiores extollere. 5. de Fin. 39. Erigere & extollere vites. Part. 81. Extollere animum. L. MAGNITVDO. In Sal. 20. At hercule egregia facta tuorum te extollunt. Epist. lib. 12. ep. 25. Quem tu ad cœlum laudibus extulisti. 1. ad Her. 8. Extollere aliquem laudando. de Atusp. 47. Laudibus aliquem ad cœlum extollo. pro Planc. 95. Dum Plancij in me verbis meritum extollerem, me arcem ex cloaca facere dixisti. lapidemque è sepulchro venerari pro deo. L. CLOACA.

✠ ADVERB. *Altè pugionem. 2. Phi.*

☞ Syntaxis. *Extollere in gremium. Altè extollere manum. Extollere caput, & se erigere. Erigere & extollere vites. Opes illum extollunt.*

EXTORQVEO, ques, *exprimo, aufero, eripio.* Atti. lib. 6. ep. 1. Iam vos à Cæsare per Orodem talenta Attica L. extorsistis. 1. I. C. 16. Extorquere ferrum alicui de manibus. de Pro. 5. Postquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi à miseris extorquere potuit. pro Lig. 16. Qua qui vtetur, suam citius abiiciet humanitatem, quàm extorquebit tuam. & 1. I. V. 21. Vi extorquere aliquid. 2. de Ora. 74. Sententias de manibus iudicum vi quadam extorsimus. 2. de Fin. 16. Hoc est vim afferre Torquate sensibus, extorquere ex animis cognitiones verborum. de Clar. 7. & pro Cluen. 52. Extorquere arma è manibus iratorum ciuium. ad Oct. Ille ea exorabat quæ volebat auferre, tu extorques. 1. Tusc. 14. Quoniam extorsisti, vt faterer qui omninò non essent, eos ne miseros quidem esse posse.

EXTORQVEOR, ris. 2. de Orat. 109. Definitio primum reprehenso vno verbo, aut addito, aut dempto, sæpe extorquetur è manibus. de Senect. 86. Nec mihi hunc errorem, dum viuo, extorqueri volo.

EXTORRIS, re. *exul.* 5. I. V. 120. Hinc centum patres familias extorres profugerunt.

EXTORTVS, a, um. Orat. 160. Cùm mihi extorta veritas esset, concessi, &c. pro Cluen. 78. Pecunia omnis ab eo extorta atque erepta est. pro Milon. 18. Extorta est confitenti fica de manibus. ‖ In Piso 86. Siquidem potest vi & metu extortum honorarium nominari.

✠ ADVER. *Serò veritas, Orat.*

☞ Syntaxis. *Vi extorquere pecuniam: &, De manibus extorquere & ex animis. Alicui aliquid extorquere.*

EXTRA. *extrinsecus, præter* 1. *vim exprimit remotionis loci.* 2. de Natur. 148. Sensibus & animo ea quæ extra sunt, percipimus. de Som. 21. Eminere foras, & ea quæ extra sunt, contemplari, & quàm maximè se à corpore abstrahere. de Vn. 14. Si in omni mundo omnes partes collocatæ sunt, vt nulla pars huiusce generis excederet extra. 2. Finib. 68. Et in corpore, & extra quedam bona sunt. Attic. lib. 4. ep. 17. Sum futurus extra vrbem ex idibus Ianuariis. 2. de L. 58. Extra portam Collinam ædes Honoris est. 5. Tusc. 13. Solane vita beata relinquitur extra ostium liménque carceris. 4. Acad. 73. Quid enim potest esse extra vniuersa?

¶ *Naturæ.* 1. de Diuin. 70. Ex quo intelligitur esse extra diuinum animum, humanus vnde ducatur. pro Syl. 39. Hic extra coniurationem est, *id est, in coniuratis non est.* 5. in Ant. 53. His militiæ vacationem esse placet extra tumultum Gallicum. de Vn. 39. Extra culpam ponere se. Att. lib. 11. ep. 22. Multa occultari possunt, vt extra ruinam sint eam quæ impendet. pro Cecin. 94. Id extra causam est. 2. de Diuin. 25. Nihil fieri extra fatum. 1. I. C. 13. Nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat. 1. I. V. 37. De te hoc extra hanc contentionem nostram familiarem tecum loquar. pro Dom. 108. Ciuis est nemo in tanto populo extra contaminatam illam manum, qui, &c. 3. de Or. 48. Vox extra modum absona. 1. Off. 140. Cauendum est etiam si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. 1. de Diu. 66. Extra me, *id est, præter me.* Ep. lib. 7. ep. 3. Deinde extra ducem paucosque præterea (de principibus loquor) reliqui, &c. 1. de In. 64. Hoc separatum quiddam est extra illud, *id est, ab illo.*

¶ *Numeri.* Or. 188. Nullus est numerus extra poëticos.

EXTRA quem, quam, quod: *formula exceptionis.* Att. lib. 6. ep. 1. Habeo exceptionem ἐσθωκαῦσεαν, extra quam si negocium gestum est, vt eo stari non oporteat. 1. de Inu. 56. Addat exceptionem hanc: extra quam si quis reip. causa exercitum non tradiderit, &c. & lib. 2. 59. Postulatis qui cum agitur, è Prætore exceptione extra quam in reum capitis præiudicium fiat.

☞ Syntaxis. *Extra pios nullus probus. Extra illud hoc separatum est:*

EXTRACTVS, a, um *productus.* Epi. lib. 1. ep. 4. Res ab aduersarijs nostris extracta est variis calumniis. Qu. fr. lib. 2. ep. 2. Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est.

EXTRAHO, his. *extirpo, euello.* 1. de Nat. 122. Epicurus ex animis hominum radicitus extraxit religionem. 4. Ac. 108. Carneades ex animis nostris assensionem extraxit. pro. S. R. 19. Extrahere telum è corpore.

¶ *Eripio, libero.* pro Sest. 11. Vrbem senatus atque omnes boni deprehensis atque oppressis domesticis hostibus, me duce ex periculis maximis extraxissent.

✠ ADVER. *Penitus, stirpitus. 4. Tusc. Radicitus. 1. de Nat.*

EXTRANEVS, a, um. *extrarius.* Anteq. 9. Pax & concordia extraneis gignetur, cum iam domesticis non insideat. 2. de In. 178. Res extraneæ. ad Heren. lib. 4. Extranea bona.) (. *Animi & corporis.* & lib. 3. 2. Extranea causa. Oecon. 1. Exercitario forensis & extranea.

EXTRAORDINARIVS, a, um. *extra ordinem.*) (. *Legitimus.* Att. lib. 5. ep. 9. Summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducemus. 11. I. A. 17. Extraordinarium imperium semper populare atque ventosum est. 11. I. A. 20. Atenim Cæsari imperium extraordinarium mea sententia dedi, sed ille mihi præsidium extraordinarium dederat. de Clar. 226. Consulatus petitio extraordinaria. ad Brut. ep. 10. Honor extraordinarius. Attic. *ibid.* ep. 4. Extraordinarios honores accipere. pro Dom. 22. Quod idem in posterum de extraordinariis postea tibus libertatem ademisses. Epi. lib. 8. ep. 8. Si extraordinarius nemo reus accessisset. 3. in Verrem. 100. & pro Q. R. 4. Extraordinaria pecunia, *id est, quæ in codicem relata nō est.* 7. in Verr. 35. Vt omnia semper quæ iudicanda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem.

EXTRARIVS, ria, rium. *extraneus.* 2. ad Her. 9. Cùm ipsam rem, quam nos fecisse confitemur, iure factam dicemus, sine vlla assumptione extrariæ defensionis.

EXTREMITAS, tatis. *ora.* de Vniuer. 15. Globosum, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur. 2. de Fi. 102. Regiones, quarum nulla esset ora nulla extremitas. de Vn. 23. Si animus extremitatē cœli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit. 5. Tusc. 114. Ille omnē infinitatem peregrinabatur, vt in nulla exterminare consisteret.

☞ Syntaxis. *Cuis nulla ora, & nulla extremitas.* (*in oratione synonyma ratio.*)

*EXTREMO. *ad extremum, postremò.* in L. Pison. Prius-dein-extremò.

EXTREMVM. *vltimum, finis.* 2. de Diu. 103 Quod finitum est, id habet extremum. 2. de D. 103. Quod non habet extremum, infinitum sit, necesse est.

¶ *Vim habet aduerbij, Tandem, Cum, Ad.* 13. I. A. 45. Sed iam se colligit, & ad extremum incipit philosophari. Att. li. 2. ep. 22. Ad extremum manus dedit. Brut. ep. 10. Cui consuli nō animus ab initio, non fides ad extremum defuit. 2. de N. 118. Ad extremum omnis mundus ignescet. 2. de Or. 83. & Part. 122. & 2. de Orat. 158. Primum &c. deinde, &c. pòst, &c. tum ad extremum, &c.

✠ ADIVN. *producta, atque longa. 3 de Orat.*

EXTREMVS, a, um. *postremus, vltimus, nouissimus.* (. *Intimus.* pro, Cluen. 185. De furto, si non eo loco quo debuit, ne in extrema quidem, aut media, aut aliqua denique parte quæstionis, verbum fecit vllum. 2. de Nat. 67. Itaque in ea Dea, quæ est rerũ custos intimarum, omnis precatio & sacrificatio extrema est. 2. de Diu. 91. Cœlum ipsum, quod extremum atque vltimum mundi est. 2. de Leg. 54. Februarius mensis extremus anni. in Sal. 14. In extrema fortuna stare. Epist. lib. 10. ep. 33. Descendere ad extrema. de Clar. 126. Manus extrema non accessit operibus suis. *id est, non recognouit opera sua.* 7. I. V. 117. Excipere extremum spiritum alicuius. in Arato, Extrema nocte, & à prima nocte. 2. de Or. 322. Est id quidem in totam orationem confundendum, nec minimè in extremam. Atti. lib. 14. ep. 8. Literæ quibus in extremis erat, sibi insidias fieri. Att. lib. 13. ep. 43. Epistola, in qua extrema scriptum erat, &c. Qu. fr. lib. 2. ep. 8. Iouis oratio, quæ est in extremo illo libro. & 3. Off. 9. In extremo tertio libro. 1. de Diuin. 9. Vt in extremo tertio scribis. 1. de Or. 41. Quòd verò in extrema oratione, quasi tuo iure sumpsisti, &c. Epist. lib. 15. ep. 4. In Cappadocia extrema. Attic. lib. 8. ep. 1. Sed in ea Pompeij epistola erat in extrema ipsius manu, vt cẽseo, &c. Att. lib. 6. ep. 1. In extrema ferè parte epistolæ. Qu. fr. li. 1. ep. 1. 36. In extrema parte & conclusione muneris ac negocij tui diligentissimus sis.

☞ Syntaxis. *Id non habet extremum. Extremum ac vltimum cœlum. Ad extremum euasit. In extremo quarto libro. Literæ quibus in extremis erat.*

EXTRICO, as. *explico, expedio.* Epist. lib. 5 ep. 10. De Dionysio tuo nihil adhuc extrico. Vatinij.

EXTRINSECVS, *extrà, foris.* 2. de Orat. 163. Extrinsecus autem assumuntur, cùm ea quæ sunt foris, neque inhærent, in rei natura colliguntur. Top. 8. Alij loci assumuntur extrinsecus. 2. de Orat. 318. Hæc autem non extrinsecus aliundè quærenda. 1. de N. 121. Imagines vniuersum mundum complectentes extrinsecus. & lib. 2. 136. Pulmones extrinsecus spiritum adducunt. 4. Acad. 48. Vt si quis exalbesceret, vel ipse per se motu mentis aliquo, vel obiecta terribili re extrinsecus. de Fat. 42. Assensio fieri non potest, nisi commota viso, neque vlla vi extrinsecus excitata. de Vn. 18. Deus animum circumdedit corpore, & vestiuit extrinsecus. 4. Acad. 125. Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpunt. 2. de Diui. 139. Nullæ imagines obrepunt in animos animantium extrinsecus. 1. de. D. 66. Inest igitur in animis præsagitio extrinseeus iniecta, & inclusa diuinitùs. & 48. Cùm Annibal columnam auream vellet auferre, dubitauit, vtrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata. 5. de Finib. 68. Hæc quæ sunt extrinsecus. 1. de Diuin. 70. Animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos & haustos. & lib. 2. 58. Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus austro, sudorem imitari potest. & 103. Quòd habet medium, id cernitur ex alio extrinsecus. *bis.* & 139. Quia imagines obrepunt extrinsecus. 5. de Finib. 39. Et nunc quidem, quod vitem, tuetur, est id extrinsecus, *id est, non in ipsa vite.* 5. Tusc. 58. Corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in ipsis est. Ep. lib. 5. ep. 13. Non aliunde pendére, nec extrinsecus, aut bene aut malè viuendi suspensas habere rationes. 3. de Nat. 29. Nullum est corpus quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus. *id est, quasi ferendi patiendique necessitatẽ.* Acad. Nullo prorsus commodo extrinsecus posito.

☞ Syntaxis *Pulmones adducunt spiritum extrinsecus. Extrinsecus vestitus. Extrinsecus inaurata columna. vim ergo habet hæc dictio termini à quo, & in quo.*

EXTRVCTIO, onis. 14. in Ant. 34. Eosque nec inhumanos esse sed contectos publicis operibus, eaque extructione, quæ sit ad memoriam æternitatis ara virtutis. 2. de Nat. 150. Extructione tectorum.

EXTRVCTVS, a, um. *onustus.* de Sen. 44. Senectus caret epulis extructis, que mensis, & frequentibus poculis. LP. 67. Mensa extructa multa carne.

¶ *Aedificatus.* pro Dom. 101. Domus mea euersa ab inimico meo, & ab eodem extructa, & posita in oculis ciuitatis. 3. de Fin. 76. Vsque ad illum & Cyro extructum rogum.

¶ *Confirmatus.* 4. de Fin. 1. Fundata & extructa disciplina.

✠ ADVER. *Accuratè verè. 4. de Finib.*

EXTRVDO, dis. *eicio.* 7. I. V. 37. Itaque domo tua Chelidonẽ extrudere noluisti. Ad Brut. ep. 14. Cùm ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios. Epist. lib. 14. ep. 6. Pollucem si non est profectus, quàm primùm fac extrudas. 2. de Or. 234. Extrudere & eiicere aliquem hospitio.

EXTRVDOR, ris. Atti. lib. 16. ep. 2. Sed quoniam furore illo extrudimur, Brundusium pergere cogito. & lib. 3. ep. 13. Sed iam extrudimur, non à Planco (nam is quidem retinet) verùm ab ipso loco minimè appositio ad tolerandum in tanto luctu calamitatem.

EXTRVENDVS, a, um. I. P. 48. Permutationes ad hunc Tusculanum montem extruendum.

EXTRVO, is. *exciso, ædifico.* Artic. lib. 2. ep. 2. Magnum aceruum Dicæarchi mihi ante pedes extruxeram. 14. I. A. 33. Cùm vobis immortale monumentum suis penè manibus senatus populúsque Romanus extruxerit. pro Dom. 124. Is ad cœlum extruxit villam in Tusculano. pro Milon. 75. Extruere ædificium in alieno.

¶ *Cogito.* 5. de Finib. 71. Age, nunc extrue animo altitudinem excellentiamque virtutum.

EXTRVOR, ris. *ædificor.* 2. de Leg. 64. Plato vetat sepulchrum extrui altius, quàm, &c.

¶ *Oneror.* 5. Tusculan. 62. Mensæ conquisitissimis cibis extruebantur.

EXTVRBANDVS, a, um. *propulsandus, profligandus.* Brut ep. 16. Cicero iudicium suum direxit in exturbando Antonio.

EXTVRBATVS, a, um. *fugatus, eiectus.* 6. I. V. 67. Antiochus præceps è prouincia exturbatus est.

EXTVRBO, as. *per vim eiicio, expello, deiicio, euerto.* Atti. lib. 8. ep. 25. Quæro, qui sint isti optimates, qui me exturbent, cum ipsi domi maneant. pro Dom. 24. Cùm senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses. pro Syll. 71. Exturbare homines è possessionibus. 4. I. V. 46. Exturbare aliquem bonis patriis, *id est, euertere.*

¶ *Vexo.* Quint. frat. lib. 1. ep. 4. Multa conuenerunt, quæ mentem exturbarent meam.

EXTVRBOR, ris. *expellor, eiicior.* pro Quint. 93. Miserum est exturbari fortunis omnibus. pro Cl. 14. Exturbari domo, & expelli domo. pro Quint. 49. Ex numero viuorum exturbari. Antequam. 16. E ciuitate ciuis exturbatur, innocens expellitur. 2. cõtra Rul. 83. Exturbari & expelli ex agris.

✠ ADVER. *Nominatim ciuem ex ciuitate, pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Exturbare, absolutè, aliquem: & è prouincia, bonis patriis, fortunis, domo, & ex numero virorum. Exturbare, & expellere (Synonyma.)*

EXVL, lis. *eiectus, vi eiectus, extorris, damnatus, eiectus in exiliũ exilio multatus, eiectus à patria, qui in exilio est, è ciuitate eiectus, qui domi stare non potest, exilio affectus.* pro Dom. 72. Exul est ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Par. 4. Quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt. pro Cl. 175. Cum vagus & exul erraret, atque vndique excluderetur Oppianicus, &c. 2. de Or. 75. Cùm Annibal ad Antiochum venisset exul. Epi. lib. 12. ep. 1. Tabulæ figuntur, immunitates dantur, exules restituuntur. pro Sest. 56. Reducti exules Byzantium condemnati. pro D. 52. Vt exules Byzantium reducerentur. Att. lib. 7. ep. 11. Exulum reditus. & *ibid. φυγάδων laudi Act.* 2. ad Her. 45. Exules & vi eiecti, idem.

☞ Syntaxis. *Vagus & exul, & vndique excluſus. Reducere, restituere exules.*

EXVLCERATVS, a, um. *perturbatus, affectus.* pro Dom. 28. Ille tot suspicionibus certorum hominum, & scelere exulceratus. pro Deiot. 8. Vt in exulcerato animo facilè fictum crimen incideret. Epist. lib. 1. ep. 1. Vt in rebus multo antè quàm profectus es ab ipso rege, & ab intimis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à consularibus exagitatis, & in summam inuidiã adductis versamur.

EXVLCERO, as. *vlcus facio, corrumpo.* 2. de Orat. 303. Quæ sanare nequeunt, exulcerant. de Clar. or. 156. Ea non modò non exulcerat gratiam vestram, sed etiam conciliat.

EXVLANDVM. Epistol. lib. 4. ep. 8. Hic locus ad exulandum est aptissimus.

EXVLANS, tis. 2. de Diuin. 52. Annibal apud Prusiam regem exulans. de Diuin. lib. 1. Quum Annibali exulanti depugnari placeret. Tusc. libr. 3. 39. Telamonem pulsum patria exulantem atque egentem. & lib. 5. 107. Iure exulantem consolari non oportet.

EXVLO, as. *exul fum, exilij causa solum verto, vel muto.* 1. de Orat. 177. Qui Romam in exilium veniſſet, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset. Par. 4. Et me exulem tuo nomine appellas, cum omnes meo discessu exulasse rempub. putent? Par. 4. Familiaris tuus de te priuilegium tulit, vt si in opertum Bonæ deæ excessisses, exulares.

EXVLTANS, tis. *se iactans, gestiens valdè gaudens.* Top. 86. Comprimere exultantem lætitiam. 3. de Or. 164. Exultantem & præsidentem tibi repriment validæ legum habenæ. pro Sest. 95. Qui furorem exultantem repressit. 1. Off. 90. Equos ferocitate exultantes domitoribus tradunt, vt his facilioribus possint vti. 5. Tusc. 16. Elatus inani lætitia, exultans, temerè gestiens. de Sen. 10. Fabius Annibalem iuueniliter exultantem, patientia sua molliebat. 2. de Diu. 145. Delphini exultantes, tempestatem futuram significant. de Ar. 1. Hominem furentem exultantemque continui. * Acad. Pisciculos exultantes videmus.

✠ ADVER. *Iuueniliter, de Senectu.*

EXVLTATIO, onis. de Ar. 39. Illa exultatio Athamantis.

EXVLTO, as. *immoderatè iactor, gaudio triumpho, voluptate vel lati-*

tianimia gestio. Attic.lib.6.ep.1.Græci exultant,quod peregrinis iudicibus vt suis vtuntur. Attic.lib. *1.* ep.13. Alacris exultat improbitas in victoria.Attic. lib.7. ep. 2. Cæsar quomodo exultat, Catonis in me ingratissimi iniuria.Orat. 26. Pòst sensim incedens exultat audacius.2.in Anton.65. Exultare gaudio.Attic.lib. 15.ep.21. Quintus pater exultat lætitia.pro S.R. 16. Roscius exultabat victoria nobilitatis. pro Cornel. 58. Exultare in ruinis alterius. 2. Tuscul. 65. Cymbri in prælijs exultant lamentantur in morbo. pro Clu. 14. Palam exultare lætitia, & triumphare gaudio cœpit. 1. I. C. 23. Exulta impio latrocinio. Attic. lib.4.ep.6. Exultant lætitia in municipiis. 2. I. C. 3. Hoc in quo exultat & triumphat oratio mea.4.Aca.112. Campus in quo possit exultare oratio. 1. de Finib.54. Oratione exultare. 1. de Diuinat. 60. Exultare, immoderatéque iactari. Hortens. Si quando paulum aberrauerit timor,statim spe impunitatis exultat.

✠ ADVERB. *Audacius.Orat.Effusè,inaniter,4. Tusc. Immoderatè.1.de Diuin.palam lætitia,pro Clu.palam luctu,pro Sest.*

☞ Syntaxis, *Lætitia exultans (attributum.) Furor exultans, equus, delphinus. Furens & exultans.Gaudio,lætitia exultare.In ruinis alterius improbus exultat.Exultare lætitia,& gaudio triumphare. Oratio in campo exultans.Oratione exultare.Exultare,immoderatè; iactari. Elatus inam lætitia,exultans, temerè gestiens. (vide amplificationem ex congerie synonymorum.*

EXVENS, tis.5.de Fin.35. Vt si aut manibus ingrediatur quis, aut non antè sed retrò fugere, planè se ipse, & hominem ex homine exuens,naturam odisse videatur.

EXVO, is. *spolio.* Atti. li. 13. ep.2. Sed iam ad ista obduruimus, & humanitatem omnem exuimus, pro Lig. 14. Nonne omnem humanitatem exuisses?

¶ *Extrico.*7.I.V.150. Si ex his laqueis te exueris,in illas tibi maiores plagas incidendum est.

EXVTVS,a,um,5.Tusc.70.Mens exuta vitiis.

☞ Syntaxis. *Se ipse exuĕs. Hominĕ ex homine exuĕi. Exuere se exlaqueis.*

EXVPERANTIA, tiæ. 5. Tusc. 105. Populus omnem exuperantiam virtutis odit.

EXVPERATIO,onis. *superlatio,ὑπερβολὴ.* 4.ad Her.68. Significatio per exuperationem fit,cùm plus dictum est, quam patitur veritas,augendæ suspicionis causa.

EXVPERO, as. *supero.*2 de D.25. Quod fore paratum est, id summum exuperat Iouĕ. Postquam.ad Quir.24. Dum anima exuperabo mea, *id est,dum viuam.* ‖ *Al. spirabo,& exspirabo.*

EXVRGO, gis. *surgo,erigo.* pro Cl. 168. Tu autem nisi molestum est,paulisper exurge. 1. de Or. 265. Tum Scæuola, cum exurgeret,simul arridens,inquit, &c. Cassij. Epi. lib. 15. ep. 19. Pansam nostrum secunda voluntate hominum, exurrexisse gaudeo. *Lăb. leg.ex vrbe exisse.*

¶ *Confirmor,recreor.*2.contra Rul.86. Ne recreatus exurgere atque erigere se posset. pro Plan.102. Hic exurge tamen quæso, retinebo,& complectar,13.I. A.38.Si esset iugulata, nunquam exurgeret.

✠ ADVER. *Honestissimè.12.Phil.paulisper,pro Clu.*

☞ Syntaxis. *Exurge,& erige te.*

EXVROR,ris.3.de N.7.Mihi quidem ex animo exuri non potest, esse deos.)(. *Inurere.*

EXVSTIO, onis. de Som.16. Eluuiones, exustionésque terrarũ, quas accidere tempore certo necesse est.

EXVSTVS, a, um.3. I. V. 70. Adrianus domi suæ viuus exustus est. pro Pom. 5. Bithiniæ vicos exustos esse complures. de Clar. 16. Sic omnis fœtus repressus, exustúsque flos veteris vbertatis.

EXVVIÆ,arum. *spolia.* pro Pom. 55. Cum hunc locum nobis maiores nostri exuuijs nauticis & classium spolijs ornatum reliquissent.

✠ ADIVNC. *Nauticæ,pro Pomp.*

F

Litera digamma. L. DIGAMMA.

FABA, *legumen maximum.* 1. de Diuin.62.Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus. & lib. 2. 119. Faba quidem Pythagorici vtique abstinuere: quasi verò eo cibo mens, non venter infletur.

FABELLA,læ *fabula.*2.de Ora.244.Si quando quid tanquam aliqua fabella narratur.& pro Cæl.64.Fabella vetus. ‖2.de Diu.80. Contemne cotem Attij Nauij nihil debet esse in philosophia commenticiis fabellis loci.2.ad Quint.frat.ep.15. Quamquam à te actam fabellam video esse festiuè.

✠ ADIVNC. *Aniles,3.de Nat commenticiæ.2.de Diuin. Latinæ.1.de finib.Tota,vetus,pro Cæl.*

FABER,bri. *opifex.artifex.* 7.I.V. 47. Capitolium factum est publicè gratis, coactis fabris, operisque imperatis, de Clar. 257. Ego me Phidiam esse mallem, quàm vel optimum fabrum tignarium.Epistol.lib.9. ep. 2. Si quis adhibere volet, non modò vt architectos, verùm etiam vt fabros ad ædificandam rempub. poterimus & nos libenter accurrere.Epistol.lib.9.ep.15.Tu velim vt scribis, cum fabris domum perspicias: si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitij, cætera mihi probabuntur. 3.I.V.147.Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt.pro Plan. 62. Si mancipium pro fabro, aut pro textore emimus. Orat. 156.Fabrûm & procûm audeo dicere,non fabrorum & procorum. Attic. lib. 9. ep. 8. Iam duo præfecti fabrûm Pompeij in meam potestatem venerunt. 3. de Natur. deor. In Frag. Vt faber cum quid ædificaturus est, non ipse facit materiam sed ea vtitur,quæ sit parata.

✠ ADIVNC.*Lignarius.Optimus,tignarius de Clar.*

☞ Syntaxis. *Faber tignarius.Pro fabro,aut pro textore mācipiũ emere.*

FABIANVS. *à Fabio.* L. FORNIX.

FABRATERIA,riæ. *oppidum.*Ep.li.9.ep.24.

FABRE. *artificiosè,scitè,affabrè.*4.I V.83.Argentum fabrè factum.

FABRICA, cæ. *ipsa fabricatio,ars fabrilis.* 1. de N. 57. Natura effectum esse mundum,nihil opus fuisse fabrica.1. de Diu.116. Materia deinde quid iuuaret, nisi confectionis eius fabricam haberemus. 1. Off. 127. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia 3.de N.55. Vulcanus qui Lemni fabricæ præfuisse dicitur. & 35. Vt pictura & fabrica, cæteræque artes.& 138. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ.& lib.1.19. Quibus oculis intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis?que construi à Deo atque ædificari mũdum fecit?& lib.2.150. Omnis fabrica æris & ferri. & 121. Enumerare possum,quæ sit in figuris animantium, & quàm solers subtilisque descriptio partium, quamque admirabilis fabrica membrorum.

✠ ADIVNCT. *Admirabilis,3.de Nat.crudelis,1. Tusc. diligens naturæ,1. Off.Diuina,incredibilis,1. de Nat.*

FABRICATIO, nis. *fabrica.* 2.de N.133. Si erit tota hominis fabricatio perspecta. 3. de Ora. 165. In verbo quandam habet fabricationem.

FABRICATOR, ris. *ædificator,architectus, artifex, machinator.* de Vn.5.Ille fabricator tanti operis 4. Acad. 120.Minutorum opusculorum fabricator.

FABRICATVS,a,um. de Vniu. 15. Mundus globosus est fabricatus.

FABRICO,as. *fabricor,architector.* 1.Off. 147. Pictores & ij qui fabricant.4.Acad. 17. Nihil est clarius ἐνεργείᾳ, vt Græci: perspicuitatem aut euidẽtiam nos,si placet,nominemus, fabricemusque,si opus erit,verba.

FABRICOR, aris. *fabrico,architector.*4.Acad.86. Esse aliquã vim cum prudentia & consilio scilicet, quæ finxerit, vel, vt tuo verbo vtar,quæ fabricata sit hominem,qualis ista fabrica est? vbi adhibita est? &c.& 30. Quanto artificio natura fabricata esset, primùm animal omne, &c. 1. de N. 4. Vt ea ipsa dij immortales ad vsum hominum fabricati penè videantur 3. de Or. 176. Itaque incredibiliter hoc natura fabricata est. & *ibid.*178. Capitolij fastigium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. pro R.P. 7.Is qui fabricatus gladium est.2.de.Diu.43. Cyclopas Ioui fulmen fabricatos esse in Aetna putant.

✠ ADVER.*Incredibiliter.3.de Orat.*

FABRILIS,le.At.lib. 6.ep.2. Erratum fabrile, *id est, opificis statuarum.*

☞ Syntaxis. *Solers subtilisque partium descriptio,& admirabilis membrorum fabrica.Verba fabricare.Incredibiliter omnia fabricatur Deus.*

FABVLA,læ.*res cõmentitia,scena,comœdia,tragœdia, apologus,argumentum.*2.de Diu. 113. Num igitur me cogis etiam fabulis credere?quæ delectationis habeant quantum voles,verbis,sententiis,numeris,canticis adiuuentur. autoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commenticiis rebus adiungere. de Cl. 72. Liuius,qui primus fabulam docuit.& 1.Tusc. 3.Liuius fabulam dedit. de Cl. 78. Ennius cum Thyestem fabulam docuisset, mortem obijt. pro Clu. 84. Stalenus à P. Cethego admonitus, istam dedit conciliationis & gratiæ fabulam.2.I.A. 34. Non solum vnum actum, sed totam fabulam confecissem. Att. lib.13. ep.33. De Varrone loquebamur,Lupus in fabula.& *ibid.* Etenim decantata erat fabula.de Sen.64. Quibus qui splendidè vsi sunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. & 69. Nec histrioni vt placeat peragenda est fabula, modò in quocunque fuerit actu probetur. pro Mil. 8. Itaque non sine causa fictis fabulis sapientissimi homines memoriæ prodiderunt, Orestem, &c. 1. de In.27. & 1.ad Her. 13. Fabula est in qua nec veræ, nec verisimiles res continentur.1.de In.25. Apologus,vel fabula, vel irrisio. ‖ Part.40.fabula etiam nonnunquam &tsi sit incredibilis,tamen homines commouet.

✠ ADIVNT. *Commentitiæ,3.de Nat.falsa,ficta,pro Mil. ficta,& commenticia,1.Offic.fictæ, 5.Ver.Impiæ. 2. de Nat.Incredibilis,Part.innumerabiles,1.de Leg.nõ satis dignæ quæ iterũ legantur. de Clar. Noua de Amic.Obscœnissima,Plurimæ,pro Cæl.Optimæ sed sibi accommodatissimæ,1. Attic.Puerilis,1.de Nat.Tota.2.phil.*

☞ Syntaxis. *Fabulam docere,dare,agere,conficere,decantare.Peragere fabulam ætatis.*

FACESSO, sis. *abeo.* pro Flac. 97. Vis absit, ferrum remoueatur, operæ facessant,seruitia fileant. 1. de L. 39. Atque etiam Epicureos ab omni societate reip. paulisper facessant rogemus.

¶ *Contrabo,exhibeo,creo.* 1.I.V.45. Isti profectò metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. Epi.li.3.ep.10. Facessere negocium alicui.

FACESSOR, ris. pro Cl. 158. Si cui fortè hac lege negocium facesseturr. 6. I.V. 142. Cum audissent ei negocium facessitum.

FACETE, *falsè,concinnè,ridiculè,venustè.* 1. de Ora. 243. Colligere multa,non modò acutè,sed etiam ridiculè ac facere.& de Clar. 164.& Ep. lib.9.ep. 16. Dicere aliquid facetè. pro. S. R. 128. Facerè cludi ab aliquo.* Frag.ep.Quæ facetè,& breuiter,& acutè ✠ locuti essemus. ‖ L.2.*de Orat.228.& deinceps.*

FACETIAE, arum. *iocus,sal,lepos,cauillatio, dicacitas,vrbanitas,festiuitas,argutia.* 2. de Or.218. Duo sunt genera facetiarum,alterũ æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutũ & breue : illa à veteribus superior cauillatio , hæc altera dicacitas nominata est. Or.87. Sales quorum duo genera sunt, vnum facetiarum, alterum dicacitatis, vtetur vtroque, sed altero in narrando aliquid venustè , altero in iaciendo mittendóque ridiculo. 2. de Orat. 248. Quod facetè dicatur,id aliàs in re,aliàs in verbo habere facetias. Epist. lib.9.ep.15. Mirificè capior facetiis his,maximè nostratibus. 1. de Orat.243. Multo maiorem partẽ sententiarum sale tuo & lepore, & politissimis facetiis pellexisti. de Clar. 128. P. Scipio omnes sale facetiisque superabat. 1. Off.133. Sale conditus & facetiis Cæsar,&c. de Cl.177.. Festiuitas,fecetiæ, vrbanitas,lepor, suauitas. & 143. Facetiarum & vrbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. 1. de Or. 17. Lepos quidam facetiæque, & eruditio libero digna. 1. de Ora. 159. Libandus est etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos. Att. lib.1.ep.10. Aliquis facie, magis quam facetiis ridiculus.2.de Or.228.& deinceps. De iocis & facetiis.

✠ ADIVN. *Asperiores,pro Plã.multæ, de Clar.perpetuæ, 2.de Orat.Politissimæ,.de Orat.*

FACETOSVS, sa, sum. *iucundus.* 2. de Fin. 103. In quantam hominum facetosam vrbanitatem incurratis, non dico. *pro facetosam,sunt qui legant; facetorum,quod placet.*

FACETVS, a, um. *salsus, vrbanus,venustus,scitus,concinnus,festiuus, argutus,dicax.* 1. Off. 108. Facetus & dulcis,festiuique sermonis, & in omni oratione simulator Socrates. 2.de Orat. 219. Natura fingit homines,& creat imitatores & narratores facetos,& vultu adiuuante & voce,& ipso genere sermonis. & *ib.* Antè illud facetè dictum emissum hærere debet, quàm cogitari potuisse videatur. de Cl. 291. Faceta & elegans ironia. 2. I. A. 20. Ar etiam quodam loco facetus esse voluisti. Epist. lib.15.ep. 21. Primùm,quod tibi facetum videtur, quicquid ego dixi : deinde, quòd illa siue faceta sint, siue sic fiunt narrante te venustissima. de Cl. 63. Acutus, elegans, facetus, breuis. & 173. Cum aculeo & maledicto facetus. 1. Off.104. Genus iocandi elegans, vrbanum.ingeniosum , facetum. pro Dom. 92. Et homo facetus inducit etiam sermonem vrbanum & venustum, 1. de Ora. 32. Sermo facetus,ac nulla in re rudis. & lib. 2. 228. Esse salsum & facetum.* Frag.ep.Pedes faceti.

✠ ADIVN. *Clara,Arat.Crebra,illustris,1.de Nat.Egregia,1.de Diuin.Eximia. 7.Ver.formidolosæ. 5. Attic. Noua,pro Flac.pulchrior.2.de Nat.*

☞ Syntaxis. *Homo facetus,& dictum facetum.*

FACIES, *ei, specie oris,* 1. de Or. 127. Quæ nobis non possumus fingere,facies,vultus, sonus.2. de D.143. Hominis figura,vt cum Homeri faciem cogito.2. I.A. 41. Velim mihi dicas, L. Tarsucius qua facie fuerit,qua statura.

¶ *Forma,status,species,conditio.* 1. Off.14. Formam & tanquã faciẽ honesti vides. pro Fl. 53. Fateantur in Meandri personam expressam esse faciem ciuitatis. 8. I.A. 23. Legatus enim senatus faciem secum attulerat.pro Fl.70. Affers faciem nouam, nomẽ vetus,&c.I.P.81. Virtus,quam tu ne de facie quidem nosti.

☞ Syntaxis. *Facies honesti,ciuitatis,virtutis,hominis.*

FACILE, liùs, limè. *libenter,planè,prorsus nullo negocio,nullo labore, cito, procliuius,nihil negocij est.*)(. *Aegrè, tristius,difficulter, vix.* 1. Tusc.81. Sed te aberrare proposito facilè patiebar. 1. de Or. 150. Subitam orationem commentatio facilè vincit. Ep. libr. 1.ep.5. Cæteris iniurijs,quæ propositæ sunt à Catone, facilè, vt spero, resistemus. 2. de Or. 232. Quis enim hæc vel non facilè , vel certè aliquo modo posset edisscere? Epi. li.6.ep.10. Tu qui esses ordinis tui facilè princeps.3. de Orat. 40. Facilè vincit,& facilè superat. 1. Tusc. 81. Africani fratris nepos vita omnium perditorum ita similis, vt esset facilè deterrimus. pro Cæl. 22. Voluntas testium, quæ facillimè fingi,nullo negocio flecti potest. Antequam. 13. Qui sperant facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.

☞ Syntaxis. *Facilè patior. Facilè princeps. Ille facilè est deterrimus. Facillime talis,nullo negotio talis. Facilius & procliuius perficies.*

FACILIS, le. *lenis procliuis, expeditus,explicatus,promptus,exorabilis,indulgens.*)(. *Fastidiosus,difficilis.* 1.de Or.237. Vtriusque rei facilis est & prompta defensio. pro Cæc. 8. Potuisti ad tuum ius faciliore ac commodiore iudicio peruenire. de Cl. 180. T. Iunius fuit facilis & expeditus ad dicendum. 1. de Fin. 33. Facilis & expedita distinctio. 2. de Ora. 190. Materia facilis ad exardescendum. 2. I. A. 42. Sed materia facilis, in te dicta dicere. pro Cæl. 62, Quæ omnia facilem habent rationem reprehendendi. Orat. 122. Nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione versantur.pro Pomp. 41. Facilis aditus ad eum priuatorum, liberę quærimoniæ de aliorum iniuriis esse dicuntur. pro Dõ. 45. Deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute. pro Pl.5. Sed mihi in causa facili & explicata,perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur.

¶ *Comis lenis,paratus* pro Corn. 36. Comes, benigni, faciles, suaues homines, &c. 2.de D. 107. Etiãsi faciles nos habuerit ad concedendum.de Cl.207. Antonius facilis in causis recipiendis erat,fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. Epi. lib. 5. ep. 2. Lenis à te & facilis existimari debeo. Qu.fr. lib. 1.ep.1. 25. Facilem se in hominibus audiendis admittendisque præbere. Epi. li.7.ep.1.Quòd si tam facilem populum haberem, quàm Aesopus habuit, libenter mehercule artem desinerem. de Cla. 85. Antiqui faciles in suum cuique tribuendo. 3. de Nat. 73. Facilis pater.)(. *Difficilis.* Top.69. Facilis, procliuis,idem.Par. 95. Facile,procliue,iucundum.

☞ Syntaxis. *Facilis & promptus res. Facili & commoda via peruenire. Facilem se præbere in legendis libellis. Homo lenis , & facilis. Comis, benignus facilis, suauis.*

FACILITAS, tis *lenitas humanitas.* 1. de Orat. 208. Quæ si vobis non probabuntur, vestram iniquitatem accusatore, qui ex me quæsieritis quæ ego nescirem : meam facilitatem laudatote cum vobis non meo iudicio , sed vestro studio inductus , non grauitate, respondero.pro Pomp. 41. Qui dignitate principibus excellit,facilitate par infimis esse videtur. Attic. libr. 12. ep. 39. Quis congressum meum? quis facilitatem sermonis desiderauit? Epist. li. 13. ep. 24. De quo pro tua facilitate & humanitate purgatum se tibi scribit esse. Qu.fr.lib.1. ep. 1.17. Facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. 2.de Or. 15. Magis adeò id facilitate mea,quàm alia vlla culpa mea contigit. Epist. lib.12. ep.1. Sed immoderatè facilitate nostra abutuntur 1. Off. 88. Exercẽda etiam est facilitas & altitudo animi quæ dicitur.

¶ *Promptitudo.* 2.de Orat.184. Facilitas significandi.

✠ ADIVN. *Admirabilis.5.Attic.nimia, 4.Attic.*

FACINOROSVS, a, um, & fissimus. *sceleatus, flagitiosus.* Anteq, 17. Nemo tam perdita auctoritate facinorosa inuentus est vita, qui,&c. 2,de Orat. 237. Facinorosos maiore quadam vi quàm ridiculi, vulnerari volunt. pro Cæl. 13. Cum facinorosis audacter viuere, 1. de Leg. 40. Iniuriosa & facinorosa vita. 13. I. A. 25. Vitam facinorosissimis manibus ereptam.* 3. Acad Depugnare cum facinorosis & audacibus.

FACINVS, oris. *flagitium,scelus.* 7.I.V.169. Facinus est vinciri ciuem Romanum , scelus verberari , propè parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? pro Mil. 97. Miloni facinoris suspicio,non facti crimen obstat. 2. de Fin. 95. Si enim ita est, vide ne facinus facias, cùm mori suadeas potius 1.de Inu. 102. Volũtario facinori veniam dari non oportere. Epist. lib.4.ep.9. In externis locis minor est ad facinus verecundia. Brut. ep. 4. Postea illud consciui facinus. 2. contra Rull. 76. Homines ad vim,facinus,cædemque delecti.pro Mil. 74. Is cui nihil vnquã nefas fuit,nec in facinore, nec in libidine. 3. de Nat. 46. Furiæ vindices facinorum & sceleris.7.I.V.188. Facinus sceleris & perfidiæ.pro S.R.37. Scelestum ac nefarium facinus. de Cl.& 7. In Ver.110. Deprehendi in manifesto facinore.1.de N. 14. Fieri in ciuitate facinora capitalia. 1.I. C. 26. Obire facinus. pro Cecin. 38, Vt tantum facinus non in æquitate defensionis,sed in vna litera latuisse videatur.

¶ *Egregium factum,& laudabile.* Epist.lib,2,ep,9. Facere magnũ facinus.& lib.3.ep.10. Committere facinus. *vtrumque ambiguũ.*4. ad Her. 69. Facinus præclarissimum. pro Rab. 19. Et id facinus pulcherrimũ esse arbitrare. 2. I. A.109. Statimque illa mirabilia facinora effecit.& 13.Phil.36. Rectissimum facinus.

✠ ADIVN. *Admirabilia,2.Phil.Capitalia,1.de Nat.Ciuile,præclarũ,7.Attic.Cõmune,3.Phil. Crudelissimũ.*

Epist.

1. Epist. ad Brut. Crudelissimum ac teterrimum, 11. Dignum, nefarium, pro Clu. ferum, & immane, Improbū, 5. Ver. Inauditum pro Quint. & 7. Ver. Indignissimum, pro Sest. indignum voluntarium, miserum, & indignū, de Inuent. magnum de Senec. malum, tantum, 3. In Ver. manifestum, de Clar. mirabilia, pulcherrimum, stultissimum, pro Rab. nefaria, 12. famil. nobile, & multis sæpe locis commemoratū. 4. Ver. Nouum, pro Lig. Occultum. tantum, tam magnum, & acerbum, scelestum, ac nefarium, pro Sex Rosc. summa, pro Cæl. Tætrum, 3. Offic. Tanta, & tam atrocia, pro Syll. Turpissimum. 2. in Ver. Vetera.) (. noua in Vat.

☞ Syntaxis. *Id ita fieri facinus est. Facinus magnum facere. Concisscere facinus. Facinus ac scelus. Facere, efficere facinora præclara, rectissima.*

FACIENDVS, a, um. di, do, dū. de Am 78. Alienario, disiunctioq; facienda. Sulpit. ad Ciceronem li. 4. ep. 12. Funus ei satis amplū faciendum curaui. ad Qu. li. 3. ep. 9. Horum nihil faciēdum est. in Ant. Quod agendum & faciendum est, non recuso. 3. de Legib. 48. Faciendum tibi est, vt magistratibus lege constitutis, de potestate, tum de iure disputes. Att. lib. 3. ep. 4. Siue per Epeirum iter esset faciendum, &c. ad Att. lib. 3. ep. 22. Faciendum nobis erit, vt ab eo discedamus. 3. Offic. 95. Promissum potius non faciēdum, quam tam tætrum facinus admittendum fuit. 3. Famil. ep. 8. Faciendum mihi putaui vt responderem *pro*, *Putaui mihi respondendum*. 1. Off. 35. Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. de Orat. Fidei faciendæ causa. pro Quin. 8. Medicinæ faciendæ locus non erit. pro Plan. 65. At ego, quum casu diebus ijs itineris faciendi causa decedens è prouincia, Puteolos fortè venissem. de Or. In locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit. Att. lib. 16. ep. 2. De Publio autem quod præscribi oporteret, moram, non puto esse faciendam. At lib. 8. ep. 17. Neque ipse satis firmus esset ad castra facienda Parad. 6. Nam vt ijs qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, intelligimus opes esse quæsito.

FACIENS, tis, 12. ad Attic. ep. 15. Id faciens, interdum mihi peccare videor. interdum peccaturus esse, nisi faciam. 1. de Diuin. 73. Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipse demisisset in flumen. 2. de Finib. Rectè facienti gratia habenda est. 1. de Diuin. 53. Scribit Eudemum Cyprium familiarē suū, iter in Macedoniam facientem Pherasveniſſe. Orator. 21. Quidam omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes.

FACIO, cis. *ago, efficio, conficio, perficio, creo, transigo, præsto, cōsto.* Att. li. 5. ep. 15. Ita viuam, vt maximos sumptus facio. 16. Famil. ep. 18. Quod quidem aut facis, aut perbellè simulas: quod tamen in modum procedit. pro Plan. 75. Datus est tibi ille, condonatus est ille, non facis finem, ferre non possumus. Brut. ep. 2. Fac ex tua dignitate & è repub. ad Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Nam si te interioribus amicis tuis anteponis, valde magnum facis. 7. ad Attic. ep. 22. Sed mihi venit in mentem multum fore sermonem, me iudicium iam de publica causa fecisse. pro Qu. R. 21. Vtrumque ex vtriusque persona verisimile videretur, & Fannium per malitiam fecisse, & Roscium per imprudentiam deceptum esse. 2. de Fin. 88. At enim hic etiam dolore: at eum nihili facit. *sub fructu*. 3. Offic. 59. Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius voluit: & emit instructos, nomina facit, negocium conficit. 1. de Diuin. 60. Multáque facere impurè atque terrè, cum temeritate atque imprudentia. de Finib. lib. 3. 11. Facere multa laudabilia. 1. Off. 120. Facere mutationem morum institutorumque. pro Sest. 26. Facere mutationem vestis. Tusc. q. lib. 3. 51. Nihil facere nisi quod expediat. 3. in Verr. 92. Facere nomen. 11. Fam ep. 14. Facere non possum plus quàm feci. ad Attic. lib. 12. ep. 26. Facere non possum, quin ad te mittam. 11. ad Att. ep. 24. Facere non potuisti, vt non mitteres. *pro quin mitteres*. 9. ad Att. ep. 5. Facere hoc officium. Læl. 35. Facere omnia amici causa. 15. ad Att. ep. 13. Facere summa omnia de re aliqua. Epist. lib. 8. ep. 14. Cælij, Scis appium Censorem hic ostenta facere de signis & tabulis. ad Attic. lib. 16. ep. 14. Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu scribam. de Aruſp. resp. 24. Facere Megalesia. 4. Acad. q. 26. Facere mentionem alicuius. pro Flacc. 33. Facere sibi crimen. 16. ad Atti. ep. 19. pro Milo. 40. Facere decretū secundum aliquem. 2. Philip 50. Facere in temperanter in domesticum dedecus. 1. de Nat. 86. Facere consultò. in Pison. Facere contentionem alicuius rei. 3. Off. 43. Facere contra iusiurandum ac fidem. in Vati. 18. Leges, quas contra, præter te, nemo vnquam est facere bonatus. 3. Off. 43. Facere contra Remp. amici causa. in Orat. 121. Controuersiam facere dicuntur verba. ‖ Epist. li. 10. ep. 16. & pro Cluentio. 74. Facere cōtinuia. 3. de Orat. 131. Facere ciuibus omnibus consilij sui copiam. 1. de Leg. 4. Imperitè facere. 1. Off. 23. Tusc. q. lib. 4. 78. & pro Leg. Manil. 1. cere impetum in aliquem iniustè. de Finib. lib. 1. 34. Facere impetum in aliquem. pro hostem armatū. pro Dom. sua. 64. Facere impetus. 2. de Fin. 83. Fœdus quoddam facere inter se. 2. de Diuin. 125. Facere quid frustra, ac sine causa, abhorret etiam ab hominis cōstantia. 6. Ver. 14. Difficile est enim finē facere precio nisi libidini feceris. ‖ 4. Acad. 63. Quæ cum dixisset ille finē fecit. 1. Tusc. 43. Quam regionem (aeris) cum superauit animus, naturamque sui similem contigit, & agnouit iunctus ex anima tenui, & ex ardore solis temperato, ignibus insistit, & finem altius se efferendi facit. pro Mur. 44. Ex vultu coniecturam faciunt quantum quisque animi habeat. 6. Philip. 18. Facere aliquem firmū. 1. de Orat. 237. Facere coemptionem. Attic. lib. 9. Cœnas facere. 9. Fam. ep. 24. Facere cœnulas. pro Planc 53. Facere coitionem. 4. ad. Att. ep. 3. 2. Ver. 17. Facere comitia. 13. Fam. ep. 29. Facere commemorationem. pro Deiot. 28. Quos concursus facere lolebat? Quam se iactare, &c. 4. Verr. 183. & 3. Ver. 125. Verum vt ex vno de cæteris coniecturam facere possitis. 5. Ver. 106. Quo facilius vos coniecturam de triennio, & de tota Sicilia facere possitis. pro Cæl. 61. Facere constitutum cum aliquo. 13. Fam. ep. 23. Facere alicui cōsuetudinem cum alio. de Or. A se aliquid facere. 13. Fam ep. 28. Facere aliquid alterius commendatione. 1. Off. 148. Facere aliquid contra morem consuetudinemque ciuilem. Tusc. q. lib. 3. 64. Facere aliquid humanius. Tusc. q. lib. 4. 64. Facere aliquid humile. summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectum. pro Cec. 23. Improbissimè aliquid facere. 13. Fam. ep. 66. Facere aliquid in quem, iam. pro Leg. Manil. 39. Nō modò vt sumptum faciat in militem, nemini vis affertur: sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. 3. Verr. 42. Quid hoc homine faciatis. *id est, facere debeatis*. 4. Acad. Multáque facimus vsque eò, dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicij. Epist. equidem pro eo quanti te facio, quicquid feceris approbabo. 2. de Orat. 261. Vt sementem feceris, ita metes, inquit. 4. Acad. 115. Diodoro quid faciam Stoico. pro Cec. 30. Quid tu huic homini facias: pro R. Com. 40. & de Prou. Conſ. 10. Quum de tota lite pactionem faceret. 2. de Orat. 366. Primùm quis Antonio permisit, inquit, vt & partes faceret, & vtram vellet, prior ipse sumeret. 11. ad Attic. Quid facerem? 6. V. 147. Nam antè quàm verbū facerem, de sella surrexit, atque abiit. 1. de Fin. 72. Quæ mihi facultas, vt id meo arbitratu facerem, ante hoctempus nūquā est data. 4. Aca. 96. Quid enim faceret huic cōclusiōi, Si lucet, lucet, lucet autē, lucet igitur. 2. de Orat. 298. Posse aliquē inueniri oratorem, qui aliquid mali faceret dicendo, obesſétqae ei quem defenderet. pro Leg. Manil. 43. De quo homine vos, &c. tanta & tam præclara iudicia fecistis. Anteq. In meis calamitatibus aliquam ferre opem, vt sæpè multorum in periculis fecistis. 1. Off. 14. Facere aliquid indecorè, libidinosè, effœminatéue. 4. in Verr. 63. Facere aliquid irritū. 6. Fam. ep. 7. Facere aliquid quàm parcissimè. de Pet. Cōs. 15. Facere aliquid liuidiosè ac inhōnestè. de Amic. 97. Amicè facere. de Senect. 7. Faciam vt potero Læli. in Pison. Non facies fidem scilicet, quum hæc disputabis. Att. li. 4. ep. 17. C. Memmius candidatus pactionem in Senatu recitauit, qua ipse suus competitor Domitius cum Consulibus fecisset, vt &c. 3. Tusc. 48. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, &c. in Piso. 12. Dixisti huius te cupiditati obsequi, sicut ego fecissem in collega meo. 2. de Leg. 51. Quod si hoc, qui testamentum faciebat, cauere noluisset. 2. Philip. 101. Medico tria millia iugerum, quasi te sanum fecisset: rhetori duo, quasi disertum facere potuisset. 2. de Orat. 15. Feci hoc, quod ne adolescens quidem feceram, vt his de rebus disputatem. 3. I. Ver. 89. Decē enim naues iussu L. Murænæ populus Milesius ex pecunia vectigali populi Romani fecerat. 4. Acad. 145. Tum quum planè compressérat, pugnumque fecerat, comprehensionē illam esse dicebat. 3, Verr. 91. Præterea pecunias occuparat apud populos, & syngraphas fecerat, &c. ad Plan. lib. 13. ep. 29. Testamento quod Romæ Paulo & Marcello Cos. fecerat hæres ex parte dimidia & tertia est Capito. 1. de Nat deor. 84. Vulcanum eum quem Alcamenes fecit Athenis. Epist. lib. 11. ep. 18. Gratulatio quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. At. li. 13. ep. 25. Et id, quoniam impensam fecimus in macrocolla, facile patior teneri. ‖ 6. Phil. 14. Possessores nullam impensam fecerant. Att. Et si non potuisti vllo modo facere, vt mihi illam epistolam non mitteres: tamen mallem non esse missam. *id est, quin mitteres*. pro Sylla. 37. Non respondit tamen vnà facere Syllam. 3. de Leg. 19. Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. 2. Ver. 5. Perspicua sua cōsilia, conatúsque omnibus fecit. 6. Phil. 4. Quid enim ille vnquā arbitrio suo fecit. 7. in, Ver. 162. Glabrionem id, quod fecit, facere lætatus sum, vt testem dimitteret. &c. Terentiæ lib. 14. ep. 14. Labienus rem meliorem fecit. pro Clu. 56. Tamen Habitus Oppianicum reum statim non fecit. Qu. fr. lib. 2. ep. 5. Sed fecit humaniter Licinius, quòd ad me misso Senatu vesperi venit, &c. Att. lib. 9. ep. 12. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget syncerè, temperatè, prudenter, valde videro. in Vati. 18. Facere contra leges. Att. li. 1. ep. 13. Menelaus ægrè id passus, diuortium

tium fecit.3.Offi.109. Pacem fecêre cũ Samnitib. Romani.pro Sest. 24. Fœdus fecerunt cum Tribuno plebis palàm, vt ab eo prouincias acciperent,quas ipsi vellent,&c.de Orat. Neque id actores prius viderunt,quàm ipsi poëtæ: quàm denique illi etiã qui fecerunt modos.1.Acad.9.Atque ipse varium & elegans omni ferè numero poëma fecisti.Atti.lib.12. Quòd domi te inclusisti,ratione fecisti.ad Varronem lib.9.ep. 8. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano,quum esset vnà Pomponius,&c.Lentulo li.1.ep.9.Summam feci cogitationum mearum omnium.in Rull.Feci finem offerendi mei.7.ad Att. ep.7. Feci igitur, atque effeci omni obsequio. pro Planc.65. Et me vnum ex ijs feci,qui ad aquas venissent.ad Q.fr.lib.3.ep.1.Etiã Domitio ipsi multa iam feci,quæ voluit,quæque à me petiuit. 1.Acad.quæst.8.Feci vt essent nota nostris. *περιφραστικῶς: pro nostris exposui.* 4. Acad. q. 10. Feci plus quàm vellem. in Vat. 18. Leges quas contra,præter te,nemo vnquam est facere conatus.

✠ ‖ de Arusp.28. Tamen nostri imperatores maximis & periculosissimis bellis huic Deæ vota faciebant.6. In Verr. 11. Heius iste num æs alienum habuerit, nam auctionem fecerit* pro Corn.55.Sed cùm illam,quæ Græcum illud sacrum monstraret, & faceret,ex Græcia deligerent (*Romani*) tamen sacra. pro ciuibus ciuem facere voluerunt. Att.lib.8. ep. 25. Vt quum de illo ægroto vota faciebant. Anteq.26. Quæcunque administraui, ex vestra autoritate & voluntate feci.Att.lib.15.ep.20.Itaque feci de Fabio, vt scribis.5.in Philip.11.Vt vir auctionem faciebat. de Clar. orat.326. Itaque Hortensius vtroque genere florens, clamores faciebat adolescens.pro Milo. 67. Nudauit se in sanctissimo templo, quoniam vita tali & ciuis & viri fidem nõ faciebat.de Sen.14.Sua enim vitia insipientes,& suam culpam in senectutem confe:unt:quod non faciebat,is cuius modò mentionem feci,Ennius,&c.2.in Ant. 90. Quanquam te bonum timor faciebat.de Arusp.resp.31.Facere sacellum.ad Bru.epist.15. Maiores,qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius vos pontifices ad aram in Velabro facere soletis.de Clar. or.56.Sacrificium publicum cum læna facere.1.de Ora.220.pro Rosc. Amer.25.Scelus eos nefarium facere,&c.dicunt.5. in Ver. 100.Facere tributum. Diuin.lib.2. 20. Facere tripudium solistimum dicuntur pulli.1.Off.127.Quod facere turpe nõ est,modò occultè,id dicere obscœnum est.de Arusp.resp.34.pro Dom.sua 129.pro Rab.Posth.6.2.Philipp.95.Facere syngrapham cum aliquo.11.Fam.ep.2.Facere ad omnia deorum templa.3.Verr. 45. Facere ignem ex lignis viridibus.Atti.libr.12.epi.24.Bene fecit Silius,qui transegerit.6.Fam.ep.1.Rectè facere,& bene sentire, ad bene beateque viuendum satis.2. in Verr. 16. Facere redemptionem.2.in Verr.16.Facere reiectionem iudicum.15.ad Attic. ep.15.Facere reliqua.pro Deiot.13.& 14. Philip.26. Facere prælium.pro Dom.sua.77.Facere pro aliquo Tusc.q.lib.4.43.Facere progressus:pro Flac.89.Prolixè cumulatèque facere.1.Offic. 31.Vt non reddere depositum, etiam ne furioso promissum facere,&c.de Ora.86.Facere quod non pessimè facias, vel non facere quod non optimè possis,humanitatis est.2. Verr.39.pro Rosc.Amer. 54. & 7. Verr. 164. Cum præsertim planum facere multis testibus possim,&c.Ge.Opt.6.Ora.19.Facere populi scitum.8.Philip.31. Facere omnibus sui conueniendi potestatem. Epist.lib.15.epi.5. Itaque quod pro meo iudicio facere potui,vt laudarem,&c.feci.1.de Ora.220.Quum iratum aduersario iudicem facere vellet.5.Phil.3.Facere iudicium de aliquo. ad Pla. lib.13.ep.29. Vt primùm per ætatem iudicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset.4.Acad.Sed ne literam quidem vnam facimus nisi forensem.pro Clu.‖ pro Quint.31.Homines nobiles seu rectè seu perperam facere cœperunt.in vtroque excellũt. *Ibid.* Sponsionem facere. *Ibidem.* Iniuriam facere. pro Flac.93 Cum ipse non deducendo Falcidium iudicium feceris,plus falsam epistolam habituram ponderis, quàm ipsius præsentis fictam vocem,& simulatum dolorem. 4. In Verr. 95. Cn. Lentulus & L. Lucullus C o s s. Faciunt mentionẽ placere statui, si P.C.Videretur &c.pro Sex.Ros.5.Eius rei quæ cõflauit hoc iudicium mentio facta non est.pro Qu.20.Docealiquando mentionem fecisse. pro Sex.R. Quo tãdem igitur ore mentionem corrupti iudicij facitis.5.I.V.114.Quæstores, legatos, præfectos suos,tribunos,multi missos fecerunt,& de prouincia decedere iusserunt. *Ibid.* Facio eandem sponsionem cum aliquo de societate.Att.lib.4.ep.15.In campo Martio septa tribunicijs comitijs marmorea sumus & tecta facturi.Frag.ep. Vereor ne ferociorem eum faciant tua tam præclara de eo iudicia. Oecon. Virum quàm mulierem audaciorem fecit natura. pro L. Vatren.Cum iter per agros & loca sola faceret cum Populeno. pro C.Cornel.1.Quæ A.Gabinius in re optima fecit omnia.3.de Nat.deor.in Frag.Vt faber non ipse facit materiam, fictorque item è cera:sic isti prouidentiæ diuinæ materiam præstò esse oportuit,non quam ipsa faceret,sed quam haberet paratam.

¶ *Edo,compono,luculbror.* in Piso.70.Poëma porrò facit ita festiuum,ita concinnum,ita elegans nihil vt fiori possit argutius. 2. de Diu. Iam Apollo versus facere desierat.7. Ver.80.ad Qu.fra. li.3.ep.1.Facere versus in cupiditatem alicuius.At.Ludos facere absens malebat.Att.15.ep.10.Ludos verò nõ facere quid fœdius?

¶ *Aestimo,iudico.* Ep.li.3.ep.4.Nã ego te, ex quo tẽpore tu me diligere cœpisti,quotidie pluris feci.2.de Fin. 42. Nã qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem, quam vnam virtus minimi facit,&c. Epist.lib.3.ep.4. Duos duarum ætatum plurimi facio, Cn.Pompeiũ & M.Brutum.Epist.*ibid.*ep.10. Nollem accidisset tẽpus,in quo perspicere posses,quanti ego te,quanti Pompeiũ, quem vnum ex omnibus facio,vt debeo plurimi,quãti Brutum facerem.1.de Nat.deo.29. Vt nullam reliquam faciat eius opinionem.ad Brut.ep.4. Alienæ igitur, inquies, culpæ me reum facies.1.Tusc. 90. Nec pluris facit Camillus hoc ciuile Bellum nunc, quàm illo viuo ego fecerim Romam captam.

¶ *Fingo,induco.* de Cl.or.218.In eo libro vbi se cum Curione colloquentem facit.1.de Nat.d. 31. Plato facit Socratem disputantem.1.de Nat.19.Plato facit mundum ædificari à Deo.pro Fla. 46.Quum verbis se locupletem faceret,haberet illam impudẽtiam quam videtis.1.de N. 84. Facimus deos esse his vocabulis, quibus à nobis nominantur.13.ad Att.ep.19. Feciſsem disputantes,*id est,induxissem.** pro Q.Gall.Cum facit Euripidem & Menandrum inter se differentes.

¶ *Instituo,creo.*3.Off.74.3.Ver.111.pro Cec.12.Viros bonos & honestos complureis fecit hæredes.

¶ *Cogo,colligo,consto.*pro Rabir.perd.reo.7. Peculatum facere.4. Verr. 17. Quærere ipse secum,& cogitare cum suis cœpit, quibusnam rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere posset. 5. Verr. 211. P. Seruilius quinquennium exercitui quum præesset,& ista ratione innumerabilem pecuniam facere posset,&c.pro Cec.33.Quũ manũ fecerit,copias parârit,&c.7.In ✠ Ver.76.Si aliquã manum contra populũ.Rom facere potuisset.

¶ *Addo,efficio* pro Leg.Man.27.Facere animũ alicuius dubium. 1.in. Ver.42.de Sen.28.4.ad Her.68.2. de Or. 325.Facere audientiã.pro Leg.Manil.43.Facere autoritatem.Att.li.7.ep.8.An mihi nutus tuus non faceret fidẽ? in Catil. Vt quoniã auribus vestris propter incredibilem magnitudinẽ sceleris minorem fidem faceret oratio mea At.li.3.ep.16.Tuæ quidem literæ quò sæpius à me legantur,hoc spem faciunt mihi minorẽ.ad Att.li.13.ep. 9. Quãtu cõiecturã faciebas ex literis Massalæ.in Brut. Credit ijs quæ dicuntur:qui odit oratorẽ, vera putat,assentitur, probat,fidẽ facit oratio. de Opt.17.Plato facit Isocratẽ laudari à Socrate.

¶ *Infero,affero.* Attic.lib.11.ep.11.Conuicium Pisoni Consuli mirificum facit. in Or. 228.Sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuerit apta.3.in Catil.8.pro Mil.28.Cædem infinitam ciuium feciſsent.pro Cec.57. Qui illam vim, deiectionemque, tuo rogatu aut tuo nomine fecerit. in Pison. Facio iniuriã fortissimo viro mortuo.pro Flac.83.Facere suspicionem.3. Philip. Ille autem ex Myrmillone dux,ex gladiatore imperator, quas fecit strages,vbicunque posuit vestigia.3.Phil.31.Quid est porrò facere contumeliam? quis sic loquitur.10.Fam.ep.16.Facere conuicium alicui.pro Syl.58.& 3.in Catil.23. & pro Milon.64.& pro Font.26.Facere bellum alicui. pro Sylla. 71.Facere cædem vicinorum. ad Octaui. Nulla enim remedia, quæ vulneribus adhibentur,tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. 9. Phil.8.Honorem mortuo,cui iniuriam viuo fecimus,faciamus. de Diuin.lib.2.49.Facere mirationem.Planc.lib.10. epi.18.Non vllam rem aliam extimescens, quàm eandem quæ mihi quoque facit timorẽ.2.de Finib. 44. Et nescio quo modo is qui autoritatem minimam habet, maximam vim cum illis populis facit,&c.Attic.lib.11. Sed augeo commemorando dolorem, & facio etiam tibi.

¶ *Exerceo.* post Red.in Sen.10.Egestate & improbitate coactus piraticam ipse feciſset.7. Verr. 71. Parad.6.Alios qui à prædonibus erant capti,quùm mercaturas facerent,vt, &c. ad Leptam, lib.6.ep.18.Neque enim erat ferendum,quum qui hodie haruspicinam facerent in Senatu Romæ legerentur.Leptæ lib. 6. ep. 18.Rescripsit,eos qui facerent præconium,verari esse in Decurionibus,*hoc est qui precones essent.* Quin.fra.lib.3.ep.7. Topiariã facere.ad Octa. Cuius auus fuerit argentarius, aditipulator pater,vterque verò precarium quæstum fecerit.7.Verr.154. Is quẽ ille argentariam Lepti feciſse dicit.

¶ *Sacrifico.* pro Mur 90, Iuno sospita, cui omnes Consules facere necesse est.

¶ *Patior,experior.*6.Ver.20.Detrimentum fecit,quòd per te imperij ius vna in ciuitate imminutum est.1 de Na.Illi enim nusquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in marique perierunt.ad Tiro.li.16.ep.9.Qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt.in Top. 15.Sædes exesæ corruerunt, vitiumue fecerunt,&c.hæres restituere non debet,nec reficere.Diuin. lib.2. 34.Facere magnam iacturã causæ.1.Off.84.Facere iacturã gloriæ.Epist.li.4.ep.5. Sulpitij, Iacturam in vnius mulierculæ animula facere.2.de Fin.79.Facere iacturam rei familiaris.

¶ *Acquiro,adipiscor.* pro Flac. 91. Minus igitur lucri facit. 3.Ver. 154.Dubitamus,quid iste in hostium præda molitus sit,qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubijs fecerit.

¶ *Concedo.*ad Qu.fr.lib.1.ep.2. Quod quum Gabinium de ambitu vellet postulare,neque Prætores diebus aliquot adiri possent,vel potestatem sui facerent. 3. in Cat.11. Si quid de his rebus dicere vellet,feci potestatem.

¶ *Curo,procuro.*pro Rab,Posth.37.Facere iudiciũ in reum.pro Fl. 95.Facere iusta alicui.1.de Fin.25.Facere lætitiã.2.de Fin.Facere rem vnam ex duabus.6.Verr.18.Res illius diuinas apud eos deos in suo sacrario propè quotidie facere vidisti.ad Qu.fr. Quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent,&c.5.Famil. epist.14.Vatinij, Tu nos facames.11.Fam.ep.3.Bruti & Cassij,Fac cogites.3.ad Qui. fr.ep.1. Verborum ordinem immuta,fac sic,comprobauit filij temeritas.Att.lib.2.ep.1.Facito vt sciam.11.ad Attic.ep. 20.Feci vt darem.*pro dedi.*pro Clu.168.Quod fuit viri optimi,fecisti, vt ne cui innocenti,&c.Appio lib.11.ep.29. Grauissimum verò iudicium de mea fide & de constantia fecisti,&c.pro Clu.28.Et ibi de integro funus iam sepulto filio fecit.1.Phi.5.Ijdemque bustum in foro facerent,qui illam insepultam effecerant.

¶ *Admitto.committo,patro.*de Finib.lib.2.95.Vide ne facinus facias,cùm mori suadeas.pro Cluent.179. Hoc ipso ferè tempore,Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem eiusmodi. pro Milon.74.Facere stuprum cum sorore. Epistο. Facere magnum facinus.

¶ *Exequor.*pro Flac.48.Quum iudicatum non faceret.

¶ *Fingo,effingo,simulo.*15.Fam.ep.18.Facio me alias res agere.

¶ *Promiscuæ,præstantes,lectissimæq; vires.*de Clar.orat.21. Ego verò,inquam,si potero, faciam vobis satis. pro Quint.34. Neque tamen tamen tam multa verba faciam. de Vniu.39 Si ne tum quidem faciet finem vitiorum.3.Offic.77.pro Cec.45.Quum is sponsionem fecisset, Ni vir bonis esset.pro Q. 53. Si mehercule hæc tecum duo verba fecisses, Quid ago?respiraret cupiditas. in Philipp.Quòd Ttib.pleb.verba fecerunt,vt Senatus Calend. Ianuarijs haberetur.pro Dom. sua, Qui in conuentu bonorum virorum verba de salute mea fecerant.ad Atti. libr.9. epistο.18. Volet enim, credo, Cæsar S.C.facere. pro Quintio. 12. Facere societatem rerum. 2. de Orato. 24. Facere spacia. 1. Officior. 4. Demosthenes si illa, quæ à Platone didicerat, tenuisset, & pronunciare voluisset, ornatè splendideque facere potuisset. 5. in Verr. 135. Facere acceptam sponsionem. 7. Verr. 140. Sponsionem facere cum lictore suo,H—S.duobus milibus.pró Qui. Qui,quum de re agendi nullo recusante potestas fuisset,sponsionem de probro facere maluerit.pro Quin.30.Iubet P.Quintium sponsionem cum Sext.Neuio facere,si,&c. 1. Famil.ep.9. Facere alicui stomachum. 5. Philipp.7.Facere legem.5.in Verrem,18.Facere locationem.5.de Fi.16.Nihil opus est hoc exemplis longius facere, est enim perspicuum, &c.Orato.85.Facere Rẽp.loquentẽ. Terẽtię,li.14.ep.7.Ita sum leuatus,vt Deus mihi aliquis medicinam fecisse videatur.pro R.Com.26.Dic pactionem fecisse,vt absolueretur,non pepigit.Catoni.lib.15.ep.4.Castra in Lycaonia apud Iconium faceret. Att.lib.1.ep.16. Heluetij sine dubio sunt in armis, excursionésque in prouinciam faciunt.pro Milon.Statim complures cum telis faciunt de loco superiore impetum.pro P.Sestio.75. Impetum faciũt in Fabricium.2.in Verrem.3.pro Milo.89.Et pro Syl.18. Facere insidias. 3.ad Att.ep.15.Varronis sermo facit expectationem Cæsaris.2. de Orat.299.Facit enim de se coniecturam: cuius,&c.de Clar. de Or.125. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ,Latinæque literæ fecerunt.pro Leg.Manil.52.pro Sex.Rosc. 2. Ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba fecisti. 15. Famil. epistol. 4. Ad oppidum Cibystra castra feci. ✠ Atti.lib.16. epist.14.& lib.15.ep.20.& lib. 16.ep.2.& li.5.ep. 1.pro Font.1.& 4.in Verr.186.Facere versuram ab aliquo.pro Cecin. 39. Vestigium facere in possessionem. pro Rab. Posthum. 48. Hic vos aliud nihil orat,nisi vt rectis oculis hãc vrbem sibi intueri,atque in hoc foro vestigium facere liceat.16.Fami.ep.21. Ciceronis filij,Facere intercapedinem scribendi.*hoc est, stare ab illis partibus.*7.ad Att.ep.3.Facere illac.4.Tusc.ul. 9. Vtrum igitur mauis, statimne nos vela facere, an quasi è portu egredientes, paululum remigare.Parad.4.Facere incendium.1.de Inuent.73. Facere incestum 3.in Ver.150.Facere indicium.8.Philip.20.Inducias facere.6.in Ver.20.Facere aliquẽ infamẽ.At.li.8.ep.9.Facere initium armorum.5.Philipp.20.pro Cluen. 71. Facere initium cædis à me. 14. Philipp.36.Facere initium confligendi. 2. Verr.34.Facere periculum diligentiæ.1.Verr. 27.Facere periculum sui.pro Leg. Agrar.Istos, quibus ocioſi negocium fecissemus ocioſissimos reddam.Plancus ad Ciceronem lib.10.ep. 18. Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent.Plancus ad Ciceronẽ.5.in Ver.119.Facere prædas.ad At.lib.4. Facio fraudẽ S. C. inde domum cœnatus vtsim manè præstò Milonitibi re igitur videbo & promouebo.2. in Rul. 63.& 4.in Verr. 131.Facere summam pecuniæ.3.Off. 94.& 1.Off.25. Facere promissa,stare conuentis.reddere deposita,cõmutata vtilitate fiũt inhonesta.7.Ver.140.Facere quæstum furtis.Diu.li.1.85.Facere ratum.Catoni lib.15.ep.4.Quũ exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cœpissem.Senatui populóque Romano,li.15.ep.2.Iter in Ciliciam facere institui.Att.lib.5.ep. 9. Actio maluimus iter facere pedibus,qui incommodissimè nauigassemus.3.Ver.44.Facere iter quacunq;.At.li.16.ep.8.Iter secundũ mare facere.5.ad Att. ep.3. Facere iusta itinera.1.de Leg.53. Ipsisque magnopere autorem fuisse, vt aliquando controuersiarum aliquem faceret modum.de Petit.Consul.28.Facere fucum.3.Tusc.72. Deinde etiam gratum se mortuis facere,si graviter eos lugeant, arbitrantur.4.ad At.ep.2.5. in Ver.21.Facere gratulationẽ cuipiam. pro Cornel.Balb.41.Facere hospitium cum aliquo.5.in Ver.180. Facere deductiones ex pecunia. 14.Philipp. 21.& 6.Phili.3. 6. in Ver.146.1.Famil.ep.2.Facere discessionẽ in sententiam.2. Phili. 69.Facere diuortium cum aliqua.7.in Ver.183. Facere donum. 2.de Fi.59.Facere emolumentum.pro Fla.74.Facere emptiones & proscriptiones prædiorum.ad Att.lib.6.ep.5.Facere longiorẽ epistolam.5.Phili.23.Facere exercitum.4.Acad.10. Expectationem sui facere.At.lib.8.ep.19. Neque castra propter anni tẽpus & militum animos facere possum.2.de Or.132.Facere causam. pro Dom.sua.129.Facere cautiones pecuniarum.pro Quint.Facere certiorem.pro Planc.47.Doceo gratiosum esse tribulibus Plancium,quòd multis benignè fecerit. *pro, multis sponderit.* pro Dom.sua.12.Quis iste tum cædes,quas lapidationes,quas fugas fecerit.Att.lib.8.ep.3.Ac né me existimaris ad manẽdum esse propensiorem, quòd plura in eam partem verba fecerim. At.Feceris mihi gratum,si antè eò veneris.At.li.1.ep.15.Per mihi,per inquam gratum feceris.1.de Diuin.Quum duo quidam Arcades familiares iter vnà facerent.9.Famil.ep.14 Facere accessus & recessus.pro Rab.Posth. 30. Facere accessionem & decessionem de summa.Att.li.13.ep.4. Æs alienũ facere.pro Milo. 42. Dein subito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tiberim:vos & omnes boni vota faceretis, vt Miloni vti virtute sua liberet.de Prouin.Conf.10.Retinete igitur in prouincia diutius eum qui de socijs cum hostibus, de ciuibus cum socijs faciat pactiones.2.de Or.249. Quin prodis,mi Spuri,vt quotiescunq; gradum facias,toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. lib.8.ep.18. Æquum est me à te impetrare,vt cohortes,quæ ex Piceno & Camerino venerunt, quæ fortunas reliquerunt, ad me missum facias.pro Rosc.Com.36.Et si quando me vis peierare, vt paululum tui compendij facias, paratum fore scito. pro Cec.Nã verba ipsa sponsionis facerent mecum, si vellem diligenter attendere.pro Clu.25.Quatuor viros municipes fecerunt. 5.ad Attic.ep.13. Facere permutationem cum aliquo.*Frag.ep. Cum iter facere Claternam tempestatem spurcissima.

FAC. *cum infinito,concedentis est,pro esto.*2.I.A.5.Fac potuisse.Ep.lib. 9.ep.2.Verùm fac esse omnia.1,Tusc.ul.70.Sed fac igneam,fac spirabilem.nihil ad id quod agimus.Tus.lib.1.82.Sed fac vt isti volunt,animos nõ remanere post mortem.eodem, Fac totum dolere corpus.eodem,Fac enim animum interire vt corpus. de Nat. d.lib.1.75.Fac id mihi esse persuasum. *Ibid.*107.Fac imagines esse,quibus pulsentur animi.I. V. Fac ita esse,tamen ferendum non est.I.A.or.5.Sed fac ita non esse, num Latinè scit? de Or.de N.d.li.5,Att.li.14.Sed fac esse,nihil supereſt.Ep.lib.7.ep. 23.Fac qui ego sum,esse te.At.li.7.Tradã igitur isti me:Me fac posse tutò.multi etiã hortantur:num etiam honestè?I.A.13. Facite hoc meum consilium legiones nouos non improbare.

FACERE *cum aliquo,& ab aliquo,id est,conuenire.*)(*facere contra aliquem.*pro Cecin. 104. Autoritas sapientissimorum hominum nobiscum facit.Att.lib.6.ep.8.Cum Cæsare Lentulus consul facit.pro Cecin.79.Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur.Part. 127. Defensor autem de æquitate nitatur: & ea quum secum faciat, non re, sed deprauatione verbi se vrgeri queratur.I.V.Act.3. Faciebant omnia cum Pupilla. pro Qu. 91. Veritas cum hoc facit.pro Syl.36. Facere cum aliquo, & idem sentire. pro Planc. 86. Cum furialis illa vox secum illos facere personabat.1.de Inu.90.Hoc nihilo magis ab aduersarijs quàm à nobis facit.2.ad Heren.At.lib.7.ep.3. Sic iudico omnes ignominia affectos illic facere.*id est,Cæsari fauere.*pro Sylla.36.Lucium Cassium dixerunt commemorasse cum cæteris, Antronium secum facere.pro Sylla,*Ibidem.*Cassius si respõdisset idem sentire, & secum facere Syllam, tamen mihi, &c. pro Cecin. Rem.& sententiam interdicti mecum facere fatebatur.de Fin. lib.2.Populus cum illis facit.

✠ ADVER. *Abiectè,ignauè,immoderatè, muliebriter, Seruiliter.2.Tus.Absurdè,studiosè,de Pet.Conf.Accuratè,melius,de Clar.Ambitiosè.ep. 7.Brut.Ambitiosius,plurimi,ridiculè.3.Famil. Amicè,cautè, furiosè, honestè,ineptè.8.At. Amicissimè mentionem alicuius, libenter causa alicuius,libenter,prolixè, celeriter.16. Att.Amplius,de Arusp.Animosè,consideratè.4.Phi. Apertè,asperè, audacter,diu quid,perfidiosè, stultissimè pro Sex.Rosc. Apertè prædas,diligentissimè tabu-*

las

las, improbè prædas, peritè. 3. In Verrem. Apertius quid, cautè vitando, crebrius, Eleganter. Enucleatè penè, malitiosè, necessariò, pressè, & angustè, pridem, & constanter, vehementer. Orat. Apertè contra leges, palam fœdus, Sortitò prouocatores, pro Sest. Apertius, moderatè. 13. Philip. Asperius multa in personã, parcissimè, planè ita, Sapientius. 6. Fam. Astutè, callidè, improbissimè, malè, optimè Sponsionem. pro Cæc. Audacius, Parad. Audacius, Elegantissimè, facilius coniecturam, Improbius. 5. In Ver. Bellè, diligenter de aliquo. 5. Att. Bene heredes, breuiter. 3. de Leg. Benè è Reipub. consuetudine. 10. Philip. Benignè. vero, & meritò, 1. de Leg. Benigne iter, impensius, omnia causa alicuius 13. Famil. Breui, familiarius iter, Impunè postremò vt. 2. de Inuen. Callidius, dissimulanter, humaniter, Justè, liberaliter, magnificè, Omninò nihil sua causa, pessimè, sapienter, & ferre, 2. de Orat. Callide quid, coràm delatum, egregiè, impudenter quidui, malicioseè nihil, obscurè, nihil stultè, vasrè. 4. In Ver. Cautius celeriter difficilius, statim certiorem. 14. Famil. Clementer, cumulatè, fortiter, magnoperè quid, sapiẽtissimè. 7. In Ver. Commodè, omnino nunquam versuram, petulanter, pro Cal. Commodius, rectè. 2. de Leg. Communiter cum collega, 1. Philip. Consideratissimè, malè, omninò malè, planè sic, 9. At. Constanter, diligẽtius, Stultè contrà, temere contrà. 9. Famil. Consultò, curiosius. 1 de Nat. Contrà, Impudenter, longè secus, palam contra, Part. Copiosè, grauiter, splendidè. 5. Tusc. Cumulatè, etiam atque etiam, iamdudum, impudenter, prolixè, pro Flac. Cupidè, molliter, quam familiarissimè certiorem. 1. Famil. Decorè. 4. de Finib. Deintegrò funus, libentius, Omnino nullum verbum, Sedulo, pro Clu. Deterius, impiè, indoctè. 2. de Natur. Diligenter. 11. Famil. Diligentissimè certiorem. 3. ep. ad Brut. Diutius quid. 3. In Catil. Doctè, inornatè, 1. Offic. Sall. Dolenter, inimice, mutuò, potius quid. 10. Fam. Effœminatè, indecorè imustè impetum, occulte. Elegantissimè. 3. de Ora. facillimè, Inhumaniter. 3. ad Q. frat. fallaciter, honestius, incontinenter, inhumanè iniustè, insidiosè, simulatè. 3. Offi. feliciter humanissimè, probè. 13. Att. fraternè. pro Lig. furtim, pro Do. Grauissimè, verissimè, pro Plan. Gratius, gratis nihil, post continuo idem, In Vat. honorificè, ep. 5. Ad Brut. Grauissimè, seuerissimè, pro Deiot. hostiliter & moliri, & cogitare. 5 Phil. huberius, de Prouin. humanè.) (. Rusticè. 12. Att. humanius, nequiter. 3. Tusc. Imperitè, pro Q. Rosc. Com, Improbè, pro Mur. Impurè. 1. de Di. impurè quid intemperanter, Nefarie in Remp. rectissimè quidui. 2, Philip. Incautè, Scelerate quadam, Tardius iter. 11. Attic. Indulgenter liquidius, parcè restrictè. 2. de Finib, Iniquè. 4. Ep. ad Brut. Inscienter, pueriliter, subarroganter. 4. Academ. Insolenter, modicè, quid. 4. Famil. Iracundè, præclarè, rabiosè, similiter, vehementius. 4. Tusc. Iustissimè ep. 4 ad Brut. liberè. 3. At. liberius. 1. Tusc, Libidinosè, nefariè. 2. In. Verr. Longè castra à Tauro, studiosius certiores, 15. Famil, Malè alicui, prudentissimè. 5 Fam. Maturius quid. 2. In Cat. Maximè admirabilitatem. 2. Offi. Maximè authoritatem. pro Pomp. Melius, temere, turbulenter. 2. Famil. Moderatius. 1. de Fin. Obscurè, Optimè. 1. de Inuent, Ocyus. 6, de Repub, Officiosius, planè libenter. 6. Att. Omnino satietatem vitæ. 11. Phil. Oportunè. 3. de Finib. Oportunè mentionem, ornatius. 5. de Finib. Ornatissimè, vitiosè, vulgò. 1. de Orat. Palam, teterrime, Turpiter, nihil. 7. Att. Palam testamentum, periculosè, præclarissimè in vita, pro Milo. Perperam, porro Sponsionem, perbellè, stulte iniuriam illustrem. 4. Atti. perpetuò. 1. ad Quint. frat. plerunque, studiosissimè, pro Rab. Porro. 6. In Verr. prudenter. 10. Att. publicè, hospicium cum aliquo, pro Corn. pulcherrimè. 16, ad Br. Quam diligentissimè certiorem. 1. Att. Rectè, ordine, exq; Repub. 3. Philip. Scitè certiores. 2. de Diu. Similiter ac si. 3. de Nat. Temere partitionem. pro Syl. Tetrè. 1 de Diu. Verè. 12. Famil.

¶ *In Syntaxi non laboramus, quia vniuersæ formulæ sunt præcipuæ: neque repetendæ sunt frustra, ne tempus perdamus.*

FACTIO *partes, secta, ratio.* de Clar. 164. Inuidia concitatur in iudicum & in accusatorum factionem. Quint. fr. li. 3. ep. 1. Fabinium tres adhuc factiones postulant. Attic. lib. 7. epi. 9. Tenuisti prouinciam per decem annos, non tibi à Senatu, sed à teipso per vim & factionem datos. ad Her. In inuidiam trahemus, si vim, si potentiam, factionem, diuitias, &c. proferemus.

¶ *Confectio.* Top. 50. Tabulæ, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset.

✠ *A* DIVN. *Contraria. 8. Famil.*

FACTIOSVS, a, um, *seditiosus.* 2. ad Herenn. 40. Si quis potens factiosus, &c.

FACTITATVS, a, um. 2. de Diu. 97. Si esset factitatum non esset desitum. Or. 143. At alterum factitatum est, alterum nouum. 2. Offic. 85. Hæc apud maiores nostros factitata.

FACTITO, as, *exerceo, vsurpo.* de Cla. 68. Quod ne Græci quidem veteres factitarunt. de Cl. 130. M. Brutus accusationẽ factitauit. 2. I. A. 41. Quẽ palàm hæredem semper factitauerat. Ora. 147. Ille versus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites.

✠ *A* DVERB. *Diligentius. 8. Famil. palam heredem. 2. Phil. studiosè. 5. Tusc.*

FACTV. de Vni. Difficile factu est à dijs ortis fidem non habere: quanquam nec argumentis, nec rationibus certis eorum oratio confirmatur.

FACTVM, cti. Attic. lib. 9. ep. 19. Meum factum abste probari gaudeo. pro Dom. 97. Illud pulcherrimum factum, quod ex autoritate Senatus gessi. Ep. lib. 1. ep. 9. Nullum meum minimum dictum, non modò factum, pro Cæsare intercessit, quod non ille, &c. pro Cæl. 23. Qui non modò à facto, sed etiam à conscietiæ suspicione abest. 2. I. A. 114. Cùm ipsum factum per se præclarum atque diuinum est, tum expositum ad imitandum. pro Syl. 72. Ecquod eius factum aut commissum, quod cuiquam paulò minus consideratum videatur factum? Antequam. 15. Illorum aut in me maledicta, aut in vos scelerate facta. 1. de Fin. 36. Facta illustria & glorioſa. Epist. lib. 10. ep. 16. Factum egregium. pro M. Scau. Factum alicuius imitari. Hortens. Vt aliorum facta & euenta conquiram.

✠ *A* DIVNT. *Ambitiosum, difficiliora. 1. ad Q. fr. Auarum. pro Flac. Audacius, pro Syll. Commune. 10. Phil. Crudele, & turbulentum.) (mitius tranquillum, honestum rectum, aut vtile, tetrum, crudele, nefarium, & tyrannicum, turpe, aut inutile,) (. vtile, honestum. 1 de Inuent. Crudelius. 1. In Catil. Dementissimum gloriosum, præclarum atque diuinum. 2. Phil. Dignasima laude, Improbissimum. 5. In Ver. Digna viro, Improba, proteruum. 2. de Fin. Egregia, In Salust. Egregium. 9. Fa. Extremũ, Recta. 3. In Cat. fœda, pro Cal. fœdissima, honestissimũ 3. Phil. Gratum. 16. Att. Illustria & glorioſa, 1, de Fin. Illustre, ac notũ, In Pis. Infinita. 2. de Inu. Iusta. 2. de Leg. Laudabile. pro Dõ. Lætiora. 7. Att. luculentũ. 9. Att. Maximũ, & clarissimũ, Maximum & pulcherrimũ, simile, singulare. 1. Phil. Minima, et maxima, Or. Minimum. 1. Fami. Multa & varia, de Part. Nefaria. 3 In Ver. Nouitia, non subita, nec Inconuenientia, sed similia cogitationibus illis. 12. Famil. Obscurum. 2, Offic. Optima. pro Cluen. Aut præclarum, aut certè necessarium, pro Mil. præclara, pulcherrimum, vtile. 3. Offic. plenum flagitij atque dedecoris, 5. Attic. Tantum, tamque præclarum. 4. Phil. Turpe, pro Cæc. Versutum & callidum. 1. Offic.*

FACTVRVS, a, um. I. Vertẽ. 45. Quoties ille tibi potestatem optionemq; facturus sit, vt eligas vtrum velis, factum esse, nécne. Att. li. 13. Neque est facturus quicquam nisi de meo cõsilio. 7. At. ep. 15. Facturum eum puto vt præsidia deducat. *id est, puto eum deducturum.* Cat. li. 15. ep. 3. Armenios regem in Cappadociã impetũ esse facturum. 3. Offic. 112. Iurauitq; se illum statim interfecturum, nisi iusiurandum dedisset, se patrẽ missum esse facturum. Gallo li. 7. ep. 23. Accepi Aulanij literas, in quibus hoc

inerat liberalissimum, nominæ se facturum cùm venisset, qua ego vellem die. pro Sestio. 74. Ille se affirmare postero diè moram nullã esse facturum. 7. Verrem. 45. Quid existimare eos qui audiebant, arbitrabare, &c. Nauiculariam te, quum Romã venisses, esse facturum? ad Br. ep. 13. Bruti, Facturum te quod oportet. At. li. 16. ep. 16. Quod te tua spõte facturũ esse certò scio, honoris nostri causa libenter, prolixè, celeriter facias. At. li. 2. Idẽ affirmat verbum de me illum non esse facturum. 5. Verr. 138. Scandilius verò negat sese apud Artemidorum recuperatorem verbum esse facturum. in Ver. Quid si docebo, Iudices, eos, qui c c c c. millia lacri faciunt, damnum facturos fuisse.

FACTVS, a, um. *natus, comparatus, aptus, constitutus.* 1. Off. 103. Neque enim ita generati à natura sumus, vt ad ludũ facti esse videamur, sed ad seueritatem. pro Mil. 10. & Or. 165. Ad quem legẽ non docti, sed facti non instituti, sed imbuti sumus. pro Q. Ais vadimonium desertum, quæ fuit à te statim vt Romã rediit Quintius, quo die vadimonium istuc factum esse diceres. Atti. lib. 14. ep. 20. Erotem ad ista expedienda factum mihi videbar reliquisse. de Clar. 275. Siue quod natura non esset ita factus. Or. 193. Sed ita facti sunt illi pedes, vt in eis singulis modus insit. Hort. Interitus Romuli in obscuratione Solis factus est. de Na. deor. Quod si non est à Deo materia facta, ne terra quidem, & aqua, & aer, & ignis, à Deo factus est.

¶ *Elaboratus.* 7, in Ver. 62. Argentum factum atque signatum. 3. de Orator. 183. Oratio quæ quidem sit polita atque facta. 6. in Ver. 28. Phaleræ pulcherrimè factæ. & 37. Argẽtum optimè factum. & 4. Ver. 83. Argentum bene factum. & 6. Ver. 46. Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta. & 38. Pocula Mentoris manu summo artificio facta.

✠ ADVERB. *Admodum sero. 13. Att. Aliundè verbũ, Orat. Amicè, piè. 5. de Fin. Amicè. 2. de Inuen. Apertè. 2. In Cat & 12. Phi. Auarè, consulto. pro Sex. Rosc. Benè, de Clar. Bene & è Repub. senatusconsultum. 5, Phil. Benè argentum. Optimè, præclare signum, pulcherrimè, egregiè Sappho, Optimè vasa, pulcherrimè phaleræ. 6. In Verr. Benignè à populo, pro Planc. Casu. 1. de Diuin. Casu, fortuitu, diuinitus. 2. de D. Contra atque oportet. pro Corn. Balbo. Crudeliter. pro Cæl. & in Cat. Cupidius, familiarius, Rectè testamentum. 2. de Or. Dissolutè, propius quicquam. 7. In Ver. fideliter. 10. Fa. Flagitiosè effabre. 2. In Ver. fortuito, percõmodè, & fortuito, pro Syll. 4. Tusc. Gratis mirè scitè, venustè. 4. In Verr. Gratis, quid ab aliquo. pro Clu. Gradatim, sero. 9. Fam. Imprudentius. 10. Att. Legitimè nihil. pro Dom. Malè. 15. Attic. Mansuetè. pro Mar. Magnificentissimè. In Vat. Mirificè, & collocatum. 2. de Nat. Otiosè. de Ami. Omninò. pro Mur. plane iudicium, repente, è vestigio. 1. In Ver. prauè. Aca. propensè, & conspiratio ordinum. pulcherrimè, largissimè 3. In Ver. Quietè. pro Deiot. Recti, diligenter. de Arusp. Rectè, serius. 1. In Catil. Spurcè. 1. de Inuent.*

FACVLTAS, tis. *Alicuius commoditas, occasio, ansa.* pro Pompe. 18. Nec ijsdem redimendi facultas erit propter calamitatem, nec alijs voluntas propter timorẽ. pro S. R. 92. Videamus nũc ecquæ facultas suscipiendi maleficij fuerit. & *ibid.* Age nunc, cæteras quoq; facultates consideremus. pro Q. 16. Romæ mihi nummorum facultas est, quam si sapies, communem existimabis. Ora. 117. Erit igitur hæc facultas in eo, quem volumus esse eloquentem. At. li. 8. ep. 15. Nec eius rei facultatẽ, si qua erit, prætermittam. pro Arch. 2. Alia quædam in hoc facultas est ingenij. Bru. ep. 5. Quòd si statueris in Asiam tibi eundum, nulla erit ad comitia nostros accersendi facultas. 1. Off. 42. Videndum est, ne maior sit benignitas quàm facultas. pro Milo. 46. Miloni nulla facultas manendi, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. Ep. lib. 4. ep. 13. At ea quidẽ facultas vel tui, vel alterius cõmorandi in te summa est, si vnquam in vllo fuit. Epi. lib. 10. ep. 4. Neque si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset, vnquam à tuis consilijs discreparem. 1. de Inu. 86. Quare illa nobis alio tempore si facultas erit, explicabuntur. 2. de Orat. 49. Non deerit ipsi facultas ex cæteris rebus cõparata. At. li. 7. ep. 7. Hic mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit. pro Font. 12. Ne irato testi facultas ad dicendum data videatur. 2. de Or. 342. Opes superbiæ & libidini facultatem & materiam dare. 2. de Inu. 147. Si causa dabit facultatem. pro Fl. 19. Libenter arripere facultatem lædendi quæcunque detur. 3. de N. 8. Si modò eam facultatem tibi causa dabit. pro Cec. 71. Nõnunquam improbo iudici facultas datur, vt cum sciens perperã iudicarit, tabulas secutus esse videatur. 2. de Diu. 39. Dolco tantam Stoicos omnibus irridendi sui facultatem dare. pro Cl. 10. Tamen multæ mihi postea ad satisfaciendũ facultates dabuntur. Ep. li. 10. ep. 19. Gloria, cuius dij maximã facultatem tibi dedere. Att. li. 6. ep. 2. His ego duobus generibus ciuitatu facultatem ad se ære alieno liberandas aut lauandas dedi. 1. de Fin. 72. Quæ mihi facultas ad hoc tempus nunquã est data. pro Q. 8. Q. Hortensius cui summã copiam facultatemq; dicendi natura largita est. pro Rabi. 18. Vtinã mihi hanc facultatem causa concederet, vt possem hoc prædicare, &c. 1. de Or. 117. Quintius Varius illa ipsa facultate, quamcunque habet, magnam est gra ã cõsecutus. Orat. 113. Eloquens facultatem habet, quæ est eius propria, fusè latéq; dicendi. Ep. lib. 1. ep. 7. Si res facultatem habitura videatur, vt Alexandriã tenere possis. & lib. 10. ep. 12. Virtus maximè illustratur magnis in Rempublicã meritis, quã facultatem habes maximã. & lib. 11. ep. 2. Sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. Off. li. 1. 73. Ad rem gerendam qui accedet, non modò consideret, quàm illa res honesta sit, sed etiam vt habeat efficiendi facultatẽ. ad At. li. 1. ep. 4. Cùm & ocij ad scribendum plus, & facultatem dandi maiorem habueris. pro Pomp. 69. Nihil est quod de perficiendi facultate dubitemus. 2. contra Rull. 82. Cætera vectigalia belli facultatibus affliguntur, hoc vectigali etiam belli facultates sustentantur. Quin. fr. lib. 3. ep. 9. Nihil quod ad commodum meum pertineat, sine maximo tuo cõmodo & maxima tua facultate mi frater cogitaris. 1. I. A. 43. Vt semper nouus veniam, quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum largitur. pro Mur. 42. Respublica dedit, ei facultatem liberalitatis, qua vsus est, &. 3. I. C. 4. Facultatem mihi oblatam putaui, vt quod, &c. pro Clu. 77. Is oblatam sibi facultatem putauit, vt posset, &c. pro Muræ. 11. Vera maledicendi facultas. Ora. 70. Magni igitur iudicij & summæ facultatis esse debebit moderator ille, &c. At. li. 1. ep. 14. Nisi mihi dolor meus, tum omnes partes mentis, tum huius generis facultatem ademisset. 2. de Or. 342. Virtutes quæ ingenij aliqua facultate positæ sunt. & 215. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex eisdem suppeditatur locis. & lib. 1. 95. Ocium ac facultas discendi maior & maturior. & 135. Quoniam ex me non de oratoris arte, sed de hac mea, quantula cunque est, facultate quæritis. *1. de eo quod ego in dicendo præstare possum.* de Opt. 10. Vim eloquentiæ non rei natura, sed sua facultate metiri. & *ibid.* Melius à deteriori facultate, quàm genere distinguitur. 1. de Orat. 142. Omnis vis ac facultas oratoris in quinque partes distributa est. 2. de Or. 30. Studium dicendi res facultate præclara, arte mediocris. de Clar. orat. 228. Huius omnis facultas ex historia ipsius perspici potest. 2. Offi. 56. Theophrastus talium sumptum facultatem, fructum diuitiarum putat. 2. de Inu. 40. In occasione commoditas ad faciendum idonea, in facultate copia & potestas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit, considerandæ est. 2. de In. 24. Aut potestas alijs defuisse demonstranda est, aut facultas. potestas, si aut nescisse, aut non affuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicetur: facultas, si ratio, adiutores, adiumenta, & cætera quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur. Part. 119. Facultatum autem infirmatione vtetur, si aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit. aut alienum tempus, aut locum non idoneum. 1. de Or. 61. Illustrare autem oratione, si quis istas ipsas artes velit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem. & *ibidẽ* Asclepiades in eo ipso quod ornatè dicebat, non medicinæ facultate vtebatur, sed eloquentiæ. 2. de N. 168. Facultas disserendi à Rhetoricis exercitationibus accepta. & 4. in Ver. 135. Ex vtraque parte facultates & copias cognoscere. Ep. li. 15. ep. 2. Cura magis & diligentia, quàm facultate & copia facere aliquid. item: Materies digna facultate & & copia tua. 1. de Na. 12. Cuius rei tantæ tamque difficilis facultatem consecutum me non profiteor. secutum esse præ me fero. At. lib. 3. ep. 10. Tantæ facultates ingenij, consilij, gratiæ. pro Syl. 42. Viri summã virtute & fide, cuius generis in senatu facultas maxima. Antequam. 16. Consularis homo non minimis facultatibus vsus. 3. de Or. 54. Habere summam facultatem vacui ac liberi temporis. 3. de Nat. 88. Spei, salutis, opis, victoriæ facultas à dijs experenda est. 1. de Or. 30. Vtrunque collaudandum videri, quòd tantam iam essent facultatem adepti, vt cum maioribus natu comparatentur. 1. de Orat. 44. Hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur orator, sed Crassius sua quadã propria, non communi oratorũ facultate posse. 1. Off. 1. Vt par fis in vtriusq; orationis facultate. 4. I. V. 83. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. 2. de In. 8. Quo ad facultas tulit. *1. quoad potuimus.* 1. de In. 49. Ac fons quidem confirmationis, vt facultas tulit, apertus est. & *ibid.* Vt facultas tulit, feci, &c. pro Dom. 146. Horum ego bonorum facultatem nunquam & copiam expetiui. 2. Off. 19. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, vt hominum studia complectamur, dicemus. At. lib. 6. ep. 2. His ego duobus generibus *ciuitatum*, facultatem ad se ære alieno liberandas aut leuandas dedi.

¶ *Ars, doctrina, scientia.* 1. de Orator. 217. Qui in aliqua arte & facultate excellit. *ibid.* Oratoris facultas. 1. de Orato. 90. Quibus

in rebus oratorum versatur facultas.

¶ *Opes, fortunæ, diuitiæ.* 2. Offic. 15. Effectumque est, vt dando & accipiendo, & permutandis facultatibus, & commodis, nulla re egeremus. pro Rab. 14. Quæ si in illo minima fuissent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur. 1. Offic. 9. Tum autem consultant, conducat id, nec ne, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam. Oecon. 1. Vt aliquas facultates acquireremus.

✠ *ADIVNC. Absoluta & perfecta, aliena, ieiuna, atque nuda, maior, maturior dicendi, propria, non communis, poetica, & rustica. 1. de Orat. Agrariè. 2. At. Bona. 7. Famil. Communis. pro Q. Rosc. Diuersæ, atque seiunctæ, magnæ, oratoria, 1. de Inu. Grata, & ornata. 3. Offic. Grauis dicendi, & plena dignitatis, maior, vera, pro Mur. Incredibilis. 2. de Orat. Neque nimis infans, neque perfectè deserta, de Clar. Leuior. pro Arch. Maxima. 1. Famil. Minimæ, Anteq. Multæ. pro Clu. Optabilis. 10. Famil. paruæ. 1. In Ver. perpetua. 5. Tuscu. popularis. 2. Tuscu. Singularis dicendi. pro Pomp. Summa. 3. de Orat. Summæ commodorum, pro Flac.*

☞ Syntaxis. *Suscipiendi maleficij facultas. In aliquo, & alicui facultatem esse Dari ad orandum facultatem, largiri, offerri. suppeditari. ocium & facultas discēdi maturior. Vis & facultas, vel potestas illi defuit, vel facultas: id est, occasio. Habere facultatem liberi & uacui temporis. Agam quoad feret facultas: id est, pro virili. Id non conducit ad rerum facultates & copias: non ad opes, aut potentiam. (hic agnoscimus esse synonyma, facultates & copias: non abesse discrimen inter facultates & opes: & non parum differre facultates a potentia.)*

FALCARII, *milites dicebantur falcibus quibusdam armati.* 1. I. C. 8. Dico te priori nocte venisse inter falcarios in M. Leccæ domum. I. V. Actio. 5.

FALERNVS, a, um. *Campanus.* de Clar. 286. Falernum vinum. pro Cl. 175. & 2. in Rul. *Sæpe* Falernus ager.

FALISCVS, ager. 2. contra Rull. 65.

FALLACIA, ciæ. *fraus, præstigiæ, dolus, laqueus, fucus, simulatio, machinæ, verbi laqueus.* 2. de Orat. 191. Nihil opus est simulatione & fallacijs. pro R. P. 35. Illinc omnes præstigiæ, illinc omnes fallaciæ. pro Cluen. 100. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciæ. 2. de Diu. 85. Tota res est inuenta fallacijs, aut ad quæstum, aut ad errorem. pro Quint. R. 20. Hic ex fraude, fallacijs, mendacijs constare totus videtur. Att. lib. 1. ep. 1. Prensat vnus Galba sine fuco & fallacijs. 3. de Natu. 73. Doli machinæ, fallaciæ, præstigiæ, sine ratione esse non possunt.

FALLACILOQVENTIAE: *plur.* 4. de Fin. 68. Accij.

FALLACITER, FALLACISSIME. *malitiosè, dolosè.* pro Do. 77. Maiores nostri, qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt. 3. Off. 68. Ratio hoc postulat, ne quid fallaciter, ne quid insidiosè, ne quid simulatè. 1. de Diu. 35. Fallaciter portenta interpretari. de Aru. 48. Fallacissimè se alicui venditare Partit. 90. Fallaciter imitando.

FALLAX, cis, cissimus. *fraudulentus.* pro Pl. 22. Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. pro R. P. 40. Fallaces & fucosæ merces. ad Br. ep. 10. Quidam Cæsarem fallacibus interpretibus ac nuncijs impulerunt in spem certissimā consulatus. 2. de D. 91. Oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quæ ratione atque animo videro debebant. 3. Off. 36. Emolumenta rerum fallacibus iudicijs vident. de Amic. 70. Vt tanquā in herbis non fallacibus fructus appareat. 4. Aca. 75. Sophismata: sic enim appellantur fallaces conclusiuncula. 3. de N. 75. Malicia est versuta & fallax nocendi ratio. 1. de D. 37. Astrologi vani, fallaces. pro Milon. 95. O spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ. 12. I. A. 6. Spes falsa & fallax. Att. lib. 10. ep. 13. ψεύστης fallax.

✠ ‖4 Acad. 140 Fallax imitatio.

☞ Syntaxis. *Præstigiæ & fallaciæ. Fraudes & fallacias alicuius exagitare. Homo ex fraude & fallacijs, mendacijs constans. Fucus & fallacia. Fictè & fallaciter populariS. Fallaciter, insidiosè & simulatè. Se fallacissime venditare. Fucatus, fallax. Fallax & fucosæ merces. Versuta & fallax ratio nocendi. Spes falsa & fallax.*

FALLENDVM. Quin. fra. lib. 1. ep. 2. Hominum ingenia ad fallendum parata.

FALLENS, tis. 1. de Or. 92. In vnum exitum spectantes, & nunquam fallentes res.

FALLO, lis. *decipio, induco, fraudo.* pro S. R. 117. Roscius socios induxit, decepit, destituit, aduersarijs tradidit, omni fraude & perfidia fefellit. 4. I. C. 23. Si vis improborum spem meam fefellerit, atque superarit. 1. de D. 25. Diuinatio fallit fortasse non nunquā, sed tamen ad veritatem sæpissimè dirigit. 1. de Orat. 2. Quam spem cognitionum & cōsiliorum meorum, cùm graues communium temporum, tum varij nostri casus fefellerūt. 1. Off. 39. Ad supplicium redire maluit, quàm fidē hosti datā fallere. Ep. ii. 1. ep. 3. Quę ne spes eum fallat, vehementer te rogo. At. li. 16. ep. 3. Gaudeo nō fefellisse eam rem opinionē tuā. in Sall. 9. Multū verò te opinio fallet, &c. ad Oct. pro Syl. 41. Opinio de te multum me fefellit. 1. de Ora. 25. Neque enim hoc te Crasse fallit, quàm multa sunt. Orat. 225. Quem quæso nostrum fefellit ita vos esse dicturos? At. li. 3. ep. 23. Tamen in lege nulla esse huiusmodi capita, te non fallit. 12. I. A. 21. Is enim sum (nisi me fallo) qui, &c. pro S. R. 48. Nisi me fallit animus. Att. lib. 14. ep. 12. Sed nos (nisi me fallit) iacebimus. Brut. ep. 18. Nisi me fortè fallit. At. lib. 8 ep. 7. Nisi omnia me fallunt. Ep. li. 3. ep. 5. Si quid me fallit in scribendo. Ep. li. 5. ep. 20. Nisi quid me fallit. Epi. lib. 1. epi. 6. Non fallam opinionē tuā. 3. de N. 73. Aut tu illū fructu fallas, aut, &c.

✠ *ADVERB. Multum opinionem. pro Clu. Occultè. 2. de Fin. Omninò. 9. Fam. planè pro Sest. vehementer. 12. Fa.*

FALLOR, ris. 4. Ac. 66. Cauere ne capiar, ne fallatur videre. At. li. 13. ep. 21 Possum falli, vt humanus. 3. de N. 76. Spe falli possumus & *Ibid.* Deus falli qui potuit? in Sall. 3. Longè falleris opinione.

☞ Syntaxis. *Res nunquā fallens. Fallere, & superare vi. Fidem fallere. Id me fefellit, & opinionem meam. Nisi me fallit. Nisi me animus fallit. Ne me fructu fallas. Opinione longè falla. Equidem (nisi me fallo.)*

FALSE. *falsò.* 4. Acad. 141. Assentiri falsè alicui rei.

FALSITAS, tatis. *vanitas.* pro Clu. 4. In omnibus locis parum firmamenti, & parum virium falsitas habet.

FALSO. *falsè, fallaciter.* pro Pomp. 41. Hoc incredibile omnibus, & falsò memoriæ proditum videbatur. Ep. lib. 5. ep. 5 Quod verbum abs te aiunt falsò in me solere conferri.

FALSVS, a, um. *adulterinus, inanis, mendax, vanus.* (*verus.* pro S. R. 110. Pro re certa spem falsam domum retulit. 2. de D. 127. Falsis & mendacibus visis mentes mortalium concitare. 11. I. A. 5. Cōplexus falsæ beneuolentiæ extiterunt in amore simulato. 2. de Or. 189. In eo nihil esset nisi falsum & imitatione simulatum. & lib. 1. 175. De cuius morte domum falsus ab exercitu nuncius venit. At. li. 7. ep. 14. De quibus antè ad te falsum scripserā. & li. 1. ep. 13. Obijcit mihi ad Baias fuisse falsum. 2. de D. 106. Ex falsis verum effici non potest. 2. de Nat. 65. Quæ ordine & ratione vacant, ea mentita & falsa, plenaque erroris sunt. 1. de In 90. Falsum est, in quo perspicuè mendacium est. 2. de D. 28. Testes malitia falsi, fictique esse possunt. pro Flacc. 39. Pœna falsarum & corruptarum literarum grauis est. pro Sy. 91. O falsam spem. 12. I. A. 6. Spes falsa & fallax.

✠ *ADVERS. Apertè. 2. de Orat. perspicuè. 1. da Nat.*

☞ Synta. *Falsa spes. Visa falsa & mēdacia. Falsum, & imitatione simulatu. De hoc ille falsum scripsit. Mētita res, falsa, plenaq; erroris. Malitia falsos fictusq;. Falsa & corruptæ litera. Falsus & fallax homo.*

FALX, cis. pro Mil. 92. Qui cum falcibus ad Castoris cucurrerunt. pro Syl. 17. Ille arma misit, cornua, tubas, falces. 5. Tus. 65. Immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum.

FAMA, mæ. *opinio, existimatio, nomen, sermo, rumor, prædicatio, commemoratio nominis, celebritas sermonis hominum, auditiones, dissemina tus dispersusq; sermo, celebritas, ventus quidam popularis.* Ac. lib. 7. ep. 25. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. 1. I. V. 71. Qui vt antè collectam famam conseruet, laborat. pro Sest. 139. Experenda est bona fama bonorum, quæ verè sola gloria nominari potest. 3. de Finib. 57. Quam Græci εὐδοξίαν appellant, aptius est hoc loco bonam famam appellare, quàm gloriam. 2. Offi. 72. Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. pro Qu. 50. Famam existimationemque amittere. 2. Off. 32. Amor multitudinis cōmouetur ipsa fama & opinione liberalitatis. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 19. Quod ita esse, constanti fama atque omnium sermone celebratum est. pro Mur. 38. Hoc quanti putas esse ad famam hominum? in hoc felicitatis fama sermoque valuit. pro Flacc. 13. Sed quod ipsi audistis communi fama atque sermone, de vi, de armis, &c. de Arusp. 20. Vt hominum fama est. pro Syll. 12. Vix ad meas aures istius suspitionis fama peruenit. pro Arch. 5. Hac tanta celebritate famæ etiā absentibus notus erat. pro Cœl. 38. At tuit fama quotusquisque istam effugere potest in tā maledica ciuitate. 14. I. A. 15. Cum tristis à Mutina fama manaret. Attic. lib. 8. A Brundusio nulla adhuc fama venerat. pro Mil. 99. Fama de interitu Clodij sines imperij Romani peragrauit. Ep. lib. 10. ep. 10. Tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. 6. I. V. 68. Hæc fama de nostris hominibus percrebuit. Top. 76. Fama vulgi, quoddam multitudinis testimonium. pro Sest. 102. Hæc fama celebrantur. Ep. lib. 8. ep. 8. Magna illicò fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cœptum. de Cluen. 259. Catulo suauitas vocis, bene loquendi famam confecerat. 2. de Nat. 95. Accipere fama & auditione esse aliquid. 2. Off. 25. Hercules, quē hominū fama beneficiorum memor, in concilio cœlestium collocauit. 1. Tuscu. 110. Fama nunquam deseret Cæsarem. Epist. lib. 1. ep. 9. Non putaui famam inconstantiæ mihi pertimescendam. Ep. lib. 9. ep. 16. Effugere autem si velim nonnullorum acutè aut facetè dictorū offensionem, fama ingenij mihi est abijcienda. de Pet. Con. 14. Fama forensis. Diu. lib. 2. 94. Fama ac laus perennis. 2. Offic. 72.

Commendatio & perpetua fama. Tusc.q.lib.5.46. Fama popularis, stultorum improborumque consensu excitata. Tusc.q. li.3. 4. Fama popularis, quæ se gloriæ imitatricem esse vult, temeraria atque inconsiderata, & plerunque peccatorum vitiorumq; laudatrix, simulatione honestatis formam eius pulchritudinẽ que corrumpit. de Amic.15. Itaque non tam ista me sapientiæ, &c. Fama delectat, falsa præsertim, quàm, &c. pro Cæl.75. Fama adolescentis paulùm hæsit ad metas. 12. Fam.ep. 4. Fama nunciabat te esse in Syria, autor erat nemo. pro Syll.12. Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit. 14. Famil.ep.4.5. ad Atti. ep.10. Cælij, Famæ seruire. 1. in Verrem.71. Famam colligere. 2. de Legib.37. Famam mulierum vt multorum oculis lux clara custodiat, diligentissimè sanciendum est. 4. ad Her.52. Famam depeculati. 11. Philip.23. Reprimere famam. ad Brutum. epist.18. Famam veritatis me subire. 9. ad Att. ep.9. Balbi, Famam tuam sustinere non posse, vt, &c. *id est, non conuenire famæ tuæ.* 3. de Na. 60. Ex vetere fama Græciæ hæc collecta sunt. Cat. Vt maiora omnia re, quàm fama viderentur. de Consolat. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit.

✠ *A* DIVN. *Admirabilis, Orat. Antiquior. incolumis. 13. Famil. Bona. 3. de Fin. Calamitosa, pro Cluen. communis. 4. Verr. Constans. 1. ad Q. fra. Falsa, pro Syll. Forensis. 1. Att. frequens. 1. de Inuent. Grata. 10. Fam. Graues. 3. Q. frat. Integra. pro Quint. Magna. 8. Fam. perennis.* poeta. *2. de Diu. popularis. 5. Tusc. popularis temeraria, atque inconsiderata, & plerunque peccatorum vitiorumque laudatrix. 3. Tusc. præclara 7. Att. Summa. 5. Attic. Tristis. 14. Phil. vetus. 3. de Nat. Vetus, & illustris, pro Mur.*

☞ Syntaxis. *Fama bona, præclara, collecta. Famam & existimationem amittere. Fama & opinio sapientiæ. Fama & omnium sermo. Communi fama & sermone audire. Illinc fama venit, emanat. Res fama celebratæ. Fama surrexit, confecta est. Fama & auditione accipere. Vetus & illustris fama, tristis. Famam depeculari, sustinere, reprimere. Fama & auditione accipere. Ex recenti fama colligere quippiam.*

FAMES, *mis.* cibi appetitus, *esuries.* Att. lib.5.ep.21. Etiam fames, qua nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia, mihi optanda fuit. 1. de Finibus. 37. Cum cibo & potione fames sitisque depulsa est. 2. de Finibus. 90. Cibi condimentum est fames. 5. Tusculan.97. Obsonare ambulando famem. Att. lib.1.ep. 13. Fuerunt quos fames magis quàm fama commouerit. pro Dom.61. Nec illi cæmentis ac tegulis tectorum meorum se famam suã expleturos putauerunt. 2. de Diuinatione. 7. Auis fame enecta, in offam pultis inuadit. pro Cluen.67. Bestiæ fame dominante, plerunque ad eum locum, vbi pastæ aliquando sunt, reuertuntur. Quint. fr. lib.2.ep.3. Quis esset qui plebem fame necaret. Att. lib.6.ep.1. Senatores quinque fame necati sunt. 1. I.C.26. Patientia famis & frigoris. Ep. lib.9.ep.20. Integram famem ad ouum affero. Hortens. Vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis.

¶ *Caritas annonæ.* pro Flac.17. Qui in fame frumentum exportare erat ausus.

✠ *A* DIVN. *Condimentum cibi. 2. de Fin. Integra. 9. Fam. vetus, In Vat.*

☞ Syntaxis. *Obsonare ambulando famem. Fame enectus. In fame: id est, caritate.*

FAMILIA, liæ. *agnatio, cognatio, stirps. Errant, qui putant familiã, & genus, & gentem, & gentiles, & agnatos, & stirpem, idem esse, & eiusdem rei vocabula. Hæc enim sic inter se differunt, vt totum & pars, siue vt genus & species. Nam genus, gentilis, & gentilitas totum sunt: continentq; quasi partes familiam, stirpem, agnationem. Sic autem inter se comparantur. Genus, stirps: gentilitas agnatio: nomen, cognomen. nã gens ad nomẽ: vt Cornelius, vnde Cornelia gens familiæ ad cognomen, quo familiæ vnius gẽtis inter se distinguntur: vt Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sylla, Cinnæ: quæ omnia, Cornelia gentis cognomina familiasq; sunt.* de Clar.85. Cum insimularetur familia, partim etiam liberti. pro Cecin.55. Vnus homo familia non est. pro R.P.2. Qua in familia laus aliqua fortè floruerit, eam ferè, qui sunt eius stirpis, cupidissimè persequuntur. 1. de Legib.23. In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status. pro Cluent.16. Familia, cognatio, nomen. de Cl. 252. Vt dudum de Læliorum & Mutiorum familijs audiebamus. pro Muræn. 17. Vetus & illustris familia. *Ibidem.* 15. Sunt amplæ & honestæ familiæ plebeiæ. 2. de Orator. 10. Vnum putasti satis esse in vna familia Rhetorem. 9. in Anton. 4. Qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum.

¶ *Secta.* 3. de Orato. 58. Proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se. 1. de Orat. 42. Tum singulæ familiæ in te impetum facerent. 2. de Inu. 7. Ex his duabus diuersis sicuti familijs. 2. de Diu. 3. A Peripateticorum familia. pro Syll. 55. Gladiatorum familiæ.

¶ *Tota patris familiæ possessio.* 1. de Orato. 238. Qui quibus verbis hercisci oporteat nescit, idem hercisciundæ familiæ causam agere non potest. pro Cec. 19. Arbitrium familiæ hercisciundæ. *id est, possessionis, seu hæreditatis diuidundæ. Est etiam nomen actionis familiæ hercisciundæ, vt habetur Digest. lib. 10. eodem titulo.*

¶ *Seruorum numerus.* pro Ceci. 55. Familiæ, quæ constant ex seruis. 1. de Nat. 157. Homines coniugum, & liberorum, & familiarum suarum causa frumentum condunt. pro L. Varen. In familiam Ancharianam inedisse dixerunt.

✠ *A* DIVNC. *Abiecta, & obscura. pro Deiot. Acerrima. equestris. & seuerissima ad iudicandum. 2. In Verr. Ægra. 16, Attic. Amplissima, reliqua. 13. Phil. Certæ, præstantes nobilitate aruspicinæ. 1. de Diui. Clarissima, pro Cæl, Consularis, prætoria, summa, pro Plan. Copiosa, multæ totæ in perpetuum infames, stupris & flagitijs. 6. In Verr. Dissentientes inter se, multum disiunctæ, & dispares. 3. de Orat. Diuersa. 2. de Inuent. Elegantissimæ, multæ, splendidæ, vrbana, tanta, pro Sex. Rosc. Florentissima, 2. Phil. fundatissima. pro Dom. funesta pura, vera. 2. de Leg. Gladiatoria, speciosa, nobilis gloriosa, maxima. pro Sest. Honesta. 3. de Finib. Non ignobilis. 7. In Verr. Magna, de Senec. & 2. In Catil. Maximæ. pro Pomp. Nobilissima. 13. Famil. patricia. 1. de Leg. Plebeia, amplæ, & honestæ, vetus, & illustris, pro Mur. priuatæ. 4. de Rempub. vniuersa. pro Cæc. & 1. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Coniuges, liberi, & familiæ. Familia constans ex seruis pluribus. Peripateticorum & gladiatorum familia.*

FAMILIARIS, re: rior, simus. *familiaritate coniunctus, necessarius, intimus domesticus, quibus intima familiaritate alicuius versatur, vsu coniunctus.*) (*Alienus.* lib.16.ep.21. Homo familiarissimus, & mihi omnibus rebus coniunctus. Epist. lib.1.ep.1. Is est ex meis domesticis atque intimis familiaribus. 2. I. A.3. An ego non venirem contra alienum pro familiari & necessario meo? Quint. frat. lib.1.ep.4. Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. Epist. lib.7.ep.8. Cæsar ad me scripsit, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certè tore. 2. Offic. 39. Habere amicos, quibus cum possis familiares conferre sermones. In Vat.31. Quis vnquam in luctu domestico, in funere familiari, cœnauit cum toga pulla. 1. Tusc. 2. Res familiaris & domestica. 1. ad Heren. 1. Etsi negocijs familiaribus impediti, vix satis, &c. pro Cæl. 61. & 2. I. A 78. Fieri familiarem alicui. de Amic. 39. Vidimus Pub. Aemilium C. Luscinio familiarem fuisse. Quint. frat. lib.2. ep. 14. Ipse est enim veterator magnus, & perfamiliaris Philisto. 3. de Orat. 68. Is qui familiariot nobis propter scriptorum multitudinem est Demosthenes.

✠ *A* DVER. *Maximè, & necessarius, Omninò, valde. 13. Famil. Omninò. 3. Tusc.*

✠ *A* DIVNC. *Domestici, atque intimi. 3. Famil. vetustissimi. 10. Famil.*

☞ Syntaxis. *Ex domestico & intimis familiaribus. Familiaris & necessarius. Intimus, proximus, familiarissimus. Familiarior.*

FAMILIARITAS, tis. *vsus, consuetudo, necessitudo, coniunctio.* Epi. lib.13.ep.19. Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sanctè colendam puto: sed ea causa etiam cum alijs compluribus, familiaritas tanta cum nullo hospite, & ea cùm officijs eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, vt nihil sit familiaritate nostra coniunctius. 1. Offic. 53. Consuetudines præterea & familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ. & *Ibidem.* 55. Cum boni viri moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Att. lib.1.ep.16. Itaque in sinu & in familiaritate adolescentis, & cum eo, vt res indicat, congressus est. Ep. lib.13.ep. 19. Nihil est familiaritate nostra coniunctius. pro Deiot. 39. Consuetudo familiaritatem affert. 2. Offi. 30. Familiaritates habere fidas amãtium nos amicorum. (*aduerte.*) Ep. li.7.ep.15.4. In Ver. 169. Venire in familiaritatem alicuius. Quint. frat. lib.1.ep. 2. & 2. I. A. 78. Recipere aliquem in familiaritatem suam. pro Cornel. 58. Versari in familiaritate alicuius. 1. de Orat. 24. Antonius summa familiaritate coniunctus. 4. I. V. 169. Is bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. Quint. fr. lib.1. ep.2. Qui in tuam familiaritatem penitùs intrarit. pro Clu. 46. Is sese ad Staleni familiaritatem applicauit. pro Qu. 12. Tamen inductus consuetudine & familiaritate Quintius, fecit, &c.

✠ AD

✠ *ADIVNC. Egregia, tanta. pro Cæl. Fidæ, 1. Offi. Intima, maxima, nimia. pro Corn. Balb. Non fideles, Summa, 1. de Orat. Magna alicuius cum aliquo. 15. Famil. Memorabilis, de Amic. Notissima, 12. Phil. Nimiæ, 1. ad Q. Fr. Peruetus, 13. Fam. Summæ. 2. de Fin.*

☞ Syntaxis. *In sinu & familiaritate. Consuetudo familiaritatem efficit, affert. In familiaritatem venire, recipi, versari, se dare. In familiaritatem bene penitus intrare, se dare. Ad familiaritatem se applicare.*

FAMILIAS. *vt, pater familiâs: id est, dominus & administrator rei familiaris.* pro Qu. 11. C Quintius suarum rerum pater familiâs & prudens & attentus. de Repub. lib. 5. Teste Nonio. Bono patrifamiliâs, colendi, ædificandi, ratiocinandi quidam vsus opus est. pro Sext. Ros. 41. Patres familiâs. & 48. Patrifamiliâs.

FAMILIARITER, rius, ſſimè. *liberè, amicè.* Att. li. 6. ep. 6. Decreueram cum eo valde familiariter viuere. 1. I. V. 29. Cum aliquo familiariſſimè atque amiciſſimè viuere. Att. lib. 9. ep. 3. Quæ ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus his excluduntur. pro Cæl. 57. Licentius, liberius, familiarius cum aliquo viuere. 2. de Or. 141. Hoc ſi tu cupidius factum exiſtimas, Cæſari attribues: ſi familiarius, vtrique noſtrûm. * pro C. Cornel. 2. Familiariter ex aliquo quæro.

☞ Syntaxis. *Familiariſſimè & amiciſſimè.*

FAMOSVS, a, um. *infamis.*)(*Clarus, nobilis, honoratus, magnum nomen habens, qui est in magno nomine & gloria.* 2. de Orat. 277. Nam me ad famoſas vetuit mater accedere. Poetæ. de Repub. lib. 4. teſte Nonio: Atque etiam ſi qua erat famoſa, ei cognati oſculum non ferebant.

FAMVLA, læ. *ancilla.* 1. Tuſ. 75. Res familiaris eſt miniſtra & famula corporis. 2. Tuſ. 2. Si virtus famula fortunæ eſt.

FAMVLARIS, re. *ſeruilis.* 1. Tuſcula. 116. Famularis veſtis. *aliàs, familiaris.*

FAMVLATVS, tus. *ſeruitus.* de am. 72. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerunt. 3. Offi. 117. Quàm miſer virtutis famulatus ſeruientis voluptati.

✠ *ADIVNC. Miſer. 3 Offi.*

FAMVLOR, aris. de Rep. Eſt enim genus iniuſtæ ſeruitutis, cum hi ſunt alterius, qui ſui poſſunt eſſe: cum autem hi famulantur, qui, &c. apud Non.

FAMVLVS, li. *pediſſequus.* 2. Offi. 24. Heris ſit ſanè adhibenda ſæuitia in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. de Amic. 55. Parare pecuniam, equos, famulos, &c. 2. Tuſc. 48. Ergo hos vt famulos vinclis arceamus. 2. de Leg. 22. Famuli Ideæ matris.

☞ Syntaxis. *Res famularis miniſtra & famula corporis.*

FANATICVS, a, um. *delirus, furens.* 2. de D. 118. Iſti philoſophi ſuperſtitioſi, & ponè fanatici. pro Dom. 10. Homo fanaticus.

FANDO. pro Q. 71. Nulla interceſſit poſtulatio, mitto æqua, verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita. 1. de Nat. 83. Ne fando quidem auditum eſt, ibim, &c. 4. Tuſ. 63. Neque tam terribilis vlla fando oratio eſt.

✠ *ADVER. Penè, 1. de Diu.*

FANDVS, a, um. *proferendus.* 1. de D. 66. Neque me Apollo fatis fandis inuitam ciet. Poetæ.

FANVM, ni. *templum, locus religioſus.* 2. de Leg. 28. Athenienſes Contumeliæ fanum & Impudentiæ fecerunt. 2. de Inu. 1. Crotoniatæ templum Iunonis religioſiſſimè colebant. & *ibidem.* paulo pòſt, Propter fani religionem: *cum de eodem templo loqueretur.* pro Rab. 30. Pro fanis atque delubris propugnare. 2. de Fin. 63. Ita non ſuperſtitioſus erat, vt illa plurima in ſua patria ſacrificia & fana contemneret. Ep. li. 5. ep. 20. Vt pecunia in fano poneretur. item: Fanum, templũ, ædes ſacra. L. AEDES. 3. I. V. 52. Spoliatum eſſe fanum Iunonis. *ibid.* Omnia ſigna ex fanis, ploſtris euecta aſportataq; eſſe. *ibid.* Pergæ fanum antiquiſſimum & ſanctiſſimum Dianæ ſcimus eſſe. Id quoque à te nudatum & ſpoliatum eſſe dico.

✠ *ADIVNC. Antiquum, nobiliſſimum & antiquiſſimum, religioſiſſimum atque antiquiſſimum, 6. In Ver. Antiquiſſimum & nobiliſſimum, religioſiſſimum, 2. In Ver. Antiquiſſimum, & ſanctiſſimum, in Piſo. Locupletiſſimum, & antiquiſſimum, Religioſum. pro Pom. Multa, 1. de N. Patria, pro Rab. Sanctiſſima, atque antiquiſſima. 7. In Ver.*

☞ Syntaxis *Fanum facere, colere. Profanis atque delubris pugnare.*

FARCITVS, ta, tum. *plenus.* 7. I. V. 27. Puluinus perlucidus, Melitenſi roſa farcitus.

FARIS, vel Fare, fatur. *loqui.* 1. de D. 81. Tum enim ferunt ex oraculo hæc fatam eſſe Pythiam. de Vn. 35. Tum ad eos is deus qui omnia genuit, fatur: Hæc vos, &c. 5. Tuſ. 116. Epeutei noſtri Græcè fari neſciunt, nec Græci Latinè. * 2. de Glor. Fabitur hoc aliquis.

✠ *ADVERB. Græcè. Latinè, 5. Tuſc.*

FARTOR, oris. *qui lucanicas facit & farcit, ſiue qui aues farcit & ſaginat.* 1 Offi. 150. Cocarij, Lanij, coqui, fartores, piſcatores, &c.

FARTVS, ta, tum. *farcitus.* 2. Tuſ. 24. Tum iecore opimo farta ſatiata affatim, &c. Or. 163. Poetæ. Farta arua.

FAS. *ius, quod licet.* 2. Cont. Rul. 39. Vt id quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, populi ad partes daret. pro Dom. 35. Factus es filius, contra fas, cuius per ætatem poteras eſſe pater. pro Milo. 44. Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. pro Dom. 127. Neq; enim id fieri fas erat. de Ar. 34. Oratores contra ius faſq; interfectos. Att. li. 1. ep. 13. Ius & fas omne delere. pro Dom. 94. Cum hoc mihi vni dicere fas fuiſſet. pro Clu. 12. Socrus generi ſui, contrà quàm fas erat, amore capta. pro Mur. 80. Ciues, ſi eos hoc nomine appellari fas eſt. 5. Tuſ. 38. Si hoc fas eſt dictu.

☞ Syntaxis. *Fas eſt, licet. Contra fas. Id per naturam fas eſt. Contra ius faſq;. Fas & ius. Ille, contrà quàm fas erat, amauit, Fas dictu. Id agere fas eſt.*

FASCEOLAE, larum. *faſciæ: ſunt crurum integumenta, quibus ornatus cauſa crura inferiora vinciebant.* de Ar. 44. Muliebres ſoleæ purpureæq; faſceolæ. *aliàs Faſciolæ: & quidem melius.*

✠ *ADIVN. Purpuriæ, de Aruſp.*

FASCIA. *faſciæ.* Att. lib. 2. ep. 5. Etenim mihi eius caligæ vt faſciæ creatæ non placebant. de Cl. 217. Cn. Octauius qui deuinctus erat faſcijs, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. 2. de Diu. 134. Quidam ſomniauit omnem pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. in Clod. Cùm vincirentur pedes faſcijs.

✠ *ADIVNC. Cretatæ. 7. Att.*

FASCICVLVS, li. Q. Fr. li. 2. ep. 11. Faſciculus ille epiſtolarum, in quo fuerat & mea & Balbi totus mihi aqua madidus redditus eſt. Att. lib. 12. ep. 52. Eas epiſtolas in eundem faſciculum velim addas. & lib. 5. ep. 11. Accepi faſciculum, in quo erat epiſtola Pyliæ. & lib. 2. ep. 13. Faſciculus literarum. 3. Tuſcul. 43. Faſciculum ad nares admouebis?

FASCIS, ſcis. Att. li. 8. ep. 3. Age iam has compedes, faſces, inquã. hos laureatos, hæc ferre ex Italia quàm moleſtum eſt. 2. Contra Rull. 92. Lictores prætoribus anteibant cum faſcibus duobus. 7. I. V 22. Faſces prætoribus præferri. & 4. Ver. 11. Quæſtores cum faſcibus mihi præſtò fuerunt. pro Dom. 24. Nullus locus orbe terrarum vacuus extraordinarijs faſcibus & imperio Clodiano fuiſſet.

✠ *ADIVNC. Cruenti, In Piſo. Extraordinarij. pro Dom. Formidoloſi, 1. Cont. Rul. Laureati. 1. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Faſciculus, & literarum faſciculus.*

FASTI, orum. *libri in quibus cuiuſque diei annij; geſta continentur.* Att. li. 6. ep. 1. Flauius Annij filius protulit faſtos: nam occultatam putant quodam tempore iſtam tabulam, vt dies agendi peterentur à paucis. pro Mur. 25. Poſſet agi, necne, pauci quondam ſciebant faſtos enim vulgò non habebant. & *ibidem.* Scriba quidam Cn. Flauius ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo profuit, & ab ipſis cautis Iuriſconſultis eorum ſcientiam compilauit. de Pro. 46. Non omnibus faſtis legem ferri licere. in Piſ. 30. Hanc legem vlli faſti ferre poſſunt. Brut. ep. 15. Decreui vt in faſtis ad eum diem Bruti nomen aſcriberetur. & *ibidem.* Quod ego cum dabam Bruto, notam eſſe in faſtis gratiſſimæ victoriæ memoriam volebam. 6. I. V. 151. Cum diem feſtum ludorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent. 4. I. V. 132. Eximere dies de faſtis. pro Seſt. 33. Conſules non modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi. Att. lib. 4. ep. 8. Longè paginulæ in codicillorum faſtis. 1. Tuſ. 68. Luna accretione & diminutione luminis quaſi faſtorum notans & ſignificans dies. Ep. lib. 5. ep. 12. Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorum.

☞ Syntaxis. *De faſtis auferre. eximere.*

FASTIDIO, dis. *faſtidio afficior, offenſionem atque faſtidium ad aliquam rem habeo.* pro Mil. 43. Qui non modò improbitati iraſcũtur candidatorum, ſed etiam rectè factis ſæpe faſtidiunt. *aliter, in rectè factis,* L. PERTAEDET.

FASTIDIOSE. *ambitioſe, leuitè.* 1. de Orat. 158. Quod ego non tam faſtidioſè in nobis, quàm in hiſtrionibus ſpectari puto. pro Pla. 65. Tum ego ſtomachans faſtidioſè inquam, &c. 1. de Orat. 118. Diligenter ac propè faſtidioſè iudicare aliquid. Att. lib. 2. ep. 1. Lentè & faſtioſè probare aliquid. 2. de Orat. 364. Pudentius, vel inuitius, vel etiam faſtidioſius facere aliquid.

FASTIDIOSVS, a, um: ſior, ſſimus. *difficilis.* de Cl. 207. Antonius facilis in recipiendis cauſis erat, faſtidioſior Craſſus, ſed tamen recipiebat.

¶ *Abhorrens.* de Cl. 247. M. Memmius faſtidioſus literarum Latinarum.

¶ *Inſolens.* 4. ad Her. 53. In æquos & pares faſtidioſus.

¶ *Facilè faſtidiens.* 4. ad Herenn. 33. Aurium ſenſus faſtidioſiſſimus.

FASTIDIVM, dij. *offensio.* 2. de Orat. 209. Non sunt tanti vlla eius merita, quanta insolentia hominis, quantúmque fastidium. 10. I. A. 18. Quorum, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. & 12. Phil. 20. Nec id sit fastidio meo, sed charitate rei pub. in Sal. 2. Ego dabo operam, vt pro me minimo cum fastidio respondeam. 3. de Or. 96. Ab aliquo celerrimè fastidio quodam & satietate abalienari. & 191. Vt. neque ij satientur qui audient, fastidio similitudinis. 1. de Orat. 258. Quæ recta sunt probari, quæ praua sunt fastidijs adhærescere. de Opt. 18. Quod igitur est eorum in orationibus à Græco conuersis fastidium? nullum cum sit in versibus. de Opt. 12. Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. 4. Tus. 23. Eáque, quæ eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium. 1. de Fin. 10. Insolens domesticarum rerum fastidium. 1. de Inuent. 25. Cibi satietas & fastidium. 1. de Finib. 5. Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidij delicatissimi.

✠ *ADIVN. Delicatissimum, insolens, 1. de Fin. Ingenuum que liberumque, de lar. Minimum. In Salust.*

☞ Syntaxis. *Bono fastidire, in bono. Fastidiose stomachans. Diligenter & fastidiose. Pudentius, mutius, fastidiosius. Fastidiosus virtutum. Impares fastidiosus. Id ago non fastidio meo. Fastidium & satietas. Vitiosam habere offensionem, atque fastidium ad pietatem. Iners segnities, aut fastidium deicatum.*

FASTIGIVM, gij. *columen, conus: finis, translatione.* 3. de Orat. 178. Capitolij fastigium illud, cæterarúmque ędium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Qu. Fr. li. 3. ep. 1. Tectum multorum fastigiorum. 2. I. A. 110. Diuus Iulius habuit puluinar, simulachrum, fastigiũ, flaminem, &c. 3. Offi. 33. Imponere fastigium operi inchoato. (*Facere fundamenta.*

✠ *ADIVNC. Multa, poetæ. 2. de Diu.*

FATALIS, le. *ex omni æternitate definitus & constitutus.* Postquam. ad Quir. 19. Quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate cum fortuna belligerandum fuit. pro Marcell. 32. Respub. perfuncta est hoc misero fatalique bello. de Fat. 19. Causę fatales. de Som. 31. Cùm hi duo numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint. 1. Acad. 29. Fatalis & immutabilis continuatio ordinis sempiterni. de Fat. 30. Tam enim fatale est medicum adhibere, quàm conualescere. 2. de D. 24. Non igitur fatales exitus habuerunt. de Ar. 6. Scipio quasi fatali euentu solus Carthaginem euertit. Postquam. In. Senat. 4. Ille annus, quem ego mihi quàm patriæ mauerem esse fatalem. 2. I. A. 11. Quod fuit illorum vtrique fatale. pro Sest. 17. Sed fuit profectò quædam illa reipub. fortuna fatalis, vt ille, &c. de Cl. 250. In hoc communi nostro & quasi fatali malo. 4. I. C. 2. Meus consulatus ad salutem reipub. propè fatalis fuit. & 3. in Catil. 9. Hic annus fatalis est ad interitum huius vrbis. I. P. 9. P. Clodius fatale portentum reip. de Fat. 5. Vis est nulla fatalis. 1. de N. 55. Fatalis necessitas rerum futurarum. Part. 73. Quæ cuique accidunt diuina atque fatalia. 6. I. A. 19. Fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, &c. nunc si quis erit, eric voluntarius.

FATALITER. *necessariò.* 2. de Diu. 19. Omnia quæ fiunt, quæque sunt, ex omni æternitate definita esse fataliter.

☞ Syntaxis. *Fatale & immutabile. Certum & fatale. Diuinum & fatale. Ex omni æternitate definita res fataliter.*

FATENDO, dum. Partit. 50. Mori maluit falsum fatendo, quàm inficiando dolere. 2. de N. 157. Hominum causa earum rerum copias comparatas fatendum est.

FATEOR, eris. *confiteor.* Ep. li. 10. ep. 23. Laterensis nostri animum in rempub. singularem semper fatebor. pro Cecin. 24. Non solùm fateri, sed etiã profiteri aliquid. pro Rab. 17. Quamobrem fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero, perduellionis iudicium à me fuisse sublatum. de Clar. 76. Tu qui à Næuio vel sumpsisti multa, si fateris: vel si negas, surripuisti. Antequam. 17. Qui de scelere fateretur. & 2. de Inu. 77. Fateri de aliqua re. 2. Contra Rull. 56. Quæ est ista æquitas? hunc agrum excipere nominatim, qui publicus esse fateatur. * *vbi passiuè vsurpatur.*

✠ *ADVERB. Acutè. Satis. 13. Phil. Apertè. 6. Attic. Planè, 10. Fam.*

☞ Syntaxis. *Fateor, & profiteor, & præ me fero.*

FATIDICVS, ca. *quem Liuius fatiloquum dicit.* 2. de Leg. 20. Fatidicorum & vatum effata incognita interpretari. 1. de N. 18. Anus fatidica Stoicorum πρόνοια.

FATIGATVS, 2. Top. 24. Fatigatur igne.

FATVITAS, tis. *stultitia* 2. de Inu. 99. Postea definitionibus ostendere non hanc imprudentiam aut casum, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

FATVM, ti. *vis fatalis, fortuna, fatalis necessitas, εἱμαρμένη.* de Fat. 20. & *deinceps.* Fati necessitas, quod a Deo constitutum & designatum est vt eueniat, causarum series sempiterna, causa æternæ rerum futurarum, causæ immutabiles & æternæ, causæ ineluctæ in rerum natura atque mundo. 1. de D. 125. Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriémq; causarum: cùm causa causæ nexa rem ex se gignat, ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. & *ibid.* Fatum est causa æterna rerum, cur ea quæ præterierint, facta sint: & ea quæ instant, fiant: & ea quæ consequuntur, futura sint. 3. de Nat. 14. Quod semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. de Fat. 39. & 1. de Nat. 25. Omnia fato fieri, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit. 2. de D. 19. Nihil fieri extra fatum. de Fat. 33. Stoici fato omnia fieri dicunt. Topic. 59. Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur. 2. de D. 19. Omnia quæ fiant, futuráue sint, fato contineri. & *ibid.* Anile sanè & plenum superstitionis fati nomen ipsum. 2. de D. 20. Ruina igitur oppressus esset. at id neque si fatum fuerat, effugisset: neque si non fuerat, in eum casum incidisset. & *ibid.* Mutari enim fata non possunt. & *ibidem.* Sin autem id potest fieri, nullum est fatum. de Fat. 5. Daphnitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. & 28. Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere. 2. de Diu. 98. L. Tarutius vrbis nostræ fata canere non dubitabat. 1. de Diuinat. 66. Neque me Appollo fatis fandis dementem inuitam ciet. de Somn. 3. Sed eius temporis ancipitem video, quasi fatorum viam. 1. de Diuinat. 100. Ex fatis, quæ Veientes scripta haberent, Veios capi non posse & 1. Prædicere, quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus sit. pro Cor. 58. Fuit hoc meũ fatum, vt in me, &c. 1. de Di. 20. *Atque hæc fixa grauifato & fundata tenentur.* ad Octau. At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant. pro Font. 35. Ea conditione atque eo fato natum esse me, &c. pro Mil. 30. Milo hoc fato natus, vt ne se quidem seruare potuerit, quin vnà rempublicã seruaret. pro Marc. 13. Omnes qui ad illa arma fato sumus, nescio quo reipubl. misero funestóque compulsi. Att. lib. 15. ep. 5. Ego quid faciam? aut quo me fato geram. 2. I. A. 1. Quónam meo fato fieri dicam, vt, &c. de Vn. 35. Nec vos vlla mortis fata vnquam periment. 1. I. A. 10. Si quid mihi humanitus accidisset: multa enim impendére videbantur præter naturam, prætérque fatum. pro Dom. 143. In illo penè fato reipub. 4. ad Heren. 56. Vita hominis fato debetur. Att. lib. 1. ep. 15. Si nostrum fatum aut fortunã conquereremur. pro Marc. 30. Illud fati est, hoc cõsilij. 3. I. C. 19. Nisi dij immortales omni ratione placati, propè fata ipsa flexissent.

¶ *Infortunium.* Qu. Fr. lib 1. ep. 4. Vt meo fato & tu, & omnes mei corruistis. Att. lib. 9. ep. 14. Miseros nos, cur non omnes fatum illius vnà executi sumus? 2. I. C. 11. Quibus ego confido impendére fatum aliquod & pœnam, iamdiu improbitati debitam. de Cl. 328. Sic Hortensij vox extincta fato suo est, nostra publico. 3. I. C. 17. Neque tanto antè exitium ac fati diem reip. denunciasset. Ep. lib. 6. ep. 7. Qua quidem in re singulari sum fato. 3. I. A. 35. Iam fatum extremum reipublicæ venit.

¶ *Vaticinium.* 3. I. C. 9. Lentulus autẽ confirmauit ex fatis Sibyllinis, aruspicúmque responsis, se esse tertiũ illũ Cornelium, &c.

✠ *ADIVNC. Extremum reip. 3. Phil. Funesta,* poetæ. 2. *de D. & ibid. Totũ. Graue. 5. Phil. Miserum, funestumque. pro Marc. perniciosum, salutare, 1. de Diu. publicum, de Clar. Sibyllina, 3. In Cat. Singulare, 6. Famil. Supremum, 2. Tus.*

☞ Syntaxis. *Fato fieri, contineri. Nisi fatum sit, euades. Illius fuit fatum demergi.*

FATVVS, a, um. *stultus.* pro Deiot. 21. Non modò nequam & improbus, sed & fatuus & amens. Att. lib. 6. ep. 6. Puer fortasse fatuus, & non grauis, nec continens. 2. de Or. 99. Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quàm acuti magistri. 2. de Fin. 70. Nisi planè fatui sint. Ep. lib. 10. ep. 26. Ne cum periculo fatuus sis. 2. de Or. 274. Homo fatuus, &c.

✠ *ADVERB. Diuinitus cum periculo, 10. Fam. Planè. 2. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Fatuus & amens:*

FAVCES, ium. *angustiæ, gutturis.* 2. de N. 95. Pare factis terræ faucibus. pro Cl. 84. Faucibus premi. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. 16. Tuscenius, cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti.

¶ *Locus angustus.* 2. Contra Rul. 86. Corinthus erat posita in angustijs atque in faucibus Græciæ.

¶ *Discrimen periculum.* 1. de Or. 225. Omitto fauces, ex quibus te eripi vis. pro Arch. 21. Vrbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruatam.

¶ *Aditus.* 5. I. V. 145. & pro Quin. 25. Æmilius sedens in faucibus macelli.

✠ *ADIVNCT. Impurissimæ. 1. ep. ad Qu. Frat.*

* FAVENS, tis. pro C. Corn. 2. Fauente nobilitate.

FAVEO, ues, faui. *studio, amo, complector.* (*Inuideo.* de Cla. 331. Tibi fauemus, te tua rui virtute cupimus, tibi optamus eam répub. in qua, &c. Ep. lib. 12. ep. 7. Faebam & reipub. cui semper fani, & dignitati ac gloriæ tuæ. & lib. 1. ep. 7. Qui mihi semper tuæ laudi fauere visus est. Epist. libr. 3. epist. 6. Non magis mihi

fauco

faueo in amicitia nostra tuenda, quàm tibi. & lib. 10. ep. 19. Non multò plus faueo patriæ, quàm tibi. & lib. 15. ep. 4. Huic meæ voluntati, in qua inest vis desiderij, vt faueas, adiutorque sis, vehementer te rogo. pro Planc. 20. Cuius honori, agri prope dicam ipsi montesque fauerunt. pro Lig. 8. Cuius ego industriæ gloriæque faueo. Att. lib. 8. ep. 3. Fauere honori alicuius. in Sal. 11. Ego virtutibus Cæsaris faui. pro Planc. 18. Qui fauent nobilitati. Antequam. 24. Fauete innocentiæ. 1, de D. 102. Rebúsque. diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent, linguis imperabatur 2. de D 83. Iam illa fauete linguis, &c. 2. in Ant. 21. Ego fauisse me tibi fateor. 2. de D. 57. Galli silentio noctis, vt ait Ennius, fauent faucibus: rursus cantu plausúque premunt alas. pro Q. R. 29. Qui diligebant hunc, illi fauebant.

FAVETVR. 2. de Or. 207. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum, studijs autem eorum cæteris commodandi fauetur. 2. de Offi. 45. Non modò non inuidetur illi ætati, verùm etiam fauetur.

✠ ADVERB. *Apertè. 7. Phil. Mirabiliter dignitati, 10. Fam. Mirè. 6. At. validissimè. 8. Fam. verè saluti. 4. Fa.*

☞ Syntaxis. *In hoc tibi non faueo. Faueo & adiutor sum. Fauere suis amicis.*

FAVNVS, ni. 3. de N. 15. Fauni vocem equidem nunquam audiui. & 1. de D. 101. In prælijs Fauni auditi. & 114.

Versus quos olim Fauni vatesq; canebant.

FAVONIVS, nij. *Græcè Zephyrus, ventus ab occasu flans.* 7. I. V. 27. Veris initium non à fauonio notabat, sed cum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. 4. Aca. 105. Mare fauonio nascente purpureum videtur.

FAVOR, oris. *gratia, studium, iactatio, aura, iactatio cursusq; popularis, prosper flatus fortunæ.* pro Q. R. 29. Quam expectationem, quod studium, quem fauorem secum in scenam attulit Panurgus? * Frag. ep. Eum amorem, & eum, vt hoc verbo vtar, fauorem in consilium aduocabo.

FAVSTE. *fortunatè.* pro Mur. 1. Idem ego precatus sum, vt ea res vobis faustè, feliciter prosperéque eueniret. *hic in tribus verbis est synonymia.*

FAVSTVS, a, um. 1. Tusc. 118. Horribilem eum diem alijs, nobis faustum putemus. pro Fl. 103. O nox illa fausta huic vrbi. 1. de D. 102. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatúmque esset, præfabantur. (*hic synonymia in quatuor verbis*) & 106.

Faustáq; signa suæ laudis reditusq; notauit.

FAVTVRVS, a, um. Att. li. 12. ep. 48. Rescripsi Patrono illi nihil opus esse, me tamen ei fauturum. pro Pla. 1. Inuidos huic accusationi esse fauturos.

FAVTOR, oris. *studiosus, studens.* pro Pla. 55. Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuę. Or. 240. Non inuidi solùm, sed fautores etiam laudum mearum pro Pla. 1. Cum multos & bonos viros eius honori viderem esse fautores. Ep. lib. 1. ep. 9. Cuius ego ab adolescentia fautor & adiutor extiti. & lib. 12 ep. 25. Ego tuorum consiliorum autor, dignitatisque fautor, &c. Ep. li. 10. ep. 12. Me tuæ dignitatis non modò fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces. pro S. R. 16. Hic nobilitatis fautor fuit. Att. lib. 1. ep. 13. Studiosus ac fautor alicuius.

✠ ADIVNC. *Improbissimus alicuius. pro Sex. Rosc. partim inimici, partim inuidi. pro Planc. tristiores, 2. Ph.*

FAVTRIX, cis. pro Planc. 22. Nostra illa fautrix suorum regio. 1. de Fin. 67. Amicitiæ fautrices fideliſſimæ voluptatum.

✠ ADIVN. *Fideliſſimæ. 1. de Fin.*

☞ Syntaxis. *Fautor laudum, & laudibus. Fautor & adiutor alicuius. Et fautor, & amplificator. Studiosus & fautor.*

FAVVS, ui. 1. Off. 157. Atque vt apum examina, non fingendorum fauorum causa congregantur, sed cum congregabilia natura sint, fingunt fauos: sic homines, &c.

FAVX, cis. vide FAVCES.

FAX, cis. *tæda.* 2. I. A. 91. Illę faces, quibus incensa L. Bellieni domus deflagrauit. I. P. 5. Ego faces iam accensas ad huius vrbis incendium extinxi. & 26. Cum ardentes faces furijs Claudianis ministrabas. de Arusp. 39. Cum ardentes faces in vicinorum tecta iactas. Att. li. 14. ep. 10. Serui cum facibus in tecta nostra immissi. 1. I. C. 32. Malleolos ad incendendam vrbem facésque comparare. pro D. 13. Prouidendum fuit, ne in hanc materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret. 6. I. V. 74. Dextera ardentem facem præferebat. 4. Ac. 89. Diana facem iacit à læua. 1. I. C. 13. Cui tu adolescentulo non ad libidinem facem præluisti? 2. I. A. 48. Antonius omnium Clodij incendiorum fax. 2. Off. 37. Dolorum cum admouentur faces, præter modum plerique exterrentur. 2. de Or. 205. Neque paruis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces. pro Cl. 15. Faces nuptiales. 2. de Nat. 14. Faces cœlestes visæ. 3. I. C. 18. Visæ iam nocturno tempore faces.

✠ ADIV. *Ardens, 6. In Ver. Cælestes. 2. de N. fœda ac luctuosa reipub. de Arusp. funesta, Anteq. ir. Nuncia belli, 1. de Diu. Infestæ, ac funestæ. pro Syll. Nuptiales & ardentes, 5. Tusc. Sceleratæ Part.*

☞ Syntaxis. *Faces ministrare, iactare, comparare. Fax adhæresceret. Præferre alicui facem ad libidinem. Dolorum admotæ faces. Antonius fax, &c. Dicendi faces adhibere.*

FAXIT, faxint *futuri temporis: pro faciat, faciant.* 5. I. V. 81. Dij immortales faxint, ne sit alter, &c. de Senect. 73.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu.
Faxit. cur? volito viuu' per ora virûm.

Ep. lib. 14. ep. 3. Dij faxint, vt tali genere mihi frui liceat. Att. lib. 16. ep. 1. Dij faxint, vt faciat ea quæ promittit. & li. 15. ep. 28. Quod promittis, dij faxint. 2. de Leg. 19. Qui secus faxit, Deus ipse vindex esto.

☞ Syntaxis. *Faxit Deus, vt. & Si secus faxit: id est, agat.*

FEBRICVLA, læ. *commotiuncula.* Att. lib. 6. ep. 9. Erat in extremo, tum te febriculam habentem scripsisse. Ep. lib. 10. ep. 21. Qui ex labore in febriculam incidit assiduam & satis molestam. Att. lib. 12. De Atticæ febricula: *scilicet valdè doluit.*

✠ ADIVN. *Assidua, & satis molesta, 10. Fam.*

FEBRIS, bris. *calor & siccitas in animante toto minimè naturalis.* 1. I. C. 31. Qui æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, prius releuari videntur, deinde multò grauius vehementiúsque afflictantur. de Fat. 15. Si cui venę sic mouentur, is habet febrem. Ep. lib. 7. ep. 26. Cum decimum iam diem grauiter ex intestinis laborarem, nec probarem me non valere, quia febrim non habebam, fugi in Tusculanum. 3. de Or. 6. Ex quo sudore cùm cohorruisset, cum febri domum redijt. Cornel. Nepos. in vitæ. Att. Si cum biduum cibo se abstinuisset, subitò febris decessit. & At. lib. 5. ep. 8. Incommoda valetudine emerseram, vt pote cum sine febri laborassem. & lib. 6. ep. 9. Cognoui ex eo quòd ita scripseras, te Romam venisse cum febri. Ep. lib. 16. ep. 15. Ægypta mihi nunciauit, te plenè febri carere, & bellè habere. 1. Tus. 88. Inest enim velle in carendo, nisi cum sic tanquam in febri dicitur. 3. de N. 24. Vide ne tertianas quidem febres & quartanas, diuinas esse dicendum sit, quarum reuersione & motu quid potest esse constantius?

✠ ADIVNC. *Tertianæ quartanæque. 3. de Na.*

☞ Syntaxis. *Habere febrim. In febrim incidere assiduam. Esse, ire cum febri. In tertium diem febris incurrit. Febri carere. Febris reuersio, & motus.*

FEBRVARIVS, ij. *intercalaris, vel intercalarius mensis.* 2. de Leg. 54. Februarius mẽsis extremus anni. pro Q. 24. Ante diẽ IIII. Ca. Februarij. *id est, Cal. intercalares.* L. INTERCALARIS. 4. I. V. 76. & Qu. Fr. li. 2. ep. 12. Mensis Februarius postulatis & legationibus prouinciarum audiendis dabatur, ex lege Gabinia.

✠ ADIVNC. *Sterilis. 2. ad Q. Frat.*

FECIALIS, lis. *idem & sacerdos & orator.* 2. de Leg. 21. Fœderum, pacis, belli, inducarum, oratores feciales, iudices IIII. Sunto. 7. I. V. 48. Dij approbent, habemus hominem in fecialium manibus educatum.

FECIALIS, le. *à fecialibus factum constitutumq;* 1. Off. 36. Belli quidem æquitas sanctissimè feciali pop. Romani iure perscripta est. *ibid.* li. 3. 108. Cum iusto enim & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem & totum ius feciale, & multa sunt iura communia.

FEL, lis *fauæ bilis.* 2. de D. 29. Gallinaceum fel, &c. quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit?

FELES, lis: vel felis. *domestica bestia moribus infesta.* 1. de Leg. 32. Qui canem & felem vt deos colunt. 1. de N. 83. Crocodylum, & ibin, & felem non violari ab Ægypto. 5. Tusc. 78. Feles, canis, crocodylus.

FELICITAS. *beatitudo, prosperitas, secundæ res.* ‖. *Afflictæ fortunæ.* 2. I. A. 59. Antoni⁹ fuit felix, si potest vlla in scelere esse felicitas. pro Pom. 47. Felicitas, quam præstare de seipso nemo potest: meminisse & commemorare de altero possumus. pro Syl. * Aliquid casu magis & felicitate ab aliquo, quam virtute & consilio gestum esse. de Cl. 4. Summa alicuius felicitas. pro Font. 32. Felicitas Fonteij in re militari. de Clar. 329. Felicitas ipsius, qua semper vsus est. Q. Fr. li. 2. ep. 13. Felicitas L. Syllæ. 4. ad Her. 28. Illi fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparauit. * Frag. ep. Neque quicquam aliud est felicitas, nisi honestarum rerum prosperitas: vel, Felicitas est fortuna adiutrix consiliorum bonorum.

✠ ADIVNC. *Incredibilis, 6. Att. & pro Mil. Par. pro Flac. perpetua, summa, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Virtus, Deus dant felicitatem.*

FELICITER. *prosperè, fortunatè, faustè.* 4. I. V. 95. Satis feliciter anni iam aduerso tempore nauigauit. pro Mur. 1. Idem ego precatus sum, vt ea res faustè, feliciter, prosperéque eueniret. de Pro. 31. Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum prælijs felicissimè decertauit. 5. I. A. 40. Respub. bene & feliciter gesta.

FELIX,cis.*beatus,fortunatus,florens,cui benè est.*1.de D. 102. Antiqui omnibus rebus agendis,quod bonum,faustum,felix,fortunatum esset,præfabantur. Qu.Frat.lib.1.ep. 1. 23. Asia in te retinendo fuit felicior,quàm nos in deducendo. de Cl. 63. Sed ille Græcus ab omni laude felicior.2. I. A. 64. Cæsar Alexandriam se recepit felix.pro S.R.Quamuis Sylla felix sit,sicut est,tamen, &c. 5. de Fin. 92. Polycratem Samium felicem appellant. pro Font.33.Felix ad casum fortunámque.

☞ Syntaxis. *Fauste,feliciter,prosperè. Felix ab omni laude.*

FEMEN,nis.*cruris seu coxendicis pars interior,& inferior.*6.I.V.93.Signum Apollinis pulcherrimũ, cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum. 1. de Nat. 100. Redundans pedibus,feminibus,cruribus,&c.

FEMVR,oris.*crus vel coxendicis pars exterior.* de Clar. 277. Frons non percussa,non femur,nulla pedis suppulsio.

FENESTRA, stræ. *locus apertus ad lumen accipiendum.* Att. lib. 2. ep. 3. Fenestrarum angustias quòd reprehendis, scito te κύριον τῶν ἀνέμων reprehendere.1. Tus.46.Eæ partes, qnæ quasi fenestræ sunt animi.

FERA,feræ.*bestia,fera bestia.*2.ad Her.29. 1. Offi.50. Feræ rationis & orationis expertes.pro S. R. 71. Noluerunt feris corpus obijcere,ne bestijs quoque,quæ tantum scelus attigissent,immanioribus vteremur.3.Offi.68.Excitare & agitare feras.

✠ ADIVNC. *Immanis,5.ad Att.*

FERALIA, orum. *dies erant dijs manibus consecrati,quòd ad tumulos epulas ferrent,ubiq; cœnas & epulum agitarent.* Att.lib. 8. ep. 22. Video Cæsarem à Corfinio post meridiem profectum esse feralibus.

FERAX,cis:cior.*uber,fœcundus,fertilis,frugifer.*5.I.V.104. Agri sunt feraces.& Or.48.Nihil feraciùs ingenijs.item:3.Off.5.Nullus in philosophia locus est feracior,nec uberior,quàm de officijs.

FERCVLVM,li.1.Offi 132.Cauendum est,ne tarditatibus vtamur in gressu molliorib⁹,vt pomparum ferculis similes esse videamur. *Fortasse melius hic ferculum,li:vt baculus, li, diceretur, nam non est dubiũ, quin hoc loco pro ijs qui vasa simul achraq; deorum,& id genus alia,in pompa seu triumpho ferant,accipiatur:non, vt pleriq; omnes existimant,pro epulis,aut pulpitis,seu alijs quibusuis rebus, nam de incessu loquitur tardiore,qualis eorum esse solet hominum, quos id genus pompas ferre videmus.*

FERÈ.*fermè,propè,propemodum.*2. de Orat. 22. Lælius semper ferè cum Scipione solitus erat rusticari.Ep.lib.6.ep. 10. Omnes ferè familiares Cæsaris me colunt & obseruant.pro Clu. 46. In quibus quantus splendor sit,quàm propè æqu ubilis,quàm ferè omnium constans & moderata ratio vitæ nemo vestrûm ignorat. 1.de Inu. 46. Probabile est,quod ferè fieri solet.2. de L.3. Pater meus hîc ferè ætatem egit in literis.1.Offi.61. Statuas videmus ornatu ferè militari. 1. Offi. 60. Quemadmodum ab his rebus ducatur honestum,satis ferè diximus.Att.lib. 7. ep. 1. Hæc ferè sunt in illa epistola,&c. ep. 6. Nec adhuc ferè inueni, qui non, &c.Ep.lib.1.ep. 9. Num ab orationibus disiungo me ferè, referóque ad mansuetiores musas. de Clar. 150. Ætates nostræ nihil,aut non ferè multum differunt. de Amic. 2. Sermo qui tam ferè erat multis in ore.pro Pomp.24. Hoc iam ferè sic fieri accepimus:vt,&c. Att. lib. 14. ep. 22. E Pompeiana naui aduectus sum in Luculli nostri hospitium VI.Iduum, hora ferè tertia & *ibidem.* A Lucullo postridie eadem ferè hora qua veni.Att.lib.7. ep.16.Hora ferè nona.I. P. 14. Idem illo ferè biduo productus in concionem,&c.

¶ *Tantum.*3.de N.94.Hæc ferè dicere habui de natura deorum.

¶ *Profecto.* pro Sest. 51. Denique ex bellica victoria non ferè quàm est inuidia ciuium consecuta.2.ad Herenn. 27. Ferè non difficile est.

☞ Syntaxis. *Non ferè multum abest. Hæc ferè volui dixisse. Id ferè non difficile dictu. Aetatem ferè in literis agere.*

FERENDVS,a,um.*tolerandus.*)(*Intolerandus.*3. I. C. 22. Quibus ego,si me restitisse dicam, nimium mihi sumam, nec sim ferendus.de Senect.5. Quod ferendum est mollius sapienti.1.I.C. 18.Illa superiora quanquam ferenda non fuerunt,tamen vt potui, tulsi.6 I. V. 83. Nihil mihi indigniùs ferendum videtur.* Frag. ep. Hæc aut animo Caronis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho.

✠ ADVER. *Molliter sapienti, de Senec. vix. pro Cæl.*

FERENS.tis.1 de Orat. 227. Quod is L.Scribonio quæstionem in cum ferente populo misericordiam concitasset.

FERENTANI.*populi,*pro Clu.197. Adsunt Ferentani, homines nobilissimi,&c.

FERIÆ,arum.*dies festus,cœlestium dies quieti.*2. de Leg. 29. Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requierem habet litium & iurgiorum, in seruis operum & laborum. 2. de Leg.19. Ferijs iurgia amouento, eáque in famulis (operibus patratis) habento.2.de Leg.55. Nec verò tam Denicales, quæ à nece appellatæ sunt,qua residunt mortui,quàm cæterorum cœlestium quiete dies feriæ nominarentur: nisi maiores eos qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent. 3. Offi. 59. Quæritex proximo vicino, num feriæ quædam piscatorum essent.Qu.Fr.lib.3.ep.5.Nouendiales feriæ, quæ fuerunt Tuditano & Aquilio Coss.1.de N.15.Cum ferijs Latinis ad C.Cottam familiarem meum venissem.Attic.lib.13. ep. 43. Dies feriarum mihi additos video. 2. de Leg. 57. Contra censet habendas triduum ferias.1.de D.102.Imperare ferias.3.de Orat. 82. Tantum tribui doctrinæ temporis,quantum mihi puerilis ætas& forenses feriæ concesserunt.

✠ ADIVN. *Forenses,3.de Orat.Nouendiales.1.ad Q.Fr. Publicæ.2.de Leg.*

☞ Syntaxis. *Feriæ,festiq; dies. Habere feriæ triduum.*

FERIATVS,a,um. *otiosus,vacans.*1.de Nat. 103. Epicurei deum feriatum volunt cessatione torpere.3.de Ora.5. Aliquem feriatum esse. Ep. lib. 12. ep. 16. Ne putes in Asia feriatum illum à studijs futurum.

FERIENDVS,a,um.*percutiendus.*2.de Or.72.Aduersarius qui sit & feriendus, & repellendus.

FERINVS,a,um.*quod ferarum & belluarum est:cum feris commune.* 1.de Inu. 2. Victus ferinus.

FERIO, feris. *percutio.* pro Corn.52. Hostem qui feriet,mihi erit Carthaginensis.pro Cæl.60.Ferite parietem.Att.lib.1.ep.1.Puto te in hoc resisse aut ingemuisse,vt frontem ferias.2.de Or.344. Sed tamen in laudando iungenda sunt etiam hæc genera virtutum: feriunt enim aurem hominum. 1. Offi. 73. Quo minus patent multa in eorum vita,quæ fortuna feriat.Orat.226. Binis aut ternis ferire verbis.

¶ *Contraho,ico.* pro Cæl. 34. Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? pro R. P.6.& 2.de In.92. Ferire fœdus cum aliquo.

FERIOR,ris.Ep.li.15.ep.16.His autem spectris etiamsi oculi possent feriri,animus qui possit,non video.pro Dom. 129. Fœdere feriebantur prouinciarũ.3.I.V.75.Instat,vt securi ambo feriãtur.

FERITAS,tis.*immanitas.*)(*Mansuetudo animi.*1.Off.157.Magnitudo animi remota communitate, coniunctioneque humana, feritas sit quædam & immanitas.pro Sest.91.Eosque ex feritate illa ad iusticiam mansuetudinémque transtulerunt. 3. Offi. 32. Feritas & inmanitas belluæ in figura hominis.1.de D.60.Pars animi in qua feritas quædam sit & agrestis immanitas.

✠ ADIVN. *Humana,1.Offi.*

☞ Syntaxis. *Feritas & immanitas.*

FERMÈ.*ferè.*de Cl.161. Vt eò nihil fermè quisquam possit addere. 4. ad Her, 54. Hæc exornatio in coniecturali constitutione causæ fermè semper necessaria est.ad Brut. ep. 2. Mihi quidem ætas acta fermè est.5.Tus.111.Sapientis enim cogitatio non fermè ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. 1. de Diu. 18. Quod fermè dirum in tempus cecidére Latinæ.

FERO,ers.*porto,gero.*2.de Leg.67.Terra fruges fert.Ep.lib.8.ep.4. Ferre aliquid acceptum alicui.L.ACCEPTVS.Ferre in oculis: *pro eo quod est amare,& charum habere. L. Oculis ferre,gignere,parere,producere,ferre,aceptum habere.*1.de Or. 135. Illud quod eò quò intendas, ferat deducátque, cognoscendum est.

¶ *Opinor,conijcio,spero.* Att.lib.2.ep.25. Nos, vt opinio, & spes, & cõiectura nostra fert,tuti sumus.*id est,vt opinamur, & speramus, & conijcimus.*de Clar.36.& pro Font.29.& Ep.lib.1.ep. 9. pro Cl. 46.Vt opinio mea fert.pro Dom.32.Plura dixi,quàm aut opinio mea tulerit,aut voluntas mea.

¶ *Constituo,sancio,decerno,pronuncio statuendum.*2.Phil.110.Ferre ad populum de aliqua re.2.Offi.73.Pernicioſè etiam Philippus in Tribunatu cum legem Agrariam erret.Para. 4. Familiaris tuus de te priuilegium tulit,vt si in opertum Bonæ deę accessisses,exulares.pro Syll. 63. Nihil de iudicio ferebat, sed pœnam ambitus eam ferebat,quę fuerat nuper superioribus constituta. pro Cl.147. Vos autem iudices de hominum fortunis sententiã fertis.2.de Fin.54.Vt.P.Scęuola trib.pleb.ferret ad plebẽ,vellent ne de ea re quæri, &c. pro Cec.102. Deinde quod Sylla ipse ita tulit de ciuitate,vt non sustulerit horum nexa,&c. Att.li.7.ep.6. Cum vt absentis ratio haberetur,ferebamus. Att.li.8.ep.3. Pompeius contendit,vt decem tribuni plebis ferrẽt,vt absentis ratio haberetur:quòd idem ipse sanxit lege quadã sua.* pro C.Corn. 1.Dedit,an tulit,an rogauit,an hortatus est legem? *ibid.* Cum is tribunus plebis duas leges tulisset in eo magistratu. *ibidem.* Qui suffragij ferundi causa conueniunt.con.C. Anto.Quare præclara dicentur iudicia tulisse,si,qui inficiantem Lusciũ condemnarunt,Catilinam absoluerint confitentem.

¶ *Trado, exhibeo.*pro Dom. 46. Perditos homines de capite alicuius suffragium ferre.Att.li. 1. ep. 14. Idémq; refert,vt vniuersus populus campo Martio suffragium de re Clodij ferat.

¶ *Patior,tolero,perfero.*Att.li.6.ep.3.Qui potentissimorum hominum potentiã nunquã tulerim,ferrem huius asseclæ.4.Tus.40. Modicè & immodicè ferre aliquid.Ep.li.6.ep.1. Pacatè & moderatè ferre.2.de Or. 46. & 1.Contra Rul.18.Moderatè ferre aliquid.*id est, non intemperanter.*& Ep.lib. 4. epist.14.Modicè ferre

aliquid.

aliquid. L. Modic 2. de Senect. 2. Id & modestè & sapienter, sicut omnia, & ferre, & laturum esse certò scio. 1. Offi. 90. Immoderatè ferre res aduersas. I. V. Act. 3. Mediocriter ferre aliquid. Att. lib. 6. ep. 1. Clementer ferre aliquid. & lib. 4. ep. 6. De Lentulo scilicet fero vt debeo. Ep. lib. 5. ep. 16. Ferre aliquid grauiter. Att. lib. 7. ep. 8. & lib. 1. ep. 14. Grauiter ferre de aliquo. & 1. I. V. 54. Valdè grauiter ferre aliquid. Att. lib. 1. ep. 2. & lib. 4. ep. 16. Humaniter ferre. *id est, æquo animo*, Qu. Fr. lib. 1. ep. 2. Quàm humanissimè ferre peruersitatem alicuius. Attic. lib. 4. ep. 16. Bellè ferre aliquid. 1. de Diu. 73. & 4. Tusc. 59. Vt si quis ægrè ferat se pauperem esse. Att. lib. 1. ep. 15. Ægrè pati. Att. lib. 1. ep. 14. & lib. 15. ep. 26. Molestè ferre. Postquam. in Sen. 25. Quid impedisset grauiter molestéque laturos? Att. li. 6. ep. 8. Molestè ferre de aliquo, Qu. Fr. Molestissimè fero. & 6. I. V. 131. Permolestè tulisse. Ep. lib. 4. ep. 15. Ferre aliquid fortiter. & ep. 6. Toleranter ferre aliquid. Att. lib. 9. ep. 4. Fortiùs ferre dolorem. ad. Brut. ep. 9. Ferre dolorem meliùs. pro Qu. R. 16. & pro Cæl. 54. Leuiter ferre aliquid. ad Quint. Frat. lib. 3. epist. 9. Leuissimè ferre aliquid. Epist. lib. 5. epist. 18 Quàm leuissimè ferre aliquid. de Sen. 3. Cato facilè senectutem ferebat. pro Mil. 36. Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? & 78. Timeo quónam modo id factum feras. 10. I. A. 15. Timere se dicunt, quomodo ferant veterani, exercitum Brutum habere. pro Qu. 99. Ne per te ferat, quominus, &c. *id est, ne per te stet.* de Amic. 92. Obiurgari molestè ferunt, molestiam capiunt, dolent. de Amic. 22. Aduersas res amicorum grauiter ferre. Ep. lib. 5. ep. 20. Att. lib. 15. ep. 25. Æquo vel iniquo animo ferre. 9. I. A. 7. Is autorem senatus extinctum latè atque insolenter tulit. Ep. lib. 1. ep. 8. Patienter ferre potentiam alicuius. 12. I. A. 20. Non ferrent, inquam, oculi Saxam, Caphonem. 10. Phil. 21. & 8. Phil. 28. Huius desiderium ciuitas ferre non potest. de Clar. 267. Sed cogitandi non ferebat laborem. 4. Acad. 72. Ferres me, si ego idem dicerem. 4. Tus. 44. Qui ignominiam & infamiam ferunt sine dolore. Att. lib. 5. ep. 2. Nondum satis huc erat allatum, quomodo Cæsar ferret de autoritate præscripta. Ep. lib. 4. ep. 5 Sanéque pro eo ac debui, grauiter molestéque tuli. At. lib. 13. ep. 22. Mulieres autem vix humanæ, quæ inimico animo ferant. & lib. 9. ep. 6. Nihil, inquam, ille minus obscurè tulit: *id est, præ se tulit.* pro Clu. 54. Obscurè ferre aliquid. pro Planc. 34. Apertè ferre aliquid. Att. li. 14. ep. 13. Lætitiam apertissimè tulimus omnes. *id est, ostendimus.* 2. de Ora. 346. Ferre sapienter casus aduersos. Att. lib. 2. ep. 13. & 2. de Orat. 190. Neminem adhuc offendi, qui hæc tam lentè quàm ego fero, ferret. 7. I. V. 125. & 2. de Ora. 144. Æquo animo ferre atque concedere aliquid. pro Planc. 1. Acerbè fero. Att. lib. 4. ep. 1. & pro Clu. 59. Acerbissimè ferre aliquid. 1. I. V. 4. & 3. Ver. 153. Tuli grauiter & acerbè me, &c.* cont. C. Anton. Vtrũ æquo animo laturum putauit? *ibid.* Me ne aliorum quidẽ iniurias mediocriter posse ferre. Hortens. Qui cum publicas iniurias lentè tulisset, suã non tulit.

¶ *Requiro, postulo, volo, iubeo.* 7. I. V. 186. Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. 7. I. V. 104. Ita sui periculi rationes ferunt & postulant. & 5. I. Ver. 56. Tantum relictum est, quantum Apronij libido tulit: *id est, quantum Apronio libuit.* & 57. Quantum Apronij voluntas tulit. & 4. Ver. 83. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. 4. I. A. 14. Si res ita tulisset: *id est, Si opus fuisset.* Ep. lib. 3. ep. 13. Velim ita fortuna tulisset, vt, &c. & lib. 1. ep. 7. Quid res, quid tempus, quid causa ferat, tu perspicies. pro Cecin. 75. Si tempus ita ferret: *id est, si ita opus esset.* Ep. lib. 15. ep. 4. Si ita tempus ferret. Ep. lib. 5. ep. 2. Meæ enim rationes ita tulerunt. & lib. 10. ep. 21. Si occasio tulerit. pro Qu. 57. Vereor, ne grauioribus vtar verbis, quàm natura mea fert. pro Cecinn. 85. Hoc si vobis versutius, quàm mea consuetudo defendendi fert, videbitur, &c. ad Brut. ep. 9. Grauiùs quàm consuetudo tua ferebat. Qu. Fra. lib. 1. ep. 4. Ad me, vt tempora nostra, non vt amor tuus fert, verè perscribe. pro Clu. 168. Vt ætas illa fert. de Somn. 11. Natura fert, vt, &c. *id est, natura comparatum est.* 2. Contra Rul. 76. Si ita commodum vestrum fert. pro Pomp. 70. Si vestra voluntas feret. I. P. 5. Ita existimabam tempora reip. ferre.

¶ *Reporto.* pro Planc. 92. Ego fructus ex repub. magna acerbitate permixtos tuli. Att. lib. 4. ep. 14. Ne diutius pendeas, palmam tulit. pro S. R. 107. Qui ab eo partem prædæ tulerunt. 1. I. C. 19. Cum à me quoque id responsum tulisset. 2. de Orat. 280. Cum ipse consul esset factus, ille repulsam tulisset: *id est, præteritus esset.* de Clar. 183. Ex his Cotta & P. Sulpitius cùm meo iudicio, tum omnium facilè primas tulerunt. Att. lib. 2. ep. 3. Cætera si reprehenderis, non feres tacitum.

¶ *Affero, do.* pro S. R. 30. Hanc conditionem misero ferunt. Ep. lib. 1. ep. 9. Cum ea contentio mihi magnum foris fructum tulisset. Att. lib. 7. ep. 25. Non quia rectum esset, sed quod multo rectiùs fuit, id mihi fraudem tulit. Att. lib. 8. ep. 1. Quemcunque fors tulerit casum, subeam. de Cla. 45. Hæc ætas primum Athenis oratorem propè perfectum tulit. L. F amosvs.

¶ *Celebro, laudo, extollo.* Att. lib. 7. ep. 1. Ep. lib. 10. ep. 26. Quibus te omnes in cœlum iure & verè ferunt. Or. 139. Sæpe supra feret, quàm fieri possit. *id est, efferet.*

Obtineo, consequor. pro Qu. R. 45. Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet. *Ferre tribum, ferre centuriam prærogatiuam, ferre suffragia dicitur is, qui tribum, vel centuriam habuit: sibi suffragantem.* pro Pl. 49. An tandem vna centuria prærogatiua tantum habet autoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit, quin renunciatus sit? *id est, quasi abstuleris.* pro Planc. 53. Dubitatis, inquit, quin coitio facta sit? cum tribus pleraſque cum Plotio tulerit Plancius? an vnà fieri potuerunt, si vnà tribus non tulissent? at nonnullis punctis penè totidem, &c. 2. I. A. 4. Aut tum cum es factus, vnam tribum sine Curione ferre potuisses? pro Plan. 54. Quæstus es plures te testes habere de Volitinia, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. & *ibid.* Aut te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse. pro Qu. Rosc. 53. Cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum.

¶ *Dico, prædico.* 3. de Na. 57. Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. 1. de Orat. 45. Hominem, vt ferebant, acerrimum.

¶ *Attributo, ascribo.* Ep. li. 8. ep. 4. Ferre aliquid expensum alicui, L. Acceptvs.

¶ *Gigno, profero, pario, produco.* 2. de Leg. 67. Terra fruges fert.

✠ Adver. *Abiectè casum temporum, 3. Phil. Acerbè.)(leniter, pro Cæl. At Acerbiùs, fortiter iniuriam temporum, lætè, moderatè humana, moderatè quicquid venerit, placatè humana, placatius, remissius, sapienter fortunam temporum. 6. Fam. Acerbissimè, Grauiter sapientiam. pro Mur. Acerbissimè dissidium, facilè, stultè, intemperiem, 4. Att. Ægrè, aptè, moderatius, modicè, quietè, 4. Tusc. Æquè fortunam aduersam, lenius, pulcherrimè fortunam, toleranter, 4. Fam. Apertius dolorem, modicè voluntates populi, obuiam sese, pro Planc. Apertissimè, mirabiliter. aliquem, 14. Att. Atrociter, pro Mil. Clàm sententiam, diutius improbitatem, pro Clu. Clementèr, Negligenter. 6. Att. Constanter, humanè morbos, placidè, sedatè, toleranter. 2. Tusc. Continenter, 1. de Nat. Deintegrò leges, vitiosè, 5. Phil. Difficilius, otium, laborem, facilè frequentiam. 12. Att. Diutius, nominatim de aliquo, Nominatim legem de capite, Omninò pœnam. pro Dom. Diutius aliquem, mollius. Epistol. ad Brut. Diutius flagitia. 2. Phil. Diutius non desiderium. 10. Phil. Egregiè, fortius quemuis euentum, obscurè, 9. Att. facilè egestatem, Indignè, pro Sex. Rosc. Facilè primas, modicè malum, de Clar. facilè Senectutem, facillimè ætatem ingrauescentem, fortiter casum, modestè, rectè. de Senec. facilè non desiderium, grauius res aduersas, molestè, obiurgari, de Amic. facilius, Grauius luctum, humanè, moderatè, sapienter, tranquillè, 3. Tus. Familiariter mortem. Sapiẽter casus. 2. de Or. Fortiter, 5. de Finib. fortiter, cruciatus, 2. In Cat. Fortiter iniuriam, Immoderatiùs casum incommodorum, 5. Fam. Fortius, 11. Attic. Grauiter, nominatim ad populum de aliquo. pro Corn. Grauius. 4. Acad. Grauissimè. pro Sest. honestius, lentè, permolestè. 2. Att. humaniter, molestè, valdè grauiter, 1. Att. Iamdudum, pro Syll. Immoderatè. 1. Off. Insolenter, lætè, extinctũ aliquẽ, 9. Phil. leuissimè, de Pro. Leuiter. Q. Ros. Com. Leuius, de Arusp. leuissimè, molestius, 3. ad Q. Fr. libẽter dolores, 3. In Cat. leuiter iniurias mediocriter, 5. In Ver. libenter repulsam, Submolestè, 5. At. Moderatè copiam, 2. Cont. Rull. Moderatè querelam, 8. Phil. Moderatius casum, pergrauiter, 9. Fam. Molestè omnino, In Piso. Molliter, 2. de Finib. pariter opem, Anteq. ir. pariter molestè cum aliquo, 7. In Ver. Patienter, 1. Phil. Patiẽtius potentiã, sanè molestè. 1. Fam Pernicioſè Legem. 2. Off placidè tacitè, iniurias, 4. In Ver. Quam humanissimè peruersitatem, 2. ad Qu. Frat. Quam leuissimè molestiam. 5. Fam. planè molestè. 3. Fam. planè non desiderium, 16. Fam. Tolerabilius igniculum desiderij, 15. Fam. verè in cœlum. 10. Fam.*

Fero, ris. pro Arch. 21. Quorum ingenijs hæc feruntur, ab his populi Rom. fama celebratur. de Clar. 27. Eius scripta quædam feruntur. 1. de Orat. 45. Vt temporibus illis ferebatur. de

Orat.

Orat. 49. Si ornatè locutus est, sicut fertur, & mihi videtur, Physicus ille Democritus. Ora. 97. Ferri magno cursu & sonitu. & *ibid.* Rapidè ferri. Or. 128. Ne infinitè feratur, vt flumen, oratio. pro Qu. 38. Qui vsque eò feruet fertúrque auaritia, vt, &c. pro Cl. 199. Quam cæcam crudelitate & scelere ferri videtis. ✝ pro C. Cornel. 1. Cum ea lex feratur. *ibidem.* Lex quæ ex S. C. ferebatur.

✝ ADVERB. *Facilius oculos mentis. 3. de Orat. Incitatius orationem. 212. Infinitè orationem, vt flumen. 228. Rapidè. Orat. Leniter, 4. Att. Oblique, rectè. 1. de Fin. Sublimè. 1. Tus. Vulgo. 2. de Rep.*

☞ Syntaxis. *Hic non perdendæ sunt horæ. Caput integrum expende:* ✝ *perquire homonymiam. nihil est fere non selectum.* ‖ *Sco. Quæ tamen ignorantur à vulgo hos esse puto vsus politissimos, vt opinio, coniectura spes fert. pro vt opinor, coniecio, spero, Tempus, causa, res, fert, & istiusmodi alia significant, quod dicunt ruditores. Tempus, res non permittit, non exigit, postulat. ferre tribum, cęturiam, suffragia, dicitur is, qui tribum, centuriam suffragantem habet, quod more nostro diceremus vnius tribus nomen, aut vocem habere. Suffragium ferre id est suffragari: ferre repulsam, id est, reijci in petitione magistratus. fero, id est, aufero, ferre legem: quod barbari dicunt, facere statutum aut legem. Sic ferre: aut ad populum ferre: pro proponere aliquid populo, aut rogare, sententiam ferre. pro præscribere.*

FEROCIA, ciæ. *ferocitas.* de Sen. 33. Infirmitas puerorum est, ferocia iuuenum. de Ar. 1. Omnem impetum gladiatoris ferociámque compressi. 2. Contra Rul. 95. Quos illorum animos quos impetus, quam ferociam fore putatis? & 90. Illa Campana arrogantia, atque intoleranda ferocia. de Rep. lib. 5. teste Nonio, Qui comperit eius vim & effrænatam ferociam.

✝ ADIVNC. *Effrenata, 5. de Repub. Intolleranda, 2. Contra. Rull.*

FEROCITAS, tis. *ferocia.* 2. Offi. 40. Lælius ferocitatem Viriati repressit. in Vat. 2. Vt ferocitatem istam tuam comprimerem, & audaciam frangerem. pro Deiot. 15. Cuius tantæ ferocitatis victorem orbis terrarum non extimescere? pro Mar. 16. Ferocitatem victoriæ extimescens. 2. de Diuin. 82. Ferocitas Troianorum.

✝ ADIVNC. *Tanta. pro Deiot.*

FEROCITER. *superbè.* pro Planc. 33. Maledicta in aliquem asperè & ferociter & liberè dicta. & Qu. Fr. li. 2. ep. 12. Cn. noster Lamia multò ferocius.

FEROX, cis: cior. *vehemens.* Att. lib. 10. ep. 13. Non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem suorum, ferocem fortasse ac arrogantem & infestum facit. in Vat. 4. Nimium es vehemens feróxque natura. Ep. lib. 4. ep. 9. Victoria reddidit hominem ferociorem impotentiorémque.

☞ Syntaxis communis. *Impetus & ferocia. Animi, impetus ferociæ, hostium. Arrogantia, intoleranda ferocia. Ferociam frangere, comprimere, reprimere. Asperè. ferociter, ac liberè dicere. Ferox, arrogans, infectus. Vehemens ac ferox natura. Ferox ac impotens.*

FERRAMENTA. *ferrea instrumenta.* 3. I. C. 10. Cethegus dixit se bonorum ferramentorum studiosum fuisse *id est, gladiorum & sicarum.* pro Syl. 55. Sed tamen munere seruili, obtulit sese ad ferramenta prospicienda. Top. 59. Vt materiæ ferramenta. 1. de N. 19. Quæ ferramenta? qui vectes?

✝ ADIVNCT. *Bona. 3. In Cat.*

FERREVS, a. um. *durus.* Quin. Fra. lib. 1. ep. 3. Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimisi meo. At. lib. 13. ep. 29. O te ferreum, qui illius periculis non moueris. 4. I. C. 3. Nec tamen ego sum ✝ ille ferreus qui, &c. 7. I. V. 120. Durus, ferreus, inhumanus. ‖ de Amic. 48. Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram, & quasi ferream esse quandam volunt.

¶ *Impudens.* in Pisonem. 63. Ferreum os.

☞ Syntaxis. *Homo ferus & ferreus. Durus, ferreus, inhumanus.*

FERRVM, ri. *metalli genus durissimum.* 2. de Leg. 45. Iam æs atque ferrum duelli instrumenta sunt, non fani. 2. de Nat. 151. Nos è terræ cauernis ferrum illud elicimus, rem ad colendos agros necessariam.

¶ *Arma, gladius.* 11. I. A. 37. Antonius patriæ igni ferróque minitatur. pro Cec. 23. In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. & 41. Homines instructi & certis locis cum ferro collocati. pro S. R. 90. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? *id est, Romano & ciuili. nam à Phrygib. siue Troianis orundi sunt Romani: vel ferro Phrygio, id est, seruili: propterea quòd Marius seruitia ad libertatem vocauit, vt eorum manu contra Syllanos vteretur.* 6. I. V. 121. Forum & iurisdictionem cum ferro & armis conferatis. 3. de Nat. deorum. 81. Qu. Varius Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat.

✝ ADIVNC. *Ciuile, 3. de Or. Impium pro Plan.*

FERTILIS, le. *ferox. fœcundus, vber, frugifer. fructuosus, optimus, opimus. fertus.* pro Pomp. 14. Asia opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. 2. de Nat. 131. Proferre possum multos fertiles agros, alios aliorum fructuum. 1. Offi. 48. Imitari agros fertiles, qui multò plus afferunt, quàm acceperunt. 1. de Diuin. 94. Qui agros saluberrimos, maximéque fertiles incolunt. pro Dom. 25. Syria opima & fertilis. 5. I. V. 120. Agri lati & fertiles. 2. Contra Rul. 50. Agri opimi & fertiles. & 44. Agri iucundi & fertiles.

✝ ADVERB. *Maxime, 1. de Diu.*

FERTILITAS, tis. *vbertas agrorum, abundantiáq; rerum omnium, bonitas agrorum, fœcunditas.* 1. de Diu. 131. Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. 2. Tus. 36. Fertilitas barbara.

✝ ADIVNC. *Barbara. 5. Tus.*

☞ Syntaxis. *Asia opima & fertilis*

FERTVS, a, um. Orator. 163. Frugifera & ferta arua Asiæ tenet. Poetæ.

FERVENS, tis, tior. 3. I. V. 67. Aqua denique feruenti à Rubrio ipso Philodamus perfunditur. 1. Off. 46. Fortis animus, in homine non perfecto nec sapiente feruentior plerunque est: *id est, vehementior, impotentior.*

FERVENTER, ssimè. *vehementer.* Ep. lib. 8. ep. 8. De damnatione feruenter loqui est cœptum. Ep. *ibid.* ep. 6. Cælij.

FERVEO, es. *ebullio.* 3. de Or. 155. Feruet æstu pelagus. pro Qu. 38. Qui vsque eò feruet, fertúrque auaritia, vt, &c.

☞ Syntaxis. *Feruere ac ferri auaritia.*

FERVIDVS, a, um. dior. *ardens.* ‖ *Frigidus, 2.* de Nat. 27. Natura ignis tota feruida est, & alijs naturis vitalem impertit calorem. de Cl. 241. Feruidum quoddam, & petulans, & furiosum genus dicendi. & *ibid.* Feruida oratio. de Cl. 108. Appij volubilis, sed paulò feruidior erat oratio.

☞ Syntaxis. *Oratio furiosa, petulans & feruida.*

FERVOR, oris. *ardor, calor, æstus.* 2. de N. 30. Mundi feruor ille purior perlucidiorque. 1. de Orat. 220. Iracundia est feruor mentis. de Sen. 45. Sed erat quidam feruor ętatis: quo progrediente, &c. de Pro. 31. Feruor maris.

✝ ADIVNC. *Purior, perlucidior, nobiliorque multò ob easque causas aptior, ad sensus commouendos 2. de Na.*

☞ Syntaxis. *Mundi feruor perlucidus: id est, ignis. Ira mentis feruor.*

FERVS, a, um. *immanis, immansuetus, barbarus.* ‖ *Mitis mansuetus, cicur.* 2. de Nat. 99. Varia genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarum. & 2. de Nat. 161. Immanis & fera bellua. 4. I. V. 51. Hostis nimium ferus & immanis. 1. de Leg. 24. Gens immansueta atque fera. Att. lib. 8. ep. 11. Gentes feras armatas in Italiam adducere. pro S. R. 74. Homo ferus & agrestis. 1. de Or. 33. Fera agrestisque vita. pro S. R. 38. Mores feros, immanémque naturam alicuius ostendere. 2. I. A. 23. Quero, cur tam subitò mansuetus in senatu fuerit, cum in edictis tam fuisset ferus? Qu. Fr. lib. 1. ep. 3.

✝ Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimisi meo. ‖ De Am. 83. Quod si hoc apparet in bestijs volucribus, natantibus, cicuribus, feris, primum se vt ipsa diligant, 1. Tus. 30. Nulla gens tam fera, nulla omnium tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. 1. de Inuen. 2. Ex feris & immanibus mites reddere & mansuetos.

☞ Syntaxis. *Immanis ac ferus: & contrà. Immansuetus ac ferus. Ferus & agrestis. Mores feri, & immanis natura. Ferus ac ferreus.*

FESSVS, a, um. *defessus, languens de via.* Att. lib. 15. ep. 9. Plorando fessus sum. pro Pl. 26. Fessus inedia fluctibúsque. 1. Ac. 1. & de Som. 1. Et nisi de via fessus esset, continuò ad nos venturum fuisse.

FESTINANS, tis. 9. I. A. 6. At ille properans festinánsque, &c. Att. lib. 6. ep. 4. Hec festinans scripsi.

FESTINANTER. *festinans, properans, omni festinatione.* Att. lib. 3. ep. 7. Pridie Cal. Maij Brundusij proficiscens festinanter. 5. de Fi. 77. Nimium festinanter facere aliquid.

FESTINATIO, onis. *properatio.* 3. I. A. 2. Mea autem festinatio non solùm victoriæ auida est, sed etiam celeritatis. & 14. Phil. 5. Ne deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse videamur. Ep. lib. 12. ep. 25. At inde ventis remisque in patriam omni festinatione properaui. Ep. lib. 5. ep. 12. Tamen ignoscas velim huic festinationi meæ. Att. lib. 5. ep. 14. Habes epistolam plenam, festinationis & pulueris. pro S. R. 97. Quid hæc tanta celeritas festinatióque significat? 1. Off. 131. Aut ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Att. lib. 13. ep. 1. Cuius festinationem mihi tollis, quoniam de ætate polliceris, vel potius ✝ recipis. ‖ 3. de Orat. 209. Tempus festinationis, an otij.

✝ ADIVN. *Ambitiosa, præpropera, 10. Fam. Auida victoriæ. 3. Philip.*

FESTINO, as. *propero, maturo, celero, accelero.* Att. lib. 6. ep. 2. Sed lucet, vrget turba, festinat Philogenes. Ep. lib. 12. ep. 22. Plura scripsissem, nisi tui festinarent. & lib. 16. ep. 9. Solent nautæ festinare quæstus sui causa. 1. I. A. 3. Ad singulare Antonij factum festinat oratio. & 2. In. Ant. 47. Ad reliqua enim festinat animus.

✝ ADVERB. *Valde. 15. Att.*

☞ Syntaxis

☞ Syntaxis. *Propetare & festinare. Festinans scripsi. Ventus remissq; festinanter, properare. Festinationis plena epistola. In festinatione celeritates suscipere. Festinatio. pro animi ardore. Festinat animus, oratio.*

FESTINVS, a, um. *properans.* Att. lib. 9. ep. 11. Festino enim similimus decurro, &c. ‖ *Fortè legendum, festiuo, cum Lamb.*

FESTIVE. *bellè, aptè.* pro Deiot. 19. At quàm festiuè crimen contexitur.

¶ *Cum primis.* Att. lib. 4. ep. 13. Soles enim tu hæc festiuè odorari. ¶ *Exactè,* 4. Acad. 92. Dialectica festiuè tradit elementa loquendi. 2. de Diu. 35. & 107. Festiuè dissoluere aliquid. 3. de Orat. 99. & Qu. Fr. lib. 2. ep. 15. Bellè & festiuè dicere.

FESTIVITAS, tis. *lepor, iucunditas.* 1. de Or. 243. Dicendi vis egregia, summa festiuitate & venustate coniuncta. 1. ad Heren. 13. Narratio debet habere sermonis festiuitatem. 1. de In. 25. Festiuitas, splendor, concinnitudo in oratione. 2. de Orat. 219. In illo genere perpetuæ festiuitatis ars non desideratur. Ep. lib. 9. ep. 15. Moriar, si præterte quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquæ & vernaculæ festiuitatis agnoscere, ad hoc lepores, &c. & Ora. 176. Gorgias his festiuitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur. ‖ 2. de Orat. 227. Nec enim concio maior vnquam fuit, nec apud populum grauior oratio quam huius contra collegam in censura nuper, nec lepore, & festiuitate conditior.

✠ ADIVNC. *Antiqua, & vernacula, 9. Fam. Multa, 1. de Inu. Perpetua, 2. de Orat. Summa, 1. de Or.*

FESTIVVS, a, um. *lepidus, facetus, venustus.* Att. lib. 1. ep. 9. Puer festiuus Anagnostes noster decesserat. 2. de Orat. 277. & 5. I. A. 13. Egilius festiuus homo. pro Flac. 91. Nunc denique matercula suæ festiuus filius.

¶ *Egregius, eximus, magnus.* 6. I. V. 49. Festiuum acroama. Att. lib. 2. ep. 6. Itaque libris me delecto, quorum habeo Antij festiuam copiam. Para. 5. Nonne igitur sunt ista festiua? &c.

☞ Syntaxis. *Festiuè moliri (ad malum.) Festiuè odorari aliquid. (apprimè.) Festiuè docere. (exactè.) Festiuitas hominis, orationis, narrationis. Festiua librorum copia.*

FESTVS, a, um. *dies festus, feria, dies celebrandus, qui est in honore.* ‖ *Festum multi, præsertim poetæ dixerunt: sed hoc vocabulo Cicero non est vsus, neque festiuitas, pro Feriis, aut festo die, apud quemquam Latinorum auctorum, quos imitari debemus, Inuenitur, sed sermonis vrbanitatem & iucunditatem hoc vocabulo expressérunt. Hæc Schorus.* 4. I. V. 154. Huius nomine dies festi agitantur pulchra illa Verrea, non quasi Marcellea, sed pro Marcellis, &c. & 6. In. Ver. 107. Syracusani festos dies anniuersarios agunt. & 4. In. Ver. 51. Marcellea tolluntur, quem illi diem festum, cùm recentibus beneficijs M. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiæ Marcellorum maxima voluntate tribuebant. pro Clu. 27. Quod facere antè nisi ludis publicis, aut festis diebus non solebat. 6. I. V. 151. Cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent, celebertimum & sanctissimum. & *ibid.* Iidem diem festum Veris nomine agerent. pro Arch. 13. Celebrare dies festos ludorum. de Arch. 23. Dies illi pro festis penè funesti extiterunt. pro Sest. 131. Cum itinere toto vrbes Italiæ dies festos agerent aduentus mei. I. P. 51. Quid dicam eos dies, qui quasi deorum immortalium festi atque solennes sunt, aduentu meo reditúque celebrati? pro Mil. 99. Omitto Hetruriæ festos, & actos & institutos dies. Qu. Fr. lib. 2. ep. 1. Senatus fuit frequentior, quàm putabamus esse posse mense Decembri sub dies festos. 5. de Fin. 70. Quem Tyberina dissensio festo illo die tanto gaudio effecit. ‖ Part. 38. 1. de Inu. 40.

☞ Syntaxis. *Agitare dies festos, agere, reddere, alicuius nomine celebrare. Festi dies, atque solennes. Festi, sacri, & instituti dies. Est sub dies festos.*

FESVLAE, *oppidum.* 2. I. C. 20. & 3. In Cat. 14.

FESVLANVS, a, 2. I. C. 14. *Fesulanus ager.* Att. lib. 5. ep. 4.

FEX, fecis. *subsidens purgamentum, vere è tralatione sentina. sordes, labes, eluuies.* Qu. Frat. lib. 2. ep. 5. Perditissima atque infima fex populi. Att. lib. 1. ep. 13. Apud sordem vrbis & fecem. & pro Fl. 18. Fex ciuitatis. Att. lib. 2. ep. 13. Fex Romuli. *de repu. Romana dicitur.* 3. I. V. 99. Ex ea fece legationis, quæstoriæq; tuæ procurationis illa sunt nomina. Ep. li. 7. ep. 32. Tanta fex est in vrbe, vt nihil sit tàm ἄκαιρον, quod non alicui venustum esse videatur. de Clar. 244. De fece haurire. * Incert. De plebeia face sellulariorum.

✠ ADIVNC. *Perditissima, atque infima, 2. ad Qu. Fra.*

☞ Syntaxis. *Vulgus, fex populi infima. Sordes vrbis, ac fex. Legationis fex,* de munere loquitur. *De fece haurire: id est, eruere.*

FIBER, bri. *Castor.* pro M. Scau. Fibri redimunt se ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur.

FIBRA, bræ. *fibræ sunt velut capilli in extis animalium, in radicibus stirpium, & in aliis rebus.* 1. de Di. 16. Quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio. 3. Tusc. 13. Non solùm ramos amputare, sed etiam radicum fibras euellere. de Sen. 51. Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit.

FIBRENVS. *fluuius.* 2. de Leg. 1.

FICTE. *simulatè.*)(*Vere.* pro Dom. 77. Maiores nostri qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt. Ep. lib. 3. ep. 11. Fictè reconciliata gratia. Qu. lib. 1. ep. 1. 10. Fictè & simulatè loqui.

☞ Syntaxis. *Fictè, & fallaciter. Fictè & simulatè.*

FICTILIS, le. *quod ex terra, vel ex alia materia fictum est.* 1. de N. 71. Hoc intelligerem quale esset, si id in cereis fingeretur aut fictilibus figuris. Att. lib. 6. ep. 1. Quid te in vasis fictilibus appositurum putem? Parad. 1. Fictilis vrna. 1. de D. 16. Summanus, qui tum erat fictilis.

FICTOR, oris. *qui signa ex ære vel alia quapiam materia fabricat.* 1. de Nat. 82. Deos ea facie nouimus, qua pictores fictoréque voluerunt. 3. de N. deor. in Fr. Vt faber, cum quid ædificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea vtitur quæ sit parata, fictor que item cera: sic.

FICTRIX, cis. 3. de Nat. 92. Diuina prouidentia fictrix & moderatrix materiæ.

FICTVS, a, um. *commentitius, simulatus, adumbratus.*)(*Verus, voluntarius.* pro Muren. 28. Quæ tota ex rebus fictis commentitijsque constaret. 2. de Nat. 70. Commentitij & fictitij dei. 3. Offi. 39. Ficta & commititia fabula. de Am. 97. Res fictæ & adumbratæ. pro Cec. 14. Ficto officio & simulata sedulitate. 3. Offic. 39. Fictæ & commentitiæ fabulæ. pro Quin. 56. Hæc causa à te per summam fraudem & malitiam ficta est. * Frag. ep. Ficta dona.

¶ *Formatus.* I. P. 59. Hic homulus ex argillo & luto fictus. 1. Tus. 66. Nihil est in animis, quod ex terra natum aut fictum esse videatur. 1. de Or. 115. Quidam sunt ita habiles, &c. vt non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur.

✠ ADVERB. *Apertè, 2. de Diu. Insidiosè, pro Mil. Nefariè. In Piso. Pueriliter. 1. de Fin.*

☞ Syntaxis. *Fictum & commentitium: & contrà. Fictum & adumbratum. Fictum & simulatum.*

FICVLENSIS, se. Att. lib. 12. ep. 33. Ficulense suburbanum.

FICVS, ci. *pomum fici.* pro Fl. 41. Homini Phrygi, qui arborem fici nũquam viderat, siscinam ficorum obiecisti. de Sen. 52. Terra quę ex fici tantulo grano, tantos truncos ramósque procreat. * 3. Oecon. Oleum, ficum, poma, non habet.

FICVS, cus. *arbor fici.* 2. de Orat. 278. Quo in genere est illud Siculi: cui cum familiaris quidam quereretur, quòd diceret, vxorem suam suspendisse se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore, quos seram surculos.

FIDELIA, liæ. *vas Samium ad plurimos vsus.* Ep. lib. 7. ep. 29. Duos parietes de eadem fidelia dealbare.

FIDELIS, le. *fide præditus, qui fidem suam præstat.* Ad Bru. ep. 16. Sunt fidelissima & maxima auxilia Gallorum. Qu. Frat. lib. 1. ep. 1. 13. Græcorum familiaritates parum fideles sunt. pro Milo. 76. Appius homo mihi coniunctus fidelissima gratia. pro Font. 3. Massilienses fortissimi & fidelissimi socij. de Am. 54. Amicitia fidelis. pro Cæl. 14. Firmus & fidelis amicus. 11. I. A. 34. Deiotarus fidelis populo Romano. de Ar. 29. Deiotarus, quem vnum habemus in orbe terrarum fidelissimum huic imperio. 2. Contra Rul. 5. Fidele consilium deliberanti dare. pro Clu. 85. Minus fidele consilium alicui dare. pro Mil. 29. Seruus, qui animo fidei in dominum est. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. 14. Seruus egregiè fidelis. pro S. R. 112. Nemo credit nisi ei quem fidelem putat. pro Cec. 14. Magis opportuna opera nonnunquam quàm aliquando fideli. Qu. Frat. lib. 1. ep. 3. Coniunx fidelissima. Ep. lib. 16. ep. 17. Sed heus tu, qui καινὸν esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἄκυρον, valetudini fideliter inseruiendo? vnde in istum locum fideliter venit, cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ: nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest, vt sit (quomodo Theophrasto placet) verecunda translatio.

☞ Syntaxis. *Seruus egregiè fidelis. Ager fidelis.*

FIDELITAS, tis. *fidelis ornamentum.* Ep. lib. 15. ep. 20. Asclaponis medici tum cõsuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars quam sum expertus in valetudine meorum: in qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiáque satisfacit. pro Plan. 71 Vita mea, quæ amicorum fidelitate conseruata est. 12. I. A. 22. Vbi me non solùm amicorum fidelitas, sed etiam vniuersæ ciuitatis oculi custodiunt. Att. lib. 9. ep. 20. In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas esset. Qu. Fra. li. 1. ep. 2. Fidelitatem alicuius summam. Ep. lib. 10. ep. 17. Non illi erga patriam fidelitas defuit. Ep. lib. 16 ep. 12. Quo tempore ego maximè oberam & fidelitatem desideraui tuam. Ep. lib. 13. ep. 16. Et is, vt opinor, tibi in Alexandrino bello quantum studio & fidelitate consequi potuit, non defuit.

✠ ADIVNCT. *Perutilis. 9. Att. Summa, 1. ad Qu. Frat.*

☞ Syntaxis. *Opera & fidelitas amicorum. Studium & fidelitas.*

FIDELITER. Epist. lib. 16, epist. 17. L. FIDELIS. Att. lib. 15. ep. 20. Mercedes prædiorum, quæ si fideliter Ciceroni curabuntur, nihil ei deerit. 1. Offi. 92. Viuere multipliciter, fideliter vitæque hominum amicè.

FIDENAE, arum. *vrbs Latinorum mediterranea.* 2. Contra. Rull. 95.9. I. A. 4.

FIDENS, tis. *audens.* 3. Tusc. 14. Qui fortis est, idem est fidens: nam confidens mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur. 1. Off. 81. Animus prudentia consilióque fidens. 1. Tus. 110. Fidenti animo, si ita res ferret, gradietur ad mortem. Att. lib. 6. ep. 6. Puer bene sibi fidens. 2. de Diu. 64.

Tum Calchas hæc est fidenti voce locutus. 1. de Nat. 94. His ne fidentes somnijs contra Pythagoram Platonémque dixistis? At. lib. 7. ep. 7. Istum relinquendum puto, dubitantem magis quàm fidentem rebus.

✠ ADVERB. *Bene Sibi. 6. Attic.*

☞ Syntaxis. *Viuere fideliter, multipliciter. Vir bene sibi fidens. Fidenti voce loqui.*

FIDENTER, tius. *audacter.*)(. *Diffidenter, dubitanter, timidè.* 1. de N. 18. Tum Velleius fidenter sanè, vt solet isti, nihil tam verens, quàm ne dubitare aliqua de re videretur. Att. lib. 6. ep. 1. Paulò vellem fidentius respondisses. 1. de Orat. 240. Tum ille fidenter homo peritissimus, confirmare ita se rem habere. 2. de Diu. 67. Timidè fortasse signifer euellebat, quod fidenter infixerat. Aca. lib. 4. 24. Deinde quomodo suscipere aliquam rem, aut agere fi-
✠ denter audebit? ‖ 2. de Fin, 21.

FIDISSIMÈ. Ep. lib. 2. ep. 26. Quæ mihi à te ad timorem fidissimè atque amantissimè proponuntur.

FIDENTIA, tiæ. *fecuritas, fiducia, confusio.*)(. *Diffidentia.* 2. de Inu. 163. Fidentia est, per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ certa cum spe collocauit. 2. de Inu. 165. Audacia non contrarium est fidentiæ, sed appositum ac propinquum: & tamen vitium est. 4. Tusc. 80. Et fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est opinio grauis, non temerè assentiens.

☞ Syntaxis. *Fidissimè consulere. Fidenter aggredi, alloqui.*

FIDES, ei. *constantia promissorum, Dea.* 1. Off. 23. Fundamentum iusticiæ est fides. id est, dictorum conuentorúmque constantia & veritas. *ibid.* Credamúsque quia fiat quod dictum est, appellatá fidem. Par. 78. Fides est iustitia in rebus creditis. 1. Offi. 104. O Fides alma, apta pennis, & iusiurandum Iouis: qui igitur iusiurandum violat, is Fidem violat, quam in Capitolio vicinam Iouis Op. Max. maiores nostri esse voluerunt. 3. Offi. 106. Fregistis fidem? neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam. & *ibidem.* Nullam esse fidem, quæ infideli data sit. 3. Offi. 70. Qu. Scæuola fidei bonæ nomen existimabat manare latiùs, idque versari in tutelis, fiducijs, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis. Top. 66. Bona fide.)(. *Dolo malo.* 3. de Na. 74. Iudicia de fide mala, & iudicium de dolo malo. 3. Offi. 70. Vti ne propter te fidémue tuam captus fraudatusue sim. de Aruſp. 36. Fidem iusiurandúmque negligere. pro Dom. 66. Gabinius fregit fœdus.)(. *Piso in fide manſit.* pro Flac. 9. Testimoniorum fidem & religionem nunquam ista natio coluit. pro Qu. R. 45. Fides & religio iudicis. in Vat. 15. Tum quæro, seruaris ne in eo fidem, &c. pro Corn. 12. Græci voluerunt religione videri potius quàm veritate, fidem esse constrictam. Att. lib. 4. ep. 16. O constantiam promissi, & fidem miram. pro Flac. 102. Tua fides optima & spectatissima. 7. I. V. 152. Cui supplici non illa dextera fidem porrexit. 2. I. C. 25. Hinc fides pugnat, illinc fraudatio. & 10. Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. 2. de Fin. 65. Dare fidem alicui. item: Cum Regulus propter fidem quam dederat hosti, ex patria Carthaginem reuertisset. 1. Offi. 39. Regulus ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere. pro Rab. 28. Si fides Saturnino data est, non eam Rabirius, sed C. Marius dedit: idémque violauit, si in fide non steterit. Ep. lib. 1. ep. 9. Melius in hanc mentem impulit Pompeij fides, quam de me Cæsari dederat, & fratris mei, quam Pompeio. Att. lib. 2. ep. 22. Cum Pompeius diceret se fidem recepisse de me, hanc si ille non seruaret, ita laturum, vt, &c. pro S. R. 110. Istius fide, ac potius perfidia deceptus sum. pro Qu. R. 16. Perfidiosum & nefarium est, fidem frangere. pro S. R. 111. Qui fidem violat, oppugnat omnium commune præsidium. de Cla. 89. Lusitani contra interpositam fidem interfecti. Att. lib. 2. ep. 24. Postulare fidem publicam. 3. I. C. 8. Fidem ei publicam iussu senatus dedi. pro Ar. 9. Gabinij leuitas & calamitas omnium tabularum fidem resignauit. pro Pom. 19. Romæ solutione impedita fidem concidisse. pro R. P. 4. Fide sustentare amicos. 2. de Diu. 78. Virtus, quæ verat spectare fortunam, dum præstetur fides. Att. lib. 16. ep. 7. Nihil debet qui consilium dat, præstare præter fidem. & lib. 5. ep. 21. Vt ei fidem meam præstarem. Ep. lib. 1. ep. 7. Si rex amicis tuis, qui pecunias ei credidissent, fidem suã præstitisset. Top. 42. Qui fiduciam accepit, debet fidem præstare. pro S. R. 144. Is tibi optima fide sua omnia concessit. Att. lib. 6. ep. 1. Ex fide bona multa. 2. I. C. 18. Aliquid de possessione detrahere, & fidem requirere: *id est, præstare, vel liberare* 12. I. A. 27. Non tenuit omnino colloquium illud fidem, à vitamen, &c. Ep. lib. 1. ep. 5. Meam ergate fidem & beneuolentiam expertus es. 5. I. V. 144. Aliquando desinat ea se putare emere, quæ ipte semper habuit venalia, fidem, iusiurandum, &c. pro C. Cornel. 1. Interposita fide per tres legatos reuerterunt. Frag. Epist. Tu si meam fidem præstiteris. de Amic. * Vt eorum probetur fides.

¶ *Fide se abducere, id, est, liberare & eximere, fidem liberare: id est, promisso satisfacere. Fidem præstare, id est, seruare.* pro Fla. 83. Vt à fide se abduceret. pro Flac. 46. Heraclides Hermippum percussit, &c. nam eius fide sumpsit à Fusij. & *ibidem.* Hermippus Fusijs satisfacit, & fidem suam liberat. Epist. lib. 12. epist. 7. Quod autem in senatu pluribus verbis disserui, in eo velim fidem meam liberes.

¶ *Autoritas, confirmatio, quæ ab Arist. in Rhet. visis* dicitur. Par. 8. Quoniam de fide respondisti, volo audire de motu. & *ibid.* Fides est firma opinio. *Hîc vides lector, fidem pro persuasione positam esse: nam quid est aliud persuasio, quàm firma opinio? hæc enim illa est seu fides, seu persuasio, seu firma opinio, quæ in auditoris animo gignitur & creatur oratione, hæc in oratore ipso, aut eius oratione ratio est rei dubiæ faciens fidem in auditore: si admittitur, persuasio appellatur. ibid.* 9. Nam est in proposito finis, fides: in causa, & fides & motus. 2. Contra Rul. 22. Fac fidem te nihil nisi populi vtilitatem quærere. Att. lib. 9. ep. 10. Et tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quæ tibi putemus esse vtilia. Topic. 8. Argumentum est ratio rei dubiæ fidem faciens. Par. 31. Narratio est fundamentum constituendæ fidei. Att. lib. 7. ep. 8. An mihi nutus tuus non faceret fidem? Att. lib. 16. ep. 5. & ep. 8. Quod nisi mihi fidem fecisset, non feciſſem id quod dicturus sum. 4. Acad. 19. Multáque facimus vsque eò, dum aspectus fidem faciat sui iudicij. de Cla. 187. Probat, fidem faciat oratio. 3. I. C. 4. Quoniam minorem fidem faceret oratio mea. I. P. 59. Non faciesfidem scilicet, cum hæc disputabis? Habere fidem alicui, &c. id est credere.)(. *Derogare fidem, &c.* Ep. lib. 5. ep. 20. & lib. 7. ep. 18. & 4. Aca. 88. & 7. I. V. 147. & 4. Ver. 131. Tibi maximam fidem rerum suarum habet. Att. lib. 13. ep. 36. Fidem alicui habendam non esse. de Inu. lib. 1. Habere fidem orationi alicuius. Ep. lib. 6. ep. 6. Quare debet habere fidem nostra prædictio. Attic. lib. 8. ep. 3. Considerandum est, quanta Cæsari fides sit habenda. 4. Acad. 58. Quæ fidem nullam habebunt, sublata veri & falsi nota. 2. Offi. 33. Nam & his fidem habemus, quos plus intelligere, quàm nos, arbitramur. pro Fl. 21. Nunc verò quam autoritatem, aut quam fidem habere possunt? Ep. lib. 1. ep. 1. Si esset in ijs fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus. 2. de Diu. 122. Insanorum visis fides non est habenda, & lib. 1. 5. Dicæarchus ijsdem rebus fidem tribuit. 2. de Diu. 113. Nec autoritatem, nec fidem rebus commentitijs adiungere debemus. pro Syl. 10. Tribuere fidem testimonio alicuius. 2. de Orat. 156. Suspicio artificij imminuit & oratoris autoritatem, & orationis fidem. Orat. 120. Hoc & autoritatem orationi affert, & fidem. pro Fon. 13. Suspicio inimicitiarum derogat fidem in testimonio dicendo. pro Qu. R. 44. Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iurisiurandi, respondes. 4. Acad. 36. Quia his visis, inter quæ nihil interest, æqualiter omnibus abrogatur fides. Att. li. 15. ep. 25. Infirmare fidem alicui. 1. de Fin. 71. Si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat. *id est, incorruptis atque integris testibus.*

¶ *Tutela patrocinium, defensio, clientela.* ‖ *Recipere in fidem aut esse*
✠ *in fide, vi dicebantur qui se alicui commiserunt, aut dediderunt: qui autem se committebãt Clientes dicebantur, recipientes, patroni, nostro more, appellamus tutelam, Galli* tutele. *Sed esse in tutela est pupillorum, in fide aut clientela vi ctorum aut qui præsidio alicuius egent. Sic ergo Cicero.* pro Font. 30. At ita vt commissus sit fidei, permissus potestati. 1. Offi. 124. Iura fidei magistratuum commissa sunt. Epist. lib. 13. ep. 65. Ea societas vniuersa in mea fide est. pro Plan. 97. Municipia, quæ in fide mea erant. pro Ar. 31. Peto è vobis, vt eum in vestram accipiatis fidem. ad Att. lib. 15. ep. 15. Recipere aliquem in fidem suam, & eum commendatum habere. pro S. R. 93. Esse in fide & clientela alicuius. & 106. Cõferre se in fidem & clientelam alicuius. 1. Offi. 35. Qui nationes deuictas bello in fidem cepisset. At. lib. 6. ep. 1. Ciuitatem in Catonis fide locatam funditùs perdidissem.

✠ ADIVNCT. *Alma, apta pennis. Bona, melior, Salua. 3. Offi. Certa, 8. Fam. Communis, 1. ad Qu. Frat. Egregia, & singularis. pro Planc. Grandissima, pro Lig. Incredibilis, publica. pro Sest. Infirmior, Singularis, ac diuina incredibilis. pro Mil. Insignis, mira. 4. Att. Iucunda auditu, 2. de Orat. Magna, mala, 3. de Nat. Maior. 6. Phil. Maxima, Part. Minor. 5. Fam. Optima. 9. Att. Optima, & spectatissima. pro Fla. Præstans, ac singularis, 3. Fam. Prompta. pro Cæc. Sancta testimoniorum. pro Font. Sanctissima. 5. In Verrem. Singularis. 1. Famil. Singularis ac propè incredibilis. 13. Fam. Summa de Amic. Venalis, 4. In Verrem. vicaria operæ nostræ. pro Sext. Rosc.*

☞ Syntax.

☞ Syntaxis. *In fide manere. Fidem seruare, præstare. Fide se abducere. Fide aliquem liberare. Fidem alicui facere dubiæ rei, Alicui fidē habere, tribuere. Fidem minuere, adiūgere derogare, infirmare. Cōmittere se fidei alicuius. Esse in fide alicuius. Recipere aliquem in fidem suam, & eum cōmendatum habere. In fidem & clientelam alicuius se conferre. Capere populos in fidem. Ciuitas in fide alicuius locata.*

FIDES, dis. *lyra.* 2. Diu. 33. Iam neruos in fidibus alijs pulsis resonare alios. 2. de Leg. 39. Seuera illa Lacedæmon neruos iussit, quòd plures quàm septem haberet in Timothei fidibus, inde demi. de Sen. 26. Discebant enim fidibus antiqui. 3. de Orat. 214. Omnes voces vt nerui in fidibus ita sonant, vt à motu animæ sunt pulsæ. & 195. Vt epularum solennium fides, & tibiæ indicant. de Clar. 199. Ex neruorum sono in fidibus quàm scienter ij pulsi sint, intelligi potest. 1. Tusc. 4. Epaminondas fidibus præclarè cecinisse dicitur. in Arat. Cecidit clara fides Cyllenia. 4. de Fin. 75. Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, vt concentum habere possit, omnes æquè incontententæ sunt. & *ibid.* Æquè enim contigit omnibus fidibus, vt incontentæ sint: illud non continuò, vt æquè incontentę. 5. Tusc. 113. Cum fidibus vteretur. Hortens. Ponendæ sunt fides & tibiæ.

✠ *ADIVNC. Contentæ.) (. incontentæ, plurimæ. 4. de Finib.*

FIDICEN, nis. *qui lyra canit lyricus.* 3. de Nat. 22. Mundum fidicinem etiam esse & tibicinem. Ep. lib. 9. ep. 22. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.

✠ *ADIVNC. Nobilissimus. 9. Fam.*

FIDICVLA, læ. *parua lyra.* 2. de N. 22. Fidiculæ numerosè sonantes, & tibiæ modulatè canentes.

☞ Syntaxis. *Discere fidibus & canere. Voces & nerui in fidibus sonantes. Fides numeris contenta, & incontenta.*

FIDVCIA, ciæ. *spes certa.* Qu. Fr. lib. 2. ep. 11. Nihil est quod posthac artis nostræ fiducia conturbet. 2. I. V. 40. Habeo hominem præpotentem, cuius fiducia prouinciam spolio. 7. I. V. 175. Quæ facio, tua fiducia facio. de Am. 52. Vita tyrannorum, in qua nulla stabilis beneuolentiæ possit esse fiducia.

¶ *Pactum cum conditione redimendi redhibendiq; quod venditum est,* ✠ ‖ *est quod nostri homines vulgò obligationem vocant, hoc est pignus quod alicui ceditur dum quis soluat quod debet.* Top. 42. Qui fiduciam accepit, debet præstare fidem. pro Flac. 51. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauisti. & *ibidem.* Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie, ac possides. pro Sec. 7. Per fiduciæ rationem fraudare quempiam. 3. Offi. 61. In arbitrio rei vxoriæ hæc verba maximè excellunt: Melius, æquius, in fiducia, Vt inter bonos bene agier. pro Qu. R. 16. Tria iudicia, fiduciæ, tutelæ, societatis. 3. de Nat. 74. Iudicia fiduciæ.

✠ *ADIVN. Stabilis, de Amic.*

☞ Syntaxis. *Alicuius fiducia facere. In tyrannis nulla beneuolentiæ fiducia. Fiduciam accipiens præstet fidem. Commissam fiduciam tenere, & possidere. Fraudare quempiam per fiduciæ rationem.*

FIDVS, a, um: ſſimus. *fidelis.* de Am. 53. Intellexit, quos fidos amicos habuisset, quósque infidos. 2. de Na. 158. Canum tam fida custodia. 2. Offi. 30. Fidę familiaritates amantium non amicorum. Ep. li. 14. ep. 4. Mea Terentia fidissima atque optima vxor. 5. I. A. 24. Mutina colonia nostra fidissima.

FIGO, gis. fixi, fixum. *immitto, affigo.* Att. li. 14. ep. 12. Antonius fixit legem, qua Siculi ciues Rom. fierent. 7. I. V. 12. Vt quam dānatis seruis crucē fixeras, hanc indemnatis ciuibus Rom. reseruares.

¶ *Pono.* Ep. lib. 2. ep. 6. Ego omnia mea studia, omnem operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi & locaui.

¶ *Confirmo.* 7. in Verrem. 52. Beneficium, vt dicitur, trabali clauo figere.

¶ *Lacero, transfigo, perfodio maledictis.* Or. 89. Figere aduersarios: *id est, configere, vulnerare.*

FIGOR, ris. i. I. A. 3. Ne qua tabula huius decreti Cæsaris figeretur. 2. In Ant. 91 Ne qua post idus Martias immanitatis tabula figeretur. Ep. lib. 12. ep. 1. & 2. In Ant. 92. Tabulæ figuntur, immunitates dantur. 14. I. A. 6. Et dubitare, vtrum mucrones in ciue, an in hoste figantur. de Arusp. 39. Deorum tela in impiorum mentibus figuntur.

✠ *ADVERB. Omnimodo aduersarios. Or. ad Brut.*

FIGVRA, ræ. *forma, species.* 4. I. V. 87. Himera in muliebrem figuram habitúmque formata. & 89. Eum multò magis figura & lineamenta hospitæ delectabat. pro S. R. 63. Esse aliquem humana specie ac figura, qui tantum immanitate bestias vicerit. 3. Offi. 32, Feritas belluæ in figura hominis. pro Qu. R. 20. Tacita corporis figura coniecturam affert. 1. de Leg. 26. Natura homini figuram corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. de Vniu. 39. Et si ne tum quidem vitiorum finem faciet, grauius etiam iactabitur, & in suis moribus simillimas figuras pecudum & ferarum transferetur. & *ibidem.* Qui intemperatè vixerit, eum secundus ortus in muliebrem figuram transfert. 1. de Or. 114. Conformatio quędam & figura totius oris & corporis. 5. de Fin. 35. Corporis nostri partes, totáque figura, & forma, & statura quàm apta ad naturam sit, apparet. 1. de Nat. 91. Non ab hominibus formæ figuram peruenisse ad deos. 1. de Nat. 47. Forma, figura & species. 1. de Inu. 41. Figura negocij. 3. ad Her. 25. Figuræ vocis. 2. de Diu. 138. Hominum figuræ. * Incer. Conuerti in aliquam figuram bestiæ. *ibid.* In hominis figura animo ✠ esse efferato. ‖ 3. de Ora. 210. Ora. 2. Optima species & figura dicendi. & 2. de Or. 90. LEGE, EXPRIMO.

✠ *ADIV. Apta membrorum, 4. Tusc. Cerea dissimilis, diuina, fictiles, humana, pulcherrima, vastior, 1. de Nat. Conglobata, 4. Acad. dispares specie, laudabiles genere, 3. de Nat. habilis & apta corpori, miranda, 1. de Leg. Innumerabiles. 1. de Or. Muliebris, similimæ pecorum, tota de Vniuers. Nota, Arat. Optima, 3. de Or. Pulchra, 2. de Nat. Reliqua, 1. Offi. Tacita corporis. pro Qu. Rosc. Com. vacans animo. 1. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Figura & habitus fœminæ. Figura & lineamenta. Homo solum specie ac figura. In hominis figura bestiæ, immanitas. Conformatio & figura corporis. Tota corporis figura, forma, & statua. Formæ figura.* hic animaduerte affectum, & habitum proprietatémque formæ esse figuram, at vis facultatis, & naturæ essentiam. *Figura, forma, species, (pro synonymis.) Figura in negocio, voce, oratione. Species & figura dicendi.*

FIGVRATVS, a, um. 2. de Nat. 159. Boum terga non sunt ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum. 5. de Fin. 34. Et ita figuratum corpus est, vt excellat alijs.

FIGVRO, as. *effingo formo.* de Vn. 15. Deus mundum ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur. 1. de N. 111. Atomi formare, figurare, colorare, animare non possunt.

☞ Syntaxis. *Terga ad onus figurata. Bene figuratum corpus. Optima figurare forma. Formare, figurare, colorare, animare.*

FILIA, liæ. pro Clu. 179. Tum despondit ei filiam suam illam, quam ex genero susceperat. * con. C. Anton. Cum ex eodem stupro tibi & vxorem & filiam inuenisti.

✠ *ADIVNC. Carissima. pro Sest. Grandis & nobilis. pro Cluen. Maior. de Clar. Nobilis. pro Qu. Optima, postq. ad Qu. Singularis. 11. Att. Vetulæ, & multarum nuptiarum. 13, Att. Vnica. 3. In Ver.*

FILICATVS, ta. *quod filicum herbæ speciem habet.* Parad. 1. Minus ne gratas dijs immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur; ‖ Att. lib. 2. ep. 8. Quoniam putas prætermittendum nobis esse hoc tempore cratera illum filicatum. *al. delicatum.*

FILIOLA, læ 1. de Diu, 103. Is filiolam suam animaduertit tristiculam. Ep. lib. 15. ep. 4. Mea charissima filiola. ‖ Att. lib. 1. ep. 15.

✠ *ADIVNC. Amabilis. 5. Att. Carissima. 14. Fam. Dulcior nostra vita. 14. Att. Iucunda. 1. Att. parua, tristicula. 1. de Diu.*

FILIOLVS, li. Att. li. 1. ep. 1. Filiolo me auctū scito, salua Terētia,

FILIVS, lij. *liberi, gnatus, natus, procreatus. charissima procreatio, spes parentis, partus.* Brut. ep. 12. Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui: sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet. 3. de Nat. 90. Lex vt condemnaretur filius, aut nepos, si pater aut auus deliquisset. pro Dom. 35. Qui tibi loco filij per ætatem esse poterat. Postquam. in Senat. 36. Vnus frater, qui in me pietate filius, consilij parens, amore, vt erat, frater inuentus est. pro. Cæl. 4. Equitis Romani esse filium criminis loco poni. 2. de Fin. 58. Filius effigies probitatis paternæ. Ep. lib. 6. ep. 6. Filius imago animi & corporis paterni. & lib. 5. ep. 16. Amittere vel perdere filios vel liberos. Att. li. 6. ep. 3. Hortēsius filius fuit Laodicęæ. Att. lib. 7. ep. 2. *τοῦ λίο φασὶν* esse *πρῶτα τέκνα.* pro Qu. R. 30. Ex improbo patre probum filiū nasci. Filius iudicio & voluntate, pro adoptiuo, vt vocant: Cicer. pro Sext. Rosc. * pro Dom. 37. Non vt ille filius instituatur, sed vt è patricijs exeat. 1. de Fin. 23. Quod verò securi filium percusserit. *ibid.* 24. Cum illam seueritatem in eo filio adhibuit, quę in adoptionem D. Silano emancipauerat.

✠ *ADIVNC. Assiduus in prædijs, conscelerati ſſimi, innocens. perditus, rusticus. pro Sex. Rosc. Barbarus, 3. de N. Bellissimus, Suauissimus. 14. Fam. Blandus, & gratiosus. 2. In Ver. Carus dignus patre. 1. Fam. Carior quam. pro Rab. Carissimus. 1. Phil. Carissimi, Imbecillus, Robusti, de Senec. Clarissimus. de Prou. Coniunctissimus. 16. Fam. Constantissimus, atque optimus, Imago animi & corporis paterni. 6. Fam. Consularis.*

12. *Att. Delicatior. 2. de Orat. Dignissimi Patre. 3. Fa. Disertus, de Cl. & 1. de Or. Dissolutus, 4. Tus. Festiuus, incolumes, similimus Patris. 5. In Ant. Gnauus, & prudens, & probus. 5. In Ver. Honestissimus. pro Plan. Immanis. 1. de Diu. Impurus. 2. Phil. Incolumis, infans, innocentissimus, Obsides. pro Clu. Mendax, auarus, aut non amans suorum, ferox fortasse & arrogans, & infestus, 10. Att. Nudus, prætextatus. 4. In Ver. Optimus, atque innocentissimus. 7. In Ver. Parui, diserti. 1. de Or. paruulus, 4. In Cat. Paruus, pupillus. 3. In Ver. Præditus patria virtute. pro Sest. Probus. pro Qu. Ros. & 2. Tus. Studiosus, eruditus, & modestus. 13. Famil. Turpis. 15. Att. venustissimus, mihique dulcissimus, vnicus, 8. Famil.*

FILIVS FAMILIAS. pro Cæl. 36.

☞ Syntaxis. *Filius imago & effigies patris.*

FILVM, li. *linum, proprie: translatione vero, orationis contextus.* Ep. li. 9. ep. 12. Sed ego veteri amico munusculum mittere volui leuidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. de Am. 25. Quanquam etiam à Græcis sæpe audiui, sed aliud quoddam expectamus filum orationis tuæ. 2. de Ora. 93. Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulo vberiore filo. & 3. de Ora. 101. Hæc formanda filo ipso & genere orationis. Or. 124. Argumentandi tenue filum.

✠ ADIVNC. *Argenteum. 10. Fam. Crassum. 9. Fam. Tenue argumentandi. de Clar. Vberius. 2. de Ora.*

☞ Syntaxis. *Filum orationis vberius, Filum argumentandi.*

FIMBRIAE, arum. *vestium & aliarum rerum extremitas, quasi fibræ.* I. P. 25. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorũ fimbriæ.

✠ ADIVNC. *Madentes. In Piso.*

FINDO, dis. *diffindo, aperio, diuido.* in Arat.

—— *Quorum nequeunt radices findere terras.* L. FISSVM.

FINDOR, ris. 2. de Leg. 6. Hoc quasi rostro finditur Fibrenus, & diuisus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, rapidéque dilapsus citò in vnum confluit.

FINGENDVS, a, um. *instituendus.* Or. 7. Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit.

FINGO, gis. *formo, informo, creo.* ‖ *Significat hoc verbum non men-*
✠ *tior, vt putant multi, sed ingeniose aliquid excogito & formo. vt rectè Annotauit Sebonus.* pro Mur. 60. Finxit te ipsa natura ad honestatem. 2. de Or. 219. Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos, &c. 3. de Leg. 40. Autor enim moderatur & fingit non modò mentẽ & voluntatem, sed penè vultus eorum apud quos agit. Orat. 24. Omnes qui probari volunt, voluntatem eorum qui audiunt, intuentur, ad eámq; & ad eorum arbitrium & nutum totos se fingunt. 1. de Or. 73. Et qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil vtuntur, tamen vtrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est. 3. de Orat. 175. Sed verba nos sicut mollissimam ceram, ad arbitriũ nostrum formamus & fingimus. 2. de Orat. 23. Volucres videmus fingere atque construere nidos. 6. I. V. 30. Fingere è cera. 1. Acad. 6. Ex materia, quam fingit formatque effectio. 4. Acad. 86. Vis quæ finxit & fabricata est hominem. 1. Offi. 157. Apũ examina fingunt fauos.

¶ *Simulo.* 2. de Fin. 77. Fingere sibi vultum & incessum. Att. lib. 1. ep. 15. Fingere, dissimulare & obtegere.

¶ *Cogito.* de Sen. 41. Finge animo aliquem, &c. pro Mil. 79. Fingitis animis: liberæ enim sunt cogitationes nostræ, & quæ volunt, sic intuentur, vt ea cernimus quæ videmus: fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ, &c. Ep. lib. 3. ep. 11. De me autem suscipe paulisper meas partes, & eum te esse finge, qui ego sum. 3. de Na. 47. Omnia, quæ cogitatione nobismet ipsis fingere possumus.

¶ *Adorno, commiscor.* 2. I. V. 15. Fingere crimen. & 5. Ver. 141.

¶ *Aestimo, iudico.* pro S. R. 26. Ex sua natura cæteros fingere. Ep. lib. 6. ep. 6. Fingere ex euentis.

¶ *Imitor, exprimo.* 1. de Or. 127. Quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus.

✠ ADVERB. *Cõmodè. pro Sex. Ros. Extemplò. pro Qu. Ros. Com. parũper cogitatione, 5. Tus. præclarè. 7. Phil.*

FINGOR, ris. *grauiora sunt in actiuo.* 1. de D. 94. Agri fertiles, quibus multa propter fœcunditatem fingi gigniq; possunt. 2. de D. 89. Ex eoque ingenia, mores, casus cuiusque euentusque fingi. de Cl. 119. Peripateticorum institutis commodè fingitur oratio. de Cl. 273. Nihil tam flexibile, & quod magis ipsius arbitrio fingeretur. Ep. li. 5. ep. 12. Alexander ab Apelle pingi, à Lysippo fingi volebat. 1. de N. 71. Hoc intelligerem quale esset, si id in cereis fingeretur, aut fictilibus figuris. pro Mil. 5. Nihil vobis duobus laboriosius dici aut fingi potest. pro Do. 76. Quid te, aut fieri, aut fingi dementius potest? pro S. R. 116. Fingi maleficiũ nullũ
✠ potest, quod iste, &c. Par. 5. Suis quisque fingitur moribus. ‖ 5. Tus. 68. Fingi animo & cogitatione.

✠ ADVER. *Commodius Orationem, de Cla. Impunius. 2. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Fingere sibi vultum & incessum. Fingit statuarum fictor. Suis quisque fingitur moribus.*

FINIENS, tis. *horizon.* L. HORIZON.

¶ *Decernens.* Att. li. 8. ep. 3. Põpeius M. Marcello consuli finienti prouincias Gallias Cal. Martijs restitit.). *Propagare prouinciam.*

FINIO, nis. *definio, perficio, conficio, absoluo, transigo, finem facio, claudo, concludo, termino, modum statuo, finem affero, in exitu sum, cõpleo, fastigium impono, perfungor, extrema persequor, modum facio, terminum habeo, absolutionem perficio, vsque ad finem exequor, modum vel finem constituo, modum definio, ad exitum perduco.*). *Exordior. fundamenta iacio, propago.* 2. de Leg. 20. Ad eam rationem cursus annuos sacerdotes finiunto. & 66. Demetrius sepulchris nouis finiuit modum. 2. de Fin. 64. Cupiditates non Epicuri diuisione finiebant, sed sua satietate.

FINIOR, ris. 3. de Or. 189. Sententiæ verbis finiantur. Ora. 164. Nec solùm componentur verba ratione, sed etiam finientur.

FINIS, nis. *modus, terminus, exitus, vltimum, extremum.* de Fin. li. 3. 26. Sentis enim credo, me iam diu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum vltimum, tum summum: licebit etiam finem pro extremo aut vltimo dicere. 4. I. V. 118. Nos modum aliquem & finem orationi nostræ faciamus. 1. Offi. 102. Finem & modum transire. 7. I. V. 76. Idémque dies & victoribus imperij, & victis finem fecit. Att. lib. 16. ep. 17. Vt nostræ solicitudinis quam primùm finem facere possimus. 2. de Orat. 224. Finẽ scribendi facere. Att. lib. 16. ep. 20. Non faciam finem rogandi. Ep. lib. 12. ep. 1. Nullum finem facio, mihi crede, Cassi de te cogitandi. pro Sest. 136. Sed vt extremum habeat aliquid oratio mea, & vt ego antè dicendi finem faciam, quàm vos me attentè audiendi, cõcludam illud de optimatibus. Att. li. 10. ep. 7. Finem inter nos scribendi de his rebus fieri tempus est. Ep. lib. 10. ep. 5. Reperire finem malorum. pro Qu. 35. Certos mihi fines terminósque constituam, extra quos egredi non possim. 2. Offi. 76. Vsus imperatoris præda finem attulit tributorum. 3. I. V. 5. Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. 6. I. A. 2. Etiam si ille dies vitæ finem mihi allaturus esset. da Som. 20. Quando finem habet motus, viuendi finem habeat necesse est. pro Cl. 7. Quod in hoc vno falsæ infamiæ finis aliquis atque exitus reperietur. 1. de Or. 154. Oratio lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere: *id est, eatenus, quoad.* * pro C. Cornel. 1. Cùm omnibus gentibus finem diuturnæ captiuitatis, turpitudinis & seruitutis afferret.

¶ *Causa cuius gratia.* pro Cæl. 11. Quem ergo ad finem putas custodiendam illam ætatem fuisse? Ep. lib. 9. ep. 26. Excruciémne me? quid assequar? deinde, quem ad finem. 7. I. V. 74. Piratam tenuisti, quem ad finem? *id est, quandiu.* pro Mur. 12. Finis stipendiorum, patris victoria & triumphus fuit. 1. Offi. 52. Vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennij finem, Nihilominus vt ipsi luceat. 1. de Leg. 52. Finis bonorum, quò referuntur & cuius causa facienda sunt omnia. 1. Offi. 138. Domus finis est vsus. 2. de Leg. 55. Quæ finis funestæ familiæ. *attende finem in genere muliebri.* 2. de Inu. 155. In iudiciali genere finis est æquitas. & 156. Finis, quò referri omnem rationem oportet. & lib. 1. 6. Finis causa aliquid facimus. 5. Tusc. 85. Opiniones de finibus bonorum & malorum. Ep. lib. 7. ep. 1. Finis & terminus.

¶ *Locorum, ditionum, & prouinciarum extrema: vnde finitimi.* I. P. 37. Obtinuisti prouinciam ijs finibus, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. de Pro. 29. Finium imperij propagatio. I. P. 49. Cum fines prouinciæ tantos haberet, quantos optauerat. 3. I. C. 26. Quorum alter finem vestri imperij, non terræ, sed cœli regionibus terminaret. pro Deiot. 22. Tueri fines suos ab excursionibus hostium. Or. 141. Vix suas regiones finésque defendere. de Ar. 4. Videbam illum non posse arceri ocij finibus, Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. 9. Comites autem duntaxat finibus his præstabis, quos antè præscripsi. pro Ar. 23. Lingua Latina suis finibus exiguis sanè continetur. 1. de Or. 214. Crassus mihi visus est oratoriam facultatem non artis illius terminis, sed ingenij sui finibus immensis describere. pro Cec. 22. Ingrediens intra finem eius loci, quem oleæ terminabant. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. 20. Qui earum ciuitatum fines incolunt. 1. Offi. 33. Itaque illorum agri fines, sicut ipsi dixerant, terminauit. Topic. 43. Finibus regendis adijcere arbitrum. 1. de Leg. 55. Nec Manilia lege singuli,
✠ sed ex his tres arbitri fines regemus. ‖ pro Mur. 22. Ille exercitatus est in propagandis finibus tu in regendis.

✠ ADIVNC. *Certi, ingentes, & immensi. pro Qu. Communis, verus. 4. de Fin. Contrarij. 4. Acad. Diuersi. 1. de Inu. Domestici. 7. Att. Exigui, pro Arch. Experte honestatis. 2. de Fin. Immensi. 1. de Ora. Optimus, de Senec. Similis, 5. de Finib. Simplex, 3. Offi. Summi. pro Planc.*

Tater

Terterrimus de Amic.

FINITE. *definitè.* 2. de Fin. 27. Ergo & auarus erit, sed finitè: & adulter, verùm habebit modum.

FINITIMVS, a, um. *vicinus, propinquus, appositus, confinis, proximus.* ‖ 3. TTuſ. 35. Sunt enim finitima. de Cl. 156. Artium ſtudiorumque quaſi finitima ſocietas. Or. 113. *Lege.* VICINVS. pro Pomp. 9. Is Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulauit. pro Pomp. 5. Regnum Atiobarzanis, quod finitimum eſt veſtris vectigalibus. pro Syl. 58. Cum cæteri deficerent finitimi vicini. pro Planc. 22. Arpini ſunt finitimi Atinatibus. 2. de Or. 185. Motus, qui finitimi ſunt, & propinqui his. & 1. de Or. 70. Finitimus oratori poeta eſt. 2. de Na. 101. Mari finitimus eſt aer. Topic. 87. Cui generi finitimum eſt illud, &c. Orat. 66. Huic generi hiſtoria finitima eſt. 2. de Inu. 165. Pertinacia perſeuerantiæ finitima eſt. 4. Tuſ. 64. Ægritudini finitimus eſt metus. 4. Academ. 68. Ita finitima ſunt falſa veris. 4. ad Herenn. 16. Eſt autem cauendum, ne dum hæc genera conſectemur, in finitima & propinqua vitia veniamus.

✠ ADVERB. *Maximè. pro Syll.*

☞ Syntaxis. *Finitima gens, regnum vicini. Affectus propinqui & finitimi. Finitimum & propinquum.* In ſumma, finitimum eſt, & loci, & naturæ ratione.

FINITOR, oris. *decempedator, metator, qui agrorum terminos conſtituit.* 2. Contra Rul. 34. Finitorem mittant, ratum ſit quod finitor vni vlli, à quo miſſus erit, renunciauerit. 2. Contra Rul. 44. Delecta finitorum iuuentus. ‖ & 52. Formoſi finitores.

✠ ADIVNC. *Formoſi. 2. Cont. Rul.*

FINITVS, a, um. *definitus.* Part. 61. Quæſtionum genus finitum temporibus & perſonis.

¶ *Concluſus.* 2. de Natur. 149. Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus.

FIO, fis. *conſto, conflor, euado, euenio, accido.* At. lib. 8. ep. 20. Quod præmonui, fit, vt Cæſar committere prælium nolit. pro Mil. 28. Obuius fit ei Clodius expeditus in equo. Att. lib. 12. ep. 19. Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. Att. lib. 7. ep. 12. Si ita factum eſſet, vt ille ſenatum Romæ offenderet, magno vſui noſtræ cauſæ fuiſſet. Orat. 177. Cum (vt fit) fortuitò aliquid dicerent. pro Dom. 76. Quid te autem fieri aut fingi poteſt dementius. 2. de Diu. 19. Nihil fieri poteſt, nihil accidere, nihil euenire, niſi quod, &c. 1. de Diu. 100. Quod ſexennio pòſt factum eſſe videmus. Orat. 191. Alter ex longis conſtat, alter à breuibus fit. 2. ad Her. 19. Et ſæpe fit, vt de eadem re aliud alij iudici videatur. * pro L. Varen. Dum hic oſtenderet quid de eo fieri vellet. pro C. Cornel. 1. Quo de genere perſæpe Senatuſconſulta fiũt. *ibid.* Dum ſortitio fit. Hortenſ. Ex quib. humanæ vitæ erroribus & ærumnis fit, vt. de Fat. Fato omnia fieri. Incar. Quædam terræ imbribus ſicciores fiunt, velut in Narnienſi agro, ſiccitate lutum fieri, imbre puluerem. ‖ de Amic. 14. Sin autem illa verior, vt idem interitus ſit animorum & corporum, nec vllus ſenſus maneat, vt nihil boni eſt in morte, ſic certè nihil mali. Senſu enim amiſſo, fit idem quaſi natus non eſſet omninò. Att. li. 16. ep. 2. Tamen fit ſæpe, vt. ij, Qui debeãt non reſpondeant ad tempus, *id eſt, accidit.* de Amic. 77. Rectè etiam præcipi poteſt in amicitijs, ne quis intemperata quadam benenolentia (quod perſæpe fit.) impediat magnas vtilitates amicorum. *ibid.* 67. Ita fit verum illud quod initiò dixi, amicitiam niſi inter bonos, eſſe non poſſe. 4. Acad. 107. Quid fiet artibus? Att. li. 6. ep. 1. Quid illo fiet quem reliquero? præſertim ſi fratrem? Quid de me autem ſi non tam cito decedo? Att. lib. 14. ep. 4. Quid de Tulliola mea fiet? iam id vos videte. & lib. 7. ep. 10. Subitò conſilium cepi vt antè, quàm luceret exirem, ne qui conſpectus fieret, aut ſermo, lictoribus præſertim laureatis. Ep. lib. 10. ep. 16. Cum ei magnum conuicium fieret à cuncto ſenatu, quinque tribuni pleb. retulerunt. de Amic. 59. Tertius verò ille finis tertius vt quanti quiſque ſe ipſum faciat, tanti fiat ab amicis. Ep. lib. 10. ep. 11. Ne quid detrimenti fiat dabitur opera à me idque me præſtiturum ſpero, dum iſtinc copiæ traijciantur, coniunctæque nobiſcum facilius perditos opprimant. Ep. lib. 13. ep. 2. Peto igitur à te maiorem in modum, quod ſine tua moleſtia fiat, vt ei de habitatione accommodes. 1. de N. 14. Non leuiſſima de re, vt quæritur ille fieri in ciuitate capitalia. Att. lib. 1. ep. 16. Itaque conuentus, qui initio celebrabantur, iam diu fieri deſierunt. 5. In Ver. 45. Quorum quanti conuentus, ad Marcellos, antiquiſſimos Siciliæ patronos quanti ad Cn. Pompeium Cos. deſignatum, ceteróſq; illius prouinciæ neceſſarios, fieri ſoliti ſint quis ignorat? pro Qu. 30. Demoſtrabant de re opportere iudicũ fieri oportere, vt aut vterq; inter ſe aut neuter ſatisfaceret. *ibid.* 44. Iudicium fiat ſtatim, pro Sex. Roſc. 24. Quod Amerinis vſque eò viſum eſt indignum, vt vrbe tota fletus gemitusq; fieret. 1. Tuſ. 6. Fieri autem poteſt, vt rectè quis ſentiat & id quod ſentit, politè eloqui non poſſit. de Amic. 54. Neque quicquã inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt. Att. lib. 8. ep. 11. Nihil fieri poteſt miſerius, nihil perditus, nihil fœdius.

✠ ADVER. *Acritèr, animoſè, conſtanter, iracundè, prudenter, rectè, vehemẽter. 4. Tuſ. Acrius Part. Acerrimè & agi, arrogãtius, loquacius, 2. de Or. Amantiſſimè, fortiſſimè omnia, 14. Fam. Aptè, Benignè, alicui, cogitatò, conſultò iniuriam, crudelitèr, viriliter, 1. Off. Atrocitèr, pro Sex. Roſc. Belliſſimè, pro Sex. Roſ. Benè, inepte, perfectè. 1. de Orat. Benignè indigentibus pecunia, opera, publicè diminutionem de bonis, vtiliter, ad vitam hominum. 2. Offi. Beneuolè, verè, de Amic. Bipertitò, commodius difficilimè, difficulter, 2. de Inu. Caſu, conſertè, cõtextè, fortè, de Fat. Cautè, inſulſe. 15. Att. Clarius, 8. Fam. Commodiſſimè, planè. 11. Att. Crebrò certiorem de omnibus. 1. Fam. & 3. Fam. Crebrius, magnificentius, quam doceri, Operoſè, vitioſius, vtiliter ad pugnam, Orat. ad Br. Cumulatius. 13. Fam. Cupidè, improuiſò mentionẽ, 2. Phil. Diligẽtèr, 3. ad Qu. Fr. Diuinitus, Publicè retro, 1. de Diu. Diutius, Obſcure, pro Dom, Dupliciter, variè. 1. de In. facilius, pro Quin. fortuitò, limatius, meluis. de Cl. Frequẽtius, longius, 7. Fa. Honeſtè, ſeuerius. 5. Att. Honorificè, quid in aliquem. Tardius, temere. 7. Att. Honorificẽtius. 12. Att. Humanè, piè. 11. Fam. Improbè. pro Cæc. Improbius. 5. In Ver. Impunius, occultius, pro Deiot. Iniuſtè, 2. de Fin. Lepidè. 2. At. Maturè ſenem, de Senec. Modeſtiſſimè, petulãtiſſimè. 9. Att. Neceſſario, Obuiam, 2. In Ver. Omnino non poſſe, Top. Omuino nũquam reum legibus. 1. Phil. permultum, crebrius certiorem per literas. 3. Fam. Publicè hoſpitiũ, 6. In Ver. priuatim, ritè. 2. de Leg. Rectè explanationem religionis de Aruſp. Sedulò. 2. Fam. Simulatè, 2. de Nat. Suauiter, 13. Att. Temperius. 9. Fam. Turpitèr. 3. Offi. Vere potuiſſe. 15. Fam. vndique concurſus. 7. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Ille (vt fit,) &c. Quia dixi, fit, vt, &c. Et ſæpe fit, vt, &c.*

FIRMAMENTVM, ti. *ſtabilimen, robur, vires.* pro Pomp. 10. Altera pars quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. pro Cl. 5. Falſitas parum firmamenti ac virium habet. pro Pomp. 17. Hic ordo firmamentum cæterorum ordinum eſt. At. li. 1. ep. 15. Duo firmamenta reip. per me conſtituta. 4. Tuſ. 7. Id illi firmamentũ diſciplinæ eſſe putant. de Amic. 65. Firmamentũ autẽ ſtabilitatis eius quam in amicitia quærimus, eſt fides. pro Mur. 58. Venio nunc ad M. Catonẽ, quod eſt firmamentũ ac robur totius accuſationis. pro Fl. 92. Tu certè venire coegiſſes, ſi vllum firmamẽtum in illo teſte poſuiſſes. 1. de In. 19. Firmamentũ eſt firmiſſima argumentatio defenſoris, & aptiſſima ad iudicationem. *De firmamento cauſarum, vide. 1. ad Her. 26. Part. 103, & 104.* pro Plan. 23. Flos equitũ Romanorum ornamentũ ciuitatis, firmamentum reip. publicanorum ordine continetur. 3. I. A. 13. Flos Italiæ, firmamentum imperij noſtri, ornamentum dignitatis.

✠ ADIVNC. *Contraria, grauiſſima, Part.*

☞ Syntaxis. *Firmamentum, ac robur. Vires & firmamentum veritatis. Diſciplinæ firmamenta. Firmamentum ſtabilitatis. Reip. & Imperij firmamentum, ordo publicanorum.*

FIRMATVS, a, um. pro Cæl. 43. Firmata iam ætate.

FIRME, ius, ſlimè. *firmiter.* 3. de Fin. 31. Aſſenſus ſuos firmè ſuſtinere. & 1. de Fin. 71. Firmè & grauiter. Att. li. 10. ep. 10. Aſſeuerare aliquid firmiſſimè, &c. 2. de Fin. 6. Habere aliquid bene cognitum, & ſatis firmè conceptum animo. Topic. 95. Lege in controuerſijs nihil firmius.

FIRMITAS, tis. *firmitudo, quaſi ſoliditas.* 1. de N. 49. Nec ſoliditate quadã, nec ad numerũ, vt ea quæ ille propter firmitatẽ, στερεμνια appellat. 2. I. A. 63. Gladiatoria totius corporis firmitas. Att. li. 12. ep. 37. & pro Seſt. 9. Cõſtantia & firmitas animi. de Am. 19. Sed ea non ſatis habent firmitatis. 4. Ac. 67. Quid loquar de firmitate ſapientis? Ep. lib. 11. ep. 12. Si aliquid firmitatis nactus ſit ✠ Antonius. 3. I. A. 33. Sed noui firmitatem tuam. ‖ 5. Tuſc. 73. Hæc verò illa ſibi remedia cõparauit ad tolerandũ dolorẽ, firmitatẽ animi turpitudinis verecũdiã, &c. Ep. li. 11. ep. 21. Nõ dubito autẽ pro tua ſingulari prudentia, quin perſpicias ſi aliquid firmitatis nactus ſit Antonius omniã illa tua præclarè in Rẽpub. merita in nihilũ eſſe vẽtura. de Am. 46. Ita vt quiſq; minimũ firmitatis habeat minimũ; viriũ, ita amicitias appetere maximè ex eoq; fieri vt mulierculæ magis amicitiarũ præſidia quærãt quã viri. Ep. li. 9. ep. 11. Firmitatẽ tamen & conſtantiã ſi modo fuit aliquãdo in nobis, eandẽ cognoſces quã reliquiſti. Et li. 10. ep. 24. Ita vniuerſus exercitus, numero ampliſſimus eſt, firmitate exiguus.

✠ *ADIVN. Gladiatoria totius corporis.1. Phil. Tanta, Ep. ad Brut,*

FIRMITER.*firmè*.de Rep.teſte.Priſciano.

FIRMITVDO,nis.*firmitas*,Ep.lib.5.ep.13.Firmitudo grauitáſque animi.3.ad Heren.20.Firmitudo vocis.2.de Inu.58.Per ſe minus ✠ habent firmitudinis. ‖ Att.li.10.ep.10.Per enim magni æſtimo tibi firmitudinẽ animi noſtri,& factũ noſtrum probari.Ep.li.6. ep. 6. Tu cura vt cũ firmitudine animi tui te,tum etiã ſpe optimorũ te ſuſtentes.*alias fortitudine animi*.Att.li.11.ep.14.Nõ quod ab iſto ſalus data quidquam habitura ſit firmitudinis: ſed tamen aliquid conſuli,& proſpici poterit.

☞ Syntaxis. *Firmè & grauiter agere. Firmiſſimè aſſeuerare. Corporis firmitas gladiatoria. Conſtantia & firmitas animi. Firmitudo,grauitaſq; animi,vocis.*

FIRMANDVS,a,um.3.de Ora.225.Et illud idem ad firmandam vocem eſt ſalutare.

FIRMATVS,a,um.*confirmatus,roboratus*.1. de Diu. 1. Vetus opinio,& omnium gentium firmata conſenſu. pro Cæl. 79. Hic nunc primùm floreſcens firmata iam ſtirpe virtutis. pro Cl.13. Animus adoleſcentis nondum conſilio & ratione firmatus.pro Cæl.43.Eximiq; virtutes firmata iam ætate extiterunt.pro Dom. 47.Hoc iure firmato.Ep.li.1.ep.7.Vt cum prouinciam pace præſidijſque firmãris, Ptolemeus redeat in regnum.

FIRMO,as.*ſtabilio, firmum facio*. pro Syl.32.Qui filium ſuum vita priuauit,vt in cæteris firmaret imperiũ.1. de In 67. Firmare aliquid rationibus. ‖ *Lãb.legit affirmare*.de Ar.30.Tabulis hoc cenſorum,memoria multorum firmabo & docebo.2.Off.40.Iuſtitia etiam latronum opes firmat & auget.ad Brut.ep. 10. Contra arma Antonij præſidia firmaui. * pro C.Cornel.1. Quæ lex populi iudicia firmauit.

FIRMOR,ris.2.de Ora.212.Oratio in qua remiſſio lenitatis quadam grauitate & contentione firmatur.de Fat.11. Vis & natura fati ex diuinationis ratione firmatur.2.Tuſ.36. Corpora iuuenũ ✠ firmari labore voluerunt. ‖ 2.de Leg.16.Vtiles eſſe autẽ opiniones has quis neget, cum intelligat quam multa firmentur iureiurando quanta ſalutis ſint fœdera,religionis.

FIRMVS, a,um.*ſtabilis,ratus fixus,conſtans,immortalis, multum firmamẽti & virium habens,quod nunquã vlla vi labefactari poteſt,nunquam dimoueri loco*.1. Offi.6.Præcepta firma,ſtabilia,coniuncta naturæ tradi non poſſunt.1.I.A.16.An in chirographis acta Cęſaris firma erunt?Qu. de Pe.21. Firma & perpetua amicitia.6.I. A.18. Itaque ſenatum ſua ſponte bene firmum, firmioré veſtra autoritate feciſtis.de Aruſp.60. Ciuitas ita firma & valens,vt ciuium iniurias ferre poſſit.de Cl.114. Opinio firma & ſtabilis de aliqua re.Or.237.Tenere aliquid firmũ.Att.lib.16.ep.5.Iudicabis hoc quod dico firmum fore.ad Br.ep.10.Firmos omninò & duces habemus ab occidente,& exercitus. de Cl. 271. Argumenta firma ad probandũ.Att.li.8.ep.17. Domitius non ſatis firmus eſt ad caſtra facienda. pro Cor. 61. Aliquis firmus in ſententia. Ep. lib.10.ep 15.Firmus ab equitatu. pro Cæl. 14. Firma & fidelis amicitia.4.Aca.141.Verũ illud ratum,firmũ, fixum fuiſſe vis.Ep. lib.11.ep.27.Nondum ſatis firmo corpore cum eſſes. Ep. lib.16. ep.5.Mihi placebat ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportares. ✠ Ep.li.10.ep.15.Antonius ab equitatu firmus dicebatur. pro Mil. 92.Cum audiretur ſilentio.M.Cælius Tribunus plebis, vir fortiſſimus,& in ſuſcepta cauſa firmiſſimus,& bonorum voluntati, & autoritati ſenatus deditus.1.Acad.41.Et vno nomine omnia, quæ eſſent aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis à virtute ſapientiaque remouebat. de Aruſp. 60. Fuit quondam ita firma ciuitas & valens, vt negligentiam ſenatus, vel etiam iniuriam ciuium ferre poſſet.de Amic.23. Quæ autẽ domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas,quæ non odijs atque diſſidijs funditus poteſt euerti. Ep.li.6.ep.18.Me Romæ. tenuit omninò.Tulliæ meæ partus.Sed cum ea,quemadmodum ſpero, ſatis firma ſit, teneor tamen dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem.Et lib.15.ep. 4. Cum interea ſuperioribus diebus ex ſenatuſcõſulto,& euocatorum firmam manum, & equitatum ſatis idoneum , & populorum liberorum , regumque ſociorum auxilia voluntaria comparauiſſem. 1. In Ver.29. Deinde accuſatorem firmum,verumque eſſe oportet.1.de Nat.62. Rationem tamen eam quæ à te affertur, nõ ſatis firmam puto. Ep.lib.16.ep. 8. Tamen te penitùs rogo,ne te tam longæ nauigationi,& viæ per hyemem, niſi bene firmum cõmitas.*ibid*.ep. 21.Quare quòd polliceris,te buccinatorem fore exiſtimationis meæ,firmo id conſtantique animo facias licet.& lib.7.ep.18.Significabant.(*Litere*.) enim te iſtam militiam iam firmo animo ferre,& eſſe fortem virum & conſtanté.de Amic.63. Sunt igitur amici firmi ſtabiles & conſtantes eligendi, cuius generis magna eſt penuria.Att.lib.7.ep. 24. Attulit etiam à te literas hilariores nec tamen firmas,vt ſoles.Ep.lib.11.ep.4. Progreſſus ſum ad Trantalpinos cum exercitu, non tam nomen captans imperatorium,quàm cupiens militibus ſatisfacere,firmoſque eos ad tuendas noſtras res efficere, ad Brut. ep. 10. Firmos omninò & duces habemus ab occidente,& exercitus.4.de Fin.52. Diſcedet tamẽ nihilo firmior ad dolorem ferendum quàm venerat. Ep. lib.14.ep. 2. Sed quid eſt firmius quod ſperemus. 7. In Ver. 74. Vtrum tandem tibi ad defenſionem firmius fore putaſti. Ep. lib.8.ep.14.Quandiu ſine armis certetur honeſtiorem ſequi partem,vbi ad caſtra, & bellũ ventum ſit firmiorem , & id melius ſtatuere quod tutius ſit.pro Corn.61. Sunt fortè in ſententia firmiores.1.de Nat.82. Firmiores enim videas apud eos (*barbaros*) opiniones eſſe de beſtijs quibuſdã,quàm apud nos de ſanctiſſimis templis & ſimulachris deorum.Ep.li.12.ep.4.De Bruto quò propius eſt,eò firmiora videntur eſſe quæ nunciantur. Att.li.2. ep.25.Nos,vt opinio & ſpes,& coniectura noſtra fert,firmiſſima beneuolentia hominum muniti ſumus. Ep. lib. 6. ep. 5. Deinde ſpem quoque habeas firmiſſimã , propter eas cauſas quas ſcripſi.& lib.15.ep.4.Reperias , me exercitu imbecillo,contra metũ maximi belli, firmiſſimum præſidium habuiſſe , æquitatem & continentiam.*ibid*.Ex infideliſſimus firmiſſimos redderem,&c. & lib.10.ep.9.Copias adduco,& genere,& numero,& fidelitate firmiſſimos.1.Tuſ.30.Vt portò firmiſſimum hoc afferri videtur cur deos eſſe credamus,quod nulla gens tam fera,nemo omniũ tam ſit immanis , cuius mentẽ non imbuerit deorum opinio. 1.de Finib.35. Quid ex eo conſecutus eſt?Laudem & caritatem, quæ ſunt vitæ ſine metu degendæ præſidia firmiſſima.

✠ *ADVER.AEquè.1.de Inu. Benè.5. Att. Benè ſenatus.6.Phil.*

☞ Syntaxis. *Firmum,ſtabile, coniunctum naturæ. Firmum & ratum. Firmum & perpetuum. Ciuitas firma & valens. Hoc firmũ teneo. Firmi duces,exercitus,argumẽta ad,in ſententia,ab equitatu. Ratum, firmum,fixum. Iames firmior,aut firmo corporè.(de conualeſcẽte dicta.)*

FIRMVM,*oppidum*.Att.lib.8.ep.18.

FIRMANVS, a. Att.lib.4.ep.8.Firmanus Gauius. 2. de Diu. 98. Tarutius Firmanus.

FISCINA,næ.*caniſtrum*.pro Fl.41.Homini Phrygi.qui nunquam arborem fiſci viderat,fiſcinam ficorum obieciſti.

FISCVS,ſci.*Aſconius ait, fiſcum eſſe ſacculum ad maioris pecuniæ ſummam capiendam,& pecuniam publicam*.2. I. V. 22. Reperiebam fiſcos complures cum pecunia Sicilienſi , à quodam ſenatore ad equitem Romanũ eſſe tranſlatos.5.I.V.197.Nummos in ciſtam trãsferte ex fiſco.& 183.Viator ac Venerius,qui fiſcum ſuſtulit.

FISSIO,onis.2.de N.159. Cũ terræ ſubigerentur fiſſione glebarũ.

FISSVM.ſi.*fiſſio,rima,quod hiat*.L.FINDO.1.de Diu.16. Quid fiſſum in extis,quid fibra valeat,accipio.& 118.Non placet Stoicis ſingulis iecorum fiſſis intereſſe deum.& Fiſſum iecoris.3.de N. ✠ 14.& 2.de Diu.32.Fiſſum familiare.

✠ *ADVERB. Famliare,& vitale.2.de Diu.*

FISTVLA, læ. *muſicum inſtrumentum diuerſum à tibia. Item ductus aquarum,quos tubos veteres etiam vocarunt*.L. TVBVS.3.de Orat. 223.Seruus cum eburneola fiſtula,qui inflaret eum ſonum , quo dominum ſuum excitaret.& *ibid*.224. Gracchi fiſtula. pro Rab. 31.C. Marius fiſtulas , quibus aqua ſuppeditabatur , Iouis Opt. Max.templis ac ſedibus præcidi iuſſerat. * Att lib.1.ep.13. Itaq; & ludis & gladiatoribus mirandas ἐπιπομπείας ſine vlla paſtoricia fiſtula auferebamus.

✠ *ADIVNC. Eburneola.3.de Orat. Paſtoricia.1. Att.*

FISTVLATOR,oris.3.de Ora.226. Sed fiſtulatorem domi relinquetis:*id eſt,qui fiſtulam inflet*.

FIXVS,a,um. pro Seſt. 128. Quis eſt Italiæ locus,in quo non fixum ſit in publicis monumentis ſtudium ſalutis meæ.1.de Diu. 74. Arma quæ fixa in parietibus fuerant. 2. de Diu. 67. Eaque ſcuta,quæ fuerant ſublimè fixa,ſunt humi inuenta. pro Seſt.13. Cuius ego nuper in Macedonia vidi veſtigia , non impreſſa leuiter ad exigui prædicationem temporis , ſed fixa ad memoriam illius prouinciæ ſempiternam. pro R. P. 25. Quamobrem illud maneat ac fixum ſit , quod neque moueri neque mutari poteſt. pro Cor. 66. Poſtremò illud fixum in animis veſtris tenetote vos,&c.pro Clu.126.Tamen non ita fixum eſſe deberet, vt conuelli non liceret.1.I.A.17. An ſi cui quid ille promiſerit,id erit fixum.pro Muræn.62.Dixiſti quippe , iam fixum & ſtatutũ eſt.Att.lib.8.ep.22.Et ſimul ſcito labare meum conſilium,quod iam ſatis fixum videbatur.4.Academ.27.Decretum non ſolùm non eſſe falſum, ſed etiam ſtabile , fixum , ratum eſſe debet.5. Tuſ.40.Stabile & fixum bonum.Epiſtolarum Fam.lib.10.ep.35. Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt.

¶ *Affixus*.I.P.43.Vt tu vſpiam ſaxis fixus aſperis pendéres.

✠ *ADVERB. Perpetuò animo manere.10. Fam.Sublimè.2. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Manet, ac fixum eſt. Fixum in animo ſuo tenere. Quod promittis, id fixum eſto. Iam fixum & ſtatutum eſt. Decretum,ſtabile, fixum,& ratum.(ſynonyma penitùs.)*

FLABELLVM,li. *inſtrumentum quo æſtate ventum excitamus refrigerandi gratia*.pro Fl, 54. Cuius lingua quaſi flabello ſeditionis, illa eſt egentium concio ventilata.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Flabello aerem ventilare, digna phrasis.*

FLABILIS, le. *Spirabilis, aerius.* 1. Tusc. 66. Nihil est in animis, ne humidum quidem, aut flabile, aut igneum.

FLACCESCO, scis. *Languidus fio.* de Cl. 93. Dein cum ociosus stylum prehenderet, motusque omnis animi tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio.

FLACCI *qui aures habent magnas, & languidas.* 1. de Natur. 81. Sili, flacci, frontones capitones.

✠ FLACCVS, ci. Attic. lib. 8. ep. 3. L. Flaccus in Cinnæ dominatione ad Syllam confugit. pro C. Rab. 2. L. Flaccum hominem cum semper in Rep. tum in magistratibus gerendis, in sacerdotio cæremoniisque quibus præerat diligentissimum, sceleris ac parricidij nefarij mortuum condemnabimus. In Piso. 54. L. Flaccus Pisonis legatus. pro Planc. 27. In eadem Provincia (*Creta*) legatus fuit C. Sacerdos qua virtute? qua constantia vir? L. Flaccus, qui homo? qui ciuis? pro Quint. 28. Quintius accepta insigni injuria, confugit ad C. Flaccum imperatorem, quitum erat in Provincia, quem vt ipsius dignitas postulat honoris gratia nomino. 1. de Leg. 42. L. Flaccus interrex noster tulit, vt dictator, quem vellet ciuium indicta causa impunè posset occidere.

FLAGELLVM, li. *virga, verber.* pro R. 16. Portia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit, hic misericors flagella retulit.

FLAGITIOSE. At. lib. 6. ep. 3. & 1. de Or. 227. & 1. ad Her. 8. Horteſius fuit cum gladiatoribus flagitioſè ac turpiter. ‖ pro Font. 24. Legationem flagitioſe obire. 2. In Ver. 44. Patres Conſcriptos iudicia malè & flagitioſè tueri. 1. In Verr. 71. Habet enim nihil q̃ in offenſione deperdat, vt turpiſſime flagitioſiſſimèque diſcedat. 5. de Finib. 94. Nobis Heracleotes Dionyſius flagitioſè deſciuiſſe videtur à Stoicis propter dolorem oculorum. 1. de Or. 227. P. Rutilius Rufus homo doctus, & Philoſophiæ deditus, non modo parum commodè, ſed etiam turpiter & flagitioſè dicta eſſe dicebat. Atti. lib. 7. epi. 15. Sumus enim flagitioſè imperati cùm à militibus, tùm à pecunia. 3. de Fi. 38. Impurè, & flagitioſè viuere.

FLAGITIOSVS, a, um. *flagitijs contaminatus, fœdus, turpis.* 2. de Fi. 93. Vitioſa & flagitioſa vita. 1. Offic. 128. Quæ turpia non ſunt, verbis flagitioſa dicamus. Brut. ep, prid. In. 7. Neque minus turpe, aut flagitioſum, &c. 4. in Ver. 134. Flagitioſæ libidines. pro S. R. 24. Flagitioſa poſſeſſio. 4. I. V. 192. Homo flagitioſiſſimus, libidinoſiſſimus, nequiſſimúſque.

FLAGITIVM, tij. *crimen cum turpitudine & dedecore coniunctum.* de Sen. 40. Stupra verò & adulteria, & omne tale flagitium voluptatis illecebris excitari. Att. lib. 16. ep. 7. Id erat meum factũ, flagitij ſcilicet plenum, & dedecoris. pro S. R. 50. Qui præeſſe agro colendo flagitium putes. 2. ad Her. 5. Illum antè occultaſſe ſua flagitia, ſe planum facturum ab eo maleficium non abeſſe. de Clar. 219. Tantámne fuiſſe obliuionem, inquit, in ſerpto præſertim, vt ne legens quidem vnquam ſenſerit, quantum flagitij commiſiſſet, pro S. R. 25. Multa ſcelera & flagitia fieri. 1. I. C. 23. Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus tuis vnquam, quod flagitium à toto corpore vnquam abfuit. pro Clu. 128. Si à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum. cont. C. Anton. ✠ Stupris ſe omnibus ac flagitiis contaminauit. ‖ 3. Offic. 86. Sed magnum dedecus & flagitium, qui cum laudis certamen fuiſſet, eum non virtute, ſed ſcelere ſuperatum. Epiſt. lib. 9. ep. 22. Si quod ſit in obſcœnitate flagitium, id aut in re eſſe, aut in verbo nihil eſſe tertium, &c. 4. Tuſcu. 69. O præclaram emendatricem vitæ poëticam: quæ amorem, flagitij, & leuitatis auctorem in concilio deorum collocandum putet. Epi. lib. 9. epi. 22. Cum loquimur terni nihil flagitij dicimus: at cum bini, obſcœnum eſt. Att. lib. 9. epiſt. 12. Spes quædam me obtentabat, fore vt aliquid conueniret potiùs, quàm aut hic tantum ſceleris, aut ille tãtum flagitij admitteret. 4. Tuſc. 70. In hoc flagitio verſari ipſum videmus Iouem. *Ibid.* 74. Quaſi verò ipſe non propter libidinem tanta flagitia & faciat & dicat. 7. In Ver. 26. Ita diei breuitas cõuiuijs, noctis longitudo ſtupris & flagitijs conterebatur.

¶ *Nuge, turpis error.* 1. de N. 66. Iſta enim flagitia Democriti.

✠ ADIV. *Aliena, in Saluſt. Domeſtica, 1. Tuſc. fraterna, pro Seſt. Inaudita, pro Cæl. Inceſtum, pro Domo. Iuſta, Manifeſta, 5. In Ver. Multa, pro Cluent. Tot. tantaque, pre Sex. Roſc. Turpe. 2. Philip.*

☞ Syntaxis. *Flagitioſe ac turpiter eſſe cum aliquo. Vitioſa & flagitioſa vita. Turpe aut flagitioſum,* ergo hic diſcrimẽ aliquod. *Factũ flagitij & dedecoris plenum. Scelus & flagitiũ facere, committere, admittere.*

✠ FLAGITANS. tis. de Aruſp. 46. Ecce eiſdem autoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, Pop. Rom. deſiderantem, flagitantes vos non auctoritate ſua ſolum, ſed etiam precibus ad meam ſalutem excitauit

FLAGITO, as. *ardenter peto.* 7. I. V. 70. Tamen in tanto conuentu nemo erat, quin reliquos nõ deſideraret ſolùm, ſed etiã poſceret & flagitaret. 3. I. A. 30. Vt primùm ſenatus haberi potuit, ſemper flagitaui vt cõuocaremur. Ep. lib. 10. ep. 16. Flagitare ſenatus inſtituit Cornutum, aut referret de tuis literis. 5. I. A. 54. Facilius apparabitis ea quæ tempus & neceſſitas flagitat. Ep. lib. 4. ep. 13. Quid acta tua vita, tua ſtudia à te flagitẽt, tu videbis. 1. de Fi. 15. Et tamen à Philoſopho, ſi afferat eloquentiã nõ alpetner: ſi nõ habeat, nõ admodum flagitẽ. pro Pl. 6. Dicendum eſt id quod ille me flagitat, Laterenſem, &c. 2. de Or. 188. Hæc ſunt illa quæ me ludẽs Craſſus modò flagitabat. pro Do. 14. Illi me frumentũ flagitabãt. 3. de Or. 17. Etſi admonitum venimus te, non flagitatũ. pro Q. 13. Tametſi cauſa poſtulat, tamẽ quia poſtulat, nõ flagitat, præteribo. pro Pl. 48. Inſector, poſco, atq; adeò flagito crimen. Ep. lib. 9. ep. 8. Tamen ego expectatione promiſſi tui mouebor, vt admoneam te, non vt flagitem, & *ibid.* Etſi munus flagitare, &c. pro Font. 1. Inſector vltrò atque inſto accuſatori indices, inſector, inquã & flagito teſtes. pro Rab. 9. Illa altera pars conſulis auxilium implorat & flagitat. pro C. Corne. 1. Populus ✠ legem hanc Cornelij flagitabat. ‖ 7. In Ver. 127. Sed vnicũ miſer abs te filium optimum atque innocentiſſimum flagitat. Epi. 15. ep. 18. Te abeſſe mea cauſa moleſtè fero, tua gaudeo. Sed flagitat tabellarius. 7. In Ant. 21. Arma, ſaga, bellum, flagitauerunt. 1. Tuſc. 34. Mercedem gloriæ flagitat abiis, quorum patres affecerat gloria. Ep. li. 3. ep. 11. Ego enim à te, cum tua promiſſa per literas flagitabam, ad vrbem te otioſiſſimum eſſe arbitrabar. Poſtq. in Sena. 3. Nunquam meam ſalutem non ab ijs conſulibus qui vendiderant flagitauiſtis.

FLAGITOR, tis. 1. de Leg. 5. Poſtulatur à ſe iamdiu, vel flagitatur ✠ potius hiſtoria. ‖ pro Seſt. 25. Flagitabatur ab ijs quotidie, cùm querelis bonorum omnium, tùm etiã precibus ſenatus, vt meã cauſam ſuſciperent, agerẽtq; aliquid, deniq; ad ſenatum referrent. In Piſo. 95. Damnatio iſta, quæ in te flagitatur, obtigit P. Rutidio, &c. In Vat. 26. Eiuſq; ſceleris in te ipſum quæſtio flagitaretur. pro Domo. 15. Commutatã eſſe annonam dicebant quæ quia rurſus in meo reditu facta erat durior, à me cuius aduentu fore vilitatem boni viri dictitabant annona flagitabatur. *Ibid.* 16. Flagitabar bonorum expoſtulatione. 14. Philip. 30. Sed facilè eſt benè agere cum ijs, à quibus etiam tacentibus flagitari videmur.

✠ ADVERB. *Admodum. 1. de Fin. priuatim, pro Seſt.*

☞ Syntaxis. *Non deſidero ſolùm, ſed poſco & flagito. Ego hoc te flagito. Poſtulo, non flagito, Poſco, atque adeò flagito.*

FLAGRANS, tis, tiſſimus. At. li. 7. ep. 4. Dionyſium flagrantẽ deſiderio tui, mitto ad te. 3. de Ora. 8. Non vidit bello flagrãté Italiam non ardentem inuidia ſenatum. ‖ de Aruſp. 38. Flagrantes oculi ſororis. 2. de Ora. 190. Neque facile eſt, vt oderit eum quẽ tu velis, niſi te ipſum flagrantem odio antè viderit. de Fat. 3. Oratoria ſtudia, quibus etiã te incendi, quanquam flagrantiſſimum, acceperã. 4. Tuſc. 43. Flagrans cupiditas. 1. de D. 69. Et noctu flagrantes onerarias quas milites incẽderent, videbatis. pro Mur. 65. Cato recentibus præceptorum ſtudiis flagrans. pro M. Scau. Me flagrantem ſtudio laudis in ſpem impulit.

FLAGRANTIA, tiæ. *ardor.* pro Cæl. 49. Flagrantia oculorum.

FLAGRATVRVS, a, um. Att. lib. 7. ep. 10. Totam enim Italiam flagraturam bello intelligo.

FLAGRO, as. *conflagro, ardeo.* 1. de Or. 134. Vos etiam nimis flagrare cupiditate video. 6. I. V. 76. Flagrare cupiditate & amẽtia. pro Cl. 12. Mulier ita flagrare cœpit amentia, ſic inflammata ferri libidine, vt eam, &c. pro Cæl. 12. Flagrabant vitia libidinis apud illum. At. li. 4. ep. 17. Conſules flagrant infamia. 4. Tuſ. 71. Ibicus Rhegynus amore flagrauit. 2. I. V. 5. Cum inuidia & infamia nõ recenti, ſed veterę ac diuturna flagraret. & 6. Ver. 71. Conuiuia, quæ ſtupris flagitiiſq; flagrabunt. 1. de Or. 14. Incredibili quodam noſtri homines dicendi ſtudio flagrauerunt. At. li. 5. ep. 11. Non dici poteſt quàm flagrem deſiderio vrbis.

☞ Syntaxis. *Odio flagrare, ſtudijs, deſiderio, cupiditate, bello, amentia. Apud illum flagrant libidines. Ille libidine flagrat. Flagrare item infamia, amore, inuidia. Conuium ſtupris flagrans.*

FLAMEN, nis. *flatus, ſpiritus.* 2. de Nat. 112.

Quam ſumma abregione aquilonis flamina pulſant. in Arat.
Inferior paulo eſt aries, & flamen ad auſtri
Inclinatior, —— &c. & ibid.
—— *Flamina venti & ſpiritus auſtri.*

¶ *Antiſtes.* 2. de Leg. 20. Diuis aliis alij ſacerdotes, omnibus pũtifices, ſingulis flamines ſunto, pro Do. 38. Itaq; populus Rom. breui tempore neq; regẽ ſacrorũ, neq; flamines, neq; ſalios habebit. ‖ 2. In An. 110. Habere flaminẽ. de Cla. 56. Cum M. Pompilius ſacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat flamen Carmentalis. de Ar. 13. L. Lentulus flamen Martialis. & *ibidem,* Flamen Quirinalis. pro Milo. 27. Eo die Miloni iter erat Lanuuium ad flaminem prodendum, quòd erat dictator Lanuuij Milo. 13. I. A. 48. Antonius Cæſaris flamẽ eſt. 2. I. A. 120. Eſt ergo, vt Ioui, vt Marti, vt Quirino, ſic diuo Iulio M. Antonius, & *Ibid.* Cur non inauguratur? nam flamines inaugurabantur.

✠ ADIVNC. *Maximus 2. de Nat. vehemens. Arat.*

☞ Syntaxis. *Aquilonis & venti flamina.*

FLAMINIA,niæ.11.I.A.21.Tres viæ sunt ad Mutinam:à supero mari Flaminia,ab infero Aurelia,media Cassia.

FLAMINIA,orum.*flaminum sacra.* 13.I.A. 41. Cuius homo ingratissimè Flaminia cur reliquisti?

FLAMINIANA.*ostenta.*2.de Diu.66.

✠FLAMINIVS,ij.1.de D.77.Nonne C.Flaminius Cõsul iterũ, neglexit signa rerum futurarum magna cum clade Reip. *Ibid.* Tum Flaminius ex eo quæsiuit,si ne posteà quidem pulli pascerentur,quid faciendum censeret?Cùm ille quiescendum respondisset. Flaminius, Præclara verò auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit,saturis nihil agetur.de Senec.14.T.Flaminius,& M.Attilius Coss.Facti.*ibid.* 42.Inuitus quidem feci vt fortissimi viri T.Flaminij fratrem L. Flaminium è senatu eijcerem septem annis postquam Consul fuisset.5.In Ant.48. Recentiore autem memoria superior Africanus,T.Flaminius admodum adolescentes Consules facti, tantas res gesserunt, vt Pop.Romani imperium auxerint,nomen ornarint.2.de Inuen 52.C.Flaminius is qui consul Remp. malè gessit bello Punico secundo,cum Tribunus pleb.esset inuito senatu & omninò cõtra voluntatem omnium optimatum, per seditionem ad populum legem Agrariam tulit.de Clar.77. Cum hoc Catone grãdiores natu fuerunt C.Flaminius. C. Varro,&c.*ibid.*57. Dicitur etiam Cl.Flaminius is qui Tribunus plebis legem de agro Gallico,& Piceno viritim diuidendo tulerit,qui Consul apud Trasimenum sit interfectus,ad populum valuisse dicendo.2. de N. de.8.C.Flaminium Cœlius religione neglecta cecedisse apud Thrasimenum scribit, cum magno reipublicæ vulnere. pro Cluent.147.C.Flaminius Prætor quæsiuit inter sicarios.pro Do. 136.T.Flaminus,Q.Metellus Coss.& In Piso.61.& pro Mur.31. T Flaminij triumphus de Philippo.

FLAMMA,mæ.*mobilis & splendens ignis.* 2.de Nat.110.

Manu leo tremulam quatiens è corpore flammam.

de Orator.222.Quidam dicere aiunt Ennium, flammam à sapiente facilius ore in ardente opprimi, quàm bona dicta tenear.13.I.A.49. Prius vndas flammãq;,vt ait poëta, nescio quis. 3.de Orat.11. Sulpitius autem, qui in eadem inuidiæ flamma fuisset,&c.

✠*ADIVN.Fœdissima.4.InCat.Innumerabiles.2.deNa. Pernitiosissima, recens,pro Cl.pestifera.5. Phil.pestifera,& nefaria,pro Dom. Tanta, tamque Inueterata, 3.Philip.Tremula,vehemens, Arat.*

FLAMMATVS,a,um.1.de Diuin.17.

Principio æthereo flammatus Iupiter igni.

FLAMMEVS,a,um.*igneus.*2.de Nat.118.Sunt autem stellæ naturæ flammeæ.

FLAMMIFER,a,um.*flammeus,ardens.*4. Acade. 89. Abige à me flammiferam hanc vim,quæ me excruciat. Poëtæ.

FLAMMVLA,læ.4.Acad.80.Cum oculum torsisset,duas ex lucerna flammulas esse visas.

FLATVS,tus,*spiritus. flamen.*2.de Orat.187. Et ad id vnde aliquis flatus ostenditur,vela do.in Arat.

Aram,quam flatu permulcet spiritus austri. ibid.

Aestiferos validis erumpit flatibus ignes.

2.Offic.19.Cum prospero flatu Fortunæ vtimur,ad optatos exitus prouehimur.

✠*ADIVNC. Prosper. 2. Offic. validi Arat.*

Syntaxis, *Austri spiritus flatu permulcet.hîc flatus est veluti virtus & efficacia spiritus:id cum quo nimirum.*

FLAVIVS.Att.lib.6.ep.1.Nec verò pauci sunt autores, Cn.Flauiũ ✠scribam fastos protulisse. ‖ pro Cluent.153.C.Flauius Pusio,Cn. Titinius C.Macœnas, illa robora Pop. Ro. ceterique eiusmodi ordinis,non fecerunt idem,quod nunc Cluentius. pro Muræn.25. C.Flauius scriba fastos ediscendos populo proposuit. 7. In Ver.155.L.Flauius eques Rom.testis in Verrem.pro Quinto. Rosc.Com.32.Q.Flauius Tarquinensis.

FLAVVS,a.*color fuluo clarior & albior,*4.Acad.105,Flauum mare.

Epitheton non vsurpandum,nisi flaccescat mare flumine flauo.

FLEBILIS.le.pro Pl.101.O flebiles vigilias,11.I.A.7. Misera & flebilis species:*id est,fletu digna,miserabilis.*

FLEBILITER.*miserabiliter.*1.Tusc.u.85.Nec flebiliter illa cauerentur.& 2.Tusc.49. Perquàm flebiliter Vlysses lamentatur in ✠vulnere.‖2.Tus.39.Flebiliter respondere.

FLECTENDVS,a,um.2.de Orato.211.Oratio quæ susciputur ad commutandos animos,atque omni ratione flectendos.

¶ *Superandus.*2.de Diu.94.Qui nauigant in flectendis promontoriis,ventorum mutationes maximas sæpe sentiunt.

FLECTO,ctis:xi,xum. *inflecto,torqueo, detorqueo,contorqueo.* 1.de L.47.Qui teneros & rudes cũ acceperunt, inficiunt. & flectunt vt volunt. 1.de Leg.29.Opinionum vanitas imbecillitatem animorum torquet & flectit,quocunq; cœpit.1.de Diu.120.Omne animal mẽbra,quò vult,flectit & contorquet.pro Cæl.13. Vertere suã naturam, & regere ad tẽpus,atq; huc & illuc torquere & flectere.At.li.5.ep.9.Sed Leucatem flectere molestũ videbatur.3.I.C.19.Flectere fata.1.I.A.35.Flectere aliquem oratione.

¶ *Adjicio.*pro Corn.39.Gaditani ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperiũ nomenq; flexerunt.

¶ *Excito.*Bru.ep.16.Flectere iudicium suum aduersus aliquem.

¶ *Vito,caueo,fugio,declino.*At.lib.11.ep.18. Ex Oppij sermone intellexi,quæ istorũ via esset:sed vt eã flectas,te rogo.pro Syl.18. Quibus rebus ita flectebar animo atque frangebar,vt,&c.

☞ Syntaxis. *Flectere aliquem, promontoria, viam. animo flecti, & frangi. Aduersus aliquem flectere iudicium. Mentem suam ad alicuius dignitatem & amicitiam flectere.*

FLEO,fles. *fletum facio,lachrymo.*1. de Or.245. Lapides meherculè omnes flere ac lamẽtari coegissent.3.I.V.76. Flebat vterq; non de suo supplicio,sed pater de filij morte,de patris filius.

✠*ADVERB Miserè.3.In Ver.vberius.2.Philip.*

FLETVS, tus. *eiulatus.*pro Plan.76.Non modò lacrymulam,sed multas lachrymas & fletum, cum singultu videre potuisti.6.I. V.47. Fletus mulierum & lamentationes fieri solitas pro hisce rebus.At.lib.11.ep.7. Non possum præ fletu diutius in hoc loco commorari.pro S.R.24.Vt tota vrbe fletus gemitusque fieret.1. de Orato.228.Recordatione alicuius fletum populo mouere.1. Tusc.30.Lugubris lamentatio fletusq; mœrens.pro Cl.16.Quotidianæ quærimoniæ,assiduus,fletus.

✠*ADIVN. Assiduus,pro Cluent.fortior.1.Attic.Mœrens.1.Tus.Magnus.14.Fami.Maximus.7.InVer.Miserabilis,de Clar.Muliebris.2.Tusc.*

Syntaxis.*Multæ lachrymæ ac fletus. Fletus & lamentatio fieri solita.Vrbs facta fletus ac gemitus.Alicui mouere fletum.Lugubris lamẽtatio,fletus mœrens.*

FLEXANIMVS,a,um.*suadens.*2.de Or.187.Illa quæ à bono poëta dicta est flexanima atq; omniũ regina rerũ oratio.1.de D.80.

FLEXIBILIS,le.*tenerum molle.*3.de Na.92.Materia omnium rerum flexibilis & commutabilis.Or.52. Oratio mollis & tenera, & ista flexibilis,vt sequatur quocunq; torqueas.3. de Orat. 174. Tenerum,flexibile,quod facilè sequatur quocunque ducas.de Cl.273.Nihil tam tenerum,nihil tam flexibile, nihil quod magis ipsius arbitrio fingeretur.de Amic.94. Assentatoris animus flexibilis ac deuius.Att.lib.10.ep.13.Nihil fallax, nihil flexibile non ad bonitatem.2.de Nat.146.Vox flexibilis.)(*vox dura.*

☞ Syntaxis. *Flexanima, & regina omnium oratio. Flexibilis & commutabilis materia.Mollis,tenera.flexibilis oratio,vt sequatur quocunque torqueas.Synonyma quatuor. quartum enim descriptio flexibilis est.Assentator flexibilis ac deuius.*

FLEXILOQVVS,a,um.*dubius,ambiguus.*2.de Diui.115. Oracula flexiloqua & obscura.

FLEXIO,onis. *flexus,anfractus,conuersio.*I.P.53. Quos tu meãdros, dum omnes solitudines persequeris,quæ diuerticula flexioneſque quæsisti?2.de Leg. 39. Ceruices oculósque pariter cum nodorum flexionibus torqueant,Orat.57. Cum alter alteri obiicit vocis flexiones.&*Ibid.* 59. Virilis laterum flexio.de Vn.33.Flexiones deorum.*aliàs,fusiones.*

✠*ADIVN.Certæ,& seueræ in cantu,Molliores, & delicatiores.3.de Orat.virilis,Orat.ad Brut.*

FLEXOSVS,a,um.*tortuosus.*2.de Natur. 144. Auditus flexuosum iter habet.

FLEXVS,a,um.*inflexus,incuruus* 5.de Fin.35.Fracti flexiq; motus.

FLEXVS,xus.*anfractus.*At.lib.16.ep.13.Pons Tiretius, in quo flexus est ad iter Arpinas.1.de Natur.144.Aures habent introitum cum multis flexibus.pro Cæl.75.In hoc quasi flexu ætatis.

✠*ADIVNC.Multi.2.de Nat.*

Syntaxis. *Meandri, diuerticula, flexiones. Via flexus ad iter, &c. Aetatis flexus.*

FLO,flas.Att.lib.7.ep.2. Ita bellè nobis flauit ab Epiro leniſſimus auster & mitis.

✠*ADVERB. Bellè austrum.7.Attic.*

FLOCCIFACIO,cis.*contemno,nihili facio.*At.lib.4.ep.14.Ex quo intellectum est, tres Areopagitas totam Rempub. flocci non facere.Att.lib.13.ep.48.Neque tamen floccifacio.

FLOCCIFACTEON.At.li.1.ep.13.Quare,vt opinor,φλοκοφιτίον. id quòd tu facis : & istos consulatus non floccifacteon. *Vox est Latina Græcorũ more inflexa.alludit enim ad φλοκοφιτίον.quasi dicat, non debemus facere flocci,& dignos existimare istos cõsulatus,in quibus assequendis tantum studij laborúq; ponamus.L.Victorij castigat.*

FLORA,ræ.*dea.*7.I.V.36.Flora mater,&c.

FLORENS.tis:tior,ſſimus.*integer felix.*)(*afflictus,minimus,tenuissimus.*Parad.2.Qui te beatum,qui te florentem putas 2. de Ora. 210.Inuidetur enim præstanti florentiq; fortunæ. pro Do. 49. Cum tu florens ac potens per medium forum volitares. pro S. R. 15. Roscius florens gratia atque hospitiis nobilissimorum hominum.pro Q.93.Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentẽ aliam deuolare.pro Plan.86.Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram. 3. de Orator. 164. Modus autem

nullus

nullus est florentior.pro S.R.50. Itaq; ex minima tenuissimaq; Rep.maximam & Florentissimam nobis reliquerunt. Ep.lib.2. ep.13.Homo florens ætate,opibus,honoribus, ingenio, liberis, propinquis,affinibus,amicis.pro Cl.107. Qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente Rep.floruerunt.Ep.li.11.ep.18. Florete Antonio.1.deD.73,Florentissima castra.Incer.Optatissimum est,perpetuò fortunam quàm florentissimam permanere.

FLOREO,res.*vigeo,floresco,eniteo,emineo,excellens sum.*1.de Diu.16. Hæc arbor vna ter floret:*id est,lentiscus.*3. Offici. 116.Cyrenaicis obsoletis floret Epicurus.pro Planc.64.Quæstura mea floruit. 2.Tusc.4. Ergo in Græcia musici floruerunt.7.I.V.127.Hic in sua patria multis virtutibus ac beneficiis floruit.3.de Or.7.Crassus priuatis beneficiis & ingenij laude floruit. de Clar. 28. Pericles floruit omni genere virtutis.3.de Orato.139. Cùm Isocrates discipulorum nobilitate floreret.Ep.lib.1. ep. 9. In sententiis senatoriis,& in omni actione atque administratione reipublicæ floruissemus.4.Aca.16.Arcesilas floruit tum acumine ingenij, tum admirabili quodam lepore dicendi.& *ibidem.* Et qui illum audiuerant,admodum floruerunt.1.de Ora. 1.Cùm & honoribus & rerũ gestarum gloria florerent.pro Font. 31. Tum continuæ præturæ,quæ & cæteris ornamentis, & existimatione innocentiæ maximè floruerunt.1.de N.6.Doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit. pro Q.89.Tu qui inter illos florebas.Ep.lib.4.epist.3.Studia & artes quib.à pueritia floruisti.& lib.9.ep.14.Florere laudibus.ad Bru.« ep.3.Florere honorib.& gratia.1.I.V.69.Iure tum florebat.Pop. Rom.nomen.4.Acad.1.Florere in foro.pro Fl.25. Quod maximè florere in generis sui gloria viderat,prætor adamauit.pro Sest.131.Accessus meus ad vrbem incredibili hominum gratulatione florebat.pro Cæl.59.Qu.Metellus cum in Repub.floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis virib. ereptus est vniuersæ ciuitati.9.I.A.4.Ea familia postea viris fortissimis floruit.

✠ *ADVERB.Honestissimè.14.Famil.peræque in omnibus,Orat.ad Brut.*

FLORESCO,scis.*floreo.*de Cl.303. Hortensio florescente Crassus est mortuus.3.de Orato. 11. Sulpitio ad summam gloriam eloquentiæ floreſcenti ferro vita erepta est.pro Cæl. 79.Hic nunc florescens firmata iam stirpe virtutis.2.de Di.33.Pulegium aridum florescere dicitur ipso brumali die.

✠ *ADVER.Quotidiè magis.pro Marc. Nunc primum, pro Cæl.*

☞ Syntaxis. *Beatus ac florens.Præstans & florens fortuna. Florens & potens.Gratia & hospitijs principum virorum florens. Florens & integer.Florere honoribus in actionibus & causis.Florere inter primos, in gloria.Accessus eius gratulatione omnium floruit. Florescens homo, & ad gloriam florescens.*

FLORIDIOR,oris. de Clar. 284. At est floridior,vt ita dicam, quàm Hyperides.

FLOS,oris.*lux,decus,honor,ornamentum.*de Sen.54.Florum omniũ varietas.& 59.Suauitates odorum,qui afflantur è floribus.6.I.V. 107. Lectissimi flores omni tempore anni. de Clar. 298.Flos & color pigmentorum.2.I.A.3.Gratia non virtutis specie,sed ætatis flore collecta.& 37.Omnis præterea flos nobilitatis & iuuẽtutis.de Cla. 59.Virum excellentem præclari tum illi homines florẽ populi dixerunt.de Cla.58.Flos delibatus populi. Orat. 34. Versarisq; in optimorum ciuium vel flore vel robore. pro Pla. Flos equitum Romanorum.pro Fla.61.Aspiciant hunc florem legatorum & laudatorum Flacci,ex vera& integra Græcia.13.I. A.13.Flos Italiæ,firmamẽtum imperij nostri, ornamentum dignitatis.Parad.1.Flos orationis.pro Q.Ligar.32.Possum tibi totum agrum Sabinum,florem Italiæ,proponere.

FLOSCVLVS,li.2.Offic.43. Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt.pro Sest.119. Non sum tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam.

✠ *ADIVNC;Delibatus,de Clar.Lectissimi.6,In Verr.*

☞ Syntaxis. *Odorum suauitas è floribus afflatur. Flos & color pigmenti. Vir excellens,populi flos.*

* FLVCTIFER, a,um.Incer.Tunc se fluctifero tradit mandátque paroni.

FLVCTIGERVS,ra,rum.*quod fluctu geritur.*L.PARO.

FLVCTVANS,tis.de Vn.7.Quietus & tranquillus.)(*immoderatè agitatus & fluctuans.*Or. 107. Quid tam commune quàm mare fluctuantibus:littus ejectis?7.I. V. 90.Cleomenes nauẽ in solo fluctuantem reliquerat.Att.lib.1.ep.17.Fluctuans sententia.

FLVCTVO,as.*fluctibus iactor,vacillo,fluito.*Att.lib.2.ep.8. Tota res etiam nunc fluctuat.4.Ac.29.Non debere eos in suo decreto,sicut in cæteris rebus,fluctuare.4.ad Here.17.Id genus orationis, quod appellamus fluctuans & dissolutum, eo quòd sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc.

☞ Syntaxis. *Fluctuantibus mare commune. In solo nauis fluctuans. Oratio,sententia fluctuans. Fluctuans & dissolutum dicendi genus.*

FLVCTVS,ctus.*vnda,procella.*pro Flac.63.Massilia,quæ barbariæ fluctibus alluitur.Orato.107.Ita iactantur fluctibus, vt nunquã alluantur.Epist. lib.9.ep.16.Fortunam tanquam fluctum à saxo frangi oportere.Att.lib.5.ep.12. Nihil est quod minus fluctum ferre possit.5.de Fi.5. Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem,vt fremitum assuesceret voce vincere.2. de In.154. Sedatis fluctibus,& tempestate iam commutata. pro Muræ.35. Motus & agitatio fluctuum.pro Mil.5.Et quidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat concionum fluctibus sem
✠ per putaui Miloni esse subeundas. ‖de Aruſp. 48,Idem postea quàm respirare vos à metu cædis, emergere auctoritatem vestram,à fluctibus illis seruitutis,reuiuiscere memoriam ac desiderium mei vidit.6.In Ver. 118.Fons qui fluctu totus operiretur nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset. 1. de Orat.3.Et hoc tempus omne post consulatum obiecimus ijs fluctibus,qui per nos à communi peste depulsi in nosmetipsos redundarunt.3. de Leg. 36. Excitabat enim fluctus in simpulo, vt dicitur, Cratidius, quos pòst filius eius in Ægæo excitauit mari.Att.lib.1.ep. 15. Nunc vides quibus fluctibus iactemur. 3. de Nat.51. Nostri quidem duces mare ingredientes immolare hostiam fluctibus consueuerunt.At.lib.8.ep.3.Qui autem locus erit nobis tutus,vt iam placatis vtamur fluctibus, antequam ad illum venerimus.

✠ *ADIVNC.Cani. Arat. Magni.6.In Ver.Maximi.In Pis.præsentes,pro Sest.Tanti.pro.Arch.*

☞ Syntaxis. *Fluctum ferre,frangere.Sedatis fluctibus, & commutata tempestate.*

FLVITO,as.*fluctuo.*pro Sest. 46. Hæc Reip. nauis ereptis senatui gubernaculis fluitans in alto tempestatibus seditionum,&c.

FLVMEN,nis.*fluuius.amnis,profluens.*2.de Inu.97.Vt qui trans flumen essent,videre possent.1.de D.78.Flumina in cõtrarias partes fluxerunt,atque amnes mare influxit.de Aruſp.59. Nauis in flumine publico vulgata omnib.2.de In.124.In Eurotæ fluminis magnitudine.2.de Or.62.Flumen orationis & varietas.2.de
✠ Or.188.Flumen grauissimorum & optimorum verborum. ‖ 4. Acad. 119. Veniet flumen orationis aureum fundens Aristoteles qui illum desipere dicat.2. de Leg. 6. Fibrenus præcipitat in Litem eum multò gelidiorem facit:nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi.2.de Nat.1. Neque enim flumine conturbor inanium verborum,nec subtilitate sententiarum.*Ibidem.*20.Nã vt profluẽs amnis aut vix aut nullo modo:cõcluſa autẽ aqua facilè corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur:angustia autem conclusæ orationis, non facilè se ipsa tutatur. *Ibid.* 152. Nos flumina arcemus dirigimus, auertimus. 1.de Diu.78.Flumina in contrarias,partes fluxerunt.pro Mar.4. Nullius tantum est flumen ingenij,nulla dicendi aut scribendi tanta vis,tantaque copia,quæ,non dicã exornare, sed ne enarrare C.Cæsar res tuas gestas possit.Or.53.Flumen alijs verborũ, volubilitasq; cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam.2.de Orato.188.Tantum est flumen grauissimorum, optimorumque verborum,tam integræ sententiæ,tã veræ,tam nouæ,tam sine pigmentis, fucoq; puerili, vt mihi non solum tu incendere indicẽ,sed ipse ardere videaris.5.Tusc.74. Vt si quis æstuans,cũ vim caloris,nõ facilè patiatur,recordari velit se aliquando in Arpinati nostro gelidis fluminib.circũfusum fuisse.

FLVMENTANA, *porta.*Att.lib.7.ep.3.

✠ *ADIVN.Aureum.4.Acad.illustre,Arat.frigidius.2. deLeg.magnum.1.de D.Gelida.5.Tus.Maximũ.10.Fa. propinquũ,3.de N.Publicũ de Ar.Vniuersum.2.de Or.*

FLVO,is.*labor.mano,defluo:*1 de D.78.Flumina in contrarias partes fluxerunt,& amnes mare influxit.2.de In.96. Fluuius Eurotas, qui propter Lacedemonem fluit.1.de D.98. Quid quòd fluuius artatus sanguine fluxit?1.de Na.39.Quæ natura fiunt atq; manant,vt aqua.2.de Fi.106.Fluit igitur voluptas corporis:*1.labitur & præterit.*Or.10.Cætera fluere,labi,nec diuti⁹ esse vno & eodẽ statu.12.In Ant. 8. Excident gladij,fluent arma de manibus.4. Tus.2.Pythagoræ autẽ disciplina,cum longè lateq; flueret,permanauisse mihi videtur in hanc ciuitatẽ.2.de N.51. Multa à luna manant & fluunt.de Cl.201.A Cotta & Sulpicio hæc omnis fluxit oratio.3.de N.49.Ne illud quidem est hæc vnde fluxerũt. & *ibid.*48.Hęc omnia ex eodẽ fonte fluxerũt.1.de N.6.Multum sermonem de libris nostris fluxisse video.2.de Fin.34.Atque ab isto capite fluere necesse est omnẽ rationẽ bonorũ & malorũ. 1.Of.90.In rebus prosperis,& ad voluntatẽ nostram fluentibus. 2.de Or.266.Gallus pictus,eiecta lingua,buccis fluentibus. I.P. 25.Buccæ fluentes.pro Mar.24. Omnia quæ delapsa iam fluxerunt,seueris legib.vincienda sunt.de Clar.273.Oratio ita liberè fluebat,vt nusquam adhæresceret. Orat.66.Tracta quædam & fluens oratio.3.de Or.188.Ne fluat,ne vagetur oratio.de Senec. 31.Ex Nestoris lingua melle dulcior fluebat oratio.

¶ *Corrumpor.*2.Tus.52.Cum voluptate liquescimus, fluimusque mollicia.

¶ *Respicio.*At.li.9.ep.12.Videamus illius cõsilia, quorsum fluãt.

✠AD

✠ ADVER. *AEqualiter.3. de Orat. Incitatius.*) (*.tardius, numerum. Orat. libere. de Clar. licenter.1. de Nat. Longè latèque.4. Tusc. longius.9. Famil.*

☞ Syntaxis. *Fluunt sanguine flumina. Fluunt arma de manibus. Fluũt dies. Fluens oratio, disciplina.*

FLVVIATILIS, le.2. de Nat.124. Bestiæ aquatiles, vt fluuiatiles testudines.

FLVVIVS, uij. *flumen, amnis, profluens.*1. Tusc.94. Apud Hipanim fluuium, qui ab Europæ parte influit in Pontum. 1. de Diui.98. Quid, quòd fluuius atratus sanguine fluxit.2. de Inu. 96. Fuuius Eurotas is, qui propter Lacedæmonem fluit.2. de Natu.6. Fluuius Sagra.

✠ ADIVNC. *Atratus.*1. *de Diu. Magnus, & iucundus.* 1. *de Inuent.*

FLVXIO, onis. *cursus.*1. de Di.111. Vt aquarum fluxiones.

FLVXVS, a, um. *incertus, inconstans.* ad Brut. epist.10. Nonnulla in Hirtio huius belli fortuna, vt in secundis fluxa, vt in aduersis, bona. & lib,4. ep.2. Res nostræ, vt in secundis, fluxæ? vt in aduersis, bonæ.

FOCVLVS, li. pro Do.,124. C. Attinius bona Qu. Metelli consecrauit, oculo posito in rostris, adhibitoque tibicine.

FOCVS, ci. *lar, locus vbi ignis fouetur.* de Sene. 55. Curius ad focum sedens, &c.2. de N.67. Vesta à Græcis. ἑστία dicitur, cuius vis ad aras & focos pertinet. Ignis foci publici sempiternus. L. VESTALIS.2. de Diuin.66. In Selonio apud focum angues nundinari solent. pro D.106. Vniuscuiusque nostrum sedes, aras, focos, deos penates subiectos esse libidini tribunitiæ. pro S. R. 23. Eijcere aliquem domo nudum, atq; focis patriis diuq; penatibus præcipitem exturbare.3. de Nat.95. Pro aris & focis pugnare. ‖ Att.lib.7. ep.11. Aræ, & foci.

✠ ADIVNC. *Abditi, & penetrales. de Arusp. patrij, pro Sex. Rosc Priuati.3. Phil. Publici.*1. *de Leg.*

FODICANS, tis.3. Tusc.35. Non est enim in nostra potestate, fodicantibus his rebus, quas malas esse opinemur.

FODIO, dis. *perfodio, effodio, fodico.*2. de Orat.174. Quibus cognitis ille sibi ipsi foderet, & aurum defossum inueniret.2. de Di. 134. Respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto: fodit, inuenit auri aliquantum.1. de Fin.3. Fodere aut arare.2. Tusc. 33. Pungit dolor, vel fodiat sanè.2. I. A.86. Num expectas, dum te stimulis fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio.

☞ Syntaxis. *Pungit ac fodit dolor. Stimulis aliquem fodere.*

FOECVNDITAS, tis. *vbertas, fertilitas.*2. de N. 152. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus.2. de Natu.13. Cœli temperatio, fœcunditas terrarum.1. de D.94. Agri vberrimi maximéq; fertiles, in quibus multa propter fœcunditatẽ fingi gigniq; possunt.2. I. A.58. O miseræ mulieris fœcunditatẽ calami tosam.2. de Or.88. Volo enim se efferat in adolescẽte fœcũditas.

✠ ADIVNC. *Calamitosa.2. Philip.*

FOECVNDVS, a, um. *ferax, vber, fertilis.*2. de Natu.160. Sue nihil genuit natura fœcundius. de Senect. 54. Fossionibus fit terra fœcundior. de Arusp. 42. Quæsturamque illam maximè fœcundam atque vberem in totum ad se redegit.1. de Di.22. Fœcundum pectus. Orato.15. Periclem ab Anaxagora vberem & fœcundum fuisse.

✠ ADVER. *Maximè, de Arusp. resp.*

☞ Syntaxis. *Aquarum inductionibus fœcunditatem terris damus. Fœcundus & vber ager. Pectus, orator, homo fœcundus.*

FOEDATVS, a, um. de Ar.32. A Sext. Serano sanctissima sacella omni turpitudine esse fœdata scimus.

FOEDISSIME. *turpissimè.* Ar. lib.9. ep.6. Causa agetur fœdissimè.

FOEDERATVS, a, um. *fœdere & amicitia coniunctus.*) (*sine fœdere.* 1. de Or.182. Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seseque liberasset. pro Cor.20. Populi socij, Latini fœderati fundi. 5. in Ver.13. Fœderatæ ciuitates duæ sunt, Mamertina & Tauromitana. & 6. Ver.26. Fœderatus atque pacatus.

FOEDIFRAGVS, a, um. *qui fœdus frangit, impius.* 1. Offic.38. Pœni fœdifragi.

FOEDITAS. tis. *turpitudo, macula.*3. Offic.105. Deprauatio & fœditas turpificati animi.2. de N.117. Odoris fœditas intolerabilis.12. in An. 12. Cuius scelere in hac vestitus fœditate sumus.3. de Fin.38. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo deterreat.

✠ ADIVNC. *Flagitiosa.2. Phil. Intolerabilis odoris.2. de Natur.*

FOEDO, as. *maculo.* I. P.53. Romam verò ipsam fœdauit aduentus tuus. de Ar.49. Qui togatum domestici belli extinctorem nefario scelere fœdauit.

FOEDVS, a, ũtior, ſſimus. *turpis flagitiosus.*1. Off.123. Luxuria verò cum omni ætati turpis, tum senecturi fœdissima est. de Arus.51. An ille fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando fuit? Qu. frat. lib.3. ep.9. Exitium iudicij fœdum & pernicio sum leuissimè culi. Attic. lib.8. ep.11. Nihil fieri potest miserius, nihil perditiùs, nihil fœdiùs. Att. lib.7. ep.25. Bellum fœdissimum futurum puto. I. P.31. Immanissimum ac fœdissimum monstrum. Att. lib.15. ep.20. Genus mortis fœdum.

☞ Syntaxis. *Deprauatio & fœditas turpifica animi. Turpitudinis fœditas. In vestitus fœditate esse. Turpitudine fœdare templa. Fœdus, & inquinatus in accusando bonos. Nihil miserius. perditius, fœdius,*

FOEDVS, tis *pactio, fides, amicitia regum & populorum lege & religione sancita.*2. de Inue. 91. In eo fœdere quod factum est quondam cum Samnitibus. *& ibid. de modo feriendi fœderis, & de porca.* pro Sest 24 Facere fœdus cum aliquo. 2. de Fin.83. Facere fœdus inter se. pro Cornel. 34. L. Martius cũm Gaditanis fœdus iciſſe dicitur. I. P.28. Tu scilicet homo religiosus, fœdus, quod meo sanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere voluisti. pro Sest.24. Id enim fœdus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant. Postq. ad Quir.13. Cùm prouinciarũ pactiones, cùm omnia cum omnibus fœdera sanguine meo sancirentur. pro R. P.6. Ferire fœdus cum aliquo. pro Cor.13. Fœdera negligere, violare, rumpere. pro D.66. Gabinius postea fregit fœdus, Piso tamẽ in fide mãsit. pro Do.129, Fœdera feriebãtur Prouinciarum.2. In Ant.89. Nulla societas optimis ciuibus cum impotentissimo hoste fœdere vllo confirmari potest.3. Offic.111. Fœdera, quibus cum hoste deuincitur fides. pro Corne. 10. Contra fœdus facere: *id est, contra populi Romani religionem & fidem.*13. in An.4. O ratum religiosumque fœdus, quod cum his fecerimus. 2. de Legib.16. Cum intelligat, quantæ salutis sint fœdera religionum.7. I. V.48. In publicis religionibus fœderum. pro Sest. 33. Pacto iam fœdere prouinciarum. pro Cec.51. Quod fœdus aut pactio.5. I. V.13. Quinque ciuitates sine fœdere immunes ac liberæ.1. contra Rull.10. Excipis in vendendis agris eos agros, de quib. cautum sit fœdere. pro Arc.6. Heraclea, quæ est ciuitas æquissimo iure & fœdere.

✠ ADIVN. *AEquissimum. pro Arch. firmum, & ratũ, Incredibile sceleris, totum.2. Cont. Rull. honestum.*) (*. turpissimum.1. de In. Nefarium. pro Do. paruũ. pro Sest. Pium, Iustumque ratum, religiosumque.13. Philip. Sacrosanctum, Sanctissimum, atque ditissimum. singulare, pro Cornel. Balbo.*

☞ Syntaxis. *Factum fœdus cum, inter se. Icere, sancire, ferire, negligere, violare, rumpere. frangere, confirmare fœdus. O ratum, religiosumque fœdus. Fœdus pactum. Fœdus & pactio. Fœdere de hac re cautum est.*

FOEMINA, næ. *mulier. fœtum in se gignens animal.*)(*. mas.*1. de N. 96. Et deos mares & fœminas esse dicitis.2. de Na.128. Aliæ bestiæ mares, aliæ fœminæ sunt.2. de D.62. Emissio fœminæ anguis. item: Emissio maris anguis.2. de Leg.57. Porcus fœmina. 2. de N.128. Et in mari & in fœmina commiscendorum corporũ miræ libidines.1. Tus.27. Mors in claris viris & fœminis dux in cœlum solet esse.1. de D.52. Socrates dixit se vidisse in somnis pulchritudine eximia fœminam, quæ, &c.3. I. A.16. Tuæ coniugis bonæ fœminæ, locupletis quidẽ certè, Bõbalio quidam pater fuit. Ep. lib. 5. ep.8. Præstantissima omnium fœminarũ vxor tua. & ep.11. Quòd mihi fœminam primariam Põpeiam vxorem tuam commẽdas locutus sum cum Sura. Brut. ep.18, Rogatus sum à prudentissima & diligentissima fœmina matre tua, vt, &c.3. I. A.16. Hæc sanctissima fœmina, atque optima. pro Ce. 10. Probatissima fœmina.2. de Leg. 29. Vt sentiant mulieres in natura fœminarũ omnium Deum castitatem pati. Incer. Fœminas omnes visu nocere, quæ duplices pupillas habent.

✠ ADIVN *Bona.5. Phil, Bona, & locuples, & sanctissima, atque optima. 3. Phil. Castissima matronarum de Aru. Claræ.3. Tus. Grauissima, atque optima.* 10. *Fam. Lectior.*1. *de In. lectissima.4. In Catil. lectissima, miserrimaque. pro Font. Nobilissima. pro Mil. Optima.15. Fa. Optima, & amantissima.6. Fam. præstantissima, primaria.5. Fam. probatissima, & summo loco nata. pro Cæc. prudentissima, & diligentissima. ep. ad Brut. prudentissimæ lectissimæque.2. In Verr. pudica, religiosa. 6. In Ver. pudicissima.2. Phil. Sanctissima, atque optima.* 1. *Philip. similis, alicuius.*14. *Fami. Spectatissima, pro Sex. Rosc.*

FOEMINEVS, a, um.3. ad Her.27. Fœmineus plangor.

☞ Syntaxis. *Porcus fœmina.*

FOENERATIO, onis. *fœnoris exercitatio, pecuniæ nũdinatio.* pro Fl. 56. Pecunia ab honoribus trãllata in quæstũ & fœnerationem. 2. de Fin.117. Nec enim si tuã ob causam cuiquã cõmodes, beneficiũ illud habendũ est, sed fœneratio.4. I. V.170. Ea autẽ fœneratio erat huiusmodi & 5. Ver.170. Fœneratio pecuniæ publicę.

☞ Synt. *In quæstũ & fœnerationẽ ab honoribus pecuniam transferre.*

FOENERANDVS, a, um. Parad. 6. Dimissiones libertorum ad fœnerandas & diripiendas prouincias.

FOENERATOR, oris. *qui fœnus exercet.* 1. Off. 150. Primùm improbantur hi quæstus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum & fœneratorum. Atti. lib. 6. ep. 1. Idque etiam acerbissimis fœneratoribus probaretur. Ep. li. 5. ep. 6. Nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione fœneratores exemerit.

✠ *ADIVN. Acerbissimi. 8. Att. Pauci. 8. Famil.*

FOENEROR, aris. *fœnori do.* 4. I. V. 170. Idem pecunias istius suo nomine fœnerabatur. 2. Officior. 88. Cum ille qui quæsierat, dixisset, Quid fœnerari; rum Cato, Quid hominē, inquit, occidere? de Am. 30. Liberales sumus, non vt gratiam exigamus, neque enim beneficium fœneramur: sed, &c.

FOENEVS, a. *simulachra effigiesq; hominum ex fœno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum præbendum tauri irritarentur.* *Cicero pro C. Cornel. 1. de maiestate, Prospectat videlicet Cominius, quid agatur, videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum proiectos. Ascon. Pæd.

FOENICVLARIVM, rij. At. li. 12. ep. 9. Scribe, vtrum Cæsar in fœnicularium, an in Martium campum cogiter.

FOENVM, ni. de 2. Orato. 233. Crassum cum Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere.

FOENVS, oris. *vsura.* 4. I. V. 170. Idem pecuniam illis fœnori dabat. At. li. 5. ep. 21. Senatusconsultum factū est, vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur, renouato in singulos annos fœnore. Att. libr. 6. ep. 3. Scaptius centesimis renouato in singulos annos fœnore contentus non fuit. Att. lib. 4. ep. 14. Fœnus ex triente Id. Quint. factum erat bessibus. & lib. 6. ep. 1. Itaque & Græci soluunt tolerabili fœnore, & publicanis res est gratissima. Atti. lib. 16. ep. 14. Non modò magno sed etiam iniquissimo fœnore versuram facere coactus est. Pro Flacc. 51. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupauisti. & *Ibidem.* Graui fœnore. 5. I. V. 169. Accipere fœnus ab aliquo. pro Cæ. 42. Fœnore trucidari.

✠ *ADIVN. Grande, graue, pro Fla. Iniquissimum, non modo magnum sed etiam iniquissimū. 16. At. minus) (. maius, de Senec. perpetuum. 5. Att. Tolerabile. 6. Att.*

☞ Syntaxis. *Pecuniam fœnori dare. Ducere centesimas perpetuo fœnore. Renouare fœnus. Fœnus ab aliquo accipere.*

FOETIDVS, a, um. *putidus.* I. P. 13. Os fœtidum.

FOETOR, oris. *puditus, & malus odor.* I. P. 22. Hic autem iacebat in suo Græcorum fœtore & vino.

FOETVS, a, um. *grauidus.* 2. de N. 156. Terra fœta frugibus & vario leguminum genere.

FOETVS, tus. *partus fructus.* 2. de Natur. 128. Quæ multiplices fœtus procreant, his mammarum data est multitudo. 1. de Diuin. 35. Fœtus extitit in sterilitate naturæ. 2. de Nat. 129. Oua piscium facilè aqua & sustinentur, & fœtum fundunt. 5. Tusculan. 68. Ex quo triplex ille animi fœtus existit. 3. de Finib. 62. Bestiarum in fœtu & educatione laborem cum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. de Cl. 181. Nec vlla ætate vberior oratorum fœtus fuit. 1. de Leg. 25. Quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur. Brut. 16. Sic omnis fœtus repressus, exustusque nos veteris vbertatis. 2. de Orat. 131. Ager non semel aratus, sed nouatus & iteratus, quo meliores fœtus & grandiores possit edere. Oecon. 1. Ouium cæterarumque pecudum fœtus atque fructus claustro custodienda erant.

✠ *ADIVNC. Maiores, multiplices. 2. de N. vberiores, & grandiores. 2. de Or. Vberior oratorum. de Clar.*

FOETVRA, tæ. 2. de L 20. Vbertatem lactis, fœturæq; seruanto.

☞ Synt. *Fœtum procreare, fundere. Oratorum fœtus, copia. Fœtus repressus. Edit meliores & grādiores fœtus ager aratus, nouatus iteratus.*

FOLIVM, lij. 3. de Or. 177. In arboribus truncus, rami, folia. Attic. lib. 8. ep. 23. Nec me Cos. mouent, qui ipsi pluma aut folio facilius mouentur. 2. de Diu. 63.

Qui platani in ramo foliorum tegmine septos.
Corripuit pullos.——

in Ar. Arbusta ornata tegmine foliorum. I. P. 97. Arida folia.

✠ *ADIVNC. Arida, in Pison.*

FOLLICVLVS, li. *paruus saccus, quo caput obuoluebatur parricidarum, ne statim capti, post cœlum aspicerent.* 2. de Inuent. 149. Os autem obuolutum est folliculo. 1. ad Herenn. 23. Ei folliculo lupino os obuolutum est.

FOLLIS, lis. *instrumentum ad ignem excitandum.* 1. de N. 54. Formæ quas vos effici posse sine follibus & incudibus non putatis.

FOMENTVM, ti. *quasi remedium & delinitio.* 2. Tusc. 59. Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. 2. de Finib. 95. Dolor fortitudinis fomentis mitigari solet.

FONS, tis. *principium, origo, caput.* 6. I. V. 118. Syracusis est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium. 2. de Orat. 117. Tardi ingenij est riuulos consectari, fontes rerum non videre. Quint. lib. 3. ep. 1. Poema ad Cæsarē quod composueram, incidit: tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt, si quid habeo spatij, scribam. 1. Ac. 7. Vt ea è fontibus potius hauriant, quàm riuulos consectentur. 3. de Nat. 48. Hæc enim omnia ex eodem fonte fluxerunt. Top. 33. Riuorum à fonte deductio. pro Mur. 9. Cum tui fontes vel inimicis tuis pateant, nostros etiam amicis clausos esse. 1. de Orato. 203. Equidem fontes vnde hauriretis, atque etiam itinera ipsa putaui esse demonstranda. ad Brut. ep. 10. Nec sceleratissimorum consiliorum fontes haurire dubitani. 1. de Orat. 42. Iam ab illo fonte & capite Socrate. & lib. 2. Si quis legum fontes & capita viderit. 1. Tusc. 6. Multo studiosius Philosophiæ fontes aperiemus. 1. de Orat. 94. Omnes omnium rerum fontes animo ac memoria continere. Hortens. Disputatio vbertimos fontes virtutis & scientiæ continet.

✠ *ADIVNCT. Dulcis aquæ, pleniss. piscium, 6. In Ver. Perennis. pro Mil. Recentes. de Cla. Reconditi atque abditi. 1. de Orat. Sanctus, augustusque. 5. Tusc. veteres, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Consiliorum fontes. Legum fontes & capita. Aperire fontes. Animo rerum fontes continere.*

* FONTEIANVS, a, um. de Arusp. respon. 57. Fonteianū nomen.

FORAMEN, nis. 1. Tusc. 47. Quanquam foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, callidissimo artificio natura fabricata est: *id est, viæ quædam, & quasi fenestræ sensuum.*

FORAS. *extrà.* pro Cælio. 57. Domus in qua nihil geratur, quod foràs proferendum sit. 2. I. C. 2. Quòd tantam pestem euomuerit, forasq; proiecerit. Att. lib. 13. ep. 22. Sed ea scripta timui foràs dari. de Somn. 21. Si iam tum, cùm erit inclusus in corpore, eminebit foràs.

FORE. *futurus, a, um, esse.* pro Mil. 79. In his singulis ita semper existimabitis, viuo P. Clodio nihil horum vos visuros fore. At. lib. 7. ep. 25. Sin erit bellum, vt video fore, partes meæ non desiderabuntur. Attic. *Ibid.* Dionysio dum existimabam vagos nos fore nolui molestus esse. Attic. lib. 16. ep. 18. Nunquam putaui fore, vt supplex, ad te venirem. & lib. 6. epist. 3. Spero nihil fore aliter ac deceat. & lib. 11. ep. 11. Præsertim cum ne spes quidem vlla ostēdatur fore melius. Ep. lib. 8. ep. 28. Ne spes quidem melius aliquando fore relinquitur. pro Sylla. 65. Cæcilius agrariæ legi intercessorem fore perpessus est. Ep. lib. 5. ep. 4. Omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo. Ep. li. 7. ep. 8. Scripsit ad me Cæsar, nondum te sibi satis esse familiarem, sed certè fore. Ep. lib. 13. ep. 22. Qui etsi suis literis valde confideret, tamen existimauit mea commendatione aliquid accessionis fore. 3. de Or. 227. Tu fore dicis, ego verò esse iam iudico. Ep. li. 1. ep. 5. Quæque mihi videntur fore. Att. lib. 2. ep. 1. Pomponia nunciari iussit, te mense Quintili Romæ fore. Att. ad Brut. Is ad Cal. Septemb. Athenis non videtur fore. Qui. fra. lib. 3. ep. 8. Hircius auctor fore videtur. Att. lib. 10. ep. 1. Puto fore, vt attrahatis. * Frag. ep. Quòd videret nomine pacis bellum inuolutū fore.

FOREM, res, ret. *essem, esses, esset.* Att. lib. 7. ep. 20. Mihi dubium non erat, quin ille iam iamque foret in Apulia. de Fat. 34. D. in cod. Ger: Hoc modo viator bene vestitus, causa foret, cur à grassatore spoliaretur. 2. de Fini. 63. Et quærebas, quis aut hoc miserior, aut superiore illo beatior foret.

✠ *ADVERB. Aliquando aliquem. 1 de Orat. Celeriter vna. 9. Famil. Certò. 10. Fam. Diutius. 4. Fa. Diutiùs. 6. Fam. In perpetuum victos. 12. Phil. Melius, tutius alicubi. 1. At. Melius aliquando. 7. Fami. Nunquam, de Sen. plane, euersorem Reipub. pro Sest. præstò. 5. In Ver. Rectè leuamento, 12. Atti. Tutius vbiuis quam in Senatu, 14. Att. Tutissimè alicubi. 8. Att.*

FORENSIS, se. *iudicialis, publicus.* Par. 1. Cato locos graues ex Philosophia tractabat, abhorrentes ab hoc vsu forensi & publico. de Cla. 286. Thucydides hoc forense, concertatorium, iudiciale non tractauit genus. Orator. 170. Oratio iudicialis & forensis.

✠ ‖pro Mat. Cœl. 6. & Meus hic forensis labor. Orat. 208. Remotum à iudicijs forensique certamine. de Clar. 271. Dictio forensis pro Planc. 29. Species forensis.

* ¶ *Extraneus.* Ep. lib. 5. ep. 8. Publica, priuata, forensia, domestica negocia. 1. Oecon. Exercitatio forensis & extranea.

FORES. *ianua, ostium, aditus.* 3. in Vert. 66. Seruis suis imperat Rubrius, vt ianuam clauderent, & ipsi ad fores assisterent. & 5. Tusc. 80. Extra fores limenque carceris. 2. de Nat. 67. Fores in liminibus profanarum ædium ianuę nominantur. 5. Tusc. 59. Cum fores cubiculi clauserat. 3. Offi. 38. Equus æneus, cuius in lateribus fores essent: quibus apertis. &c. pro Cæl. 38. Fores effregit, restituentur. *ex Terentio. Forem, vt erat Fortunat.* de suis consil. Cum adolescentes mulieris pudicæ fores frangerent.

FORI, orum. *nauium tabulata, à puppi ad proram per mediam nauim.* de Senect. 17. Cum alij malos scandant, alij per foros current, alij, &c.

FORIS. *extrinsecus, in luce atque oculis ciuium.) (intus domi.* 2. de Or. 163. Argumēta aut ex sua sumi vi atq; natura, aut assumi foris.

& *ibid.*

& *ibid.* Extrinsecus autem, cum ea quæ sunt foris, neque inhærent in rei natura, colliguntur. 1. Off. 76. Parua sunt foris arma, nisi est consilium domi. pro Syll. 17. Ille relictus intus, expectatus foris. Quin. fr. lib. 3. ep. 1. Cicero tuus ad nos venit, cum Pomponia foris cœnaret. Ep. lib. 7. ep. 16. Ego si foris cœnitarem, &c. 3. de Finib. 24. Vt in ipsa arte insit, non foris petatur extremum. 5. in Verr. 210. Non quæram foris. Part. 48. Sed foris adelata. *id est, de foris, vt fiunt.* 2. de Inuent. 71. Aliquo foris adiuncto argumento. Oeconom. 1. Foris & in aperto victum quærentibus,

☞ Syntaxis. *Consilium domi, arma foris. Cœnare foris. Petere foris vsum. Foris delatæ merces.*

FORMA, mæ. *species, figura, notio, character.* 1. de Nat. 26. Quasi aer sine vlla forma esse possit, cum præsertim Deum pulcherrima specie esse deceat. pro Cæl. 6. Adolescens, in quo forma & species sit liberalis. 2. contra Rull. 32. Fomam adhuc habetis & speciem ipsam tyrannorum, insignia videtis potestatis. 5. de Finib. 35. Corporis nostri partes, totaque figura, & forma & statura, quàm apta ad naturam sit, apparet. 1. de Nat. 48. Omnium animantium formam vincit hominum figura. & *Ibid.* 47. Forma & species deorum. 1. Offic. 14. Formam quidem ipsam, & tanquam faciem honesti vides. pro Cluen. 199. Ea sibi præter formam nihil ad similitudinem hominis reseruauit. 5. de Fin. 69. Gloria, quæ habet formam honestatis & similitudinem. 2. de Finib. 47. Cuius similitudine perspecta in formarum speciè à dignitate transitum est ad honestatem, &c. 1. Offic. 107. In formis aliis dignitas inest, aliis venustas. 1. de Natur. 37. Cleanthes fingit quandam formam & speciem deorum. 1. de N. 91. Non ab hominibus formæ figuram peruenisse ad deos. 1. Tusc. 114. Quæ species formæ? 6. I. V. 123. Cognitio formarum ex pictura. pro Flacc. 12. Si formam hominis, si nomen, si tribum nostis. 2. Tusc. 36. Qui Græciæ formam rerump. dederunt. Ac. lib. 6. ep. 3. Formam igitur mihi totius Reipub. velim mittas. Ep. li. 3. ep. 11. Forma temporum & Reipub. expressa. & lib. 2. ep. 8. Videre formam, & ex ea, quale ædificium futurum sit, cognoscere. 2. de Diuin. 48. In nubibus nunquid animaduertisti leonis formam aut hippocentauri? & 1. de Diu. 18.

Terribiles formæ nocturno tempore visæ.

1. Offi. 130. Formæ dignitas, coloris bonitate tuenda est. & *ibid.* Ergo & à forma *virili* remoueatur omnis viro non dignus ornatus. & 126. Natura formam nostram, reliquamq; figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promtu. 2. de Natur. 93. Formæ vnius & vinginti literarum, vel aureæ vel quas libet. 1. de Orat. 187. In geometria lineamenta, formæ interualla, &c. 1. Offic. 103. Vt ad officij formam reuertamur. de Cla. 294. Forma ingenij admodum impolita & planè rudis. & 327. Ingenij quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat. Orator. 37. Laudationum, scriptionum, & historiarum & suasionum formæ. 2. de Or. 98. Exprimere quandam formam, figuramq; dicendi. Or. 76. Non modò partes orationis, sed causæ totæ aliæ alia forma dicendi sunt tractandæ. 3. de Or. 31. Penè innumerabiles sunt quasi formæ figuræque dicendi, specie dispares, genere laudabiles. 3. de Or. 113. Cum quæritur, quæ forma & quasi naturalis nota cuiusque sit: vt si quæratur auari species, seditiosi, glorioſi. 3. Offic. 81. Species, forma, & notio boni viri. 1. de Na. 19. Vnde illæ quinque formæ, ex quibus reliquæ formantur. 1. de Natur. 24. Forma rotunda: *id est: figura.* 5. Tusculan. 61. Puer egregia forma. Epistol. lib. 1. ep. 9. Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà. 3. ad Herenn. 29. Imago, forma, nota, simulachrum. L. IDEA.

¶ *Dialecticæ species.* Topic. 13. Forma à genere nunquam seiungitur. & 30. Forma & species idem. item. 31. Forma est notio, cuius differentia ad caput generis, & quasi fontem referri potest. & *Ibi.* 30. Nolim specierum & speciebus dicere: at formis & formarum velim.

✠ *ADIVN. Certa, Similis, Arat. Maximè sibi cognata, & decora, de Vniuers. Duplex, Part. Egregia, eximia.* 5. *Tusc. formosior, humana, diuina, Mutabilis, pulchrior, pulcherrima, Simillima.* 1. *de Nat. Generosa, & magnifica, impolita, & planè rudis ingenij, magnifica, & generosa, quodammodo, de Clar. Globosæ, Ignea, pulchra, præstantes, rotunda.* 2. *de Natur. Insita in mentibus nostris, vltima generis, Ora. Inusitata, Innumerabiles Similes. de Diu. Muliebris, perfecta.* 1. *de Finib. Penè Innumerabiles dicendi, dispares specie, laudabiles genere, tota & quasi perfecta,* 3. *de Orat. Nocturna,* 1. *Tusc. Noua. pro Mil. Terribiles, variæ.* 1. *de Diu. virilis.* 1. *Off. vna, & consentiens Philosophiæ.* 1. *Acad.*

☞ Syntaxis. *In eo forma est, ac species liberalis, Honesti forma & species. Formam & similitudinem alicuius habere. Formæ species.* attributum ergo formæ species est. *Ædificij forma, exemplar. Ingenij impolita forma. Formæ & figuræ dicendi.*

FORMANDVS, a, um. pro Sest. 19. Capua, qua ipsa tum imaginis formandæ causa duumuirum agebat. 3. de Orator. 188. Hanc igitur ad legem cum exercitatione, tum stylo formanda nobis oratio est.

FORMATVS, a, um. *forma, præditus.* 4. ad Heren. 67. *Informis.* 3. de Nat. 16. Formatas in animis nostris deorum notiones esse. 2. de Diui. 138. Quæ nunquam vidimus, ea tamen formata in animo habemus. 4. in Verr. 27. Erant signa complura exære: in his mira pulchritudine ipsa Chimera in muliebrem figuram habitumque formata.

✠ *ADVERB. Decorè.* 1. *de Diu.*

FORMIAE, arum. *oppidum.* Att. lib. 2. ep. 13.

FORMIANVM. *villa.* Att. lib. 2. ep. 4. Tu si in Formiano non erimus, si nos amas, in Pompeianum venito.

FORMICA, cæ. 3. de Natur. 21. In formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria est, Incer Formicas soliuagas.

FORMIDO, das. *metuo paueo.* 2. I. A. 64. Vnus inuentus est, qui id auderet, quòd omnium fugisset & formidasset audacia. Or. 213. Quo etiam satietas formidanda est magis. Ep. lib. 8. ep. 10. Neque prius formidare desinam, quàm, &c. Atti. lib. 8. epi. 25. Huius insidiosa clementia delectatur, illius iracundiam formidat. Q. fr. li. 3. ep. 2. *ἀποτύγμα* formido. 2. de Fi. 53. Formidare omnia.

FORMIDO, nis. *fixus pauor.* 4. Tusc. 19. Formido est metus permanens: pro S. R. 5. Forsitan quæretis, qui iste terror sit, quæ tanta formido. At li. 9. ep. 12. Vidi hominem XIII I. cal. Feb. plenũ formidinis. & lib. 8. ep. 22. Post has fugas & formidines. pro Qu. 47. Minas iactare, formidines opponere. 1. de Fin. 63. Horribilis formido. de Prou. 43. Subita atque improuisa formido. 4. I. C. 8. Vt aliqua in vita formido improbis esset posita.

✠ *ADIVNC. Horribilis. 1. de Fin. Subita, & improuisa, de Prou. Summa. 7. In Ver. Tanta. pro Sex. Rosc.*

FORMIDOLOSE. *timide.* pro Sest. 42.

FORMIDOLOSVS, a, um: issimus. *horribilis.* pro Clu. 7. Confessus vester, quem illi horribilem A. Cluentio & formidolosum fore putauerunt. 7. I. V. 1. Dubiis formidolosisque temporibus. I. P. 58. Formidolosissimum bellum.

☞ Syntaxis. *Fugit & formidat audacia. Terror & formido. Opponere formidines. Ponere alicui formidinem. Horribile & formidolosum tempus bellum.*

FORMO, as. *figuro, fingo, effingo.* 1. Acad. 6. Ex materia quam fingit formatque effectio. 3. de Or. 175. Sed verba nos sicut mollissimã ceram formamus & fingimus. 1. de Na. 111. Atomi formare, figurare, colorare, animare non possunt. 2. de Orator. 36. Oratoris est formare orationem, eamque variare & distinguere.

FORMOR, ris. 2. de Diu. 89. Perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. 3. de Orato. 31. Non possunt ea, quæ inter se discrepant, ijsdem præceptis atque in vna cõstitutione formari. 2. de Or. 359. Verba quæ formari similitudine nulla possunt. 1. de N. 19. Vnde verò illæ quinque formæ, ex quibus reliqua formantur. 4. Aca. 118. Ignis qui moueat terram, quæ ab eo formetur.

☞ Syntaxis. *Formata oratio, & distincta. In animo formata de Deo notio. Discrepantia non iisdem præceptis, & vnica constitutione formantur.*

FORMOSITAS, tis. *pulchritudo. forma.* 1. Officio. 126. Decorum positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto.

FORMOSVS, a, um: sior, ssimus. *pulcher, qui eximia facie est.* 1. de In. 35. Formosus, an deformis, 2. de In. 2. Zeuxis quæsiuit ab eis, quasnam virgines formosas haberent. 1. de Natur. 24. Formosus, & pulcher. *Hic aduerte, formosus, & pulcher.* 1. de Nat. deor. 24. Formosior Cylindri forma, quàm quadrati, vel coni, vel pyramidis. 2. de Inu. 2. Præbete igitur mihi quæso, inquit, ex istis virginibus formosissimas.

FORMVLA, læ. *præscriptum, norma, nota.* 2. de Orato. 100. Hæc est enim in ludo causarum ferè formula, Lex peregrinum vetat, &c. 3. Off. 60. Aquilius protulit de dolo formulas. de Clar. 274. Quod in iurisconsultorum includitur formulis. Epist. lib. 13. ep. 27. Et vt vos soletis in formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. & lib. 7. ep. 12. Formula fiduciæ, vt, Inter bonos bene agier. 3. de Fin. 3. Primùm præscribit, vt quibusdam in formulis agatur eares de qua disseritur. 3. Offi. 19. Formula quædam constituenda est: quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam aberrabimus. & *Ibid.* 20. Erit autem hæc formula Stoicorum rationi disciplinæque maximè consentanea. 1. de Leg. 14. Stipulationum & iudiciorum formulas componere. pro Qu. R. 24. Sunt iura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare possit. *Ibidem.* Expressæ sunt publicè à prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodetur. pro Mur. 26. *De iurisconsultorum formulis.* Ora. 75. Sequitur, vt cuiusque generis nota quæratur

tur & formula. & 36. Quid est, quod præscriptum aliquod aut formulam exprimas. 2. de Ora. 178. Plura iudicant homines odio aut amore, &c. quàm veritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula. de Opt. 20. Causa ipsa abhorret ab illa quidem formula consuetudinis nostræ. *ibid.* Et ad quam eos quasi formulâ dicendi reuocent. pro Qu. 30. Postulat, vt sibi Quintius iudicatum solui satisdet, ex formula quod ab eo petat, q uoniam &c. pro Fl. 36. Nisi verò hactenus ista formula testimonij atque orationis tuæ describi ac distingui potest. pro Q. R. 12. aliquem in antiquissimam formulam sponsionis concludere. de Cl. 194. De testamentorum iure, de antiquis formulis. 4. I. V. 147. Postulationum formulæ vsitatæ. 1. de Or. 180. Testamentorum formulæ.

✠ *ADIVN. Augustissima, antiquissima, notissima, publicæ, pro Q. Rosc. Com, Antiquæ, de Clar. Certa disciplinæ, & quidem plena, & refertæ. 1. Offic. Maximè cõsentanea rationi. 2. Offic. Magna consuetudinis, de Opt. gen. Vsitatæ. 3. In Ver.*

FORNAX, cis. 1. de N. 104. Sunt quædam bestiæ, quæ appareant in ardentibus fornacibus sæpe volitantes.

✠ *ADIVNC. Ardentes. 1. de Nat.*

FORNICATVS, a, um. *qui fornicem habet, cum fornice, vt paries fornicatus.* Top. 22.) (*. solidus.*

FORNIX, cis. *camera, arcus.* ‖ de Arusp. 22. Fornicibus ostiisq; &c. irrupit. 2. I. V 19. Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem. pro Pl. 17. Fornix Fabius. & 2. de Or. 267. Fornix Fabij. Topic. 22. Præstare quod fornix fecerit. 4. in Verr. 154. Huius fornix in foro est, in quo nudus filius stat. 3. ad Herenn. 29. Vt ædes, intercolumnium, forniceм.

FORS. *fortuna.* Att. lib. 14. ep. 12. Sed hæc fors viderit, quæ talibus in rebus plusquàm ratio potest. Att. lib. 4. ep. 9. Sed de illa ambulatione fors viderit, aut si quis est, qui curet, Deus. & lib. 7. ep. 14. Sed hæc vt fors tulerit. & lib. 8. ep. 1. Quemcumque fors tulerit casum. I. P. 3. Sit sanè fors domina campi.

✠ *ADIVNC. Domina campi. In Pison.*

FORTE, fortuna. 2. de Diuin. 18. Aliquid aut casu, aut fortè fortuna fieri.

☞ Syntaxis. *Accidit casu, aut fortè fortuna.*

FORSITAN. *fortasse.* 2. de Ora. 189. Maior ars aliqua forsitan esset requirenda. Et pro S. R. 5. Forsitan quæratis, &c. Cæl. Epist. lib. 8. ep. 3. Forsitan enim locupletiore referam.

FORTASSE. *forsitan, fortè.* Ep. lib. 2. ep. 16. Quod est igitur mihi triste consilium? vt discederem fortasse in aliquas solitudines? & 1. de Orat. 102. Græculus ociosus & loquax, fortasse doctus & eruditus. Orato. 190. Elegit ex omnibus Isocratis libris versus fortasse triginta Hieronymus. Att. lib. 1. ep. 1. Et fortasse cum Romæ à iudiciis forum refrixerit, excurremus mense Septembri, &c. Att. lib. 6. ep. 6. Puer fortasse fatuus.

FORTASSIS. *fortasse.* Ep. lib. 2. ep. 16. Sed ego fortassis vaticinor.

FORTE. *casu, fortuna. fortasse.* 2. de Or. 224. Fortè euenit, vt in Priuernati essemus, &c. 2. de Orat. 191. Ac ne fortè hoc magnum ac mirabile videatur. 1. I. V. 1. Si quis fortè miratur, &c. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Ne fortè me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirere. pro Plan. 65. Cum casu diebus iis, &c. Puteolos fortè venissem, cum, &c. pro Flac. 20. Nisi fortè, &c. 3. de Or. 44. Et aliquem si fortè motum, &c.

FORTICVLVS. la lũ. *diminut. à forti.* 2. Tusc. 45. L. TORMINA.

FORTIS, fortè: ssimus. *Magnanimus, strenuus, acer, constans, potens, robustus, valens, inuictus, magnus, animosus, multum roboris habens, in quo multum est roboris ac virtutis, qui animo excelso & alto est, maximi animi, qui omnia in se posita esse ducit, & humanos casus virtute inferiores putat.*) (*. Ignauus.* pro Sex. R. 137. Viris fortibus quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus est. 2. Tusc. 11. Fortes fortuna adiuuat, vt est in prouerbio. pro Mil. 70. Et vnius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres. 4. I. V. 138. Vir fortissimus & innocentissimus S. Peduceus. Att. lib. 8. ep. 15. Quod doleo viris fortissimis accidisse. pro Sest. 45. Vir fortis & acris, animique magni. pro Mil. 93. Vir fortis & animosus, & acriter morti se offerens. Fortis ad vindicandum. L. SAGAX. pro Fon. 31. Fortis ad pericula. de Cla. 117. Constans & fortis vir. pro S. R. 85. Vir contra audaciam fortissimus. 1. Off. 66. Fortis animus & magnus. de Sen. 72. Senectus animosior est, quàm adolescentia, & fortior. Att. lib. 8. ep. 22. Quod vnquam eorum in rep. forte factum extitit. 3. de Or. 218.

✠ Inflexio laterum fortis & virilis. ‖ 3. In Cat. 14. forti viro collegæ meo laus impertitur. & 1. Offic. 63. Att. lib. 8. ep. 19. Animo forti & magno istam rem agere existimo. 1. de Or. 231. Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem nõ videri. 2. de Or. 183. Oratio fortis, acris, vehemens.) (*. placida, submissa. lenis.* 3. de Or. 29. Forte & vehemens genus dicendi. 3. de Or. 28. Fortissimo animi impetu, plenissima & maxima voce, summa cõtentione corporis. 3. I. C. 14. Dictæ sunt à principibus acerrimæ & fortissimæ sententiæ. 12. I. A. 7. Acerrima illa & fortissima cupiditas, immunita & debilitata est. 1. Offi. 80. Fortis animi est & constantis non perturbari in rebus asperis. At. lib. 15. ep. 11. Hoc loco Cassius fortibus sanè oculis matrem spectare. pro M. Scau. Qui fortissimus in bello fuisset. Hortens. In dolore podagræ nihilo fortior quam.

✠ *ADVER. Egregiè. 2. de Orat. maximè. 3. Tusc. Sane. 2. Q. fr. verè. 3. de Fin.*

☞ Syntaxis. *Vir fortis, & animosus: & contra Oratio fortis & virilis. Oratio fortis, acris, vehemens. fortissimus animi impetus. Acerrima & fortissima sententia. Fortibus oculis spectare.*

FORTITER, *animosè, viriliter, constanter, neruosè, acriter, strenuè, magno animo.* Att. lib. 14. ep. 12. Quicquid acciderit, fortiter ac sapienter ferre. pro Qu. 5. Dolabella iniuriam facere fortissimè perseuerat. Att. lib. 15. ep. 20. Atque, mi Attice, fortiter hoc velim accipias, vt ego scribo. 1. Offic. 61. Quæ animo magno & fortiter excellentérque facta sunt. de Prou. 41. Quàm sapienter, non disputo: constanter quidem & fortiter certè. 4. I. A. 6. Animosè & fortiter facere aliquid. pro Flac. 98. Cum hostibus fortiter bellum gerere. Attic. lib. 9. ep. 4. Quemuis euentum fortius feram, quã hunc dolorem.

☞ Syntaxis. *Iniuriam fortiter facere. Fortiter accipere, forti animo. Magno animo fortiter, & excellenter factum.*

FORTITVDO, nis. *magnitudo animi & robur, animi excelsi atque inuicti magnitudo & robur, animi excellẽtia magnitudoque, elatio &c. magnitudo animi, animi excellentis magnitudo & præstantia, præsentia, robur, vis, excelsitas & magnitudo, fortis animus & magnus, acer & præsens animus, magnus & excelsus, excellens animus & humana contemnens, magna vis & incredibilis animus.*) (*. ignauia timiditas, inertia.* 2. de Inuen. 163. Fortitudo est considerata periculorum susceptio & laborum perpessio. 3. Of. 117. Fortitudo est dolorum laborumque contẽptio. 1. Offi. 62. Itaque probè definitur à Stoicis fortitudo cum eam virtutem esse dicant propugnantẽ pro æquitate. 5. Tus. 41. Fortitudo est animi affectio in adeundo periculo, & in labore ac dolore patiens. 3. Off. 100. Magnitudinis animi & fortitudinis propriũ est, nihil eximescere, omnia humana despicere, nihil quod homini accidere possit, intolerandum putare. 2. Tus. 43. Viri propria maximè est fortitudo: cuius munera duo maxima sunt, mortis doloriſque contemptio. 3. de Nat. 38. Fortitudinem omnem aut in dolore, aut in labore, aut in periculo spectari. 4. Tusc. 52. Fortitudo est igitur animi affectio, legi in perpetiendis rebus obtemperans, vel conseruatio stabilis iudicij, in eis rebus quæ formidolosæ videntur subeundis & repellendis: vel, scientia rerum formidolosarum cõtrariarumq;, aut omninò negligendarum, conseruans earum rerum stabile iudicium. 4. Tusc. 52. Fortitudo est, inquit Chrysippus, scientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, summæ legi parens sine timore. 2. Tusc. 32. Quid fortitudini comitibusque eius, magnitudini animi, grauitati, patientiæ, rerum humanarum despicientiæ, quomodo respondebis? Par. 77. Quæ venientibus malis obstat fortitudo. Anteq. 3. Qui non militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem ciuium mentem vindicauit. pro Sest. 86. Hoc sentire, prudentiæ est: facere, fortitudinis: sentire verò & facere, perfectæ cumulataeque virtutis. 1. I. C. 29. Non est vehementius seueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ ac desidiæ pertimescenda. pro Pomp. 19 Labor in negotiis, fortitudo in periculis. 1. Off. 78. Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus. 3. ad Her. 3. Fortitudo est rerum magnarum appetitio, & rerum humilium contemptio, & laboris cum vtilitatis ratione perpessio. Partit. 81. Fortitudinẽ audacia imitatur. Hortens. Nec enim fortitudinis indigeremus.

✠ *ADIVN. Custos dignitatis Domesticæ.*) (*. Militares, inferiores. 1. Offic. Incredibilis, 4. Famil. Iucunda auditu, propria viri. 2. Tusc. Præsens. Anteq. iret. Princeps. 3. Tusc. Rabiosa, robusta & stabilis. 4. Tusc.*

FORTVITO. *fortuitu, casu, temerè.*) (*. consultò.* ‖ 2. de Diu. 62. Nunquam illa dicet facta fortuito. & 108. Orat. 186. Superior ætas numero caruit, nisi si quando temerè ac fortuitò. 2. contra Rul. 17. Paucas tribus non certa conditione iuris, sed fortis beneficio fortuitò ad vsurpandum libertatem vocare. 1. de Di. 18. Aliquid casu & fortuitò factum esse. 1. de Orat. 111. Fortuitò in aliquem sermonem incidere. Orat. 117. Cum, vt fit, fortuitò dicerent, &c. Epist. lib. 5. ep. 8. Non repentina aliqua voluntate, neque fortuitò incidere ad aliquid agendum. 5. de Fin. 33. Hoc ita est fortuitò.

☞ Syntaxis. *Temerè & fortuitò. Sortis beneficio aliquem ad libertatem vocare. Casu & fortuito.*

FORTVITV. *fortuito casu.* 10. I. A. 6. Quod verbum tibi non excidit, vt sæpe fit fortuitu, sed scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. 1. Off. 103. Temerè ac fortuitu, inconsideratè, negligenterque facere aliquid. 1. ad Her. 19. & de Diuin. Casu. & fortuitu nauis in portum incolumis delata est.

☞ Syntaxis. *Temerè, ac fortuitu, inconsideratè negligenterq;*

FORTVITVS, a, um. *in fortuna positus.* Epistol. lib. 7. ep. 5. Vt illud nescio quid non fortuitum, sed diuinum videretur. 1. de N. 66. Ex his factum esse mundum concursu quodam fortuito. 1. de Or. 150. Subita & fortuita oratio. 3. de N. 87. Si quippiam nacti sumus fortuiti boni. Top. 73. Concursio rerum fortuitarum. 1.

✠ Acad. 6. Fortuita atomorum concursio. ‖ 2. de Diu. 109. Sunt autem innumerabiles præsensiones non fortuitæ.

FORTVNA, næ. *fors, fors, hera, casus, temeritas, euentus, conditio.* 2. de Diu. 15. Quid est enim aliud fors? quid fortuna? quid casus? quid euentus? nisi cum sic aliquid cecidit, sic euenit, vt non cadere atque euenire, vel aliter cadere atque euenire potuerit? 2. de Di. 18. Nihil est tam contrarium rationi atque constantiæ, quàm fortuna. 3. de N. 61. Fortuna ab inconstantia & temeritate seiungi non potest. 2. de Nat. 43. Fortuna, quæ amica varietati respuit constantiam. pro Milon. 70. Vide, quàm sit varia vitæ commutabilisque ratio, quàm vaga volubilisque fortuna. 2. de Diu. 109. Varietas est propria fortunæ. de Amic. 54. Non solùm ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerunque effecit cæcos, quos complexa est. Par. 5. Cui quidem, quæ maximam vim habere dicitur, fortuna ipsa cedit. pro Mar. 7. Fortuna domina rerum humanarum. 1. Ac. 29. Fortuna effecit multa improuisa nobis propter obscuritatem ignorationemque causarum. 2. de Diu. 87. Nusquam fortunatiorem, quàm Præneste, fortunam esse. 2. ad Her. 36. Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi. saxoque instare globoso prædicant volubili. *& ibi. multa de fortuna ex Pacu.* 5. Tusc. 25. Vitam regit fortuna, non sapientia. 5. Tusc. 25. Fortuna quę domina est rerũ externarum. pro Syl. 91. O falsam & volucrẽ fortunã. & I. P. 22. In quo ne tũ quidẽ fortunæ rotam pertimescebat. 14. I. A. 5. Ne vim fortunæ stultitia contempsisse videamur. 3. de Nat. 88. Fortunam à deo petendam, à se ipso sumendam esse sapientiam. de Pro. 35. Aliquis fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius eius deæ periculum facere non debet. pro Sest. 17. Sed fuit profecto quædam illa reipubl. fortuna fatalis, vt ille, &c. 1. de N. 92. Illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, quis iste tantus casus, vt, &c. 13. I. A. 10. Quis hoc non videt? quod fortuna, quæ dicitur cæca, vidit? 2. Off. 19. Magnam esse vim in fortuna in vtranque partem, vel ad secundas res, vel aduersas, quis ignorat? Qu. fr. lib. 1. ep. 1. Intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam: nunc verò ea pars tibi reip. commissa, in qua nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet. Postq. ad Quir. 2. Prospera, æquabilis, perpetuaq; fortuna, secundo vitæ, sine vlla offensione, cursu. de Ar. 54. Vtrisque horum secunda fortuna regnum est elargita, aduersa mortem. Ep. lib. 1. ep. 5. Ex iis rebus, quas tibi fortuna elargita est. pro Sest. 59. En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur? I. P. 38. Nunc meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris. 3. de N. 89. Ad prosperam aduersamque fortunam qualis sis, nihil interest. Epi. lib. 4. ep. 5. Ferre pulcherrimè secũdam fortunam & aduersam. Att. lib. 8. ep. 4. Is superbum se præbuit in fortuna, quam putauit nostram fore; cuius fortunæ nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. & ad Brut ep. 4. Miserorum fortunam insectari. Ep. lib. 1. ep. 9. Mala & afflicta fortuna. pro Syl. 37. Afflicta fortuna alicuius. pro Cl. 7. Alicuius misera, multumque iactata fortuna. 2. Off. 19. Hæc igitur ipsa fortuna cæteros casus rariores habet. pro Do. 146. Caduca semper hæc esse duxi, non virtutis & ingenij, sed fortunæ & temporũ munera: quorum ego bonorum, non tam facultatem vnquam & copiam expetendam putaui, quàm in vtendo rationem, & in carendo patientiam. Anteq. 14. Quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, &c. 2. de Ora. 196. Cum imperatorem ad communem imperatorum fortunam defendendam excitarem. 1. Off. 58. Propinqui quibus communis plerunque fortuna est. ad Brut. ep. 10. Nonnulla in Hircio huius belli fortuna, vt in secundis fluxa, vt in aduersis bona. pro Fon. 33. Felix ad casum fortunamque belli. pro Pom. 47. Fuit profectò quibusdam summis viris quædam ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. pro Mur. 43. Par dignitas ad consulatus petitionem, dispar fortuna prouincialium negociorum, in hoc & in illo fuit. & 64. Hos ad magistros, si qua te fortuna Cato cum ista natura detulisset, non tu quidem esses, &c. ad Brut. ep. 1. Ciuis qualis & prudentissimus & fortuna optima esse debet. & lib. 15. ep. 18. Omne consilium in fortuna positum videretur. Postq. ad Quir. 7. C. Marius subiit indignissimam fortunam præstantissima gloria sua. Attic. lib. 10. ep. 4. Fortuna qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur. & li. 9. ep. 4. Quorum ego causa tumidius me fortunæ committebam. pro Fl. 35. Asclepiades fortuna egens, vita turpis. pro Syl. 89. Oratvos, vt se aliquando si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis. in Sal. 14. Sallustius bis ad iudicis subsellia attractus extrema fortuna stetit. Quin de Pet. 9. Quanto melior tibi fortuna petitionis data est, quàm C. Cælio. 1. de Diu. 39. Interpretes respondere eum clarissimum Græciæ diuturna cum fortuna fore. Epist. lib. 1. ep. 5. Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam. 1. de Orat. 112. Scęuola, quem nunc mearum ineptiarum testem fortuna constituit. ad Attic. lib. 6. ep. 4. Sed hoc fortuna viderit, quoniam consilio non multum vti licet. & lib. 14. ep. 11. Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. Ep. lib. 14. ep. 9. Nã adhuc & factum tuum probatur, & vt in tali re, fortuna laudatur. 3. I. V. 81. Lampsaceni Romanorum conditione socij, fortuna serui. pro Mil. 93. Conditio atque fortuna hominum infimi generis. 1. Of. 41. Est autem infima conditio, & fortuna seruorũ. I. P. 52. Mulieres omnis fortunæ ac loci. 5. de Fin. 52. Homines infima fortuna. Epi. lib. 13. ep. 5. Graue est, cum superior factus sit ordine, inferiorem esse fortuna. & *ibid.* Solatia, quæ cæteris simili in fortuna non defuerunt. de Am. 59. Amplificare fortunã. 2. Offi. 44. Aut aliquo casu & fortuna. 5. Tusc. 25. Bona corporis, & quæ extra corpus in casu sunt atque fortuna item: Fortuna L. Syllæ & Timothei. *Lege Plutarchum in vita Syllæ.* de Consolar. Mori & tanquam ex incendio effugere fortunæ. Incer. Optatissimum est perpetuò fortunam quàm florentissimam habere. *ibid.* Cum ex aduersis & perditis rebus ad meliorem statum fortuna reuocatur. ‖ de Prou. Conf. 8. Sic fortuna cũ improbitate certauit vt nemo posset vtrum deterior an infelicior esset, iudicare.

✠ ADIVNC. *Aduersa, & funditus auersa, Inferior. 5. Famil. Afflicta, magna, dissimilis, 1. Famil. Afflicta, egregia. In Vat. Afflicta, perditaque. 3. ad Q. Frat. Aliena, Amplissimæ, grauis acerbaque, particeps calamitatis. 7. In Ver. Amica varietatis, Tata. 2. de Nat. Amplissima. 1. Attic. Anceps belli, domina rerum humanarum, tota & propria. pro Marc. Apta rudentibus, exigua, Falsa, & volucris, optabilis, 5. Tusc. Bellica, 3. Offic. Bona, varia, 2. de Fimib. Cæca, de Amic. Carissimæ. 1. ad Q. frat. Certæ, pro Q. Rosc. Comes, leuis, & imbecillis, mala, & afflicta, 9. Famil. Communis, moralis. 1. Offic. Cõmunes, 1. de Inuent. Dispar. fortunatior, 2. de Diuin. Dubia, 13. Famil. Dura, & crudelis, grauis, Singularis, diuina, vaga, volubilisque. pro Mil. Diuturna, 1. de Diuin. Excellẽs, præstãs, florensque. 2. de Orat. Eximia, de Prouin. Externa, vetus, pro Mur. Extrema, in Salust. faciliores, & meliores, præcipua aut communis. 6. Famil. fatalis, stabilis. pro Sest. florentissima, durior. 3. Attic. fluxa, optima, Ep. ad Brut. fragilis, prospera, aduersa. 3. de Orat. Grauior, integra.) (. Afflicta, misera, multumque iactata, pristina, volucer. pro Syll. Inclinata, & pro pè Iacens, mediocris. 10. Famil. Incolumis, misera, ac luctuosissima, pro Clu. Incredibilis. 3. Philip. Infesta, propitia, turpis. Octau. indignissima, prospera, æquabilis, perpetuaque, Postquam ad Quir. Infima. 5. de Fin. Magnæ, 2. Cont. Rull. Mala, 2. de Leg. maximæ de Clar. Melior, spoliata.) (. florẽs. In Piso. Misera, 10. Atti. & 14. Famil. Misera & afflicta, 14. Attic. Par, propria, & præcipua, aut communis. Similis. 4. Famil. Patriæ. 13. Phil. Patriciæ, Secunda. 2. In Ver. Perdita. 3. Attic. popularis. 3. in Ver. Priuatæ. 4. in Catil. Reliquæ, pro Sex. Ros. Secunda.) (. aduersã, de Arusp. & in Part. Summa 3. Tusc. Tota, tranquillaque. Anteq. ir.*

☞ Syntaxis. *Fortuna vaga, volubilis, varia, cæca, rerum humanarum domina, insana, bruta, falsa, volucris, fatalis, prospera, æquabilis, perpetua, secunda, aduersa, stabilis, spoliata.*

FORTVNAE, narum. *bona pecunia.* pro Dom. 25. Imminebat tuus furor omniũ fortunis & bonis. Postq. In Sen. 33. Bonos viros lugere malui meas fortunas, quàm suis desperare. pro Syl. 66. P. Sylla & secundas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine vllo remedio permanere. pro Qu. Rosc. 33. Tum omniũ possessiones erant incertæ, nunc omnium fortunæ sunt certæ. Epi. li. 4. ep. 7. Nihil tibi deesse arbitror ad tuas fortunas obtinendas. 1. Tusc. 12. M. Crassus, qui illas fortunas morte dimisit. Epi. lib. 6. ep. 10. Itaque si quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate agẽdi, agã ipse per me, &c. & lib. 4. ep. 7. Tamẽ impetũ prædonũ in tuas fortunas fieri nolo. Ep. li. 6. ep. 2. Dignitate tua & fortunis frui poteris. 2. de Or. 201. Ego pro mea omni fama fortunisque decerno. Br. ep. 16. Vir honoribus amplissimis fortunisque maximis. pro Rab. 3. & 2. de Inu. 69. Succurrere saluti fortunisque cõmunibus. pro S. R. 7. Pecunia fortunæque alicuius. Att. lib. 4. ep. 11. De prouincia nobis prorogetur per fortunas, prouide. & li. 3. ep. 20. Ad quæ recuperanda, per fortunas incũbe.

& li.4.ep.13. Per fortunas illud præmuni quæso, vt simus annui.

☞ Syntaxis. *Fortuna ac bona. Lugere fortunas alicuius. Obtiuere suas fortunas, dimittere. Vir maximis fortunis. Pecunia fortunæque. Per fortunas ad illud incumbe. Per fortunas prouide, obsecrandi ratio.*

FORTVNATE. *feliciter.* Brut.9. Fortunatè beateque vixisse. & 3.de Fin.26. Fortunatè viuere.

FORTVNATVS, a, um. *felix, cuius venti valde secundi.* 2. de Orat. 352. Scopas fortunatus homo & nobilis. pro Qu. 180. O hominem fortunatum. 2. I.C.7. O fortunatam rempub. si quidem, &c. Qu.fr.lib.2.ep.14. Nihil nobis est fortunatius. 3. Tusc.57. Qui senem fortunatum esse dixit. 2.de Diu.87. Nusquam fortunatiorem, quàm Prænestæ, fortunam esse. de Sen.29. Mihi vero illi comitatu nobilium iuuenum fortunati videbantur. 30 Mur.50. Integer & fortunatus. de Clar. 329. Fortunatus exitus illius. 5. Tusc. 35. Qui tum fortunatissimus haberetur. de consula. suo.

✠ Quorum luxuries fortunata censa peperit. ‖ de Amic. 54. Neq; quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.

✠ ADIVNCT. *Insipiens, de Amic.*

FORTVNO, as *seruo, augeo.* Ep.lib.2.ep.2. Tibi patrimonium dij fortunent. & lib.15.ep.7. Eum honorẽ tibi deos fortunare volo.

☞ Syntaxis. *Fortunato, feliciter. Nihil est fortunatius illo. Fortunat suos Deus.*

FORVM, ri. *macellum iudicia publica, & locus vbi iudicia exercentur.* pro Cluen. 40. L. Clodius pharmacopola circumforaneus, qui properaret, cui fora multa restarẽt, simulatque introductus est, rem conficit. Att.lib.5.ep.16. Appius in vltimam prouinciam se coniecit, Tarsum vsque ibique forum agit: *id est, iudicia exercet.* 4.in Ver.31. Iura Siculorum, quæ habent, ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. & 169. Sectari aliquem circum omnia fora. 2. contra Rul. 8. Sublata erat de foro fides. Ep. lib.5.ep.8. Vt primùm attigi forum. Epist.lib.10.ep.17. Forũ Vocontij, Forum Iulij. 1. I.C.24. Forum Aurelium. Epist.lib.12.ep.5. Forum Cornelium Epi. lib. 10.ep.30. Forum Gallorum. Ep.li.10. ep.35. Forum Vocontium. 6. I.V.121. Forum & iurisdictionem cũ ferro & armis conferatis. Frag.ep. Descendi ad forum togatus.

¶ *Vestibulum.* 2.de Leg.61. Lex forum, id est vestibulũ sepulchri, bustumue vsu capi verat.

✠ ADIVN. *Celeberrimum, iniquum, 5. In Ver. Cõmune. 5. In Ver. Maximum. 6. In Ver. Medium. 16. Famil. Molestum. in Vat. Plenum. 1. Att. Plenum & refertum. 7. Phil. Refertum militibus, pro Deiot. Totum. 1. de Orat. Transuersum, 3. de Orat. Non modo vacuum à bonis, sed etiam à liberis mane. Anteq. ir. in ex.*

☞ Syntaxis. *Forum agere.*

FOSSA, sæ. Epist.lib.15.ep.4. Oppidum vallo & fossa circundedi. 5. Tusc. 50. Cum fossam latam cubiculari lecto circundedisset. pro Cec.36. Prætor, qui de fossis & de cloacis interdicit. I. P. 81. Rheni fossa gurgitibus illis abundans.

✠ ADIVN. *Abundans gurgitibus, in Piso. Lata. 3. Tusc.*

FOSSIO, nis *ipsa fodiendi actio,* L. FISSIO. de Sene. 54. Quid agri fossiones, repastinationesque proferam. 2. de Nat. 25. Recenti fossione terram fumare calentem.

✠ ADIVNC. *Recens. 2. de Nat.*

FOTVS, a, um. 2.de N. 124. Ex ouis pulli orti matres relinquunt, à quibus excluſi fotique sunt.

FOVEA, ueæ. 4.in Ant.12. Bellua, quæ quoniam in foueam incidit obruatur.

FOVENDVS, a, um. pro Mur. 74. Gubernacula reipubl. petas, fouendis hominum sensibus & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus? Qu.fr.lib.1.ep.3. Hortensius per Pomponium tibi fouendus est.

FOVEO, ues, fouì, fotum. *tego, alo, tueor, retineo.* 2.de Natu.129. Aues cum ex ouis pullos excluserunt, pennis eos fouent, ne frigore lædantur. Att.lib.11.ep.9. Illum tamen non modò fouit sed & tãtam pecuniam illi dedit, honoris mei causa. Epist.lib.1.ep.9. Inimicum meum sic in manibus habebant, sic fouebant, sic osculabantur. Quint.frat.lib.3.ep.1. Scribis de Cæsaris summo in nos amore: hunc tu fouebis: & nos quibuscunque poterimus rebus, augebimus. Attic.lib.15.ep.13. Vectenum, vt scribis, & Faberium foueo. Att.lib.12.ep.19. Nam dum illud tractabam, quasi fouebam dolores meos.

☞ Syntaxis. *Fouere pullos, amicos amorem, dolorem, hominum sensus.*

FRACTVS, a, um. *infractus, debilitatus, afflictus.* pro Dom. 97. Qui me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebantur. & 25. Ciuitas fracta malis, mutata, debilitata, abiecta metu. Postquam In Sen.23. Aliquis fractus, & propè dissipatus. & ad Quir.19. Aut debilitata virtute, aut fracto animo esse. pro Flac.62. Fractum & debilitatum Græciæ nomen. Att.li.12. ep.22. Afflictus & fractus animus. de Cl. 186. Fractum & minutũ & puerile. pro Syl. 15. Fractus & afflictus calamitate. 1. de Or. 121. Simulac me fractum & debilitatum metu vidit.) (*esse erecto animo.* pro Mil.79. Concussa hominum licentia, & cupiditatibus fractis. Att.li. 4. ep.3. Q. frattis. domus primò fracta cõiectu lapidũ. 6. I.V.56. Annulus aureus, quem habebat, fractus est & cõminutus. 11, I.A.14. Et quidem fracto crure. 2.de Orat.346. Non fractum esse fortuna. I.P.28. Itaque in illo tumultu fracti lasces, &c.

☞ Syntaxis. *Animus fractus & debilitatus. Fractus & afflictus. Fractus & dissipatus pauper. Fractum, minutum, puerile dicendi genus.*

FRAENVM. L. FRENVM.

FRAGILIS, le. *caducus.*) (*stabilis, firmus.* de Som.19. Sic fragile corpus animus sempiternus mouet. 1.de Leg. 24. Corpus fragile & caducum. 2.de Fin.86. Quis enim confidit semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit. de Sen.65. In fragili corpore odiosa omnis offensio est. de Am.102. Res humanæ fragiles caducæque sunt.

FRAGILITAS. tis. 5. Tusc. 3. Imbecillitas fragilitasque humani generis. pro Mar.23. Casus humanos & incertos euentus valetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimesco.

☞ Syntaxis. *Fragile & caducum corpus. Fragiles res humanæ. Imbecillitas & fragilitas, Naturæ communis fragilitas.*

FRAGMENTVM, ti *rei fractæ pars, frustum.* pro Sest. 79. Hunc adoriuntur fragmentis septorum & fustibus. & 2.de N. 82. Vt gleba & fragmentum lapidis.

FRAGOR, oris. *rei fractæ sonitus, strepitus.* 4.ad Heren.43. Fragor ciuitatis auditus est.

FRANCONES, um. *populi.* Att.lib.14.ep.10. Sueui, Francones.

FRANGENDVS, a, um. Post. In Senat.18. Aliquem iudicio esse frangendum, vim vi esse superandam.

FRANGO, gis. *infringo, perrumpo, confringo, comminuo, infirmo, contundo.* ‖ *transfert eleganter, & sæpe, Cicero ad hominum potentiã.* 2.de N.125. Itaque alter alterius oua frangit. de Pro.32. C. Pomptinius ortum repentè bellum Allobrogum prælijs fregit, eosque, domuit. 2. Offi.40. Viriatus Lusitanus, quem C. Lælius fregit & cõminuit. 13. I.A.24. Contudi & fregi exultãtis latronis audaciam Epi.li.12.ep.14. Primus ego leges Antonianas fregi. Anteq. 2. Qui hostium fregerunt furorem. I.P.39. Hominis furorem & petulantiam fregi. de Cl.95. Frangere aliquem patientia. 3.de Leg.31. Frangere libidines alicuius. 1. de Or. 86. Frangere cupiditates. pro R. P. 28. Vis quæ summas frangit infirmatque opes. Epi. li. 4.ep.4. Fregit hoc meũ cõsilium, & Cæsaris magnitudo animi, &c. in Vat.26. Fregisti ceruices in carcere ipsi Vectio. Ep.lib.4. ep.8. Sin te tanta mala frãgunt. pro Q.R.16. Frangere fidẽ. & ep. 6. Frangere seipsum. I.P.28. Frangere fœdus. Ep.lib.1.ep.4. Quod illã sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. 2.de Or.253. Excusauit Vespa Terẽtius, quòd eum brachiũ fregisse diceret. Ep.lib.10.ep.12. Frangere & abiicere aliquẽ. pro Arch.29. Nec tantis se laboribus frangeret. 1.de Or.265. Scæuula paulum requieſcet, dum se calor frangit. de suis consil. Cum adolescentes fores frangerent. 2. Acad. Frangere auariciam.

✠ ADVER. *Facilè audaciam, 7. In Ver. vehementius, auctoritatem. 1. Acad.*

FRANGOR, ris. Ep.lib.9.ep.16. Tanquam fluctũ à saxo frangi oportere. 3.de Or.7. O inanes nostras contentiones, quæ in medio spacio sæpe franguntur. Qu.fr.lib.1.ep. 1. Animos frangi & debilitari molestia non oportet. 2. I. 8.37. Nec frangor animo. 7. I. V. 146. Ceruices in carcere frangebantur indignissimè ciuium Romanorum. 1. Offic.68. Non est autem consentaneũ, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. pro Mar. 8. Nulla est tanta vis, quæ non debilitari & frangi possit.

✠ ADVER. *Indignissimè ceruices. 7. In Ver. Non satis constanter. 2. Offic.*

☞ Syntaxis. *Frangere aliquem iudicio. Ceruices frangere fidem, fœdus, seipsum. Animo frangi. Debilitare & frangere. Metu, vel cupiditate frangi. Frangere consilium alicuius, In summa, vim habet hoc verbum infirmandi, rumpendi, dissipandi, retundendi.*

FRATER, tris. *germanus.* pro D. 118. Cum se fratrem vxoris tuæ fratri tuo germano antelatum videret. pro Pl. 27. L. Torquatus Cn. Planci frater patruelis & socer. pro Cel. 38. Vicinũ eius mulieris miraris malè audisse? cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit.

¶ *Frater patruelis.* 6 I.V.25. L. frater meus.

✠ ADIVNC. *Amãtissimus, miserrimus, atque optimus, Optatissimus, Post. ad. Quir. Amantissimus, atque optimus, pro Dom. Amantissimi, & coniũctissimi, 1. ad Q.fr.* Ἀφελέστατος, *& amãtissimus. 1. At. Carissimus, pro Mur. Carissimus, atque amantissimus, 4. In Catil. Carissimus atq; optimus, 2. de Orat. Carissimus, & suauissimus, Optimus, atque optatissimus, 2. ad Q.fr. Concordissimi, optimi, & integerrimi. Optimi & probatissimi, Pro Qu. Lig. Consortes. 5. In Ver. Formosi, de Prou. Gemini, pro Cluent. Germanus, pro Font. Impius. 4. Tusc. Summo loco nati, prompti, non indiserti, 2. Famil. Lenis. 5. Atti.*

Maior,10. Phil. Minimus,patruelis. Pro Cæl. Miser,optimus atque inimicus,3. Att. Optimi.6. fam. & 3. ad Q. fr. Ornatissimus,pro Sex. Rosc. patruelis cognatione, amore germanus.1. de Fin. Præditus pari pietate & industria, Sapientissimi & clarissimi, 4. Acad. Suauissimus.1. Attic. Taterrimi.3. Phil.

FRATERCVLVS, li,5. in Verr.155. Volo mihi fraterculo tuo credas. Timarchidis.

FRATERNE. *germane.* Qu. frat. lib.2. ep.14. Germanè fraterneque rescribam. & lib.1.ep.2. Huic epistolæ non fraternè scriptæ, fraternè debes ignoscere.

☞ Syntaxis. *Germanè fraterneque scribere, ignoscere.*

FRATERNVS,na num. pro Quint.16. Pro fraterna illa necessitudine. Quint. frat. lib.1.ep.1. Demonstrare amorem fraternum in aliquem.

FRATRICIDA,dæ. pro Dom.26. Paricida, fratricida, sororicida.

FRAVDANDI.2. Offic.84. Fraudandi enim spe sublata, soluendi necessitas consequitur.

FRAVDATIO,nis. pro Quint.60. Qui fraudationis causa latitat. & 2. I.C. 25. Hinc fides, illinc fraudatio.

FRAVDATOR,ris. *inficiator.*13. I.A.26. Trebellius fraudator creditorum. pro Fl.48. Vna & eadem est omnibus in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia.

FRAVDATVS, a,um. 3. Off.70. Vti ne propter te captus fraudatúsue sim.

FRAVDO,as. *fraudem,facio,fallo,destituo,ludifico.* 5. I.V.20. Ne grano quidem vno potest arator sine maxima pœna fraudare decumanum. pro Quint. 75. Is vadimonium mihi deseruit, me fraudauit : ego experiri non potui. & 76. Is qui te in hæreditaria societate fraudarat. de Ar. 42. Clodius improbissimè fraudauit populum. pro S.R. 144. Is nulla in re te fraudauit. pro Qu.R.17. Qui socium fraudauerit & fefellerit. pro Cecin.7. Qui per tutelam aut fiduciæ rationem fraudauit quempiam pro Fla. 47. Cum multos minutis mutationibus fraudasset. 6. in An. 11. Fraudare creditores, domo profugere. pro Q.R.22. H-S. L. III. Fraudare aliquē.5. de Fin.91. Fraudare aliquē suo veteri nomine.

FRAVDOR,ris. Orat.178. Quibus rebus animus tanquam debito fraudetur, offenditur. pro Quint.51. Viri boni cum palàm fraudantur, timidè tamen huc descendunt. Att. lib.1. ep.1. Cum Cæcilius à P. Vario magna pecunia fraudaretur.

✠ ADVER. *Improbissimè populū, de Arusp. palā, pro Q.*

☞ Syntaxis. *Fraudare aliquem in pecunia, laudibus, in multis rebus. per tutelam, pecunia magna, minutis mutationibus. Fraudare & fallere.*

FRAVDVLENTVS,a,um. *fallax, dolosus.*2. contra Rull. 94. Carthaginenses fraudulenti & mendaces. Item, pro Q.56. Nū malitiosum? negas: fraudulentum? at id quidem iam arroges tibi. 3. Offi. 83. Venditio fraudulenta. 2. ad Her.41. Homo frudulentus.

☞ Syntaxis. *Fraudulentus & mendax homo, sermo.*

FRAVS,dis. *dolus malicia, fallacia, machina, insidiæ, error, præstigiæ, calumnia, circumscriptio.*1. Offi.41. Duobus modis, id est, aut vi, aut fraude fit iniuria. fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrūque alienissimum ab homine est: sed fraus odio digna maiore. pro Clu.100. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciæ. pro Quint.56. Per summam fraudē & malitiam fingere aliquid. 2. de Orat.35. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem & integritas ad salutem vocatur.1. Tuscul.72. Qui in repub. violanda fraudes inexpiabiles cōcepissent. pro Rab.26. Rabirius fraudem capitalem admisit. pro Cl.91. & pro D.124. Hæc res nemini vnquam fraudi fuit. pro S.R. 49. Id erit tibi maximè fraudi. Att. lib.5.ep.21. Fit. S. C. vt néue Salaminiis, néue qui eis dedisset, fraudi esset. Att. lib.4.ep.11. Facere fraudem alicui. & lib.7.ep.25. Quod multo rectius fuit id mihi fraudem tulit. & lib.11. ep.16. Pacis ego spe in hanc fraudem incidi.5. in Ant.34. Censeoque vt iis, qui in exercitu Antonij sunt, ne fit ea res fraudi, si ante Cal. Febr. ab eo discesserint. & 39. Filio pietas erga patrem fraudi esse non debet. & 8. In Ant.33. Eius fraudi ne sit, quod cū M. Antonio fuerint. itē, Ep.li.1.ep.5. Id maiori illi fraudi quàm tibi futurū.12. I.A.12. Fraus peculatus *id est, crimen.* pro Cæl.59. Dij nonnūquā præsentis fraudis pœnas in diē reseruāt.1. de D.7. Impia fraude obligari.1. de Ora.202. Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. I.P.43. Suscipere fraudem.3. de Orat.224. Doleo illos viros in eam fraudem in rep. esse delatos. pro S.R.58. Hæc te opinio falsa in istam fraudem impulit. I.P.1. Hic in fraudem homines impulit. Epist. lib.10.ep.23. Deduci in fraudem.2. de L. 60. Cui auro dentes iuncti essent ea si simul cum illo sepelire vretue, sine fraude esto.

✠ ADIVN. *Capitalis,1. de Orat. Digna odio,1. Offic. Expiabiles,1. Tusc. familiares, pro Flac. Impia,1. de Diu. maior,1. Famil. Maxima,3. Offic. Minima, pro Cornel. Præsens. pro Cæl. Scelerata, ac nefaria, 6. In Ver. Sūma, pro Quint valentior. de Vniuerso.*

☞ Syntaxis. *Fraus & fallaciæ Fraus & malitia. Concipere, admittere fraudes. Id alicui fraudi est. Facere fraudem alicui. Id illi fraudem tulit. Deferri in fraudem contra Remp. Impellere in fraudem, diducere.*

FREGELLAE,,arum, *ciuitas.*4. ad Her.23.

FREGELLANVS,a.4. ad Her.14.1. de In.11.2. contra Rull.89. Bellum Fregellanum.

FREMEBVNDVS,a,um. *indignatione plenus, furens.*2. de Natura deorum.89.

FREMITVS, tus. *strepitus.* de Ar. 20. In agro Latinienſi auditus est strepitus cum fremitu. & *ibidem.* Horribilis fremitus armorum. de Ar. 9. Responsum aruspicum de fremitu. pro Flac. 23. Fremitus egentium.5. Tusc.116. Fremitus murmurantis maris.5. de Finib.5. Vt fremitum fluctus assueſceret voce vincere.

✠ ADIVN. *Horribilis armorum, de Arusp. Incredibilis, 4 Attic. Magnus,2. Attic.*

FREMO, mis. *indignor.*1. de Or.195. Fremant omnes licet, dicam quod sentio. Att. lib.2.ep.7. Arius consularum sibi ereptū fremit.

☞ Syntaxis. *Strepitus cum Fremitu. Fremitus armorum, egētum, maris murmurantis. Fremere iniuriam sibi factam.*

FRENDENS,tis. *fremens sæuiens.*2. Tusc.22. Nemæus leo frendens.

FRENO, nas. *reprimo, domo, retineo,* pro Mil.78. Ego Clodij furores, quos nullis legibus frenare poteramus, hoc ferro à ceruicibus repuli.5. I.V.130. Cum eius animum nō negligentia tardaret, sed conscientia frenaret.

FRENVM,ni. *in multitudine.* FRENA,orū: &, FRENI,orū. *instrumentum, quo in ore equi immisso, equum moderamur.* pro Mil. 65. Frenorum, sparorum, pilorūque multitudo. Par. 5. Equus, equa, quæ frena recipere solet.3. de Orat.33. Isocrates dicebat se calcaribus in Ephoro, contrà autem in Theopompo frenis vti solere. de Cl.204. Alteri calcaria adhibere, alteri frenos. Att. lib.6. ep.1. Alter frenis eget, alter calcaribus. Ep. lib.11.ep.23. Si frenum momorderis: peream si te omnes ferre poterunt.13. I.A.20. Mutināque illi exultanti tanquam frenos furoris iniecit.

✠ ADIVNC. *Nouum,3. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Frena recipere, alicui adhibere, mordere. Iniicere furoris frenum, contra furorem.*

✠ FREQVENS,tis. *multus.* ¶ *vim huius vocis ignorat, qui concionem, ecclesiam plenam esse, aut multos esse in Senatu templo &c. dicit: quod hoc modo Cicero expressit.*3. de Orat.209. Refert etiam qui audiāt, frequentes, an pauci, an singuli. Antequam. 11. Si putaremus, &c. frequentes profectò talibus conatibus obuiam ire niteremur.7. in Ant.21. Equites Romani, qui frequentissimi in gradibus Concordiæ steterunt. 2. I.V.7. Multus & frequens, fere idē. Qu. fr. lib 2.ep.1. Frequentes fuimus omninò ad ducentos.

¶ *Numerosus, de nomine copiam significante.* de Clar. 222. Lex populi frequentis suffragiis abrogata est. de Arusp. 13. Nunquam tam frequens collegium iudicauit. pro Planc. 21. Huius præfectura plena est virorum fortissimorum, sic vt nulla tota Italia frequentior dici possit. Epist. lib.10.ep. 10. Senatus continuò est conuocatus, frequensque conuenit. Ep. lib.11.ep.10. Frequēs numerus armatorum. 1. de Diu. 59. Idque frequentissimo theatro incredibili plausu comprobatum est.2. I.A.106. Frequens municipium. de Arusp. 13.14. & 15. Frequentissimus senatus.

¶ *Creber, & crebro.* Epist. lib.10.ep.31. Saltus Castulonenſis nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est. 3. de Orat. 180. Iambum & trocheum frequentem segregat ab oratione Aristoteles. de Sen. 38. Venio in senatum frequens. 1. de Orat. 243. Frequens enim te audiui atque affui. pro S. R. 16. Eo tempore Roscius erat Romæ frequens, atque in foro & in ore omnium quotidie versabatur. Orator. 15. Demosthenes frequens fuit Platonis auditor. & 167. Nos in hoc genere frequentes, &c.

FREQVENTANDVS,a,um. *exornandus, ornatius illustrandus.* 3. de Orat. 199. Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus verborum.

FREQVENTATIO,onis. *crebritas, multitudo, coaceruatio, dinumeratio.* Par. 122. frequentatio argumentorum & coaceruatio vniuersa. & 55. Consequentium frequentatio. 4. ad Her. 28. Densa & continens frequentatio verborum. & 53. Frequentatio est, cum res in tota causa dispersæ coguntur in vnum locū, quo grauior, aut acrior aut criminosior oratio sit.

✠ ADIVNC. *Vniuersa argumentorum. Part.*

FREQVENTATVS, ta, tum. *celebratus, visitatus.* de Claris orat. 325. Alterum genus est non tam sententiis frequentatum. 3. de Orat. 153. Verbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis.

✠ ADVER. *Summè. 1. de Inuent.*

FREQVENTER, ſſimè. *frequens, crebrò.* Orat. 81. Translatio, qua frequentissimè sermo omnis vtitur. 4. ad Her. 70. Vt freqnenter & assiduè consequamur artis rationem.

FREQVENTIA, tiæ. *crebritas, multitudo.* 2. I.V.18. Cum maxima frequentia à multitudine domum reducebatur. & 4. In Ver. 189. Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. Qu. de Pet. 3. Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia.

5. Tusc

5. Tusc. 65. Est enim ibi magna frequentia sepulchrorum. Att. lib. 4. ep. 15. Epistolarũ frequentia. In Pis. 31. Frequẽtia sua egressum ornare. pro Milon. 1. Non enim corona cõfessus vester cinctus est, vt solebat, non vsitata frequentia stipati sumus. I. P. 31. Qui frequentia sua egressum vestrum ornauerunt, ac celebrauerunt. pro Planc. 21. Non enim tribum Terentinam, de qua, &c. sed solidam & robustam, & assiduam frequentiam præbuerunt. pro Flac. 41. Cum hic Dorylensis efferretur magna frequentia consessuque vestro. 2. de Orat. 56. Thucydides creber est rerum frequentia. & 1. de Orat. 200. Quin. Mutij ianua magna quotidie ciuium frequentia celebratur. Att. lib. 4. ep. 1. Similis & frequentia, & plausus me vsque ad Capitolium celebrauit. 4. I. V. 189. In foro celeberrimo, tanta frequentia, &c. Part. 41 Frequentia communium.

✠ *ADIVNC. Grauis, & plena rerum. 1. Att. Incredibilis, 4. In Ant. Magna hominũ, Maxima, 1. de Orat. Quotidiana, vsitata, de Pet. Consul. Similis, 4. Attic. Solida, & Robusta, & assidua, pro Planc. Summa, 3. ad Q. frat. Summa hominum, 2. In Ver. Tanta, 5. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Frequentatio densa, & continens. Frequenter & assiduè. Frequentia bonorum celebrat amicos. Ornare & celebrare sua frequentia, de numero.*

FREQVENTO, tas. *celebro, sæpe adeo.* 1. de In. 40. Vniuersa ciuitas frequentat ludos. Ep. lib. 5. ep. 21. Sermones eorum, qui frequentãt domum meam. Orat. 94. Hæc frequentat Phalereus maximè. pro Dom. 89. Quem tu populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras.

¶ *Sæpe vtor.* Or 85. Aceruatim multa frequentare.

¶ *Cogito, agito.* 3. ad Her. 40. Tu primas quasque partes in animo frequenta.

✠ *ADVER. Aceruatim, Multa. Orat.*

FREQVENTOR, ris. *incolor, habitor.* 1. Offi. 139. Et maximè si domus aliquando alio domino solita est frequentari. 2. Off. 15. Vrbes sine cœtu hominum non potuissent nec ædificari, nec frequentari. Att. lib. 1. ep. 16. Sentinam vrbis exhauriri, & Italiæ solitudinem frequentari posse arbitrabar.

FRETVM, ti. *locus Angustus in mari, maris æstus.* 3. I. V. 154. Cum ab Italia freto disiunctus esses. 3. de Nat. 24. Fretum Siciliense. 7. I. V. 5. Ratibus coniunctis freto ad Messanam transiri. 1. Tusc. 45.

✠ Qui Oceani freta illa viderunt.

Europam Libyamque vapaxybi diuidit vnda.

‖ 4. In Ver. 21. Nisi forte existimatis ei quadruplatores ad fretũ prest. ò fuisse. I. Vat. 12. Venisti ad fretũ per Mauritaniã. 2 de Di. 34. Quid de fretis aut maritimis æstibus plura dicam? quorũ accessus & recessus lunæ motu gubernantur. Att. lib. 16. ep. 7. Brutus erat cum suis nauibus apud Heletem fretum, citra Veliam millia passuum III. pedibus ad me statim. Attic. lib. 16. ep. 6. Si onerariæ, statim ne freto, an Syracusis. pro Mur. 35. L. EVRIPVS. 2. de N. 19. Fretorumque angustiæ. 7. I. V. 169. Peranguſto fretu diuisa. *Ita legit A. Gellius lib. 13. cap. 19.*

✠ *ADIVN. Horrisonum. 2. Tusc. poetæ Medium. 6. Att. peranguſtum, 7. In Ver.*

FRETVS, a, um. *confisus, nixus, fultus.*) (. *Diffisus.* 1. de Nat. 49. Tamen fretus intelligentia vestra dissero breuius quàm causa desiderat. 2. de Orat. 103. Quæ duo plerique ingenio freti simul faciunt. Antequam. 11. Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi partim potentia fulti, &c. Qu. de Pet. 21. Partis ac fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oportet. Epi. lib. 3. ep. 7. Fretus conscientia officij mei. pro Planc. 103. Vobis fretus. Att. lib. 5. ep. 21. Freti gratia Bruti. ‖ *alias sit.*

☞ Syntaxis. *Fretus & munitus amicitiis.*

FRIGENS, tis. de Clar. 187. Tibicen sanè frigens ad populum.

FRIGEO, ges. *algeo, conglacio.*) (. *Caleo.* 2. de Natu. 60. Ex quo illud Terentij. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Ep. lib. 7. ep. 10. Valde metuo ne frigeas in hybernis. & lib. 11. ep. 14. Plane iam Brute frigeo. 4. ad Her. 22. In re frigidissima cales, in feruentissima friges. 4. I. V. 60. Cum omnia iudicia frigerent, insimulare cœperunt Epicratem. Ep. lib. 8. ep. 6. Quòd tibi suprà scripsi Curionem frigere, iam calet. Qu. fr. li. 3. ep. 3. Hic quidem friget. 6. I. A. 14. Iacent beneficia Nuculæ, friget patronus Antonius.

✠ *ADVERB. Planè, 11. famil. Valdè. 8. Famil.*

FRIGESCO, scis. *algeo, obrigeo.* Ep. li. 8. ep. 6. Nos hic frigore frigescimus. Cælij.

☞ Syntaxis. *Friget ille, nihil agit, piger, lentus, segnis, nullo consilio est. Frigore frigescere. Res timetur ac friget.*

FRIGIDVS, dior, simus. *gelidus, algidus.* 6. I. V. 86. Erat hyems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. 2. de L. 6. Fibrenus præcipiat in Lirem, eumque multo gelidiorem facit: nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi. 4. ad Her. 22. In re frigidissima cales, in feruentissima friges. de Clar. 236. Acumen M. Pisonis sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum. pro Cec. 61. Aequitatis iudicium cum erit, caue in istâ tam frigida tamque ieiuna calumnia delitescas. Ora. 89. Ridicula domo allata plerumque sunt frigida. de Cl. 178. Leuius in dicendo, & penè frigidus. 2. de Or. 256. Verba frigidiora vitanda. Qu. fr. lib. 3. ep. 3. Accusator frigidus.

☞ Syntaxis. *Summa hyems, & tempestas frigida, flumen, res, acumen. Stomachosum & frigidum. Calumnia frigida & ieiuna. In dicendo frigidus, non modò lentus.*

FRIGVS, oris. *vis frigorum,* Qu. fr. lib. 2. ep. 21. Pridie iduum cum Appius senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, vt populi conuicio coactus sit nos dimittere. pro S. R. 131. Frigus intolerabile. Qu. fr. lib. 2. ep. 11. Frigus impendebat maximum quo periculum erat ne appio suæ ædes vterentur. Terra frigore obriguit. L. OBRIGEO. de Vn. 42. Causæ quæ vim habent caloris & frigoris. 7. I. V. 26. Ad magnitudinem frigoris hoc sibi remedium comparat. Ep. lib. 16. ep. 8. Vix in ipsis tectis frigus vitatur, nedum in mari. 2. Off. 13. Tecta quibus & frigorum vis pelleretur, & calorum molestiæ sedarentur. pro R. P. 42. Hanc vim frigorum hyememque nos vix huius vrbis tectis sustinemus. in Arat.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans.
Capricornus, &c. ibid.
Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.

* Oecon. 1. Vito calores & frigora perpetienda.

✠ *ADIVNC. Gelidum tremulum, Arat. Intolerabile, pro Sex. Rosc. Maximum, tantum. 1. ad Qu. frat.*

FRIRITVS, tus. *id est, fremitus, strepitus.* 2. de N. 89.

----Tanta moles labitur
Fremebunda ex alto ingenij sonitu & friritu.

Actij poetæ. *aliter tamen, strepitu & fremitu.*

FRIVOLVS, a, um. *nugatorius.* 4. ad Her. 17. Friuolus hic quidem iam & illiberalis est sermo.

FRONDESCO, scis. *frondes emitto.* 5. Tusc. 37. Alia verno tempore tepefacta frondescunt. 1. Tusc. 69. Arbores frondescere.

FRONDES, dium. *arborum folia.* pro Cæl. 42. Via deserta & inculta, atque intercluſa iam frondibus & virgultis.

FRONS, tis. *spacium ab oculis ad capillos.* 1. ad Qu. fr. ep. 1. 11. Frõs hominum sæpe mentitur. 1. de Off. 90. Frõs semper eadem. I. P. 67. Frons diisirata. 3. Tusc. 31. Frons tranquilla & serena. pro Sest. 19. Frõtis cõtractio, grauitatis indiciũ. Att. li. 4. ep. 10. Hæc ipsa fero equidem, fronte (vt puto) & vultu bellis, sed angor intimis sensibus. Att. lib. 14. ep. 14. Ex fronte (vt aiunt) mentem erga te amorem perspicere potuisses. Att. lib. 1. ep. 1. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, vt frontem ferias. de Cl. 277. Frons non percussa, non femur. de Pro. 8. Libidines, quas fronte & supercilio, nõ pudore & temperantia contegis. pro Rab. 35. At si verum tunc cum verissima fronte dixerunt, nunc mentiuntur. 2. de Fin. 77. Vt in fronte ostentatio sit, intus veritas occulteur. Epist. lib. 9. ep. 10. Adeon tu mihi excussam seueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem, reliquiæ pristinæ frontis appareant? Postquam. In Sen. 15. Tune ausus ista fronte, non vita, &c. Qu. de Pet. 32. Frons est animi ianua. pro Cl. 72. Contrahere frontem. 3. I. A. 32. Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur. de Pet. Cõs. 35. Fronte & oratione, magis quàm ipso beneficio req; capiuntur homines. Att. lib. 14. ep. 14. Nõ enim solùm ex oratione, sed etiã ex vultu & oculis & fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisti. de Amic. 67. Fronte occultare sententiã. Ep. lib. 1. ep. 9. Fronte atque vultu simulatio facillimè sustinetur. Att. lib. 4. ep. 14. Pompeius fremit, &c. sed vtrum fronte an mente, dubitatur. pro Plan. 16. Frontes aperire.

✠ *ADIVN. Bella. 3. Attic. Ianua animi, de Pet. Cõs. Familiaris, pro Flac. Prisiina, 9. Famil. Tranquilla & serena, 3. Tusc. Verissima. Pro Rab.*

☞ Syntaxis. *Frons tranquilla, serena, contracta, bella, verissima. Frontem aperire, contrahere vultus, oculi frons: Dicere verum cum vera fronte.*

FRONTONES, *quitumida magnáq; fronte præditi sunt.* 1. de Nat. 81.

FRVCTVARIVS, a, um. *vectigalis.* Ep. lib. 8. ep. 9. Agros, quos fructuarios habent ciuitates, vult immunes esse. Cælij.

FRVCTVOSVS, a, um: sior, simus *frugifer, vtilis.* 2. Tusc. 13. Ager quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. 2. Off. 63. Est enim non modò liberale, paulum nonnunquam de iure suo decedere, sed interdum etiam fructuosum. 2. de Orat. 344. Omnes hæ virtutes fructuosæ putantur. & *ibid.* 346. Ea virtus, quæ est fructuosa alijs. Att. lib. 14. ep. 11. Rem non fecit deteriorem, haud scio an iam fructuosiorem. pro Quint. 12. Erat ei res rustica sanè bene culta & fructuosa. pro S. R. 43. Prædia pulchra & fructuosa. 1. contra Rul. 5. Ager Corinthius est fructuosissimus. pro Pomp. 16. Eos qui fructuosi vobis sunt, conseruate. Antequam. 4. Beneficia solent esse fructuosa, à quibus profecta sunt. 2. In Ant. 101. Quæ rationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur. ‖ 2. Cont. Rull. 86. Insulæ fructuosissimæ.

☞ Syntaxis. *Fructuosus, ager. De suo iure decedere, fructuosum, Res rustica bene culta & fructuosa. Homo fructuosus Resp. Beneficia fructuosa à quibus proficiscuntur.*

FRVCTVS, ctus. *fruges, fatus, partus, delectatio voluptas, vtilitas.* 2. contra Rull. 87. Vt esset locus comparandis condendisque fructibus. de Sen. 24. Setere, percipere & condere fructus. 2. contra Rull. 82. Asia multos annos nobis fructum Mithridatico bello non tulit. Att. lib. 11. ep. 2. In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum de Claris or. 16. Nec ex nouis fructibus est vnde tibi reddam quod accepi. 2. contra Rull. 80. Ager bellis infectus, fructibus varius, cœlo ac loco calamitosus. Antequam. 2. Serere beneficium, vt metere possis fructum. 1. de Or. 249. Res rusticas vel fructus causa, vel delectationis inuisere. 1. de Leg. 25. Pecudes partim esse ad vsus hominũ, partim esse ad fructũ, partim esse ad vescendũ procreatas. itẽ: Att. li. 1. ep. 3. Multo maiorẽ fructum ex populi exultimatione illo damnato cepimus, quàm ex eius, si absolutus esset, gratia cepissemus. ad Brut ep. 3. Quo quidem die magnorum meorum laborum, multarum vigiliarum fructum cepi maximum. & 2. de Nat. 158. Oues nullum fructum edere ex se sine cultu hominum possunt. de Sen. 62. Honestè acta superior ætas, fructus auctoritatis capit extremos. & 70. Tempestiue demetere & percipere fructus. 1. Offic. 25. Neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. pro Planc. 92. Egò fructus ex republica non vt oportebat, lætos & vberes, sed magna acerbitate permixtos tuli. pro Cæl. 80. Omnium huius laborũ vos potissimùm fructus vberes diuturnosque capietis. I. P. 31. Cepi fructum immortalem vestri in me amoris & iudicij. pro Sest. 68. Gener meus, cui fructus pietatis suæ neque ex me, neque à populo Romano ferre licuit. 2. de Diu. 24. Atque etiam omnem fructum vitæ superioris perdidissent. I. P. 5. Gloria est fructus virtutis. 2. Off. 64. Posse liberalitate vti, nimirum est pecuniæ fructus maximus. 2. I. C. 81. Catilina aliis fructum libidinum pollicebatur, aliis, &c. de Clar. 222. L. Fusius ex accusatione M. Aquilij diligentiæ fructum ceperat. 2. Off. 14. Nec ex his tẽpestiuos fructus capere possemus. Epist. lib. 15. ep. 14. Fructus, qui ex literis percipitur. pro Syl. 1. Modestiæ fructum aliquem percipere. de Ar. 2. Ex tuis literis cepi fructum maximum. 1. de N. 123. Si ad fructus nostros, non ad illius commoda referemus. pro Rabir. 29. Qui spe posteritatis fructuque ducitur. 2. I. C. 18. Certare cum vsuris fructibus prædiorum. 3. I. C. 28. Mihi iam ad vitæ fructum nihil potest acquiri. Par. 6. Est enim diuitiarum fructus in copia, copia autem, &c. 2. Off. 56. Theophrastus talium sumptuum facultatem fructum diuitiarũ putat. 2. Off. 12. Frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio. 2. Off. 62. Quod autem tributũ est viro bono & grato in eo cùm ex ipso fructus est, tum etiam ex cæteris. Qu. fr. li. 1. ep. 1. Asia parte aliqua suorũ fructuum, pacẽ sibi sempiternam redimat atque otium 1. de Fin. 12. An partus ancillæ in fructu sit habendus. Ep. li. 1. ep. 9. Qui tibi ex me fructus debentur, eos vberiores & præstantiores capere potuisses. Ep. lib. 10. ep. 32. Ferre fructum ex aliquo. 2. contra Rull. 5. Hoc ad animi mei fructum atque lætitiam duco esse permagnũ. Pro Syll. 90. Cuius ex miseriis videndo fructum caperes maiorem, quàm audiendo. pro Arch. 23. Magnum gloriæ fructum ex rebus bene gestis percipi. Antequam 4. Repetere officij præmiũ & fructum. pro Domo. 99. Vtriusque temporis fructum tuli maximum. de Amic. 89. Solitudo aufert fructum voluptatum. Att. lib. 12. ep. 2. Si quæris quid putem, ego fructum puto. pro Mur. 47. Quibus incommodo morbi etiam cæteris vitæ fructus relinquendi. 1. Tusc. 119 Fructus vberrimus. Antequam. 3. Iucundissimus fructus libertatis. pro Mur. 40. Fructus iucunditatis. L. VSVS FRVCTVS. Oecon. 1. Fruges, alimenta, pecudum fœtus atque fructus, clausto custodienda erant.

✠ ADIVNC. *Amplissimus, pro Pomp. Annuus, certus, hornotinus, integri, 5. In Ver. Communis, pro Arch. Disperati, 1. de Leg. Diuturnus, 3. de Leg. Domesticus, forensis, 1. Attic. Duplex, & in comparatione, difficilis ad iudicandum, maior. 10. Famil. Exilior. 15. Famil. Extremi, mirifici, de Senec. honestissimus, Immortalis, in Piso. Iucũdissimus, libertatis, Anteq. ir. in ex. Læti & vberes pro Plan. Non satis magni, maiores, Pro Cluent. Multo maior & certior, 1. Off. Maximus, vberiores, & præstãtiores. 1. Fam. Maximi vberes, 9. Famil. Mitis. 13. Famil. Noui, de Clar. Non obscurus laudis neque absconditus, 2. In Ver. præsentes, pro Sest. Tẽpestiui, 2. Off. Tenuissimi, 2. de Or. Vberior. 1. Tus. Vberiores, & diuturni, Pro Cæl. Vberrimus, 2 & 3. Tusc. Vberrimi, lectissimiq; 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Fert ager fructus. In sumptus abeũt fructus. Metere fructum, capere, præbere. Vtilitatis fructus, autoritatis. Demetere, percipere, ferre fructus: pro auferre & reportare. Ex & ab aliquo fructum ferre id est, mercede obtinere. Fruges & fructus. Repetere officij præmium & fructum. Partus ancillæ in fructu habetur.*

FRVCTVS. *à fruor.* Cic. in Hortẽsio, Amœnitate sũma fruct⁹ est.

FRVENDVS, a, um: do, dum. 2. contra Rull. 33. Conficere pecuniã de vectigalibus non fruendis, sed alienandis. Postquã. ad Quir. 3. Amicitiæ quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi quàm fruendo. 2. de L. 16. Ea quæ gignuntur nobis ad fruendum. Qu. fr. lib. 2. ep. 14. Suauitatis nostræ fruenda causa. pro Mil. 64. Nobis hæc fruenda relinqueret. 2. Offi. 41. Fruendæ iusticiæ causa videntur olim bene morati reges constituti. 1. de Fin. 3. Fruenda etiam sapientia est. 1. Off. 106. Diligenter tenendum esse modum voluptatis fruendæ.

FRVGALIS, le: simus, a, um. *frugi.* 2. de Or. 287. Cum optimus colonus parcissimus, frugalissimus esset. pro Fl. 71. Homines tota Asia frugalissimi, sanctissimi.

FRVGALITAS, tis. pro Deiot. 26. Omnes sunt in illo rege virtutes sed præcipuè singularis & admiranda frugalitas: etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. pro Deiot. 26. Ego frugalitatem, id est, modestiam & temperantiam virtutem esse maximam iudico. 3. Tusc. 17. Tres virtutes, fortitudinem, iusticiam, prudentiam, frugalitas complexa est. (*agnosce igitur, frugalitatem esse virtutum parentem, & verè heroicam dotem.*) & *ibid.* Frugalitas, vt opinor à fruge. & 15. & 16. *de frugalitate & frugi multa.*

✠ ADIVN. *Singularis, & admiranda. pro reg. Deiot.*

FRVGALITER. *modestè, moderatè.* (*. Nequiter.* pro Do. 111. Itaq; omnia ornamenta fanorum sanè frugaliter domum suam deportauit. 2. de Fin. 25. Frugaliter loqui.

FRVGES, gis. vel FRVX, gis. *omnes fructus terræ.* 2. de N. 60. Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. Orat. 48. Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicas frugibus. de 1. Leg. 25. Quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur. 2. Tusc. 13. Etsi in segetem sunt deteriorem datæ fruges, ipsæ tamen natura sua enitent. 1. Tus. 69. Segetes largiri fruges, florere omnia. 5. de Fin. 37. Fruges cum ad spicam peruenerunt 6. I. V. 106. Fruges in ea terra primùm repertæ putantur. 2. de Nat. 152. Nos fruges serimus, nos arbores, & *ibidem.* 156. Terra fœta frugibus & vatio, leguminum genere. 1. de Diu. 15. Lentiscus ter fruges fundẽs. de Senec. 51. Cum viriditas herbescens è vaginis emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam. de Sen. 5. Baccæ arborum, terræque fruges. 1. de D. 116. & 2. de Leg. 19. Fruges terræ, baccæ arborum. 3. de N. 86. Vbertas frugum & fructuum. Postquam. ad Quir. 18. Frugum vbertas & copia. 2. Off. 12. Frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio. pro Cæl. 76. Quæ stadia in adolescentia tanquam in herbis significant, quãtæ fruges industriæ sint futuræ. 1. Off. 59. Vt vicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis quàm fratrem. Or. 31. Quæ est in hominib. tanta peruersitas, vt inuentis frugibus glande vescantur. pro S. R. 75. Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis. Oecon. 1. Fruges, alimenta, &c. clausto custodienda erant.

¶ *Melior vitæ ratio.* pro Cæl. 28. Emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, vt dicitur, recepisse.

✠ ADIVN. *Certa, 1. de Leg. Inimicissimæ, Orat. Minutæ 3. In Ver. Vberiores. 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Lentisci fruges. Funduntur fruges. Frugum vbertas & copia. Emergere, & se ad frugem bonam recipere.*

FRVGI. *moderatus, modestus, temperans, abstinens, innocens.* (*. Nequã nihili.* 3. Tusc. 18. Qui sit frugi igitur, vel, si mauis, moderatus & temperans eum necesse est esse constantem. 3. Tusc. 16. Græci frugi homines χρησίμους appellant: id est, tantummodo vtiles. ac frugalitas patet latius. & *ibid.* 17. Nec qui propter metum præsidium reliquit, quod est ignauiæ: nec qui propter auaritiam clàm depositum non reddidit, quod est iniusticiæ: nec qui propter temeritatem malè rem gessit, quod est stultitiæ: frugi appellari solet. pro Font. 29. L. Piso qui tanta virtute atque integritate fuit, vt etiam illis optimis temporibus, cum hominem inuenire nequam neminem posses, solus tamen frugi nominaretur. 2. Fi. 90. Viuit vt Gallonius, loquitur, vt frugi ille Piso. 4. Tus. 36. Homo frugi omnia rectè facit. Epist. lib. 5. ep. 6. Homo frugi & modestus. ad Brut. ep. 6. Modestus homo & frugi. pro Cl. 47. Seruus frugi atque integer. 5. I. V. 67. Homines satis fortes, & satis planè frugi ac sobrij. Att. lib. 4. ep. 8. Homo bene frugi. *aliter, bonæ frugi.* Epist. lib. 16. ep. 21. Frugi & seuera uita. 2. I. A. 69. Antonius frugi factus. pro Deiot. 26. Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege.

☞ Syntaxis. *Homo frugi & modestus: & contrà. Seruus frugi & integer. Fortis, & satis sanè frugi, & sobrius. Frugi & seuera vita. Ille frugi factus.*

FRVGIFER, a, um. 2. Tusc. 13. Agri non omnes frugiferi sunt. 3. Off. 5. Tota philosophia frugifera & fructuosa est. Or. 163. Frugifera & ferta arua Asiæ. 2. de N. 161. Spacia frugifera atque immensa camporum.

☞ Syntaxis. *Frugiferum, & fruliferum: de agro, de arte, Frugifera & ferta*

ferta arua.

FRVITVRVS, a,um, 3. Tusc.38.Eum esse beatum,qui præsentibus voluptatibus frueretur, consideretque se fruiturum aut in omni aut in maiori parte vitæ.

FRVMENTARIVS,ij.3.Offic.57.& 67. Frumẽtarius id est,mercator frumentarius.

FRVMENTARIVS, a, um. de Clar. 222. Lex Sempronia frumentaria.5.I.V.85.Frumentarium lucrum. & 11. Causa frumentaria. Att.lib.9.ep.11.& pro Dom.11. Frumentariæ prouinciæ. 1. ad Her.21. Lex frumentaria de semissibus.

FRVMENTOR,aris: *frumentum colligo.* Cn.Pomp.Att. lib.8.ep.19. Neq; solus cũ ista copia sustinere poteris, vt frumentatum eas.

FRVMENTVM,ti. *triticum,* Or.81. Luxuriosa frumenta.pro Do. 11. Frumentum prouinciæ frumentariæ. Att. lib. 5.ep.21. Ciues Romani qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicentur. I.P. 86. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi?qui honorarij?2.con Rull. 82. Siciliæ ciuitatib. bello fugitiuorum M. Aquilius etiam mutuum frumentum dedit. Att. lib.5.ep.18. Frumentum ex agris in loca tuta comportatur.

✠ *ADIVNC.Copiosum,4.Attic.Decumanum,3.In Ver. Luxuriosa, Orat.ad Brut.Mutuũ,2. Cõt. Rull.priuatũ.)(.publicũ,pro Dõ.publicum,pro Flac,vnum,& idem, 5. In Verr.*

FRVOR.*potior,fructum voluptatemque percipio.*)(.*Carco.* Brut.ep.16. Potuimus beneficiis atque honoribus frui, quantis vellemus. Or.57. Numerus liberiore quadam fruitur licentia.pro S.R. 44. Filius certis fundis patre viuo frui solitus est. pro S.R.131.Commoda quibus vtimur,lucemque qua fruimur, spiritumque quẽ ducimus,à Deo nobis dari videmus. 2.de Nat.152.Quibus rebus fruimur atque vtimur. de Somn.4. Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint,auxerint, certũ esse in cœlo ad definitũ locum, vbi beati æuo sempiterno fruuntur. de Sen. 47. Satiatis vero iucundius est carere quàm frui. de Am. 15. Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim.pro Cec.11. Vsumfructum omniũ bonorum suorum Cæsenniæ legat, vt frueretur vnà cum filio. & *ibid.* Vt frueretur bonis cum filio. L. VSVSFRVCTVS. pro Dom.79. Hodie Volaterrani fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. de Ar.60. Vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt. Postq. ad Quir.2. Incredibili, qua nunc vestro beneficio fruor lætitiæ voluptate, caruissem. & *ibid.* Non tam id sentiebam cũ fruebar,quàm nunc cum carebam.7.I.A.19.Si pace frui volum⁹ bellum gerendum est.de Fin.lib.2. Vterque enim summo bono fruitur.Epi.lib.1.ep.9.Frui gratia & opibus alicuius. & *ibid.* Frui libertate propria. 1. de Fin. 72. Sapiens fruitur præsentibus. pro Cl.170. Ideirco illum vita frui noluit.& 2.cont.Rul. 49.Agri Bithyniæ regi,,quibus nunc publicani fruuntur.4. I. C. 7. Eos frui vita & communi spiritu non puto oportere.Ep.lib.9.ep.17.Nihil timeo:fruor dum licet,opto vt semper liceat.Att.lib.2.ep.1. Neque nos te fruimur, & tu nobis cares,2.de N.62. Quorum animi cum æternitate fruerentur, dij ritè sunt habiti.& 1. de Nat. 104.Vtatur suis bonis oportet,& fruatur,qui beatus est. pro Syl. 26.Mihi liceret eius vrbis quam conseruassem,conspectu,tranquillo animo & quieto frui.1.de Finib.48.Qui ita frui volũt voluptatibus.

✠ *ADVER.Cupidè sermone alicuius, de Senec.Furtim, liberè,& palã,2.de Nat.Libẽtissimè libertate,1. Famil. promiscuè,toto,propriè,parte parua,2.Cont.Rull.*

☞ Syntaxis. *Sapientia fruenda est. Fruenda voluptatis modus. Fruor & vtor. Fruuntur nobiscum simul. Vti & frui. Tranquillo animo & quieto frui.*

FRVSINAS,atis. Att.lib.11.ep.4.& ep.15 Frusinates.

FRVSTRA.*sine causa,nequicquam,inutiliter perdere operam,opera & oleum perit.*2.de D.125.Nec frustra ac sine causa quid facere dignum Deo est,quod abhorret etiam ab hominis constantia. 2. de Orat. 144. Neq; auxilium suũ frustra implorari patietur. de Vn.33. Hæc si verbis explicare conemur, earum rerũ frustra suscipiatur labor.pro Q.R.41.Frustra tẽpus cõtero.Att.lib.13.ep.13. Illa quæ habes de Academicis, frustra descripta sunt.

☞ Syntaxis. *Frustra & sine causa.*

FRVSTRATIO,onis. *vanus conatus,labor inanis,error.* Pl.Epi.lib. 10.ep.23.Quo magis me petiuerunt,tanto maiorem his frustratio dolorem attulit.

FRVSTROR,aris.4.Aca.65.Ego de omni statu totius vitæ,aut certare cum aliis pugnaciter,aut frustrari cum alio, tum etiam me ipsum velim.Ep.li.12.ep.14.Si Syrię spes eum frustrata esset.Att. li.12.ep.19.Cocceius vide ne fruitretur.

☞ Syntaxis. *Frustratur me spes.& Ego frustror.*

FRVSTVM,sti.*fragmentum.*1.de D. 27. Necesse est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur. 2. I. A. 63. Is vomens frustis esculentis totum tribunal impleuit.

FRVTICOR,aris. *surculos emitto. remiresco.* Att.lib.15.ep. 4. Excisa est arbor,non euulsa:itaque quàm fruticetur vides.

FVCATVS,a,um.*fallax,fucosus.*)(.*Naturalis.*de Cl.36.In qua naturalis inesset,non fucatus nitor.Or.79. Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repelluntur.pro Pl.22. Vicinitas non fucata,non fallax, non erudita artificio simulationis. pro Mur. 26. Iisdẽ ineptiis fucata sunt illa,quando te in iure cõspicio.pro Pl. 29.Hæc sunt expressa signa probitatis, non fucata specie forẽsi. de Amic.95.Simulatus,fucatus.)(.*Sincerus verus.* L. INFVCATVS.

FVCOSVS,a,ũ.*fucat⁹.* Att.li.1.ep.15. Ambitiosę fucosæq;,amicitię. & pro R.P.40.& Quin.de Pet.27.Merces fallaces & fucosæ.

☞ Syntaxis. *Hæc fucata sunt,& rursus specie forensi.*

FVCVS,ci. *figmentum,ornatus peregrinus,& accersitus,fallacia, fraus.* 3.de Orat.197. Color non sanguine diffusus, sed fuco illitus. de Clar.162.In his omnibus inest quidã sine vllo fuco veritatis color.Att.li.1.ep.1.Prẽsat vnus.P.Galba sine fuco & fallacijs.Quin. de Pet.28.Si eum qui tibi promiserit,fucũ, vt dicitur,facere velle sensseris.2.de Orat.188.Sententiæ veræ, nouæ, sine pigmentis fucoque puerili.3.de Orat.98. Cincinni poetæ ac fucus.

✠ *ADIVNCT.Puerilis,2.de Orat.*

FVGA,gæ.Att.lib.7.ep.20.Mitto illam fugam ab vrbe turpissimã. 6.I.V.95.Dant se in fugam milites.5.I.A.30. Post.discessum latronis,vel potius desperatam fugam. pro Cęc. 22. Omnes se in fugam conferunt.pro Cæl. 63.Licinius in fugam se coniecit.Q. frat.lib,2.ep.3. Factus est à nostris impetus,fuga operarum.1.de Fin 33.Laborum ac dolorum fuga.Att.lib.7.ep.22.Dare se incertæ & periculosæ fugæ. Att.lib. 7. ep. 22. In fuga omnes sunt. & ep.25. Fuga quæ parabatur, repressa est.Or.153. Axilla ala factus est.fuga literæ vastioris.

✠ *ADIVN. Acerbissima,3.de Orat.Communis, incerta, & periculosa,Scelerata,tota,turpissima,7. Attic. Diserta,& inculta Oratorum,6.in Ver.Desperata.5:Phil. Flagitiosa,& calamitosa,remotissima,8. Attic. Nobis gloriosa,patriæ calamitosa,1.de Diu.Mœsta.3.Tusc.Miserased turpis,3.Phil.Miserabilis, 4. Phil.miserrima. 9.Attic.Molesta.13. Attic.Nefaria,3.in Ver. Repẽtina. 2.de Nat.Similis pugnæ.2.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Dare se,se conferre,se cõiicere in fugam. Dare se fugæ. Esse in fuga. Fugam parare. Significat etiam auersionem & omissionem. Dolorum fuga. Literæ fuga vastioris.*

FVGATVS.a,um.*in fugam conectus.* Oct.Hostis à te fugatus est. 6.I.A.3.Fugata concione.pro Cec.31. Qui armis pulsus fugatusque est.de Ar.9.Ab altaribus religiosissimis fugatus.& 3.Offic. 112.Hostes fusi ac fugati.‖ad Brut.ep.6.Dolabellam cæsum fugatumque esse.

FVGAX,cis. *fluxus,ignauus,timidus qui libenter fugit.* Ep. lib. 10.ep. 12.Hæc breuia,fugacia,& caduca existimans.in Sal.10.Ego fugax Crispe Sallustii:Sal.in Cic.5.Pedes fugaces.

FVGIENDVS,a,um.1.Offic.25.Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocẽs vituperanda est,sed fugienda semper iniuria est.Or.189.Vitium longa animi prouisione fugiendum.5.I. V.102.Sentio iudices moderandũ mihi esse tam orationi meæ, fugiendamque vestram satietatem.

✠ *ADVER. Maximè.1.Offic.vehementer.5.In Ver.*

FVGIENS,tis.3.Offi.91.Qui vinum fugiens vendit sciens.de Vniuers.19.Naturamq; illam (*alterius generis materiæ.*) vi, cũ eadem coniunxit fugientem.5.de Finib.57.Fugientes laborem. Ep. lib. 11.ep. 13. Biduo me Antonius anteceſſit, itinere multò maiore fugiens,quàm ego sequens.*Brut.*

FVGIO,gis. *vito,declino,abhorreo,aspernor.*Attic.lib.12.ep.19.Dum recordationes fugio:quæ quasi morsu quodam dolorẽ efficiũt. Brut.ep.15.Stoici negant fugere sapientis.Or.197.Eaque dum animis attẽtis excipiunt,fugit eos & præteruolat numerus.1.Off. 128.Et ab omni quod abhorret ab aurium oculorumque cõprobatione,fugiamus.2. de Orat. 101.Ita dum inertiæ vituperationem,quæ maior est,contemnunt,assequuntur etiam illam, quã magis fugiunt,tarditatis.

¶ *Ratio ignorantiæ,& obliuionis.*pro Pom.28. Nulla res est in vsu militari posita,quæ huius viri scientiam fugerit.Att.lib.7.ep.17. de Dionysio,& lib.4.ep. 12. Cui rei fugerat me reſcribere. 1. de Or.253.Non fugisset hoc Græcos homines.4.de Fin.63.Illos autem id fugerat superiores.1.de In.5.Quod nostrum illũ non fugit.Catonem.6. I.V. 27. Verum hoc amentem hominem fugit. Att.lib 12.ep.41.Illud alterum quàm sit difficile, te non fugit.1. Tusc.22.Nisi quæ me fortè fugiunt.

✠ *ADVER.Consulto multitudinẽ, 2. Tusc.libentissimè, 9.Attic.Magnopere conspectũ,2.Cont.Rul.Magnoperè superbiam,1.Offic. Magnoperè dicacitatem, 2. de Orat. peruersè comprehensionem.Orat.Tanto antè,7.In Ver. Turpiter,8,Attic.Valde.1.de Orat.& 12.Attic.*

FVGITIVVS, a, um.*seruus,qui à domino fugit.*11.I.A,16.Dolabella habet legionem,habet fugitiuos.6.I.V.112.Neque tã fugitiui

illi à dominis,quàm tu à iure & legibus.Vat.epist.lib.5.ep.9. Dicitur mihi tuus seruus fugitiuus Vardaci esse.5. Tusc. 63. Viuebat cum fugitiuis.5.I.V.66.Athenio princeps fugitiuorum.

FVGITO,as.pro S.R.78.Qui quæstionem fugitant.

☞ Syntaxis. *Fugitiuus,& seruus fugitiuus.*

FVGO,as.*fugam facio,pello,repello.*pro Cec.33.Armis repulit, fugauit,auertit de Ar. 6.Fugare aliquem lapidibus,& ferro.

FVLCIENDVS,a,um.3.Tusc.61.Omnibus modis fulciendi sunt qui ruunt.

FVLCIO,cis,fulsi,fultum.*sustento,sustineo.* de Ar. 60. Etenim vix hæc si vndique fulciamus iam labefacta vix,inquam,sinnixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. Postquã. In Senat. 17. Horum consulum ruinas,consules vestra virtute fulsistis.Attic. lib.5.ep.21.Thermum,vt scribis, crebertimis literis fulcio.2.I.A. 51. Cum labentem & propè cadentem rempub. fulcire cuperetis.pro R.P.43.Eum labentem accepit,corruere non siuit,fulsit, sustinuit re,fortuna,fide.4.Aca.75.Chrysippus, qui fulcire putatur porticum Stoicorum.

✠ ADVERB. *Vndique,de Arusp.*

☞ Syntaxis. *Ruinas fulcire,amicos literis, Rempub.Corruere non sino, fulcio,sustento omnibus modis.*

FVLGENS,tis.Par.1. Marmorea tecta ebore & auro fulgentia.in Arat. Lacteus circus nimio cãdore fulgens. in Vat. 20.Ioue fulgente,cum populo agi nefas esse.2. de N.65. Iupiter in cœlo fulgens & tonans.

FVLGEO,ges.*splendeo fulguro.*2.I.C.5. Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura.*aliter,nident.*in Arat.

Illæ qua fulgent luces ex ore coruisco.

2.de D.149.Si fulserit,si tonuerit, si tactum aliquid erit de cœlo.

✠ ADVER.*Latè,in Arat.*

☞ Syntaxis. *Purpura, candore, auro, fulgère. Fulgens Iupiter, actonans in cœlo,*

FVLGINAS,ate. pro L.Vareno.Municipium Fulginate. *ibid.* In præfectura fulginate.

FVLGINATES,*populi.*pro Cor.47.

FVLGOR,oris *splendor.*6.I.V.71. & Fulgore auri collucere & illustrari templum.2.de N.107.

Hic illa eximio posita est fulgore corona.

¶ *Fulgur.*2.de D.82.Prospera Iupiter his dextris fulgoribus edit. de Som.9. Ille fulgor qui dicitur Iouis. *Quomodo fulgores & tonitrua existant,vide vocabulum Tonitru.*

✠ ADIVNC. *Dexiri,2.de Diu. Eximius micans,Arat. Prosper,& salutaris,generi hominum, Rutilius,horribilisque.de Som.*

FVLGVS,tis.*fulgor. Plin. Fulgetrum,& fulgetrum vocat.* 1. de Diu. 16. Quid de fulgurum vi dubitare possumus? & 12. Exta pecudum fulgura interpretantium.2.de Leg.21.Cœli fulgura regionibus ratis temperanto.

FVLGVRATOR,oris.*fulgurum spectator,vel interpres.*2.de D. 109.

FVLGVRO,as. *fulgeo, coruisco.* Ora. 29. Pericles ab Aristophane poeta fulgurare,tonare,permiscere Græciam dictus est.2.de D. 43.Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere nefas.

FVLGVRALIS,le. *ad fulgura pertinens.*1.de D. 72. Quod Hetruscorum declarant aruspicini,& fulgurales,& rituales libri.

FVLIGO,nis.*fumi nigra materies,caligo, tenebræ.* 2.I.A.91. Dein tamen quasi fuligine absterso,præclara senatusconsulta fecisti.

FVLIX,cis.non *Fulex,aus marina,quam Virg. Fulicam appellat.*1. de D.14. *Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti.*

Nunciat horribiles clamans inferre procellas.

Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.

✠ ADIVNC. *Cana.1.de Diuin.*

FVLMEN,nis.*aeris ardor fulgur,fulgor.*3.Off.94. Sublatus est insanus,& antequam constitit,ictu fulminis deflagrauit.*id est, Phaeton.*2.de Diu.42. Quòd homines tonitrua & fulminum iactus extimuissent. 2.de Diu.44. Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. & *ibid.* Non enim te puto esse eum, qui Ioui fulmen fabricatos esse Cyclopas in Aethna putes. & *ib.d.*Quomodo toties Iupiter iaceret fulmen,cum vnum haberet? & *ibid.*Comitiorum solum vitium est fulmen. & *ibid.*Iupiter multa fulmina frustra emittit. 2.Tusc.21.Iace obsecro in me vim coruscam fulminis. 2. de Diu. 47. Romulus lactens fulmine ictus. & 74. Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus,præterquam ad comitia. 2.I.A.99. Cur ea comitia non habuisti,an quia tribunus fulmẽ sinistrum nunciabat? & 5. In Ant. 15.Hæc causa,cur lex inter fulmina & tonitrua ferretur.3.de Nat. 84. Hunc igitur nec Iupiter fulmine percussit. & 57. Mercurius fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris.1.de D.18.

Aut cum terribili percussus fulmine cinis,

Luce serenanti vitalia lumina liquit.

3.I.C. 19. Cum & legum æra fulminis ictu liquefacta sunt. pro Cor. 34. Cum duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania. Cn.& P.Scipiones extincti occidissent.Or.21. Quidam nec acumine posteriorum, nec fulmine vtens superiorum.2. Tusc. 66. Non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus. L. CRISPIS VLCANS.

✠ ADIVNC. *Ignium crispi sulcans,Top.Multa, Terribile,1.de Diuin.Sinistrum,2.Philip.*

☞ Syntaxis. *Fulminum iactus. Fulmen comitiorum. Fulmina iaciuntur emittuntur. Fulmine ictus,percussus.Imperij Romani fulmina. Fortunæ fulmina contemnere.*

FVLMINASTER,seu FVLMINIASTER.Att.lib.12.ep.43. *Sic enim habent exemplaria quædam:quod mihi magis placet, quàm Fuluiaster,significat enim Philotimum, qua scribat de bello, semper augere, adeo vt fulgurare, fulminaque iacere videatur: vnde loco eũ Fulminastrum appellat:hoc est fulmen quoddam paruum. seu (vt ita dicã) fulminatorem ridiculum.*

FVLTVS,a,um. *fubnixus,* L. FVLCIO. pro Cor. 35. Neque ideo est Gaditanorum causa deterior, grauissimis & pluribus rebus est fulta Epi. lib. 12. ep. 5. Magnis subsidiis fulta respublica est. Att.lib.13.ep.38. Hic autem vt fultũ est *aliter, fulcrum.*de Senect. 52. Vitis quæ natuta caduca est, nisi fulta sit ad terram fertur. Antequam 11. Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia amicorum fulti.3. Off. 88. Imperium quod debet beneuolentia fultum esse.2.de N.25.Partes mundi,quæ maximo calore fultæ sustinentur.

FVLVIASTER.Att.li.12.ep.43.Solet omnino esse fuluiaster.*aliàs Fulminaster.* L. FVLMINASTER.

FVLVVS,a,um. *color qualis est auri.*1.de Leg.1.

Nuncia fulua Iouis miranda visa figura.

FVMANS,tis.de Arusp.25. Vos me primum ictum pro vobis fumantémque vidistis.

FVMO,as. *fumum emitto,ardeo.* pro Sest.24. Et quod ita domus ipsa fumabat,vt multa eius sermonis indicia redolerẽt.2. de Nat. 25.*Terram fumare calentem.*

FVMOSVS,a,um.I.P.1.Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum.

FVMVS, mi. *ignea exhalatio.* I.P.13. Paulisper stetimus in illo ganearũ tuarũ nidore atq; fumo.in Ver.act.3.45.Fumo excruciare.

FVNALE,lis.*cereus,seu fax ex fune & cera.*de Sen.44.C.Duillus delectabatur crebro funali & tibicine.

✠ ADIVNC. *Crebrum,de Senec.*

FVNCTIO,onis. *actio.* I. V.act. 5.15.Vtiis iucũdior esset,muneris illius functio.2.Tusc.35. Labor est functio quædam, vel animi, vel corporis grauioris operis & muneris.

✠ ADIVNC.*Iucundior,5.In Ver.*

FVNDA,dæ. *In ioculari libello, teste Quintiliano.*397.

Fundum Varro vocat:quem possim mittere funda.

Nitamen excidere,qua cana funda patet.

FVNDAMENTVM,ti. *solum,sedes,gradus,aditus.* pro Plan.29.Pietas fundamentum est virtutum omnium. 1. Off. 23.Fundamentum iusticiæ est fides.pro Corn.31.Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis. Par.31. Narratio est quædam quasi sedes & fundamentum constituendæ fidei.3.de Or.149.Fundamentum eloquentiæ,est verborum vsus & copia bonorum.1.de Nat.43. Quod igitur fundamẽtum huius quæstionis est,id præclarè iactum videtis.4.I.A.1.Hodie fundamenta sunt iacta reliquarũ actionum.de Sen.62.Senectus, quæ fundamentis adolescentiæ constituta est.I.P.9. Ergo his fundamẽtis positis consulatus tui,triduo postquam,&c. 2. de D. 2.Fundamentum philosophiæ positum est in finibus bonorum & malorum.pro Cl. 30. Hoc vtar initio & quasi fundamento defensionis. pro Sest. 5. Quibus initiis ac fundamentis hæ tantæ laudes excitatæ sint.2. de Fin.72.Virtutum omnium fundamenta vos in voluptate, tãquam in aqua ponitis.pro Mur.14.Bene habet,iacta sunt fundamenta defensionis.4.Acad.37.Sed paulò ante iacta sunt fundamenta.pro Fl. 4. Nisi fortè cui causæ fundamenta iaciantur,nõ videtis.1.I.A.1.Quantum in me fuit,ieci fundamenta pacis. Ep. lib.1.ep.9.Fundamenta iacta confirmandi senatus.& lib.10. ep. 29.Fundamenta ieci salutis tuæ.ad Brut.ep.17.Vindex illius mali autor extitit alterius fundamentum,& radices habituri altiores.Bruti. pro Mar. 26. Tantum abes à perfectione magnorum operum,vt fundamenta quæ cogitas,nondum ieceris.1.Off. 42. Referri enim decet ad ea,quæ in principio proposui fundamẽta iusticiæ:primũ,vt ne cui noceatur:deinde, vt communi vtilitati seruiatur.pro Mil.76. Agere fundamenta.item:Fundamento tota domus nititur. L. NITOR.

✠ ADIVNC. *Firmissima.pro Cæl.*

FVNDANVS,ager. 2.contra Rul.65.

☞ Syntaxis. *Sedes,& quasi fundamentum, facere fundamenta,constituere, ponere. Initum & fundamentum. Fundamentum & radix. Fundamentum agere.*

FVNDATVS, a,um. L. FVNDO. pro R. P. 1.Fundatæ atque optimè constitutæ opes. pro Dom.96.Subita fundatissimæ familiæ ruina. Att. lib.1.ep.13.Status ille reipublicæ, qui fixus & fundatus videbatur.Qu.de Pet. 21. Partis ac fundatis amicitiis fre-

rum,ac munitum esse oportet. Par. 1. Qui hanc rem publicam tuam præclarè fundatam nobis reliquerunt.pro Flac. 26. Nihil religione testatum,nihil varietate fundatum reperientur.4.I.C. 19.Magnis laboribus fundatum imperium,multa virtute stabilita libertas. 4. de Fin. 1. Tam accurate fundatam & extructam disciplinam non est facile perdiscere.

FVNDENS,tis.de Vni.37. In qua omnem animum, vniuersæ naturæ temperans,permiscebat.superisque permistionis reliquias fundens,æquabat.1. de Diuin. 14. Haud modicos tremulo fundens è gurgite cantus.

☞ Syntaxis. *Opes fundatæ,familia.Status fixus,& fundatus.Res veritate fundata,& extructa disciplina.*

FVNDI,orum.*oppidum.*Att.lib.14.ep.6.Pridie Iduum Fundis accepi tuas literas cœnans.

FVNDITVS.*prorsus.* 3. de Or.193. Nec earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertē.2. de Fin. 80. Præcepta ista funditus euertunt amicitiam.1.de In.55. Ille hostis funditus vicit.Att.lib.6.ep. 1. Ciuitatem funditus perdidissem. pro Do. 35. Ciuitatem funditus euertisti.Ep.lib.6.ep.2.Fūditus interire.Or. 216.Ne spondeus quidem funditus est repudiandus.& 209.Funditus tollit fidem.

☞ Syntaxis. *Euertere,interire,repudiare funditus.*

FVNDO,as. *constituo fundamentum iacio,vel pono,vel ago,stabilio,nitor.*pro Corn.31.Illud maximè vestrum fundauit imperium.

FVNDO,dis.*emitto.*2.de Nat. 129. Oua piscium facilè aqua sustinentur,fœtum fundunt.in L. Pison. Quæ te belluam ex vtero, non hominem,fudit.

¶ *Profero,edo,enuncio,eloquor,cano.* 3. de Or. 192. Fundere versus ex tempore.Or.210.Fundere orationē numerosè & volubiliter. 1. Tusc. 106. Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. de D.li.1.14.Fūdere cātus è gutture tremulo.Tusc.lib.1.64.Fundere carnem graue plenumque.Tusc.lib.2.24.Fundere vastum clangorem.de Or.lib.3.173.Fundere inconditè.Tusc.lib.5. 73.Fūdere inanes sonos de Fin.li.4.10.Fundere verba more poetarū. Tusc.li.2.Elicere & fundere vocē.Tusc.lib.3 42.Fundere inanes voces.

¶ *Trado,gigno.*de Sen.51.Fundere frugem.de Nat.deor.lib.2.156. Fundit maxima largitate legumina terra. Tusc. lib.5. 37. Fundere flores,fruges,baccas.

¶ *Spargo,proicio.* 1.de D.46.Fundere sanguinem è patera.

¶ *Ampitoris virtutis ratione.*de Fin.lib.5. Iustitia se fundit vsu in cæteras virtutes.in Or. 125.Se latius fundet orator.

¶ *Aperio,doceo.* de N.d.lib.1.65. de Diuin.lib.1. Fundo physicorum oracula.

¶ *Disupo,dispergo,disperdo,sterno.* pro Mur. 20. Muræna magnas hostium copias fudit.pro Rab.29.Cum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset. de Fin.lib.1.& pro Mur.& pro Rab.Fūdere exercitum.

✠ ADVERB.*Æquabiliter,1.Tusc.inconditè,verba.3.de Orat.latè,Arat.latius,Orat*

FVNDOR,ris.3.de Finib.49.Vtrunque eorum fundi quo.dammodo & dilatari putant.de Fi.lib.5.Semper enim ex eo quod maximas partes continet, latissimēque funditur, tota res appellatur. de D. lib.1.34. Sed illa quæ instinctu inflatuque diuino fundun tur.*scilicet oracula.*de Sen.52. Funditur in omnes partes vitis.

✠ ADVER.*Latissimè,5.de Finib.numerosè,volubiliter, orationem,Orat.ad Brut.*

☞ Syntaxis.*Voces elicere & fundere. Iustitia se fundit in cæteras virtutes.Vitis funditur omnes partes.*

FVNDVS,di.*prædium,possessio.*1.de Orat.249.Cui nostrum non licet fundos suos obire:aut res rusticas vel fructus causa,vel delectationis inuisere?2.de Or.224.Testificatur pater,se tibi Priuernatē fundum reliquisse.& *ibid.*Cum in Priuernati essemus.Par. 6. M.Manilius habuit ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano.Ep.lib.13.ep.69. In ea controuersia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio.Ep.lib.14.ep.7.Fundo Arpinati bene poteris vti.5.I.V. 119. Ex fundo villicus domino x x. millia nūmum pro x.mitto.*ibid.*Quod tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum sit. *ibid.* Quibus rebus fundi fructus & cultura continentur. *ibid.* Ex eo fundo,qui H-S.dena meritasset.pro M.Tull. Fundum habet in agro Tigurino paternum. Iocul.libel.

Fundum Varro vocat,quem possim mittere funda:
Ni tamen exciderit,qua causa funda patet.

FVNDVS,*populus,id est,autor obstringendi se iure ciuium Romanorum. Hoc non discedit à priori significatione: est enim possessio & regnum eius,cuius fundus factus est:id quomodo fiat,docet.*Cicero pro Corn. 20. Totum in ea fuit positum semper ratione atque sententia, vt cum iussisset P.R.aliquid,si id asciuissent socij populi ac Latini,& si ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo resedisset: vt tum lege eadem is populus teneretur:non vt de nostro iure aliquid minueretur,sed vt illi populi aut iure eo quod à nobis esset constitutum, aut aliquo cōmodo, aut beneficio vterentur.& *ibid.*21. Populi, Socij, Latini, Fœderati,Fundi.pro A.Cecin. 104. Multo etiam minus quæri, A.Cæcina fundus sit,nec ne.*ibid.*Fundum esse Cæcinam.

¶ *Fundus,di.vasis pars ima,translatione finis,terminus,modus.*2. Off. 55. Largitio fundum non habet.pro Clu.179.Ipse armarij fundū execuit.

✠ ADIVN. *Antiquus incertius,priuatus,proximus,publicus,pro Cæc.Communis,15.Famil.Extremus,15.Att. fructuosissimus pro Q.Rosc.Maritim°,7.In Ver.Melior 1.de Inuēt.Ornatissimus,pro Quint.Paternus pro Flac. Paternus auitusque Pulcherrimus,2.Cont.Rul.Suburbanus,3 ad Q. frat.Venalis,13. Attic.*

FVNEBRIS,bre. *lugubris.*2.de Or.341.Laudationes scribuntur ad funebrem concionem.in Vat.30.Epulum funebre.2.de L.59.Vestimentum funebre.*ibi.* Funebria cętera quibus luctus augetur, duodecim sustulerunt.

FVNESTO,as *quasi funere inquino,fœdo.* pro Font.21. Galli humanis hostiis deorum aras & templa funestant.

FVNESTOR, ris. pro Rab.11. Funestari concionem contagione carnificis veto.pro Mil.91.Curiā inflammari,incendi,funestari.

FVNESTVS,a,um:stior,*iniquinatus,pernicios us.*Att.lib.9.ep.4.Maiores nostri funestiorē esse voluerunt diē Allienſis pugnæ, quā vrbis captæ.1.I.C.24.Hoc tibi pernicios um esse confido,& funestum futurū. & 3.In Catil.22.Qui deorum templis sunt funestos ignes inferre conati. Anteq. 24.Qui in suo magistratu funestā facem à vestris repulit templis. 7.I. V.122. Colonos agrorum ad huius securim funestam esse seruatos.pro Sest.27. O diem illū funestū senatui.pro Dom.2. Pestifer ac funestus tribunatus pro Fla.103. Nox funesta alicui.pro Qu.95. Funestū est iugulari pro D.13.Funesta fax.& 5. Funesta reipub. pestis.2. de L. 55. Funesta familia.Ep.lib.10.ep.8.Funesta victoria,*id est,cruenta.* ‖ Pro Dō. 10.Funesta lactocinia.

☞ Syntaxis. *Pernicios um & funestum. Pestifer & funestus magistratus, Funestum est iugulari.Pestis,victoria funesta.*

FVNGENDVS,a,um:do.3.Tusculan.15. Conturbatus oculus non est probè affectus ad suum munus fungendum.Att.lib.1.ep.1.In omni munere candidatorio fungendo.

FVNGOR,ris.*præsto,exerceo,facio,efficio,colo.*de A.22.Valetudo opportuna est,vt dolore careas,& muneribus fungare corporis.de Cl.63.Lysias est functus omni ciuiū munere.1.de D.71. Possunt aliquando oculi non fungi suo munere.Brut.ep.9. Fūgerer officio,quo tu functus es in meo luctu, teq; per literas consolarer, nisi,&c.2.Off.70.Neq; enim verbis auget suum officium,si quo fortè fungitur.1.Tusc.109.Nemo parū diu vixit,qui virtutis perfecto functus est munere.pro Cæl. 21. Fungi officio. 1. de L. 10. Vt consulentibus respondeas, senectutis grato atque honesto fungere munere.de Cl. 243.Qu. Arrius omni iam Fortuna prosperè functus.5.I.V.199. Quid aratorē ipsum muneris in rēpub. fungi ac sustinere velitis.2. Off. 43. Qui adipisci veram iusticię gloriam volent,iustitiæ fungantur officio.2. Off. 57. P. Crassus functus est ædilitio maximo munere. & *ibid.* Magnificentissima ædilitate functus est Br. Ep.ad Brut.ep. 9. Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu.

☞ Syntaxis. *Fungi munere,officio,prospera fortuna. Quid fungeris officij sustinesque.*

FVNGVS,gi.Epist.lib.3.ep.1.

FVNICVLVS,li.2.de In.154.Et inde funiculo nauim moderetur. & *ibid.*Funiculus à puppi religatus.

FVNVS,ris.*exequiæ,suprēmi dies celebritas,exequiæ funeris.*pro Cl.28. Mater tibi de integro funus iā sepulto filio fecit.& 201.Mater exequias funeris filij prosecuta esset. Qu. frat.lib.3.ep.8. Serrani funus perluctuosū fuit,ad IIII.Calēd.Decēbris.pro Q.50.Funus, quo amici conueniunt ad exequias cohonestādas. Att.lib.15.ep. 1.Ibi Pyliā vidi,venerat enim in funus: cui funeri ego quoque operā dedi.pro Qu.50.Huic acerbissimū viuo vidētiq; funus ducitur.2.de Or.283.Cū funus quoddā duceretur,accusator inquit, Mortuus rapitur:vide,&c. 2. de Or.225. Cū casu in eadē causa cū funere efferretur anus Iunia.Att.lib. 14. ep. 10. Si Cæsar funere elatus esset.7.I.V.119.Nō palàm viuorū funera locabātur. 7.I.V. 133.Dico mercedē funeris ac sepulturæ cōstitui nefas fuisse. pro S.R.23.Soluere iusta paterno funeri.2.de L.61.Inducere fun°.in Vat. 30. Quis vnquā in luctu domestico & in funere familiari cœnauit cū toga pulla:Ita enim illud epulū est funebre,vt munus sit funeris,epulæ quidē ipsæ dignitatis.pro D.42.Cū tua rogatione funere elata respub.est.Poltq.in Senat. 17. Nondū palā factum erat concidisse rempublicam, cum tibi arbitria funeris soluebantur.de Pro.45.Casum illum meum funus esse reipublicæ sed funus iustum & indictum.pro D.42.Funestum funus. 9. I. A. 17. Aediles curules edictum quod de funeribus habebant, Sulpitij funeri mittere.de Sen.73.

Nemo me lachrymis decoret,nec funera fletu
Faxit cur? volito viuu per ora virum.

Ep.lib.4.ep.12.& ibique funus ei satis amplū faciendum curaui.

✠ ADIVN. *Acerba,2.de Rep.Acerbissimū.pro Quint.*

Aptũ.4.fam.familiare.In Vat.funestũ,miserũ, atq; acerbũ,pro Dõ.paternũ pro Sex.Rosc.Magnæ,de Pro.La mẽtabilia,& Sumptuosa,2.Cont.Rul.Perluctuosum.3. ad Qu.frat.

☞ Syntaxis. *Facere funus alicui. Prosequi funeris exequias. In funus venire ad exequias cohonestandas. Operam funeri dare. Ducitur illi funus. Effertur funus. Funere effertur ille. Alicuius funeri iusta soluere. Funus inducere. Funestum,iustum,indictum,amplum,familiare funus.*

FVR, furis.*plagiarius.*5.de Fin.74. Fures earum rerum quas cepe-
✠rũt,signa commutant.‖ *Muret. leg. clepserunt.* pro Mil.9.XII.tabulę nocturnum furem quoquo modo,diurnum autem,si se tebulę defenderit,interfici impunè voluerunt.pro S.R.56. Canes publicè aluntur in Capitolio,vt significent, si fures venerint.2. de Or.220.Is à Philippo interrogatus quid latraret,furem se videre respondit.pro Dom.46.Fur aut ficarius. pro M. Tull. Si quis furem occiderit.iniuria occiderit.

✠*A* DIVNC. *Nocturnus.)(.Diurnus,pro Mil.*

FVRACISSIMVS,a. apud Asconium.78.

FVRACISSIME. in Vat. 12. Dum omnium domos, apothecas, naueis furacissimé scrutareris.

FVRAX, cis, *fur,vel qui à furtis abstinere manus non potest.*2.de Orat 248.Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace seruo,solum esse cui domi nihil sit obsignatũ & occlusum. 2.de Or.268. Cornelius homo auarus & furax.I.P.74.Foraces manus.

☞ Syntaxis. *Furacissimè scrutari.*

FVRCA,cæ. *crux.*1.de Diu.55.Seruus per circum cùm virgis cæderetur,furcam ferens,ductus est.

FVRCIFER,i. *sceleſtus, furcam ferens.* in Vat.15. Id tu furcifer tibi sumes? & I.P.14.& pro Deiot.26.

FVRENS, tis. *furibundus,maximo furore inflammatus, insanus, vesanus,effrenatus,præceps,mente permotus,violentus,qui mentis suæ compos non est,qui mentis suæ non est,cui mens ex sua sede & statu dimota est præcipite amentia,homo qui de potestate de mente,de consilio,de ratione exijt.* Antequã.27.Quint.Metellus cessit L.Saturnino furenti.de Ar.46. Alicuius furentis ac violenti impetus. Qu.frat.li.2. ep.3.Ille furens & ex anguis interrogabat suos,quis,&c.2. I.C.1. Catilina furẽs audacia, scelus anhelans.de Ar.1. Hominem furentem exultantemque continui.5.Tus.16.Inflammatus & furẽs libidinibus. de suis consil. Tarditate modorũ & grauitate cantus,illorum furentem petulantiam resedisse.

☞ Syntaxis. *Furẽs & exanguis. Furẽs & exultãs. Inflãmatus ac furẽs.*

FVRENTER.*furiosè.*Att.lib.6.ep.1. Pueri aiunt eũ furenter irasci.

FVRIA, riæ. *furina.*Qu.fr.lib.3.ep.18. Cæsar tibi amantissimè petenti veniam non dedit, vti vllum ad illam furiam verbum rescriberes. pro Sest. 33. Illa furia ac pestis patriæ.pro Sest.39. Illa furia clamat,&c.3.de N. 46. Eumenides,quæ si deæ sunt, quarũ & Athenis fanum est,& apud nos,vt ego interpretor, lucus Furinæ:furiæ deæ sunt,speculatrices,credo, & vindices facinorum & sceleris. 1. de L. 40. Furiæ agitant & infectantur impios non ardentibus tædis,sicut in fabulis sed angore conscietiæ & fraudis cruciatu. I.P.46.Homines impulsu deorum terreri furiarum tædis ardentibus,pro S. R. 67. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ,quæ parentum pœnas à conscleratis filiis repetãt. pro S. R. 66. Tamen eos agitant furiæ, neque consistere vsquã patiuntur. & *ibid.* 67.agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus, pro Syll. 76. Itaque eos ad perficiendum scelus furiæ quædam incitarunt.7.I.V.112. Sceleratorum furias in tuum iudicium esse venturas.pro Do.3.Quæ te tanta pœna tuorum scelerum vexat?vt arbitrere,&c.

✠*A* DIVNC. *Assiduæ,domesticæque,pro Sex.Rosc.Taterrima,pro Pomp.*

FVRIALIS, le. de Ar.39. Tu cum furiales in concionibus voces mittis,non sentis,&c. pro Plan.86.Furialis illa vox.

☞ Syntaxis. *Furia & pestis patriæ, Antonius. Assiduæ, domesticæque furiæ,speculatrices,& vindices facinorum.*

FVRIBVNDVS,a,um. *furens.* Anteq.27.Cedam priuatus furibũdo magistratui.& *ibid.*25. Annibalis furibunda mens.* 1.de D.4. Vatũ furibũdæ prædictiões.Phil.13.19.Cæsaris enim incredibilis ac diuina virt⁹,latronis impet⁹ crudeles ac furibũdos retardauit.

FVRINA,næ.*furia,*3.de N.46. L. FVRIA.

FVRIOSE. *furenter.* Att. lib. 8. ep. 5. Et si solet eum , cum aliquid furiosè fecit,pœnitere.

FVRIOSVS, a,um. *furens.furibundus,vesanus mente,incitatus.*1.I.C. 25. Quõ te ista tua cupiditas effrenata & furiosa rapiebat. pro Dom. 55. Hæc furiosa vis Trib.pleb. facilè superari frangique potuit.I P.47.& pro S.R. 33. Vecors,furiosus,mente captus, tragico illo Oreste aut Athamante dementior.pro Dom 3.Homo vesanus & furiosus. de Clar. or. 241.Feruidum quoddam & petulans,& furiosum genus dicendi.4.Acad.87.Dormientiũ,& vinolentorum,& furiosorum visa. Epi.lib.10.ep.11.Pars exercitus non minus furiosa est,quam qui cum Antonio fuerũt.pro Clu.
✠182.Mulier iam non morbo,sed scelere furiosa. ‖ 1.Offic.31. Vt non reddere depositum etiam ne furioso promissum reddere.

☞ Syntaxis. *Effrenata & furiosa cupiditas. Vecors & furiosus. Vesanus & furiosus. Feruidum, petulans & furiosum dictum.*

*FVRNARIA,æ.Incer.P. Ventidium mulionem castrensis furnariæ fuisse. *Aliỳ castrensem suffarraneum legunt.*

FVRO, ris. *insanio, bacchor ,vaticinor , furore inflammor , ab rahor à sensu mentis,à constantia,atque à me ipso discedo.*6.I.V. 39. Vsque eo commotus est,vt insanire omnib.ac furere videretur. de Aruſp. 39. Cum baccharis , cum furis. de Clar. 275. Eos furere & bacchari arbitrabatur. Or.99. Furere apud sanos , & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. 4. Acad. 14. Empedocles interdum mihi furere videtur.2.de Or. 193. Mihi Telamon iratus furere luctu filij videtur.Qu.fr.lib.2.ep.1.Clodius furebat à Racilio se contumaciter vrbanéque vexatum.Ep.lib.8.ep.14.Nunc furit Domitius tam gauisos homines suum dolorem. Ar.lib.14. ep.21. Pansa furere videtur de Clodio.1.Off.108.Solon furere se simulauit.1.de D 81.Qui valetudinis vitio furunt,& melancholici dicuntur.I.P.50.Hic acerrimè furit.& 47.

✠*A* DVER. *Acerrimè,in Piso.*

☞ Syntaxis. *Insanit ac furit.Bacchatur ac furit:& contra. Furo te ridere.De te furit ille. Audacia furens.*

FVROR, oris.*insania,animus,spiritus.*4.I.C 11.Versatur ante oculos aspectus Cethegi & furor in vestra cæde bacchantis.I.P.50.Hic furore atque insania pœnas pendit. de Ar.2. Effrenatus & præceps furor alicuius.Epist.lib.10.ep.11. Si decima legio ad eundẽ furorem redierit. pro Deiot. 141. Istius inflãmatus atque ignitus furor.3.Tusc.quæst.11.Furorem autem esse rati sunt, mentis ad omnia cæcitatem. 4. Ac. 87. Cuius furor consideric. pro C. Cornel.1.Aliis ille in illum furorem magnis hominibus autoribus impulsus est. ‖ & in Pis.31.Somnium hominis furor.

¶ *Afflatus,ac impetus diuinus,vt poeticus.* 1.de D.66.Inest igitur in animis præsagitio : quæ si exarsit acrius, furor appellatur. 1. de Diu.80.Negat sine furore Democritus quẽquam poetam magnum esse posse.

✠*A* DIVNC. *Comes sceleris, & audaciæ,nefarius,*7.*In Ver.Conscleratus incredibilis,incredibilis, ac singularis,pro Syll.Consularis,pro Plã.credibilis,*5.*fam.Diuinus,*2.*de Diu.Effrenatus,exsultans,pro.Sest.Effrenatus,& præceps,Indomiti,atque effrenati.de rusp.Inflammatus, atque ignitus,infractus,pro Dom.libidinosus,pernicios̃us,notissimus. Anteq.Magnus,* 4. *In Cat. Maximus.*3.*In Cat.Mirus* 16.*fam. Similis,*2. *Cont. Rull.Summus,Tantus,pro Sex Rosc.Totus,*4.*Att. Tribunitius.*5.*Phil.& post.ad Q.vetus,*2.*In Cat vinolẽtus* 12.*fam.*

☞ Syntaxis. *Furor & insania. Effrenatus ac præceps furor. Inflammatus & ignitus furor.*

FVROR, aris.*furtum facio,compilo,expilo, eripio. furripio,clàm eripio, clàm de medio remoueo,in meam rem aliena conuerto , bonis alienis man⁹ affero,de medio remoueo,auerto,interuerto.*3.I.V.60.Verres solet hæc quæ rapuit & furatus est,dicere se emisse.2.Off.40.Qui cuipiam furatur aliquid ,aut clàm eripit. 2. de Nat. 157. Bestiæ furantur aliquid ex iis,aut rapiũt, Att.lib.2.ep.1. Nam si ego tuũ ante legissem,furatum me abs te esse diceres.

✠*A* DVERB. *Clàm,*2.*Offi.Lepidè,*5.*In Ver.*

☞ Syntax. *Rapere,& furari. Furari,aut clã eripere. Furari aut rapere.*

FVRTIM, *clàm.*)(. *Palàm, liberè.* Att.lib.4.ep. 3. Metellus furtim in campum currebat.2.de Or.252.Tantum licet furtim,si quando & cursim.Epist.lib.16.ep.26.Lagenæ,quæ furtim essent exciatæ.2.contra Rull.41.Occultè latere,reconditum esse , furtim tradi,&c.pro Dom.139.Furtim facere aliquid.

FVRTIVVS,a,um. *occultus.*I.P. 97. Furtiuum iter per Italiam.

FVRTVM,ti.*compilatio, rei alienæ fraudulenta tractatio.* pro Cl. 179. Ille medicus domi furtum fecit & cædẽ huiusmodi.3.de N.74. Consilio tuo furtum factum esse aio.Q.fr.lib.1.ep.1.Plura oppidorũ & furta & latrocinia esse depulsa.pro Q. 26. Res erat manifesta,furtum erat apertum,cuius rei furtum factum erat? Ep. lib.16.ep.26.Ne furtũ cessationis quæsisse videaris.con.C. Anto. Cum te furti L.Calenus argueret.*ibid.* Quo tempore à L. Caleno furti delatus sis. Att.lib.6.ep.2.Mira erant in ciuitatibus ipsorum furta Græcorum,quæ magistratus sui fecerant.

✠*A* DIVNC. *Apertum pro Quint.Improbissimũ,maximũ atq; impudẽs,tanta,tã aperta,*5.*In Ver. Improbissimũ.Impudentissimũ.*3.*in Ver. Impudens magis occulta maxima, & notissima,* 1. *In Ver.minora,ac illustriora,* 6.*In Ver.mira.*6.*Att.Multo plura,& maiora,*1.*Ad. Q.fr.Paruum,*2.*In Catil.Sordidissima,In Vat.*

FVRVNCVLVS,li.I.P.66.Iste tantummodo improbus , crudelis olim furunculus,nunc verò etiam rapax.

FVSCINA,næ.*telum tridens ad piscandum aptum.*1.de Nat.102.Dãt enim arcum,sagittas,clypeum,fuscinam,fulmen,&c.& li.2.89. *Aut forte Triton fuscina euertens specus.*Accij.

FVSCVS,a,ũ.pro Sest.19.Purpura plebeia ac penè fusca.in Arat. *At pars inferior delphini fusca videtur.*
1.de Diu.14.Fusca cornix.2.de Nat.146.Vox canora.)(.*Vox fusca.*

FVSE,*dispersè,diffusè.*)(.*Articulatim distinctè.*1.de Leg.36.Quæ fusè olim disputabantur & liberè, ea nunc articulatim distinctèque dicuntur.2.de Nat. 20. Vberius ac fusius disputare aliquid. Or.113.Fusè lateque dicere.

FVSIO,onis.1.de Nat. 39. Chrysippus mundum deum dicit esse, & eius animi fusionem vniuersam. de Vniuers. 33. Fusiones autem deorum. *nam apud Platonem est,χρῆσις* L. FLEXIO.

✠ *ADIVN.Vniuersa.1.de Nat.Deor.*

FVSTIS.Epist.lib. 8. ep. 8. Quid si filius meus fustem mihi impingere volet?6.in Verr.94. Qui primò cum obsistere conarentur,malè mulctari clauis & fustibus repelluntur. I.P.73.Non opus est verbis,sed fustibus.Att.lib.4.ep.3.Clamor lapides,fustes, gladij:& hæc improuisa omnia.

☞ Syntaxis. *Fustem alicui impingere.*

FVSTVARIVM,rij.*verberatio,fustium castigatio,vt Modestinus ait.* 3.I.A.14.Nam si Antonius consul,fustuarium meruerunt legiones,quæ consulem reliquerunt.

FVSVS,a,um.*dispersus.*L. FVND 0.2.de Or. 218. Genus facetiarum æqualiter in omni sermone fusum. 2. de. N. 101. Aer fusus & extenuatus in sublime fertur , concretus autem in nubes cogitur.Or.106. Hæc in omnia genera fusa oratio. 2. de Or. 310. Sanguis in corporibus fusus. & 159. Genus sermonis liquidum, fusum,profluens.)(.*Exile,aridum,concisum,minutum.* 1.Offic. 98. Decorũ quàm latè fusum apparet .4. I.A.1.Exercitum hostium cæsum fusumque cognoui.3. Of.112.Hostes fusi ac fugati. pro Sest.91.Homines fusi per agros ac dispersi.

✠ *ADVERB.Æqualiter in omni sermone,*2.*de Orat. Aequabiliter toto corpore orationis.Aequabiliter in omnia genera,Orat.Latè decorum.*1.*Offic.Latius.*1. *de Leg.Longè. de Nat.*

☞ Syntaxis.*Facetiæ fusæ in sermone. Fusus & extenuatus aer. In corpore sanguis fusus. Exercitus fusus,fugatusque.Casus & fusus. Homines per agros fusi & dispersi.*

FVTILIS,le.*leuis,vanus.* 1.de Diu. 36. Aruspices vanos futilesque esse dicamus.4.Tus.37.Alacritate futili gestiẽs,& 5.Tusc. 16.Futiles lætitiæ.3.de Fin.38.Quis non odit sordidos, vanos,leues futiles.1.de Nat.18.Commentitiæ futilesque,sententiæ.

FVTILITAS,tis.*vanitas.*2.de Nat.70.Hæc plena sunt futilitatis summæque leuitatis.

☞ Syntaxis.*Vanus & futilis. Vanus, leuis,futilis. Commentitium ac futile. Futilis alacritas.*

FVTVRVS,a,um. *consequens,insequens,posterus,reliquus,impendens, euenturus,venturus.* Att. lib. 6. ep.3. Sed illum eum futurum esse puto,qui esse debet. 1.I.A.5. Alia porrò propria Dolabellæ ? quæ nisi collega abfuisset, credo eis fuisse futura communia.Epi.li. 4.ep.9.Eum magis censemus communem in victoria futurum fuisse.1.de N.123.Homines futuros beneficos & benignos fuisse.1.I.C. 24. Quam sibi pernicios ã esse confido & funestam futuram.2 de Diu. 141. An tu censes vllam animum tam deliram futuram fuisse,vt somnis crederet:nisi, &c. 9.in Ant.1. Non dubito,quin reditus eius & nobis gratus fuerit,& reip. salutaris futurus.2.de Fi.95.Futurum atque impendens malum.& 1.de Fin. 67. Futurum consequẽs,& posterum tempus.de Sen.78.Memoria præteritorum,futurorum prouidentia.pro Mur.4.Prouidere quod futurum sit.2. Off.33. Prospicere futura. 3. de N. 14. Sæpe ne vtile quidem est scire quod futurum sit : miserum enim est nihil proficientem angi.

✠ *ADVER. Ætatum mors,*12. *Phil.aliquando, de Amic.& in Part.Certò.*5.*Tus. Diutius.*6.*Famil.Maturè comitia.*10.*Famil.Ocius.*)(.*Serius.*1.*de Iuuẽt.Omninò,obuius, pro Mil. Omnino nunquam. Parad. Remissius pro Sex. Rosc.*

☞ Syntaxis. *Censes vllum futurum fuisse,qui dixerit,nisi, &c. Futurũ, consequens,ac posterum tempus. Futurum & impudens malum.*

G

Literæ Latinorum,consonans ac muta.

GABINIVS.ij.pro Sest.18.*eius mores describuntur.*de Pro.2. Quod si ille & paulò antè & quotiescunque ei locus dicendi ac potestas fuit,Gabinium & Pisonem duo Reip. portẽta,ac penè funera cùm propter alias causas , tum maxime propter illud infigne scelus eorum & importunitatẽ in me crudelitatem,non solum sentẽtia sua, sed etiam verborũ grauitate esse notandos putauit.pro Sest.26.*Preces Senatus pro Cicerone singulari superbia repudiauit.* In Pis. 27. Qui ab vno te improbitate victus Gabinius.*vide* In Piso.40.de Pro. 9. *Vbi Semiramis à Cicerone nominatur,*pro Dom. 34. pro Plan.23. pro Arch.9.pro Sest. 28.14.In Ant.24.pro Dom.55.Att.lib.4.ep.16.Q.fr.lib.3.ep.4.*ibid.* ep. 2. & ep.9.& lib.2.ep.7.& lib.3.ep.3. & ep.5.*ibid.*ep.1.

GABINIVS, a,um,Att.li.5.ep.21.Qu.fr.lib.2.ep.14. Gabinia lex.

GABINVS,na.pro Plan.23.Gabina vicinitas.

GADES,dium. *insula Hispaniæ , & in ea vrbs.* pro Cor.39. Gades Herculis itinerum ac laborum terminus.*& ibid.de Gaditanis.*

GALATAE,arum. *Asiæ populi.* Att. lib.6.ep.5.Galatarum auxilia.

GALEA,leæ:*capitis armatura.*6.I.V.79.In hoc fano loricas galeasque æneas.P.Scipio posuerat.

GALEATVS,a,um.vt,galeata Minerua.1.de N.101.

GALLEOTAE, *temporibus Philistini nominabantur in Sicilia interpretes portentorum.*1.de Diu.39.

GALLIA,liæ.de Pro.39.Alter vlteriorem Galliam decernit.alter citeriorem. Atti.lib.8.ep.3. M.Marcello Cos. finienti prouincias Gallias Cal.Martiis ipse restitit.*& ibid.* Gallia vlterior. Ep. lib.8. ep.5. Propter Galliarum controuersiam.pro Mur. 89. Gallia trãsalpina.8.I.A.27.Gallia comata.

✠ *ADIVN.vlterior.*)(.*citerior,de Prou. Comata.* 8.*In Ant.Transalpina,pro Mur.*

GALLICAE, arum. *crepidæ,soleæ.*2.in Ant. 76. Nullis nec gallicis, nec lacerna.*Sic enim legendum est,nõ caligis,teste Gellio.lib.13.ca.22.*

GALLICANVS,a,um, *Gallicus.*pro Qu.55. De tota illa re atque ratione Gallicana inter se communicant pro Syll.53. Ager Gallicanus Picenusq;. in L.Pison.14.Prius Gallus,dein Gallicanus, extremò Semiplacentinus haberi est cœptus.

GALLICVS, a, um. *Gallicanus.* 1. de Diu. 81. Brennus eiusque Gallicę copiæ.pro Sest.9.Pisauri & in aliis agri Gallici partibus. 2.I.C.5.In agro Piceno & Gallico.de Clar. 57. Ager Gallicus & Picenus.

GALLINA,næ.*ouiferum præ cunctis volucre altile.*2.de Na.124.Anatum oua gallinis supponimus.4.Ac. 57. Quæ id ouũ gallina peperisset,dicere solebãt.2.de D.56.Hoc igitur per gallinas Iupiter ✠ tantæ ciuitati signum dabat? ‖ de Sen.56. Abundans gallina caseo. &c.

✠ *ADIVNC.Permultæ.*4. *Acad.*

GALLINACEVS,a,um. pro Mur.61. Qui galluũ gallinaceum suffocauerit,&c.& 1.de D.74. Gallos gallinaceos canere cœpisse.2.de D.29.Gallinaceum fel.

GALLINARIA *sylua,Romæ.*Ep.lib.9.ep 23.

GALLINARIVS,narij *qui gallinas curat.* 4. Acad. 85. Quoniam gallinarium inueniſti Deliacum,qui oua cognosceret.

GALLOGRAECVS.de Arusp.28.Brogitarus Gallogræcus.

GALLONIVS.*præco,& insignis helluo.*2.de Fin.90.Viuit vt Gallonius,loquitur vt frugi ille Piso.pro Quint. 94. Quæstus & sumptus Gallonij.

GALLVS,li. *auis,nota.*2. de D.56. Galli victi silere solent, canere victores.*& ibid.*57.Cur ante lucem galli cantãt.1.de D.74.Gallos gallinaceos sic assiduè canere cœpisse, vt nihil intermitterent. 2.de D.57.Galli silentio noctis (vt ait Ennius) fauent faucibus, rursus cantu plausuque premunt alas. pro Mur. 61. Qui gallum gallinaceum suffocauerit.& 22.Te gallorum,illum buccinarum cantus exuscitat.4.ad Her.63.Gallus è Phrygia.

✠ *ADIVN. Gallinaceus.pro Mur.*

¶ *Qui est in Gallia trãsalpina genitus.* 2. de Or.266.Gallus captiuus sub nodis distortus,eiectus lingua, buccis fluentibus. pro Font. 21.Galli humanis hostiis deos placant. de Ar. 19. Galli robore, Hispani numero,Pœni callidirate,Græci artib.valent.

GAMELION.*mensis Ianuarius,Iunoni sacer propter nuptias.*2.de Finib.101.

GANEAE, neatum.*lustra,loca libidini & helluationibus apta.* I. P. 13. Paulisper stetimus in illo ganearũ tuatum nidore atque fumo.

GANEO,onis. *helluo.*2.I.C.7.Quis ganeo?quis nepos?&c.pro Sest. 111.Egentissimus ganeo. Postquam. In Senat. 11. Cincinnatus ganeo.

✠ *ADIVN. Cincinnatus,postq. in Senat. Furiosissimus, atque egentissimus pro Sest.*

GANGES,*fluuius Indiæ maximus.*de Som.16.

GARGETIVS, *id est,Epicurus.*Epist.lib.15.ep.16.

GARRIENDI.1.de N.109.Tanta est impunitas garriendi.

GARRIO,is.*garrire,est auiũ:sed vsurpatur pro loqui, idq; sine delectu.* Att.li.12.ep.1.Cùm coràm sumus, & garrimus quicquid in buccam venit. Attic.lib.6.ep.2.Cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet,turget turba. 2. de Orat. 21. Philosophi in gymnasiis garrire cœperunt.

GARRVLVS, a,um.*loquax.*2.ad Her.16.Vt huius infantiæ garrulam disciplinam contemneremus.

GAVDENS,tis.Attic.lib.2.ep.4.Animo æquo,imò verò etiã gaudenti ac libenti.

GAVDEO, des. *lætor, exulto, triumpho, lætitia, gaudio exulto, gaudio triumpho, afficior, lætefero.* 3. de Leg. 1. Sanè gaudeo, quod te interpellaui. Attic. lib. 9. ep. 6. Quæ adhuc fecimus, probari valde gaudeo, si est nunc vllus gaudendi locus. Quin. ff. l. b. 2. ep. 11. Gaudeo tibi iucundas meas esse literas. & lib. 3. ep. 1. Quòd scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. pro. S. R. 136. Quæ perfecta esse gaudeo, vehementerque lætor. Att. lib. 16. ep. 17. Id tu nos obtinuisse non modò facilè patiare, sed etiam gaudeas. & lib. 9. ep. 19. Meum factum probari abs te triumpho & gaudeo. pro Mar. 10. Quare gaude tuo isto tam excellenti bono, & fruere cùm fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus tuis. 1. de Fin. 37. Cum priuamur dolore, ipsa liberatione & vacuitate omnis molestiæ gaudeamus. Cel. Epi. lib. 8. ep. 14. Nũc furit tam gauisos homines suum dolorem. Ep. lib. 8. ep. 2. In theatrum Curionis Hortensius introiit, puto vt suum gaudium gauderemus. & lib. 1. ep. 9. In molestia gaudeo. 3. Tusc. 51. Quoniam hæc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, glorioſè loqui desinant.

¶ *Delector.* 3. Offic. 121. Cum intellexeto te hoc scientiæ genere gaudere.

✠ ADVER. *Admodũ, 2. de Leg. & de Clar. Immortaliter. 3. ad Q. Frat. Incredibiliter. ep. ad Brut. Maximè. 10. Famil. Magnoperè, 2. Attic. planè. 5. Att. perpetuo. 14. Famil. Valdè 9. Att. vehementer. 6. Attic. vehementer. sæpè. 2. Cont. Rull. vehementissimè 1. famil.*

☞ Syntaxis. *Immortaliter gaudeo. Gaudeo, vehementerque lætor. Id euenisse triumpho & gaudeo. Gauisus est eius dolorem. Alterius gaudere gaudium. In sinu gaudere.*

GAVDIVM, dij. *lætitia, fructus.* Tusc. lib. 4. 13. Nam cum ratione animus mouetur placidè atque constanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest: quam ita definiunt, sine ratione animi elationem. 1. I. C. 26. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Antequam, 10. Itaque quod putaui fore gaudium, id extitit exitiũ 5. de Fin. 69. Gaudio compleri, affici, perfundi.

✠ ADIVNC. *Commune. 14. Phil. Exile. 16. Famil. falsum. 6. Famil. Incredibile. 9. Famil. Insatiabile, perpetua, plenaque. 5. Tusc. Maximum. 10. Philip. Nimium. 2. famil. Summum. 1. Famil. Vera, pro Mil.*

GAVRVS, *mons.* 2. contra Rul. 36.

GAZA, zæ. *vox Persica, ærarii, pecunia, thesaurus, regiæ opes, bona fortunæque.* pro Pomp. 66. Qui ab auro gazaque regia manus abstinuisset. 2. Off. 76. Omni Macedonum gaza, quę fuit maxima, potitus est Paulus. pro Dom. 60. Omnium locupletũ fortunæ, omnium prouinciarum fructus, omnium regum bona. Par. 6. Pecunia vestigal, diuitiæ, fructus.

✠ ADIVNC. *Maxima. 2. Offic. Pacatissimæ atque opulentissimæ pro Sest. Regia, pro Pomp.*

GEDVSANVS. *ager.* 2. contra Rul. 49.

GELLA, *oppidum Siciliæ.* 6. I. V.

GELENSES, *populi.* 6. I. V. 73.

GELIDVS, da, dum. *frigidus, algor.* 2. de Leg. 6. Fibrenus præcipitat in Lirem, eum multo gelidiorem facit: nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi. 2. de Nat. 98. Adde huc fontium gelidas perennitates. 1. I. C. 31. Si aquam gelidam biberint.

GEMINATIO, onis. *exornatio verborum.* 3. de Or. 204. Geminatio verborum habet interdum vim. *lepôrem aliâs.*

GEMINATVS, a, um. 2 de N. 14. Sol geminatus, *id est, duo soles.* Par. 21. Verba geminata atque duplicata.

GEMINO, as. *duplico.* in Arat.

Persæpe vt parum tranauus geminauerit orbem.

GEMINVS, a, um. *similis.* pro S. R. 118. Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. pro Quint. Rosc. 55. & Simillima & maximè gemina societas hæreditatis est. 5. I. V. 155. Consorti quidem in luctis atque furtis, gemino & simillimo nequitia, improbitate audacia.

¶ *Duplex.* in Arat.

Quæ volat & serpens geminis secat æra pennis.

pro Sest. 82. Cum quærerent alij Numerium, alij Quintium, gemini nominis errore seruatus est. 2. de Diu. 120. Gemino lucernæ lumine declarari dissensionem. I. P. 41. Vos geminæ voragines, scopulique reip. 3. de Or. 180. Aliæ sunt geminæ percussiones, quibus, &c. pro Clu. 46. C. & L. Fabricij fratres gemini fuerunt. 2. de Diu. 90. Fratres gemini. 4. Acad. 56. Seruilij gemini. & *ibid.* Vt mater internoscit geminos consuetudine oculorum, sic tu internosces, si assueueris. 2. de Nat. 110.

Et natos geminos inuisos sub caput arcli.

& *ibid.* Sub læua geminorum.

✠ ADIVNCT. *Similes. 4. Acad.*

☞ Syntaxis. *Geminus & similis. Fratres gemini, & gemini (siue Fratres.) Nati gemini. Geminæ alæ, & percussiones (de duob. atq; plurib⁹.)*

GEMITVS, tus. *suspirium, vox dolore expressa.* pro S. R. 24. Vt tota vrbe fletus gemitusque fieret. Postquam In Senat. 16. saltem dum conticescat lamẽtatio & gemitus vrbis. de Ar. 39. Non sunt illi gemitus & eiulatus Philoctetæ tam miseri. 2. I. A. 85. Gemitus & plangor toto foro. pro Sest. 68. obuiam tota ciuitas cum lachrymis gemituque processerat. & 2. Tusc. 57. Gemitus lamẽtabilis. Incert. Vt cogat in gemitum.

✠ ADIVNCT. *Acerbi, miseri, de Arusp. lamentabilis, imbecillus, abiectus, flebilis. 2. Tusc. Liber populi. 2. Phi. magnus ciuitatis, 3. In Ver. Maximus. 4. In Ver. Tantus. 6. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Fletus gemitusque fit, Lamẽtatio & gemitus. Gemitus & eiulatus. Gemitus & plangor. (agnoscegraui item copulatorum.)*

GEMMA, mæ. *lapillus preciosus omnis, siue perlucidus, siue non.* 6. I. V. 1. Nego vllam gemmam aut margaritam fuisse, quin abstulerit. & 62. Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis. & *ibid.* Vas vinarium ex vna gemma pergrandi. de Sen. 59. Cyri ornatus Persicus multo auro, multisque gemmis. 4. Ad Her. 61. Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata.

¶ *Oculus & germen in sturpibus.* de Sen. 53. In vitibus ineunte vere existit tanquã ad articulos sarmentorũ ea quæ gemma dicitur.

✠ ADIVN. *Clarissimæ & plurimæ. Pergrandis, 6. Ver.*

GEMMEVS, a, um. 6. I. V. 62. Trulla gemmea.

GEMMO, as. *quod Colum. & Plin. dicunt Gemmare.* Orat. 81. Siquidem est rusticorum gẽmare vites, sitire agros, lætas esse segetes. de Or. Gemmare vites, luxuriem esse in herbis, &c.

☞ Syntaxis. *Multo auro, multisque gemmis. Magnis fulgentibus gemmis illuminata corona.*

GEMO, mis. *gemitum facio, ingemo, ingemisco.* Attic. lib. 14. ep. 24. Hæc me species cogitatioque perturbat, ne gemam. Antequam 29. Equites Rom. quorum factis gloriantur ciues, lætantur socij, gemunt hostes. pro Planc. 101. Hos pro me lugere, hos gemere videbam. pro Sest. 66. Hæc gemebant boni, sperabant improbi. I. P. 25. Quorum nemo te aspexit, qui nõ gemeret desiderio mei. Postquam. In Senat. 11. Quo minus occultè vestrum malum gemeretis. Att. lib. 2. ep. 19. Grauiter gemes istam virtutem.

GEMOR, ris. Att. lib. 2. ep. 18. Hic status vna omniũ voce gemitur.

✠ ADVER. *Clarè, grauiter. 1. Attic. leuiter. 2. Tusc. Occultè malum, posiq. in Senat.*

☞ Syntaxis. *Gemere (absolutè: & gemere damnum. & damno, & desiderio. Libertas amissa gemitur à viris.*

GENAE, narum. *oris partes emineniores, oculis subiectæ, quæ malæ quoque dicuntur.* 2. de Nat. 143. Genæ ab inferiore parte tutantur oculos subiectæ leuiterque eminentes. 3. Tusc. 62. Muliebres lacerationes genarum. 2. de Leg. 59. Mulieres genas ne radunto. I. P. 1. Pilosæ genæ, dentes putridi. 3. Tusc. 26. Lachrymæ peredere humore exangues genas.

✠ ADIVN. *Exangues. 3. Tusc. Pilosæ, in Piso.*

GENEALOGI, gorum. *sic enim legendum est. non Genealogij: qui de ortu & originibus scribunt.* 3. de Nat. 44. Dij, qui à genealogis antiquis nominantur.

✠ ADIVN. *Antiqui. 3. de Nat.*

GENER, ri. *filiæ vir.* Attic. lib. 4. ep. 2. Is abiecta toga se ad generi pedes abiecit.

GENERALIS, le. *communis vniuersus, confusus, latè manans, ad multa pertinens, latè patens.* 1. Off. 96. Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur: aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. 1. de In. 10. & 4. Cum de genere negocij controuersia est, constitutio generalis vocatur. ‖ & 2. de Inuent. 61.

GENERALITER. *communiter, vna comprehensione, vniuersè.* 1. de In. 39. Nam tempus quidem generaliter definire difficile est.

GENERATIM. *generaliter vniuersè.* ‖ *id significat quod, Logici nostri generaliter, vniuersaliter, dicunt. Sic specialiter, particulariter, Specialim effert Cic.* 4. I. V. 168. Ergo ab vniuersa prouincia, generatimque à singulis eius partibus diligitur. & 137. Nam aut publicè ciuitates istos honores habent, aut generatim homines, vt aratores, mercatores, nauicularij. I. P. 85. Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? generatim ea, quæ maximè nota sunt, dicam. Or. 47. Orator percurret omnes locos, vtetur aptis generatim. 1. de Orat. 58. De iure generatim in ordines ætatesque descriptio. & lib. 2. 142. Sed hęc Crassus aliquando vobis expediet, & disponet descripta generatim. & lib. 1. 186. Nulli fuerunt, qui illa artificioſè digesta generatim componerent. 4. Acad. 47. Exponam igitur generatim argumenta eorum. Att. lib. 11. ep. 6. Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata.

¶ *Per singula genera: vnde distinctio contra primam significandi vim.* 7. I. V. 142. Nam quid ego de cæteris ciuium Rom. suppliciis sigillatim, potius quàm generatim atque vniuersè loquar? *Hinc persi-*

*perſpicuum eſt.generatim pro generaliter vſurpari.*2.de Or.42. Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur,hoc modo:Expetenda ne eſſet eloquentia,experendine honores.2.de Inu.18.Vt ſi amicitiæ quid cauſa factum dicetur, ſi inimici vlciſcendi,ſi metus,ſi gloria,ſi denique,vt omnia generatim amplectamur, aliculus retinendi,augendi, adipiſcendiue commodi cauſa,&c.

GENERATOR, oris. *genitor.* de Vn.34. Qui noſſe generatores ſuos optimè poterant.

GENERATVS,a,um.de Vn.4.Sempérne fuerit mundus, nullo generatus ortu,an ortus ſit.5.Tuſcul.69.Initia,vnde omnia ſint orta,generata,concreta.1.Off.22.Homines hominum cauſa eſſe generatos.4.in Anto.5.Mars à quo populum Romanum generatum accepimus.1.Off.103. Neque enim ita generati à natura ſumus,vt ad ludum & iocum facti eſſe videamur.

GENERO,as.*gigno.*1.de Leg.27. Hominem generauit & ornauit Deus.

GENEROSVS,a,um.*qui altiore animo eſt,magnanimus,præſtans,magnificus,clarus.*3.Off.86.Cum de imperio certamen eſſet cum rege generoſo ac potenti.de Clar.213.O generoſam ſtirpem.1.de D.20.Ciuili generoſa ſtirpe profectus.2.Tuſc.16.Quod natura ipſa,& quædam generoſa virtus ſtatim reſpuit.de Am.29. Humilem ſanè relinquunt, & minimè generoſum, vt ita dicam, ortum amicitiæ.de Cl.261.Voce,motu, forma etiam magnifica & generoſa quodammodo. Parad.3. Virgo generoſa & nobilis.)(.*Ignota.*de Amic.29.

☞ Syntaxis. *Rex generoſus. Ciuilis generoſa ſtirps, Generoſus.)(.humilis amicitiæ ortus. Forma magnifica & generoſa.*

GENIALIS,le.*nuptialis,voluptuarius.*pro Clu. 14. Lectus ille genialis,quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat.

GENICVLATVS,a,um.*geniculis diſtinctus.*de Sene.51. Culmus geniculatus.

GENITALIS,le.*indigenitalis.gentilitius.*L.AEVVM.

GENITIVVS.*caſus.*in Or.156. Genitiuorum pluralium neutrorum ſecundæ declinationis ſyncopa.

GENITOR,oris.*generator.*de Vn.24.Quo nihil ab optimo genitore melius procreatum eſt.& 41.Imitantes genitorem & effectorem ſui.2.de Diu.64.Genitor Saturnius.&c.

✠ADIVNC.*Optimus,de Vniuer.Optimus & præſtantiſſimus.3.de Leg.*

☞ Syntaxis,*Genitiuus pluralis.Genitor & effector.*

GENITRIX,cis.*procreatrix.*2.de Diuinat.63.

Nona ſuper tremulo genitrix clangore volabat. Poëtæ.

GENS,gentis *natio.*3.de N.93. Deum non curare ſingulos homines,nec ciuitates,nec nationes & gentes.1.Offic.51. Propior eſt eiuſdem gentis,nationis,linguæ.4.I.C.12. Qui id egerunt, vt gentem Allobrogum in veſtigiis huius vrbis collocarent. pro Font.25.Exteræ nationes & gentes.pro Pomp.31.Gentes ac nationes.1.I.C.9.O dij immortales,vbinam gentium ſumus. Att. lib.6.ep.3.Quippe res eſt in manibus,tu autem abes longè gẽtium.item.Ep.li.12.ep.22.Noſtri *τυφλολιτροι* longè gentium abſunt.de Prouinc.31.Nulla gens eſt,quæ non aut ita ſubacta ſit, vt vix extet:aut ita domita vt quieſcat:aut ita pacata,vt victoria noſtra imperióque lætetur. *Ibid.*33.Quas regiones, quáſque gẽtes nullæ nobis anteà literæ,nulla vox, nulla fama notas fecerat,has noſter imperator noſterque exercitus,&populi Romani arma peragrarunt.pro M.Scau.Sordidiſſimæ, leuiſſimæ, vaniſſimæ genti, ac propè dicam pellitis teſtibus, condonetur. *Sardos intelligit.*

¶ *Genus,& familia.*7.I.V.142.Vbicunque terrarum & gentium. pro Flacc.1. Gens Valeria. 1. de Or.176.Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudij eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediſſe dicebant.4.Academ.126.Cleanthes quaſi minorum gentium Stoicus.1.Tuſc.29 Dij maiorum gentium.Ep.lib.9.ep.21. Patricij minorum gentium. L.FAMILIA.

✠ADIVN *Acuta,& conuerſa Naturæ, Antiquæ.3.de Leg.Barbara,aut immanis,pro Syll. Barbaræ.2.de Inu. Barbaræ,multitudine innumerabiles,locis infinitæ, Omni copiarum genere abundantes, pro Mar. Bellicoſæ. 4.Philip. Cara tota,pro Flac. Efferata immanitate,*1. *de Nat. Exteræ, tantæ, & in teſtimonio religioſæ, pro Font.Extremæ atque vltimæ. 7.In Verr. Fallaciſſima, feræ.8.Attic.Fera,fortis,*1.*Tuſcu. feræ,& armatæ.pro Sex.Roſc. finitimæ, immanes, Inimicæ huic,aut in fide incognitæ aut feræ,& immanes,& barbaræ,& bellicoſæ,de Prou.Maximæ,de Prou. 7.Humana atque docta)(.immanis ac barbara,*1.*de D.Integræ,pro Pomp.Integerrimæ,& pacatiſſimæ,pro Dom.Maiores,*4.*Acad. Manſueta,fera,*1.*de Leg.Minores.9.Attic. Multæ.15. Attic.Plurimæ,de Senec.Sæua,2.Tuſc.vltimæ.15.At. vniuerſæ,pro Corn.Balbo.*

☞ Syntaxis.*Nec natio nec gens. Gens, natio, lingua. Gens Allobrogum Nationes & gentes:& contrà.Vbi gentium? Abeſſe longè gentium.Vbi terrarum & gentium?*

GENTILIS,le.‖*vocarunt Latini eũ gentilẽ,qui ex eadẽ familia ortus*
✠*eſt,& idcirco eodẽnomine appellatur.*Top.29.Gentiles ſunt,qui inter ſe eodem ſunt nomine ab ingenuis oriundi,quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit,qui capite non ſunt diminuti.2. de In.148.Si furioſus eſt,agnatorũ gentiliumq;in eo pecuniaq; eius poteſtas eſto.1.Tuſc.38. Antiquus ſanè:fuit enim meo regnante gentili.de Cl.109.Tum etiam gentilis Brute M.Pẽnus. de Vn.Homines deorum immortalium quaſi gentiles ſunt.4. I.V.190.Reſponde mihi nunc Verres, quem eſſe hunc tuum
✠penè gentilem Verrutium putas? ‖de Vniue.36.Homines deorum quaſi gentiles.

GENTILITAS,tis.*gentilium ius,conditio,ratio,habitudo,nexus.*1.de Orat.176. In ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum.

GENTILITIVS,a,um. *gentis & generis commune.*de Aruſp.32. Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello factitarunt.

GENV,nu.*genus,nodus in quo femora deſinunt,cuius pars poſterior,poples dicitur.*Poſtq.In Sen.16.Tu affinem tuam,filiam meam ſuperbiſſimis verbis à genibus tuis repuliſti.2.Tuſc.57. Genu M. Antonium vidi,cum contentè ipſe pro ſe diceret,terrã tangere. Genu nixus,qui genu flexo connititur.L.ENGONASIS.

GENVARIVS,rij. *nũmus Genuæ cuſus,quæ erat in Cæſaris prouincia.*Att.lib.6.epiſt.1.Sed heus tu,Genuarios à Cæſare per Herodem,talenta Attica L.extorſiſti?

GENVINVS,ni.2.de Narr.134. Dentium aduerſi acuti diuidunt eſcas,intimi autem conficiunt,qui genuini vocantur.

GENVS. *genu.* I. Arat. Atque inter flexum genus,&c.& læuum genus.*& ibidem ſæpius,poetica licentia.*

mortẽ,quàm P.Africani filiâ adolescẽtem,fœminã emisit,& li. 2.62.C.Gracchus.ad M. Pomponium scripsit duobus anguibus domi comprehensis haruspices à patre conuocatos.1.de Or.211. Prædicatemque P.Lentulum, principem illum, & T. Gracchum patrem,& Q.Metellum,&c.de Clar.79. Erat ijsdem temporibus T.Gracchus.P. F. qui bis Consul & Censor fuit, cuius est oratio Græca apud Rhodios: quem ciuem cùm grauem, tùm etiam eloquentem constat fuisse. *ibid.* 104. Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus.& 103.Vtinam in T.Graccho.Caióque Carbone talis mens ad reip. bene gerendam fuisset quale ingenium ad benè dicendum fuit. de Arusp. 41. T. Gracchus conuertit statum ciuitatis qua grauitate vir!qua eloquentia!qua dignitate! nihil vt à patris auique Africani: præstabili insignique virtute, præterquam quòd à senatu desciuerat deflexisset.pro C.R.12.13.14. *de C.& T.Gracchis multa.*3.de Leg. 20.*T. Gracchi Tribunatus.* pro Mil. 73. T. Gracchus Collegæ magistratum per seditionem abrogauit. & 3.de Leg. 24. Quin per ipsum T. Gracchum, non solum vetitus, sed etiam sublatus intercerssor fuerat quid enim illud perculit,nisi quod potestatem intercedendi collegę abrogauit.de Arusp.43.Nam T.Graccho Inuidia Numantini fœderis cui feriendo quæstor.C. Mancini. C o s.cùm esset interfuerat,& in eo fœdere improbando senatus autoritas & dolori, & timori fuit.4.In Catil.4. T. Gracchus qui iterum tribunus plebis fieri voluit. pro P. Sest.103. Agrariam T.Gracchus legem ferabat, grata erat populo, fortunæ constitui tenuiorum videbantur,nitebantur contra Optimates, quòd ea discordiam excitari videbant.de Amic. 36. T. Quidem Gracchum Rempub. vexantem,à Qu. Tuberone æqualibusque amicis derelictum videbamus.*ibid.*39.At verò T. Gracchum sequebantur. C. Carbo.C.Cato,& minimè tunc quidem.C.Frater, nunc acerrimus hostis.1. In Cat.3. An verò vir amplissimus. P. Scipio Pontifex Maximus. T. Gracchum mediocriter labefactantem statum reipub.priuatus interfecit.pro Mil. 8. Nisi vero existimatis dementem P. Africanum fuisse, qui tùm à C. Carbone tribuno plebis in contione seditiosè interrogaretur quid de T. Gracchi morte sentiret,respondit iure cæsum videri. de Arusp. resp. 41. T.Gracchum Secutus est.C.Gracchus, quo ingenio! quanta vi! quanta grauitate dicendi!vt dolerent boni omnes non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conuersa.*ibid.*43.C.autem Cracchum mores fraterna,pietas,dolor, magnitudo animi,ad expetendas domestici sanguinis pœnas excitauit.pro Sest.103. Frumentariam legem C. Gracchus ferebat.3. Tus. 48. Equidem C. Gracchus cum largiones maximas fecisset & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarios. 3.de Leg.20. C. verò Gracchus ruinis, & emissicijs quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues, nonne omnem reip.statum permutauit. 2. Offi. 72. C. Gracchi frumentaria magna largitio fuit. de Amic. 41. C. Gracchi Tribunatus.1 de Diu.56.& 2 de Diu.156. C. *Gracchi somnium.* pro C. Rab.12. C. Gracchus legem tulit de capite ciuiũ Romanorum, *vide.*4.ad Her.32.& 39.de Cl.Or.110.*ibid.*125.Sedecce in manibus vir, & præstantissimo ingenio & flagranti studio, & doctus à puero C.Gracchus.1.de Or.38. Sed vt reliqua prætermittã omnium mihi videor exceptis Crasse vobis duobus eloquentissimos audisse Tib.&C.Sempronios: quorũ pater homo prudens & grauis,haud quaquã elegans,& sæpe aliàs,& maximè censor saluti reip.fuit,atq; is nõ accurata orationis copia,sed nutu atq; verbo libertinos,in vrbanas tribus transtulit, quod nisi fecisset, reip.quam nunc vix tenemus iã diu nullã haberemus. At verò eius filij deserti,& omnibus,vel naturæ, vel doctrinæ præsidijs ad dicendum parati,cum ciuitatẽ vel paterno cõsilio,vel auitis armis florentissimã accepissent, ista præclara gubernatrice, vt ais,ciuitatum eloquentia rẽpub.dissipauerunt. 2. Offi.80. Quid nostros Gracchos T.Gracchi summi viri filios, Africani nepotes Nonne gratiæ contentiones perdiderunt?

GRACILITAS. *corporis habitus tenuior, subtilitas.* de Cl. 64. Qui non tam habitus corporis optimos, quàm gracilitates consectentur. de Cl. 313. Erat in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis,procerum & tenue collum,qui habitus, &c.

GRADATIM.*gradibus,per gradus.* Postquam ad Quir.5.Honores quos eramus gradatim singulos assecuti,nũc à vobis vniuersos habemus. Par. 54. Quæ ascendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora.2.de Ora.225.Hinc gradatim ascendere vocem,vtile & suaue est. 2. de N. 164. Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eámque gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos.Or. 135. Cum gradatim sursum versus reditur.4.Acad.49. Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.4.Acad. 92. Minutatim & gradatim interrogare.1.T us.57. Gradatim respondens eò peruenit.Ep.lib.9.ep. 14. Ita pedetentim & gradatim tum accessus ad causam, tum recessus.1.de N.90.Gradatim aliquò peruenire.

☞ Syntaxis, *Minutatim & gradatim. Pedetentim & gradatim.*

GRADATIO,onis.*exornatio rhetorica.*4.ad Her.35. Gradatio est, in qua non antè ad consequens verbum descenditur, quàm ad superius conscensum est,&c.

GRADIENDO.2.de N.122. Iam verè alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.

GRADIENS,tis. 5. Tusc. 38. Serpentes quasdam, quasdam esse gradientes.

GRADIOR,eris.*ambulo,eo,ingredior.* 1. Tus. 110. Quorum qui similitudinem aliquam arripuerit, fidenti animo gradietur ad mortem.

GRADVS,dus.*propriè,quo in aliquem locum ascendimus:ex trãslatione autem, & locum & dignitatem & momentum & ordinem & progressum quendam gressumq; significat.* Att. lib.4.ep.1. Gradus templorum ab infima plebe completi erant.pro Sest.34.Gradus eius templi tollebantur.pro Dom.54.Cum gradus Castoris conuellisti.pro Cl. 93. Gradus illi Aurelij tum noui quasi pro theatro illi iudicio ædificari videbantur, quos accusator concitatis hominibus compleuit.& Ep.li.6.ep. 7. Quemadmodum scalarum gradus,si alios tollas, alios incidas, nonnullos malè hærentes relinquas,ruinæ periculũ struas, non ascensum pares: sic,&c. 1. Off.160.In ipsa cõmunitate sunt gradus officiorũ, vt primadijs, &c.secunda perentibus,&c.tertia patriæ debeantur.2.de Na. 34. Quartus autem grudus est eorum qui,&c.Part.101.In omnibus causis tres sunt gradus,&c.3.de Or. 225. Est quiddã in remissione grauissimum,quo tanquam sonorum gradibus descenditur. Ora.59.Orator omnes sonorum tum intendens,tum remittens, persequetur gradus.1.de Nat. 90.A beatis ad virtutem video te venisse gradibus.1.I.C. 28. Ad summum imperium omnes honorum gradus efferri.5.I.A.47. Vt gradus essent petitionis inter æquales. pro Milon.24. Qui non honoris gradum spectat, vt ceteri.10.I. A. 4. Tibi summus honoris gradus est. pro Mur. 15. Pater facilem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit. 2. I.V.11.Quæstura primus gradus honoris.3.Offi.99.Tenere consularis dignitatis gradum.pro Plan.32.Summum in aliquo loco gradum tenere & dignitatis & gratiæ.de Cl.232. Gradus tuos & quasi processus dicendi studeo cognoscere. Orat. 216. Stabilis quidam & non expers dignitatis gradus. de Cl. 186. Eosdem gradus oratorum antea fuisse. Par. 12. Seruare gradus temporum. de Cla. 122. Nunc reliquorum ætates & gradus persequamur.pro Pomp.61.Cuius ætas à senatorio gradu longè abest.& Epist.lib.3. ep. 11. Gradus ætatis.1.I.A.14. In altissimo dignitatis gradu locatus. Antequam.13.Qui sunt assecuti summum gradũ honoris. Postquã. in Sen.2. In altissimo gradu dignitatis collocati sumus.pro Cluen.150.Altiorem gradum dignitatis assequi. pro Sest.20.Cum is præter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset. pro Mur. 30. Locari in amplissimo gradu dignitatis.5.I.V. 172. Gradus peccatorum in vno furto. Att. lib.7. ep.22.Causa publica desperata,quasi hic gradus mei redituest, quòd mulieres reuerterunt. 2. Cont. Rul. 38. Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur,hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cętera iactum intellegetis. de Arusp. 43.Atq; P.Clodio gradus ad rempub.hic primus est,aditus ad popularem iactationem & ascensus.4.I.V.3. Itaque maioribus in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus est.pro Cor.40. Vt sibi locus sit,his gradibus ascensus etiam ad ciuitatem. pro Dom. 75. Quibus tanquam gradibus in cœlum mihi videor ascendisse. pro Mur.55.Ascendere vnum gradum dignitatis. 2. Offi.61. Ad altiorem gradum ascendere.de Arusp.61. Deteriore autem statu vt simus,vnus est inferior gradus, aut interitus, aut seruitutis.pro Corn.18. Aliqui ex infimo genere & fortunæ gradu. pro Qu.61.Qui primus erat officij gradus,seruatus est à procuratore diligẽter.de Cl.280. Is ad summam amplitudinem peruenit ascendens gradibus magistratuum. Bu.ep.Prid.Inu.1.Qui esset eo,quo ego sum gradu, senatus populiq; iudicio collocatus. 4. Acad.6. Quos pop. Rom.in hoc gradu collocauit. pro S. R. 136. Suum cuique honorem & gradum redditum esse gaudeo. de Cl.284.Videat,ne ignoret & gradus,& dissimilitudines.& vim, & varietatẽ Atticorum. de Fin.lib. 5. Gradus ista res non habet. Ep.lib.11.ep. 28. Fateor me ad istum gradum sapientiæ nõ peruenisse.pro Mur.47.Vt omnes & dignitatis,& gratię gradus tolleretur.5.de Fin.40.Multis gradibus ascendere. Ep. lib.1. ep.7. Obtinere summum & altissimum gradum ciuitatis. Ep. lib. 6. ep.10.Omni gradu amplissimo dignissimus. de Orat.79. Cum omnis gradus ætatis recordor tuę.3.de Fin.45.Et gradus vnus in ea via,quæ est hinc in Indiam.1.Offi. 53. Gradus plures sunt societatis hominũ.& 59.Non ijdem erunt necessitudinum gradus qui & tẽporum,6.I.A. 18. Quis ciuis præsertim hoc gradu,quo me esse voluistis,&c.de Vn.17.Ad hanc conuersionem,quæ pedibus & gradu non eget,ingrediendi membra non dedit Deus. 3.I.V.154.Vnoquoque gradu de auaritia alicuius cõmoneri.2.de Orat.249. Vt quotiescunque gradum facias,toties tibi tuarum virtutum veniat in mẽtem.1.Offi.80.Tumultuantem de gradu deijci,vt dicitur.de Opt.4.Aliud alio melius fit non genere,sed gradu. ‖ Ep.li.10.ep.6. Gradus amplissimos dignitatis adeptus. Att.lib.16. ep. 14. De gradu deiectus.

✠ ADIVNC. *Altus dignitatis, de Amic. Altior, plures. 2. Offi. Altissimus, Beati. 2. de Nat. Altissimus, amplissimusque. 1. Phil. Amplissimus, Malè hærentes scalarum. 6. Famil. Amplissimi dignitatis, Summus, atque altissimus. 1. Fam. Facilis. pro Marc. Facilior. pro Mur. Inferior. de Arusp. Infimus. pro Cor. Multi. 5. de Finib. Noui, pro Cluent. Pares honorum. de Clar. Pares honorum, dispares, gloriæ. pro Planc. Plenus. 12. Famil. Plures, 2. Offi. Reliqui, 2. de Fin. Senatorius. pro Pomp. Stabilis, & non expers dignitatis. Ora. ad Br. Summus honoris, Anteq. ir.*

☞ Syntaxis. *Gradus scalarum, dignitatis, officiorum, causarum, hominum, sonorum. Efferri per gradus honoris ad imperium. Tenere gradum consularis dignitatis. In vrbe tenere summu gradum. Locatus in gradu, positus. Ascendere gradum. & ad gradum altiorem. In gradu, & gradu collocari. De gradu deijci: ad vnum.*

GRAECE. 3. Offi. 115. Acilius ille, qui Græcè scripsit historiam. 1. de Or. 155. Cum ea quę legerem Græcè, Latinè redderem. 1. Tus. 15. Scis enim me Græcè loqui in Latino sermone non plus solere quàm in Græco Latinè. 2. de Or. 265. M. Cicero senex, &c. dicebat, vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimum. pro Flac. 10. Qui Græcè nesciunt.

GRAECIA, cię. pro Dom 60. Cum alteri totam Achaiam, Thessaliam, Bœotiam Græciam, Macedoniam, omnémque Barbariam condonasses. pro Flac. 64. Hæc cuncta Græcia, in qua sunt Athenienses, Æoles, Dores, paruum quendam locum Europæ tenet, Asiæ maritimam oram bello superatam cinxit vrbibus, &c. & 2. Contra Rul. 86. Corinthus erat posita in angustijs & faucibus Græciæ. de Amic. 13. Philosophi, qui in hac terra fuerunt, magnámque Græciam institutis & præceptis suis erudierunt. 2. de Or. 154. Referta quòdam Italia Pythagoreorum fuit, tum cùm erat in hac gente magna illa Græcia. Tus. li. 2. 35. Verborum inops interdum Græcia. ‖ 1. Tus. 3. Doctrina Græcia nos ✠ & omni literarum genere superabat. 3. de Nat. 39. Iam verò in Græcia multos habent ex hominibus deos. 1. de Na. 13. Atque vt omittam. Græciam quæ semper eloquętiæ princeps esse voluit. 2. de Or. 6. Quare equidem in nostra ciuitate, & in ipsa Græcia quæ semper hæc summa duxit, multos & ingenijs, & magna laude ducendi, sine summa rerum omnium scientia fuisse fateor. de Cl. 32. Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi, &c.

✠ ADIVNC. *Magna, de Amic. Princeps eloquentiæ. 1. de Ora. vera, atque integra. pro Flac. vetus Magna. 3. de Orat.*

GRAECOSTASIS, sis. *locus Romæ, vbi nationum consistebant legati: à Græcis tamen appellatus.* Qu. Frat. lib. 2. ep 1. Deinde eius opere repentè à Græcostasi & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

GRAECVLVS, a, um. pro Fl. 23. Motus temerarius Græculæ concionis. postq. in Sen. 13. Cum Græculis philosophari. & I. P. 70. Græculus assentator. & pro Mil. 56. Comites Græculi quocunque ibant. Græculus otiosus & loquax. L. GRAECVS. 1. de Or. 102. Quid mihi, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso & loquaci quæstiunculâ, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? 1. de Or. 47. Verbi enim controuersia tamdiu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores quàm veritatis.

✠ ADIVNC. *Otiosus, & loquax, Fortasse doctus atque eruditus. 1. de Orat.*

GRAECVS, a, um. *Grauis.* pro Fl. 64. Tria Græcorum genera verè, Athenienses, Æoles, Dores. 2. de Fin. 68. Sint ista Græcorum, quanquam ab his philosophiam & omnes ingenuas disciplinas habemus. de Cl. 78. C. Sulp. Gallus maximè omnium Græcis literis studuit. de Cl. 310. Græca oratio plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latinè dicendi affert. de Ar. 19. Græci artibus, Hispani numero, Galli robore, Pœni calliditate valent. pro Arch. 23. Nam si quis minorem glorię fructum putat ex Græcis versibus percipi, quàm ex Latinis, vehementer errat: propterea: quòd Græca leguntur in omnibus ferè gentibus, Latina suis finibus exiguis sanè continentur. de Cl. 167. Quò Latinus orator sine Græcis literis peruenire potest. de Cl. 259. Cotta se valde dilatandis literis à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat. 2. de Or. 18. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. & 75. Græcorum doctrina petridicula. & 4. Crassus contemnere, Antonius ne nosse quidem Græcos videbatur. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. Græci fallaces & leues, & diuturna seruitute ad nimiâ assentationę eruditi. & *ibid.* Græci omnes vias pecuniæ norunt, omnia pecuniæ causa faciunt. & *ibid.* Græcorum familiaritates parum fideles sunt. & *ibid.* Paconius nescio quis homo, ne Græcus quidẽ, ac Mysius, aut Phrygius potius. pro Fl. 24. Homo scitate Græcus, crudelitate Barbarus. pro Fl. 24. 25. & 26. Græcorum luxuria & leuitas. de Or. 104. Græci alicuius quotidiana loquacitas sine vsu. 1. ad Her. 1. Græci scriptores inanis arrogantiæ causa ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiuerunt quæ nihil attinebant, vt ars cognitu difficilior putaretur. 3. de Fin. 5. Latina lingua vberior quã Græca. 6. I. V. 147. Apud Græcos Græcè locutus sum. pro Flac. 11. 12. & 13. Pro Græcis & contra Græcos multa. 3. I. V. 66. Græcorum bibendi mos. Ep. li. 7. ep. 1. Cum Græcos ludos ita ames, vt ne ad villam quidem tuã via Græca ire soleas. 1. de Fin. 8. C. Marius μισέλλην.). (. *Albutius* φιλέλλην. 4. Ac. 5. M. Cato literas Græcas in senectute didicit. * 1. de Fin. 10. Latina lingua locupletior est quàm Græca.

✠ *ADIVN. Leues, aut immanes, aut Barbari. pro Lig. Sacrilegi, & iampridem. improbi. 5. In Ver.*

GRAIVGENA, næ. 2. de N. 91. Graiugena de isto, aperit ipsa oratio. Pacuuij.

GRAIVS, a, um. *Græcus.* 2. de Nat. 91. Quasi verò non Graius hoc dicat. 3. de N. 53. Dioscuri apud Graios multi.

☞ Synt. *Græcè loqui in Latino sermone. Græcè reddere. Græcè nosse.*

GRAMEN, nis. *herba.* 2. de Finib. 84. Si tua sint Puteolis gramina.

✠ *Muretus granaria legendum censet. Manutius verò prædia. vide Muretum var. lect. lib. 7. ep. 20.*

GRAMINEVS, a, um. 6. I. V. 125. Etiámne gramineas hastas? *ego Cælius lego grauissimus: nam de ijsdem hastis subjcit Cicero: in quibus neque manu factum quicquam, neque pulchritudo erat vlla, sed tãtum magnitudo incredibilis.*

GRAMMATICA, cę. *ars Grammatica.* 3. de Fin. 5. Verba quibus ex instituto veterum pro Latinis vtimur, vt ipsa philosophia, vt rhetorica, grammatica, dialectica, &c.

GRAMMATICA, orum. *studium literarum, grãmatici.* 1. de Or. 10. 1. de Or. 187. In grammaticis poetarũ pertractatiõ, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus.

GRAMMATICVS, a, um. 4. ad Her. 18. Hæc qua ratione vitare possimus, in arte grammatica dilucidè dicemus.

GRAMMATICVS, ci. 1. de Diu. 34. Grammatici interpretes poetarum. & 2. Tus. 12. At si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur, turpe sit. Att. lib. 7. ep. 3. Sed quoniam grammaticus es, hoc mihi ξύμμαχ persolue. Or. 93. Hanc hypallagen Rhetores, metonymiam Grammatici vocant.

✠ ADIVNC. *Interprites, Poetarum. 1. de Diu.*

GRANDESCO, scis. *cresco.* 1. de Diu. 15.

Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. Poetæ.

GRANDILOQVVS, a, um. *in oratione grãdis, grauis, plenus, copiosus, amplus.* Orat. 20. Nam & grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt, cum ampla sententiarum grauitate, & maiestate verborum. 5. Tus. 29. Isti grandiloqui contra hæc duo, &c.

GRANDIS, de. *magnus, immanis.* de Senect. 10. Hic & bella gerebat vt adolescens, cum planè grandis esset, &, &c. I. P. 87. Videras enim grandis iam puer, &c. Attic. lib. 13. ep. 21. Ad Hircium dederam epistolam sanè grandem, quam scripseram proximè in Tusculano. & ep. 13. Grandiores sunt omnino libri, quàm erant. 6. I. V. 74. In qua basi grãdioribus literis P. Africani nomen erat incisum. Quin. Frat. lib. 3. ep. 1. Grande cubiculum & altum. 2. de Nat. 123. Pinna duabus grandib. patula conchis. 6. I. V. 47. Grande vas & maius opus. & *ibidem.* 46. Patella grandis. 6. I. V. 32. Hydria præclaro opere, grandi pondere. 3. de Nat. 83. Dionysius auteum Ioui detraxit amiculum grandi pondere. pro Cec. 11. Grande pondus argenti. 2. de Inuen. 158 His duabus rebus duæ res grandes sunt attributæ. pro R. P. 4. Is regi Alexandrino grandẽ pecuniã credidit. Ep. lib. 13. ep. 61. & 2. I. V. 24. Nicenses ei grandem pecuniam debent. pro Flac. 51. Pecuniam illi grandi fœnore occupauisti. 2. de Orat. 131. Ager, qui meliores fœtus possit & grandiores edere. 2. Contra. Rull. 55. Sicque agro grande vectigal imponitur. 4. ad Herenn. 34. Ipse grandi sponsione vinctus est. de Cl. 288. Subsellia grandiorem & pleniorem vocem desiderant. Orat. 30. Causidicus non ille quidem amplus atque grandis, subtilis & elegans tamen. & 119. Orator quo grandior sit, & quodammodo exelsior. de Clar. 205. Fuit enim Sulpitius vel maximè omnium grandis, &, vt ita dicam, tragicus orator. 3. de Fin. 19. Grandiora verba. 2. de Orat. 337. Genus dicendi grandius. de Cl. 29. Hi grandes erant verbis, crebri sententijs. 1. de Diu. 39. Sed exemplis decuit grandioribus vti. 7. I. V. 128. & pro Qu. R. 44. Pater grandis natu. de Sen. 10. Non admodum grandis natu, sed tamen ætate proiectus. 5. I. A. 47. Cum grandiorem ætatem ad consulatum constituebant. 1. de In. 88. Perspicuum & grande vitium. 2. Contra Rul. 93. Homo grandi macie torridus.

✠ *ADVERB. Admodum natu, Planè, Sanè, de Senec. Maximè omnium. Orat. ad Brut.*

GRANDITAS, tis. *magnitudo.* de Cl. 121. Idque apparet ex genere & granditate verborum.

☞ Synt. *Iam grandis puer. Epistola grandis, cubiculi, pondus, res fœtus, agri, sponsio. Amplus & grãdis causidicus. Grãdis & tragicus orator.*

Vir grandis verbis. Aetate prouectus, non tamen grandis natu. Perspicuum, & grande vitium. Grandi macie torridus. Verborum granditas.

GRANDO, nis. 1. de Nat. 14. Nimbi, niues, grandines. 3. de Nat. 86. Nec si vredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. 3. de Ora. 155. Grando mista imbri largisuo subita præcipitans cadit.

✠ *ADIVNC. Mixta, subita, præcipitans. 3. de Orat.*

GRANVM, ni. 1. de Diu. 78. Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt. L. SORITES.

GRASSATOR, oris. *latro.* de Fat. 34. Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa grassatori fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur.

GRATE. *animo grato.*)(*ingratè.* pro Planc. 98. Vt confiteare aliquando quod faciam, me & gratè & piè facere. 2. de Orator. 46. Quid piè, quid gratè, quid humaniter, aut fecerit, aut tulerit.

GRATES. *gratiæ.* de Som. 1. Er grates, inquit, tibi ago summe sol.

GRATIA, tiæ. *animus gratus & beneficij memor, voluntas referendæ gratiæ, grati animi fidelis memoria, grata memoria, grates, beneficiū.* 2. de Inuent. 161. Gratia est, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, alterius remunerandi voluntas continetur. 2. de Inuent. 66. Gratia quæ in memoria & remuneratione officiorum & honorum & amicitiarum obseruātiam teneat. Post quam. In Sen. 22. Nemo gratiarum immemor est gratus inuentus. pro Cor. 2. Omnibus amicis saluti meæ, si minus ad referendam gratiam satisfacere potui, ad prædicandam certè & habendam satis sum facturus, Att. lib. 14. ep. ep. 21. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo. pro Mat. 34. Maximas tibi gratias ago, maiores etiam habeo. 1. in Ant. 15. Maximas gratias & ago. & habeo L. Pisoni. & 3. In Ant. 25. Maximas gratias vobis omnes & agere & habere debemus. 10. I. A. 1. Maximas tibi gratias omnes & habere & agere debemus. Ep. lib. 13. ep. 27. Hammonius incredibiles mihi per literas gratias egit, & suo & Æmilij patroni sui nomine. 2. de Leg. 6. Resp. nostra iustissima huic municipio gratias agere potest, quòd, &c. pro Dom. 85. Senatus gratias agendas censuit ciuitatibus quæ me recepissent. 1. I. A 3. Eique amplissimis verbis per S. P. gratias egimus. pro Syl. 85. Cui senatus singularibus verbis gratias egit. 4. I. C. 5. Primum quòd mihi gratias egistis singularibus verbis. Epist. lib. 1. ep. 10. Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Att. lib. 15. ep. 15. Egi tibi gratias per literas ijs verbis, vt, &c. Ep. lib. 13. ep. 41. Lucrius homo omnium gratissimus mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret, &c. Att. lib. 15. ep. 1. Is tibi apud me gratias egit. & lib. 16. ep. 7. Ego verò tibi miras gratias ago, qui, &c. Pl. Epist. lib. 10. ep. 11. Immortales ego tibi gratias ago, agamque dum viuam: nam relaturum me affirmare non possum. tantis enim tuis officijs non video mihi respondere pe sse, nisi forte, vt tu grauissimè scripsisti, ita sensurus es. vt me referre gratiam putes, cum memoria tenebo. Att. li. 16. ep. 20. Tibi pro tuo summo beneficio gratias agam. Post q. In Sen. 25. Cōmemorare gratiā. 3. I. A. 4. Cui quanquā gratia referri tanta non potest, quanta debetur, habenda tamen est, quātam maximā animi nostri capere possunt. 1. I. C. 11. Magna dijs immortalib. est habenda gratia, quòd, &c. 1. de Or. 98. Magnam habeo Crasse huic palæstræ & Tusculano tuo gratiā. Att. lib. 9. ep. 19. Hanc adeò habeo gratiā tibi. Ep. li. 5. ep. 11. Grata tibi esse officia mea non miror: cognoui enim te gratissimū omnium. nec enim tu mihi gratiā modò habuisti, verùm etiā cumulatissimè retulisti. & ep. 19. Si feceris id quod ostendis, magnā habebo gratiā. li. 12. ep. 23. Philosophiæ habeo magnam gratiā, quæ, &c. 1. Tus. 100. Ego verò illi maximā gratiā habeo, &c. 2. de Diu. 6. Dabis igitur mihi veniā, vel gratiā potius habebis, quòd, &c. pro Plan. 68. Habere gratiam alicui, teddere quod debeas alicui voluntate ipsa. Meritam alicui gratiam memori mente persoluere. 3. de Orat. 14. Atque ei, si non parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus. 1. I. C. 18. Præclaram verò pop. Rom. referes gratiam, quòd, &c. 4. I. C. 3. Spero deos omnes pro eo mihi ac mereor, relaturos gratiam esse. Ep. lib. 1. ep. 8. Nullam partèm tuorum meritorum non modò referenda, sed ne cogitāda quidem gratia consequi possum. Ep. li. 2. ep. 6. Non enim mihi tam mea salus chara fuit, quàm pietas erit in referenda gracia iucunda- & lib. 3. ep. 9. Etsi vix fieri posset, tamen te parem mihi gratiam relaturum. pro Qu. R. 20. Re ferre alicui parem gratiā pro beneficio. pro Syl. 47. Nunc tecum sic agam, tulisse vt potius iniuriam, quàm retulisse gratiam videar. & Ep. lib. 13. ep. 4. Cumulatissimè referre gratiam alicui. & Ep. li. 5. ep. 5. Pro beneficijs in te meis nulla mihi abs te relata gratia est. 3. ad Her. 4. Referre gratiam bene merenti. Ep. lib. 14. ep. 4. Huic vtinam aliquando gratiam referre possimus, habebimus quidē semper. 2. de Offi. 69. Inops si referre gratiam non potest, habere certè potest. Bru. Ep lib. 11. ep. 15. Iam non ago tibi gratias: cui enim te vix referre possum, huic verbis nō patitur res satisfieri. 5. I. A. 39. Vt pro tantis eorum in remp. meritis honores ei habeantur, gratiæq; referantur. At. lib. 14. ep. 9. O. Socratici viri, nunquam vobis referam gratiam. pro Cor. 59. Cui munus hoc meritum, & iustam debitamque gratiā refero. At. li. 2. ep. 9. Referre bonam gratiā alicui, in Sal. 9. Referre gratiam mutuā alicui. Qu. de Pet. 16. Restituere gratiam alicui. Postq. ad Quir. 22. & pro Planc. 68. Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ. nam qui pecuniā dissoluit, statim nō habet id quod reddidit: qui autē debet, is retinet alienum, gratiam autē & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. 2. Offi. 69. Commodè quicunque dixit, pecuniam qui habeat non reddidisse, & qui reddiderit, non habere: gratiam autem & qui reddiderit habere, & qui habeat retulisse. 3. de Fin. 73. Debere gratiam alicui. & 2. I. A. 27. Quo etiam tibi maiorem gratiam debeo, qui, &c. 4. de Fi. 13. Tribuere gratiam inuentori alicuius rei. 3. Offi. 63. Huic nec laus magna tribuenda est, nec gratia. Ep. li. 10. ep. 19. Gratiarū actionem a te non desiderabam, cum reipsa, & animo scirem esse gratum. ad Brut. ep. 3. Gratiarum actio congratulatioq;. de Amicit. 53. Tarquiniū dixisse ferunt, tum cū exul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quósque infidos: cum iam neutris gratiam referre posset. ¶ *Fauor, amor, amicitia, bona gratia.* pro Pomp. 70. Nec pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari pu o. & *ibid.* Nec bonam gratiā mihi quæro. Ep. li. 5. ep. 12. Aucupari gratiā alicuius. de Pro 47. & 2. I. A. 76. Redire in gratiā cum alīquo. & Ep. li. 3. ep. 10. & At. li. 1. ep. 11. de Sen. 56. In gratiā cum voluptate redeamus. & Att. lib. 4. ep. 15. Ep. lib. 3. ep. 12. Reconciliata gratia. Att. li. 2. ep. 3. Cum Cæsare reditus in gratiam. de Ar. 52. Quid existimatis esse, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat. 2. I. V. 51. Esse in gratia cum aliquo. & Att. lib. 2. ep. 9. 3. I. V. 21. Cuius damnatione totus ordo cum populo Rom. & in laude, & in gratia possit esse. Ep lib. 1. ep. 9. Meum Cæsar est in gratia. & *ibid.* Mihi cum illo magna gratia est. Att. lib. 5. ep. 20. Erat in Syria nomen nostrum in gratia. 3. Offi. 85. Qui in maxima gratia est apud omnes. Cæl. Ep. li. 8. ep. 6. Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Att. li. 4. ep. 11. Apud Patronum te in maxima gratia posui. Att. lib. 6. ep. 6. Ac te apud eum, dij boni, quanta in gratia posui. Att. *ibid.* Meque apud eum magna in gratia posuit. At lib 1. ep. 2. Sallustium præsentem restituere in eius veterem gratiam non potui. de Prou. 23. Hic me meus animus in rempub. pristinus, cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. & 25. Cur igitur expectem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? pro R. P. 19 Reduci in gratiā cum aliquo. & *ibid.* Recipere aliquem in gratiam ex inimicitijs. 3. de Or. 133. Colligere gratiā ex priuatorum negocijs. Att. lib. 1. ep. 1. Omnes gratias nō modò retinendas, sed etiam acquirendas putant. 1. de Or. 117. Quin. Varius illa ipsa facultate, quamcunque habet, magnam est gratiā consecutus. Ep. li. 2. ep. 16. Effundere gratiam collectā. pro Dom. 46. Illi quorum vita remota ab hoc honore populari, & ab hac illustri gratia est. Qu. de Pet. 15. Homines excellenti gratia ad conficiēdas centurias. I. P. 4. Ego illos nulla senatus mala gratia, comitiorum ratione priuaui. 1. de N. 45. Neque ira, neque gratia teneri. Ep. li. 10. ep. 12. Efficere aliquid grati. Ep. li. 5. ep. 12. Flecti à gratia, vel à voluptate. *ibid.* Nec Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi voluit. Pro Milon. 42. Quē igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela occidere? de Fat. 7. Sed Possidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. Att. lib. 1. ep. 11. Si non iucunda, sed referēda sit gratia. Att. lib. 8. ep. 9. Inire summā gratiam cum omnibus. 6. I. V. 143. Inire gratiam ab aliquo. & 4. In Ver. 113. Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. pro Dom. 81. Ferre legem alicui per gratiam. pro Mil. 76. Appius homo mihi coniunctus fidelissima gratia. 5. I. V. 115. Beneficij gratiæq; causa concedere aliquid. & 189. In beneficij gratiēq; loco petere aliquid. de Am. 30. Liberales sumus non vt exigamus gratiam: non enim beneficium fœneramur. 2. de Fin. 117. Tollitur beneficiū & gratia. Ep. li. 2. ep. 6. Cum præsertim considerem nullam esse gratiā, quam vel non capere animus meus accipiendo, vel remunerādo cumulandóque illustrare possit. * de Prouinc. 29. Eum ad equestris ordinis gratiam deuocant. Frag. ep. Monumentum ad memoriā magis spectare debet posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiā. ¶ *Autoritas.* Ep. lib 1. ep. 1. Gratiam autem nostram extinguit hominum suspicio.

¶ *Causa, studio, ratione inquam finis & vsus.* 1. de Finibus. 36. Dolorum effugiendorum gratia. 1. de Nat. deor. 158. Tantúmque abest, vt hæc bestiarum causa parata sint, vt ipsas bestias hominum gratia generatas esse videamus.

✠ *ADIVNC. AEquabilis. 1. ad Qu. Fr. Bona, pro Pomp. Bonæ, multæ, plurimæ, 4. In Cat. Excellens. 2. Fam. & 2. Cont. Rull. Fidelissima, mutua, in Salust. Illustris. pro Dom. Immortales, Magnæ. 10. Fam. Incredibiles, mirificæ, singularis. 13. Fam. Non Inuidiosa, de Aruſp. Iusta, & debita, pro Cornel. Iustissimæ. Meritæ. 2. de Leg. Magna. 1. de Orat. Maior. 4. Phil. & pro Mar. Mala, in*

Piſo

Piso Maxima,de Clar.Merita dijs Immortalibus,præsens pro Plan.Merita,debitaque.3.de Orat. Muliebris. pro Cæl.Nimia,pro Sex.Rosc.par,pro Qu. Rosc.per magna.pro Font.Popularis.3.Offi.præclara.2. In Cat. Reliquæ,maximæ,6.Fam.Subita.pro Syll.Summa.7.Att. vetus.1.Att.vetus,& equestris.4.In Ver.

☞ Syntaxis. *Ad prædicandam & habendam gratiam satisfacere. De illo gratias & ago & habeo. Amplissimis,singularibus verbis,per literas,gratias agere. Apud illum tibi ita gratias egit. Habere gratiã,cõmemorare,debitam persoluere. Pro eo tibi,ac meritis,gratiam habebo. Referre parem,mutuam gratiam. Restituere gratiam,& bonam gratiam. Debere & persoluere gratiam,tribuere. Gratiã sibi alicuius aucupari, conciliare,inire. Redeamus in gratiam cum illo. Redire in gratiam qui prius inimici erant. Cum illo reditus in gratiam. Tecum non sum in gratia. Mihi tecum est magna gratia. Ponere aliquem in gratia apud aliquem,& restituere in gratiã. Reducere,reconciliare in gratiã cum aliquo quempiam. Ex inimicitijs aliquem in gratiam recipere. Acquirere, colligere,retinere omnes gratias, consequi, effundere collectas gratias. Nulla tua mala gratia feci. Vir excellenti gratia ad suadendũ. Id facias gratia,vel gratiæ causa. Cũ tua gratia faciã. Cum tua bona gratia discedã. Gratiã inire ab aliquo,& cum. Alicui per gratiam legẽ ferre. Beneficij & gratiæ causa petere. Cõiunctus fidissima gratia. In beneficijs gratiaq; loco petere. Extinguitur iniuria præuitatis honorũ gratia. Gratiam exigere,& beneficium fœnerari.*

GRATIFICANDI.2.Offi.52.In vtroque inest gratificandi liberalis voluntas. * pro C.Cornel.1. Homo nimis in gratificando iure liber.

GRATIFICANS,tis.1.de N.124.Deus nihil cuiquam tribuens, nihil gratificans, omnino nihil curans.

GRATIFICATIO,onis.*gratia,beneficium.*3.Cont. Rul.6. Coniungitur impudens gratificatio cum acerba iniuria.1.de Na.123. Cum imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis.pro Mur.42.

GRATIFICOR,aris.*beneficium do,gratum facio.*1. Offi. 42. Qui gratificantur cuipiam,quod obsit illi,&c.5. de Finib. 42. Déque eo quod ipsis superat,alijs gratificari volunt.Ep.lib.1.ep.1.Quod Pompeio se gratificari putant.3.de Leg.39. Honestè gratificari cuipiam.Ep.lib.8.ep.6. In hanc partem porrò tutum tibi erit, si quid volueris gratificari.Ep.lib.1.ep.10. Cur tibi hoc non gratificer,nescio.pro Cor.14.Gratificatur mihi gestu accusator, nescientem Cn. Pompeium fecisse significat. * pro C. Cornel.1. Num alicui gratificabantur aut homini, aut ordini? Hortens. Gratificare Reip.

✠ ADVERB.*Honestè.3.de Leg.*

GRATIOSVS,a,um.*qui apud omnes plurimùm gratia potest.*pro Pl. 47.Iam doceo gratiosum esse suis tribulibus Planciũ.5.in Verr. 37.Splẽdidi homines,& alijs prætoribus gratiosi.pro Cæl.21.Homo potẽs,gratiosus,disertus.de Pet. Con.16.Vir ad ambitionem gratiosus.pro Muræn.47.& Qu. de Pet.20.Homines in suis ciuitatibus & municipijs gratiosi.At.li.15.ep.4.Cicero erat gratiosus apud Cæsarem. pro Mur. 73. L. Natta in equitum centurijs voluit esse, & ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus.3.Offi. 58. Tum Pythius, vt argentarius, qui esset apud omnes ordines gratiosus.Ati.lib. 16. ep. 11. Syracusas commodius epistolas mittere potero,si Valerius Mitres ad me nomina gratiosorum scripserit.pro Planc. 46. Ego Plancium & ipsum gratiosum esse dico, & habuisse in petitione multos cupidos sui & gratiosos.de Clar.289.Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco. Epist. lib.1.ep.3.Is vehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore.Ep.lib.2. ep. 6. Iuuentutis & gratiosorum in suffragijs studia, propter ipsius excellentem in eo genere gratiam,nostram suffragationem,si minus potentem, at probatam tamen, & iustam,& debitam, & propterea fortasse etiam gratiosam.Ep.li.5. ep.20. Quando de Logeio parum gratiosum est.

☞ Syntaxis. *Gratificor tibi, & hoc tibi, & de hoc quod mihi superat. Gratiosus apud aliquem. De illo parum gratiosum est.*

GRATIS.*gratuitò,sine solutione,vel pecunia.*)(.precio.3.I.V.118. Ne gratis in prouincia malè audires.*ibid.*101. Is repentè vt Romam venit,gratis prætor factus est.2.de Fin.85.Virtutes omnes gratis per se diligant.7.I.V. 47. Nauis mihi constat gratis. pro Cl.71. Seruire gratis alicui.Quin.Frat.lib.3,ep. 1. Id me scis antè gratis tibi esse pollicitum.pro Qu. Ros. 27. Communem esse factum gratis,qui precio proprius fuisset. 2. Offi. 83. Habitare gratis in alieno.

GRATVITO.*gratis.* pro Arc. 10. Multis gratuitò ciuitatem impartiebantur.2.Offi.66.Multorum causas & non grauatè,& gratuitò defendere.

GRATVITVS,a,um.*sine præmio & mercede.*)(.*mercenarius,conductus.*Qu.Fr.lib.2.ep.ep.14.Comitia,si gratuita fuerint,plus vnus Cato fuerit,quàm omnes leges.& Att.lib.4.ep.14.Tu ne gratuita quidem eorum suffragia tulisti.1.de Leg.48.Quid liberalitas? gratuitáne est,an mercenaria?si sine præmio benigna est, gratuita:si cum mercede,conducta.1.de N.123.Hominum charitas & amicitia gratuita est.2.de Fin.99.Innatam esse homini probitatem gratuitam,non mutuatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam. ‖ pro Mur.69.Gratuita frequentia.

☞ Syntaxis. *Gratis hoc mihi constat. Gratis hoc tibi recepi.ad est sponte. Liberalitas gratuita,non mercenaria.*

GRATVLANS,tis. Att.lib.8.ep.9.Cum vos non modò frequentes,sed læto vultu gratulantes viderit.

GRATVLATIO,onis.*communis gaudij demonstratio,lætitia publica.* Att.lib.1. ep. 14. Fuit enim sæpe & laudis nostræ gratulatio tui iucunda, & timoris consolatio grata. & *ibid.* Mihi facta statim est gratulatio.2.I.V.21. Nunciatur mihi maximam gratulationem huic esse factam.& 6.In Ver. 74. Diana summa cum gratulatione ciuium & lætitia reponitur.I.P.7.Mihi pop.Rom.non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatémq; donauit. pro Mur. 12. Hic parenti suo gratulationi in victoria fuit. pro Dom. 62. Consules epulabantur, & in coniuratorum gratulatione versabantur. pro Milo.99.Nos in hominum cœtu gratijs agendis,& gratulationibus habendis, & omni sermone celebramur. pro Mar. 11. Hunc igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure antepones.Att. lib. 9. ep. 4. quicquam tu illa fuisse putas præ ijs gratulationibus? Att.lib.9. ep.4. Ne gratulationibus obtuliſſe videamur. * de Prouinc. 29. Eum ad gratulationem deuocant.

¶ *Supplicatio ad fana.*Ep.li.11.ep.18. Gratulationem tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. de Pro. 26. Gratulatio dijs immortalibus: *id est,supplicatio.*4. I. C.20. Cæteris semper bene gestæ,mihi vni conseruatæ reip.gratulationem decreuistis.

✠ ADIVNC. *Celeberrima,gratæ.14. Phil. Exigua,de Prou.Exoptatissima,summa.4.Att.Iucunda.1.Attic. Maximæ.7.In Ver. Maximæ, & innumerabiles.pro Mar. Multa ciuium.6. In Ver. Noua.2. In Ver.præpostera.pro Syll.Probatissima.4.Fama.Recens.11.Fam. Sera,Tantæ.2.Fam.*

☞ Syntaxis. *Factaillis est gratulatio. Gratulatio & lætitia populi. Gratulatio ad fana.*

GRATVLATOR,oris.2. de Fin. 108. Ita fit vt gratulator lætior fit,quàm is cui gratuletur.

✠ ADIVNC.*Lætior.2.de Fin.*

GRATVLOR,aris. *congratulor, lætor, gratulationi cuipiam sum, gratulationem facio,gratulationem habeo.* Ep.li.1.ep.7.Quòd mihi de filia & de Crassipede gratularis agnosco humanitatem tuam.Att.li.4.ep.1.Vt tibi de reditu nostro gratularer.Ep.li.1.ep. 7.Quòd mihi de nostro statu,de Milonis familiaritate,& leuitate & imbecillitate Clodij gratulatis, minimè miramur, te, &c.& lib. 3. ep. 12. Gratulor tibi de iudicio ambitus, neque id, &c.sed illud,&c. Ep.lib.8.ep. 13. Gratulor tibi affinitate viri optimi. Att.lib.5.ep.20. Qui mihi gratulatus es, illius diei celebritate.in Sal.10.Cum pop. Rom. frequens aduentu meo gratulatus est.ad Brut.Epist. pridem Inuent.7. De Cassio lætor,& reip. gratulor, mihi etiam, qui, &c. Att. Gratulor nobis Qu. filium exisse.Ep.lib.3. ep. 11. Complexus igitur sum cogitatione te absentem:epistolam verò osculatus, & ipse mihi gratulatus sum. 2.I.A. 28. Brutus Ciceroni recuperatam libertatem est gratulatus.2.I.V.19.Et ei voce maxima victoriam gratulatur. Ep.lib.15. ep.2.Cum ei ego gratulatus essem,idque me gaudere dixissem, discessit,&c.& lib.2.ep.5.Vnum illud nescio,gratulérne tibi, an timeam.Ep. lib.15. ep. 14. Alter fructus gratulationis est, & is quidem exilior,quàm si tibi te ipsum intuens gratularer,sed tamen & feci antè,& facio nunc,tibique cum pro rerum magnitudine quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quòd te de prouincia decedentẽ summa laus, & summa gratia prouinciæ prosecuta est.& lib.2.ep.5.Tamen quod abes,gratulor.pro Do.22.Gratulor tibi,quòd,&c.pro Pl.91.Ego tibi in hoc gratulor.I.P.51. Omnes publicè ad me venerunt gratulatum. 1. I.A.30 Mihi & gratias agebant boni viri, & nomine tuo gratulabantur.& 12. In Ant. 18. Illi alacres & læti inter se quasi vicissent,gratulabantur. At.lib.16.ep.5.Magis est quòd gratuler tibi, quàm quòd te rogem.

✠ ADVER.*Aliquando patri.pro Syll.Breui,vehementer,verè,6.Fam.Publicè.1.Tusc.Seriùs,2. Fa. Tardiùs, Reip.1.Phi.Valdè.1.ad Q.Fr.verecundè nimis. 7.Fam.*

☞ Syntaxis. *Gratulor tibi de filia,de affinitate: & ,affinitati. Ipse mihi gratulor,Hanc rem tibi gratulor. In hoc tibi gratulor. Gratulatum ire.*

✠ *Alacres & læti inter se gratulantur ij.* ‖ *Sco.Cicero sæpius ablatiuum quam accusatiuum,huic verbo tribuit,nostri homines cum ablatiuo sine propositione raro iungunt.*

GRATVS,a,um. *qui meritam aliqui gratiam memori mẽte persoluit, qui beneficia accepta meminit,non ingratus.*1.de Leg.49.Gratus est, qui in referenda gratia non commodum, sed eum ipsum cui

refert

refert gratiam,cernit. Ep. lib.5. ep.5. Tu quàm gratus erga me fueris,ipse existimare potes. Postq. In Senat.22. Vt erga autores salutis meæ satis gratus iudicarer.& *ibid.* Nemo gratiarum immemor,est gratus inuentus.10.I.A.7. Laus Bruti,quæ gratissima memoria omnium ciuium, inclusa nõdum autoritate publica, testata est.pro Plan.91. Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimiùm memoris,nimiúmque grati. Att. lib.9.ep.13. Vt tuo beneficio vir gratus & pius esse in maximi beneficij memoria possim.ad Bru. ep.15. Faciliùs in timore benigni, quàm in victoria grati reperimur. Ep.lib.1.ep 5. Vt quàm gratissimus erga te esse cognoscerer. Ep. lib.11.ep.10. Gratiorem me esse te posse quàm isti peruersi sint in me,exploratum habes. 2. Contra Rull.21. Gratus ac memor beneficij.ad Brut.ep.4. Gratus animus & liberalis. Ep.lib.10.ep. 19. Re ipsa atque animo gratissimus. & lib. 13.ep.25. Is magnis meis beneficijs ornatus in consulatu meo memor & gratus fuit.14.I.A.30. Alicuius virtutem grata memoria prosequi. & 4. In Ant.3. Grato animo prosequi nomen alicuius.

¶ *Iucundus,acceptus,optatus.*5. Tus.45. Quod approbãris, id gratum acceptumque habendum.1.I.V.7. Quid est,quod omnibus gratius,optatius,aut magis accommodatum esse possit? Ep.lib. 1. epist. 9. Cuius officia iucundioria scilicet sæpe mihi fuerunt, nunquam gratiora. Att.lib.3.ep.24. Ista veritas etiamsi iucunda non est,mihi tamen grata est. Ep.lib.5. ep. 15. Amor tuus, non ille quidem mihi ignotus,sed tamen gratus & optatus:dicerem iucundus,nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Ep.lib. 13.ep.44.& Att.lib.1. ep.14. Tale enim tuum iudicium non potest mihi non summè esse iucundum: quod cùm ita sit, esse gratum necesse est. Qu.Fr.lib.3.ep.1. Id mihi pergratum, perq; iucundum erit. Att.lib.13.ep.45. Me & Cæsari,& sibi vehementer gratum esse facturum.2.de Leg.41. Velim hoc quod loquar, tibi gratum videri Potius quàm graue.

✠ ADVERB. *Admodùm.5.In Ver. AEquè virique literæ,vehementèr,vehementissimè.13. Fam.Egregiè, 2. Att.Mirabilitèr.3. Fam.Parum.5.Att.Planè.8. Att. valdè prædicatio.6.Fam.valdè prudentia.3.Fam.valdè.4.Att.Vehementèr facere.13.Att.vehementèr Leges.2.Cont.Rull.Perseuerantia.pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Virtutem alicuius grata memoria persequi. Grato animo nomẽ prosequi.Gratus & acceptus. Quid gratius,acceptius?id licet iucundum non sit, gratum tamen est. Quod iucundum est, gratum etiam erit. Per gratum perq; iucundum. Facere alicui vehementer gratum.*

GRAVATE, *difficulter, ægrè.* 1. de Orat. 208. Meam facilitatem laudatore,cùm vobis non meo iudicio,sed vestro inductus,non grauatè respõdi.10.3. Officior.59. Grauatè ille primò. quid multa?impetrat.& 2. Offi. 66. Multorum causa non grauatè & gratuitò defendere.pro Cor.36. benignè,non grauatè,comiter,&c.

☞ Syntaxis. *Benignè,non grauatè.*

GRAVEDINOSVS.a,um.*ad grauedinem proclivis.*4.Tus.27. Sunt alij ad alios morbos procliviores:itaque dicimus grauedinosos quosdam,quosdam torminosos:non quia iam sint,sed quia sæpe sint. * *In vetustis,libris reperitur Grauidinosus.*

GRAVEDO, nis. Græcè *ῥεῦσις dicitur,parum tamen differt à destillatione huc caput is morbus,teste Cor.Celso.* At.lib.10.ep.18. Tu quoniã quartana cares, & modò morbũ remouisti,sed etiam grauedinem.& lib.16.ep.11. Grauedo tua mihi molesta est.& ep.13. Grauedini quæso omni ratione subueni.

☞ Syntaxis. *Hoc exiguum est,grauissimum tamen, subuenire febri: id est,occurrere,resistere,repellere,abigere.*

* GRAVIDONOSVS,a,um. vide GRAVEDINOSVS.

GRAVIDITAS,tis.2.de N. 119. Luna à sole illuminata grauiditates & partus affert.

GRAVIDATVS,ta.*grauidus factus.*2.de Nat.83. Terra grauidata seminibus omnia parit & fundit ex sese.

GRAVIDVS,a,um.*pragnans,plenus,fœtus.*pro Cl.31. Cum mulier esset grauida,etiam appropinquare partus videretur.3. in Verr. 48. Latona grauida,& iam ad pariendum vicina. 1. de Diu. 20. Vbera grauida vitali rore.& *ibid.*

Aut cum se grauida tremefecit corpore tellus.

GRAVIS,ue:vior.issimus.*ponderosus.*3.de N.83. Atque in eo cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum. de Som. 10. In terram feruntur omnia suo motu pondera.2.de Nat. 24. Cibus grauis:*id est,difficilis ad concoquendum.*

¶ *Arduus,difficilis,molestus.*1.I.C.3. Senatusconsultum vehemens & graue in aliquem.pro Fl.16. Hoc perquàm graue est dictu.& *ibidem.* Quod mihi grauissimum esset dicere. pro Cor. 24. Est enim in pop.Rom.graue,non posse,&c.2.de Inu.130. Nec fuisse ei graue,nec difficile,eam causam excipere,quæ,&c. Ep. lib. 2. ep.6. Graue est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. Att.lib.1.ep. 4. Non mihi graue duxi referibere adte. Ep.lib.13.ep.73. Si tibi graue non erit.& ep. 76. Nunquam grauis tibi esse volui. Topic. 4. Vereor ne tibi grauis sim. de Sen. 4. Quòd senectutem tuam nunquam tibi grauem esse senserim.5.I.V.134. Eum ne verbo quidem grauio re appellasses.2.de Leg.41. Velim hoc quod loquor,tibi gratiam videri potius quàm graue. Qu.Fr.li.2.ep.15. Atque id anni tempore grauissimo,& caloribus maximis. Ep.lib.5.ep.16. Hoc grauissimo & pestilentissimo anno. Att.lib.14.ep. 12. Quod reipub. defuerit tam graui tempore.

¶ *Magnæ autoritatis,dignitatis,ponderis,seriæ.*3. Offi.35. Honestas omni pondere grauior est habenda quàm cætera omnia.1.Off. 103. Cùm grauibus serijsque rebus satisfecerimus.1.de Orat. 38. Homo prudens & grauis & lib.2.155. Vir autoritate grauis. pro Deiot. 5. Quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis grauissima sunt. pro S. R. 112. Hoc minimè videtur graue ijs,qui minimè ipsi leues sunt.pro Qu.Ros. 6. Quòd apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicẽ graue & sanctum esse ducetur. Postq. ad Quir.18. Nomen vestrum mihi graue & sanctum est.pro Cl. ✠ 16. Statuit sibi nihil grauius faciendum,quàm,vt,&c.‖ 2.de Or. 227. Oratio grauior de Cla.325. Sententijs non tam grauibus & seueris quam concinnis & venustis.

¶ *Seuerus* de Clar. 66. Cato grauis in laudando. 2. de Orat. 228. Omnium grauissimum & seueriss imum esse.de Cl.281. Grauis sine arrogantia, * pro L.Varen.L.Septimius est ad L.Crassi eloquentiam grauis,& vehemens,& volubilis.

¶ *Humilis.* 3. de Orat.225. Est quiddam in remissione grauissimum,quo tanquam sonorum gradibus descenditur.1. de Orat. 251. Vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipere.

✠ ADVERB. *AEquè,& sanctum,post.ad Quir Imprimis. 4. de Fin.Quam maximè.1.de Or.Sanè contentio. de Opt.gen.vehementer.pro Clu.*

GRAVITAS, tis. *habes & Synonyma & homonyma in vocabulo præcedenti Grauis.*At.li.9.ep.22. Et grauitatem in congressu nostro tenui. Ep.lib.5.ep.16. Tuenda est tibi grauitas. Att.lib.10.ep.1. Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem quam mihi præcipis. de Cl.326. Hæc genera discendi in senibus grauitatem non habent. At.lib.9.ep.11. Illud me præclarè admones, cum illum videro,non nimis indulgenter,& vt cum grauitate potius loquar. 2.de Ora.73. Sententiarum grauitate,verborum ponderibus est vtendum.1.Off.136. Verborũ grauitas.de Am.96. Quanta illi fuit grauitas,quanta in oratione maiestas.1.Offi.112. Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem.pro Cæl.63. Homo grauitati deditus.2.Tus.49. Personæ grauitas. Att.lib.11.ep.25. Corpore vix sustineo grauitatem cœli huius.& *ibid.* Grauitas loci. 3. de Nat. 76. Grauitas morbi.2.de Nat.116. Tantæ contentio grauitatis & ponderum.de Fat. 24. Atomos grauitate & pondere moueri. 1. de Inuent. 25. Exordium sententiarum & grauitatis plurimum debet habere.&.110. In quo grauitas & autoritas est,plus proficit ad misericordiam commouendam.5.Tus.34. Huius sententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur. Hortens. Vitæ grauitate præstitit.de suis consil. Tarditate modorum & grauitate cantus illorum furentem petulentiam resedisse.

✠ ADIVN. *Acrior verborum,incredibilis. 1. Offi. Admirabilis.13.Phil.Ampla sententiarum. Orat. Censoria.pro Cæl.Digna expectatione.pro Sex. Rosc. Diuina orationis, posiq. ad Quir. Diuina, plena antiquitatis. pro Sest.Incredibilis,& inaudita.pro Cornel.Magna.2. de Inuent.Maior.5 Famil. Naturalis ac necessaria, de Fat.paterna,de Pro.Perpetua orationis.2.At.Singularis.8.Phil.Singularis,ac penè diuina,de Aruisp.Summa.2.de Or.Tanta.de Clar.vetus iudiciorum.1. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Grauitatis & ponderum contentio. Cœli grauitas, aeris. Grauitas & maiestas.*

GRAVITER,ssimè.*ægrè,molestè,seuerè,prisce.*}{*remissè,leniter.verbanè,acutè,leniter.*de Ar.47. Id grauiter æquidem,sed aliquanto leuius ferebam.2.de Ora.211. Grauiter accipere aliquid.12.in An. 27. Ciues inter se grauissimè dissentiẽtes,Ep.li.5.ep.15. Grauiter accusare aliquem.1.I.C. 17. Si me meis ciuibus suspectum tam grauiter atque infensum viderem. Ep.lib. 1. ep. 9. Grauiter inimicus,Att.lib.13.ep.2. Dionysius grauiter queritur. pro Clu. 16. & pro S. R. 9. Grauissimè conqueri de aliqua re cum aliquo. 1. Offi.32. Grauiter ægrotare. Orat.30. Thucydides res gestas narrat,grauiter sanè & probè. pro Cæl.33. Grauiter, seuerè, prisce agere cum aliquo.}{*remissè,leniter, vrbanè.* de Som. 11. Natura fert,vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent.

☞ Syntaxis. *Grauiter accipere,ferre,narrare,conqueri,agere. Suspectus grauiter. Grauiter,seuerè,prisce agere.*

GRAVATVS,ta,tum.*onustus,grauis.*1.de Diu.15.

Iam verò semper virilis semperq; granata
Lentiscus,triplici solito grandescere fœtu.

pro Mur. 69. In ea non esse grauatos homines prodire hora tertia in campum.

GRAVOR, aris. *grauatè aliquid facio, grauè mihi duco, pigror.* 1. de Or. 107. Ego verò, inquit, illis obsequi studio, neque grauabor breuiter meo more, quid quaque de re sentiam dicere. & 164. Te rogo ne grauere exædificare id opus quod instituisti. pro Clu. 69. Is primò grauari cœpit, quòd, &c. de Amic. 17. Ego verò non grauarer, si mihi ipse confiderem. Ep. lib. 7. ep. 14. Qui grauêre literas ad me dare. Topic. 4. Ne si ego grauarer, &c. 2. de Or. 365. Non essem tam inhumanus, vti eo grauarer, quod vos cupere sentirem.

GREGALIS, le. *sodalis, ex eodem grege.* pro Do. 75. Quod vos gregales Catilinæ de me dicere solebatis. de Arus. 53. Nec Clodius, nec quisquam de gregalibus eius, aut consiliarijs, &c. 2. de Ora. 253. Gregales eum in campum non venisse requirebant. Ep. lib. 7. ep. 33. Nos enim nobis quidem ipsi displicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis.

GREGARIVS, a, um. *collectitius, vulgaris.* pro Planc. 72. Grægarij milites.

GREGATIM. *per greges.* 7. I. V. 147. Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latumias.

GREMIVM, mij. *sinus, complexus.* de Cla. 211. Filius in gremio matris educatus. 2. de Diu. 85. Puer lactens in gremio matris sedens, mammam appetens. 4. ad Heren. 52. Liberi è gremijs parentum diripiuntur. 2. de Legib. 63. Vt sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur. pro Clu. 13. Soror in amantissimi sui fratris manibus & gremio conseneſcebat. I. P. 10. Hæc sunt in gremio sepulta consulatus tui. pro Cæl. 59. Cum Q. Metellus abstraheretur è sinu gremioque patriæ. I. P. 91. Etolia procul à barbaris desuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio ferè Græciæ gremio continetur. de Sen. 51. Terra gremio mollito & subacto semen sparsum excipit. 13. I. A. 24. Cum in gremijs mimarum mentem mentúmque deponeres.

☞ Syntaxis. *Sinus & gremium matris. In manibus & gremio. Consulatus gremium. Patriæ sinus & gremium. In sinu pacis. Medio Italiæ gremio continetur hic locus. Terræ gremium mollitum & subactum.*

GRESSVS, sus. *incessus, ingressus.* 1. Offi. 131. Cauendum est ne tarditatibus vtamur in gressu mollioribus: *aliàs, ingressu.*

GREX, gis. *congregatio, cœtus, turba.* Att. lib. 7. ep 7. Pecudes, quę dispulsæ suî generis sequuntur greges: vt bos, armenta. 3. I. A. 31. Antonius cædit greges armentorum, reliquíque pecoris, quodcunque nactus est. pro S. R. 89. Verùm ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege annumerer. pro Syl. 77. In hunc igitur gregem P. Syllam, ex his honestissimorum hominum gregibus reijcitis? in Salust. 18. Is iam vnus ex illo grege videbatur. Att. lib. 1. ep. 15. & 1. de Fin. 65. Greges amicorum. 1. de Or. 42. Philosophorum greges. L. EQVA.

✠ ADVERB. *Flagitiosi hominum. 2. In Cat. Impurissimus, prædonum. pro Dom. Magni amicorum. 1. de Fin. Medius. 2. de Ora. Mercenarij. pro Sest. Sordidissimi, in Piso. Totus. 1. Att. vetus. 6. Att.*

☞ Syntax. *Ingrege annumerari propter multitudinem opificum. Reijcere in gregem. Amicorum, philosophorum greges.*

GRVNITVS, tus. *vox est porcorum.* 5. Tusc. 116. Nec grunitum audiunt, cum iugulatur sus.

GRVS, is. 2. de Nat. 125. Grues cum loca calidiora petentes. mare transmittunt, trianguli formam efficere. & *ibid.* Grues intergo præuolantium capita reponunt.

GVBERNACVLVM, li. *clauus, administratio munus, officium.* 2. de In. 154. Hic iste naufragus ad gubernaculum accessit. pro Sest. 20. Clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reip. tractare. pro Dom. 24. Cum senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses. pro S. R. 51. Qui omni tempore ad gubernacula reipub. sedere debebant. Brut. Ep. Prid. Inuent. 7. Vt gubernacula reip. prenderem. 1. de Ora. 46. Oratorem repelli à gubernaculis ciuitatum. At. lib. 2. ep. 7. Non abiectis, sed ereptis gubernaculis. 1. de Ora. 214. Gubernacula ciuitatum regendarum. Ep. lib. 16. ep. 27. Qui nisi à gubernaculis recesserint, maximam ab vniuerso naufragio periculum est.

☞ Syntaxis. *Clauum Imperij tenere, & gubernaculum reip. tractare: eadem in oratione sensa. Deiicere senatum à gubernaculis. Accedere, sedere ad gubernacula. Prendere gubernaculum.*

GVBERNATIO, onis. *administratio, procuratio.* 3. de Or. 129. Orbis terræ gubernatio, & summi imperij procuratio. in Vat. 36. Populus nunquam hæc à summi consilij gubernatione auferre conatus est. 3. de Fin. 24. Non enim gubernationi aut medicinæ similem sapientiam arbitramur. ad Bru. ep. 14. Magnam gubernationem tui consilij res desiderat. 3. in Cat. 18. Vix videtur humanis consilijs tantam molem rerum gubernatio consequi potuisse. pro Dom. 130. Tempus illud erat in gubernatione positum senatus. 2. de Inuen. 164. Cupiditas consilij gubernatione regitur.

✠ ADIVNCT. *Facilis. 9. Fam. Magna. ep. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Gubernatio & procuratio. Consilij tui gubernationem optamus.*

GVBERNATOR, oris. *rector, moderator, auctor.* de Sen. 17. Gubernator clauum tenens sedet in puppi. 1. de In. 58. Nauis quæ scientissimo gubernatore vtitur. Par. 2. Si nauem auri euertat gubernator. 7. I. A. 28. Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnúquam à vectoribus admoneri solent. pro Rab. 26. Custos gubernatórque reip. 4. Aca. 100. Si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate.

✠ ADIVNC. *Bonus. 4. Acad. Magni. 8. Phil. Optimi. 1. ad Q. Fr. Scientissimus. 1. de Inu. Summi. 7. Phil.*

☞ Syntax. *Nauis vtitur gubernatore scientissimo. Euertit gubernator nauem. Custos gubernatorq; reipub.*

GVBERNATRIX, cis. *regina.* 1. de Or. 38. Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

✠ ADIVNC. *Præclara. 1. de Orat.*

GVBERNATVS, a, um. ad Brut. ep. 10. Cæsarem meis consilijs adhuc gubernatum quidam corruperunt.

GVBERNO, as. *administro, procuro, rego, gero, moderor, clauum teneo, gubernacula tracto vel teneo, ad gubernacula sedeo.* Ep. lib. 2. ep. 7. Téque hortor, vt omnia gubernes ac moderere prudentia tua. Att. lib. 13. ep. 25. Velim ergo totum hoc ita gubernes, vt ne minima quidem re vlla commodum Bruti impediamus. pro S. R. 131. Cum solus rempubl. gereret, orbémque terrarum gubernaret. pro Mil. 25. Clodius contulit se ad Milonis competitores: sed ita, totam vt petitionem ipse solus etiam inuitis illis gubernaret, tota vt comitia suis (vt dictabat) humeris sustineret. Ep. li. 2. ep. 17. Sed tamen iter meum respub. & rerum vrbanarum ratio gubernabit. pro Syl. 78. Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusque, &c. regit quæsitor. At. lib. 16. ep. 2. Gerere, regere, gubernare. Par. 1. Gubernare, regere, moderari. 2. de Fin. 43. Gubernare vitam. 4. Aca. 66. Eóque directiùs gubernant: *id est, naues.* 1. Offi. 87. Qui inter se contenderent, vter potius remp. administret: vt si nautæ certarent, quis eorum potissimùm gubernaret. At. lib. 6. ep. 3. Sed hæc deus aliquis gubernabit. & li. 14. ep. 11. Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. 1. de N. 52. Sine in ipso mundo deus est aliquis, qui regat, qui gubernet, qui omnia conseruet. Att. lib. 8. ep. 4, Fortunæ motum ratione quadam gubernare.

GVBERNOR, ris. pro S. R. 112. Commune commodum mutuis officijs gubernatur. pro Rab. 5. Dij, quorum ope & auxilio hæc respub. gubernatur.

✠ ADVERB. *Benè, 2. Att. Directiùs. 4. Aca. Pulcherrimè vitam. de Vniuers.*

☞ Syntaxis. *Consilio regnum gubernatum, Cæsaremq;. Gubernare ac moderari. Directius gubernare. Deus regit, gubernat, conseruat omnia.*

GVLA, læ. *collum, guttur, fistula per quam cibus potusq; in stomachum descendit.* 6. I. V. 24. Quem obtorta gula in vincula abripi iussit. Att. li. 13. ep. 31. O gulam insulsam. in Sal. 13. Posteaquam immésæ gulæ, impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. * pro M. Scau. Duobus digitulis gulam oblisit.

✠ ADIVNC. *Immensa. In Salust. Insulsa. 13. Att.*

GVMIA, miæ. 2. de Finib. 24.

—— *Idem compellans gumias ex ordine nostros.* Lucilij lib. 30.

GVRGES, tis. *vorago, helluo, fundum.* 5. in Verr. 23. Immensa aliqua vorago aut gurges vitiorum turpitudinúmpue omnium. pro Dom. 124. Ille gurges helluatus est simul tecum reipub. sanguinem. de Ar. 59. Quę vnquam Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit? 2. de Or. 224. Pater nôrat hunc gurgitem. I. P. 41. Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque glorię. 11. I. A. 10. Habet secum L. fratrem: quem gurgitem? quam voraginem? pro Sest. 111. Gurges & vorago patrimonij. *ibid.* 93. Eadem pro fundissimus libidinum gurges. in Alat.

Quo. tenet. Aegeo defixa in gurgite echineis.

I. P. 81. Rheni fossa gurgitibus illis redundans. 2. de N. 106.

—— *Rapido cum gurgite flumen.* 1. de Diu. 14.

—— *Fulix fugiens è gurgite ponti.* * Hortens. Quis tantus est gurges, qui dies & noctes sine vlla minimi temporis intermissione velit ita moueri suos sensus. Prognost.

—— *De gurgite vasto.*

✠ ADIVNC. *Heluatus. pro Dom. Immensus. 5. In Ver. Profundissimus. pro Sest. Rapidus. Arat. Tanti, de Arusp.*

☞ Syntaxis. *Gurges & helluo natus ab homini. Ille gurges & vorago.*

GVRGVSTIVM, stij. *locus, seu taberna obscura & angusta.* 1. de Nadeor. 22. Antè videlicet in tenebris, tanquam in gurgustio habitauerat. I. P. 15. Nescio quo è gurgustio prodire, capite inuoluto.

GVSTATVS, tus. *gustus.* 2. de N. 141. Gustatus, qui sentire eorum quibus

quibus vescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. & 145. Gustatus ore continetur.3.de Or.97. Gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, & qui dulcitudne præter cæteros sensus commouetur.2.de N.158.Pomorum iucundus non gustatus solùm.sed odoratus etiam & aspectus.4. Aca.20.Nihil necesse est de odoratu & gustatu dicere.

✠ADIVNC.*Iucundus.2.de Nat.*

GVSTO,as.*degusto,libo,attingo.*Epist.lib.8.ep.26.Cum quidem biduum ita ieiunus fuissem,vt ne aquam quidem gustarem.2.de Nat.126. Capræ dictamum quærunt: quam cùm gustauerunt, sagittæ quibus confixæ sunt,excidunt.pro Mur.74.Cretes.quorum nemo gustauit vnquam cubans.2.I.A.71.Gustâras ciuilem sanguinem,vel potius exorbueras.1.de N.20.Primis,vt dicitur, labris gustare physiologiam, & attingere. L. LABRVM.1.de Orat.145.Quædam de actione breuia,sed magna cum exercitatione præcepta gustâram.2.de Or.153.Istorum omnium summatim causas & genera ipsa gustâram. I. P. 58. Pompeius non gustârat istam tuam philosophiam.Ep.li.12.ep.23.Nullam partem reip.gustare potuisti.1.de Fin.58.Gustare partem aliquam voluptatis.pro Arch.17.Sed ipsi hęc neque attingere,neque sensu nostro gustare possemus.pro Cæl.28. Qui primoribus labris aliquid gustant,& extremis,vt dicitur,digitis attingunt.

✠ADVER.*Paulum.3.de Or.perpaulum, Summatim causas.2.de Orat.*

GVSTVS, stus.*gustatus.* de Sen. 53. Vua & succo terræ & calore solis augescens,primò est paracerba gustui.2.I.A.115.Libidinosi,auari,facinorosi,veræ laudis gustum non habent.

☞Syntaxis. *Labris primoribus gustare. Habere pretatis gustum Reipubl.partem gustare.*

GVTTA,tæ.3.de Or.184. Numerum in cadentibus guttis, quòd interuallis distinguuntur,notare possumus.2.Tus.25. Ex quo liquatæ solis ardore excidunt guttæ.2.de Na.14.Guttæ imbrium quasi cruentæ.

✠ADIVN. *Cruentæ.2. Tusc.* poetæ.

GVTTVR,ris.*gula.*1.de Diu.14.

Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.

pro Cæl.44. Vitium ventris & gutturis.

✠ADIVNC. *Tremulum.1. de Diu.*

GYARVS,*insula.*Att.lib.4.ep.12. De Gyaro dedi literas.

GYGES,gis.*rex Lydiæ.*3.Offi.78.Gygis annulus.

GYMNASIARCHVS,chi.*gymnasii præfectus.*6. I. V.92.Demetrius gymnasiarchus,qui eo loco præerat.

GYMNASIVM,sij.*locus ad exercendum,vt palæstra,schola.*1.de Or. 56. Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ,sua hæc esse omnia propria.1.de Or.98.Magnã habeo huic palæstræ & Tusculano tuo gratiam, & longè Academiæ illi ac Lycæo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono.1.de Diu. 8. Cum ambulandi causa in Lycæum veniissemus(nam id superiori gymnasio nomen est.)Par.1. Quæ vix in gymnasijs & in ocio Stoici probant.9.in Ant.4. Is Laodiceę in gymnasio à quodam Leptine est interfectus.Ser.Ep.lib.4.ep.12. Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ locum delegimus.5. de Finib. 1. Gymnasium, quod Ptolemæum vocatur.2.de Orator. 21. Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt: & hoc ipso tempore cum omnia gymnasia philosophi teneant, &c. 2. de Leg. Græcia Cupidinum & Amorum simulacra in gymnasijs consecrauit.

✠ADIVNC. *Amplissimum. 6. In Verr. Nobilissimum Academiæ orbis terrarum. 4. Ver. Suburbanum.1.de Orat.Superius.1.de Diu.Totum.1.Att.*

GYMNICVS, a, um.2.de Inu.2.Gymnicum certamen.&2.Tusc. 62. Ludi gymnici.

GYNAECEVM, cei. *locus in ædib.sepositus, vbi fœmulieres versantur.*2.I. A.95.Syngrapha sestertij cẽties,&c.facta in gynæceo.

GYPSATISSIMVS, a,um.*candidissimus,tenacissimus, quale gypsum est.*Ep.li.7.ep.6. ‖ Hoc tibi tã ignoscemus nos amici,quam ignouerunt Medeæ quæ Corinthi arcem altam habebant matronę opulentæ, optimates: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit,ne sibi illæ virto verterent, &c.

GYRVS,ri.*circulus,ambitus.*3.de Ora.67. Ex ingenti quodam oratorem immensoq; in exiguum sanè gyrum compellitis.1. Off. 90.Homines secundis rebus effrenatos sibiq́ue presidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.

✠ADIVNC.*Exiguus.3.de Orat.*

GYTHEVS, ei, *fluuius Laconum, qui in Argolicum sinum fluit.* 3.Offi.49. ‖ Huic ille,classem Lacedemoniorum,quę subducta esset ad Gytheum clàm incendi posse: quo facto,frangi Lacedemoniorum opes necesse esse. Quod Aristides cùm audisset, in concionem magna expectatione venit, dixitq; perutile esse consilium,quod Themistocles afferret.sed minimè honestum.

H

HAspiratio *Latinorum:* Orat. 160. Maiores nunquam nisi in vocali aspiratione vrebantur.loquebantur enim sic vt dicerent,pulcros,Cætegos,triumpos, Cartaginem. & infrà, Orciuios tamẽ,& Matones, Otones, sepulcra,coronas,lacrymas dicimus: quia per aurium iudicium semper licet.

HABENAE,arum. *lora sunt quæ freno vtrinque adligantur ad equum regendum.*2.de Or.226. Cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem,quasi quasdam habenas tradidit. de Amic. 45. Commodissimum est quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cum velis, vel remittas.

✠ADVNCT. *Laxissimæ.de Amic.*

HABENDVS,a.um.de Sen.71. Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis.1.de Fin. 12. An partus ancillæ in fructu sit habendus.pro Murę.61.Quoniam non est nobis hæc oratio habenda, aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium.

HABEO, bes.*possideo,vtor,mihi non deest,penes me est,particeps sum.* ✠*etsi varij huius verbi vsus sunt:tamen hosce,vulgo forte cognotos,subiecimus,Bene vel male habere,quod Barbari stare dicut,habere cognitum, perspectu,& istiusmodi alia.pro Cognoscere pspicere. Sic habeto habeas id est intelligito, habeo,cum infinitiuo, vt Græcorum ἔχω vt de repub. habui scribere,vidè plura in Syntaxi sequente.*2. de Diu. 95. Eodem temporis puncto nati, dissimiles & naturas & vitas & casus habent.& *ibidem.*96.Dissimilitudo locorum, dissimiles hominum procreationes habet.& 67. Dionysij equus habuit apes in iuba. & 1.de Diu.70.Pars animi,quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet.1.de Or.89.Demosthenes summam prudentiam summãque vim habuit dicendi.2.de Or.122. Neminem omniũ tot ac tanta,quanta essent in Crasso, habuisse ornamẽta dicendi.& *ibidem.*Itémque illa,&c.excogitationem non habent difficilem.Ep.lib.10.ep.3.Habere rem communem cum aliquo.2.de Leg.19.Separatim nemo habessit deos:*id est,nemo habeat.*7. I. V. 18.Habere animos aliquòrum inimicos. Ep.lib.1.ep.9. Habere prouinciam vel imperium.7.in Ver.37.Haberemultum negocij atque oneris.3.de Or.140.Habere sapientiam iunctam eloquẽtiæ.& 2.de Ora.257.Cum ille haberet filium delicatiorem. pro S.R.147.Fœmina, quæ partem habuit clarissimum virum. Att. lib.16.ep.4.Hæc nauigatio habet quasdam suspiciones periculi. Or.13. Eloquentia forensis iactationem habuit in populo. Att. lib.8.ep.17. Domitius suas XII cohortes tribus in oppidis distributas habet.& li.13.ep.45. Omisi ea quæ in manibus habebam. & li.6.ep.2.Phliasios dici sciebam.& ita fac,vt habeas: nos quidem sic habemus:*id est, sic in nostro codice scriptum est.* de Cl. 326. Hæc genera dicendi in senibus grauitatem non habent. Orat. 108.Eaque hanc habent,quam probo,varietatem. Qu.Fr.lib.1. ep.2.Magnum fac animum habeas,& spem bonam.7.I. A. 187. Dijs bellum iste semper habuit indictum.1. de N. 15. Lucilius, qui magnos progressus habebat in Stoicis.pro Lig.4. Profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam necessitatem honestam.2.de Leg.57.Nam priusquam iniecta gleba est,locus ille nihil habet religionis.9.in Anton. 4. Vt Antiochum classes habere prohiberet 2.Officior.45. Tua ætas incidit in id præliũ, cuius altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum.pro Sestio.69.Eos voluntatem semper eandem,libertatem eandẽ non semper habuisse.pro Dom.83.In illo pœna legitima turpitudinem non habuit.4.I.C.7. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis:difficultatem, si rogare. pro Pl. 59. Habere magnas necessitudines in aliqua tribu. pro Dom. 125. Domus tua & quicquid habes aliud,est Cereri consecratum. 2. Offi.51.Habere aliquid religioni.Art.lib.1.ep.14. Habeo in animo consulatum statim petere.Pl.Ep.li.10.ep.18.Quid in animo habueris, cũ Lernus discessit à me, ex eo potuisti cognoscere. & li.5.ep.16.Illa consolatio quam semper in ore atque in animo habere debemus. 3. Offi. 85. Hunc quas tu conscientiæ labes in animo censes habuisse 4.I.V.47.Clamare cœperunt,sibi vt haberet hæreditatem.2.I.A.69.Ille suam illam suas res sibi habere iussit.4.I.V.77.Habeatis sanè vobiscum istum,&c.2.de Or.244. Ne quotiescunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere.7.I.V.103.Qui naues habuerunt.pro M.Tull. Fundum habet in agro Tigurino paternum.pro Q.Gall. Multos condiscipulos habet in theatro. pro M. Scau. Albanas habeo columnas. *ibid.*Domus tibi deerat?At habebas.pro M.Font.Matertua dum vixit,ludum,postquam mortua est,magistros habuit.Frag.ep. Nihil omnino certi, nec locupletem ad hoc autorem habebamus.Oeconom.3.Oleum,ficus,poma nõ habet.Hortens. Quod in primoribus habent,vt aiunt,labris.de Consolat.Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus institutis excultam constitutámque habemus.3.de Nat, deor. Materiam habere &

habuisse vim & naturam suam. *ibidem.* Isti prouidentiæ diuinæ maxeriam præstò esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quã haberet paratam. Incert. Vtraque earum sententiarum doctissimos habuit autores. *ibid.* Illa æquabilitas vitæ non tantum habet sensum *ibid.* Quæ fœminæ duplices pupillas habent.

¶ *Scio, nescio, possum.* Att. lib. 2. ep. 22. De republ. nihil habeo ad te scribere. 3. de N. 94. Hæc ferè obijcere habui de natura deorum. de Am. 104. Hæc habui de amicitia quæ dicerem. pro Corn. 33. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi. 4. Ac. 84. Quid enim dicere habeant? Par. 47 Non habebimus necesse semper concludere. Att. lib. 10. ep. 1. Eo minus habeo necesse scribere, quid sim facturus. Ep. lib. 1. ep. 5. De causa regia tantum habeo polliceri, me tibi absenti cumulatè satisfactum.

¶ *Facio, tracto.* Att. lib. 5. ep. 5. Habere. *Ἀνακύκλησις* cum aliquo. & lib. 2. ep. 9. Habere dialogum. de Cl. 161. 2. de Or. 196. Habere verba. L. Verbvm. Habere sermonem. L. Sermo. I. V. *Sæpe* Habere censum, & habere æstimationem. L. Censvs.

¶ *Iudico, duco.* 1. de N. 45. Natura insculpsit mentibus nostris, vt deos æternos & beatos haberemus. & 3. de Nat. 86. Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, prosperitatem vitæ à dijs se habere. 1. de Fin. 37. Maximam illam voluptatem habemus. de Cl. 61. Eum nos vt perueterem habemus. Att. lib. 5. ep. 5. Hoc velim in maximis rebus & maximè necessarijs habeas. Att. li. 6. ep. 2. Hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu me hominẽ putares? Att. lib. 12. ep. 23. Habe tuum negocium: *id est, tanquam tuum negocium.* & lib. 13. ep. 1. Iam istud pro facto habeo. Ep lib. 5. ep. 20. Nisi in prouincias relictas rationes pro latis haberem. 1. de N. 36. Habere aliquem in numero sapientum. 2. Offi. 39. Ille habet opinionem iustitiæ: *id est, habetur iustus,*

¶ *Ratione status rerum.* Att. li. 13. ep. 35. Scire igitur aueo, quomodo res se habeat. 2. de Or. 271. Sic profectò res se habet, vt, &c. & Ep. li. 3. ep. 5. Ea res sic se habet. pro Qu. 2. Verùm ita se res habet, vt, &c. 4. I. V. 124. Quæ cum ita se res haberet, tamen, &c. & item 4. I. V. 15. Vt se tota res habeat, demonstrabitur. 1. de Orat. 114. Præclarè enim se res habeat, si, &c. 4. I. V. 149. Omnino preclare te habes, cũ, &c. de Fat. 9. Nam nihil esset in potestate nostra, si res ita se haberet. Ep. lib. 3. ep. 13. Rem vides, quomodo se habet. Ep. lib. 8. ep. 15. Domitij se malè habent. Att. lib. 4. ep. 11. Cum ego me non bellè haberem. 2. Offi. 21. Malè enim se res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. 2. de Or. 313. Malè se res habet, quæ. &c. & 140. Quomodo nunc se istorum artes habent. Att. lib. 8. ep. 8. Bene habemus nos.

¶ *Scio, certũ habeo. Sic habeto. &c. pro, sic tibi persuade: vel, hoc scito.* pro Cæl. 31. Hi sic habeant, quæcunque in equite Rom. dignitas esse potest, eam semper in M. Cælio habitam esse summam, hodiéque haberi ab omnibus. Ep. lib. 13. ep. 29. Id primùm ergo habeto, me, &c. & lib. 3. ep. 13. Illud velim sic habeas, quòd intelligas, &c. Ep. lib. 2. ep. 6. Vnum hoc sic habeto, &c. Ep. lib. 2. ep. 10. Atqui sic habeto. Ep. lib. 2. ep. 8. Tantum habeto ciuem egregiũ esse Pompeium. Att. lib. 7. ep. 18. Nec de me laboro: de pueris quid agam, non habeo. Ep. lib. 2. ep. 8. Neque tamen adhuc habeo, quod te accusem. pro Mur. 26. Quid huic respondeat, non habebat. 3. de Nat. 64. De quibus habeo ipse, quid sentiam: non habeo autem, quid tibi assentiar. 6. I. V. 51. Nec quid facerem, habebam.

¶ *Sustineo, incido in.* 2. Or. 283 Scaurus non nullam habet inuidiã, ex eo quòd aliorum bona sine testamento possidet.

¶ *Tracto.* 2. I. V. 36. Habere de rep. cum aliquo: *id est, agere.* 7. I. V. 69. Vt is victu cæteriśque rebus quàm liberalissimè commodissimé́que habeatur. 1. de Diu. 95. Nostri nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspicijs domi habent.

¶ *Habito.* pro S. R. 133. Qui in Salentinis aut in Brutijs habent, vnde vix ter in anno audire nuncium possunt. Ep. lib. 7. ep. 6. Quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ. Att. lib. 2. ep. 9. Video iam quò inuidia transeat, & vbi sit habitura: *alias, habitaturа,*

¶ *Affero.* de Prou. 9. Deinde aduentus eius in Syriam primus equitatus habuit interitum.

¶ *Cum adiectiuis, vel potius participijs patientibus.* Ep. lib. 15. ep. 20. Quantum ex tuis literis habeo cognitum. & lib. 13. ep. 17. Eum nondum habes satis cognitum. 7. I. V. 63. Hodie omnes sic habent persuasum, istum, &c. Ep. lib. 10. ep. 35. Habere vitam alicuius perspectam. & lib. 15. ep. 13. Habere procurationem rerum alicuius suspectam. 1. in Ver. 11. Siculi ad meam fidem, quam habent spectatam iam & diu cognitam, confugiunt. & 5. In Ver. 36. Vt omnes ante Calend. Sext. decumas ad aquam deportatas haberent. & 6. Ver. 132. Itaque hi conuersam iam habent demonstrationem suam. de Clar. 147. Satis mihi videbar habere cognitum Scæuolam, ex ijs rebus, quas, &c. Orat. 118. Orator habeat omnes philosophiæ notos & tractatos. locos. 1. de Orat. 194. Docemur autoritate legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. Quin. Fra. lib. 1. ep. 1. Ex quibus non nullas simultates susceptas habemus. Att. lib. 8. ep. 2. In eo positas omnes nostras spes habemus. Ep. lib. 11. ep. 11. Non habeo ambiguum.

Ep. lib. 10. ep. 24. Habeo expertum. 2. de Orat. 151. Vt habeant paratum, quid quaque de re dicant. Att. lib. 9. ep. 22. Et boni ciues mare infestum habebimus. de Cl. 163. Scæuolæ dicendi elegantiam ex ijs orationibus quas reliquit, habemus cognitam. Ep. lib. 6. ep. 2. Ita statutum habeas, me, &c. ad Brut. ep. 1. Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum. 3. de N. 56. Mercurius, quem Ægyptij nefas habent nominare. ad Brut. ep. 4. Cum exploratum habere cœpero, Cæsarem, &c. pro Qu. R. 9. Cur hoc nomen in aduersarijs scriptum habebas? Ora. 112. Qui ea multo quàm nos habes notiora. Qu. Fr. lib. 3. ep. 9. Quod me hortaris, vt absoluam, habeo absolutum. 2. de N. 5. Habere aliquid cognitum comprehensúmque animo. 4. Aca. 100. Aliquid comprehensum animo habere atque perceptum. 7. I. V. 167. Habuisse aliquem vinctum clausúmque custodijs. & 6. Ver. 21. Habere aliquid reconditum: *id est, tenere.* & 2. I. Ver. 40. Habere tempus distributum, vt prima pars, &c. & 3. Ver. 57. Diligentius habere dico Seruilium prædam populi Rom. quàm te tua facta notata atque descripta. & 4. Ver. 106. Ita in tabulis scriptum habes. Att. lib. 5. ep. 2. Hoc quid interfit, certè habet subductum. 13. I. A. 13. Quorum habetis cognitam voluntatem in rempubl. & 5. Phil. 50. Omnes habeo cognitos sensus adolescentis, nihil est illi repub. charius. 2. de Diu. 145. Hæc & innumerabilia quæ collecta habent Stoici. pro Clu. 179. Eum habere spe testamenti deuinctum. 2. Contra Rull. 14. Non enim bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu. pro Pomp. 18. Pecunias contulerunt. & *ibidem.* Pecunias collatas habent. Qu. de Pet. 23. Omnes centurias multis & varijs amicitijs cura vt confirmatas habeas. & *ibid.* 24. Postremò totam Italiam fac vt in animo ac memoria tibi distributam comprehensámque habeas. 5. I. A. 52. De Cæsare satis hoc tempore dictum habeo: *id est, de Cæsare satis dixi.* Ep. lib. 10. ep. 3. Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra. Att. lib. 12. Constitutum habere cum aliquo. 4. I. V. 78. Habere fidem precio addictam, & *ibid.* Habere fidem alteri addictam pecunia. Epist. lib. 5. ep. 12. Quæ habes instituta, perpolies. 6. in Ver. 6. Dum forum habuit dijs immortalibus ornatum. Ep. lib. 2. ep. 16. Quæ non animum meum magis solicitum habent, quàm tuum. & lib. 6. ep. 13. Cæsar diutius velle videtur eos habere solicitos, à quibus se putat diuturnioribus esse molestijs conflictatum. Ep. lib. 7. ep. 3. Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi. pro Flac. 71. Cur vnus tu Apollonienses miseriores habes, quam aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit vnquam? L. Infestvs. 5. I. V. 144. Quæ ipse semper habuit venalia, fidem, iusiurandum, veritatem, officium, religionem. *ibid.* Vicisse Verrem: emtos habere iudices, alium H-S. cccc. millibus. Frag. ep. Bellum ex consensu ciuitatis confectum iam haberemus. Incert. Gladiatores inuisos habemus, si omnimodo vitam impetrare cupiunt: fauemus, si, &c.

¶ *Promiscua formula.* Att. lib. 2. ep. 5. Nunc verò cum omnibus musis rationem habere cogito. 2. I. A. 78. Habebat hoc omninò Cæsar, &c. *id est, hoc erat proprium Cæsaris: vel, hic erat mos & consuetudo Cæsaris.* 1. de N. 56. Quanquam non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. de Amic. 91. Omnis hac in re habenda ratio & diligentia est: primùm, vt, &c. 2. de Leg. 31. Habere consilium, vt habere comitia. pro Clu. 96. Habere modum. ad Brut. ep. 5. Habere rationem absentis. 7. I. V. 70. Habere rationem dierum.

✝ *Adver. Accuratè, orationem. Copiosè memoriter, 4. Acad. Acerrimè delectum, amplius centum ciues, grauiter se, planè inimicum. 7. Att. Augustiùs, meliùs. 5. Tusc. Bellè. 16. Famil. & 5. Attic. Benè, vulgò fastos. pro Mur. Breui. 1. Fam. Commodius se, in promptu. 1. Offic. Copiosè, & diligentèr constitutam disciplinam. Optimè se. 4. de Fin. Coram sermonem de præsentibus, de Amic. Diutius, oportunè implicatos consuetudine. 6. Famil. Deterius 3. de Rep. Diligentèr rationem. 2. de Leg. Diligentiùs prædam notatam. 3. In Ver. Diligentissimè delectum. 8. Att. Extrinsecùs rationes suspensas viuendi. 5. Fam. Generatim honores, Omninò non locum, præclarè se, prosus nihil, publicè honores, vndique exitus. 4. In Ver. Iampridèm multa. pro Marc. Iampridèm non aliquem. pro Rab. Posth. Liberiùs mulierem, magnoperè quod scribas, Omninò neminem seruum, omninò nihil peculij. 7. In Ver. Malè se rem, palàm secum, verè quod narres, 2. de Orat. Melius. 11. Att. Nauci non. 1. de Diu. Necessariò. 2. de Nat. Nimium authoritatis. 9. Famil. Omnino hoc. 2. Philip. Omninò non oculos, præcipuè hoc iuris. de Arusp. Palàm decretum in aliquem. pro*

Cæl

Cæl. Palàm secũ armatos. 5. Phil. Planè, bellè. rectè. 12. Att. Planè nihil. 10. Att. Planè non quod scribas. 15. Att. & 8. Fam. Propriè nomen, vitiosè se, 3. Tus. Quam plurimum secum aliquem. ep. ad Brut. Quàque versus pedes quinque. 9. Phil. Quoquo modo quid se. pro Quin. Lig. Satis supérque, pro Qu. Rosc. Tutò senatum. 3. Phil. vtrò citróque verba. 6. de Repub. vsque eò non quod arguas. pro Sex. Rosc.

HABEOR, ris. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. Statius interuenit non nullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. 2. de In. 51. Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat. 5. I. V. 132. Romæ querimoniæ de tuis iniurijs conuentúsque habebantur.

✠ ADVER. *Commodissimè, quam liberalissimè victu. 7. In Ver. Liberè senatum. 5. Philip. Ritè. 2. de Na. Ritè sapientissimum, prudentissimumque. 1. Offi. Tantummodò vxores. Top.*

HABITVRVS, a, um. Or. 11. Hęc ingressio mea aut reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habitura est. 3. I. A. 27. Is dixit se vsque ad cal. Maias ad vrbem exercitum habiturum. Att. lib. 16. ep. 8. Octauius omnes bonos secum habiturus est.

HABITVS, a, um. de Cla. 95. Tum eius elegans est habitus orationis genus. Ep. lib. 5. ep. 11. Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi. Ep. lib. 4. ep. 9. Tempori cedere, id est, necessitati parére, sapientis semper est habitum. de Clar. 65. Eodémque in genere est habitus M. Octauius. & *ibid.* 100. Fannius in mediocribus oratoribus habitus est. & 78. Hic oratorum in numero est habitus. 1. Tusc. 4. Themistocles, cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. pro Ar. 31. Isque est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti, atque dicti. de Cla. 164. Nulla est altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. pro Mur. 72. Quæstiones in senatu habitæ.

✠ ADVERB. *Diligentèr & excogitata, temerè. 2. de Inu. grauitèr, sententiosè, rectè. 1. de Inu.*

☞ Syntaxis. *Id in bonis est habendum, in fructu. Id habet omnium bonorum interitum: id est, affert. Id excogitationem habet difficilem. Habere censum. Id iactationem habet in populo. Habere magnum, animũ, & spem bonam. Profectio voluntatem non habens. Habere in animo petere. Labes conscientiæ in animo habere. Petit vt sibi habeat hæreditatem. Necesse habeo dicere. Nihi. habeo dicere, scribere. Hoc habeo quod affirmem. Ille habet opinionem pietatis: id est, pius censetur. Habere aliquem in numero amicorum. Malè ille se habet: & bene habet. De filio quid agam, non habeo. Habere cum aliquo de id est, agere. Fac ille benignè habeatur: id est, excipiatur, tractetur. Quicunque in Gallis habent. Habere nefas fallere. Ego multo quàm tu habeo id notius. Habere fidem addictum precio, pecunia. Quorsum me vis habere solicitum, id est, angere. Quid me habes miseriorem quàm barbari faciant? Habebat hoc ille: id est, ea erat eius consuetudo. Habere modum. Querelæ de illo apud consules habentur. Id facere sapientis est semper habitum. Sanctus est habitus Cæs. atque dictus. Habita altercatio magnis clamoribus. Quæstiones in senatu habentur.*

HABESSIT, *pro Habet, vetustum verbum.* de Leg. lib. 2, 19. Separatim nemo habessit deos.

✠ ADVERB. *Separatim. 2. de Leg.*

HABILIS, le. 1. de Orat. 115. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in ijsdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. 1. de Leg. 26. Natura homini figuram corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. 4. de Fin. 56. Res aptæ, habiles, & accommodatæ ad naturam. 1. de Or. 231. Calceis Sicyonijs non vterer, quamuis essent habiles, & apti de pedem.

HABILITAS, tis. *agilitas.* 1. de Leg. 27. Omitto habilitates oppor tunitatésque reliqui corporis.

☞ Syntaxis. *Habilis & aptus in saltu. Habilis, absolutè. Habilis, aptus, accommodatus ad. Habilis ad pedem calceus.*

HABITABILIS, le. 1. Tus. 45. Regiõ habitabilis, & de Som. 15. Duo sunt habitabiles, quorum australis, &c.

HABITANDI. de Sen. 84. Commorandi natura diuersorium nobis, non habitandi dedit.

HABITANDVM. pro Dom 100. Demigrandum potius aliquò, quàm habitandum in hac vrbe.

HABITANS, tis. Att. lib. 2. ep. 7. Deinde sine te natura castellum munitum habitanti mihi prodesset: transeunti non est necessarium.

HABITATIO, onis. *vsus domicilij.* Ep. lib. 13, ep. 2. Peto à te, vt ei de habitatione accommodes. & pro Cæl. 17. Sumtus obiectus est habitationis, XXX. milibus dixisti eum habitare.

HABITATOR, oris. *incola.* Qu. Frat. lib. 2, ep. 3. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. 2. de Nat. 140. Homines incolæ atque habitatores, &c. & 90. Habitator in hac diuina domo.

HABITO, as, *colo, domicilium habeo, sum.* 6. in Verrem. 38. Is Lilybæi multos iam annos habitat. Epist. lib. 9. ep. 15. Habitare apud aliquem. 4. Academ. 115. Diodorus, quem à puero audiui, qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me. de Cl. 309. & pro Cæl. 51. Diodorus habitauit apud me, vixitque. 2. de Fin. 92. Quî potest igitur habitare in beata vita summi mali metus. pro Clu. 33. Apud Dineam habitaret. Orato. 49. Alioqui quónam modo ille in bonis hærebit & habitabit suis. 2. de Orat. 160. Illi autem qui hoc solum colendum putabant, habitarunt in hac vna ratione tractanda. pro Mur. 21. Abfueris tamdiu, vt cum longo interuallo veneris, cum ijs qui in foro habitarunt, de dignitate contendas. de Clar. 305. Disserti quidem Qu. Varius, C. Carbo: & ij quidem habitabãt in rostris. 12. I. A. 2. Hîc etiam fautores Antonij, quorum in vultu habitant oculi mei, tristiores videbam. 2. in Anton. 106. Stultè Aquinates, sed tamen in via habitabant. pro Dom. 115. Iste habitare laxè & magnificè voluit. & Corn. in vita Attici. Neque tamen non in primis bene habitauit. 5. Tusc. 69. Habitare & pernoctare cum aliquo. 3. in Verr. 64. Filia cum patre habitat. 4. in Ver. 83. Cum apud eum non modò Thermis sæpe numerò fuisset, sed etiam habitasset. 2. de Nat. 95. Si essent, qui sub terra habitarent bonis & illustribus domiciliis. pro Cæl. 17. Cuius in ædiculis habitat decem millibus. in Sal. 14. Habitare in domo alterius, vel sua. 5. in Verr. 95. Omnes qui habitarent in Sicilia. 2. Contra Rul. 100. Habitare in carcere. 1. de N. 22. Habitare in gurgustio.

✠ ADVERB. *Gratis in alieno. 2. Offi. Laxè, magnificè. pro Dom. Melius, 1. de Nat. Planè cum aliquo. 7. Fam.*

HABITOR, ris. de Somn. 14. Vides habitari in terra raris & angustis in locis. 4. Academ. 123. Habitari ait Xenophanes in Luna. 6. in Ver. 119. Colitúrq; ea pars vrbis, & habitatur frequentissimè.

✠ ADVER. *Frequentissimè partem vrbis. 6. Ver.*

☞ Syntaxis. *Terra habitatur. Homo incola, & habitator. In ampla domo habitatur. Mecum ille vivit, atque apud me habitat. In vultu illius oculi mei habitãt. Habitare laxè. Habitare illustri domicilio. In Germania habitare, in carcere. Habitatur in terra angustis locis. Colitur hæc vrbs, & habitatur frequentissimè.*

HABITVDO, nis. *habitus, constitutio.* 4. ad Her. 16. Corporis bonam habitudinem tumor imitatur.

HABITVS, tus. *affectio manens, consuetudo, exercitatio, confirmatio.* 2. de Inuent. 30. Habitus in aliqua perfecta & constanti animi aut corporis absolutione consistit: quo in genere virtus scientia, &c. 1. de Inu. 36. Habitus est animi aut corporis constans & absoluta aliqua in re perfectio: vt virtutis aut artis perceptio alicuius, aut quæuis scientia. 1. de Inu. 36. Quæ industria comparantur, ad habitum pertinent. 1. Academ. 37. Habitus virtutis, & vsus virtutis, Topic. 62. Habitus, vt facilè & citò irascatur. 2. de Inu. 160. Iustitia est habitus animi, &c. 4. de Finib. 37. Cum eum ad rationis habitum perduxerit. 1. de Leg. 45. Prudens ex ipsius habitu, non ex aliqua re externa iudicandus est. 4. de Fin. 32. Natura nunquã se deserit, aut partem aliquam sui, aut eius partis habitum, aut vim. pro Arch. 15. Quosdam sine doctrina naturæ ipsius habitu propè diuino per scriptos moderatos & graues extitisse. 5. de Fin. 35. Moderati æquabilésque habitus.

¶ *Forma, figura, habitudo, ratio corporis.* pro Cæl. 59. Qu. Metellus cum floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, ereptus est vniuersæ ciuitati. de Clar. 64. Qui non tam habitus corporis optimos, quàm gracilitates consectentur. de Cl. 313. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis, procérum & tenue collum: qui habitus & quæ figura non procul abest à vitæ periculo. 2. de Diu. 30. Habitu extorum & colore declarari futura. 1. de Diu. 131. Exta, quorum ex habitu & colore futura percipiuntur. & lib. 2. 30. Cum pecudum exta in eundem habitum se colorémque conuerterint. 4. I. V. 87. Himera in muliebrem figuram habitúmq; formata. & 6. In Ver. 5. Signa duo virginali habitu atque vestitu. de Clar. 316. Corporis mediocris habitus. 1. de Nat. 100. Habitus oris: *id est: figura, vel forma.* 3. de Fin. 56. Habitus oris & vultus. 3. de Orat. 197. Si habitum orationis & quasi colorem aliquem requiritis. de Cla. 228. Orationis eius tanquam habitus erat non inurbanus.

✠ ADIVNC. *Consentaneus naturæ animi, moderati, æquabilesque. 1. de Inuent. propè diuinus. pro Arch. Non inurbanus, mediocris, optimi corporis. de Clar. Muliebris. 7. In Ver. Optimus. pro Cæl. Præclarus. 1. Acad. Solidus. 1. de Nat. virginalis. 6. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Habitus oris, vultus, corporis, orationis.*

HACTENVS. *ad hunc diem, idcirco.* Att. lib. 4. ep. 13. Sed hactenus, præsertim cum, &c. & *ibid.* Ergo hæc quoque hactenus: redeo ad vrbana. Att. li. 13. ep. 21. Sed hęc hactenus, ne videar, &c. Att. li. 16. ep. 6. Sed hactenus. Ep. li. 4. ep. 3. Hactenus existimo nostram consolationem rectè adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres ijs de rebus, quibus leuari possent molestiæ

cæ.2.de Orator.119.Hæc artem quidem & præcepta duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur.1. de Diu. 13. Qui hactenus aliquid egit, vt earum rationem rerum explicaret.pro Fla.36. Nisi verò hactenus ista formula testimonij tui describi ac distingui potest, vt Flacco absenti aliquid ciuitates tribuisse dicantur, Lælio præsenti nihil tribuisse videantur.

☞ Syntaxis. *Ego hæc quoque hactenus.*

HAEDINVS.pro Muræna.75.Pelliculis hædinis lectulos strauit.

HAEDVS, di. *capræ fœtus.* de Sen. 56. Villa abundat porco, hædo, agno, &c.2.de N.110, & in Arato.

HAEMVS.L.AEMVS.

HAEREDITARIVS, a, um.pro Cecinn. 13. Cum esset hæc auctio hæreditaria constituta.& ad Brut.ep.6.Controuersia hæreditaria.de Ar.14.Multæ domus sine iure hæreditario.

HAEREDITAS, tis. *patrimonium, bona hæreditaria.*1.de In.84.Hæreditate venire bona dicuntur, quæ iure hæreditario alicui obueniunt.Top.29. Hæreditas est pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure:nec ea vt legata testamento, aut possessione retenta.pro Fl.89.Communis hæreditas,quæ ad vtrunque æqualiter lege veniebat.pro Qu.R.55.& 2.I A.42. Cum ipse hæreditatem patris non adisses. pro Ar. 11. Is adijt hæreditates ciuium Rom. Att.lib.11.ep. 2. Hodie ex testamento creui hæreditatem.& ep. 12. Galeonis hæreditatem creui. Att.lib.6. ep.1. Ausidius fratris Appij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuit.2.Offi.28. Rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos venit hæreditas.3. in Ver. 27. Mihi hæreditas à propinquo venit.2.de Inuent.62. Hæreditas, quæ pupillo venit. Att.lib. 13.ep.46.Lepta veretur, ne non liceat tenere hæreditatem.pro Cec.12. In partem hæreditatis mulieres vocatæ sunt. pro Cecin.102. Ariminenses à populo Rom.hæreditates capere potuisse.1.Contra Rul.8.Hæreditatum obeundarum causa,quibus vos legationes dedistis.2. Contra Rull. 41. Autoritatem senatus extare aditæ hæreditatis sentio.3. de Nat. 84. Eámque potestatem,hæreditatis loco,filio tradidit. 1. Offi. 78. Ad quem hæreditas huius gloriæ pertinet.pro Dom.35. Quas adoptationes, hæreditates nominis, pecuniæ, sacrorum secutæ sunt. 1. Offi.121.Optima hæreditas à patribus traditur liberis,omniquè patrimonio præstantior, gloria virtutis rerúmque gestarum. 1. de Orat.175.Cum miles domum reueniisset, egissétque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. 2.de Fin. 58. Reddere hæreditatem.10.I.A.11.Hæreditates caducæ.

✠ *ADIVNC. Caducæ. 10. Philip. Communis.pro Flac. Falsa.9.Fam. Fraterna.pro Clu. Non honestæ,veræ,3. Offi.Magna, permagnæ, 2.de Fin.Maior.pro Cæl.Paternæ,1.de Orat. Permagna. 3. Ver. Priuatæ. 1.Cont. Rul.Reliqua.1. Att.Tanta.2.Philip.*

☞ Syntaxis. *Bona hæreditate veniunt. Hæreditatem patris adire. Ad illum venit hæreditas. Hæreditatem tenere. In partem hæreditatis vocari.Capere,ebrie hæreditatem. Ad illum pertinet hæreditas.Agere in hæreditatem paternam.*

HAERENS, tis.3.de Fin.15.In cæteris subueniens,si me hærentem videris.Fam.lib.6.ep.7. Malè hęrentes scalarum gradus.2.de N. 135. Stomachus ad radices linguæ hærens.de Arusp. 57. Vitia in aliquo penitùs defixa atque hęrentia.

HAERE O, es. *adhæreo, adhæresco, defixus sum. habito.* ‖ *Multa quæ* ✠ *hoc verbo significarunt veteres, hodie ignoratione obscurata sunt, vt peccatum,crimen &c.hærere in aliquo,pro eo quod nostri dicunt obnoxium aliquem esse peccato,quomodo Cicero non est locutus. pro dubitare,& impediri quo minus progredi possis,hærere in visceribus, pro quo recentiores,non obliuisci.*de Som.12.Terra immobilis manens ima sede semper hæret. 4. Acad. 122. Vt videamus, terrâne penitùs defixa sit,& quasi radicibus suis hæreatne an media pendeat?pro Deiot.28. Vix hærere in equo senex poterat.1.de Diu.30.Vt peccatum hæreat, non in eo qui monuerit, sed in eo qui non obtemperauit. Att.lib.6. ep. 1. Aliquid alicui in visceribus hærere. Epist.lib.15.ep.16.Aliquem alicui hærere in medullis.1.I. A. 36. Aliquem in medullis alicuius ac visceribus hærere. 4. Acad. 2. Aliquid hærere in memoria.pro Cæl.14.Nec Catilinę familiaritatis crimen hæreat. & *ibid.* 15. In quo non modò crimen non hęrebat, sed vix, &c. & 75. Fama adolescentis paulùm hæsit ad metas. Att.lib.9.ep.12.Hoc mihi planè hæsit.pro Qu.R. 17. Potest homini huic hærere peccatum? Ep.lib.6.ep. 5. Non potest hærere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria.2.de Fin. 106. Tu totus hæres in corpore.4. I. C. 22. Memoria tantorum periculorum in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper hærebit.de Or.49.Alioqui quónam modo ille in bonis habitabit & hærebit suis? Or. 137. Hærere in eadem commoratiõj sententia.2.de Orat.219. Facetè dictum statim vt emissum est, hærere debet.7.I.V.23. Cogitate in his iniquitatibus vnum hæsisse Apollonium: cæteros ex his incommodis pecunia se liberasse.pro Mil.57.Hærere in pœnis. 13. I. A. 5. Hi in oculis hærebunt,& cum licebit in fastibus.pro Cl.86.Hęrebant in publicis tabulis reus & accusator. 3. Tusc. 69. Neque tamen cum se in media stultitia,quo nihil est peius, hærere intelligunt,ægritudine premuntur.2.I. A. 64. Tamen infixus animo hæret dolor. ¶ *Dubito.*3.de Nat.62.In multis enim nominibus hærebitis.Att. lib.8.ep.19.Hærebis.2.de Or.163.Hærere in aliqua re.& Qu.Fra. lib.3.ep.2.Hærere in re.1.de Or.173.Hærere in iure. 4. Acad. 14. Philosophi cum hærent aliquo loco.1.de Fin. 20. In quo etiam Democritus hæret.2.I.A.74. Hærebat nebulo:quò se verteret, non habebat.de Vn.27.Incurrere in aliquam rem, & in ea hærere atque impediri.At.lib.8.ep.19. Cauendum enim puto esse, ne implicatus hæream.At.lib. 15. ep.38. Valde in scribendo hęreo.Qu.Fr.lib.1.ep.2. In hac causa mihi aqua hæret.3. Offi. 118. Sed aqua hæret,vt aiunt.5.de Fin.84.Venit ad extremum, hæret in salebra.*prouerbia tria hæc sunt.vide Erasmi Adagia.*

¶ *Titubo,lædor.*2.de Nat.11. Vir sapiens confiteri peccatum suum maluit,quàm hærere in rep.religionem.

¶ *Noncedo.* pro Qu. 69. Quem tu à puero sic instituisses,vt nobili ne gladiatori quidem hæreret.*alias cederet.*

✠ *ADVERB. Communitèr Arat. Planè,9. Att. valdè in scribendo.13. Att.Malè.*hærens.*6. Fam.*

☞ Syntaxis. *Gradus malè hærentes. Vitia defixa,& hærentia. Immobilis,manens,ima sede hærès. Id mihi hæret. Id mihi in visceribus hæret. Ille hæret in visceribus. Illi hæret peccatum hoc. In illo hæret iniuria. In suis habitare bonis,& hærere. Hærere & cõmorari in eadem sententia. In oculis hærere alicuius, in malam partem. Hærere in media stultitia. Implicatus hæret,Caue, ne veritas hæreat.*

HAERES, dis.*bonorum dominus ab alicuius morte.* Epist.lib.13.ep.26. Lucius hæres est Marco fratri suo. Epist.lib.13.ep.29. Hæres ex parte dimidia est & tertia Capito: in sextante sunt hi, qui, &c. Ep.lib.11.ep.26.Quin. Turius hæredes fecit similes sui, Cn. Saturnium & Sex. Aufidium.& lib.13.ep. 61. Instituere aliquem secundum hæredem filio suo. 3. Offi. 73. In testamento scripsit hæredes secum M.Crassum,& Quin.Hortensium.2.I.A.61.Antonius in Cn.Pompeij locum successit hæres.2. I. A. 41. Quem palàm hæredem semper factitârat.& *ibid.* Igitur fratrem exhęredans,te faciebat hæredem.pro Cl.32.Mulier ab hæredibus secundis accepta pecunia,partum sibi ipsa medicamentis abegit. pro Cec.17.Testamento facto mulier moritur: facit hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam,ex duabus sextulis.M.Fulcinium.Ebutio sextulam aspergit.Att.lib.13.ep.46. Cæsar opinor ex vncia,sed Lepta ex triente. pro Mil. 49. Cyrus testamentum palàm fecit,& illum,& me hæredem scripsit.3.Offi.93. Setibere aliquem hæredem.1.de Or.175. Possétne paternorum bonorum exhęres esse filius, quem pater testamento neque hęredem neque exhęredem scripsisset nominatim.1.de Orat.180. Qui esset secundum posthumum hæres institutus.pro Clu.11. Instituere aliquem hęredem.pro Quint.14.Relinquere aliquem hęredem testamento.3.I. V. 111. Facere aliquem hęredem testamento. 2. de In. 62. Possessio hęredum secundorum est.& *ibid.* Qui patris pupilli hæredes secundi sunt. pro Cl.40. Auia tua, cui tu es hæres. in Sal.14. Qui parre nondum mortuo pro hærede gesserit omnia. * de Cl.332.Quid illa vetus Academia?atque eius hæres Aristus?

✠ *ADIVNC. Complures,Proximus.3.In Ver.Extraordinarius.veri.3. Philip.Plures. 2. de Inu.Repentinus. 2.Philip.Secundi. 15. Att.& in Top.Similes.13.Fam. Verus.3.Offic.*

☞ Syntaxis. *Is illi hæres est. Hæres ex parte dimidia. Facere hæredem, instituere, scribere in testamento.*

HAERESIS, sis.*secta.*Parad.1.Cato in ea hæresi est,quæ nullum sequitur florem orationis.At.li.14.ep.15.De hæresi Vectoriana, & Perionum,more Puteolano,nisi satis.Ep.lib.15.ep.16.Postulabimúsque, ex qua hęresi in hominibus armatis delectus sis, in eam restituere.& *ibid.* In ista ipsa. *αἵρεσις.*

HAESITANTIA, tiæ. *titubatio, hæsitatio.*3.I.A. 16. Qui propter hæsitantiam linguæ cognomen ex ignominia traxerit.

HAESITATIO, onis.*dubitatio.*Ep.lib.3.ep.12.Noli ignoscere hæsitationi meæ.1.de Orat.202. Quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractúsque verborum?

☞ Syntaxis. *Hæsitatio, dubitatio, tractus verborum.*

HAESITANS, tis.1. Acad. 4. Itaque non multùm hæsitans respondebo. 1. de Orat. 40. Carbo hæsitans in maiorum institutis,rudis in iure ciuili.pro Dom. 134. Hæsitantibus verbis dicere aliquid. 1. de Orat. 115, Quidam lingua hæsitans, & voce absonus.

HAESITO, as. *dubito, timeo, titubo.* 2. de Fin. 18. Aperiendum est igitur quid sit voluptas: quam si explicauisset, non tam hæsitaret.4. Acad. 15. Illi tum in nouis rebus quasi modò nascentes hæsitauerunt. & 52. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum. 2.I.C.13.Cum hæsitaret,cum teneretur, quæsiui, &c. 1. de Orator. 220. Quis enim vnquam, &c. hæsitauit ob eam causam,

quòd

quòd,&c. * pro C.Cornel.2. Num in eo,qui sint hi testes, hæsitatis?

☞ Syntaxis. *Hæsitantia verba. Hæsitans lingua,& voce absonus. Dubitare,hæsitare,se revocare.*

HALESA,*vrbs.*4.I.V.19.& 185.

HALESINVS,a.pro Font.31.

HALETHES,*fluuius apud Veliã.*Ep.li.7.ep.20.Has paternas possessiones tenebis:neque Halethen nobilem amnem relinques.

HALICARNASSEVS,a.2. de Diu.88.Scylax Halicarnasseus.

HALICARNASSVS,si.*vrbs Cariæ.*1.Qu.Fra.ep.1.3.Tusc.75.

HALICIENSES,*populi.*4.I.V.68.

HALIS,lis.*fluuius.*2.de Diu.115.

HALITVS,tus.*spiritus.*2.Tusc.22.Efflare extremum halitum.

HALLVCINOR,aris:*aut potius.* ALLVCINOR.*aberro.* Qu.Fra.lib.2.ep.10. Epistolæ nostræ debent interdum hallucinari. Att.lib.15.ep.28.Ego tamen suspicor hunc,vt solet, hallucinari. 1. de Nat.72. Ista enim à vobis tanquam dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est.

☞ Syntaxis.*Epistola hallucinatur.Hæc ille oscitans hallucinatur.* (*hic perpende phrasim.*)

HALVNTINVS,a.5.I.V.101.Haluntina ciuitas.

HALVNTIVM,*oppidum Siciliæ.*6. I.V.62.

HAMATVS,a,um.*aduncus.* 4. Acad.121.Hamatis vncinatisque corporibus.

HAMVS,mi.de Sen. 44. Plato escam malorum,voluptatem appellat:quòd ea videlicet capiantur,vt hamo pisces.

HARA,ræ.*stabulum porcorum.* I.P. 37. Epicure nostes, ex hara producte,non ex schola, &c.

HARIOLVS,Haruspex,& alia:L.ARIOLVS,& ARVSPEX.

HARMONIA,niæ.*concentus.*1.Tusc.20.Velut in cantu & fidibus, quæ harmonia dicitur. 1. Tusc.41. Harmoniam autem ex interuallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiã harmonias efficit plures.3.de N.27. Nisi putamus ad harmoniã canere mundum,vt Pythagoras existimat.

☞ Syntaxis. *Mundus ad harmoniam canit.*

HASTA,stæ.*telum.*2.de Fin.97. Euelli iussit eam, qua erat transfixus,hastam.1.de Or.242.Amentatas hastas torquere.&l.2.316. Iactare hastas leniter. de Senect. 19. Eminus hasta, cominus gladio vti.pro Mur.45.Abijcere hastas.2.Offi.27. Est enim ausus dicere hasta posita, quum bona in foro venderet, & bonorum virorum & locupletum, & certè ciuium, prædam suam vendere.2.I.A.64.Hasta posita pro æde Iouis Statoris,bona Cn. Pompeij voci acerbissimæ subiecta præconis.3.Offi.83.Hastam in foro ponere,& bona ciuium voci subijcere præconis.2.Cont. Rul. 52. Rullus in ponto hasta posita, cum suis formosis finitoribus auctionans. 1. Contra.Rul.6. Num obscurè videntur propè hasta præconis insectari Cn.Pompeij exercitu.4.I.A.9.Quos non illa innnica Pompej hasta satiauit.2.I.A. 103. Quis hastam illius venditionis vidit?Att.lib.12.ep.3. Tres habet conditiones, aut emtionem ob hastam,&c.L.GRAMINEVS.2.de Ora.325. Qui violant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur.

☞ Syntaxis.*Hastam iactare,torquere,abijcere.Hastam ponere.Infinita hasta pro auctione.*

HASTATVS,ta,tum.*hasta armatus.*2.de Diu.67.Quòd euelli primi hastati signum non potuerit.1.de Diu.77. Cum signifer primi hastati,signum non posset mouere loco,&c.

HASTILE.lis.pro Rab. 21. Qu. Scævola confectus senectute, præpeditus morbo,hastili nixus,&c.

HAVD.*non.*5,de Fin.7.Quem haud scio an rectè dixerim principem philosophorum. pro Cl. 165. Haud hæres est Cluentius. 1. Offi.72.Tibi non minus,haud scio an magis etiam hoc faciendum est.de Am.51.Atque haud scio an ne opus sit quidem,nihil vnquam omnino defuisse amicis.3.de Nat.69.Haud scio an melius fuerit.de Ar.2.Haud potest grauioribus à me verbis vulnerari,quàm,&c.de Sen.83.Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit.Att.lib.13.ep.20.Vide quàm philosophos haud nos frustra existimas.

HAVDQVAQVAM. *nequaquam.*1.de Or.38.Quorum patet homo prudens & grauis,haudquaquam eloquens, saluti reipublicæ fuit.& 2.de Or.143. Haudquaquam id est difficile Cratio, de Amic. 68.Suauitas sermonum atq; morum haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ.de Vn. 35. Haudquaquam boni est,ratione vinctum velle dissoluere.

HAVE.*pro Salue.* Ep.lib.8.ep.16 Ac simulatque hanc mihi dixit, statim quid de te audisset,exposuit.

HAVRIENDVM.de Clar.287.Qui hoc sentiat,si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet.*sc. vinum.*

HAVRIO,ris: hausi,haustum *traho.*pro Cec. 78. Quicquid inde haurias,purum liquidúmque te haurire sentias. pro Ar. 13. Illa quidem certè,quæ summa sunt,ex quo fonte hauriam sentio. 1. Offic. 6. E fontibus. Stoicorum iudicio arbitrióque nostro, quantum quoquo modo videbitur,hauriemus. 1. de Orat. 203. Equidem vobis fontes vnde hauriretis,putaui esse demonstrandos,1. Acad. 7. Vt ea è fontibus potius hauriant, quàm riuulos consectentur.de Clar. 244. Tum Atticus, Tu quidem de fece, inquit, hauris, idque iamdudum. 2. Contra Rul. 32. Sumptum haurit ex ærario, suppeditat socijs. 5, Tusc. 16. Quòque affluentius voluptates vndique hauriat.de Cl. 332. Artes, quas cum domo haurire non posses, accersiuisti ex vrbe Athenarum. pro Mil.10.& Or.165. Hanc legem à natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.

¶ *Voro.* de Ar. 59. Quæ vnquam Charybdis tantos haurire gurgites posset,quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit?11.I. A. 10.Quid eum non sorbere animo,non haurire cogitatione,cuius sanguinem non bibere censetis?

¶ *Accipio.sumo.sentio,patior,fero.*pro Cæl.59.Vidi enim,vidi,& illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita,cum,&c.1.Tusc.86. In propagatione vitæ quot, quantas,quàm incredibiles hausit: calamitates?pro Dom. 30. Vnus pro omnib.hausi indignissimã calamitatem.pro Sest.63. Luctum nos hausimus maiorem, ille animi non minorem.

HAVRIOR,ris.1.de Or.12.Cæterarum artium studia ferè recondita atque abdita è fontibus hauriuntur.

HAVSTVRVS,a,um.Ep.lib.6.ep. 6. Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas,è quo sit leuiter aspersus.

HAVSTVS,a,um.2.de Diu.26.Diuinitas, vnde animos haustos, aut acceptos,aut libatos habemus.1.de Fin.71.Omnia dixi hausta è fonte naturæ,2.de Diu.31.Aqua ex puteo hausta.1. de Diu. 110.Natura deorum,à qua haustos animos & libatos habemus. 1.de Diu. 70. Animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos & haustos.

✠ *ADVERB.Affluentiùs voluptates.5.Tusc.Promiscuè, 3.de Orat.Extrinsecùs.1.de Diu.*

☞ Syntaxis. *E fontib.haurire. De fece haurire.Arripere,haurire, exprimere a natura vim.Cogitatione haurire, Dolorem,calamitatem,luctum haurire.Ex diuinitate hausti, accepti, libati animi. Haustus à, Extrinsecus animi tracti sunt,& hausti.*

HAVSTVS,stus *hauriendi actus.* pro Cecin. 74. Aquæ ductus, haustus,iter,actus.

HEAVTONTIMΩPOYMENOS.L.PVNIENS.

HEBDOMAS,dis:vel dos.*septem dies,vel septenarius.*Ep.li.16.ep.9. Symphoniam Lysonus vellem vitasses, ne in quartam habdomadem incideres.

HEBES,tis.*tardus,pinguis,natura tardior,obtusus,retusus.*)(*Acutus.* 2.de Diu.103. Epicurus, quem hebetem & rudem dicere solent Stoici.& 2.de Fi.67.Epicurus paulo hebetior. Att.li 9.ep.20. Tu cogita,quid deinde:nam me hebetem molestiæ reddiderunt.1. Acad.31. Sensus hebetes, tardi, & pingues. pro Pl. 66. Populum Rom.aures hebetiores,oculos acres & acutos habere. de Aruſp. 2.Non dubito,quin ea tela leuiora atque hebetiora sint,quàm, &c.Orat.216. Spondeus,quòd est è longis duabus, hebetior videtur & tardior. 2. de Natur. 17. Hebetiora sunt hominum ingenia propter cœli pleniorem naturam. Attic.lib.8.ep.3. Bonorum erat aliquis dolor,sed hebes.1. de Orat. 248. In communi vita non hebetem esse,nec rudem. Ep. lib.8.ep.13. Hebes ad intelligendum,quia vtile est.1.de Diu.45.Hebes æquè ac pecus. * 2. Acad. Cur eius *Lunæ* nascentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua. Acad. Mihi non modò ad sapientiam cæci videmur, sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebetes & obtusi.

✠ *ADVERB.AEquè.1.de Diu.*

☞ Syntaxis. *Hebes acrudis. Hebetes, tardi, & pingues sensus. Telum leue & hebes æquè ac pecus.*

HEBESCO,scis.*obtundor,retundor,*1.I.C.4.At nos vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum autoritatis.1.Tusc.73. Sic mentes acies se ipsam intuens nonnunquam hebescit. 4. Acad. 6. Hebescere & languere in ocio. * Hortens. Ne quando illa *mentis acies* hebescat.

HECATE,tes.3.de Nat.46.Hecate,quæ matre Asteria est,sorore Latona.

*HECTOREVS,a,um.2. de Glor.

Qui quondam Hectoreo perculsus cõcidit igne.

HECVBA,bæ.*Priami vxor.*3.Tusc.63.

HEDONE,nes.L.VOLVPTAS.

HEDVI,*populi.*Att.lib.1.ep.16.

HELENVS,*vates.*1.de Diu.89.

HELETES.*fluuius.* Ep.lib.7.ep.20.& Att.lib.10.ep.13.

HELICE,ces.*altera arctos,maior vrsa.septentrio:duæ enim ἅρκτοι sunt* 4, Acad. 66. Ego verò ipse, & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens:& meas cogitationes dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram,

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto. vt ait Aratus: eoque directius gubernant,quòd eam teneant.

Quæ cursu interiore,breui conuertitur orbe: sed ad Helicem, & clarissimos septentriones:id est,rationes has, latiore specie

non ad tenue elimatas: eò fit vt errem, & vager latiùs. & 3. de Natur. 57.

HELIOPOLIS, lis, *vrbs Aegypti.* 3. de Nat. 54.

HELLESPONTVS, ti. *prima maris angustia ex Aegeo nauigantibus, quibus Asia ab Europa desiungitur, relinquiturq; Abydos, vrbs Asiæ, Sestos Europæ.* Or. 16. Qua pontus Hesles, &c. 2. de Fin. 112. Helleſponto iuncto Athoque perfoſſo.

HELLESPONTIVS, ia. Ep. lib. 13. ep. 53.

HELLIS, dis, *vrbs.* 11. I. A. 26.

HELLVATIO, onis. Poſtquam. In Senat. 12. Cur in luſtris & helluationibus huius ſaltatoris virtus tandiu ceſſauit?

HELLVO, *onis, ganeo, gurges.* I. P. 41. Ille gurges atque helluo natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ. 1. Contra Rul. 2. Impurus helluo turbat Rempub. Poſtquam. In Senat. 13. Helluo immanis. pro Dom. 25. Helluo ſpurciſſimus. Ep. lib. 16. ep. 18. Helluo nequiſſimus. pro Seſt. 26. Helluo patriæ, helluo patrimonij 3. de Fin. 8. Helluo librorum M. Cato.

✠ ADIVNC. *Concinnus, & muſicus, de Pro. Immanis, poſtq. in Sen. Impurus, 51. Cont. Rul. Nequiſſimus. 16. Fa. Spurciſſimus & nequiſſimus. pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Helluo patriæ, librorum (in peſſimâ & optimam partem.)*

HELLVOR, aris. pro Dom. 124. Ille gurges helluatus eſt ſimul tecum reipub. ſanguinem. pro Seſt. 111. Quid tu meò periculo gurges ac vorago patrimonij helluabare? & de Pro 14. L. SIPARIVM.

HELVELLAE, laſũ. *herbæ latæ quædam.* Ep. lib. 8. ep. 26. Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omneis ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius.

HELVETII, orum. *populi.* pro Cor. 32. & de Prou. 33.

HEM, *indignationis vox.* Ep. lib. 14. ep. 2. Hem mea lux, meum deſiderium. Ep. lib. 4. ep. 5. Hem nos homunculi indignamur, ſi, &c. pro R. P. 45. Hem Poſthume, tú ne es Curij filius 5. I. A. 33. Hem, ad quem legatos mittamus? cui bellum moremur inferre? &

HEMICYCLVS, cli. *ſedes, ſolium.* de Am. 2. Augur domi in hemicyclo ſedens.

HERA, æ. *fortuna, domina.* 1. Offi. 38.

Vos ne velit an me regnare hera, quidue ferat ſors,
Virtute experiamur. ——

item: Hera mea. pro Cæl. 18 Nunquam hera errans hanc moleſtiam nobis exhiberet. Ennij.

HERACLEA, *vrbs.* 4. I. V. 125. pro Archia. 6.

HERACLIENSIS, e. 5. I. V. 103. pro Ar. 6.

HERACLEOTAE, *populi.* Ep. lib. 13. ep. 56. Heracleotæ & Bargiletæ, qui item debent, &c.

HERACLEOTES Zeuxis. *nomen pictoris clariſſimi.* 2. de Inu. 1. *Eſt etiam cuiuſdam philoſophi, Dionyſii nomine, cognomen.* 4. Aca. 71.

HERACLEA, *pocula.* 6. I. V. 32. L. TOREVMA.

HERACLITVS, ti. *Philoſophus quidam, qui cognomento σκοτεινὸς, perhibetur.* 2. de Fin. 15. 1. de Na. 74. Nec conſultò dicis occultè, vt Heraclitus. & 3. de N. 35. Heraclitus quid diceret, intelligi nolnit.

HERBA, bæ. *ſtirpium infimum genus.* 2. de N. 161. Quædam ſtirpes & herbæ, quarum vtilitates longinqui temporis vſu & periclitatione percepimus. 2. de Or. 287. Lepidus in herba recumbebat. de Amic. 70. Vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. 1. de Diu. 75. Corona ex aſperis herbis & agreſtibus. 2. de Diu. 68. Herbam aſperam credo auium congeſtu, non humano ſatu. * Oec. 1. Nullo modo facilius arbitror poſſe neque herbas areſcere & interfici.

✠ ADVNCT. *Aſpera. 2. de Diu. Aſperæ, & agreſtes 1. de Diu. Fallaces, de Amic. Inimiciſſimæ frugibus. de Clar.*

HERBESCO, ſcis. de Sen. 51. Terra ſemen tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem. *vetus lectio, compreſſu.*

HERBIGRADA, *cochlea.* 2. de Diu. 133.

Terrigenam, herbi gradam, domiportam, ſanguine caſſam. Pacuuij. *aliàs, tardigradam.*

HERBITA, *vrbs.* pros Cec.

* HERBITENSIS, e. 5. I. V. 47. Herbitenſis ager.

HERRITENSES, *populi.* 4. I. V. 156.

HERBVLA, æ. L. SESELIS.

HERCISCVNDVS, a, um. *vel* ERCISCVNDVS, a, um. *partiendus, diuidendus.* 1. de Orat. 237. Qui quib. verbis herciſci oporteat neſcit, idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poteſt. pro Cec. 19. Ebutius nomine hæredis arbitrum familiæ herciſcundæ poſtulauit. L. FAMILIA.

HERCLE. *herculè.* Ep. li. 2. ep. 18 Et herclè ſine dubio erit ignominia. & 1. de Or. 237. Nam herclè, inquit Antonius, &c. Att. lib. 15. ep. 1. Herclè dederã ad te literas exiens è Puteolano. 3. de Leg. 1. Benè herclè faciunt. 2. I. C. 7. Meherclè.

☞ Syntaxis. *Herclè, ſine dubio, ſimul.*

HERCVLANEA, æ. 2. Contra Rul. 36. Adiungitur etiam illa via vendibilis Herculanea.

HERCVLANENSIS, ſe. Ep. lib. 9. ep. 25. Fundus Herculanenſis.

HERCVLE, *iurandi vox.* de Am. 37. Et herculè ita feci. 4. I. V. 72. Nam herculè, inquit, &c. Att. lib. 2. ep. 7. Herculè, verum vt loquar. & Ep. lib. 8. ep. 7. Et herculè confecta omnia. Att. lib. 16. ep. 18. Sed herculè facilè patior datum tempus, in quo amorem experiret tuum. Att. lib. 5. ep. 16. Meherculè etiam aduentu tuo reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia, &c. Ep. lib. 2. ep. 11. Mihi meherculè magnæ curæ eſt ædilitas tua. Orat. 157. Libentius dixerim meherculè, quàm mehercules.

HERCVLES, lis. 3. de Nat. 42. Plures Hercules tradunt nobis ij, qui interiores ſcrutantur. 2. de Or. 71. Polycletus Herculem finxit cum pelle & hydra.

HERCVLES. *herclè, herculè.* pro Pl. 64. Verè mehercules dicam, ſictum, &c. de Clar. 61. Et hercules hæ quidem extant. 2. I. C. 16. Sic mehercules, hoc, &c. Ep. lib. 10. ep. 11. Cupio mehercules, &c. Ep. lib. 8. ep. 4. Et hercules niſi, &c. * Frag. ep. vt Hercules Antianus in alium locum transferretur.

☞ Syntaxis. *Et herculè ita fiunt. Herculè verum vt loquar. Et hercules hæ quidem. Mehercules.*

HERI. *heſterno die.* Epiſt. lib. 11. ep. 1. Heri veſperi apud me Hircius fuit. Att. lib. 7. ep. 3. Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræũ. Tuſc. Rationes quibus heri vſus. Att. lib. 13. ep. 45. Lepidus ad me heri veſperi literas miſit.

HERILLVS, li. *philoſophus, qui in cognitione & ſcientia ſummum bonum poſuit.* Academ. lib. 2. de Finib. 2. 4. & 5. Item. 1. de Offic. 6. 5. Tuſcul. 85.

HERILLII, liorum. *ab Herillo dicti.* 3. de Or. 59.

HERMAGORAS, ræ. de Cl. or. 270. L. INOPS. item. 1. de In. 8.

HERMATHENA, næ. *ex Mercurio & Minerua compacta ſtatua.* Att. lib. 1. ep. 3. Quòd ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, & ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & Hermes commune omnium, & Minerua ſingulare eſt eius gymnaſij.

HERMAE, m. g. *Mercurij ſtatuæ.* At. lib. 1. ep. 7. Hermas, de quibus ad me ſcripſiſti, vehementer expecto. 2. de Leg. 65. Nec hermas hos quos vocant, licebat imponi. Att. li. 1. ep. 6. Hermæ tui Pentelici, cum capitibus æneis, me admodum delectant.

HERMERACLAE. *ſtatuæ ex Mercurij & Herculis formis compactæ.* Att. li. 1. ep. 8. Signa noſtra, & Hermeraclas, vt ſcribis, cum commodiſſimè poteris, velim imponas. *aliàs, Hermerotas: id eſt, ex Mercurij & Cupidinis formis comunctas ſtatuas: nam ἔρως, Cupido ſeu Amor dicitur.*

HERMES, etis. *Mercurius.* L. HERMATHENA.

HERMODORVS, ti. Att. lib. 13. ep. 21. Hermodorus, qui Platonis libros ſolitus eſt diuulgare.

HERMICI. *populi.* pro Corn. 31. 1. Offi. 35.

HERODOTVS, ti. 1. de Leg. 5. Herodotus, pater hiſtoriæ. 2. de Or. 55. Herodotus, qui princeps genus hoc ornauit: id eſt, ſcribendæ hiſtoriæ.

HEROICVS, a, um. *herous.* 5. Tuſc. 7. Heroicis ætatib. Vlyſſes & Neſtor habiti fuerunt ſapientes. 3. de Nat. 54. Quartus ſol, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi reperiſſe dicitur, &c. & 71. Medea & Atreus heroicæ perſonæ. 1. de Diu. 1. Vetus opinio eſt iam vſque ab heroicis ducta temporibus. 2. de Leg. 68. Quatuor heroici verſus, quos longos appellat Ennius. At. li. 14. ep. 16. Quid queris? heroica. 3. de Ora. 180. Heroici pedes treis, dactylus, anapæſtus & ſpondæus.

☞ Syntaxis. *Heroicis ætatibus, temporibus.*

H' ΡΩΟΝ, ου, τὸ. *id eſt, veſtibulum ſepulcri, buſtúmue.* de Leg.

HEROS, herois. *princeps, diuus.* Att. lib. 13. ep. 6. Colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. 2. de Or. 194. Heroum veteres caſus fictóſque luctus imitari atque adumbrare dicendo. Att. lib. 4. ep. 3. Ignari, quantum in illo heroe eſſet animi. & lib. 1. ep. 14. Heros ille noſter Cato. Att. lib. 15. ep. 12. Octauius videtur ergà noſtros ἥρως ita fore, vt nos velimus, animatus.

* HEROVS, a, um. *heroicus.* Orat. 192. Qui iudicat heroum numerum grandiorem, quàm deſideret ſoluta oratio. 3. de Orat. 180. Herous pes.

HERVS, ri. *dominus.* 2. Officior. 24. Sed heris ſit ſanè adhibenda ſæuitia in famulos, ſi, &c. pro Corn. 50. Idem herus IX. Gaditanos.

HERYLLII. *philoſophi, non Erylij.*

HESIODIVS, a, um. Brut. 15. Illud Heſiodium laudatur à doctis, quod eadem menſura reddere iubet, quæ acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis.

HESIODVS, di. *poeta Græcus.* 1. Offi. 48. Ea quæ acceperis vtenda, maiore menſura (ſi modò poſſis) iubet reddere Heſiodus.

HESPERIDES, dum. 3. de Nat. 44. Heſperides Erebo & Nocte natæ.

HESPEROS, *Veneris ſtella.* 2. de Nat. 54. Infima eſt quinque errantium, terræque proxima ſtella Veneris, quæ φωσφόρος & Græcè, Lucifer latinè dicitur, cum antegreditur ſolem: cum ſubſequitur autem, heſperos.

HESTERNVS, a, um. 2. de N. 73. Velut à reipſo heſterno die dictum

ctum est.4,Acad.18. Iam enim hoc verbum satis hesterno sermone triuimus.3.de Or.78.Disputatio hesterni & hodierni die.

✠ ei.2.in Cat.7.Patefeci in senatu hesterna die.‖4. Acade.10.Hesterno sermone labefactata.

HETRVRIA,*Italiæ regio florentissima.*de Ar.25.Aruspices ex Hetruria accipiendos puto.1.de Diuin.92.Hetruria scientissimè interpretatur,quid quibusque ostendatur portentis.& 2. I. C.6.& Epi,lib.10.ep.30.

HETRVSCVS,a,um. *Thuscus,ex Hetruria, quod Hetruscorum est.* de Ar.10.Hetruscorum disciplina.& 53.Hetrusci libri.& 1.de D. 93.Hetrusci religione imbuti studiosiùs & crebriùs hostias immolabant.Hetrusci prædones.L. HOMO.

HEV.*eheu.*7.I.A.13.At legatos misimus, heu me miserum,cur cogor.& 4.Tusc.72.Heu me infelicem.1.Offi.139.O domus antiqua,heu quàm dispari dominaris domino.

HEVS.*ô,vocandi,seu attentionem postulandi vox.*Att.lib.15.ep.11.Et heus tu,ne fortè sis nescius,Dolabella me sibi legauit. Att.lib. 4.ep. 17.Sed heus tu , scripserámne tibi me esse legatum Pompeio?Ep.lib.7.ep.11 Sed heus tu quid agis?& libr.16.epi.17. Sed heus tu,qui *ἐξαύων* esse soles,&c.Att.lib.1.epist.13.Sed heus tu,vidésne,&c.Q.fr.li.2,ep.15.Sed heus tu,cælari videor à te, quomodonam mi frater de nostris versibus Cæsar?pro Mil. 61. Heus, vbi Ruscio?vbi Gasca.4.ad Her.15.Heus adolescens.

HEXAMETER,tri.*sex pedum versus,qui & senarius dicitur,præsertim in lyricis.*Or.222.E quatuor igitur,quasi hexametrorum instar versuum quod sit,constat ferè plena comprehensio.

HIATVS,tus.*labes,eluuio.*2.de N.d.122. Quædam animalia cibũ oris hiatu & dentibus ipsis capessunt.2.de N.14.Repétini terræmum hiatus.3.Offic.38.Ille Gyges,qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus,in illum hiatum discendit,&c.

✠ ADIVNC.*Repentini terrarum.*2.*de Nat.*

¶ *Præterea per translationem,est in orationis compositione, vocalium quarundam vastior concursus,ex quo tum hiant,tum hiulca dicitur oratio: vt,In Actæo Aracyntho,& Neptuno Aegeo.*Orat. 77. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam. L. HIO,& HIVLCVS.

HIC,*hæc, hoc.*pro Flac. 48. Cum iudicatum non faceret,addictus Hermippo, & ab hoc ductus est.pro Dom.12.Hunc istum ocij & pacis hostem,&c.pro Fl.52.Huic illi legato.Ep.lib.12.Hoc libertatis Treboni.& lib.2.Hoc literarum.ad At.li.1.Noui est in lege hoc,vt qui,&c.Ep.lib.6.Siue hoc siue illud.de Vn.Hoc posito, quod sequitur,videntur,videndum est.de Leg.lib.2. Atque etiam hoc,quod est partitio,dant Scæuolæ.I.V.4.Iucunda suburbanitas huiusce prouinciæ.Ep.lib.10.ep. 10. Cum hæc leges: *id est,quæ scribo.*Hoc est, *τοῦτ' ἔστι τὸ τοιοῦτον.*L. HOCEST.

HIC,*aduerbium.* Ep.li.3.ep.8.Hic ego multa simul cogitaui.& li.5. ep.15.Hic tu miraris? &c.pro Cl.59.Hic tũ Fabricius,&c.I.P.Hic vos etiam crudeliores,&c.Qu.fr.lib.ep.2.Hic ô Dij.L. O.

HICCINE.*pro hicne?*Ep.lib.2.ep.10.Hiccine est ille,qui vrbem.7. in Ver.61.Hunccine hominem? hãccine impudentiam iudices? hanccine audaciam?pro Mil.105.Hiccine vir?&c.

HIEROSOLYMA,mæ.*vrbs Iudæorum quondam, totius Orientis lumen.* pro Flacc. 67. Cum aurum Iudæorum nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret.

HIEROSOLYMA,orum.*idem.*pro Flacc.67. Cn.Pompeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit.

HIEROSOLYMARIVS,a,um.Att.lib. 2. ep. 9. Hic Hierosolymarius traductor ad plebem.

HILARE.*hilariter.*2.de Orat.290,Ego hilarè à te acceptus sum. 5.de Fin.92.& Ep.lib.1.ep.9.Hilare viuere.

HILARIS,re.*hilarus, promptus.*Qu.fr.lib.2. ep.12. Te hilari animo & prompto ad iocandum esse valde gaudeo,1.Tusc.l. 100. Hilaris & lætus vultus.pro Cl.72.Hilari vultu.

HILARITAS,tis.*festiuitas,iucunditas:*)(*mœstitia,tristitia.*1.de Or. 243.Itaq; hilaritatis plenũ iudicium ac lætitiæ fuit. Ar. li.12.ep. 39.Hilaritatẽ illam,qua hanc tristitiã temporum condiebamus, in perpetuũ amisi.Ep.li.9.ep.11. Sed tamen hilaritas illa nostra & suauitas,quæ te præter cæteros delectabat,erepta mihi omnis est.1.Off.108.Etat in C.Lælio multa hilaritas.1.Off.146. Superciliorum remissio,aut contractio,mœstitia,hilaritas,&c.

✠ *A* ADIVN.*Multa,profusa.*4.*Tusc.perpetua.*2 *de Orat. Summa.*1.*Offic.*

HILARITER.*hilarè.*3.ad Herre.24. Deinde modo acriter , tum clementer, mœstè, hilariter, in omnes partes commutabimus pronunciationem.

HILARATVS,a,*ex hilaratus.*de Clar. 44. Periclis suauitate maximè hilaratæ sunt Athenæ.2.de Nat.102. Accessus solis lætificat terram,vt cum cœlo hilarata videatur.

HILARO,ris de Fin.lib.2.8. Omnes enim iucundum modum, quo sensus hilaretur,Græcè *ἡδονὴν*. Latinè voluptatem vocant.

HILARVLVS,a,um.*hilarus.* Att.li.16.ep.11.Attica hilarula est.

HILARVS,a,um.*rior.hilarus.*Att. lib.5.ep. 20.Hilara sanè Saturnalia.4,& 5 de Fin.92.Hilara vita.Att.lib.16. ep.3.Hunc tu lege in arcano conuiuis tuis:sed si me amas,hilaris & bene acceptis,ne in me stomachum erumpant,cum sint irati tibi.At.lib.7.ep.24. Literæ hilariores.In Pis.11.Hilarioribus oculis intueri,&c.

☞ Syntaxis. *Hilaris & promptus.Hilaris & lætus. Hilaritas & lætitia.Hilaritas & suauitas.*

HILLVM,li. *exigua res,vel nihil potius quale niger in faba oculus.* 1.Tusc.l.10.

Sudans nitendo nec proficit hilum. Poëtæ.

HIMERA,tæ.*vrbs.*6.I.V.73.& 4.Ver.86.

HINC.*ex hac parte,hoc nimirum est illud,quod,&c.*At.li.7. ep.20. De malis nostris tu prius audis quàm nos:hinc enim emanant,boni autem hinc quod expectes,nihil est.2.I. C. 25. Ex hac parte pudor pugnat,illinc petulantia:hinc pudicitia,illinc stuprum.3. de Fin.45.Via quæ est hinc in Indiam. 3.in Verr. 17. Ex Sicilia testes erant ij,qui,&c.Hinc homines illustres.4.in Cat.16.Quidam hinc nati,&c.2.de Or.13.Scæuolam hinc euntem conueni. 2.contra Rul.93.Nos hinc Roma,qui veneramus.1.de Natu.65. Hinc omnia effingis:*id est,ex atomis.*pro Cl.191:Hinc illæ infinitæ quæstiones.3.Off.36.Hinc ficæ,hinc venena,hinc falsa testamenta nascuntur,hinc expilationes direptionesque sociorum.

☞ Syntaxis. *Via quæ hinc in Indiam(ratione loci,) Hinc expilationes, (ratione causæ,originis,occasionis.)*

HINNITVS,tus.1.de Diu.73.Equi exaudiuit hinnitum.

HIANS,tis. 4.I. V. 134.Veires auaritia hiante atque imminenti fuit.4.ad Her.19. Crebræ vocaliũ concursiones, quæ vastam & hiantẽ orationẽ reddunt.Ora.32.Mutila quædam & hiantia loqui.Part.21.Disiuncti atque hiantes concursus literarum.

HIO,as.*hiare,est apertum esse,maleq; hærere , & disiunctum esse.* 2. de Finib.8.Omnes iucundum motum quo sensus hiarent, Græcè *ἡδονὴν*,Latinè voluptatem vocant.*alter, Hiaverter.*5.I.V.8. Huic homini,si cuius domus patet,vtrum ea patére , an hiare ac pescere aliquid videtur?Or.152.Poëtæ qui vt versus facerent,sæpe hiabant,vt Næuius.

HIPPOCENTAVRVS,ri,*monstrum poeticum.*1.de Na.106. Quid interest,vt de Hippocentauro , an de Deo cogitemus. 2. & de D.48.Hippocentaurus,qui nunquam fuit.

HIPPOCRATES,tis.3.de Or.130.Hippocrates illi Cous. Att. lib. 16.ep. 14.Desperatis vetat Hippocrates adhibere medicinam. Incert. Hippocrates nobilissimus medicus scriptum reliquit.

HIPPONACTEVS,a.Ep.lib.8.ep.24.Præconium hipponacteũ. Or.189.Hipponacteos effugere vix possumus.

HIRPINVS,na.5.cont.Rul.8.Aget Hirpinus.1.de D.79.

HIRSVTVS,a,um.*horridus,asper.*2.de Nat. 121. Animantes quædam spinis hirsutæ.

HIRVDO,nis.*sanguisugam vulgus vocat.*Att.lib.1.ep.13.Illa concionalis hirudo ærarij.

HIRVNDO,nis,*auis.*4.ad Herren.62.Hirundines æstiuo tempore præstò sunt,frigore pulsæ recedunt.

* HISARA,æ. *fluuius.*Ep.lib.10.ep.15.In Hisara fiumine maximo, quod in finibus est Allobrogũ,ponte vno die facto.*Planci.*Ep.li. 11.ep.13.Si quo ẽt Hisarã se traiecerint. *Eruti. Alij Isara scribunt,*

HISCO,scis.*os aperio.*2.I.A.111.Responderéne ad hæc , aut omnino hiscere audebis?

HISPALIS.*vrbs.*Att.lib.13.ep.20.Epist.Pollionis.lib.10.ep.32.

HISPANIA,niæ.Epist.lib.15.ep.19.Quid in Hispania geratur,rescribe.Att. lib. 16. ep.2. Vlterior Hispania. & pro Cornel.34.Et duæ Hispaniæ.

✠ *A* DIVN. *Citerior.*1.*Fam.vlterior.*16.*Att.*

HISPANIENSIS,se.Ep.lib.2.ep.16.Neque ego hunc Hispaniẽsem casum expecto,de quo mihi exploratum est.3,de Nat. 24. Æstus maritimi Hispanienses,vel Britannici.pro Pomp.28.Hispaniense bellum.*con.C.Ant.Hispaniensis pugiunculus.

HISPANVS,a,um.4.I.A.3.Cæsar exercitum inuictum ex Hispanis militibus cõduxit.de Ar.19.Nec numero Hispanos,nec robore Gallos nec calliditate Pœnos nec artibus Græcos superamus.

HISTER,stri.*vel* ISTER,stri. *Danubius.*L. ACCOLO.

HISTORIA,riæ.*annales,memoria publica,memoria rerum veterum, commemoratio antiquitatis, monumenta rerum veterum, monumenta temporum,locorum,hominum rerum gestarum omnium seculorum memoria.*2.de Orat.62.Prima est historiæ lex , ne quid falsi dicere audeat:deinde,ne quid verè non audeat,ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo,ne qua simultatis.2.de Orato.36. Historia testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ,magistra vitæ,nuncia vetustatis.Orat.66.Historia,in qua & narratur ornatè, & regio sæpe aut pugna describitur : interponuntur etiam conciones & cohortationes , sed in his tractã quædam & fluens expetitur, non hæc contorta & actis oratio. de Clar. 262. Nihil est in historia pura & illustri claritate dulcius. de Cl.62. Quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior:multa enim scripta sunt in eis,quæ facta non sunt. 2. de Diu.69. Simiæ Dodonæ improbitatem historiis Græcis mandatam esse demiror.2.de Or.51. Summi oratoris in dicendo est, scribere historiam.*& ibid., De scribenda historia.*2.de Or.52. Historia nihil aliud erat, nisi annalium cõfectio.Fp.li.5.ep.12. Vi-

debam Italici belli historiam iam penè à te esse perfectã. 1. de Leg. 5. Herodotus pater historiæ. *& ibidem de historia multa.*

✠ *A DIVNC. Finitima, Orat. Mendacior, pura, de Clar. Multa. 2. de Leg. Plena exemplorum. 1. Di. Testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia veritatis. 1. de Orat, Perpetua. 5. Famil.*

HISTORICVS, ci. *rerũ gestarũ atq; memo rabilium scriptor.* Tp. 78. Philosophi, poëtæ & historici. pro Mur. 16. Homines literati & historici.

HISTRIO, onis. *veritatis imitator, comœdus, tragœdus, scenicus.* 1. de Or. 18. Actio sola per se quanta sit, histrionum leuis ars & scena declarat. Para. 3. Histrio si paulo si moueat extra numerum, aut versus pronunciatus est vna syllaba longior, aut breuior, exsibilatur. 3. de Fini. 24. Histrioni actio, saltatori motus est certus datus. de Sen. 69. Nec histrioni vt placeat, peragenda est fabula, modò in quocunque fuerit actu, probetur. pro Quint. R. 30. Qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenerat comœdos. 2. de Or. 193. Oculi hominis histrionis. 1. de Orat. 258. Roscius & Æsopus histriones clari.

✠ *A DIVN. Deterior. 1. Atti. Exercitati. 3. Offi. Limitatores veritatis. 3. de Orat. nouissimi, pessimus, vetus, pro. Q. Rosc. Com.*

☞ Syntaxis. *Histrio, & homo histrio.*

HIVLCE. 3. de Or. 42. Asperè, vastè, rusticè, hiulcè loqui.

HIVLCVS, a, um. *hians.* Orat. 150. Extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficit, aut asperas. 3. de Orat. 169. Ne asper verborum concursus sit, neue hiulcus, L. HIATVS.

HOC. *eò.* 3. de Orato. 141. Sin eos disiungunt, hoc erunt inferiores, quòd, &c. Att. lib. 1. ep. 13. Atque etiam hoc magis, quòd, &c. Att. lib. 9. ep. 8. Consilio tuo vtar libenter, & hoc libentius, quòd, &c. Epist. lib. 10. ep. 9. Certè hoc maius habes testimonium amoris mei, quo maturius, &c. Ep. li. 4. ep. 4. Atque hoc ipso melior est, quàm, & quòd. &c. & ep. 13. Hoc scribo parcius, quòd, &c. L. Eo.

☞ Syntaxis. *Atq; etiam hoc magis, quod. Hoc scribo sæpius, quod.*

HOC est, *id est*, pro Ceci. 19. Fundus, quem quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus venit possedi. pro Milo. 24. Ad præturam gerendam, hoc est, ad Remp. euertendam. pro Cecin. 74. Vsucapio fundi, hoc est, finis solicitudinis. pro Cec. 100. In exilium, hoc est, in aliam ciuitatem. pro Syll. 49. Honos amplissimus familiæ vestræ, hoc est, consulatus parentis tui. 2. I. A. 70. At quàm crebrò vsurpat & consul. Antonius, hoc est, dicere & consul & improbissimus. Ep. lib. 5. ep. 12. Quod si à te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit. 1. I. V. 11. & pro Quin. 76. Hoc est, de voluntate, &c.

HODIE. *hoc die, hodierno die, nunc, hoc tempore.* 2. in Ver. 31. Nonnæ sunt hodie Sextiles, hora nona conuenite cœpistis. 14. in Anto. 14. Per idus Quintiles, qui dies hodie est. 4. Aca. 3. Vt hodie stat Asia Luculli institutis seruandis. Ep. lib. 9. ep. 22. At hodie penis est in obscœnis. pro Flac. 72. & pro Cæl. 3. Hodie: pro nunc.

HODIERNVS, a, um. 3. de Or. 78. Disputatio hesterni & hodierni diei. 4. I. A. 7. Quod ex hodierno eius edicto perspicere potuistis. 3. I. C. 20. Neq; à nobis ante hodiernum diem collocatũ est.

HOMERICVS, ca, cum. 3. Tusc. 62. Agamemnon Homericus. ‖ :, ✠ de Diu. 82. Homericus Aiax. 1. de Diu. 52. Homericus versus.

HOMERVS, ti. *poeta qui Lycurgi temporibus fuit.* 5. Tusc. 114. Traditum est Homerum cæcum fuisse. 3. Offic. 97. Homerus optimus autor. de Clar. 40. Homerus cuius etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum. 3. de Orator. 155. Pisistratus Homeri libros antea confusos sic disposuisse dicitur, vt nunc habemus. pro Arch. 19. Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi suum esse confirmant, itaque etiam delubrum ✠ eius in oppido dedicauerunt. ‖ 2. de Finib. 115. Non existimes non dico Homerum, Archilochum Pindarum, sed Phidiam Policletum, Zeuxin ad voluptates artes suas direxisse. 2. de Na. 166. Quæ res poëtas, maximeque Homerum, vt principibus heroum Vlisli, Diomedi, Agamẽnoni, Achilli certos deos discriminum, & periculorum comites adiungeret. 1. Tus. 3. Siquidem Homerus fuit & Hesiodus ante Romam conditam. 3. de Nat. 41. Non video quo pacto ille, cui in monte Oetæo illatæ lampades fuerunt, vt ait Accius, in domum æternam patris ex illo ardore peruenerit, quem tamen Homerus conueniri apud inferos facit ab Vlisse, sicut ceteros qui excesserant vita. 5. Tuscu. 7. Qui à Græcis σοφοί, sapientes à nostris & habebantur & nominabantur, & multis ante sæculis Lycurgum cuius temporibus Homerus etiam fuisse ante hanc vrbem conditam traditur, etiam heroicis ætatibus Vlissem & Nestorem accepimus, & fuisse & habitos sapientes. de Senec. 54. De qua (*Agricultura*) doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis vt mihi videtur ante sæculis fuit, Laertem lenientem desiderium quod capiebat è filio eo-

lentem agrum & cum stercorantem facit, 2. de Diuin. 132. Ille verò nimis etiam obscurus Euphorion, At non Homerus vter igitur melior? *Ibid.* 25. Hoc sentit Homerus cum querentem Iouem inducit quòd Sarpedonem filium à morte contra fatum eripere non posset. 5. de Finib. 49. Mihi quidem Homerus huiusmodi quiddam vidisse videtur in ijs quæ de Sirenum cantibus finxerit neque enim vocum aut nouitate quadam, & varietate cantandi, reuocare eos solitæ, qui præterue hebantur, sed quia multa se scire profitebantur, &c. 2. de Diu. 97. At certe nemo similis Homeri. 3. Tusc. 65. *Homeri versus* MIX. T. 2. de Di. 63. Nam illud mirarer, sic rederem quod apud Homerum Chalcantem dixisti ex passerum numero bellì Troiani annos Auguratum. 3. Tuscul. 18. Itaque non inscitè Heraeleotes Dionysius ad ea disputat quæ apud Homerum Achilles queritur, de Repub. li. 3. In frag. *Ex D. Augustì.* Ex quo intelligi potest permultis annis antè Homerum fuisse quàm Romulum, vt iam doctis hominibus, ac temporibus iplis eruditis ad fingendum vix quicquam esset loci. *Ibid.* li. 4. *Teste Nonio.* Egovero eodem quo ille Homerum redimitum coronis, & delibutum vnguentis emittit ex ea vrbe quam ipse sibi fingit. pro Arch. 24. O fortunate inquit adolescens (*Alexander*) qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. de Cla. 40. Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlissi tribuisset Homerus & Nestori, (quorum alterum, vim habere voluit, alterum suauitatem,) nisi iam tum esset honos eloquentiæ, neque ipse poëta hic tam idem ornatus in dicendo, ac planè orator fuisset. Orat. 109. An ego Homero, Ennio reliquisque poëtis, & maxime tragicis concederem, vt ne omnibus locis eadem contentione vteretur, crebroque mutarent. de Cla. 71. Quin fuerint ante Homerum poëtæ, quod ex ijs carminibus intelligi potest quæ apud illum, & in Phæacum, & in procorum epulis canuntur. Epi. lib. 13. ep. 15. Itaque ab Homeri magna loquentia confero me ad vera præcepta, &c. Att. li. 9. ep. 7. Hic ego vellem habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentori, cui dicerem, Μέντορ πῶς τ' ἄρίω, πῶς τ' ἄρ προσπτυξομαι αὐτὸν. 1. Tuscul. 79. Credamus Pancætio à Platone suo dissentienti, quem enim omnibus locis diuinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum Philosophorum appellat, Huius hãc vnam sententiam, de immortalitate animorum non probat. Epist. lib. 3. ep. 11. Vt enim Aristarchus Homeri versum, negat quem nõ probat Sic tu (libet enim mihi iocari) quod dissertum non erit, ne putaris meum.

HOMICIDA, dæ. *sicarius.* 2, in Ant. 31. Fateor eos plus quam sicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm parricidas esse.

HOMICIDIVM, dij. *cædes.* 2. I. A. 30. Statuæ, vtrum, illi, qui, &c. homicidij rei sunt, an vindices libertatis.

HOMO, nis. *mortalis, persona, vir.* De Repu. libr. 3. teste Augustino, lib. 4. contra Iulianum: Homo non vt à matre, sed à nouerca natura editur in vitam corpore & nudo & fragili & infirmo: animo autẽ anxio ad molestias, humili ad timorẽ, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tamẽ inesset tãquã obrutus quidã diuinus ignis ingenij & mẽtis. in Hortensio, teste Augustino li. 4. contra Iulianũ: Humanæ vitæ erroribus & æruminis sit, vt interdũ veteres illi siue vates sint in sacris initiisq; tradendis diuinæ mẽtis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore pœnarum luendarum causa natos esse dixerũt, aliquid dixisse videantur: verumq; sit illud quod est apud Aristotelẽ, simili nos affectos esse supplicio, atque eos, qui quondam quum in prædonum Hetruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur: quorũ corpora viua cum mortuis, aduersa aduersis accommodata, quàm aptissimè colligabantur, sic animos nostros cum corporibus copulatos, vt viuios cum mortuis esse cõiunctos. Huius supplicij autorem fuisse Mezentium, cecinit Virgilius octauo Æneidos:

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,
Componens manibusq; manus atq; oribus ora,
(Tormenti genus) & sanie taboq; fluentes
Complexu in misero longa sic morte necabat.

1. de Leg. 22. Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & cõsilij, quem vocamus hominem. 1. Offi. 11. Homo, qui rationis est particeps. 1. de Leg. 26. Natura cæteras animantes abiecit ad pastum, solum hominem erexit, ad cœliq; quasi cognationis & domicilij pristini conspectum excitauit. 2. de Nat. 37. Homo ortus est ad mundum contemplãdum & mirandum. 2. de Nat. 140. Deus homines humo excitatos, celsos & erectos constituit, vt deorum cognitionem, cœlum intuentes, capere possent. de Vniuers. 36. Homines deorum immortalium quasi gentiles sunt, & diuini generis appellantur, & omnium animantium tenent principatum. 1. Officior. 22. Homines hominum causa generati sunt, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint. 2. Tusculan. 53. Ita & tulit dolorem vt vir, & vt homo maiorem ferre sine causa necessaria noluit. pro Rab. 26. An non intelligis, quos homines, & quales viros arguas? Ep. lib. 4. epist. 5. Quoniam homo nata fuerat. Sulpitij de

Tullia

Tullia Cicer.filia.pro Cluent. 199. Marer, cuius ea ſtultitia eſt, vt eam nemo hominem appellare poſſit.pro Domo.97. An poteram inficiari me eſſe hominem & communem naturæ ſenſum repudiare.3.Offic.26.Quid eo cum diceras, qui hominem ex homine tollat.13.in Anton.1.Eumque ex numero hominum eiiciendum,ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. 2. Offic.50.Diri enim hominis,vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis.Quint.frat.lib. 1. ep. 2. Hominum ingenia ad fallendum parata.de Ar.5.Stipes ille,qui quorũ nominum eſſet,neſciremus: ni ſe Ligurem ipſe eſſediceret.Ar. lib.3.epi.7.Aueo ſcire quid hominis ſit.li.6.ep.2.Neſcio quid ſit hominis.Ep.lib.3.ep.7.Homo ſumma prudentia, multa etiam doctrina. &. 2. de Orat.271. P. Mummium cuiuis tempori hominem eſſe.Ep.lib.2.ep.15.Homo adoleſcens.1.de Leg.61. Homo ſe non vnis mœnibus circundatum,populatem alicuius loci.ſed ciuem totius mundi, quaſi vnius vrbis, agnoſcat.10. ad Attic.ep.13. Quoniam homo eſt,*ad eſt,errauit vt homo, & nihil mali ei accidit.* 4.ad Att.ep.14.Si homo vis eſſe, recipe te ad nos. 1.de Nat.deor.16.Homo in primis acutus. 4. Academ. qu. 61. Homo amiciſſimus.3.Offic.32. Homo apertus, ſimplex, ingenuus,iuſtus.de Fin.lib.2.102.Homo bellus & humanus. 4. Aca. 75.Homo clarus,nobilis. 1. Academic.21. Homo cum hominibus humana ſocietate coniunctus.1.Academ.quæ. 1.Homo & ſtudijs iiſdem & vetuſtate amicitiæ cum aliquo coniunctus. Tuſcul.quæſt.li.1,69. Homo quaſi contemplator cœli ac deorum,ipſorumque cultor.Lentulo,lib.1.ep.5.Figulo, lib. 4. ep.13. Contemptus & abiectus homo.Diuin.lib.1.68.Homo cum primis prudens atque doctus.4. Acad. quæ. 14. Homo doctus & copioſus,& paratus.lib.1.de Fini. 11. Democritus homo eruditus,in Geometriaque perfectus.lib.1.de Finib.13. Homo omni doctrina eruditus. Tuſcula.quæ. lib. 4. 36. Homo frugi omnia recte facit.de Petit.Conſ.6.Homo gratioſus apud aliquem. de Petit.Conſ.23.Homo gratioſus in foro,nauusque.de Pet.Conſ. 14.Homo illuſtris honore ac nomine. 3. Offic.31.Homo iners atque inutilis.de Finib.1.32.Homo infans atque impotens.9. ad Attic. epi.17. Homo non infans.de Finib.lib1.3.57.Homo ingenuus & liberaliter educatus.Tuſcul.quæſt.lib.1.15.Homo inſulſus.4.Academ.quæſt.11.Homo natura leniſſimus.Læli. 93.Homo leuis atque fallax.Tuſcul.quæſt.lib.3.18.Homo moderatus & temperans.de Finib.lib.2.39.Homo ad duas res,vt ait Ariſtoteles intelligendum & agendum, eſt natus, quaſi mortalis deus.1.de Leg.62.Homo ad ciuilem ſocietatem natus.de Fini. lib.3.68.Homo ad tuendos conſeruandosq; homines natus.1.de Natur.deor.79.Eſt enim vis tanta naturæ, vt homo nemo velit,niſi hominis ſimilis eſſe. Tuſc.quæſt.lib.1.4. Homo nobiliſſimus.de Petit,Conſ.4.Homo nouus.de Vniuerſ.38.Homo qui recte & honeſtè curriculum viuendi à natura datum confecerit,ad illud aſtrum,quò,quum aptus fuerit,reuertetur.Qui autem immoderatè & intemperatè vixerit, eum ſecundus ortus in figuram muliebrem trẽsferet 39.Et ſi ne tum quidem finem vitiorum faciet,grauius etiam iactabitur,& ſuis moribus in ſimillimas figuras pecudum & ferarum transferetur:neque malorum terminum prius aſpiciet,quàm illam ſequi cœperit cõuerſionẽ,quam habebat in ſe ipſe eiuſdem & vnius ſimul innatam.1.de Leg.59.Homo qui ſe ipſe norit, aliquid ſentiet ſe habere diuinum,ingeniumque in ſe ſuum,ſicut ſimulacrum aliquod dedicatum putabit, tantoq; munere deorum ſemper dignum aliquid & facier & ſentiet.1.de Leg.41.Homo qui nihil timet,niſi vel teſtem,vel iudicem,quid faciet in tenebris? quid in deſerto loco,nactus quem multo auro ſpoliare poſſit imbecillum atque ſolum?9.ad At.ep.4.Quid homo quiſquam poſſit? vix iam deus.4.Ac.q.143.Homo optimoſiſſimus. 2.de Natur.37. Ipſe autem homo ortus eſt ad mundum contemplandum, & imitandum deum.1.Acad.q.21. Homo pars quædam ciuitatis & vniuerſi generis humani, ſecundum veteres academicos. 2. de Nat.d.18.Homo eſt mundi pars.2.de Natur.deor.37. Homo nullo modo perfectus,ſed quædam particula perfecti.4. Acad. q.58.Homo valde ſtudioſus & diligens.3.Tuſc.quæ.21. Homo ſumma potentia,ſummaque fortuna.1.Offi.127. Summiſſus & abiectus homo.3.Off.57.Homo verſutus,obſcurus, aſtutus,fallax,malitioſus,callidus,veterator,vafer.Tuſc.q.lib. 2.18.Homo voluptuarius. 3. Offic. 30. Homo ad nullam partem vtilis. 1.ad Attic.epiſt.15. Non homo,ſed lirus, atque aer.& ſolitudo mera. Tuſculan.quæſt. lib.5.47. Qualis homo ipſe,talis eſt eius oratio.ad brut.epiſt. 1. Nihil minus hominis, quàm non reſpondere in amore iis,à quibus pronocére.5.ad Attic.epiſt. 16. Quædam non hominis, ſed feræ neſcio cuius immanis monſtra.ad Sulp.lib.4.epiſt. 4. Repentè Cæſar præter ſpem dixit ſe ſenatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſa negaturum. 1. de Leg. 29. Hominis quæcunque eſt definitio, vna in omnes valet.1. de Natur. deor. 48. Hominis figura omnium animantium formam vincit.1.Offic.13. Hominis in primis propria eſt veri inquiſitio atque inueſtigatio.1.de Leg.17.Ab hominis natura repetenda eſt iuris natura.1. Off.13.Hominis naturæ aptiſſimum,quod verum,ſimplex,ſyncerumque.2.ad Her.4.Hominis vitam,cùm coniecturis res agitur,quomodo ſpectare oporteat. Tuſc.q.lib.1.69.Hominis vtilitati agri omnes & maria parentia.Tuſcul.q.libr.2.47. Homini nihil tam tetrum, nihil tam aſpernandum,nihil homini indignius,quàm quod eſt turpe.2. de N.d.18.Homini rationem addidit natura,amplius quàm beſtiis,qua regerentur animi appetitus.Læl.8. Homini conſtanti nullo caſu contingere poteſt,vt vlla intermiſſio fiat officij.2.de Legib.19. Homini datur aſcenſus in cœlum ob mentem,virtutem,pietatem,fidem.1.de N.d.77. Quòd homini homine nihil eſſet pulchrius fortaſſe ſimulacrorum ſuperſtitionem inuenit. pro Syll.25.Niſi forte regium tibi videtur ita viuere,vt non modò homini nemini,ſed ne cupiditati quidem vlli ſeruias 1.Off. 66.Quum perſuaſum ſit nihil hominem aut admirari,aut optare,aut expetere oportere: nullique neque homini,neque perturbationi animi,nec fortunæ ſuccumbere.3.Off. 24. Hominẽ hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam,quàm mors,quàm paupertas,quàm dolor,&c. 5.Fam.epiſt.17.Hominem te & virtum eſſe meminiſſes.*id eſt, vt communem incertumq; caſum,&c.*de Vniu. 6. Aequum eſt meminiſſe,& me,qui differam, hominem eſſe:& vos,qui iudicatis: vt ſi probabilia dicentur.nihil vltrà requiratis.1.de Leg.26. Hominem ſolum erexit natura,cùm cæteras animantes abieciſſet ad paſtum,&c.hominis oris ſpeciem ita formauit, vt in ea penitus reconditos mores effingeret.5.de Finib. 35. Hominem ex homine exuere.1.Off.11. Inter hominẽ & belluam quid interſit.8.ad Att.ep. 1. Hominem certum de comitibus meis miſi.1. de Legib. 16. Hominem hunc omninò numerare non decet, quem aſtrorum ordines,quem dierum noctiumq; viciſſitudines,quem menſium temperatio: quémque ea quæ gignuntur nobis ad fruendum,non gratum eſſe cogunt.2.Fa. ep. 14. Hominem occiderit oportet, qui veſtra opera vti velit. 1. de Leg. 26.Hominem natura non ſolùm celeritate mentis ornauit,ſed etiam ſenſus tanquam ſatellites attribuit,ac nuncios, & rerum plurimarum obſcuras ac neceſſarias intelligentias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ,figuramque corporis habilem & aptum humano ingenio dedit.15.Fam. epi.17.Hominem ſe præbuit in his malis.7. Fa. ep.5.Hominem probiorem, meliorem virum,prudentiorem eſſe neminem.ad Opp. lib.11. ep.29.Quod tuum iudicium niſi mea ſumma beneuolentia erga te,omnibuſque meritis comprobaro,ipſe me hominem non putabo.2.ad Qu.fr.ep.10.Hominem te non putabo,ſi hoc feceris.2.de Leg. 58. Hominem mortuum, inquit lex in duodecim tabulis,in vrbe ne ſepelito,neue vrito.1. de Leg. 27. Hominem principium reliquarum rerum eſſe voluit deus.7. ad Atti.ep.13. L. Cæſarem vidi Minturnis ad v 111. Calend. Feb. mane cum abſurdiſſimis mandatis,non hominem,ſed ſcopas ſoluras,&c. 3.de Leg.35. Ab homine ignoto & ſordido Gabiniolata lex tabellaria. Tuſc.quæſt.lib. 5. 111.Loquor autem de docto homine & erudito,cui viuere eſt cogitare.1.de Finib.15.Quot homines, tot ſententiæ.1.Offic.105.Sunt enim quidam, homines non re, ſed nomine.1.de In,Homines à beſtiis quid differant.1.de Ora. 32.Homines à feris ſermone potiſſimùm differunt.1.de Leg.24. Perpetuis curſib.conuerſionibus cæleſtibus extitiſſe quandam materiam ſerẽdi generis humani: quod ſparſum in terras atq; ſatum,diuino anctum ſit animorum munere. Nam quod aliquibus cohærent homines,è mortali genere ſumpſerunt, quæ fragilia eſſent & caduca:animum eſſe ingeneratũ à deo. Parti. 56.Homines,quibus rebus maximè moueantur. 1. de Legib.33. Homines ſi,quomodo eſt natura,ſic iudicio humani nihil à ſe alienum putarent,coleretur ius æquè ab omnibus.13.ad Att. ep. 50.homines viſi ſumus.1.de Leg.24.Homines deorum agnatione & gente tenentur.1.de Leg.23. Homines cum diis lege conſociati putandi ſumus: inter quos eſt communio legis, inter eos communio iuris eſt: quibus autem hæc ſunt,inter eos cõmunia,& ciuitatis eiuſdem habendi ſunt.2.de Nat.d.99.Homines quaſi cultores terræ conſtituti.de Petit. Conſ.15.Homines excellenti gratia.1.de Legibus. 39. Homines ſibi indulgentes, atque omnia quæ ſequantur in vita, quæq; fugiant,voluptatibus & doloribus ponderantes,ab omni ſocietate Reipub. cuius partem nec norunt vllam,nec vnquam nolle voluerunt, faceſſant.Partit.91.Homines multò magis mala fugiunt, quàm bona ſequuntur.3.de N.d.49.Immortales eſſe vllos negabant, qui homines aliquãdo fuiſſent.1.Off.22.Homines hominum cauſa generati ſunt,vt ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint. *vnde prouerbium, ἀνθρωπος ἀνθρώπῳ ὀλυμπιονικης* Som. Scip. 6. Homines hac lege ſunt generati,qui tuerentur terram.9. ad Attic. ep. 10. Balbi & Oppij,Homines humiles,& ampliſſimi viri.1. de Leg. 32. Homines iuſti natura facti ad participandum aliſi ab alio, communicãdumq; inter omnes.1.de N.d.87.Homines mediocres,his non ita valde mouentur.de Petit.Conſul.25. Homines municipales & ruſticani.Tuſ.q. li.2.41.Homines perditi.1.Off. 46.Homines perfecti plenéq; ſapientes.de Fi.li.2.51. Homines præſtantiſſimis ingenijs.de D.lib.2.54.Homines probi non ſolent

lent amicis impendentes calamitates prædicere, quas illi effugere nollo modo possint. de Fini.lib.5.35. Homines proterui ac molles.1.Off.69. Homines seueri & graues. Tusc.q.lib.5.102. Homines tenues.de Finib.lib.5.52. Homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum.1. de Legib.25. Ad hominum cõmoditates ad vsus tantam rerum vbertatem natura largita est, vt ea quæ gignuntur, donata consultò nobis, non fortuitò nata videantur.1.de Legib.16. Hominum coniunctio & naturalis societas inter ipsos.de Fi.lib.2.45. Hominum à bestijs differentia. Partit.91. Hominum genus ad honestatem natum malo cultu, prauisq; opinionibus corruptum est.1.de Legib.32. Hominum genus omne inter se sociatum. Partit.90. Hominum duo genera.1.de N.d.11. Hominum interitu sententiæ quoque non occidunt. Brut.84. Hominum mos est, vt nolint eundem hominem pluribus rebus excellere. pro Deiot.30. Hominum more inimicitias gerere.14.ad Attì.epi.15. Non hominum vitia collegi, sed rerum.2.Offic.17. Homines plurimùm hominibus & prodesse & obesse.1.de Leg.32. Homines meliores efficit recte viuendi ratio.1.de Legib.28. Homines ad iustitiam esse natos, neque in opinione sed natura constitutum esse ius.5.Fami.ep.16. Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, vt, &c. Diu.lib. 1.64. Homines tribus modis deorum appulsu somniare, iuxta Possidonium.* Att.lib.16.ep.21. Homo familiarissimus, & mihi omnibus rebus coniunctissimus.4.I.V.192. At hominem flagitiosissimum, libidinosissimum, nequissimumq; defendit. Hortens. Homo ditissimus, amœnissimus, delicatissimus. 1. de Leg. In Frag Omnes homines inter se natura confusi prauitate dissentiunt, nec se intelligunt esse consanguineos, & subiectos sub vnam eandemque tutelam. Quod si tenerentur, Deorum profectò vitam omnes viuerent.3 Acad. In tanta animalium varietate homini vt soli cupiditas ingeneratur cognitionis & scientiæ.in L.Pison. Quæ te belluam ex vtero, non hominem fudit. pro C.Corn 1. Prospectat Cominius quid agatur. Videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum proiectos. Hortens. Quantum inter se homines studijs, moribus, omni vitæ ratione differant.

✠ *A DIVN. Abiectus, & semiuiuus, Austerus & grauis, Dignissimus eruditione, non modo incolumis sed etiam amplissimus, atque ornatissimus, Eruditus, prudens, abundans consilio, facetus, ad persuadendum, perfectus, & politus, & constans, facilis, & valdè venustus, & pugnax, Impurus, non modo facie, sed etiam oculis tuis indignissimus, infirmissimus ac desperatissimus, ingeniosus, atque eruditus, perditus & furiosus perpolitus literis, promptissimus, religiosus, & sanctus timidus ac tremens Turpissimus, non vecors, nõ furiosus, non mente captus, volitans gloriæ cupiditate. IN PISO. Abiecti, & perditi, Clari & obscuri, fortes, & animosi, Carus, Coniunctus Demens, sensus nostri ignarus atque expers. Fidelissima gratia, effœminatus, iniustus, otiosus, paratissimus ad omne facinus, sapiens & alta quadam mente præditus, stultissimi valentes. PRO MILO. Absoluti, & perfecti, imprimis ingenuus, grauis, dignus familiaritate, mitior, & in vno genere illustrior, horridiores & asperiores, & duriores & oratione, & moribus.4 de FIN. Abundans doctrina admirabiles, callidus, & nulla re tiro, & rudis, Peregrinus, atque hospes, clari Cõsularis diues multis rebus elegãs, & ornatus, doctus & deditus philosophiæ. Eloquẽs in rispericus, Eloquentissimus, & in ciuitate plures annos princeps, eruditus Græcis literis, familiaris alicui, doctus, & perurbanus, Incõcinnus, ac multus in re aliqua, mediocris, nec omnino rudis, hæsitantes lingua, absoni voce, agrestes vultu motuque corporis, habiles in muneribus naturæ, hebes, ac rudis, Ingeniosissimi, & otiosissimi, litigiosi, Ornati, & graues, persacilis in audiendo, & perpugnax in disputando, perfecti in dicendo, & perpoliti, præstantissimus, princeps omnium, prudens & grauis, Remotus a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus, remotissimus ab agro, Socius consiliorum & summa familiaritate comunctus, spectator ineptiarum, Stultus alicuius iudicio, & suo valdè sapiens, à iuris studio non abhorrens, Suaues, & ornati in dicendo vastus, atque fœdus Summi.1. de ORAT. Abundantes otio, Collega & familiaris alicuius, cupidus & locuples, doctus & perurbanus, Eloquẽtior, & disertior, eruditi fortior apud populũ, nõ hebes, neque inexercitatus neque expers communium literarum, ingeniosus, ac memor, literatus, nobilissimus & eloquentissimus, peritus sanctus, sanus, vehemens, & disertus, & imprimis fortis ad resistendum.3. de ORAT. Ἀκαιρος, idoneus ad aliquam causam, Egentissimi, fortes, ac nimium optimates, humiles, Infans, pudens & amicus aliàs prudẽs. 9. Att. Acerbior, acutior, AEquissimus, & remotissimus à cupiditate, Alienus, à literis, Capitalis, certus, & diligens, Clarissimus iudicio, maximisque, in rebus probatissimus, & omnium existimatione ornatissimus, Cõtumacior, crudelior, Crudelissimus, patre innocẽtissimo, pecuniaque patria priuatus, frugalissimus, atque intigerrimus, Grauior atque honestior, honestus & nobilis honestissimus & certissimus, honestissimi, ac locupletissimi, ingeniosus, & peracutus, inhumanior, insidiosior, liberalis, locuples, & domi suæ nobilis, miser, innocẽs, atque nefarius, pauperrimus, peracutus, præditus amẽtia, & audacia, probatissimus plurimis, maximisque in rebus, & omni existimatione Ornatissimus, studiosissimus, cupidissimusque existimationis, Superbior. 4.I.Ve. Acerrimus, amicissimi, auarus, & furax Neque cari, neque calamitosi, carissimi ac amicissimi, Cẽsorius disertus, atque eruditus, doctissimi, & otio nimio, & in genijs affluentes, Eruditus, acer, & acutus in cogitando, expeditus ad pronunciandum, & in re quadam locuples. Eruditissimus omnium, & in disciplina iuris ciuilis, acutissimus, ingenio, prudentia, oratione, maximè limatus, atque subtilis, atque iuris peritorum eloquẽtissimus, eloquentium iuris peritissimus, Expertes veritatis, faceti, & dicaces, facetus, atque salsus, venustissimus, & vrbanissimus, grauissimus, & seuerissimus, festiuus, humanissimus, improbus & perfidiosus, impudens, non impudens, nec inuerecundus, ineptus innumerabiles, Instructissimus à natura ad dicendum. Inurbanus, minimè malus, melior. Nobilis, sed admodum stultus, patiens, & lenis, politus, & eruditus, & vrbanus, Ridiculi, sapiens, seditiosus, furiosusque, suauis, subtiles & acuti, breues, magis abundantes verbis, quam sententijs.2. de ORAT. Acres, ad vim prompti, ad seditionem parati, liberi, & ornati, præditi diuina mente, consilioque, priuatus, popularis, singularis, magna, sapientia præditus 2. CONT. RVFI. Acuti.) (.hebetes, valentes.) (.imbecilli, ingeniosi.) (. Tardi, acutus, & probatus. de FAT. Acerrimus, & fortissimus, Alacris, atque letus, humilis, atque demissus, amens, & perditus arrogantes, auarissimus, & libidinosissimus, Audax ad gloriandum, obscurus in agendo, desperatus, nimium diligens in quærendo, nimium seruiens populi existimationi, expectatus, & cognitus in rebus iudicandis, idonei, litigiosus nocentissimus, pecuniosissimus, paratior, vigilantior compositior ad iudicium perditissimus, atque alienissimus, perniciosus, prætorius, sapientissimus atque amplissimus.2. In VERR. Tam acris, tam paratus, tam audax, tam callidus, tam vigilans, in scelere, & perditis rebus. 3. In CAT. Acrior in rebus gerendis, diligentes, diserissimus in defensione frigidus, in accusatione, nugax, occupatus & celerrimus imbecilli infirmi, insolẽtissimi, ineptior temperatior in victoria, tardus, & parum efficax.8. FAM. Acutus, audacissimus, alienissimi detestabilis, expers, humanitatis, vitæ communis ignarus, ferreus, tam impius tam dijs hominibusque hostis, indoctus rerum, luxuriosus, sed tamen abundans, nefarij, nequam audaxque, nequissimus omnium*

nium, falsus, sapiens, & cõsiderans, simplex. 2. In ANT. Acutus, & diligens, fideles in amicys constantes, & graues, appetens hominium cúmque ijs natura sermone, vsuque congruens, ineruditus, maleuoli, inuidi, difficiles, maledici, monstrosi, amatores lenitatis, petulantes ignaui, permanentesque in sententia, valdè pertinax, sceleratior. 2. de FINIB. Acutus, & exercitatus, Acutus, & peritus, iuris, acutior in rebus inueniendis, nec minus verbis expeditus, nec inops verbis, nec abiectus, acutissimus peritissimus, iuris, ambitiosus, cum auguralis, tum benè peritus, omnis publici iuris, antiquitatisque nostræ, Consularis, creber in reperiendis sententijs, solutus, in explicandis, debiles, in aliqua parte ingenij, Doctus, elinguis, eruditus liberis Græcis, à puero doctus, excultus atque expolitus, in omni vita, atque victu, facetus, hebes in causis, sed efferuescens in dicendo. Humiliores, Ignoti, & repentini, improbissimus longè post homines natos, sed peracutus, & callidus, cum primisque ridiculus, Impurus, sed admodum ridiculus, indoctus & rudis, artium honestarũ, Inscius omnium rerum & rudis, Et literatus, & disertus & literarum, & antiquitatis, benè peritus, loquax sane, & satis acutus, sed solutus, & mollis in gestu, Mediocris in dicendo, doctissimus, in disputando, Noti, Ornatus reliquis rebus, atque elegans, ornatiorque in dicendo, acriorque peracutus, & abundans verbis, perargutus, in fabulis, etiam disertus. perfectus literis Græcis, fastidiosus Latinorum, Peringenioſi, & satis docti, Pertissimus iuris ciuilis & ad dicendum paratus, popularis, non libertate, sed seueritate, religiosimus, sapiens & & rectus, Seuerus vita, & congruens cum ea disciplina quam colebat, Paulò etiam durior, vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus, tardus in cogitando, Simplices, studiosus literarum & non imperitus, à naturuque ad dicendum satis solutus, atque expeditus, Subtilior in arte, in orationibus ieiunior, Turbulentus, vt vita, sic oratione, vehemens in omnibus rebus, & acer in dicendo, de CLAR. Acutus magis quam eruditus, felicissimi, valde idoneus alicuiusque studiosus, miri. 12. ATTIC. Acutus, vigilans, paratus, Adiunctior alicui Prouinciæ. ἀποδεικτικώτατος, ἀφαιρετικώτατος Inuiti, loquatissimus & minime aptus ad docendum. municipales. (rusticani, Sacerdotio, amplissimo, vigilans & industrius. 8. ATTIC. valdè acutus & multum prouidens, familiarissimus, grauis, & certus. In aliqua re facile omnium nobilissimus, & in communi Repub. ciuis vel ingenio, vel gratia, vel fama, Parad. mitior natura peritissimus rerum & exemplorum, & omnis vetustatis, nec ipse quidem rudis, Sapientissimus, atque amicissimus. 6. FAMIL. Acutissimus ad excogitandum, impudentissimus, ad audendum, acerrimus ad efficiendum, erumnosissimus, Alienissimus ab aliquo, sordidissimus, & turpissimus, amarus, amplissimi & nobilissimi, cautus, clarissimus & potentissimus, Constantior, cupidior ciuitatis retinendæ quàm existimationis, egens, audax, in iudicijs euertendis exercitatus, egens, sumptuosus, callidus, perfidiosus, iam miserrimus, inuictissimus, eloquentissimus, & sapientissimus, exercitatus in re aliqua, honestus, prudensque honesti & ornati omnibus rebus, & præditi summo splendore, honestissimus, & sapientissimus, infames cæteris vitijs, & omni dedecore, Infantissimus, ingeniosus & in dicendo exercitatus, Integer, nequam & improbus, & multis flagitijs contaminatus, Nobilis, nocentissimus, ornatus honoribus populi, & præditus summa virtute, popularis atque turbulentus, potens & gratiosus, nulla aut humili, aut aliqua arte, Beneficijs summis, maximisque rebus gestis, Summo ingenio, & prudentia, eloquentia, lepore, facetia, Summa fide, & omni virtute, opibus paulo maioribus, summà potestate, religione summa, & summa authoritate, summo splendore, ac virtute, præposterus atque peruersus, Præstantior virtute, consilio, auctoritate, prudentior ingenio, peritior iure, diligentior aut sanctior fide, religione, officio, prudentissimus, sanctus, & diligens, Sanctus, & probus, & in retinendis diligens, Sapientes, Seueri, similes cum forma, tum moribus, Tristis, atque oscitans, turpissimi valens, vehemens, & calidus. PRO CLVEN. Acutus vt pœnus, & valdè studiosus, affabilis, & iucundus, honoratus & Princeps, versutissimus & patientissimus fortis & tẽperans perfectus, & sapiens, 1. Offi. Aduersarij. 11. Fam. Ægri. 1. In CATI. Affinis, alicui sceleri, amentes, ac perditi audax, petulans, libidinosus, calamitosus, ferus, ac perinhumanus, improbus, & supplex, inconstans & lenis, leniſſimus, Misericors, ac mitis, necessarius, immanitate singulari, & crudelitate, Robustus vsu, atque ætate, Seuerus in improbos vehemens, atque fortis, & inexorabilis. PRO SYLL. Amicissimus, & grauissimus, ampliſſimus, asperior, astutus, & leuis, comis, constans, demissi, & eruditissimus, & penè diuinus, Excellens in omni virtute, fortunati, Grauior grauissimus honestus in omnibus, partibus vitæ, atque integer, tũ in re militari, Cõsilij summi, maximi, animi tũ vero vsu bellorum gerẽdorũ, imprimis eorum hominum qui nunc sunt exercitatus, improbus non infimus, ingenioſissimus & copioſissimus, non inops, neque infirmus, infiniti, Integerrimus, lætissimus literati, & historici, magnus, & excelsus, miser, moderati, & temperati, Occupatus vehementer Prudentissimus, Summa honestate, ac dignitate præditus, sapiẽtissimus atque ornatissimus, sceleratissimus, Sordidus squalore, confectus morbo, lachrymis, ac mœrore præditus, tenuiores. PRO MVRAEN. Amantes alicuius, Doctus & alicuius amantissimus, doctior dulcis, durior in aliquem, edax, facilis familiarissimus alicui, valdè honoratus, Miseri, Ὀφιμαθὴς, perneceſſarius alicuius, Ridiculus. 9. FAM. Non satis animosi, sed prudentes. 2. Tuscula Appetentes gloriæ, atque auidi laudis, auariſsimus atque audaciſsimus, exercitatiſsimi paratiſsimique in rebus maritimis, moderati in pudore ac tẽperantia, gnaui, & industrij Ornamentis, summus honoris, fortunæ, ingenij, peritiſsimi, exercitatiſsimique, Prætorij peritiſsimi belli gerẽdi sciẽtior. PRO POM. Appositus ad alicuius audaciã. 7. In Ver. Amicissimus. Asperi natura, & omnibus iniqui, comis negotiatoribus, mercatoribus iustus, municipibus liberalis, socijs abstinẽs, & in omni officio diligentiſsimus, comes, sociusque & depræcator fortunarum, inexorabiles, & inhumani, & crudeles potentiſsimus, restricti, & tenaces, Sceleratiſsimi ac nefarij, Seueriſsimi, & grauiſsimi, Splendidiſsimi, Stultus, Summi, & infimi, Sũmi, & ornatiſsimi. PRO PLAN. Alieni, alienigenæ Chariſsimus sibi, & familiariſsimus, Castus moderatus, Sanctus, Comes, benigni, faciles, suaues, idoneus, non imperitus fœderis, non rudis exemplorum, non ignarus belli, innocentiſsimus, ignobiles libertinus, mediocres. & nullo vsu, nullo studio militari præditus, natus ad singularem quandam facultatem, præstans, grauitate, prudentia. PRO CORNEL. Agrestis, Postquam in Senat. & Part. Minime ambitiosus, Bonus, & amicus alicuius, coniunctiſsimus cum aliquo omnibus studijs officijsque digniſsimi, & neceſsarij alicuius, Eruditus, & summa humanitate, tuaque amicitia

tia dignissimus, frugi, & modestus, & alicui vehemẽter probatus, gratus alicuiusque memor, gratissimus, iucũdissimusque, honestissimi atque gratissimi, & alicuius necessitudine dignissimi, innocens, Intimus alicuius, maximèque necessarius, modestus & prudens & à cupiditate omni remotissimus, Maximè necessarius & magnis beneficijs deuinctus, & propè omnium qui mihi aliquid debere videntur gratissimus, nouus, perdignus amicitia alicuius, politissimus liberali doctrina, pudens, & officiosus, & dignus qui diligatur, Studio literarum doctrinaque, Sordidi studiosissimus alicuius hominis. 13. FAMIL. *Aptissimus ad iocandum.* 2. *de Na. Arrogantissimus atque inimicissimus, Audaces, Carus, & maximè iucundus, castus ac non cupidus, desperati, & perditi, desperatus, & perditor Reipub. desperatissimus, dignissimus ijs cum quibus viuit, nimium ferox vehemensque natura, flagrans cupiditate gloriæ, florens in ratione Populari, furibundus ac perditus, Graues, & honesti, graues, & magni, ignarus legum, iudiciorũ, consuetudinis, impeditissimus, impurus, indignus fratre, infimi ac tenuissimi, infamis, inimicus, non ingrati, sed miseri, intemperans, integri, & sani, & benè constituti, non nocentes, nec natura improbi, nec furiosi, perditi egestate, & scelere, primi, sapiens & sanctus, & seuerus, studiosus, alicuius rei, Supplex, abiectusque, Tæter, truculentus, terribilis aspectu, Tardiores, tristis, taciturnus, Subhorridus, atque inuictus, vigilans.* PRO SEST. *Auidissimi laudis, & præter cæteros* λέλλωνες, *vitiosus, iners, Somni plenus, imperitus,* ἀπρακτόρατος *voluntate,* κακῶς χρησιμαθὴς, *Claudus, lentus, peruersus.* 1. ATT. *Barbarus ac dissolutus deterrimus, & impudentissimus.* 3. *In Ver. Bellus.* 7. *Famil. & 2. de Finib. Clemens popularisque. pro Rab. Confidens & impotens.* 11. *Phil. Conscius omnium studiorum, & officiorum alicuius, in aliquem, cupidus alicuius, alterius amantissimus, leuis.* 5. FAM. *Consideratus rectus prudens, frugi. fortis iustus, seuerus, grauis, magnanimus, largus, Beneficus, liberalis facinorosus,* PRO DEIO. *contumeliosus.* 1. *Fam. Deditus religioni, iustus, omnium religionum peritissimus, furiosus, gentilis, Pro Dom. Deformis.* 10. *Fam. diligens in historia.* 3. *Attic. Dissimilis, eiectus, litigiosus, negligens. pro Qui. Dissolutus, in iudicando, gnauus.* 5. *In Ver. Ebriosus, & mulierosus.* 1. *de Finib. Effrenatus, & penè demens. de Arusp. Elegans in Clod. Exercitatus.* 2. *ad Q. frat. Flagitiosissimus, infestus.* 7. *Ver. fœdus & flagitiosus, gladiator.* 12. *Famil. formosus.* 1. *de Nat. Gratiosus. pro Flac. Importunus.* 4. *Cat. inconsideratus.* 13. *Phil. Infelicior.* 11. *At. Inquinatus. pro Cæl. pecuniosus, luculẽtus.* 2. *At. Operarius.* 7. *At.* πολυγαμώτατος *&* 13. *At. Procax.* 7. *Fa. profligatus, propensus. pro Sex. Rosc. Prolixior in aliquem.* 6. *Attic. Propinquus.* 3. *Offi. Proscriptus.* 3. *In Verr. Quietus.) (. insanus, pecuniosus.) (. tenuis.* 6. *In Verr. Rudis.* 2. *ad Q. frat. Sagax.* 5. *Tusc. Solers, pro Qui. Rosc. Sordidatus. de Prou. Minime vafer.* 1. *de Nat. verecundus.* 10. *Phil. Violentus Part. volubilis quadam præcipite celeritate dicendi. pro Flac. voluntarius.* 1. *Tusc. vrbanus. in Clod. vtilis* 3. *Offic.* Hæc mihi visa sunt satis copiosam datura materiam variandi dictionem, idcò Plura adscribere operæ non duxi, si quis desideret (aut potius eadem sæpius repetita) legat Epitheta Ioannis Nunnesij.

☞ Syntaxis. *Quorum hominum ille sit, ignoramus. Quid hominis ille est? Homo adolescens. Homo bellus & humanus, clarus & nobilis. Homo cum hominibus humana societate coniunctus. Homo in geometria perfectus. Homo gratiosus & nauus, illustris honore ac nomine. Mortuus est, quia homo natus fuerat. Quid homo quisquam potest? Homo voluptuarius. Homo nemo. Hominem certum de meis mittam. Hominem te non putabo, si, &c. Homo hac lege generatus, qui tueretur terram (Reliqua parum faciunt ad locutionem: rerum intelligentiam non parum interim confirmabunt.*

HOMOLOGIA. L. CONVENIENTIA.

HOMVLVS, li. I. P. 59. Hic homulus ex argilla & luto fictus.

✠ *ADIVN Fictus ex luto.* 4. *Acad.*

HOMVNCIO, onis. 4. Acad. 134. Deus ille, &c. homũcio hic, &c.

HOMVNCVLVS, li. 1. Tusc. 17. Homunculus vnus è multis. 1. de N. 124. Homunculis similem Deum fingere. Epist. lib. 4. ep. 5. Hemnos homunculi indignamur. *aliter, homunculi. vide Victorianas castigationes.* 5. Tuscu. 64. Ex eadem vrbe humilem homunculum à puluere & radio excitabo, qui multis annis pòst fuit, Archimedem.

✠ *ADIVN. Humilis.* 5. *Tusc.*

HONESTAS, tis. *honestum, καλὸν, dignitas, decus, laus.) (. Turpitudo.* 3. Offic. 35. Honestas omni pondere grauior est habenda, quàm cæteta omnia: quod Aristoteli placet. 1. Offi. 4. In officio colendo sita est vitæ honestas omnis & in negligendo turpitudo. de Sen. 43. Est profectò aliquid natura pulchrum atque decorum, quod sua sponte petitur, quodque spreta & contempta voluptate optimus quisque sequitur: *id est, honestas.* 3. Offic. 101. Nũquam possumus nisi in laude decoro & honestate vtilia reponere. At. lib. 8. ep. 11. O hominem amentẽ & miserum, qui ne vmbram quidem nunquam τὸ καλὸν: viderit: vbi enim est dignitas, nisi vbi honestas? 1. Off. 17. Honestatem & decus conseruare. pro Q. 99. Quam existimationem, quam honestatem in iudicium attuli, &c. pro R. P. 44. Aliquis honestate spoliatus. pro Rab. 24. Virtus & honestas & pudor cum Cos. esse cogebat. pro Sest. 109. Causa in qua omnes honestates ciuitatis, omnes ordines vnà consentiunt. 7. I. A. 14. Autoritas senatus, decus, honestatem, laudem, dignitatem desiderat. 2. de Fini. 35. Vna simplex posita in decore tota. *id est, honestate.* 2. Tusc. 58. De honestate pulchra. 2. de Inu. 156. Honestas cum vtilitate in deliberatiuo genere finis est. *ibid.* Honestas in demonstratiuo causæ genere finis est. Top. 91 & Partit. 71. Honestas laudationum finis. 4. Acade. 139. Honestas in voluptate contemnenda consistit. 1. Offi. 152. Omnis honestas manat à partibus quatuor: quarum vna est cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis. 3. Offic. 35. pro Arch. 14. Honestas sola in vita expetenda, vt Zenoni visum est. de Fin. lib. 2. 47. Honestas dictorum atque factorum. pro Flac. 48. Honestas hominis. 3. ad Q. fr. ep. 1. Honestas testudinis. Tusc. qu. lib. 2. 58. Honestatis si quasi lumen aliquod aspexerimus, nihil est, quod, vt eo potiamur, non parati simus & ferre & perpeti. Tusc. q. li. 2. 58. Honestatis natura sumus studiosissimi, appetentissimique. pro Rosc. Amer. 114. Honestatem amittere. 7. Famil. ep. 11. Honestatem & facultates tuas augeas: *id est, dignitatem.* 1. Offic. 17. His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quendam & ordinem adhibentes, honestatem & decus conseruabimus. 4. Acad. q. 140. Honestatem cum voluptate, tanquam hominem cum bellua copulare. 4. Acado. q. 138. Qui honestatem cum primis naturæ commodis coniunctam, summum bonum ponunt, inuidiosum voluptatis nomen fugiunt. sed in vicinitate versantur. Tusc. q. lib. 5. 44. Honestate vna vitam contineri beatam. pro Rab. Posth. 44. Honestate spoliatus. pro Muræn. 87. Nolite per deos, &c. &c. cum etiam cæteris ante partis honestatibus atque omni dignitate, fortunáque priuare. Academ. Hominem natum ad nihil esse aliud, quàm honestatem: ipsam suo splendore in se animos ducere.

✠ *ADIVN. Grauior.* 1. *Offic. Iuncta, simplex.* 2. *de Inuent. perfecta, vndique & absoluta.* 5. *de Finib. Summa. pro Mur. Vera.* 3. *Tusc.*

☞ Syntaxis. *Honestas hominis, atque testudinis.*

HONESTE. *decorè, laudatò* Anteq. 6. Honestè & laudatè acta vita. & Att. lib. 6. ep. 1. Illi valde honestè se gerunt. Qa. fr. lib. 3. ep. 1. Id tectum nunc honestè vergit in tectum inferioris porticus. de Off. li. 3. 109. Honestius hic quàm Q. Pompeius.

☞ Syntaxis. (*Vti honestas, sta honeste, de actione de edificio.*)

HONESTANDVS, a, um. 2. Off. 21. Quæcunque homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum. 1. Off. 139. Non domo dominus, sed domino domus honestanda est. 2. ad Her. 28. Rei honestandæ & collocupletandæ causa.

HONESTATVS, a, um. Postq. In Senatu. 2. Senatus à quo sæpe magnificentissimis decretis sumus honestati.

HONESTO, as. *decoro, orno.) (. Contamino.* pro Dom. 81. Vt acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes. pro Rab. 24. Imagine mortem alicuius honestare. 4. I. C. 20. Tanta laus, quanta vos me vestris decretis honestauistis. & *ibid.* iterum. 1. Inuent. 112. Honestare beneficium. 1. I. C. 29. Qui Saturnini sanguine non modò se non contaminauerunt, sed etiam honestauerunt. *Incert. Cæsar cum quosdam ornare voluit, non il-

los

los honestauit,sed ornamenta ipsa turpauit. ‖ Posiq.in Sen. 22. Quemadmodum calamitatem meam non modo leuaret sed etiam honestaret.

HONESTOR, ris. pro Mur. 70. Si interdum ad forum deducimur,si vno spacio honestamur.

☞ Syntaxis. *Hominem augere, & honestare. Rem honestare, & locupletare. Honestare beneficium,mortem,*

HONESTVS,a,um,ſsimus. *decorus, honoratus.*)(*Inhonestus.* de Clar.280. Qui honorē sententijs & suffragiis adeptus est, is mihi & honestus & honoratus videtur.5. Verr. 136. Conuentus honestus Syracusis. pro Mur.73. Q. Tubero honestus homo & nobilis.12. Fam.ep.25. Honestus vir.5. Verr.67. Honesta ciuitas. pro Mur.15. Ampla & honesta familia.13. Fam.ep.4. Honestum municipium.3.ad Her.3. Honestæ vtilitatis species.2. Fam.ep.15. Cęsarem honestum esse cupio.11. Fam.ep.3. M. Bruti & Cassij: Cupimus in libera repub. magnum atque honestum te esse. *id est, tuæ dignitatem tuam.* 16. Fam.ep.9. Si minus cū honesto aliquo homine,cuius autoritate nauicularius moueatur. Tusc. quæst. Qui quum esset bonis parentibus, atque honesto loco natus, &c. pro Cecin. 71. Honesto & probabili nomine errorem obiici.8.ad Atti.ep.11. Moderatori reip. beata ciuium vita proposita est,vt opibus firma,copijs locuples,gloria ampla, virtute honesta sit. Off.lib.3.95. Multa quæ honesta natura videtur esse,temporibus fiunt nō honesta. Post. In Sen.24. Cuius discessus omnibus honestis luctuosus tandem visus est. Lent. lib. 1. ep. 2. Post rusū discessum is dies primus nobis honestissimus fuerat in Senatu. *id est, habitus est in magno honore.*

¶ *Modestus, moderatus, minimè turpis vita.* pro S. R.16. Is pro eorum honestate repugnabat, propter quos honestissimus ipse inter suos numerabatur. *ibid.* 49. Vir honestissimus, vita rustica honestissima. de Aruſp. resp.56. Optimi & honestissimi ciues.3. Ver. 328. Quid est aliud omnibus omnia peccata & maleficia concedere, nisi hoc, hominum honestissimorum testimoniis,& virorum bonorum tabulis non credere? pro Mur.13. Cōuiuium moderatum atque honestum.1.ad Her.5. Honestum genus causæ.

¶ *Iustus, conueniēs, decens, dignus.* pro S.R.7. Aequa & honesta postulatio.3.ad Her.3. Honesta vtilitas.

✠ ADVERB. *Imprimis. et ornatus. pro Mil. Mirificè de Pet. verè sanè.3. Offi.*

☞ Syntaxis. *Bonis parentibus, & honesto loco natus. Honestus, & nobilis, Cupio te esse honestum: id est, ornare.*

HONESTVM. *decens, fas, æquum, rectum, decorum.* 2. de Inu. 158. Quod autem totum aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum nominabimus. de Fin. lib.5.66. Honestum aut ipsa virtus est, aut res gesta virtute.3. de Finib. 45. Honestum id intelligimus, quod tale est, vt detracta omni vtilitate, sine vllis præmij fructibus, per seipsum possit iure laudari. 1. Off. 14. Honestum etiam si nobilitatum non sit, tamē honestum sit: quodque verè dicimus, etiamsi à nullo laudetur, laudabile esse natura.1. Offi. 79. Omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnificoque quærimus, animi efficitur, nō corporis viribus.1. de Leg. 48. Honestum omne sua sponte est expetendum.1. Off.62. Nihil honestum esse potest, quod iustitia vacat. 10.ad Attic. ep.4. Nihil bonū, nisi quod honestum.5. Famil.ep.19. Nihil vtile, nisi quod rectum honestumque sit. de Amic.84. Neque quicquam nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit.14. ad Attic. ep.6. Quid honestum mihi sit, quid liceat, quid expediat.3. Offi. 11. Quicquid honestum est, id vtile censuerunt Stoici. Tusc. q. lib.5.45. Parad.1. Quod honestum, id solum bonum. 1. Off.94. Quod honestum est, decet 4. Acad. q.131. Honestum quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno statuit finem esse bonorum. de Finib.lib. 5.64. Honestum quod ex virtutibus exoritur, & in his hæret, per se esse expetendum. 3. Offic. 33. Quod honestum est, id est maximè propter se expetendum.2. Offic.10. Quod honestum, id iustum.2. Off.32. Quod decorum, honestumque est, id per se nobis placet, animosque omnium natura & specie sua commouet.1. Off.15. Omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua. *Partes verò illæ sunt quatuor virtutes, iustitia, prudentia, fortitudo, modestia seu temperantia.* 3. Offic.13. Honestum quod propriè vereque dicitur, id in sapientibus est solis, neque à virtute diuelli vnquam potest. 1. Offi. 55. Honestum, etiamsi in alio cernimus, tamen nos mouet, atque illi, in quo inesse videtur, amicos facit.16. ad Attic.ep.11. Honestum & vtile pugnare aliquando videntur.1. Off. 14. Honesti forma si oculis cerneretur, vt ait Plato, mirabiles amores excitaret sapientiæ. 2. Off.47. Tāta vis est honesti, vt speciem vtilitatis obscuret. de Finib.lib.4. Honesto nihil honestius. Tusc.q.lib.5.45. Honesto detracto, quid poterit beatum intelligi. de Fin. lib. 1. 25. Recta & honesta quæ sint.1. de Leg.44. Honesta in virtute ponenda, in vitijs turpia. 1. de Leg. 46. Honesta & turpia ad naturam referenda. 4. Acad. 50. Honestis similia sunt quædam non honesta,& bonis non bona & artificiosis minimè artificiosa.

☞ Syntaxis. *Honestum per se, sua sponte expetendum, propter se insuper.*

HONOR,ris,& HONOS,tis. *ornamentum, gloria, laus, decus, amplitudo, dignitas, honestas.* 2. de Leg.58. Hostis extra portam Collinā ædem Honoris, aram in eo loco fuisse, memoriæ proditum est: ad eam cum lamina esset inuenta, & in ea scriptū: Lamina Honoris, ea causa fuit ædis huius dedicandæ. de Ci. 280. Honos est præmium virtutis, iudicio studioque ciuium delatus ad aliquē. 1. Tusc. 4. Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloriæ: iacéntque ea semper, quæ apud quosque improbantur. Att, lib.1.ep.1. *Τὸν ἀγαθὸν κ τίμιον.* Partit. 87. Laus, honor, gloria. Qu.fr. li.1.ep.1. Semper putaui honores, si vulgares essent, viles: si temporis causa constituerentur, leues. Epist. lib. 10. ep.10. Is qui verè appellari potest honos, non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. & lib. 15. ep. 4. Mores atq; vitam spectari solere in honoribus habendis, vel non habendis. Anteq.13. Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore. pro Dom.46. Illi, quorum vita remota ab hoc honore populari, ab hac illustri gratia est. Ep. lib. 5. ep. 20. Habere honorem alicui. pro Fl. 45. Cui nullus honos in sua ciuitate habitus est vnquam. pro Cæl.5. Nemini vnquam præsenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio.3. I. A. 39. Vt pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur, & gratiæ referantur. pro S.R.137. Viris fortibus honos habitus est.3. de N.46. Vide ne virtutibus hominum isti honores habeātur, non immortalibus. Att. lib.7.ep.2. Chrysippum libenter vidi, & in honore habui. Att. li.11. Vereor ne Cæsari null⁹ honos à senatu habeatur. ad Brut. ep. 15. Huic habiti à me honores nulli quidem Brute nisi debiti, nulli nisi necessarij. Quin. fr. li. 1. ep. 1. Aliquem esse diligentem, vt sibi honores habeantur. Epist. lib. 16. ep.9. Curio misi, vt medico honos haberetur. de Clar.52. Amplissimos vel maximos honores alicui rei esse habitos.3. de Fin. 73. Tribuere honorem alicui. Quin fr. lib.1. ep. 1. Tribuere honores meriti alicuius. pro Plan. 64. Tribuere magnum honorē alicui. pro S.R.136. Suum cuique honorem & gradum redditū esse gaudeo.7. I. V. 35. Mihi honorem illum non solùm datum, sed etiam creditum ac commissum puto.6. I. V. 81. Mandare honores hominibus nouis. 2. I. A. 110. Cum honorem Cæsari tua lege datum deseri patimur? Epist lib. 10. ep. 10. Is enim honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur & datur. pro S. R. 77. Serui apud eum sunt in honore & precio. 1. de Orat. 235. Hæc ars summo in honore semper fuit. 1. Tusc. 4. In summo apud Græcos honore geometria fuit. de Cl. 127. Hic epilogus tanto in honore pueris nobis erat, vt eum etiam ediscereemus. 1. de N. 16. Philosophiæ quæ in honore sunt. de Cla. 30. Gorgias magno in honore fuit. pro S. R. 6. Qui apud vos in honore tanto sunt.3. I. C.2. Hic dies apud vos in honore esse debet. 1. Tusc. 3. Honorem poëtis non esse. de Cl. 40. Iam tum honos erat eloquentiæ. 2. Off.58. Honori summo nuper nostro Miloni fuit, quòd, &c. pro Mil. 97. Beatos esse quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus. Epist. lib.8.ep.26. Adducere aliquid in honorem. Att. lib.5.ep.21. Ob hæc beneficia nullos honores mihi, nisi verborū decerni sino. & ad Bru.ep.15. Decernere honores alicui. & ep.4. Accipere honores extraordinarios. & ad Att. li 9.ep.1. Recipere honorē ab aliquo, id est, verbi gratia, vt sis legatus alicui. 1. de Ora.232. Amplissimis honoribus & præmiis decorari. 6. I. V. 137. Qui honos apud Syracusios est amplissi. 1. de Orat. 232. Qui honos apud Græcos maximus haberetur. Orat. 125. Ornatus ille propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. de Clar.241. Ascendere ad honores. pro Syl. 82. Nemo ex illo honoris gradu. Att. lib.7.ep.2. Honore augeri aliquem.3. de N. 87. Honoribus aucti, aut re familiari. de Ar. 56. Honorem augeri cupiam. pro Flac.52. Homo sine honore, sine existimatione, sine censu. 1. de Inuen. 103. Homines honore vsi. *id est, qui magistratu gesserunt.* 8. I. A.32. Quanquam hoc honore vsi togati esse solent, cum est in fagis ciuitas. Epist. lib.1. ep. 8. Cùm honoribus amplissimis perfuncti essemus. Ep. lib.3.ep.11. Cursus honorum. pro Deiot. 14. Cęsar Deiotarū amplissimo regis honore & nomine affecit. & *ibid.* 15. Deiotarus honore amplissimo ornatus. pro S.R.147. Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. 1. de N.38. Res sordidas deorum honore afficere.9. I. A 8. Honorem mortuo, cui iniuriam viuo fecimus, faciamus. Ep. lib.10.ep.10. Sit modo aliqua resp. in qua honos elucere possit, omnib. mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. Ep. lib. 9.ep.22. Præfari honorem. item, Nos autem ridiculè si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non præfamur sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est. pro Qu. R. 18. Hunc virum bonum esse dixisti, & honoris causa appellasti: quod nemo nisi aut honestissimo, aut amicissimo facere consueuit. pro S.R.6. Vir fortissimus & clarissimus L. Sylla, quem honoris causa nomino. 2. I. A. 30. Qui stillantem præ se pugionem tulit, is ā te honoris causa nominatur. & *ibid.* 31. Cur honoris causa à te sunt appellati. 2. I. V. 18. Curio, quem ego hominem honoris potius, quàm ignominiæ causa nominatum volo.1. cont. Rull. 27. Se posse turbulenta ratione honori velificari suo. *ibid.* Quæ vitæ via facillimè viros bonos ad honorem dignitatémq;

perducat. de Prouinc. 29. Eum ad summum honorem Senatus deuocant. Postquam ad Quir. 16. Qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati. 3. de Nat. d. 49. Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. pro P. Opp. Multum posse ad salutem alterius, honori multis fuit. pro M. Scau. Iisdem honoribus vsus. Frag. ep. Quæ es ab Senatu summo cum honore consecutus. de Consolat. Huic idē honos certè dicandus est. 2. Acad. Qui serius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos.

✠ ADIVNC. *Ambitiosus, 5. Tusc. Amplior, tanti eximij, & propè singulares, de Prouin. Amplior, & robustior, 9. Attic. Amplissimi. Maximus Sumus, 1. de Orat. Communis, pristinus, 1. de Inuent. Contumeliosus, iustius, 1. Philip. Continui familiæ, pro Mur. Debitus. 9. Philip. ep. ad Brut. Diuini, immortalésque, 4. Phil. Diuturnus iucundus, magnus, pro Cæc. Extraordinarius, 2. Cont. Rull. Extraordinary, debiti, falsus. necessarij, ep ad Bru. honestissimus. 13. Famil. Incredibilis, 2. Philip. Infimus, 12. Famil. Iucundissimus, 7. In Ver. Leues, viles, vulgares, 1. ad Q. Frat. Magni. 10. Fam. Maior, maximi, de Cl. & pro Cæl. Meriti, & debiti, 7. Philip. Noui & singulares, 14. Philip, paternus, & auitus, iusti, 5. In Ver. paterni, 3. ad Q. Frat. popularis pro Dom. Senatorius, 6. In Ver. Singularis, 1. Cont. Rull. & pro Cornel. Superior. 2. ad Q. Frat. vniuersi, Postq. ad Quirit. Vtilior, pro Flac. vsitatus, peruulgatusque, 4. In Verr.*

☞ Syntaxis. *Honorem alicui habere. In honore aliquem habere. Honorem alicui tribuere. Honorem & gratiam alicui reddere, dare, committere, credere, mādare, deferre. Esse in honore. Magnus diuitiis honor est. Honori hoc tibi erit à nobis. Id in honorem adductus. Honores accipere, recipere. In honorem, ad honores ascendere. Honoribus augeri. Vti, perfungi honoribus. Honoris potius, quàm ignominiæ causa nominare.*

HONORABILIS, le. *honorificus: vnde honoris argumenta.* de Sen. 61. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur leuia atque communia, salutari, appeti, deduci.

HONORARIVM, rij. *munus quod honoris causa datur.* I. P. 86. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? aut honorarij? si quidem potest vi & metu extortum honorarium nominari.

¶ *Honorabile.* de Opt. 5. Docere debitum est, delectare honorarium, promouere necessarium.

HONORARIVS, a, ū. *arbitri proprius.* pro Cæc. 6. Hoc non honorariam operam amici, sed seueritatē iudicis requirit. 5. Tusc. 120. Quorum controuersias solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades.

HONORATE, *honorificè.* 11. I. A. 33. Multa & honoratè & honorificè de aliquo prædicare. *aliter, ornatè, non honoratè: & melius.*

HONORATVS, a, um. *qui in honore & precio est.* 5. de N. 87. Diues, honoratus, incolumis.) (. *Inglorius.* Att. lib. 9. ep. 14. Dionysius apud me honoratior fuit, quàm apud Scipionē Panætius. 1. Off. 138. Homo honoratus & princeps. pro Plan. 19. Præfectura honorata & suburbana. de Cl. 280. Qui honorem sententiis & suffragiis adeptus est, is mihi & honestus, & honoratus videtur. Orat. 32. Thucydides fuit honoratus & nobilis. de Senect. 22. Clarus & honoratus vir.

✠ ADVE. *Vaidè. 9. Fam.*

HONORIFICE, tius, simè *honoratè.* 7. I. A. 23. Respondendū honorificè est. Martiales. 11. In. Ant. 33. Multa & ornatè & honorificè de aliquo prædicare. Qu. de Pet. 34. Largè ac honorificè promittere aliquid. Att. lib. 12. ep. 19. Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. Epist. lib. 13. ep 27. Nec liberalius, nec honorificentius tractari potuisse. Epi. lib. 6. ep. 6. Cæsar nunquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat Attī. li. 14 ep. 14. Vt me à te, cùm his verbis scripseris, liberalissimè atque honorificentissimè tractatum existimem.

HONORIFICVS, a. um. *decorus, dignus.* ad Brut. ep. 15. Quod imperium videbatur illi ætati honorificum. 2. I. A. 39. Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica. 14. In Ant. 29. Verbum honorificum. Att. lib. 1. ep. 10. Honorificus in aliquem. ‖ Epist. lib. 5. ep. 2. Oratio honorifica.

HONORANDVS, 2, um. 5. I. A. 45. Eundem ordinem tenebo in viris fortibus honorandis. 9. I. A. 5. Mortem eius non luctu publico solùm, sed etiam monumentis esse honorandum puto.

HONORATVS, a, um. *honore affectus.*) (. *Inglorius.* 1. de Leg. 32. Beati qui honorati sunt, videntur: miseri autem, qui inglorij.

HONORO, as. *honorem habeo, honorem adhibeo, honesto, in honore habeo, honorem facio, honorem debitum præsto, honore afficio, honorē tribuo, apud me in honore & precio est, honore augeo, honore amplissimo orno, honorificis verbis prosequor.* 1. de Diu. 88. Amphiaraum sic honorauit fama Græciæ, Deus vt haberetur. 2. I. A. 25. Hic me non solùm meis laudibus ornat, sed etiam honorat alienis. 9. I. A. 4. Nemo tum virtutem non honorabat.

HORA, æ. Qu. fr. lib. 2. ep. 3. Ea res acta est, cum hora sexta vix Pompeius peroraret, vsque ad horam octauam. & *ibid.* Hora ferè nona Clodiani consputare cœperunt. 2. I. A. 77. Cum hora diei decima ferè ad Saxa rubra veniisset, pro Mil. 29. Fit obuiam ei Clodius hora ferè vndecima, aut non multo secus. 2. I. V. 31. Nonæ sunt hodie Sextiles: hora nona conuenire cœpistis I. P. 13. Cum ad te quinta ferè hora veniissem. pro Qu. 25. Vt ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. Brutus ad Cic. lib. 11. ep. 13. Hora ante præsidiū meū Pollentiā veni. ad Attic. li. 12. ep. 5. Neq; enim illa hora tui mihi est operis ignota. Ep. li. 9. ep. 27. Hora nona accubueram. Phi. 6. 7. Horā eximere. Phil. 5. 25. In horam viuere. I. V. 3. 25. Ne quam ego horam de meis legitimis horis remittā. 2. I. A. 104. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. I. V. act. 6. 95. Hora amplius iā in demoliendo signo permulti homines moliebantur. Fam. li. 15. In horas ternas epistolas dare. ad Att. li. 12. ep. 5. Horæ quibus expectabam, longæ videbātur ad Att. li. 4. ep. 2. Cum horas tres ferè dixisset, coactus est aliquando perorare. Att. lib. 10. Ad horas tres dormiit. I. V. act. 3. Quum horis nostris non essemus vsi.

✠ ADIVNC. *Antecedens.) (. consequens, Calamitosior, ad Octa. Legitimæ. 3. In Ver. Longæ. 12. Att. Multæ pro Mil. Nocturnæ, pro Sex. Rosc. Paucæ. 7. In Ver. vacuæ periculis. Anteq. ir.*

☞ Syntaxis. *Horam eximere, remittere. In horam viuere. Hora amplius iam ludunt. In hora ternas dedi literas. Suis horis vti.*

HORATIVS Cocles. 2. de Leg. 20.

HORIZON, tis. *finiens.* 2. de Diu. 92. Illi orbes, qui cœlum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ἐπίζωνες nominantur, à nobis finientes rectissimè nominari possunt, varietatem maximam habent alijque in aliis locis sunt.

HORME, es. L. APPETITIO, & APPETITVS. & ὁρμή.

HORNOTINVS, a, um. *huius anni* 5. I. V. 45. Hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt.

HOROLOGIVM, gij. *solarium.* Epist. lib. 16. ep. 18. Horologium mittam & libros, si erit sudum.

HORRENDVS, a, um. *horrificus, horribilis.* 2. Tusc. 2. Nihil habet mors, quod sit horrendum.

HORREO, es. *exhorreo, formido, timeo.* 7. I. V. 73. Cum esses in imperio, iam tum iudicium & crimen horrebas. Attic. lib. 9. ep. 2. Ingrati animi crimen horreo. 2. de Orat. 188. Quæ ego cum à te tractantur in causis, horrere soleo. 5. Tusc. 85. Horrere & reformidare dolorem. Att. lib. 8. ep. 25. Horrere minas alicuius. de Arusp. 37. Quod sacrificium nemo vnquam vir aspicere non horruit. Att. lib. 2. ep. 21. Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus, pro Dom. 140. Horrere animo. Epist. lib. 7. ep. 3. Vt ipsam victoriam horreremus. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. Quare nomen publicani neque ij debent horrere, qui semper vectigales fuerunt. 7 I. A. 8. Periculosè dico: quemadmodum accepturi sitis, horreo. 1. de Finb. 51. Quod si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse & muniti videntur, deorum tamen numina horrent. 2. de Nat. d. 19. Vno tēpore florere, deinde vicissim horrere terram. *hic aduerte, vicissim: id est, mox: & contra.*

✠ ADVER. *Imbecillius. 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Horrere & reformidare. Horreo illud aspicere. Horreo, quorsum id euadat. Animo horreo.*

HORRESCO, scis. *perhorresco.* 5. de Fin. 31. Qui sibi iniecto terrore mortis horrescunt.

HORREVM, rei. *cella.* 5. in Ver. 20. Neque in segetibus neque in areis, neque in horreis. 2. contra Rull. 88. Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani esse voluerunt.

HORRIBILIS, le *horrendus, horrificus, formidabilis.* Att. lib. 6. ep. 8. Hæc spero falsa, sed certè horribilia. 1. de Orat. 258. Illud verò fuit horribile, quòd, &c. de Ar. 20. Exauditus est strepitus quidam reconditus, & horribilis fremitus armorum. Attic. li. 8. ep. 9. Cæsar monstrum horribili vigilantia, celeritate, diligentia. 1. de Finib. 63. Horribilis formido. 1. I. C. 11. Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infestam reipub. pestem effugimus. pro Font. 26. Iratus animus, atque horribilis impetus cuiuspiam. Epist. lib. 5. ep. 21. Horribile ac pertimescendum. 3. de Ora. 11. Horribiles & miseri casus aliquorum. Att. li. 14 ep. 4. Horribile est quæ loquantur, quę minitentur. pro Qu. 95. Horribile est causam capitis dicere. de Somn. 9. Tum rutilus horribilisque terris Mars.

☞ Syntaxis. *Tetrum, horribile, cunctis infestum. Horribile ac pertimescendum. Horribile ac miserum. Horribile est id audire, quæ dicas. 1. grauissimum.*

HORRIDE. *asperè, duriter.* Orat. 28. Inculte & horridè dicere, vel viuere. pro Qu. 59.

HORRIDVLVS, a, um. Att. lib. 2. ep. 1. Quanquam illa tua mihi horridula & incompta visa sunt. Or. 152. Orationes horridulæ.

HORRIDVS, a, um. *inculus, asper, durus.*) (. *Nitens, mitidus.* pro Qu. 93. Vita horrida atque arida mihi cordi est Postq. In Senat. 12.

Cum

Cum eum incultum,horridum, mœstũque vidisses. de Cl.117. Vir vt vita,sic oratione durus,incultus,horridus.de Cl.68. Antiquior est eius sermo,& quædam horridiora verba.Or.20.Aspera,tristis, & horrida oratio. 3. de Or. 48. Oratio de horridis rebus nitida,de ieiunis plena,de peruulgatis noua.2.de D.30.Ieiur nitidum atque plenũ.)(. *Ieiur horridum & exile.* pro Cæl. 33.Barba horrida.pro Mur.30.Horridus miles.

✠ ADVERB. *Omninò semper, pro Quint. planè de Clar.*

☞ Syntaxis. *Vita horrida & arida. Incultus,horridus, mœstus. Durus, incultus,horridus vita & oratione. Aspera,tristis,horrida oratio, barba,miles.*

HORRIFER,a, um. *horrificus.* Or. 155. Horriferum portentum. Poetæ.

HORRIFICVS,a,um. pro Dom. 60. Horrificum bellum. & in Arat.

HORRISONVS,a,um.in Arat.

Et magis horrisonis Aquilonis tangitur alis.

2.Tusc.23.Horrisonum fretum.

HORROR,oris. *metus frigus,vt in febri.* Att.lib.8.ep. 5. Dij immortales quis me horror perfudit.Att.li.12. ep.7.Atticam doleo tandiu:sed quoniam fine horrore est, spero esse vt volumus.

HORTENSIVS,sij *orator Ciceronis coæuus.* Orat. 132. Dicebat melius quàm scripsit Hortensius. ‖ de Clar.301. Hortensius igitur cùm admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est: quanquam incideratin Cottæ & Sulpitij ætatem,qui annis decem maiores excellente tum Crasso & Antonio,deinde Philippo,post Iulio, cum iis ipsis dicendi gloria comparatur.Primum tanta memoria,quantã in vllo cognouisse me arbitror, &c. *& deinceps multa de Hortensio ibid.* 325. Sed si quærimus cur adolescens magis floruit dicẽdo quam senior Hortõsius causas reperiemus verissimas duas: primum quod genus erat orationis Asiaticum , adolescentiæ magis concessum quam Senectuti, &c. & 326. Hortensius in vtroque genere florens clamores faciebat adolescens. & 324. Vt qui non satis diu vixerit Hortensius tamen hunc cursum confecerit. Annis antè decem causas agere cœpit , quàm tu es natus, idem quarto & sexagesimo anno perpaucis ante mortẽ diebus,vnà tecum socerum tuum defendit Appium.3.de Orat. 226. Me (*loquitur Catulus.*) quidem istius sermonis participẽ factum esse gaudeo ac vellem vt meus gener Hortensius interesset. Orat.132.Dicebat melius quam scripsit Hortensius. *ibi.* 106. Atqui si Antonio Crassus eloquens visus non est, aut sibi ipse: nunquam Cotta.visus esset,nunquam Sulpitius, nunquã Hortensius. de Clar. 327. Hortensius facilè primas tenebat adolescens. *ibid.* 323. Itaque cum iam penè euanuisset Hortensius , & ego anno meo,sexto autem post illum Cos. Cos. factus essem reuocare ie ad industriam cœpit.pro Quint. 72. Dicet Hortensius excellens ingenio,nobilitate, existimatione.*ibid.*35. Faciam quod te sæpe animaduerti facere,Hortensi,totam causæ meæ, dictionem certas in partes diuidam. Tu id semper facis , quia semper potes, ego in hac causa faciam , propterea quod in hac videor posse facere. Cornel. in vita Attici. Vtebatur autem intimè (*Atticus.*) Q. Hortensio,qui his temporibus principatum eloquentiæ tenebat : vt intelligi non posset vter eum plus diligeret Cicero an Hortensius. & id, quod erat difficillimum, efficiebat vt inter quos tantæ laudis esset emulatio,nulla intercederet obtrectatio , essetque talium virorum copula in Repub. Epist.lib.8.ep.2.Hoc magis animaduersum est , quod intactus à sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem.Attic. lib.2.ep.25. Hortẽsius quàm plena manu,quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit , cum de Flacci prætura , & de illo tempore Allobrogum diceret? Attic. lib.1. ep. 13. Vti nunc ex euentu,ab aliis , à me tamen ex ipso initio consilium reprehendatur.ad Q.frat.lib.1. ep.3. Quantum Hortensio credendum sit nescio. 4.Acad. 2. Habuit enim diuinam quandam memoriam rerum (*Themistocles.*) Verborum maiorem Hortensius.In Hortensio. ex frag. Quis te Hortensij aut est , aut fuit vnquam in partiundis rebus,in definiendis in explanandis, prestior. *ibid.* Eloquentiam tueri quam tu in cœlum Hortensi, credo, vt ipse cum ea simul ascenderes sustulisses.3. Offic. 73. Scripserunt heredes secum M. Crassum, & Q. Hortensium homines eiusdem ciuitatis potentissimos, qui cùm illud falsum esse suspicarentur sibi autem nullius essent culpæ,alieni facinoris munusculum non repudiauerunt. Quid ergo? Satin ne hoc est, vt non deliquisse videantur? mihi quidem non videtur quamquam alterum amaui viuum , alterum non odi mortuum.de Clar. 328. Hortensium magnum oratorem semper putaui maximeque probaui pro Messala dicentem , cum tu (*Cicero.*) abfuisti. Sic ferunt inquam,idque declarat totidẽ quod dixit (vt aiunt) scripta verbis oratio. Orat 129. Nobis pro familiari reo summus orator Hortensius non respondit. Attic. lib.6. ep.6. & de Clar.1. *De Hortensij morte dolet Cicero.* pro Pom. 52. Nam tu idẽ Quincte Hortensi multa pro tua summa copia,ac singulari facultate dicendi,& in senatu cõtra virum fortem A. Gabinium grauiter ornatéque dixisti , cum is de vno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset. 3. de Orat. 227. Hortensius pro Bythiniæ rege dixit.de Clar.328. Hortensij vox extincta fato suo est:nostra publico. *ibid.* 4. Sed quoniam perpetua quadã felicitate vsus ille(Hortẽsius)cessit è vita,suo magis,quàm suorum ciuium tempore,& tum óccidit cum lugere facilius Rẽp. posset. quàm iuuare , vixitque tamdiu, quàm licuit in ciuitate benè beatéque viuere, nostro incommodo detrimẽtoque: si est ita necesse,doleamus , illius vero mortis oportunitatem, beneuolentia potius quàm misericordia prosequamur. 4. Acad. 9. Hortensij villa ad Baulos. Attic.lib.6.ep.3.Hortensius filius fuit Laodiceæ cum Gladiatoribus flagitiosè, & turpiter. Att. lib. 10. epist.4. Sed nulla nulla nostra culpa est , natura metuenda est. Hæc Curionem, hæc Hortensij filium nõ patrum culpa corrupit.5.In Ver.42.Magnum te fecisse arbitrabere , si plutis vendideris quàm L.Hortensius,pater istius Q. Hortensij , quàm Cn. Põpeius,quam M.Marcellus,qui ab æquitate, ab lege,ab institutis non recesserunt. *his prætores erant in Sicilia ante Verrem.*

HORTENSIANVS,a,um. Att.lib.4. ep. 6. Quod me admones, vt scribã illa Hortensiana, &c. *Consolationem philosophiæ intelligit:quod opus Hortensium appellauit.*

HORTANDI.Epist. lib.15.ep.21.Consilium quod hortandi causa laudaui.

HORTATIO,onis. *cohortatio.* Qu.fr. lib.1.ep.1. Non hortatione, neque præceptis,sed precibus tecum fraternis ago. Epist. lib. 9. ep.14.Quod cum ita sit,hortatio non est necessaria, gratulatione magis vtendum est.

✠ ADIVNC. *Grata,5.de Finib.maxima,* 11. *Famil.Necessaria,9.Famil.*

HORTATOR,oris.*suasor,consuasor,autor.*1.de Orat 234.Cum eius studij tibi & hortator & magister esset domi. 7.I. A. 31. Quanquam hortatore non egetis: ipsi enim vestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandæ cupiditatem.Postq.ad Quir.9.Adiutor,autor,hortator ad aliquid agendum.pro S.R.110. Hortator, autor,intercessor non faciendi aliquid.

ADIVN. *Assiduus,7.Attic.permulti.*10.*Attic.*

☞ Syntaxis. *Adiutor, autor,hortator ad.Hortator, autor, intercessor non faciendi.*

HORTATVS, tus, *hortatio.* Epi. lib.13. epist.29. Id feci aliorum consilio, hortatu , autoritate.

☞ Syntaxis. *Aliorum consilio,hortatus,autoritate.*

HORTOR,aris.*adhortor.suadeo.sum autor,cohortor,excito,impello,acuo.*Epist.lib.13.ep.4. Hæc eò spectant , vt te horter & suadeam: reliqua sunt quæ pertinent ad rogandum.de Pro.9.Hortari milites ad laudem.At.lib.8.epi.14.& 1.Off.3.Magnopere te hortor, vt, &c. Atti.lib.7. epist.14. Pacem quidem hortari non desino. Quint. frat.lib.1. epi.1. Sed quid ego te hæc hortor? *aliter deest, hæc.*1.I. C.12. Sin exieris (quod te iamdiu hortor) exhaurietur, &c. Epist. lib.4.ep.9. Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum. 5. de Finib.6. Te hortor,currentem quidem,vt spero.Ep.lib.16.ep.21. In excitando & acuendo plurimum valet, si laudes eum quem cohortere.Epist. lib.9.ep.14.Quare quid est quod ego te horter, vt dignitati & gloriæ seruias? proponam tibi claros viros: quod facere solent,qui hortantur. pro C.Corn.1. Legem dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus est?

✠ ADVER. *Aliquando ad Bellum,*1.*Offic.Amicè,*1. *ad Q.Fra.Etiam,atque etiam,*4.*fam.Iandudum,*1. *In Cat. Magnoperè,*8.*Attic.Separatim,*7.*Attic.vehementer. de Clar.*

☞ Syntaxis. *Vt te horter & suadeam.Pacem hortari,depace.*

HORTVLVS, li.1. de Nat. 121. Democriti fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit.pro Cl.37.Asinius autem breui illo tempore quasi in hortulos iret, in arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur. 5. de Fin. 2. Cuius Platonis etiam illi hortuli propinqui non memoriam solum mihi afferunt: sed ipsum videntur in cõspectu meo ponere. Acad.in Fr. Conuocata de hortulis in auxilium quasi libera turba temulẽtorum.

✠ ADIVNC.*Iucundiores,*9.*Attic.propinqui,* 5. *de Fin.*

HORTVS, ti : & HORTI, orũ. Epist. lib.16.ep.18.Phædrum excita,vt hortum ipse conducat, sic olitorem commouebis.de Senect. 57. Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant.3. Off.58. Dictitabat se hortulos aliquos velle emerè , quò inuitare amicos, & vbi se oblectare sine interpellatoribus posset.pro R.P. 26. Deliciarum causa voluptatis quosdam in hortis aut suburbanis suis cum mitrella sæpe videmus. Quint. fr. lib.3. ep.1. Nunc domus suppeditat mihi hortorum amœnitatem. Attic. lib.12. ep.20.Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare.5.de Fin 3. In hortis Epicuri, quos modò præteribamus.

✠ ‖ pro Cæl.36. Nonnunquam in iisdem hortis visa nobis mulier. *ibid.* Habes hortos ad Tyberim ac diligenter eo loco præ-

parasti,quo omnis iuuentus natandi causa venit Epi.li.16.ep.18. Helico nequissimus sestertia ducenta dabat, nullo apprico horto,nullo emissario,nulla materia, nulla casa.3. Off. 58. Et simul ad cœnam hominem in hortos inuitauit.13. Phil.34. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit.2. de Nat. 11. Ex prouincia literas ad collegium misit. *Gracchus T.& C. Gracchorum pater.* se cùm legeret libros, recordatũ esse, vitio sibi tabernaculũ captum fuisse in hortos Scipionis. Attic. lib.12. ep.24. Eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis qui præfuerit hortis,qui etiam Athenis πατρῷοι fuerint illustres.1. de Nat.94. Sed cum tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ. In Sallust.19. Vnde tu qui modo ne paternam domum redimere potueris, repentè tanquam somnio beatus hortos pretiosissimos,villam Tyburti,C. Cęsaris reliquas possessiones paraueris.

✠ *A* DIVNC. *Apricus.16. Fam. Paterni 13. Phil. pratiosissimi. In Sal. venales.3. Offi.*

✠ HOSPES,tis. *is apud quem alius diuersatur, aut qui diuersatur.* ‖ *Nõ tamẽ omnis apud quẽ quis, versatur, hospes, est, sed is qui beneficio tantum, hospites recipit, quis autem precio, Caupo dicitur.* 2. de D.79. Deiotarus Cæsarem eodem tempore & hostem & hospitem vidit. 3. Offic.121. Quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commẽtarios tanquam hospites erunt recipiendi.pro Milon 33. An vero tu solus ignoras? tu hospes in hac vrbe versaris? pro Rab. 28. Adeone hospes huius vrbis? adeone ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ? vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare? Att.lib.6. ep. 3. Est enim aliquid,aduenientem non esse peregrinum atque hospitem.2.cõt. Rul.93. Nos autem iam non hospites,sed peregrini atque aduenæ nominabamur.1.de Or.218. Fateor oratorem nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem esse debere. & 85. Qui nuper Romæ fuit Menedemus hospes meus.pro Deiot.8. Per istam dextram quam hospes hospiti porrexisti.1. Off. 139. Domus,in quam & hospites multi recipiendi, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo. Ep.lib. 9.ep.20. Habuisses non hospitem, sed contubernalem & libr.6. ep. 6. Ex multis hospitibus, qui ad me ex Asia venerũt audiui te,&c.1.de D,57. Diuertere ad hospitem.5.de Fini.4. Non antè ad hospitem diuerti quàm &c. 4.ad Heren.65. Habere hospites domi. Epist. li.9.ep.26. Accipere hospitem.3.in Verr. 64. Recipere hospites.4. ad Her.64. Deinde casu veniunt hospites homini.pro Cl.163. A. ✠ Binnius quidam caupo multorum hospitum. ‖ Att.lib.13.ep.50. Hospes tamen non is cui diceres.amabò te,eodem ad me cum reuertere.1. Acad.9. Tum ego.Sũt,inquam,ista Varro. nam nos in nostra vrbe peregrinantes, errantesque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt.

✠ *A* DIVN. *Antiquissimus,13. Fam. Edax Splendidissimus, atque ornatissimus,pro Flac. Minimè edax, tum inimicus cœnæ,& sumptuosus,vetus,& amicus,9. Fã. Grauis,& Αμιραμέλητος. 14. Attic. Illustres. 3. Offic. Multi. pro Cæc. Nobilis,8. Fam. Nobilissimus,& sanctissimus,pro Corn. Parernus.1. In Ver. Reliqui,2. Phil. veteres. pro Sex. Rosc.*

☞ Syntaxis. *Hospes vrbis,in vrbe. Hospes & peregrinus in philosophia. Diuertere ad hospitem. Habere,accipere. recipere hospites.*

HOSPITA,tæ.4.in Ver. 24. Seruilia Dionis hospita & Att. lib. 5. ep.1. At illa,Ego ipsa sum,inquit,hospita.4. I. V.89. Contemnere etiam signum illud Himeræ iam videbatur, quòd eum multo magis figura & lineamenta hospitæ delectabant.

✠ *A* DIVNC. *Vetus.3. In Ver.*

HOSPITALIS,le,ſsimus. *qui libenter hospites recipit.*2. Off.64. Cimon in suos curiales Laciadas hospitalis fuit.2. contra Rull. 45. Illa ipsa sedes hospitalis,in quam erit deductus.6. I. V. 48. Non dubitauit illud insigne penatium hospitaliúmque deorum ex hospitali mensa tollere.pro Cæl. 52. Tua hospitalis illa Venus. 3. I. V.65. Homo qui semper hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominũ fuisset.& 6. I. Ver.3. Domus omnibus apertissima & perhospitalis. Qu.fr.lib.2.ep.11. Sed non faciam,vt illum offendam,ne imploret fidem Iouis hospitalis.pro Deiot.18. Si te palàm interemisset. Iouis quidem illius hospitalis numen nunquam celare potuisset.3.de Finib.66. Iupiter hospitalis.

HOSPITALITAS, tis. 2. Off.64. Rectè à Theophrasto est laudata hospitalitas: est enim valde decorum,patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus.

☞ Syntaxis. *Homo hospitalis, sedes, deus. Bonorum virorum amicissimus & hospitalissimus.*

HOSPITIVM,tij. *diuersorum, familiaritas, amicitia, domus quæ gratis & libenter amicis patet, sedes hospitalis.* Epist.li.13.ep.19. Cũ Lysone est mihi hospitium vetus. Att.li.14.ep.2. Pyliæ paratum est hospitium. Qu.frat.li.1.ep.1. Optimum quenque hospitio amicitiáque coniungi dico oportere. pro Cor. 41. Gaditani cum L. Cornelio publicè hospitium fecerunt.6. I. V.145. Decernunt statim,vt L.fratri hospitiũ publicè fieret.pro S. R. 15. S. Roscius florens gratia atque hospitijs nobilissimorum hominum: nam cũ Scipionibus erat ei non modò hospitium, sed etiã domesticus vsus & consuetudo.4. I. C.22. Pro clientelis hospitiisque prouincialibus.2.de D.79. Cæsar à Deiotaro magnificentissimo hospitio acceptus est.12. I. A.23. Tota familia occurret, hospitio inuitabit.pro Deiot.8. Tu illius domum inire,tu vetus hospitium renouare voluisti.pro Deiot. 39. Deiotarus,quo cũ mihi amicitiã respub. conciliauit,hospitium voluntas vtriusque coniunxit.4. I. V.89. Renunciare hospitium alicui,& domo emigrare.2. de Orat.234. Atqui nõ nimium liberale hospitium meum dices. nã te simulac &c. extrudam & eiiciam. Att.li.2. ep.16. Te hospitio agresti accipiemus. I. V.23. Pro hospitio quod mihi cum eo est. de Sen.84. Ex vita ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquã ex domo: commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit.

✠ *A* DIVN. *Agreste maritimum.2. Att. Auitum,vetus, vetustũ. 13. Fam. liberale.2.de Orat. Magnificentissimũ. 2.de Diu. Prouincialia.4. Att. Publicum.pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Cõiungere sibi aliquem hospitio. Facere cum aliquo hospitium. Florere hospitiis principum virorum. Hospitio accipere, inuitare, renunciare.*

HOSTIA,tiæ. *victima.* 2.de L.29. Quibus hostiis immolandum, cuique deo,cui maioribus,cui lactantibus,cui maribus, cui fœminis.2.cont.Rull.82. Erant hostiæ maiores in foro constitutæ quæ iis prætoribus de tribunali,sicut à nobis consulibus de consilij sententia probatis,ad præconem & tibicinem immolabantur.2.de L.20. Quæ cuique Diuo decoræ gratæquæ sint hostiæ, prouidendum.1.de D.93. Hetrusci religione imbuti, studiosius & crebrius hostias immolabant.1.de D.102. Cum censor populum lustraret,bonis nominibus,qui hostias ducerent,eligebantur.pro Font.21. Humanis hostiis deos placare.pro Cl. 194. Hostiæ cæsæ ad scelus perficiẽdum.2.de In.97. Præbere hostias ad sacrificiũ. Att.lib.1.ep.2. Adducere hostias ad montem Albanũ.

✠ *A* DIVN. *Balantes,1.de Diu. Decoræ gratæque, maximæ,2. de Leg. Humanæ,pro Font. Maiores. pro Deiot Maxima,2.de Diu.*

☞ Syntaxis. *Hostiæ decoræ gratæque Deo. Hostias adducere, ducere, præbere,cædere.*

HOSTIENSIS,se.pro Pom.33. Nam quid ego Hostiense incommodum querar? Att.lib.12.ep.24.pro Mur.18.

HOSTILIA,curia Romæ.5.de Fin. 2.

HOSTILIS,le *inimicus, infestus.*1.de In 108. Hostili in terra turpiter iacuit insepultꝰ.ad Brut.ep.4. Hostilis animus in rẽp. pro Cl. 12. Ea in hunc hostili odio est. pro R.24. Homo hostilẽ in modum seditiosus.3. Off.108. Pactiones bellicas & hostiles perturbare. Antequam.3. Hostilis ciuium mens.de Pro.5. Hostilem in modum vexari.

HOSTILITER. *hostilem in modum, inimicè, infestè, iniquo animo.*5.in Ant.25. Quid ille fecit hostiliter, quod hic non faciat.

☞ Syntaxis. *Esse in aliquem odio hostili. Hostilem in modum seditiosus.*

HOSTIS,stis. *perduellis, inimicus, qui contra arma fert qui bellum patriæ indicit.*1. Off.37. Equidem illud etiã animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam mitigante: hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. 4. I. C.17. Verres cõmunis hostis omnium prædoque fuit.14. in Ant.27. Hircius hostes prostrauit, fudit, occidit.pro Do.66. Ille nõ hominibus, sed virtutibus hostis semper fuit.2. in Ant.64. Quis tam diis hominibusque hostis? qui auderet, &c.2. Offic.62. Eumque qui faciat, communem hostem tenuiorum putant.5. de Fin. 29. Quotiescunque dicetur malè de se quis mereri, sibique esse inimicus atque hostis 4. I. V.58. Ille aspicere te nõ posset, inimicus & hostis esset.1.de In.105. Inimicis atque hostibus ea displicent. pro Mil. 40. Cn. Pompeius Clodij hostis. Att.lib.15.ep.21. Ex eo sibi illum hostem. *id est, inimicum.* Epist.lib.3.ep.10. Si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placaret tamen, &c.4. I. V.51. Hostis nimis ✠ ferus & immanis. 2. in Cat. 3. Hostis tam capitalis, ‖ de Amic. 37. Conferre se ad hostes.

✠ *A* DIVN. *Acerbissimi, alienigena,4. In Catil. Acerrimi, Plurimi, pro Põp. Acerrimus, Amentissimus, & profligatissimus Sceleratus, pro Sest. Acerrimus, atq; infestissimus,7. In Ver. Antiquus, antiquissimus, 13. Fam. Aperti. domesticus, nefarius, Postq. in Senat. Armati,5. Famil.& .de Finib. Barbari, communes,6. Ver. Capitalis,2. In Catil. Cõmunis. Impurus, atque impius, pro Dõ. Crudelis, pro Syll. Crudelissimi, nefarij, sceleratis,14. Phi. Crudelissimus, pro Cæc. Digni aliquo supplicio, externi, Ep. ad Brut. Domestici,3. in Catil. Externi,*

1.Cont.Rull.Externus,fidelissimus,fœdissimus, tæterrimus,13.Philip.Exterus,atque longinquus,& acerbissimus,31.In Catil.Ferus,& immanis, 4. In Ver.Importuni&Sceleratí,Togatus,2.In Anton.Iustus & legittimus,3.de Orat.Medij.1.Tusc.Percitus.10.Famil.perpetuus,in Vat.Potens,1. Offic.Præsens,tæterrimi, de Prouin.Sempiterni,5. Attic.Tæterrimus,& crudelissimus.3.Philip.Veteres,armati,5.Famil.

☞ Syntaxis. *Hostis,omnium, omnibus. Inimicus & hostis. Hostis Clodij Pompeius.Hostis capitalis.*

HVC. *ad hæc,ad hanc rem.*Epist.lib.1.ep.7.Huc te pares, hæc cogites,ad hæc te exerceas.

¶ *Horsum.* 1.Off.101.Pars quæ hominem huc & illuc rapit.1. de Orat.184. Aliquem erectum & celsum huc atque illuc intueri. Att.lib.9.ep. 11. Ne cursem & huc & illuc deterrima via.

¶ *Ad hunc terminum.*2.I.C.4. Rem huc adduxi,vt &c.

HVCCINE.7.I.V.162.Huccine tandem omnia reciderunt.

HVI.*admirantis & optantis interiectio.* Attic. lib.6.ep.6. Videbam sermones,hui fratrem reliquit.& lib.4.ep. 11. Hui totiesne me literas dedisse Romam,cum ad te nullas darem? Attic.lib.13.ep. 35. Hui si scias quanto periculo tuo, &c. & *ibidem.* Sed quis hui non dicat? Epist.lib.8.ep.15.Hui vereor ne,&c. Epist. lib.15.ep.19. Hui quam velim scire,vtrum,&c.

HVIVSMODI.*id genus,huius exempli.* Epist. lib.14.ep.2. Nec miror,sed mœreo casum huiusmodi. Top. 52. Et cætera generis eiusdem. Att. lib.3. ep.13. Antea orationes aut aliquid id genus scribebam.

HVMANE. *humaniter benignè.* Attic.lib.15.ep.26.Sestius quod puteolis prosequitur,humanè? quod queritur, iniustè. & 13.I.A.36.

✠ Att.lib.12.ep.43. Fecisti humanè: ‖ Att.lib.13.ep.22.

¶ *Vti humana postulat sors.* Tusc. li.2.65.Morbos toleranter atque humanè ferunt.

HVMANITAS, tis. *humana natura ingeniumque.* pro S. R.63 Magna est enim vis humanitatis, multum valet communio sanguinis,reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura,&c, pro Flac.24.Tamen ciuis à ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer,ne, &c. pro Syll. 64. Peterem veniam errato meo ex intimis vestris cogitationibus, & ex humanitate communi. pro Qu.51. Hæc in homines alienissimos, viri boni faciunt,& hominum existimationis, & communis humanitatis causa: vt cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit. pro Dom. 98. Tam amans tuorum ac tui,quàm communis humanitas postulat. 1. de Ora.53.Quæ nisi naturas hominum, vimque omnem humanitatis, causasque eas quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitùs perspexerit, dicendo quod volet,perficere non poterit. Att.lib.13.ep.2. Ad ista obdurauimus & humanitatem omnem exuimus.pro Ligar. 14. Nónne omnẽ humanitatem exuisses.

¶ *Ad hæc,facilitas,lenitas,placabilitas,mansuetudo, comitas,vrbanitas,suauissimi mores,benignitas,mansuetudo morum ac facilitas,suauitas sermonum atque morum lepos.* Epist lib.5.ep.2.Cognosce nũc humanitatem meam: si humanitas appellanda est, in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio.Epi.lib.4.ep.13.Obtinemus ipsius Cæsaris sum-nam erga nos humanitatem. Att.lib.7. ep.5.Tyronem propter humanitatem & modestiam malo saluum,quàm propter vsum meum. Att. lib. 5. ep.1. Humanitas in meo iudicio illo die defuit. 1.de Or. 27.Tanta in Crasso humanitas fuit,&c.Qu.fr.lib.1 ep.1. Clementia, mansuetudo, humanitas.pro S.R. 46. Natura tibi dedit, vt humanitatis non parum haberes. Qu. fr. lib. 1.ep.1. Nos ei generi hominum præsumus, non modò in quo ipsa sit, sed etiam à quo ad alios peruenisse putatur humanitas. & *ibid.* Tribuere humanitatem alicui. Att. lib.16.ep. 16. Tua singularis humanitas, suauissimique mores. 1. Off. 18. Tantaque pœna eos efficiamus, quantum æquitas humanitasque patitur.2.de Or.171 Nullum est vitæ tempus, in quo non deceat loporem humanitatemque versari.pro Mur. 66. Nemo Carone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. pro Syll. 81. Tamen humanitate adductus eum defendit. pro Syl.92.In vestra mansuetudine atque humanitate totam causam repono.3. de Leg. 1. Difficilima illa societas grauitatis cum humanitate. Epist. lib. 12.ep. 27. Vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur.& lib.13.ep.24. Facilitas & humanitas tua.& 1. Off. 62. Non modò id virtutis non est, sed potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis.2.de Orat.86. Quorum alterum diuinitatis mihi cuiusdam videtur,alterum humanitatis. 2.de Diu.81. Placet igitur humanitatis expertes, habere diuinitatis autores.

✠ Att.lib.16.ep.21.Noui humanitatem tuam. ‖ 2.de Orat 82.Facere quod non possunt facias &c.humanitatis est.

¶ *Eruditio,doctrina: παιδείαν Græci dicunt.*2. de Orat. 72. Homo non hebes, neque inexercitatus,neque communium literarum & politioris humanitatis expers. Qu.fr. lib.1.ep.1. In virtute atque humanitate percipienda. pro Ar. 2. Omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadem inter se continentur. pro Ar. 4. Artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. Qu.de Pet. 26. Deinde habebis tecum ex iuuentute optimum quenque & studiosissimum humanitatis. Epistol. lib.16. ep. 14. Literæ & humanitas. 2. de Ora. 72. Vir humanitate politus. 1. de Orat. 256. In omni recto studio atque humanitate versari.6. I.V.98. Tu sine vlla arte,sine humanitate,sine ingenio,sine litetis solus iudicas? pro Mur. 61. De studiis humanitatis. pro Cæl. 24. Studium doctrinæ atque humanitatis. *ibid.* 25. Qui in hac suauitate humanitatis, qua propè iam delectantur homines, versari periucundè solet.

✠ *A* DIVNC. *Communis,pro Flac. Dignascientia,3. de Orat.Excellentior,3.Att. Mira.6. Att.Multa,4. de Finib.Politior,2.de Orat. Singularis,pro Rab. Summa,4.Famil.Tanta,1.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Ex communi humanitate veniam petere suo errato. Humanitas & modestia.Humanitas & suauissimi mores.Lepor & humanitas.Humanitas politior. Humanitate politus.*

HVMANITER.*humanè,benignè.* Qu.fr. lib.2. ep. 1. Sed fecit humaniter Licinius, qui ad me venit.

¶ *Vt hominum conditio poscit.* Epist.lib. 7.ep.1.Humaniter viuere. Att.lib.1.ep.2.Sin aliter acciderit,humaniter feremus. Att.li.14. ep.13.Si humaniter,& sapiẽter,& amabiliter in me cogitare vis.

HVMANITVS. *humano more,vt solet,vt ferè fit.* 1. I. A. 10.Si quid mihi humanitùs accidisset,multa autem impendere videbãtur præter naturam,præterque fatum.

HVMANVS, a,um. *ad hominem pertinens.* de Somn.12. Qui in vita humana diuina studia coluerunt. & 7. Ne munus humanũ assignatum à Deo defugisse videamini. 1. de Orat. 33. Homines à fera agrestique vita ad humanum cultum ciuilemque deducere. pro S. R. 63. Aliquis humana specie ac figura,qui immanitate bestias vicerit. Att.lib.15. ep.20. Sed humana ferenda. & ep.13. Sed hæc quidem humana. & lib. 12. ep. 11. Tuus dolor humanus is quidem est.2.Off.11. Humanum genus. & 4.de Finib.4.

¶ *Affabilis,benignus,comis,blandus,facilis,commodus, vrbanus.* 1. de D.2. Gens humana atque docta.)(. *Immanis atque barbara.* Attic. lib.16.ep.18. Vir facilimus atque humanissimus. de Senect. 59. Comes, benigni,faciles,suaues homines,qui,&c. & *ibi.* Cyrum omnibus in rebus comem erga Lysandrum, & humanum fuisse.6.I. V. 98. Homo doctissimus atque humanissimus. Par. 22. Animus humanus ac liberalis.5.Tus.17. Qui omnia humana tolerabilia ducat.

¶ *Homo mortalis.*Att.lib.13.ep.21.Possum falli,vt humanus.

HVMATIO,onis. *sepultura.*1,Tusc.102.Aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimo.

HVMATVS,a,um. *sepultus.*2.de L.57.Et quod nunc communiter in omnibus sepultis est, vt humari dicantur, id erat proprium tum in iis,quos humus iniecta contegeret.3.de N. 57. Is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris. 1. de Di. 88. Locus in quo quis humatus est.

HVMERVS,ri. *suprema brachij sedes.*2. de N.159.In bobus vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda. 2. Tuscul. 37. Nã scutum, galeam,gladium in onere nostri milites non plus numerant,quàm humeros,lacertos,manus.6.I.V.74. Sagittæ pendebant ab humero. Sal. in Cic. 7. Italia Ciceronem exulem humeris suis reportauit. 1.de Orat.228. Cum Galbam pupillum penè in humeros extulisset. de Senect.33. Cum humeris bouẽ sustineret viuum. pro Mil. 25. Clodius totam petitionem solus gubernat,& humeris suis sustinet. de Ar.60. Vix hæc innixa in nostris humeris cohærebunt. pro Flac.94. Resp.quam vos vniuersam in hoc iudicio vestris humeris,vestris inquam humeris iudices sustinetis.

✠ *A* DIVNC. *Læuus,leuis,Sinister Arat.*

☞ Syntaxis. *Humeris reportare. In humeros efferre. Inmixum in humeris cohærens. Iudices humeris Remp.sustinent,*

HVMIDVS,a,um *humorem habens,aereus.* 1. Tusc. 40.Terrena & humida suopte nutu in terram feruntur. 3. de N.34.Natura animãtis vel terrena,vel ignea,vel animalis,vel humida.3.in Verr. 45.Ignem ex lignis viridibus atque humidis fieri iussit.in Arat. Humida aurora.

HVMIFER,a,um.1.de D.15.

Naribus humiferum duxere ex aëre succum. Poetæ.

HVMILIS,le. *demissus,loci ratione abiectus,iacens* 5. Tusc. 37.Vites & eaque sunt humiliora,neque se tollere à terra altius possunt.

¶ *Conditione,statu,fortuna forte,demissus.*)(. *Amplissimus.* 1. de L. 14. Quæ & conscripta sunt à multis, & sunt humiliora quàm ea, quæ à nobis expectari puto. de Am. 31. Qui suas cogitationes omnes abiecerunt in rem tam humilem, támque contemptam.Postquam.In Senat.9.Aliquorum mentes angustæ &

humiles.de Am.29. Humilis sanè & minimè generosus, vt ita dicam, ortus amicitiæ.pro Arc.10. Homo mediocris, & aut nulla,aut humili aliqua arte præditus. Att.lib.14.ep.14. Semper statui,non esse insectandos inimicorum amicos,præsertim humiliores.2.I.A.82.Quis vnquam apparitorem tam humilis,tam abiectus. de Clar.273.Verbum durum, insolens, & humile. Orat. 192. Oratio humilis, abiecta.)(. *Alta & exaggerata.* de Cl.24. Nemo est tam humilis,quin.&c. Att.lib.8.ep.4. Nunquam ego cuiquam tam humili,tam sordido,tam alieno, tam præcisè negaui.1.de Finib.49. Humilis & imbecillus animus.1. de D.88. Humilis & obscurus vir.)(. *Clarus & præstans.* 1.de Inu.5. Humilis & infirmus homo.5.de Fi.57. Qui altiore animo sunt, nihil abiectum,nihil humile cogitant. pro Qu.95. Indignum est vinci ab inferiore atque humiliore. de Am.72. Qui parentibus nati sunt humilibus.

✠ ¶ *Iudicio,arbitrio,voluntate, consilio abiectus.* ‖ *Neque putandum est significare animi virtutem, & modestum (quod plerique arbitrantur) sed potius in vitio est, & abiectum & fractum animum notat, eadem quoque vis est Humilitatis, quæ subsequitur.* Att. lib.2.ep.21.Vt ille tamen humilis,vt demissus erat.pro Pl.50. Fracto animo atque humili supplicare alicui.1.de In.22. Humilis ac supplex precatio.& 107.& 110 Oratio. ‖ Orat.196.Iambus frequentissimus est in ijs quæ demisso atque humili sermone dicuntur.pro Fon.23. Animus demissus atque humilis. Orat.72. Summissus & humilis.2.I.V.17.Humilis atque demissus.)(. *Alacer & latus.* Att.lib.9. ep.10.Vir humilis.)(. *Vir amplissimus.*

☞ Syntaxis. *Mens angusta & humilis. Fractus & humilis animus. Humilis & supplex precatio.*

HVMILITAS,is.)(. *Altitudo,sublimitas,loci ratione.*5.Tusc.69. Sidera inter se altitudine & humilitate distantia. 2. de D.91. Docet enim ratio mathematicorum,quanta humilitate luna feratur,terram propè contingens.2.de N.122. Atque etiam aliorum, ea humilitas est, vt cibum terrestrem rostris facilè contingant, quæ antè,&c.

¶ *Abiectio,ignobilitas, contemptio.*5. Tusc.29. Aderit paupertas. ignobilitas, humilitas.pro Clu.112. Humilitas hominis. *id est, ignobilitas.*3.Tusc.27.Habet ardorem libido, humilitatem metus.pro S.R.136. Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. Antequam.15. Obiicere humilitatem generis alicui.13.I.A.23. Despicere humilitatem alicuius. pro Qu.5. Nihil humilitatem cuiusquam virtus iudicis consoletur. 1. de Orat. 228. Hæc Rutilius valde vituperabat, & huic humilitati dicebat mortem anteponendam. 2. Off. 45. Quorum prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur.

¶ *Rationem modestiæ.* 1.de Inu.110.Humillitas & obsecratio.

HVMILITER,*demissè, summissè,humili animo imbecilloque.*5.Tusc. 24.Elatè & amplè loqui.*Humiliter & demissè sentire.*

☞ Syntaxis. *Ignobilitas,humilitas. Humilitas generis. Humilitas & obscuritas.*

HVMO,as.*sepelio.*5.de D.56.Simonides quendam mortuum vidit, eumque humauit. 1. Tusc. 108. Magnorum mos est, non humare corpora,nisi à feris sint antè laniata. L. CECROPS. 2. de Or.353. Quos cum humare vellent, non potuerunt obtritos internoscere.

HVMOR,aris.1.Tusc.36. Corporibus in terram cadentibus,iisque humo tectis:ex quo dictum est humari.

HVMOR,ris.*aqua,liquor.*3.de N.31.Humor ita mollis est, vt facilè comprimi collidique possit.2.de Nat 59.Neque dij his escis potionibusque fruuntur, vt nimis acres, aut nimis concretos humores colligant.2.de D.58. Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus, austro potest sudorem imitari. 2. de Nat.43. Astra terrenis marinisque humoribus lõgo interuallo extenuatis ali.& 18.Humor & calor, qui est infusus in corpore. &*ibid.* Aliud ab humore sumptsimus.& 26.Frigoribus durescit humor. & 145.Nares habent humorem.

✠ ADIVN.*Concreti,non inutilis,ad aliquid depellendũ, 2.de Nat.Mollis,3.de Nat.Terreni,mariniq; 1.de Na.*

☞ Syntaxis. *Humor mollis colliditur, comprimitur. Colligere humores acres,concretos.Humor infusus in corpore.*

HVMVS,mi.*terra,gleba,tellus.* de Sē.59.Humus subacta atque pura.2.de L.57. Quos humus iniecta contegit. Corpora humo tegere. L. HVMO.3.de Orat. 22.Hoc videtur esse altius,quàm vt id nos humi strati suspicere possimus.1.I.C.26.Iacere humi.pro Qu.Gal.Humus erat immunda,lutulenta vino,coronis languidulis & spinis cooperta piscium.

✠ ADIVN.*Subacta atque Pura, de Amic. Immunda, lutulenta.pro Q. Gall.*

HYADES,dũ.*quinque stellæ in capite tauri.* 2.de Nat.111.Has Græci stellas hyadas vocari sueuerunt. *à pluendo: ὕειν.n. est pluere,nostri imperitè succulas,quasi à suibus essent,non ab imbrib.nomin.tæ.*

HYBERNA, orum. *loca in quibus milites hyemare solent.* de Pro.5. Quo ille cohortes in hybernamisit.I.P.86. Cum hybetna legato præfectoque tradidisses,euertisti miseras ciuitates. Epi.li.15. ep.4.& li.7.ep.10.& li.10.ep.31. Exercitum in hyberna admisi.

HYBERNO,as.*hyemo.*pro Pom.39. Iam verò quomodo milites hybernent,quotidiè sermones proferuntur. Epist.li.7.ep.17.Vbi sis hybernaturus,& qua spe aut conditione,scire velim.

HYBERNVS,na num. *hyemalis.*7.I.V.26. Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarum sibi hoc remedium comparat.Attic.lib.15.ep.24. Hyberna nauigatio odiosa est.7.I. V.26.Hyberni menses.in Arat.Hyberna nox.de Senect.46.Ignis hybernus.

HYBLENSES,*populi.* I.V.Act. 5. 102.Iam verò ex Hyblensium pactionibus intelligetis,&c.

HYDRA,dræ.*excetra,anguis.*in Arat.

*Hydra tenet flexu crateram,coruus adhæret.*2.de Nat.114.

*Hîc sese infernis è partibus erigit hydra.*2.de Orat.70.Hercules cum pelle & hydra.

*ὑδραύλις,musicum instrumentum,quod organon vocant,vt Athenæus docet.*3. Tusc. 43. *ὑδραύλους* hortabere vt audiat voces potius quàm Platonis.

HYDRIA,driæ,*vrna.* 4. I.V.47.Hydriæ argenteæ scyphi complures.4.I.V.127. Vt quot essent renunciati,tot in hydriam sortes coniicerentur.& Act. 6.97. Hydriæ grandes in fano positæ. eadē:31.Cum iste ab sese hydriam Boeti manu factam per potestatem abstulisset.

HYDRVS,ntis. *oppidum in extrema Apulia.* Attic.lib.15.ep.21.Epi. li.16.ep.9.

HYEMALIS,le *hybernus.*2.de D.33.Arboresque vt hyemali tempore,&c. tempestiuè cædi putant. Epist.lib.6.ep.20. Nauigatio hyemalis,& minimè portuosa.5.Tusc.77.Nudi hyemalem vim perferunt.

HYEMO,as.*hyberno.* Epi.li.7.ep.9. Cupio scire vbi sis hyematurus.6.in Ver. 104.Vbi pyratæ quotannis hyemare solēt. Att.lt..5. ep.21.Nõ spero te istic libenter hyemare. pro Fon.6.Cn.Pomp. hyemauit in Gallia. Att.lib. 5. ep.21. Hostes hyemant in Chirestica.Att.lib.16.ep.2.Quoniam scribis hyematurum te in Epir(o). & lib.6.ep.1.Facies me certiorem quomodo hyemaris.

✠ ADVER. *Iucundè,5.Attic.*

HYEMS,mis.*hybernum tempus,hyemale tempus, durum anni tempus.* 6.I.V.86.Erat hyems summa, tempestas perfrigida,imber maximus.9.I.A.2. Non illũ vis hyemis retardauit, quo minus,&c. pro Rabir.42.Hanc vim frigorum hyememque, quam nos vix huius vrbis tectis sustinemus,excipere de Senect.46.Refrigeratio in æstate & vicissim in hyeme,aut sol, aut ignis hybernus. pro Planc.96.Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo.1.de Diu.94 Arabes campos & montes hyeme & æstate peragrant.Qu.fr.li.2.ep.3. Nunc est hyems.pro R.P.44.Hyeme omnia bella iure gentium conquiescunt.

✠ ADIVNC.*Extrema, pro Pom.Maxima,8.Attic.Sũma,13.Fam.Tæterrima,8.Fam.*

☞ Syntaxis. *Summa hyems.Vis frigorum hyemis.Nunc est hyems.*

* HYMETTIVS,a,um.Hortens.Alterius ingenium sic acre, vt mel Hymettium dicimus.

HYMETTVS,*mons in Attica.* 2. de Fin.112. Vel se ex Hymetto afferre voluisse diceret.

*HYMNIS,dis.*poeta.*2.de Fi.22.Vt illud in ore habeant ex Hymnide.

HYPALLAGE, ges. *metonymia.* Orat.93. Hypallagen Rhetores: quia quasi summutantur verba pro verbis: metonymiam Grãmatici vocant.

HYPANIS,*fluuius qui ab Europæ parte in pontum Euxinum influit.* 1.Tus.94.Apud Hypanim fluuium, qui ab Europæ parte in põtum influit, bestiosæ nascuntur.

HYPERATTICVS,*valde Atticus,nimis Atticus,& ἀττικώτατος, id est,Atticissimus,vt ita dicam.* At. lib.15 ep.1.Quamquam vereor ne cognomine tuo lapsus: hyperatticus in iudicando,&c.

HYPERBOLE,les. *superlatio, exuperatio.* Top. 45. In hoc genere concessum est.vt aliquid,quod fieri nullo modo possit,augendę rei gratia dicatur, aut minuendæ, quæ hyperbole dicitur, & multa mirabilia alia. Att.lib.5.ep.21. *ὑπερβολικῶς.* Qu.fr.lib.2.ep. 14.Non dico *ὑπερβολικῶς.* Att.lib.1.ep.11.Exemplum hyperboles, &c. L. LAMENTATIO.

HYPERBOREI,orum. *populi in extrema Scythia.*3.de N.57.Apollinem ex Hyperboreis ferunt aduenisse.

HYPERIDES,*acumine in dicendo insignis.* de Orat.lib.3.75.& 1.58. & in Bruto.36.

HYPERION,nis.*pater solis.*3.de N.54. Alter *Sol* Hyperione *natus.*

* ¶ *Sol ipse.* Prognost.

Vt cum Luna means Hyperionis officit orbi.
Stinguuntur radij cæca caligine testi.

HYPODIDASCALVS, *qui sub primario magistro, secundo loco in schola docet,quem coadiutorem vulgò vocant.* Epist.lib.9. ep.18. Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo proxima: eam puluinus sequetur.

HY-

HYPOMNEMA,tis. *cõmentarium.* Epist.lib.16.ep. 21. Cic. filius, Multum mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis.

HYPOMNEMATISMOS. L. MONIMENTVN.

HYPONACTEVS,a,um. *vt hyponacteus senarius, ab Hyponacte inuentore.* Orat.189.

HYPOTHECA,cæ. *pignus.* Epist.lib.13.ep.56. Præterea Phyloties Alabandensis ὑποθήκας Cluuio dedit. & paulò infrà, De hypothecis decedere,& eas alteri tradere,aut pecuniam soluere.

HYPOTHESIS,sis. *materia, argumentum, genus quæstionis.* Topic. 79 Quod Græci. ὑποθέσεων vocant,nos causam. Attic.lib.14.ep.24. ὑποθέσεων hanc habent,eamque præ se ferunt:clarissimum virum interfectum, rempublicam perturbatam. Att. li.1.ep.11. ὑποθέσεις & materia idem L. CAVSA & QVAESTIO.

HYRCANIA, *regio.* 1.Tusc.108.In Hyrcania plebs publicos alit canes,optimates domesticos, sed pro sua quisque facultate parat à quibus lanietur:eamque optimam illi censent sepulturam.

HYSTERON.proteron.*conuerso ordine.* L. RESPONDEO.

I



Litera, Latinis est Iota. 3. de Or. 43. Quare Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpiti nonnunquam imitaris, vt Iota literã tollas,& e plenissimum dicas,nõ mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari.

IACCHVS,chi. *Bacchus.* 6.I.V.135. Vt ex marmore Iacchum,aut Paralum pictum, aut ex ære, Myronis buculam. de Leg. lib.2.35.Iacchus quid ager.

IACENS,tis.*cubans,abiectus.*12. I. A. 4. Si iacens id nobiscum ageret,audirem fortasse & 3. de Orat.175. Cũ verba iacentia sustulimus è medio & de Ar.50.Homo afflictus & iacens,de Amic.59. Animũ abiectum & iacentem erigere. Qu. fr.lib.2.ep.5. M. Furius ad pedes vniuscuiusque iacens. pro M.Scau.Depressa,cæca, iacens domus.

IACEO,ces. *procumbo.*)(*Vigeo,floreo.* 7.I.V.128. Mater mihi ad pedes miserè iacuit. & pro Quint. 96. Illi quorum sæpe ac diu ad pedes iacui stratus, obsecrans, &c. 2. I. A.45. Cum pater Curio mœrens iacebat in lecto. 1. I. C. 26. Iacere humi. de Consolat. In cæno iacere. Chorogr. Ibi querquorum rami ad terrã iacẽt.

¶ *Negligor.*10. I.A.14. Qui in pace iacere,quàm in bello vigere maluit.3.Off.79.Cum C.Marius. septimum annum post præturam iacére.3.I.V.101.Absens non in obliuione iacuisset. 2. de Orat. 64. Eodem silentio multa alia officia oratorum iacuerunt. Epistol.lib.5.ep. 17. Quod priora tempora in ruinis reip. nostris iacuerunt. 1. Tusc. 4. Iacent ea semper, quæ apud quosque improbantur.pro Mur.17. Multi viri antiqui his recentibus Mariis commemorandis iacebant. Att. lib.7.ep. 20. Cn. autem noster (ô rem miseram) vt totus iacet. & lib.10. ep.4. Iacet in mœrore meus frater. I. P. 88. Iacere in sordibus ac luctu. pro Qu.R. 33. Nunc iacent precia prædiorum.Parad.4.Cùm leges in ciuitate nihil valebant,cum iudicia iacebant.2.de D.106. Iacet igitur tota conclusio.Att.lib.7.ep.22. Quod quæris,quid hîc agatur,tota Capua & omnis hic delectus iacet. pro Q.R. 8. Cur tandiu iacet hoc nomen in aduersarijs? & 4. Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet.

✠*ADVERB.In-perpetuum, 6.Fam.Longè caput, 3. de Orat.obscurè,2.Att. Sæpe, & diu stratum, pro Quint. Sigillatim ad pedes, Anteq.ir. Tandiu nomen, pro Q. Rosc.Turpiter in terra.1.de Inuent.Valde,2.in Catil.*

IACIO,cis:iecI.*immitto,obijcio.* pro Quin.8.Cum etiam aduersarius telum nullum iecerit. pro Cecin. 60. Iácere saxa. pro Milo. 42. Iácere lapides. Attic.lib.9.ep. 17. Ab vtroque portus cornu moles iacimus.pro Syll. 23. Iácere contumeliam in aliquem.Par.4. Iácere & immittere iniuriam in aliquem. pro Plan. 30. Iacis adulteria. Or. 87. Iácere ac mittere tidicula. Par. 46. Deinde id quod proponendum fuit, iacit ad extremum. pro Sest. 45. Iecissem me potius in profundum, quàm, &c. 2.de D. 45. Iupiter in medium mare fulmen iecit. Attic.lib.2.ep.23.Iácere atque denunciare non mediocres terrores.& lib. 15. ep. 25. Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles.Epist.lib.1.ep.9. Casus quidam iecit caput meum in mediam contẽtionem dissensionemque ciuilem

✠*ADVER. Seriùs omnino,5.Phil.*

IACIOR,ris.pro Flac.4.Nisi fortè cui causæ fundamenta iaciuntur,non videtis.

☞ Syntaxis. *Iácere,moles contumeliam in aliquem. Iácere & emittere contumeliã in aliquem.Iácere adulteria. Iácere & immittere vidicula. Iácere & denunciare terrores.Iácere fundamenta,suspicionem,gradũ, & aditum ad gloriam.*

*IACTANS,tis. *glorians.* Frag.ep.Insolens,arrogans,iactans.

IACTATIO,onis. *fauor,aura.* Orat.13.Eloquentia forensis iactationem habuit in populo. pro Clu. 95. Cum homines se non iactatione populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur. de Ar. 43. Atque hic est primus aditus ad iactationem popularem. de Pro. 38. Si ex illa iactatione cursuque populari, bene gesta rep.referunt aspectum in curiam.

¶ *Ostentatio.* 4. Tusc. 20. Iactio est voluptas gestiens & se efferens insolentius.Epist. lib.11.ep.20.Iactatione verborum & denunciatione periculi terrere aliquem.

¶ *Concitatio.* pro Mur. 4. Ex magna iactatione maris terram intuens.Orat.86.Actio modica iactione corporis.

✠*ADIVN. Magna maris,pro Mur. Modica corporis, Orat.Multa,de Clar. Popularis,de Aruſp.*

IACTATVS,a,um. *exercitatus, versatus,agitatus.* 1.de Or.73.Declaratur, vtrum in hoc declamatorio sit opere iactatus.pro Qu. 10. Aequitas multis iniuriis iactata atque agitata. & 98. Multis vexatus contumeliis,plurimis iactatus iniuriis.

¶ *Habitus.* pro Mur.26. Res peruulgata atque in manibus iactata & excussa.

¶ *Reiectus.* Ep. li.1.ep. 5. Pompeius clamore conuicioque iactatus est.

IACTATVRVS,a,um.5.in Ver.49.Ne putemus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo se ad coronã daturum.

IACTO,tas. *magnificè loquor,glorior, verbis me magnum facio gloriame & prædicatione efferо,me ostento,de me prædico.*2.I.C.20.Qui si: insperatis pecuniis sumptuosius insolentiusque iactant.2.de Orat.209.Superioribus inuideturi sæpe vehementer, & eo magis, si intolerantius se iactant. 2.de Orat. 237. Miseros illudi nolunt, nisi si se fortè iactant.6. in Verr.46. Iactare se de aliqua re.4. ad Heren.30. Hic qui se magnificè iactat atque ostentat. Atti. lib. 2.ep 1. In eoque se in concione iactauit, nihil ei noui accidisse. pro Flac.48. Tum ipse se in illa ratione iactaret. 1.de Or.173. Iactare se in causis Centumuiralib.‖ Att. li.1.ep.9. Iactat ille quidem illud suum arbitrium.

¶ *Iacio.*de Ar.39.Cum ardentes faces in vicinorum tecta iactas. 2.de Orat.316.Iactare hastas leuiter.

¶ *Agito,commoueo.* de Cl. 217.Iactare se. *id est frequenter mouere & agitare.*

¶ *Inycio,infero.*pro Sest. 52. Iactare & opponere terrorem alicui pro Quin. 47. Minas iactare, pericula intendere, formidines opponere. Epist. lib. 8. ep.6. Legem viariam alimentariamque iactauit.

✠*ADVER.Dupliciter se,3.Famil.Grauissimè,vehemẽtissimè se,pro Cœl Insolentius,sumptuosius, 2. In Catil. Intolerãtius,leniter primas hastas,2.de Orat. Magnificentissimè 2. Attic.Non ita diu se,de Clar. Turbidè se, 4.Tusc.Valdè,2.Famil.vehementius tempestatem,2. de Inuent.*

IACTOR,tis. *iactor,emittor.* 4.I.C.14. Iactantur enim voces, quæ perueniunt ad aures meas.

¶ *Concitor,perturbor,affligor.*2.de Inuen.95. Cum nautæ aduersa tempestate in alto iactarentur.pro Planc.17.Si quando iactor in turba,non illũ accuso,qui &c.pro S.R. 72.Iactari fluctibus. pro Planc. 11. Qui in hac tempestãte populi iactamur & fluctibus. Quint.frat.lib.3.ep.5.Forensi labore iactor.

¶ *Reijcior.*3.Offi.80. Iactabatur enim temporibus illis nummus.

¶ *Commoueor,gestio.* 1.de Diu.60.Exultare, immoderateque iactari.

✠*ADVER.Facetius, petulantius,maledictionem,pro Cœl.Grauius,deVniuers.Immoderatè,1.deD.Scelerate 5.Tusc.verè pro Pomp.vulgò,8.Fam.*

☞ Syntaxis. *Iactatione populari,non iure se defendere. Iactatio maris, in gestibus. Iniuriis iactatus. In manibus iactatus, Cic.Iactare se in pecuniis,& de.Se iactare & ostentare.Iactare alicui terrorem,minas,legem.Exultare & iactari.*

IACTVRA,ræ. *damnum.* Att. lib.12.ep.28.Si qua etiam iactura facienda sit in repræsentando.& lib. 6. ep.1. Prouincia sumptibus & iacturis exhausta. Attic. lib.13.ep.13. Tu illam iacturam feres æquo animo.pro Flac.13.Quæ iactura,qui sumptus. Art.lib.2.ep. 1. Fuit tamen retinendi ordinis causa facienda iactura.& lib. 6. ep.2. Cum tanta sit nobis iactura facta iuris, Epist. lib.4.ep.5.In vnius mulierculæ animula iactura facta est.2.de Finib.79.Facere iacturam rei familiaris. pro Planc. 6. Non solùm huius dignitatis iactura facienda est,sed,&c.& 54. Quos dicis iacturam suarum tribuum fecisse. 2. de D. 34. Concedam hoc ipsum, si vis, etsi magnam iacturam causæ fecero 3.Off.89.Equi preciosi iacturam facere.

✠*ADIVNC.Immanis Turpis,1.Offic.Magna,pro Cluẽt. Mediocris,pro Quint.Minima gloriæ,1.Off.Tanta,7.in Ver.Tolerabilis,ep.ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Iacturam facere. Iactura facta in pecunia, & pecunia.*

* IACTVS, a, um. pro Flac. 7. Quæ est vnquam iacta non suspicio rerum, sed iracundiæ vox aut doloris. 2. cont. Rull. 38. Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactū videtis.

IACTVS, tus. *conectus.* 3. I. C. 18. Fulminum iactus. & 2. de Diuinat. 42.

IACVLANDO, *torquendo, coniiciendo.* 1. Off. 45. Quo in bello magnam laudem consequebare, equitando, iaculando, omnia tolerando.

IACVLANS, tis. 2. de D. 121. Quis est enim, qui totum diem iaculans non aliquando collineet?

IACVLVM, li. *telum.* 1. Tusc. 101. Solem præ iaculorum multitudine & sagittarum vmbra non videbitis. 4. de Fin. 22. Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo traiecisset.

IALYSVS, si. *Sol apud Rhodios, qui & Camirus, & Lindus dictus est.* 3. de N. 54. Quartus solis, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur, Ialysum, Camirum, Lindum. 6. I. V. 135. Orator. 5. Attic. lib. 2. ep. 21. Ialysus, Protogenis opus. *de quo Plinius.*

IAM: *vi temporis elapsi.* Attic. lib. 1. ep. 3. Nuper quidem cum te iam aduentare arbitraremur, repente abs te in mensem Quintilem reiecti sumus. Attic. lib. 1. ep. 5. Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimensam & exædificatam animo habeas, M. Fonteius emit. H-S. CCCXCIII. 1. de D. 26. Iam quid ego cōmemorem, &c. 3. I. V. 15. Iam illo tempore, cū, &c. Ep. li. 2. ep. 16. Iā ab illo tempore cùm venisti in Italiam. Or. 201. Iam à principio videndum, est &c. pro Corn. 31. Iam à principio Romani nominis. 1. de Or. 42. Iam ab illo fonte & capite Socrate. Epist. lib. 1. ep. 9, Iam à prima adolescentia. 1. de Or. 199. Iam inde ab adolescentia. de Pro. 33. Iam inde à principio huius imperij. 2. de N. 123. Iam inde ab ortu. Orat. 127. Exercitatio iam inde ab Aristotele constituta. pro Flac. 52. Patronus alicuius iam inde à patre atque maioribus. In Vat. 13. Ac tibi iam inde præscribo, ne, &c. 1. de Diuin. 1. Iam vsque ab heroicis temporibus. pro Mur. 81. Omnia quæ per hoc biennium agitata sunt, iam ab eo tempore, quò L. Catilina consilium iniuit, &c. in hoc tempus erumpunt.

IAM antea. Att. lib. 16. ep. 17. Iam antea petiui abs te, &c. & 2. Off. 27. Iam antea, &c.) (. *Post verò &c.*

¶ *Nunc.* Epist. lib. 5. ep. 2. & lib. 4. ep. 5. Iam illud, &c. 2. I. A. 19. Iā illud cuius est non dico audaciæ, sed stultitiæ, cliui Capitolini mentionem facere. 2. de Inu. 68. Iam iura legitima ex legibus cognoscere oportebit.

¶ *Iam iamque, ratione instantis temporis.* Att. lib. 7. ep. 19. Illum ruere nunciant, iam iamque adesse. & li. 16. ep. 9. Iam iamque video bellum. 1. Tusc. 14. Cogitandum est iam iamque esse moriendum. 3. de Fin. 48. Iam iamque possint emergere. Att. lib. 12. ep. 26. Eadem quotidie, quæ iam iamque contrita sunt.

IAM nunc. Attic. lib. 1. ep. 6. Hermæ tui pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc admodum delectāt. 1. I. V. 42. *bis.* Iam nunc: *pro, iam tunc.*

IAM tum. *cum etiam, adhuc.* Att lib. 1. ep. 9. Quæ iam tum cū aderas, offendere eius animum intelligebam, pro Cl. 107. Qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente rep. floruerunt.

IAM verò. 2. de Ora. 83. Iam verò narrationem quòd iubent verisimilem esse, rectè nos admonent, pro Pomp. 29. Iam verò virtus Cn. Pompeij. &c. de Cl. 263. Orator probabilis, iam verò etiam probatus, &c. 4. I. V. 120 Iam vero priuatim plurimi, &c. de Cl. 66. Iam vero origines eius, &c. 2. I. V. 12. Cuius, &c. simul, &c. iam verò, &c.

☞ Syntaxis. *Iam illo tempore cum: & ab illo. Iam à principio belli. & ab illo fonte Socrate. Iam ab adolescentia: & iā inde. Iam inde à Pythone. Iam vsque ab heroicis temporibus. Iam ab eo tempore quo. Iam iamque pluit. Iam nunc delector.*

IAMDIV. *iampridem, aliquot, iam per annos, multorum iam dierum interuallo.* 6. I. V. 105. Per eos ipsos deos, de quorum religione iamdiu dicimus. Att. lib. 1. ep. 16. Conuentus, qui initiò celebrabantur, iamdiu fieri desierunt. pro Flac. 54. Soluere pecuniam alicui iamdiu debitam. 1. de Inuen. 39. Res iamdiu gestæ, & à memoria nostra remotæ. Epist lib. 2. ep. 14. Nam iamdiu nihil noui ad nos afferebatur. & lib. 4. ep. 13. Quærenti mihi iamdiu, quid ad te potissimum scriberem, &c. & lib. 15. ep. 14. Ego te iamdiu plurimi. pro Cecin. 13. Ebutius iste qui iamdiu Cæsenniæ viduitate aleretur. 2. de Diuinat. 117. Cur isto modo oracula Delphis non eduntur, non modò nostra ætate, sed iamdiu. 1. de Leg 5. Postulatur à te iamdiu historia. 1. I. C. 21. Quorum ego vix à te iāmdiu manus contineo. Epist. lib. 7. ep. 9. Iamdiu ignoro quid agas. & lib. 13. ep. 55. Nam cum iamdiu diligerem M. Anneum, tum verò posteaquā mecū fuit, neminē pluris facio. Qu. fr. li. 3. ep. 3. Dierum iam amplius L interuallo nihil à te literarum. 3. de Finib. 26. Sentis enim credo me iamdiu, quod νῦν & Græcus dicat. id dicere extremum, &c. 2. in Ver. 15. & 1. I. C. 21. Iamdiu, & iampridem, ferè idem,

IAMDVDVM. Att. lib. 7. ep. 7. ἐμπεπιτνέσμαι τοῦ iamdudum: & facerem diuitius, nisi me lucerna deficeret. & pro Cl. 63. & Par. 48. & 2. de Orat. 26. Epist. lib. 3. ep. 12. Vides sudare me iamdudum. de Am. 84. Ea quæ iamdudum tractabamus, stabilitas.

IAMPRIDEM, *iamdiu.* Att. lib. 11. ep. 13. De fundo Frunsinati redimendo iampridem intellexisti voluntatem meam. Epist. lib. 3. ep. 12. Nihil iam sum pridem admiratus magis. Att. li. 2. ep. 5. Cupio equidem, & iampridem cupio Alexandriam visere. & 1. Acad. 2. Iampridem institui, &c. Orat. 110. Nam in me quidē iampridem affectum est quod futurum fuit Epistol. lib. 3. ep. 11. Alter iampridem princeps iuuentutis, celeriter, vt spero, ciuitatis. 2. I. V. 10. Iampridem de tempore non ita remota. & 50. & *de breui tempore.*

☞ Syntaxis. *Iam sum pridem tuus.*

IAMBVS, *pes in carmine, constans breui & longa.* 3. de Ora. 180. Nam cum sint numeri plures. iambum & Trochæum frequentem segregat ab oratore. Arist. 3. de N. 91. Hypponactis Iambus. In Orat. 188. Iābus pes duplex. *ibid.* 192. Iābus pes nimis è vulgari sermone *ibidem.* 194. Iambus pes in versum maximè cadit. *ibid.* Iābus in oratione vitiosus, si extremꝰ ponatur. ad At. li. 16. ep. 11.

✠ Iambus Archilochi. ‖ Orat. 196. Iambus enim frequentissimus est in iis quæ demisso atque humili sermone dicuntur.

✠ *ADIVNC. Duplex, frequentissimus, Orat. ad Brut.*

IAMBICVS. Orat. 191. Iambicus versus orationi simillimus.

IANICVLVM, *oppidum.* 1. contra Rull. 16. & 2. cont. Rull. 73.

IANITOR, oris. *ianua custos, seu præfectus.* 5. I. V. 8. Hunc ianitores, hunc cubicularij diligunt. 2. contra Rull. 32. Ianitores ducentos in annos singulos constituit, eosdem ministros & satellites potestatis. 7. I. V. 117. Aderat ianitor carceris.

IANVA, nuæ. *ostium aditus.* 3. I. V. 66. Seruis suis imperat Rubrius, vt ianuam clauderent, & ipsi ad fores assisterent. 1. de Orat. 200. Quint. Mutij ianua atque vestibulum, quod quotidie frequentia hominum celebratur. 2. de Nat. 67. Fores, in liminibus profanarum ædium, ianuæ nominantur. 2. de Diu. 67. Ianua clausa subitò se aperuit. pro Planc. 8. Qua nolui ianua, sum ingressus in causam. pro Mur. 33. Eam vrbem sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauit, qua effracta & reuulsa, tota pateret prouincia. 2. Off. 89. Qui iam optimi viri ad medium ianuæ sedentes. *quidam hoc loco de Iano medio intelligunt.* 1. de Orat. 204. Ab hoc aditu ianuaque patefacta. 2. de Orat. 276. Cum ad Naficam venisset Ennius, & eum à ianua quæreret.

☞ Syntaxis. *Ianuam claudere. Ad medium ianuæ sedere. Causæ, regni ianua. Aditus & ianua.*

IANVARIVS, ria, rium. pro Fl. 98. Calendis Ianuarijs.

IANVARIVS, rij. *mensis primus.* 1. cont. Rull. 4. Mensis Ianuarij.

IANVNDAE, *augeres.* 1. de D. 91.

IANVS, ni. 2. de Nat. 67. Ianum in sacrificando principem esse voluerunt quod ab eundo nomen est ductum. 7. I. A. 16. L. Antonius patronius Iani medij. & ‖ 6. In Ant. 15.

IAPIDES, dum, *populi.* pro Cor. 32. Iapidum fœdere olim cautū ne quis eorum ciuis Rom. fieret.

IBI, *in eo loco.* pro Pomp. 33. Qui cum prædonibus antea ibi bellū gesserat. & Epist. lib. 6. ep. 1. Nemoque est quin vbiuis, quàm ibi vbi est, esse malit. & lib. 1. ep. 9. Vt ibi esse malis, vbi &c. quàm istic. &c. 13. I. A. 19. Rediit ad milites. ibi illa pestifera cōcio Tyburi. pro Dom. 121. Ibi enim postis est, vbi templi aditus est. pro Cecin. 27. Illos armatos ibi fuisse. 2. I. A. 77. Atque ibi perpotauit vsque ad vesperum. 5. Tusc. 109. Demaratus fugit Tarquinios Corintho, & ibi suas fortūnas constituit.

¶ *Cum potestate occasionis & opportunitatis.* pro Cecin. Ibi tū Cecinna postulauit, &c.

IBIDEM, *in eodem loco.* pro Quint. 84. Quod ibidē rectè custodire potuerunt, & ibid. custodiant. 2. de In. 14. Quare cum in quandam tabernam diuertissent, simul cœnare & in eodē loco somnū capere voluerunt, cœnati discubuerunt ibidē. &c. 2. de Inu. 134. In naui ibidē. de Inuen. lib. 1. ibidem. operiar. pro S. R. 13. Hic ibidē. &c. Att. lib. 2. ep. 8. ibidem illicò puer ad te cum epistolis. pro Cæcim. 23. Læsit in eo Cecinna, subleuauit ibidem *id est, in eodem.* 1. de Fin. 19. Deinde ibidē homo acutus, &c. 5. Tusc. 117. Mors ibidem est.

☞ Syntaxis. *Ibidem in quo læsi, sol labor. In naui ibidem.*

IBIS, bis. *auis Aegyptia, ciconiæ similis.* 1. de Nat. 102. Ibes maximā vim serpentum conficiunt, cum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro. 1. de N. 83. & 5. Tusc. 78. Crocodilum, & ibim, & felem nō violari ab Aegypto. 2. de N. 126. Ibes Aegyptiæ.

ICCIRCO, vel IDCIRCO. *ideo, ob eam rem, vel ea re.* 6. I. V. 7. Iccirco nemo superiorem attigit, vt iste tolleret? 1. de Inu. 90. Iccirco iudices, quia veram causam habebam, breui peroraui.

ICHNEVMON, onis. *murem Indicum hodie vocant.* 1. de Nat. 102. Possum de Ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de feliū dicere.

ICILIENSES. *populi.* 5. in Ver. 103. Icilienſium incommoda.

ICO, cis. *fero, ictum facio.* pro Cornel. 34. L. Martius cum Gaditanis

nis fœdus iciſſe dicitur. I. P. 28. Tu ſcilicet homo religioſus, fœdus, quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluiſti.

☞ Syntaxis. *In pactione fœdus icere.*

ICONIVM, nij. *oppidum.* Att. lib. 5. ep. 20. Epiſt. lib. 3. ep. 5.

ICTVS, a, um. *percuſſus, confectus.* 2. Off. 19. A beſtiis ictus, morſus, impetitus. pro Seſt. 24. Id enim fœdus meo ſanguine ictum ſãciri poſſe dicebant. 2. de Diu. 135. Cum Ptolemæus telo venenato ictus eſſet. de Aruſpic. 25. Vos me primum ictum pro vobis fumantémque vidiſtis.

ICTVS, ctus. *percuſſio, petitio.* 2. de Finib. 32. Nec vllum habet ictũ, quo pellat animi ſtatum. pro Cæci. 43. Ictu cominus & coniectione telorum magnas ſæpe copias pulſas eſſe. 3. ad Heren. 21. Ictus enim fit, & vulnerantur arteriæ. 2. contra Rull. 8. Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo nouæ calamitatis, ſed, &c. 2. Tuſcul. 20. Centaurus ictus corpori infixit meo. Poſtquam. in Sen. 16. Cum ego vnà cum repub. conſulari ictu concidiſſem. pro Milo. 66. Vulnus in latere quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari. 3. Off. 94. Phaëton ictu fulminis deflagrauit.

✠ *ADIVNC. Contrarius, 4. Tuſc. Flammatus, 1. de Diuin. poëtæ. Horrifici validus, Arat. Lenis. 2. Tuſc. Nõ tribunitius ſed conſularis, Poſtq. in Senat.*

☞ Syntaxis. *Ictu cominus pugnatur. Calamitatis ictus. Ictus infigere corpori. Acu punctum vulnus pro ictu gladiatoris putatur.*

ID, *hoc, iſtud.* 1. de Orat. 265. Et nos ipſi quoniam id temporis eſt, valetudini operam demus. Attic. lib. 13. ep. 33. Is venit ad me, & quidem id temporis, vt retinendus eſſet. 1. I. C. 10. Quos ego ad me venturos id temporis eſſe prædixeram. de Finib. lib. 5. 1. Maximè quòd is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. pro Mil. 28. Milo profectus eſt id temporis, cum iam Clodius Romam redire potuiſſet. pro Dom. 118. Et ſi id eſt ætatis, vt nõdum ſcientiam conſecutus ſit. 1. de Orat. 207. Hominibus id ætatis tantum onus imponere, &c. Epiſt. lib. 15. ep. 13. Cum id ætatis ſim. pro S. R. 64. Duo filij id ætatis. Epiſt. lib. 6. ep. 20. Id ætatis iam ſumus, vt omnia fortiter ferre debeamus. 1. de Diuinat. 30. Aut ſi valuit, id valuit, vt peccatum in eo hæreat. 1. de Orat. 210. Epaminondam, & Annibalem, & eius generis homines. Att. lib. 4. ep. 1. Poſtridie. S. C. factum eſt: id quod ad te miſi. 3. de Ora. 5. Et eundem, id quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe. Epiſt. lib. 1. ep. 2. Diem conſumi volebant: id quod factum eſt. Epiſt. lib. 9. ep. 18. Demus modò operam, ne tam neceſſe nobis ſit, quàm illi fuit, id quod agimus 1. de Orat. 89. Siue id quod conſtat, Platonis audiendi ſtudioſus fuit. & 261. Id quod eius ſcripta declarant. Attic. lib. 8 ep. 19. Id quod neutrũ nobis hoc tempore contingit. 3. de Orat. 94. & pro Syll. 4. L. I S. *Ea quæ, pro, quæ.* pro Cluent. 141. Eorum initia cum recitarentur, ea quæ vobis nota eſſe arbitror, &c. 2. de Diuin. 108. Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ ἀξιώματα appellant dialectici. 4. Tuſc. 56. Quod id: *pro, id quod.* pro Plãc. 4. Vel quod *pro, id quod.* 11. I. A. 5. Idque per biduum. 1. Off. 1. Idque Athenis. Orat. 3. Quæris igitur, idque iam ſæpius. Qu. frat. lib. 2. ep. 15. Atque id anni tempore grauiſſimo. 3. de Orat. 108. Alterum genus obtinent, atque id ipſum lacinia. pro Cluent. 11. Ea primo, neque id ipſum diu continebatur. de Fat. 25. Motus voluntarius eſt in noſtra poteſtate, nec id ſine cauſa, &c. 1. Orat. 161. Imò id mehercule inquit ipſum attendo. Epiſtol. lib. 1. ep. 2. Atque id ipſum conſulibus inuitis 2. de Diu. 87. Fani pulchritudo Præneſtinarum etiam nunc ſortium retinet nomen, atque id in vulgus. quis enim, &c. de Cla. 244. Tu quidem de fece hauris, idque iamdudum.

☞ Syntaxis. *Id temporis eſt. Id temporis venit ad me, profectus eſt. Ille id eſt ætatis, nondum. Hoc id valet, vt Id quod: pro, quod, Ea quæ, pro, quæ. Quod id. Imo id quidem, inquit ipſum.*

IDAEI, digiti. *ii ſunt qui & Idæi dactyli in Creta & Corybantes vocãtur, ſacerdotes magnæ matris Ideæ, quæ Cybele dicta eſt.* 3. de N. 42. Tertius Hercules eſt ex Idæis digitis natus, cui inferias offerũt.

IDAEVS, a, um. Att. lib. 1. ep. 15. Paſtor Idæus. 2. *Paris.* de Sen. 45. Sacra Idæa magnæ matris. *id eſt, Cybeles.* Idæa mater. 2. de Leg. 22.

IDCIRCO, vel ICCIRCO. *ideo.* Atti. li. 8. Sin autem id actum eſt, & iccirco arma ſumpta ſunt, vt, &c. tum verò, &c. Attic. lib. 8. ep. 17. Ego quod exiſtimabam diſperſos nos, &c. idcirco ad L. Domitium literas miſi.

IDEA, dee. *forma, ſpecies, ſpecies rerum, prima & inchoata intelligentia.* Top. 30. In diuiſione formæ ſunt, quas Græci ἰδέας. vocant: noſtri ſi qui hæc fortè tractant, ſpecies appellant, &c. Orat. 10. Has rerum formas Plato appellat ideas, easque gigni negat: & ait ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe vno & eodem ſtatu. 1. Aca. 30. & 1. Tuſc. 58. Mens ſola cernit quod ſemper eſt ſimplex, & vniuſmodi, & tale quale eſt: hanc Græci ideam vocant, nos rectè ſpeciem poſſumus dicere.

IDEM, eadem, idem. *hicipſe, isipſe, vnus, par, perpetuus, geminus.* de Vn. 32. Vnum quod ſemper eſſet in eodem æquè, & idem in omnibus, atque vno modo celebraret. 1. p. li. 9. ep. 2. Caninius idẽ tuus, & idem noſter. Or. 157. In templis iiſdem: at eiſdem erat vertus, nec tamẽ eiſdem opimius, malè ſonabat iiſdem. pro Pom. 19. Eadem Aſia atque idẽ iſte Mithridates vos docuit, &c. de Amic. 82. Amicus eſt tanquam alter idem. pro Dom. 51. Hoc vnum & idem videtur eſſe atque illud, quod de me ipſo nominatim tuliſti. & *ibid.* 52. Tam hercule eſt vnum, quàm quod idem tu lege vna tuliſti. & 70. Lex quam idem iſte tulerat. & 92. Tu iure eandem ſororem & vxorem appellare potes. 2. Off. 35. Nemo poteſt, qui non idem prudens ſit, iuſtus eſſe. de Ar. 22. Tua tum eadem virtus fuit, quæ priuato quõdam tuo proauo. pro Seſt. 108. Cedo nunc eiuſdem illius inimici mei de me eodem concionem. 2 de D. 77. M. Marcellus ille quinquies conſul, idem imperator, idem augur optimus. 2. I. A. 40. Idem mæſticiam meam reprehendit, idem iocum. & 5. Phil. 13. Vt ei Cum M. curio conſeſſore eodem & colluſore facillimè conuenire poſſit. pro Cæl. 67. Non idem iudicum comeſſatorumque conſpectus. de Pro. 33. Imperij noſtri terrarumque illarum idem eſt extremum. 1. de Inu. 19. Quæſtio eadẽ in coniecturali conſtitutione quæ indicatio. 5. I. V. 62. Serui eiſdem moribus ſunt, quibus & dominus. Or. 188. Eoſdem eſſe oratorios numeros qui ſunt poetici. 7. I. V. 38. Idem, cui ſemper fueris, inuentus es. de Or. 82. & 83. Ego idem, &c. 2. de N. 68. Dianam & Lunam eandem eſſe putant. 6. I. V. 106. Libera, quam eandem Proſerpinam vocant. 2. de N. 62. Romulus, quem quidẽ eundem eſſe Quirinum putant. Orat. 10. Nec diutius eſſe vno & eodem ſtatu. 6. in Ver. 93. Vno eodem tempore. Att lib. 10. ep. 6. Nec tuam rationem eandem eſſe duco, quam meam. 6. I. V. 90. Ei te eundem vinctum dedamus. 3. Tuſc. 7. Hos eoſdem motus, &c. 1. de Ora. 53. Ab hiſce iiſdem permotionibus. 4. I. V. 68. Huic eidem Sopatro iidem inimici. & *ibid.* Idem hic Sopater. 3. I. V. 56. In iiſdẽ illis locis. 13. ad Att. ep. 16. Eoſdẽ illos ſermones ad Varronem traduximus. 2. I. V. 23. Eadẽ illa nocte. 5. I. V. 83. Eidem illi Decimo. Att. lib. 1. ep. 13. Idem ego ille, &c. Idem inquam ego, &c. Poſtquam. in Sen. 32. Ipſe ille animus idem meus, &c. Attic. lib. 4. ep. 1. Te &c. eundem te, &c. Top. 87. Si quæratur, idémne ſit pertinacia & perſeuerantia. Attic. lib. 9. ep. 11. Iſte omnium turpiſſimus eſt idem, qui ſemper in republica fuit. 3. I. C. 27. Earum rerum quas geſſi, non eſt eadem conditio & illorum. quòd mihi, &c. illi, &c. pro Clu. 80. Non quòd res alia eſſet, imò eadẽ. pro Cecin. 59. Quod etiam ſi verbo differat re tamen eſt vnum, & idem in omnibus cauſis valet. & *ibid.* 58. Non idem eſt Seruulus, quod familia. pro Syll. 19. Hoc idem valere debet, ac ſi pater iudicaret. pro Quin. 10. Cum adhuc ei non ius par, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus æquus reperiri potuit. pro Mur. 21. Vtriuſque dignitatem pari atque in eadem laude pono. Orat. 22. Fuerunt quidam, qui iidem ornatè & grauiter, ijdem verſutè ac ſubtiliter dicerent. de Clar. 324. Cauſæ ſimillimæ inter ſe, vel potius eædem. de Clar. 272. Oratio ſplendida & grandis, & eadem in primis faceta. pro Mur. 20. Aſia iſta referta, & eadem delicata. de Cl. 84. Eſt mos hominum, vt nolint eũdem pluribus rebus excellere. 2. de N. 1. Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus ſum. Att. lib. 6. ep. 2. Nunc iſta habet iuris idem quod cæteræ, nihil præcipui. 3. de N. 56. Mercurius is qui ſub terris habetur, idem Trophonius. Att. li. 7. ep. 13. Eadem poſtulantur à vobis, quæ ab ampliſſimis ciuibus. 3. de N. 80. Vir innocentiſſimus idemque doctiſſimus. & 93. Sed quomodo iidem dicitis, non omnia deos perſequi? qui iidem vultis, &c. 1. de Orat. 70. Finitimus oratori poeta, multis ornandi generibus ſocius, ac penè par: in hoc quidem certè propè idem, nullis vt terminis circumſcribat aut definiat ius ſuum. pro Syll. 20. Vt me quem boni conſtantem ſemper exiſtimaſſent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent. 1. de Orat. 213. Oratorem equidem non facio eundem quẽ Craſſus. & *ibid.* Eadem ratione. *id eſt, ſimiliter.* 5. de Orator. 115. Cum quæritur, idémne ſit, an aliquid interſit. & 172. Muſici qui erant quondam iidem poetæ. & 221. Nos einſdem linguæ ſocietate coniuncti ſumus. *id eſt, nos eadem lingua ſumus.* pro Milon. 93. Vultus ſemper idem, vox, oratio ſtabilis & non mutata. 1. Off. 90. Præclara eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus eademque frons: vt de Socrate & de C. Lælio accepimus. & 3. Tuſc. 31. Vultus ſocratis ſemper idem. 2. I. C. 19. Quibus præcipiendum videtur, vnum ſcilicet atque idem quod cæteris. Orat. 110. In cauſis perpetuum & eundem ſpiritum ſine vlla commutatione obtinere. 4. ad Heren. 39. Eiuſdem vnius aut plurium verborum. 4. Aca. 136. Hos enim quaſi eoſdem eſſe vultus. 4. de Fin. 7. Idem abeunt qui venerant. & 7. Ver. 68. dari in eandem cuſtodiam. & 6. Ver. 132. Per eundem me. 2. de Inu. 40. Vtrũque genere idem eſt. de Clar. 100. Vnus enim ſonus eſt totius orationis & idẽ ſtylus. 1. de Leg. 2. At quam Vlyſſes Deli ſe palmã vidiſſe dicit, hodie monſtrant eandẽ. 1. Off. 10 Beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellare licet. pro Clu. 100. Hoc dico, eandem fuiſſe P. Comminio cõtro-

uerſiam

uersiam cum Staleno,quę nunc mihi est cum Actio.1.Offic.59. Non ijdem erunt necessitudinum gradus,qui & temporum. & 63.Itaque viros fortes eosdem bonos esse volumus. 3. Offic. 20. Peripatetici nostri, qui quòdam ijdem erant, qui Academici. & 75. Eadem vtilitatis quæ honestatis est regula. Epi, lib.6. ep. 7. Eo quidem ipso tempore. Attic. lib.12. ep.33.Quod idem tibi placet.3.de Fin.25.Quod idem in cæteris artibus non contingit. 3. de Finib.44. Quod idem Peripatetici non tenent. 5. Tusc.72. Idem iste sapiens.Epist.lib.11.ep.21.Iidem illi qui solent, &c. 2. de Finib.11. Hoc est idem, quod illud. Atti. Hoc est ferè idem quod illud.4. Acad.85. Nihil est idem, quod est aliud. 4. Acad. 63.Cum idem negares quicquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. Topic. 48. Et cætera generis eiusdem. & 84.Comparatio de eodem & alio.& 23.De eodem & altero.

☞ Syntaxis. *Cæsar idem tuus,& idem meus. Amicus est alter idē. Hoc vnum & idem est atque illud. Idem iste. Nemo qui non idem iustus sit,&c. Vno eodem loco. In eodem illo loco. Idem ego ille. Ipse ille animus idem meus. Pari & in eadem dignitate ponere. Vir bonus idemq; eruditus. Quod idem raro continget. Hoc est idem quod illud. Idem & aliud. Idem & alterum.*

IDENTIDEM. *frequenter.* pro S.R.84. Cassius in causis identidem quærere solebat,cui,&c.2.de Inuent.78.Appellare nomen alicuius identidem.pro Dom. 140. Identidem se ipse reuocans. Attic. lib. 13. ep. 26. Reuoluor identidem in Tusculanum. 3. ad Heren.37.Neque eòdem identidem reuoluamur. 3. de N.24.In motu identidem reciprocando.& 2.de Nat. 142. Idque prouidit natura, vt identidem fieri posset cum maxima celeritate. pro R. P.34. Recitabatur identidem Pompeij testimonium. 3. Tus. 62.Scindens dolore identidem intonsam comam. 2. de Fin 75. Hoc enim identidem dicitis. 4. ad Her. 70. Nunc identidem nosmetipsi nobis insistemus.

IDEO. *Idcirco.* 6.I.V.7.Ideo Claudius retulit, vt iste auferret? 1. de In 32. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio,vt possit, &c. Epist.lib.1.ep.8.Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio,quòd. &c.pro Cæl.21. Non si iusta causa est oppugnandi, ideo quoq; iustum est,vos, &c.

IDEO quòd. *propterea quòd, idcirco quòd.* 5. in Ver. 192.Ideo quòd, & pro Cecin.8.4.ad Her.44.& 1.de In.14.Mihi tecum præcertatio non est,ideo quòd,&c.

ID,est. *quod est,hoc est,inquam.*Atti.lib.7. ep. 7. Assentiar Cn. Pompeio,id est,T. Pōponio.& li.4.ep.15.Senatus hodie futurus erat, id est,Cal.Octob.1.Off.41.Duobus modis,id est, aut vi,aut fraude fit iniuria. Att. lib.8.ep. 16. Num cui succenseat, quod dico, num cui, id est, num Pompeio?2.contra Rull.74.Maxima multitudo,id est,tota Italia.1. de Ora. 112. Cum ei ita dicerem, me velle esse ineptum,id erat petere blandius.2.Offi. 53.Qui opera, id est,virtute & industria benefici sunt. & 161. Virtus, quæ constat de hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani. Epist.lib.2.ep.17.Præter quæstores vrbanos,id est,populum Romanū. Ep.li.4.ep.10. Neque solùm nobis, id est,tuis, sed prorsus omnibus. ‖ & lib.4.ep.4.Post has miserias,id est,postquam armis disceptari cœptum est.

IDIOTA, tæ. *illiteratus, imperitus.* 6. in Verr. 4. Quiuis nostrum, quos iste idiotas appellat.)(. *Homo ingeniosus atque intelligens.* I. P.62.Illi idiotæ,vt tu appellas,&c.& *ibid.* 65.Sed planè animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet.

IDOLVM,li. *simulacrum,spectrum,imago.*1.de Fin.21.Atomi,inane, imagines,quæ idola nominantur.*vide.* SPECTRVM.

IDONEE. *aptè,commodè.*1.de Inu.20 Exordium est oratio,animū auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem.

IDONEVS, a, um. *aptus,commodus, tempestiuus constitutus, dignus.* 2.de Inuent. 40. In occasione commoditas ad faciendum idonea. Attic. lib.2. ep. 6. Ad lacertas captandas tēpestates non sunt idoneæ.5.I.V.41.Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere. Attic. lib. 8. ep. 22. Non mihi satis idonei sunt autores hi qui à te probantur.1.de Orat.154.Cum minus idoneis verbis vti consuescerem.Brut.ep.7.Res quæ ne laude quidem satis idonea affici possit.pro S.R.68. Serui conscij,tempus idoneum. pro Cl. 17. Non essem ad vllam causam idoneus,iudices,si &c.pro Cor. 7. Minus idoneum hominem præmio afficere. de Cl. 57. Autor idoneus,Q.Ennius.pro S. R. 8. Indignissimum est vos idoneos habitos,per quorum sententias talis iniuria decernetur.pro Dō. 132. Nemone horum idoneus tibi visus est, vt cum eo dedicationem communicares?pro Pom.57.Pompeius idoneus non est qui impetret?1. Off. 142. Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. (*aduertas animum ad modestiæ definitionem.*) 2.Off.54. Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impartiendum. & 61. In deligendis idoneis iudicium & diligentiam adhibere.de Amic.4. Idonea mihi C. Lælij persona visa est,quæ de amicitia loqueretur. 1. de Legib. 23. Quædam ratio, de qua dicitur idoneo loco. 4. Acad.16.Res est idonea, do qua quæratur.Epist. lib.6.ep.19. Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio.3.ad Haren.5.Hęc res nō est idonea dignitate tua. 1. de In. 29. Idoneum tempus, locus opportunus.5.de Fin. 59. Idoneus ad aliquid agendum.3.ad Heren. 35. Imagines ad monendum idoneæ. 1. ad Heren. 6. Cum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum.& *ibid.* Idonea verba.2.de Leg. 8. Lex apta & idonea ad iubendum & vetandum.

☞ Syntaxis. *Idoneum est illi. Idoneus qui impetret. Idoneum, tempus, locus. Id non est idoneum dignitate tua. Reddere auditores idoneos ad audiendum.*

IDVS,iduum. *octo dies dicuntur,qui singulis mensibus nonas sequuntur sic dicti,quòd mensem diuidant.nam Iduare, Hetrusca lingua,diuidere fuit.* Epist.lib.1.ep.1. Nam hæc idibus manè scripsi. ad Attic.lib. 14.ep.4.Idus Martiæ. ad Brut.ep.15.Idus Martiæ memorabiles. ad Att.lib.15. ep.4.Iduum Martiarum stulta est iam consolatio. ad Brut. epist.14. Idibus Martiis seruitutē à suis ciuibus repulit Brutus. *nimirū interfecto Cæsare.* ad Attic.li.14. ep.22. Modo numeret idibus.

IECVR, oris. *epar,ex visceribus vegetationis organum.* 1. de N. 100. Cerebrum, cor, pulmones, iecur.& 2. de Nat. 137. Quædam à medio intestino vsque ad portas iecoris(sic enim appellatæ)ductæ viæ.1.de D.118. Singulis iecorum fissis non interesse deum. & lib.2.32.Caput iecoris.2.Tusc.24. Tum iecore opimo farta & sariata affatim.L.FISSVM.

✠ *ADIVNC. Nitidum atque plenum.)(. horridum atque exile,1.de Diu. Opimum,2.Tusc.*

IECVSCVLVM,li. *paruum iecur.*2.de D. 33.Lege MVSCVLVS.

IEIVNE, iùs. *tenuiter,exiliter.* Orat. 123. Satura ieiunè dicere. & 1.de Orat.49.Videmus iisdem de rebus ieiunè quosdam & exiliter disputauisse.)(. *Copiosè.*3.de Fin.19. Ieiunius dicere aliquid 4.Acad.112.Ieiunè agere.

IEIVNITAS, tis. *tenuitas.*)(. *Vbertas & copia.* de Cl. 202. Cauenda est oratori inopia & ieiunitas.2.de Ora.10. Ieiunitas bonarū artium eorum,qui de dicendi ratione scripserunt. de Cl.284.Ieiunitas,& siccitas, & inopia. Ora. 21. Alij in eadem ieiunitate concinniores.2.Tusculan.3. Verborum ieiunitatem & famem se malle,quàm vbertatem & copiam dicerent.

IEIVNVS,a, um: ior. *qui nihil edit,aridus,tenuis.* Epist. lib.8.ep.26. Cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, vt ne aquam quidē gustarem.de Cl. 48. Theodorus in arte subtilior, in orationibus ieiunior. 3. de Orat. 16. Antonium ieiuniorem, Crassum pleniorem fuisse.2.de Or. 68.Ieiuna concertatio verborum.Att. lib.1.ep.13.Misera & ieiuna plebecula. Orat. 106.Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. 1. Off. 157. Soliuaga cognitio & ieiuna videatur. 14. I. A. 17. Quidam nimis ieiuno animo & angusto.

☞ Syntaxis. *Inopia & ieiunitas.Ieiunitas,siccitas & inopia. Ieiunus homo,orator,emptio.Plebs misera & ieiuna.Ieiunus animus & angustus.Aures orationis huius ieiunæ.*

IENS,euntis. *vadens.* Attic.lib.16. ep.1. Nonis Quint. veni in Tusculanum,iēs ad Brutum.& lib.4.ep.9. Iens in Pompeianum,bene manè hæc scripsi.2.de Orat.13. Cæsar dixit mihi à se Scæuolam hinc euntem esse conuentum.*id est,venientem.* Attic. lib. 7. ep.6.Tantum illud seruemus, ne quem istuc euntem sine literis dimittamus 13.I.A.45. *Si* me rectis sensibus euntem dij adiuuerint.Incer.Ad militiam euntibus dari solebant custodes.

☞ Syntaxis. *Iens ad,&c.hæc scripsi.Ire rectis sensibus:id est, animo esse candido,integroque.*

IGITVR. *ergo.* Orat 106. Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepim⁹.pro Lig.2. Habes igitur Tubero,&c.4.Aca.19. Ordiamur igitur à sensibus.4. Aca. 77. Quid ergo esset id? visū credo.quale igitur visum.

IGNARVS,a,um. *imprudens,inscius rudis,imperitus,indoctus,nec opinans.* 2. de Nat. 55. Vt plerique dicunt physicæ rationis ignari. Or.119. Oratorem ne physicorum quidem esse ignarum volo. Postquam.In Senat. 17. Ignarus sum quid agatur. pro Sest. 60. Ignari, quid virtus valeret. Top. 75. Pueri sæpe indicarunt aliquid,ad quod pertineret ignari. Att.lib.5.ep. 10. Nunquam tandiu ignarus rerum mearum fui Epist.lib.7.ep.23. Ignarus instituti mei.2.Tusc.3.Non sum ignarus, quibus ea rebus consequaris 1.de Or.207.Ea requiruntur à me,quorum sum ignarus,&c. de Ar.2.Attamen ignarus ille,qui consules essent, æstuans se è curia repente proripuit. 1. de Orat. 63. Homo ignarus faciundæ orationis.

☞ Syntaxis. *Quid agatur,ignarus sum. Ignarus est qui consules adsint. Ignarus legendi.*

IGNAVIA,uiæ. *inertia.*)(. *Fortitudo.*2.de In.165. Fortitudini contraria est ignauia,iusticiæ,iniustitia.3.Tusc.14.& Ep.lib.2.ep.16. Recipiat idem necesse est timiditatem & ignauiam. Qu. fr.lib. 2.ep.9.Vtinam nihil detis,vt potius vestra iniuria quàm ignauia mea cessem.pro Rab.21. Ignauiam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere. Epist.lib.12.ep.20.Nec tua ignauia etiam inertiam afferret.1.ad Her.8.Inertia,ignauia,desidia,luxuria.4. Tus.41.Moderatam ignauiam approbo.

✠ *ADIVN. Moderata.4.Tusc.Summa.3.Tusc.*

IGNAVE.)(*Contente.* 2. Tuſ. 15. Ne quid abiectè, ne quid timidè ne quid ignauè, ne quid ſeruiliter, multiebriterue faciamus.

IGNAVITER. *ignaue.* Att. lib. 15. ep. 6. Quæris, an ego, cum omnes calleant, ignauiter aliquid faciam. Hircius.

IGNAVVS, a, um. *iners.*)(*Fortis.* de Senect. 36. Iners, ignaua & ſomniculoſa ſenectus. pro Cec. 46. Pœna ignauis ab imperatoribus conſtituitur. de Fat. 28. Illa ignaua ratio quæ dicitur, appellatur quidem à philoſophis ἀργὸς λόγος. & *ibid.* Rectè hoc genus interrogationis ignauum & iners nominatum eſt.

☞ Syntaxis. *Ignauus homo, ratio, interrogatio, ſenectus. Ignauum & iners dictum.*

IGNESCO, ſcis. *conſtigro, ardeo.* 2. de N. 118. Ad extremum omnis mundus igneſcet.

IGNEVS, a, um. 4. ad Heren. 45. Ardor igneus. 2. de Nat. 25. Genus igneum. & 41. Sol igneus. 1. Tuſc. 40. Pars ignea. & 66. In animis nihil eſt igneum, & 70. Aetherea natura ignea. Top. 16. Igneum fulmen. 2. de Nat. 23. Omne quod eſt caſdum & igneũ. cietur & agitur motu ſuo. 28. Calidum illud atque igneum in omni ſuſum eſt natura & lib. 3. 35. Ad igneam vim omnia referebat Heraclitus. de N. d. lib. 2. 24. Cor animantis euulſum, ita mobiliter palpitabat, vt imitaretur igneam celeritatem. eod. 24. Igneo motu venæ & arteriæ micare nõ deſinunt. 101. Igneę formæ in æthere curſus ordinatos definiunt. 39. Tota ignea & calida eſſe ſidera, Cleanthes affirmat.

☞ Syntaxis. *Igneus ſol. Aetherea natura ignea. Igneo motu arteriæ micare non deſinunt. Igneum & calidum in omni ſuſum natura. Ignea & calida ſidera.*

IGNICVLVS, li. *propriè parvus ignis: tranſlatione, facilitas ingenita.* 1. de L. 31. Tanta eſt corruptela malæ conſuetudinis. vt ab ea tanquam igniculi extinguantur à natura dati. 3. Tuſcul. 2. Natura paruos nobis dedit igniculos. 5. de Fi. 18. Quaſi virtutum igniculi & ſemina. Att. lib. 15. ep. 25. Sed tamen interdum nonnullos iacit igniculos viriles. Ep. lib. 15. ep. 20. Quò tolerabilius ferantur igniculum deſiderij tui. Attic. lib. 12. ep. 1. Igniculus matutinus.

✠ *ADIVNC. Matutinus, 12. Att. paruuli. 3. Tuſc. viriles. 15. Attic.*

☞ Syntaxis. *Igniculos nobis dedit cognitionis natura, & quaſi ſemina. Igniculus deſiderij.*

IGNIFER. in Arato.

IGNIS, gnis. *elementum naturæ caliduſq. leueſſimum, flamma, incendiũ.* 2. de N. 25. Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus 2. de N. 27. Ignis omnibus rebus vitalem impertit calorem. & 118. Quod alterorum ignis & ætheris flamma conſumat. pro Q. Roſc. 17. Ignis in aquam coniectus, continuò extinguitur & refrigeratur. 1. de D. 17. *Aethereo flammatus Iupiter igni.* 2. de Orat. 196. Nulla materia niſi admoto igni, ignem concipere poteſt. 1. Off. 52. Pati ab igne ignem capere. 3. de Nat. 36. Omnem vim eſſe ignem. & *ibid. de Heraclito, & de calore, & de igne, qui permanet e non poteſt niſi alatur: & omnem ignem pabulo indigere.* 4. Acad. 118. Ignem principium vniuerſi eſſe ſenſit Parmenides. 3. de N. d. 31. Ignis & aer omni impulſu facillimè pellitur. 1. Tuſc. 40. Ignis & aer ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubuolant. de N. d. lib. 2. Ignis artificioſus. de Senect. 46. Et viciſſim aut ſol aut ignis hybernus. de Vniuer. 41. Ignis oculorum cum eo igne qui eſt ob os offuſus, ſe confudit & cõtulit. de leg. 2. 58. Ob ignis periculum, ne homo in vrbe vreretur, vetuit lex XII. tabularũ. eodem, Ignem foci publici ſempiternum in vrbe virgines Veſtales cuſtodiunto. de Vniuer. 11. Ignem & terram iungebat Deus, mundum efficere moliẽs. pro Rab. Poſthu. 13. Cum odiũ non reſtinxeretis, huic ordini ignem nouum ſubiici non ſiuiſtis. de Vni. 11. Ignis vacuum videri nihil poteſt. de Nat. d. li. 1. 22. Cœlum, ignes, terra, naturæ omnes patẽt diuino numini. de Sõn. Scip. 6. Animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſidera & ſtellas vocat. 2. de Nat. deor. 27. Subditis ignibus efferueſcunt aquæ. Hortenſ. Gliſcit ignis oleo.

✠ *ADIVN. Aſiſeri, clarus, exiguus. Arat. Aethereus, 1. de Diu. Aeternus, 3. de Nat. Altiſſimi, artificioſus, cõfector, & conſumptor omnium, vitalis, & ſalutaris, 2. de Nat. Funeſti ac nefarij, 3. Tuſc. Hybernus, de Senec. Nouus, pro Rab. Perpetuus, & ſempiternus, 4. Catil. peſtiferi, pro Planc. Religioſiſſimi, de Aruſp. Sempiterni de Som. & pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Aſtrorũ ignis. Ignis extinctus, & refrigeratus aqua. Ignẽ elicere, concipere, capere. Pabulo ignis indiget. Oculorum ignis. Ignem piis ſubiicere: id eſt, ruinam parare. Sempiterni ignes, quæ ſidera dicimus.*

IGNITVS, a. pro Dom. 141. Inflammatus atque ignitus furor. *aliter, & (vt mea opinio fert) rectius Igneus, legeretur.*

IGNOBILIS, le. *humilis, ignobi i loco natus, infimo loco natus, obſcuris ortus parentibus, vnus de multis, de populo, humili atque obſcuro loco natus, inferiore genere ortus, ex infimo genere & fortuna gradu, homo tenuis, cuius vis & fortunæ conditio infima eſt, cuius ſtirps & genus ignoratur, qui parentibus natus eſt humilibus, homo ignotus & ſordidus, obſcurus, abiecta & obſcura fama, nulla commendatione maiorum, homo per ſe cognitus, ignobilis, omnium infimus & ſordidiſſimus, humilis ſanè & minimè generoſus, inferiori genere hominum, & infimorum hominum filij, terræ filius, minorum gẽtium.*)(*Nobilis, clarus præſtans, rerum multitudine nobilitatus.* pro Cluen. 112. Si quis autem hoc vno nititur, quòd ſit ignobilis, procedit, &c. 3. Tuſculan. 57. Inglorius atque ignobilis ſenex. de Claris orat. 315. Demetrius non ignobilis dicendi magiſter. pro Ceci. 10. Qui Romæ argẽtariam non ignobilem facit. 7. in Verr. 28. Mulier ex familia non ignobili.

IGNOBILITAS, tis. *humilitas, humilitas generis, obſcuritas, conditio atque fortuna hominum infimi generis.*)(*Nobilitas.* pro S. R. 90. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, ſexcenti ſunt. 5. Tuſc. 29. Aderit enim paupertas, ignobilitas, humilitas, &c. pro Mur. 17. Obiicere ignobilitatem generis alicui. 3. I. A. 16. & 17. De ignobilitate & nobilitate generis.

☞ Syntaxis. *Ignobilitas & humilitas.*

IGNOMINIA, niæ. *Infamia, dedecus, cõtumelia, macula, nota, probrum, labes.* 7. I. A. 23. Notare aliquem ignominia. pro Q. 64. Omnia alicuius vitæ ornamenta per ſummum dedecus & ignominiam diripi. 4. Tuſ. 44. Ferre ignominiam & infamiam ſine dolore. pro Rab. 17. Labes ignominiaque mortis. 5. I. V. 226. Calamitatem ad quempiam perſummam iniuriam ignominiamque peruenire. 2. de Diuin. 22. Cum ignominia & dedecore mori. pro Qu. 96. Imponere iniuriam alicui ſine ignominia. pro S. R. 113. Qui ignominia mortuũ affecerit. pro Qu. 98. Ignominiis omnibus appetitus.

✠ *ADIVN. Cenſoria, pro Põp. Grauis, 3. In Ver. Grauiſſima, 5. Philip. inſignis, pro Võt. Leuior, noua de Pro. Magna, 2. In Ver. Maxima, pro Dom. Minor, tanta, 4. In Ver. Miſera iudiciorum, pro Rab. multæ & grauiſſimæ, 12. Phil. Priuata, 1. In Catil. Propria. pro Seſt. Sempiterna, 2. Philip. Summa. 16. Attic. Turpiſſima, pro Quint.*

IGNOMINIOSVS, a. 3. I. A. 34. Dominatio ignominioſa.

☞ Syntaxis. *Ignomina notatus. Per dedecus & ignominiam. Cum ignominia & dedecore mortis. Appetitus ignominiæ. Verres.*

IGNORABILIS, le. *quod ignorari poteſt, vel ignoratus.* 2. de Inu. 99. Quod non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit.

IGNORANS, tis. *ignarus.* ad Brut. ep. 16. Iuuat enim magnificè loqui, & certè decet aduerſus ignorãtes, quid pro quoque timẽdum, aut à quoque petendum ſit. 1. de Orat. 184. Hæc igitur & horum ſimilia iura ignorantem vagari ceſſum & erectum, &c. flagitioſum in primis putandum eſt. 6. In Ver. 98. *Homo ſine vlla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine liberis.* de Am. 24. Cum ignorante rege vter eorum eſſet Oreſtes, Pylades, &c.

IGNORANTIA, tiæ. *ignoratio, inſcitia, inſcientia.* pro Flacc. 46. Vbi adoleſcentes nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam literarum. pro Seſt. 39. Res frumentaria ad M. Scaurum per ignorantiam tranſlata. de Ami. 71. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis in famulatu fuerunt.

☞ Syntaxis. *Per ignorantiam facere.*

IGNORATIO, onis. *ignorantia.*)(*Scientia.* pro Syll. 39. Nam cuius ſcientiam de omnibus conſtat fuiſſe, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri 2. de Diu. 49. Cauſarum ignoratio in re noua mirationem facit: eadem ignoratio ſi in rebus vſitatis ſit, non miramur. 1. de Nat. 2. Verſari in ſumma rerum omnium ignoratione. pro Cluent. 109. Ignoratio ſui. Attic. lib. 7. ep. 20. & Ignoratio ſuarum copiarum. 3. de Fin. 41. Peripateticorum conſuetudo dicendi non ſatis acuta, propter ignorationem dialecticæ. 1. de Leg. 18. Ignoratio iuris. Or. 70. Decori ignoratione in oratione ſæpiſſimè peccatur. 1. Acad. 29. Obſcuritas & ignoratio cauſarum. de Conſolat. Neſcio qui nos teneat error, aut miſerabilis ignoratio veri.

✠ *ADIVN. Aliena vitæ, ſummæ, 2. de Nat. Litigioſa iuris, 1. de Leg. vitioſa, 3. de Fin. vitiis, 2. de Diu.*

☞ Syntaxis. *In ignoratione verſari.*

IGNORATVS, a, um. de Clar. 176. Octauij eloquentia, quæ fuerat ante conſulatum ignorata. 5. Tuſc. 64. Cuius ego ignoratum ab Syracuſanis indagatui ſepulchrum.

IGNOSCO, ſcis. *ſum ignarus, ſum neſcius, prorſus ignoro, nec vſu nec ratione aliquid cognitum habeo.* de Am. 52. Top. 3. Rhetor ille Ariſtotelica ſe ignorare reſpondit. pro Milon. 32. At verò tu ſolus ignoras? tu, &c. Attic. lib. 4. ep. 13. Scrupulus, quem non ignoras. Ora. 127. Quod quidem tu minimè omnium ignoras pro Rab. 33. & 4. Acad. 4. Si ita putes, & cauſam, & me vehementer ignoras. Attic. libr. 8. ep. 22. Domitius ignorat de filio. 2. de Finib. 7. Quid ergo? iſtam voluptatem Epicurus

ignorat.3.de N.78.Non enim ignoro,&c.

*IGNORO, aris. Oecon.1. Quia ignoretur vbi proiectum iaceat quod desideretur.

IGNOSCENDI,dum.I.P. 98. Cui maximorum scelerum venia nulla ad ignoscendum dari potest.Part.131.Ad eius facti deprecationem ignoscendi petenda venia est.

IGNOSCITVR. Att.lib.11.ep.14.Illi quibus ignotum nō est, &c. 2.de Inu.190. Quibus in simili excusatione non sit ignotum. 2. ad Her.25.Si tali de causa aliis quoque ignotum sit.

IGNOSCO, scis. *parco, concedo, veniam do, remitto.* Att. lib. 8. ep. 12. Velim mihi ignoscas.quòd ad te scribo tam multa toties. & lib. 16.ep.20.Ignosce mihi,quòd,&c.2.cōtra Rull.48. Et mihi quæso ignoscite, &c. de Ar.37. Quam Deam iste idcirco bonam ducit,quòd in tanto sibi scelere ignouerit.14.I.A.8.Quod nulla barbaries posset ignoscere. *aliter,agnoscere.* ad Brut.ep.15. Sceleris pœnam prætermittere.id enim est, quod vocatur ignoscere. 1.I.A 13.Sed hoc ignoscant dij immortales velim, &c. Attic. lib.1.ep.1.Abs te peto, vt mihi hoc ignoscas. ad Cæs. Iun. apud Non.Qui & præteritis ignoscis,&c. Epist. lib. 3. ep.12. Si facilè inueneris,quid dicas,noli ignoscere hæsitationi meæ. Frag.ep. Et præteritis ignoscis,& concedis futura.

☞ Syntaxis. *Dare veniam ad ignoscendum. Ignoscere alicui, & aliquid alicui.*

IGNOTVRVS,a. *in Catone maiore, teste Prisciano.*

IGNOTVS,ta,tum. *qui in hominum ignoratione versatur, obscurus.* Att. lib.5.ep.15.Ille tibi non ignotus cursus animi mei.1.de Orat.177. Ius applicationis,obscurum sanè & ignotum,patefactum est.3. I.C.22.Res tāta & ignotis & Barbaris credita.de Cla. 242.Ignotus homo, &c. pro Flac.40. Ignotissimus Phryx. Att.lib.9. ep.4. Res in vulgus ignota.

☞ Syntaxis. *Obscurum & ignotum. Id est creditum ignotis & Barbaris. Res in vulgus ignota.*

ILIA,orum. *molles, caue, ad latera partes in lumbos & pectin.* In Var. 10. Cum mihi respōderis,&c.ita dolenter,vt aliquando ista ilia quæ sunt inflata,rumpantur.Sic.Virgil. in Melibœo.

Inuidia rumpantur vt ilia Codro.

ILIAS, dis. *Homeri de bello Troiano, & Ilij excidio opus.* pro Arc.24. Nam nisi Ilias extitisset illa, idem tumulus qui corpus Achillis contexerat, nomen etiam obruisset. Att. lib.8.ep.11. Non multo,inquam,secus possum vaticinari, tanta malorum impendet *Ilias Prouerbium.* * Incer.In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum.

ILIVM,lij.1.de Diu.24.Achiui ita profecti sunt ab Ilio,&c.

ILLABOR, ris. *influo.* 2.de N. 153. In stomachum primò illabūtur ea quæ accepta sunt ore. 2. de L. 39. Sensim pernicies illapsa in ciuium animos.1.de Fin. 39. Voluptas ad sensus affluit & illabitur.

ILLACRYMANS,tis.de Sen. 27.Illacrymansque dixit,&c.

ILLACRYMO,as.2.Tusc.21.

Perge,aude nate,illacryma patris pestibus. Poetæ.

ILLACRYMOR,aris. de3.N. 82. Quid dicam de Socrate? cuius morti illacrymari soleo Platonem legens.

ILLAQVEATVS,a,um.*captus, irretitus.* de Ar.7. Illaqueatus legū periculis.

*ILLATVS,a,um.Oecon.1.Qui res illatas custodiret.

ILLE, a,ud. 1.de Or.45. Qui cum illis vna ipsum illum Carneadē diligentius audiuerat. 1. de Or.45.Mnesarchus auditor Panætij illius tui. pro Pomp. 22. Medea illa ex Ponto quondam profugisse dicitur.1.de Or. 98.Et longè Academiæ illi tuū hoc Gymnasium antepono.Epist.li.5.ep.12. A qua te flecti non magis potuisse demonstras,quàm Herculem Xenophōtium illum à voluptate.3.de Or.192.Antipater ille Sidonius, ille quem tu probè meministi,solitus est,&c.1.Offi.109.Contraque pater eius ille, qui,&c.2,de D.61.Chrysipp⁹ ipse,ille diuinationis autor.pro Sest. 37.Habet inimicum C. Marium,sextum iam illum consulatum gerentem.2.de Orat.58.Denique à philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, &c. 1.de Or. 247. Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris,quàm,&c. Postquā.in Senat.32.Ipse ille animus idē meus,&c. pro Mar.7. Illa ipsa rerū humanarum domina fortuna.Att. lib.9.ep.12. Qui circum eum illum sunt.Att.li.2.ep.1.Ego ille ipse vindex æris alieni.2. de Or. 170.In illo ipso loco cōprehensus es.pro Fla.52.Huic ille legato, &c.1.I.C.3. Fuit illa ista quondam in hac rep. virtus.3. Off.39. & Philosophi quidē minimè mali illi quidē,sed &c.Ep.li.12,ep.9. Rumores satis illos quidē constātes, sed &c.ad Brut.ep.15.Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidem viris, sed &c.Epist.li. 2. ep. 9. Quid quæris? dum illum rideo, penè sum factus ille. & *ibid.* Itaque cum primùm audiui,ego ille ipse factus sum:scis quem dico.

☞ Syntaxis. *Pater eius ille. Ipsum quidem illud. Circum illum eum sunt Ego ille ipse. Illa ista virtus. Homines minimè mali illi quidem.*

ILLECEBRA, bræ. *inuitamentum, incitamentum, lenocinium, stimulus, blandimentum.*2.I.C.8.Iuuentutis illecebra.1.de Leg.31.Voluptas est illecebra turpitudinis. pro Mil. 44. Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi.pro Cæl. 12. Erant apud illum illecebræ libidinum.4.Tusc.6.Illecebræ blandæ voluptatis.Ep. lib.15.ep.16.Deliniri illecebris voluptatis. 1. In Catil.13.. Adolescentem corruptelarum illecebris irretire.de Somn.18. Suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. pro Sest. 138. Vitiorum illecebræ. de Senect. 40. Voluptatis illecebræ. Hortens. Voluptates verè & graniter à Platone dictæ sunt illecebræ atque escæ malorum.

✝ *ADIVNC. Blandæ.4. Tusc. Maxima. pro Mil. multæ, pro Cæl. Tanta.1.In Catil.*

☞ Syntaxis. *Illecebra blanda. Deliniunt illecebræ irretiunt. Virtutis illecebræ.*

ILLECTVS,a,ūm. 4. Tusc. 11. Libido ad id quod videtur bonum illecta & inflammata rapitur.

ILLEPIDVS, a, um, *infacetus, putidus.* 3.de Nat.72.Parens auarus, illepidus in liberos difficilis.

ILLIBATVS,a. *intactus, purus.*de Cl.58.Flos illibatus populi *aliàs, delibatus: sed rectius illibatus.* Ennij.pro Sest. 93. Vt eorum veteres illibatasque diuitias in profundissimum libidinum suarū gurgitem profundat.

ILLIBERALIS,le. *ignobilis, sordidus, auarus,* 1. Off.150. Quæstus illiberalis ac sordidus. & 1. de Orat.146. Res ad cognoscendum non illiberalis. 1. Off. 104. Genus iocandi illiberale. 1. de Fin.3. Sed eum ab illiberali labore deterret.Epist. lib.13.ep. 1.Illiberalis in aliquem.

ILLIBERALITAS,tis. *sordes, auaritia.* Att.li.8.ep.6. Malo Tyronis verecundiam in culpa esse,quàm illiberalitatem Curij.

ILLIBERALITER. *sordidè, auarè, ingrate.* Att.lib.16. ep.3. Nihil ab eo neque indiligenter,neque illiberaliter.& lib.4.Cætera æstimarunt valde illiberaliter.

☞ Syntaxis. *Illiberalis homo, quæstus, iocus, labor.*

ILLICIO,cis:xi,ctum. *allicio, allecto, induco.*3.de N.68. Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum.de Am. 50.Similitudo illicit ad amicitiam.

ILLICITVM,ti. *non licitum.* pro Cl.130.Multitudinem illicitum est contradicere.

ILLICO, *continuò.* pro Mur.22. Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illicò nostræ conticescunt. pro Q.48. Illicóne ad prætorem conuenit:pro Cl.37. Aiulius illicò conualescit. Ep. li. 8.ep.8.Magna illico fama surrexit.de Fat. 28. Nec si omne, &c. sequitur illicò,causas, &c.

ILLISVS,sa,sum. *contusus, confractus.*de Ar.55.Iam ista serpens cōpressa atque illisa morietur.

ILLIGATVS,a,um. *implicatus, irretitus.* 2. de Ora. 61.Philosophi angustis & concisis disputationibus illigati.

ILLIGO, as. *implico, irretio.* 6. I. V. 54. Simulacra scite in aureis poculis illigabat.3. de Or. 173.Orator illigat sententiam verbis. 4.Academ.6.Illigare personas graues. de Vniuers.41. Idemque in eo, influente atque effluente animo diuino, ambitus illigabant.

ILLIGOR, ris. Orat. 215. Pæan commodissimè in solutam orationem illigatur.Ora.96. Genus dicendi in quo omnes illigantur verborum lepores.

☞ Syntaxis. *Illigare in oratione lepores verborum, & argumentorum in solutam orationem.*

*ILLIMINATVS, a um.de Cl.213.In domum multorum insita atque illiminata sapientia.

ILLINC, *loci & personæ ratione.* Att.lib.9.ep.6. Sed cum eadē metuam ab hac parte,si illinc beneficium non sit,&c. 2.I.A. 77. Omnem amorem abiecit illinc,atque in hanc transfudit. *id est, ab illa.*de Ar.41.Pòst exercitu sollicitato fugit illinc. Att.li.13.ep.10. Illinc Spintherem expecto. L. HINC.

ILLIQVEFACTVS,a,um. *liquefactus.*4.Tusc.20. Ad perfundēdum animum tanquam illiquefactæ voluptates.

ILLITERATVS,a,ūm. *idiota.*2.de Orat.25. Vir bonus & non illiteratus.Ep.li.9.ep.16.Incidunt in sermone vario multa,quæ fortasse illis nec illiterata,nec insulsa esse videantur.

☞ Syntaxis. *Illiteratus & homo, & argumenta, de quibus disseritur.*

ILLITVS,ta,tum. *Inductus, inunctus.* 3.de Or.197. His tribus figuris insidere quidam venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color.

ILLIVSMODI, 1. I.V.68.Non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores,&c.Att.li.7.ep.11.Vel potius mori millies,quam semel illiusmodi quicquam cogitare.

ILLO.ad Her.Tu illò plures mittas oportet. I.V. Anillo non saxū materia aduecta est.Att.Illò quum peruenire non liceat,&c.

ILLOTVS,sermo. *sordidus.*in Sal.1.Neque qui tam illoto sermone vtitur,vita honestior est.

ILLVC. 1.de Or.184.Huc atque illuc intueri,&c.

ILLVCEO,es. *eluceo, appareo.*de Fin.li.44. Comitatē in maximis ingeniis maximè illucere.

ILLVCESCO,scis:illuxi. *illuceo, exorior, appareo.*pro Milo.70.Erit, erit illud profectò tempus, & illucesceret aliquando ille dies, cùm

cùm tu,&c.ad Brut.ep.15.Cùm lætissimus ille ciuitati dies illuxisset.2.de Natu.96.Cùm tertio die sol illuxisset.I.P.34.Qui dies post occasum nostrum Reipub.primus illuxit.4.Acad.69.Quis enim iste dies illuxerit,quæro.1.de Diu.50. Cùm autẽ is dies illuxisset magna seditio,&c.1. contra Rul.24. Cùm populo Romano vox & autoritas consulis repentè in tantis tenebris illuxerit. Oct. Quæ non insequens hora antecedente calamitosiori populo Romano illuxit?1.I.A.30.Quem potes recordari in vita tibi illuxisse diem lætiorem.1.Tusc.114.Dies qui vt illuxit, &c.

☞ Syntaxis. *Hic lætus tibi dies illucet. Sol illucet. Vox & autoritas bonorum aliquando illucet. Hora illucet peior.*

ILLVDO,dis.*ludo,ludificor.*‖*nota non solum accusatiuo sed etiam dativo iungi.*1.de Orat.87. Carneades rhetorum præcepta illudere solebat.& 243.Cùm illud nimium acumen illuderes,& admirarere ingenium Scæuolæ,quæ excogitasset,nasci prius oportere quàm emori.& 3.de Orat.169.Illudere in aliquem.pro Do.104. Hic illudit autoritati vestræ pro S.R. 34. Alicuius miseri fortunis,aut alicuius dignitati illudere.Ep.lib.7.ep. 22. Illuseras heri inter scyphos.*Hortens.Tùne Pseudomenon & Soritam,& totam Dialecticam,aut illudis aut in crepas?

ILLVDOR,ris.2.de Orat.237.Miseros illudi nollunt.

ILLVMINATE. *ornatè, splendidè.* 3. de Orator. 50. L. DISTINCTE.

ILLVMINATVS,a,um.2.de Natur.119.Luna à sole illuminata,grauiditates & partus affert.4.ad Her.61. Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata. de Clar.213. Illuminata sapientia. —

ILLVMINO,as.*orno,distinguo,lucem vel lumen affero, lumen præfero,lumina præfero,collustro,illustro.*3.de Orator.203. Hæc sunt ferè quæ sententiis orationem illuminent.3.de Orat.169. Quod tanquam stellis quibusdam notat & illuminat orationem. ‖Orat. 83.Illam autem concinnitatem quæ verborum collocationem illuminat his luminibus,&c.

ILLVMINOR,ris.3.de Or.25.& 99. Illuminare orationem iis luminibus,quæ,&c.quibus orationem ornari & illuminari puto.

☞ Syntaxis. *Illuminata à sole luna, à gemmis corona. Notare & illuminare sententijs orationem.*

ILLVSIO,onis.*irrisio.*3.de Orat.200.Et huic adiũncta illusio.

ILLVSTRATIO,onis.*fulgor,splendor.*1.de Natu.88.Solis illustratio.*Item quam Græci ἐνάργειαν dicunt, Cic.illustrationem appellauit, teste Quintil.lib.6.cap.3.* L. ΕΝΑΡΓΕΙΑ.

ILLVSTRATVS,a,um.de Cla.228. Genus hoc scriptionis nondum est satis Latinis literis illustratum.

ILLVSTRIS,stre:rior,stmus.*clarus,nobilis.* 3.I.V. 17. Et hinc homines maximè illustres, & qui ipsi noti sunt, & alios optimè norunt.de Clar.74.Homo illustris honore ac nomine. de Clar. 122.Sanè illustris orator.7.I.V.39.Tam illustre ac nobile domicilium.& 3.In Ver.82.Tam illustris ciuitas.2.de Diuin.87. Quis enim vir illustrior vtitur fortibus.2.de Nat.95.Bonum & illustre domicilium.1.Off.75.Nomẽ Themistoclis illustrius est, quàm Solonis. Antequam.24. Illustrissimum orbis terrarum monumentum.pro Dom.46.Illi quorum vita remota ab hoc honore populari,& ab hac illustri gratia est.& 87.In eius vita nihil est ad laudem illustrius,quàm calamitas.de Sene.38.Defendi multas causas illustres. 12.I. A.25. Quis audeat luci? quis bene comitatum? quis illustrem aggredi?1.de Nat.12. Habere visum quendam insignem & illustrem.Epist.lib.11.epist.27.Hæc quæ testata sunt & illustria.3.ad Herenn.32.Illustris locus.) (*Obscurus.*Att.lib.4.ep.6.Ne illius iniuriam faciam illustrem.Epist.lib. 1.ep.7. Hæc vides quanto expressiora, quantóque illustriora futura sint.4.Acad.94.Illustribus igitur rebus inistis.1.de Fin. 36.Facta illustria & glorioſa.

ILLVSTRIVS.*clarius.*Ep.lib. 10.ep.19.Vidi me à te amari semper quidem,sed nunquam illustrius.

☞ Syntaxis. *Homo illustris honore, ac nomine. Illustris ac nobilis domus.Hoc ad laudem illustre.Testatum & illustre factum. Facere iniuriam alicuius illustrem.Illustre ac gloriosum factum.*

ILLVSTRO,as.*illumino,collustro.*6. I. V. 71. Fulgore auri collucere & illustrari templum.1.de Orato. 177. Patefacere & illustrare obscura.de Amic. 97. Patefacere & illustrare veritatem. 2.de Inuent.49.Distinguere & illustrare orationem.1. de Orato.61. Illustrare artes oratione. Orato.92. Translata verba quasi stellæ illustrant orationem.pro Arch. 21. Qui libri populi Romani nomen illustrant. pro Domo. 76. In Isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustras meam. 2. Officior. 49.P. Sulpitij eloquentiam accusatio illustrauit. Epist.lib.1.epist.6. Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. Epist. lib. 5. ep. 14.Illustrare aliquem laudibus. 1.Academ.3. Illustrare Philophiam Latinis literis.

ILLVSTROR, ris. 1. Tusculana 5. &3.I. C. 20. Consilia inita contra nos illustrabuntur, vt ab omnibus perspici possint. pro Cæl. 66. Signa quibus veritas illustrari solet. *id est, probari.*

☞ Syntaxis. *Illustrare auro templum,obscuram orationem. Distinguere & illustrare. Illustrare laudibus.Illustrantur tandem cuncta: id est, agnoscuntur,patescunt.*

ILLVVIES,ei.*sordes.*3.Tusc.26.Pectus illuuie scabrum.

ILLYRICVM,ci.*regio.*Att.lib.10. epi.6. Pompeius per Illyricum proficiscitur in Galliam.& ep.7.

ILLYRICVS,ca,cum.pro Pomp.35.Mare Illyricum.2.de Off.40. Bargulus Illyricus latro.

IM, *pro eum,vetustum est.* 2. de Leg.60. Quo auro dentes vincti essent,ast im cum illo sepelire,vtereue se fraude esto. *hic etiam ise, pro sue vsurpatum est.*

IMACARENSES,*non Macarenses,populi.*5.I.V.100.Imacarenses ✠ iam omni frumento ablato, iam omnibus,&c.‖*alias Acharẽses,*

IMACARENSIS,e.5.I.V.47.Ager Imacarensis.

IMAGO,nis.*simulacrum,species.exemplar.*1.de Nat. 107.Fac imagines esse,quibus pulsentur animi:species duntaxat obiicitur quędam.2.de D.137.Nulla species cogitari potest,nisi pulsu imaginum.& *Ibid.* Imagines fluere à corporibus solidis & à certis figuris.4.Acad. 125. Imagines extrinsecus in animos nostros irrumpunt.1.de Finib.21.Atomi, vanæ imagines, quæ idola nominantur.pro S.R.47.Vt effictos mores nostros in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.pro Sest.30.Se imaginem iudiciorum aut simulacrum aliquod in ciuitate futurum putasse.& 19. Vnum te aliquem ex barbaris illis exemplum veteris imperij,imaginem antiquitatis diceres intueri,pro Rab.Posth.16.Imago ad memoriam posteritatis prodita.1.contra Rull.1.Imagines familiæ.2.Contra Rul. 87. Imaginem nullam Reipublicæ relinquent, & vestigium nullum.Ep.lib.6.ep. 6. Filius tuus imago animi & corporis tui. 3 de Orat.219.Imago animi vultus est,indices oculi.1.de N.49. Mens intenta in eas imagines &c.3.I. C.10. Est verò, inquam, notum signum,imago aui tui clarissimi viri.de Ami.102. Memoriam & imaginem patris tui tibi propone.Ep.lib.1.ep.6.Recordatio meorum temporum,quorum imaginem video in rebus tuis.Orator.110. Demosthenis imaginem ex ære vidi. 2.de Inu.1.Muta imago.*id est,pictura. cur non est statua?* 2. de Orator. 356.Artis imago qnædam & similitudo.Ep.lib.5.epi. 12.Agesilaus, qui neque pictã neque fictam imaginem suam passus est esse.11.I.A.6. Imaginem Antonij crudelitatis in Dolabella cernitis.3.Tusc.3.Gloria virtuti resonat tanquam imago.3.ad Her. 30.*& deinceps,de memoriæ imaginibus multa,*2.contr.Rull.99.Nullæ sunt imagines,quæ me à vobis deprecentur. Incer. Comœdia est imago veritatis.

¶ *Comparatio.*1.de In.49. Imago est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem.4.ad Her.63.Imago est formæ cum forma,cum quadam similitudine collatio.

✠ *ADIVN. AEternæ.ingẽtes,præditæ diuinitate,Similimæ.2.de Nat.Agentes,acres,insignitæ,veræ.2.de Or. Antiquæ,viriles.pro Cæl.Dignæ cultu,& religione.* 1. *Na.Domesticæ.pro Syll.Expressa,pro Sex.Rosc. fumosæ.In Pis.Laureata.pro Mur.Mutæ.2.de Inu.*

☞ Syntaxis.*Imagines rerum,pulsantes animum. Imago vitæ, antiquitatis.Imago & vestigium. Imago animi vultus. Imago ex ære.Imago & similitudo.Picta & picta imago.*

IMBECILLIS,le.*imbecillus,infirmus,debilis.*Ep lib.9.ep.16.Fortuna, quam existimo leuem & imbecillem ab animo firmo & graui,tanquã ictum à saxo stangi oportere.Senect.35. Quàm fuit imbecillis P.Africani filius?de Amic.47. Amici imbecilles valent.1.de Inu.35.Valens,an imbecillis.

☞ Syntaxis. *Leuis & imbecilla fortuna.*

IMBECILLITAS,tis.*infirmitas,debilitas,defatigatio.*At.lib.11.ep. 6. Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. de Clar.202.Infirmitas laterum,& virium imbecillitas. ad Bru. epi.10. Imbecillitas ætatis non potest rerum sustinere. *Ibid.*ep.16.Ista verò imbecillitas & desperatio Cæsarem in cupiditatem regni impulit.Att.lib.12.ep.25.Nosti Niceæ nostri imbecillitatem,mollitiem,& consuetudinem victus. 5. Tusc.3. Imbecillitas fragilitasque humani generis.Epist.lib.7.epist. 1. Imbecillitas valetudinis.& lib.1 ep. 4. In hac præsertim imbecillitate magistratuum. pro S. R. 10. Susceptum onus propter imbecillitatem animi deponere.

✠ *ADIVNC. Humana.2.de Natur.Maxima consilij.1. Offic.*

☞ Syntaxis. *Imbecillitas corporis,virium, ætatis. Imbecillitas fragilitatis. Valetudinis imbecillitas,animi.*

IMBECILLIVS.5.Tusc.85. Qui imbecillius horrent dolorem, & reformidant.

IMBECILLVS,a,um:ior. *imbecilis,infirmus,debilis,eneruatus, exsanguis,parum firmamenti ac virium habens,tenuis & nulla valetudine.*) (*Valens.*Att.lib.7.ep.3. Nunc in vno ciue Resp. ad resistendum imbecilla est.Ep.lib.7.ep.1.Cum homo imbecillus à valentissima fera laniatur. & lib.16. ep. 5. Malo te ferò valentem,

quàm ſtatim imbecillum videre. Qu. fra. lib. 2. ep. 4. Quum neque hoc tempore neque ab imbecillis accuſatoribus mihi placuit accuſari. & ep. 9. Marius & valetudine eſt, & natura imbecillior. 2. de Diui. 81. Imbecillus animus facilè ſuperſtitioſa iſta concipit & 125. Omnem ſuperſtitionem imbecilli animi atque anilis eſſe. *Horten. Imbecillus eſt pudoris magiſter timor.

☞ Syntaxis. *Imbecilla Reſpub. ad pugnandum. Valetudine & natura imbecillior.*

IMBELLIS, le. *ignauus.* 1. Off. 82. Nunquã periculi fuga committendum eſt, vt imbelles timidiq́ue videamur.

IMBER, bris. *pluuia vehemens ac repentina.* 6. I. V. 86. Erat hiems, ſumma tempeſtas perfrigida, imber maximus. Att. lib. 7. ep. 19. Maximo imbri Capuam veni. & li. 13. ep. 16. Magnos & aſſiduos imbres habuimus. 1. Tuſ. 43. Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventiq́ue coguntur. 1. de Diu. 98. Sæpe lapidum, ſanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber effluxit. & 2. de D. 60. Imber lapideus aut ſanguineus. *Incer. Quædam terræ imbribus ficciores fiunt, velut in Narnienſi agro ficcitate lutum fieri, imbre puluerem.

✠ ADIVNC. *Aſſidui, & magni.* 13. *Attic. Lapideus, & ſanguineus.* 2. *de Diu. lapidei,* 1. *de Natu. magni.* 3. *Offic. Maximus.* 6. *In Ver.*

☞ Syntaxis. *Magno imbri ambulare. Imbres habere. Effluit lapidum imber, ſanguineus.*

IMBERBIS, be. *imberbus.* 3. de Natu. 83. Apollo ſemper imberbis. pro Dom. 37. Imberbis adoleſcentulus.

*IMBERBVS, a, um. *imberbis.* de Lege agraria. Imberba iuuẽtute.

IMBIBO, bis. *haurio, concipio.* 2. I. V. 42. Imbibere animo malam opinionem de aliquo.

IMBVENDVS, a, um. 2. de Orato. 289. Itaque puer is imbuendus eſt bonis moribus.

IMBVO, is. *inſtituo, inficio, tingo, combibo.* pro Deiot. 28. Quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat. 5. I. A. 20. Cum autem ſemel gaudium ſcelere imbuiſſet, nulla res ei finem cædendi niſi defatigatio afferret. 1. Tuſcula. 30. Omnium hominum mentes imbuit deorum opinio. At. li. 14. ep. 14. Pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere.

IMBVOR, ris. *oneror, impleor.* 3. de Finib. 9. Imbui bonis moribus. 3. Tuſcul. 3. Imbui opinionum prauitate. item. 2. Imbui erroribus. 1. de N. d. 55. & 1. de Finib. 60. Tanta imbueremur ſuperſtitione, ſi vos audire vellemus, vt aruſpices nobis eſſent colendi. * Hort. Literis talibusq́; doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet.

IMBVTVS, a, um. *inſtructus, præditus, plenus.* 1. de Diui. 93. Hetruſci religione imbuti, ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant. 10. I. A. 20. Nos à maioribus ſic inſtituti atque imbuti ſumus, vt, &c. 1. Offi. 118. Plerunque parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moremq́ue deducimur. 1, de Natu deo. 84. Animi conſuetudine imbuti 2. de Orato. 162. Aliquis doctrina liberaliter inſtitutus, atque aliquo iam imbutus vſu. Orat. 165. & pro Milon. 10. Ad hanc legem non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus. 2. de Fin. 16 Cognitiones verborum, quibus imbuti ſumus. pro Dom. 60. Bellum nefarium, & omni odio imbutum. pro Font. 31. Cuius ſanguine totum illud ſociale bellum macula ſceleris imbutum eſt. & *ibidem.* Manus imbutæ ſanguine 3. in Anton. 4. Hac ille crudelitate imbutus nemini pepercifſet. pro Milon. 18. Via Appia latronis ſanguine imbuta eſt. 14. I. A. 6. Imbuti ſanguine gladij militũ noſtrorũ, vel madefacti potius. 1. Tuſcul. 14. Imbutus dialecticis. 2. de Leg. 15. His rebus imbutæ mẽtes. 1. de Finib. 60. Tum ſuperſtitio qua qui eſt imbutus. 2. de Finib. 94. & 2. Tuſcul. 19. Venę viſcerum veneno imbutæ. *Poeta.*

☞ Syntaxis. *Bonis moribus imbuere. Imbuere ſe ſtudijs. Crudium ſcelere imbuere. Imbuit mentes deorum opinio. Imbui erroribus, Inſtitutus & imbutus à magiſtris. Vſu imbutus. Non inſtitutus, ſed imbutus ad. Bellum odio imbutum. Manus imbutæ ſanguine. Imbuti gladij ſanguine vel madefactis potius. Imbutus dialecticis.*

IMITABILIS, le. *quod imitatione aliquis aſſequi poteſt.* Orato. 76. Orationis ſubtilitas videtur eſſe imitabilis, ſed nihil eſt experenti minus.

IMITANDVS, a, um: di, do, dum. 2. de Or. 90. Vitioſa conſectarii imitando. 2. de N. 88. Archimedem arbitrantur plus valuiſſe in imitandis ſphæræ conuerſionibus, quàm naturam in efficiendis. 2. de Orat. 94 Sunt tamen omnes in eodem imitandæ veritatis genere verſati. 2. I. A. 114. Hoc factum eſt expoſitum ad imitandum. 2. de Or. 34. Qui actor in imitando, quàm orator in ſuſcipienda veritate incundior? 3. Offic. 10. Oris pulcritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat. 1. Offi. 83. In adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui, &c. 2. Aca. Vitam ſuam exponere ad imitandum iuuentuti.

IMITATIO, onis. *emulatio.* 14. I. A. 17. Excellentium hominum virtutem imitatione, non inuidia dignam eſſe. 1. Offic. 78. Ad quem & huius gloriæ hærediras, & factorum imitatio pertinet. pro Flacc. 24. Ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum proderetis. 3. Officio. 2. Hanc ingenij præſtantiam ſi minus imitatione conſequi poſſumus, voluntate certè proximè accedimus. 3. de Orat. 213. In omni re vincit imitationem veritas. & 3. de Orat. 44. Vitium imitatione ex aliquo expreſſum. 2. de Orat. 189. In eo nihil eſt niſi falſum, & imitatione ſimulatum. & 242. Ridiculum, quod ex quadam deprauata imitatione ſumi ſolet. 1. de In 28. Multos imitatio decipit breuitatis: & cum ſe breues putent eſſe, longiſſimi ſint. Contemplatio atque imitatio alicuius. L. CONTEMPLATIO. 1. ad Her. 3. Imitatio eſt, qua impellimur, cum diligenti ratione, vt aliquorum ſimiles in dicendo velimus eſſe. 2. de Or. 90. *De imitatione multa & pulchra.* Verba nouata imitatione, Part. or. 16. *Horten. Ad imitationem quaſi noſtri generis contendiſſe. Incer. Comœdia eſt imitatio vitæ.

✠ ADIVN. *Fallax virtutis.* 4. *Acad. Nimia.* 2. *de Orat. Periculoſa, pro Syll.*

IMITATOR, oris. *æmulator, æmulus.* 3. de Leg. 31. Non tantum mali eſt peccare principes, quantum illud, quòd permulti imitatores principum exiſtunt. pro Mar. 2. Ille æmulus & imitator ſtudiorum meorum. Orato. 171. Quorum ſe iſti imitatores eſſe dicunt. in Vat. 22. Veterum facinorum imitator. 3. I. A. 8. Imitator maiorum ſuorum. 2. de Orat. 90. Vt multos ſæpe imitatores vidi. 2. de Orato. 219. Natura fingit homines, & creat imitatores, & narratores facetos. Horten. Deinde imitator, vt ſibi quidem videtur, naturæ mos indicat.

✠ ADIVN *Faceti, permulti.* 3. *de Leg. Multi.* 1. *de Nat.*

IMITATRIX, cis. *æmula.* 1. de Leg. 47. Vel ab ea, quæ penitùs in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni voluptas. 3. Tuſ. 4. Gloriæ imitatrix temeraria atq; inconſiderata, fama popularis.

✠ ADIVN. *Praua virtutis.* 1. *de Inuent. Temeraria, atque inconſiderata.* 3. *Tuſc.*

IMITOR, aris. *quaſi fingo, ſimulo, adumbro, exprimo, imitatione exprimo, exemplum ab aliquo transfero, ſequor, exequor.* 3. de N. 74. Imitari chirographum aliuius. 1. de Leg. 7. Siſenna Clitarchum imitatur: quem ſi aſſequi poſſet, aliquantum ab optimo tamen abeſſet. 2. de D. 58. Et humor allapſus, &c. poteſt ſudorem imitari. pro Quin. R. 20. Imitari aliquem in perſona alicuius. Ep. lib. 9. ep. 20. In qua cœna coquus meus præter ius ardens nihil potuit imitari. 1. de In. 83. Hoc imitatur illud, ſed non eſt eiuſmodi. & 54. Taciturnitas imitatur confeſſionem. Ep. lib. 3. ep. 8. Ne in quo te obiurgem, id ipſum videar imitari. & lib. 2. epiſt. 10. Eos ego fortaſſe nunc imitor. 1. Acade. 10. Imitari Ariſtotelem aut Demoſthenem. 2. de Or. 194. Heroum veteres caſus imitari. de Cl. 70. Canachi ſigna regidiora ſunt, quàm vt imitẽtur veritatem. & 137. L. Cotta cùm verbis, tum ſono ipſo ſubruſtico perſequebatur atque imitabatur antiquitatem. Or. 5. Qui Coæ Veneris pulchritudinem imitari non potuerunt. de Or. Imitatus eſt homo Romanus illum Socratem, &c. 2. de Diuin. 48. Caſus poteſt imitari veritatem. Or. 177. Tu ipſe tibi imitandus es. Orator. 19. Quem imitari atque exprimere non poſſumus. & 74. Pictor, cum ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari, &c. de Orat. 91. Imitari amictum alicuius, aut ſtatum, aut motum. pro Qu. 16. Credidit eum qui orationem bonorum imitaretur, facta quoq; imitaturum. pro M. Scau. Factum alicuius imitari.

☞ Syntaxis. *Imitando vitioſa conſectari. Imitandæ ſunt virtutes. Expoſitum factum ad imitandum. Id imitatione ſimulatum. Æmulus & imitator & narrator facetus. Imitari & exprimere.*

IMMANIS, ne. *importunus, ferus.* (*Mitis, manſuetus.* Par. 81. Patientiam duritia immanis imitatur. 3. I. V. 8. Iſtius immanis atque importuna natura. 4. In Verr. 51. Hoſtis ferus & immanis. 2. de N. 161. Immanis ac fera bellua. 4. Acad. 108. Vt fera & immanis bellua. 4. Tuſc. 44. Tetra & immanis bellua. pro Font. 21. Immanis ac barbara conſuetudo. Q. fr. lib. 1. ep. 1. Immanes & barbaræ nationes. 3. de Fin. 63. & pro S. R. 71. Immanes quædam beſtiæ. Part. 90. Voluptatem immaniſſimus quiſque maximè ſequitur. de Ar. 4. Immanis audacia. 2. I. A. 63. Immanes populi. 5. I. V. 110. Ingens immanisq́ue præda. Att. lib. 2. ep. 9. & pro Qu. R. 23. Immanis pecunia. pro S. R. 68. Immane facinus.

☞ Syntaxis. *Duritia, natura, hoſtis, bellua, conſuetudo, natio, audacia, præda, pecunia, facinus, immania.*

IMMANITAS, tis. *feritas, diritas.* 1. I. C. 14. Immanitas facinoris. in Vat. 9. Omni diritate atq; immanitate teterrimus. 1. de Diu. 60. Feritas atque agreſtis immanitas. 1. Offic. 157. Feritas quædam & immanitas. 2. de Natur. 99. Immanitas feratum. Part. 81. Temperantiam immanitas in voluptatibus aſpernandis imitatur. 1. de Natur. 62. Eſſe gentes immanitate ſic efferatas, vt, &c. Epiſto. lib. 10. epiſt. 1. Cuius tanta non inſolentia, ſed immanitas, &c. 3. Tuſculan. 12. Immanitas in animo. pro Cæl. 14. Niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdam virtutis radicibus niteretur.

✠ ADIVNC. *Agrestis.1.de Diu.Barbara.2.Offic. Detestabilis.1.Offic.Nefaria.3. In.Verr. Noua,singularis, pro.Syll.Tanta,pro Cæl.vetus.7.in Ver.*

☞ Syntaxis. *Homo teter immanitate ac diritate. Feritas & agrestis immanitas. Immanitate efferatus.*

IMMANSVETVS,a,um.1. de Legib. 24. Gens immansueta atque fera.

IMMATVRITAS,tis. *nimia celeritas, acerbitas, importunitas.* pro Quin.82.Quid hæc festinatio? quid hæc immaturitas tanta significat?

✠ A DIVN.*Tanta,pro Pub.Quint.*

IMMATVRVS,a,um. *crudus, peracerbus, acerbitate permistus.* de Cl.125.Gracchi immaturus interitus.2.I.A. 119. & 4.I.C.3.Senimors immatura esse non potest.

IMMEMOR,ris.*oblitus.*Att.lib.4.ep.6.Immemor mandati.& lib. 5.ep.16.Tamen surripiendum aliquid putaui spacij,ne me immemorem mandati tui putares.2.I.A.54.Huius rei næ posteritas quidem omnium seculorum immemor erit. de Clar. 174. Nec Romanorum immemor.*Ibid.*Magna hæc immemoris ingenij signa.pro Syl.83.Adeóne vobis oblitus constantiæ meæ, adeò immemor rerum à me gestarum esse videor?

IMMENSITAS.tis.*infinitas.*1.de Natur. 54. Immẽsitas latitudinum,longitudinum,altitudinum.2.de Natu.98. Immensitates camporum.

IMMENSVS,a,um. *profundus,infinitus.* 1.Tusc.la.73.Tanquam ratis in mari immensõ nostro vehitur oratio.2.ad Her. 34. Immensa,infinita,immoderata cupiditas.3.de Orat.68.Ex ingenti immensoque campo,&c.1.de Orat. 214. Ingenij sui finibus immensis aliquam artem describere.& 2.de Orato.84.In tanta re, tamque immensa.& 3.de Orato.122.1.de D. 12. Obseruata sunt hæc tempore immensõ.1.de N.26.& 1.de Or.21.Aer immensus & infinitus.5.I.V.23.Immensa vorago vitiorum.

☞ Syntaxis. *Cupiditas immensa,infinita,immoderata. Immensa vitiorum vorago.*

IMMERGO,gis.*ingurgito.* pro Cluen.36. Is se blanditiis in illius consuetudinem penitus immersit.

✠ ADVER.*Penitùs,pro A.Cluent.*

*IMMERSVS,a,um.de Vniuer.41.In flumen immersus.

IMMERITO.2.de Or.209.Si immeritò,&c,

IMMIGRO,as. *migro, comigro.* de Clar. 273. Sic tamen, vt non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres. pro Dom. 141. Ex suis templis in eius ædes immigrare nolebant.1.Tusculan.58.Cum animus repentè in tam insolitum domicilium immigrauit.13.I. A. 34. Paucis diebus in domum paternam in. migrabit. pro Dom. 107. Deos in domum immigrare voluisse.

IMMINENS,tis. *paratus, promptus.* pro Domo.14. Homo ad cædem imminens. 4. I. V. 134. Aliquem auaritia hiante atque imminenti esse.2.de Ora.225.Coniectis oculis gestu omni imminenti dixit.

IMMINEO,es. *impendeo* ‖ *cùm datiuo,tum accusatiuo, à Cicerone* ✠ *inusitatur. quod recentioribus vix notum.*pro Dom.25. Impendebat direptio,imminebat tuus furor omnium fortunis.3.Officio.46. Nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina Piræo. pro Cor.34. Cum præpotens Carthago huic imperio immineret.1.Tusc.91.Mors propter incertos casus quotidie imminet.Att.lib.5.epist.20.Certior sum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longè abesse,Ciliciæ magis imminere.Att. lib.15. ep. 17. Ipse autem hodie in Peti nostri tyrotarichum imminebam. pro Dom. 47. Qui imminere iam cupiditate videtur in tribunitiam potestatem.5.A.20.Huius mẽdicitas auiditate coniuncta in fortunas nostras imminebat.Brut.Epi.Prid.Inuent.7. Templis deorum immortalium imminet egentium & perditorũ spes.7.I.V. 144. Iste infestus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. pro Pomp. 12. Imminent duo reges toti Asiæ.2.contra Rul.86.Carthago excutrere ex Africa & imminere populo Rom.videtur.1.I.C.30. Nonnulli sunt qui ea quæ imminent,non videant.

☞ Syntaxis. *Homo ad cædem imminens. Auaritia hians & imminens alicuius.Italiæ hostis imminens.Res ista imminet:id est, coràm, palàm, ante oculos est.*

IMMINVO,nuis.*diminuo,attenuo.*1.de Orat.259.Imminuere aliquid de voluptate alicuius. pro S. R. 109. Violare atque imminuere ius & officium.Ep. lib. 3.ep.3.Si copias quàm minimum imminueris. ‖ 2. Cont. Rull. 19. Quod nemo imminuit nemo Immutauit.

IMMINVTIO,onis.*diminutio.*Epi.lib.3.ep.8. Vt sumptus egentissimarum ciuitatum minuerem sine vlla imminutione dignitatis tuæ.5.de Fin.37.Si prauitatem imminutionemque corporis propter se fugiendam putamus. *Alij munitionemq; legunt.*

IMMINVTVS,a,um.12.I.A.7. Acerrima illa & fortissima cupiditas,&c.imminuta ac debilitata est.pro Pomp. 30. Bellum expectatione Pompeij attenuatum atque immunitum est.* in ✠ Clod. Virtus non est imminuta.& ‖ 6.In Verr.60.

IMMISERICORS.(*Misericors.*2.de Inu.108. Ipsum immisericordem, superbum fuisse:& si poterit, ostendet semper inimicum fuisse.

IMMISSIO,onis. de Sene. 53. Sarmentorum ea quam dixi aliorum amputatio,& aliorum immissio.

IMMISSVS,a,um.*missus.*Atti.li.14.ep.10.Serui cum facibus in tecta nostra immissi.3.de Nat.91.Is non immissum à Deo dolorẽ, sed conceptum à seipso continebat.pro Dom. 39. Tela,quæ ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt.& de Arusp. 22.

IMMITTO,tis.*mitto,iacio,impello,inculco.*6.I.V.101. Eóne tu seruos ad spoliandum fanum immittere ausus es? de Ar. 26. In alteram caueam seruos immisisti,ex altera liberos eiecisti. Parad.1. Quæ vis Decium deuouit, & immisit in armatas hostiũ copias?pro Font.38.Immittere se armatum in hostium manus. 1.Tusc.116.Immittere se in in hostes.Ep.lib.10.ep.30. Immittere equum ad legionem. Orato. 190. Sed tamẽ in eo ipso loco immittit imprudens ipse senarium.Parad.4.Iacere & immittere iniuriam in aliquem. Epi.lib.8.ep.10.Immitto gladiatorem.

*IMMITTOR,eris.3.I.V.78. Immittentur homines?expugnabuntur domus?

☞ Syntaxis. *Immissus à Deo dolor.Immittere se in hostes actela. Immittere equum ad legionem.Iacere & immittere iniuriam in aliquem.*

IMMO.*etiam atque etiam,iam verò etiam, citius dixerim.* L. CITO. At.lib.9.ep.6.Causa igitur non bona est,immò optima. pro Cl. 80.Non ꝙ res alia esset,immò eadem.2.contra Rul.96. Immò verò etiam hoc magis quàm,&c.quòd,&c.Offic.*. Non igitur patriæ præstat omnibus officiis:immò verò,sed ipsi patriq; conducit pios habere ciues. & *Ibidem.* Immò verò obsecrabit patrem,ne,&c.& Ep.lib.9.ep.17.

IMMOBILIS,le.*torpens.*de Som.12.Terra noua immobilis manens,ima sede semper hæret.

IMMODERATE.*non moderatè,extra modum,immodestè,immodicè.* 1.Offic.90.Nã vt aduersas res, sicut secũdas immoderatè ferre, leuitatis est.2.de Nat.149.Lingua vocẽ immoderatè profusam fingit ac terminat.Ep.lib.12.ep.1. Immoderatè abuti aliqua re. de Vn.38.Immoderatè & intemperatè viuere.1.de Di.60. Exultare, immoderateque iactari.de Vniuers.7. Immoderatè agitatus & fluctuans.

IMMODERATIO,onis.*petulantia,procacitas.*pro Syl. 30.Efferri immoderatione verborum.

IMMODERATVS,a,um.*immodestus,intemperans,nimius.*Att. lib. 13.ep.28.Alexandrum,postquam rex appellatus est, superbum, crudelem,immoderatum,fuisse.Q.fr.lib.1.ep.1.&10. I.A.23.Immoderata libertas in finita hominum licentia.Orato. 198. Immoderata oratio.pro S. R.131. Ventus vehemens,immoderata tempestas.1.de D.60.Ea pars animi immoderato obstupefacta potu,&c.pro Cæl.53.Immoderata mulier.1.Acade.37.Immodẽrata intemperantia.2.ad Heren. 34. Immensa, infinita,immoderata cupiditas.

☞ Syntaxis. *Superbus,crudelis,immoderatus. Immoderata tempestas. Immoderata intemperantia. Immensa,infinita,immoderata cupiditas.*

IMMODESTE.*immoderatè.*ad Her.

IMMODESTVS,a,um.*immoderatus.*1.Offic.104.Genus iocandi nec profusum, nec immodestum esse debet,sed ingenuum & facetum.

IMMODICE. *immoderatè.*4. Tusculan. 40.Immodicè ferrè aliquem casum.

*IMMODICVS,a,um.de not.

IMMOLANDVS,a,um.pro Font.21.Consuetudo hominum immolandorum apud Gallos.2. de L. 29. Quib. hostiis immolandum,cuique deo.cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui fœminis.

IMMOLATOR,oris.2.de D.36.Vt se exta ad immolatoris fortunam accommodent.

IMMOLO,as.*sacrifico.* 2. de Inu.95. Lex erat, ne quis Dianæ vitulum immolaret.1.de D. 73. Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium.3.Tusc.63.Immolare hostias.Ep.li.6.ep.7. Nemo nostrum est,vt opinor, quin vota victoriæ suæ fecerit; nemo quinetiam cum de alia re immolaret,tamen eo quidem ipso tempore,vt quàm primùm Cæsar superaretur, optaret. 3. de Nat.deor.88.Pythagoras musis bouem immolasse dicitur.

IMMOLOR,ris.2.contra Rull. 92. Maiores hostias à consulibus ad præconem & ad tibicinem immolari.2.de Diu.38.Cum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit, vt litetur aliis, aliis non litetur?

IMMORTALIS,le.*indissolubilis sempiternus.*)(*Mortalis.*3.de Nat. 29.Si omne mortale est,nullum est immortale.1.Offic. 120. Vt fortuna nonnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videatur.2.de Orato.8.Reddere memoriam alicuius immortalem.pro Cornel.40.Nostri imperatores mortui, quorum viuit immortalis memoria & gloria.I.P.27.Immortalem quæstum fieri. &31.Immortalem fructum capere.de Sen.82. Opti-

mi cuiusque animus maximè ad immortalem gloriam nititur.2.de Leg.27.Omnium quidem animi immortales,sunt,sed fortium bonorumque diuini.

☞ Syntaxis. *Immortalis memoria,natura,gloria,quæstus,fructus.*

IMMORTALITAS,tis. *Immortalis memoria nominis sempiterna, immortalis gloria,perpetuitas,immortalis conditio vitæ, memoria hominum sempiterna,memoria æternitatis.*)(. *Mortalitas.* 4.I.A.3. Sunt enim facta eius immortalitatis,non ætatis. *sine, vt ego legendum censeo,nomen ætatis.*3.de Orato.57. Socratis sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. pro Dom. 76. Id feci,quod omnes non negent immortalitati,si fieri possit, mandandum. I. P.7.Mihi populus Romanus non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donauit.2.de Ora. 36.Historia qua voce alia,nisi oratoris immortalitati commendatur? 2. de Nat.153.Vita beata nulla re nisi immortalitate cedens cœlestibus.2.I.A.33. Quæ tam immemor posteritas? quæ tam ingratæ literæ reperientur?quæ eorum memoriam non immortalitatis memoria prosequantur?de Senect.73. Non est lugenda mors,quam immortalitas consequatur.& 78. De immortalitate animorum disseruisset.

☞ Syntaxis. *Immortalitati tradere,mandare commendare Immortalitatem donare.*

IMMORTALITER.*maximopere,incredibiliter.* Quint. frat. lib.3. ep.1.Quòd scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

IMMORTVVS,a,um.*planè mortuus.*Att.lib.1. ep.11. De immortuis reliquiis coniurationis.

✻IMMVNDVS,a,um.pro Q.Gall.Humus erat immunda.

IMMVNIS,mune.*vacuus à munere,qui vacat muneribus.lib.*4.I.V. 166. Qui agros immunes liberosque arant.5. I. V. 13. Ciuitates sine fœdere immunes ac liberæ. pro Font.7. Falsum est ob vacationem precium datum,cum immunis nemo fuerit.3.contra Rull.9.Immunia commodiore conditione sunt, quàm ea quæ pensitant.3.I.A.22.Is campi Leontini duo millia iugerum immunia possidet. & 7. I. Ver.57. Agri immunes. Epistol.lib.8. ep.9.Agros fructuarios vult immunes esse.de Senect.34.Senilis ætas vacat muneribus,iis quæ non possint sine viribus sustineri.‖5.In Ver.92.Ad immunem ciuitatem.

☞ Syntaxis. *Immunes agri,ac liberi.*

IMMVNITAS,tis.*vacatio,libertas.*pro Font.17.Immunitas ac libertas alicuius prouinciæ.& Ep.lib.12.ep.1. Dare alicui immunitatem munerum.& 1.I.A.3.Immunitates dantur.

✠ADIVNC.*Infinitæ.2. Phil.*

IMMVNITVS,nita,nitum.*apertus,non septus.* pro Cec.54. Si via sit immunita,iubet quà velis,agere iumentum.

IMMVTABILIS,le.*immobilis,perennis,proprius.* 2. de Natur.49. Stellæ spaciis immutabilibus ab ortu ad occasum cõmeant. de Vn.5.Immutabilis æternitas.de Fat.28. Causæ immutabiles & æternæ. Causæ inclusæ in rerum natura atque mundo. de Fat.14.Omnia verò in præteriris necessaria sunt, quia sunt immutabilia.& 18.Hoc est immutabile ex vero in falsum. de Fat. 20. Immutabilia esse, quæ futura sunt.de Vn.5. Res stabilis & immutabilis. 4. Academ. 23. Comprehensio stabilis & immutabilis.

☞ Syntaxis. *Aeternum ac immutabile. Stabile & immutabile.*

IMMVTABILITAS,tis.*necessitas.*de Fat.17. In factis immutabilitas apparet,in futuris non item.

IMMVTATIO,onis.*metonymia,hypallage,traductio.*Orator.94.Et quanquam translatio est apud eum multa. tamen immutationes nusquam crebriores:vt cum ponimus Africam pro Afris.

✠ADIVN.*Crebra.6.Att. Parua verbi.2.de Ora. Crebriores,Orat.ad Brut.*

IMMVTATVS,a,um.Ep.lib.1.ep.9. Conuersis rebus, ac bonorũ voluntatibus immutatis.

IMMVTO,as.*muto.*pro Flacc.33. Cum successor aliquid immutat de institutis priorum.2.de Diu. 89. Signiferi orbis vnam quanque partem aliam alio modo mouere atq; immutare cœlũ.Ep. lib.1.ep.9. Si quibusdã in sententiis paulùm me immutassem. Ep.lib. 5. ep. 8. Qui & re nonnunquam à me alienarunt, & me immutarunt. *Ibid.*Orat.93.Ennius pro Afris immutat Africam. Or.214.& 2.contra Rul.19.Verborum ordinem immuta,fac sic, comprobauit filij temeritas.

☞ Syntaxis. *Ne quid moue,aut immuta. Se in sententijs immutare.Ille me tibi immutauit.Ordinem immutare.*

IMPACTVS,a,um.1.*I.*A.4.Vncus impactus est fugitiuo illi, &c.

IMPAR,*disparis.*4.Acade. 32. Stellarum numerus par,an impar sit, nescitur. de Som. 11. Sonus interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis.

IMPARATVS,a,um.*incautus,immunitus,non paratus.*)(. *Paratus.* pro Sest. 79. Inermem atque imparatum Tribunum gladiis adoriuntur.& 3.Tusc.29. Ne me imparatum cura laceraret repens.3.I.A.2.Breue tempus longum est imparatis.Att. lib. 7.ep. 15.Sumus enim flagitiosè imparati,cùm à militibus tum à pecunia.de Cl.139.M. Antonius imparatus semper aggredi ad dicendũ videbatur.Ep.lib.2.ep.3.Imparatum te offendã.Attic.lib. 9.epist.7.Nec ero,vt in malis,imparatus.pro Mil.56. Imparatus in paratos inciderat.

☞ Syntaxis. *Flagitiosè imparatus à pecunia,à militibus imperator.*

IMPARTIO,tis.*impertio, impertior,do,tribuo.*4.I.V. 84. Cogitationes,quæ mihi nullam partem neque nocturnæ neque diurnæ quietis impartiunt.pro S.R.131.Commoda quibus vtimur,à Deo nobis dari atque impartiri videmus.de Amic.71. Vt si quam præstantiam virtutis consecuti sunt, impartiant eam suis,communicentque cum proximis.

☞ Syntaxis. *Nullam tibi partem neque, &c. impartio. Nobis dantur & impatiuntur à Deo commoda.*

IMPATIBILIS,le.*quod ferri tolerariq; non potest.*)(. *Patibilis,tolerabilis.*2.de Finib.57. Quem quidem dolorem vos impatibilem improbis facitis,bonis tolerabilem.

IMPEDIMENTVM,ti.*impeditio,mora.*2.de Di.96.1.de Ora.206. Demosthenes impedimenta naturæ diligentia industriaque superauit. pro S.R. 9.& 149. Nam commoditati ingenium est impedimento.pro Milon. 28. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo,nulla rheda,nullis impedimentis.& *Ibidem.* Cùm Milo cum vxore veheretur in rheda vulgi magno impedimento. Att.lib.5.ep.9.Patras accedere sine his impedimentis non satis visum est decorum.Att.lib.16.ep. 8. Impedimenta expectanda sunt,quæ Anania veniunt,& familia ægra est.1.de In.12.Inferre moram & impedimentum alicui.‖& Epist.lib.11.ep.2. Quẽ enim impedimento futurum putas.

✠ADIVNC. *Legitimum. 1. Phil. Magnum vulgi. pro Mil.maius.1.Attic.*

☞ Syntaxis. *Inferre moram & impedimentum.*

IMPEDIO,dis.*impedimento sum,impedimentum infero.interpello,obsto,excludo,interponor.*)(*Permitto.*Epist.lib.9.ep.19. Me quotidie aliud ex alio impedit:sed si me expediero,&c. Ep.lib.7.ep. 5. Ea mea quædam tibi non ignota dubitatio, aut impedire profectionem meam videbatur,aut certè tardare.Att.lib.13.ep.45.Tu velim sis (nisi te impediuisti) apud nos pridie Calendarum.4. Acad.19.Remouere omnia quæ obstant & impediunt.pro Cœl. 60.Sed hæc illius clarissimi viri mentio,& vocem meam fletu debilitauit,& mentem dolore impediuit.de Pro.35. Rem propè iam explicatam perturbare atque impedire.de Fat. 2.Id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem, impediuit. de Ar.1.Cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret. * pro C.Cornel. 1. Quæ leges rem militarem impedirent cont.C.Anton.Conans legem impedire.‖Ep.lib. 3.ep.7. quod eorum ædificationem literis meis impedissem.& lib.15.ep.15 Erotis dispensatio impedit.

IMPEDIOR,ris.4.de Fin. 2. Sed pudore impedior. pro Mur.39. Nos qui ab delectatione omni negotiis impedimur. Brut.§. Alterum ab altero adiuuari vel impediri.At.lib.8.ep.25.Cedendum enim celeriter est,ne fortè qua in re impediar atque alliger.1.de Fin. 59. Quod si corporis grauioribus morbis vitæ iucunditas impeditur: quanto magis animi morbis impediri necesse est.

IMPE'DITIO,onis.*impedimentum.*1.de Diuin. 115. Animus liber sensibus ab omni impeditione curarum.

IMPEDITVS,a,um.*præpeditus,irretitus,penè cõstrictus,difficilis.*pro Milo.28.Cum Milo Penula irretitus,rheda impeditus,vxore penè cõstrictus esset.)(. *Promtus ad pugnam,expeditus.*de Aruſp.22. Cum ille seruorum multitudini S. P. Q. R. vinctum ipso conspectu,& constrictum spectaculis,atque impeditum turba & angustiis tradidisset.pro Cæl.45.Animus libidini deditus,amore, desiderio,cupiditate impeditus. *Ibid.*Amores hunc occupatum impeditumque tenent. pro Sest. 97.Impeditus domesticis malis.I.P.3.Impeditis reipublicæ temporibus.pro Pom.19. Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse.5.I. V. 63. Is ætate & morbo impeditus venire non potuit. L. PRAEPEDITVS. pro R.P.24.Sapientis est,cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit se expedire.Att.lib.15. ep.15. Te nolo impeditum impedire.

☞ Syntaxis. *Aliud ex alio impedit,(nisi te impediuisti.) Impedita mẽs dolore. Explicata perturbare,atque impedire. Impedire causſam. Impediri negotijs,in negotijs. Impediri & alligari. Impeditum impedire.*

IMPELLO,is:*vrgeo.adduco,induco,tacto,incito.*)(. *Retardo,reuoco.*1. de D.122.pro Cluen. 70. Præcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus.pro Flacc.85.Non igitur secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt.pro Syl.36. Qui Barbaros ad bellum impelleret.pro Flacc.20.Qui nullo impellente fallebant, eos vrgente Lælio religiosos fuisse putamus? pro Clu.70.Præcipitantem igitur impeliamus,& perditum prosternamus.I.P.1.Hic in fraudem homines impulit.1.de Natur. 7.Quæ causa te impulit,vt ita faceres?2.de Natu.166.Quæ ratio

poëtas

poëtas,maximéque Homerum impulit,vt,&c.1.de Or.126.Impellere atque hortari aliquem ad aliquam artem. 2. I. A. 26. *Si* autores ad patriam liberandam desiderarentur, illis autoribus Brutos ego impellerem.de Sen.77.Nec me solùm ratio impulit vt ita crederem, sed etiam autoritas, &c. de Vn.7. Quæramus igitur causam,quæ eum impulerit,vt,&c.2. ad Heren.34. Auaritia hominem ad quoduis maleficium impellit.1.de Orato.30. Voluntates impellere quò velis:vnde autem velis deducere.Ep. lib.1.epistol.9.Grauissimè autem me in hanc mentem impulit Pompeij fides.*pro M.Scau.Me in spem impulit,posse,&c.

IMPELLOR,ris.2.de Orat. 312. Loci,quibus impetus animorum aut impellantur,aut reflectantur.de Cl.19.Impelli atque incendi ad aliquid faciendum.3.de Fin.65.Impelli natura,vt,&c. pro Deiot.32.Promissis in fraudem impelli.

IMPENDENS,tis.Art.lib.8.ep.3. Propter suspicionem huius impendentis tempestatis,vel ruinæ.2.de Natu.98. Impendentium montium altitudines.

IMPENDEO,es,*immineo,iam iam adsum,instо,appropinquo.*4. Tusc. 35.& 1.de Finib.60. Poëtæ impendére apud inferos saxum Tantalo faciunt. Art.lib.6. ep. 2. Magnum bellum impendet à Parthis.& ep.6.Dum impendére Parthi videbantur statueram fratrem relinquere.1.de Orat.26.Nihil incidit posteà mali, quod non impendére illi tanto antè vidissent. pro S. R. 31. Omnes in me terrores,periculaque impendent omnia.4.Tusc.35. Semper aliquis aliis dolor,aliis terror impendet.Brut.ep.18. Impendent infiniti sumptus in hos exercitus,quibus defendimur. pro Qu. 47.Quæ mala iam adesse atque impendere videntur.7.I.V.156. Mercatoribus formidines à vestris magistratibus impendent. de Pro. 42. Tantum Reipub. sceleris impendére à consulibus non suspicabar.1.I. C. 22. Quanta tempestas inuidiæ nobis impendet.5.Tusc. 62. Gladium dimitti iussit,vt impendéret illius beati ceruicibus. Attic.lib.4.epi. 16. Iudicia reliqua impendent, nondum est plenè expeditum.pro Mil.77. Quæ aderant iam & impendebant, quónam modo ea depellere potuissetis? 1. in ✠ Catil.14.Art.lib.8.ep.11.Tanta malorum impendet ἴλιγξ ‖ & li. 11.epist.22.Sed seponi & occultari possunt vt extra ruinam sint eam quæ impendet.Epist.lib.2.ep.16.Nulla est enim acerbitas quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere videatur.1.de Nat. 45. Nullos à superis impendére metus. Epi.libr.2.ep.11.Belli magni timor impendet.Epi.lib.4.ep.14.Vt ea quæ partim adsunt, partim impendent, moderatè feramus. Epi.lib.6.epist.4. Nullum est tantum malum,quod non putem impendére. & lib.8. epist. 14. Video magnas impendére discordias. 2. In Catil. 11. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, aut instare iam planè, aut certè iam appropinquare. pro Domin. 25. Impendebat fames, incendia, cædes, direptio, immi-ebat tuus furor omnium fortunis.de Ar. 4. Tum, inquam, tum vidi, & multo antè prospexi, quanta tempestas excitaretur,quanta impendéret procella Reipublicæ.1.I.A. 10. Si quid mihi humanitus accidisset, multa enim impendére videbantur,præter naturam,præterque fatum. pro Cluent. 66. Ex eo quod aliis accidit,quid mihi impendeat,suspicor.Attic.lib.2. ep.22.Ea contentio quæ impendet.*id est,futura est.*& *Ibidem.* Im- ✠ pendet negocium,ad quod tu scilicet aduolabis.‖At.lib.7.ep.1. Planè.opus fuit si hoc impendebat.

☞ Syntaxis. *Impendent montes, tempestas,terrores,pericula,à malis bellis,inimici,scelus ab aliquo alicui. Impendet,instat,appropinquat nox.*

IMPENDIO. *multò.*Att.lib.12.ep.4.At ille impendiò nunc magis odit Senatum.

IMPENDIVM,dij.*impensa.* pro Q.12.Is quæstū sibi instituit sine impendio.

¶ *Vsura,id est,pecunia quæ sorti accedit,vt Varro ait.*Attic.lib.6.ep. 1.Itaque cogito fœnus & impendium recusare.de Clar. 16. Solum ita diligenter colemus, vt impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris.

IMPENDO,dis.*insumo,impensam ago vel facio,pecuniam in aliquam rem conjcio,consumo.*pro Qu.12.Posteaquam nescio quid impendit,& in commune contulit mediocri quæstu cōtentus esse non poterat.6.I.V.68.Impéndere pecunias in res vanas.5.I.V.121. Illi intelligebant sese Verri ferere,impéndere,laborare.

IMPENDOR,ris.5.I.V.227.Ad incertum casum & euentum, certus quotannis labor & certus sumtus impenditur.

IMPENSA,sæ.*impendium,sumptus,iactura.*6. I. A. 14. Possessores nullam impensam fecerant,nondum instruxerant.5.I.V.53.Arationes magna impensa,magnóque instrumento tueri.2. Offic. 60. Atque etiam illæ impensæ meliores sunt,muri,naualia,&c. Anteq.5.Quoniam maior impensa in patriam officij facta est, quàm in priuata fit defensione.Anteq. 16. Qui neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam.3. I.V.145. Columnæ machina appositæ, nulla impensa eisdem lapidibus repositæ sunt.Atti.lib.13.epi. 25.Impensam facimus in Macrocola.pro R. 43.Turpes impēsæ cupiditatū atq; iacturæ.Cæl. Ep.li.8.ep.1.Ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam.Ep.li.16. epi.18.Is ne nos tanta impensa derideat,calface hominē.1.de Fin.45.Ne cessariæ cupiditates, nec opera multa, nec impensa explentur.

✠ *A DIVN. Magna,5.In Ver. Maior.) (.minor, Anteq. ir. Meliores,2. Offic.Multa,1. Famil. Tanta,16. Att. Turpes cupiditatum,pro Rab.*

☞ Syntaxis. *Impendium,pro vsura. Impéndere pecuniam in libros. Labores impendere,ac sumtus. Impéndere de pecunia.Impensam facere. Officiorum impensam in patriam agere.*

IMPENSE. *vehementer.*Attic.lib.5.Impensè rogare aliquem.Epistol. lib.13. ep.64. Nunc eo facio id impensius, quòd eius causam Nero suscepit.

IMPENSVS,a,vm.*non solutus.* Att.li.14. ep.12.Vel impēso precio. ¶ *Erogatus.*7. I. V. 46. Vbi tandē istud latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum?

IMPERATOR,atoris.*dux, qui exercitui præpositus est.*1.de Orato. 210. Imperator est administrator belli gerendi.1.de In.58. Callidus & sapiens imperator. & *ibid.* Exercitus,cui præpositus est sapiens imperator.2. de Orat.187. Imperator bonus & fortis. & 268.Egregiè fortis & bonus imperator.pro Pom.28. In summo imperatore quatuor has res inesse oportet, scientiam rei militaris,virtutem,autoritatem,felicitatem.de Clar.281.Is imperator esse cupiebat, cui muneri mos maiorum ætatem certam, sortem incertam reliquit. pro Dom.90. Populus Romanus dominus regum,victor atque imperator omnium gentium. de Cl 256. Orator præstat minutis imperatoribus.1.I.C.5. Imperator eorum castrorum,duxq; hostiū.6. I.V.82.Nomen inuictissimi imperatoris incidatur.6.in Verr.129.Imperatoris Iouis tria olim signa in orbe terrarum pulcherrima.2.Tusc.62.In primis laudabat illud q. diceret,eosdem labores non esse æquè graues imperatori & militi: quòd ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorium.8.ad Attic.ep.11.Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori,Reipublicæ beata ciuiū vita proposita est,&c. pro S.R.151. Solent hoc boni imperatores facere,quum prælium committunt, vt in eo loco, quo fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent.14. Philipp.11. Sed hoc primū faciam, vt imperatores appellem eos, quorum virtute, & consilij fœlicitate, maximis periculis seruitutis atq; interitus liberati sunt.5. ad Atti. ep.20.Imperatores appellati sumus.3.de Nat.15.Imperatores q patriæ consulerent,vitæ nō parcerent.2.de Nat. 10.Quidā imperatores etiā seipsos diis immortalibus pro Repub. deuouerunt,capite velato,certis verbis.4.Philipp.Faciam igitur vt imperatores instructa acie solent, &c.3.ad Qu. fr.ep.1.Imperatorū alter exercitum perdidisset, alter vendidisset.1. de Nat. 77. Animos imperatorum à vitę prauitate ad deorum cultum conuerterent.3.de N.deor.15.Imperatorū illud consilium fuit,quod Græci στρατηγημα appellant. pro Ligar.7. Imperatorū insigne, fasces laureati. 13. ad Attic.ep.6.Imperatorū necessarij in decē non soliti ligari.1. de Ora.7.Imperatorū numerus maior quàm oratorū.15. Fam.ep.4. Imperatorum non tam res gestas quàm mores,instituta,atque vitam spectare in habendis honoribus.

✠ *A DIVN. Absens,clarissimus, & summus,crepidatus, nobilis,præposterus,in Piso. Acutus.13.Phil.Ambitiosus,& inuidus,rudis,pro Mur.Bonus,optimus,7.in Ver. Bonus, & felix,2.in Ver.Bonus,& fortis,Egregiè fortis, & bonus,2. de Orat. Callidus,& sapiens,1.de Inuent. Certus,magnus,nouus summus, atque perfectus, pro Pomp. clarissimus, Inuictissimus,6.In Ver. clarissi[illegible]o Font. Dignus,aliquo nomine,Part.Grauis,5. T[illegible].Ignauior,pro Cæc.Infelicissimus,& terrimus, plurimi,præclarus,de Prou.liberalissimus,7.famil.melior,5.Attic.minuti,de Clar.noui,pro Lig.præstātissimus,3.de Orat.Seuerus,2.Tusc.singularis,1. Offic.Summi,pro Corn.vetus,1.de Diuin.*

☞ Syntaxis. *Regum dominus,victor,& Imperator omnium gentium. Minutus Imperator.*

IMPERATORIVS,a,um. pro Corn.44. Ille imperatorius ardor oculorū. I.V.act.5.187. Imperatoria donatio. Tusc.lib.2.62. Imperatorius labor.4.Aca.2. Imperatoria laus.I.V.act.3.57.Imperatoriū ius.3.de Or.10.Rostra imperatoriis manubiis ornata. Epist.lib.11.ep.4.Nomen imperatorium.Bruti.

IMPERATRIX,cis.pro Cel.67.Fortes viri ab imperatrice in insidiis atque in præsidio balnearum locati.

IMPERFECTVS,a,um.*inchoatus,mancus,non absolutus,præcisus, impolitus,adumbratus,acerbus,infinitus.* Ep.9. lib.1. epi.9. Nunc vt Appelles Veneris caput, &c. reliquam partē corporis inchoatam reliquit:sic quidam homines in capite meo solùm elaborauerunt, reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt. de Vniuer. 8. Omnia animantia sunt inchoata, nulla ex parte perfecta:imperfecto aūt nec absoluto simile pulchrū nihil est.

☞Syntaxis. *Imperfectum, ac rude. Omni ex parte imperfectum.*

IMPERIOSVS, a, um, *superbus.* Postquam. In Sen. 11. Eum consul imperiosus exire vrbe iussit. 2. de Fi. 60. Imperiosus ille Torquatus. & 105. Nimis imperiosi philosophi est, vetare meminisse. Parad. 5. Cupliditas honoris quàm dura est domina, quàm imperiosa, quàm vehemens.

¶ *Magno imperio.* Or. 120. Imperiosi populi & reges illustres. *id est, qui multum imperarunt.*

☞Syntaxis. *Honoris cupiditas dura domina, imperiosa vehemens.*

IMPERITE, ſſimè, *Incutè indoctè, imprudenter,* 2. In. Ant. 81. Est hoc imperitè. pro Cor. 27. Aliquid imperitiſſimè dictum. *Horten. nec enim imperitè exorſus es.

IMPERITVS, a. um. *inſcius, rudis, ignarus, indoctus, barbarus.* Part. 92. Si apud indoctos imperitoſque dicemus. pro Fl. 16. & 3. I. V. 133. Homines imperiti rerum omnium, rudes ignarique 3. de Or. 173. Imperitus dicendi & ignarus. pro S. R. 143. Homo imperitus morum, agricola, ruſticus. 3. de Fin. 74. Quæ irrideri ab imperitis ſolent. pro Corn. 47. Marius non imperitus fœderis, non ignarus belli, non rudis exemplorum. 4. ad Her. 14. Imperitus rerum. & 15. Adoleſcens imperitus conuiciorum. 1. de Or. 238. Homo eloquens, iuris imperitus.

☞Syntaxis. *Imperitus, indoctúſque: Rerũ omniũ imperitus, rudis, ignarus. Imperitus docẽdi, & ignarus. Morũ imperitus Imperitus conuiciorũ.*

IMPERIVM, rij *poteſtas, diuo, publica dignitas, magiſtratus, prouincia.* ad Brutũ. ep. 15. Decreui etiam Imperium: quod quanquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti neceſſarium. quid enim eſt ſine imperio exercitus? I. P. 38. Quas res geſſiſti in imperio & prouincia conſulari? & *Ibid.* Ex Macedonia aliquot prætorio imperio conſulari quidem nemo rediit, qui non triumpharit. pro Font. 2. Galli ſub populi Romani imperium ditionémque ceciderunt. At. lib. 14. epi. 5. Vides tyranni ſatellites in imperiis. 1. Offi. 68. Nec verò imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. Epiſt. lib. 3. ep 7. Cepi & geſſi maxima imperia. Epi. lib. 1. ep. 1. Eſſe cum imperio. 11. I. A. 25. Dare imperium alicui extraordinarium, vel extra ordinem. 5. I. A. 45. Demus igitur imperium Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari nõ poteſt. Quin. frat. lib. 1. epi. 1 Illi quidẽ imperium ita datum eſt, vt redderet. de Sen. 37. Appius tenebat non modò autoritatem, ſed etiam imperium in ſuos. pro Cec. 52. & 2. de In. 140. Imperium domeſticum in ſeruos. 4. Tuſc. 42. Imperiũ ſeuerum. 2. de Fin. 105. Imperia Manliana. de Sen. 51. Terra nunquam recuſat imperium. Quin. frat. lib. 1. ep. 1. Ad ſummum imperiũ etiam acerbitatem naturæ adiungere. 1. de D. 68. Cum C. Coponius prætorio imperio claſſi Rhodiæ præeſſet. de Ar. 37. Sacrificium, quod fit in ea domo quæ eſt in imperio. *id eſt, in domo conſulis.* pro Flacc. 18. Is qui nuper ſummo cum imperio fuerit.

✠ADIVN. *Annuum, maxima, 3. famil. Clariſsimum, 2. in Catil. conſulare, pro Rab. cruentum, atq; funeſtum, de Aruſp. Diligens, ac moderatum infinitum. ad Q. frat. Diuinum, 1. de Diu. Domeſticum, pro Cæc. & de In. Extraordinarium atque ventoſum, legitimum, 11. Phil. Extraordinaria, honorificum. neceſſarium. epiſt. ad Brut. Grata 6 de Rep. Illuſtre. nouum, 1. Cont. Rull. Iniquũ. 2. Cont. Rull. Iuſta, 3. de Leg. & 5. fam. magna, Para. maius, 4. Att. Maritimum. 1. In Ver. maximum. 5. Phil. Militare, Seuerum pro Pom. moleſtum. 7. Attic. præclarum, pro Dom. prætoriũ. 7. In Ver. Regium, iuſtum, 3. de Leg. Reliqua, 2. Phil. Seueriora, 4. Tuſc. Summa, 12. Attic. & 2. de Nat. vetus 4. Attic.*

☞Syntaxis. *Cecidere Galli ſub imperium & ditionem Romanorum. Dare imperium. Tenere imperium in ſuos. Terra non recuſat imperiũ. Domus, quæ eſt in imperio.*

IMPERANDVS, a, um. pro Flac. 32. Illam rationem in imperãdo ſumptu Flaccus ſecutus eſt. 4. I. V. 38. In tributis imperandis.

IMPERATVS, a, um. *inuictus.* 4. I. V. 137. Singulis cenſoribus denarij trecenti ad ſtatuam prætoris imperati ſunt. At. lib. 14 ep. 9. Germani legatos miſerunt, ſeſe quod imperatum eſſet, eſſe facturos. I. P. 90. Mitto rationem exacti imperatiq; frumenti.

✠Epiſt. lib. 11. ep. 3. Imperatæ pecuniæ.

✠ADVERB. *Nominatim operæ. 10. Attic. Planè, 6 in Ver. Rectè, 7. in Ver.*

IMPERO, as. *leges alicui impono, præſcribo,* 3. de Leg. 5. Qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: & qui modeſtè paret, videtur qui aliquando imperet, dignus eſſe. 3. de Legib. 61. Quodque is qui bellum geret imperaſſit, ius, ratumq; eſto. pro Flac. 32. Prætor pecuniam in remiges imperauit. 2. Tuſc. 47. Vt alter imperet, alter pareat. pro Pomp. 56. Omnibus gentibus ac nationibus terrę mariq́ue imperare. 1. I. V. 30. Cum frumẽtum ſibi in cellam imperauiſſet. de Am. 84. Cupiditatibus, quibus cæteri ſeruiunt, imperare. pro S. R. 59. Nonnunquam etiam puerum vocabat, credo cui cœnam imperaret. ‖ Epiſt. lib. 11. epiſt. 3. Vt iis imperet, &c.

✠ADVERB. *Gratis, publicè, 7 In Ver. Iuſtè, Latè, 5. de Repub.*

☞Syntaxis. *Exactum imperatumq; frumentum. Imperare pecuniam in remiges.*

IMPERTIENDVM. *communicandum.* 2. Offic. 54. Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum.

✠ADVER. *Diligenter moderatè. 2. Offic.*

IMPERTIO, is. *impartio, do, tribuo, præbeo.* 2. Natu. 27. Ignis omnibus rebus vitalem impertit calorẽ. 2. de Ora. 16. Et te exorabo profectò, vt mihi quòque tuæ ſuauitatis aliquid impertias. Attic. lib. 3. ep. 15. Nil impertiſti tuæ prudentiæ ad ſalutem meam. de Diu. lib. 2. Illius deus non poteſt hominibus diuinationem impertire. 4. I. V. 84. Ille dolorem ſuum nemini impertiebat. 4. I. V. 51. Impertire diem feſtum alicui. pro Sex. Roſc. 11. Te rogo, vt qualem te antea populo Romano præbuiſti, talem te nobis hoc tempore impertias. At. lib. 9. ep. 13. Quamobrem te rogo, vt in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi. pro Cor. 3. Qui tantum potuit impertire huic ſtudio temporis, quantum, &c. pro Muræn. 8. Meum laborem hominum periculis ſubleuandis impertio. pro Syl. 10. Oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. 5. de Fin. 6. Vt aliquid ſuorum ſtudiorum philoſophiæ impertiat. Epi. lib. 5. epiſt. 2. Sin aliquid impertiuit tibi ſui cõſilij, debeo. *Frag. ep.

✠Nihil habeo, patriæ quod impertiã. ‖ Attic. lib. 2. ep. 23. Doloremque ſuum impertire nobis.

IMPERTIOR, ris. *exhibeor.* Atti. lib 2. ep. 18. Huic multa ſigna beneuolẽtię à bonis impertiuntur. 3. I. C. 14. Deinde collegæ meo laus impertitur, quòd &c.

¶ *Tribuor.* 1. de Diu. 28. Nã vt nunc extis, ſic tum auibus magnæ res impertiri ſolebant.

☞Syntaxis. *Impertire alicui ſuauitatem ſuam, de re ſua familiari. Suarum rerum, virtutum, impertire ad ſalutem amici. Impertire dolorem alicui, ſe alicui. Impertire ſtudijs tempus. Studium ſuum Medicinæ impertire. Impertire magna portenta: id eſt, tribuere:*

IMPERTIOR, iris. *impertio.* pro Pomp. 20. Lucullo tantum impertior laudis, quantum viro forti debetur. pro Arch. 10. Multis gratuitò ciuitatẽ in Græcia homines impertiebantur. ad Brut. epiſt. 12. Cum rogamur, vt miſericordiam liberis eius impertiamur. 3. I. C. 14. Atq; etiã viro forti collegæ meo laus impertitur.

✠ADVER. *Gratuitò ciuitatem, pro Arch.*

☞Syntaxis. *Laudem alicui impertiri. & miſericordiam.*

IMPETRANDVS, a, um. 1. de Diu. 3. In impetrãdis cõſulendiſque rebus magna vis eſt in aruſpicum diſciplina.

IMPETRATIO, onis. Attic. lib. 11. ep. 25. Impetrationes noſtras nihil valere.

IMPETRO, as. *exoro, exigo, aufero, induco, vt facias aliquid inuenio.* At. lib. 9. ep. 2. Impetrabis igitur à Cæſare, vt tibi abeſſe liceat. Quin. de Pet. 21. A quo facilè, ſi contendes, impetrare poteris, vt, & & 4. Acad. 97. A me iſtam exceptionem non impetrabunt. Epiſt. lib. 13. epiſt. 36. Et Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cæſare impetrauit. Epiſt. lib. 13. epiſt. 29. Omnia quæ potuiſſem in hac ſumma gratia tua ac potẽtia à te impetrare, vltrò te ad me detuliſſe putabo, ſi hanc rem impetrauero. Epiſt. lib. 5. 12. Neq; enim fas eſſe arbitror, quicquam me rogantem abs te nõ impetrare, & lib. 4. ep. 12. Ab Athenienſibus impetrare non potui, vt, &c. At. lib. 15. ep. 8. Brutus & Caſſius vtinam quàm facilè à te de me impetrare poſſunt, ita per te exorentur, ne quod callidiùs ineant conſilium. Epiſt. lib. 4. ep. 13. Impetrare ab aliquo de aliqua re. Atti. lib. 7. ep. 16. Minus honeſtè nunc quidem, quàm ſi olim de ratione habenda impetraſſet. ad Brut. ep. 16. Impetrare ſalutem alicui. *Incer. Si omni modo vitam impetrare cupiſit gladiatores.

✠ADVERB. *Libenter, 5. Tuſc. facilè. 15. Att. minus honeſtè quàm olim. 7. Att.*

☞Syntaxis. *Impetrandum & conſulendum hoc erit. Impetrare ab aliquo de aliqua re.*

IMPETVS, tus. *impreſſio, vis, violẽtia, incurſio, incurſus, feroeia, conatus.* de Ar. 1. Omnem impetum gladiatoris ferociãmque compreſſi. pro Dom. 64. Itaq; infractus furor tuus inanes faciebat impetus. 4. Tuſ. 49. An fortitudo, niſi inſanire cœperit, impetus ſuos non habebit? Anteq. 13. Si violentiæ impetu opprimimur, decedam vnus pro omnibus. pro Cec. 44. Incurſio atque impetus armorum. pro Font. 26. Iratos animos atque horribiles impetus hoſtium deprecari. Orat. 229. Aliter in oratione nec impetus vllus, nec vis eſſe poteſt. pro Deiot. 5. Impetus contentióque dicendi. Brut. epiſtol. prid. Inuent. 7. Repreſſi impetum, ardorémq; reſtinxi. Epiſt. lib. 1. epiſt. 6. Frangere impetum alicuius. 2. de Orat. 312. Loci quibus impetus animorum aut impellantur, aut reflectantur. 1. I. V. 33. Animos & impetus alicuius retardare. 2. de Inu. 17. Impetu quodam animi potius, quàm cogitatione

gitatione facere aliquid. & *ibid.* 19. Impetus & quasi quædam commotio animi affectióque. Att.li.11.ep.5.& 3.de Orat.53. Impetu quodam mentis & voluntate.2.de In.164.Libido est impetus quidam animi non rectus.1.de Or.42.& Att.lib.2.ep.24.Facere impetum in aliquem. Att.lib.10.ep. 7. Impetus in priuatorum pecunias.pro Dom.106.Irruere in aliquem, & in eundem impetum perferre,idem.Ep.lib.4. ep. 7.Tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. Att.lib.8.ep.3.Qui autem impetus illius erit in nos fortunásque nostras acrior, quàm in cæterorum. 1. Offi. 105. Bestiæ nihil sentiunt nisi voluptatem, ad eam feruntur omni impetu. 2. Offi. 11. Animalia quæ habent suos impetus.1. de Fin.44. Incurrere in aliquem cæco impetu. Ep.lib.8.ep.2.Impetus Marcelli resederunt.pro Ceein 22. Impetum illius,cæterorúmque tela etiam incursus refugit. de Ar.7. Sed si feretur hæsitans, & impetum in me facere conabitur, resistam, & eius conatum refutabo. de Aruſp. 46. Furentes ac violenti impetus. pro Cæl. 14. Nunquam ex illo delendi huius imperij tam sceleratus impetus extitisset, nisi, &c. 1. Offic. 49. Multi multa faciunt temeritate quadam,sine iudicio vel modo in omnes, vel repentino quodam quasi vento, impetu animi incitati.* pro Dom.13.Cum tu in annonæ caritate in consules, in Senatum, in bona fortunásque locupletum, repentinos impetus comparares.

¶ *Afflatus.*1. de Diu. 111. Horum sunt auguria non diuini impetus, sed rationis humanæ.

¶ *Moles,corpus,orbis.*2.de N.97. Cum impetum cœli admirabili cum celeritate moueri vertique videmus.

✠ ADVNCT. *Acerrimus.*14. *Phil.Acrior.*8. *At.Cæcus,* 1.de *Fin.Crudelis,ac furibundus.*13. *Phi.Crudelissimus in aliquem.*5. *Fam.&* 3. *Phil.Fortissimus animi.similis.*3.de *Orat.Furentes ac violenti, de Aruſp.Horribiles.pro Font. Hostilis, Anteq.Immanis,nocturnus,*11. *Philip.Inanes.pro Dom. Inconsideratus, Iniusti.* 2. *de Orat. Iustus.*3. *de Leg. Magnus.Orat.Multi Populi.*1. *de Orat.Nefarij.*5.*Philip.Noui,singularis animi.subitus.*10 *Fam.Par.*3.*ad Quin. Frat. perceler, repentini, vehementésque,Sceleratus.Tribunitius.pro Cæl.Populares,de Prouin. Quotidiani,regius.pro Syll.Repentinus pro Sex. Rosc.Rectus.*2.*de Inuen.Tantus Prædonum.*7.*In Ver.Totus.*1.*Offi.Vehementiores.*4.*Tusc.*

☞ Syntaxis. *Comprimere impetum ac ferociam. Infractus furor facit impetus inanes. Violentiæ,impetus.Incursio & impetus armorum.Impetus deprecari.Orationis impetus & vis.Impetus contentioq; dicendi. Reprimere impetum,ardoremq; restinguere.frangere,impellere,reflectere.Animos & impetus retardare. Impetus, commotio,affectioq;. Impetu mentis,& voluntate. Irruere,& impetum perferre in aliquem. Fertur impetus in,&c. Ferri ad voluntatem omni impetu.Suos quodq; animal impetus habet. Incurrere cæco impetu in aliquem. Impetus diuinus: id est, afflatus. Cæli impetus fertur, mouetur. Impetu animi inciatus.*

IMPIÈ.*scelerate,nefariè.*2.de N.44.Quæ qui videat,non solùm in doctè,sed etiam impiè faciat,si deos esse neget.

IMPIETAS,tis.*impia, fugus.*4.de Fin.66.Sed nihil est,quod tam miseros faciat, quàm impietas & scelus. de Amic. 41. Qui fuerint impietatis duces.

☞ Syntaxis. *Impietas & scelus.animus insequitur, quod grauius est.*

IMPIGER,a,um.*diligens.*Ep.lib.2.ep.1.Quis est tam inscribendo impiger quàm ego.7.I. V. 27. Is se patientem atque impigrum præbebat.pro Font.33.Impiger ad labores belli.

IMPIGRITAS,tis.*diligentia.*de Repub.lib.3.teste Nonio.

IMPINGENDVS,a,um.*obtrudendus.*3.Tus.quæst.44. Quid huic calix mulsi impingendus est,vt plorare desinat?

IMPINGO,gis.*iacio,impello,obiicio, obtrudo.* ‖ *Ea significatione qua veteres vsi sunt hoc verbo,non vsurpat nunc vulgus, sed qua ætas nostra. Nam Veteres nunquam,illidere offendere, neue, impellere aut obtrudere,(vt explicat Nizolius,) per impingo dixerunt, sed. pro Infigere,aut inijcere aliquid quo capiatur aliquid,sunt vsi: vt Cicero.* Att. lib.6.ep.1. Atque hoc tempore impingit mihi epistolam Scaptius Bruti,rem illam suo periculo esse. Epist.lib.8. ep. 8. Quid,si filius meus fustem mihi impingere volet?

☞ Syntaxis. *Calicem mulsi alicui impingere & fustem.*

IMPIVS,a,um.*a pietate remotus,conscleratus,*pro Qu.26.Si pietate propinquitas colitur,qui affinitatem prodit,impius sit necesse est.pro S.R.67.Hæ sunt impijs assiduæ furiæ. 2. de L. 22. Impius ne audeto placare donis iram deorum.1.de D.7. Est enim periculũ,ne aut his neglectis impia fraude, aut susceptis, anili superstitione obligemur.I.P.46. Me fugerat, deorum immortalium has esse in impios & conscelaratos pœnas certissimas constitutas. 2. de Leg. 15. Deos piorum & impiorum habere rationem.

✠ ADVERB. *Admodum.*3 *de Nat.*

☞ Syntaxis. *Impius homo.fraus. Impius ac sceleratus. Deus piorum & impiorum rationem habet.*

IMPLACABILIS,cabile. *inexorabilis.* Qu.Fr.lib.1.ep.1. Implacabilis iracundia.Ep.lib.3.ep.10.Quid erat autem,cur ego in te tam implacabilis essem?cum,&c.I.P.81. Præbere se implacabilem atque inexorabilẽ alicui. ‖ 2. Tus. 20. Implacabilis terror.

IMPLEO,es.*complco,expleo,augeo.*2.de Diu.115.Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen impleuit.Ep.li.9.ep.18. Implere ollam denariorum.2.Contra Rul.46. Cum sese regum sanguine implêrint. 2. I. A. 63. Is vomens fructis esculentis totum tribunal impleuit. Orat.104. Demosthenes non semper implet aures meas.

¶ *Præsto.* pro Clu.51. Profiteri,quod non possis implere: quod imprudentiæ est.

IMPLETVS.4.Acad.87.De quibus rebus volumina sunt impleta à Chrysippo.

☞ Syntaxis. *Implere se inimicorum sanguine. Implere aures: id est,satisfacere. Id implere non possum.*

IMPLICATIO,nis.2.de In.100.Ac si qua necessitudo turpitudinem videbitur habere,oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonstrare.2.de N. 139. Huic adde neruos, à quibus artus continentur, eorúmque implicationem toto corpore pertinentem,qui,&c.

☞ Syntaxis. *Implicatio dialectica,& neruorum.*

INAMBVLO, as. *deambulo.* ‖ *Est animi aut colloquendi causa cum aliquo spacia facere , recentiores crebrius , ambulare , aut spatiari,hoc verbo neglecto,vtuntur.Cicero vero inambulo, Ambulare enim,est aliquo proficisci aut iter facere, nonnumquam tamen ralaxandi animi gratia ambulare dixit.* LEGE AMBVLO. 2. de Orat.12. Cum etiam tum in lecto Crassus esset,Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu.6.I.V.32.Prætor quiescebat,illi inambulabant.Att.lib.6.ep.2.& Ep.li.10.ep.32. Ante lucem inambulabam domi.1.de L.15.In viridi opacáque ripa inambulare.

INANIMATVS, a,um.*inanimus,mutus & expers animi.*res.1.de N. 36.& lib.3.40.& de Am.70.Res inanimatę atque mutę.2.Offi.11. Inanimata, vt aurum,argentum, &c.

INANIMVS,a,um.*inanimatus.*4.Acad.37.Cum inter inanimum & animal hoc maximè interfit : quòd inanimum nihil agit. & 2.de Diu.98.7.I.V.170.Omnia muta atque inanima commouerentur. *hic tamen inanimalia legit Iulius Seuerianus in Rhetorica,de affectibus præcipiens:eoq; ipse ibidem verbo vtitur.*2.de N. 76. Inanima natura. 1. Tusc. 54. Inanimum enim est omne quod pulsu agitatur externo : quod autem est animatum , id pulsu cietur interiore.

☞ Syntaxis. *Res inanimata & muta. Mutum & inanime.*

INANIS,ne.ior,issimus.*vacuus,superuacuus,sine causa,cassus,vanus.*)(.*Plenus* 1.de Nat.93.Quid reliqua descriptio omnium corporis partium?in qua nihil inane,nihil sine causâ,nihil superuacuum est.1.de Nat.65.Nihil est quod vacet corpore:corporibus omnis obsidetur locus:ita nullum inane esse potest. de Fat. 24. Cum vas inane dicimus,non ita loquimur , vt physici , quibus inane esse nihil placet:sed ita, vt verbi causa , sine aqua vas esse dicamus.4.Aca.125. Tùne inane quicquam putas esse?cum ita completa & conferta sint omnia , vt & quod mouebitur corporum cedat,& quà quicq; cesserit,aliud illicò subsequatur.1.de Fin.17.

Infinitum.inane,in quo nec summum, nec infimum, nec medium,nec vltimum,nec extremum sit. 4. Acad. 118. Leucippus plenum & inane. Att.lib.14.ep.3.Structores ad frumentum profecti inanes redierunt.3. Offi.6. Ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium fis profectus, inanem redire turpissimum est.5.Tusc.19. Quod nos honestum dicimus, id illi cassum quiddam & inanis vocis sono decoratum esse dicunt. Ep. lib.6.ep.22.Inanes esse meas literas quàm nullas malui. Att.li.8. ep.22.Mittere tabellarium cum inanibus epistolis. 4. I. V. 160. Equus inanis,*cui nemo insidet.*1.de Orat. 37. Sed deinceps omnia plena consiliorum,inania verborum videmus.pro Mur.26.Hæc manissima prudentiæ reperta sunt.1.I. C.16. Omnes consulares simul atque assedisti partem illam subselliorum, nudam atque inanem reliquerunt. Att.lib.2. ep. 8. Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re vtili & suaui venerat. 5. I. V. 121. Ager gyrinensis septuaginta aratoribus inanior est.3.Tusc.42. Nisi vellent voces inanes fundere. 1. de Orat. 20. Inanis elocutio,ac penè puerilis.2.de D.127. Falsa & inania somnia humana esse.ad Brut.ep.2.Inanis species clementiæ. pro Quin. R.43. Inani & tenui spe te consolatis.pro Mil.95. O spes fallaces,ô cogitationes inanes meæ:1.de Fin. 45. Inanium cupiditatum nec modus vllus,nec finis inueniri potest.pro Cl.70.Miserrimus & ✠ inanissimus.7.I.V.103.Naues inanes. ‖ Ep.li.2.ep.17. Illud verò pusilli animi,& ipsa maleuolentia ieiuni, atque inanis, quod Ariobarzanem,quem,&c.4. In Ver. 84. Angebatur tamen animus dolore necessario,quod domum eius exornatam atque instructam,ferè iam iste reddiderat,nudam & inanem.pro Plan. 7.Quid:tu non inanem dignitatis iudicem putas esse populum? Ep.lib.10.ep. 20. Quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris, sed minus audes fortasse propter inanem læticiam literarum superiorum. 7. In Ver. 95. Quem posteàquam inanem locum offenderunt,& prætorem commouisse ex eo loco castra senserunt, statim sine vllo metu in portum ipsum penetrare cæperunt.ad Brut.ep.3.Nihil est in me inane, neque enim debet:&c. 4.In Ver.177.Crimen huiusmodi,nisi literis confirmetur, inane esse dicet? 4. Acad. 71. Honesti inane nomen esse, voluptatem esse summum bonum.1.de Nat.106. Omnem talem confirmationem animi,Philosophi motum inanem vocant. *id est,cum de Hippocentauro cogitamus.*3.In Ver. 37. Quod si illinc inanis profugisses,tamen ista tua fuga nefaria.4.In Ver. 25. Vicerunt Agyrinenses fratres,ita,vt egentes,inanesque discederent.1.de N. 54.In hac igitur immensitate,latitudinum,longitudinum, altitudinum,infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quæ interiecto inani cohærescunt tamen inter se.Ep.li.6.ep.4.Quod etsi casu, non diuinatione mea factum, est, tamen hac inani prudentiæ laude delector. Epist.lib.15.ep. 17. Et si quid ego me purgo, cum tui ad me inanes veniant:ad te cum epistolis reuertantur.Ep.lib.16.ep.26. Lagenæ inanes. L. Lagena. & lib. 6. ep. 6. Accedit quod mirificè ingenijs excellentibus, quale est tuum delectatur(*Cæsar*)præterea cedit multorum iustis & officio incensis,non inanibus aut ambitiosis voluntatibus.Att.li.12. ep.41.Itaque accepi.VI. Idus, literas tuas inanes.

Inanitas,tis.*inane,vanitas.*de Fat.18.Cum duo indiuidua per inanitatem ferantur,&c.3.Tusc.3.In summa inanitate versamur. 1. de Fin. 44. Vt sapiens solum amputata & circuncisa inanitate omni & errore,naturæ finibus contentus sine ægritudine possit, & sine metu viuere.

✠ *Adiunc. Summa,3.Tusc.*

Inaniter.*falsò.*4. Aca.34. Cum sit incertum,verè inanitérne moueatur.4. Tusc.13. Cum & inaniter & effuse animus exultat. ✠ 4.Acad. 47. Cum animi inaniter moueantur.

☞ Syntaxis.*Inane,frustra,superuacuum. Inanis redit ille,id est,sine re, quam expetiuit. Inanes epistolæ: id est, leues. Inanis errabat equus. Id pietatis est inane.Sedes nudæ & inanes. Inanis pietate oratio. Falsum & inane. In inanitate versari. Amputare & circuncidere inanitatem & errorem. Inaniter exultare. Inaniter.*)(. *verè moueri.*

Inaparatio,onis.*nullus apparatus.*2.ad Her.7.)(. *Apparatio.*

✠ Inardens,tis.2.de Or.222.Dicere enim aiunt Ennium flammam à sapiente facilius ore inardente opprimi, quàm bona dicta teneat.*alij ore in ardente,diuisim.*

Inavdibilis.*qui non est audiendus,insolens,perditus.* Att.lib.15. ep.25. An fidem infirmet Silio inaudibili.

Inavdio,dis.*audio,exaudio:dicitur de rebus occultis.* Ep. lib. 9. ep. 24.Aquini consilia sunt inita de me,quæ te video inaudisse. Att. ✠ lib.6.ep.1.Nunquid de quo inaudisti?‖ In Frat. Ep. *teste Nonio.* Quorum erupit illa vox, de qua ex te primùm quiddam inaudieram.

Inavditvs,a,um.*Inusitatus.*1.de Orat.137.Nihil dicam reconditum,nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam nouum. & 148. Quanquam ea sunt nobis quoque non inaudita.In Vat.33.Res in omni memoria omnino inaudita.de Ar.57.Særa maribus inuisa & inaudita.pro Rab.13. Stulticia inusitata,crudelitas inaudita.pro Qu.33.Inaudita crimi ✠ natione aduersariorum. ‖ pro Cæc.36.Vnde vi prohibiturus sis, nemo vnquam interdixit,nouum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum.2.de Diu.116.Primùm, latinè Apollo nunquam locutus est. Deinste ista sors inaudita Græcis est. 3. de Fin. 14. Si enim Zenoni licuit,cum rem aliquam inuenisset inusitatam,inauditũ quoque ei rei nomen imponere. Cur non liceat Catoni?1.Aca.24.Dabitis enim profectò, vt in rebus inusitatis, quod Græci ipsi faciunt, à quibus hæc iam diu tractantur, vtamur verbis interdum inauditis.

✠ *Adver. Omino ante hoc tempus,pro Rab.post.*

☞ Syntaxis. *In omni memoria inauditum.*

Inavgvratvs,a,um.de Cl.1.Et inauguratum ab eodem me recordabor.pro Dom.137. Templum inauguratum.*id est,curia.*

Inavgvro,as.*mitior,consecro,dedico.*2.I.A.110.Cur non inaugurare?& *ibid.*Vide,qui te inauguret,&c.

Inavratvs,ta,tum.*auratus.*3.I. C. 19. Romulus inauratus in Capitolio.4.Ver.50.Statuam inauratam ponere.1.Tusc.45. Pellis inaurata arietis.1.de D.48.Columna extrinsecus inaurata. 3. de Or. 127. & 4.I.V.114. Non inaurata statua decorari, sed aurea. ✠ 4.ad Her. 61. Palla inaurata indutus. ‖ Att. lib. 6. ep. 1. Turmæ inauratorum equestrium.

✠ *Adverb. Extrinsecus.1.de Diu.*

Inavror,ris.*auro tegor.*Ep.lib.7.ep.13.Moriar,ni(quæ tua gloria est)puto te malle à Cæsare consuli,quàm inaurari.

Inavspicato.*vitio,auspicio non captato,malis omnibus.*1.de D. 33.T.Gracchus tabernaculum vitiò cepit imprudẽs,quòd inauspicatò pomerium transgressus est.

Incallide.*incautè.*3.Offi.118.Non incallidè tergiuersari.

Incallidvs,a,um.*simplex,antiquus,incautus.*)(. *Callidus.* pro Cl.47.Seruus non incallidus,sed frugi atque integer.Epist.lib.3. ep.8.Quòd si quis me astutiorem fingit, quid potest esse incallidius,quàm nunc committere,&c. & 1. de In. 4. Non incallidi homines.

Incavte.*incallidè.*Attic.lib.8.epist.10. Stultè omnia & incautè agi iudico.

Incavtvs,a,um:tior.*improuidus.*11.in Ant.5.Trebonius oppressus est ab hoste incautus.Ep.lib,9.ep.24.Incautior fuissem.2.de Nat.1.& pro S. R. 20. Ne ego incautus,qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus sum.pro Pl. 53. Qui te incautum nunc tuo loco dimouere potuerunt.de Cl.246. M. Messala prudens,acutus, minimè incautus.

☞ Syntaxis. *Quid illo incallidius?*

Incedens,tis.Or.26.A primo summissius,deinde pressius,pòst sensim incedens exultauit audacius.

Incedo,is.*ingredior,ambulo.*2.de In.45.Faciliùs autem ad inuentionem animus incedet,si pertractabit,&c.1.de D.49. Tum visam belluam quacunque incederet, omnia arbusta, virgulta, recta peruertere. pro Sest. 19. Alter ô dij boni quàm teter incedebat,quàm truculentus,quàm terribilis aspectu.Cæl.Ep.lib.8. ep. 9. Pudeat te ausum illum vnquam esse incedere tanquam tuum competitorem.Ep.lib.2.ep.9,Repentè verò incessi omnibus lætitijs.

✠ *Adverb. Sensim.Orat.*

Incendivm,dij.*ardor,flamma.* Parad.4.Qui incendium fecerit?ædes nymphar um manu tua deflagrauerunt. 2.In.Cat. 10. Cædes, incendia,rapinæ,&c.pro Mur.51.Respõdit,si quod esset in suas fortunas incendium excitatum,id se non aqua,sed ruina restincturum.Anteq. 9. Arcem vrbis ab incendio & flamma liberaui.1.I.C.29. An te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum?de Leg.lib.2.61.Incendium acerbum.* in Clod.Quo ex iudicio,velut ex incendio,nudus effugit. de Consol. Mori & ✠ tanquam ex incendio effugere fortunæ. ‖ Ad Octa. Incẽdium seruorum.*id est,conflatum à seruis.*Ep.lib.10.ep.33.Res enim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui aut imperium, aut nomen denique populi Romani saluum esse volunt. Ep. lib. 4. ep.13.Sed etiam idipsum video, quo nihil est acerbius, eorum fortunas dissipari,quibus nos olim adiutoribus, illud incẽdium extinximus.& lib.9.ep.3. Etsi vide,quæso,satisne rectum sit,nos, hoctanto incendio ciuitatis,in istis locis esse.pro Dom. 62.Domus ardebat in palatio, non fortuito, sed oblato incendio. 4. Tusc. 69. Hic amor Medeæ quanta miseriarum incendia excitauit.

✠ *Adiunc. Acerbum Acerrimum.2.de Leg.Commune,pro Planc.Demesticum.in Salust. Fortissimum,non fortuitum sed oblatum.pro Dom.Impium.Antequam. Maius.de Pro. Maximum.pro Mar.præsens.pro Clu. Tantum.9.Fam.Vniuersum,pro Syll.*

☞ Syntax.*Incendium facere,excitare,restinguere. Inuidiæ incendium. Acerbum incendium.*

Incendo,is:di,sum. *inflammo,incendium facio,ignem vel faces infero vel subicio,comburo,cremo.* Att.lib.9.ep.4. Naues quibus vsus non est, omnes aut præcidisse aut incendisse dicunt.3.Tusc.43. Incendere odores.6.I.V.77.Incẽdere thura & odores.3. de Nat.

✠74.Qui tabellarium incenderit. ‖ 3.Tuſ.45. Incendere cedrum.

¶ *Hortor,incito,excito.*2.de Or 188.Incendere iudices. Ep.lib. 15. ep.21.Cum incendiſſes cupiditatem meam'conſuetudinis augendæ noſtræ.Ep.lib.5.ep.12.Méque ita vel cepit, vel incendit,

✠vt cupetem,&c. ‖ Att. lib. 2. ep.16. Præterea,ſi vlla res eſt,quæ bonorum animos, quos iam video eſſe commotos, vehementius poſſit incendere. ad Brut ep. 4. Multo quidem honeſtius iudico.magiſque quod concedere poſſit Reſp. miſerorum fortunam non inſectari,quàm infuncta tribuere potentibus, quæ cupiditatem & arrogantiam incendere poſſint. Ep.lib.13. ep.15. Et iam hominem peruſtum etiamnum gloria, volunt incendere.Att.lib.2.ep.7.Incende hominem,amabo te, quò ad potes. *ibid.*lib. 9. ep. 1. Bellum Italiæ terra marique inferamus : & odia improborum rurſum in nos, quæ iam extincta erant incendamus.*ideſt,concitemus in nos aliorum inimicitias.*5.Tuſ.70.Ipſa enim cogitatio de vi, vt natura deorum ſtudium incendit illius æternitatis inuitandæ:

INCENDOR,ris.*inflammor.*3.I. C. 10. Quod Saturnalibus vrbem incendi placeret.2.de Orat. 190. Nulla mens poteſt incendi,niſi inflammatus ipſe ad eam & ardens acceſſeris. 3. de Leg. 24. Et aliquando incenditur,& quidem ſæpe ſedatur.de Fat.3. Oratoria ſtudia,quibus etiam te incendi, quàquam flagrantiſſimum acceperam.1.Tuſc. 44. Corporis facibus inflammari & incendi ad cupiditates. 1. Tuſ. 4. Omnes incendantur ad ſtudia gloriâ.

✠item,Incendi ira. ‖ Or. 33. Incendor potrò quotidie magis,non deſiderio ſolum (quo quidem conficior) congreſſus noſtros, conſuetudinem victus, doctiſſimos ſermones requirens tuos, ſed etiam admirabili fama virtutum incredibilium, &c. 7. In. Ver.90.Claſſem pulcherrimam populi Romani, in litus expulſam,& eiectam,cùm primùm adueſperaſceret, inflammari incendique iuſſit.Ep.lib.1.ep.9.Incendi in aliquem.

✠*ADVER.Vehementius.3.Att.*

INCENSIO,nis.*incendium.*3.I. C. 9. Annus poſt Capitolij incenſionem vigeſimus.pro Syl.31. Incenſione vrbem, internecione ciues,vaſtitate Italiam,interitu rempublicam liberaui.

INCENSVS,a,um. *combuſtus.*7.I.V.136.Claſſis populi Rom.capta atque incenſa eſt.2. de Leg.57. Nec antè ſepulchrum eſt,quàm iuſta facta & corpus incenſum.pro Flac.79.'Ad hæc prædia in-

✠cenſa dedicauiſti. ‖ 6.In Ver.77.Segeſtanas matronas & virgines conueniſſe cùm Diana exportaretur ex oppido,vnxiſſe vnguentis ? compleſſe coronis & floribus ? thure odoribuſque incenſis,vſque ad agri fines proſecutas eſſe?

¶ *Irritatus.* de Opt. 22. Inimicitijs incenſa contentio. pro Clu. 181.Mulier incenſa odio priſtino.Ep. lib.1. ep. 9. Cæſar à Craſſo in me eſt incenſus.

¶ *Accenſus.*Ep lib.6.ep.6.Voluntas officio incenſa. ‖ 1.de N. 88.

✠Huius hanc illuſtrationem eiuſdem incenſa radijs menſtruo ſpatio luna complet.

¶ *Affectus.*1.de Orat. 97. Cum ab ineunte ætate incenſus eſſem

✠ſtudio vtriuſque veſtrùm. ‖ pro Sex.Roſc.48.Per multos & ego noui,& (niſi me fallit animus) vnuſquiſque veſtrum, qui & ipſi incenſi ſunt ſtudio, quod ad agrum colendum pertinet: vtramque hanc ruſticam quam tu probro & crimini, putas eſſe oportere,& honeſtiſſimam & ſuauiſſimam eſſe arbitrantur.

¶ *Iratus.*4.I.V.89.Iſte vehementer Sthenio incenſus hoſpitium ei renunciat pro S.R.Incenſus pater, &c.

¶ *Bene animatus.* de Prou. 35. Nec imperatorem incenſum ad rempublicam bene gerendam reuocare.

¶ *Non cenſus.* pro Cecin. 99. Quum autem incenſum vendidit, hoc iudicat, quum is qui in ſeruitute iuſta fuerit, cenſu liberetur:eum qui quum liber eſſet,cenſeri noluerit,ipſum ſibi libertatem adiudicaſſe.

☞Syntaxis. *Incẽdere thura & odores. Animum ad ſtu dia. Incenſus ad Remp.adminiſtrandam. Incendere aliquem in aduerſarios.*

INCERTVS,a,um:tius.*obſcurus,fallax,opinabilis,in opinione dubia, in caſu poſitus,non conſtans.*2. Offi. 7. Qui alia certa, alia incerta eſſe dicunt. pro Mur. 36. Nihil eſt incertius vulgo, nihil obſcurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.pro Mur.68.Ridiculum eſt quod eſt,dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium poteſt eſſe, id iudicare. ad Brut.ep.14.Non ignoras,quàm ſint incerti animi hominum & exitus prælíorum. & pro Mar. 15. Incertus exitus belli eſt. pro Mil.57.Incerti exitus pugnarum, Marſque communis. pro Qu. 83.Incertus futuri temporis euentus. Att. lib. 7. ep. 3. Armorum exitus ſemper incerti.7.I.V. 136. Aetas puerilis maximè lubrica atque incerta.Or. 98. Dicendi ancipites incertique caſus. 4. Ac. 54.Ea dico incerta,quæ ἄδηλα Græci.2.Contra Rull. 65. Suſpenſus & incertus obſcura ſpe pendeo. pro Cec. 76. Omnia in dubium incertúmq; renocati. & 38. Ad incertum reuocati poſſeſſiones omnium.Att.lib.16,ep.11. Quis incertis in rebus offendet Antonium?de Sen.68.Quid enim eſt ſtultius, quàm incerta pro certis habere? Att.lib.1.ep. 7. Incertus eram vbi eſſet. & lib. 12. ep.19.Non incertum puto de ſorte mea.

✠*ADVER.Valde.3.ad Qu.Frat.*

☞Syntaxis.*Incerti pugnarum exitus,morsq; communis. Aetas pueriis lubrica & incerta. Anceps & incertus caſus. Suſpenſus & incertus: obſcura ſpe pendeo. In dubium & incertum reuocare: &, ad incertum. Incertus ſum de reditu: &, incertum puto.*

INCESSIO, onis.*reprehenſio,aculeus,morſus : ab Inceſſo. eſt enim Inceſſere, iactu verbiſue aliquem impetere,figere, & reprehendere.* Att. lib.12.ep.5.Calendæ vitandæ fuerunt, inceſſionumque κέντρα fugienda.*Sic legit Paulus Aldi F.in Colinai codice legitur, mearúq; actionum κέντρα,non malè,mea quidem ſententia.*

INCESSVS,ſus.*ingreſſus,greſſus.*Or.59.Status erectus & celſus, rarus inceſſus,nec ita longus.2. de Fin. 77. Fingere ſibi vultum & inceſſum,vt grauior videatur.Qu.Fra.lib.1.ep.2.Homo leuis ac ſordidus,ſed tamen equeſtri inceſſu Catienus.1.Off.129. Status, inceſſus,ſeſſio,accubatio.I.P. 24. At fuit inceſſus ſaltem Capua dignus.pro Cæl.49.Non ſolùm inceſſu,ſed ornatu atque comitatu. * in Clod. Quem decet mulieris ornatus, quem inceſſus pſaltriæ.

✠*ADIVN.Grauis & acutus,rarus nec ita longus.Ora.*

INCESTE.*fide,iurpiter.*pro Cæl.34.Ideo aquam adduxit,vt ea tu inceſtè vterere?

INCESTVM,ſti:& INCESTVS, ſtus,tui. *flagitium inceſtum,& inceſtum ſtuprum.* I. P. 95. Quis eum inceſto liberatum, non eos qui ita iudicârant,pari ſcelere aſtrictos arbitratur.4.Tuſ.75.Stupra dico & corruptelas & adulteria, inceſta denique.2. de L.22. Inceſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſarciunto. & 41. De periurijs & inceſtis.1. de In. 73. Peperit, fecit igitur inceſtum.

INCESTVS,a,um.pro Dom.105.Iſte qui non ſolùm aſpectu, ſed inceſto flagitio & ſtupro polluit cerimonias. & de Ar. 4. Clodius ex inceſto ſtupro emiſſus. 11.I. A.5.Cum verborum contumelijs optimum virum inceſto ore laceraſſet.

☞Syntax. *Inceſtè aquam vti.Stupra,corruptelæ,adulteria,inceſtus tandem.Inceſtum ſarcire:id eſt,ſtectere. Inceſtũ facere. Inceſtum flagitium ac ſtuprum.Inceſto ore lacerare.*

INCHOATVS,ta,tum.*imperfectus.*)(*Perfectus.*3. Offi.33.Operi inchoato,propè tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus.Top.69.Perfecta anteponũtur inchoatis.de Cl.126.Præclara inchoata multa,perfecta nõ planè.1.de Or.5. Quæ pueris nobis inchoata atque rudia exciderunt.Att.lib.13. ep. 22. Tantum nolebam,aut non abſolutum Bruto,aut Balbo inchoatum dari. 1.Offi.154.Cognitio contemplatióque naturę manca atque inchoata ſit,ſi,&c.4.de Fin.15.Hoc autem inchoati cuiuſdam officij eſt,non perfecti.1.de L.27.Prima & inchoata intelligẽtia. 3. Offi. 10. Nemo pictor eſt inuentus, qui Veneris eam partem, quam Appelles inchoatã reliquit,abſolueret.1. de Diu. 118. Sed ita à principio inchoatum eſſe mundum,vt,&c.pro Syl.73.Quæ ita à fortuna deformata ſunt,vt tamen à natura inchoata cõpareant.1.de N.56.Difficile erit rem tantam inchoatã relinquere.

✠*ADVERB. Præclarè.de Clar.*

INCHOO,as.*incipio,exordior,attingo,informo.*) (.*Finio,pratexo,perficio.*de Pro.19.Si idem extrema perſequitur qui inchoauit,iam omnia perfecta videbimus.pro Arch.28.Nam quas res nos geſſimus, &c. attigit hic verſibus & inchoauit:quibus auditis, &c. hunc ad perficiendum hortatus ſum.1. Acad. 9. Philoſophiam multis locis inchoaui.de Cl.20.Quod mihi nuper in Tuſculano inchoaſti de oratoribus,quando, &c. item : Meos libros,quos expectas, inchoaui: ſed conficere non poſſum his diebus. pro Dom.132. Cùm nouum delubrum in vrbis clariſſimo loco nefando quodam inſtituto inchoares.Or.33.Inchoare & informare oratorem perfectum.1. de Leg. 44. Communis intelligentia nobis notas res efficit, eáſque in animis noſtris inchoauit, vt, &c.4. de Fin. 34. Natura hominem inchoat,ſapientia perfecit.

☞Syntaxis.*Præclara inchoata multa. Inchoatum ac rude. Mancum & inchoatum. Inchoatum officium. Prima & inchoata intelligentia rerum. Philoſophiam inchoare. Inchoare & infamare oratorem.*

INCIDO,dis.*accido,contingo,euenio.*Or.39.Quorum ætas in eorum tempora, quos nominaui,incidit. Ep. lib.1. ep.21.Si caſus inciderit,pro vobis mori non recuſabo. Ep.lib.5.ep.17. Cogita tales caſus inciduiſſe multis viris fortiſſimis.Ep.li.5.ep.8. Incidere fortuitò ad aliquid agendum.1.Off.31.Sed incidunt ſæpe tempora, cum ea quæ,&c.2.de Inu. 67. In noſtra conſuetudine rarius incidunt tranſlationes.& *ibid.*In ipſis iudicijs ratius incidunt.2.de Or.147.Nihil te effugiet,& omne quod erit in re, occurret atq; incidet. 1. Offi. 152. Eorum autem ipſorum quæ honeſta ſunt, poteſt incidere ſæpe contentio.1.de Or.26.Nihil incidit poſtea ciuitati mali, quod non impendere illi tanto antè viderint. * pro M.Scau.Quodcunque non modò mens verum etiam oculi inciderint.

¶ *Incurro.* Att. lib.6.ep.1. Vedius cum omnia obſignaret,in Vedianas res incidit.Top.79.Non omnes loci incidunt in omnem quæſtionem.de Fat.6. Saxum ex ſpelunca in crura eius incidit. pro Cl.21. M. Aurius captus in Quin. Sergij manus incidit.pro S.R.151.Milites alicubi collocare,in quos ſi qui ex acie fugerint, de improuiſo incidant.1. Offi. 29. Dùm alterum iuſticiæ genus aſſequuntur,&c.in alterum incidant.pro Pl.17. Sed cum accuſo,

qui

qui in me incurrit atque incidit. 1. Offic. 26. Cum in imperiorum, honorum, gloriæue cupiditatem inciderint. * pro L. Varen. In familiam Ancharianam incidisse dixerunt. pro M. Scau. Ne in manus incideret inimicorum. de Consol. Nec in hos scopulos incidere vitæ.

¶ *Venio.* 6. in Ver. 182. Sanè homini præter opinionē improuisò incidi. 1. I. V. 50. Non consultò, sed casu in eorum mentionem incidi. & 1. de Or. 111. Incidere in aliquem sermonem. pro Cæl. 16. Quoniam huc incidi. Ep. lib. 9. ep. 16. Incidunt in sermone vario multa. de Am. 2. Tum memini in eum sermonem illum incidere, qui tum, &c. Att. li. 16. ep. 2. Ego enim in varios sermones incidebam. de Cl. 9. Cum in eam nuper ex sermone quodam incidissemus. Quin. Frat. lib. 3. ep. 1. Hisce literis nihil fere scribo: quod si in alicuius manus inciderit, molestè ferendum sit. 4. de Fin. 43. Quod cuique in mentem incidit. Att. lib. 6. ep. 1. Facies ǫ̃ me in quem diem Romana incidunt mysteria, certiorem. I. P. 8. Cum in calēdas Ianuarias compitalitiorum dies incidissent. Att. li. 9. ep. 3. Si rectè is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. *id est, in tuum diem natalem.*

¶ *Obruam sio.* pro Planc 99. Cum hic in me incidit, cōplerus est.

¶ *Cado.* Ep. li. 10. ep. 21. Ex labore incidere in febriculam. I. P. 46. Incidere in furorem & insaniam. Ep. lib. 12. ep. 30. Incidere in morbum. 4. de Fin. 43. Incidere in mentem. 4. I. A. 12. Bellua, quæ quoniam incidit in foueam, obruatur.

✠ ADVER. *Consultò in mētionem, 1. in Ver. De-improuisò in milites. pro Sex. Rosc. De integrò in morbum. 12. Fam. Diuinitus in fraudem, 5. In Ver. Fortuitò amplitudinem amplectendam, 5. Famil. Fortuito in sermonē, 1, de Orat. Improuiso, 4. In Ver. Planè in Versum, 3. de Orat. Retrò ad Alpes versus iter, 8. Famil.*

INCIDO, dis. *cædo, reseco, securim injicio, præcido, elido.* Att. lib. 4. ep. 2. Qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci. & Ep. lib. 6. ep. 7. Si gradus scalarum incidas. Qu. Frat. lib. 3. ep. 1. Poema ad Cæsarem quod composueram, incidi. 2. I. A. 47. Tametsi oportet incidamus media, ne nimis serò ad extrema veniamus. Or. 205. In omnibus numeris æqualiter particulas deceat incidere, an facere alias breuiores, alias longiores. 1. Aca. 35. Incidere neruos virtutis. 2. Contra Rull. 46. Incidere neruos populi Romani. 3. I. C. 10. Literas proferri iussimus, linum incidimus, legimus. 1. in An. 16. Quæ ille in æs incidit. * Con. C. Anton. Illo Hispaniensi pugiunculo neruos incidere ciuium Ro. non potuerunt.

✠ ADVER. *Æqualiter particulas. Orat. Crudelissimè venas, de Arusp. fœdissimè venas.* ibid.

INCIDOR, ris. pro Mil. 88. Incidebantur domi leges, quæ, &c. I. P. 92. Vt esset, quod in basi trophæorum incidi inscribique posset. 2. de Orat. 336. Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri. Antequam. 15. Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem.

INCINCTVS, a, um. *igni accensus.* 4. Acad. 89. Ceruleæ incinctæ igni incedunt. Poetæ.

INCIPIENDI. 1. Offi. 135. Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.

INCIPIENS, tis. Att. lib, 7. ep. 8. Epistola quam incipiente febricula scripseras.

INCIPIO, pis. *cœpi, instituo, ingredior, initium facio, duco, sumo, affero, principium capio, duco, habeo, primordium, exordium capio, induco, exordior, aggredior, ordior, inchoo, informo, fundamenta iacio, rudimentum pono, duco.* ‖ *Tribuit semper huic verbo Cicero, præteritum* COEPI. *vno tantum loco Epistolarum ad Atticum, eoque suspecto, Incepi Inuenitur, Cœpi itaque Ciceronis more dicendum existimarem.* 2. de Nat. 9. Tum enim bella gerere nostri duces incipiunt, cùm auspicia posuerunt. Att. lib. 2. ep. 1. Vincere incipit timorem dolor. 1. Tus. 117. Homines mortem optare incipiant, vel certè timere desistant. 5. Tusc. 3. Huic incipio sententiæ diffidere. pro Planc. 48. Quod (vt opinio mea fert) ne incipies quidem. 4. Aca. 17. Sed quod nos facere nunc ingredimur, vt contra Academicos disseramus. id, &c. Suscipere, incipere, ordiri. L. ORDIOR. Incipio sperare, ingredior in spem.

✠ ADVERB. *Deinceps. 1. de Inuent. Quam Primum. 4. in Verrem.*

INCISE. Orat. 212. Incisè membratim ue dicere.

INCISIM, *cæsim, incisè.* Ora. 223. Hæc quidem duo binis pedibus, incisim, dein membratim, &c. & 213.

INCISIO, nis. Ora. 206. De circuituum particulis, & tanquam incisionibus differendum est. & 216. De membris & incisis, vel incisionibus.

INCISVM, si. *incisio.* Orat. 211. Quæ Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos rectè incisa & membra dicimus. & 216. Exemplum incisi & membri.

INCISVS, a, um. *inscriptus, insculptus, insignitus.* de Sen. 61. Notum est eius carmen incisum in sepulchro. pro Corn. 53. Quod nuper in columna ænea meminimus post rostra incisum & perscriptum fuisse. 6. Ver. 74. In qua basi grauibus literis nomen Africani erat incisum. 4. I. V. 154. Videmus in basi statuarum maximis literis incisum, A communi Sicilia datas. pro Font. 31. Quod in monumentis rerum gestarum incisum ac notatum videmus. I. P. 72. Elogium in sepulchro incisum. 6. I. V. 145. Id nō modò tum scripserunt, verùm etiam in ære incisum nobis tradiderunt. Ep. li. 13. ep. 36. Tabula in qua nomina ciuium incisa essent. 1. de Diu. 85. Pulmo incisus in extis profert diem.

☞ Syntaxis. *Incisè membratimque dicere. Incisum in sepulchro carmē. Incisum in ære, in æs. Inciditur lingua ad deplorandum Incisum & notatum in monumentis. Incidere poema confectum.*

INCITAMENTVM, ti. *inuitamentum, illecebra.* pro Arch. 23. Hoc hominibus maximum & periculorum incitamentum est, & laborum.

✠ ADIVNCT. *Maximum periculorum & laborum. pro Arch.*

INCITANDVS, a, um. 1. de Orat. 262. His ego cohortationibus Crassē ad studium & ad laborem incitandos iuuenes puto.

INCITATIVS. *aduerbium.* (*Sedatè.* Or. 67. Incitatius ferri.

INCITATIO, onis. 1. Orat. 161. Sic euolauit oratio, vt eius vim & incitationem aspexerim, vestigia ingressumq; non viderim. 4. Acad. 82. Sed qui tanta incitatione fertur. 1. de D. 89. Altera diuinans mentis incitatione diuina. 2. de Orat. 35. Languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. 2. de Or. 183. Acri & vehementi quadam incitatione inflammari animum.

✠ ADIVNC. *Acris & vehemens. 2. de Or. Diuina. 1. de Diu. Tanta. 4. Acad.*

INCITATIVS. (*Tardius, aduerbium.* Or. 212. Fluit omnino numerus à primo, tum incitatius breuitate pedum, tum proceritate tardius: versum contentiones magis requirunt, expolitiones rerum tarditatem.

INCITATVS, a, um. tior, ssimus. de Som. 13. Totius mundi incitatissima conuersio. de Vn. 18. Cælum volubile, & in orbem incitatum. Or. 39. Thucydides incitatior fertur. 3. de Nat. 15. Equo incitato se in hostes immittere. 1. de Or. 202. Populum inflammare in improbos, vel incitatum in bonos mitigare. pro Dom. 86. Populus Romanus incitatus iracundia, &c. Att. lib. 1. Odia quæ erant in me incitata, sic mitigata sunt. de Senect. 41. Aliquis maxima incitatus voluptate corporis. 5. Tus. 68. Studium incitatum ad inuestigandam veritatem. Ep. li. 1. ep. 7. Te verò moneo, ✠ cum beneficijs tuis, tum amore incitatus meo, vt, &c. ‖ Or. 201. Incitatior cursus.

INCITO, as. *Impello, excuo, excito, suscito, acuo, incendo, cohortor, irrito, stimulos admoueo.* (*Deterreo sedo.* 1. de Or. 90. Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. Orat. 63. Philosophi sedare animos malunt quàm incitare. pro Flac. 66. Nec desunt qui istos in me & in optimum quemque incitent. Att. li. 2. ep. 16. Quòd si in eam me partem incitarem, profectò, &c. Ep. li. 12. ep. 2. Incitare milites in aliquem. 2. de Or. 186. Facilius est currentem (vt aiunt) incitare, quàm commouere languentem. de Cl. 317. Incitare aliquem cupiditate faciendi aliquid. 2. de Or. 147. Ipsum ingenij diligentia etiam ex tarditate incitat.

✠ ADVER. *Valdè, alicundè. 2. Att.*

INCITOR, ris. 4. Acad. 144. Incitari contra aliquem. 3. de Or. 224. Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, & posteritati ostenditur, &c. de Sen. 39. Voluptatis auidæ libidines temerè ad potiundum incitantur. Ep. lib. 12. ep. 16. Ne putes in Asia feriatum illum ab ijs studijs, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. 3. de Fin. 66. Incitari natura ad agendū aliquid. 1. de Orat. 53. Causæ quibus mentes incitantur aut reflectuntur. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. Aliquem sic animo incitari, vt ab omnibus eius desideretur humanitas. 2. de N. 103. Stellarum motus tum incitatur, tum retardatur. de Som. 11. Nec enim silentio tanti motus incitari possunt.

✠ ADVERB. *Effrenatè ad potiendum, & temerè. de Senec.*

☞ Syntaxis. *Mentis diuina incitatio. Volubile cælum, & in orbem incitatum. Incitatus ad odium, ad studia. Mentem alicuius incitare.* (*reflectere. Stellarum motus incitatur.*) (*retardatur. Non silentio cœlorum motus incitatur.*

INCLAMO, as. *altiore voce clamo, voco.* Att. lib. 2. ep. 18. Sed ita te para, vt si inclamāro, aduoles. & ep. 20. Expeditus facito vt sis, si inclamauero, vt accurras. 2. de Inuent. 15. Comitem illum suum inclamauit semel ac sæpius. 1. de Orato. 230. Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit.

INCLINANS, tis. 2. de Orat. 187. Inclinantem erigere. (*Stantem inclinare.* 4. Tuscul. 51. Cum Aiax Danais inclinantibus prælium restituit.

INCLINATIO, onis. *conuersio flatus, mutatio, permutatio, conatus, flexio, inflexio.* 7. in Ver. 176. In repub. permagni momenti est ra-

tio atque inclinatio temporum. pro Sest. 67. Fieri quædam ad meliorem spem inclinatio visa est. Ep. lib. 6. ep. 10. Quæ quando in tempora inclinationibus sæpe paruis posita sunt. omnia momenta obseruabimus. pro Cor. 58. Fuit hoc meum fatum, vt in me vnum omnis inclinatio communium temporum incumberet. 5. I. A. 26. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. 5. de Fi. 11. Theophrastus scripsit, quis esset optimus reipublicæ status, quæ essent in rep. inclinationes rerum & momenta temporum. 2. Contra Rul. 72. An ignotas cætera vestigalia perleui sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere. pro Dom. 46. Mihi nihil oberat præter conuersionem status, & inclinationem communium temporum. pro Plan. 94. Reip. status, inclinatio temporum, ratio concordiæ. pro Mur. 53. Magna est comitijs consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad bonum virum. 2. de Ora. 129. Inclinatione voluntatis propendere in aliquem. 1. de N. 95. Accubatio, inclinatio, sessio.

✠ *Adiunc. Diuina mentis. 1. de Diu. Magna, repentina, voluntatum. pro Mur. Maximæ temporum. 5. Phil. Paruæ temporum. 6. Fam. Tanta. 4. Acad.*

Inclinatvs, a, um: tior. *clinatus, propendens.* in Arat.

Inferior paulo est artes & flamen ad austri.
Inclinatior. —— *& ibidem.*
Hæc obit inclinata: —— *id est. Cassiopeia. & ibid.*
Et clinata magis paulo est aquilonis ad auras.

Or. 27. Inclinata vlulantique voce canere. Brut. ep. 18. Ferre præsidium labenti atque inclinatæ Reip. 2. Tusc. 39. Nostra acies inclinata, &c. 2. de Or. 324. Sed tantum impelli primò iudicem, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. de Clar. 55. Appius Claudius senatum iam inclinatum à Pyrrhi pace reuocauit. Epist. lib. 1. ep. 1. Laboratur vehementer, inclinata res est. *id est, quasi ruinam minatur.* Ep. lib. 2. ep. 16. Qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & propè iacentem descisserem. Dolab. Epist. lib. 9. ep. 9. Vt te in otium referres, præcipuè nunc iam inclinata victoria. 3. Tusc. 7. & 3. de Orat. 17. Inclinato iam in postmeridianum tempus die.

Inclino, as. *propendeo, vergo.* (*Erectus sum, sto.* ‖ *vtitur non raro Cicero sequente. Accusatiuo, sæpe etiam sine casu.* 2. de Ora. 187. Si sedant, & sua sponte quò impellimus, inclinant atque propendet, accipio quod datur. Att. lib. 3. ep. 14. Qui vt me paulum inclinari timore viderunt, vt, &c. de Sen. 16. Cum sententia senatus inclinaret ad pacem faciendam cum Pyrrho. 4. I. C. 6. Nunc quicquid est, quocunque vestræ mentes inclinant, atque sententiæ, statuendum vobis ante noctem est. Att. lib. 12. ep. 28. Tum igitur intelliges, quid inclinent ad hoc meum consilium adiuuãdum. ¶ *Flecto.* 3. de Fin. 10. Quàm vellem, inquit, vt te ad Stoicos inclinasses. de In. lib. 1. Inclinare omnia ad suæ causæ commodum.

Syntaxis. *Inclinantibus suis prædium restituere. Inclinatio facta ad spem temporum, rerum & momẽta temporum. Voluntatum inclinatio. Inclinata vox. Inclinata & labens Respub. Inclinata res Fortuna inclinata, victoria. Ad pacem inclinare. Inclinare alios ad se.*

Inclvdo, is. *claudo, comprehendo.* Att. lib. 1. ep. 8. Typos quos in rectorio atrioli includam, &c. 1. Tusc. 34. Phidias sui similem imaginem inclusit in clypeo. 6. in Ver. 54. Tu illa, ex patellis quæ velârat, ita aptè in scyphis aureis includebas, vt, &c. Att. lib. 1. ep. 10. τυποθωκιαν quam postulas, includam orationi meæ. 1. de Diu. 79. Dij vim suam terræ cauernis includunt. de Cla. 329. Hoc autem loco volumus ætatem in disparem oratorum ætatem in cludere. 4. Tusc. 15. Quam opinionem in omnes definitiones superiores inclusimus. Att. lib. 1. ep. 13. Penè orationem in epistolam inclusi. 3. I. A. 31. Antonius armatos in cella Concordiæ inclusit. de Vn. 30. Deus omnia animalia in mundo intus inclusit. Orat. 19. & 133. Eos in eam formam non poterat includere. 7. in Ver. 143. Includere aliquem in custodias. * Hortens. Primus balneolas suspendit, inclusit pisces.

¶ *Profero.* 3. de Or. 182. Verba versu includere.

¶ *Prohibeo.* pro R. P. 48. Sed me dolor debilitat, includitque vocem.

✠ *Adverb. Aptè in cyphis. 6. In Ver.*

Inclvdor, tis. de Sen. 51. Viriditas herbescẽs vagina iam quasi pubescens includitur. de Clar. 274. Quod multis locis in iurisconsultorum includitur formulis. 2. in Anton. 31. In huius me consilij societate, tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuso.

Inclvsio, onis. *obsessio.* In Var. 24. M. Bibulus, cuius inclusione contentus non eras.

Inclvsvs, a, um. *conclusus, clausus.* pro R. 21. Aliquem inclusum atque abditum latére in occulto. 1. I. C. 4. S. C. inclusum in tabulis tanquam in vagina recónditum. I. P. 16. Odium inclusum nefarijs cenibus impiorum, de Arusp. 25. Populus Rom. septus & inclusus. Antequam. 1. Si librûm conceptam dulcedinem animo inclusam tenetis. 2. I. C. 11. Intus inclusum periculum est. pro Syl. 76. Illis inclusis in republica pestibus. de Senec. 77. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis. pro Deiot. 11. In saluto reipublicæ salus omnium inclusa est. de Som. 21. Si iam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foràs. Att. lib. 6. ep. 1. Scaptius inclusum in curia Senatum Salamine obsederat. 2. Cont. Rul. 40. Agri eodem capite inclusi continentur. Att. lib. 2. ep. 1. Consule in carcere incluso. 2. de N. 63. Physica ratio inclusa in impias fabulas. Att. lib. 15. ep. 4. Illa de Buthrotijs, quæ mihi sunt inclusa medullis. de Nat. lib. 2. Omnia quæ intus inclusa sunt. 1. de Diu. 17.

Aetheris æterni septa atque inclusa cauernis. Top. 8. Loci in quib. argumenta inclusa sunt. 2. de Diu. 73. Auis inclusa in cauea.

* Incer. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen.

✠ *Adverb. Argutè, Breuitérque, de Clar. Diuinitus. 1. de Diu. Diutiùs, & compressum. & constrictum. pro Cæl. Penitus in venis. 1. In Catil.*

Syntaxis. *Includere in epistola oratione: & epistola. Verba non sunt versu includenda. Inclusæ in Rep. pestes. Salus omnium in Deo inclusa.*

Inclytvs, a, um. *clarus, nobilis, insignis.* 1. de Diu. 114. Paris iudicauit iudicium inclytum. Orat. 159. Inclytus dicimus, breui prima litera.

Incoeptio, onis. *initium, principium.* 4. Acad. 119. Tam præclari operis incœptio.

Incoeptvm, pti. *cæptus.* 2. I. C. 27. Si cuius non modò factum, sed incœptum vllum conarúmue contra remp. deprehendero, senties, &c. Ep. lib. 5. ep. 14. Cupio deterrere te, ne permaneas in incœpto.

Incoeptvs, a, um. *institutus.* de Ar. 1. Duobus incœptis verbis omnem illius impetum compressi.

Incognitvs, a, um. *ignotus.* (*Cognitus, notus.* 4. Aca. 114. Cum tu me incognito assentiri vetes. &. 1. Aca. 44. Cum aut falsa, aut incognita res approbatur. 2. de Leg. 20. Fatidicorum effata incognita interpretari. Postq. ad Quir. 5. Illi fratrem mihi incognitum, qualis futurus esset, dederunt. 1. Offi. 18. In hoc genere duo vitia vitanda sunt. vnum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temerè assentiamur. pro Cec. 29. Dum incognita re iudicare voluit. 1. de Or. 48. Natura rerum incognita. 4. I. A. 3. Hoc insperatum omnibus consilium incognitum certè cepit. 2. Contra Rul. 25. Incognitam legem accipere. 2. de N. 73. Condemnare aliquem causa incognita.

Incola, læ. *habitator.* 1. Offi. 125. Peregrini autem & incolæ officium est, nihil præter suum negocium agere. de Sen. 78. Audiebam Pythagoram Pythagoricósque incolas penè nostros, &c. 2. de Nat. 140. Sunt enim in terra, non vt incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores rerum cœlestium. 5. de Fin. 3. Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles fuit. 5. Tus. 108. Socrates totius mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. 5. Tus. 38. Bestiæ nantes aquarum incolæ. 6. I. V. 26. Quam vos crucem incolis vestris ciuibus Romanis ostendere soletis, quo minus sibi arrogent.

Incolo, lis. *habito, incola sum.* 3. I. V. 46. Cum spoliatum fanum viderent hi, qui Delum incolebant, grauiter ferebant. 6. I. V. 21. Illam vrbem Græci incolebant. 4. Ac. 137. Et Roma vrbs, & eam ciuitas incolit. 1. Tusc. 11. Vbi sunt ergo hi, quos miseros dicis, aut quem locum incolunt? 2. de Nat. 42. Qui terras incolunt, in quibus aer crassus est. Qu. Frat. lib. 1. ep. 1. Qui earum ciuitatum fines incolunt. Antequam. 24. Qui sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam.

Incolor, ris. 2. de Diu. 92. Omnis terra quæ incolitur. 1. de Diu. 93. Loca quæ à quibusque incoluntur.

Syntaxis. *Incola & habitator. Bestia aquarum incola. Incolitur terra. & ab hominibus.*

Incolvmis, me. *saluus, integer.* 1. I. V. 72. Vt hæc quæ dixi, retinere incolumia ac salua possimus. pro Plan. 12. Qui ne equestrem quidem splendorem incolumem à calamitate iudicij retinere potuit. 4. de Fin. 19. Vt se & saluum in suo genere incolumemque vellet. 3. I. C. 25. Ciues integros incolumésq; seruaui. pro Syl. 61. Si eum in omni fortuna atque omni errore incolumem habere non poterunt. 1. de Inu. 48. Incolumis & beatus. 2. ad Her. 29. *bis.* Cic. de Gloria. lib. 2. Teste Charisio, Quo stante & incolumi.

✠ *Adverb. Aliquandiu. pro Clu.*

Incolvmitas, tis. *salus.* 2. de Inu. 169. Incolumitas est salutis tuta atque integra conseruatio. & *ibid.* 168. Quibus rebus incolumitatem libertatem retinent ciuitates. Anteq. 6. Alicuius incolumitatem & salutem deserere. ad Bru. ep. 16. Habere incolumitatem ab aliquo. 2. de Nat. 119. Incolumitas mundi.

✠ *Adiunc. Explorata. 13. Fam.*

Syntaxis. *Incolume & saluum. Integer & incolumis à. Incolumis & beatus. A Deo incolumitas habita.*

Incomitatvs, a, um. *sine comite. solus.* 1. de Orat. 234. Cuius artem cum indotatam esse atque incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti.

Syntaxis. *Ars indotata, incomitata, incompta.*

INCOMMODATIO, onis. *incommodum.* Att. lib. 1. ep. 14. Atque in ista incommodatione inest illud commodi.

INCOMMODE, dius, dissimè. *molestè.* Att. lib. 7. ep. 8. Animaduerteram posse pro re nata te non incommodè ad me in Albanum venire. Att. li. 7. ep. 14. Vt in his pro re nata non incommodè possint esse. Qu. Fr. li. 1. ep. 2. Id mihi non incommodè visum est accidisse. At. li. 6. ep. 9. Ille se ita audisse, vt nihil esset incommodè. de Am. 15. Cum illo actum optimè est, mecum autem incommodius. Att. lib. 5. ep. 9. Incommodissimè nauigare.

INCOMMODITAS, tis. *incommodum.* Att. lib. 1. ep. 14. Atque in ista incommoditate alieni illius animi & offensæ, illud inest tamen commodi, &c.

INCOMMODO, as. *officio, incommodum fero, incommodo afficio, incommodum do.* pro Qu. 51. Qui nihil alteri scientes incommodant, nihil ipsis iure incommodi cadere potest.

INCOMMODVM, di. *damnum, detrimentum.* 1. de N. 23. Incommoda vitæ sapientes commodorum compensatione leniunt. Att. lib. 7. ep. 7. Sed prorsus te commoueri incommodo valetudinis tuæ nolo. 2. de Or. 102. Qui locus talis est, vt plus habeat adiumenti, quàm incommodi, hunc iudico esse dicendum. de Cl. 4. Nostro incommodo detrimentóq; doleamus. 1. I. V. 8. Tametsi multis incommodis difficultatibusque affectus est. At. lib. 12. ep. 46. Nec id incommodo tuo feceris. pro Qu. 3. Illud quoque nobis accedit incommodum, quòd, &c. pro Mur. 47. Quibus incommodo morbi etiam cæteri vitæ fructus relinquendi. Qu. Fr. lib. 1. ep. 2. Ferre incommodum alicui. 1. Offi. 24. Ne ipse aliquo afficiatur incommodo. 2. de Or. 304. Vitia aut incommoda, quæ sunt in aliquo. 2. de In. 18. Reijciendi, diminuendi, deuitandiue incommodi causa. 5. de Fin. 50. Atque ipsa scientia, etiamsi incommoda datura sit, gaudent.

✠ *ADIVNC. Alienum. 1. de Diu. Ciuilia, Magna. 7. Ver. Commune. pro Sest. Domesticum, insperatum, maxima, Multa. 1. de Inu. Extrema. 3. Offi. Frequentissima. Antequam. Iniustissima, atque acerbissima. 4. Famil. Magnum. pro Cæc. Minora. 11. Fam. Paruum. 3. At. Priuata. 1. Att. priuata, & domestica. 2 Fam. Præcipuum. 11. Att. Publica, ad. Octau.*

INCOMMODVS, da, dum. *inutilis, aduersus, alienus.* Att. li. 14. ep. 6. Antonij colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. pro Cl. 161. In rebus eius incommodis subleuare aliquem. 1. de Inu. 57. Eorum controuersiam non incommodum videtur cum vtroque ratione exponere. 3. de Nat. 73. Facilem & liberalem patrem incommodum esse amanti filio. de Cla. 130. Is incommoda valetudine fuit.

☞ Syntaxis. *Nihil est incommodè. Incommodè nauigare. Incommodum ac detrimentum. Incommodum ac difficultas. Subleuare aliquem in rebus incommodis. Homo incommodus. Valetudine incommodi.*

INCOMPREHENSVS, a, um. *non perceptus, incognitus.* 4. Aca. 95. Illa, quæ nos incomprehensa & non percepta dicimus.

INCOMPTVS, a, um. *inornatus, incultus.* Att. lib. 2. ep. 1. Quanquam illa tua horridula mihi incompta visa sunt. Ora. 78. Vt mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas idipsum deceat: sic hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. 1. de Orat. 234. Cuius artem cum indotatam esse atque incomitatam & incomptam videres. Ac. Quem incomptis vnguibus bacchantes asperóque vultu discerpant.

INCONCINNVS, a, um. *molestus, inurbanus, præposterus, absurdus.* 2. de Or. 17. Qui in aliquo genere inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur.

INCONDITE. *insulsè.* 3. de Orat. 173. Ille rudis inconditè fundit, quantum potest. & 2. de Diu. 146. Nihil tam præpostè, tam inconditè, tam monstruosè dici potest, quod non possimus somniare.

INCONDITVS, a, um. *inconcinnus, insulsus, non compositus.* 1. de Or. 197. Omne ius ciuile præter hoc nostrum inconditum est, ac penè ridiculum. Ora. 233. Si inconditi alicuius oratoris arripias sententiam aliquam dissipatam. Or. 150. Sententiam inconditis verbis afferre. 3. de Or. 173. Incondita antiquorum dicendi consuetudo. de Cla. 242. Inconditum genus dicendi.

☞ Syntaxis. *Inconditum ius, oratio, orator.*

INCONSIDERANS, tis. *inconsideratus.* 2. de Diu. 59. Nos autem ita leues atque inconsiderantes sumus, &c.

INCONSIDERANTIA, tiæ. *inconsulta ratio, temeritas.* Qu. Frat. li. 3. ep. 9. Cuius in hoc vno inconsiderantiâ & ego sustinebo, vt potero: & tu vt possis, est tuorum neruorum. *aliter, considerantia.*

INCONSIDERATE, *inconsultè, temerè, inconsulcò.* 1. Offi. 103. Temerè, fortuitu, inconsideratè, negligenter facere aliquid. & de Fat. 31. & 1. Tusc. 6.

INCONSIDERATVS, a, um: ſſimus. *inconsideranſ, inconsultus, amentissimus, temerarius, omnibus consilio præceps ac deuius præceps, cæcus.*). *Consideratus.* de Ar. 55. Inconsideratissima & dementissima temeritas. 3. Tusc. 4. Temerarius & inconsideratus. pro Qu. 80. O cupiditatem inconsideratam. 4. Aca. 132. Nihil potest dici inconsideratiùs.

☞ Syntaxis. *Temerè, fortuitò, inconsideratè, negligenter facere. Temerarius & inconsideratus.*

INCONSTANS, tis. tius. *leuis, mobilis, volaticus, volubilis, qui à se ipso deficit, qui tum hoc, tum illud dicit, leuissimus transfuga, neque in hac neque in illa parte fidem habens.*). *Qui idem semper dicit.* pro Qu. R. 19. Qua in re mihi ridiculè es visus esse inconstans, qui eundem & lxderes, & laudares. 2. de Diu. 127. Nam si ea quoque diuina sunt, quid inconstantius Deo.

✠ *ADVERB. Ridiculè. pro Qu. R. Com.*

INCONSTANTER, issimè. *leuiter.* 2. de Fin. 88. Hæc dicuntur inconstantissimè. & 4. Aca. 53. Inconstanter loqui. & 4. Tusc. 14. Inconstanter & turbidè iactari.

INCONSTANTIA, tiæ. *leuitas, mutabilitas, mobilitas.*). *Constans & perpetua ratio vitæ.* 3. de Nat. 61. Fortuna ab inconstantia & temeritate seiungi non potest. Att. lib. 16. ep. 7. Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse. 1. de Nat. 30. Iam de Platonis inconstantia longum est dicere. 4. Tusc. 78. Inconstantia, mutabilitásque mẽtis. 7. in Ant. 9. Quid est inconstantia, mobilitate, leuitate turpius? pro Dom. 4. & Ep. lib. 1. ep. 9. Varietas, & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. in Vat. 3. In altera inconstantiam tuam cùm leuitate, tum etiam periurio implicatam refelliſti ✠ & 1. de Nat. 43.

✠ *ADIVN. Maxima 1. de Na. Tanta. pro A. Clu. Tanta, & tam Turpis. 7. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Inconstantia & mutabilitas. Inconstantia & temeritas. Inconstantia, mobilitas, leuitas. Varietas & inconstantia. Inconstantia cum leuitate.*

INCONSVLTE. *inconsultò, inconsideratè.* 1. de N. 43. Inconsultè ac temerè dicere aliquid. & 2. Offi. 54. Inconsultè largiri.

INCONSVLTO. *inconsultè.* 3. ad Her. 8.

INCONSVLTVS, a, um. *inconsideratus.* pro Deiot. 16. At credo hæc homo inconsultus & temerarius non videbat. pro R. P. 2. Illa Posthumi siue inanis spes siue inconsulta ratio, siue, vt grauissimo verbo vtar, temeritas.

☞ Syntaxis. *Inconsultè ac temerè. Inconsultus & temerarius. Ratio inconsulta, temeritas.*

INCONTENTVS, a, um. *remissus.* 4. de Fin. 75. Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, vt concentum seruare possit, omnes æquè incontentæ sint. & *ibidem.* Æquè enim contingit omnibus fidibus, vt incontentæ sint: illud non continuò, vt æquè incontentæ.

INCONTINENTER. *intemperanter, dissolutè.* 3. Offi. 37. Nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.

INCONTINENTIA, tiæ. *intemperantia.* pro Cæl. 25. Is multa de incontinentia intemperantiáque disseruit. 1. ad Her. 8. In inuidiam trahemus, &c. si aduersariorum incontinentiam proferemus. 6. I. V. 34. Est boni iudicis, paruis ex rebus coniecturam facere vniuscuiusque & cupiditatis & incontinentiæ.

INCONVENIENS, tis. *intemperans.* Cass. Ep. lib. 12. ep. 13.

INCORRVPTE, ptius. *castè, integrè.* pro Mar. 30. Qui multis pòst seculis de te iudicabunt, & quidem fortasse incorruptius quàm nos. 1. de Fin. 30. Natura incorrupte atque integrè iudicante.

INCORRVPTVS, a, um. *integer, purus, inuiolatus sanus, saluber, sincerus, castus, religiosus, naturalis, non fucatus.*). *Vitiosus, corruptus, fucatus* de Cl. 36. Succus ille & sanguis incorruptus. de Op. 8. Incorrupta sanitas. pro Mil. 61. Quid hac quæstione dici potest integrius? quid incorruptius? de Cl. 132. Incorrupta quædam Latini sermonis integritas. 1. de Fin. 71. Testis incorruptus atque integer. 4. Ac. 19. Integri atque incorrupti sensus. 1. Tus. 43. Animus permanet incorruptus. Orat. 64. Virgo incorrupta. de Clar. 261. Purus, incorruptus. * Hortens. Incorruptum testimonium.

☞ Syntaxis. *Incorrupte atque integrè iudicare. Incorrupta sanitas. sinsus. Integrum & incorruptum. Integritas linguæ incorrupta. Incorruptus testis. & integer. Purus & incorruptus.*

INCREBRESCO, scis. *percrebresco, peruagor.* ‖ *increbrescere dixerunt* ✠ *Romani, quod recentiores peruulgari, aut maiorem fieri, vt.* Orat. 66. Nunc apud oratores ipse numerus increbuit. 1. de Ora. 82. Cum hoc nescio quomodo apud eos increbuisset, me, &c. de Opt. 11. Nonnullorum sermo iam increbuit, se, &c. Orat. 23. Hi, quorum sermo imperitus increbuit. 14. I. A. 12. Hæc consuetudo quæ increbuit. 2. de Leg. 66. Sed ait rursus idem, increbuisse eam funerum magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ est. Ep. lib. 7. ep. 29. Ventus increbrescit.

☞ Syntaxis. *Increbrescunt rumor, fama, sermo, ventus.*

INCREDIBILIS, le. *inauditus, absurdus, mẽstri vel portenti similis, singularis.* 2. de In. 42. Quæ rem credibilem aut incredibilem facere possunt. pro Cor 3. Vt mihi iam verum videatur illud esse, quod nonnulli quasi quiddam increbile dicere putabantur. pro Pom. 41. Hoc omnibus incredibile, & falsò memoriæ proditum videbatur. Ep. lib. 1. ep. 7. Incredibilis hominum peruersitas. Att.

lib.11.ep.8.Nihil mihi vnquam tam incredibile accidit,quàm, &c.Par.11.Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.7.I. A.8. Si quod dixero,erit vel acerbum auditu,vel incredibile à M.Cicerone esse dictum.2.I.A.66. Incredibile & simile portenti est,quonam modo,&c.Att.lib.13. ep. 23. Incredibile est,quàm ego ista non curem.Att.li.15.ep.1.Incredibile est, quanta me molestia affecerit,&c.Att.lib.6. ep. 2. Hac re incredibile est quantum ciuitates emerserint.Att.lib.16.ep.5.& Incredibile est, quàm me omni genere delectárit. Att. lib. 15.ep.16. Singularis & incredibilis virtus.1.de Or.172. Antonij incredibilis quædam & propè singularis & diuina vis ingenij.2.de Ora. 2. Sic homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti.Or.33. Admirabilis fama virtutum incredibilium alicuius.pro Syl. 75. Incredibilis fuit & singularis furor.Ep.lib.13.ep.54.Singularis & propè incredibilis fides.Ep.lib.13.ep.27. Agere incredibiles gratias alicui. In Verr.

✠ Incredibilis audacia. ‖ 1.de Or.197.& pro Dom.59.

✠ ADVERB. *Prorsus.* 12. *Fam.*

INCREDIBILITER. *summoperè,immortaliter.*de Sen. 51. Incredibiliter delector,&c.& Qu.Fra.lib.2.ep.14. Literæ Cæsaris incredibiliter delectarunt.Att.lib.8.ep.7. Domitius de se incredibiliter percimuit.2. de Orat. 22. Eos incredibiliter repuerascere esse solitos.Brut.Epist. prid.Inuen.7. Incredibiliter gaudeo,&c.

✠ 1. In. Ant.36.

☞ Syntax. *Incredibile accidit. Incredibile est, quàm ego non curem. Incredibiles ageregratias.*

INCREMENTVM,ti.*accessio.*de Sen. 52. Quid ego vitium fatus, ortus,incrementa commemorem. 2. de Finib. 88. Negat enim summo bono afferre incrementum diem.

INCREPANDVS,a,um.2.de Or.200.Tum omnem orationem conuerti in increpandam Cæpionis fugam.

* INCREPANS, tis.pro Do.56. Cur me flentes potius prosecuti sunt,quàm aut increpantes retinuerunt.

INCREPO,as:increpui.*red.arguo,accuso.*in Sal.7. Nam quod ætatem increpuisti,puto.Qu.Fr.lib.2. ep.3. Cum illius in me perfidiam increparet.2.de Orat.21.Discus increpuit.1.I.C. 18. Quicquid increpuerit Catilinam timeri,non est ferendum.& I.P.99. Quicquid increpuerit pertimescens. pro Mur. 22. Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illicò nostræ conticescunt. * Hortens. Tunc Pseudomenon & Soritam & totam Dialecticã aut illudis,aut increpas.4.Aca.75.Illis versibus increpant eorum arrogantiam quasi irati.

INCVBO,as. *qui.si inhio.* pro Clu. 72. Hic ille planus improbissimus, qui illi pecuniæ quam condiderat, spe iam atque animo incubaret,contrahit frontem.

INCVLCANS, tis.1. Offi.111.Ne vt quidam Græca verba inculcantes,iure optimo rideamur.

INCVLCATVS,a,um. Att. lib. 16. ep. 3. ἀχνύτερον ipsum tibi misi crebris locis inculcatum & refectum.ad Bru.ep.16.Libertas alicui tradita atque inculcata.5.I.V.156.Inculcatum est Metello,te aratores euertisse. 1.de Nat.109. Vos autem non modò oculis imagines,sed etiam animis inculcatis.Att. lib. 1. ep. 14. Valuit plus,quod erat illi nonnullorum artificijs inculcatum. Or. 230. Apud alios inculcata reperias multa.Att. lib. 3. ep. 23. Tertium caput à quo sit inculcatum vides.

INCVLCO,as.*infercio,ingero,molestè obiicio,seu offero,impello.*de Fat. 6.Quid igitur attinet inculcare fatum?2.de Ora.19.Greci qui se inculcant autibus nostris. in Vat. 26. Inculcasti etiam vt se Pisonem nominaret.Or.189.Inculcamus sæpe per imprudentiam etiam minus vsitatos versus. Orat. 50. De firmissimis alia prima ponet,alia postrema, inculcabitque leuiora.

INCVLCOR,ris.1.de Or. 127. Id quod tradatur, vel etiam inculcetur,si quis sit tardior,posse percipere.

☞ Syntax. *Archetypus inculcatus, & refectus pluribus locis.*

INCVLTE.*inornate.*de Cl.107.D. Brutus dicere non incultè solebat.Orat.28.Incultè & horridè dicere. pro Quint. 59. Et incultè viuere.

INCVLTVS,a,um.*horridus,incomptus,inornatus.*1.de N.24. Terræ regio inhabitabilis atque inculta.de Clar. 16. Serere in inculto & derelicto solo.& pro Qu.R.23.Ager incultus.3. Offi. 5. Nulla pars philosophiæ inculta ac deserta.de Clar.117. Vir vt vita,sic oratione durus,incultus,horridus.de Cl.239.Cotta alia quidem inculta & syluestri via ad eandem laudem peruenerat.3. de Or. 95.Oratio exilis & inculta. 2. Contra Rull. 13. Corpus incultum & horridum.pro Sest.21.Vir subhorridus & incultus.Postquam. In Senat.12.Cum cum incultum, horridum, mœstúmque vidisses.1.de Fin. 8. Inculta quædam & horrida de malis Græcis, Latinè scripta deterius.Or.36.Pictura inculta,horrida.]. *Nitida.*

☞ Syntaxis. *Incultè & horridè dicere. Inhabitabilis terra regio, & inculta.Solum incultum & derelictum.Incultum & desertum.Durus, incultus,horridus.Inculta & syluestris via laudis. Incultus, horridus, mœstus.*

INCVMBENS, tis. Ep. lib. 1.ep.9. Cum me vniuersa respublica, &c.cunctis ordinibus hominibúsque incumbentibus, omnibus denique suis viribus recuperasset:pro Mur. 59. M. Cato incumbens ad illius perniciem.

INCVMBO,bis.*innitor,inhæreo,elaboro,enixè operam do.* 2. de Inu. 154. In gladium in naui ibidem incumbere. 1. ad Herenn. 18. Aiax incubuit gladio. 2. de Orat. 324. Impelli primò leuiter iudex debet, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. & 3. de Orat. 52. Vt eos qui audiunt, quocunque incubuerit, possit impellere.pro Plan.17.Et ab eo qui hos dimouit, potius quàm ab ijs qui in te ipsum incubuerunt,te depulsum putas.pro Mur. 53. Magna est comitijs consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cùm incubuit ad virum bonum. pro Corn. 58. Fuit hoc meum fatum, vt in me vnum omnis inclinatio communium temporum incumberet. 4. in Ant. 12. Incumbite in causam Quirites,vt facitis.Qu.Frat.lib.1.ep.1.Præsertim cum ij mores tantum iam ad nimiam leuitatem & ambitionem incubuerint.6.in Ant.2. Quo omnes actius grauiúsque incumberent ad vlciscendas reipub. iniurias.pro Pom.19. Quare omni studio ad id bellum incumbamus.Att.lib.16. ep. 10. Nunc tota mente incumbe in hanc curam.Quin.Frat.lib.1.ep.1. Incumbe toto animo & studio omni in eam rationem, qua adhuc vsus es.Ep.lib.10. ep. 10. Quamobrem mi Plance incumbe toto pectore ad laudem.Ep.lib.10 ep.1. Vt in tempub.omni cogitatione curáque incumberes.Ep.lib. 10. ep.3. Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem,&c.Att.lib.3.ep.20.Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe.pro Syl.82. Nemo fuit ex eis,qui non incubuerit ad rempub.liberandam.1. de Ora.34. Quamobrem pergite vt facitis adolescentes, & in id studium, in quo estis,incumbite.4. Acad. 77. Incubuit autem in eas disputationes,vt doceret,&c.4.I.C.4.Quare P.C.incumbite ad salutem reipublicæ,circumspicite omnes procellas,quæ, &c. Att. lib.3.ep.15.Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam.6.I.A. 18.Idem volunt omnes ordines, eódem incumbunt municipia. pro Plan.45.Hæc doce,hæc profer, huc incumbe. 11. in Ant. 23. Facis tu id quidem,& eò maximè incumbis.Attic. lib. 4.ep.11. Ergo Græcus incumbet:*id est vrgebit propositum.* Qu.Frat. lib.3. ep.8.Pompeius Miloni nihil truibuit,omnia Guttæ, dicitque se perfecturum,vt in illo Cæsar incumbat:hoc horret Milo.Epist. lib.8.ep. 11. De prouincijs incubuisse cum senatu Pompeius videtur,vt,&c. Att.lib.1.ep.16.Pompeius ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. & lib. 5. ep. 13. Cum in cupiditatem incubui,&c.Att.lib.2.ep.16.Incumbamus ô noster Tite ad studia.

✠ ADVER. *Acrius,grauius,ad iniurias vlciscendas.6. in Ant.Eò Maximè.11.Philip.*

☞ Syntaxis. *Incumbere simpliciter ad perniciem, in gladium,gladio,in curam & cogitationem.Inclinatio voluntatum incubuit ad illum. Incumbe in eam rationem,qua adhuc vsus es. Eò incumbunt omnes boni. In illo(homine)Cæsar incumbit.*

INCVNABVLA,orum.*cunabula,cunæ,rudimenta.*6.I.V.107.In his locis vestigia ac propè incunabula reperiuntur deorum.Or.42. Non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Attic. lib. 2. ep. 15. Ego verò ad montes patrios & ad incunabula nostra pergam. in Sal. 8. Incunabula & rudimenta virtutis. 1. de Orat.23.& 5 de Fin.55.Ab incunabulis nostræ veteris puerilisq; doctrinæ.

INCVRIA, riæ. *negligentia.* de Am. 87. Quo magis vituperanda est rei tam maximè necessariæ tanta incuria.de Prou.5.Incuria, fame,morbo consumi.

✠ ADIVNC. *Tanta,de Amic.*

INCVRRENS,tis.Qu.Fr.lib.3 ep.5.Ne in nostra tempora incurrens offenderem quempiam.

INCVRRO, ris.*incido.*3.de Orat. 180. Iambus & trochæus natura incurrunt in orationem. de Cl. 244. Sed ordinem sequens, in memoriam notam incurro.2. de Orat.152. Siue tu similitudine illius diuini ingenij in eadem incurris vestigia.& 180.In ea casu incurro.de Clar. 331.In cuius adolescentiam per medias laudes, quasi quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna reipub.1.de Leg.8.Incurreret enim in illum memorabilem annum suum.3. Offi. 68. In ea aliquis incurrat imprudens. 3. de Nat. 69. Incurrere in apertam perniciem. Orat. 224. Incurristi amens in columnas. 3. Offi. 55. Per errorem in maximam fraudem incurrere.de Cl. 251. Incurro in memoriam communium miseriarum.Att.lib. 7. ep. 7. Tua ἀίδιος quem in diem incurrat nescio. Att.li.12.ep.22.In oculos incurrunt ij, quos videre non possum.Ep.lib.2.ep. 16. Sed incurrit hæc nostra laurus non solùm in oculos,sed etiam in voculas maleuolorum. pro Pl. 17. 1.Offi.150.Quæstus qui in odia hominum incurrunt, vt fœneratorum.Ep.lib.4.ep.2.Nihil constitui potest,quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem.2.Contra Rull.81.Agros qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemit. pro Cæc. 84. Hic est mucro defensionis tuæ, in quem incurras,necesse est.pro Planc. 91. Incurro in crimen hominis nimium

nimiùm grati.pro Cæl. 42. Incurrere in alterius damnum atque famam.de Vniu.27.Incurrere in aliquem, & in eo hærere & impediri.pro Sest.14.Vt in eum non inuasisse, sed incurrisse videamini.1.de Finib.44.Incurrere in alium cæco impetu.1. de Fin.1.Incurrere in varias reprehensiones.5.Tusc.29.Casus in sapientem potest incurrere.pro Mur.57.Qui mihi videtur candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere.Top.79.Nulla est dubitatio, in qua non aliquis locus incurrat.Epi.lib.11.ep.10.Antonius decursionibus vastat ea loca,quæ incurrit.Epistol. libr.9. epist. 2. Quis est, qui nihil offendat, nusquam incurrat. pro Planc. 17. Sed eum accuso, qui in me incurrit atque incidit.* pro M.Scau. Incurristi amens in columnas.Acad.In quorum rixam si Academicus incurrerit.

✠ *Adverb. Necessariò in memoriam, de Clar.*

Incvrsio,onis. *excursio, incursus.* pro Cec. 44. Incursio atque impetus armorum.pro Cl.102.Incursio seditionis, vis multitudinis.1.de Natur.115.& 1.de Finib. 17. Deum agitari incursione atomorum.

✠ *Adivn. Sempiterna.1.de Nat.*

Incvrso,as.*incurro,excurro inuado.*Att.lib.12.ep. 40. Audeo hoc dicere, incursabit in te dolor meus, non iure ille quidem, sed, &c.& 4.ad Heren.52.Incursare in fortunas omnium.

Incvrsvrvs,a,um.pro Sest.46.Cum in hanc nauim armatæ tot classes incursuræ viderentur.

Incvrsvs,sus.*incursio.*pro Cec. 22. Impetum armati Antiochi cœterorumque tela atque incursus refugit.

Incvrvatvs,a,um.*incuruus.*2.de Fin.33. Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria,aliud ita natum.

Incvrvesco,scis.1.Tusc.69.& 3.de Orat. 152. Hic rami non intermittunt suo tempore baccarum vbertate incuruescere. Poëtæ.

Incvrvvs,a, um.*incuruatus.*1.de Diu. 30. Bacillum incuruum, & leuiter à summo inflexum.4.ad Her.64.Hunc dico rubrum, incuruum,canum,&c.4.in Ver.87.Incurua statua.

Incvs,udis.*fabrorum ferrea moles, quam malleis assiduis tundunt.* 1. de Nat.54.Formæ quas vos effici posse sine follibus & incudibus non putatis.2.de Orato.162.Assiduus eodem opere eandem incudem noctem diemque tundens.

Incvsatio,onis.3.de Orato.104.Loci communes partim habent incusationem aut querelam.

✠ *Adivn. Acris.5.de Orat.*

Incvtio,tis.*injicio.*de Vn.33.Quibusq; temporibus stellę emersæ errorem incutiant rationis expertibus. Att. lib.1.ep. 13. Incutere dolorem alicui.Ep.lib.8.ep.4.Incutere metum alicui.

Incvtior,tis.*inferor.*2.de Orat.209.Timor incutitur ex periculis,&c.

Indagandvm.2.de Fin.39.Canis natus ad indagandum.

Indagatio,onis.*inuestigatio,inquisitio.*1.Offic. 16. Indagatio atque inuentio veri. 5. Tusculan. 69. Inde est indagatio nata initiorum.

Indagatrix,cis.5.Tusc.5.Philosophia virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

Indagatvs,a,um.Attic.lib.2.epi.7. Eáque omnibus vestigiis indagata ad me afferas.

Indago,as.*vestigo,inuestigo,inquiro.*Attic.lib.2.ep.4.Tu quid indagâris de republica,facito vt sciam.pro Milo.104.Initia communis exitij indagaui,patefeci,protuli.Orato.11.Inusitatas vias indagare,tritas relinquere. 1. contrà Rull. 3. Aliquid indagare, inuenire, è tenebris eruere.Attic.lib.6.epist.5.Hoc tu indaga vt soles:est hoc magis,&c.5.Tusc.64.Cuius septum vndique dumis indagauit sepulchrum.4. I.V. 135. Acutissimè indagare & odorati omnia.

✠ *Adverb. Acutissimè.4 Ver.*

☞ Syntaxis. *Indagare, patefacere, proferre. Acutè indagare & odorari.*

Inde. *procul inde.*Att.lib.9.epist.20. Qui autem veniunt inde, id modò nunciant.item:Abeamus igitur inde.Attic.lib.17.epi. 20. Eo die mansi Calibus,inde has literas dedi.pro Milo. 33. Librarium illud eripuisti è domo,vt præclarum inde munus ad aliquem deferre posses.2.de Leg.39. Lacedæmon iussit neruos inde demi. *id est,ex fidibus Timothei.*& 1.ad Heren.14. Si inde incipiemus narrare, vnde necesse erit.de Clar. 312. Deinceps inde multi. pro Mur.26.Quid tum inde?de Prou.33.Iam inde à principio huius imperij.2.de Natu.123.Iam inde ab ortu. pro Arc.1. Inde vsque repetens. *id est, à pueritia.* Inde loci.in Arato. & Lucretius.91.92.

☞ Syntaxis. *Deinceps inde multi. Iam inde ab ortu. Inde vsque repetens. Inde loci.*

Indecore. *præter decorum.*1.Offic.114. Vt ea si non decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus. & 14. Cauéque ne quid indecorè effœminatéue faciat.

Indecorvs,a,um. *quod non decet.*1.Offi. 94.Quod animo magno fit.id decorum videtur:quod contrà, id vt turpe, sic indecorum.3.de Finib.13. Turpe,inhonestum,indecorum,prauum. Or.72.Indecorum est,de paruis rebus amplissimis verbis dicere.Or.82.Itaque illud indecorum, quod,&c.

Indemnatvs,a,um.*non damnatus.*2.de In.79.& 7.I.V.12.& 1. ad Her.26. Tamen à fratre indemnatam occidi non oportuit. 2.contra Rull.55.Cùm Sylla bona indemnatorum ciuium venderet.2.in C.14.& pro Dom.9.Aliquis indemnatus,innocens in exilium eiectus. pro Corn.28.Indemnatus & incolumis. in Pison.30. Lex quæ erat contra omnes leges indemnati ciuis atque integri capitis.

☞ Syntaxis. *Indemnatus,innocens,Indemnatus & incolumis.*

Index,cis.*quod aliquid indicat.* ‖ *indicem vocauit Cicero. Quem rudes delatorem Barbarè appellant.* 4. in C. 5. Hæc omnia indices detulerunt,rei confessi sunt.& 10.Cæsar indices maximis præmiis affecit.pro Cluen.21.Interim venit index ad Dineam, neque obscurus, neque incertus, qui nunciaret ei filium, &c. Quint.frat.lib. 2. ep. 3. Idem Nerius index edidit ad allegatos, &c.11.I.A.5.Complexus summæ beneuolentiæ falsi indices extirerunt in amore simulato.1.de Diuin.54.Fanum indicis Herculis. pro Rab.18.Vox index stultitiæ vestræ.2. contra Rull.4. Tabella index tacitæ libertatis, & vox index vestrarum erga me voluntatum & studiorum.1. Offic. 133. Orationis indicem vocem habemus. Orator. 60. Imago animi vultus est, indices oculi.

¶ *Index librorum.*2.de Ora.61.In Philosophos vestros si quando incido, deceptus indicibus librorum, qui sunt ferè inscripti de rebus notis,&c. verbum prorsus nullum intelligo. At.li.4.ep.4. Ijsque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci εὐλαβεῖς appellatis. * Hortens., Dari mihi iubeas indicem tragicorum, vt sumam, si qui fortè mihi desunt.

¶ *Digitus,qui pollicem sequitur,quòd eo indicare & ostẽdere aliquid soleamus.*Att.lib.13.ep.44.Pollex quidem,vt dixerat,præstò fuit: sed planè pollex,non index. *Iocatur. Cic.in nomine pollicis & indicis.nam Pollex & nomen viri est,& Digitus:index verò, & digitus, & qui aliquid occultum indicat.*

✠ *Adivn. Falsi.11.Ph. Neque obscurus,neque incertus. pro Clu. Verissimi,pro Syll.*

India,diæ.*regio.*3. de Finib. 45. Via quæ est hinc in Indiam.& 5. Tusculan.77.Quæ barbaria India vastior? quæ agrestior?7.I.V. 165.3.de Nat.42.

Indvs,a,um;*populi.*1.de Diu.47.& lib.2.96.

Indicivm,cij. *signum,argumentum,documentum,vestigium,nota, specimen,insigne.* pro Clu. 30. Omnia quæ solent esse indicia & vestigia veneni,in illius mortuæ corpore fuerunt.5. de Fini. 48. Quæ quo sunt excelsiores,eo dant clariora indicia naturæ. pro Flacc. 40. Sed tamen indicium fieri videatur,cum tabulæ illæ ipsæ cuiusque modi sunt,proferuntur.3. in C.13. Certissima argumenta atque indicia sceleris.pro Dom. 103. Hanc porticum esse patiemini furoris tribunitij & doloris mei indicium, ad memoriam omnium gentium sempiternam.de Arus.24. Hoc nobis & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit.1.de Diu.46.Eo die quo indicium fieret coniurationis. in P. 92. Noster hic præposterus imperator amissorum oppidorum, cæsarum legionum, prouinciæ præsidio & reliquis militibus orbatæ,ad sempiternum dedecus sui generis ac nominis indicia constituit.pro Dom. 134. Viderat ille Murænam ad me consulem cum Allobrogibus communis exitij indicia afferre. pro Syl.76.Quas notas scelerum?quæ indicia parricidiorum reperietis? Anteq. 27. Neque C. Marius,qui quantas res gesserit, vestra vobis libertas indicio esse potest.pro Dom.110.Quæ domus erat ipso indicio tui crudelissimi tribunatus.Postq. in Sen. 7.P. Lentulus hoc specimen virtutis, hoc indicium animi sui fore nõ putauit;si me,&c.de Cl.176.Chirographa, testificationes,indicia,quæstiones rem manifestam deferunt.Epist.lib. 7. epist. 6.Sed cum aliquo insigni indicio tuæ erga me beneuo-
✠ lentiæ. ‖ 5. de Finib. 48. Videamus animi partes quarum est aspectus illustrior: quæ quò sunt excelsiores, eo dant clariora indicia naturæ.

✠ *Adivn. Certa,Part. Certissima.1.In Catil. Clariora, vel planè perspicua.5.de Fin. Insigne.7. Famil. Maius, in Pison. Multa,& magna.4. Attic. Necessaria. epi. ad Brut. pertenue.1.In Verr. Plurima,& maxima. 2. In Ver. Solida,expressa,pro Planc.*

☞ Syntaxis. *Indicium & vestigium, Id indicia dat,&c. Argumentum ac indicium.*

Indicatvs,a,um.pro Cluen.183.At is & ex ferrula insimulatus,& à puero conscio indicatus est.pro Sylla. 41. Vidi ego fore

vt,aliquando aliquis aliter indicata hæc esse diceret.

✠ *ADVERB. Aliquando, aliter, pro Syll.*

INDICO,as. *indicium facio, indicium do, indicio sum, ostendo, indicia ostendo, signa patefacio, monstro, co.arguo, innuo, loquor, indicia affero, defero,* pro Cluen. 180. Puer rem omnem dominæ indicauit. de Vn.4. Et cum inueneris indicare in vulgus nefas. ad Brut. ep.5. Quæ verba apertè indicant, posse rationem haberi etiam non petentis. 3. de Or. 195. Vt epularum solennium fides ac tibiæ indicant. de Cl. 324. Dicendi autem genus quod fuerit in vtroque orationes vtriusque etiam posteris indicabunt. 3. de Leg. 25. Atque hoc rei exitus indicauit: quis enim, &c. 1. de Leg. 27. Vultus indicat mores. Ep. lib. 10. ep. 21. Zeno perpessus est omnia potius, quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. 1. de Fin. 50. Multi te consule ipsi se indicauerunt. pro Fla. 92. Sed tamen quis tibi de epistolis istis indicauit? pro Mur. 51. Atque ille vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atque innuit. Qu. frat. lib. 3. ep. 5. Sed tamen indicabo tibi quod in primis te celatum volebam. Epist. lib. 10. ep. 21. Indicabo temerarium meum consilium tibi. Ep. lib. 9. ep. 7. Nam quod anteà te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. pro Arch. 28. Iam me vobis iudices indicabo. de Cl. 112. Vt me tibi indicem.

✠ *ADVER. Ridiculè naturam aliorum. 2. de Ora. Apertè. 1. de Nat.*

INDICOR, ris. 2. de Diui. 47. Eodem tempore signum Iouis collocabatur, quo coniuratio indicabatur.

¶ *Aestimor.* 3. Offic. 62. Quin. Scæuola postulauit, vt sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur.

✠ *ADVERB. Semel fundum. 3. Offic.*

INDICENDVS, a, um. pro Pom. Cum omnes adessent, cœptum est referri de indicendo S. consulto. *id est, promulgando.*

INDICO, cis. *denuncio, promulgo.* pro Dom. 42. Funestum funus te indixisse reipublicæ. 2. I. C. 14. Qui bellum populo Romano indixit. 5. de Fin. 29. Indicere bellum hostibus. 2. de Orat. 155. Miror, cui Philosophiæ, sicut Zetus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris. 5. I. V. 1. Legem innocentiæ sibi ipsi indicunt, qui ab altero rationem vitæ reposcunt.

INDICOR, eris. 5. I. A. 31. Iustitium indici dico oportere.

INDICTVS, a, um. *promulgatus, denunciatus.* 1. Off. 36. Nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum antè sit & indictum. pro Dom. 42. Tamen id funus iure indictum esse dicebant.

¶ *Non iudicatus.* 1. de Leg. 42. Vt dictator quem vellet indicta causa impunè posset occidere. pro Dom. 45. Ne pro indicta die quis accusetur. Ep. lib. . ep. 2. Et qui in alios animaduertisset indicta causa, dicèdi ipsi potestatem fieri non oportere. pro Rab. 12. Indicta causa ciuem Romanum capitis condemnari. & 4. I. V. 43. Exeo indicta causa. 2. I. A. 56. Rem indicta causa iudicare. 7. I. V. 181. Etenim tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ & apertæ.

INDIDEM. *inde, ex eodem loco.* 3. de Ora. 159. Vnde simile duci potest, indidem verbum vnum translatum lumen afferet orationi. pro S. R. 74. Quò homines? indidémne Ameria?

INDIES. *in singulos dies, quotidie, quotidie magis, quotidie plus.* Atti. lib. 5. ep. 7. Quotidie, vel potius in dies singulos breuiores literas ad te mitto: quotidie enim magis ac magis suspicor te in Epirum profectum. Att. lib. 12. ep. 14. Sed cura, vt excuser morbi causa in dies singulos. & epist. 16. Quoniam in perpetuum non placet, in dies singulos videbis. Ep. lib. 2. ep. 18. Mihi in dies singulos maiori curæ est tua dignitas. Ep. lib. 5. epist. 2. Huius mei consilij maiorem in dies singulos fructum capio. 2. de Diuina. 15. Vehementius in dies incitor. ad Brut. epist. 10. Ingrauescit in dies intestinum malum. Att. lib. 10. epi. 4. Ista ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit. Attic. libr. 14. Simulatio desiderij, adhuc quæ feruebat in dies. pro Milon. 25. Hic magis in dies conualescit. Epistol. lib. 10. epist. 35. In dies singulos eius copiæ minuuntur. Attic. libr. 6. epist. 2. Pompeium mehercule plus plusque in dies diligo. 4. de Finib. 65. Hi curatione adhibita leuantur in dies: alter valet plus quotidie, alter videt. de Senect. 50. Solon dicebat senescere se multa in dies addiscentem. Filius. Epist. lib. 16. ep. 21. Præstaboque & enitar, vt in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio.

☞ Syntaxis. *Quotidie, vel potius in dies singulos. Plus plusq; in dies. In dies magis, magisq;.*

INDIFFERENS, tis. 3. de Fin. 53. Quod enim Græci ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit vt indifferens dicerem. & 4. Aca. 130. Aristoni summum bonum est, in his rebus neutram in partem moueri; quæ ἀδιάφορα ab ipso dicitur.

INDIGENITALIS, le. *natiuus, proprius, nõ alienigena, indigena.* 3. de Or. 152. Sæpe sine coniunctione verba nouantur, vt ille: Sensus disertus, indigenitalis. Poëtæ.

INDIGENS, tis. *egens.* de Amic. 30. Quid enim ille erat indigens mei? & 2. Offic. 52. Benignè facere indigentibus. & 2. de Fi. 118. Ferre opem indigentibus.

INDIGENTIA, tiæ. *egestas.* 4. Tusc. 21. Indigentia est libido inexplebilis. de Amic. 29. A natura, non ab indigentia ortam esse amicitiam.

INDIGEO, es. *indigens sum, egeo.* 1. de Orat. 156. Iam illa non tam artis indigent quàm laboris. Epi. lib. 6. ep. 4. Quæ ad consolandum maioris ingenij indigent. 4. ad Her. 13. Quia vos mei non indigetis. 1. de In. 34. Partes, quarum indigemus ad hanc præceptionem. Att. lib. 12. epist. 34. Tamen indigeo tui consilij. de Amic. 51. Qui minimè alterius indigent. 6. I. A. 7. Hoc bellum indiget celeritatis. pro Qu. R. 44. Mea adolescentia indiget illorum bona existimatione. Epi. lib. 12. ep. 11. Nunc te cohortatione non puto indigere. Ep. li. 4. ep. 5. Vt magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere. Qu. fra. lib. 1. ep. 3. Nunc commisi vt me viuo aliis indigeres. * Oecon. 1. Et fruges & cætera alimenta terrestria indigebant tecto. *Ibid.* Alterum alterius indigere voluit natura. Hortens. Nec enim fortitudinis indigeremus, nec iusticiæ nec temperantiæ.

INDIGES, gis. *pro* INDIGENS, tis. 2. de Or. 193. Indigem liberûm lacerasti. *id est, indigentem liberorum.* Pacuuij.

INDIGNANS, tis. 2. de In. 56. Loci, qui aut misericordiæ captandæ, aut facti indignandi causa sumuntur.

INDIGNATIO, onis. *stomachus, ira.* 1. de Inu. 100. Indignatio est oratio, per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur.

✠ *ADIVN. Mala. 1. de Inuent.*

INDIGNE, ssimè. *miserabiliter.* Antequam. 16. Quondam felix, nunc eget indignè.

✠ ¶ *Iniquè.* ‖ 7. Ver. 146. Ceruices in carcere frangebantur indignissime pro Cæl. 59. Cum Qu. Metellus indignissimè eriperetur vniuersæ ciuitati.

¶ *Aegrè, molestè.* 7. I. V. 31. Indignè pati. 2. de Inuent. 78. Indignè passus.

INDIGNITAS, atis. *impietas, turpitudo, atrocitas.* 2. de Inu. 53. Facti alicuius atrocitatem, aut indignitatem, aut omnino culpam augere. pro Mur. 51. Neque tamen satis seuerè pro rei indignitate decreuit. Ep. lib. 6. ep. 14. Adeundi atque conueniendi illius: indignitatem ac molestiam pertulissem. Antequ. 15. Animus: præcluditur ad exponendam rei indignitatem. item, Nequeo verbis consequi indignitatem rei. in Vat. 15. Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur. & 1. Si tua: quod indignitas postularet, spectare voluissem. in Pison. 99. Si id tardius euenier, fruar tamen tua indignitate. 2. de Or. 138. Ac si quid affert præterea hominis dignitas aut indignitas, extra causam est. * Protag. Quæ potest esse indignitas ad molestiã, nisi in magnitudine aut longitudine alterius vtrius posita?

✠ ‖ 1. In Verr. 63. Quorum nemo propter indignitatem repudiatus est. Epist. lib. 2. epi. 16. Oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium.

✠ *ADIVNC. Summa, In Vat.*

INDIGNOR, aris. *grauiter fero, stomachor, mihi indignum videtur.* 2. de Inuent. 56. Locus communis erit defensoris, per quem indignabitur accusatorem conari, &c. Ep. lib. 4. epi. 5. Hem nos homunculi indignamur, si quis nostrûm interijt aut occisus est. & lib. 11. Atque cum quem dilexi, perijsse indignor. 1. de Inu. 24. Et dicere ea quæ indignantur aduersarij, tibi quoque indigna videri. pro Qu. R. 5. Nimium citò ait me indignari de tabulis. *aliàs, indagare.*

INDIGNVS, a, um. gnior, ssimus. *non dignus, alienus, iniquus, scelestus, turpis,* Att. lib. 9. ep. 4. Hoc turpe & me indignum puto. 5. de Fin. 47. Nihilne est in his reb. quod dignum libero aut indignũ esse ducamus. 6. I. V. 78. & 1. Offi. 137. Res indigna atque intoleranda videbatur omnibus. 2. de Inue. 60. Etiamsi nobis indigna audiamus, ciusmodi iniuriæ sunt, vt de eis indignum sit non primo quoque tempore iudicari. pro Sest. 2. In quo cùm multa indigna sint, tum nihil minus est ferendum. pro S. R. 8. Cùm multa indigna, tum vel hoc indignissimum est vos, &c. Antequam 7. Nonne igitur indignum est eos, &c. & 1. de In. 24. Hoc mihi indignum videtur. de Atusp. 34. Quod non minus, quam de Alexãdrinis indignum dijs immortalibus est visum. pro Qu. 8. Nam quid hoc iniquius, aut indignius dici aut commemorari potest? pro S. R. 24. Quod Amerinis vsque eò visum est indignum, vt omnes, &c. & *Ibidem.* Filij egestas indignissima. 2. ad Her. 28. Indigna mors Palemedis. pro Q. 9. Indignum est, à pari vinci, aut superiore: indignius, ab inferiore. pro S. R. 119. An qui petebant, indigni erant, qui impetrarent? pro Com. 36. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui, &c. pro Planc. 9. Qui te indignum ædilitate iudicauerunt. in Vat. 39. Cæsar te omni honore indignissimum iudicat. 2. Orator. 286. Aliquem esse indignum suis maioribus. 5. Tusc. 45. Misericordiam vtilem esse dicunt ad

opem

opem ferendam,& calamitates hominum indignorum subleuandas.& 5.Tusc.46.Diuitias quiuis quamuis indignus habere potest.

✠ ADVERB. *Valdè In Piso.vsque eò,pro Sex.Rosc.*

☞ Syntaxis. *Hoc te indignum est. Indignum est vinci. Indignus qui viuat.*

INDILIGENTER.*negligenter.*)(.*Diligenter.*2.de In.11. Non indiligenter exposui,&c.Att.lib.16.ep.5.Nihil ab eo arbitror,neq; indiligenter,neque illiberaliter factum

INDILIGENTIA,tiæ.*negligentia.* Qu.fra.lib.1.ep.2.Literarum missarum indiligentiam reprehendi.

INDISERTE.*inornatè.* Qu.fr.lib.2.ep.1.Seuerus orationẽ meam laudauit,non mehercule indisertè.

INDISERTVS,a,um.*inornatus, parum eloquens.*2.de N. 1. Nam neque indisertum Academicum pertimuissem, neque sine ista philosophia rhetorem quamuis eloquentem.de Cl. 79.& Ep. lib.2.ep.18. Vir non indisertus.3.de Fi. 15. Indisertus interpres.3. de Orat.140.Indisserta prudentia.

INDISSOLVBILIS,le.de Vn.35. Immortales vos quidem esse & indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissoluemini.

INDIVIDVVS,a,um.*simplex.*)(.*Diuiduus.*de Vn.19.Idque interiecit inter indiuiduum ,& id quod diuiduum esset in corpore.3.de Nat. 29. Indiuiduum corpus,quod dirimi distrahiq; nõ potest. de Vniu.19.Materia est indiuidua atque simplex. 1. de Nat.65. Ita nihil esse indiuiduum potest.& 66. Indiuidua corpuscula.1. de Finib. 17. Atomi , id est, indiuidua corpora. 3. de Nat.29.

INDIVIDVVM,dui,*indiuiduum corpus,atomus.*de Fat.24.Indiuidui hæc est natura , vt pondere & grauitate moueatur.de Fat. 18.Cum duo indiuidua per inanitatem ferantur.1.de N.49.Species ex indiuiduis innumerabilibus existens.4. Academ. 55. Ex illis indiuiduis , vnde omnia gignuntur.2. de Finib. 75. Indiuidua , & intermundia , quæ nec sunt,nec esse possunt, intelligimus.

✠ ADIVN.*Innumerabilia,*1.*de Nat.*

INDOCILIS,le.*tardus,hebes.*1.de N. 12.Quidam nimis indociles tardiq; sunt.4.Ac.2.Sed incredibilis quædam ingenij magnitudo non desiderauit indocilem vsus disciplinam.

INDOCTE.*insciè, imperitè.*2.de Na.44.Non solùm indoctè,sed etiam impiè facere.

INDOCTVS,a,um.*in eruditus,imperitus.*‖de Cla.178.T.Iuuentius ✠ in capiendo aduersario versutus & præterea nõ indoctus.Part. 90.Genus hominum indoctum & agreste.2.de Diu. 129. Ex leuissimo enim & indoctissimo genere constat. Part.92. Si apud indoctos imperitosque dicemus.de Cl.180. Rabula indoctus, inurbanus,rusticus.3.de Orat. 183. Rudis & indocta oratio.1. de Fin.72.Non ergo Epicurus ineruditus,sed ij indocti,qui,&c.

✠ ADVER. *Planè, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Indoctè & impiè facere. Indoctus & agrestis. Indoctus & imperitus. Rudis & indocta oratio.*

INDOLENTIA,tiæ.*vacuitas doloris,ἀνωδυνία.*2.de Fin.11.Num voluptas idem est,quod,vt ita dicam,indolentia?item 19. Neque Hieronymus voluptatis nomine vnquã vtitur pro illa indolentia.item.3.Offic.12. Qui res expetendas vel voluptate vel indolentia mentiuntur.

INDOLEO,les.*doleo.*2.I. A. 61. Quis non indoluit te tam serò à se esse cognitum?

INDOLES,lis.*indicium animi, specimen futuræ virtutis, eximia spes summæ virtutis,optima spes,puerorum dignitas.*ad Brut. ep.3. Cæsaris verò pueri mirifica indoles virtutis. 1. de Ora.131. In vobis egregiam quandam & præclaram indolem esse cognoui.5. I. A. 47. Ita sæpe magna indoles virtutis priusquam reipublicæ prodesse potuisset,extincta fuit.11. I. A.13.Summa in filio spes, summa ingenij indoles,summáque virtus.2.de Fin. 17. In adolescentibus bonam spem esse dicimus , & magnam indolem. de Sen.26.Adolescentes bona indole prædити.ad Brut.ep. 18. Videtur in eo esse indoles:sed flexibilis ætas, multiq; ad deprauandum parati.3. Offic. 16. Itaque omnes in quibus est virtutis indoles,commouentur.Or.41.Præterea ad virtutem maior indoles.pro Cæl.39.Si quis hac indole virtutis ac cõtinentiæ fuit, vt respueret omnes voluptates.Orat.108. Ab hac indole iam illa natura,vxor generi,nouerca filij, filiæ pellex.2. Offic.46. Facillimé autem in optimam partem cognoscuntur adolescentes,qui,&c.2.Offi.39.Præ se ferre speciem boni viri.3.de Fin.9. ✠ Multa iam mihi dat signa puer & pudoris & ingenij. ‖ Attic. lib.15.ep.12.Bona indoles,ἐν διανοίᾳ.

✠ ADIVNC. *Bona, de Senec.Egregia,ac præclara,*1.*de Orat.Magna,*5.*Phil. Maior. Orat. mirifica præclara, ep.ad Bru.Optima,*5.*de Fi.Summa ingenij.*11.*Philip.*

☞ Syntax. *Virtutis indoles. Bona spes & magna indoles in aliquo. Summa ingenij indoles,& summa virtus.*

INDOMITVS,a,um. *qui imperium recusat,intractatus & nouus, ferocitate exultans.*pro Clu.15. O libidinem effrenatam & indomitam.de Ar.52.Indomitus atque effrenatus furor.3.I.V. 62.& pro R. S. 39. Indomitæ atque effrenatæ cupiditates.1. Off.90. Equum ferocitate exultantem domitori tradere, vt eo faciliori potissimus vti.4.ad Her.60.Equus indomitus.

☞ Syntaxis. *Effrenatus & indomitus & contrà.*

INDORMIENS,tis.2.I.A.30.An faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem?

INDORMIO,mis.Quint.frat.lib.2.ep.14.Ego qui in isto homine colendo tam indormiui diu.

INDOTATVS,ta,tum.*sine dote. sine ornatu.*1. de Orat.234. Cuius artem cum indotatam esse atq; incomitatam & incomptam videres,verborum eam dote locupletasti & ornasti.

INDVCIAE,arum.*belli ad tempus cessatio.* Attic.lib.7.ep.16. Tum ad te scribam plura,si erit bellum :sin autem etiam induciæ,te ipsum videbo.1.Offi.33.Cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ.8.I.A.20.Quid?ille faceret inducias? Attic.lib.15. ep.13.Inducias fieri posse.

INDVCIOMARVS,*Gallus testis in M. Fontium.*pro Font.26.

INDVCENDVS,a,um. 2. de Inuent.48. Loci communes rarò inducendi.

INDVCO,cis.*impello,adigo,adduco.*‖ *Modi quidã loquendi selecti,huius verbi non tam explicandi,quam in vulgus,quòd raro vtatur,indicandi sunt:vt non solum dixit Cicero inducere in animum, sed etiam inducere animum, Inducere alicui agrum , pro magno pretio emere, Inducere,pro induere,vt inducere pedibus soleas,Inducere nouum morem,pro quo nostri facere aut incipere,Latini autem eadem significatione qua,auctorem esse vsi sunt.*2. de N. 45. Ea difficultas induxit imperitos vt errarent.de Am. 59. Inducere animum iacentem amici in spem cogitationémque meliorem.pro S. R.76. Inducere aliquem ad faciendum aliquid gratia,spe,precio,promissis.pro Q. Rosc. 46.Quemego vt mentiatur, inducere possim: vt peieret, exorare non potero.At.lib.3.ep.10.Quantum quęq; voluit legatis tuis datum, Induxit. pro Rab. 33. Induxit eum L. Saturnini familiaritas ,vt,&c.ad Oct.Ego patres conscriptos ad parricidium induxi.2. ad Her.29. Multos induxit in peccatum pecuniæ spes.3.Offi.55.Per errorem alterum inducere.I.P 1.Hic nos decepit,fefellit,induxit.pro S.R.117.Socios inducere, decipere,destituere.2.Offic.53.Quod te malum , inquit, rationis in istam spem induxit?vt,&c.

¶ *Affero,infero,introduco.*de Fat.23. Hanc rationem Epicurus induxit,ob eam rem,quòd,&c.2.de Diuinat.41.Cur igitur eos inducitis in captiones,quas nunquam explicetis.5. de Fin.59. Natura quasi instituit docere,& induxit in ea,quæ inerant tanquã elementa virtutis.2.de Orato. 122. Qui hoc primus in nostros mores induxit. pro Rab. Posthum. 19. Inducere nouum morem in Rempub.13. In Anton. 43. Inducere nouum verbum in linguam Latinã.2.de Leg. 61. Inducere funus. *id est, deducere.*3. contra Rull.10. Sed non modò illis cauet,verumetiam aliud quoddam genus donationis inducit.Quint.frat.lib.3.ep.1. Itaq; mirificum μέθοδον cogito in secundum librum meorum librorum inducere.de Vn.23. Seséque ipse versans sempiternæ vitæ induxit exordium.Att.lib.1.ep.14. Inducere controuersiam de musica.2.Cont.Rul.97.Vt agros quãti velletis,populo Romano inducere tis.5.in Verrẽ 145.Inducere tectorium. *id est, addere,allinire.*)(. *Delere.*2.de Diuinat.40. Epicurus iocandi causa deos induxit perlucidos & perflabiles.2. de Diuinat. 109. Qua ergo ratione hæc duo diuinandi genera inducis,eadem illa possunt esse quæ tollis.3 Offi.118. Etiam temperantiam inducunt , non facillimè illi quidem, sed, &c.1. Offic.85.Rem perniciosissimã in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam. Quint. fra.lib.3.epis.3.Puerum in hanc nostram rationem consuetudinémque inducemus.2.de Natur.2. Quæ eloquentia falsos deos sustulit,eadem veros inducat.1.de Nat.42.Poetæ deos libidine furentes induxerunt.pro Cæl. 35. Sed quid ego iudices ita grauem personam induxi?pro Dom. 92. Et homo facetus inducis etiam sermonem vrbanum, &c. Orat.138. Muta quædam eloquentia inducere.5.Tusc.115.Tiresiam Poetæ nunquam inducunt deplorantem cæcitatem.suam.2.Tusc.27.Inducere fortissimum virum lamentantem.

¶ *Applico,adhibeo,accommodo,decerno.* Quint.de Pet.32. Deinde induc in animum,ita simulandum esse.Attic.lib.1.epist.4.Animum inducere non potui, vt viderem,&c.pro Sex.Rosc.51. Qui potuit animum inducere,vt filium exhæredaret.Attic. li.14.ep. 12.Antonius induxit animum,sibi licere quod vellet.1.de Diuinat.22. Tu igitur animum poteris inducere contra ea dicere, quæ,&c.2.de Diuinat. 46. Tu igitur animum induces causam hanc defendere?& 5.Tusc.30. Inducant animum diuitias contemnere.pro Syl.83. Induxi in animum defendere aliquem.1. I.C.22.Si ire in exilium animum induxeris.pro Cluen.45. Neque enim legare eiusmodi matri poterat in animum inducere.Attic.lib.7.epist.5.Id quod animum induxerat,paulisper non tenuit.

¶ *Doleo.*

¶ *Doleo.* Att.lib.4.ep.17. Inducere nomina.& lib.1.ep.14.Vt induceretur locatio,postulatum est.

INDVCOR,tis, *dedecor.* Acti.lib.13.ep. 14. Et si nomina facta sunt, vel induci vel mutari possunt.

¶ *Adducor,impellor.*de Clar.292.Induci in errorem.2. ad Her.29. Induci aliquo emolumento ad agendum aliquid.1. de Orat. 208.Studio alicuius induci ad aliquid faciendum.pro Sex.Rosc. 39. Ab hominibus nequam induci ad facinus conficiendum. Epist.lib.5.ep.6. Adduci voluntate,induci odio ad aliquid agēdum. pro Planc.104. Quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem, vos,&c. de Cl. 188.Induci ad misericordiam, ad pudēdum, ad pigendum.2.de Legib.2.Idq; vt facerem,orationibus inducebar tuis.2.contra Rullum.69.Hic ager quoquo precio coemptus erit,tamen ingenti pecunia nobis inducetur. Attic.lib.4.ep.15. Varro inducetur in aliquem locum, si modò erit locus. Attic.lib.13.ep.19.Puero me hic sermo inducitur.1.de Finib. 62. Sapiens ab Epicuro beatus semper inducitur.3.Offic. 38.Hinc ille Gyges inducitur à Platone,qui,&c. Epist.lib.7. ep. 11.Mira enim persona induci potest Britannici iurisconsulti.1. in Anton. 3. Ne inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur.de Opt.17. A me gladiatorum par nobilissimum inducitur.

✠ *ADVERB. Diligentiùs præscriptionem, porrò,approbationem.1.de Inuent.paulisper animum,7. Attic.*

INDVCTIO,onis.*derivatio.*2.de Nat. 152. Nos aquarū inductionibus terris fœcunditatem damus.

¶ *Introductio.*3.de Orat.203.Personarum ficta inductio,& erroris inductio.

¶ *Applicatio,deliberatio,suasio.* Quint.frat.lib.1.ep.1.Hoc non est positum in labore aliquo,sed in quadam inductione animi atque voluntate.1.de Inuent.51.Inductio est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem eius, qui cum instituta est, &c. Epist.lib.1.epist.9.Tantum enim animi inductio,& meherculè amor erga Pompeium apud me valet, vt, &c.

✠ *ADIVN. Ficta personarum 3.de Orat.*

INDVCTVS, a,um.*impositus.*2.de Inuent.149.Soleæ ligneæ in pedes inducte sunt & 1.ad Heren.23.Pedibus inductæ sunt.

¶ *Adductus.*1. Tusc.65. Quinta quædam natura ab Aristotele inducta.Epi.lib.1.ep.4. Tuis inuidis nomen inductum fictæ religionis.pro Cel.25.Illa subtiliter ad criminandum inducta oratio.pro Muræn.62.Hæc M. Cato autoribus eruditissimis inductus arripuit.1.I.A.79.Dolabella tum est impulsus, elusus, inductus.pro Cæl.38.Is nulla cupiditate inductus de via decessit.pro Planc. 101. Cum tibi vana quædam falsa spe inductus pollicebar.pro Quint.12.Tamen inductus familiaritate id fecit.*con. C.Anton.Qua amentia inductus sit.

✠ *ADVERB. Diuinitus,1.Attic.Rectè,3. Offic.Subtiliter ad criminandum,pro Cæl.25.*

☞ Syntaxis. *Inducere aliquem in elementa virtutum. Inducere controuersia de iure. Inducere virum aliquem lamentantem. Inducere animum dicere. Inducere animum,vt:& in animum. Induci spe, familiaritate.*

INDVCTVS,ctus.2. ad Heren.26. Quod alieno inductu fecerit. *id est, impulsu.**pro L. Varen.Vtrum velitis, casu illo itinere Varenum esse vsum,an huius persuasu & inductu.

INDVLGENS, tis. *facilis.*) (. *Difficilis,seuerus,acerbus.*3. Of.112. Qui nuper indulgens in patrem,idem acerbus & seueras in filium.pro Cluent.12. Quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiúsque maternum hoc, &c.3. Tusc. 13. Sed vide ne hæc oratio sit hominum assentantium nostræ imbecillitati, & indulgentium mollitudini. Orat.157. Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.1.de Legib. 39. Epicurei sibi indulgentes,& corporibus deseruientes,&c.omnia, &c. de Amic.91. Sed obsequium multò molestius,quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri finit.

INDVLGENTER.*familiariter,leuiter,molliter*, Att.lib.9.ep. 11.Illud præclarè admones,cum illum videro,ne nimis indulgēter, at cum grauitate potius loquar.2.de Fin.109.Facere aliquid indulgenter,vel cum labore.

INDVLGENTIA,tiæ,*obsequium,patientia lenitas,præsertim in filios*

✠ *Non vitij tantum est,sed vsitatum quæ laudantur,à Cicerone tribuitur, quod multi in loquendo fugiunt tanquā minus Latinū. Hæc Schorus.* Attic.lib.10.epist.4 indulgentia videlicet nostra deprauatus. & *Ibid.*epist.4. Non facit indulgentia mēdacem *Ibid.* Itaque hæc quoque nascuntur ex indulgentia. Postquam ad Quir. 2. Mihi liberi mei propter indulgentiam meam vita sunt mea chariores.pro Sest.8.Indulgentia alicuius in aliquem, vt Ciceronis in collegam suum.pro Syll.64. Vniuscuiusque indulgentiam testarer in suos.Epistol.lib.10.epist. 23. Nimia indulgētia in aliquem.3 in Verr.112. Qui simili sensu atque indulgentia filiorū commouemini.ad Brut.ep. 17. Tribuere indulgentiam alicui. Attic.lib.9.ep.10.Et hæc Cæsar pro sua in nos indulgentia probabit.2.de Orat.168. Si feræ partus suos diligunt,qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?1.de Legib. 35. Homines inter se naturali quadam indulgentia & beneuolentia contineri.1.de Legib.60.Cum animus cognitis virtutibus à corporis obsequio indulgentiáque discesserit.

✠ *ADIVN. Maxima.8.Famil.Naturalis.1.de Leg.Nimia.10.Famil.Patria.7.In Ver.Similis,3.In Ver.*

INDVLGEO, es. *obsequor,in aliquem sum ambitiosus,indulgentiam tribuo,assentor.*5.in Verr.59.Is ciues Romanos coluit,iis indulsit, eorum voluntati & gratiæ deditus fuit.de Amic. 54. Spernere veteres amicitias,& indulgere nouis.Quint.fra.lib.1.epist.2.At enim Græcis solis indulgeo,quòd,&c. Epist.lib.16.epist.18. Sed vtut est,indulge valetudini tuæ:cui quidem tu adhuc,dum mihi deseruis,seruisti non satis.1.de Inuent.27. Cur perdis adolescentem nobis?cur amat?cur potat?cur his rebus sumptus suggeris?vestitu nimio indulges,nimiùm ineptus es.4. Tusc.41.Ipsáque sibi imbecillitas indulget,in altúmque prouehitur imprudens.Attic.lib.10.ep.4.Indulsit illi quidem pater.

☞ Syntaxis. *Indulgens in aliquem. Amans& indulgens nomen.Indulgentia & sensu paterno in aliquem commoueri. Tribuere indulgentiā alicui. Animus ab indulgentia corporis discedit. Indulgere nouis amicitijs.*

INDVMENTVM,ti. *vestimentum.*1.de Nat.deor.68. Quod cum efficere vultis,indumenta tamen corripitis.

INDVO,is.*vestio, induco.*3.Offic.38. Is annulum ei vidit in digito: quem vt detraxit,ipse induit.2.de Finib.73.Ex eius spoliis sibi & torquem & cognomen induit.Attic.lib.14.ep.23. Quare talaria induamus.5.Tusc.73.Epicurus qui tantummodo induit personam philosophi, sibi ipse hoc nomen inscripsit.2.Tusculan.20. Qui cum Deianiræ sanguine centauri tinctam tunicam induisset,ait ille,&c.3. Offic.43.Ponit enim personam amici, cum induit iudicis.4. Academic.18. Anthiochus in idipsum se induit quod timebat.4.in Verr.101. Hic videte,in quos laqueos se induerit.)(. *Expedire se ex laqueis.*&105.Videte,vt dum expedire se se vult, induat.& 7. Ver. 72. Ipse sese induit.2. de Diuinat. 44. Cum autem ij anhelitus se in nubem induerint, &c. *id est, conuerterint.*1.Tusc.92. Habes somnum imaginem mortis, eámq; quotidie induis.

INDVOR, ris.7. in Verr.165. Sua confessione induatur ac iuguletur necesse est.

INDVTVS, a, um.1. Offic.107. Intelligendum est duabus quasi nos indutos esse personis:quarum vna,&c.altera, &c. pro Syll. 76.Feræ quædam illæ forma hominum indutæ exiterunt.2.de Nat.63. Dij induti specie humana.Attic.lib.1.ep.10. Vir indutus muliebri vestitu.3. de Orat.125. Pallium quo amictus, soccos, quibus indutus esset.4.ad Her.61. Cùm citharœdus prodierit optimè vestitus,palla inaurata indutus.

INDVPERATOR,oris.*Imperator.*1.de Diuin.107.

Omnis cura viris vter esset induperator. Ennij.

* INDVRO,aris.Incer. Reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari.

INDVS,di.*fluuius Indiæ omnium maximus.*2.de Nat.deor.130.

INDVSTRIA, striæ.*ars,ingenium solertia,diligētia,sedulitas,labor.*

✠ *Vis huius vocis propria non omnibus nota est,ea enim est animi intentio,& agitatio diligens in rebus agendis & expetendis, vt enim in corpore robur sic in animo industria laudatur: locutio vero hæc de industria aliquid facere, est,quod alij linguæ similitudine dicūt,ex proposito facere,sicenim Græci loquuntur* ἐκ τέχνης, πρὸ τέχνης *& ἐκ τέχνης ἀπὸ τέχνης Galli* de popos deliberé *Contrarium ei est,casu,vltro,sua sponte fieri. Schor.* Attic.lib.6.ep.1. Quare non *ἀχάριστα* tua industria,sed præclarè ponitur.de Clar.22.Tua exquisita doctrina & singularis industria.5. Tusc.66. Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione industriæ qui est vnus suauissimus pastus animorum. ad Brut.epist. 15. Messala tanta est industria,tantúmque euigilat in studio, vt, &c. pro Pomp. 29.Industria in agendo,celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo.Epistol.lib.13.epistol.10. Quod versabatur in hoc nostro studio,& cum ingenio, vt nosti, nec sine industria.pro Cæl.45.Ingeniū industria alitur, Postquam.ad Quirit.24. Mihi in labore perferendo industria non decrit.de Senect.22.Maneant ingenia senibus, modò permaneat studium & industria.pro Pomp. 1. Perfectum ingenio,elaboratum industria. Epistol.lib.3.epistol.9. Qui in scribendo tantum industriæ ponam. Ora. 151. Vbi etiam de industria id faciendum fuit.& 164. Etiam si nihil est factum de industria. & 166. *ἀντίθεσις* numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, & eum sine industria. Orat. 231. Neque verbum ita traiiciat, vt id de industria factum esse videatur. & 1.de Inuent. 102. & lib.2 .45. & 2. in Verr. 35.& 3. de Orat.38. Incuriuatum de industria. 1. Offic. 24. Iniuriæ quæ nocendi causa de industria inferuntur.1. Offic.108. Erat in L. Crasso multus lepos, maior etiam magisque de industria in C.Cæsare L.filio.de Clar.283. Exilitatem de industria consequi. ‖ Attic.lib.8. epist. 14. Vibullique

virtutem

virtutem & induſtriam libenter agnoui & lib.15.epiſt.13.Enitar igitur ne deſideres aut induſtriam meam aut diligentiam. de Clar.279.Induſtriam non ſum expertus.2.de Finib.33.Incuruatus de induſtria.

✠ *Adivn. Aliena,1. de Fin. Antelucana opificũ,4.In Ver.Aperta oratoris,Orat.forenſis,pro Mur.Illuſtris, 2.Famil.Incredibilis,maior,multa,probabilis,ſingularis,Summa de Clar.Par.15.Famil.Superior.1.de Orat. Summa,5,In Ver.Tanta,4.Attic.*

Indvstrivs, *Aduerbium,artificioſius,diligentius.* pro Dom.27. Quis de illius dignitate induſtriùs,quis Senatui ſæpius, *Alij Illuſtrius legunt*,dixit?

Indvstrivs, a,um. *ingenioſus,ſolers,laborioſus*, φιλόπονος. pro Cæl.74.Quæ niſi vigilantes,niſi ſobrij,niſi induſtrij, conſequi non poſſent.5.in Verr.53.& pro Pomp.18. Homo nauus & induſtrius,experientiſſimus & diligentiſſimus.Att.lib.8.ep. 14. Homo vigilans & induſtrius.5. Tuſcul. 57. In rebus gerendis vir acer & induſtrius.& lib.2.35.

☞ Syntaxis. *Vigilans,ſobrius,induſtrius. Nauus,induſtrius,experientiſſimus,diligentiſſimus. Acer & induſtrius in rebus.*

Inedia,diæ,*f.times,eſuries* pro Planc.26. Minturnenſes C. Marium feſſum inedia fluctibuſque,recrearunt. Epiſtol. lib.16.ep. 10.Inedia & purgationibus cõſumi.1. Tuſc. 84.A vita quidam per inediam diſcedens,reuocatur ab amicis.5.de Fin.82. Inedia necatus eſt Regulus.

Inelegans,tis.*impolitus,inconcinnus.*de Clar.281.Orationis nõ inelegans copia.& 2.de Nat.deor.63.Phyſica ratio nõ inelegãs.

Inelegantер,*impolitè,indiſcretè.*2.de Finib.26. Primùm diuiſit inelegãter,&c.de Clar.101. Oratio nõ ineleganter ſcripta.

Inenodabilis,le.*inexplicabilis,inextricabilis.*de Fat.18.

Ineo,inis.*adeo,ingredior.*pro Deiot.8.Tu illius domum inire vo luiſti.de Ar.39.Cum quod ineas cubile non ſentis.pro S. R. 52. Filius conuiuia cum patre non inibat.

¶ *Incipio.*Off.37.Inire prælium.

¶ *Inuenio, capio.*de Aruſp.48.Inire gratiam ab aliquo.6.in Verr. 143.& pro Cecin.79.Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. 4. de Finib.31.Magnam ineat gratiam.

¶ *Suſcipio,aggredior.*3. I. A.2. Cùm conſules magiſtratum inierint.3.in Verr.125.Inire magiſtratum.pro Sexr.R. 96. Inire conſilia cum aliquo contra aliquem.pro Deiot. 4. Inire conſilium facinoris contra vitam alicuius.ad Brut.ep.15.Conſilia inire cœpit reipub.liberandæ.5.I. A.53. Cum conſules inirent rationem de commodis militum augendis.Epiſt.13.ep.28. Inire rationẽ, quemadmodum aliquid fiat.Attic.lib.3.ep.10.Inire conſilia de pernicie alicuius.pro Mur.80.Inire conſilium faciendi aliquid.

¶ *Conjio.*Atti.lib.8.ep.9. Inire ſummã gratiam cum bonis omnibus.2.de Nat. 123. Pinna cum ſquilla quaſi ſocietatem init comparandi cibi.

✠ *Adverb.Audacius pericula.1.Ver.*

Ineo,ris.2.contra Rul.66.Inietur ratio quæſtus de pecunia veſtra:*aliàs, inuenietur.*de Clar.109.Plures ineuntur gratiæ,ſi vno tempore dicas pro pluribus. Att.lib.14.ep.9.Ea ratio ædificandi initur conſiliario quidem & autore Veſtorio pro Dom.129.De Pompeio interficiendo conſilia inibantur. * Oecon.1.Vt vitæ ſocietas iniretur.

Inevndvs, a,um. At.lib.12.ep.20.Inecunda eſt nobis ratio,quẽ admodum poſſimus,& 5.in Ver.110.Mihimet inecunda ratio & reperienda via eſt.*Hortenſ. Incundis ſubducendiſque rationibus.

☞ Syntaxis. *Inire prælium,rationem,conſilium,amicitiam,ſocietatem, gratiam,viam. Inecunda ratio,& reperienda via.*

Inepte, *inſulsè.*de Clar.283.Inepté,odioſè,putidè dicere.& Att. lib.1.ep.13.Facere ineptè.& Epiſt.lib.6.ep.7.& 1.Tuſc.11.

Ineptiae,arum.*nugæ.*1.de Orat.111.Peto à vobis,inquit,ne has meas ineptias efferatis.2.de Orat.18.Omnium autem ineptiarum,quæ ſunt innumerabiles,haud ſcio an vlla ſit maior,quàm vt illi ſolent,quocunque in loco,quòſcunque inter homines viſum eſt de rebus difficillimis, aut non neceſſariis argutiſſimè diſputare.1. Tuſc.93.Pellantur ergo iſtæ ineptiæ penè aniles. pro S.R.46.Quid ad iſtas ineptias abis,inquies?Epiſt.lib.2.ep.9. Partim etiam ineptiarum pœniteret.

✠ *Adivnc.Aniles,1.Tuſc.Innumerabiles,1.de Orat.*

Ineptvs,a, um. de Or.17. Nam qui aut tempus quid poſtulet nonvidet,aut plura loquitur,aut ſe oſtentat, aut eorum quibus cum eſt,vel dignitatis,vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus eſt, aut multus, is ineptus dicitur.& *ibid.* Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum,quòd nõ ſit aptus. 1.de Ora.112.Dimittebam à me Scæuolam,cùm ei ita dicerem me velle eſſe ineptum:id erat petere blandius,quod niſi ineptè fieret,bene non poſſe fieri.1. Tuſc.86.Ineptum ſanè negocium & Græculũ.1.de Or.221.Aliquem ineptũ aut Græculum putare.1.de Legib.7. Aliquis in loquẽdo multus,& ineptus ad ſummam impudentiam.Att.lib.4.ep.14.Sed hoc ne curãris:ego ineptus,qui ſcripſerim. Or.29.Nihil inſolens atque ineptum.

☞ Syntaxis. *Ineptè,odioſè,putidè dicere. Ineptum negocium. In loquẽdo multus,& ineptus ad ſummam impudentiam.*

Inermis,me.)(*armatus.*ad Brut.ep.10.Perterritos,inermes,ſaucios,non ſunt noſtri duces perſecuti.& pro S.R.142.pro Cecin. 60.Arma qui non habuerint,inermes fuiſſe vinces.Anteq.27.& pro Dom.76.Cedam inermis armatis.Epiſt.lib.11.ep.10.Manus peditum inermium. 1.* de Fin.22.In altera philoſophiæ parte iſte veſter *Epicurus* planè inermis ac nudus eſt.

Inermvs,a, um. Epiſt.lib.10.ep.35 .Multitudo inermorum.& lib.11.epiſt.12.Cum paucis inermis perterritis metu, fracto animo fugiſſe Antonium.ad Br. ep.10. Perterritos, inermos, ſaucios,non ſunt noſtri duces perſecuti:*aliàs inermes.*

Inerrans,tis.)(*errans,vagus.vt,Stellæ errantes.*2.de Nat.deor. 35.& lib.3.51.

Iners,tis: ſimus.*ignauus,ſeditioſus,ſomniculoſus,*ἀργὸς λόγος, *languidus.*)(*operoſus.ſemper agens aliquid & moliens.*2.cõtra Rull.90. Inertiſſimum & deſidioſiſſimum ocium.de Sen.16.Iners, ignaua,& ſomniculoſa ſenectus. 1. de Fi.3. Inertiſſima ſegnitia. de Fat.26.Rectè hoc genus interrogationis ignauum atque iners nominatum eſt.2.de Orat.360.Neque verum eſt,quod ab inertibus dicitur,&c.de Clar.237. Cenſorinus iners & inimicus fori.2.de Fin.115.Artes quibus qui carebant, inertes à maioribus nominabantur.

Inertia,tiæ.*ignauia,deſidia,ſegnities,nequitia,negligentia pigritia.*pro Mur. 96. Fuga laboris inertiam coarguit & deſidiam.1. I. C. 4. Iam me ipſum inertiæ nequitiæque condemno.& 29. Inertia ac nequitia. pro Qu. Roſ. 24. Qui tantas pecunias non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiauit.1.de Orat. 68. Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ noſtræ.& 172.Cõdemnare aliquem inertiæ. Epiſt.lib.12.ep.20. Nec tua ignauia etiam inertiam afferet.1. ad Heren.8. Inertia, ignauia,deſidia,luxuria.Inertia enim arti opponitur. Part.35. Animi affecti virtutibus, viciis, artibus,inertiis.

✠ *Adivn. Singularis,3.In Ver.Turpis,2.cont.Rul.*

☞ Syntaxis. *Ocium iners & deſidioſum. Iners & ignaua ſenectus,ſegnities. Interrogatio iners & ignauia. Inertes, abſolutè. Inertia,ignauia,deſidia. Animi vitia,inertia.*

Inervditvs,a.um.*indoctus,rudis.*pro Dom.92. Non ſum tam ineruditus,qui Mineruam Iouis ſororem, meam eſſe ſororem exiſtimem.4.Ac.132. Modò ne quis illud tam ineruditũ abſurdúmque reſpondeat.1.de Fin.72. Non ergo Epicurus ineruditus,ſed ij indocti,qui,&c.

Inexercitatvs, a, um.*qui nihil ſum non habet,tyro.*2. de Ora. 72.Hoc mihi crede,ludus eſt homini non hebeti,neque inexercitato,&c. 2. Tuſc.38. Rudis ille & inexercitatus miles. de Cla. 136. M. Marcellus promptus & non inexercitatus ad dicendum fuit.& de Sen. 64. Nec tanquam inexercitatus hiſtrio in extremo actu corruiſſe.

Inexercitvs, a,um. 5. Tuſc.113. Aſclepiades non ignobilis, vel inexercitus philoſophus:*aliàs, non ignobilis Eretricus philoſophus:&rectus.*

Inexhavstvs,a,um.3.de Fin.7.Erat enim, vt ſcis, in eo inexhauſta auiditas legendi,nec ſatiari poterat.de Catone.

Inexorabilis,le.*implacabilis,inexpugnabilis,inexpiabilis.*)(*placabilis,exorabilis.*pro Syl.87.Qui vehemens in alios, inexorabilis in cæteros eſſe viſus ſum. Quint.frat. lib.1. ep.2. In literis mittendis nimium te inexorabilem præbuiſti.

Inexpectatvs,ta tum.*inſperatus.*2. de Orat. 225. Quæ fuit illa,quanta vis,quàm inexpectata, quàm repentina.

Inexpiabilis, le.*implacabilis,quod expiari purgarique non poteſt.*de Ar.4.Cum his inexpiabile bellum mihi ſuſceptum eſt. & 57.Inexpiabile ſcelus.& 11.I.A.29.in Piſ.81.Præbere ſe implacabilem inexpiabilémque alicui. 1. in Ant.13. Ne inexpiabiles religiones in rempubl.inducerentur.1.Tuſc.72.Qui in republ. violanda,fraudes inexpiabiles cõcepiſſent. *Ibid.*27.Inexpiabilis religio.

☞ Syntaxis. *Implacabilis & inexpiabilis. Fraus inexpiabilis,religio.*

Inexplebilis,le.*inſatiabilis,inſaturabilis.*5.Tuſc.16.Inexplebilis cupiditas.

Inexplicabilis,le.*inenodabilis.*Ait.lib.8.ep.3. O rẽ difficilem & inexplicabilem.& lib.10.ep.2.Res ſunt inexplicabiles.& 4.Aca.97.Hæc ſcilicet inexplicabilia eſſe dicitis.At,lib.15.ep.10. Tu quid egeris tua cùm triſti, tum etiam difficili ad conſiliandum legatione,vehementer expecto:eſt enim inexplicabilis.

Inexpvgnabilis, le 5. Tuſculan.41. Volumus enim eum qui beatus ſit,tutum eſſe,inexpugnabilem,ſeptum atque munitum,&c.

Inextricabilis, le.*inexplicabilis.*4.Ac.97. Hæc ſcilicet inextricabilia eſſe dicitis:*aliàs,inexplicabilia.*

INFACETVS,ta,tum.*inurbanus,inconcinnus.*pro Cæl.69.Non infacetum mendacium.3.Offic.58. Homo non infacetus & satis literatus.

INFAMIA,mię.*nota,macula,probrum,nota turpitudinis,ignominia, dedecus,contumelia.*pro Flac.95.Esto, habuit quandam ille infamiam suam.pro Cæl.42.Inferre infamiam alicui. Att.lib.4.ep. 17.Consules flagrãt infamia.pro Clu.4.Negem fuisse infamiã iudicij corrupti. I. I. C. 13. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est?quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ?2.cõtra Rul. 90. Effugere infamiam crudelitatis.Epist.lib. 1. epi.1. Vt magnam infamiam fugiat.4. Tuscul. 44.Ferre ignominiam & infamiam sine dolore.pro Cluentio. 61.Iudicia vera atque insigni turpitudine notata,atque oppressa dedecore & infamia.Part.92.Ignominia,infamia,contumelia,dedecus.4. I. V. 192. An ab hac eius infamia & nequitia vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat?

INFAMIS, me.*turpis,habẽs infamiam,famosus,contaminatissimus, omnium scelerum libidinúmque maculis notissimus,sceleribus notatus.* pro Dom. 71. pro Font.24. Turpis adolescentia', vita infamis. pro Clu.130.Homines omnibus vitiis atq; omni dedecore infames2.in.Cat.7. Mulier infamis.pro S.R.99.Infamis palma.‖In Pis.53.Mortuus infamis.&c.6. In Ver.20. Multas familias totas inperpetuum infames tuis stupris flagitiisque fecisti.

INFAMO,as.*noto, ignominiam,notam,maculam iuuro,ignominia noto,existimationem offendo, deformo, detraho, infamiam infero,nota atque ignominia condemno, maledictorum notis inuro.* Epist. lib.9. epist.12.Vt tua maceratio aliorum infamet iniuriam.

☞ Syntaxis.*Infamiam habare,inferre. Infamia flagrare. Infamiæ dedecus. Infamiam ferre. Dedecore & infamia opponi. Omni decore infamis. Infamare aliquem.*

INFANDVS, a, um. *nefandus,execrandus.*2. de Orat.322. Ex re,si crudelis,si infanda,si præter opinionem.pro Sestio, Vix homines odium suum à corpore eius impuro atque infando represserunt.

INFANS,tis.*puer infans,paruus.*2.de Finib.33.& 2.de Or.162. Omnia mansa,vt aiunt, nutrices pueris infantibus in os inserere. pro Cluen.28.& Orat. 131. Cum haberet ex Næuia infantem filium.pro S.R.153.Infantium puerorum incunabula. 1. de Diu. 121.Scribit Herodotus Crœsi filium,cùm esset infans,locutum. 2.de Fin.33. Nec verò vt voluptatem expetat,natura mouet infantem.& lib.5.55. Infantes.1.de Fin.7.Si infantes pueri, si mutæ etiam bestiæ penè loquuntur.

INFANS, tior.tissimus.*indisertus.*) (.*eloquens , disertus.*de Cl .77. Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse.1.de Inuent. 4.Infans & insipiens homo.1.de Finib. 52. Homo infans atque impotens.2.ad Herenn.16.Dialectici infantissimi.de Clar. 101. C.Fannij in historia oratio neque nimis infans , neque perfectè diserta.3.ad Q. fra.ep. 4. Omnino nihil accusatore Lentulo,subscriptoribúsque eius infantius , nihil illo consilio sordidius.

INFANTIA,tiæ. *ieiunitas,orationis inopia.*)(.*eloquentia.*3.de Orat. 140.Nec infantia eius qui rem nouit,sed eam explicare dicẽdo non potest:nec inscitia illius,cui res non supperit,verba non desunt,est laudanda.2. ad Her.16. Vt huius infantiæ garrulam disciplinam contemneremus. .*Dialecticam intelligit.* Attic.lib.4. ep.16.Incredibilis infantia accusatorum.

✠ *ADIVN. Incredibilis.4.Att. Naturalis.3.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Puer infans. Infans filius. Infans Infantißimus dialecticus.*

INFATVO, as. *fatuum stultúmque reddo.*pro Flac.47 Neminem quidem adeò infatuare potuit,vt ei nummum vllum crederet. & 3.in Ant.22. Vt hominem stultum magis etiã infatuet mercede publica.

INFECTOR,oris.Epist.lib.2.ep.16.Curtius noster dibaphum cogitat,sed eum infector moratur.

INFECTVS,a,um,2.de Legib.21.Quæ augur iniusta,nefasta,vitiosa,diráue dixerit,irrita infectáque sunto.2.de Inuent.80.Habere aliquid factum pro infecto. Topic.22. Promittere damni infecti.

¶ *Vitiatus.*ad Brut.ep.14.Animi hominum infecti partibus. Att. 1.ep.10.Vereor,ne,quod infectum est,serpat longius.

INFELICITAS, tis. *aduersa vel incommoda fortuna, incommoda res,calamitas.* Antequam 23.Vtique ea maneat existimatio,quæ virtute parta , non quæ infelicitate illata est.I. P. 47. Amisisti exercitum: sit hoc infelicitatis tuæ.2. de Diuin.62. Nec enim tanta est infelicitas aruspicum,vt ne casu quidem vnquam fiat quod futurum illi esse dixerunt.2.de Finib.68. Beatè viuere alij in alio,vos in voluptate ponitis:item contrà,omnem infelicitatem in dolore.

INFELIX, cis. *miser,calamitosus,ærumnosus,deiectus ad calamitatẽ dura & crudelis fortuna.*I.A.64.Si quis reipu.sit infelix.is felix esse non potest.pro Planc.101.O custodiam mei capitis infelicẽ pro Rab.13.Caput obnubito,infelici arbori suspenditio.7. I. V. 161.Infelix & ærumnosus. pro Qu.94. Miser & infelix. Orat. 159.Inhumanus prima litera breui,in felix longa,dicimus.

☞ Syntaxis.*Infelix & ærumnosus.Miser & infelix.*

INFENSIVS,*aduerbium.*Ora.172. Quis porrò Isocrati est aduersatus infensiùs?

INFENSVS, a, um.*inimicus.*1.I.V.42. Homines qui illi inimici infensíque sunt. & 3.Ver.93. In te concitati infensíque sunt.pro Cluẽ.75.Iudices infensi reo.1.I.C. 17.Si me meis ciuibus suspectum tam grauiter atque infensum viderem.4.in Verr.149.Infenso animo atque inimico.4. Tuscul. 58. Nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura.Epistol.lib.10.ep.23. Pertinaciter cuipiam infensus.pro Sest.39. Aliquem esse infensum fortunis alicuius.

✠ *ADVER. Vehementius,4.in Ver.*

☞ Syntaxis.*Inimicus & infensus. Incitatus & infensus.Suspectus & infensus.*

INFERCIO, is, *inculco.*Orat.231.Neq; inferciens verba quasi rimas expleat.

INFERI, orum. *dij manes,inferorum animæ,subterranei.* 1. de Inu. 46.Impiis apud inferos pœnas esse præparatas.& 1. Tuscul.10. Triceps apud inferos Cerberus.3.de Nat.50.Hercules apud inferos.1.Tusc..36.Permanere animos arbitramur cõsensu natio num omnium:quali in sede maneant, qualésque sint, ratione discendum est:cuius ignoratio finxit inferos , eásque formidines , quas tu contemnere non sine causa videbare.in terram enim cadentibus corporibus,his humo tectis, sub terram censebant reliquam vitam agi mortuorum.7. in Ver.128. Excitare aliquem ab inferis.de Cl.322. Excitare ab inferis locupletissi.restes.pro Mil.80.Reuocare aliquem ab inferis.7.in Ver.112.Aliquem fore ab inferis testem.in Vat.14. Inferorum animas elicere,& puerorum extis deos manes mactare. Or.85. Nec ab inferis mortuos excitabit.14.I.A.32. Illi ad inferos pœnas parricidij luent, vos piorum estis sedem & locum consecuti.pro Clu.171.Quid tandem illi mala mors attulit ? nisi fortè ineptiis ac fabulis ducimur,vt existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre , ab vxorum necatarum pœnis , actum esse præcipitem in sceleratorum sedem atque regionem. Quæ si falsa sunt, id quod omnes intelligunt quid ei tandem aliud mors eripuit,præter sensum doloris.4. I. C. 8. Vt aliqua in vita formido improbis esset posita,apud inferos eiusmodi quędam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt:quòd videlicet intelligebant , his remotis non esse mortem ipsam pertimescendam.

INFERIAE,arum.*denicales,iusta,feralia,mortuorum sacra.*3.de N. 42.Tertius Hercules est ex Ideis digitis, cui inferias afferunt.

☞ Syntaxis.*Excitatus ab inferis. Reuocare, elicere ab inferis. Adinferos luere pœnas.*

INFERIOR,ius,simus.Qu.fr.lib.1,ep.1.Quem ego intelligo prudentia non esse inferiorem quàm me , vsu etiam superiorem. pro Pl.30. Inferiorem quàm te,&c.1. Of.116. Timotheus belli laude non inferior fuit quàm pater.de Clar.179. Is in iure ciuili nõ inferior quàm magister fuit.de Cl.228. Inferior ætas , &c.)(.*superior ætas.*de Cla.182.Aetate inferior paulò.pro Qu.95.Indignum est vinci ab inferiori atque humiliore.de Cl.30.Causam inferiorem dicendo fieri superiorem posse. de Ar.61. Inferior gradus.Epist.lib.13.ep.5.Superior ordine , inferior fortuna.1.de Ora.182.Similíque in genere,inferiore ordine.Para.5.Qui infimum locum ciuitatis tenent.pro Cor 35.Illud autem quod adiunctum est,vt maiestatem populi Rom.conseruent, id habet hanc vim,vt sit ille in fœdere inferior.de Amic.7. Qui omnia sua in se posita esse ducit , & humanos casus virtute inferiores putat.4.ad Her.52.In inferiores crudelis , in superiores contumax,in æquos & pares fastidiosus. L. ABSVM.

INFERNVS,a,um.*inferus.*2.de Nat.114.

Hìc sese infernus è partibus erigit hydra. & in Arat.

——*Subiens inferna leonis ad est,inferiores partes.*

☞ Syntaxis. *Inferna sedes. Inferna,simpliciter.*

INFERENDVS, a, um.pro Mil.75.Castris,exercitu , signis inferendis fundos alienos petere.de Am.66.Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus,aut credat oblatis.

INFERO , fers. *inuecho. importo,induco,affero, offero,intrudo.*2.Off. 76.Paulus nihil in domum suam intulit, præter memoriam ominis sempiternam. pro Dom.104. Qui ex põtificis maximi domo religionem eripuit, in meam intulit?pro Cec. 39. Cum pedem intulero,atque in possessionem vestigium fecero , tum excludar.pro Flac.5. Inferre signa patriæ. 14. In Ant. 27. Cum Hircius aquilam quartæ legionis inferret.Att.lib.9.epist.1.Bellum Italiæ terra marique inferamus.1. Off.79. Inferre bellum alicui.5.I. A. 23. Ille furens infesta iam patriæ signa inferebat. pro Milon.52.Inferre vim.)(*repellere vim.* pro Deiot. 2. Inferre terrorem alicui.7. in Verr. 105.Inferre crimen proditionis alicui.14.I.A.9. Inferre turpitudinem alicui.de Ar.8. Qui puluinaribus

naribus Bonæ deæ ſtuprum intulit.4.ad Heren.20. Non parentũ manus intuliſti. 1.I.C.21.Inferre vim & manus alicui.pro Seſt. 2. Inferre periculum alicui.pro Planc.87. Inferre metum mortis alicui 2. Offic. 50. Inferre periculum capitis alicui.pro Corn. 25.Inferre ſe in deſcrimẽ vitæ pro patria. pro Cæl.42.Inferre infamiã bonis,probrũ caſtis, labẽ integris.1.de Inuent.12.Inferre moram & impedimentum alicui. 4.ad Her. 48. Inferre crimina.)(*diluere crimina*. de Aruſp.38. Inferre iniuriam ſtupri in alí-
✠ quem. 3.I.C.22.Inferre ignes templis deorum. ‖ Attic. lib. 9.ep. 19. Diſceſſiſſe dicuntur, vt mihi rurſus bellum inferrent & 1. Tuſc.106. mœſticiam Theatris inferre. pro Clu. 95. Multum mali, multum periculi vnicuique noſtrum inferre poteſt vis tribunitia.pro Fl. 45. Is vltrò ſuis ciuibus ſumptum intulit. pro Cecin. 13. Atque etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat. pro Fl. 20.Inferre rationes falſas,& referre in tabulas quodcunque cõmodum eſt,pro Mil. 17. Inferre mortem alicui per ſcelus. I. P. 55.Inferre ſe in vrbem. pro Fon.33.Age verò nunc inferte oculos in curiam, introſpicite penitus in omnes reipũb.partes, vtrum, &c.2.Or.214. Iracundiam ſimulatque intuleris,non ſtatim poſſis cõmouere.ad Oct. Inferre arma alicui.de Ar.3. Qui ſupplicia neque à ſociorum mœnibus prohibere, neque ſociorum vrbibus inferre potuerunt,excíſionem,inflammationem,euerſionem,depopulationem, vaſtitatem, meis omnibus tectis atque agris intulerunt. in Vat. 31. Cum in templum Caſtoris te cum tuis furiis funeſtum intuliſti. & 4. Repentè enim te tanquam ſerpens è latibulis intuliſti.Attic.lib.9.ep.12.Inferre famem ſuis ciuibus & vaſtitatem Italiæ. pro Cæl.54. Inferre facinus in famam atque in fortunas alicuius. 1. de Orat. 29. Craſſus ſermonem de ſtudio dicendi intulit.1.Offic. 144. In re ſeuera delicatum aliquem inferre ſermonem. 2. de Leg. 64. Néue alienum inferat in ſepulchrum Hortenſ. Cæteris in reb.noxias inferunt.

INFERO,tis.pro Font.34.Infeſtis propè ſignis inferuntur Galli in Fonteium.1.Off.24. Qui ab iis quibus infertur,ſi poſſint,non propulſant iniuriam.pro Cæl. 20. Cum hoc genus oppugnatio-
✠ nis inferretur, &c. propulſare debetis. ‖ & 2. de Legib. 55. Iam tanta religio eſt ſepulchrorum vt extra ſacra & gentem inferri fas negent eſſe.

✠ *ADVER. Maturè.1. In Catil.Poſterius, 1.de Inuent. vltrò ſumptum.pro Flac.vltrò bellum,3.Offic.*

☞ Syntaxis. *Inferre pedem in poſſeſſionem. Inferre patriæ ſigna, alicui iniuriam,terrorem,turpitudinem,periculum,impedimẽtum, iracundiã, arma. Facinus inferre in famam & fortunas. Infertur hoſtis in,&c.*

INFERVS,a,um.1.de Diuinat.108.

Intera ſol albu'receſſit in infera noctis. I.A.L.SVPERVS.

1.Tuſc.64.Vt omnia ſupera,infera,media videremus.Att. li.9.ep. 3.Inferum mare.)(*ſuperum mare*. L. MARE.

INFESTISSIME. pro Qu. 66. Inimiciſſimè atque infeſtiſſimè contendere cum aliquo.

INFESTVS, a, um. *Infenſus inimicus,aduerſus,moleſtus.*)(*propitius.* ad Oct.Fortuna populi Rom.quæ nunc nobis infeſta eſt,fuit aliquando propitia. pro Quin. 10. Mihi ſummã per iniuriam omnia inimica & infeſta ſunt.10. I.A.21. Gallia,quam ſibi armis animisque infeſtam inimicamque cognouit.3.in Verr. 12. Clamore alicuius infeſto atque inimico excitari. 7.I.V.143.Iniquo infeſtoque animo intueri aliquem. ad Brut.ep. 16. Infeſto animo reprehendere aliquem. 1. I. C.17. Infeſtis oculis omnium conſpici.pro Font.34.Infeſtis ſignis inferri in hoſtem. pro S.R. 88.Qui ardens auaritia fertur infeſtus in omnes.4.ad Heren.53. Infeſtus in cognatos.7.in Verr.145.In omnia maria infeſtus.At. lib.10.ep.4. Indulgentia ferocem,arrogantem, infeſtum facit. pro Lig. 24. Africa huic victoriæ maximè infeſta,1.de In.21.Si non omnino infeſti auditores erunt: *id eſt, animo à nobis prorſus alieno,vel inimici.* pro Cæl.10. Actas,quæ ipſa ſua ſponte infirma aliorum libidine infeſta eſt.pro Pl.1.Huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſt infeſtior,quòd,&c.paſſiuè.

¶ *Plenus diſcriminis.* de Prou. 4. Viæ excurſionibus infeſtæ. 2. cont.Rull.80.Vectigal bellis infeſtum.pro Rab.10,Libertas ſuppliciis infeſta.2.de In.10.Reddere prouinciam infeſtam excurſionibus & latrociniis. Aſin.Ep. lib.10.ep.31.Saltus Caſtulonenſis nunc frequentioribus latrociniis infeſtior factus eſt.pro Sex. Roſ.30. Vitã filij infeſta. Ep.lib.2.ep. 10. Ad infeſtiſſimam Ciliciæ partem. At. lib. 9. ep. 22. Habere mare infeſtum. de Rep. lib.3.teſte Nonio, Nam cum quæreretur ex eo, quo ſcelere cõpulſus mare haberet infeſtum vno Myoparone:Eodem,inquit, quo tu orbem terræ. *Alexandro Magno ita reſpondit pirata quidã.* 12.In Ant.25.Infeſtum & periculoſum iter.pro Clu. 188. Infeſtũ & immane ſcelus.

✠ *ADVER. Maximè prouinciæ.pro Q.Lig.*

☞ Syntaxis. *Summam per iniuriam infeſtus & inimicus. Iniquus & infeſtus. Infeſti oculi,ſigna. Infeſtus in aliquem: & alicui. Infeſtus auditor. Viæ excurſionibus infeſtæ. Iter infeſtum & periculoſum.*

INFICIALIS,aut conjecturalis quæſtio. Topic. 92.

INFICIANDO. Par.50. Mori maluit falſum fatendo, quàm inficiando dolere.2.de Finib. 54. In fœdere Numantino infician-
✠ do.L. VENEFICIVM. ‖ Par.102. Reſiſtat oportet aliquo ſtatu, aut inficiando,aut deſinendo,&c.

INFICIATIO,onis. *negatio, depulſio.* Par.102. Primus ille ſtatus rationem habet iniqui criminis, ipſam negationem inficiationemque facti.1.ad Her.27.Intentio, Occidiſti hominẽ: inficiatio,Non occidi.2.de Or. 105. Ac noſtræ ferè cãuſæ,quæ quidem ſunt,criminum plerunque inficiatione defenduntur.

INFICIATOR,oris.pro Fl.48. Vna & eadem eſt omnibus in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia.1.de Or.168. Vt ſi ille inficiator,&c.2.I.C.21.L.Lentus.

INFICIO,cis. *imbuo.*1.de Legib.47.Qui teneros & rudes cum acceperunt,inficiunt ac flectunt,&c.

¶ *Corrumpo,vitio.*5.Tuſcul.78.Sed nos vmbris,delicijs,ocio,languore,deſidia animum infecimus.

INFICIOR,ceris. *corrumpor.* 3.Tuſc.3. Tum planè inficimur opinionum prauitate. 3. de Legib. 30. Cupiditatibus principum & vicijs inficiſolet tota ciuitas.

¶ *Imbuor.*3.de Fin.9.Puer inficiendus eſt bonis artibus:quas ſi dum tener eſt,combiberit,ad maiora veniet paratior.

✠ *ADVERB. Planè 3.Tuſc.*

INFICIOR,aris. *nugo.* Pro Seſt. 49.Neque enim in hoc hominẽ eſſe me inficiabor vnquam.3.Off.65.Quę qui inficiatus eſſet,duplicem pœnam ſubibat. pro Qu. 75. A me nominis eius, quod inficiatus eſſet,diem petiuit pro Cl. 162. Florio legatũ ex teſtamento inficiatus es. 6.I.V.104. Sibi iſte neque inficiandi rationem,neque defendendi facultatem reliquit. 1. de Or. 181. Præſertim cum non in crimine aliquo, quod ille poſſit inficiari,ſed in iure conſiſtat.3.I.C. 11.Cum id poſſet inficiari, repentè confeſſus eſt.Qu.fr.lib.1.ep.2. Quid,ſi inficiatur? quid, ſi omnino non debetur? Att.lib. 4. ep.3.Id poterat inficiari,poterat in alios deriuare.

✠ *ADVER.Verè,in Partit.*

☞ Syntaxis. *Inficivitiis.*)(*bonis moribus.*

INFIDELIS.*infidus.*3.Off.102.Neque do,neque dedi infideli cuiquam fidem. & 106. Nullam eſſe fidem, quæ infideli data ſit.3. Offic.84. Multi iniqui atque infideles regno ſunt, pauci boni. Qu.fr.li.1.ep.4.Infidelis amicus. Ep.li.15.ep.4.Vt ex alieniſſimis ſocijs amiciſſimos, ex indeliſimis ſit miſſimos redderem.

INFIDELITAS,tis.*Perfidia.* pro Font.5. Quibus propter infidelitatem credere non debetis.& de Amic.66.pro Mil. 70. Quantæ infidelitates in amicis.Epiſt.lib. 10. ep. 18. Infidelitas exercitus. 5. Tuſc. 63. Dionyſius infidelitatem amicitiarum extimeſcebat.

INFIDELITER. *perfidioſè.*ad Brut. epiſt.prid.Inuent.7.Infideliter aliquid cuipiam ſuadere.

INFIDVS,a,um.*infidelis.*de Amic.66.Nihil enim ſtabile eſt,quod infidum eſt.de Prou. 33. Gentes infidæ & barbaræ. de Amic. 53. Infidus amicus.

☞ Syntaxis. *Multi iniqui & infideles regno. Amicitiarũ infidelitates.*

INFIGO,gis *impingo.*L.INFIXVS.)(*euello.*2.de Diu.67.Timidè fortaſſe ſignifer euellebat,quod fidenter infixerat. 4. Tuſc. 49. Cum Africanus gladium hoſti in pectus infixit.

✠ *ADVER. fidenter,2.de Diuin.*

INFIMVS,a.um. *imus.*)(*ſummus.*2.de Nat. deor.17. Terra eſt infima.& 54.Luna eſt infima quinque errantium. 5. Tuſc.69. Medius mundi locus,qui eſt idem infimus in rotundo. 1.de Diu.73. Ab infima ara ſubitò anguis emerſit.Qu.fr.lib.3.ep.1.Cùm ſcripſiſſem hæc infima,quæ ſunt mea manu.Qu.fr.lib.2.ep 14.Auricula infima mollior.3.de Leg.19.Omnia infima ſummis paria fecit.2.de Off.41.Qui ſummos cum infimis pari iure retinebat. Par.5. Qui locum ciuitatis infimum tenent.1.de Orat.198. Infimi homines mercedula adducti.pro Mur. 69. Infimorum hominum filij.Qu.fr. li.2.ep.5.Infima fex populi.1.Off. 41.Eſt autem infima conditio & fortuna ſeruorum.

✠ *ADVER.facilè,in Vat.*

☞ Syntaxis. *Locus infimus in rotundo,eſt mundi medius. Locũ ciuitatis infimum tenere,Infima populi fex. Infima ſerui conditio & fortuna.*

INFINITAS,atis. *immenſitas infinitio,innumerabilitas.*4.Acad.118. Anaximander infinitam materiæ dixit eſſe,5.Tuſc.114. Democritus infinitatem omnem peregrinabatur. & 105. Infinitas rerũ atque naturæ.& 1.de Nat.50. De infinitate autem vehementius, item: Summa vis infinitatis,de Offi. lib. 1. 53. Vt ab illa diſcedatur infinitate.1.de Nat.73. Infinitatem locorum.

INFINITE. *ſine modo & fine.*Parad.6. Ille diuitias infinitè concupiſcit.& Or. 228. Ne infinitè feratur vt flumen oratio. 1. Acad. 27.Materia infinitè ſecari ac diuidi poteſt.

INFINITIO,nis. *infinitas.*1.de Fi.21.Infinitio ipſa quam ἀπειρίαν vocant,tota ab illo eſt,tum innumerabiles mundi,&c.

INFINITVS,a,um:tior. *cuius nulla eſt ora,nulla extremitas, immenſus,innumerabilis,inexhauſtus,interminatus.*)(*definitus.* 4.Acad.118. 2. de Diu. 103. Quod finitum eſt, habet extremum: quod non habet extremum, infinitum ſit neceſſe eſt.2.de Diu.91.Reliqua

verò tria interuallo infinita & immensa. 4. Acad. 118. Infinitus aer, infinita materia. Epist. lib. 1. ep. 9. Sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. 2. ad Heren. 34. Immensa, infinita, immoderata cupiditas. 1. de Orat. 65. Si cuipiam hoc nimis infinitum videatur. Attic. lib. 12. ep. 20. Innumerabiles domini fieri possunt in infinita posteritate. 2. cont. Rull. 33. Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ. 1. Offic. 52. Infinita multitudo eorum qui his egent. 4. Acad. 117. Infinitæ quæstiones. Orat. 104. Aures semper aliquid infinitum immensumque desiderant. Postq. in Senat. 2. Immẽsum quiddam & infinitum est, quod vobis debemus. pro Corn. 62. Si qui sunt quibus infinitum sit odiũ in quo semel susceptum sit. 6. I. V. 107. Spelunca conuersa ad Aquilonem infinita altitudine. 1. de Orat. 1. Infinitus forensium rerum labor. ad Brut. ep. 4. Infinita tribuere potentibus. 1. de Nat. 2. Ad infinitum tempus. & 21. Ab infinito tempore. & 22. Infinito tempore cessare. 2. de Orat, 145. Quoniam intelligitur, non in hominum innumerabilibus personis, neque in infinita temporum varietate sed in generum causis atque naturis omnia sita esse. 2. de Orat. 41. Genus quæstionum infinitum.)(. *Certum, in quo quid in personis, aut in constituta re & definita quæritur.* 1. de Orat. 138. Infinitæ rei quæstio. Orat. 163. Sed proximus versus inquinatus, insuauissima litera infinitus. Topic. 33. Partium distributio sæpe est infinitior.

☞ Syntaxis. *Infinitatem peregrinatur ille. Infinitò fluens oratio. Infinitum & immensum. Omnes nominare infinitum est. Immensa, infinita, immoderata libido. Nimis infinitum. Infinita posteritas, potestas, multitudo, odium, altitudo. Infinita tribuuntur potentibus. Ab infinito tempore ad infinitum tempus.*

INFIRMANDVS, a, um.)(. *confirmandus.* 1. de Or. 143. Quæ pro aduersarijs sunt, infirmanda esse atque frangenda. & 2. de Orat. 331. Contrariis infirmandis, & tuis confirmandis.

INFIRMATIO, nis. *debilitatio, confutatio, refutatio.* 2. contra Rull. 8. Infirmatio rerum iudicatarum. 1. de In. 16. Cum aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur. *Hanc Cicero pro firmamento constitutionis capere videtur.* 2. de Inuent. 64. L. INDICATIO.

✠ *ADIVNC. Coniecturalis, comparatiua, 1. de Inuent.*

INFIRMATVS, a, um. *debilitatus.* I. P. 44. Horum alter sic fuit infirmatus conscientia scelerum suorum, vt, &c. pro Cec. 38. Si sententia huius interdicti diminuta aut infirmata sit.

INFIRME. *parum.* Epist. lib. 15. ep. 1. Et si intelligebam socios infirmè animatos esse.

INFIRMITAS, atis. *imbecillitas.* de Cl. 313. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis. & 202. Infirmitas laterum, & imbecillitas virium. Att. lib. 11. ep. 4. Me conficit solicitudo, ex qua etiam infirmitas corporis: qua leuata, ero vnà cum eo. pro Sex. R. 10. Susceptum onus propter infirmitatem animi deponere. de Sen. 33. Infirmitas est puerorum, ferocia iuuenum. Att. lib. 16. ep. 5. Propter infirmitatem ætatis. pro Rab. 21. Animi vim & infirmitatem corporis ostendebat. pro Syl. 34. Infirmitatem corporis animi virtute superauit. 7. I. A. 12. Sed animi vires corporis infirmitas non retardauit. Epist. lib. 7. ep. 1. Infirmitas valetudinis. 1. de Inu. 106. Considerare suam infirmitatem in alieno malo. Epist. lib. 6. ep. 7. De quo quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. 4. Acad. 7. Obscuritas in rebus, infirmitas in iudiciis nostris.

✠ *ADIVN. Communis, 1. de Inuent. Summa corporis, 11. Attic.*

☞ Syntaxis. *Infirmare ac frangere. Diminuere ac infirmare. Conscientia scelerum infirmatus. Gracilitas & infirmitas corporis. Animi, ætatis, valetudinis, iudiciorum infirmitas.*

INFIRMO, as. *infirmum facio, debilito, frango.*)(. *confirmo.* 2. de N. 148. Quanta verò illa sunt, quæ vos Academici infirmatis & tollitis. 4. Acad. 18. Hoc infirmat tollitque Philo. pro S. R. 42. Ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam, non reperio. pro Do. 126. Quod in Gabinio fateris, id in me infirmas, & graue esse dicis. Ora. 50. Infirmare & excludere. pro Qu. R. 45. Infirmare fidem alicuius. Att. lib. 15. ep. 25. Ille tamen dolet, dubitans vtrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio. pro Cec. 51. Infirmare atque conuellere pacta.

☞ Syntaxis. *Aliqua infirmare ac tollere. Infirmare ac diluere. Infirmare pacta & conuellere. In aliquo quippiam infirmare. Infirmare & excludere. Infirmare alicui fidem.*

INFIRMVS, a, um: ſſimus. *imbecillus, eneruatus, carens viribus.* Qu. fr. li. 2. ep. 9. Sed hominem infirmum in villam apertam inuitare nolui. 6. I. V. 95. Homo ætate affecta & viribus infirmis. 1. de Orat. 200. In eius infirmissima valetudine, affectaque iam ætate. de Clar. 180. Is semper infirma atque etiam ægra valetudine fuit. & 236. Is corpore erat infirmo. 1. Ac. 14. Sum enim admodũ infirmus. 1. de N. 99. Corpus caducum & infirmum. I. P. 82. Afflictus, infirmus, eneruatus. de Sen. 15. Senectus facit corpus infirmum. Anteq. 5. Singulorum opes sæpe sunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam. Epist. li. 7. ep. 18. Vestræ cautiones infirmæ sunt. Q. fr. li. 2. Quæ quo maiore conatu aguntur, eo leuiora infirmioráque existimo. pro Qu. Rosc. 6. Quod apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur? pro Cecin. 64. Ad probandum vtraque res infirma nugatoriaque est. 7. I. V. 85. Clasis inops & infirma propter dimissionẽ propugnatorum atque remigum. ‖ Epist. lib. 10. ep. 31. Quanto pro Rep. Infirmior futurus fuerim quis ignorat.

✠ *ADVER. Admodum, 1. Acad. Omninò, res & nugatoria, pro Cæc.*

☞ Syntaxis. *Infirma atque etiam ægra valetudo. Caducum & infirmũ corpus. Afflictus, infirmus, eneruatus. Opes tenues & infirmæ. Leue ac infirmũ.)(. graue & sanctum. Infirmum & nugatorium ad probandũ.*

INFIXVS, xa, xum. *defixus, insitus, inustus, hærẽs in alieno, pẽnitus insidens, nullo vt euelli modo possit.* 4. I. C. 22. Dum memoria, mei cõsulatus vestris erit infixa mentibus. Postq. ad Quir. 24. Hæc cura erit infixa animo meo sempiterna. 2. I. A. 64. Tamen infixus animo hæret dolor. de Vn. 32. Sidera infixa cœlo. 5. Tusc. 69. Sidera certis infixa sedibus. 1. de N. 27. Deus aut infixus, aut infusus esset in mundo. 3. de Or. 193. Ea sunt in communibus infixa sensibus. ad Brut. ep. 15. Animus infixus in patriæ charitate. 5. de Fin. 27. Est enim infixum in ipsa natura. 1. de Nat. 49. In eas imagines mentem intentam, infixamque nostram intelligentiam, capere, quid sit Deus. 2. de Natu. 26. Quæ ipsa ex se generata, stirpibus infixa continentur. de Somn. 9. Orbis extimus in quo infixi sunt illi, qui voluuntur stellarum cursus sempiterni. pro Cluent. 17. Hoc quod in communibus hominum sensibus atq; in ipsa natura positum atque infixum est.

☞ Syntaxis. *Infixum menti, animo. Infixum, hærens. Infixum sensibus communibus. Infixus in patriæ charitate animus. In imagines infixa & intenta mens, quid sit Deus, capit. In orbe sunt infixi qui voluerunt æterni cursus. Positum & infixum.*

INFLAMMANDVS, a, um. Att. lib. 8. ep. 2. Patriam non seruandã ad reditum nostrum, sed diripiendam inflammandamque relinquimus. Ep. lib. 2. ep. 4. Et hoc quicquid attigi, non feci inflãmandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

INFLAMMATIO, onis. *ardor.* 2. de Orat. 194. Inflammatio animi, & quidam afflatus quasi furoris.

INFLAMMATVS, a, um. 1. de Orat. 219. Eorum mentes qui audiunt, inflammare, aut inflammatas restinguere. 1. de Or. 196. Magno amore inflammatum esse in patriam. pro Do. 61. In quos propter eorum crudelitatem mentes nostræ inflammatæ fuerunt. Epist. lib. 1. ep. 7. Inflammatus ad gloriam. 5. Tusc. 16. Inflammatus & furens libidinibus. 7. I. V. 160. Inflammatus scelere & furore. 1. de Finib. 60. Nullas consequuntur voluptates, quarum potiendi spe inflammati multos labores magnosque ✠ susceperant. ‖ 2. de Orat. 190. Inflammatum accedere.

INFLAMMO, as. *incendo, inflammationem infero.* Attic. lib. 8. ep. 2. Cum eadem lucerna epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam. de Arusp. 57. Qui templum earum inflammauit dearum, quarum ope aliis incendiis subuenitur. 6. in Ver. 106. Ceres dicitur inflammasse tædas ex ignibus Aetnæ. ‖ de Clar. 37.

¶ *Hortor, incito, excito, confirmo.* de Ar. 41. Excitare & inflammare animos. pro Pomp. 6. Genus belli est huiusmodi, quod maximè nostros animos excitare atque inflammare debet. 1. de Or. 202. Inflammare populum in improbos. 1. de Or. 60. Animorum motus inflammare vel extinguere. pro Mar. 32. Qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. 1. de Fin. 51. Quas *cupiditates.* nulla præda vnquam improbè parta minuit, sed auget potius atque inflammat.

INFLAMMOR, ris. 1. Tusc. 44. Cum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates, eoque magis incendi, quód, &c.

☞ Syntaxis. *Inflammare aliquem, animos. Inflammatio, & quasi furoris afflatus. Amore inflammatus ad, in. Scelere, libidinibus, furore inflãmatus. Inflammare fanum, tædas. Animorum inflammare motus, acrestinguere. Inflammari & exardescere in dicendo.*

INFLATIO, onis. *tumor.* 1. de Diu. 62. A fabis abstinendum esse, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mẽtis contrariam.

✠ *ADIVN. Magna, 1. de Diu.*

INFLATVS, a, um. *tumidus.* in Vat. 4. Serpens inflato collo, tumidis ceruicibus. 2. de Diu. 33. Inflatas rumpi vesiculas. de Clar. 192. Si tibi inflatæ non referant sonum.

¶ *Superbus, elatus.* 2. cont. Rull. 96. Quibus illi rebus elati & inflati non continebuntur. 4. Acad. 116. Est ne quisquam tanto inflatus errore, vt sibi se illa scire persuaserit? 1. Offic. 91. Cùm homines opinionibus inflati turpiter irridentur. pro Mur. 33. Cùm hostium classis spe atque animis inflata Italiam peteret. & 49. Inflatus cum spe militum, tum promissis collegæ mei. 14. I. A. 15. Inflatus lætitia atque insolens. 1. de Diu. 114. Inflatæ mentes, &c. 3. de Orat. 38. Verba inflata atq; anhelata grauius. 4. ad Her. 16. Oratio, quę turget & inflata est. in Vat. 10. Vt aliquando ista,

quæ

✠ quæ sunt inflata, rumpantur. ‖ Pro Sest. 18.

✠ ADVERB. *Grauius, 3. de Orat.*

INFLATVS, us. *spiratio.* 4. Aca. 20. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt. de Clar. 192. Aures tanquam tibiæ sunt: eæ si inflatum non recipiunt, &c.

¶ *Afflatus.* 1. de Diu. 12. Aliquo instinctu inflatuque diuino futura prænunciare.

✠ ADIVNC. *Diuinus, 1. de Diu. primus, 4. Acad.*

☞ Syntaxis. *Inflatus, & elatus. Opinione, errore, spe, animis, lætitia inflatus. Inflata mens. Instinctus, afflatúsque diuinus.*

INFLECTENDVS, a, um. pro Mur. 60. Vt leuiter inflectendus potius quàm corrigendus esse videaris.

INFLECTO, ctis. *flecto.* Epist. lib 1. ep. 7. Magnitudinẽ animi tui ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria. de Clar. 38. Demetrius Phalereus primus inflexit orationem, & eam mollem tenerãque reddidit. 2. de Natu. 49. Stellæ nunquam cursus sui vestigiũ inflectunt. Postquam. ad Quir. 8. Qui suo squalore oculos vestros inflecteret.

INFLECTOR, ris. 7. in Verrem. 30. Vbi primùm ex alto sinus ad vrbem ab litore inflectitur. pro Cecinna. 73. Ius ciuile neque inflecti gratia, neque prefringi potentia, neque adulterari pecunia potest.

INFLEXIO, onis. *flexio.* 3. de Orat. 218. Inflexio laterum. de Vniuers. 27.

✠ ADIVN. *Fortis & virilis laterum, 3. de Orat.*

INFLEXVS, a, um. *flexus.* Orat. 52. Vox inflexa miserabilis, inclinata. 1. de Diu. 30. Bacillum incuruum, & leuiter à summo inflexum. 2. de Or. 193. Vox ad miserabilem sonum inflexa.

✠ ADVER. *Leuiter, 1. de Diu. Obliquè. Orat. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Inflectere amicum, non castigare. Animum inflectere, & animi magnitudinem. Inflexa, mollis, ac tenera oratio. Inflectere vestigium sui cursus. Inflectere gratia sua. Ad miserabilem sonum inflectere vocem.*

INFLIGO, gis. *infero.* in Vat. 20. Si ad cætera vulnera, quibus putasti remp. deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses consulatus tui. 2. I. A. 51. Tum illud tibi vulnus inflictum. pro Pl. 70. Quam enim illi iudices grauiorem poterunt reip. infligere securim? I. P. 32. Quæ meus discessus reip. vulnera inflixit. I. P. 63. Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi sempiternam turpitudinem inflixerunt.

INFLIGOR, ris. 2. de Ora. 155. Et ex eo in eum ipsum qui lacessi-
✠ uit, aliquid infligitur. ‖ 2. In Ant. 101. Magnum infligi Reip. vulnus putabatur.

☞ Syntaxis. *Infligere vulnus, hastam, turpitudinem.*

INFLO, s. *inflationem habeo.* 4. Aca. 86. Simul inflauit tibicen. à perito carmen agnoscitur. 3. de Or. 223. Seruus cum eburneola fistula, qui inflaret eum sonum, quo, &c. 1. de Leg. 6. Fannius inflauit vehementius. I. P. 89. Cum tibi spe falsa animos rumor inflasset, quod putasses, &c.

✠ ADVER. *Vehementius, 1. de Leg.*

✠ INFLOR, ris. de Diu. 119. Faba venter inflatur. ‖ & 3. de Or. 100.

☞ Syntaxis. *Tibi spe sunt inflati animi. Inflare fistula sonum. Venter faba inflatur.*

INFLVENS, tis. de Prou. 32. C. Marius influentes in Italiam Gallorum copias repressit. de Vniuers. 41. Influente atque effluente animo.

INFLVO, is. *illabor, redundo.* 1. Tusc. 94. Apud Hipanim fluuium qui ab Europæ parte in Pontum influit. 1. de D. 78. Atque amnes mare influxit. 2. de Nat. 138. Alter ventriculus cordis, in quem sanguis per venam illam cauam influit. 2. Off. 31. Vt in vniuersorum animos tanquam influere possimus. de Am. 95. Quibus blanditiis C. Papyrius nuper influebat in aures concionis, cùm, &c. 2. de Leg. 38. Nihil tam facilè in animos teneros atque molles influere, quàm varios canendi sonos. 2. de Ora. 212. Ex illa lenitate ad hanc vim influat aliquid oportet, & ex hac vi aliquid influendum est illi lenitati.

✠ ADVER. *Quam maximè, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Influunt in vrbem hostes. Influere in aures concionis.*

INFORMANDVS, a, um. Ora. 33. Referamus nos igitur ad eum quem nos volumus inchoandum, & eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius.

INFORMATIO, onis. *natio conformatio.* 1. de Natur. deor. 101. Habeo in animo insitam informationem quandam dei. 2. de Orat. 358. Vnius verbi imagine totius sententiæ informatio. Part. 102. Definitio atque descriptio aut informatio verbi. 1. de N. 43. Antecepta animo rei quædam informatio. *Græc.* ἔννοια.

✠ ADVERB. *Antecepta animi, insita in animo, 1. de N.*

INFORMATVS, a, um. *institutus.* 1. Offi. 13. Nemini parere animus bene informatus à natura vult, nisi. &c. 5. de Fin. 36. Quib. quasi informatum est, quod hominis natura postulet. 1. de Nat. 76. Ita est informatum anticipatumque mentibus nostris. 2. de N. 13. In animis nostris informatas deorum esse notiones.

¶ *Indicatus.* Attic. lib. 1. ep. 1. Petitorum hæc est informata adhuc cogitatio. pro Quin. 34. Ab illo qui antea dixit, informata iam causa est. Atti. lib. 11. ep. 6. Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata.

✠ ADVERB. *Benè, 1. Off. Generatim, nominatim. 11. Att.*

INFORMIS, me. 4. ad Her. 67. Cum res muta aut informis, fit eloquens & formata.

✠ INFORMO, mas. *conformo, formo, adumbro, instituo.* ‖ *& quasi rudem rei alicuius formam totam, vt pictores primò solent lineis comprehendo & effingo.* Ora. 7. Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Or. 37. Is orator quẽ informare volumus. pro Syl. 52. Cornelius etiam nunc de indicio dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. 1. de N. 39. Deos ne coniectura quidem informare possumus.

INFORMOR, ris. *fingor.* 4. Ac. 51. Siue illa inania visa cogitatione informantur, siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam.

¶ *Imbuor.* pro Arch. 4. Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet.

¶ *Describor.* 4. de Fin. 45. Informari virtus non potest, si quicquã relinquatur. 1. de Ora. 264. Non arbitrabar à me informari oportere, qualis esset orator, &c.

☞ Syntaxis. *Inchoare & informare oratorem. Informatum & anticipatum mentibus. In animo informata notio. Informare iudicia, causam, deos. Cogitatione informata visa.*

INFRA. *sub.* Epi. lib. 9. ep. 26. Supra me Atticus, infra Veritus. & *ibid.* Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. 2. de Nat. 135. Stomachi partes quæ sunt infrà quàm id quod deuoratur, dilatantur: quæ autem suprà, contrahuntur. 2. de Na. 53. Infra Saturnum Iouis stella fertur. de Somn. 10. Infrà autem iã nihil est nisi mortale. Att. lib. 8. ep. 6. Earum literarum exemplum infrà scripsi. & Epist. li. 6. ep. 8. Earum literarum exemplum infrà scriptum est. 6. I. V. 51. Ipse ad mare infra oppidum expectabat. Orat. 4. Nec his solùm locus est, sed horum vel secundis. vel etiam infra secundos. de Cl. 40. Hometus non infra superiorem Lycurgum fuit. Tusc. 15. Humanas res despicere, atque infra se positas arbitrari. 3. de Fin. 25. Vt omnia quæ homini accidant, infra se esse iudicet. & 29. Infra se omnia humana ducens. Postq. ad Quir. 10. Is infra omnes mortuos amandandus esset. pro Qu. 49. Infra mortuos mandari.

☞ Syntaxis. *Infrà id est quàm illud. Infra scribam. Infra te ille est id est, indignior. Infra mortuos amandari. Igitur vim habet duplicem, discriminis in loco, & dignitate.*

INFRACTIO, onis. *abiectio.* 3. Tusc. 14. Infractio quædam animi & dimissio.

INFRACTVS, cta, ctum. *fractus, demissus.* pro Dom. 64. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. 4. Acad. 79. Tu autẽ te negas infracto remo commoueri Postq. ad Quir. 19. Non modò non infracto animo erat, sed etiam confirmato & renouato. Orat. 170. Infracta & amputata loqui.

INFRASCRIPTVS. L. SVBSCRIBO.

INFREQVENS, tis. *parum frequens, rarus.* Qu. fr. li. 2. ep. 11. Cum Appius senatum infrequẽtem coegisset, &c. & lib. 3. ep. 9. Sum & Romæ & in prædiis infrequens. 4. ad Her. 38. Rei militari te infrequentem dedisti.

INFREQVENTIA, tiè. *paucitas, solitudo.* Qu. fr. li. 3. ep. 1. Summa infrequentia, &c.

INFRINGO, gis. *frango, concido, delumbo.* Att. lib. 7. ep. 2. Esse quidam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat. pro Mil. 5. Infringere gloriam alicuius. Ora. 230. Infringere & concidere numeros. pro Corn. 15. Ipsum florem dignitatis in-
✠ fringere. ‖ Attic. lib. 7. ep. 2. Quod te cogat cedere & propemodum infringat.

INFRINGOR, ris. 3. de Orat. 184. Quæ si breuiora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus. Orato. 6. Spem infringi, & elãguescere industriam. 1. de Ora. 24. Cum Drusi tribunatus infringi iam & debilitari videretur.

☞ Syntaxis. *Infringere hominem, gloriam, orationis numeros, florem dignitatis, spem. Infringi, & elanguescere. Infringi ac debilitari.*

INFVCATVS, cata, catum. *fucatus, coloratus.* 3. de Or. 98. Sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur.

INFVGIO, gis. *confugio.* pro Sestio. 18. Ne in tribunatus portum
✠ infugeret. ‖ *Alias perfugeret*

INFVLA, læ. *mitra, diadema.* 6. I. V. 110. Sacerdotes cum infulis & verbenis. 1. contra Rull. 6 His insignibus atque infulis imperij venditis, &c. 3. de Ora. 78. Pamphilus in infulis tantam rem tanquam pueriles delicias aliquas depingit.

INFVNDO, dis. *fundo, instillo.* 2. de Or. 355. Vt illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere. 3. de L. 32. Vitiosi principes non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. 11 I. A. 13. At hic nuper sororis filio infudit venenum non dedit.

INFVNDOR, ris. de Cl. 62. Cum homines humiliores in alienũ eiusdem nominis infunderentur genus. 1. Tusc. 61. Quo tãquam in aliquod vas ea quæ meminimus infundantur.

INFVSCO,as.*inficio.*de Cl.258. Ii quos aliqua barbaries domestica infuscauerat.3.Tusc.26. Situ nidoris barba pedore horrida,infuscat pectus illuuie scabrum.

INFVSCATVS,a,um.pro Plan.22. Vicinitas non infuscata maleuolentia,non assueta mendacijs.

INFVSVS,sa Qu.fr.lib.2.ep.9. Sed mea factum est infusa verecũdia,vt te proficiscens non tollerem: *aliter inusta.* Epist.lib.9.ep.15. Tunc cum in vrbem nostram est infusa peregrinitas.2.de Orat. 300.Quod semel esset infusum,nunquam effluere posse.

☞ Syntaxis. *Infundere orationem in aures,vitia in ciuitatem,alicui venenum. Ingens alienum infundi. Infusa in vrbem barbaries,peregrinitas.*

INGEMISCO,scis:ingemui. *gemo.*13. in Anto. 23. Quid ingemiscis hostem Dolabellam iudicatum. Att. lib.7. ep.22. In quo tu quoque ingemiscis. pro Sest.146.Quotiescunque me viderit ingemiscet.5 Tusc.77. Pueri Spartiatæ non ingemiscunt verberũ dolore laniati. 2. I. A. 64. Vna illa in re ciuitas seruitutis oblita ingemuit. de Som .4. Hic cum ingemuissent cæteri vehementius,leniter arridens Scipio,Quæso, inquit, &c. Att. lib. 7.ep.1. Ingemuit nostra cohors. Epist.lib.8.ep.33.Si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus ingemiscamus.

✠ ADVER. *Planè,2.Attic.vehementius,de Som.*

INGENERATVS, a, um. pro Sest. 21. Vt ingenerata ei familiæ frugalitas videretur.2.de Diu.96. Quòd si hæc astro ingenerata & tradita essent,nulla res ea mutare posset.1.de Leg.24.Animus est ingeneratus à Deo.

INGENERO,as.*ingigno.* 1.Off.12. Natura ingenerat præcipuum quendam amorem in eos,qui procreati sunt.

INGENEROR,ris.2.cont.Rul.94. Non ingenerantur hominibus mores,tã à stirpe generis seminis,quàm ex iis rebus quę ab ipsa natura loci & vitę consuetudine suppeditantur,quibus alimur & viuimus.3.Academ.In tanta animalium varietate homini vt soli ingeneretur cupiditas cognitionis & scientiæ.

☞ Syntaxis. *Ingeneratus animus à Deo. Hominiingenerata cupiditas.*

INGENEROSE.*solerter, acutè.*4.Aca.86.Tractantur ista ingeniosè.1.de In.8.Ingeniosè & diligenter lectas res collocare.

INGENIOSVS,a,um:sior.*habens ingenij multum,acutus,solers,eximio,acerrimo ingenio..*)(.*Hebes,tardus.*5.de Fin.36. Eas virtutes qui habent, ingenioſi vocantur: *id est, docilitatem & memoriam.* pro Pl.59. Quæ scripsit grauis ille & ingeniosus poeta. 1. Tuscu. 80. Aristoteles ait,omnes ingeniosos melãcholicos esse,vt ego me tardiorem esse non molestè feram. Attic. lib. 14.ep.22. Quid tu Bruto,& ingenioso,& erudito putas? pro Q.R. 31. Quo quisquę ingeniosior & solertior, hoc docet iracundius & laboriosus. 4. Tusc. 32. Ingeniosus, acutus.)(. *hebes.* pro Font. 29. Ingenioſi homines.

✠ ADVER. *Longè pro Font.*

☞ Syntaxis. *Ingenioſi melancholici.. Ingeniosus & solers.*

INGENITVS,a,um.*ingeneratus,innatus,insitus.*1.de Leg.46.Ingenita naturæ virtus.

✠ INGENIVM,nij.*industria,solertia.* ‖3.de Orat.20.Ingeniorum acies.1.de Ora. 93.Ingenium tuũ admirans.de Cla.59.Vt hominis decus est ingenium, sic ingenij lumen est eloquentia. pro pro Cæl. 45.Atque in eo ingenium eius elucere videbatis: quod sæpè, etiamsi industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus.5.de Fin.36.Docilitas & memoria,quæ ferè appellantur vno ingenij nomine. pro Arc. 17. Animorum incredibiles motus, celeritasque ingeniorum.1.de Orat.115. Nam & animi & ingenij celeres quidam motus esse debent,qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum ornãdumque sint vberes, & ad memoriam firmi atque diuturni. 5. I. A. 49. Cæsar omnem vim ingenij,quæ summa fuit in illo, in populari leuitate consumsit. de Clar.110.Scauro & Rutilio nõ omninò ingenium, sed oratoriũ ingenium defuit.Qu.fr.lib.1.ep. 2 Hominum ingenia ad fallẽdum parata.Epist. lib.13.ep.10.Vna,quòd versatur in hoc studio nostro,& cum ingenio,vt nosti,nec sine industria.2. de Diu.55. Omnis coniectura ingeniis hominum in contrarias partes sępe deducitur.pro Font.30.Habere multum ingenij ad fingendum. pro Pomp.1.Perfectum ingenio,elaboratum industria. 4.Acad. 1.Magnũ ingenium Luculli, & magnitudo ingenij. pro Cœl. 1. Adolescens illustri ingenio & industria. 2. de Orat. 298. Crassi responsum excellentis cuiusdam ingenij & singularis. 1.Off.71. Qui excellenti ingenio doctrinæ sese dediderunt.& 2.de Finib. 40.& Ep.lib.6.ep.6 Ratio excellens ingenij. Orat.18.Vir acerrimo ingenio.2.de Or.117.& 1.cont.Rull.6. Tardum ingenium.1. de D.79.Ingenia acuta.)(.*obtusa.*5.Tusc.68.Eximium ingenium. & 2.de Fin.51.Præstans ingenium.Ep.li.4.ep.8. Fauere ingeniis. Ep.lib.5.ep.12.Suauitas ingenij tui.& lib.6.ep.6. Opinio ingenij. 2.de Or.147.Non possum equidẽ nõ ingenio primas concedere sed tamen ipsum ingenium diligẽtia etiam ex tarditate incitat. *ibid.*150.Inter ingenium & diligentiã perpaulũ loci reliquũ est arti.de Cl.104 Sed & breue tempus ingenij augendi & declarãdi fuit.de Clar.126.Non solùm acuere, sed etiam alere ingeniũ potest. *C.Gracchus.* 1.de Fin.70.Si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. ‖ Epist.li.6.ep.5. Accedunt tua præcipua propter eximium ingenium. & li.4.ep.8. Abundare ingenio.pro C.Comel.2.O. ingenia metuenda.Fra.ep. Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse.Hortens.Alterius ingeniũ sic dulce,vt acetum Aegyptum:alterius sic acre,vt mel Hymettiũ dicimus.de Consolat.Quorum ingeniis & inuentis omnem vitam legibus & institutis excultam constitutamque habemus. Aca Contra eos potissimum Academicorum exarsit ingenium. *Natura, mores.*1.Off.114.Suum igitur quisque noscat ingenium. & *ibid.* Ea quæ nostri ingenij non sunt.de Clar. 277. Ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces & querelas solet.1.de In. 84. Sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen accuses:non enim veretur.

✠ ADIVNC. *Acre, acutum, Hort. Acre ,& non inelegans acutissimum, excellens & singulare, Par. 1. Orat. Acrius, maius, Orat. Acerrimum, acuta .*)(. *retusa, Singulare,*1.de Diu. *Acuta,atque acria,excellentißima liberrima,* 3. *In Catil. Acutiora, ad intelligendum aptiora,hebetiora,*2.de Nat. *Bonum,præclara,*ep.ad Brut. *Dignum immortalitate,peracre,*3.de Orat. *Diuinum,*1. de Finib. *Diuinum.*)(. *humanum,Summa.*4. *Acad. Elegans,immemor,Leuißimum,Maximum,Oratoriũ,paruum,sanè probabile,de Clar. Excellens,*6. *Famil. Excellens,tantum. Pro Cæc. Exiguum,pro Arch.' Eximium, hebes atque nullum,*4. *Tusc. Fidum tardum,*2. *Cõt. Rull. hebes,præstantißimum,*3. *Phil, Illustre,pro Cæl. Inuerecundum,* 2. *de Inuent. magna optimum, splendidissimũ,* 1. *Offic. Magnum,pro Sest. maxima,*1. *Tusc. Mediocre, parata ad fatendum,*1. *ad Qu.fr. Mirum hominum,*3. *In Ver. Miserum,pro Q. Rosc. Muliebre,* 2. *Tusc. Multiplex,*6. *Attic. Multiplex,& tortuosum, de Amic. Optimum,splendidissimumque.*2. *Offic. Par voluntati, pro Corn. Præstans, de Arusp. &* 1. *de Inuent. præstantissima,*2. *de Fin. Probum,* 3. *Offic. Summum,de Pro. Tanta,*2. *de Orat. Varia de Somn.*

☞ Syntaxis. *Animi & ingenij motus, Habere ingenium, ingenij multum. Illustre ingenium & industria. Ingenij ratio excellens. Ingenium acre,acutum,præstans,suaue,obtusum. Id versatur in Medicina, & cũ ingenio, nec sine industria. Opinio ingenij.*

INGENS,tis.*immanis,insanus,immensus.*5.I.V.110.Ingens immanisque præda.3.de Or. 67. Ex ingenti immensoque campo in exiguum gyrum compelli.2.I.V.3.Ingentes diuitiæ.de Pro.5.Achęi ingentem pecuniam pendunt L.Pisoni quotannis.

INGENVE. *candidè,liberè,sincerè,verè.*Ep.lib. 5. ep.2.Me abs te cupisse laudari,apertè & ingenuè confitebar.Attic.lib.13.ep.27.Isti autem ingenuè mihiique gratum.

INGENVITAS,tis.*liberalitas,honestas,probitas.*2.de Or.242. Præstare ingenuitatem & ruborem suum, verborũ turpitudine vitãda.1.Aca. 33. Præ se fere probitatem quandam & ingenuitatẽ. 3.I.V.113.Ornamenta non solum fortunæ, sed etiã ingenuitatis.

INGENVVS,a,um.*liberalis,liber,honestus.*3.I.A. 28. Nihil apparet in eo ingenuum.nihil moderatum,nihil pudens: nihil pudicũ. 1.Offi.150. Nec verò quicquam ingenuum potest habere Officina.de Amic.67.Apertè vel odisse magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam.4.ad Her.13. Violare ingenuam. 4. I.C.15. Omnis ingenuorum adest multitudo.pro Flac.84.Quid? ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non veniunt? de Cl. 261.Si sis ingenuus ciuis Romanus. 2. I.A.105. Ingenui pueri cũ meritoriis versabantur. 1.de Ora. 137. & 3.de Fin. 57. Homo ingenuus,liberaliterque educatus.2.de Or.10.Tu pudore à dicẽdo & timidate ingenua quadam refugisti.de Clar.236. Ingenuo liberóque fastidio.10. I.A.18. Qui ad seruitutem propulsandam ingenuo dolore excitetur.5.de Fin.48. Qui ingenuis studiis artibusque delectantur. 3. de Orat. 21. Omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium vno quodã societatis vinculo contineri.& 125.Hæ artes quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur.1.de Or.73.& Epist. li.4.ep.3. Omnibus ingenuis artibus instructum accedere ad dicendum. 2. de Fin. 68.Ingenuæ disciplinæ.Epist lib.5.ep.21.Vita ingenua.& li.2.ep. 6. Animus ingenuus.

✠ ADVER. *Imprimis,*4.*de Fin. Maximè,*5. *Tusc.*

☞ Syntaxis. *Ingenuitatem & ruborem suum præstare. Probitas,& ingenuitas. Ingenuum liberumque fastidium,dolor,studiũ,ars. Artes quibusliberales & ingenuæ doctrinæ continentur. Ingenua disciplinæ,vita animus. Ingenuus,simpliciter. A dicendo timiditas ingenua deterret.*

INGERO,ris *infero,intrudo.* Att.lib.11.ep.6.Sed ingero præterita.

IN-

INGIGNO, gnis. *ingenero.* 2. de Fin. 46. Natura cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi. 2. de Na. 124. Tantam ingenuit in animantibus conseruandi sui natura cupiditatem.

INGLORIVS, a, um. *inhonoratus.* 1. de Legib. 32. Beati, qui honorati sunt, videntur: miseri autem, qui inglorij 3. Tusc. 81. Vita inhonorata & ingloria. 3. Tusc. 57. Inglorius atque ignobilis senex.

INGRATE. *animo ingrato, illiberaliter.*)(. *gratè.* pro Deiotar. 30. Quamuis ingratè & impiè necessitudinis nomen repudiauerit. Epist. lib. 12. ep. 1. Sed immoderatè quidam & ingratè nostra facilitate abutuntur.

INGRATIFICVS. pro Sest. 121. O ingratifici Argiui, manes Graij, immemores beneficij. Accij.

☞ Syntaxis. *In vitio ingrati, nihil non mali inest. Non modo ingratus, sed & impius. ingratus crudeliter. Ingrati animi crimen horrere.*

INGRATIS. *inuitè, cum mala gratia.*)(. *cum bona gratia.* pro Qu. 47. Extorquendum est inuitò atque ingratis, quod non debet.

INGRATVS, a, um: tius. *immemor beneficij, vel gratiarum.* Att. lib. 8. ep. 4. Nihil cognoui ingratius, in quo vitio nihil mali non inest. Postq. ad Quir. 13. Non solùm ingratus, quod ipsum graue est, sed etiam impius appellatur. pro Pl. 80. Nulla amicitia potest esse inter ingratos. ad Octau. Ingratus crudeliter, aut immemor beneficij. Att. lib. 9. ep. 2. Ego ingrati animi crimen horreo. Att. lib. 8. ep. 10. Dimisi à me vt hominem ingratum nō inuitus. 2. I. A. 6. Ne in te ingratus viderer. 4. ad Her. 53. Ingratus in amicos.

¶ *Molestus.* Epist. li. 5. ep. 5. Quæ ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo: sin ingrata esse sentiam, non committam vt tibi insanire videar.

✠ ADVER. *Crudeliter, ad Oct, Impiè, 5. Tusc.*

INGRAVESCENS, tis. 2. de Diu. 15. & 9. I. A. 2. Medicus morbum ingraue scentem ratione prouidet. Epist. lib. 2. ep. 1. Aetas nostra iam ingraue scens.

INGRAVESCO, scis. *glisco, crescо, grauior fio.*)(. *leuor. ingraue scit quod molestum est si augeatur.* Att. li. 10. ep. 4. Iste ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingraue scit. ad Brut ep. 10. Ingraue scit in dies inestinum malum. 1. I. C. 31. Sic hic morbus vehementius viuis ingraue scet. de Sen. 36. Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraue scunt, animi autem se exercendo leuantur. pro Do. 11. Cum ingraue sceret annona, vt iam fames timeretur Epist lib. 4. ep. 4. Nam si à prima ætate me omnis doctrina liberalis delectauit, tamen hoc studium quotidie ingraue scit. Iucer, Eorum morbus eodem tempore ingraue sceret, eodem leuaretur.

✠ ADVER. *Vehementius, 1. in Catil.*

☞ Syntaxis. *Prouidere ingraue scentem morbum. Ille non remittit, sed ingraue sc. 1. In graue scere de fatigatione. Ingraue scunt studia. ætates.*

INGREDIENDVS, a, um. *incedendum.* de Sen. 6. Via qua nobis quoque ingrediendum est. pro Arch. 1. Hunc video mihi principem, & ad suscipiendam & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse.

INGREDIENS, tis. *gradiens.* 1. de Orat. 261. Neque is consistens in loco sed inambulans, & ascensu ingrediens arduo. Orato. 75. Sequitur magnum opus & arduum: sed ingrediēntibus considerandum fuit, quid ageremus.

INGREDIOR, ris. *intro, introeo, adeo, me infero, ineo, pedem pono, pedem infero, accedo, inuehor.* 2. I. A. 68. Tu ingredi illam domum ausus es? 5. de Fi. 5. Quacunque ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus. 3. I. C. 6. Cùm iam pontem ingredi inciperent. pro Mur. 4. Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. 3. Of. 6. Quod omnibus est sciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant. 4. Aca. 114. Vt quam vitam ingrediar, definias. de Sen. 34. Ingredi iter pedibus. de Clar. 330. In vitam paulo serius tanquam in viam ingressus sum. pro Pl. 8. Qua volui ianua ingressus sum in causam. pro Cec. 22. Ingredi intra finem eius loci, quem, &c. 7. I. A. 8. Magna spe ingredior in reliquam orationem. Epistol. lib. 12. ep. 25. Quo die primùm in spem libertatis ingressus sum. 2. I. C. 14. In exilium eiiciebam, quem iam ingressum in bellum esse videbam. 3. de Orat. 25. Eloquentia quocunque ingredior, eodem est instructa comitatu. 2. de Orator. 213. Nam neque assiliendum statim est ad illud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingressus sis celeriter discedendū est. 1. de Orator. 94. Nos qui antequam ad dicendum ingressi sumus, obruimur ambitione. Epist. lib. 2. ep. 3. Qui ingredior ad explicandam rationem sententiæ meæ. 1. de Orato. 147. Ii qui ingrediuntur ad studium: *id est, qui discere incipiunt* 3. de Orator. 142. Et erat ipse iam ingressus. *id est, ad dicendum.* de Fat. 4. Pro Cæc. 21. ingredi in antiquum fundum. Timidè ingredior ad hoc genus disputandi. pro Cecin. 79. Cum istam disputationem mecum ingressus esset, dicebat, &c. Att. lib. 15. ep. 11. Quam orationem cum ingressus essem, Cassius interuenit. 1. Offic. 118. Quam quisque viam viuendi sit ingressurus.

¶ *Aggredior, incipio.* pro R. P. 5. Difficile est, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi vsque ad extremum. 4. Aca. 17. Quod facere nunc ingredimur. & 1. Acad. 3. Ingressus sum facere: *id est, cœpi.* 2. de Diu. 2. De diuinatione ingressi sumus dicere, &c. Top. 1. Maiores non res scribere ingressos. &c. è cursu ipso reuocauit voluntas tua. Att. lib. 15. ep. 11. Ingressus eram dicere quid oportuisset.

¶ *Vado, eo, gradior.* 1. Tusc. 75. Qui in compedibus corporis fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur. pro Rab. 21. M. Aemilius vix ingredi potest. Ep. lib. 10. ep. 37. Cùm primùm posse ingredi cœpi. Ep. lib. 12. ep. 16. Ingredi pleno gradu. Att. li. 2. ep. 23. Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere, si ingrederis, curre: si curris, aduola. Orat. 77. Vt ingredi liberè, non vt licenter errare videatur. pro Cæl. 41. Via lubrica, qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix possis.

✠ ADVER. *Audacius, 1. de Orat. Aequabiliter, constāterque orationem, liberè. Orat. Paulò serius in vitam, de Clar. Pedetentim in defensionem, similiter in argumentationem, 1. de Inuent. Penitus in rempub. de Prou. Consul. Tardè, 1. Tusc. Timidè, ad genus disputandi, de Fato.*

INGRESSIO, onis. *aggessio, introitus.* 5. I. A. 9. Sic ab ingressione fori populum propulsari videres. Ora. 11. Ac video hanc primam ingressionem meam è media philosophia repetitam. Orat. 201. Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio.

✠ ADIVN. *Tum Antiqua, tum subobscura, moderata, Orat.*

INGRESSVS, a, ū, part. & sus, *incessus.* 1. de N. 95. Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, cessio. I. P. 83. Vestigiis odorari ingressus cuiuspiā. 1. de Or. 161. Orationis vestigia ingressumque nō vidi.

✠ ‖ 3. de Orat. 142. Eras ipse iā ingressus. & 143. Quo cum ingressus esses repētè quasi æstus quidam ingenij tui procul à terra abripuit atque in altum à conspectu omnium abtraxit.

☞ Syntaxis. *Ingredi domum, pericula. vitam honestam, viam, iter, in viam, in causam. in spem, in orationem, in bellum, ad dicendum, ad disputationem. Ingredi iter pedibus. Quocunque, & quacunque ingredera, pietas, &c. Pleno gradu ingredi, liberè.*

✠ INGVRGITO, as. *infero, immitto.* ‖ *Obserua vsum huius verbi, nō enim ingurgitare cibum, potionem vt nunc vulgus loquitur apud Ciceronem est: sed se ingurgitare.* 2. I. A. 65. Cum in eius copias se ingurgitasset, exultabat gaudio. 2. de Fin. 23. Crudiq́ue postridie se rursus ingurgitent: *id est, repleant, ciboque obruant.* in P. 42. Nunquam te in tot flagitia ingurgitasses.

* INHABILIS, le. Oecon. 1. Omnib. his rebus fecit inhabilem mulierem.

INHABITABILIS, le *vastus, desertus.* 1. de Nat. 24. Inhabitabilis atque inculta terræ pars.

INHAERENS, tis. 2. de Natur. 100. Belluæ ad saxa natiuis testis ✠ inhærentes. ‖ & 4. Tusc. 26. & 27.

INHAEREO, es. *hæreo, insideo.* 2. de Or. 163. Quæ sunt foris, neque inhærent in rei natura. & de Vn. 32. Sidera quæ suis sedib. inhærent. 1. de Diu. 114. Animi qui corporibus non inhærent. 1. Tusc. 33. Inhæret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum. & lib. 2. ep. 20. Eaq́ue inhæsit visceribus. & libr. 4. 24. Inhæsit in visceribus. 2. de Diu. 96. Quorum linguæ sic inhærerent, vt loqui non possent, hæ, &c.

INHAERESCO, scis. *adhæresco.* 2. de N. 144. Bestiolæ in sordibus aurium tanquam in visco inhæresc unt. & 3. Tusc. 3. Poetæ legūtur, edisc untur, & inhæresc unt penitus in mentibus.

✠ ADVER. *Penitus, 3. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Belluæ ad saxa natiuis testis inhærent: id est foris, neque inhærent in rei natura. animaduertas accidentium descriptionem. Inhærere viscеribus: & in viscеribus. Inhæresc unt poetæ in mentibus.*

INHALO, as. *exhalo.* I. P. 13. Cum ore fœtido deterrimam nobis popinam inhalasses.

INHIBEO, bes. *cohibeo, cœptum impedio.* 7. in Verrem. 162. Si te illius acerba imploratio & vox miserabilis non inhibebat, ne ciuium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu & gemitu maximo commouebare. Att. lib. 13. ep. 21. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. est enim verbum totum nauticum: quanquam id quidem sciebam, sed arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent remiges iussi. id nō esse eiusmodi, didici heri, cum ad villam nostram nauis appelleretur, non enim sustinent se, sed alio modo remigant: id ab ἀντιξέω remotissimum est, quare facies vt ita sit in libro, quemadmodum fuit. 1. de Or. 153. Vt concitato nauigio cum remigies inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum. pro Qu. 27. Quod si facere nolit, atque inhibuerit eiusmodi rationib. illum ad suas conditiones perducere, sese nihil precari, &c.

¶ *Adhibeo.* 3. contra Rull. 6. Sed tamen inhibet illis legibus spem

nõnullam,cui ademtum est,aliquem scrupulum,cui datum est. 13.I.A.37.Inhibere supplicium alicui.

INHIBITIO,onis. Att.lib.13.ep.21. Inhibitio remigum motum habet,& vehementiorem quidem remigationis nauem cõuertentis ad puppim.

☞ Syntaxis. *Inhibitio remigum. Spem,supplicium alicui inhibere.*

INHIANS,tis *incumbens.*3.I.C.19.Romulus paruus atque lactens vberibus lupinis inhians.

INHONESTE, *turpiter, spurcè.* Att.lib.2.ep.1.Accusauit Nasicam inhonestè,ac modestè tamen dixit.

☞ Syntaxis. *Hoc grauissimum est, Inhonestè accusare, modestè tamen.*

INHONESTVS,a,um:ſſimus. *turpis.*pro S.R. 50. Profectò Attilium illum hominem turpissimum atque inhonestissimum iudicares.Epi.lib.8. ep.6. Et herculè confecta omnia fœda & inhonesta sunt.Sal.in Cic.5.Quæ honestè nominari non possunt,inho-
✠ nestissima. ‖ pro Dom.107.Cum expeti nihil ab iis quod sit iniustum,atque inhonestum arbitrere.

INHONORATVS, a,um. *inglorius.* 5.Tusc.53. Multi inhonorati proferuntur.& 81.Vita inhonorata & ingloria.

INHORRESCO,scis. *exhorresco.*3.de Or.155. & 1. de Diuin.24. Inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur. Pacuuii.de Rep. lib. 4.teste Nonio, Horum in seueritatem dicitur inhorruisse primùm ciuitas.

INHOSPITALITAS,tis.)(.*hospitalitas.*4.Tusc.27. Inhospitalitas,est opinio vehemens fugiendum esse hospitem.

INHVMANE, nius. *inhumaniter.* 3. Offic 30. Si quid ab homine detraxeris vtilitatis tuæ causa, inhumanè feceris,contraque naturam. de Amic.46. Alios dicere aiunt etiã multo inhumanius.

INHVMANITAS, tis. *immanitas, crudelitas.* pro Deiot.32.Quæ est ista tã impudens,tam crudelis tam immoderata inhumanitas.1.de Ora.99.Quod ego non superbia neq; inhumanitate faciebã,sed,&c.2.in Ant.8.Sit hoc inhumanitatis tuę. 7.in Ver.114. Mãsuetudinem in crudelitatem inhumanitatemqũe conuerti.

✠ *ADIVNC. Domestica,2.Phil Molesta,de Senec.Tam imprudens,tam crudelis,tam moderata,pro Deiot.*

INHVMANITER, *inhumanè.*Qu.fr.li.3.ep.1.Non possum scribere,me miratum esse,illum tam inhumaniter fecisse.

INHVMANVS,a,um. *crudelis,humanitatis expers, vitæ communis ignarus, nunquam particeps humanitatis, immemor humanitatis, multũ ab humanitate discrepans, inurbanus, inops humanitatis & inurbanus, ab omni humanitate derelictus, difficilis, agrestis, insuauium morũ, non homo, & communi naturæ sensu carens.* de Senectut. 7. Moderati, nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem.1. de Finib.3. Vt Terentianus Chremes non inhumanus.3. de Fin. 64. Illa vox inhumana & scelerata. 7. in Ver. 120. Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? At. lib.12.ep.45. In isto tuo animo nihil agreste, nihil inhumanum est.Or.172.Qui aures tam inhumanas tamque agrestes habent. 2.I.C.10. Inhumana audacia.1.Off. 144. At hoc idem si in conuiuio faciat, inhumanus videatur.2. de Or. 165. Inops humanitatis & inurbanus.& 4.ad Heren. 13.O derelictos ab humanitate homines.

☞ Syntaxis. *Inhumane facere, contraque naturam. Impudens, crudelis, immoderata inhumanitas. Facere superbiæ & inhumanitate. Crudelitas & inhumanitas. Durus, ferreus, inhumanus. Agrestis & inhumanus. Homo ab humanitate derelictus.*

INHVMATVS,a,um. *insepultus.*1.Tusc.104.Diogenes proijci se iussit inhumatum. 2. de Di.143.Is cum esset proiectus inhumatus, amica corpus eius texit suo pallio.14. in Ant. 34. Iique nec inhumati,nec dispersis bustis humili sepultura cremati.

INIBI.*ibidem.*1.cont.Rull.20. Luxuries Annibalem Capuæ corripuit, superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur.
✠ &. ‖ 14.In Ant.5.Quod sperare nos quidem debemus aut inibi esse aut rem esse confectam.

INIENS,ineuntis. *primus incipiens.* Att.lib.1.ep.2. Ianuario ineunte cura vt Romæ sis. Att.lib.4.ep.2. Ineunte æstate. pro Pom. 53. Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit.4.de Fin.31. Sed vt magnum certamen iniens. 1. de Or. 97.Qui ab ineunte ætate incensus essem studio vtriusque vestrum.pro Pom. 1. Meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ.2.de Off.44. & 1. Offi. 122. Ineuntis ætatis insciti a senum constituenda & regenda prudentia est.de Clar. 151.In his exercitationibus ineunte ætate fuimus.Ep.lib.10.ep.1.
✠ Ab ineunte pueritia. ‖ *in correctioribus tamen exemplaribus vox* Ineunte. *desideratur.* 1.Off.117.Ineunte adolescẽtia,cui inest,&c. 1.in Ver.4.Ab ineunte Adolescentia.

INIECTVRVS,a,um.pro Cecinn.4.Sperarũt se iniecturos vobis causam deliberandi,& iudicandi iustam moram & religionẽ.

INIECTVS, a, um. 1. de Diu 57. Se interfectum in plaustrum à caupone esse coniectum, & suprà stercus iniectum. 7. I. V. 24. Nisi verò existimatis hominem pecuniosissimum sine aliqua causa quæstus iniectum, *id est, adductum.* ad tam incredibile crimen.pro Mur.48. Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ,non taconte me,maxima.Qu fr.li.2. ep.1.Eo metu iniecto.pro Cl. 106. Suspicionẽ esse iniectam alicui.2.cont. Rull. 79.Tenuissima suspicione hostium iniecta.de Prou. 43.Timor. iniectus Cæsari de eius actis. pro Cec. 83.Cui periculum mortis
✠ sit iniectum.‖ Attic.li.7.ep.3.Quod ista nobis cogitatio de triũpho iniecta non esset. pro Mur. 50.Timor iniectus.Pro Clu. 76. Iniectus scrupulus. vide de Arusp. 45. pro Clu.79.7.In Ver.24.

✠ *ADVERB. Breuiter,2.de Orat.Extrinsecus,* 1. *de Di.*

INIICIO,cis. *obiicio,immitto,infero.*Epist.lib.12.ep.16.Cum mihi in sermone iniecisset,se velle Asiam visere. pro Quint.68.Quod Hortensium, quia nuper iniecit, & quia Næuius semper id clamitat,dicturum arbitror.pro Muræn.48. Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ?pro Quint. Rosc. 48. Ipsa mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere & commorari coëgit.3.de Fin. 76. Iniicere vincula alicui. 3. de Na. 83. Iniicere lãneum pallium alicui.1.de Diu.19.

Et Capitolnis iniecit sedibus ignes.

At.lib.16.ep.5.Iniicere spem alicui de aliqua re.pro Mil.85.Clodius cui deorum ira mentem iniecit, vt Milonem lacesseret, eadem hanc eius satellitibus iniecit amentiam,vt,&c.pro Dom. 14. Is meum nomen Operariis ediderat, imperitis iniecerat. 5. de Fin.31.Iniicere terrorem mortis alicui.Epist.lib.11.ep.10.Iniicere cupiditatem alicui & cogitationem.pro Cec.97. Cũ Cot-
✠ ta decemuiris religionem iniecisset 5.in Ver. 68. Formidinem illam suam miseris Agyrinensibus iniiciebat.

INIICIOR,ris.3.I.C 7. Ne temerè à me tantus tumultus ciuitati iniiceretur.

✠ *ADVERB. Temerè,3.In Catil.*

☞ Syntaxis. *Causam alicui iniicere scribendi, plagam, suspitionem, timorem, periculum, manum, spem, tumultum ciuitati, & religionem. Iniecit ille in literis id est, addidit.*

INIMICE,ſſimè. *infestè, inimico animo.* pro Quint.66.Inimicissimè atque infestissimè contendere cum aliquo. 1. de Natur.5. Inimicè insectari aliquem.2.in Ant.34. Vide quàm tecum agam non inimicè.

INIMICITIA,tiæ. *simultas, alienatio, disiunctio.* 1.in Ver.13.Videto ne nimium familiariter inimicitias exercere videare. & 66. 4.Tusc.21. Inimicitia ira vleiscendi tempus obseruans. & Epist. lib.2.ep.18.Gerere graues inimicitias. cum aliquo. item, Suscipere graues inimicitias. pro R. P. 32. Nec me pœnitet mortales inimicitias,sempiternas amicitias habere. ad Att. lib. 14.ep. 13. Libentius deponimus inimicitias reipub. nomine susceptas, quàm contumaciæ. pro Cluent. 190. Deponere inimicitias veteres.pro Flacc. 2. Deponere inimicias iustissimas cum aliquo. de Pro.22. Inimicitias in viris fortibus non solùm extinxit reip. dignitas,sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit. pro Fla.2.Denunciare nouas inimicitias alicui nulla accepta iniuria.pro Cl. 190. Nouis inter propinquos susceptis inimicitiis. pro Fon. 23. Infitas inimicitias istæ gentes habent, & gerunt cum populi Rom.nomine.pro Cæl 32. Nec enim vnquam muliebres inimicitias mihi gerendas putaui. pro Deiot.30.Tamen inimicitias hominum more gerere poteratis. pro Sest. 72. Qui cum inimicitias sibi mecum ex reipub. dissensione susceptas esse dixisset, eas se dixit & temporibus & reipub. permissurum. Ep.lib.5 ep.4.Vt tuas inimicitias reipub. donares, te vicisti. pro Sexc. Rosc. 17. Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roscijs. pro Cæl. 32.Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. Epist. lib. 8. ep.6. Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candidè posuisse inimicitias videaris.pro Clu.169.Iuimicitias inter aliquos esse de Opt.22.Inimicitiis incensa contentio.4.ad Her. 26. Eum quare putes inimicitias cum fide habere posse.7.I.V.181.Tacitæ & occultæ inimicitiæ.) (.*indictæ & apertæ.* pro M. Scau. Eas sibi inimicitias non susceptas,sed relatas.pro A.Gabin.Amicitiæ ex inimicitiis reuocatæ in gratiam.

✠ *ADIVNC. Alienæ,5.Famil. Apertæ, 13. & 3.Famil. Audacissimæ,3.Attic. Graues,2. Famil. Grauiores, de Prou. Grauissimæ,pro Sest, Insitæ,pro Font. Iustæ,pro S. R. Iustissimæ,nouæ,pro Flac. Maiores, non mediocres,4. In Ver. Mortales, sempiternæ, veteres, iustæ graueſque, pro Rab. Maximæ, tolerabiles, de Amic. Muliebres,pro Cal. Paternæ,4. Acad. Periculosæ,plurimæ,3. ad Q. fr. Priuatæ,in Sall. Summa, veteres.pro Quint. Tacitæ & occultæ.) (.indictæ, & apertæ, tantæ,7.In Ver.*

INIMICOR,ris. Qu. de Pet. 37. Sin autem neges, ab alienant se
✠ & inimicantur. ‖ *Hæc vox in correctioribus codicibus non inuenitur.*

☞ Syntaxis. *Inimicissimè contendere. Inimicitias exercere, gerere, suscipere, habere, deponere, extinguere, denunciare. Inimicitias suas alicui donare. Inimicitia est illi cum, &c. Intercedunt inimicitiæ illi cum, &c. Ponere inimicitias parum simpliciter & candidè. Abalienant se, & inimicantur facilè mali.*

INIMICVS,a,um:ſſimus. *hostis, infestus, infensus, aduersus, alienatus,*

non

non æquus, iniquus, obtrectator, inuidus. 1. de Orat. 227. M. Cato Galbæ grauis & acer inimicus. Epi. lib. 1. ep. 9. Grauiter inimicus. 4. Tuscul. 34. Motus animi auerti à ratione, inimicissimi mentis vitæque tranquillæ. 5. I. V. 34. Is aratoribus infestus atque inimicus est. 1. in Ver. 42. Homines qui illi inimici infensique sunt. 4. Tusc. 58. Infensus & inimicus alicui. 4. in Ver. 107. Nemo illi inimicior, quàm Claudius. 2. de Ora. 72. Vbi iudex amicus aduersario & inimicus tibi est? 4. in Verr. 58. Ille aspicere te non posset, inimicus, hostis, esset. Att. lib. 11. ep. 10. Qui mihi tam crudeliter inimici sunt. Epist. lib. 1. ep. 9. Habere aliquem inimicum. de Fat. 13. Quæ est tota Diodori vobis inimica sententia. 12. I. A. 23. Cui semper fui amicus, antequam ille resp. tam aperte est factus inimicus. ‖ pro Cęc. 33. Nec iuri quicquam tam inimicum quam vis. de Pro. 19. Quis plenior inimicorum fuit. C. Mario. 5. de Fin. 28. Aliquem sibi esse inimicum atque hostem. 1. de In 105. Inimicis & hostibus ea displicere. de Amic. 60. Nulla vox inimicior amicitiæ potest reperiri, quam eius, qui, &c. Ora. 194. Nihil inimicius, quàm oratio, versibus. 10. I. A. 21. Gallia, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognouit. pro Qu. 10. Mihi summam per iniuriam omnia inimica atque infesta sunt. 3. I. V. 12. Clamore alicuius infesto atque inimico excitari. & 4. Ver. 149. Infenso animo atque inimico. pro Font. 16. Inimico animo dicere aliquid. de Am. 37. Hostis & inimicus, idem. pro C. Corn. 2. Inimici tribunitiæ potestatis. pro M. Scau. P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, seipsum intemisse. *ibid.* Cum ex multis vnus ei testaret paternus inimicus. ‖ Vide. 4. In Ver. 150. 151. 152.

ADIVN. Acerbus, 1. de Orat. Acerbi, acerrimus, grauis, & acer, pecuniosus, de Amic. Multò grauior, atque acrior. 7. In Ver. Aperti.) (. amici aperti, prætextati, pro Dom. Audacißimi, 2. Attic. Communes, pro Planc. Crudelißimi. pro Mil. Incolumis, innocens, pro Cluent. Magnus, voluntarius, 2. Philip. Magni, 8. Famil. Minaces, 9. Attic. Multi, potentissimus, 1. ad Q. frat. Odiosus in omni genere ac molestus, paternus. pro Flac. Paratiores, voluntarij, Anteq. ir. Valentißimus, ep. ad Brut. Satis vehemens, satis Perseuerans, satis, vigilans, 1. In Ver. Verecundus, 11. Philip.

ADVER. Acriùs, pro Sext. Rosc. Apertè, pro L. Mur. Crudeliter, 11. Att. Grauiter, 1. Fam. Vehementer, pro Flac. Vsque eò, 4. Ver,

Syntaxis. *Inimicus grauis, acer, grauiter. Inimicus & infensus. Inimicus & hostis.*

INIQVE: sic. mè. *aduersùs.* ad Brut. ep. 4. At hoc ipsum, inquies, iniquè facis. Bruti. pro Do. 87. Qui expulsi sunt iniquè. pro Pl. 55. Se iniquè à tuis iactatum grauiter querebatur. pro Deiot. 31. Etsi iniquè Castorem Domitio comparo. pro Cl. 57. Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est.

INIQVITAS, tis: *iniuria.* Par. 3. 2. I. C. 25. Aequitas certat cum iniquitate. pro Qu. 9. Id accidit prætoris iniquitate & iniuria. 4. I. C. 7. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis: difficultatem, si rogare. Epist. lib. 1. ep. 2. In tanta hominum perfidia & iniquitate pro S. R. 1. Defendere autem ipsi propter iniquitatem temporum non audent. 5. I. V. 207. Quò nō nostrorum hominum libido iniquitasque peruaserit.

ADIVNC. Tanta, 1 Fam.

INIQVVS, a, um. *habens iniquitatem, iniustus, non habens æquitatem, iniurius, inimicus.*) (. *æquus.* pro Plan. 40. Homo natura asper, atque omnibus iniquus. Epist. lib. 10. ep. 12. Seruilius Ioui ipsi iniquus. 3. Offi. 84. Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni. pro Quin. 8. Nam quid hoc iniquius aut indignius dici potest? de Ar. 6. Cui præripere destinatam laudem, valde esset iniquū. Att. lib. 6. ep. 1. Credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. 7. in Ver. 143. Iniquo infestoque animo intueri aliquē. 2. Tus. 5. Iniquo animo ferre aliquid. Ep. li. 11. ep. 27. Scio me à te cōtra iniquos meos solere defendi. pro Pl. 40. Iniqui mei & defensorum meorum. pro R. P. 25. In quo æqui speraſſe eū dicūt, peccasse iniqui. Ep. li. 1. ep. 5. Cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. ‖ 5. In Ver. 200. pro Font. 22.

ADVER. Obscurius, 1. Fam. valdè, de Arusp.

Syntaxis. *Iniquitas & iniuria. Id habet iniquitatem. Homo natura asper, & omnibus iniquus, Iniqui mei. Obscure iniquus.*

INITIA, orum. *sacra Cerera.* 2. de Leg. 36. Athenæ nihil attulere melius illis mysteriis, quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus, initiaq́; , vt appellantur, ita reuera principia vitæ cognouimus. in Hortensio, teste Augst. libr. 4. contra Iulianum, Humanæ vitæ erroribus & ærumnis fit, vt interdum veteres illi siue vates siue in sacris initiisque tradendis diuinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera susceptа in vita superiore, pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid dixisse videantur.

INITIANDVS, a, um. Attic. lib. 4. ep. 9. Scire velim, num ea cessuri impediant tribuni diebus initiandis.

INITIOR, aris. *deuoueor, consecror, sacris imbuor, inauguror.* 1. Tusc. 29. Reminiscere, quoniam initiatus es, quæ tradantur mysteriis. 1. de Nat. 120. Omitto Eleusinam sanctam, vbi initiantur gentes orarum vltimæ. 2. de Leg. 22. Néue initientur, nisi, vt assolet, Cereri Græco sacro. 2. de L. 37. Diligentissimè sanciendum est, vt mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, intienturque eo ritu Cereri, quo Romæ initiantur. & *ibid.* Sacra quib. ipsi initiati sumus. 1. in Catil. 16. Quæ quidem sica, quibus abs te initiata ac deuota sit, nescio, quòd eam necesse putas consulis in corpore defigere.

Syntaxis. *Illa initiatur Cereris ritu. Initiari sacris. Dies initiandi. Sica initiata & deuota.*

INITIVM, tij. *principium, fundamentum, elementum.* 1. Tusculan. 91. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster affert, sic exitum mors. 1. de Orato. 121. Adolescentulus in initio dicendi sic exanimatus sum, vt, &c. ad Brut. ep. 10. Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. 2. de Orat. 52. Ab initio rerum Romanarum vsque ad P. Mutium Pōt. Maxim. ad Brut. ep. 10. Hostes qui erant ab initio belli. de Cl. 21. Ab isto initio tractus est sermo. 2. contra Rul. 17. Ducere initium rerum suarum alicunde. Attic. lib. 9. ep. 11. Belli initium ducetur à fame. Attic. lib. 10. ep. 20. Vt malè posuimus initia, sic cætera sequentur. de Clar. 128. L. Bestia bonis initiis orsus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus. 2. contra Rull. 78. Facere initium ab aliquo. 14. in Anton. 36. Pansa initium cum hostibus confligendi fecit. Epist. lib. 12. ep. 2. Cædis initium à me se facturum putauit. 5. in Anton. 20. Is cædis initium à me fecisset. Attic. lib. 8. ep. 9. Facere initium armorum. Attic. lib. 3. ep. 23. Tu velim, vt se initia dederint, ad me prescribas. 2. de Diuin. 11. Quæ sint initia rerum ex quibus nascuntur omnia. 5. Tusc. 69. Initia & tanquam semina, vnde sint omnia orta, generata, concreta. 1. Acad. 16. Illa initia, quæ Græcè elementa dicuntur. 2. de Legib. 1. Tibi aliud dicendi initium sumendum est. Epist. lib. 1. ep. 7. Quemadmodum senatus initio censuit & *ibid.* Redeo ad illud, quod initio scripsi. & lib. 10. ep. 24. De qua initio scripsi. pro S. R. 117. Iste qui initiō proditor fuit, deinde perfuga. ‖ epist. lib. 9. ep. 12. Qua ratione initium fecit.

ADIVN. Accommodatum naturæ, 4. Acad Apta, & accommodata naturæ, Falsum, 1. de Fin. Bona, de Clar. Communia, 4. de Finib. Integra, & inuiolata, pro Cæl. Magna rerum gestarum, atque præclara, pro Pomp. Prima, satis magna, Satis integra, atque inuiolata, pro Sest.

Syntaxis. *Initio. In initio dicendi. Ab initio. Ducere initium, ponere, sumere, facere. Sic se dant initia. Bonis initijs ordiri.*

INITVS, a, um. 3. de Nat. 71. Inita & subducta ratione nefaria scelera meditari. pro Dom. 135. Post sacerdotium initum. 3. in Catil. 20. Consilia quæ clàm essent inita contra salutem vrbis. pro Syl. 3. Initum est cōsilium à Catilina iugulāmandæ ciuitatis.

INIVCVNDITAS, tis. *asperitas.* 2. de Nat. 138. Ne quid iniucunditatis habeat oratio.

INIVCVNDVS, *aduerb.*) (. *iucundus.* Att. lib 1. ep. 17. Deinde te in his rebus, quæ mihi asperiùs à nobis, atque à nostris, & iniucūdiùs actæ videbantur.

INIVCVNDVS, a, um. *insuauis, acerbus.* Qu. frat. li. 3. ep. 8. Rumor dictatoris iniucundus bonis. 1. de Finib. 3. Minimè nobis iniucundus labor. Epistol. lib. 11. Inanem autem sermonem literarum tibi iniucundum esse audiebam.

Syntaxis. *Res asperas & iniucundius actæ.*

INIVNGO, gis. *importo, affero.* De. Br. ep. li. 11. ep. 13. Tamen si quo casu Hisaram se traiecerint, ne quid detrimenti reipub. iniungant, summa à nobis dabitur opera. *hoc verbo, quod sciam, Cicero nusquam vsus est.*

INIVRATVS, a, um. *qui non iurauit, sine iureiurando.*) (. *iuratus.* pro Syl. 34. Hæc iniuratus fum dicturus, quæ iuratus in concione dixi. pro Quint. Rosc. 4. Quod in codicem iniuratus referre noluit. 3. Offic. 108. Iurati lingua, mentem iniuratam teneo. ‖ 2. In Ver. 32. Eo animo esse vt iurato quam iniurato tabellas aliotū committere malim.

INIVRIA, riæ. *iniquitas.* 4. ad Her. 36. Iniuria est, quæ aut pulsatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam violat. 1. Off. 41. Iniuria duobus modis fit, vi aut fraude. Att. li. 10. ep. 8. Pompeius qui tibi vt beneficium daret, prius iniuriam fecit. 9. I. A. 8. Honorem mortuo, cui iniuriam viuo fecimus faciamus. pro Fl. 70. Quid tibi tandem Decianæ iniuriæ factum est. de Amic. 78. Facere iniuriam, & pati iniuriam. 1. Off. 24. Inferre iniuriam alicui, & propulsare iniuriam ab aliquo. 5. I. V. 200. Facere magnā iniuriā alicui. 1. I. V. 54. Facere iniurias omnibus. 5. Tus. 56. Accipere quā facere, præstat iniuriā. pro Qu. 4.

accipere insignem iniuriam. Topic. 82. & 1.in Verr. 60. & Att. lib.16.ep 14. & Accipere iniuriam ab aliquo.6.In Ver. 20.Imponere iniuriam alicui. pro Qu. 96. Imponere iniuriam alicui sine ignominia.5. in Verr. 226. Quid est enim in calamitate residui, quod non ad miseros aratores isto prætore per summam iniuriam ignominiamque peruenerit. de Aruſp. 38. Iniuriam stupri in aliquem infero. pro S. R. 145. Vides ipsum ab sese tam atrocem iniuriam propulsare. Epist. lib. 4. ep. 13. Nulla me ipsum priuatim pepulit insignis iniuria. Epist. lib.1.ep.9.Grauissimas iniurias voluntaria oblivione contriueram. Epist. lib.1.ep. 5. Cæteris iniuriis,quæ propositæ sunt à Catone, facilè, vt spero, resistemus. pro Qu.9. Id accidit prætoris iniquitate & iniuria. 2. I. A. 3. Non venirem contra iniuriam? quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit:non iure prætorio? Par.2. Quocunque aspexisti, vt furiæ, sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ. 12. in An. 9. Gallia æquo animo belli patitur iniuriam. Par. 4. Iacere & immittere iniuriam in aliquem. pro Cecin. 35. Actio iniuriarum. pro Cecin. 32. Vt meum ius teneam, & tuas iniurias persequar: *id est, à te factas.* pro Qu. R. 32. Iudicium damni iniuria constitutum. & 54. Litem damni iniuria cum aliquo contestatam esse.cont. C. Ant. Me ne aliorum quidem iniurias mediocriter posse ferre. Atti.lib.7.ep.8.Quæ magis à *συνουσία*, mea quam ab iniuria tua nata est. *ibidem.* ep. 9. Namque & amicitia grauiorem iniuriam feceris. Epist.lib.5.ep.10.Cæsar adhuc mihi iniuriam facit lib.4.ep.4. Nam etsi nullam potest accipere iniuriam quæ futura perpetua sit. & 12.In Ant. 10.Alienati propter multorum annorum iniurias.

¶ *Non iniuria:pro non sine causa non immeritò:hoc est iure meritò.* Q. fr.li.3.ep.8.Hoc horret Milo,nec iniuria. pro Sex Rosc.116. Hoc æquè turpe est atque illud: nec iniuria. 3. de N. 23. Nec mehercule iniuria.3.de Nat.89.Non iniuria tibi illud accidit.1.I.C.17. Ego tibi iniuria suspectus sum.pro M.Tull. Si quis furem occiderit,iniuria occiderit. Quid si se telo defenderit? haud iniuria. Hortens.Qui cum publicas iniurias lentè tulisset, suam non tulit. Incert Nihil esse quod non aliquando ad interitum redigatur,vel iniuria hominum.

✠ *ADIVNC.Acerba,non diuturna,6.Fam. Acerbissima,5 Famil.Aliena,pro Mur Alienæ, indignissimæ,innumerabiles,magna,maiores,mediæ,5.In Ver. Tam atrox, pro Sex Rosc. Atroces,leuiores, tanta,3. In Ver. Communes,Maximæ,nouæ,Tanta & acerbissima,tantæ variæ,4.in Ver.Falsa,insignis,perpetua, 4. Famil.Grauis, & non ferenda,publica,pro Flac.Grauior,10. Att. Grauissima, minima,11. Attic.& Top.Illustris,4. Att. Immanis,pro Dom.Impunitæ maxima,notissimæ,plurimæ,1.In Ver. Insignes,2.in Ver.Intolerabilis, de Amic. Inuita,impunitaque,pro Cæc.Magna,14. Fam.Magna, & grauis,1.de Nat.Maior.in Sall.Mediocres,multæ,& magnæ,multæ & variæ,priuatæ,6.In Ver.Nefaria,Parad.& pro Cluent.Præterita,ad Octau.Publicæ,Hort. Similis,Summa,13.Fam.Superiores,1.Attic.*

☞ Syntaxis. *Iniuriam facere,fieri,pati,inferre,propulsare,accipere,imponere,conterere.Contra iniuriam veuire.In aliquem facere & immittere iniuriam.Tuas persequar iniurias:id est, à te factas.Iniuria & per iniuriam suspectus.*

INIVRIOSE,sius. *per iniuriam,contumeliosè,iniustè.*1.Qu.frat.ep.1. Quæ in magistratu iniuriosè decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendum.Brut.ep.13.Temerè atque iniuriosè aliquid de aliquo suspicari. pro Pomp. 11. Mercatores iniuriosius tractati.

☞ Syntaxis. *Temerè & iniuriosè suspicari.*

INIVRIOSVS,a,um. *iniurius.*1 contra Rul.14. Ab inuito emere, iniuriosum est.pro Cor.24.In socios verò iniuriosum & contumeliosum est,iis præmiis excluſos esse,quæ,&c.4.ad Her.36.Auaritia est iniuriosa appetitio alienorum. 1. de L. 40. Iniuriosa & facinorosa vita.1. Off. 44. Iniuriosus in proximos. 2. ad Her. 17.Ratio descriptionis refelletur,si iniuriosa fuerit.

☞ Syntaxis. *Id agere, iniuriosum & contumeliosum est. Iniuriosa & facinorosa vita.*

INIVRIVM.*iniuriosum,iniquum.*3.Offi.89.Extorquebitne eam sapiens,si potuerit?negat,quia sit iniurium.

INIVSSVS,sus. *sine iussu,autoritate,concessu.* 1.Tusc.74.Vetat enim nos Deus iniussu suo hinc demigrare. pro Cornel.34. Populus Romanus non potest iniussu suo religione obligari. pro Quin. 82.Mittis iniussu prætoris.& pro Rab.12. & 1. de Inu.56. Iniussu populi.Attic.lib 13.epi. 21. Placétne tibi primùm edere iniussu meo?

INIVSTE. *iniuriosè, contrà fas,* pro Flac. 41. Facis iniustè Læli. 1. de Finib. 57. Nec homini infanti iniustè facta conducunt. pro Mur. 87.Is iniustè neminē læsit.1.Offi.23.Iniustè impetum ✠in quempiam facere.‖3.Off.84.Qui iniustè consecutus sit.&c.

INIVSTITIA,tiæ.*iniquitas.*1.Offic.23. Iniustitiæ duo sunt genera: vnum eorum qui inferunt, alterum, eorum qui ab iis quibus infertur,si possunt,non propulsant iniuriam.*ibid.* 41. Totius iniustitiæ nulla capitalior est,quàm eorum qui cum maximè fallunt,id agūt vt viri boni esse videantur.Qui aliis nocēt,vt in alios liberales sint,in eadem sunt iniustitia, vt si in rem suam aliena connertāt.& 3.de Natu.71.Iniustitiæ autem intemperantiæ,timiditatis,quæ semina essent:si his vitiis ratio non subesset 4.Tusculan.41.Moderatam iniustitiam approbo.

✠ *ADIVNC.Capitalior,1.Off.Moderata,4.Tusc.*

INIVSTVS,a,um, *iniquus, iniurius,iniuriosus, immeritus, indebitus.* 2.de Legib.12.Qui perniciosa & iniusta populis iussa descripserunt.5.Tusc.l.57. Vir maleficus natura & iniustus. pro Flac.97. Nemo erit tam iniustus,qui,&c.3.Officior.82.Id quàm iniustū in patriam esset,non videbat.2.de Orat.203.Aliquam iracundiā non iniustam,sed meritam ac debitam fuisse defendere. Orat. ✠35.Imponere iniustum onus alicui.‖ Attic.lib.12.ep.30.Quod tum in filiū in causam conferret quæ mihi nō iniusta videtur.

✠ *ADVER.Dupliciter,3.Tusc.*

☞ Syntaxis. *Natura maleficus & iniustus. Iniustum id in patriam.*

INNASCOR,ris.*ingignor.*1.Off.64.In magnitudine animi facillimè cupiditas principatus innascitur.2.de Na.deor.34. Quibus innascitur ratio recta constansq;.Att.li.1.ep.16.Cum hæc domi innascantur.

INNATANS,tis.2.Nat.deor.100. Quot genera quamq; disparia partim submersarum, partim fluentium, & innatantium belluarum.

INNATO,as.2. de Natur. 123. Cum piscículi patui in concham hiantem innatauerunt.

INNATVS,a,um.*insitus, ingenitus,ingeneratus.*) (*assumptus,aduentitius.*4.de Fi.4.Insita,vel potius innata cupiditas.2.de Innu.161. Non opinio, sed quædam innata vis.1.de Nat.44.Insita,vel potius innata cognitio.7.in Verr.138. Hoc non receptum est, sed innatū.de Vniuers.39.Innatus atque insitus. 6.in Ver.106.Id animis eorum insitum atq; innatum videtur. Topic. 69. Innatus & insitus.2.de Fin.99.Innata est homini probitas gratuita, nō voluptatibus mutuata.

☞ Syntaxis. *Insitum,vel potius innatum. Innatum atque insitum.*

INNIXVS,xa,xum.de Aruſp.60. Etenim vix hæc,si vndique fulciamus iam labefactata,vix inquā innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt.4.A ca.89.Intendit Apollo arcum luna innixus.L. NITOR.

INNOCENS.tis.*integer, qui nemini iniuriam facit, qui nihil nocet.* pro S.R.56.Innocens si accusatus sit, absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest.2. In Catil.14. Aliquis indemnatus, innocens in exilium eiectus.& 1. Tusc.l. 100. Innocens damnatus sum.de Cla.179.Vir bonus & innocens. 6. in Verr.7.Vir integer,innocens, religiosus.2.I.V.12. Innocēs prætor.Par.44.Vita innocentium.5. Tus.41. Innocens dicitur, non qui leuiter nocet,sed qui nihil nocet,Epist.lib.7.epi.18.Epistolā tuam conscidi innocentem:nihil enim habebat,&c.

INNOCENTIA *integritas vitæ ac morum.*3.Tus.16.Innocentia est affectio talis animi,quæ noceat nemini,Græcè ἀβλάβεια. Orat. 219.Nam vbi libido dominatur,innocentiæ leue præsidium est. 3.in Ant.25.Vir summa integritate & innocentia.1.in Ver.27.Integritas atque innocentia singularis.1.de.Or.202.Innocentiam iudiciorū pœna liberaret.4.in Verr.27.Innocētia Quin. Mutij.

✠ *ADIVN.Par.3.Phi.Singularis pro Plan Summa,pro Q. Ros.vetus ac singularis.5.In.Ver.*

☞ Syntaxis. *Vir bonus & innocens.Integer, innocens,religiosus.Integritas & innocentia.*

INNOVO,as.*renouo,nouum facio.*I.P.89.Quo te modo ad tuam intemperantiam scelerate innouasti.

✠ *ADVERB. Sceleratè,in Pison.*

INNVMERABILIS,le.*infinitus.innumerus.*4.Acad.55. Democritus ait,innumerabiles esse mūdos.2.de Fin.29.Reperiam mundos, vel potius innumerabiles, quibus,&c. 1.de Nat.54.Infinita vis innumerabilium atomorum.pro Qu.37. Innumerabilis pecunia.Post.in Sen.11. Innumerabilis multitudo. 2.de Orat. 137. Argumenta si ex rebus numeres,modica sunt: si ex reis,innu- ✠merabilia.‖1.de Nat.25.Anaximandri autem opinio est, &c. innumerabiles esse mundos. 2. de Or.142.Vtquod homines essent innumerabiles.

INNVMERABILITAS,tis.*infinitas,vt ita dicam.*1.de Natur.73. Innumerabilitatémque mundorum. & 110. Innumerabilitas atomorum.

INNVMERI. *innumerabiles.*2.de Or. 94.E ludo Isocratis tāquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.

INNVO,is. *nutu aliquid significo,nutu capitis loquor.* pro Murę. 51. Atque ille vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atq; innuit.4.ad Her.37.Quid si iste suos hospites rogasset,imo innuisset modo.Epist.li.13.ep.78. Huic ergo tātummodo aditum

do aditum ad tuam cognitionem patefacio & innuo.

INNVPTAE, nuptiæ. 3. de Or. 217. Quæ tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis. Poetæ.

INO, 1. Tusc. 28. Ino Cadmi filia, quæ Leucothea nominata Græcis, Matuta habetur à nostris.

INOBSCVRO, as. *infusco.* 9. I. A. 10. Nullæ eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

INOFFICIOSVS, a, um. *illiberalis, inhumanus.* Att. lib. 13. ep. 27. Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos.

INOPIA, piæ. *egestas, indigentia.*) (*copia.* 1. de Inu. 88. Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis. de Senect. 8. Nec in summa inopia leuis esse senectus potest, nec sapienti quidē, nec insipienti in summa copia non grauis. de Amic. 26. Qui amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt. pro Dom. 17. Frugum inopia.) (*frugum copia.* pro Dom. 11. vt planè inopia & fames non caritas timeretur. In Ant. Rhodiorum inopia, & fames, & summa annonæ caritas. pro Dom. 11. Inopia rei frumentariæ. 1. I. C. 26. Inopia rerum omniū. de Cl. 202. Cauēda est oratori inopia atque ieiunitas, & siccitas. Att. li. 4. ep. 1. Homines mea opera inopiam frumenti esse clamarūt. At. li. 6. ep. 3. Magna igitur vt vides solicitudine afficior, magna consilij inopia. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. & pro Qu. 5. Inopia & solicitudo alicuius. pro S. R. 48. Summam laudem inopia criminum alicui vitio dare. pro Dom. 80. Sedulius propter inopiam tecti in foro pernoctans.

✠ *ADIVN. Magna, 6. Att. Summa, 33. de Nat. Tanta.* 1.

☞ Syntaxis. *Inopia & indigentia. Inopia & fames, & summa annonæ caritas. Inopia & egestas. Tecti inopia in foro pernoctare. Criminū inopia, consilij.*

INOPINATVS, a, ū. *nec opinatus, improuisus.* pro Dom. 14 Inopinata vtilitas. 4. I. V. 24. Noua tibi hæc sunt & inopinata & 69. Cū hoc illi improuisum inopinatūque accidisset. & 3. Tusc. 76. Nihil inopinati accidit. 4. Tusc. 37. Cui nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum. & 3. Tusc. 45. Omnia repentina & inopinata grauiora. pro Dom. 9. Neque allata est à me res inopinata & recens. & Epist. lib. 12. ep. 5. Res tāte tamque inopinatæ. Par. 5. Hoc est dictum inopinatum atque mirabile. 2. de Nat. 123. Vt in araneolis aliæ quasi rete texunt, alię autem ex inopinato obseruant, & si quid incidit, arripiunt.

☞ Syntaxis. *Nouum & inopinatum. Improuisum & inopinatum. Repentinum & inopinatum. Inopinatum ac recens. Inopinatum ac mirabile. Ex inopinato obseruare: id est, insidiari.*

INOPPORTVNVS, a, um. *importunus, alienus, incommodus.* 3. de Orat. 18. Etenim est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni.

INOPS, pis. *pauper, nudus, impotens.* de Cla. 238. Non erat abundans, non inops tamen. 5. I. V. 164. Aerarium inops & exhaustum. pro Dom. 58 Tam inops eram ab amicis, tam nuda respub. à magistratibus. Attic. lib. 1. ep. 1. Qui sic inopes & ab amicis, & æstimatione sunt, vt, &c. de Clar. 247. C. Lentulus non tardus sentētiis. non inops verbis. 3. de Fin. 51. Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. de Clar. 263. Disciplina Hermagoræ inops ad ornandum, ad inuenięndum expedita. 2. de Orator. 40. Inops quidam humanitatis & inurbanus. 1. de Finibus 10. Latinam linguam non modò non inopem, sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam. de Clar. 246. Nullo modo inops sed non nimis ornatus.

☞ Syntaxis. *Inops eraruim & exhaustum. Ab amicis inops, & ab æstimatione. Verbis inops. Ad ornandū inops doctrina. Humanitatis inops, & inurbanus.*

INORATVS, a, um. *re non expositā.* pro S. R. 26. Legati Ameriam re inorata reuerterunt.

INORDINATVS, a, um. *confusus, perturbatus.* de Vn. 7. Idque ex inordinato in ordinem adduxit.

INORNATE. *incultè.* 4. ad Her. 43. Non inornatè dicere.

INORNATVS, a, um. *inconditus, incomptus, agrestis, horridus, sine nitore ac palæstrā.* Orato. 78. Inornata mulier, incompta oratio. & 29. Tenuis & inornatus. 4. ad Heren. 70. Nuda atque inornata inuentio.

IN PRAESENTIA. *in præsenti, in præsens, in præsens tempus, in hoc tē pore præsenti.*) (*in posterum, in posteritatem.* 4. in Ver. 69. Soparer cū hoc illi improuisum accidisset, commotus est sanè, neque in præsentia Timarchidi quid responderet, habuit, nisi se consideraturum, &c. 5. Tusc. 100. Vestræ cœnæ non solùm in præsentia, sed etiam postero die iucundæ sunt. Att. lib. 7. ep. 14. Spero etiam in præsentia pacem nos habere. pro Dom. 11. Periculum in præsentia atque ante oculos propositum est.

☞ Syntaxis. *Periculum propositum in præsentia, & ante oculos.*

INFRIMIS. *cum primis.* L. PRIMIS. *non in postremis.* Topic, 40. Quod genus argumenti in primis firmum videtur. 3. in Ver. 65. Philodamus in primis inter suos copiosus. 4. in Ver. 23. Homo in primis domi suæ nobilis de Clar. 325. Quorum orationes sunt in primis in Asiatico genere laudabiles. 2. Offic. 50. M. Brutus iuris ciuilis in primis peritus fuit. pro Font. 31. M. Font. vsu bellorum in primis eorum qui nūc sunt exercitus. 3. Offic. 113. Polybius bonus auctor in primis, scribit, &c. 2. de Diu. 98. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. de Senect. 64. Multa in nostro collegio præclara cognoui, sed hoc de quo agimus in primis, quòd, &c. de Fat. 15. Cur idem reliqui facere non possint? medicus in primis. Attic. lib. 16. ep. 3. Multa me mouent in discessu, in primis quòd, &c. Epist. lib. 4. ep. 3. In omnibus ingenuis artibus, in primisque in hac, &c. Epist. lib. 1. ep. 7. Quem in primis amamus, charumque habemus. & ep. 9. In primisque ego, &c. Ep. lib. 13. ep. 61. Et vt audio, in primis volunt ei soluere. ‖ 5. Tusc. 8. Ponticus doctus inprimis.

☞ Syntaxis. *In primis qui nunc sunt vsu bellorum exercitus. Te in primis amo.*

INQVAM, *dico, vt dico, vt dixi. vt institui dicere.* 2. I. A. 112. Hunc vnū diem, hunc vnum, inquam, hodiernum diem defende, si potes. de Am. 3. Quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne, Inquit & Inquam, sæpius interponeretur. Attic. lib. 1. ep. 17. Per mihi, per, inquam, mihi gratum feceris. Attic. lib. 7. ep. 2. Idem non assequi dedecus est nostrum, nostrum, inquam, te coniungens. de Am. 86. Quæ si quos inter societas est, &c. hæc est, inquam, societas, quæ, &c. 7. I. V. 161. Crux, crux, inquam, misero comparabitur. 2. de Fin. 72. Delector enim, quanquam te non possum, vt ais, corrumpere, delector. inquam, familia vestra & nomine. 3. de Finib. 13. Quōnam modo, inquam, si vna virtus, &c. id ergo, inquam, si, &c. pro Fl. 94. Resp. quam nos vniuersam vestris humeris, vestris, inquam, humeris sustinetis. de Ar. 61. Atque ego hanc orationem P. C. tam tristem non suscepissem, nō inquam, nisi, &c. Attic. lib. 7. ep. 2. Sed tamen hoc iucundissimum, quòd te intellexi ad eum venisse, vt eius animum erga me perspiceres, hoc mihi, inquam, accidit iucundissimum. Att. lib. 1. ep. 13. Idem ille ego, &c. idem, inquam, ego. &c. *ibid.* Multo hæc inquam, nostra res maior.

INQVILINVS, ni. *qui in alienis priuatus habitat, præsertim conductis.* Att. lib. 14. ep. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt: itaque non solùm inquilini, sed mures etiam migrauerunt. Ep. li. 15. ep. 18. Vbi igitur, inquies, philosophia tua, illa quidem inquilina. 1. I. A. 105. At verò te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum.

INQVINATE. *barbarè, prauè, incomptè.* de Cl. 140. Admodum inquinatè loqui. & 258. Confluxerunt in hanc vrbem multi inquinatè loquentes.

INQVINATVS, a, um: tior, tissimus. *turpis fœdus.* pro S. R. 68. Omnibus flagitiis vita inquinata. 3. Offic. 60. Cum sit tot vitiis inquinatum. pro Cæl. 78. Ore, lingua, manu, vita omni inquinatum. pro Fl. 53. Nihil hoc homine egentius, nihil inquinatius. 4. de Fin. 63. Homines sceleribus & parricidiis inquinati. pro Cæl. 13. Quis in voluptatibus inquinatior. 2. Offic. 21. Quæ sordidissima quidem est ratio & inquinatissima. & 5. I. V. 65. Sermo inquinatissimus. de Ar. 51. An ille fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando fuit? Qu. de Pet. 44. Comitia largitione inquinata. 5. Tusc. 97. Aqua turbida & cadaueribus inquinata. de Opt. 7. Si in verbis nihil inquinatum est. de Or. 163. Versus inquinatus. de Ar. 25. Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati.

INQVINO, as. *contamino, fœdo.* pro Plan. 46. Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. pro Deiot. 32. Vt domestica tua inhumanitate nostræ ciuitatis humanitatem inquinares. I. P. 72. Sed idem casus illum ignarum quid profiteretur, istius impurissimæ pecudis sordibus inquinauit. & 5. Tusc. 6. Parricidio se inquinare. 1. Tusc. 72. Qui libidinibus se inquinassent. 2. I. A. 43. Quos ille agros ereptos reip. turpissimis possessoribus inquinauit. 1. Tusc. 72. Quibus velut domesticis vitiis atque flagitiis sese inquinassent. 5. de Fin. 22. Inquinare splēdorem honestatis.

☞ Syntaxis. *Inquinatus voluptatibus, & in voluptatibus. Sordidum & inquinatum. Inquinata amicitia, aqua, ludi versus, comitia. Inquinare splendorem honestatis.*

INQVIRENDI, do, dum. 2. in Verr. 6. Cum ego diem in Sicilia inquirendi per exiguā postulauissem. 2. I. V. 6. In inquirēdo alicuius multa furta cognoscere. 6. I. V. 145. Quod ad inquirendum in te veniret.

INQVIRENS, tis. de Cl. 282. Is nimium inquirens in sese atque ipse sese obseruans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deprauabat. pro M. Scau. Subiit populi iudicium, inquirente tribuno plebis.

INQVIRO, tis. *perquiro, exquiro.* 1. de Leg. 4. Nimis diligenter inquirere in ea quæ memoriæ sunt prodita. 3. Tusc. 3. Vera illa honestas quam vnam maximè natura inquirit. 1. Off. 9. Tum autem inquirunt, aut consultant, conducat id nec ne, &c. Or. 190. & pro Mur. 45. Studiosè inquirere in aliquem. & Att. li. 6. ep. 6. Inquirere in competitorem.

✠ *ADVERB. Diligenter, 2. de Leg. Studiosè. Orat.*

INQVIRO, tis. 2. Off. 44. Atq; in eo quid agar, quēadmodū vi-

uar,

✠uat,inquiritur. ‖ & 3.de Orat.111.

INQVIS,quit. *cuius verbi prima persona est.* Inquam: *dicis.* 1.I.A.25. Quas tu mihi intercessiones inquis? Att. lib.5. ep. 1. En, inquit, mihi,hæc ego patior quotidie.Qu.fr.lib.1.ep.2. Is mihi inquit, te,&c.Top.51.Nihil hoc ad ius,ad Ciceronem inquiebat Gallus 2.de Or.259.Tu verò inquisti,molestus non eris. pro S.R. 46. & Ep.lib.15.ep.18.Vbi igitur,inquies, philosophia tua? & quidem in culina mea molesta est.2.ad Her.34.Quid amor? inquiet quispiam.4.I.V.45.Ergo inquiet aliquis,&c.

☞ Syntaxis. *Tu vero inquisti.*

INQVISITIO,onis.*disquisitio.*1.Off.13.Inquisitio & inuestigatio veri hominis propria est. pro Fl. 13. Lege hac noua certus est inquisitioni comitum numerus constitutus.pro Mur.44.Inquisitio candidati.prænuncia repulsæ.4.I.V. 11.Reus absens contra inquisitionem accusatoris defensus.

✠ *A* DIVN.*Prænuncia candidati repulsi. pro Mur propria.2.Off.*

INQVISITOR.*conquisitor.*2.in Ver. 6. Ille Achaicus inquisitor. Academ.Non vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem.

INSANABILIS,le. *desperatus.*5.Tusc.3.Insanabilis morbus. pro Sest.44. Plaga insanabilis illa mortifera. Orat.89.Vitabit insanabiles contumelias.

☞ Syntaxis. *Insanabilis morbus,plaga contumelia.*

INSANIA,niæ *furor.*3.Tusc.8. Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum:id est, Insanitatem & ægritudinem animi,quam appellarunt insaniam. & 9.Ita fit vt sapientia sanitas sit animi,insipientia autem quasi insanitas quædam,quæ est insania eademque dementia. & 11. Græci autem ἀνοίας vnde appellent,non facilè dixerim : eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quàm illi. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore distinguimus.I.P.46. Incidere in insaniam.de Clar.281. Insulsitatem & insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit,sanitatem autem & integritatem quasi religionem & verecundiam oratoris probat. pro Syl. 70. Quis insaniam libidinum recordatur? qui,&c.

✠ *A* DIVNC.*Non mediocris,*4.*Acad molesta alicui, ridicula aliis,*6.*In Ver. Naturalis vtilis.*4.*Tusc. Popularis pro Mil.Præsens.pro Dom.Tolerabilis,*9.*Att.*

☞ Syntaxis. *Insanitas mentis. Insania & dementia. Insulsitas & insolentia tanquam insania.*

INSANIO,nis. *desipio,mentem amitto, alienus sum à sanitate,vaticinor.sanus non sum.* pro. S. R.33. Homo longè audaciſſimus, & quod inter omnes constat , nisi inter eos qui ipsi quoque insaniunt,insanissimus. 3. Tusc.8. Qui in morbo sunt sani non sunt, & omnium insipientium animi in morbo sunt:omnes insipientes igitur insaniunt. Att.lib.8.ep.10. Nisi ego insanio , stultè & incautè omnia agi iudico. Or. 224. In alienos insanus insanisti. 6. I. V.39. Insanire ac furere videris. 3. Tus. 18. Omnes insipientes igitur insaniunt. Epist.lib.9.ep.21. Aintandem ? insanire tibi videris:quòd imitere verborum meorum, vt scribis,fulmina : tum insanires , si consequi non posses. pro Sest. 23. Qui vaticinari atque insanire dicebat. pro M. Scau. In alienos insanus insanisti.

✠ *A* DVER.*Apertissimè,*4.*Acad.*

INSANITAS, tis.3. Tusc. 9. Insipientia autem quasi insanitas quædam & 8.L. INSANIA. Attic. lib.13. ep. 29. Nec tamen illum insaniturum puto.

☞ Syntaxis. *Insanire,ac furere.*

INSANVS,a,um:simus.*non sanus,amens.furens.fanaticus,vesanus, alienus à sanitate , à constantia, à mente atque à se discedens , qui suæ mentis compos non est, cui sanitas non est , cui mens à sua sede & loco dimota est,qui non est in potestate mentis , qui de potestate exiit : id est,de consilio,de ratione,de mente.* 4. Academ.52.Quod idem contingit insanis,vt & incipientes furere sentiant & dicant aliquid quod non sit, id videri sibi, & cum relaxentur sentiant , & cæt. Orator.224. In alienos insanus insanisti. pro S.R.33. Homo insanissimus. pro Milone 46. Insanissima concio. 2. de Diuinat. 112.Hoc est scriptoris non furentis, non insani, sed diligentiam adhibentis. pro Sestio.16. Homo fraternis flagitiis, sororis stupris insanus. 2. de Or. 305. Si quis mihi malè dicit , petulans & planè insanus videtur.

¶ *Grandis.*pro Mil.86. Aræ quas ille cæsis lucis substructionum insanis molibus oppresserat.

✠ *A* DVER. *Planè,*2.*de Orat.Ridiculè,*6.*in Ver.*

☞ Syntaxis. *In optimos insanus. Insana concio. Insanus stupris. Petulans & insanus.*

INSATIABILIS.le.2.de Natura deorum.98. Quorum omnium multitudo insatiabili varietate distinguitur. & 5. Tuscul.70. Insatiabili gaudio completur. 1. Tusc. 44. Insatiabilis cupiditas veri visendi. 2. de Natura deorum. 155. Nulla insatiabilior species 11.in Antonium.8.Insatiabilis crudelitas.4.de Finib.12. Insatiabilis voluptas.& 1. de Finib.44.Cupiditates enim sunt insatiabiles. Hortens. Cœli signorum admirabilem ordinem insatiabilémque pulcritudinem magis spectant.

INSATVRABILIS, le. *insatiabilis.* pro Sestio. 110. Insaturabile abdomen.

INSATVRABILITER.*sine satietate.*2. de N.64.Saturnus annis præteritis insaturabiliter expletur.

INSCIENS.*imprudens.*)(*sciens.* Att.lib.1.ep.2. Chrysippus discessit à puero insciente me, & pro Cor. 13. Vtrum insciens fecit, aut sciens? & Ep.lib.8.ep. 23. Illo absente & insciente migrare. 1. de ✠ Inu.48.& Ep.lib.1.ep.9.Insciente collega. ‖ & lib. 3. ep. 12. Ego vero velim mihi Tulliæque meæ &c.prosperè eueniat ea,quæ me insciente facta sunt à meis.

INSCIENTER.*imprudenter.*Topic.33. Inscienter facere aliquid. & 4.Acad.17.

INSCIENTIA,tiæ.*ipsum non scire,insciti a.*)(*scientia.* 3. de Nat.90. At deo ne excusatio quidē est in scientiæ.pro Syll.40.Vos mihi in tantis tenebris erroris & insciētiæ clarissimum lumen prætulistis.1.de Orat.203.Is non solum insciētiam meam , sed ne rerum quidem mearum magnitudinem perspicit. 4.Acad.147. Insciētia multa versatur in vita.

✠ *A* DIVN.*Multa,*1.*Acad.*

☞ Syntaxis. *Insciens fecit. Erroris & insciētiæ tenebræ. Insciētia multa versatur in vita.*

INSCITE,tius. *imperitè.*)(*scitè.*2.de Diu. 30. Democritus non insciteè negatur vt physicus.3.de Fin.25.Insciteè facere aliquid. 2.de Nat.36.Quid autem est insciti us , quàm id non optimum dici? & 2.de D.127.Quid insciti us autem est,quàm,&c.

INSCITIA,tiæ. *imprudentia,insciētia,stultitia.*1.de Inu.41.Imprudentia in purgationem confertur:cuius partes sunt insciti a, casus, necessitas.& 2. Propter errorem & insciētiam.1.Off. 122.Ineuntis ætatis insciti a senum regenda prudentia est. 1. de D. 118. Non rerum vitio, sed interpretum insciti a. de Fat. 38. O miserabilem insciti am differendi. de Prou.11. Insciti a negotij gerēdi.1.Off.144.Inhumanus videatur temporis insciti a.1.de Or. 99. Non superbia neque inhumanitate,sed huius disputationis insolentia,atque harum rerum insciti a.de Cl.67.Sed in nostris insciti a est.3.de Or.140.Insciti a loquendi.

✠ *A* DIVNC. *Miserabilis differendi,de Fat.Similis,*1.*de Leg.Summa.*1. *&* 2.*de Fin.*

☞ Syntaxis. *Error & insciti a.*

INSCIVS,a,um.*insciens,rudis,imperitus.* pro Pl. 40. Tu me ignaro nec opinante,insci o notes & tuos?&c.de Cl.191. Socrates se omnium rerum insci um fingebat & rudem.9.I.A.10.Quoniam nos ad mortem insci i misistis.5..de Fin.51.Nec verò sum insci us, esse vtilitatem in historia.2.de L.13. Præcepta quæ insci i imperitique pro salutaribus mortifera conscripserunt. de Opt. 11. Aliquem insci um faciendi,cum aliqua solertia iudicandi adhiberi ad probandum aliquid.

☞ Syntaxis. *Ignarus,nec opinans,& insci us. Insci us. & rudis. Insci us & imperitus. Faciendi insci us.*

✠INSCRIBO,bis.*incido imprimo.* ‖ *inscribi librum:omnino (inquit, Schorus) hac latina locutio, temporum iniuria & studiorum negligentia interiit:& pro ea vsurpamus nomen,aut titulum esse,inscriptionem verò latini vocarunt quam recentiores. Titulum.* Att.lib.4.ep.1.Ea inscribam breui quæ te arbitror velle cognoscere: *id est, in epistola scribam.* Epist.lib.15. ep.20. Oratorem meum, sic enim inscripsi, &c.5.Tusc.73.Epicurus qui tantum modo induit personam philosophi,sibi ipse hoc nomen inscripsit. 3. de Or. 120. Eosque libellos rhetoricos inscribunt. pro Ar.26. & 1. Tusc. 34. In illis libris,quos de contemnenda gloria scribunt,nomen suum inscribunt. de Arusp. 58. Qui vestris monumentis nomen suum inscripsit. 2.de Ora.355.Vt tibi non infundere in aures tuas orationem,sed in animo inscribere videantur. Epist. lib. 12. ep.3.In statua quam posuit in nostris.inscripsit,Parent. P.OPT.MER. 5.Tusc.101.Quid aliud in bouis sepulchro inscriberes.2.de Diuin. 86.Qui robur illud cecidit,dolauit,inscripsit?

✠ *A* DVER. *Breui,*4.*ad Attic.*

INSCRIBOR,tis.2.Offic.87.Xenophōtis liber, qui Oeconomicus inscribitur.de Clar.205.Orario Cottæ pro lege Varia, quæ inscribitur.2. Offic. 30. Sed de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. 4. Acad. 12. Antiochus contra suum doctorem librū edidit,qui Sosus inscribitur. 4. in Verr.167.Statuas equestres poni inscribique iussisti. 1. Tuscul. 57. In eo libro qui inscribitur.Memnon.I.P. 92. Vt esset quod in basi trophæorum incidi inscribiq; posset.2.I.A.87. Atque etiam inscribi iussit in fastis,Cæsari Dictatori perpetuo.

INSCRIPTIO,onis.*titulus.*Attic. lib. 16.ep. 11. Quod de inscriptione quæris,non dubito , quin officium sit: sed inscriptio plenior de officiis.Topic.1.Inscriptio libri.Quin.frat.lib.1. ep.1.Cumque ego egissem de istis operibus & inscriptionibus, per benignè mihi respondit.pro Dom.51. Quid operum publicorum exactio,quid inscriptio nominis tibi? 13.in Ant.9.Decernere

✠ nere alicui ſtatuam in roſtris cum inſcriptione præclara. ‖ pro Dom. 81. Inſcriptionem ſtatuæ refellere.

✠ *Adiunc. Falſæ. 7. Att. Plenior. 15. Att. præclara. 13. Phil. 9.*

Inscriptvs, a, um. *inſignitus.* pro Dom. 100. Sepulcrum inimico nomine inſcriptum. Att. lib. 6. ep. 3. Puer legit epiſtolam inſcriptam patri ſuo. Att. lib. 8. ep. 5. Tu faſciculum, qui eſt M. Curio inſcriptus, velim cures ad eum perferendum. 2. de Orat. 61. Deceptus indicibus librorum, qui ſunt fere inſcripti de rebus notis, &c. 2. de Diu. 1. In eo libro qui eſt inſcriptus Hortenſius. pro Dom. 68. Nihil eſſe inſcriptum, aut poſſe valere dixit. pro Dom. 137. Vt ſi quæ eſſent inciſæ aut inſcriptæ literæ, tolleretur. 6. in Ant. 12. Equeſtris ſtatua inaurata, in qua inſcriptum eſt, Quinque & triginta tribus patrono populi Romani. 1. I. C. 32. Sit inſcriptum in frontem vniuſcuiuſque, quid de rep. ſentiat. 5. Tuſc. 64. Verſus in monumento inſcripti. 2. de Orat. 240. In omnibus parietibus inſcriptas fuiſſe literas, triaLLL. duo M M.

✠ ‖ pro Dom. 68. Nihil eſſe inſcriptum de meo nomine.

☞ Syntaxis. *Suum nomen in libris inſcribere. In animo inſcribere. Statuas inſcribere, libros.*

Inscvlpo, pis. *imprimo, inſcribo.* 1. de Nat. 45. Natura inſculpſit in mentibus noſtris, vt deos beatos haberemus.

Inscvlptvs, a, um. 2. de N. 12. Omnibus innatũ eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe deos. 2. de D. 85. In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas. 4. Acad. 2. Vt literis conſignamus, quæ monumentis mandare volumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat.

☞ Syntaxis. *In animo inſculpere. Innatum, & in animo inſculptum.*

Inseco, as. *incido, ſeco.* 4. ad Her. 63. Aliquem ore attingere, & dentibus inſecare.

Insectandvs, a, um. Attic. lib. 14. ep. 14. Semper iſta ſtatui, nõ eſſe inſectandos inimicorum amicos.

Insector, aris. *conſector, inſequor, peto, agito, exagito.* 2. de D. 144. Aquila inſectatur & agitat alias aues. pro Mur. 21. Seruius agitat rem militarem, inſectatur totam hanc legionem. 1. de Leg. 40. Furiæ agitant & inſectantur impios. Att. lib. 1. ep. 13. Inſectari & exagitare aliquem. 1. de Nat. 5. Inimicè inſectari aliquem. 2. de Fin. 80. Inſectari aliquem maledictis. pro Plan. 48. Etiam atque etiam inſto, vrgeo, inſector. pro Fon. 1. Inſector vltrò, atque inſto accuſatori: iudices, inſector, inquam, ac flagitio teſtes. ad Brut. ep. 2. Inſectarer Antonios. de Amic. 57. Acerbius in aliquem inuehi, & eum inſectari vehementius. Atti. lib. 1. ep. 13. Quomodo ſum inſectatus leuitatem ſenum. Att. lib. 10. ep. 1. Aut nos temeritatẽ bonorum ſequamur, aut audaciam improborum inſectemur. ad Brut ep. 4. Miſerorum fortunam inſectari. & Att. lib. 5. ep. 1. Ibi forum agit, cùm ego ſum in prouincia: quam eius iniuriã non inſector. & Brut. ep. 17. Inſectari dolores alicui.

✠ *Adver. Inimicè, 1. de Nat. Inſolenter, petulantiſſimè, pro Seſt. Obſcurè exercitum, 2. Cont. Rull. vehementius aliquem, de Amic. 57.*

☞ Syntaxis. *Inſectari & agitare & contrà. Inſectari & exagitare. Inſtare, vrgere, inſectari, Inuehi in aliquem, & inſectari eundem.*

Insedatvs, a, um. *commotus.* Part. 77. Graue, inſedatum, turbulentum.

Insepvltvs, a. um. *inhumatus.* 4. I. C. 11. Cerno animo miſeros atque inſepultos aceruos ciuium. & 1. de In. 108. & 14. In Ant. 33. Veſtra virtus nec obliuione eorum qui ſunt, nec reticentia po-

✠ ſterorum inſepulta eſſe poterit. ‖ 1. In Ant. 5. Qui illam inſepultam ſepulturam effecerant..

☞ Syntaxis. *Virtus inſepulta, reticentia poſterorum.*

Inseqvens, tis. *conſequens.*) (. *antecedens.* Orat. 150. Concurſus extremorũ verborum cum inſequentibus primis. ad Oct. Quę nõ inſequens hora antecedente calamitoſior populo. Rom. illuxit? Or. 190. Poſtremum ad verbum primam turſus ſyllabam adiunxit inſequentis.

Inseqvor, ris. *ſequor, & ſubſequor, excipio.* Attic. lib. 7. ep. 23. Ecce Caſſij literę, Vibullium è Piceno currere ad Cn. confeſtim inſequi Cæſarem. de Cl. 41. Hunc proximo ſeculo Themiſtocles, eſt inſecutus, 14. in An. 23. Graue bellum Octauij inſecutum eſt. 5. I. V. 51. Pergam atque inſequar longius. 2. de Diu. 52. At mors inſecuta Gracchum eſt, cauſa credo, &c. 2. de Orat. 10. Nec verò te rhetoricis quibuſdam libris inſequor, vt eruditam. Epiſt. lib. 9. ep. 21. Deinde Carbones inſequuntur. Orat. 161. Quinetiam poſtromam literam detrahebant, niſi vocalis inſequebatur. 1. de Finib. 50. Suſpicio inſequitur facta improbotum, conc. Q. Metel. Sic inſequar fugientem.

¶ *Proſequor.* pro Rab. 21. Inſequi aliquem. 2. in A. 21. Stricto gladio. pro Seſt. 25. irridendo. Att. lib. 15 ep. 15. contumelia. Ep. lib. 8. ep. 4. clamore.

✠ *Adver. Acriter, 3. de Orat. Longius, 5. in Ver. Neceſſariò, 3. Tuſc. vndique omnes, 13. Phil.*

☞ Syntaxis. *Inſequi aliquem ſtricto gladio, irridendo, contumelia, clamore.*

Inserendvs, a, um. *aſſerendus.* pro Cæl. 76. Amputanda plusa ſunt illi quàm inſerenda.

Inserens, tis. *imponens, injiciens.* 6. In Ver. 37. Hominí iam collũ in laqueum inſerenti ſubueniſti.

Insero, ris: inſeui, inſitum. & inſerui, inſertum. *impono.* 2. de Oratore. 162. Omnia manſa, vt aiunt, nutrices infantibus pueris in os inſerere. 3. ad Heren. 24. Vt eas res inſerere atque interſecare videamur in animis auditorum. 2. de Inuent. 161. Naturæ ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit.

¶ *Iungo.* de Vniuerſ. 38. Cum animis corpora cum neceſſitate inſeuiſſet.

Inseror, ris. 1. de Or. 114. Hæc quidem inſeri & donari ab arte non poſſunt.

Insertvs, a, um. Epiſt. li. 6. ep. 12. Nihil eſt à me inſertum tem-

✠ poris cauſa. ‖ *alias inſeruitum.*

Inservio, uis. *ſeruo, operam do vel nauo.* 1. Offic. 49. A quo enim plurimùm ſperant, ei potiſſimùm inſeruiunt. pro Mar. 29. Huic tu inſeruias, huic te oſtentes oportet. Attic. lib. 9. ep. 4. Optimatibus tuis nihil inſeruio. 1. de Orator. 13. Nec dici poteſt plures cæteris artibus inſeruire, aut, &c. Orat. 68. Tum etiam nonnullorum voluptati vocibus magis quàm rebus inſeruiunt. 2. de Finib. 117. Inſeruire ſuis commodis. Epiſtol. lib. 11. ep. 4. Inſeruire communi commodo. Epiſtol. lib. 3. ep. 13. Inſeruire honori alicuius.

✠ *Adver. Fideliter valetudini, 16. Famil. ſtudioſè negotiis amicorum, de Pet. Con.*

Insidens, tis. *inhærens.* 4. Tuſc. 84. His malis inſidentibus, beati eſſe non poſſumus.

Insideo, des. *hæreo, inhæreo.* 2. de Nat. 128. Cum in locis ſemen inſedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe. 2. de Or. 122. Nihil vnquam audiui, quod non in memoria mea penitùs inſederit. *Themiſtoclis dictum.* pro Corn. 4. Oratio quæ non præteruecta eſt aures veſtras, ſed in animis omnium penitùs inſedit. 2. Tuſc. 11. Facilè in animo forti contra mortem habita inſedit oratio. pro Pom. 7. Macula, quæ penitus iam inſedit, itaque inueteraſcit in populi Rom. nomine. pro Ar. 29. Nunc inſidet quædam in optimo quoque virtus, quæ, &c. Anteq. 9. Cum iam domeſticis pax non inſideat, ſed publicè prouidenti eripiatur. pro Mil. 69. Si tibi ita penitùs iam inſedit iſta ſuſpicio, nullo vt euelli modo poſſit. Epiſt. lib. 5. ep. 13. Hæc cogitatio penitùs inſederat. 2. de N. 68. Dij penates dicti, eo quòd penitùs inſident. Attic. lib. 1. ep. 9. Magnum quiddam quod in animo eius inſederit. Orat. 9. Sed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximiæ. & 18. Inſidebat videlicet in eius mente ſpecies eloquentię. Att. lib. 1. ep. 14. Inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones. 5. I. V 95. In quibus, ſi ex ipſorum domeſtico incommodo nullus inſedit dolor, tamen, &c. pro Deio. 8. In exulcerato animo facilè fictũ crimen inſidet. 1. de L. 47. Voluptas, quæ penitùs in omni ſenſu implicata inſidet. 4. Tuſc. 24. Cum hic feruor mentis inueterauerit, & tanquam in venis medulliſque inſederit. de Vniuer. 39. Cum illa quæ ex elementis turbulenta, & rationis expertia inſederint ratione depulerit. 2. de Orat. 197. His tribus figuris in fidere quidam ſanguine diffuſus debet color.

✠ *Adver. Penitus & inueteraſcere, pro Pomp. Penitus in animis, pro Corn. in memoria, 2. de Orat. Penitus ſuſpicionem, pro Mil.*

☞ Syntaxis. *Inſidet ſemen in vtero, res in memoria, macula in nomine, in animo dictum, domeſticis pax, alicui ſuſpicio. Inſidet ſuſpicio, opinio penitus, Ex hac re nullus inſidet dolor. Voluptas inſenſu implicata inſidet.*

Insidiae, arum. *fraus.* 4. I. V. 41. Cum omnes inſidias à prætore fortunis meis fieri viderent. pro Deiot. 21. Quid ille ſigna ænea in inſidiis poſuerat. & *ibid.* & pro Mil. 23. Facere inſidias alicui. 1. Off. 35. Paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendũ. 2. in Catil. 1. cum illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium coniecimus. 1. Off. 109. Qui nihil ex occulto, nihil ex inſidiis agendum putant. 2. Off. 26. Alexander Pheræus ex inſidiis interiit. & Att. lib. 13. ep. 10. Marcellinus inſidiis interfectus eſt. 2. cont. Rull. 48. Iſti penitus abſtruſas inſidias ſe poſuiſſe arbitrantur contra Cn. Pompeij dignitatem. pro Plan. 71. Nullas inſidias mihi ab illis fuiſſe dixiſti. pro Plan. 100. Isque inſidias mihi ab inimicis meis paratas detulit. 3. Off. 99. Ex inſidiis capi. Or. 38. Non ex inſidiis, ſed apertè ac palam facere aliquid. pro Dom. 59. Per inſidias interficere aliquem. pro Cæl. 67. Milites ab imperatore in inſidiis locati. pro Qu. Roſc. 46. Tendere inſidias alicui. 1. de Leg. 47. Animis omnes tenduntur inſidiæ. pro Mil. 27. Clodius ante ſuum fundum Miloni inſidias collocauit. 2. I. C. 6. Qui ſibi has vrbanas inſidias cædis atque incendiorum depoposcit. pro S. R. 26. Parare inſidias vitæ alicuius. & 98. Ponere inſidias. pro Cluent. 189. Inſtruere inſidias in aliquo loco. pro Cluent. 46. Comparare inſidias

alicui

alicui per aliquem.1.de Or.210. De insidiis faciendis atque vitandis.Ora.107. Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. Orat.208. Compositæ orationis insidiis fidem auditoris attentare. pro Cecin.84. In iis ipsis intercludere insidiis, quas mihi conaris opponere. pro Qu. R.51.& 1.cont. Rull.25. Fraus & insidiæ. L. CIRCVMSCRIPTIO. Epist.lib.10.ep. 31. Tutus ab insidiis inimicorum.Incert.Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine.

✠ ADIVNC.*Clariores luce,pro Mil Crudeles,tantæ,& & tam absconditæ,2.In Catil.Domesticæ.4.Fam.fictæ, pro Cæl.Manifestæ.15.Famil.Mediæmortis,occultæ,urbanæ,pro Cluent. Multæ pro Sest. Nefariæ,5. In Ver. Occultiores,quotidianæ,3.In Ver.Præsentes,5.Famil.*

☞ Syntaxis. *Insidias fieri,facere.Conjcere in insidias. Ponere in insidiis.Ex insidiis agere,interire.Insidiis interfici. Insidias ponere abstrusas contra aliquem:&,alicui.Insidiæ sunt bonis viris à prauis. Ex insidiis capi,facere. Necare per insidias. Locare in insidiis. Insidias tendere,collocare,parare,ponere,instruere,comparare, adhibere. Insidiis intercludere.*

INSIDIANDI,do,dum.pro Deiot.19.Nullus erit alius insidiandi locus.1.de Orat.136. Quod neque precibus vnquam,nec insidiando,nec speculando assequi potui.1.I.C.26. Vigilare ad insidiandum somno maritorum.

INSIDIATOR,oris.2.in Cat.27. Nullus est portæ custos,nullus insidiator viæ. pro Mil.19. Insidiator erat in foro collocatus. & 4.ad Her.23.Insidiator bonorum.

INSIDIOR, aris. *Insidias facio, pono, tendo, periculum intendo,insidias adhibeo,paro,comparo, molior,oppono, instruo, observo, arma vel vim, vel seruos intento.* pro Mil.38. Hæc sica intentata est nobis, hæc insidiata Pompeio est.1.in Cat.11.Mihi Catilina,insidiatus est.Orat.210. Nom enim id agit, vt insidietur & obseruet, sed faueat,&c.

INSIDIOSE. *ex insidiis.*Qu.fr.lib.1.ep.3.Is me sceleratissimè insidiosissimeque tractauit. pro Mil.67. Insidiosè fingere aliquid. pro R.33. Insidiosè redire in gratiam cum aliquo.

INSIDIOSVS,a,um.*fraudulentus,dolosus.* Att.lib.8.ep.25. Huius insidiosa clemētia delectantur,illius iracundiam reformidant. Epist.lib.3.ep.10. Perfidiosus,insidiosus,fallax.pro Dom.29. Apertis inimicis obsistere,insidiosis amicis non credere.2.I.C.28. Intanto ac tam insidioso bello.2.cont.Rull.7.Insidiosæ nonnullorum simulationes.

☞ Syntaxis. *Insidiatur Cæsari sica.Insidiari & obseruare.Sceleratissime,insidiosissimeq; tractare aliquem.Perfidiosus, insidiosus fallax.*

INSIGNE,gnis.*signum indicium,nota, monumentum , ornamentum.*

✠ ‖*Insignia Latini vocarūt,quæ Galli* Armoiries,armes,*notæ enim quibus ornabantur,& interno sebantur aut Magistratus, aut in bello milites,aut ordines,& nationes hominum,insigna à Romanis dicebantur.* Attic.lib.1.ep.3. Minerua singulare est insigne eius gymnasij.3. in Verr.152.Bulla erat ornamentum pueritiæ, indicium & insigne fortunæ.Qu.fr.lib.1.ep.1.Maiora præferant fasces illi & secures dignitatis insignia quàm potentię.pro Sest.17.Qui ad extinguenda omnia iura se illis fascibus cæterisque insignibus summi imperij atque honoris ornatos esse arbitrantur.Epist.li. 10.ep.13.Insignibus gloriæ delectari.& ep.12.Hæc omnia collecta inanissimis splendoris insignibus. pro Syl.26. Sibi habeant honores,imperia,triumphos,& alia præclara laudis insignia.2. contra Rull.32. Insignia videtis potestatis, id est, stipatores, scribas, ministros. Orat.134. Quæ in amplo ornatu scenæ aut fori appellantur insignia: non quòd sola ornent, sed quòd excellant.pro Syll.88.Omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta ceciderunt.pro Sest.57. Rex sedens cum purpura,& sceptro,& insignibus illis regiis,&c.1.de Diuin.75.Stellæ aureæ insignia Castoris & Pollucis. pro Sest.58. Hunc Cn. Pompeius exerit,atque insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit. I.P.18. Mœrorem relinquis, mœroris aufers ignia:*id est, vestitum atrum.*Epistol.lib.3.ep.13. Multi insignia virtutis etiam sine virtute assecuti sunt:I.P.63. Virtutis insignia contemnere.1.de Diui.30. Lituus,quod clarissimum est insigne auguratus.1.cont.Rull.6. His insignibus atque insulis imperii venditis.1.cont.Rull.19.Magistratus, senatus,cōsilium commune,& omnia denique reipub.insignia.I.P.73. Toga,pacis est insigne & ocij.6.I.A.2.Si omnia grauissimi belli insignia suscepta à senatu viderent. & 3.In Ant.12. Si Cæsar ab eo insigne regni accipere voluisset.pro R.P.25.Rabirium sæpe palliatum fuisse,& aliqua habuisse nō Romani hominis insignia. 2.de Orat 36.& de Claris or.274. Orationem variare atque distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus. 3.de Or.94.Insignia & lumina in oratione disposita,& flores.3.I.C.26.Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo.2.de Inuen.70. Statuere æterna insignia posteris, & statuere æterna monumenta. 3.de Orat.131.Quod erat insigne,eum qui id faceret,facere copiam, &c.*id est,quod erat signum.*4.Academ.36. Vt enim confidant, notum his esse debebit insigne veri: *id est,signum vel nota.*

✠ *ADIVNC.Æterna,2.de In Amplissima,2.Cont.Rul. Bellica,2.de Leg.Clarissimum,1.de Inuent.Inania splendoris,inanissima,10. Fam.Maiora,1.ad Qu.fra.Obscurum,& Verè oppressum,4.Aca.Præclara,pro Syl.Regia,pro Sest.Singulare,3.Attic.*

☞ Syntaxis. *Indicium & insigne.Stipatores,scribæ, ministri potestatis insignia.Insigne ac ornamentum. Insigne regium: diadema. Toga pacis insigne & ocij.insignia & lumina orationis.Honoris insignia,& laudis petere monumenta.*

INSIGNIS,gne. *manifestus,clarus,apertus, nobilis,nobilitatus,conspiciendus,notatus.*1.de N.12. Dij, quorum insignem vim & illustrem faciem videmus,solem dico & lunam.1.de Nat.12.Habere visum quendam insignem & illustrem.de Am.102.Virtutem alicuius posteris fore claram & insignem. Qu.de Pet.10. Qui nequaquam sunt tam genere insignes, quam vitiis nobiles.de Arusp.36.Maxime insigne atque illustre periurium. pro Do.43. Acerbitas Syllani tēporis quid habet, quod maximè sit insigne ad memoriam crudelitatis?opinio, & cæ Orat.44. Res insignis ad maximam laudē.2.de Or.259. Hoc insigni aliqua & nota re notari volo.2.de Orat.273. Nam nec insignis improbitas,nec rursus miseria insignis agitata ridetur.1.Ac.44. Insignis temeritas.2.de Or.90. Illa quæ insignia ac planè vitiosa sunt, consectari imitando.6.I.V.66.Os hominis insigneméque impudentiam cognoscite. pro Cec.37. In re tam insigni tamque atroci. pro Rab.24. Homo insignis omnibus notis turpitudinis. Attic.lib.1.ep.10.Literæ insignes amoris notis. Qu. fr.lib.1.ep.1. Caueamus,ne quod in nobis insigne vitium fuisse dicatur. Att. lib.14.ep.14. Ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuit vnquam. Or.218. Numerus apertus & nemini insignis.3.ad Her.38. Ita fit in imaginibus,vt quæ nobis diligenter notæ sint, eæ parum videantur insignes aliis.3.de Fin.28. Cui contingit vt iure laudetur, habet insigne quiddam ad decus & ad gloriam.3.de Fin.13. Vt hoc quoque pluribus nominibus insigne faciamus. 4.Acad 100. Neque tamen habere insignem illam & propriam percipiendi notam.de Prou.35. In Capitoliō cum insigni laurea inueni.Epi. lib.7.ep.6. Cum aliquo insigni indicio meæ erga te beneuolentiæ.

✠ *ADVERB. Maximè,pro Dom. Maximè & illustre periurium,de Arusp.vehementer & noua cōtumelia, 2.Cont.Rull.*

☞ Syntaxis. *Insignis Dei vis.Visus alicuius insignis & illustris. Virgenere insignis.Insigne ac illustre periurium.Res ad laudem insignis.Imitari insigna & vitiosa. Rex insignis & atrox. Notis turpitudinis insignis.Epistola insignis amoris notis.Habere quiddam insigne ad gloriā. Pluribus nominibus insigne facere.Indicium beneuolentiæ insigne.*

INSIGNITE. *insigniter,apertè.* pro Quin.73. Nec tamen quisquā inuentus tam insignitè improbus,qui,&c.

INSIGNITER.*insignitè.*3.I.A.10.Quis vnquam fuit tam insigniter impudens.& Par.80. Amicos præcipuè atque insigniter diligere.& 2.de Ora.349. Insigniter atque asperè vituperari.& 3. ad Heren.29.

INSIGNITVS,a,um.2.de Or,358. Vtendum est imaginibus agentibus,acribus,insignitis.1.de Diu.64.In quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant.Top.27.Quædam confirmatio insignita atque impressa in intelligentia.3.ad Her.37. Quo magis insignita sit forma.

☞ Syntaxis. *Insignitè improbus.Insigniter diligere.Insigniter & asperè vituperare. Imago agens,acris,insignita. Insignita & impressa conformatio in intelligentia.*

INSIMVLATVS,a,um. *accusatus.* pro Clu.153. At is & ex sertula insimulatus,& à puero conscio indicatus est.

✠ *ADVER. Aperè,pro Cluent.*

INSIMVLO,as. *accuso,criminor,arguo.*3.in Ver.128. Fannius Verrē insimulabat auaritiæ & audaciæ.4.Acad. 32. Queruntur etiam, quòd eos insimulemus,omnia incerta dicere. 1.Tuscul.82.Nemo id quidem dicit,& si Democritum insimulat Epicurus,Democritici negant.3.Tusc.64. Peccatique se insimulāt,quòd dolore intermiserint.2.in Ant.99.Probri insimulasti pudicissimam fœminam.Att.li.10.ep.19.De diplomate admiraris,quasi nescio cuius te flagitij insimularem.7.I.V.106.Insimulare aliquē falso. pro Cæc.Etiam verē. pro Clus.153. Is ex sertula insimulatus
✠ est. ‖3.Offi.97. Insimulant eum tragœdiæ simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse.& 7.In Ver.152. Malo quod tu defendis his iudicibus.populoque Rom.quam id quod ego insimulo probari & pro Cæc.3.Quod ego iniuratus insulo.

INSIMVLOR,ris.7.I.V.15.Cum magnæ pecuniæ villicus impulsu tuo insimularetur. de Cl.85. Cum in sylua facta cædes esset, insimulareturque familia. 2.ad Her.6. Aut alios quoq; id quod ipse insimuletur,facere potuisse.6.I.V,33. Cum Verres cupiditatis insimularetur. Epist.lib.7.ep.13.Hic tu me etiam insimulas,

nec

nec satisfactionem meam accipis.

☞ Syntaxis. *Insimulare aliquem audacia, magnæ pecuniæ, cupiditatis, & simpliciter.*

INSINVATIO, onis. *circuitio. Græcè ἔνδυσις.* 1. de In. 20. Exordium in duas partes diuiditur, in principium & insinuationem, & *Ibidem.* Insinuatio est oratio, quadam dissimulatione & circuitione obscurè subiens auditoris animum. 2. de Inu. 20. 1. ad He. 6. Principium, quod Græcè προοίμιον appellatur: insinuatio, quæ ἔνδυσις nominatur. & 1. ad He. 11. Insinuatio eiusmodi debet esse, vt occultè per dissimulationem aut beneuolum, aut docilem, aut attentum faciamus auditorem.

INSINVO, as. *influo.* 1. de Or. 90. Ita nati sumus, vt & blãdiri & suppliciter insinuare possimus. 2. de Ora. 149. Vt se penitùs insinuet in causam, diligentia est. & 1. ad Her. 10. Ergo his rebus nos insinuabimus ad causam. 5. Tusc. 34. Zeno insinuauit se in antiquã Philosophiã pro Cec. 13. & 5. In Ver. 157. Insinuare se in familiaritatem alicuius pro Cl. 36. Penitùs immergere se in consuetudinem alicuius. 2. contra Rull. 12. Cũ familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, &c. ad Brut. epist. 16. Futura quoque nisi antè sit occursum, explores, ne se insinuent. de Amic. 99. Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiosè cauendum est.

✠ ADVERB. *Familiariter se, 2. Cont. Rull. Penitus. 2. de Orat. Suppliciter. 1. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Blandiri & suppliciter insinuare. Insinuare se penitùs in causam, & ad causam, in Philosophiam, in amicitiam, in sermonem, & dare. Caue, ne ille se insinuet.*

INSIPIENS, tis. *stultus, excors, vecors.* 2. de Finib. 50. Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere. de Amic. 54. Nihil insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. de Senect. 80. Nec animum tum esse insipientem, cum ex insipienti corpore euasisset. ‖ 12. In Ant. 5. Cuiusuis hominis est errare nullius nisi insipientis in errore perseuerare. de Senect. 14. Sua enim vitia insipientes, & suam culpam in senectutem conferunt.

INSIPIENTER. *stultè.* de Sen. 68. Insipienter sperare aliquid.

INSIPIENTIA, tiæ. *stultitia, dementia.* 3. Tusc. 9. Ita fit, vt sapientia sanitas sit animi: insipientia autem quasi insanitas quædam, quæ est insania, eademque dementia. & 4. de Fin. 21. 3. Tusc. 68. Nec insipientia vllum maius malum est.

INSISTENDVM. *quiescendum.* Or. 221. Vt aut citiùs insistendum sit, aut longius procedendum.

✠ ADVERB. *Citiùs, Orat. ad Brut.*

INSISTENS, tis. 2. de Diu. 128. Naturam eam dico, qua nunquam animus insistens agitatione ac motu vacuus esse potest.

¶ *Aduersus.* 1. de Leg. 15. Crebrò insistens, interdum acquiescens.

✠ ADVERB. *Crebrò. 1. de Legib.*

INSISTO, stis. *consisto.* 12. I. A. 8. Exercitus si pacis nomen audierit, vt non referat pedem, insistet certè. Orator. 207. Vt tanquam in vrbe inclusa currat oratio, quòd insistat in singulis perfectis absolutisq; sententijs. 3. de Orat. 188. Oratio ne insistat interius, ne excurrat longius 5. I. V. 172. Insistere singulis gradibus. 4. de Fi. 45. A communibus initiis progredientem videre, vbi primùm insisteret, & vnde causæ controuersia nasceretur. 4. Ac. 94. Si negas te vsque ad obscura progredi: illustribus igitur rebus insistis. Orat. 170. Quid est, cur claudicare aut insistere orationem velint? Orat. 187. Circuitus incitatior numero ipso fertur, donec perueniat ad finem, & insistat.

¶ *Sum.* 6. in Ver. 110. Insistebat in manu Cereris dextra simulachrũ Victoriæ. de So. 15. Cingulus australis, in quo qui insistũt, aduersa nobis vrgent vestigia. 1. de N. 24. In qua nõ video, vbi beata vita possit insistere. *1. in qua celebritate.* Top. 93. Status, in quo primùm insistit quasi ad repugnandũ congressa defensio.

¶ *Vrgeo.* 4. Acad. 80. Confidere suis testibus, & importunè insistere. 3. de Or. 164. Atque imperij insistunt iugo. 3. de Orato. 174. Quonam igitur modo tantum munus insistemus, vt, &c. pro Sest. 141. Qui in tanta gloria insistunt, vt eis omnia humana leuiora videri debeant.

¶ *Scio, maneo, cõsisto, quiesco.* Or. 222. Si membratim volumus dicere, insistimus. 3. de Orat. 6. Vestigium illud in quo ille postremùm institisset. pro Cæl. 41. Via lubrica, in qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix possis. 1. de Natu. 54. Animus nullam oram vltimi videt, in qua possit insistere. & 2. de Nat. 54. Ad quoddam tempus insistere. & 103. Stellæ sæpe insistunt. 1. Tusculan. 43. Animus ignibus insistit, &c. 4. Tusc. 40. Nec cohibere se potest, nec quo loco vult insistere omninò. 5. de Fin. 75. Quæ cum dixisset, paulumq; institisset, Quid est, inquit, &c. 3. de Orat. 30. Quibus vestigiis primùm insti iti in iis ferè soleo perorare.

✠ ADVERB. *Certè. 12. Phil. 8. Importunè, 4. Academ. Interius. 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Insistere singulis gradibus, vestigijs. Importunè insistere. Stellæ insistunt. Paulum quæso insiste. (ad loquentem.)*

INSITIO, onis. de Sen. 54. Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones.

INSITIVVS, a, um. *non natiuum, insitum.* pro Sest. 101. Cumque insitiuum Gracchum contra vim multitudinis incitatæ, censu prohibuisset. *aliter. insititius.*

INSITVS, a, um. *innatus, ingenitus, ingeneratus, inhærens, inustus.* (. *Assumptus, aduentitius.* 5. in V. 177. Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi. & 6. In Ver. 106. Id animis eorum insitum atque innatum videtur. 1. de Na. 44. Quoniam insitas deorum vel potius innatas cognitiones habemus. pro Clu. 4. Euellam ex animus hominum opinionem tam penitus insitam & 1. de Fin. 31. Naturalis atque insita in animis nostris notio. 4. & de Fi. 4. Insita, vel potius innata cupiditas scientiæ. 1. Tusc. 57. Insitæ & quasi consignatæ in animis notiones. Orat. 133. Ea oratio in eam formam, quæ est insita in mentibus nostris, includi potest. pro S. R. 53. Amorem illum penitùs insitum eiicere ex animo. 7. I. V. 138. Hoc in anima sensuque nostro penitùs affixum atque insitum est. pro Font. 23. Insitas inimicitias hæ gentes gerunt cum populi Rom. nomine. 4. Tuscu. 26. Opinio inhærens & penitùs insita. de Ar. 55. Inest hoc tempore odiũ insitum penitùs, & inustũ animis hominum. 1. de Leg. 18. Lex est ratio insita in natura. ad Q. fr. li. 1. epi. 1, 31. Quod est penitùs insitum moribus, id subitò euellere. de Se. 27. Quod homini naturaliter insitum est, eo, vti decet. in Piso. 15. Huic populo est libertas insita. Sal. in Cic. 1. Paulò antè insitus huic vrbi ciuis.

¶ *Insertus.* de Claris Orato. 213. O generosam stirpem, & tanquam in vnam arborem plura genera, sic in istam domum multorum insitam & illuminatam sapientiam. pro Sest. 72. Alter in Lælios insitus subitò. Orat. 97. Inserere nouas opiniones, euellere insitas.

✠ ADVERB. *Naturaliter. de Sen. Penitùs, pro Sex. Ros. penitùs & inustum, de Arusp. Subito, pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Insitum in natura malum. Insitum & innatum. Naturale & insitum. Insitæ & consignatæ in animo notiones. Affixum & insitum. Inhærens, & penitùs insitum. Insitum & inustum animo.*

INSOLENS, tis. *imperitus.* 1. de Orato. 207. Ea requiruntur à me, quorum sum ignarus atque insolens. Attic. lib. 2. epi. 21. Insolens infantiæ, insuetus contumeliæ.

¶ *Insolitus.* Orato. 26. Is nullum verbum insolens, neque odiosum ponere audebat. Or. 29. Nihil insolens atque ineptum.

¶ *Superbus, elatus.* pro Mar. 9. Victoria quæ natura insolens & superba est. in Sal. 21. Verùm, vt opinor, honores tui te insolentem faciunt. Ep. lib. 2. ep. 16. Insolens homo. 5. Tusc. 42. Insolens alacritas. pro Sest. 119. Nõ sum tam insolẽs in dicendo, vt, &c. pro Dom. 92. Nõ sum tam insolens, qui Iouem esse me dicam.

¶ *Cupidus.* pro S. R. 23. Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, vt fit, insolens in aliena. 2. de Orat, 342. Non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia.

¶ *Molestus.* 2, de Orato. 358. Ne in re nota & peruulgata multus & insolens sim.

☞ Syntaxis. *Huius rei ignarus ac insolens. Verbum insolens: id est, non vsitatum. Insolens in pecunia.*

INSOLENTER, tius. *immoderatè, arroganter, superbè.* Epi. li. 4. ep. 3. Nihil faciam insolenter. & 4. Tuscu. 39. Efferre se insolenter. & Atti. lib. 1. ep. 13. Gloriari insolenter. 2. in Cat. 20. Insolentius se iactare. 9. in Ant. 7. Is autorem senatus extinctum lætè atque insolenter tulit. Orator. 176. Gorgias his festiuitatibus insolentius abutitur. ‖ 2. In Anton. 65. Insolenter statim helluo inuasit & c.

¶ *Raro.* 1. Inu. 43. Deinde natura eius euenire vulgò soleat, an insolenter & raro.

INSOLENTIA, tiæ. *intolerentia.* 9. I. V. 89. Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. 1. de In. 42. Ex insolentia arrogantia nascitur. 2. de Ora. 209. Non sunt tanti vlla eius merita, quãta insolentia hominis, quantumque fastidium. Brut. ep. prid. inuent. 1. Is cœperat esse tanta insolentia, vt neminem liberũ duceret. I. P. 24. Insolentia rerum secundarum. Epi. lib. 10. epi. 1. M. Antonius cuius tanta est non insolentia solùm (nã id quidem vulgare vitium est) sed immanitas non modò vt vocem, sed ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam. 1. contra Rull. 18. In ea vestri isti satellites modestè insolentiam suam continebunt? pro Dom. 141. Quanquam & insolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia.

¶ *Consuetudo, vsus.* 1. de Inu. 2. Primò propter insolentiam reclamantes: id est, quia non erant, &c. assueti. 3. de Orat. 41. Peregrina insolentia. de Cla. 283. Insulsitatem & insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit. de Orato. 47. Tanta est insolentia ac turba verborum. 1. de Or. 99. Non superbia, sed istius disputationis insolentia, atque harum rerum inscitia. pro Deio. 5. Moueor etiam loci insolentia. pro Sex. R. 88. An is, qui propter fori iudiciorumque insolentiam, non modò subsellia, verum etiam vrbem ipsam reformidat.

✠ ADIVN. *Intolerabilis. 1. ad Qu. frat. peregrina, 3. de*

*Orat.perexigua,*ibidem.*Singularis.4.Ver.Tanta.epi. ad Brut.*

☞ Syntaxis.*Late & insolenter ferre.Insolenter scribit:id est,rarò.Loci insolentia.*

INSOLITVS,a,um.*insolens,insuetus.*2.de Or.361. Quæ causa me ✠ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulit.& ‖1.Tusc.58.Insolitum domicilium.pro Pomp.3. Hæc insolita mihi ratio dicendi.pro Pomp.45.Mithridates insolita inflamatus gloria.pro Corn.36.Quasi verò priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur.de Clar.281. Æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ.pro Sest.20.Insolitam lucem aspicere.

INSOMNIVM,nij.*somnium.*Attic.lib 7.ep.22.Hæc metuo ne insomnia sint.de Senect.44.Caret ergo vinolentia, eruditate, insomniis.

✠ *A* DIVN.*Certa,vera,Diu.*

INSPECTANS,tis.2.de Orato.233. Qui agunt in scena gestum inspectante Roscio & Ep.lib.1.ep.9.Me inspectante hoc feciſti.

INSPECTIO,onis.2.I.A.31.Nos enim nunciationem solùm habemus,consules etiam inspectionem.L.SPECTIO.

INSPECTO,as.*spectо,video.*ad Brut.ep.4.Vtinam inspectare posses timorem de illo meum.

INSPECTVRVS,a,um.Att.lib.13.ep. 28. Hortos quoniam hodie eras inspecturus quid visum tibi sit,eras scilicet.

INSPERANS,tis.pro Mar. 22. Quibus tu salutem insperantibus reddidisti.1.de Orat. 96. Inspiranti mihi,&c.

INSPERATVS,a,um.*improuisus.*3.Tusc.28.Insperatum nec opinatum malum.2.I.C.20.Insperatæ repentinæq; pecuniæ. 10. I. A.24.Insperatum & repentinum præsidium.&4.Phil,3.Insperatum consilium.1.de In.27. Insperatum incomodum.1.ad Her. 13.Insperatum incommodum,subita lætitia.

☞ Syntaxis. *Insperatum bonum.malum.*

INSPERGO,gis.*perspergo,respergo.*2.de Diui. 37. Cor est in extis, iam abscedet,simulac molam &vinum inspersseris.&.4.ad Her. 63.Inspergere aliquem lingua.

INSPICIENDVS,a,um.1.de Or.249. Num igitur si fundus inspiciendus,aut si,&c. Orat.37.Genus ἰσιδακτικὸν, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est. pro Cec. Tanquam si arma militis inspitiunda sint.

INSPICIO,cis.*aspicio,considero.*pro Cor.32. Reliqueras enim ciuitatem tuam,neque nostras leges inspicere potuisti. At.lib.13. ep.1.Si hortos inspexeris,dederis mihi quod ad te scribam.Qu. fr.lib.2.ep.13.Maximæ mihi curæ erit,vt Ciceronem tuum videam,scilicet quotidie sed inspiciam quid discat quàm sæpissimè.2.in Ant.44.Visne igitur te inspiciamus à puero? sic opinor 6.I.V.64.Cupere se dicit inspicere.3.de Leg.38.Ne quis inspiciat tabellam pro Flac.36.Nam vt signum publicum inspexit,dixit, ✠&c.pro Deiot.19.Negauisti tum te inspicere velle.‖Epist.lib.9. epi.7. Prædium suum non inspexit.

INSPICIOR,tis.3.de Fin.62.In bestiis vis naturæ inspici potest.

INSTABILIS,le.2.ad Her.36.Instabilis fortuna Pacuuij.& lib. 4.45.Instabilis in istum plurimum fortuna valuit.

INSTANS,tis.*præsens tempus,punctum temporis, vestigium temporis.* de Fat.27.Præterita ea dicimus,quorum superiori tempore vera fuerunt instantia: sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instantia.1.Tusc.81. Totumque leue est,sit enim ad punctum temporis:id est,quod dicunt In instanti.

¶ *Præsens.*2.ad Hær.8.Instans tempus.) (. *Præteritum & consequens.*

¶ *Imminens,impendens.*4.Tusc.11. Quæ enim venientia metuuntur,eadem efficiunt ægritudinem instantia.& 64. Instantia & sequentia.3.ad Her.3.Instans periculum.)(.*Consequens.*2. de Or. 105.Genus causæ ex controuersia facti,vel ex futuri, vel ex instantis.11.I.A.24.Si quicquam aliud vobis nisi de instanti bello cogitatum putabunt.

✠ *A* DIVNC.*Vera.)(.Falsa,de Fat.*

INSTAR.*quasi simile.7.*in Verr.43.Nauis maxima triremis instar. & 88.Nauis quæ vrbis instar habere inter alias videretur. Atti. lib.10.ep.4.Epistola quæ voluminis instar erat.1.Tusc.40. Terra ad vniuersi cœli complexum quasi puncti instar obtinet. Ep.lib.15.ep.4.Fugerana,quæ fuit non vici instar,sed vrbis.

¶ *Ferè.* At lib.16.ep.5.Mearum epistolarum nulla est σωαγωγὴ, sed habet Tyro instar septuaginta.

¶ *Pro.*de Cl.191.Plato mihi vnus instar est omnium.

¶ *Imago.exemplum.* Att.lib.10.ep.1. Hæc est ἔκφανσις, in qua nunc sumus mortis instar.& 5.de Fi.55.Hoc instar mortis puto.2.Off. 69.Patrocinio vero se vsos,aut clientes appellari, mortis instar putant.Epi.lib.9.epi 6. Equidem hos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto.pro Rab.24 Latére mortis erat instar turpissimæ, & *Ibid.* Esse instar furoris & sceleris.I.P.52. Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit,quo in patriam redij. Q.fr. li.1.ep.1.Nemo istorum est,qui non abs te munus fundi suburbani instar expectet.3.Offic.11. Omnia ex altera parte collocata,vix minimi momenti instar habent.Orato.44.Hæc magna sunt, & tanquam animi instar in corpore.

☞ Syntaxis. *Nauis instar vrbis. Scripsi literæ instar viginti.Tu mihi es instar omnium.Latére,est mortis instar.Id mihi felicitatis est instar.*

INSTAVRATIO,onis.*renouatio.*de Arusp. 23. Dij ludorum instauratione placantur.

INSTAVRATIVVS,a,um.1.de Diui.55.Itaque ludis intermissis instauratiui constituti sunt.

INSTAVRATVS,a,um.*refectus,restitutus,renouatus.*de Arusp.21. Quorum de sententia illa eadem renouata atque instaurata celebrantur.de Prouin.19. Ne instauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus.1.de Diu.55.Ludos illos iterum instauratos memoriæ proditum est.pro S.R.153. Cauete, ne noua, & multò crudelior pervos proscriptio instaurata esse videatur.

INSTAVRO,as.*renouo.* 2.in Verr. 11. Cum in Cn. Dolabellam scelus suum illud pristinum renouauit & instaurauit quæstorum.pro Dom.6.Instaurare eædem.Att.lib.1.ep.10. Cum id sacrificium virgines instaurassent.

INSTAVROR,ris.Qu.fr.lib.2.ep.5.Latinæ instaurantur.

INSTIGANS,tis.I.P. 26. Cum mea domus ardebat ignibus iniectis,instigante te.

INSTIGATIO,onis.*permotio.impulsio.*2.ad Her.47. Amplificatio instigationis auditorum causa sumitur.

INSTIGO,gas.*sollicito,*3.ad Here.26.Si eos vehementer instigare velimus.

INSTILLO,as.2.Tuscu.25. Ex quo liquatæ solis ardore excidunt guttæ,quæ saxa assiduè instillant Caucasi.Poëtæ.de Senect. 36. Nam hæc quoque nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute.Attic.lib. 9.ep.6.Literæ tuæ mihi quiddam, quo starem,instillarunt.

INSTINCTVS,a,ũ.*instigatus,*7.I.V.187.Iste nefario quodã furore & audacia instinctus.pro Dom.14.Iste metus furore instinctus. * de suis consil. Cum adolescentes tibiarum cantu instincti fores frangerent.

INSTINCTVS,ctus.*instigatio,instatus,afflatus.*1.Tuscu.64. Poëtæ carmina non sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundunt. 1.de Di.34.Oracula, quæ instinctu diuino afflatuque fundũtur. & 12. Aliquo instinctu inflatuq; diuino futura prænũciare. & 66.Cũ à corpore animus abstractus,diuino instinctu cõcitatur.

✠ *A* DIVNC.*Cœlestis* 1.*Tusc.Diuinus,*1.*Inver.*

☞ Syntaxis. *Metus furore instinctus.Timore instinctus.Diuinus instinctus,& afflatus.Instinctus & inflatus,id est afflatus.*

ISTITIONES, *ab insistendo Cicero vocat, quas stationes stellarum Astrologi nominant.*1.Tuscu.62. Quis errantium stellarum motus cursus,progressiones institiones notauit? *corruptè legitur in omnibus exemplaribus,institutiones.*

INSTITVENDVS,a,um.5.de Fini.86.Tecum mihi instituenda oratio est.1.de Orat.58.De legibus instituendis.

INSTITVENS,tis.1.de Or.1.Instituenti mihi referre,&c.

INSTITVO,is.*constituo,decerno.*At lib.6.epi.8. Cum instituissem ad te scribere, calamũq; sumpsissem.6.In Ve.21.Piratæ aliquos sibi instituunt amicos.pro Mur.22.Tu actionem instituis, ille aciem instruit.pro Clu.18.Præstò est mulier audax, instituit accusatores,instituit testes.pro Mur.60.Iniquam legem & miseram cõditionem instituit periculis hominum,si existimat, &c. 2.de Fi.2.Quem morem Arcesilas reuocauit,institutique, vt hi qui,&c.Epi.libr.13.epi. 48. Instituere ea quæ sequantur alij.pro Fon. 9. Fonteius portorium vini instituit. pro Dom.126.Instituere pœnam in alium.

¶ *Incipio.*Ep.lib.7.ep.19.Itaque vt primùm Velia nauigare cœpi,institui Topica Aristotelica conscribere.Ep.lib.10.ep.16.Flagitare senatus instituit Cornutum,vt referret,&c.Ep.lib.1.ep.1. Quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest.Ep.lib.16.ep.20. Si diligentiam quam instituisti,adhibueris,citò firmus eris.Attic.li. 9. epi.12. Hoc nescio quid nullo argumento proposito scribere institui.Q.fr.lib.3. ep. 5.Libri,quos scribere institui,&c.Quin.de Pet.42.Pergetenere istam viam,quam instituisti.2.de Or.124.Perge vt instituisti.1. de Inu.51.Instituere sermonem vel orationem cum aliquo.Or. 40.Isocrates primus instituit dilatare verba.pro Flacc.33. Cum prætor sumptus instituit eos qui antea non erant. Antequ. 10. quam nunc colere gentem instituam? &c.& 9. Cum à quibus debeam retineri,reiicere instituant.

¶ *Ordino,compono,dispono,confio.*pro Qu.Rosc.6.Codicem instituere,conscribere,ordinem conseruare.Ep.li.5.ep.12. Suscipere, instituere,perficere aliquam rem.pro Dom.30.Instituere,comparare & perficere aliquam rem.3.I.A.30.'Antonius earũ rerum omnium domesticum mercatum instituit.pro Qui.12. Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituerat sine impendio.1.de Or. 86.Instituere ciuitates,scribere leges.1.de Or.186.Instituere aliquam artem.6.in Ver.58.Instituere textrinam alicubi. & 54.Instituere officinam Syracusis.de Or.lib.1.Instituere & conseruare ciuitates.1.Ac.43.Instituere sibi certamen cum aliquo Ep. li. 14.ep.18.Instituere certos tabellarios. * Hortens. Philosophia instituit colere victum lautum & elegantem.

¶ *Facio*

¶ *Facio cieo.* Ep.lib.13.ep.61. Instituere aliquem secundum hæredem filio.1.de Orato.228. Instituere tutorem aliquem filiorum orbirati.

¶ *Erudio.*3.de Orat. 32. Instituere & erudire aliquem. 5. in Ver. 161. Instituere & erudire filios ad maiorum instituta. pro Cæl. 39. Dicet aliquis, Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendauit & tradidit: de Senect. 29. Senectus adolescentulos docet, instituit, ad omne officij munus instruit. Quin. frat. lib. 1. ep. 1. Eaquæ supràscripta sunt, non vt te instituerem, scripsi. pro Quint. 84. Alicui quid faciat definire, aliquem instituere, & ei præcepta dare. * Oecon. 2. Mercari villicum an ipse instituere consueuisti?

✠ *Adverb. Occultè,4.Ver. Sapienter,1.de Diuin.*

Institvor, tis. *homonymiam in actuo habes.* pro Dom. 37. Non vt ille filius instituatur, sed vt è patriciis exeat. pro Syll. 53. Cum omnia ordinarentur, instituerentur pararentur. 1. I. V. 68. Hoc institui, atque adeò institutum referri atque renouari, molestè ferunt. Att. lib, 16. ep. 13. Hæc nec institui, nec effici possunt sine tua ope. 1. de Leg. 9. Historia nec institui potest, nisi præparato ocio, nec exiguo tempore absolui. 2. de In. 128. Multa incommoda consequi si instituatur, vt à scripto recedatur. 2. de Orat. 162. Si quem planè rudem instituí ad dicendum velim. * pro C. Cornel. 1. Qui aliquod institui exemplum disturbandorum iudiciorum perniciosissimum voluerunt.

Institvtvs, a, um. de Clar. 281. Erat enim cùm institutus optimè, tum etiam perfectè planéque eruditus. Orator. 165. Ad hanc legem non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. de Clar. 205. Institutus ad scenam. 3. I. V. 47. In pueritia bonis artibus & disciplinis institutus non eras. 1. de Nat. 6. Diodorus & Philo, à quibus instituti fuimus. de Clar. 173. Institutus literis Græcis. 2. de Orat. 162. Doctrina liberaliter institutus. de Clar. 239. M. Glabrio institutus patris diligentia. 4. de Fin. 17. Vita instituta præceptis Philosophorum. 10. I. A. 20. Non ita à maioribus nostris instituti atque imbuti sumus, vt, &c. 1. de Orato. 180. Qui esset secundum Posthumum hæres institurus. pro Do. 1. Multa diuinitùs à maioribus nostris inuenta atque instituta. Attic. lib. 6. ep. 1. Hic magistratus multis annis post decemuiros institutus est. Quin. frat. lib. 1. ep. 1. Si omnium nomine, quicunque Romæ ludos facerent, quod erat iam institutum, erogaretur. Ep. lib. 5. ep. 12. Non eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, & iam institutarum. Epi. li. 3. epi. 9. Pro nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia. Epi. lib. 5. ep. 17. Cum rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuisset, si affuissem. Ep. lib. 3. ep. 12. Expedire exitum institutæ orationis. 2. de. Orat. 96. Cum sermo mihi cum eo esset institutus. 2. Tus. 10. Est igitur ad hunc modum sermo institutus. 2. de Diui. 5. Si instituta perfecero. 4. de Fin. 34. Rem institutam absoluere. Ep. lib. 5. ep. 12. Quæ habes instituta, perpolies. 1. de Natur. 105. Malè instituta ratio exitum reperire non potest.

✠ *Adverb. Benè, optimè, parùm, de Clar. Liberaliter doctrina,3.de Orat. Malè.1.de Nat. Non ita vt posset, pro Quint. Peritè,2.de Leg. Temerè,9. Attic.*

Institvtio, onis. *institutum, disciplina, educatio.* 1. Off. 7. Officiorum præcepta ad institutionem vitæ communis spectare videntur. 1, de Natur. 8. Multi Græcis institutionibus eruditi. 3. de Orat. 32. Cum ad cuiusque naturam institutio doctoris accommodaretur. 2. de Orat. 1. L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quàm quantum puerili illa institutione potuisset. & 3. de Or. 31. Iisdem præceptis atque in vna institutione formari. Q. fr. lib. 1. ep. 1. Hæc institutio atque disciplina potest, &c. 1. Offi. 7. Omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci. Att. lib. 1. ep. 14. Ratio institutioque administrandæ Reip. 7. in Verr. 180. Horum nos hominum sectam atque institutionem persequimur.

✠ *Adivnc. Antiqua,4.de Finib. firma, præclara, 2. de Repub. Puerilis.1.de Ora.*

Institvtvm, ti. *institutæ ratio, mos, consuetudo.* 1. I. V. 68. Att. lib. 4. epi. 17. Non oblitus consuetudinis atque instituti mei, rarius ad te scribo. de Clar. 268. Is bene iuris publici leges & instituta cognouerat. I. P. 30. Qui ciuitatis vestræ non leges, non instituta, non mores, non iura noritis. de Cl. 119. Quod si omnia à Philosophis essent petenda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. & de Cl. 1. Ex quorũ institutis in parentis eum loco colere debebam. & 213. Patrio instituto. 6. in Ver. 46. Tenere idem institutum in omnibus. 1. I. V. 5. Veteri consuetudine institutoque maiorum. pro Qui. 63. More & instituto. Orator. 159. Quid verò elegantius? quod non sit natura, sed quodam instituto: inclytus dicimus, &c. pro Mur. 72. Nulla est pœna quæ possit obseruantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere. pro Cæl. 50. Si qua mulier sit eiusmodi, qualem paulo antè descripsi, vita institutoque meretricio. 4. de Fi. 40. Duarum vitarum nobis instituta capienda. 1. de Orato. 40. C. Carbo hæsitans in maiorum institutis. Attic. lib. 9. epi. 8. Cn. Magium Pompeij præfectum deprehendi. sed & meo instituto vsus sum. 1. Offi. 1. Te abundare oportet præceptis institutisque Philosophiæ. de Cl. 101. Is tamen instituto Lælij Panætium audiuerat. Ep. lib. 5. ep. 17. Non putaui esse alienum institutis meis, hæc ad te scribere. Ep. lib. 2. ep. 13. Genus institutorum & rationum mearum dissimilitudinem habet cum illius administratione. Epi. lib. 16. ep. 6. Instituti me itenendi causa. 2. de Finib. 1. Hoc institutum posteà transiatum ad Philosopos nostros est. * Hortens. Eius omne institutum voluntatemque omnem successio prospera consecuta est. ¶ 2. de Diui. 148. Nam & maiorum instituta tueri sacris, ceremoniisque retinendis sapientis est.

¶ *Ratio, grauitas.* 8. I. A. 1. Confusius hesterno die est acta res C. Pansa, quàm postulabat institutum consulatus tui.

¶ *Consilium.* 2. de In. 164. Quod ad hoc nostrum institutum non pertinet. 2. Off. 1. De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto ac de iudicio meo dixero.

¶ *Argumentum.* Topic. 28. Sed ad huius libri institutum illa nihil pertinet.

✠ *Adivn. Agreste,3.de Finib. Ciuilia, pulcherrima,13. Attic. Domestica, 2. Phil. Iniquissima, nefaria, noua, Præclara, inuenta, & excogitata, non repentina sed certa,5. In Ver. Meliora,1. Tusc. Meretricium, vetus, pro Cæl. Patricia,4.de Finib. Nefandum atque inauditum, Prisca, pro Domo. Nouum, nefariumque. 2. In Ver. patrium, de Clar. præstantissima,5. Tusc. Regia, 4. Tusc. Tyrannica,2. Cont. Rull. vetera, pro Clu.*

Institvtvs, a, um. Orato. 162. Hæc dixi longius quàm instituta ratio postulabat. pro Dom. 141. Nec institutas ceremonias persequi potuit. * de Consolat. Quorum ingenij & inuentis omnem vitam legibus & institutis excultam constitutamque habemus.

☞ Syntaxis. *Instituere, scribere epistolam. Instituere diligentiam, sermonem, quæstum, ciuitatem, sibi cum aliquo certamen, hæredem, filios (absolutè) & ad pietatem. Instituere aliquem. & ei præcepta dare. Nõ institutus. sed imbutus. Institutus & imbutus. Institutio & præcepta. Institutio & disciplina. Ratio & institutio administrandi. Secta & institutio. Consuetudo & institutum alicuius. Iuris leges & instituta. In omnibus idem tenere institutum. Vita institutumq; meretricium. Vtare tuo instituto. Institutum ac iudicium alicuius. Ad institutum libri hoc nihil attinet.*

Instans, tis. *impendens.* 4. Tusc. 11. Quæ veniantia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia.

Instо, as. *vrgeo.* pro. Qu. 34. Tibi instat Hortensius, vt eas in consilium. 1. de Or. 99. Tibi cupienti atque instanti sæpissimè negaui. 5. I. V. 136. Instat Scandalius, poscere recuperatores. At. li. 1. ep. 10. Instat & vrget Cato. pro Font. 34. Galli instant atque vrgent summo cum studio. At. lib. 13. ep. 32. Vrge, insta, perfice. 2. de Di. 149. Instat enim, & vrget, & quocunque te verteris, persequitur. 4. in Ve. 188. Ego instare vt mihi responderet. At. li. 3. ep. 15. Quod profectò tùm sua spõte, tũ te instante facies. pro Font. 1. Insector vltrò, atque insto accusatori, iudices, insector, inquam, & flagito testes. pro Plan. 48. Etiam atque etiam insto, vrgeo, insector. pro Quint. 77. Cupidè instare alicui, 2. de Inuen. 37. Nunc quod instat agere oportet. Qu. fr. lib. 3. ep. 2. Instare de aliqua re. * Ac. Instat acriter, vt.

¶ *Impendeo, immineo.* 2. in Cat. 11. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, &c. aut instare iam planè, aut certè iam appropinquare. in P. 65. Instant magnificentissimi ludi. Att. lib. 14. ep. 9. Ita mihi videtur bellum illud instare. & lib. 13. ep. 23. Mihi instat iter longum. 1. de Diuina. 59. Quanquam iter instaret, &c. At. lib. 1. ep. 15. Instat nunc ille annus egregius. 3. de Orat. 100. Instat enim ô pater, &c. 2. de Inue. 96. Cum sacrificij dies instaret. Ep. lib. 11. ep. 20. Tibi ab ijs instat periculum.

¶ *Insisto.* 2. ad Heren. 36. Fortunam saxo instare prædicant volubili.

☞ Syntaxis. *Instare, vrgere. Instare de aliqua re. Vrgere, instare, perficere, Instat, aut certè appropinquat. Insistit globo fortuna.*

Instrvctio, onis. *apparatio, dispositio.* pro Cec. 43. Sæpe clamore ipso militum, aut instructione aspectuq; signorum magnas copias pulsas esse. 3. ad Her. 18. Hæc autem dispositio locorum, tanquam instructio missum, facilè in dicendo, sicut in pugnando, parere poterit victoriam.

Instrvctor, oris. *structor, qui conuiuiũ & mensa instruendæ curam habet.* Postqu. In Senect. 14. Conditores instructoresque conuiuij.

Instrvctvs, a, um: ctior, ssimus. *paratus, comparatus, institutus, munitus, ornatus.* Orat. 20. Alij ad permouendos animos instructi & parati. 2. de Finib. 57. Instructus ad mortem contemnen-

dam.3.de Or.28.Instructissimus ad dicendum. Orator.121.Sic igitur instructus orator veniet ad causam.1. de Leg.39.Hæ rationes,quæ satis scitè nobis instructæ & compositæ videntur. Orator. 64. Oratio instructa sententijs & verbis popularibus. pro Cæl.39.Hunc diuinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto,I.P. 5. Prouincia Senatus autoritate, exercitu & pecunia instructa & ornata.Br.ep.17.Artes,quibus scio Ciceronem instructissimum esse.1.de Fi.26.Instructior doctrinis.1. de Orat.256.Cætera verò ab optimo viro,& istis rebus instructissimo familiari nostro longo mutuabor,1.de Inuent.58. Omnibus rebus domus instructior & apparatior est. 4. ad Here. 14. Paratior & instructior veniret.3. Off. 59. Caninios emit hortos instructos.7.in Verr.132.Naues instructæ & paratæ.pro Cl. 178. Taberna instructa & ornata.4.Tus.51.Instructus,armatus,paratus,per seipsum.2.de Orat.145.Eam materiam orationis,quæ cuiusque esset generis,studiosi qui essent dicendi,omnibus locis descriptam,instructam ornatamque comprehenderent,rebus dicto & sententiis.de Cl. 161. Qui à Philosophia, à iure ciuili, ab historia esset instructior.& 233. Mediocriter à doctrina instructus, angustius etiam à natura.2.In Verr. 7. Paratus atque instructus in iudicium venit.1.de Ora.249.Cum ergo non iidem in iure ciuili satis instructi esse possimus, ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini esse videamur.& lib.2.38.Instruere se domesticis copijs.& li.1.213.Oratorem esse instructum voce & lepore quodã volo.1.de Ora, 73. Oratorem omnibus ingenuis artibus instructum accedere ad dicendum.de Clar.250.Instructus omni copia.1.de Leg. 35. Muneribus deorum nos esse instructos & ornatos.pro Pomp. 20. Mithridatis copiæ omnibus rebus ornatæ atque instructæ.10.I.A.9. Græcia M. Bruti imperio,autoritate,copijs non solùm instructa, sed etiã ornata dextram tendit Italiæ.4.Acad.115.Qui claros viros à se instructos, dicant Rempub.sæpe rexisse,pro Dom. 119. Tribunus consularibus copijs instructus. I. Vat. 3. Accusatores ab aliquo esse instructos & subornatos.2.de Nat.deor.95.Domicilium ornatum signis & picturis, instructumq; rebus omnibus necessarijs. 1. Offic.155. Nos ipsi à doctoribus atque doctrina instructi ad Rempub.& ornati accessimus. Orat. 12. Philosophia non satis instructa ad forenses causas.pro Cæc.41.Homines instructi, & certis locis cum ferro collocati.

✠ *ADVERB. Augustius, à natura,mediocritèr,à doctrina,de Clar. Benè,8.Famil.Regificè,3.Tusc. Scitè,1.1,de Legib.Separatim,2.de Orat.*

INSTRVCTVS,ctus. *apparatus.*3.de Orat. 123.Eodem instructu ornatuque comitata.

☞ Syntaxis. *Instructus & paratus ad.Rationes instructæ & compositæ. Instructus & ornatus. Instructa & ornata prouincia exercitu & pecunia,rebus omnibus instructa domus, & apparata. Hortus instructus,Nauis instructa & parata.Instructa & ornata nauis.Instructus, armatus, paratus per seipsum. Homo ab historia instructus. Augustius à natura instructus.*

INSTRVENDVS,a,um.de Clar. 116. Curio cùm tardus in cogitando,tum in instruendo dissipatus fuit.

INSTRVMENTVM,ti.*supellex,apparatus, subsidium ad aliquid agendum.*1.de Or.165.In oratoris verò instrumento, tam lautam supellectilem nunquam viderã.& 2.de Orat.146.Instrumentum causarum,& generum omnium.2.de Leg. 45. Iam æs atq; ferrũ duelli,instrumenta sunt.nõ fani.1.de Leg.59.Homo multa instrumenta habet ad adipiscendam sapientiam. de Clar. 267. Quicquid habuit,habuit ex disciplina:instrumenta naturæ deerant.ad Brut ep.4. Antonius ab alio relictum regni instrumẽtum occasionem regnandi habuit.& epi. 15. Instrumentum regni delatum ad Antonium & Lepidum. Att,lib.7.ep.8 Soluendi sunt nummi Cæsari, & instrumentum triumphi eò conferendum.2.I.C.9.Cùm industriæ subsidia atque instrumenta virtutis in libidine audaciaq; consumerentur.item:Opera,ad quorũ intelligentiã à natura minus habẽt instrumẽti.5.de Fi.7.Artibus Nemo sine eo instrumento ad vllam rem illustriorẽ potest accedere.*id est,sine bonis artibus vel scriptis Peripateticorũ.*2.de Fi.110. Quid tanto opus est instrumento in optimis artibus comparãdis?pro Mil.33.Exhibe quæso librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt è domo illius eripuisse, vt præclaram inde munus & instrumentum Tribunatus ad aliquem deferre possis. pro Rab.3.Vt in augenda re non auaritiæ prædam, sed instrumentum bonitati quæreret.de Cl.331.Eloquentiam locupletasti grauiorum artium instrumento.6.I.V.67.Hæc omnia in instrumento ac supellectili C.Verris nominabuntur.4.Ac.3. Totius belli instrumentis & apparatu.5.I.V.57.Apronius in eorum orationes venit,omne instrumentum diripuit,familiam abduxit,&c.5.in Verr. 53. Arationes magna impensa magnóque instrumento tueri.pro Dom. 62. In fundum vicini consulis non instrumenta aut ornamenta aulæ,sed etiam arbores transferebantur. * Oecon. Instrumentum & supellectilem distribuere cœpimus,ac primum ea secreuimus. *Ibidem.* Seponebantur instrumenta,quibus ad lanificia vtuntur.

✠ *ADIVN. Forense litigiosum, acre,tractum, ex vulgi opinione, exiguum sanè,atque mendicum, vulgare, ac forense,.de Orat.Magnum.7. Ver. Minus, 5. In Verr. Multa,2.de Legib.Præclarum,pro Mil.Tantum, 2. de Finib.*

☞ Syntaxis. *In oratoris instrumento supellex ista sit. Arationem tueri magna impensa, & magno instrumento. continetur ergo supellex in instrumento.*

INSTRVO,is.*paro,apparo molior,adorno,comparo,suborno.armo,instituo.*6.I.V. 9. Non enim te instruere domum tuam voluerunt in prouincia.6.I.V.62.Instruere & parare coniuium.6.I.A. 14. Possessores nullam impensam fecerant,nondum instruxerant. *id est,ipsos agros:hinc instrumentum.*pro Mur.46. Petitionem consulatus diligenter adornare & instruere.de Senect. 29.Senectus adolescentulos docet,instituit,ad omne officij munus instruit. 3.de Ora.62.Hic quem instruimus,orator.pro Cl.189.Instruere insidias in aliquo loco.4.in Anton.11. Instruere aciem.2.contra Rul. 89. & 76. Vrbs, quæ facere atque instruere bellum possit. pro Mur.22.Ille aciem instruit.pro R.P.42.& de Pro.9.Instruere exercitum. 2. I. C. 24. Instruite nunc contra istos, &c.vestra præsidia,vestros exercitus.pro Cæc. 33. Multitudinem hominũ cogere,armare.instruere.4. I. V. 84. Domum ornatã & instructam ferè iam,iste reddidit nudam & inanem.6.I. V. 60. Meq; se satis,cum potestatem haberet,instruxisse & ornasse.6. I. V. 41.Ad iudicium non se satis instruxerat.

✠ *ADVERB.Diligenter accusationem.pro Mur.*

INSTRVOR,ris.pro Cl.18.Omnis illa testium copia à matre est adornata,à matre hoc tempore instruitur,&c. pro Cæl. 72. Artes,quibus instruimur ad hunc vsum forensem,& ad capessendam Rempub.Att.lib.5. ep. 6. Instruar consiliis idoneis ad hoc negocium.Antequam. 21. Quod iam non ad vnius perniciem, sed ad vniuersorum instruitur calamitatem.

☞ Syntaxis. *Instruere domum.Orationem instruere & ornare. Instruere oratorem,insidias,exercitum,aciem,bellum.Ornare exercitum.Vrbs faciens & instruens bellum. Instruere se ad labores. Instructi in insidijs, Accusator instructus & subornatus.*

INSVAVIS,ue.*iucundus.*2.de Or.25.Qui vitam insuauẽ sine his studijs putaris.& Att.lib.10.ep.4.& Orat.157.de Amic.86.& 3.ad Her.22.Quid insuauius,quàm clamor in exordio causæ?

INSVBER,bris.in L.Pis.Insuber quidam fuit,id est,mercator & præco.pro Corn.31.Fœdera Germanorum, Insubrium, Heluetiorum,lapidum,&c.item Asconius.76.

INSVETVS,a,um.*insolens,imperitus.*Ar.lib.12.ep.2. Insuetus contumeliæ. 4. ad Herre.6. Videre ne insueti rerum maiorum videamini.

☞ Syntaxis. *Insuetus belli.*

INSVLA,læ.*terra vndique aquis cincta:item domus vndique vias habens.*Ep.lib. 15.epi.16.Si insusam Britanniam cœpero cogitare. Qu.fr.lib.2.ep.15.Literæ de insula Britannia. 6. I.V. 144. Quòd prædones procul ab insula Sicilia prohibuisset. pro Mil. 75. Insula in lacu Pretio.de Som. 15. Omnis terra parua quædam insula est circumfusa illo mari, quod Oceanum appellatis. 2. de Leg.6.Sed ventum in insulam est:hoc enim quasi rostro finditur Fibrenus:& diuisus æqualiter in duas, partes, latera hæc alluit,rapidéque dilapsus,citò in vnum confluit.10.I.A.8.At hunc his ipsis ludorũ diebus videbam in insula,clarissimi adolescentis Luculli.3. Offic. 66. Claudius proscripsit, insulam vendidit. pro Cæl.17. Nunc demum intelligo Clodij insulam esse venalem. *id est,domum.*5.de Finib.53. Veteres Philosophi in beatorum insulis fingunt qualis sit vita sapientium.Hortens.In beatorum insulis,vt fabulæ ferunt immortale æuum degere.

✠ *ADIVN.ἐκγόνιμ& 12.Att.Extrema,media,plena, atque ornata,6.In Verr.fructuosissima. 2.Contr.Rul.Inculta,tenuisque,tota.5.In Verr.Magna,2.de Nat.Parua,de Som.Scip.Multæ, Parua,& referta diuitijs.pro Pomp.Sacra,3. In.Verr.Tenera,6.Atti.venalis,pro Cæl.*

INSVLSE.*ineptè frigidè.*Ar.lib.15.epi. 4. Sanè insulsè,vt soleo:nisi fortè quæ non ames,omnia videntur insulsè fieri.& li.4.ep. 16. Et est latum herculè insulsè.& lib.5.ep.10.Multa stultè,insulsè, arroganter dici & taceri.2.de Or.221. Non insulsè interpretari aliquid.*Frag.ep.Ita locutus insulsè est,vt.

INSVLSITAS,tis.*vanitas,stultitia.*Att.lib.4.ep.11. Vix harum rerum insulsitatem fero. pro R. P. 36. Iam nostis insulsitatem Græcorum.Att.lib.13.ep.29.de Clar.283. Chrysippi insulsitatem bene noram.

INSVLSVS,a,um.*frigidus,absurdus,ineptus.*2.de Or. 257. Quidam sic insulsi exiterunt,vt nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur.pro Cæl.69.Adolescens non insulsus.1.Tusc.15.Insulsus homo

homo.Epi.lib.10.epi.21. Quæ nec illiterata,nec insulsa esse videantur.Att.lib.13.ep.31.O gulam insulsam.

☞ Syntaxis. *Stultè,insulsè,arroganter.Rerum insulsitas.Dicta insulsa & illiterata.Insulsa gula.*

INSVLTO,as.*irruo,illudo.* ‖7.I.V. 131. Num tibi insultare in calamitate,num intercludere perfugium fortunæ &c. videor?& 4. ad Her.42.Insultare in miserias alicuius.pro Flac. 38. Nunc verò non insultabo vehementiùs, nec volitabo in hoc insolentiùs, neque in istum nugatorem inuehar.pro Milo.88.Clodius, qui tot annos in hanc Remp.insultauit.

✠ *ADVER.vehementius,pro Flac.*

☞ Syntaxis. *Insultare in omnes miserias alicuius.*

INSVM,in es.*sum,insideo.*3.de Orato.141.In oratore perfecto in est omnis Philosophorum scientia.& 1.de Orato.216.Non ob eam causam inest in facultate dicendi iuris ciuilis scientia.Or.41.Inest enim natura Philosophia in huius viri mẽte quædã. Ep.li. 5.ep.15 Manere in vita,in qua nihil insit nisi miseria.de Aru.57. Nullũ dedecus reperiri potest:quod in hoc nõ insit.1.de N.118. Superstitio,in qua inest timor inanis deorũ.1.de N.121.Democritus tum censet imagines diuinitate præditas inesse vniuersitati rerum : tum principia mentesque,quæ sunt in eodem vniuerso,deos esse dicit. Top. 77. Oracula ex ipso appellata sunt, quòd inest hic deorum oratio.*Hortens.In quibus *rebus* peccata non maxima insunt.

✠ *ADVER.Mirè,1.de Diuin.*

INSVMO,mis.*impendo.*Att.lib.5.epi.17.Sic in prouincia nos gerimus,quod ad abstinentiam attinet,vt nullus teruncius insumatur in quenquam.2.de Inu.113.Insumere sumtum aut laborem in aliquam rem.

INSVMTVS,a,um.Att.lib.12.ep.4.Plus insumtum in monumentum est,quàm,&c.5.I.V.150. Qui tantum præsens lucrum nulla opera insumta contemserit.

☞ Syntaxis. *Insumere argentum in amicos,sumtũ & laborẽ in studia.*

INSVO,is.*includo.*Q.fr.lib.1.ep.2. Quoniam Smyrnę duos Mystos insuisti in culeum.pro S.R.30.Insui in culeum.

INSVPER. *præterea.*Epi.lib.15.ep.16.Cautius insuper Epicureus, &c.4.ad Her.34.Non modò i d non fecit,sed etiam insuper ipse grandi sponsione vinctus est.

INSVSVRRO,a.*flo,in aurem loquor.*4.Academ.147.Fauonius ipse insusurrat.5.Tusc.103.Insusurrare alteri. 7. I.V. 106.Insusurrare ad aurem alicuius familiariter.At.lib.1.ep.16.Insusurrare alicui cantilenam suam.

INSVSVRRATVR.Q.fr.lib.1. ep. 1.Nec in aures tuas fictè aut simulatè quæstus causa insusurretur.

✠ *ADVERB.Familiaritèr in aurem,7.in Ver. fictè,simulatè in aures,1.ad Q.fr.*

☞ Syntaxis. *Insusurrare alicui, & ad aurem, & aliquid alicui, & in aures.*

INTABESCO,scis.*extabesco.*3.de Natur.84. Diuturno morbo intabescere.

INTACTVS,a,um.Ep.libr.8. epi.2. Intactus à sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem.

INTEGELLVS,a,um.*integer.*Ep. lib.9. ep.10.Suauissimum *εωβιώτλω* nostrum præstabo integellum.

INTEGER,a,um:grior.rimus. *incorruptus, inuiolatus, castus, solidus,totus,plenus,incolumis.*)(.*contaminatus,vitiosus.* ‖ *Modi sunt loquendi huius nominis post felix illud seculum vix satis noti vulgo, vt pro corporis valitudine, cui opponitur fessus, Integrum aliquid reseruare,de re aliqua ita constituere,vt facile ipse se, aut alius explicare, & quicquid velit agere possit:Integrum esse,pro liberum esse:vide Cardinalem pag.154.Vbi multa præclara,Sic ergo Cicero.*1.de Or. 229. Cùm esset ille vir exemplum,vt scitis,innocentiæ,cumque illo nemo esset neque integrior,neque sanctior.pro Planc.3. Vita integerrima.6.I. V.7. Vir integer, innocens, religiosus.2. de Inu.36.Homo integer & castissimus.2.de Or.184. Iustus, integer,religiosus,perferens iniuriam.4,Acad.19. Integri & incorrupti sensus, 2.de Fi. 33. Omne animal integrum se ac saluum vult. 1. Tusc. 41. Multo etiam integriora ac puriora sunt,vt à te longissimè se efferant.pro Syl.86. Deos testor,integro me animo ac libero P.Syllæ causam defendere. pro Dom. 60. Cùm Gabinio integerrimas pacatissimasq; gentes ad diripiendum tradidisses.1.de Diu.30.Qui lituus in curia Saliorum situs,cùm ea deflagrasset inuentus est integer. pro Planc. 86. Quos ego florentes atque integros vici.pro Fla.61. Ex vera atque integra Græcia.3.I.C.6.Literæ integris signis datæ.de Pro.17.Annus integer est nobis expectandus.pro S.R.146.Integram prædam sine sanguine habere.ad Q.fr.lib.2.ep.5. Quintum vini planè integrum.2.de Fin.64.Integra valetudo.pro Qu. 49. Dum existimatio est integra facilè consolatur honestas egestatem. 2.I.V. 14.Coniuges integras ab istius petulantia conseruare non licitum est.

¶ *Absolutus liber.*3.de N.7.Rudẽ me discipulum atque integrum accipe.At.li.7.ep.25. Quòd me admones, vt me integrũ,quoad possim,seruem,gratum est.Ep. lib. 13.ep. 4. Reseruare omne m causam integram alicui.Ep. lib. 1.ep. 9. Vt integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reseruarem.& lib.8.ep.6. De Dolabella,integrum tibi vt reserues,suadeo. Brut.,ep. 18. Omninò tempora integram tibi causam reseruant. Epi.libr.1.ep.9. Quod ne integra re mihi ad consulendum,&c.implicatus tenebar.2. Off. 82. Is rem integram ad reditum suum iussit esse. 3. I.C.7. Vt ad consilium publicum rem integram referrem.Att. lib. 5.ep. 21. Præsertim cùm integrã rem causamq; reliquerim. ¶ *Quod licet.*pro Liga.1.Cùm id iam integrã non esset,*id est,cùm nõ possem negare.*1.I.A.26.Loquor de legib⁹ promulgatis, de quibus est integrum nobis. Epi.lib.1.epi.9.Si mihi integra omnia ac libera fuissent.I. P. 58. Non est integrum mihi consilio iam vti tuo.Part.132. Quilibet si integrum daretur, eam sententiam diceret.Att.lib.4. ep. 2. Mihi integrum est facere vel non facere.Att.lib.16.ep.2.Quod etiam ideirco trahebam, vt quàm diutissimè integrum esset.& lib.15.ep.23.Quousque inquies.quoad erit integrum.4.I. V.98. Cùm tibi in integro tota res esset. pro Rab.18. Ego si mihi esset integrum,susciperem hoc crimen.5. Tusc.62.Atq; ei ne integrum quidẽ erat,vt,&c.At.li.9.ep.12.Tum poterimus deliberare, nõ scilicet in integra re,sed certè minus infracta.pro Fla.105. Constituent quid agant,quibus integrum est.& *Ibidem.* Ij quibus integrum est, qui nondum ad honores accesserunt.Att.lib.9.ep.2.De triumpho erit,inquis, integrum. Attic.lib.4.ep.15.Sed hæc mallem integra re tecum egisse, profectò aliquid egissem.pro Mur.43.Ea dicam vobis audientibus amisso iam tempore,quæ ipsi soli re integra sæpe dixi.Attc.lib. 12.ep.40. Nisi hac æstate absolutum erit,quam rem vides integram restare,scelere me liberatum non putabo.Attic.lib.13.ep. 49.Itaque ei de integrò gratulare.& ep.27.Epistola mihi deintegrò scribenda est.In integrum restituere. *id est, in pristinum statum* L. RESTITVO. ‖ Ep.lib.2.ep.3.Nec cuiquam tuorum quicquam fieri quod tibi cum venisses non esset integrum.pro Mur.8.Non iam mihi licet,neque integrum est vt meum laborem hominum periculis subleuandis non impertiam.

✠ *ADVERB. Diutissimè,16.Famil planè.2.ad Q.Frat.*

☞ Syntaxis. *Integer & sanctus.Innocens,integer,religiosus.Integer & castus.Iustus,integer,iniuriarum perferens.Integrum ac saluum te cura.Integro ac libero animo dicere.Florentes & integri hostes,valetudo,existimatio,coniuges.Discipulus rudis & integer.Id erit integrum tibi,& de Cæsare.Tibi est integrum facere.In integro res est. Licet, & est integrum.De integro fecit,id est,denuo.In integrum restituere.*

INTEGRE,rimè.In Sal.4.Vita integerrimè acta.1.de Finib. 30. Incorruptè atque integrè iudicare.pro Pomp. 1. In amicorum periculis castè integreque versari.de Opt. 12. Atticè dicere': id est,quasi siccè & integrè.

INTEGRITAS,tis.*innocentia.*5.de Fi.40.Summum bonum cumulatur ex integritate corporis,& ex animi ratione perfecta.& lib.2.34.Integritas corporis,valetudo,&c.5.Tuscu.99. Integritas valetudinis.5.de Fin.80.Integritas vnguiculorum omnium. de Clar.Vitæ grauitas & integritas.1.Q.fr.epi.1. Tua integritas & continentia.3.I.A.25.Singularis integritas alicuius, multis magnisque rebus spectata.1.in Verr. 27. Integritas atque innocentia singularis.2.de Or. 35. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem,& integritas ad salutem vocatur.At.lib.7.ep.2. Cato integritatis & fidei mihi testimonium dedit.1.Q.fra.ep.1. Tertius hic annus habeat integritatem eandem quam superior, cautiorem etiam ac diligentiorem.At.lib.6. epi.2. Ain' tandem Attice laudator integritatis & elegantiæ nostræ ? de Clar. 132. Incorrupta Latini sermonis integritas.*in Clod.Integritas tua te purgauit.

✠ *ADIVN. Cautior,& diligentior,1.ad Q. fr. Gratissima pro Q.Lig.Incorrupta sermonis Latini,de Cla.par, pro Cluen.Prouincialis,pro Sest.Singularis,1.In. Ver. Spectata,multis magnisque in rebus,3. Phil. Summa, 13.Famil.Tanta.pro Font.*

INTEGROR,aris.*recreor,reficior.*1. de In.25.Animus defessus audiendo,aut admiratione integratur,aut risu renouatur.

☞ Syntaxis. *Incorruptè & integrè iudicare. Castè integreq; versari. integritas corporis,valetudinis. Integritas & continentia. Integritas incorrupta Latini sermonis. Animus integratur & renouatur admiratione ac risu.*

INTEGVMENTVM,ti.*inuolucrum.*I.P.12.Vereor ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis, inuoluram integumentis, nondum cernat.Postquã.In Sen.15.Frontis integumento ad occultanda tanta vitia,diutius vti non licebit.2.de Or.350. Aliquãdo euolutus es illis integumentis dissimulationis tuæ.&c.1. de Orator.161. Per quædam inuolucra & integumenta perspicere aliquid.

☞ Syntaxis. *Inuolucrum & integumentum.Per integumenta aliquid perspicere.*

INTELLECTIO,onis.*synecdoche.*4.ad Herre.45.Intellectio est,

cùm res tota parua de parte cognoſcitur, aut de toto pars.

INTELLIGENS, tis. *ingenioſus, callidus.* (. *Idiota.* de Vn. 8. Nihil non intelligens intelligente præſtantius eſt. de Cl. 183. Non ſem per vulgi iudicium cum intelligentium iudicio congruit. de Op. 11. Qui teretes aures habent, intelligensque iudicium. 3. de Fi. 19. Doctus & intelligens vir. de Cl. 198. Intelligẽs diſcẽdi exiſtimator. de Cl. 320. Exiſtimator doctus & intelligens. 6. I. V. 4. Quæ non modò iſtum hominem ingenioſum & intelligentem, verùm etiam quemuis noſtrûm, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. 6. I. V. 149. Prætor intelligens negare. 2. de Fi. 63. Erat & cupidus voluptatum, & cuiuſuis generis eius intelligens & copioſus.

INTELLIGENTER. *cum docilitate, quod inepti dicunt, intelligibiliter.* Par. 28. Intelligenter audiri.

☞ Syntaxis. *Iudicium intelligens. Doctus & intelligens. Ingenioſus & intelligens. Copioſus, & intelligens voluptatum.*

INTELLIGENTIA, tiæ. *prudentia, cognitio, ſcientia, notio.* ‖ *Poſteri Ciceronis pro Intelligentia intellectum vſurparunt, Cum Antiquiores omnes hoc vocabulo, Intelligentiæ, & intelligendi actionem, & vim & inſtrumentum ipſum quo animus aliquid comprehendit, expreſſerint: nunquam vero intellectum vocarint.* 2. de Inuen. 160. Intelligentia eſt per quam animus perſpicit quæ ſunt. & Top. 27. 1. de Leg. 26. Natura homini rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enodauit, tanquam fundamenta ſcientiæ. 1. de Leg. 59. Principio homines rerum omnium quaſi adumbratas quaſdam intelligentias animo ac mente concipiunt. de Vn. 8. Deus intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore. 1. de Leg. 27. Natura nullo docente profecta ab ijs, quorum ex prima & inchoata intelligentia genera cognouit, confirmat ipſa per ſe rationem & perficit. 1. de Leg. 44. Nam & communis intelligentia nobis notas res efficit easque in animis noſtris inchoauit, vt honeſta in virtute ponantur, in vitiis turpia. 2. de N. 42. Cum in æthere aſtra gignantur, conſentaneũ eſt, in his ſenſum ineſſe & intelligentiam. 4. Ac. 119. Quòd quædam animalis intelligentia per omnia permeet. 3. de Fin. 21. Simul autem incipit intelligentia, vel notionem potiùs, quàm appellant ἔννοιαν illi, viditque, &c. 1. Tuſc. 51. Difficile eſt animi, quid, aut qualis ſit, intelligentia. Par. 29. & 2. Off. 34. Prudentia & intelligentia idem. 3. de Nat. 64. Neptunum eſſe animum cum intelligentia per mare pergentem. 1. de Na. 49. In eas imagines mentem intentam infixamque noſtram intelligentiam capere, quid ſit deus. Ora. 10. Plato ait, ideas ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri. 3. Off. 68. Quatenus aliquid ratione & intelligentia teneri poteſt. 1. de N. 26. Mens ſimplex fugere intelligentiæ noſtræ vim ac notionem videtur. 1. de Diu. 70. Pars animi, quæ rationis atque intelligentiæ ſit particeps. de Vn. 3. Quod intelligentia & ratione cõprehenditur. 1. de Or. 12. Quod longiſſimè ſit ab imperitorum intelligentia ſenſuq; diſiũctum. & 3. de Orat. 193. Idque faciunt etiam in aliis operibus, ad quorum intelligentiam à natura minus habent inſtrumenti. Ora. 117. Definire aliquid ad commune iudicium, populariterque intelligentiam accommodatè. 9. I. A. 10. Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam habuerunt. 1. de Nat. 49. Tamen fretus intelligentia veſtra breuiùs diſſero, quàm cauſa deſiderat. 1. de In. 56. Noui intelligentiam veſtram iudices, non poteſt ita videri. de Op. 12. Qui intelligentiam ponunt in audiendi faſtidio. pro S. R. 49. Quid cenſes, hunc quo ſtudio & qua intelligentia eſſe in rebus ruſticis. 6. I. V. 46. Vt intelligatis in homine intelligentiam eſſe, non auariciam. 3. Offi. 17. Honeſtum, quod in noſtram intelligentiam cadit. & 72. In malitia ſimulatio intelligentiæ. 1. de Inu. 91. Aut falſum quiddam hoc pacto ſapientia eſt, pecuniæ acquirendæ intelligentia. de Cl. 102. Mutius iuris ciuilis intelligentia præſtitit. & 229. Is omnes intelligentia anteibat. 4. Ac. 20. Quid de guſtatu & odoratu loquar? in quib. intelligentia etſi vitioſa eſt, quædam tamen, &c. 5. Tuſc. 68. Proponenda quædam quaſi mouentia ſunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligentiamque conuertant. * Hortenſ. Nobis acuentibus intelligentiam, quæ eſt mentis acies.

✠ *A* DIVN. *Animalis, 1. Cont. Rull. Communis, 1. de Ora. Difficilis vitioſa, 4. Aca. Magna iuris ciuilis, de Clar. Mediocris, 3. de Inu. Popularis, Ora. Obſcuræ, & neceſſariæ. 2. de Leg. Præſtans, 2. de Na. Prima, & inchoata, vulgaris, 1. de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Intelligentia, obſcura, adumbrata, in animo incluſa, concepta, prima, inchoata. Animus rationis & intelligentiæ compos. Communeiudicium, & popularis intelligentia. Intelligentiã habere. Fretus intelligẽtia tua. id eſt, perſpicacia, iudicio. In intelligentiã cadere. Iuris intelligentia præſtans. In guſtu intelligentia. Cognitio & intelligentia.*

INTELLIGENDI. Orator. 10. Ille non intelligendi ſolùm, ſed etiam dicendi grauiſſimus autor Plato.

INTELLIGENS, tis. in Piſon. 68. Oratio adoleſcenti non acriter intelligenti præceps.

INTELLIGO, gis. *cognoſco, ſentio, teneo, capio, percipio, interpretor, mente complector, cogitatione comprehendo, complector, perſpicio, cõprehendo, animaduerto, intelligentiam habeo, accipio, diſco, animo percipio, intelligentia & ratione comprehendo, ratione & intelligentia teneo, animo & cogitatione comprehendo, conſtrictum conſcientia teneo, perſequor, ſententiam alicuius interpretor.* 3. Tuſc. 34. Attic. lib. 2. ep. 18. Accepi aliquot epiſtolas tuas, ex quibus intellexi, &c. & lib. 6. ep. 1. De me ſcribis, te ex Philotimi literis cognouiſſe. & ep. 9. Intellexi ex tuis literis, te ex Turannio audiſſe, à me prouinciam fratri traditam. 2. de. Or. 60. Sed ne latiùs hoc patére videatur, hæc duntaxat in Græcis intelligo: quæ ipſi, qui ſcripſerunt, voluerunt à vulgo intelligi. 1. de N. 110. Puderet me dicere nõ intelligere, ſi vos ipſi intelligeretis, qui iſta defenditis. 47. Itaque corp⁹ quid ſit, intelligo: quaſi corpus quid ſit, nullo prorſus modo intelligo. 6. In Ver. 94. Tameſi nõ tã multũ in iſtis rebus intelligo. 7. in Verr. 147. Quod iſte neq; attẽdere vnquã, neq; intelligere potuit. 3. de N. 3. Ea quæ minus intellexi, & ea quæ parũ accepi. 1. Off. 146. Intelligo, animaduerto, ſentio. Par. 6. Quem enim intelligimus diuitẽ aut hoc verbum, in quo homine ponimus? 2. de Leg. 62. Noſtræ legis interpretes, quo capite iubemur ſumptus remouere, &c. hoc intelligũt, in primis ſepulchrorum magnificentiam eſſe minuendam. pro S. R. 87. Quàm ſis audax, hinc omnes intelligere poſſunt, quod, &c. pro Cec. 37. Verum ita eſt, vt dicis te deiectum debeo intelligere, etiamſi tactus non ſis. 2. Off. 48. Quam qui audiunt, intelligere & ſapere plus quàm cæteros arbitrantur. Attic. lib. 11. epiſt. 13. De fundo Fruſinati redimendo iampridem intellexiſti voluntatem meã. Att. lib. 9. ep. 2. Vtrum hoc tu parum meminiſti, an ego non ſatis intellexi. & lib. 8. ep. 16. Explicari mihi tuum conſilium planè volo, vt penitùs intelligam. 1. de Inu. 88. Ambiguum ſi conceſſeris, ex ea parte quam intellexeris, &c. 1. de Nat. 36. Illud non poſſumus intelligere. Top. 27. Cernere & intelligere aliquid animo.

✠ *A* DVERB. *Acritèr, in Piſo. Diligentèr, prorſus nihil. 2. de Diu. Haud ſanè. 2. Offi. Malè, 16. Att. Melius, præclarè, prudenter, de Clar. Non ferè, 3. Offic. Non tam multum. 6. In Ver. Minus, 3. de Nat. Optimè, 2. Philip. Penitus, 8. At. Perſpicuè, pro Cæc. Planè, 10. At. Planè rationẽ, 3. de Orat. Planè non, At. Prorſus, 4, Tuſcu. de Pulchrè, 11. Fa. Quamprimùm. 13. Fa. Rectè. 9. Atti.*

INTELLIGOR, tis. de Amic. 23. Id ſi minus intelligitur quanta vis amicitiæ ſit, ex diſcordiis percipi poteſt. 2. de Orat. 25. Malo non intelligi orationem meam, quàm reprehendi. de Na. lib. 3. Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipſa per ſeſe cognoſci atque intelligi poteſt. de Fat. 44. Ex quo facilè intellectum eſt, verbis eos, non re diſſidere. 5. I. V. 110. Vnde ergo hoc intelligi poteſt? ex hoc maximè, quòd, &c. Orat. 134. Hoc quale eſſe debeat, ex ipſis, quæ ſuprà dicta ſunt, intelligi poteſt. & 15. Cuius ex epiſtolis intelligi licet, quam frequens, &c. & *ibidem.* 14. Quod pòſt magis intelligetur. & 202. Sed tamen nec nimis eſſe diuerſa, nec vllo modo coniuncta intelligi licet. 3. de Leg. 3. Cùm dico legem, nihil aliud intelligi volo, quàm imperium, ſine quo, &c.

✠ *A* DVERB. *Aperiè. 1. de Inuent. Facilè, de Fat.*

INTEMELII, *populi.* Epiſt. Cælij. lib. 8. ep. 15.

INTEMPERANS, tis. tior, ſſimus, *immoderatus, intemperatus, qui ſe in omni libidine effundit, libidinoſus, impurus, cupidus.* Att. li. 13. ep. 26. Intemperans ſum in rei cupiditate, quam noſti. de Sen. 29. Libidinoſa & intemperans adoleſcentia. Poſtquam. in Sen. 13. Vir libidinoſus, impurus, intemperans. Ep. lib. 9. epiſt. 16. Homo intemperantiſſimus. in Var. 1. Sed fui paulò in te intemperantior fortaſſe, quàm debui. 5. I. V. 160. Intemperans, vir, & impudica mulier.

✠ *A* DVERB. *Valdè. 9. Famil.*

INTEMPERANTER. tius. *intemperatè, inſolenter.* 1. I. A. 12. Nimis iracundè & valde intemperanter. 1. Tuſculan. 6. Intemperanter abuti aliqua re. & 5. I. A. 48. Intemperantiùs vti aliqua re.

☞ Syntaxis. *Intemperans & libidinoſus. Libidinoſus, impurus, intemperans.*

INTEMPERANTIA, tiæ. *intemperies, incontinentia, inſolentia.* 4. Tuſculan. 22. Intemperantia eſt, à tota mente & recta ratione defectio. 1. Academ. 37. Et omnium perturbationum arbitratur eſſe matrem, immoderatam quandam intemperantiam. 2. contr. Rull. 99. Hæc ego vos concupiſſe pro veſtra intemperantia non miror. 1. Offic. 123. Si autem libidinum intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt. Poſtquam In Sen. 10. Qui ne ſanctiſſima quidem parte corporis potuiſſet hominum impuram intemperantiam propulſare. pro Domo. 21. Is tanta fuit intemperantia, vt, &c. de Aruſpic. 42. Explere intemperantiam alicuius. pro Cælio. 25. Is multa de in-

conti

continentia intemperantiáque disseruit.3. de Nat. 71. Iniustitiæ,intemperantiæ,timiditatis quæ femina essent.* 4. Tus. 41. Moderatam intemperantiam approbo.

✠ ADIVNC.*Immoderatata.1. Aca.Impudentior.1.Offi. Impura, postquã ad Quir.Inimica alicui,moderata.4. Tusc.Multa.pro Cæl.Tanta.pro Dom.Turpior.7.Fam.*

☞ Syntaxis.*Libidinum intemperantia.*

INTEMPERATE.*intemperanter.* de Vn. 38. Immoderatè & intemperatè viuere.

INTEMPERATVS, a, um. ſſimus. I. P. 22. Intemperatiſſimè perpotationes. & 72. Intemperatiſſima pecus. de Amic. 77. Intemperata quædam beneuolentia.

INTEMPERIES,ei.*modeſtia,procacitas.* Att.lib.4.ep.6. Ne qui videor non ſtultè illius amici intemperiem tuliſſe, rurſus ſtultè illius iniuriam faciam illuſtrem.

INTEMPESTIVE.1. Offi. 88. Ne iraſcamur intempeſtiuè accedentibus,aut impudenter rogantibus.& Ep.lib.11.ep.16. Qui ad nos intempeſtiuè adſunt.

INTEMPESTIVVS,a,um.*peruerſus,præpoſterus.* Att.lib.4. ep. 13. Nunquam mihi tua epiſtola aut intempeſtiua aut loquax viſa eſt.pro Mur.13.Intempeſtiuum conuiuium.de Am.22.Amicitia nunquam intempeſtiua, nunquam moleſta eſt.

INTEMPESTVS,a,um.*concubius.*1.I. A.8. Cùm intempeſta nox eſſet,manſi in villa.6.I.V.94.& 7.In Ver. 91. Repente nocte intempeſta ſeruorum armatorum fit concurſus. I. P. 92. Is nocte intempeſta abijt.

☞ Syntaxis.*Intempeſtiuè ad aliquem adeſſe.*

INTENDENS,tis.*extendens,fundens.*1.de N. 54. Immenſa regionum magnitudo,in quam ſe inijciens & intendens animus latè longéque peregrinatur.

INTENDO, dis:intendi,intenſum & intentum. *porrigo, extendo, intento.* Att.lib.16.ep.14.Et ſimul dextrã intẽdit ad ſtatuã.4.Aca. 30. Mẽs naturalẽ vim habet, quã intẽdit ad ea quibus mouetur. & *ibid.* Intẽdere ſenſus ad res percipiendas.11.I.A.22.Si fieri poſſet, vel pluresse animos habere vellem , quos omnes ad Mutinam intenderes.1.de Orat.203.Sed vt commonſtrarem tantùm viam , &c. vt fieri ſolet , digitum ad fontes intenderem , & 135. Studium nihil prodeſt peruenienti aliquò,niſi illud , quod eo, quò intendas,ferat deducátque,cognôris.4. Acad.80.Intendere longiùs aciem. 4. Tuſcul. 38. Intendere aciem acrem in omnes partes.

¶ *Exerceo,ago,vtor.*2.Tuſ.56.Qui volunt exclamare maius, non ſatis habent,laterea , fauces , linguam intendere , toto corpore contentioni vocis aſſeruiunt. 2. Tuſc. 56. Nunquam ingemiſcit vir fortis,nã fortè vt ſe intendat ad firmitatem.4. Acad.89. Intendere arcum.4. Acad.89.Intendit crinitus Apollo arcum aura tum Luna innixus. Or. 59.¶Intendere & remittere ſonum vocis. Hort.Quæro,non quibus rebus intendam animum, ſed quibus relaxem ac remittam.

¶ *Conor,nitor,cogito.*1.I. C. 30. Si iſte quò intendit,in Manliana caſtra peruenerit.pro Mur.22.Vt eò quò intendit,maturè cum exercitu perueniat.10.I.A.9.Si C.Antonius,quod animo intenderat,perficere potuiſſet.*id eſt,conceperat.*2.de Ora.179. Hoc tibi antè explicandum eſt,quam illuc proficiſcare , quò te dicis intendere.7. I. A.27. Agitur vita & fortuna optimi cuiuſque , quò cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iampridem intendit Antonius.pro Fl.84.In quo quid reprehendis? q falſum intẽderit?quî doces?pro Q.88.Is ſibi eum nuper edidit ſocium, quem(quomodo nunc intendit)ne in viuorum quidem numero tum demonſtrat fuiſſe.

¶ *Adhibeo,excito.*4.Acad.46. Defigere & intendere animum in aliquam rem.Item Intendere cõſiderationem in aliquam rem. 4.Ac.46. Parum defigunt animo & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt.2.I.V.10.Intendere animum aliquò.

¶ *Infero,paro,molior.*de Ar.1. Simul ac peticulum iudicij intendi.omnem illius impetum compreſſi.pro Qu.47. Minas iactare,pericula intendere.1.de Or.42.& pro Cec.10.Intendere litem alicui.*id eſt,inferre.*pro Mil.37. Alicui diem dicere , mulctam irrogare,actionem perduellionis intendere.Ep.lib.8.ep.4. Intendere ſe aduerſarium in magiſtratum alicuius.2. ad Her. 45. Intendere controuerſiam. *id eſt , conteſtari litem.* & 4. ad Her. 38. Huiuſmodi intendere orationem,quæ redarguatur.

INTENDOR,ris.2.Tuſ.56. In profundenda voce omne corpus intenditur.pro S.R.7. Peto à te, vt periculum , quod in omnes intenditur,propulſes.

✠ ADVER.*Longiùs aciem.4. Acad. Malitiosè genus litis.pro Cæc.*

☞ Syntaxis.*Intendere animum ad patriam,digitum ad fontem,aciem longius,linguam,corpus,arcum,vocem. Quò cupiditatem intendis? Animo intendere. Defigere & intendere animos in aliquam rem.Intendere alicui periculum.*

INTENSVS,a,um.*inflatus,tumidus.* Or.124.Principia verecunda, non elatis intenſa verbis.

INTENSIVS,*aduer.vehementiùs,acriùs,maiore cupiditate.*4.ad Her. 70.Alia meliora ſunt,quę multò intenſiùs petimus in vita.

INTENTANS, tis. 2. de Inu.125. Tum ipſum aduerſarium quaſi intentantis loco producendo, hoc interrogando, vtrùm,&c.

INTENTIO, onis.*contentio,diligentia.*2.de Inu. 46. Cùm animus hac intentione omnes totius negotij partes cõſiderabit.4. Tuſ. 3.Mentem à cogitationum intentione cantu & fidibus ad tranquillitatem traducere.

¶ *Criminis obiectio.*1.ad Her.27.& 1.de Inu.13.Intentio,Occidiſti Aiacem.Inficiatio,Non occidi.

¶ *Mens,conſilium,animus.*2.de Inu.125. Poſtea facti aut intentionis aduerſariorum, cum ipſo ſcripto contentio.

INTENTO,as.5.Tuſ.76.Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem & patientiam ſe debilitaturum minatur. pro S. R.100. Explicet ſuum volumẽ illud,quod aiunt,Sex.Roſcio intentaſſe, & meditatum eſſe,ſe omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum. pro Mil.37. Clodius non ſeruos,non arma, non vim intentauit?

INTENTVS,tus.*proiectio,porrectio.*pro Seſt.117.Voces quidem & palmarum intentus , & maledictorum clamores omnes profuderunt.

INTENTVS,a,um.*attentus.*1.de Nat.d.27.Animum eſſe per naturam rerum omnem intentum & commeantem.& 49. In eas imagines mentem intentam infixámque noſtram intelligentiam capere,quæ ſit beata natura.11.I.A.22. Intendere animum ad aliquam rem , referre animum ad aliquam rem , animum alicuius intentum eſſe ad aliquid faciendum.11.I.A.22.Quamuis intentus animus tuus ſit ad fortiſſimum virum liberandum. 2. Contra Rull. 76. Intentis oculis omnes reipub. partes intueri. pro Flac. 26. Aliquid quàm maximè intentis oculis (vt aiunt) acerrimè contemplari. 3. de Orat. 214. Voces , vt chordæ , ſunt intentæ,quæ,&c de Sen.37. Appius intentum animum tãquam arcum habeat.

¶ *Acer.*2.de Or.211.Oratio lenis & ſummiſſa.)(. *Intenta & vehemens.*1.de Orat.255.Sermo paulò intentior.

¶ *Illatus.*de Pro.23.Tela vndique in patriam intenta.I.P.5. Ego tela intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum manibus extorſi. pro Seſt. 42. Intenta ſigna legionum exiſtimantur ceruicibus bonisque veſtris.pro Mil.68. Iſta omnia in huũc vnum inſtituta,parata,intẽta ſunt.* pro Seſt.15. Fuerat ille annus tãquam in Reip. magno metu & multorũ timore intẽtus arcus in me vnũ.

¶ *Extenſus.*7. I. V. 30. & 79.In ore portus tabernacula curbaſeis intenta velis collocabat.

✠ ADVER.*Quam maximè.pro Fla.vndique,de Prou.*

☞ Syntaxis. *Intentare alicui arma , ſeruos,vim. Intentus animus per naturam rerum. Mens intenta & infixa. Ad aliquam rem intendere animum. Intenta ſigna , tela in patriam. Tabernacula intenta velis carbaſeis.*

INTER.7.In Vert.101. Nulla vox alia inter dolorem crepitumq; plagarum audiebatur.

¶ *Ratione numeri.*1.de Orat.45. Non ſum neſcius iſta inter Græcos dici & diſceptari ſolere.1.de Orat.176.Qua de re inter Marcellos & Claudianos centum viri iudicârunt.2.de Or.104.Nihil eſt enim, quod inter homines ambigatur , in quo non quæratur,&c.2.de Orat.150.Inter ingenium & diligẽtiam perpaulum loci reliquum eſt arti.de Cla.Orat.333.Galba fuit inter tot æquales vnus excellẽs.& Or.6.Vnus excellit inter omnes. de Cl.230. Hortenſius ſuos inter æquales longè præſtitit.pro Planc.32. P. Craſſus inter equites Romanos ſummo ſplendore fuit. Or. 99. Furere apud ſanos,& quaſi inter ſobrios bacchari. de Som. 14. Homines qui terram incolunt interruptos ita eſſe,vt nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poſſit.de Am.27.Ea charitas,quę eſt inter natos & parentes.Attic.lib.8. ep. 11. Huius enim operis maximi inter homines illum eſſe affectorem volo.de Amic.33. Quæ ſæpè inter me & Scipionem de amicitia diſſerebãtur. pro Q.46.Qui inter tot annos nõ appellârit quidem Quintium.pro Pom.68.Qui inter tot annos vnus inuentus eſt, quem ſocij in vrbes ſuas cum exercitu veniſſe gaudeãt.4.I.V.130. Vt dies quadraginta quinque inter binos ludos tollerentur.2. in Anton. 65. Si inter cœnam in tuis immanib. illis proculis hoc tibi accidiſſet.Qu.Frat.lib.3.ep.15.Hæc inter cœnam Tironi dictaui , ne mirêre alia manu eſſe.1.de Leg. 67. Vſucapionem XII. tabulæ inter quinque pedes eſſe voluerunt. Att. lib. 9. ep.2. Inter me & Brundiſium Cæſar eſt. item : Hoc inter me & illos intereſt, quòd.&c.pro Sex. Roſc.11.Iudicium inter ſicarios cõmittitur. 3.I.V.65.Philodamus in primis inter ſuos copioſus.

✠ ¶ *Cicero & qui incorrupta Latini ſermonis integritate fuerunt,hac præpoſitione ea efferunt quæ & ijdem antiquiores, & qui nam ſunt recentiores, per Inuicẽ.Cicero Amant inter ſe, Quod cũ multo elegantius dici iſtiuſmodi per inter videantur,exempla hic video quibus inter pro inuicẽ,aut Mutuo rectè iungi poſſet.*2.de Or.222.Atque hęc inter ſe iungi copulariq; poſſint.2.de Or.223.Capita inter ſe cõtraria. & de Op.L. CONTRARIVS.At.li.6.ep.1.Ciceriones pueri amãt inter

se,discunt.1.de Nat.113.Dij inter se diligunt.Qu.Frat.lib.3.ep.5. Pueri valent,& nos,& inter se amant.Att.lib.6.ep.1.Quæ fuerамus ego & tu inter nos de sopore locuti.3.I.C.13. Illi furtim inter se aspiciebant. 2.de Orat. 94. Aliqui voluntate similes inter sese.Ep.lib.13.ep.73.Nihil potest esse coniunctius, quàm nos inter nos risum tenere. 1. de Orat. 83. Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. de Cl. 148. In reliquis dissimiles inter se fuerunt. de Atusp. 63. Nostræ sunt inter nos ire discordiæque placandæ.Attic.lib.9.ep.2.Duæ artes inter se pares.1. I. V.34. Vobis inter vos voluntas fuit coniuncta.de Cl.84. Sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributum est. Attic.lib.2.ep.7. Vna spes salutis est,istorum inter istos dissensio.de Amic.50.Bonis inter bonos quasi necessariam beneuolentiam esse.1.de Nat.71. Hoc mirabilius,quòd vos inter vos risum tenere possitis.Attic lib.10. ep. 4. De ea re nos inter nos locuti sumus. 1. de Diuin.58. Nos inter nos esse complexos.2.de Orat.295.Sed quid vos inter vos. Ep.lib.9.ep.8.Puto fore,vt mirêre, id nos locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus.de Am. 84. Neque solùm colent se inter se,sed,&c.1.Offi. 51. Ac latissimè quidem patens hominib. inter homines, omnibus inter omnes societas hæc est. & 22.Hominum inter homines societas. & *ibidem*. Ipsi inter se alij alijs prosunt.11. I. A. 2. Quorum summum quondam inter ipsos odium meministis. pro Cor. 60. Nostras inimicitias ipsi inter nos geramus. Attic. lib. 14. ep. 15. Vt nosmet ipsi inter nos coniunctiores simus. pro Qu. 30. Vt aut vterque inter se, aut neuter satisfaret. Attic.lib.8.ep.20.Qui inter se ne noti sunt.5. de Fin. 12. In eo nonnunquam variari inter eos & dubitari videtur.Ep. lib. 1. ep. 9. Atque vtinam hæc inter nos studia exercere possemus. pro Cecin. 52. Sermo familiaris non cohærebit, sed verba inter nos aucupabimur. 2. de Orat. 7. Sermo quem illi quondam inter se de his rebus habuissent.de Vn. 33. Hæc inter se penè contingunt.& *ibidem*.35.Quos fratres inter se & agnatos appellare videmus.pro Mil.13. Vim inter ciues susceptam esse. Antequam.20.Non patiar, vt opera mea manus inter vos conferatis,& cædes ciuium inter se fiat. Ep.lib.9. ep. 8. Sermo inter nos habitus.Ep.lib.12. ep. 28. Non enim inter nos facere debemus.1.de Orat. 215. Multum inter se distant istæ facultates,longéque sunt diuersæ atque seiunctæ.de Fat.15. Si in sphæra maximi orbes sunt, medij inter se diuidunctur. ‖ Ep. lib. 12. ep. 29. Amor inter nos natus est.

☞ Syntaxis.*Cædes ciuium inter se facta. Illi inter se risum tenent. Nostræ inter nos iræ placandæ. Vobis inter vos voluntas coniuncta. Istorũ inter istos dissensio. Amata inter vos. Colunt illi se inter se.*

INTERAMNA,næ.*oppidum*.Att.lib.2.ep.1. & pro Dom.

INTERAMNIS.pro Mil.47.Caius Cassius Interamnis.

INTERCALANDI,do.2.de Leg.29.Quod tempus.&c. diligenter habenda ratio intercalandi est. Epist. lib.8. epist.6. Cutio bellissimè, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum.

INTERCALARIS,re. *Februarius, quod in eo dies vnus interponitur*.Ep.lib.5.ep.14. Ad VI.Cal.intercalares priores. pro Quin.79. Die Nævi diem,ante V.Cal.intercalares. & *ibidem*. Pridie Cal. intercalares.

INTERCALARIVS,ria,rium.*intercalaris,id est,interpositus, intersectus*.4.I.V.130.Tunc Cephaleditani decreuerũt intercalarium XLV.dies longum, vt reliqui menses in suam rationem reuerterentur.

INTERCALATVR.Att.lib.5.ep.21.Cum scies Romæ intercalatum sit,nec ne,velim ad me scribas.

INTERCALOR,ris.*interponor,adiungor,prorogor*. Ep. lib. 7. ep.2. Quotidie vota facimus,ne intercaletur. Att.lib.5.ep. 9. Te rogo vt pugnes,ne intercaletur. Att.lib.4.ep.13. Præmuni quæso vt simus annui,ne intercaletur quid.& lib.6.ep.1.

INTERCAPEDO, nis. *intermissio,interuallum*. Epist. lib.16.ep.21. Itaque iam me non pœnitebit intercapedinem scribendi fecisse. 1.de Finib. 61. Quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiæ.Epist.lib.9.epist.22. Quid enim,non honestum verbum est diuisio?at inest obscœnum, cui respondet intercapedo.

* INTERCEDITVR,*impersonale*.pro C.Cor.1. Legere codicem cùm intercedatur.

INTERCEDO, dis.*interfum,interuenio*.2. de Orat.89. Vixannus interfuerat ab hoc sermone cohortationis meæ, cum iste, &c.pro Clu.72.Vnus & alter dies interfuerat, cùm res parum certa videbatur. 2. de Fin. 102. Ne id quidem fieri potest, nisi cùm multa annorum interfuerint millia.4. I. V. 89. Vna nox interfuerat,cum,&c.1.I.C.4.Nox nulla interfuit, mox interfectus est.pro Qu.48. Is qui cum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ & necessitudines veteres intercedebant. & 54. Affinis meus, qui cum mihi necessitudo vetus, controuersia de re pecuniaria recens intercedit.Ep.lib.6.ep. 12. Veteres mihi necessitudines cum his omnib.intercedunt. pro Cæl.32. Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo.Ep.lib.13. ep. 65. Multáque & magna inter nos officia & paria & mutua intercedunt. Ep. lib. 13.ep.4.Cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen terogarem. de Amic.79. Si morum aut studiorum commutatio facta erit, aut in reip.partibus dissensio interfuerit. 1. ad Her. 16.Ratio,quæ nisi intercederet,nec causa quidem esset,&c. Ep. lib.1.ep.2.De his rebus pridie quàm hæc scripsi, senatus autoritas interfuerat.Ep.lib.15.ep.2.Cùm vestra autoritas interfuisset,vt ego regem tuerer.de Cl.173.Itaque eum,etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neque secundum tamen, neque tertium dixerim.3.de Fin.67.Ea natura est hominis,vt cum genere humano quasi ciuile ius intercedat.Ep.lib.1.ep.9. De Vatinio autem primùm reditus inter fuerat in gratiam.Ep.lib.13. ep.23.Inter nos vetus vsus intercedit.

¶ *Rogando impetro*.Att.lib.6.ep. 1. Adscribit etiam interfuisse se pro eis magnam pecuniam. 2. I. A. 45. Tantùm enim pro te interfuisse dicebat. Ep. lib. 1. ep. 9. Nullum meum minimum dictum,non modò factum pro Cæsare interfuit,quod ille,&c.

¶ *Obsto,aduersor,reluctor,resisto*.2. de Or.197. Tribuni ex templo pulsi cum intercedere rogationi vellent.Qu.Fr.lib.2.ep.5.Monstra de aliquo promulgare,quibus intercedat nemo. 3. de L. 18. Quod legationis genus ego consul sustuliſſem approbante senatu, nisi mihi Leuinus Trib. pleb. interfuisset. pro Qu. 65. Quid,si M. Brutus interfuturum se dixit, &c. videturne interfuisse appellatio tribunorum?Ep.lib.1. ep. 2. De his rebus pridie quàm hæc scripsi, senatus autoritas grauissima interfuerat: cui cùm Cato & Caninius interfuissent, tamen est perscripta.Ep.lib.1.ep.7. Eáque quæ de reductione regis scripta est autoritas, cui scis interfuisse, vt ne quis omninò regem reduceret,tantam vim habet,vt,&c. Att.lib.1.ep. 13. Qui veritus est,ne Fusius ei legi intercederet,quæ ex S.C.ferebatur. Ep.lib. 10.ep.10.Méque sententiæ quæ secunda pronunciata erat, cùm frequens assentiretur senatus,rogatu Seruilij P.Titius interfuit.*ter*. Item Si nulla ægritudo huic gaudio interfuerit.

✠ *ADVER. Turpiter. 8.Famil.*

INTERCEPTIO,onis.pro Cl. 167. Quæ deinde interceptio poculi?cur non de integro autem datum?

INTERCEPTVS,ta.ad Qu.Fr. & Attic. lib. 1. Literæ interceptæ. 2, Contra Rull. 3. Honos ad alienæ petitionis occasionem interceptus.

INTERCESSIO,onis.*quam vulgus, oppositionem vocat, præsertim in causis forensibus*.2.Contra Rul. 30. Cùm intercessio stultitiam intercessoris significatura sit,non rem impeditura. 1. In Ant.25. Quas tu mihi intercessiones inquis?Or.lib.1.

✠ *ADIVN. Pestifera. 2. Philip.*

INTERCESSOR, oris. *obstans & resistens*. pro Syl.65. Cæcilius agrariæ legi intercessorem fore perpessus est.Qu.Fr.lib.1.ep.4. Clodius poterit conciones concitare, deinde etiam intercessor parabitur.3. de Leg. 11. Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto. pro S.R. 110. Postremo isto hortatore, intercessore ad Syriam non adierunt.& Ep.lib.10.ep.10. Intercessor grauissimus. * pro ✠ Cor.2.Nullo intercessore comparato. ‖ 2.In Ant. 3. Intercessor iniquissimus.

✠ *ADIVNC. Grauissimus. 10. Famil. Iniquissimus. 2. Philip.*

INTERCIDO, dis. *cado*, pro Deiot.25. Pereant amici,dum vnà inimici intercidant. *dictum Domitij ex versu quodam Græco*. Ep. lib.5.ep.8.Si qua interciderunt, nõ tam re quàm suspicione violenta,ea,&c.

INTERCIDO, dis. *interscindo*. Parad. 6. Mercedum pactiones in patrocinijs intercisæ pecuniarum in concionibus candidatorum.

INTERCIPIO,pis.*in itinere capio,aufero*.pro Cl. 166. Venenum cùm in mulso daretur, quendam eius familiarem intercepisse, bibisse, mortuum esse.

INTERCIPIOR, ris.Epist.lib. 10. ep. 23.Ne literæ à latronibus interciperentur. Att.lib.1.ep.10.Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi.Attic.lib.10.ep.7. De his rebus quas intercipi periculosum esset.

☞ Syntaxis. *Literæ intereunt,aperiuntur,intercipiuntur*.

INTERCISE.Part.24. Intercisè atque permistè dicere.

INTERCISVS,a,um.L.VELINVS.

INTERCLVDENDVS,a,um.At lib.8.ep.9.Ille à cõmeatu & reliquis copijs intercludendus. Par. 1. Qui Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt. Postquã ad Qu.14.Inimici mei corporibus ciuium trucidatis, flumine sanguinis meum reditum intercludendum putauerunt.

INTERCLVDO,dis.*prohibeo.nego*. pro Cec. 84. In ijs ipsis intercludere insidijs, quas mihi conaris opponere. 2. de Fin. 118. & Ep.lib.15.ep.4.Intercludere aditum ad aliquem locum.pro S.R. 110.Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem.7. in Ver.131. Intercludere perfugium fortunæ alicui. Att.lib.7. ep. 19. Intercludere fugam alicui.

¶ *Claudo*.pro Rab.3.Intercludere omnes seditionum vias, munire præsidia reipub.

INTERCLVDOR, ris. *vetor, prohibeor.* Attic. lib. 8. ep. 8. Intercludor dolore.

INTERCLVSIO, onis. *impedimentum.* 3. de Orat. 179. Clausulas & interpuncta verborum, animæ intercluſio & anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

INTERCLVSVS, a, um. *contectus.* pro Cæl. 42. Via deſerta & inculta, atque intercluſa iam frondibus & virgultis.

¶ *Prohibitus.* Cæl. Ep. lib. 8. ep. 1. Ipſum apud Bellouacos circumſederi, intercluſum ab reliquo exercitu. pro Syl. 4. Aditum ad aliquem locum alicui eſſe intercluſum 2. Contra Rull. 74. Cùm à ciuibus intercluſum ſit præſidium.

¶ *Clauſus.* Antequam. 10. Aliquē locum præſidijs intercluſum teneo. pro Clu. 183. Hoc modo innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat.

¶ *Obſeſſus.* Att. lib. 9. ep. 4. Planè capti intercluſiq́ue ſumus. lib. 8. ep. 15. Iter meum intercluſum putabam.

¶ *Reiectus.* de Pro 6. Byzantij Mithridatis impetum ægrè repulſum, & ceruicibus intercluſum ſuis ſuſtinuerunt.

✠ ADVERB. *Planè Captique. 9. Att.*

☞ Syntaxis. *In ipſis inſidijs aliquem intercludere. Viam, aditum, perfugium fugam intercludere. Intercluſus locus frondibus.*

INTERCOLVMNIVM, nij. *columnarum interuallum.* Qu. Fra. li. 3. ep. 1. Edera conueſtiuit qua baſim villæ, qua intercolumnia ambulationis. 3. in Ver 51. Signa omnibus intercolumnijs diſpoſita. 3. ad Her. 29. Vt ædes, intercolumnium.

INTERCVRRO, ris. *intercedo, interuenio.* 8. I. A. 17. Pugnatur acerrimè, qui intercurrerent, miſimus tres principes ciuitatis. 1. ad Her. 12. Alterum genus eſt narrationis, quod intercurrit nonnunquam.

INTERCVS, tis. *morbus eſt, ſi aqua iungatur: quem hydropem vocant Græci.* 3. Offi. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

INTERDICO, cis. *prohibeo, veto, decretum interpono.* 4. I. V. 30. Si prætor improbus, cui interdicere nemo poſſit, det quem velit iudicem. pro Cecin. 23. Prætor interdixit, vt eſt conſuetudo, de vi hominibus armatis, ſine vlla exceptione, tantum vt vnde deiecisſet, reſtitueret. pro Cecin. 36. Prætor qui de foſſis, decloacis, déque minimis aquarum controuerſijs interdicit.

INTERDICOR, ris. pro Dom. 47. Vt M. Tullio aqua & ignis interdiceretur. & 82. Vt mihi aqua & ignis interdiceretur. Ep. lib. 11. epiſt. 1. Futurum puto vt aqua & igni nobis interdicatur. 1. I. A. 23. Leges, quæ iubent, ei qui de maieſtate damnatus ſit, aqua & igni interdici. de Sen. 22. Noſtro more malè rem gerentibus patribus bonis interdici ſolet. de Aruſp. 12. Vt huic furiæ vox interdiceretur. 2. ad Her. 45. Quibus aqua & igni interdictum eſt. 6. I. A. 10. Sic contendit, tanquam ſi illi aqua & igni interdictum ſit. pro Dom. 47. Hanc legem Clodius ſcripſit, vt interdictum ſit, cui non ſit interdictum. pro Dom. 82. Quod de omnib. interdictum eſt, ſcriptum eſt in legibus. 1. de Orat. 215. Neque enim interdictum eſt à rerum natura, aut à lege aliqua, aut more, vt ſingulis hominibus ne amplius quàm ſingulas artes noſſe liceat. 1. de Fin. 7. Nec mihi ne faciam, interdictum puto. pro Corn. 26. Non modò nullo propoſito præmio, ſed etiam interdicto. pro Cæl. 48. Si quis eſt, qui etiam meretricijs amoribus interdictum iuuentuti putet.

INTERDICTIO, onis. pro Dom. 78. Tecti & aquæ & ignis interdictio.

INTERDICTVM, cti. *propriè prætoris dictum eſt ac formula, qua quid aut fieri iubet, aut vetat, præſertim cùm de poſſeſſione contenditur: deinde etiam omnia vetandi formula.* 3. Contra. Rul. 11. Ergo hac lege prætorum interdicta tollentur. Att. lib. 7. ep. 25. Cæſaris interdicta reſpuentur. Orat. 102. Cauſa pro Cecinna de verbis interdicti fuit. pro Cec. 35. Tum per hoc interdictum eum reſtitui oporteret. & 9. Poſſeſſionem per interdictum repetere. 1. de Or. 41. Multisque præeſſem, qui tecum interdicto contenderent, aut ex iure manu conſertum vocarent, &c. Epiſt. lib. 15. ep. 16. In hoc interdicto non ſolet addi in hoc anno. I. P. 18. Tamen id ijs non licere per interdicta crudelitatis tuæ, poteſtatis erat non ferendæ. pro Dom. 69. Flamma temporis, interdictum ſceleris, vox furoris. I. P. 48. Gabinius numen interdictumque deorum regi vendidit. * pro Cec. 40. Periculoſum eſt diſſolui hoc interdictum.

✠ ADIVNCT. *Quotidianum. pro Cæc. Tyrannica, 7. In Verrem.*

☞ Syntaxis. *Interdicere de vi, ne, vt. Aqua & igne interdicere alicui. Meretricijs amoribus interdictum eſt pio. Interdicto contendere. Per interdictum reſiſtere aliquem.*

INTERDIV. 2. ad Her. 7. Tempus ita quæritur, qua parte anni, qua hora, noctu, an interdiu factum eſſe dicatur.

INTERDVCTVS, ctus. *diſtinctio, vel nota.* Orat. 228. Oratio non ſpiritu pronunciantis, nec interductu librarij, ſed numero coacta debet inſiſtere.

INTERDVM. *eſt, cum, nonnunquam.* de Cl. 236. Acumen M. Piſonis ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. Or. 201. Interdum curſus eſt in oratione incitatior, interdum moderata ingreſſio. 2. de Fin. 41. Interdum vel potius nimium ſæpe. 3. de Ora. 204. Geminatio verborum habet interdum vim, ſæpérem aliàs.

INTEREA. *interim, tantiſper, hoc interim ſpacio.* pro Quin. 28. Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, &c. & 15. Nec interea verbum interpoſuit Næuius. & pro R. P. 4. & 5. In. Ant. 30. Teretur interea tempus. 1. de Orat. 191. Interea dum hæc quæ diſperſa ſunt, coguntur. Epiſt. lib. 5. ep. 12. Tu interea ceſſabis.

INTEREMTVS, a, um. pro S. R. 33. Qu. Scæuola à ciuibus ſuis interemtus.

INTEREO, is. *morior.* 3. de Nat. 35. Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant: non intereant aut humore aut ſpiritu amiſſo. Att. lib. 2. ep. 21. Vt poſſe videretur ſine dolore interire. 3. de Nat. 37. Ignem interiturum eſſe niſi alatur. Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. Cùm id quod dabatur, non eſſet interiturum. pro Ar. 8. Tabulæ publicæ omnes tabulario incenſo interierunt. Att. li. 1. ep. 10. Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. 3. de Fin. 45. Vt interit magnitudine maris Ægei ſtilla muriæ. 1. Acad. 29. Nihil valentius, à quo intereat. & *ibid.* 26. Eóque etiam interire non in nihilum, ſed in ſuas partes. pro Mur. 27. Maiores ſacra interire noluerunt. pro Dom. 34. Quid? ſacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te eſt. 5. I. V. 127. Res frumentaria, commeatus, copiæ, ſalus vrbis atque exercituum noſtrorum in poſteritatem iſtius auaritia interierit.

✠ ADVERB. *Funditùs. 1. Tuſc. & Poſtq. ad Qu.*

INTEREST, rat. *refert, ad rem eſt.* 12. I. A. 31. Id potiſſimum faciam, quod maximè intereſſe reip. iudicabo. pro Mur. 4. Oſtendam alio loco, quantum ſalutis communis interſit. duos conſules eſſe, &c. Epiſt. lib. 4. epiſt. 10. Multum intereſt rei familiaris tuæ, te quam primùm venire. 2. de Finib. 72. Intereſt omnium rectè facere. Quin. Frat. lib. 2. epiſt. 4. Hoc vehementer intereſt reip. 2. de Leg 38. Ciuitatum hoc multarum in Græcia interfuit, antiquum vocum ſeruare modum. 1. I. A. 21. Quis enim eſt hodie, cuius interſit hanc legem manere? pro Mil. 57. Semper Milo quantum intereſſet P. Clodij, ſe perire cogitabat. Attic. lib. 15. epiſt. 17. Cupio excurrere in Græciam, magni intereſt Ciceronis, vel mea potius, vel mehercule vtriuſque, me interuenire diſcenti. & lib. 13. ep. 4. Magni intereſt mea, vnà nos eſſe. Epiſt. lib. 3. epiſt. 5. Vtriuſque noſtrûm magni intereſt, vt te conueniam. de Cl. 257. Athenienſium plus interfuit firma tecta in domib. habere, quàm, &c. & *ibid.* 256. Plus intereſt reip. caſtellum capi, quam, &c. Attic. lib. 10. ep. 4. Nihil illius intereſt, quòd in ſenatum non venis. & lib. 3. ep. 19. Non quo mea intereſſet loci natura. Att. lib. 11. ep. 20. Illud mea magni intereſt, te vt videam. pro Syl. 79. Veſtra enim, qui vixiſtis, &c. hoc maximè intereſt. Att. lib. 2. ep. 23. Permagni noſtra intereſt, te eſſe Romæ. & lib. 8. ep. 6. Scio quanti reip interſit omnes copias in vnum locum conuenire. & lib. 8. ep. 15. Magni intereſt reip. omnes copias, &c. & lib. 9. ep. 11. Permagni eius intereſt, rem ad interregnum venire. pro Clu. 140. Nec ſua putat intereſſe ſe, &c. Ep. lib. 6. ep. 7. Non tantum intereſt, quo animo ſcribatur, quàm quo accipiatur. Ep. lib. 2. ep. 18. Quod mea & reip. intereſt. Ep. lib. 2. ep. 4. Si quid eſt, quod eos ſcire aut noſtra, aut ipſorum interſit. Epiſt. lib. 13. ep. 1. Quod mea intelliges multum, tua nullam in partem intereſſe. pro Pl. 19. Hic è præfectura Arinati non tam honorata, quantum intereſſe vis ad rationem petendi. 1. de Nat. 7. Magni intereſt ad decus & ad laudem ciuitatis. ita fieri. Epiſt. lib. 16. ep. 1. Magni ad honorem noſtrum intereſt, quam primû te ad vrbem venire. & lib. 5. ep. 12. Equidem ad noſtram laudem non multum video intereſſe, ſed ad properationem meam intereſt, non te expectare, &c. Ep. lib. 2. ep. 19. Magni enim videbatur intereſſe ad eam neceſſitudinem, quam nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinem quoque accedere. 1. Tuſcu. 24. Non ſentientis autem nihil eſt vllam in partem, quod interſit. ‖ 1. de Inuent. 30. Vt noſtra non interſit eos alio pacto docere. Atic. lib. 11. epiſt. 5. Neque ad id quod quæris multum intereſt. de Aruſp. 13. Ad facinoris diſquiſitionem intereſt, adeſſe quàmplurimos. ad Brut. ep. 5. Magnopere intereſt, opprimi Dolabellam. 2. de Diuin. 94. In motibus cœli multum intereſt, qui ventus, qui imber, &c Ep. lib. 12. ep. 9 Multum intereſt te venire. de Som. 17. Quid autem intereſt, ab his qui poſteà naſcentur, ſermonem fore de te, cùm ab ijs nullus fuerit, qui antè nati ſunt? 2. Contra Rull. 21. Leges ſunt veteres, neque eæ conſulares, ſi quid intereſſe hoc arbitramini, ſed tribunitiæ, &c. 3. de Nat. 89. Ad proſperam aduerſamúe fortunam qualis ſis, aut quem admodum vixeris, nihil intereſt. 2. de Finib. 90. Nihil intereſt ad beatè viuendum, quali vtaris cibo. 2. Contra Rull. 72. Nihil intereſt reip. colonia deducatur, nec ne Attic. lib. 13. ep. 14. Quòd ſi latiùs volent proferre diem, poterunt vel biduum, vel triduum, vel vt videbitur: nihil enim intereſt. 3. de Nat. 79. Nihil intereſt, vtrum nemo valeat, an nemo poſſit valere. Epiſtol lib. 3.

lib.3. ep. 11. De ambitu,an de maiestate, nihil ad rem interest. Orat. 51. In philosophia plurimum interest, quemadmodum dicas,&c.Epist.lib.13.ep. 10. In omnibus rebus permultum interest,quibus illæ modis fiant.Attic. lib. 4. ep. 15. Mihi nihil videbatur esse,in quo tantulum interesset, vtrum per procuratores ageres,an per teipsum.Epist.lib.11.ep.16.Permagni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit.Attic. lib. 5. epist. 11. Quid autem interfit,si tuos digitos bene noui, certè habet subductum. item, Nihil interest, vtrum ita scribas, si vter, &c. an si,&c.& quid interest, vtrum hoc feceris, an frumentum furatus sis.Epist.lib.1. ep. 7. Multum interest,vtrum laus minuatur, an salus deseratur. Orat. 217. Nihil interest, dactylus sit extremus, an creticus. Parad. 3. Nauem auri euertat gubernator an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia parum interest. Postquam In Sen. 13. Cum hoc homine, aut cum stipite Æthiope in foro constitisses, nihil crederes interesse. 2. de Diuin. 59. Quasi verò quicquam interfit, mures scuta, an cribra corroserint. 1. de Leg. 53. Hæc ne minimum quidem vtrum adsint vel absint, interest. Attic. lib. 8. ep. 2. Quasi interfit, audiam, an videam. * pro L. Var. Ea cædes si potissimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit.

¶ *Differt,distat,differentia vel discrimen est.* 2. de Orat. 248. Tantum interest,quòd grauitas in honestis rebus,iocus in turpiculis ponitur.3.de Fin. 50. Inter eas res nihil omnino interest. Ep. lib.5.ep.21.&.lib.6.ep. 4. Inter causas multum interest, inter victorias nihil interfuturum puto. 2. de Orat. 89. Non est credibile,quid interesse mihi visum sit inter eum,qui,&c.& qui,&c. 1.In Ver. 35. Vide quantum interfuturum sit inter meam atque tuam accusationem. Att.lib. 1. ep. 14. Neque inter me atque te quicquam interest, præter, &c. 5. Tusc. 32. Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter verborum nouitatem interesse. I. P. 16. Inter vos & Catilinam nihil interest. 3. de Orat. 195. Plurimum interest inter doctum & rudem.& 1.de N. 16. Plurimum ✠ interest inter hoc & illud.& ‖ 3. de Nat. 26. Quid interfit inter naturam & rationem non distinguitur. Attic. lib. 8. epist. 15. Hoc inter me & illos interest,quod ego,&c.illi,&c. Postquam. ad Quir.13. Hic tantum interfuit inter me & inimicos meos.1. Offi.11.Inter hominem & belluam hoc maximè interest,quod hæc,&c.homo autem, &c. de Fat. 19. Sed interest inter causas fortuitò antegressas,& inter causas naturales,&c. 1. de Fin. 30. Interest enim inter argumentum conclusionémque rationis, & inter mediocrem animaduersionem atque admonitionem. pro Sest.92. Atque inter hanc vitam & illam nihil tam interest, quàm vis & ius. 4. Acad. 83. Nullum est visum verum à sensu profectum,cui non oppositum sit visum aliud,quod ab eo nihil interfit & 27. Qui vera negant quicquam à falsis interesse. 4. Acad.36.Visa inter quæ nihil interest.& 40. Neque in his quicquam interest.3. de Fin. 25. Nihil esse quod interfit aut differat aliud ab alio,præter honesta & turpia.Att.lib.10. ep. 4. His denique in malis quid interfit inter me & istos, quos, &c. pro Planc. 13. Et quò plus intererat, eò plus aberat à me. 1. in C. 10. Dummodò inter me atque te murus interfit. Postquam. In. Sen. 16. Nec vnam quidem horam interesse passus es inter meam pestem & tuam prædam.4. Tusc. 41. Quamobrem nihil interest,vtrum moderatas perturbationes approbent,an moderatam iniusticiam.Ep.lib.3.ep.11.De ambitu verò quid interest, inquies,an de maiestate? Ad rem nihil.

✠ ADVERB. *Aliquantum in re, in Parad. Omninò nihil.4.Acad. Maximè hoc,permultum inter.* 1. *Offic. Maximè nostra.*2. *Famil. Multum ad laudem.* 5. *Fam. Permagni.*11.*Fam.Plurimùm.*2.*Phil. Planè nihil.* 13. *Fam.Vehementer.*2.*Att.*

☞ Syntaxis. *Tuarum rerum interest multum. Omnium interest. Plus, multum,magni interest. Ad honorem nostrum interest. Ad hoc multùm interest. In hac re multum interest. Ad rem nihil interest. Inter eos multum interest. Inter hominem & belluam hoc interest.*

INTERFECTOR, oris.*percussor, Thrax.* Postquam. In Sen. 4. Si hostes atque interfectores reipublicæ vixissent.1.I.A.35.Vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici posset.& pro Mil.73.Tyber. Gracchi interfectores.

✠ INTEREECTVS, a, um. Attic. lib.13. epist.10. Interfectus in insidijs.

INTERFICIENDVS, a,um.pro Clu.25. Deinde ipsum Aurium tollendum interficiendúmque curauit.

INTERFICIO,cis.*neco,enèco,occido-ferro vitam eripio, morte mulcto,interimo,mortem affero.* pro Dom.59.Quòd eum toties per insidias interficere voluistis.

✠ ADVER. *Impunè Furem. pro Mil. Nefariè. pro Qu.*

INTERFICIOR, eris. Oeco. 3. Nullo modo faciliùs arbitror posse neque herbas aresc ere & interfici.

INTERIECTIO,onis.*interpositio.*1.ad Her. 9. Et tamen occultè dicemus interiectione verborum.

INTERIECTVS,a,um.*medius,interpositus.*Par.1.Quid inter horum ætates interiectus Cato.12. I. A. 18. Inter has personas me interiectum molestè ferunt. de Cl. 228. L. Sisenna inte iectus inter duas ætates Hortensij & Sulpitij.2.de Nat.66. Aer interiectus inter mare & cœlum. de Som. 14. Et in ipsis quasi maculis vbi habitatur, vastas solitudines interiectas vides. 2. Contra. Rull.88.Videte,quantum interuallum sit interiectum inter hoc & illud.2.ad Her.3.Narratio accusatoris suspiciones interiectas & dispersas habere debet.de Opt. gen. 2. Alij eis interiecti, & tanquam medij. Orat. 25. Quod eorum vicini non ita lato interiecto mari Rhodij nunquam probauerunt. pro Sest. 52. Videtis me ad pristinam meam dignitatem breui temporis dolore interiecto esse reuocatum. de Pro 17. Annus est integer nobis expectandus, quo interiecto ciuium calamitas prorogatur.2.Fin.114.In voluptate maxima,nullo interuallo interiecto, dies noctésque versari. 2. de Fin. 17. Interiectam non videt. 1. Offi.92.Multi sunt interiecti inter philosophos,& eos qui rempublicam administrant.

✠ *ADVERB. Apertissimè de Arusp. Crudelissimè, publicè, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Inter illorum ætates interiectus Cato. Inter illas personas iste est interiectus.*

INTERIECTVS,ctus.*interiectio.*2.de N.103. Luna interpositu interiectúque terræ deficit.Or. 21. Est autem quidam interiectus intermedius,vtriusque particeps.

☞ Syntaxis. *Interiectus & interpositus Lunæ. Interiectus, intermedius.*

INTERIECTVS, a,um.2.de Diu. 3. Interiectus est etiam nuper is,quem ad Atticum de senectute misimus. 2. de N. 143. Nasus quasi murus oculis interiectus est.

INTERIICIO,cis.L. INTERIECTVS.de Vn.19.Idque interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum est in corpore.

INTERIMENDVS,a,um.pro Mur.27.Horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt.

INTERIM.*interea,tantisper.hoc interim spacio.*2.de Orat. 353. Hoc interim spacio conclaue illud concidit.Att.lib.8.ep. 12. Interim velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. Tusc. lib.5.Interim,interea,tantisper.pro Lig.3.Interim Varus Vticam venit,&c.pro Clu.21.Interim venit index, &c.Epist.lib.10.ep.12. Interim ad me venit Munatius noster.pro Cl.40.Tum interim illa,&c.

INTERIMO, imis. *interitum affero,interficio.*1. de Nat.50. Si quæ interimant innumerabilia sunt, etiam ea quæ conseruent infinita esse debere. & lib. 3. 56. Mercurius qui Argum dicitur interemisse. 2. de Finib. 66. Lucretia se ipsam interemit. pro Mil. 94. Me quidem exanimant & interimunt hæ voces Milonis.

INTERIOR,us.1.de Nat.26.Nihil est interius mente.4.Aca.20. Tactus quem philosophi interiorem vocant. 1. Offi.53.Interius est etiam,eiusdem esse ciuitatis.2.de Orat. 209. Interior est illi proprius.*id est,magis attingit hominem.*3.Offi.69.Societas quæ latissimè patet,interior,proprior.de Som.21. Quod animal est,id motu cietur interiore. pro Pom. 65. Regna interiorum nationum. 3. I. A. 11. & pro Sest. 24. In interiore ædium parte totius reip.nundinæ.Qu.Frat.lib.3.ep. 1. Quod interiore epistola scribis,&c.2. de Diu.123. Sed hæc quoque in promptu, nunc interiora videamus. pro Dom. 138. Illa interiora iam vestra sunt.in Sal.19.Sallustius Africam interiorem obtinens.Qu. Frat. lib. 1. ep.2.Interior vicinus.3.de N. 42. Interiores & reconditæ literæ. Epist.lib.7.ep.33.Opus est hîc limatulo & polito tuo iudicio,& illis interioribus literis meis, quibus sæpe verecundiorem me in loquendo facis.3. de Orat.188. Oratio ne insistat interiùs,ne excurrat longiùs.

☞ Syntaxis. *Nihil interius mente. Interior tactus. In interiori epistola. Literæ interiores:id est graviores, præstantiores.*

INTERITVS, tus. *occasus, obitus.* 3. in Catil.19. Aruspices legum interitum & vrbis occasum appropinquare dixerunt.1. Tuscul. 71. Est enim interitus, quasi discessus & secretio ac diremtio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. 2. de Diuin. 37. Natura omnium interitus atque obitus conficit.2.de Finib.27 Qualis est ista philosophia, quæ non interitum afferat prauitatis? pro Syl. 33. Cùm ad occasum interitúmque reipub.Catilina dux esset constitutus.1.de Nat. 71. Epicurus corporum concretionem fugit,ne interitus & dissipatio consequatur. 1. in Catil. 9. Quid de nostro interitu & vrbis exitio cogitent. 3. de Nat. 36. Ad quem dolor venit, ad eundem interitum venire. de Cl. 125. Gracchi immaturus interitus. Epist.lib. 10. epist. 17. Acerbissimo interitu consulum. Att.lib.8.ep.11.Vniuersus interitus.1. Tusc. 90. Toto animante

deleto

deleto & facto interitu vniuerso. 1. de Diuin. 68. Cùm interitum exercitus nunciauisset. * Hortens. Vt easdem tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli, qui in obscuratione Solis factus est, Incer. Nihil est, quod non aliquando ad interitum redigatur.

✠ *ADIVNC. Acerbus, 4. Tuſ. Crudelis, immaturus. de Clar. Crudeliſſimus, & miſerrimus. 3. In Catil. Iuſtus. 14. Att. Magni. 15. Fam. Optatiſſimus. pro Mil. Paternus. 14. Famil. Perceler. pro Cæl. Repentinus, in Piſo. Similis. 2. Offi. Vniuerſus. 1. Tuſ. voluntarius. pro Marc.*

☞ Syntaxis. *Interitus & occaſus vrbis. Interitus eſt diſceſſus, ſecretio ac diremptio. Interitus & obitus, Interitus & diſſipatio. Interitus immaturus, acerbus. Facto interitu vniuerſo. Interitus exercitus.*

INTERLITVS, ta. *linteo vel liturâ inductus.* pro Cl. 91. Codex C. Verris, qui tum interlitus proferebatur. 4. I. V. 104. Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atque interlitas esse clamant.

INTERLVCEO, ces. *eluceo, emineo.* 3. ad Her. 31. Vt loci distinctè interlucere possint.

INTERMEDIVS, a, um. *medius.* Orat. 21. Est autem quidam interiectus intermedius, & quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine vtens superiorũ, vicinus amborum, in neutro excellens, vtriusque particeps, vel vtriusque potius expers.

INTERMINATVS, ta, tum. *infinitus.* 1. de N. d. 54. Immensa & interminata in omnes partes regionum magnitudo.

INTERMISSIO, onis. *intercapedo.* 1. de Nat. 115. Deum sine vlla intermissione pulsari agitarique incursione atomorum. Ep. lib. 7. ep. 13. Neque alia fuit vlla causa intermissionis literarum, nisi quòd vbi esses planè nescirem. 1. Offi. 19. Ab actione sæpe fit intermissio. de Am. 8. Vt nulla intermissio fiat officij. 2. de Diu. 142. Nunc propter intermissionem forensis operæ lucubrationes detraxi. ‖ Ep. lib. 5. ep. 17. Intermissio consuetudinis meæ. * Hort. Qui dies & noctes sine vlla minimi temporis intermissione velit ita moueri suos sensus.

INTERMISSVS, a, um. *interiectus.* pro Mur. 35. Dies intermissus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia.

¶ *Cessans, quiescens.* 1. de Diu. 55. Itaque ludis intermissis, instauratiui sunt constituti. 3. de Or. 151. Verba ab vsu quotidiani sermonis iam diu intermissa. 2. Off. 24. Acriores motus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ. 1. de Or. 153. Cùm remiges inhibuerunt, retinet tamen nauis motum & cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum. 1. de N. 52. Nullo puncto temporis intermisso versari circum axem cœli, &c. 1. Contra Rul. 21. Vectigal, quod missis alijs remanet, intermissis non conquiescat. * pro C. Cor. 1. Quæ intermissa complures annos. ‖ pro Dom. 45. Magistratus accuset intermissa die.

✠ *ADVERB. Iamdiu. 3. de Orat.*

INTERMITTO, tis. *interdum conquiesco, intermissionem vel intercapedinem facio.* (. *Retineo.* Or. 34. In maximis occupationibus non nunquam intermittis studia doctrinę. de Arusp. 55. Intermittere iurisdictionem. At. lib. 9. ep. 19. Ne quem diem intermitterem, has dedi literas. 1. de D. 74. Gallos gallinaceos sic assiduè canere cœpisse, vt nil intermitterent. Ep. lib. 10. ep. 24. Neque ille intermittit affirmare se venturum. Ep. lib. 7. ep. 12. Mirabar, quid tu mihi literas mittere intermiseras. 1. Tusc. 69. Cœlum suo tempore non intermittit nitescere. Att. lib. 7. ep. 15. Vt ab vrbe discesserim nullum intermisi diem, quin, &c.

INTERMITTOR. Att. li. 8. ep. 16. Vt ne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas. At. lib. 5. ep. 9. Nec tui mentionem intermitti sinimus.

INTERMORIOR, ris. *pereo, morior.* Epist. lib. 6. ep. 16. Si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. Bithynici.

INTERMORTVVS, a, um. *demortuus, extinctus.* in P. 16. Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquijs concitastis. pro Mur. 16. Memoriam propè intermortuam generis sui virtute reuocare. pro Mil. 12. Declarant huius ambusti Tribuni plebis illæ intermortuæ conciones.

INTERMVNDIA, orum. *intermundos Epicuri ſpacia.* 2. de Fin. 75. Individua & intermundia, quæ nec sunt, nec esse possunt, intelligimus. 1. de Nat. 18. Tanquam modò ex Epicuri intermundijs descendisset.

INTERNECINVS, na, num. *inexpiabilis, crudelis, vbi neceſſe ſit, omnes necari.* 14. in Ant. 7. Quæ sunt vrbanarum maledicta litium non iniustæ belli internecini notæ, &c.

INTERNECTVS, cta, ctum. *interfectus.* 14. Phil. 7. Internecti nota testamenta, credo, subijciunt.

INTERNECIO, onis. *extinctio, interitus.* pro Dom. 63. Vicissem cum magna internecione improborum. pro Syll. 33. Internecione ciues liberaui. 3. I. C. 25. Quæ dissensiones non reconciliatione concordiæ, sed internecione ciuium dijudicatæ sunt. Attic. lib. 2. ep. 20. Neque resisti sine internecione posse arbitramur. 3. de Nat. 90. Quinam Tantalidarum internecioni modus paretur. 5. I. V. 125. Aratorum internecio facta nullaest. pro Pomp. 30. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est.

✠ *ADIVNC. Magna improborum. pro Dom.*

INTERNOSCO, scis. *secerno, discerno.* 2. de Orat. 353. Quos cùm humare vellent, non potuerunt obtritos internoscere. 4. Acad. 22. Internoscere verum à falso. 2. ad Herren. 36. Qui dignum atque indignum internoscere nequeunt. 4. Acad. 48. Vt internoscat *meus* visa, vera illa sint, an ne falsa. ‖ pro Sex. Rosc. 56. Fures internoscere.

INTERNOSCOR, ris. 2. de Diu. 128. Quę si alia vera, alia falsa, qua nota internoscantur, scire velim. de Am. 95. Secerni blandus amicus à vero & internosci potest, adhibita deligentia.

✠ *ADVER. Difficilitèr, perdifficilitèr, 4. Acad.*

INTERNVNCIVS, cij. *interpres.* Ep. lib. 10. ep. 1. Assiduis internuncijs cum Lepido egi, vt, &c. ad Oct. Quæ quidem me internuncio ad illos celeriter deferuntur. 7. I. V. 14. Damnatorum vitam à prætore vel ipso carnifice internuncio redimi. 13. I. A. 12. Augures interpretes, internuncijque Iouis. 2. de Diu. 72. Hæ sunt igitur aues internunciæ Iouis, quæ, &c.

✠ *ADIVNCT. Aſſidui. 10. Fam.*

INTERPELLANS, tis. Ep. lib. 9. ep. 6. Vi nulla interpellante. Att. lib. 14. ep. 14. Interpellantibus his inimicitijs animus tuus mihi magis patuit quàm domus.

INTERPELLATIO, onis. *interuentus.* Part. 30. Interuentus alicuius aut interpellatio. 2. de Or. 203. & Qu. Fra. lib. 2. ep. 9. de Pro. 18. Interpellatio mei familiaris, qua paulò antè interrupta est oratio mea.

INTERPELLATOR, oris. *interuentor, perturbator.* Att. lib. 15. ep. 13. Sed interpellatores illic minus molesti. 3. Offi. 38. Dicitur se hortulos emere velle, vbi se oblectare sine interpellatoribus possit. Ep. lib. 6. ep. 18. In literis sine interpellatore versor. 2. ad Herr. 16. Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores.

✠ *ADIVNC. Minus moleſti. 15. Att.*

INTERPELLATVS, a, um. *intermissus.* Att. l. b. 1. ep. 16. Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. ‖ & Ep. lib. 10. ep. 23. Casu interpellatus adhuc.

INTERPELLO, as. *interrumpo, impedimento sum.* Attic. lib. 2. ep. 6. Hic sum, vbi me interpellat nemo. 1. Tusc. 16. Sed nihil interpellabo, continentem orationem audire malo. 3. de Nat. 65. Tum Balbus interpellare, Te, inquit, Cotta nolo. 6. I. V. 142. In quo vt aliquid esset moræ, multi interpellant. Epist. lib. 11. ep. 10. Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus respub. à me commodè administrari possit. 3. I. V. 71. Quod in priore actione interpellauit Hortensius. Ep. lib. 11. epist. 28. Cæsar nunquam interpellauit, quin quibus vellem, &c. vterer. Quint. Frat. lib. 2. epist. 9. Tu metuis, ne me interpelles? primùm si in isto essem, tu scis, quid sit interpallere. & *ibidem.* Tu verò vt me & appelles, & interpelles, & obloquare & colloquare velim. 2. de Or. 262. Odiosè interpellare aliquem.

✠ *ADVER. Odioſè. 2. de Orat.*

INTERPELLOR, ris. de Pro. 40. Interpellari ab aliquo.

INTERPOLANDO 3. in Ver. 158. Tollendo quod esset, semper aliquid demendo, mutando, curando ne litera appareat, interpolando.

INTERPOLO, as. *renouo.* Qu. Fr. lib. 2. ep. 11. Appius vult, inquam, renouare honores eosdem, quo minus togam prætextam quotannis interpolet.

INTERPONENDVS, a, um. 8. I. A. 2. Quæ cùm viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putaui. 1. Ac. 1. Quod cùm audissemus, nullam moram interponendam putauimus, quin videremus hominem, &c. 4. I. V. 119. Qui ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit

INTERPONENS, tis. Att. lib. 8. ep. 3. Hæc scripsi sedato animo, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.

INTERPONO, nis. *interiicio, in medio colloco.* ‖ *Significat hoc verbum quod nunc plerique inſerere aliquid in orationem, ſcriptis &c. Item quod Galli S'entremeller, vulgò Latinè, Immiſcere, Romani interponere dixerunt, quod medium inter aliquos quo aut confirmetur aut infirmetur aliquid.* Orat. 154. Vt etiam modò, nisi autem interposuissem, concurrissent. 5. I. V. 131. Cùm hoc palàm Decumani loquerentur, tuúmque nomen in re tam turpi ne fariáque interponerent. Orat. 66. Interponere conciones. 14. In Ant. 17. Hæc interposui. P. C. vt me purgarem. 3. in Verrem. 114. & In vita. Attic. Quint. Frat. lib. 3. epist. 4. De Ascanione tu verò quod voles facies, me nihil interpono. pro Mil. 25. Clodius vocabat tribus, se interponebat, &c. & 2. I. A. 9. Quid enim interponerem audaciæ tuæ? quam nullæ leges possunt coercere. 1. In. Verr. 21. Cur te interponis inuitissimis his, quibus &c. Epist. lib. 10. epist. 27. Sapientiùs facies, si te in istam pacificationem non interpones. pro S. R. 114. In rem aliquam fidem suam interponere. 5. I. V. 48. Acerbiorẽ legem & duriora edicta interposuit. Orat. 226. Inter quas varijs clausulis

inter

interponit se ratò numerosa comprehensio. 2. de Diu. 151. Proprium est Academiæ, iudicium suum nullum interponere. 2. de In. 80. Non oportuit ante supplicium quàm iudicium interponere. 1. I. V. 63. Pro aliquo inimicitias suscipere, ad periculum accedere, operam, studium, laborem interponere.

✠ ADVERB. *Facetè versum. 2. de Orat.*

INTERPONOR, ris. 2. ad Her. 10. Maiores voluerunt, certis in rebus interponi quæstiones. I. V. Act 2. 35. Nisi ista tua potētia in hac causa interponeretur. pro Qu. Ros. 38. Cur in re tam veteri, noua hæc restipulatio interponitur? 2. ad Her. 21. Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex coniecturis. de Am. 3. Quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne, Inquit, & Inquam sæpius interponeretur. 2. de Orat. 257. Sæpe etiam versus interponitur, vel vt est, vel paululum immutatus. 3. ad Her. 18. Mediocres argumentationes interponi & in medio collocari oportet. 1. de Inu. 27. Digressio extra causam interponitur, aut criminationis causa, &c. 2. de Leg. 16. In iureiurando dij immortales tum iudices, tum testes interponuntur.

INTERPOSITIO, nis. *interiectio.* Ep. lib. 16. ep. 22. Vna omninò interpositio difficilior est, de quadrimo Catone. 1. de Iauen. 8. Cùm personarum certarum interpositione.

INTERPOSITVS, tus. *interiectus.* 2. de Nat. 103. Luna interpositu interiectúque terræ deficit.

INTERPOSITVS, a, um *intermissus, interiectus.* pro Mur. 35. Dies intermissus aut nox interposita sæpe perturbat omnia. de Cl. 86. Paucis interpositis diebus iterum Lælius dixit, &c. de Cl. 231. Multis inter nostrum tuúmque initium dicendi interpositis oratorib. 2. I. A. 7. Literas ad se ab amico missas offensione aliqua interposita in medium protulit. pro Cl. 5. Vehementes habeat & repentinos impetus, spacio interposito & causa cognita consenescat. Qu. de pet. 43. In hoc maximè vitiosa est ciuitas, quòd largitione interposita virtutis obliuisci solet. 4. I. V. 66. iste pœnis compromissisque interpositis. H. S. CCC. extorsit. Att. lib. 7. ep. 15. Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo minus, quod opus esset ad bellum, à vobis pararetur. 5. I. A. 17. Qui istū, nondum interposita autoritate vestra, suo consilio & iudicio vt hostem arcuit. Ep. lib. 1. ep. 7. Offensionem esse periculosam propter interpositam autoritatem religionémque video. pro Syl. 92. Vos reiectione interposita repentini iudices consedistis. I. P. 50. Lentulus prouinciam, quam sorte habebat, interposita religione deposuit. At. lib. 16. ep. 17. Si ea decreta Coss. quæ de Cæsaris actis interposita sunt, non seruantur, magnam perturbationem fore. & lib. 4. ep. 15. Obnunciationibus per Scæuolam interpositis. de Cl. 89. Lusitani contra interpositam fidem interfecti. * in Pis. 4. Ego in C. Rabirio XL. Annis ante me cōsulem interpositam senatus autoritatem sustinui. & pro Corn. 1, Interposita fide per tres legatos.

✠ ADVER. *Prorsus. pro P. Syll.*

☞ Syntaxis *Interponere moram, iudicium, nomen alicuius. Me nihil interpono de Cæsare. Audaciæ alicuius aliquid interponere. id est opponere. In pacificationem se interponere. In aliquam rem suam fidem interponere. Interponere pro aliquo laborem, operam, studium. Interpositus Deum in iureiurando. Contra interpositam fidem capi.*

INTERPRES, tis. *explanator, internuncius, coniector.* ‖ 3. de Fin. 15. ✠ Interpretes indiserti. 1. de Diu. 118. Ea quibus bene percepta sunt, hi non sæpe falluntur: malè percepta maléque interpretata falsa sunt, non rerum vitio, sed interpretum inscitia. 2. de Diu. 54. Quid autem volunt ea significantes, quæ sine interpretibus non possumus intelligere. 1. de D. 116. Quia erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. 1. Offi. 6. Sequimur igitur in hac quæstione potissimum Stoicos, non vt interpretes: sed vt solemus, è fontibus eorum, iudicio arbitrióque nostro quantum quoque modo videbitur, hauriemus. de Opt. 14. Nec conuerti vt interpres, sed vt orator sententijs ijsdem, & earum formis tanquam figuris. 1. de D. 34. Grammatici interpretes poetarum. & 39. Interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur. 1. de Nat. 39. Chrysippus Stoicorum vaferrimus interpres. 13. I. A. 12. Augures, qui Iouis optimi maximi interpretes internunciique sunt. pro Clu. 146. Legum interpretes iudices. 2. de D. 62. Coniector quidam & interpres portentorum. & 73. Tum auis illa videri possit interpres & satelles Iouis. 2. de D. 92. Astrologi interpretes cœli. 2. de Diu. 131. Si Pœni in senatu nostro sine interprete loquerentur. 2. de Diu. 115. Vt interpres egeat interprete. 2. de N. 140. Sensus interpretes & nuncij rerum. 1. de Leg. 30. Mentis interpres est oratio. 2. de In. 139. Interpres voluntatis alicuius. Ora. 155. Interpres auguriorum. 3. de N. 5. Interpres Sibyllæ. Top. 4. Interpres iuris. 5. I. V. 34. A. Varius est in Sicilia interpres: quo iste interprete non ad Græcam linguam, sed ad furta & flagitia vti solebat. pro Cec. 54. Testamento si recitatus hæres esset pupillus, isque iam annos viginti haberet, vobis interpretibus amitteret hæreditatē. 5. de Fin. 89. Ita quemadmodum in senatu semper est aliquis, qui interpretem postulet. sic isti nobis cum interprete audiendi sunt. Ep. lib. 7. ep. 19. Nullam artem literis sine interprete & doctore, & sine aliqua exercitatione percipi posse. ad Bru. ep. 10. Cæsarem quidam fallacibus interpretibus ac nuncijs impulerunt in spem consulatus. 6. I. V. 49. Per amicos & interpretes agere aliquid. 4. I. V. 108. Qui aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse. Ep. lib. 10. ep. 17. & ep. 11 Quo ego interprete, nouissimè ad Lepidum sum vsus. * Hor. Vt veteres illi siue vates, siue in sacris intijsque tradendis diuinæ mentis interpretes aliquid vidisse videantur.

✠ ADIVN. *Exercitatissimi. 2. de Diu. Fallaces. ep. ad Brut. Indiserti. 3. de Fin. Molles verborum. 15. Fam. Nummarius pacis, & concordiæ. pro Clu. Præclarus iuris prudentissimi fœderum. pro Corn. Publici, veteres. 2. de Leg. Religiosus fœderum. 7. In Ver. Vaferrimus. 1. de Nat.*

☞ Syntax. *Interpretes poetarum Grammatici, portentorum. Vafer interpres. Interpres & internuncius. Iudex legum interpres. Colector & interpres. Auus interpres Iouis. Astrologus interpres cœli. Sensus rerum interpretes & nuncij. Per interpretem agere. Sequester & interpres corrumpendi.*

INTERPRETATIO, onis. *notatio, etymologia.* 1. Offi. 83. Nimis callida, sed maliciosa iuris interpretatio. & 2. Offi. 65. Iuris ciuilis cognitio & interpretatio. 2. Cont. Rul. 7. Verbi vis & interpretatio. pro Corn. 36. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, Comiter esse communiter: quasi verò prisum a'iquod aut insolitum verbum interpretaretur. Par. 127. Verbi interpretatione se defendere. 1. de Ora. 23. Neque ea interpretatione mea, aut ornatius explicari, aut plantùs exprimi possunt. & 199. Senectuti verò ornandæ, quod honestius potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio? 2. de Orat. 257. Interpretatio nominis habet acumen, vt Neoptolemus. L. NVMMIVS. de Op. 20. Causa habens interpretationem legum satis acutam. 1. de Orat. 140. Controuersia vel contentio ex scripti interpretatione. pro Cor. 14. An cuius linguam populi non nosset, interpretationem fœderis non tenebat? 1. de Di. 39. Somnia Antiphontis interpretatione explicata. & 45. Eius igitur somnij, quæ fit à coniectoribus interpretatio facta, videamus. ¶ *Est quoque exornatio rhetorica.* 4. ad Her. 39. Interpretatio est, quæ exponit id quod positum est, alio verbo quod idem valeat, hoc modo: Rempub. radicitùs euertisti, ciuitatē funditùs deiecisti.

✠ ADIVNC. *Satis acuta legum. Top. Nimis callida, sed officiosa. 2. Offi. Indigna reprehensione. pro Corn. Balbo. Magna somniorū, neque naturalis, sed artificiosa. 1. de Inuent. Maliciosa iuris, mendax. 1. Offic. Non molesta. 1. de Leg.*

☞ Syntaxis. *Verbi vis & interpretatio. Somniorum interpretatio. (Porrò in sententia est interpretatio Rhetorica, quod in vocabulis ac verbis ipsa synonymia.)*

INTERPRETANDVS, da, dum: di, do. 3. de Fin. 15. & 1. Ac. 24. 25. & 26. & 2. ad Her. 16. De ratione interpretandi. 2. de Leg. 12. In ipso nomine legis interpretando inest vis & sententia iusti, & iuris colendi. 3. de N. 60. Vestri hæc confirmant interpretando quorsum quicque pertineat. 1. de Di. 3. In monstris interpretandis procurandisque. L. PROCVRO. 1. de Orat. 158. Omnes bonarum artium scriptores ac doctores & legendi, & peruolutandi, & interpretandi. 9. I. A. 10. In legibus interpretandis, & æquitate explicandis.

INTERPRETANS, tis. 1. de D. 12. Exta pecudum, aut monstra, aut fulgura interpretantium.

INTERPRETATVRVS, a, um. Att. lib. 16. ep. 16. Sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, vt tuo summo beneficio me affectum putem.

INTERPRETATVS, a, um *expositus, declaratus.* de Arusp. 37. Verba quæ ex Hetruscis libris in te conuersa, ea interpretata dicuntur.

INTERPRETOR, aris, *interpretationem facio, exponо, interpretatione explico, explano, explico, rem obscurā explano.* 2. Offi. 5. Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. de Cla. 151. Interpretando explanare rem obscuram. 2. de Fin. 20. Animaduerte igitur, recténe hanc sententiam interpreter. 5. de Fin. 26. Secundum naturam viuere, quod ita interpretamur, viuere ex hominis natura vndique perfecta, & nihil requirente. 2. de Fi. 100. Epistolam eius, quam modò totidē ferè verbis interpretatus sum. de Am. 21. Iam virtutem ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur, nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia. 1. de L. 14. Qui ius interpretari populo & respondere soliti sunt. Att. lib. 1. ep. 14. Veremur, ne interpretemur illud oppidum ab Italia non satis abesse. Att. lib. 6. ep. 1. Hoc nonnulli ridiculè interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille malè audiat.

audiat. pro Pl. 52. Si verò hoc quod accidit, interpretari velis. pro Mur. 64. Quod atrociter in senatum dixisti, aut non dixisses, aut mitiorē in partem interpretarere. pro Cec. 89. Tu hoc idem (quod ego dico) interpretabere. 1. de Diu. 46. Somnia, quæ magi Cyro interpretati sunt ex Dionysij Persici libris. 1. de Di. 53. Ex quo illud somnium ita interpretatum esse, vt, &c. cum, &c. 1. I. A. 38. Hoc vos per deos immortales, quale sit, non interpretamini? 2. de In. 139. & 2. ad Her. 16. Interpretari voluntatem alicuius ex aliquo facto vel euentu. 3. de N. 77. Bene dicta malè interpretari. & *ibidem.* Peruersè philosophorum disputationem interpretari. 2. de In. 127. Iudicem legi parére, non interpretari legem oportet. 3. Tus. 38. Recténe interpretor sententiam tuam. *id est, recténe intelligo &c.* Att. lib. 15. ep. 27. Tuam epistolam interpretari ipse vix poturam. & libro 9. epistol. 12. Rogaui vt interpretaretur, quid esset quod ille scriberet, consilio meo se vti velle. 5. I. A. 7. Sed verè tundus augur sine collegis de auspicijs non interpretaretur. pro R. P. 29. Consilium ex necessitate, voluntatem ex vi interpretari. 1. de N. 120. Euhemerus, quem noster & interpretatus & secutus est Ennius. 2. Offi. 60. Panætius, quem multum in his libris secutus sum, non interpretatus. 2. ad Her. 16. In fraudem legis facere, vel fraudem legis fieri, est legem interpretari contra eius sententiam. de Fa. 20. Verborum vim interpretari. & 29. Licet etiam immutare, vt fati nomen non adiungas, & eandem tamen sententiam teneas hoc modo, &c. pro Cor. 36. Quasi verò priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. 1. de Diu. 92. Hetruria scientissimè interpretatur, quid quibusque ostendatur portentis. 1. de Diu. 34. Quorum omnium interpretes, vt Grammatici poetarum, proximè ad eorum quos interpretantur, diuinationem videntur accedere. Att. lib. 12. ep. 27. De Triario bene interpretaris voluntatem meam. de Ar. 36. Hoc quod sit, non facilè interpretor. pro Dom. 128. Quæ si tu interpretaris de nostris ædib. scripta esse, non repugno. de Cl. Si tanquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, dolemus summam eius felicitatem, non satis animo interpretamur. ad Br. epist. 3. Itaque id senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad duos captiuos pertinere.

✠ *ADVER. Benè voluntatem. 12. Att. Fallaciter, Scientissimè, 1. de Diu. Insulsè. 2. de Orat. Malè. 3. de Nat. Rectè. 2. Fom. Rectè sententiam, 3. Tus. Ridiculè. 6. Att. ep. 1. Sapienter religiones. pro Dom. Verè. pro Planc.*

☞ Syntaxis. *Interpretans, interpretaturus (actionis vi.) Interpretandus, & interpretatus (passionis.) Mitiorem in partem interpretari. De auspicijs interpretari. De Cæs. bene. interpretaris voluntatem meam.*

INTERPVNCTIO, nis. *interpunctum, interductus.* pro Mur. 25. Res enim sunt paruæ, propè in singulis literis atque interpunctionibus verbo. um occupatæ.

INTERPVNCTVM, ti. *interpunctio, distinctio.* 3. de Ora. 179. Clausulas & interpuncta verborum, animæ intercluſio & anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

INTERPVNCTVS, a, um. *distinctus.* 2. de Orat. 328. Narratio distincta personis, interpūcta sermonibus. & 3. de Or. 171. Clausulę interpunctæ in orationibus. Or. 53. Distincta alios & interpūcta interualla delectant. *hic animum aduertas.*

INTERQVIESCO, scis. *resquiesco.* de Cl. 91. Cùm paululum interquieuissem.

INTERREGNVM, gni. *tempus, quo regnum rege vacat, dum creatur nouus.* Qu. Fra. lib. 3. ep. 8. Ad interregnum comitia adducta rumor dictatoris iniucundus bonis. Att. lib. 9. ep. 11. Nam permagni eius interest, rem ad interregnum non venire. Qu. Frat. lib. 3. ep. 2. Res spectat ad interregnum. Attic. lib. 8. ep. 9. Aut si per Trib. pleb. non patiatur, tamen quiescat rem adduci ad interregnum. Epist. lib. 7. ep. 11. Quis enim tot interregnis iureconsultum desiderat?

INTERREX, gis. *is qui de mortui regis locum tenet, donec alter creatur. Creabatur etiam, cùm nullus esset in vrbe patricius magistratus.* Att. lib. 9. ep. 18. Si Sylla potuit efficere ab interrege vt dictator diceretur, & magister equitum, cur hic non possit. 3. Cont. Rul. 5. L. Flaccus interrex legem de Sylla tulit, vt omnia, quæcunque ille fecisset, rata essent. pro Dom. 38. Interrex, quem & ipsum patricium esse, & à patricio prodi necesse est. Ep. lib. 7. ep. 11. Ego omnibus vnde petitur, hoc consilij dederim, vt à singulis interregibus binas aduocationes postulent.

INTERROGANDO. 2. de Fin. 2. Socrates percuntando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibus cum disserebat.

INTERROGANS, tis. pro Dom. 40. Te interrogante augures responderunt.

INTERROGATVS, a, um. Orat. 137. Vt interrogando vrgeat, & rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat. 2. de Orat. 220. Hic meus frater à Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit.

INTERROGATIO, nis. de Fat. 29. Rectè genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum est.

✠ *ADIVNC. Apta, fallaces, & captiosæ. 4. Aca. Captiosæ, 4. de Fin. Faciles. 5. Tusc. Pauciſſimæ. pro Sest. Stultiſſimæ. de Arusp.*

INTERROGATIVNCVLA, læ. *rogatiuncula.* Parad. 1. Cato minutis interrogatiunculis quasi punctis, quod proposuit, efficit. 4. de Finib. 7. Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis anguſtis.

✠ *ADIVNC. Anguſtæ. 3. de Fin. Minutæ. Parad.*

INTERROGO, as. *quæro, percunctor.* Qu. Frat. lib. 2. ep. 3. Clodius interrogabat suos, quis plebem fame necaret? respondebant, Pompeius. 1. Tusc. 57. Socrates pusionem quendam interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. Part. 2. Sic ego te vicissim eisdem de rebus interrogabo. I. Vat. 13. Quid enim te de Hispanien sib. furtis interrogem? 1. I. C. 13. Interrogas me, num in exilium? non iubeo. 4. Acad. 80. Si quis deus te interroget, &c. vtinam quidem roget. 4. Acad. 35. Qui ita interrogant, ab his irridentur. 3. de Leg. 6. Cum magistratus interrogasſit. *id est, interrogauerit.*

✠ *ADVERB. Acutè, benè testes. pro Flac. Breuitèr testem. pro Font. Captiosè, gradatim, minutatim. 4. Acad. Græcè, Latinè, vicissim, Part.*

INTERROGOR, ris. 4. Acad. 35. Interrogari ab aliquo. 2. de Orat 106. Interrogari de aliquo.

✠ *ADVER. Seditiosè. pro Mil.*

INTERRVMPO, is. *interpello, dirimo, deleo.* 2. de Nat. 116. Contingere idem terræ necesse, vt omnibus eius partibus in medium vrgentibus nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta contentio grauitatis & ponderum.

INTERRVMPOR, ris. Ep. lib. 10. ep. 23. Pontésque quos feceram interrupi.

INTERRVPTE. *intercisè, vel inciſim.* (*continenter, perpetuò.* 2. de Orat. 329. Interruptè narrare aliquid.

INTERRVPTVS, a, um. *intermiſſus, inſiſtens, claudicans, infractus, amputatus.* (*vnus, par, idem, perpetuus, continuatus.* de Pr. 18. Interpellatio familiaris mei, qua paulò antè interrupta est oratio mea. Ep. lib. 5. ep. 8. Sed multa varietate temporum interruptum officium cumulatè reddidi. Ep. lib. 15. ep. 14. Amicitia longis interuallis temporis interrupta. 1. de L. 9. Nec tam facilè interrupta contexo, quam absoluo instituta. Ep. li. 1. ep. 9. Non offendes eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti: qui confirmatus consulatu nostro, nonnunquam postea interruptus & afflictus antete Cos, recreatus abs te totus est. pro Cel. 59. Interruptis ac morientib. vocib. significare aliquid. de So. 14. Hos qui terram incolunt, interruptos ita esse, vt &c.

☞ Syntax. *Interrupta oratio, officium, amicitia, bonorum sensus, voces. Interruptum & afflictum. Interrupta & moriens vox.*

INTERSCINDOR, ris. 2. de Leg. 10. Et à tergo pontem interscindi iussit.

INTERSCRIBO, bis. Att. lib. 6. ep. 6. Nam quas multo antè tuas acceperā literas, in quibus ἐπιχ- interscripseras, quid esset mihi ✠ faciendum de relinquendo, eæ me pungebant. ‖ *Lamb. Legit ἐπίχαν te scripseras.*

INTERSECO, as. 3. ad Her. 24. Vt eas res inserere atque intersecare videamur in animis auditorum.

INTERSEPTVS, a, um. *intercluſus, obſtructus.* pro Cor. 43. Ne interseptum sit his iter ad hoc amplissimum præmium ciuitatis. 1. Tus. 47. Foramina terrenis concretisq; corporib. interspecta.

INTERSPIRATIO, onis. *respiratio.* 3. de Or. 171. & *ibi.* 179. Æqualibus interspirationibus vtebantur.

INTERSVM, es. *adsum.*) (*desum.* de Sen. 7. Sæpe interfui querelis meorum æqualium. Att. lib. 14. ep. 24. Tu plura audis, & interes consilijs. 1. de Diu. 118. Non placet Stoicis, singulis iecorum fissis, aut atrium cantib. interesse deum. & Att. lib. 9. ep. 4. Melioris ciuis & viri putabam, quouis supplicio affici, quam illi crudelitati non solum præsse, verum etiam interesse. 1. de In. 104. Ipse interfuit, & præsens vidit. pro S. R. 39. Roscius ne in conuiuio quidem vllo ferè interfuit. pro S. R. 111. Quib. in reb. interesse non possumus. pro Cl. 162. Hic testamento faciendo interfuit. 1. I. V. 48. Interesse in consilijs aliquorum. Ep. lib. 13. ep. 36. Qua in re ego interfui. 2. de In. 18. Ratiocinatio dicitur tum interfuisse, cum, &c. 1. ad Her. 16. Quib. in reb. alicuius firma autoritas videbitur interfuisse.

¶ *Intercedo.* 3. I. C. 5. Tybris inter eos & pons interest. 13. in An. 5. Si maria, montes, regionum magnitudines interessent, odisses eum. de Sen. 60. Cuius inter primum & sextum consulatum sex & quadraginta anni interfuerunt.

ADVERB. Sepè, de Senec.

☞ Syntaxis. *Interesse querelis, consilijs, in conuiuio, conuiuio, faciendo testamento. In hac re principis autoritas interfuit. Inter nos & illos pons interest.*

INTERTRIMENTVM, ti. *detrimentum.* 3. I. V. 132. Cum eo sine vllo intertrimento conuenerat.

INTERVALLVM, li. *spacium, diuisio, discrimen*, 2. de Ora. 358. Vtendum est locis multis, illustribus, explicatis, modicis interuallis. Epist lib. 1. epist. 7. Vt quoniam interuallo locorum & temporum disiuncti sumus, per literas tecum quam sæpissimè colloquar. 2. de Fin. 95. Dolor si longus, leuis: dat enim interualla, & relaxat. 1. Acad. 1. Satis eum longo interuallo ad suam villam reduximus. 7. I. V. 6. At cũ in Italia bellum tam propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. quid mirum? ne cum in Sicilia quidem fuit eodem interuallo, pars eius belli in Italiam peruasit. 2. de Nat. 54. Neque Mercurius à Sole longius quàm vnius signi interuallo discedit. & *ibid.* Lucifer nũquam à Sole duorum signorum interuallo longius discedit. 1. de Orat. 187. In Geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. de Vn. 21. Interuallum sesqui alterũ, sesquitertiũ, sesquioctauũ. & *ibid.* Duplũ & triplum interuallum. 2. de Diu. 91. Reliqua verò tria interualla infinita & immensa, à Sole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad Saturni stellam. de Vn. 37. Fore vt certis temporum interuallis animal oriretur. 1. de N. 25. Opinio est, natiuos esse deos longis interuallis orientes occidentésque. 3. ad Her. 21. Interuallum vocis in loquendo. de Som. 12. illi octo cursus septem efficiunt distinctos interuallis sonos. 1. Tusc. 41. Interualla sonorum. de Som. 11. Sonus interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis. 3. de Orat. 184. Distinctio & æqualium & sæpe variorum interuallorum percussio numerum conficit. & *ibid.* Numerum in cadentibus guttis quòd interuallis distinguuntur, notare possumus. & *ibid.* 183. Quod metiri possumus interuallis æqualib. Or. 53. Distincta alios & interpuncta interualla, moræ, respirationésque delectant. Or. 181. Numerus interuallis, compositio vocibus apparet. & *ibid.* Interuallorum longorum & breuiũ varietas. & 194. Pedes non syllabis, sed interuallis metiendi. & *ibid.* Trochæus, qui temporibus & interuallis est par Iambo. 2. cont. Rul. 88. Vide quantum interuallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia, & istorum dementiam. pro Rab. 15. Quantum interuallum inter te atque illum interiectum putas? * de Clar. 234. Sic interuallis, acclamationibus, voce suaui & canora, admirando irridebat.

¶ *Tempus: vt tanto interuallo, longo interuallo. quod Virgil. dixit, Longo post tempore. Cic. Multis post annis, deinde longo interuallo post, semel vsurpaui, quod nimis sæpe vsurpant nouo.* pro Mur. 17. Ego verò tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregi. 1. con. Rul. 27. Perficiam, vt huius ordinis autoritas, quæ apud maiores nostros fuit eadem nunc longo interuallo reipub. restituta videatur. Q. fr. lib. 3. epist. 3. Dierum iam amplius L. interuallo nihil à te literarum. de Cl. 18. Quoniam longo interuallo modò primum te paulò hilariorem video. pro Cl. 177. Satis longo interuallo pòst iterum aduocantur. pro Muræ. 21. Vt cùm longo interuallo venetis, contendas, &c. 4. I. A. 16. Hodierno die longo interuallo ad spem libertatis exarsimus. ad Brut. epist. 15. Venio nunc longo sanè interuallo ad quandam epistolam, quæ, &c. Att. lib. 11. ep. 11. Longo enim interuallo video mutata esse omnia. 2. cont. Rul. 3. Me per longo interuallo propè memoriæ tẽporúmque nostrorum primum hominem nouum consulem fecistis. pro S. R. 11. Longo interuallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur. 1. I. V. 67. Consuetudo longo interuallo repetita & relata. & 3. In Ver. 15. Lõgo interuallo veterem consuetudinem retuli. At. lib. 1. epist. 3. Et nos longo interuallo viseris. Ep. lib. 7. ep. 18. Tu si interuallum longius fuerit mearum literarum, ne mireris. 7. in Ver. 144. Versabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. pro Clu. 70. Si cum animis vestris longo interuallo recordari illius vitam volueritis. de Cl. 70. Cum res priuatæ longo interuallo iudiciis repetentur. pro Fl. 70. Longo interuallo Romam venis. pro Ar. 6. Interim satis longo interuallo venit Heracleam. pro Fl. 47. Interim neque ita longo interuallo ille venit. de Pro. 29. An laurea illa amittet longo interuallo viriditatem? Ep. lib. 15. epist. 14. Amicitia longis interuallis temporis interrupta. 1. Offi. 30. Illa quæ quasi longo interuallo interiecto videmus. 1. Tusc. 1. Studia, quæ longo interuallo intermissa reuocaui. Epist lib. 15. epist. 14. Primùm, vt te tanto interuallo viderem. Att. lib. 4. epi. 16. Et ille Latinus *Artemon* ex interuallo reguſtandus. Or. 222. Interuallo dicere. *id est, ex interuallo, vel cum distinctione.* ad Her. 1. Crebris interuallis & diuisionibus oportebit vti.

✠ *ADIVNC. Æqualia, & sæpè varia. 3. de Orat. certa temporum, dupla, tripla, Sesquialtera, Sesquitertia, & sesquioctaua, de Vniuers. Imparia, de Som. Infinita, & immensa. Reliqua, insita, & immensa, 2. de Diuin. Longa.) (. breuior, Orat. longum, de Clar. longius literarum, 7. famil. Maius, 8. Famil. minimum, de Fat. Mo ica, 2. de Orat. multa, 1. Definib. perlongum, 1. Cont. Rull. Ratum, 9. Attic. Tantum, 15. famil.*

☞ Syntaxis. *Interuallum (ratione spacij, in tempore, in loco.) Dare interuallum. Longo interuallo redire. Duorum dierũ interuallo diutius Longo interuallo studia intermissa. Cum animo suo interuallo recordari longo. Longo interuallo interiecto. Ex interuallo dicere, sequi. Interuallo insequi, dicere.*

INTERVENIO, nis. *de improuiso venio, interfum.* 1. de N. 17. Vt hic qui interuenit, ne ignoret quæ res agatur. 2. de Or. 14. Vereor tamen, ne molesti vobis interuenerimus. Att. lib. 15. ep. 11. & 1. ad Her. 18. Quã orationẽ cum ingressus essem, Casilius interuenit. At. lib. 15. ep. 17. Magni interest Ciceronis, me interuenire discẽti. ad Quint. frat. lib. 1. ep. 2. Scatius interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. 1. ad Her. 18. Vlysses interuenit, occisum conspicatur. 2. I. A. 44. Sed citò Curio interuenit, qui te à meretricio quæstu abduxit. 2. 1. A. 99. Quid eundem in septemuiratu nónne destituisti? interuenit enim. de Prou. 7. Nisi C. Virgilius interuenisset. pro Cl. 47. Cum multi boni viri ex occulto interuenissent. 3. Tusc. 38. Dolore non interueniente, aut si interueniret, &c.

¶ *Contingit.* Epist. lib. 7. ep. 5. Casus viro mirificus quidam interuenit, quasi testis opinionis meæ. 1. de Fi. 63. & 5. Tusc. 26. Epicurus exiguam dicit fortunam interuenire sapienti.

INTERVENITVR, Top. 76. Vt si interuentum est, cùm ageretur aliquid.

☞ Syntaxis. *Oranti interuenire. id est, interesse. Casus interuenit illi.*

INTERVENTOR, oris. de Fat. 2. Quodam liberiore quàm solebam, & magis vacuo ab interuentoribus die.

INTERVENTVS, tus. *inopinatus aduentus.* 3. in C. 6. Tum interuẽtu Pontini pugna sedatur. 1. de Nat. 112. Suppeditatio bonorũ nullo malorum interuentu. At. lib. 4. ep. 2. Quod vereor ne tardius interuentu Varronis nostri facias. Par. 30. Interuentus alicuius, aut interpellatio. At. lib. 16. ep. 11. Caleni interuentum & Caluenæ cauebis.

INTERVERSVS, a, um. 6. I. V. 68. Qui si intellexerint interuerso regali hoc dono, grauiter vos tulisse, pro Do. 112. Is intellexit posse se iuretuersa ædilitate Pisone cõsule prætorẽ renunciari.

INTERVERTO, tis. *præcipio, intercipio.* 2. I. A. 79. Ille induxit, vt peteret promissum, & receptum interuertit, ad séque transtulit.

INTERVISO, sis. *inuiso*, Ep. lib. 7 ep. 1. Quódque minus nos interuisis, hoc fero animo æquiore. Qu. fr. lib. 3. epist. 1. Vrbanam expolitionem vrget ille quidem, sed etiam ipse crebrò interuiso.

✠ *ADVERB. Crebrò, 3. ad Quint. frat.*

INTESTATO, *aduer. intestatus, nullo facto testamento.* 1. de Or. 183. Paterfamiliàs intestatò mortuus est. & 2. de Inu. 148. & 1. ad Her. 22. & 3. I. V. 114. & de Orat. 177.

INTESTATVS, a, um. *intestato.* pro Cl. 165. Haud hæres est Cluentius, intestatum dico esse mortuum. I. V. act. 4. 53. Atq; ita pro pinqua, vt ea etiamsi intestata esset mortua, Epicratem Bidinorum legibus hæredem esse oporteret.

INTESTINVM, ni. *ili. 1, viscera.* 2. de N. 138. Reliquiæ cibi depelluntur tum astringentibus se intestinis, tum relaxantib. & *ibid.* 137. Quædam à medio intestino vsque ad portas iecoris ductæ ac directæ viæ. Epist. lib. 8. epist. 26. Cùm grauiter ex intestinis laborarem.

✠ *ADIVNC. Medium, 2. de Nat.*

INTESTINVS, a, um. *intimus, domesticus.* ad Brut. ep. 10. Ingraueſcit enim indies in estimum malum. 3. I. V. 39. Occultum, intesti num ac domesticum malum. 2. I. C. 28. Bellum intestinum ac domesticum. con. Rul. Inclusum malum intestinum ac domesticum est. Ep. lib. 11. ep. 25. Intestinum vrbis malum. *ibid.* lib. 4. ep. 5. Quid est, quòd tantoperè te commoueat tuus dolor intestinus? 4 * Acad. 48. Neque vt quicquam interesset inter intestinum & oblatum *tremorem & pallorem.*

☞ Syntaxis. *Occultum, intestinum ac domesticum malum. Inclusum & intestinum. Intestinus timor. Dolor intestinus, bellum.*

INTEXO, xis. *cõtexo, interpono, implico.* Part. 12. Cũ parua magnis, simplicia coniunctis, obscura dilucidis inteximus. Att. lib. 13. ep. 13. Scis me anteà orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, vt Varronem nunquã posſem intexere. 2. Or. 68. Aliquid in causa prudenter intexere. Attic. lib. 13. ep. 22. Te *ἀοριστατα* intexui.

✠ *ADVERB. Prudenter in causa, 2. de Orat.*

INTEXTVS, a, um. *contextus.* 4. ad Heren. 61. Vestis coloribus variis intexta. 2. de Nat. 138. Venæ crebræ multæque toto corpore intextæ.

☞ Syntaxis. *Intexere amicum in lucubrationẽ. Venæ corpore intextæ.*

INTIME. *enixè. ex animo.* Qu. fr. lib. 1. ep. 2 Aliquem alicui ab aliquo intimè commendari.

INTIMVS, a, um. *recẽditus.* 6. I. V. 99. In eo sacrario intimo fuit signũ Cereris. 2. de In. 25. Animi quidam intimus sensus. pro Syl. 64. Intima cogitatio. Att. lib. 5. ep. 10. Sed angor intimis sensib⁹. 2. Tusc. 51. Intimus sermo. 2. in Verr. 17. Ad intima istorum consilia peruenimus. 2. de Na. 67. Itaque in ea dea, quæ est rerum custos intimarũ, omnis precatio & sacrificatio extrema est. 1. de Or. 96. Penitùs in eam ipsam disputationem penè intimam

perue

peruenistis. Orat. 179. Quæ disputatio non est huius instituti sermonis, sed artis intimæ. 1. Acad. 8. Multa admiscui ex intima philosophia. 1. de Le. 17. Sed penitùs ex intima philosophia hauriendæ iuris disciplina est. Epist. lib. 13. epist. 29. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam. pro Cæl. 62. Nam si essent in vestibulo, non lærent: sin se in intimum conijcere vellent, non satis commodè, &c.

¶ *Domesticus.*) (*.alienus.* 2. in An. 48. Antonius intimus erat Clodio. 2. in Cat. 9. Intimus alicuius. Attic. lib. 4. epist. 15. Itaque in intimis est meis, cùm antea notus non fuisset. Epist. lib. 3. epist. 1. L. Valerius est ex meis domesticis atque intimis familiarib. Qu. frat. lib 1. epist. 4. Intimus proximus, familiarissimus quisq; sibi pertimuit. pro S. R. 116. Tecti ad alienos esse possumus, intimi multo apertiora videant necesse est.

☞ Syntaxis. *Intimus animi sensus, sacrarium, cogitatio, sermo, consilium. Intima penitùs disputatio in intimam Rhetiam se abdere. Conijcere se in intimum. Clodius Antonio intimus: In intimis alicuius esse. Intimus est Cæs. Brutus. Intimus, proximus, familiarissimus.*

INTOLERABILIS, *intolerandus, non ferendus.* 3. I. A. 12. Intolerabile est seruire impuro. Qu. fra. li. 1. epist. 4. 2. de N. 127. Intolerabilis fœditas odoris. 4. Tusc. 37. Cui nihil intolerabile ad demittendum animum videri potest. Attic. lib. 11. epist. 13. Mihi omnia sunt intolerabilia ad dolorem de Am. 78. Ad modum intolerabilis iniuria. Epist. lib. 3. epist. 7. Intolerabilia tributa exegi. 5. Tuscul. 3. & Orat. 220. Intolerabilis dolor. & 26. Intolerabile ✠ vitium. item, Intolerabile verbum. ‖ Epist. lib. 12. ep. 4. Intolerabilia postulata Attic. lib. 16. ep. 13. Intolerabilis Antonius.

✠ ADVERB. *Admodùm, de Amic.*

INTOLERANDVS, a, um. 6. I. V. 78. Res indigna & intoleranda videbatur omnib. 7. Ver. 118. & pro S. R. 36. & 1. con. Rull. 15. Nunc prospicite omnium rerum infinitã atque intolerandam licentiam. pro Font. 34. Hæc immanis atque intoleranda barbaria. in Vat. 23. Intolerandus tyrannus.

INTOLERANTER, tius, *ſſimè, insolenter.* I. Vat. 29. Tu de tuis diuitiis intolerantissimè gloriaris. 2. de Or. 209. Intolerantiùs se iactare. 2. Tusc. 22. Intoleranter dolere.

☞ Syntaxis. *Ad animum demittendum nihil est intolerabile. Intolerabilis iniuria, homo. Indignum & intolerandum. Infinitum & intolerandum. Immanis & intolerandus tyrannus. Intoleranter gloriari, dolere.*

INTOLERANTIA, tiæ. *insolentia.* 2. contra Rull. 33. Perspicite hanc potestatem: non priuatorum insaniam, sed intolerantiam regis esse dicetis. pro Cl. 112. Quis eum cum illa superbia atq; intolerantia ferre potuisset?

INTONO, as. *sono. tono.* pro Mur. 81. Iam enim hesterna concione intonuit vox perniciosa designari. Trib. 1. de Diu. 106.

Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris.

INTONSVS, a, um.) (*.tonsus.* 3. Tusc. q. 62. Scindens dolore idem intonsam comam. & 26. Accij.

INTORQVENS, tis. *distorquens.* 2. de Or. 266. Testius in dicendo mentum intorquens.

INTORQVEO, es. *immitto, iacio, iaculo.* de Arus. 7. Si quod in me telum intorserit, statim, &c. At. lib. 9. epist. 6. Sed vereor, ne Pompeio quid oneris imponam, *μή μοι γαρείῳ πιφαλὼ δουπήσῃ πιλώρου* intorqueat.

INTORQVEOR, ris. *iacior.* 4. Tuscul. 77. Alternis enim versibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ.

INTRA, *inter, in interiore parte.* At. lib. 8. ep. 15. Qui regionib. exclusi intra præsidia atque intra arma aliena venissent. pro Sest. 58. Antiochus intra mõtem Taurum regnare iussus est. 5. I. V. 207. Locus intra Oceanum iam nullus est quo, &c. pro Pom. 33. Nulla intra Oceani ostium nauis est. 2. de Orat. 147. Nosse regiones, intra quas venêre & peruestiges, quod quæris. pro Cec. 22. Ingrediẽs intra finem eius loci, quem, &c. At. lib. 3. ep. 10. Quod facilè fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia initentur. Brut. epist. 18. Cùm tantum insideat intra muros mali. 4. ad Her. 4. Ipse intra carcerem stet. 2. I. V. 37. Omnia comme morabuntur, quæ intra decem annos, posteaquam iudicia ad senatum translata sunt, in rebus iudicandis nefariè & flagitiosè facta sunt. Epist. lib. 4. epist. 4. Sed quoniam Cæsar fortassè arbitraretur, me hanc rem non putare, si perpetuò tacerem, modicè hoc faciam, aut etiam intra modum, vt, &c. Epist. lib. 9. ep. 26. Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur vnà non modò non contra legem, si vlla nunc lex est, sed etiam intra legẽ, & quidem aliquanto.

☞ Syntaxis. *Intra, ratione loci: vt intra muros. ratione modi: vt, modice, vel intra modum loqui, & intra legem. temporis: vt, intra decem annos, quæ facta sunt.*

INTRACTATVS, a, um. *indomitus.* de Amic. 70. Qui non eo quo consueuit, libentiùs vtatur, quàm intractato & nouo? *de equis loquitur.*

INTRANDVM, 5. de Finib. 44. Intrandum est igitur in rerum naturam, &c.

*INTRANS, tis. pro Q. Gall. Videbar mihi videre alios intrantes, alios exeuntes.

INTRICOR, aris.) (*.extrico.* de Fat. * Chrysippus intricatur hoc modo.

INTRO, as, *introeo, ineo, ingredior, accedo.* 4. Ac. 122. Nulla acies humani ingenij tanta est, vt penetrare in cœlum, tertam intrare possit. 1. Tus. 57. Nisi animus antequam corpus intrasset, in rerũ cognitione viguisset. 2. de Nat. 11. Cum Gracchus pomerium intrasset. pro R. P. 22. Rabirius regnum intrauit. 2. I. A. 68. Tu illam domum ingredi ausus es? tu illud limen intrare? pro Cec. 22. Qui illum olearum ordinem intrasset. pro Dom. 5. Intrare in Capitolium non debuisti. Qu. frat. lib. 1. ep. 2 Qui in tuam familiaritatem penitùs intrârit. 2. de Or. 109. Tum definitio in mentem iudicis intrare non potest? 1. de Or. 204. Si hæc quæ patefacit oratione sua Crassus, intrare volueritis. de Arus. 37.

✠ ADVERB. *Penitus in Familiaritatem, 1. ad. Q. frat.*

☞ Syntaxis. *Intrare terram, regnum, limen, ordinem olearum, in Capitolium, in familiaritatem. In mẽtem definitio intrat. Intrare ea quæ dicta sunt.*

INTRODVCO, cis. *induco, facio, adduco, fingo, inuenio.* 5. Tusc. 10. Socrates philosophiam deuocauit è cœlo, & in vrbibus collocauit, & in domos etiam introduxit. in Sal. 1. Iustius huic quàm mihi succensere debetis, qui initium introduxit. de Fa. 23. Epicurus introduxit declinationem atomorum. & 20. Qui introducunt fatum. 1. de N. 20. Plato, qui natum mundum introduxit. 3. Offi. 12. Panætius non videtur huiusmodi deliberationem introducere debuisse: in qua, &c. 3. Offic. 118. Epicurei prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem voluptates. de Amic. 3. Quasi enim ipsos introduxi loquentes. Att. lib. 16. ep. 14. Possumus etiam vt sponsores appellentur, procuratorem introducere. 4. Acad. 131. & 4. de Fin. 43. Introducebat enim Carneades, summum bonum esse, &c. Epist. lib. 6. ep. 21. Introducere aliquam consuetudinem. 11 I. A. 19. L. Cæsar comitia & ambitionem introduxit in senatum.

INTRODVCTIO, nis. At. lib. 1. ep. 13. Iam verò ô dij boni rem perditam, etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulum nobilium introductiones nonnullis iudicib. pro mercedis cumulo fuerunt.

INTRODVCTVS, a, um. Part. 40. Introducta rei similitudo. 5. I. V. 189. Ex huiusmodi principio consuetudo æstimationis introducta est. Anteq. 21. Quæ omnia sunt pernicioſa, quòd in remp. sunt introducta. Qu. fra. lib. 3. epist. 2. Gabinius à consule retentus est, introducti publicani. 1. de D. 33. Qui in senatum introducti negauerunt. pro Clu. 40. Qui simulatque introductus est, prima potione mulierem sustulit. pro Cel. 35. Iam ipse tecum nulla introducta persona loquar. 3. In Catil. 12.

☞ Syntaxis. *Introducere fatum, sapientiam in animum. Introducere loquentes in colloquio, scripto. In Senatum ambitionem.*

INTROEO, is. *intro, in aliquem locum adeo.* Attic. lib. 7. ep. 7. Scribis Pompeium in vrbem introisse. 1. de Orat. 181. Mancinus in senatum introire non dubitauit. Attic. lib. 16. ep. 11. In domum alicuius introire. I. P. 55. Quasi verò ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modò ne triũphali. Epi. lib. 16. ep. 9. Simul nobiscum in oppidum introiuit Terentia. de Amic. 15. Quem fuit æquius, vt prius introieram in vitam, sic prius exire de vita. 2. in Ant. 68. An tu illa vestibula cùm adspexisti, domum tuam te introire putas?

✠ ADVERB. *Honestè. 9. pro Mur.*

☞ Syntaxis. *In vrbem. & domum introire, in vitam.*

INTROFERO, ris. *importor.* 7. in Ver. 34. Noctu introferri solitus est ad mulierem. & 117. pro Fl. In oppidum introferetur.

INTROITVS, tus. *aditus.* pro Ce. 21. At iste ad omnes introitus, qua aditi poterat in eum fundum, armatos homines opponit. 2. de Na. 144. Aures duros & quasi corneolos introitus habent. 6. in Verr. 130. Signum quod est ad introitum Ponti. 7. In Ver. 79. Propter introitum atque ostium portus.

¶ *Ingressio.* pro Cæl. 3. Hic introitus defensionis. Att. lib. 1. ep. 15. Primus introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ. pro Cec. 39. Non solùm introitu, sed omninò aditu prohiberi. pro Dom. 75. Aduentus meus & introitus in vrbem qui fuit? 11. in Ant. 5. Qui introitus in Smyrnam?

✠ ADIVNC. *Apertus suspicionis, 2. In Ver. Clandestinus, 2. Offic. Contractiores, duri, & quasi corneoli, 2. de Nat. Desertus ab amicis, de Prou. Nocturnus, 11. Phil. primus ad causam. 1. Attic.*

☞ Syntaxis. *Introitus aurium, orationis, vrbis. Aduentus & introitus. Igitur & ratione loci, & actionis incipientis.*

INTROMISSVS, a, um. pro Syl. 52. Vt intromissus me in meo lecto trucidaret.

INTROMITTO, tis. Epist. lib. 1. ep. 9 Si quando illa dicer, Phædriam intromittamus comessatum: tu, &c.

INTROSPICIO, cis. *inspicio.* de Arus. 33. Ne quis introspicere

possit tuam domum.pro Syl.76. Perspicite etiam atque etiam, introspicite omnium mentes.2.de Fin.118. Tu te introspice in mentem tuam,pro Fon.33. Age verò nunc inferte oculos in curiam,introspicite penitùs in omnes reipub.partes.2.de Diu.105. Causas omnium introspicere.

✠ ADVER. *Penitus in omnes partes,pro Font. Etiam atque etiam,pro Syll.*

INTROVOCO,as. *accerso,aduoco.* pro C. Cor.1. Nec criminosius tribus ad legem accipiendam,quàm ad collegam reddendum priuatum,introuocare.

INTROVOCOR, ris, *accersor.aduocor.*2.I. V. 66.Cur filiam tuam non introuocari iubes?

INTRVDO,dis.pro Cec. 13. Atque etiam se ipse inferebat & intrudebat.

INTVENDVS,a,um.11.in Ant.39. Non tam veteranos intuēdos vobis arbitror,quàm quid tyrones milites sentiant.

INTVENS,tis.5.Tusc.57.Ex quo omnibus bene veritatem intuētibus,videri necesse est miserum.de Cla.331. Sed in te intuens Brute doleo,cuius,&c.1.de Or.6. Ac mihi quidem in summos homines intuenti,quærendum visum est,quid sit,&c.5.Tusc.5. Delecti pueri ad nutum illius intuentes diligenter ministrabant.1.de Or.145. Commonere aliquem,quo quidque referat, & quò intuens ab eo quodcunque sibi proposuerit, minus aberret.

INTVEOR,ris.2.*video tueor,contueor,contemplor,aspicio.*2.De diu. 24.Rectores nauium profectione lęti,piscium lasciuiam intuebātur,nec tuendi satietas capere poterat.Anteq.24.Non solùm cunctam intueri, sed etiā tueri poteris ciuitatē.pro Pomp. 41. Pompeium omnes sicut aliquem de cœlo lapsum intuentur.4. Ac.64.Me omnes intueri.de Som. 13. Intueri solem nequimus aduersum.1.Tusc.73. Qui cùm acriter oculis deficientem solē intuerentur, vt aspectum omninò amitterent, sic mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit, ob eāmque causam contemplandi diligentiam amittimus.Epist.lib.5.ep.17.Intueri aliquid oculis,aut animo complecti.2.contra Rul.76. Intentis oculis omnes reip.partes intueri.Orat.24. Oratores voluntatē eorum qui audiunt,intueri debent.3.de Or.121.Dummodò illa ad hanc ciuilem scientiam, quò pertinent,& quam intuentur, transferamus.1.de Fi.57.Intueri aliquid acri & attento animo. 7.I.V.143. Frequentia quæ nunc animo te iniquissimo infestissimóque intuetur.de Pr.22.Intueri aliquem coràm. 1. de Orat. 184.Intueri huc atque illuc.3.I. C. 13. Ille terram intuebatur.ad Brut.epist.13.Intuere me ipsum,qui,&c.pro Planc.101. Hos ego tum animo intuebar.pro Dom.47. Intuemini pauliſper animis iuuentutem.pro Pl.2.Intueri & contemplari aliquem.de Am. 23.Amicum qui intuetur,tanquam aliquod exemplar intuetur sui.Orat.9. Aliquid intueri, in eóque defixum esse. 5. Tuscul.9. Qui rerum naturam studiosè intuerētur.pro Mil. 43. Ora omnium atque oculos intuemur.Epist.lib.1.ep.9. Qui splendorem & speciem huius vitæ intuentur.2.Tus.31.Intueri in aliquā rem. de Vn.31.Intueri in speciem rerum.

✠ ADVERB. *Acriter.1.Tusc.Benè veritatem, Studiosè naturam,5.Tusc.paulisper animis,pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Intueri aliquid in aliquem,ad nutum. Intueri oculis,ei intentis oculis. Intueri voluntatem. Acri animo intueri,infesto,iniquo, coràm. Intueri & contemplari. Intueri aliquid,& in eo defixum esse.*

INTVS.)(*foris.*1.de Fi.44.pro Mur.78.Intus, intus est equus Troianus.2.IC.11.Intus incluſum periculū est.de Vn. 30. Deus omnia animalia intus in mundo inclusit.de Sen. 12. Nec verò ille in luce modò & oculis ciuium, sed intus domiq; præstantior. pro Deio.30. Vbi id quod intus est atque nostrum impunè euolare potest.2.de Ora.276.Nasica sensit illum intus esse.3.de Fin. 18.Quæ sunt intus in corpore.pro Syl.17.Ille relictus intus, expectatus foris.2.contr.Rul. 67. Atque hoc carmen ille non vobis,sed sibi intus canit.

☞ Syntaxis. *Intus & domi pisc.)(in luce & oculis omnium. Sibi intus canere, id est,in animo. Intus in mundo.*

INVADO,dis.inuasi. *impetum facio,insulto,irruo,irrumpo,peto,vim facio.*2.Tusc.4.Si quis vniuersam philosophiam velit vituperare, secundo id populo facere possit: vel si ea quæ nos maximè sequimur,conetur inuadere, magna habere possit auxilia reliquorum philosophorum disciplinis.1.I. A. 4. Fugitiuus ille,qui in C.Marij nomē inuaserat.in Sal.9.Qui ista inusitata rabie petulanter in vxorem meam inuasisti.11.I. A. 4. In Galliam Antonius inuasit,in Asiam Dolabella,alienam vterq; prouinciam. Qu.frat.lib. 3. ep.2. Imperator noctu vrbem hostium inuasit.3. I.V.54.Inuadere in vrbes hostiū cum exercitu vi.pro S. R.6.Inuadere in pecunias alterius nullo iure.& 13.In fortunas alterius inuadere.pro S.R.23.Iste in prædam huius inuadit.2.I.A.41. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum inuasit. pro Cec.25. In aliquem aduenientem cum ferro inuadere.2.I. A.77.Cùm mulier fieret vberius,is caput aperuit, in collum inuasit.2.de D.73.Auis fame enecta in offam pultis inuadit.4. Tuscul.49.An L.Brutus, &c. effrenatius in Aruntem inuaserit.2.de N.41.Ignis quocunque inuasit, cuncta disturbat & dissipat.2. Off.75.Modò enim hoc malum in hanc vrbem inuasit.2.Tusc. 4.Si quis ea,quæ nos maximè sequimur, conetur inuadere.3. Of.34.Panætius negat,vllam pestem maiorem in vitam hominum inuasisse,quàm eorum opinionem, qui ista dixerunt.Ep. lib. 16. ep. 12.Mirus furor inuasit improbos.Ep.lib.1.ep. 9. Non potui magis in arcem illius causæ inuadere.pro Sest.14.Neque quenquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, vt in eum non inuasisse,sed incurrisse videamur.

INVADOR, ris. 1. Offic.77. In quo me ab inuidis inuadi solere audio.

✠ ADVER. *Effrenatiùs,4.Tusc.Insolenter in alicuius fortunas,2.Phil.Petulanter rabie,in Sall.Planè in vrbem.3.ad Qu.frat.modo.3.Off.Magis.1.Fam.*

☞ Syntaxis. *Inuadere in aliquem, in alicuius nomen,vrbem,in collum. Quo inuadet ignis? Furor improbos inuadit. Inuadere in alicuius pecunias. Inuadere in arcem causæ.*

INVALESCO,scis.*nouas vires sumo,cōfirmatior fio.*pro Mu.32.Qui res sibi aliquot annis sumtis ad cōfirmandas rationes & copias belli,tantùm ipse opibus conatúque inualuit,&c.

INVALETVDO,nis.*valetudo infirma.*At.lib.7.epist.2.Inualetudo tua valde me conturbat.& ep.5.Inualetudine tua moueor.

INVECTIO, onis.)(*exportatio.*2. Off.13. Earum rerum quibus abūdaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio 2.de In.164.Clementia per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati,comitate retinentur.

INVECTVS,a,um.*aductus.*5.de Fi.70. Rex Perses eodem flumine inuectus.de Som.3. Cum eris curru Capitolium inuectus, offendes rempub.&c.pro Mur. 32. Cùm bellum inuectum totam in Asiam esset.1. de Inu.1.Incommoda inuecta peraliquē. 4.Tusc.63.Ira cœlitum inuectum malum.

¶ *Inuadens.*At.lib.2.epist.19. Diphilus in Pompeium petulanter inuectus est.Epist.lib.12.ep.2.Piso,qui in eum primus inuectus est.2.in Ant.17.In totam denique M.Antonij domum sum sem per inuectus.* Frag.epist.In eum palàm vehementer est inuectus.

INVEHENS,tis.*importans.*1.de N.79. Triton natantibus inuehēs belluis adiunctis humano corpori.

¶ *Insultans.*2.I.A.74. De quo Cæsar in senatu apertè in te inuehens questus est.

INVEHO,his.*importo.*2. Off.76. Paulus tantum pecuniæ in ærarium inuexit, vt, &c.6. I. V. 130. Cùm multa ex illo mari bella emerserint, & multa in Pontum inuecta sint.3. Tusc.26.Mala, quæ tibi casus inuexerat.4.Tusc.38.Vt quemcunque casum fortuna inuexerit,hunc aptè & quietè ferat.2.Tusc.20. Nec mihi Eurysteus tantum inuexit mali.

INVEHOR,ris.*importor,inferor.*pro Mu.4.Importū ex alto inuehi.)(*Portu soluere.*de Prou.35.Si in Capitoliū inuehi victor gestiret.

¶ *Insurgo,insulto,inuado.*2. de N. 162. Carneades libēter in Stoicos inuehebatur.pro Sest.14.Asperè in aliquē inuehi.2.de Ora. 304. Acerbè & contumeliosè inuehi in aliquem & prauiter. pro Fl.38.Nunc verò non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem inuehar,neque in isto testimonio commouebor.3.de Na. 95. Vehementius inuehi in aliquem.1.de Orat.24.Cùm vehementius inueheretur in causam principum consul Philippus.de Amic. 57. Acerbius in aliquem inuehi,infectariq; vehementius. Epist. lib.7. ep.2. Me,in quem inueheretur, delegerat.3. Tuscul. 63.Aeschines in in Demosthenem inuehitur,quòd,&c.2.de Ora.301. Inuehi & maledicere.

✠ ADVER. *Acerbiùs, vehementiùs in aliquem, de Amic.Apertè,paratiùs,2.Philip. Asperiùs,pro Sest. contumelioſiùs,grauitèr in ordinem,2. de Orat.copiosè,3.Tusc.Liberiùs,12.Famil.petulantèr,2.Attic.Rhetoricè,2.Tuscul.*

☞ Syntaxis. *Inuehens in Catonem Cæsar. Inuectus in domum Antonij.inuehi in aliquem libenter,acerbè, asperè, contumeliosè, vehementius. Inuehi & maledicere.*

INVENIO, nis.*reperio,deprehendo, pernestigo, nanciscor,conuenio* Attic.lib.5.epist.16. Euersam in perpetuum prouinciam nos inuenisse scito. Epist.lib.5.epistol.9.Scis meam fortunam nescio quomodo facilè obtrectatores inuenire.4.ad Her. 49. Dum eā inuitastis vituperationem, quæ, &c.eam inuenistis,vt timidi putaremini.1.de Fin.23.Torquatus qui hoc primus cognomen inuenerit. pro S. R.42. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret,non inueniebat:ego res tam leues qua ratione infirmem,reperire non possum.* con.C.Ant.Cum ex eodem stu pro tibi & vxorem & filiam inuenisti.

✠ ADVERB. *Acutè, subdolè, versutè,de Clar.Planè autem,2.de Ora.Sapientius,1.Tusc.*

INVENIOR, ris. de Orat. 157. Quomodo verum inueniatur, aut quomodo iudicetur. 1. de Ora. 8. Cùm boni perdiu nulli, vix aut rem singulis ætatibus singulis tolerabiles oratores inuenirentur. de Cl. 35. Nihil acutè inueniri potuit. ‖ Vide. 1. Tuscul. 66. & 65. 1. de Orat. 86.

✠ *ADVER. Vspiam in libris. 1. de Orat.*

INVENTIO, onis. 1. Tusc. 61. Illa vis quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atque excogitatio dicitur. 4. Ac. 26. Quæstio est appetitio cognitionis, quæstionisq; finis inuentio. 1. de In. 9. Inuentio est excogitatio rerum veterum, aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant.

✠ *ADIVNC. Facilis. Top.*

INVENTOR, oris, *autor.* 3. de N. 46. Aristæus oliuæ inuentor dicitur. de Cl. 253. Cicero princeps & inuentor copiæ verborum. 1. de Orat. 47. Harum rerum inuentor ac princeps Plato. 1. de In. 43. Deinde eius facti qui sunt principes & inuentores, qui deniq; autoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli. 1. de Fin. 32. Inuentor & quasi architectus veritatis. Or. 61. Inuentor, compositor, actor.

☞ Syntaxis. *Princeps & inuentor: & contrà. Inuentor & quasi architectus veritatis. Inuentor, compositor, actor.*

INVENTRIX. cis. de N. d. li. 3. 53. Princeps & inuentrix belli Minerua. Tusc. li. 5. 5. Inuentrix & magistra legum philosophia. 1. de Orat. 13. Illæ omnium doctrinarum inuentrices Athenæ.

INVENTVM, ti. 1. de Ora. 84. Qui philosophorum inuenta didicisset. pro Mur. 61. Stoici æmuli inuentorum Zenonis. de Sen. 78. Tot artes, tot scientiæ, tot. inuenta. pro Cl. 84. Alterius bene inuentis obtemperare. * de Cons. Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus & institutis excultam constituámque habemus.

¶ *Est insuper argumentatio, argumẽtum, ratio.* L. ARGVMENTATIO & ARGVMENTVM,

✠ *ADIVNC. Antiquiora, Orat. Diuina. 1. de Nat. Probabile, Top. Probabile, ac necessarium. 1 de Inu.*

INVENTVS, a, um. 3. I. C. 17. Hæc in rempublicam coniuratio manifestè inuenta atque deprehensa est. pro Do. 1. Multa diuinitùs à maioribus nostris inuenta atque institua sunt. 2. I. A. 85. Tu ergo vnus scelerate inuentus es, qui, &c. 2. de. Or. 176. Nequa quam satis est reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis. * Timæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum est Solis & Lunæ.

✠ *ADVER. Benè. pro Clu. Diuinitùs. pro Dom. Manifestè, Palam. 3. In Catil. Scelerate, 2. Philip. vtilitèr, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Vituperationem inuenire. Inuentio & excogitatio. Potius contradicendum ex rei natura. Artes inuenta. Tu vnus scelerate inuentus, qui. (ego potius appellandi casu ponerem, ó scelerate.) Inuenta & deprehensa coniuratio.*

INVENVSTVS. de Clar. Or. 237. C. Censorius Græcis literis satis doctus, quod proposuerat explicans expeditè, non inuenustus actor, sed iners & inimicus fori.

INVERECVNDVS, a, um, *non verecundus, impudens.* 1. de In. 83. Sin inuerecundum animi ingenium possidet. & Poetæ.

INVERSIO, sionis. *ironia.* 2. de Orat. 261. Inuersio verborum. & 1. ad Heren. 10.

INVERTO, tis. *immuto, verto, peruerto.* Part. 24. Inuertere ordinem.)(. *Directè dicere.* 3. Offi. 38. Idémque rursus videbatur, cùm in locum annulum inuerteret. Qu. Fr. li. 3. ep. 2. Nisi noster Pompeius dijs hominibúsque inuitis negotium inuertit. de Ar. 52. Videant ij, &c. quàm se citò inuerterit.

✠ *ADVERB. Quàm citò, de Arusp.*

INVERTOR, ris. 2. de Orat. 262. Inuertuntur autem verba, vt pro deformi pulchrum.

✠ INVESPERASCO, is. 7. In Ver. 9. Cùm primùm inuesperasceret classem inflammari incendique iussit. *Lamb. aduesperasceret, & forte melius.*

INVESTIGANDVM. 2. de Na. 158. Canum incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium.

INVESTIGATVS, a, um. pro Lig. 1. Diligẽtia inimici inuestigatum est, quod latebat.

INVESTIGATIO, onis. *inquisitio, indagatio, conquisitio.* 1. Offi. 13. Hominis est propria inquisitio & inuestigatio veri. & 19. Quæ omnes artes in veri inuestigatione versantur. & 1. Aca. 34. Inuestigatio naturæ.

✠ *ADIVNCT. Facilior. 1. de Finib. Propria veri. 2. Off.*

INVESTIGATOR, oris. *venator.* de Cl. 60. Varro diligentissimus inuestigator antiquitatis. & pro Syl. 85. de Vniuer. 1. Diligens inuestigator earum rerum, quæ à natura inuolutæ videntur.

✠ *ADIVNC. Acer, & diligens, de Vniuer. Diligens. 2. Offi. Diligentissimus antiquitatis. de Clar.*

INVESTIGO, as. *indago, exquiro, scrutor, perscrutor, perquiro, persequor, vestigijs odoror.* Attic. lib. 9. ep. 1. Illud molestum, me adhuc inuestigare non posse, vbi Lentulus sit. & ep. 6. De Lentulo inuestigabo diligentius. Att. lib. 12. ep. 18. Velim des operam, vt inuestiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita. Or. 19. Inuestigemus igitur, quem nunquã vidit Antonius. pro Syl. 4. Tu inuestigasti, tu patefecisti coniurationem. Qu. de Pet. 24. Perquirere & inuestigare aliquid. 6. I. V. 47. Inuestigare & perscrutari omnia. & 2. In Ver. 48. Inuestigare & consequi aliquam rem. Q. Fr. lib. 1. ep. 2. & pro Cl. 22. Inuestigare aliquem.

✠ *ADVER. Diligentius. 9. Attic.*

☞ Syntaxis. *De Cæsare inuestiges & ex. Inuestigari & perscrutari. Perquirere & inuestigare. Inuestigare & consequi.*

INVETERASCO, scis. & INVETERO, as: inueteraui. *conseneſco.* 3. I. C. 26. Res nostræ monumentis literarum inueterascent & corroborabuntur. 5. Tusc. 40. Nihil enim inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. pro Syl. 24. Nos quorum iam nomen & honos inueterauit, & huic vrbi & hominum famæ ac sermonibus. pro Syl. 60. Cùm iam illa dissensio inueterascere, & multos annos esset exagitata. 4. Tusc. 24. Cùm hic feruor animi inueterauerit. 2. Offic. 57. Quanquam intelligo in nostra ciuitate inueterasse iam bonis temporibus, vt splendor ædilitatum ab optimis viris postuletur. 2. I. V. 1. Inueterauit iam opinio pernicioſa reipub. 2. de Nat. 5. Nec vnà cum seculis hæc opinio inueterare potuisset. pro Pom. 7. Macula, quæ penitùs insedit & inueterauit in populi Romani nomine. Epist. lib. 14. ep. 3. Nam si inueterauerit, actum est.

☞ Syntaxis. *Laudes monumentis literarum inueterascere & corroborari Macula inueterauit, & insedit in nomine.*

INVETERATIO, onis. *vetustas.* 4. Tusc. 81. Inueteratio autem vt in corporibus ægrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio.

INVETERATVS, a, um. *vetus, quod vetustate consenuit.*)(. *Recens.* de Sen. 72. Nam omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata, facilè diuellitur. 4. Tusc. 39. Aliter ferat inueterata, aliter recentia. 5. I. A. 31. Malum inueteratum fit plerunque robustius. pro Dom. 63. Omnis diu collecta vis improborum, quæ inueterata compresso odio atque tacito iam erumpebat in actum. Ep. lib. 3. ep. 9. Nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia. pro Cor. 43. Qui inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplináque delerit. ‖ 2. Offi. 58. Inueterata inuidia.

INVICEM. *vicissim.* Att. li. 5. ep. 10. Propter viciniratem toros dies simul eramus inuicem. *alij legunt, eramus iniuncti: sed malè.*

☞ Syntaxis. *Esse simul inuicem.*

INVICTVS, a, um: ssimus. *qui vinci non potest.* pro Mar. 12. Rectè igitur vnus inuictus es à quo etiam ipsius victoriæ conditio visque deuicta est. Para. 4. Mea consilia, quib. resp. inuicta stat. 3. de Fin. 76. Rectè inuictus, cuius etiamsi corpus constringatur, animo tamen vincula iniici nulla possunt. 2. de Orat. 84. Animus acer & præsens, & acutus idem atque versutus inuictos viros efficit. 1. Offi. 15. Animi excelsi atque inuicti magnitudo ac robur. 1. Offi. 68. Qui inuictum se à labore prestiterit, vinci à voluptate. Postquam. In Sen. 28. Fortis & inuicta defensio salutis meæ. 2. Contra Rull. 94. Annibal armis inuictus. 2. Contra Rull. 51. Inuictus Pompeij exercitus. pro Pomp. 54. Populus Romanus, cuius nomen inuictum vsque ad nostram memoriam permenserat. 6. I. V. 82. Nomen inuictissimi imperatoris incidatur.

✠ *ADVERB. Rectè, pro Mar.*

☞ Syntaxis. *Inuicta stat Respub. consilijs. Fortis & inuicta defensio salutis. Cæsar armis inuictus. Inuictum nomen.*

INVIDENDVM. pro Mur. 88. Quare, quid inuidendum Murænæ sit in hoc præclaro consulatu, non video: quæ verò miseranda sunt, vos videre & perspicere potestis.

✠ *ADVER. Valdè statuæ, pro Rege Deiot.*

INVIDENTIA, tiæ.)(*Misericordia.* 3. Tusc. 21. Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis sic inuidentia ægritudo est ex alterius reb. secundis. & *ibid.* 20. Ab inuidendo autem inuidentia rectè dici potest. & 4. Tusc. 17. Inuidentia est ægritudo, suscepta propter alterius res secundas, quæ nihil nocent inuidenti. 4. Tusc. 16. Inuidentia in eo qui inuidet. tantùm est: inuidia autem & in eo qui inuidet, & in eo cui inuidetur.

INVIDEO, des. *alienis bonis mœreo.*)(. *Miseror.* pro Cor. 15. Est huius seculi labes quædam & macula virtuti inuidere. 10. I. A. 1. Neminem alterius, qui suæ confidit virtuti, inuidere. 2. Contra Rul. 102. Illi qui honori inuiderunt meo. 3. Tusc. 20 Florem quisnam liberum inuidit meum, malè Latinè videtur: sed præclarè Actius: vt enim videre, sic inuidere florem, rectius quàm flori dicitur. 3. Tusc. 3. Vt nobis optimam naturam inuidisse videantur, qui, &c. 2. de Orat. 228. Interdum in hoc tibi Crasse paulùm inuideo. pro Flac. 70. Purpuram affers Tyriam, in qua tibi inuideo, quòd, &c.

¶ *Odioprosequor.* pro Plan. 7. Populus semper aut inuidet aut fauet.

✠ ADVERB. *Apertè, 4. Att. Maximè paribus. 3. de Or. Obscurè, occultè, 1. Att. paululum alicui. 2. de Or. Vehementèr dignitati. 1. Fam.*

INVIDETVR. 3. Tus. 20. Non dixi inuidiam, quæ tum est, cum inuidetur. & 4. Tus. 16. Inuidia non in eo qui inuidet solùm dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur. 2. Offi. 45. Non modò non inuidetur illi ætati, verumetiam fauetur. Ep. lib. 3. ep. 7. Video non vt antehac putabam, nouitati esse inuisum meæ. Ep. lib. 1. ep. 7. Simul quod video nouitati esse inuisum meæ. 2. de Or. 209. Inuidentur autem homines maximè parib. aut inferiorib. sed etiam superioribus inuidetur sæpe vehementer. 2. de Or. 208. Aliorum laudi atque gloriæ maximè inuideri solet. & *ibid.* 207. Inuidetur enim commodis aliorum. * de Orat. 210. Inuidetur præstanti florentique fortunæ.

✠ ADVERB. *Vehementer superioribus. 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Inuidentia in eo qui inuidet solum est. Inuidere alicui virtutem, & in honore. Alicuius virtuti inuidere. Tunc est inuidia, cùm inuidetur.*

INVIDIA, diæ. *maleuolentia, offensio.* 4. Tus. 16. Ægritudini subijcitur inuidentia, vtendum est enim, dicendi causa, verbo minus vsitato: quoniam inuidia non in eo qui inuidet, solùm dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur. & 3. Tus. 20. Vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum ductum est à nimis intuendo fortunam alterius. de Cl. 156. Obtrectatio inuidiæ, quæ solet lacerare pleroſque. 2. de Ora. 209. Sed haud sciam, an acerrimus longè sit omnium motus inuidiæ. & *ibid.* 208. Tum excitatur, si non acerbum odium, attamen aut inuidiæ, aut odij non dissimilis offensio. pro Clu. 69. Inuidiam atque offensionem se timere dixit. pro Corn. 16. Mors cum extinxit inuidiam, res gestæ sempiterna nominis gloria nituntur. 14. I. A. 17. Excellentium hominum virtutem imitatione, non inuidia dignam esse. Epist. lib. 1. epist. 1. Senatus religionis calumniam non religione, sed maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. & *ibidem.* Vt rebus in summam inuidiam adductis ita versamur. pro Rab. posthum. 46. Nam in eum cui misericordia opitulari debet, inuidia quæsita est. Attic. lib. 2. epist. 9. Non enim poterimus vlla esse inuidia spoliati opibus, & illa senatoria potentia. 2. Contra Rull. 69. Sullanus ager maximam habet inuidiam. pro Mur. 87. Consulatus hoc tempore nullam inuidiam habere potest. 3. Contra Rull. 7. Marianus tribunus pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit. Disrumpi inuidia. L. DISRVMPO. 1. de Nat. 124. Inuidiæ detestandæ causa. * In Pison. 4. Ego Senatus autoritatem sustinui contra inuidiam atque defendi.

¶ *Vituperium, odium.* Orat. 170. Sed habet nonnullam inuidiam cum in oratione iudiciali numerus inesse dicitur. 2. de Orat. 283. Scaurus nonnullam habet inuidiam, ex eo quòd aliorum bona sine testamento possidet. pro Planc. 35. Nam istius verbi quousque hæc poterat esse inuidia, datus est tibi ille, &c. 6. I. V. 29. Cogitasti, si ei reddidisses, te minus inuidiæ habiturum. in Sall. 9. Parare inuidiam alicui ex sua re familiari. Ep. lib. 11. ep. 1. Magnam enim inuidiam his faciemus. 1. de Orat. 181. Propter ✠ inuidiam Numantini fœderis. ‖ pro Clu. 159. 160.

✠ ADIVNC. *Aliena, 2. Attic. Communis. pro Cæl. falsa, atque iniqua, 2. In Catil. Imbecilla, inueterata iudicij, Senatoria, vehemens in iudicijs. pro Clu. Iustissima. 10. Fam. Magna, & inueterata. 2. Offic. Maxima, 8. Famil. Minima, pro Sest. Par. 6. de Rep. popularis. pro Dom. Recens. pro Rab. Non Recens sed vetus, ac diuturna. pro Qu. Rosc. Singularis, ac diuina. pro Mil. Summa. 1. Fam. Tribunitia, 3. de Leg.*

☞ Syntaxis. *Inuidia & offensio. In summam inuidiam res adducta. Ille in inuidiam est spoliatus omnibus fortunis. Habere multum inuidiæ, non nullam inuidiam. Facere alicui & parare inuidiam.*

INVIDIOLA, læ. ad Att. Quum nescio quid inuidiolæ inter eos exortum fuisset. *apud Sipontinum.*

INVIDIOSE. *odiose.* pro Mil. 12. Conciones illæ, quibus inuidiosè potentiam meam criminabaris. Qui. Fr. lib. 1. ep. 2. & ad Heren. lib. 4. 29. & 45.

INVIDIOSVS, a, um: sior. *habens inuidiam, odiosus, inuisus, inuidiam acquirens.* 2. de Orat. 304. Quæ sunt in his inuidiosa, etiam inuidiosiora faciunt. & Orat. 170. Inuidiosus numerus. 2. Contra Rull. 67. Qui possessiones inuidiosas tenebant. Attic. lib. 8. ep. 3. An accipere inuidiosum ad bonos. 2. de In. 134. Hoc tibi inuidiosum futurum est. pro Cæl. 11. Neque id ego dico, vt inuidiosum sit in eos, qui, &c. pro Cor. 56. Pecunia L. Cornelij, quæ neque inuidiosa est, & quantacunque, &c. pro Cl. 158. Aliquis inuidiosus, ac multis offensus.

✠ ADVER. *Sanè quàm. 8. Famil.*

INVIDVS, a, um. *obtrectator, niger, maleuolus, liuidus, iniquus, inimicus, alienus bonis mœrens.* pro Flac. 2. Si forte aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus extitisset. 4. Tus. 28. Ergo inuidi, maleuoli, liuidi, &c. quia procliues ad eas perturbationes sunt. Ora. 140. Non inuidi solùm, sed fautores etiam laudum mearum. Ep. lib. 7. ep. 2. Persuaserat nonnullis inuidis meis in me emissarium semper fore. & lib. 1. ep. 4. A tuis inuidis & obtrectatoribus nomen inductum falsæ religionis. pro Mur. 20. Quibus Lucullus tantum laudis impertit, quantum neque ambitiosus imperator, neque inuidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit.

✠ ADIVNC. *Plures. 1. ad Qu. Frat.*

☞ Syntaxis. *Inuidiosa possessio. Id erit inuidiosum tibi, & in aliquem. Inuidiosus & offensus multis. Inuidus, maleuolus, liuidus. Inuidus & obtrectator.*

INVIOLATE. *incorruptè, integrè.* de Senect. 81. Memoriam nostri piè inuiolatéque seruabitis.

INVIOLATVS, a, um. *integer, incorruptus.* pro Rab. 11. Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum defendo, seruari oportere. & pro Sest. 140. & pro Cæl. 11. pro Syll. 49. Et tamen inuiolata vestra amicitia integro officio faciebat.

INVISO, sis. *viso.* Att. lib. 4. ep. 9. Nostram ambulationem, cum poteris, inuisas velim. & lib. 1. ep. 17. Vt iam inuisas nos rogo. & lib. 12. ep. 28. Quod puerum inuisis, gratum. Att. lib. 4. ep. 6. Domum nostram quoad poteris inuisas. item. 1. de Orat. 249. Cui nostrûm licet fundos suos obire? aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis inuisere? pro Dom. 105. Quid tibi necesse fuit homo fanatice sacrificium, quod alienæ domi fieret, inuisere. 5. de Fin. 5. An eum locum libenter inuisit. 2. de N. 110.

Et natos geminos inuises sub caput arcti.

INVISVS, a, um: sior. *odiosus, quem animo æquo videre non possumus, qui in odio est apud aliquem.* Ep. lib. 10. ep. 31. Lepidus adeò est inuisus mihi, vt, &c. 2. Offi. 34. Quo quis callidior & versutior est, hoc inuisior & suspectior detracta opinione probitatis. 2. de Nat. 167. Eum aut inuisum Deo, aut neglectum à Deo iudicemus. pro Dom. 65. Sic Cato inuisus Cyprum relegatur. pro Quint. R. 20. Persona illa lutulenta, impura, inuisa. * Frag. epist. Res mihi inuisæ visæ sunt Brute. Incer. Gladiatores inuisos habemus, si omni modo vitam impetrare cupiunt: fauemus si.

¶ *Non visus.* de Aruſp. resp. 57. Maribus non inuisa solum, sed etiam inaudita sacra.

☞ Syntaxis. *Homo inuisus, & inuisus cunctis.*

INVITAMENTVM, ti. *inuitatio, incitamentum.* pro Syll. 74. Qui cum multa haberet inuitamenta vrbis & fori, tamen, &c. & Ep. lib. 10. ep. 10. Inuitamentum ad tempus. 5. de Fin. 17. Prima inuitamenta naturæ. & 52. * Hortens. Voluptates nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt senibus.

✠ ADIVNC. *Multa. pro Syll. prima naturæ. 5. de Finib.*

INVITATIO, onis. 4. in Ver. 83. Ad inuitationes aduentusq; nostrorum hominum. 3. Tus. 82. Quædam inuitatio ad dolendum. Att lib. 9. ep. 14. In Epeirum verò inuitatio quàm suauis? quàm liberalis? quam fraterna? 9. in Ant. 6. Aderat & hospitum inuita- ✠ tio liberalis. ‖ & 3. In Ver. 66. Inuitatio vt Græco more biberetur.

✠ ADIVNC. *Crebra. 6. Att. Liberalis. 9. Philip. Quam suauis, quam liberalis, quam fraterna, 9. Att.*

* INVITATVRVS, a, um. de Fat. Plures que etiam inuitaturus videretur.

¶ *Curo.* Att. lib. 4. ep. 14. Dionysium iube saluere.

¶ Impe

¶ *Impero.*ad Brut.ep.4.Quod nec senatus censuit, nec populus iussit,id arroganter non præiudico. pro Cecin. 96. Si populus iusserit me tuum seruum esse, putásne id iussum ratum atque firmum futurum.2.contra Rul.57.Quia vos fœdus non iusseritis,veretur Hyempsal,vt satis firmum sit.pro Fl.15. Quæ scisceret plebs,aut quæ populus iuberet.pro Corn.38.Populus Romanus legem iussit de ciuitate tribuenda.4.I.V.161.Senatus decreuit,populusque iussit.

✠ ADVER.*Apertè,2.de Di.Liberaliter literis,15. At. Puplicè,7.In Ver.valdè,7.Famil.*

☞ Syntaxis. *Amici iubent,suadent,hortantur.*ordo non imitandus. *Iussit ille Cæs.valere. Saluere Cæs.iube obsecro. Valde iubeo gaudere te. Quod iubet populus,id iussum,ratum,ac firmum est.*

IVCVNDE.*suauiter,dulciter.*pro Deiot.19.Cum in conuiuio comiter & iucundè fuisses. de Am. 1. Is multa narrare de C. Lælio memoriter & iucundè solebat.pro Cæl.13.& 25. 5.Tusc. 100.Iucundè edere vel bibere.1.de Fin.58.&.li.2.70.Iucundè viuere.

IVCVNDITAS,tis.*festiuitas,lepor,hilaritas,fructus.*1.de Orat. 27. Multa in homine iucunditas,& magnus in iocando lepos. Att. lib.10.ep.7.Etsi nihil vnquam tam fuit scribendum,quàm nihil mihi vnquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse.1.Offi.122.Relaxare animum,& dare se iucunditati.2.contra Rull.78. Vrbani quibus ista agri spes & iucunditas ostenditur. pro Dom.76. Itaque ille dies tantæ mihi iucunditati fuit,vt,&c. Antequam.7.Idcirco vitam eripere cupiunt,vt cum spiritu sensum quoque adimant iucunditatis. & 1. de Finib. 37. Voluptas, quæ cum iucunditate quadam percipitur sensibus.3.de Ora.153. Delectatio iucunditásque.de Amic. 86. Tranquillitas & iucunditas animi. pro Mar.19.Ex quo quidem maximus est fructus iucunditásque sapienti.& pro Mur.40.Fructus iucunditatis. Q. frat.libr.2.epist. 9.Nunc mihi iucunditatis plena epistola,hoc aspersit molestiæ.1.Offic.9.Hoc conducit ad vitæ commoditatem iucunditatémque.1.de Fini. 59.Si corpus grauioribus morbis vitæ iucunditas impeditur.‖2.de Finib.13.& 14.

✠ ADIVN.*Firma,& perpetua,Summa,& perpetua,* 1. *de Finib.Maior,1.in Verr.Multa,3.de Ora. Plurimæ,* 4.*Att.Summa,5.Tusc.Tanta,pro Dom.*

☞ Syntaxis.*Comiter & iucunde esse in conuiuio. Narrare memoriter & iucundè.Iucundè libere. Relaxare animũ,& se dare iucunditati. Vrbani agri iucunditas. Voluptas cum sensuum iucunditate. Delectatio, & iucunditas. Tranquillitas & iucunditas. Fructus & iucunditas. Vitæ commoditas,& iucunditas.*

IVCVNDVS,a,um:dior,ssimus.*amœnus,dulcis.suauis. Differt à grato iucundus : quòd iucunda, sunt item grata : sed non continuò grata, sunt etiam iucunda.nam grata est ægroto medicina, verùm iniucunda & insuauis:at sitienti,potus & gratus est & iucundus. L. Gratus.)(. Odiosus.*4.I.C.1.Est mihi & iucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas. Qui.lib.3.ep.1.Et mihi pergratum, perque iucundum erit. Att.lib.1.ep. 14. Fuit enim mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda,& timoris consolatio grata. Attic. lib.3. epi.24.Ista veritas etiamsi iucunda non est,mihi tamen grata est.Epistо.lib.4.ep.6.Cuius officia iucundiora scilicet mihi sæpe fuerunt,nunquam gratiora.lib.5.epist.15. Amor tuus mihi gratus & optatus:dicerem iucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. 4. I. C. 11. Comes alicui charus atque iucundus. Antequam.1.Iucundissimus fructus libertatis. 4. I. C. 16. Patriæ solùm cum est omnibus charum,tum verò dulce atque iucundum.2.de Orat.304.Inuehi in homines charos, iudicibusque iucundos.& 343.Fides iucunda est auditu in laudationibus.& 1.de Orato. 213.Sententiæ ad probandum accommodatæ,& verba ad audiendum iucunda. 3. de Orator.53. Scientiæ suauitas,qua nihil est hominibus iucundius.5.Tusc. 97.Nihil visum est illo pane iucundius.pro S. R. 51. Is nihil aut patri gratius, aut sibi iucundius, aut reuera honestius facere posset.2.contra Rull. 40. Agri iucundi & fertiles. Sall. in Cic. 2. Filia tibi iucundior atque obsequentior quàm parenti par est. Ep. lib.4. ep. 13.Ille mihi iucundissimus est.pro Pomp. 1. Conspectus vester multò iucundissimus. 2.de Finib.14.Iuuare enim in animo & in corpore dicitur,ex eoque iucundum. 5. I. V. 23. Odor suauis & iucundus.

✠ ADVER.*Magnoperè.1.Att.Maximè.3.Famil.Summè,vehementer,*13.*Famil.Paulisper.pro Cluent.vehementer leges.2.Cout.Rull.*

☞ Syntaxis.*Amor gratus,optatus,& iucundus. Comes charus & iucundus.Charus,dulcis,& iucundus. Fides auditu iucunda, & ad audiendum iucunda verba. Panis,ager,conspectus,odor iucundus.*

IVDAEVS,a,um.pro Flacc.67.Cum aurum Iudæorum nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret.de Prou.10.Iudæi & Syri nationes natæ seruituti.

IVDAICVS,a,um.pro Fl.66.Aurum Iudaicum.

IVDEX,cis.*arbiter,disceptator,animaduersor, existimator, æstimator.* ad Brut.ep.6.Flauius noster de controuersia, quam habet cum Dyrrachinis,hæreditaria sumpsit te iudicem. 2. de Orator.199. Equites Rom.apud quos tum iudices causa agebatur.pro S.R. 11.Fannius huic quæstioni iudex præfuit.pro Cluent.74. C. Visellius iudex quæstionis.pro S.R.84.L. Cassius ille, quem populus Rom.verissimum & sapientissimum iudicem putabat,identidem in causis quærere solebat.Cui bono fuisset, & *ibidem.* 85. Hunc quæsitorem ac iudicem fugiebant, atque horrebant. & *ibidem.*Vel illo ipso accerrimo iudice, vel apud Cassianos iudices causam dicere.pro Cec.48.De vi teipsum habebo iudicem Ebuti.pro Cluent.105. Sedistine iudex in C. Fabritium? & 120. Neminem voluerunt nostri maiores,ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem,nisi qui inter aduersarios conuenisset. *ibidem.*Prætores vrbani,qui iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre. pro Muræn. 27. Vtrum iudicem an arbitrum dici oporteat. 4. I. V. 30. Prætor det quem velit iudicem.& 5.In Verr.28.De conuentu nullum vnquam iudicem nec recuperatorem dedit.7.Ver.64.Iudex bonus esse nemo potest, qui suspicione certa non mouetur.pro R. P. 9. Accusaui de pecuniis repetundis,iudex sedi,prætor quæsiui.pro Syl.92. Vos reiectione interposita repentini in nos iudices consedistis. pro Dom.33.Qui de quaque re constituti iudices sunt. pro R. P. 36. Iudex de reo. pro Planc. 7. Populus semper dignitatis iniquus iudex est.3.Offic.44.Nec si iudex quidem erit de ipso amico.1. I.A.20.In iudice spectari & fortuna debet,& dignitas.& *ibidem.* Lex promulgata de tertia decuria iudicum : *id est, centurionum.* pro Planc.32.Sanctissimus & iustissimus iudex.1. Offic.146.Sic nos si acres ac diligentes iudices esse volumus ,animaduersoresque vitiorum,magna intelligemus sæpe ex paruis. Epist. lib. 5.ep.2.Vt tu quoque æquum te iudicem dolori meo præbeas. 1. Offic. 114. Acrem se & vitiorum & bonorum suorum iudicem præbeat.pro Sylla.50.Te existimo tibi statuisse quid faceres, & satis idoneum officij iudicem posuisse. 3. de Finib. 6. Æquus æstimator & iudex rerum. Orat.117. Iudicem me esse,non doctorem volo.2.in Verr.30.Iudex integer,seuerus,tristis,summa religione.& 5.In Verr.146.Iudices Gassiani seueriſſimi.1.Tusc. 10. Inexorabiles iudices Minos & Rhadamanthus.* pro Clu. 74.In consilium erant ituri iudices triginta & duo : sententiis decem & sex absolutio confici poterat:H-S. Quadraginta millia nummûm in singulos iudices distributa eum numerum sententiarum conficere debebant.in Clod.Nonte iudices vrbi, sed carceri reseruarunt:neque te retinere in ciuitate, sed exilio priuare voluerunt. Incer. Quod iudicis lenti & considerati est proprium.pro Pl.40.41.42.&c.*reperies plurima.*

✠ ADIVN.*Acres,ac diligentes.* 1. *Offic. Acres, & diligentes animaduersoresque vitiorum, Satis idoneus Officij,pro Syll. Acerrimus, verissimus, ac sapientissimus,pro Sex.Rosc. AEquus,* 5. *Famil.&* 10. *Familia. AEqui,& iurati,pro Rab. AEquissimus ,*3. *In Verr. AEquissimus studiorum.3.de Finib. Attentus , & docilis,benevolus,Integer,quietusque,iucundi,*2.*de Orat. Attenti,Orat.Barbari,*1.*de Inuent.Bonus,integer, seuerus,tristis.*6.*In Verr.Castissimi , diligentes , & religiosi, Principes ciuitatis, Seueri.*5.*Verr. Certi, iniqui, irati,noui,Sapientes,veteres,*7.*In Verr.Clementes , & misericordes,ignoti,iniquus, Inanis dignitatis,Sanctissimus,& iustissimus,& autor maximarum societatum. pro.Planc.Cupidus,fortis,surdus,pro Cæc. Dementes.* 11.*Famil. Durior,*2.*de Finib.Erectus , de Clar. fortes, Nummarij,*1.*Attic.Glorioſi,misericors,*4.*Attic. Graues,& sapientes , repentini , pro Flac. Grauissimus,*8. *Phil.honesti.)(.turpes,noti,*5.*Phil.Tam ignarus causarum,tam solers in dicendo , pro Sest. Inexorabiles,* 1. *Tus Infesti,interpretes legum,iurati,leues ac nummarij.leuissimi,multi,Nec obscurus,nec incertus, Præditi dignitate,Sequester,Similes,pro Cluent.Ingeniosus,& peritus,æquus,Melior aut sapientior,Religiosus,& sapiens,Sapientissimi,Nõ surdus,pro Fon.Iratus, in Part. Iuratus.*1.*de D.Leuis,nequam,*4.*In Ver.Manipulares.* 1.*Phi.Optimus,*13.*Fa.Pauci,de Pro.præditi certa ætate,* 2.*de Inu.Sapientes,multumque in posterum prospicientes,pro Mur.Seuerus,pro Pomp. Seueriſſimi,pro Arch. Seueriſſimi, atque integerrimi tristis & integer,*2.*In Verr.Timidi,*2.*Attic.*

☞ Syntaxis. *De controuersia sumere iudicem. Iudex præfuit ille huic quæstioni. Quæsitor & iudex. Habere iudicẽ aliquem de vi,furto,&c.*

Iudicem

Iudicem dare. De amico iudex. Sanctiß. & iustiß. iudex. Aestimato & iudex rerum, iudex verus, integer, tristis, seuerus, religione summa, inexorabilis. Ille sedet iudex.

IVDICANDVM. pro Planc. 9. Populus non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquam & quadam temeritate.

✠ *ADVER. Maturißimè, pro Cæc. Omnino, de Am.*

IVDICATIO, onis. *disceptatio, propria iudicij quæstio.* 1. de Inuent. 19. Iudicatio est, quæ ex infirmatione & confirmatione rationis nascitur controuersia. Part. 104. Ex rationis autem, & ex firmamenti conflictione & quasi concursu, quæstio exoritur quædam, quam disceptationem voco: in qua quid deueniat in iudicium, & de quo disceptetur, quæri solet. 2. de Inuent. 15. Quæstio in coniecturali eadem, quæ iudicatio. & 1. ad Her. L. CRINOMENON. Epist. lib. 3. ep. 9. Longi subsellij iudicatio. *id est, iudicium.*

✠ *ADIVN. Comparatiua, dubia, Simplex, 1. de Inuent.*

IVDICATVM, ti. *res iudicata.* 2. de Inuent. 68. Iudicatum est, de quo iam ante sententia alicuius aut aliquorum constituta est. & 1. de Inuent. 48. Iudicatum est res assensione aut autoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. 2. ad Heren. 19. Iudicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. pro Flac. 49. Prætor decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret. & *ibid.* 48. Itaque recuperatores contra istum iudicarunt: cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab eo ductus est. pro Qu. 29. Iste postulat vt procurator iudicatum solui satisdaret. pro Quin. 44. Si veretur vt res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satis accipiat. pro Flac. 49. Prætor actionem se daturum negauit, re iudicata stari oportere edit placere.

✠ *ADIVNC. Difficilius & maius, Solitarium aut rarũ, 1. de Inuent.*

IVDICATVS, ta, tum. 11. in Anton. 11. Iudices, quorum res iudicatas irritas fecimus. 2. contra Rull. 8. Rerum iudicatarum infirmationes. pro Dom. 78. Rem iudicatam referre. pro Cluent. 117. Id maiores nostri nunquam iudicium nominauerunt, neque perinde vt rem iudicatam obseruauerunt animaduersionem atque autoritatem censoriam. pro Rabir. Posth. 8. Causa iudicata atque damnata. 4. in Verr. 118. Res ab isto iudicatæ, cognitæque. de Senect. 78. Socrates sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus.

✠ *ADVERB. Contra, pro. Cæc. Sanctius. pro Rab. Posth.*

IVDICATVS, tus. *iudicatio, iudicium.* Attic. lib. 12. ep. 20. Approbo maximè quod de iudicatu meo responsum sit. 1. in Ant. 20. Isti ordini iudicatus etiam antè lege Iulia patebat.

☞ Syntaxis. *Causa & res iudicata. Iudicata & damnata causa.*

IVDICIALIS, le. *iudicij causa forensis.* 1. de In. 7. Iudiciale genus est, quod positum in iudicio habet in se accusationẽ & defensionem, aut petitionem & recusationem. Or. 170. Oratio iudicialis & forensis. de Cl. 286. Forense concertatorium, iudiciale genus dicendi. Att. lib. 2. ep. 1. Ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere. pro Arch. 32. Quæ firmè à me iudiciali consuetudine. 2. ad Her. 26. Hæc causa iudicialis fieri non potest. 6. I. V. 104. Persequi aliquem legibus ac iudiciali iure. 2. de Orat. 64. Oratio sine iudiciali asperitate. Att. lib. 13. ep. 6. Iudiciali asperitate vt caream videbis. de Cla. 243. Illius iudicialis anni seueritatem quasi Solem non tulit.

IVDICIARIVS, a, um. *iudicialis.* 3. I. V. 5. Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. pro Clu. 71. Quæstus iudiciarius. 1. de In. 92. & I. P. 94. Iudiciaria lex Cæpionis.

☞ Syntaxis. *Iudicialis causa, oratio, consuetudo, asperitas. Legibus, & iudicialiter persequi aliquem.*

IVDICIVM, cij. *iudicium deliberatio legitima, cognitio, notio.* pro Cec. 6. Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. pro Q. R. 10. Aliud est iudicium, aliud arbitrium. Iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. pro Cec. 4. In hac causa non de improbitate Ebutij, sed de iure ciuili iudicium fieri videtur. pro S. R. 111. Itaque mandati iudicium constitutum est. pro Q. R. 32. Iudicium damni iniuria constitutum. pro Q. 9. Prætor iudicium prius de probro, quàm de re fieri maluit. de Opt. 21. Iudicium fieri de factis famaque Demosthenis. & *ibid.* 20. Hunc igitur in iudicium adduxit Aeschines. & *ibid.* Si prius expositum fuerit, quæ causa in iudicium deducta sit. pro Quin. 41. Romæ iudicia fiũt, & in prouincia ius dicitur. pro Qu. 63. Accipere iudicium in ea ipsa verba, quæ aduersarius ediderit. & *ibid.* Accipere iudicium pro aliquo. 4. I. V. 66. Quod iudicium secundum Heraclium de compromissis factum erat. & 6. In Verr. 133. Postquam iudicia seuera Romę fieri desierunt. 4. in Ver. 30. & Qui iudicant, aut qui iudicia dant. & 1. in Ver. 56. Iudicium dat statim. & 3. in Ver. 137. Dare iudicij in aliquem. & 5. in Ver. 152. Ex formula, &c. pro Fl. 88. In Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit. & de Claris Orat. 113. Vocare aliquem in iudicium. & *ibidem.* 136. Vocare aliquem in iudicium capitis. pro Arch. 32. Qui iudicium exercet. *id est, prætor.* & 3. Prætor iudicium exercens. pro Sext. R. 11. Vt acria & seuera iudicia fiant. de Prou. 46. Censorium iudicium ac notionem & illum morem seueriſſimum magistratuum de ciuitate esse sublatum. in P. 97. Tum tu ipse de te sententiam tulisti, tum iudicium pronunciasti. pro Cl. 111. Iudiciũ à subselliis in rostra deferre. *id est, à iudicibus ad populum.* Att. lib. 4. ep. 15. Lex Plocia de iudiciis. 2. de In. 69. Iudicium purum & indicium cum exceptione. & *ibid.* Recuperatorium iudicium. Cęl. Ep. lib. 8. ep. 18. Legis Scantiniæ iudicium apud Drusum fit. pro Fl. 94. Multa & grauia iudicia de coniuratorum scelere fecistis. 2. ad Her. 19. Quod genus M. Drusus prætor vrbanus, quod cum hærede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sextus Iulius non reddidit. de Cl. 106. Iudicia populi, quibus aderat Carbo, iã magis patronum desiderabant. pro M. Tull. Hoc iudicium sic expectatur, vt non vnæ rei statui, sed omnibus constitui putetur. pro C. Cornel. 1. Exemplum disturbandorum iudiciorum perniciosissimum. *ibid.* Defensores iudiciorum. *ibid.* Id iudicium de Syllæ bonis fieri. *ibid.* Iudicium æquiore tempore fieri oportet *ibid.* Multarum rerum iudicia sublata sunt. *ibid.* Ne quem in iudicium oratio mea reuocare videatur. *ibid.* Quæ lex populi iudicia firmauit. con. C. Anton. Qui in sua ciuitate cum peregrino negauit se iudicio æquo certare posse. *ibid.* Si aut illud iudicium, aut illa absolutio nominanda est. *ibid.* Præclara dicentur iudicia tulisse, si, qui inficiantem Luscium condemnarunt, Catilinam absoluerint confitentem. *ibid.* Leges, quæstiones, iudicia violauit. *ibid.* Illo iudicio te non absolutum, verum ad aliquod seuerius iudicium ac maius supplicium reseruatum. in Clod. Quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit. *ibid.* In vnius hominis perditi iudicio plures similes reperti sunt. pro M. Scau. Subiit populi iudicium, inquirente tribuno plebis.

¶ *Controuersia causalis.* pro Q. R. 45. Iniurato in sua lite, aut iurato in alieno iudicio credere. 4. ad Her. 66. In iudicio superari turpissimum est, superare pulcherrimum. pro Cec. 61. Iuris iudicium cum erit & æquitatis, caue in ista tam frigida calumnia delitescas. pro Cl. 5. Illa definitio iudiciorum æquorum, quæ à maioribus nostris tradita est, vt sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. Qu. frat. lib. 2. ep. 15. Scauri iudicium statim exercebitur. 3. Offic. 61. Iudicia, in quibus ex fide bona agitur. pro Cæl. 1. Omnibus negociis intermissis vnum hoc iudicium exercetur. Sal. in Cic. 3. Cum legis Planciæ iudicia domi faciebatis pro Clu. 90. Quid? Illa tandem quæstio, aut disceptatio, aut iudicium fuit? pro Planc. 36. Senatus de reiectione, de ambitu fieri voluit iudicium alternorum. pro S. R. 11. Iudicium inter sicarios hoc primum committitur.

¶ *Sententia, opinio, mens, existimatio.* pro Dom. 71. Senatus, cuius est grauissimum iudicium de iure legum. 1. de Orator. 125. Subire iudicium graue. Orat. 36. Iudicia sunt varia, vt Græcis. de Claris. 190. Qui vulgi opinione diserti sunt habiti, hi intelligentium quoque iudicio fuerunt probatissimi. de Cl. 32. & 183. & 205. Gloria, quam nemo quidem meo iudicio est postea cõsecutus. 1. Tusc. 1. Meum iudicium semper fuit, omnia nostros inuenisse per se sapientius quàm Græcos. Orat. 140. De cuius meritis tanta senatus iudicia fecit, comprobante populo Rom. quanta de nullo. 1. I. A. 36. Et populi quidem Romani iudicia & testimonia multa habetis. Brut. ep. 4. Quod scribis, &c. quid ego sentiam, mei iudicij esse statuo nihil, nisi hoc, senatus aut populi Romani iudicium esse de his ciuibus, qui, &c. ad Br. ep. 16. Si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate & magnitudine direxit in exturbando Antonio. 1. de Nat. 42. Expositi non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia. Ep. lib. 15. ep. 6. Ad meum sensum & ad illud sincerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius, quàm, &c. de Pet. 3. Quasi in singulis causis iudicium de omni ingenio futurum sit. Or. 25. Athenienſium prudens sinceriumque iudicium. Epi. lib. 7. ep. 33. Iudicium limatum & politum. de Opt. 11. Qui teretes aures habent, intelligensque iudicium. Orat. 150. Aures quarum iudicium est superbissimum. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 33. Vir iudicio eruditissimus. Orat. 68. Iudicium electioque verborum & *ibid.* 76. Magni igitur iudicij & summæ facultatis esse debebit moderator ille, &c. pro Pomp. 43. De quo vos homine, id quod maximè facit autoritatem, tanta & tam præclara iudicia fecistis? Epist. lib. 1. ep. 7. Facere iudicium facti alicuius. 2. de Inuent. 3. Probari iudicio alicuius, qui verissimum pulchritudinis iudicium habet. 3. de Orator. 181. Iudicium acre & certum. 2. de Inuent. 36. Facere iudicium de aliquo ex anteacta vita. Epist. lib. 11. ep. 29. Grauissimum verò iudicium de mea fide, & de cõstantia fecisti cum, &c. pro Mur. 60. Propter singulare animi mei de tua virtute iudicium. 3. de Orato. 56. Animi quodam iudicio abhorrere à re ciuili. 3. de Natur. 1. Cùm suo cuique iudicio sit vtendum. Attic lib. 8, ep. 3. Hæc scripsi sedato animo, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum. & *ibid.* Cuius cum cognouissem mores, tuo tamen potius stabam

iudicio : quàm meo. 3. Offic. 110 Non enim suo iudicio stetit Regulus, sed iudicium senatus esse voluit. Attic. lib. 12. ep. 22. Ego meo iudicio multo stare malo quàm omnium reliquorũ. 1. Offic. 3. Nos autem quantum in vtroque profecerimus, aliolum sit iudicium: vtrunque certè secuti sumus. pro Qu. 32. Secus de se iudicare, quod iudicium est grauissimum. de Clar. 1. In quo iuratus iudicium meæ dignitatis fecerat. Attic. lib. 14. ep. 13. Si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de re, gaudebo. & lib. 5. ep. 1. Brutus, quod iudicium habet de rep. ita consecutus est, &c. pro Plan. 93. Tum hercule me confiteat non iudicium aliquod habuisse de reip. vtilitate. *id est, nihil respexisse rempub.* 1. de Diuin. 36. Nec reliquorum seculorum iudicium, quod de ipsis futurum est, pertimescere. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 34. Tibi vtendum est existimationibus ac iudiciis posterorũ. Acad. Eum rectè primum esse iudicio suo, qui omnium cæterorum iudicio sit secundus. Frag. ep. Vereor ne feruciorem eum faciant tua tam præclara de eo iudicia.

✠ ADIVNC. *Acerbum, publica, de Arusp. Acre, clara, & certa, dialectica, 4. Acad. Acre, & certum, centũuirale, graue, iniquum, 1. de Orat. Acria, & seuera, turpissimum, Sincerum, Sanctumque. pro Sex. Rosc. Acre, & Fortius, difficile, 3. de Orat. Admirabile, artificiosumque, primum, propria, 2. de Nat. Adumbratum, grauius, par atque vnum, Superius, pro Syll. Æqua, censorium, atque graue, corruptum, difficillima, falsum, atque incertum, Iniqua, falsa, turbulenta, Popularia, seditiosa, leuissima, Simile iudicij, Singula, Superiora, trãquilla moderataque. pro Cluent. Aequum, amplum damnatorium, tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium, Insolitum, permulta, præclara, & commemoranda, Seuera, 5. in Ver. Alienum.) (. proprium, Pro Q. R. Amplissima, moderata, non obscurum de beneficiis alicuius, Neque publicum neque priuatum, tanta, & tam ornata. Pro Dom. Amplissima, præsens, Summum, 13. Famil. Censorium certissimum, domesticum, gratum, liberum, de Prouin. Certum contraria, exquisitum, 2. Off. Ciuile, Diuinum.) (. humanum grauissima, iniquissima, magnum, pristinum, Senile, verum, & incorruptum, pro Sest. Clarissimum, desperata, vehemens, ac liberum, 3. In Ver. Commodum, maturum, turpe & facilius, Pro Cæc. Commune, minus firmum. Prudens, sincerumque. Superbissimum, Orat. considerata mentis, libera, stabile, 4. Tusc. corrupta, ac contaminata, 1. in Ver. εἰλικρίνες, 2. ad Q. Frat. Facilius, honestius, inuidiosum, pecuniarium, singulare, turpe, vsitatum, pro Quint. Fallacia, 3. Offic. falsa, 1. de Leg. Fortissimum, sæuissimumque. Optimum, 3. Phil. Grauia, & multa, plurima & amplissima varia, pro Flac. Grauiora, 8. Phil. Grauissima, & multa, 12. Philip. Grauissimum, & magnum, pro Mar. Inclytum, 1. de Diu. Poëtæ. Infinitum, intolerandum, regiũ, 2. Cont. Rull. Iniqua, permagna, 6. In Ver. Iniusta, inuita, liberius. Totum, 5. Fam. Insigne, limatum ac politum, 7. Fam. Integrum ac liberum, 2. de Diuin. Intelligẽs, priuata, in Top. laudabilius perpetuum, de aliquo Sincerũ, & subtile, 15. Fam. legittima, ratum, Part, leue, 11. Att. Magna, 2. de Nat. Maxima, verũ, aurium, & simplex, pro Font. multa, notissimum, nec obscurum, populare, priuatum, vel maximum, publicum, de Clar. Tã multa, tamque honorifica, 2. Phil. Nefarium, nouũ, verum, pro Rab. Optima, Senatoria, profligataque, pertenue, Turpia, & flagitiosa, 2. in Ver. parua, 1. Phi. Peracre, turpia, 9. Fam. Purum, verissimum, 1. de Inuent. Reliqua, tacitum, 4. At. Reliquum, 7. In Ver. Sanctissimum, pro Cor. Scurrile, plenum hilaritate, 2. de Orat. Seueriora, sociale, 4. In Ver. Tantum, tamque preclarum, 5. Phil. Tanta, tamque præclara, vetera, pro Pomp. verius, 1. ad Q. frat. voluntarium, 3. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Iudicium constituere, facere, fieri, accipere, dare, in aliquẽ, exercere, pronunciare, committi inter amicos. Iudicia subire. Meo quidem iudicio. Id semper fuit Cæs. iudicium. Ad illius iudicium sincerum & subtile res bene se habent. Vir iudicio eruditiss. Aurium iudicium superbiss. acre, certum. Suum iudicium interponere.*

IVDICO, *as, iudicium facio, cognosco, disputo, sententiam dico vel fero, item do, decerno, statuo, constituo, iudicium meum interpono, iudicijs iudico, pronuncio, dijudico, iudicio decerno, meum iudicium est, existimo.* pro Flac. 48. Itaque recuperatores contra istam rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt. Attic. lib. 16. ep. 17. Consulibus lege permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent iudicarent. de Clar. 85. Iudicare, cognoscere, statuere de aliqua re. 2. de Orato. 122. Atque ego, &c. sic statuo & iudico, neminem, &c. 11. in Anton. 34. Contra ac Deiotarus sentit, victoria belli iudicauit. Epist. lib. 3. ep. 4. Quod egomet multis iam argumentis antea iudicaram. 4. in Cat. 11. Ego enim de meo sensu iudico. Epist. lib. 11. ep. 10. Tu enim à certo sensu & vero iudicas de nobis. 1. de Finib. 70. Iudicare de aliqua re. 3. de Legib. 6. Cum magistratus iudicassit. *id est, iudicauerit.* L. DIALECTITIA. pro Marc. 30. Serui igitur etiam iis iudicibus, qui multis post seculis de te iudicabunt, & quidem haud scio, an incorruptius quàm nos: nam & sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio, sine inuidia iudicabunt. Qu. de Pet. 19. In iis omnibus generibus quantum quisque possit, iudicato atque perpendito. pro Cecin. 65. Iudicare aliquid ex æquo & bono. 1. de Orato. 176. Iudicare de aliqua re inter aliquos. pro Milon. 3. Iudicare de aliquo. 3. Offic. 77. Iudicare contra aliquem. 1. de D. 114. Iudicauit iudicium inclytum inter deas treis aliquis, &c. Qu. fra. lib. 2. ep. 12. Vestra culpa hæc acciderunt equites Romani: dissolutè enim iudicatis. pro Sext. Rosc. 38. Laudabunt omnes, si rectè & ordine iudicaris. pro Fl. 11. Nefas est publicanum iudicare contra publicanum. 2. de Oratore. 178. Pluta iudicant homines odio aut amore, &c. quàm veritate aut præscripto, &c. 1. de Orat. 118. In artibus, in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, diligenter ac propè fastidiosè iudicamus. 2. de Diuinat. 91. Oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quæ ratione atque animo videre debeant. pro C. Corn. 1. Cum primum Senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent.

✠ ADVERB. *Apertè, 1. de Nat. Acrius, acutius vitia, fastidiosè, 1. de Orat. Benè, 3. de Finib. Benè, & è repub. 14. Philip. Cocruptè, deprauatè, incorruptè, integrè, 1. de Finib. Diligenter, gratis, honestè, Temerè, verè, pro Cluent. Diligentius de re, 3. Offic. Dissolutè, 2. ad Q. fra. Explorate, liquidius, 10. Fam. facillimè, 2. de Diuin. fortiter, pro Mil. Grauius de re, malè, pro Planc. Grauissimè, Seuerissimè, vehementissimè, 5. In Ver. Iamdiu nihil de, 1. In Cat. Liberè, 4. In Ver. Longè aliter, Parad. Iampridem, in Pison. Optimè, 2. de Finib. Perinde vt quisque meretur, 4. In Ant. priuatim, publicè, pro Dom. Probè, 7. Attic. Rectè, 3. In Ver. Rectè, & ordine. pro S. Ros. Religiosè, Seuerè, 2. In Ver. Seuerius de homine, 7. In Ver. Subtiliter, 6. In Ver. Tardissimè, pro Cæc. Verissimè, de Clar. vsquequaque, aliter, 5. de Finib.*

IVDICOR, ris. 1. de Orato. 125. Quo etiam grauius iudicium in dicendo subimus: quoties enim dicimus, toties de nobis indicatur. 2. Offic. 79. Non enim numero hæc iudicantur, sed põdere. 3. I. A. 14. Iudicetur non verbo, sed re, non modò non consul, sed etiam hostis Antonius. ‖ Vide Epist. lib. 12. ep. 3.

✠ ADVERB. *rectè de, Iniquè, 4. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Prima actione iudicare. Statuere ac iudicare de. Iudicare, cognoscere, statuere de. De suo sensu iudicare: & à certo & vero sensu de alijs. Iudica & perpende. Ex æquo & bono iudicare. Iudicium inclytum iudicare. Dissolutè iudicare, rectè, & ordine, odio, amore, veritate, præscripto, diligenter, & propè, fastidiosè. Toties de illo iudicatur. Numero, non pondere iudicare, verbo, & re.*

IVGATVS, a, um. *iunctus.* 3. Tusc. 17. Omnes virtutes inter se nexæ & iugatæ sunt.

* IVGER, is. iugerum. 5. I. V. 112. In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici seritur. *Alij iugero legunt. ibid.* Vt plus quàm decem medimna ex iugere ararent: medimnum ex iugere decumano dari poterit.

IVGERVM, ri. *terræ mensura, quantum vno boum iugo vno die exarari potest: iugum.* 2. in Ant. 101. Medio tria millia iugerum dedisti. Att. lib. 2. ep. 16. Qui ager, vt dena iugera sint, nõ amplius hominũ quinque milia sustinere potest. 5. I. V. 38. Edixerat, vt aratores iugera sationum suarum proficerentur. Att. lib. 13. ep. 31. Is C C. Iugera de M. Pilio emit. 2. in Ant. 43. Duo millia iugerum agri Leontini Sext. Clodio assignarti. Att. lib 12. ep. 32. Is parteis fecit in ripa nescio quotenorum iugerum. Qu. frat. lib. 3. ep. 1. Iugera L. Prati facile irrigabis. 5. I. V. 112. Iugera profecti sunt aratores omnes *sibi.* In iugero (*alij iugere legunt*) Leontini agri medimnum ferè tritici seritur. *ibid.* Quod iugera sunt sata. *ibid.* 113

Quòd

Quòd si fieri non poterat, vt plus quàm decem medimna ex iugero exararent: medimnum ex iugero decumano dari poterit. *ibid.* In Leontino iugerum subscriptio ac professio non est plus XXX. *ibid.* 114. Si ostendo minus tribus medimnis in iugerum neminem dedisse decumæ. 5. I. V. 114. Vt iugera singula ternis medimnis decidere liceret.

✠ *ADIVN. Decumanum, 5. In Ver.*

IVGIS, ge. *perennis.* 2. de Nat. 25. Qui cum vidisset aquam haustã de iugi puteo, dixit, &c. & 2. de N. 25. Ex puteis iugibus aquã calidam trahi. 2. de Diu. 31. Aqua iugis. & 77. Iuge auspicium est.

IVGLANS, dis. *nux arbor, & fructus ipse.* 5. Tusc. 58. Iuglandium putamina.

IVGVLATVS, a, um, 13. I. A. 38. Vt facilius reuiuiscat Pompeianorũ causa toties iugulata. At. li. 1. ep. 13. Cum illum plũbeo gladio ✠ iugulatum irritamen dicet. ‖ & 5. In Ver. 126. Iugulatus literis.

IVGVLO, as. *iugulum ferio, neco.* 4. I. V. 64. & pro Clu. 68. Postquam tam multis eum factis decretisque iugulasset. 3. I. A. 4. & pro Q. 51. Qui multos ciues Brũdusij iugulare iussit. & 95. Iugulare propinquum suum.

IVGVLOR, tis. 5. Tusc. 116. Nec grunnitum audiunt, cum iugulatur sus.

IVGVLVM, li. *pars colli anterior.* pro Mil. 31. Dare iugulum inimico. Att. li. 1. ep. 13. Vt apertè iugula sua pro meo capite. P. Clodio ostentarint. 3. I. C. 2. Mucrones gladiatorum à iugulis nostris reiecimus. pro Sest. 90. Vt aliquo præsidio caput, ceruices, iugulũ, latera tutetur. de Fat. 10. Socrates iugula concaua non habebat: nam obstructæ illæ partes & obduratæ erant. 14. I. A. 25. Cæsar Antonij crudelitatem non solùm à iugulis nostris, sed etiam à membris visceribusque auertit.

☞ Syntaxis. *Dare iugulum hosti, ostentare. & Iugula hic de vno dicuntur.*

IVGVM, gi. *instrumentum, quo boues iugantur.* 2. de N. 151. Nos onera quibusdam bestiis, nos iuga imponimus. & 159. Boum ceruices natæ ad iugum. 1. de Inu. 27. Angues ingentes alites iuncti iugo. 5. I. V. 120. & 121. Multis iugis arare. & 27. Qui in singulis iugis ✠ arant ‖ 1. Tusc. 113. Accedere ad iugum.

¶ *Dominium, dominatio.* 3. Off. 109. Consules legionibus nostris sub iugum missis pacem cum Samnitib. facerant. 11. I. A. 6. Iugũ impiorum. Anteq. 2. Omnibus graue est seruitutis iugum & *ibi.* Qui à vestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. 1. I. A. 6. Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant.

¶ *Montis vertex.* 3. de Or. 66. Hæc autem vt ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia.

¶ *Signum libra in cœlo.* 2. de Diu. 98. L. Tarutius Romam, cum esset in iugo Luna, natam esse dicebat.

✠ *ADIVN. Aerbissimum, graue seruitutis, Anteq. ir. in ex. Commune, 3. de Orat. Multa, singula, 5. In Ver. Nefarium, 1. Phil. Seruile, 3. Philip.*

☞ Syntaxis. *Arare multis iugis. In singulis iugis arare. Iugum seruile à ceruicibus cinum deiecere.*

IVGVRTINVS, a, 3. de N. 74. Iugurtina coniuratio.

IVLIANVS. a, um. Octa. Iuliani gladiatores reliquiæ Cæsaris ludi.

IVMENTVM, ti *vt equus, mulus, boues.* pro Cec. 54. Si via sit immunita, lex iubet quà velis agere iumẽtum. Att. lib. 8. ep. 17. & 1. Tusc. 113. Quæ arma superabunt, ea Brundusium iumentis deportate.

✠ Incer. Vngulas iumentorum indurati. ‖ Attic. lib. 12. ep. 31. Iumẽto Athenis nihil opus est.

IVNCTIO, onis. *coniunctio.* 1. Tusc. q. 71. Est enim interitus quasi discessus, & secretio ac direptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

IVNCTVS, a, um: ctior. *coniunctus continens, compositus quod iunctione aliqua tenetur.* 2. de Diu. 91. Chaldæi notant ea sidera natalitia, quæcunque Lunæ iuncta videntur. de Fat. 36. Causa propior, & cum exitu iunctior. Att. lib. 4. ep. 10. Propter propinquitatem totos dies simul eramus iuncti. ‖ *Lam legit inuicem.* ✠ Orat. 186. & Part. 53. Verba translata, facta, iuncta. 2. de Inuẽt. 157. Iunctum ex multis partibus. Att. lib. 4. ep. 14. Ex me & ex te iunctus M. Pomponius & ep. 10. Tamen propter vicinitatem totos dies simul eramus iuncti. 2. de Orat. 237. Improbitas scelere iũcta. de Cl. 161. Laudatio defensione iuncta. Att. lib. 6. ep. 1. Rheda equis iuncta. Att. lib. 9. ep. 12. Nunc video infinitum bellum iunctum miserrima fuga. 2. de Diu. 149. Religio, quæ est iuncta cũ cognitione naturæ 2. de Nat. 117. Aer mari continuatus & iunctus est. 2. de Inu. 36. Indignatio iuncta conquestioni. 3. de Orat. ✠ 140. Sapientia iuncta eloquentiæ. ‖ 2. de Nat. 116. Maxime corpora inter se iuncta permanent.

✠ *ADVERB. Poëticè. Orat. ad Brut.*

IVNGO, gis. *coniungo, copulo.* 1. Tusc. 7. Prudentiam cum eloquẽtia iungere. 3. de Orat. 170. Si verba extrema cum consequentibus primis iungetis. pro S. R. 136. Iungere se ad aliquem. 5. de Fi. 40. Sic ad illa, quæ semper habuit, iunget ea quæ postea accesserint. pro Deiot. 17. Deioratus cum hominibus nostris consuetudines amicitiasque iungebat. & *ibid.* Cum aliquo rem aliquam aut onemque iungere. Or. 68. Facere & iungere verba. de Cla. 331. isdem artibus decus omne virtutis cum summa eloquentiæ laude iunxisti.

IVNGOR, tis. 2. de Di. 143. Quidam cum in somnis complexu venereo iungeretur, calculos eiecit. de Amic. 20. Vt omnis charitas inter duos iungatur. 1. de Orat. 222. An hæc inter se iungi copularique possint. 2. de Diu. 142. Quæ cum somniis, naturali cognitione iunguntur.

☞ Syntaxis. *Causa cum exitu iunctior. Totos dies illi sunt iũcti. Improbitas scelere iuncta. Iunctum fuga bellum. Iunctum cum. Continuatum ac iunctum. Iungere inter homines charitatem.*

IVNIOR, oris. *adolescentior, ætate posterior, ætate inferior, minor natu, aliquot annis minor.* de Vniu. 40. Dij (vt ita dicam) iuniores. Epist. lib. 9. ep. 8. Os adolescentioris Academiæ.

IVNIVS. L. *Dies & mensis.*

IVNO, onis. 2. de Natur. 66. Aer interiectus inter mare & cœlum Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & coniunx Iouis. & *ibid.* Iunonem à iuuando credo nominatam. 6. I. V. 71. Iuno Sami colebatur. Antequam. 24. Tuque particeps connubij, socia regni regina Iuno. pro Muræn. 90. & 1. de Natu. 83. Nolite hunc à sacris patriis Iunonis Sospitæ, cui omnes consules facere necesse est, domesticum & suum consulem potissimum auellere.

✠ *ADIVN. Hospita, pro Mur. Regina, particeps connubij & socia regni, Anteq. ir.*

IVNONIVS, a, um. Oct. Cum te Iunonium puerum esse dixi.

IVPITER, Iouis. *Saturni filius.* 2. de Nat. 64. Iupiter, id est, iuuans pater, quem conuersis cafibus appellamus à iuuando Iouem. & 3. de Nat. 42. Ioues plures in priscis Græcorum literis inuenimus. & 10. & li. 1. 40. Aethera esse eum, quem homines Iouem appellarunt, disputat Chrysippus. pro S. R. 131. Iupiter optimus maximus, cuius nutu & arbitrio cœlum, terra, mariaque reguntur. Antequam. 24. Iupiter optime, maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur. & *ibid.* Tu Iupiter Stator, &c. L. STATOR. 3. de Fin. 66. Cum Iouem optimum, maximum, salutarem, hospitalem, Statorem dicimus. 2. de Nat. 64. Iupiter maximus: id est, magnas opes habens. & *ibid.* Iupiter optimus: id est, beneficentissimus. & pro Mil. 86. Iupiter latialis. 1. de Nat. 83. Iupiter Ammon. 1. de D. 17.

Principio æthereo flammatus Iuppiter igni.

pro Dom. 92. Sed vide, ne tu debeas Iouem dicere, quòd tu iure eandem sororem, & vxorem appellare possis. pro Font. 20. Ille Iupiter, cuius nomine maiores nostri sanctam testimoniorum fidem esse voluerunt. 2. de Natur. deor. 53. Iouis stella, quæ φαέθων dicitur, signorum orbem annis XII. conficit. & 119. Stella iouis illustrat & temperat. de Som. Scip. 9. Ille hominum generi prosper & salutaris fulgor, qui dicitur Iouis. 2. de Natur. deor. 64. Iupiter à poetis dicitur diuum atque hominũ pater: à maioribus autẽ nostris Optimus maximus. 1. de N. deor. 101. Iupiter barbatus, galeata Minerua. 3. de N. deor. 53. Iupiter tertius Cretẽsis fuit Saturni filius. de Vniuers. 35. Iupiter ex Ope & Saturno generatus. Diu. lib. 2. 85. Iupiter puer lactens, cum Iunone in gremio Fortunæ sedens, mammam appetens, castissime apud Romanos à matribus cultus. 9. Fã. ep. 16. Iupiter Minian⁹. in Cat. Iupiter Stator, à Romulo cõstitut⁹. 1. in Cat. 11. Iupiter Stator custos vrbis Romæ antiquissimus. Tus. q. li. 2. 23. Iupiter Saturnius. κρονίδης. 2. de L. 20. Iouis optimi maximi augures publicis signis & auspiciis postea vidẽto. 2. de Leg. 28. Iouis Statoris & inuicti cognomina. 2. ad Q. fr. ep. 11. Iouis hospitalis fidẽ imploret. 2. ad Q. frat. ep. 8. Iouis oratio, quæ est in extremo illo libro. 1. de Nat. deor. 41. Iouis partum à fabula disiungit Diogenes Babylonius. Diu. li. 2. 47. Iouis signum eodem tempore in capitolio collocatum est, quo coniuratio indicabatur, biennio pòst quàm erat locatũ. 6. in Verr. 129. Iouis imperatoris tria signa olim in orbe terrarum pulcherrima. 1. de Nat. deor. 83. Iouis Capitolini nobis alia species, alia Afris Ammonis Iouis. 3. de N. deo. 83. Ioui Olympio aureum amiculũ detraxit Dionysius tyrannus. 2. de N. 66. d. Iouem cum effœminarent, & Iunoni tribuerũt. 1. de N. Iouẽ perpetuæ & æternæ legis vim esse, dicit Chrysippus. 7. Fã. ep. 12. Iouem lapidem iurare. Bru. 121. Iouẽ si Græcè loquatur, Platonis more loquuturũ. 1. de Nat. deo. 82. Iouẽ, Iunonem, reliquos deos ea facie nouimus. qua pictores fictoresque voluerunt. de Natu. d. 2. 65. A filio Ioue vinctus Saturnus. c. Phi. 7. Ioue tonante cũ populo agi nefas. 3. de N. deo 53. Principiò Ioues tres numerant ij. qui Theologi nominantur, ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere: ex quo etiam proserpinam natam ferunt & liberum.

✠ *ADIVN. Altisonus, altissimus, præpotens, 1. de Diu. Antiquissimus, 3. de Nat. Hospitalis, pro Lig. Maximus, 1. de Orat. Olympius, 6. In Ver. Optimus, 1. bene-*

ficentiſsimus,2.de Nat. Optimus. Maximus,1. In Ver. Optimus,Maximus hoſpitalis,Stator, Anteq.ir. Sanctus,pro Mil.Saturnius,2.Tuſc.Sūmus,Arat.Stator, inuictus,2.de Leg.

☞ Syntaxis. *Iupiter Opt. maximus,ſtator,ſalutaris,hoſpitalis,Capitolinus,Latialis,Ammon,flammatus,barbatus,Saturnius,inuictus,lapis: vnde Iouem lapidem iurare:tonans.*

IVRATVS,a,um.*iureiurando deuinctus.*)(.*Iniuratus* Att.li. 13.ep.28. De epiſtola Cæſaris (iurato mihi credè) non poſſum. pro Qu. R. 45. Iniurato in propria lite,vel iurato in alieno iudicio credere.pro Fl.17. Sed erant ea teſtimonia non concitatæ concionis,ſed iurati ſenatus. 2. de Fin.55. Addebat etiam ſe inlegem Voconiam iuratum contra eam facere non audere. pro Syl.34. Hæc iniuratus ſum dicturus,quæ iuratus in concione dixi. 2.de Inu. 126. Iuratus iudex.2.de In.131.Ex lege,in qua iuratus es,iudica.3.Offi.107. Quod enim ita iuratum eſt,vt mens conciperet fieri oportere,id obſeruandum eſt. 2. de Inu. 126.Iudici demōſtrandum eſt, quid iuratus ſit. (*aduerte iuratum dici de re, paſſiua ratione.*

IVRE.*rectè, non iniuria, merito.*1. Tuſcul. 83. Verè & iurè poſſum. 1. Off. 111. Ne vt quidam,iure optimo irrideamur. Antequam. 2. Iurè & meritò poſſum. & pro Dom. 2. Iurè ac meritò poſſumus. pro Mar. 4. Quod ei meritò & optimo iure contingit.pro Mil. 42. Iurè, non iniuria. 3. de N. d. 87. Propter virtutem iurè laudamur.Att. lib.15.ep.25. De Memmio Attica iurè queritur. 3. in Catil. 14. Meritò ac iurè laudari. pro M. Tull. Vt eum iure potuerit occidere.

IVRGIVM,gij.*contentio,rixa.*de Am.80. Ex inimicitiis, iurgia, maledicta, contumeliæ gignuntur. de Sen. 8. Vt Themiſtoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio reſpondiſſe,&c.4.Tuſc. 77. Ira cuius impulſu exiſtit etiam inter fratres tale iurgium. de Cl. 246. Pontidius cum iudice ipſo iurgio ſæpe contendebat. pro Cæl. 30. Omnia ſunt alia non crimina, ſed maledicta iurgij petulantis. 4. Tuſc. 51. Quid Achille Homerico fœdiùs? quid Agamemnone in iurgio? Epi.lib.10.ep. 11. Et perpetua de me iurgia cum obtrectatoribus.1. de Diuin. 102. Litibus & iurgiis ſe abſtinere.

✠ ADIVNC. *Perpetua,*10.*Fam.petulans,pro Cæl.*

IVRGO, as. *iurgio contendo,rixor.* de Rep. lib. 4. Si iurgant inquit, beneuolorum concertatio,non lis inimicorum iurgium dicitur & *ibid.* Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare. Ex Non.1383.45.

☞ Syntaxis. *Iurgium,maledicta,contumeliæ. Iurgio cum aliquo contendere.Iurgij maledicta petulantis.*

IVRIDICIALIS,le.*vt iuridicialis conſtitutio.*2.de Inu.62. & lib.1. 14. & 12. Topic. 92. Tertia, quamuis moleſtum hoc nomen ſit, iuridicialis vocetur. L. ASSVMPTIVVS.

IVRISCONSVLTVS,ti. *iureconſultus,interpres iuris, interpres legum,iurisperitus, prudens in iure ciuili, qui conſulitur & reſpondet de iure,qui interpretari populo & reſpondere ſoliti ſunt.* 1.de Leg. 14. & lib.2.48.& 1. de Orat. 212. Iuriſconſultus eſt, qui legum & conſuetudinis eius qua priuati vtuntur,& ad reſpondendum, & ad agendum,& ad cauendum peritus eſt.1.de Or.200. Eſt enim ſine dubio domus iuriſcōſulti totius oraculum ciuitatis.1. de Or. 236. Ita tibi iuriſconſultus ipſe per ſe nihil videtur, niſi Leguleius quidam acutus & cautus, præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. pro Murę. 27.28.29. Contra iuriſconſultos. & *ibid.* Ea iuriſconſultorum ingeniis plerunque e corrupta ſunt. 1. de Fin.12. P.Scæuola,M.Manilius, M.Brutus iuriſconſulti. 1. de Or. 127. Memoria iuriſconſultorum. Topic. 65. Iuriſconſultorum prudentia. Epi. li.3.ep.1.L.Valerium iuriſcōſultum valde tibi commendo, ſed ita etiam ſi non eſt iuriſconſultus. melius enim ei cauere volo, quàm ipſe aliis ſolet. ‖ Pro Mur.18.Cicero ſe triduo iuriſcōſultum futurum eſſe profitetur

✠ ADIVN C. *Cauti.pro Mur.*

IVRISDICTIO,onis. *munus,facultas,autoritas,adminiſtratio,actio iuris dicendi,* ‖ *Non locum & regionem,hoc eſt,ditionem,poteſtatem, vel regnum ſignificat,quomodo nunc multi vtuntur:Sed iuris ipſius adminiſtrationem,qua decernitur aut à prætore, aut proprætore, aut conſule aut eorum miniſtris quid cuique iure debeatur,& non. Schorus.* 4. I.V.39.& 4.I. V.119.Is venalem in Sicilia iuriſdictionem habuit. Ep.lib.4.ep.12. Cum ab eo digreſſus eſſem,eo conſilio vt ab Athenis in Bœotiam irem,reliquamque iuriſdictionem abſoluerem.de Ar.55. Qui in concione auſus eſt dicere,iuſticiam indici oportere, iuriſdictionem intermitti,iudicia,tolli. de Pro.6. Omitto iuriſdictionem in libera ciuitate contra leges. pro Flac. 100. Aſiaticæ iuriſdictioni vrbana iuriſdictio reſpondet. & 6. Prætura iuriſdictio non attingitur. 2. contra Rull. 97. Sub veſtrum ius,iuriſdictionem, poteſtatem orbem terrarum ſubigeretis. Attic.lib.5.ep.14.& lib.6.ep.2. Aeſtiuos menſes rei militari dare,hybernos iuriſdictioni.6.I.V.121.Forum & iuriſdictonē cū ferro & armis conferatis. Qu.fr.lib.1.ep.1.17. Varietas negocio-

rum tota iuriſdictione maximè ſuſtineri videtur.

✠ ADIVNC. *Aequalis,& leuis,& grauis,*5.*Att. Nec imperitanec clemens,*6.*Attic.Reliqua,*7.*Fam.Tota,*1. *ad Q. fr.Venalis,Vrbana,*4.*in Ver.*

☞ Syntaxis. *Venalis iuriſdictio.Iuriſdictionem abſoluere.Subigere gentem ſub ius,iuriſdictionem,poteſtatem.*

IVRISPERITVS,ti:ſsimus. *iuriſconſultus.*1.de Ora.180.Qu. Scæuola iuriſperitorum eloquentiſſimus, eloquētium iuriſperitiſſimus.

IVRO, as. *adiuro,iureiurando deuincio,iuſiurandum.do.*4. Acad.65.Iurarem per Iouem deosque penates, me, &c. & 2.Tuſc.17.Et eo ipſo,per quem iurauí,herculè digna.3.Offi 108. Non enim falſum iurare peierare eſt,ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris.ſicut verbis concipitur, more noſtro,id non facere, periurĭū eſt. & *ibid.* Iurauí lingua,mentem iniuratam gero.4. Acad.147. Iurare ex ſui animi ſententia. pro Clu,134.Iurare in certa verba, & peierare conceptis verbis. Att. lib.12.ep.14. & lib.1.ep.1.Quod ſi erit duriùs, veniam ipſe, & perpetuum morbum iurabo. Ep. lib.7.ep.12.Iurare Iouem lapidem. & lib.5.ep.1. Magna voce iuraui veriſſimum pulcherrimumque iuſiurādum,quod populus idem magna voce me verè iuraſſe iurauit.pro Seſt.37. Is in legē per vim latam iurare noluit. pro Cl. 91. Mulctam petiuit, quod in legē non iuraſſet.pro Fl.90.Ergo is, qui ſi aram tenens iuraret,crederet nemo, per epiſtolam, quod volet iniuratus probabit?pro Qu. Roſ. 4. Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitat. pro C. Corn. 1.Cum bis iuraſſet ſemel priuatim à parte,iterum publicè à lege coactus.

✠ ADVERB.*Multùm,plurimùm,*7.*Fam.Verè,*5.*Famil.*

☞ Syntaxis. *Iuratus iudex.Quod iuratum eſt,id obſeruandum. Quid es iuratus? Iurare per Iouem.Iurare lingua tantùm,ex animi ſententia,in certa verba.Veniam & perpetuum iurabo morbum.Lapidem iurare Iouem.In legem latam per vim,in litem iurare.*

IVS, iuris. *ars æqui,boni,fas,lex,iuſtum,praui lectiq; partes.* 2. de Inu. 65. Naturæ ius eſt, quod nobis non opinio,ſed quædam innata vis affert,vt religionem,pietatem, gratiam, vindicationem,obſeruantiam,veritatem.& *ibid.*Iuris initium à natura ductum eſt. & 161.Naturæ ius eſt,quod non opinio genuit,ſed quædam innata vis inſeruit.1.de Leg. 28. Non opinione, ſed natura ius eſſe conſtitutum.& 34. Ius in natura poſitum eſſe.3.de Ora.112.Naturáne ſit ius inter homines, an opinionibus.3. Off.69. Maiores aliud ius gentium,aliud ius ciuile eſſe voluerunt.quod enim ciuile,non idem continuò gentium:quod autem gentium, idem ciuile eſſe debet. de Ar. 32. Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt,lege tamē naturæ, & communi iure gentium ſancitum eſt, vt nihil,&c.pro R.P.42. Hyeme omnia bella iure gentium conquieſcunt. 2. ad Her. 14. Ius commune. Par. 4. Ius & æquitas, quæ vincula ſunt ciuitatis. pro Dom. 35. Ius legitimum : id eſt, ius ciuile. & *ibid.* Legitimo & pontificio iure. & 128.Nec de pōtificio,ſed de publico iure diſputo. & 13. 6.Ius publicum vindicādi. pro Cec.74. Ciuili ac publica lege ius teneri.3.de N.43.Ius pontificum. pro Dom. 31. Ius ceremoniarum. & *ibid.* Ius religionis.de Sen. 38. Ius pontificium & ciuile tracto.4. I. V. 31. Ius prætorium. 1. Offic. 32. Quæ quidem pleraque iure prætorio liberantur, nonnulla legibus.de Sen. 38. Ius augurĭi, & ius augurium,& ius augurandi. Attic. lib. 5.ep 21. Ius ἀγχιστεῖον. 3.de Fin. 67. Homini cum humano genere quaſi ciuile ius intercedit. & *ibid.* Et quomodo hominum inter homines iuris eſſe vincula putant, ſic homini nihil iuris eſſe cum beſtiis. pro Cec. 34. Impunè feci:nam quid agat mecum ex iure ciuili ac prætorio non habes. & *ibid.* Experiundi iuris gratia ad conſtitutum venire. & *ibid.* Statuere iura.pro Cor.20. Conſtituere ius, quo omnes vtātur. pro Dom. 106. Ius igitur ſtatuetis eſſe? omnia illi ſubiecta eſſe? pro Cecin. 39. Huiuſce rei vos ſtatuetis nullam eſſe actionem?nullum experiundi ius conſtitutum. 1.I.V.18. Ciuili actione & priuato iure repetere aliquid.Ep. lib. 12. ep. 2. Recuperare ius ſuum.pro Cec.65. Ex æquo & bono,non ex callido verſutoque iure rem iudicari oportere.& *ibid.*Si contrà verbis & literis, & (vt dici ſolet) ſummo iure contenditur, ſolent eiuſmodi iniquitati,& boni & æqui nomen dignitatemque opponere.1.Offic. 32. Ex quo illud, ſummum ius ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Ep..lib.8.ep.6. Si ad illā ſummam veritatem legitimum ius exegeris. 7. I. V. 4. Non agam ſummo iure tecum.pro Cec.10. Summo iure agere, & certum ius obtinere.3.de Leg.8. Dictator militiæ ſummum ius habeto. 10. I. A. 12. Omne ius imperij & exercitus amittis, qui, &c. de Pro. 7. Vt tibi de pecuniis dicere liceret ius in liberos populos. Pro Milo.79. Priuata autem & veſtra, hoc dominante, nullum ius perpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent. 2. de Legib. 3. Cum populo agendi ius dare, aut non dare, augurum eſt. de Ar. 14. Dare ius alicui faciendi aliquid. item : Hic locus ſolus hoc præcipuè ius habet,vt ſicer non eſſe iudicatus ſit.3.contra Rull. 7. Ea omnia eo iure ſint, vt quæ optimo iure priuata ſunt. 5. I. V. 211. Cur quæ optimo iure eſſe debet, huic præci-

pua

cipua lex iniuriæ definitur? pro Cecin. 95. Si quid ius non esset rogari eius ea lege nihilum rogatum. pro Dom. 106. Quid nã exceperas? vt si quod ius non esset rogare, ne esset rogatum. & 125. An consecratio nullum habet ius? dedicatio est religiosa? Epist lib.8 ep.8 Quod maior pars iudicarit, id ius ratumque esto.7. I.V. 57. Quæ colonia est in Italia tam firmo iure. 2. de Nat.11. An vos Thusci auspiciorum populi Romani ius tenetis.1. de Or.253. Nostri clarissimorum hominum autoritate leges & iura tecta esse voluerunt. Attic.lib.5.ep.21. Nunc ista syngrapha habet iuris idem quod cætera, nihil præcipui. & lib. 5. ep.21. Ita tamen vt non alio iure esset, quàm cæteræ essent, sed eodem, & *ibidem*. Ex syngrapha ius dici lex Gabinia vetat. 1. de Or.40. C. Carbo ignarus legum, hæsitans in maiorum institutis, rudis in iure ciuili. & *ibid.* 176. Ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum. & 177. Cui Romæ exulare ius esset, si, &c. de Cla. 109. Quidam in respondendo iure autoritate plus quàm ipso ingenio valent, & 113. Rutilius magnum munus de iure respondendi sustinebat. 1. de Leg. 12. Si te ad ius respondendum dedisses. 2. de Or. 142. In Iurisconsultorum libris nominatim fere referri, quid alicui de iure viro aut mulieri responderint. Attic. lib. 8. ep. 23 Præter Appium nemo est ferè, qui non ius habeat transeundi. 1. de Or. 226. Virtus ius suum atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debet. Attic.lib.8.ep.3. Ciuis, qui in sua ciuitate non futurus sit sui iuris.3.ad Her. 4. Statuere ius æquabile in omnib. 2. de Or. 209. Aequabilitatem communis iuris præstantia dignitatis trãsire. Attic.lib.9.ep.11. Non modò Coss.à Pr.sed ne Prætores quidem creari ius est, quòd maius imperium à minore creari non sit ius. & ep.18. Quorum neutrum ius est. 1. Tusc. 113. Sacerdoté curru ad fanum vehi ius est. Qu. fr. lib.1.ep. 1. 16. Sit summa in iure dicendo seueritas. & *ibid.* Ab aliquo ius dici æqualiter. de Pro.7. Dicere ius de pecuniis creditis. Att.lib.5.ep.15. Quippe ius Laodicææ me dicere, cum Romæ A. Plocius dicat, de Pro. 10. statuit ius publicano non dicere. pro Quin. 41. In prouincia ius dicitur, Romæ iudicia fiunt, iudicia exercentur. pro Quint. 38. Experiri summo iure. Attic. lib.16.ep.14. Summo iure contendere.)(. Ex æquo & bono agere, vel æquitate. 4.I.V.38. Aequo iure disceptare cum aliquò. Att. lib.16.ep. 14. Nostræ grauitatis est, ius nostrum sine summa illius ignominia persequi.3. Offic. 42. In vita sibi quemque petere quod pertineat ad vsum, non iniquum est: alteri surripere, ius non est. 2. in Ant. 72. Ius postulabas: *id est, æqua petebas.* 11.in Anton. 30. Ius potestatémque imperandi habeo.3.contra Rul. 7. Ea omnia eo iure sint, vt quæ optimo iure priuata sint.5.in Ant. 45. Et proprætor eo iure, quo qui optimo. Parad. 4. Non vbi quisque est, eius loci ius tenet.1. de Nat. 117. Nihil iuris mihi cum illo est. 3. in Ver. 65. Philodamus ius suum obtinere non potuit. & 114. De suis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. Topic.22. Omnibus ius est, parietem directum ad parietem communem adiungere. & *ibid.* 2. Mulier nupta cum eo cui connubij ius non est. & *ibid.* 28. Hoc mihi ius videbatur, & 12. Si compascuus ager est, ius est cõpascere.1. Offic. 37. Negat ius esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste.8. in Ant.28. Huic partes huius vrbis patere ius non est. 1. Offi. 6. Qui haberent ius suum disputandi de Officio, si, &c. Epist.lib. 4.ep. 7. Habere ius adeundi ad aliquem. 5.in Ver. 38. Iura Siculorum, quæ habent à populo Romano, ne cogantur, &c. pro S. R. 37. Filium pro patre mori iura omnia diuina & humana cogunt. 1. Offic. 26. Qui omnia iura diuina atque humana peruertit. Attic.lib.1.ep.13. Ius & fas omne delere.pro Qu. 45. Quis nobis ista iura tam æqua describit? & 64. C. Aquilius hoc ius in ciuitate constituit, cuius, &c. pro Cecin. 9. De communi iure dubitare. & *ibidem*: Ius, de quo iudicium est.1.de Or. 240. Pro æquitate contra ius dicere.1.de Orat. 181. Capitis nostri sæpe potest accidere, vt causæ versentur in iure. pro Cor. 40. Gaditani hoc ius esse volunt, vt sibi, & 4. I.V. 187. Vocare aliquem in ius. pro Quin. 79. Vt statim de iure aliquis cucurrerit. pro Cec. 54. Quandoquidem te in iure conspicio.2. ad Her. 19. Vt in ius eas, cum voceris. Ex iure manu consertum. L. CONSERTVS. pro Plan. 30. Vetere quodam in scenicos iure, maximéque oppidano. pro Sex. Rosc.143. Aliquid more, lege iure gentium esse factum. de Am. 33. Pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure respondeo. Att. lib.14. ep. 13. Postremò meo iure à te peto. 7.I. V.2. Pro meo iure.pro Cec. 85. Pro suo iure contendet. &c. pro Fl. 95. & Pro meo iure dico. Top. 9. Ius ciuile est æquitas constituta iis, qui eiusdem sunt ciuitatis, ad res suas obtinendas. 2.de Or. 142. Crassus heri nobis pollicitus est, se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facilè redacturum. & 1.de Orat. 190. Tum perfectam artem iuris ciuilis habebimus, magis magnam atque vberem, quàm difficilem & obscuram.2. Offic. 65. Iuris ciuilis cognitio atque interpretatio summo semper in honore fuit. pro Cecin. 70. Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit nõ modò iudiciorum, sed etiam vtilitatis vitæque communis. & *ibidem de Interpretibus iuris, iuréque ciuili multa.* 1. Offic. 51. Quæ descripta sunt legibus & iure ciuili, hæc ita teneantur, vt sit constitutum. Orat. 141. Eloquentia primas tenuit semper in vrbanis pacatisque rebus, secundas iuris ciuilis scientia, cùm in altera gratiæ, gloriæ, præsidij plurimum esset, in altera persecutionum cautionumque præceptio. 1. de Orat. 193. Fontes omnium disputationum, qui iure ciuili & legibus continentur. & 256. Historiam dico, & prudentiam iuris publici. & 167. Atqui non defuit illis eloquentia, sed iuris ciuilis prudentia. pro Corn. 25. Leges de iure ciuili. 6. I. V. 26. Ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum. 2. de Legibus. 31. Quid religiosius, quàm cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare? quid? leges non iure rogatas tollere? Quint. frat. lib. 1 ep. 1. 16. Parui refert, abste ipso ius dici æquabiliter & diligenter, nisi. pro Cecin. 1. Qua de re iure decertari oporteret. *ibid.* Iure iudicioque supero aliquem *ibid.* Vis contra ius moremque: facta est. pro Cecin. 4. De iure ciuili iudicium fit. *ibid.* 5. Sed cum de eo iure mihi dicendum sit, quod pertineat ad omnes, quod constitutum sit à maioribus, conseruatum vsque ad hoc tempus: quo sublato non solùm pars aliqua iuris diminuta, sed etiã vis ea, quæ iuri maximè est aduersaria, iudicio confirmata esse videatur. pro Cecin. 6. Iuris obscura dubiaque ratio. pro C. Cor. 1. Communi & quotidiano iure priuo aliquem. *ibid.* Nimis in gratificando iure liber.

¶ *Aqua, siue liquor. in quo aliquid esculenti coctum sit.* Epist. lib. 9. ep. 18. Te istic Atriano iure delectato, ego me hic Hirciano. & ep. 20. In ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. & lib. 16. ep. 4 Ius enim tibi dandum non fuit, cùm κακοζόμχος esses. 5. Tusc. 98. Iure illo nigro, quod cœnæ caput erat.

✠ *ADIVNC. Absconditum, legitimum, & pontificium, Pontificium & publicum, Certum, & definitum religionis, pro Dom. Accusatoriũ, pro Flac. Aequa, extrema, & inimicissima, par. Summa, pro Quint. Aequabile, certum, legittima, 1. de Inuent. Aequum, liberum, prætorium venatia regni, 3. Phil. Aequum, & bonum, callidum, versutumque alienum, Ciuile, ac prætorium, deterius. pro Cæc. Aequum, & par, diuina, atque humana, feciale, publicum, ac legitimum, 1 Offic. Aequissimum, pro Arch. Bellicum, communia, controuersa, Sacratum,* poetæ. *Verum, 3. Offic. Bonum, eximium ciuitatis, varium, Firmum, 7. in Ver. Castum atque legittimum, pro Cluent. Certum, publicanum, de Prou. Certũ, & perspicuum, Dignissimum honore, præclara, prædicatorium, vniuersum belli, ac pacis, vtile probatum, & iudicatum, pro Cornel. Balbo. Ciuilia, maximum, & præsentissimum in rep. 1. de Leg. Ciuile, & medium, Obscurum sanè & ignotum applicationis, incognitum, Paternum, perpetuum, publicum, Propria ciuitatis, publica, Similia, 1. de Orat. Clarum, regium, Saluum, 1. Fã. Commune gentium, diuinum, hereditarium, publicum, præcipuum, diuinum & humanum, de Arusp. Consulare non solum superbius, sed violentius, 3. de Leg. Controuersum, pro Mur. Diuinum, & humanum, neque naturale, neque ciuile. pro Sest. Equestre, optimum, vetus in aliquos, maximeque oppidanum, pro Planc. imperatorium nouum, 3. In Ver Iniquum, 4. In Ver Integrum libertatis, pro Rab. Iudiciale, 6. In Ver. Melius, 3. contra. Rull. Naturale, Part. Nigrum, 3. Tusc. Patrium, Tribunitium, 2 Phil Pontificiale, religiosa, sancta, 2. de Leg. Põtificium, 3. de Orat. Præcipuum, pro Pomp. Priuatũ, 1. In Ver. Priuatum & ciuile, de Clar. Reliquũ, 6 Att. Sanctum atque integrum, pro Sex. Rosc. Summum, 5. In Ver Vetus, 5. Fam. Vrbanum, 2. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Ius & æquitas vincula ciuitatis. Ius constituere, statuere, recuperare, ad summam veritatẽ exigere. Summo iure cum aliquo agere. Certum obtinere ius. Dictator militiæ summũ ius habẽs. Dare ius alicui. Id ius ratumque est. Ius respondere, de iure. Id non ius est. Ius dicere, æqualiterq;. Ius postulare. Imperandi ius & potestas. Nihil mihi tecũ est iuris. Obtinere suum ius. Abire de suo iure. Omnibus ius est bene facere. Habere ius compascendi compascuum agrum. Meo iure, & pro meo iure peto. Iura humana, ciuilia.*

IVSIVRANDVM, di: & iusiurandi. *sacramentum, fides vel religio iusiurandi, religio, fides.* Epist. lib. 5. ep. 1. Magna voce iurauit verissimum pulcherrimúmque iusiurãdum. 1. de Inu. 46. Si auarus est, negligit iusiurandum. 3. Offic. 104. Iusiurandum est affirmatio

religiosa: quòd autem affirmatè quasi deo testè promiseris, id tenẽdum est. & 100. Conseruare iusiurãdum. Att. lib. 6. ep. 1. Suauem habui recordationẽ clarissimi iurisiurandi. pro Cæl. 54. Luceius socius vestræ religionis iurisque iurandi. pro Font 20. Religio iurisiurandi at metus deorum immortaliũ in testimonio dicendo. pro Cæl. 55. Ex qua domo recitatur vobis iureiurando deuincta autoritas. *id est, testimonium iurati hominis.* pro Qu. R. 46. Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum cõprehenditur, sed ex perfidia & malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus irasci & succensere solent. & *ibid.* 44. Abrogare fidem iurisiurandi cuipiam. 3. Offic. 98. Cuius princeps iurisiurandi fuit, quod omnes scitis, solus neglexit fidẽ. de Ar. 36. Fidem iusiurandúmque negligere. 4. ad Her. 20. Non iusiurandum reliquisti. *aliter contempsisti.* 3. Offic. 104. Qui iusiurandum violat, is fidem violat. & *ibid.* O fides alma, apta pennis, & iusiurandum Iouis. 3. Offic. 111. Nullum vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt & *ibid.* 112. Iurauitque se illum interfecturum, nisi iusiurandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. pro S. R. 100. Vt libentius animis ad illius testimonium vestrum iusiurandum accommodetis. 3. I. C. 9. Introducti Galli, iusiurãdum sibi & literas à Lentulo ad suam gentem datas esse dixerunt. pro Fl. 15. Psephismata iureiurando constricta. 2. de L. 16. Plurima firmantur iureiurando inter ipsos homines, diis immortalib. interpositis tum iudicibus, tum testibus. 5. I. V. 144. Emo iusiurãdum. *ibid.* Venale habeo iusiurandum.

✠ ADIVNC. *Clarissimum*, 1. *Attic. Commune*, 3. *Offic. Verissimum, pulcherrimumque*, 5. *Famil.*

☞ Syntaxis. *Iusiurãdum iurare pulcherrimum, clarissimum, verissimũ. Iusiurandum relinquere.*

IVSSVM, si. *mandatum.*) (. *Vetitum.* pro S. R. 66. Cum præsertim deorum immortalium iussis atque oraculis id fecisse dicantur. 3. de Legib. 40. Senatori tria iussa sunt, vt adsit, vt loco dicat, vt modo. pro Cecin. 96. Putásne si populis iusserit, id iussum ratum atque firmum futurum? pro Dom. 77. Si id traginta curiæ iussissent, num id iussum esset ratum. 2. de Legib. 9. Hæc & alia iussa ac vetita populorum vim habent, &c. & lib. 1. 17. Iura & iussa populorum. & lib. 2. 12. Qui pernicioſa & iniusta iussa populis descripserunt. pro Domo. 136. Populi iussa. pro Cornelio. 38. Gaditanos nullum populi iussum habere. & 42. Cum Gaditanus scita ac iussa nostra comprobat.

✠ ADIVNC. *Pernicioſa, & iniusta*, 2. *de Leg. Ratum, pro Dom. Ratum, atque firmum, pro Cæc.*

IVSSVRVS, a, um. 2. I. A. 80. Cæsar ostendit se, priusquam proficisceretur, Dolabellam consulem esse iussurum.

IVSSVS, sus. *imperiũ.* pro Pom. 26. L. Lucullus vestro iussu coactus abiit. de.

IVSTA, orum. *ẽxequiæ, inferiæ.* pro Fl. 95. Iusta Catilinæ facta sunt & 2. de Legib. 57. pro S. R. 24. Hic miser luctu perditus, qui nõdum etiam paterno funeri iusta soluerat. 2. de Leg. 67. Sed videamus Platonem, qui iusta funerum reiicit ad interpretes religionum.

☞ Syntaxis. *Facere iusta alicui, Funeri soluere iusta.*

IVSTE: ſsimè. *iurè, rectè, legitimè.* ad Brut. ep. 4. At inquies, iniquè facis: imò iustissimè. 1. Offic. 13. Iustè & legitimè imperare. in Sal. 1. Id vos, si fortè offendemini, iustiùs huic, quàm mihi succensere debetis.

IVSTITIA, tiæ. *æquitas, iuſtum, fas.* 2. de Inu. 160. Iustitia est habitus animi, communi vtilitate conseruata. suam cuique tribuens dignitatem. 3. de Natur. 38. Iustitia, quæ suum cuique distribuit. 5. de Finib. 67. Iustitia in suo cuique tribuendo cernitur. de Clar. 85. Antiqui faciles, in suum cuique tribuendo. 5. de Finib. 65. Iustitia est affectio animi, suum cuique tribuens, & societatem coniunctionis humanæ munificè & æquè tuens. 1. Offic. 157. Ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis: id est, ex societate generis humani. 2. ad Heren. 3. Iustitia est æquitas, ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiusque. 2. Offic. 38. Iustitia, ex qua vna virtute boni viri appellantur, mirifica quædam res multitudini videtur. & 1. Off. 20. Iustitia, in qua virtutis splendor est maximus, ex qua boni viri nominantur. & *ibid.* 23. Fundamentum Iustitiæ est fides. & 31. Fundamenta iustitiæ, primùm vt ne cui noceatur, deinde communi vtilitati seruiatur. & 99. Iustitiæ partes sunt, non violare homines: verecundiæ, non offendere. & 2. Offi. 72. Fundamentum enim perpetuæ commendationis & famæ est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. & 3. Offic. 28. Hæc virtus omnium est domina & regina virtutum. 1. de Natu. 4. Vna excellentissima virtus iustitia. 2. de Orator. 345. In laude iustitiæ sunt fides & æquabilitas. 2. Offi. 40. Iustitia ad rem gerendam necessaria est: cuius tanta vis est, vt nec illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere. & *ibid.* Iustitiæ vis etiam latronũ opes firmat atque auget. & *ibid.* 41. Fruendæ iustitiæ causa videntur olim bene morati reges cõstituti, vt ait Herodotus. Part. 81. Iustitiam acerbitas imitatur. & 78. In commune autem quæ posita pars est, iustitia dicitur, eáque erga deos religio, erga parentes pietas, vulgò autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi, lenitas, amicitia in beneuolentia hominatur. 5. de Fi. 65. De iustitia & eius partibus.

✠ ADIVNC. *Germana, necessaria ad rem gerendam, vtilis, 3 Offic. Iucunda auditu, 2. de Orat. magna, de Som: Optabilis per se ipsam, 1. de Finib. Solita, & periculosa, 4. de Rep. Summa, tota, 2. de Rep. Summa in aliquem, pro Cluent. Vera, certaque, 2. Offic.*

IVSTITIVM, tij. *iurisdictionis intermissio.* de Ar. 55. & pro Plan. 36. Iustitium edici, iurisdictionem intermitti, &c. *bis.* Att. lib. 4. ep. 17. Memmius fauere iustitio & omnium rerum licentiæ. 5. I. A. 31. Iustitium indici, saga sumi dico oportere.

IVSTVS, a. um: ior, issimus. *non iniustus, æquus, verus, meritus, debitus, legitimus.*) (. *Iniquus.* Orato. 140. Quibus, si nihil aliud responderem, iusta esset excusatio. 1. I. C. 20. Vita multis suppliciis iustis debitisque erepta. 2. Offi. 10. Honesta & iusta consilia.) (. *Fraus & malitia.* 2. I. A. 32. Aequa & iusta dicis. pro Sest. 141. Aristides, qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur. pro Cecin. 78. & 2. Off. 41. Iustus & bonus vir. 1. Off. 31. Iustus homo, isque quem bonum virum dicimus. de Am. 77. Aliquis in amicitia parum iustus. pro Plan. 64. Liberalem in publicanos, iustum in socios fuisse. 1. Offi. 41. Vti seruis vt mercenariis ad operam exigendam & iusta præbenda. 3. Tusc. 76. Si se officio fungi putet iusto & debito. 2. de Orat. 184. Oratione exprimere mores alicuius iustos, integros, religiosos, perferentes iniuriarum. 1. de Fin. 2. Vt propemodum iustioribus vtamur illis, qui, &c. quàm iis, &c. 3. Offi. 108. Cum iusto & legitimo hoste res gerebatur. de Pro. 45. Casum illum meum funus reipub. fuisse, sed funus iustum & indictum. I. P. 57. Iusta gloria est fructus veræ virtutis. 2. de Leg. 12. Iustum & ius colere: de Clar. 309. Illa iusta eloquentia, quam dialecticam dilatatam esse putant. 2. de Leg. 22. Præter Ideæ matris famulos, eosque iustis diebus, ne quis stipem cogito. de Arus. 21. Omnia solennia ac iusta ludorum omnibus rebus summa cum ceremonia sunt seruata. Att. lib. 4. ep. 2. Deinde sine vlla mora cogitabam iusta itinera facere. Ep. lib. 2. ep. 10. Iusta victoria. 1. Tusc. 85. Iusta vxor.

✠ ADVERB. *Verè.*

☞ Syntaxis. *Iustum debitumq;. Aequum & iustum facere, dicere. Homo iustus. Iustum & ius colere. Solennia & iusta ludorum seruare.* (*Iusta & solennia, substantiua absolutè.*)

IVTVRNA, næ. *dea.* pro Cl. 100, Stalenus statuas posuit ad Iuturnæ. *id est, in Iuturnæ æde.*

IVVANS, tis. 2. de Na. 165. Quorum neminem, nisi iuuante Deo, talem fuisse credendum est. Epist. lib. 7. ep. 20. Meque diis iuuãtibus ante brumam expectabis.

IVVAT. 6. I. V. 12. Iuuat me, hæc præclara nomina sic concidisse. Qu. fr. lib. 2. ep. 12. Te esse animo hilari, &c. valde me iuuat. Ep. lib. 5. ep. 21. Iuuitque me hoc tibi profuisse.

IVVENILIS, le. de Clar. 316. Iuuenilis quædam dicendi licentia. & Orat. 108. Iuuenilis redundantia. & in Hor. Iuuenilis libido.

IVVENILITER. *more iuuenum.* de Sen. 10. Fabius Maximus Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat.

✠ IVVENIS, his. *adolescens.* ‖ *Non enim dicitur de prima ætate (more nostrorum hominum qui pueros iuuenes vocant) sed de adulta potius.* de Sen. 33. Infirmitas puerorum est, ferocitas iuuentum. Att. lib. 10. ep. 8. Vellem suscepisses iuuenem regendum. 2. de Or. 353. Iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere euocarent. 2. Offi. 45. & de Sen. 27. Iuuenis & adolescens idem.

✠ ADIVNCT. *Barbari, 1. Attic. Lauti, & Familiares alicuius, 2. de Nat. Nobilis, de Senec,*

IVVENTAS, tatis. *Hebe dea.* de Clar. 73. Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senonensi prælio vouerat. 1. de Natu. 113. At poëtæ quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant: & aut Iuuentatem, aut Ganymedem pocula ministrantem. 1. Tusc. 65. Nec Iuuẽtate pocula ministrante, lætari deos arbitror.

IVVENTVS, tis. *ætas florens.* pro Dom. 129. Imperia ascribebantur nouæ iuuentuti. 7. I. V. 184. Mercurius iuuentutis custos & præses. de Sen. 15. Res quæ iuuentute geruntur & virib. de Cl. 126. Legendus est hic orator, si quisquam alius, iuuentuti. pro Do. 47. Intuemini paulisper animis iuuentutem. de Leg. agrar. Imberba iuuentute.

✠ ADIVNC. *Cuncta, pro Rab, Delicata. pro Mur. fortissima, 7. Ver. Improba, 2. ad Q. frat. Libidinosa & delicata, Sanguinaria, 2. Att. Noua, pro Dom. perdita, 1. Attic.*

IVVO, as. *adiuuo.* pro Mar. 6. Et certè in armis locorum opportunitas multum iuuat. 1. de Nat. 3. Sin autem dij neque possunt nos iuuare, nec volunt, quid, &c. Att. lib. 16. ep. 21. Multum

potes

potes nos apud Plancum iuuare. & *ibid.* Adiuuabis igitur, 1. Off. 9. Res, quibus & se possint iuuare, & suos. 1. Tusc. 32. Iuuare. tueri, conseruare homines. Epist. lib. 11. ep. 17. Si omni studio Lamiam in petitione iuueris. 1. de Fin. 71. Eruditio ad beatam vitam iuuat. Ep. lib. 13. ep. 22. Iuuare atque ornare aliquem quibuscunque rebus potis. pro Corn. 25. Qui nostros duces auxilio laboris, commeatus, periculo suo iuuerint. 7. I. V. 51. Te igitur autore ne foro quidem & commeatu Mamertini populum Romanum iuuare debuerunt.

¶ *Delecto.* 2. de Fin. 14. Iuuare in corpore & in animo dicitur, ex eoque iucundum.

IVVOR, tis. 3. I. V. 123. Lex Cornelia proscriptum iuuari vetat.

¶ *Delector.* Orat. 159. Consule aures, probabunt. quare, cur ita dicent se iuuari.

✠ ADVER. *Honestè, maximè, & ornare, Studiosius,* 13. *Fam. Multum. Pro Mar. Plurimum,* 10. *Famil.*

☞ Syntaxis. *Iuuare, & ornare aliquem, Id iuuat ad, &c. Periculo suo, auxilio iuuare amicum. Iuuantur aures: id est, delectantur.*

IVXTA. *non secus. similiter.* Postq. in Sen. 19. Qui me omnibus officiis iuxtà ac si meus frater esset, sustentauit.

¶ *Propè, propter.* Corn. Nepos in vita Attici. Sepultus est iuxta viam Appiam ad V. lapidem.

K

KVix litera Latinorum dicenda: tamen scribunt aliqui. Att. lib. 1. ep. 5. ad VIII. Kalend. Decembris. & Epist. lib. 1. ep 9. Ex Kalend. Ianuar. *aliter, Calendis. nam κάππα nobis litera est superuacanea, inquit Fabius Quint.* ‖ *Labinus putat apud veteres hanc literam fuisse infamiæ notam cuius verba nos hic apposuimus in Annot. in Orat. pro S. Rosc. in verba. hæc.* 57. Litera] illa cui vos vsque eò inimici estis. *literâ C. significari putat Hotomanus quæ esset calumniæ nota, seu quæ significaret accusatorem Calumniatum, Inurebatur enim calumniatorum frons certa aliqua nota ignominiæ causa vt docet Turneb. Aduers. lib. 8. cap. 22. sed verius est non literam C. sed K. fuisse calumniæ notam, & vero calumniæ nomen & quæ sunt eiusdem Originis scribebantur a veteribus Romanis per K. non per C. Hæc Lamb. quam sententiam tuetur Alexander ab Alex. lib. 3. Genialium dierum cap. 5.*

✠ ADIVNC. *Interkalares, pro Quint. Interkalares, Priores,* 6. *Famil. Seræ,* 5. *Phil.*

L

LItera seminocalis, *in numeris valet quinquaginta* ✠ ‖ *Romani hanc literam in vrnam cenyciebant cum diffundi diem & parum constare de causa significarent vt Autor. est Alexander ad Alexandro. lib. 3. Genial. cap. 5.* Tria LLL. 2. de Orat. 240. Omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas, tria LLL. duo MM. hoc est, lacerat lacertum Largij mordax Memmius. Lege. M.

LABANS, tis. pro Mil. 69. Rempub. ægram & labantem sanare & confirmare.

LABECVLA, læ. in Vatin. 41. Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aspergis.

✠ ADIVNC. *Nonnulla, in Vatin.*

LABEFACIO, cis. *labefacto.* pro Sest. 101. Quem nulla inquam inuidia labefecit.

LABEFACTATVS. Epistol. lib. 5. ep. 3. Quæ cogitatio erat aliquantũ labefactata atque conuulsa. pro Pompeio. 19. Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidãt.

LABEFACTO, as. *perfringo, dissoluo.* pro Cec. 70. Is non homines lædit, sed leges ac iura labefactat. 4. I. C. 22. Perfringere ac labefactare conspirationem bonorum. 3. contra Rull. 7. Labefactare & rescindere ab aliis constituta. pro R. P. 44. Labefactare dignitatem alicuius. Epist. li. 5. ep. 2. Labefactare aliquam societatem. Brut. ep. 10. Hoc adolescentis præsidium equidem adhuc satis firmum confido, sed ita multi labefactãt, vt ne moueatur, interdum extimescam. 1. Acad. 33. Aristoteles ideas labefactauit. Ep. li. 12. ep. 25. Nec verò postea destiti labefactare cũ qui, &c. pro Cl. 194. Quorum fidem precio labefactare conata sit.

✠ ADVERB. *Mediocriter statum reipub,* 1. *In Cat. Vehementer,* 5. *In Ver.*

LABEFACTOR, tis. 1. de Fin. 43. Ne inuidia verbi labefactetur oratio mea. pro Qu. R. 13. Cæteri cum ad iudicem causam labefactari animaduertunt, ad arbitrum cõfugiunt. pro Mil. 36. Itaq; Milonis cõsulatus, qui viuo Clodio labefactari nõ poterat, mortuo denique tentari cœptus est. pro Dom. 27. Iisdem machinis sperant me posse labefactari, quib. anteà stantem perculerunt.

LABEFACTVS, a, um. *labefactatus.* de Arusp. 60. Hæc iam labefacta, &c.

☞ Syntaxis. *Perfringere ac labefactare iura, leges, coniurationem, societatem. Inimicum percellere. & machinis labefactare.*

LABELLVM, li. *paruum labium.* 1. de Diu. 78. Platoni paruulo dormienti apes in labellis consederunt.

¶ *Vas.* 2. de Leg. 66. Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, aut mensam, aut labellum.

LABENS, tis. Brut ep. 18. Ferre præsidium labenti atque inclinatæ reip. pro R. P. 43. Labentem excipere. 2. I. A. 51. Cum labentem & propè cadentem remp. fulcire cupieretis.

LABERIVS, rij. *poeta mimicus sanè mordax.* Ep. lib. 7. ep. 11.

LABES, bis. *ignominia, macula, ruina.* in Vatini. 15. Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur. 2. de Leg. 24. Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec vllis manibus elui potest. Par. 3. In quamcunque domum stuprum intulerit, eandem labem esse libidinis. pro Sestio. 20. Habeo quem opponam labi illi atque cœno. & 26. Cœnum illud ac labes. pro Cæl. 42. Ne probrum castis, labes integris, infamia bonis inferatur. de Am. 41. Videris in tabella, quanta iam facta sit labes. pro Dom. 102. Hanc labem turpitudinis & inconstantiæ poterit populi Romani dignitas sustinere? pro Rab. 27. Labes ignominiaque mortis. pro Dom. 53. Labes atque eluuies ciuitatis. 2. I. V. 2. Labes atque pernicies prouinciæ. pro Flac. 24. Vtrum hic tãdem disceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ ✠ labem aliquam, & ruinam fore putatis. ‖ pro Dom. 107.

¶ *Est item terræ hiatus, eluuies.* 1. de Diuin. 78. Multis locis labes facta est; terræque desederunt. & 97. Delata etiam ad senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset.

✠ ADIVN. *Domestica, pro Sest. Nefanda, & perniciosa ciuitatis, pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Aspergere labem alicui. Cœnum ac labes. Turpitudinis labes. Labes & eluuies. Labes & pernicies, Labes & ruina innocentiæ.*

LABICANVM, *locus.* Parad. 6.

LABICANVS, na. pro Cn. Pl. 23. Labicana vicinitas.

LABICI. *populi.* 2. contra Rull. 95.

LABO, as. *vacillo, nuto.* Att. lib. 8. ep. 22. Scito labare meum consilium illud, quod iam satis fixum videbatur. 6. I. A. 10. Cum ei labare M. Antonius videretur. 3. de Fin. 74. Quid non fic ex alio nectitur, vt non si vllam literam moueris, labent omnia.

LABOR, eris: lapsus sum. *prolabor, dilabor, inclino.* de Fat. 6. Naufragum illum in riuo esse lapsum. 2. de Diu. 119. Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat atque concidere, & ipsum esse dormire. 1. Acad. 31. Continenter labuntur & fluunt omnia. de Vn. 32. Sidera quæ vaga & mutabili ratione labuntur. in Ar.

Nam non longinquum spacium labere diurnam.

Par. 5. Lapsa est libido in muliere ignota. Attic. lib. 4. ep. 5. Neque mihi licet labi ad eos, qui mihi non desinũt inuidere. 4. Acad. 138. Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem. 2. de Leg. 38. Quarum mores lapsi ad molliciem pariter sunt immutati cum cantibus. de Amic. 41. Serpit enim deinde res, quæ procliuis ad perniciem, cum semel cœpit, labitur. 4. Tusc. 41. Incitataque semel in procliue labuntur. 1. de Leg. 52. Quin. labebar longiùs, nisi me retinuissem. 2. de Diuin. 79. Sed labor longius, ad propositum reuertar. de Ar. 62. Vt aliquis lapsus de cœlo cœtus hominum adeat. Or. 191. Breuitate & celeritate syllabarum verba celeriùs labuntur. & *ibid.* Circuitus incitatior numero ipso fertur, & labitur, quoad perueniat ad finem. Orat. 10. Cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutiùs esse vno & eodem statu.

¶ *Erro fallor, decipior.* de Clar. 185. Labi & cadere in aliqua re. 1. Offi. 18. Labi autem, errare, nescire, & decipi, & malum & turpe dicimus. Quint. frat. lib. 3. ep. 9. Tenes verò, lapsus est per errorẽ. 1. cõtra Rull. 2. Aliqua in re non consilio, sed casu lapsum esse. 7. I. A. 18. Si consilio lapsi erimus. 2. Offi. 9. In quo verbo lapsa cõsuetudo deflexit de via. 1. de Nat. 29. & pro Rab. 25. Empedocles in deorum opinione turpissimè labitur. 1. de Or. 169. Aliquem in minimis tenuissimisque rebus labi. Att. lib. 13. ep. 36. Qua in re ne labar, quæso prouidete. de Clar. 244. Non puto existimare te ambitione me labi, quippe de mortuis. Ep. lib. 2. ep. 7. Nunquam labére, si te audies. 13. I. A. 8. Talis igitur & vir & ciuis opinione labi potest? & 10. In Ant. 5. Non te inopia verbi lapsum putarem, nisi, &c.

✠ ADVERB. *Continenter, & fluere,* 1. *Acad. longius,* 1. *de Leg. Procliuius, Orat. Turpissimè,* 1. *de Nat. Tutò, Arat.*

☞ Syntaxis. *Labi, & concidere. Labi & fluere. Ad opinionem labi. Labi & cadere in aliqua re. Consilio labi. Labi, errare, nescire, decipi. Ambitione labi.*

LABOR, oris. *afflictio, labor corporis, contentio animi, opus, vigilia, sudor, assiduitas.* 2. Tusc. 35. Interest aliquid inter laborem & dolorem: sunt finitima omninò, sed tamen differt aliquid. Labor est functio quædam vel animi vel corporis, grauioris operis & muneris: dolor autem motus asper in corpore à sensibus alienus, *& ibidem præclara multa de labore & dolore.* pro Cæl. 39. Si quis

omnem vitæ ſuæ curſum in labore corporis atque in animi cõtentione conficeret. pro Pomp. 29. Labor in negotiis, fortitudo in periculis. pro Muræn. 38. Nunquam iſte militi plus laboris impoſuit, quàm ſibi ſumpſit. 1. de Or. 152. Eſt enim magni laboris, quem plerique fugimus. de Opt. 13. Suſcepi laborem vtilem ſtudioſis, mihi ipſi non neceſſarium. pro Arch. 28. Quid eſt, quòd tantis nos in laboribus exerceamus? & *ibidem*. Nec tãtis ſe laboribus frangeret. Antequam. 13. Quoniam pro cunctis laborem ferre conſueui. de Sen. 82. Ocioſam ætatem & quietam ſine vllo labore & contentione traducere. de Vniu. 33. Hæc ſi verbis explicare conemur, earum rerum fruſtra ſuſcipiatur labor. Orat. 149. Nam eſſet cùm infinitus, tum puerilis labor. & 120. Quem laborem nobis leuauit Attici noſtri labor. pro Font. 2. Multo ſudore ac labore facere aliquid. 2. de Orat. 23. Leuandi laboris cauſa poſſim volitare. Antequam. 4. Suſtinere magnum laborem. 2. de In. 113. Inſumere magnum laborem ac ſumptum in aliquam rem. 5. I. V. 227. Impendere labore ac ſumptum ad incertum caſum. 1. de Or. 234. Conſumere multum operæ ac laboris in aliqua arte. Attic. lib. 1. ep. 14. Laborem propter ambitionem ſuſtinebam. Epiſt. lib. 1. ep. 8. Perfunctus ſum maximis laboribus. 4. Aca. 108. Labor exantlatus ab Hercule. de Clar. 242. Excipere magnos labores. pro Dom. 137. In vrbe, quam ſuis labotibus ac periculis conſeruaſſet. *Aly conſecraſſet legunt.* pro M. Scau. Poſſe virtutem ſine præſidio Fortunæ, quò contendiſſet, labore & conſtantia peruenire. Oecon. 1. Labores pacis ac belli, id eſt, ruſticationis & militarium ſtipẽdiorum, diſtribuit viro natura.

✠ ADIVN. *Alienus, 3. de Fi. Alienus à noſtra ætate, & dignitate, 6. Att. Aſſidui, 10. Fam. Aſſiduus, & quotidianus, cõtinuatus, 2. de Orat. Certus, multi, 5. in Ver. Clari, & nobilitati, Graues grauior, medij vitæ, tolerabiles, 1. Tuſc. Conſequens 3. Tuſc. Diuturnus, 2. cont. Rull. Diuturni, nocturnique. de Senec. Duri, 2. de Diu.* poetæ. *Domeſticus, glorioſus, incredibilis, maior, de Clar. Extremus, pro Cornel. Facilis, & iucundus, maximus, 7. In Ver. Forenſis, pro Cæl. Glorioſi, præteriti, Summus, 2. de Finib. Illiberalis, 1. de Fin. Inanis, 2. de Orat. Imperatorius, 2. Tuſc. Tum infinitus tum puerilis, Orat. Iniucundus, de Amic. Leuis, pro Arc. Magnus, paruus, Superior Induſtria, tantus, verus, iuſtus atque honeſtius, 1. de Or. Magni ſummi, pro Seſt. Maximi, 14. Phil. Militaris, 2. Offic. Minor, 4. Atti. Multus, 6. in Ver. Multus, aut magnus, pro Syll. Minimè neceſſarius, 2. In Ver. Nocturni, pro Font. Officioſi, pro Mil. Operoſus, & moleſtus, 2. de Nat. Patibiles, 4. Tuſc. Plurimus Philoſophorum, 1. de Inuent. Priſtinus, pro Syll. Quotidiani, pro Mur. Reliqui, pro Planc. Tanti, 1. ad Q. fr. veteres, pro Dõ. vtilis ſtudioſis, mihi non neceſſarius, de Opt. Gen. Orat.*

☞ Syntaxis. *Suſcipere labores. Exercere ſe labore. In labore ſe frangere. Ferre laborem Sine labore & contentione viuere. Multo ſudore, & labore facere. Suſtinere magnum laborem, inſumere, impendere, conſumere, exantlare, excipere. Laboribus perfungi.*

LABORANS, tis. *afflictus, calamitoſus.* pro Planc. 84. Ego miſeris & laborantibus nihil negare poſſum. Acad Chryſippus æſtuans laborantſque quonam pacto explicet.

LABORATVS, ta, tum. Att. lib. 13. ep. 4. Habeo munus à te laboratum decem legatorum. *aliter, elaboratum: & rectius.* pro Cæl. 54. Hæc mihi fructum aliquem afferre potuiſſent, cum à me ipſo laborata proferri viderentur. Incer. Quod ſit manibus humanis laboratum.

LABORIOSIVS. pro Qu. R 31. Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius.

LABORIOSVS, a, um: ſius. *durus, induſtrius.* 2. Tuſc. 36. Induſtrios homines, Græci ſtudioſos, vel potius amantes doloris appellãt: nos commodius laborioſos. 11. in Ant. 8. Qui magnos dolores perferunt, hos non miſeros, ſed laborioſos ſolemus dicere. pro Milon. 5. Quid enim nobis duobus laborioſius, quid magis ſolicitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt? pro Cæl. 1. Vos laborioſos exiſtimet, quib. ocioſis ne in communi quidem ocio liceat eſſe.

¶ *Moleſtus, difficilis.* 3. de L. 19. Nihil laborioſius moleſtiuſque prouincia. Attic. lib. 6. ep. 2. Hæc mihi nondum laborioſa ex illa vetere militia. Oecon. 1. In re familiari laborioſior eſt negligẽtia, quàm diligentia.

☞ Syntaxis. *Induſtrium dicimus laborioſum. Laborioſum & moleſtii, Nihil Cæſ. laborioſius.*

LABORANDVM. pro Mur. 47. Quibus incommodo valetudinis laborandum eſt. Or. 77. Homo de re magis quàm de verbis laborãs. Top. 35. Cum intelligitur quid ſignificetur, minus laborandum eſt de nomine.

LABORANS, tis. 2. Offic. 66. Diſertus homo & facilè laborans, multorumque cauſas & non grauatè & gratuitò defendens.

LABORO, as. *elaboro, contendo, laborem ſuſcipio, opus facio, multum in opere pono vel confero in aliquã rem, in aliqua re multum operæ ſtudiumque pono, in aliquo labore me exerceo, & magnis me laboribus frãgo, impenſam laboris ago in aliquem, operam do.* 2. Tuſc. 35. Aliud eſt dolere, aliud laborare: cùm varices ſecabantur C. Mario, dolebat: cùm æſtu magno ducebat agmẽ, laborabat. Eſt inter hæc quædam tamen ſimilitudo. Conſuetudo enim laborum, perpeſſionem dolorum efficiet faciliorem. *& ibi. de hac re pulchra.* de Sen. 24. Sed ijdem laborent in eis, quæ ſciunt nihil ad ſe pertinere. 5. I. A. 18. Sed ne familiares, ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent. 3. de N. 62. In enodandis nominibus, quod mirandum ſit, laboratis. de Clar. 34. In quo non modò deſici, ſed etiam laborare turpe eſt. Attic. lib. 4. ep. 15. Ad quid laboramus res Romanas? & lib. 13. ep. 9. Quo etiam magis laboro idem quod tu. Quin. frat. lib. 2. ep. 8. Quod ego non nimium laboro, etiamſi minus aſſequar quod volo. pro Syll. 51. Vos enim tum nihil laborabitis, nihil ſuſpicabamini. de Prou. 28. Nec decreui ſolùm, ſed etiã vt vos decerneretis, laboraui. Parad. 1. Quid enim ego laboraui? aut quid egi? aut in quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ? niſi vt &c. 5. I. V. 121. Illi intelligebant ſeſe Verri ſerere, impendere, laborare. 5. I. V. 132. Sponſio illa ne fieret laborauſti. pro Dom. 30. Cn. Pompeium ſtudio & auctoritate æquè & vnumquenque veſtrum opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipuè pro mea ſalute laboraſſe.

¶ *Curo, ſum ſolicitus.* 1. de Diuin. 49. Quid iſtic fiat, non laboro. Epiſt. lib. 3. ep. 7. Hoc aſſequere, vt in quam partem accipias, minus laborem. & lib. 10. ep. 5. Intellexi enim te laborare, vt ad me tuæ expectatiſſimæ literæ perferantur. Cæl. Epiſtol. lib. 8. ep. 9. Hoc vehementius laboro nunc, quod puto, &c. Epiſt. lib. 5. ep. 20. Sic me & liberalitatis fructu priuas, & (quod minimè tamen laboro) mediocris etiam prudentiæ. Ep. lib. 7. ep. 32. Nam de iudicijs, quod quæris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei, ſit vel Selius tam eloquens, vt poſſit probare ſe liberum, non laboro. & lib. 4. ep. 9. At erat tuæ virtutis in minimis tuas reſponere, de republica vehementius laborare. Quint. frat. lib. 3. ep. 1. De filij tui eruditione quod labores nihil eſt. pro Quint. 69. Qui nunc vt tu vincas, tantopere laborant. pro Cecin. 3. De quibus antea laborabam, nunc ſum animo æquiſſimo. 6. I. V. 67. De cæteris non laboro. 2. de Inuent. 78. Non laborare de aliquo. Epiſt. lib. 3. ep. 12. Laboro, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda ſunt. Att. lib. 9. ep. 9. Non mediocriter laboro, vt poſſis, &c. 6. I. V. 57. Non laborabat, quin malè audiret. 5. Ver. 104. Non laborabat, ſi eſſet relicturus & 127. Si ſociis proſpicere non laboratis. & 122. Si quemadmodum ſocij à magiſtratibus tractentur, non laboratis. pro Flac. 10. Græci nunquam laborant, quemadmodum probent quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicendo. 2. de Orat. 206. Laborare pro bonis viris. pro Deiot. 39. Laborare amici cauſa. Epiſt. lib. 4. ep. 3. Miror te non tuis bonis delectari potius, quàm alienis malis laborare. 3. de Finib. 8. Laboro autem non ſine cauſa. Epiſt. lib. 1. ep. 1. Si eſſet in iis fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus. Attic. lib. 13. ep. 20. De fama nihil ſanè laboro. & lib. 7. ep. 18. Nec de me laboro, de pueris quid agam non habeo. pro Quint. 43. Non id ago, neque in eo nunc laboro. Att. lib. 13. ep. 21. Sed hæc hactænus, vt videar. *περὶ μικρῶν ἀπολόγου.*

¶ *Afficior. vexor: relatum ad morbos.* pro S. R. 154. Ex quibus rebus reſpub. maximè laborat, iis maximè mederi conuenit. Att. lib. 7. ep. 2. Significant enim tuæ literæ te prorſus laborare. pro S. R. 149. Quod ſi omnes facerent, & reſpublica ex illis, & ipſi ex inuidia minus laboraremus. Attic. lib. 5. ep. 8. Vtpote cum ſine febri laboraſſem. 1. de Finib. 59. Nec verò quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat. Epiſt. lib. 7. ep. 26. Cum iam decimum diem grauiter ex inteſtinis laborarem. Epiſt. lib. 9. ep. 23. Ceparius dixit te in lecto eſſe, quòd expedibus laborares. 3. Tuſc. 60. Ex renibus laborare. & *ibid.* Cum audiuiſſet eum grauiter eſſe ægrum, quòd vehementer eius artus laborarent. Epiſtol. lib. 16. ep. 11. Non ignoro, quantum ex deſiderio labores: ſed erunt omnia faciliora, ſi valebis. pro Clu. 202. Ea ſatis diu ex inuidia laborauit. 2. de Inuent. 5. Aliquanto ex inſcitia leuius laborarent. pro Sex. Roſc. 154. Populus Romanus, qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborat. ad Brut. ep. 10. Nec externis hoſtibus magis quàm domeſticis laborabamus.

✠ ADVERB. *Aequè vt, præcipuè pro ſalute, pro Dom. Grauiter ex inteſtinis, 7. Famil. Leuius ex inſcitia, 2. de*

Ium.

Inuent. magis etiam, 13. Fam. Magnoperè, pro Q. Rosc. Mediocriter, 9. Attic. Mediocriter de vsura, 10. Attic. Non ita valdè, 11. Fam. Proximè atque, 9. Fam. Valdè, 2. Attic. Valdè pro aliquo, 8. Fam. vehementer, 2. Tusc. vehementer de aliquo, 2. Fam. vehementius de repub. 4. Famil.

LABOROR, aris. Epist. li. 3. ep. 13. Hæc mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa propter quæ hæc laborantur.

*LABRON, is. *oppidum.* Quint. fr. li. 2. ep. 5. Vt aut Pisis, aut Labrone conscenderet.

LABRVM, bri. *oris humani extrema labra sunt.* 1. de Nat. 20. Hunc censes primis, vt dicitur, labris gustasse physiologiam 1. de Or. 87. Quæ isti Rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. 3. de Or. 136. Pericles in cuius labris lepórem habitasse ferunt. 2. de Diu. 66. Apes quas dixisti in labris Platonis pueri consedisse. pro Cæl. 28. Aliquid primoribus labris gustare, & extremis, vt dicunt, digitis attigisse. Hortens. Quod in primoribus habét, vt aiunt, labris.

¶ *Vas, ad formam oris humani & labrorum factum.* Epist. li. 15. ep. 20. Labrum si in balneo non est, fac vt sit.

✠ ADIVN. *Extrema, pro Cæc. primoribus gustare, pro Cæl. Trementia, in Pison.*

LAC, ctis. *vos vitalis.* de Sen. 56. Villa abundat lacte, caseo, melle. 2. de N. 128. In iis animantibus quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lactescere incipit. 3. Tusc. 2. Vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. 1. de D. 98. Quondam lactis imber effluxit.

✠ ADIVN. *Lætum, 1. de Diu.* ex poëta.

LACAENA. *mulier.* 1. Tusc. 106. & lib. 2. 36.

LACEDAEMON, onis. *Sparta vrbs.* 2. de Leg. 39. Lacedæmõ illa seuera neruos iussit, quòd plures quàm septem haberet, in Timothei fidibus inde demi. & lib. 3. 16. Lacedæmone Ephori non sine causa à Theopompo oppositi sunt regibus.

LACEDAEMONII, orum. *Spartiatæ, Lacones.* Tusc. q. li. 1. 100. Lacedæmonij cuiusdam constantia in morte contemnenda. 13. Famil. ep. 28. Lacedæmonij sua maiorumque suorum autoritate satis commendati fidei tuæ. de Diu. lib. 1. 95. Lacedæmonij regibus suis augurem assessorem dederunt. Tusc. q. li. 1. 101. Lacedæmonij alacri animo in Thermopylis occiderunt. de Diuin. lib. 1. 95. Lacedæmonij de rebus maioribus semper aut Delphis oraculum, aut de Ammone, aut à Dodone petebant, Tus. quæst. lib. 5. 42. Lacedæmonij, Philippo minitanti per literas se omnia quæ conarentur, prohibiturum, quæsiuerunt, Num si esset etiam mori prohibiturus? Diu. li. 1. 95. Lacedæmonij senibus (sic enim consilium publicum appellant) augurem interesse voluerunt. Tusc. quæst. lib. 1. 101. Lacedæmoniorum gens fortis fuit, dum Lycurgi leges vigebant. pro Flac. 62. Lacedæmoniorum laus. pro Mur. 74. Lacedæmoniorum mores. 1. Offi. 64. Lacedæmoniorum omnis mos inflammatus cupiditate vincendi. pro Flac. 62. Lacedæmoniorum spectata & nobilitata virtus. Diu. lib. 1. 75. Lacedæmoniis Leuctricæ pugnæ calamitas multis signis antè denunciata est. Diu. lib. 1. 74. Lacedæmoniis cuiusmodi significatio facta sit, paulò antè Leuctricam calamitatẽ. Cat. 20. Apud Lacedæmonios quidem ij qui amplissimum magistratum gerunt, vt sunt, sic etiam appellabantur, senes. Diu. lib. 1. 96. Lacedæmonijs qui præerant, non contenti vigilantibus curis, in Pasithæo fano somniandi causa excubabant, quòd vera quietis oracula dicebant.

LACERANDVS, a, um. pro Quin. 50. Ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas.

LACERATIO, onis. *laniatus.* I. P. 42. Magna lætitia afficiebar ex corporis tui laceratione. 3. Tusc. 62. Muliebres lacerationes genarum.

✠ ADIVN. *Muliebres genarum, 3. Tusc.*

LACERATVS, a, um. *distractus, dissipatus.* 10. I. A. 5. Reliquum corpus tractum & laceratum abiecit in mare.

LACERNA, næ, *pennula vestis.* 2. I. A. 76. Rhodius cum calceis & toga, nullis nec caligis, nec lacerna.

LACERO, as. *concerpo, dirumpo, conscindo, discindo, carpo, dilacero, dilanio.* Att. lib. 2. ep. 8. Meus me mœror lacerat & conficit. 3. Tusc. 27. Aegritudo lacerat, exest animum, planéque conficit. 2. I. A. 86. Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. 1. Offi. 57. Qui lacerarunt omni scelere patriam. Postquam. In Senat. 3. Lacerare rempublicam. de Clar. 156. Obtrectatio inuidiæ, quæ solet lacerare plerosque. 2. de Or. 240. Lacerat lacertum Largij mordax Mẽmius. 11. I. A. 5. Verborum contumeliis aliquẽ lacerare. pro Dõ. 59. Vxor mea, quam vexauistis, raptauistis, omni crudelitate laceraustis.

LACEROR, ris. pro Mil. 87. Mortem alicuius lacerari.

☞ Syntaxis. *Vitæ reliquias lacerare ac distrahere. Tractum & laceratum corpus. Mœror, ægritudo lacerat & consilia. Lacerare, & cruentare aliquem oratione.*

LACERTA, tæ. *serpentis genus.* Attic. lib. 2. ep. 6. Tempestates non sunt ad lacertas captandas idoneæ. 2. de Diu. 62. Qui magis anguibus quàm lacertis?

LACERTOSVS, a, um. *robustus, neruosus.* 8. I. A. 26. Saxa centurio pugnax & lacertosus.

LACERTVS, ti. *brachium à cubito ad manum: vires, nerui.* 2. Tus. 22. O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. & 37. Humeri, lacerti, manus. de Sen. 27. Athletæ senis lacerti mortui sunt. & *ibid.* Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus est. 1. de Orat. 242. Amẽtatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratorijs lacertis viribusque torquere.

¶ *Vis, nerui, robur, pondus, grauitas.* de Cl. 64. Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic vt fieri nihil possit valentius.

✠ ADIVNC. *Oratorij, 1. de Orat. Mortui. de Sen.*

LACESSENDVS, a, um. do. pro Pomp. 23. Nationes quas nunquã populus Romanus neque lacessendas bello, neque tentandas putauit. Epist. lib. 7. ep. 13, Procax in lacessendo. ‖ & 1. de Or. 17.

LACESSITVS, a, um. *irritatus.* Att. lib. 1. ep. 10. Quibus epistolis sum abs te lacessitus ad scribendũ. 2. de Ora. 230. Videmur quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti. & *ibid.* Omnino probabiliora sunt quæ lacessiti dicimus, quàm quæ priores. 1. de Orat. 32. Arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel prouocare improbos, vel te vlcisci lacessitus.

✠ ADVER. *Mediocriter, 1. Fam.*

LACESSO, sis. *prouoco, irrito, tanto.* Epist. lib. 3. ep. 8. Hos ego sermones lacessiui nunquam, sed non valde repressi. pro Mil. 85. Vi irritare, ferróque lacessere aliquem. Epist. lib. 11. ep. 3. Nos te Antoni nulla lacessiuimus iniuria. 2. I. A. 1. Tu ne verbo quidem violatus vltrò maledictis ma lacessisti. I. P. 55. Responsione me inimica homo promptissimus lacessiuit.

¶ *Inuito amico.* Epist. lib. 12. ep. 30. Non enim te epistolis, sed voluminibus lacesserem. Epist. lib. 12. ep. 20. Sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo lacesses: ego enim respondere facilius possum quàm prouocare.

LACESSOR, ris. *prouocor.* 2. de Ora. 301. Testis sæpe non lædit, nisi lacessatur.

✠ ADVERB. *Vltrò maledictis, 2. Phil. Vltrò improbos, 3. in Catil.*

☞ Syntaxis. *Lacessere & irritare bello. In lacessendo procax. Ad scribendum lacessitus. Sermones lacessere aliquos. Maledictis lacessere.*

LACIADES, æ. 2. Offic. 64. Cimon Athenienses instituit, vt omnia præberentur, quicunque Laciades in villam suam diuertisset. L. HOSPITALIS.

LACINIA, niæ. *pars vestis extrema & laxior.* 3. de Orat. 108. Illud alterum genus obtinent, id ipsumque lacinia. Ep. lib. 16. ep. 11. In lacinia seruans ex mensa secunda semina.

LACINIVS, a. 1. de Diu. 48. Iuno Lacinia.

LACON. nis. *Lacedæmonius.* 5. Tusc. 49. & lib. 1. 111.

Consilij nostris laus est attonsa Laconum.

LACONICVM, ci. *vaporarium.* Att. lib. 4. ep. 9. Nostram ambulationem & Laconicum cum poteris, inuisas.

LACONISMVS, mi. *breuiloquentia.* Epist. lib. 11. ep. 25. Breuitatem secutus sum te magistro. & *ibid.* Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit.

LACHRYMA, mæ. Part. 57. Citò arescit lachryma, præsertim in alienis malis. 1. de Inu. 110. Lachryma nihil citius arescit, vt dicit rhetor Apollonius. 7. I. V. 171. Paulo antè lachrymas non tenebamus. de Som. 5. Equidem vim lachrymarum profudi. pro Font. 38. Lachrymas profundo. pro Plan. 104. Lachrymæ, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. 2. I. A. 64. Me miserum, consumptis lachrymis tamen infixus animo hæret dolor. 2. Tus. 48. Si se lamentis muliebriter lachrymisque dedet. Epist. li. 5. ep. 14. Tradere se lachrymis ac tristitiæ. de Senect. 73.

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu.
Faxit. cur? volito viuu' per ora virum.

5. I. V. 207. Sustinere populus Rom. nationum luctum, lachrymas, querimonias, non potest.

✠ ADIVNC. *Diuturnæ, 3. Tusc. Gratæ, inuidiosæ, pro Pl. Multæ, 2. de Nat. Multæ, & assiduæ, quotidianæ, 4. Fam. Plures, 14. Fam. Plurimæ, pro Rab. Populares, 5. In Ver. pueriles, postq. in Senat.*

☞ Syntaxis. *Lachrymas tenere. Lachrymis se dare, dèdere, tradere. Profundere, effundere lachrymarum vim.*

LACHRYMANS, tis. pro Sest. 144. Video hunc oculis lachymãtibus me intuentem.

LACHRYMO, as. *Lachrymas effundo vel profundo, illachrymo.* Att. lib. 15. ep. 26. Te vt à me discesseris, lachrymasse molestè ferebã. 1. Tusc. 93. Ait Callimachus multo sæpius lachrymasse Priamũ, quàm Troilum.

✠ ADVER. *Multo sæpius, 1. Tusc.*

LACHRYMOR, aris. *act. lachrymo.* 7. I. V. 120. Quis tam fuit illo tẽpore durus & ferreus? quis tam inhumanus? præter te vnum, qui non illorum ætate, nobilitate, miseria commoueretur? ecquis fuit, quin lachrymaretur?

LACHRYMOSVS, a. In Arato.

LACHRYMVLA, læ. pro Pl. 76. Non modò lachrymulam, sed multas lachrymas videre potuisti.

LACTENS, tis. *lactsugens.* 2. de Leg. 29. Hostia lactens, &c. 3. I. C. 19. Romulus, quem inauratum in Capitolio paruum atque lactentem vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. 2. de Diu. 47. Romulus lactens fulmine ictus. & 85. Puer lactens in gremio matris mammam appetens.

LACTESCO, scis. *in lac conuerto, vel lacte impleor.* 2. de N. 128. In iis animantibus, quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus lactescere incipit.

LACTEVS, circulus. *candens circus.* de Somn. 8. Circulus lacteus splendidissimo candore inter flammas elucens. *& ibidem de eo multa.* in Ar.

Vidisti magnum candentem serpere circum.
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.

LACVNA, næ *fossa, indigentia, inopia, vacuitas.* 4. I. V. 138. Dederunt operam, vt illam lacunam rei familiaris explerent. Att. li. 12. ep. 6. Vide, ne qua lacuna sit in auro: *id est, fraus.*

✠ ADIVNC. *Cæca, Arat.*

LACVNAR, aris. *trabs, seu triclinij superior pars.* 5. Tusc. 62. Gladium è lacunari sẽta equina appensum demitti iussit.

LACVNOSVS, a, um. *quod lacunas habet.* 2. de Nat. 47. Mundus nihil habet eminens, nihil lacunosum.

LACVS, cus. 6. I. V. 107. Circa Ennam lacus luciq́ue sunt plurimi. & 7. Ver. 187. Deæ, quæ illos Ennenses lacus lucosque colitis. 1. de D. 100. Cum lacus Albanus præter modum creuisset. pro Mil. 75. Lacus Precius. 1. Tusc. 37. Inde in vicinia nostra Auerni lacus. ✠ pro S. R. 89. Lacus Curtius. ‖ Thrasimenus, Seruilius.

¶ *Item vas, è quo mustum expressum fluit.* de Clar. 287. Noua ista quasi de musto & lacu feruida oratio fugienda est.

✠ ADVERB. *Plurimi, 3. In Ver.*

LAEDO, dis. *offendo, aliquid mali alicui infero, violo, iniuriâ facio.* pro Cec. 23. Non minus nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas. 2. de Or. 301. Sæpe testis non lædit nisi lacessitus. pro Mur. 87. Is iniustè neminem læsit. pro S. R. 111. Qui fidem lædit, oppugnat omnium cõmune præsidium. Ep. lib. 1. ep. 7. Quos tu reipublicæ causa læseras. 5. I. V. 1. Qui alterum, nulla priuatim læsi iniuria, in iudicium vocant. Ep. lib. 5. ep. 1. Nec absentem me ludibrio læsum iri.

✠ ADVERB. *Apertè, imprudenter, 1. de Inuent. Contumeliosè, 1. Att. Grauissimè, 6. In Ver Iniustè neminem, pro Mur. Liberè aliquem, 7. in Ver. Diutius famã, pro Cluent.*

LAENA, næ. *vestis augur alis, amiculum.* de Clar. 56. Cũ M. Popilius sacrificium publicum cum læna faceret *bis.* L. AMICIO.

LAESIO, onis. *oratorum quoddam ornamentum.* 3. de Orat. 203.

LAESVS, a, um. *offensus.* 2. de Orat. 305. Si læsus efferare iracundia.

✠ ADVERB. *Grauiter ab aliquo, 10. Famil. Priuatim iniuria, 5. In Ver.*

LAETABILIS. le. *lætandum, lætitia dignum.* 1. Tusc. 49. Quod vt ita sit, quid habet ista res aut lætabile, aut glorioſum? & 4. Tus. 37. Cui nihil nimis lætabile ad efferendum videri potest.

LAETE. *hilare.* 9. I. A. 7. Is autorem senatus lætè atque insolenter tulit.

LAETANS, tis. *lætus.* pro Cl. 28. Cassia lætanti iam animo & spe optima confirmata, nubit Oppianico.

LAETIFICO, as. *lætitiam affero, lætitia afficio.* 2. de N. 102. Accessius solis lætificat terram, vt cum cœlo hilarata videatur. & 130. Indus non aqua solùm agros lætificat, sed eos etiam conserit.

LAETIFICVS, a, um. 1. Tusc. 69. Vires lætificæ non intermittũt pampinis pubescere. Poëtæ.

LAETITIA, tiæ. *lætitiæ voluptas, alacritas, gaudium, hilaritas.* Tusc. lib. 4. 14. Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur. 1. de Orat. 197. Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem, quod, &c. Att. lib. 14. ep. 12. Lætitiam apertissimè tulimus omnes. 1. de Ora. 243. Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit. & 2. de Orat. 72. Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. Br. Epist. prid inuent. 7. Quæ lætitia senatus, quæ alacritas erat. pro Pl. 103. Nolite iudices inimicis meis dare lætitiam. Att. lib. 14. ep. 12. Dare lætitiam alicui. pro Mil. 78. Milo maxima lætitia populum Romanum affecit. 1. de Fin. 25. Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, id est voluptatem. Ep. lib. 2. ep. 10. Comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerunt. & Att. lib. 14. ep. 6. Exultant lætitia in municipiis. Ep. lib. 2. ep. 9. Repetè verò incessi omnibus lætitiis. 14. I. A. 1. Lætitia risus satis est maximæ præclarissimæque pugnę. Att. lib. 15. ep. 15. Capere lætitiam oculis. pro Mil. 99. Lætitia de interitu P. Clodij. 1. I. C. 26. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta voluptate bacchabere? Postquam ad Quir. 2. Incredibili, qua nunc vestro beneficio fruor, lætitiæ voluptate caruissem. 2. de D. 56. Galli victores alacritate & quasi lætitia ad canendum excitantur. 2. in Ant. 21. Quid ergo, in tanta lætitia cunctæ ciuitatis, me vnum tristem esse oportebat. pro Dei. 26. Aliquis lætitia elatus.

✠ ADIVNC. *Certa, 3. In Catil. Communis omnium, diuturni, pro Mil. Elata, gestiens immoderata, 3. Tusc. Exultans, in Top. Futiles, impotens, 5. Tusc. Inanis, 10 Famil. incredibilis, 1. Fam. Magna, 6. Fam. Maior, in Pis. Maxima, 3. Fam. Minor, vera, pro Marc. Mira, 15. Att. Mirifica, 4. Attic. Nimia, Turpis, 4. Tusc. popularis, 2. de Leg. Recens, Summa, pro Sest. Subita, 1. de Inuẽt. Tanta, 6. Philip.*

☞ Syntaxis. *Lætitiam percipere, ferre: id est, accipere. Contorquendus iudex ad lætitiam. Efferre aliquem lætitia. Lætitia exultare. Incessi omnibus lætitijs. Lætitiam capere. Lætitia elatus.*

LAETOR, aris *exulto, triumpho, lætitia efferor, omnibus lætitiis incedo, lætè fero, lætitiam capio, lætitiam apertè fero.* 7. I. V. 120. Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. pro S. R. 136. Hæc perfecta esse gaudeo, vehementerque lætor. pro Pom. 3. Illud in primis mihi lætandum esse iure video. Ep. lib. 1. ep. 7. Minime miror te tuis præclaris operibus lætari. ad Br. epist. prid. Inuent. 4. De. Cassio lætor, & reipub. gratulor. pro Mar. 34 Lætor. de hac re. 11. I. A 9. Deinde ea libidinum turpitudo, vt in hoc sit semper lætatus.

☞ Syntaxis. *Pace, in, de pace lætari. Illud lætandum est.*

✠ ADVERB. *Aequè lætitia aliorum, 1. de Fin. Apertè, 14. Att. Magnoperè, 3. Tusc, Mirabiliter, 11. Fam. valdè reditu, vel potius reuersione, 16. Attic. Vehementer, pro Sex Rosc. vehementius honore, pro Planc. vehementissimè, 13. Fam.*

LAETVS, a, um: tior, simus. *lætanti animo, bono animo, alacri & erecto animo, alacer, hilaris.* pro Font. 23. Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto foro. pro Mur. 49. Catilina interea alacer atque lætus. de Fin. li. 2. 13. Ille Cæcilianus, qui omnibus lætitiis lætum esse se narrat. pro Sest. 1. Aliquem alacrem atque lætum volitare. 2. in Verr. 17. Lætus atque alacer.)(*Humilis & demissus.* Att. lib. 8. ep. 5. Læto vultu gratulari. 3. de Orat. 153. Lætæ segetes. 2. de N. 156. Vberrimi & lætissimi fructus vitiũ. de Sen. 53. Vua quid potest esse tum fructu lætius? tũ aspectu pulchrius. de Senect. 54. Nec verò segetibus solum, & pratis, & vineis, & arbustis, res rusticæ lætæ sunt, sed pomariis etiam & hortis, tum pecudum pastu & apum examinibus, tum florum omniũ varietate.

☞ Syntaxis. *Lætus & erectus. Alacer & lætus. Omnibus lætitiis lætus. Lætus vultus, segetes, fructus. Vua fructu nil lætius. id est, in fructibus, & c. fructibus.*

LAEVVS, a, um. *sinister.* 1. de D. 12. Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iussit. 4. Acad. 89. Diana facem iacit à leua. & 145. Læua manus. de Vn. 42. Ad læuam.

LAGENA, næ. *vas vinarium ad ferendum habile.* Epist. lib. 16. ep. 26. Mater nostra, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerẽtur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ.

✠ ADIVN. *Inanes, 16. Fam.*

LAGVNCVLA, læ. *lagena parua.* Attic. lib. 6. ep. 1. In his inuentæ sunt quinque lagunculæ matronarum.

LAMBO, bis. 5. I. V. 28. Hi canes, quos tribunal meũ vides lambere. & Hor.

LAMENTABILIS, le. *quæribundus.* 2. de L. 64. Sumptuosa funera ✠ & lamentabilia, & 2. Tusc. 32. Lamentabili voce deplorans. ‖ *ibi.* 57. Sin erit ille gemitus lamentabilis &c.

LAMENTANDVM. 4. I. C. 4. Vt nemo ne ad deplorandum quidem reipub. nomen atque ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinqueretur.

LAMENTANS, tis. 3. de Orat 212. Matrém ne vt miseram lamẽtantemque videam.

LAMENTATIO, onis. *querimonia, questus, lessus.* 1. Tusc 30. Lugubris lamentatio fletúsque mœrens. & 4. Tusc. 18. Lamentatio est ægritudo cum eiulatu. 6. I. V. 47. Fletus mulierum, & lamentationes fieri solitas pro his rebus. Ora. 131. Plangore & lamentatione compleui forum. 2. de In. 78. Cum gemitu & lamentatione. Postq. in Sen. 16. Illa lamentatio & gemitus vrbis. 2. de L. 59. Lamentatio funeris. pro Fon. 37. Nolite pati, iudices, aras deorum immortalium quotidianis virginis lamentationibus de vestro iudicio commoueri.

✠ ADIVNC. *Lugubris 4. Tusc. Noua pro Mur. Quotianæ. pro Font. Solitæ, 4. Cal.*

☞ Syntaxis. *Lugubris lamentatio. fletus & lamentatio. Plangor & lamen-*

lamentatio. Gemitus & lamentatio: & contrà.

LAMENTOR, aris. *deploro, lamentationem facio.* 1. de Or. 245. Lapides meherculè omnes flere ac lamentari coegisset. 12. I. A. 2. Lamentari vxorem videbam. 1. Tusc. 75. Nam hæc quidem vita mors est: quam lamentari possem, si liberet. & 5. Tusc. 112. Cuius cæcitatem cum mulierculæ lamentarentur, Quid agitis, inquit, &c.

✠ *ADVER. Flebiliter, modicè, 2. Tusc. Temere, 4. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Lamentari, simpliciter: & damnum, &c.*

LAMENTVM, ti. *lamentatio.* I. P. 88. & 2. de L. 64. In sordibus, lamentis, luctuque iacuisti. 2. Tusc. 48. Si se lamentis muliebriter lactymisque dedet. L. SINE.

LAMINA, næ. 7. I. V. 162. Qui cum ignes ardentesque laminæ, cæterique cruciatus admouebantur. 2. de L. 58. Ad eam aram lamina inuenta est, & in ea scriptum, Domina honoris. *Ego lego, Lamina honoris.*

✠ *ADIVN. Candentes, 7. Ver.*

LAMPAS, dis. *lychnus, lucerna.* 4. I. V. 115. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. 3. de N. 41. Ille cui monte Oetæo illatæ lãpades fuerunt.

LAMPSACENI, *populi.* 3. I. V. 63. Lampsaceni officiosi, maximè sedati & quieti.

LAMPSACVM. 3. I. V. 63. Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, in primis clarum & nobile.

LANA, æ. Horten. Sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam.

✠ *ADIVNC. Publica, 7. Ver.*

LANEVS, a, um. 3. de Nat. 83. Atque ei laneum pallium iniecit.

LANGVEFACIO, cis. *languorem affero.* 2. de L. 38. Incitare languẽtes, & languefacere excitatos. *aliter, Languere facere.*

LANGVENS, tis. *languidus.* 1. Off. 133. Sine contentione vox nec languens, nec sonora. Epist. lib. 10. ep. 28. Senatus languens, & defessus 2. de Orat. 186. Facilius est currentem, vt aiunt, incitare, quàm commouere languentem. & 35. Languentis populi incitatio & effrenati moderatio.

LANGVEO, es. & LANGVESCO, scis. *flacceſco languidus fio.*)(. *Exulto.* I. P. 82. Quanquam languet iuuentus, nec perinde atque debet, in laudis & gloriæ cupiditate versatur. 1. de Diu. 60. Cum dormientibus ea pars animi languet. 1. de Nat. 7. Cum oci o lãgueremus, philosophiam nostris hominibus explicandam putaui. 4. Acad. 6. Hebescere & languere in ocio. 3. I. A. 12. Cumque languerem de via, & mihimet displicerem, misi, &c. & 8. In Ant. 4. Consensus populi, si nos languescimus, debilitetur necesse est. & 12. In Ant. 8. Ipsa illa Martia legio languescet & mollietur. de Sen. 28. Orator metuo ne languescat senectute. 4. de Fin. 65. Corporé alius languescat. Or. 6. Spem infringi, & lãguescere industriũm. 3. Off. 3. Et ocio fruor, nec solicitudinem languere patior.

✠ *ADVER. Planè, 1. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Hebescere ocio, & languere. De via languere, sibiq; displicere. Solitudinem languescere non patiar: id est, non frustra ocio fruar.*

* LANGVIDVLVS, a, um. pro Q. Gall. Coronæ languidulæ.

LANGVIDVS, dior. *languens, tardus, debilitatus.*)(. *Operosus, aliquid semper moliens.* de Sen. 26. Senectus non modò languida atque iners non est, sed etiam est operosa, & semper agens aliquid & moliens. 8. I. A. 21. Non etiam languidiores facti sumus. pro Lig. 28. Languidiore studio in causa fuistis. Qu. fr. lib. 1. ep 2. Qui antea aut alieniores fuerant & languidiores, nunc honorum odio se cum bonis coniungunt. 1. de Or. 226. Mollis, languidus, eneruatus, omnia ad voluptatem corporis, doloremque referens. 2. I. C. 10. Vino languidus. 2. de Fin. 39. Vt tardam & languidam pecudem.

☞ Syntaxis. *Non est senectus languida & iners. Languido studio in causa esse. Mollis languidus, eneruatus. Tardus & languidus.*

LANGVOR, oris. *stupor.* 1. Offic. 123. Cauendum est, senectus ne languori desidiæque se dedat. & 3. Offic. 1. Ocium & solitudo languorem afferunt hominibus. 2. de Diu. 128. Animus cum lãguore corporis nec membris vti, nec sensibus potest, incidit in varia visa & incerta. Att. lib. 14. ep. 6. Videt languorem bonorum. 7. in Ant. 1. Expectatio legatorum quantum afferat languoris animis quis non videt? In Sall. 15. Exprobrare languorem & soporem alicui.

☞ Syntaxis. *Dare se languori & desidiæ. Fert ocium languorem.*

LANIANS, tis, 1. de D. 106.

Quem se torquentem lanians, rostroque cruentans, &c.

LANIATVS, tus. *laceratio.* 1. Tusc. 104. Quid mihi ferarum laniatus obeſit nihil sentienti?

* LANIFICIVM, ij. Oecon, 1. Quibus ad lanificia vtuntur. *ibid.* Quæ ad lanificia pertinent.

LANIGER, a, um. 1. de D. 44. Pecus lanigerum eximia pulchritudine. Accij.

LANIO, as. *dilanio.* 2. de D. 63.

Cum ferus immani laniauit viscera morsu.

LANIOR, tis. 1. Tusc. 108. Laniari à feris. Ep. lib. 7. ep. 1. Cum homo imbecillus à valentissima fera laniatur.

LANISTA, stæ. *gladiator magister, qui domi gladiatores habet & instituit, quos deinde locet & vendat muneribus.* pro S. R. 17. & 118. Hic nuper se ad lanistam contulit. I. P. 27. Quo in spectaculo mira reip. æquitas erat, vter eorum perisset tanquam lanista, in eo lucrum fieri putabat. Att. lib. 1. ep. 13. Reus tanquam clemens lanista frugalissimum quemque secernebat.

✠ *ADIVNC. Clemens, 1. Attic.*

LANIVS, nij. *qui pecora laniat, & vendit carnes.* 1. Off. 150. Cætarij, lanij, coqui, fartores.

LANVVIVM, *ciuitas.* Att. lib. 4. ep. 13. & 2. cont. Rull. 95.

LANVVINVS, a. pro. Cor.

LANX, cis. *libræ lances, patina, vas cibis ferendis aptum, atque eiusdem quoque formæ appenduntur lances libræ, in quas pondera imponuntur.* Att. lib. 6. ep. 1. Lancibus & splendidissimis canistris nos soles pascere. 4. Acad. 38. Etenim necesse est, vt lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere. 5. de Fin. 91. & 5. Tusc. 51. Virtutis autem amplitudinẽ quasi in altera libræ lance ponere, terram, mihi crede, ea lanx & maria deprimat.

✠ *ADIVN. Splendidissima, 6. Attic.*

LAODICEA, ceæ. *vrbs, quæ est in Tyria ad mare.* Epist. lib. 12. ep. 14.

LAODICENSIS, se. Ep. lib. 5. ep. 20. Ciuitas Laodicensis.

LAODICENVS, na. Ep. lib. 12. ep. 13. Laodiceni amentiores. Cassij.

LAPATHVS, thi. *herba nota.* 2. de Finib. 25. Non igitur lapathi suauitatem accipenseri Gallonij Lælius anteponebat, sed suauitatẽ ipsam negligebat.

LAPIDATIO, onis. *lapidum iactus.* pro Dom. 14. Inde saxis facta lapidatio est. & 6. I. V. 95. & 2. de Orat. 197. Fit magna lapidatio.

✠ *ADIVNC. Ampla, 6. Ver. Magna, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Lapidatio fit: & saxis lapidatio.*

LAPIDATOR, oris. pro Dom. 13. Percussor, lapidator, &c.

LAPIDEVS, a, um. 2. de D. 60. Imber lapideus aut sanguineus. 2. de L. 45 Ligneum autem quodcunque voluerit, vno è ligno ca-
✠ uato, item que lapideum. ‖ Epist. lib. 7. ep. 12. Iupiter lapideus.

LAPIDICINA, næ. *locus, vbi lapides excidũtur.* 1. de D. 23. & lib. 2. 48. In Chiorum lapidicinis saxo diffisso caput extitisse Panisci.

LAPIS, dis. *saxum, silex.* 2. de Orat. 197. M. Aemilium lapide percussum esse constabat. pro Dom. 13. A quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dixit. 1. de Or. 245. Lapides mehercule omnes flere coegisset. I. P. 35. Præterque duos de lapide emptos Trib. pleb. pro Milo. 42. Lapides iacere. pro C. Cornel. 1. Eiicerentur lapidibus homines.

✠ *ADIVNC. Necessarij ad vsum hominum, 1. Famil. Rediuiuus, 3. in Ver.*

☞ Syntaxis. *Lapidibus aliquem appetere, atque percutere.*

LAPITHAE, arũ. *populi.* in Pison. 22. Conuiuium Lapitharum.

LAPSIO, onis. *lapsus.* 4. Tusc. 28.

LAPSVS, a, um. *delapsus.* 10. in Ant. 8. Cassius lapsis paucis pòst die-
✠ bus consequebatur. ‖ *alias Cassij classis.*

LAPSVS, sus. *prolapsio cursus, lapsio.* 1. de Diu. 100. Si lacus emissus lapsu & cursu suo ad mare profluxisset. 2. de Nat. 99. Volucrum lapsus atque cantus. 1. de D. 17. Stellæ errantes certo lapsu spacioque feruntur. de Sen. 52. Vitis serpens multiplici lapsu & erratico. 2. de Orat. 339. Sunt populares multi varijque lapsus. 1. Acad. 44. Continere temeritatem à lapsu. de Cõsolat. Castos leui quodam & facili lapsu ad Deos peruolare.

✠ *ADIVN. Certus, vetustus, 1. de Diui. Multi, populares, varijque, 2. de Orat. Multiplex, ac erraticus, de Senec. præceps. in Arat.*

☞ Syntaxis. *Fluminis lapsus & cursus. Lapsus volucrum, stellarum, vitis. Erraticus vitis lapsus.*

LAQVEATVS, a, um. *laquearibus seu lacunaribus ornatum.* 3. I. V. 133. & 2. de Le. 2. Templũ vndique tectum, & pulcherrimè laqueatũ. 1. Tusc. 85. Tecta cælata & laqueata.

✠ *ADVERB. pulcherrimè, 3. In Ver.*

LAQVEVS, quei. *vinculum.* 6. I. V. 37. Homini iam collum in laqueum inserenti subuenisti. pro Mil. 41. Cum illam belluam iudicij laqueos declinantem, iam irretitam tenerem. 1. de Ora. 42. Stoici disputationum suarum laqueis te irreticum tenerent. 5. Tusc. 76. Laquei Stoicorum. pro Cl. 150. Putant enim minus multos laqueos legum ac iudiciorum sibi propositos esse oportere. de Fato. 7. Ad Chrysippi laqueos reuertamur. pro Cec. 83. Aequitatem rei verbi laqueo capi non oportet.

✠ *ADIVN. Arctiores, 3. In Ver. Multi, pro Cluent.*

☞ Syntaxis. *Laqueos iudicij declinare. Verbi, disputationum laquei.*

LAR, laris. *focus, domus tota, penates, dij patrij, vel domestici.* Epist. lib. 1. ep. 9. Crassus penè à meis laribus in prouinciam est profectus. 5. I. V. 27. Relinquere larem familiarem suum. &)(. Redire ad suum larem familiarem. pro Quint. 85, Att. lib. 16. ep. 4. Alicui manus allatas esse ante suos lares familiares. de Vn. 34. Dij

quos

quos Græci Ἀκέφαλοι appellant, nostri opinor lares: si modò hoc rectè conuersum videri potest. 2. de Legib. 19. Lucos in agris habento, & larium sedem. 3. de Nat. 63. Aedes larium & malæ fortunæ.

✠ *Adiunc. Familiaris, 5. Ver. Familiares, 16. Attic.*

Large, sim. *largiter, liberaliter, prolixè, copiosè.* pro Mur. 10. Quod dandum est amicitiæ. largè dabitur à me, &c. pro S. R. 23. Largè effusèque donare. & 5. in Ver. 204. & 6. Ver. 62. Largè liberalitérque. 3. de N. 69. Munificè & largè date aliquid. 3. In Ver. 158. Largissimè mihi copia facta est eius rei. Qu. de Pet. 34. Largè ac honorificè promittere aliquid. 2. de N. 121. Pastum animantibus largè & copiosè natura comparauit.

☞ Syntaxis. *Largè acliberaliter. Largè & effusè. Munificè & largè. Largè & copiosè. Largè facere copiâ. Largè & honorificè promittere.*

Largiendvm. Epist. lib. 3. ep. 8. Cum naturâ semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.

Largifluvs, a, um, 3. de Or. 155. Largifluus imber. Pacuuij.

Largior, iris. *dono, largitionem facio, gratificor.* de Senect. 83. Si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repueraſcam, valde recusem. pro Quint. 8. Cui summam copiam facultatéque dicendi natura largita est. 1. de Orat. 68. Duo illa relinquamus, id largiamur inertiæ nostræ. Epist. lib. 5. ep. 12. Amorique nostro plusculum etiam quàm cõcedit veritas, largiare. 4. ad Her. 10. Triptolemus cum omnibus semen largiretur. 2. in Ant. 43. Quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum largitur. pro Qu. R. 27. Largitus est Fannius Roscio. 1. Off. 43. Quidã eripiunt aliis, quod aliis largiantur. de Ar. 54. Vtriusque horum secunda fortuna regnum est largita, aduersa mortem.

✠ *Adver. Apertissimè, de Arusp. Inconsultè, 2. Offic.*

Largitas, tis. *liberalitas.* de Cl. 16. Vt augere etiam possimus largitatem tui muneris. 2. de N. 156. Terra fruges maxima largitate fundit.

Largiter. *largè.* Antequam. 19. Itaq; vt ego in concione mea nihil ponam de rebus meis gestis, tamen in animis & memoria vestra largiter relinquam.

Largitio, onis. *effusio, corruptela.* 2. Off. 52. Largitio quæ ex re familiari fit, fontem ipsum liberalitatis exhaurit. 2. contra Rull. 10. Largitio quæ verbis ostentari potest, reuera fieri nullo pacto potest. 2. de Or. 105. Liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere. 2. Off. 55. Largitio fundum non habet *prouerbium.* pro Pl. 37. Quam quisque tribum turpi largitione corrumperet. 2. Off. 53. & Ep. lib. 1. ep. 1. Philippus largitio-
✠ nem corruptelam dixit esse. ‖ Pro Mur. 80. Largitio pernitiosa.

¶ *Administratio.* pro Mur. 41. Aequitatis largitio.

¶ *Concessio.* pro Cor. 31. Nunquam intermissa est à maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis.

✠ *Adiunc. Agraria, 2. Attic. Frumentaria, magna, Modica, tolerabilis, & necessaria reipub. Popularis, salutaris reipub. 2. Offic. Maximæ, in Piso. Pernicioſa, pro Mur. Regia, 1. Famil. Singularis, 2. cont. Rul. Turpis, pro Q. Rosc.*

Largitor, oris *corruptor.* 1. Off. 64. existunt in republica plerunque largitores & factiosi, qui, &c. pro Pl. 37. Cuiusque tribus largitor esset. 4. I. C. 10. Homo largitor & prodigus.

Largvs, a, um. *liberalis, vel potius largitor.* 2. Offic. 55. Omninò duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales: prodigi, qui, &c. liberales autem &c.

¶ *Multus, amplus.* 2. de N. 94. Cum sol terras larga luce compleuerit.

Larinas, tis. pro Cl. 21. & 49. Larinas mulier.

Larinvm, ni. *oppidum.* pro Cl. 24.

Larissaevs, 3. Ep. lib. 13. ep. 25. Hagessaretus Lariſſæus.

Lascivia, uiæ. *petulantia.* 1. de D. 24. Achiui ita ab Ilio profecti sunt, vt profectione læti piscium lasciuiam intuerentur. 2. de Fi. 65. Hilaritas, lasciuia, risus.

Lassitvdo, nis. *defatigatio.* 2. de Inu. 14. Postquam illos arctius ex lassitudine dormire sensit. Ep. li. 12. ep. 25. Quanquam sumus iam defatigati, sed nulla lassitudo impedire officium debet.

Late. sim. *amplè, laxè.* pro Cor. 13. Cn. Pompeij latè longéque diffusa laus. pro Sest. 97. Numerus huius generis latè variéque diffusus est. 1, de Nat. 54. Latè longéque peregrinari. 1. de Leg. 34. Res latè longeque diffusa. pro Mar. 30. Vagabitur nomen tuũ longè atque latè. Orat. 113. Fusè latéque dicere. pro Pomp. 31. Bellum tam latè diuisum atque dispersum. 2. contra. Rull. 69. Syllanus ager latissimè continuatus. 1. Off. 92. Hoc latissimè patet, ad multósque pertinet. 1. de Orat. 235. Hæc ars latè patet, & ad multos pertinet. 3. Off. 70. Hoc latissimè manat. 3. Off. 70. Decorum quàm latè fusum sit, apparet. pro Cl. 173. Venenum latius potest additũ in aliqua parte panis. *aliàs, latentius potuit abditum,* 1. de Inu. 86. Hoc maiorem quandam vim habet, & latius patet, quàm hic exponitur.

☞ Syntaxis. *Latè longéque diffusa laus. Latè variéque. Latè longéque peregrinari. Fusè latéque dicere. Latissimè continuatus ager. Res latissimè patens, ad multósque pertinens.*

Latebra, bræ. *recessus.* pro Marc. 23. Cum in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus. 2. de Fin. 107. Latebram habere. pro Sest. 9. Cum illa coniuratio ex latebris atque ex t nebris erupisset. 3. de Leg. 35. Non fuit latebra danda populo. in qua, &c. 3. Off. 106. Videant. ne quæratur latebra perturio. 2. de D. 46. Sed te mirificam in latebram coniecisti. pro Rabir. 22. Cum ignauiæ ratio te in fugam atque latebras impelleret. pro Cæl. 62. Balneæ, in quibus non intelligo, quæ latebra togatis hominibus esse possit. & 53. Non possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. 2. de Diu. 111. Adhibuit etiam latebram obscuritatis. pro Pom. 7. Mithridates ita regnat, vt se Cappadociæ latebris occultare nolit. Epi. lib. 3. ep. 12. Ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam maleuolentiam.

✠ *Adivn. Paruæ, 2. Famil. Tantæ, pro Marc.*

☞ Syntaxis. *Animi latebræ & recessus. Ex latebris & ex tenebris erũpere. Conijcere se in latebram. In fugam & latebram impellere. Suspicionum latebræ, obscuritatis.*

Latebrosvs, a. pro Sest. 126. Via latebrosa.

Latens, tis. *obscurus inuolutus.* de Cl. 152. Rem latentem explicare definiendo.

Latenter. *clàm.* Top. 63. Cum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ, euentus obscura causa, quæ latenter efficitur.

✠ Late o, es. *lateſco, deliteſco, clàm sum.* ‖ *Multis nostri temporis hominibus in ore est, me latet. Non me latet, Quòd neque Cicero aut perfectæ illius ætatis vlli vnquam dixerunt Sed fugit, non fugit me,* Lege Fvgio, *Recentiorum autem est qui Græcorum phrasin imitati sunt, latet me, non latet: Cicero in sequente exemplo datiuum cum hoc verbo coniunxit. Plinius tamen multos latere dixit.* 1. I. C. 15. Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quòd mihi latere valeat in tempore. 3. contra Rull. 12. Non paruum sub hoc verbo furtum latet. pro S. R. 118. Ibi scelus quoque latere inter tot flagitia putatote. Ora. 237. Veritas in occulto latet. pro Rab. 21. Aliquem inclusum atque abditum latere in occulto. 2. contra Rull. 41. Occultè, latére, absconditum esse, furtim, &c. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 7. Nõ latére in tenebris, neque esse abditum, sed in oculis clarissimæ prouinciæ esse positum. pro Cluent. 66. Omnia quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Orat. 61. Cætera in eo latent. pro Pom. 31. Qui locus tam fuit abditus vt latéret. pro Quint. 74. Qui fraudationis causa latuerit. 12. In Ant. 17. Quoniam sub nomine pacis bellum lateret. pro Planc. 34. Sed eum dolorem hic tulit paulò apertius, cum nimius ille sensus in aliis fortasse latuit. 1. de Leg. 17. Tractanda iura populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt, quæ vocantur iura ciuilia. pro Cecin. 38. Vt tantum facinus non in æquitate defensionis, sed in vna litera latuisse videatur Acad. Latent ista omnia magnis obscurata & circumfusa tenebris. Incer. Insidiæ, quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine.

✠ *Adver. Abditè, 4. in Ver. Occultè, 2. de Finib. vtiliter, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Latére in, sub, in occulto. Non latens, aut absconditum, sed in oculis ciuitatis, prouincia positum. Inclusus & absconditus in occulto latet.*

Later, tis. *terra cocta, & in lapidem durata.* 2. de Diuin. 98. Num hæc in látere aut cæmento, ex quibus vrbs effecta est, valere potuit?

Lateriv m. *Ciceronis villa.* Attic. lib. 4. ep. 7.

Laterna, næ. *instrumentum in quo lumen latet.* Att. lib. 4. ep. 3. Pauci in vestibulo pannosi sine laterna.

Laternarivs, rij, *qui laternam præfert.* I. P. 20. Piso Catilinæ laternarius.

Latesco, scis. in Arat.

Hic equus à capite & longa ceruice latescit.

Latex, cis. *humor, seu liquor omnis, vt aqua, vinum, & alia.* 2. de D. 63.

Nos circum latices gelidos, &c.

✠ *Adiunc. Gelidi, 2. de Diu.* poëtæ.

Latialis. *Iupiter.* pro Mil. 86.

Latibvlvm, li. *latebra.* pro R. P. 42. Tum cum etiam feræ latibulis se tegunt. in Vat. 4. Repente enim te tanquam serpens è latibulis intulisti. 1. Offic. 11. Animantes omnes quærunt pastum, latibula, &c. pro Fl. 31. Defendendi facilis est cautio, non solùm latibulis occultorum locorum, sed etiam, &c. Attic. lib. 12. ep. 14. Volo emere aliquod latibulum, perfugium doloris mei.

☞ Syntaxis. *E latibulis se inferre. Occultorum locorum in defensione latibula.*

Latina. *via.* pro Cl. 163.

Latinae, arum. *feriæ Iouis Latiali sacræ.* pro Pl. 23. Quibus è municipiis vix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur. Quinctiis lib. 2. ep. 4. Dies erant duo, qui post Latinas erant religiosi. 1. de Diu. 18.

Cum

——*Cum tumulos Albano in monte niuales*
Lustrasti, & lato mactasti lacte Latinas. & ibid.
Quod ferme dirum in tempus cecidere Latinæ.

Atti.lib.1.epist.2. Auiam tuam scito mortuam esse, quòd verita sit, ne Latinæ in officio non manerent, & in montem Albanum hostias non adducerent.

LATINE. ‖ *Qui latinè scit (inquit Cardinalis.) nouit eo aduerbio, latinè id quoque ostendi quod aperte, clarè, planè, quæ res notanda, & memoriæ mandanda est.* 7.I.A. 17. Gladiatorem appellauit vt appellant ij, qui planè & Latinè loquũtur. 1. de Or. 144. Purè & Latinè loqui. de Opt. 4. Purè & emẽdatè loqui, quod est Latinè. 3. de Or. 26. Oratio Catuli, quæ est pura, sicut Latinè loqui pene solus videatur. 1 de Or. 155. Cum ea quæ verterẽ Græcè, Latinè redderem. 6. in Ver. 2. Latinè loqui, non accusatoriè. de Clar. 108. Is perbene Latinè loqui putabatur, literatiusque quam cæri. & 210. Curio Latinè non pessimè loquebatur. *& ibi de Latinè loquendo.* 3. de Orat. 37. Vt Latinè loquamur, verba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat. & *ibidem.* 40. Nostri minus studẽt literis, quàm Latinè tamen. de Clar. 140. Non tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire. 5. I. A. 13. Num Latinè scit?

☞ Syntaxis. *Planè & Latinè loqui. Græca Latinè reddere. Perbenè Latinè loqui, literatiusq; quam. Non pessimè Latinè loqui. Scire Latinè.*

LATINIENSIS, e. pro Pom. 58. Q. Cælius Latinienſis. de. Aru. 20. Ager Latinienſis.

LATINITAS, tis. *sermonis Latini puritas.* 4. ad Here. 18. Latinitas est, quæ sermonem purum conseruat ab omni vitio remotum. Vitia in sermone quo minus is Latinus sit, duo possunt esse: Solœcismus & Barbarismus. At. lib. 7. ep. 3. Cæcilius non bonus autor Latinitatis.

¶ *Latijum.* Att. lib. 14. ep. 12. Multa illis Cæsar, neque me inuito, sed Latinitas erat non ferenda.

LATINVS, na, num. de Clar. orat. 132. Incorrupta Latini sermonis integritas. Orat. 150. Consuetudo Latini sermonis. 1. de Fin. 10. Sed ita sentio, & sæpe disserui, Latinam linguam non modò non inopem, vt vulgò putarent, sed locupletiorem etiam quàm Græcam. de Ar. 19. Itali ac Latini. 3. Tuscul. 9. Multòque melius hæc notata sunt verbis Latinis, quàm Græcis. Lim.

Conuersum expressumq; Latina voce Menandrum.

LATIO, onis. Attic. libr. 3. ep. 26. Mihi in animo est, legum lationem expectare. pro Muræn. 5. Latio legis. pro Dom. An si in ipsa latione tua capta iam vrbe lapides iacti: si manus collata non est, &c.

LATITANS, tis. pro Cluent. 39. Extrahitur domo latitans Oppianicus.

LATITO, as. *lateo.* pro Qu. 54. Si latitare ac diutius ludificare videatur. pro Dom. 83. Iube adesse, latitat omninò.

✠ ADVERB. *Omninò, pro Dom.*

LATITVDO, nis. 1. de N. 54. In hac immẽsitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. 4. Acad. 116. Lineamentum sine vlla latitudine. 2 contra Rull. 67. Qui latitudinem possessionum tueri non possunt. 2. de N. 159. Latitudo humerorum. 2. de Or. 91. Oris prauitas, & latitudo verborum. *hic aduerbẽ, verbi latitudinem.*

LATIVM, tij. *regio Italiæ, in qua Saturnus Iouis arma fugiens latuit.* pro Ar. 5. Studiaque hæc & in Latio, & hic Romæ colebantur. Epist. lib. 9. 15. Mirificè capior facetiis his, maximè nostratibus, præsertim cum eas videam primùm oblitas Latio, tum cum in vrbem nostram est infusa peregrinitas, nunc verò etiam bracchatis & Transalphinis nationibus.

LATMVS, mi. *mons Cariæ.* 1. Tusc. 92.

LATONA, æ. *de Latona, Diana, & Apolline.* 3. I. V. 48.

LATOR, oris 3. de N. 90 Ferrẽtne vlla ciuitas latorem istiusmodi legis. 4. I. C. 10. Lator legis Semproniæ. pro Muræ. 3. & 13. I. A. 32. M. Cicero legis ambitus lator. 3. de Leg. 35. Itaque isti rationi neque lator quisquam est inuentus, neque autor vnquam bonus. que lator quisquam est inuentus, neque autor vnquam bonus. pro Dom. 48. Suffragij lator in ista tua proscriptione.

LATRO, as. *latrare, proprium est canum, cum impetum faciunt: sed homines quoque latrare dicuntur, cum irati clamitant.* 2. de Orato. 220. Hic frater meus à Philippo interrogatus, quid latraret? furem se videre respondit. &3. de Or. 136. L. C LEPSYDRA. pro S. R. 56. Canes qui & latrare & mordere possunt. de Clar. 58. Latrant enim iam quidem oratores, non loquuntur.

LATRO, onis. *prædo, sicarius, grassator, excursor, qui in cæde atque ex cæde viuit. qui maleficio & scelere pascitur, archipirata, Spartacus.* 2. Offi. 40. Quin etiam latronum leges esse dicuntur, quibus pareant. 2. I. A. 62. Erat ei viuendum latronum ritu, vt tantum haberet, quantũ rapere potuisset. 4. I. A. 15. Excursor & latro. 2. Off. ✠ 40. Bargulus Illyricus latro, & Viriatus Lusitanus. ‖ 3. In Ant. 29. Impurus latro.

✠ ADIVNCT. *Archipirata, Postq. ad Quir. Armati, 5. Phili. Conscelerati, funestus, pro Sest Demens, paratissimus ad omnia, ep. ad Brut. Expeditus, pro Mil. fœdissimi, perditus, abiectusque, furentes, 10. Fam. fortis, 12. Phili Importunissimi, 1. Fam. Impurus, 3. Phil. Maleficus, 2. de Diuin. Multi, noti, ac insignes, Sceleratus, atque egens, tæterrimi, 11. Phil. Nefarij, in Piso Perditus, 7. Attic. perditissimi, 2. Phil. Sceleratissimus, 12. Famil. Tæterrimus, 14. Phil. Turpissimus, pro Cæl.*

☞ Syntaxis. *Excursor & latro.*

LATROCINANS, tis. 2. in Cat. 16. Tamen latrocinantem se interfici mallet, quàm exulem viuere.

LATROCINIVM, nij. *excursio.* pro Deiot. 22. Tueri fines suos ab excursionibus hostium & latrociniis. Q. fr. lib. 1. ep. 1. 20. Multa oppidorum furta & latrocinia esse depulsa. Epistо. lib. 2. ep. 9. Quapropter latrocinia tardissimè omnia perferuntur.

✠ ADIVN. *Apertũ, 2. In Cati. Castrense, 3. in Catil. Ciuile, domesticum, honestum. pro Sest. forense in Piso. frequentia. 10. Famil. Funesta, Tæterrimum, pro Dom. Impium, in Catil. Intolerabile, in Vat. Intestinum, Postquã ad Quir. Nefarium, nouum, ac singulare, 3. In Ver. Nocturnum, 2. In Ver. Sceleratissimum. 1. Fa.*

LATROCINOR, aris. *prædor.* 1. de N. 87. Tot millia latrocinantur morte proposita. 2. Offic. 40. Qui vnà latrocinantur. pro Milone. 17. Impunè latrocinari.

✠ ADVERB. *Impunè, pro Mil. Vnà, Offic.*

LATRVNCVLVS, li. de Pro. 15. Res in Sardinia cum Mastrucatis latrunculis gesta.

✠ ADIVNC. *Mastrucati, de Prou.*

☞ Syntaxis. *Excursiones & latrocinia. Furtum ac latrocinium. Duo millia latrocinantur.*

LATVMIAE, arum. *de latumijs Syracusanis: aliàs. lautumiæ.* 7. I. V. 67. Latumias Syracusanas omnes audistis, pleraque nostis. *ibid.* In has lautumias si qui publicè custodiendi sunt, etiam ex cæteris oppidis Siciliæ deduci imperantur. *ibidem.* 68. Fore vt à multis illis in Lautumijs verus ille dux quæreretur. 7. I. V. 142. Carcer ille, quæ Lautumiæ vocantur. *ibidem.* In Lautumias statim coniiciebatur. 7. I. V. 159. Clam è Lautumiis profugisset. *ibidem.* Qui se Syracusis in Lautumijs fuisse quæreretur.

LATVS, a, um. *amplus, laxus.*) (*angustus.* 6. in Verrem. 119. Vna via lata perpetua, multæque transuersæ Syracusis. 6 I. V. 103. Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculoso que disiuncta. 5. Tusc. 59. Fossa lata.

¶ *Portatus.* 2. I. A. 106. At iste operta lectica latus est per oppidum. Qu. fr. lib. 2. ep. 5. Cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus fum.

¶ *Pronunciatus.* pro Corn. 33. Nihil vnquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico, neque pœnam, neq; legem latam esse dico. pro Mil. 19. Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæstio decreta? Att. lib. 7. epi. 7. Illud vnà datum est, annorum X. imperium, & ita latum placet. pro Milon. 17. Num igitur vlla quæstio de Africani morte lata est? certè nulla. pro Sest. 37. Lex per vim lata. * pro C. Cornel. Quæ lex paucis his annis non modò scripta, sed etiam lata esset.

✠ ADVERB. *Insulsè de imperio, 4. Attic. Rectè lex, de Arusp. Non ita mare, Orat. ad Brut.*

LATVS, eris. *situs ac regio ad dextram vel sinistram.* 2. de L. 6. Fibrenus diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. *id est, latera insulæ.* in Arat.

Huic spacio ductum simili latus extat vtrumque.

de Som. 15. Terra angustata verticibus, lateribus latior. Quint. frat. lib. 3. epist. 1. Erant loca posita ambulationis vno latere, eo quod est proximum balneatijs. 7. in Ver. 106. Eum vident sedere ad latus prætoris. 3. In Ant. 32. Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur. 7. in Ver. 97. A latere, à tergo magnam partem vrbis relinquere.

¶ *Dextra, vel sinistra corporis pars.* pro Cluent. 175. Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer.

¶ *Ilium, vel potius pectus.* 3. de Orat. 6. Crassus lateris dolore consumptus. & *ibidem.* Latus ei dicenti condoluisse. 2. in Cat. 1. Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur. de Sen. 27. Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus est. in Vat. 13. Vt nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucietur. de Senect. 14. Cum legem Voconiam magna voce & bonis lateribus suasissem. de Amic. 1. Vt quoad possem, à senis látere nunquam discederem. 3. Off. 38. Equus æneus, in cuius lateribus fores essent. 3. de Or. 218. Inflexio laterum.

✠ ADIVN. *Bona, de Senec. Proximum balnearijs, 3. ad Q. frat. Valentiora, Orat. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Ad Cæs. latus considere. Per alicuius latus alium ferire. Magna voce, & lateribus bonis orare.*

LAVATIO, onis. *balneum.* Epi. lib. 9. epi. 5. Et antè te certiorem faciam, vt lauatio parata sit. * Oecon. 1. Vasa, quæ ad lauationem pertinerent, exponebantur.

LAVDABILIS, le. lior. *laudandus, probatus, prædicabilis, prædicandus, gloriandus, præferendus, qui laudem habet.* 1. Offi. 14. Honestum quod verè dicimus, etiam si à nullo laudetur, laudabile esse natura. de Cl. or. 325. Quorum orationes sunt in primis in Asiatico genere laudabiles. de Cla. 333. Vix singulis ætatibus bini oratores laudabiles fuerunt. Or. 67. Et si est eo laudabilior poëta. Par. 1. Voluptas nec meliorem efficit, nec laudabiliorem virum. 2. Offic. 49. Quorum etsi laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata sæpe est. 3. ad Heren. 7. Laudabile est, quod conficit honestam & præsentem, & consequentem commemorationem.

✠ ADVER. *Maximè, Omninò, in Top.*

LAVDABILITER. *rectè, laudatè, honestè.* 5. Tusc. 12.

LAVDANDVS, a, um. *laudabilis.* 1. de Orat. 9. Philosophia laudandarum omnium artium procreatrix. * Iacer. Non res laudanda, sed spes est.

✠ ADVER. *Summè, Diuin,*

LAVDATE. *laudabiliter, cum laude.* Antequam. 6. Laudatè & honestè viuere.

☞ Syntaxis. *Bonus & laudabilis. Honestè & laudabiliter viuere.*

LAVDATIO, onis. *præconium, commendatio, funebris oratio,) (. vituperatio.* Epist. lib. 15. ep. 6. Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? & lib. 1. epi. 6. Recordare enim, quibus laudationem ex vltimis terris miseris. pro Cæl. 5. Itaque nunc lectissimos viros cum legatione ad hoc iudicium, & cũ grauissima atque ornatissima laudatione miserunt. pro Flacc. 36. Idem laudationem quam nos ab Athenienſibus Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat. pro Fon. 4. Vt sua religio, laudatio, autoritas aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. pro Milon. 34. Cadauer. P. Clodij spoliarum exequiis, pompa, laudatione, &c. 2. de Orator. 43. & 343. & de Clar. 61. Laudatio, quæ est oratio in demonstratiuo genere.

✠ ADIVN. *Breuis, de Clar. Falsæ. pro Flacc. Grauissima atque ornatissima, pro Cæl. Honestißimæ, pro Clu. Iustæ, de Fat. Maior. 12. Attic. Præclara, 2. de Or. Publica, 2. Philip. Turpis, in Piso. Vera. 7. Ver.*

☞ Syntaxis. *Grauis & ornata laudatio. Laudatio data alicui.*

LAVDATOR, oris. *testis innocentiæ alicuius, suasor.* Ac. lib. 6. epist. 2. Ain tandem Attice laudator integritatis & elegantiæ nostræ, &c. Posth. ad Quir. 16. Qui rerũ mearũ gestarum autores, testes, laudatoresque fuerunt. 7. I. A. 7. Ego ille pacis semper laudator, semper autor. pro Sest. 23. Epicurei autores & laudatores voluptatis. pro Font. 6. Quis est ex eo numero, qui vobis autor placeat? eo nos iam laudatore & teste vtemur. pro Cor. 42. Excitabo laudatores. 7. in Verr. 56. & 6 Ver. 143. Decem laudatores dari solitos in iudiciis.

✠ ADIVNC. *Voluntarius. 6. In Ver.*

LAVDATRIX. 3. Tusc. 4. Vitiorum laudatrix fama popularis.

LAVDATVS, a, um. *spectatus, probatus, laudibus abundans.*) (. *Nulla illustri laude celebratus.* pro Mur. 16. Epist. lib. 15. ep. 6. Lætus sum laudari me (inquit Hector, opinor apud Næuium) abs te pater laudato viro: ea est enim profectò iucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. & lib. 5. ep. 12. Placet mihi Hector ille Næuianus, qui non tantùm laudari se lætatur, sed addit etiam à laudato viro. Brut. ep. prid. In 7. Res omnium consensione laudata. Epist. li. 3. ep. 8. Laudatus sua sponte, non alterius testimonio. pro Flacc. 93. Tu illo absente autore laudato, tantum te crimen probaturum putasti?

✠ ADVERB. *Amicè, & magnificè, de Clar. Benè, 2. de Finib, Breuiter, modicéque in Part. Mirabiliter, 5. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Sua sponte laudatus, non alieno testimonio. Omnium consensione laudatus.*

LAVDO, as. *commendo, laudem tribuo, contribuo, impertio vel impertior, multũ tribuo, laudi do, in laude pono, orno, eximia laude orno, nomen orno, verbis amplissimis, maximis laudibus orno, laude afficio, laudibus effero, in cælum tollo, in cælum laudibus effero, extollo, fero, nobilito, laudes cuiusquam celebro, laudem alicuius carmine celebro, gloria & prædicatione effero, in aliquem omnes laudes congero, verbis effero, prædo, laudes de aliquo habeo, in gloria & laude pono, famam celebro, nomen illustro, virtutem prædico, dignitatem in eadem laude pono, de* ✠ *laude prædico.* ‖ de Arusp. 45. Qui illum reum non laudarat. 1. Offic. 61. Ea nescio quomodo plenìore ore laudamus. pro Sest. 74. Pompeius approbauit & laudauit sententiam Cottæ. 2. de Orat. 35. Laudare bonos ornatè, vituperare improbos asperè. 2. de Orat. 304. Laudare & efferre aliquem. Att. lib. 3. ep. 15. Laudare legem, vt promulgata est. 1. de Nat. 58. Laudare præsentem. & de Ar. 45. reum. de Sen. 32. seipsum. Qu. frat. lib. 3. ep. 8. Ad IIII. Calendas Decembris laudauit pater scripto meo. pro Mur. 75. Quem cum supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus. 3. de L. 1. Tu verò illum nec nimis valde vnquam, nec nimis sæpe laudaueris. & *ibidem.* 2. Laudemus igitur prius legem ipsam veris & propriis generis sui laudibus. de Arusp. 51. Hæc eius concio, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? certè laudat. pro S. R. 33. Hunc pro dignitate laudare nemo satis commodè potest. Orat. 24. Nunc tantum quisque laudat, quantum se posse sperat imitari. * Incer. Est causa difficilis laudare puerum.

¶ *Adduco, exhibeo.* 3. de Ora. 65. Tamen autores certissimos laudare possum. & socerum meum Scæuolam, & Quin. Metellum, &c. de Claris orat. 44. Te rerum Romanarum autorem laudare possum religiosissimum.

✠ ADVER. *Apertè, 1. Attic. Commodè, pro 5. Rosc. Copiosè, copiosissimè, 2. de Or. Diligẽtissimè. pro Cl. Egregiè, 13. Fa. facilius quã emulari, pro Fl. Grauiter, 1. de Leg. Honorificentissimè. 4. Fa. meritò, ornatius, Planè, Orat. Mirificè fidem, 3. Fam. Nimis, valdè, 3. de Leg. Nominatim, 3. Tusc. Priuatim, pro Font. Publicè, 6. In Ver. Rectè, 4. Tusc. valdè orationes, de Clar. Vehementer, 7. Famil. Verè, pro Sest. verissimè, 4. In Verr. Vnicè, ad Q. frat.*

LAVDOR, aris. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 29. Non patiar te cum exceptione laudari. de Senect. 2. Philosophia nunquam satis dignè laudari posset. Attic. lib. 12. epi. 22. Laudantur exquisitissimis verbis legiones. Attic. li. 2. ep. 19. Bibulus in cœlo est, nec quare scio. sed ita laudatur, quasi.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

3. de N. 87. Virtutem nemo vnquam Deo acceptam retulit, nimirum rectè: propter virtutem enim iure laudamur, & in virtute gloriamur. 2. contra Rull. 6. Vt in omnibus meis factis atque consilijs vestrum de me factum consiliumque laudetur.

✠ ADVER. *Admirabiliter, de Opt. Gen. Ora. Dignè satis, de Senec. Magnificè, 5. In Ver. Magnoperè clementiam, publicè verbis, pro Cluent. Proinde ac meriti sumus, 5. Tusc. Propriè, 2. de Or. Ritè, 1. de Leg. Similiter, pro Pomp. Valde, Orat.*

☞ Syntaxis. *Ore pleno laudare. Approbo & laudo. Ornate laudare. Laudare & efferre. Ornat, aut deformat? certè laudat. Pro dignitate laudare. Cum exceptione laudare. Satis dignè non laudare, Exquisitissimis laudare verbis, Propter virtutem laudamur, & in virtute gloriamur.*

LAVERNIVM, *locus.* Att. lib. 7. ep. 8. Ad Lauernium me consecutus est. de Fat. Cum esset apud se ad Lauernium Scipio.

LAVO, as: & LAVO, uis. 2. de Or. 246. Illud egregium Sextij & ex tempore: Manus laua, inquit, & cœna.

LAVOR, aris. *eluor.* pro S. R. 66. Si qua ex sanguine paterno macula concepta est, laui non potest. *aliter, elui.*

LAVREA, reæ. *corona laurea.* Epist. lib. 15. ep. 6. Quem ego currum aut quam lauream cum laudatione tua conferrem? de Pro. 35. In Capitolium inuehi cum insigni illa laurea. & 29. An laurea illa magnis periculis parta amittet longo interuallo viriditatem? in Pis. 58. Quid confecto formidolosissimo bello coronam illam lauream decerni volebas à senatu? 1. Offic. 77.

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. I. P. 74.
Cedant arma togæ, concedat laurea laudi.

✠ ADIVNC. *Insignis de Prou.*

LAVREATVS, a, um. 1. de D. 59. C. Marius cum fascibus laureatis. Att. li. 8. ep. 10. Lictores laureati. pro Mur. 88. Qui imaginem parentis sui laureatam in sua gratulatione conspexit.

LAVREOLA, læ. Att. lib. 5. ep. 20. Laureolam in mustaceo quærere. Ep. lib. 2. epist. 10. Velles enim, ais, tantummodo vt haberem negocij, quod esset ad Laureolam satis.

LAVRVS, *arbor: hic autem lauream significat.* Ep. lib. 2. ep. 16. Sed incurrit hæc nostra laurus in voculas malæuorum.

☞ Syntaxis. *Corona laurea. Laurea insigne.*

LAVS, dis. *præconium, commendatio, gloria, splendor, decus.* 1. de Orat. 118. Fingendus est nobis detractis omnibus vitiis orator, atque omni laude cumulatus. de Cl. 50. Breuitas in vniuersa eloquentia laudem non habet. & *Ibidem.* Breuitas laus est in aliqua parte dicendi. & 110. Quorum neuter summi oratoris habuit laudem. 5. I. V. 212. Neq; ego hoc in tua laude pono. 3. de Or. 183. Rectè hoc in orationis laude ponetur. de Cl. 140. Latinè loqui est in magna laude ponendum. pro Mur. 21. Quam pari atq; in eadem laude pono. pro Flac. 28. In re domestica continentiæ laus quærenda est, in publica dignitatis. pro Arc. 26. Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisq; maximè gloria ducitur. 2. Offic. 47. Ex qua ætate qui exercentur, laude affici solent. pro

Pl.89.Tu id in me reprehendis,quod Qu. Metello laudi datum est,hodieq; & semper erit maximæ gloriæ.1. Tusc. 4.Si Fabio laudi datum esset, quòd pingeret.ad Brut. ep.15. Quanquam ei ego verborum laudem tribui,eamq; modicam.1.de Or. 106. & pro Quint. 19. Tribuere magnam laudem eloquentiæ cuipiam. Epist. lib.5.ep.2. Ego dolori tuo non solùm ignoſco, ſed ſummam etiam laudem tribuo.pro Sest. 139.Neque eos in laude positos videmus, qui, &c.pro Arch. 19. Populi Romani laus est, vrbē illam esse seruatā,&c.Ep.li. 2.ep.18.Qui si dignum se maioribus suis præbuerit, vt spero & opto, tua laus ex aliqua parte fuerit. Attic.lib.13.ep.37. Laudes, quas ab eo de nobis haberi audio.Ep.lib.9.ep.14. Efferre aliquem summis laudibus ad cœlum.& lib.2.ep.15. Ornare res alicuius diuinis laudibus & li. 15.ep.6.Vixisse in laude.2.de Orat.342. Vera laus vni virtuti debetur.de Opt.6.Quod omnes laudes habet,id est, optimum. 1. de Or.13.Ij quibus summa dicēdi laus à nostris hominibus cō cessa est.1.Off.71.Quibus autē nulla talis sit causa, his nō modò nō laudi,verum etiā vitio dandum puto.pro Mur.12. Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupauit. pro Muræn.16.Auus tuus nulla illustri laude celebratus fuit. 1. Offic.78. Vir bellicis laudibus abundans Cn. Pompeius. 1.de Or.20.Vir omni laude cumulatus.Brut.epi.prid. Inuent.7. Res quæ ne laude quidem satis idonea affici possit.2.I. V.51. Esse in laude & in gratia cum aliquo.pro Arch. 15. Ista doctrina,quam tu laudibus effers. Attic.lib.2.ep.25.Is laudes nostras in astra sustulit.1.de N.7.Hoc magni interest ad decus & laudem ciuitatis.4.I.V.192. Auariciæue crimina frugalitatis laudibus deprecetur?pro C.Cornel.1. Quin.Metelli adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.

✠ *ADIVN Alienæ,pro Deiot. Admirabilis, imperatoria,minus notæ minusque peruulgatæ, Populares, illustresque,4. Academ. AEqua,Top. AEterna,pro Planc. Aliena,inanis,5.Fa. Amplior,regiæ,pro Marc.Nō modò amplißima, sed etiam minima, Bellica,iucunda, in Piso. Amplissimæ, bellicæ, domesticæ, mediæ,Illustris, non mediocris dicendi,perfecta benè dicendi,præcipua, singularis,verissima, de Clarissima. Amplissimæ,Summæque, 7. In Verr. Antiquior, Perennis. 2.de Diuinati. Assiduæ, imperatoriæ, quotidianæ,13. Attic. Certa,diuinæ,Sempiterna,2.Famil.Communis,pro Syl. Cosimilis, Popularis,Summa,2.de Orat. Diuina,atque immortalis, 11. Philip. Domestica, maxima,pro Cœl. Egregia,12.Fam.Exigua, 2. Cont.Rull. Eximia, 4. In Cat.Forensis,illustris,magna,& grata hominibus,militaris,noua, Par.atque eadem,pro Mur. Gratissima, propria,vna,& propè maxima. Magna, & admirabilis,2.de Orat.honesta,magna,& propè senescens,Summa dicendi.1.de Orat.Satis idonea,immortalis, modica ep.ad Brut.Infinita,4.de Finib.Innumerabiles,3.Off. Iucundissima & ingenua, veteres. Anteq. Magna,6. Phil.Magna,& digna aliquo,oratoria,1. Tusc. Maior. 2.Off.Maximæ,de Arusp. Maxima, & singularis,14. Phili.Media,1.Off.Par,Solida,veraque,pro Sest.Præclara atque diuina, pro Dom. Proxima alicui tantæ, 10.Fa. Solida, In Vat.Sūmæ,Tanta,Or. Tenuis, Plana,atque obscura,3.In Ver.Vera.)(. Falsa,pro Pomp. Veræ,2.ad Q.frat.Veræ,propriæque,3.de Leg. Verissimæ,& iustissimæ,15.Fam.Vnica,in Sall.*

☞ Syntaxis.*Omni laude cumulatus,laudem habens.In alicuius laude ponere aliquid Laudibus affici.Hoc illi datur laudi. Alicui tribuere verborum laudem. In laudibus aliquem ponere.Si hoc accidet,tua fuerit laus. Habere laudes de aliquo.Laudibus efferre, ornare. In laude viuere.In te omnia laus occupauit.Laude celebrare,abundare.In laude & in gratia esse cum aliquo.Tollere laudibus in astra.*

LAVTIVS, aduerb.*eleganter.*2.de L. 3. Hanc vides villam lautiùs ædificatam.

LAVTITIA,tiæ.*munditia,elegantia.*Ep.li.9.ep.16. Fama ad te de mea noua lautitia venier.& ep.20. Lautitia, mſidicia,elegantia.

✠ *ADIVN.Noua.)(.Vetus.9.Famil.*

LAVTVMIAE,arum. Vide LATVMIAE.

LAVTVS,a,um:tior.*elegans,splendidus,diues,delicatus,mollis.* Epist. lib.9.ep.16.Cœna magnifica & lauta.& lib. 7.epi. 14. Valde iam lautus es.I. P.67. Nihil apud hunc lautum,nihil elegans, nihil exquisitum,ne magnopere quidem quicquam præterlibidines sumptuosum.1.de Or. 165.In oratoris verò instrumento tā lautam supellectilē non videram.At.li.13.ep.50.Libertis minus lautis seruisq; nihil defuit:nā lautiores elegāter accepti.2. de Off. 52.Sed illa ratio lautior ac splendidior,&c.*pro Flacc. 70.Vnis vestimentis tamdiu lautus es.Hortens.Lautus victus & elegās. ¶ *Amplus.*pro Flacc. 90. Patrimonium satis lautum dissipare. pro R.P.38.Lautum & copiosum patrimonium.

¶ *Comis, benignus, vrbanus.*3.In Verrem. 17. Homo lautus & vrbanus.

¶ *Lauatus,lotus, mundatus.*pro Deio. 20. Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere?L. LAVO.

✠ *ADVERB. Valdè,7.Famil.*

☞ Syntaxis.*Lauta cœna,conuiuæ,supellex, ratio, patrimonium. Lautum ac splendidum,lautum & copiosum patrimonium.Lautus & vrbanus homo:*

LAXAMENTVM,ti.*remissio, relaxatio.* pro Clu.89. Non modò causæ,sed ne legi quidem quicquam per tribus pleb.laxamenti datum est.Epist li.12.ep.16.Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum, &c.& pro Cluen.89.

LAXATVS,a,um.1.Tusc.44.Cum laxati curis sumus.de Somn.7. Animi corpore laxati illum incolunt locum.de Sen. 7. Qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferrent.

LAXE,xiùs.*amplè.*pro Domo.115.Iste habitare laxè & magnificè voluit.

¶ *Paulatim.*Att.lib.13.Laxius proferre diem.

LAXITAS,tis.*amplitudo.*1.Offic. 139.In domo clari hominis,&c. adhibenda est cura laxitatis.pro Dom. 116. Vt facilè omnium domos laxitate superaret.

LAXO,as.*soluo.*Att.lib.4.ep.15. Vt forum laxaremus, & vsque ad atrium libertatis explicaremus.

¶ *Dilato.*1.Orat.254. Quanto facilius non modo laxare modos sed totos mutare possumus.

¶ *Demulceo.*de Cla.322.Laxare iudicum animos, & à seueritate paulisper ad hilaritatem risumque traducere.

¶ *Recreo,auoco,remoueo,libero.*3.de Orat. 228. Aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros curamque laxemus. Ep.lib.5.ep.14.Rogando,vt istis te molestiis laxes.

LAXOR,ris.*remittor,dissoluor.*Atti.lib.6.ep.1.Tantum abest, vt ex eo quo astricti sumus,laxari aliquid velim.

✠ *ADVERB.Argutè,breuiterque,de Clar.*

LAXVS,a,um:ſſimus.)(.*adductus.*de Am.ic.45. Commodissimum est,quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cum velis,vel remittas.

¶ *Longus.*Att lib.6.ep.1.Ego diem statuo satis laxam,*id est,tempus satis longum.*

☞ Syntaxis. *Habitare laxè & magnificè. Aedium laxitas.Laxare forum,modos orationis,iudicum animos,curam.Se laxare molestijs.*

LEBADIA *vrbs.*1.de Diu.74.

LECTISSIME.Or.227 Sententiis verbisq; lectissimè dicere.

LECTICA,cæ.*lecticula.*7.I.V.27.Verres lectica octophoro ferebatur.Q.fr.lib.2.ep.5.& Att.lib.6.ep. 1. Lectica operta iter facere.2.in Ant. 106. At iste operta lectica latus est per oppidum. & 58. Inter quos aperta lectica mima portabatur. & 82. Caput in aduersam lecticam inferens petebat.&c. ‖ 2.de Diu. 77.Operta lectica iter.Facere.

✠ *ADIVN.Aduersa,aperta,minima,2.Phi.Coniuncta, Att.Operta,2. de Diuin.*

LECTICARIVS,rij. *qui lecticam fert.*Epi.lib. 4. ep. 12.Coactus sum eádem illa lectica,qua ipse delatus eram,meisque lecticariis eum in vrbem referre.& pro S.R.134.

LECTICVLA,læ.1.de Diu.55. Epist.lib.7.ep.1.Sulpitij.

LECTIO,nis.*legendi actus.*Atti.lib.1.epi.10.Quotus enim quisque est qui epistolam paulò grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuarit.4.Ac. 5.Lucullus delectabatur mirificè lectione librorum,de quibus audiebat.2. Tusc.7.Lectionem sine vlla delectatione neglıgo.Ep.lib.5.ep. 20. Rationes confectæ, ad quas nihil adhibui præter lectionem.

¶ *Electio.*5.I.A 15.Vt hos iudices legere auderet,quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus.

✠ *ADIVN.Iucundissima,5.Famil.*

LECTITO,as.de Clar.121. Lectitauisse Platonem studiosè, audiuisse etiam Demosthenes dicitur.

✠ *ADVER. Studiosè de Clar.*

LECTIVNCVLA,læ.Epist.lib.7.ep.1.

LECTOR,oris.*anagnostes,recitator,autor.*Epist.li.5.ep. 12.Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas & fortunæ vicissitudines.2.de Or.223.Brutus duos lectores excitauit,&alteri Crassi orationē legēdā dedit,alteri de Lege Seruilia.

LECTVLVS,li.Att.lib.12.ep.14. Qui à ducenda vxore sic abhorret,vt quicquam libero lectulo neget esse iucundius. 1. I. C. 9. Qui me in meo lectulo interficerent.item: Pomponius surrexit è lectulo.2.de Fin. 97. Philosophi in suis lectulis plerunque moriuntur.Lectuli Punicani.L. PVNICANVS.

✠ *A* DIVNC. *Liber.* 14. *Att. Publicani, pro Mur. Salnus.* 1. *Vat.*

LECTVS. cti. *lectulus, cubile.* 2. de Or. 12. Cum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, & apud eum Sulpitius ſederet. Ep. lib. 9. ep. 23. Is dixit mihi te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. pro Cluen. 14. Lectus ille genialis, quem filiæ nubenti ſtrauerat. 4. in Catil. 2. Lectus ad quietem datus. *Ibid.* 17. Nemo inuentus eſt, qui non cubile & lectulum ſuum ſaluum eſſe velit. 2. de Diui. 129. Deos immortales concurſare omnium mortalium non modò lectos, verumetiam grabatos. 2. de D. 134. Quidam ſomniauit, ouũ pendere è faſcia lecti ſui cubicularis. 2. in An. 67. Lectus ſtratus conchyliato periſtromate. 5. In Verr. 105. In medio foro lectos ſternere. & 6. Verr. 60. Lecti ærati. 4. In Verr. 183. De lectis triclinioru. pro Cæl. 67. Alia ſubſelliorum rario, alia lectorum. 2. de L. 60. Vt vni plures lecti ſternerentur. At. li. 5. ep. 16. Scito nos præter quatuor lectos & tectũ nihil accipere. 5. Tuſ. 61. Collocari iuſſit hominẽ in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo.

✠ *A* DIVNC. *Aureus, genialis, pro Cluent. Cubicularis,* 5. *Tuſc. Plures,* 1. *de Leg. Strati,* 6. *In Ver.*

☞ Syntaxis. *In lecto eſſe. Genialis lectus. Cubile & lectus. Lectus atque grabatus. Lectus cubicularis.*

LECTVS, a, um. ctior, ſſimus. 3. de Orato. 148. Lectis & illuſtribus verbis vtendum. 1. de Inu. 52. Et tu vxorem lectiſſimam habere vis. & *Ibidem.* Vt neque vir melior, neque fœmina lectior in terris ſit. 1. I. V. 29. Frater tuus lectiſſimus & ornatiſſimus adoleſcens. pro S. R. 120. Paruuli ex tot elegantiſſimis familiis lecti. 6. I. V. 107. Lectiſſimi flores. * Lim.

Tu quoque qui ſolus lecto ſermone Terenti
Conuerſum expreſſamq; Latina voce Menandrum, &c.

LECYTHVS. thi. Ἀλάβαστος. *ampulla, arcula, pyxis pigmentorum, qua vtuntur pictores ad coloranda quæ volunt. tranſlatum vero à propria ſignificatione, orationis ſplendorem, & ornatum, & quaſi colorem quendam ſignificat.* Att. lib. 1. ep. 11. Quid multa? totum hunc locum, quem in Ariſtocratia ego variè meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere, de flamma, de ferro? (noſti illas λυκόβους) valde grauiter pertexui.

LEGATA, tæ. *dicitur, vt legatus.* Att. lib. 14. ep. 21. Huc Cerelia miſſa ab iſtis ad me eſt legata.

LEGATARIA, *prouincia quæ alicui legata eſt.* Att. lib. 15. ep. 9.

LEGATIO, onis. *legati munus. & legati ipſi. Legatio libera, quæ honoris cauſa, & titulo tenus alicui deferebatur, qui alioqui negocia ſua haberet in prouincia. Legatio votiua, quæ vota prætextu ſuſcipiebatur: erat tamen & ipſa libera.* de Aruſp. 34. Ius legationis cum hominum præſidio munitum, tum etiam diuino iure eſt vallatum. 5. in Anto. 26. Legatio vltrò miſſa, timoris ſignum eſt. 9. in Ant. 1. Renunciare legationem. Ep. lib. 12. ep. 21. Negociorum ſuorum cauſa legatus eſt in Africam legatione libera. Att. lib. 15. epi. 11. Habent, opinor, liberæ legationes deſinitum tempus lege Iulia bella eſt autem huius iuris quinquennij licentia. & lib. 2. ep. 18. & lib. 1. ep. 9. Legatio libera cauſa voti. 1. in Anton 6. Cum haberem ius legationis liberum. Q. fr. lib. 2. ep. 8. Illud autem quod cupit Clodius, eſt legatio aliqua, ſi minus per ſenatum, per populum libera. 1. contra Rull. 8. Hæreditarum obeundarum cauſa, quibus vos legationem dediſtis. pro Fla. 45. Qui hanc ipſam legationem quam habet, non accepit à ſuis ciuibus, ſed vſque Tymolo petiuit. Orat. 111. Oratio Demoſthenis contra Æſchinem falſæ legationis. & de Opt. 21. Æſchines legationẽ ementitus eſt. 4. Acad. Obire legationem. L. CONSILIOR.

✠ *A* DIVNC. *Alienæ, 7. Att. Bellicæ, pro Cornel. Clariſſima, libera, tota, pro Mur. falſa, 1. In Ver. Graues, 2. In Ver. Grauiſſimæ, incommodæ, 5. In Ver. honeſta, inexplicabilis, cùm triſtis, tum difficilis, ad conciliandum, 15. Att. Impura, Præclara, 3. In Ver. Iudiciariæ, 1. Phil. liberæ, pro Flac. Munitior, 2. Attic. Nobilis, votiua, 4. Acad. Noua, pro Quint. Orba, & debilitata, 9. Philip. pacificatoria, 12. Phil. Plena deſiderij, pro Lig. Publica, pro Cluen. Sanctæ, 1. Tuſc. Tabellariæ, 3. de Leg. Turpiſſimæ, de Pet. Conſ. veteres, conſulares, Tribunitiæ, Vehementer alicui gratæ atque iucundæ, 2. Cont. Rull. Vniuerſæ, 4. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Legatio votiua, miſſa vltrò. Legari legatione libera, Legationem alicui dare. Legationem ementiri, & obire.*

LEGATVM. ti. Att. lib. 7. ep. 3. Hortenſi legata.

LEGATVS, ti. *orator, qui defert mandata, alterius* 1. de Orat. 155. Cum Athenienſes ad ſenatũ legatos de ſuis rebus maximis mitterent. pro Seſt. 131. Viæ multitudine legatorum vndique miſſorum celebrabantur. in Vat. 35. Legati nuncij pacis & belli, curatores, interpretes bellici conſilij, autores miniſtri muneris prouincialis. & *Ibidem* Legati ex ſenatus autoritate legebantur. de At. 34. Theodoſius legatus ad ſenatum à ciuitate libera miſſus. 5. Ant. 25. Quamuis ſeuera legatis mandata dederimus. 3. de L. 18. Quid turpius, quàm legati ſine mandatis? ſine vllo Reipu. munere. pro Pomp. 35. Cretenſes ad Pompeium legatos deprecatoresq; miſerunt. de Clar. 312. Molo legatus ad ſenatum de Rhodiorum præmiis venerat. 8. in An. 23. Legati ſenatus faciem ſecum afferunt, autoritatem Reipub. & *ibidem.* Cum ad Antiochum legatus miſſus eſſet. pro Fl. 61. Aſpiciant hunc florem legatorum laudatorumq; Flacci. Ep. li. 1. ep. 1. Hammonius regis legatus. 3. de Lẽg. 9. Rei ſuæ ergò ne quis legatus eſto. Ep. lib. 1. ep. 1. Craſſus tres legatos decernit. pro S. R. 26. & 109. Capito qui in decem legatis erat. Ep. lib. 12. ep. 24. Quos ſenatus non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum denunciandum miſerat, niſi legatorum nuncio paruiſſet. de Som. 3. Cum obieris legatus Ægyptum & Syriam. pro Mur. 20. Muræna legatus L. Lucullo imperatori fuit, qua in legatione duxit exercitum, ſigna contulit, manum conſeruit. pro Seſt. 33. Legare ſibi aliquem legatum. pro Cluent. 99. Qui M. Æmilio clariſſimo viro legati & præfecti & tribuni militares fuerunt. Att. lib. 8. ep. 23. Omnes aut cum imperio ſunt, aut legati ſunt eorum. 3. In Anto. 26. C. Caluiſius duos legatos Vticæ reliquerat. I. P. 86. Cum hyberna legato præfectoq; tradidiſſes, euertiſti miſeras ciuitates. Epi. lib. 15. epiſt. 4. Quinque cohortes ſine legato, ſine tribuno militum, denique etiam ſine centurione vllo apud Philomalum conſederunt. 3. I. V. 56. Legatus quæſtorius. Att. lib. 10. epi. 3. Qui eſſent ad Coſs. de pace legati. Frag. ep. Cũ legati reſponſa retulerint. ¶ *Ex legato commendatus.* ad Oct. Remp. teſtamẽto legatam ſibi obtinuit. Top. 53. Cui ſit omne argẽtum legatũ. *Ibid.* Si pecunia ſignata argentum eſt: legata eſt mulieri.

✠ *A* DIVNCT. *Conſularis, pro Pomp. Dignus imperatoribus clariſſimis, exercitibus, Prouincijs, temperatiſſimus, pro Fla. Improbiſſimus, 3. In Ver. Quæſtorius, 6. In Ver. Regius, pro Dom. ſua.*

☞ Syntaxis. *Legatus ac deprecator. Legare ſibi legatum.*

LEGENDVS, a, um. 2. contra Rull. 14. Hoc animo ad legendam legem, cognoſcendámque veni, vt, &c. 2. de Or. 223. Orationem alicui legendam dare. Ora. 165. Verba legenda ſunt potiſſimùm bene ſonantia.

LEGENS, tis. de Sen. 21. Nec ſepulchra legẽs vereor, quod adiunt, ne perdam memoriam.

LEGIO, onis. *aciei Romanæ nomen.* Att. lib. 8. ep. 17. Ex quibus duabus legionibus non amplius xiij. cohortes cõtrahere potui. Ep. lib. 10. ep. 32. Vigeſimaoctaua legio. Att. lib. 16. ep. 8. Legionem ſuis ſignis ducere. pro Fla. 77. Cur cum tribunus militum Flaccus eſſet, in illius legione miles fuiſti? pro Cluen. 148. Tribuni militum legionibus quatuor primis. 1. I. Ant. 20. & At. li. 16. ep. 8. Legio Alaudarum. 3. in Ant. 6. Legio Martia. Par. 6. Ergo hoc propoſito nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, vt ex eo tueri ſex legiones, & magna equitum & peditum auxilia poſſis. Cæſar, 160. & 161. Non. Ian. naues ſoluit impoſitis, vt ſuprà demonſtratum eſt, legionibus ſeptem. *At ſuprà demonſtratum erat, X V. millia legionariorum militum nauibus tranſportari poſſe. Quod argumentum eſt, legionem conflare ſolitam ex I I. millibus militum. & C X L I I. Sæpe tamen pedites habet 6100. equites 726. Quin & maior quoque interdum reperitur. Legio Romana conſtabat ex triarijs, principibus, haſtatis, & velitibus. His ordines, exceptis velitibus, ſinguli diuidebantur in decem centurias. In triarijs erat primum pilum, ſecundum pilum, item cæteri vſque ad decimum. In principibus primus princeps, ſecundus, & cæteri. In haſtatis, primus haſtatus, ſecundus, & alij eodem modo. quæ nomina etiam cum centurionibus communicabantur.* * pro Pompeio. 30. Per Galliam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum internecione patefactum eſt. Frag. epi. Cùm legionibus victricibus erunt quæ ſpopondimus perſoluenda.

✠ *A* DIVNC. *Acris, aut pugnax, armatæ, coniunctiſſimæ ſuæ fidei, firmæ, frequentes tironum, luculentiſſimæ, martia, veterana, 10. Fa. Alacres, 1. Tuſ. Alienæ, ſirmiſſimæ, 7. Att. Alieniſſimæ ab aliquo, 16. Att. Auida imperatore, 14. Philip. Bonæ, firmæ, paratiſſimæ, ad liberandum, pares. 11. Fam. Cœleſtis, & diuina, 12. Phil. Certæ, honeſtæ, 12. Famil. Cælestes, diuinæque, fortiſſimæ, 5. Phil. Exiles, 5. Att. hyberna, 4. Attic. Idoneæ, ep. ad Brut. Inimiciſſimæ, ad Octau. Inuictæ in Piſo. Nouæ.) (. veteres. 11. Philip. Robuſtiſſimæ, 7. Famil. Veteranæ, 8. Att. Vniuerſa, 3. Philip.*

LEGIONARIVS, a, um. Ep. lib. 10. ep. 32. Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quóquam miſi. Pollionis.

LEGISLATOR, oris. *lator legis, legis ſcriptor, qui legem viuendi ſinguli,*

gulis, & populis dat, qui leges ferat, qui iura statuit, qui iura ciuibus præscribit. L. LATOR.

LEGITIME. *iustè, verè.* pro Cec. 57. Qui legitimè procurator dicitur. 1. Off. 13. Iustè & legitimè imperare. pro Dom. 77. In Illa adoptione legitimè factum est nihil. * Incer. Iustè ac legitimè viuere.

LEGITIMVS, a, um. *iustus, verus.*)(*extraordinarius, nullum habens ius.* 3. Off. 108. Cũ iusto & legitimo hoste res gerebatur. 11. I. A. 25. Expedito nobis homine opus est, qui imperium legitimum habeat. 1. I. A. 26. Cedo illa legitima, quæ consules populum iure rogauerunt. 1. Offic. 64. Nec vinci se vllo publico ac legitimo iure patiuntur. pro Domo. 35. Iure Quiritum legitimo tutelarum & hæreditatum relicto. 2. de Inuen. 125. Si legitimum scriptum proferetur, id est, aut lex ipsa, aut ex lege aliquid. 2. de Inu. 68. Iam iura legitima ex legibus cognoscere oportebit. pro Cec. 47. De iure & legitimis hominum controuersijs loquimur. Or. 120. Legitimæ & ciuiles controuersiæ. pro Ar. 32. Legitima quæstio. de Opt. 19. In theatro, qui locus est concionis legitimæ. de Cl. 82. Illa oratorum propria & quasi legitima opera. de Fat. 2. Prima illa, quæ quotidiana, & quasi legitima nobis de pace dicta sunt. pro Mil. 27. Iter solenne, legitimum, necessarium eo die Miloni erat Lanuuium. 4. I. V. 129. Dies is erat legitimus comitiis habendis. Ep. lib. 6. ep. 6. In literis meis ad Cæsarem legitima quædam est accessio commendationis tuæ. 7. I. V. 56. In iudiciis qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei nullum dare, quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere.

☞ Syntaxis. *Iustus & legitimus hostis. Illa dico legitima, quæ, &c. Ius scriptum, controuersia, quæstio, concio legitima. Proprium & legitimum opus. Iter solenne & legitimum. Dies comitijs habendis legitimus. Legitimum explere numerum.*

LEGO, as. *aliquem legatum vel oratorem mitto, aut deligo, vel decerno.* 5. in Verr. 114. Centupirini Andronem legarunt ad Apronium pro Sest. 33. Isti quos legatos tute tibi legasti. Att. li. 15. ep. 11. Dolabella me sibi legauit. Ep. lib. 6. ep. 6. Cæsar Cassium sibi legauit. At. lib. 4. ep. 14. Messius defendebatur à nobis, sed de legatione reuocatus: nam eum Cæsari legârat Appius.

¶ *Testamento, vel codicillis aliquid, vel alicui relinquo.* Topic. 14. pro Cluen. 33. Legare aliquid alicui à filio, vel à secundo hærede. pro Cę. 11. Vsumfructũ omnium bonorum suorum Cæsenniæ legat, Att. lib. 13. ep. 44. Cluuium autem à Tito Hordeonio legare, & Terentiæ H-S. LIII. vtilia, & sepulchro multisque, nihil à nobis.

LEGOR, aris. *mittor.* Att. lib. 4. ep. 2. Ego me à Pompeio legari ita sum passus, vt, &c. & lib. 10. ep. 1. Me legatum iri non arbitror. pro Pomp. 57. Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti. Ep. lib. 3. ep. 8. Nec eram tam desipiens, vt priuatæ rei causa legari putarem, qui, &c.

LEGO, gis. *ἀναγινώσκω, recito, cognosco, voluo, euoluo, verso voluto, peruoluto, volutor, versor, lectionem ad aliquem librum adhibeo.*)(*reficio.* 7. I. V. 111. Quam orationem nemo est in Sicilia quin habeat, quin legat. Epist. lib. 7. epist. 1. Dummodo is tibi quiduis potius quàm orationes meas legerit. 1. de Orator. 47. Plato cuius tum Athenis diligentius legi cum Carneade Gorgiam. & 154. Eam rem, quam legas, verbis aliis quàm maximè fieri possit, lectis pronunciare. & *ibid.* Omnium bonarum artium scriptores & doctores legendi & peruolutandi. Att. lib. 12. ep. 4. Non assequor, vt scribam, quod æquo animo legas. de Cl. or. 191. Antimachus poëta conuocatis auditoribus legebat eis magnum illud volumen, &c. Top. 2. Eos libros per te ipse legas. * pro C. Corn. 1. Legere codicem cum intercedatur.

¶ *Seligo, creo.* 4. de Fini. 40. Introduci virtus nullo modo potest. nisi omnia quæ leget, quæq; reiiciet, vnam referantur ad summam. pro Cæl. 36. Hinc licet conditiones quotidie legas. 5. I. A. 15. Vt hos iudices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur Reipub. dedecus. pro Mil. 21. Ex quibus cum optimos viros legeret, non potuit legere non studiosos mei. Ep. lib. lib. 13. ep. 5. & pro Dom. 82. Legere aliquem in senatum. * pro Clu. 126. Vt scribam iurati legerent eum.

¶ *Colligo.* 2. de Orat. 265. Nudum nuces legere. 2, de Leg. 60. Homini mortuo ne ossa legito.

✠ ADVERB. *Attentè, 7. Fam. Casu literas, 15. Famil. Diligenter librum, 6. Famil. Diligenter literas, 11. Famil. Diligentius librum, Græcè, 1. de Orat. Diligentißimè, atque diligere, 3. In Verr. Libentiùs nihil. 13. Attic. Libentissimè literas, 12. Famil. Optimè, 3. de Natur. Planè solum, Perlibenter epistolam. de Clar. Studiosè, libros, orationes, de Senec. 1. Offic. & 2. de Orat.*

LEGOR, eris. Ep. lib. 6. ep. 5. Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter. Ep. li. 6. ep. 18. Cum qui aruspicinam facerent, in senatu Romæ legerentur.

✠ ADVERB. *Rectè in concione, 6. Famil. vulgò scripta Orat.*

LEGVLEIVS, leij. *qui album tantùm & formulas quasdam fori secutus non orator. sed formularius, vt Quintilianus dicit: vel, vt Cic. tum leguleius, id est, faciliora eligens: tum præco actionum & cantor formularum euadebat.* 1. de Orato. 236. Leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum.

✠ ADIVNC. *Cautus, acutus, 1. de Orat.*

LEGVMEN, nis. *quod legitur è terra, vt pisa, cicera, faba.* 2. de N. 156. Terræ fœta frugibus & vario leguminum genere.

ΛΕΛΗΘΟΤΩΣ. L. OBSCVRE.

ΛΗΜΜΑΤΑ. L. SVMPTIO.

LEMNISCATVS, a, um. *insignitus, nobilis.* pro S. R. 99. Palma lemniscata.

LEMNIVS, a. 2. de Fin. 94. Saxum Lemnium.

LEMNVS, *insula.* 4. ad Her. 69. Att. lib. 5. ep. 20. &. 1. de Nat. 120. de Fat. 36.

LENA, næ. *conciliatrix.* 1. de Nat. 78. Non vides, quàm blanda conciliatrix, & quasi sui sit lena natura?

LENIENDVS, a, um. 2. de Diuinat. 2. Liber de ægritudine lenienda.

LENIO, lenis. *placo, mitigo, flecto.* pro Mar. 32. Qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. Attic. lib. 6. epist. 2. Sæpe etiam leniui iratum. 2. I. A. 116. Cæsar muneribus multitudinem imperitam lenierat. Att. lib. 12. ep. 17. Me scriptio & literæ non leniunt, sed obturbant. 1. de N. 23. Incommoda sapientes commodorum compensatione leniunt. 1. de Finib. 47. Quia pacem animis afferat, & eos quasi concordia quadam placet ac leniat.

¶ *Subleuo.* Quin fr. lib. 3. ep. 5. Quorum tamen nihil est eiusmodi, vt ego me multa consolatione leniam. pro Mur. 65.

¶ *Penso.* Epist. lib. 15. epi. 21. Omne desiderium literis mittendis accipiendisque leniam. 1. I. A. 36. Populus Romanus desiderium liberatoris sui perpetuo plausu & clamore leniuit.

LENIOR, ris. *pensor.* Ep. lib. 5. ep. 3. Hominis importunissimi contumeliæ tuis erga me officiis leniuntur. * Ep. lib. 5. ep. 13. Earum rerum commemoratione lenimur.

¶ *Minuor.* Quin. fr. lib. 1. ep. 1. 23. Perfice, vt lætitia prouinciæ desiderium nostrum leniatur.

☞ Syntaxis. *Me literæ non leniunt, sed obturbant. Lenire consolatione aliquem.*

LENIS, ne: issimus. *facilis, mitis, indulgens, clemens.*)(*acer, fortis, seuerus, asper.* Ep. lib. 5. ep. 2. Sin aliquid impertiuit tibi sui consilij, lenis à te & facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. pro S. R. 154. Romani quondam in hostes lenissimi & mitissimi. ad Brut. ep. 7. Lenis in aliquem. Ep. lib. 5. ep. 15. Lenissimis verbis vtens, re grauiter accusans. Att. li. 7. ep. 7. Auster lenissimus & mitis. 2. de Orato. 54. Tractu orationis leni & æquabili. *aliter, leui.* 2. de Nat. 146. Vox lenis.)(*Vox aspera.* 2. de Orat. 183. Oratio placida, summissa, lenis.

☞ Syntaxis. *Lenis & facilis. Lenis & mitis ciuis auster. Lenis & æquabilis orationis tractus.*

LENITAS, tis. *lenitudo, quasi quædam mollicia.*)(*seueritas.* 2. I. C. 6. Non est iam lenitati locus, seueritatem res ipsa flagitat. Par. 78. Lenitas est iustitia in moderatione animaduertendi. Part. 81. Lenitatem mollicia animi imitatur. Att. lib. 4. ep. 11. Nunc lenitate dulces sumus. 1. de Or. 53. Mentes ad lenitatem, misericordiamque reuocare. pro Syl. 18. Qua mollicia sum animi ac lenitate. Ep. lib. 13. ep. 1. Dare se ad lenitatem. pro R. 10. Libertas lenitate legum munita. pro Mur. 41. Qua in sorte sapiens prætor beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. 1. de Or. 255. Neque minus hæc tamen tua grauissimi sermonis lenitas, quàm illa summa vis & contentio probatur. 2. de Or. 64. Genus orationis fusum atque fractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens. Ora. 53. Lenitas & æquabilitas orationis, & purum quoddam & candidum genus dicendi. 2. de Ora. 182. Lenitas vocis.

✠ ADIVN. *AEquabilis, 2. de Orat. Amatoriæ, 1. de Fini. comicæ, 3. de Nat. Grata, . ad Q. Fr. Noua, pro Syll. Perpetua, pristina, Soluta, 2. In Catil. Smmma, 3. ad Q. frat.*

☞ Syntaxis. *Lenitate dulcis homo. Ad lenitatem & misericordiam reuocare iudices. Animi mollicia & lenitas. Dare se ad lenitatem. Oratio profluens æquabili lenitate.*

LENITER, lenius. ssimè. *molliter, suauiter, quodammodo molli brachio.*)(*asperè.* de Som. 4. Hic leniter arridens Scipio, Quæso. inquit, &c. pro Cæl. 25. Oratio sensim ac leniter accendit animos. 3. de Orat. 100. Agere versum leniter & remissè. 1. Off. 133. Pressè & leniter loqui. de Clar. 164. Leniter dicere.)(*Asperè dicere.* 1. de Otator. 255. Tu qui multo dicis remissius & lenius quàm solebas. Epist lib. 5. ep. 2. Sedens iis assensi qui mihi lenissimè sentire videbantur.

LENITVDO, nis, *lenitas.6.I.V.136.* Verebar, ne illorum nimia lenitudine oppugnarer?5. Tusc.46. Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Qu.fr.lib.1.ep. 1.31. Nam illud non solùm est grauitatis, sed interdum etiam lenitudinis. *alij legunt, lentitudinis.*

✠ *ADIVN. Nimia, 6. in Ver.*

☞ Syntaxis. *Leniter sentire, arridere. Sensim ac leniter accendere animos. Remissè & leniter dicere.*

LENO, onis. *minister libidinis, minister improbissimæ cupiditatis.* Postquin Sen.11. Leno impurissimus. pro Q.R.20. Ballio ille improbissimus & periurissimus leno.

✠ *ADIVN. Improbissimus, & periurissimus, pro Rab. Impurissimus, pro Sest. Turpissimus, 6. In Ver.*

*LENOCINANS, tis. Acad. Nullo prorsus commodo extrinsecus posito, & quasi lenocinante mercede.

LENOCINIVM, nij. pro Mur. 74. Vtrum lenocinium, inquit, à grege delicatæ iuuentutis petebas? an, &c. Postq. in Sen. 10. Qui ægritatem domestico lenocinio sustentauit. 2. de Na. 146. Perspicuum est enim, quò corporum lenocinia processerint. pro Sest. 138. Qui se vitiorum illecebris & cupiditatum lenocinijs dediderunt.

✠ *ADIVNC. Domesticum. 5. In Ver.*

LENOCINOR, áris. 1. I.V.48. Tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet, quàm potest.

LENTE, tiùs. *remissè.* Att. lib. 2. ep. 13. Lentè ferre aliquid. 2. de Orat. 287. Lentè respondere alicui. Par. 1. Sed hæc obscuriora videri possunt, cum sine appositione exemplorum lentius disputantur. ¶ *Diu.* Att. lib. 2. ep. 1. Quem librum tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lentè & fastidiosè probauissem.

LENTISCVS, sci. 1. de D. 15.

Iam verò semper viridis semperq; grauata
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu,
Ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi.

✠ *ADIVNC. Semper viridis, grauata, 1. de Diu.*

LENTITVDO, nis. *tarditas.* 4. Tusc. 42. Stoici eam quam nos lenitatem dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. Q. fr. lib. 1. ep. 1. 31. Nam illud non solùm est grauitatis, sed interdum etiam lentitudinis. L. LENITVDO.

LENTVLITAS, tis. Epi. lib. 3. ep. 7. Vllam Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus existimas, quàm ornamenta virtutis? L. APPIETAS.

LENTVLVS, a, um. *laxus.* Att. lib. 10. ep. 13. An existimas illum in isto genere lentulum aut restrictum.

LENTVS, a, um. *tardus, frigidus, remissus.* 2. I. C. 21. Hos ego non tam milites acres, quàm inficiatores lentos esse arbitror. de Clar. 178. Lentus in dicendo, ac penè frigidus* Horte. Qui lentus iudicere solebat. Incer. Quod iudicis lenti & considerati est proprium.

¶ *Simplex.* 2. de Orat. 279. Vir patiens ac lentus.

¶ *Productus*, Att. lib. 1. ep. 10. Teneri Syllani lentum negocium.

LEO. nis. 1. Offic. 41. Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur. & 5. de Fin. 38.

✠ *ADIVNC. Magnus, 2. de Nat.*

LEON, ontis. *nomen proprium.* 5. Tusc. 8.

LEONATICVM. 3. de Nat. 50. Leonaticum delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur.

LEONTINI, *populi.* 4. I.V. 160.

LEONTINVM, *vrbs.* 5. I.V. 38.

LEONTINVS, campus. 2. I.A. 43. *& in Verrem sæpe.*

LEOCORION. L. LEONATICVM.

LEPIDE. *venustè, festiuè.* Orator. 149. Leg. LEXIS. & 3. de Oratore. 169.

LEPIDVS, a, um. *venustus, festiuus.* 2. in Cat. 23. Puer lepidus ac delicatus. 4. ad Heren. 33. Lepida & concinna exornatio.

LEPOR & LEPOS, oris. *venustas, iucunditas, festiuitas, hilaritas, humanitas, vrbanitas.* 7. I.V. 141. Homo affluens omni lepore ac venustate. 5. Tusc. 55. Specimen humanitatis, salis, suauitatis, leporis. 1. de Or. 17. Lepos quidam facetiæque & eruditio libero digna. & Ep. lib. 7. ep. & lib. 9. ep. 15. Multa erat in homine iucunditas, & magnus in iocando lepos. & 2. de Ora. 98. Alter lepórem quendam & salem est consecutus. de Cl. 143. Facetiarum & vrbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. 1. de Or. 159. Facetiarum quidam lepos. Or. 96. Genus dicendi, in quo omnes verborum, omnes sententiarum lepores. pro Flac. 58. Sermonis lepor. 4. ad Heren. 36. Lepos & festiuitas orationis.

✠ *ADIVNC. Admirabilis dicendi, 4. Acad. Eximius, 3. de Orat. Inusitatus, magnus, tantus, 1. de Orat. Maior, multus, 1. Offic. Oratorius, vrbanitatis, non Scurrilis, de Clar. vetus, 9. Famil.*

☞ Syntaxis. *Lepor & venustas, Magnus in iocando lepos. Leporem & salem consequi. Facetiarum & vrbanitatis lepos. Lepos & festiuitas orationis.*

LEPREON, *oppidum.* Attic. lib. 6. ep. 2.

LEPTIS, ptis. 7. I.V. 154.

LEPVS, poris. L. PVLPAMENTVM. in Arat. Leuipes lepus.

✠ *ADIVNC. Leuipes, Arat.*

LEPVSCVLVS, *animal.* 1. de N. 89. Nec vnquam egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculasque sæpe vidisses.

LEPVSCVLVS, la, lum. 6. I.V. 47. *ἀπὸ τοῦ λεπίδου. à Lepido.*

LERNA, æ. *palus Argiua, in qua hydra excetrauæ fuit.* 2. Tusc. 22. Hęc dexira lernam terram mactata excetra, — placauit.

✠ *ADIVNC. Tætra, 2. Tusc.*

LESBIACVS, a, um. *à Lesbo insula.* 3. Tusc. 77.

LESBOS, *insula.* Attic. lib. 9. ep. 11.

LESSVS, ssi: vel LESSVM, ssi, *quid sit, hisce verbis declarat Cicero.* 2. de L. 59. Mulieres genas ne radûto, néue lessum funeris ergo habento. *Hoc veteres interpretes, Sex. Aelius, L. Acilius non satis intelligere se dixerunt, sed suspicari, vestimenti, aliquod genus funebris: Lælius lessum, quasi lugubrem eiulationem, vt vox ipsa significat: quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat.*

LETVM, ti. *mors.* lib. 10. ep. 12. Vide, quàm turpi leto pereamus. 1. de D. 56. Eodem sibi leto, quo iste interiisset. esse pereundum. 2. de Leg. 22. Hos leto dato diuos habento.

✠ *ADIVNC. Turpe, 10. Att.*

LEVAMEN, nis. *leuamentum.* Att. lib. 12. epist. 17. Quod si esset aliquod leuamen, id esset in te vno.

LEVAMENTVM, ti. *alleuamentum, leuamen,* Att. lib. 12. ep. 42. Scio illam rem tibi fore leuamento. 5. de Fin. 53. Leuamentũ dolóris.

LEVANDVS, a, um. vide post. LEVITER.

LEVASSO. de Sene. 1.

—*Si quid ego adiuto curamue leuasso.* Ennij.

LEVATIO, nis. *eleuatio, leuamen, leuamentum.* Att. lib. 12. epist. 40. Si me leuari vis, hęc est summa leuatio. Ep. li. 6. ep. 4. Quotidianus congressus & sermo magnæ mihi leuationis est. 1. Tuscul. 119. Quæ leuationem habeant ægritudinum. 1. de N. 9. Reperire leuationem malis. Att. lib. 12. ep. 28. Nec tamen à Bruto leuationem vllam expecto. 4. de Finib. 67. Vestri leuationem vitiorum fieri negant.

✠ *ADIVNC. Magna, 5. Famil. Maior, 4. Famil. Summa, 12. Att.*

☞ Syntaxis. *Eruditio paupertatis leuationem habet. Id mihi est magnæ leuationis.*

*LEVATVS, a, um. Atti. lib. 6. ep. 2. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ: multæ valde leuatæ sunt.

LEVCADIA, diæ. *tragœdia.* 4. Tusc. 72.

LEVCAS, dis. *mons, seu promontorium.* 4. Tusc. 40. Qui modum igitur vitio quærit, similiter facit, vt si posse putet eum, qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se, cum velit.

LEVCATE, tes. *locus.* Att. lib. 2.

LEVCOPETRA, træ. Att. lib. 16. ep. 6. Leucopetra Tarentinorum. 1. in Ant. 7. Leucopetra, quod est promontorium agri Rhegyni.

LEVCOTHEA, theæ. 3. de N. 39. Leucothea, quæ fuit Ino, & eius Palæmon filius. 1. Tusc. 28. Leucothea Græcè Latinè Matuta.

LEVCTRA, orum. *vrbs.* 1. Tuscul. 110. Priusque Bœotia Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria. & 1. Off. 61.

LEVCTRICVS, a, um. L. LEVCTRA.

LEVIDENSA, sæ. *vestis genus, raro contextu, crasso (vt Cicero ipse dicit) filo. Sunt qui Leuidense epitheton esse muneris dicant, vt sit munusculum leuidense, hoc tenue & leue: sed prior lectio doctis usagis probatur.* Ep. lib. 9. ep. 12. Sed ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui, leuidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera.

LEVICVLVS, a, um. *ἀπὸ τοῦ λεύειν* à leui. 5. Tusc. 105. Leuiculus sanè noster Demosthenes.

LEVIPES, *lepus.* in Arat.

LEVIS, ve. *cuius partes vbique sunt æquabiles, politus.* (*asper, scaber.* 1. De Natu. 66. Democriti corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, &c. Part. 36. Loci plani an montuosi, leues an asperi. de Vniu. 17. Deus mundũ leuẽ fecit, & vndique æquabilem.

¶ *Non grauis, expeditus.* 2. de Diuin. 26. Leuis armatura.

¶ *Parui momenti, vanus, tenuis.* pro S.R. 112. Hoc minimè videtur graue iis, qui minimè ipsi leues sunt. pro Quinct. R. 6. Quod apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur? pro Planc. 63. Alia quædam inania & leuia conquiris. 1. Tusc. 95. Quod enim leuius huic leuitati nomen imponemus? 2. contra Rull. 44. Autoritas tenuis, persona leuis.

✠ *ADVERB. Propemodum, 3. In Verr. Valdè, & nugatorium. 11. Fam.*

LEVITAS, tis. *politura, vt Plinius ait.* (*asperitas.* 3. de Orato. 97. In ipso tactu est modus & mollitudinis & leuitatis. de Vniu. 15. Omni autem totam figuram mundi leuitate circundedit. & 42. Speculorum leuitas.

¶ *Qualitas, contraria grauitati, siue propriè, siue translatè.* 2. de N. 70. Hæc plena sunt futilitatis summæque leuitatis. 7. I. A. 9. Quid

est

est inconstantia, mobilitate, leuitate turpius? pro Fl. 24. Homines leuitate Græci, crudelitate barbari. 1. de D. 134. Leuitate, vanitate, malitia excluſa diuinationem probo. 2. de Nat. 45. Cuius opinionis leuitas confutata eſt. 1. Offi. 90. Vt aduerſas res, ſic ſecundas immoderatè ferre, leuitatis eſt. 1. de Fin. 61. Amatorijs leuitatibus dediti. *alias leuitatib.* ‖ Att. lib. 2. ep. 1. De Populari leuitate aliquid deponere.

✠ ADIVNC. *Aliena. 10. Fam. Nimia, Summa. 1. ad Qu. Frat. Perpetua. de Clar. Popularis. pro Seſt. Propria Græcorum. pro Flac. Sublimis. 2. de Nat. Sui ſimilis. 1. Tuſcul.*

☞ Syntaxis. *Leue cœlum, & æquabile. Id apud me leue & infirmum eſt, vel, inane, ac leue. Futilitatis & leuitatis plena ſunt omnia, præter pietatem. Inconſtantia, mobilitas, leuitas. Amatoriæ leuitates.*

LEVITER, viùs, ſſimè. *quodammodo, molli brachio, tenuiter, leniter, molliter.* Att. lib. 2. ep. 1. & 1. Offi. 83. Medici leuiter ægrotantes leuiter curant. Att. lib. 7. ep. 17. Cum leuiter lippirem, has literas dedi. 1. de Nat. 143. Genæ oculis ſubiectæ leuitérque eminentes. pro S. R. 83. Non omnia dicam; & leuiter vnumquodque tangam. 1. de Diu. 30. Bacillum incuruum & leuiter à ſummo inflexum. Orat. 21. Alij florentes & leuiter ornati. 3. de Orat. 24. & pro Mur. 60. Homo leuiter eruditus. 2. de Inen. 148. Quacunque in re quamuis leuiter probabili. 2. de Inuen. 154. Leuiter ſaucius. Att. lib. 1. ep. 10. Leuiter diſſidere inter ſe. pro Cæl. 54. Leuiter ferre aliquid. de Pro. 47. Leuiſſimè feram. de Aruſp. 47. & Ep. lib. 4. ep. 3. Id grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam. pro Syl. 31. Leuiter dicere aliquid. *id eſt, quaſi ſummiſſa voce.* pro Seſt. 145. Patria, quam (vti leuiſſimè dicam) certè texeram. 3. In Cat. 17. Tamen vt leuiſſimè dicam, dimicandum nobis fuiſſet. pro Muræn. 87. Is nemini, vt leuiſſimè dicam, odio fuit. Ep. lib. 3. ep. 10. Cum tu omnibus ornamentis redundares, illi (vt leuiſſimè dicam) multa deeſſent.

☞ Syntaxis. *Leuiter vnumquodque tangam: id eſt, tractabo, indicabo. Leuiter ornatus, eruditus, ſaucius, dicere, ferre. Vt leuiſſimè dicam: ſæpius Cic. vſurpat.*

LEVANDVS, a, um. *minuendus.* Ep. lib. 4. ep. 3. Hæc tibi ad leuandas moleſtias magna eſſe debent. 2. I. C. 15. Nunquam ego hoc optabo inuidiæ meæ leuandæ cauſa. & 4. In Catil. 10. Ne quis huius ſupplicio leuando ſe iactare poſſit. de Amic. 78. Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus leuandæ. de Amic. 74. Nonnulli etiam contemnendos ſe arbitrabantur, qui hac opinione non modò verbis, ſed etiam opere leuandi ſunt. 2. de Orat. 23. Aues leuandi laboris ſui cauſa paſſim volitare. * Att. lib. 6. ep. 2. His ego duobus generibus *ciuitatem* facultatem ad ſe ære alieno liber andas aut leuandas dedi.

LEVO, as. *alleuo, releuo, eleuo, ſubleuo, minuo, lenio, leuationem facio vel affero, laborem detraho, leuationi ſum.* (*affligo, vrgeo.* Att. li. 1. ep. 15. Tu qui ſæpiſſimè curam & angorem animi mei ſermone & conſilio leuaſti tuo. Att. lib. 11. ep. 8. Non nihil me leuant literæ tuæ. & lib. 9. ep. 6. Epiſtola tua me ægritudine leuauit. Att. lib. 4. ep. 7. Epiſtola tua ſolicitũ me de Quinto valde leuauit. 2. de Or. 268. Leuare aliquem ignominia. pro Cor. 40. Gaditani populum Romanum in caritate annonæ frumento ſuppeditato leuârunt. pro Mil. 73. Leuare annonam. 5. I. V. 136. Leuare atque ab ſe amouere aliquam ſuſpicionem. Att. lib. 6. ep. 2. Liberare aut leuare ſe ære alieno. Ep. li. 3. ep. 8. Vt leuarem miſerijs perditas ciuitates. Orat. 120. Quem laborem nobis leuauit Attici noſtri labor. Att. lib. 12. ep. 49. Vt me leuârat tuus aduentus, ſic diſceſſus affixit. pro S. R. 7. Leuare calamitatem innocentium. Qu. Frat. lib. 3. ep. 9. Illum neque vrſi, neque leuaui. 5. I. V. 140. Leuo me infamia. Frag. ep. Me leuas cura. ‖ Ep. lib. 3. ep. 12. Leua me hoc onere. & poſtq. In Sen. 12. Leuare calamitatem.

¶ *Polio, orno.* in Clod. Qui leuare vultum, mollire vocem potes.

✠ ADVERB. *Magnoperè, 3. Tuſ. Mitiùs, merorem conſolando. 2. de Orat. Multum. 9. Fam. Valdè moleſta. 16. Fam. Valdè ſolicitum. 4. Att.*

LEVOR, ris. 3. de Nat. 9. Perſpicuitas argumentatione leuatur. 4. Acad. 69. Autoritas leuatur inconſtantia. 2. de Inu. 84. Criminationem leuari. de Sen. 36. Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. 7. I. V. 13. Hæc facta ſunt, vt homines nobiles ſupplicio aut exilio leuarentur. pro Quint. 52. Rei atrocitas neceſſitudinis nomine leuatur. Att. lib. 5. ep. 15. Leuantur tamen miſeræ ciuitates, quòd nullus ſit ſumptus in nos, neque in legatos noſtros. Attic. lib. 12. ep. 24. Nam mihi, vt omnia contingant quæ volo, leuari non poſſum. & ad Brut. ep. 15. Quem cum à me dimittens grauiter ferrem, hoc leuabor vno, quòd, &c. 9. I. A. 12. Cuius luctus nullo ſolatio leuari poteſt. * Incer. Eorum morbus eodem rem pore ingraueſceret, eodem leuaretur.

✠ ADVERB. *Senſim curſum. 2. de Nat. Paulùm grauitate valetudinis. 6. Fam.*

☞ Syntaxis. *Leuare moleſtias, dolores, ſuam inuidiam, amicitiam, remiſſione vſus. Opinione leuandus ille. Liter æ tuæ me leuãt. Leuare ægritudine aliquem. Leuare annonam. Inconſtantia leuatur autoritas: id eſt, minuitur. Animi ſe exercendo leuantur. Leuari non poſſum: id eſt, conſolationem admittere.*

LEX, gis. *iuris & æqui regula.* 1. de Leg. 18. Lex eſt ratio inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibéſque contraria. 11. I. A. 28. Lex eſt recta, & à numine deorum tracta ratio, impeperans honeſta, prohibens contraria. 1. de Leg. 42. Lex eſt recta ratio imperandi atque prohibendi. 1. de Leg. 19. Lex eſt recta ratio in iubendo & vetando. 2. de Leg. 13. Lex eſt iuſtorum iniuſtorúmque diſtinctio, ad illam antiquiſſimam & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, & defendunt ac tuentur bonos. pro Mil. 10. & Ora. 165. Eſt enim hæc iudices non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus legimus: verùm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. 1. de Leg. 19. Lex eſt naturæ vis, mens & ratio prudentis, iuris atque iniuriæ regula. 1. de Leg. 19. Lex quæ ſcripto ſancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus appellat. 2. de Leg. 8. Lex æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regit, imperandi prohibendiúque ſapientia. 2. de Leg. 10. Lex vera atque princeps, apta ad iubendum & ad vetandum ratio eſt ſummi Iouis. 2. de Legib. 8. Lex illa, quàm dij humano generi dederunt, eſt ratio mẽnſque ſapientis ad iubendum, & ad vetandum idonea. & *ibidem*: Lex popularis. 4. de Finib. 11. Deus, cuius ad naturam apta ratio, vera illa & ſumma lex à philoſophis dicitur. 2. de Legib. 11. Illa diuina mens, ſumma lex eſt: eadem cum in homine eſt perfecta, eſt in mente ſapientis. 3. de Leg. 3. Cum legem dico, nihil aliud intelligi volo, quàm imperium: ſine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens: nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. & *ibidem*: Omnia iuſſis ſuprem æ legis obtemperant. 2. Offi. 41. Leges cum omnibus ſemper vna atque eadem voce loquuntur. 3. de Legib. 2. Verè dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum. 1. de Orator. 247. Legibus & præmia propoſita ſunt virtutibus, & ſupplicia vitijs. 1. de Nat. 36. Lex naturalis recta imperans, prohibẽnſque contraria. 3. Offic. 23. Hoc exigit naturæ ratio, quæ eſt lex diuina & humana. 27. Vna continemur omnes & eadem lege naturæ. & 31. Lex naturæ quæ vtilitatem hominum conſeruat & continet. 1. Tuſc. 30. Conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt. 3. de Leg. 8. Salus populi ſuprema lex eſto. 11. I. A. 28. Natura, naturæ ratio, lex naturæ, lex naturalis, lex ſcripta. 2. de In. 143. & 144. Omnis lex aut iubet aliquid, aut permittit, aut vetat, aut de genere omni, aut de parte quadam, aut communiter in plures res, aut in aliquam certam rem ſcripta eſt. & *ibidem*. 144. Leges duas vel plures quandoque conſeruari non poſſe, quia diſcrepent inter ſe: hinc *ἀντινομία*. 1. de Legib. 42. Stultiſſimum eſt, exiſtimare omnia iuſta eſſe, quæ ſcita ſint in populorum inſtitutis aut legibus. pro Cluent. 146. Indignum eſt in ea ciuitate quæ legibus teneatur, diſcedi à legibus. hoc enim vinculum eſt huius dignitatis, qua fruimur in republica, hoc fundamentum libertatis. & *ibidem. multa pulcra de legibus.* Poſtquam. in Sen. 10. Legem Trib. pleb. tulit, ne auſpicijs obtemperaretur, ne obnunciare concilio, aut comitijs, ne legi intercedere liceret, vt lex Ælia & Fuſia ne valerent. 2. I. A. 71. Ego leges pernicioſas rogaui. 1. I. C. 28. Leges quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. 2. de Leg. 11. Condere leges, ſancire ſcira. & *ibidem*: Deſcribere iuſſa populis, componere & ſancire leges. pro Planc. 44. Leges quas ſenatus de ambitu ſanciuit. pro Dom. 70. De me retuliſti, legem promulgaſti, tuliſti. Epiſtol. lib. 13. epiſt. 4. Promulgare legem de aliqua re. 10. In Ant. 17. De quibus confirmandis & faciendis legem comitijs centuriatis ex autoritate noſtra laturus eſt. pro Dom. 47. Hanc legem Clodius ſcripſit. & de Pro 36. pro Planc. 35. Sciſcere legem de aliqua re. pro Cornel. 38. & 25. Populus Romanus legem iuſſit de ciuitate tribuenda. *Item innumerabiles aliæ leges de iure ciuili latæ.* 2. de Diuin. 47. Æra legum de cœlo tacta. 3. In Catil. 19. Cum & legum æra fulminis tactu liquefacta ſunt. 3. In Ant. 30. Antonius falſas leges in æs incidendas, & in Capitolio figendas curauit. Attic. lib. 14. epiſt. 12. Antonius fixit legem à dictatore comitijs latam. pro Mil. 88. Incidebantur iam domi leges, quæ nos noſtris ſeruis addicerent. 1. In Ant. 16. Quæ ille in æs incidit, in quo populi iuſſa perpetuáſque leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur. & *ibid.* 19. Ea lege omnes iudiciarię leges Cæſaris diſſoluuntur. pro Mil. 10. Silent leges inter arma, nec ſe expectari iubent. 2. de Leg. 23. Optimæ reipublicæ leges dare conſentaneas. & 35. Omnibus populis leges damus. & lib. 1. 57. Dare legem viuendi, & diſciplinam populi. 3. Offic. 109. Accipere legem, vel rogationem, accepta lex eſt, & rogatione accepta. de Amic. 96. Itaque lex populi, ſuffragijs populi repudiata eſt. 5. In Anton. 7. Hanc legem populus Roma-

nus non accepit.6.Phil.3. Per vim & contra auſpicia imponere leges reipublicæ.& 7.In Ant.2. Conditiones ferre, leges imponere ſenatui.& 15. Antonius leges ciuitatis per vim impoſuit. 4. Acad.23.Imponere grauem legem alicui.Quint.Frat.lib.2.ep.3. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando.5.I.A. 7. Legem antè factam vidimus, quàm futuram quiſquam eſt ſuſpicatus.I.P.30. Hanc legem non dicam animi hominum,ſed faſti vlli ferre poſſunt?I. P. 30. Lex inuſta per ſeruos, inciſa per vim,impoſita per latrocinium.pro Seſt. 56. Omnes leges, quæ de iure & de tempore legum rogandarum, vna rogatione deleuit. pro Seſt. 55. Vt rogata lege legem ferret prouinciæ commutandæ.pro Seſt. 37. Is in legem per vim latam iurare noluit. pro Seſt.61.Quaſi ille non in alteras quoque leges,quas iniuſtè rogatas putaret,iam antè iurârit. & 16. Clodius conſtrictus legum ſacrarum cathenis.3.Offic.36.Perrumpere leges.1.I.C. 18. Deuincere & perſtringere leges. pro Cornel. 20. Ea lex, quam habemus,&c.pro Syll. 65. Lex ferri cœpta, nunquam poſita eſt in ſenatu. 2. Contra Rull. 53. Nulla res parta bello,nondum legibus datis venire debet. & 59. Legum datio. pro Cecin. 74. Ciuili ac publica lege ius teneri. de Clar. 268. Is bene iuris publici leges & inſtituta cognouerat. 1. de Orat. 40. Carbo ignarus legum, rudis in iure ciuili. 1. de Orat.256. Imponere nimis duras leges alicui. 2. Contra Rullum. 65. In poſterum hæc lex imperatoribus veſtris conſtituetur.1.de Orat.86. Inſtituere ciuitates, ſcribere leges. *& ibidem de legibus inſtituendis aut vetandis.* Att.lib.13.ep.33.Nam iſta lex perferretur. Quint. Frat.lib.3.ep.8. Perferre legem per vim.de Clar.89.M. Cato legem ſuadens, in Galbam multa dixit. ad Brut. ep.5. Nec quo minus id poſtea liceret, vlla lex ſanxit. 1. de Orator. 175. Agere lege in hæreditatem paternam. pro Dom. 26. An licuit tibi de pernicie ciuis indemnati ferre non legem,ſed nefarium priuilegium.2. Offi. 40.Latronum leges eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent. pro Muræn. 5.Legem de ambitu ita tuli, vt eam quam mihimetipſi iam pridem tulerim de ciuium periculis defendendis, non abrogarẽ.pro Mur.74. Alteri noſtri imperij præſidio diſciplinam ſuam,legéſque conſeruant. 6. I. V. 121. Leges cum vi conferre.2.de Leg. 31. Leges non iure rogatas tollere,vt Titiam (*ſic enim legendum eſt pro vt etiam*) decreto collegij, vt Liuias conſilio Philippi conſulis & augutis. pro L. Varen. In legem de ſicarijs commiſit. Con. C. Anton. Conans legem impedire.*ibid.* Sed ego ea lege contentus ſum, qua duos conſules deſignatos vno tempore damnari vidimus.*ibid.* Leges,quæſtiones,iudicia violauit. de preſcrip. lib. Ita legibus Syllæ continetur ſtatus ciuitatis, vt his ſolutis ſtare ipſa non poſſit. pro C.Cornel. 1. Legem de libertinorum ſuffragijs Cornelius cum Manilio dedit. Quid eſt hoc? dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus eſt? nam tuliſſe ridiculum eſt. Quaſi legem aliquam aut ad ſcribendum difficilem, aut ad excogitandum reconditam:quæ lex paucis his annis non modò ſcripta, ſed etiam lata eſſet. *ibidem.* Cum is tribunus plebis duas leges tuliſſet in eo magiſtratu,vnam pernicioſam,alteram egregiam.*ibid.* C.Cottam de legibus abrogandis ipſum ad Senatum retuliſſe. Poſtum dicere & M. Cottæ legem de iudicijs priuatis anno poſtquam lata ſit,à fratre eius abrogatam.Legem Liciniam & Muciam de ciuibus regundis video conſtare inter omnes, quam duo Coſs.tuliſſent,non modò inutilem, ſed pernicioſam Reipub.fuiſſe. *ibidem.* Quatuor omnino genera ſunt, in quibus per Senatum more maiorum ſtatuatur aliquid de legibus. Vnum eſt eiuſmodi,placere legem abrogari. *ibid.* Quæ leges rem militarem impedirent, vt abrogarentur. Alterum, quæ lex lata eſſe dicatur, ea non videri populum teneri. Tertium eſt de legum derogationibus:quo de genere per ſæpe.S. C. fiunt, vt nuper de ipſa lege Calpurnia,cui derogaretur.pro C.Cornel.1.Eſt vtique ius vetandi, cum ea lex feratur, quandiu non perfertur. *ibid.* De corrigenda lege retulerunt.*ibid.* Niſi hæc ipſa lex obſtitiſſet.*ibid.* Legem hanc Cornelij flagitabat, illam, quæ ex S. C. ferebatur, repudiabat. *ibid.* Leges ſacratas ipſi ſibi reſtituerent. *ibid.* Caſſia lege ſuffragiorum ius poteſtáſque conualuit: altera Caſſia populi iudicia firmauit.*ibid.* Cum legem non modò accepit, ſed etiam eſſlagitauit. *ibid.* Cauſam legem Varia de maieſtate dico.de Conſolat.Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus & inſtitutis excultam conſtitutámque habemus. Incer. Lex Dei præclara & diuina ſemper, quæ recta & honeſta iubet, verat praua & turpia: cui parentem ſanctiſſimæ & certiſſimæ legi, iuſtè ac legitimè neceſſe eſt viuere. Incer. De accuſatore lege quinta dicta.

¶ *Inſtitutum,præceptum,regula,mos.* Quint.Frat.lib.1. ep. 1. 8. Aliquem negligere eas leges, quibus eſt aſtrictus. pro Mur. 60. Iniquam legem & miſeram conditionem inſtitui periculis hominum. pro Murę.11. Illos lex magis quædam accuſatoria, quàm vera maledicendi facultas de vita. L. Murænæ aliquid dicere coegit.de Am.40. Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur,vt neque rogemus res turpes,nec faciamus rogati. 1. de Leg.4.Alias in hiſtoria leges obſeruandas eſſe, alias in poemate.Orat.198.In verſibus certa quædam & definita lex eſt,quam ſequi oportet.3.de Orat. 188. Hanc ad legem dirigenda & formanda oratio eſt.Att.lib 6.ep.3.Pontinus enim ex pacto & conuentu(nam ea lege exierat) iam à me diſceſſerat.

¶ *Conditio.* Ep.lib.5.ep.16. Homines ea lege natos eſſe,vt omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra.

¶ *Hìchabes Romanarum legum copiam.* Quint.Frat.lib.1.ep. 1. 27. Poſſunt in pactionibus faciendis non legem ſpectare cenſoriam, ſed potius commoditatem conficiendi negocij, & liberationem moleſtiæ.Quin.Frat.lib.2.ep.3. Lex quæ de ijs ferretur,vt qui non diſceſſiſſent, ea pœna quæ eſt de vi,'tenerentur. pro Flac. 13. Lege hac recenti & noua certus eſt inquiſitioni comitum numerus conſtitutus.2.In Ver.51.Lex Acilia de pecunijs repetundis.1.In Anton.20.Lex Aurelia, quam M. Aurelius Cotta prætor tulit, vt ſenatores, equites, tribuni ærarij ſimul iudicarent.*Lege Aſconium Pædianum.* pro Mur.71.Lex Fabia,quę eſt de numero ſectatorum.& pro Rab.8.De ſeruis alienis contra legem Fabiam retentis.pro Clu. 151. Gracchus tulit legem, ne quis iudicio circumueniretur. 154. Ante Gracchum Sempronia dicebatur.2.Contra Rull. 21.Licinia & Ebutia lex,ne qui fert de aliqua curatione ac poteſtate,ei aut ſuis propinquis ea poteſtas curatióue mandetur. & 3. Contra Rull. 5.L. Flaccus interrex de Syllæ legem tulit,vt omnia quæcunque ille feciſſet, eſſent rata. & *ibidem:* Valeria lege & Cornelijs legibus eripitur, cum datur. 2.de Fin.55.Lex Voconia: Aderant multi ampliſſimi viri, quorum nemo cenſuit,plus filiæ dandum,quàm poſſet ad eam lege Voconia peruenire. de Senect. 14. Lex Portia.pro Rab. 12. De ciuibus Romanis contra legem Portiam verberatis aut necatis. & *ibidem:* C.Gracchus legem tulit, ne de capite ciuium Romanorum iniuſſu noſtro iudicaretur.4.In Catil. 10. Lex Sempronia.pro Muræn.3.M.Cicero legis ambitus lator. & 67.Lex Calphurnia ambitus.pro Muræn.40.Lex L.Othonis, quæ ad ludos pertinet,eſt omnium gratiſſima.Att.lib. 4. ep.15. Lex Plotia de iudicijs. pro Milone.36. & de Clar.305. Lex Varia de iudicijs. Att. lib. 5. ep. 21. Lex Gabinia de ſyngrapha & de verſura. 3. de Nat.deor.74.Lex Lectoria.item: Iudicium publicum rei priuatæ,lege Lectoria.& *ibidem:* Iudicium de dolo malo C. Aquilius protulit.de Clar. 131.Lex Aquilia de iuſtitia. 1. de Orat. 246.Leges Manlianæ venalium vendendorum.& 2. de Orat. 107. Lex Apuleia de maieſtate.& L. MAIESTAS. 2. de Orat. 284.Lex Thoria de ijs,quorum à pecore agri publici depaſcebantur. de Senect.10.& 2.de Orat. 286.Lex Cincia de donis & muneribus. de Clar.55.Lex Menia, vt conſules etiam ex plebe creari poſſent. & *ibidem* 57.C.Flaminius legem tulit de agro Gallico & Piceno viritim diuidendo.de Clar. 63. Lex Licinia & Mutia, vt in ſuæ cuiuſque ciuitatis ius redigerentur ciues. de Clar. 106. Legem de pecunijs repetundis.L. Piſo Trib. pleb. tulit. Att. lib.13.ep.47. Lex Pompeia. de Clar. 324. Lege Pompeia ternæ horæ ad dicendum datæ.de Cla.222.Lex Sempronia frumentaria.ad Brut. ep. 5. Lex Domitia de ſacerdotijs. C. Marius cum eſſet abſens, lege Domitia factus eſt augur. & *ibidem*: Lex Iulia de ſacerdotijs. pro Sex. R. 55. Lex Memmia contra eos qui ſine cauſa & temerè aliquem accuſant. *In Pandectis tamen lib. 48. lib. 1. ad ſenatuſconſultum Turpilianum, lege Rhemnia, non Memmia legitur.* pro Sex. R. 155. Lex quæ de proſcriptione eſt, ſiue Valeria eſt, ſiue Cornelia.Quint.Frat.lib.2.ep.12. Lex Puppia,ne diebus comitialibus ſenatus haberetur.pro Cluent. 35.Lex Cornelia, qua reo licebat optare, clàm an palàm de ſe ſententiam ferri veller. pro Flac. 21. Lex tabulas obſignatas in publico poni vult. Qu. Frat. lib. 2. ep. 12. Lex Gabinia, qua ex Calend. Febr. vſque ad Calend.Martias legatis ſenatus quotidie dari cogebatur.1.de L. 55.& de Cla. 128. & Orator. 102. Lex Manilia, vt ſinguli arbitri fines regerent.3.de L.35.& de Am.41.& de Clar. 97. Leges tabellariæ quatuor:quarum prima,de magiſtratibus mandandis, ea eſt Gabinia,&c.deinde Caſſia, de populi iudicio: Carbonis eſt tertia,de iubendis legibus ac vetandis:Cælij quarta, qui etiam perduellionis iudicio tabellam dedit. 3. de Leg. 38. Lex Maria pontes fecit anguſtos.pro R.P.8. Lex Iulia iubet perſequi ab ijs, ad quos ea pecunia,quam is ceperit qui damnatus ſit,peruenerit. *Idem eſt in lege Cornelia & Seruilia.* In Vat. 26. Vatinius legem tulit de alternis conſilijs reijciendis.pro Planc. 36. Lex Licinia quæ eſt de ſodalitijs. & *ibidem*: Plancius primus ſciuit legem de publicanis. de Aruſp. 48. Leges Iuliæ contra auſpicia latæ.de Aruſp. 32. Lex naturæ: Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ & communi iure gentium ſanctum eſt. 2. de Leg. 18. Vt in veteribus ſacratiſque legibus. pro Cæl. 70. Quintus Catulus legem tulit de vi. Aruſp. 15. Lex de vi, quæ eſt in eos qui vniuerſam rempublicam oppugnant. pro Dom. 130. Lex Papyria vetat ædes iniuſſu plebis conſecrari. pro Dom. 41. Lex Cæcilia & Didia. pro Dom. 51. Lex Licinia, ne quis ipſe ſibi curationem ferret. 5. I. A. 8. Lex Cæcilia & Didia, ne populo neceſſe ſit in coniunctis rebus compluribus,aut quod nolit accipere, aut quod velit repudiare. pro Arch. 71. Data eſt ciuitas Syllani lege & Carbonis, ſi tum

cum

cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & si LX. diebus apud prætorem essent professi. pro Arch. 10. Lex Papia. pro Cornel. 21. Lex Iulia, qua ciuitas est socijs & Latinis data. pro Syll. 62. Rogatio Cæcilia, qua res iudicatæ rescindebantur. 3. Offic. 61. Lex Plectoria, qua vindicabantur hi, qui adolescentes circumscribebant. 5. I. A. 47. Leges annales. & 13. In Ant. 32. Lex Hircia Pompeianos omnes dignitate priuabat. 1. In Anton. 18. Et quid est, quod tam propriè dici possit actum eius, qui togatus in Repub. cum potestate imperióque versatus sit, quàm lex? Quare acta Gracchi, leges Sempronia: proferentur: *quare* SYLLAE, CORNELIAE. 2. In Anton. 56. Lex de alea: Licinius lege ea quæ est de alea, condemnatus. I. P. 94. Lex iudicaria. & 2. I. A. 44. Lex Roscia de sedendo ad spectacula. I. P. 50. Lex Iulia de repetundis. & *ibid.* Lex Cornelia maiestatis. de Pro 46. Lex Helia & fusia de auspicijs, &c. Cum lex feratur de cœlo seruari, obnunciari, intercedi licere. Att. lib. 2. ep. 9. Lex Iunia, lex Licinia, lex Cælia, lex Didia. de Prou. 46. Leges Iuliæ. & pro Domo. 43. pro Sest. 65. Leges sacratæ, quas tulit plebs Romana, cùm in montem Sacrum secessit. & 12. Lex Censoria, qua publicani tegebantur, vt publico frui possent. pro Cornel. 61. Lex Sempronia, de successione prouinciarum. pro Cornel. 21. C. Furius tulit legem de testamentis. & *ibidem*: Quint. Voconius tulit legem de mulierum hæreditatibus. 2. de Legibus. 39. Plato negat mutari posse musicas leges, sine mutatione legũ publicarũ. 2. ad At. ep. 9. Lex Ælia. 2. In Rul. 27. Lex Curiata, 3. ad At. ep. 15. Lex de collegis. pro S. R. Amer. 125. Lex de proscriptione Valeria aut Cornelia. 12. ad At. ep. 35. Lex de sepulchris. 2. de In. 153. Lex de tẽpestate. pro Cl. 148. Lex de veneno. Tusc. q. li. 3. 48. Lex frumẽtaria. 4. In Verr. 22. Lex Hieronica. in Pison. 90. Lex iudicaria. 1. de Leg. 42. Lex non iusta, quã interrex tulit, vt Dictator, quem vellet ciuium, indicta causa impunè posset occidere. 3. In Verr. 109. Lex nũmaria. pro Dom. sua, 128. Lex Papyria vetat ædes iniussu plebis cõsecrari. 2. ad At. ep. 19. Lex Roscia frumẽtaria. 4. In Ver. 32. Lex Rupilia. 8. Fa. ep. 12. Lex Scatinia. 13. ad Att. ep. 77. Fam. ep. 26. Lex sumptuaria Cæsaris neglecta, eo absente. 3. de Leg. 8. Lex suprema Cõsulibus salus populi esto. 5. Ver. 163. Lex Terẽtia. 2. de In. 149. Lex testamentaria. C. Curionis. 8. Fam. Ep. 6. Cælij, Lex Viaria & alimentaria. Tusc. q. lib. 1. 30. Lex naturæ, consensio omnium gentium. Brut. 106. Lex repetundarum. L. Pisonis. 2. de Inu. 98. Lex Rhodiorum, de rostratis nauibus publicandis. 10. ad Att. ep. 1. Lex Solonis non probanda. 2. de Leg. 58. Lex duodecim tabularum inquit: Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, nẽue vrito. 1. de Orat. 167. Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex. XII. Tabul. permiserat: quod quum impetrasset, causa caderet. 2. de Leg. 54. Leges duodecim tabularum. 1. Fam. ep. 9. Legis Curiatæ vsus. 2. ad Her. Leges communes. 2. de Leg. 14. Leges Seiæ & Apuleiæ & Liuię nullæ, quæ vno versiculo Senatus puncto temporis sunt. Tuscul. quæst. lib. 2. 34. Leges Crætum, itémque Lycurgi laboribus eruditi iuuentutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando, Tuscul. quæst. lib. 2. Leges Cretensium, siue Iupiter, siue Minos sanxit de Iouis quidem sententia, vt poetæ ferunt. de Leg. 57. libro secundo, Leges Lycurgi, Solonis, Charondæ, duodecim Tabularum.

✠ ADIVNCT. *AEqua alicui, & vehementer vtilis, Iniquissimæ, Innumerabiles. pro Cornel. Acerrima, sanctissimæ Salua. In Vat. Annales bonæ, tam egregia, tãque præclara, reliquæ. 5. Philip. Antiquæ, Senatoria. Pro Rab. Antiquæ & mortuæ, noua. 7. In Ver. Accusatoriæ gratissima omniũ, æqua, iniqua nouaq; præcipua, 15. In Ver. Accusatoria, improba, iniqua. pro Mur. Accõmodata alicui, atque vtilis, Agraria præclara magis, & popularis. Agraria pulchra, & popularis, vehementer gratæ, atque iucũdæ, grauis, Optima, tribunitiæ, vtilis plebi. 2. Contra Rul. Agraria, alimentaria, viaria. 8. Fam. Annalis, bona & mala. extremæ, grauis, & præclara, Integra, laudabis, magistratus mutus, necessaria reip. præclarissimæ, Suprema, vsitatæ. 3. de L. Aptæ commodis alicuius, mediocres, pulchra atque popularis. Non atrox sed mitissima, desperatæ, domesticæ, mollior, nummaria, testamentaria. 3. In Ver. Cælestis consentaniæ reipublicæ, Magna) (breuis, perpetua, princeps, & vltima, Sempiterna, vera atque princeps, apta ad iubendum, Veteres sacratæque. 2. de Legib. Carę alicui. 2. de Inuent. Censoria, nefariæ, de Prou. Certa, pernicioſæ. 2. Phil. Certa quædam, & definita, proxima, ep. ad Brut. Ciuilis. ac publica. pro Cæc. communes, Parad. Communis, contraria, diligentissima, & sancta, Grauissima, postrema. 1. de Inuent. Consularis, grata populo, iustæ, Lydia, Sacratæ, tabellaria, Tribunitia. pro Sest. Curiata. de Arusp. Diuina, 2. de Nat. Diuina, & humana. 3. Offic. Duræ, & propè necessariæ, 1. de Orat. Duriores proximæ, rariores. 2. Offic. Durissimæ, pro Cæl. Emendatrix vitiorum, commendatrix virtutum, Musicæ, perfecta, præclara, Tyrannicæ, 1. de Legib. Falsa, 3. Philip. Fatalis, ac necessaria, vetus, de Vniuers. Fecialis Frumentaria, Similes, 4. In Ver. Graues, populares, 4. Acad. Honestæ. 10. Famil. Iniqua, & inutilis. de Opt. gen. Iniquissima. 13. Famil. Iniquissima, dissimillimaque, inuidiosa. 3. Contra Rull. Iudiciaria, iustissima, atque optima, plurimæ, veteres, in Piso. Malæ, maximæ, & salutares, melior, & vtilior, multæ, & præclaræ, perpetuæ. 1. Philip. Militaris. pro Flac. Naturalis, recta imperans. prohibensque contraria, perpetua, & aterna. 1. de Nat. Nefaria, recens, Spurcior lingua alicuius. vetus, & tribunitia. pro Dom. Nouæ. 2. Att. perniciosissimæ, 2. ad Qu. Frat. Popularis, maximè salutares reipublicæ, de Amic. Præclaræ. 7. Philip. Propria. pro Clu. Recta, sanctissima. 11. Philip. Securæ. pro Marc. Socialis. 1. In Ver. Summa, 4. Tusc. Summa, & vera. 4. de Fin. Sumptuaria, 7. Fam. Superiores pro Syll. Varia. 3. Tusc. vectigalis, vitiosa, & inutilis. de Clar.*

☞ Syntax. *Legem rogare, ferre, sancire. describere constituere, instituere, iubere, vetare, imponere, statuere, abrogare, condere, componere, scisciscere, edicere. Lex, ratio mista, recta à Deo tracta ratio, est distinctio: naturæ vis, est æternum quiddam*: hæc sunt genera in legis definitione. *Deus est summa lex. Lex imperium est. Legibus teneri vrbem. A lege discedere. Incidere leges are, figere, refigere, dissoluere, accipere, imponere, facere, inurere. Perrumpere perfringere, deuincere leges, constituere, instituere, vetare, perferre, suadere. Lege agere, exire. Legũ datio. Leges proferre. Lex iniusta.*

LEXIS, XIS. *verbum.* 3. de Orat. 169.

Quam lepidè lexeis composita, vt tesserulæ omnes, &c. & Orat. 149. L. EMBLEMA.

LIBAMENTVM. XI. *libatio.* 2. de L. 29. Vt sacrificiorum libamenta seruentur.

LIBATIO, ONIS. *libamentum, quicquid dijs consecratur & offertur.* de Arusp. 21. Libationes epulæque ludorum.

LIBELLA, læ. *æs, & nummus argenteus asse valens.* 4. I. V. 26. Quis Volcanio si sua sponte venisset, vnã libellam dedisset? pro Q. R. 11. Nisi planũ facit H-S. LIII. ad libellam sibi deberi. Att. li. 7. ep. 2. Facit palàm te ex libella, me ex teruncio: intellige, hæredem.

LIBELLVS, li. *supplex libellus.* Att. lib. 16. ep. 16. Atticus libellum composuit, eum mihi dedit, vt darem Cæsari: Cæsar autem rescripsit, æqua eum postulare. pro Qu. 50. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacitè conceditur. 27. & 61. Libellos Sex. Alphenus procurato P. Q. deiecit.

¶ *Commentarius, codex, liber paruus.* pro Clu. 197. Non illi in libellis laudationum decreta miserunt, sed, &c. 1. in Ant. 16. An in chirographis & libellis acta Cæsaris firma erunt? & *ibid.* Memoriæ causa referre aliquid in libellum. Att. lib. 6. ep. 1. Habeo libellum, in quo est, Salaminij pecuniam debent M. Scaptio. pro Arch. 25. Cum ei libellum malus poeta de populo subiecisset. 1. de Orat. 94. Scripsi illud in quodam libello, qui me imprudente & inuito excidit. * Hortens. Malo vel vnum paruum de officio libellum, quàm longam orationem pro seditioso homine Cornelio.

¶ *Litera.* Ep. li. 11. ep. 11. Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerri, qui in me inciderunt. 4. In Verr. 183. Recita mihi hunc primum libellum, deinde illum alterum Canuleij.

✠ ADIVNC. *Exilis, de Clar. Non magnus, verum aureolus. 4. Acad. parui, pusilli, contemptique. 4. In Verr. Pauci, Rhetorici. 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Libellum componere. In libellum referre memoriæ causa,*

LIBENS, tis: ſſimus. *lubens.) (. inuitus.* Att. lib. 1. ep. 11. Res nostræ, quæ tam libenti senatu laudabantur à Crasso. 2. Contra Rull. 48. Quam dignitatem, etsi libente illo, tamen absente illo per vos consecutus sum. de Arusp. 10. Non modò patienti, sed etiam libenti animo religioni parebo. Attic. lib. 2. ep. 4. Animo gaudenti ac libenti. 2. I. V. 25. Animo libentissimo facere aliquid. Ep. lib. 13. ep. 65. Vt libentissimis Græcis nutu, quod velis, consequare. pro Mil. 39. Cum totius Italiæ concursus facti illius gloriam libens agnouisset. Att. lib. 1. ep. 14. Vt frequentissimo & libentissimo vterentur. & li. 4. ep. 2. Redemptores statim sunt demoliti

moliri,libentiſſimis omnibus.& ep.15 Neque patronis ſuis tam libentibus quàm accuſatoribus.

LIBENTER. *libenti animo,magna voluntate.ſtudioſè,ardenti ſtudio, ſedulo,æquo animo,non repugnãter,non grauatè, ne recuſans quidem, non modo non repugnans, ſine recuſatione, ſummo ſtudio, voluntate ſumma,egregia animi alacritate.* Ep.lib.1.ep. 7. Quorum alterum mihi facere neceſſe eſt, ſi volo, &c. alterum facio libenter, vt quoniam,&c.1. I. V.39. Libenter ſtudioſéque audire. de Cl. 83. Libenter vti priſcis verbis. * Frag. ep. Cui ego libentiſſimè commodabo.

☞ Syntaxis. *Libenti ſenatu laudatus.Te libente dicam. Et patienti,& libenti animo.Libentiſſimo te diſceſſi.Libenter ac ſtudioſè te audio.*

LIBER,a,um.rior. *non impeditus,expeditus,liberatus,ſolutus, nulla re implicatus, dominationi nullius parens, ingenuus, qui ſui iuris eſt ac mãcipij,in ſua poteſtate eſt,ſuo iure libertatem q; vtitur,ius ſuum retinet, nemini mancipatus,vacuus,purus, integer.*)(*ſeruus, impeditus, implicatus.*4. Acad.105.Sic inducto & conſtituto probabili. & eo quidem expedito,ſoluto,libero,nulla re implicato.& 8.Hoc autem liberiores & ſolutiores ſumus,quòd integra nobis eſt iudicandi poteſtas. Ep.lib.6.ep. 7. Solutum eſſe exiſtimatur alteri malè dicere,tamen,&c.impeditum ſeipſum laudare,ne,&c.ſolum verò liberum alterum laudare,de quo,&c.4.Acad.123. Liber igitur à tali irriſione Socrates. Att.lib.1.ep.10.Sum enim & ab obſeruando homine peruerſo liber,& ad dignitatem in repub. retinendam contra illius voluntatem ſolutus. 1. de Nat. 124. Epicurus homo ad ſcribendi licentiam liber.& 2.de Nat.56.Sphæræ ſtellarum inerrantium ab ætherea coniunctione ſecretæ ac liberæ. 1.Contra Rull.27.Conſul ſolutus à cupiditatibus,liber à delictis. pro Cl.144.Dixi Habito ſtatim de eo qui coïſſet,quo quis condemnaretur,eum eſſe liberum.6.I.V.23.Vacuus, expers,ſolutus ac liber ab omni ſumptu & munere.1.Offi. 67. Si ab omni animi perturbatione liber ſis. de Aruſp. 11. Veſtræ domus multo maxima ex parte ſunt liberæ religione. pro R. P. 12. Qua lege totus ordo ſolutus ac libet eſt.7.I.V.23. Supplicium à libero ſpiritu & communi luce ſecluſum.& 4.Ver. 185. Soluto liberóque animo eſſe.pro Syll.86.Deos teſtor,integro me animo ac libero P.Syllæ cauſam defendere. 1.de Orat. 70 Poeta numeris aſtrictior,verborum licentia liberior. & 3. de Orat. 151. Verba inuſitata, quæ ſunt poetarum licentiæ liberiora, quàm noſtræ. pro Dom. 10. At enim liberum ſenatus iudicium propter metum non fuit.1.I.C.18.Tibi direptio ſociorum impunita fuit ac libera.Orat.78.Cum hæc duo ei liberiora fuerint.2.de Diu.73.Tum igitur eſſet auſpicium,ſi modò ei eſſet liberum ſe oſtendiſſe. 2. de Diu. 151. Iudicium audientium relinquere integrum ac liberum.2.de Orat. 67. Illa pars quæſtionum vaga, libera, latè patens.3.de Nat.45.Qui eſt de libera matre, liber eſt. pro Cecin. 96.Non poteſt iure Quiritum liber eſſe, is qui in numero Quiritum non ſit.Parad.5.Niſi ſapientem liberum eſſe neminem.3. de Fin.75.Liber,nec dominationi cuiuſquam parens. de Cl. 236. Ingenuo liberóque faſtidio.1.de Finib.33.Libero tempore,cum ſoluta nobis eſt eligendi optio.pro C.Coruel.1.Homo nimis ingratificando iure liber.

✠ ADVER. *AEquè ac.9.Fam.Planè.Verè,in Cat.Maximè Vrbs.pro Rab.poſth.*

☞ Syntaxis. *Expeditus,ſolutus,liber, non implicatus. Liber à lectione, aditer,licentiam.Secretus ac liber animus a corporea coniunctione.A delectu liber. Vacuus,expers,ſolutus & liber* (miranda phraſis) *ab, &c. Religione liber.Soluto,liberóq; animo eſſe, viuere,ſcribere, abire. integro,liberóq; animo agere.Libera verba poetarum licentiæ. Impunita & libera ſcelera.Liberum illi eſt abire.De matre libera liber. Ingenuum,liberumq; faſtidium.*

LIBER,liberi.*Bacchus*,L. BACCHVS.2. de Nat. 62. Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem maiores noſtri conſecrauerunt.2. de N. 62. Liber Cereris filius & frater Liberæ. 3. de Orat.165.Liber pro vino,Ceres pro frugibus.

LIBER,bri. *cortex,opus,opuſculum,libellus,commentarij,monumenta, volumen,ſcripta,charta,σύγγραμμα* 2.de Nat.120. Trunci obducuntur libro,aut cortice, quo ſint à frigoribus & à caloribus tutiores.3.Offi.121. Hi tres libri inter Cratippi commentarios erunt recipiendi. de Senect. 2. Confectio huius libri mihi iucunda fuit.&54.Liber,quem de rebus ruſticis ſcripſit.2.de Or.223.Bruti libelli tres de iure ciuili.Att.li.8.ep.16.li.9.ep.11. Demetrij librũ de concordia tibi remiſi. & ep. 11. Demetrij liber περὶ ἀφανῶν. 2. Offi.16.Eſt Dicæarchi liber de interitu hominum,qui,&c Ep. lib.6. ep. 5. Liber tuus & lectus eſt, & legitur à me diligenter. Qu.Frat.lib. 2. ep. 12. Sed vtros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora)an vtroſque, neſcio. 1. de Diu. 6. Chryſippus, qui totam de diuinatione duobus libris explicauit ſententiam,vno præterea de oraculis,vno de ſomnijs, quem ſubſequens vnum librum Babylonius Diogenes edidit.Qu.Frat.lib.3.ep. 5. Sermo in nouem & dies & libros diſtributus de optimo ciue, ſanè rexebatur opus luculenter.2.Offi.4 .Ea quæ eſſent, dictum eſt in ſuperiore libro.1.ad Heren.27. Quoniam ſatis huius volumnis magnitudo creuit,in altero libro exponemus, &c. Ep.lib.6. ep.7.Peto à te, ne liber exeat,aut ita corrigas, ne mihi noceat. & *ibid.*Si liber exiſſet.Att.lib.9. ep. 11. Nos autem in libris habemus,non modò,&c.de Fat. 2. Quod in alijs libris feci, qui ſunt de Natura deorum, itémque in ijs quos de Diuinatione edidi. Att.li.5.ep.12.Libros peruolutare.& lib.9.ep.12.Euoluere.de Cla. 298.Voluendi ſunt libri Catonis.Top.1.& 1.Tuſ.25.Libros edere. * 1. de Finib. 8. Quanquam à te ipſo id quidem facio prouocatus gratiſſimo mihi libro,quem ad me de virtute miſiſti. Incer.In libris de Repub.Platonis me comitem profiteor.

✠ *ADIVNC. Ἀφανῆ,14.Attic. Agreſtes,innumerabiles,abditi, neque obſcuri.2. de Orat. Antiqui.Orat. Apti,argutuli,grandiores.13. Attic. Augurales. Suauiſſimus.3. Famil. Certi,* ὑγιαινοὺς, *6. Attic. Domeſtici, plenus quæſtionum,varij.3.de Orat.Elegantes.2.Attic.* ἐξωτερικοὶ, *4.Attic.Extremus,ſuperiores.3.Offic.Gratiſſimus alicui.1.de Fin. Haruſpicini, rituales, fulgurales, rituales,aut augurales.1.de Diu. Improbus, reconditi. pro Dom.Non inutiles, teſtes meritorum alicuius ergà aliquem.1.Famil. Magnus,oratorij plenus,ſuperior.2. de Diu.Tam multi de ratione loquendi,& multùm probati.4 Acad.Notior,vtiles,de Clar.Optimus.2.de Leg. Refertus ſententijs,& verbis.3.Tuſ.*

☞ Syntaxis. *Liber iam exĩt.Libri confectio.In libris habemus. Libros peruolutare,euolere, voluere,edere.*

LIBRA,ræ.*Proſerpina Cereris filia.*de Nat.62.& 6.In Ver.107.

LIBERALIA,orum.*Liberi,id eſt, Bacchi ſacra, ſacrum dies & feſti, Bacchanalia.*Ep.lib.12.ep. 25. Liberalibus literas accepi tuas. Att. lib.14.ep.10. Liberalia tu accuſas?

LIBERALIS, le.*largus,munificus,beneficus,prolixus.*)(. *auarus,ſordidus,auidus.*1.de Orat. 32. Quid tam porrò regium,tam liberale,tam munificum,quàm,&c.pro Deiot. 26. Largus, beneficus, liberalis. pro Quint. Roſc. 22. Roſcius ſemper liberaliſſimus munificentiſſimuſque fuit. & *ibidem.* 21. Liberalis auidum fraudaſſe dicitur. pro Flac. 14. Largum & liberale viaticum.2. de Offic. 52. Gratificandi liberalis voluntas. Antequam. 2. Eſt enim liberale officium ferere beneficium, vt metere poſſis fructum.

¶ *Ingenuus.*)(. *illiberalis.* pro Cæl. 52. Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. pro Flac. 40. In cauſa liberali.4.Acad. 1. Omnis liberalis & digna homine nobili doctrina.Ep.lib.4.ep.4. Omnis ars & doctrina liberalis.3. de Orat. 125.Liberales doctrinæ atque ingenuæ. 1. de Inu. 35. Artium liberalium magiſtri.1.Offi.150.De artificijs & quæſtubus, qui liberales,qui ſordidi.

✠ ADVERB. *Valdè.4. Attic.*

☞ Syntaxis. *Regium, liberale, munificum.Largus,beneficus,liberalis. Viaticum liberale,voluntas,mens,cauſa, doctrina, Artes liberales & ingenuæ.*

LIBERALITAS,tis .*benignitas,beneficentia, largitas,bonitas,beneficia voluntas,liberalis voluntas,voluntas benemerendi de aliquo, clementia.*2.de Orat.105.Rarò illud datur, vt poſſis liberalitatem & benignitatem ab ambitu largitione ſeiungere.Par. 77. Liberalitas in vſu pecuniæ. pro Flac. 85. Maximas audio tibi pro tua eximia liberalitate maximiſq; beneficijs in tuos veniſſe hæreditates.Brut.ep.3.Ne tua liberalitas diſſolutior videatur.& ep.4. Vnum hoc grato animo liberaliq; profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem deſiderat.pro Qu.R. 24. Qui tantas pecunias propter magnificentiam liberalitatis repudiauit. Ep.lib.1.ep. 9. Commemoranda quædam & diuina Cæſaris liberalitas. & ep. 7. Virum tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctum,&c.2.Offi.64.Poſſe liberalitate vti, non ſpoliantem ſe patrimonio,nimirum eſt pecuniæ fructus maximus.de Clar. 97. Homo non liberalitate, vt alij, ſed triſtitia & ſeueritate popularis.

✠ *ADIVN.Anguſtior.3.Fam.Benigna,gratuita)(conducta,mercenaria.1.de Legib. Cautior,& moderatior. ep ad Brut.Commemoranda,& diuina alicuius,in aliquem 1.Fam Diſſolutior 7 Att. Eximia,ingrata,pro Flac Grata,gratior,pro Marc Gratiſſima,2 Offi Incredibilis,pro Rab. Modica,pro Planc præſtans in aliquem,8 Famil Summa,15 Attic & 13.Famil.vberior, & gratior,4.Att vnica.pro Qu.Vulgaris,1.Offi.*

☞ Syntaxis. *Liberalitas & benignitas. Liberalitas diſſoluta, cautior, moderata,diuina,præſtans. Liberalitatis magnificentia.*

LIBERALITER, liùs. *ingenuè.* 1. de Or. 136. Homo ingenuus, liberalitérque educatus.

¶ *Largè.* 5. I. V. 204. Qua in re senatus optimè ac benignissimè cum aratoribus egisset, largè liberaliterq; æstimasset, in ea, &c. Qu. Fr. lib. 2. ep. 5. Viuo liberalius quàm solebam. 5. I. V. 196. Benignè ac liberaliter.

* LIBERANDVS, a, um. Att. lib. 6. ep. 2. His ego duobus generibus *ciuitatum* faculcatem ad se ære alieno liberandas aut leuandas dedi.

LIBERATIO, onis. *absolutio.* pro Lig. 1. Cum à te non solùm liberationem culpę, sed etiam errati veniam impetrauissent.

¶ *Vacuitas.* Qu. Fr. lib. 1. ep. 1. 27. & 1. de Fin. 37. Liberatio & vacuitas omnis molestiæ.

✠ *ADIVNC. Libidinosissimæ, in Piso.*

LIBERATOR, oris. *vindex libertatis.* Att. li. 14. ep. 12. Romæ nostri liberatores tuti esse non possunt. 1. I. A. 6. Patræ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant.

LIBERATVS, a, um. *liber.* pro S. R. 143. Culpa liberatus, crimine solutus, &c. 2. de Leg. 21. Templa liberata & effata habento. Att. li. 1. ep. 14. Te à quartana liberatum gaudeo. pro Dom. 104. Homines soluti & cura liberati. 2. de Nat. 8. Cùm cauea liberati pulli pascerentur. pro Mar. 13. Si aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. 1. Tusc. 1. Cùm defensionum laboribus senatorijsq; muneribus, aut omninò, aut magna ex parte essem aliquando liberatus.

✠ *ADVERB. Honestissimè. pro Rab. Post.*

LIBERE. *solute.* 4. I. V. 176. Non vereor, ne magis accusatoriè, quàm liberè dicere videar. Or. 77. Vt ingredi liberè, non licenter errare videatur. Att. lib. 4. ep. 16. Constanter & liberè me gessi. & pro S. R. 22. Quem tu respirare liberè non sinis. 2. de D. 100. Animus somno relaxatus solutè moueretur & liberè. Antequam. 17. Liberè loqui in iudicio. pro Pl. 33. Asperius, inquit, locutus est, imò fortasse liberius.

☞ Syntaxis. *Liberè, & licenter errare. Constanter & liberè se gerere. Solutè animus, ac liberè mouetur. Non asperè, sed liberius.*

LIBERI, orum. *filij.* Att. lib. 8. ep. 2. Vagamur egentes cum coniugib. & liberis. & lib. 16. ep. 11. Is ex C. Fabij filia liberos habuit. 7. I. V. 118. Idq; postremò in parentes suos liberi orabant. Top. 86. & 5. Ver. 161. Suscipere liberos. 1. Offi. 128. Liberis dare operam re honestum est, nomine obscœnum. 3. Tusc. 58. Orbitates quoque liberorum prædicantur. pro Cl. 31. Fratris autem liberos vita priuauit. *hic de vno tantum filio loquitur.*

✠ *ADIVNC. Cari. 1. Offi. Carissimi. pro Dom. Certi, incolumes, & beati, 1. de Inueni. Communes. 1. ad Qu. Fr. Digni aliquo & carissimi. 12. Fam. Impuri, & nefarij. 1. Philip. Iucundissimi de Prou. Optatissimi. 13. Philip. Parui, 13. In Ver. Paruuli. 7. In Ver. Similimi seruorum. 2. Offi. Suauissimi. 14. Fam. Superstitiosi. 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Ex muliere liberos habere, suscipere. Liberis dare operam.*

LIBERO, as. *vindico, libertatem do, in libertatem vindico, restituo vel in integrum restituo, recupero, expedio solno, absoluo, laxo relaxo.* 1. de Or. 182. Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seséque liberâsset. Antequam. 9. Arcem vrbis ab incendio & flamma liberaui. Qu. Fr. lib. 3. ep. 1. Téque item ab eo vindico & libero. 7. I. V. 23. Cæteri ex his incommodis pecunia se liberârunt. pro Fl. 98. M. Aquilium patres nostri multis auaritiæ criminibus testimonijsq; conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. 3. de Orat. 174. Nam quæ vinxit modis & forma, & relaxat & liberat immutatione ordinis. Att. lib. 13. ep. 22. Ego libratios tuos culpa libero. de Vn. 17. Deus motum cœli ab omni erratione liberauit. Att. lib. 6. ep. 1. Næ tu me solicitudine magna liberâris pro Cl. 6. Iudices hunc quem iam bis condemnatum acceperant, liberarent. 4. I. V. 71. Qui Sopatrum eodem illo crimine liberârant. Ep. lib. 1. ep. 2. Prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis. Att. li. 14. ep. 21. Liberare se magno ære alieno. & lib. 6. ep. 2. Liberare aut leuare se ære alieno. 1. de Nat. 13. Vt omni me inuidia liberem.

✠ *ADVER. In perpetuum remp. motu. 7 Phil. Omninò molestia. 6. Fam. prorsus suspicione. 1. Fam.*

LIBERORVM. 3. Cont. Rul. 9. Eodem capite obligata omnia liberantur. 2. de Diu. 96. Quorum linguæ sic inhærent, vt loqui non possint, hæc scalpello resectæ liberantur.

✠ *ADVERB. In posterùm, calamitatibus. 5. In Ver.*

☞ Syntax. *Ab eo te vindico & libero, Relaxare & liberare orationē. Liberare aliquem culpa. Liberare, aut leuare se alieno ære.*

LIBERTA, tæ. 1. I. V. 55.

LIBERTAS, tis. *licentia.*)(*seruitus.* 4. Aca. 30. Vereor, ne largiar ei qui contradicturus est, maiorem libertatem ac licentiam. & 120. Quanti ista libertas æstimanda est. 5. I. V. 3. Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam libertatemque vi-nendi. 1. de Orat. 226. Virtus tamen ius suum & impunitam omnium rerum libertatem tenere debet. ‖ Ep. lib. 10. ep. 31. Libertas iucunda. pro R. P. 24. Perdere libertatem. pro Pl. 33. Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano non est concessa libertas. pro Rab. 31. Dare libertatem seruo. pro Pl. 16. Tabella dat eam libertatem populo, vt quod velint faciant. pro Sest. 69. Eos voluntatem semper eandem, libertatem eandem non semper habuisse. 1. Offi. 70. Libertatis proprium est, sic viuere vt velis. 2. de Orat. 145. Me tamen ista oscitans sapientia in libertatem vindicabit. 1. de N. 56. Solutus. & in libertatem vindicatus. Att. lib. 15. ep. 13. De libertate retinenda, qua nihil est dulcius, tibi assentior. pro Fl. 16. Græcia hoc vno malo concidit libertate immoderata, & licentia concionum. pro Dom. 22. Quod idem in posterum de extraordinarijs potestatibus libertatem ademisses. & 77. Nemo ciuis Rom. aut ciuitatem aui libertatem potest amittere, nisi ipse autor sit factus. Att. li. 6. ep. 2. *Ab ἐλευθερίᾳ*, id est, libertas suis legib. viuendi. & ad Brut. ep. 16. Accipere libertatem ab aliquo. *ibid.* Ciuitas, quæ ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere possit. 2. Offic. 24. Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, quàm retentæ. 6. In Ant. 19. Aliæ nationes seruitutem pati possunt, populi Romani est propria libertas. Par. 5. Libertas est potestas viuendi vt velis. 3. de Leg. 38. Libertatem largior populo, vt & autoritate valeant, & vtantur bonis. & 39. Habeat sanè populus tabellam, quasi vindicem libertatis. * Frag. ep. Quo beneficio per te me in libertatem vindicassem.

¶ *Dea sic dicta.* pro Dom. 110. Libertas & templum Castoris.

✠ *ADIVNC. Antiqua, equestris. pro Planc. Carissima non infesta acerbitate suppliciorum, sed leuitate legum munita. pro Rab. Communis, maior. pro Sest. Dulcis. 15. Att. Dulcissima. 4. Catil. Immoderata. 1. ad Qu. Frat. Impunita. 1. de Orat. Iucundior, propria. 3. Philip. Licita, tacita. 2. Cont. Rull. Multa. de Clar. Nimia. pro Cæl. Otiosa, perpetua, 31. Fam. præclara. pro Flac. Pristina, postquam ad Quir. Publica. pro Dom. Sancta. 5. In Ver. Summa. pro Deiot. Tranquilla. 2. Phil. Vetus. 2. Famil. Vnica. pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Libertas & licentia: & contrà. Libertatem viuendi sibi præcidere. Perdere, dare libertatem. In libertatem vindicare aliquem. Solutus, & in libertatem vindicatus. Libertatem retinere, amittere, adimere, accipere, recipere.*

LIBERTINA, næ. pro Sest. 110.

LIBERTINVS, ni. *iusta seruitute manumissus.* pro Sest. 97. Sunt etiam libertini optimates. 1. de Orat. 38. Tyberius Gracchus libertinos in vrbanas tribus transtulit. 3. I. A. 17. Ipse ex libertini filia susceperit liberos. pro Cornel. 28. Cn. Publicius libertinus homo.

LIBERTVS, *id est, libertinus. Sed libertus ad patronum, libertinus ad ingenium refertur.* Ep. lib. 13. ep. 23. Peto à te, vt Ammonium libertum in patroni eius negocio tueare. Qu. Frat. lib. 1. ep. 2. Species tam gratiosi liberti aut serui dignitatem non habet. pro Sest. 76. Serui & liberti. pro Mil. 90. Seruos nostros libertos suos fecisset.

✠ *ADIVNC. Coniunctus omnibus in rebus ac proximus. 5. In Ver. Minùs cauti. 3. Att. Gratiosus. 1. ad Qu. Frat. Nequaquàm improbi. pro Sex. Rosc. Paternus, ac probatissimus. pro Flac.*

LIBET, bat. *collibet, placet, delectat, non displicet, sum contentus. volo.* 2. de Or. 16. Si tibi id minus libebit, non te vrgebo. pro Qu. 94. Si poterit Næuius id quod libet, & ei libebit quod non licet. de Sen. 84. Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt. 5. Tusc. 43. Nihil quisquam nisi quod libet, facere præclarè potest. Ep. lib. 1. ep. 8. Vel etiam, id quod mihi maximè libet, ad nostra studia me referam. Att. lib. 2. ep. 7. Quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscideram. & ep. 18. De republica non libet plura scribere. & *ibid.* Non libet fugere, aueo pugnare. 2. de D. 27. De quo primo hoc libet dicere. 1. de Nat. 92. Vt mihi quidem admirari libéret, esse, &c. & 13. Itaque mihi libet exclamare. 2. de Or. 348. De quo libitum mihi est paulò plura dicere, quàm, &c. Att. lib. 14. ep. 21. Cui facilè persuasi, mihi id quod rogaret, ne licere quidem, non modò libére. 8. I. A. 7. De proximo bello ciuili non libet dicere. de Sen. 42. Senectus efficit, vt non libeat, quod non oportet. 2. de Leg 69. Quoniam libitum est vobis me ad hæc impellere. pro Mil. 42. Vos & omnes boni vota faciebatis, vt Miloni vti virtute sua libéret. de Amic. 41. De Gracchi tribunatu quid expectem, non libet augurari.

✠ *ADVERB. Maximè. 5. Famil.*

LIBIDINOSE. *intemperâter, luxuriosè.* 1. I. V. 38. Libidinosè, nefariè, crudeliter. 1. Offi. 14. Caue, ne quid libidinosè aut facias aut cogites.

LIBIDINOSVS,a,um *intemperans,mulierosus.* Postquam in Sen. 12. Vir libidinosus,impurus,intemperans.pro Cæl.13.Cum libidinosis luxuriosè viuere.pro Syl.71.Audax, petulans, libidinosus.Att.lib.6.ep.3.Etenim est leuis,libidinosus.falax *aliter sagax.* de Sen.29.Libidinosa & intemperans adolescētia.I.P.66. Nihil isto scitote esse luxuriosius,libidinosius.1.de Fin. 59. Libidinosa voluptas.4.I.V.192.Homo flagitiosissimus, libidinosissimus,ne quissimusque.de Fat.8.

LIBIDO,siue LVBIDO,nis.*ingenita procreandi cupiditas.*1. de N. 128.In mare & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines.1.Offi. 54. Est hoc natura commune animātium omnium,vt habeant libidinem procreandi.

¶ *Furor,impetus non rectus,effrenata cupiditas.* Ora.219.Vbi libido dominatur,innocentiæ leue præsidium est.pro Qu.14.Res quæ libidine, non ratione geruntur. 3. de Fin.32. Timere, mœrere, in libidine esse,peccatum est,etiam sine effectu. de Aruisp. 42. Clodius Cilicum libidines barbarorúmq; satiauit.2. de Fin.60. Satis ne ergo pudori consulat,si quis sine teste libidini pareat?5. I.V.207. Quò non nostrorum hominum libido iniquitásque peruaserit.

¶ *Luxuries.*1.de Ora.194.Docemur autoritate nutúque legum, domitas habere libidines,coercere omnes cupiditates.4.I.V.97. Voluntatem patris anteponendam putauit libidini suæ.1.de N. 42. Effusæ in omni intemperantia libidines. I. P. 48. Profundæ libidines.pro Cluen.12.Repentè exorta est mulieris importunæ nefaria libido. 1. I. C. 13. Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus tuis vnquam,quod flagitium à toto corpore abfuit? & 2.In.Cat.8.Catilina alijs fructum libidinum pollicebatur,alijs, &c.& *ibidem.* Non mediocres hominum libidines.pro Milone. 74.Is cui nihil vnquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine.& 77. Nunquam ille à liberis ,à coniugibus vestris effrenatas libidines suas cohibuisset.pro Fon.27. Turpitudo , quæ à libidine aut à petulantia aut ab audacia nata sit. & 28. Quæ ad suspicionem stuprorum ac libidinum pertinent.I.P. 86. Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinésque subierunt.2.I.A.45.Puer emptus libidinis causa.2.de Or.226.Nihil superest,libidines totum dissiparunt.2.de Or.154. Timidè tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti.3.I.V. 78. Tantæ ne tuæ Verres libidines erunt, vt eas capere ac sustinere non prouinciæ populi Rom.non nationes exteræ possint.*ibid.* Nisi libidini tuæ cupiditatiq; paruerit. 6. I. V. 115. Conferte huius libidines cum illius continentia. pro M. Cæl. 43. Nulla luxuries reperietur , nulli sumptus,nullum æs alienum, nulla conuiuiorum ac lustrorum libido. Hortens. Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliscit.

¶ *Voluntas,arbitrium,desiderium,studium.* pro Fon.26.Si perlatum erit in Galliam , equites Romanos rem ad illorum libidinem iudicasse.3.de Leg.35.Suffragandi nimia libido.2. Inu. 132. Quæ in mentem aut in libidinem veniunt.de Fin.lib.1.Ad libidinem fingere aliquid.2.I.V.30. Ad nostrum arbitrium libidinémque aduersariorum minas eludemus.pro S.R.141. Ad libidinē suam aliquem vexare.2.Offi.84.Tanta in eo peccandi libido fuit,vt, &c.de Sen.40.Libido voluptatis ad omne facinus suscipiēdum hominem compellit.

✠ *ADIVNC. Auidæ, Flagitiosa & perdita,de Senec. Consertatrices voluptatis.3.Offi. Consularis.* 1. *Contra Rull.Effrænata. pro Mil.Effrenata,& nefaria,indomita pro Cluent. Effusæ in omni temperantia, meræ.* 1. *de Nat.Flagitiosa.*14.*Philip.Flagitiosæ, tantæ.* 3. *In Ver. Ignaua,turbulenta,*1.*de Fin.Immanis.*1.*de Leg. Importunissimæ.*6.*In Ver.Inaudita,tota.pro Sest.Innumerabiles,*1.*de Rep.Inexplebilis.*5.*Tusc.Intolerabilis,muliebris.pro Cæl.Iuuenilis,Hort.Non mediocris hominis,*2. *In Ver. Nefariæ.*5.*In Ver.Nimia,*3.*de Legib. Petulans, Parad. profusæ,in Pis.Regia.pro Rab.Similis alicuius.* 3.*Tusc.Tenebricosæ,Turpissima,de Prou. Tribunitia.pro Domo. sua.*

☞ Syntaxis. *Procreandi libido. Libidine,non ratione viuere, loqui,iudicare. In libidine esse.peccatum est etiam sine effectu. Libidines habere domitas. Libido profunda in intemperanti.s. Effusa libido,nefaria, non mediocris. Facinus,libido. Effrenatas à nece cohibere libidines. Ad libidinem iudicare. Hæc non in mentem,sed in libidinem veniūt. Ad arbitrium & libidinem. Voluptatis libido.*

LIBANDVS,a,um.*decerpendus.*1.de Or.159.Libandus est etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos.

LIBATVS,a,um.*decerptus.*1.de Diu.110.Natura deorum, & qua vt sapientissimis placuit,haustos animos & libatos habemus.& lib.2.26.Diuinitas,vnde animos haustos,aut acceptos, aut libatos habemus.

LIBO,bas.*sacrifico,dijs consecro.*2.de L.19.Certásque fruges certasq; baccas sacerdotes publicè libanto.

¶ *Delibo,carpo,decerpo,colligo.*2.de In.4.Ex varijs ingenijs excellentissima quæque libauimus. 4. ad Her. 5. Libare suo nomini laudem ex aliorum laboribus. 5. Tus. 82. Libásque ex omnibus quodcunq; te maximè specie veritatis mouet.1.de Or. 218. Aliqua non vt sua possedisse,sed vt aliena libasse.

☞ Syntax. *Ex floribus libare præcipuos. Libatus à Deo animus, vel à diuinitate. Ex ingenijs primis multa libare. Sibi laudes ex aliorum laboribus libare. Multa aliena libare.*

LIBRA,bræ.*statera,trutina,id est,instrumentum, quo res ponderantur, & examinantur.*5.Tus.51.& 5.de Fin.91. Quo loco quæro , quam vim habeat libra illa Critolai : qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa , tantùm propendére illam bonorum animi lancem putat,vt terram & maria deprimat.1.de Orat.228. Facere testamentum in procinctu sine libra atque tabulis.3.de Orat.157. Nexum,quod per libram agitur.L.LIBELLA.

LIBRAMENTVM, ti.*extremitas.*4.Ac.116. Extremitatē & quasi libramentum,in quo nulla omninò crassitudo sit.

LIBRARIVM, rij.*catalogus quem registrum vulgò vocant,commentarium.*pro Mil. 33. Exhibe quæso Sex. Clodi librarium illud legum vestrarum.

LIBRARIOLVS,li.*librarius.*Att.lib.4.ep. 4. Velim mihi mittas de librariolis tuis duos aliquos,quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus.Att.li.15.ep.7.& pro Corn.14.Seruus pacificatus est cum librariolo suo.1.de Leg.7. Nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia,sed ex librariolis Latinis.

LIBRARIVS,a,um.2.I.A.11. Nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset.

LIBRARIVS, rij.*scriba, qui scribit libros.* ‖ *ij sunt quos nos nunc typographos vocamus.*2.Cont.Rul.14.Lex in publicum proponitur, concurrunt iussu meo plures vno tempore librarij , describtam legem ad me afferunt.10. I. A. 5. & pro Syl. 42. Illas tabulas describi statim ab omnib.librarijs imperaui.Att.lib.4.ep. 15. & lib. 13.ep.21.& 2.In Ant.8.Epistola librarij manus est.3.de Orat.171. Librariorum notæ.& Or.228.Interductu librarij. Ep.li.16.ep.21. Sed peto à te,vt quàm celerrimè mihi librarius mittatur,maximè quidem Græcus,qui mihi exscribat hypomnemata. Att.lib. 4.ep.4.De librarijs,si me amas,diligenter aduerte.& lib. 6.ep.6. Legi literas non tuas,sed librarij tui. Att.lib.8.ep.21.Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus.

✠ *ADIVNC.Plurimi,*1.*Contra Rull.Græcus.*16.*Famil. Plures.*2.*Cont.Rull.*

☞ Syntaxis. *Librarius exscribit leges. Librarij manu litera scripta.* erat igitur quoque priuatus minister,& scriptor librarius.

LIBRATVS,ta.*appensus,ponderatus.*5.Tus.69. Vnde terra,& quib. librata ponderibus,quibus cauernis maria sustineantur.

LICENTER,tiùs.*nimis liberè,immoderatè.*Or.77.Vt ingredi liberè, non licenter errare videatur.pro Cęl.57.Serui licentiùs liberiùs, familiariùs cum domina viuentes.1.de N.110.At quàm licenter fluentium frequenter transitio fit visionum.

☞ Syntaxis. *Licenter,liberè,familiariter.*

LICENTIA,tiæ.*libertas,impunitas,venia,libertas immoderata.* 5. in Verrem.3.Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam libertatémque viuendi.4. Acad.30. Ne maiorem largiar ei qui contradicturus est,libertatem & licentiam.1.Offi.103. Pueris non omnem licentiam ludendi damus.Att.li.10.ep.4.Hi nisi me ciuitate expulissent,obtinere se non posse putauerunt licentiam cupiditatum suarum. de Clar. 316. Is redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam impunitate & licentia repressit. pro Flacc.16. Græcia hoc vno malo concidit , libertate immoderata,ac licentia concionum.& 20. Græcorum dissoluta consuetudo & licentia impudens.& Or.155.Consuetudo dabat hanc licentiam. Qu.Fra.lib 1.ep.1,18. Immoderata libertas , infinita hominum licentia.1. Contra Rull. 15. Omnium rerum infinita atque intoleranda licentia.pro Mur. 20. Ne ab isto concessam videamur habere licentiam fingendi.1. de Nat. 124. Homo ad scribendi licentiam liber.3.Orat.37.Numerus liberiore quadam fruitur licentia.3.de Orat.151.Verba prisca , quæ sunt poetarum licentiæ liberiora.& li.1.70.Poeta numeris astrictior,verborum licentia liberior de Fat. 15. O licentiam iocularem. de Sen. 44. Tantùm licentiæ dabat gloria. 3. Offi. 20. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat.5.In Ver.220.Dare licentiam hominibus pecuniarum eripiendarum.pro Cæl. 48. Is abhorret non modò ab huius seculi licentia ,verùm etiam à maiorum consuetudine,atque concessis.2.Offi.28. Nisi multorum impunita scelera tulissemus , nunquam ad vnum tanta peruenisset licentia.pro Dom. 131. Tu in ciuis domo simulacrum non libertatis publicæ,sed licentiæ collocasti. Att. lib.15.ep. 11. Bella est autem huius iuris quinquennij licentia.pro Font. 30. Quantam habent ad maledicendum licentiam.1.Offi. 148. Magnis illis & & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur.de Am.89. In ijs

per

perniciosus est error, qui existimant peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. pro Mil. 85. Quem si vicisset, habiturus esset impunitatem, & licentiam sempiternam. pro Lig. 23. Vide, quid licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, vel potius quid audaciæ. pro Cæl. 16. Cuius rei ipse perpetuam licentiam optaret. Ep. lib. 4. ep. 9. Magna gladiatorum est licentia. 2. de Fin. 70. Epicurus luxuriæ licentiam pollicetur. 2. de Diu. 150. Resistere licentiæ alicuius. 5. I. V. 29. Hac licentia permissa, vt quantum vellent, auferrent. 1. de N. 108. A Democrito omnino hæc licentia. 4. In Verr. 67. Cum iste calumniæ licentiam sua autoritate dedisset.

¶ *Oratoria exornatio, cum apud eos, quos aut vereri aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos minimè offendat, aut quos hi diligunt, cum in aliquo errato verè reprehendi posse videantur.* 4. ad Her. 49.

✠ ADIVNC. *Admirabilis, Iocularis. de Fat. Non aliena ab actionibus honestatis. 1. Offi. Bella. 5. Att. Dissoluta, immoderata, impudens. pro Flac. Infinita. 1 ad Qu. Fra. & 5. In Ver. Infinita omnium, & intoleranda, 1. Cont. Rull. Iuuenilis. de Cla. Liberior. Maior. Ora. Magna. 4. Fam. Militaris. 6. In Ver. Perpetua. pro Cæl. Sempiterna. pro Mil. Tanta. 2. Offi.*

☞ Syntax. *Licentiam & libertatem alicui præcidere, largiri, dare, obtinere. Redundare & superfluere licentia & impunitate. Libertas immoderata, & licentia. Dissoluta consuetudo, & licentia. Licentiam habere. Infinita licentia, infinita & intoleranda. Liber ad scribendi licenciam. Tuæ licentiæ scelera liberiora. Poetis verborum licentia liberior. Ad vnum omnis peruenit licentia. Licentiam & audaciam dare:* in bonam partem.

LICENTIOR, is. 3. de Orat. 183. Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus.

LICEO, es. *liceor, æstimo.* Att. lib. 12. ep. 24. De hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram.

LICEOR, eris. *in licitationem pono, precium defero, præconi publico subigio, sub præcone subigo, voci acerbissimæ præconis bona alicuius subigio.* pro Cæc. 16. Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, fundus addicitur Ebutio. 3. Offi. 61. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet. 5. I. V. 77. Herbitenses liciti sunt vsque eò, quoad se efficere posse arbitrabantur. & 27. Eum qui manus quærierit, an eum qui digito licitus sit, possidere? & 99. Is liceri non destitit, & 160. Liceri contra aliquem. Att. lib. 12. ep. 37. Hæredes Scapulæ liceri cogitant.

☞ Syntax. *Liceri contra aliquem.*

LICET, bat. *licitum est, ius est, integrum est, ius habeo, fas est, licentiam habeo, decet, conuenit, datur, potest, legibus conceditur, integrum est.* pro Rab. Posth. 27. Quorum impunitas fuit nō modò à iudicio, sed etiam à sermone: id est, quæ facere licuit non modò per iudicia, sed etiam per sermonem. Att. lib. 1. ep. 14. Quo in genere mihi negligenti esse non licet. pro Flac. 71. Cur his per te frui libertate sua? cur denique esse liberos non licet? pro Cæl. 1. Vos laboriosos existimet, quibus ociosis ne in communi? quidem ocio liceat esse. pro Corn. 29. Si ciui Romano licet esse Gaditanum. Att. lib. 9. ep. 2. Impetrabis, inquis, à Cæsare, vt tibi abesse liceat, & esse ociosum. & lib. 2. ep. 1. Nihilo magis ei liciturum esset plebeio remp. perdere. pro Qu. 94. Si potent Næuius id quod libet, & ei libebit quod non licet. 2. Contra Rul. 19. Vt id quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret. pro Mil. 44. Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat. 13. In Ant. 14. Licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutisque conceditur. Par. 3. Quod non licet, id hoc vno tenetur, si arguitur non licere. Anteq. 23. Dum in ciuitate manere licitum est. 3. de Orat. 105. De hac re in vtraque partem disseri copiosè licet. 2. de Diu. 34. Sexcenta licet eiusmodi proferre. pro Mur. 8. Non mihi iam licet, nec integrum est, vt miseros non defendam. pro S. R. 127. Id quod postea si per vos iudices licitum erit, aperietur. & 49. Verùm quoniam ita Chrysogono videtur, artificium obliuiscatur, & studium deponat licebit. Ep. lib. 1. ep. 8. Si per eum mihi licebit. & lib. 4. ep. 5. Quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare. *bis.* & lib. 15. ep. 21. Tibi licet, mihi nefas est obliuiscì. 3. de Orat. 97. Licet hoc videre in reliquis sensib. 1. de Diu. 91. Videre licet nationes quasdam, &c. 1. Offi. 102. Licet ora ipsa cernere iratorum, qui, &c. 1. de Diu. 13. Mirari licet, quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera.

✠ ADVERB. *Impunè, 4. In Ver. Nusquàm. 2. Cont. Rull. Omninò non. 13. Philip. Omninò non versari in bellis. pro Corn. Planè. 4. Fam. Rectè. pro Dom. Tutò esse in Vrbe. 14. Attic.*

☞ Syntaxis. *Per leges licet. Non licet, neque integrum est.*

LICET, *pro quanquam.* de Am. 75. Quantumuis licet excellas. 3. de Leg. 24. Quantumuis enumeres multos licet, nullos tamen, &c. Postquam in Sen. 5. Licet corpus abesset meum, dignitas iam in patriam reuerterat. pro S. R. 31. Licet omnes in me terrores impendeant, subibo.

☞ Syntaxis. *Quantumuis licet. Quantumuis multa dicas licet.*

* LICINIVS, a, um. pro P. Quin. 25. Attia Licinia. pro Planc. 36. Nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitijs, omnes ambitus legis complexus est.

LICITATIO, onis. *auctio, hasta.* 4. I. V. 133. Exquisitis palàm precijs licitationibúsque factis. Att. lib. 11. ep. 15. Cum ea pars quæ videretur esse minor, licitatione expleri posset.

LICITATOR, oris. *qui res sub hasta positæ precium auget.* 3. Offi. 64. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet. Ep. lib. 7. ep. 2. Nunc quando tuum precium noui, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris veneat.

LICTOR, oris. *apparitor.* 7. In Ver. 117. Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, lictor Sestius. Qu. Fra. lib. 1. ep. 1. 10. Sit lictor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor, maioráque præferant fasces illi, ac secures dignitatis insignia, non potestatis. 2. Contra Rull. 92. Deinde anteibant lictores non cum bacillis, sed vt hìc prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus. pro Rab. Posth. 13. I. lictor, colliga manus.

✠ ADIVNC. *Improuidi. 7. Att. Laureati, in Piso. Molestissimi. 8. Att. Proximus. 6 Ver. Valentissimi. 7. Ver.*

LIGARIANA, næ. *oratio pro Ligario.* Att. lib. 13. ep. 19.

LIGATVS, a, um. *vinctus, constrictus, alligatus, illigatus, colligatus.* 4. I. C. 13. Cum filium eius impuberem ligatum à prætore missum in carcerem necandum esse dixit. de Vniu. 13. Mundus ita cohæret, vt dissolui nullo modo possit, nisi ab eodem à quo est ligatus.

LIGNEOLVS, a, um. *ligneus.* Qu. Fr. lib. 3. ep. 7. Hanc scripsi antè ad lichnum ligneolum.

LIGNEVS, a, um. 2. de Inu. 170. Vri posse ligneam materiam necesse est. 2. de Leg. 45. Ligneum autem quodcunque voluerit, vno è ligno cauato. 2. de Inu. 149. Ligneæ soleæ in pedes inductæ. 5. Tusc. 59. Ponticulus ligneus.

LIGNVM, gni. *materia, lignea materia, robur.* 3. I. V. 69. Ligna & sarmenta circundare, ignem subijcere cœperunt. & 45. Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit.

✠ ADIVNC. *Infelicissima. pro Mil. Viridia, atque humida. 3. In Ver.*

LIGVRES, *populi Italiæ.* 2. Contra Rull. 94. Ligures montani, duri & agrestes. 1. de D. 78. Multos terræ motus in Liguribus factos esse. de Cl. 255. & pro Cl. 72. & pro Dom. 47. & pro Sest. 68. Qui Ligurum castella expugnauerunt.

✠ ADIVNC. *Montani, atque agrestes. 2. Cont. Rull. Nouitius. pro Dom.*

LIGVRIO, ris. *helluor.* 5. I. V. 177. Non leuiter improbissima furta ligurire, sed deuorare pecuniam. Ep. li. 11. ep. 21. Cum quidam de collegis nostris agrariam curationē ligurirent, disturbaui rem.

✠ ADVERB. *Leuitèr. Timidè Lucra. 5. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Furta ligurire, & curationem agrariam.*

LIGVRITIO, onis. *helluatio.* 4. Tusc. 26.

LIGVSTICVS, ca, um. *vt bellum Ligusticum: id est, quod contra Ligures gestum est.* de N. lib. 2.

LILYBAEVM, bæi. 1. I. V. 56. Lilybæum Verres venit.

LILYBAETANVS, na. 1. I. V. 55. Agonis est quædam Lilybætana. & Ep. lib. 13. ep. 34.

LIMATIVS, *aduerb.* Vide LIMATVS.

LIMATVLVS, a, um. Ep. lib. 7. ep. 33. Opus est hìc limatulo & politulo tuo iudicio.

LIMATVS, a, um. *limatior, perpolitus, elimatus.* 2. de N. 74. Vir. moribus domesticis ac nostrorum hominum vrbanitate limatus. 1. de Ora. 180. Vir oratione maximè limatus & subtilis. de Cla. 93. & 3. de Fin. 40. & Ep. lib. 8. ep. 1. Limatum dicendi genus. Ora. 21. Alij subtili quadā & pressa oratione limati. 1. de Or. 180. Vir limatus & subtilis. de Fin. lib. 5. 12. De summo bono duo genera librorū sunt: vnum populariter scriptum, quod *ἐξωτερικὸν* appellabant: alterum limatius. de Cla. or. 35. Nihil enucleatè dici, quo fieri possit aliquid limatius.

✠ ADVERB. *Maximè, & subtilis. 1. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Moribus & vrbanitate limatus. Oratione subtili & pressa limatus. Limatus & subtilis. Iudicium limatum & politum.*

LIMEN, nis. *superior inferiorq; ianuæ pars, introitus, ianua, ostium.* 2. de N. 67. Fores in liminibus profanatum ædium ianuæ nominantur. pro Dom. 60. Nec illi tam cupidi liminum meorum & valuarum fuerunt. pro Cec. 35. Non modò limine tectóque ædium suarum, sed primo aditu vestibulóque prohibere quempiā. pro Cæl. 34. Qui simulac pedem limine extulerat, &c. 5. Tusc. 13. Extra ostium liminéque carceris.

✠ ADIVNC. *Sanctissimum. 2. Philip.*

LIMES, tis. *semita, via.* de Som. 19. Benemeritis de patria, quasi limes ad cœli aditum patet.

LIMO,as.*polio,detraho,elimo.*1.de Orat. 115. Neque hæc ita dico,vt ars aliquid limare non possit.de Cl.236. Habuit à natura genus quoddam acuminis,quod etiam arte limauerat.3. de Or.33.Sed tantum alteri affinxit,de altero limauit. & 188. Stylus qui & alia & hoc maximè ornat ac limat. de Op.9.Quoniam se ipse ad mi nutarum genera causarum limauerat.Ep.li.3.ep.8.De tua benefica prolixaque natura limauit aliquid posterior annus.

LIMOR,aris.1.Acad.2.Institui quædam ad eum,quæ sunt magna sanè,& limantur à me politiùs.2.Offi.35.Cum veritas ipsa limatur in disputatione.

✠ *ADVERB. Consultò se,de Opt. Politius.*1. *Acad.*

☞ Syntaxis. *Animi acumen arte limare. De aliqua re limare. Stylus omnia ornat ac limat. Limare se ad. Fortuna limat multum de benefica & prolixa natura. Politius limare. Limatur in disputatione veritas: id est, elicitur, perspecta est.*

* LIMVS, i.ep.Luta & limũm aggerabant.

LINEA, neæ. *filum,quo materiam & opera sua artifices dirigunt, vel ipsa figura,quæ filo colore infecto fit. Sunt etiam geometrarum lineæ, latitudine & crassitudine carentes.* Qu.Fr.lib. 3. ep.1. Diphilus aliquando perpendiculo & linea discet vti. Att.lib.4.ep.8. Lineam tenere in agendo.Parad.1.Peccare,est tanquam transire lineas: quod cum feceris,culpa commissa est:quàm longè progrediare,cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet.1.Tusc.40.Ferri sursum rectis lineis. 1. de Fin. 19. Ferri deorsum ad lineam.

✠ *ADIVNC. Recta.*1. *Tusc.*

☞ Syntaxis. *In agendo tenere lineam. Lineas transit, qui peccat. Ferri rectis lineis. Ad lineam ferri.*

LINEAMENTVM. *linea.*4.Acad. 116. Lineamentum sine vlla latitudine.

¶ *Figura, forma quæ linearum ductu constat.* 3.de Fin. 75. Animi lineamenta pulchriora sunt,quàm corporis.1.de Ora.187.In geometria,lineamẽta,formæ,interualla, magnitudines. de Cl.298. Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse. 1. de Nat.47. Compositio membrorum, conformatio lineamentorum. & 75. Deorum lineamenta atque formæ. 4. I. V. 89. Eum multo magis figura & lineamenta hospitæ delectabant.1.de D. 23. Aspersa temerè pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt.& lib.2. 48. Cum ad lineamenta oris peruentum est. 6.I. V. 98. Tu illius æris temperationem & operum lineamenta solus perspicis? Or.186. Numerus quasi quandam palæstram & extrema lineamenta orationi attulit.* 2.Acad.Lunæ quæ lineamenta sint,potésne dicere?

✠ *ADIVNC. Extrema.*1. *de Nat. Pulchra.*3. *de Fin.*

☞ Syntaxis. *Animi lineamenta. Conformatio lineamentorum. Lineamenta & forma. Figura & lineamenta hospitæ. Afferre orationi palæstram & extrema lineamenta.*

LINGVA, guæ. *pars in animante vocis formandæ præcipua.*2. de Na. 135. Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus. 2.de N. 149.In ore sita lingua est,finita dentibus, quæ sonos distinctos & pressos efficit;cum ad dentes,& ad alias partes pellit oris:itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes.2.de D.96.Quorum linguæ sic inhærent,vt loqui non possint,hæ scalpello resectæ liberantur.1.de Orat.115. Sunt quidam ita lingua hæsitantes,ita voce absoni,vt,&c. & 3.de Or. 4.Hæc tibi est excidenda lingua,qua vel auulsa, libidinem tuã libertas mea refutabit.& 1.de Or.245.Vt totum illud vti lingua nuncupãtur, in magistri carmine scriptum videretur. Qu. Frat. lib.1.ep.1. 31. Linguam omnibus diligentissimè esse continendam.2.de Or.266.Gallus pictus ejecta,lingua,buccis fluentibus. & 1.de Or.83. Oratores quidã lingua celeri & exercitata. & 114. Linguæ solutio, vocis sonus. * pro Flac.54. Cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium concio ventilata.

¶ *Sermo.*3.de Orat. 221. Verba neminem mouent,nisi eum,qui eiusdem linguæ societatẽ coniunctus est. 5.Tus. 116. In his linguis quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi sumus.3.de Fin.51.& 5.Lingua Latina inops.& 3. Tusc.9.& 10.Lingua Latina vberior Græca. 2. Tusc. 35. Lingua Græca copiosior quàm Latina. 1. de Fin. 10. Latinam linguam non modò non inopem,sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam.3. de Fin. 51. Cum vteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac nouis : quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. Quanquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles.

✠ *ADIVN. Aliena,ficta.*2. *de Orat. Celer, & exercitata.* 1. *de Or. Copiosa, vberior. Innumerabiles.*5 *Tusc.*1. *Tusc. Inops. pro Cæc. Non modo inops sed locupletior.* 1. *de Fin. Libera. pro Sest. Petulantissima, in Sall. Titubans. pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Lingua finita dentibus ad dentes pellit. Inhærent linguæ balbis. Lingua hæsitans. Cotinere linguam. Exerta lingua: id est, exerta. Coniunctus linguæ societate.*

LINQVENS,tis.pro Plan.26.Minturnenses C.Marium linquentem terrã eam,quam seruauerat, lachrymis votisque omnibus prosecuti sunt. * de Glor.

Hîc est vitæ tamprídem lumina linquens.

LINQVO,quis.1.de D.18. *Luce serenanti vitalia lumina liquit.*

LINQVOR,ris.de Fat.36.Vt is in insula Lemno linqueretur.

LINTRICVLVS,li.*linter,*Att.lib.10.ep.12.

LINTER,tris.*nauicula genus.*de Cl.216.Motus erat is in Curione, quem C. Iulius in perpetuũ notauit, cum ex eo in vtráque partem toto corpore vacillante,quæsiuit, quis loqueretur è lintre. pro Mil.75.Lintribus in eam insulam materiam conuexit.

LINTERNVS,ager:*Straboni Linternus.*2.Contra Rul.65.

LINTEVM,tei. pro Rab. 39. Merces fallaces quidem & fucosæ chartis & linteis & vitro delatæ.

LINTEVS,a,um.*ex lino: vt vestis lintea.*7.I.V.145.

LINVM,lini.7.I.V.27.Reticulum tenuissimo lino,minutis maculis plenum rosæ. 3.I.C.10. Tabellas proferri iussimus,linum incidimus,legimus.

LIPARENSIS,e.5.I.V.85. Liparensium testimonium.

LIPPIO,pis.ad Att.lib.7.ep.14.Cum leuiter lippirem , has literas dedi.

✠ *ADVER. Leuiter.*7. *Attic.*

LIPPITVDO,nis.*oculorũ morbus ex pituitæ destillatione.* 4. Tusc. 81. Citiúsque repentinus oculorum tumor sanatur,quàm diuturna lippitudo depellitur.Att.lib.8. ep. 21. Lippitudinis meæ signum, tibi sit librarij manus. & ep. 16. Mihi molestior lippitudo erat etiam,quàm antè fuerat.& li.1.ep.13.Si scriberem ipse,longior epistola fuisset,sed dictaui propter lippitudinem.Qu.Frat.lib.2. ep.2.Non occupatione, sed paruula lippitudine adductus sum, vt dictarem hanc epistolam. Att. lib. 10. ep. 19. Crebrò refricat lippitudo,non illa quidem perodiosa,sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

✠ *ADIVN. Diuturna,*4. *Tusc. Molesta,* 8. *Att. Odiosa, perodiosa.*10. *Att. Paruula.*1. *ad Qu. Frat.*

☞ Syntaxis. *Lippitudo refricat.*

LIQVATVS,ta,tum.2.Tusc.25.Guttæ liquatæ ardore solis.

LIQVEFACIO,cis.*mollio.*1. Tusc. 52. Quem nullæ lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.

LIQVEFIO,fis.*liquesco,tabesco.*2.de N.26.Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi.3. I. C.19. Cum & legum æra liquefacta sunt.

LIQVESCO,scis.*liquefio.*2. Tus. 52. Cum voluptate liquescimus, fluimúsque mollicia.

☞ Syntaxis. *Voluptates liquefaciunt animum. Voluptate liquescere flueréque.*

LIQVET, bat. *constat.* pro Cæc. 29. Cum causam non adisset, & potestas esset ampliandi,dixit sibi liquere. & *ibid.* 31. Cum quid liqueret,non habuistis.pro Cl.76.& 106.& Att.lib.1.ep.1.Iudices non liquere dixerunt.1.de Diu.6. Cum id, de quo Panætio non liquet,reliquis solis luce clarius esse videatur.1.de Nat. 29. Protagoras sese negat omninò de dijs habere quod liqueat.& 2.de Nat.3 Sed quod inter nos liqueat, ne tu quidem intelligis. & li. 1. 118. Protagoras cui neutrum liquerit , nec esse deos,nec non esse.& lib.2 3.Si haberẽ aliquid quod liqueret.4.Ac.94. Si habes quod liqueat,neque respondes,superbi.1.de In.64.Simili modo liquet, alteram quoque approbationem separatam esse.

☞ Syntaxis. *Liquere alicui, inter aliquos.*

LIQVIDO,diùs.*certo.*5. I. V. 136. Nemo erat, quin hoc se audisse liquidò diceret.& 6.In Ver. 124. Confirmare hoc liquidò possum 15.Fam.ep.6.Amicitiæ dedisti quod liquidò veritati dares. Ep. lib.10.ep.10.Tamen lectis tuis literis liquidiùs de toto sensu tuo iudicaui.2.de Fin.38. Quod eo liquidiùs faciet,si,&c.

LIQVIDVS, a, um. pro Cec. 78 Quicquid inde haurias,purum liquidúmque sit.Genus sermonis liquidum,fusum profluens.)(.

¶ *Exile. aridum, concisum.*1.de Fin.58,Liquida voluptas, & libera.

☞ Syntaxis. *Liquido dicere, confirmare, facere, iudicare.*

LIQVO,as.L. LIQVATVS.

LIQVOR,oris.*humor.*)(.*concretio.*2.de N.26.Aquæ admistum esse calorem, primùm ipse liquor,tum aquæ declarat effusio. & 98. Liquores perlucidi amnium.de Vn.42. Causæ quæ vim habeãt caloris & frigoris,concretionis & liquoris.

✠ *ADIVN. Inuidus, Arat. Perlucidi omnium.*2. *de Na. Viuens.*1. *de Diu.*

LIRIS,tis.*fluuius.*2.de L.6.Ex eo loco Fibrenus statim præcipitat in Lirim. * 5.de Leg.Descendamus ad Lirim.

LIS,tis.*controuersia, iudicium, res, causa, concertatio.* 1. Offi.59. Si lis in iudicio sit , propinquum potius defenderis. pro Muræ. 27. Rem an litem dici oporteat. pro Q.R. 39. Roscium suas,non societatis lites redemisse.2.de Or.305.Quid si,cum pro altero dicas , litem tuam facias? pro Q.R.45.In sua lite vel in alieno iudicio. 1. de Or.118.Multitudo litium,& varietas causarum.5.I.V.32:Bona sua repetere ac persequi liti atque iudicio.1.de Orat. 118. Lites,

contro

controuersiæ & causæ.& 42.Intendere litem alicui.pro R.P.10. Inferre litem alicui.pro Cl.116. Litem capitis in aliquem inferre.& *ibid.* Vt lis hæc capitis æstimaretur.& *ibid.* Æstimationem litis non esse iudicium.pro Cl. 116. Si quæ in eum lis capitis illata est,non admittunt.3.I.V.95.C. Dolabellæ H-S. ad tricies litem esse æstimatã.& 5. Ver.184. H-S. v i i i.milib.lis æstimata est.2.Ver.38.Lis æstimata est eo nomine,quòd,&c.pro Mur.42. Lites seuere æstimatæ.1.de Or.197.Neque intelligebat,si ita esset,litem aduersarium perditurum.pro Q.R.3.Secundum tabulas alicuius litem dare.& 54. Litem damni iniuria cum aliquo contestatam esse.Att.lib.16.ep.14.Non enim procuratores litem contestabuntur.pro R.P.9. In litibus æstimãdis nemo appellabatur,nisi ex testium dictis,aut tabulis priuatorũ,aut rationibus ciuium.& 8.Sunt lites æstimatæ A.Gabinio,nec prædes dati.

¶ *Disceptatio quæuis.*1.de Legib.53. Philosophi ætatem in litibus conterunt.

✠ *ADIVNC. Intestatæ,priuata,tota.pro Qu.Rosc.Insolita.5.In Ver.Noua.pro Cæc.Priuatæ.1.de Finib. Reliquæ.14.Philip.*

☞ Syntaxis *Lites redimere, suas facere. Sua bona lite persequi. Lis, controuersia,causa.Litem inferre alicui,in aliquem. Æstimare capitis litem, litem perdere, alicui dare, contestari.*

LITERA,ræ.*nota,literæ,scriptura.*2. de Nat. 93. Si innumerabiles vnius & viginti formæ literarum vel aureæ, vel quales libet aliquò coniiciantur, posse ex his in terram excussis, annales Ennij vt deinceps legi possint,effici. 2. de Inu. 141. Literæ quæ tenues & obscuræ notæ sunt voluntatis.2.de L. 10. Neque cum literis,quibus scita scribuntur,rectum aut oritur, aut occidit. 3. de Or. 43. Vt Iota literam tollas, & E plenissimum dicas. 2. de Diu.85.In robore insculptas fuisse priscarum literarum notas. 2. de In.16.Omne nomen ex aliquibus literis scribitur.2.de Orat. 240. In omnib. parietib. inscriptas fuisse literas, tria LLL,duo M M.& 249.Similitudo verbi ad literam immutati,vt Næuius, Ignauius.2.de Or.280.In eius tabulis ostendit literas A.F.P.R.& 1.de Or.260.Demosthenes eius artis,cui studebat, primam literam non poterat dicere.3.de Fin. 74. Quid non sic ex alio nectitur,vt non,si vnam literam moueris,labent omnia? Ep.lib.15. ep.16.Puto te iam suppudere,cùm hæc tertia iam epistola antè te oppressit,quàm tu schedulam aut literam. 4. Acad.6.Sed nè literam quidem vllam facimus nisi forensem.3.de Or.57. Cum ipse literam Socrates nullam scripsisset.pro Ar.18.Nullam literam scripsi.*id est,nihil scripsi* Ep.lib.2.ep.17. Ille cum ad Thermũ de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit. de Cl.27. Ante Periclem litera nulla est, quæ quidẽ ornatum habeat.1.de Or.86. De frangendis cupiditatibus litera in eorum libris nulla inuenitur.6.I.V. 127. Quod iste si vnam literã Græcã scisset,nõ sustulisset.1.de In.68.Definite literas legis perscrutari. Att.lib.2.ep.2.Si homo esset,eum potius legeret,quam vnam literam scriberet.Part.126. Ex consequentibus, quòd ea litera de accusatore soleat dari iudici. pro Mil. 15. Litera salutaris, litera tristis in iudicando.pro S.R 57. Crura quidem nobis nemo suffringet:sed si ego hos bene noui,literam illam,cui vos vsque eò inimici estis, vt etiam eas omneis oderitis, ita vehementer ad caput affigent,&c.Att.lib.7.ep.2.Alexidis manum amabã,quòd tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ. pro Syl. 45. Literæ posteritatis causa repertæ sunt, quæ subsidio obliuioni esse possent.*Literæ singulæ,quid notabant antiquis, vide Probum de Literarum notis.** pro Cec.38.Vt tantum facinus non in æquitate defensionis,sed in vna litera latuisse videatur?

¶ *Eruditio,doctrina,peritia.*de Ar.18. Versor in studio literarum. pro Ar.3.In studijs humanitatis ac literarum versari.2.de Leg.3. Agere ætatem in literis. pro S. R. 121. Non est verisimile, vt Chrysogonus horum literas adamârit aut humanitatẽ. de Cla. 265.Erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam & reconditæ.3. de N. 42. Qui interiores & reconditas literas scrutantur. de Cla. 252. Multæ literæ reconditæ & exquisitæ.Ep.lib.3.ep.10.Literæ interiores.ep.11. Literæ disertæ. 2. de D. 98. L. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus.2. de Or.72.Homo non hebes neque inexercitatus, neque politioris humanitatis & communium literarum expers.I.P.70. Græcus non philosophia solùm, sed etiam literis, quod ferè cæteros Epicureos negligere dicunt,perpolitus.3.de Or.130.Geometria, musica,literæ. de Cla. 153. Literarum scientia & eloquendi elegantia.& 259.T. Flaminius literas nesciebat.2.I.A. 20. Tantum dicam,neque illos, neque vllas omninò te literas nosse. *ibidem.* Meæ literæ nomini Romano laudis aliquid afferunt.pro Ar.16. Ad percipiendam colendámque virtutem literæ adiuuant. 6. I. V 98.Homo sine ingenio,sine literis.de Ar.18.Non his delector aut vtor omninò literis, quæ nostros animos deterrent atque auocant à religione.Att.lib.9.ep.12.Nunc mihi nihil libri, nihil literæ,nihil doctrina prodest.Att.lib.4.ep.16. Retuli me ad literas & studia nostra.Ep.lib.1.ep.7.Literis omnibus à pueritia deditus.* Hortenſ.Literis talibúsq; doctrinis antè excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbuí & præparari decet.

¶ *Insuper memoria, seu monumenta,tabellæ,libelli.*1.de Or.192.Omnia enim hæc neque ita multis literis aut voluminibus magnis continentur.5.I.V.209.Memoria,monumenta,literæ.3.de N.48. Sed illud nomen veterum literis est vsitatius.1.Tus.6.Mandare literis cogitationes suas,& tradere memoriæ.4.Acad.2. Consignare aliquid literis,& mandare monumentis.1.Tus.38. Extare literis.2.de Or.52.Custodire literis aliqua.5.In Ver.112. Nomina aratorum & cum singulis pactiones Decumanorum literis persequi & conficere necesse est.pro Clu.186. Tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferas? neque earum literarum obsignatarum autorem,neque testem vllum nominabis?

¶ *Multitudinis cãsu,epistola,tabulæ,codicilli.*Ep.lib.15.ep.14.Id quãdo non accidit,vtemur bono literarum:& eadem ferè absentes, quæ si coràm essemus,consequemur.3. I.C.6.Dare literas alicui ad aliquem. Att.lib. 5. ep. 4. Literas Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. Att. lib. 7. ep. 23.Ecce Cassij literæ,Nigidium à Domitio Capuam venisse, eum dicere Vibullium è Piceno currere ad Cn.confestim insequi Cæsarem.*ibidem.*ep.22.Idibus vesperi è Philotimo literas accepi,Domitium exercitum firmũ habere,Cæsarem intercludi posse,eúmque id timere. Ep. lib. 1. ep.7.Legi tuas literas,quibus ad me scribis,&c.Ep.lib.2.ep.7.De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces ex ijs literis,quas Thrasoni liberto tuo dedi.& *ibid.* Vnis literis totius ætatis res gestas ad senatum perscribere & li.4.ep.4. Sæpius ad aliquem literas vno exemplo dare.& lib.10. ep. 18. Binæ continuæ literæ.Att.lib.5.ep.21. Lucius queritur apud me per literas, &c. Att.lib.9.ep.19. Cum eius clementiam Corfinienſem per literas collaudauissem. Ep.lib.1.ep.7. Per literas tecum sæpissimè colloquar.4.I.V.24. Lucullus de Dionis iniuria grauissimè per literas cum Verre quæstus est.At.lib.1. ep.17. Ei nunc epistolæ literis his respondeo.Ep.lib.1.ep.7. Non eius generis meæ literæ sunt,v eas audeam temerè committere.At.lib.4.ep.3.Literas in alienum incidere.Ep.lib.2.ep.4. Committere aliquid literis. At.li.1.ep.10.Literæ non committendæ sunt eiusmodi periculo, vt aut interire aut aperiri aut intercipi possint. & lib. 6. ep. 3.Aperire literas.pro Plan. 85. Te aiebas de tuis reb. gestis nullas literas misisse.At.lib.4.ep.4.Literas tuas Fisulanus mihi dedit.Ep. lib.7.ep.5.Cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer accuratiùs domi meæ,literæ mihi dantur à te,&c.Ep.lib.10. ep.16.Literæ frigidæ & inconstantes.Ep.lib.4.ep.9.Literæ multis verbis scriptæ. Ep. lib. 11.ep. 11. Literæ breues.)(.*Plenores.*& *ibid.*ep.29.Et vberiores.Ep.li.3.ep.11.Prudentia tuarum literarũ. Ep.lib.7.ep.33.Literæ facetæ & elegantes. Ep. lib. 3. ep.6. Literæ scriptę mea manu.At.lib.5.ep.14.Antequam aliquo loco consedero,neque longas à me, neque mea manu literas expectabis. Att.lib.15.ep.17.A quo adhuc nulla litera est.3.I.V.92. Vt Romã venit,nullam literam pupillo,nullam tutoribus reddidit.

✠ *ADIVNC.Accuratissimæ,amantissimæ,antemeridianæ, Commodæ consolatoriæ, Suaues,totæ, vespertinæ, nimis veteres.13.Att.Acerbæ,cruentæ,expectatissimæ, minaces,& acerbæ.16.Fam.Acerbissimæ,aculeatæ ardentes. πεπυκνωμέναι,benè longæ,tranquillæ.14.Attic. Antiquiores,gratæ,iucundæ,hilariores,nec tamen firmæ,impudentissimæ,Tristes,& metuone veræ.7.Attic. Antiquissimæ,vehementes.6.In Ver.Argutissimæ,humanissimæ,ineptæ, ὑπομνηματισμοῖς, Obuiæ,plenissimæ amoris,officij,diligentiæ,recentissimæ.6.Att.Atrocissimæ,priores.9.Fam.Breues.8.Att.Breuis.)(.Longa,in suauissima,vastior.Or.Breuiores,fideles,longiores,Variæ.3.Att.Quàm celerrimæ,& quàm creberrimæ,desertæ,dignæ aliquo, plenæ dignitatis,officij,interiores, perbreues.3. Fam.Certæ,grandes.7.In Ver.Commendaticiæ,iucundæ,proximæ.5.Fam.Communes,prima. 1. de Or.Complures,integræ,& reliquæ,primæ,integræ,publicæ,& corruptæ.4.In Ver.Consulares.pro Sest. Continuæ,stomachosiores.8.Fam.Cõtumeliosæ,iniquæ,inusitatæ,contrariæ,iniquissimæ, refertissimæ Officio,diligentia,suauitate.1.ad Qu.Frat. Contumeliosæ,minaces, minimè dignæ quæ ab aliquo mittantur. priuatæ,raræ, similimæ edicti. 11. Fam. Crebræ,crebriores,gratæ,languidiores,odiosæ.11.Att.Creberrimæ,iucũdissimæ,longæ,plenæ timoris,auctoritatis,prudentiores, vberiores, victrices.5. Att. Domesticæ,falsæ,improbissimæ, plenæ rerum nouarum,maximéque mirabiles,præclaræ,ep. ad Bru.Expectatæ,vberrimæ,Verissimæ.4.Att. Extremæ,*

facetæ,atque elegantes,gratißimæ,longißimæ,rabioſulæ,fatuæque.7.Fam.Falſæ,& corruptæ,incorruptæ.pro Flac.Forenſis.4 Aca.Forenſes,& ſenatoriæ.2.Off.Frigidæ,& inconſtantes,gratiores, gratißimæ in remp.& ſententijs plenæ,Similes.10.Fam.Gratißimæ, & bellæ.15.Fam.Inanes,matutinæ,neceſſariæ, nouæ,pomeridianæ,ſuperiores.12.Att.Ingratæ.2.Philip.Interiores,& reconditæ,priſcæ.3.de N.Satis liberales.14.Fam. Liberiores.1.At.Manifeſtæ.5.In Ver.Multæ.de Sen.Multæ,& reconditæ.15.Fam.Multæ,& quidem reconditæ,& exquiſitæ,plurimæ,vulgares,ſed interiores quædam& reconditæ,plures,& illuſtriores.de Cla.Pergratæ,Suauiores,ſuauiſsimæ,triſtes.3. ad Qu. Fra. Periucundæ.1. Fam Perpaucæ,minimè obſcuræ.pro Mur.Plenæ quidem officij,raræ quidem,ſed ſuaues,2. Fam.Propriæ.12. Fam.Publicæ.3.de Leg.Publicæ.)(.Priuatæ.2.In Ver. Salutares.9.At.Salutaris.)(.Triſtis,in iudicando.pro Mil.Superuacaneæ.16.Att.Teſtes.pro Qu.

☞ Syntaxis. *Eſt huius manus perſimilis tuæ literæ.Studio humanitatis ac literarum.In illo ſunt literæ non vulgares,ſed reconditæ, interiores, exquiſitæ,diſertæ.Geometria,literæ.Literarum ſcientia.Literas neſcire. Libri,literæ,doctrina.Ad ſtudia ſe,ac literas referre.Literis mandare, conſignare.aliquid exſtare,cuſtodire,perſequi,conficere,conſcribere. Literas dare ad aliquem.Vno exemplo literæ multæ.Per literas colloqui. Incidere literas in alienum, in alienas manus. Literæ frigidæ, multis verbis ſcriptæ,plenæ,prudentes,facetæ.* Dare literam, pro literas: id porrò per quam ratò.

LITERATE.*ſcitè,eleganter.*2. de Orat.253. Bellè & literatè dicta laudantur.I. P. 61. Rationes enim ita ſunt perſcriptæ ſcitè & literatè, vt,&c.de Cla.205.L. Ælius ſcriptorum veterum literatè peritus.& 108.L.Furius Pilus per benè Latinè loqui putabatur, literatiúſque quàm cæteri.de Aruſp.17.Literatè reſpondere.

LITERATVRA,ræ.*ipſa ſcriptura.*Part.26.Memoria eſt germana literaturæ quodammodo,& in diſſimili genere perſimilis.nam vt illa conſtat ex notis literarum,& ex eo in quo imprimuntur illæ notæ:ſic confectio memoriæ tanquam ceta locis vtitur,& in his imagines vt literas collocat.

¶ *Eſt in ſuper varia eruditio.*2.I.A.116.Erat in Cæſare ingenium, ratio,memoria,literatura,cogitatio,&c.

LITERATVS,a,um.ſſimus.*liberaliter eruditus,doctus,& ſciens* Ep. li.9.ep.16.Frater tuus,quem literatiſſimum fuiſſe iudico, facilè diceret,hic verſus Plauti non eſt,hic eſt.3.de Nat. 22. Quod literatum eſt, id eſt melius quàm quod non eſt literatum. pro Mur.16. Tua nobilitas hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior.pro Com. 3. Viri literati, ac ſtudijs doctrinisque dediti. 3. Offi.58 Homo nec infacetus & ſatis literatus. de Cla.81. Albinus & literatus, & diſertus fuit. & 265. Plena literatæ ſenectutis oratio.

¶ *Literarius.*5.Tuſ.105.Quid dulcius literato ocio?

☞ Syntax.*Bellè & literatè laudare.Scitè & literatè ſcribere.Literatè peritus.Perbene Latinè loqui,& literatè.Literatè reſpondere.Quod literatum eſt.Literatus,& ſtudijs doctrinæq;deditus.Nec infacetus,& ſatis literatus.Literatus & diſertus.Plenus literata prudentia liber. Literato ocio nihil dulcius.*

LITERNVM,*villa.*Att.lib.10.ep.15.

LITERVLAE,arum.Att.lib.7.ep.2. Chryſippus,quem ego propter literularum neſcio quid libenter vidi,in honore habui.

✠ & lib.6.ep. 9. Admiratus *σύγχυσιν* literularum quæ ſolent compoſitiſſimæ & clariſſimæ eſſe.

✠ADIVN.*Argenteæ,minutæ.6. In Ver. Copioſiſsimæ, & clariſsimæ.6.Att.Vacillantes.16.Fam.*

LITIGANDVM.Att.lib.2.ep.7.Mira ſum alacitate ad litigandũ.

LITIGANS,tis. pro Cæl. 27. Aliquot enim in cauſis eum videram fruſtra litigantem.

LITIGATOR,is. pro Dom. 115. Emit domum litigatoribus de fatigatis propè dimidio carius quàm æſtimabat,&c.

LITIGIOSVS,a,um.*litium cupidus,calumniator,controuerſus.* 1. de Or.255. Vereris,ne tua domus,ſi à litigioſis hominibus non colatur,à cæteris deſeratur?& 2.de Orat.182. L. PERTINAX.pro Muræ.26.Quid huic tam loquaciter litigioſa facias.pro Cęc.14. Defenſor nimiũ litigioſus, cõcitus ad rixam.1.RIXA.pro Pla. 82.Si in familiaritate mea locus eſſet nemini niſi litigioſo & nocenti.1.de Legib.18.Ignoratio iuris litigioſa eſt.5.de Fin.76. Habent enim bene longam & ſatis litigioſam diſputationem. 3.de Orat.106. Litigioſum prædium.*id eſt, controverſum & controverſa res.*

✠ADVER.*Loquacitèr.pro Mur.*

LITIGO,as.*diſcepto.*Att. lib.13.ep.36. Hircius cum Quintio acerrimè pro me litigauit.Ep.lib.9.ep. 25. Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari. de Amic. 99. Qui litigare ſe ſimulans blanditur.Qu.Fr.li.2.ep.9.Litigarem tecum, ſi fas eſſet, ſed,&c.13.I.A.30.Hic cum C.fratre putat ſe litigare.pro Q.R.53. Qui per ſe litigat.)(.*Qui cognitorem dat.*

✠ADVERB.*Acerrimè.pro aliquo.13.Att.*

☞ Synt. *Litigare cum.Litigare, & iudicijs conflictari. Per ſe litigare.*

LITO,as. *liuor,bene promitto.* pro Fl. 96. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego,&c.

LITOR,aris.*lito.*2.de D.36.Hoſtia litatur pulcherrimè.*ibi.*38.Cùm pluribus dijs immolatur,qui tandem euenit,vt litetur alijs,alijs non litetur:quæ autem tanta inconſtantia deorum eſt,vt primis minentur extis,bene promittant ſecundis?

✠ADVERÈ. *Pulcherrimè,2.de Diu.*

LITVRA,ræ,*linea inducta ad aliquid delendum.*pro Cl.41.Oppianicus,qui digito legata deleuerat,ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignauit.Ep.lib. 6. ep. 7. Cum mendum ſcripturæ litura tollatur. pro Ar.9. His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinij videtis.3.I.V.92.Deinde in codicis extremam ceram nomen infimum in flagitioſa litura fecit. & 4. In Ver. 104. Videtiſne totum hoc nomen,coràm vbi facit delatum,eſſe in litura? quid fuit iſtic antea ſcriptum?quod mendum iſta litura correxit? & 191.Caudam illam Verris tanquam in luto demerſam eſſe in litura.pro Arch. 9. Litura vnius nominis commotus eſt.

✠ADIVN.*flagitioſa.3.In Ver.*

LITVS,oris. *ora terminus q; terræ ad mare.* Top. 32. Litus eſt quà fluctus eludit.2.de Inu.97.In litore fluminis Eurotæ.Or.107.& 10.I.A.8. Quid tam commune,quàm mare fluctuantibus, litus iectis?pro Dom.140.In litore deſerto aram conſecrare.2.de N. 100.Amœnitates orarum & litorum.Att.li.12.ep.10.Villa litore, tum proſpectu maris,tum,&c. Qu.Frat.lib.2. ep. 15. Timebam litus inſulæ.

✠ADIVNC. *Delicatiſsimum.7. In Ver. Deſertum. pro Dom.Publica.Top.*

☞ Syntaxis. *Orarum & litorum amœnitas.*

LITVVS,tui.*bacillus ita dictus.*1.de Diu.30. Quid lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus? & *ibid.* Lituus erat incuruum & leuiter à ſummo inflexum bacillum..*ibid.*.Lituus auguralis ab eius litui,quo canitur,ſimilitudine,nomen inuenit.& *ibid.* Lituo Romulus regiones direxit, tum cum vrbẽ condidit. At.li.2.ep.8.De lituis *βωμοῖς*.2.de N.9.De lituo actij Nauij.

✠ADIVN. *Inſigne auguratus, Clariſsimum.1.de Diu.*

LIVIDVS, a, um. 4. Tuſc. 28. Ergo inuidi,maleuoli liuidi,&c.L. INVIDVS.

LIVIVS,uij.de Cl.72.Liuius,qui primus fabulam docuit.

* LIVIVS,a,um.2.de Leg.14.Leges Liuiæ.

LIVOR,oris.*inuidia.*Brut.Ep.lib.11.ep.10.Tu enim è certo ſenſu & vero iudicas de nobis: quod iſti ne faciant:ſumma maleuolentia & liuore impediuntur.

¶ *Eſt quoque nota percuſſionis in corpore ſine vulnere.*2.ad Her. 8.Si tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui.

✠ADIVNC. *Summus.6.Famil.*

LOCATIO,onis. I.V.Act.5.18.Se cupiditate prolapſos nimium magno conduxiſſe: vt inducereturlocatio, poſtulauerunt. *ibid.* Locationem facere.At.lib.4.ep.3.Porticus Catuli locatione reficiebatur.Ver.Act.3.152.Scelerata locatione ſpoliatus. * Frag.ep. Locatio precioſa.

LOCATVS,a,um.2.Contra Rul.49.Agri à cenſoribus locati ſunt. de Cl.209.Membra ſuo quæque loco locata.Or.217. Si quis eorum pedum in extremo locatus eſt.pro S.R.56. Anſeribus cibaria publicè locantur in Capitolio,vt,&c.7.I.V.119. Non palàm viuorum funera locabantur.1.de Or.138.Quæſtio de re certis in perſonis & temporibus locata.At.lib.6.ep. 1. Ciuitatem in Catonis fide locatam fundituſ perdidiſſem. pro Cæl. 67. Deinde forteis viros ab imperatrice in inſidijs, atque in præſidio balnearum locatos.de Amic.40. Etenim eo loco locati ſumus: vt, &c. 1. Tuſc.80. Ipſi animi magni refert quali in corpore locati ſint. * de Conſolat.Te approbantib.Dijs immortalibus ipſis,in eorum cætu locatam conſecrabo.

LOCO,as.*repono.*Ep.li.2.ep.6.Mentem denique omnem in Milonis conſulatu fixi & locaui. pro Mur. 30. Duæ ſunt artes, quæ poſſiunt locare hominem in ampliſſimo gradu dignitatis. 1. Academic. 36. Inter rectè factum & peccatum media locabat quædam.

¶ *Adapto,accommodo.*Quin.Frat.lib.3.ep.1. Ad Telluris quidem tuam ſtatuam locaui.

¶ *Conducenti trado.* 9. I. A. 16. Vtique quæſtores eam baſim ſtatuámque faciendam & in roſtris ſtatuendam locent.3.I.V. 154. Locarat opus faciendum maxima pecunia. & 145. Opus quod tu H-S.DLX.millibus faciendum locaſti.1.de In.47. Si Rhodijs turpe non eſt portorium locare, nec Hermocreonti quidem

turpe

turpe est conducere. Att.lib.15.ep.16. Dolabella locũ illum sternendum locauit.pro Q.R.28. Disciplina quæ erat ab hoc tradita,locabat se non minus H S.CCCLIII 2. I.A. 44. Curio te in matrimonio certo ac stabili locauit.2.ad Her.38. Locare aliquã alicui nuptijs. 3. de Leg. 11. Locãssint. *pro locauerint.* 3. I. V. 130. Cum consules ædes suas locauissent.

¶ *Æstimo.* de Amic. 104. Vos hortor, vt ita virtutem locetis,vt ea excepta nihil amicitia præstabilius puteris.

ADVERB. *Publicè Cibaria.pro Sex.Rosc.*

☞ Syntaxis. *Locata suo loco membra. Locata cuique cibaria. Locata quæstio.id est, constituta. Ciuitas locata in fide alicuius. Summo loco locatus. Animus in corpore locatus.*

LOCRIS,*regio.* Att.lib.3.ep.15.

LOCRENSIS,e.5 Tus.59.Doris Locrensis.& 7.I.V.89.

LOCRI,*populi.* Att.lib.6.ep.1.5.de Fin.87.& 2.de N.6.I.P.96.

LOCVPLES, tis: tior,ssimus. *dives, abundans, idoneus, fide dignus.)(. Egens.*1.I.V.55.Mulier copiosa planè & locuples. 1. de Orat. 161. Tanquam in aliquam locupletem & refertam domum venissem.pro Pl.86.Egentes in locupletes armabantur. pro Q. R. 22. Egebat?imò locuples erat.3.de Orat.183. Cuius membra sunt in omni locupleti oratione diffusa.5.de Fin.13. Lysias oratione locuples,rebus ieiunior.ad 4.Her.45.Magnæ & locupletes copię. 2. de Diu. 119. Iam Pythagoras & Plato locupletissimi autores iubent,lib.1.37.Collegit innumerabilia oracula Chrysippus,nec vllum sine locuplete autoritate ac teste.de Cl. 47. Locuples autor Thucydides. Att.lib.7.ep.7. Nec moderatior, quàm Sylla in pecunijs locupletũ. At.li.8.ep. 2. Quasi locupletior autor, quàm Socrates,mihi quærẽdus sit.1.de Fi. 10.Latina lingua,nõmodò non inops,sed locupletior etiam est,quàm Græca.1.de Nat.113. Locupletior hominum natura ad beatè viuendũ quàm deorũ de Offi.lib.3.10.Quem enim locupletiorem quærimus, quàm, &c. * Frag. ep. Nec locupletem ad hoc autorem habebamus.

✠ ADVER. *Maximè,6.In Ver.parùm. 7. Att. Quidem Certè,3.Phil.Sanè,4. In Ver.*

☞ Synt. *Copiosus & locuples. Domus locuples & referta. Oratio locuples. Oratione locuples. Copiæ magnæ & locupletes. Autoritas locuples.*

LOCVPLETANDVS,a,um.2.ad Her.46. Quæ pertinent ad exaggerandam & locupletandam argumentationem.

✠ LOCVPLETATVS, a,um. 7. In Ver.78. Mancipijs,argento, veste,locupletatus.

LOCVPLETO,as. *lito,diuitijs augeo, orno,fortunis locupleto,augeo.* Ep.lib.2.ep.13.Mihi erat in animo ciuitates locupletare.2.de Fi. 90.Sapientes locupletat ipsa natura.1.Contra Rull. 67. Hæc lex eos fortunis locupletat.1.de Ora.234.Cuius artem cùm indotatam videres,verborum eam dote locupletasti & ornasti.de Cla. or.331.Eloquentiam locupletasti grauitorum artium instrumẽto.2.de Inu.1.Locupletare aliquem locum egregijs picturis.

☞ Syntaxis. *Ornare & locupletare orationem. Locum locupletare picturis egregijs. Exaggerare & locupletare.*

LOCVS,ci:LOCI,orum:& LOCA,orum. *locus ab oppido quid differat,& quis in loquendo rectus vsus, quæstio grammatica.* 2. de Orat. 358.Corpus intelligi sine loco non potest.Par.36. In locis autem & illa naturalia,maritimi an remoti à mari, plani an montosi, leues an asperi, salubres an pestilentes, opaci an aprici: & illa fortuita,culti an'inculti,celebres an deserti coædificati an vasti, obscuri an rerum gestarum vestigijs nobilitati, consecrati an profani.de Cla.289.Occupare locum in subsellijs.2.de N.83.Aer videtur quasi locum dare & cedere.de Sen.63. Cum quidam in theatrũ venisset in magno cõcessu locũ ei à suis ciuibus nusquã datũ.Par.1.Quibus circũscriptus est habitandi locus. Att.li.8.ep. 10. Respõdit se,quod in nũmis haberet,nescire quo loci esset.2. ad Her.7.Locus quæritur publicus an priuatus fuerit, cuiusmodi loci attingant.Ep lib.9. ep. 2. Erit enim nobis honestius, videri venisse in illa loca ploratum potius quàm natatũ.3.de Ora. 18.Locus opacus & frigidus in sylua.7.I.V. 79. Locus amœnus & arbitris remotus.2.de Ora.290.Nec amœnum,nec salubrem locum censeo.de Clar. 289. Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco.pro Sext.Rosc.68.Locus opportunus, aptus ad eam rem.1.de In.29.Locus opportunus,tempus idoneum.1. de Or.2. Qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximæ molestiarum & turbulentissimæ tempestates extiterunt.5.I.V.207. Locus intra Oceanum iam nullus est, neque tam longinquus,neque tam reconditus:quò non peruaserit,&c.pro L.Varen.Cum iter per agros & loca sola faceret.con. C. Anton. Vt non esset locus tam sanctus, quò non aduentus tuus crimen afferret. *ibid.* Vt tibi primum locum concederem. *ibid.* Te è postremo in tertium locum esse subiectum. pro M. Scau.Propinquitas & celebritas loci.Frag.ep. Vt Hercules Antianus in alium locũ transferretur.Oecon.1. Præparatis idoneis locis.Oecõ.2.Qui me absente in meũ locũ substituitur.Hortẽs. Omnibus planetis in eundẽ recurrentibus locum.5.de Leg. Neque dum satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur. Incer. Qui fuit locus religiosissimus, is erit desertissimus.

¶ *Item occasio,facultas,conditio,gradus,numerus.* Ep.li.2.ep.5. Loco excelso & illustri sita est laus tua.& lib. 3. ep. 8. Illud scio,meos multos, & illustres, & ex superiore & ex æquo loco sermones habitos eum tua summa laude.1.de Offi. 142. Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt.Ep.lib.4. ep.2. & lib.16.ep.12. Quem in locum res deducta sit, vides. pro S. R. 153. Videte, quem in locum remp.peruenturam putetis. Brut. Ep. prid.Inu.7.Res in eum locum venerat, vt nisi,&c.in potestatem hostium veniendum fuit. 2. de Leg. 53. Eo loco res est ita soluta hæreditate, quasi ea pecunia legata non esset. Ep. lib. 4. ep.3.Nihil loci relictum est tuæ scientiæ.& lib.1.ep.9.Nulli improbo locus est ad remp.violandam.& lib.3.ep. 6. Iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse.3.de Nat 19. Repentè auertis orationem,nec das respondẽdi locum.1.de Or.118.Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus.pro Qu.53 Aliquid loci rationi & consilio dare,& sese colligere.& 61.Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est?Or. 127. Quotiescunque dabitur amplificandi locus. pro Mur. 70. Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem proferendi beneficij locum.Or.143.Nullam habeo instituendi aut docendi locum.pro Dom. 64. Non erat in tantis iniurijs nouæ crudelitati locus.& 140. Ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. pro Planc. 82. Si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso aut nocenti, pro Qu.49.Vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.pro Flan.68. In tam maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. de Cla. 290. Est etiam in arte tanta huic minutæ subtilitati locus. Att.li.12.ep.19. Nec est quicquam aut paruæ curæ aut nouæ loci.2.de Orat. 219. In hoc altero, &c. quid habet ars loci? pro Mur. 12. Maledicto nihil in hisce reb. loci est,omnia laus occupauit.2.I.C. 6. Non est iam leuitati locus,saueritatem res ipsa flagitat.pro Mur.63.Esse apud hominẽ constantem ignoscendi locum. & 48. Quo mihi etiam durior locus est dicendi datus.pro Dom.86. Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtinebit?pro Dom.147.& pro Pl.81.Qui in mea salute principem semper locum autoritatémque tenuistis. Qu.de Pet.4. Prodest, quorũ in locum ac numerum peruenire velis,ab ijs ipsis illo loco ac numero dignum putari.2. I. A. 71. Quem locum apud Cæsarem obtinuisti, quo numero fuisti.7. I.V.124.Ipsi in hostium numero locóque ducemini.4. I.V.134. Præsertimq; eo numero & loco.ad Brut.ep.17. Habere aliquem loco patris.de Cla.1.Ex quo augurum institutis in parentis eum loco colere debebam.Postquam.in Sen.34. Is mihi in filij loco fuisset,nunc certè erit parentis.2.de Orat.200.Sodales nobis in liberũm loco more maiorum esse debent. de Pro 41. Is me habebat eodem loco,quo suum generum.ad Brut.ep.13.Succedere alicui in parentis locum.I.P.31.Túne etiam ausus meum illum discessum,&c.in maledicti & contumeliæ loco ponere?pro Cl. 62. Obijcere aliquid alicui in loco maledicti, vel criminis. in Sal.17. Si quis prædæ loco magistratum accepisset. de Clar. 137. Qui hoc munere in ciuitate functi sunt, vt tenerent oratorum locum.At.lib.6.ep.1. Perbono loco res est.& lib. 11.ep.13.Et tum meliore loco res erant nostræ.de Ar.61.Vt meliore simus loco, ne optandum quidem est, deteriore statu sumus, &c. pro Sest. 68. Res erat & causa nostra eo loci, vt erigere oculos & viuere videretur.pro Dom.36. Ille tibi loco filij per ætatem esse potest. 1. I. V. 61. Prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere. Ep.lib.2.ep.6.In loco beneficij,vel mercedis numerare aliquid. Qu.Frar. lib. 1. ep. 1. 10. Deferre aliquid alicui non in beneficij loco,sed in laboris & muneris.3.de Nat.76.Vbi igitur locus fuit errori deorum.2. de Inu. 144. Petere sibi aliquid loco præmij. Ep.lib. 10. ep. 31. Cæsar me vetustissimorum familiarium loco habuit.& lib.5.ep.3.Te mihi fratris loco esse duco. 2. de Fin. 50. Qui honestatem eo loco habet, vt sine ea iucundè putes posse viui.1.de Or. 183. Muliet, quæ in concubinæ locum duceretur. Ep.lib.7.ep.3.Criminis loco putant esse, quòd viuam. 2. de Fin. 90.Qui voluptatem nullo loco numerat.3.de Fin.66. Nec iustitiæ vllus esset,nec bonitati locus.Ep.lib.13.ep.23.Esse magno loco apud regem. & lib. 3. ep. 6. Tenere primum locum apud regem.3. de Finib. 52. Obtinere primum vel secundum locum.de Cl.81.Et tenuit cum hoc loco quendam.Or.4.At enim in poetis non Homero soli locus est,sed & Sophocli,&c.pro Cl.150. Qui in summum locum ciuitatis non potuerunt ascendere. & 132. Locus senatorius ludis. pro Plan. 12. Esse ex equestri loco. Ep. lib.3.ep.9.Tua dignitas suum locum obtinebit.2.de Ora. 198.Si placuerit, vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis.Anteq. 2. Fidei conducit in loco beneficium retribuere.Ep. lib.11.ep.16.Literæ non loco redditæ.pro Cæl.9.Quoad ætas M. Cælij dare potuit suspicioni locum. pro Cor. 16. Cuius audita virtus dubitationi locum non daret.Ep.lib.1 ep.1. Sed planè nec precibus nostris,nec admonitionibus reliquit locum.2.de Nat. 128.Cum in locis semen insedit,rapit omnẽ ferè cibum ad sese. in Sal.6.At quanto meliore loco resp.staret,si tu, &c. 11. I. A. 11 Qui se consulatum in Bruti locum petere profitetur.3.Offi.117

Nam vbi primùm prudentiæ locus dabitur? & *ibid.* Apud eum quem locum habet fortitudo.de Sen. 40. Libidine dominante temperantiæ locus non est. & Parad. 5. Qui ista tractant, non honestissimum locum seruituris tenent. & *ibid.* Qui ciuitatis locum infimum tenent. 2. de Inu. 149. Quo in numero hoc, & in quo loco illud haberi conueniat. Att. lib. 1. ep. 10. Res eodem est loco, quo reliquisti. & lib. 9. ep. 6. Valde gaudeo, si nunc est vllus gaudendi locus. & ad Brut. ep. 3. Nostræ res meliori loco videbantur. Qu. Fra. lib. 1. ep. 2. Via iuris eiusmodi est quibusdam in rebus, vt nihil sit loci gratiæ. & lib. 2. ep. 3. Vrgere illi, vt loco nos moueret. & *ibid.* Incidi in eum locum in dicendo, cum Sestius multis vulneribus acceptis subsidio Bestiæ seruatus esset.

¶ *Sedes doctrinæ.* 2. de Orat. 152. Aristoteles proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationē inueniretur. & 236. Locus & regio quasi ridiculi. Ora. 46. Aristoteles locos, sic enim appellat, quasi argumentorum notas tradidit. Topic. 8. Locus est argumenti sedes. Par. 5. Loci sunt, in quibus latent argumenta. 2. de Or. 118. Locos argumentorum paratos & expeditos habere oportet. & 162. Sedes & tanquam domicilia omnium argumentorum. & 3. de Or. 104. Loci communes, qui de vniuersa re tractare solent, vt, &c. de Cl. 46. Scriptæ fuerunt & paratæ à Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nunc communes appellantur loci. & 82. Communibus locis vti. & 4. Ac. 80. Define communibus locis. Orat. 122. Traditi sunt, è quibus argumenta ducantur, duplices loci: vni è rebus ipsis, alteri assumpti, &c. 2. de Diu. 3. Magnus locus philosophiēque proprius à Peripateticorum familia tractatus vberrimè. Or. 162. Est enim hic locus latè patens de natura vsuque verborum. & 136. Nullus locus à Demosthene edicitur sine conformatione quadam sententiæ. &, Inducere locos communes. Or. 118. Loci philosophiæ de religione, de morte, de pietate, &c. & 126. *Auctus* in communibus locis maximè excellet, qui communes appellati, eo quòd videntur multarum ijdem esse causarum, sed proprij singularum esse debebunt. 2. de Inu. 48. Hæc argumenta, quæ transferri in multas causas possunt, locos communes nominamus. Par. 1. Aliquid conijcere in communes locos. 1. de Leg. 27. Exprimere aliquem locum in libris. Parad. 1. Cato cum sententiam in senatu diceret, locos graues ex philosophia tractabat. Orat. 72. Itaque hunc locum longè latéque patentem philosophi solent in officijs tractare.

✠ *A* DIVN. *Abditus, horribilis alicui, & formidolosus, Ignobilis, planus Senatorius. pro Clu. Abdita, plures, venusta.* 15. *Att. Accommodatus ad aliquid. pro Syll. AEquus.* 3. *Fam. AEquus, & planus, deserti. pro Cæc. AEstiuus, exiguus, permulti, vmbrosus,* 3. *ad Qu. Frat. AEthereus, altissimus, callidiora infimus mundi, priuati, publici, quietus ad pariendum, Sanctissimus, tortuosi.* 2. *de N. Alienus, communes, ieiuni, & inanes industrior, maximè opacus, & frigidus.* 3. *de Or. Alieni, atque externi, incōmodior, iucūdior, miserrimus.* 4. *Fam. Altior posterior, prior, Celeberrimi. pro Quint. Altissimus, & maximè, excellens, πολιτικὸς, vacuus ab omni turba.* 4. *de Fi. Altissimus, & munitissimus.* 5. *Fam. Amœni, dignus, durior, gladiatorius. pro Mur. Amœni.* 12. *Att. Amœnus, & ab arbitris remotus, ampliſſimus ad agendum, antiquior. honestus, humilis, atque obscurus, Inanes indignissimus, obscurus, pulcherrimus.* 7. *In Ver. Amœnus, & salubris, Anceps, inauditus, lubricus, & volubilis, Multi, & illustres, parati, atque expediti* 2. *de Or. Angustus clarissimus vrbis, princeps in salute alicuius, vacuus in aliqua re, pulcherrimus vrbis. pro Dō. Angustior diuersa maximè inter se, lōginquus, & reconditus, superior inferior.* 5. *In Ver. Apertus, & propatulus, præclarus, atque editus.* 6. *In Ver. Appositus ad tolerandam calamitatem, Familiaris,* 3. *At. Apti, assumpti, noti, & tractati, patens longè, latequè, Orat. Apti, & accommodati, lubricus.* 1. *Offi. Aptiores consequentes & Antecedentes, oratorius, finitimus, proprior, repugnantes, Simplex, Top. Aptissimus, ad exultandum. Oportunior, saluber, amœnusque, superior, æquus.* 6. *Fam. Auguratus, communis cum aliquo, in Vatin. Auspicatus.* 3. *Cont. Rull. Bellissimus, expeditus ad mutandum.* 5. *Att. Cælestis, maior, medius mūdi, obnubila, & obsita tenebris, totus.* 1. *Tus. Celeber, excelsus, inuidiosus, & plenus latronum, Occultator, & receptator latronum. pro Mil. Celeber, in Piso. Celeberrimus vrbis, Celeberrimus, ac religiosissimus, equestris, & nobilissimus, honestissimus & apud aliquem clarissimus, Maximi.* 4. *In Ver. Certus, communis, desertus,) (celebris, Contrarij, oportunus, priuatus, proprij, Sacer, profanus, publicus, alienus, tutus alicui.* 1. *de In. Certus, ac definitus, Excelsus & plenus stellarū, illustris, & clarus, rari, & angusti, de Som. Scip. Ciuilis.* 3. *de Leg. Clarior. pro Deiot. Consularis.* 1. *Philip. Crebri.* 16. *At. Desertus, & inhumanus,* 2. *Phil. Desertior.* 13. *At. Difficilis, multi, & graues, magnus, & Philosophiæ proprius, proximi.* 2. *de Diu. Difficilior, extremus. pro Cornel. Disiunctissimi, maximéque inter se diuersi, longinqui, & diuersi, ornatissimus ad dicēdum, pro Pomp. Diuersi, inanes, illustres, liber, tolerabiles, de Clar. Dulcior, excelsus, & illustris.* 2. *Fam. Durissimi, & frigidissimi.* 8. *Fam. Equester, mutuus, Pær. pro Planc. Extremus dicendi, publicus, aut religiosus, pro Sest. Facilimus.* 12. *Fam. Feracior, & vberior, necessarius.* 3. *Off. Graues, honestissimus, Parad. Idoneus, paruus, & angustus.* 1. *de Leg. Idoneus ad aliquid. de Opt. gen. Impeditissimus, ad iter faciendum* 11. *Fam. Inferior, plurimus, proprius.* 1. *de Finib. Infera, plani, montosi, leues, asperi, Arat. Infimus. medius.* 5. *Tusc. Lætus, lubricus, sanè, & periculosus, pares, præceps.* 4. *Acad. Libera ab arbitris.* 15. *Fam. Maritimi, remoti à mari, salubres, pestilentes, opaci, culti, inculti, celebres, deserti coëdificati, vasti, obscuri rerum gestarū vestigijs, nobilitati, consecrati, profani. Part. Melior, Sacra, & religiosa, profana, Similimi, de Arusp. Montosi, & illustres. de Amic. Multi.* 3. *In Ver. Munitissimus.* 1. *Catil. Nobilis.* 1. *de Diu. Occulti, paruus. pro Flac. Occultior.* 10. *Attic. Oportunus, aptus ad rem aliquā. pro Sex. Rosc. Paternus, reliquus.* 13. *Philip. perbonus.* 6. *Att. Periculosissimus.* 7. *Philip. Pituitosi, & quasi redundantes,) (exsiccati, atque aridi, Salubres) (pestilentes, de Fato. Planissimus, publica vrbis, publicus,* 2. *Cont. Rull. Præclarus.* 4. *Att. Prætorius.* 5. *Philip. Primarius.* 3. *de Finib. Plurimi.* 2. *de Fin. Propinqui.* 2. *Att. &* 1. *Fam. Quietus & tranquillitatis plenissimus.* 1. *de Orat. Religiosi, Summus. pro Rab. Sanctus, de Prou. Scopulosus, difficilisque. Diu. Stabilis.* 8. *Att. Superiores. pro Cæl.*

☞ Syntax. *Locum occupare, dare & cedere. Quo loci est? Locus opacus, frigidus, amœnus, remotus arbitris, saluber, opportunus & aptus. Loco illustri, & excelso sita laus. Res deducitur, venit, est, in locum in loco. Rationi & consilio locum dare. Docendi locum habere: id est, tēpus. In hac re nihil est maledicto loci. Principē tenere locum in alicuius salute. Locum habere apud aliquem præcipuum. Patris loco, & in loco habere, colere. Admonitionem in loco contumeliæ ponere. Prædæ loco magistratum gerere. Eo loci res est. In loco beneficij numerare & deferre quippiam. Loco nullo numerare aliquem, aliquid. Apud aliquem esse magno loco, & locum tenere. In locum ciuitatis summum ascendere. Ex equestri loco esse. Conijcere causam in locos.*

LOCVTIO, onis. *sermo.) (reticentia.* Or. 64. Quanquam omnis locutio oratio est, tamē vnius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. & de Cla. 258. Solū & quasi fundamentū oratoris vides locutionē emendatam & Latinam. & *ibid.* Græca locutio. 3. ad Her. 23. Sermo est oratio remissa & finitima quotidianæ locutioni. 1. Offi. 146. Risus, locutio. reticentia, vocis summissio.

✠ *A* DIVN. *Emendata, & Latina. de Clar.*

LOGICE, ces. *dialectica.* 1. de Finib. 22. Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac differendi, quæ λογικὴ dicitur, Epicurus planè inermis ac nudus est, tollit defensiones, nihil de diuidendo ac partiendo docet: non, quomodo efficiatur concludatúrque ratio, tradit: non qua via copiosa soluantur, ambigua distinguantur, ostendit. de Fat. 1. Explicanda vis est ratióque enunciationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant: quæ de re futura, deq; eo quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quæstio est, quam περὶ ἀνηκτῶν appellant, totáque est logicæ: quam rationem differendi voco.

LOGIGVS, a, um. 4. Tus. 33. Habes ea, quæ de perturbationibus enucleatè disputāt Stoici: quę logica appellāt, quę differūtur subtiliùs: è quibus tanquā è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

LOGODEDALVS, li. *verborum artifex, & anceps.* Or. 39. Thrasimachus

machus Chalcedonius & Leontinus Gorgias,& alij,quos λογο-δαιδαλους appellat in Phædro Socrates.

LOGI. *sermones,vel dictum ridiculum.* Callio, Ego te certè scio omnes logos,qui ludis dicti sunt,animaduertisse.ex Nonio.

LOLIGO,inis.*quasi voligo,piscis volutans.*2.de D.145. Oligenes & Delphini exultantes tempestatem futuram significant.

LOLIVM,lij.*herba.* Attı.lib.2.ep.2.De Lolio sanus non es,de vino laudo.

LOMENTVM,ti. *farina fabarum,* Ep.lib.8. ep. 14. Persuasum est ei,censuram lomentum aut nitrum esse: errare mihi videtur, nam sordes eludere volens,venas sibi omnes & viscera aperit.

LONGE,ius,ssimè.*procul,longinquo.*)(*propè.* Att.lib.5. ep. 17.Appius quàm longissimè potuit,discessit.Ep.lib.14. epi.2. Longius non discedam.pro Flac. 72. Longè omninò à Tyberi ad Caicum.1. Tuscu.113. Satis longè ab oppido ad fanum.3.de N. 57.In Arcadia non longè à Lusio flumine.4.in Verr.53. Bidis oppidum est non longè à Syracusis.pro Flacc.66.Non longè à gradibus Auteliis hæc causa dicitur.Ep. lib.4.epi. 12.Cum non longè à Pyræo abessem.pro D.111.Eius simulachrum non longè à Tanagris in sepulchro positum fuit.Att.li.12.ep. 22. Non progrediar longius quàm mihi concessum est.2.de N.54. Neque à sole lõgius vnquam vnius signi interuallo discessit.Ep.lib.2.ep.7.Longè absum,audio serò.& lib.3.ep. 8. Tam longè inquis? & ep.12. Cum tam longè abfuturus essem. 2. de Fin. 36. Propè, longè stare, mouere. ad Oct. Cur castra longius aduersariorum castris,& propius vrbem mouentur.pro Quin.79.Quàm longè est hinc in saltum vestrum Gallicanum.Qu.fr.li.3.ep.8.Isti Neruij quàm longè sint nescio.pro Planc.17.Longissimè abesse ab aliquo.& 4.Acad.36.Longissimè abesse à vero. de Prou. 29. Quid Oceano longius inueniri potest?pro Sylla.54.Tempus muneris dandi longè abest.)(*appropinquat.*de Clar.60.Varro vitam Næuij producit longius. & 129. Aliquis longius ætate prouectus. pro Rab.29.Longius quàm vitæ termini postulant,cogitare.4. I.V.65.Epicrates longè mihi obuiam processit.de Ar.3.Iracundia longius degredi quàm conueniat.2. de N. 40. Sol longè latéq; collucet.1.de D.79.Dij vim suam longè latéq; diffundunt.1. de N.54.Longè latéq; peregrinari.5.Tusc.76. Longè latéque se pandere.2.de Fin.68.Longe latéq; plurimum tribuere alicui.7. I.V.114.Longè omnes multúmq; superare.5.de Finib.40.Cum longè multúmq; præstat mens.& lib.2.110.Nos longè multùm que superamur à bestiis.5.Tusc.87.Longè & retrò ponere. 2.de D.119.Horum defensio repetita quàm longè est.4.de Finib.21. Longè ad virtutem processerunt. 7. I. A 19.In posterum quàm longissimè prouidere.Ep.lib.2.ep.8.Longè in posterum prospicere.Att.li.1.ep.1.Ab instituta nostra paucorũ dierũ cõsuetudine longè refugit.Ep.lib.5. epi.10. Longè alia conditione ac cæteri imperatores.Ac.li.4.101.Lõgè aliter se habere ac sensibus videatur.4.in Ver.10.A quo mea voluntas longissimè abhorret. 1. de Orat.215.Multum inter se distant istæ facultates, longéq; sunt diuersæ atque seiunctæ.de Cla.55. T. Coruncanus longè plurimum ingenio valuit.2.de Orat.160.Ab Aristotelis inuentis tibi videor non longè aberrare.in Sall.3.Longè falleris opinione. de Clar.230.Hortensius suos inter æquales longè præstitit.Or. 162.Hæc dixi longius quàm instituta ratio postulabat: breuius autem,quàm si hac de re vna disputarem. pro Sylla. 49.Et erat huic iudicio longè dissimilis illa contentio.5.in Anto.49.Quorum longè vicit sapientia cunctos.de Clar.224. Vir longè post natos homines improbissimus.2.Tuscul.46.Volo autem dicere,illud homini longè optimum esse.de Ar. 53.Quorum mentes sunt perditæ, longeq; à communi salute disiunctæ.Postqu. in Sen.14.Nõ cognoueram eum,quàm longè hinc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset. Epi. lib.14.ep.1.De Q.fratre nihil longè recusaui.Ep.lib.12. epist.22. Longè gentium. 1. de Leg. 3. Non longè è tua domo. Top.8. Abesse,loneq; disiunctum esse.& At.lib.6.ep.3.Quippe res est in manibus,tu autem abes longè gentium.1.de Orator. 12. Quod longissimè sit ab imperitorum intelligentia sensuque disiunctum.2.in Anton. 78. Cæsari venienti obuiam longissimè processit.& 5.In Ant.1.Nihil vnquam longius Cal. Ian. mihi visum est.*Eleg.Iam mare Tyrrhenum longè penitusque palumbes Reliquit.

☞ Syntaxis. *Quàm longè est hinc in Galliam? Ille longè est. Longè ætate prouectus. Longè obuiam progredi. Longè latéq; multum tribuere alicui. Longè omnes multumq; superare. Longè ad virtutem procedere. Longè in posterum prouidere. Longè aliud, aliter, diuersa, seiuncta. Longè plurimum ægrotare. Longe falleris opinione. Longè improbissimus. Longè optimum, Longè hinc abest ille. Nihil longè recuso. Longè gentium. Non longè è domo. Quid ea die longius erit?*

LONGINQVITAS, tis.*diuturnitas.*)(*propinquitas.*1.de D.2.Eandem artem etiam Ægyptij longinquitate temporum innumerabilibus penè seculis consecuti putantur.5.Vusc.117. Dolores longinquitate producti vehementius torquent.1.de Diuin. 12.& 1.de Fin.40.& lib. 2. 88. Nihil est, quod non longinquitas temporis efficere possit.Epi.lib.2.ep.9.Quò propter longinquitatem,& propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur.1,de In.38.Longinquitas loci.10.I.A.16.Alter nondum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus est.*Oecon.1. Ne genus humanum temporis longinquitate occideret. 3. Tusc. 35. Sed tamen magna medicina quam affert longinquitas temporis.

✠ ADIVN.*Nimia locorum,pro Pomp.*

☞ Syntaxis. *Dolor longinquitate productus. Longinquitas temporis, morbi,loci. Non audio propter longinquitatem* indicat ergo vocabulum hoc & diuturnitatem,& interuallum.

LONGINQVVS,a,um.*diuturnus,longus.*pro Mi.77.Clodius æqualiter in propinquos & in longinquos irruebat.pro Dei.10. Homo longinquus & alienigena. 2. I. C. 29. Exterus hostis atque longinquus.pro Pomp. 46. Ex locis tam longinquis & diuersis, 5.I.V.207.Locus longinquus & reconditus.Ep. lib.15.epi.9.Nos quidem longinqui, & à te ipso missi in vltimas regiones. 2. de Diu.28.Et quàm diuturna ista obseruatio? aut quàm longinquo tẽpore potuit obseruare.2.de N.161.Quarundã herbarũ lõginqui temporis vsu & periclitatione percepimus.1. de Di. 109. Longinqua obseruatio.At.li.3.ep.14.Longinqui temporis spes. Par.112. Tempus differendi in longinquum,2.de Finib.94.Longinquus dolor.& lib.3.46.Nec longinquiora breuioribus anteponantur.in Arat.

LVXVRIA,riæ?& LVXVRIES, ei. *luxus, intemperantia,libido*. pro Sext. Roſc. 75. In vrbe luxuries creatur,ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia.2.de Oratore.171.Auaritiam ſi tollere vultis, mater eius eſt tollenda luxuries. 1. contra Rullum. 20. Luxuries Annibalem Capuæ corrupit. pro Muræna. 13. In quo luxuriam reperire non poteſt,in eo te vmbram luxuriæ reperturum putas?& 76.Odit populus Romanus priuatam luxuriam,publicam magnificentiam diligit.1. Offic.106.Turpe eſt diffluere luxuria.in Piſ.48.Noua quædam & inaudita luxuries. pro Cælio.43. Profuſa luxuries *nominaretur*.pro Corn.56.Tum luxuriam illius quæ non crimine aliquo libidinis,ſed communi maledicto notabatur.4.I. Verr.154.In mulierũ corruptelis & in eiuſmodi luxuria atque nequitia.pro Cæl.57.Domus, in qua luſtra,libidines,luxuries,&c.verſantur.pro S.R.39.De luxuria ſe purgauit Erutius,cum dixit,hunc ne in conuiuio quidem vllo fere interfuiſſe. & 6. Quod per ſcelus adeptus ſis, id per luxuriam effundere atque conſumere.2.de Or.135. Quod ſumptuoſus de luxuria.& 96.In ſumma vbertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt.1.in Ver.3.& 5. I.Ver.160. Luxuries in flagitiis,crudelitas in ſuppliciis.1.ad Her.8.Inertia,ignauia, deſidia,luxuria.1.Off.92.Hæc libidini potius luxuriæq; quàm liberalitati & beneficentiæ pareat.1.Offi.123.Luxuria cùm omni ærati turpis,tum ſenectuti fœdiſſima eſt.

¶ *Inu*

¶ *Inutilis absque fructu, lasciuia.* 3. de Oratore 153. Luxuriem esse in herbis.

✠ ADIVNC. *Agrestis, 2. In Catil. Noua, & inaudita, priuata, pro Mur. profusa, pro Cæl. Singularis, 3. In Ver. Turpis omni ætati, & senectuti sædissima, vitiosa, atque turpis, tamen ingenuo ac libero digna, 1. Offic.*

☞ Syntaxis. *Luxuria diffluere. De luxuria se purgare. Per luxuriam effundere, consumere. Herbarum luxuries.*

LVXVRIOSE. *intemperanter.* pro Cæl. 13. Cum libidinosis luxuriosè viuere. 2. de Fin. 21. Qui cùm luxuriosè viuerent.

LVXVRIOSVS, a, um: ſior. *asotus, intemperans.* 2. de Fi. 22. Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quòd ita viuunt, vt persequantur cuiusque modi voluptates. 2. contra. Rull. 47. Aliquis vt in suis rebus, ita in republ. luxuriosus nepos. in Piſ. 66. Nihil isto scitote esse luxuriosius: nihil libidinosius. Or. 81. Lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. 2. I. A. 66. Multa & lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis.

LVXVS, us. *intemperantia, profusioq; in victu & cultu corporis.* 5. I. V. 62. Nisi fortè existimatis eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit.

☞ Syntaxis. *In repub. luxuriosus. Luxuriosus, libidinosus.*

LYBIA, biæ. L. LIBYA.

LYCAONIA, æ. *regio.* Epist. lib. 15. ep. 1.

LYCAONES. *populi.* 2. de Leg. 33. Epist. li. 3. ep. 10.

LYCIVM, cij. 1. de D. 8. Cum ambulandi causa in Lycium venissemus: nam id superiori gymnasio nomen est. & lib. 2. 8. Tum in bibliotheca, quæ in Lycio est, assedimus. 1. de Or. 98. Et longè Academię illi ac Lycio tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. 1. de Diu. 12. Inque Academia vmbrifera, nitidóque Lyceo. & 1. Acad. 17.

✠ *A* DIVNC. *Nitidum, 1. de Diu.*

LYCHNVCHVS, chi. *quicquid lucernam sustinet. nam vt candelabrum candelæ, sic lychnuchus lucernæ fulcrum appellatur.* Qu. fr. lib. 3. ep. 7. Hanc scrypsi antè ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quòd eum te aiebant, cùm esses Sami, curasse faciendum.

✠ *A* DIVNC. *Ligneolus, periucundus, 3. ad Q. frat.*

LYCHNVS, ni. *lucerna.* pro Cælio. 67. Lux alia est solis & lychnorum. *prouerbium.*

LYCII. *populi.* 6. I. V. 21. Att. lib. 6. ep. 5.

✠ ‖ LYCOMEDES. is. de Amic. 77. Nec enim. Neoptolemus Troiam capere potuisset, si Lycomedem apud quem erat educatus, multis cum lachrymis iter suum impedientem audire voluisset.

LYCVRGEVS, a. *durus, seuerus, qualis fuit Lycurgus, qui leges duras Lacedæmonis tulit.* Attic. lib. 1. ep. 10. Nosmetipsi qui Lycurgei à principio fuisse mus, quotidie demitigamur.

LYCVRGVS, gi. de Cl. 130. M. Brutus accusationem factitauit, vt ✠ Athenis Lycurgus. ‖ 1. de Diu. 96. Lycurgus quidem qui Lacedemoniorum Remp. temperauit, leges suas autoritate Apollinis Delphici cõfirmauit. 2. Tusc. 34. Cretum quidem leges, quas siue Iupiter siue Minos sanxit, de Iouis quidem sententia, vt poëtæ ferunt, Itemque Lycurgi, laboribus eruditum iuuenturẽ, venando currendo. 5. Tusc. 7. Lycurgi temporibus traditur fuisse Homerus. 1. de Orat. 58. Iam vero de legibus instituendis, de bello, de pace, de sociis de vectigalibus, de iure ciuium generatim ordines ætatesque descripto, dicant vel Græci, Si volunt Lycurgum aut Solonem. *ibid.* 197. Si cum *Græcorum.* Lycurgo aut Dracone, & Solone nostras leges conferre volueritis. 2. de Orat. 97. Lycurgus, & Aeschines. 3. de Orat. 53. Lycurgus & Pittacus. de Clar. 36. Licurgus, & Dinarchus oratores. *ibid.* 40. Cuius *Homeri*, etsi incerta sunt tempora tamen annis multis fuit ante Romulum, siquidem non infra superiorem Lycurgum fuit, à quo est disciplina Lacedæmoniorum astricta legibus.

LYDIA, diæ. *regio.* pro Fl. 65. Quid dicam de Lydia? &c.

LYDVS, a, um. pro Flac. 65. Quis vnquam Græcus comœdiam scripsit in qua seruus primarum partium non Lydus esset?

LYMPHATVS, a, um. *furens insanus.* 1. de Diu. 80. Flexanima tanquam lymphata, vt Bacchi sacris commota.. *Poeta.*

LYNCEVS, a, um. *perspicax.* 5. I. V. 31. Homo lynceus. Ep. lib. 9. ep. 2. Quis tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquã incurrat?

LYRA, ræ. *fides,* 1. Tusc. 4. Themistocles cùm in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior.

LYRICVS, a, um. Orator. 183. Poëtæ, qui λυρικοὶ à Græcis vocantur, quos cũ cantu spoliaueris, nuda penè remanet oratio.

LYSIAS, siæ. 1. de Or. 231. Disertissimus scriptor Lysias de Cl. 35. Lysias subtilis scriptor. & elegans. Orat. 29. Venustissimus ille scriptor & politissimus Lysias.

LYSIDICVS, ci 11. I. A. 14. Lysidicus ipse in Græco verbo, qui omnia iura dissoluit.

✠ LYSANDER, dri. *versutissimus Lacedæmoniorũ dux.* 1. Off. 109. ‖ de Sẽ. 59. Lysander Lacedæmonius, vir summæ virtutis. 1. de D. 96. Quas *leges Lycurgi.* Cũ vellet Lysander cõmutare, eadẽ est religione prohibitus. 1. Off. 109. Versutissimũ, & patientissimũ Lacedæmoniũ Lysandrũ accepimus. 1. de Diu. 75. Nãque & Lysandri, qui Lacedæmoniorum, clarissimus fuerat, statuæ quæ Delphis stabat in capite corona subito exstitit ex asperis herbis & agrestibus, stellæq; aureæ quæ Delphis erãt à Lacedæmoniis positæ post nauale illã victoriam Lysandri, qua Athenienses conciderunt, qua in pugna Castor & Pollux cum Lacedæmoniorum classe visi esse dicebantur eorum, insignia deorum stellæ aureæ quas dixi Delphis positę paulò ante Leuctricam pugnã deciderunt, neque repertæ sunt. & lib. 2. 68. At in Lysandri statuæ capite Delphis exstitit corona ex asperis herbis, & quidem subito. 2. Offic. 80. Ac propter hoc iniuriæ genus Lacedæmoni Lysandrũ Ephorum expulerunt.

✠ ‖ LYSIMACHVS, chi. 1. Tusc. 102. Cyrenæum Theodorum Philosophum non ignobilem nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur, istis, quæso, inquit ista horribilia minitare purpuratistuis: Theodori quidem nihil interest humine an sublime putrescat.

LYSIPPVS, pi. *fictor insignis.* 4. Acad. 85.

✠ LYSIS, is. 1. Offic. 155. Lysis Pythagoræus Epaminondam eruditit.

✠ AVOIS, eos, 3. Tusc. 61. Ex quo ipsam ægritudinem λύσιν. Chrysippus, quasi λύσιν, id est, solutionem totius hominis appellatam putat.

M

Litera in consonantibus Latinis nuncupatur liquida. 2. de Or. 240. Omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas. LL. duo MM.

¶ *In numeris indicat mille.*

¶ *Ante nomina propria, Marcus.*

MACEDO, onis. 5. I. A. 48. Quid Macedo Alexander.

MACEDONIA, æ. *regio.* Attic. lib. 3. ep. 4. I. P. 55. & 57. L. SEMINARIVM, & TRIVMPHVS.

MACEDONICVS, ca. in 6. Ver. 129. Signũ Macedonicum. in Pison. 55. Imperator Macedonicus. Attic. lib. 16. ep. 8. Legiones Macedonicæ.

MACELLVM, li. *locus in quo venduntur omnia, quæ vescendi causa in vrbem afferuntur.* 2. de Di. 59. Si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. 2. de Fin. 50. Quæ est ista laus, quæ possit è macello peti?

MACER, cra, crum. *tenuis.* 2. contra Rullum. 66. Solum exile & macrum.

MACERIA, riæ. *murus in agro & villa.* Epist. lib. 16. ep. 18. Helluo nequissimus Sester. ducenta dabat nullo aprico horto, nulla maceria, nulla casa.

MACHEROPHORVS, ri. *gladiator, machæram ferens.* Qu. frat. lib. 2. ep. 9. Hominem portaui ad Baias octophoro machærophoris centum sequentibus.

* MACHARENSIS, se. 5. I. V. 47. Macharensis ager.

MACHINA, næ. *machinatio.* 3. in Ver. 145. Columnæ machina appositæ deiectæ, eisdem lapidib. repositæ sunt. & 147. in Pison. 43. M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris illigatum in machina vigilando necauerunt. 2. cont. Rull. 49. Hæc tota lex ad Pompeij opes euertendas tãquam machina comparatur. Qu. de Pet. 6. Quo in magistratu amicam, quàm palàm domi habebat, de machinis emit.

¶ *Ars, astutia, dolus.* pro Dom. 27. Iisdem machinis sperant me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. Brut. ep. 18. Omnes adhibeo machinas ad tenendum adolescentem. 3. de Natur. deor. 73. Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ. & *ibid.* Commoliri dolum & machinam aliquam ad quempiam.

MACHINATIO, onis. *artificium.* 2. de Nat. 97. Cum machinatione quadam aliquid moueri videmus, vt sphæram, horas. & 123. Etiam machinatio quædam atque solertia. 2. de Orat. 72. Iudex tanquam machinatione aliqua tum ad seueritatem, tum ad remissionem est contorquendus.

☞ Syntaxis. *Commoliri dolum & machinam ad aliquem. Machinatio & solertia.*

MACHINATOR, oris. *architectus, fabricator.* pro S. R. 132. Scio omnium architectum & machinatorem esse Chrysogonum. & 1, contra Rull. 16.

MACHINATVS, a, um. 2. de N. 149. Ad vsum orationis incredibile est quanta opera machinata natura sit. 3. de Orator. 172. Hæc quidam machinati sunt ad voluptatem. 2. de Natur. 128. Quod perpetuitatis causa machinata natura est, de Vniuer. 7. Quæramus igitur causam, quæ eum impulerit, qui hæc machinatus sit, vt originem rerum & molitionem nouam quæreret.

MACHINOR, aris. *translatè, struor, molior excogito.* 3. de Nat. deor. 66. Sibi ipsi nefariam pestem machinari. 2. in Ver. 15. Cùm in-

terea aliud quiddam iamdiu machinaretur. pro Domo sua, 54. Nihil aliud nisi vti ne quid per vim agi posset machinabere. 2. ad Heren. 28. & lib. 4. 13. Machinari necem vel calamitatē alicui.

✠ ADVERB. *Iamdiu quiddam, 2. In Ver. Sceleratissime, Pro Sest.*

MACIES, ei. *corporis tenuitas siccitas gracilitas.* 2. cont. Rull. 93. Homo grandi macie torridus, contemptus & abiectus. item Att. lib. 3. ep. 15. Crassum libertum ais, tibi de mea macie solicitudine neque narrasse. 3. Tusc. 26. Corpus macie extabuit. 7. in Antō. 12. Profectus est ad bellum A. Hirtius vir fortissimus: at qua imbecillitate, qua macie? sed animi vires corporis imbecillitas non retardauit.

✠ ADIVNC. *Grandis, 2. cont. Rull.*

☞ Syntaxis. *Macie torridus. Extabescere macie.*

MACROCOLLVM, li. *carta membranula.* Att. lib. 16. ep. 3. Sed tamen idem syntagma misi ad te retractatius & quidem archetypon ipsum crebris locis inculcatum & refectum, hunc tu translatum in macrocollum, lege in Arcano conuiuis. & lib. 13. ep. 25. Impensam facimus in macrocollo.

MACTANDVS, a, um. in Vat. 36. Quo etiam maiore es malo mactandus.

MACTATVS, a, um. 6. I. V. 26. Cùm videant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum. 2. Tusc 22. Mictata excetra.

MACTE. *vox hortationem significans.* Attic. lib. 12. ep. 7. Mactè virtute mihi quidem gratum. &c. & li. 15. ep. 28. Seruuli aiebant eū & agripetas eiectos à Buthrotiis, mactè. 1. Tusc. 40. Mactè virtute: ego enim ipse cum eodem ipso non inuitus errauerim. Attic. lib. 6. ep. 9. Quæso, quid nobis futurum est, mactè scribas: *aliter, mature.*

MACTO, as. *interficio.* de Arus. 42. Clodius diuisores omnium tribuum domi suæ crudelissima morte mactauit. 1. I. C. 33. Tum tu Iupiter hos æternis suppliciis viuos mortuosque mactabis. pro Flac. 95. Quam potestis. P. Lentulo mactare victimam gratiorem in Vat. 14. Inferorum animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare.

MACTOR, ris. 1. I. C. 27. Nónne hunc summo supplicio mactari imperabis? in Pis. 16. Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto mactatus essem.

☞ Syntaxis. *Mactare alicui aliquem. Mactare simpliciter, & morte, supplicio.*

MACVLA, læ. *labes.* 1. de N. 80. Est autem corporis macula næuus. pro S. Rosc. 113. Legationis ceremoniam polluere, maculisque afficere. pro Pom. 7. Delenda est nobis illa macula Mithridatico bello superiore susceptа. ad Brut. ep. 15. Magna macula per vos deleta. pro Sest. 63. Quoniam illa in republ. macula regni publicati maneret, quam nemo posset eluere. in Sal. 16. Inurere æternas maculas alicui, quas reliqua vita eluere non possit. pro Corn. 15. Est huius seculi labes quædam & macula, virtuti inuidere. pro Dom. 23. Omnium libidinum maculis notatissimus. pro Plan. 30. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis. 7. I. V. 120. Maculas flagitiorum tuorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. pro Cl. 12. Macula familiæ.

Est item retiū foramen seu plaga. L. RETICVLVM. de Somn. 14. In ipsis terræ quasi maculis, vbi habitatur.

✠ ADIVN. *Insignis, pro Font. Magna, ep. ad Brut. Minuta, 7. In Ver.*

MACVLO, las. *maculis afficio commaculo inquino, oblino polluo, fœdo, contamino, labem infero, maculis aspergo.* de Arusp. 27. Qui castissimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet. pro Mil. 86. Et tu sancte Iupiter, cuius ille latus, ne mora, finesque sæpe omni nefario stupro & scelere maculauit. pro Sest. 60. Maculare splendorem alicuius.

☞ Syntaxis. *Polluere & maculis afficere. Maculam delere, suscipere. eluere, inurere. Maculis notatus, aspersus. Omni dedecore maculare splendorem alicuius.*

MACVLOSVS, a, um. *maculis respersus.* 2. I. A. 73. Vestis Pompeij non multa eaque maculosa. At. li. 1. ep. 13. Maculosi senatores.

MADEFACTVS, a, um. 14. I. A. 6. Imbuti sanguine gladij exercituum nostrorum, vel madefacti potius.

MADEFIO, fis. *perfundor, respergor.* 1. de D. 68. Itaque vaticinatus est, madefactum iri minus. 30. diebus Græciam sanguine.

MADENS, tis. Postquam. in Senat. 12. Madens coma, compositus capillus.

MADEO, des. *madefio.* 2. I. A. 105. Natabant pauimenta vino madebant parietes.

MADIDVS, a, um. *perfusus.* Qu. fr. lib. 1. ep. 11. Sed ille fasciculus totus aqua madidus mihi redditus est.

MAENA, næ. *piscis marinus, quem Theodorus Gaza Alecem vertit, Itali minulam vocant.* 2. de Fin. 91. Qui voluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere, se Accipenserem Mœnæ non anteponere.

MAEOTIS, tidis. *palus Scythica.* 5. Tusc. 49. A sole exoriente supra Mæotis paludes, nemo est, qui factis me æquiparare queat. *Poeta.* 2. contra Rul. 51. Cum Mithridates amisso exercitu, &c. Mæotide, & illis paludibus, &c. defendatur.

MAGE. *magis.* Epist. lib. 7. pro Mur. 30.

Non ex iure manu consertum, sed mage ferre
Rem repetunt.——Ennij.

MAGICVS, ca, cum. de Or. lib. 1. Magicum carmen.

MAGIS, *plus, plus plusque.* Ep. lib. 6. ep. 17. & Attic. lib. 5. ep. 7. Quotidie magis ac magis suspicor te in Epeirum profectum. Ep. lib. 2. ep. 18. Sed mihi magis magisque quotidie de rationibus tuis cogitanti, placet. 1. I. A. 5. Quotidie magis magisque perditi homines vrbi minabantur. Para. 3. Nihil huic addi potest, quo magis virtus sit. pro Mil. 17. Non magis erit parricida, si quis consularem patrem, quàm si quis humilem necauerit. pro Planc. 60. Is magis ædilis fieri non potuisset. pro S. R. 39. Annos natus magis quadraginta. Epist. lib. 2. ep. 6. Ita contendit, vt nihil vnquam magis. 2. de Orat. 15, Magis adeo id facultate quàm alia vlla culpa mea contigit. Epist. lib. 16. ep. 19. Expecto tuas literas, teipsum multo magis. 2. de Or. 139. Ac multo etiam magis ad vos. pro Fl. 69. Nunc vero hoc magis, quòd, &c. 2. cont. Rull. 96. Imò verò etiam hoc magis, quàm. &c. quòd, &c. 5 I. V. 1. Atque eo magis, si, &c. & 77. Et eo magis, quòd, &c. item. Mementote non tam illos esse nobis quàm hos pertimescēdos: atque etiam hoc magis sunt timendi, quod, &c. de 1. Offi. 72. Capescentibus remp. nihil minus quàm philosophis, haud scio an magis etiam despicientia adhibenda sit rerum humanarum. Att. li. 16. ep. 5. Magis est quod gratuler tibi, quàm quòd te rogem pro Cæl. 14. Cuius in magnis cæteruis amicorum si fuit etiam Cælius, magis est vt ipse molestè ferat errasse se quàm vt istius amicitiæ crimen reformidet. Att. lib. 14. ep. 20. De Græcia magis ac magis cogito.

☞ Syntaxis. *Magis ac magis. Magis magisque. Annos magis. 40. natus. Magis est quod lugeas quam quod, &c.*

MAGISTER, stri. *præceptor. doctor, autor.* 1. de N. 72. Epicurus gloriabatur se magistrum habuisse nullum. 2. in Anton. 90. Quanquam te bonum timor faciebat non diuturni magister officij. de Senect. 29. Nec vlli bonarum artium magistri non beati putandi, quamuis eōsenuerint vires. 2. I. A. 8. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede quanta iam proferam, nihil sapere docuit. 1. de Or. 244. Pueri in hoc genere apud magistros exercentur. pro Sex. Ros. 118. Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit. de Cl. 104. Gracchus semper habuit exquisitos è Græcia magistros. 2. de Orat. 133. Magistri, ad quos filios nostros mittimus. 1. de Inu. 35. Artium liberalium magistri, viuendi præceptores. Ep. lib. 9. ep. 16. Magister cœnandi, discipulus dicēdi. 2. de Or. 94. Isocrates magister omnium istorum: &c. Or. 10. Plato grauissimus autor & magister intelligendi & dicendi. & 17. & 1. de N. 33. Aristoteles à magistro Platone dissentiens. 3. de Orat. 137. Plato non linguæ solùm, verumetiam animi ac virtutis magister. pro Mur. 65. Vestri præceptores & virtutis magistri *id est, Stoici.* pro Mur. 64. Hæc omnia non à natura sunt, sed à magistro. Sine magistro, duce natura. L. MAMMA. Or. 112. Existimator alicuius artificij, non magister. pro Rab. P. 9. Vsus est magister optimus. 1. de Orator. 150. Stylus perfector dicendi, ac magister. 5. I. V. 54. Dux & magister ad faciendum aliquid. de Cl. 296. Suasionem legis Seruiliæ sibi magistrum fuisse dicebat. pro Cor. 27. Tum verò ius omne noster iste magister mutandæ ciuitatis ignorat. 2. de Ora. 197. Quamobrem hoc vos docco, bonus ego videlicet & eruditus magister. de Arusp. 18. Ego habeo autores & magistros colendarum religionum, maiores nostros. pro Dom. 104. Autor & magister publicæ religionis. & 141. Præsertim illo magistro, qui cogeretur docere antequam ipse didicisset. pro Cec. 32. Te vti in hac re magistro volo. 1. in Ver. 47. Si ab isto libro quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit. de Senec. 46. Summus magister in populo. Attic. lib. 5. ep. 15. & 4. I. V. 169. Magister scripturæ. L. SCRIPTVRA. & 182. Magistri qui tabulas habebant. & 173. Quidam qui tum magister erat eius societatis. & Att. lib. 11. ep. 10. & Epist. lib. 13. ep. 9. & ep. 65. pro Plan. 32. P. Crassus maximarū societatum autor, plurimarum magister. Att. lib. 1. ep. 1. L. Pōtius, quem putabant magistrum fore, si bona venirent. pro Qu. 50. Cui magistri fiunt, domini constituuntur. qui qua lege, qua cōditione pereat pronuncient, huic, &c. Hortens. Imbecillus est pudoris magister timor *ibid.* Cum sine magistro senserit, quid natura desideret.

¶ *Magister equitum, cui imperium summū in equites erat, vt dictatori in populum.* Att. lib. 9. ep. 18. Sylla potuit efficere ab interrege, vt dictator diceretur & magister equitum. 3. de Leg. 8. Isque aue sinistra dictus populi magister esto. & 10. Magister populi equitúmque.

✠ ADIVN. *Bonus, & eruditus, germani, nouus & eruditus, 2. de Orat. Exquisiti, perfectus, de Clar. Familiaris alicuius, 5. In Ver. Gratissimus, optimus, & præstantissimus dicendi, Rhetorici, 1. de Orat. inepti, Postquā*

ad

ad Quint. Imbecillus Hort. Magnus, & ſapiens, 4. Att. Maximus, 2. Tuſc, moleſtus, 3. Fam. Nouus, 4. in Ver. & & 3. de Orat, Optimus, pro Rab. Senior, pro Muræn. Summus, de Senec. veteres, 5. Tuſc.

☞ Syntaxis. *Magiſtrum habere. Artium liberalium magiſtri. Plato autor & magiſter intelligendi, virtutis, animi. Effector & magiſter. Perfector & magiſter. Dux & magiſter ad, &c. Societatis, ludi, ſcripturæ magiſter.*

MAGISTERIVM, rij. *magiſtri dignitas & officium, cenſura.* de Senec. 46, Me verò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui à ſummo adhibetur magiſtro in populo. de Prouin. Conſ. 46. Magiſterium morum.

MAGISTRA, ſtræ. 1. de N. 40. Legis æternæ vis, quæ quaſi dux vitæ & magiſtra officiorum ſit. & 2. de Orat. 36. & 1. Offic, 128. Natura magiſtra & duce. 5. Tuſc. 5. Philoſophia magiſtra vitæ. pro Sex. Roſc. 75. Vita ruſtica parſimoniæ & diligentiæ magiſtra eſt.

MAGISTRATVS, tus, *dignitas, honor, poteſtas, faſces, procuratio negocij & muneris publici, qui cum poteſtate eſt, qui poteſtatem gerit.* de Am. 64. Vbi eos inueniemus. qui honores, magiſtratus, imperia, poteſtates, opes, amicitiæ non anteponant? pro Muræ. 74. Cato negat iudicium hominum in magiſtratibus mandandis, voluptatibus corrumpi oportere. & 76. Nulla re allici mentes hominum oportere ad magiſtratum mandandum, niſi dignitate. 1. Offi. 124. Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere, ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe. pro Seſt. 55. Cenſura ſanctiſſimus magiſtratus. 6. in Verr. 137. Ad me venit Heraclius is, qui tum magiſtratum Siracuſis habebat. 1. Offi. 149. Cedere iis, qui magiſtratum habebant. pro Plan. 8. Tum enim magiſtratum non gerebar, is qui cœperat, ſi patres autores non erant facti. pro Plan. 15. Libertas populi in mandandis magiſtratibus. & 61. Cõmiſſi ſunt iis magiſtratus. ad Brut. ep. 10. Nemo tribunus plebis, nemo alio magiſtratu, nemo priuatus autor extitit. ep. 5. Dum vnus erit patricius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt. & *ibid.* C. Marius factus eſt augur. pro Clu. 146. Legum miniſtri magiſtratus. 2. contra Rull. 26. Lege Curiata magiſtratum non dari, cui nullis comitiis antè ſit datus. Epiſtol. lib. 3. ep. 10. Creare & gerere magiſtratum, & gerere poteſtatem. Epiſt. lib. 5. ep. 2. Atque abeuntem magiſtratu concionis habendæ poteſtate priuauit. pro Qu. 10. Magiſtratum æquum adhuc reperire nõ potui. 5. I. V. 190. Secuti ſunt auariores magiſtratus. Q. fr. lib. 1. ep. 1. 17. Quæ in magiſtratu vitioſè decreuerant, eodem ipſis priuatis erat iure parendum. 5. I. A. 52. Vt ei triennium ante legitimum tempus magiſtratus petere, capere, gerere liceat. 3. de Leg. 2. Magiſtratus hæc eſt vis, vt præſit, præſcribátque recta & vtilia, & coniuncta cum legibus: vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: veréque dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum. 3. de Leg. 33. Suffragia in magiſtratibus mandandis palàm ferre melius eſſet. & 47. Qui magiſtratu abierint, apud cẽſores edant, & exponant quid in magiſtratu geſſerint. in Saluſt. 17. Accipere magiſtratum loco prædæ. Epiſt. lib. 12. ep. 14. Nam quòd huc properent in magiſtratum venire, cauſam non habent. pro C. Cornel. 1. Cùm is tribunus plebis duas leges tuliſſet in eo magiſtratu.

✠ ADIVNC. *Aequus, pro Quint. Amentes, pro Dom. Ampliſſimus, de Senec. Annuus, furibundus, Antequã. mutus, lex loquens, minores, mutus, 3. de Legib. Annui, noui, prouincialis, proximi, Sanctiſſimi, pro Seſt. Auariores, egregij, improbi ac rapaces, 5. In Ver. Certus, 2. de Legib. Inepti, poſtq. ad Quir. Leuiſſimi, ac deuulgatiſſimi, 9. Fam. liberi, 2. Attic. Maximi, 12. Fam. miniſtri legum, pro Cluent. patricij, 2. cont. Rull. & ep. ad Brut. præſentes, 4. Attic. proximi cognatione, 1. de Inuent. Summus, 6. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Magiſtratum alicui mandare. Magiſtratum habere alicubi, gerere, committere, dare, creare, petere, capere. In magiſtratum venire. Magiſtratu abire.*

MAGNANIMITAS, tis. *magnitudo animi.* 1. Off. 151. Quarum vna ſit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis.

MAGNANIMVS, a, um. *vir magni animi, vir altus & excellens.* 1. Off. 63. Vir fortis & magnanimus.

MAGNES, tis. 1. de Diu, 86. Vt ſi magnetem lapidem eſſe dicam, qui ferrum ad ſe alliciat & trahat: at rationem, cur ita ſit, afferre nequeam.

¶ *Item qui eſt à Magneſia Theſſaliæ regione.* de Clar. 316. Dionyſius Magnes.

MAGNIFACIO, cis. Epiſt. lib. 13. ep. 16. Eius libertum Apollonium iam tum equidem cum ille viueret, & magnificiebam & probabam.

MAGNIFICE *ſplẽdidè.* de Clar. 254. Amicè & magnificè te laudatum puto. 5. I. V. 155. Magnificè laudari ab aliquo. pro Qu. 93. 3. I. V. 65. Magnificè ac ſplendidè ornare conuiuium. 2. de Inu. 116. Vaſa magnificè & præciosè cælata. 6. I. V. 62. Exornat amplè magnificéque triclinium. pro Dom. 115. Iſte habitare laxè & magnificè voluit. 2. I. C. 1. Magnificè vicimus. ad Brut. ep. 16. Iuuat enim magnificè loqui. 4. ad Her. 30. Hic qui ſe magnificè iactat & oſtentat. 9. I. A. 13. Magnificè enim Sulpitius maiorum continentiã diligebat. 1. Offi. 92. Hæc præſcripta ſeruantem licet magnificè viuere.

☞ Syntaxis. *Magnificè ac ſplendidè conuiuium ornare. Magnificè & preciosè. Amplè, magnificéque. Laxè, magnificéque habitare. Magnificè vincere, loqui, ſe iactare, aliquem diligere.*

MAGNIFICENTIA, tiæ. *ſplendor.* 2. de Inu. 163. Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum, cum animi ampla quadã & ſplendida propoſitione, agitatio & adminiſtratio. & lib. 1. 110. Virtus & magnificentia, in qua grauitas & autoritas eſt. Orat. 83. Si vt in apparatu epularum à magnificentia recedens non ſe paruum ſolum, ſed etiam elegãtem videri volet. pro Mur. 76. Odit pop. Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificẽtiam diligit. 2. cont. Rull. 22. Hoc vix eſt liberi populi, vix veſtrorum amicorum magnificentiæ. 1. de Leg. 61. In hac illa rerum magnificentia, &c. pro Qu. R. 24. Qui tãtas pecunias non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiauit. 3. de L. 30. Lucullo obiecta eſt magnificentia villæ Tuſculanæ. 5. Tuſc. 61. Magnificentia ædium regiarum. & 96. Magnificẽtia & ſumptus epularum. 1. Off. 72. Capeſſentibus rempublicam & magnificentia, & deſpicientia adhibenda eſt rerum humanarum. 2. de Leg. 66. Funèrum ſepulchrorumque magnificẽtia. 1. Off. 140, Cauẽdum eſt etiam, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumtu & magnificentia prodeas. & *ibi.* L. Lucullus, cuius quàm multi villarum magnificentiam imitati ſunt. & lib. 2. 56. Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificẽtia & apparatione popularium munerum. de Amic. 21. Qui virtutẽ verborum magnificentia metiuntur.

✠ ADIVNC. *Publica, pro Mur.*

☞ Syntaxis. *Liberalitatis magnificentia, villæ, epularum, ædium, funerum, ſepulchrorum. Extra modum ſumtu & magnificẽtia prodire. Verborum magnificentia.*

MAGNIFICENTISSIME. Att. li. 2. ep. 21. Iactare ſe magnificentiſſimè, & lib. 14. ep. 4. Noſtri autem *ἄριστοι*, quod per ſe ipſos confici potuit, glorioſiſſimè & magnificentiſsimè confecerunt.

MAGNIFICVS, tior, ſsimus. *lautus, ſplendidus, ſummo ſplendore prædius, delicatus.* 3. I. V. 58. Vidi forum adornatum magnifico ornatu. Q. fr. lib. 3. ep. 8. Ludi magnificentiſtimi, & munus ſumtuoſum atque magnificum. 1. de Orat. 161. Multæ ac magnificæ res conſtructæ ac reconditæ. Epiſt. lib. 9. ep. 16. Cœna magnifica & lauta. 5. Tuſc. 61. Stragulum magnificis operibus pictum. Epi. 7. ep. 1. Reliquæ ſunt ven. tiones binæ per dies quinque magnificæ. 2. de Orat. 89. Genus dicendi magnificum atque præclarum. & Orat. 15. Cùm præclara quædam & magnifica dicidiſſet. de Optim. 12. Ii, quos nihil excelſum magnificumque delectat. 1. Offi. 79. Animus excelſus & magnificus. 2. de Diu. 5. Magnificum etiam illud Romaniſque hominibus glorioſum, vt, &c. 2. contra Rull. 79. Cætera illa magnifica pop. Rom. vectigalia. de Cla. 261. Voce, motu, forma etiam magnifica & glorioſa oſtentatio ciuitatis. 2. de Legib. 2. Villa magnifica. Att. lib. 4. ep. 15. Illam autem quam locauit, facit magnificentiſſimam. 2. Officior. 57. Luc. Craſſus magnificentiſsima ædilitate functus eſt. 2. contra Rull. 4. Eſt hoc ampliſsimum, ſed illud magnificẽtius, quàm, &c. de Cl. 123. Genus dicendi magnificentius & ornatius. I. P. 3. Magnificentius eſt dicere, quemadmodum geſſerimus conſulatum: quàm quemadmodum ceperimus. Poſtq. in Sen. 2. Senatus, à quo ſæpe magnificentiſsimis decretis ornati ſumus. de Cl. 201. Id melius eſt quod ſplendidius & magnificentius. pro Deiot. 19. Cui magnificentiſsima dona vſque ad Numantiam ex Aſia miſit. pro Dom. 142. Italiæ magnificentiſsimus ille motus.

☞ Syntaxis. *Magnificus ornatus, ludi, munera, cœna, ſtragulum, opus, venatio oratio, animus, vectigal, villa. Magnificũ eſt dicere, quàm ſplẽdidum ac magnificum. Excelſum & magnificum. Lautum & magnificum. Sumtuoſum & magnificum. Magnificentiſsimus Italiæ motus.*

MAGNILOQVENTIA, tiæ. Orat. 191. Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ eſt accommodatior. Epiſt. lib. 13. ep. 15. Homeri magniloquentia.

MAGNITVDO, nis. *amplitudo, grandítas, moles, vbertas.* 3. de Fin. 45. Magnitudo maris Aegei. 1. Offic. 154. Metiri magnitudinem mundi. 13. I. A. 5. Si maria, montes, regionum magnitudines intereſſent. 1. de Or. 15. Magnitudo & varietas, multitudoque cauſarum. 7. I. V. 23. Genus prædãdi ad magnitudinem quæſtus immenſum & infinitum. & *ibid.* Magnitudo frigorum. Par. 81. Ma-

gnitudinem animi superbia imitatur in animis extollendis. Ep. lib.1.ep.7. Magnitudinem animi tui ne inflectas cuiusquam iniuria. Ep.lib.2.ep. 7. Magnitudo & vis amoris. 2. cont. Rull.'94. Magnitudo fructuum: *id est: abundantia.* pro Deiot.30. Esto, cõcedatur hæc quoque acerbitatis & odij magnitudo. Protag. indignitas voluptatis ad molestiam in magnitudine aut longitudine alterius posita.

✠ *ADIVNC. Admirabilis, inusitata, de Amic. Excellens alicuius rei, vera, & sapiens animi, 1. Offic. Eximia, 10. Fam. Immensa, 1. Tusc. & 2. de Nat. Immensa & interminata, 1. de Nat. Incredibilis, 6. In Ver. Insignis ex nouo animo, noua animi, Singularis animi, pro Sest. Mirabilis, 1. de Diu. Multa animi, 4. Attic. Par animi, pro Mil paterna animi, de Sen. præsens animi, 15. Fam. Subita fluminis, 1. de Inu. Summa, tanta, de Clar. Tenuis, 2. de Orat.*

MAGNI, esse. *& id genus.* Ep.lib.15.ep. 15. Magni erunt mihi literæ tuæ. Att.lib.10. ep. 8. Non possum dissimulare mihi famam quoque quamuis sit falsa, magni esse. de Nat.lib.1.7. Magni interest ad decus & laudem ciuitatis.

MAGNO. *magno precio.*) (*paruo.* pro Q.R. 32. Magno tuam dimidiam partem decidisti. 2. cont. Rull. 34. Ement agros quos volet, & quam volent magno. Att. lib. 1. ep. 14. De aliquo conducere nimium magno. 6. I.V. 13. Quid? tu illa permagno æstimas. 5. in Ver. 71. Magno vendidisti.

☞ Syntaxis. *Magnitudo & vis amoris. Fructuũ magnitudo: id est, copia. Magni mihi est tua laus. Magno, permagno æstimare.*

MAGNOPERE. *nimio opere.* Ep. lib. 2. ep. 6. Cùm has ad te quàm primum literas magnopere perferri vellemus. Attic. lib. 4. ep. 16. Et si quæris, nulla est magnopere commota *συμπάθεια.* 2. de Inu. 2. Cum puerorũ formas & corpora magno hoc opere miraretur. 1. de Legib. 53. Gellius philosophis magnoperè autor fuit, vt &c. Attic. lib. 13. ep. 28. Magno opere accersitus. Epist. lib. 13. ep. 34. Magnoque opere abs te peto.

☞ Syntaxis. *Magno hic opere rogat. Magnoq; opere. Magnopere tibi ille autor est.*

MAGNVS, a, um. *amplus, grandis, non mediocris, non paruus, vberior, bonus, latè patens, immanis, infinitus, vastus, insanus, longè lateque patens.* 1. de Or. 122. Quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam. 2. de Nat. 167. magna dij curant, parua negligunt. 1. de Or. 235. Hæc enim ars sine controuersia & magna est, & latè patet, & ad multos pertinet, & summò in honore fuit per fuit, & charissimi ciues ei studio etiam hodie præsunt. Epi. lib. 6. ep. 7. Quanquam id magnum & amplum est. Orat. 33. Magnum opus & arduum Brute conamur. 2. contra Rul. 41. Magna mihi res non modò ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse. pro Mur. 8. Mihi cum eo & vetus & magna amicitia est. Orat. 50. Partes magnæ & graues. Epist. lib. 1. ep. 1. Magna eloquentia, magna grauitas, magnum studium, magna contẽtio. 1. de Inuent. 6. Multæ & magnæ res. & *ibid.* Quædam magna & ampla pars. 2. Tusc. 15. Experiar equidem, sed magna res est. & 4. Quos enumerare magnum est, ita sunt multi. pro Plãc. 86. Decertare mihi ferro magnum fuit, &c. Qu. frat. lib. 1. ep. 2. Nam si te vicinis tuis anteponis, valde magnum facis. Orat. 105. Nos magnum fecissemus, si potuissemus, &c. 2. de Natur. 166. Nemo vir magnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit & *ibid.* Magnis viris prospere eueniunt semper omnes res. pro Quint. 93. Artes quibus tu magnus es, tibi concedo. 2. Offic. 16. Dicæarchus peripateticus magnus & copiosus. pro Muræn. 62. Neque disputandi causa vt magna pars, sed, &c. 2. de Inuẽt. 83. Augere aliquid & maius facere. de Cla. 222. M. Drusus tuus magnus auunculus. 3 Offic. 70. In his magni iudicis est, statuere quid sit æquum. 3. de Leg. 40. Quorum generum in vtroque magnus noster Cato est. 10. Fam. ep. 6. Magnus Consul & Consularis. 2. de Natur. deor. 73. Magnus locus: *id est: amplam præbens materiam.* 4. in Ver. 176. Numerus frumenti magnus. 6. Att. ep. 1. Magnus prætextatus illo die fui. 2. ad Qu. fr. ep. 13. Magnus veterator. 1. de Nat. deor. 121. Vir magnus in primis. pro Dom. sua. 1. Magna causa. 2. de Orat. 154. Magna Græcia. de Arus. resp. 57. Magna natio. 11. ad Att. ep. 3. Magna pecunia. pro Deiot. 36. Magna procuratio. 2. de Nat. deorũ. 53. Magna quæstio est. 2. de Or. 250. Magnum caput. 3 Philip. 13. Magnum consilium. 4. Acad. 1. & 2. Magnũ ingenium L. Luculli. 1. Academ. 2. Magnum opus in manibus habeo. 2. ad Att. ep. 14. Magnum quid & multæ cogitationis atque ocij. Tusc. quæst. lib. 4. 37. Quid enim videtur ei magnum, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo. 1. Acad. 7. Magnum est efficere, vt quis intelligat, quid sit illud verum & simplex bonum. 1. Off. 53. Magnum est eadem habere monumenta maiorum, iisdem vti sacris, sepulchra habere communia. de Amic. 71. Magnum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. 14. ad Att. ep. 1. Quicquid erit non modò magnum, sed etiam paruum scribes. 1. ad Qu. frat. ep. 2. Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicensi & Syriaco, anteponis, valde magnum facis. 11. Fam. ep. 3. M. Bruti & Cassij, Magnum atque honestum te esse. ‖ 2. de Nat. 52. Magnum annum nominarũt Mathematici, qui tum efficitur cùm solis & lunæ, & quinque errantium stellarum, ad eandem inter se comparationem, confectis omnium spatiis est facta conuersio 2. de N. d. 17. Si domum magnam pulchramque videris. 4. Tusc. 9. Chrysippus & Stoici cùm de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati sunt: *id est, magna ex parte.* 5. Fam. ep. 11. Nullam rem neque tam magnam neque tam paruam putet, quæ, &c. 3. de Leg. 14. A magno homine & in primis erudito Panætio tractata. 3. de Fin. 29. Stabili & firmo & magno animo vir. 5. ad Attic. ep. 14. Magno timore esse. 1. Tusc. 1. Aut omnino aut magna ex parte essem aliquando liberatus, &c. pro Cec. 92. Magna voce confiteri. 5. in Ver. 120. Magni aratores. in Pison. 8. Magni ludi. 3. de Leg. 14. Magni in rep. viri. Part. 55. Magna quæ videntur, in duplici genere sunt. Or. 14. Magnis sæpe rectissimè parua conferuntur.

✠ *ADVER. Aequè, 1. Offic. & 2. de Inuẽt. Benè caterua, pro Mur. Classis, 12. Fam. Benè planè, 1. Tusc. Ita vt, 5. in Ver. Mirificè, de Pet, Cor. Multò, de Orat. Sanè multitudo. 4. Phil.*

☞ Syntaxis. *Magnum & amplum. Magna & multiplex disciplina. Magnum quater cum substantiuis repetitum. Non magna res est. Magnum est audere, &c. Valde magnum facis, si. Hac arte tu magnus es. Id ago, vt magna pars, quo, &c. Magnum & honestum te esse volo Scribe quicquid est, vel magnum vel paruum.*

MAGVS, gi, 1. de Diu. 46. Magi quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis. & 90. Et in Persis magi augurantur & diuinant. 2. de Leg. 26. Magi Persarum. 1. de N. 43. Portenta magorum Aegyptiorum dementia.

MAIALIS, lis. *verres castratus.* Cicero apud Isidorum libro 2. cap. 31. Consulem quærebam, quem in isto maiali inuenire non poteram.

MAIESTAS, tis. *imperium, summa amplitudo, dignitas.* 2. de Or. 164. Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit, qui &c. 2. de Inu. 55. Maiestatem minuere est aliquid de rep. cùm potestatem non habeas, administrare. 2. de Orat. 201. Lex Apuleia, qua qui maiestatem minuisset, capitis pœna afficiebatur. pro Rab. 2. Vt illud summum auxilium maiestatis atque imperij de repub. tollatur. & 20. Vt imperium populi Romani, maiestasque conseruaretur. pro Cor. 36. Seruare & conseruare maiestatẽ populi. 2. de Or. 107. Maiestas ab aliquo imminuta. 1. de Diu. 82. Dij non censent esse maiestatis suæ, præsignificare hominibus quæ sunt futura. & 83. Neque hoc alienum ducunt maiestate sua. 2. de Nat. 77. Sustinẽdi muneris propter imbecillitatem difficultas minimè cadit in maiestatem deorum. & 4 Acad. 120. pro S.R. 54. Maiestas iudicum. I.P. 24. Magnũ nomẽ est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis. 1. I.A. 21. Qui maiestatem populo Rom. per vim minuerit. de Am. 96. Quanta illa fuit grauitas? quanta in oratione maiestas. Epist. lib. 3. ep. 11. Maiestatem augeo. *ibid.* Est maiestas, vt Sylla voluit, ne in quẽquis impunè declamari liceret.

✠ *ADIVNC. Grauis ciuitatis, Diu. Magna, in Piso.*

☞ Syntaxis. *Maiestatem minuere. Alienum hoc est maiestate senatus. Species, dignitas, maiestas. Grauitas, maiestas.*

MAIOR, ius. Top. 23. Quod in re maiore valet: valet idem in minore. Qu. fr. lib. 1. ep. 3. Quem ego vt fratrem maiorem verebar. 2. de Leg. 24. Prorsus maiorem quidem rem nullam sciscam aliter, in minoribus: si voles, remittam hoc tibi. 1. Tusc. 59. Qui in aliquo maiore studio & arte versantur. 1. de Diu. 28. Nihil ferè quondam maioris rei nisi auspicato gerebatur. & lib. 2. 50. Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamorem maiorem cum admiratione edidit. Att. lib. 8. ep. 9. Balbus maior, & Balbus minor. Par. 1. Africanus maior, & Africanus minor. de Am. 41. Cato maior. 1. Offic. 12. Quæ cura exusitat etiam animos, maiores & ad rem gerendam facit. 2. Tusc. 56. Qui volunt exclamare maius, toto corpore cõtentioni vocis asseruiunt. 1. de Or. 13. Maiore delectatione, spe vberiore, præmiis amplioribus ad perdiscendum commoueri. & 95. Studio acriore, ocio ac facultate discendi maiore, ac maturiore, & labore atque industria superiore. M. Cat. Vt maiora omnia re quàm fama viderentur.

☞ Syntaxis. *Vt frater maior mihi es.*

MAIORES, orum. *patres superiores.*) (*posteri posteriores.* I. V. act. 1. 69. Patres maiores q; nostri. 3. I.A. 25. L. Philippus vir, auo, patre, maioribusque suis dignissimus. 1. de Fi. 14. Quales eius maiores fuissent. 1. Off. 121. Maiores imitandi, at non eorũ vicia. 1. ad Qu. fr. ep. 1. 10. Maiores nostri libertis suis non multo secus ac seruis imperabant. 2. ad Heren. 10. Maiores quibus in rebus quæstiones interponi voluerint. 13. Fam. ep. 28. Maiorum suorum autoritate satis cõmendati fidei tuæ. 5. Fam ep. 1. Qu. Metelli: Maiorũ nostrorum clementia. 15. Fam. ep. 12. Ex maiorum dignitate eum honorem à te administrari. 3. de L. 41. Maiorum exempla nosse

debet

debet Senator.13.Fā.ep.10.Maiorū mos.1.Att.ep.1.Maiorū more sine fuco ac fallaciis,ad Oct.Maiorum nostrorum sepulte reliquiæ.12.Fam.ep.22. Maiorum similem aliquando fore populum Romanum.2.de Leg.3.Maiorum nostrorum hic multa vestigia.1.Offi.109.Audiui ex maioribus natu hoc idem fuisse. in Sal.5.Ego meis maiorib⁹ virtute mea prǫluxi.* de Iur.ciuil.Nec verò scientia iuris maioribus suis. Qu. Aelius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit.

✠ *Adivn. Obscuri,optimi,& probatissimi,1.Offi.*

☞ Syntaxis. *Patres,maiores sq. Pater,auus,maiores.*

Maivs,ij. Att.lib.13.ep.5.Ille diem negabat esse mensē Maio. & lib.2.ep.7.Maiæ Calen.Idus lib.4.ep.9.Nonæ.

Maivscvlvs,a,um.*grandior.*Epist.li.9.ep.10.In aliqua maiuscula cura negocioque versari.

Mala,læ.*maxilla.*3.Orator.215.Vt meos malis miser manderem natos.

Male. *prauè,nequiter,incommodè,vitiosè,improbè,mala ratione.* Att. lib.15.ep.1.O factum malè de Alexione. & 2. de Orat.313. Malè enim se res habet, quæ , &c. de Senect. 18. Vt Carthagini malè iamdiu cogitanti bellum inferatur. pro Mur. 62.Erraſti aliqua in re,malè dici putat Cato.de Sen.22.Malè rem gerere.2.I.C.21. Malè gerendo negocio.pro Quin.84.Qui cum omnibus creditoribus malè agat.& 52. Qui permulta malè agendi causa fraudandique fecerunt.de Clar.88.Malè mulctatus.Orat.157. Malè sonabat iisdem.Att.lib.13.ep.50.Non dubito,quin me malè oderit.pro Sex.Ros.140.Aliquem malè locutum esse.Atti. lib.6.ep.1. & pro Cæl.38.& Att.lib.1.ep.15.Malè audire.

Malea,*siue.*Maleae.*Laconiæ promontorium.*Epist. lib.4.ep.12. Sulpit.

Maledice.1. Offic.134. Cùm de absentibus maledicè contumelioseque dicitur.

Maledico,cis.*maledictis figo,carpo,rodo,vellico,obtrecto,detraho, morbo procacitatis vtor, petulantissima lingua aliquem consector,malis onero.*2.de Orat 305.Si quis alteri maledicit, petulans videtur. 1.de Nat. 94. Epicurus Phœdoni Socratico turpissimè maledixit.pro Cæl.8.Petulanter maledicere alicui. pro Sestio. 80. Maledicito homini Reatino.3.de Or. 136. Pericles , in cuius labris veteres comici etiam cùm illi maledicerent (quod tum Athenis fieri licebat) lepórem habitasse dixerunt. pro Deiotaro. 28. Non debebas optimo viro fugitiui ore maledicere. pro Cæl. 6. Aliud est maledicere,aliud accusare. in Sall.21. Is demum maledicit,qui non potest ab altero verum audire.Ep.lib.6.ep.7.Cuius summa criminis hæc est, quòd armatus aduersario maledixi.& lib.3.ep.8.Si quispiam maledicit.

✠ *Adverb.Contumeliosissimè,in Vat. Petulanter ætati.Pro Cæl.Turpissimè,1.de Nat.*

☞ Syntaxis. *Turpiter alicui maledicere. Petulans alteri maledicit. Ore fugitiuo alicui maledicere.*

Maledictio,onis.pro Cælio 6. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.

Maledictvm,cti. *conuicium,probrum,contumelia.* pro Mur.13. Saltatorē appellat L.Murænam Cato,Maledictū est,si verè obiicitur,vehementis accusatoris. &*ibid.* Maledicto nihil in hisce rebus loci est,quòd omnia laus occupauit.Qu.fr.li.2.ep.3.Cùm omnia maledicta,versus etiam obscœnissimi, in Clodiū & Clodiam dicerentur.pro Clu.62.In maledicti vel criminis loco aliquid alicui obiicere. pro Flac.7.Maledictum omne, non modò crimen effugit.pro Flac.48.Aliquem probris omnibus maledictisque vexare.Atti.li.11.ep.8.Omnia in aliquem maledicta cōferre.pro Syl. 25. Verbi inuidia contumeliaque maledicti. 1. de Nat.94.Epicurus omnes figebat maledictis. de Cl. 173. Aliquis cum aculeo & maledicto facetus.pro Cæl. 15, A maledictis pudicitiæ ad cōiurationis inuidiam oratio est nostra delapsa.Antequam.15.Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos sceleratè loquar factis?pro Dom. 94. Extinctum iam est illud maledictum crudelitatis.13. I.A. 40. Quem ego inustū verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. in Vat. 5. Cùm tu mihi Cornelij defensionem in maledicto obiiciendam amputaris. pro Planc. 30. Nec vlla alia coniecta sunt maledicta in eius vitam. & 33. Maledicta in aliquem asperè & ferociter & liberè dicta.Brut.ep.17.Tantúmque is tribuit huic indulgentiæ , vt se maledictis non abstineat. pro Planc.57.Nihil est tam volucre quàm maledictū : nihil facilius emittitur:nihil citius excipitur:nihil latius dissipatur.

✠ *Adivnc. Commune,pro Corn.Peruulgata,pro Cæl. Volucre.pro Plan.*

☞ Syntaxis. *Dicere maledicta in aliquem. In maledicti loco aliquid alicui obijcere.Probris & maledictis vexare. Maledicta conferre in aliquem.Maledictis figere,inurere. Conijcere maledicta in. Dicere maledicta ferociter in aliquem.*

Maledicvs,ci,ssimus.*obtrectator mordax,petulans , procax, habens aculeos , momus.* pro Flac. 68. In tam suspicioſa & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. pro Cæl. 38.At fuit fama,quotusquisque eam effugere potest in tam maledica ciuitate.2.ad Heren.12. Homo natura maleuolus & maledicus.pro Muræn.13. Maledicus conuiciator. Attic.lib.1.ep.15. Publicanus maledicus. pro Flac.7. Qui in maledicentissima ciuitate omne crimen effugit.

✠ *Adivnc. Impurus.*

☞ Syntaxis. *Maledicus conuiciator.*

Malefacio,cis. *malè mereor,perniciosè mereor.*Epist.lib. 11. ep. 21.Dij isti Seguleio malefaciant.

Malefactvm,cti.2. Offic.61.Beneficia malè locata,malefacta arbitror. 2. de Inuent. 108. Deinde aduersarius malefacta augebit.

Maleficiose, *malitiosè,nefariè.* pro Cec. 20. Cùm hoc nouæ litis genus tam maleficiosè intenderet.

Maleficivm,cij. *malefactum,damnum.)(gratia.* pro Cæl. 74. Beneficij memoria nihil profuit , nocuit opinio maleficij cogitati.pro Pl.47.Noli maleficium putare esse gratiam.

¶ *Scelus,peccatum.*pro Cæl.53. Perficiendi & occultandi maleficij spes.5.in Ant.15.Conscientia maleficiorum.pro S.R.8.Supplicia pro maleficiis suis metuere.& 11. Maleficia manifesta. pro Cec.100.Maleficium exilio multatum.& 6. Punire maleficium. 2.ad Her. 8. Qui indicet aut factum esse maleficium, aut à quo factum sit.1.de Inu. 103. Non factitatum est, ne à barbaris quidem hoc maleficium. pro S.R. 62. Committere maleficium, & admittere maleficium.

✠ *Adivnc. Cogitatum,pro Cæl.Leuius,vehementißimum,Pro Cæc.Maius,voluntarium,vulgare,1. de Fini. Manifestum,4.& 6.In Ver. Minimum,simile portenti ac prodigij,tantum,tam atrox,tam singulare,pro Sex. Rosc.Præsens,pro Quint.Recens,pro Clu.*

☞ Syntaxis. *Conscientiam maleficiorum. Committere & admittere maleficium.*

Maleficvs, a,um.*reus,malè meritus.*7.I.V.143.In maleficorum sceleratorumque custodias tu tantum numerum ciuium Rom. includere ausus es?5. Tusc. 57. Vir maleficus natura & iniustus. * de Leg.Quæ superbos,quæ maleficos, quæ crudeles,quæ ingratos non aspernatur.

Malemeritvs, a, um. Postquā ad Quir.22.Malemeritis referre quod debeas. 3.ad Her.4. Vlcisci malemeritos oportet.

Maleolens,tis.2.de Ora.249.At in male-olentem video me à te circumueniri.

Malepacatvs,a,um.Att.lib.5.ep.20.Ager malepacatus.

Malepreor,ris.*execror.*I.P. 33. Vtrum tandem bono viro & sapienti optabilius putas,sic exire à patria,vt omnes sui ciues salutem ,incolumitatem , reditum precentur, quod mihi accidit: an, quod tibi proficiscenti euenit , vt omnes execrarentur, male-precarentur , vnam tibi illam viam & perpetuam esse vellent?

Malesentiens,tis.I.P.10.An potest esse vlla excusatio , non dicam malesentienti,sed,&c.

Malemateriatvs.*ex mala materia factus.*3.Offic.54. Aedes male-materiatæ.

Malevestitvs,a. I. P. 61. Ipse cum hominibus quindecim maleuestitis ad portam Cœlimontanam sitiens peruenerim.

Malevolentia,tiæ. *malagratia.*4.Tusc.20.Maleuolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.Qu.fr. lib.1. ep.1.34.Posteriorum erit verius iudicium, obtrectatione & maleuolentia liberatum. Ep. lib. 1. ep.9. Noui animum tuum tum mihi amicissimum , tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum.pro Pl.22. Vicinitas non infuscata maleuolentia. pro Cor. 18.Deprecandæ maleuolentiæ causa.Ep.lib.1.ep. 1. Senatus religionis calumniam non religione, sed maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia comprobat.

✠ *Adivnc. Abscondita,1.Fam.Non infuscata, non assuetamendaciis,non fucata,non fallax,non erudita artificio simulationis, vel suburbano , vel etiam vrbano.*

☞ Syntaxis. *Maleuolentia suffusus in omnes. Infuscatæ maleuolentiæ societates.*

Malevolvs,a,um.*in aliquem maleuolentia suffusus.* Epist.lib. 2. ep.17.Ille si omnibus est maleuolus,minus offendor in me. 2.ad Heren.12.Homo natura maledicus & maleuolus.pro Cor.56.Vt maleuolorum , iniquorum , inuidorum animos frangeremus. pro R. P. 40. Tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen.pro Qu.R.34.Quoniam tam natura maleuolus es. Qu. fr. lib.2. ep.3. Cato auditus est magno silentio maleuolorum. Epi. lib.3.ep.10. Sed ne summorum quidem hominum maleuolis de me sermonibus crederat. Att.lib.7.ep.2.Cato in meturpiter fuit maleuolus.pro Deiot.33.Exturbandis maleuolorum sermunculis hæc collecta sunt.

☞ Syntaxis. *Maleuoli iniqui,inuidi.Cunctis maleuolus. Maleuolus sermo.Maleuolorum sermunculos exturbare.*

MALITIA,tiæ. *fraus,callidit as.* 3.de Nat.75. Malitia est versuta & fallax nocendi ratio.4. Tusc. 34. Virtuti contraria est vitiositas. sic enim malo,quàm malitiam appellare, quam Græci κακίαν vocant. nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est,vt vitiositas omnium. pro Qu. Rosc. 46. Perfidia & malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui. pro Quin. 56. Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid. pro Cluent. 70. Ad omnem malitiam & fraudem mentem suam versare hæc secum cogitans cœpit.4.I.V.135. Hæc vero eius erat ars & malitia miranda. pro Qu. Rosc. 20. Supercilia illa rasa olére malitiam, & clamitare calliditatem videntur, pro Ceci. 2. Id malitia iam est visitata.1. de Diuin.134.Leuitate,nouitate, malitia excluſa vanitatem probo. & lib.2.17. Testes aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. 4.de Fin.52. Fraus,improbitas, malitia, culpa, turpitudo. Epist.lib.9 ep.19.Tamen à malitia non discedis.3.ad Her. 11. & 2. de Inuent. 105. 106.107. Vtile putamus ab omnibus vnicam malitiam atque nequitiam cognosci. 3. Offic. 71. Malitia quæ vult videri se esse prudentiam, sed ab ea distat plurimum. Par. 81. & Prudentiam malitia imitatur.& Att. lib.15. ep.25. Mihi imposuisset aliquid,ni tua malitia affuisset.1.Offi.62.Insidiis & malitia laudem est adeptus,2.Offic.10.Hi sæpe versutos homines & callidos admirantes, eorum malitiam sapientiam indicant.&c.Omnis opinio ad eam speciem traducenda,vt honestis consiliis iustisque factis, non fraude & malitia se intelligant ea quæ velint, consequi posse.

✠ ADIVNC. *Summa.pro Qu.R.Com.Vetus,6.Att.Vsitata,pro Cæc.*

☞ Syntaxis. *Versuta & fallax malitia. Perfidia & malitia insidiosa. Per fraudem summam & malitiam fingere. Ars & malitia. Malitia & calliditas. Fraus,improbitas, malitia. Discedere à malitia. Malitia & nequitia vnica. Malitia vult videri se esse prudentiam. Insidiæ & malitia.*

MALITIOSÈ. *callidè,subdolè,versutè.*4.I.V.132.Nihil sanè vafrè, nec malitiosè facere conatus est.Orat.190. & pro S.R.111.Etiam si intelligendo fecit malitiosè.Att.li.15.ep.13. Clodiũ nihil arbitror malitiosè,quanquam sceleste quidem egerit.3.Offi.61.Dolosè aut malitiosè agere aliquid.

MALITIOSVS,a,um. *versutus,callidus, astutus,fallax,tectus, obscurus,veterator.*) (*apertus,simplex,ingenuus,iustus,bonus.*3.Offic.57.& lib. 1. 33. Exist unt etiam iniuriæ sæpe calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. de Republ. lib. 3.Non sunt in disputando vafri,non veteratores, non malitiosi. pro Qu.56. Num malitiosum negas fraudulentũ? iam id quidẽ arrogas tibi.

☞ Syntaxis. *Dolosè & malitiosè.Vafrè & malitiosè.Vafer,veterator, malitiosus.*

MALLEOLVS,li. *furculus est, vitis præsertim,vtrinque capitatus.* de Sen.52.Malleoli,plantæ,sarmanta,&c.

¶ *Item manipulus sparteus,pice contectus.* 1.In Cat.32.Malleolos ad incendendam vrbem fasceſque comparare.pro Mil.65.Domus scutis referta, plena omnium malleolorum ad vrbis incendia comparatorum.

MALO,uis. *magis volo.* Att.lib.12.ep.22.& de Clar. 184. Meo iudicio multò stare malo quàm aliorum.Attic.lib.8.ep.7. Malo,me cum Pompeio vinci,quàm cum istis vincere. & li.13.ep.22.Scripta nostra nusquam malo esse,quàm apud te. 1. Tusculan. 100. Næ ego haud paulò hunc animum malim,quàm omnium fortunas. 3.de Fin.36.Quis non multis partibus malit? At.lib.6.ep.1. Noli putare me quicquam maluisse, quàm vt mandatis tuis satisfacerẽ. & li.7.ep.15.Cato ipse iam seruire quàm pugnare maulut.de Diu.li 2.Euanuisse maualtis,&c. pro Qu.9.Prætor iudicium prius de probro, quàm de re maluit fieri. pro Planc. 59. Ego illi omnia malo quam mihi.Att.li.2.ep.16.In hac re malo vniuersæ Asiæ & negociatoribus. Att. lib.14.ep 13. Tamen arbitror malle te quietam senectutem potius agere quàm solicitã. Or.154.Nequire,pro nõ quire:malle,pro magis velle:nolle, pro non velle.Att.lib.6.ep.1.Multò enim malo hunc à Pontidia,quã illum à Seruilia.& lib.15.ep.18.Domi enim manere si rectè possum,multò malim.

✠ ADVER. *Omninò,pro Flac.Planè,de Clar.*

☞ Syntaxis. *Multò malo scribere,quàm. Multis partibus id malo, Potius malo dicere,quàm.*

MALVA,*herba satis cognita.*Ep.lib.7.ep.26.Beta & malua.

MALVGINENSIS,sc.2.de Ora.260.M.Scipio Maluginensis.

MALVM,li. *pomum.* L. PASTVS.

MALVM,li. *damnum,incommodum,detrimentum, pestis in malis.* 1. de Or.247. Quàm sit bellum cauere malum, omnes etiam nullo docente scimus. 2.I.A. 115. Setuire est postremum malorum omnium.5.I.V.201.Minima malorum eligenda.3. Offic.101.Minima de malis.1. Tusc. 76. Mortem non esse in malis.ad Oct. In duobus malis cùm fugiendũ maius sit,minus est eligendum. Att.li.8.ep.11.Malorum ilias. *prouerbium.* Attic. lib. 8.ep.9. Quod horum malorum, quorum aliquod certè subeundũ est, minimum putes.5. In Ant. 31. Omne malum nascens facilè opprimitur, inueteratum fit plerumque robustius. pro Dom. 12. Medicina, quæ & illud natiuum malum, & hoc delectum sanare posset. pro Planc. 33. Libertas malis oppressa ciuilibus,iam extollere caput, & aliquando recreata se erigere incipit.2. in Ant. 46. Cum tanta mala florentissimæ familiæ sedaui,vel potius sustuli. 2. de Diuinat. 33. Semina malorum. de Amic. 10. Nihil mali accidisse Scipioni puto. Attic. lib. 5. ep.21. Commemorat, quid etiam mali C. Iulius fecerit, cum,&c. 1.I.A. 5. Cùm serperet in vrbe infinitum malum. Epist.lib.9.ep.20. Malis onerari. Att.lib.7.ep.2. Virum bonum oportet esse,ne malum habeat. 1. de Leg. 41. Sed quod metuat ne emanet.id est,ne malum habeat.1. Tusculan. 15. Infinitum quoddam & sempiternum malũ haberemus in vita. & 85.Qui nihil mali habeat.3.de Leg.17.Magnum dicis malum : nam, &c. & 23. Sed est iniqua in omni re accusanda prætermissis bonis malorum enumeratio.4.Tusc.63. Neque ira cœlitum inuectum malum,quod non natura humana patiendo ferat.

✠ ADIVNC. *Aeternum, & infinitum, Sempiternum. & diuturnum,1.de Finib. Alienum,3.de Finib.Aliena, inueterata, insperatum, nec opinatum, improuisa, ac grauiora,mediocre,odiosum,non opinatum.paruũ,præsens,recens,sempiternum,turpe,3.Tusc. Appropinquãs, intolerabile,noua,optima,4.Tusc.Ciuile, ac domesticũ, 4. In Catil.Ciuilia,2. Philip. Communia, tanta,6. Fã. Commune,leuiora,Occultum,intestinum, ac domesticũ, tantum,3. In Ver. Commune, & quasi fatale, de Clar. Domesticum,7.in Ver.Domesticum, insitum in natura, 5.in Ver. Duplex,summum, 1. Offic. Exigua & minima, parua, 5.de Finib.Extrema, Part. Extremum,triste,2. Tusc.Humana,Infinitum,& sempiternum,Varia,1.Tus. imminentia,1.Fam. Infinitum,1. Phi.ingens,9.Fam.Intestinum,ep.ad Brut.& 11. Fam. Intestinum, ac domesticum,1.cont.Rull.Leuius,ad Oct.Magnum,permagnũ, 1. Att.& pro Dom.Maius,in Vat. & 6.Attic. Maxima,præsentia, 5. Tusc. Maximum.pro Clu.Minima,3. Offic.Multa,2.Acad.Natiuum,& electum, magnum, pro Dom. Orbiculata,8.Fam.Pauciora,Top.præcipua, 11. Attic Præstantissimum,robustum, 5. Phil.Præterita, 2. de Finib. Summa,3.de Nat.vrbanum,12.Fam.*

☞ Syntaxis. *Minima malorum eligenda. In malis mors non est.Malorũ ilias.Sedare mala,tollere.Malum serpit infinitum.Onerari malis. Malum habere in vita. Altè malum dare. Dicere magnum malum.*

MALVM. *vox per interrogationem inter alia interiecta verba,indignationem significat.* 2. Offic. 53. Quæ te (malum inquit) ratio in istã spem induxit? vt &c. 1. in Ant. 15. Quæ nam (malum) est ista voluntaria seruitus? & 10.In Ant.18. Quæ (malum) est ista ratio. 4. in Ver. 43. Quæ (malum)ista fuit amentia?pro Qu.R.56. Quæ (malum) stultitia fuit.

MALVS, a,um. 3. Offic. 39. Philosophi quidam minime mali illi quidem,sed non satis acuti.I.P.73. Aristarchus,qui notam apponebat ad malum versum. & *ibid.* Malus poeta.3.de Nat.74.Iudicium de dolo malo,& de fide mala.

MALVS,li. *quam nauis arborem vocant.*7.I.V. 87. Cleomenes malum erigi,vela fieri,ancoras præcidi imperat.de Senect.17.Cùm alij malos scandant, alij per foros currant.3. de Orat. 178. In nauigio antennæ,vela,mali.In Arat. A prora ad malum,à malo ad puppim.

MAMERS,tis. *oppidum Siciliæ, nunc Messana, vnde Messanenses & Mamertini ỹdem.*7.In.Ver.159.

* MAMERTINVS, a,um.4.I.V.13.Mamertina ciuitas. 6. I. V. 2. Cum apud tuos Mamertinos inueniare, improbissima ratione esse prædatus.

MAMMA,mæ.*ber.*2.de N.128. Quæ multiplices fœtus procreãt, iis mammarum data est multitudo. & *ibid.* Quæ paulo antè nata sunt, sine magistro,duce natura, mammas appetunt.1. de D. 85.Puer lactens,in gremio matris sedens, mammam appetens. 3.de Fin.18. Viris mammæ atque barba.

MANCEPS, pis. *qui conducit,vel emit aliquid publicum.* 1. in Ver. 33. Mancipes à ciuitatibus pro frumento pecunias exegerunt. & 5.I.Ver. 172. Cùm frumentum ex decumis Romam mancipes aduexissent.& 3.Ver.141.Quid ageret cœpit cogitare:si opus pupillo redimeretur,si res abiret ab eo mancipe, quam ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. pro Dom.48. Postremò ne in prædæ quidem societate mancipem aut prædonem socium reperire potuisti. pro S. R. 21. Hominis studiosissimi nobilitatis manceps sit Chrysogonus. Att.lib. 12.ep.3. Delegatio in mancipe annua.

MANCIPATVS, a, um. *subiectus in alterius traditus potestatem, astrictus.* de Senect. 37. Senectus honesta est, si seipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est. 2. in Ant. 51. Tum iste venditum atque mancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit.

MANCIPI, *res omnis quæ abalienari potest.* To. 28. Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

✠ MANCIPIVM, pij. *seruitus res mancipi.* ‖ *Proprie rem significat quæ possidetur, quam multi dominum nunc vocant. Sic rem mancipio dare, aut accipere, significat alij ita possidendi dare aut accipere, quod vulgus vocat. Dominium tradere alij.* Epist. lib 7. ep. 29. Sum enim χρῆσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius. & ep. 30. Attici proprium te esse scribis mancipio & nexu: meum autem vsu & fructu. Topic. 45. Finge mancipio aliquem dedisse id, quod mancipio dari non potest, num idcirco id eius factum est qui accipit? aut non is qui mancipio dedit, ob eam rem se vlla re obligauit? & 100. Sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere: *id est, quasi iure emtionis & venditionis.* de Ar. 14. Multæ sunt domus iure mancipij & iure nexi. pro Cec. 74. Cùm omnia tua iure mancipij sunt, ea possis ne retinere. Attic. lib. 1. ep. 1. Res quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. item, Lex mancipij: Quicquid in mancipio vitij fuerit, venditor si sciret, nec emtori dixerit, id præstato. 1. de Ora. 178. Cùm marius ædes Auratæ vendidisset, neque seruire quandam earum ædium partem ex mancipij lege dixisset, defendebam quicquid fuisset incommodi in mancipio: id si venditor sciisset, neque declarasset, præstare oportere. & 3. Offi. 67. Aedes Sergio seruiebant, sed in mancipio Marius non dixerat. pro Muræ. 3. In iis rebus reperendis, quæ mancipij sunt, is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit. Brut. ep. 16. Arma querenda putauimus, vt esset sui iuris ac mancipij resp. 1. de Orat. 173. Nexorum ac mancipiorum iura. Atti. lib. 5. ep. 1. Sunt aliquot satisdationes secundum mancipia. & lib. 13. ep. 48. Vestorius ad me scripsit, vt iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Hetereio cuidam fundum Brinnianum, vt ipse ei Puteolis rectè mancipio dare posset. Att. lib. 15. ep. 25. Quod Cæreliæ velle videris mancipio dare ad eam summã, quæ sub præcone fuit maxima, id opinor esse. CCCLXXX.

¶ *Seruus captiuus.* 1. I. V. 55. Mancipia pro seruis symphoniacis. Attic. lib. 8. ep. 11. Conculcari miseram Italiam videbis à mancipiis vtriúsque ex omni genere collectis. pro Plan. 62. In mancipiis parandis. Att. lib. 4. ep. 15. Nulla spes prædæ nisi ex mancipiis: *id est, ex hostibus captis.* Att. lib. 12. ep. 27. Mancipium, vel mãcupium. 3. Offi. 91. In mancipio vendendo ea vitia dicenda sunt, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili. & 71. In mancipiorum venditione venditorum fraus omnis excluditur.

✠ ADIVNC. *Aliena, 5. Att. frequens, sordidata, 2. Phi. Honestissima pro Flac. Pauca, Di. Plurima, prætiosissima, 4. In Ver.*

MANCIPO, as. 1. de Finib. 24. Cùm L. Torquatus illam seueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano mãcipauerat.

☞ Syntaxis. *Id meum est, & ille meus, mancipio, non vsu & fructu. Dare alicui aliquid mancipio. Iure mancipij, & iure nexi. Sui iuris & mancipij.*

MANCVS, a, um. *curtus, debilis.* pro Rab. 21. Quintus Scæuola, mancus, ac membris omnibus captus ac debilis. 1. Offi. 154. Cognitio naturæ manca quodammodo atque imperfecta sit, si nulla actio rerum consequatur. 3. de Finibus. 20. Qui mancam fore putauerunt sine aliqua accessione virtutem. pro Mil. 25. Occurrebat mancam ac debilem præturam suam futuram cõsule Milone.

✠ ADVER. *Quodammodo cogitatio, 1. Offic.*

☞ Syntaxis. *Mancus, membris captus ac debilis. Mancus & imperfectus.*

MANDATVM, ti. *res mandata.* Att. lib. 6. ep. 1. Noli putare me quicquam maluisse, quàm vt mandatis tuis satisfaceremus. & lib. 5. ep. 1. Reliquum est, vt mandata nostra exhaurias. & lib. 1. ep. 12. Tu mandata effice, quæ recepisti. Quint. fr. li. 2. ep. 13. Tua mandata persequar diligenter. 1. I. A. 86. A nobis id certe mandatum non habebas. Attic. lib. 15. ep. 19. A Dolabella mandata habeo. 3. I. C. 8. Habere mandatum, vel mandata, & literas ab aliquo ad aliquem. 6. I. A. 6. Dare mandata alicui de magnis rebus. Epistol. lib. 3. ep 11. & lib. 11. ep. 8. Dare mandata alicui ad aliquem. pro S. R. 113. Qui mandat vel qui mandatum recipit. 8. I. A. 25. Accipere mãdata ab aliquo. Ep. lib. 3. ep. 1. Omnibus ei de rebus quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim. & li. 7. ep. 2. Mãdatum tuum curabo diligenter. Att. lib. 9. ep. 8. Agere mandata alicuius. Attic. lib. 8. ep. 20. Afferre mandata ad aliquem, vt, &c. 5. I. A. 26. Quamuis seuera legatis mandata dederimus. pro Syll. 65. Et id mandato Syllæ Qu. Metellus dixit, Syllam nolle, &c. pro Planc. 30. Idem postea præ mandatis requisitus. pro S. R. 111. Itaque mandati iudicium constitutum est, non minus turpe quàm furti. & *ibid.* In mandatis operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. Attic. lib. 5. ep. 4. Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato. 9. I. A. 9. Exequi mãdata & *ibid.* Conficere mandata. Attic. lib. 8. ep. 19. Ego Vetustileo ad te mandata dedi. Qu. fr. lib. 2. ep. 13. Facies scilicet vt mea mandata digeras, persequare, conficias. & lib. 3. ep. 1. Vibulius de mea mansione mandata Cæsaris ad Pompeium pertulit. Attic. lib. 7. ep. 13. L. Cæsarem vidi cum absurdissimis mandatis non hominem sed scopas solutas. *ibid.* Qui tantis de rebus huic mãdata dederit: nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto ✠ mandatis abusus est. ‖ & ep. 14. Deferre mandata.

✠ *ADIVNC. Absurdissima, 7. Attic. Domesticum, primum, & maximum, 5. Attic. Improba, 12. Phil. Molesta, plura, 8. Phil. Plura, publica, 6. in Ver. Seuera, 4. Phil. Timidiora, 11. Famil. Non minus turpe, pro S. R.*

☞ Syntaxis. *Mandatis satisfacere. Mandata exhaurire, efficere, recipere, persequi habere ab, dare, recipere, curare, agere, afferre, exequi, cõficere, digerere. Mandata digerere, persequi, conficere. Perferre tandem, exponere.*

MANDANDVS, a, um. *tradendus.* pro Pl. 7. Populus mandandis magistratibus non inanis est dignitatis iudex. pro Pomp. 1. Auctoritatis tantum in me est, quantum vos honoribus mandandũ esse voluistis.

MANDATVRVS, a, um. *commendaturus.* Ep. lib. 5. ep. 12. Cum mihi sæpe ostenderis te accuratissimè nostrorum temporum consilia atque euentus literis mandaturum.

MANDATVS, a. um. *conseruatus.* 5. I. V. 73. Quorum renunciatio, legibus illorum, & literis publicis mandata est.

¶ *Imperatus.* pro S. R. 111. Si quis rem mandatam malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi gratia, aut negligentius, eum maiores nostri summum admisisse dedecus existimabant.

✠ *ADVERB. Publicè, pro Sex. Rosc.*

MANDO, as. *inbeo, impero, impono, præscribo.* Att. lib. 3. ep. 20. Sed tibi nihil mando nominatim, me totum tuo amori fideique commendo. & lib. 4. ep. 2. Hortensius ad me venit: cui deposcenti mea mandata cætera vniuersè mandaui: illud probè, ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis prouincias. pro S. R. 115. Non hanc ei rem Sex. Rosc. mandauit, sed ipse à decurionibus publicè T. Roscio mandatus est. Ep. li. 3. ep. 4. Mandaui filio, quæ illum vellem loqui tecum. ep. 5. Diligenter mãdare aliquid alicui per literas. pro S. R. 113. Qui mandat, vel qui mandatum recipit. Att. lib. 7. ep. 1. Age, hoc malum quod mihi commune est cum omnibus, nihil tibi mando, vt de eo cogites.

¶ *Commendo, committo, trado, concedo, consigno.* 4. Acad. 2. Mandare monumentis. 2. de Diuin. 69. Simiæ Dodonææ improbitatem historiis Græcis mandatam esse demiror. 2. de Orat. 52. Mandare literis res omnes singulorum annorum. Orat. 140. De artificio dicendi literis tam multa mandare. pro Ar. 20. Mandare versibus æternum laborum alicuius præconium. 2. Offi. 3. Mandare scriptis actiones suas. pro Dom. 76. Mandare factum alicuius immortalitati. 2. de Diuinat. 50. Alicuius loquentis verba excipere, literisque mandare. 1. in Catil. 27. Percipite, quæso, diligenter quæ dicam, & ea penitùs animis vestris mentibusque mandate. Epist. li. 6. ep. 13. Quare mihi crede, & memoriæ manda, me, &c. pro Quin. 24. Quæso, vt eum diem memoriæ mandetis. 2. de Or. 7. & pro Mil. 79. & 4. I. C. 10. Cæsar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare. & 1. In Cat. 20. Vitam suam fugæ solitudinique mandare. 2. de N. 151. Mandare aliqua condita vetustati. 2. cont. Rull. 18. Populus per religionem sacerdotia mandare non poterat. 6. in Verrem. 81. Populus Romanus hominibus nouis honores mandat. 4. Aca. 2. Literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus. 2. de Orat. 7. Mandare literis sermonem aliquorum. & 3. de Orat. 1. Instituenti mihi sermonem referre, mãdare huic tertio libro, quem, &c. 3. in Ant. 21. Sententiolas edicti cuiusdam memoriæ mandaui. de Am. 1. Cuius disputationis sententias memoriæ mandaui. 7. I. V. 35. Mihi magistratum populus Romanus mandauit. 1. de Nat. 7. Madare aliquid literis. Epist. lib. 13. ep. 16. Mandare literis res gestas alicuius. Incert.

Tunc se fluctifero tradit mandátque parono.

¶ *Mitto.* Att. lib. 1. ep. 1. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio arioli possis includere.

¶ *Expello ejicio.* pro Syl. 57. Dimittere aliquem à se, & mandare in vltimas terras.

MANDOR, ris. *mittor, amandor.* pro Qu. 50. Is non modò ex numero virorum exturbatur, sed etiam si fieri potest, infra mortuos mandatur.

¶ *Iubeor.* 1. de Or. 249. Mãdari aliquid procuratori de agricultura.

¶ *Commendor.* pro Sest. 102. Hæc monumentis annalium mandantur. de Cl. 26. Athenis primùm monumentis & literis oratio est cœpta mandari.

✠ ADVERB. *Accuratißimè litteris, 5. Fam. Diligenter, 6. Attic. Diligenter memoriæ. pro Quint. Diligentißimè magiſtratum populo, 4. in Ver. Nominatim, 3. Att. Nominatim ſigna nota, 7. Fam. Penitus animis, mentibus, 1. In Catil. Planè, 1. Attic. Priuatim rem, pro Sex. Roſc. Probè, vniuersè, 5. Attic.*

☞ Syntaxis. *Mandare alicui magiſtratum. Rem gerere mandatam fideliter Literis, monumentis, memoriæ, tenebris, vinculis mandare. Mandare aliquem in vltimas terras, & literas.*

MANDENS, tis. de Atuſp. 59. Scylla eminentibus canibus & ieiunis naues ipſas mandens.

MANDO, is. *conficio.* 3. de Or. 215. & 4. Tuſc. 77. Impius hortatur me frater, vt meos malis miſer manderem natos. L. MANSVS. 2. de Natur. deor. 122. Animalia alia ſugunt, alia vorant, alia mandunt.

MANDOR, tis. 2. de Nat. 134. Dentibus manditur, extenuatur, & molitur cibus.

☞ Syntaxis. *Cibus manditur, extenuatur & molitur dentibus.*

MANE. *diluculo, primo diluculo, prima luce, cum prima luce.* 4. I. V. 98. Manè Cal. Decemb. Sthenium citari iubet. At. lib. 13. ep. 9. Hodie maſſè Dolabella, multus ſermo, ad multum diem. & ep. 30. Cras manè putat. & lib. 14. ep. 11. & lib. 4. ep. 9. Bene manè hæc ſcripſi. Att. lib. 5. ep. 4. Quarum alteras multo manè mihi dedit. & lib. 11. ep. 12. Eo die manè. 3. I. C. 20. Hodierno die manè, &c. & 3. I. V. 68. Poſtridie manè. & 4. I. Ver. 41. Epiſt. li. 1. ep. 1. Nam hæc Idib. manè ſcripſi. 1. I. C. 10. Excluſi eos quos tu manè ſalutatum miſeras. Att. lib. 5. ep. 20. Saturnalibus manè ſe mihi Pindenniſæ dediderunt. & li. 13. ep. 30. V. Calendarum manè accepi à Demea literas pridie datas. & li. 14. ep. 20. V III. Iduũ literas dederã bene manè.

☞ Syntaxis. *Manè Cal. Hodie manè. Bene & multo manè.*

MANENDVM. Att. lib. 8. ep. 13. Ac ne me exiſtimaris ad manendum eſſe propenſiorem, quòd plura, &c, poteſt fieri, &c. Att. lib. 9. ep. 12. Si Lepidus & Volcatius remanent, manendum puto.

MANENS, *ſtans.*) (*mouens.* 4. Tuſc. 30. Vitia enim affectiones ſunt manentes perturbationes autem mouentes. Epiſt. lib. 6. ep. 6. Rerum hoc natura, &c. nec manent nec mutata ratio feret, &c. de Som. 12. Nam terra immobilis manens, ima ſede ſemper hæret.

MANEO, es. *remaneo, commoror, reſto, ſto, ſum, hæreo.* 3. Offic. 99. In patria manere eſſe domi ſuæ. pro Dom. 6. Scio me domi manſiſſe. Anteq. 3. Liceat manere, ſi non illum Tullium, &c. at certè reliquias Tullij liceat in hac vrbe remanere. Attic. lib. 2. ep. 22. Vellem Romæ manſiſſes. 2. I. A. 38. Tu nunquam in hac vrbe manſiſſes. Att. lib. 7. ep. 13. Eo die Capua diſceſſi, & manſi Calib. & lib. 9. ep. 1. Attic. li. 5. ep. 16. Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerũque. 1. de D. 59. Cùm in villa manerem. Epiſt. lib. 9. ep. 2. Adhuc Romæ maneo, hæc ego ſuſpicans. Epiſt. li. 7. ep. 3. Si manerem in Italia, verebare ne officio deeſſem: ſi proficiſcerer ad bellum, periculum te meum commouebat. Epiſt. lib. 4. ep. 13. Manere in vita. Ipſum quòd maneã in vita, peccare me exiſtimo.) (*excedere è vita.* Ep. lib. 5. ep. 2. Ego te mihi ſemper amicum eſſe volui, maneo in voluntate, & quoad voles tu, permanebo. Att. lib. 1. ep. 1. Manere in officio. pro Dõ. 66. Marene in fide. 2. in Ver. 16. Manere in conditione atque pacto. Att. lib. 9. ep. 2. Manere in ſententia. pro Seſt. 58. Is in priſtina mente manſit. Epiſt. lib. 12. ep. 28. Societas inter nos ſemper manebit. Epiſt. lib. 10. ep. 35. Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt. Ep. lib. 4. ep. 13. Si ius vetus & mos antiquus maneret. de Prou. 46. Legem Heliam manere, legem Fuſiam non eſſe abrogatam. pro Qu. 34. Non patiar iſtam manere ſuſpicionem, nos rem iudicari nolle. 6. in Verr. 122. Parietes, quorum ornatus tot ſecula manſerat, nudos deformatoſque reliquit. Att. lib. 14. ep. 14. Mihi cum eo nulla contentio iam manet. Attic. lib. 7. ep. 15. Plerique negant Cæſarem in conditione manſurum. Att. lib. 9. ep. 21. In eo mãſimus, ne ad vrbem. pro Cluent. 176. Serui vi tormentorum adducti in veritate manſerunt. 1. de Diu. 5. Cùm omnes Socratici manerent in antiquorum philoſophorum ſententia. 7. in Ver. 82. Manere in amicitia fideque pop. Romani. Attic. lib. 5. Si integra in ſenatu noſtra cauſa ad Calend. Ian. mãſerit. 2. de Off. 43. Is tam diu laudabitur, dum memoria rerum Rom. manebit. Poſt. ad Quir. 19. Quod viro forti adimi non poteſt, id mihi manet & permanebit. de Finib. lib. 2. Summus dolor plures dies manere poteſt. Epiſt. lib. 1. ep. 9. Ea mihi conditio maneat, qua profectus ſum. Att. li. 10. ep. 7. Manere in prouincia ex ſenatuſconſulto. 2. Offi. 29. Itaque parietes vrbis modò ſtant & manent, ijque ipſi iam extrema ſcelera metuentes. in Piſon. 61. Nummus interea mihi Cæſar neglecto triumpho domi manet & manebit. 1. I. A. 8. Cùm intempeſta nox eſſet, manſi in villa P. Valerij. 2. I. A. 11. Clodij fatum re. ſicut C. Curionem, manet. 3. Offi. 49. Maneat ergo, quod turpe ſit, id nunquam eſſe vtile. 1. de Leg. 2. Multa diutius commemoratione manent, quàm natura ſtare potuerunt. de Vniuerſ. 40. Atque is quidem conſtanter in ſuo manebat ſtatu. pro R. P. 25. Quamobrem illud maneat ac fixum ſit, quod neque moueri neque mutari poteſt. 1. de Nat. 29. Nihil ſemper ſuo ſtatu manet. * pro C. Cornel. 1. Bonũ in ſumma repub. manet in Clod. Manet illa in Repub. bonorũ conſenſio.

✠ ADVER. *Conſtãter in ſuo ſtatu, perpetuò, de Vniuerſ. Conſtãtius, firmius, 4. Acad. Diutius in vrbe, de Aruſp. In-perpetuum memoriam, 2. de Inu. Perpetuò in amicitia, 7. in Ver. Propemodũ in inſtituto, 1. in Ver. Rectè domi, 15. Attic.*

☞ Syntaxis. *Manens affectio vitium eſt. Terra immobilis manens. Manere in vita, in voluntate, in officio, fide, conditione, pacto, ſententia, mẽte priſtina. Id animo fixum manet. Si ius maneat. Cum aliquo alicui cõtentionem manere. In eo manendum, ne, &c. Id manet & permanebit. Stat ars & manet. Multa manent commemoratione. In ſuo manere ſtatu. Id manet, ac fixum eſt.*

MANES, nium. *inferorum animæ, dij manes.* 2. de Leg. 22. Deorum manium iura ſancta eſto, hos leto dato, dũos habento, ſumptum in vllos luctumque minuunto. I. P. 16. A me quidem pœnas expetiſtis, quibus coniuratorum manes morruorum expiaretis. in Vat. 14. Inferorũ animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare. 7. I. V. 112. A diis manibus venire: *id eſt, ab inferis.* Par. 90. Aequitas tripartita eſt: vna ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinet.

☞ Syntaxis. *Dij manes. Mortuorum manes expiare. Puerorum extis deos manes mactare. Venire à diis manibus.*

MANETVR. Attic. li. 8. ep 3. Id ſi eſt, in Italia fortaſſe manebitur. *Mœvia.* L. INSANIA.

MANICA, cæ. 11 in Anton. 26. Antonius ſolet accipere manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere. *Lege ibidem commentarios noſtros.*

MANICATVS, a, um. 2. in Catil. 22. Manicatæ & talares & tritæ tunicæ.

MANIFESTE. *manifeſtò palàm, perſpicuè, clarè, non obſcurè.* 3. I. C. 4. Vt tota res à vobis manifeſtè deprehenderetur. & 17. Hæc in rempub. coniuratio manifeſtè inuenta atque deprehẽſa eſt. pro Fl. 68. Aliquid manifeſtè deprehenſum.

MANIFESTO. de Cl. 276. Manifeſto competiſſe aliquid, & manu tenere. & pro Clu. 42. Facilius manifeſtò compertum atque deprehenſum. item: Aliquid manifeſtò deprehenſum apparere. de Inu. lib. 2. Manifeſto teneri in re turpi.

MANIFESTVS, a, um. *Clarus, perſpicuus, apertus, non obſcurus, inſignis, illuſtris, palàm, promptus, propoſitus, vulgatus, teſtatus, cõteſtatus, de quo conſtat, de quo liquet, ſolis luce clarius, quod in prõptu eſt, quod patet & notum eſt omnibus, quod tenetur, res loquuntur ipſa, res certa & maioribus quaſi theatris propoſita, ante omnium oculos poſitum, quod ante oculos eſt, in medio poſitum.* 4. in Ver. 183. Hoc quidẽ certè manifeſtũ erit. & 2. I. Ver. 48. Res notæ, teſtatæ, manifeſtæ. & 5. Ver. 134. Res tam nota ac manifeſta omnibus. 3. I. C. 11. Scelus manifeſtum atque deprehenſum. pro S. R. 95. Quæ ita aperta & manifeſta ſunt, vt, &c. de Ar. 36. Manifeſtum periurium. 1. I. V. 33. Manifeſtum & in medio poſitum & apertum.

☞ Syntaxis. *Manifeſto inuentum & deprehenſum. Notum, teſtatum, manifeſtum. Manifeſtum & deprehenſum. Manifeſtum habere, & oculis, manibúſque tenere. Manifeſtum, in medio poſitum & apertum.*

* MANILIANVS, a, um. pro C. Corn. 1. Maniliana offenſio.

MANIPVLARIS, re. *qui de manipulo, id eſt, parua quadam militum manu eſt.* Att. lib. 9. ep. 12. Dolco, quòd non Pompeium tanquam vnus manipularis ſecutus ſum. 1. I. A. 20. Addo etiã iudices, manipulares ex legione Alaudarum. ‖ & 5. in Ant. 12.

MANLIANVM, ni. *villa Qu. Ciceronis.* ad Qu. fr. lib. 3.

MANLIANVS, a, um. *tyrannicus crudelis, qualis fuit Manlius quidã Romæ.* 2. de Fi. 105. Vide, ne Manliana ſint iſta veſtra, aut maiora etiam, ſi imperes quod facere nõ poſſim. 1. de Or. 246. Manlianæ leges venalium vendendorum.

MANO, as. *fluo, redundo, fundo, diſſeminor, diſpergor, latius diſſipor, ſerpo, percrebreſco.* 2. de N. 51. Multaq; è luna manãt & fluunt, quib. animantes alãtur, & augeſcãt & pubeſcãt. de Fat. 19. Aeternis cauſis naturæ neceſſitate manantib. verùm eſt id quod, &c. 3. de N. 49. illa ſuperiora vnde hęc manãt. 2. de Or. 117. A capite quod velimus arceſſere, & vnde oĩa manãt videre. pro Pl. 57. Aliquid ſine capite manare, & eius autorẽ non extare. 1. in Ant. 5. Cum ſerperet in vrbe infinitum malum, idque manaret indies latius. 5. Tuſc. 72. manare & fundi per omnes partes. de Somn. 14. Homines qui terrã incolunt, interruptos ita eſſe, vt nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit. 5. Tuſ. 8. Idq; eorũ nomẽ vſq; ad Pythagoræ manauit ætatẽ. 4. in Cat. 6. Latius opinione diſſeminatũ eſt hoc malũ: manauit non ſolùm per Italiam, ſed etiam trãſcendit Alpes, obſcurè ſerpens occupauit multas prouincias. pro Clu. 73. Manarat ſermo in conſilio, pecuniæ quandam mentionem inter iudices eſſe verſatam. 1. Offic. 61. Genera quatuor, ex quibus honeſtas officiumque manaret. & 152. Omnis honeſtas manat à partibus quatuor. 1. de Nat. 40. Qui aer per maria

manat

manat,is est Neptunus.1.de N.39. Quæ natura fluunt atque manant, vt aqua & terra.3. Offic. 70. Fidei bonæ nomen manat latissimè.2. in Catil.11. Quæ resecanda erunt, nõ patiar ad perniciem ciuitatis manare.1. de Diuin.74. Herculis simulachrum multo sudore manauit. 14.in Anton.15. Cum hoc triduo tristis à Mutina fama manaret.Parad.3. Peccata ex vitiis manant.1.de Leg.63. Nisi ea fuerint. vnde illa manant. 3.de Orat.59. Ab Aristippo Cyrenaica philosophia manauit. 2. Offic.80. Contagiones malorum quæ à Lacedæmoniis. profecta manarunt latius.

✠ ‖ 2. Offi.67. Latius manat eorum industria.

✠ ADVERB. *Communiter,16. Attic.latè,2. Offic.latius cõtagiones malorum,2. Tuscul. Latius in dies malum,1. Phi. Latissimè nomen,3. Offic.longè,2.de Nat. Longius, 3.Tusc.*

☞ Syntaxis. *Manare ab aliquo,& fluere. Serpit malum,& manat latius. Manare & fundi per corpus. Id ad nos manauit à Gallis. Manat in consilio sermo. Aqua natura manans & fluens. Sudore manare. Ex vitiis peccata manant: vitium ergo naturæ est.*

MANSIO,onis.)(*decessio.* Att.lib.8.ep.23. Cautior certè est mansio,honestior putatur traiectio.& lib.2.ep. 16. Nam ita mansionem illam deplorat,vt quemuis mouere possit. Epist. lib. 4.ep. 4. Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat.3.de Fin.60. Mansio in vita.)(. *excessus è vita.* Attic.lib.9.ep.4. Mansio Formiis. Quin. fr. lib. 3.ep.1. Quòd tibi mea promissio mansionis tuæ grata est,ex parte gaudeo.

✠ ADIVNC. *Cautior,8. Attic.*

MANSVEFACTVS,a,um.*domitus.*1.Tusc.62. A quibus mansuefacti & exculti ad elegantiora defluximus.

MANSVETE. *leniter humanè.*pro Mar.9. Mãsuetè facere aliquid. & 1.ad Heren.8.

MANSVETVDO,nis. *lenitas.facilitas.* 2. Off, 15. Quas res & mansuetudo animi consecuta & verecundia est. 2. Offic. 32. Mansuetudo morum ac facilitas.2.de Orat.182. Facilitas,liberalitas, mansuetudo,pietas. Attic.lib.5.ep.18. Incredibilis videtur & nostra mansuetudo,& abstinentia. Qu.fr.lib.1.ep.1.20. Omnia plena clementiæ,mansuetudinis,humanitatis.

✠ ADIVNC. *Incredibilis,5. Attic.*

MANSVETVS,a,um: ssimus. *mitis,lenis,facilis.*)(*ferus,immanis.* 3. in Anton. 23. Quæro, cur tam subitò mansuetus in senatu fuerit:cum in edictis tam fuisset ferus. pro Mil.20. Mansuetus ciuis. 2.de Orat. 201. In meis moribus erga meos necessarios declarandis,mansuetissimus visus sum. 1. de Inuent. 2. Mansuetus, mitis.

☞ Syntaxis. *Mansuefactus & excultus. Mansuetudo animi, morum. Mansuetudo & facilitas. Clementia,mansuetudo,humanitas. Mansuetus,mitis.*

MANSVRVS,a,um. Att.lib.12.ep.28. Sed erant causæ, cur hoc tẽpore istic esse nollem: quæ si manebunt,quærenda erit excusatio ad Brutum: & vt nunc est, mansuræ videntur. & lib. 16. ep. 10. Eodem die vulgò loquebantur, Antonium mansurum esse Cassilini: & ibi constitueram, vt pridie Idus aut Aquini manerem,aut in Arcano.

MANSVS,a,um.*confectus,emollitus.*2.de Or. 162. Omnia minima mansa(vt aiunt)nutrices infantibus pueris in os inserere.

Mantiũ. L. DIVINATIO.

MANTINEA. *ciuitas.* Epist.lib.5.ep.12.

MANTES,*vates.*1.de Diu.95. Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdam sacerdotes,quos Mantes vocant, adhibuerunt.

MANVBIAE,arum. *præda, spoliaue ex hostibus capta.* pro Arch. 27. Fuluius Martis manubias Musis consecrauit.3.de Or.10. Rostra imperatoriis manubiis ornat. pro Dom. 114. Tu M. Fuluij domum monumentum tuarum manubiarum esse voluisti.2.contra Rull.61. & 1.cont Rull.12. *bis,* Præda,manubiæ,aurum coronarium.5.I.V.186. Quæ ex præda aut manubiis est abs te donatio constituta.3.I.V.154. Qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecit. Epist.lib.1. ep. 9. Non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat. 1. cont. Rull. 12. Quod ad quemque peruenerit ex præda,ex manubiis. *ibid.*13. Cui manubias remittit. *ibid.*2.cont. Rull. 60. Si est æquum, prædas ac manubias suas imperatores non in monumenta Deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre: sed ad Decemuiros tanquã ad dominos reportare. *ibid.*61. Remissis manubiis frui. *ibid.* Accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum. de Leg.agr. Prædam,manubias,sectionem,castra denique,vendẽt.

✠ ADIVN. *Imperatoriæ,3.de Or. Tantæ,3. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Ex manubijs alterius manubias facere sibi. Præda, manubiæ,aurum.*

MANVBRIVM,brij. *capulus.*6.I.V.62. Trulla excauata cũ manubrio aureo.

✠ ADIVNC. *Aureum,6. In Ver.*

MANVCONSERTVM. Epist.li.7.ep.13 de Or. li. 1.41.pro Mur. 16.& 30. Ex iure manuconsertum. L. CONSERTVS.

MANVFACTVS,a,um.)(*naturalis.*2. Off. 14. Portus manufacti. pro Mar.11. Nihil est opere aut manu-factum, quod nõ aliquãdo consumat vetustas.3. de Finibus. 74. Quid autem est aut in natura,quæ,&c. aut in operibus manufactis,&c.

MANVMISSIO,onis. *libertatis datio.* pro Cæl.68. Scire cupio. quid habeat argumenti ista manumissio.

MANVMISSVS,a,um. pro Cæl.68.& Ep. li.13,ep.77. Adsunt serui de cognatorum sententia manumissi.

MANVMITTO,tis. *libertatem do.* pro Mil.58.& Qu. fr. lib.1.ep.2. Milo seruos manumisit. pro Mil. 58. Manu verò cur miserit, si quæris,nescis,&c.

MANVPRECIVM, vide post. MANVS.

MANVS,nus. *dextra.*2.de Nat.105. Natura dedit homini manus aptas & multarum artium ministras. & *ibid.* Manus apta ad eliciendos sonos neruorum & tibiarum admotione digitorum. 2.de Orator 246. Manus laua,inquit,& cœna.6.I.V.63. Iste vnũquodque vas in manus sumere & laudare, mirari. pro Cæl. 63. Cùm Licinius pyxidem teneret in manu.de Arusp.22. Cuius ab auia mater manibus esset accepta. Attic.lib.1.ep. 9. Clodius per manus seruulæ seruatus fuit & eductus. de Pr. 39. Per manus hanc prouinciam tradi ei, cui minimè vos velitis. pro Plan.29. Procul apparet, non excutitur,non in manus sumitur. 2. contra Rull.15. Itaque hoc animo legem sumsi in manus, vt &c.1.I.C. 16. Iam tibi extorta est sica ista de manibus.2.in Ver. 16. Quam spem nunc habent in manibus, breuiter exponam. Attic. lib. 7. ep.8. Habeamus in manibus Antonij concionem. 2. I.V.17. Libelli nominum vestrorum erant in manibus omnium. Attic. li. 16. ep. 5. Scripta tua, quæ in manibus habebam. Or. 105. Quoniam Demosthenem totum cognouisti, nec eum dimittis è manibus.1.Acad.2. Deponere aliquid de manibus. Quin.frat.li. 1.ep.1.19. Ponere aliquid de manibus. Attic. lib.13. ep. 23. Libros quos Bruto mittimus, in manibus habent libratij.1.Acad.2.Sed habeo opus magnum in manibus, quod, &c. Epist. lib. 1. ep. 9. Inimicum meum sic amplexabantur,sic in manibus habebant, sic fouebant, sic osculabantur, vt, &c. Orat. 131. Puerum infantem in manib. perorantes tenuimus. 3. de Nat. 19. Quæstio,quæ nunc in manib. est. Att. lib.4.ep.12. Libri oratorij diu multumque in manibus fuerunt. 5. Tusc. 18. Philosophi quamcunque rem habent in manibus, in eam quæ conueniunt, congerunt omnia. Att. lib. 13. ep.45. Omisi ea, quæ in manibus habebam: quod iusseras, edolaui. Quin. fr. lib.3. ep. 1. Multos dies epistolã hanc in manibus habui propter commorationem tabellariorum.de Clar. 125. Sed ecce in manibus vir præstantissimo ingenio: *id est: C. Gracchus.* & *ibid.* 126. Manus extrema non accessit operib. eius. 2. Tusc. 8. Sumere aliquid in manus. 3. de Or. 15. Qui hos libros in manus sument.de Clar. 133. Nunquam enim libelli illi in manus inciderunt. 3. Offic.34. Nihil de iis quæ in manus meas venerunt. Quint.frat.lib.2.ep.14. Quicunque calamus in manus meas venit, eo sic vtor tanquam bono. 1. de Or. 94. Libellus, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. 2. de Or.202. Causa illa mihi tum est elapsa de manibus. pro Cæl. 66. Fugit aliquis è manibus. Emittere aliquem de manibus. & 64. Amittere aliquem de manibus. Attic.lib.4.ep.14. Res est in manibus, tute longè abes.5. I.V.60. Hæc ciuitas tam procul à manibus tuis atque à conspectu tuo remota. Orat. 27. Demosthenes negat in ipso positas esse fortunas Græciæ, in hoc, eum, huc an illuc manum porrexerit.5. de Finib. 93. Qui se fatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem accirent, ne manum quidem versuros fuisse. 7. I. V. 28. Itaque erant exitus eiusmodi, vt alius inter manus è conuiuio tanquã è prælio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur.6.I.V. 24. In quem scyphum de manu iacere conatus est. 12. in Ant.9. Quorum epistolas in manu teneo. de Sen. 38. Septimus originum liber est in manibus.& Attic.li.5.ep.14. Neque semper mea manu literas expectabis. &c. Qu. de Pet. 37. Sæpe fit,vt agantur ea quæ non putaris:illa quæ credideris in manibus esse, vt aliqua de causa non agantur. 1. Tusc. 71. Cùm penè in manu iam mortiferum illud poculum teneret.pro Q. 97. Manus Sexti Næuij in propinquorum proscribendis bonis exercitata. 4. Ac.63. Hortensius vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus tolleret. de Vniuers. 16. Itaque nec ei manus affixit, quia nec capiendum quicquam erat, nec repellendum. 2. de Natur. deor. 150. Ex quo intelligitur, adinuenta animo percepta sensibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos. pro P. Opp. Telum ei è manibus ereptum est. contr. C. Ant. Quod caput manibus ipse suis detulit. pro M. Scau. Ne in manus incideret inimicorum. de Consol. Cedo & manum tollo. Incer. Quod sit manibus humanis laboratum.

¶ *Facultas,potestas.* 4. Tusc. 68. Cui in manu sit, quem esse dementem velit. Et lib.14.ep.2. Verùm hæc non sunt in nostra manu. Ep. lib. 8. ep. 6. Quam velis eum obligare, in tua manu est. Ep.lib. 10. ep. 23. Vocontij sub manu sunt, per quorũ loca mihi fideli-

fideliter patet iter. Ep. lib. 7. ep. 5. Totum hominem tibi trado de manu (vt aiunt) in manum tuam istam, & victoria & fide præstantem. ad Brut. ep. 10. Victoria excidit è manibus.

¶ *Vis.* Att. lib. 2. ep. 7. Afferre manus sibi ipsi.)(*abstinere manus à seipso.* Oct. Ego senatum sibi manus afferre coegi. 3. I. V. 47. Afferre manus sacrilegas alicui fano. Att. lib. 3. ep. 15. Afferre manus suis vulnerib. 4. ad Her. 39. Inferre manus alicui. 1. I. C. 21. Inferre vim & manus alicui. pro Q. R. 48. Ipsa mihi veritas manū iniecit, & paulisper consistere coegit. 1. Off. 23. Is manus violenter videatur afferre socio.

¶ *Arma ferrum.* 7. I. V. 28. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. pro Clu. 136. Cum tribunus plebis populo concitatio, rem penè ad manus reuocauisset.

¶ *Copiæ, multitudo.* Ep. lib. 15. ep. 4. Militum firma manus. Att. lib. 1. ep. 13. Quos impetus in totam illam manum feci? 1. de Inu. 102. Factum per vim, per manum opulentam. pro Cec. 33. Qui manum fecerit, copias parauerit, multitudinem hominum coegerit, armarit, instruxerit, &c. Att. lib. 2. ep. 25. Plena manu laudare aliquem. 3. Off. 68. Leges tollunt astutias, quatenus manu tenere rem possunt: philosophi, quatenus ratione & intelligentia. Att. lib. 16. ep. 14. Oppius me hortabatur, vt manum veteranorum complecterer. Att. lib. 5. ep. 18. Stamus animis: & quia consiliis, vt videmur, bonis vtimur, speramus etiam manu. Att. lib. 1. ep. 1. Illā manum tu mihi cura vt præstes, Pompeij nostri amicitiam. Q. frat. lib. 2. ep. 3. Manus ad Quirinalia paratur. *ibid.* : Sed magna manus ex Piceno ex Gallia expectatur, vt etiam Catonis rogationibus de Milone & Lentulo resistamus. L. MVLTITVDO. Att. lib. 16. ep. 11. Is Roma cum manu magna. Hortens. Democriti manus vrgebatur. Est enim non magna.

¶ *Scriptio chirographum.* ad Att. lib. 7. ep. 2. Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ: Manum non amabam, quia indicabat te non valere. & lib. 8. ep. 21. Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus. Attic. lib. 16. ep. 14. Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu scribam. Attic. lib. 2. ep. 23. Epistola manu mea scripta. & lib. 4. ep. 15. Epistola librarij manu est, Attic. lib. 5. ep. 14. Antequam aliquo loco consedero, neque longas à me, neque semper mea manu literas expectabis. Qu. fr. lib. 3. ep. 3. Occupationum mearum signum tibi sit librarij manus. 2. I. A. 8. Literæ, &c. sunt enim librarij manu. Att. lib. 8. ep. 1. Sed in ea Pompeii epistola erat in extremo ipsius manu: Tu censeo, &c. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Hæc inter cœnam Tyroni dictaui, ne mireris alia manu esse. Epist. lib. 11. ep. 23. Quæ superioribus literis mea manu scripsi. 3. I. C. 10. Introductus Statilius cognouit manum & signum suum. 5. I. V. 154. Epistola Timarchidis manu scripta. Att. lib. 11. Hæc ad te mea manu.

¶ *Promiscua vis.* 2. Offic. 60. Quod præsens tanquam in manu datur, commodius est. de Am. 99. Atque ad extremum dat manus, vinci se patitur. Top. 23. Cum mulier viro in manum conuenit. pro Fon. 2. Conferre ferrum ac manus cum aliquo. Attic. lib. 7. ep. 19. Conferre manum cum hoste. Att. lib. 2. ep. 1. Simuli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. 3. de Orat. 223. Quem seruum sibi ille habuit ad manum, de Am. 102. Virtus Scipionis non mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manib. habui, sed etiam, &c. & 96. Sed affuistis, & est in manib. oratio. de Sen. 38. Septimus mihi originum liber in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo. & 22. Tum dicitur eam fabulam, quam in manib. habebat, & proximè scripserat, iudicibus recitasse. 2. de Inu. 153. Tendere manus ad aliquem. Att. lib. 13. ep. 20. Hæc in manib. habere *Magnum* te nollem. de Cl. 276. Cum indicia mortis se comperisse manifestò, & manu tenere diceret.

✠ ADIVNC. *Abstinentes, 1. Offi. Aduersa, læua, 2. Acad. Alienæ, 1. Attic. Antiqua, 1. ad Q. frat. Aptæ, aptæ & multarum partium ministræ, 2. de Na. Arguta, 3. de Or. Bicorpor, fœminea, piæ victrices, 2. Tusc. Confracta improborum, impartuna sceleratorum, 1. In Catil. Contaminata, & cruēta, Sceleratissimæ, tribunitiæ, tremebūdæ, pro Dom. contaminatæ, de Arusp. Crudelissimæ, furacissimæ, nefaria, In Piso. Cruentæ, pro Mil. Dextra, sinistra, 6. in Ver. Exigua, de Prou. Extrema, de Clar. faciner osissima, 13. Philip. Firma, 15. Fam. Gypsatissimæ, 7. Fam. Hostilis, 1. Tusc. Humana, 2. In Ver. Impia, Sō. Scip. Impia & scelerata importuna, infinita prædonum, peregrina, pro Sest. Impia, pro Plan. Impiæ, & sacrilegæ, 3. In Ver. Infirmæ, notissima, Sancta. 2 Arat. Inuitæ, 2. cōt. Rull. Magna, 2. ad Q. frat. maxima. pro Arch. Maxima, & certissima, 2. in Catil. Muliebris, pro Cæl. Munitissima, 4. In Ver. Nugifera, 4. Attic. Opulenta, 1. de*

Inuent. Par Latronum, 11. Philip. parua, 7. In Ver. Parvula peditum, 11. Fam. Permagna coniuratorum, 4. Cat. plena perfidiæ, pro Q. R. Regiæ, 7. In Ver. Sacrilegæ, atque impiæ, 12. Phil. Scelerata, 11. Philip. Supplices. pro Font.

☞ Syntaxis. *In manus aliquid sumere. In manu tenere. Ab aliquo manibus acceptus. Per alicuius manus seruari. De manibus extorquere. In manibus habere spem, Esse in manibus aliquid. Platonem non dimittere è manibus, de manibus deponere, & ponere. Habere in manibus opus, libros, hominem. In manibus tenere. In manibus habere disputationem. Diu habeo in manibus epistolam propter moram tabellariorum. Manus extrema lucubrationi accessit. In manus liber incidit, venit. E manibus elapsa causa, fugere. De manibus emittere, amittere. Iacere de manu telum in. In manu nostra id nō est. Sub manu esse. De manu mea in tuam hunc trado. Manibus excidit victoria. Sibi manus afferre, inferre. Manus & vim inferre. Injicere alicui manum, Violenter afferre manus alicui. Ad manus & pugnā res venit. Ad manus reuocare rem, arma. Factum per vim, per opulentam manum. Copias parare, manum facere, multitudinem cogere. Cum manu magna. Hæc tua manus est: id est, scriptura. Manu sua scribere. Hæc mea manu. In manu datur hoc, præsens beneficium est. Dare manum, vinci se pati. Ferrum & manum cum aliquo conferre. Pisces ad manum accedentes. Ad manum habere seruos. Manu tenere dolos alicuius, exploratos habere.*

MANVPRECIVM, cij *dicitur, vbi non tam materiæ ratio, quàm manus atque operis ducitur.* 3. I. V. 147. Et manuprecij machinæ. *Sic & legit & interpretatur Asconius, non maius precium, vt ferè in omnibus codicibus legebatur.* I. P. 57. Prouincia tibi ista manuprecium fuerit, non euersæ per te, sed perditæ ciuitatis.

* MARATHENVS, a, um. de Clar. 100. Menelaus Marathenus.

MARATHON, onis. *oppidum & campus in Græcia.* 1. Offi. 61. Rhetorum campus de Marathone.

MARATHONIVS, a. 4. Tusc. 49. Taurus Marathonius. Att. lib. 9. ep. 12. Pugna Marathonia.

MARCELLEA, orum. *dies M. Marcello à Syracusanis consecratus.* 4. in Ver. 51. & 154.

MARE, ris. *altum salum, profundum. Neptunia prata, pelagus, pontus, pontigurges, æquor.* 5. Tusc. 69. Vnde terra & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineantur. pro Cl. 138. Vt mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari soleat: sic, &c. 1. Tusculan. 73. Tanquam ratis in mari immēso, nostra vehitur oratio. in Pison. 57. Cùm mare vastissimum hyeme transibas. 1. de Nat. 97. Belluæ, quę in mari rubro Indiaue gignuntur. pro Pl. 15. Illa vndæ comitiorum vt mare profundū & immensum sic efferuescunt quodam quasi æstu, vt ad alios accedant, ab aliis recedant. Epistol. lib. 5. ep. 9. Terra marique conquirere aliquem. Att. lib. 9. ep. 3. Mare inferum, id est, Tyrrhenum, vel Tusculum mare superum, id est, Adriaticū vel Ionium. 3. de Orat. 66. Superum mare Ionium. At. lib. 8. ep. 3. Infero mari nobis incerto cursu hyeme maxima nauigādum est. & ep. 25. Iter ad mare superum. 4. Acad. 105. Mare illud, quod nunc Fauonio nascente purpureum videtur. *ibid.* Nobismetipsis cœruleum videbatur: manè flauum, quodque nūc quia à Sole collucet, albescit & vibrat, dissimiléque est proximo ei continenti. 2. Aca. Quid? Mare non ne cæruleum? At eius vnda, cum est pulsa remis, purpurascit. *ibid.* Quid tam planum videtur quàm mare? ex quo etiam Aequor illud poetæ vocant. Eleg.

Iam mare Tyrrhenum longè penitusque palumbes--reliquit.

✠ ADIVNC. *Angustum, latum periculosumque præclarum, 6. In Ver. modo cæruleum, modo flauum, dissimile continenti, purpureum, 4. Acad Clausum, 2. ad Q. frat. Græcum quoddam, & portuosum, Inferum, & barbarū, Scopulosum atque infestum, 3. de Orat. Maximè diuersa nauigatione, 2. cont. Rull. Immensum, 1. Tusc. Inferum, medium, 5. Att. Infestum, 9. Att. Inferum superum Superum, flauumque, 8. Attic. Inflatum, Arat. Latum, Or. Magnum, Som. Scip. Magnū & difficile, 16. Fam. Murmurans, 5. Tusc. Profundum, & immensum, pro Planc. Refertum prædonum, tempestiuum, ad nauigandum, totum, tranquillum, sua natura, Pro Sest. Rubrum, 2. de N. Superum, & infestum, tutum, pro Flac. Vastissimum, in Piso. Vniuersum, 2. de Fin. & pro Pomp.*

☞ Syntaxis. *Turbatum & agitatū mare. Terra mariq; conquirere.*

MARGARITA, tæ. *quam Plinius vnionem vocat, vulgus perlam.* 6. I. V. 1. Nego vllam gemmam aut margaritam fuisse, quin abstulerit Or. 78. Ornatus insignis quasi margarita.

MARIANVS, a, um. 3. cont. Rull. 7. Marianus tribunus plebis. de Leg. lib. 1. 2. Mariana quercus.

MARINVS, a, um. *maritimus.* 2. de Nat. 43. Astra: quæ marini sterenisque humoribus aluntur. 2. de Diuinat. 34. Marini æstus & maritimi

maritimi æstus. L. MARITIMVS.

* MARTIALIS. le. Oecon. 1. Martiale coniugium sic comparatum est natura.

MARITIMVS, a, um. *marimus.* 2. de N. 132. Aestus maritimi multum accedentes & recedentes. 4. in Ver. 185. Insula, quæ vndiq; exitus maritimos habet. pro Planc. 96. Maritimus cursus. Part. 36. Loci maritimi. 5. Tusc. 40. Quod multas naues in omnem orã maritimã dimisisset. de N. lib. 1. 79. Maritimus Triton. 2. At. ep. 16. Maritimum hospitium. 3. de N. 45. Maritimæ nuptiæ. I. V. act. 7. 68. Homines maritimi. Ep. li. 2. ep. 16. In maritimis sum.

MARITVS, ti. *vir.* pro Rabir. 8. Chariorem huic sororis maritũ quàm filium fuisse. 1. in Catil. 26. Vigilare ad insidiãdum somno maritorum. 1. de Inu. 52. Et tu vt maritus sis quam optimæ mulieris, & hæc quæ optimo viro nupta sit. pro Planc. 30. Maritum appellas, vt verba etiam fingas, non solùm crimina.

✝ *A* DIVNC. *Charior, pro Rab.*

MARMOR, oris. pro Dom. 111. Eius simulachrum è marmore in sepulchro positum fuit. 2. de Diu. 48. In omni marmore necesse est inesse vel Praxitelia capita. pro Ar. 22. Ennius in sepulchro Scipionũ putatur esse cõstitutus è marmore: at is laudibus, &c. *sic enim locus hic haud dubiè corruptus antea, restituendus suæ integritati mihi videtur.*

MARMORATVS, a, um. pro Ach. 22. Et marmoratis laudibus, &c. *corruptus videtur locus hic.* L. MARMOR. & Ex.

MARMOREVS, a, um. 6. I. V. 1. Signum marmoreum, eburneum, æneum. pro Dom. 6. Columnæ marmoreæ, &c. Parad. 1. Tecta marmorea. & 6. Sola marmorea. Att. lib. 4. ep. 15. Septa tribuniciis comitiis marmorea fumus & tecta futuri.

MARVCINI, *populi.* pro Cluent. 197. & 7. Phil. 23.

MARS, tis. *Mauors.* 4. I. A. 5. Legio Martia, quæ mihi videtur diuinitus ab eo deo traxisse nomen, è quo populum Romanum generatum accepimus. 2. de Nat. 54. Ioui proximum inferiorem orbem tenet *nuțies*, quæ Martis stella dicitur: eaque IIII. & X X. mensibus, sex vt opinor dieb. minus, eundẽ lustrat orbem de Som. 9. Tum rutilus horribilis terris ille fulgor, quem Martem dicitis. 2. de Nat. 119. Summa Saturni stella refrigerat, media Martis incendit. pro Arch. 27. Fuluius Martis manubias Musis consecrauit. 3. de Or. 165. Martem belli esse communem. Epist. lib. 6. ep. 4. Cum omnis belli Mars communis & incerti semper exitus præliorum sint. pro Sest. 12. Nimium communem Martem belliq́ casum metuens. pro Corn. 39. Qui veterem illam speciem fœderis Martiani semper omni sanctiorem Marte duxerunt: *aliter, Maiestate.* pro Marcell. 17. Quos amisimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ. pro Mil. 57. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem. 3. Offic. 34. Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed (vt dicitur) marte nostro. 2. in Ant. 96. Rex ipse sua sponte nullis commentariis Cæsaris, suo marte res suas recuperauit.

✝ *A* DIVN. *Communis, 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Mars belli communis & incertus casus. Incertus pugnarũ exitus & Mars communis.*

MARS 1, sorum, *populi.* pro Dom. 116. Is in marsis natus est.

MARSICVS, a, um. 2. cont. Rull. 89. Marsicum bellum.

MARTIALIS, le. de Ar. 12. L. Lentulus flamen Martialis. pro Clu. 43. Martiales quidam Larini appellantur ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibus Larinatiũ consecrati.

MARTIANVS, a, um. vt Martianum fœdus. pro Cor. 39.

MARTII, fratres, *vates.* 1. de Diu. 89.

MARTIVS, a, um. pro Rabir. 11. Campus Martius. 4. I. A. 5. Legio Martia. Calendis Martiis prouinciæ decernebantur. L. GALLIA. Att. lib. 14. ep. 20. Idibus Martiis.

MAS, maris. 1. de N. 96. Et deos mares & fœminas esse dicitis. & Part. 35. & 2. de Nat. 128. In mari & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. de Ar. 57. Sacra maribus non inuisa solùm, sed etiam inaudita. 1. de D. 36. & lib. 2. 62. Anguis mas, & anguis fœmina. 2. de L. 29. Hostia mas & hostia fœmina.

☞ Syntaxis. *Hostia mas.*

MASSICVM, ci. *mons.* 2. contra Rullum. 65. In Massici radices deducamini.

MASSILIA, liæ. *vrbs.* pro Flacc. 63. Neque verò te Massilia prætereo quæ, &c. pro Font. 3. Vrbs Massilia. L. TRIVMPHVS.

MASSILIENSIS, se. pro Fon. 4. Ciuitas Masilienſium.

MASTANESOSI. regnum. In Vat. 12.

MASTRVCA, cæ. *Sardorum vestis.* pro Scau. Quem purpura regalis non commouit, eum Sacerdotum mastruca mutauit?

MASTRVCATVS, a, um, *vt togatus.* de Prou. 15. Res in Sadinia cum mastrucatis latrunculis gesta.

MATELLIO, onis. *Vasis genus ad aquam hauriendum.* Parad. 5. Matellio Corinthius.

MATER, tris. *parens, educatrix.* 3. de Natur. 46. Hecate, quæ matre Asteria est, sorore Latona. 2. Diuinat. 85. Iupiter puer, qui lactens cum Iunone in gremio Fortunæ sedens, mammam appetens, castissimè colitur à matribus. 1. de Legib. 58. Sapientia mater omnium bonarum artium. 2. de Orat. 171. Luxuries auaritiæ mater. de Aruſp. resp. 24. Mater magna. pro Cluent. 12. Sassia mater. 1. Acad. lib. 37. Mater omnium perturbationum, intemperantia. de Legib. lib. 2. 56. Matris terræ operimento corpus in sepultura obducitur. *ibid.* Vt quasi matris terræ sinus & gremium mortuo tribueretur. pro M. Font. Mater tua dum ✝ vixit ludum, postquã mortua est magistros habuit. ‖ pro Flac. 91. & 92.

✝ *A* DIVNC. *Cæca auiditate, & scelere, Egregia, ac præclara, infesta, atque inimica, misera, victrix filia, pro Cluent. Conscelerata, de Clar. Grauida, 1. de Inu. libera, 3. de Nat. Magna, de Aruſp. Misera, Lamentansque, & abiecta, 3. de Orat. Optima, 14. Famil. Plena pietatis, 13. Attic. Sanctissima, 7. In Ver.*

MATERCVLA, læ. *diminutiuum à mater.* pro Fl. 91. Materculæ suæ festiuus filius.

MATERFAMILIAS, matrisfamilias. *Est quæ in mariti familiam, & bonorum partem venit. Est etiam notæ autoritatis fœmina, vt Vlp. Iurisconsultus dicit: quæ eadem est matrona.* pro Cæl 32. Si matrem familias secus, quàm matronarum sanctitas postulat, nominamus. Topic. 14. Vxoris duæ formę sunt: vna matrumfamilias, altera earum quæ tantummodo vxores habentur.

MATERIA: riæ: & MATERIES, ei. *substãtia ex qua fit aliquid.* 2. de Inu. 170. Vri posse ligneam materiam necesse est. 2. de Orator. 190. Nulla materia nisi admoto igni ignem concipere potest. 3. de Natur. 92. Materiam rerum, ex qua & in qua omnia sunt, totam esse flexibilem & commutabilem. & *ibid. de materia.* 4. Academ. 118. Plato ex materia in se omnia recipiente mundum esse factum censet. 1. de Leg. 24. Perpetuis cursibus, conuersionibusque cœlestibus extitisse materiam quandam serendi generis humani. 1. Acad. 24. 27. Sed subiectam putant omnibus sine vlla specie atque carentem omni illa qualitate, &c. materiam quandam, ex qua omnia expressa atque effecta, quæ tota omnia accipere possit, omnibus modis mutare atque etiã ex omni parte, eoque etiam interire non in nihilum, sed in suas partes. * 3. de Nat. deor. Non est probabile, eam materiam rerum, vnde orta sunt omnia, esse diuina prouidentia effectam, sed habere & habuisse vim & naturam suam *ibid.* Vt igitur faber non ipse facit materiam: sed ea vtitur, quæ sit parata, fictorque item è cera: sic isti prouidentiæ diuinæ materiam præstò esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratã Quòd si non est à Deo materia facta.

¶ *Lignorum apparatus.* Topic. 59. Vt materiæ, ferramenta, &c. & 3. In Ver. 147. Nã illò non saxum, nõ materies aduecta est. pro Milon. 75. Repentè lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit. 7. I. V. 46. Reliqua est materies: hanc Rheginis publicè, quod Mamertini materies non habent, imperauisti.

¶ *Copia, sylua.* 2. de Or. 88. Facilius sicut in vitibus reuocantur ea, quæ se nimium profuderunt, quam si nihil valet materies, noua sarmenta cultura excitantur. 1. de Inuent. 34. Verumtamen non incommodo dum videtur, quandam syluam atque materiam vniuersam, antè permistam & confusam, exponere omnium argumentationum.

¶ *Id de quo sunt facultatum tractationes, seges, materia subiecta.* Epi. lib. 5. ep. 12. Quòd si te adducemus, vt hoc suscipias, erit materies digna facultate & copia tua. Attic. lib. 2. ep. 7. Quòd me vt scribã aliquid, hortaris, crescit mihi quidem materies, vt dicis, sed, &c. 2. I. A. 42. Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. 1. de Inuent. 7. Materia artis est, in qua omnis ars & ea facultas quæ conficitur ex arte, versatur: vt si medicinæ materiam dicamus morbos & vulnera, quòd in his omnis medicina versetur. 1. de Orat. 201. Hæc tanquam aliqua materies oratoribus subiecta esse debent. Orat. 201. Est enim in vtroque & materia & tractatio: materia in verbis, tractatio in collatione verborum. Offic. lib. 1. 16. Quocirca huic quasi materia quam tractet & in qua versetur, subiecta est veritas. 1. de Ora. 49. Si ornatè locutus est Physicus ille Democritus, materies illa fuit Physici: ornatus verò verborum, oratoris putandus est. Par. 88. Est etiam quasi quædam materies subiecta honestati. 3. de Fin. 60. Estque illa subiecta quasi materia sapientiæ. Orat. 185. In verbis inest materia quædam, in numeris expolitio. 2. de Orat. 145. Materies orationis cuiusque generis. Par. 38. Materia ad argumentum subiecta. 1. de Orat. 10. Penè infinita vis & materia artium illarum. pro Cecinna. 80. Materia æquitatis. pro Milone. 36. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem atque materiam suæ gloriæ.

¶ *Facultas.* 2. de Orat. 239. Est enim deformitatis & corporis vitiorum satis bella materies ad iocandum. 2. de Orat. 262.

Materiam

Materiam aliam esse ioci, aliam seueritatis. 11. in Ant. 22. Aut suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse videbimur. Q. fr. lib. 1. ep. 2. Hoc sic habeto, materiam omnem sermonum eorum, qui de te detrahere velint, Statium dedisse. de Cla. 43. Illa mors vulgaris nullam præbebat materiam ad ornatum. 2. de Orat. 342. Opes superbiæ ac libidini facultatem ac materiam dare. Epist. lib. 3. ep. 6. Sed tamen probabilem materiam nacti sermonis, conabantur, &c. Qu. fr. lib. 2. ep. 1. Lupus egit causam agri Campani satis accuratè, materiam rei non ignoras. pro S.R. 89. Etenim in singulis eiusmodi materies est, vt singulos dies possis consumere. pro Dom. 11. Nonne id agendum nobis fuit, vt materiam subtraheremus furori tuo? *ibid.* 13. Prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret.

¶ *Inuentio.* in Sal. 9. Vnus enim satis materiæ habens, &c. 5. I. V. 160. Fac enim fuisse in isto C. Lælij, M. Catonis materiam atque indolem: quid ex eo boni sperari potest.

✠ *ADIVNC. Satis bella ad iocandum, facilis ad exardescendum, 2. de Orat. Culta, & syluestris, 2. de Nat. Digna facultate alicuius, 5. In Ver Diuidua, indiuidua, & semper vniusmodi, suique similis, mutabilis, & indiuidua, atque simplex. de Vniuers. Exilis.)(. Vberrima, 4. de Fin. facilis, 2. Phil. flexibilis, & commutabilis, 2, de Fin. Infinita, 4. Academ. Infinita & immensa, lignea, Vniuersa, 1. de Inuent. Maxima, 5. de Fin. Probabilis. 3. Fã. Tota, 1. Acad.*

☞ Syntaxis. *Vritur lignea materia. Rerum materia, ex qua, & in qua. Serendi materia. Subiecta materia. Sylua & vniuersa permista & cõfusa argumentorum materia. Scribendi materia & materies. Materia medicinæ morbus. Materiam tractare, in ea versari. Seges & materia laudum. Opes libidini materiam & facultatem dant. Aristoteles multum habens materiæ. In illo materia est Platonis, & indoles.*

MATERIATVS, a, um. *quod ex materia constat.* 3. Offic. 54. Aedes malè materiatæ & ruinosæ.

MATERIS, tis. *Gallorum telum, & hasta militaris.* 4. ad Her. 44. Aut idem Gallos significans dicat: nec tam facilè ex Italia materis Trãsalpina depulsa est. *Loco materis, prius legebatur, armatura: sed præterquam quod vetera quædam exemplaria Materis habent, docti satis intelligunt denominationem hanc a communi instrumenti nomine fieri non posse, quæ à proprio (vt eodem loco de Macedonum telis ostenditur) facienda est. Esse autem materim proprium Gallorum telum, docet Nonius ex Sisenna auctore vetusto.*

MATERNVS, na, num. pro Cl. 12. Nomen maternum, amantius indulgentiusque. pro S.R. 66. Maternus paternusque sanguis.

MATERTERA, ræ. *matris soror.* 2. de Orat. 2. C. Aculeo, quo cum erat nostra matertera. 1. de D. 104. Puellam defatigatam petisse à matertera, vt sibi concederet paulisper, vt in eius sella requiesceret.

MATHEMATICVS, a, um. 1. de Orat. 10. Ii, qui mathematici vocantur, magna in obscuritate rerum & recondita in arte & multiplici subtilique versantur. 2. de Diuin. 10. Quæ in Geometria describuntur, &c. mathematicorum sunt. non artiolorum. 1. Tusc. 4. In summo apud illos honore Geometria fuit, itaque nihil mathematicis illustrius. & 1. de Finib. 72. Mathematica à falsis initiis profecta, vera esse non possunt. & lib. 2. 15. Nec de re artificiosa loquitur, vt mathematici. & lib. 5. 7. Mathematici, Poetæ, Musici, Medici denique, &c. 5. Tusc. 18. Mathematicorũ mos est, non philosophorum. nam Geometræ cùm aliquid docere volunt, si quid ad eam rem pertinet, eorum quæ antè docuerunt, id sumunt pro concesso & probato: illud modò explicant, de quo antè nihil scriptum. est. 4. Aca. 116. *de Geometricis & mathematicis probabitionibus.* 2. de D. 91. Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate feratur. 2. de Nat. 48. Eruditus puluis mathematicorum.

✠ *ADIVNC. Magnus, sempiternus, 4. Acad. Sapiens, 2. Acad.*

☞ Syntaxis. *Puluis mathematicorum eruditus.*

MATRICIDA, dæ. *qui matrem occidit, parricida.* Quin. fr. lib. 1. ep. 2. Zeuxis, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari. de Arusp. 39. Somnium matricidarum.

✠ *ADIVNC. Certissimus, 1. ad Q. frat.*

MATRICIDIVM, dij. de Inuent. libro 1. 18. Oreste, si accusetur matricidij.

MATRIMVS, a, um. *cuius mater viuit.* de Ar. 23. Si puer ille patrimus & matrimus terram non tenuit.

MATRIMONIVM, nij. *viri & mulieris legitima coniugatio.* pro Cluent. 175. Ius matrimonij castum & legitimum damnatione viri sublatum putabat. 1. de Diuinat. 104. Collocare aliquam in matrimonium. 4. in Verr. 89. & 3. de Legib. 36. Habere aliquam in matrimonio. pro Cecinna. 10. Is habuit in matrimonio Cæsenniam. pro Clu. 125. & 26. Is Sassiam in matrimonium ducere cupiuit. pro Cælio. 34. Te modò Quint. Metelli matrimonium tenuisse scis. pro Cluent. 35. Quæ nuptiæ nõ diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonij dignitate, sed sceleris societate coniunctæ. 2. in Anton. 44. Curio te à meretricio quæstu abduxit, & tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili & certo collocauit. ‖ 5. In Ver. 164.

✠ *ADIVNC. Dotale, ad Octau. Stabile, & certum, 2. Phil.*

☞ Syntaxis. *Collocare in matrimonium: sic ducere. In matrimonio aliquam habere, collocare.*

MATRONA, næ. *marita, mulier, quæ vxor est, materfamilias.* pro Cælio. 32. Si matrem familias secus quàm matronarum dignitas postulat, nominamus. 3. de Nat. 47. Natio dea, quæ partus matronarum tuetur à nascentibus. de Arusp. 24. Quò matrona nulla adiit Ep. lib. 7. ep. 6. Matronæ opulentæ optimates.

✠ *ADIVNC. Opulentæ optimates, 7. Fam.*

MATVRIONES. *festinationes, properationes.* 3. ad Her. 3.

MATVRATVS, a, um. de Senect. 53. Vua primò est paracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. 1. de N. 4. Omnia quę terra gignat, maturata pubescunt.

MATVRE, ius, ssimè. *cito, celeriter.* pro Mur. 22. & Epi. lib. 3. ep. 3. Vt eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Balbum ais maturè Romam bene comitatum esse venturum. 5. I. A. 54. Quæ sine mora, maturéque decreta facilius, &c. 6. I. V. 96. Custodes maturè sentiunt. 5. In Ver. 60. Eo celerius de isto transigamus, quo maturius ad Apronium veniamus. 3. de Orat. 71. Qui omnium maturissimè ad publicas causas accesserim. pro Cecin. 7. Hæc res maturissimè iudicanda est. ‖ de Sen. 32.

MATVRESCO, scis. *perficior, absoluor.* 2. de N. 69. Partus maturescunt aut septem aut nouem lunæ mensibus.

MATVRITAS, tis. *tempestiuitas, tempus maturum.* 2. de Orat. 88. Nõ potest in eo esse succus diuturnus, quòd nimis celeriter est maturitatem assecutus. 1. Tusc. 68. Maturitas frugum. Qu. fr. li. 3. ep. 8. Sed eius rei maturitas nondum venit, & tamen iam appropinquat. 2. de N. 119. Lunà à sole illuminata grauiditates, & partus affert, maturitatesque gignendi. item. 1. Tusc. 68. Commutationes temporum quadripartitæ ad maturitatem frugum aptæ. 1. de Natur. 101. Temporum mutationes, maturitates, vicissitudinésque cognouissent. Attic. lib. 1. ep. 17. Inducendi senatusconsulti maturitas nondum est. Epist. lib. 4. ep. 4. Hoc studium quotidie ingrauescit, credo maturitate ætatis ad prudentiam. & lib. 6. ep. 18. Etsi abest maturitas ætatis. de Senect. 71. Sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. & 33. Maturitas senectutis. & 5. Maturitas tempestiua. 1. de Diu. 16. Hæc arbor arandi maturitatem ad signum floris accommodat. de Clar. 318. Sed videbatur illud in me iam esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam. pro Cæl. 76. Quæ studia in adolescentia tanquam in herbis significat, quæ virtuti maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. 1. in Catil. 31. Sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris & auaritiæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit. de Clar. 8. Cum oratio nostra canesceret, & haberet suam quandam maturitatem, & quasi senectutem. & 161. Vt dicendi Latinè prima maturitas in qua ætate extitisset, posset notari. Epist. lib. 9. ep. 14. Vt res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium concessu daret. Or. 107. Adolescens non tam re & maturitate, quàm spe & expectatione laudatus. 2. de Nat. deor. 115. Eorum *siderum.* cursus demetati: maturitates temporum, & varietates, mutationésque cognouimus.

✠ *ADIVNC. Prima dicendi, tanta, de Clar. Tempestiua, de Senec.*

MVTVO, as. *maturitatem affero, accelero, propero.* ad Brut. ep. 10. Quod vt faceres, idque maturares, magnopere desiderabat respublica. pro Cluent. 171. Maturare mortem alicui. Epist. li. 2. ep. 17. Successor tuus non potest ita maturare vllo modo vt tu me in Asia possis conuenire. Attic. lib. 4. ep. 1. Te expecto & oro vt matures venire.

MVTVRVS, a, um: tior. *coctus tempestiuus.* de Cl. 287. Ipse Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset, ac mitior. Att. lib. 13. ep. 17. Vides quam maturum sit. 2. de Diu. 64. Edidit hæc Calchas, quæ iam matura videtis. Epist. lib. 9. ep. 5. Mihi verò bene maturum videtur fore. & lib. 10. ep. 10. Sed ne maturũ quidem etiam num fuit: *id est, tempus.* 1. de Diuin. 36. Maturam mortem oppetere. 1. de Orat. 95. Ocium ac facultas discendi maior ac maturior. 4. ad Herenn. 26. Vt virtutes in ætate maturissima velint comparare. de Sen. 76. Satietas vitæ tempus maturum mortis affert. 6. I. A. 19. Venit tempus Quir. serius omnino quã dignum pop. Romano fuit: sed tamen ita maturum, vt differri iam hora non possit. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 1. Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. Att. lib. 15. ep. 4. Componendum argumentum est & scribendi expectandum tempus maturius. de Senect. 71. Poma ex arboribus si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, decidunt.

✠ *ADVERB. Benè, 9. Fam.*

☞ Synt. *Maturus & mitis orator. Maturissimè ad causas accedere. Ingenij maturitas facilitas. Legendi nũc maturitas est. Senectæ maturitas. Id in illo maturitatẽ habet. Maturitas auaritiæ nunc erupit. Orationis maturitas & senectus. Venire maturè. Mortem alicui maturare. Maturissima ætas. Fructus maturus & coctus in arbore.*

MATVTA, *Cadmi filia.* 1. Tusc. 28. 3. de Nat. 48.

MATVTINVS, a, um. Att. lib. 1. epist. 15. Cum bene completa domus est tempore matutino. Ep. lib. 7. ep. 1. Matutina tempora lectiunculis consumo. Attic. lib. 12. ep. 52. Hodie expectabam tuas literas matutinas aut postmeridianas. ad Br. ep. pridem Inue. 4. Matutina salutatio. 1. de Diu. 14.

Et matutinis acredula vocibus instat.

MAVORS, tis. *Mars.* 2. de Natur. & lib. 3. 62. Mauors quia magna vertit.

MAVRI, *populi.* Epist. Galbæ. lib. 10. ep. 30.

MAVRITANIA, niæ. pro Syl. 56. Rex Mauritaniæ. & in Vat. 12. Venisti ad fretum per Mauritaniam.

MAXILLA, læ. *mala.* Or. 153. Literam è maxillis & taxillis consuetudo elegans Latini sermonis euellet.

MAXIME. *Summè, nec minimè, potissimum, præcipuè, immortaliter.* 1. Off. 49. Vt quisq; maximè opis indigeat, ita ei potissimùm opitulari. 8. in Anton. 31. Maximè equidem vellem, vt, &c. secundo autem loco, &c. Ep. lib. 5. epist. 2. Tam sum amicus Reipublicæ, quàm qui maximè. 1. de Or. 149. Dicere quàm maximè ad veritatem accommodatè. Par. 114. Quæ vel maximè prosunt. 2. de N. 16. 2. Hoc mihi videtur vel maximè confirmare, &c. Qu. fra. lib. 2. epi. 5. Domus celebratur vt cum maximè. de Sene. 38. Causarum illustrium, quascunque defendi, nunc quàm maximè conficio orationes. 4. ad Her. 18. Hoc maximè admodum mihi accommodatum est. 1. de Orat. 152. 153. 154.

¶ *Cum primis, præsertim.* Orat. 120. Cognoscat etiam res gestas, maximè scilicet nostræ ciuitatis. & 109. An ego poëtis & maximè tragicis concederem, &c. Att. lib. 8. epist. 12. Scribæ aliquid, & maximè si, &c. & lib. 11. ep. 12. Eo maximè, quòd, &c. 2. de N. 166. Quæ ratio poëtas, maximéque Homerum impulit, &c. Att. lib. 2. ep. 24 Maximéq; in eo est reprehensus quòd dixerat. &c. 2. de N. 25. Et id maximè hyeme. Att. lib. 8. epist. 12. Maximéq; quòd sit, &c. de Fin. li. 5. 1. Maximéq; quòd is locus id temporis vacuus esset. Ep. lib. 1. epi. 7. Et eos maximè debuerunt & plurimùm potuerunt iuuare. pro D. 47. Intuemini paulisper animis iuuentutem, & maximè eos qui, &c. Att. lib. 9. ep. 22. Ego consiliis tuis vsus sum maximè, quòd & grauitatem in congressu nostro tenui, & ad vrbem, &c. Ep. lib. 1. ep. 9. Quod ego cum audissem ex aliis, maximè exmeo fratre cognoui.

MAXIMOPERE. *Summoperè.* Ep. lib. 3. ep. 2. A te maximopere peto & quæso, &c.

☞ Syntaxis. *Vt quisque maximè dices, ita. Maximè velim vt Secundo loco, vt. Tam es bonus, quam qui maximè. Ego te amo maximè, quod. Hoc ego vel maximè cupio. Id maximè vdmodum laudo. Eo maximè te amo, quòd. Quàm maximè te cupio adesse.*

MAXIMVS, a, um. *amplissimus, summus, immanis, incredibilis, ingens, singularis, vnicus, diuinus, immortalis, maximè rarus.* 2. de N. 64. Qu. fr. lib. 3. epi. 1. Respondi epistolæ maximæ. nunc audi de minutula. 2. de Finib. 93. Maximum malum, maximus dolor. Ep. lib. 13. ep. 50. Multa illius in me officia, multa in illum mea quoq;, & quod maximum est, summus inter nos amor & mutuus. Quint. fr. lib. 3. ep. 1. Omnia minima maxima ad Cæsarem mitti iubebam. * Hortens. Vel omnium maximum Stoicorum Possidonium vidi.

✠ *ADVERB. Longè lanx, de Clar. Longè ceremoniæ, & occultissimæ. 7. In Ver. Nimirum res, pro Mur. Omninò charitas, 10. Famil.*

☞ Syntaxis. *Et (quod maximum est) &c. Omnia minima maxima tibi videntur.*

MEANDRVS, dri. *anfractus.* I. P. 53. Quos tũ meandros dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula flexionesque quæsisti?

MEANS, tis. *iens, incedens.* Prognost.

Vt cum Luna means Hyperionis officit orbi.

MECVM, tecum secum. Orato. 154. Ex eo mecum & tecum, non cum me & cum te: vt esset simile illius nobiscum & vobiscum. Postq. in Sen. 31. Multa mecum ipse reputaui. 2. de Leg. 1. & 1. de Inuent. 1. Sæpe mecum ipse cogito, &c. pro Qu. 53. Si tecum hæc duo verba fecisses, &c. pro Cæl. 43. Vosmet vobiscum recordamini. 3. Tusc. 30. Quamobrem omnes cùm secundæ res sunt maximè, meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferãt. 1. Off. 144. Si quis cùm causam sit actutus initinere secum ipse meditetur aut si quid aliud attentè cogitet, non reprehendatur. Att. lib. 9. ep. 13. Legi tuas literas, quibus mecum agebas, vt, &c. de Sen. 49. Nunc tanquam emeritis stipendiis ambitionis, mecum sum mecumque (vt dicitur) viuo.

☞ Syntaxis. *Vosmet vobiscum recordamini. Tecum ipse meditare. Tecum sis, tecumq; viuas.*

MEDEA, deæ. 3. de Natu. 49. Medea duobus auis Sole & Oceano, Aceta patre, matre Idya procreata est. pro Pomp. 22. Ex Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant infuga fratris sui membra in ijs locis, quà se parens persequeretur, dissipauisse, vt eorum collectio dispersa, mœrorque patris celeritatem persequendi retardaret.

MEDENDVM. Epist. libr. 12. ep. 10. Sunt enim permulta, quibus est medendum.

MEDEOR, ris. *sano, curo, medicinam affero, adhibeo, facio, curationem adhibeo, remedium adhibeo, facio, procuro.* pro Sext Rosc. 128. Intelligo me errare, qui cùm capiti mederi debeam, reduuiam cutem. 2. de Orat. 186. Medici, qui morbis, qui vulneribus, qui oculis mederentur. & 1. de Orat. 169. Laborantibus succurrere, ægris mederi, afflictos excitare. 2. de Or. 186. Cum morbo alicui mederi vis, consuetudo valentis & natura corporis cognoscenda est. Qu. fra. lib. 1. ep. 1. 24. Mederi incommodis hominum. 1. contra Rull. 26. Huic malo pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. pro Sest. 135. Hi medentur reipublicæ, qui exsecant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis. pro Sest. 31. Vt afflictæ Reipublicæ quantum posset mederetur, 6. I. V. 114. Medemini religioni sociorum, iudices, conseruate vestram autoritatem. At. lib. 13. ep. 9. Si quid est enim offensionis, hæc res mederi potest. 3. Tusc. 54. Nec ille liber medetur vulneribus, sed cicatricibus. Epist. lib. 7. ep. 28. Dies etiam stultis mederi solet. 2. de Diu. 3. Consolatio mihi aliquantum medetur. ad Brut. ep. 9. Velim facilius quàm tunc mihi, nunc tibi facilius tute medeare.

✠ *ADVERB. Facilè, 12. Famil. facilius, ad Brut. ep. 9. Aliquantum, 2. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Equidem pro me mihi medebor. Homini mederi, & morbo. Hinc agnoscimus, Mederi verbum significare tollo, aufero, fugo, pello, abigo. si sequantur nomina malum, morbus: & rursus vim habere verborum, opemfero, opitulor, curo: si sequantur vocabula, à quibus malum abigitur.*

MEDI, *populi.* 2. de Offic. 41.

MEDIASTINVS, ni. *mancipium vilissimum.* L. EXERCITVS.

MEDICAMEN, nis. *medicamentum.* in Piso. 13. Cùm diceres te vinolentis quibusdam medicaminibus solere curari.

✠ *ADIVNC. Vinolenta, in Piso.*

MEDICAMENTVM, ti. *medicamen, medicina, remedium.* 3. Offic. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad quam intercutem. & *Ibidem.* Si eo medicamento sanus factus fuerit. de Clar. 217. Cn. Octauius multis medicamentis propter dolorem arctuum delibutus. 2. de Nat. 132. Terræ plenæ medicamentorum salutarium. Att. lib. 9. ep. 4. Medicamenta, quæ parantur. 1. de Inuent. 30. Vt vulneri præstò medicamentum sit. pro Cluent. 32. Mulier partum sibiipsi medicamentis abegit. Orato. 79. Fucata medicamenta candoris & roboris omnia repellentur. 2. de Fin. 22. Medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant. 5. I. V. 132. Panchrestum medicamentum. pro Cluc. 201. Id huic ærumnosissimo non venenum, sed multorum medicamentum laborum fuisset. * Hort. Sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam.

✠ *ADIVNC. Multa, de Cla. Salutaria, 2. de Nat. vinolenta, in Piso.*

☞ Syntaxis. *Medicamentis delibutus. Medicamentorum terra plena. Medicamentis abigere partum. Fucata candoris medicamenta. Medicamentum igitur significat vim medicam, vnguentum, remedium, venenum, fucum.*

MEDICINA, næ. *medicamentum, remedium, valetudinis curatio, ars medendi.* Att. lib. 16. ep. 14. Desperatis vetat Hippocrates adhibere medicinam. & lib. 12. ep. 22. Fortis ægroti est, accipere medicinã. 2. de Or. 186. Medicus diligens ægro adhibet medicinam. 2. de Di. 125. Ægro à medico petere medicinam. pro Cluent. 178. Exercere medicinam. 2. de Ora. 339. His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur. 1. de D. 24. An medicina ars non putanda est? quàm tamen multa fallunt. pro Quin. 8. Si aduersarij falsum crimen quasi venenatum aliquod telũ iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Ep. lib. 13. ep. 7. Ita sum leuatus, vt Deus mihi aliquis medicinam feciisse videatur. Att. lib. 1. ep. 15. Quanquam animus est præsens tamen voluntas ipsa medicinam efficit. ‖ *Lamb. legit,* voluntas ipsa me deficit & 1. I. V. 70. Nulla vnquam medicina his tot incommodis reperietur. 2. I. C. 17. Deinde singulis medicinam consilij atq; orationis meæ, si quã potero, afferam, 4. Tusc. 24. Medicina quæ sanaret cupiditatem. de Am. 10. Sed non egeo medicina, me ipse consolor. Ep. lib. 5. ep. 15. Petere medicinam à literis. 1. Off. 151. Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris vtilitas quæritur: vt medicina, architectura, &c. 2. de Nat. de. 12. Quia non omnes conualescunt, ideirco ars nulla medicina est. ad Oct. Medicina sit erranti confessio. 3. de Or. 130. Medicina in multas partes discerpta. 10. ad Attic. ep. 16. Medicina imbecillior est, quàm mor-

bus.1.ad Att.ep.1.Medicina non minus esset probanda, quæ sanaret vitiosas partes Reipublicæ, quàm quæ execaret. Tusc. q. lib. 3. 35. Est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen, magna, quam affert longinquitas & dies. Tusc.q.lib.3.1. Medicina animi cui non tam desiderata, tam culta, tam grata, & probata, quàm corporis? Tusc.q.lib.3.54. Medicina calamitatis Post red. in Senat.8. Medicina Consularis.1.Ac.11. Medicina doloris. pro Sest.51. Medicina periculorum.5.Famil.ep.16. Medicina temporis. *id est, quam diuturnitas affert mœrori.*5.de Finib. 16. Quoniam vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio, sic viuendi ars est prudentia. Tusc.q.lib.3.1. Medicinæ vtilitas deorum immortalium inuentioni est consecrata. *nimirum Apollini & Aesculapio*, Tusc.ul.q.lib.4.63. Vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. ‖ 3. de Finib.24. Inscitè autem medicinæ vltimum eum vltimo sapientiæ comparatur.2.ad Qu. fra.ep.15. Ad medicinam reipublicæ accedere.2.in Catil. 17. Deinde singulis medicinam consilij atque orationis meæ, si quam potero, afferam.de Finibus lib.5.54. Et medicinam quandam laboris afferret.5.Fam.ep.15. Medicinam perpetuam ab aliquo repetere.2.ad Attic.ep.23. Medicinam quærere Diu.lib.2.123. Medicina sublata tollitur omnis autoritas somniorum.

✠ *A* DIVN. *Consularis, Posiq.ad Quir. Animi, grata multis, & probata, pluribus suspecta, & inuisa, tarda, sed magna, tempestiua, 3. Tusc. Imbecillior, 1. Att. Maior, pro Dom. perpetua, 5. Famil.*

☞ Syntaxis. *Medicinam facere, exercere, alicui facere, efficere, afferre. Medicina temporum, calamitatis, periculorum. Ad alicuius medicinam accedere.*

MEDICVS, ci. pro Clu.57. In morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur. 2.de Diu.9. Ad ægros non vates, sed medicos solemus adducere.1.de Diuin. 13. Mirari licet, quæ sint à medicis animaduersa herbarum genera, quæ radicum, &c. pro Cl. 40. Ad quam cum adduxisset medicum illum suum, mulier exclamabat se ab eo nullo modo velle curari: quo curante, suos omnes perdidisset. de Fat.29. Siue medicum adhibueris, siue non, conualesces. de Ar.35. Qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem vtitur.2. de Or.38. Si medicus de morbis disertè dixerit.& 1.de Orat. 62. Asclepiades, quo nos medico & amico vsi sumus, eloquentia vincebat cæteros medicos. Ep.lib.16. ep. 4. De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio, sed planè curationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit, cum ἰατρὸς μὺς & esses. & ep.9. Curio missi, vt medico honos haberetur.3.de Natu. deo.76. Vt si medic⁹ grauitatem morbi, gubernator vim tempestatis accuset. ad Brutum epistola. 6. Medicus Pansæ de morte eius insimulatus. pro Cluent. 57. Iam hoc quoque prope iniquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur, &c.16.Famil.ep.4. Medico puto aliquid dandum esse, quò sit studiosior.8.ad Att.epi.11. Medico salus proposita est.16. Fam.ep.14. Medico mercedis quantum poscet, promitti iubeto.15.ad Att. ep. 1. Medicum summum tantus improuisò morbus oppresserit.4.Famil. ep. 5. Seruij Sulp. Mali medici in aliis scientiam profitentur, ipsi se curare non possunt.3.de Na.15. Medici quoque sæpe falluntur. Diu.lib.2.54. Medici quanquam sæpe intelligunt, tamen nunquam ægris dicunt, illo morbo eos esse morituros. Diuin.lib.2.142. Medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt. Tusc.qu. lib.3.23. Medici, causa morbi inuenta, curationem esse inuentam putat. pro C.57. Medici nihil præter artificium præstant.16.Fam.ep.4. Medici curationes.1.Fam. epist. 9. Medici solius salutis, aliptæ etiam virium & coloris rationem habent.2.de N.deor.126. Medicorum ingenijs nuper, id est, paucis antè seculis, reperta.2.de Leg.13. Medicorum præcepta dici verè non possunt, si quæ inscij imperitiq́ pro salutaribus mortifera conscripserint. 4.Fa. ep.12, Ser. Sulpitij, Medicos cogere.2.de Orat. 186. Medico diligenti priusquam cognetur ægro adhibere medicinam, non solum morbus eius, cui mederi volet, sed etiam constitutio valentis, & natura corporis cognoscenda est. Incer. Hippocrates nobilissimus medicus.

✠ *A* DIVNC. *Callidus iudex, pro Deiot. iam cognitus, & sæpè victor, ignobilis, nobilissimus, atque optimus, pro Cl. Diligens, 2.de Or. suauis, 1. Fa. Summus, 15. Att.*

MEDIETAS, tis. *media pars, medium.* de Vniu.20. Partes rursus interuallis ita locabat, vt singulis essent bina media: vix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant: sed quasi id dixerim, ita intelligatur.

MEDIMNVM, ni. *mensuræ genus senos modios capiens.*5.I.V.56. Tritici septem millia medimnum. & *ibid.* Medimna DCC.& 110. Medimna XXXVI, i. modij CCXV I.5.I.V. 110. Decumæ venierunt medimnis XXXVI. *Ibidem.* 112. In iugero Leontini agri medimnum ferè tritici seritur. *Ibid.* Totidem medimna decumæ debeantur. *ibid.* Vt plus quàm decem medimna ex iugere ararent: medimnum ex iugero decumano dari poterit. 5. I.V. 114. Vt iugera singula ternis medimnis decidere liceret: Nam cum à multis quaterna, etiam quina, exigerentur.

MEDIOCRIS, cre. *nonnullus, modicus.*3. Tusc.u.22. Omne malum etiam mediocre magnum est.2.de Or. 119. Hæc sunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ *ibidem.* Hoc tamen prudentię est penè mediocris.1.de Ora.6. Permultos excellentes in quoque genere videbis non mediocrium artium, sed penè maximarum ‖ 1.de Or.133. Mediocris eloquentia & *ibidem.*94. Mediocres homines, de Cl.137. I. Cotta in mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude processit.& 117. Is fuit mediocris in dicendo.2.de Or.84. Paruæ aut mediocres res.4.Acad.17. Quidam è Philosophis, & hi quidem non mediocres. Ep.lib.5.ep.12. Non enim fuit aut mediocre aut obscurum.& ep.8. Maxima, minima, mediocria. de Cl.100. Faunius in mediocribus oratoribus habitus est.* Horten. Eundem non modò ex mediocri pecunia, sed etiam ex tenui percipere possumus.

☞ Syntaxis. *Orator in dicendo mediocris.*

MEDIOCRITAS, tis. *modus, nec nimium, nec parum.* de Clar. 149. Omnis virtus est, vt vetus Academia dixit, mediocritas. pro Mur.63. Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. 1.Offic. 89. Nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parũ, quæ placet Peripateticis. 4. Academ. 135. Peripatetici mediocritatem perturbationum mihi non sanè probant. ad Brut. ep. 15. Est scilicet vtriusque rei modus, & quædam in vtroque genere mediocritas. 1. da Or. 117. Mediocritatem in dicendo C. Cælio honori fuisse, 1. Of. 140. Villarum magnificentia, quarũ quidẽ certus est adhibendus modus, ad mediocritatémque reuocandus. 2. Off. 59. In his autem ipsis mediocritas regula optima est. 2. I. A. 2. Non video quid in hac mea mediocritate ingenij despicere possit Antonius. 3. ad Her. 26. Mediocritas vultus.)(*hilaritas, tristitia.* * de Clar. 235. Lentulus cæterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultauit, in qua excellẽs fuit. 3. Tusc. 74.

✠ *A* DIVN. *Inhabiles, naturales. 3. Tusc. Optima, 4. Tusc.*

MEDIOCRITER, *modicè.*3. Tusc.22. Corpus etiamsi mediocriter ægrum est, sanum non est. 1. de Orat. 91. Neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuisse. 4. ad Heren. 7. Quiuis mediocriter literatus. * con. C. Anton. Iniurias mediocriter ferre.

☞ Syntaxis. *Virtus modiocritate moderata. Tenere mediocritatem. Modus & mediocritas. Modus ad mediocritatem reuocandus. Virtus mediocritas.*

MEDIOLANENSIS, se, I.P. 62. Mediolanensis præco.

MEDITANDI, do, 1. de Or. 136. Quid Crassus ageret meditandi aut discendi causa. de Cl. 88. Non in agendo solum, sed in meditando etiam fuit vehemens. 1. de Or. 260. Demosthenes perfecit meditando, vt nemo planius eo loqueretur.

MEDITATIO, onis. *commentatio, exercitatio.* de Cl. 139. Nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicẽdum videbatur. 2. de Or. 118. Quos locos multa commẽtatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. 2. de Diu. 96. Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerũt, vt Demosthenes. prò Cl. 82. Anni sunt octo, cum ista causa in ista meditatione versatur. 3. Tusc. 32. Stulta est meditatio futuri mali. 9. I. A. 2. Seruius in ipsa cura & meditatione obẽundi sui muneris obiit. 2. Tus. 41. Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet.

✠ *A* DIVN. *Multa, 2. de Orat. Stulta, 3. Tusc.*

MEDITATVS, a, um. *cogitatus, præparatus, commẽtatus.*)(*ex tempore.* 1. Off. 27. Leuiora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. de Ar. 3. Nihil feci non diu cõsideratum, & multo antè meditatum. pro Qu. 39. Cum paratus meditatusq́; venisses. 2. I. A. 85. Attuleras domo meditatum & cogitatum scelus. 2. de Or. 118. Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet, ad omnẽ vsum, &c. 3. Tusc. 30. Sint semper omnia homini humana meditata. 2. de Or. 246. Ea quia meditata sunt, minus ridẽtur. li. 1, 257. Accuratè & meditatæ commentationes. 10. I, A. 6. Quod verbum non tibi excidit, vt sæpe fit, casu, descriptum, meditatum, cogitatum attulisti. 2. I. A. 116. Cæsar nón multos annos regnare est meditatus. & 3. In Anto. 36. Iam accedunt consules, multos iam menses de populi Romani libertate commentati atque meditati. de Aruspi. 55. Veruntamen nocturnis vigilijs iustitium illud conceptum ac meditatum est. 1. I. C. 26. Ad huius vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur labores tui, iacére humi, &c. 3. in Ver. 102. Nos qui meditati ad dicendum paratiq́ue venimus.

✠ *A* DVERB. *Maximè, in hoc genere, Part. Multò antè de Aruſp. In-perpetuum, 2. de Orat.*

MEDITERRANEVS,a,ũ.)(*maritimus.*1.de N.89.Ita fit, vt mediterranei mare esse non credant.5.I.V. 192.Enna mediterranea est maximè.5.I.V.85. Ab hac insula hæc lucra tanquã mediterraneis exigebantur. & 7.In Ver.69.Homines maximè mediterranei.)(*homines maritimi.*

MEDITOR,aris.*attentè cogito,commentor.*Ep.lib.2.ep.5.Tu tamen ea para,meditare,cogita,quæ,&c.& lib.1.ep.7.Hæc multo antè meditare,huc te pares,&c.Att.lib.4. ep. 11.Sed ego hanc *ἀνεξίαν* in vnum annum meditatus sum.Meditare aduersus Brutũ causam meam.& li.8.ep. 11.Vides, quam causam mediter.pro Mu. 43.Meditari accusationẽ.3.deN.1. Ego enim te disputante quid contradicerem,mecum ipse meditabar.I.P.59. Meditare quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas.pro Fl.11.Græcus testis non iurisiurandi,sed lædendi verba meditatur.At. lib. 9.ep.20.Ex eius nuncio meditabar,quomodo cum illo loquar. 2.contra Rul.13.Is designatus alio vultu,&c.esse meditabatur.1. 1.de Or.32. Age vero,ne semper forum,subsellia,rostra,curiãq; mediteris.1.Off.144.Vt si quis cũ causam sit acturus, secũ ipse meditetur,aut si quid aliud attentè cogitet,non reprehendatur. Ep.lib.2.ep.3.Aut ne ad eã meditere,imparatũ te offendẽ. & li. 1.ep.8.Hæc ad te ob eã causam maximè scribo,vt iã de tua quoque ratione meditere.3.I.V.12.Meditetur de ducib⁹ hostiũ,&c. ¶ *Exerceo.*1.de Or.147.Quæ in foro agenda sunt exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari.de Cl.302. Nullum patior esse diem,quin aut in foro dicam,aut mediter extra forum.

☞ Syntaxis. *In meditando vehemens.Commentatio & meditatio.Meditatio & exercitatio cuncta perficit. In hac meditatione versatur causa. Anni duo sunt,cum in hac meditatione laboro.Meditata & præparata sunt ista.Meditatum & cogitatum scelus afferre domo.Accurata & meditata commentatio.Conceptum ac meditatum.Meditatus & paratus.In vnum annum ipsum meditatus. Meditare ad hoc, de hoc, hoc.Prædiscere & meditari ludicra exercitatione,quæ in foro agenda sunt.Vel in foro dicere,vel extra forum meditari.*

MEDIVS,a,um.*intermedius,interiectus,inter aliquos interiectus,*✝*teriectus,medius,dimidiatus* ‖*medÿ quoq;, inquit Schorus,dicebãtur quos nos neutros in contentionibus vocamus.*3.de Or.190. Nam versus æquè prima,& media & extrema pars attenditur.Orat.127. Quod & inter media argumenta faciendum est.& 218. Oratio vel oriens,vel media,vel cadens,de Pro. 43. Tempus proximũ, medium,vltimum.pro Cl.185.Ne in extrema quidem, aut media, aut aliqua denique parte quæstionis verbum fecit vllum. pro Dom.49.Cum tu furens per medium forum popularis volitares.Q.fr.lib.2.ep.3.Dixi pro Bestia in foro medio.1.de Di. 31. Qui in vinea media dicitur cõstitisse.1.de Or.180.In testamentorum formulis,hoc est,in medio iure ciuili versari pro Clu.30. Mulier in media potione exclamauit,&c.1.Tusc.40. Terra in medio mundo sita.de Som.12.Medius mundi locus.1. Tusc.40. Vt illæ superiores in medium locum mundi grauitate ferãtur. 2.de Nat.116.Mare medium terræ locum expetens.& *Ibidem.*Id medium, infimum in sphæra est.Or.193.Est tertius ac medius inter illos.de Opt. 2.Alij eis interiecti & tanquam medij.1. Ac. 36. Iis ipsis alia interiecta & media numerabat. & *ibid.* Neutra autem in mediis relinquebat.Att.lib.10.ep. 12. Nam qui se medium esse vult,in patria manet: qui proficiscitur,aliquid de alterutra parte iudicare videtur.3.de Orat.175. Itaque tum graues sumus,tum subtiles,tum medium quiddam tenemus.in Var.16. Ex quibus partim tecum sentiebant,partim medium quendam cursum tenebant.2.Off. 89. Quidam ad medium ianuæ sedentes.1.de Fin.13.Primùm veniat in medium Epicuri ratio.7.I.V. 93.& 4.Ver.175.& 2.de In. 46. Venire in medium & procedere in medium.2.I.V.29.& 2.de Fin.76.& Ep.lib.15.ep.2.& 2.de Ora. 102.Proferre aliquid in medium.pro Cl.77. Itaque iudices incẽ. si suspicione,rem in medium vocare cœperunt.pro S.R.20. De medio tollere,*i.interficere.*ꝑ S.R.112.Recede de medio,per aliũ transigam.&23.& 4.I.V.175.Remouere aliquid de medio.4.I.V. 104. Tabulæ sunt in medio. & 1. Ver. 33. Quæ in medio posita sunt.)(*obscura.*1.deOr.12.Dicẽdi ratio in medio posita.5.Tu.94. Obscœnas voluptates faciles, cõmunes in medio sitas esse dicunt.3.In Ver.29.Proponere aliquid in medio.pro Cæl. 48. Neminem nominabo,tantùm in medio relinquam.7.I. V. 158.& 1. de N. 13. Ponam in medio sententias Philosophorum. pro Do. 138.Hæc non sunt quæsita ex occulto aliquo genere literarum, sed sumpta de medio,& reb.palàm per magistratus actis. 2. de Inu. 7.Atque hic quidẽ ipse,& sese ipsum nobis & eos qui ante se fuerant,in medio posuit,vt cęteros & seipsum per se cognosceremus. de Clar. 87. Vnum quasi comperendinatus medium diem fuisse.3.de Or.175.Cum verba iacentia sustulimus è medio.& 1.Of.22.Cõmunes vtilitates in medium afferre.3.Off.37. Hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio.5.A.32. Alteri victi sunt,alteri sunt è mediis C. Cæsaris partibus. & 8.In Ant.4.Inter bellum & pacem medium nihil est: quare necesse est tumultum,si belli non sit,pacis esse.10.I. A. 10. Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, vtrijs cum vtroque certabat.de Vniuers. 13. Vnum interiectum medium,& seipsum, & ea quibus esset interpositum,colligaret.L. TOLLO.Lim.

Conuersum expressumq; Latina voce Menandrum.
In medio populi sedatis vocibus effers.

☞ Syntaxis. *In media potione ridere, In medio mundo sita terra. In medium locum mundi ferri. Medium quiddam tenere:&, Medium cursum. Veniat in medium illa sententia. In medium procedere, aliquid proferre,rem vocare. De medio tollere,remouere,recedere. In medio positum.*)(*obscurum. In medio ponere, proponere. Res de medio sumptæ, id est, omnibus agnitæ.*

MEDIVSFIDIVS.*iurandi formula,seu aduerb.vt mehercules, & id genus alia.*At.li.8.ep.24.Quòd Lentulum voluisti hic remanere, mihi gratissimum medius fidius feci sti. pro Syl.83.Si mediusfidius indices,&c.Ep.li.5.ep.21.Vnum medius fidius tecum diem libentiùs posuerim,&c. Att.lib.4.ep. 4. Mediusfidius næ tu emisti locum præclarum.

MEDVLLA,læ.*pingue, ossium media replẽs.translatè,animus.*5.Tus. 27.Metrodorus omne bonum in visceribus medullisque condidit.Ep.lib.15.epist. 16. Neque enim solùm te,qui mihi hæres in medullis. de Cl. 59.Suadæ medulla. L. SVADA.At.lib.15.ep.4. Prætereo illa,quæ mihi sunt inclusa in medullis.4.Tusc.24.Cũ hic feruor tanquam in venis medullisque insederit.1.A.36.Qui in medullis Pop.Rom.ac visceribus hærebant.

☞ Syntaxis.*In visceribus ac meduus. Iuc in medullis hæret patri. Venis & medullis insidet malum. In medullis & visceribus Pop.hærere.*

MEGALENSIA,orum.de Arusp.24. Ludi quos in palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrarique voluerunt.Ep.lib.1. ep. 9.Scripsi hæc ipsis Megalensibus.

MEGALESIA,orum.de Arusp.22. & 24.Tota hæc ædile seruorum Megalesia fuerunt.

MEGABOCCHVS,*id est,Pomp.*Att.lib.2.ep.7.

MEGARA,ræ.*vrbs.*1.de D,57.Ep.lib.4.ep.5.Sulpitij.1.ad Her.14.

MEGARENSIS,e.7.I.V.15.

MEHERCVLE,MEHERCVLES: L. HERCVLES.

MEI, tui, sui. Postq. ad Quir. 8. Qui fletu suo desiderium mei memoriámque renouaret.& 1.Vt aliquando vos memoria mei desideriúmque teneret.de Aru.5. Clodius nihil fecit odio mei, sed,&c.

MEL,lis.de Sen.56.Villa abundat lacte,caseo,melle. 1.de Fini.30. Niuem esse albam,dulce mel.3.de Fin. 34. Mel & dulcissimum est,suo tamen proprio genere,nõ comparatione cum aliis dulce esse sentitur.2.de D.86.Eo loco mel ex olea fluxisse dicunt. 4.I.V.183. Quæro, vnde c c c c.amphoras mellis habueris. de Sen.31.Ex Nestoris lingua melle dulcior fluebat oratio.Orato. 32.Xenophon cuius sermo est melle dulcior. * Hortens. Alterius ingenium sic acre, vt mel Hymettium dicimus.

✝ *ADIVNC.Acre,Hort.Dulce,*1.*de Fin.Dulcissimum,*3. *de Finib.*

MELAMPVS,*vates.* 2. de Leg.33.

MELANCHOLIA,æ. *atrabilis.*3. Tusc. 11. Quem nos furorem, *μελαγχολίαν* Græci vocant:quasi verò atrabili solùm mens moueatur, &c.

MELANCHOLICVS,a,um.1.Tusc.l. 80. Aristoteles ait omnes ingeniosos melancholicos esse, vt ego me tardiorem esse non molestè feram. 1. de Diui. 81. Qui valetudinis vitio fuerunt, & melancholici dicuntur, habent aliquid in animis præsagiens atque diuinum.

MELICVS,a,um.*à μέλος:id est,cantu,lyricus poeta dicitur.*de Opt. 1. Melici ac Dithyrambici poëtæ.

MELIOR,us.*potior,commodior,præstabilior,lectior.*) (*deterior.* Atti. lib.14.ep.22.Hircium per me meliorem fieri volunt. ad Br.epi. non ita pridem Inuenta.7.Tibi respub.melior est facienda.pro Fla.65.Phrygem plagis fieri meliorem.1.de In.52. Vt neque vir melior,neque fœmina lectior in terris sit.Att.lib.14.ep. 22. Nemo vnquam neque orator neque poëta,qui quenquam meliorem quàm se arbitraretur. de Ar. 61. Meliore loco esse. Attic. lib.14.ep.18.Puto rem meliore loco esse debere.Att.lib.14.ep.16. Incipit res meliùs ire quàm putaram.& *ibidem.* Spero meliora. 4.de Finib.43.Is melior quàm Pyrrho,deterior quàm cæteri.ad Brut.ep.18.Vtrum redire mihi conducit,an commorari melius est.Att.lib.11.epist.7. Ij tamen ipsi se hoc melius habent,quàm nos.quòd & multi,&c.3.de Orat.219.Quo melius nostri illi senes,qui,&c.3.Offic.60.Melius,æquius. 1. ad Heren. 25. Melius, satius,potius.Att.li.4.ep.6.Literæ quibus intellexi Lentulo esse

melius. Para.1. Nihil bonum est, quod non eum qui possidet, meliorem facit.

☞ Syntaxis. *Res meliore loco est. Melius it. Illi melius iam est. Plagæ meliorem faciunt improbum.*

MELITA,æ.6.I.V.103.Insula est Melita,satis latè ab Sicilia mari disiuncta.Att.lib.3.ep.3.lib.10.ep.6.& ep.7.

MELITENS,IS,sc.4.I.V.176.Melitensis vestis.&7.Ver.27.Melitensis rosa.

MELIVS,a.*à Melo insula dicitur.*1.de N.2.Diagoras Melius.

MELIVS.*commodius.*) (.*peius.*1.de Finib. 63. In dialectica autem nullam vim existimauit esse, nec ad melius viuendum, nec ad commodius disserendum.&lib.4.54.

MELIVSCVLE.*aliquanto melius.*Ep.lib.16. ep.5. Volebam ad te Marionem mittere,quem cum meliusculè tibi esset, ad me remitteres.

MELLARIA,cella:*vt vinaria,vt olearea,vt penuaria.*de Sen.56.

MELLITVS,a,um.*suauis,dulcis.*Att.lib.1.ep.15.Mellitus puer.

MELOS.*cantus.*2.de Nat.89.Syluam μέλος consimilem ad aures cantum,& auditum refert.Accij.

MEMBRANA,æ.2.de N.142.Natura oculos membranis tenuissimis vestiuit ac sepsit.*Incer.In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum.

✠ADIVNCT. *Perlucidæ.*1.*de Natur. Tenuissima,*2. *de Natu.*

MEMBRANVLA,læ.*macrocollum,charta.*Att.lib.4.ep.4.Librarijs impetes,vt sumant membranulam,ex qua indices fiant.

MEMBRATIM.Or.212. Incisè membratimue dicere. Part. 121. Narratio autem accusatoris erit quasi membratim gesti negocij suspiciosæ explicatio.

MEMBRVM,bri.*pars corporis:translatè,pars aliarum rerum.*At.li.8. ep.1.Nec sum miratus eum,qui caput ipsum reliquisset reliquis membris nõ parcere.3.de Fi.18.Iam membrorum,id est, partium corporis alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata,vt manus,crura,pedes,&c alia nullam ob vtilitatem,quasi ad quendam ornatum,vt cauda pauoni.Par.1.Qui hæc commutabilia pecuniæ membra solo verbo bona appellauerunt. Orato. 211.& 223.Quæ Græci λεμματα & λῶλα nominant, nos rectè incisa & membra dicimus.4. ad Heren.27. Membrum orationis quid sit.de Cl.162. In membra quædam, quæ Græci λῶλα vocant,dispertiebat orationem libentius.3.de Orato.188.Sæpe carpenda membris minutioribus oratio est. & *Ibidem.* Oratio articulis membrisque distincta.Orato.223.Ex duobus versibus,id est,membris perfecta comprehensio est.1.de N.9 Omnes partes atque membra Philosophiæ.Or.74.Causæ,earúmque quasi membra. *Horten. Aut eius partes, quasi membra quædam, cædendæ.

✠ADIVNC.*Commutabilia, imbecilla & commutabilia,Parad.Humana.*1.*de Nat.Minutiora,*3.*de Orator. Proximum,*3.*Offic.Reliqua,*8.*Attic. Tenuissima,*2.*de Nat.Timidum ac turgidum,*3.*Tusc.*

☞ Syntaxis.*Partes & membra Philosophiæ.*

MEMINI, sti.*memoria teneo,memoria repeto, commemini, commemoro.*6.1.V.32.Memini Pamphilum hospitem meum mihi narrare,se,&c. Attic.lib.8.epi. 11. Memini tibi librum afferri à Demetrio Magnete.pro Plan.101.Memini enim,memini, nec vnquam obliuiscar noctis illius.Epist.lib.1.ep.9.Non potui magis obliuisci temporum meorum,& meminisse actionum. 2. I. A. 91.Meministi ipse de exulibus, scis de immunitate quid dixeris.pro Pom. 47. Felicitas quam præstare de seipso nemo potest,meminisse & commemorare de altero possumus. 1. de L. 14.Ego memini summos fuisse in ciuitate nostra viros, qui, &c.pro S.R.122.& Ep.lib.1.ep.9.Meministi me ita destribuisse causam,&c,de Somn. 1. Omnia alicuius dicta & facta meminisse.Ep.lib.3.ep.8.Dixi me non meminisse vllum tempus laudandi,aut locum dari.*id est,datum esse.*pro Pl.80. Qui patriæ beneficia meminerunt.Att.lib.15.ep.26. Sed de Erote meminero, & de omnibus.3.de Orat.192. Antipater ille,quem tu probè meministi.2.de Fin.63.Balbus fuit Lanuuius, quem meminisse tu non potes.pro Mur.42.Cui placet,obliuiscitur: cui dolet,meminit.Att.lib.8.ep.23.Sed memento præter Appium neminem esse.&c.& lib.15.ep.25.Varroni memineris excusare tarditatem literarum mearum.5.de Fin.3.Viuorum memini, nec mortuorum obliuisci possum.4. Ac. 106. Omnia meminit Styron Epicuri dogmata.Ep.lib.10.ep.12.Meminisse mandata.& lib.6. ep. 3.De illo ne meminisse quidem volo,& lib.2.ep. 1. Te rogo vt memineris, quantæcunque,&c.Att.lib.9.ep.6.Causa igitur non bona est,imò optima,sed agetur(memento)fœdissimè. & epi. 11.Quin ea ipsa quæ à te commemorantur,non memini.

✠ADVERB.*Diligentissimè,*11.*Famil. Gratè, iucundè, suauiter,*1.*de Finib.Melius,aliquem,*3.*de Orat. Omninò,*2.*Offic.Præclarè,*4.*Fam.Probè atiquem. de Senec. Rectè,*12.*Att.*

☞ Syntaxis.*Memini huius rei,de hac re.Meminisse & commemorare. Aliquid memini.*

MEMOR, oris.*qui non obliuiscitur,memoriam alicui præstat.*Ep.lib.1. ep.7. Qui non tam memores essent virtutis tuæ, quàm laudis inimici.Ep.lib.1.ep.9.Vt officium meum memoremque in beneméritos animum præstarem.1.de Leg.22.Homo animal acutum,memor,&c.2.de Or.140.Diligens,memor,sobrius orator. & 3.de Or.192.Homo ingeniosus ac memor.Epi.lib.13.ep.25.& 2.contra Rull.21.Memor & gratus.Att.lib.7. epi.3. Custos vrbis me præclaræ inscriptionis memorem esse cogeret.de Cla. 302. Memor & quæ dicta contrà,quæque ipse dixisset.

MEMORABILIS.le.*memorandus,memoria dignus,commemorabilis.*de Clar.49.Multa iam memorabilia in domesticis & in bellicis rebus effecerat.ad Br.ep.prid. in 7.Res à te gesta memorabilis,& penè cœlestis.15.I.A.44.Cuius memorabilis & diuina virtus lucem affert reip.de Am.4.Familiaritas C.Lælij & P.Scipionis maximè memorabilis fuit.1.de Leg.8.Incurret enim in illum memorabilem annum suum.

✠ADVERB.*Maximè Familiaritas,de Amic.*

☞ Syntaxis.*Animum in beneméritos memorem præstare. Homo, orator memor. Ingeniosus ac memor. Memor quæ dixerim,repeto. Res memorabilis & cælestis. Memorabile ac diuinum. Homo, annus memorabilis.*

MEMORIA,æ.*facultas animæ rerum perceptarum custos.* 1. de Inu. 9. Memoria est firma animi rerum & verborum ad inuentionem perceptio.2.de In. 160. Memoria est, per quam repetit ea quæ fuerunt.1.de Orat. 18. Memoria thesaurus omnium rerum:quæ nisi custos inuentis excogitatisq; rebus & verbis adhibeatur, intelligemus omnia, etiamsi prælara fuerint,in orane peritura.de Clar.301.Hortensius tanta memoria fuit,vt quæ secum commentatus esset,ea sine scripto verbis eisdem redderet.de Senect. 21. Nec sepulchra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam.& *ibid.*Sepulchris legẽdis redeo in memoriam mortuorum.de Sen.38. Pythagoreorum more exercendæ memoriæ gratia,quid quóque die dixerim, audiuerim,egerim commemoro vesperi.de Sen.78. Memoria præteritorũ,futurorum prouidentia.3.I.C.13. Et quoniam nõdum est perscriptum senatusc.ex memoria vobis Quirites quid senatus censuerit,exponam.3.ad Heren.27.Memoria thesaurus rerum inuentarum, & custos.2.de Or.36.Historia vita memoriæ.Part. 26. Memoria est germanæ literaturæ quodammodo,&c.2.de Orot. 351.Simonides Chius primus artem memoriæ protulisse fertur. 1. Tuscu. 57. Habet primum animus memoriam,& eam quidem infinitam rerum innumerabilium,quam quidem Plato recordationem esse vult superioris vitæ.

¶ *Recordatio,*1.de Orat. 4. Mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio.de Cl.9.Quorum memoria & recordatio mihi iucunda sanè fuit.pro Fla.60.Reuocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam. pro Syl. 37.Antonij commemoratio memoriam Syllæ retulit. pro Arch.1.Pueritiæ memoriam recordari vltimam.& 8.De hominum memoria tacere,literarum memoriam flagitare. Anteq. 19,Vt ego nihil ponam de rebus meis gestis, tamen in animis & memoria vestra, &c. Discedit illius optimi viri memoria. 1. de Diuina. 12. Nihil est, quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisq; monumentis efficere possit. 2.de Orat.8.Deberi hoc à me tantis hominum ingeniis putaui, vt cum etiam nunc viuam,illorum memoriam teneremus: hãc immortalem redderem,si possem. & 52. Cuius rei memoriæq; publicæ retinendæ causa Pon.Max.annales scribebat.2. de Or. 122.Nihil vnquam audiui, quod non in memoria mea penitùs insederit. *Themistoclis dictum.* Br. 14. Liber quo iste omnem rerum memoriam breuiter complexus est.& *ibid.* 19. Ad rerum naturalium memoriam comprehendendum impelli.3. de Leg. 24.Quamuis enumeres multos licet, nullos in omni memoria reperies pernicioſos tribunos pro Deior. 20. Repetere memoriam præteriti temporis. 5.de Finibus. 2. Cuius etiam illi hortuli memoriam nihil afferunt. pro Dom.112. Monumentum quod positum est,vt esset indicium oppressi senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis.1. de Or.113.Motus animi celeres,& ad memoriam firmi atque diuturni.1.de Ora.96. Aliquid ex sermone alicuius memoria dignum excipere.2.de In 4.Viri nomine & memoria digni.1.de Orat.127.Aliquid animo percipere,& memoria custodire. pro Cluent. 140. Perinde quasi id hominum memoria non comprehendatur.1.de Or.154.Legere aliquam orationem ad eũ finem, quem memoria possis comprehendere. pro Sext.Rosc. 35. Memoria retinere. 1.in Verr. 39. Memoria complecti aliqua.ad At.li.13.ep.31. Vt mea memoria est.3.ad Herenn.18.Nuperrimè dictum facilè memoriæ mandatur. pro Quinct. 24. Quæso eum diem memoriæ manderis. Ep.lib.6.ep.13.Quare mihi crede,& memoriæ manda.Ep. lib.1. ep.9.Quid sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. 1. de Iauen.98.Ita in memoriã redibit auditor.3.in Verr.120. Quæso

redite

redite in memoriã,quæ libido iſtius fuerit,&c.2.de Natur.104. Multa carmina ex ijs memoria teneo.13. I.A. 3. Tenete veſtra memoria,quod ſæpe oſtenditis,&c.Ep.lib.7. ep.3. Quin etiam ipſum diem memoria teneo.pro Pomp.19.Retinere memoria aliquid.3.de Fin.9.Retinere memoriam alicuius,vt amici.1. de Orat. 142. Memoria ſepire res inuentas.de Clar.38. Vt memoriam concinnitatis ſuæ relinqueret.ad Oct.Quæ veriſſima memoriæ propagata ſunt.2.de Inu.3.Earum nomina multi poëtæ memoriæ tradiderunt,vel prodiderunt.Epiſt.lib.8.ep.3.Prodere memoriam alicuius rei poſteris.Ep.lib.5.ep.16.Prodere aliquid memoriæ,aut literis.Ep.lib.6.epiſt.12. Conſeruare memoriam beneficiorum acceptorum.3.ad Heren. 29. Habere memoriam alicuius rei.1.de Inu.98.Reducere in memoriam.& 100.Renouare memoriam.1.de In. 99. Memoria auditoris de confirmatione redintegrabitur.3.ad Her.4.Habere memoriam alicuius rei præſentem,vel auditam.Ep.lib.11.ep. 27. Quantum memoria repetere præterita poſſum.Ep.lib.5.ep.16. Repetere memoriam euentus aliorum.1.de Ora.1.Repetere memoria res antiquas.Ep.li.8.ep.1.Dare operam memoriæ alicuius.Att.lib.4.ep. 15 Sed tamen habet ædilitas eius memoriam non ingratam. Poſtquam in Se.5. Cn. Pompeius omnium ſeculorum,omnis memoriæ facilè princeps.2.I.A.32.Quæ res vnquam erit commẽdatior hominum memoriæ ſempiternæ?de Aruſp.37. Quod ſacrificium nemo niſi P.Clodius omni memoria violauit, nemo vnquam adijt.pro Dom.147. Liberis noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis & memoriæ noſtræ relinquemus.3.Offic.5.Cratippus noſter,princeps huius memoriæ Philoſophorum. pro Cor. 29.Multi etiam ſuperiori memoria.pro Seſt. 33. Conſules non modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi. & *ibid.* 36. Tanta multitudo, quanta mea memoria nunquam vllo in iudicio fuit.In Vat.33.Quod in hac Repu.non modò factum antè nunquam eſt, ſed in omni memoria eſt omnino inauditum.1.de Inue.1.Res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotæ.Ep. lib.5.epi. 8. Ea ſint euulſa ex omni memoria vitáque noſtra.2.de Diu.146.Quomodo hæc infinita aut memoria complecti,aut obſeruando notare poſſumus? Para. 3. Iſtum doctum virum fuiſſe memoriæ traditum eſt. pro Mur. 59.Nam hoc memoriæ traditum eſt.3. de Or. 14. Prodere memoriæ ſermonem alicuius.1.de Or.181.Quia memoriæ ſic eſſet proditum.& *ibidem.* 183. Quid, quòd vſu patrum memoria venit?pro Syl.18.Ex memoria deponere inſidias factas.pro Qu.57. In memoriam rediit Quintius,quo die,&c.pro Syl. 34. P. Syllæ nomen in memoria Caſſio non fuit.Poſt. ad Quir.1.Vt aliquãdo vos memoria mei deſideriuḿque teneret.13.I.A.40. Quem ego iniuſtum,&c.tradam hominum memoriæ ſempiternæ.de Sen.19.Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes. pro Rab.15. Iſtę omnes verborum acerbitates non ex memoria veſtra patruḿque veſtrorum , ſed ex annalium monumentis ac regum commentariis conquiſiuit. pro Font. 33. Quod ſæpe & noſtra,& patrum memoria vſuuenit. Poſtqu. ad Quir.7.C.Marius noſtra patruḿque memoria ſubiit, &c. pro Rab.25, Cauſam ſuſcepi antiquiorem memoria tua.1. I. C. 16, Hoc poſt hominum memoriam contigit nemini. 5. I. V. 44. Quod nemo vnquam,poſt hominum memoriam fecit.Epiſt. lib.11.ep.5.Res poſt hominum memoriam maxima.1.de Or. 16. Quis non iure miretur ex omni memoria ętatum,temporum, ciuitatum , tam exiguum numerum oratorum inueniri ? pro Pomp.54.Rhodiorum vſque ad noſtram memoriam gloria remanſit.ad Brut. epi.15. Omnia bella,quæ memoria noſtra fuerunt.pro Font.2.& 2.Tuſcu.9.Noſtra autem memoria Philo.2, contra Rul.3.Perlongo interuallo propè memoriæ temporuḿque noſtrorum.Ep.lib.2.ep.1. Meam tuorum erga me meritorum memoriam,nulla vnquam delebit obliuio.Epi.lib.6.ep.17. Quare grata mihi eſt & memoria tuæ noſtræ coniunctionis, & eius augendæ voluntas.2.de Finib.98. Rationes tuas te video compenſare cum iſtis doloribus:non memoriam corpore perceptarum voluptatum. pro M. Scau. Vnus ex omni memoria ſceleratiſſimus.Frag.epiſt.Promiſſa tua memoria teneas. Oec. 1. Quia partis opibus æquè fuit opus memoria & diligentia: non minorem fœminæ quàm viro earam tribuit poſſeſſionem natura,1.de Fin.57.Stulti malorum memoria torquentur.

¶ *Monumentum*, Att.lib.9. ep. 10.Vt gratus,plus deniq́ue eſſe in maximi beneficij memoria poſſim.de Clar.244. Sed ordinem ſequens in memoriam notam & æqualem neceſſariò incurro. Quint.frat.lib.1.epiſt.14.Ampliſſimis monumentis conſecrare memoriam nominis ſui.de Amic.38.Sed loquor de ijs quos videmus,aut de quibus memoriam accepimus. pro Dom. 43. Hoc eſt maximè inſigne ad memoriam crudelitatis, &c. 1. de Or.129.Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile,quàm id in quo aliquid offenderis.pro Dom. 87. Huius viri laudem ad ſempiternam memoriam temporis calamitas propagauit. de Cl.214.Nullam memoriam antiquitatis collegerat.Frag. epiſt. Monumentum ad memoriam ſpectare debet poſteritatis.

*Nomen,fama.*3.de N.50.Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam.Epiſt.lib.1.ep.7.Magna memoria conſulatus tui.*pro M.Scau.Vt M. Æmilius cum ſua dignitate,omni,cum patris memoria,cum aui gloria,ſordidiſſimæ genti condonetur.

✝ ADIVNC. *Acerba,pro Planc. Acris,hebes,immortalis poſteritatis,naturalis , nimis neceſſaria , viua alicuius , 2. de Orat. Æqualis ſuæ ætati , 1.de Legib. Æterna,6.In Ver. Altior,bona,melior,8.Atti. Breuis,aut nulla, 2. Offic. Chara alicui, Clara,communis, cuſtos rerum,Ora.Digna,pro Seſt.Diuina,iucunda,nota,& æqualis,Summa,tanta,de Clar.Diuturna,recentior,5.Phil.Fidelis,pro Mar. Germana, Part.Grata, Ep.ad Brut. Gratiſſima , 10. Philip. Grauiſſima, 3. de Legib.Infinita,recens,2.de Finib.Non ingrata,4.Atti. Inſignis turpitudinis, de Prou. Iucunda, diuturnaque, Diu.Quam iucundiſſima,1.ad Qu.frat. Magna conſulatus.de Opt.gen.Maior,præſtantior,4.Acad.mira,2. de Legib.Multa,2.de Nat.Nimia,pro Syll.Præterita,2.ad Q.frat. Publica,pro Cæl.Recens parentum ,pro Font. Recentior & coniunctior cum rebus alicuius , pro Do. Sempiterna nominis,1.de Inuent.Singularis,3.de Orat. Suauis,2.Famil.Superior,pro Cor.Theſaurus omnium. 1.de Orat.Vetus,5.In Ver.Vltima pueritiæ,pro Arch. Ingratiſſima,16.Att.*

☞ Syntaxis. *Memoria eſt perceptio, theſaurus, cuſtos.* habes hic memoriæ genus multiplex pro definitione. *Monumentum ad memoriam gloriæ ſempiternam. Memoriam ſeruare inuiolatè, pieq;. Nullus in omni memoria pernicioſus tribunus. Memoriam repetere, prodere, afferre,Memoria tenere,cuſtodire,percipere, retinere, comprehendere, complecti.Mandare,tradere memoriæ.In memoriam redire, redigere. In memoriam redi.Tua memoria tenebo.Memoria repetere,ſepire multa.Propagatum memoriæ.Memoriam ſui relinquere. Memoriæ tradere,prodere.Memoriam habere,renouare,conſeruare,redintegrare,repetere.Omnium ſeculorum omnis memoriæ Princeps. Ex omni ætatum memoria perpauci ſunt viri boni.Vſque ad noſtram memoriam.Memoria noſtra antiquius , prius. Memoria patrum & noſtra , facta bella. Orator noſtra memoria & Cæſ. Longo noſtræ memoriæ temporúmque interuallo.Memoriam perdere.In memoriam redire. Id ago in amicorum memoriam. In memoriam incurrere alicuius immortalem.Memoriam ampliſſimis conſecrare monumentis. De Cæſ. memoriam accepimus.Hoc eſt maximè inſigne ad memoriam pietatis. Colligere memoriam antiquitatis. Diuinis honoribus memoriam alicuius conſecrare. Memoria vacillare.Ex memoria exponere:id eſt memoriter.*

MEMORIOLA,læ.Att.lib.12.ep.1.Memoriola vacillare.

MEMORITER. *ex memoria,ſine ſcripto.*1.de Nat.92. Enumeraſti memoriter Philoſophorum ſententias.2.de Diu.14. In quo noſtra quædam Aratea memoriter à te pronunciata ſunt.1.de Or. 88.Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demoſthenis. & 3.ad Heren. 30.de Amic. 1. Is multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucundè ſolebat,de Clar. 303. Rem memoriter complecti.4.de Fi.1. Næ tu iſta poſuiſti tam multa memoriter. Att.lib.4.ep.3.Memoriter recitare.)(*deſcripto dicere.* in Vat. 10. Tum memoriter reſpondeto ad ea quæ de te ipſo rogaro.Acad.lib.4.Oratio Luculli, quæ eſt habita memoriter, copioſa,&c.

MEMORO,as.*commemoro proſequor.*3.I. V.122.In plebem verò Romanam,vtrum ſuperbiam prius memorem,an crudelitatem?1. de Leg.7.Nam quid Accium memorem ? qui, &c.2.de Leg.61. Clarorum virorum laudes in concione memoranto,easque ad cantus & ad tibicinem proſequuntor.2.de Fin. 15. Heraclius de natura nimis obſcurè memorauit.

¶ *Appello,dico.*de Vniuerſ.35.Oceanum Cœli Terræque filium memorant.

✝ ADVERB. *Nimis obſcurè,2.de Finib.*

☞ Syntaxis. *Memoriter enumerare pronunciare , narrare, complecti, ponere , recitare , habere orationem copioſè. Memorare laudem de laudibus.*

MENDACIVM,cij. *vanitas,falſitas,orationis vanitas.*6.I.Ver.124. Nolo illos eſſe temeritati meæ & mendacio conſcios.pro Cla. 72.Homo qui eſſet totus ex fraude & mendacio compoſitus.1. de In.90.Falſum eſt,in quo perſpicuè mendacium eſt.1.de In. 4.Stare à mendacio contra verum.4.Acade. 80. Opinionis hoc eſt mendacium,non oculorum.pro Mur. 62. Improbi hominis eſt mendacio fallere.pro Cl. 168. Magnum & impudens mendacium.Qui.de Pet.37.Dicere mendacium alicui.4. ad Heren. 26.Ille ſibi à mendacio non temperat.

✝ ADIVN. *Honeſtum,ac miſericors,pro Qu. Lig.Impu-*

dens,pro Corn Magnum,atque impudens,pro Cluent. modeſtum,ſed non infacetum,pro Cœl.

MENDACIVNCVLVM,li.2. de Orator. 241. Quod tamen eſt mendaci inculis aſpergendum.

MENDAX,cis.*vanus,totus ex fraude & mendacio compoſitus, futilis.*pro Q. R. 46. Nihil intereſt inter periurum & mendacem: nam qui mentitur peierare conſueuit.& 3.Offic.91.& 2.de Or. 51.Si vt noſti,ſatis eſt non eſſe mendacem.2.de Diu.146. Mendaci homini ne verum quidem credere ſolemus.2.de Diu.127. Falſis & mendacibus vilis mentes mortalium concitare.2. contra Rullum.94.Carthaginenſes fraudulenti & mendaces.

☞ Syntaxis.*Mendacio conſcius,A mendacio contra verum ſtare.Mendacio fallere.Fraudulentus,& mendax.Falſa & mendacia viſa.*

MENDICITAS,tis.*paupertas.* 5.de Fini. 32. Cùm mendicitatem multi perpetiantur,vt viuant.pro S.R.86.Hic in ſumma mendicitate eſt.4.I.C.10.Vt omnes animi cruciatus, & corporis egeſtas,& mendicitas conſequatur.pro Flacc.35.Potuit dare Seruilius:nam fratres quidem conſortes ſunt mendicitatis. in Vat. 23. Qui ex eo magiſtratu non emerſeris ex mendicitate, ſed, &c.11.I.A.4.Paſtus mendicitatis.5.I.A.20.Huius mẽdicitas auiditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat.

✠ ADIVN.*Coniuncta cum auiditate,3.Philip. Summa, pro Sex.Roſc.*

MENDICVLVS,li.2.I.C.5. Exercitus collectus ex ruſticis mendiculis.*rectius forte legas,mediaſtinis.* L.EXERCITVS.

MENDICVS,a,um:ſſimus,*mendiculus,pauper, qui pedem in ſuo ponere non poteſt.*pro Mur.61.Sapientes ſi mendicitſſimi ſint, diuites eſſe.5.de Fin. 84. Paupertas ſi malum eſt, mendicus beatus eſſe non poteſt.3.de Orat. 90. Inſtrumentum hoc forenſe exiguum ſanè atque mendicum eſt.8.I.A.10.Ex mendicis fieri repentè diuites.

✠ ADIVN.*Beatus,non modo beatus,ſed etiam diues,ſapiens,5.de Finib.*

☞ Syntaxis. *Corporis egeſtas & mendicitas. Mendiciſſimus. Inſtrumentum forenſe e exiguum atque mendicum.*

MENDOSE.*vitioſe.*Qu.fr.lib.3.ep.5.Libri mendosè & ſcribuntur & veneunt.Att.lib.1.ep.10.Ad IIII.Non.Decembris mendosè fuiſſe animaduerteram.1.de Inu.8. Ars mendosè ſcripta.

MENDOSVS,a,um:ſior.*vitioſus.* de Clar.62. Quanquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior. & 2.de Orat.83. In quo & deeſſe aliquam partem, & ſuperare mendoſum eſt.

MENDVM, di.*vitium, erratum.*4.I.V.104. Quid fuit antea ſcriptum?quod mendum iſta litura correxit? Att.lib.13. ep.23.Menda librariorum tolluntur. Epi.lib.6.epi.7. Nam cum mendum ſcripturæ litura tollatur,meus error exilio corrigitur.Atti. lib.2. ep.7.Caſtritianum mendum nos corrigemus.& lib.14. epi. 24. Idus Martiæ magnum mendum continent.

☞ Syntaxis.*Mendum litura corrigere. Tollere mendum.*

MENECLIVS,a.de Clar.326.Meneclium ſtudium.

MENENI.*populi.*5.I.V.102.

MENELAVS,lai.de Clar.50.Menelaum ipſum dulcem quidem tradit Homerus,ſed pauca dicentem.

MENIA,*columna Romæ fuit,ad quam ſerui fugitiui & fures adligabantur: vt hodie quoque vbique fieri videmus in foro, infamiæ cauſa furunculos ad columnam quandam vinciri. ea verò à Menio quodam qui eam erexit appellata eſt.*1.I.V.50.& pro Seſt.124.

MENIA,orum.*ab eodem Menio inuentore appellata,genus ædificij eſt, porrectis tigni vltra columnas ſeu parietes ædium,ſic vt nuſquam extrà conquieſcant,aut nitãtur.hoc genus Labeo iuriſconſultus, Proiecta vocat.*Acad.lib.4.teſte Nonio.

MENON.*Platonis liber.*Tuſc.lib.1.57.

MENS,tis.*ratio,animi pars princeps,intelligentia.*3.Tuſcul. 10.Mens, cui regnum totiùs animi à natura tributum eſt. 5. de Fini. 34. Præſtantia mentis,cui tota hominis natura paret.9.Acade. qu. 100.Mente moueri.3. Offi.44.Mente nihil homini dedit Deus ipſe diuinius.3.ad Attic.ep.15.A mente deſeri.5.Fam.ep.2.Ab illa mente deſiſteret.pro Quint.4.& 3.Philip.13.Mente bona audire.*id eſt,libenter.*4.Acad.53.& 1.Offic.94.Mente captus. 4. Aca. quæſt.31.Menti hominis veritatis luce nihil dulcius.1.de Na.33. Menti tribuit omnem diuinitatem Ariſtoteles.1.de Nat. deor. 33.Menti diuinum principatum tribuit Theophraſtus.1. Acad. q.30.Mentem ſolam cenſebant Academici idoneam cui crederetur.pro Mil.89.Dij illi mentem dederunt.13.I. A. 24. Cum in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres.1,de Nat. deor.25.Eam mentem deum eſſe dixit Thales Mileſius,quæ ex aqua cuncta fingeret.1.ad Quint.frat.ep.4.Mentem exturbare. 2.de Natur. deor.29.Principatum in ſe habere naturam neceſſe eſt, vt in homine mentem, in belua quiddam ſimile mentis, vnde oriantur rerum appetitus. Tuſcul. quæſt.lib.3.8. Mentem tranquillitate conſtantiaque vacuam Philoſophi nominauerunt inſaniam, propterea quòd in animo perturbato, ſicut in corpore,ſanitas eſſe non poſſit.1.Aca.29.Mens mundi nonnunquam fortuna ab Academicis vocatur,& quare.1.Acade.qu. 30. Mens rerum iudex.Tuſcul.quæ.lib.1.73. Quemadmodum qui acutis oculis deficientem ſolem intuentur, aſpectum omnino amittunt:ſic mentis acies ſeipſum intuens,nonnunquam hebeſcit.2.de Nat. deor. 45. Mentis aciem abducere à conſuetudine oculorum.in Piſ.48.Si tuæ mentis compos fuiſſes.3.ad Atti. epi. 14.Mentis errore me ex dolore affici.2.de Natu.deor. 43. Putant aliquid intereſſe ad mentis intelligentiam,quo cibo vtare.1.de Nat.deor.26. Mentis infinitæ modum omnium rerum deſcriptionem vi ac ratione deſignari & confici primus voluit Anaxagoras.Tuſc.q.lib.5.66.Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione ſolertiæ. Som. Scip. 19.Mens cuiuſque is eſt quiſque, non ea figura quæ digito demonſtrari poteſt.4.Academ. quæ. 31. Mens hominis ad rerum ſcientiam vitæque conſtantiam aptiſſima. *Ibidem.*Mens hominis *ἐκτάλαντον* hoc eſt, comprehenſionem quam ipſam per ſe amat,tum etiam propter vſum.*ibidem.*Mens hominis vſque eò Philoſophiam ipſam corroborat,vt virtutem efficiat,ex qua re vna vita omnis apta ſit.3.de Natur.21.Comprehendere aliquid mente.4.Acad.14.Mente incitatus:*id eſt quaſi furens.*1. de Diuin. 60.Ea pars animi,quæ mentis ac rationis particeps eſt.pro Mil. 85.Dij illum in eam mentem impulerunt, Dij illi mentem dederunt,Dij illi mentem iniecerunt,vt conaretur, &c.1. Offic. 105. Hominis mens diſcendo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit,aut agit,videndique & audiendi delectatione ducitur.pro Mil.85.Mens noſtra,qua ſapimus,qua prouidemus, qua hæc ipſa agimus ac dicimus,&c.& *ibid.*Cui primùm mentem iniecit,vt ferro laceſſeret fortiſſimum virum,&c.4. Acade. 30.Mens ſenſuum fons eſt.de Fin.lib.5.36.Mens princeps animi pars eſt.de N.deor.2,18.Mens conſilium,cogitatio,prudentia. Cat.36.Mens atque animus,niſi tanquam lumini oleum inſtilles,extinguuntur ſenectute.1. Tuſc.41. Horum igitur aliquid animus eſt,ne tam vegeta mens, aut in corde cerebróue,aut in Empedocleo ſanguine demerſa iaceat,de Sen. 40. Homini ſiue natura ſiue Deus nihil mente præſtabilius dedit.1.de Na. 39. Mens noſtra cogitatione quiduis poteſt depingere. & *Ibidem.* Totius naturæ mens atque animus.Or.200.Mens,qua nihil eſt celerius.4.Acad.48.Mens mouetur ipſa per ſeſe.‖2.de Nat.43. Intereſſe aliquid ad mentis aciem putant cibo quo vtare 1. de Natur.49.Mens intelligentique noſtra infixa in eas imagines, &c.Att.lib.4.ep.2.Mentis ſenſus.1. de N. 26.Aperta ſimpléxque mens nulla re adiuncta fugere intelligentiæ noſtræ vim ac notionem videtur.de Sene. 72.Integra mente cæteris ſenſibus. Tuſc.lib.1. 70.Mens diuina in capite.*pro M.Scau.Quocunq; non modò mens,verùm etiam oculi inciderint.Timæ.Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum eſt Solis & Lunæ.2.de Finib.45.Quod rationem habeant à natura datam,mentémque & acrem,& vigentem, celeritéque multa ſimul agitantem,& vt ita dicam,ſagacem:quæ & cauſas rerum & conſecutiones videat: & ſimilitudines transferat, & diſiuncta coniungat:& cum præſentibus futura copulet, omnémque complectatur vitæ conſequentis ſtatum.

¶ *Animus.*de N.d.1.26.Mens cingitur corpore externo.4.Aca.q. 30.Mens naturalem vim habet,quam intendit ad ea quibus mouetur.1. Tuſc. 80.Mens omni turbido motu ſemper vacat. *Ibid.* Secundum Platonem, qui perturbationes à mente procul ſemouet ac diſcludit.4.Aca. q.31.Mens ſenſibus vtitur.de Fin.lib. 2.45.Mens acris & vigens.4.ad Att.epiſt.8.Mens addita videtur meis ædibus.4.Academ.q.30. Mens alia viſa ſic arripit, vt his ſtatim vtatur: aliqua ſic recondit, è quibus memoria oritur: cætera autem ſimilitudinibus conſtituit, ex quibus efficiuntur noticiæ rerum.de Natur. deorum.2.18.Mens aliqua eſt ex hominum ſolertia,& ea quidem acrior & diuina. de Diuin. libr. 1.128.Mens concitata. ‖4.Tuſulan.53. Eſt igitur aliquid quod conturbata mens melius facere poſſit quàm conſtans,1. Acade. quæſtio. 26. Mentes ſingulares è cœlo: *hoc eſt, animi ſingulorum.*1. de Natur.121.Principia, mentéſque, quæ ſunt in vniuerſo. pro Rab. perd. 29. Itaque cùm multis alijs de cauſis virorum bonorum mentes diuinæ mihi atque æternæ videntur eſſe, tum maximè quòd optimi & ſapientiſſimi cuiuſque animus ita præſentit in poſterum, vt nihil niſi ſempiternum ſpectare videatur.2.de Na.de. 71. Mente & voce pura integra, incorrupta deos venerati debeamus. 9. ad Atticum. epiſtol. 16. Mente ſana ſcriptæ literæ. 3. de Natur. deorum. 21. Seuocare mentem ab oculis. Tuſculan. quæſtion. libr. 4. 3. Mentem ſuam à cogitationum intentione, cantu, fidibúſque ad tranquillitatem traducere. Antequam. 25. Mens furibunda. Tuſculan. quæſtion. libr. 5. 70. Exiſtit illa adeò Delphis præcepta cognitio, vt ipſa ſe mens vitiis exutam cognoſcat, coniunctamque cum diuina mente ſentiat. 1. de Natura. deorum. 39. Mens noſtra quiduis videtur cogitatione poſſe depingere.

Diu.

Diu.lib.2.117.Mens prouida rerum futurarum. Diuin.lib.1.118. Mens soluta somno. pro Rab. 30. Mentes sapientissimorum & fortissimorum ciuium, quæ mihi videtur ex hominum vita ad deorum religionem sanctimoniamque demigrasse. pro Mur. 1. Vt vestræ mentes atque sententiæ cum populo Rom. voluntate suffragiisque consentiant. 5. Tusc. 67. Nihil est in homine sagaci & bona mente melius.

¶ *Cogitatio.* Tus.q.li.1.37. Mente complecti aliquid. Tus.q.li.1.46. Eádem mente res dissimillimas comprehendimus. 2. ad Quin. fr.ep.3. Neque mẽte, neque lingua, neq; ore cõsistere. 10. Fam. ep.5. Mente tota, omnique animi impetu in remp. incumbas.

¶ *Consilium, sensus, propositũ, voluntas, sententia.* de Ar. 41. Vt dolerent boni omnes, non illa tanta ornamẽta ad bonã mentem voluntatémque esse conuersa. de Ar. 58. Senatus princeps salutis mentisque publicæ. 1. de Oratore. 180. Ego autem defendebam hac eum mente fuisse, vt si, &c. Epistolarum familiarum. lib. 12. ep. 14. Ea mente feci, vt, &c. & lib. 10. ep. 5. Tota mẽte atque omni animi impetu. de Aruspicum responsis. 41. Vt dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatémque esse conuersa. 1. de Nat. d. 53. Sine aliqua mente natura mundũ efficere non potuit. 4. ad Att. ep. 3. Mentis meæ sensus, aut omnino vitæ status. in Pis. 50. Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, diisque immortalibus eas quæ grauissimæ sunt, furore atque insania penderet: ausus esset, &c. de Arus. respon. 58. Mens publica. 10. Fam. ep. 24. in epist. Planci, Quę mens eum, aut quorum consilia à tanta gloria, &c. auocarint. 7. I. V. 28. Plerique fusi sine vlla mente ac sine vllo sensu iacebãt. 1. de Nat. 4. Deorum mente ac ratione mundum administrari ac regi.

¶ *Ingenium, natura.* 3. de Orat. 195. Mẽtibus nostris nihil magis cognatum, quàm numeri atque voces. Tus.q.lib.5.68. Mẽtibus tardis virtus non facilè cõmittitur. 7. Ver. 35. Odij immortales, quid interest inter mentes hominum & cogitationes. Post red. in Senat. 9. Mẽs angusta, humilis, praua. de Nat. deor. lib. 1. 26. Aperta simplexque mens, nulla re adiuncta, fugere intelligentiæ nostræ vim ac notionem videtur. 11. Fam. ep. 1. Mente pessima & infidelissima esse. Tusculan. q. lib. 5 78. Mentes imbutæ prauitatis erroribus.

¶ *Memoria.* 2. de Nat. 168. Hæc mihi ferè in mentem veniebant, quæ dicenda putarem de natura deorum. de Arusp. 55. Nisi existimatis illi hanc euersionem ciuitatis in mentem subitò nec cogitanti venire potuisse. de Fin. li. 4. Venit mihi Platonis in mentem. Epist. lib. 7. ep. 3. Mihi solet in mentem venire illius tẽporis. pro Quint. 6. Non minus sæpe mihi venit in mentem potestatis, quàm æquitatis tuæ. 2. de Orator. 249. Vt quotiescunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. Quin. de Pet. 41. Hæc mihi veniebant in mentem de duabus illis commotionibus. Attic. lib. 12. ep. 36. Nunquam ea res mihi tam bellè in mentem venire potuisset. Att. lib. 7 ep. 13. Cum autem Dolabella venit in mentem, paulum respiro. pro Font. 9. Non ei in Gallia primùm venit in mentem vt portorium vini institueret. 1. de Orat. 240. Quid tibi in mentem venit ita respondere. 2. de Diuinat. 57. Quid in mẽtem veni Callistheni dicere, Deos, &c. de Clar. 22. Mihi in mentem venit vereri, ecquid nam, &c. Ep. lib. 4. ep. 13. Mihi in mentem venit optare. I. P. 46. Mihi non venerat in mentem, furorẽ & insaniam optare vobis. Ep. lib. 4. ep. 10. Venit mihi in mentem subuereri, ne, &c.

✠ *ADIVN. Acrior, & diuina, præstantissima, 2. de Nat. Acrior, & ingens, sagax. 2. de finib. Aeterna, figura mẽbrisque corporis vacua, Constans transuersa. 3. de Nat. Quædam alta. pro Mil. Aperta, simplexque, infinita, intenta in aliquas res, pura, integra, incorrupta, sempiterna. 1. de Nat. Aptissima hominis ad rerum scientiam vitæque constantiam, diuina, fons sensuum. 4. Aca. Augustæ, humiles, praua, oppletæ tenebris, ac sordibus, postq. ad Quirit. Bona, praua. 8. famil. Communis, pura, 3. de Orat. Conscelerata, ac nefaria, conscia alicuius sceleris. 15. Effrenata, atque præceps, liberalis, pro Sest. Cõstantissimæ, Nefariæ, pro Dom. Demẽtes, multa, rectæ, de Senec. Diuinæ, de Somm. Diuinæ, atque æternę, pro Rab. Domestica, & ciuilis, pro Corn. Externa. perfecta, singularis, tardæ. 5. Tus. Tã infirma, integræ. 3. At. Furibũda, 1. de Diuin. Hostilis ciuium, pro Arch. Humana, ignaræ, tota, vegeta. 1. Tus. Idonea cui credatur. 1. Acad. Idonea ad deterrẽdũ. 2. de Legi. Imbecilla. 5. de Finib. Impia, publica, de Arusp. Improuidæ hominũ, pro Q. Lig. Incredibilis & diuina. 3. Phi. Infensę, & aduersæ, pro Syll. Integræ, pro Font. Intimæ, 2. de Orat. libera, memor, prouidæ rerum futurarum, vber. 2. de Diuin. Melior, pro Q. Rosc. Optima, de Cla. pessima, & infidelissima. 1. Famil Pristina, pro Sex. Rosc. Sana. 2. in Catil. Sanctissimæ, de Prou. Soluta quædã & libera, Segregata ab omni cõcretione mortali, omnia sentiens, & mouẽs ipsa, ipsaque prædita motu sempiterno, 15. fam. Sceleratæ, ac nefariæ, 4. Catil. Tranquilla, 4. Tusc. Vacua aliquare, 3. Tusc.*

☞ Syntaxis. *A mente deseri, desistere. Bona mente audire. Mente capi. Mente sana scribere. Mens & sententia. Sagax & bona mens. Mente tota & omni animi impetu in rem aliquã incumbere. Ornamenta Cæs. ad bonam mentem & voluntatẽ conuersa. Hac mente feci. Mente pessima & infidelissima esse. Venire aliquid in mentem, & alicuius rei, & Platonis, & Platonem.*

MENSA, sæ. 6. I. V. 37. Tu maximam & pulcherrimam mensam citriam à Lutadio abstulisti. 5. Tus. 61. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere, & *ibidem.* Nec manum porrigebat in mensam. 5. Tusc. 62. Mensæ conquisitissimis cibis extruebantur. 5. Tuscul. 100. Mensæ Italicæ & Syracusanæ. 2. de Finib. 23. Asoti, qui in mensam vomant, & qui de conuiuiis auferantur. I. P. 67. Extructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida, & serui sordidati ministrant. & *ibidem.* Mensam tolli iubet. Attic. lib. 14. epist. 6. Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa apud Vestorium. Attic. lib. 5. ep. 1. Cui tamen Quintus de mensa misit, illa reiecit. de Arusp. 57. Deorum ignis, solennes mensæ, abditi & penetrales foci. 3. de Nat. 84. Mensæ argenteæ in delubris. 6. in Verr. 131. Mensæ Delphicæ è marmore. pro Flacc. 44. Si prætor dedit, à quæstore numerauit: quæstor à mensa publica: mensa aut ex vectigali, aut ex tributo. I. P. 88. Quid stipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus mensis palàm propositis numeratum. de Sen. 44. Senectus caret epulis, extructisque mensis & frequentibus poculis. 2. de Leg. 66. Super terræ tumulum noluit quid statui nisi columellam, aut mensam, aut labellum. in Sallust. 21. Tu omnium mensarum assecla. * Oecon. 1. Vasa quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent.

✠ *ADIVN. Argentea, 3. de Nat. Extrema, exstructa, in Piso. Hospitalis, maxima, & pulcherrima, 6. In Ver. publica, pro Fac. Sana, secunda, 16. famil Solemnes, de Arusp.*

MENSARIVS. tij. *trapezita, argentarius.* pro Flacc. 44. Ciuitas in qua nummus moueri nullus potest sine quinque prætoribus, tribus quæstoribus, quatuor mensariis.

☞ Syntaxis. *Ad mensam consistere. Manum in mensam porrigere. Mensas cibis extruere. ad mensam vomere, & de mensis auferri. De mensa mittere. Mensarum assecla.*

MENSIO, onis. *dimensio, mensura.* Or. 177. Aures vel animus, auriũ nuncium, naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem.

MENSIS, sis. *cursus Lunæ.* 2. de Nat. 69. Lunę cursus, qui quia mensa spacia conficiunt, menses vocantur. 2. de Leg. 54. Sed mensem credo extremum anni vt veteres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur. Ep. lib. 5. ep. 6. Omninò res tota in mensem Ianuarium reiecta erat. 1. cont. Rul. Rul. 4. Auctio constituta in mensem Ianuarij. Att. lib. 1. ep. 1. Excurremus mense Septembri legati ad Pisonem. pro Pl. 90. Ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela cõmoui. Att. lib. 6. ep. 2. Non. Maij in Ciliciam cogitabã: ibi cum Iunium mensem consumpsissem, Quintilem in reditu ponerem. 2. I. A. 100. O præclaram illam percursationem tuam mense Aprili, atque Maio. Att. li. 13. ep. 5. Illam dię negabant esse mense Maio. 4. in Verr. 128. Cephaledi mẽsis est certus, quo mẽse, &c. 3. de N. 56. Anni primus mensis apud Aegyptios Thoyt vocatur. de Vn. 28. Mensis autem, quando luna lustrato cursu suo solem consecuta est.

✠ *ADIVN. Aestiui, complures, hyberni, 5. Attic. Certus intercalaris. Longus aliquot dies, legitimus, lõgior vno die, pauculi, rigidissimus, vnus, dimidiatusq;, 4. In Ver. Comitialis, 3. In Ver. Dimidiatus, 2. Tusc. Extremus anni, 2. de Leg. Multi, posteriores, 3. Phi. Pauci. 2. Phil. primus, 2. de Nat. & pro Dom.*

MENSTRVVS, a, um. *quod ad mensem durat, & singulis mẽsibus fit.* pro Qu. R. 86. Aduersaria sunt menstrua, tabulæ sunt æternæ. & *ibidem:* Qui tabulas conficiunt menstruas, penè rationes in eas transferunt. 1. de N. 88. Solis annuam lustrationẽ menstruo spacio luna complet. 4. de Fin. 30. Si ei qui iucundè vixerit annos decem, vita iucunda menstrua addatur. 5. I. V. 72. Menstrua cibaria. 2. de L. 45. In delubris communibus textile, nec operosius quàm mulieris opus menstruum. 1. de Inuent. 39. Cum alicuius annui, menstrui, diurni, noctorniue spacij certa significatione. 4. de Fin. 30. Vita menstrua, & vita decem annorũ. * Oec. 1. Quid menstruum esset, sepositimus.

MENSVRA,ræ.*modus.*de Clar.15.Hesiodus eádem mensura reddere iubet,qua acceperis,aut etiã cumulatiore, si possis.1.Offic. 48.Ea quæ acceperis vtenda,maiore mensura, si modò possis, reddere iubet Hesiodus.Attic.lib.13.ep.13.

Αὖτω τῷ μέτρῳ τῷ κέν τις ἄμεινα λάχνας, Orat.67.Quicquid sub aurum mensuram aliquam cadit, numerus vocatur. de Vniu.28.Vt esset mensura quædam euidẽs,quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatesque declarat.

✠ ADIVNC. *Cumulatior,5.In Ver.Euidens,de Vniuer, Maior.1.Offic.*

MENSVS,a,um.2.de Nat.69. Menses, quia mensa spacia conficiunt,nominantur.

☞ Syntaxis. *Numerus est,quod cadit sub aurium mensuram.*

MENTA,tæ.*herba nota.*Ep.lib.9.ep.22.Ruta & mẽta,rectè vtrũq; Volo mentam pusillam ita appellare,vt tutelam,non licet.

✠ ADIVNC. *Pusilla,9.famil.*

MENTE,captus.*delirus.*3.I.C.21.Hic quis potest esse tam auersus à vero,tam mente captus,qui,&c.I.P.47.Vecors,furiosus,mente captus,tragico illo Oreste aut Athamante demẽtior.1. Offi. 94.Falli,errare,decipi,labi,tam dedecet,quàm delitare & mente esse captum.

MENTIO,onis.*sermo,commemoratio,vsurpatio.*1.I.V.50.Casu in eorum mentionem incidi.& 7.Verr. 165. Mentione atque vsurpatione ciuitatis,mortis moram assequi. de Am.3. Cum Scæuola in eam mentionem incidisset,pro S.R.5. Eius rei mentio facta non est.pro Quint.37.Doce aliquando mentionem feciſſe.pro Cæl.60. Sed enim hæc facta illius clarissimi viri mentio mentem meã dolore impediuit.de Cl. 117. Et quoniã Stoicorum est facta mentio,Qu.Cælius Tubero fuit,&c.de Clar.131.Nõ feciſſem hominis penè infimi mentionem, nisi,&c. in Pis.23. Tu etiam facis mentionẽ consulatus tui? pro Cl.73.Pecuniæ mentionem quãdam inter iudices esse versatã.3. de Leg. 14. Demetrius ille, de quo suprà feci mentionem. 3. cont. Rull.4.De quo apud vos antè feci mentionem. Postquam ad Quir. 9. Nunquam de C.Mario in senatu mentio facta est. Quin. fr. lib. 2. ep.10.De te à Sipylo mentio est honorifica facta.2.I.A.39.Nunquam ab eo mentio de me nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderij. Ep. lib.8.epist.4. Mentio facta est de legione ea, quæ,&c.& *ibidem.*Sed non statim sub mentionem & conuicium obtrectatorum.ad Att.lib.5.ep.9.Nec tui mentionem intermitti sinimus.4.Ver.95.pro Sex.R.5.

✠ ADIVNC.*Fatua,8.Fami.honorifica,1.ad Q.frat.honorifica & plena desiderij.2.Ph.Indigna ciuiũ,pro Rab.*

☞ Syntaxis. *In mentionem alicuius incidere.Mentionem vel cuiusdam inter aliquos versari.Mentionem facere Cæsaris, & de Cæsare.Intermittere mentionem alicuius.*

MENTIOR,iris. *ementior, mendacium dico,orationis vanitatem adhibeo,temporis caussa fingo.*pro Qu,Rosc. 46. Nam qui mentitur, peierare consueuit.2.de N.15.In quibus rebus nihil vnquam vetustas mentita sit.4.Ac.96.Si te mentiri dicis, idque verum dicis,mentiri verum dicis.At.lib.12.ep.22. Mentiri in aliqua re. 3. de Na.14.Præsertim cum isti plurimis de rebus diuinis mentiantur.2.de Orat.189.De me autem nihil est causæ,cur mẽtiar. 4.Acad.13.Et de hoc quidem nihil mẽtiuntur.de Clar.42.Concessum est Rhetoribus mentiri, vt,&c. pro Cluent. 62. Redargue me,si mentior.pro Planc.72. Me quæ de Plancio dicerem, mentiri,& temporis causa fingere. prò Dom. 50. Non modò non ementitus sum autoritatem senatus, sed etiam,&c. Quin. frat.lib.1.ep.1.12.Natura,frons,oculi,vultus persæpè mẽtiuntur, oratio verò sæpissimè.1.Offic.150. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur.

✠ ADVERB. *Admodum,1.Offic. Apertè,4. Acad. Cupidè,& libenter,pro.Q.Rosc.Gloriosè,pro Mil.Honestius,3.Offic.Improbè,pro Quint.Impudenter,pro Flac: Impudentissimè,6.In Ver.*

MENTITIO,onis,*à mentior,vt videtur:id est,mendacium.*3.ad Her. 3.Maturationes,mentitiones,&c.*mentiones,aliter.*

MENTITVS,a,um.*falsus.*in Sal.2.Dabo operam, vt in hunc minimè mentitus esse videar.2.de Nat.56. Quæ ordine & ratione vacant,ea mentita & falsa plenaque erroris sunt.

☞ Syntaxis.*Mentior in hoc,de hoc,hoc in aliquem. Qua ratione vacant,ea mentita & falsa plenaque erroru sunt.(Mentitus igitur homo est,atque res.)*

MENTOR,oris.6.I.V.38.L.TOREVMA.At.lib.9.ep.7. Vellẽ habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentoris, cui dicerem,*αἴθοπ*,&c.

MENTVLA,læ.*pusilla menta.*L.MENTA.

MENTVM,ti.*pars subiecta oris,à gula eminẽs,in qua barba,*13.in Ant. 24.Cum in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres.6.I.V.94. Rictus simulachri Herculis ac mẽtum paulo attritius.2.de Or. 266. Testius in dicendo mentum intorquens.in Pis.14.Altero ad mentum depresso supercilio.1.Tusc.10 Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus.4. ad Heren. 64.Hic,cui sanè magna est in mento cicatrix.& *ibidem.*Sinistra mentum subleuare.

✠ ADIVNC, *Paulò attritius,6.In Ver.*

MERACIVS.3.de Nat.78.Vinum meracius sumere.

MERCATOR,oris.*Negociator,venalitius,mercaturam faciens, venditor & emptor.* Orat. 232. Diuitiæ, quibus omnes Africanos multi venalitij mercatoresque superarunt.Postq. in Sen.9.Mercatores prouinciarum, ac venditores vestræ dignitatis.1. Offi. 150.Sordidi etiam putandi,qui mercantur à mercatoribus, vt statim vendant.

✠ ADIVNC.*Callidus,13.Phil.Peritus,14.Phil.*

MERCANDVS,a,um.Attic.lib.9.ep.4.Ego verò hęc officia mercanda vitâ puto.

MERCATVRA,ræ.*nundinatio,negociatio.*7.I.V. 71. Alij à prædonibus erant capti cum mercaturas facerent. Parad.6. Qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis,2. contra Rul. 64.& 5. de Finib. 91. Quæstuosissima emendi & vendendi mercatura. 1.de Nat.123. Non erit ista amicitia, sed mercatura quædam vtilitatum suarum. 1. Offic. 151.Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est:sin magna & copiosa, multa vndique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda.3. Offic.6. Ad quos cùm tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus sis, inanem redire turpissimum est.

✠ ADIVNC. *Magna & copiosa)(Sordida, tenuis,1. Offi.Quæstuosa,5,de Fin.Quæstuosissima, emẽdi,& vẽdendi.3.de Finib.Quæstuosissima emendi, & vendendi, turpissima,1.Cont.Rull.*

MERCATVS,tus.*nundinæ,emporium,conuentus,πανήγυρις.*2.in Anton.6. Cùm domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia.2.de Inuent. 14. Quidam proficiscens ad mercatum quendam,& secum aliquantum nummorum ferens,&c. 4. in Ver. 133. Tanto mercatu prætoris indicto concurritur vndique ad istum Syracusas.3.in Ant.30.Earumque rerum omnium Antonius domesticum mercatum instituit. 5. Tuscul.9. Pythagoras dixit similem sibi videri vitam hominum & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate: nam vt illic alij corporibus exercitati gloriam & nobilitatem coronæ peterent,alij emendi aut vendendi quęstu lucroque ducerẽtur,esset autem quoddam genus eorum,qui,&c. item nos,&c.

✠ ADIVNC.*Domesticus,3.Phil.Tantus,4.in Ver.Turpissimus,2.Philip.*

☞ Syntaxis. *Mercaturam facere. Emendi ac vendendi mercatura. Mercaturam indicere,instituere.*

MERCEDVLA,læ.Attic.lib.13.ep.11.Cõstituere mercedulas prædiorum.1.de Or.198.Homines mercedula adducti.

MERCENARIVS,a,ũ.*operarius conductus,cum mercede)(.gratuitus.*1. Offic. 150. Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium,quorum operæ,non quorum artes emuntur.1.de Leg. 48. Quid liberalitas,gratuitáne est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta.I. P.49. Gabinius tribuit se mercenarium comitem regi. pro Mil. 46. Trib. Pleb, Clodij mercenarius. Epist. lib. 3. ep. 11. De mercenariis testibus à suis ciuitatibus notandis,&c. 7. I. V.58. Audite decretum mercenarij prætoris, pro Cecin. 58. Si tuus seruus nullus fuerit, & omnes alieni ac mercenarij. pro Clu. 163. Ennius egens quidam mercenarius Oppianici.1. Offi. 41. Vti seruis,vt mercenariis, ad operam exigendã. pro Sest. 82. Mercenarius meus.3.in Verr.111.Caput mercenario proœmio ornatũ.

MERCES,dis.*pensio,præmium,precium,fructus.*pro Arch. 28.Virtus nullam aliam mercedem laborum periculorumque suorum desiderat, præter hanc laudis & gloriæ. Epist.lib.3.ep.10. Tribuere mercedem laborum alicui.4. Acad.98. Minam Diogeni reddet:hæc enim erat merces Dialecticorum. 2. de Orat.210. Si quam gloriam peperit, ea non est æqua merces laboris & periculorum. pro Dom. 23. Cum ab eo merces tui beneficij preciumque prouinciæ meo sanguine tibi esset persolutum. I. Pis. 30. Quorum mens erat oppressa præmio, lingua adstricta mercede.1.de Diu.92.Ne ars tãta propter tenuitatẽ hominum à religionis autoritate abduceretur ad mercedem atq; quæstum. pro Mur.67.Si mercede cõducti obuiàm candidatis iissent.7. in Verr.49.Precio atq; mercede minuisti maiestatem reip.& 109. Ab omnibus tu mercedẽ missionis acceperas.& 133.Mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas esse.ad Brut. ep.17. Merces Antonij oppressi poscitur,in Antonij locum successio.pro Sext. Rosc.80.Mihi videris:Eruci,vna mercede duas res assequi velle. & *ibid.*Accusare eos,à quibus mercedẽ acceperis.Quin.fr.li.3.ep. 3.Magna nobis à te proposita merces est.& ep.1.Id me scis anteà tibi esse pollicitum:quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita?2.de Fin.99.Probitas præmiorum mercedibus euocata.2.de

ta.2.de Fin.85.Vides igitur,si amicitiam emolumento metiare, summas familiaritates prædiorum precioſorum mercede ſuperari.Ep.lib.2.epi.6. Numerare aliquid in loco mercedis, vel beneficij.At.lib.1.epi.13. Noctes certarum mulierum pro mercedis cumulo fuerunt.5.in Verr.76. Merces preciumque impudentiæ.3.in Ver.147.Quantum paucæ operę & mercedes fabrorum tulerunt. 3. Tuſc. 12. Nam iſtuc nihil dolere, non ſine magna mercede contingit,immanitatis in animo, ſtupotis in corpore.1.de Or.126. Sūnus ille doctor Apolloninus cùm mercede doceret, non patiebatur, &c. Ep.lib.1. ep.9.Tamen in moleſtia gaudeo, eandem fidem te cognoſcere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoueram.2. in Ant.8.Iam inuideo magiſtro tuo,quite tanta mercede quāta iam proferam, nihil ſapere docuit. 2. in Anton. 43. At quanta merces rhetori data? & *ibid.* Vt pro tanta mercede nihil ſapere diſceres.Attic. lib.12. epi.31. Vt ſumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti & Auentini.Att.lib.15.ep.17. Velim quęras ab Erote,vbi mercedes inſularum. & epi.20.Mercedes dotalium prædiorum pro Dom.29. Data eſt merces erroris mei magna.de Amic.82. Ipſe ſe quiſque diligit,nō vt aliquam à ſeipſo mercedem exigat charitatis ſuæ.1. Off.150. Eſt enim in illis ipſa merces autoramentum ſeruitutis.5. I.V.119.Vt ſi quis villicus eo fundo, cui H-S. dena merces eſſet, excisis arboribus ac venditis,&c. L. MERITO,tas.* con.C. Anton. Augere etiam mercedes ſi vultis. Acad. Honeſtatem ipſam ſuo ſplendore in ſe animos ducere,nullo prorſus commodo extrinſecus poſito, & quaſi lenocinante mercede. Attic.lib.12.epi.31. Maiores ſumptus facturos,quàm quod ex eis mercedibus recipietur.

✝ADIVNC.*AEqua laboris & periculorum.3.de Ora. Certa flagitij, nec ea parua,tanta.2.Phil. Fallaces,& fucoſæ,pro C.Rab. Iniqua.2.de Orat. Magna, de Opt. gen.or.Parua.5.In Ver.Pauca.3.In Ver. Publica.2.In Ver.*

☞ Syntaxis. *Mercedem dare,conſtituere,tribuere,perſoluere. Mercede lingua aſtricta,adducta,cōducta. Accipere mercedē,proponere, Mercedis loco numerare. Merces ac precium pietatis. Mercede docere. Magna mercede facere periculum. Agri merces annua:id eſt,penſio.*

MERCOR,aris.*mundinor,emo.*4.in Verr.122. Ab iſto & præco ſenatorium ordinem precio mercatus eſt,& pueri ſenatoriū nomen nundinati ſunt.pro Fl.46.Is fundum Romæ mercatus eſt de pupillo.Epi.lib.7.epi.23.Si ea mercatus eſſes, quæ volueram. 1.Off.150.Sordidi etiam putandi,qui mercātur à mercatoribus, quod ſtatim vendant.pro S.R.133.Mercari aliquam rem magno precio.* Oecon.2.Mercari villicum tanquam fabrum.

☞ Syntaxis. *Precio aliquid mercari. De aliquo aliquid mercari.*

MERCVRIALIS,lis.Qu.fr.li.2.ep.5. Capitolini & Mercuriales. *id eſt.ſacerdotes,vel augures.*

MERCVRIVS,rij.*Hermes.*3.de Nat.56.Mercurius vnus Cœlo patre,Die matre natus. *& ibi de Mercurijs multa.* 2. de N.54. Infra hanc autem ſtella Mercurij eſt,ea στίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente ſignifetum luſtrat orbem,neque à ſole longius vnquam vnius ſigni interuallo diſcedit, tum anteuertens,tum ſubſequens.de Vn.26.Lucifer & ſancta Mercurij ſtella.de Som.10.Mercurij curſus. Epiſt.lib.7. Mercurij ſignum.de Som.Scip.12.Mercurij & Veneris eadem vis.

MERENS,tis.5.I.A. 28. Honores bene de rep. meritorum & merentium.

MEREO,res:& MEREOR,eris.*cōmereo,promereor,lucror.*1.I.V.60. Iniurias ferendo maiorem laudem quam vlciſcendo merere. 1.de Or.232.Reſpondit ſe meruiſſe, vt maximis honorib.decoraretur.2.in Cat.4. Si illū vt erat meritus morte mulctaſſem.4. in Cat.3. Dij omnibus pro eo ac merentur, gratiam referunt. Qu.fr.lib.3.ep.9.Ciceronem & vt rogas amo, & vt meretur, & vt debeo.ad Brut.ep.15. Ad liberos, qui nihil meruerunt,pœna parentum peruenit.pro.9.R.44. Alicui fructum quem meruit, retribuere.Epiſt.li.10.ep. 17. Fac valeas,dignitatemq; meam,ſi mereor,tueatis.Att.li.9.ep.5.Et ſic hoc ſæpe facturus ſum,ita de me mereris.pro Seſt.21.Mereri de aliquo.5.in Ver.59. Malè mereri de aliquo.de Amic.92. Multo melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri,quàm eos amicos,qui,&c.Orat.166. Eam quam benemeritam eſſe autumas,dicis malè mereri. Attic.lib. 10.ep.4.Cum cogito me de repub. meruiſſe optimè. Poſtq.ad Quir.22. Vobis,qui de me optimè meriti eſtis, gratiā referam. Epiſt.lib.12.ep.12.Ac velim vt de repub.mereamus,ſic fœlices ſimus.Epiſt.lib.13.ep.4.A te peto,vt ita de repub.mereare,&c.pro Font.5.Optimè de ſociis meritum eſſe.de Cla.254.Bene de aliquo meritum eſſe.Epiſt.lib.1.ep.9.Lætor te de me eſſe optimè meritum.3.de Leg.32.Perniciosè merentur de rep. vitioſi principes.Att.lib.7.ep.1.Pompeius erat de me optimè meritus.Atti. lib.9.ep.6. Ita meruiſſe illum de me puto, vt ἀχαριστίας crimen ſubire non audeam.2.I.A.119. Opto vt ita cuique eueniat, vt de repub.quiſque mereatur. pro Mil.94. Stet hæc vrbs præclara, quoquo modo merita de me erit.

¶ *Miluo.*pro Cæl.11.Mereri ſtipendia.pro Mur.11.Murena adoleſcēs patre ſuo imperatore meruit.pro Rab.21.P.Seruilius,quo tu imperatore Labiene meruiſti.7.I.V.160.Clamabat ſe meruiſſe cum L.Prælio.pro Mur.12.Meruiſſe ſtipendia in bello.1.I.A. 20.Qui equo meruiſſet.2.de Orat.258. Afellus merēs ſtipendia. pro Qu.Roſc.28.Nam illa membra mereri per ſe non amplius poſſunt,duodecim æris.pro Qu.R.23. Roſcius H-S. CCCLIII. merere & potuit & debuit.1. de N. 67. Quid enim mereas, vt Epicurus eſſe deſinas?2.de Fin.74.Quid enim mereri velis iam cūm magiſtratū inieris,&c.quid mereris igitur, vt te dicas,&c. 6.I.Ver.135.Quid arbitramini Rhegynos mereri velle, vt ab iis marmorea Venus illāne auferatur?*aliter,nolle.*

✝*ADVERS.malè de ſe,5.de Finib.melius,4. Tuſc. Optimè de Rep.10.Attic.pernicioſius de repub.3 de Legib. Proximè pœnas,5.in Ver.*

☞ Syntaxis. *Pro eo ac quiſque meretur,gratiā referre,id eſt, traclare. Nihil ille meretur,id eſt,nullam pœnam. De aliquo mereri, malè,bene, melius,optimè,perniciosè. Stipēdia mereri,& merere. Merere,abſolutè.*

MERETRICIVS,a,um.pro Cæl.37.Cur te in iſtam vicinitatem meretriciam contuliſti?& 1.Aliquem meretriciis opibus accuſari. pro Cæl.48. Meretricia vita, meretricius mos, meretricij amores.I.V.act.5.6. Meretricia diſciplina 2.I.A.44. Meretricius quæſtus.

MERETRIX,cis.*ſcortum,lupa,mulier vulgata omnibus,quæ ſe omnibus peruulgat, quæ domum ſuam patefecit omniū cupiditati.* pro Do. 111. Tanagræa quædam meretrix fuiſſe dicitur. pro Cæl.49. Vt non ſolùm meretrix, ſed procax etiam videatur. item, Lais & Citheris meretrices.

✝*ADIVNC.Publica,1.de Inuent.*

MERETRICVLA,læ.1. de N. 94. Sed meretricula etiam Leontium contra Theophraſtum ſcribere auſa eſt.5. I.V.30. Non à patre ei tradit,ſed à meretricula commendari.

MERGO,gis.*immergo.*2.de Nat.124.Aues quæ ſe in mari mergūt & emergunt.2.de N.8.Mergere aliquem in aquam.

MERGOR,ris.in Arat.—*Mergitur vnda Delphinus.*—

☞ Syntaxis. *Mergere in mare,in mari,mari.*

MERIDIANVS,a,vm.3. de Orat.17. Omne illud meridianum tempus Craſſum in attentiſſima cura poſuiſſe.

MERIDIATIO,onis.*meridianus ſomnus.*2.de Diu.142.Nunc quidem propter interminſionem forenſis operæ, & lucubrationes detraxi,& meridiationes addidi,quibus vti anteà nō ſolebam.

MERIDIES,ei.*media diei pars.* Or. 157. Meridiem dixerunt, non medidiem:credo,quòd erat inſuauius.2.Tuſc.9. Cum ante meridiem dictioni operam dediſſemus,poſt meridiem in Academiam deſcendimus.Att.lib.4.ep.3.Milo permāſit ad meridiem. & lib.13.ep.45.Hodie Antij,cras ante meridiem domi.Qu.frat. lib.2.ep.15. Ego eodem die poſt meridiem Varinium aderam defenſurus.Att.lib.1.ep.1.Si iudicatum erit meridie non liquere. ¶ *Auſtralis mundi regio.*2.de Nat.50.Sol curſum inflectit tum ad Septētriones, tum ad meridiem.1.de Diu.31.Qui ad meridiem ſpectans in vinea media dicitur cōſtitiſſe.* 5.de Legib.Sol paululum à meridie deuexus videtur.

☞ Syntaxis. *Ante poſt meridiem. Ad meridiem manere. Ad meridiem ſpectare,curſum tenere.*

MERITO,MERITISSIMO.*iure, optimo iure.*1.Of.111.7.I.V.171. Etmeritò & iure cōmouebamur. & 1. de Ora.234. Quē omnes amare meritiſſimò, pro eius eximia ſuauitate debemus.3. in Catil.14. Deinde prætores meritò ac iure laudātur. Antequam. 4.Iure & meritò poſſum,&c.

MERITO,as.5.I.V.119. Vt ſi quis villicus ex eo fundo qui H-S. dena meritaſſet,excisis arboribus ac venditis,&c.domino XX. millia nummūm pro X. miſerit *vereor, ne ſit mendoſus locus.* L. MERCES,*in extremo.*

MERITORIVS,a,um.*impudicus.*2.I.A.105.Pueri ingenui cū meritoriis, ſcorta inter matres familiās verſabantur.

MERITVM,ti.*promeritum,beneficium.*Epi.lib.1.ep.8.Rę quidē ipſa ideo mihi non ſatisfacio,quòd nullam partē tuorum meritorū non modò referenda,ſed ne cogitanda quidem gratia cōſequi poſſum. & li.1.ep.1.Tāta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum,vt,&c.3.I.A.39.Vt pro tantis eorum in remp.meritis honores eis habeantur,gratiæq; referantur.Orat. 133.De ſuis in remp.meritis dicere.Ep.li.11.ep.17. Magna eius in me non dico officia,vel merita poti⁹.Ep.li.10.ep.24.Tu cuius ille tāta merita habet,quāta nemo præter me.de Amic.26.Dare & recipere merita.3.I.A.14.Propter eorū diuinum & immortale meritū.3.I.C. 15. Atque etiā ſupplicatio diis immortalibus pro ſingulari eorū merito,meo nomine decreta eſt.3. I.A.25.Meritóq; veſtro maximas gratias vobis omnes & agere & habere debemus.Att.li. 4.ep.11.Apud patronum te in maxima gratia poſui, & hercule merito tuo feci.Ep.li.14.ep.2.Piſonem noſtrū merito eius amo plu-

plurimum. pro Sest. 39. C. Cæsar, qui à me nullo meo merito alienus esse debebat.

✠ ADIVN. *Amplissima, egregia in remp. plurima in aliquem, præstantissimum. 5. Philip. Diuina, magna, præclara, Summa in aliquem. 11. Fam. Diuina, immortalia que, multa, præclaraque. 4. Phil. Diuinum, atque immortale. 3. Phil. Immortalia, de Senec. Innumerabilia. pro Marc. Magna. 6. Fam. Magna atque incredibilia. 14. Philip. Maiora in aliquem. 2. Att. Maxima in aliquem. 1. Fam. Maxima, & penè immortalia, 10. Famil. Maxima, & plurima. 9. Fam. Minora, summa erga aliquem. pro Planc. Multa, & mala, 4. In Ver. Perpetua in aliquem. pro Deiot. Singulare. 2. Catil. Singularia in rempub. pro Mil. Summa. 8. Att.*

MERITVRVS, a, um. 1. Acad. 26. Tu verò bene etiam meriturus mihi videris de tuis ciuibus.

MERITVS, a, um. *debitus, iustus.* 2. de Orat. 203. Aliquam iracundiam non iniustam, sed meritam ac debitam fuisse defendere. 3. de Orat. 14. Alicui debitam gratiam meritámque referre. pro Milo. 86. Vobis ille seram quidem, sed iustam & debitam pœnam persoluit. pro Dom. 37. Imberbis adolescentulus, bene valens & meritus. 5. Tusc. 6. Philosophia optimè de hominum est vita merita.

✠ ADVERB. *Benè de nomine, & dignitate, de Clar. & de Opt. gen. Benè de populo, 5. In Ver. Benè de suis, de repub. Optimè de salute patriæ, præclarè de repub. pro Sest. Diuinitus postquã in Senat. Mirificè de repub. optimè, 12. Fam. Malè aliquãdo de aliquo, optimè semper, pro Mil. Non ita de laude alicuius, in Piso. Optimè de prouincia, pro Font. Optimè ciuitas, pro Corn Bal.*

☞ Syntaxis. *Meritò & iure: & contrà. Fundus meritat aureos decem. Merita dare, ac recipere. Pro singulari tuo merito rogo. Id feci merito tuo, id est, quia meritus es.*

MERVLA, æ. *auis solitaria* 5. de Fin. 44. Euolare merulas.

MERVS, a, um. *solus, purus, liquidus.* Att. lib. 1. epi. 15. Non homo, sed litus atque aër & solitudo mera. 3. de N. 95. Vehementius inuectus es in meram Stoicorũ rationem. Att. lib. 4. ep. 7. Cherippus mera monstra nunciârat. Att. lib. 9. epi. 15. Dolabella suis literis merum bellum loquitur. Att. lib. 6. epi. 3. Meræ nugæ. Att. lib. 9. epi. 12. Meræ proscriptiones, meris Sullæ.

MERX, cium. *res venales.* pro Pomp. 55. Insula Delos, quò omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeabant. in Vat. 12. Cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas merces missum putares. pro Rab. P. 39. Fallaces & fucosæ merces chartis & linteis & vitro delatæ. 2. de In. 154. Ille, cuius merces erant, in gladium incubuit.

MESOPOTAMIA, miæ. 2. de Na. 13. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi nouos agros inuehit.

MESSANA. *ciuitas.* 3. in Verr. 27.

MESSIS, sis. 1. de Orat. 249. Nemo ignorat, quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium. Att. lib. 5. ep. 21. Fames tum erat in hac mea Asia: messis enim nulla fuerat. Semente prohibita & messe amissa. L. SEMENTIS. Parad. 6. Qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis messem recordaretur.

MESSOR, oris. 3. de Or. 43. Non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari.

MESSORIVS, a, vm. pro Sest. 82. Gracchus messoria se corbe contexit.

MET, *particula.* pro Mar. 13. Cæsar memet tibi reddidit. 3. de Orat. 71. Non de memet ipso, sed de oratore dico. 3. Or. 29. Quãquam memet mei pœnitet. 2. cont. Rul. 2. Memet ipsum. pro Cæl. 25. Propterea quòd egomet, &c. Attic. lib. 1. ep. 5. Nobismetipsis tum denique cùm illò venimus, placemus. 2. de Na. 58. Vt nosmetipsi qui animis mouemur & sensibus. & 3. de Na. 47. Nobismetipsis.

META, tæ. *conus, terminus.* 2. de Diu. 17. Vmbra terræ, quæ est meta noctis. pro Cæl. 75. In hoc tiexu quasi ætatis, fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitia noua mulieris, &c.

METAPONTVM. *Italiæ oppidum.* 5. de Fin. 4.

METATOR, oris. 11. in Ant. 12. Saxa castrorum antea metator, nũc, vt sperat, vrbis. & 14. In Ant. 10. Saxa peritus metator & callidus, vrbem iam decempeda sua diuiserat. L. DECEMPEDATOR.

*METELLINVS, a, vm. Att. lib. 1. ep. 10. Oratio Metellina.

METENDVS, da, dum. 3. Tusc. 59. Vita omnibus metenda, vt fruges. Poetæ.

METHYMNAEVS, a. 2. Tusc. 67. Arion Methymnæus.

METIENDVS, a, um. *mensurandus.* 5. Tusc. q. 49. Obscœnas voluptates non genere aut loco aut ordine, sed forma, ætate & figura metiendas putant. Parad. 3. Nec enim peccata rerum euentu, sed vitiis hominum metienda sunt. Ora. 194. Pedes non syllabis, sed interuallis metiendos esse.

METIOR, tiris. *dimetior, permetior, pondero, definio, dirigo, describo* ✠ *norma, regula.* ‖ *Quid significet planum est: Sed monendi indoctiores hic sunt, ne mensurare, quod Barbarum est, dicere assuescant: Neque item mensurator, pro quo Cicero metator, Decempedator & decempeda, Sed Metator potius eorum erat qui castris locum, & spatium designabant, posteriora vero duo Latinè notant, quæ imperitis inscitè per mensuratorem efferunt.* 5. I. V. 192. Coge vt ad aquam tibi Ennẽses frumentum metiantur. Ep. lib. 9. epi 17. Venientem agrum metiuntur. 1. de Na. 21. Aeternitas, quam nulla temporis circunscriptio metitur. 1. Off. 154. Etiam si metiri se mũdi magnitudinem posse putet. 4. Aca. 128. Nec affirmabunt signum illud si mensierunt, sex pedum esse. 5. I. V. 197. Metiri numos *id est, numerare.* 1. Tusc. q. 90. Patriæ charitatem non sensu nostro, sed salute ipsius patriæ metiri. 2. de Fin. 85. Metiri amicitiam sua ipsius amicitiæ charitate. Ep. lib. 7. ep. 12. & 2. de Fi. 56. Metiri omnia sua voluptate. 12. in Ant. 31. Totum huiusce rei cõsilium non periculo meo, sed vtilitate reip. metiar. 1. de Orat. 7. Clarorũ hominum scientiam rerum gestarum magnitudine metiri. Att. lib. 8. ep. 16. Ego qui omnia officio metior. 2. de Or. 335. Pecuniæ fructum vtilitate metimur. Epist. lib. 10. ep. 4. Fidelitas, quam ego ex mea cõscientia metior. 3. de Or. 59. Ii qui nunc voluptate omnia metiũtur. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Sese autem mensum pedibus aiebat passuum IIII. M. & *ibid.* Sum ipse mensus ab eo ponticulo, qui, &c. 1. Offi. 5. Qui summum bonum suis commodis, non honestate metitur. 1. Off. 110. Studia nostra naturæ regula metiamur. 3. Off. 18. Qui omnia metiuntur emolumentis & commodis. 3. de Or. 183. Quod metiri possumus interuallis æqualibus. Para. 6. Ex eo quãtum cuique sat est, metiuntur homines diuitiarum modum. 2. I. A. III. Tu omnia quæstu tuo, non Cæsaris dignitate metiris. de Am. 21. Iam virtutem ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur, nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia. Orat. 227. Sonantia omnia, quæ metiri auribus possumus. Cæl. Epist lib. 8. ep. 6. Curio legem viariam & alimentariam, quas lubet ædiles metiri, iactauit. de Opt. 10. Vim eloquentiæ non rei natura, sed facultate metiri. Orat. 23. Eloquentiãmque ipsius viribus, non imbecillitate sua metiãtur. de Senect. 45. Neque enim ipsorum cõuiuiorum delectationes corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorum & sermonib. metiebar. in Piso. 68. Epicurei res, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiuntur.

✠ ADVER. *Omninò cõsilium, non periculo suo. 12. Phil. populariter annum, 6. de Repub. Rectè res omnes, in Piso.*

☞ Syntaxis. *Metiri sua voluptate vniuersa, commodis, non honestate, officio, ex sua conscientia, emolumento, suo quæstu, rei natura, imbecillitate res. Conuiuium cœtu amicorum, & sermonibus metiri.*

METO, tis. *demeto.* 2. de Or. 261. Vt semẽtem feceris, ita metes. Antequam. 1. Serere beneficium, vt metere possis fructum.

METOR, aris. Epist. lib. 10. ep. 18. Sed certè nisi vno loco metaremur, magnum periculum ipse Lepidus, &c. Planci.

METONYMIA. *figura, quæ & Immutatio & Traductio appellatur,* L. HYPALLAGE.

METVENDVS, a, um. de Arusp. 62. Quædam multæ metuendæque res. Epist. lib. 1. ep. 5. Quanquam omnia sunt metuenda, nihil magis quàm perfidiam timemus.* pro C. Cornel. 2. O ingenia metuenda.

METVO, tuis. *timeo, horreo, in metu sum, in metu pono, metum habeo.* pro S. R. 8. Supplicia, quæ à vobis pro maleficiis suis metuere atque horrere debent. Attic. lib. 10. ep. 4. Frater meus non tam de sua quàm de mea vita metuit. Attic. lib. 7. ep. 13. Metuere omnia ab aliquo. Epist. lib. 5. ep. 6. Metuere insidias ab aliquo. 2. ad Her. 28. Ab inimico sibi periculum metuebat.

✠ ADVERB. *Diligentius, ep. 16. Brut. Magnoperè, pro Cluen. planè. 2. de finib. Valdè, 7. Famil.*

METVS, tus. *timor, formido, suspicio, terror, pauor, exanimatio.* 4. Tusc. 80. Metus est expectatio mali. 5. Tusc. 52. Est enim metus, futuræ ægritudinis solicita recordatio. *hic animaduerte futuri recordationem.* Antequ. 27. Respub. metu est debilitata seruili. 1. in Cat. 18. Patria tota in metu est propter te vnum. 4. Tuscul. q. 64. Aegritudini finitimus est metus: est enim metus, vt ægritudo præsentis, sic ille futuri mali: itaque nonnulli metum præmolestiam appellabant, quòd est quasi dux consequentis molestiæ. Tuscul. lib. 4. 19. Sub metũ subiecta sunt, pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. & *ibid.* lib. 5. 41. Sine metu is habendus est, non qui parum metuit, sed qui omninò metu vacat. 2. Off. 23. Malus custos diuturnitatis metus. Epi. li. 8. ep. 10. Ego quidem præcipuum metũ, quòd ad te attinebat, habui, qui scirem. pro Pomp. 14. Prouincia à metu

calamitatis

calamitatis est defendenda.1.Cont.Rul.23.Ciuitas soluta suspicione,suspensa metu.Ep.lib.8.ep.4.Incutere metum alicui.4.In Verr.135.Afferre metum.At.lib.14.ep.23. Quid autem absurdius hunc metuere,alterum in metu non ponere?id est,alterum non metuere.1.de Orat.121.Fractus & debilitatus metu.5. de Fin.31. Refugit sanguis metu.pro Sest.101.Quem neque periculi tempestas,neque honoris aura potuit vnquam de suo cursu,aut spe, aut metu dimouere.*Oecon.1.Metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi.Hortens.Vtait Ennius:Refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu.

✠ ADIVN.*Amplior,non mediocris mortis.pro Cluent. Communis.3.In Ver.Consulares.2.In Ver.Diurnus,& nocturnus.1.Tusc.& 3. Offi.Falsus, atque inanis.pro Marc. Finitimus, permanens,subsequens,& quasi comes,pauoris.4.Tusc. Inanes.pro Cæc. Instinctus furore, præceps scelere.pro Dom.Magnus.pro Quin. Maior iudiciorum,pro Rab. Nouus. pro Pomp.Paruus.5. Tusc. præcipuus,8.Famil.præsens mortis.pro Cæl. Quotidianus.5.Fam.Reliquus,Summus legum,& iudiciorum.6. In Verrem. Tantus prædonum.7. In Verr. Temerarius, pro Flac.*

☞ Syntaxis. *A iudice pœnam metuere sibi, & horrere pro suis maleficijs.De amici vita metuere. In metu esse. Metum habere præcipuè. Solutus suspicione,suspensa metu mens. Metum alicui ostendere, incutere. Illo in metu non ponit. Metu aliquem de cursu suo dimouere.*

MEVS,a,um. de Aruſp.40.Aruspicum verba sunt omnia, nihil addo de meo. pro Cecin. 19. Esse in possessione bonorum. de Fat.3.Vtriusq; studij mea possessio est.2.de Legib.17.Quod qui dem ego facerem,nisi planè esse vellem meus.* Con.C.Anto. Meo maximè beneficio.

MICANS,tis.*vacillans,nutans.*1.de Diu.106.

—— *Et varia grauiter cernice micantem.*

¶ *Radians.*2.de N.110.Stella micans radijs,&c.1.de D.18.

Concursuq; grauis stellarum ardore micante:.

MICO,as.*vibro.*2. de Nat. 24. Iam verò venæ & arteriæ micare non desinunt.

¶ *Digitis iactis ludo.*2.de Diu. 85. Quid enim sors est?idē propemodum quod micare,quo talos iacere,quod tesseras.3. Offi. 77.Cum fidem alicuius bonitatémque laudēt, dignum esse dicunt,qui cum in tenebris mices.

MIGRATIO,onis.*loci mutatio,discessus.*1.Tusc.27.& 98.& pro Cæl. 18 Ep.lib.9.ep.8.Mors est quasi migratio commutatioque vitæ.

✠ ADIVN. *Multa in alienum.16. Fam.*

* MIGRATVR.1.Tusc.97. Aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur.

MIGRO,as.*alio ad habitandum eo.solum verto vel muto.* Att.lib.14.ep. 9.Itaque non solùm inquilini, sed mures etiam migrauerunt. Ep.lib.7.ep.23.Deinde vt migrare tantopere festines.1. Tusc.82. Video te alta spectare,& velle in cœlum migrare. 1.de Diu 8. Credo ne communi iure migrare videatur. Att. lib. 14. ep. 10. Migrare,solum vertere.*τῶ περὶ γῆς ἱλαύνεσθαι* 2.de Leg.55.Ex hac
✠ vita migrare.1.de Fin.62.Migrare de vita. ‖ & de Som.1 Antequam ex hac vita migro.

¶ *Negligo,transgredior,infringo.*1.Offi.31.Quæ pertinēt & ad veritatem, & ad fidem,ea migrare interdum, & non seruare, fit iustum.3.de Fin.67.Qui ius conseruat,iustus: qui migrat, iniustus est.3. de Leg. 11. Quod quis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto.

✠ ADVER. *Iam-antè,4.Ver.Interdum.1.Offi.*

☞ Syntax. *In cœlum migrare,& de hac vita. Qui ius migrat,iniustus est.*

MIHI.1.de Or.174. Tu mihi cùm in circulo decipiare aduersarij stipulatiuncula, ego tibi vllam causam maiorem committen-
✠ dam putem? ‖ 3. In Ver. 82. Tu mihi cum circumcessus à tam illustri ciuitate sis propter tuum scelus &c. hîc tibi perfugium speras futurum.3.Tusc.74.Hîc mihi afferunt mediocritates,quę, &c,2.de Or.85.Sit enim mihi tinctus literis, &c. de Aruſp. 26. Is mihi etiam generis sui mentionem facit.in Pis. 2. Is mihi etiā gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum. 3. In Ver.156.Is mihi etiam queritur.4.Ver.26.Tu mihi ita defendas. 1.In Ant.25.Quas tu mihi intercessiones inquis?pro Mur.13.Tu mihi id arripis,quod,&c.2. In Cat 4. Tongillum mihi eduxis, quem,&c.pro Clu.114.Quid mihi damnatos ambitus colligitis?

MILES,tis.pro Pomp. 28. Pompeius extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris,pro Corn.47. C. Marius P. Africani discipulus ac miles.pro Clu. 128. Miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque pertimuit.Ep.lib.3.ep.3.Sic. intellexeram,permultos à te milites esse dimissos. pro Cec. 61. Tanquam si arma militis inspiciunda sint. pro Cecin. 99. Iam populus cùm eum vēdidit,qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed iudicat non esse eum liberum, qui vt liber sit, adire periculum noluit. 11. I. A. 38. Tyrones milites.](. *veterani milites.*Ep.lib.10.ep. 32. Miles legionarius, & miles auxiliarius. pro Flac.8.Fortissimus miles.7. In Ant. 24. Qui vicinos suos cohortatus est,vt milites fierent.& 8.In Ant.4.Vt milites fiant sine vi,sine tumultu studio, & voluntate. pro Deiot. 28. Hic adolescens meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. pro Mur.30. Horridus miles amatur.

✠ *ADIVN. Acres,2. In Catil. Boni,ignarus,ac timidus inexercitatus,prudēs,veteranus.2.Tusc.Cōplures,nō legionarius,sed ne auxiliarius quidē.10. Fa.Crudelissimi, sanctissimi.14.Phi.Firmi ad tuendū aliquid.3. Philip. fortissimus.pro Flac.Glorioſus.1.Offi.& de Amic.Gregarij.pro Planc.Horridus. pro Marc. Nocturnus. 6. In Ver.Melior.pro Clu.Optimi.2. Cont Rull. Paratissimi. 4.Phil.Pauci.3.Attic. Perditi fame, & egestate.7.In Ver.Perditi,atque egentes.pro Dom.permulti.3. Fam. Tirones.12.Philip.Veterani,* 11. *Fam.Veteres,In Piſo.*

☞ Syntaxis. *Miles non tenens locum.Milites dimittere.Miles tyro,veteranus,auxiliarius,legionarius,horridus.Facere.fieri milites.*

MILESIVS,a,um.pro Clu.32. Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem,&c.

MILETVS,ti.*vrbs.*3.In Ver.87.

MILITARIS,re.*bellicus castrensis.*pro Cæl. 11. Eadem erat si mereri stipendia cœperamus,castrensis ratio& militaris.pro Mur. 22.Rei militaris virtus præstat cæteris omnibus.1. Offi. 61. Statuas videmus ornatu ferè militari. pro Fla. * Cum per leges militares effugere liceret iniquitatem tribuni. pro Pomp. 28. Scientia rei militaris.1.de Orat.131.Rem militarem discere.pro Mur.11.Militaris labor.Ep.lib.9.ep. 25. Pyrrhi & Cineæ libri de re militari.pro Clu.99. Tribuni militares.& 2.In Cat. 13. Signa militaria.

MILITIA,tiæ.*res militaris,bellum* pro Pomp.28.Pompeius ad patris exercitum atque in militiæ disciplinam profectus est. 3. de Ora.132.Illi & domi & militiæ fidem suam præstabant.5. Tusc. q.55.Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita.1.Offi. 36. Secundo aliquem obligare militiæ sacramento, quia priore amisso iure pugnare cum hostibus non possit.3.Offi.97.Vlysses simulatione insaniæ militiam subterfugere voluit.pro Mur. Militia vrbana.* Incer. Ad militiam euntibus dari solebant custodes,quibus primo anno regerentur.

✠ *ADIVNC. Communis cum aliquo,de Amic. Muliebris,prima.7.In Ver.plena solicitudinis, Vrbana.pro Marc.vetus.6.Att.*

MILITO,as.*mereo,stipendia mereor,stipendia in bello mereo.*1.Off.36. Pompilius Imperator tenebat prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat.

☞ Syntaxis. *Ratio militaris & castrensis. Res,ornatus, labor militaris. Discere rem militarem. Rei militaris virtus. In militiæ disciplinā proficisci. Domi & militiæ præclarus. Militiæ sacramento aliquem obligare.*

MILLE.5.In Ver.201.Qui mille modiûm dedisset,H-S.VIII.millia dare coactus est.At.lib.7.ep.14.Scutorum in ludo mille fuerunt. Att. lib. 4. ep. 15. Septa cingemus excelsa porticu, vt mille passuum conficiatur.pro R. P. 30. Mille talentûm accessionem esse factam.3.ad Heren.38.Imagines mille verborum. Epist.lib. 10.ep.9.Mille equites via breuiori præmissi. pro Cl.87.Quadraginta istorum accessio millium quid valet?pro Sest.29.Edixitq;, vt ab vrbe abesset mille passus.pro Quint.78.Septingenta millia passuum.5.In Ver.171.Sexaginta milla modiûm tritici.pro Clu. 69. Sexaginta millia nummûm. 1. de Nat. 97. Sexcenta millia mundorum.4. In Ver. 53. Hæreditas H-S. quingentorum millium.2.Offi.73. Non esse in ciuitate duo millia hominum, qui rem haberent.pro R. P. 30. Vndecim millia talentûm ad Gabinium peruenerunt. pro Dom. 56. Quid illa tot fortissimorum virorum millia. pro Cluen. 74. & 82. H-S. quadraginta millia nummûm in singulos iudices distributa. Att. li.9.ep. 4. Hic numerus est hominum mille XXX.5.In Ver.78. Coguntur dare tritici modios MMMDC.& 83. Tritici modios.(*alij modium legunt*) quinque millia.pro R. P. 36. Quibus supercilijs renuentes huic decem millium crimini.pro Clu.22. Is filio XI. millia legauit. pro Clu. 69. Sestertia (*alij Sestertium leg.*) sexcenta quadraginta millia.pro R.P.21. Qui vociferabare decem millia talenta Gabinio esse promissa.Ep.lib.10. ep. 30. Nam ei obuiam processeram millia passus (*alij passuum legunt*) centum *Galbæ.*4.In Verr. 137.Hæc denaria XXXIX.millia.6. In A. 15. Quis vnquam in illo Iano inuentus est,qui L.Antonio mille nummûm ferret expensum.14.I.A.12.Si quis mille aut duo millia occidisset.pro Milo. 54.Quo in fundo facilè mille hominum versaretur. 3. Offi. 92. An emat denario,quod sit mille denariûm? * Hortens.Quod fit post XII.milia nongentos quinquaginta quatuor annos.

MILLE

MILLESIMVS, a,um. de Fat.13. Neque necesse fuit Cypsellum regnare Corinthi, quanquam id millesimo antè anno Appollinis oraculo editum esset. & Att.lib.2.ep.4. Millesima pars.

MILLIARE, ris. *milliarium.* Att. lib. 6. ep. 1. Accepi literas tuas ad quintum milliare Laodicea.

MILLIARIVM, rij. *milliare, millium, mille passus.* de Cla. 54. Cum plebs prope ripam Anienis ad III. milliarium consedisset. Att. lib. 8. ep. 5. Postea audiui à tertio milliario tum eum isse, &c. Attic.lib.8.epist. 9. Si quidem etiam vos duos tales ad quintum milliarium.

MILLIES. Att.li.14.ep.9. Mori millies præstitit, quàm hæc pati. & lib.8.ep.11. Potius mori millies, quàm istiusmodi quicquam cogitare. pro Rab. 15. Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quàm, &c.

MILLIVM, lij. *milliarium.* Att.lib. 3. ep.3. Rogatio confecta est vt mihi vltra quadragintà millia liceat esse. pro Cecin. 28. Is non ausus est dicere, quot millia fundus suus abesset ab vrbe. nam cum dixisset minus abesse LIII, populus cum risu acclamauit, ipsa esse. Cæs. * Quod oppidum à Corfinio septem millium interuallo abest. pro Clu. 27. Thennum abest à Larino octodecim millia passuum. Att.lib.16.ep.7. Etat enim Brutis citra Veliam millia passuum III. 6. In Ant. 5. Dum ne exercitum propius vrbem Romam c c. mill. admoueret. & *ibidem.* Iterum c c. mil. 7. in Ant. 26. Ne propius vrbem millia passuum ducenta exercitum admouerit.

MILONIANVS, a,um. Orat.165. In Miloniana, &c.

MILVINVS, a,um. Qu.Fr.lib.1.ep.2. Licinius plagiarius cum suo pullo miluino.

MILVIVS. L. MVLVIVS.

MILVVS, ui. *auis rapax pullis gallinarum infesta.* 2. de N. 125. Miluo est quoddam bellum naturale cum coruo.

MIMA, mæ. 5. In Verr. 83. Tertiæ mimæ condonauit. 2. I. A. 58. Inter quos *lictores* aperta lectica mima portabatur. 13. In Ant. 24. Cum in gremijs mimarum mentem mentumque deponeres.

✠ ADIVNC. *Comes. 2. Phil.*

* MIMAS, antis. Incer. Erythræo oppido super positum montem Mimanta.

MILYADES, *populi.* 3. In Ver. 96.

MIMICVS, a,um. *obscœnus.* 2. de Or. 239. Vitandum est vtrumque oratori, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. in Piso. 55. Responsione mimica me lacessiuit.

MIMVLA, læ. pro Planc. 30. Raptam esse mimulam. 2. in Anto. 60. Venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuæ mimulæ.

MIMVS, mi. *qui dicta factaq; aliorum, & gestus quadam cum lasciuia & obscœnitate imitatur. quòd si quis idipsum versibus faciat, & is poeta minus erit, & versus quoque mimi dicentur.* 2. de Or. 242. Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas. 2. de Or. 259. Tutor mimus vetus, oppidò ridiculus. pro Cæl. 65. Mimi ergo est etiam exitus non fabulæ: in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus, dein scabella concrepant, aulæum tollitur. 11. In Ant. 13. Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. 2. in Ant. 65. Persona de mimo modò egens, repentè diues. 5. In Ver. 78. Tertia Isidori mimi filia. 2. in Ant. 20. Vxor mima. 2. in Ant. 101. Mimos dico, & mimas in agro Campano collocatos.

✠ ADIVNC. *Communes. 7. Fam. Ethologi. 2. de Orat.*

MINA, næ. *libra æris est, & pondo apud Romanos. nam hæc tria idem sunt. Cõtinet autem mina drachmas centum. valet hodie aureis numis decem.* 2. Offi. 56. Si emere aquæ sextarium mina cogetur, hoc primo auditu omnib. incredibile videretur. 4. Acad. 98. Si rectè coueluisit, teneo: si vitiosè, minam Diogeni reddet. ab eo enim Dialecticam didicerat: hæc enim erat merces Dialecticorum. 5. Tus. 91. Quos cum tristiores vidisset, x x x. minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur: nam allata fuerat ei talenta L. 2. de Leg. 68. A Platone funerum sumtus præfinitur ex censibus, à minis quinque ad minam.

MINACITER, ciùs. *minus, asperè.* 1. de Orat. 90. Aduersarios minaciter terrere possumus. & Ep.lib.11.ep.3. Minaciter agere. 5. In Ant. 11. Num putatis dixisse eum minaciùs quàm facturũ esse?

MINAE, arum. *minatio, comminatio, terror, terrores, terror verborũ.*)(*blanditiæ.* Att.lib.2.ep.19. Minæ quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. 1. de Orat. 247. Virtutem instituendo ac persuadendo, non minis & vi ac metu tradi. pro Font. 24. Alicuius minis ac terrore commoueri. pro Muræ. 43. Accusandi terrores ac minę. pro Qu. 47. Minas iactare, pericula intendere, formidines opponere. 2. Contra Rull. 40. Terrorem damnationis & minas quanti volet, æstimabit. de Ar. 2. Is se è curia repentè proripuit cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis, & cum illius Pisoniani temporis terroribus. pro Font. 23. Hi contrà vagantur erecti passim toto foro cum quibusdam minis & barbaro atque immani terrore. pro Cluen. 24. Clamore & minis aliquem insequi.

✠ ADIVNCT. *Facetæ, atque inanes, de Arusp. Magnæ accusatoris. 2. In Ver.*

MINANS, tis. Epist. lib. 11. epist. 3. Nulla minantis autoritas apud liberos est.

MINATIO, onis. *comminatio.* 2. de Or. 288. Execrationes, admirationes, minationes.

MINAX, cis. *horrificus.* Ep. lib. 16. ep. 11. & li. 11. ep. 3. Cæsar minaces & acerbas literas ad senatum misit. pro Font. 26. Inducio marus iste minax atque arrogans. Att. lib. 9. Sermones minaces. de Di. lib. 2. 85. Minacia somnia. *alias minantia.*

☞ Syntaxis. *Minas alicui proponere, iactare. Insequiminis aliquem, tangere, commouere. Minæ alicuius acterror. Inanes & fractæ minæ.*

MINERVA, uæ. *Pallas.* 2. de Nat. 67. Minerua autem dicta, quæ vel minuit vel minuatur. lib. 3. 59. Mineruæ plures. 3. de Nat. 53. Minerua quam principem & inuentricem belli ferunt. & 55. Ex Vulcano & Minerua Apollo natus. pro Dom. 92. Minerua soror Iouis. Anteq. 24. Tritonia omnipotens, Gorgona, Pallas, Minerua. 1. de Nat. 101. Minerua galeata. pro Do. 144. Minerua custos vrbis. Parad. 1. Non enim est tale, vt in arce poni iussit, quasi illa Minerua Phidiæ. Sall. in Cic. 7. Quem Minerua omnes artes edocuit. Ep. lib. 12. ep. 25. Causam tuam egi non inuita Minerua. etenim eo ipso die Senatus decreuit, vt Minerua nostra custos vrbis, quam turbo deiecerat. restitueretur. de Amic. 19. Agamus igitur pingui Minerua, vt aiunt. 1. Offi. 110. Nihil decet inuita, (vt aiunt) Minerua: *id est: aduersante & repugnante natura.* Epist. lib. 9. ep. 18. Et si sus Mineruam. 1. Acad. 18. Nam si nõ sus Mineruam (vt aiunt) tamen ineptè quisque Mineruam docet. Att. lib. 9. ep. 7. Hic ego vellem habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentoris. de Cla. 257. Mineruæ signum ex ebore pulcherrimum Phidiæ.

✠ ADIVNC. *Custos vrbis, galeata. pro Do. & 1. de Nat. Inuẽtrix quadrigarum. 3. de Nat. Inuita. 1. Offi. Pingui. de Amic. princeps, & inuentrix belli. 2. de Nat.*

MINIANVS. Iupiter. Fam. lib. 9. ep. 16.

MINIATVLVS, a,um. Att. lib. 16. ep. 11. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

MINIATVS, ta, tum. *ruber. hinc* MINIATVLVS. At. li. 15. ep. 15. His literis scriptis me ad *σωτῆρα* dedi: quæ quidem vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint.

☞ Syntaxis. *Minerua princeps, & inuentrix belli.*

MINIME. *minimùm, minume omnium.* de Cla. 207. Sed mihi placebat. Pomponius maximè, vel dicam minimè displicebat. 1. de Fin. 3. Sic isti curiosi, quos offendit noster minimè nobis iucundus labor. Att. lib. 1. ep. 14. Te alia minimè reprehendenda ratio ad honestum ocium duxit. de Cl. 302. Minimè vulgare genus dicendi. 1. de Orat. 112. Hoc ego præsente ineptus esse minimè vellem. 3. Off. 39. Philosophi quidam minimè malí illi quidem, sed non satis acuti. pro Sex. R. 112. Hoc minimè videtur graue ijs, qui minimè ipsi leues sunt. 6. I. V. 125. Vidi vos in hoc non minimè, cum testes decerent, commoueri. 2. de Orat. 322. Est id in totam orationem confundendum, nec minimè in extremã.

MINIMVM.)(*plurimùm.* Or. 91. Hoc in genere neruorum est vel minimùm, suauitatis autem vel plurimũ. Attic. lib. 14. ep. 12. Nósque cum multæ literæ, tum non minimùm idus quoque Martiæ consolentur. 1. de In. 25. Habere plurimum splendoris.)(*habere minimum splendoris.* Epist. lib. 1. ep. 9. Non præmijs quæ apud me minimùm valent.

MINIMI FACERE. 2. de Fin. 42. Virtus voluptatẽ minimi facit.

MINIMVS, ma, mum. *tantulus, tenuissimus.* Qu.Fr.lib.3.ep.1. Omnia minima maxima ad Cæsarem mitti sciebam. 1. de Or. 169. Aliquem in minimis tenuissimisque rebus labi. At. lib. 2. Ne minima quidem dubitatio, &c. 3. Offi. 102. Primùm minima de malis. Epist. lib. 4. ep. 9. At erat tuæ virtutis, in minimis tuas res ponere, de repub. vehementius laborare. 1. de Fin. 20. Ne illud quidem physici est, credere aliquid esse minimum. 1. Acad. 27. Nihil in rerum natura minimum, quod diuidi nequeat. 3. Offi. 3. Ex malis eligere minima oportet. de Fat. 22. Quum declinat atomus interuallo minimo, id appellat ἐλάχιστον. *f. Epicurus.* de Fat. 46. Cur atomi minimo declinant, interuallo? maiore non? cur declinant vno minimo, non declinant duobus aut tribus? 1. de Legib. 55. Hæc ne minimum quidem, vtrum adsit an absit, interest.

☞ Syntaxis. *In hoc genere neruorum est vel minimum. Res minima & tenuissima. In minimis res suas ponere.*

MINISTER, stri: & MINISTRA, stræ. *administer, administrator, satelles, comes, famulus, seruus.* 1. de Orat. 253. Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis iurisperitos. 1. de Orat. 198. Infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudicijs, oratoribus. pro Clu. 146. Legum ministri magistratus. Ep. lib. 1. ep. 9. Consules serui ac ministri seditionum. & lib. 2. ep. 7. Minister consiliorum. 5. I. V. 21. Minister ac satelles cupiditatum. 1. de Or. 75. Omnes artes ministræ ac comites oratoris. pro Cæl. 52. Huic tanto facinori tua domus popularis ministra esse

esse nō debuit.1.Tusc.75.Res familiaris ministra & famula corporis.2.de Fin.37.Tu virtutes voluptatum satellites & ministras esse voluisti.item pro Cl.43.Martiales quidam Larini appellantur ministri publici Martis atque ei Deo consecrati. Qu. frat. lib.1.ep.1.7.Prætor omnes ministros imperij sui, sociis & ciuibus,& reipub.præstare videtur.& 10. Sit annulus tuus non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ.2. Offic.53.Vt Macedones non te regem suum,sed ministrum & præbitorem putent. de Vn.42.Quibus vtitur ministris Deus.2.de Nat.deor.150.Manus multarum artium ministræ.

✠ *Adivn.Acerbissima,1.ad Q.frat.Impurissimus.pro Dom.Publici,pro Cluent.*

Ministrator, oris. *minister.*2. de Ora. 305. Ministratores petis,non aduersarium.pro Flac.53. Hic mihi Mæandrius, quasi ministrator aderat,subiiciens,&c.

Ministratrix.*ministra.*de Ora.li.1.75.Vt omnes comites & ministratrices esse diceres.*aliter ministras.*

Ministro,as.*seruio.*I.P.67. Mensa extructa multa carne sub rancida,serui sordidati ministrant. I.P.26. Cum ardentes faces furiis Clodianis penè ipse Consul ministrabas.2.de Finib.23.& 69.Adsint etiam formosi pueri,qui ministrent.1.de Nat.113.Ministrare pocula alicui.

✠ *Adver.Diligenter,5.Tusc.*

Ministratvr.*inseruitur.* Ep.lib.16.ep.14. Acastū retine,quo commodius tibi ministretur.5.in Verr.105. Cum in eis cōuiuiis symphonia caneret,maximisque proculis ministraretur.I.P.67. Ipse solus bibiturus,quæ eodem de solio ministrentur.

✠ *Adverb.Commodius,16.famil.*

☞ Syntaxis.*Seruus, & minister. Minister & satelles. Minister & comes.Minister & famulus.Ministrare,ministrare alicui:& facies alicui. Maximis poculis ministratur.*

Minitans,tis.Tusculi.5.42.Minitanti Philippo. in Verr. act.7. 159.Verri nimis atrociter minitanti.

Minitor,aris.1. Tusc.102.Istis quæso ista horribilia minitare purpuratis tuis.2.in Catil.1.Vrbi ferrum flammamque minitari.7.I.V.159. Is Verri nimis atrociter minitabatur.3.de Orat.216. & 6.I.A.10.Minitari mortem alicui.Att.lib.2.ep.19.P.mihi minitatur.11. I.A.37. Qui huic vrbi ferro ignique minitantur. & 13.Phil.47. Qui patriæ igni ferróque minitatur.pro Cec.27.Cū Ebutius Cecinnæ malum minitaretur.1. Tusc.102. Cum ei Lysimachus rex crucem minitaretur.

✠ *Adver.Atrociter.7.in Verr.*

Minor,aris.*minitor,minas iacto,terreo,clamore & minis aliquem insequor,verbis terreo,terrorem infero alicui,denunciatione periculi terreo periculum capitis alicui ostento,vim denuncio,periculum iudicij cuipiā,intendo,periculum vel iudicium alicui denuncio,belli & vastitatis metum infero,terrorem iniicio.terrorem iacto & oppono,metum cædis iniicio.)(.benè promitto.6.*I.V.149.Nisi vehementius homini minatus essem,tabularum potestas mihi facta non esset.Ep.lib.5. ep.2.Me appellabat,mihi minabatur.5.de Fin.31. Si quādo pueris ludētes minamur,præcipitaturos alicunde.pro Plan.95.Cum mea domus ardore suo deflagrationem vrbi minaretur. 2. de Diu.38.Quæ autem inconstantia deorum est,vt primis minentur extis,bene promittant secūdis.4.I.V.73. Grauius minari cuipiā.13.I.A.21. Hostis tetertimus omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.

✠ *Adver. Acerrimè,vehementius homini,6.in Verr. Crudeliter,9.famil.Grauius,vehemēter,4.in Ver.Mediocriter,7.Ver.Quotidiè magis,magisque.1.Philip.*

☞ Syntaxis.*Minari ferrū & ignem,& ferro igneque,malum,crucem, tormenta.*

Minor,oris.Top.23.Quod in re minore valet,valeat in maiore. 2.de L.51.Eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione,quàm hæredibus omnib.esset relicta.Epi.lib.9.ep.21. Papyrij fuerunt patrocinij minorum gentiū.Att.lib.1.ep.9.Cæcilium propinqui minore centesimis nummūm mouere non possunt.

Minotavrvs,ti. Epist.lib.12.ep.25.Cum magna offensione Minotauri.*id est,Caluisij & Tauri.*

Mintvrnae,arum.*locus.*Att.lib.5.ep.1.& 2.contra Rull.36.

Mintvrnensis,se.At.lib.5.ep.20.post Red. ad Qu.20.& in Pis.43.

*Minvendvs,a,um.1.de Fin.51.Quæ tāta ex improbis factis ad minuendas vitæ molestias accessio fieri potest?

*Mini.o, onis.vide Mvnio,onis.

Minvo,is. *diminuo, detraho,derogo,delibo,exhaurio, extenuo,leuo, eleuo,debilito,remitto,decessionem de summa facio.*Epi.lib.3.ep.8. Vt sumtus egētissimarum ciuitatum minuerem sine vlla imminutione dignitatis tuæ.de Fat.3.Nec ea quæ nunc tracto minuunt, sed augent potius illam facultatem.2.de In.52.Quæstio est,maiestatémne minuerit.ad Oct. Minuere vectigalia. pro Fla. 28. Minuis,inquit,gloriam Pompeij, imò tu auges molestiā. 1.de Fin.51.Quas *cupiditates* nulla præda vnquam improbè parta minuit,sed auget potius atque inflammat.

✠ *Adver. Sensim consuetudinem.2.Offic.*

Minvor,tis.pro Mur.42. Nonnullorum amicorum studia minui solere in eos qui prouincias contemnunt.4.I.C.13. Ne quid de summa dignitate reip. minueretur. pro Dom.36. Vt ne quid aut de dignitate generum,aut de sacrorū religione minuatur.1. cont.Rul.14.Minuetur huius pecuniæ inuidia.Att.lib. 11.ep.10. Si putares meam molestiam minui posse.

☞ Syntaxis.*Minuere dignitatem,& aliquid de dignitate.*

Minvritio,onis.vide Mvnio,onis.

Minvs.*pro eo quod non est,vel parum.*1.de Orato.109. Non intelligo,quamobrem,non si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione ars esse videatur.7.I. V. 67. Maximè si minus necari,at custodiri oportebat.1.de Diu.24. At nonnunquam ea quæ prædicta sunt,minus eueniunt. Ep.lib.3.ep.1.Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus.Ep.lib.7.ep.1.Vt aliquid ad te scriberem huiusmodi,quo minus te prætermissse ludos pœniteret.& *ibid.*Quod si assecutus sum, gaudeo:sin minus,hoc me tamen consolabor,quòd,&c.pro Arch.33.Cupere debemus,quo minus manuum nostrarum tela peruenerint, eódem gloriam famámque penetrare.3.de Nat.3.Itaque cogito ea, quæ minus intellexi,requirere.

Minvs.)(.*plus.*Ep.lib.5.ep.13.Præstitimus enim patriæ nō minus certè,quam debuimus: plus profectò, quàm est animo cuiusquam aut consilio hominis postulatum.pro Q.R. 28.Is locabat se minus H-S.ccc.4.I.V.140.& 3.Ver.153.Minus x x x.dieb.totā triēnij præturā rescidisset.5.In Ver.114.Minus tribus medimnis in iugerum nemo dedit.1.de Diu. 68. Madefactum iri minus x x x diebus Græciam sanguine.pro Cec.28.Cum si vno minus damnarent,condemnari reus non posset.& *ibidem.*Dixit minus abesse liii.2.de N.54. Quatuor & viginti mensib. sex(vt opinor)diebus minus. Att.lib.8.ep.9. Multo minus mouent miræ, & *ibidem.* Minus multa dederunt illi Reip.pignora.2.de.Or. 37. Non si qui,&c. eo minus,&c. Att. lib.2.ep.4. Id propè dimidio minoris constabit illo loco.5.I.V.151. Decumas x x x. mod.minoris,quàm potuit,vendidisse. Att. lib.14.ep.1.Ille gaudens affirmat,minus diebus x x. tumultum Gallicum.

Minvscvlvs,a,um.Att.lib.14.ep.12. Minusculam villam vtique Quinto traditurus sum. Qu.fr.lib.3.ep.1. Rescripsi epistolæ maximæ:nunc audi de minuscula.

Minvtatim.*gradatim,perexiguè,γλίσχρως.*4.Acad.49.Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.& 92. Minutatim & gradatim interrogare. Qu.de Pet.27. Minutatim ex communibus proprij euadūt. Attic.lib.16.ep.1.Xenocratem perexiguè & γλίσχρως præbere minutatimque.

Minvte.*exiliter,anguste,ieiunè,tenuiter, subtiliter.* Ora.123.Grandia minutè dicere.4.Acad.42.& 4.de Fin.7.Hæc autem vniuersa concidunt etiam minutius.

☞ Syntaxis.*Mēsibus quatuor,tribus diebus minus. Minus multa dāna. Minutatim & gradatim.*

Minvtia.*vi.*Att.lib.9.ep.4.

Minvtia,*porticus.*2.in Ant.84.

Minvtvs,a,um.*angustus,paruus.*)(.*grandis.* Part.57. Nihil nimis enucleandum,minuta est enim omnis diligentia:hic autem locus grandia requirit.2.de Orat.159.Genus sermonis exile,aridū, concisum,minutum, & fractum.de Clar.286. Or.40. Concisus numeris minutis Thrasymachus.& 39.Minutos numeros sequi. 1.de Diui.39.Chrysippus multa & minuta somnia collegit, sed exemplis grādioribus decuit vti.4.A.ca.120. Minutorum opusculorum fabricator.de Clar.256.Orator præstat minutis imperatoribus.1.de Diu.62. Qui vt rationem non redderet, tamen hos minutos philosophos vinceret.1.de Fin.61.Ecce autem alij minuti & anguśti,aut omnia semper desperantes,aut maleuoli, inuidi.difficiles.3.de Or.119. Minutæ & anguśtæ concertationes.3.de Orat.167.& Orat.94. Vt cum grandem orationem pro magna,minutum animum pro paruo dicimus.Parad. 1. Cato minutis interrogatiunculis,quasi pūctis,quod proposuit,efficit.

☞ Syntaxis.*Minuta diligentia,animus,oratio,numerus.somnia,imperator,philosophi. Homo minutus & anguśti. Interrogatiúcula minuta.*

Mirabilis,le.*admirabilis,mirificus,mirandus.*Parad.5. Nec hoc est tam re,quàm dictu inopinatum atque admirabile. pro Lig. 11. Hæc non modò mirabilia sunt, sed prodigiis similia. 3. de Orat.195.Mirabile est,cum plurimum in faciendo interfit inter doctum & rudem,quàm non multum differat in iudicando.2. de Diu.43.Mirabile est,quomodo,&c.& 66.Atque hæc ostentorum genera mirabile nihil habent. Orat.39. Quo magis sunt Herodotus Thucydidésque mirabiles,qui,&c.Topic.67. Mirabilis copia dicēdi.2.de Or.191.Ac ne forte hoc magnum & mirabile videatur,&c.2.de Diuin.49.

Mirabilitas,tis.*admiratio.*2.Offi.38. Ergo & hæc animi despicientia mirabilitatem magnam fecit.*al.admirabilitatem.*

Mirabiliter,liùs.*admirabiliter,mirandum in modum,mirè,mirificè,quod mirandū sit.*Ep.lib.4.ep.13.Omnes mirabiliter de te & loquuntur & sentiunt.Att.li.2.ep.25. Mirabiliter enim morosus

est.1.de Orat.94.Qui mirabilius & magnificentius augere possed atque ornare quæ vellet.1.de Diu.123.Quæ mirabiliter à Socrate diuinata sunt.

☞ Syntaxis. *Re & dictu inopinatum,& mirabile. Mirabile,& prodigij simile. Mirabile est quomodo vinas. Ostentū hoc mirabile nihil habet. Mirabiliter laudatus,morosus. Mirabiliter & magnificè ornare dictū.*

MIRACVLVM,i.*prodigium,portentum.*1.de Natur.18.Portenta & miracula non differentium philosophorum,sed,&c.

MIRANDVS,a,um.*mirabilis,admirabilis,habens aliquid admirationis.*7.I.V.67.Opus ingēs,in mirandam altitudinem depressum. Ep.lib.3.ep.10.Quæ minimè mihi miranda acciderunt.Att.li 9. ep.6. Mirandum enim in modum Cn. noster Syllani regni similitudinem concupiuit.3.de Nat.62. In enodandis nominibus quod mirandum sit laboratis.aliàs miserandum.

MIRATIO,onis.*admiratio.*2. de Diuin. 49. Causarum ignoratio in re noua mirationem facit.

MIRE.*mirabiliter.*ad At.lib.16.ep.11. Puero municipia mirè fauēt.

MIRIFICE.*mirè,mirabiliter.*1.de Nat.58.Te ab eo mirificè diligi intelligebā.1.de L.54.Hi de omnibus rebus mirificè congruunt. 4.Ac.5.Mirificè delectari aliqua re.Att.lib.2.ep.19. Tantum doleo,ac mirificè quidem.& lib.5.ep.17.Nam omnes mirificè συμπαθῶσιν gloriæ meæ. & epist.lib.3.ep.11.& lib.12.ep.12.

MIRIFICVS,a,um.*mirus,mirabilis.*2.de Diu.46.Sed te mirificam in latebram coniecisti.Att.lib.11.ep.11. Cato conuicium Pisoni mirificum fecit.& ep.13. Spectator pugnarum mirificarum.Ep. lib.3.ep.11.Mirificam que cœpi voluptatem.Att.li.14.ep.12. Agere mirificas gratias alicui.Att.li.5.ep.17.Lepta noster mirificus. Epist.lib.14.ep.3.

☞ Syntaxis. *Portenta, & miracula. Hoc mirādum illi accidit. In legendo quod mirandum sit laboras. Facere conuicium mirificum alicui. Mirifica voluptas,Cæsar.* (*ergo clarissimus Cæsar.*)

MIRMILLO,onis.*gladiator.*Phil.5. 10. Etiámne ab hoc mirmillone Asiatico Senatus mandata, &c. audientur? Ille autem ex mirmillone dux,ex gladiatore Imperator.5 I.A.29. L.frater,qui mirmillo Mylasis depugnārat.3.I.A.31.

MIROR,aris.*admiror,demiror,mihi mirum,mirabile,admirandum videtur,stupesco,obstupesco.*2.de Inuen.2.Cum puerorū formas magno hic opere miraretur.Att.lib.10.ep.4.& Ep.li.12.ep.12.Mirari satis hominis negligentiam non queo.de Ar.46. Atque ego hunc non miror:quid enim faciat?at illos homines sapientissimos miror,&c.2.Off.56. In his infinitis sumptib. nihil homines magnopere mirantur.2.de Or.59.Id meherculè, inquit Catulus admirās,illud iam mirari desino, quod multo magis antè mirabar,hunc cùm hæc nesciret,in dicendo posse tantum.Att. lib.10.ep.13.& ep.19.Soleo mirari de nescio queis H-S. x x.2.de Diu.51.Cato mirari se dicebat,quòd non rideret aruspex aruspicem cùm vidisset.de Cla.91.Quod mirari nō possum in eis qui nihil scripserunt.Att.lib.8.ep.18.Miror quid causæ fuerit,quare consilium mutaris.& *ibid.*Miror te ad me nihil scribere.pro S. R.1.Miror quid sit,quòd,&c.2. Offi. 56. Miror quid in mentem venerit Theophrasto in eo libro,&c.1. de Diui. 13. Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera. de Ami.53. Quanquam miror in illa superbia si quenquam amicum habere potuit.1.de N.96. Equidem satis mirari non possum, vnde, &c.Orator.11.Miror,quid hęc ad te pertineant.4.in Ver.134.Sed ne miremini qua ratione, &c. 1. de Or. 165. Enim verò,inquit Crassus,mirari satis nō queo etiā te,&c.1.I.V.1.Si quis fortè miratur,me,&c.is si cognoscet,&c.putabit,&c.1. de Orat.19. Quāobrem mirari desinamus,que causa sit eloquentium paucitatis. Attic.lib.15.ep.14.Sed tamen ne miraretur, cur idem iterum facerem,hoc causæ sumpsi,quòd ex te ipso coràm antea nihil potuissem cognoscere.& lib.16.epist.21.Non dubito,quin mirēre, atque etiam stomachēre,quòd.

✠ ADVERB. *Admodum,pro Cæc.Magnoperè,4.Acad. Maximè Isocratem. Orat. ad Brut. vehementer,pro Syll.*

☞ Syntaxis. *In hoc nihil miror,de hoc,hoc. Miror quid sit,quòd. Mirari & stomachari.*

MIRVS,a,um.Ep.lib.2.ep.11.Me mirum desiderium tenet vrbis, incredibile meorum.& *ibid.* De pantheris agitur,&c. sed mira paucitas est.2.de Or.184.Hoc igitur mirū quiddam valet.Orat. 87.Sales in dicendo mirum quantū valēt.*aliter,nimium.*Ep.li.10. ep.31.Minimè mirū tibi debet videri,me,&c.1.de Ora.214. Per mihi mirum visum est,te,&c.pro Rab.25.Mihi mirum videtur, vnde,&c.de Ar.8.Nec mirum si hoc vobis ridiculū videtur, &c. pro S.R.52.Nec mirum,qui,&c.quippe qui,&c.pro S.R. 22. Neque enim mirum si aliquid non animaduertat.4.in Ver.133.Nec mirum omnibus,&c.de Or.lib.2.279.Mirum ni cantem.

✠ ADVER. *Priuatim,publicè,6.In Ver.Valdè,3.In Ver.*

☞ Syntaxis. *Sales in dicendo mirum quantum valent. Mirum mihi videtur. Per mihi mirum est, Nec mirum,si. Mirum ni rideas.*

MISANTHROPOS.L.TIMON,

MISCENDVS,a,um.4.Tusc.77.Maius mihi miscēdum malum. Orat.197.In perpetua oratione hi sunt inter se miscendi & temperandi pedes.

MISCEO,sces.*permisceo,turbo,perturbo,cōfudo.*3.de Leg.19.Omnia infima summis paria fecit,turbauit,miscuit.2.cont.Rull.90.Qui iniquis imperiis rempublicam miscerent. pro S R.91. In tenebris ruebant,omniáque miscebant.de Arusp.46.Miscere & turbare omnia.1.de Diu.60.Vt cum matre corpus miscere videamur.

¶ *Tempero.*2.de Fi.17.Qui alteri misceat mulsum,ipse non sitiēs.

MISCEOR,ris.*admisceor,cōfundor.* Or.196.Quos autē numeros cū quibus tanquam purpuram misceri oporteat,dicēdum est.2.de Diu.86.Sortes quę pueri manu miscentur atque ducūtur.3.Offi. 119.Aliquid ex dissimilibus rebus misceri & temperari.1.in Ant. 13.Parentalia cum supplicationibus misceri.4. in Catil. 6.Noua quædam misceri & concitari mala.

MISELLVS,li. At.lib.3.ep.23. Meū Ciceronē cui nihil misello relinquo,&c.tuere quoad poteris.Ep. lib.14.ep.4.Illius misellæ & matrimonio & famæ seruiendum est.

MISENVS,uel MISENVM,ni.*promontorium,& portus Italiæ,ad Caietam:à Miseno tubicine Aeneæ ibi sepulto appellatus.* pro Pomp. 33.2.I.A.48.2.de Or.60.

MISER,a,um.*calamitosus,ærumnosus,infœlix,afflictus,prostratus,iacens,qui in miseria est.*Partit.57. Nihil tam miserabile, quàm ex beato miser.pro Plan.84.Ego miseris & laborantib.nihil negare possum.ad Brut.ep.4. Miserorū fortunam insectari.Parad.1. Aerumnosus,infœlix,miser.pro Q.94.Miser atque infœlix.pro S.R.77. Res misera & calamitosa.4.I.C.12. Hæc mihi videntur misera atque miseranda.pro Cl.7. Spero locum hunc eius fortunæ miseræ multumque iactatæ portū futurum. pro Flac.71. Cur vnus tu Apollonienses miseriores habes,quàm aut Mithridates,aut etiam pater tuus habuerit vnquam. 11. in Ant.8. Qui magnos dolores perferunt,hos non miseros,sed laboriosos solemus dicere. Att.lib.8. ep.11. Nihil fieri potest miserius, nihil perditius,nihil fœdius.* pro C.Corn.1. Spectaculum genere & exemplo miserum ac funestum.

✠ ADVERB. *Rectè,2.de Finib.Summè,4.de Fin.Omnino,4.Famil.*

MISERABILIS,le.*miserandus.* Par.57. Nihil tam miserabile, quàm ex beato miser.2.de Or.196. Non solum miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea.2.I.A.73. Auctionis miserabilis aspectus.pro Do.59. Cum eius squalor inauditus omnibus mortalib.miserabilis videbatur.2.de Ora.197.& 193.Ora.56.Vox ad miserabilem sonum inflexa.2. de Fin.65. Casus miserabilis. * de Consolat.Miserabilis ignoratio veri.

✠ ADVERB. *Mirè,de Clar.*

☞ Syntaxis. *Ex beato miser. Miser & laborans. Aerumnosus,infœlix, miser. Res misera & calamitosa,misera & miseranda. Fortuna misera & iactata. Aspectus auctionis squalor,vox,casus miserabilis.*

MISERABILITER, *miserandum in modum.*1.Tusc.96.Non miserabiliter vir clarus emoritur.Att.lib.14.ep.10.At Cæsar in foro combustus,laudatúsque miserabiliter. Att.li.10.ep.10.M. Cælij quidem epistolam scriptam miserabiliter,&c.

MISERANDVS,a,um.*miserabilis.*)(.*irridendus.*1.de Ora.169. Aliquem ita labi,vt aliis miserandus,aliis irridendus esse videatur. 2.de Ora.278.Oratio tua omnibus miseranda visa est.4. in Cat. 11. Hæc mihi videntur misera atque miseranda.de Prou.5.Miserandum in modum necari.

MISERATIO,onis.*commiseratio,misericordia.*Ora.131. Miseratione mens iudicum permouenda est.2.in Ant.90. Tua illa pulcra laudatio,tua miseratio,tua cohortatio.Part.56.Odia incitantur, miseratio nascitur.2.de Or.196.Nō fuit hęc sine meis lacrymis, non sine dolore magno miseratio.de Clar.82. Miserationibus, & communibus locis vti. Ep.lib.5.ep.12. Quem enim nostrūm moriens Epaminōdas non cum quadam miseratione delectat?

✠ ADIVN. *Flebiles,Top.Multa,de Clar.*

☞ Syntaxis. *Non miserandus,sed irridendus. Miseratio iudices mouet.*

MISERE.3.de Fin.50. Ad beatè misereue viuendū.Att.lib.7.ep.16. Eas ego,quoad sciremus,vtrū turpe pace nobis,an miserè bello esset vtendum,in Formiano esse volui,&c.

MISEREOR,eris.*me miseret,misericordiā alicui tribuo vel impartior, misericordia alicuius me tenet,alicui*⁹ *supplicio misericordia cōmoueor.* 3.I.V.72. Audite quæso iudices,& aliquando miseremini sociorum.Att.lib.4.ep.5.Qui misereri mei debent, non desinunt inuidere 4.ad Her.66.Miserere nostri.1.ad Her.24. Et tamen postulat,vt sui misereantur.1.de In.48.Vt maioribus afflurgatur,vt supplicum misereatur. Epist. lib.8.ep.1. Vsque cò,vt ego miserer eius esuriei.Epist. lib.6.ep.7. Et miserere tēporis.ad Brut. ep.16.Miserebor vestri.

MISERET,bat.1.de Di.66.& 2.I.A.90. Mea mater tui me miseret, mei piget. pro Lig. 14. Caue te fratrum pro fratris salute obscurantium misereat. pro Mil.93. Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt,quàm qui illam efflagitant.

MISERIA, riæ. *calamitas, ærumna.* 5. de Fin. 95. Vbi est virtus, ibi esse miseria & ærũna non potest. Par. 2. & 3. Tusc. 39. Te miseriq, te ærumnæ premunt omnes. Anteq. 25. In meis miseriis & calamitatibus aliquam ferte opem. 2. de Diu. 86. Stoici omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credunt. 2. I. A. 24. Quorum si vtrumuis persuasissem, in has miserias nũquam incidissemus. 3. de Fin. 48. Item qui processit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in miseria est.

✠ *ADIVN. Afflictæ luctu, præsens, tantæ, 3. Atti. Alienæ, 14. Phil. Communes, 11. Fa. Diuturna 1. At. Humanæ, insignis, 2. de Orat. Maximæ Reip. 2. Phil. perennis, voluntaria, 3. Tusc. Sempiterna, 1. Tusc. Summa, summo dedecore coniuncta, 3. Phil. Summæ, 1. de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Miserius & ærumnis premi. Esse in miseria. In miseriam incidere.*

MISERICORDIA, diæ. *miseratio, clementia.*) (. *inuidia, inuidentia.* 4. Tus. 18. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius inuidia laborantis. & lib. 3. 21. Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. pro Rab. P. 46. Nam in eum cui misericordia opitulari debeat, inuidia quæsita est. pro Pl. 3. Peto à vobis, vt ei vestram misericordiam me deprecante tribuatis. pro Qu. 97. Quintus Sex. Næuium obsecrauit, vt aliquando misericordiam caperet aliquam, si non propinquitatis, at ætatis suæ. Postqu. ad Quir. 1. Vt aliquando vos memoria mei misericordia desiderium que teneret. 2. I. A. 86. At etiam misericordiam captabas, supplex te ad pedes abiiciebas. pro Rabir. 5. Obsecro adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in reipublicæ salute sapiẽtiam. ad Brut. ep. 12. Impartiri misericordiam alicui. pro Mil. 93. Implorare & exposcere misericordiam. pro Pom. 24. Afflictæ regum fortunæ facilè multorum opes alliciunt ad misericordiam. 2. de Orat. 195. Non prius sum conatus misericordiam aliis cõmouere, quàm misericordia sum ipse captus. ἐλεητὸς & Αἰτιολόγιον ἅπαντα. pro Cluen. 24. Omnes odio Oppianici & illius adolescentis misericordia cõmouentur. Att. lib. 10. ep. 13. Nihil est filio meo tractabilius, cuius misericordia lãguidiora adhuc consilia cepi. Att. lib. 8. ep. 12. Et sic frangor sæpe misericordia puerorũ. pro Lig. 28. Postq. in Senat. 16. Vir clementia & misericordia singulari. 1. de Ora. 53. Mentes ad lenitatem misericordiámque reuocare. pro Mur. 87. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet. pro Rab. 24. Qui hominis seditiosi imagine desideria imperitorum misericordia commoueret. 1. I. C. 16. Vt misericordia permotus esse videar. 4. Tus. 18. Nemo proditoris supplicio misericordia commouetur. pro Mur. 65. Misericordia cõmotus ne sis, sed tamen est laus aliqua humanitatis. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Misericordia moueo. 1. de Or. 227. Cõcitare misericordiam populo. 2. de Ora. 278. Oratoresin epilogo misericordiam mouent. pro S. R. 145. Prædia mea tu possides ego aliena misericordia viuo. pro Milo. 93. Eorũ nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant. pro Deiot. 40. Non debeo tẽtare, quónam modo dicendo misericordiam tuam commouere possim: ipse enim occurrere solet supplicib. nulla oratione euocata.

✠ *ADIVNC. Aliena. priſtina. pro Sex Roſ. Grata, pro Planc. Grata, & admirabilis, pro Lig. Iucunda, 5. Phi. Magna, pro Mur. Maxima, 2. de Orat. Mira, 1. Attic. Similes, 2. Phil. Singularis, poſtq. ad Quir.*

MISERICORS, dis. *clemens, cuius animus alieno incommodo commouetur.* pro Sex. Rosc. Vir bonus, fortis & misericors. pro Cecin. 26. Testis qui in re misericordem se præbuit, & in testimonio religiosum. pro Lig. 15. Cum etiam hi quibus ipse ignouisti, nolint te in alios esse misericordem. 1. de In. 106. Animus auditoris mitis & misericors. 2. ad Heren. 25. Supplex, mansuetus, misericors. Postquam in Sen. 16. Aliquam semper misericordem fuisse.

MISEROR, aris. *commiseror.*) (. *inuideo.* pro Mur. 55. Non queo satis huius euentum fortunam que miserari. pro Mur. 88. Quare quid inuidendum Murænæ sit in hoc præclaro consulatu, non video: quæ miseranda sunt, vos perspicere potestis. Ep. lib. 4. ep. 9. Nec eam minus diligere debes, sed miserati potius.

☞ Syntaxis. *Misericordiam alicui tribuere. Capere misericordiam ætatis. Me tenet misericordia illius. In alicuius fortunis misericordiam adhibere, impartiri, Ad misericordiam allicere, captare, commouere misericordiam. Frangi misericordia amicorum. Misericordia capi. Ad lenitatem & misericordiam reuocare. Casus hic misericordiã habet. Misericordia moueo. Misericordiam alicui concitare, mouere. Alicuius viuere misericordia. Supplex, mansuetus, misericors. Cæsaris euentum miseror. Miserandum hoc est. id est, miseratione dignum.*

MIΣΟΠΥΝΕΊΑ. L. MVLIEROSITAS.

MISSIO, onis. Att. lib. 1. ep. 4. De literarũ missione sine caũsa abs te accusor. 7. in Ant. 1. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui.

¶ *Dimissio.* 1. Tusc. 114. Silenus à Mida captus hoc ei muneris pro sua missione dedisse dicitur. 7. I. V. 100. Missio remigum. Ep. lib. 5. ep. 12. Missio ludorum.

MISSVS, us. *missio.* Att. lib. 8. ep. 9. VII. Calen. vesperi Balbus minor ad me venit, occulta via currens ad Lẽtulũ. Cos. missu Cęsaris cum literis, cum mandatis, &c.

MISSVS, a, um. *dimissus.* Att. lib. 9. ep. 8. Duo præfecti fabrûm Pompeij, qui in meam potestatem venerunt, & à me missi sunt. & *ibid.* Et eum statim missum feci. Att. li. 8. ep. 18. Aequum est me à te impetrare, vt cohortes quæ ex Piceno venerunt, missum facias. 3. Offi. 112. Iurauitq; se illum interfecturũ, nisi sibi iusiurandum dedisset, se patrem missum esse facturum. 5. in Ant. 53. Easque legiones bello confecto missas fieri placet. pro Flac. 49. Qui cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est, postea missus, &c. Epist. lib. 8. ep. 8. Quibus de causis missi fieri debeant. 1. ad Heren. 11. Si eum missum fecerimus. 7. I. V. 99. Dicebat quisque, quos missos sciret esse. Attic. lib. 9. ep. 1. Remotis siue omnino missis lictoribus. pro Sest. 138. Qui voluptatibus ducuntur, missos faciant honores. 5. in Ver. 104. Hos agros missos facio. pro S. R. 132. Sed hæc missa faciam, quæ iam facta sunt. Ora. 222. Missos faciant patronos, ipsi prodeant. Att. lib. 8. ep. 11. Memini librum afferri à Demetrio Magnete, ad te missum scio περὶ ἐμφύτων, eum velim mihi mittas. de Clar. 55. Fabricius, qui fuit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis missus orator. Brut. ep. 16. Particulam literarum tuarum, quas misisti Octauio, legi missam ab Attico mihi. pro Flac. 6. Vox de quæstura nulla missa.

✠ *ADVER. Contentius, 2. Tusc. Rectè, vltro, 5. Phil. vndique, pro Sest.*

*MSTESCO, is. *mitior, fio.* Oecon. 2 Cum verò affecta iam propè æstate vuas à Sole mitescere tempus est.

MITIFICATVS. *concoctus, mitigatus.* 2. de Diu 57. In omne corpus diuiso, & mitificato cibo, gallos cantus edere. *legitur etiam modificato.*

MITHRIDATES, *rex Ponti.* pro Pomp. *sæpe.* pro Flac. pro Mur.

MITHRIDATICVS, a, um. pro Pompeio. 7. Mithridaticum bellum.

MITIGANDVS, a, um. *immutandus.* 2. de Nat. 151. Materia autem, &c. ad mitigandum cibum vtimur.

MITIGATIO, onis. *deliniatio, excusatio.* 4. ad Herenn. 50. Licentia si nimium videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

MITIGATVS, a, um. *placatus.* Epist. lib. 6. ep. 1. Is magna signa dedit animi erga te mitigati. 1. de Inuent. 24. Animus erga aliquem mitigatus.

MITIGO, as. *mitiorem facio, lenio, placo, sedo, flecto.* Ep. li. 1. ep. 9. Eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. & ep. 4. Me ipsum longinquitas temporis mitigauit. 2. de Orat. 236. Risus tristitiam mitigat & relaxat. 1. de Orato. 202. Populum excitatum in bonos mitigare. 2. de Orat. 304. Inuidiam extenuando mitigare. pro Corn. 57. Quamquam istorum animos, qui ipsi Cornelio inuident, non est difficillimum mitigare. Qu. fra. lib. 1. ep. 17. Seueritatem acerbã multis condimentis humanitatis mitigare.

MITIGOR, ris, *lenior.* 3. de Orat. 14. Summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur. 2. de Legib. 36. Qui ex agresti vita exculti ad humanitatem mitigati sumus. Att. lib. 3. ep. 15. Dolores mitigantur vetustate. pro Mur. 65. Ac te iam vsus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. pro Cæl. 77. Iam ætas omnia, iam res, iam dies mitigabit.

✠ *ADVERB. Facilè, 1. Attic.*

☞ Syntaxis. *Aut reconcilies, aut mitiges. Longinquitas temporis homines mitigat. Mitigare tristitiã, & relaxare. Inuidiam mitigare. Labor gloria compẽsatus mitigatur. Ex agresti vita mitigari ad humanitatem. Flectere, lenire, mitigare. Ætas, res dies mitigatus.*

MITIS, mite: tior, ssimus. *moderatus, placatus, lenis, mansuetus.*) (. *asper, durus, ferus, immanis.* Att. lib. 5. ep. 1. Nihil tam yidi mite, nihil tam placatum, quantum erat frater meus in sororem tuam. pro Mur. 60. Accessit his tot doctrina non moderata, nec mitis, sed paulò asperior ac durior. de Senect. 28. Compta oratio ac mitis. de Clar. 287. Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset ac mitior. 1. de Inu. 106. Animus auditoris mitis & misericors. 2. Tusc. 53. Patientia dolorem mitiorem facit. 1. de Inuen. 2. Mitis & mansuetus. 4. in Cat. 10. Homo mitissimus atque lenissimus. Attic. lib. 7. ep. 2. Auster lenissimus & mitis.

☞ Syntaxis. *Mitis & mansuetus, mitis & lenis. Ventus lenis ac mitis*

MITRA, træ. *redimiculum, muliebre capitis ornamentum, quasi coronæ quædam.* de Ar. 44. P. Claudius à coma, à mitra, &c. factus est popularis.

MITRELLA, læ. *aliàs* MITELLA. pro R. P. 26. Deliciarum causa quosdam cum mitrella sæpe videmus.

MITTO,tis.*ablego.* Attic.lib.5.epist.7. Quotidie vel potius in singulos dies breuiores literas ad te mitto. Attic.lib.6.ep.5. Velim obuias mihi literas quàm argutissimas de omnib.rebus crebrò mittas.ad Attic.lib.7. ep.22. Cæsaris literarum exemplum tibi misi:rogàras enim. Attic.lib.9.ep.6.Sic ergo habeto,salutares te mihi literas misisse.de Pro. 25. Mittere literas ad aliquem de suis rebus. Attic.lib.12.epist.39.Itaque misi librum ad Muscam. de Senect.3.Hunc verò librum de Senectute ad te misimus.Ep. lib.10. ep.12. Paulo pòst idem Minatius eas literas legendas dedit quas ibi miseras,& quas publicè. Epistol. *ibidem.* Ex literis quas mihi misisti, &c. Epist. lib.1. ep.9. Quod rogas vt mea tibi scripta mittam,&c. 2. de Nat. 103. Luna eam lucem quam à sole accepit,mittit in terras. Attic. lib.8. ep. 16. Demetrij Magnetis librum,quem ad te misit de cõcordia,velim mihi mittas.& lib.13. ep.47. Laudationem Portiæ tibi misi correctam,vt,&c.1.I.A.12.Cumque languerem de via, misi pro amicitia qui hoc diceret, &c.Att.li.2.ep.4.Feci̇sti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me misisti.3. In Ver. 26. Mittere in consilium.

¶ *Iubeo.* Epist. lib. 16. epist.9. Curio misi, vt medico honos haberetur, & tibi daret quod opus esset: me cui iussisset curaturum.

¶ *Scribo.*Epist.lib.2.ep.8.Quid tu me hoc tibi mandasse existimas,vt mihi gladiatorum compositiones,vt vadimonia dilata, & Chresti compilationem mitteres.1.de Finib. 8. Quanquam à te ipso id quidem facio prouocatus gratissimo mihi libro, quem ad me de virtute misisti.

¶ *Omitto.*in Pison. 47. Mitto de amissa maxima parte exercitus.de Clar. 65. At quem virum dij boni? mitto ciuem, aut senatorem,&c.quis illo grauior? Attic.li.7.ep.20. Mitto illam fugam,&c. cætera per occupationem.pro Muræ.33. Mitto prælia, prætereo,&c.Attic.lib.7.ep.2.Mitto alia,quæ audio multa, mitto furta,&c.

¶ *Eiaculo,dirigo.*Ora.87.Iácere ac mittere ridicula. * Ioc.lib. *Fundum Varro vocat,quempoßim mittere funda.*

¶ *Educo,emitto.*Att.lib.6.ep.1.Mittere sanguinẽ.pro Sest.42.Vocem pro repub. nemo misit.* pro C. Cornel.1. Vocem illam consulem mittere coëgisti.

¶ *Inuado.* pro Mil.77. Vota enim fecerat is,vt in eos se potius mitteret,quàm in vestras possessiones.

✠ *ADVER. Commodum aliquem,13. Att.Commodius epistolas,16. Att.Crebro tabellarios,obuiam aliquem alicui.Quam sæpissimè literas,quam primum,14. Famil.familiariter epistolam.7. Fam. largè satis Munera,6. In Ver. Maturè exercitium,statim nũcios,15. Famil. Necessario,serius, protinus,vulgo literas,3.ad Q. Frat.Obuiam literas,6. Att. Omnino serius, 3. Famil. Proximè literas,1.Fam.Publicè legatos,4.in Ver.Publicè literas,quam primum pecuniam,raro literas,12. Famil.Quamprimum equitatum, 3. In Catil.Sortitò in prouincias,8.Famil.Suppliciter literas,5. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Mittere literas ad aliquem,& alicui. Misi filio,vt veniret. Iácere ac mittere ridicula. Se mittere in hostes:id est,inuadere.*

MITYLENE,nes:siue MITYLENAE,arũ. *vrbs in Lesbo.*2.contra Rull.40,Quid Mitylenæ,quę certè vestræ Quirites belli lege ac victoriæ iure factæ sunt: vrbs & natura & situ & descriptione ædificiorũ & pulchritudine in primis nobilis,agri iucũdi & fertiles,&c.& 1.Tusc.77.

MITYLENAEI.Att.lib.4.ep.11.Dicrota Mitylenęorum.& lib.7. ep.7.

MIXTVS,a,um: *rectius,* MISTVS. *concretus,confusus.*de Vniuers. 38.Voluptate & molestia mixtus amor.& 1.de Nat.75.Ille fusus & candore mixtus rubor.2. Offic.49. Sic est in oratione mista modestiæ grauitas. 2. I. C. 21. Quartum genus sanè varium & mixtum & turbulentum.5.Tusc.45. Si ea mixta ex dissimilibus erunt.

MNEMONICA, corum.*præcepta de memoria.*3.ad Her.30.& 40.

MNEMOSYNE, nes.3. de Natu.54.Secundæ Musæ,Ioue tertio & Mnemosyne procreatæ nouem.

MOBILIS, le. *volaticus,volubilis,argutus,quod modo huc,modo illuc transfertur.*2.de N.141.Natura oculos fecit lubricos & mobiles. 2.de N.30.Mundi feruor ille purior, perlucidior,mobiliórque. & *ibid.* Ardor mobilissimus.

¶ *Varius,fluxus,leuis,inconstans,caducus.* pro Dom. 146. Caduca semper & mobilia hæc esse duxi.Epist.lib.5.ep.1. Te tamen mobili in me meoque animo esse non sperabam. & ep.2. Nec in te animo fui mobili.sed ita stabili,vt,&c.

MOBILITAS,tis.*motus,inconstantia.*2.de Nat.42. Sidera animalia sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse.1.de Orat. 127. Linguæ mobilitas,celeritas verborum.7.Phil.9.Quid est incõstantia,mobilitate,leuitate turpius?

✠ *ADIVN. Celerrima, de Nat.*

MOBILITER.2.de N.24. Cum cor animantis euulsum,ita mobiliter palpitaret.1.de Di.129.Animus mobiliter agitatus.

☞ Syntaxis. *Mobilis oculus, animus, Animus mobiliter agitatus. Cor palpitans mobiliter.Incostantia,mobilitas,leuitas.Caducum & mobile.*

MODERANDVS,a,um:di dum.1.de Or.18. Actio vocis conformatione moderanda est.1.Offi.141.Quę pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, moderanda sunt.5.I.V.102. Sentio iudices moderandum mihi esse iam orationi meæ,fugiendamque vestram satietatem.1.de Nat.1. Quæstio ad moderandam religionem necessaria.1.de Or.226.Cui populus ipse moderandi & regẽdi sui potestatem tradidit.2. de Ora.72.Iudex est omni ratione ad tempus,ad causam oratione moderandus.

✠ *ADVER.Magnoperè,12.Attic.*

MODERANS, tis. Or.59. Trunco magis toto se ipse moderans. 3. de Natu.94. Deus cœlum versans, terram tuens, maria moderans.

MODERATE, tiùs. *modestè,modicè.*1.contra Rul.18. Qui copiam rerum moderatè ferre non possunt.2.de Or.46.Si amiserit,moderatiùs tulisse.& Ep.lib.6.ep.1.Omnia humana placatè & moderatè feramus. pro Syl.10. Autoritas, &c. qua moderatè ego vtar,&c.Orat.176.Hoc genus Isocrates moderatiùs temperauit. 1.Offi.18.Iis quibus cum congregamur,vti moderatè & scitèr. 1.de Fin.2.Qui moderatiùs id volunt fieri,difficilem quandam temperantiam postulant.

MODERATIO,onis.*temperantia,temperatio,mediocritas, modus.*2. de Natu.92. Cõflagrare terras necesse sit à tãtis ardoribus, moderatione & temperatione sublata.& 3.de Nat.85. Mũdi diuina in homines moderatio.2.de Diu.95. Hoc tẽperatio lunæ cœliq; moderatio efficit. pro Cæl. 42. Dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatióque teneatur, parcat iuuentus pudicitiæ suæ,&c.3.Offi.96. Altera in cõfirmatione & moderatione continentiæ & temperantiæ cernitur.2.de Or.35.Languentis populi incitatio,& effrænati moderatio.pro Sest.72.Quæ etiam collegæ eius moderatio de me.2.de Or.238. Adhibenda est etiam in iocando moderatio.pro Fl.31.Tempestatum moderatio atque conuersio.Ora.60.Tum oculorum est quædam magna moderatio.2.cont.Rul.2.Quare adhibebitur à me certa ratio moderatióque dicendi.1.de Or.254.Histrio adstrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.pro Dom. 147. Etenim ad nostrum vsum propemodũ iam est definita moderatio rei familiaris.2.de Orat.342.Bonitas & moderatio.1.Offi.98.Ordo & constantia & moderatio dictorum omnium atque factorum. 1.Offi.17.Ordo autem & constantia & moderatio, &c. de Sen. 1. Noui enim moderationem & grauitatem animi tui.Att. lib. 11.ep.24.Moderatione paulò minus temperatus.1. Offi.96.Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali.2.in Ant.10.Si meam in dicendo moderationem, modestiamque cognoscitis.

✠ *ADIVNC.Certa numerorum,1.de Orat. Diuina.3.de Nat. Facilis, ep.ad Brut. Magna, 3. de Orat.Magna oculorum.Orat.ad Brut.Singularis,Summa,9. Famil.*

☞ Syntaxis. *Moderatè ferre. Placatè & moderatè ferre. Moderatè tẽperare. Quibus cum congregamur,iis vti moderatè,& scienter. Moderatio ac temperatio.Præscriptionem & moderationẽ tenere.Continentiæ & temperantiæ moderatio.Locorum moderatio,tempestatum.Certa ratio,& moderatio.Numerorũ moderatio, Ad vsum nostrum definita moderatio rei familiaris. Ordo,constantia, moderatio in ommibus rebus.Temperantia & moderatio.Moderatione temperatus.Moderatio, modestiaque in dicendo.*

MODERATOR,oris:& ratrix.*rector,gubernator.*2.de Nat.90. Rector & moderator,& tanquam architectus tanti operis. Or.70. moderator ille & quasi temperator huius varietatis. Par. 10. Disceptator:id est,rei sententiæque moderator. Or.123.Eloquẽs sit personarum temporumque moderator. 1. Tusc.68. Sol moderator & dux temporum.de Som.10. Sol dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum. 2. de Le.15. Dominos esse omnium rerum & moderatores deos.Epist.lib.2.ep.6.Vetorum moderator quidam, & quasi gubernator.Ep.lib.1.ep.9. Tu eris omnium moderator consiliorum meorum.3.de N. 92. Diuina prouidentia fictrix & moderatrix materiæ. pro Flac. 57. Curia moderatrix officij.& 5. Tusc. 42. Temperantia est moderatrix omnium commotionum.5.I.A.50. Cæsar rempub. sibi iudicem constituit,& moderatricem omnium factorum. Orat.24. Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia. ‖ Att.lib.8. ep. 11. Huic moderatori reipub. ciuium vita proposita est.

MODERATVS,a,um:tior.*temperatus,æqualibilis,constans.*2. de Or. 156. Ego ista studia non improbo, moderata modò sint.2.I.A. 40. Id magno argumẽto sit, me in vtroque fuisse moderatum, pro Mur.60.Doctrina non moderata,nec mitis,sed paulò asperior ac durior,quàm,&c. 1. de Diuin. 61, Qui moderato cultu atque victu quieti se tradiderit.pro Mur.63.Nostri illi moderati

& tempe-

& temperati homines,&c.& *ibid.* Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. Part.3. Vita, quæ omni gestu moderatior,omni versa aptior esse debet.pro Muræn.13.Conuiuium moderatum atque honestum. de Cla. or. 8. Ocium moderatum & honestum. Or. 59. Excursio moderata, eáque rara. Ep. lib.12. ep.27. Temperati moderatiq́ mores. pro Cor.9. & 1. Aca.33.Vir castus, moderatus, sanctus.3. de Ora. 97. Vnguentum moderatum.3.in An.28.Nihil apparet in eo ingenuum,nihil moderatum,nihil pudẽs, nihil pudicum.2.de Orat.34.Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri potest? Qu.fr.lib.1.ep.1.18. Vir natura ipsa moderatus. 4. Tusc.41. Vtrum moderatas perturbationes approbent, an moderatam iniustitiam, moderatam ignauiam, moderatam intemperantiam.

✠ ADVERB. *Vehementer.2.Offic.*

MODEROR,aris.*modum adhibeo,tempero,guberno,certa ratione guberno,metior,moderationem adhibeo.*2.de Inu.154.Moderari nauim ex scapha. Par. 1. Regere, gubernare, moderari. pro Cor. 61. Sententiam aliquam tanquam nauigium aliquod ex reip.tempestate moderari, pro Fl.12. Noster testis se ipse sustẽtat,omnia verba moderatur. pro Syl. 78. Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusque.de Ar. 7. Atque hoc si moderetur & cogitet,si contentus sit,&c.5.Tusc.104. Tibicines, iiq́ue qui fidibus vtuntur,suo, non multitudinis arbitrio cantus numerosq́ moderantur.2.de Or. 247.Tempus igitur dicendi prudentia & grauitate moderabimur. Ep. lib.2.ep.7. Te hortor,vt omnia gubernes ac moderere prudentia tua.5. Tus. 71. Causæ quib.ratio moderatur.2.de Fi.83. Moderari consilia sua officio. Ep. lib.8.ep.5. Nam si hoc more moderari possemus, vt,&c.1.de Or.111.Quanquam moderabor ipse,ne,&c. Qu.fr.lib.1.ep.1.31. Moderari verò animo & orationi,cùm sis iratus,non mediocris ingenij est.14.I.A.17.Sententiã suam non semper vtilitate reip. sed cùm spe,tum metu moderari.pro Cæl.7.Tecũ agam leuius, quòd pudor tuus moderatur orationi meæ. pro Fl. 87. Lurco moderatus est in testimonio dicendo religioni suæ. Orat. 51. Causæ,quibus totis moderatur oratio. Attic.lib.5.ep.20.Quinto rogam puram iubebo dari,cui Deiotarus moderatur. de Orat. Oratio sine vinculis sibi ipsa moderatur. Par. 15. Auditorum aures moderantur oratori prudenti. 5. I. V. 227. Venti & tempestates res rusticas moderantur.4.Aca. 119. Mens quæ omnia moderetur,moueat,regat.2.de D.91.Cùm ortus nascentium luna moderetur.

✠ ADVERB. *Diligentius.5.Attic.*

☞ Syntaxis. *Rector,moderator,& architectus. Moderator ac tẽperator. Temporũ moderator & dux. Princeps, ac moderator. Dominus & moderator Deus. Moderator & gubernator. Fictrix & moderatrix prouidentia. Cõmotionum temperantia moderatrix. Iudex & moderatrix. Moderatus in sermone. Moderatus ac mitis. Temperatus & moderatus homo,mores. Regere,gubernare,& moderari. Prudẽtia moderari. Officio cõsilia moderari. Tua grauitas orationi meæ moderatur. Mẽs omnia moderatur,mouet,regit. Auditorum aures moderantur oratori.*

MODESTE, *moderatè.* in Sall. 19. At in prætura modestè se gessit & abstinenter.3. de Leg.5. Modestè parére. 2. cont. Rul. 18.In ea vestri isti satellites modestè insolentiam suam continebunt.

MODESTIA, stiæ. *modus, moderatio,pudor,frugalitas.* 1. Offi.15. Omnium quæ fiunt,quæq́ue dicuntur, ordo & motus, in quo inest modestia & temperantia.3.ad Her.3.Modestia est, in animo cõtinens moderatio cupiditatum.1. Offi.142.Modestia quo in verbo modus inest.2.de In. 164. Modestia est,per quam pudor honestus claram & stabilem comparat autoritatem. Attic. lib.7.ep.5.Tyronem propter humanitatem & modestiam malo saluum,quam propter vsum meum.Epist.lib.11.ep.27.Vitæ modestia non parum valet contra falsos rumores. I.P. 9. Seueritas censoria magistra pudoris & modestiæ.1.de D. 66. Virginalis modestia.1.Offi.46. Qui virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia,temperantia,iustitia.1.Offic.142.Modestia sic definitur à Stoicis,vt sit scientia earum rerum quæ agentur aut dicentur,loco suo collocandarum.1. Offi. 142. Modestia est scientia opportunitatis,idoneorum ad agendum temporum.2. Offi.49. Si inest in oratione mixta modestiæ grauitas, nil admirabilius fieri potest.2.I.A.10.Si meam in dicendo moderationem modestiamq́ue cognoscitis.

✠ ADIVN. *Singularis,1.Famil.Summa,5. Attic.Virginalis,1.de Diuin.*

MODESTVS,a,um: stior,simus.*commodus, sui cognoscens.*](.*immodestus.*Ep.li.5.ep.6. Homo frugi & modestus. Att.lib.13 ep.29. Modestus & frugi vir.Ep.lib.13.ep.10.Nam & modestum hominem cognosces & prudentem.Att.lib.10.ep.6.Pulsus est modestior rex,& probior,& integrior.pro Mur.53.Adolescẽtia modestissima.pro Pla.27.Adolescentis modestissimi pudor.2.contra Rul.83. Plebs optima & modestissimi mores. * Academ. Academicos præ illis *Stoicis* modestos cautosq́ue homines vi-

sum in Epicuro.

☞ Syntaxis. *Modestè & abstinenter. Modestia & temperantia. Modestia,est moderatio(ecce genus.) Pudor & modestia. In dicendo moderatio & modestia. Frugi & modestus homo.& contrà.*

MODICE.*moderate,mediocriter.* Attic.li.2.ep. 19. Minæ, quæ mihi proponuntur,modicè me tangunt.pro Syll.80. Quãquam à me de ea timidè modicéque dicetur.1.de Or.132. Modicè & scienter vti aliqua re.& 11.I.A.7. Modicè ferre aliquod malum.Part. 74.Genere breuiter modicéque laudato. Epist.lib.4.ep.4. Sed quoniam is fortasse arbitraretur, me hanc tempub. non putare, si perpetuò facerem, modicè hoc faciam, aut etiam intra modum.

MODICVS,a,um.*paucus,parvus.* Para.6.Pecunia mea est ad vulgi opinionem modicris,ad meam modica,ad tuam nulla.

¶ *Mediocris,moderatus.*2.de Or.137.Argumenta si ex reis numeres,innumerabilia sunt:si ex rebus,valde modica.& *ibi.*146. Generum quæstiones modicæ & paucæ sunt.3. de L. 40. Quæ in patribus aguntur,modica sunto.*id est, modesta atque sedata.* 1. de Diu.115.Si modò temperatis escis modicisq́ue potationibus est affectus.Att.lib.4.ep.5.Sed tamen modici fuimus in apotheosi. 5.de Fin.31.Hæc ipsa nimia in quibusdam futura non fuerunt, nisi quædam essent modica natura.de Sen.36.Vtendum est exercitationibus modicis.Or.69.Genus dicendi subtile,modicum, vehemens. Or.86.Actio modica iactatione corporis.item:Modica interualla.

✠ ADVR.*Valdè.2.de Orat.*

MODIFICATVS,a,um.*à propria natura,ad aliquem modum (τρόπον vocant Graci) traductus & immutatus.* Par.17. Verba ab oratore modificata & inflexa quodammodo.3. de Or.184. Verba illa modificata esse debebunt.de Diu.li.2.57.Gallos in omne corpus diuiso & modificato cibo(*id est, concocto*)cantus edere,quiete satiatos. *Legitur etiam,mitificato cibo.*

☞ Syntaxis. *Timidè modicéque dicere,breuiter,modicéque. Modicè & scienter vti aliqua. Modicè, aut etiam intra Modum. Modificata verba,& inflexa. Diuisus & modificatus cibus in omne corpore.*

MODIVS,dij.*sexta pars medimni.*5.I. V.110.& 1. Ver.30. Pro frumẽto in modios singulos duodenos sestertios exegit.& 5. Ver. 78.Coguntur Aeschrio dare tritici modios.MMMDC.*id est, modius* DC.*vt suprà dixerat.*& 76.2.Offi.58. Marcus Seius in caritate annonæ asse modium populo dedit. de Am.69. Verum est id quod dicitur,multos modios salis simul edendos esse,vt amicitiæ munus expletum sit.

MODO.*paulo ante,memoria nostra.*2. Offi.75. Modò enim hoc malum in hanc remp.inuasit.6.I.V.6.Nuper, quid dico nuper?imò verò modò & planè paulo antè. Or.39. Quorum satis arguta multa, sed vt modò primumq́ue nascentia, minuta nimisq́ue depicta.Epist.lib.4.ep.5. Modò vno tempore viri clarissimi interierunt.de Clar.69.& 2. Offi.77.Modò planè annis c x 1.ante me consulem.

¶ *Tamen,saltem.*Att. lib.12.ep.43. Contudi animum, & fortasse vici,si modò permansero.4.Acad.86. Denique videantur sanè, ne affirmentur modò.pro Flac.64. Quãquam quis ignorat,qui modò vnquam mediocriter hæc scire curauit. 2. de Orat. 146. Hæc omnibus, qui ea mediocriter modò considerant, perтractata esse possunt.Epist.lib.10.ep.15.Si vos mediocris modò fortuna reipub.adiuuerit.Epist.li.1.ep.5. Si Pompeius paulum modò sibi placere ostenderit.Epist.lib.6.ep.12.Quæ secundis rebus delectationem modò habere videbantur, nunc verò etiam salutem.Epist.lib.9.ep.2.Studia nostra,à quibus antea delectationem modò & solatium,nũc verò etiam salutem deesse non arbitramur. Orat.28. Hi vnum modò quale sit suspicantur. 3. de Orat.194.Si in his paulum modò offensum est.2. de Orat. 157. In hac arte,si modò est hæc ars.1.de D.86. Nemo vnquam aliter Philosophus sensit,in quo modò esset autoritas.de Cla.267. Lentulus satis erat fortis orator, si modò orator. Epist.lib.6.ep. 19.Si modò tecti satis est.Brut.ep.17.Cicero seruitutem, honorificam modò,non aspernatur.Anteq.19. Isti modò videat,qua ratione,&c.1.I.V.46.Vide modò etiam,atque considera. Epist. lib.8.ep.2.Vide modò,inquis,&c. & lib.10.ep.8. Vt vel omnem impetum belli in me cõuertere nõ recusem,si modò meo casu patriæ periculum morari possim.Ep.lib.16.ep.14.A tergo videtur,si insaniet,posse opprimi, modò vt vrbe salua. & lib.7.ep. 1. Modò vt tibi constituerit fructus otij tui. Orat.28. Putant enim qui inculte dicat,modò,id eleganter faciat,eum solum Atticè dicere,*id est,si modo.*

¶ *Nunc,hic,aliquando.*Att.lib.13.ep.25.O Academiam volaticam, modò huc,modò illuc.Att.lib.2.ep.15. Modò hoc, modò illud audire.de D.62.Carneades modò ait hoc,modò illud.2.de Diu. 93.Modò hoc modo, modò illo modo affici.1.de N.31. Modò vnum,tum aut plures.& 35.Modò mundum, tum mentem putat,&c.2.I.A.65. Modò egens, repentè diues. pro Font.2. Prouincia Galliæ constat ex iis generibus hominum, qui partim nostra memoria bella cum Rom.acerba gesserũt:partim modò ab nostris imperatoribus subacti, modò bello domiti, modò

triũphis notati, modò ab senatus agris multati sunt: partim, &c.
¶ *Solummodo.* Epist. lib. 6. ep. 12. Modò, pro tantummodo.
☞ Syntaxis. *Modo, & plane paulo ante. Modo vno tempore illi interierunt. Modo ante me cons. ex. annu. Modo primumq; nascentia. Modo hoc modo. modo illo modo afficies. Modo egens, repentè dives. Modo, quater dictum.*

MODVLATE, *concinnè, numerosè, compositè.* 2. de Nat. 22. Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numerosè sonantes.

MODVLOR, aris, *metior, moderor.* 3. de Or. 183. Aues hominum vocem natura modulantur ipsa. & Or. 58. Ipsa natura quasi modulatur hominum orationem.

MODVLVS, *id est, paruus modus.* de Nat.

MODVS, di. *mensura.* 1. Offi. 135. Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. 1. Offi. 141. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere. 1. Offi. 106. Diligenter tenendus est modus voluptatis fruendæ. 2. de N. 50. Solis accessus & recessus, frigoris & caloris modum temperant. Or. 60. Oculorum & hilaritatis & vicissim tristitiæ modum res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt. 3. de Orat. 97. In ipso tactu est modus mollitudinis & lenitatis. Orat. 73. In omnibus rebus videndum est, quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. pro S. R. 99. Nullus modus est hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit. pro Cluent. 96. Iudicium, in quo modus non est habitus non mos, consuetudóque seruata. pro Mur. 72. Hoc ab eo more & modo factum est. 1. Offi. 104. Ludendi est modus quidam retinẽdus, vt ne nimis omnia profundamus. Qu. fr. lib. 2. ep. 5. ἐμμελεστάτην quam tu soles dicere, bono modo desidero. ad Attic. lib. 13. ep. 23. De die tãtùm videto: & id ipsum bono modo tantum, quantum videbitur. 1. Offic. 15. Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo & modus. 2. de Orat. 358. Pictoris cuiusdã summi ratione & modo, formarum varietate locos distinguentis. 4 Acad. 137. Hæc tibi tam sunt defendenda, quàm mœnia, mihi autem bono modo. Epist. lib. 4. ep. 4. Modicè faciam, aut etiam intra modum. Epist. lib. 4. ep. 7. Sed habet ista res medium quendam modum. Epist. *ibidem.* Sed est earum non satietas, sed modus. 2. de Finib. 27. Ergo & auarus erit, sed finitè: & adulter, sed habebit modum. 2. Tusc. 45. Nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum terminat. 1. Tusc. 4. Terminare modum artis vtilitate. 1. de Fin. 3. Statuere modum alienæ industriæ. 3. ad Heren 5. Statuere modum vnicuique rei. pro Syl. 48. Statuere modum inimicitiarum. pro Pomp. 26. Statuere modum imperio. 1. de Finib. 2. Constituere modum rebus infinitis. pro Syll. 46. Nisi tibi aliquem vitæ modum constitueris, coges me, &c. pro Mur. 26. Definire modum alicui rei. 5. Tusc. 80. Apponere & adhibere modũ. 1. de Inu. 41. Modus est, in quo, quemadmodum, & quo animo factum sit, quæritur. 2. Tusc. 10. Est igitur ad hunc modum sermo institutus. 1. de Inu. 83. Atque ea quidem argumenta ad hunc modum tentari oportebit. de In. li. 1. 45. In qua vtrum cõcesseris, reprehenditur ad hunc modum. 1. de In. 8. Sine certarum personarum interpositione ad hunc modum: vt si quis, &c. 1. de In. 46. Quod sine vllo teste firmatur hoc modo, nemo est, &c. 2. de D. 120. Siue sic est, siue illo modo. pro Quint. 28. Modo & ratione omnia facere, & rectè & ordine aliquid fieri. Para. 6. Non æstimatione census, sed victu atque cultu terminatur diuitiarum modus. ad Brut. ep. 15. Est scilicet vtriusque rei modus, sicut reliquarum. 1. Offi. 14. His enim rebus quæ tractantur in vita, modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conseruabimus. 1. Offi. 119. In omnibus quæ aguntur, ex eo modo quem quisque nactus est, quid deceat, exquirimus. 10. I. A. 11. Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certissimo modo erat etiam illius exercitus. de Sen. 86. Nam habet natura vt aliarum rerum omnium, sic viuendi modum. Par. 3. Etiam in minimis rebus, siquidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus. & 6. Ex eo quantum cuique sat est, metiuntur homines diuitiarum modum. & *ibidem.* Quantum cuique sat est, ad id accommodatur diuitiarum modus. 2. de L. 66. Demetrius sepulchris nouis finiuit modum. 1. Offi. 140. Cauendum est, etiamsi ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. 3. de Or. 38. Vox quasi extra modum absona. 1. de D. 100. Cum lacus Albanus præter modum creuisset. 5. I. V. 46. Tamen antiquum modum sationis nulla ex parte exequi potuit. pro Fl. 80. Voluisti magnum agri modum censere. Attic. lib. 13. ep. 33. De modo agri. pro Cl. 191. Quibus finem fecit non mulieris modus, sed amicorum autoritas. * Incert. Vt ita diceret, quo modo se quilibet posse confideret. *ibid.* Si omni modo vitam impetrare cupiunt.

Mẽsura item in musicis. 1. de Orat. 187. Vt in musicis numeri, & voces, & modi. 2. de D. 9. Surdus varietates vocum aut modos noscere non potest. 2. de L. 38. Antiquus vocum modus, & varij canendi soni. & *ibid.* Oculos ceruicésque pariter cum modorum flexionibus torquent. 1. de Or. 254. Roscius dicebat se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardioris tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum. de Som. 12. Illi octo cursus, in quibus eadem vis est duorum modorum, septem efficiunt distinctos interuallis sonos. Orat. 198. Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi, sed vniuersa comprehensio. & *ibidem.* 193. In eis singulis pedibus modus inest, aut sesquiplex, aut duplex, aut par. 1. de Or. 151. Non poëtico, sed quodam oratorio numero & modo. & 3. de Orat. 182. Poëtæ quos necessitas cogit, & ipsi numeri, & modi. * de suis consil. Tarditate modorum & grauitate cantus illorum furentem perulantiam tesediste.

¶ *Versus.* 3. Tusc. 45. Carmen & rebus, & verbis, & modis lugubre. & 1. Tusc. 106. Pressi & flebiles modi.

¶ *Finis.* 4. I. V. 118. Nos modum aliquem & finem orationi nostrę faciamus. & 144. Quid verò modum statuarum haberi nullum placet? atqui habeatur necesse est. 1. de L. 53. Facere modum controuersiarum. 3. de N. 90. Quinam internecioni hominum modus paretur? pro Pomp. 3. Itaque mihi non tam copia, quàm modus in dicendo quærendus est. Ep. lib. 5. ep. 16. & lib. 13. epist. 2. Facere modum lugendi. & lib. 10. ep. 3. Quare faciam modum.

¶ *Conditio.* 5. de Fin. 36. Iam verò animus non esse solùm, sed etiam cuiusdam modi debet esse. 2. de D. 34. Num etiam si fissum cuiusdam modi fuerit, in iecore luerum ostenditur. 6. I. V. 7. Homines cuiusque modi. pro Fla. 40. Cum tabulæ ipsæ cuiusque modi sunt, proferuntur. Qu. de Pet. 42. In tot hominum cuiusque modi vitiis. 2. de Inu. 134. Lex cuiuscemodi sit. pro S. R. 95. Vereor cuiusque modi te Rosci, ne, &c. 4. I. V. 31. Eiusdem modi totum ius prætorium. 4. Acad. 100. Quia possit eiusdem modi existere fallum aliquod, cuiusmodi hoc verum. 2. de Fin. 100. An eiusdem modi. 1. Ac. 26. Vniusmodi & simplex. 3. de Fin. 19. Istiusmodi res. Attic. lib. 1. ep. 13. Istiusmodi quicquam cogitare. 2. de Inu. 21. Cum res aliusmodi est ac putatur. item, Accepi eiusmodi literas, vt neuter, &c. vno modo. Orat. 123. Nec enim semper tractantur vno modo. Attic. lib. 6. ep. 2. Omni modo egi cum rege, & ago quotidie. 4. I. V. 9. Humano modo, vsitato more. pro Mur. 26. Tibicinis Latini modo. 1. de Diu. 88. Cæteros vmbrarum vagari modo.

¶ *Ratio.* Epist. lib. 11. ep. 22. & Attic. lib. 16. ep. 19. & Ep. lib. 15. ep. 10. Peto à te maiorem in modum vt, &c. Qu. fr. lib. 2. ep. 13. In maiorem modum. Ep. lib. 16. ep. 7. Mirum in modum gaudeo, &c. Attic. lib. 1. ep. 2. lib. 9. ep. 6. lib. 2. epist. 8. & 6. in Ver. 134. Mirandum in modum iratus est. Att. lib. 5. ep. 13. Mirabilem in modum. & ep. 16. Incredibilem in modum. de Prou. 5. Miserandum in modum necari. 2. I. V. 13. Seruilem in modum cruciari. & de Pro. 5. Hostilem in modum. Att. lib. 5. ep. 9. Hilarem in modum. * de Fat. Chrysippus intricatur hoc modo.

✠ *ADIVNC. Amabilißimus, de Amic. Antiquus, 1, de Legib. Aptus verborum, Part. Austerus, pro Cæl. Florẽtior, grauis, melior, varij. 3. de Orat. Hostilis. 7. in Ver. Humanus, nouus, 4. in Ver. Incredibilis, mirabilis, Saliaris, 5. Att. Magn⁹ agri, pro Flac. Maior, mirus, 13. Fã. Maior, 11. Famil. Mirandus, pro Planc. Miserandus, de Prou, Multi, simplex, aut duplex, aut par. Orat. multi, variique, 5. Tusc. Naturalis, 4. Acad. Optimus, 1. Off. non poëticus, sed oratorius, tardiores tibicinis, toti, 1. de Or. Pressi, & Flebiles, 1. Tusc. Seruilis. 2. In Ve. varius, 15. Fã.*

☞ Syntaxis. *Tibia modulatè canens. Modum tenere, seruare. Temperare modum. In iudicio modum habere. Bono modo desidero. Patris modo & ratione castigare. Terminare, statuere modũ, constituere, definire, apponere, adhibere. Adhunc modum aggressus est, hoc modo. Modo & ratione dicere, facere. Ex modo & ordine honestas ac decus. Certo modo sunt Cæs. copiæ. Finire modum diuitiis, sepulchris. Extra modũ sumptu prodire. Præter modum. Poeticus numerus ac modus. Modum facere lugendi. Cuiusdam modi est animus? non cuiusque modi, cuiuscemodi. Eiusdẽ modi. Vniusmodi, & simplex. Alius modi res est ac putas. Omni modo bene agendum. In maiorem modum: mirum, mirandum, mirabilem, incredibilem, miserandum, seruilem, hostilem, hilarem in modum aliquid agere perpeti.*

MOECHVS. *adulter.* Epist. lib. 8. ep. 7. Ocella nemini persuasisset se mœchum esse, nisi triduo bis deprehensus esset.

MOENIA, orum. *muri vrbis.* 3. de N. 95. Muri vrbis, quos vos Põtifices sanctos esse dicitis, diligentiusque vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. pro Flac. 97. Brundusium veni, vel potius ad mœnia accessi. pro Sest. 91. Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, mœnibus sepserunt. 4. Acad. 137. Hæc tibi tam sunt defendenda, quàm mœnia. Att. lib. 8. ep. 3. Armatum ad patriæ mœnia accedere. 1. de Leg. 61. Cum sese non vnis circundatum mœnibus popularem alicuius loci, sed ciuem totius mundi agnouerit.

✠ *ADIVNC. Extrema, 3. in Ver.*

MORENDI, do. 3. Tusc. 65. Vt apud Homerum quotidianæ neces interitúsque multorum, sedationem mœrendi afferunt, &c. *ibid.* Intellectum est, nihil profici mœrendo.

MOERENS,tis.*mœstus.*1.Tusc.30.Illa lugubris lamentatio,fletúsque mœrens.pro Syll.74.P.Sylla mœrens, demissus, afflictus. Epist.lib.4.ep.6.& 2.de Or.195.Nec domo mœrens ad Rempu. confugere possum.pro Dom. 26.Lugente senatu, mœrentibus bonis omnibus.pro Cor. 56. Homines alienis bonis mœrentes.

MOEREO, mœres.*doleo,lugeo,ingemo, in mœstitia sum,voce & querelis dolorem indico.*Ep.lib.14.ep.2.Nec miror,sed mœreo casum eiusmodi.Quint.fra.lib.1.ep.3.Illud mœreo,quòd,&c.1.Tusc.ul. 105.At illa sicut acerbissimam rem mœret.pro Sest.39.Non verebar, ne quis perditorum ciuium mortem mœreret. & 32. Etiámne edicere audeas,ne homines suam,meam, Reip.mœrerent calamitatem.1.Tusc.115.Cùm grauiter filij mortem mœreret.Ep.lib.4.ep.5.Amici, qui tuo dolore mœrent.pro Sest. 25. Qui Rempub.nimis tardè concidere mœrent.1.Tusc.30. Nemo enim mœret suo incommodo,dolent fortasse & anguntur. Or. 74.Cùm tristis esset Calchas, mœstior Vlysses, mœreret Menelaus.9.I.A.12.Vt nemo vnquam vnici filij morte magis doluerit,quàm ille mœret patris.I.P.21. Cum omnes boni abditi inclusique mœrerent,templa gemerent.

✠ *ADVERB.Grauissimè,3.Tusc.Grauiter,1.Tusc.*

MOEROR,ris.*ægritudo,flebilis.*4.Tusc.18.Att.lib.12.ep. 27. Mœrorem minui,dolorem non potui.2.de Orato.195.Cùm C.Marius mœrorem orationis meæ lacrymis suis adiuuaret. Ep.li.5.ep.2. & lib.5.ep.15.Cum à me exponeretur,quanto in mœrore versatus essem.Att.lib.10.ep.4.Iacet in mœrore meus frater.pro Sest. 68.Discesserat ab Asia frater meus magno squalore, sed multo maiore mœrore.Attic.lib.12.ep.15.Nihil enim de mœrore minuendo scriptũ ab vllo est,quod,&c.Tusc.3.26.Mœrore se conficere.12.At.ep.15.A mœrore recreari.2.I.C.2.Mœrore profligat' 5.de Fin.59.Mœrores qui animos exedunt conficiuntque curis.

✠ *ADIVNC.Assiduus, Postqu. ad Quir. Communis,1. Attic. Dignus, Summus,pro Quint. Domesticus, luctuosus, grauis, ad memoriam posteritatis gloriosus, pro Sest.Incredibilis, maior,pro Cæl. Infinitus, magnus,quotidianus,tantus, 3. Attic. Nouus, pro Mur. Patrius,pro Pomp.*

☞ Syntaxis.*Mœrendo nihil proficitur. Mœrens fletus.Mœrens,demissus, afflictus. Alieno mœrore bono,casu alicuius, calamitatem. Mœrorem minui,non dolorem. In mœrore versari,tacére,in squalore esse.(sed magis in mœrore.) Conficere se mœrore A mœrore recreari.*

MOESTE.3.ad Heren.24.Tum clementer,mœstè, hilarè in omnes partes commutabimus.

MOESTITIA,æ.*mœror,tristitia,luctus,squalor.*1.Tusc. 106.Pressi & flebiles modi, qui totis theatris mœstitiam inferant. 2. I. A. 37.Tanta in mœstitia fui, quanta, &c.1.Off. 146. Superciliorum remissio aut contractio,mœstitia,hilaritas,&c. Orat.148. Resistere mœstitiæ.& 53.Seueritas,& quasi mœstitia orationis.

✠ *ADIVNC.Præsens,pro Cæl.Tanta3.Philip.*

MOESTVS,a.um.*tristis,mœrens,sordidatus,incultus,horridus,capillatus.*2.de Orat. 195.Cum excitaui mœstum ac sordidatum senem.Postq. in Senat. 12. Cùm eum incultum, horridum, mœstumque vidisses.Epist.lib.4.epi.6. Vt tum me à Rep.mœstum domus excipiebat.3.ad Her.27.Mœsto & conturbato vultu.

☞ Syntaxis.*Mœstitiam alicui inferre. In mœstitia esse.Mœstus ac sordidatus.Incultus,horridus,mœstus.Mœstus & conturbatus.*

MOLA,æ.*far tostum sale respersum,libatio.*2.de D.37.Cor est in extis, iam abscedet,simul ac molam & vinum insperseris.

¶ *Et saxum quo frumentum frangitur.*Attic.lib.2.epi. 1. Pauonius Rhodi videtur molis potius,quàm Moloni operam dedisse.

MOLES,lis.6.I.V. 118.] Fons munitione ac mole lapidum à mari disiunctus. Att.lib.4.epist.15.Aditus insulæ muniti sunt mirificis molibus.& lib.9.ep.17.Ab vtroque portus cornu moles iacimus. pro Milo.86. Albanorum aræ,quas ille cæsis lucis substructionum insanis molibus oppressérat.14.I.A.33.Erit igitur extructa moles opere magnifico, incisæ literæ diuinæ, virtutis testes sempiternæ.2.contra Rul.88. Hi Capuam sedem nouæ Reipu. constituunt,molem contra veterem Rempub. comparant. 1. I. C.23.Vix molem istius iniuriæ sustinebo.3. I.C.17. Non facilè tantam molem mali à ceruicibus depulissem.2. Off. 14.Agrorum irrigationes,moles oppositæ fluctibus.

✠ *ADIVNC. Insanæ substructionum.pro Mil.Maior. 3. de Nat.Mirificæ,4. Attic.Tanta,1. Offic.*

MOLESTE.*grauiter.*Epist.lib.1.epi.9. Sanè molestè Pompeium id ferre constabat.Att.lib.13.ep.22.Te de prædio auiæ exerceri molestè fero.& lib.1.ep.14.Iam illud molestè rogo,vt,&c.

MOLESTIA,æ.*cura,solicitudo,angor,negotium,ægritudo permanens.* 4.Tusc.18.3.de Or.1.Acerba sanè recordatio veterem animi curam molestiámque renouauit.Ep.lib.13.ep.7. Omnes molestias & solicitudines,quibus te miserrimam habui,deposui.pro Syll. 1. Ex huius incommodis magnam animo molestiam capio. pro Qu.Rosc.34. Nunquam hac te cura & molestia liberabo, Ep.li.2.ep.16.Nisi iam ratio ipsa depulisset omnes molestias & li.1.ep.9.In molestia gaudeo.Ep.li.16. ep.12.Habeo etiam illam molestiam,quòd,&c.lib.4 ep.13.Esse in maximis molestijs.Ep. lib.4.ep.3.& lib.12.ep.30.Trahere molestiam ex pernicie Reip. Att.lib.2. ep.1.Exhibere molestiam alicui.Att.lib.8.ep.3. Sed in hoc ipso habent tamen ijdem fasces molestiam.Q.fr.lib.2. ep. 9.Nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc aspersit molestię, quòd,&c.& lib.3.ep.8.Deleuit mihi omnem molestiam recentior epistola.de Am.92.Qui mouentur,eam molestiam quam debent capere,non capiunt,&c.1.de Fi.51.Quæ tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ molestias accessio fieri potest, quanta ad augendas,tum conscientia factorum, tum pœna legum,odióque ciuium.

✠ *ADIVNC.Consequens,4.Tuscula. vndique confusæ,5. Tusc.Diuturniores,magna,propria,5.Fam. Honestissima,Hort.Incredibilis animi,& corporis,11.Atti. Ingens,maxima,minor,1.Famil.Iudicialis,13.Atti. Magna,& minimè necessaria,13.Attic.Maior,multæ, & magnæ, par.4.Famil.Minima,pro Quint. Multæ, & variæ,3.Fam.Prouincialis,2.Fam.Tantæ,1 de Inuen. Vetus,1.de Orat.*

MOLESTVS,a.um.*grauis,intempestiuus,odiosus,negocios us,laboriosus.*de Am.22.Amicitia nunquam intempestiua,nunquam molesta est.1.Offi.70.Minus alijs grauis aut molesta vita est ociosorum.pro Mur.18.Prouincia negocios a & molesta.3. de Leg. 19. Nihil laboriosius molestiusq; prouincia.2.de Nat. 59.Labor operosus,& molestus.1.Aca. 14. Academiam renouari à te,nisi molestum est,velim.2.de Or.14. Nos quidem,nisi fortè molesti vobis interuenimus,venisse delectat.de Sen. 47. Cupidis talium rerum odiosum & molestum est fortasse carere.de Amic. 74.Sunt enim quidam,qui molestas amicitias faciunt,cum ipsi se contẽni putant.1.I.V.36. Cum omnis arrogantia odiosa est. tum illa ingenij atque eloquentiæ multò molestissima.

✠ *ADVERB.Magnoperè,2.de Orat.Diutius, pro Cæl. Omninò,de Aruſp.Sanè,6.in Ver,valdè,11.Attic.*

☞ Syntaxis.*Molestè te rogo.Curam & molestiam renouare. Molestijs & solicitudinibus multis aliquem habere miserum. Molestias deponere,capere,depellere,habere,trahere,exhibere,aspergere, delere. Graue & molestum. Negocios a & molesta prouincia. Operosa & molesta. Odiosum ac molestum.*

MOLIENDVS,a,um.2.de Orato.206.Hæc ferè sunt in iudicum animis oratione molienda,amor,odium,&c.

MOLIENS,tis.1.de N.77.Agens aliquid & moliens Deus. & lib. 2.59.Non cessans Deus,nec quæ agit moliens cum labore operoso & molesto.de Se.26.Senectus est operosa,& semper agens aliquid & moliens,tale scilicet,&c.Par.6.Reus corruptelam iudicij moliens.de Vn. 11. Mundum efficere moliens Deus, terram primùm ignémque iungebat,&c.pro Planc.33. M. Drusus multa in Rep,moliens.de Vni.11.

MOLIOR,iris.*ago,struo,conor,& quodammodo machinor,paro.*1. de N.2.Vtrũ dij nihil agant,nihil moliantur,atque ab omni curatione & administratione rerum vacent, an contrà ab ijs cuncta regantur.& 51.Deus nullà opera molitur. Ep. lib.6.ep.10.Agam ipse per me,& moliar.4.Acade.22. Vt moliatur aliquid & faciat.de Vniuer.3.Qui aliquod munus efficere molitur. Epist. lib.1.epist.5. Nunc id speramus atque molimur,vt,&c.6.I.V.95. Amplius horã iã in demoliendo signo permulti homines moliebantur.& 7.Ver.87.& ep.li.6.ep.12.Non te pœnitet pro ratione temporum ita esse molitum.& 1.de Finib.50.Si molita quippiam est.pro Sest.1.Moliri periculum alicui.pro Cl.176. Moliri insidias alicui. & 178.Struere & moliri aliquid calamitatis alicui. pro S.R. 22. Moliri aliquid mali.2.contra Rull. 10. Moliri aliquid occultè.1,Tusc.16.Moliri maiora.2.I.C.1.Pestem patriæ nefariè moliti.de Ar.40.Quis igitur hanc optimatium discordiam molitur?At.li.7.epi.7. Nisi quid occultè Cæsar per tribunos molitus erit.pro S.R.90.Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur.Atti.li.9.ep. 4. Equidem illud molior,vt mihi Cæsar concedat,vt absim. Orat.37. De quo molimur aliquid exquisitius dicere.Att.lib.14. ep.24. Minimè obscurum est,quod isti moliuntur.& lib.16.ep.8.Octauius magna molitur.pro Milon. 68. Si Milonem de tua vita nefariè aut nunc cogitare,aut molitum aliquando aliquid putas.

✠ *ADVERB.Aliquandò aliquid,nefariè,pro Mil.Amplius,horã in demoliendo.6.in Ver. Maximè,pro Flac. Occultè,7.Att.Obscurè quidem,2.Cont.Rull.Obscurè, Palàm cædem,interitum vrbis,in Pison.*

☞ Syntaxis.*In iudice moliri odium.Agens aliquid, & moliens Deus. Moliri aliquid cum labore operoso & molesto.Nihil efficit molie ns Deus.Agere & moliri.Moliri & facere.Amplius mense moliri in legendo.Moliri periculum.insidias,calamitatem,pestem alicui.*

MOLITIO, nis. *machinatio, fabricatio.* 1. de Nat. 19. Quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? & 23. Tanta rerum molitio. de Vn. 7. Originem rerum & molitionem nonam quærens.

✠ *ADIVNC Noua, de Vniuer. Tanta,* 1. *de Nat.*

MOLITOR, toris. *machinator, fabricator, architectus.* de Vn. 14. Effector mundi & molitor Deus. (verba sunt.

MOLLIENDVS, a, um. 1. de N. 96. Sed vsu mollienda nobis dura

MOLLIO, is. *mitigo, moderor.* At. li. 9. epi. 12. Ætas iam deflexa ad ocium domesticarum me rerum delectatione molliuit. de Sen. 10. Fabius Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat. 2. Tusc. 27. Poëtæ molliunt animos nostros. in Clod. Mollire vocem.

¶ *Effœmino.* 5. Tusc. 78. Sed nos animum opinionibus, maloque more delinitum molliuimus.

MOLLIOR, ris. *liquor, liquefio.* 2. de N. 134. Dentibus manditur, ex tenuatur, & mollitur cibus. 2. de Nat. 26. Frigoribus durescit humo, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore.

¶ *Effœminor, ris.* 12. I. A. 8. Ipsa illa Martia legio hoc nuncio languesceret & mollietur.

MOLLIPES, dis. 1. de Diu. 15.

Mollipedesq; boues spectantes lumina cœli.

MOLLIS, lis: lior, simus. *tener, tractabilis, flexibilis, effœminatus.*)(*durus, & quasi ferreus.* de Clar. 38. Hic inflexit orationem, & eam mollem teneramque reddidit. Orat. 52. Oratio mollis & tenera, & ita flexibilis, vt sequatur quocunque torqueas. 2. de Orat. 95. Genus dicendi molle & remissum. 1. Offic. 129. Ne quid effœminatum, aut molle, aut ne quid durum, aut rusticum sit. Quint. frat. lib. 2. ep. 14. Infima auricula mollior. 1. de Orato. 226. Philosophus mollis, languidus eneruatus, omnia ad voluptatem corporis doloremque referens 1. de Finib. 37. Et libr. 5. 12. Voluptarius, delicatus, & mollis. de Cl. 225. Solutus & mollis in gestu. Attic. lib. 2. ep. 6. Quodammodo molli brachio obiurgare aliquem. pro Mil. 43. Molle, tenerum fragile, flexibile. Off. li. 1, 71. Molliorem esse in dolore. I. V. act. 3. 26. Vtrã igitur putas legem molliorem? Tusc. li. 2. 36. Cultus mollissimus. de Orat. li. 3. 175. Mollissima cera. Tusc. li. 1. 95. Cogitationib. mollissimis effœminamur. *Hortens. Et modestiores & ad capienda præcepta molliores.

✠ *ADVERB. Nimis, penè,* 2. *Tusc.*

MOLLITER, ssimè. *cum luxu.* 3. de Or. 60. Recubare alicui molliter ac delicatè. & 1. Off. 106. Delicatè & molliter viuere.

¶ *Leniter.* Ep. lib. 1. ep. 9. Id enim feci parcè & molliter. 2. de Na. 129. Aues nidos construunt, eosque quàm possunt mollissimè substernunt. de Sen. 5. Quod ferendum est molliter sapienti.

☞ Syntaxis. *Vsus verba mollit. Animus malo more delinitus mollitur. mollitus cibus, humor, legio. Inflexa, mollis, ac tenera oratio. Mollis & remissus. Voluptarius, delicatus, mollis. Solutus & mollis. In dolore mollis. Cogitatio mollis. Delicatè ac molliter cubare.*

MOLLITIA, tiæ: & MOLLITIES, ei. *mollitudo, teneritas, lenitudo.* Part. 81. Lenitatem mollitia animi imitatur. 1. de Fin. 33. & 2. Tusc. 52. Qui officia deserunt mollitia animi. *id est, laborum & dolorum fuga.* 5. de Fin. 58. In primo ortu inest mollities & teneritas quædam. At. lib. 1. ep. 14. Agilitas, vt ita dicam, mollitiesq; naturæ. At. li. 12. ep. 25. Nosti Niciæ nostri imbecillitatem, molliciem, & consuetudinem victus. pro Syl. 18. Qua mollitia sum animi & lenitate. 2. de L. 38. Ciuitatũ mores lapsi ad mollitiem, pariter sunt immutati cum cantib. Or. 59. Mollitia ceruicum.

MOLLITVDO, nis. 2. de N. 136. In pulmonibus inest raritas quædam, & assimilis spongiæ mollitudo. 3. de Or. 97. & 159. In ipso tactu est & mollitudinis & liuitatis modus. 5. Tusc. 46. Mollitudo corporis, lenitudo orationis. 3. ad Heren. 20. Mollitudo vocis, cum eam torquere pro commodo nostro possumus.

✠ *ADIVNC. Similis, spongiæ, ad hauriendum Spiritum aptissima,* 2. *de Nat.*

MOLLITVS, a, um. 2. de Nat. 130. Nilus recedens agros mollitos oblimatosque ad serendum relinquit.

☞ Syntaxis. *Lenitatem mollitia imitatur. Infantis mollicies & teneritas. Animi mollitia & lenitas. Mollitudo pulmonis, vocis. Mollitus ager, & oblimatus.*

MOLOSSI, *populi.*

MOMENTVM, ti. *punctum temporis, pondus, vis, motus, item & loci vestigium & temporis.* Ep. lib. 6. ep. 10. Omnia momenta observabimus, neque vllum prætermittemus tempus tui iuuandi. 5. de Fin. 88. Nec vllo minimo momento plus ei vitæ tribuo, quàm Stoici. 5. I. A. 26. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. 1. de Di. 118. Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. 3. Off. 11. Omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti instar obtinent. 2. contra Rull. 79. An ignoratis cætera vectigalia perleui sæpe momento fortunæ inclinatione temporis pendére. 5. de Fin. 11. Momenta temporum. pro Mur. 3. M. Cato diligentissimè perpendens momenta officiorum omnium. pro Mur. 18. Quæstura vtiusque propemodum pari momento fortis fuit. 3. de Fin. 31. Nihil aliud assij momento vllo antepones. 1. Aca. 44. Paria in contrariis partibus rationum momenta. Or. 47. Non semper ex eisdem argumentorum momenta sunt. 2. de Fi. 38. Hoc nihil habet momenti. 4. Aca. 124. Ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta. pro Mur. 62. Petunt aliquid publicani, caue quicquam habeat momenti gratia. 4. de Fin. 47. Hæc res nullum habet momentum ad beatam vitam. & *Ibidem.* Qui ad appetitionem rerum esse in his momenta diceret. & *ibid.* Minimi qui dem momenti ad summum bonum adipiscendum. 5. de Fini. 37. In his momenta sunt maxima ad beatè viuendum. 1. de Fin. 51. Hoc plus aut ad beatam, aut ad miseram vitam affert momenti, quàm eorum vtrumuis. 7. I. V. 176. In Rep. permagni momenti est, ratio atque inclinatio temporum. Brut. Epi. non ita pridem Inuenta. 1. Non enim ignoras, quanta momenta sint in Rep. temporum. pro Font. 4. Vt sua autoritas aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. pro Mur. 90. Si quid habet aut momenti commendatio, aut autoritatis confirmatio mea. in Vat. 1. Testimonium tuum nullius momenti putatur. *ibid.* 9. Id est maximi momenti & ponderis. 2. de In. 77. Magno momento esse ad persuadendum. pro Fon. 11. Ad vnam quamque rem æstimandam, momentoque suo ponderandã. 1. de Or. 142. Inuenta non solùm ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio disponere. 2. de N 117. Astra forma ipsa figuráque sua momenta sustinent. 1. Tusc. 40. Elementa habent inter se diuisa momenta.

✠ *ADIVNC. Diuina, paria,* 1. *Acad. Magnum,* 3. *In Verr. & 1. de Inuent. Maximum,* 1. *de Finib. & in Vat. Minimum perleue fortunæ,* 2. *Cont. Rull. Par. pro Mur. parua,* 1. *de D. permagnum,* 7. *In Ver. Publica,* 6. *Famil.*

☞ Syntaxis. *Obseruare momenta. Minimis momentis maximæ temporum inclinationes. Perleue momentum fortunæ. Officiorum momenta, sortis, rationum, gratiæ. Id non habet momentum ad beatam vitam. & In hoc est maximum momẽtum ad. Id momentum affert ad. Nullius momenti putatur. Momentum ac pondus. Id magno est momento ad. Res æstimare, momentoq; suo ponderare. Ordine, momento, iudicioq; disponere.*

MOMVS, mi. *cui nihil satisfacit, qui nihil non carpit qui omnes reprehendit, reprehensor, obtrectator.* Att. lib. 5. ep. 20. Vt etiam Ligurino μώμῳ fatisfaciam.

MONEDVLA, læ. *auis, quæ monetam pecuniamue furatur, cuius est admodum cupida.* pro Flacc. 76. Non plus aurum tibi, quàm monedulæ committebant. *prouerbium.*

MONENDVS, a, um. *admonendus.* de Amic. 90. Nam & monendi sæpe amici sunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, cum beneuolè fiunt,

MONEO, es. *admoneo, suadeo, hortor, præcipio, prædico.* 2. de Inu. 66. Pietas officium erga parentes conseruare monet. 2. de Diu. 132. Mea causa me mones, quod non intelligam? quid igitur me mones? & 133. Quæ nostra causa nos mones. Qu. fr. lib. 2. epist. 3. Tu me de retinenda Sestij gratia literis monuisti. Att. lib. 11. ep. 16. Te oro, vt Terentiam moneas de testamento. Ep. lib. 1. ep. 1. Monere aliquem, vt fugiat infamiã. 1. Off. 37. Monere vt aliquid faciat. de Arusp. 53. Cum dij monent de optimatium discordiis. 2. I. C. 20. Sed eos hoc moneo, desinãt furere. 1. Off. 90. Vt rectè præcipere videantur. qui monent, &c. Att. lib. 14. ep. 21. Id ipsum quod me mones, quæ triduo antè cogitaram. 2. de Or. 97. Hic Sulpitius, Me quidem (inquit) rectè mones. Ep. lib. 3. ep. 3. Eaque me ex tuis mandatis monuit, quæ, &c. Ep. lib. 2. ep. 16. Quæ tu me mones vt caueam. 1. ad Heren. 1. Si te vnum illud monuerimus. Ep. lib. 10. epist. 1. Monere atque hortari aliquem. Ep. lib. 4. ep. 3. Monente & denunciante te. 2. I. V. 36. Moneo, prædico, antè denuncio. Ep. lib. 10. epi. 4. Autoritate monere. 7. I. A. 20. Equidem non deero, monebo, prædicabo, denunciabo, & testabor semper deos & homines, quid sentiam.

✠ *ADVERB, Accuratissimè,* 4. *Fa. Amicè, prudenter, temerè,* 10, *Attic. Amicissimè,* 7. *Att. Diligenter, sero, variè,* 1. *ad Q. fr. Identidem, pro Sex. Rosc. Magnoperè, Part, Rectè,* 1. *In Ver. Sapienter,* 3. *de Fi. Temerè,* 8. *Fa.*

MONEOR, ris. de Amic. 90. Sed quum tot signis natura declaret, quid velit, obsurdescimus tamen nescio quo modo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus, &c, de Arusp. 45. De quo ipso nunc monemur.

✠ *ADVERB. Acriùs vestigijs alicuius,* 5. *ad Attic.*

MONETA, tæ. *à monendo dicta. Iuno autẽ Moneta appellabatur, quòd in eius ade publicæ monetæ pecuniæq; Romæ cudebantur.* 3. de N. 47. & 1. de D. 101. Iuno moneta. & *ibid.* De ea, &c. 7. I. A. 1. Attic. lib. 8.

MONETALIS, le. *qui monetam cudit.* Tit. lib. 10. epi. 13. Monetali autem ascripsi, quod ille ad me proconsulem &c.

MONILE, lis. *colli ornamẽtũ.* 6. I. V. 39. Monile ex auro & gemmis.

☞ Syntaxis. *Te moneo de. Hoc te moneo, ne. Moneo, prædico, denuncio. (irato contestantis.)*

MONIMENTVM.*rectius.* MONVMENTVM. *ὑπόμνημα, memoria, literæ, commentarij, extructio, ornamentum, publicum opus, trophæum, moles, sepulcrum.* 1. de Inu. 39. Res, quarum monimenta certa in literis extant. Epist. lib. 5. ep. 12. Cupio quàm celerrimè res nostras monimentis commendari tuis. Epist. lib. 6. ep. 6. Nec nos quidem nostra diuinatio fallet, quam sapientissimorum virorum monimentis atque præceptis consecuti sumus. 1. de Orato. 201. Monimenta rerum gestarum, & vetustatis exempla oratori nota esse debẽt. 2. de Or. 53. Qui sine vllis ornamẽtis monimenta solùm temporum, hominum, locorum, gestarúmque rerum reliquerunt. Ep. lib. 5. ep. 20. Nisi ista pecunia grauissimis esset certissimisque monimentis testata, cui data, quo senatusconsulto, &c. pro R. 15. Istæ omnes & suppliciorum & verborum acerbitates non ex memoria nostra ac patrum nostrorum, sed ex annalium monumentis atque ex regum commentarijs cõquisiuit. de Clar. 62. Ipsæ enim familiæ suæ quasi ornamenta & monimenta seruabant, & ad vsum si quis eiusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam. ad Brut. epist. 15. Extare enim volebã in crudelissimos hostes monimenta odij publici sempiterna. Q. fr. li. 1. ep. 1. 21. Cùm ad templũ monimẽtumq; nostrũ ciuitates pecunias decreuissent. 2. contra Rull. 60. Prædas ac manubias suas imperatores in monimenta deorum immortalium, atque in vrbis ornamenta conferre. Antequ. 7. Tot præclaris testimoniis monumentisque virtutis comparatis. 2. cont. Rull. 97. Hæc tu sceleris vestigia, quàm monimenta maiorum sapientiæ sequi maluisti. 3. I. C. 26. Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulo. 3 I. C. 26. In animis ego vestris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia, condi & collocari volo. pro Ar. 27. Aditus templorum ac monimentorum suorum carminibus exornauit. pro Dom. 112. Monumentum quod positum est, vt esset indicium oppressi senatus, ad memoriam sempiternam turpitudinis. *ibidem.* 51. Quid quod nunc apud pontifices agis? te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse, te in meis ædibus signum dedicasse. *ibidem.* 100. Si mea domus non modò mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet inimico doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis: quis erit, &c. 7. I. V. 152. Apud te, cuius nullum in Repub. vnquam monumentum fuit. Ep. lib. 1. epist. 9. Non meum monimentum: non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat. Ep. lib. 4. ep. 12. Monumentum ei marmoreum faciendum locauerunt. 1. Tuscula. 31. Monumenta sepulcrorum. 2. de Fin. 116. Elegia monumentorum. 4. I. V. 177. & 6. I. Ve. 26. Indicia & monumenta furtorum. 2. de In. 70. Statuere æterna insignia posteris, & statuere æternum monumentum. I. P. 92. Is in Macedonia trophæa posuit, quæ bellicæ laudis victoriæque insignia & monumenta essent. item. Ætas trophæis monumentisq; finem affert. pro S. R. 146. Nec sibi quicquam patrium, ne monumenti quidem causa reliquit. pro Milon. 105. Huius vos animi monumenta tenebitis. *id est, memoriam.* 13. I. A. 26. Cuius consulatus est ex omni monumentorum memoria reuulsus. de Clar. 26. & 4. Acad. 2. & lib. 1. 3. & 1. de Di. 33. Nota res est, & à teipso mandata monumentis. pro Sest. 102. Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. pro R. P. 43. Hæc res annalium monumentis celebratur. pro Dom. 86. Vt annales pop. Romani & monumenta antiquitatis loquuntur. & 137. Nullum ex ea dedicatione literarum extat monumentum. pro Planc. 94. Hæc de sapientissimis viris monumenta nobis literæ prodiderunt. 1. de Diu. 12. Nihil est quod non longinquitas temporum excipiente memoria, prodendisque monumentis efficere possit. 2. contr. Rul. 87. Hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis. pro Syl. 41. Publica monumenta. Q. fr. lib. 1. epist. 1. 22. Studia & artes, quæ sunt nobis Græciæ monimentis disciplinisque traditæ. & 35. Amplissimis monimentis consecrare memoriam nominis sui. 1. Off. 55. Magnum est enim, eadem habere monimẽta maiorum, eisdem vti sacris, sepulchra habere communia. 3. Off. 4. Nulla eius ingenij monimenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum solitudinis munus extat. *pro D. 137. In vrbe monumentum deletæ Reipubli. collocatis. Frag. Epistol. Quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor: ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. Hortens. Ex annalium monumentis res bellica, aut omnis Reipub. disciplina cognoscitur.

✠ ADIVNC. *Aduersum, pro Dom. Æternum, celeberrimum, clarissimumque, 3. In Ver. Amplissima, 1. ad Q. frat. & 4. Philip. Antiquissima, plurima, & maxima, 2. In Ver. Attica, de Cla. Celeberrimum, pro Sest. Certa, 1. de Inuent. Clarissima, 1. de Diu. & 5. Phil. Clarissimum, & pulcherrimum, religiosa, 6. In Ver. Clarius, 9. Phil. Gloriosum, gratum, 4. Attic. Grauissima, certissimaque, 5. Famil. Illustrissimum, Anteq. iret. Immortale, 4. Philip. Marmoreum, 4. Fami. Pauca, 4. Tusc. plena Græcorum, 9. Famil. Publica, pro Syll. pulcherrima, 4. in Ver. Sempiterna, ep. ad Brut. Summa, pro Qu. Leg. Tecta, 12. Phil. Vetera, 2. Cont. Rull.*

☞ Syntaxis. *Monimentis commendatum, testatum, mandatum. Testimonium & monimentum virtutis. Sepulcrorũ monumenta. Monumentum statuere, tenere. Ex omni monumentorum memoria reuellere. Annalium monumentis celebrare. Loquuntur annales & antiquitatum monumenta. Literarum monumenta testantur. Memoriam alicuius amplissimis consecrare monumentis.*

MONITIO, onis. *admonitio.* de Amic. 91. Monitio acerbitate, obiurgatio contumelia vacare debent.

MONITOR, oris. *admonitor, magister.* 2. de Or. 99. Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quàm acuti magistri. in Sall. 12. Quos ego habui omnium mearum actionum monitores. 4. I. C. 9. Cæsar monitor & autor huius sententiæ. pro Mur. 77. Appellare ciues per monitorem. 1. In Ver. 51.

✠ *ADIVNC. Fatuus, 1. de Orat. Non fatui, 2. de Orat.*

MONITVM, *præceptum, monitio.* 14. I. A. 20. Meæ aures dies & noctes omnium præceptis & monitis patuerunt. Ep. li. 5. ep. 2. Meis consilijs monitisque nituntur. & epi. 13. Monitis præceptisque. de Arus. 54. Ad quem metũ si deorum monitis non duceremur, tamẽ ipsi nostro sensu coniecturaq; raperemur. & Ep. li. 10. ep. 3.

MONITVS, tus. *monitio.* de D. li. 2. 86. Sortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur.

MONITVS, a, um. Ep. li. 5. ep. 17. Memoria nostræ amicitiæ, & vir
✠ tute filij tui monitus. ‖ At. li. 5. ep. 10. Per me ipse tamen acrius vestigiis tuis monitus de te cogitabam.

☞ Syntaxis. *Præcepta, monitaq;. Consilia monitaq; Duci monitis amicorum, non sensu & coniecturis.*

MONOGRAMMVS, mi. *pictus, tenuis, ociosus.* 2. de Nat. 59. Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes commentus est.

MONS, tis. *alpe.* de Pro. 34. Nihil est iam vltra illam montium altitudinem, quod sit pertimescendum. 2. de Nat. 98. Impendentium montium altitudines. & 132. Montes vestiti ac syluestres. & 161. Vestitus densissimi montium. de Cl. 54. Mons qui Sacer appellatus est. 1. de D. 18.

—*Cum tumulos Albano in monte niuales Lustrasti.*— 1. de Or. 36. Genus hominum in montibus ac syluis dissipatum * pro C. Cornel. 1. Montem illum trans Anienem, qui hodie mons Sacer nominatur, in quo armati confederant, æternæ memoriæ causa consecrarent. Incer. Erythræo oppido superpositum montem Mimanta.

✠ *ADIVNC. Altissimi, de Som. Scip. Communis, 4. Fa. Altus, apricus, 4. In Ver. Impudentes, siluestres, vestiti, 2. de Natu. Patrij, 2. Att. Sacer, de Clar.*

MONSTRO, as. *demonstro, commonstro, ostendo, doceo, patefacio, digitum ad rem intendo.* 1. Off. 51. Homo qui erranti comiter monstrat viam. ex Ennio. 1. de Di. 133. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. Ep. lib. 16. ep. 22. Tu, si quid librarij mea manu nõ intelligent, monstrabis. *id est, docebis.* 1. de L. 2. At quam Vlysses Deli se palmam vidisse dixit, hodie monstrant eãdem. Ter. * Scio vbi sit, verùm hodie nunquam monstrabo.

✠ *ADVERB. Benignè erranti, pro Corn. Comiter, 1. Off. Non Grauatè, pro Corn. Balbo.*

☞ Syntaxis. *Monstrare viam, res non intellectas.*

MONSTROSVS, a, um. ſſimus. *portentosus.* 1. de Fin. 61. Alij lucifugi, monstrosi. 2. de D. 69. Monstrosissima bestia.

MONSTROSE. 2. de D. 146. Nihil tam præposterè, tã inconditè, tam monstrosè cogitari potest, quod non possimus somniare.

MONSTRVM, ri. *ostentum, portentum, prodigium, τέρας.* 1. de Diu. 93. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. & 2. de N. 7. & 2. I. C. 1. Nulla iam pernicies à monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis comparabitur. 5. I. V. 171. Non mihi iam furtum, sed monstrum atque prodigium videbatur. de Ar. 26. Periculum ex aliquo monstro significatum cauere. 4. Tusc. 63. Dicere monstra. I. P. 31. Immanissimum ac fœdissimum monstrum.

✠ *ADIVNC. Certissimum, pro Sex. Rosc. Disiunctum, diuersumque, de Arusp. Falsa, perdita, non salutaria, 9. At. Fatale, tantum, pro Cl. Immanissimum, & fœdissimum, In Piso. Magnum, epist. ad Brut. Mera, 4. Attic. Mirabile, 1. de Diu. Nouum, 7. In Ver.*

☞ Syntaxis. *Præposterè, inconditè, monstrosè dicere. Monstrum & prodigium (de homine.) Monstra loqui (de re.)*

MONTANVS, a, um. 2. contr. Rull. 94. Ligures montani, duri, & agrestes. pro Do. 74. Nullu est in hac vrbe collegium, nulli pagani, aut montani.

MONTIVAGVS, a. um. 5. Tuscul. 79. Non montiuagos & syluestres cursus patiuntur.

MONTOSVS,a,um.*montuosus.*pro Planc.32. Aspera & montosa regio.Partit.36.Plani an montosi loci.*Alij montuosi legunt.*

MONTVOSVS,a,um.*vel potius.*MONTOSVS.de Ami. 70. Locis montuosis delectamur,& syluestribus.

MONVMENTVM,ti.*vide.*MONIMENTVM.14.31.Placet mihi militibus qui pugnantes occiderunt, monumentum fieri quàm amplissimum. 5. I. A. 17. An illa non grauissimis ignominijs,monumentisq; huius orationis ad posteritatis memoriam sunt notanda,quòd M.Antonius, &c.& 39. Clarissimum monumentum clementiæ suæ.2.cont.Ru.60.Prædas ac manubias in monumenta Deorum immortalium conferre.

☞ Syntaxis. *Monumentum factum fortiter occumbentibus in bello.*

MOPSVS,*Argiuorum rex,& vates.*2.de N.7.& 1.de Di.88.

MOPSVHESTIA,æ: vel MOSHESTIA, vel MOPSHESTIA potius, *vrbs à Mopso condita,ab eoq; sic appellata,& ager in Cilicia.*Ep.lib.3.ep.8.

MORA,ræ.*cunctatio,dilatio,prolatio,tarditas,retardatio,procrastinatio,tergiuersatio,sustentatio.*2.de In.146.Deinde vtrum statim fieri necesse sit, an habeat aliquam moram & sustentationem. Attic.lib.11.ep.25.Multam mihi moram afferunt. 5. I. A. 25. Ista legatio moram & tarditatem afferet bello.7.I.V.165.Vt supplicij aliquam paruam moram posset afferre. Atti.lib.16. ep.2.De Publio autem quod perscribi oportet, moram non puto esse faciendam.Epi.lib.10.ep.22. Propter tarditatem sententiarum, moramque rerum.pro Syl. 58. Venire omnes suas possessiones maluit,quàm vllam moram fieri cuiquam creditorum suorũ.7. I.V.165. Non modò effugium, sed ne moram quidem mortis assequi potuit.Brut. ep.5. Omnino Pansa viuo celeriora omnia putabamus,nunc per auspicia longam moram video.pro Cec. 7.Qui igitur conuenit, quæ causa,&c.eandem esse moram ad iudicandum?pro Cec.6.Moram ad condemnandum acquisisse. Att.lib,13. epist.3. Non enim puto tam expeditum iudicium,vt non habeat aliquid moræ.pro Rab.8. Cum ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quæreretur. 7. I. V. 164. Moram supplicio quærere.pro Cec.4.Iudicandi iustam moram ac religionem iudicibus iniicere.1. I. C. 9. Dixisti paululum tibi esse etiam nunc moræ,quòd ego viuerem.pro Milon.55. Quid ergo erat moræ & tergiuersationis?Epist.lib.12.ep.12. Habeo paululum moræ dum promissa militibus persoluo. 1. Acade.1. Quod cum audiuissemus, nullam moram interponendam putauimus,quin videremus,&c.1.de In.12.Inferre moram & impedimentum alicui. Asin.Ep.lib.10.ep.31.Esse in mora. *id est, morari, & detinere aliquem,vel inferre moram & impedimentum alicui.* Br. ep.18.Quod ego,vt debui,sine mora feci.3.I.C.5.& Ep.lib.8. epi. 8.Illi sine recusatione,ac sine vlla mora negocium susceperũt. Att.lib.11.ep.11.Sine mora facere aliquid,abiecta omni cunctatione.Or.53.Distincta alios,& interuncta,interualla,moræ, respirationesque delectant.10.I.A.1.Tu nullam moram interposuisti,quin quàm primùm maximo gaudio frueremur. 6. I. A. 2.Quæ cum viderem,nullam moram interponendam insequẽdi M.Antonium putaui.& 7.Vtinam hæc legatio nihil haberet moræ.& 8.In Ant.17.Tu omnes moras interponis,quibus infirmetur Brutus,Att.li.5.epi.21.Tibi,vt video,& spero,nulla ad decedendum mora.& *Ibidem.* In his γλυκυπικρὸν illud confirmas, moram mibi nullam fore.de Fat.Comitia sine mora futura videntur.

✠ *ADIVN.Iusta,longa,5.Att.Iusta iudicandi, pro Clu. Minima,5. Phil.parua,3.In Ver.probabiles,3.de Leg. Vtilior.9.Attic.*

☞ Syntaxis. *Moram & sustentationem habere,afferre,facere,vt creditoribus:assequi,acquirere,inijcere, interponere, inferre. Esse alicui in mora. Sine mora & abiecta cunctatione,synonyma.*

MORALIS,le.de Fat.1.Nos eam partem Philosophiæ de moribus appellare solemus:sed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem.

MORATVS,a,um. *moribus præditus & perpolitus, constitutus, institutus.*1.de Orator.85.Ea,sine quibus ciuitates nec esse,nec bene moratæ esse possunt.de Cla. 7. Bene morata.& bene constituta ✠ ciuitas.de Sen.62.Optimè morata ciuitas.‖pro Mil.94. Quam primum tetigero bene moratam & liberam ciuitatem.Part.82. Quemadmodum quis institutus moratúsve fuerit.2.Tusc.11.& 1.de Fini. 63. Quotusquisque Philosophorum inuenitur,qui sit ita moratus,vt ratio postulat?2.de Or.184. Probus, bene moratus,& bonus vir.de Amic.62.& 47.& 54.Bene moratus,bene institutus,qui commodis est moribus,cui mores emendati sunt. 1.de Di.66.O poëma tenerum & moratum,atque molle.2. Offi. 41.Apud etiam maiores nostros fruendæ iusticiæ causa videntur olim bene morati constituti reges.

☞ Syntaxis. *Ciuitas bene,optimè morata.Institutus ac benè moratus. Ita moratus,vt,&c.Probus,bene moratus,vir bonus.Tenerum & moratum poema.*

MORBOSVS,a,um.4.Tusc. 53. Maiores nostri iracundos solos, morbosos nominauerunt.

MORBVS,bi. *ægrotatio, imualetudo, malum.*1.I.C.31. Vt homines ægri morbo graui,cùm æstu febriq; iactantur, si aquam gelidam biberint,prius releuari videntur, deinde multo grauius vehementiusque afflictantur:sic hic morbus,qui est in Repub. releuatus istius pœna, vehementius reliquis viuis ingraueſcet. 3.Tusc.8.Qui in morbo sunt,sani non sunt.& 92. Corpus quod in morbo est.1 Off.83.Medici leuiter ægrotantes leuiter curãt. grauioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibent.pro Cl.175.& 1.I.C.31.Is ibi in morbum incidit,ac satis vehementer diuq; ægrotauit.Att.lib.15.ep.2. Is in morbum grauem incidit.Ep.lib.13.ep.29.Ille in morbum incidit, ex quo non conualuit.& 1.Tusc.79.Cadere in morbum.Epist.lib.12. epi.30. Grauius ægrotant ij, qui cum leuati morbo videntur, in eum deintegrò inciderunt.Postquam.ad Quir. 4.Bona valetudo iucundior est eis,qui è graui morbo recreati sunt,quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt.1.de D. 63.Qui sunt morbo graui & mortifero affecti.I.P.85.Qui cùm vno genere morbi affligerentur,neque se recreare quisquam posset, cùm semel incidisset,dubitabat nemo. & c.de Fat.17.Vt in eo qui mortifero morbo vrgetur. 2. de D. 15. Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet. & *Ibid.* 12. Num vates acutius conijciet morbi naturam,quàm medicus? & *Ibidem.* Ægrotus euasit ex morbo. pro Plan. 90. Si me vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumpserit,tamen,&c.pro Syl.76.Ex magnis,& diuturnis, & iam desperatis Reipub. morbis ista repente vis erupit, vt ea confecta & eiecta, conualeſcere aliquando & sanari ciuitas posset. 3. de Nat.84. Hunc igitur nec Æsculapius misero diuturnoq; morbo intabeſcentem interemit.4.Tusc.31.Animi valentes morbo tentari non possunt,corpora possunt.2.de Na.59.Deus nec morbum metuens ex defatigatione membrorum. ad Attic. lib. 10. ep. 18. Tu quartana cares, & nouum morbum remouisti, sed etiam grauedinem.ad Attic.lib.10.epist.19.Valetudinem tuam iam confirmatam esse & à vetere morbo,& à nouis tentationibus gaudeo.5.Tusc.32,33.Morbo teneri.Attic.lib.7.ep.5. Pyliam in idem genus morbi delapsam audio, Att.lib.11.epist.6.Tullię meæ morbus & & imbecillitas corporis me exanimat.pro Clu. 57.In morbis corporis vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus adhibetur. pro Cluent. 22. Mulier oppressa morbo est.Epist.lib.7.ep.26.Morbi senescentis remissio.4. Tusc.22.Cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat,aut bilis in corpore, morbi ægrotationesque nascuntur. & *ibid.*23.Ex perturbationibus morbi conficiuntur,quæ vocant illi νοσήματα.Att.lib. 15. epi.1. Cum hominem temperantem, summum medicum tantus improuisò morbus oppresserit. 2. de Fin.96.Tanti aderant morbi vesicæ & viscerum.1. de Finib. 59. Nec verò quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. *id est,animi vel corporis.*Epist.lib.7.ep.26. Ego autem cùm omnes morbos reformido, tum quòd Epicurum tuum Stoici malè accipiunt,quia dicant Ἀνοσειαν καὶ ἀνευ νεφελης πλοῦν molesta esse :quorum alterum edacitatis morbum putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. Epist. *ibidem.* Ego hic cogito commorari,quo ad me reficiam.nam & vires & corpus amisi. sed si morbum depulero,facilè illa reuocabo.3.I.V.91. Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo & cupiditate. Epist. li. 1.ep.9.Quòd morbo impeditus in Ciliciam non transieris.pro Syll.53. Quas oras quasi morbus quidam illius furoris peruaserat. 2.de Orator.186. Mederi morbo alicui.5. de Finib. 84. Bonum valetudo,miserum morbus.1.de Diu.13. Mirari licet, quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera: quæ radicum, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. de Vni.14. Nullus morbus mundum potest, aut senectus affligere. 2. de Diuin.142. Medici ex quibusdam rebus & aduenientes morbos,& crescentes intelligunt, nonnullæ etiam valetudinis significationes, vt hoc ipsum, pleni enectiue simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur.9.I. A. 15. Aliquis infirmus ex graui & periculoso morbo.9.I.A.15.Contra vim grauitatémque morbi contendit, vt ad castra peruenirет. 10.I.A.16. Alter nondum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus est.de Sen.67. Facilius in morbos incidunt adolescentes. grauius ægrotant, tristiùs curantur. * Incer. Cum simul ægrotare cœpissent,& eorum morbus eodem tempore ingraueſceret,eodem leuaretur.

✠ *ADIVNC.Alieni,4.Faml.Difficillimus corporis,grauis,pro Cluent. Grauis,grauiores,1.de Finib. Grauis oculorum,7.In Verr.Grauis,& mortifer,grauior,1.de Diuin.Grauis, & diuturnus, Grauissimus,3. Philip. Grauis,& periculosus,10.Famil.Imbecillior,10. Att. Ingraueſcens,9.Philip. Insanabiles,5. Tusculan. Magni, & diuturni,desperatique,Miser,& diuturnus,3. de Natura.Mortifer, de Fat. Odiosi, perniciosiores,*

3.Tusc.Opinabiles,& voluntarij animi,4. Tusc.perpetuus,12.Attic.Senescens,7.Famil.Tantus,3.Fami.Vetus,7.Attic.

☞ Syntaxis. *In morbo esse,in morbum incidere,cadere. Ex morbo convalescere. Morbo affligi,vrgeri,tentari, affici, leuari,è morbo recreari, euadere. Morbo teneri. In morbum delabi. Remouere morbum. Opprimi morbo. Morbus & ægrotatio Morbum depellere. Ex grauissimi morbi longinquitate recreari.*

MORDAX,cis,*aculeatus,dentatus.*2.de Or.240.Lacerat lacertum Largij mordax Memmius.

MORDEO,des.*figo,carpo,perstringo* Attic. libr.13. epi.13.Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra. pro S.R. 57. Alij canes & latrare & mordere possunt. At.li.11.ep.7. Si qua sint in tuis literis,quæ me mordeant,Epi.lib.1.epi. 9. Par pari referto, quod eam mordeat.4.Tusc.82.Si paupertas momordit,si ignominia pupugit.Att.lib.6.ep.2.Qui scribis mordere te interdum, quòd non simul sis.Ep.lib.3.ep.12.Neque non me tamen mordet aliquid,&c.Ep.lib.11.ep.24.Si frenum momorderis.

MORDEOR,ris.4.Tusc.44.Morderi est melius conscientia.

MORDICVS.*arctè,constanter.*4.Aca.51.Perspicuitas, quam mordicus tenere debemus.3.de Fin.78.Verba tenent mordicus.

¶ *Morsus.*Quint.fr.lib.2.epist.14.Auriculam fortasse mordicus abstulisset.

MORIBVNDVS,a,um. *moriens.* L. INTERVPTVS.pro Sest. 85.Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis, iacentem moribundúmque vidistis.

MORIGEROR,aris.*morem gero,obsequor,satisfacio,placeo.*Or.159. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.L. MOS.

MORIENDVM.de Senect.74. Moriendum certè est: & id incertum, an eo ipso die.

MORIOR,eris.*emorior,cado,occido,intereo,decedo,animam ago naturæ satisfacio,vitâ pono,mortẽ obeo,mortẽ oppeto,de vita decedo,è vita, ex vita,à vita discedo,recedo migro,emigro, demigro,excedo: vitam amitto,vitam me deficit, vita prior, vitalia lumina linquo, animam amitto,efflo,ago: vitam dimitto, reddo: extremum vitæ spiritum edo, vitam pro patria profundo.desero:ab hominibus demigro, eripior, ago supremum diem vitæ,conficio extremum vitæ diem morte,desciscoè vita,vitam naturæ reddo,lucis hâc vsuram reddo,intereo dispior, dissoluor,vitam cum morte commuto,mortem occumbo,diè obeo,extinguor, extremum spiritum effundo, ex corporis vinculis tanquam ex carcere euolo,mortem capio,de vita exeo.*Ep.lib.6.ep.3.Ita enim viuere, vt non sit viuendum,miserrimum est.mori autem nemo sapiens miserum duxit,ne beato quidem.de Se.83.Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur,stultissimus iniquissimo. Attic. lib.9.ep.4.Videbatur vel mori satius fuisse, quàm esse cum ijs. pro Qu. 14. Moritur in Gallia Quintius,& moritur repentinò. Attic.lib.1.ep.2.Auiam tuam scito desiderio tui mortuam esse. Ep.lib.10.ep.33.Ex vulnere mori.Postquam.in Sen.3.Nunquam vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama morietur. pro Cæl. 76. Vt iste interpositus sermo deliciarum desidiæque moreretur.I.P.93.Ne suauissimi hominis memoria moreretur. de Senectu. 71. Adolescentes mori sic mihi videntur, vt cùm aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: senes autem sic, vt sua sponte,nulla adhibita vi,consumptus ignis extinguitur.Ep. lib.8.ep.13.Mori & agere animam.

✠ *ADIVNC.Acerbè,indignè,pro Cluent.Inteſtatò,1. de Orato. Repentinò. pro Quint. Vsquam nisi in patria, pro Mil.*

☞ Syntaxis. *Mori repentino, desiderio filij, ex vulnere. Moritur fama, sermo,memoria.*

MORO,aris.*commoror,maneo,cunctor,in mora sum.*Ep.li.15.ep. 17. Tu quòd adhuc Brundusij moratus es, valde probo. & lib. 12. ep.15.Diutius morari aut expectare præsidium,non,necesse habui.Epist.lib.11.ep.9.Dabo operam, ne Antonius in Italia moretur.& ep.24.Ego in Italia morabor.Epist.lib.15.ep.2. Tempus eius tridui quod in his castris morabar, in magno officio & necessario mihi ponendum putaui. Atti.lib.5.epist.16.Moratus triduum Laodiceæ,& totidem dies Sinadæ, audiui, &c. Attic. lib.16. epi.5. Brutus valde moratur non tergiuersans, sed expectans,&c. Attic lib.7.ep.1.Quàm vellem nunc in prouincia morari.3.de Or.72.Cùm Athenis diutius essem moratus.1.I.C.20. Si hic morati æquo animo non potes, abi in alias terras. de Som.6.Quid moror in tertis:I.P.27. Nec est passus,in Repub. diutius vestrorum scelerum pestem morari. Attic.libr.8. epi.18. Cum constituisses ad me venire, miror quam ob causam moratus sis.

¶ *Retardo,moram affero, injicio, moram & impedimentum infero.* Attic.lib.11.ep.24.Multa eum in Asia dicuntur morari. Epistol. lib.15.ep.11.Si me nauigatio non morabitur.5. I. A. 16. Tamen legatorum nomen belli celeritatem morabitur. 33. Hem, cui legatos mittamus, cui bellum moremur inferre 1.de Diu,21.

Hæc tardata diu ſpecies,multumq; morata,
Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata.

in Vat.12.Morari aliquem conscendentem.Attic.lib.13.epist.31. Ego morabar te.Epist.lib.2.epi.16. Curtius cogitat dibaphum, sed eum infector moratur.& lib. 2. ep. 15. Nisi quid me Etesiæ morabuntur.& lib.6.ep.20.Si quid eum vel impediet,vel morabitur.Attic.lib.13.epist.23.Libri ad Vartonem nos morabantur. Ep.lib.10 ep.8.Si modò meo casu Reip.periculum morari possim.1.Tusc.113.Cum enim illam ad solenne sacrificium curru vehi ius esset,morarentur iumenta,&c.6.I.V. 104. Hic iste omnia,ne multis moror,asportanda curauit. *id est, ne te pluribus teneam.*Attic.lib.13.ep. 36. Balbo placebat, propinquum diem, & Romæ si Cæsar moraretur,posse in diem tertium differre.

✠ *ADVERB.Diutius,12.Famil. Diutius in conquestione,1.de Inuent.Diutius pestem scelerum,in Piso.Paulùm,16.Famil.Valde tergiuersantem,16.Attic.*

☞ Syntaxis. *Moratus & tardatus diu. Nisi quid ille te moretur. Impedire & morari. Periculum alicui morari.*

MOROSE.*fastidiosè,importunè.*de Cl.136. M. Piso iracundius respuebat ineptias hominum,siue morosè,vt putabatur, siue ingenuo liberóque fastidio.

MOROSITAS,tis.*difficultas.*1.Off.88.Ne si irascamur aut intempestiuè accedentibus,aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem & odiosam incidamus.de Sene. 65. At morositas tamen habet aliquid excusationis.

✠ *ADIVN. Inutilis,& odiosa,1.Offic.*

MOROSVS,a,um. *difficilis,inhumanus,importunus.* Epistol.lib.7. ep.15. Morosi sunt, qui amant.Orato.104.Vsque eò difficiles & morosi sumus,vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes.Atti. lib.1.ep.10.& 2.de Orat. 251.Genus cauillandi morosum. Attic. lib.2.ep.25.Mirabiliter enim morosus est.*aliter moratus.* de Sen. 65.At sunt morosi,anxij,iracundi, & difficiles senes. 2. de Orat. 279.Stomachosa & submorosa ridicula. & *ibid.* Homo morosus.Quint.frat. lib 2.epi. 4. In defendendo morosо homini cumulatissimè satisfecimus.

☞ Syntaxis. *Difficilis & morosus.Morosus,anxius,difficilis.Ridicula, stomachosa & submorosa.Non morosè,sed libero ingenuoq; fastidio.*

MORS,tis.*interitus,occasus,fatum,letum,exitus,discessus,supremus alicuius dies,excessus è vita,extremus vitæ dies, excessus, fatum mortis, fatum extremum,supremum,dissolutio, finis naturæ.* 1. Tusculan. 18. Sunt qui discessum animi à corpore putant esse mortem: sunt qui nullum censeant fieri discessum, sed vnà animum & corpus occidere,animumque cum corpore extingui.1.Tusc.98. Mortem esse migrationem in eas oras, quas qui è vita excesserunt,incolunt. 1. Tusculan. 27. Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem commutationémque vitæ. & 92. Somnus est imago mortis. pro Sest. 47. Cùm sit omnibus definita mors, optandum est, vt vita quæ necessitati debetur, patriæ potius donata, quàm reseruata naturæ videatur.pro Milo.102.Mortem,naturæ finem esse,non pœnam. pro Quint. 49.Mors honesta sæpe vitam turpem exornat, vita turpis, ne morti quidem honestæ locum relinquit.4.I.Cla.3. Nec enim turpis mors forti viro potest accidere,neque immatura consulari, nec misera sapienti. 1.de Leg.31.Mors fugitur quasi dissolutio naturæ.Epi.lib.6. epi. 21.Omnium rerum mors est extremum.4.I. A.13. Mortem omnibus natura proposuit.1.Off. 81. Mors seruituti turpitudinique anteponenda est.Antequam. 22. Neque enim mors miseranda est,quæ,ob Rempub. capitur. 4. I. C.20.Mors,quam illi mihi minitantur, omnibus est parata. de Sene.67. Omni ætati mors est communis.1.Tusculа.91. Mors propter incertos casus quotidie imminet, & propter vitæ breuitatem nunquam longè potest abesse.1.de Fin. 60. Mors quæ quasi saxum Tantalo semper impendet. 4. I. C.7. Mortem à dijs immortalibus non esse supplicij causa constitutam, sed aut necessitatem naturæ, aut laborum,aut miseriarum finem esse: itaque eam sapientes nunquam inuiti,fortes etiam sæpe libenter appetiuerunt. Epi. lib.11.ep.28,Nunquam honesta mors fugienda,sæpe etiam appetẽda est.8.I.A.29.Turpis fuga mortis,omni est morte peior. 2.de Fin.97.Præclaræ mortes sunt imperatoriæ.Ep.lib.4.epi.12. Et cui inimici propter dignitatem pepercerant,inuẽtus est amicus,qui ei mortem afferret.pro S. R. 37. Qui mortem obtulerit parenti.Ep.lib.4.epist.12. Vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus.pro Cl.170. Homines inimicos suos morte affici volunt.de Cla.103. Carbo morte voluntaria se à seueritate iudicũ vindicauit.5.I.A. 48. Alexander tertio & trigesimo anno mortem obijt.5.I. V. 129. Consciscere mortẽ sibi ipsi 1.Tusc.116.Mortes appetitæ.pro Sest.83.Morte obita.1. Tus. 97.Mitti ad mortem.& 100.Duci ad mortem.2.Off.69. Patrocinio vero seruos,aut clientes appellari,mortis instar putant. pro Domo. 98. Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. pro Cecin. 10. Sicut is in

morte

morte sua testamento declarauit. Quint. frat. lib. 1. ep. 4. Lacrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt. 9. I. A. 5. Et huic & multis aliis mors ob rempubl. habita honori fuit. & 12. In An. 30. Mors necessitatem habeat fati: aut si ante oppetẽda est, oppetatur cum gloria. 14. I. A. 31. O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria est potissimùm reddita. de Amic. 13. Non enim assentior ijs, qui hæc nuper disserere cœperunt, cum corporibus animas simul interire, atque omnia morte deleri. 1. de Fin. 49. Mortem contemnit, qua qui affecti sunt, in eadem causa sunt, qua antequam nati *ibidem.* Maximos *dolores* morte finiri. de Leg. Mors aut meliorem quàm qui est in vita, aut certè non deteriorem est allatura statum.

✠ *Adiunc. Acerba*, 11. *Famil. Acerba, crudelisque, acerbior, extrema, indignissima, media, misera, atque indignissima*, 7. *In Verr. Acerbissima, pro Rab. Atrocior, necessaria, tæterrima, pro Mil. Beata, nefaria, subita*, 3. *de Orat. Bellica, peregrinaque*, 2. *de Legib. Bona*, 3. *de Finib. Certa*, 9. *Famil. Communis, voluntaria, de Senec. Consentanea vitæ, honesta*, 9. *Philip. Crudelis, & miserabilis*, 11. *Philip. Crudelissima, paterna, pro Sext. Rosc. Diuina, matura, propinqua*, 1. *de Diuin. Claræ, non solum gloriosæ, sed etiam beatæ, optabiles, similima, similis Somni*, 1. *Tusc. fatalis*, 13. *Philip. fœda.)(. Gloriosa, fœdissima, fortunata*, 14. *Philip. Fraterna, de Arusp. Gloriosa, Imperatoriæ, præclaræ, stabilis*. 2 *de Finib. Immatura*, 2. *Phili. Leuior*, 3. *Tuscula. Melior*, 15. *Attic. Misera, Turpis*, 4. *in Catil. Miseranda, Antequ. ir. Perniciosa*, ep. *ad Brut. perspicua, pro Dom. præsens, pro Sest. Pristina, in Piso. Repentina, pro Cluent. Terribilis, Parad. Turpissima, pro Syll. vulgaris, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Mortem alicui afferre, offerre. Morte afficere. Mortem sibi consciscere. Morte oppetita, obita. Complorata morte risus insequitur.*

Morsvs, sus. *dentium ictus, vel rostri*, 2. Offic. 19. Fortuna cæteros casus rariores habet, à bestijs ictus, impetitus. 2. Tuscul. 53. Acer morsus doloris. & 4. Tuscul. 15. Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat. 2. Offic. 24. Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, quàm retentæ. Attic. lib. 12. epi. 19. Recordationes quasi morsu quodam dolorem efficiunt. 1. de Diui. 16. Quid aristolochia ad morsus serpentum possit. & 13. Herbæ ad morsus bestiarum. 5. Tuscul. 77. Certare pugnis, calcibus, vnguibus, morsu. de Fat. 36. Philoctetes vlceratus serpentis morsu. de Se. 51. Et contra auium minorum morsum, munitur vallo aristarum. 2. de Diuin. 63.

Cui ferus immani lacerauit viscera morsu.

2. de Fin. 94. & 2. Tusc. 19. Cui è viperino morsu venæ viscerum.

Veneno imbutæ tetros crucitatus cient. Poët.

✠ *Adiunc. Acer, Arat. Acriores*, 2. *Offic. Acer doloris*, 2. *Tusc. Acerrimus*, 3. *Tusc. Immanis*, 2. *de Diu. Viperinus*, 2. *de Finib. Vlceratus, de Fato.*

Mortalis, le. *dissolubilis, morti opportunus*. 3. de Natu. 32. Omne animal mortale & dissolubile est. de Vn. 36. Homines mortali conditione esse generatos. 14. I. A. 33. Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. de Sen. 80. Animum dum in corpore mortali est, viuere. & *Ibidem.* Animum non esse mortalem. 1. de Leg. 61. Quod in ijs mortale & caducum, quod diuinum æternumque sit. 1. de Natu. 20. Plato fecit mundum mortalem. 1. Off. 120. Fortuna nonnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videtur. pro Rab. P. 32. Nec me pœniter mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.

¶ *Homo.* pro Dom. 99. Quod senatus & populus Rom. & omnes mortales iudicarunt. I. P. 96. Omnes mortales omnium generum, ætatum, &c. 3. de Natur. 86. Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, &c. 2. de Finib. 7. Omnes mortales qui vbique sunt. 4. I. V. 190. Vt omnes mortales videre possint, &c. pro S. R. 95. Vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognosceretur. pro D. 59. Cum eius mœror inauditus omnibus mortalibus miserabilis videretur. de Ar. 56. Qui sit vnus omnium mortalium, sine vlla dubitatione deterrimus. Parad. 1. Quo beatius esse mortali nihil potest. Antequam 29. Miserrimi mortalis casum subire. pro Flac. 40. Quem nemo qui mortalis esset, audiuit. 4. I. V. 107. Nemo omnium mortalium. 7. Ver. 178. & 1. Verr. 5. Defendo multos mortales. pro S. R. 11. Quæ sit omnium mortalium expectatio, vides.

☞ Syntaxis. *Morsus acer, viperinus. Mortale ac dissolubile. Mortale & caducum. Mortales inimicitiæ. Mortalium omnium expectatio.*

Mortalitas, tis. *mortalis vitæ conditio, naturæ communis fragilitas*. 1. de Natur. 26. Omne quod ortum est, mortalitas consequitur. ad Octa. Supra mortalitatem tuam tibi sunt omnia tributa.

Mortifer, a, um. *mortem afferens, perniciosus, pestifer*. 1. de Diu. 63. Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. 1. Tusc. 7. Mortiferum poculum. pro Sest. 44. Plaga insanabilis illa mortifera. in Vat. 20. Plaga mortifera. pro Syll. 73. Accepit P. Sylla vehemens & mortiferũ vulnus. 2. de D. 62. Emissio maris anguis erat mortifera Corneliæ, 4. Ac. 120. Cui Deus mortifera tam multa terra mariq́ue dispersérit. 2. de Leg. 13 Præcepta, quæ imperiti pro salutaribus mortifera conscripserunt.

☞ Syntaxis. *Mortifer & grauis morbus. Plaga mortifera, vulnus, poculum.*

Mortvvs, a, um. *morte deletus, sensu ac vita carens, qui nusquam est, qui ex hac vita migrauit, è vita excessit, consumptus.* Atti. lib. 12. ep. 27. Amo illum mortuum, tutor sum liberis. 2. de Leg. 60. Homini mortuo ne ossa legito. 1. de Orat. 245. Si causam ageres militis, patrem eius dicendo à mortuis excitares. pro Quint. 49. Is non modò ex numero viuorum exturbatur, sed etiam si fieri potest, infra mortuos mandatur. Postquam ad Quir. 10. Infra omnes mortuos mandatus esset. pro Mil. 76. Inferre mortuum in domum alicuius. I. P. 88. Cum tu quòd tibi succederetur, exsanguis & mortuus concidisti. de Sen. 27. Athletæ senis lacerti mortui sunt. de Cla. 43. Themistocles veneno poto mortuus concidit. Q. fr. li. 1. ep. 3. Quædam effigies spirantis mortui. pro Milo. 92. Excitare aliquem à mortuis. Att. lib. 2. ep. 19. Cum Cæsar venisset mortuo plausu.

✠ *Adver. Breui posteà*, 7. *In Ver. Inteſtatò*, 3 *In Verr. Omninò, pro Clu. Proximè*, 2. *Philip.*

☞ Syntaxis. *Exsanguis & mortuus concidit æger. Plausu mortuo.*

Mos, moris. *consuetudo, institutum, disciplina, vsus, ritus, modus*. 1. de Or. 84. Hic enim est mors patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando. de Clar. 84. Mos est hominum, vt nolint eundem pluribus in rebus excellere. 7. I. V. 64. Cum omnes, vt mos est, vi fieri solet, concurrerent. & 27. Nam vt mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur. 1. Acade. 1. Vt mos amicorum est. 3. I. V. 66. Tum ille negauit moris esse Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres. Ep. lib. 12. ep. 17. Sed quia mos est ita faciendi, rogo. 2. Off. 66. Quod in patrijs est moribus, multorum causa gratuitò defendere. 2. contra Rul. 1. Est hoc in more positum institutóque maiorum, vt ij qui, &c. Attic. lib. 13. epi. 19. Quæ autem his temporibus sctipsi, Aristotelicum morem habent. 1. Off. 129. Nostro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. 1. Off. 148. Quæ more aguntur institutisque ciuilibus. pro Mur. 1. More institutoq; maiorum, &c. pro Cec. 2. Causam more institutoque omnium defendi, pro Qu. 63. Ita tamen more & instituto per Tribunũ. 1. Offic. 148. Contra morem consuetudinemque ciuilem aliquid facere. pro Ce. 96. Non mos cõsuetudóque seruata. pro Ce. 2. Vis moribus facta. & 20. Vt de fundo Cecinna moribus deduceretur. *id est, more & consuetudine.* & 27. Vt moribus deductio fieret. 3. de Orat. 133. Et nostro more aliquando, non Rhetorico loquamur. 2. contra Rull. 26. Iam hoc inauditum, & planè nouo more vti, &c. de Clar. 132. Non antiquo illo more, sed hoc nostro eruditus. pro Cec. 36. Prætor quemadmodum more & exemplo opitulari possit, non habebit. 4. I. V. 67. Hoc iniecto metu iudicibus nullo more, nullo exemplo, ecquam rem putatis esse? &c. Atti. lib. 10. ep. 6. Pompeius Syllano more exemplóque vincet. Orat. 27. Inclinata vlulantique voce Asiatico more canere. & 207. Placet dici omnia Isocrateo Theopompeóque more. de Vn. 1. Multa sunt à nobis in Academicis, Carneadeo more & modo disputata. 1. de Diuin. 88. Cæteros vmbratum vagari modo. pro Cæl. 33. Agere illo austero more & modo. pro Mur. 72. Hoc ab eius amicis more & modo factum est. 4. I. V. 9. Humano modo, vsitato more. Epist. li. 8. ep. 5. Nam si hoc more moderari possemus vt, &c. Attic. lib. 14. ep. 4. Nostro more, ne patiamur intermitti literas. pro Flacc. 14. Quæ accusatorio iure & more sunt facta. Epistol. lib. 11. epistol. 29. Etsi more magis hoc quidem scribo, quàm quo te admonendum putem. pro Cæl. 38. More meretricio viuere. 1. de Inu. 2. More bestiarum vagari. pro Quint. R. 56. Nisi fortè tu peruerso more id facis. 1. Tusc. 30. Vitioso more effici quidpiam. 1. de Orator. 107. Non grauabor breuiter meo more quid quaque de re sentiam dicere. 2. de Fin. 15. Suo more loqui. & *ibid.* Voluptas in corpore, omnium Latinè loquentium more ponitur. de Orat. li. 112. Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in vsu atque hominum more & sermone versatur. de Senect. 5. Gigantum more bellare cum dijs. 3. I. V. 66. Fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur. Orat. 46. Ad morem dicendi rhetorum exercere aliquem, &c. Horten. In morem Salium. 1. Offic. 64. Apud Platonem est, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi. pro Flac. 15. O morem præclarum, & disciplinam, quam à maioribus accepimus. 2. de Inu. 162. Perducere aliquid in morem. 2. de Orato. 122. Qui hoc

primus

primus in mores noſtros induxit. & 3. de Orat. 93. Græcorum prudentiam poſſe ad noſtrum morem vſumq; transferri. 5. Tuſ. 11. Quem morem cùm Carneades tenuiſſet, &c. 2. de Finib. 1. Retinere morem, & reuocare morem. Epiſt. lib. 5. ep. 20. Mos antiquus manet. Part. 62. Ius in natura ſit, an in more. 1. de Inuent. 35. Apud quos, quo more, cuius arbitratu ſit educatus. 1. Acad. 37. Vitus natura, vel more perfecta. Att. lib. 2. ep. 16. Vtrique à me mos geſtus eſt. Epiſt. lib. 2. ep. 17. Sed tibi morem geſſi. pro Qu. 9. Alicuius ſtudio ac cupiditati morem gerere. 1. de Or. 105. Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus, Craſſe. pro Flac. 62. Lacedæmonij, qui ſoli iam tot annos vnis moribus & nunquam mutatis legibus viuunt. Epiſt. lib. 12. ep. 27. Temperati moderatique mores. Att. lib. 16. ep. 16. Tua ſingularis humanitas, ſuauiſſimiq; mores. Ep. lib. 2. ep. 5. Mores perditi. Att. lib. 6. ep. 1. Dionyſius mihi quidem in moribus eſt, pueri autem aiunt eum furenter iraſci. 5. de Finib. 12. Ariſtoteles & eius filius Nicomachus, cuius accuratè ſcripti de moribus libri, dicuntur eſſe, Ariſtotelis. & 4. de Finib. 5. Philoſophiæ pars, qua mores conformari putantur. pro Sex. Roſc. 38. Mores feros immanémque naturam alicuius oſtendere. Qu. fr. lib. 1. ep. 3. Deſidero filiam, effigiem moris, ſermonis, animi mei. 2. de Orat. 184. Mores oratoris effingit oratio. & *ibid.* Exprimere oratione mores alicuius iuſtos, integros, religioſos, timidos, perferentes iniuriarum. pro S. R. 109. Totam vitam, naturam, moréſque alicuius cognoſcere. pro Cor. 43. Cæſar. inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus diſciplináque deleuit. 1. Offic. 118. Plerunque parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moremque deducimur. & 3. Offi. 44. Præclarum à maiorib. accepimus morem rogandi iudicis, ſi ea teneremus, quæ ſalua fide facere poſſit. I. P. 30. Lex contra omnes leges nullo ſcripta more. 2. I. A. 69. Quid vnquam domus illa viderat, niſi pudicum? niſi ex optimo more & ſanctiſſima diſciplina? Parad. 5. Suis quiſque fingitur moribus. 2. de Leg. 23. Tamẽ hæc erant ferè in more maiorum, qui tum vt lex valebat. pro Deiot. 28. Imitari potius aui mores diſciplinamque debebas. 2. de Leg. 40. Oraculũ editum eſt, eas potiſſimùm religiones tenendas eſſe, quæ eſſent in more maiorum. in L. Piſon. Qui colore ipſo patriam aſpernaris, oratione genus, moribus nomen. Hort. Quantum inter ſe homines ſtudiis, moribus, omni vitæ ratione differant. *ibid.* Imitator, vt ſibi quidem videtur, naturæ mos vindicat.

✠ ADIVNC. *Accuſatorius, vni, & nunquam mutati, pro Flac. amabiles, 1. Famil. Antiquus, perditi, 5. Famil. Antiqui, 5. de Rep. Auſterus, meretricius, pro Cæ. Boni, patrius, de Senec. Boni, & modeſtiores, ad capiẽda præcepta meliores, Hort. Ciuilis, 1. de Inuent. Commodi improbi, imperitique vſitatus, 4. in Ver. Communis, 4. de Finib. Communis verborum, Orat. Conſcius, inſulſus, & nouus, 4. Attic. Corrupti, patrij, 2. Offic. Diſpares, facillimi, de Amic. Domeſticus, varij, 2. de Finib. Domeſtici, 2. de Nat. externi, Top. Faciliores, 1. Offic. Feri, pro Seſt. Gratiſſimi, & humaniſſimi, 13. Fam. Immanes, & barbari, vetus, in Vat. Humanior, de Clar. Iuſti, integri, religioſi, timidi, perferentes iniuriarum, 3. de Orat. Mali, 3. Tuſc. Maior, ruſtici, ſerij, pro Sext. Roſc. Malus, 5. Tuſc. Modeſtiſſimi, vetus Officij, pro Plan. Noti, pro Deiot. Nouus, 7. In Ver. Optimi, 5. In Ver. & 2. Philip. Patrius Academiæ, 2. de Orat. Peruerſus, pro Quin. Roſc. Com. Præclarus, regius, 6. in Ver. Priſtinus, pro Mil. Reconditi, 1. de Legib. Rhetoricus, 1. de Ora. Seueriſſimi, de Prou. Suauiſſimi, 16. Att. Suauiſſimi, atque optimi, 3. Philip. Temperati, moderatique, 12. Famil. Vetuſtus, Arat. Vitioſus, 1. Tuſc. vtiles, aut inutiles, 2. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Mos eſt, moris eſt Græcia. Hoc eſt in more poſitum. Mos & inſtitutum patrum. Mos & conſuetudo. Id factum eſt moribus. Id eſt, vt mos eſt. Vincere alicuius more & exemplo. Carneadeo more, & modo. Hoc factũ eſt, more & modo. Humano modo, vſitato more loquor. Hoc potius more ſcribo, quàm vt cohorter. Facere more peruerſo, vitioſo. Exercere ad morem dicendi Latinorum. In morem aliquid perducere, inducere. Ad morem ſuum transferre. Morem tenere, retinere, reuocare, manere. Alicui morem gerere. Viuere vnu moribus. Temperati mores, perditi. Ille mihi in moribus eſt* id eſt, bene moratus. *Conformare alicuius mores. Mores iniuratum perferentes. Omnia ſunt hic ex optimo more, & ſanctiſſima diſcipina. In more maiorum id non fuit.*

MOSHESTIA, æ. *vrbs, quam Græci* μόψιστιον *vocant.* L. MOPSVHESTIA.

MOTIO, onis. *commotio, motus.* de Fat. 43. Qui protruſit cylindrum, dedit et principium motionis, voluibilitatem autem non dedit. 2. de Nat. 52. Ex diſparibus motionibus magnum annum conſici. de Vn. 27. Orbium motio tranſuerſa.

¶ *Affectus.* 1. Acad. 32. Animi motiones atque rationes. 1. Tuſ. 22.

✠ ADIVNC. *Continuata & Perennis, 1. Tuſc. Diſpares, 2. de Nat. Suaues, 3. Tuſc. Tranſuerſa, de Vni.*

MOTVS, tus, *motio, momentum, agitatio, puſſus, impulſus.* de Vn. 17. Deus motum dedit cœlo, eum qui figuræ eius ſit aptiſſimus. de Som. 9. Orbes qui verſantur retrò cõtrario motu atque cœlum. & *ibid.* 21. Quod animal eſt, id motu cietur interiore. 2. de Diu. 10. Sol, Luna, quem motum habeat. 2. de Nat. 23. Omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitatur motu ſuo. 3. de Nat. 27. Natura omnia ciens motibus mutationibuſque ſuis. 4. Aca. 119. Tantum motum mutationémque moliri. 2. de Diuinat. 94. In maximis motibus mutationibuſque cœli. 3. Tuſc. 53. Eo enim erant vultu, oratione, omni reliquo motu & tratu, vt eos Argiuos diceres. 2. de N. 32. Motus principium ab animis eſſe ductum. 1. de Diu. 70. Pars animi, quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habet, de Vn. 41. Vt ſex motib. vehereturiantè & poné: nã & ad dextram & ad læuam, & ſurſum & deorſum. de Fat. 22. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, cum declinat atomus interuallo minimo. & 23. Eſſe quendam motũ animi volũtarium. de Sen. 78. Cum animus ſemper agitetur, nec principium habeat motus, quia ipſe ſe mouet, nec finem quidẽ habebit motus. 1. Offic. 130. Nam palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. Hortenſ. Cuius *voluptatis.* motus vt quiſque eſt maximus: ita eſt inimiciſſimus philoſophiæ.

¶ *Affectus, commotio, perturbatio.* 1. de Orat. 220. Animorum motus aut iudicibus, aut populo dicendo miſcere atque agitare. & *ibid.* Philoſophi quidam omninò motus negant in animis vllos eſſe debere. 1. Offic. 131. Elaborandum eſt, ne animi motus à natura recedat. & *ibid.* 132. Motus animorum duplices ſunt: alteri cogitationis, alteri appetitus. 1. Offic. 136. Vt perturbationes fugiamus: id eſt, motus animi nimios, rationi non obtemperantes. 2. de Offi. 18. Motus animi turbati, quos Græci πάθη vocant. de Clar. 93. Cum omnis motus animi tanquam ventus hominẽ defecerat. de Vn. 38. Ira, & mens, & reliqui motus animi. 2. de Diu. 128. Nunquam animus agitatione & motu vacuus eſſe poteſt. 2. de Fin. 10. Res quæ dulcem motum afferunt ſenſibus. & *ibid.* Tum eſſe in motu voluptatem. & 16. Sic enim appellat hãc dulcem in motu, illam nihil dolendi in ſtabilitate. 1. de Orat. 17. Omnes animorum motus pernoſcendi. 1. de Orat. 113. Animi atque ingenij celeres quidam motus eſſe debent, qui, &c. Orat. 134. Motus cogitationis celeriter agitatus.

¶ *Concurſus, turba, tumultus, impetus.* pro Flac. 94. Videtis in quo motu temporum, quanta in conuerſione rerum ac perturbatione verſemur. 2. de Diu 122. Maiores enim quàm vlli inſani efficerent motus ſomniantes. 2. I. C. 26. Is omnes motus Catilinæ conatuſque prohibuit. Poſtq. ad Quir. 10. Nullus in eorum reditu motus municipiorum factus eſt. 2. de Orat. 199. Si quis motus populi factus eſt. pro Dom. 142. Totius Italiæ magnificentiſſ. ille motus municipiorumque concurſus. pro Flac. 23. Motus quidam temeratius Græculæ concionis. 2. I. C. 4. Qui nullum reip. Motum afferre poterant.

MOTVS, a, um. pro Cec 37. Si ne quidem loco motus fueris.

✠ ADIVNC. *Acerrimus, 2. de Orat. Accommodati ad naturam, & apti, duplices, nimij, repentinus, 1. Offi. Admirabilis, certus, & æquabilis, conſtantes. Externi, Finitus & æquabilis, igneus, neceſſarij, 2. de Nat. Alienus, aſper, 2. Tuſc. Aduerſi, contrarij, inimicique rationi, Opinabilis, & voluntarius animi, Turbidi, 4. Tuſc. Aptiſſimus figuræ, vehemẽtior, de Vniuer. Celer, Arat. Celeres, ad excogitandum, acuti, ad explicandum, vberes ad memoriam, firmi, atque diuturni, Oratorius, ac potius leuis, 1. de Orat. Celer, & difficilis, Plenus alicuius rei, venuſtus corporis, de Clar. Certus, 3. de Finib. Certus, & neceſſarius, Coniunctus ſenſui, & continens, Inanis animi, incertus cæli, 1. de Orat. Conſtantiſſimi Lunæ, incredibilis, liberi, maximi, 2. de Diuin. Contrarius, de Som. Deformis, flexi, Fractique, Soluti ac vagi, 5, de Fin. Diſpares, interſe, diſſimilimi, interior, ſempiternus, Turbidus, varij. 1. Tuſc. Diuinus animi, Orat. Dulcis, iucundus, 1. de Finib. Non impotentes animi, Part. Non intẽperantes ratione animi, 3. Tuſc. Inferiores, 3. ad Qu. frat. Magni, 5. Attic. Magnificentiſſimus, pro Dom. Magnus, pro Planc. maximus, tantus, & tam præclarus naturæ, pro Mil. Minimus, 4. in Cat. Natalis, 2. Aca. Nimius, 2. In Catil. Noui, pro Sex. Roſc. Nouus, pro Mur. Nouus, tantuſque, de Aruſp. Odioſiores, paleſtrici, 2. Offic.*

pronus, obliquus, ſupinus, Solutus, & liber voluptres, 1. *de Diuin. Reliquus, turbulenti, vagi*, 5. *Tuſc. Tantus, & tam repentinus*, 10. *Fam. Temerarius, pro Flac. voluntarius de Fato. vtilis*, 3. *Attic.*

☞ Syntaxis. *Motum dare corpori. Retro contrario motu verſatur cœlum. Motu ſuo cieri & agitari. Cientur cuncta motibus, & mutationibus ſuis. Animi motus, & agitatio. Motus cogitationis celeriter agitatus. Catilinæ motus. Italiæ magnificentiſſimus motus. In peßimo temporum motu ſumus.*

MOVENS, tis *quod eſt in motu*) (. *ſtans, manens*. 2. de Finib. 31. Summum bonum puer vtra voluptate dijudicabit? ſtante, an mouente.

MOVEO, es. *cieo, agito, pello, impello, verſo, ago*. 2. de Diuin. 89. Significri orbis vnamquamque partem, aliam alio modo mouere atque immutare cœlum, perinde vt quæque ſtellæ in his finitimiſque partibus ſint quoque tempore. Qu. fr. lib. 2. ep. 3. Vrgere illi vt loco nos mouerent.

¶ *Remoueo, amoueo*. 1. de Diu. 77. Cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet mouere loco.

¶ *Abduco*. 2. I. A, 52. Mouere aliquem de ſententia.

¶ *Arceo*. pro Clu. 122. Mouere aliquem ſenatu. 2. de Orat. 272. Mouere aliquem tribu. 3. de Offi. 76. Vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat.

¶ *Muto*. 2. de Off. 81. Quinquaginta annorum poſſeſſiones mouere non nimis æquum putabat.

¶ *Diſcedo, cum pronomine*. 6. in Ver. 40. Mouere caſtra ex aliquo loco, & vaſa colligere. Epiſt. li. 5. ep. 21. Ne te moueas iſtinc tam infirma valetudine. Attic. lib. 9. ep. 1. Poſtquam ille Canuſio mouerat. & li. 4. ep. 9. Ego me de Cumano moui ante diem &c.

¶ *Vexo, ſollicito*. ad Att. lib. 16. ep. 3. Multa me mouent in diſceſſu, in primis quòd, &c. Att. lib 9. ep. 19. Neque illud me mouet, &c.

¶ *Cogo, hortor*. Epiſt. li. 1. ep. 7. Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis eſſe videatur, illa me cauſa mouet. Attic. lib. 11. ep. 5. Quæ me cauſæ mouerint, quàm acerbæ, quam nouæ, non queo ſcribere.

¶ *Inuito, allicio*. 1. Offi. 98. Pulcritudo corporis mouet oculos & delectat. & *ibid.* Decorum mouet approbationẽ eorum, quibus cum viuitur.

¶ *Excito, efficio*. de Leg. lib. 2. Eam petitionem comparaſti, quæ & riſus & querelas moueret. 1. de Or. 228. Qui patris clariſſimi recordatione & memoria fletum populo moueret. 3. de Finib. 49. Quia cogitationes comprehenſionéſque rerum, è quibus efficiuntur artes, appetitiones mouent. Part. 114. Quæ quidem vel maximè ſuſpicionem mouent. 2. de Orat. 254. Sed admirationem magis quàm riſum mouet. Attic. lib. 2. ep. 14. Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli? Orat. 236. Orator non approbationes ſolùm, ſed admirationes, plauſus, clamores mouere debet. pro Mur. 18. Mouere ſtomachum alicui. 1. de Fin. 2. Veritus ne mouere hominum ſtudia viderer, retinere non poſſem. pro Q. Gall. Quantos is plauſus & clamores mouet?

✠ ADVERB. *Coniunctè riſum, valdè*, 2. *de Orat. leuiter ſenſum, permultum*, 3. *de Orat. longius caſtra, ad Octa. magnoperè*, 12. *Attic. Mirabiliter homines*, 7. *Att. Neceſſariò, de Vniuer. Omnino animos, in Part. Paulo ſe extra numerum, Parad. Vehementius, de Clar.*

MOVEOR, ris. *agor*. 2. de Nat. 32. Ex ſe & ſua ſponte moueri *ibid.* 58. Vt noſmetipſi, qui animis mouemur & ſenſibus. *ibid.* lib. 3. 92. Hominum membra nulla contentione mentis ipſa ac voluptate mouentur. de Fat. 24. Atomos per inane moueri grauitate & pondere. 2. contra Rull. 56. Sed moueri poſſeſſionibus amiciſſimis ſedibus ac diis penatibus negant oportere. Epiſt. lib. 4. ep. 9. Non eſt porrò tuum, vno ſenſu oculorum moueri. pro Deiot. 21. Mouebar animo, & de ſalute populi Rom. extimeſcebam. Qu. fra lib. 2. ep. 3. Itaque magnæ mihi res moueri videbantur. Att. lib. 8. ep. 23. Nec me conſules mouent, qui ipſi pluma aut folio faciliùs mouentur. 2. de Or. 189. In commouendis iudicib. iis ipſis ſenſib. ad quos illos adducere volo, permoueor. * Hortenſ. Quis tantus eſt gurges, qui dies & noctes ſine vlla minimi temporis intermiſſione velit ita moueri ſuos ſenſus, vt mouentur in ſummis voluptatibus?

✠ ADVER. *Acutè*, 15. *Fam. Conſtanter, placidè*, 4. *Tuſc. Dulciter, iucundè ſenſus*, 2. *de Finib. facilius epiſtola, pro Flac. Facilius pluma, vehementer*, 8. *Attic. Fortuitu, immoderatè, Velociſſimè, de Vniuer. Inaniter, Verè*, 4. *Acad. liberè, ſolutè, variè*, 2. *de Diuin. Magnoperè*, 2. *de Orat. Maximè nobilitate, pro Syll. Mediocriter*, 3. *de Nat. Non ita valdè*, 2. *de Nat. peracutè*, 1. *Acad. Tardius*, 2. *de Nat.*

☞ Syntaxis. *Mouere aliquem de ſententia. Senatu mouere. Stomachũ mouere approbationes, plauſus, clamores, querelas, riſus, fletum, ſuſpicionem, expectationem. Mouere caſtra ſe ex aliquo loco. Hoc nihil me mouet. Hæc me cauſa mouit. Ex ſe ſuáq; ſponte moueri. Animo ſenſibuſque moueri. Moueor animo, & extimeſco. Magnæ nunc res mouentur. Vires igitur habet hoc verbum impellendi, auferendi, excitandi, ſolicitandi, ac perturbandi.*

MOX. *quam mox, ſtatim*. Att. li. 10. ep. 4. Præteriit villam meam Curio, iuſſitque mihi nunciari, mox ſe venturum. 1. I. C. 4. Nox nulla interceſſit, mox interfectus eſt. 2. de Inu. 85. Nõ neceſſe eſt expectare, quin mox iudicium fiat. 4. de Fin. 8. De ſummo bono mox, vt dixi, videbimus, 1. de Diu. 47. Diſcedo paruiperà ſomniis, ad quæ mox reuertar.

MVCRO, onis. 3. in Cat. 2. Ijdem gladios in rempub diſtrictos retudimus, mucronéſque eorum à iugulis noſtris reiecimus. 14. in Ant. 6. Et dubitare, vtrum mucrones noſtrorum militum in ciue, an in hoſte figantur. pro Cl. 123. Cenſorius ſtylus, cuius mucronem multis remediis maiores noſtri retuderunt. 3. de Leg. 21. Clodius mucronem tribunitium exacuit in nos. pro Cec. 84. Hic eſt mucro defenſionis tuæ.

✠ ADIVN. *Cruentus*, 2. *in Catil.. Tribunitius*, 3. *de Leg.*

☞ Syntaxis. *In ciue mucrones figi. Cenſorij ſtyli mucro. Tribunitium acuere mucronem, defenſionis.*

MVGINOR, aris. *cunctor, moror, & fortè quod alij boni autores dicũt* MVSSO: *id eſt, taceo, & diſſimulo*. Att. lib. 16. ep. 12. De Ocella, dũ tu muginaris, nec mihi quicquam reſcribis, cepi conſilium domeſticum.

MVGIO, gis. *clamor boum eſt mugitus*. 4. ad Her. 43. Vagire, mugire, murmurare, ſibilare.

MVGITVS, tus. *boum à ſono ficta vox, vt etiam mugire*. 1. de Diu. 35. Terræ mugitus. *tranſlatio eſt.*

MVLA, læ. 2. de Diu. 49. Mulæ partus à te prolatus eſt: res mirabilis propterea, quia non ſæpe fit. & lib. 1. 35.

MVLCEO, ces: mulſi, mulſum. *permulceo, lenio*. in Arat.

Vt res nulla feras poßit mulcere procellas. & ibid.

Hæc angens anima vitali flamine mulcet.

MVLCEOR, ris. in Arat.

——*Huic ceruix dextra mulcetur Aquarij.*

MVLCIBER, bri. *Vulcanus*. 2. Tuſc. 23. Iouiſque numen Mulcibri adſciuit manus. Poetæ.

MVLCTA, æ: vel MVLTA, *pœna*. pro Cec. 98. Noſtri ciues ſæpe in colonias profecti ſunt aut ſua voluntate, aut legis mulcta, quam ſufferre non poterant. 4. I. V. 25. In cuius teſtamento quodam loco ſi commiſſum quid eſſet, mulcta erat Veneri. de Cla. 131. L. Caſilenus ab L. Sabellio mulctam lege Aquilia de iuſtitia petiuit. de Opt. 22. Aeſchines à Cteſiphonte mulctam petiit. 11. Phi. 18. Craſſus conſul Pont. Max. Flacco collegæ Flamini Martiali mulctam dixit, ſi à ſacris diſceſiſſet: quàm mulctam populus Romanus remiſit. pro Rab. 8. Illud quod eſt in eadem mulctæ irrogatione perſcriptum. 1. I. A. 12. Quis vnquam tanto dãno ſenatorem coegit? aut quid eſt vltra pignus, aut mulctam? pro Mil. 37. Irrogare mulctam alicui. Ep. li. 5. ep. 20. Vt mulcta tam grauis T. Mario depelleretur.

✠ ADIVNC, *Tam grauis*, 5. *Fam.*

MVLCTATIO, onis. *direptio*. pro Rab. 16. Miſera mulctatio bonorum, miſerum exilium.

✠ ADIVNC. *Miſera, pro Rab.*

MVLCTATVS, a, um. *lege iudicioq; condemnatus*. pro Cecin. 100, In nulla lege noſtra reperietur, maleficium vllum exilio eſſe mulctatum. 4. in Ver. 21. Hæredem iuſſum eſſe facere, &c. niſi fecerit, Veneri Ericinę eſſe mulctatum. pro Font. 2. Galli à ſenatu agris vrbibusque mulctati ſunt.

¶ *Malè acceptus, non iudicio*. de Cl. 88. Addebat etiam, ſcriptores illos malè mulctatos exiſſe cum Galba. *id eſt, malè acceptos, aut affectos*. 6. I. V. 94. Qui primò, cum obſiſtere conarentur, malè mulctati clauis ac fuſtibus repelluntur. pro Mil. 38. Qua in turba C. Vibannius ita eſt mulctatus, vt vitam amiſerit. 3. in Ver. 14. Multos crudeliſſimè per vim morte eſſe mulctatos.

¶ *Perditus*. pro R. P. 2. Cum ab ipſa fortuna crudeliſsimè videat huius conſilia eſſe mulctata.

✠ ADVERB. *Crudeliſsimè, Quã-minimè, 3. in Ver. Crudeliſsimè, pro C. Rab. Ita vt, non parum, 5. In Ver. Non ita, 11. Phil. & pro Sex. Roſc. Malè, 6. in Ver. & de Cla.*

MVLCTO, as. *afficio, punio*. pro Cornel. 42. Populus Gaditanus hunc mulcta & pœna mulctauit. 1. Tuſ. 50. Qui animos noſtros quaſi capite damnatos morte mulctant. 1. I. C. 28. Perſæpè priuati pernicioſos ciues morte mulctarunt. 2. In Cat. 4. Si illũ, vt erat meritus, morte mulctaſſem. pro Seſt. 58. Maiores noſtri Antiochum Aſia mulctarunt. 2. cont. Rull. 34. Liberos populos agris mulctandi ſumma poteſtas datur. Poſto. in Sen. 33. Quòd ſi mihi æternam eſſe propoſitam ærumnam arbitrarer, morte me ipſe potius, quam ſempiterno dolore mulctaſſem. pro Lig. 12. Sylla

quo

quos oderat, morte mulctabat. pro Clu. 29. Hunc leges exilio, natura, morte mulctarunt. Anteq. 22. Si exilio mulctabunt corpus. 1. Tusc. 100. Ego verò illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna mulctauerit, quam sine mutatione & sine versura possem dissoluere.

MVLCTOR, ris. 1. de Or. 194. Vitia hominum atque fraudes dānis ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte mulctātur. de Pro. 38. Mulctari imperatorem diminutione prouinciæ, contumeliosum est. Epist. lib. 6. ep. 7. Stultitia mulctatur fama. 5. Tusc. 107. At mulctantur bonis exules.

☞ Syntaxis. *Hanc legis mulctam sufferre non possum. Mulctam ab aliquo petere. Mulctam alicui dicere, remittere. Depellere mulctam alicui, & irrogare. maleficium exilio mulctatum. Mulctatus & malè mulctatus id est, malè acceptus. Consilio & fortuna mulctata. Agro & vrbe mulctatus. Mulcta & pœna mulctatus, morte prouincia, Italia. Se morte mulctare. id est,* sibi manū inferre. *Mulctari prouinciæ diminutione.*

MVLGENS, tis. in Arat. *Igniferum mulgens tremebundis æthera pēnis. alter, Mulcens.*

MVLIEBRIS, bre. *quod est mulieris, mollis.* 1. Off. 130. Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. pro Mil. 28. Muliebri & delicato ancillarum puerorumque comitatu. 2. de Inu. 1. Excellens muliebris formæ pulchritudo. 1. Off. 61.

Vos etenim iuuenes animum gestis muliebrem.
Illaque virgo viri.

ex Ennio. 3. de Or. 38. Vox muliebris. pro Cæl. 67. Et muliebre bellum. 2. Tusc. 15. Eneruata muliebrisque sententia.

MVLIEBRITER. *effœminatè.* 2. Tusc. q. 48. Si se lamentis muliebriter lacrymisque dedet, vinciatur. & 55. Ne quid seruiliter muliebriterue faciamus.

☞ Syntaxis. *Muliebris formæ pulchritudo.*

MVLIER, ris. *fœmina generis humani.* pro Mur. 27. Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerunt. pro Cec. 72. Quod mulier sine tutore autore promiserit, non deberi. 2. de Leg. 29. Vt sentiant omnes mulieres, in natura fœminarum Deum castitatem pati. 2. de Leg. 59. Mulieres genas ne radunto, néue lessum funeris ergò habento. *verba legis. XII. tab.* Tusc. lib. 5. 78. Mulieres in India, cum est cuiusque earum vir mortuus, in certamen, iudiciumque veniunt, quam plurimùm ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptæ, quæ est victrix, ea læta prosequentibus suis, vnà cum viro in rogum imponitur; illa victa mœsta discedit. 2. de Leg. 37. Mulierum famam vt multorum oculis lux clara custodiat, diligentissimè sanciēdum est. 2. de Leg. 22. Mulierum nocturna sacrificia ne sunto, præter olla quæ pro populo ritè fient, néue initianto, nisi vt aflolet Cereri Græco sacro. 3. de Or. 39. Mulieres in sermone incorruptam antiquitatem facilius, quàm viri conseruant. 14. Fam. ep. 18. Sed rursus illud me mouet, quòd video omnes bonos abesse Roma, & eos mulieres suas secum habere. pro Clu. 184. Mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur. Oecon. 1. mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam facerat inhabilem, domestica negocia curanda tradidit natura.

✠ ADIVNC. *Aegra, Beatissimæ, miserrima, 3. Attic. Aliena, beata, ac nobilis, dissimilis alicui, dies, Immoderata, ingeniosa, molesta alicui, non solum nobilis, sed etiam nota, proterua, temeraria, procax, irata, pro Cæl. Amēs, audax, pecuniosa, crudelis, Crudelis atque importuna, crudelissima, furiosa, non morbo sed scelere, grauida, imperita, importuna, libera, Nefaria, pro Clu. Auarissima, 5. Phi. Castiores, nobiles, perdiues, & nobilis. probatæ, & nobiles, 7. In Ver. Certæ, immundæ, insulsæ, indecoræ, 1. Att. Consularis, 2. Fam. Copiosa, & locuples, 5. In Ver. Digna, nobilis, pecuniosa, 3. In Ver Ignota, Parad. impudicissima, nobiles, & formosæ, 6. In Ver. Ingenuæ, locuples, pro Flac. Inornatæ, Or. Insana, 2. In Catil. Misera. 2. Phil. Miserrima, suauissima, & optatissima, 4. Fam. Nota, Cæl. 8. Famil. Quam optima, 1. de Inuēt. propinqua, 4. In Ver. Seditiosa, 2. Attic. Timida, 12. Fam.*

MVLIERARIVS, a, um. pro Cæl. 66. Mulieraria manus. *id est, multitudo à muliere in insidias collocata.*

MVLIERCVLA, læ. 2. in Cat. 23. Non suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? Ep. li. 4. ep. 5. In vnius mulierculæ animula si iactura facta sit. Ser. Sulpitij. 5. Tusc. 103. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ. de Amic 46. Ex eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm viri. 6. I. V. 47. Quæ fortitā vobis parua esse videantur, sed magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim, quum eripiuntur è manibus ea, quibus ad res diuinas vti consueuerūt. *id est, matronis pauperibus.* 2. Offi. 57. Bene etiam colligitur, hæc pueris, & mulierculis, & seruis, esse grata. 1. Tusc. 36. Frequens concessus theatri, in quo sunt mulierculæ & pueri, mouetur.

✠ ADIVNC. *Impura inter viros, 7. In Ver. Publicanæ, tæterrimæ, 5. In Ver.*

MVLIEROSITAS, tis. *cupiditas fœminea voluptatis, seu viri in mulieres amor.* 4. Tusc. 25. Vt mulierositas, vt ita appellem eam, quæ Græcis γυναικωτία dicitur.)(. *odium mulierum, quale in μισογυνίᾳ est.*

MVLIEROSVS, a, um. *mulierum appetens.* de Fat. 10. Stylphonem scribunt & ebriosum & mulierosum fuisse.

MVLIO, nis. *qui mulos agit.* Ep. lib. 10. ep. 18. Ventidius mulio Planci. * Incer. P. Ventidium mulionem castrensem suffarraneum fuisse. *Alij castrensis furnaria legunt.*

MVLIONIVS, a, um. *quod mulionis est.* pro Sest. 82. Mulionia penula.

MVLLVLVS, *mullus piscis.* Parad. 5. Aliquem summis populi beneficijs vsum barbatulos mullulos exceptantem de piscina, & pertractantem.

MVLLVS, li. Att. lib. 2. ep. 1. Nostri aūt principes digito se cœlum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sunt, qui ad manum accedant.

✠ ADIVNC. *Barbati, 2. Att.*

MVLSVM, si. *potio ex vino melleq; confecta.* 2. de Fi. 17. Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & qui illud sitiens bibat. 2. de Or. 282. Suadebat Cranius, vt mulsum frigidum biberet at ille, Perdam, inquit, vocem. pro Clu. 166. Dare venenum in mulso.

✠ ADIVN. *Dulce, 2. de Orat.*

MVLTATVS, vide MVLCTATVS.

MVLTIFARIAM, *multis locis.* 2. de Orat. 174. Aurum multifariā defossum. 1. de Leg. 40. Iudicia quæ quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt.

MVLTIFORMIS, me. *varius, diuersus.*)(. *vniusmodi.* 1. Acad. 26. Principes qualitates sunt vniusmodi & simplices: ex his autem ortæ, variæ sunt, & quasi multiformes.

MVLTIIVGES, gum. *multæ & variæ, multiplices, plures.* ad Att. lib. 14. ep. 9. Literas multiiuges accepi vno tēpore à Vestorij liberto.

MVLTIMODIS, *multis modis.* 3. de Orat. 216. *Multimodis sum circumuentus, morbo, exilio, atque inopia.* &c. Poetæ.

MVLTIPLEX, cis. *varius, copiosus.* de Sen. 52. Vitis serpens, multiplici lapsu & erratico. pro Fl. 6. Prætura iurisdictio res varia, & multiplex ad suspiciones & simultates. de Am. 66. Multiplex & tortuosum ingenium. 2. de N. 136. Aluus multiplex & tortuosa. pro Cæl. 14. Varia multiplexque natura. 1. de Or. 222. Magna multiplexque disciplina. 2. de Nat. d. 128. Quæ multiplices fœtus procreant, his mammarum data est multitudo. Ora. 12. Multiplices varijque sermones. de Cl. 119. Genus orationis vagum, fusum, & multiplex. 1. Acad. 17. Plato, qui varius, & multiplex, & copiosus fuit. 4. dd Her. 68. Anceps & multiplex verborum potestas in ambiguis. 5. Tusc. 11. Multiplex ratio disputandi. de Cl. 289. Corona multiplex. Attic. lib. 6. ep. 2. Sed est magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium, &c. 1. de Or. 8. Recondita in arte, multipliciq́ue versantur.

☞ Syntaxis. *Res varia & multiplex. Multiplex & tortuosum ingenium. Anceps & multiplex verbi potestas.*

MVLTIPLICABILIS, le. *multiplex.* 2. Tusc. 22.

Hæc interemit tortu multiplicabili draconem. Poetæ.

MVLTIPLICATVS, a, um. *auctus.* Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, vt multiplicata gloria discedamus. 1. Off. 139. Clarissimi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solùm, sed ignominiam & calamitatē retulit. Ep. lib. 10. ep. 8. Aucto exercitu, auxilijsque multiplicatis.

MVLTITVDO, inis. *frequentia, celebritas, turba, cœtus, caterua, chorus, populus, vulgus, corona, manus, colluuies.* 2 In Ver. 18. Cum maxima frequentia à multitudine domum reducebatur. 1. Offic. 65. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis vitiis non est habendus. 1. Off. 118. Alij multitudinis iudicio feruntur, quæque maiori parti pulcherrima videntur, ea maximè exoptant. 2. de Finib. 81. Sed tamen non grauissimum est testimonium multitudinis. 2. Tusc. 4. Philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consultò fugiens. 2. de Fin. 49. Etsi quando turpe non sit, tamen non est non turpe, cum à multitudine laudetur. 2. Tusc. 63. Itaque fama & multitudinis iudicio mouentur, vt id honestum putent, quod à plerisque laudetur: te autem etsi in oculis sis multitudinis, tamen eius iudicio stare nolim, nec quod illa putat, idem te putare pulcherrimum. 4. in Ver. 160. Quanta multitudo, quanta vis hominum, ad Brut. ep. 3. Nam tantæ multitudinis, quantum capit vrbs nostra, concursus est ad me factus.

¶ *Copia, vis.* 1. de Orat. 15. Magnitudo & varietas, multitudoque causarum, &c. Post Reditum ad Quirit. 5. Magnitudo multitudoque vestrorum beneficiorum. 4. In Cat. 20. Ego quāta manus

est coniuratorum hominum, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video. pro Dom. 89. Multitudo hominum cõgregata ex seruis conductis. pro Cecin. 33. Qui manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coegerit.

✠ ADIVNC. *Armata, pro Rab. Concitata, infinita, pro Mil. Domestica, infinita iniuriarum, tanta, 5. In Ver. Egens ac perdita, 1. Attic. Imperita, 3. In Ver. Imperita, & concitata, incredibilis hominum, Innumerabilis, pro Sest. Incredibilis, maxima, 2. de Nat. Indocta, pro Mur. Infinita, 2. Tusc. innumerabilis bonorum, post. ad Quir. Magna, multò maior, 10. Fam. Non minor, 1. de Nat. Miranda, 4. Attic. Repentina beluarum, 2. Offic. Splendidior, in Piso. Turpis inimicorũ, & infirma, contempta, & abiecta, 4. In Catil. Vniuersa, 4. in Ver. Vrbana, de Pet. Cons.*

☞ Syntaxis. *Magna multitudinis frequentia.*

MVLTO. *longe, multis vel omnibus partibus, non paulo, haud paulo, impendio, longo interuallo.* 1. de Orat. 11. Multò pauciores oratores, quàm poetæ boni reperiuntur. Attic. lib. 8. ep. 13. Ea cognoui cõmodiora esse multò, quàm vt, &c. Attic. lib. 12. ep. 22. Meoque iudicio multò stare malo, quàm omnium reliquorũ. 4. ad Her, 59. Expolitio adiuuat & exornat orationem, sed multò maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem. 2. de Orat. 59. Illud iam mitari desino, quod multò magis antè mirabar, hunc, &c. de Sen. 36. Nec verò corpori solum subueniendum est, sed etiam menti atque animo multò magis. pro Mil. 93. Atque haud scio, an multò etiam sit adiuuandus magis: etenim, &c. Attic. lib. 8. ep. 9. Multò minus mouebant minæ. 1. Offic. 157. Sic homines, ac multò etiam magis natura congregati, &c. 2. de Or. 139. Ac multò etiam. Postquam. in Senat. 3. Non multo post discessum meum. 1. in Cat. 15. Aut non pòst multò commissa.

MVLTVM, *valde, bene, sane, sanè quàm, ita, non parum, non paulum, nescio quid.* pro Quint. 3. M. Iunius in hac causa multùm & sæpè versatus. 3. de Leg. 33. Res multùm ac sæpe quæsita. Attic. lib. 8. ep. 21. Multùm mecum municipales homines loquuntur. 7. I. V. 114. Longè omnes multumque superare. 2. de Diu. 1. Quærenti mihi, multumque & diu cogitanti, quànam re possem, &c. 1. de Orat. 152. Diu multúmque scriptitare. & Att. lib. 4. ep. 12. Libri diu ac multùm in manibus fuerunt. pro P. Opp. Multum posse ad salutem alterius, honori multis fuit.

☞ Syntaxis. *Multò magis, maximè malo. Multo etiam est adiuuandus magis. Non post multò. Longè omnes, multumque superare. Diu ac multùm.*

MVLTVS, a, um. *multiplex.* 2. de Nat. 138. Venæ crebræ, multæque toto corpore intextæ sunt. & 137. Per venas admodum multus. 1. de Orat. 222. Multæ, copiosæ, variæque rationes. & lib. 2. 214. Multa, & varia, & copiosa ratione. 1. de Inuent. 6. Multæ & magnæ res. Epist. lib. 3, ep. 8. Cum tu tam multis verbis ad me scripsisses. 2. de Natur. deor. 92. Hi tanti ignes, tamque multi. 1. de Orat. 37. Quorum multa. pro Syll. 73. Hæc diu, multùm, & multo labore quæsita, vna eripuit hora. de Arusp. 62. Cum quibusdam multis metuendisque rebus. de Senect. 59. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. 4. I. V. 154. Non minus multas statuas posuit, quàm abstulit. Epist. lib. 7. ep. 14. Minus multa. de Clar. 273. M. Calidius, qui non fuit orator vnus è multis, potius inter multos propè singularis fuit. & *ibid.* 333. Vt numerarer in multis. 1. Offic. 109. Vt vnus de multis esse videatur, 2. de Fin. 66 Tenuis L. Virginius, vnusque de multis. Epist. lib. 4. ep. 14. Nimium multa, 2. de Fin. 19. Et satis multa. 1. ad Heren. 1. Ne parum multa scisse videretur. 2. de Or. 288. Nimis multa in genera diuidere. 2. de Inu. 1. Multi plures, complures, frequentes 2. I. V. 7. Multa, compluta frequentia.

¶ *Præclarus.* Epist. lib. 2, ep. 10. Tuum nomen multum est in his locis.

¶ *Prolixus, nimius.* 4. Acad. 17. Antipatrumque, qui multus in eo fuisset, reprehendebant. 2. de Orat. 17. Qui in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur. 2. de Nat. 119. Nolo hac in re multus videri. 2. Off. 56. Theophrastus est multus in laudanda magnificentia. 2. de Orat. 358. Ne in re nota & peruulgata multus & insolens sim. 1. de Leg. 7. Accius in orationibus multus & ineptus ad multam inobedientiam.

¶ *Ratione precij.* 2. de Orat. 101. Nõnulli dum operam suam multi existimari volunt, volitant, &c. 7. in Ver. 23. Statuite quanti hoc putetis, & quàm multo redemisse.

¶ *Temporis, discrimine.* Att. lib. 13, ep. 9. Multus sermo ad multum diem. Qu. fr. lib. 2, ep. 8. Multa nocte veni ad Pompeium.

✠ ADVERB. *Non ita, 1. de Orat. Nimis, 5. in Ver. Nimis fortassè, pro Mil. Valdè, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Parum multa, nimium multa. Nomen alicuius esse multum in patria. In hac re ne sis multus, vel insolens. Ad multam noctem decedere.*

MVLVIVS, siue MOLVIVS. *quem Miluium corruptè quidam vocant. pons est Tiberis in via Flaminia, ad secundum ab vrbe lapidem.* 3. in Cat. 5. Occultè ad pontem Muluium peruenerunt.

MVLVS, li. 2. de Nat. 159. Longum est mulorum persequi vtilitates & asinorum. Top. 36. Mulus clitellarius. Epist. lib. 16 ep. 9. Equũ & mulum Brũdusij reliqui. Epist. li. 9. ep. 18. Potes mulo isto Romam peruehi. Att. lib. 15. ep. 18. Petij ab eo de mulis vecturæ itineris, &c. 2. cont. Rull. 32. Deinde ornat eum mulis, tabernaculis centurijs, suppellectili.

✠ ADIVN. *Clitellarius, Top.*

MVNDANVS, a, um. 5. Tusc. 105. Socrates quidem cùm rogaretur, cuiatem se esse diceret? mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur.

MVNDITIA, æ. *lautitia, elegantia.* 1. Offi. 130. Adhibenda est præterea munditia non odiosa, nec exquisita nimis. Orat. 79. Elegãtia modò & munditia remanebit. Epist. li. 9. ep. 20. Lautitia, mũditia, elegantia.

✠ ADIVNC. *Non odiosa neque nimis exquisita, 1. Off.*

MVNDVS, a, um. *lautus, elegans.* Qu. fr. lib 2. ep. 3. Tuam domum in carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. 2. de Fin. 23. Vir mundus & elegans. L. ASOTVS.

MVNDVS, di. *vniuersitatis mundi, siue vniuersitatis corpus, omnis natura, rerum natura, quod in natura rerum omne est, vniuersa natura, hoc templum orbis terrarum.* 2. de Nat. 154. Est enim mundus quasi cõmunis deorum atque hominum domus, aut vrbs vtrorumque. & *ibid.* Mundus deorum & hominũ causa factus est. & 1. de Leg. 23. Vniuersus hic mundus vna ciuitas communis deorum atque hominum existimanda est. 3. de Fin. 64. Mundum autem hunc censent regi numine deorum, & esse quasi communẽ vrbem & ciuitatem hominum & deorum. 2. de Diuin. 91. Cœlum ipsum quod extremum atque vltimum mundi est. 2. de Leg. 16. In cœlo & mundo inesse mentem & rationem. 4. Acad. 55. Democritus ait innumerabiles esse mundos. 1. de Nat. 97. Sexcenta milia mũdorum. 2. de Nat. 132. Mente & consilio omnia in hoc mundo administrari. 2. de Nat. 21. Mundum esse deum animantem, cõpotem rationis. 2. de Nat. 25. Anaximandri opinio est, innumerabiles esse mundos. & 20. Plato dixit mundum fore sempiternum. de Vniu. 31. Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus. 3. de Orat. 176. Status huius totius mundi atque naturæ. de Am. 24. Quæ in rerum natura toroque mundo constant, quæque mouentur. 3. de Leg. 3. Sine quo nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. de Am. 90. Si quis è cœlo naturam mundi, pulchritudinemque siderum perspiceret. 1. Off. 154. Metiri mundi magnitudinem. 2. de Leg. 26. Mundus hic omnis templum & deorum, & domus. de Vn. 3. Omne cœlũ siue mundus, siue quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit. de Vn. 7. 8. 9. 10. Hunc mundum animal esse, idque intelligens, & diuina prouidentia constitutum. * 1. de Leg. Vna eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruẽtibus cohæret ac nititur.

✠ ADIVNC. *Aeternus, quam aptissimus, beatus, bonus, & præstabilior, domus communis deorum, hominũque, Expers consilij, & rationis, globosus, Immensus, melior, Ornatissimus, & pulcherrimus, rotundus, sapiens, Omnium rerum quæ natura administrantur Seminator, & sapiens, & parens (vt ita dicam) atque educator, & auctor, Stabilis, 2. de Nat. Amãs & sapiens fidicen, etiã tibicen, Bonus, pulcher, salutaris, Ornatus aspectu, constãs, Disertus, & quidẽ Mathimaticus, & musicus, Omniumque doctrinarum eruditus, postremò Philosophus, literatus, 3. de Nat. Communis, 2. de Inu. Dissimiles, 2. Acad. Innumerabiles, 1. de Fin. Leuis, & vndique æquabilis, & à medio ad summum par, & perfectus, atque absolutus, pulcher, similis, singularis, atque vnigena, de Vniuers. Mortalis Sõ. Scip. Mortalis, sempiternus, præditus animo, & sensibus rotundus ardens, quietus, & Beatus, vniuersus, volubilis, 1. de Nat. Par alteri mundo reliqui, non solum similes sed perfectè, & absolutè pares, 14. Acad.*

* MVNDVS, di. *muliebris ornatus & virilis.* Oec. 1. Secreuimus mũdum muliebrem, qui ad dies festos comparatur.

MVNERO, as. *muneror.* pro Deiot. 17. Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munerare constituerat.

MVNEROR, aris. *largior.* Att. lib. 7. ep. 2. Alexion me opiparè muneratus est. 2. de Inu. 3. Aliud alij commodi aliquo adiuncto in commodo natura muneratur.

✠ *Adverb. Oppiparè,7. Attic.*

Mvnia,orum. *munera,onera.*pro Muræn.73.Hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. pro Sest.138.Qui suis ciuicibus tanta munia sustinent, hi sunt optimatum principes.

Mvniceps,ipis. *ciuis popularis,qui è municipio est.* ad Brut. ep.8. C. Nasennius municeps Suessanus.de Cl.246.M.Pontidius municeps noster.7.I.V.157.P. Cauius Cossanus municeps. & 160. Clamabat se municipem Cossanum esse. Attic. lib.9.ep.22. Ego Ciceroni meo Arpini potissimùm togam puram dedi, idque municipibus meis fuit gratum,pro Cluct. 196.Non illi vos de vnius municipis fortunis arbitrantur sententiam laturos: sed,&c.2.de Leg.5.Ego & Catoni & omnibus municipibus duas esse censeo patrias. Epist. lib. 13. ep. 58. Lucius tribulis & municeps & familiaris meus. & *ibid.* ep. 11. Mei municipes Arpinates.

✠ *Adiunc. Cuncti.pro Clu.Honestissimi,3. Phi.Ornatissimi,pro Dom.sua.*

Mvnicipalis,le. *ex municipio.*pro Syll.25.Est enim ipse à materno genere municipalis. Attic. lib. 8.ep.11. Ex dolore municipali. pro Sest.97. & Qu.de Pet.25. Sunt municipales rusticique Romani.2.in Ant.58.Homines municipales & rusticani.3.de Le. 36. Municipalis respub. Attic.lib.8.ep. 21. Multum mecum municipales homines loquuntur,multum rusticani.

Mvnicipivm,pij. *conuentus,præfectura,colonia.*Epist.lib. 13. ep. 11. Non dubito, quin scias non solùm cuius municipij sim, sed etiam quàm diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri.pro S.R.15. Roscius municeps Amerinus fuit,genere & nobilitate sui municipij facilè primus. pro Sest.32.Nullum erat municipium Italiæ,nulla colonia, nulla præfectura, quæ non, &c. 4. de Finib. 7. Stoici totum hunc mundum municipium suum esse existimabant.3.I. A. 15. Omnes qui sumus è municipiis. pro Pl.19. Tu es ex municipio antiquissimo Tusculano.*id est,è præfectura Atinati non tam prisca,* 2. I. C. 24. Vrbes coloniarum ac municipiorum. 2. cont. Rull. 85. Calenum municipium complebunt.pro S.R.43. * Homines illius ordinis ex municipiis rusticanis. pro L. Varen. C. Anchatius Rufus fuit è municipio Fulginate.in L. Pisonem, Nec municipij de me optimè meriti dignitas patitur.

✠ *Adiunc. Antiquissimum, tam illustre,tam graue, reliqua,pro Plan.Clarissimum,pro Font. Fidelissimũ, & fortissimum,5. Phi. Frequens mœstumque,pro Mur. Frequens.1.Phil.Gratissimum,graue,firmum,honestum honestissimum alicuiusque coniunctissimum,13. Famil. Honestissimum,3.Phil.Illustre,nobileque,Immune,7.in Ver Integerrimum,pro Arch.Rusticana, vetera,pro S. R.Totum,pro Cluent.*

☞ Syntaxis. *Municipales,rusticique Romani.Nullum municipium,nulla præfectura, nulla colonia.* hic videntur hæc tria longè diuersa esse,non synonyma.

Mvnifice.*liberaliter,largè,prolixè,*3.de Nat.69. Munificè & largè dare aliquid.5. de Fin. 65. Societatem hominum munificè & æquè tuens iustitia dicitur.

Mvnificvs,a,um. *liberalis,largus.* 2. Off. 63. Conuenit autem tum in dando munificum esse,tum in exigendo non acerbum. 1.de Or.32.Quid porrò tam liberale ac munificum,&c.pro Qu. 22.Roscius liberalissimus munificentissimusque fuit.

Mvnivendvs,a,um.Epist.lib.4.ep.14. Nouarum me necessitudinum fidelitate contra veterum inimicorum perfidiam muniendum putaui.

Mvnio,nis. *paro,adorno,firmo,confirmo, obuallo.* pro Mur. 48.Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obstruebant. de Prouin. 34. Alpib. Italiam munierat antè natura, non sine aliquo diuino numine. 1. Tusc. 32. Munire sibi viam in cœlum. 2. de Orat. 202. Qui primùm tibi munisti ad re audiendum viam. Att. lib.1.ep.14. Munire sibi tutam viam ad retinendas opes. Att.lib.9.ep.8.Hæc noua sit ratio vincendi, vt misericordia & liberalitate nos muniamus. pro Pomp. 34. Atque hæc tria frumentaria subsidia reipublicæ firmissimis præsidiis classibusque muniuit. pro Syll. 79. Munire communem arcem bonorum,obstruite perfugia improborum.1.in Catil. 8. Illam coloniam meis præsidiis, custodiis, vigiliisque muniui. *ibid.* 10. Domum meam præsidiis maioribus muniui atque firmaui. pro Sest.78. Qui se præsidio munierit. 2. de Fin. 84. Tueri & munire beneuolentia multorum. pro Rab. 3. Intercludere omnes seditionum vias, munire præsidia reipub.Epist. lib. 9. ep. 18. Munio me ad hæc tempora.

Mvnior,tis.de Sen.51.Et cõtra auium minorum morsum munitur vallo aristarum.

✠ *Adver. Præclarè,2.de Fin.*

Mvnio,onis. *genus carminis.* 1.de Or.251. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ij,quorum causas receperimus,quàm toties, quoties perscribitur, pœnem aut munionem citarimus *aliter, cantarimus.* * *Alij Munychionem,alij Minuritionem & Minuonem legunt.*

Mvnitio, onis. pro Font.7. Obiectum est etiam, quæstum M. Fonteium ex viarum munitione fecisse, vt aut ne cogeret munire, aut id quod munitum esset, ne improbaret. 6. in Ver. 118. Fons, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset. I. P. 40. Munitio Thessalonicæ.13.I.A.20.Antonius Mutinam operibus munitionibusque sepsit.2.de Orat.320.

☞ Syntaxis. *Munire sibi viam studiorum, in cœlum, ad. Munire atque firmare. Tueri & munire. Munire præsidia Reip. Munire se ad iniurias. Operibus ac munitionibus oppidum sepire.*

Mvnito,as. *munio.* pro S.R.140.Nũc quam viam munitet,quod iter affectet,videris.

Mvnitvs,a,um:tior,ssimus. *septus vallatus,stipatus, armatus.* pro Sest. 95. Qui stipatus semper ficariis, septus armatis, munitus iudicibus fuit. Para. 1.Regulus tot virtutum præsidio munitus, tantoque comitatu virturis septus. 2. Offi. 15. Effectumque est, vt esset vita munitior, atque vt, &c. pro Mur. 56. Cuius ingenio paterni omnes amici munitiores esse debebant. Qu. de Pet. 21. Partis ac fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oportet.1. de Diuin.45. Is sapientia munitum pectus gerit. pro Fl.103. Aliquis bonorum omnium præsidio nõ modò munitus, sed etiam ornatus. de Ar. 15. Domus tot senatusconsultis munita atque septa. & *ibid.* 14. Domus publico omni præcipuo & diuino, & humano iure munita. Epist. lib. 2.ep.10. Castella munita, oppida munitissima. Att.lib. 2. ep. 7. Castellum natura munitum. de Pro.4.Macedonia, quæ erat antea multorum imperatorum, non turribus,sed trophæis munita. Att.lib.4.ep.15.Aditus insulæ muniti sunt mirificis molib. pro Sest. 79. Vt à suis munitus tutò in foro esset. Att.lib. 2. ep. 25. Nos firmissima hominum beneuolentia muniti sumus.2. de Nat. 143. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum.de Amic.30. Qui virtute & sapiẽtia sic munitus est, vt nullo egeat. pro Pomp. 65. Nulla domus nostris magistratib. satis clausa atque munita fuit. pro Rab. 10. Libertas leuitate legum munita. pro Mur.23.Illud dico,nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum viam. pro Fl. 64. Græcia Asiæ oram maritimam cinxit vrbibus,non vt munitam colonijs illam gentem, sed vt obsessam teneret.2. in Ver. 4. Nihil tam munitum, quod non expugnari possit. 2. cont. Rul. 86. Vrbs natura ac loco munita, succincta portibus, armata muris. pro Ar. 21. Pontus & regiis quondam opib. & ipsa natura regionis vallatus.7. in Ver. 38. Tutus,clausus, septus, munitus cõtra aliquem. Qu. fr. lib. 2. ep. 3. Pompeius dixit munitiorem se ad custodiendam vitam suam fore, quam Africanus 1. de Fin. 51.Quod si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam sepri esse & muniti videntur.

✠ *Adver. Benè,7.Fam.Maximè,de Amic. & de Pet. Cons.Satis pro Pomp.*

☞ Syntaxis. *Stipatus,septus,munitus. Amicitijs fretus atque munitus. Et munitus & ornatus. Munitus iudiciis,ac septus. Trophæis munita regio. Amicis,& ab amicis munitus. Via munita.ad est.facilis,aperta. Vrbs natura & loco munita. Munitus ad vitæ custodiam.*

Mvnvs,eris. *donum.* 2.in Ant.116.Cæsar muneribus, cõgiariis,epulis multitudinem imperitam lenierat.Qu.fr. lib.3 ep.8.& Or. 35.Munus magnificũ dare.4.Ver.62.Mittit homini munera satis largè hæc ad vsum domestici vini & olei,quod visum erat:etiã tritici quod satis esset. de Ar. 6. Aliquem quasi diuino munere donatum reipub. videri. Epist. lib. 9. ep. 12. Sed ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui leuidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. de Vniu. 44. Philosophia data est nobis deorum concessu atque munere. 2. de Diuin. 5. Quod enim munus afferre reipub. maius meliúsue possumus, quàm si,&c. Postquam in Sen.2.Deorum beneficio & deorum munere.3.Offi.121. Munera perinde sunt,vt accipiuntur. 1. Aca. 7. Dare munus alicui. 1. ad Her. 27. Largiri munus alicui. pro Syll. 54. Quasi verò tempus dandi muneris non valde appropinquaret. & *ibid.* Posset alia familia Fausti munus præbere.

¶ *Officium,prouincia.*3. de Or.117. Méque ad meum munus pẽsumque reuocabo. de Clar.63. Is functus est omni ciuium munere.de Cla. 113. Rutilius magnum munus de iure respondendi sustinebat. de Somn. 7. Ne munus assignatum à Deo defugisse videamini. 2. Off. 13. Inuectio certè nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. pro Clu. 28. Mater audiuit sibi non solum filium, sed etiam exequiarum munus ereptum. 2.de Diuinat. 7. Tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit à publico officio & munere. & *ibid.* Tum pristinis orbati muneribus hæc studia renouare cœpimus.2. de Diu. 107. Sine oculis non potest extare officium & munus oculorum. 3.Tusc. 15. Oculus conturbatus non est probè affectus ad suum munus fungendum. & *ibid.* Ad exequendum munus suum.

9. in Ant. 1. Non quòd ei cura defuerit in tanto officio, tantóque munere. de Am. 22. Valetudo opportuna est, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. Attic. lib. 6, ep. 5. Paucos dies habebam reliquos annui muneris. 2. Off. 74. Sin aliqua necessitas huius muneris alicui reipub. obuenerit, danda, &c. de Sene. 29. Aliquem ad omne officij munus instruere. de Senec. 34. Masanissa senex omnia regis officia & munera exequitur. de Sen. 35. Quidam senes nullum officij aut omnino vitæ munus exequi possunt. de Sene. 77. Nam dum sumus in his inclusi cõpagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. de Amic. 69. Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. Parad. 1. Quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. 1. de Leg. 5. Mihi videris eorum studiis, qui literis delectantur, debere hoc munus. 1. de Leg. 10. Qui consulentibus respondet, senectutis grato atque honesto fungitur munere. 1. de Leg. 14. Qui ei muneri præfuerunt. 1. de Leg. 16. Cuius muneris colendi efficiendique causa nati sumus. & 2. de Leg. 6. Tanquam id habuerit operis ac muneris, vt hãc nobis efficeret sedem, &c. Fungor aliquo munere. Colo & efficio aliquod munus. 4. Acad. 121. Dare alicui immunitatem munerum. 2. de Or. 41. Videamus, quid ei negocij demus, cuique eum muneri velimus esse præpositum. 1. de Or. 262. Oratoris proprium officium ac munus. pro Font. 15. Alicui muneri atque officio præesse. 1. de Or. 199. Honoribus ac reipub. muneribus perfunctus senex. 2. de Or. 62. Videtisne quantum munus sit oratoris historia. 1. de Or. 116. Magnum quiddã est onus ac munus profiteri, &c. 3. I. V. 65. Munus hoc meum nõ est, cùm meæ partes sunt hospitum recipiendorum, id libenter facio. 1. de Na. d. 19. Qui ministri tanti muneris fuerunt. Part. 132. Quo expositio, munus promissi omne confecero. 3. Offi. 4. Nulla tamen eius ingenij monumenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum solitudinis munus extat. de Pro. 35. Susceptum reip. munus explere. 2. de Or. 345. Singularum virtutũ certa quædam sunt officia ac munera. Ep. lib. 5. ep. 9. Hoc quicquid est oneris ac muneris. Ep. lib. 10. ep. 12. Sustinere munus cõsulare. Ep. li. 1. ep. 2. Tanti ac tam præclari muneris societas. Ep. lib. 6. ep. 14. Munus officij ac studij erga aliquem. Art. lib. 1. ep. 1. In omni munere candidatorio fungendo. 3. Tusc. 15. Munus animi est ratione vti. pro Mil. 22. Principum munus est, resistere leuitati multitudinis, &c. 4. de Fin. 36. Officium munúsque sapientis, &c. Ep. lib. 11. ep. 5. Tuum est hoc munus, tuæ partes. 5. Tus. 38. Tenere suum munus. Ep. li. 8. ep. 8. Deferre munus alicui. 1. de Or. 40. Tu qui tuo magis studio, quàm proprio munere aliquo discertorũ ius à nobis ciuile didicisti. Qu. fr. lib. 1 ep. 1. 16. Parui refert abs te ipso ius dici æquabiliter & diligenter, nisi idem ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem concesseris. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 36. In extrema parte muneris ac negocij tui diligẽtissimus sis. * Hortẽt. Iucundum nobis, perfunctis muneribus humanis, occasum fore.

¶ *Ludi.* 2. Off. 56. Theophrastus est multus in laudãda magnificentia populatium munerum.

✠ ADIVN. *Aedilitiũ, magnificẽtissima, maximũ, popularia primũ iustitiæ, 2. Offic. Amplũ, aut gratũ ædilitatis, Amplissimũ, pulcherrimũque, leue, atque cõmune, 2. in Ver. Amplissimum, pro Mur. & de Pro. Annuũ, infinita, 10. Famil. Candidatorium, 1. Attic. Certa, mediocre, Publicum, 2. de Orat. Consulare, præclarum, simillimũ, 9. Famil. Dignum aliquo, pro Sest. Diuinum exiguum, gratum, atque honestum, necessarium, 1. de Legib. Diuina, postquã ad Quir. Extraordinarium, 5. Attic. Gladiatoria, de Arusp. Graue ciuitatis, multa, 7. Ver. Grauius, maxima, 2. Tuscul. non grauissimum, 4 Attic. humanum, Som. Scip. latum, perfectum, senatoria. 1. Tuscul. magnificentissimum, 11. Famil. Magnificum, 3. ad Qu. Frat. Magnum, maius, aut melius, 1. Acad. Magnum & amplum, regia, 6. Fam. par. & gratum, de Clar. Plurima, maximaque, vile, 1. Fam. Præclarissima, Parad. Præclarum deorum, 3. de Nat. Pristina, 2. de Diuin. nõ priuatum nec publicum, 5. Tusc. Proprium, quotidianum, totum oratoris, 1. de Or. Prouinciale, in Vat. Pulcherrima, 3. Offic. Regium, 6. in Ver. Seruile, pro Syll. Sordidius, 5. Att. Summum, 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Munus dare, asserre, largiri. Munere donare, Renocare se ad munus ac pensum. Sustinere munus, Munere fungi. Ad officij munus instructus. Exequi munus, deferre, sustinere, colere, efficere, habere, tenere. Munerum immunitas. Alicui munus deferre.*

MVNVSCVLVM, li. 3. Offi. 73. Alieni facinoris munusculũ non repudiarunt. Ep. lib. 9. ep. 12. Munusculum leuidense.

✠ ADIVNC. *Tenue, 8. Famil.*

* MVNYCHIO, onis. vide MVNIO, onis.

MVRAENA, næ. *piscis.* Parad. 5. Muliorum & murænarum copia.

MYRGENTINVS, a. *ager.* 4. in Ver. 47.

MVRIA, riæ. *aqua multo sale condita, quã Plin. salsuginem etiam vocat.* 3. de Fin. 45. Stilla muriæ.

MVRMVR, ris. *mugitus, fremitus.* 3. de Or. 159. Murmur maris. in Arat. *Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.*

MVRMVRANS, tis. de Aruſp. 17. Vidi hesterno die quendam murmurantem, qui, &c. 5. Tuscul. 116. Fremitus murmurantis maris.

MVRMVRO, as. 4. ad Heren. 43. Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

MVRVS, ri. *mœnia, propugnaculum.* 3. de Nat. 95. Muri vrbis, quos vos sanctos esse dicitis. pro Pomp. 55. Insula Delos parua, sine muro nihil timet. 1. Offic. 35. Aries murum percussit. Attic. lib. 2. ep. 4. De muro imperaui Philotimo, ne impediret. 4. de Finib. 22. Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo traiecisset. 7. I. V. 2. Ad omneis meos impetus, quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. 4. I. C. 23. Dum memoria consulatus mei vestris erit infixa mentibus, firmissimo me muro septum esse arbitrabor. in Pison. 9. Lex Aelia & Fusia propugnacula muriique tranquillitatis & ocij. *animaduerteiran-slationem.*

✠ ADIVNC. *Firmissimus, 4. In Cat.*

MVS, ris. 2. de Nat. 17. Non potsis adduci, vt muribus domum & mustellis ædificatam putes. 1. de Diuinat. 99. Clypeos à muribus esse derosos. 2. de Diuin. 59. Mures diem & noctem aliquid rodentes scuta an cribra corroserint. Attic. lib. 14. ep. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ timas agunt. itaque non solùm inquilini, sed mures migrauerunt. 2. de N. 157. Nec enim homines murum aut formicarum causa frumentum condunt. 2. de Diuin. 59. Si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc vnum. *ibid.* Quod clypeos Lanuuij mures nocte essent. *Alũrosissent legunt. ibid.* Platonis Politiam nuper apud me mures corroserunt.

MVSA, æ. 3. de Nat. 54. Musæ primæ quatuor natæ Ioue, Thelxiope, Mnenie, Aœde, Melete: secundæ ex Ioue & Mnemosyne nouem: tertiæ ex Ioue & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solent poetæ appellare. pro Ar. 27. In qua vibe imperatores propè armati poetarum nomen & Musarum delubra coluerunt. Orat. 62. Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt. Epistol. lib. 1. ep. 9. Ab oratoribus dissungo me fere, referoque ad mansuetiores Musas. 5. Tusc. 66. Quis est enim, qui cum Musis, id est, cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui, &c. 3. de Nat. 45. Orpheus & Rhesus matre Musa nati. pro Ar. 20. Nemo est tam auersus à Musis, qui non mandari verbibus æternum suorum laborum præconium facile patiatur. Or. 12. Forenses causæ agrestioribus musis relictæ. Attic. lib. 2. ep. 4. Interea quidem cum Musis nos delectabimus. Attic. lib. 2. ep. 5. Cum omnibus Musis rationem habere cogito. 1. Acad. 1. Silent diurius Musæ Varronis quàm solebant.

✠ ADIVN. *Agrestiores, Or. Mansuetiores, 1. Fam. Proximæ Superiores, 3. de Nat. Pulchellæ, 7. Fam.*

MVSCA, scæ. de Cl. 217. Hodie te istic muscæ comedissent. 2. de Or. 247. Puer abige muscas.

MVSCOSVS, a, um. *humore sordidus, squalidus, obsoletus.* Qu. fr. li. 3. ep. 1. Iam *ἀπὸ Αὐτηρίου* nihil alsius, nihil muscosius.

MVSCVLVS, li. *exiguus mus.* 2. de Diu. 33. Musculorum iecusculabruma dicuntur augeri.

MVSICA, cæ. *cantus, symphonia.* 1. de Orat. 187. Vt in musicis numeri & voces & modi. 3. de Orat. 130. Musicam Damon & Aristoxenus tractauerunt. 2. de Nat. 22. Idẽ scilicet censeres in platanis inesse musicam.

MVSICVS, ci. 1. de Orator. 187. Vt in musicis numeri & voces & modi. & 10. Quis musicis penitus se dedidit, quin, &c. 5. Tuscul. 63. Musicorum verò peritudiosum accepimus. *id est. Dionysium.* 1. Offic. 146. Vt in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. 2. de Diuin. 9. Qui fidibus aut tibiis vti volunt, earum tractationem non ab aruspicibus accipiunt, sed à musicis. in Pison. 22. Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam musicus iacebat, &c. 2. Tusc. 12. Si absũt dè canat is, qui se haberi velit musicum. 1. Tusc. 4. Ergo in Græcia musici floruerunt. 3. de Fin. 4. Geometræ, musici, grammatici. item: Timotheus musicus. *Steph. in voce Miletus.*

MVSICVS, ca, cum. 2. de Leg. 39. Plato negat mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum.

MVSTACEVM, cei. *cibi genus ex farina, caseo, aniso, cumino, adipe, musto, & de virga lauri abrasa aliquid suppositis foliis lauri cum coquitur, vt Cato docet.* Att. lib. 5. ep. 20. Laureolam in mustaceo quærere. *Bibulum hoc prouerbio notat, qui sine labore in re friuola præclaram quæreret gloriam.*

MVSTELLA,læ.2.de Nat 17. Nõ possis adduci vt domum mutibus & mustellis ædificatam putes.* Incer.Mustella catulos suos quotidie transfert,mutatque sedem.

MVSTVM,sti.de Clar.287.Noua ista quasi de musto ac lacu feruida oratio.

MVTABILIS,le.*habens mutationem.*3. de Nat. 30. Omne corpus mutabile est. de Vn.24.Materia mutabilis.de Vn.32.Sidera quę vaga & mutabili ratione labuntur.

MVTABILITAS,tis.4.Tusc.quæst. 76. Inconstantia mutabilitásque mentis.

MVTANDI, pro Dom. 78. Quò vertendi, hoc est mutandi soli causa venerant.

MVTATIO,onis. *permutatio,motus,conuersio,inclinatio.* 12. in Ant. 6. Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij. pro Quint. 12. Fit magna mutatio loci, non ingenij. Epistol.lib.1.ep.7. Atque ita vt nullam mutationem vnquam habitura res esse videatur. 2.de Nat.103. Luna varias mutationes lucis habet. 3.de Nat. 27. Natura omnia ciens, & agitans motibus & mutationibus suis. 4. Acad. 119. Vt nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri.2.de Nat.deor.50. Mutationes quatuor temporum. & 3. de Nat. 31 Mutationes elementorum inter se. pro Clu.54. Crebra coloris mutatio. 1. Offic. 120. Morum facienda mutatio est. 1. de Diuin. 118. Extorum fieri mutatio potest. 1. Offi 22. Mutatio officiorum dando,accipiendo.Att.lib.8.ep.11. Nemo doctus vnquam mutationem consilij,inconstantiam dixit esse. 1.Offi. 120. Eam mutationem si tempora adiuuabunt, facilius,commodiusque faciemus.1.in Ant.33. Vnde igitur subitò tanta ista mutatio?

✠ *ADIVNC. Crebra doloris, manifesta, suspiciosa, pro Cluent. Imbecilles rerum, & temporum,* 5. *de Finib. Magna loci,pro Quint. Maximæ vētorum,minutæ,pro Flac.Misera,pro Rab.Variæ,*2.*de Nat.*

MVTATVS, a, um. Ep. lib.9.ep.21. Alij mutati voluntate sint. & lib.6.ep.6. Rerum hoc natura, &c. nec manens nec mutata ratio feret.2.de Finib.99.Probitas gratuita, non mutata voluptatibus.*aliter mutuata:aliter,inuitata.*pro S.R.103. Versã & mutata in peiorem partem sunt omnia.pro Cornel.42.Illum ciuitate mutatum esse fateor.

✠ *ADVERB.Leuiter,*1.*de Inuent. Paulatim,* 2. *de Rep. Repentè consilium,*3 *in Ver.Valdè voluntas,*5. *Fam.*

☞ Syntaxis. *Materia mutabilis,& fydus, Animi mutabilitas.Suis motibus & mutationibus agi.Officiorum mutatio,dando, accipiendo. Voluntate mutatus Versa & mutata omnia.*

MVTIA, orum. *festus dies. Quin. Mutio ob bene administratam Asiã consecratus.* 4. in Verr.51.

MVTICENSIS. *ager in Sicilia.* in V.act.5.101.

MVTILATVS,ta. *diminutus.*3.in Ant. 31. Antonius in Galliã mutilatum ducit exercitum.

MVTILVS,a,um. *diminutus,mutilatus.* Orat.178. Animus mutila sentit quędam,& quasi decurtata.Or.32.Mutila quædam & hiãtia loqui.

MVTINA,næ.*vrbs.*5.in Ant.24. Antonius circumsedit Mutinam, firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam. Brut.ep.10.

MVTINENSIS,e.Brut.ep.5. Mutinensis fuga.

MVTO,as.*mutationem facio,permuto,verto,inuerto,conuerto,immuto, commuto,vario.* Postquam in Sen.11. Vos vestem mutandam cẽsuistis, cunctique mutastis.Quint. frat.lib.2.ep. 3. pro Corn. 27. Neque mutare ciuitatem quisquam inuitus potest, neque si velit,mutare non potest. Orat.59. Ergo ille princeps variabit, mutabit, &c. Att.lib.7.ep.22. & Ep. lib. 4. ep.4.Philotimi literis lectis mutaui consilium de mulieribus. pro Mur. 61. Sapientem sententiam mutare nunquam.de Clar.314. Mutare consuetudinem dicendi.pro Clu.31.Mutare testamẽtum.de Pro.25. Posteaque rebus gestis mentes vestras voluntatemque mutastis. pro Dom. 23. Cui quidem cum Ciliciam dedisses, mutasti pactionẽ.Para.4.Mutare solum.* Incer. Mustella catulos suos quotidie transfert mutatque sedem.

MVTORIS. 3.de Orat.175. Idque ad omnem rationem mutatur & vertitur.pro Corn.31.Ne quis inuitus ciuitate mutetur.

✠ *ADVER. Turpissimè,*10.*Fam.*

☞ Syntaxis. *Variare & mutare consilium,ciuitatem,vestem,sententiã. Mentem suam & sententiam, solum mutare.*

MVTVATIO, onis. 3. de Or.154. Trãslationes quasi mutuationes sunt, cùm quod nõ habeas, aliunde sumas. 1. Tus.100. Mulctari ea pœna, quæ sine mutuatione & sine versura possit dissolui. pro Flacc. 47. Cum multos minutis mutuationibus fraudauisset,&c.

MVTVATVS,a,um. Att.lib.8. ep. 6. Sed eum video in sumptum abalijs mutuatum. 2. Tusc 43. A viris virtus nomen est mutuata.

MVTVE,*mutuò,vicissim.*Ep.lib.5.ep.2. Tu ipse velim iudices,satisne videatur his omnibus rebus tuus aduentus, cum proximè Romam venisti, mutuè respondisse. & ep.7. Officiis non mutuè respondetur.*hæc Cic.filius.*

MVTVO, *mutuum.* Epist. lib. 10. ep. 15. Fac valeas, méque mutuò diligas. Epist.lib.5. ep.7. Officijs mutuò respondere. Epist. lib. 10.ep.25. Etsi omni tempore summa studia officij mutuò inter nos certatim exiterunt. Epist. lib. 10. ep. 9. Te vt diligas me,si mutuò me facturum scis,rogo. Epist.lib.5. ep. 2. Satisne videatur his omnibus rebus tuus aduentus mutuò respondisse. Or.80. Verbum aut translatum, aut factum aliunde vt mutuò, aut factum abipso.

MVTVOR,atis. *quod non habeo, aliunde sumo:mutuum aliquid sumo,*
✠ *vtendum accipio.* ‖ *Quoniam vulgus vim huius verbi ignorat,quotidiano sermone vsurpat quæ apud peritos Latinæ linguæ autores nusquàm extent,vt accipere mutuum aut mutuo, quod Cicero sumere mutuum dixit,Nunquam vero neque mutuo dare,neque sumere,neque accipere,vt recentiores : sed mutuum, vt dare frumentum mutuum.sumere pecuniam mutuam,non mutuo dare,sumere.* Att.lib.15.ep.15. Cùm abundare debeam, cogor mutuari. Qu fr. lib.3. ep. 6.Tu quicquam ab alio mutuaris? Att. lib. 7. ep. 3. Age à Cælio mutuabimur.2.de Nat. 91. Mutuemur hoc quoque verbum. Orat. 211. Aut noua verba facere,aut à simili mutuari.1.de Or.256.Cætera verò à familiari meo Longo mutuabor.1.de Orat.55. Quæ sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis.de Fat.3.Orator subtilitatem ab Academia mutuatur, & ei viciſſim reddit vbertatem orationis,& ornamenta dicendi. ‖ 3.de Or.69.

✠ *ADVERB.Aliundè,*11.*Attic.Aliundè officium,*2.*Off.*

☞ Syntaxis. *Mutuò diligere. Respondet mutuò expectationi aduentus.*

MVTVS,a,um *eliguis,tacitus.*)(*loquens,eloquens.* Postquã in Sen. 5.Mutum forum,elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem videbatis. Qu. fr. lib.1. ep.1. 19. Qui mutis pecudibus præsunt. 1. de Fin.71. Si mutæ etiam bestiæ loquerentur. 3. de Leg. 2. Lex est mutus magistratus.3.in Cat.10. Imago aui tui clarissimi viri, quæ te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit. 7. in Ver.170. Omnia muta atque inanima commouerentur. 1. de Nat.36 Res inanimatæ atque mutæ. Att.lib.8.ep.22.Nullum fuit tempus post has fugas & formidines,quod magis debuerit mutum esse à literis, propterea quòd, &c. 4. ad Her. 67. Cum res muta aut informis sit eloquens & formata. 5. Tusc. q. 69. Muti vel loquentis origo. Or. 138 Muta quædam eloquentia inducere. 3. in Cat. 26. Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. 2. de Or. 160. Dialectica in excogitandis argumentis mutanimium est,in iudicandis nimiùm loquax.pro Fl.6.Muta est huius temporis accusatio.pro Do.134. Is mutam in delicto personam nomenque præbuit.pro Dom.25. Ciuitas fracta malis,muta, debilitata,abiecta metu.3.1 A.22.Satius est mutum esse, quàm quod nemo intelligat dicere.

☞ Syntaxis. *Mutum forum,bestia. Inanimæ res,ac mutæ.Tempus à literis mutum. Mutum,tacitum. Fractus,mutus,abiectus,debilitatus.*

MVTVVM, *mutuo.* pro Flac. 46. Pecuniam sumsit mutuum à S. Schola. *aliter, mutuam.* Epist.lib.12.ep 28. Tibi ex S. C.imperandum, mutuúmque sumendum censeo. Mutuum in amicitia. L. MVTVVS.

MVTVVS,a,um.*pariter atque æqualiter respondens,par.* Att.li.16.ep. 16.Tua voluntas erga me,meáque erga te par atque mutua.pro S.R.111. Idcirco amicitiæ comparantur,vt commodum mutuis officiis gubernẽtur. de Am. 22. In amici mutua beneuolentia conquiescere.Epist.lib.5.ep.2. Mutuum in amicitia est, cùm par voluntas accipitur,& redditur.& lib.10.ep.4.Tuus erga me mutuus amor.Epist. lib.5.ep.2.Tribuere alicui mutuam voluntatẽ. Epist.lib.13.ep.4 Pro pari inter nos & mutua beneuolentia. Ep. lib.13.ep. 65. Multa & magna inter nos officia, paria & mutua intercedunt. Ep.lib.11.ep.22. Cum Appio summa mihi necessitudo est,multis eius officiis & meis mutuis constituta.1.Offi.56. Beneficia mutua & grata esse debent. in Sal. 9. Non enim speraſti mutuam me tibi gratiam relaturum, vt viciſsim tuos cõpellarem.Att. lib.10.ep.13.Ille mihi H-S. quatuordecim nõ reddit, quæ dedi eius filio mutua.lib. 11. ep. 3. Dare pecuniam mutuam alicui.2. cont. Rull. 82. Dare frumentum mutuum alicui. 10.I.A.26. Sumere pecunias mutuas ab aliquo. pro Flac. 10. Da mihi testimonium mutuum.

☞ Syntaxis. *Erga aliquem voluntas par atque mutua.Tribuere mutuã voluntatem.Par & mutua beneuolentia.Testimonium dare mutuum.*

MYCENENSIS,se.2.de Fi.18.Mycenenses.Attica pubes.Poëtæ.

MYLASA,otum.*vrbs.*5.in Ant.20.& 6.In Ant.13.

MYLASEIS,vel MYLASII,*populi.*Epist.lib.13.ep.26.

MYNDVS,di.*oppidum.*3.in Ver.86.

MYNDENSES.Epist.lib.3.ep.8.Myndensium testimonium.

MYOPARO,onis.*nauis piratica.*5.I.V. 186. In portu piraticus myoparo nauigauit L. INFESTVS.

✠ *ADIVNC. Egregius,de sua classe ornatus, atque armatus pulcherrimus* ,3. *In Ver. Pauci,perennes, Piratici , inopes relicti à duce præfectoque classis,*

7. *In Ver. Piraticus*, 5. *In Ver.*

MYRINA, næ. *vrbs Lemni.* Epist. lib. 5. ep. 20.

* MYRMECIDES, is. 4. Acad. 120. Vt etiam inter Deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur

MYRON, onis. *fictor, qui Herculem ex ære fecit.* 6. in Ver. 5. & 3. de Orat. 23.

MYPOΘHKION, *arcula, vel pyxis, in qua vnguenta pygmentaq; tẽperantur, & asseruantur.* L. ARCVLA.

MYSIA, siæ. *regio.* Orat. 25. Caria, Phrygia, Mysia.

MYSIVS, a. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 20.

MYSTERIVM, rij. *initia, sacra, res occulta.* 1. Tusc. 29. Reminiscere quoniam es initiatus, quæ tradantur mysteriis. 2. de Leg. 36. Mysteria, quæ appellantur initia, &c. 3. de Orat. 72. Quòd mysteria non referrent, &c. 2. de Nat. 62. Quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest. 3. de Orat. 61. Hoc tacitum tanquam mysterium teneas. pro Mur. 25. Id enunciatis vestris mysteriis totũ est contemptum. 4. Acad. 60. Quæ sunt tandem ista mysteria? cur celati? 4. Tusc. 55. Ne rhetorum aperiamus mysteria. 1. de Orat. 206. Quid si petimus ab Antonio, vt ea nobis explicet, & illa dicendi mysteria enunciet? Att. lib. 4. ep. 17. Epistolæ nostræ tantum habent mysteriorum, vt eas ne librariis quidem fere committamus. Att. lib. 5. ep. 21. Velim rescribas certum (*retine elegantiam*) quo die mysteria futura sint. & lib. 6. ep. 1. Faciesque me, in quem diem incidant mysteria, certiorem.

✠ *A* DIVN. *Augusta, 2. de Leg. Tacitum, 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Tacitum id habeto, tanquam mysterium.*

MYSVS, a, um. pro Flac. 65. Mysorum vltimus. *prouerbium.*

MYSTAGOGVS, gi. *rex sacrorum, & magister.* 6. I. V. 132. Itaque iudices ij qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solent, & vnũquidque ostendere, quos illi Mystagogos vocant, &c.

N

Litera Latinorum semiuocalis, ac liquida: significabat in iudiciis, Non liquere: vnde ampliatio nascebatur.

NAE. *profectò, valde.* 2. in Ant. 3. Næ tu si id fecisses, melius famæ tuæ consuluisses. Attic. lib. 4. ep. 4. Mediusfidius næ tu emisti locũ præclarum. 1. Tusc. 74. Nẽ ille mediusfidius vir sapiens lætus morietur. 2. de N. 1. Næ ego incautus, qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus sum. 6. in Ver. 81. Næ ista præclara nobilitas desinat queri popul. Roma. hominibus nouis honores mandare. Attic. lib. 6. ep. 1. Næ tu me solicitudine magna liberaris. de Cla. 249. Næ ego velim, &c. Ep. lib. 7. ep. 1. Næ tu haud paulò plus delectationis habuisti, quam quisquam nostrum. Epi. lib. 7. ep. 23. Scilicet ista quidem summa, næ ego multa libentius emerim diuersorium Tarracinæ, næ, &c. 3. Tusc. 8. Næ ista gloriosa sapiẽtia non magno æstimanda est, siquidem non multùm differt ab insania. 4. Acad. 117. Quòd si geometricis rationib. non est creditur us, quæ vim afferunt in dicendo, næ ille longè aberit, vt argumentis credat philosophorum. 2. I. C. 6. Næ ille vehementer errant, si, &c.

NAENIA, niæ: & NAENIAE, arum. 2. de L. 61. Honoratorum virorum laudes in concione memorantur, easque ad cantus & ad tibicinem prosequantor, cui nomen Næniæ: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant.

MAEVIVS, *poeta comicus.* de Clar. 60.

NAEVVS, ui. 1. de Nat. 80. Næuus in articulo pueri delectat Alceum. at est corporis macula næuus. de Clar. 313. Totum aliquem non næuo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni velle cognoscere.

NAM, *namque, enim, etenim, atqui, quoniam, siquidem, quippe, nimirum, scilicet, videlicet, sanè.* Epist. li 13. ep. 4. Cum eo mihi summa necessitudo est: magno enim beneficio meo affectus cumulatissimè mihi gratiam retulit, nam nec in honoribus meis vnquam defuit, nec in laboribus. 3. I. C. 23. Quamobrem Quirites celebratote, &c. nam multi, &c. erepti enim, &c. 1. de. In. 8. Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur. Epist. lib. 14. ep. 1. Nam quid ego de Cicerone dicam? qui, &c. 2. de Or. 144. Nam herculè, inquit Antonius, si, &c. & 4 I. V. 72. Nam herculè, inquit, &c. & *ibid.* Nam sperauerat, inquit arator, me ad denarium peruenturum. Att. li. 3. ep. 20. Nam quod purgas eos, &c. lib. 9. ep. 2. Nam quòd negas, &c. 8. I. A. 16. Nam quòd me tecum iracundè agere dixisti, non est ita vehementer, &c.

¶ *Particula adiecta maioris virtutis gratia, interrogando.* pro Cæl. 67. Ex quibus requiram quonam modo latuerint. Att. lib. 11. ep. 12. Quamnam rationem allaturus es huius rei? 1. de Diuin. 43. Cuiusnã modi est Traquinij somnium? Brut. ep. 2. Quinque cohortibus quid senam facturum arbitratur. Part. 48. Ecquonam modo. & 26. Nunquidnam restat?

☞ Syntaxis. *Quisenam iactat? Ecquonam modo? Num quidnam vis.*

NANCISCOR, eris: nactus sum. *inuenio, adipiscor, consequor, assequor, mihi obuenit.* 2. de Nat. 125. Alter alterius vbicumque nactus est, oua frangit. 1. Tusc. 74. Cato sic abiit è vita, vt causam moriendi se nactum esse gauderet. Orator. 32. Nactus sum etiam qui Xenophontis similem esse se cupetet. 1. de Fin. 14. Quoniam nacti te, inquit, sumus. Qu. frat. lib. 2. ep. 13. Cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum, &c. pro Mil. 77. Quónam modo imperium ferre potuisseris, si id ille nactus esset? de Somn. 20. Ne vim vllam nanciscatur, quæ à primo impulsu moueatur. Ep. li. 11. ep. 12. Si quid firmitatis nactus sit Antonius. Ep. li. 12. ep. 16. Nactus plusculum saxamenti. & li. 3. ep. 7. Cum plus ocij nactus ero. 3. de Nat. 84. Potestas quam ille perscelus erat nactus. & 87. Nacti aliquid fortuiti boni. 2. de Nat. 161. Iam verò immanes belluas nanciscimur venando. Ep. lib. 13. ep. 7. Tamen maiorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam, &c. de Senect. 52. Vitis vt se erigat, clauiculis quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur. in Ver. act. 3. 104. Sortem est nactus vrbanæ prouinciæ.

NANQVE, *siquidem.* 1. de Orat. 101. Tum ille, Nanque quod tu non poteris, nemo poterit. 1. de Orat. 71. Namque illud quare Scæuola negasti? Epistol. lib. 10. ep. 15. Namque assiduis internunciis, &c.

NAR, *fluuius.* Att. li. 4. ep. 14. In Nar defluit Velinus lacus.

NARBONENSIS, se. pro Font. 4.

NARBO, onis. pro Font. 3. Est in prouincia Galliæ Narbo Martius colonia nostrorum ciuium, specula populi Romani. 2. in Ant. 34.

NARIS, ris. *nasi foramen geminum.* 2. de Nat. 141. Nares eo quòd odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt. & 134. Os adiunctis naribus spiritu augetur. & 145. Nares semper patent. 3. Tusc. 43. Fasciculum ad nares admouere. 1. de Diu. 15.

Naribus humiferum duxere ex aere succum.

NARNIENSIS, *tribus.* 2. cont. Rull. 78. * Incer. In Narnienſi agro siccitate lutum fieri, imbre puluerem.

NARRONA, næ. *vrbs.* Epist. lib. 13. ep. 77. Vatinij.

NARRATIO, onis. *rerum gestarum, aut vt gestarum expositio.* 2. de Orat. 83. Deinde rem narrare, ita vt narratio verisimilis sit, vt aperta, vt breuis. & 329. Narratio obscura totam obcæcat orationem. Orat. 124. Narrationes credibiles, nec historico, sed propè quotidiano sermone explicatæ dilucidè. Orat. 210. Si exponenda narratio est. Part. 31. Narratio est rerum explicatio, & quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei. 2. de Or. 330. Omnis orationis reliquæ fons est narratio. 2. ad Her. 3. Narratio accusatoria in coniecturali causa quid habere debeat. 1. de Inuent. 29. Aperte narratio poterit esse, vt si quodque primum gestum erit, ita primum exponetur, &c. 1. ad Her. 15. Narratio quo breuior eo dilucidior. Partit. 13. Narratio in suasione tara. 2. de Or. 80. & 83. Deinde rem narrare ita vt narratio verisimilis sit, vt aperta, vt breuis. 1. ad Her. 16. Verisimilis narratio erit, si vt mos, vt opinio, vt natura postulat, dicemus. 2. ad Her. 3. Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspicionis. Partit. 13. Narratio præteritarum aut præsentium rerum est. 3. ad Her. 17. Narrationis dispositio. 1. ad Her. 13. Genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinem, grauitatem, lenitatem, &c. 1. ad Her. 13. Narrationis in negociorum expositione positæ partes tres. 1. de Inuent. 28. Narrationis virtutes tres. in Or. 210. Exponere narrationem. Att. lib. 6. ep. 2. In multis nominib. in Trophoniana Charonis narratione Græcos in eo reprehendit, quòd, &c. 3. de Or. 330. Quando vtendum sit, aut non sit narratione, id est cõsilij. 1. de Inu. 27. & 1. ad Her. 12. Narrationum tria sunt genera. Vnum genus est, in quo ipsa causa, & omnis ratio controuersiæ continetur. Alterum, in quo digressio aliqua extra causam, aut criminationis, &c. aut amplificationis causa interponitur. Tertium genus est remotum à ciuilibus causis, quod delectationis causa non inutili cum exercitatione dicitur & scribitur. *de Narratione vide ad Her. lib. 1. de Inu. lib. 1.*

✠ *A* DIVNC. *Aperta, Breuis, dilucida, ficta, longa, obscura, perspicua, indocta, molesta, verisimilis. 2. de Orat. Breuis aperta, probabilis, verisimilis. 1. de Inuent. planæ, breues, credibiles, euidentes, moderatæ, Top. Incredibiles, Orat. Iucunda, ad persuadendum accommodata. 2. de Inuent. probabilis, suauis, Part.*

NARRATOR, oris. 2. de Orat. 54. Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. 2. de Ora. 219. Imitator & narrator facetus.

✠ *A* DIVN. *faceti, 2. de Orat. Nati, parui, de Diu.*

NARRO,ras. *rem gestam narratione expono, rem demonstro, dico.* Ep. lib.3.ep.1 Iucunda mihi eius oratio fuit, cùm de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. At lib. 3.ep.15. Crassi libertum ais, tibi de mea solicitudine macieque narrasse.3.ad Her.14.& 2.de Or. 241. Vt mores eius, de quo narres, exprimantur. At li.13.ep.33. Othonẽ quòd speras posse vinci, sanè bene narras. Attic.lib.15.ep.21. Narro tibi, Quintus exultat lætitia. Att.lib.2. ep.7. Narra mihi, reges Armenij patritios salutare non solent? Att.lib.2. ep.12. Narro tibi planè relegatus mihi videor postea quàm in Formiano sum.& lib.9.ep.12. Narro tibi, hæc loca venusta sunt. & lib. 16. ep. 13. Malè narras de Nepotis filio.

✠ *ADVER. Benè herculè, Parad. Breuiter, interruptè, iucundè, peruariè, 2. de Orat. Diligenter, enodatè, 1. de Inuent. Dilucidè, multum sanè, sæpe, probabiliter, Part. Grauiter sanè, & probè, Ornatè, venustè, Orat. Iucundè, memoriter, de Amic. Malè, 16. Attic. &. 1. Tusc. Nouissimè, 11. Fam. Palàm, Secretò, 8. famil. Sanè benè, 13. At.*

☞ Syntaxis. *Narrare aliquid, de aliqua re. Narra mihi, quando venies?*

NARTHECIVM, cij. *myrothecium.* 2. de Fi.22. Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. Acad. lib. 2. Nonius. L. PVTEO, & VNGVENTVM.

NARVS, *gnarus.* Or.159. Noti erant, & naui, & nari: quibus cum. In præponi oportetet, dulcius visum est Ignoti, ignaui, ignari, dicere, quàm vt veritas postulabat.

NARI, orum. *oppidum.* Att.lib. 3.ep.2. Datum VI. Id. April. Naris Luc. *aliter Naryci Locr. à Naryx.*

NASCENDI, 3. in Cat.2. Nascendi incerta conditio, & sine sensu nascimur.

NASCENS, tis. de Clar. 27. Thucydides qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuit. * 2. Acad. Nascentis Lunæ cornua.

NASCOR, ceris. *orior, in vitam venio, introeo, ingredior, ortum habeo, in lucem edor, suscipior, alicuius satu edor, in lucem edor, patefio, procedo.* pro S.R.46. Si tibi fortuna nõ dedit, vt patre certo nascerere. Or. 10. Cætera nascuntur & occidunt. 1. Tusc. 9. Quoniam etiã mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam. 2. de Fi. 78. Sed ipsum à se oritur, & sua sponte nascitur. 4. de Fin. 53. Timiditas ex reb. nascitur. de Cl 45. Nec in impeditis, & regum dominatione deuinctis nasci cupiditas dicẽdi solet. 2. Off. 16. Nulla tã detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.

✠ *ADVERB. Denitegrò causam, de Clar. Improuisò bellum, pro Font. Similiter, 4. Tusc.*

☞ Syntaxis. *A se oriri, & sua sponte nasci aliquid. Nascitur homini ab homine pestis.*

NASICA. L. CORCVLVM.

NASSA, sæ. *vas vimineum ad capiendos pisces.* ad Att. lib. 15. ep. 20. Ex hac nassa exire constitui non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.

NASTVRTIVM, tij. *herba acri & odore & sapore, quam Græci cardamum vocant.* 5. Tusc. 99. Persas negat Xenophon ad panem adhibere quicquam præter nasturtium. & 2. de Fin. 92.

NASVS, si. 2. de Nat. 143. Nasus ita locatus, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur.

NATALIS, le. Brut. ep. 15. Cum is dies casu Bruti natalis esset. Att. li. 9. ep. 4. Natali die tuo scripsisti epistolam, &c. Att. lib. 7. ep. 5. Ita ad vrbem. III. Non. natali die meo. pro Fl. 102. Hunc ego diem verè natalem huius vrbis, aut certe salutarem appellare possum. Att. li. 3. ep. 20. Agere diem natalem suum. 2. de Finib. 101. Agere diem suum natalem quotannis. 2. de Di. 87. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die minimè credendum est. 2. de Fi. 102. Nullus est igitur cuiusquam dies natalis. At habetur. Sed vt sit, etiámne post mortem coletur.

NATALITIVS, a, um. *ad natalem diem pertinens.* 2. de Di. 88. Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. & 91. Chaldæi notant sidera natalitia. 2. I. A. 15. Hodie nõ descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. *hoc est, festa dies natalis.*

☞ Syntaxis. *Cæsar, urbis natalis dies. Natalẽ diem agere, colere. Natalitia prædicta, sidera. Natalitia dare.*

NATANDI. pro Cæl. 36. Quò omnis iuuentus natãdi causa venit.

NATANS, tis. 2. de Inu. 153. & Epist. lib. 7. ep. 10. Naufragus quidã natans, &c.

NATATIO, onis. *natandi actus.* de Sen. 58. Natatio & cursus.

NATIO, onis. *gens, genus.* de Prouin. 33. Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorum prælis fœliciſſimè decertauit. pro Font. 25. Exteræ nationes & gentes. pro Cl. 72. Is se Ligurem nõ fecit, ne nationis magis suæ quàm generis vtile cognomine videretur. *id est, Pacetus natione Ligur.* 3. de Nat. 93. Deũ non curare singulos homines, nec ciuitates, nec nationes & gentes. 2. de Or. 18. Erudita illa Græcorum natio. 1. de Inu. 35. Atque hominum genus in natione consideratur, Graius, an Barbarus de Ar. & pro Sest. 97. Deteriores cauete, quarum quidem est magna natio. de Prouin. 32. Semper illas nationes nostri imperatores, refutandas potius bello, quàm lacessandas putauerunt. *ibid.* 33. Cum acerrimis nationibus & maximis Germanorum & Heluetiorum prælis feliciſſimè decertauit: cæteras contriuit, compulit, domuit, imperio populi Romani parere assuefecit. *ibid.* Quas nationes nemo vnquam fuit qui non frangi domarique ✠ cuperet. ‖ 10. In Ant. 20. Omnes nationes seruitutẽ ferre possunt nostra ciuitas non potest.

¶ *Ordo.* pro Mur. 69. Tota natio candidatorum. pro Sest. 97. Natio optimatium. in Pis. 54. Nemo tibi obuiam venit, ne de officiosissima quidem natione candidatorum.

✠ *ADIVNC. Acerrimæ, & maximæ, immanes, de Prou. Bellicosissimæ, multæ, atque magnæ, pro Pomp. Ceteræ eruditissimæ, & inimicissimæ populi Romani, Inimicissimæ pro Font. Communes, 4. Tusc. Deditæ scientiæ. 1. de Diuin. Eruditissimæ Græcorum, 2. de Orat. Exteræ, 5. Phil. Externæ, conquassatæque, pro Sest. Immanes, ac barbaræ, 2. ad Qu. fr. Leuissima, religiosa, pro Flac. Magna, de Arusp. Officiosissima, in Piso. Miseræ, 2. Cõt. Rul. Multæ, 6. In Ver. Sociæ, externæque, vltimæ. 1. In Ver. Tota, 1. ad Qu. Frat.*

NATIO. *dea.* 3. de Na.d. 47. Natio dea, quæ quia partus matronarum tueatur, à nascentibus Natio nominata est.

☞ Syntaxis. *Natio & gens. Cæsar natione Romanus. Candidatorum natio, optimatium.*

NVTIVVS, a, um. *ortum habens.* 1. de N. 25. Anaximãdri opinio est, natiuos esse deos, longis interuallis orientes occidentesque.

¶ *Germanus. apud nos ortus.* Par. 16. Simplicia verba partim natiua, partim reperta sunt. 2. de Nat. 100. Belluæ ad saxa natiuis testis inhærentes. pro Do. 12. Medicina, quæ & illud natiuum malum & hoc delectum sanare posset. de Arusp. 19. Huius gentis ac terræ domesticus natiusque sensus.

☞ Syntaxis. *Dẽnatiui. Verba natiua. Natiuæ piscium testæ. Malum natiuum sanare. Domesticum & natiuum.*

NATO, as. *no, trano.* 3. de Nat. 62. In quo quidem magis tu mihi natare visus es, quàm ipse Neptunus.

¶ *Exundo, madesco.* 2. in Ant. 105. Natabant pauimenta vino.

NATRIX, cis. *serpentis genus.* 2. Acad. 120. Cur Deus tantam vim natricum & viperarum fecerit? cur mortifera tam multa passim dispersérit?

NATVS, *id est ætate, aut maior aut minor.* 4. Aca. 61. Aliquot annis minor natu. pro Clu. 107. Ex his omnibus natu minimus Quint. Saturius. 2. de Or. 58. Minimus natu horum omnium Timæus. 5. I. V. 128. Grandes natu matres. & 3. Ver. 76. Grandis natu parẽs. Tusc. li. 1. 3. Qui fuit maior natu quàm Plautus. de Sen. 10. Non ✠ admodum grandis natu, sed tamen ætate prouectior. ‖ 1. Offi. 109. Ego ex maioribus natu audiui. &c.

☞ Syntaxis. *Natu maior, minor, minimus, grandis.*

NATVRA, ræ. *communis hominum parens, Deus ipse.* 2. de Natu. 81. Namque alij naturam censent esse vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios: alij autem, vim participem rationis atque ordinis tanquam via progredientem, declarantemque quid cuiusque rei causa efficiat, quid sequatur: cuius solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando. *& ibi deinceps multa de natura.* & 58. Omnis natura artificiosa est. *& ibi rursus de natura multa.* Parad. 1. Cum tibi siue Deus siue mater (vt ita dicam) rerum omnium natura dederit animum. 1. Tusc. 118. Natura parens omnium. & 5. Tusc. 37. Natura communis parens. 5. de Fin. 25. Omnium est natura cõmunis 1. de Nat. 39. Communis rerum natura vniuersa, atque omnia continens. 2. de Natur. 128. Prouida solersque natura. 7. I. V. 35. Quæ iucunda videntur esse, non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem. 2. de Leg. 2. Natura in his ipsis rebus quæ ad quietem animi & delectationem quæruntur dominatur. Tusc. lib. 5. 3. Vereor enim ne natura, quum corpora nobis infirma dedisset, iisque & morbos insanabiles & dolores intolerabiles adiunxisset, animos quoque dederit & corporum doloribus congruentes, & separatim suis angoribus & molestiis implicatos. 2. de Inuent. 3. Natura simplici in genere nihil ex omni parte perfectũ expoliuit. 3. de Or. 176. Fabricata est hoc incredibiliter natura. 2. de Or. 219. Fingit homines ac creat imitatores ac narratores faceros natura. 1. de Fin. 23. Ad maiora enim quædã nos natura genuit & conformauit. Tusc. lib. 5. 37. Natura quicquid genuit, non modò animãl, sed etiam quod ita esset ortum è terra, vt stirpibus suis niteretur, in suo quodque genere perfectum esse voluit. Tusc. lib. 3. 2. Quòd si natura tales nos genuisset, vt eam ipsam intueri & perspicere, eadémque optima duce cursum vitæ conficere possemus, haud erat sanè, quòd quisquam rationem ac doctrinam requireret. de Fin. lib. 1. 45. Natura ipsa diuitias quibus contenta est, & parabiles & terminatas habet.

Cat.86.Natura ſicut aliarum omnium rerum, ſic viuendi modũ habet.Tuſ. lib.2.46 Natura nihil habet præſtantius, nihil quod magis expetat, quàm honeſtatẽ, quàm laudem quàm dignitatem, quam decus.1.de N. 43. Natura ipſa deorum notionem in animis hominum impreſſit.de Fi.li.2. 46. Natura cupiditatẽ ingenuit homini veri inueniendi.3.ad Her. 36. Natura nihil extremũ inuenit.Tuſc.li. 3. 2.Natura paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis morib. opinionibuſque deprauatis ſic reſtinguimus, vt nuſquam naturæ lumen appareat.2.de N.29.Natura eſt igitur quæ contineat mundũ omnem, eumq; tueatur.2. de N.142.Natura, qua nihil poteſt eſſe callidius.4. Ac.32. Natura in profundo veritatem, vt ait Democritus, penitùs abſtruſit. Tuſ.li.4. 58.Natura de animis hoc merita melius, quòd corporũ adiumenta adhibentur extrinſecus, animorum ſalus incluſa in his ipſis eſt 1.de N. 57.Natura mundus effectus, nihil opus fuit fabrica.2.de Or. 219. Natura fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos.3.de Or.175.Itaque incredibiliter hoc natura eſt ipſa fabricata.1.de D.13.Eſt enim vis & natura quædam, quæ futura prænunciat, quorum vim atque naturam ratio nunquam explicuit.& pro Rab.30.Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloriæ. Tuſc.lib.1.93. Natura dedit vſuram vitæ, tanquã pecuniæ, nulla præſtituta die.2.de N. 81.Naturam alij eſſe cenſent, vim quandam ſine ratione cientẽ motus in corporibus neceſſarios,&c.1.de N. deor.56. Naturam excellentem, atque præſtantem piè ſancteq; colimus. Tuſ. li. 4. 58.Nec tã fuit hominum generi infenſa atque inimica natura, vt corporibus tot res ſalutares, animis nullam inuenerit.1.de Leg. 33.A natura dati hominib⁹ igniculi, à corruptela malæ cõſuetudinis extinguuntur, exoriunturque & confirmantur vitia cõtraria, de Vn.38.A natura datum homini viuẽdi curriculum.1.Offi. 147. Maior pars eò ferè deferri ſolet, quò à natura ipſa deducitur.Diu.li.2,26.A natura deorũ hauſtos animos & delibatos habemus.1.de L. 20.A natura repetẽda iuris ſtirps.11.Fã.ep.21. Sim etenim impudens, ſi plus poſtulem, quàm homini à natura rerum tribui poteſt.1.Aca.24.Naturam in duas ſpecies particbãtur Academici, in materiam & formam.de Amic.90.Si quis in cœlum aſcendiſſet, naturam q; mundi & pulcritudinem ſiderũ perſpexiſſet, ſi ſolitarius eſſet, inſuauem illam admirationem ei fore.1.de N.d. 45. Quæ nobis natura informationem deorum ipſorum dedit, eadẽ inſculpſit in mentibus, vt eos æternos & beatos haberemus.de Sen.78.Non poteſt ea natura, quæ res eas cõtineat, eſſe mortalis.Oecon. 1. Maritale coniugium ſic cõparatum eſt natura. *ibid.* A natura cõparata eſt opera mulieris ad domeſticam diligentiam : viri autem ad exercitationem foreſem & extraneam. Itaque viro calores & frigora perpetienda, tum etiam itinera & labores pacis & belli diſtribuit: mulieri, quod his rebus eam fecerat inhabilem, domeſtica negocia curanda tradidit.Et quoniam hunc ſexum cuſtodiæ & diligentiæ aſſignauerat, idcirco timidiorem reddidit. *ibid.* Virum quàm mulierem fecit audaciorem. *ibid.* Non minorem fœminæ quàm viro, earum rerum tribuit poſſeſſionem. *ibid.* Simplex natura nõ omnes res commodas amplecti volebat.Horten. Tũc obſequatur naturæ, cum ſine magiſtro ſenſerit quid natura deſideret.1.de Le. Vna eademque natura mundus omnib. partibus inter ſe congruentibus cohæret ac nititur: ſic omnes homines inter ſe natura confuſi prauitate diſſentiunt.

¶ *Vis ingenita, cauſa intima in rebus vniuerſis* Tuſ.li.5.102.Aperta enim res eſt, & quotidie nos ipſa natura admonet, quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm vilibus.3.Tuſc.71.Natura affert doloré.de Di.li 1.118. Natura paruis momentis multa aut affingit, aut mutat, aut detrahit.Læl.32.Natura mutari nõ poteſt.1.de Nat.d.78. Natura quàm blãda conciliatrix,& quaſi ſui lena.Tuſ. lib.5.96.de Fi.lib.2.91. Natura paruo cultu contenta eſt. 2.de Di. 96. Natura deprauata.Tuſ.li.1.30. Natura diuina.4. ad Att. ep.16. Quæ ad naturã maximè vita eſt.1.Acad. q. 34. Naturæ inueſtigatio. 2. de Inu. 67. Naturæ iura à vulgari intelligentia ſunt remotiora.11.Phil.28. Naturæ lex.2.Fam.ep.6. Naturæ liberalitas. 2.de N.d.82. Naturæ nomine omnia Epicurus appellat.1.de Inu. 35. Naturæ partes quibus in rebus verſentur.6. Fam.ep. 4. Tum vetat in eo vim timere quo nos iam natura ipſa penè perduxerit. 1.de Leg.27. Natura per ſe longius progreditur quæ nullo docẽte profecta ab iis, quorum ex prima & inchoata intelligentia genera cognouit, confirmat ipſa per ſe rationem, & perficit. pro S.R.71. Aliquid ex rerũ natura ſuſtuliſſe.1.de Inu.161. Natura ius eſt. *id eſt, ius naturale eſt.* Ita natura comparatum eſt.L. COMPARO.1.de N. d. 84. Naturæ ſpeculator, venatorq; que phyſicus. Cat. 30. Naturæ via vna eſt, eaq; ſimplex.1.Acad.28. Naturæ ſentientis vim, animum mundi eſſe dicunt Academici. 4. Acad. q.38. Naturæ accommodatum.2. de Leg. 13. Natura antiquiſſima, & rerum omnium princeps, ad quam leges hominum diriguntur. 2.de Nat.de 58. Natura nõ artificioſa ſolùm, ſed plane artifex ab eodem Zenone dicitur conſultrix & prouida vtilitatum opportunitatúmque omnium.1. Tuſc. 91. Natura ſic ſe habet, vt, &c. Tuſ.lib.2.5. Quod natura fert.de Finib. lib.5.26. Omnis natura conſeruatrix ſui eſt.de Fi.li.4.32. Omnis natura diligens ſui eſt. de Fin.5.26.Omnis natura propoſitum habet quaſi finem & extremum, ſe vt cuſtodiat quàm in optimo ſui generis ſtatu. de Amic.19. Natura optima rectè viuendi dux.de Fi. li.2.49. Naturæ, obſiſti non poteſt.1.Acad.q.19. Naturæ parére.1. Acad.28. Natura mundi ſempiterna, ſecundum Academicos. 1. de N. de. 44. Natura omnium de dijs cõſentit.13.ad At. ep. 10. Rerum natura non videbatur ferre.de Fi.li.1.22. Natura, iuxta Epicurum, adſciſcit & reprobat, id eſt, voluptatem & dolorem. Tuſ.q.lib.2.30. Omnia quæ natura aſpernatur, in malis ſunt: quæ adſciſcit, in bonis.1.Acad.28. Natura ſentiens eſt, ſecundum Academicos. Tuſ. lib.1.61. Natura terrena, mortalis & caduca.de Sen.5. Naturã optimam ducem tanquam Deum ſequimur, eique paremus Læl. 50. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quàm natura. 1. de Nat.d. 22. Omnes natura numini diuino parent. 3. de Orat.193. In omni genere magna quædam eſt vis incredibiliſq; naturæ. pro Syll. 78. Tormentum gubernat dolor & moderatur natura cuiuſque tum animi tum corporis.& *ibid.* Vita ipſa ex vi ſua naturaque facilè perſpicitur. de Clar. 271. Geſtus natura ita venuſtus, vt ars etiam quæ non erat, & è diſciplina motus quidã videretur accedere.1. Off. 110. Nihil cõtra naturã vniuerſam eſt contendendum.2.de Leg. 16. Naturæ rerum omnium rem vllã præſtare cum nefas ſit dicere, rationem eſſe in ea confitendum eſt. Cat. 5 Quid enim eſt aliud gigantum modo bellare cum diis, niſi repugnare naturæ? pro Clu.29. Vos autem de eo, in quẽ iudices non eſtis, &c. de eo qui & naturæ & legibus ſatisfecit, quem leges exilio, natura morte multauit.ad Brut.ep.9. Naturæ ſeruire. pro Marc.28. Naturam ipſam expleueris ſatietate viuendi.2.de Leg.62. Ad naturam iura noſtra accommodari gaudeo.in Or. 159. Quid verò hoc elegantius, quod non fit natura. 1.de N.d.39. Ea quæ natura fluerent atque manarent.1.Aca. q.29. Natura ſentiente nihil valentius, à quo intereat.13. Fam.ep.12. Natura tributum eſt id optimo cuique, vt laudem velit conſequi.1.de Leg.30. Naturam ducem nactus non eſt quiſquam hominum, qui ad virtutem peruenire non poſſit. 1. de Natu. d. 29. Naturam illam quæ imagines fundat, ac mittat in deorum numero.Tuſ.lib.1.44. Natura ineſt in mentibus noſtris inſatiabilis quædam cupiditas veri videndi.pro Syll. 83. Hoc natura eſt inſitum, vt quem timueris, qui cũ de vita, fortunisque contenderis, cuius ex inſidiis euaſeris, hũc ſemper oderis.1.de Or. 215. Natura non eſt interdictum ſingulis hominibus artes plures poſſe.

¶ *Mundi moles, rerum vniuerſitas.* 1. Acad.q.28. In natura ratio perfecta, iuxta Academicos.2.de Nat.d. 30. Naturam eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere neceſſe eſt. pro Rab.24. Atqui videmus hæc in rerum natura tria tuiſſe. 1.de Nat.39. Naturæ vniuerſæ animus & mens.2.de Or.45. In naturæ bonis Craſſus ſe vinci æquo animo ferebat: in iis verò quæ ſibi homines parare poſſent, pati non poterat.de Vniuer.43. Naturæ intelligentis ſapientisque cauſas primas conquirere. 2. de Nat.d.138. Naturæ fabrica incredibilis 3.de Nat.d. 28. Naturam quaſi cognatione continuatam cõſpirare.1. de Inu.34. Naturam definire difficile.de Prouinc.conſul. 43. Si ex rerum natura non poſſem euellere: *hoc eſt. delere, tollere.* de Amic.23. Quod ſi exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionem, nec domus vlla, nec vrbs ſtare poterit.Diuin lib.2.33. Natura rerum vno cõſenſu iuncta & continens, vt Phyſicis placet.4.Acad.54. Quod rerum natura non patitur. 1. Acad 28. Natura cohærens & continuata cum omnibus ſuis partib.1.de Leg.46. In natura eſt bonũ ipſum, non in opinionibus: nam ni ita eſſet, beati quoque opinione eſſent.1.de Fi.18. In rerum natura duo quærenda ſunt: vnũ, quæ materia ſit, ex qua quæque res efficiatur : alterum, quæ vis ſit, quæ quicque efficiat.de Fi.lib.2.16. In natura rerum tria ſunt: vnum, cum in voluptate ſumus, alterum, cùm in dolore, tertium, cùm nec in voluptate nec in dolore. Tuſc. lib. 3. 47. In natura tria ſunt : vnum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere nec dolore.

¶ *Eſſentia.* de Fat.25. Motus enim voluntarius eam naturam in ſe ipſe continet, vt ſit in noſtra poteſtate, nobisque pareat: nec id ſine cauſa, eius enim rei cauſa ipſa natura eſt. 1.de Or.196. Cuius rei tanta eſt vis, tanta natura, vt, &c.2.de Or.160. Acie mentis rerum omnium vim naturamque videre.2.de Or.163. Argumenta aut ex ſua ſumi vi atq; natura, aut aſſumi foris.pro Mar. 8. Sed tamen ea viciſti, quæ & naturã, & conditionem, vt vinci poſſent, habebant.3.de N.d.29. Naturam patibilem habet omne animal. 2.de N.27. Natura ignis, & ea ipſa tota feruida eſt, & cæteris naturis vitalem impertit calorẽ. 5.de Fin.26. Naturas eſſe diuerſas, vt aliud equo ſit natura, aliud boui, aliud homini. & 10. Theophraſtus perſecutus eſt ſtirpium naturas, omnium ferè rerum, &c. 1. de Finib. 50. Vis & natura iuſtitiæ. & 63. Vis verborum & natura orationis.12.ad Att. ep.5. Natura noſcenda eſt, non facultas.2.de Natu.deor.32. Mundus melior, quàm vlla natura. de Somn. 21. Hæc eſt natura propria animæ atque vis, vt ipſa à ſeipſa moueatur.2.de Natur. deor. 39. Hominis natura perfecta non eſt.1.de Leg. 17. Natura iuris ab hominis repetenda natura.

1.de Fini.50.Vis & natura iustitiæ. 4. Acad.114. Naturam rerum omnium euoluere. 1. de Orat.94. Id si est difficile nobis, sit tamen in re positum atque natura.4. Academ. 38. Ad naturam accommodatum. 6.Fam.ep.10.Ad rerum naturam delabi. 1. de L. 45. In natura non in opinione sita arboris aut equi virtus, 2. de Nat.163. Nostris manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur.1. de Nat. 1. De natura deorum quæstio perdifficilis & perobscura. * de Cons. Castos, puros, integros, leui quondam ac facili lapsu ad Deos, id est, ad naturam sui similem peruolare.

¶ *Ingenium.* pro Marc.9.Victoria, quæ natura insolens est. 2. de Natu.d.81.Naturæ solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi potest imitando. Tusc.lib. 1. 32. Naturæ specimen ex optima quaque natura capiendum. Tusc.li.5.78.Natura semper est inuicta. Tusc.lib.1. 32. Nulla melior in hominum genere natura, quàm eorum, qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitrabantur. de Clar. 279. Atque hic à magistris parum institutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum : industriam non sum expertus, studium certè fuit, Tusc. lib. 4. 62. Continet autem sedationem animi humani in conspectu posita natura.10. ad Att. ep. 4. Natura corrupit Hortensij filium, non patris culpa. Cat. 84. Natura commorandi nobis diuersorium dedit, non habitandi. de Fin.lib.5.61. Natura in pueris vt in speculis cernitur. 1.ad Quint. frat. ep.1. 6. Naturæ tuæ ea adhibita doctrina est, quæ vel vitiosissimam naturam excolere possit.1. de Orat. 113. Naturam atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. Tusc.q.lib.1.2. Quæ natura, non literis assecuti sumus.5.de Finib.55. Cùm sic hominis natura generata sit, vt, &c. Tusc.q.lib.4. 80. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quid, ij sunt eiusmodi constituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen. 4.Acad.q.11. Natura lenissimus homo Tusc. q. lib. 1.35. Optima natura esse. 13. Fam. ep. 11. Pro natura tua. pro Qu. 59. Natura tristi & recondita fuit.4. Tusc.63.

——Neque ira cælitum inuectum malum,
Quod non natura humana patienda ferat.

¶ *Animus, ratio, iudicium, mens, consilium.*1.de Leg.45.Natura diiudicanda sunt honesta & turpia.de Fi. lib. 1.71. Magistra ac duce natura.1.de L.20.Natura duce errari nullo pacto potest.Tusc. q. li.1.29. Tantum sibi persuaserant, quantum natura admonente cognouerant.Tus.lib.1.31. Naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare, maximum argumentum est quòd omnib.curæ sunt,& maximè quidē,quæ post mortē futura sint.

¶ *Mores.* 1. Acad.q.20.Naturæ profectio virtus. ad Lent.lib.1.ep. 9.Habui non temporum solùm rationem eorum, sed etiam naturæ. *id est, morum meorum.*1.ad Quint.frat.ep.1.29.Naturæ acerbitas.1.ad Attic.ep.14.Naturæ agilitas, vt ita dicam, & mollities. 3.de Nat.deor.27.Naturæ ista sunt Balbe, naturæ non artificiosè ambulantis, &c. sed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus suis. Epist.lib.13.ep.78.Huic ego tantum modo aditum ad tuam cognitionem patefacio & munio : cognitum per teipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia hospitioque iudicabis.pro Ar.15.Sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam.& *ibid.* Aliquem sine doctrina naturæ habitu esse moderatum. & *ibid.* Cum ad naturam eximiam & illustrem accesserit ratio quędam confirmatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solet existere.2.de Diu.95. Eodem temporis pūcto nati, dissimiles & naturas, & vitas, & casus habent. Tus.q.li.4.80. Qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur. 1. ad Qu. fr.ep. 1. 11. Natura vniuscuiusque multis simulationum inuolucris tegitur.Brut.ep.1. Voluntates hominum occultæ, multiplicesque naturæ.de Amic.27.Si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus & natura congruamus.1.ad Qu.fr.ep.1.18.Natura moderata, natura vitiosa.

¶ *Elementum.* 1.de Nat.d.29. Quatuor naturas, ex quibus omnia constare vult Empedocles, diuinas esse censet.

¶ *Temperatura.*2.de Or.186.Medico & consuetudo valētis,& natura corporis cognoscenda est.1.Phil.10.Præter naturam & fatū. Tusc.q.li.4.79.An quicquā potest esse secundum naturam, quod fit repugnante ratione? Cat. 71. Omnia que secundum naturam fiunt, sunt habēda in bonis.3.Off.23. Secundum naturam viuere. 1.Off.100. Naturam si sequemur ducem, nūquam aberrabimus. 2.de N.43.Neque naturam significat : est enim plena rationis.1. Acad.q.38.A natura corporis experte nihil quicquam effici posse arbitrabatur Zeno.

¶ *Origo, ortus, initium, principium.*2. de Leg. 5. Naturæ patria vna, altera ciuitatis.Orat.159. Hoc non natura fit, sed quodam instituto. de Cla. 275. Siue quod natura non esset ita factus. pro Cl. 72. Vitia quæ ab natura habeas, studio atque artificio quodam malitiæ condire.

¶ *Corpus.* 1. de N. 124. Quæ autē animans natura, nihil curans.2, de N.33.Naturæ primæ & inchoatę.3.de N.d.31.Natura maximè cedēs & dissipabilis.1.de N.d.104.Naturis, quæ sine animis sunt, locus est proprius.2.de N. d.84. Superis externisq; naturis alitur terra. *al. aternus.*1.Tusc.20. & 65. Quinta quædam natura ab Aristotele inducta. *& nubi de natura, quam substantiam vocant, præclarā quādam.*de Som.20. Vel cōcidat omne cœlum, omnisque natura, consistat necesse est animus. 2.de Natu. 28. In omni fusum est natura calidum illud atque igneum.1.Tus.q.41.Quinta illa non nominata magis quàm non intellecta natura.

¶ *Vulua, vterus.*2.de Di.145.Parere quædā matrona cupiens, dubitans essētne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam.retulit negauit eam, quoniam obsignata fuisset, cōcipere potuisse.7.I.V.26. Natura loci ac cœli Syracusarum.2.de L. agr. 94. Carthaginenses fraudulenti & mendaces non genere, sed natura loci, quòd propter portus suos, multis & variis mercatorum sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur.15.Fam.ep.4.Natura illius montis.Qu.fr.li.2.ep.15.Quos tu situs, quasi naturas rerum & locorum habes?2.ad Qu.fr.ep.15. Naturæ rerum & locorum. Ep. lib.1.ep.7. Ea est natura & ratio prouinciæ tuæ, &c.ad Lent. li. 1.ep.7.6. Eam esse naturam & rationem prouinciæ tuæ, vt illius reditum vel adiuuando confirmares, vel negligendo impedires.

¶ *Constitutio.* 2. de Or.132. Natura causæ, *quam alij constitutionem vocant.*

¶ *Status, cōditio, cursus.*6.Fam.ep.6.Natura atq; ratio temporū ciuilium.*ibid.*ep.5.Ea natura rerum est,& is temporum cursus.

✠ ADIVNC. *Paulo acrior,*1.*ad Q.fr. Admirabilis antiquior antiquißima,& rerum omniū princeps, Socors, negligensque, de Clar. Angustior,*3. *Fam. Animalis, cedens, maximè dissipalis, cōmutabilis, humida, patibilis, simplex,*3. *de Nat. Animabilis, spirabilisque, artificiosa, beata, Cælestis, altissima, ætheraque, Consultrix, & prouida vtilitatum, continuata, deterrima, expers rationis, inanima, multiplex, & tortuosa, Obscura, par, perfecta, perfectior, plenior, præpotens, atque excellens, Non solitaria, neque simplex, sed cum aliquo cōiuncta, neque honesta, terrena, tota, vltimæ perfectæq;,* 2.*de Nat. Appetens sui similium,& rapax, dux optima rectè viuendi, imbecilla, de Amic. Satis apta,* 4. *Attic. Aspera, Feruida, In Vat. Beata,& æterna, Beata & immortalis, Beata, & sempiterna, diuinæ, Excellens præsensque excellens, atque præstans, Eximia, præstansque quasi lena sui, locupletior, multæ optima,& præstantissima, perobscura, præstans, primæ, inchoataque prouida, solersque, pulcherrima, sempiterna, superæ, externæque,* 1.*de N. Cælestis,& diuina, Vana, Part. Communis, pro Mur. Cōgruens, diuersa generata, tota hominis,*5.*de Fi. Conseruatrix diligens sui,*4.*de Fin. Contenta, recta,*2.*de Fin. Dissimiles,*2.*de Di. Diuina, superior, tanta,*1.*de Inu. Eximia atque illustris, pro Arch. fera, atque immanis, multiplices, pro Q. Rosc. Com. Humana,*12.*Phil. Idonea,* 2.*Tusc. Ignea, melior, propria,& sua, quinta, sui similis, spirabilis, tacita, Vsitatæ, notæque,*1.*Tusc. Immanis, pro S.R. Immanis, acerbaq;, pro Cl. Immanis, atq; importuna,*3.*in Ver. Importuna,*7.*in Ver. Impurissima,*10.*Phil. Infensa hominū generi, atque inimica,*4.*Tus. Iutelligēs, sapiensq;, de Vniu. Inuicta, parēs omniū rerū, terrena & mortalis, vitiosa,*5.*Tusc. Mater omniū rerū, Para. Mira quædam vocis, variæ & voluptariæ, Or. Mitis clemēsq; pro Mur. Mortalis, obscurior,*1.*de D. Mortalis.) (. immortalis, multo firmior & constantior, propria,*1.*Offic. Perfecta in se, nec ad summū perducta,*1.*de Leg. præstās, æternaque, de Diu. præstans singularisque, princeps boni alicuius,*2.*de Or. Prolixa, beneficaque,* 10. *Fā. propria animi, de Somn. Simplex animi, de Sē. Tristis,*4.*Ac. Tristis, ac recōdita, pro Sest. Varia multiplexque, pro Cal. Vniuersa,*1.*de Orat.*

☞ Syntaxis. *Natura vis quædam, artificiosa, mater omnium, communis parens. Communis natura, vniuersa, omnia continēs, prouida, solers. Natura & vis animæ. Vitæ natura. Gestus natura venustus. Naturam habere ad dicendum. Naturæ habitus, non doctrina. Concidet omne cœlum, omnisq; natura. Contra naturam vniuersam contendere. Nō natura, sed instituto. Victoria natura insolēs. Generata hominis natura. Tāta rei vis, tanta naturæ. Natura corporis medico noscenda. Loci ac cœli Italici natura. A natura vitium habere. In rerum esse natura. Ex rerū*

natura tollere. Id natura, ita natura comparatum est. Natura legis norma. Animas natura, artifex, consultrix, & prouida vtilitatum nostrarum. Aer is natura cedens, dissipabilis, coharens, cotinuata cum suis partibus, Natura blanda consilitatrix ac sui lena, sui diligens, terrena mortalis, caduca. Causa natura, id est constitutio. Vniuersa natura mens & anima. Natura patria. Soluere naturæ debitum. Natura cognatione cõtinuata, conspirans. Animalis natura patibilis. Vide totum caput & accuratius expende: sunt enim omnia præclara Tullij dicta de natura. nos igitur actum non agemus.

NATVRALIS, le. *physicus, innatus, insitus, naturæ coniunctus vel copulatus, à natura profectus vel ortus secundum naturam, quod à natura est.* de Cl. 19. Eisque libris ad memoriam rerum naturalium comprehendendam impulsi sumus. Part. 64. In obscuris naturalibusque quæstionibus. 1. de Fin. 19. Motus naturalis. 3. I. A. 15. Pater naturalis. de Cl. 209. Omnium causarum vnum est naturale principium. de Fat. 9. Nostrarum voluntatum & appetitionum non sunt causæ naturales & antecedentes: nihil enim esset in nostra potestate. 1. de Diu. 12. Hæc enim duo genera diuinandi naturalia sunt. pro Cæl. 11. Nisi ipse se cùm domestica disciplina, tum etiam naturali quodam bono defenderet. de Cl. 36. Naturalis, non fucatus nitor. 1. Offic. 50. Naturalis quædam societas. 1. de Or. 117. Vt homines adolescentes, si quid naturale fortè non habeant, deterreantur. 1. de Finib. 31. Naturalis atque insita in animis nostris notio. de Clu. 130. Facile cerneres naturale quoddam stirpis bonum degenerauisse vitio deprauatæ voluntatis. 2. de Nat. 125. Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum coruo.

✝ ADVERB. *Maximè, de Amic.*

☞ Syntaxis. *Pater naturalis. Naturalis, non fucatus nitor. Naturalis ac insita vis. Naturale stirpis bonum degenerat.*

NATVRALITER. *à natura, secundum naturam, naturæ ipsius habitu: natura, ablatiui casus.* de Sen. 27. Quod homini naturaliter insitũ est, eo vti decet.

☞ Syntaxis. *Insitum naturaliter.*

NATVS, ti. *procreatus, filius.* de Amic. 27. Ea charitas, quæ est inter natos & parentes. 5. de Fin. 65. A primo satu quo à procreatoribus nati diliguntur.

NATVS, ta, tum. *editus, procreatus, factus, prognatus, alicuius satu vel partu editus.* 3. de Nat. 45. Orpheus & Rhesus matre Musa nati. & 48. Circe è Perside Oceani filia nata. 3. Tusc. 26. Thyestes Tãtalo prognatus, Pelope natus. Postquam. ad Quir. 5. A parentibus paruus sum procreatus, à vobis natus sum consularis. 5. de Fi. 63. Natus, susceptus & institutus ad laudem. 1. de Orat. 99. Cum te vnum ex omnibus ad dicendum maximè natum aptumque cognoui. & 90. Ita nati sumus, vt rem gestam exponere, & de omnibus rebus loqui sine arte posimus. 4. in Ver. 134. Reperiebam hunc ad istius flagitiosas libidines natum atque aptum fuisse & factum. L. FACTVS. 2. de Fin. 39. Equus natus ad cursum, canis natus ad indagandum. Epist. li. 4. ep. 13. Natus ad agẽdum semper aliquid dignum viro. de Ar. 6. Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis. & *ibid.* T. Annius ad hanc pestem funditus delẽdam natus esse videatur. pro Sest. 89. Vir ad dignitatem & gloriam natus. pro Cæl. 59. Ille vir, qui se natũ huic imperio putauit. pro Cor. 3. L. Crassus homo natus ad dicendi singularẽ quandam facultatẽ. 12. in Ant. 9. Cæsar deorum beneficio natus ad hæc tempora. 11. in Anto. 37. Aliquis ad facinus prædamque natus. Orato. 99. At hic noster ad hoc vnum est natus, in hoc solo se exercuit. Part. 91. Genus hominum est ad honestatem natum. de Clar. 239. Cn. Pompeius vir ad omnia summa natus. 2. de Nat. 159. Boum ceruices natæ ad iugum. de Prouin. 9. Syri natio nata seruituti. in Pison. 41. Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. de Clar. 282. Multitudo & forum, cui nata eloquentia est. pro Muræn. 75. & 81. Tuum est Cato, qui non tibi, sed patriæ natus es, videre &c. 1. Off. 22 Non nobis solùm nati sumus, sed &c. 3. de Or. 129. Græci nati in literis. Antequam. 20. Non magis me mea causa puto esse natum, quàm reipub. procreatum. 1. de Orato. 115. Quidam sunt ita habiles, &c. vt non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. Attic. lib. 7. ep. 8. Animaduerteram posse pro re nata te non incommodè ad me in Albanum venire. Attic. lib. 7. ep. 14. In his locis pro re nata non incommodè possunt esse. Attic. lib. 14. ep. 6. Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. 5. in Verr. 62. Eques Rom. propè annos L X X X X. natus. 3. de Orat. 71. & de Cla. 224. Annos natus vnum & viginti. pro Clu. 110. Cum annos ad quinquaginta natus esset. 1. de Leg. 28. Homines ad iustitiam esse natos. 2. contra Rull. 89. Ante extingui atque opprimi, quàm planè exortum ac natum esse. 1. cont. Rull. 18. Homines in veteri dignitate fortunaque nati. 1. de Leg. 16. Cuius causa nati & in lucem editi sumus. pro Quin. 8. Ex quo hæc omnia nata & profecta sunt. 4. de Finib. 4. Omnes nati sumus ad societatem & cõmunitatem generis humani. Top. 44. Filius natus in decem mensib. * de proscrip. li. Homines honestis parentibus ac maioribus nati. Acad. Hominem natum ad nihil esse aliud, quàm honestatem. 2. de Fin. 45. Non sibi se solùm natum meminerit: sed patriæ, sed suis.

✝ *ADVER. Fortuitò, 1. de Legib. ex-improuiso, 4. in Ver. Inibi, 1. Cont. Rull. Maximè, & aptus ad dicendum, 1. de Or Necessario, 4 Acad. Optimè, 5. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Ille Cæsare natus, è Cæs. Natus à senatoribus consularis Tullius. Natus, susceptus, & institutus ad laudem. Natus & aptus ad. Natus, aptus, factus. Natus Reipub. ad hoc tempus, ad omnia summa Natus seruituti, ad iugum, abdomini. Foro nata eloquentia. In literis natus. Prore nata consilium inire. Annos natus ad 20. & 20. Natus & exortus. Ex veteri natus nobilitate. Natus, ac in lucem editus. Hoc natum inde ac profectum est. In decem mensibus natus. In veteri dignitate natus.*

NAVALE, lis. *armamentarium, locus in quo naues naualiaq; opera fiũt, & seruantur.* Muri, naualia, portus, aquarum ductus. 2. Offi. 60.

NAVALIS, le. 1. de Or. 62. Sic huic. M. Antonio pro Hermodoro fuisset de Naualium opere dicendum. de Sen. 13. Pedestres naualésue pugnæ. pro Muræn. 33. Pugna naualis ad Tenedum. pro Pomp. 55. Disciplina naualis. & 28. Nauale bellum. Att. li. 10. ✝ ‖ & 7. Ver. 60.

NAVARCHVS, chi. *magister & gubernator nauis, nauicularius.* 7. in Ver. 59, Sumtum omnem in classem nauarcho suo quæque ciuitas dabat. & 83. Nauarchis imperare. 5. Ver. 186. Forum Syracusanum, nauarchorum sanguine redundauit.

NAVCI, *iuglandis putamen rẽue nihili.* 1. de Diu. 133. Non habeo denique nauci Marsum augurem.

NAVFRAGIVM, gij. *factura quæ fit in mari naui fracta, calamitas.* Epist. lib. 16. ep. 9. Interea, qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. 1. de Diuin. 24. Tot clarissimorum ducum regũque naufragium. 1. de In. 4. Maxima ac miserrima naufragia flebant. pro Rab. 25. Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Ticij nauem afflictam, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Attic. libr. 4. ep. 17. Hæc enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat. 3. Offic 89. 90. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si poterit? pro Sext. R. 147. Quem tu è patrimonio tanquàm è naufragio nudum eiecisti. pro Dom. 137. Quod in naufragio reipub. tenebris offusis, demerso populo, &c. Epist li. 1. ep. 9. Naufragium rei familiaris. pro Sest. 15. In quo naufragio reipub. colligendo & reficiendo, saluti communi omnia reperientur P. Sestij consilia esse versata. in Pison. 43. Vt tu naufragio expulsus penderes, &c. 12. in Anton. 19. Qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hæc Antoniana saxa proiectus est. Att. li. 2. ep. 7. Naufragia exterra intueri. 11. Phil. 36. Naufragia ex Latrociniis.

—*Neptunia prata ſecantes.*&,

—*Neptunia pi rix.*4.ad Her.16.Neptuniæ lacunæ.

NEPTVNVS,ni.de[N.1.84.Neptuni cærulei oculi.& li.3.64.Neptunũ eſſe animum cum intelligentia per mare pergentem,& lib.1.40.Neptunum eſſe aërem,qui per maria manaret, diſputat Chryſippus.2.de Natur.66.Datum eſt igitur Neptuno altero Iouis, vt volunt,fratri maritimum omne regnum; nominque productum, vt Portunus à portu,ſic Neptunus à nando.

NEQVA.in Ver.act.1.32.Nequa deductio fieret.

NEQVAM,ior,iſſimus.*nihili,improbus,impurus.*)(*frugi.*pro Cęl.10. Homo nequam atque improbus. pro Sext. Roſ.130. Serui nequam & improbi.3.in Verr.121. Verres tam nequam. & *Ibidem.* Ius tam nequam eſſe Verrinum.Ep.lib.11.ep.21. Homo nequiſſimus omniũ qui ſunt,qui fuerunt,qui futuri ſunt.Ep.li.12.ep.2. Homo perditus,inultoque nequior,quàm ille ipſe quem tu nequiſſimum occiſum eſſe dixiſti. de Prouinc. 13. Ne Gabinius vnus omnium nequiſſimus exiſtimaretur. in Piſo.3. Niſi nequior,quàm Gabinius extitiſſet. in Piſo.66. Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius,nihil libidinoſius, nihil poſteri9,nihil nequius. 3.Tuſcul. quæſt.36.Nihil nequius aut turpius effœmin ito viro. Att.lib.1.ep.9.Homo ſanè nequam.Att.lib.1.ep.13.Cùm accuſator homines nequiſſimos reiiceret, teus frugaliſſimum quenquam ſecerneret.& lib.7.epiſt.1. Nunquam vidi hominem nequiorem.7.in Anto. 3. Nequam eſt homo ille atque confidens. 4.I.Verr.192. Homo flagitioſiſſimus, libidinoſiſſimus, nequiſſimusque.

☞ Syntaxis. *Homo nequam & improbus. Tam nequam. Serui nequam, ius. Nihil Verre nequius. Nequam & confidens.*

NEQVANDO. de Amic. 61. Vt nequando amare inciperemus eum,quem aliquando odiſſe poſſemus. ad Her.lib.1.

NEQVAQVAM.*minimè,nullo pacto,nulla ex parte.* 2.de Fi. 79.Nequaquam iſta amicitia eſt.1.de In. 75. Nequaquam tantum inter eos intereſſet.Ep.lib. 15. ep. 4. Nequaquam paribus rebus.2. de Inu.26. Vt nequaquam cum illius commodo fuerit comparanda.3.de Nat.66.Nequaquam iſtuc iſtac ibit. pro Sext. Roſc. 3.Nequaquam ſimiliter, &c.

NEQVE,*nec.*1.de Orat.118. Nullæ enim lites neque controuerſiæ ſunt,quæ,&c.Attic. lib. 8. ep.16.Nam certè neque tum peccaui, cùm,&c.neque cùm,&c.8.Fam.ep.8.in Ep.Cælij: Neque abſolutus,neque damnatus.pro Clu. 73. Neque dum rem perfectam arbitraretur. Att.lib. 14. ep. 10. Neque dum Roma es profectus. ad Qu.fr.lib.3.ep.8.Sed eius rei maturitas neque dum venit, & tamen iam appropinquat.5.Ver. 110. Neque enim hoc poſſum negare.de Amic.48. Neque enim ſunt iſti audiendi, qui virtutem duram & quaſi ferream eſſe quandam volunt.5. Famil. ep. 16.Neque expectare temporis medicinam,quam repræſentare ratione poſſumus.1.de Fi. 7. Neq; feci adhuc,nec mihi tamen, ne faciam,interdictum puto.de Am.19. Quare ſibi habeant ſapientiæ nomen & inuidioſum & obſcurum: concedántque vt hi boni viri fuerint,neque id quidem facient, negabunt id niſi ſapienti poſſe concedi.1.de Natur.d.45.Neque ira neque gratia teneri.pro R.Com.10.Ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantum poſtulauimus, conſequamur.15.Fam.ep.4.Neque non vere.2.Philip.77.Ergo vt te catamitum, neque opinatò quum oſtendiſſes, præter ſpem mulier aſpiceret, &c.1. Offic. 4. Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque forenſibus, neque domeſticis in rebus, neque ſi tecum agas quid,neque ſi cum altero contrahas,vacare officio poteſt.&c.de Am.84. Neque quicquam vnquam niſi honeſtum & rectum alter ab altero poſtulabit: neque ſolùm colent inter ſe ac diligent,ſed etiam verebuntur.1.de Nat.82.Ea facie,Neque ſolùm facie,ſed etiam ornatu nouimus.11. Famil. ep.20.in epiſt.D.Bruti,neque tamen non te cautum eſſe volo. *5. de Leg. Neque dum ſatis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur.

NEQVEO,quis.*non queo,non poſſum,non habeo quemadmodum, mihi liberum non eſt.*2.de Orato. 303. Quædam quæ ſanare nequeunt, exulcerant.Or.220.Nec tamen hæc ita ſtricta ſunt, vt ea cum velimus,laxare nequeamus.1.Aca.27.Nihil in rerum natura eſt minimum,quod diuidi nequeat.2.de Diuina.96.Demoſthenes Rho literam dicere nequibat.de Sen. 38. Quæ ſi exequi nequirem,tamen,&c.de Som.13. Sicut ſolem intueri nequitis aduerſum.pro Mil.78.Nequeo vetera illa iudicare,&c.Orat.154. Nequire,pro non quire. Attic.lib.1.ep.16. Atque hoc loco illud non queo præterire.

NEQVICQVAM.*fruſtra.*pro Qu.79.Et ſerò & nequicquam pudet.& Brut.ep.16.Cæterum nequicquam perijt ille,ſi,&c.3.Tuſ. 59.Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt.3.Tuſ. 18.Nequitia ab eo, quòd nequicquam eſt in tali homine. 2. In Ver.35.

¶ *Non nihil.*1.Tuſc. 75. Secernere autem à corpore animum,nequicquam aliud eſt,quàm emori diſcere.

NE *quidem.*pro Deiot. 36. Deiotarus nunquam ſuccumbet inimicis,ne fortunæ quidem.L.NE.

NE *quis.*de Opt.19.Cùm eſſet lex Athenis,ne quis plebiſcitum faceret,vt quiſquam,&c.

NEQVITER.2.de Fi.25.Ille porrò malè,prauè,nequiter, turpiter cœnabat.2.ad Her.5.Qui fecerit illud tam nequiter,eundem hunc tam perperam feciſſe non eſt mirandum.3.Tuſc.36. Turpiter & nequiter facere aliquid.

☞ Syntaxis. *Malè,prauè,nequiter,turpiter cœnare.*

NEQVITIA,tiæ *flagitiũ,malitia,inertia.*)(*frugalitas.*1.I.C.4.Iam me ipſum inertiæ nequitiæque condemno. & 29.Inertia ac nequitia.3.Tuſc.18. Nequitia ab eo,quòd nequicquam eſt in tali homine: ex quo idem nihil dicitur. & *ibidem.* Frugalitas, cui contrarium vitium nequitia dicitur.& 2.Tuſcul.29. Scio dolorem non eſſe nequitiam.pro S.R.134.Officina nequitiæ, diuerſorium flagitiorum omnium.3. ad Heren. 11. Ab omnibus vnicam malitiam atque nequitiam cognoſci.5.de Finib.36.Homo ſingulari nequitia præditus. pro Clu. 36. Vir perdita nequitia, ſumma egeſtate.Att.lib.1.ep.13.Nequitia,libido.4. in Verr. 192. Infamia nequitiæ.

✠ ADIVNC.*Inſignis,in Piſo.Perdita,pro Cluent.Singularis.3.In Ver.Summa,& ſingularis,4,Ver.Victrix, 1.Attic.*

NEREIDES,*nymphæ marinæ.*in Arat.

Hanoſilis tribuunt pœnam Nereides almæ.

*NERONIANVS,a,um.2.de Oratore.248.Ridiculum eſt illud Neronianum vetus in furace ſeruo.

NERVII,*populi.*Q.frat.lib.3.ep.8.

NERVOSE,*enixè,fortiter,acriter.*Ep.lib.10.ep.23. Vigilanter, neruoſéque aliquem ſubornare.Planci.

NERVOSIVS.*firmius.*Or.127.Aliquanto neruoſiùs dicere.3. Off. 106.Neruoſiùs aliquid differere.

NERVOSVS,a, um. *fortis,robuſtus.*de Clar. 121. Quis Ariſtotele neruoſior.

NERVVLVS, Att.lib.16.ep.18.Si tu neruulos tuos adhibueris.

NERVVS,ui.*torus,vis,vires.*2.de Natur.59.Nec enim dij venis, & neruis,& oſſibus continentur.& 139.Hic adde neruos à quibus artus continentur,eorumque implicationem toto corpore pertinentem,qui ſicut venæ & arteriæ à corde tracti,& profecti,in corpus omne ducuntur.*con.C.Anto. Hiſpanienſi pugiunculo neruos incidere ciuium Rom.

¶ *Muſici neruuli.*3.de Or.214.& pro S.R. 134. Nerui in fidibus ita ſonant,vt à digitis ſunt pulſi.1.Tuſcul. 4.Cantus vocum,neruorum & tibiarum.2.de Diu.33.Iam neruos in fidib.aliis pulſis reſonare altos.2.de Leg.39. Illa ſeuera acedæmon neruos iuſſit, quòd plures quàm ſeptem haberet in Timothei fidibus, inde demi.

¶ *Virtus,vis,robur,tranſlatè.*Ep.lib.6.ep. 1. Quantum in cuiuſque animo roboris eſt & neruorum.Ep.lib.3.ep. 10. Planè video fore neruis opus,ſapientiáque tua.2.I.V.35. & Ep.li.15.ep.14. Contendere omnes neruos in aliqua re.de Fat. 21.Itaque contendit omnes neruos Chryſippus,vt perſuadeat,&c.Q.fr.lib.3.ep. 9. Et tu vt poſſis,eſt tuorum neruorum.Orat.62.Oratio Philoſophica neque aculeos,neque neruos forenſes habet.2.cont.Rul.46. Incidere neruos populi Rom.1.Acad.35.Theophraſtus neruos virtutis incidit.2.Tuſc.27.Poëtæ neruos virtutis elidunt. 12. I. A.8. Legionum noſtrarum neruos his conſiliis incidemus. Qu. de Pet.30.Nerui atque artus ſapientiæ ſunt, non temerè credere. 5. I.A.5.Nerui belli pecunia.pro Pom.17.Vectigalia neruos Reip. ſemper duximus.

✠ ADIVNC.*Forenſes, Or.Honeſti,*14.*At.*

☞ Syntaxis. *Neruose ſuborn are aliquem. In ducendo neruoſus. Neruos adhibere, Continetur neruis animal,artus à corde tracti,& profecti in corpus ducuntur.*

NESCIO,ſcis.*ſum ignarus, ſum inſcius, ſum rudis,ſcientiam meam fugit.*1.de Or.101.Dum mihi liceat fateri neſcire, quod neſciam. 1.de Orat.63. Neminem in eo diſertum eſſe poſſe,quod neſciat. Or.157.Non ſcire quidem barbarum iam videtur, neſcire dulcius.Tuſc.li.1.60.Nec me pudet,vt iſtos,fateri neſcire,quod neſciã.At.li.12.ep.22.Opinor,ſed certum neſcio.6.I.V.64.Peruenit res ad iſti9 aures neſcio quomodo.1.Off.61 Ea neſcio quomodo pleniore ore laudamus.Or.79.Sententiæ neſcio vnde ex abdito erutæ.4.Acad.81.At ille neſcio qui, qui ſolet,&c.Epi.lib.5.ep.15. Neſcio quo pacto, neſcio quomodo, & caſu neſcio quo. pro

Mil.

Mil. 14. Diuisa est sententia postulante nescio quo.1. de Orat. 102. Causidicus nescio quis. Qu.frat.li.1.ep. 1. 16. Paconij nescio cuius hominis querelæ. pro Fl.40. Supplet enim ille nescio qui, &c. item.39. O pastores nescio quos, &c.2. in Anton.36. Nescio quid conturbatus mihi esse videris.

✠ ADVERB. *Certùm,pro Syll.Græcè,pro Flac.Omninò, pro Sex.Rosc.Omninò nasci,1.de Orat.Omninò natum esse,9.Famil.Omninò quid liceat,pro Corn.Planè,1.ad Attic.*

☞ Syntaxis. *Nescio,quid conturbetur ille.*

NESCIVS, a,um. *inscius.* pro Deiot.8. Iratum te regi Deiotaro fuisse,non erant nescij.1. de Orat.45. Non sum nescius Scæuola ista inter Græcos dici solere. Epist.lib.5.ep.12. Neque tamen hęc cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere.1. de Fin. 1. Non eram nescius Brute,&c.5.ad Heren.27. Non sum nescius,quàtum &c. Att.lib.9.ep.11. Heus tu, ne fortè sis nescius, Dolabella me sibi legauit,ad IIII. Non. April.

NESIS,*locus est in Italia in Campano littore.* Att.lib.16.ep.4.

NETINENSES. *populi.*4.in Ver.156.

NETINI.*populi.*7.in Ver.55.

NEVTER,tra,um. *indifferens,nullarum partium.* Att. li.7.ep.1. Ita effici,vt neutri illorum quisquam esset me charior.1. Offi.70. In quo quidem neutrorum est contemnenda sententia.2.de Diu. 10. Quid bonum sit,quid malum,quid neutrum.2. Offi.20. Hęc sine hominum operibus neutram in partem effici possunt. Or. 155. Quæ non sanè sunt in omnibus,neutris vsitata.4. Acad. 130. Huic summum bonum est, in his rebus neutram in partem moueri,quę ἀδιαφορίαν ab ipso dicitur. Att.lib.7.ep.1. Neuter quęquam omnium pluris facere quàm me videtur. & lib.8. ep.11. Sed neuter ὁμοῦ̃ς est ille, vt nos beati simus:vterque regnare vult.

¶ *Neque mas neque fœmina.*2.de Di.62. Neuter anguis.

NEVTIQVAM. *nequaquam.* Att.lib.9.ep.12. Cui te socium neutiquam puto esse oportere.de Vniuers.35. Indissolubiles vos quidē esse non potestis, neutiquam tamen dissoluemini.4.Acad. 52. Mihi neutiquam cor consentit cum oculorum aspectu. poetę * de Virtut. Illud neutiquam probares.

NEX,cis. *mors violenta.*pro Mil.9. Latroni quæ potest afferri iniusta nex.2.de Nat.8. Iunius necem sibi ipse consciuit.pro Cecin. 100. Homines vincla,neces, ignominiasque vitant.1. in Cat.18. Multorum ciuium neces.2.de Leg.55. Denicales feriæ à nec appellatæ.

✠ ADIVN. *Crudelißima,8.Phil.Iniusta,pro Mil.Quotidianæ,3.Tusc.*

☞ Syntaxis. *Necem afferre alicui,sibi consciscere.*

NEXVM,xi:& NEXVS,us. *obligatio ciuilis quædā est,quæ fiebat septē adhibitis testibus,ciuibus Romanis puberibus, idq; per æs & libram:id est,ære,nummóue aliquo percussa libra:quo facto,solutio repræsentabatur:sicq; non minus corpus,quam bona,obligabatur,vt pignus,præsertim si quis pro pecunia quam debet,operas suas corpusq; seruituti subiuciat.* pro Cec.102. Sylla ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum nexa atq; hæreditates.de Ar.14. Multæ sunt domus iure mancipij & iure nexi. 1. de Orat. 173. Nexorum & mancipiorum iura.3.de Orat. 157. Nexum,quod per libram agitur. Top. 28. Tradere rem alicui nexu. Parad.5. Mancipia,quæ sunt dominorum facta nexu aut aliquo iure ciuili.pro Mur.3. In iis rebus repetendis quę mancipij sunt,is periculum iudicij præstare debet,qui se nexu obligauit. Epist.li.7.ep.30. Atticus noster,cuius quando proprium te esse scribis mancipio & nexu, meum autem vsu & fructu,contentus isto sum. & ep.29. Sum enim χρήσει μὲν tuus,κτήσει δὲ Attici nostri:ergo fructus est tuus,mancipium illius.

NEXVS,a,um. *aptus,coniunctus.*3.Tusc.17. Omnes virtutes inter se nexæ & iugatæ sunt.1.de Diuinat. 125. Cum causa causæ nexa rem ex se gignit.5.Tusc.70. Causæ aliæ ex aliis aptæ,& necessitate nexæ. Orator.139. Res collocatæ & quasi structæ & nexæ verbis.de Fat.38. Ex æternitate quædā vera esse,& ea nō esse nexa causis æternis,& à fati necessitate esse libera. * Hortē. Altera est nexa cum superiore,& inde aptéque pendens.

NI,*nisi.*de Orat.li.2.279. Quid ploras pater? mirum,ni cantem.pro Mur. Sponsionē facere possent, ni aduersum edictum prætoris vis facta esset idē.7.I.V.140. Att.li.16.ep.14. Me nullo modo facere posse,ni mihi exploratū esset,&c.5.in Ver.223. Ni ad equestrem ordinem iudicia referantur. Epist.lib.6.ep.6. Ni vererer, ne,&c. 2.in Cat.23. Ni exeūt,qui pereunt.5. Tus.115. Ni ita se res haberet.*Iocul. lib.

Ni tamen exciderit,qua caua fundā patet.

NICANDER. *poeta Colophonius,de rebus rusticis scripsit.* 1.de Orat. 69.

NICE,es. *Verris amica Syracusana.*in Verr.act.7. 81.

NICEA,æ,*vrbs.*pro Pl.84. Nescio, cur seueriorem Nicæam putes,quàm Rhodum.

NICAEI,*corum.*pro Pl.84. Putabam in Nicæis dicturum.

NICENSES,*populi.*Epist.lib.13.ep 61.

NICETAS, Syracusius terram moueri,cætera stare asserit. Aca. quæst.lib.2.

NIDOR,ris. *odor præsertim rerum assarū.*in P.13. Paulisper stetimus in illo gancarum tuarum nidore atque fumo.3. Tusc.26. Situ nidoris,barba pedore horrida.

NIDVLVS,li.1.de Orat.196.

NIDVS,di. 2. de Nat.129. Aues cubilia sibi nidosque construunt, eósque,quàm possunt molliſsimè substernūt.2.de Orat.23. Volucres videmus fingere atque construere nidos.

☞ Syntaxis. *Auium cubilia nidiq;. Nidum substernere, fingere, construere.*

NIGER,a,um. *ater.*2.de Diu 9. Quæ alba sint, quæ nigra,dicere. pro Cec. 27. Phormio nec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio.

NIGROR,oris. *quam nigredinem barbari,nigritudinem & nigritiam Plin.nigritiem Cor. Celsus appellat. hic vero pro tenebris & caligine vsurpatur.*3.de Orat.155. & 1.de Diuinat. 24. Noctisque & nimbum occæcat nigror.

NIHIL. *nihilum,nequicquam,nihil quicquā,non quicquam, nulla pars, ne pilus quidem.*1.Offi.151. Nihil omniū rerum agricultura melius.1.de In.59. Nihil omniū rerum melius, quàm omnis mundus administratur.2.de Orat.187. Omnia dicēdo excitāda sunt, nihil adiuuante natura.de Cla.110. Curio literarum admodum nihil sciebat. Quint.frat.lib.3.ep.8. Nihil istorum fuit faciendum.1.de Ora.134. Sine quo cùm in vita nihil quicquam egregium,tum certè hoc quod tu expetis, nemo vnquam assequetur. Epist. lib.6. ep.11. Dolabellam antea tantum modo diligebam,obligatus ei nihil eram. 2. contra Rull.60. Beneficio isto legis nihil vtitur.3.Offi.81. Cadit ergo in virum bonum mentiri nihil minus.5.I.V.169. Ciuitatibus pro frumēto nihil soluit omnino.2.de Or.139. Sed hoc nihil ad me.in Pis.68. Rectè an secus, nihil ad nos,aut si ad nos, nihil ad hoc tempus. Or.117. Quādo autē,&c. nihil ad hoc tēpus.de Som.15. In quo qui insistūt,nihil ad nostrū genus. Or.214. Nihil ad rē,illud sit an non,nihil refert. de Clar.140. Antonius nihil non ad artem dirigebat. Att.lib.9. ep.4. Optimatibus verò tuis nihil confido,nihil iam ne inseruio quidem. Parad.1. Hoc tamen opus in apertum vt referas, nihil postulo.& *ibidem.* Sic te prosternas, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquid putes interesse.1. de L.4. Quorsum tandem,aut cur ista quæris? nihil sanè, &c. & *ibid.*5. In hoc etiam Græciæ nihil cedimus.

☞ Syntaxis. *Obligatus tibi nihil sum. Nihil ad me,ad hoc tempus. Nihil tibi inseruio. Hoc vt agas,nihil postulo. In hoc tibi nihil cedo.*

NIHIL,dum. *nihil adhuc,non adhuc,nondum quicquam.*Att.li.9.ep.2. Brundusio nihil dum erat allatum.& lib.8.ep. 12. Te nihil dum certi exquiro. 3. in Cat. 6. Eum nihil dum suspicantem ad me vocaui. Attic.li.15.ep.4. Summatim adhuc ad te:nihil dum enim ab Albo.

NIHIL.*nequam.*3 Tusc.18. Nequitia ab eo,quòd nequicquam sit in tali nomine,ex quo idem nihili dicitur.

NIHILI facio. *nullo de numero.*2.de Fin.88.

NIHILOMAGIS.in Verr. Vbi videt eum nihilomagis minis quàm precibus permoueri,&c.

NIHILNON.de Cl.140. Nihil non ad rationē & tanquam ad artem dirigebat Antonius.

NIHILOMINVS. *nihilo secius.*Ep.lib.10.ep.2.L. NIHILVM.

NIHILOSECIVS.4.ad Her.50.L. NIHILVM.

NIHILVM, *nihil.*2.Tusc.5. Atque oratorum laus ita ducta ab humili venit ad summum,vt iam senescat breuique tempore ad nihilum ventura videatur.& Epist.lib.11.ep.12. Ad nihilum omnia recidere.1.de Diu.37. Et erit aliquid, quod aut nihilo oriatur,aut in nihilum subitò occidat.& 1.Acad.27. Interire in nihilum.de Fat.18. Ex quo existet,vt de nihilo quidpiam fiat, quod nulli placet.pro Cec.95. Si quid ius non esset rogari,eius ea lege nihilum rogatum.pro Dom.38. Hæc adoptio pro nihilo est habenda.pro Mar.28. Præterita voluptas pro nihilo est. 1. in Ver. 24. Contemnere ac pro nihilo putare vel ducere aliquem. 2. de Fin.88. Ad dolorē nihili facit.4.I.V.40. Pro nihilo ducere alios præ se.3.de Fi.29. Quæ cadere in hominem possint,despicere ac pro nihilo putare.2.de Fin.43. Quæ Pyrrhoni visa sunt pro nihilo. Att.li.14.ep.9. Dij immortales quàm mihi ista pro nihilo. Ep.li.3.ep.12. Beneuolētior tibi quàm fuerim nihilo sum factus. & lib.6.ep.3. Ego tibi hoc confirmo, nihilo te nunc maiore in discrimine esse quàm quenquam nostrūm.2. de Diu.104. Sed ea sumitis, quibus concessis,nihilo magis efficiatis quod velitis. de Cl.19. Legam, inquit,nihilominus. Epist. lib. 10. ep. 2. Quæ nihilominus, vt ego absim, confici possunt. 2.de In. 26. Nihilo sibi magis quàm alij commodum dicet. Attic. lib.8.ep. 15. Non solùm eos,qui,&c. sed eos nihilominus,qui,&c.& li.9. ep.18. Scimus nempe, hæremus nihilominus. Epist.lib.4.ep.14. Nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas quàm rēp.

offendisse. Or. 230. Tamen nihilo amplius explet sententias. pro Cl. 76. Tamen nihilominus putabant se, &c. 5. I. A. 26. Legati proficiscantur, bellum nihilominus paretur. Parad. 3. Peccauit verò nihilominus. Epist. lib. 13. ep. 15. Et tamen nihilominus ἀδιαφόρως. pro Mil. 19. Minus dolendum fuit re non perfecta, sed puniendum certè nihilominus. 2. de Diu. 40. Vester autem Deus potest non impertire, vt nihilominus mundum regat. Attic. lib. 8. ep. 17. Cùm hoc tempore nihilo magis quàm vos subsidio ire possim. 2. I. A. 56. Aliquem condemnatum esse pro nihilo. 7. I. A. 28. Hunc tantum apparatum ne ad nihilum recidere patiare.

☞ Syntaxis. *Hoc ad nihil venit, recidit. Nihilo oriri, in nihilum occidere, interire. De nihilo nihil fit. Habere pro nihilo, esse, putare, ducere. Nihili facere. Despicio, ac pro nihilo duco. Pro nihilo videri. Nihilo maior. Nihilo in maiore discrimine. Nihilo tibi magis. Tamen nihilominus. Nihilo magis quàm tu ego possum. Pro nihilo condemnare innocentem.*

NIL. *nihil.* pro Syll. Ego verò mihi nil assumo.

NILVS, li. 2. de Nat. 130. Aegyptum Nilus irrigat: & cùm tota æstate obrutam, oppletámque tenuerit, tum recedit, mollitosq; & oblimatos agros ad serendum relinquit.

¶ *Item aquæductus & alueus opere magnificus, qui aquam fluuiorum in morem deductam conciperet exundantem.* Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Imagines enim istæ, & palæstra, & piscina, & Nilus multorum Philotimorum est, non Diphilorum. L. EVRIPVS.

NIMBVS, bi. *imber, pluuia.* 2. de N. 14. Nimbi, niues, grandines. Att. lib. 15. ep. 10. Sed hunc quidem nimbum citò transisse lætor. 3. de Orat. 155. & 1. de Diuinat. 24. Noctisque & nimbum occæcat nigror.

NIMIRVM. *nempe, scilicet, videlicet, nam.* 4. I. V. 154. Is est nimirum soter qui salutem dedit. & 6. In Ver. 4. Nimirum didici, &c. Att. lib. 9. ep. 11. Itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit, se velle vti consilio meo. pro Fl. 66. Hoc nimirum est illud quod non longè à gradibus hæc causa dicitur. 2. Tuscul. 55. Et hic nimirum est fletus, qui, &c. pro S. R. 39. Luxuries igitur hominem nimirum ad hoc scelus impulit. 2. contra Rull. 69. Et nimirum istud est, quod ab hoc Tribuno dictum est in senatu, vrbanam plebem, &c. pro Mar. 11. Si considerâris, &c. omnibus regibus, cum quibus, &c. hunc regem nimirum antepones. 1. de In. 32. Nam genus est omnium nimirum libidinum cupiditas. Or. 50. Vestibula nimirum & aditus ad causam faciet illustres. 1. de Orat. 16. Sed nimirum maius est hoc quiddam, quàm homines opinâtur. de Clar. 82. Et nimirum is princeps ex Latinis ista tractauit. Att. lib. 13. ep. 10. Et nimirum id fuit: soluêdo enim non erat. 4. Aca. 113. Itaque in cognitione nimirum assentiar, &c. 3. Tusc. 79. Nimirum igitur vt in causis, &c. sic in ægritudine, &c. 4. ad Heren. 42. Eum extinguere, id nimirum fuit capi Troiam. & 2. ad Heren. 2. Nam cùm dissoluerimus, &c. absolutè nimirum confecerimus, &c. 5. Tusc. 69. Horum nimirum aspectus, &c. pro Sext. Rosc. 15. Nimirũ similiter arbitrantur isti, &c. 1. de Diu. 122. Hoc nimirum est illud, &c. pro Sext. Rosc. 149. Nimirum iudices, &c. de Amic. 52. Hæc enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, &c.

¶ *Potius.* pro Mar. 19. Quæ nõ modò summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere.

NIMIOPERE. Par. 5. Quos ædificia magnifica nimioperè delectant. in Ver. act. 6. 132.

NIMIO plus. Att. lib. 10. ep. 8. Sed quia te nimio plus diligo.

NIMIS, & NIMIVM. *immoderatè, extra modũ, præter modum, vltrà quàm satis est, subtilius quàm satis est, & mis valde, plus æquo, nimio opere nimio plus.* (. *satis, parum.* 3. de Leg. 1. Tu verò illum nec nimis valde vnquam, nec nimis sæpe laudaueris. Ora. 107. Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. Att. li. 7. ep. 23. Philotimi literæ me quidem non nimis, sed alios admodum delectarunt. Att. lib. 7. ep. 17. Sed hæc non nimis exquiro à Græcis. 1. de Or. 65. Si cuipiam hoc nimis infinitum videtur. de Cl. 318. Nimis multa de me. 1. de Or. 133. Quoniam quæ à natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis. & *ibidem.* Non sumus nimis auidi, tua ista mediocri eloquẽtia contẽti sumus. & lib. 2. Nimis multa in genere diuidere aliqua. 2. de Or. 361. Homo certè non nimis pudens. Ep. lib. 9. ep. 22. Non nimis honestus. 4. ad Her. 28. Magna nimis licentia. 5. de Fin. 81. Quod satis est, eo quicquid accesserit, nimium est, & nemo nimium beatus est, & nemo beatior. Or. 73. In omnire videndum est, quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium quàm parum. Orat. 178. In hoc genere nimium quod est, offendit vehementius, quàm id quod videtur parum. pro Planc. 82. Succumbam tibi in eo ipso, in quo nihil potest esse nimium. & *ibid.* Quoniam tu ita vis, nimium gratum esse concedam. 10. in Ant. 23. In illius viri consiliis atque factis nec nimium nec parum vnquam fuit. 2. de Ora. 160. Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. 2. de Or. 88. Verba efferuescentia, & paulò nimium redundantia. Or. 87. Sales qui in dicendo nimium quantum valent. *aliter, mirum quantum valent.* 1. in Cat. 10. Nimium diu te illa castra desiderant. Att. lib. 12. ep. 19. Tempus nimium longum. 2. de Fin. 41. Quod vos interdum, vel potius nimium sæpe dicitis. & *ibid.* Nimium boni est cui nihil est mali. Attic. lib 10. ep. 8. Ego te nimio plus diligo. 1. Offic. 19. Alterum est vitium, quo nimis magnum studium in res obscuras conferunt. 1. Offi. 89. Mediocritas illa quæ est inter nimium & parum pro Arch. 28. De meo amore gloriæ nimis acri fortasse, sed tamen honesto vobis confitebor.

☞ Syntaxis. *Nimis valde, nimis sæpe. Insidiarum nimis. Nimis multa. Non nimis honestus. Magis offendit nimium quàm parum. Paulo nimium redundam. Nimium longum tempus. Nimio plus diligere. Inter nimium & parum mediocritas.*

NIMIVS, a, um. *immoderatus, intemperatus, plus æquo, quod superest, nimis magnus, nimis acer, multus.* (. *modicus.* Brut. ep. 15. Epistola, qua mihi multa tribuens vnum reprehendebas, quòd in honoribus decernendis essem nimius, & tanquam prodigus. pro Mil. 67. Diligentiã tota repub. susceptã nimiam nullam putabat. 4. Tusc. 57. Nimia resecari oportere. Brut. ep. 15. Nihil tum nimium videbatur. 5. de Fin. 31. Hoc magis intelligendum est, hęc ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quædam essent modica natura. 1. Offi. 131. Cauendum est, ne in festinationibus suspiciamus nimias celeritates. de Se. 52. Vitis putanda est, ne sylueſcat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.

☞ Syntaxis. *Nimius in dicendo. Vitis nimia funditur.*

NIOBE. 3. Tusc. 63. Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu silentium.

NIPTRA, orum. *nomen tragœdiæ Pacuuij.* 2. Tusc. 48.

NISAEI, *populi.* Epist. lib. 13. ep. 64.

NISI. *nisi non, nisi si, nisi quod, præter, præterquam.* Att. li. 8. ep. 10. Nisi ego insanio, stultè omnia agi iudico. pro Sest. 128. Quem vnquã senatus ciuem nisi me, nationibus exteris commendauit? de Cl. 61. Nec verò habeo quenquam antiquiorem, nisi quem, &c. Ep. lib. 9. ep. 16. Nihil video, quod timeam, nisi quòd omnia sunt incerta. 4. de Fin. 80. Mementote, quæ nos sentiamus, omnia probare, nisi quòd verbis aliter vtamur. 2. de Fi. 73. Nunquam facies: cur, nisi quod turpe est. Att. li. 2. ep. 1. Hoc me delectat nisi quòd, &c. de Cl. 50. Nisi quid de Epaminonda suspicari libet, &c. pro Syl. 28. Nisi verò paucos fuisse putatis, qui, &c. 4. in Cat. 13. Nisi cuipiam L. Cęsar crudelior nudiustertius est visus, cùm, &c. Att. lib. 10. ep. 1. Nisi fortè iste summarius, &c. de Fat. 37. Nisi fortè volum⁹ sequi, &c. & pro Plan. 96. Nihil amplius dico, nisi me in Siciliam venire nolle. pro S. R. 108. Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerũt, nónne satis fuit his gratias agi? pro Syl. 35. Si Torquatus Syllam solum accusasset, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi eum qui accusatus esset, defenderem. Att. lib. 2. ep. 3. Nisi si quid erit, &c & lib. 14. Erat autem nihil noui, quod aut scriberem, aut ex te quæreremus, nisi fortè hoc ad te putas pertinere. pro S. Rosc. 98. Quid erat, quod Capitoni primùm nunciârit, nescio, nisi hoc video Capitonem in his bonis esse socium. Att. li. 16. ep. 7. In freto medio hanc epistolam legi, vt quid possem prouidere in mentem non venerit mihi, nisi quòd præsens me ipse defenderem, &c. 2. de Orat. 237. Miseros illudi nolunt, nisi si se fortè iactant. Ep. li. 14. ep. 2. Nisi quis ad me plura scripsit.

¶ *Sed.* Epist. lib. 13. ep. 73. De re nihil possum iudicare, nisi illud mihi certè persuadeo, te nihil temerè fecisse. item *ibidem.* Nec cur ille tantopere cõtendat, video, nisi tamen multo minus tibi concedi potest.

☞ Syntaxis. *Veniam, nisi ſs. Nisi quòd. Nisi hoc vide: id est, nisi quòd Hoc ignoro, nisi quòd illud scio. ad est, verum.*

NISVS, us. *conatus, gressus, incessus.* 2. Tusc. 48. Pedetentim, inquit, ite & sedato nisu. Poëtæ.

NITEDVLA, æ. *muris genus.* pro Sest. 72. Vt illa ex vepreculis extracta nitedula, Rempub. conaretur arrodere. *Seruius, nitela legit. vide Georg. lib. 1.*

NITENS, tis. *nitidus.* de Clar. 238. Non valde nitens, nõ planè horrida oratio.

✠ ADVER. *Valdè, de Cla.*

NITEO, es. *niteſco, ſplendeo, floreo.* (. *ſqualeo, obſoleſco.* 2. in Cat. 5. Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. 1. cont. Rull. 21. Vectigal quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello nõ obsolescat. 4. de Fin. 5. Eorum vides quàm niteat oratio.

NITESCO, scis. *niteo.* (. *obſoleſco.* 1. Tusc. 69. Non intermittit suo tempore cœlum nitescere. in Atat.

Exiguo qui ſtellarum candore niteſcit.

3. ad Her. 29. Ingenio, doctrina, præceptione natura nitescit.

NITIDVS, a, um: ſsimus. *nitens, cultus.* (. *incultus, horridus, agreſtis.* 5. I. V. 47. Campi collesque nitidissimique viridissimique. 2. I. C. 22. Quos pexo capillo nitidos videris. 1. de Or. 81. Nitidum & lætum genus verborum. Or. 36. Nitida pictura. (. *inculta & horrida.* Att. lib. 12. ep. 6. Pro isto asso sole, à te nitidum solem vnctumque repetemus.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Nitere vnguentis. Vecligalia nitent.)(.obsoleſcunt.Campus nitidus,viridiſſimus.Nitidum & lætum genus verborum. Pro aſſo ſole nitidus,vncluſque*

NITOR,oris. *cultus,munditia.)(.ſqualor.* pro Cæl.77. Si quem offendit huius ſplendor,ſi nitor, iam iſta deſeruerit. 4. ad Her. 64. Gemmæ nitor & ſplendor auri.de Sen.59. Tum Lyſimachus intuens eius purpuram & nitorem corporis,dixit,&c.in Arat.

Delphinus iacet haud nimio luſtratu nitore.

Att.lib.13.ep.19. Nitor orationis noſter, ſi modò eſt aliquis in nobis.de Clar.36. Aetas oratorum,in qua naturalis ineſſet, non fucatus nitor. Or.115. Sed quia hæc ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in eis explicandis quidam orationis nitor.4.ad Her.23. Cuius nitor vrbis Italiam nuper illuſtrauit.1.de Leg. 6. Antipater habuit vires agreſtes ac horridas ſine nitore ac palæſtra.

✝ADIVN. *Naturalis,& non Fucatus,de Clar. Nimius, Parilis,Arat.*

☞ Syntaxis. *Nitor & ſplendor auri,orationis,non fucatus, ſed naturalis. Nitor illuſtrans.*

NITENDO,dum.1.Tuſc.10. Sudans nitendo nec proficit hilum. 5. Tuſc. 2. Virtutis fiducia nitendum nobis eſt ad ſpem beatè viuendi.

NITENS,tis. in Arat. Corvus nitens extrema hydra. Brut.ep.4. Reſpub.iuſta,& iam ſuis nitens viribus.2.de Nat.113.

Quam propter nitens pennis conuoluitur ales. & ibid.

*—Nitens plumato corpore corvus.*2.de Nat.109.

Ille tamen nitens grauiter veſtigia ponit.

NITOR,eris:nixus ſum,& niſus ſum.*enitor,connitor, adnitor, fulcior,confido,pendeo.*2. de Nat.115. Partes terræ vndique medium locum capeſſentes nituntur æqualiter.de Sen.82. Optimi cuiuſque animus maximè ad immortalem gloriam nititur. pro Mil.19. In huius vita nititur ſalus ciuitatis. pro Deiot.5. Ea frequentia in qua oratorum ſtudia niti ſolent. in Sall. 5. Satius eſt me meis rebus geſtis florere, quàm maiorum opinione niti. 1. de Diu.25. Diuinatio coniectura nititur.& lib.2.55. Diuinatio in coniectura nititur.de Som.3. Tu eris vnus, in quo nitatur ciuitatis ſalus.pro Cæl.24. Vt aliquando in quibus cauſa nititur, ad ea veniamus.Att.lib.1.ep.1. Domitius in quo vno maximè ambitio noſtra nititur. Part.127. Defenſor autem ea,quam propoſui æquitate,nitatur.Epi lib.1.ep.5. Cùm maximè conſilio, ſtudio,labore,gratia de cauſa regia niteremur.pro Cęl.2. Hoc non faceret,niſi alicuius intolerabili libidine, & nimis acerbo odio niteretur.pro Clu.112. Is hoc vno nititur, quòd ſit ignobilis.& *ibid.*1. Niti,& magnopere cõſidere aliqua re.pro Flac.62. Vt iam fractũ Græciæ nomen huius vrbis laude nitatur. Att.lib.2.ep. 9. Suſtentabimus nos,& ſpe qua iubes,nitemur. Ep. lib. 12.ep. 10. Niti ope alterius.1.in Ver.15. Niti gratia & authoritate.2.de In. 147. Vt lex ipſo ſcripto videatur niti.1. de Fin. 61. Virtus nititur honeſto.5. Tuſc.37. Quod ita ortum eſſet è terra,vt ſtirpibus ſuis niteretur.1.de Or.214. M.Scaurus, qui prudentia rerum magis quam dicẽdi arte nititur.1.de Or.90. Tum etiam exemplorum copia nitebatur.2.de In.143. Id quo nititur aduerſariorum cauſa. Qu.fr.lib.1.ep.1.36. Ratio ſaluſque omnium noſtrũm,qui ad Remp.accedimus,non veritate ſolùm, ſed etiam fama nititur. de Sen.33. Tantum quiſque,quantum poteſt,nitatur. Att. lib. 12. ep.15. Ad omnia nitor,non ad animum, ſed ad vulnus reficiendum.1. Tuſc.50. Sed plurimi contra nituntur.in Piſ.19. Ego iſtius pecudis conſilio ſcilicet aut præſidio niti volebam. pro Cæl. 5. Fundamenta defenſionis meæ;quæ firmiſſima ſunt, ſi nitantur iudicio ſuorum. Antequam.11. Frequentes profectò talibus conatibus obuiam ire niteremur. Att.lib.9.ep.13. Niti contra honorem alicuius.2.de N.125. Ipſe dux,qui non habet,vbi nitatur, reuolat.2.de Nat.124. Quædam ſerpentes extra aquam ortæ,ſimul ac niti poſſunt,aquam perſequuntur.4.Acad. 68. Nitamur igitur nihil poſſe percipi. pro Cæl. 14. Niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patientiæ radicibus niteretur.

✝ADVER. *Aequaliter,grauiter,*2.*de Nat. Maximè ad gloriam immortalem, de Senec. Maximè in aliquo,*1. *Attic.*

☞ Syntaxis. *Sudare nitendo. Ad ſpem nitendum. Suis nitens viribus. Nitentem ponere veſtigia. Niti ad,in. Coniecturis,in coniecturis niti. Vrbis ſalus in te nititur. Aequitate nititur cauſa noſtra. De hac re rationibus nitor. Nitor & confido. Suſtentare ſe & niti ſpe. Nitor tantum,quantum poſſum.nitor ad. Vbi nitar, non habeo. Simul ac ſerpens niti poteſt.*

NITRVM,tri. *quid ſit,conſule Plinium.*L.LOMENTVM.

NIVALIS,le. *niue plenus.*1.de Diu.18.

——Cum tumulos Albano in monte niuales
*Luſtraſti,& læto mactaſti lacte Latinas.**Poetæ.

NIVEVS,a,um.4.ad Her.45. Niueus candor.1.de Diuin.13.

Saxaque cana,ſalis niueo ſpumata liquore.

NIX,niuis.2.de N.26. Aquam cõglaciare frigoribus,& niue pruinaque concreſcere.1.in Cat.23. Pruinas ac niues perferre.4. Ac. 72. Anaxagoras niuem nigrã dixit eſſe.& *ibid.* Anaxagoras dixit aquam nigram eſſe,vnde nix congregata eſſet. Q.fr.lib.2. ep.2. Riſi niuẽ attrã,&c.de N.lib.1.24. Niue obrigueſcit pars regionũ.

✝ADIVNC. *Atra,*2.*ad Q. Frat. Nigra,*4.*Acad.*

☞ Syntaxis. *Niues perferre. Niue obrigere.*

NIXVS,xi.LENGONASIS.

NIXVS,xus. *niſus,vus,nutus.* L.ASTRVM.

NIXVS,a,um.1.de Diu.19.

Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.

7.in Ver.85. Prætor cum pallio purpureo, tunicáque talari nixus muliercula.pro Pla.67. Ego huc à me ortus,& per me nixus aſcendi. Antequam.5. Vniuerſorum auxilium eo plurimum poteſt,quo firmioribus opibus eſt nixum. pro Cor. 34. Cùm Carthago nixa duabus Hiſpaniis huic imperio immineret. Anteq. 11. Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi. pro Cl.156. Sicuti veſtra æquitate nixi confidimus. de Senect. 51. Viriditas herbeſcens,quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit.2. Orat. 30. Res,quæ mendatio nixa eſt.pro Rab.21. Qu.Scævola haſtili nixus.2.de Nat.108.

Engonaſin vocitant genibus quia nixa feratur.

☞ Syntaxis. *Aequitate nixus,amico,Cæſare,perſe nixus aſcendit. Nixa ſibris viriditas. Nixus haſtili,in cubitum,genibus.*

NO,as. *nato.*5.de Fin.44. Serpere anguiculos, nare anaticulas,euolare merulas.5. Tuſc.38. Natura beſtias nantes aquarum incolas eſſe voluit.

NOBILIS,le. *clarus,inſignis,nobili genere natus,nobili, ſummo honeſto loco natus,bono,ſummo genere natus, clariſſimo patre natus, non ignobilis, auis, maioribus,equeſtri loco ortus, regali ſanguine creatus, nobiliſſima familia natus, ſtirpe antiquiſſima ortus,in ſumma familia natus,natus in ampliſſima familia,bonis parentibus atque honeſto loco natus,eſſe ex equeſtri loco.ampla & honeſta familia natus, ciuili,generoſa ſtirpe profectus,honeſtiſſimi & nobiliſſimi generis, generoſus, quaſi maiorum gentium,non ignobilis,non obſcurus,in veteri dignitate fortunaque natus.)(.ignobilis,ignotus,obſcurus.* Ep.li.1.ep.9. Quidam nobiles homines, & de me optimè meriti. 3. I. V. 85. Pericles Epheſius homo nobiliſſimus.5. Tuſc.12. Crantor in noſtra Academia vel in primis nobilis.1.de Orat.46. Multi in philoſophia præclari & nobiles.2.de Or.155. Tres illius ætatis nobiliſſimi & clariſſimi philoſophi. pro Flac.52. Homo apud nos notus,inter ſuos nobilis.pro Cęl.31. Mulier non ſolum nobilis,ſed etiam nota.7.in Ver.179. Qui nobili genere natus eſt. Q.de Pet.10. Qui nequaquam ſunt tam genere inſignes,quàm vitiis nobiles.2.de Inu.7. Magnus & nobilis rhetor Iſocrates.7.in Ver.73. Ille nobilis taurus,quem Phalaris habuiſſe dicitur.7. in Ver.39. Tam illuſtre & nobile municipiũ. de Cl.122. Ciceronis de inceſtu nobilis oratio. de Opt.17. Gladiatorum par nobiliſſimum.pro S.R. 98. Tres nobiliſſimi fundi.4.in Ver.82. Accipite aliud eius facinus nobile. Or.32. Thucydides fuit honoratus & nobilis.2.in An. 101. At quàm nobilis tua illa peregrinatio.pro Rab.P.23. Demetrius ex doctrina nobilis & clarus.* cont.C. An. Nemo nobilis & valde in quæſtu notus & cognitus.*de Fat. Piſcis inprimis nobilis.

NOBILE,pro nobili. Cic.de Iure ciuili, teſte Chariſio: Aliquo excellente ac nobile viro.

✝ADVER. *Admodum,*1.*de Diu. Facilè,* 6. *Famil. Sanè, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Velin primis nobilis. In philoſophia præclarus & nobilis. Nobilis & clarus. Inter ſuos nobilis. Nobilis ; imò nota mulier. Vitiis nobilis. Illuſtris & nobilis. Par nobile gladiatorum. Honoratus & nobilis. Ex pietate nobilis & clarus. Excellens & nobilis.*

NOBILITAS,tis. *claritas,antiquitas,dignitas generis,amplitudo nominis,veteſtas familiæ.)(.ignobilitas generis,nouitas generis.*2.de Or. 241. Per tuam nobilitatem, per veſtram familiam,per tuas ſtatuas. Poſtquam. in Sen.24. Vera nobilitas magnam vim habet, de Clar.62. Ad memoriam laudum domeſticarum & illuſtrandam nobilitatem ſuam.pro S.R.15. Aliquis genere ac nobilitate ſuæ ciuitatis facilè primus.& 16. Sex.Roſcius nobilitatis fautor fuit.pro Seſt.21. Omnes boni ſemper nobilitati fauemus.1. de Diu.91. Familiæ duæ Aruſpicinæ nobilitate præſtantes.3. de Or.139. Cùm Iſocrates diſcipulorum nobilitate floreret.*pro C. Cor.1. Adoleſcens ſumma nobilitate, eximia virtute præditus. Frag.ep. Cùm nobilitas ſit nihil aliud quàm cognita virtus.

¶ *Fama,gloria.*pro Arch.26. Philoſophi in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemque deſpiciunt, prædicari de ſe ac nominari volunt.

✝ADIVNC. *Excellẽs,in Vat. Glorioſa,*3. *Phil. Inimica,* 8. *Att. Integra, atque Innocens, pro Planc. Maior,de Pet. Conſ Notior,alicui,ceteris obſcurior, pro Mur. Par.*13. *Phi. Præclara,*6.*in Ver. Præſtans,*4. *Tuſ. Summa,de Clar. Tanta,pro Rab. Vera,poſtq. ad Quir.*

☞ Syntaxis

☞ Syntaxis. *Per tuam nobilitatem oro. Genus & nobilitas. Prædicationem nobilitatémque despicere.* hîc nobilitas pro fama, nominisque claritate.

NOBILITATVS, a, um. 2. Offi. 26. Phalaris, cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas. pro Fl. 62. Spectata & nobilitata virtus Lacedæmoniorum. 1. Offi. 14. Quod etiamsi nobilitatum non sit, tamen honestum sit. 2. Tuscul. 62. Clari & nobilitati labores. Par. 36. Nobilitatus multitudine rerum gestarum. de Sen. 27. Nec enim ex te vnquam nobilitatus es, sed ex lateribus & lacertis tuis.

NOBILITOR, tris. *illustror, ornor, celebror.* 1. Tusc. 34. Opifices post mortem nobilitari volunt, & *ibidem* Poëtę post mortem nobilitari volunt.

☞ Syntaxis. *Nobilitata crudelitas. Spectata & nobilitata virtus. Clarus & nobilitatus labor. Ex se nobilitatus.*

NOBISCVM. Orat. 154. Cum illis dicitur, cum autem nobis, non dicitur, sed nobiscū: quia obscœnius concurrerent literæ. Acad. lib. 2. Nobiscum malè agitur.

NOCENDVM. pro Cecin. 60. Arma alia ad nocendum, alia ad tegendum.

NOCENS, tis. *noxius.*) (. *innocens.* 2. de N. 120. Vites à caulib. vt à pestiferis & nocentib. refugere dicuntur. 1. in Ver. 9. Libido hominum nocentissimorum. 1. de Or. 202. Orator, qui scelus fraudemque nocentis possit subiicere odio ciuium. pro S. R. 56. Innocens si accusatus sit, absolui potest, nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. pro Sest. 97. Qui nocētes sunt, & natura improbi. Antequam. 6. Turpis & nocens vita.) (. *honestissimè & laudatissimè acta vita.* pro Mur. 46. Reus nocēs. Par. 6. Nocētes & pecuniosi rei.

NOCEO, es. *officio, obsto fraudi sum.* 3. de N. 86. Nec si grando quippiā nocuit, id Ioui fuit animaduertēdum. 1. de In. 59. Hoc nulla in re vnquam quicquam nocuit. Att. lib. 12. ep. 46. De quo nihil nocuerit, si cum Balbo eris locutus. 3. Offi. 23. Eodem modo constitutum est, vt non liceret sui commodi causa nocere alteri. Incert. Fœminas omnes visu nocere, quæ duplices pupillas habent.

✝ ADVERB. *Ineptè. 6. Famil. Leuiter 5. Tusc. Mediocriter causis. 2. de Orat. Quàm minimum. 1. Famil. & in Parad.*

NOCETVR. 3. in Cat. 27. Mihi nihil iam ab istis noceri potest.

NOCITVRVS, a, um. 1. Offi. 11. Declinare ea, quæ nocitura videantur.

☞ Syntaxis. *Caulis viti pestifer, & nocens. Nocens homo, & improbus vita, réus. Nocens accusatur meritò. Mihi nocetur ab illo.*

NOCTVA, æ. Qu. fr. lib. 2. ep. 15. Tibi versus quos rogas, hoc est, Athenas noctuam mittam. *al.* γλαῦκα.

NOCTV. *nocte, nocturno tempore, tenebris.* pro Milon. 53. Illi si insidiaretur, noctu prope vrbem expectandum. 2. ad Heren. 7. Noctu an interdiu. 1. de Diuinat. 69. Et noctu ad oppidum respicientes flagrātes onerarias videbatis. Ep. lib. 13. ep. 7. χθὲς ἀκρίτου noctu eieci. 4. Tuscul. 43. Noctu ambulabat in publico Themistocles.

NOCTVABVNDVS, a, um. *de multa nocte ambulans.* Att. li. 12. ep. 1. Cùm complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius.

NOCTVRNVS, a, um. pro Sex. Ros. 19. Decē horis nocturnis LX millia passuum peruolauit. 2. de Legib. 37. Diagōdas Thebanus omnia nocturna sacra lege perpetua sustulit. 1. de In. 39. Diurnū nocturnúmue spacium. de Sen. 82. Nocturni diurnique labores. pro Dom. 14. Cōcursatio nocturna. 1. in Cat. 1. Nocturnum præsidium palatij. pro Mil. 9. Fur nocturnus.

NODVS, di. *colligatio, vinculum.* de Vn. 11. Omnia ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum vinculúmque desiderant. de Amic. 51. Amabilissimus nodus amicitiæ. 2. de Nat. III.

Aeternum ex astris cupiens connectere nodum.

& *ibid.* Orbes vincti inter se, & nodis cœlestibus apti. 2. de Ora. 266. Gallus in scuto pictus, sub nodis distortus, eiecta lingua, &c. de Som. 12. Qui numerus rerū omnium ferè nodus est. Or. 222. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus.

¶ *Est & nodus cœlestis, piscium sidus & signum.* in Arat.

Pisces, &c.——

Atque vna tandem in stella communiter hærent,
Quam veteres soliti cœlestem dicere nodum.

¶ *Difficilis ad expediendum locus, res, quæstio.* Att. lib. 5. ep. 21. Dūm hic nodus expediatur. Ep. lib. 8. ep. 11. Incideramus enim in difficilem nodum. ad Brut. ep. 18. Magnus in repub. nodus est inopia rei frumentariæ.

✝ ADIVN. *Aeternus, Cœlestis, Arat. Amabilissimus, de Amic. Cœlestes, 2. de Nat. Magnus, maximus, ep. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Nodus & vinculum. Nodus amicitiæ. Vinctus & nodis aptus. Sub nodis distortus. Continuationis nodi in ambitu coniuncti. Nodos expedire. Caritas annonæ magnus nodus in vrbe: id est, difficultas, calamitas.*

NOLA. *vrbs.* de Clar. 12.

NOLANVS, a. Att. lib. 8. & 1. Offic. 33. Fūdus Nolanus. de Diuination. Ager Nolanus.

NOLO, ne vis, ne vult. *non volo, non libet, pœnitet, negligo.* Att. lib. 6. ep. 1. Noli putare me quicquam maluisse, quàm vt mādatis tuis satisfacerem. in Pis. 46. & pro Sex. Ros. 67. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis, &c. 2. de Ora. 194. Quare nolite existimare, &c. de Cl. 125. Noli putare, quenquam, &c. pro Fl. 105. Nolite existimare eos qui, &c. non expectare huius exitum iudicij. Ep. lib. 1. ep. 1. Cui qui nolunt, iidem tibi non sunt amici. Ep. lib. 1. ep. 7. Euolare altius certè noluerunt. & lib. 6. ep. 6. Nolet hoc temporis, &c. Or. 154. Nolle, pro non velle. 2. de Or. 75. Cum is se non nolle dixisset. Att. lib. 7. ep. 17. Si erit (quod nolim) accersendus.

✝ ADVER. *Miserè, 12. Fam. Omninò esse, pro Flac. planè, in Diu. Prorsus nauigare, 16. Fam. valdè, 8. Famil.*

NOMEN, nis. *verbum, vocabulum.* 1. de Nat. 44. ‖ & 3. de Finibus. 3. & ✝ 14. Nomina noua nouis rebus ponenda sunt. 5. de Fin. 74. Nomina sunt tāquam rerū notæ. 1. de In. 34. Nomen est, quod vnicuique personæ datur, quo suo quæque proprio & certo vocabulo appellatur. 2. de Inu. 28. Nomen cùm dicimus, cognomen quoque & agnomē intelligatur oportet. 3. de Nat. 62. Quoniam Neptunū à nando appellatum putas, nullum erit nomen, quod non possis vna litera mutata explicare vnde ductum sit. de Fin. li. 3. 14. Si Zenoni libuit cùm rem aliquā inuenisset inusitatum, inauditum quoque ei rei nomen imponere: cur non liceat Catoni? 3. Tusc. 81. Omnis casus, in quo nomen poni solet calamitatis, & 9. Qui hæc rebus nomina posuerūt. 1. de Diuin. 30. Quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomē inuenit. & 16. Aristolochia, quæ nomen ex inuentore inuenit. & Orat. 62. Theophrastus à diuinitate loquēdi nomen inuenit. 2. de Diu. 69. Quid ergo? Aius iste aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit. 4. in Ant. 5. Legio Martia, quæ à Marte traxit nomē. 2. de Ora. 257. Vt Neoptolemus ad Troiam, sic Nummius diuisor in campo Martio nomen inuenit. pro Cecin. 27. Sex. Clodius, cui nomen est Phormio. 4. Tusc. 24. Eiúque morbo nomen est auaritia. 6. in Ver. 118. Fons, cui nomē Arethusa est, de Cl. 225. Saltatio, cui saltationi Tityus nomen est. 2. de Leg. 1. In insula, quæ est in Fibreno (nam opinor illi alteri flumini nomen esse) &c. 2. de Leg. 61. Cui nomen Næniæ. pro R. P. 28. Sed res habebat nomen hoc apud illos, non hic imposuerat. 2. de Leg. 13. Quæ non magis legis nomen attingunt, quàm si, &c. pro Lig. 17. Scelus tu illud vocas Tubero? cur isto enim nomine illa adhuc causa caruit? alij errorem appellant, alij timorem: qui ditiùs, captiuitatem, odium, pertinaciam: qui grauissimè, temeritatem: scelus præter te adhuc nemo. Ac mihi quidem si proprium & verum nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam necessitas incidisse videtur. de Am. 93. Notare aliquid multis nominibus. 1. Offi. 37. Qui proprio nomine perduellis est, is hostis vocabatur, lenitate verbi tristitiam rei mitigāte. 2. de Nat. 91. Hęc spirabilis natura, cui nomen est aer. pro Mur. 13. Cum ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent. 5. I. V. 197. Huic prædæ ac direptioni cellæ nomen imponis. 4. ad Her 51. Hæc exornatio, cui liceat riæ nomen est. & 1. Diu. 8. Cùm ambulandi causa in Lycæum veniissemus: nam id superiori gymnasio nomen est. Ep. lib. 2. ep. 14. Nomen imperij, quo appellor. pro Sext. Rosc. 46. Alter Chaerestratus. nam, vt opinor, hoc nomine est. Or. 64. Quanquam omnis locutio oratio est, tamē vnius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. 1. de Ora. 239. Appellare aliquē nomine. 2. de Or. 222. Nam ea dicta appellātur proprio iam nomine. pro Sex. Ros. 93. Hi, quos qui leuiore nomine appellant, percussores vocant. 7. in Ver. 126. Pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repetūt. pro Dom. 72. Vtrum igitur peccato meo nomē exulis subeo, an re iudicata. Ep. li. 5. ep. 12. Eorumque nomina magna voce pronunciauerunt. de Cl. 280. Hic nomen honoris adeptus est, non honorem. Ep. lib. 5. ep. 6. Ego autem meis rebus gestis hoc sum assecutus, vt bonum nomen adeptus existimer. 5. I. V. 131. Tuum nomen in re tā turpi interponerent. *ibid.* Cùm tui nominis terror in auribus animisque oratorum versaretur: cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent. Top. 34. Quia res differebant, nomina rerum distare voluerunt. *ibidem.* Cùm intelligitur quid significetur, minus laborandum est de nomine. pro C. Cor. 1. Vulgare nomen est Philerotis. pro C. Cor. 2. Contemtissimum nomen eiectum esse ex iis, qui tribuni plebis fuerunt. in L. Pison. Qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen. Frag. ep. Impudentissimum nomen delegerit. *ibidem.* Nomine ipso admoneor. *ibidem.* Quod videret nomine pacis bellum inuolutum fore. Oec.

Qui

Qui apud nos hoc nomine dignantur. Hortenſ. In continentibus tertis veſtrum nomen dilatari poteſt. Incer. Inſidiæ quæ latent in aliquo neceſſitudinis nomine. 1. de Finib. 61. Stoici negant bonum quicquam eſſe, niſi neſcio quam illam vmbram, quod appellant honeſtum, non tam ſolido quàm ſplendido nomine. Acad. Quæ tu ſi alio nomine vis vocare. *ibid.* Quibus rebus hæc nomina imponam.

¶ *De nomine alia quædam.* pro Dom. 35. Hæreditas nominis. 3. de Fin. 6. Acquieſcere in nomine alicuius. 1. de Or. 120. Impudentiæ nomen fugiendum. Ep. lib. 1. ep. 9. Nomen grauiſſimum & ſanctiſſimum pietatis, & lib. 3. ep. 7. Tamen iſta veſtra nomina nunquam ſum admiratus. Att. lib. 7. ep. 20. Nullus vſquam delectus, &c. nec nomina dant. 7. in An. 12. Omnes nomina dant. pro Dom. 116. Quem in numerum nemo nomen dedit, niſi ſcelere perditus. Quin. frat. lib. 3. ep. 2. Appius Gabinium accuſauit maieſtatis, nomina data.

¶ *Cauſa, pratextus, titulus.* Att. lib. 6. ep. 2. Dicæarchus multis nominibus Græcos in eo reprehendit, quòd mare tam ſecuti ſint. 7. in Ver. 11. Dãnatus nomine coniurationis. Ep. lib. 1. ep. 9. Quanquam me nomine negligentiæ ſuſpectum tibi eſſe doleo, tamen, &c. pro Fl. 27. Claſſis nomine pecunia ciuitatibus imperata eſt. pro Mur. 82. Neque iſti me meo nomine interfici voluunt, ſed, &c. in Piſ. 87. Omni totius prouinciæ pecore compulſo pelliũ nomine. & *ibidem.* Quod quaſi vaſarij nomine adſcripſeras. Parad. 1. Quoniam illud munus in tuo nomine apparuit. pro Q. Roſc. 40. An alio nomine alia de cauſa abſtuliſſe? Top. 23. Omnia vxoris, viri fiunt dotis nomine. Epiſt. li. 12. ep. 12. Hoc à te peto non ſolùm Reipublicæ, ſed etiam amicitiæ noſtræ nomine. pro Cec. 19. Is nomine hæredis arbitrium familiæ herciſcũdæ poſtulauit. Epiſt. lib. 4. ep. 5. Quid eſt, quod tu cum fortuna hoc nomine queri poſſis. lib. 10. ep. 8. Quo nomine etiam C. Furnio, &c. mandata dedimus. pro Rab. 31. Omnes hi abs te capitis C. Rabirij nomine citãtur. pro Q. Roſc. 41. Flauius H-S. CCCLIII. Panurgi nomine Fannio diſſoluit. Qu. fr. lib. 2. ep. 2. Quod ad me Lẽtuli nomine ſcripſiſti, locut⁹ ſum cũ Cincio, &c. pro Cec. 71. Honeſto & probabili nomine errorẽ obiici cuipiã.

¶ *Fama, autoritas, grauitas, dignitas.* 2. de Inu. 4. Viri nomine & memoria digni. de Cla. 238. Huius magnum nomen in patronis fuit. & 299. In dicendo pauci digni nomine euadunt. Or. 22. Quidam magnum nomen in oratorib. habuerunt. de Clar. 244. Verùm qui omninò nomen habuerint, non ita multi fuerunt. de Cl. 130. Brutus vir tanto nomine.

¶ *Voce, verbis, propter.* pro Mur. 69. Præſertim talis viri nomine rogatus. Brut. ep. 4. Cicero mihi meritò, & meo nomine, & reip. chariſſime. 1. in An. 30. Mihi & gratias agebant boni viri, & nomine tuo gratulabantur. 2. in Cat. 14. Etenim credo bellum populo Romano ſuo nomine indixit.

¶ *Crimen.* 4. in Verr. 94. Hic tum ait nomen abſentis deferre ſe velle, iſte verò ſe recepturum. 2. de Inu. 58. Cùm veneficij cuiuſdam nomen eſſet delatum.

¶ *Ratione crediti debiti.* Epiſt. lib. 5. ep. 20. Nomen erat ſeſtertiis XXX. Att. li. 13. ep. 14. Etſi nomina iam facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. 4. Offi. 59. Caninius nomina facit, negotiũ conficit. pro Plan. 68. Vtrum igitur me conturbare oportet an cæteris cùm cuiuſque dies venerit hoc nomen quod vrget, nunc eum petitur, diſſoluere. Topic. 16. In nominibus eſſe, & in tabulis deberi. 7. in Verr. 17. Pecuniam alicui eſſe in nominibus, numeratam non habere. 3. in Ver. 28. Exigere nomina ſua. Epiſt. lib. 1. ep. 4. Qui nunc populi Romani nomine, re autem vera ſceleratiſſimo latrocinio conantur, &c. pro Qu. 15. Cùm æris alieni aliquãtum eſſet relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. & 38. Moritur C. Quintius qui tibi, vt ais, certis nominibus grandẽ pecuniam debuit. & 75. A me nominis eius, quod inficiatus eſſet, diem petiuit. Att. lib. 5. ep. 21. Nam aut bono nomine centeſimis contentus erat, aut non bono quaternos ſperabat. pro Quin. Roſc. 4. Non refert parua nomina in codicem? imò omnes ſummas. Leue & tenue hoc nomen H-S. CCCLIII ſunt? Attic. lib. 12. ep 50. Suſtinenda ſolutio eſt nominis Cereliani, dum de Metione ſciamus. & lib. 13. ep. 29. Si Faberius nomen illud explicat, noli quærere quanti. & lib. 16. ep. 6. Nomina mea per deos expedi. & ep. 14. Sed & illi turpe arbitror eo nomine quod ſatis dato debeat, procuratores eius non diſſoluere. in Saluſ. 19. Ex Africa tãtum hic exhauſit, quantum potuit aut ſide nominum traiici, aut in naues contrudi.

✠ ADIVNC. *Aeternum, ſempiternum, pro Corn. Alienum, 13. Fam. Amantius, obſcurum, pro Cluent. Ambiguum, grauè, tectum, funeſtum, vſitatũ, 3. Tuſc. Ampliſſimum, pro Font. Ampliſſima honorum, 1. Att. Anile, plenum ſuperſtitionis, 2. de Diuin. Aptiora, imperatorium, nota, proprium, ſplẽdida, Orat. Aureum, pro Sex. Roſc. Bona, 1. de Diuin. & 5. Fam. Carum, inane, inuidioſum, 4. Acad. Certum. 1. de Inuent. Certa, frumentarium, nouum legis, ſenatorium, & ampliſſimũ, 5. In Ver. Certum, ex loco mẽdoſum, honeſta, permulta, 4. In Ver. Clarum in orbe terrarum, regale, magnum, & ſanctum, pro Pomp. Clariſſimum, diuinum, inimicum, Miſerrimũ proſcriptionis, pro Dom. Clariſſimum, & fortiſſimum, pro Marcel. Commune Philoſophiæ, illuſtre, 3. de Orat. Cõſulare, geminum, gladiatoria, pro Seſt. Contrarium, inauditum, tam ſolidum, tamque Splendidum, 3. Attic. Diuinum, molle, 1. Offic. Dulce, inimicũ, 2. Philip. Dulce, pacis, 3. Philip. Dulciſsimũ, & pulcherrimum pacis, 13. Phil. Durius, honeſtum, 12. Famil. Facta, aut noua. 3. de Finib. Falſum, leue, & tenue, parua, pro Q. Roſc. Confatale, 4. Catil. Finitimũ alicuius criminis, pro Syll. Gratiſsimum, & ſimile aliorum, 14. Att. Grauans, vulgare, 14. Phil. Grauiſſimum, Part. Grauiſsimum, & ſanctiſsimum, hoſtile, leuius, 1. Famil. honeſtũ, & probabile, pro Cæc. Inania nobilitatis. 2. In Ver. Incertum, 12. Att. Incolume, infimũ, multa, Senatorium, 3. In Ver. Inuidioſum, & infamiæ ſubiectum, 2. de Finib. Inuidioſum, & obſcurum, de Amic. Inuiſum, non tam ſplẽdidum quàm neceſſarium, 2. Offic. Lætiora) (triſtia, 4. Att. Magnũ, maius, de Clar. Moleſtũ, ſubinuiſum, pro Rab. Nobile, ep. ad Oct. Nobile, & illuſtre ciuitatis, 7. in Ver. Notũ, 13. Att. Noua, triſte, 1. Tuſc. & de Pro. Noua, & cõmenticia, idem ſignificantia, 5. de Finib. Paternũ, vſitatius, 3. de Nat. Paternũ, maternũque, 10. Phil. Patrium, pro Planc. Perditum, at notiſsimũ, in Sall. popularе legis, 2. Cont. Cull. Proprium, & verum, ſanctiſsimũ, pro Lig. Plura, 1. de Nat. Præclara, 6. Ver. Pulcherrimũ, 12. Phil. Recens, 5. Tuſc. Regale, de Aruſp. Regium, Sanctum, pro Deiot. Superius vitioſum, 4. Tuſc. Totum vetus, 5. Att. Tutum, 6. Att. Verum, magnum, clarumque, Arat. Vulgaria, & abſoluta, pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Nomina rerum notæ. nomen eſt perſonæ proprium, certumq; vocabulum.* definitio. *nomen eſt etiam cognomen & agnomen. In hoc caſu ponitur nomẽ calamitatis. Rebus ponere, imponere nomina. Ariſtolochia nomen ab inuentore inuenit, ſimilitudinẽm inuenit. Et ex eo. id eſt, atque ideò ſic nomen inuenit. id eſt,* appellatur. *nomen trahere à Marte. Saltatio, cui ſaltationi nomen eſt, &c. nomen habere. notare aliquid multis nominibus. nomine appellare aliquem. Priores nomine ſignare. nomen damnati ſuo peccato ſubire. Dare nomina in numerum aliquem, ad bellum. Data nomina ad iudiciũ, ad crimen. Claſsis nomine pecunia imperata. In medicis magnum eſt Gal. nomen. Qui nomen habuerunt, omninò pauci ſunt. Dei nomine te oro. Suo nomine bellum indicere. nomen delatum eſt veneficij. nomina facere. nomen quod vrges diſſoluere. id eſt,* debitum. *Hoc in nominibus eſt, numeratum nequaquam. Exigere ſua nomina. Multis nominibus tibi grandem pecuniam debeo. In codicem parua nomina referre. Solutio nominis. nomen explicare, expedire. Soluunt procuratores eo nomine, quod ſatisdatio debet Pompeius. nominum fide cogere pecunias.*

NOMENCLATIO, nis. *appellatio, nominatio.* Quin. de Pet. 32. Ea deſiderat nomenclationem, blanditiam, &c.

NOMENCLATOR, oris. *monitor, qui ciuium & ſeruorum nomina nouerat, ὀνομαστής.* pro Mur. 77. Quid, quòd habes nomenclatorem? Quin. de Pet 25. Att. lib. 4. ep. 1. Nemo vllius ordinis nomẽclatori notus fuit, qui mihi obuiã non veniret. Q. fr. li. 1. ep. 2. Legi epiſtolã, quam ipſe ſcripſiſſe Sylla nomenclator dictus eſt.

*NOMINANDVS, a, um. *appellandus, vocandus.* con. C. An. Si aut illud iudicium, aut illa abſolutio nominanda eſt. Acad. Quæ probabilia vel veriſimilia putaui nominanda.

NOMINATIM. (*ſine nomine, generatim.* 1. de Nat. 112. Epicurus voluptates perſequitur omnes nominatim. Ep. lib. 13. ep. 28. Duo ſunt, quæ te nominatim rogo, primum, &c. deinde, &c. & lib. 7. ep. 23. Nominatim tibi ſigna mihi nota mandaſſem, ſi probaſſem. Att. li. 11. ep. 7. Tum ille ita edixit, vt me exciperet nominatim. *ibid.* Poterat enim ſine nomine res excipi. Att. li. 11. ep. 6. Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. Att. lib. 7. ep. 15. Poſthumius, de quo Senatus nominatim decreuit, vt ſtatim mitteretur in Siciliam. pro S. R. 47. Poſſum multos nominatim proferre, qui, &c. 4. I. C. 5. Qui in cuſtodia nominatim dati ſunt. 2. con. Rul. 59. Excludi nominatim honore aliquo. Att. li. 1. ep. 20. Sed tibi nihil nominatim, &c.

NOMINATIO, onis. 13. I. A. 12. Paternus auguratus locus, in quo eum vt quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo, & Brut. ep. 7.

NOMINATIO. *ἀνομαστονία, figura Rhetorica.* 4. ad Her. 43. Nominatio est, quæ nos admonet, vt cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa, &c.

☞ Syntaxis. *Nominatim appellare, persequi, aliquem excipere, proscriptionem informare. De aliquo nominatim decernere, vt. Multos nominatim proferre, in custodiam dare honore excludere.*

NOMINATVS, a, um. 6. in Ver. 119. Vrbs, quæ Tyche nominata est. 2. In Ver. 18. C. Curio, quem hominem honoris potius, quàm contumeliæ causa nominatum volo. Or. 37. Multique alij, qui sunt nominati philosophi.* pro Quint. Gal. Quidam nominatus Poeta.

✠ ADVER. *Palam, pro Dom. Rectè, de Fat.*

NOMINO, as. *appello, nuncupo, voco, nomen pono vel impono, nomine appello, nomen appello, verbo noto, proprio nomine signo, nomine noto, vsurpo, compello.* pro S. R. 6. Vir clarissimus & fortissimus L. Sylla, quem honoris causa nomino. & *ibid.* Quas, vt æquum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino. Ep. lib. 1. ep. 9. Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam cõtinuò. pro Cec. 51. Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. de Fin. lib. 3. 5. Ex omnibus philosophis Stoici plurima nominauerunt. Brut. ep. 7. Eam nominationem à te petimus: nam dignioré nominare non potes, quàm Bibulum. 3. de Nat. 56. Mercurius, quem Aegyptij nefas habent nominare.

✠ ADVERB. *Acerrimè aliquem, 2. Attic. Benè, de Vniuers. Breui, 2 de Inuent. Imperitè, 2. de Nat. Iterum, ac tertiò, pro Sex Rosc. Melius quàm, de Senec. præclarè, 3. Tusc. verò, 1. In Cat.*

NOMINOR, ris. *appellor.* 2. de N. 61. Res ipsa in qua vis inest maior aliqua, sic appellatur, vt ea ipsa vis nominetur Deus. 5. Tusc. 23. Ex maiore parte pleræque res nominãtur. Ep. li. 1. ep. 9. Qui tum optimates nominabantur. 2. de Di. 72. Attulit in cauea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius. 2. Offi. 50. Nam ei fordidum erit ad famam committere, vt accusator nominetur. pro Plan. 89. Ergo ego cõmitterem, vt proditor reipub. nominarer, 1. I. C. 27. Vt hoc latrociniũ potius quàm bellum nominaretur. Or. 212. Ab aliis iidem pedes aliis nominantur vocabulis. pro Cæl. 43. Quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumtus, libidines nominarentur.

¶ *Fama illustri sunt.* pro Arch. 26. Omnes prædicari de se & nominari volunt.

✠ ADVER. *Græcè, 2. de Nat. Honestè, pro Plan. Rectissimè, 2. de Diu. Ritè, 1. de Legib. verè gloriam.*

☞ Syntaxis. *Multi sunt Empirici nominati. Honoris causa, honestatis & amplitudinis nominare Cæs. familias. Nominantur res. id est, nomen assumunt, inueniunt, appellantur. Bibulus digna est nominatio. Nefas habeo nominare Mercurium. Cupiunt omnes de se prædicari & nominari.*

NOMIOS. L. APOLLO. 3. de Nat. 57.

NOMOPHYLACES. *legum custodes.* 3. de Legibus. 46. L. CENSOR.

NON. *haud, parum, minus, nihil, neutiquam, haudquaquam.*) (*etiam.* pro Flac. 53. Non est ita iudices, non est profectò. Att. lib. 6. ep. 3. Equidem doleo, non me tuis literis certiorem fieri. 4. Acad. 104. Vt sequens probabilitatem, vbicunque hæc aut occurrat, aut deficiat, aut Etiam, aut Non respondere possit. & 97. Cum Dialectici sic statuant, omne quod ita diiunctum sit, quasi aut etiam, aut non, non modò verum esse, sed etiam necessarium. Att. lib. 11. ep. 6. Non possum eius casum non dolere. 4. Ver. 106. Cognitorem adscribit Sthenio, quem? cognatum aliquem aut propinquum? non. de Senect. 25. Nec verò dubitet agricola, quamuis senex, quærenti cui serat, respondere, diis immortalibus, qui me non accipere tantùm à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. Att. lib. 10. ep. 4. De die nihil sanè potest scribi certi, præter hoc, non ante lunã nouam. 7. Fam. ep. 1. Græcos verò ita non ames, &c. *pro oderis.* de Sen. 28. Quod equidem non amisi adhuc, & videtis annos meos. 2. de Leg. 13. Non attingunt ea legis nomen. *ibid.* 14. Non cogére omnia vi ac minis, sed persuadere aliquid. pro Rosc. Amer. 49. Non cõtinuò si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. 1. de Nat. 84. In quo leuiter apparet claudicatio non deformis. de Amic. 49. Quid enim tam absurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt vestitu, cultúque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare possit, non admodum delectari? de Amic. 48. Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem & hominem, sed inter hominem & saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem? ad Att. li. 16. ep. 20. Vt ea non dicam cõprobes, sed studiosè libéteréq; cõprobes. ad Brut. ep. 16. Nõ dicam. *pro, nedicam.* 7. Verr. 20. Non dicam ne illud quidem, si maximè in culpa fuerit Apollonius. 4. Ac. 8. Illi non dubitant, quin ea vera non sint quæ defendunt. ad Cat. lib. 15. ep. 4. Itaque & prouinciam ornatam, & spem nõ dubiam triumphi neglexi. 3. Offi. 91. In mancipio vendendo, dicendáne vitia non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili. 1. de Nat. d. 21. Non enim si mundus nullus erat, secula non erant. 3. Ver. 10. Non est, non est in hoc homine quiquam peccandi locus. de Vn. 8. Non est cunctandum profiteri. 9. ad Att. lib. 14. Non erat nec recentior, nec melior. de Amic. 74. Quod non ferè contingit nisi iis, qui etiam contemnendos se arbitrantur. pro Sest. 51. Denique ex bellica victoria, non ferè quenquam est inuidia ciuium consecuta. 7. Ver. 181. Non ferè cuiquam nostræ industriæ fauet. pro Rosc. Amer. 52. Domum suam istum non ferè quisquam vocabat. 2. de Leg. 45. Non fani, sed duelli instrumenta æs atque ferrum. *ibidem.* 33. Non floreret tam diu memoria Attij Nauij nomen. de Amic. 51. Non igitur vtilitatem amicia, sed vtilitas amicitiam consecuta est. ad Cæsarem lib. 7. ep. 5. Sed more Romano quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem. 1. Verr. 67. Non inertissimus homo. 6. Verr. 110. Non ita antiqua simulacra. 4. Verr. 49. Non ita multum tecum fuit. pro Rosc. Amer. 64. Non ita multis antè annis. 1. de Natur. deor. 87. Non ita valde mouentur his homines mediocres. 4. Acad. 44. Ita priori posterius, posteriori superius non iungitur. 5. I. Verr. 106. Homo nõ malus. 6. Verr. 125. Nõ minimè commoueri. 1. Verr. 14. Hi sciunt hoc non modò à me petitum esse, sed ita sæpe, & ita vehementer esse petitum, vt, &c. de Amic. 44. Eáque adhibeatur ad monendum, non modò apertè, sed etiam acriter, si res postulabit, &c. Attic lib. 9. ep. 11. Nos autem in libris habemus non modò Coss. à Prætoribus, sed ne Prætores quidem creari ius esse. 2. Philip. 107. Quos clientes nemo habere velit, non modò esse illorum cliens. de Ami. 43. Quare talis improborum consensio, non modò excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est. Dolabellæ Epist. lib. 9. ep. 14. Contingit enim tibi, quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset. de Aruspic. 10. Gaudeo mihi de toto hoc ostento, datam non modò iustam, sed etiam necessariam causam esse dicendi. Epist. Pollionis lib. 10. ep. 32. Militem non non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquã misi. 3. de Legibus. 12. Nihil habui sanè non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. de Amicit. 11. Qui duabus vrbibus euersis inimicissimis huic imperio, non modò præsentia, verum etiam futura bella deleuit. At. lib. 8 ep. 16. Nihil prætermissum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modò probabilem. ad Att. lib. 10. ep. 4. Horum ego summorum imperatorum non modò res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictari videmur. de Am. 36. Vt omnia subterfugere, non modò sapientiæ, sed etiam felicitatis diceret sibi videri. Ep. Trebonij. lib. 12. ep. 16. Non enim nescis quãti te faciam, & quod pro veterrimo, verissimóque amore omnib. tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. Att. lib. 13. ep. 9. Sed vnum eiusmodi quod nisi exercitus sciret, non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. pro Mur. 84 pro Qu. 49 & 4. Ver. 15. Non nemo etiam in illo sacrario Reip. in ipsa, inquam, curia nõ nemo hostis. pro Leg. Man. 62. Quum esset non nemo in Senatu, qui diceret non oportere, ad Cæl. lib. 2 ep. 16. Quod tamen fortasse non nollem, si possem ad ocium. 2. de Leg. 45. Non operosius textile, quàm mulieris opus menstruum. pro Q. 11. Non parum facetus scurra. pro Rosc. Amer. 22. Non pauca suis adiutoribus largè effuséq; donabat. pro Rosc. Am. 15. Non paulum nescio quid in rem suam conuertit. de Am. 17. Magnum opus est, egetque exercitatione non parua. 2. de In. 5. Non parum cognõsse, turpe est, sed in parũ cognito stulte & diu perseuerasse. 4. Ver. 21. Non plus quàm Liguri, &c. de Am. 27. Quæ dirimi, nisi detestabili scelere non potest. pro Syl. 23. Non possunt omnes esse patricij. de Am. 67. Sed hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. 2. de Le. 45. Non præfinio omnia tam restrictè vel hominum vitiis, vel subsidiis temporum victus. 1. de Nat. 84. Nõ pudet igitur physicum? de Amic. 41. Sine lacrymis non queo dicere. Att. lib. 7. ep. 15. Vt ab vrbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem: nõ quòd haberem magnoperè quod scriberẽ, sed vt loquerer tecum absens. 5. Ver. 39. Magnæque pecuniæ coactæ sunt nõ quò ingerûm numerum verè profiteri esset difficile, &c. 12. Fam. ep. 16. C. Trebonij, Non sciebam. *pro, nescieb am.* 2. de Legib. 24. Non scisca aliter rem maiorem vllam. pro Clu. 143. Nõ secus hanc causam defendissem, ac si lege Habitus teneretur. de Amic. 64. Quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. ad Coruif. lib. 12. ep 30. Vultus mehercule tuos mihi expressit omnes, nõ solùm animum ac verba pertulit. de Sen. 12. Omnia memoria tenebat, non domestica solùm, sed etiã externa bella. 2. in Ver. 29. Non solùm effugiemus,

&c. accederet nobis etiam illud, &c. pro Cl. Plura ne dicam, tuæ me etiam lacrymæ impediunt, vestræque iudices, non solum meæ. 1. Offi. 17. Ad quod est adhibenda actio quædam, non solum mentis agitatio. Terentiæ, lib. 14. ep. 14. Vestrum iam consilium est, non solùm meum, quid sit vobis faciendum. de Sen. 9. Non solum quia nunquam deseruunt, nec in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id quidem maximum est) verum etiam quia conscientia bene actæ vitæ, multorumque beneficiorum recordatio iucundissima est. Att. lib. 2. ep. 12. Literæ non solùm quid Romæ, verum etiam quid in Republica: neque solùm quid fieret, verum etiam quid futurum esset, indicabant. ad Len. lib. 1. ep. 9. Habui non temporum solùm rationem eorum, sed etiam naturæ. de Am. 51. Nō tam vtilitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat. de Sen. 36. Nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum. pro Rosc. Amer. 68. Nisi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab insania. de Amic. 48. Quamobrem angoriste, qui pro amico sæpe capiendus est non tantum valet, vt tollat è vita amicitiam, non plus quàm vt virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur. de Sen. 27. At hi quidem iam mortui sunt: non verò tam isti, quàm tu ipse negator. 1. de Inuen. 28. Nam sæpe satis est quid factum sit, dicere, non vt enarres quemadmodum sit factum. 3. Offi. 118. Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus quàm amicitia, &c. de Sen. 27. Nec nūc quidem vires desidero adolescentis, non plus quàm adolescēs etiam vires tauri desiderabam. 2. Acad. Non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

¶ *Nonne?* Att. lib. 8. ep. 3. Non ager Picenus amissus? non patefactum iter ad vrbem? non.

☞ Syntaxis. *Non nemo adest. Non volo. Non plus quàm. Non paulum nescio. Non parum cognosse turpe est, sed. Non est, non est: hic locus. Non fere quenquam amat. Non fere quisquam illum amat. Non ita verum hoc est. Non ita multum dubito, tecum fui. Non ita valde cupio. Non ita multis ante annis. Non ager amissus? Nōmodo. Non solum. Non ingenio solùm, sed, &c. Non vero tam tu prudens, quàm, &c.*

NONAGESIMVS, a, um. de Sen. 13. Nonagesimus annus.

NONAE, arum. pro Flac. 102. O Nonæ illæ Decembres, quæ me consule fuistis. pro Quint. 57. Aliquid factum esse Nonis Februarij.

NONAGIES. 5. in Verr. 163. In alteras decumas fermè ad nonagies.

NONAGINTA. de Senectute. 34. Masanissa nonaginta annos natus.

NONDVM. *necdum, neque dum, nihil dum, etiam nunc non, non adhuc.* Att. lib. 4. ep. 16. Iudicia reliqua impendēt, nondum est planè expedirum. de Clar. 333. Quorum tamen ipsorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. 2. de Diu. 16. Nondum dico, quum hæc signa nulla sint. Epist. lib. 11. ep. 28. Nondum satis constitui, &c.

NONGENTI, orum. *id est. 900.* pro Fl. 91. Falcidius emerat. H-S. nongentis millib. Ep. lib. 5. ep. 13. De H-S. nongentis millibus. * Hort. Nongenti anni.

NONNE. *an non.* pro Cec. 37. Verum ita est, vti dicis, te deiectū debeo intelligere. nónne? Tusc. 35. Cum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium nónne beatum putaret? 7. In Ver. 148. Nónne ita est. 3. de Nat. 89. Tu qui putas? &c. nónne animaduertis?

NONNIHIL. *aliquantum.* pro Quin. 1. Nonnihil commoueor. Att. li. 2. ep. 1. Nonnihil pigmenta consumpsit. 4. de Fin. 62. Non quia bonum sit valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.

NONNVLLVS, a, um. *aliquis, non nemo.* pro Mur. 60. Consilium tuum nonnulla in re fortitan emēdare possim. Phil. 1. 11. Nonnullum officium. de Le. lib. 1. 4. Nonnulli isti faciunt imperitè. Acad. lib. 4. 70. Sunt inter nos nonnulla communia.

NONNVNQVAM. *aliquando, interdum, est cum.* 3. de N. 89. At nonnūnquam bonos exitus habent boni. Ep. li. 5. ep. 8. Et te nonnunquā à me alienārunt, & me aliquando immutārunt tibi. ad Oct. Nonnunquam & aliquando.

NONVS, a, um. de Som. Scip. 12. Nam terra nona immobilis manet, &c.

NORMA, mæ. *regula, lex quædam, præscriptio.* 4. Acad. 140. Fontem omnium bonorum in corpore esse, hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. 3. de Or. 188. Nec sunt hęc rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigēda. de Amic. 18. Nunquam ego dicam eos ad istorum normam fuisse sapientes. 2. de Orat. 178. Plura homines rudicant odio aut amore, &c. quàm veritate aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. pro Muræn. 3. M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissimè perpendēs momēta officiorum omnium. 1. de Leg. 44. Nos legem bonam à mala nulla alia, nisi naturali norma diuidere possumus. 2. de Leg. 61. Natura, quę norma est legis *. 2. Acad. Nō egerem perpendiculis, non normis, non regulis.

✠ ADIVN. *Acerrima rhythmicorum, 3. de Orat. Certa rationis, pro Mur. Naturalis, 1. de Legib.*

☞ Syntaxis. *Norma, regula, præscriptio naturæ. Aeri norma dirigere. Ad optimam normam sapiens. Ad rationis normam dirigere vitam. Naturali norma diuidere veritatem à mendacio.*

* NOSCENDVS, a, um. Frag. ep. Philosophiæ quidem præcepta noscenda, viuendum autem ciuiliter.

NOSCO, scis. *cognosce, notum vel cognitum habeo, noticiam alicuius rei habeo.* 1. Tusc. 52. Et nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, vt se quisque noscat. & *ibid.* Cum igitur Nosce te dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum. 2. de Fin. 71. Nosti credo illud, Nemo pius est, qui pietatem cauet. Ep. lib. 7. ep. 28. Nosti cætera. Att. lib. 7. ep. 3. Reliqua, quæ nosti ferenda. Att. lib. 1. ep. 11. Nosti illas Νικότης. pro S. R. 57. Sed si ego hos bene noui, literam, &c. Att. lib. 9. ep. 9. Si Cæsarem bene noui, & lib. 5. epist. 21. Si digitos tuos noui. Or. 44. Nouerit igitur hic. & in Pis. 30. Qui ciuitatis vestræ non leges, non iura noritis. 1. de Leg. 118. Atqui vereor, ne istam causam nemo noscat. & 58. Sapientia nos cùm cæteras res omnes, tum quod est difficillimum, docuit, vt nosmetipsos noscere mus: cuius præcepti tanta vis, tanta sententia est, vt ea non homini cuipiam, sed Delphico Deo tribueretur: nam qui se ipse norit, primùm aliquid sentiet se habere diuinum. Qu. fr. lib. 3. epist. 6. Vt bona nostra norimus. 1. de Inu. 56. Noui intelligentiam vestram, iudices, non potest ita videri. 2. de L. 58. Nostis extra portam Collinam ædem Honoris. 3. in Ver. 17. Qui nostrūm vnumquemque optimè norunt. 1. de N. 37. Deus ille, quem mente noscimus, atque in animi notione tanquam in vestigio reponimus. Attic. lib. 16. ep. 21. Noui humanitatem tuam. in Clod. Qui omnia sacrificia nosset.

NOSCOR, ris. 1. de N. 9. Omnes philosophiæ partes tum noscūtur, cùm totæ quæstiones scribendo explicantur. 1. Ac. 43. Nihil esse, quod noscī, percipi, comprehendi possit.

✠ ADVER. *Benè, de Pet. Cons. 13. Phi. in Piso. 12. Attic. Benè insulsitatem, planè non, 13. Attic. Funditus non, 1. de Nat. Nondum, in Piso. Omninò nullas literas, paululum modò consuetudinem, 2. Philip. Optimè aliquem, 13. Famil. Optimè se, de Amic. Melius, planè, 2. de Orat. Penitus aliquem, 16. Famil. probè, & commeminisse, 1. de Orat. probè obtutum oculorum, 3. de Orat. Pulchrè, satis, 10. Famil. Rectè homines, 4. Ver.*

☞ Syntaxis. *Nosse, percipere, comprehendere.*

NOΣHMA. L. MORBVS.

NOSTER, a, um. pro Dom. 47. Sexte noster bona venia, &c. Q. fr. lib. 1. ep. 8. Alienus autem noster cum animo & beneuolentia, tum etiam imitatione viuendi.

NOSTRAS, tis. *noster, nostræ gentis, consuetudinis, artis, secta,* &c. Ep. lib. 9. epist. 15. Capior facetiis, maximè nostratibus. 5. Tusculan. 90. Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere nostrates philosophi facere non potuerunt. Epist. lib. 2. ep. 11. Mihi verba desunt, neque solùm ista vestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia.

NOTA, tæ. *signum, insigne, vestigium.* 2. de Orat. 174. Si aurum defossum cupiam commonstrare vellem, signa & notas ostenderem locorum. 5. de Fin. 74. Nomina sunt tāquam rerum notæ. 1. Tusc. 62. Notæ literarū. Part. 26. Literatura cōstat ex notis literarum. 2. de Diu. 85. Notæ priscarum literarum in robore insculptæ. in Pison. 73. Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versum 1. de Diuin. 64. In quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant. Orat. 46. Loci & quasi argumentorum notæ. de Clar. 286. Atque eæ notæ sunt optimæ. 1. de Nat. deor. 12. Certa iudicandi assentiendique nota. 4. Aca. 33. Nota veritatis. Attic. lib. 1. ep. 10. Literæ insignes amoris notis. 2. de Inuē. 141. Literæ tenues. & obscuræ notæ sunt voluntatis. 2. de Diu. 47. Quàm scitè per notas nos certiores facit Iupiter. Top. 8. Nota & notatio idem. &. 35. Aristoteles hoc idem σύμβολον appellat, quod est Latinè nota: quia sunt verba rerum notæ. 4. in Ver. 115. Signum, nota, vestigium. * de Clar. 287. Nec illam præclaram Thucydidis nimis veterē *orationem* tanquā Anicianam notam persequēdam. ¶ *Formula.* pro Mur. 25. Iurisconsulti notas quasdā cōposuerunt. ¶ *Ratio.* Epist. lib. 7. epist. 29. Sulpitio successori nos de meliore nota commenda. ¶ *Dedecus, infamia, ignominia.* de Prou. 25. Vos Gabinij literas insigni quadam nota atque ignominia noua condemnastis. 1. I. C. 13. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? & quod dedecus non hæret infamiæ? pro Rab. 24. Homo insignis omnibus notis turpitudinis: pro Cluent. 129. Is censoriæ seueritatis nota non inuretur? pro Dom. 137. In hisce ædibus monumentum collocasti ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. 7. in Verr. 50. Inerat in illo fœdere quasi quædam nota seruitutis. 2. Offi. 25. Barbarus compunctus notis Threiciis. 1. in Ant. 32. Hæc inusta est à te mortuo Cæsari nota

ad ignominiam sempiternam.3.Off.74.O turpem notam temporum illorum.

¶ *Id,quam vulgo Ziphram vocant,* σημεῖον Græci.Epist.lib.13.ep.6. Reliquis epistolis tantum faciam,vt notam apponam eam,quæ mihi tecum conuenit,&c. Attic. lib.13.ep.32. Parum intellexit credo,quia διὰ σημείων scripseram.

✠ *A DIVNC.Certa,& propria,falsa,insignis præcipiendi,& propria,propria.)(.Communis,turpis,4.Acad. Certæ rerũ,& propriæ,verisimiles,Part.Insignis quædam animi,de Prou.Iusta iudicandi,1.de Nat.Melior,2.Famil.Quasi naturalis,2.de Orat.Optimæ,de Clar. Sempiterna,In Piso.Tenues,& obscuræ.1.de Inuent. Verissimæ maledictorum,3.Philip.*

☞ Syntaxis.*Nota & signum.Literarum notæ,id est,characteres. Nota insigni condemnare aliquem. Nota turpitudinis inusta vitæ. Insignis notis turpitudinis.Id egit ad hostium notam. Notam appone,quæ mihi tecum conuenit.*

NOTABILIS,e.*insignis,conspicuus,conspiciendus.* Ep.lib.5. ep.12. Si exitu notabili concluduntur.

NOTANDVS,a,um.5. in An.21. Quæ quanquam rata esse non possunt,tamen separatim suo nomine notãda censeo.de Clar. 316. Molo in notandis animaduertendisque vitiis prudentissimus.& 319. Quid tanquam notandum animaduertendumque sit in Hortensio breuiter licet dicere. Att.lib.15.ep.15. Quæ quidem vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint. 5.in An.17.An illa non grauissimis ignominiis monumẽtisque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? quòd M.Antonius,&c. Ep.lib.9.ep.16. Habere tritas aures notandis generibus poëtarum. de Sen. 42. Sed notandam putaui libidinem nimiam.

✠ *A DVERB.Separatim suo nomine,5.Phil.*

NOTANS,tis. 1. Tusc.68. Sol quasi fastorum notans & significans dies.

NOTATIO,onis.*nota.* L.ETYMOLOGIA,& INTERPRETATIO. Top. 10. Notatio,cùm ex vi verbi argumentum aliquod elicitur.& *ibid.* Argumentum ex nota.

¶ *Insuper est,obseruatio,animaduersio,descriptio.*2.de Di.87.Caldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die minimè credendum est.de Clar.65.Licet eligant ea quæ notatione & laude digna sunt,omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. *ibid.*74. Ego verò delector ista quasi notatione temporum. 2. de Or.358.Similium verborum conseruata & immutata casibus, aut traducta ex parte ad genus notatio,& vnius verbi imagine totius sententiæ informatio. Orat.183. Notatio naturæ & animaduersio peperit artem. pro Cl. 130. Notatio tabularum.& *ibid.*128. Notatio censoria.pro Sest.55.Notatio censoria grauissimum iudicium sanctissimi magistratus.5 I.A.13.Deiectus verò & notatio iudicum etiam in nostris ciuibus haberi solet.3.Offi. 111.Notationes animaduersionésque censorum.3.ad Her.34.Diligẽs notatio imaginum.*ibid.*lib.4.64.Notatio est,cum alicuius natura certis describitur signis.

✠ *A DIVN.Censoria.1.de Legib.*

NOTATVS,a,um.*descriptus.*3.Tus.9.Melius hæc notata sunt verbis Latinis quàm Græcis.

¶ *Signatus.* de Prou.4.Via illa castris Thraciis distincta ac notata est. Postq in Senat.15. Frons calamistri notata vestigiis.

¶ *Illustratus.*Epist.lib.7.ep.32.Equidem sperabam ita notata me reliquisse genera dictorum meorum,vt cognosci sua sponte possent.

¶ *Turpis,fœdatus,infamis.*pro Cl.119. Homines ignominia notati.pro Dom.23.Contaminatissimus,& omnium scelerum libidinúmque maculis notatissimus.Ep.lib.6.ep.6.Boni ciues nulla ignominia notati.in Vat.37.Scis te tribulium tuorum iudicio notatum.pro Cl.61.Iudicia vera,atque insigni turpitudine notata,atque oppressa dedecore & infamia.pro Do.68.Homo scelere & furore notatus.itẽ.72. Cùm tantis scelerib.esses & factis notatus.7.in Ver.172.Nolo eos sic in hac vrbe notatos ambulare,vt non cera,sed cœno obliti esse videantur.pro Fon.2.Galli triumphis ac monumentis notati.* con.C.Ant.Cum grauissimis vestris decretis absens notatus est.

¶ *Animaduersus.* 2. de Orat.129.Pauca enim sunt,quæ animo quasi habere notata videamur.4.de Finib.61.A nobis ista descripta,notata,præcepta sunt.1. de Diu.2. Chaldæi motus stellarũ obseruauerunt: quibus notatis,quid cuique significaretur,memoriæ prodiderunt.2.de Fin.47.His tribus generibus honestorum notatis,sequitur quartum. pro Fon.31. Quod in monumentis rerum gestarum incisum ac notatum videmus. 1. de Diu. 34. Obseruatis ac notatis signis. 1. de Orat.109. Quæ obseruata sunt in vsu dicendi,hæc ab hominibus peritis animaduersa ac notata sunt. 1. de Diu. 12. Obseruata sunt hæc tempore immenso,& significatio euentus animaduersa ac notata.‖& Top.7.Demõstrato & notato loco.& Orat.120.Conseruatis & notatis temporibus.

✠ *A DVER.Serius & cognitus,de Clar.*

☞ Syntaxis. *Notandum & animaduertendum.Via notata & distincta vestigiis.Frons calamistri vestigiis notata. Notatus maculis,ignominia.Notatus iudicio bonorum.Turpitudine notatus,& dedecore oppressus.Furore notatus.Notati Galli triumphis ac monumẽtis.Describere & notare.Incisum & notatum in monumentis.*

NOTITIA,tiæ.*notio,cognitio,prudentia.* Or.116.Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est. 4. Acad.30. Notitiæ rerum,quas Græci ἐννοίας vocant.5. de Fin.59. Natura ingenuit notitias paruas rerum maximarum.3.de Fin.33.Hoc quarto,&c. bonorum notitia facta est.2. Offic.86. Valetudo conseruatur notitia sui corporis.pro Cæl.75.Notitia noua mulieris.2. de Fin.14.Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. 1. de Leg.24. Nullum est animal præter hominem,quod habeat notitiam aliquam Dei.

✠ *A DIVN.Dura,5.Phil.Falsæ,1. Phil Noua,pro Sest. Noua mulieris,pro Cæl. Paruæ rerum,5. de Finib.*

☞ Syntaxis.*Notitiam aperire definiendo.*

NOTIO,onis.*cognitio,intelligentia,notitia,iudicium,significatio.* Top. 31. Genus est notio ad plures species pertinens. forma est notio,cuius differentia ad caput generis,& quasi fontem referri potest,notionem appello,quod Græci tum ἐννοιαν, tum πρόληψιν dicunt:ea est insita,& antè percepta cuiusque formæ cognitio, enodationis indigens. 3.de Finib.21.Simul autem cœpit intelligentiam,vel notionem potius,quam appellant ἐννοιαν illi,viditque,&c.1. Tusc.57. Neque fieri posset,vt tot rerum insitas,& quasi consignatas in animis notiones,quas ἐννοίας vocant haberemus,nisi,&c.4.Acad.33. Si notionem veri & falsi propterea quòd ea non possunt internoscit,nullam habemus.& 85. Qua igitur notione discerneres.1.de Fin.31.Naturalis atque insita in animis nostris notio. & lib.3.33. Rerum notiones in animis fiunt.1. de N.43.In omnium animis deorum notionem impressit ipsa natura.& lib.2.13.In animis nostris informatas esse deorum notiones.1.de Nat.26.Mens simplex nulla re adiuncta fugere intelligentiæ nostræ vim ac notionem videtur.& 37.Deus ille,quem mente noscimus,atque in omni notione tanquam in vestigio reponimus.& lib.2.45.Cùm talem esse Deum certa notione animi præsentiamus.Top.83.Notio sic quæritur,sit ne id æquum,quod ei qui plus potest,vtile est.5.Tusc.29.Huic verbo cum beatum dicimus,subiecta notio est,secretis malis omnib.cumulatę bonorum complexio.& lib.4.52.Definitiones declarãt cõmunes notiones.& *ibid.* Quæ.n.istarum definitionum non aperit notionem nostram,quam habemus omnes de fortitudine rectam & inuolutã.pro Do.34.Omnis notio,pontificum, cum adoptaret,esse debuit.de Pr.46.Clodius Cẽsoriũ iudicium ac notionem,& illum morem seueriſſimũ magistratuum de ciuitate sustulit. pro Cec.35. Quid ad actoris notionem,& ad animaduersionem ages.3.Offic.76.Si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere.& 81. Explica atque excute intelligentiam tuam,vt videas quæ sit in ea species,forma & notio boni viri.

✠ *A DIVNC.Certa,2.de Nat. Communes,4.Tusc.Insitæ & quasi consignatæ,1.Tusc. Naturalis,atque insita,1. de Fin.*

☞ Syntaxis. *Genus est notio,sic forma. Notio est antè percepta formæ cognitio. Notionem capere ac intelligentiam. Rerum insitæ,& animo consignatæ notiones. Informatæ,impressa notio Dei in animo. Mente Deum noscimus,& in omni notione,tanquam in vestigio reponimus. Notione præsentiæ. Huic verbo, Beatus subiecta est grauissima notio.*

NOTO,as.*animaduerto,obseruo,distinguo.* Or.27.Facile est verbum aliquod ardens,vt ita dicam,notare,idque reprehendere. 2. de Or.32.Non est dubium,quin si quis hoc animaduertit,id possit notare.2.in Anton.57.Notabo tamen singulares,& si non poterit,&c.3. de Orat.193. Hæc vulgus imperitorum in audiendo notat.1.de Diu.94.Arabes propterea facilius cantus auium volatúsque notauerunt.Ep.lib.5.ep.12.Reprehendes ea,quæ vituperanda duces,& quæ placebunt,comprobabis,multorum in nos perfidiam,insidias,proditionem notabis. Attic.lib.7. ep. 8. Diem tuum ex epistola tua,quam incipiente febricula scripseras,mihi notaueram.2.de Na.166.Multa diuturnus vsus,ita notauit,vt artem diuinationis efficeret.3.de Nat.14. Quis cornicis cantum notauit?2.de Diu.91. Chaldæi animaduertunt ac notãt ea sidera,quæ,&c.4. ad Heren.3.Notare præcepta artis de tanta tamque diffusa scriptura.

¶ *Designo,signo,describo,indico.*de Amicit.93. Notare aliquod vitium multis nominibus.de Vn.22.Illum eiusdem naturæ,hunc alterius notauit.pro Mil.14.Cum inesset in re vis,crimen iudicio reseruaui,rem notaui.& 31. Ita & Senatus rem,non hominem notauit.2.de Orat.354.Res autem ipsas rerum effigies notaret.7.

taret.7.in Verr.27.Notare initium veris,aut à Fauonio,aut ab aliquo astro.Part.t.37.Quæ temporis quasi naturam notant, vt hyems.ver,æstas,&c.Epist.lib.7.ep.22.Tamen id caput notaui, & descriptum tibi misi.3.de Fi.4.Notare res nouis nominibus. pro Planc.40.Tu deliges ex omni populo amicos tuos:tu me inscio notes,& tuos & tuorum necessarios? quos effũdas repẽtè, &c.5.in Ant.10. Hic pecunias nostras æstimabat, possessiones notabat,& vrbanas & rusticas.4.in Verr.79.Notare tabellã cera vel sanguine.1.in Cat.2.Catilina notat & designat oculis ad cædẽ vnũquemque vestrũm.2. de Orat.236.Hęc enim ridẽtur,quę notant & designant turpitudinem aliquam non turpiter.3. de Or.184.Numerum in guttis cadẽtibus,quòd interuallis distinguuntur,notare possumus.

¶ *Ignominia afficio.* Att.lib.3. Quos censores furti & captarum pecuniarum nomine notauerunt. de Cl.216.C. Iulius motum Curionis in perpetuum notauit.de Cl.224. Athenienſis Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt.7. in Ant.23.Notare aliquem ignominia.

¶ *Illustro,exorno.*3. de Or.168. Tanquam stellis notare & illuminare orationem.

✠ ADVER. *Maximè,& illuminare orationem,3. de Or. Scienter aliquem.1.de Diu.Turpiter,2.de Orat.*

NOTOR,ris.*quære in actiuo homonymè.*pro Cor.56.Tum luxuriam L.Cornelij, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi conuicio notabatur.pro Qu.99. Dedecore,macula,turpissimáque ignominia notari.2.de Orat.272.Milites ignauos à censore notari solitos,& tribu moueri.2.de Or.:49. Nec improbus notari ac vituperari sine vitiorum cognitione satis insigniter potest.de Cl.161. Vt hoc in qua ætate accidisset, posset notari. 4. Acad.34.Proprium in communi signo notari non potest.Epist. lib.6.ep.6.Notãtur mihi signa ad diuinandum duplici quadam via.pro Dom.102.Vt illius facinus memoria & nomine loci notaretur.3.de Or.189. Notatur maximè similitudo in conquiescendo.2.de Ora.259.Genus huius ridiculi insigni aliqua & nota ✠re notari volo‖.2.in Ver.40.Vt discoloribus signis iuratorũ hominum sententiæ notarentur.

✠ ADVER. *Asperè,insigniter,ac vituperari,2.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Aliena notare atque reprehendere. In audiendo notare. Demonstrare & notare locum. De tãta scriptura notare præcepta. Res nominibus notare. Possessiones notare. Hæc rident ur, quæ notãt & designant turpitudinem aliquam nõ turpiter. Notare & illuminare orationem. Notantur à censore ignaui macula, dedecore, ignominia. Memoria & loci nomine facinus notare. Notare. Insignire & notare.*

NOTVS,a,um:tior:tissimus.*cognitus,omnium sermone celebratus,patens omnibus,quod tenetur,peruulgatus,manifestus,testatus,non ignotus.*2.in Ver.48.Res notæ,testatę,manifestæ.& 4.Ver.85.Res nota atq; apud omnes peruulgata.& 5. Ver.134. Res nota ac manifesta omnibus.Att.lib.1.ep.13. Notum atque testatum. pro Mil. 77.Hæc patent & nota sunt omnibus. Orat.118. Habent omnes philosophię notos & tractatos locos.2.de Orat.259.Hoc insigni aliqua & nota re notari volo. Epist.li.5.ep.12.Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant.1. de L.44. Communis intelligentia nobis notas res efficit.1.de Orat.201.Vetustatis exempla oratori nota esse debent. Ora.114. Volo igitur huic omnem bene dicendi rationem notam esse.& *ibid.* Qui ea multò quàm nos habes notiora.Att.lib.5.ep.19. Facies omnia mihi nota.pro Muræn.16.Tua liberalitas hominibus literatis est notior,populo verò & suffragatoribus obscurior. pro Syll.72.Vita P.Syllæ vobis populóque Romano notissima.de Prou.33. Quas regiones nulla antea nobis fama notas fecerat.pro Cæl.3.De dignitate Cælius notis tacitus facilè ipse respõdet:quibus autem non æquè est cognitus, hi sic habeant,&c.& 31.Mulier non satis nobilis,sed etiam nota.11. in Ant.10. Notus atque insignis latro.Att.lib.15 ep.13.Tuum iudicium, quod mihi erat notum, &c.Quint.fr.li.1.ep.1.36.Iam tibi Asia nota esse debet.3.de Leg. 4.Vt ad citeriora veniam,& notiora nobis. Quin.frat.li.2.ep 12. Callisthenis quidem vulgatum & notum negocium.* cont.C. Anton.Homo nobilis,& valde in hoc largitionis quæstu notus & cognitus.

✠ ADVERB. *Iamdiu,pro Reg. Deiot. Maximè,pro Cn. Plan.Maturius,*10. *Famil. Penitus causa,*2.*de Orat. Sanè torcumata,*4.*in Ver.*

☞ Syntaxis. *Notum,testatum, manifestum. Notum & peruulgatum. Notum atque testatum. Hoc patet & est notum omnibus. Notus & tractatus locus.*

NOVACVLA,læ.*culter tonsorius.*1. de Diu.32. Corem nouacula posse præcidi.*bis.*

NOVANDVS,a,um.3.de Leg 12.Nihil habui,quod putarem nouandum in legibus.

NOVATVS,a,um.*factus.*3.de Or. 150.Inusitatum verbum,aut nouatũ,aut trãslatum.2.de Ora.131.Ager non semel aratus,sed nouatus & iteratus.1.Ac.42.Et ea quæ ab eo nouata sunt,probas.

NOVÈ.1.ad Her.15.Ne quid ambiguè,ne quid nouè dicamus.

NOVELLVS,2,um.)(.*vetulus.*5. de Fin.39. Arbor nouella & vetula.* de Leg.Neque dum satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur.

NOVEM.Quint.frat.lib.3.ep.5.Sermo in nouem & dies & libros distributus.

NOVENDIALIS,le.*quod nouem dies,vel nono die celebratur:vt nouendiale sacrum apud Tit.Liuium.*Qu.fr.lib.3.ep.5. Nouẽdiales feriæ.quæ fuerunt Tuditano & Aquitano Coss.

NOVERCA,cæ.Orat.108.& pro Cl.199. Vxor generi,nouerca filij, filiæ pellex. 3. Offic. 94. Cùm filius patri suspectus esset de nouerca.

* NOVI.vide Nosco.

NOVISSIME.*nuperrimè,postremò.*Plan. Ep.li.10.ep.17. Quo ego interprete nouissimè ad Lepidũ sum vsus.& ep.24.Primùm,&c. deinde,&c.nouissimè,&c.

NOVISSIMVS,a,um.*postremus.*)(*primus.*pro Qu. Ros.30.Breui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos. ad Oct.Vt nouissima cõferam primis.Ep.li.12.ep.13.Vt hęc nouissima nostra facta nõ incõueniẽtia fuisse iudices.Cassij.Ep.lib.10.ep.30.Cùm omnes se recepissent nostri ordines,recipere nouissimus cœpi ad castra.S.Galb. & lib.11.ep.1.D.Bruti.

NOVITAS,tis.*nouæ rei ratio,conditio.*2. de Nat.96. Perinde quasi nouitas nos magis,quàm magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare.2.de Diu.60.Eumque errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito.Ep.lib.11.ep 10. Quantam cupiditatem hominibus iniiciat nouitas, non te fugit.3.ad Heren.36.Natura nouitate commouetur.2.de Ora.347. Res magnitudine præstabiles, & nouitate primæ. 2. de Nat. d. 131. Nouitate delectamur & copia. 1. de Diu. 119. Qua ille rei nouitate perculsus.&c.3.de Fin.3. Nouitas nominum pro Mur. 17. Nouitas generis alicuius. Epist lib.1.ep.7.Simul quod video nouitati esse inuisum meæ.de Am.70.Nouitates autem,si spem afferunt,&c. non sunt repudiandæ, vetustas tamen suo loco conseruãda est.Qu.de Pet.2. Nominis nouitatem dicendi gloria maximè subleuabis.

NOVITIVS,a,um.*nouus, tyro.* In Pis.1.Syrũ nescio quem de grege nouitiorum factum esse consulem.

NOVO,as *innouo,nouum facio* 3.de Or.147.Verba,quæ nouamus & facimus ipsi.

NOVOR,ris.Attic.lib.16.ep.13. Tu mihi de his rebus quæ nouantur omnia certa,clara.Ep. lib.15.ep.4. Socij, qui nouari aliquid, volebant.

NOVOCOMENSES,*populi, à Nonocomo vrbe Italiæ,quæ Comum hodie appellatur,ad Larium lacum sita.*Ep.lib.13.ep.35.

NOVVS,a, um. *recens,inauditus,inusitatus,per se cognitus,à se ortus, præter consuetudinem.*1.de Orat.137.Nihil dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam nouum. 2. contra Rul. 26. Iam hoc inauditum & planè nouo more,&c. pro Cecin.36. Nouum est,non dico inusitatum,verùm omnino inauditũ. pro Arc.3. Nouum quoddam & inusitatum genus dicendi.Orat.30. Nouum quoddam & inauditum imperitorum genus.Attic.lib.3.ep.24. Res inusitata & noua.4.in Ver.24.Noua tibi hæc sunt & inopinata.2.de Diu.60. Causam igitur vestigato in re noua atq; admirabili.2.cont.Rul. 90.Rerum nouarum causam quærere.pro Mil.1. Hæc noui iudicij noua forma terret oculos.2.in An.43. Vt si semper decertandum sit,semper nouus veniam.pro Flac.13.Lege hac recenti ac noua certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. Epist.lib.11.ep.21. Sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. Orat.89.Ego existis nouis Atticis, &c.3. de Nat. 39. Quosdam quasi nouos & adscriptitios ciues in cœlum receptos fuisse.1.de Orat.117.& pro Mur.17.Homo nouus.Att.lib.6. ep.1. Quod video tibi etiam nouum accidisse,tanquam mihi.Att.*ibid.* Ego si quid hodie nouũ cognõro,scies.Epist.lib.2.ep.24. Nam iamdiu nihil noui ad nos afferebatur.Epist.lib.11.ep.28. & 2.de Orat.13. Nũquidnam,inquam,noui?Brut.ep.2. De Dolabella si quid habes noui,facies me certiorem.Attic.lib.13.ep.29.Sed in eius epistola nihil erat noui.* pro M.Scau.Neq; hoc à me nouũ disputatur,sed quæsitum ab aliis est.

✠ ADVER. *Omninò,*15.*Famil.Planè,*2.*Cont.Rull.*

☞ Syntaxis. *Nouum & inusitatum.Inauditum & nouum.Nouum & inopinatum.Nouum & admirabile. Rerum nouarum cupidus. Rebus nouis studere. Recens ac nouum.Nouus & adscriptitius ciuis.Hoc mihi nouum accidit. Nunquidnam noui?*

NOX,ctis.*tenebræ,vxor Erebi.*2. de Nat.50. Ipsa enim vmbra, terræ soli officiens noctem efficit. 2. de Diuin.17. Vmbra terræ, quæ est meta noctis. Attic.lib.1.ep.13. Noctes certarum mulierum nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerũt. Att.lib.4. ep.3,Milo media nocte in campum venit.& *ibid.* In comitiũ Milo de nocte venit. Attic.lib.7.ep.4. Balbus multa de nocte profectus est ad Cæsarem. Att. lib.8.ep.6. & pro Mur.69. Epistola,

quã de nocte daturus erã.it6,Q.fr.li.2.ep.8.Multa nocte veni ad Pompeiũ.1.de Diu.57. Cõcubia nocte.4.ad Her.49. Luce nocté, nocte lucem expectatis.Att.lib.13.ep.26.Equidem credibile non eſt,quantum ſcribam die,quinetiam noctibus: nihil eſt enim ſomni.4.in Catil.6.Nunc quicquid eſt, &c. ſtatuendum vobis ante noctem eſt.1.de Fin. 51. Eorum animi noctes atque dies exeduntur.pro S.R.6. Scrupulus,qui me dies noctéſq; ſtimulat. 1.de Orat.260. In vno aliquo opere noctes & dies vrgeri. pro Mur.22. Vigilas tu de nocte,vt tuis conſultoribus reſpondeas. Quin.ft.li.2.ep.14.Si de multa nocte vigilaſſent.*alij,euigilaſſent, legunt.*cont.C.Anton.Superiore nocte cuiuſdam domum Catilinam & Antonium conueniſſe.de ſuo Conſul.

Atque animo pendens noctis euenta timebat.

✠ *A* DIVNC. *Acerba,1.Attic.& pro Planc.Acerrima, atque acerbiſſima,pro Syll.Cæca,pro Mil.Cõtractiores, Para. Propè extrema,Hyberna,obſcura,Serena,Arat. Fauſta,Funeſta,pro Flac.Funeſta,ac luctuoſa, pro Cæl. Intempeſta,præceps,6.in Ver.Longa,proxima,pro Seſt. Luctuoſa,pro Rab.Media,3.Attic.Multa,de Senec.Sẽ piterna,pro Sex.Roſc.Socia,2. Phil.Stellans,1.de Diu. Superior,1.In Catil.Tota,7.in Ver.*

☞ Syntaxis. *Media nocte,de nocte,multa de nocte,multa nocte,nocte concubia,noctibus,ante noctem.Noctes atque dies lucubrari.*

NOXA,xæ *noxa,culpa.*pro Sext.R.62.Quod in minimis noxis & in leuioribus peccatis maximè quæritur, id Erutius in parricidio quæri non putat oportere.*aliter,noxiis.*

✠ *A* DIVNC. *Minimæ,pro Sex.Roſc.*

NOXIA,xiæ.*noxa,culpa crimen.*3.de Leg.11 Quod quis earum rerum migraſſet,noxiæ pœna par eſto.2.ad Her.35. Amicum caſtigare ob meritam noxiam.* *ibid.* Nam ego amicum hodie meum. Non caſtigabo pro commerita noxia. *ex Plaut.* Hort. Cæteris in rebus,in quibus peccata non maxima inſunt, noxias tamen inferunt.

NOXIVS,a,um.*malus.*3. de Leg. 6. Nec obediens & noxius ciuis coerceatur.

NVBECVLA,læ.in Piſ.20.Frontis nubecula.

NVBES,bis.*concretus in aere vapor.*2.de Nat.101. Aer concretus in nubem cogitur,humoréque colligens, terram auget imbribus.2.de Diu.44. Cùm illi anhelitus ſe in nubem induerint. 4. Acad.70. Qui ſub nube ſolem non ferunt.2.de Nat.95. Nubium magnitudo, viſque ventorum. in Arat. Opaca & atra nubes.1. Tuſc.43.Cœlum hoc,in quo nubes,imbres, venti coguntur. 2. de Diu.44.Conflictu nubium ardorem exprimi. 3. de Natu. 51. Nubium vna Centauros genuiſſe dicitur.pro Dom.24. Quæ tu in illis reipúb. tenebris, cæciſque nubibus & procellis conſtituiſti.

✠ *A* DIVN. *Acres,Græcæ,Cæleſtes,Cæruleæ, Opaca, & atræ,Arat.*

NVBILIA cœli,in Arato.

☞ Syntaxis. *Concretus vapor in nubem cogitur,ſe in nubem induit.Nubium conflictus.Resp.tenebræ,nubéſque cæcæ.*

NVBENS,cis.pro Clu.14.Nubit genero ſocrus.& *ibid.* Mater filiæ nubenti lectum illum genialem ſtrauit.

NVBILIS,le.*apta viro.*pro Quin.98.Ipſe filiæ nubili dotem conficere non poteſt. pro Cluent 11. Is reliquit grandem & nubilem filiam, quæ breui tempore poſt mortem patris nupſit A. Melino.

NVBO,bis.*collocor,in matrimonium collocor,cõiungor,cum aliquo ſum.* 1.de Diu.104.Virgo nupſit ei,cui Cæcilia nupta fuerat.3.de Nat. 59.Venerem Adonidi nupſiſſe traditum eſt. *ibid.* Venus nupſit Vulcano.pro Cæl.34.Cui cum ex ampliſſimo genere in ampliſſimam familiam nupſiſſes,cur,&c.pro Clu.188.Mulier in familiæ luctum atque in priuignorum funus nupſit.

☞ Syntaxis. *Nubere in ampliſſimam familiam.*

NVCERIA. *vrbs.*2.cont.Rul.85.pro Cor.28.

NVDATVS,a,um *ſpoliatus.*1.de Or.172.Antonij diuina vis ingenij etiam hac ſcientia iuris nudata ſit,poteſt,&c.Ep.lib.10.ep.17. Reſp.interitu conſulum nudata.2.de Or.350. Aliquando te illis integumentis euolutum nudatumque video.

NVDIVSTERTIVS.*nunc eſt diestertius.*3.de N.18.& 4.in Cat.10. Omnia quæ à te nudiuſtertius dicta ſunt.5.in Anton.2. Recordamini qui dies nudiuſtertius decimus fuerit,&c.

NVDO,as.*ſpolio.*pro Dom.2. Vtrum perditos magiſtratus ſceleratorum ciuium præſidio nudare,an etiam deorum immortalium religione armare vultis?Poſtq.in Sen.30.Qui mea pericula non modò ſuo præſidio, ſed etiam veſtra deprecatione nudarunt.4.Tuſc.70.Nudare corpus.2.I.V 14. Idem monumenta antiquiſſima ſpoliauit,nudauitque omnia.

NVDVS,a,um.pro Flac.51. Quoniam nudus te delectârat, ſemper nũdum eſſe voluiſti.Att.lib.7.ep.13.Vrbs nuda præſidio, referta copiis.6.in Ver.3.Ciuitas ab omnibus reb.vacua atque nuda.pro Dom.58.Reſpub.nuda à magiſtratib. Poſtq. ad Quir.16. Nudus à propinquis,nulla cognatione munitus.Att.lib.9.ep.12. Mulier nuda decore.Parad.3.Nuda iſta ſi ponas,iudicari qualia ſint,facilè non poſſunt.2.de Ora.265. Nudum nuces legere.1.de Fin. 22. In altera philoſophiæ parte iſte veſter *Epicurus* planè ✠ inermis ac nudus eſt. ‖ pro Mil.67. Nudauit ſe in ſanctiſſimo templo quoniam vita talis, & ciuis, & viri fidem non faciebat.

☞ Syntaxis. *Nudatus armis. Euolutus & nudatus integumentis. Nudare periculum deprecatione.Monumẽta ſpoliare,nudare que.Præſidio nudus.Vacuus & nudus à.Decore nuda mulier.*

NVGAX,acis.*nugator.*Ep.lib.8.ep.15.Ecquando tu hominem ineptiorem quàm tuum Cn.Pompeium vidiſti, qui tantas turbas commouit,qui tam nugax eſſet.Cælij.

NVGAE,arum.*Νῆ Φ᾽ ,tricæ,ineptiæ.*2.de Diu. 30. Húnccine hominem tantis delectatum eſſe nugis?pro Mil.56.Tum nugarum in eo comitatu nihil. Att.lib. 6. ep.3. Videatúrne aut pietatis eſſe meæ,fratrem relinquere,aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere.& *ibid.* Meræ nugæ.Att.lib.16.ep.1. *Νῆφε πάντας* in vino & ſomno iſtorum.

✠ *A* DIVN. *Meræ,6.Att.Tantæ,1.de Diuin.*

NVGATOR,oris.*nugax.*pro Flac.38.& de Sen.27 Neque in iſtum nugatorem tanquam in aliquem teſtem inuehar.

NVGATORIE.*inaniter,ineptè.*4.ad Her.49.Non contrà tenuiter & nugatoriè reſponſum?

NVGATORIVS,a,um.*leuis,ineptus.* Ep.li.11.ep.2.Nã illud valde leue eſt ac nugatorium,ea re,&c.1.de Nat.109. Tota res Vellei nugatoria eſt.pro Cec.64. Ad probandum vtraque res infirma nugatoriáque eſt.pro S.R.42.Mala nugatoriáque accuſatio. 2. ad Her.31.Nugatorium argumentationis genus.

NVGIGER,ra,rum.*vanus,ineptus.*Att.lib.4. ep.5. Scio te voluiſſe, & me. Aſt nugigeram manum fuiſſe. *quidam legunt. Aſt,num germanum fuiſſet? locus eſt certè corruptus, & qui ſine vetuſto codice corrigi non poteſt.*

OBIVRGATIO,onis.*castigatio.*2.de Orat.339. Tum obiurgatio si est autoritas, tum admonitio,quasi leuior obiurgatio. Attic. lib.3.ep.10.Castigatione & obiurgatione dignus.At.lib.4.ep.15. Nunc susceptam obiurgationem reprimam.1.Offic.136. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est ipsius causa,qui obiurgetur,susceptum esse.1. Offi. 136. In obiurgationibus vtendum nonnunquam & vocis contentione maiore,& verborum grauitate acriori.& *ibid.* 137. Obiurgatio habens multum acerbitatis. pro Cæl. 27. Deliciarum obiurgatio fuit longa.3.Offic.83. Qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere?de Amic. 91. Monitio acerbitate,obiurgatio contumelia carere debet,

✠ ADIVNC.*Lenior,2 de Orat.Longa,& ea leuior,pro Cæl.Necessariæ, 1. Offic. Plenissimæ,sed tamen mediocres,sed paruæ potius,1.ad Q.frat.*

OBIVRGATOR,ris.*admonitor seuerus.*3.cõtra Rul.11.Hic noster obiurgator.1.de Nat.5.Beneuolus obiurgator.1. de Diu.111. Vt obiurgatores suos conuinceret. 5.in Verr.4. Sed ne obiurgator quidem ferendus est is,qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.

✠ ADIVNC.*Beneuolus,1.de Nat.*

OBIVRGATORIVS,a, um. Attic. lib.13. ep. 6. Obiurgatoria epistola.

OBIVRGO,as.*castigo,asperius admoneo,asperius appello.* Ep.lib.11. ep.28.Quem cum obiurgarẽ,quòd,&c.At.li.6.ep.5.Meq; obiurgauit vetere prouerbio.pro Cæl. 25. Is fuit in hac causa pertristis quidam patruus,censor,& magister, obiurgauit M. Cæliũ, sicut neminem vnquam parens.Attic.lib.1.epist.14.Obiurgaui senatum,vt mihi visus sum,summa cum autoritate. Attic.lib.2. ep.1.Quod me de Pompeij familiaritate obiurges,&c.Q. fr.li. 3.ep.1.Cæsar meam in rogando verecundiam obiurgauit.Ep.li. 3.ep.8.Ne in quo te obiurgem,idipsum videar imitari.

OBIVRGOR,ris.*incusor.*Ep. lib.2. ep. 9.In quo cum obiurgarer, quòd,&c.Atti.lib.4.ep.15.Nunc te obiurgari patere,si iure, &c.

✠ ADVERB.*Mediocriter,8.Famil.vehementer,3. At.*

☞ Syntaxis.*Monere,& obiurgare.Obiurgatio cum autoritate. Castigatio & obiurgatio.Obiurgatio acerbitatem habens. Obiurgatio contumelia carens.Obiurgare inrem,& de re aliqua.*

OBLANGVEO,es:vel,OBLANGVESCO,scis.*refrigesco,defervesco.*Epist.lib.16.ep.10.Literulæ meæ, siue nostræ,tui desiderio oblanguerunt.

OBLATVS,a,um.*datus,illatus.*Attic.lib.16. epi. 14. Gaudeo mihi causam oblatam,in qua omnes sentiant,me ab illo alienatum. 3.I.C.4.Facultatẽ mihi oblatam putaui,vt quod,&c.pro Pomp. 49.Bonum,quod à dijs oblatum & datum est.2.I.V.1. Quod diuinitùs datum atq; oblatum videtur. pro Do. 62. Domus ardebat non fortuitò,sed oblato incendio.4.Aca.48. Neque vt quicquam interesset inter intestinum & oblatum timorem.1.Ac.39. Quædam quasi impulsio oblata extrinsecus.Brut.ep.10. Præsidia quæ oblata sunt contra arma Antonij.de Amic. 66. Nec criminibus aut inferendis delectetur amicus,aut credat oblatis. & *ibid.*67.Ab aliquo oblatas criminationes depellere, pro Syll. 42. Id iudicium è quo salus oblata est omnibus.pro Sest.146. Ego vos in omni fortuna,quæcunque erit oblata,complectar.pro R. P.22. Is in custodia fuit regia, & vita eius oblata pœnæ est. 6. Verr.107. Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium eius oblatũ est.5.de Fi. 64.Stuprum per vim oblatum Lucretiæ. pro Cl.77. L. Quintius oblatam sibi facultatem putauit, vt posset, &c.

✠ ADVERB,*Extrinsecùs,1.Acad.*

☞ Syntaxis.*Oblata alicui caussa,facultas. Datum & oblatum à Deo bonum.Non fortuitum,sed oblatum incendium.Intestinus.) (.Oblatus timor.Oblatum per vim stuprum. Oblata contra Antonium præsidia,*

OBLECTAMENTVM,ti.*oblectatio,delectatio, delectamentum.*6. in Ver. 134.Et vt illi haberent hæc oblectamenta & solatia seruitutis. & 52.Oblectamenta senectutis. Parad.5.Oblectamenta puerorum.

✠ ADIVNC.*Longiora,de Sen.*

OBLECTATIO,onis.*oblectamentũ.*1. de Orat.118.Artes in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio.1.de Nat.22.Quæ ista potest esse oblectatio Deo.2. Offic. 6.Siue oblectatio quæritur animi requiesque curarum, siue,&c.de Amic.103.In amicitia Scipionis mihi requies plena oblectationis fuit.*Hortens. Istorum disputatio tantum videtur attulisse negocij hominum quandam oblectationem ocij.

✠ ADIVNC.*Honestissima,1.Acad.Ingenua,5.Atti.Libera animi,1.de Orat.*

OBLECTO,as.*delecto.*pro Arch. 16. Hæc studia adolescentiam agunt,senectutem oblectant,&c.2.de Or.61.Cum his me oblecto,qui res gestas aut orationes scripserunt.Quin.fr.lib.2. ep. 3. Quid agas,& vt te oblectes,scire cupio. Att.lib.12. ep.3. Ego me interea cum libellis oblectabo.Q.fr.li.1.ep.1.1. Vt quàm diutissimè te iucunda opinione oblectarem.Q.fr.lib.2.ep.12.Oblecta te cum Cicerone quàm bellissimè.3.Offic.58. Dictitabat se hortulos aliquos emere velle, quò amicos inuitare, & vbi se oblectare posset,

✠ ADVERB.*Quàm bellissimè se,2.ad Quint.fra. Quàm diutissimè,1.ad Quint.frat.*

OBLECTOR,aris.*delector,ducor,oblecto.*Epist.lib.2.ep.16.In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula.pro Muræ. 39. Ludis tamen oblectamur & ducimur.Quin. fra.lib.2.ep.13.Ego me in Cumano satis commodè oblectabar.

✠ ADVER.*Commodè satis.2.ad Q.frat.*

☞ Syntax.*Oblectare se.Ludis oblectari,ac duci. Oblectari se commodè.*

OBLIDO,dis.*pro M.Scau.Libertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gulam oblisit.

OBLIGATIO,onis.*autoramentum,seruitus, quædam, & quasi vinculum.* ad Brut. ep. 18. Est autem grauior & difficilior animi ac sententiæ pro altero quàm pecuniæ obligatio.

✠ ADIVNC.*Difficilior & grauior.*

OBLIGATVS,a,um.*obstrictus,deuinctus,gratiam alicui debens,alligatus.*Ep.lib.6.ep. 11. Dolabellam antea tantum modo diligebam, obligatus ei nihil eram : nec enim acciderat mihi opus esse & ille mihi debebat, quòd non defueram eius periculis: nunc tanto sum deuinctus eius beneficio, quòd, &c. vt nemini plus debeam.1.Offic.58.Patria & parentes,cuius beneficijs obligati sumus.Attic.lib.16.ep.20.Velim sic existimes,non tibi tam Atticũ,quàm me obligatum fore.2. I. V. 24. Videbam me hoc iudicio districtũ & obligatum fore.Ep.li.13.ep.18.Te ita existimare volo, quibuscunque rebus Atticum obstrinxeris, ijsdem me tibi obligatum fore.Ep.lib.11.ep.16.Magno beneficio eius, magnóque merito sum obligatus.13.I.A.8.Tum me eius beneficio obligatum puto.4.in Cati.22.Hostes beneficio se obligatos putant. 13. in Anton. 8. Magnis & multis pignoribus eum respublica obligatum tenet. 3.contra Rull. 9. Soluta meliore in causa sunt,quàm obligata.1.ad Heren.23. Obuolutus & obligatus corio.

OBLIGO,as.*obstringo,deuincio,astringo,religo, comprehendo,alligo.* ad Brut.ep.18.Magis enim illum pro quo spopondi, quàm me obligaui.pro Cecin. 7. Qui quod spopondit, qua in re verbo se vno obligauit,id non fecit.pro Muræn. 3. In periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit. Topic. 45. Num is qui mancipio dedit,ob eam rem se vlla re obligauit?1.Off.36.Obligare aliquem secundo militiæ sacramento. pro Sylla 72.Multi quorum pro salute se hic Syllæ obligauit.Post.q.in Sen.31. Alter consul pactionibus eorum quorum præmiorum obligauit.pro Do. 106.Domum alicuius religione sempiterna obligare. pro Do. 20.Cùm populum Romanum scelere obligasses.de Aruspi. 27. Qui ludos certissimos scelere obligares. 3. de Nat. 57. Æsculapius,qui primus vulnus obligauisse dicitur. 2.Tusc. 39.Vt collocet in cubili,vt vulnus obliget.Q.frat.lib. 2. ep.13. Quem fac vt tua liberalitate tibi obliges.Quin.frat.lib.3.ep.1.Scaurum beneficio defensionis valde obligaui.Epistol.lib.13.epi.4. Obligare sibi aliquem summo beneficio in perpetuum.& lib.8.epistol. 6. Quàm eum velis obligare,in tua manu est. 5. I. A. 51. Audebo etiam obligare fidem meam.

✠ ADVERB.*In-perpetuum,13.Fam.In-perpetuum religione,pro Dom.Nusquam se,pro Corn.Balbo. Valdè beneficio,3,ad Q.frat.*

OBLIGOR,ris.2.Offic.69.Hi obligari beneficio volunt.2.Tusc. 38. At ille medicum modò requirit, à quo obligetur. 1. de Diuinat. 7. Est enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude

re aut susceptis anili superstitione obligemur. 4. I. V. 177. Obligentur non solùm iurisiurandi atque existimationis periculo, sed etiam communi conscientia. pro Corn. 34. Populus Romanus iniusu suo nullo pacto potest religione obligari. 1. de Fini. 47. Legum iudiciorumque pœnis obligantur.

☞ Syntaxis. *Nihil tibi sum obligatus. Districtus & obligatus. Tenere aliquem obligatum. Obligare vultus, aliquem in perpetuum, fidem alicui. Obligari religione.*

OBLIGVRIO, ris. *ligurio, deuoro.* 2. I. C. 10. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt.

OBLIMATVS, ta. *limo pinguis.* 2. de N. 130. Nilus recedens mollitos & oblimatos agros ad serendum reliquit.

OBLINO, nis. L. OBLITVS. de Cl. 51. Eloquentia ita tota Asia peregrinata est, vt se externis oblineret moribus.

OBLIQVE. (*recte, per rectum cursum.* 1. de Fin. 20. Atomi quæ rectè, quæ obliquè ferantur. & in Arato.

OBLIQVVS, qua. (*rectus.* 1. de Di. 120. Nam si omne animal, vt vult, ita vtitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino, membraq; quocúque vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit, eaq; ante efficit penè quàm cogitat: quanto id est facilius, cuius numini parent omnia? de Offic. lib. 1. & in Arat. *bis.*

OBLITERO, as. Postq. in Sen. 20. & in Vatin. 15. Qui publici mei beneficij memoria priuatam offensionem obliterauerunt.

OBLITESCO, cis. *delitesco.*) (*emergo*, de Vn. 33. Quibusque temporibus à nostro aspectu obliteſcant, rursúsque emersæ, &c.

OBLITVS, a, um. *delibutus, fucatus.* 2. I. C. 10. & Postqu. in Sen. 11. Socij Catilinæ vnguentis obliti. 4. ad Her. 17. Si crebræ collocabuntur, oblitam reddunt orationem. 7. in Verr. 172. Iudices non cera, sed cœno obliti. Epist. li. 9. ep. 15. Cum eas videam primùm oblitas Latio, nunc verò etiam bracchatis nationibus. 11. I. A. 27. Et eum nondum tanto parricidio oblitum hostem iudicauit. 5. I. V. 8. Contráque sunt omnia cum summo dedecore & turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita. Attic. lib. 2. ep. 21. Si Protogenes Hyalisium illum suo cœno oblitum videret. 14. in Anton. 9. Lidio flagitiosa, qua oblita est Antoniorum vita. pro Qu. Gall. Versabatur inter hos Gallius vnguentis oblitus.

OBLIVS, a, um. *Immemor, ab Obliuiscor.* Att. lib. 6. ep. 1. Habui suauem recordationem clarissimi iurisiurandi, quod ego nõ eram oblitus. de Cl. 217. Curio subitò totam causam oblitus est. Attic. lib. 4. ep. 15. Puto te existimare me nunc oblitum consuetudinis & instituti mei, rarius ad te scribere quàm solebam. Ep. li. 1. ep. 7. Non nos quidem vt nostræ dignitatis simus oblíti, sed vt, &c.

☞ Syntaxis. *Vnguentis oblitus, cœno, parricidio. Vita dedecore oblita. Oblitus causam, causæ.*

OBLIVIO, onis. *obliteratio, memoriæ lapsus.* Ep. lib. . epist. 17. Non obliuione amicitiæ nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas literas misi. & li. 1. epi. 9. Ego eius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa voluntaria quadam obliuione contrieram. 1. de Fin. 57. Aduersa quasi perpetua obliuione obruere. Ep. lib. 2. ep. 1. Meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla vnquam delebit obliuio. 9. in Ant. 10. Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio. 1. I. A. 1. Omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam censui. de Som. 18. Sermo nunquam de vllo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. de Cl. 60. Et idipsum nisi esset vnius Ennij testimonio cognitum, hunc vetustas vt alios fortasse multos obliuione obruisset. 1. Offic. 26. Adducuntur plerique, vt eos iustitiæ capiat obliuio. 3. I. A. 8. Nos post exactos reges seruitutis obliuio ceperat. 6. in Ver. 79. Venire in obliuionem totius negocij. pro Pomp. 9. Mithridates omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit. 2. de Ora. 7. Laudem aliquorum iam propè senescentem ab obliuione hominum, atque silentio vindicare. 14. I. A. 33. Vestra virtus nec obliuione eorum qui sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. pro Mar. 31. Tuas laudes nulla vnquam obscuratura est obliuio. pro Deiot. 37. Hos nulla vnquam vetustas obruet, nulla vnquam delebit obliuio.

✠ ADIVNC. *Exigua doloris, 5. Famil. Perpetua, ep. ad Brut. Sempiterna, 1. Phil. Voluntaria, 1. Famil.*

OBLIVIOSVS, a, um. *immemor.*) (*memor.* 1. de Inuē. 35. Memor, an obliuiosus. de Sen. 36. Stultus & obliuiosus senex.

☞ Syntaxis. *Voluntaria obliuione conterere. Perpetua obruere obliuione, delere. Inobscurare, extinguere, capi. In obliuionem venire. Ad obliuionē conferre. Ab obliuione vindicare. Obliuione insepulta virtus.*

OBLIVISCOR. *me fugit, mihi excidit, ex animo meo excidit, effluit, obliuio me capit, ex animo amitto, ex memoria depono, memoriam amitto alicuius rei, depono, in obliuionem venio, obliuione perpetua deleo, oblitero, ex animo meo discedit alicuius rei memoria, aliquid è memoria elabitur, aliquid mea memoria dilabitur.* Ep. li. 1. ep. 9. Non potui magis obliuiſci temporum meorũ, & meminisse actionum. pro Planc. 101. Memini enim, memini, nec vnquam obliuiscar noctis illius, &c. pro S. R. 49. Obliuiſci artificium. pro Cæl. 50. Obliuiscor iniuriarum, depono memoriam doloris mei. Atti. lib. 9. ep. 11. Quòd laudas, quia obliuiſci me scripsi, antè facta & dicta nostri amici, ego verò ita facio. pro Mil. 64. Ciues de Repub. optimè meriti, in quibus homines non modò res præclarissimas obliuiſcuntur, sed etiam nefarias suspicantur. de Clar. 218. Is enim in scriptis obliuiſcebatur, quid paulò antè posuisset. pro Sext. Ros. 87. Vt alia obliuiscar. pro Quin. R. 50. Obliuiscor eos viros esse primarios, improbos temporis causa fingo.

✠ ADVERB. *Aliquando, in Pison.*

☞ Syntaxis. *Obliuiſci temporum, tempora. In hac ego causa illud obliuiscor.*

OBLOQVOR, ris. *obstrepo.* Qu. fr. lib. 2. ep. 9. Tu verò vt me & appelles & interpelles, & obloquare, & colloquare velim. pro Cl. 63. Vocat me iamdudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui videtur.

OBMVTESCO, scis. *conticeo, reticeo.* de Clar. 324. Hoc studium, Brute, nostrum conticuit subitò, & obmutuit. & 22. Tum etiam eloquentia obmutuit. pro Flacc. 48. Repentè homo loquacissimus obmutuit. pro Dom. 135. Miror einon & linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse. de Sene. 23. Num quenquam horum coëgit in suis studijs obmutescere senectus? pro Milone 99. De me nulla vnquam obmutescet vetustas. 4. de Fi. 7. Si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legat.

✠ ADVERB. *Planè, 9. Attic.*

☞ Syntaxis. *Conticescere, & obmutescere.*

OBNITOR, ris. *obsisto, occurro.* pro Mil. 35. At non P. Clodio vsitatis iam rebus obnitendum est Miloni, vt tu eatur dignitatem suam.

OBNOXIVS, a. um. *subiectus.* M. Brut. epi. 17. Viuat herculè Cicero, qui potest supplex & obnoxius.

OBNVBILVS, a, um. 1. Tuscul. 48. Leti obnubila, obsita tenebris loca. *Poetæ.*

OBNVBO, bis. *obtego.* pro Rab. 13. Caput obnubito, arbori infelici suspendito.

OBNVNCIATIO, onis. *auguris significatio de periculo imminenti.* Attic. lib. 4. ep. 15. Obnunciationibus per Scæuolam interpositis. 1. de Diuinat. 30. M. Crasso quid acciderit videmus, diratum obnunciatione neglecta. Qu. fr. lib. 3. ep. 3. Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus magna voluntate bonorum omnium.

OBNVNCIO, as. *nuncio, prænuncio.* Postquam in Sen. 10. Legem Trib. pleb. tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnunciare consilio aut comitiis liceret. 2. in Ant. 83. Consul consuli obnunciauisti. pro Sest. 79. Tribunus obnunciauit consuli. & 83. Cùm auspiciis religionique parens obnunciaret quod senserat. Atti. lib. 4. ep. 3. Assequitur inter lucos homines Milo, obnunciat. & *Ibidem.* Metellus postulat, vt sibi postero die foro obnuncietur.

✠ ‖ pro Sest. 78. & 34.

OBORIOR, ris. *exorior.* pro Lig. 6. Vide, quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicendi oboriatur.

OBREPO, pis. *irrepo.* de Sen. 5. Obrepere aiunt senectutem citius quàm putassent. & *ibid.* Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? 38. Ita sensim & sine sensu senescimus, vt non intelligatur, quando obrepat senectus. 2. de Di. 139. Nullæ imagines obrepunt in animos dormiẽtium extrinsecus. Att. lib. 6. ep. 5. Mihi decessionis dies ἀπαράσκευος obrepebat. I. P. 1. pro Pl. 17. Obrepsisti ad honores errore hominum. Ep. lib. 16. ep. 21. Cratippus sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit. Att. lib. 6. ep. 3. Obrepsit dies, vt vides, &c.

✠ ADVERB. *Extrinsecus, 2. de Diuin.*

☞ Syntaxis. *Obrepit in animos imago, & animis. Ad honores obrepere.*

OBRIGEO, ges. *vel,* OBRIGESCO, scis. 1. de Na. 24. Pars terrarum obriguit niue & pruina. de Som. 15. Quorum duos obriguisse pruina vides. & 6. Verr. 87.

OBROGATVR, 1. I. A. 23. Quid, quòd obrogatur legib. Cæsaris?

OBROGO, as. *est legem aliam rogare, vt aliam ab alio latam legem infirmes.* At. li. 3. ep. 23. Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare sine fraude sua non liceat.

OBRVO, is. *operio, sepelio.*) (*eruo.* 2. de Nat. 129. Crocodili cùm in terra partum ediderint, obruunt oua. & 125. Ranæ marinæ obruere sese arena solent. de Arusp. 42. Quod dij omen obruant. de Senect. 21. Obruere thesaurum alicui. pro Deiot. 37. Hæc nulla vnquam vetustas obruet, nulla vnquam delebit obliuio. de Clar. 60. Hunc vetustas obliuione obruisset. 1. de Fin. 57. Et aduersa quasi perpetua obliuione obruamus. 2. de Orator. 285. Vt testem omnium risus obrueret. pro Arch. 24. Idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. de Arusp. resp. 57. Iste parentum nomen, sacra, memoriam, gentem Fonteiano nomine obruit.

OBRVOR,

OBRVOR, tis. 3. Tusculan. 80. Aut ita paruum malum, vt obruatur sapientia, vixq; appareat. Quin. fr. lib. 1. ep. 1. 3. Te oro, ne te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negocij tuas. 1. de Ora. 94. Obruimur ambitione & foro. 4. in Ant. 12. Tetra bellua, quæ quoniam in foueam incidit, obruatur.

☞ Syntaxis, *Obruere se terra. Obruere. Deus obruat omen. Alicui thesaurum obruere. Malum sapientia obruere. Ambitione & foro obrui.*

OBRVSA. *sincera, pura & purgata.* de Clar. 258. Quo magis expurgandus est sermo, & adhibenda quàm obrusa oratio, quæ mutari non potest: nec vtendum prauissima consuetudinis regula. *Sic nos hunc locum hactenus sine dubio corruptum, posse corrigi putamus: nisi malimus in hunc modum legere, quod mihi magis placet: Et adhibenda quasi obrusa, ratio, &c. vt moneat Cicero ad inquinatum sermonem expurgandum adhibendam esse rationem, quasi obrusam quandam, quæ mutari non potest: non vsum, qui voluntate pereunque, non ratione aliqua valet. Nam & obryzum aurum dicitur, quod igne excoctum & expurgatum, diminui, mutariue iam nulla exploratione potest. Et Politianus ep. lib. 6. ad Philip. Beroaldum, Exigere scripta ad obrusam, dixit: quasi igni & calce (quod cæmentum vocant) explorare, quod de auro fit: quæ ratio explorandi tota, obrusa dici videtur. Hæc nos, nihil affirmantes, sed in medium, quæ pro tempore potuimus, afferentes. Nam vt obrusa legamus, nullus inde sensus elici commodè potest: nisi fortè scriptum fuit, abstrusa. Quod autem quidam duo illa verba, quàm obrusa, vel obrusa omittenda nescio quibus manuscriptis exēplaribus freti, putant, mihi non videtur. vnde enim hæc verba irrepsissent? neque enim statim, quod non intelligimus in veterum scriptis, expungendum est.*

OBRVTVS, a, um. *obductus, sepultus.* pro Mil. 86. Vósque Albanorum obrutæ aræ. pro Cec. 90. Obrutis rebus omnibus & perditis. 2. de Nat. 130. Nilus Ægyptum tota æstate obrutam oppletámque tenet. 4. de Fi. 10. Is etiam si quid obrutum erit, poterit eruere. 3. L V. 20. Obrutus & oppressus.

☞ Syntaxis. *Obrutus & oppletus. Obrutus & oppressus flumine.*

OBSCENE, niùs. *turpiter.* 1. Offic. 128. Adulterari turpe est, sed dicitur non obscœnè. 3. de Na. deor. 56. Mercurius, cuius obscœnius excitata natura creditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit.

OBSCOENITAS, tis. *turpitudo, deformitas.* Ep. lib. 9. ep. 22. Si quod sit in obscœnitate flagitium. 1. Off. 127. Nec oratio vacat obscœnitate. 2. de Orato. 242. Verborum turpitudinem & rerum obscœnitatem vitare. 1. Offic. 104. Rerum turpitudinem adhibere, & verborum obscœnitatem.

✠ *ADIVNC Non digna foro, 2. de Orat. Turpissima, pro Flac.*

OBSCOENVS, a, um: ssimus. *turpis, in obscœnis.* 1. Offic. 127. Quod facere non turpe est, modò occultè, id dicere obscœnum est. 5. Tusc. 112. Illud Antipatri est quidem paulò obscœnius, sed non absurda sententia est. 1. Off. 104. Genus iocandi illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum. 1. de N. 112. Delicatæ & obscœnæ voluptates. Ep. lib. 9. ep. 22. At hodie penis est in obscœnis. Qui. fr. lib. 2. ep. 3. Maledicta, versus etiam obscœnissimi in Clodium & Clodiam dicerentur. Ep. lib. 9. ep. 22. Quid, quod vulgò dicitur, Cum nos te volumus conuenire, num obscœnum est? Memini in senatu disertum consularem ita eloqui: Hanc culpam maiorem, an illam dicam? potuit obscœnius? *& multa de obscœnis in eadem epistola.*

OBSCVRATIO, onis. *obscuritas.* 4. de Fin. 29. In quibus propter earum exiguitatem obscuratio consequitur. & *ibidem.* Quibus in rebus obscuratio magna est. 4. de Fin. 32. De istis ipsis obscurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem, appareant. Hortens. Interitus Romuli in obscuratione Solis factus est.

✠ *ADIVNC. Magna, Tanta, 4. de Fini.*

OBSCVRATVRVS, a, um. pro Mar. 31. Tuas laudes obscuratura nulla vnquam est obliuio.

OBSCVRATVS, a, um. 2. de Or. 95. Omnis eorum memoria sensim obscurata est, & euanuit.* Acad. Latent ista omnia magnis obscurata & circumfusa tenebris.

✠ *ADVERB. Sensim, 2. de Orator.*

OBSCVRE, ἀσαφῶς, clam.) (. *apertè, palàm.* 4. in Cat. 6. Hoc malum obscurè serpit. & 1. In Cat. 8. Non agam obscurè. 2. de Fi. 15. Heraclitus de natura nimis obscurè memorauit. pro Q. 50. Huic ne perire quidem tacitè obscuréque conceditur? pro Clu. 34. & Parad. 6. Obscure ferre aliquid. *2. Acade. Aut nihil supernm, aut obscurè admodum cernimus.

OBSCVRITAS, tis. *obscuratio, tenebræ, caligo, enigma.* 3. de Or. 47. Vt oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, ea obscuritatem & tenebras afferat. 2. de Finib. 15. Satisne igitur videor vim verborum tenere? an sum etiam nunc Græcè loqui, vel Latinè docendus? & tamen vide, ne si ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cùm Græce, vt videor, luculenter sciam, sit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, vt non intelligatur: quod duobus modis sine reprehensione fit: si aut de industria facias, vt Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obscurè memorauit: aut cùm rerum obscuritas, non verborum facit, vt non intelligatur oratio, qualis est in Timæo Platonis. 4. Acad. 7. Est enim omnis cognitio multis obstructa difficultatibus, maximáque est & in ipsis rebus obscuritas, & in iudiciis nostris infirmitas. 1. de D. 35. Causa latet obscuritate inuoluta naturæ. *ibidem.* lib. 2. 111. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, vt iidem versus aliàs in aliam rem accommodari posse viderentur. & 132. Iam verò quò pertinent obscuritates & ænigmata somniorum? intelligi enim à nobis dij velle debebant ea, quę nostra causa nos monebant. 1. de Or. 68. Philosophia in tres partes distributa est, in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores Topic. 3. Sed à libris te obscuritas reiecit. pro Cl. 73. In ea obscuritate & dubitatione omnium, Canucio placuit iudices pronunciare. 2. contra Rull. 36. Duæ sunt huius obscuritatis causæ: vna pudoris, &c. altera sceleris, &c. Ep. lib. 6. ep. 6. Sed habeo alia signa quæ obseruem, quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis, vel erroris. pro Mar. 31. Erat autem obscuritas quædam, &c.

✠ *ADIVNC. Diuturna, pro Cluent. Maxima, 1. Acade.*

☞ Syntaxis. *Obscurè taciteq; ferre. Obscuritatem ac tenebras afferre. Obscuritatis latebra. Obscuritas & dubitatio.*

OBSCVRO, as. *lucem eripio, noctem vel tenebras rebus offundo, tenebras, obscuritatem affero, tenebras obduco, obcæco, inobscuro, officio, obstruo, perstringo.* 2. de Nat. 96. Aethneorum ignium tenebræ finitimas regiones obscurauerunt. 1. in Cati. 6. Nox tenebris obscurat omnia. Att. lib. 2. ep. 20. Quæ scribam, ἀλληγορίας obscurabo. pro Cluentio. 1. Nihil nec subterfugere reticendo, nec obscurare dicendo. 5. I V. 131. Quod magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinem.

OBSCVROR, ris. 5. de Fin. 58. Minora maioribus obscurantur. 3. de Fi. 45. Lumen lucernæ obscuratur & offunditur luce solis. 3. de Or. 213. Obscurari atque penè obtui. 3. de Fin. 45. Obscurari & obrui, atq; interire. 4. de Fi. 29. Obscurari quædã, nec apparere, quia valde parua sunt. *ibidem.* Voluptates obscurari sæpe & obrui. 4. de Fi. 31. Quid obscuretur aut intereat. *Ibidem.* Vna voluptas è multis obscuratur in illa vita voluptaria. *ibid.* Nummus ✠ in Cræsi diuitijs obscuratur. ‖ 5. Tusc. 119. Bona animi tanta sunt in præstantia, vt ab his corporis & extrema obscurentur.

✠ *ADVERB. Negligentius, 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Obscurata & euanescens memoria. Obscuratur & offunditur lucernæ lumen luce solis. Obscurari, obrui, interire.*

OBSCVRVS, a, um: rior, simus. *habens obscuritatẽ, tenebricosus, caliginosus, tortuosus, inuolutus, à natura inuolutus, latens, opertus flexiloquus, spissus, cæcus.*)(. *apertus, illustris.* 2. de Inu. 156. Res apertæ obscuriores fiunt oratione. 1. de Di. 116. Quia erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. 2. de Diu. 115. Chrysippus totum volumen impleuit oraculis, partim flexiloquis & obscuris, vt interpres egeat interprete, & fors ipsa referenda sit ad sortes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticum referenda sint. 3. de Natur. 94. Non vt deorum naturam tollerem, sed vt intelligeretis, quàm esset obscura, & quàm difficiles explicatus haberet. 1. de Or. 177. Ius applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactum est in iudicio, atque illustratum à patrono. 2. contra Rull. 36. Cur hoc tam est obscurum atque cæcum? Part. 36. Obscurus.)(. *rerum multitudine nobilitatus.* pro Murę. 16. Tua nobilitas hominibus literatis est notior, populo verò obscurior. 2. cõtra Rullum. 13. *de oratione Rulli obscura.* Orat. 30. *de Thucydide, & eius oratione obscurissima.* 2. de Diuin. 132. Euphorion poëta nimis obscurus. & *Ibidem.* Heraclitus valdè obscurus.

✠ *ADVERB. Sanè. 1. de Ora. Valdè, 2. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Flexiloquus & obscurus. Obscurus, & difficiles habens explicatus. Obscurum & ignotum. Obscurum & cæcum.*

OBSECRATIO, onis. *preces, deprecatio, obtestatio.* 1. de In. 22. & 3. de Or. 203. Si prece & obsecratione humili ac supplici vtemur. pro Fon. 38. Obsecratio, deprecatio. de Arus. 63. Constituendæ nobis sunt procurationes & obsecratio, &c.

✠ *ADIVNC. Grauior, pro Font. Humilis, & supplex, 1. de Inuent.*

OBSECRO, as. *amabo te.* pro Dom. 30. Idem pro salute mea populum Rom. obsecrauit. Postqu. ad Quir. 16. Denique ipse pro mea vos salute non rogauit solùm, verumetiam obsecrauit. 2. de Or. 85. Nõ solùm hortabor, vt elaboret, &c. sed etiã obsecrabo. pro Quin. 97. Næuium obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, vt, &c. 4. in Verr. 42. Cùm multis lacrymis eum oraret atque obsecraret Heraclius, impetrare non potuit. Epistol. lib. 4. epist. 11. Cùm mihi C. Marcellus non solùm consilium daret, sed præcipuus quoque me obsecraret, &c. Epistol. lib. 10. ep. 34. Ego vos P. C. oro atque obsecro, vt, &c. pro Quinct. 99. Itaque te hoc obsecro, vt, &c. 2.

de

de Fin. 21. Obsecro, inquit, Torquate, hæc dicit Epicurus. Attic. lib. 2. ep. 9. Obsecro, mi Pomponi, non vides, &c. Attic. lib. 12. ep. 38. Obsecro Pyliæ salutem. Epist. li. 14. ep. 1. Quid, obsecro te, me miserum, quid futurum est? Para. 5. Sed obsecro te, ita venusta habeantur illa, non vt vincula virorum sint, sed vt oblectamenta puerorum. Att. lib. 8. ep. 9. Sed obsecro te, quid hoc miserius, quàm, &c. Att. li. 3. ep. 11. Ad me, obsecro te, vt omnia certa perscribas. Att. lib. 6. ep. 1. Deinde me obsecras amantissimè, ne obliuiscar vigilare, & vt animaduertam quæ fiant. ad Attic. lib. 11. ep. 1. Vt facias, te obtestor atque obsecro. Att. lib. 13. ep. 13. Attica mea, obsecro te, quid agit? quæ me valde angit.

✠ *ADVER. Amantissimè, 6. Attic. Magnopere, & orare, pro Planc. Verè, 3. Offi.*

OBSECVNDO, as. pro Pomp. 48. Is cui ciues assenserint, socij obtemperauerint, hostes obedierint, venti, tempestatesque obsecundarint.

OBSEPIO, pis. *sepio, intercludo.* pro Mur. 48. Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, accusandi obsepiebant.

OBSEQVENS, tis. *obediens.* Epist. lib. 10. ep. 8. Filius obsequens patri. Sal. in Cic. 2. Filia tibi iucundior atque obsequêtior, quàm parenti par est.

✠ OBSEQVIVM, quij. *Indulgentia, patientia.* ‖ *Reconditus sensus est in hoc nomine, neque significat, quod vulgò putatur, ministerium aut cultum, aut reuerentiam quam alicui exhibemus: sed vt Obsequor id exprimit quod vulgò dicitur, facere quod alicui placet, & accommodare se ad alicuius nutum & voluntatem: sic obsequium, eam facultatem qua accuius voluntati seruimus. Hæc Schorus, de vi huius nominis.* de Amic. 91. Obsequium amicos, veritas odium parit. Attic. lib. 7. ep. 1. Itaque effeci omni obsequio, vt neutri illorum quisquam esset me charior. I. P. 5. Ego Antonium collegam patientia atque obsequio meo mitigaui. pro Cæl. 13. Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio. Att. lib. 6. ep. 6. Mulieres valde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis. Epist. lib. 10. ep. 15. Abuti obsequio alicuius ad omnes res. 1. de Le. 60. Cùm animus cognitis virtutibus à corporis obsequio indulgentiaque discesserit. Att. lib. 10. ep. 4. Omne meum obsequium in illum fuit cũ multa seueritate. Att. *ibid.* Ea verò non sunt ab obsequio nostro. 1. de Leg. 43. Obsequia in homines.

✠ *ADVN. Molestum, de Amic.*

OBSEQVOR, ris. *morem gero, indulgeo, satisfacio, morigeror, gratificor, placeo.* Orat. 238. Dum tibi roganti obsequi vellem, scribendi impudentiam suscepi. 1. de Orat. 107. Ego verò, inquit, tibi obsequi studeo. 5. Tusc. 60. Cùm huic obsecutus sis, illi est repugnandum. Epist. lib. 1. ep. 9. In nauigando tempestati obsequi artis est. 2. de Fin. 17. Obsequar igitur voluntati tuæ. pro Quin. 91. Vt vestræ naturæ bonitatique obsequamini. Or. 157. Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. 1. de Orat. 3. Sed tamẽ etiam in his asperitatibus rerum obsequar studiis nostris. pro Clu. 149. Obsequor tibi de te, vel de aliqua re.

OBSERO, ris. *occludo, obsignor.* 2. de Leg. 63. Quod cum proximi fecerant, obductáque terra erat, frugibus obserebatur.

OBSERVANDVS, a, um: di, do. 2. de Diu. 146. Quomodo hæc infinita obseruando notare possumus? Orat. 77. Sunt enim quidam oratorij numeri in oratione obseruandi ratione quadam. pro S. R. 90. Nihil mali est, canes ibi quàm plurimos esse, vbi permulti obseruandi, multaque seruanda sunt.

✠ OBSERVANS, tis, issimus. *studiosus, cupidus, diligens.* ‖ *Admonẽdos hic duxi indoctiores, Obseruantissimus pro eo quem maximè obseruare, aut cui honorem exhibere debemus, apud doctorem loquendi Ciceronem non inueniri, sic enim nunquam scripsit, vt nunc vulgus, Domino meo obseruantissimo, Colendissimo, reuerendissimo, quæ Barbara omnia sunt, Sed quem obseruare, colere, aut reuereri maximè debeo.* Ep. li. 13. ep. 3. Aulus Fusius obseruantissimus nostri. Epist. lib. 14. ep. 4. Quem spero tui fore obseruantem. Attic. lib. 16. ep. 16. Cognoui te mei ita cupidum, vt paucos æquè amantes atque obseruantes me habere existimem. de Cla. 282. Is nimium inquirens in sese atque ipse sese obseruans, metuénsque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deprauabat.

✠ OBSERVANTIA, tiæ. *reuerentia, veneratio.* ‖ *Honoris exhibitio.* 2. de Inu. 66. Obseruantia est, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. Epist. *lib.* 12. ep. 27. Sex. Aufidius obseruantia qua me colit, accedit ad proximos. pro Mur. 71. & pro Pl. 44. Nulla est pœna, quæ possit obseruantiam, tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere. pro Cor. 63. Officia illius obseruantiamque dilexit. pro Quint. 59. Amicos obseruantia rem, parsimonia retinere. Att. lib. 13. ep. 11. Ne magnum onus obseruantiæ tibi imponerem. Epist. lib. 5. ep. 8. Mea tibi obseruantia nunquã defuit.

✠ *ADIVNC. Nimium diligens in custodia alicuius, 4. Attic. Perpetua, 12. Fam. Præsens, 10. Fam. Summa, 4. Fam. Summa in aliquem, 13. Fam.*

OBSERVATIO, onis. *animaduersio.* de Cla. 33. Verùm id natura magis aut casu, quàm ratione aliqua aut obseruatione fiebat. Or. 178. Vetus inuentus est terminatione autium & obseruatione prudentum. 2. de Diu. 146. Obseruatio diuturna notandis rebus fecit artem. & *ibid.* Quæ astris præsentiuntur, hæc notata sunt obseruatione diuturna. & *ibid.* 147. Neque obseruatione inueniri potuit scientia. 1. de Diuin. 2. Chaldæi diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effecisse, vt prædici futura possent. 2. Offic. 86. Valetudo conseruatur notitia sui corporis, & obseruatione rerum, quæ res aut prodesse solent, aut obesse. 2. Offic. 36. Apud antiquos summa erat obseruatio in bello moruendo. ‖ 2. de Diu. 124. Obseruatio constans & diuturna.

✠ *ADIVNC. Constans, & diuturna, diuturna siderum, longinqua, 2. de Diuin. Summa, 1. Offic. Supina, 1. de Inuent.*

OBSERVATVS, a, um. 1. de Orat. 109. Quæ obseruata sunt in vsu actractatione dicendi. Attic. lib. 3. ep. 23. Cùm semper ita habitum obseruatumque sit. 1. de Diuin. 12. Obseruata sunt hæc tempore immenso, & significatione euentus animaduersa ac notata.

¶ *Dilectus, amatus.* pro Pl. 39. Tribus officijs ab aliquo obseruatus, non largitione.

OBSERVITO, as. *studiosè obseruo.* 1. de Diuin. 102. Neque solùm deorum voces Pythagorei obseruitauerunt, sed etiam hominũ, quæ vocant omina.

OBSERVO, as. *animaduerto, noto, speculor, aucupor, quasi insidior, seruo, pertracto, in speculis sum.* Epist. lib. 6. ep. 6. Sed habeo alia signa, quæ obseruem: quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamẽ habent vel obscuritatis vel erroris. 1. de Diu. 2. Chaldæi motus stellarũ obseruauerunt: quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. Att. lib. 8. ep. 19. Scribis tibi in animo esse obseruare Cæsarem, & si secundum mare ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me venturum. Attic. lib. 13. ep. 47. Magis mihi isti seruiunt, si obseruare seruire est. pro Dom. 71. Obseruare leges. pro Cl. 117. Maiores nostri nunquam perinde vt rem iudicatam, obseruauerunt animaduersionem cæsoriam. 2. Off. 40. Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. 4. ad Her. 24. Quid in viris? idemne obseruabant? minimè. Epist. lib. 13. ep. 27. Ago gratias, quòd meas obseruationes tam diligenter obseruas. At lib. 7. ep. 17. Illud ἀγαθοῦ δαίμονος, sic enim putatur, obseruo, *unde Horatius*: præsertim in te, quem, &c. 1. de Diuin. 103. Obseruare & seruare idem. Ora. 210. Non enim id agit vt insidietur & obseruet, sed iam fauet, processumque vult. pro S. R. 22. Multi occupationem eius obseruant, tempusque aucupantur. Ep. lib. 11. ep. 16. Itaque ei præcepi, vt tempus obseruaret epistolæ tibi reddendæ. de Amic. 58. Nec obseruat strictè amicitia, ne plus reddat, quàm acceperit. pro Quin. 85. Quid tu id quemadmodum obseruas? Par. 5. Obseruare omnes motus alicuius. 2. de N. 123. Vt in araneolis aliæ quasi rete texũt: aliæ autem ex inopinato obseruant, & si quid incidit, arripiunt. 1. de Or. 146. Quæ sua sponte homines eloquentes fecerunt, ea quosdam obseruasse atque collegisse. 1. de Ora. 97. Et persæpe me, quæ soleres in dicendo obseruare, docuisti.

¶ *Amo, colo, veneror.* pro Pl. 45. Neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne obseruent tribules suos, ne diligant. Epi. lib. 9. ep. 20 Perofficiosè & peramanter obseruare aliquem. Epist. lib. 5. ep. 8. Obseruare & diligere aliquem, sicut alterum parentem. Att. li. 2. ep. 19. Cæcilium colimus & obseruamus. 4. I. V. 181. Vehementerque illum ordinem obseruo. Epist. lib. 4. ep. 3. & lib. 6. ep. 10. Colere & obseruare aliquem. Epist. lib. 6. ep. 10. Omnes ferè familiarissimi eius, quasi deuincti meis magnis veteribus officijs, me diligenter obseruant & colunt.

✠ *ADVERB. Aequè ac, diligentius, diligentissimè, aliquem, 13. Fam. Peramanter, perofficiosè, 9 Fam. Sanctissimè, 5. Fam. Strictè, de Amic. Valdè, 10. Attic. Vehementer, 7. Fam. Vehementer ordinem, 4. in Ver.*

OBSERVOR, ris. *in actiuo vide variam potestatem.* 4. in Verr. 138. Metellum eum censum obseruari iussit, qui Sex. Peduceo prætore habitus esset. Orat. 190. Quòd ne accidat, obseruari nõ potest: *id est, caueri.* 2. de Diu. 47. Etsi causæ non reperiuntur istarum rerum, res tamen ipsæ obseruari animaduertique possunt. Qu. de Pet. 43. Fac vt abs te custoditi atque obseruati sciant. de Am. 26. Coli & obseruari ab aliquo.

✠ *ADVERB. Diligenter, & coli, pro Mur. Sanctè, pro Flac.*

☞ Syntaxis. *Obseruando notare. Amans & obseruans. Colere aliquem summa obseruantia. Obseruatio notandis rebus, Obseruatum, animaduersum, notatum. Perofficiosè & peramanter obseruare. Obseruare & diligere. Colere & obseruare. Id ne accidat, obseruato: id est, effice, vel caue.*

OBSES, dis. *pignus, fiducia.* pro Pomp. 35. Pompeius eis spem dedi-

tionis non ademit, obsides imperauit. 5. I. V. 124. Tantum, quòd oratoribus Metellus obsides non dedit. Epi. lib. 15. ep. 4. A nobis multos obsides habet populus Romanus. *ibidem.* Ab his Pindenisso capto obsides accepti. pro Clu. 83. Stalenus hanc condemnationem dederat obsidem Bulbo. & 188. Nuptiæ, quarum illa obsides filios ab eo accepit. 1. I. A. 11. Reipub. tuus paruus filius in Capitolium à te missus obses fuit. Anteq. 27. Cùm præcipuum nobis obsidem sui animi vestram reliquerit libertatem. 4. I. C. 3. Paruus filius, qui mihi videtur amplecti rempub. tanquam obsidem Consulatus mei.

✠ *A* DIVNC. *Incolumes, multi, 1. in Ver. Præcipuus animi, Anteq. iret.*

☞ Syntaxis. *Obsides imperare, dare, habere, accipere, mittere.*

OBSESSIO, onis. *obsidio.* pro Dom. 5. Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ. pro Cornel. 7. Obsessio militaris viæ.

OBSESSOR, oris. *oppressor.* pro Do. 13. Depopulator fori, obsessor patriæ.

OBSESSVRVS, a, um. Attic. li. 15. ep. 4. Antonius militibus obsessurus est senatum.

OBSESSVS, a, um. *circumsessus, cinctus, oppressus.* 4. I. C. 18. Patria obsessa facibus & telis impiæ coniurationis. pro S. R. 30. Domus obsessa. pro Fl. 64. Græciæ Asiæ oram maritimam cinxit vrbibus, non vt munitam colonijs illam gentem, sed vt obsessam teneret. pro Font. 20. Ab his gentib. obsessum Capitolium est. de Aruſp. respons. 49. Is obsessus est domi. pro Pomp. 20. Vrbem Azicenorum obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine, & oppugnatam vehementissimè, quam L. Lucullus summis obsidionis periculis liberauit. Postq. in Sen. 3. Cùm vi, ferro, metu obsessi teneremini. Ora. 210. Cùm is qui audit ab oratore, iam obsessus est, ac tenetur.

OBSIDENDVM, 1. in Cat. 26. Iacére humi ad obsidendum stuprum.

OBSIDEO, es. *circumsideo, obsessum teneo, occupo, fossa & vallo septum teneo, oppugno.* 7. in Ant. 15. Qui Mutinam & Consulem designatum obsederit. & *ibid.* Antonius armis obsedit, aut exclusit senatum. pro Dom. 89. Qui impelluntur, vt obsideant senatum. 2. cont. Rul. 74. Totam Italiam suis præsidijs obsidere & occupare cogitat. pro Flac. 57. Cum curia speculatur, atque obsidet Rostra. 1. I. A. 3. Dictatura, quæ vim iam regiæ potestatis obsederat: *id est, obtinuerat.* & 2. In Ant. 89. Cum omnes aditus armati obsiderent. 7. I. V. 144. Qui sinus quosdam obsedisse maritimos dicuntur. & *ibid.* Aut promontoria tenuisse. 2. I. V. 6. Obsidere tempus alterius: *id est, obseruare.* Attic. lib. 6. ep. 1. Sceptius equitum turmis inclusum in curia senatum Salaminæ obsederat. de Aruſp. 6. Obsidere, oppugnare, labefactare alíquam vrbem.

OBSIDEOR, ris. Attic. lib. 10. ep. 1. Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero nauigabimus.

✠ *A* DVERB. *Omninò, 12. Fam.*

OBSIDIO, onis. *obsessio.* Att. lib. 8. ep. 17. Domitium periculo obsidionis liberare cupio. pro Font. 16. Colonia, quæ per hunc obsidione liberata est. pro Mur. 20. Vrbes partim obsidione cepit. 11. I. A. 26. Antonius solet accipere manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. Epist. lib. 5. ep. 6. & pro Pom. 20. Qui ex obsidione fœneratores exemerit.

OBSIGNANDVS, a, um: di. 6. I. V. 140. Literas obsignandas publico signo curaui. 3. I. V. 50. Quæ cognoui egomet apud istũ in ædibus, cum obsignandi causa venissem.

OBSIGNATOR, ris. Att. lib. 12. ep. 19. Obsignatores testamentorum. & lib. 16. ep. 20. Nobis testibus & obsignatoribus. pro C. 186. Literarum obsignator. Attic. lib. 14. epist. 1: Adhibere obsignatorem.

OBSIGNATVS, a, um. pro Flac. 37. Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica qua veuntur omnes in publicis & priuatis literis. Attic. lib. 8. ep. 6. Obsignata iam epistola superiore, quam, &c. 5. Tusc. 33. Agere cum aliquo tabellis obsignatis. 2. de Diu. 145. Quædam matrona visa est in quiete obsignatam habere naturam: retulit: negauit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse: at alter prægnantem esse dixit: nam inane obsignari nihil solere. Att. lib. 6. ep. 9. Admiratus sum, vt vidi epistolam obsignatã, breuitatem eius. & lib. 7. ep. 2. Curij testamentum Ciceronum signis obsignatum. 3. I. V. 117. Tabulæ testamenti obsignatæ non minus multis signis, quàm è lege oporteat. 2. de Orat. 248. Furacem seruum tolum esse, cui domi nihil nec obsignatum sit, nec occlusum. Attic. lib. 16. ep. 16. Decretum, quod obsignatum est ab amplissimis viris ‖ pro Flac. 21. Lex tabulas obsignatas in medio poni volunt.

✠ OBSIGNO, as. *signo, consigno.* (*resigno.* ‖ *Latim hoc verbo significabant, impressione signi, aut testari, & confirmare aliquid, aut occludere: Quod etatis nostræ homines sic exprimere solent: subscribere, sigillũ sum appendere, Chirographum suum subscribere, sigillum addere &c. Si ergo cum Cicerone latinè loqui discamus.* Atti. lib. 5. ep. 19. Obsignatam iam epistolam meam, quam te puto perlegisse. 1. de Orat. 174. Cùm obsignas tabulas clientis tui, quibus id sit scriptũ quo ille capiatur. Att. lib. 16. ep. 18. Decretũ, quod ego obsignaui cum multis amplissimis viris. pro Quint. 67. Eius rei cõditionisque tabellas obsignauerunt viri boni complures. 7. I. V. 101. Obsignare tabellas signis amicorum. & 3. Ver. 149. Quòd tum codicem obsignassem. Epist. lib. 16. ep. 26. Obsignare lagenas inanes. pro M. Scau. Qui cum Quin. Cepione contra Scaurum obsignauerat stateras.

OBSIGNOR, ris. 2. de Inu. 149. Tabulæ obsignantur. pro Fl. 21. Lex tabulas iudicum signis obsignari iubet.

OBSISTITVR. 4. de Fin. 17. Qua facilè posset repugnari obsisti-
✠ que fortunæ. ‖ 2. de Fin. 49. Natura victus cui obsisti non potest.

OBSISTO, stis. *resisto, repugno, occurro.* 6. I. V. 94. Qui primò cum obsistere & defendere conarentur, repulsi sunt. pro Flac. 100. Græcis, Lydis obsistent Rhodij, &c. 3. I. C. 17. Consilijs Catilinæ occurri atque obstiti. & Ep. lib. 12. ep. 7. Nisi Pansa obstitisset. 2. Tusc. 28. Obsistere dolori. Attic. lib. 1. ep. 1. Ambitionem meam putabis obstitisse. 3. de Fin. 31. Obsistere visis, assensusque sustinere. 4. Acad. 108. Obsistere opinionibus, repugnare visis. Quint. frat. lib. 1. ep. 2. Obsistere sermoni alicuius. 2. Off. 27. Qui autem non defendit, nec obsistit iniuriæ, tam est in vitio, quàm si, &c. 2. Offic. 23. Multorum odiis nullæ opes possunt obsistere. 2. Offic. 17. Vitia, quibus alij facilè possunt obsistere. de Senect. 72. Audacter obsistere alicui.

✠ *A* DVER. *Audacter tyranno, de Senec. malitiosè rationi, 7. in Ver, Pernicioſe, 3. de Leg. Vehementer, excusationi, 9. Phil.*

OBSITVS, a, um. *obsoletus, horridus, squalidus.* 1. Tusc. 48.

Lucí obnubila, obsita tenebris loca. Poëtæ.

OBSOLEO, les. 2. I. A. 103. In homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia. *alias obsolescebant.*

OBSOLESCO, scis. *tenebris vetustatis opprimor.* 1. Acad. 11. Hæc inclusa habebam, & ne obsolescerent, renouabam, cùm licebat, legendo. 1. de Inu. 39. Res quæ propter vetustatem obsoleuerũt. & 4. Hoc verò à pleriſque eorum desertum obsoleuisse. pro Sest. 60. Virtus splendet per sese semper, nec alienis vnquam sordibus obsolescit. pro Cæl. 40. Chartæ quoque, quæ illam pristinã seueritatem continebant, obsoleuerunt. 1. cont. Rul. 21. Vectigal quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat. pro Pomp. 52. Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis quàm verbis refutata. pro Qu. 59. Cuius splendor omnis in moribus obsoleuit. 3. de Or. 134. Quæ sanè nunc obsoleuerunt.

OBSOLETIVS. 3. I. V. 152. Obsoletius vestitus.

OBSOLETVS, a, um: tior. *insolens, antiquus, inusitatus, sordidus.* 3. I. V. 56. Hæc nimis antiqua & obsoleta sunt. & 3. de Or. 148. Abiecta & obsoleta verba fugienda sunt. Attic. lib. 1. ep. 16. Barbara quædam & obsoleta. pro Qu. 56. Hæc vulgaria & obsoleta sunt. 3. de Or. 30. Vereor ne paulo obsoletior sit oratio. 3. Offi. 116. Cyrenaicis obsoletis floret Epicurus. pro Font. 32. Studijs militaribus apud iuuentutem obsoletis. 2. cont. Rull. 13. Vestitus obsoletior, corpus incultum & horridum. 4. ad Heren. 47. Numitor obsoletus. de Repu. lib. 3. teste Augustino de ciuit. Dei. lib. 2. cap. 21. Oblitione obsoletos mores videmus.

¶ *Abiectus.* I. P. 89. Atque inde obsoletus Thessalonicã venisti.

☞ Syntaxis. *Obsolescere vetustate, propter vetustatem. Obsolescere. Antiquum & obsoletum. Abiectum & obsoletum. Obsoletius vestitus.*

OBSONIVM, nij: *vel* OPSONIVM. *pulmentum: id est, quicquid ad panem vinumque adijcitur in cibum, vt caseus, carnes, oua, pisces, & id genus alia.* Epist. lib. 9. ep. 19.

OBSONO, as. *obsonium comparo.* 5. Tus. 97. Socratem ferunt, cùm vsque ad vesperum continentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret: respondisse se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem.

OBSTINATIO, nis. *pertinacia, pertinacia, nimia perseuerantia.* de Pro. 41. Quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui.

OBSTINATVS, a, um: tior. *pertinax, pugnax.* Att. lib. 1. ep. 9. Illius voluntas obstinatior.

OBSTIPVS, a, um. 2. de Nat. 107.

Obstipum caput, & teretí ceruice reflexum.

OBSTITA, rum. *ostenta quæ obstant, dicta fuisse puto.* 2. de Leg. 21. Fulgura atque obstita pianto.

OBSTO, as. *obsisto, officio, impedio.* 4. Acad. 19. Maximã est in sensibus veritas, si omnia remouentur, quæ obstant & impediunt. Orat. 49. Aut aliquid afferet, quod oppositum probabilius sit, quàm illud quod obstabit. pro S. R. 111. Officere & obstare commodis alicuius. 2. de Di. 4. Nisi quæ causa grauior obstiterit. 1. de N. 96. Quid autẽ obstat, quominus sit beatus, si non sit bipes? Item: Obstiti videlicet ne, &c. L. OBSISTO. pro Sex. Rosc. 6. Cui pecuniæ vita Sex. Roscij obstare atque officere videtur.

pro

pro Mil.97.Miloni facinoris suspicio,non facti crimen obstat.* pro C.Cornel. Nisi hæc ipsa lex obstitisset,decreuissem.

✠ ADVERB.*Vehementer*,12.*Fam.*

☞ Syntaxis.*Obstare & impedire.Officere & obstare. Quid obstat,quominus,&c.*

OBSTREPO,is.*obloquor*.3.de Orat.47.Ipsi sibi in dicendo obstrepere videntur.Epist.li.5.ep.4.Quæ res fecit,vt tibi literis obstrepere non auderem.

OBSTREPOR,ris.*obgannor*. pro Mar. 9. Sed tamen eiusmodi res nescio quomodo etiam dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur.

OBSTRICTVS,a,um.*obligatus,deuinctus*.pro Cæl.80.Hunc addictum, deditum obstrictum vobis habetis.pro Pl. 2. Obstrictus memoria beneficij sempiterna. I.P.29. Aliquem fœdere obstrictum teneri. pro Syl.6. Si defendes eum, quem obstrictum esse patriæ suspicere. pro Cæl. 47. Si hic obstrictus voluptatibus teneretur.pro Dom.118. Qui tibi erat magis obstrictus beneficio recenti. pro Pl. 72. Maximis beneficii vinculis obstrictus.)(.*liber & solutus*. 2. de Inuent. 132. An legibus obstrictos in tantis molestiis esse,æquum est? 6.I. V.71. Qui tanto scelere se obstrictum esse non sentit. *ibid.* 113. Tanta religione obstricta tota prouincia est,tanta superstitio mentes Siculorum occupauit, &c. Attic.lib.12. ep. 42. Ego me magna voti religione obstrictũ puto.

OBSTRINGO,gis. *deuincio,obligo*. Att.lib.6.ep.1. Cùm sex libris tanquam prædibus me ipsum obstrinxerim. pro Cl. 190. Quæ illum donis muliebribus,& spe hæreditatis obstrinxit. Ep. li.11. ep.10.Omneis iam amicos meos ære alieno obstrinxi. Epi. lib. 13.ep. 18. Te ita existimare volo, quibuscunque rebus Atticum obstrinxeris,iisdem tibi obligatum fore.2. de Orat. 268. Memmius religione ciuitatem obstrinxit. 2. I.A.83.Obstrinxit populum Rom. religione.pro Cl.202.Quem vobis in perpetuum obstringite.

¶ *Contamino*.11.I.A.29.Qui nefario patriæ parricidio se obstrinxerit.3.I.V.8.Qui in tot sceleribus se obstrinxerit.

OBSTRINGOR, 7. in Ver. 35.Me omnium officiorum obstringi religione arbitror.

✠ ADVERB. *In-perpetuum,pro Clu.*

OBSTRVCTIO,nis.*interclusio*.pro Sestio.22.Sed hæc obstructio nec diuturna est,nec obducta,ita vt curiosis oculis perspici non possit.

✠ ADIVNC.*Diuturna,pro Sest.*

OBSTRVGTVRVS,a,um.pro Dom.115. Primò se luminibus eius esse obstructurum minabatur.

OBSTRVCTVS,a,um. *clausus,septus*. de Fat.10. Zophyrus stupidum esse Socratem dixit, & bardum,quòd iugula concaua non haberet, obstructas eas partes & obturatas esse. de Clar. or. 16. Ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est. 4. Acad. 7. Est enim omnis cognitio multis obstructa difficultatibus.

OBSTRVO, is. *obsæpio, obtrudo, oppilo*. ‖ *Quam magis in obseruatione (inquit Schorus) quàm præceptione, linguæ latinæ studium positum sit hoc verbum satis declarat, Quis enim ex vulgaribus præceptoribus, nisi multum studioseq; in bonis auctoribus versatus, diceret, obstruere luminibus? Sic enim consuetudine potius quàm ratione latini sunt loquuti. Quod germanico-latino nunc vulgo dicitur Capere alicui lumen aut lucem, pro aspectum alicui capere, Galli* estoupper, bouscher, Angli to stoppe toschuit vp. *Latini verò hoc modo*:de Clar. 66. Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorũ quasi exaggerata altius oratio. in Arat. *Sin autem officiens signis mons obstruet altus.* pro Syl.79. Munite communem aream bonorum,obstruite perfugia improborum.de Sẽ. 75. Qui iter pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt.

✠

OBSTVPEFACTVS,ta. *stupefactus*.2.I. C.14. Catilina obstupefactus ac perterritus mea diligentia in exilium abierit. pro Deiot.34. Homines admiratione obstupefacti.1.de Di. 60. Cum ea pars animi sit immoderato obstupefacta potu atque pastu.

OBSTVPESCO,scis. *stupeo,stupesco*.2.de Di.50. Eius aspectu cùm obstupuisset bubulcus, clamorem maiorem cum admiratione edidit. Att.lib.5 ep.21.Ob hæc beneficia, quibus illi obstupescũt, nullos honores mihi decerni sino. 3.I. C.13. Sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur. vt,&c.2.de Diu.64.

Quidnam torpentes subitò obstupuistis Achiui?

pro Mar. 29. Obstupescent posteri imperia & prouincias tuas.

OBSVM,es. *officio, noceo*. 1.de Or. 122. Pudor qui non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.4.ad Her.34.Quid illis adiumento futurum esset, aut ostaturum nobis.3.de Orat.162.Ne contagio mea bonis vmbrâue obsit. *poetæ.*

✠ ADVER. *Multum, Orat.Plurimum,2.Offi.Vehemẽtius Parad.Omninò,2.de Inu.*

OBSVRDESCO,scis. *sensum audiendi amitto*. de Som. 13. Hoc sonitu completæ aures obsurdescunt. de Am. 90. Obsurdescimus tamen,nec ea quæ monemur, audimus.

OBTECTVS,a,um.pro Cæl. 43. Quæ vitia multis posteà virtutibus obtecta adolescentiæ excusatione defendi possunt.

OBTEGO,gis. *contego,obduco*.pro Sest.76.Frater meus in comitio iacuit, seque seruorum libertorumque corporibus obtexit. Att. li.1.ep.15.Fingere,dissimulare,& obtegere.

OBTEGOR,ris.in Vat. 11. Vt adolescentiæ turpitudo obscuritate ac sordibus tuis obtegatur.2. de Le.55.Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur.

OBTEMPERATIO,onis. *obedientia*.1.de Leg.42.Iustitia est obtemperatio legibus,&c.

OBTEMPERO,as. *obedio,pareo*.pro Qu.7.Si id est defendere,cupiditati alterius obtemperare, quò is facilius innocentes possit opprimere.pro Cec.52.Si serui ad verba nobis obediant, non ad id quod ex verbis intelligi potest, obtemperent. Epist. lib.2.ep. 7. Te audi, tibi obtempera. 2. Tusc. 12. Obtemperat ipse sibi. Att. lib.2.ep.10.Sed tamen quod me vos sperare vultis,vobis obtemperabo.

✠ ADVERB.*Diligenter legibus,7.in Ver.Multum consilio,pro Clu.*

OBTENDOR,ris. *obducor*.Qu.fr.lib.1.ep.1.11. Vniuscuiusque natura tegitur,& quasi velis quibusdam obtenditur.

OBTENTO,as. *tento*. Att. lib.9.ep.12.Spes quædam me obtentabat,fore,&c.

OBTENTVS, a,um.Phil.2.109.Testamentũ irritum fecit,quod etiam infimis ciuibus semper obtentum est. pro Corn.61.Quæ volebamus & contendimus,obtenta non sunt.

OBTERO,ris. *contundo*. Anteq. 15. Qui nouam rationem suscitãt, veteres maiorum obterunt laudes.1. de Diu. 29. Apertéque artem obterere extispicum. Ep.lib.5.ep. 9. Prosternere & obterere obtrectationes malouolorum. pro Cæl. 18. Ita calumniam obtriuit ac contudit.

OBTEROR,ris.7.in Ver.2.Laudem imperatoriam criminibus auaritiæ obteri.

✠ ADVERB. *Apertè,artem,1.de Diu.*

☞ Syntaxis. *Calumnias obterere & contundere. Prosternere & obterere suum nomen.*

OBTESTANS,tis. Brut.ep.13. Oro atque obsecro te, mi Cicero, necessitudinem nostram, tuámque in me beneuolentiam obtestans obliuiscaris, &c. Epist. lib. 3. ep. 10. Obtestans omnes deos,&c.

OBTESTATIO,onis. *imploratio,obsecratio,deprecatio*. Epist.lib.8. ep. 10. Mei officij est, meminisse, qua obtestatione decedens mihi ne paterer fieri,mandaris.pro Corn.33. Sanctiones sacrandę sunt aut genere ipso,aut obtestatione & consecratione legis, aut pœna,cũ, &c. pro Dõ. 125. Quid ergo tua obtestatio tibicinis voluit? pro Cl. 35. Mulier obtestatione viri domo exire non debuit.

OBTESTOR, aris. *testor appello, imploro*. ‖ *Hoc verbo veteres supplices alicuius auxilii implorabant*.7. in Ver. 187. Deos omnes imploro atque obtestor.pro Mur.86. Vestram fidem obtestor, misericordiam imploro.pro Flac.4.Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? pro Plan. 103. Mecum vos simul miserrimus obtestatur parens, & pro vno filio duo patres deprecamur: nolite iudices per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis dare lætitiam. pro Mil.93. Oro obtestorq; vos, vt misericordiam huic tribuatis. Antequam. 6. Iure igitur vos obtestor, quos mihi & debere, & posse intelligo opitulari. pro Fl.102.Cùm ego te,Flacce, cœlum noctémque contestans, flens flentem obtestabar, cùm tuæ fidei spectatissimæ salutem ciuium commendabam. pro Qu. 91. Te obsecro obtestórque per senectutem & solitudinem meam,nihil aliud nisi vt,&c. Att. lib.11.ep.1.& pro Sest.147.Idque vt facias te obtestor,atque obsecro.pro Syl. 89. Id sibi ne eripiatis, vos obtestatur. pro Sest. 45. De quo te patria obtestor,me fugisse,&c.pro Cæl.78.Quare obtestor oróque vos iudices, vt, &c. Anteq. 29. Nunc ego vos obtestor,vt velitis,&c. & Postq.in Sen.1. Si vobis parum cumulatè gratias egero,quæso,obtestorque vos,ne,&c.Atti.li.3.ep.23.Oro obtestórque te,vt,&c. Qu.fr. ames.pro Mil.86.Vos enim Albani tumuli atque luci,vos,inquam,imploro & obtestor, vestræ tum aræ,vestræ religiones viguerunt.

☞ Syntaxis. *Imploro & obtestor. Oro & obtestor. Obsecro & obtestor: & contrà.Obtestor & oro. Quæso,obtestórque.*

OBTINEO,es. *teneo,adipiscor, vinco*. pro Quint. 34. Nemo adhuc præter te fuit, vbi nostrum ius contra illos obtineremus. 2. in Ant. 48. Suam quisque domum tum obtinebat. in Sal. 19. Sallustio Africam interiorem obtinente. Epist. lib.1.ep.9. Obtinere prouinciam cum imperio.1.de Or. 45. Academiã Carneades & Clitomachus obtinebant.7.I.V.145.Verres totam insulam obtinebat,Cyclops Aetnam solam tenuisse dicitur.

¶ *Conseruo*. Qu. fr. lib.1.ep.1. 27. Necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere & conseruare possumus.2.de Nat.

49. Sol qui astrorum obtinet principatum. Ep lib. 4. ep. 14. Obtinere pristinam dignitatem suam. Attic. lib. 10. ep. 4. Hi sunt qui nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putarũt licentiam cupiditatum suarum. pro Quint. 75. Hoc cogitent, ita se graues esse, vt si veritatem volent retinere, grauitatem possint obtinere.

¶ *Sustineo.* pro Qu. 8. Q. Hortensius, qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet.

¶ *Assequor, consequor, vinco.* Att. li. 7. ep. 24. Pompeius malas causas semper obtinuit, in optima concidit. pro Qu. R. 10. Totam litem aut obtinere, aut amittere. Orat. 69. Hoc ad obtinendas causas valet plurimùm.

¶ *Habeo.* pro Syl. 19. Quorum alter apud me parentis grauitatẽ, alter filij suauitatem obtinebat. pro Dom. 86. Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtinebit. 3. de Or. 222. Ad actionis vsus maximam sine dubio partem vox obtinet. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Nunc hoc vel honestatem testudinis, vel valde bonum æstiuum locum obtinebit. 2. Off. 43. Filij eius mortui numerum obtinẽt iure cæsorum. 2. I. Ant. 71. Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? pro Lig. 15. Hæc tanta lenitas, quãtam tu per te, per te, inquam, obtines.

¶ *Custodio, conseruo.* Epist lib. 4. ep. 13. Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem. ep. 7. Nihil tibi deesse arbitror ad tuas fortunas obtinendas.

¶ *Exoro.* Epi. li. 1. ep. 8. Omnia quæ voles, tu obtinebis.

¶ *Confirmo.* pro Qu. 75. Non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum autoritas adiuuat.

OBTINEOR, ris. 3. Off. 84. Regnum, quod à Tantalo proditum iure obtinebatur. Ep. lib. 1. ep. 5. A nobis agentur omnia, vt neque si quid obtineri poterit, non contendamus, neque si non obtinuerimus, &c.

✠ ADVER. *Diutius, 5. Ver.*

☞ Syntaxis. *Obtinere dignitatem suam, prouinciam, Asiam, humanitatem alicuius, mendacium, regnum iure, lenitatem per se. Prouinciam cũ imperio. Obtinere & conseruare amicitiam. Malas causas obtinere, litem.) (amittere. Obtinere partes accusatoris. Magnam partem vox obtinet ad id est, vim habet.*

OBTINGO, gis. *obuenio.* in Vat. 12. Cum tibi Aquatia prouincia sorte obtigisset. 1. Offic. 21. Quod cuique obtigit, id quisque teneat. Att. lib. 1. ep. 17. Quam mihi obtigisse dicis, σπαρτὸν, nunquam deseram. Ep. li. 2. ep. 19. Cùm optatissimũ nuncium accepissem, te mihi quæstorẽ obtigisse. 4. I. C. 3. Deinde si quid obtigerit, æquo animo paratóque moriar. 1. de D. 103. Cùm ei obtigisset vt bellum gereret cum rege Perse. & lib. 2. 38. Talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia.

✠ ADVERB. *Diutius pecuniam, In-perpetuum auctoritatem, pro S. R.*

☞ Syntaxis. *Mihi obtigit clara prouincia, Cæs. imperator, si obtigerit, vt, &c.*

OBTORPESCO, scis. *vel* OBTORPEO. *torpeo, obstupesco.* pro Do. 135. Miror ei non & linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse. 3. Tusc. 67. Sed iam subiectus miseriis obtorpui.

OBTORTVS, a, um. 6. in Verrem. 24. Quem obtorta gula in carcerem abripi iussit. pro Clu. 59. Aliquem obtorto collo ad subsellia reducere.

OBTRECTANDI. 10. in Ant. 6. Hanc tibi consuetudinem plerisque in rebus bonis obtrectandi, si quis detraxerit, qui tibi velit obtrectare, non relinquetur.

OBTRECTANS, 4. Acad. 16. Arcesilas Zenoni obtrectans.

OBTRECTATIO, onis. *calumnia, reprehensio, vituperatio.* de Cl. 156. Obtrectatio inuidiæ, quæ solet lacerare plerosque. pro Fõt. 16. Aliqui & ciuilibus studiis atque obtrectatione domestica inimicis. 4. Tusc. 18. Obtrectatio autem est ea quam intelligi zelotypiam volo: ægritudo ex eo, quòd alter quoque potiatur eo, quod ille ipse concupierit. Epi. lib. 10. ep. 18. Hæc res habet obtrectationem. Epist. lib. 1. ep. 7. Maleuolentiæ obtrectationes. 1. de Inu. 16. Inuidia & obtrectatione impediri. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 34. Posterorum erit verius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.

✠ ADIVNC. *Domestica, pro Font. Maleuolentissimæ, 1. Fam. Occulta, 8. Fam.*

OBTRECTATOR, oris. *inuidus, maledicus, iniquus, calumniator.* pro Fl. 2. Sed si fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus extitisset. de Clar. 2. Non aduersarium aut obtrectatorem laudum, sed socium potius & consortem glorioſi laboris amittere. pro Pl. 57. Nonnulli nostri iniqui, multi communes obtrectatores atque omnium inuidi multa finxerunt. Epist. lib. 1. ep. 4. A tuis inuidis & obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. & lib. 10. ep. 33. Verebar, ne obtrectatores mei, &c. pro Font. 17. Cum studiorum suorum obtrectatorem sustulissent. pro Flac. 68. In tam suspiciosa & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. de Aruspic. 50. Obtrectatores eorum atque aduersarij. Quint frat. lib. 1. ep. 4. Quid sperem potentissimo inimico, dominatione obtrectatorum, infidelibus amicis, pluribus inuidis.

✠ ADIVNC. *Communes, pro Planc.*

OBTRECTATVR. Att. lib. 3. ep. 26. Si obtrectabitur, vtar autoritate senatus pro Pomp. 56. Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc.

OBTRECTO, as. *maledico, vitupero, calumnior.* 4. Tusc. 56. Obtrectare verò, aut illa vitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est, æmulari, quid habet vtilitatis? cum sit æmulantis, angi alieno bono, quòd ipse non habeat: obtrectãtis autem, angi bono alieno, quòd id etiam alius habeat. item Epist. lib. 9. ep. 10. Non tam id laboro, vt si qui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio, me à te amari. 4. Tusc. 45. Ipsum illud æmulari & obtrectare non esse inutile, cùm aut se non idem videat consecutum quod alium, aut alium, idem quod se.

¶ *Aduersor.* pro Pom. 21. Quj huic obtrectant legi atque causæ.

OBTRITVS, ti. *contusus.* 2. de Or. 353. Quos quum humare vellẽt sui, neque possent obtritos internoscere, Simonides dicitur, &c. demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse.

OBTRVDO, dis. *detrudo, deturbo.* 6. in Verr. 79. Qui non modò obtrusit aliqua ex parte monimenta Scipionis, sed funditùs sustulit & deleuit.

OBTRVSVS, sa. L. OBRVSVS. de Clar. 258. Adhibenda est quàm obtrusa ratio, quæ mutari non potest.

OBTRVNCO, as. *occido.* 3. de N. 67. Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit.

OBTVNDO, dis, *retundo, perstringo, onero.* 1. Tusc. 80. Multa enim è corpore existunt, quæ acuant mentem, multáque quæ obtundant. Att. lib. 8. ep. 1. Ego si somnum possem capere, tam longis te epistolis non obtunderem. 6. in Ver. 109. Non obtundã diutius aures vestras. & 3. in Ver. 156. Obtuderunt eius aures, te socium Prætoris fuisse. 3. Tusc. 34. Nihil est enim, quod tam obtundat eleuétque ægritudinem. Epist. li. 5. ep. 14. Cupio non obtundere te si non delectare nostro studio. 2. Orat. 282. Cùm patronus vocem in dicendo obtudisset.

✠ ADVER. *Diutius aures, 6. in Ver.*

OBTVNDOR, ris. 3. de Orat. 91. Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.

OBTVRBO, as. *perturbo.* Attic. lib. 12. ep. 17. Me literæ non leniũt, sed obturbant. & ep. 19. Philippus obturbauit mihi solitudinẽ.

OBTVRATVS, ta. *obstructus, intercluſus, oppilatus.* de Fat. 10. L. IVGVLVM.

OBTVSVS, a, um: fior. *hebes, retusus,* Anteq. 13. Aequi auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminatione, sed vacuæ præbebuntur. 3. ad Her. 17. Si aures auditorum obtusæ videbuntur. de Sen. 83. Animum qui plus cernat, & longius, videre se ad meliora proficisci: illum autem cuius obtusior sit acies, non videre. de Nat. lib. 1. 70. Totum aut etiam aut non, negauit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius? * Acad. Ad ea ipsa hebetes & obtusi.

OBTVTVS, tus. *aspectus, coniectus.* ‖ *videndi vis, & aciei oculorum actiuo, quam recentiores visum appellarunt Cicero tamen visum, sensum videndi, aut cernendi, aut obtutum vocauit.* 2. de Diu. 120. Quodam obtutu oculorum duo lucernæ lumina pro vno videri. 3. de N. 9. Cum idem obtutus esset amborum oculorum. 3. de Orat. 17. Qui vultum eius obtutumque oculorum in cogitando probè nosset. de Vniuer. 24. Animus oculorum effugit obtutum. 2. de Nat. 107.

Obtutum in cauda maioris figere dicas.

☞ Syntaxis. *Oculi obtutus. Figere obtutum alìquò. Effugere obtutum: id est, aspici non posse.*

OBVALLATVS, ta. *munitus, circumuallatus.* 2. contra Rullum 3. Quem locum nobilitas firmatum & omni ratione obuallatum tenet.

OBVENIO, nis. *obtingo.* 4. I. V. 17. Verri sorte prouincia obuenit. & 20. Quòd hæreditas ei obuenisset. 2. Offic. 74. Sin aliqua necessitas huius muneris alicui reip. obuenerit, danda erit opera, ✠ vt, &c. ‖ 2. Offi. 74. Si qua necessitas huius muneris alicui Reip. obuenerit. 3. I. A. 24. In sortitione prouinciarum, quæ cuique apta erat, ea cuique obuenit.

OBVERSATIO, onis. *obambulatio.* pro Mur. 49. Etenim obuersationes, testificationes, &c. animaduertebant, &c.

OBVERSOR, aris. *verſor, occurro.* pro Sest. 7. Sed mihi obuersatur ante oculos reipub. dignitas. pro Dom. 141. Respub. obuersatur ante oculos exterminatoris sui. 2. Tusc. 52. Obuersentur species honestæ animo. 4. Aca. 139. Nónne ipsa veritas, & grauis & recta ratio mihi obuersetur?

OBVERTO, tis. *conuerto.* in Arat.

Obuertunt nauem magno cum ponderenautæ.

3. Tusc. 39. Quem spectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant. Idem 9. Fam. Epist. vltima.

OBVIAM, *cum verbis aliquibus, & nomine, itio, occurſus amicus.* 2. I. A. 78. Cæsari ex Hispania redeunti obuiam longissimè processisti

fisti.4.I.V.65. Epicrates longè mihi obuiam cum suis omnibus processit. pro Mur.68. Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti. & *ibidem.* 69. Deinde ipse accusator cum bene magna caterua obuiam venit. Epist.lib.2.ep.16. Cum in Cumanum mihi obuiam venisti.pro Mur.67. Si mercede conducti obuiam candidatis issent.2.in Ant.58.& Epist.lib.3.ep.7. Ex oppido prodire obuiam alicui. pro Scst. 68. Huic ad vrbem venienti tota obuiam ciuitas processerat. Att.lib.12.ep.5. Tironem Dolabellæ obuiam misi. Epist.lib.3.ep.7. Illi obuiam misimus Athenas. pro Plan.96. Cùm ipsa penè insula mihi sese obuiam ferre vellet.in Pis.52. Cùm mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis ad cõplectendum conseruatorem suum procedere visa est. Att.lib.11. ep.16. De obuiam itione ita faciam, vt suades. Epistol. lib. 14. ep.5. Properare obuiam alicui. Attic. lib. 2. ep. 1. Prodire obuiam alicui.

¶ *Contra.* Attic.lib.4.ep.16. Huic obuiam Cato & Seruilius præit apertè: *id est, contra hunc, &c.* Antequam. 11. Malorum conatibus obuiam ire. Attic. * Obuiam mihi fit tabellarius qui me offendit.

¶ *Inimico animo.* pro Mil.28. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo.

☞ Syntaxis. *Obuiam procedere longè, prodire, venire, ire, mitti, se ferre. Obuiam ito. Obuiam fieri alicui, vt aduersarium. Obuiam ire conatibus malorum. Tibi obuiam eo: id est, contra sto, repugno.*

OBVIVS, a, um. *occurrens.* pro Mil. 48. Quippe si ille ei obuius futurus non erat.pro Cec.76. Si autem ingredienti cum armata multitudine obuius fuerit, &c. Attic.lib.6.ep. 4. Tu autem fac vt tuæ literæ mihi volent obuiæ.

OBVOLVENDVS, a, um. *tegendus, obducendus.* Or.74. Pictor ille vidit, obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari.

OVOLVTVS, a, um.7.I.V.71. Alij capitibus obuolutis è carcere ad palum atque ad necem rapiebantur.2.de Inu.149. Os autem obuolutum est folliculo, & præligatum.1.de Diu. 67. Obuoluta sanguine fax.1.ad Her.23. Obuolutus & obligatus corio.

OCCAECATVS, a, um.1.de Fin.33. Occæcati cupiditate non prouident.

OCCAECO, as. *obcæco, cæco.*3.de Orat. 155. & 1. de Diu.24. Noctis & nimbum occæcat nigror.

OCCALESCO, scis. *percalleſco, obtureſco.* Att.lib.2.ep.18. Sed iam prorsus occallui.

✠ *ADVERB. Prorsus.2.Attic.*

OCCASIO, onis. *locus, tempus, opportunitas, facultas, ansa, campus, causa, diuerticulum, tempestas, tempus oblatum.* 3. I. V. 54. Simul ac primùm ei occasio visa est, prouinciam deseruit. Ep. lib. 12. ep. 24. Ego tamen vt primùm occasio data est, feci, &c. de Clar.280. Qui occasione aliqua etiam inuitis suis ciuibus adeptus est imperium.4.I.V.61. Iste amplam occasionem nactus, &c. 1.de Inu. 40. Occasio est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneã faciendi aut non faciendi opportunitatẽ. & *ibid.* In occasione ad spacium temporis faciendi quædam opportunitas intelligitur adiuncta.1.Off.142. Tempus actionis opportunum, Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occasio. 2. cont. Rull. 3. Qui aliqua occasione Consules facti sunt. & *ibid.* Vester honos ad alienæ petitionis occasionem interceptus. Brut.ep.4. Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasionem regnandi habuit. pro Pomp. 4. Occasionem sibi ad Asiam occupandam oblatam esse putant. Epist. lib. 10. ep. 4. Hæ gentes mala nostra suam putant occasionem. & epist. 8. Habere occasionem ad agendum aliquid.1. de Leg.5. Teneo quam optabam occasionem, neque remittam.de Ar. 55. Captare occasionem.2. I. A. 29. Aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit. 7. I. A. 18. Qui familiarem iugularat, quid hic occasione data faciet inimico? 4. ad Her. 54. Occasio commoda, idonea. Attic.lib.7.ep.17. Illum ne data quidem occasione repulimus. pro Cec. 15. Amittere occasionem. Attic. lib. 15. ep. 11. Amissa occasio. pro Lig. 25. Qui vos tantæ laudis occasione priuauerit. pro Mil. 41. Quæ tum non modò occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? pro Mil. 39. Quem si interficere voluisset, quantæ quoties occasiones, quàm præclaræ fuerunt? Attic.lib.5.ep.18. Si fuerit occasio, manu: sin minus, locis nos defendemus. Brut. ep. 11. Antistius se acerrimum propugnatorem communis libertatis præstitisset, si occasioni potuisset occurrere. pro Flac. 31. Casus est enim in capiendo, locus, euentus, occasio.2.in Ant.118. Certatim posthac mihi credo ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. 3. I. A. 34. Hanc igitur occasionem oblatam tenete per deos immortales.

✠ *ADIVNC. Ampla, 4.Ver. Maiores, 10. Fam. Melior, 7. Fam. Mirifica, 6. Attic. Præclaræ, pro Clu.*

☞ Syntaxis. *Data occasio, oblata. Occasionem adipisci, nancisci, habere, tenere. Occasione facere. Id mea est occasio. Occasionem captare, remittere, amittere. Occurrit occasio.*

OCCASVRVS, a, um. pro Mil. 101. Vt beneficia quæ in me contulistis, in huius exitio occasura esse iubeatis.

OCCASVS, sus. *obitus, interitus.*)(*ortus, exortus.* 2. de Nat. 49. Sol ab ortu ad occasum commeans. 3. ad Herenn. 36. Occasus solis.)(*exortus.* I. P. 34. Qui dies post obitum occasumque nostrum reip. primus illuxit. 3. I. C. 19. Totius vrbis atque imperij occasus appropinquat. pro Syll. 33. Cùm ad occasum interitumque reip. Catilina in castris dux esset constitutus. I. P. 18. Senatus reipub. occasum atque interitum luget. Top. 32. Senectus est occasus vitæ. . Acad. 8. Post Lælij nostri occasum ne à Latinis quidem *peti poterant ea.* Hortens. Iucundum nobis perfunctis muneribus humanis occasum, neque molestam extinctionẽ & quasi quietem vitæ fore.

OCCATIO, onis. *agricolarum verbum fuit, cùm iacto semine crate solum æquabant seminaq; occultabant.* de Sen. 51. Terra semen occatũ cohibet: ex quo occatio, quæ id efficit, nominata est.

OCCATVS, ta, tum. *crate occultatus, & depressus.* L. OCCATIO.

OCCENTARE: *ab* OCCINO, nis. *contra aliquem cano, carmẽue condo.* de Rep. lib. 4. teste Aug. de Ciuit. Dei. lib. 2. cap. 9. Si quis occentauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret.

OCCIDENDVS, a, um. pro S.R. 99. Nullus modus est hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit.

OCCIDENS, tis. *occasus, obiens.* Tusc. lib. 1. 94. Occidens sol. 2. de N. 164. Qui terras ab oriente ad occidentem colunt. de Somn. 16. In orientis aut obeuntis solis partibus. 1. de Diuinat. 24. Propè iam occidente sole. pro Cæl. 79. Nolite hunc natura ipsa occidentem velle maturius extingui vulnere vestro, quàm suo fato. 1. Tusc. 109. Cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. Epist. lib. 4. ep. 1. Aliquid opis occidenti reipub. tulissemus.

OCCIDIO, onis. L. OCCISIO.

OCCIDO, dis. *cado, morior, condor.* 2. de N. 23. Refrigerato autem & extincto calore occidimus ipsi, & extinguimur. Qu. fra. lib. 1. ep. 4. Sin planè occidimus (me miserum) ego omnibus meis exitio fuero, quibus antè dedecori non eram. 1. de Diu. 53. Eudemus prælians ad Syracusas occidit. 4. Acad. 119. Hic ornatus nũquam dilapsus occider. * Oecon. 1. Ne genus humanum temporis longinquitate occideret.

OCCIDO, is. *interficio, interimo, cædo, neco, macto, iugulo, trucido, perimo, vitam eripio, de medio tollo, luce communi priuo, vitam aufero, necẽ affero, mortem affero, vita priuo, morte mulcto, afficio, mortem conficio, vitam adimo, exhaurio, interitum affero, vita expello, occisione occido, conficio, opprimo.* 2. de Fin. 66. L. Virginius Virgineam filiam manu sua occidit. pro Dom. 96. Remp. condere meo discessu, quàm omnium interitu occidere malui. 14. I. A. 36. Cum Pansa hostium copias occisione occiderit. * pro M. Tull. Vt eum iure potuerit occidere, à quo metuisse se dicat.

✠ *ADVERB. Non dubitanter, ad Oct. Impunè, 1. de Leg. Planè, 1. ad Qu. frat.*

OCCIDOR, tis. pro S.R. 18. Occiditur ad balneas Palatinas rediẽs à cœna Roscius. * pro M. Tull. A quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur.

✠ *ADVERB. Vulgò, impunè, pro S.R.*

OCCISIO, onis. *cædes.* pro Cec. 41. Tu vim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit. 14. in Ant. 36. Cum Pansa hostium copias occisione occiderit. Epist. lib. 15. ep. 4. Cognoui magnum equitatum eorum à cohorte prætoria occisum. *aliter occidione.*

OCCISVS, a, um. *cæsus, occisione occisus.* 1. I. C. 26. Vigilare ad insidiandum bonis occisorum. Epist. lib. 15. ep. 4. Occisione occisus. pro Milone 12. Cædem, qua P. Clodius occisus est, contra remp. esse factam.

✠ *ADVERB. Nefariè, 12. Fam. Palam luce, temerè, pro P. Sest.*

OCCLVDOR, tis. *claudor.* 4. Ac. 144. Occludi tabernas iubes.

OCCLVSVS, a, um. 2. de Or. 248. Furax seruus, cui nihil domi est nec obsignatũ, nec occlusum. 4. in Cat. 17. Quæstus occlusis tabernis minui solet.

OCCO, as. L. OCCATIO.

OCCVLO, lis. *occulto.* 2. de Orat. 177. Puncta argumentorum plerunque occulere.

OCCVLOR, tis. Att. li. 5. ep. 15. Appij vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt. 2. Tus. 36. Mulieres in vrbibus mollissimo cultu parietum vmbris occuluntur.

OCCVLTANDVS, a, um. Posth. in Sen. 15. Frontis tibi integumẽto ad occultanda tanta vitia diutius vti non licebit.

OCCVLTANS, tis. Att. lib. 9. ep. 12. Inuentus est vix in hortis suis occultans.

OCCVLTATIO, nis. Att. lib. 9. ep. 15. Sed ibi occultatio nulla est. 2. de Nat. 127. Morsu leones, aliæ fuga se, aliæ occultatione tutantur. 2. de Finib. 73. Quæ libido non se profipiet ac proiiciet aut occultatione proposita. pro P. Quint. * Turpis occultatio sui. *ex Vlpiano.*

✠ *ADIVNC. Turpis, pro Quint.*

OCCVLTATOR, oris. pro Mil. 51. Ille latronum occultator & receptor locus.

OCCVLTATIVS. pro Deiot. 18. Et occultatius ornari & efficere cautius. *aliàs occultius.*

OCCVLTE. *abditè, ex occulto, ex insidiis, circuitione.*)(*rectè, apertè.* 1. cont. Rull. 1. Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. & 2. cont. Rull. 41. Occultè latére, reconditum esse. 1. de Nat. 74. Nec consultò dicis occultè, vt Heraclitus.

✠ 3. I. C. 5. Occultè peruenire aliquò. ‖ & 1. Offi. 127. Quàm occultissimè parere. *ibid.* Quod facere turpe non est, modò occultè, id dicere obscœnum est.

☞ Syntaxis. *Occultè cuniculis oppugnare. Occultè latére. Conditum esse, & abditè latére.*

OCCVLTO, as. *tego, obtego, contego, supprimo, inuoluo, tenebris obscuro, ab oculis remoueo, dissimulo, obscure fero.* 1. Offi. 127. Quæ natura occultauit, eadem omnes ab oculis remouent. 3. I. V. 80. Causam huius tanti erroris occultas. 1. de Or. 172. Quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo. pro Pomp. 7. Mithridates ita regnat, vt se neque Cappadociæ latebris occultare velit. 1. Off. 105. Sed si quis est paulò erectior, quàuis voluptate capiatur, occultet, & dissimulet appetitum voluptatis propter verecundiam. pro Sest. 50. Marius senile corpus paludibus occultauit demersum. de Cl. 235. Lentulus cæterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultauit. Acad. Mos fuit Academicis occultandi sententiam suam, nec eam cuiquã aperiendi.

✠ ADVER. *Consultò, 3. de Nat.*

OCCVLTOR, ris. 2. de N. 52. Stellæ quæ tum occultantur, tũ rursus aperiuntur. Occultari, deliteſcere.)(*emergere, aperiri.* L. APERIO. pro S. R. 86. Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur. 1. Acad. 2. Intemperantis est scribere, quod occultari velis. 2. de Fin. 77. Intus veritas occultatur.

OCCVLTVS, a, um. tior. *latens, abditus, absconditus, reconditus, à natura inuolutus, abstrusus, tectus, obscurus, tacitus, penetralis, clandestinus, furtiuus.*)(*promptus, apertus.* pro S. R. 104. Paulò occultior atque tectior vestra ista cupiditas esset. Epist. lib. 11. ep. 21. Si quid erit occultius, &, vt scribis, reconditum. 1. Acad. 15. Res occultæ & ab ipsa natura inuolutæ. 1. de Fin. 30. Occulta quædam & quasi

✠ inuoluta aperiri. ‖ Brut. ep. 1. Hominũ occultæ voluntates multiplicésque naturæ. 4. Acad. 127. Indagatio ipsa rerum tum maximarum tum etiam occultissimarum habet oblectationem. 3. in Vert. 39. Occultum, inteſtinum & domesticum malum. 1. de Nat. deor. 49. Res occultæ & penitus abditæ. pro Cæl. 57. Serui, quibus occulta credantur. * Incert. Occultiores insidiæ.

✠ ADVER. *Mirabiliter, 5. de Fin.*

☞ Syntaxis. *Occultus ac tectus. Occultum & reconditum. Occultum & inuolutum. Occultum & latens. Occultum, inteſtinum, domesticum. Occultum & penitus abditum. Occulta credere alicui.*

OCCVMBO, bis. *obeo, appeto.* 1. Tusc. 102. Vt esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.

✠ ADVERB. *Honestè, 4. Att.*

OCCVPATIO, onis. *impedimentum, negocium.* Att. lib. 2. ep. 23. Ex eo colligere potes, quanta occupatione distineat. & lib. 1. ep. 16. Summæ atque incredibiles occupationes meæ. 1. de Nat. 51. Deus nullis occupationibus est implicatus. Epist. lib. 10. ep. 28. Ipse erã maximis occupationibus impeditus. Epi. lib. 7. ep. 1. Propter molestissimas occupationes meas, quibus si me laxaro (nam vt planè exoluam non postulo) docebo, &c. Ep. lib. 12. ep. 30. Nam antea distinebar maximis occupationibus. Or. 34. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. Att. li. 3. ep. 20. Expedire se ab omni occupatione. 1. de Or. 1. Occupatio ambitionis. & 21. In tanta occupatione vrbis ac vitæ. & 252. Multo minus ad iuris ciuilis perdiscendi occupationem descendendũ est. 4. Acad. 4. Bellum, in quo magna rei militaris occupatio esse solet. Attic. lib. 16. ep. 15. Cum sorore ages attentius, si occupatione ista relaxaris. Att. lib. 1. ep. 11. Ita distinebar, vt vix huictã-

✠ tulæ epistolæ tempus habuerim, atque id ereptum summis occupationibus. ‖ 3. Off. 33. *Lege* PRAEVENIO.

¶ *Oppressio hostilis.* pro Dom. 5. Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ.

¶ *Rhetorica exornatio.* 4. ad Heren. 38. Occupatio est, cùm dicimus nos præterire, aut non scire, aut nolle dicere id quod tum maximè dicimus, &c.

¶ *Est & aliud ornamenti genus, προλῆψις Græcè dictum, cùm quod obijci nobis potest, antè occupamus ipsi, idq; diluimus.* 3. de Or. 203. Antè occupatio.

✠ ADIVNC. *Assidua animi, & vehemens, 1. de Inuent. Magna, 4. Acad. Magnæ, 6. Fam. Maximæ, Or. Maximæ, & quidem reconditæ & exquisitæ, de Clar. Molestissimæ. 7. Fam. Summæ, 1. Att. & 3. Fam. Summæ, atque incredibiles, 10. Att. Tantæ vrbis, ac viæ, 1. de Orat. Tantæ, 3. de Orat. Vetus, 1. Offi.*

☞ Syntaxis. *Occupatione distineri, implicari, impediri, Relaxare se occupatione, & expedire se ab.*

OCCVPATVS, a, um. tior. *distentus, districtus, impeditus, implicatus.* 3. de Nat. 93. & 94. Videtis ergo diuinam prouidentiam non esse tam occupatam, quàm putatis: sed fac esse distentam, cœlũ versantem, terram tuentem, maria moderantẽ. pro Cæl. 44. Amores nunquam hunc occupatum impeditúmque tenuerunt. Epi. li. 12. ep. 30. Quamuis occupatus sis, ocij tamẽ plus habes. pro Mur. 85. Occupatus in faciendo aliquid. Ep. lib. 8. ep. 4. Comitiorum dies occupatiorem me habebant. pro Planc. 66. Et quid dicam de occupatis meis temporibus? cui fuerit negocium quidem nunquã ociosum. 1. de Or. 239. Suspenso animo & occupato, Crassum tibi respondisse video. 1. de Inu. 31. Habere animum occupatum in aliqua re. pro Font. 36. Quæ pro vobis tot annos in diis immortalibus placãdis occupata est. pro S. R. 91. Dum in aliis rebus erat occupatus, qui summã rerum administrabat. pro Muræ. 28. Homo vehemẽter occupat⁹. At. li. 10. ep. 6. Sum occupatus. de Q. fr. *id est: Qu. frater mihi exhibente negocium.* 1. de L. 8. Nec occupata opera, nec impedito animo res tanta suscipi potest. Br. ep. 5. In Dolabella opprimendo occupati esse debemus. 1. Off. 57. Qui in patria funditus delenda occupati sunt & fuerunt.

✠ ADVER. *Aequè atq; de Arusp. Vehemẽter, pro Mur.*

☞ Syntaxis. *Occupatus & impeditus. Id me occupatũ habet. Occupata tẽpora, animus. Suspẽsus & occupatus. Animum habere occupatum in. Occupatus in legendo, de fratre. Occupata opera prouinciam suscipere.*

OCCVPO, as. *obsideo, teneo, vsurpo, possideo, præsidijs interclusum teneo, præsidijs denuncio.* 2. cont. Rull. 74. Rullus totam Italiam suis præsidijs obsidere & occupare cogitat. Att. lib. 8. ep. 19. Cæsar magnã Italiæ partem occupauit. 5. I. A. 17. Qui regibus exactis regnum occupare voluerũt. 3. Offi. 90. Occupare tyrannidem. ad Br. ep. 16. Alterius locum occupare. pro Mur. 12. Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quòd omnia laus occupauit. 1. de Or. 190. Si hoc alius quispiam me impedito occuparit. pro Font. 10. Magnitudine rei occupare animos eorum qui audiunt. Quint. fra. lib. 1. ep. 1. 31. Ante occupetur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur. 6. I. V. 113. Tanta superstitio mentes Siculorum occupauit, vt, &c. Ora. 88. Ne odij locum risus occupet. pro Flac. 51. Pecuniam grandi fœnore adolescentulo occu-

✠ pauisti: *id est, vt ego opinor, commodauisti.* ‖ 14. In Ant. 15. Occupare portas vrbis.

¶ *Teneo.* 5. Tusc. 27. Occupaui, inquit, te fortuna, atque cepi, omnésque aditus tuos intercluſi, vt ad me aspirare non posses.

¶ *Præuenio, occurro.* Orator. 138. Vt ante occupet quod putat opponi.

¶ *Vsurpo.* 1. de Or. 154. Verba cuiusque rei propria & ornatissima atque optima occupasse. Ennium.

OCCVPOR, ris. de Clar. 289. Locus in subselliis occupetur, cõpleatur tribunal.

OCCVRRENDVM 6. in Ver. 105. Sentio iudices occurrendum esse satietati autium.

OCCVRRENS, tis. Att. lib. 8. ep. 9. Occurrens ad Lentulum.

OCCVRRITVR. 2. Offi. 7. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis, quærentibus, satisne, &c. ad Brut. ep. 16. Futura quoque nisi antè sit occursum, explores, ne se insinuent. 4. Acad. 44. Occurretur enim, sicut occursum est.

OCCVRRO, ris. *repugno, obsto, resisto.* de Fat. 41. Chrysippus illi rationi sic occurrit, si, &c. Or. 174. Varietas occurrit satietati. 3. I. C. 17. Consiliis Catilinæ occurri atque obstiti. 3. de Na. 70. Huic loco sic soletis occurrere. Epi. lib. 10. ep. 15. Bruti erit officium occurrere ei, &c. Epi. lib. 11. ep. 11. Maleuolentiæ hominum in me, si poteris, occurres.

¶ *In mentem venio.* 2. de Or. 130. Loci certi, qui ad causam explicandam statim occurrant. 1. de Or. 151. Omnes loci artis inquirentibus nobis, omnique acie ingenij contemplantibus ostendũt se & occurrũt. & 2. de Or. 147. Nihil te effugiet, atque omne quod erit in re, occurret atque incidet. 4. Academ. 25. Si quid officij sui sit, non occurrit animo. 2. de Orat. 103. Statim occurrit animo quæ sit causa ambigui. Orat. 115. Hæc tenenda sunt oratori, sæpe enim occurrunt. 3. de Fin. 53. Id mihi occurrit, vt indifferens dicerem. Att. li. 13. ep. 19. Mihi quædam occurrunt, sed ea coràm. de Cl. 26. Mihi occurrunt, Attice, & quasi lucent Athenæ tuæ. Att. lib. 15. ep. 23. Permulta mihi de vestro itinere cogitanti in vtramque partem occurrunt. 4. de Fi. 47. Qui quodcunque in mentem veniat, aut quodcunque occurrat, se sequi dicẽt. 14. I. A. 31. Quorum de honore vtinam mihi plura in mentem venirent, duo certè non præteribo, quæ maximè occurrũt. pro Lig. 6. Nec quid tibi de alio audienti, de me ipso occurrat, reformido.

¶ *Obuiam fio.* Brut. ep. 6. Scripsi ad eum, vt mihi Heracleam occurreret. pro Mil. 52. Cur non antè occurrit, ne in villa resideret? pro Cl. 63. Sed ego occurram expectationi vestræ iudices etiam, &c. 3. de Ora. 189. Ipsi pedes occurrant orationi, ipsi, inquam, se offerent, & respondebunt non vocati. pro Deio. 40. Misericordia tua occurrere solet supplicibus, nulla oratione euocata.

¶ *Obuersor.* 1. de Diuinat. 61. Tum ei visu quietis occurrent tran-

quilla

quilla atque veracia.

✠ADVERB. *Abundantius, angustius, Top.*

OCCVRSATIO, onis. *obuiam ito, studium illud occurrendi, salutandi, prensandiq; eos à quibus honorum suffragia expectamus.* pro Planc. 29. Facilis est illa occursatio & blanditia popularis. pro Milon. 96. Vestras occursationes, studia, sermones secum ablaturum esse dicit.

✠ADIVN. *Facilis, pro Planc.*

OCCVRSVRVS, a, um. 1. I. A. 9. Non quo me ad tempus occursurum putarem, sed, &c.

OCEANVS, ni. de Vniuer. 35. Oceanus & Salacia Cœli satu Terræque conceptu generati & editi. de Nat. lib. 3. 48. Oceanus Persеidis pater. Fā. lib. 7. ep. 10. In Oceano natare. *prouerbium.* 1. Tusc. 45. Oceani fieta. de Natu. lib. 2. 40. Oceani humoribus alitur sol igneus. de Somn. 15. Terra parua quædam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis. 5. I. V. 207. Locus intra Oceanum nullus est, quò non nostrorum hominum libido peruaserit. pro Pomp. 33. Nulla intra Oceani ostium prædonum nauis est. de Nat. lib. 3. 24. Oceani feruor constantissimus.

✠ADIVNC. *Longus, de Prou. Paruus, de Som. Scip.*

☞ Syntaxis. *Oceani humores: id est, vapores, anhelitus. Oceani feruor: id est, æstus.*

OCELLVS, li *oculus.* Attic. lib. 16. ep. 6. Cur ocellos Italiæ, villulas meas non video.

OCTAVIANVS, a, um. 1. de Diu. 4. Octauianum bellum. & Att. lib. 15. ep. 12.

OCTAVIANVS, ni. *Cæsar, qui ab aliis nonnullis Octauius dictus est.* Ep. li. 10. ep. 33. Et tibi & Octauiano scripsi, &c. & li. 12. ep. 25. Cæsar Octauianus.

OCTAVVS, a, um. L. LVMINARIA.

OCTIES. de Somn. 3. Septenos octies solis anfractus.

OCTINGENTI. pro Pl. 60. Quem magistratum iam octingenti ferè sunt consecuti. 4. Acad. 81. Mille & octingenta stadia.

OCTINGENTESIMVS, a, um. de Sen. 5.

*OCTO. de Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur.

OCTOGESIMVS, a, um. de Sen. 31.

OCTOGIES. I. P. 86. Sestertium centies & octogies.

OCTOGINTA. de Sen. 68. Qui octoginta regnauit annos. de Cl. 229. Ille octoginta annos natus. 5. I. V. 120. Octoginta tres, centũ octoginta octo. *alij tamen octuaginta legãt.*

OCTONVS, na. 5. I. V. 197. Tu mihi octonos H-S dato, &c.

OCTOPHORVM, i. *lectica, quæ ab octo seruis gestatur.* Qu. fr. lib. 2. ep. 9. Memini enim, cum hominem portarem ad Baias, Neapoli octophoro Anitiano machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere.

*OCTVAGINTA. 5. I. V. 120. Vide OCTOGINTA.

OCTVPLVS, a, um. de Vn. 20. Octupla pars. 5. I. V. 26. In octuplum iudicium dare. *ibid.* Cedo mihi vnum ex triennio Præturæ tuæ, qui octupli damnatus sit.

OCVLVS, li. *lumina.* 5. Tusc. 46. Dentes candiduli, oculi venusti, color suauis. item 2. de Nat. 140. Oculi tãquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima circumspiciẽtes fungantur suo munere. & *ibid.* 142. Natura oculos membranis tenuissimis vestiuit ac sepsit. *& ibi de fabrica oculorum mirabili.* 2 de Fi. 52. Oculorũ, inquit Plato, est in nobis sensus acerrimus. 3. de N. 9. Duo lumina ab animo ad oculos perforata. 3. de Or. 220. Oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum coniectu, tũ hilaritate motus animorum significamus. 1. de Diu. 48. Vt eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret. de Ar. 37. Quòd oculos non perdidisti. pro Dom. 110. Quem satis mirari, quibus oculis aspicere audeas, non queo. 3. de Natu. 20. Difficile est mentem ab oculis seuocare. Brut. ep. 9. In te omnium coniecti oculi sunt. pro Cl. 54. Coniicere oculos in aliquem. 2. cont. Rull. 25. Cum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent. 4. I. V. 37. Adiicere oculum alicui rei, & ad aliquam rem. 1. I. A. 1. Nec verò vsquam discedebam, nec à repub. deiiciebam oculos. 6. I. V. 33. Oculos de aliquo nusquam deiicere. & 148. Cum spumas ageret in ore, arderent oculi. 7. I. V. 64. Palàm ante oculos omnium esse. 1. de Or. 245. Dicendo excitare aliquẽ à mortuis, statuere ante oculos. 2. contra Rull. 52. Ponite ante oculos vobis eum, &c. 2. contra Rull. 58. Ante oculos istorum volitat regis filius. pro Sex. R. 101. Apertum suum scelus ante omnium oculos ponere. pro Syll. 72. Et vitam illius ante oculos vestros proponite. 1. de Nat. 115. Propone ante oculos Deum, &c. pro Sest. 17. Propone oculis tuis. 1. Acad. 5. De rebus ante oculos positis disputant. 1. de Or. 192. Omnia sunt posita ante oculos. 7. in Verr. 93. Ei versabatur ante oculos similitudo periculi, &c. pro S. R. 24. Multa simul ante oculos versabantur. & 98. Non versatur ante oculos vobis in cæde Glaucia? pro Dom. 11. Res erat in opinione dubia, sed in præsentia atque ante oculos proposita. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 7. Non latere neque abditum esse, sed in oculis clarissimæ prouinciæ atque in auribus omnium gentium ac nationum esse positum. 2. de Or. 41. Constituere aliquem in foro, atque in oculis ciuium. pro Pl. 66. Feci vt postea me præsentem videret, habitaui in oculis. & *ibid.* 67. Plãcius fuit in oculis. 4. I. V. 81. Quæ in foro palàm Syracusis in ore atque oculis prouinciæ gesta sunt. 3. de N. 91. Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt. Orat. 102. Oculis mentis videre aliquid. 6. I. V. 64. Pascere oculos, & exaturare animum cruciatu alicuius. pro Pl. 66. Populus Roma. aures hebetiores oculos acres & acutos habet. In Vat. 4. Oculi eminentes. 1. de N. 80. Oculi peruersi. de Vn. 33. Nullo posito sub oculis simulachro. Att. li. 6. ep. 2. Tu, cuius os mihi ante oculos solet versari. de Am. 38. Sed loquor de iis, qui ante oculos sunt, quos videmus. 1. de L. 27. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. pro Mil. 86. Aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti.* pro M. Scau. Quocũque non modò mens, verumetiam oculi inciderint. Cat. 26. Vt aures ab oculis vincerentur.

¶ *In oculis esse, vel ferri: id est, charum esse, amari.* Att. lib. 6. ep. 2. Publicanis in oculis fumus. 2. Tusc. 63. Esse in oculis multitudinis. de Ar. 48. Ferebant in oculis hominem quidam boni viri. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Balbum in oculis fero. 6. I. A. 11. Oderat antè, &c. nunc fert in oculis. Ep. lib. 16. ep. 27. Te, vt dixi, fero oculis.

✠ADIVNC. *Abstinentes, 1. Offi. Acres, atque acuti, pro Pl. Aperti, atque integri, 1. Tusc. Nimis arguti, 1. de Le. Cæci, cærulei, peruersi, 1. de Nat. Curiosi, pro Sest. Non solùm curiosi, sed etiam errantes, de Arusp. Eminentes, in Vat. Eruditi, Parad. Fortes, 15. Attic. Graues, Postq. in Sen. Hilariores, in Pis. Indices, 3. de Or. Infesti, 1. Cat. Impudẽtissimi, 11. Phi. Lubrici, & mobiles, 2. de N. Publicani, 7. At. Recti, pro Rab. Tristes, Ar. Venusti, 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Oculus venustus, tanquam speculator, acerrimo sensu. Oculos perdere. Oculis aspicere. Oculos conijcere in aliquem, adijcere, deijcere. Palàm & ante oculos. Statuere ante oculos, ponere, proponere. In præsentia, & ante oculos positum, & in oculis. In oculis habitare, esse. In ore atque oculis Italiæ. Videre oculis mentis. Oculos pascere, Acer, acutus oculus, eminens, peruersus. Esse ante oculos, videri. Argutus oculus. In oculis ferri.*

OCYVS. *citius.* (. *tardius.* Att. lib. 16. ep. 3. Deseremur ocyùs à repũblica, quàm à re familiari. pro Quint. 43. An vt ocyùs ad tuum peruenias. 4. Tusc. 32. Ingeniosi in morbũ incidunt tardiùs, & recreantur ocyùs. de Sõ. 21. Idque ocyùs faciet, si, &c. & in Arat.

ODEVM, dei. *locus in ædibus musicis cantibus destinatus.* Att. lib. 4. ep. 16. Monimentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, vt odeũ laxaremus, & vsque ad atrium libertatis explicaremus. ‖ *Lamb. ad forum, legendum iudicat.*

ODI, odisti, odit. *odio habeo, odium in aliquem habeo, fum odio magno. in aliquem, inuideo, alienum animum habeo, odium alicuius rei habeo.* Att. lib. 14. ep. 1. Tamen nõ dubito, quin me malè oderit. Bru. ep. 16. Seruire & contumelias pati, peius odi malis omnibus aliis. Epist. lib. 7. ep. 2. Oderam multo peius hunc quàm illum ipsum Clodiũ. 6. I. A. 11. Oderat antea, &c. nũc fert in oculis. & 1. in Ant. 34. Oderint, dum metuant. 5. de Fin. 28. Et oderit se & simul diliget. pro Cl. 171. Aliquem acerbè & penitus odisse. 13. in Ant. 42. Nec deseram partes, quas Pompeius odiuit. ex epistola M. Antonij. de Am. 67. Apertè vel odisse magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam. pro Mil. 36. Hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus. Att. lib. 6. ep. 2. Nec enim Appium odimus, & Brutum amamus. & *ibid.* ep. 3. Odit enim prouinciam: & herculè nihil odiosius, nihil molestius. Br. *ibid.* Grauius nõ contẽnere & reges odisse superbos. 2. Offi. 23. Quẽ metuunt, oderũt: quem quisque odit, perisse expetit.* Frag. ep. Debes odisse improbitatem eius.

✠ADVERB. *Acerbè, penitus, pro Cl. Apertè, de Amic. Clàm, palàm, 3. Fam. Impendio magis, 10. At. Libenter, 13. ep. ad Brut. Malè, 2. Att. Peius, 11. Phil.*

☞ Syntaxis. *Malè, peius odisse. Acerbè & penitus odisse.*

ODIOSE. *fastidiosè, molestè.* de Cl. 283. Ineptè, odiosè, & putidè dicere. & 4. ad Heren. 29.

ODIOSVS, a, um. *molestus, odio dignus.* 1. Offi. 130. Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. de Sẽ. 4. Senectus sic odiosa est plerisq;, vt, &c. pro Mur. 30. Orator odiosus in dicendo & loquax. pro Q. R. 16. Alterum est grauius & odiosius. Att. lib. 8. ep. 22. Non dubito quin tibi odiosæ sint epistolæ quotidianæ. Or. 25. Insolẽs & odiosum verbũ. Att. lib. 6. ep. 3. Odit enim prouinciã meherculè nihil odiosius, nihil molestius. de Sen. 25. & 26. Senes sunt odiosi omnibus. de Sen. 47. Cupidis talium rerum, odiosum & molestũ est fortasse carere. & 65. In fragili corpore odiosa omnis offensio est. de Amic. 74. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium. Att. lib. 6. ep. 3. Huc enim odiosa afferebantur de Curione. 1. I. V. 36. Omnis arrogantia odiosa est.

ODIVM, dij. *inuidia, offensa, offensio.* 4. Tusc. 21. Odium est ira inueterata. & *ibid.* Discordia ira acerbior, intimo odio & corde

concepta.2.de Orat.199. Animos iudicum ad Qu. Cæpionis odium renouabam atque reuocabam. & *ibid.* 201. in Cæpionis inuidia renouanda. & *ibid.* 208. Struere odium in aliquem. & *ibid.* Tum excitatur acerbum odium.1. de Inu.100. Concitare magnum odium in aliquem.pro Mar.30. Qui & sine amore & sine cupiditate, rursusque sine odio & sine inuidia iudicabunt. 2.I.A.91. Tantum te cepisse odium regni videbatur. Attic.lib.10. ep.7. Cùm Cæsar perditæ multitudini in odium acerbissimum venerit.2.de Fin.79. Venire in odium.pro Pomp.65. Difficile est dictu quanto in odio simus apud exteras nationes. pro Cæl.31. Magnum odium video cum crudelissimo dissidio extitisse.pro Corn.30. Gens aliqua dissidens à populo Rom.odio quodam atque dissidio.pro Cor.62. Si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quo semel susceptum sit. I.P.33. In tanto mortalium odio, iusto præsertim & debito.pro Clu.151. Pro odio quod habuit in ordinem equestrem.pro Muræ.47. Vt odia occulta ciuium, quæ nunc tacitis discordiis continentur, in optimi cuiusque fortunas erumperent.2.cont.Rull.14. Odium penitus insitum. Ep. li. 12.ep.10. Lepidus magno odio ciuitati est.pro Mur.87. Is nemini odio fuit.1.Offi.150. Primùm improbantur hi quæstus, qui in odia hominum incurrunt. Postq. ad Quirit.1. Odium in aliquē conceptum iamdiu continet.*ibid.* 23. Odium vel precibus mitigari potest, vel vtilitate deponi, vel vetustate sedari. de Ar.4. In Clodium verò non est hodie meum maius odium quàm antea fuit. pro Pl.71. Odium barbarorum immane & crudele in hostem. in Vat.6. Odium diuturnum, quod in bonos iam inueteratum habebatis, saturare cupiebatis. Att.lib.2.ep.21. Hæc dominatio in odio est omnibus. 2. I. V.42. Hic magno odio est apud omnes, 2.de Inu.109. Habere magnum odium in aliquem. Att.lib.6.ep.1. In quo (vt audio) magnum odium Pompeij suscepistis.& lib.14.ep.1. Ego dubitem, quin summo in odio sim? & ep.14. Accidit vt ne in ipsum quidem Clodium meum odium insigne fuerit. de Am.2. Cùm is capitali odio à Qu.Pompeio dissideret.1.de In.100. Indignatio est oratio, per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur. Postq. ad Quir.1. Vt quod odium scelerati homines & audaces in Rempub. & in omnes bonos conceptum iamdiu continerent: id in me vnū potius quàm in vniuersam Remp.deflecterent.pro M.Scau.Nullo suscepto odio.

✠ *Adiunc. Acerbum, proprium, 2.de Orat. Acerbius, populare, summum, tantum, 2. Attic. Acerbissimum, 1. Attic. Acre, 1.de Finib. Acerrimum, pro Sex.R. Apertissimum, leuissimum, obscurum, 3. Fam. Capitale, maxima, atque sempiterna, de Amic. Diuturnum, atque inueteratum, In Vat. Ciuile, pro Mur. Commune, 1. cont. Rull. Grauius, 12. Phil. Hostile, pristinum, pro Cl. Immane, & crudele, mediocre, pro Plan. Incredibile, 10. Fam. Infestum, atque tantum, 5. in Ver. Infimum, intimum, 4. Tus. Infinitū, pro Corn. Iniustū, pro Cæl. Insigne, 14. Att. Penitus insitum, 2. cont. Rull. Iustum, maximum, priuatum, publicum, ep. ad Brut. Iustum, & debitum, vniuersum, in Piso. Magnum, 6. Atti. Maius, 1. Offi. Mediocre, 2. Phil. Mirificum, 11. Att. Nefarium totum, pro Flac. Obscurum, atque penitus insitum, de Arusp. Par. 11. Fam. Singulare, pro Syll. Venenum amicitiæ, 2. de Inu. Vetus, pro Sest. Vtile, 3. Attic.*

☞ Syntaxis. *Odio intimo concepta discordia. Renouare animum alicuius ad odium. Odium struere, excitare, concitare, capere. In odium venire. Esse in odio apud. Odio & dissidio dissidere. Odium habere in aliquem. Odio alicui esse. Hoc in odium Cæsaris incurrit. Odium concipere, continere, mitigare, sedare, saturare. Incurrere in odium & offensionem. Suscipere odium in aliquem. Odium insigne, capitale.*

ODOR, oris *afflata suauitas odoratione percepta.* 5. I. V. 23. Odor Apronij, qui territus, quem, vt aiunt, ne bestiæ quidem ferre possunt, vni isti suauis & iucundus videbatur. Postq. in Sen.15. Vnguentorum odor. 2.de Nat.141. Nares, eo quod omnis odor ad superiora fertur, recte sursum sunt. 2. de Nat.127. Multæ etiam insectantes, odoris intolerabili fœditate depellunt.pro Cæl.42. Qui non odore illo, non tactu, non sapore capitur. pro Clu. 73. Canutius qui quodam odore suspicionis Staienum corruptum esse senserat.de Senect.59. Suauitates odorum, qui afflantur è floribus.

¶ *Odorum materia, vnguentum.* 6. I. V.77. Ture & odoribus incensis.3. Tusc.43. Incendere odores. 7. I. V. 145. Proferebant alij purpuram, tus alij atque odores.

✠ *Adiunc. Nonnullus Dictaturæ, 4. Atti. Suauis, iucundus, teterrimus oris, & corporis, 5. in Ver.*

ODORANDVS, a, um. pro Cl.82. Quid Albana pecunia? vestigiis ne nobis odoranda est? an ad ipsum cubile vobis ducibus venire possumus?

ODORANS, tis. I.P.83. Scelera tua non vestigis odorātes ingressus tuos, sed totis volitationibus corporis & cubilib. persecuti sumus.

ODORATIO, onis. *odoratus.* 4. Tusc.20. Tractationum & odorationum voluptates.

ODORATVS, tus. *sensus, quem olfactum Plinius vocat.* 4 Aca.20. Necesse est de odoratu & gustatu loqui. 2.de N. 158. Pomorum iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus.

✠ *Adiunc. Iucundus, 2.de Nat.*

ODORO R, aris: & ODORO, as. *olfacio, animaduerso, quæro, tĕto, experior, agnoscere curo, odore quodam suspicionis aliquid sentio.* 6. I. V. 31. Vt canes venatici optimè odorabantur omnia, & peruestigabant. & 4. Ver. 135. Acutissimè indagare & odorari omnia solebat. 2.de Or. 186. Odoror quàm sagacissimè possum, quid sentiant iudices, &c. 2. cont. Rull. 64. Hi quos hunc Decemuiratum odorari suspicamini. Att. lib. 4 ep. 8. Tu velim Fabium, si quem habes aditum, odorere, & istum conuiuam tuum degustes. Post. in Sen. 14. Hi voluptates omnes vestigant, & odorant. Att. lib. 4. ep. 13. Soles enim tu hæc festiuè odorari. Attic. lib. 6. ep. 4. Illud præterea ἀντιπάθως ad te scribam, tu sagacius odorabere. & lib. 14. ep. 3. Sed quid hæc ad nos, odorare tamen Antonij *matutina*. At. li. 16. ep. 7. Odorari diligentius quid nam futurum sit.

✠ *Adverb. Coram, 15. Attic. Diligentius, 14. Att. Festiuè, 34. Att. Sagacius, 6. Att. Sagacissimè, 2.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Odor teter, suauis, iucundus, vnguentorum. Tus & odores incendere. Odore suspicionis sentire. Afflatus è flore odor. Odorare vestigia, imo ad cubila venire, & volitationes totius corporis. Odorari & vestigare. Acutissimè indagare, & odorare. Sagacissimè odorari. Odorari aliquem, & degustare. Odorari festiuè.*

ODRILITIVM, *alter.* ORICHALCVM. 2. de Finib. 23. Adsint etiam pueri qui ministrent: resplendeat his vestis, argentum, odrilitium, locus ipse, ædificium.

ODYSSEA, seæ. *Homeri opus de nauigatione Vlyssis.* de Clar. 71. Nā & Odyssea Latina est.

OECONOMIA, miæ. Att. li. 6. ep. 1. Nec *oeconomiam* meam instituā, sed ordinem seruabo tuum. L. DISPOSITIO.

OECONOMICVS, a, um, 2. Off. 87. Xenophontis liber, qui Oeconomicus inscribitur. de Sen. 58. Xenophontis liber de tuenda re familiari.

OEDIPVS, odis. *Sophoclis tragœdia.* 5. de Fi. 3. Memoria Oedipodis.

OENOMAVS, *Accij tragœdia.* Epist. li. 9. ep. 16.

OENOPHORVM, ri. *vas vinarium.* 2. de Fin. 23. Vinum diffusum è pleno sit œnophoro, vt ait Lucilius: *alter hisiphon, pro œnophoro legitur.*

OETAEVS, *mons.* 3. de Nat. 41. Accij.

OFFA, offæ. *cibus, globosus, orbiculatus,* 1. de Diu. 27. Necesse est offa obiecta cadere tructum ex pulli ore cum pascitur. & lib. 2. 72. Si auis fame enecta in offam pultis inuadit, hoc tu auspiciū putas.

OFFENDITVR, Ep. lib. 10. ep. 24. Si quid esset offensum in his exercitibus. 1. de Or. 259. A quibus nihil præter voluptatem quæritur, in iis offenditur, simulatque imminuitur aliquid de voluptate. 3. Or. 194. Si in his paulùm modò offensum est.

OFFENDO, dis. *offensionem affero, iniuriam facio.* Ep. lib. 3 ep. 8. Hoc verò ex quo suspicio nata est, me exquisiuisse aliquid, in quo te offenderem, translatitium est. 7. I. A. 16. Quod offendit animos maioris partis hominum magis. Ep. lib. 1. ep. 7. Eos non tam constantia nostra delectat, quàm splendor offendit.

¶ *Lædo.* pro Planc. 6. Offendere existimationem alicuius. Epist. lib. 1. ep. 9. Quod quenquam maleuolentissimum iure possit offendere.

¶ *Impingo, incurro, irruo.* 2. de Inu. 5. Minus in arrogantiam offenderent. Epist. lib. 9. ep. 2. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? pro Cl. 63. Postremò eum qui bis apud iudices offendisset, quam eum qui bis causam iis probasset. 2. de Or. 301. Multa circumspicienda sunt, ne quid offendas, ne quò irruas.

¶ *Percutio.* Pro Cluent. 175. Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer.

¶ *Inuado.* Epist. lib. 2. ep. 3. Aut ne ad eam meditere imperatum te offendam.

¶ *Pecco, delinquo.* Epist. lib. 2. ep. 18. Qui si dignum se maioribus suis præbuerit, tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit, sibi totum, tibi nihil offenderit. Qu. frat. lib. 2 ep. 5. Nam Pompeius apud illam perditissimā atque infimam fecē populi propter Milonem suboffendit pro Cl. 58. In eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad præmia legis venire oportere. 1. de Orat. 129. Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis.

¶ *Inuenio.* Epist. lib. 1. ep. 7. & ep. 9. Non offendes eundem bonorum sensum. Lentule, quem reliquisti. 5. in Ver. 124. Quia desertas arationes, inanes agros, prouinciam miseram perditámque of-

offendi.

¶ *Recordor.* 4. I. V. 130. Offendit eum mensem comitialem, comitiis iam abhinc x x x. diebus habitis.

✠ ADVERB. *Grauiter quemuis, 1. Offi. Grauius animos, in Sall. Vehementius, Orat. Vehementer latus, pro Cl. Vehementer oculos, ep. ad Brut.*

OFFENDO 8, tis. Epist. lib. 1. ep. 9. Multis rebus meus offendebatur animus. 1. de Inu. 43. An offendi in his consuerint.

✠ ADVER. *Paulum, 2. de Orat.*

OFFENSA, sæ. Att. lib. 9. ep. 2. Magna in offensa sum apud Pompeium. Ep. li. 8. ep. 16. Denique illud cogita, quòd offensa fuerit, in ista cunctatione te prius fuisse, &c. Cælij.

✠ ADIVNC. *Magna, 9. Attic.*

OFFENSIO, onis. *incommodum, detrimentum, damnum, molestia, calamitas.* pro Clu. 10. Huic nihil potest offensionis accedere sine acerbissimo incommodo. 3. Offic. 105. Turpitudo in deformitate corporis habet aliquid offensionis. 7. in Anto. 8. Te rogo, vt accipias sine offensione quod dixero. 4. Tusc. 31. Corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item. 2. de Diu. 84. Quæ si suspiciamus, pedis offensio nobis & sternutamenta erunt obseruanda. Ep. lib. 6. ep. 8. Præstabo nihil ex eo te offensionis habiturum. 1. de Inuent. 100. Concitare grauem offensionem in aliquam rem. Epist. lib. 16. ep. 10. Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa sit. pro Pop. 26. Hic in ipso illo malo grauissimáque belli offensione L. Lucullus iussu coactus abiit. & 28. Non offensionibus belli, sed victoriis. Accipere offensionem in ædilitate. L. OFFENSIVNCVLA. Attic. lib. 1. ep. 14. Tantum intelligebam ei esse offensionis, quantum literæ tuæ declarabant.

¶ *Odium simultas inimicitiæ.* Postq. in Sen. 20. Qui publici mei beneficij memoria priuatam offensionem obliterarunt. Att. lib. 13. ep. 23. Mihi credas velim, mihi maiori offensioni esse quàm delectationi possessiunculas meas. 1. de Inu. 100. Indignatio est oratio, per quàm conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur. Att li. 1. ep. 14. Deponere offensionem, &c. Att. li. 10. ep. 8. Offensio nostra, quæ magis à *συνουσία* mea, quàm ab iniuria tua nata est. 4. Tusc. 23. Eaque quæ sunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidiũ. 1. de Inu. 30. Excipere offensionem ex aliquo facto. Epi. li. 4. ep. 4. Effugere offensionem alicuius. * pro C. Cornel. 1. Plebem ex Manliana offensione victã & domitam esse.

¶ *Peccatum.* Ep. lib. 1. ep. 7. Offensionem esse periculosam video.

¶ *Dissidium.* 1. Offi. 71. Videtur, vt labores & molestias tum offensionum, tum repulsarum, quasi quandam ignominiam timere, & infamiam. de Am. 87. Repentè in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus.

¶ *Vituperatio.* Or. 124. Principia acuta sententiis, vel ad offensionem aduersarij, vel ad commendationem sui.

¶ *Suspicio, inuidia.* 2. de Or. 101. In quo est illa magna offensio vel negligentiæ susceptis rebus, vel perfidiæ receptis. 1. de Nat. 86. Epicurus ne in offensionem Athenienſium caderet, verbis reliquit deos, re sustulit. 2. I. V. 35. Incurrere in odium offensionémque populi. 2. de Or. 208. Tum excitatur, si non tam acerbum odium, attamen aut inuidiæ, aut odij non dissimilis offensio. pro Mur. 41. Sapiens Prætor offensionem vitat æqualitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. de Pro. 29. An reditus in patriam habet aliquam offensionem.

✠ ADIVNC. *Acerba animi, 3. Off. Cõtraria alicui, vitiosa, 4. Tusc. Non dissimilis, 2. de Orat. Grauis, 1. Attic. & 16. Fam. Grauissima belli, pro Pomp. Magna, 1. de Diu. Maior, 13. Attic. Multæ, & graues, 15. Attic. Odiosa, de Senec. Periculosa, 1. Fam. Popularis, 5. Tusc. Priuata, postq. ad Quir. & 10. Fam.*

OFFENSIVNCVLA, læ pro Pl. 51. Vidi M. Pisonem offensiuncula accepta in ista ædilitate summos honores à populo Rom. adeptum. Epist. lib. 13. ep. 1. Si qua offensiuncula facta est animi tui peruersitate aliquorum.

OFFENSVM, si. *offensio.* 1. de Inu. 92. Offensum est, quod eorum qui audiunt, voluntatem lædit.

OFFENSVS, a, um. *infensus.* pro Cl. 158. Etiamsi is inuidiosus, aut multis offensus sit. Att. lib. 1. ep. 14. Animus alienatus & offensus. Epi. lib. 10. ep. 18. Si hominem mihi offensum non subleuassem. 5. Tusc. 106. Exilium propter alienam & offensam populi voluntatem, malum est. Att. lib. 1. ep. 4. Si cuius animus in te est offensior. 1. I. A. 30. Omnes illi sunt offensi.

¶ *Læsus.* Att. li. 1. ep. 4. Animum eius esse offensiorem arbitrabar. Att. lib. 15. ep. 8. Hircius scribit se vehementer esse offensum à veteranis. Att. lib. 6. ep. 3. Cumulatè publicanis satisfactum, offensus contumelia nemo. Postq. in Sen. 20. Qui cùm mea sententia voluntas eorum esset offensa, publici mei beneficij memoria priuatam offensionem obliteraeruerunt. ad Brut. ep. prid. Inu. 1. Aut si quid offensum sit, per te rempub. esse recuperandam.

✠ ADVERB. *Pergrauiter, 1. Attic. Pertinaciter, 10. Fa. Tãtulum, & titubatum, 1. Ver. Vehementer, pro Deiot.*

☞ Syntaxis. *Hoc animos hominum offendit. Caue ne quid in hac re offendatur. Offendere in vitium. Caue ne quid offendas, ne quò irruas. Offendit cadens brachium. Inparatum offendere aliquem, offendes cum veneris, omnia, id est, inuenies. In offensa esse apud aliquem: id est, non conuenire inter.*

OFFERENDI. 2. contra Rull. 12. Feci fidem offerendi mei.

OFFERENS, tis. pro Mil. 93. Vir fortis se acriter morti offerens. pro Plan. 24. Vltrò me herculè se mihi etiam offerentes, vltrò pollicentes rogaui.

OFFERO, fers. *polliceor, profiteor, defero.* Att. lib. 2. ep. 1. At ni poposciſſes, ego me tibi non offerebam. pro Cæl. 21. Vltrò se offerre alicui, & proiicere se. pro Syl. 84. Caput meum obtuli pro patriæ periculis. pro Sest. 1. Offerre se in discrimen pro statu ciuitatis. I. P. 21. Sed his vnum me pro omnium salute obtuli. Qu. frat. lib. 1. ep. 2. Nostræ causæ non videntur homines defuturi, mirãdum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. Epist. lib. 6. ep. 20. Nihil est, cur aduenientibus te offerre gestias. Att. li. 9. ep. 4. Ne obtuliſſe nos gratulationi videamur. pro Sex. Rosc. 87. Os suum non modò ostendere, sed etiam offerre. pro Sest. 61. Offerre vitam suam in discrimen, & offerre se temeritatibus. 1. Tusc. 32. Offerre se ad mortem pro patria. pro Sest 48. Qua manu vitam sibi exhausit, eadem hostib. mortem obtulit pro Sext. Rosc. 107. Qui obtulerunt hanc prædam Chrysogono. pro Sex. Rosc. 112. Cur mihi te offers? pro Syll. 55. Sed tamen obtulit se ad ferramenta prospicienda. Att. lib. 3. ep. 10. Ne me perditum illi afflictúmque offerrem. Att. lib. 2. ep. 22. Quod sors obtulerit, id acturus videtur pro Clu. 171. Offerre alicui, post ipse sibi optare deberet. Brut. ep. 11. Is nobis vltrò pollicitus est, & dedit x x. H-S ex sua pecunia, & quod multo carius est, seipsum obtulit & coniunxit.

¶ *Obuiam fio.* 3. de Orat. 189. Isti pedes occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent & respondebunt non vocati. Att. lib. 5. ep. 16. Offerre se in via alicui.

¶ *Expono.* 1. Off. 83. Offerre se periculis sine causa. 3. I. C. 28. Qui se pro salute vestra obtulerint inuidiæ periculisq; omnibus. pro Mil. 95. Ego qui pro te toties morti me obtuli.

¶ *Resisto, obsisto.* Brut. ep. 15. Romam vt veni, statim me obtuli Antonij sceleri.

¶ *Refero, reddo.* 1. de Diu. 81. Obiiciuntur sæpe formæ, quæ reipsa nullæ sunt, speciem autem offerunt.

¶ *Præbeo.* 2. de Diu. 143. Quæ igitur natura obtulit illam spem Simonidi?

OFFERO 8, ris. 3. de Leg. 39. Dummodo tabella optimo cuique ostendatur, vltroque offeratur.

✠ ADVERB. *Acriter morti, pro Mil. Libenter corpus telis, insolenter se, pro Sest. Improuiso, temerè, 1. de Diu. Obuiam se, 4. Attic. Peropportunè, 7 in Ver. Vltrò, 3. de Leg. Vltrò se, pro Planc.*

☞ Syntaxis. *Vltrò se offerre alicui, seque proiicere. Offerre se discrimini, in discrimẽ. Ille profitetur, se offert. Offerre se alicui in via. Offerre se iniuriis. Hoc speciem offerri felicitatis.*

OFFICINA, næ. *locus sellæ atque operis & quæstus quotidiani.* 6. in Vert. 54. Verres instituit officinam Syracusis. 1. Offic. 150. Opifices omnes in sordida arte versantur: nec verò quicquam ingenuum potest habere officina. I. P. 87. Officina armorũ. 7. in Anton. 12. Armorum officinas in vrbe videtis. Parad. 1. Tale tamen est, vt ex eadem officina exisse videatur. 2. I. A. 35. Cuius domus quæstuosissima est falsorum chirographorum officina. pro S. R. 134. Domus officina nequitiæ, diuersorum flagitiorum omnis. 1. de L. 36. Philosophi, qui quasi officinas instruxerunt sapientiæ. Or. 40. Domus Isocratis officina habita eloquentiæ est. de Clar. 32. Domus Isocratis quasi ludus quidam atque officina dicendi. 2. de Orat. 57. Officina Rhetoris clarissima.

✠ ADIVN. *Clarissima Rhetoris, 2. de Orat. Quæstuosissima chirographorum, 2. Phil.*

☞ Syntaxis. *Ludus & officina dicendi, sapientiæ, falsorum chirographorum.*

OFFICIENS, tis. 2. de Nat. 50. Vmbra terræ soli officiens noctem efficit. in Arat.

Sin autem officiens signis mons obstruet altus.

OFFICIO, cis. *noceo, obsum, obsto, obstruo, obscuro.* 1. de Inuent. 75. Quæ videbuntur officere huic partitioni, propulsabimus. 5. Tuscul. 92. Offecerat videlicet apricanti. pro. Sex. Rosc. 111. Cur meis commodis officio simulato officis? pro Rab. Post. 43. Nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ. pro Sex. R. 6. Cui pecuniæ vita S. R. obstare atque officere videtur. 3. Off. 66. Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auspiciis. de Cla. 66. Horum sententiis concisis officit Theopompus elatione atque

✠ que altitudine orationis suæ. ‖ Pro Sex. Rosc. 112. Cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato, officis, & obstas. Prognost.

Vt cum Luna means Hyperionis officit orbi.

OFFICITVR. 1. de Or. 179. Cuicũque particulæ cœli officeretur, quamuis esset procul, immutata lumina putabat.

☞ Syntaxis. *Vmbra terræ soli officit. Officit mĕti luminibus fortunæ altitudo. Alicui obstare, & officere aliquid.*

OFFICIOSE, sius. *amanter.* Epist. li. 9. ep. 20. Qui me quidĕ perofficiosè & peramanter obseruant. Att. lib. 13. ep. 22. Officiosè parére alicui. & lib. 6. ep. 1. Sed illa officiosius, quòd, &c. de Amic. 73. Aliquid officiosè, aut amicè, aut cum labore aliquo suo factum

✠ posse dicere. ‖ *aliàs offensiosè.*

OFFICIOSVS, a, um: sior, ssimus. *plenus officij, in quo inest liberalis gratificandi voluntas.*) (*inofficiosus.* 3. I. V. 63. Lampsaceni summè in omnes ciues Rom. officiosi. pro Sex. R. 2. At tanto officiosior quàm cæteri, ne, &c. Ep. lib. 13. ep. 60. pro Pl. 46. Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas crimino so. pro Mil. 12. Propter officiosos labores meos nonnulla apud bonos gratia. pro Qu. R. 18. Vir purus, pudens, humanus, officiosus, liberalis. Ep. lib. 11. ep. 22. Homo officiosissimus. Attic. lib. 13. ep. 43. Nec diligentiorem, nec officiosiorem facilè delegissem Vestorio. Qu. fr. lib. 1. ep. 4. Denocius est in me officiosissimus. I. P. 54. Officiosissima natio candidatorum.

☞ Syntaxis. *Perofficiosè & peramanter. Officiosa amicitia.*

OFFICIVM, cij. *partes, munus, munus officij, opus.* 1. Offic. 4. In officio colendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. pro Mur. 65. Stoici mihi vidĕtur fines officiorum paulo longius quàm natura vellet, protulisse. Or. 74. Oportere, perfectionem declarat officij, quo & semper vtendum est, & omnibus. Attic. lib. 16. ep. 11. Non dubito, quin καθῆκον officium sit, sed inscriptio plenior de officiis. Att. lib. 16. ep. 13. Mihi non est dubium, quin quod Græci καθῆκον, nos officium, præclarè conuenit: aut da melius. dicimus Cos. officium, senatus officium. 2. de Inuent. 6. Officium est id, quod facere debet orator: finis, cuius causa facere debet. 3. de Finib. 58. Est autem medium officium, quod ita factum est, vt eius facti probabilis ratio reddi possit. & lib. 4. 15. *de officio perfecto & medio.* 1. de Offi. 7. pro Qu. 26. Nullum est officium tam sanctum atque solenne, quod non aũaritia comminuere & violare soleat. 1. Offi. 47. Nullum officium referenda gratia magis necessarium est. 1. Offic. 125. Peregrini officium est, nihil præter negocium suum agere. 1. de Or. 138. Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodatè & *ibid.* Oratoris proprium officium atque munus. 4. de Fi. 36. Officium, munus, opus. 2. de Orat. 345. Singularum virtutum certa quædam sunt officia ac munera. 2. de Diu. 107. Sine oculis non potest extare officium & munus oculorum. & Ep. li. 10. ep. 15. Bruti erit officium occurrere ei. 2. de In. 66. Pietas officium erga parentes conseruare monet. 1. Off. 32. Contra officium est, maius damnum anteponi minori. & *ibid.* Non fit contra officiũ non facere, &c. pro Dom. 18. In hoc officio, quod fuit præcipuè meum. pro Qu. 61. Qui primus erat officij gradus, à procuratore seruatus est. Epist. lib. 5. ep. 17. Prætermittere officium erga aliquem. 1. Off. 28. Prætermittendæ defensionis deserendique officij plures solent esse causæ. 1. de Fin. 33. Deserere officium. Epi. li. 5. ep. 2. Deseri ab officiis amicorum. 1. Off. 32. Ab officio discedere. & *ibid.* 34. Sunt autem quædam officia aduersus inimicos seruanda. Epi. lib. 5. ep. 7. & 4. de Fin. 15. Omnia officia amicitiæ diligenter sanctéque seruaui. pro Cl. 133. Retinere officium. 2. de Inu. 61. Tribuere officium & cultum alicui. Epist. lib. 4. ep. 11. Vt intelligas homini amicissimo te tribuisse officium. & lib. 4. ep. 6. Officia, quæ illi tempori tribui potuerũt. 1. Off. 59. In officiis tribuendis videndum est, &c. 7. I. V. 182. Persoluere officium receptum alicui. Posth. ad Quir. 23. In officio persoluendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est. Epist. lib. 4. ep. 12. Quæ officia mea fuerunt, omnia ei præstiti. & lib. 11. ep. 16. Filius tuus, cui nos & charitate & amore officium tuum præstaturos non debes dubitare. Epist. lib. 5. ep. 8. Cumulatè reddere officium iamdiu alicui debitum. Att. lib. 9. ep. 9. Præstare officia vrbana alicui. Att. lib. 3. ep. 15. Exequi sua officia & studia. 1. in Verr. 47. Satisfacere officio suo. Ep. lib. 3. ep. 8. Fungi officio suo & declarare officium suum. & li. 5. ep. 16. Fungi officio amici. 2. Offi. 43. Fungi officio iustitiq. Ep. li. 3. ep. 10. Suscipere officia & partes pro dignitate alicuius. 5. I. V. 2. Declinare ab religione officij in aliqua re. Att. lib. 11. ep. 12. Nihil ab illo factum est, quo minus mea in te officia constarẽt. Epi. lib. 3. ep. 13. Nullum officij onus cuiquam reliquum fecisti. Ep. li. 5. ep. 5. Omnia officia à me in te profecta sunt. & *ibid.* Desiderare officia ab aliquo. & ep. 6. Desiderare officia alicuius in aliquem. Epist. lib. 1. ep. 6. Expectare officia ab aliquo. & li. 6. ep. 6. Polliceri & deferre officium suum alicui. pro S. R. 70. Quos natura ipsa retinere in officio non potuit. ad Herẽ. Cùm canes fungantur officiis luporum. Att. lib. 5. ep. 20. Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur. Ep. lib. 15. ep. 20. Esse in officio. & li. 5. ep. 5. Esse singulari officio in aliquẽ. pro Fl. 52. In aliquem multa & magna officia conferre. Promereri officium. L. PROMEREOR. Att. li. 1. ep. 2. In officio manere. Epist. lib. 3. ep. 9. Tueri officium. Ep. li. 7. ep. 3. Deesse officio suo. Ep. li. 3. ep. 4. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. pro Planc. 24. Vel quia huius ipsius in illum ordinem summa officia quæsturæ tribunatusque constabant. Ep. li. 2. ep. 1. Non tã mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quàm iucundum tequiri. Ep. li. 5. ep. 6. Officiis mutuò respondere. pro Mur. 73. Is voluit ad hoc officium necessitudinis esse gratiosus. pro Fon. 15. Alicui muneri atque officio præesse. Ep. lib. 12. ep. 15. In Syriam ad meum officium reuerti. de Pro. 20. Vt commune officium censuræ communi animo defenderent. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 14. Quę res ad officium imperij tui pertinebunt, de his rebus nihil attingã. Att. lib. 7. ep. 16. Tua erga me officia plena tui suauissimi studij. Anteq. 16. Qui neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam. de Am. 8. Vsurpare aliquod officium, abduci ab officio, intermittere officium. Epist. lib. 11. ep. 17. Magna eius in me non dico officia, sed merita. & lib. 12. ep. 29. Officia vel merita potius. Epi. lib. 1. ep. 1. Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus, &c. & *ibid.* Cum summa testificatione tuorum in se officiorum. Epi. li. 6. ep. 1. Sed quoddam nobis officium iustum & pium debitum reip. nostræque dignitati videbatur. Att. lib. 12. ep. 24. Leuatio quædam est, si minus doloris, at officij & debiti. pro Qu. 55. In vita alicuius rationem summi officij desiderare. pro S. R. 1. Ita fit, vt adsint, propterea quòd officiũ sequuntur. pro S. R. 4. Vtrumuis saluo officio facere poteris. Att. lib. 1. ep. 8. Magnopere confido illum fore in officio. Att. lib. 6. ep. 2. Ac maximæ partes istius officij sunt pueri Ciceronis. & lib. 13. ep. 20. Torquato nostra officia grata esse facilè patior, eaque augere non desinam. Brut. ep. 6. Hoc ad meum officium priuatarũ rerum pertinet. Quin. fr. lib. 2. ep. 2. Spero Cyrum in officio fore. 1. Offic. 155. Officiis scientiæ præponenda sunt officia iustitiæ. de Sen. 34. Massanissa senex omnia regis officia & munera exequitur. & 29. Instruere aliquem ad omne officij munus. de Sen. 72. Rectè in senectute viuitur, quo ad munus officij exequi & tueri possis. de Amic. 74. Officia meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. pro Mil. 101. Tibi nullũ à me amoris, nullum studij, nullum pietatis officium defuit. 5. I. V. 144. Aliquando desinat putare se emere officium, quod ipse semper habuit venale. pro M. Scau. Integris amicitiis officium prætermissum, imprudentiæ vel negligẽtiæ excusatione defenditur. Incert. Simulatio officij.

✠ *ADIVNC. Antiquius, 12. Famil. Antiquum, saluum, Sanctum, atque solenne, tacitum, pro Quint. Antiquissimum, vrbana, 12. At. Aptiora naturæ, bellica, & ciuilia Commune, inchoatum, maius, malum, maximũ, mediũ, melius, & perfectum, necessarium, perfectum, rectum, 1. Offic. Certa, 2. de Orat. Ciuile, 3. de Finib. Consulare, de Arusp. Debitum, recentissima, 6. In Ver. Debita, ep. ad Brut. Diuturnum, 2. Phil. Domestica, pro Qu. R. & pro Cæl. Domestica, forensia, vrbana, & prouincialia, Innumerabilia erga aliquem, 16. Fam. Egregium, 2. de Finib. Fictum pro Cæc. Gratum, interruptum, obscurum, prouinciale, 5. Fam. Gratiora, iucundiora, 4. Fam. Gratissima, magna, & mutua inter aliquos, Magna, paria, mutua, maxima, multa inter aliquos, multa, & magna, mutua, perpetuum, maximumque, Plurima maximaque, Plurima, paria ac mutua, Summum, 13. Fam. Gratissimum, 3. ad Qu. fr. Gratius, de Pet. Cons. Honesta, innumerabilia, propria, communia cum aliquo, 3. At. Honorificentissima erga aliquẽ, Paria, plena studij, 7. Att. Humanum, rara, eximia, 1. de Inu. Integrum, priuatum. quotidianum, singulare, pro Syll. Iustum, atque necessarium, iustum, atque debitum, 3. Tusc. Iustum, & pium, & debitum reipub. Multa erga aliquem, plurima, Summa necessitudinis, summa erga aliquẽ, vetera, 6. Fam. leuiora, pro Mur. Liberale, recens recẽtissima in aliquem, pro Arch. Magna in aliquem, 11. Fam. Magnum & necessarium, 15. Fam. Media, 4. Attic. Mediocre, 5. de Fin. Minimum, mutua inter aliquos, Summum inter aliquos, 10. Famil. Mirificum, 14. Famil. Multum, & prudens, 2. Famil. Multa, 1. Academ. Nota & communia, perfectum, & medium, 1. de Fin. Nouum, recẽtia, 7. in Ver. Perfectum, atque absolutum, 3. Offic. Præsens, pro Sest. Primum, proprium, 1. de Orat. Pristinum, 11.*

Attic. Priuata, 3. de Orat. Priuatum, non publicum, pro Marc. Publicum, 2. de Diuin. Quæstorium, 2. Famil. Simplex, pro Sex. Rosc. Singulare, 1. Attic. & 1. Famil. Summa, 2. Attic.

☞ Syntaxis. *Officium solenne, & sanctum. Officium ac munus. Officiũ prætermittere, deserere. Ab officiis amicorum deferi. Ab officio discedere. Officium retinere, seruare, tribuere, persoluere. Quod officium meum est, id præsto. Ego præstabo tuum officium erga filium. Officium debitum reddere. Exequi officium. Fungi officio suo. Officia & partes suscipere pro dignitate, &c. Ab officio declinare. Is, in quem officia extant, niti debet, vt, &c. In aliquem ab aliquo profecta beneficia. In officio retinere. Officio singulari esse in aliquem. Conferre officia in. Officium promereri, tueri, in officio manere. Officio suo deesse. Constantia necessitudinis officia maliquem. Officiis mutuo respondere. Magna eius in mẽ officia, sed merita. Officia studij plena. Officium ac debitum. Amoris, studij, pietatis officium.*

OFFIRMO, as. de Fi. 11. Cæteras philosophorum disciplinas non modò nihil adiuuare arbitror, neque offirmare, quo meliores simus, sed ipsam deprauare naturam. *aliter, affirmare.*

OFFVNDO, dis. *obscio, offero.* 1. de Natur. 6. Philosophia, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet. 3. Tuscul. 82. Si quid tenebrarum offudit exilium. in Sal. 5. Tu tuis maioribus vitæ, quam tutpiter egisti, magnas offudisti tenebras.

OFFVNDOR, ris. *circumsto.* 4. Aca. 81. Ergo vt illis aqua, sic nobis aër crassus offunditur. 3. de Fin. 45. Obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ.

OFFVSVS, a, um. pro Dom. 157. Quod in naufragio reip. tenebris offusis demersa populo, &c. 4. Tusc. 6. Hic error & hæc indoctorum animis offusa caligo est. de Mn. 41. Cum ignis oculorum cum eo igne qui est ob os offusus, se confudit & contulit. pro S. R. 91. Tanquam si offusa reipub. sempiterna nox esset.

☞ Syntaxis. *Offundere alicui tenebras. Nobis aer offunditur. Offunditur & obscuratur luce solis lumen lucernæ. Ob os offusus ignis. id est, insitum naturæ lumen. Noctem reipub. effundere.*

OI'KEI'ON, ν. L. Aptè commodatus.

OLBIA, æ. *oppidum Sardiniæ.* Qu. fr. lib. 2. ep. 7. Literas Olbia datas.

OLBIENSIS, se. Qu. fr. lib. 2. ep. 2. A te post illam Olbiensem epistolam nullas literas accepi.

OLEA, leæ, pro Cæc. 22. Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. 1. de Diu. 15. Agricola cùm florem oleæ videt, baccam quoque se videre putat. 1. de L. 2. Athenæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. Epi. li. 9. ep. 16. Antea delectabar oleis & lucanicristuis.

✠ ADIVNC. *Sempiterna, 1. de Leg.*

OLEARIVS, a, um. Top. 17. Cella olearia. & de Sen. 56.

OLEASTER, stri. 5. in Ver. 57. Hominem suspendi iussit in oleastro quodam.

OLENS, tis. 2. de Oratore. 429. At in malè olentem, video me arte circumueniri.

OLEO, es. *redoleo, indico, translatione.* 3. de Or. 97. Vnguentum magis laudatur, quod terram, quàm quod crocum olet. Attic. lib. 2. ep. 1. Vt mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. 1. de Nat. 72. Epicurus nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne è puerilibus quidem disciplinis. 3. de Orat. 41. In qua nihil sonare aut olere peregrinum possit. pro Qu. R. 20. Supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur. Orat. 194. Quid illud non olet, vnde sit? quod dicitur, &c. 4. Tusc. 55. Malè olere omne crimen.) *f. bene olens.* 4. Acad. 21.

✠ ADVERB. *Benè, 2. Att. Malè, 4. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Nihil ex Academia olere. In oratione hæc multa sonant & olent peregrinum. Olere malitiam. Cuium malè olet.*

OLEVM, lei. 6. I. V. 128. Aristæus inuentor olei. de Sen. 56. Namque hec quoque nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Att. lib. 13. ep. 36. Ante lucem cùm scribe rem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exarauit nescio quid ad te. & li. 2. ep. 17. Ne & opera & oleum philosophiæ nostræ perierit. Ep. li. 7. ep. 1. Is fatetur se & operam & oleum perdidisse. * Oecon. 3. Oleum ficus, poma, non habet. Hortens. Ignis gliscit oleo.

☞ Syntaxis. *De eodem oleo & opera lucubrari, exarare aliquid. Perit oleum & opera. Oleum & operam perdere.*

OLFACIO, is *odoror.* 5. Tusc. 111. Vt ea quę gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus. 2. de Diu. 9. Olfacere aliquid. 1. in Rull. 11. Nullus nummus tam abstrusus est, quem non architecti huiusce legis olfecerint.

OLIM, *quondam, quodam tempore.* Att. li. 6. ep. 2. Ante lucem inambulabam domi, vt olim candidatus. & lib. 11. ep. 4. Vtinam coràm tecum olim potius quàm per epistolas. Att. li. 4. ep. 16. Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, concaluit. Ep. li. 15. ep. 20. Quando ad amorem meum aliquantum olim discedens addidisti. & li. 6. ep. 1. Nec nos arbitror victoriæ præmiis ductos patriam olim reliquisse, &c. 2. de Or. 183. Sic enim olim loquebantur. Att. lib. 10. ep. 1. Qui mihi dixit olim, &c.

☞ Syntaxis. *Olim stomachus concaluit.*

OLITOR, oris. Epist. lib. 16. ep. 18. Excita Phædrum, vt hortum ipse conducat, sic olitorem commouebis. & ep. 20. Cum olitore, vt videtur.

OLIVA, uæ. *oleæ.* 3. de N. 46. Aristæus, qui oliuæ inuentor dicitur. de N. lib. 2. 22. Si ex oliua modulatè canentes tibiæ nascerentur.

OLIVETVM', ti. *locus oliuis consitus.* 3. de N. 86. Vineta, oliueta. 2. cont. Rull. 66. Iugera. c c. in quibus oliuetum fieri potest. de N. li. 2. 156. Quid de vitibus oliuetisque dicam? de Se. 57. Quid de vinearum oliuetorumue specie dicam?

OLIVITAS, atis. de Repub. lib. 1. Non modò integra eximi, sed etiam maior quàm in arbore vnquam pependerit, de oliuitate oleas esui optimè condi scribit Cato.

OLVSCVLA, culorum. *minuta olera.* Att. lib. 6. ep. 1. Oluscułis nos soles pascere.

OLLA, læ. Ep. lib. 9. ep. 18. Implere ollam denariorum.

OLLI, æ, a. *pro illi, illæ, illa. de L. sæpe legitur.* de Clar. 58. Is dictus ollis popularibus olim, qui, &c. ex Ennio.

OLYMPENI, *populi.* 2. cont. Rul. 49.

OLYMPIA, piæ. *vrbs Peloponnesi, apud quam Olympia fiebant.* 1. Tusc. 111. & 3. de Or. 125. Cùm Olympiam veniſſet, in maxima illa quinquennali celebritate ludorum. de Senect. 33. Olympię per stadium ingressus esse dicitur Milo, cùm humeris bouem sustineret viuum.

OLYMPIA, orum. *Ludi Olympiaci, maxima illa quinquennalis ludorum celebritas.* de Clar. 243. Pugiles exercitari pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt. de Optim. 8. Ab Olympiis coronam petere. 2. de Diuin. 144. Cursor ad Olympia proficiscens cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi. ‖ Att. li. 16. ep. 7. Quod eam vituperationem effugissem, me existimari, ad Olympia.

OLYMPIACVS, ca, cum. 4. ad Her. 4. Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum. *aliter ad Olympia, cum venerit.*

OLYMPIAS, adis. *Alexandri mater.* de Nat. lib. 2. 69. de Di. li. 2. 135.

OLYMPIONICES, cæ. 1. Tusc. 111. Rhodius Diagoras Olympionices nobilis. pro Flac. 31. Acinas pugil Olympionices, quod est apud Græcos propè maius & glorioſius, quàm Romæ triumphasse. 2. de Inuent. 144. Olympionicarum præmium capito.

✠ ADIVNC. *Nobilis, 1. Tusc.*

OLYMPIVS. *Iupiter.* 2. Tusc. 40. & 6. I. V. in Orat.

OLYNTHVS. *vrbs.* 3. I. V. 56.

OMEN, nis. *dictum aut factum ostu exceptum, quo rei cuiuspiam euentus portendi posse videatur.* 1. de Diu. 102. Neque solum deorum voces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina: quæ maiores nostri quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. pro Sest. 71. Exierunt malis omnibus atque execrationibus duo Vulturij. pro Cl. 14. Nullis auspiciis, funestis ominibus omnium. 1. I. C. 33. Hisce ominibus Catilina cũ summa reipub. salute & cum tua peste & pernicie proficiscere, &c. 2. cont. Rull. 91. Neque te Rulle omina illa M. Bruti, atque auspicia à simili furore deterrent. Epist. lib. 3. ep. 12. Nequetristius dicere quicquam debeo ea de re, quam tu ipse optimis ominibus prosequeris. I. P. 31. Ominibus bonis vel tristibus aliquem exeuntem prosequi. 1. de Diu. 103. Tum ille, Accipio omen, inquit, mea filia. & *ibid.* Cæcilia exiuit in quoddam sacellum, ominis capiendi causa. 2. de Diu. 83. & pro Mur. 35. Prærogatiuum omen comitiorum. 1. de D. 106.

Sic aquile clarum firmant Iuppiter omen.

11. I. A. 11. Atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. & 4. In Ant. 10. Quibus Antonius (ô dij immortales auertite & detestamini, quæso, hoc omen) vtbem se diuisurum esse promisit. Brut. ep. 10. Sin aliter fuerit (quod dij omen auertant) Reip. vicem dolebo. & ep. 12. Quod Iupiter omẽ auertat. & pro Mur. 88. de Aruſp. 42. Si ciuitas hæc cadet (quod dij omen obruant.) 9. I. A. 9. Atque ita locutus est, vt eius oratio omen fati videretur. & 12. In Ant. 19. Proficiscantur legati optimis ominibus. 2. de Diu. 84. Si omini paruisset.

✠ ADIVNC. *Bona vel tristia, 1. Fam. Clarum, 1. de Diu. poëtæ. Detestabile, 11. Phil. Funestum, pro Clu. Malum, pro Sest. Optima, 12. Philip. Prærogatiuum, pro Mur. Vrbanum, 4. Ver.*

☞ Syntaxis. *Omen capere, accipere. Aliquem prosequi ominibus. Quod Deus omen auertat, detestetur, obruat. Omen mortis est tua oratio.*

OMINOR, aris. *auguror.* de Clar. 329. Melius quæso ominare, inquit Brutus. 2. Offic. 74. Sin qua necessitas huius muneris alicui reipublicæ obuenerit, malo enim alteri quam nostræ reip. ominari.

✠ ADVERB. *Melius, de Cla.*

OMISSVS, a, um. pro Syll. 47. Noli id putare omnino à me esse omissum, si quid est tibi remissum atque concessum.

OMITTO, tis. *mitto, prætermitto, relinquo, dimitto, missum facio, præterео, nonexequor.* Qu.fr.lib.2.ep.5. Primam nauigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. de Somn. 2. Ades, inquit, animo, timorem omitte. pro Cæl. 54. Quod facimus in alienum hominem illatum seuerè acciperet, id omisisset curare in hospite? Att.li.16.ep. 18. Omitte Atticum Ciceroni tuo.de Cl. 266. Itaque omittamus lugere.pro Qu.70. Vt alia omittam, hoc satis est, Alphenus, &c. I. P. 51. Omittamus de reditu Gabinij, &c. pro R.P.34. At de me omittamus, &c. Att. lib. 8.ep.3. Omitto illa vetera quòd istum in rempub. ille aluit, &c. ille legibus, &c. ille Galliæ, &c. ille, &c. 3. Off. 41. Omisit hic pietatem & humanitatem, vt id quod, &c. ‖ pro Cæl. 46.

OMITTOR, tis. 1. de Fin. 36. Vt voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendarum causa.

OMNINO, *vtique, vsquequaque, planè, prorsus, funditus.* 2. de Ora. 57. Theopompus & Ephorus causas omnino nunquam attigerunt. Epist. lib. 5. ep. 6. Omnino res tota in mensem Ianuarium reiecta erat. Epi. lib. 1. ep. 7. Vt ne quis omnino regem reduceret. 2. de Orat. 61. Poëtas omnino non conor attingere. 1. Off. 66. Omnino fortis animus duabus rebus cernitur. de Am. 76. Omnino amicitiæ confirmatis iam ingeniis iudicandæ sunt. 2. de Orat. 1. Vir omnino omnis eruditionis expers. 1. de N. 96. Ista siue beatitas, siue beatitudo, vtrumque omnino durum. Att. lib. 6. ep. 3. Et ad ipsum hæc perscripsi diligentissimè omnino. Epist. lib. 16. ep. 11. Cui cùm cuperem mederi, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt omnino. Epist. *ibid.* Nunquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem omnino. pro Mar. 28. Quid enim est omnino ipsum diu? 1. Tusc. 1. Cùm defensionum laboribus, aut omnino, aut magna ex parte essem aliquãdo liberatus. pro Corn. 43. & 44. Quæ labore huius aut omnino aut certè facilius consequuntur. 1. Tusc. 5. Vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Att. lib. 3. ep. 23. Vix aut omnino non posse fieri. 1. de Inu. 32. Et tamen quantum & cuiusmodi & omnino quale sit, quæritur. 2. de Inu. 161. Vis & iniuria & omnino omne quod obfuturum est. & lib. 1. 86. Hoc genus & cætera necessaria, & omnino omnis argumentatio.

☞ Syntaxis. *Omnino nunquam. Aut omnino, aut magna ex parte liberatus. Vix, aut omnino non potest fieri. Vis, & iniuria, & omnino omnis, &c.*

OMNIPOTENS, tis. *rerum omnium præpotens.* 4. Tusc. 73. Téque omnipotens Neptune inuoco. Poëtæ.

OMNIS, ne. *totus, cunctus, vniuersus, quicunque, quiuis, quis omnium non?* 2. de Diu. 103. Quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. 2. de Fin. 111. Omne cœlũ totamque cũ vniuerso mari terram mente complecti. Ep. lib. 6. ep. 7. Si tibi persuaseris, non hoc esse tui muneris, si quid rogatus fueris vt facias, sed totum tuum esse, omne onus perficies. I. P. 11. Totum palatium erat ciuitate omni, cuncta Italia refertum. 2. de Orat. 89. Tota mente atque omni animo intueri aliquem. 2. Tusc. 56. In profundenda voce omne corpus intenditur. 2. de Nat. 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. pro Clu. 18. Mater sanguinem profundere omnem cupit. pro S. R. 75. Non omnem frugem in omni agro reperire possis. Qu.fr. lib. 1. ep. 1. 21. Omnes quicunque Romæ ludos faciunt. 2. de Or. 5. Omnia quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt oratori dicenda. 1. de Or. 9. Qui non aliqua in re vna separatim elaborarunt, sed omnia quæcunque, &c. comprehenderunt. 2. de Or. 44. Non omnia quæcunque loquimur, ad artem sunt reuocãda. pro Syll. 17. Eo tempore omni Neapoli fui. de Cl. 319. Omnis hic sermo desiderat, &c. 1. de Or. 157. Subeũdus est vsus omniũ. 1. Off. 128. Et ab omni, quod turpe est, fugiamus. pro Rab. 20. Omnes omnium ordinum homines. I. P. 96. Omnes mortales omnium generum, &c. & 52. Omnes omnium generum, ætatum, ordinum, viri ac mulieres omnis fortunæ ac loci. 13. I. A. 45. Omnes te dij homines summi, medij, infimi, ciues, peregrini, viri, mulieres, liberi, serui oderũt. pro Arch. 16. Nam cæteræ res neq; temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. 2. de Diu. 92. Omnes omnium interitus, quicunque gignantur terra, eosdẽ esse. Anteq. 4. Neque verius est âsingulis quàm ab omnibus repetere officij præmium. 2. cont. Rull. 60. Decemuiros portitores omnibus omnium pecunijs constitui. Quin. fr. lib. 3. ep. 1. Omnia minima, maxima, ad te mitti sciebam. Att. lib. 7. ep. 3. Sic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. 2. de Or. 72. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est, &c. 2. de Fin. 13. Omnes qui vbique sunt, qui Latinè sciunt. 5. Tusc. 1. Nihil est enim omnium quæ in philosophia tractantur, quod grauius dicatur. & 66. Qui est enim omnium, qui, &c. Epist. li. 12. ep. 20. Πάντα πρὸς πάντα. Orat. 62. Plato longè omnium quicunque scripserunt princeps. 3. de Orat. 127. Gorgias princeps ex omnibus ausus est, &c. Attic. lib. 15. ep. 15. Ex omnibus tuis studiis in me hoc scito mihi gratissimum esse, &c. de Clar. 278. Ex omnibus oratoriis laudibus longè ista est maxima, inflammare, &c. 1 de Or. 99. Cùm te vnum ex omnibus maximè natum aptúmque cognossem, & 112. Hic est vnus homo ex omnibus, quo præsente, &c. de Or. li. 2. 2. Aculeo, quem Crassus dilexit ex omnibus plurimùm. pro S. R. 5. Non electus vnus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possent dicere. de Cl. 236. M. Piso maximè ex omnibus Græcis doctrinis eruditus. 3. de Orat. 141. Sin quærimus quid vnum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. & 127. Soli ex omnibus aurea statua statuta est: *id est, Gorgia.* 3 I. C. 16. Ille erat vnus timendus ex omnibus. 3. de Orat. 97. Gustatus est sensus ex omnibus maximè voluptarius. pro Mur. 34. Cuius ex omnibus pugnis, illa mihi videtur acerrima. 3 de Orat. 62. Stoici soli ex omnibus philosophis dixerunt, &c. & 2. de Orat. 17. Ex omnibus verbis Latinis huius verbi vim vel maximã semper putaui. Att. lib. 16. ep. 3. Nec me vlla res magis angit ex omnibus. Ep. lib. 5. ep. 16. Etsi vnus ex omnibus minimè sum accõmodatus, &c. & lib. 8. ep. 10. Si vnus ex omnibus exoptandus esset. 5. Tusc. 1. De re quam tu ex omnibus maximè probas. pro Mar. 22. Quis omniũ? &c. nemo omnium, &c. 2. I. A. 76. Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, quàm quod, &c. de Am. 88. De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. Att. li. 7. ep. 3. Hic omnia facere omneis, ne armis decernatur. & *ibid. Omnia, septies vsurpatum.* 2. de Finib. 101. Omnibus mensibus vicesimo die lunæ facere aliquid.

☞ Syntaxis *Tota mente, atque omni animo. Non omnia quæcunque dicis. Omnis quicunque. Ab omni quod turpe est. Omnia minima, maxima. Omnia faciant omnes, ne, id est, omnes hoc agant, ne. Omnia cætera neglego. Qui est omnium, qui &c. Omnes quicunque scribunt. Iue princeps ex omnibus audet. id est, omnium primus. Quid vnum ex omnibus excellit? Nemo omnium.*

OMNIVAGVS, a, um. 2. de N. 68 Diana omniuaga dicitur, non à venando, sed quod in septem numeratur tãquam vagantibus.

ΟΜΟΛΟΓΙΑ. L. CONVENIENTIA.

ONAGER, gri. *asinus ferus, & agrestis.* Att. lib. 6 ep. 1. Erat præterea Cynocephalus in essedo, nec deerant onagri.

* ONERANDVS, a, um. 3. de Orat. 119. Onerandum complendumque pectus maximarum rerum & plurimarum suauitate, copia, varietate.

ONERARIVS, a, um. 1. de Diuin. 69. Et noctu flagrantes onerarias videbatis. Att. lib. 10. ep. 14. Occulte in aliquam onerariam corrependum. I. V. act. 3. 46. Oneraria nauis.

ONERO, as. 3. de N. 8. Animaduerti te, cùm in foro diceres, quàm plurimis posses argumentis onerare iudicẽ. Sal. in Cic. 6. Etiamne autes nostras onerabis tuo odio? Epist. lib. 5. ep. 10. Te autem quibus mendaciis homines leuissimi onerarunt.

ONVS, tis. *pondus, partes, munus.* de Sen. 4. Onus Aetna grauius mihi videor sustinere. Ep. lib. 5. ep. 12. Sciebã quantis oneribus premerere susceptarum rerum. & lib. 13. ep. 7. Municipium maximis oneribus pressum. & lib. 3. ep. 5. Oneris tibi imponere non audeo quicquam. 4. I V. 138. Imponere nimium oneris plebi. in Sal. 1. Magnum mihi dicendi onus imponitur. Attic. lib. 13. ep. 11. & Qu. frat. lib. 2. ep. 1. Ne magnum onus obseruantiæ bruto nostro imponerem. *ibid.* Ne quod onus simultatis nobis imponeret ex superiorum temporum conuicijs. pro S. R. 10. Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero, studio & industria: sin à nobis deserar, tamen animo non deficiam, & id quod suscepi, quoad potero, perferam. Quod si perferre non potero: opprimi me onere officij malo, quàm id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. & *ibid.* Fide sapientiaque vestra fretus plus oneris sustuli, quàm ferre me posse intelligo. 5. I. V. 4. Ego plus oneris habeo, quàm alij, &c. & amplius oneris suscepi quàm cæteri, &c. & 7. Plus etiam, quàm pars virilis postulet, oneris ac muneris suscipere. & 1. de Orat. 116. Magnum est quoddam onus atque munus suscipere ac profiteri, se, &c. pro Syll. 65. Deposito onere domestici officij, nihil postea de reip. commodis cogitauit. 1. I. V. 5. Vt onus hoc laboris atque officij non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. pro S. R. 112. Suscipere onus officij quod non possit sustinere. 6. I. V. 79. Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? Ep. lib. 3. ep. 13. Hoc nihil ad te, nostrum est onus. 1. de Orat. 21. Neque ego nostris oratoribus tantum oneris imponã. & At. li. 9. ep. 6. Sed vereor, ne Pompeio quid oneris imponam. Att. lib. 14. ep. 21. Tibi hoc oneris nõ impono, nolo te illũ iratum habere. pro Pomp. 55. Insula Delos, quò omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeant. * Incer. Custodia castrorum non honoris, sed oneris existimatur.

✠ *ADIVNC. Commune cum aliquo, grauius, de Senec. Graue, 3. Ver. Leue, pro Plan. Leuius, magnum, 1. de Or. Magnum obseruantiæ, 13. Attic. Magnum, & periculosum, verum tamen dignum, in quo omnes nerui contendantur, 2. in Verr. Maius, 4. Fam. Maiora, 2. Fam. Maximum, 11. Phil. Maxima, 13. Fam. Permagnum, pro Fl. Tanta, 5. In Ver.*

☞ Syn.

☞ Syntaxis. *Onus sustinere. Onere premi. Imponere onus, recipere, alleuare. Onus habere. Suscipere, profiteri, deponere.*

ONVSTVS, a, um. Attic. lib. 1. ep. 13. Asellus onustus auro. 7. I. V. 43. Nauis onusta præda Sicilienſi. 1. de Diuina. 60. Vnc onusti cibo & vino perturbata & confusa cernimus. 3. Offic. 50. Naues onustæ frumento.

OPACO, as. *obscuro.* 2. de Nat. 49 Solita mouetur, vt terras modò his, modò illis partibus opacet. & 95. Cùm terras nox opacasset 1. de Or. 28. Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.

* OPACOR, aris. 5. de Leg. Neque dum satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur.

OPACVS, a, um. *ater, obscurus, frigidus, umbrosus.* ‖ *apricus.* 3. de Ora. 18. Locus opacus & frigidus in sylua. Partit. 36. Locus opacus. in Arat. Opaca nubes. 1. de Leg. 15. In viridi & opacâ ripa inambulare.

OPAS. *Nilo natus ab Aegyptijs appellatur Vulcanus* de Nat. lib. 3.

OPERA, ræ. *administratio, munus, actio, opus, manus* ‖ *Hoc nomine Romani conductâ multitudinem appellabant, qua efficiebant aliquid, quod hodie paucis notum est.* 1. Officio. 150. Mercenariorum operæ, non artes emuntur. 6. I. V. 59. Ipse dabat purpuram, amici operas. 2. Offi. 14. Eas nos nullo modo sine hominum manu atque opera capere possemus. & *ibid.* Sine hominum opera. 4. I. V. 13. Duabus in rebus legatorum vna opera consumitur, in laudando & repetendo. 4. I. V. 171. Canuleius in portu Syracusis operas dabat. & 173. & Att. lib. 11. ep. 10. Terentius magnas operas in portu & scriptura Asiæ pro magistro dedit. Epist. lib. 13. ep. 65. Qui operas in scriptura pro magistro dat. *ibidem* ep 9. C. Puppius, qui est in operis eius societatis. 3. I. V. 147. Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt 1. de Or. 126. Appollonius, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud sese perdere non patiebatur. de Cl. 306. Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam Quin. Scæuolæ P. F. Attic. lib. 15. ep. 18. Vtergo in huiusmodi re tribuas nobis paulùm operæ. 1. de Ora. 129. In artificio & opera quàm tenui & leui adhibere multam diligentiam. de Clar. 174. Gellius multam operam & vtilem amicis præbuit pro Cl. 157. Omnis mihi cura atque opera posita est in omnium periculis defendendis. Offi. 141. Maiorem curam & operam suscipere quàm causa postulet. Ep. lib 16. ep. 10. Tu musis nostris para, vt operas reddas. 2. de Diu. 142. Nunc propter intermissionem forensis operæ lucubrationes detraxi. 2. Offic. 52. Qui opera, id est, virtute & industria benefici sunt Ep. lib. 7. ep. 24. Dixitque iudicem sibi operam dare constituisse. Attic. lib. 13. ep. 47. Iudex operam dare mihi constituit eo die, &c. Atti. lib. 2. ep. 17. Ne & opera & oleum Philosophiæ nostræ pereat. Para. 5. & Ep. lib. 7. ep. 1. Is fatetur se & operam & oleum perdidisse. *prouerbium.* Att. lib. 12. ep. 49. Cùm Sestij auctione operam dedetis, nos reuises. & lib. 13 ep. 27. Faberio operam ponamus. de Cla. 307. Miloni Rhodio Romæ operam dedimus. 6. I. V. 64. Candelabrum è gemmis clarissimis opera mirabili perfectum. & 72. Simulacrum singulari opera artificioque perfectum. 2. de Or. 122. Quoniam vos tantum operæ mihi ad audiendum datis. & 152. Plus te operæ Græcis dedisse rebus video, quàm putaram. Atti. lib. 16. ep. 16. Da operam vt valeas. Att. lib 4. ep. 3. Dionysius mihi operam dat egregiam. Att. lib. 2. ep. 1. & 3. de Or. 84. & de Cl. 154. Dare operam alicui. Ep. lib. 8. ep. 1 Dare operam memoriæ alicuius. 1. Tusc. 7. In quam exercitationem ita nos studiosè operam dedimus, vt, &c. Ep. lib. 9. ep. 22. Dare operam liberis. 5. I. V. 124. Summa data est opera à me, vt quàm plurimo decumas venderem. 1. de Or. 265. Dare operam valetudini. Dare operam funeri. L. FVNVS. Qu. fr. lib. 3. ep. 4 Bene ponere operam. Atticè. lib. 12 ep. 20. Ponere multum operæ in aliqua re. & de Clar. 105. & Q. fr. li. 1. ep. 1. 24. & 1. de Fi. 1. Ponere multam operam in aliqua re. 2. de Diu. 7. Tribuenda est opera reip. vel potius in ea cogitatio, curaq; ponenda. 1. de Or. 234. Cõsumere operã in aliqua re. Itẽ. 1. de Or. 214. In ea (arte) tu plus operę laborisq; cõsumpseras. pro S. R. 43. Qui in agris colendis tantum operæ temporis, consumpserunt. 1. Tusc. 103. Consumere multam operam frustra. 2. de Inue. 7. Consumere operam in maximis Philosophiæ partibus. pro Font. 1. Consumere multum laboris & operæ in aliqua causa. Item pro Q. Rosc. 51. Prædiis colẽdis operæ plurimum studiique consumere. Brut. ep. 8. Tibi omnes nauare operam & studium volunt. 1. Offic. 19. Magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferre. pro Corn. 17. Officij potius quàm dicendi studio hanc operam & munus suscepi. 6. I. V. 69. Tibi hæc opera sumenda est. 2. ad Herenn. 24. Verum data sit opera vt scitetur. 1. de Orator. 91. Nam primùm Verum data sit opera vt scitetur. 1. de Orator. 91. Nam primùm data opera dicebat, &c. Att. lib. 8. ep. 22. Dedita opera quasi dedita opera dicebat, &c. Att. lib. 8. ep. 22. Dedita opera faqu

fiunt vtiliter ad hominum vitam, attibus ea tribuuntur operosis. 2. de Leg. 45. In delubris communibus textile, nec operosius quam mulieris opus menstruum. 2. de Leg. 65. Ne quis sepulcrum faceret operosius, quàm quod decem homines effecerint triduo.

☞ Syntaxis. *Opus spissum & operosum. Senectus operosa, & aliquid semper agens. Operosum & molestum.*

OPERTVS, a, um. *coopertus, tectus, inuolutus.* 2. I. A. 106. Is lectica operta latus est per vrbem. 2. de Diuina. 77. Is lectica operta facere iter solebat. de Sen. 34. Nullo imbre adduci potest, vt capite operto sit. Parad. 4. Clodius opertum Bonæ deæ accessit. & *Ibid.* Et tu quidem in operto fuisti. 6. I. V. 111. Contumeliæ, quibus operti oppressique sumus.

¶ *Oraculum.* 1. de D. 114. Quo ex genere Apollinis operta prolata sunt. & 2. de Diu. 113. Nec Apollinis opertis credendum existimo.

☞ Syntaxis. *Esse in operto. Apollinis operta prolata sunt. Operta Apollinis.*

OPES, pum. *potentia, diuitiæ, facultates, copiæ.* Atti. lib. 8. ep. 11. Moderatori Reip. beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. pro Qu. 2. P. Qu. cui tenues opes sunt, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sint. Att. lib. 9. epist. 19. Cæsar iam opes meas, non, vt antè, opem expectat. ad Br. ep. 16. Cæsar qui maximas opes habebat, paucorum virtute sublatus fuit. 2. Off. 40. Bargulus latro magnas opes habuit, & multo maiores Viriatus. & 3. Offic. 36. Hinc opum nimiarum potentiæ nõ ferendæ. 1. in A. 29. Opes violentas, & minimè ferendam potentiam concupiscere. de Pro. 41. Cùm me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire possem. 2. I. A. 24. Pompeius omnes opes suas & Reip. ad Cæsarem detulit. 2. contr. Rull. 49. Hæc lex tota ad Pompeij opes euertendas tanquam machina comparatur. pro Pomp. 45. Accepta in Ponto calamitate, ex eo prælio hostium opes animiq́ue creuerunt. 2. cont. Rull. 32. Potestatem hanc tantis confirmat opibus & copiis, vt inuitis eripi nullo modo possit, ornat apparitoribus, scribis, &c. 2. cont. Rull. 74. Totam Italiam suis opibus obsident, de Ami. 22. Diuitiæ opportunæ sunt vt vtare, opes vt colare, honores vt laudére. Antequam. 5. Et singulorum opes sæpe sunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam. & *Ibidem.* Vniuersorum auxilium eo plurimum prodest, quo firmioribus opibus est nixum. Epist. lib. 1, ep. 9. Neque pugnandum contra tantas opes. 3. Tusc. 25. Omnibus viribus atque opibus repugnare alicui. 1. de Fin. 52. Opes vel fortunæ, vel ingenij liberalitati magis conueniunt. & lib. 5. 81. Diuitiæ, honores, opes. de Cl. 279. Si honores quàm opes consequi maluisset. ad Oct. Prostratam Remp. tuis opibus extulisti. Epist. lib. 6. epist. 6. Coniunctione frangi Senatus opes, disiunctione ciuile bellum excitari videbam. de Senect. 82. Tibi propter opes & copias tolerabilis senectus videtur. pro Clu. 153. Vir magnis opibus præditus. pro Dom. 108. Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. 2. de Diuin. 5. Iuuentus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrænanda sit. pro Qu. 49. Alterius opes, id quod miserrimum, non expectare. 1. Off. 9. Id conducit ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam. & 86. Qui neque opes aut potentiam consectabitur, totamq́; Remp. sic tuebitur, vt omnibus consulat. 2. Offi. 51. & de Amic. 54. Si quando ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri videatur. pro R. P. 1. Qui suæ fortunæ fundatas & optimè constitutas opes potestati regiæ commiserit. 1. de Finib. 51. Quòd si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse & muniti videntur. pro C. Cornel. 1. Semper hoc per se summis opibus retinendum putauerunt. Oecon. 1. Partis opibus æquè fuit opus memoria & diligentia.

✠ ADIVNC. *Alienæ, præstantissimæ, pro Sest. Diuinæ, firmiores, tenues, & infirmæ, Antequam. Exiguæ, nimiæ, vtiles, 3. Att. firmissimæ, de Prou. Incredibiles, pro Mil. Inuidiosæ, 5. Phil. Magnæ, pro Planc. Nimis magnæ accusatorum, nouæ, pro Mur. Maiores, pro Cluen. Maximæ, 1. Fami. Mediocres, 7. Philip. Meretriciæ, pro Cœl. Paruæ, Diuin. Pristinæ, 13. Famil. Regiæ, pro Arc. Summæ, tenues, pro Quint. Tantæ, 16. Famil. Violentæ, 1. Phili. Vrbanæ, 4. Catil.*

☞ Syntaxis. *Tenues opes, firmæ, infirmæ. Opes euertere. Opes & copiæ. Pro suis opibus defendere aliquem. Facultates rerum, & copiæ, opes, & potentia. Fundatæ & bene constitutæ opes.*

OPEANMATA. L. DETRIMENTVM, & EMOLVMENTVM.

OPHIVCHVS, chi. *anguitenens Latinè.* L. ANGVITENENS.

OPIFEX, cis. *artifex.* 1 de N. 18. Opifex ædificatorq; mũdi Deus. & 2. de Nat. 150. & 2. de Fi. 115. Omnia nos consecutos esse adhibitis opificum manibus. pro Fla. 18. Opifices, & tabernarios, atq; illam omnem fecem ciuitatum, quid est negocij concitare? 1. Tusc. 34. Opifices post mortem nobilitari volunt. 5. Tuscula. 34. Zeno verbotum opifex. Ora. 5. Sed ne opifices quidem se attibus suis remouerunt. 3. de Fin. 4. Nec artifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis vterentur nobis incognitis, vsitatis sibi. 4. I. C. 17. Omne opificum instrumentum, omnis opera ac quæstus frequentia sustinetur, alitur ocio. * Acad. Non vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. ‖ 4. Acad. 144. Nisi vt opifices concitentur.

☞ Syntaxis. *Opifex ædificatorq; mundi Deus. Opificum manus. Opifices & tabernarij. Verborum opifex.*

OPIFICINA. *officina.* de Offic. lib. 1. 150. Nec enim quicquam ingenuum habere potest opificina. *aliter officina.*

OPIMIVS. Orat. 157. I. V. act. 3. 155. In Pis. 95. pro Sest. 140.

OPIMVS, ati, *pinguis, amplus, magnificus.* (*gracilis, tenuis, strigosus, subtilis.* 5. Tusc. 100. Opimus bos. & 1. Tusc. 24. Tum iecore opimo facta & satiata attatim. 1. de D. 119. In extis bouis opimi cor non fuit. de Clar. 64. Qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectentur. Orat. 25. Opimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. pro S. R. 8. Opima & præclara præda. 3. I. V. 93. Contentus tam opimis spoliis non fuisti. 3. I. V. 132. Opimus præda. pro Dom. 23. Syria opima & fertilis. pro Flac. 81. Decianus ad Lælium detulit hanc opimam accusationem. pro Pom. 14. Asia opima est & fertilis.

☞ Syntaxis. *Oratio opima, & adipalis. Præda opima, spolia. Opimus præda. Terra opima & fertilis. Accusatio opima.*

OPINABILIS, le. *quod in opinione positum est.* 1. de Di. 24. Artes, quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles. & *ibid.* 25. Omnisq́ue opinabilis diuinatio: coniectura enim nititur. de Vn. 3. & 1. Acad. 31. & 3. Tusc. 74. Quod totum opinabile est.

OPINANDVM. 3. Tusc. 55. Nihil euenisse quod non opinandum fuisset.

OPINATIO, onis. *opinio.* de Vniu. 3. Sensus mouentia quæ sunt, eadem in opinatione consistunt. 4. Acad. 78. Opinatione & perceptione sublata. 4. Tusc. 26. Hæc autem opinatio est, iudicare se scire quod nesciat.

✠ *ADIVNC. Vehemens, & penè insita, 4. Tusc.*

OPINATO. *præposita, nec præter opinionem, præter spem, improuisò.* 2. I. A. 77. Nec opinatò cum ostendisses, &c.

OPINATOR, oris. *qui probabilia tantum sequitur, nihil affirmans,* 4. Acad. 66. Ego verò ipse magnus quidam sum opinator: non enim sum sapiens.

✠ *ADIVNC. Magnus, 4. Acad.*

OPINATVRVS, a, um. 4. Aca. 59. Carneades delabebatur interdum, vt diceret, opinaturum, id est, peccaturum esse sapientem.

OPINATVS, a, um. 2. Offic. 36. Separatim autem in singulis admirantur, si perspiciunt nec opinata quædam bona. 4. Tuscu. 11. Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis.

☞ Syntaxis. *Ars opinabilis, diuinatio. In opinatione consistere. Opinatio est, iudicare se scire quod nesciat. Opinator, non sapiens. Ex opinato bono nascitur amor & desiderium.*

OPINIO, onis. *sententia, sensus, existimatio, coniectura.* Tusc. li. 4. 15. Opinionem autem (quam in omnes definitiones superiores inclusimus) volunt esse imbecillem assensionem. 6. I. V. 106. Vetus est hæc opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis. 2. de N. 63. Vetus hæc opinio oppleuit Græciam, exectum esse Cœlum à filio Saturno. 1. de D. 1. Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus, &c. 2. de Orat. 1. Magna nobis pueris opinio fuit, L. Crassum, &c. At. lib. 9. ep. 7. In his locis opinio est, coniectura magis quam nuncio aut literis, Cæsarem Formiis citò fore. 2. de Nat. 5. Opinionem commenta delet dies. & Attic. lib. 6. ep. 1. Nos publicam propè opinionem secuti sumus. pro Do. 11. Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia, atque ante oculos proposito periculo. pro Cl. 4. Euellã ex animis hominũ tantã opinionẽ? tã penitus insitã? tam vetustã? & *ibid.* Tũ si quam opinionẽ mentib. vestris cõprehendistis, si eam ratio conuellet, ne repugnetis, eamq́; animis libentibus remittatis. 1. de N. 61. Deos esse, persuaderi mihi non opinione solùm, sed etiam ad veritatem planè velim. 3. de N. 11. Opinio de diis immortalibus & omnium est, & quotidie crescit. de Cl. 114. Philosophorum de se ipsorum opinio firma in hoc vno & stabilis inuẽta est. Or. 97. Inserere nouas opiniones, & euellere insitas. pro Cec. 13. Et in eam opinionẽ Cæsenniam adducebat, vt putaret, &c. Ep. li. 1. ep. 4. In eam opinionem rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur. 2. de Di. 70. Romulus qui auspicatò vrbem condidit, habuit opinionem, esse in prouidendis rebus augurandi scientiam. & *Ibidem* Retinetur autem ad opinionem vulgi, Reip. mos, religio, &c. 1. Ac. 40. Opinio quę esset imbecilla, & cum falso incognitoq́ue communis. 2. Off. 39. Omnibus opinio iustitiæ necessaria est quam qui non habent, iniusti habẽtur. de Amic. 30. Ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. 5. I. V. 59. Esto, falsam de illis habuit opinionem, malam de nobis.

Attic.

Attic.lib.11.ep.16.Valde de aduentu Cæsaris opinio est.& lib.7. ep.2.Opinio, quam is vir habet integritatis meæ. 2. I. V.42.Hic de vobis malam opinionem animo imbibit.pro Cl.70.Perinde vt opinio est de cuiusque moribus. & 142. Antea eram in illa opinione populari.1.de Inu.46. Probabile est, quod in opinione positum est.Ep.lib.1.ep.7.Magna est hominum opinio de te.Ati.4.ep.16.Vt opinionem habeas rerũ.ad Oct.Opinio de te multum me fefellit.Epist.lib.1.ep. 6. Non fallam opinionem tuam. 3.cont.Rul.2.Paruam exigui temporis vsuram,bonæ de me opinionis postulo.pro Cl.142. Si quam hinc grauiorem de illo opinionem attulistis, hanc quæso deponite. Antequam. 23. Vt ea maneat opinio & existimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata est.Ep.li.8.ep.10. In eam opinionem Cassius venerat: *id est,ita de eo opinari cœperunt.* Ep.lib.1.ep.9.Accipere falsam opinionem de aliquo.1. de Or.92. Cùm hæc audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis falsa, aut certè obscura opinio.& 108.Res ab opinionis arbitrio seiunctæ,scientiáque comprehensæ.1.de Or.125. Aut æterna in eo,aut certè diuturna valet opinio tarditatis. 2. Offi.46. Hi opinionem afferunt populo,eorum fore se similes,quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. 2.de Orat. 156. Opinionem istorum studiorum & suspicionem artificij apud iudices oratori aduersariam esse. de Ar. 52. Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat.de Cl. 234. Cn. autem Lentulus multò maiorem opinionem dicendi actione faciebat,quàm quanta in eo facultas erat. Part. 123. Penetrare ad sensum opinionémque iudicis.de Clar.190. Qui vulgi opinione diserti sunt habiti, iidem intelligentium quoque iudicio probantur.3.de Nat.72. Contra communem opinionẽ ratione pugnare. 1.de Ora.94.Ex communi quadam hominum opinione dicere. & 146. Nihil enim affirmare possum, nisi sententiam & opinionem meam. 1. de Nat.13. Opiniones philosophorum, & lib.2.Sententiæ philosophorum.4. in Ver. 182.Sanè ei præter opinionem improuisò incidi.Epist. lib.5.ep.12. Tamẽ vicit opinionem meam. pro Mur. 65. Quantum ego opinione auguror. & *ibid.* Non re ductus, sed opinione. Ep. lib.14.ep.23. Et ipse opinione celerius venturus dicitur.Ep.li..12 ep.15.Quã ob rem opinione celerius confidò eum pœnas daturum. de Cla. 1. Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem.1. de Orat. 164.Formam totius negocij opinione maiorem meliorémque video.Ep.lib.10.ep.31. Id opinione tua mihi gratius est.2.de Or. 101. Sed etiam illa maior opinione mea. *id est,sententia mea.* pro Sest. 22. Aliquis falsa opinione, errore hominum commendatus.2. de Orat. 210. Excellens opinione fortuna. & pro Font.29. Vt opinio mea fert.pro Dom.32. Plura dixi, quàm vt opinio tulerit, aut voluntas mea. Epist.lib.9.ep.11.Vt opinio mea est. Att. lib.5.ep.16. Itaque opiniones omnium superaui. 1.de Orat. 172. Quoniam sententiæ & opiniones meæ voluistis esse participes, nihil occultabo.Att.lib.8.ep.15. In eádem opinione fui, qua reliqui omnes. 3. de Or. 16. Si quis ductus opinione vulgi, putet, &c.Attic.lib.13.ep.9.De Cæsaris aduentu eam opinionem Dolabella habet, quàm tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. pro Pomp. 23. Erat etiam alia grauis atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbarorum peruaserat. * Frag. ep. Erat opinio bona de Planco. *ibid.* Vincam opinionem tuã. Hort. Humanarum opinionum alta quædam despectio.de Consolat. Te in eorum cœtu locatam, ad opionum omnium mortalium consecrabo. *Sapientiam alloquitur.*

✠ ADIVNC. *Aduersaria,honestæ,magna,2.de Or. Aeterna,ac diuturna,cõmunis quædam, firmiores, maior, & melior,obscura,vulgaris,1.de Or.Bona,2.& 3.cont. Rull.Breues,gloriosæ,laudabiles,2. Att.Censoria,grauis de aliquo,penitus insita,& vetusta,popularis, tacita hominum,pro Clu.Certa,8.Fam. Communis,minor, 1.Offi.Consiliatrix amicitiæ, virtutis, de Amic.Depraua ta,ementita,recens,3 Tusc. Dubia, 4.Ver.Effrenata, ac leuis,2.Tusc.Errans,2.ad Qu.fr.Falsa,1.de Fin.Falsa hominum de aliquo,3.in Ver.falsæ,grauis,praua, vehemens,4.Tusc.Falsa aut certa,obscura,3.de Orat.Firma, Part.Firma & stabilis,maior,varia,de Clar.Grauis,at que vehemẽs,pro Pomp.Grauior,7.in Ver. Honesta,pro Dom. Humanæ,3. Attic.Imbecilla, & cum falso incognitóque communis,4. Acad. Non improba,studij fortasse stulti,pro Mur.Incommoda,7.Att. Incorrupta,11. Fam.Iucũda,1.ad Qu.fr.Longior,pro Sest.Magna de aliquo,variæ,1.Fam.Mala,periculosa,reip.Perniciosa,5. in Ver.Necessaria,2.Offic.Nouæ,insitæ,Orat.Periculosa temeritatis,5.Phi.Publica,6.Att.Stabilis.)(.ficta,vanæ,2.de Nat.Tacita,pro Corn.Variæ, & inter se dissentientes,1.de Nat.Vera.)(.falsa,vitiosa,3. de Nat.Veræ, 5.Att.Vera,firmæque,ac Vniuer.Vetus,1.de Diu.Vtiles,8.Attic.*

☞ Syntaxis. *Opinio est apud nos.Opinio implet vrbem. Opinionum cõmenta. Inserere, & euellere opiniones. In opinionem adducere. Opinionem habere. Valde opinio est de bello,& belli. Opinionem imbibere. In opinione esse. Afferre,deponere opinionẽ. Opinio & existimatio.Venire in opinionem negligẽtiæ. Accipere de aliquo opinionem. Facere opinionem, id est, ad ipsos autoritatem. Dicere ex opinione. In opinionem gratiæ irrepere. Præter opinionem, improuiso. Opinione celerius veniẽs. Opinionem superare.*

OPINIOSISSIMVS.*magnus opinator.*4. Academ.143. Antipater & Archidamus vel duo principes Dialecticorum opiniosissimi homines.

OPINOR, aris. *opinio mea est,opinio mea fert,opinionem habeo, puto, in aliqua opinione sum.*pro Dom.105.Multa in vita falsò homines opinantur.2.de Diuin. 15. Gubernatores nihil sine certa ratione opinantur.I.P.45.De vobis Senatus opinatur non secus ac de deterrimis hostibus. Epist.lib.7.ep.17. Quod opinatus sum me in prouinciam exiturum.pro Mur.63.Sapientem sæpe aliquid opinari,quod nesciat.de Clar.131.T.Albutius penè Græcus (loquor vt opinor)sed licet ex orationibus iudicare.2.de Fin.31.A primo, vt opinor,animantium ortu,&c. Att. lib.1.ep. 15.Primus,vt opinor,introitus.Ep.lib.7.ep.24.Capius(opinor) olim, nõ omnibus dormio:sic ego,&c.

✠ ADVER. *Falsò multa,pro Dom.Temere,4.Aca. Secus ac,in Piso.*

OPIPARE. *lautè,apparatè,splendidè.*Att.lib.13.ep.50. Cæsar & edit & bibit ἀπῶς & iucundè:opiparè; sanè & apparatè.& lib.5.ep.9. Cùm opiparè epulati essemus hilarem in modum. Att.lib.7.ep. 2.Alexion me opiparè muneratus est.

OPIS. L. OPS,& VPIS.

OPIS,opi,opem,ope. *auxilium.* Att. lib.9. ep.19. Cæsar iam opes meas,non vt antea opem expectat.Antequam. 25. In meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam. 2.de Fin. 118. Ferre opem & salutem indigentibus.Ep.lib.5.ep.4.Si mihi tua clementia opem tuleris. 5.Tusc. 5. Ad te confugimus, à te opem petimus.4.I.V.11. Opem auxiliúmque alicui ferre.pro Rab.3. Ferre opem patriæ.Porrigere atque tendere opem alicui. L.PORRIGO. pro Fon.23. Confugere ad opem alicuius. 3.de Nat.74.Ope consilióque tuo furtum factum est. Attic.lib.15.ep.15 Omni ope & opera enitar, vt, &c. Epist.lib.4. ep.1. Aliquid opis occidenti reipub.tulissemus.& lib.12.ep.10.Ferre aliquid opis reipub. 7.in Ver.167.Cõstitue nihil esse opis in hac voce. I.P.19.Ego ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi aut opis, aut ornamenti expectabam? pro Quin.32.In altera spes esset ad talem tamen virum iudicem veniendi,vnde eo plus opis auferret, quàm quo minus attulisset gratiæ.Att.lib.14.ep.20. Petere opem ab aliquo. & lib. 16.ep.13.Hæc nec institui, nec effici possunt,sine tua ope.1.Offi. 49. Vt quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimùm opitulari.de Sen.4. Quibus nihil opis est in ipsis ad bene viuendum, iis grauis est omnis ætas. pro Mil. 30. Homines omnem semper vim quacunque ope possunt,à vita sua propulsant. * pro C. Cor.Vt ab Ioue Opt.Max. opẽ & auxilium petamus. 1. de Glor. Oppidorum appellationem vsurpatione appellatam esse existimo,quod opem darent.

✠ ADIVNC.*Barbarica,3.Tusc.Diuina,Anteq.*

☞ Syntaxis. *Ferre opem.Opis & salutis.Opem & auxilium ferre. Quacunque ope potero,faciam.*

OPITVLOR,aris. *opem fero,subuenio.*Epist.lib.12.ep.30.Nihil sanè possum tibi opitulari. & lib. 4.ep.1.Opitulari reipub.& ep.13. Opitulari fontibus.pro S.R.27.Mulier hospiti oppresso iam desperatóque ab omnibus opitulata est.1.Offi.49. Vt quisque maximè opis indigeat,ita potissimùm opitulari.2.de In.7.Qui permultum ad dicendum opitulati sunt.1. Offic. 154. Subuenire & opitulari patriæ.

✠ ADVERB.*Permultum ad dicendum,1.de Inu.*

OPORTET,bat.*cõuenit,attinet,decet,necesse est.*1.de Or.20. Ex rerũ cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. 2. de Diu. 91. Docet enim ratio Mathematicorum,quam istis notã esse oportebat,quanta humilitate,&c.Or.74.Oportere,perfectionem declarat officij,quo semper vtendum est,& omnibus.pro Cor.7.Si aliquid non contrà ac liceret factum,diceretur,sed contrà atque oporteret.pro Cor.8.Oportere est consentaneũ esse officio,licere legibus & iuri,decere temporibus & personis. pro Plan.8.Si à populo præteritus est,quem non oportuit.pro Pom.70. Periculà facilè vt hominem præstare oportet, innocentia tecti pellemus.1.Offi.1.Quanquam te abuadare oportet præceptis philosophiæ,&c.pro Mil.15 Quid in iudicãdo spectare oporteret.Att. lib.13.ep.25.Hoc fieri & oportet,& opus est.Att.lib.4. ep. 6. Si loquor de rep. quod oportet,insanus:ἃ quod opus est, seruus existimor.1.I.C.9.Quos ferro trucidari oportebat.3.de Or. 19.Cùm

sibi de iis,quæ dici ab oratore oporteret,sumeret.5.I.V.174.Pecuniia,quam oportuit ciuitatibus pro frumento dari.4. Aca.10. Totam enim rē Lucullo integram seruari oportuit. Or. 215. Sed id crebrius fieri non oportet.2.de Or.177. Proponi oportet, quid asseras, & id quare ita sit, ostendere.1. I.C.5. Verùm hoc,quod iampridem factum oportuit.1.Inu.68.Oportet putare,&c.& cōuenit arbitrari,&c.pro Cec.35. Non oportet, &c. nihil est,quod, &c.quid ego,&c. Att.lib.6. ep.2.Ne quid fiat secus,quàm volumus quamque oportet.2.I. A. 112. Beneuolentia ciuium septum esse oportet,non armis.

✠ ADVERB.*Contrà,de Amic.Iampridem duci,1.in Cat. Omnino non exire,pro Mur.*

OPPERIOR,ris.*expecto.* Att.lib.10.ep.5. Ego in arcano opperior, dum ista cognosco. Epist.li.6.ep.20. Nihil puto tibi esse vtilius, quàm ibidē opperiri.Att. li. 4 ep..2.Scribas ad me velim,si quid erit quod opperiare. Att.li.4.ep.17. Sed quid plura? coràm opperior reliqua. Att.lib.2.ep.10.Ibidem opperiar.

OPPETENDVS,da,dum. 12. I.A.30. Mors necessitatē habeat naturæ,aut si ante opperenda est,oppetatur cum gloria. ‖ Epist.lib. 4. ep. 7. Si oppetenda mors esset domi atque in patria mallem quàm in externis atque alienis locis.

OPPETITVS,a,ū.& i.Tusc.116.Clarę mortes pro patria oppetitæ.

OPPETO,tis. *obeo,occumbo*,14.I.A.39. Cum milites pro salute pop. Rom.mortem oppetierint.pro Sest.45. Mortem pugnans oppetisses. 1. Offic.113. At Aiax quo animo traditur millies oppetere mortem,quàm illa perpeti ab alio maluisset.

✠ ADVER.*Millies,1.Offic.*

OPPIDANVS,a,um.pro Planc.30. Iure quodam in scenico vetere,maximēque oppidano.2.de Or.249.Senex quidā oppidan⁹. de Cla.242. Oppidanū quoddam & inconditum genus dicendi.

OPPIDO,*sanè*.1.de Or.259.Tutor minus vetus,oppidò ridiculus. 3.de Fin.33.Eorum definitiones paulùm oppidò inter se differūt. Epist.lib.13.ep.4. Præterquam oppidò pauci.

OPPIDVLVM,li.*oppidum.* Att.li.10.ep.6.Meliteæ,aut alio in loco, siue in oppidulo me futurum puto. & Qu. fr.lib.2.ep.11.Neque solùm illud extorsi oppidulum,quod erat positum in Euphrate & Zeugmate,sed,&c.

OPPIDVM,di.*vrbs.*6 I.V.72.Segesta est oppidum peruetus in Sicilia.1.de Di.73.Tum ante oppidum Nolam florentissima Samnitum castra cepit.& 53. Phęræ,quæ erat vrbs Thessaliæ,in quo oppido,&c.Ep.li.15.ep.4.Magnas copias ad oppidum Antiochiā accessisse. Att.lib.5.ep.18.In oppido Antiochiæ.Ep.li.4.ep.5. Oppida florentissima,nunc prostrata & diruta.Att.li.8.ep.13.In oppidis præsidia nulla sunt.* 1.de Glor.oppidorum appellationem vsurpatione appellatam esse existimo,quod opem daret. Incer. Erythræo oppido superpositum montem Mimanta.

✠ ADIVNC.*Antiquum,certum,clarū,& ornatū,complura,non maximū,miserrimū,disertissimúmque,tenue, 4.in Ver.Celeberrimū,pro Corn.Balbo. Deuium,in Piso.Finitima,7.Ver.Florētissima,4.Fam.lautissimum,13. Phil.Locuples,honestum,copiosum,peruetus,6.in Ver. Munitissimū,2.Fam.Munitissimum, & copiosissimum, 12.Fam.Sanum,vetus & nobile,plenissimum signorum optimorum,3.in Ver.Vacuum à bello,8.Fam.*

☞ Syntaxis. *Vrbs erat in quo oppido,Oppidā Antiochia & Antiochiæ.*

OPPIGNERO,as. *pignori do.* pro Sest.110. Libelli etiam pro vino sæpe oppignerabantur.

OPPILATVS,ta.*obstructus,clausus.*2.I.A. 21. Nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset, hisque oppilatis impetum tuum compressisset.

OPPLEO,es *impleo.*2.de N.63.Vetus hæc opinio oppleuit Græciā exectum esse Cœlum à filio Saturno. 2. Tusc.38.Nāque Aesculapij liberorum fauci opplēt porticus.Postq.in Sen.9.Mors praua oppleta tenebris ac sordibus. 2. de N.136.Nilus Aegyptū tota æstate obrutam oppletmque tenet.

OPPLORO,as. *ploro.* 4.ad Her. 66. Quin vos auribus meis opplorare definitis.

OPPONO,is. *obiicio,contrà statuo.*2.de Nat.129. Aues pennis pullos fouent,ne frigore lædantur: & si calor est à sole, se opponunt,3. Offi.61.Ne qui contra se liceatur,emptor opponet.2 I. A.8.Sed quid opponestandem? si negem, &c. quo me teste conuinces? pro Sest.20. Habeo,quem opponam illi.2.de Fi.97.Opponere se hostibus.2.de Fi.42.Protulit non tam vt probaret,quàm vt Stoicis,quibus cum bellum gerebat, opponeret. Qu.fr.li.2.ep.9. Oppositi semel ἀντιπάτρῳ causam Ciceronis nostri valetudinē.pro Cor.26.Opponere se periculis,&c.de Ar. 60. Cinē qui se pro patriæ salute opponat inuidiæ,frustra posthac requiretis. pro Qu. 47. Minas iactare,formidines opponere.pro Cec.21. Ad omnes introitus armatos homines opposuit.Att.lib.7.ep.22.Pompeium persequi Cæsar dicitur,vt interficiat (ō me miserum) & nō omnes nostra corpora opponimus.2.I.C.24.Et primùm gladiatori illi imperatores nostros opponite.de Cl. 31.Iis opposuit sese Socrates,qui,&c. Att.lib.1.ep.1.Et illud suum regnum iudiciale opposuit.1.cont.Rull.18. Illam vrbem huic vrbi volunt opponere. I. P.81.Cuius ego imperio non Alpium vallum iammanissimis barbarorum gentibus obiicio & oppono.Or.166.&220.Par pari referre,contrarium contrario opponere,verbum verbo comparare.4. Ac.64. Autoritas tāta planè me mouebat.nisi tu opposuisses non minorem tuam.7.I.V.75. Opponebant illi interdum nomen Africani.pro Corn.2. Principio orationis hoc oppono,me, &c.5.I.V.131.Cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas nō suam vim,sed tuum scelus ac nomen opponerent.in L.Pison. Caput opponis,cum eo coniscans.

OPPONOR,ris.de Opt.18.Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponūtur.vnum,&c.alterum,&c.3.de Fin. 40. Omni virtuti vitium contrario nomine opponitur.pro Mur. 87. Obiici insidiis coniuratorum,& ad omne periculum atque ad omnem inuidiam opponi.Brut.ep.15. His quod opponi posset, præsidium non habebamus.2.de Or.339.His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur.Or.164. Siue paribus paria redduntur,siue contrariis opponuntur contraria. Top. 96. Cùm opponitur scripto scriptoris voluntas.Orat.138.Vt antè occupet quod putat opponi.

✠ ADVERB.*Falsò,formidolosè authores ad perniciem, pro P.Sest.*

OPPORTVNE,nius. *ἐυκαίρως, non incommodè, loco,in loco,tempore, in tempore.*) (*ἀκαίρως iniquo loco,alieno tempore.* Att.li.9.ep.11.Trebatius opportunè ad me ante aduētum Cæsaris venerat. pro Cl. 165.Opportunè ades.Epi.lib.1.ep.9.Teipsum,inquit,cupio, nihil opportunius potuit accedere.1.de N.15. Ecopportunè, inquit,venis.4.de Fi 61. Si id opportunè facere possit. Att. lib.14.ep.21. Tu verò cū Crasso,vt cætera,quàm cōmodè,opportunè autē,quod idipsum apud me mones, quatriduo antè ad eum scripseram.

OPPORTVNITAS,tis. *ἐυκαιρία, occasio,tempus actionis opportunum,vtilitas.*3 de Fin.45.Quemadmodum opportunitas(sic enim appellemus ἐυκαιρίαν) non fit maior productione temporis: habent enim suum modum quæcunque opportuna dicuntur.1.de Inu.38.Locus consideratur,in quo res gesta sit ex opportunitate, quam videatur habuisse ad negocium administrandum. & 40. Occasio est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi,aut nō faciendi opportunitatem.1. Off.142.Locum autē actionis opportunitatē temporis esse dicunt. & *ibid.* Opportunitas idoneorum ad agendum temporū.& Ep.li.3.ep.12.pro Mar. 6.Et certè in armis locorum valet opportunitas. 1. de Diu. 93. Ac mihi quidē videntur ex locis ipsis,&c.diuinationū opportunitates esse ductæ.1. Off. 35. Sed credo illos secutos opportunitatem loci,maximè ne,&c.3.I.A.24. Diuina verò opportunitas,vt in sortitione prouinciarū,quæ cuique apta esset,ea cuique obueniret. Att.lib.8.ep.13.Tenendā hanc horam puto,quæ dignitatē & opportunitatē habet.de Am.21. Amicitia plurimas opportunitates habet.pro Pom.50.Cùm ad cæteras summas vtilitates hæc quoque opportunitas adiungatur.vt.&c.Att.lib.16.ep.8.O Brute vbi es,quantā ἐυκαιρίαν amittis. 1. Offi.142.Deinceps de ordine rerū, & temporum opportunitate dicendum est. 3. Offic. 38. Itaque hac opportunitate annuli vsus,reginæ stuprum intulit.

¶ *Vsus.* 2.de N.132.Enumerari non possunt fluminū opportunitates.1.de Leg.27.Omitto opportunitates habilitatésque reliqui corporis.2. de Nat. 58. Natura prouida vtilitatum opportunitatúmque omnium L.DESPERATIO.1.de N.93.Cōsidera,quæ sit vtilitas,quæque opportunitas in homine membrorum.

✠ ADIVNC.*Diuina,& alicui apta,3.Phil. Idonea,melior,1.de Inu. Magnæ,2.de N. Maior,3.de Fin.Maritima,8.Att.Maximæ,pro Sest.Tantæ,de Amic.*

OPPORTVNVS,a,um.nior. *commodus.*) (*importunus.* 1. Offi.142. Tempus actionis opportunum, Græcè ἐυκαιρία Latinè appellatur occasio.1.de In. 29. Opportunus locus,tempus idoneum.pro S.R.68.Locus opportunus captus ad eam rem. Ep.lib.7.ep.7. Aetas opportunissima.& lib.10. ep.16. Nihil post hominū memoriam opportunius accidere vidi.& lib.8.ep.6.Hæc res mihi accidit opportuna.2.cont.Rul.89.Capua non modò non obfuit, sed opportunissima se nobis præbuit.pro Cec. 14. Magis opportuna opera nonnunquam quàm aliquando fideli.2.de Orat.234. Requiescam in Cæsaris sermone quasi in aliquo peropportuno diuersorio.de Cl.333.Si operosa est concursatio magis opportuna. 4. I. A.6. Milites Albæ constiterunt in vrbe opportuna. de Am.22.Cæterę res quæ expetuntur,opportunæ sunt singulæ rebus ferè singulis,diuitiæ vt vtare,opes vt colere,&c.

✠ ADVERB. *Magis,pro Cæc.Maximè,de Clar.*

☞ Syntaxis. *Opportunus locus,tempus,vrbs.*

OPPOSITIO,onis.1.de Inuent. 42. Disparatum est, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur: vt sapere, non sapere.

OPPOSITVS,tus. pro Mar. 33. Non modò excubias & custodias,

dias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.

OPPOSITVS, a, um. *diuersus, aduersus, contrarius, ereg ionè factus.* 2. Tusc. 16. Ne dolorem summum malũ diceres, oppositoque dedecore sententia depellerêre. 2. Offi. 14. Moles oppositæ fluctibus. pro Dom. 63. Hanc ego vim meo corpore opposito à bonorum ceruicibus depuli. Or. 49. Aut aliquid affert quod oppositũ probabilius sit, quàm illud quod obstabit. 2. de Diu. 17. Luna subiecta soli, atque opposita nostris oculis. pro Fon. 3. Propugnaculũ hostibus oppositum & obiectum. 3. de Leg. 16. Lacedæmone Ephori regibus à Theopompo sunt oppositi.

OPPRESSIO, onis. *obsessio, oppugnatio, occupatio.* pro Dom. 5. Occupatio fori, oppressio curiæ. 3. Off. 83. Oppressio legũ libertatis.

✠ *ADIVNC. Tetra, & detestabilis.) (. gloriosa, 3. Offic.*

OPPRESSOR, oris. Bru. ep. 16. Vindex & oppressor coniurationis.

OPPRESSVS, a, um. *obsessus, oppugnatus.* Postq. in Sen. 17. Senatus oppressus & afflictus. & pro Dom. 26. Oppressa captaque rep. 6. I. V. 111. Contumeliæ quibus operti oppressique erant. & 3. Ver. 20. Obrutus & oppressus est. 2. de Diuin. 51. Quomodo potuit terra oppressus viuere? pro Mur. 31. Quem L. Muræna repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. 2. Off. 24. Qui vi oppressos imperio coërcent. & *ibid.* Armis oppressa ciuitas.

✠ *ADVERB. Funditus, & extinctus, de Arusp. Iampridem tenebris, pro S. R. Indignissimè, Anteq. ir. Planc. 7. Attic.*

OPPRIMO, is. *seruitute oppressum teneo, subigo, abscondo.* pro S. R. 36. & pro Mil. 41. Extinguere & opprimere potentiam alicuius. Att. lib. 15. ep. 1. Cùm hominem temperantem tantus improuisò morbus oppresserit. pro Qu. 7. Innocentes iniquo iudicio opprimere. Ep. lib. 15. ep. 16. Cùm hæc tertia iam epistola antè te oppresserit, quàm tu schedulam aut literam. pro Font. 26. Conficere atque opprimere hostes. Epist. lib. 10. ep. 20. Qui oppressit Antonium, is bellum confecerit. & *ibid.* lib. 4. ep. 3. Opprimere rempub. armis.

✠ *ADVERB. Improuisò, 15. Att. & 2. Offi.*

OPPRIMOR, ris. *obruor.* pro S. R. 10. Opprimi me onere officij malo, quàm, &c. & Epist. lib. 4. ep. 6. Opprimi dolore. Brut. ep. 2.

✠ Opprimemini (mihi crede Brute) nisi prouideritis. ‖ 3. de Leg. 34. 2. de Orat. 222.

✠ *ADVERB. Studiosius, pro S. R.*

☞ Syntaxis. *Oppidi, castelli, curiæ oppressio. Contumeliis opertus & oppressus. Obrutus & oppressus. Terra oppressum corpus. Armis, vi opprimere. Extinctus & oppressus. Morbo oppressus, iudicio, epistolis multus. Conficere & opprimere hostes.*

OPPROBRIVM, brij. *dedecus, ignominia.* in Sal. 15. Cùm omnibus matribus familiarum opprobrio esset.

OPPVGNATIO, onis. 1. de Or. 210. Oppidorum oppugnationes. Quint. frat. lib. 2. ep. 7. Sine oppugnatione nostra. in Vat. 4. pro Cæl. 20. Cùm hoc genus oppugnationis inferetur, propulsare debebitis.

✠ *ADIVNC. Aperta inimicorum. pro Clu.*

OPPVGNATOR, oris *qui contrà pugnat, qui fert arma contrà.*) (. *defensor. propugnator.* Antequam. 10. & pro Planc. 76. Qui oppugnator salutis meæ fuisset. 12. I. A. 8. Antonius oppugnator patriæ.

OPPVGNATVS, a, um. pro Pomp. 20. Vrbem Cizycenorum obsessam esse ab ipso rege, & oppugnatam vehementissimè.

✠ *ADVERB. Acerbè, crudeliter, 5. Fam. Vehementissimè, pro Pomp.*

OPPVGNO, as. *impugno, contrà arma fero, oppugnationem infero, prodo.* 6. I. A. 3. Cùm Antonius Brutum oppugnet, Mutinam circunsedeat. Antequam. 11. Oppugnare nocentes. 1. de Inu. 1. Oppugnare patriam. pro Quint. 4. Oppugnare caput alterius. Orat. 223. Oppugnare aliquem clandestinis consilijs. Epist. lib. 1. ep. 1. Oppugnare aliquem pecunia. 4. I. V. 96. Pater rogat eos atque orat ne oppugnent filium suum. 2. de Or. 161. Carneades nullam vnquam rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam non euerterit. Ep. lib. 5. ep. 1. Nec Metellum fratrem ob dictum capite & fortunis per te oppugnatum iri existimaram. & ep. 2. Quare ego non oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui. de Ar. 6. Obsidere, oppugnare, & labefactare aliquam vrbem.

✠ *ADVER. Acerrimè, apertè, 1. Fam. Nefariè, 3. in Ver. Seuerè, pro Flac. Vehementius, 1. ad Qu. fr.*

OPPVGNORIS. pro S. R. 120. Quod à vobis oppugnari video, ne in quæstionem detur, suspicio fum est. Quint. frat. lib. 2. ep. 4. Vatinium, à quo palàm oppugnabamur, arbitratu nostro concidimus. 1. cont. Rull. 1. Quæ res apertè petebatur, ea nunc cuniculis oppugnatur.

✠ *ADVER. Crudelissimè, pro Cluent. Occultè cuniculis, 1. cont. Rull. Palàm, valde, 2. ad Qu. frat.*

☞ Syntaxis. *Oppugnare Pompeium, caput alicuius, aliquem consilijs pecunia. Obsidere, oppugnare, labefactare. Oppugnantem concidere. Oppugnare cuniculis.*

OPPVNTIVS, tij. 4. I. V. 109. Philodamus Oppuntius.

OPS, Opis. 1. I. A. 17. Pecunia vtinam ad ædem Opis maneret. & 2. in Ant. 93. de Vn. 35. Ops Saturni soror, Oceani & Salaciæ filia. Att. lib. 6. ep. 1. Statua, quæ ad Opis per te posita in excelso est. & lib. 15. ep. 15. ad Opis *scilicet ædem.*

OPTABILIS, le. *optatus, optandus, expetendus, potior.* 1. de Or. 221. Quæ vulgò expetenda & optabilia videntur. Ep. li. 3. ep. 12. Quæ etsi nobis optabiles in experiundo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. 7. I. A. 7. Mihi pax semper fuit optabilis. pro Sest. 98. Hoc est maximè optabile omnibus 1. Offi. 45 Quæ vt concurrant omnia, optabile est. I. P. 33. Vtrum tandem bono viro optabilius putas, sic exire, &c. an, &c. ad Brut. ep. prid. in. 7. Exitus optabilis. ‖ de Vniuer. 44. Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus: quo bono nullum optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortalium genere deorum concessu atque munere, neque dabitur.

OPTABILITER. *cum desiderio, optatò.* 1. Tus. 96. Quàm optabiliter iter illud ineundum est.

OPTANDVS, a, um. I. P. 32. Optandam duco mihi fuisse illam expetendamque fortunam.

☞ Syntaxis. *Expetendum & optabile. Hæc vt fiant, optabile est. Optandum & expetendum.*

OPTATIO, onis. *optio, optatum.* 3. Offic. 94. Theseus, cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optauit interitũ Hippolyti filij sui. ¶ *Est quoque ornatus orationis.* 3. de Orat. 203. Optatio.). (. *Execratio, &c.*

OPTATO, *optabiliter.* Att. lib. 13. ep. 28. Et mihi optatò veneris. 2. de Or. 20. Ocium, quod nunc peroptatò nobis datum est.

OPTATVM, ti. *somnium, desiderium, votum.* 1. cont. Rull. 1. Hæc non cogitata sapientum, sed optata furiosorum videntur. 1. Offi. 32. Ex tribus enim optatis hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit. & 3. Offic. 94. Quo optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. Ep. lib. 2. ep. 1. In omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. & ep. 13. Quid est causæ, cur mihi non sit in optatis complecti hominem? I. P. 46. Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate, vt in furorem & insaniam incideris.

☞ Syntaxis. *Furiosorum optata. Optato impetrato. Fortuna respondẽs optatis. Est mihi in optatis proficisci. Præter optatum accidit.*

OPTATVS, a, um: tior, llimus. *optabilis, exoptatus, longus in optatis, gratus.* 1. I. V. 7. Quid est quod omnibus gratius atque optatius possit esse? Epist. lib. 16. ep. 21. Grati & optati rumores de aliquo. Epist. lib. 2. ep. 19. Cùm optatissimum nuncium accepissem, te, &c. & *ibid.* Mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit. 4. in Vert. 99. Quod igitur erat in tuo iudicio optatissimũ. At. lib. 9. ep. 18. Nihil mihi optatius, quàm euolare. 2. ad Qu. fr. ep. 7. Vale mi optime & optatissime frater, & aduola. pro S. R. 43. Patres optatissimũ sibi putant esse, filios suos rei familiari maximè seruire.

☞ Syntaxis. *Gratus & optatus. Optatissimum mihi erit, si veneris.*

OPTIMAS, tis, ti. *senator ex summis ciuitatis viris, primarius, princeps, nobilis.* Att. lib. 10. ep. 11. Vide ne dum pudet te patum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas. & Ep. lib. 1 ep. 9. & 1. Tus. 108. pro Fla. 54. Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Meandrius. pro Sest. 9 . 98. & 99. Qui ita se gerebant, vt sua consilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. de Cl. 306. Optimates Atheniensium. 2. de Inu. 52. Contra voluntatem omnium optimatum. Ep. lib. 7. ep. 6. Matronæ opulentæ optimates. Attic. lib. 1. ep. 17. Hanc viam optimatum non teneo. & lib. 8. ep. 25. Philotimus enim me ab optimatibus ait conscindi: quibus optimatibus, &c. 2. Offic. 80. Ex quo tantæ discordiæ secutæ sunt, vt tyranni existerent, optimates exterminarentur.

✠ *ADIVNC. Grauissimi, neque nocentes, nec natura improbi, nec malis impediti, pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Orba ab optimatibus concio. Optimates matronæ.*

OPTIME, *præclarè.* Qu. fr. lib. 2. ep 8. Si perficiunt, optimè: si minus, &c. Ep. lib. 4. ep. 13. Sed hæc tu melius, vel optimè omnium. 4. I. V. 127. & 4. Acad. 115. Optimè, inquit, &c. 1. de Diu. 8. Optimè verò, inquam, &c.

OPTIMVS, a, um. *lectissimus, beneficentissimus.* 2. de Nat. 64. Iupiter optimus. *id est, beneficentissimus.* de Opt. 6. Quod omnes laudes habet, id est optimum. 1. de Inu. 52. Nam & tu mulier optimum virum vis habere, & tu Xenophon vxorem habere lectissimam maximè vis. de Opt. 4. Optimum vnum est: & quod optimo dissimillimum est, id est deterrimum. de Clar. 137. In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio. Orat. 6. Nam neque illud ipsum quod est optimum, desperandum est: & in præstantibus rebus magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima. Orat. 36. In omni re difficillimum est formam exponere optimi quod aliud aliis videatur optimum. de Ar. 27. Vir is, qui est

optimus à populo Romano iudicatus, P. Scipio. 2. de Fin. 6. Hoc verò, inquit, optimum, vt is, &c. ἀριστοῦς 1. de Or. 150. Stylus optimus & præstantissimus dicendi magister. de Leg. li. 3. 37. Eamque optimam Remp. esse duco, quam hic consul constituerat, quæ sit in potestate optimorum.

✠ ADVER. *Facilè, 3. de Orat. Longè, 1. de Diu.*

OPTIO, onis. *potestas, electio.* 1. de Fin. 33. Libero tempore cum soluta nobis est eligendi optio. 4. Acad. 19. Si optio naturæ nostræ detur. in Var. 40. An erit hęc optio & potestas tua? vt dicas, &c. de Fat. 3. Vtro frui malis, optio tua sit. de Clar. 189. Quando autem dubium fuisset apud patres nostros eligẽdi cui patroni daretur optio, quin Antonium optaret, aut Crassum? pro Qu. 32. Cui hæc optio tam misera, tamque iniqua daretur, vt, &c. pro Cecin. 64. Si mihi non copioso homini ad dicendum optio detur, vtrum, &c. Att. lib. 4. ep. 17. Hybernam legionem eligendi optio delata. * pro L. Varen. Optio vobis datur, vtrum velitis.

✠ ADIVNC. *Tam miseræ, tamque iniquæ, pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Eligendi optio soluta. Optio & potestas. Optio tua sit. Eligendi optio data, delata.*

OPTANDVS, a, um. Orat. 59. Bonitas vocis optanda est (non est enim in nobis) sed tractatio in nobis, &c. Quint. fr. lib. 2. ep. 11. Id erat huiusmodi, vt magis optandum, quam sperandum putarem. 3. de Or. 140. Quorum si alterum sit optandum, malim indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem. I. P. 32. Optãdam duco mihi fuisse expetendamque fortunam.

✠ ADVER. *Maximè, pro Lig. Maximè quidẽ, de Amic.*

OPTANS, tis. *desiderans.* 1. de Orat. 2. Neque nobis cupientibus & optãtibus fructus ocij datus est. 1. de Or. 96. Insperanti mihi, sed valde optanti cecidit, vt in istum sermonem delaberer.

OPTO, tas. *cupio, desidero, exopto, expeto, vota facio, eligo.* pro Lig. 9. Quid cupiebas? quid optabas? 2. I. C. 15. Neque ego à diis immortalibus optabo, Quirites, vt, &c. pro Cl. 188. Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod non illa filio voluerit, optarit, cogitarit, effecerit. 3. Offi. 94. Sol Phaëtonti filio facturum se esse dixit, quicquid optasset: optauit, vt in currum patris tolleretur. 1. Offi. 32. Ex tribus optatis hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit. I. P. 46. Hæc ego de vobis semper expetiui, hæc optaui, hæc precatus sum. & *ibid.* Optare insaniam alicui. de Amic. 59. Quin etiam necesse est cupere, etiam optare, vt quàm sæpissime amicus peccet. pro Pomp. 25. Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. pro Fl. 34. Quantum sibi ablatum domo impudentissimus dicit, tantum nunquam est ausus, vt haberet, optare. 14. I. A. 2. Cum ad eum, quẽ cupimus optamusque vestitum, redierimus. de Cl. 331. Tibi fauemus, te tua virtute frui cupimus, tibi optamus eam remp. quæ, &c. de Fat. 46. Optare hoc quidem est, non disputare.

OPTOR. aris. *eligor, deligor.* Ep. lib. 3. ep. 10. Sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus.

✠ ADVERB. *Amicissimè, suauissimè, 3. Fam. Salsè quæ fieri non possunt, 2. de Or. Valde, 1. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Volo & opto. Cupio & opto. Expeto, opto. Cupio etiã opto.*

OPVLENTIA, tiæ. *opes.* Sal. in Cic. 4. Opulentiam iltam ex sanguine ciuium parasti.

OPVLENTISSIMVS, a, um. *ditissimus, opibus circumfluens & abundans.* 2. de Diu. 115. Crœsus Asiæ rex opulentissimus. 5. Tusc. 101. Sardanapalus opulentissimus Syriæ rex. 3. de Nat. 81. Opulẽtissima & beatissima ciuitas.

OPVS, ris. *munus, opera, artificium.* 2. de Or. 72. Magnum est quoddam opus, atque haud sciã, an de humanis operibus longè maximum, dicere, &c. de Clar. 82. Et nimirum princeps ex Latinis illa oratorum propria, & quasi legitima opera tractauit, vt egrederetur à proposito, vt delectaret animos, &c. 6. I. V. 54. Nunquã mihi opus deest. Or. 75. Magnum opus & arduum, sed ingrediẽtibus considerandum fuit, quid ageremus. 3. Tusc. 84. Magnum opus & difficile. Att. lib. 9. ep. 12. Vtinam aliquod in hac miseria reip. ἀνάπαυμα opus efficere & nauare mihi liceat. Ep. li. 7. ep. 28. Itaque opera efficio tanta, quanta fortasse tu senties. 2. de Or. 40. Homo vnius cuiusdam operis, vt inquit Cæcilius. Att. lib. 2. ep. 4. Curabo, vt huius peregrinationis tibi opus extet. & lib. 10. ep. 6. Ep. lib. 16. ep. 18. An pãgis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. 6. I. V 126. Opus tam elegans, tam perfectum, tam elaboratum. 2. de N. 138. Opus artificiosum & diuinum. 1. de Nat. 101. Opera magnifica atque præclara. 2. de N. 57. Quod in operibus nostrarum artium manus efficit, id multo artificiosius naturam efficere. 1. Offi. 147. Pictores, & veri etiam poëtæ, suum quisque opus à vulgo considerari vult. 1. Acad. 2. Magnum opus in manibus habeo. Epist. lib. 1. ep. 7. Minimè miror te tuis præclaris operibus lætari. 1. de Or. 108. In vno aliquo opere noctes & dies vrgeri. 1. I. V. 12. Publicorum operum depopulatio. pro Dom. 51. Operum publicorum exactio. Topic. 22. Eius operis vitio: *vt est, formicæ, vel parietis.* 6. I. V. 46. Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta. 6. I. V. 124. Quorum iste nõ opere delectatur, sed pondere. & 32. Hydria præclaro opere, grandi pondere. 6. in Verr. 97. Galeæ cælatæ opere Corinthio. 2. de Leg. 65. Exornare sepulchrum opere tectorio. 5. Tusc. 61. Stragulum magnificis operibus pictum. de Sen. 24. Nunquam vlla in agro maiora opera fiunt senibus absentibus. Attic. lib. 13. ep. 16. Academicain συντάξει totam ad Varronem traduximus. 3. Off. 4. Nulla eius ingenij monimenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum solitudinis munus extat. 13. I. A. 20. Antonius Mutinam operibus munitionibúsque sepsit. 14. I. A. 33. Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciseque literę, &c. de Sen. 29. Præclarum opus est instituere adolescentes. Par. 1. Hoc tamen opus in apertum vt proferas, nihil postulo. & *ibid.* Qui Corinthiis operibus abundant. 1. de L. 5. Cùm sit opus vnum hoc oratorium maximè. pro Mar. 11. Nihil est opere aut manufactum, quod non aliquando consumat vetustas. Top. 62. Causæ, quę sine vlla appetitione animi, sine voluntate suum quasi opus efficiunt. 6. I. V. 132. Nimio opere, sicut magno opere. Quint. fr. lib. 3. ep. 9. De arcano Cæsaris, opus est vel herculè etiam elegantioris alicuius. *scilicet artificis.* 2. de Diu. 59. Vt si mures corroserint aliquid, quorum est opus, hoc vnum monstrum putemus. * Oecon. 1. Cætera conficeret opera, quæ domi deberent administrari.

✠ ADIVNC. *Amua, maxima, optimum, 8. Attic. Antiquum, mirabile, perfectum, & elegans, & elaboratum, præclarum, sacra, singulare, 6. in Verr. Artificiosum, diuinumque, magnum, & egregium, operosum, 2. de Nat. Bonum, totum, vitiosum, 3. in Ver. Censoria, maiora, vrbanum, 2. de Orat. Declamatorium, humana, 1. de Orat. Diuina, 13. Att. Egregia, publica, 7. Att. Egregium, Sũmum, 1. de Fin. Florentissima, & nunc præstata, 4. Attic. Grata multis, & accommodata, 2. Offic. Graue, superuacãneum, de Senec. Grauius, 2. Tusc. Inchoatum, 3. Offic. Inculta, de Prou. Ingens, & magnificum, 7. in Ver. Magnificum, 1. Tusc. & 7. Phil. Magnifica & exquisita, mẽstruum, rustica, tectorium, 2. de Leg. Magnifica, & præclara, 1. de Nat. Magnum, 4. Academi. Magnum, & multorum dierum, πολιτικὸν, 9. Attic. Magnum, & arduum, maius, Orat. Magnum, & difficile, 3. Tusc. Maxima, pro Mar. Minora, quotidiana, & pergrata, 3. de Or. Multum, 11. Attic. & 1. Offi. Nimium, Parad. Optima, 9. Fam. Oratorium, propria hortorum, & quasi legitima, de Clar. Publicum 3. ad Qu. fr. Pulcherrimum, 2. Attic. Pulcherrimum, totum, atque perfectũ, de Vniuers. Spissum, 2. ad Qu. frat. Tanta, 7. Fam.*

☞ Syntaxis. *Efficere & nauare opus. Homo vnius cuiusdam operis. Fac opus appareat. Opus magnum, arduum, difficile, diuinum, magnificum, præclarum. Vrgeri in opere vno. Antiquo opere & artificio. Vas opere præclaro. Operibus & munitionibus sepire oppidum. Opere aut manufactum. Nimio opere, magno opere.*

OPVSCVLVM, li. 4. Acad. 121. Minutorum opusculorum fabricator. 1. de Leg. 4. In isto opusculo, &c. Parad. 1. Accipiet igitur hoc paruum opusculum, lucubratum his iam contractionibus noctibus.

✠ ADIVNC. *Lucubratum, Paruum, Parad. Minuta, 4. Acad.*

OPVS EST. *conuenit, tempus fert, res fert, si vsus est, si ita commodum vestrum fert, necesse est.* 2. de Orat. 43. Illud etiamsi opus est, tamen est minus necessarium. Epist. lib. 1. ep. 9. Legem curiatam consuli ferre opus esse, sibi necesse non esse. 4. ad Heren. 22. Tacito cùm opus est, clamas: cũ loqui cõuenit, obmutescis. At. li. 10. ep. 4. Sed opus fuit Hircio conuento. Att. lib. 13. ep. 25. Hoc fieri & oportet & opus est. Att. lib. 7. ep. 8. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? Ep. lib. 5. ep. 11. Et si opus esse videbitur, ipse conueniam. 3. I. C. 24. Ne dici quidem opus est, quanta diminutione ciuium, &c. 1. de Or. 223. Acuto homine nobis opus est. 11. I. A. 25. Expedito nobis homine opus est. Par. 6. Mihi quæsito opus est. in Sal. 12. Vbi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis. 3. Offic. 115. Is quod sibi opus esse videbat, non quod reip. censuit. Epist. lib. 4. ep. 5. Illa quandiu ei opus fuit, vixit. pro Flacc. 36. Græci ex tempore, quod opus est, obsignant. Epist. lib. 5. ep. 10. Nos si quid erit istic opus, defendes. Ep. lib. 11. ep. 11. Tu quę istic opus erũt, administrari prospicies. Ep. li. 6. ep. 11. Non enim acciderat mihi opus esse. Ep. lib. 16. ep. 5. Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus. Epist. li. 9. ep. 21. Nihil tibi opus est, illud à Trabea. Ep. lib. 2. ep. 6. Dux nobis & autor opus est. de Rep. lib. 5. teste Nonio. Sed tamen, vt bono patrifamilias, colendi, ædificandi, ratiocinandi quidam vsus opus

est,

est. Epist.lib.7.ep.31.Sulpitij tibi operam intelligo non multum opus fuisse.Attic.lib.15.ep.20. Video,mihi opus est viaticum. & *ibidem*. Mihi opus est vniuerso quidem, *scilicet viatico*. 2. de Orat.358. In omnibus rebus, quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est.2.de Inu.57.Huius nobis exempla permulta opus sunt. Epist.li.10.ep.8.Aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multæ impensæ opus fuerunt,vt quæ,&c. Att.lib.6.ep.9.Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi. Epist.li.4.ep. 14.Quibuscunque rebus opus esse intelligam,tibi præstò ero.de Clar. 108. Ad temp. duntaxat quod opus esset, satis habuit eloquentiæ. 2. cont. Rull. Mihi ad huiusce verbi vim vehementer opus est prudentia vestra.Epist.lib.3.ep.3.Præsidio firmiori opus est ad istam prouinciam.3. I.V. 116. Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis.5.Tusc.92. Alexandro roganti, vt diceret, si quid sibi opus esset? de Amic.51.Atque haud scio,an opus sit quidem nihil vnquam omnino deesse amicis. Epist. lib. 8.ep. 6. Amabo te, si quid quod opus fuerit Appio facies, ponito me in gratia. * Oecon. 1. Partis opibus æquè fuit opus memoria & diligentia.

✠ *ADVERB. Multum,7.Fam.Planè,7.Attic.Valdè,2. Att.Valdè loco,12.Att.Vehementer sapientia,2. cont. Rull.*

☞ Syntaxis. *Opus est, minus tamen necessarium. Tacito nunc opus est. Oportet,& opus est.Si quid erit opus,te defendam.Hæc non sunt opus. Cæsar opus est nobis,viaticum,viatico.*

ORA, ræ. *regio,pars terrarum,extremitas.* pro Cor. 9. Quitot habet triumphos, quot oræ sunt partesque terrarum. 2. de Nat. 164. Quacunque in ora ac parte terrarum. Epist. lib. 12.ep.5. Exteræ nationes à prima ora Græciæ vsque ad Aegyptum. 1. Tusc. 68. Terra duabus oris distantibus habitabilis.1.Tusc.44. Oræ ipsæ locorum illorum, quò peruenerimus. Att.lib.8.ep.11. & 5. Tusc. 40. Tota hæc maritima ora. 2.de Diu. 45. Oræ gentium,in quibus hæc ne obseruantur quidem.2.de Nat. 100. Amœnitates orarum & litorum. 1.de Nat.54.Ignibus altissima ora reddita est. 2.de Nat. 101. Aether extrema ora & determinatio mundi.2. de Finib.102. Regiones,quarum nulla esset ora,nulla extremitas.1. de Nat.54.Immensa regionum magnitudo,in quam se intendēs animus,nullam oram vltimi videat.1.de Diuin.108.Omnes auidi spectant ad carceris oras.pro Pomp. 23. Fani diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum.* de Le.Agr.Addicetur communis ora Lyciorum atque Ciliciæ.

✠ *ADIVN. Altissima,3.de Nat.Australis,1.Tusc.Externa,2.de Nat.Latior,pro Sest.Maritima,tota,5.Tusc. Patriæ,5.de Finib. Prima Græciæ,12. Fā.Supina,de Vniuers.*

☞ Syntaxis. *Ora partesq; terrarum. Oræ gentium. Amœnitas orarum & litorum.Oram vltimi videre.*

ORACVLVM, li. *deorum responsum,vaticinatio.* Top.77. Oracula ex eo ipso appellata sunt,quod inest in his deorum oratio. 1. de Diuinat.95.Iisdémque de rebus semper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone,aut à Dodone petebant.1.de Diu.76.Cum oraculum ab Ioue Dodonæo petiuissent, de victoria sciscitantes. 1. de Diu.3.Græcia nullam coloniam misit sine Pythio,aut Dodonæo,aut Ammonis oraculo.1.de Diu.76. Sacerdos,quæ proposita erat oraculo. pro Font. 20. Nationes quæ quondam Delphos vsque ad Apollinem Pythium atque ad oraculum orbis terræ spoliandum profectæ sunt. 1. de Diu. 34. Oracula quæ instinctu diuino afflatuque funduntur, & *ibid.* Oracula, quæ æquatis sortibus ducuntur.1. de Diu. 114. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent.Brut. ep.2.Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta : nihil potest esse verius.2.Offic. 77. Apollo Pythius oraculo edidit,Spartam,&c.pro Font.15.Si quicquam ex illo loco dicetur,ex oraculo dici putet. 2. de Diu.117. Cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur.1.de N.65.Hęc ego nunc physicorum oracula fundo. 1.de Diu.69. Expositi somnij ac furoris oracula. 1. Tusc. 116. & 2.de Fi.20.Quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset,victrices Athenas fore.& *ibid.* Oraculo edito.pro S. R. 66.Cū præsertim deorum immortalium iussis atque oraculis id fecisse dicatur. de Senect. 78. Socrates sapientissimus oraculo Apollinis est iudicatus.

✠ *ADIVNC. Ambigua,falsa.)(.vera,flexiloqua,& obscura,verum,2.de Diu.Tam celebre, tam clarū,verax, 1.de Diu. Innumerabilia, 5.Tuscul. Pergratum alicui, proprium,1.Att.Vera.)(.falsa,verisimilia,1.de Nat.*

☞ Syntaxis. *Oraculum duci,dici,dari,edi,fundi. Ex oraculo dicta. Iussum & oraculum.*

* ORANDVS,a,um. Vide ante ORO.

ORATIO, nis. *locutio,sermo,concio.* Orat. 64. Quanquam omnis locutio, oratio est, tamen vnius oratoris locutio in hoc proprio signata nomine est.1.de Natur. 95. Sermo & oratio in homine. Orat. 172. Isocrates orationis faciendæ ac ornandæ autor locupletissimus.1.de Orat.63. Ignarus faciendæ ac poliendæ orationis. pro Dom. 19. Cum his hæc haberi oratio potest,qui, &c. Epist. lib.8.ep.1. Tu quam orationem Pompeius habuerit tecum, fac mihi perscribas. 5. Tusc. 94. Habere multam orationem de aliqua re. Epist. lib. 5. ep. 4. Mitissimam in senatu orationem habuit. 1. Offic.132. Magna vis orationis est,eadémque duplex, altera contentionis, altera sermonis: contentio, &c. sermo,&c. & 2. Offic. 48. Duplex est ratio orationis : quarum in altera est sermo, in altera contentio, &c. & *ibid.* Contentio orationis maiorem vim habet ad gloriam : ea est enim, quam eloquentiam dicimus. & *ibidem.* Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio. Epist.lib.10. ep.16. Oratio grauissimis verbis sententiisque plena. 1. de Orat. 31. Sapientissimis sententiis grauibúsque verbis ornata oratio & perpolita. 3. de Finib. 19. Veruntamen cùm de rebus grandioribus dicas, ipsæ res verba rapiunt: ita fit cùm grauior, tum etiam splendidior oratio. pro Corn. 17. Cn. Pompeius cuius oratio omnibus ornamentis abundauit. pro Cæl. 45. Genus orationis, eius facultatem, copiam sententiarum atque verborum perspexi. & *ibidem.* Sed inerat oratio & bonis artibus instituta, & cura & vigiliis elaborata, &c. 2. de Inuent.49.Distinguere & illustrare orationem rarò inducendis locis communibus.3.de Orat. 48. Oratio de horridis rebus nitida,de ieiunis plena, de peruulgatis noua. & 2. de Orat. 62. Flumen orationis & varietas.& 4. Acad. 119. Aureum orationis flumen fundens Aristoteles. de Clar. 93. Oratio incitata, grauis, vehemens. 3. de Orat. 197. Figura orationis plena, & tamen teres.)(. *tenuis, non tamen sine neruis & viribus, mediocris.* Orat. 97. Oratio,vel orator grauis, acer,ardens, amplus, copiosus, ornatus.2.de Nat. 20. *de oratione rhetorica & dialectica.* 2.de Orat.214. Multa varia,& copiosa oratio. 2. de Orat. 200. Genus orationis vehemēs atque atrox.)(. *Genus alterum lenitatis & mansuetudinis.* &de Clar. 119. Genus orationis vagum,fusum, multiplex. 2. de Orat. 159. & 211. Oratio fortis, intenta, acris, vehemens, grandis, incitata.)(. *placida,summissa,lenis.* 3. de Orat.94. Oratio grauis,suauis,erudita,liberalis,admirabilis,polita, sensus & dolores habens.)(. *exilis, inculta, vulgaris, obsoleta.* & *ibidem.* Conspersa quasi verborum sententiarúmque floribus.3. de Orat. 182. Oratio, quæ quidem polita sit atque facta quodammodo. & 98.Cōcinna, distincta, ornata, festiua. & 170. Iuncta, cohærens,lenis, æquabiliter fluens.3.de Orat. 199. Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus sententiarum atque verborum. 3. de Orat.50. Qui distinctè,qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus & verbis dicunt. & in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt, id est, quod dico ornatè. de Clar. 66. Hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. & 5.de Fin.11.Oratio splendida, illustris. Orat. 192. Oratio alta & exaggerata.)(. *abiecta,humilis.* de Cl. 203. Incitata,volubilis, redundans & circumfluens oratio. 2. de Orat. 64. Genus orationis fusum atque tractum,& cum lenitate quadam æquabiliter profluens, sine iudiciali asperitate, & sine sententiarum forensium aculeis. Orat. 25. Opimum quoddam, & tanquam adipale orationis genus. Orat. 42. Dulce orationis genus, & solutum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans, est in illo epidictico genere.de Clar.326.Oratio cùm incitata & vibrās, tum accurata etiam & polita. Orat. 187. Oratio collocata atque diffusa.)(. *angusta atque concisa.* de Clar. 265. Plena literatæ senectutis oratio. & *ibidem.* Splendida quædam & minimè veteratoria ratio dicendi. pro Syll. 12. Copiosissima atque ornatissima oratio. de Clar. 272. Oratio splendida & grandis, & eadem faceta & perurbana. 4. ad Heren. 17. Oratio puris & electis verbis composita. Attic. lib. 15.ep. 1. Est autem oratio scripta elegantissimè sententiis & verbis, vt nihil possit vltra. pro Pla. 58. Tua fuit perelegans & persubtilis oratio. de Clar.290. Genus orationis sincerum, solidum, & exiccatum. Orat. 53. Lenitas & æquabilitas orationis, & purum quasi quoddam & candidum genus dicendi. 2. contra Rull. 13. Is explicat orationem sanè longam, & verbis valdè bonis. 1. de Diu. 80. Oratio, vel actio vehemens, & grauis, & copiosa. de Fat. 3. Vbertas orationis, & ornamenta dicendi. Orat. 66. Oratio tracta quædam & fluens. & *ibidem.* Contorta & acris oratio. Epist. lib. 6. ep. 7. Oratio libera, incitata.2.de Orat. 10. Quid enim tua potest oratione aut subtilius aut ornatius esse? pro Sest. 118. Sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia. de Clar. 108. Appij volubilis, sed paulò feruidior erat oratio. & 82. Exilis oratio, & redolens antiquitatem. Orat. 220. Oratio carens numeris, dissipata, inculta, & fluens est. & 233. Oratio dissipata, diffluens, soluta. de Clar. 264. Oratio tum obscura, quia peracuta : tum rapida, & celeritate cæcata oratio. Orat. 20. Oratio aspera, horrida, tristis, neque perfecta, neque concisa. & *ibid.* Leuis, instructa, & terminata oratio & *ibid. alia pulchra.* Orator. 53. Duritas & seueritas, & quasi mœstitia orationis. *ibid.* 198. Ne immoderata aut fluens aut dissoluta aut angusta sit oratio. de Clar. 275. Eos quorum altior oratio, actsoqs

esset ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. 2. de Natur. 20. Angustia conclusæ orationis non facilè se ipsa tutatur. 4. ad Her. 16. Oratio inflata, arida, exilis. & *ibid.* Fluctuans dissoluta. & de Clar. 120. Oratio philosophorum qualis. Orat. 67. Oratio Platonis & Democriti qualis. de Clar. 121. Oratio philosophorum pacatior, oratorum pugnacior. 1. de Leg. 11. Oratio tua non multum à philosophorum lenitate abest. 5. Tus. 47. Lenitas orationis. Orat. à 62. ad 66. *de oratione philosophorum multa & pulchra.* de Clar. 120. Oratio Stoicorum astricta & contracta. *id est, Academicorum veterum & Platonis.* 1. de Or. 83. Oratio Stoicorum spinosa & exilis. 3. de Or. 63. Stoici orationis genus habent fortasse subtile, & certè acutum: sed vt in oratore exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum. 2. de Or. 62. & Orat. 66. Oratio historicorum qualis. Orat. 230. Siculorum dicendi genus abiectum. de Sen. 28. Compta oratio & mitis. de Senect. 31. Ex Nestoris lingua, vt ait Homerus, melle dulcior fluebat oratio. de Sen. 38. Causarum illustrium quascunque defendi, nunc quàm maximè conficio orationes. Att. lib. 1. ep. 10. In illam orationem Metellinam addidi quędam. de Cla. 106. Isque & orationes reliquit, quæ iam euanuerunt. pro Corn. Balb. 4. Etenim ei succedo orationi, quæ non præterueeta sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit: vt plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quàm non modò ex mea, sed ex cuiusquam oratione capere possitis. 2. de Orat. 183. Non semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, submissa, lenis, quæ maximè commendat reos. *ibid.* Exprimere mores orationc. *ibid.* Quasi mores oratoris effingit oratio. 2. de Orat. 187. Quò deduci oratione facillimè posse videantur. *ibid.* Tantam vim habet illa, quæ à bono poëta dicta est flexamina atque regina rerum, oratio, vt non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem & repugnantem capere possit. 1. de Finib. 29. Vti oratione perpetua malo, quàm interrogare aut interrogari. 2. de Finib. 3. Perpetua oratione contra disputatur. *ibid.* Admodum delectatus sum eius oratione perpetua. *ibidem.* Cum fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coërceas. Omnis autem in quærendo, quæ via quadam & ratione habetur oratio, præscribere debet, vt. Ep. lib. 4. ep. 4 Orationis paupertas & diuitię. *Ser. Sulpitij.* 4. Tusc. 63. Neque tam terribilis vlla fando oratio est, pro C. Corn. 1. Ne quem in iudicium oratio mea reuocare videatur. in L. Pison. Qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen. Frag. ep. In quo tua me prouocauit oratio, mea consecuta est signis. Hort. Malo vel vnum paruum de Officio libellum, quàm longam orationem pro seditioso homine Cornelio. *ibid.* Quod vereris ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio, quæ spectat ad hortandum. *ibid.* Vt aliquando terminetur oratio.

✠ ADIVNC. *Abiecta, non abundans, non inops, tamen non valde nitens, non planè horrida, accurata, & facta quodammodo astrictior, aliquantóque contractior, altior, antiqua, aptior, bona & nobilis, breuis, Censoria, dulcis, eruditior, exiliores, expedita, & perfacilè currens, feruida & noua, grandis, & splędida facta, ieiunæ, illustris, incitata, & grauis, & vehemens, incitata, & vibrans, accurata, & polita, incitata, & volubilis, nec redundãs ea tamen, nec circumfluens, languidiores, laudabiles, liberior & latior, magistra alicui, mollis & per lucens, mollis teneráque, & suauis magis quàm grauis, plena animi, & terroris, doloris, senectutis, literariæ, popularis, postrema, præclara, & nimis vetus, puerilis, pugnacior, & pacatior, pura, refertæ rebus & verbis, splendida & grauis, & imprimis faceta, & perurbana, non satis splendidæ verbis, sed acutæ, prudentiáque plenissimæ, non vendibilis, præceps quædam, & idcirco obscura, quia peracuta tum rapida, & seueritate concitata, veteres, volubilis, sed paulò feruidior, vtiles, de Clar. Accommodatior ad agendum, referta verbis grauibus, dilucida, suauis, magis obscura, minus probabilis, inconstans, libera, expressa, naturalis, & non explanata, simplex, & grauis. Part. Accurata, multa & varia, illustrior, 4. Acad. Admirabilis, nobilissimæ, inter se contrariæ, ornatior sententiis, tolerabilis, de Opt. Gen. Admirabilior, aliena, angusta, atque concisa, apta atque numerosa, ardens, aspera, tristis, horrida, neque perfecta, neque concluſa, casta, & verecunda, ciuilis, contorta, & acris, dissipata, & inculta, & fluens, dissoluta, aut fluens, horribiles, humilis, nec humilis, nec abiecta, nec nimis alta, & exaggerata, plena tamen grauitatis, immoderata, aut dissoluta aut angusta, aut fluens, implicata, atque permixta, incitata.)(Nimis tarda, ingrediens æqualiter, constantérque, nec claudicans, nec quasi fluctuans, iudicialis, & forensis, leuis, & instructa, & terminata, liberior, modica, & temperata, mollis, & tenera, & flexibilis, mollis & vmbratilis, multæ & subtiles, & graues, multæ, & variæ, multiplex, & æquabiliter in omnia genera fusa, nuda, ac rudis, numerosa, & apta, par & æqualis, proba, subtilis, & incõpta, stabilis, subtilis, & pressa, temperata, tracta & fluens, non contorta & acris, volubilis, Orat. ad Bru. Aliena à ratione iudiciorũ, & quotidiana dicendi consuetudine, 6. in Ver. Anceps, 2. de Diu. Apta ad illa tempora, mollis & liberalis, 6. Famil. Assidua, 10. Fam. Benigna, capitalis, longior, breuior, 2. Offi. Blanda, & supplex, 7. Phil. Breues, consulares, breuissimæ, singulares, 2. Attic. Celer, & concitata, firmior, flexanima, atque omnium rerum regina, fortis, placida, summissa, leuis, grauior, non modò miserabilis, sed etiam irridenda, moderata, placida, summissa, leuis, fortis, acris, vehemens, perpetuæ, probabilis, propria quæstionis, subtilis, & ornata, temperatior, varia, & copiosa, 2 de Orat. Cohærens, concinna, distincta, ornata, confusa, & perturbata, cõtractæ, cygnea, digna expectatione, egregia, exercitata, exilis, inculta, vulgaris. Fluens æquabiliter, grandis, grauis, suauis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, grauior, atque antiquior, iuncta, cohærens, lenis, fluens, leuis, locuples, magnæ, nitida, noua, paulò obsoletior, ornatissimæ, plena quædam, & tamen teres, & tenuis, & particeps vtriusque generis, plenior, & melior, politæ, soluta, 3. de Orat. Commentata, 16. Fam. Composita, & ornata, & artificio quodam distincta, fortis, & virilis, grauis & ornata, & hominũ sensibus, ac mentibus accommodata, longa, ornata & perpolita sapientibus sententijs, grauibúsque verbis, ornatissima, perpetua, propria, similis, spinosa, & exilis, subita & fortuita, totæ, vitiosissimæ, 1. de Orat. Compta, & mitis, dulcior, vetus, de Senec. Constans, digna persona, vberior, nec minus faceta, 1. Offi. Continẽs, 1. Tusc. Contumeliosa perelegãs, & subtilis, pro Plan. Contumeliosa, honorifica, iniucunda, mitissimæ in aliquem, 5. Fam. Copiosa vel elegãs, humilis, & supplex, turpis, 1. de Fin. Copiosa, & grauis, pro Cor. Balb. Copiosa magis quàm sapiens, erudita, Parad. Copiosissima, atq; ornatissima. pro Syll. Dilucida grauior, & splendidior, 3. de Finib. Discrepans verbis, sententiis congruens, interpres mentis, 1. de Legib. Extrema, gratissima, pro Sex. Rosc. Fructuosa, 5. Tusc. Grata, 13. Fam. Gratior, de Pet. Cõs. Grauis, horribilis, seuera, pro Mur. Grauis, & suauis, illustris, & perspicua, tota, 1. de Inu. Honesta, 7. Ver. Honorifica, plenissima grauitatis, 1. Att. Immanis, inuita, nobilis, vniuersa, 3. de N. Improba, infinita, atque ingrata, pergrata, & grauis concioni perniciosa, reliqua, summa. pro Sest. Immensa, inimica, longa, & altè repetita, pro Cæl. Et iniqua, & noua, 1. Fã. Inuita, & grata, par virtuti, pro Pomp. Iucunda, 3. Fã. Laudabilis, 15. Fam. Media, vera, 5. in Ver. Miserabilis, 2. de N. Mollis & eneruata, perexigua, terribilis, vtilior, 4. Tus. Ornata, & grauis, 4. de Fin. Pergrata alicui, splendida & illustris, 5. de Fi. Pressior, 4. de Rep. Prudens, superior, 9. Fã. Rapida, varia, 2. de Fi. Stabilis, & non mutata, pro Mil. Tã tristis, tã grata, de Arusp. Vana, vẽdibilis, de Amic. Vehemẽs, interdum irata, & plena iusti doloris. pro Fl. Vehemẽs, & grauis, & copiosa, 1. de Diu.*

☞ Syntaxis. *Sermo & ratio. Orationem habere multam. Oratio ornata, perpolita, flexanima, omnium regina, mitis, grandis, elaborata. Orationis flumen. Oratio incitata, grauis, vehemens, teres, fortis, intenta, placida, lenis, summissa, liberalis, sensus & dolores habens, facta, concinna, festiua, iuncta coherens, æquabiliter fluens, altius exaggerata, volubilis, circumfluens, fusa, tracta, opima & adipata, vibrans, sincera, solida, exiccata, feruida, dissipata & fluens, diffluens, rapida, & celeritate cæcata. Neque perfecta, neque conclusa. Conclusæ orationis angustia. Inflata oratio, arida, fluctuans, astricta, spinosa, ieiuna, compta. In orationem addere.*

ORATIVNCVLA, læ. *oratio.* Att.li.13.ep.19. Scripsit enim ad me Balbus & oppius, mirificè se probare, ob eámque causam ad Cæsarem meam se oratiunculam misisse. lib.15.ep.3. Brutum omni re, qua possum cupio iuuare, & cuius de oratiuncula idem te, quod me sentire video. de Cl. 77. Indicant cùm oratiunculæ, tum historia quædam Græca, scripta dulcissimè. & 3.de Nat.43. Oratiuncula aureola.

✠ *ADIVNC. Aureola, 3. de Nat.*

ORATOR, oris. *eloquens, legatus.* 1. de Or. 64. Is orator erit mea quidem sententia, hoc tam graui dignus nomine, qui quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter, compositè, ornatè & memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate. 1. de Orat. 59. Orator plenus atque perfectus is est, qui de omnibus rebus possit variè copioséque dicere. 1. de Orat. 213. Oratorem eum puto esse, qui & verbis ad audiendum iucundis, & sententiis ad probandum accommodatis vti possit, in causis forensibus atque communibus: eúmque esse præterea instructum voce & actione & lepore quodam volo. 1. de Orat. 260. Sit orator nobis is, qui, vt Crassus descripsit, accommodatè ad persuadendum possit dicere. & *ibid.* Oratorem vbicunque constiterit, consistere in suo. 1. de Orat. 117. Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inueniri potest. & 118. Pingendus est nobis detractis omnibus vitiis orator, atque omni laude cumulatus. & lib. 3. 141. Si quærimus, quid vnum excellat, docto oratori palma danda est. & *ibid.* In oratore perfecto inest omnis philosophorum scientia. 1. Offic. 1. Oratoris proprium, aptè, distinctè, ornatéque dicere. Orat. 61. Oratorem hoc vno excellere, id est, oratione: cætera in eo latére, indicat nomen ipsum. Non enim inuentor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia: sed & Græcè ab eloquendo ῥήτωρ, & Latinè eloquens dictus est, &c. & *ibid.* Dicendi, id est, eloquendi maxima vis soli oratori conceditur. & Orat. 113. Disputandi ratio & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem, dicendi & ornandi. Part. 139. Vt oratorem decet latè exprimere. 3. de Orat. 54. Vt illum efficeret oratorem verborum, actorémque rerum & Orat. 132. Orator compositus.)(*inconditus.* de Clar. 105. Orator canorus & volubilis. de Clar. 256. Orator præstat minutis imperatorib. de Clar. 251. Antronius & Statienus mali oratores. pro Mur. 30.

Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur.

de Orat. li. 1.8. Quum boni perdiu nulli, vix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur. 1. de Or. 21. Vis oratoris professioque ipsa benedicendi, hoc suscipere ac polliceri videtur, vt omni de re, quæcunque sit proposita, ab eo ordine copioséque dicatur. 1. de Orat. 48. Oratoris est compositè, ornatè, copiosè eloqui. 1. de Orat. 72. Nemo est in oratorum numero habendus, qui non sit omnib. iis artibus quæ sunt libero homine dignæ, perpolitus. 3. de Or. 22. 23. 24. 25. *De oratorum tam Græcorum quàm Latinorum differentia. Oratorum genera, vide de Opt. 5. 6. & 7.*

¶ *Legatus.* de Cl. 55. C. Fabricius ad Pyrrhum de captiuis reddendis missus orator. de Ar. 34. Oratores contra ius fasque interfectos. *id est, legatos.* 2. de L. 21. Fœderum pacis belli, inducia rum oratores, fæciales, &c. L. ORATIO.

✠ *ADIVNC. Accommodatus ad probandum, Attici, grădes, aut graues, aut copiosi, aliis tenues aut subtiles aut breues, aliis interiecti, & tăquam medij, mediocris, optimus, præstantissimi, simplex, & grauis, de Opt. gen. Or. Acer, incensus, agens, & canorus, acutus, acutior, quàm ornatior, amplus, copiosus, grauis, ornatus, antiqui, argutus, verbis dulcis, bonus, canorus, & volubilis, & satis acer, atque idem & vehemens, & valde dulcis, & perfacetus, industrius, etiam & diligens, clarissimus, compositus, copiosior, & mollior, copiosissimus, deterrimus, si minus doctus, attamẽ exercitatus, magnificus, suauis, & ornatus, vehemens, & grauis, nec satis politus, & sapiens, 3. de Orat. Ampli ad aliquod genus, boni, callidi, sed impoliti, & consultò similes rudiũ, concinniores ieiunitate, id est faceti, florentes, & leuiter ornati, grandiloqui, vehementes, varij, copiosi, graues, ad pmouẽdos animos extructi, & parati, graues, intermedius, & quási temperatus, vicinus amborum, magnus si non maximus, magni, & maximi, minor, mirabilis, tẽperati, tenues, acuti, omnia docentes, subtili quadã ratione limati, vber & fœcundus, vendibilis. Orat. ad Br. Aptus ad erudiendũ. 1. Tus. Asiatici, parum pressi & redundãtes, dulcis, eruditior, externi, fortis, grădis, & vt ita dicã tragicus, grauis, acer, ardens, grauis in laudãdo, acerbus in vituperando, in sententiis argutus, in docendo differendoque subtilis graus & miserabilis, grauior, callidior, tẽperatior, ieiunior, sanè illustris, paulò illustrior, laudabiles, leuis, magnus, & grauis, Maximi, modicus, ac temperatus, optimi, æquales, ornatus, acer verborũ, & actionis genere commotior, ornatus, & grauis ornatior, sed tamen affectior, peritissimus, politus, simplex quidem, & antiquus, pressus, parum pressi, & minus rẽdundantes, principes, probabilis, proprior, ardore & ætate coniunctior, proximus, optimus, acutus, remissus, & leuis, sanus, propè singularis, statarius, & sermonis plenus, minimè tardus in excogitando, veruntamen vultu & simulatione, multò acutior, quàm videbatur, suauis, grauis. facetus, summissus, & humilis, elegãs, audax, infacundus verbis, & in trasferendis verecundus, & parcus, in ornamẽtis priscis demissior, trãslatione crebrior, summissus, sed magnus tamen & germanus, summissus, sapiens, medius, suauis, summus, minimè ineptus, tardus ad excogitandũ, & rerũ immemor, tenuis, non vulgaris, sed excellens, tolerabilis, vehemens, parũ vehemens, dulcis tamẽ, verucosus, de Cla. Cæteri, disertissimus, dignus nomine graui, Græci, grădior, operarius, pauci, perfectus plenus, atque perfectus, sapiens, summus, tolerabilis, 1. de Orat. Coniunctior, copiosus, & sapiens, diligentes, & memores, & sobrij, eloquens, & disertior, excellens, ieiuni, atque inanes, inurbanus, & inops vrbanitatis, iucundus, iucundior, & probabilior, malus, mediocres, ornatissimi, subtiles, acuti, breues, sententiis magis quàm verbis abundantes, tolerabiliores, vitiosissimi, 2. de Or. Grauis ac disertus, de Arusp. Locuples oratione, rebus dignior, otiosus, in dicendo eloquens, pro Mur. Summi, mediocres, veteres, 1. de Inu.*

☞ Syntaxis. *Orator plenus & perfectus, compositus, inconditus, canorus, volubilis.*

ORATORIÈ. *ornatè, copiosè splendidè.* Or. 227. Pulchrè & oratoriè dicere. & 4. ad Her. 70.

ORATORIVS, a, um. 1. Ac. 32. Huic quasi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad persuadendum accommodatæ. Par. 81. Et illam disputandi prudẽtiam concertatio captatioque verborum, & hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi imitatur. 1. de Orat. 231. Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. de Cl. 261. Illa oratoria ornamenta dicendi. Para. 1. Stoicè nullis oratoriis ornamentis adhibitis dicere. ‖ Att. lib. 4. ep. 12.

✠

ORATVS, tus. *rogatus.* pro Flac. 92. An etiam scripsit oratu tuo?

ORBATVS, a, um. *priuatus.* pro Cluent. 45. Mater orbata filio. Epi. lib. 4. ep. 9. Nec eam multis claris viris orbatam priuare etiam aspectu tuo. Epist. lib. 6. ep. 6. Omni spe salutis orbatus. Postq. in Sen. 4. Cùm resp. non solùm parentibus perpetuis, verùm etiã tutoribus annuis esset orbata. pro Mur. 83. Ne orbetur auxilio respub. de Cla. 6. Cùm forum voce erudita spoliatum atque orbatum videret. 1. Off. 32. Theseus filio Hippolito orbatus.

✠ *ADVERB. Planè aliquare, de Amic.*

ORBICVLATVS, a, um. *globosus.* Ep. lib. 8. ep. 15. Malis orbiculatis esse pasti videntur.

ORBIS, bis. *circus, circulus, ambitus, rotundus ambitus.* 2. de Nat. 47. Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis, quæ Græcè cyclos dicitur. de Somn. 6. Stellæ circulos suos orbésque conficiunt celeritate mirabili. & *ibidem.* 9. Nouem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia. 2. de Nat. 50. Circuitus orbium solis conuersionem conficiunt annuam

annuam.4. Acad.66. Quæ cursu interiore breui conuertitur orbe 2.de Nat. 54. Orbis signifer, & orbis signorum. de Somn.8. Orbis lacteus,& circulus lacteus.de Vniuer. 21. & 22. In orbem torquere.I.P.22. Cùm illum suum saltatorium versaret orbem. Att. lib. 2.ep.9 Minore sonitu quàm putaram orbis hic reipub. est conuersus.pro Planc.93.Stare debemus tanquam in orbe aliquo reipub.qui versetur, &c.3.de Orat.196.Circuitus & quasi orbis verborum. Orat.149.Forma ipsa concinnitásque verborum conficiat orbem suum. Orat. 234. In Thucydide orbem orationis desidero.5. de Fin. 23. Sententiæ illorum in hunc orbem quẽ circumscripsimus,incidere non possunt. pro S.R.103.Africa tertia pars orbis terrarum. 2.cont.Rull. 33. Orbis terrarũ gentiúmque omnium.6.I.V.106. & Epist. lib. 2. ep.16. Orbem omnium peragrasse terrarum. & *ibid.* Hæc orbis terrarum perturbatio. pro Dom. 110. Vir princeps orbis terræ. 2. contra Rull.75. Ager Campanus orbis terræ pulcherrimus. 1.I.C.9.In hoc orbis terræ grauissimo consilio. Epist. lib. 5. ep. 7. Sed scito ea quæ nos pro salute patriæ gessimus,orbis terræ iudicio comprobari. de Fat. 15. Si in sphæra maximi orbes sunt, medij inter se diuiduntur. * Prognost. *Vt cum Luna means Hyperionis officit orbi.* ‖ & 2.cont. Rull.26.

¶ *Orbi,pro orbe.* Cic.de Rep.lib.5.teste Charisio, Orbi terrarum comprehensos.

✠ *ADIVNC.Nimis angustus, solus terræ,2. cont. Rull. Breuis,4.Acad.Brumalis,3.de Nat. Cælestis, extremus insitus, lacteus,proximus,Somn. Scip. Certus,conuersus,extremi,latus,magnus,multi,paruus,perpetuus,signifer,superus,Sũmus,tardior,Arat.Dispares,1. de Di. Expers motus,exterior, immobilis,& constans,immutatus,& rectus,maior.) (.minor, de Vniuer.Finientes, 2.de Diu. Inferior, Solstitialis, 2. de Nat. Maximi, & medij inter se,de Fat.Totus terrarum,pro Corn. Balbo.*

☞ Syntaxis. *Orbis & circulus(plana figura)solidus autem globus. Circulus & orbis,pro cursu sidereo.Orbium circuitus,id est,sphærarũ.Signifer orbis,id est signum.Orbis lacteus,id est,circulus.Orbem Reip.conuerti.Circuitus & orbis verborum. Orbem oratio habeat. Orbis terrarum. Orbis terrarum gentiumq;. Orbis omnium terrarum. Orbis terræ iudicium.In sphæra maximi orbes in medio inter se diuiduntur.*

ORBITA,tæ.*rotæ currentis vestigium.* Att. lib.2.ep. 21. Orbis reipub. sic est conuersus,vt vix impressam orbitam videre possimus.

ORBITAS,tis.*solitudo liberorum.* 1.de Orat.228.Instituere aliquẽ tutorem filiorum suorum orbitati.& 3.de Orat.3.Crassus deplorauit casum & orbitatem senatus. 5.de Fi.84. Bonum liberi, misera orbitas.Epist. lib. 10. ep.3. Maxima orbitate reip. virorum ✠talium, ‖ Qu.fr.lib.2.ep.3.

✠ *ADIVNC. Maximareipublicæ,1.Famil. Misera, 5.ad Attic.*

ORBO,as.*priuo,spolio,nudo.* 4. Acad.61.Ea philosophia, quæ confundit vera cum falsis, spoliat nos iudicio, priuat approbatione, omnibus orbat sensibus. & 31. Ipsumque animal orbat animo.pro Sest. 37. Ne victor multis fortibus ciuibus rempub. orbaret.

ORBVS,a,um. *priuatus, desertus.* Quint.frat.lib.1.ep.3.Sed te incolumi orbi non erunt. *id est,filij.* Poltq.ad Quir.11.Resp.orba Cõsulis fidem tanquam legitimi tutoris implorauit. Epist. lib. 3.ep. 11. Vt tam orba ciuitas tales tutores complecti debeat. pro Flac. 54.Vsque eò orba fuit ab optimatibus illa concio,vt,&c. de Cla. 330. Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus 1. de Nat.11. Quam philosophiæ rationem nunc propemodum orbam esse in Græcia intelligo.Epist.lib.4.ep.13.Itaque orbus iis rebus omnibus,quibus,&c.Parad. 5.Hæreditatis spes quem nutũ non obseruat locupletis orbi senis. 3.de L. 9. Neue plebem orbam Tribunis relinquunto.

☞ Syntaxis. *Orba ab optimatibus ciuitas: & optimatibus.*

ORCHESTRA,træ. *locus in theatro, vel scena, vbi sedebant senatores.*de Pro.14.Piso iam cum Græcis in Orchestra helluatur, antea post siparium solebat.

ORCVS,ci.*Dis pater, Pluto.*3.de Nat.43.Iupiter & Neptunus,ergo etiam Orcus frater.6. I.V.111.Vt Verres alter Orcus venisse Ennam,& Proserpinam rapuisse videretur. 2. de Fin. 22. Mihi sex menses satis sunt vitæ,septimum Orco spondeo. 1. Tusc. 48. Acherontia templa alta,Orci pallida.

ORDINANDVS,a,um.de Inuẽt.li.1.19. Tũ denique ordinandæ sunt cæterę partes orationis. 2. de Orat. 43. Ea mihi videntur in lite ordinanda , & in consilio dando esse posita. Quint. frat. lib.1.ep.3.Referebatur de ordinandis Prætoribus.*aliter,ornandis.* Qu.fr. *ibid.* Referebatur de prouinciis quæstorum , & de ordinandis Prætoribus.

ORDINATE. *ordinatim.* 4. ad Her. 70. Distinctè & ordinatè disponere.

ORDINATIM.*ordinatè,ordine,compositè,distinctè,ex ordine.* Epist. lib.11.ep.13.Ille enim id passim,ergo ordinatim. Sulpitii. & li. 4. ep.5.Honores ordinatim petere.Bruti.

ORDINOR,aris. *componor,constituor,designor,digeror,ratione dispono r,in ordinem adducor,vel redigor.* pro Syll. 53. Cùm omnia ordinarentur,instituerentur,pararentur.

ORDIOR,iris, orsus sum. *incipio.*2. de Diuin.28.Itaque ordiar ab aruspicina, quam, &c. 1. de Finib. 13. Vt autem à facillimis ordiamur , prima, &c. 3. de Orat. 189. Ordiri orationem à pæane. Orat.122. Att. lib. 4.ep. 1. Alterius vitæ quoddam initium ordimur.Epist.lib.5.ep.12.Dixeras autem mihi te reliquas res ordiri. de Clar.301. Hortensius admodum adolescens, orsus est in foro dicere. 1. de Orat. 98. Crassus princeps eius sermonis ordiendi fuit.6.I.V.105.De quo paulo altius ordiar, & repetam memoriã religionis. de Clar. 22. Eloquentia , de qua disputare ordimur. ad Oct.Vt ordiar ab initio , & perducãad finem. de Fat.4.Proinde ordire.2.I.A.44. Visne igitur te inspiciamus à puero ? sic opinor : ordiamur à principio. 1. de Leg. 9. Ego autem animi pendére soleo , cùm quid orsus sum , si traducor aliò. 1.de Leg. 14. Sed iam ordire explicare quæso , de iure ciuili quid sentias. *ibid.* 21. Nam si hoc non probas , à Deo causa ordienda est potissimùm.pro Mar.34. Sed vnde est orsa , in eodem terminetur oratio.

☞ Syntaxis. *Ordiri aliquid à: & ,de aliqua re. Vnde est orsa,in eodem terminetur oratio.*

✠ *ADVERB.Altius,6.in Ver.Primum à principiis , in Part.Rectius,5.Tusc.*

ORDO,nis. *ratio,distributio,dispositio,collocatio,societas.* Attic.li.6.ep. 1. Nec *διαφωνίαν* meam instituam, sed ordinem conseruabo tuũ. pro Quint. Rosc. 6. & 4. Acad.67. Vt præposterè tecum agam, mox referam me ad ordinem. 2. de Orat. 179. Ordo & dispositio argumentorum. 1. Offi. 142. Nam & ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis & accommodatis locis. & *ibidem. τὸ ἁρμόττον* , in qua intelligitur ordinis conseruatio. & *ibidem.* Itaque videtur eadem vis ordinis & collocationis fore. 2. de Orat. 353. Ordo est , qui memoriæ maximè lumen affert. 1. de Orat. 142. Inuenta non solùm ordine , sed etiam momento quodam & iudicio disponere. de Cla. 244. Sed ordinem sequens in memoriam notam & æqualem necessario incurro. Orat. 214. Verborum ordinem immuta , fac, sic , comprobauit filij temeritas. 1. de Diuinat. 125. Fatum , id est ordo seriésque causarum. de Arusp. 19. Rerum ordo ac vicissitudo. de Clar. 223. Vt in iis perturbem ætatum ordinem. & 15. Explicare ordines temporũ.Parad. 3. Quicquid peccatur , perturbatione peccatur rationis atque ordinis. 3. de Leg. 5. Mihi verò ordo iste rerum placet. de Clar. 263. Præcepta, quæ habent ordinem. 4. Acad. 118. Ex ea materia particulas primùm confusas, postea in ordinem adductas. 3. ad Her. 16. Redigere in ordinem ea quæ inuenimus. pro Quint. Rosc. 7. Hæc sunt deiecta , illæ in ordinem confectæ. pro Cec. 22. Eius fundi extremam partem olęæ directo ordine definiunt. Attic. lib. 10. ep. 7.Domestica ordine administrantur. Part. 2. Ordine interrogare aliquem. 5. I. V. 194. Rectè, ordinè, è rep. facere aliquid. pro Qu. 28. Rectè atque ordinè aliquid factum esse. 6. I. V. 143. Vt quisque ætate antecedebat , ita sententiam dicebat ex ordine. 2. contra Rull. 47. Quam tu mihi ex ordine de legis scripto recita populi Romani actionem. 3. ad Her. 31. Collocare aliquid ex ordine. & 30. Item locis ex ordine collocatis. 3. ad Her. 30. Si in ordine stantes notos quàm plures videremus. pro Dom. 19. Plurima bella Cn. Pompeio extra ordinem sunt commissa. & *ibid.* Negat oportere quicquam vni extra ordinem decerni. de Prou. 19. Cùm prouinciam extra ordinem decernebant. pro Cluent. 85. Iudicé pecuniam ab reo clàm atque extra ordinem accepisse.pro Mur.18.Non est idem ordo dignitatis & renunciationis, propterea quòd renunciatio gradus habet,dignitas autè est persæpe eadem omnium. 1. Offic. 15. Omnium quæ fiunt , quæque dicuntur , ordo ac modus. 1. Offic. 17. His enim rebus quæ tractantur in vita , modum quendam adhibentes & ordinem , honestatem & decus conseruabimus. de Sen. 59. Arborum ordines in quincuncem directi. in Sal. 6. Illa pernicioſa ambitio , cuius primos ordines Sallustius duxit. 3. de Leg. 7. Pecunia ciuitatis ordines partiunto. *ibidem.* lib. 1. Locus certè non deerit , quoniam tenes ordinem rerum. de Vniuer. 7. Id ex inordinato in ordinem adduxit. 3. I.A.39. Aliquem rectè atque ordine , exque repub. fecisse & facere. 10. I. A. 5.Literas Bruti rectè & ordine scriptas videri. 5. I. A. 55. Qui ordo in sententiis rogandis seruari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis.* Oecon. 1. Nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ , dispositione atque ordine. Hortens. Cœli signorum admirabilem ordinem insatiabilémque pulchritudinem magis spectant.

¶ *Hominum cœtus , gradus , grex , natio.* pro Fla. 43. Lysanias adeptus est ordinem senatorium. pro Dom. 74. Proximus est huic dignitati ordo equester. pro Cluent. 152. Fidiculanus

cuius

cuius erat ordinis? senatorij. Ep. lib. 1. ep. 2. Maximéque visi sumus senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commouere. 1. Offi. 131. Hæ sunt iis, quorum ordini conueniunt honestæ. 4. I. V. 17. Si cuiquam ordini, siue oratorum, siue pecuariorum, siue mercatorum, probatus sit. Epist. lib. 10. ep. 12. Omnium genetum atque ordinum consensus. Ep. lib. 6. ep. 10. Tum certè ordinis tui facilè princeps. & lib. 13. ep. 9. Ordo publicanorũ. pro Dom. 142. Omnes socierates, omnes ordines. I. P. 88. Quid per tuum seruulum ordines assignati? Att. li. 8. ep. 17. Aliter video censeri Marcello, & cæteris nostri ordinis qui hîc sunt. pro Mil. 4. Amplissimorum ordinum delecti viri.

¶ *Militaris manus.* 1. I. A. 20. Vir fortissimus, qui ordines duxit.

¶ *Gradus in subsellijs.* 2. I. A. 44. Sedisti in quatuordecim ordinibus, cum lege Roscia prohibereris.

✠ ADIVNC. *Accommodatus ad probãdum, amplissimi, equester, maximi, proximi, summus, pro Sest. Admirabilis, cælestis, rari actorũ, Alienus, pro Luc. Mur. Amplissimus, miser, inuidiosus, pro Clu. Certus, 1. de Finib. Commendatissimus, communis, 13. Famil. Coniunctissimus, 1. Famil. Cunctus, postq. ad Quir. Cuncti, florentissimi, pro Mil. Descriptus. Orat. Directus, Olearius, pro Cæc. Directi, de Senec. Equester, plenus ârtis, de Clar. Firmior, 13. Philip. Frequens, inferior, vniuersus, 3. de Orat. Grauissimus, sanctissimusq;, pro Deiot. Honestus, malus, miserrimus, odiosus, infensus paucorum culpa, 5. in Ver. Incredibilis, 3. de Finib. Infimus. 2. Phil. Infinitus, tenuior, 3. de Legib. Modestus, 3. in Ver. Liber, & solutus, pro Rab. Magnus, pro Flac. Perturbatus, 3. de Nat. Præclari, 15. Att. Secũdus ad regum principatum, 2. de Finib. Sempiternus, 4. Acad. Senatorius, 2. in Ver. Summi, & mediocres, ep. ad. Brut. Totus, 4. in Ver. Varij, Top.*

☞ Syntaxis. *Ordinem conseruare, definire. Ordine, momento, & iudicio disponere. Hoc ordinem habet. In ordinem adducere, redigere, & consicere. Rectè, ordine, è Rep. facere, Ex ordine dicebãt illi. Habere ex ordine locos. Modus & ordo, honestas & decus. Tenere ordinem in legendo. Ordine scribere. In ordinem ex inordinato adducere. Ducere ordines.*

ORESTES, stæ. *vir tragœdus decãtatus, Agamẽnonis & Clytemnestræ filius, Pyladis amicus.* de Am. 24.

ORESTIS, idis, *pars Macedoniæ.* de Ar. 35.

ORICHALCVM, ci. *æris genus, auri colore, seu natiuũ sit, seu cadmia tinctum.* 3. Offi. 92. Si quis aurum vendens, orichalcum se putet vendere. & 2. de Fin. 23. in Cod. Germ. *aliter.* ODRILITIVM.

ORIENS, tis. *ortus.* 2. de Nat. 164. Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

¶ *Nascens.* Ora. 218. Oratio, vel oriens, vel media, vel cadens. *oriens, id est, prima.* pro Dom. 67. Vis oriens & congregata.)(*iam districta & extincta.*

ORIGO, inis. *principium, initium, causa, ortus, stirps, semen, fons, caput, autor.* de Vniu. 3. Nullius rei causa remota, reperiri origo potest. de Clar. 253. Verborum delectum originem esse eloquentiæ. de Vniuers. 7. Quæ causa impulerit eum, qui hæc machinatus sit, vt originem rerum & molitionem nouam quæreret. 3. Tusc. 23. Doloris igitur huius origo nobis explicanda est. * ad Tímæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum est Solis & Lunæ.

ORION, onis. in Arato, *Fabula Orionis & Dianæ.*

ORIOR, oriris. *nascor, exorior, in vitam introeo, proficiscor, mano.* 1. de Finib. 78. Sed ipsum à se oritur, & sua sponte nascitur. pro Muræn. 66. Tu qui ab illo ortus es. 2. de Leg. 4. Hoc solum, in quo tu ortus & procreatus es. de Vniu. 35. Vos qui deorum satu orti estis. 5. de Fin. 69. Officia, quæ oriuntur à suo cuiusque genere virtutis. 2. de Orat. 171. Ea quæ sunt orta de causis. pro Dom. 69. Sed ne quis oriretur aliquando, qui diceret, &c.

✠ ADVERB. *Sensim seditionem, pro Sest.*

☞ Syntaxis. *A se oriri, & sua sponte nasci. In hoc solo ortus & procreatus. Nobilium satu ortus. Oriri de.*

ORITHIA, thiæ. 1. de Leg. 3. Orithiam aquilo sustulit.

ORIVNDVS, a, um. *ortus.* Topic. 29. Qui ab ingenuis oriũdi sunt.

OPIZONTES. L. HORIZON.

OPMH, ẽs. de Nat. lib. 2. 58. Sic natura mũdi omnes motus habet voluntarios, conatúsque & appetitiones, quas ὁρμὰς Græci vocãt. Acad. li. 4. 24. Nã aliter appetitio (eam enim esse volumus ἰσχὺν) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod est visum. L. APPETITIO, & APPETITVS.

ORNAMENTVM, ti *honor, dignitas, decus, insigne, lumen.* Epist. lib. 5. ep. 8. Susceptique mihi perpetuã propugnationẽ pro omnibus ornamentis tuis. 3. I. C. 26. In animis ego vestris omnes triũphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia cõdi volo. de Pro. 22. Intueor coràm hæc lumina atque ornamenta reip. & 28. Sed decus illud & ornamẽtum triumphi minuendum non putaui. & *ibid.* Alij sine vllis verborum ornamentis dabant. 3. I. A. 13. Flos Italiæ, firmamentum imperij nostri, ornamẽtum dignitatis. pro Syl. 88. Omnia generis insignia atque ornamenta occiderunt. 1. de Orat. 199. Equidem mihi hoc subsidium comparaui, non solùm ad vsum forensem, sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis. pro Cecin. 28. Falcula decus atque ornamentum ciuitatis. pro Cor. 43. C. Cæsar populum istum maximis ornamentis affecit. de Cl. 140. Sententiarum ornamenta & confirmationes. & 261. Illa oratoria ornamenta dicendi. 2. de Orat. 122. Neminem omnium tot ac tanta, quanta essent in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. 8. I. A. 24. Cùm ad nos mitteret Cotylam, ornamẽtum atque arcem amicorum suorum. pro Mil. 38. Qu. Hortensius lumen & ornamentum reipub. 2. con. Rull. 60. Prædas ac manubias in vrbis ornamenta conferre. 13. I. A. 24. Illa ornamẽta in virtute & industria posita lucent. con. C. Anton. Spoliatus ornamẽtis omnibus. Frag. ep. Amplitudinem gloriámque tuam magno mihi ornamento fore existimo. Incer. Non illos honestauit, sed ornamenta ipsa turpauit.

✠ ADIVNC. *Aptum ad animos conciliandos, magnum orationis, & amplum ad aliquid faciendum, tot, ac tanta, 3. de Orat. Cætera, hereditaria, multa, permulta, egregia, 6. Ver. Communia alicui cum aliis, præcipua. 6. Famil. Commune κοινωσιῶδ, pergratum, singulare, 1. Attic. Domestica, 5. Famil. Extranea, plurima, 1. de Inuent. Inania, quædam & leuia multa, & maxima, summa, pro Planc. Innumerabilia, maiora, modica verborum & sententiarũ, prisca, Orat. Maxima, pro Corn. & 13. Famil. Meliora, propria, summa dicẽdi, 1. de Orat. Minora, pro Sex. Rosc. Non satis optima, oratoria dicendi, plura, de Clar. Oratoria, Parad. Plurima vrbis, 12. Philip. Plurima, & maxima, pro Deiot. Proprium, 11. Attic. Prouincialia, reliqua, postq. ad Quir. Reliqua vrbis, de Prou. Summa honoris, pro Pomp. Tanta, 7. Ver. Vetera, Diuin.*

☞ Syntaxis. *Lumen & ornamentum Reip. Decus & ornamentum. Insignia & ornamenta. Habere ornamenta. Ornamentum & arx iam Roma omnium populorum.*

ORNANDVS, a, um. Orat. 102. Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius, temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Epist. lib. 9. ep. 14. Tibique nõ modò tuendos, sed etiam ornandos illos viros. & lib. 11. ep. 14. De adornando adolescente. 1. de Orat. 199. Senectuti verò celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio?

ORNATE. *non inornatè, eleganter, politè, non inculte, splendidè, luculenter.* 3. de Orat. 50. Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus & verbis dicunt, & in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt, id est, quod dico ornatè. 3. de Fin. 19. Philosophicas res ornatè dicere velle, puerile est. 1. Offi. 4. Ornatè splendidéque dicere. pro Cæl. 8. Ornatè politéque dicere. 1. de Orat. 48. Oratoris est, compositè, ornatè, copioseloqui. 2. Tusc. 7. Qui profitentur se neque distinctè, ✠ neque distributè, neq; elegãter, neq; ornatè dicere. ‖ 1. de Or. 51.

ORNATVS, tus. *lux verborum, flos orationis.* 1. de Orat. 49. Ornatus verborum oratoris putandus est. & 2. de Orat. 366. Distinctio & ornatus oratoris. de Cl. 262. Ornatus orationis tanquam vestis. 3. de Orat. 23. Eloquẽtia quascũque in oras disputationis, regionésue delata est, & quocunque ingreditur, eodem est instructu ornatúque comitata. Or. 78. Tum remouebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. & *ibid.* Collocata verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod mutatis verbis non maneat manente sententia. de Cl. 274. Verborum sententiarumque illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio. 1. de Finib. 10. Quando enim nobis vllus orationis vel copiosæ vel elegantis ornatus defuit? Orat. 134. Hęc quasi lumina magnum afferunt ornatum orationi. 3. de Orat. 94. Sed ita distinctum, vt sint quasi in ornatu disposita quædam insignia & lumina. de Clar. 27. Ante Periclem litera nulla est, quæ quidem ornatum habeat. ‖ 1. de Or. 49. & 50.

¶ *Vestitus.* 1. Off. 61. Statuas videmus ornatu ferè militari. de Sen. 59. Cyri purpura ornatúq; Persicus, multo auro multisque gemmis. pro Cæl. 49. Non incessu solùm, sed ornatu atque comitatu. pro Dom. 111. Hoc simulachrũ quidam ad ornatum ædilitatis suæ deportauit. 1. de Orat. 235. Ornare aliquem alieno ornatu. 2. de Fin. 69. Pulcherrimo vestitu, ornatu regali. * in Clod. Quem decet muliebris ornatus. Oecon. 1. Quibus ad virilem dierum solennium ornatum vti solemus.

✝ADIVN. *Acerbus, & Lugubris, magnificus,3. Ver. Admirabilis, amplus, insignis,magnus,Orat. Admirabilis,cæli loco proximus perpetuus,2.de Nat. Aptus ad actionem, non dignus viro,militaris,1.Offic. Elegãs, 1.de Finib. Mirabilis,4. Acad. Muliebris,1.de Inuent. Nouus, & alienus, 2. de Orat. Oratorius,grauior,de Clar. Regalis, 2. de Fin. Rati, Varij,1.de Diuin. Regius, 1.Tusc.*

☞ Syntaxis. *Distinctio & ornatus. Instructus & ornatus eloquentiæ. In ornatu disposita lumina orationis. Ornatum habens oratio. Statua ornatu militari,regali.*

ORNATVS,a,um:tior,simus. *politus,luculentus,excultus,comptus, expolitus,nitens,elaboratus.*1.I.V.29.& de Cla.147. Frater tuus lectissimus & ornatissimus adolescens.pro Flac.50. Splendidissimus atque ornatissimus vir.de Senect.57. Agro bene culto nihil nec vsu vberius, nec specie ornatius.pro Qu.98.E fundo ornatissimo deiici.1.de Orat.42. Homo in dicẽdo ornatus & grauis. Orat.36. Omnes apud Paeuuium ornati elaboratiqúe sunt versus.I.P.5. Prouincia exercitu & pecunia instructa & ornata. 2. de Fin.112. Sapiens plurimis & grauissimis artibus atque virtutibus instructus & ornatus.pro Pom.1. Locus ad agendum amplissimus,ad dicendum ornatissimus.ad Brut.ep.18. Vir cõiuge, liberis,multis affinibus ornatus.item.1.de Or.50. Cõposita oratio & ornata,& artificio quodã & expolitione distincta.Ep.li.5. ep.2. Cùm tu à me rebus amplissimis atque honorificentissimis ornatus esses.pro Dom.88. A populo Rom. semper sum defensus,amplificatus & ornatus.10.I.A.9. Græcia M. Bruti imperio, autoritate, copiis non solùm instructa, sed etiam ornata, dexteram tendit Italiæ.Brut.ep.12. Lepidus ornatus cum honoribus amplissimis à Senatu. pro Flac. 95. Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum est. 2. de Nat.95. Domicilium ornatum signis & picturis, instructumque rebus omnibus necessariis. pro Cec. 60. Armatos verè appellamus, qui scutis telisque parati ornatique sunt.1.de Leg.35. Muneribus deorum nos esse instructos & ornatos.pro Pomp.21. Domicilia regia omnibus rebus ornata atque referta.de Ar.29. Deiotarus clarissimorum imperatorum testimoniis ornatus.pro Mur. 85. Respub. suis præsidiis ornata. pro Syl.75. Per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ, nunc subleuantur aduersæ.Qu.fr.lib.3.ep.4. Ille à me singularibus meis studiis ornatus est. Postquã ad Qu.16. Qui vestris maximis beneficiis honoribúsque sunt ornati.pro C.Cornel.1.Qu. Metelli adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.

✝ADVER. *Copiosè,copiosiùs,6. Ver Leuiter,Orat. Maximè virtutibus,1.Offi. Amplissimè,3.Famil. Propè satis exercitus auxiliis,2.Famil.*

☞ Syntaxis. *Exercitu instructum oppidum, & ornatum. Locus ad dicendum ornatus. Scelere ornatus.*

ORNO,as. *exorno,distinguo,illustro, illumino,noto,pingo,vario,ornatũ affero,ornamenta congero,ornamento sum, ornamento afficio, honoro, decoro,honesto,augeo, amplifico, collocupleto,commodus augeo,laudo, adorno,paro,instruo.*1.de Orat.235. Nouo & alieno ornatu ornare iuris ciuilis scientiam.Attic.lib.1.ep.3. Caietam si quando abundare cœpero, ornabo.2.contra Rul.32. Deinde ornat apparitoribus,scribis,librariis, &c.pro Pomp.9. Qui maximas ædificasset ornassetque classes.6.I.V.44. Ornare & apparare cõuiuium. pro Quin.93. Ornare conuiuium magnificè splẽdidéque.2.I.A. 25. Hic non solùm meis laudibus me ornat, sed etiam honorat alienis.pro S.R.138. Non modò non læsi te,verumetiam ornaui. Attic.lib.1.ep.14. Quos ego non solùm tuli,sed ornaui.1. Tusc. 112. Tu verò istam artem ne reliqueris, quam semper ornasti: illa enim,si verè loqui volumus, te ornauerat. Epist. lib.7. ep.5. Si vis, ad me alium mitte, quem ornem.3.I.V.34. Ornare aliquem beneficiis omnibus. Attic.lib.6.ep.1. Ornare ciuitatem beneficiis omnibus.1.I.C.29. Quæ gessi in Consulatu, priuatus tuebor atque ornabo.Brut.ep.17. Ornare aliquem omnibus decretis. Attic.lib.3.ep.24. Ornare prouincias Consulibus. I.P.31. Qui frequentia sua aduentũ vestrum ornauerunt ac celebrauerunt.1.de Orat.94. Mirabilius & magnificentius augere aliquid atque ornare. Qu.frat.lib.2.ep.3. & Epist.lib.2.ep.15. Ornare aliquem veris & diuinis laudibus. Epist.lib.1.ep.9. Ornare aliquem insignibus gloriæ.1.de Orat.142. Vestire atque ornare oratione res inuentas.

✝ADVERB. *Magnificè,splendidè cõuiuium,pro.P.Qu. Mirabilius,Part.Rhetoricè,& tragicè mortẽ,de Clar. Vehementer,3.Tusc.*

ORNOR,ris. 3.de Finib.26. Potest id quidẽ fuse & copiose & omnibus electissimis verbis grauissimisque sententiis Rhetorice & augeri & ornari.& 11.I.A.36. Ornari & exornari ab aliquo. pro Plan.22. Tota illa regio se huius honore ornari,se dignitate augeri putabat.de Cl 164. Oratio, in qua autoritas ornatur Senatus.3.de Orat.25. Quibus orationẽ ornari & illuminari puto.pro Cluent.14. Lectum sibi ornari & sterni iubet.

✝ADVER. *Iustissimè,2.Cont. Rull. Meritò verbis amplissimis,4.Philip.*

☞ Syntaxis. *Ornare Cæsarem. Rebus amplissimis ornatus. Defensus, amplificatus,ornatus. Telis paratus & ornatus. Regium domicilium ornatum. Præsidiis ornare,studiis aliquem. Aedificare & ornare classem. Ornare & apparare conuiuium. Laudibus ornare,& honorare. Res alicuius ornare. Ornare & celebrare sua frequentia aliquem. Oratione vestire & ornare. Ornare & illuminare.*

ORANDVS,a,um:di,do. Postquam in Sen.1. Quis possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando?3. Offi.43. Iudex amicus orãdæ litis,tempus,quoad per leges liceat,accommodet.6.I.V.101. Quò liberos adire ne orandi quidẽ causa fas erat.*id est,in quod fanum.*4.Tusc. 78. Rogandi sunt orandique,vt,&c.

ORO,as. *rogo,obsecro,obtestor.*Att.lib.11.ep.1. Te etiam atque etiam oro,vt me tuendum suscipias.ad Brut.ep.16. Orare aliquem pro salute alicuius. Attic.lib.4.ep.8. Dic oro te clariùs.4.I.V.96. Rogare atque orare aliquem.& 42. Orare atq; obsecrare aliquem, & obtestari.pro Planc. 104. Téque C. Flaui oro & obtestor,&c. pro S R.9. Quapropter vos oro atque obsecro iudices, vt &c. Epist.lib.10.ep.34. Ego vos P.C.oro atque obsecro, vt,&c. Attic. lib.12.ep.31. Orat multis & supplicibus verbis,vt liceat.7.I.V.118. Idque postremum parentes suos liberi orabant,vt,&c. Qu.fr. lib.1.ep.1.36. Illud ad extremum te oro & hortor,vt,&c.

¶ *Orationem habeo.* de Clar.47. Nemo vnquam melius vllam orauit capitis causam.

✝ADVER. *Etiam, atque etiam, & rogare,13.Famil. Melius causam capitis,de Clar. Planè,10.Fam. Vehementer,ac petere,15.Attic.*

☞ Syntaxis. *Orare litem. Orandi causa fanum adire. Rogare,& orare. Causam capitis orare. Oro & obsecro.*

ORONDICVS,ci. *vrbs.*2.contra Rul.49.

OROPVS,pi. *oppidum.*Att.lib.12.ep.24.

ORPHEVS,ei.1.de N.108. Orpheum poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse.

ORPHICVS,a,um.3.de N.58. Sacra Orphica Dionysio putantur confici.& lib.1.108. Orphicum carmen.L.CERCOPS.

ORSVS,sa.sum. *inceptus.*de Clar.128. Eius collega L. Bestia bonis initiis orsus tribunatus,tristes exitus habuit consulatus.

ORSVS,sus. *imtia,exordium.*2.de Diu.63.

Auguris vt nostri Calchantis fata queamus
Scire,ratóne habeant,an vanos pectoris orsus.

ORTVS,tus. *exortus.*)(. *occasus.*2.de Diuin.50. Sed quid plura? ortum videamus aruspicinæ. & 91. Cum ortus nascentium luna moderetur.3. de L.19. Tribunatus, cuius primum ortum inter arma procreatum videmus.1.de L.20 Iuris ortum à fonte repetamus.1 Offi.22. Non solùm nati nobis sumus sed ortus nostri partem patria, partem parentes vendicant. 2. de L.5. Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus.3.I.C.20. Simulachrũ solis ortum curiámque conspiciens.de Vniuers.5. Quę ortum habere gigniqúe diximus.& *ibid.* Quod semper est,neque vllum habet ortum.& *ibid.* Mundum nullo ortu fuisse generatum. 2. de Natur.49. Sol ab ortu ad occasum commeans.1.de Inuen.59. Signorum ortus & obitus seruant. 1. de Diu.128. Siderũ ortus obitusque cognoscere.2.de Diuin.92. Ortus occasusque siderũ non fieri eodem tempore apud omnes.

✝ADIVNC. *Clari,5.Tusc. Grauior,& verior,similis,& minimè generosus,de Amic. Moderatus,& constãs,de Vniuer. Nitidi,1.de Diuin. Præclarus,Arat.*

☞ Syntaxis. *Ortus nascentium. Ortus procreatus. Iuris ortum à fonte repetere. Cato ortu Tusculanus. Ortum id habet ac gignitur. Nullo ortu genitum. Ortus & obitus. Ortus,& occasus.*

OS,oris. *pars animãtis,in quam cibus infertur.*2.de Nat.122. Quędam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipsis capessunt.1.de Diu. 78. Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt.2. de Orat.162. Inserere cibum in os alicui.I.P.13. Os fœtidum.2.de Diuin.135. Draco cum radicem ore teneret,locutus est *ibid.* lib.1. 27. Necesse est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore, cùm pascitur. *ibid.*108. Sic expectabat populus, atque ora tenebat. de Clar.265. Nihil non consideratum exibat ex ore. Orat.134. Verbum ex ore nullum nisi elegans exeat.in Vat.4. Non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam,quod non,&c. pro Syl.72. Verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit,vnde quisquam posset offendi? Attic.lib.1 ep.15. Præbere os alicui ad malè audiendum.* Acad. Quem incomptis vnguibus bacchantes asperóque ore discerpant.

¶ *Cum*

¶ *Cum vi vocis Coràm, Palàm, Conspectus, Præsentia, Facies.* pro S. R. 16. Eo tempore Roscius erat Romæ frequens atque in foro & in ore omnium quotidie versabatur. 4. I. V. 81. Quæ palàm in ore atque oculis omnium gesta sunt. 3. I. V. 121. Istius iniquitas tum in ore vulgi & in communibus prouerbijs versabatur. pro Mil. 43. Ora omnium atque oculos intuemur. 4. I. C. 1. Video, P. C. in me omnium vestrûm ora atque oculos esse conuersos. At. lib. 6. ep. 2. Tu, cuius mihi os ante oculos solet versari. Orator. 8. Vnde illud, vtex ore aliquo quasi imago exprimatur. 3. I. V. 1. Ora iudicum aspicere, & os suum populo ostendere. pro Dei. 5. In tuis oculis, in tuo ore vultúque acquiesco. pro Mar. 10. Te verò, cuius mentem sensúsque & os cernimus, quibus laudibus efferemus?

¶ *Sermo.* Attic. lib. 6. ep. 3. Tibi autem valde solet in ore esse. 10. I. A. 14. Brutus erat in desiderio ciuitatis, in ore & in sermone omnium. de Amic. 2. Sermo, qui tum ferè erat multis in ore. de Clar. 169. Cui orationi Cæpionis ore respondit Aelius. pro Dei. 28. Non debebas optimo viro fugitiui ore maledicere. 1. Tuscu. 39. Plato, quem ex ore tuo admiror. Att. lib. 14. ep. 24. Deinde habent in ore, nos ingratos. Ep. lib. 6. ep. 18. Habere aliquid semper in ore. 1. Tusc. 116. Vigere in ore. 2. de Fin. 76. Illa semper tibi in ore sunt. Ep. lib. 5. ep. 16. Consolatio peruulgata, quam semper in ore atque in animo habere debemus. 2. de Ora. 29. Studium dicendi nisi accessit os, nullum potest esse.

¶ *Introitus, aditus, angustia.* 7. I. V. 30. In ipso aditu atque ore portus. 6. I. V. 129. In ore Ponti & angustiis.

¶ *Caput.* 6. I. V. 124. Gorgonis os cinctum anguibus.

¶ *Impudentia.* 4. I. V. 48. Nostis os hominis, nostis audaciam. pro Qu. 77. Mihi videtur ore durissimo esse, qui præsente Roscio gestum agere conentur. 3. Tusc. 41. Cùm os perfricuisti. 1. de Or. 175. Quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine vlla scientia iuris audet accedere? Epi. lib. 9. epi. 8. Nostri profectò os adolescentioris Academiæ. I. P. 63. Sed ostuum ferreum senatus conuicio verberari noluisti.

✠ *ADIVNC. Alacre, & promptum, 1. de Orat. Aptissimum, 1. de Nat. Ardens, 2. de Or. Coruscum, ferũ, Arat. Durissimum, pro Quint. Ferreum, fœtidum, incolume, pristinum, in Piso. Importunissimum, 2. Philip. Impurissimum, 5. Philip. Infame, infestum 11. Philip. Intimum, 2. de Nat. Plenius, 1. Offic. Pulcherrimum, tacitum, 6. Ver. Superius, supinum, de Vniuer.*

☞ Syntaxis. *Ex ore verbum exiens, excidens. Versari in ore omnium. Palàm in ore & oculis. In ore vulgi & communibus prouerbijs versari. Conuersa ora & oculi in oratorem. In oculis, in ore, vultúq; alicuius acquiescere. In ore & in sermone omnium. In ore qui est sermo. Ex alterius ore amare aliquem. Quid habes in ore? In ore esse, vigere. Orator, nisi accedat os, nullus est. Aditus & os portus. Os hominis. 3. audacia.*

OS, ossis. 2. de N. 139. Quid dicam de ossibus? quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent. *& ibi multa de vtilitate ossium.* de Clar. 68. Atque vtinam imitarentur nec ossa solùm, sed etiam sanguinem. 3. I. V. 113. Cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inussisti? & 7. Ver. 127. Cineri atque ossibus filij.

☞ Syntaxis. *Cinis & ossa, de mortuo.*

OSCINIS, ne, nis: vel OSCEN, inis, *teste Charisio, auis auspicium ore cantúq; faciens: omnis auis quæ canit.* 2. de N. 160. Aues, & alites, & oscines, vt augures nostri appellant. 1. de Diui. 120. Aues, quæ tum huc, tum illuc volant alites: quæ tum à dextra, tum à sinistra parte canant, oscines. Ep. lib. 6. ep. 6. Ex cantu sinistro oscinis, augurari. * de Augur. Oscinis.

OSCITANS, tis. *negligens, ignauus, segnis.* 1. de Na. 72. Ista quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. 2. de Orator. 144. Ista oscitans & dormitans sapientia. de Clar. 200. Oscitans iudex. pro Milon. 57. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. pro Cl. 71. Et cum, quod iamdiu nihil quæ fierat, tristem atque oscitantem impellit. pro Q. Gall. Hesterna potatione oscitantes.

OSCITANTER. *negligenter, indiligenter.* de Clar. 276. Tam solutè egit, tam leniter, tam oscitanter.

OSCITOR, aris. *dormito, ocior.* 4. ad Heren. 49. Cùm etiam maiores calamitates impendere videantur, sedetis & oscitamini.

OSCVLANS, tis. de Som. 5. Ille me amplexus atque osculans flere prohibebat.

OSCVLATIO, onis. *osculum.* pro Cæl. 49. Complexu & osculatione, &c.

OSCVLOR, aris. *suauior, suauium do.* pro Mur. 88. Mater filium suum osculata est. 1. Tusc. 92. Vt eum dormientem oscularetur. 6. I. V. 94. In precibus & gratulationibus, non solùm id simulachrũ venerati, sed etiam osculari solent. pro Mur. 23. Quoniam mihi vidéris istam scientiam iuris tanquam filiolam osculari tuam, non patiar, &c. Epist. lib. 1. epist. 9. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic osculabantur, &c. At. lib. 16. ep. 5. Complecti & osculari aliquem.

OSCVLVM, li. *suauium.* Attic. lib. 12. ep. 1. Atque vtinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, & ad osculum Atticę possim currere. L. FAMOSVS.

OSCI, ludi. *id est, rusticani & obsceni. nam & obscœnum ab oscis deducunt, Osci verò Italiæ populi fuerunt.* Epist. lib. 7. ep. 1.

OSIM, pro ausim. *Comicorum more.* Attic. lib. 12. ep. 5. Quod autem osim hanc rem, ἁπαξ à te. Quod, inquit, ausim sub tyranno Cæsare viuere, mandatum à te habeo.

OSTENDENDVM. 2. ad Herenn. 23. De his primùm partibus ostendendum est: deinde, &c.

OSTENDO, dis. *demonstro, doceo, propono, planum facio, declaro, significationem habeo.* 1. de Orato. 151. Omnes loci artis inquirentibus nobis ostendunt se & occurrunt. pro S. R. 87. Os tuum non modò ostendis, sed etiam offers. 3. I. V. 1. Nec tam nefariis criminibus, & tam multis testibus euictus, ora iudicum aspicere, & os suum Pop. Romano ostendere auderet. de Ar. 24. Hęc nobis & scelerum iudicia ostendit, & periculorum signa patefecit. de Som 3. Hic tu ostendas oportet patriæ lumen animi consilijque tui. pro Cec. 10. Sicut & viuus multis ipse rebus ostendit, & in morte sua testamento declarauit. Epist. lib. 9. ep. 8. Et si munus flagitari, quamuis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus: tamen, &c. *id est, promiserit.* 6. I. V. 75. Iste tum metum, tum spem ostendere. Att. lib. 1. ep. 1. Demonstraui hæc Cæcilio, simul illud ostendi. &c. Attic. lib. 8. ep. 15. De Italia nihil mihi vnquam ostenderas. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Tribuni sunt nobis amici, Consules se optimè ostendunt, Prætores habemus amicissimos.

OSTENDOR, tis. de Vniuers. 35. Palàm ostendi. *id est, palàm apparére.* pro Arch. 16. Si non hic tantus fructus ostenderetur. Attic. lib. 11. epi. 11. Cum præsertim ne spes quidem vlla ostendatur. 2. contra Rul. 5. Cui errato nulla venia proponitur, non dubitandi fidele consilium ostenditur.

✠ *ADVERB. Apertè, 1. de Legib. Apertè spem libertatis, 4. Attic. Contrà, insidiosè falsam spem, pro Sex. Rosc. Nec opinatò se, 2. Philip. Optimè se, 1. ad Q. frat. Palàm, de Vniuer. Paulùm modo, 1. Fam. Probabiliter, 1. de Inuent. Quambreuissimè quid sit. Orat. Vltrò viam salutis, de Arusp. Vulgò, & proferre, 6. Ver.*

☞ Syntaxis. *Ostendere se, & occurrere, de locis argumentorum. Ostendere & offerre. Lumen animi ostendere. Ille se optimè ostendit semper. Iam ostenditur, id est, patet.*

OSTENTATIO, onis. *venditatio, simulatio, vanitas, gloria.* 4. ad Herenn. 64. pro R. P. 38. Quod genus tandem est illud ostentationis & gloriæ. 2. de Orato. 333. Vitanda est ingenij ostentationisque suspicio. 2. de Orat. 31. Et eo magis, quod nulla mihi ostentatione videris esse vsurus. 2. de Finib. 77. In fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. & lib. 4. 68. Ostentatio gloriosa. 1. contra Rull. 23. Consul veritate, non ostentatione popularis. 2. Off. 43. Qui simulatione & inani ostentatione, ficto non modò sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. 2. Tusc. 11. Philosophorum disciplina, ostentatio scientiæ, non lex vitæ. 1. Offic. 44. Quæ ob ostentatione proficisci potius, quàm à voluntate videantur. pro Flac. 52. Vbi illa magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis? Att. lib. 5. ep. 13. Intelligis ostentationes nunc in discrimen esse adductas, &c. de Amic. 88. Virtus venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur. Parad. 6. Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio?

✠ *ADIVNC. Gloriosa, 4. de Finib. Inanis, 2. Attic. Insolens, Parad. Magnifica, & gloriosa ciuitatis, pro Fla. Popularis, 1 Cont. Rull. Puerilis memoriæ, Part.*

☞ Syntaxis. *Ostentatio & gloria. Veritate, non ostentatione pius. Simulatio, inanis ostentatio, ficto sermone ac vultu. Venditatio & ostentatio. Insolens ostentatio.*

OSTENTATOR, oris. *gloriosus.* 4. ad Heren. 64. Vt si velis ostentatorem pecuniosum describere.

OSTENTATVS, a, um. pro Qu. R. 16. Pecunia quæ ex liberalitate huius promissa sit & ostentata. pro Cluen. 22. Cùm ei filij recuperandi spes esset ostentata.

OSTENTO, as. *vendito.* Attic. lib. 2. epi. 23. Clodius omnibus præ se fert & ostentat. Epist. lib. 1. ep. 4. Quid enim me ostentem? qui, &c. & lib. 10. ep. 3. Ostentare prudentiam. 4. ad Her. 30. Hic qui se magnificè iactat & ostentat. 2. ad Her. 47. Venditare ingenium, & ostentare memoriam.

¶ *Mimitor.* pro Clue. 25. Illum qui sibi delationem nominis & periculum capitis ostentaret. Epist. lib. 4. ep. 14. Bellum ex altera parte cædem ostentat, ex altera seruitutem.

¶ *Expono, præbeo.* Attic. lib. 1. ep. 13. Ostentare iugulum pro capite alterius. *id est, exponere se periculo vitæ.*

¶ *Præ me fero.* 2. cont. Rul. 10. Aliud obscurè moliri, aliud specie simulationis ostentare.

¶ *Laudo.*2.contra Rull.77. Agrum quem vobis ostentant, ipsi concupiuerunt.

¶ *Trado.* pro Marcell. 29. Huic tu inseruias, huic te ostentes oportet.

OSTENTOR, aris. *promittor.*2.contra Rul.10. Largitio, quæ verbis ostentari potest, reuera fieri nullo pacto potest.

✠ *ADVERB. Apertè iugula,* 1. *Attic.*

OSTENTVM, ti. *portentum.*1.de Diuina.93. L. MONSTRVM. 6. in Verr. 108. Cùm magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur. de Aruſp. 10. Gaudeo mihi dicendum esse de toto hoc ostento, quod haud scio an grauissimum multis his annis huic ordini nunciatum sit.1.de Diuinat.121. Cræsi filius infans locutus est: quo ostento regnum patris cõcidit. Cæl. Epist.lib. 8. ep. 14. Scis Appium hic ostenta facere de signis & tabulis.

✠ *ADIVNC. Grauissimum, de Aruſp. Tristius,* 2. *de Diui.*

OSTIATIM.6.I.V. 48. Nolite expectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim.& 53.

OSTIVM, stij. *ianua.*5.Tusculan.13. Solane beata vita relinquitur extra ostium limenq; carceris.2.de N. 135. Aspera arteria ostiũ habet adiunctũ linguę radicibus. Q.de Pet.34. Quæ si significãt voluntatem esse abditam, parui refert patére ostium.6.I.V.118. Insula in vtriusque portus ostium aditumq; projecta.pro Pom. 33. Ante ostium Tyberinum.& *ibid.* Intra Oceani ostium.pro S. R.65. Aperto ostio dormientes eos repertos esse. 2. I. A. 26. Ad ostium fluminis Cydni. 2.de Or. 276. Eique ab ostio quærenti Euinium ancilla dixisset.

☞ Syntaxis. *Ostium aspera arteriæ. Portus ostium & aditus. Ostium Tyberinum. Fluminis ostium.*

OSTREA, streæ. 2. de Diuin. 33. Ostreis & conchyliis omnibus contingit, vt cum luna crescant pariter, pariterque decrescant. Epist.li.7.ep.26. Qui me ostreis & muræna facilè abstinebam. *Hortenſ. Solertiam eam, quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas.*

OSVVS, a, um. de Amic.60. Ita amare oportere, vt aliquando sis osurus.

OTIOLVM, li. *otium.* Ep. lib. 8. ep. 3. Cum otiosus sum, planè vbi delectem otiolum meum, non habeo, Cælij.

OTIOR, aris. *nihil ago, cesso, vaco, otio perfruor.*3. Offi.58. Cum se Syracusas otiandi causa, non negotiandi (vt ipse dicere solebat) contulisset.

OTIOSE. *per otium, vacuo animo.*6. I. V. 33. Contemplari vnumquodque otiosè.4.de Fin.32. Tum licebit otiosè ista quærere.3. Offic.97. Otiosè viuere domi.

OTIOSVS, a, um. *cessans, nihil agens, feriatus, vacuus, laxatus curis, otio immio affluens, qui animo vacuo est, solutus opere, qui cura vacat & negocio: qui secum est, secumq; vt dicitur, viuit: vacans animo, iners, languidus.)(operosus, semper agens aliquid.* de Cl.10. Cùm inambularem in Xysto, essemque otiosus domi. Atti.lib.12.ep. 38. Nisi eris valde otiosus.3.de Nat.94. Cur non rebus humanis aliquos otiosos deos præfecit. pro Planc.66. Quid dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit negocium nunquam otiosum. Quint.lib.3.epi.8. Idque perficiam his supplicationum otiosis diebus. Ep.lib.9.ep.25. Si otiosum cum reddiderit.3.Offic.1. Dicere solitum Scipionem accepimus, nunquam se minus otiosum esse, quàm cùm esset otiosus.de Sen.82. Otiosam ætatem & quietam sine vllo labore & contentione traducere.1.de L.10. Cessatio libera atque otiosa.de Sene. 49. Si verò habet aliquid tanquam pabulum studij atque doctrinæ, nihil est otiosa vita iucundius.11.I.A.20. Otiosus & nihil agens.1.de Orat.219. Quo in studio hominum ingeniosissimorum, otiosissimorum totas ætates videmus esse contritas.1.Offic.70. Sed & facilior, & tutior, & minus aliis grauis aut molesta vita est otiosorum.2. Offic.26. Spectatoresque se præbuerunt otiosos Leuctricæ calamitatis.

✠ *ADVERB. Omninò nunquam, pro Planc.*

☞ Syntaxis. *Nullum tibi negotium est otiosum. Otiosus dies, ætas. Cessatio libera & otiosa. Otiosus, & nihil agens. Ingeniosissimorum studio otiosissimorum totæ ætates contritæ. Otiosus spectator.*

OTIVM, tij. *tempus, spacium, vacuum tempus, laxamentum, cessatio libera atque otiosa, remissio, quies, vacatio ætatis, tranquillitas vitæ, facultas vacui & liberi temporis.*1.de Orat. 3. Et quantum mihi vel fraus, &c. vel causę, &c. vel Resp. tribuet otij, ad scribendum potissimum conferam.1. de Or.95. Non despero fore aliquem aliquando, qui & studio acriore, quàm nos sumus atque fuimus, & otio ac facultate dicendi maiore ac maturiore existat talis orator, qualem, &c.2.de Orat.20. Otium quod & rarò datur, & nunc peroptatò nobis datum est.& *ibidem.* Otij fructus est non contentio animi, sed relaxatio. *ibid.*57. Philistus otiũ suum consumpsit in historia scribenda.2.de Orat.54. Horum libros delectationis causa cum est otium, lego.& 143. Cùm se de turba & à subselliis in otium, vt cogitat solitudinémque contulerit. pro Sest.98. Quod maximè est optabile & bonis & beatis cum dignitate otium.2.contra Rull. 101. Itos quibus otiosi otium fecissemus, otiosissimos reddam. & *ibidem*: Vos omni ratione otium tenere debetis. Ep.lib.3.epist.7. Pluribus verbis ad te scribam, cum plus otij nactus ero. Ep.lib.10.ep.28. Plura scribam, si plus otij habuero. Ep.li.12.ep.30. Quamuis enim occupatus sis, otij tamen plus habes: aut si ne tu quidem vacas, noli mihi molestiam exhibere.1.de Orat.164. Quoniam tantum habemus otij, quantum iamdiu nobis non contigit.pro Flacc.9.& Part.1. Si tibi est otium, & si vis.& 2. Offi.4. Et magis etiam tũm, cum plus erat otij. *ibidem.* Scribendi otium non erat.7. I. V.8. Ergo tunc cùm bello fugitiuorum tota Italia arderet, Cn. Norbanus summo in otio fuit. 3. Orat.129. Homines abundantes otio. & *Ibidem*: Græci diffluentes otio.pro Pl. 66. M. Cato in principio Originum suarum scripsit, clarorum virorum atque magnorum non minus otij quàm negotij rationem extare oportere. de Cl.8. Otium moderatum & honestum.5. Tusc ula.105. Otium literatum. Ep.li.9.ep.9. Referre se in otium.1. ad Her.1. Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otium studio suppeditare possumus, & idipsum quod datur otij, libentius in Philosophia consumere consueuimus: tamen, &c.1.de Inue. 4. Honesta studia per otium concelebrata ab optimis viris.1. de Orat. 224. Philosophorum autem libros reseruet sibi ad huiusce modi Tusculani requiem atque otium. Epist.lib.2.ep. 17. Si antea auditum erit otium esse in Syria. Attic.lib.12.ep.7. Tantúmne abre tua est otij tibi, vt etiam oratorem legas? 1. de Or.57. Philosophi in angulis otium consumunt.1.de Orato. 22. Græci non solùm ingenio & doctrina, sed etiam otio studioque abundantes.2.de Or.144. Istam oscitantem & dormitantem sapientiam Scæuolarum & cæterorum beatorum otio concedamus. de Am.104. In studiis cognoscendi semper aliquid atque discendi, remoti ab oculis populi omne otium tempusque contriuimus. ¶ *Desidia.*3.de Orat.54. Homines otio nimio affluentes.4.Acad. 6. Hebescere & languere in otio.1.de Nat.7. Cùm otio languere mus.2.contra Rull.102. Qui propter desidiam in otio viuunt. 4.Acad.4. Vt non multum imperatori sub ipsis pellibus otij relinquatur.3.Offic.1. Otium & solitudo languorem afferunt hominibus. 2. contra Rull. 90. Inertissimum & desidiosissimum otium.

✠ *ADIVNC. Commune,* 3. *Famil. Domesticum, Iucundum,* 2. *Cont. Rull. Forense,* 2. *ad Qu. frat. Honestum, plurimum.*4. *Atti. Honestissimum,* 7. *Famil. Inertissimum, & desidiosissimum,* 2. *Cont. Rull. Literatum,* 5. *Tusculan. Luxuriosum,* 1. *de Inuent. Maius,* 1 *de Orator. Maius omni desertissima regione,* 6. *Famil. Moderatum, atque honestum, de Clar. Multum,* 2. *Attic. Nimium,* 3. *de Orat. Optatissimum,* 7. *Attic. Otiosum, pro Planc. Præparatum, Summum,* 1. *de Legib. Primum, & summum, Part. Triuatum,* 3. *Tuscul. Trobum, in Vat. Regale, pro Sest. Summum alicuius,* 3. *in Verr. Tantum,* 2. *de Orat. Vrbanum,* 12. *Famil.*

☞ Syntaxis. *Otium suum consumere in. Si fuerit otium. In otium & solitudinem se conferre. Otium & facultas. Otium consumere in. Otiosus otium facio, & otiosissimum reddam. Otium habere. In otio esse. Literatum otium. Per otium facere aliquid. Requies & otium. Otium & tempus conterere. Otium & solitudo. Otium & desidia. Otio affluere, languere, hebescere. In otio viuere desidem.*

OTRICVLANA, villa, pro Mil.65. Otriculana tribus, in Rul.

OVANS, tis. *propè triumphans.* Brut. ep. 15. Vt ouanti introire Cæsari liceret, decreui.2.de Ora.195. Imperatorem ornatum à senatu ouantem in Capitolium ascendisse.4.ad Her.13. Quo pacto hostes ouantes irruerunt in ciuitatem.14. I. A.12. Heri me ouantem & propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulit, domum inde reduxit.

OVIS, uis. *pecus.*2. de Nat. 158. Ouium villis confectis atque contextis homines vestiuntur. 3. I. A. 27. O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum.

OVVM, ui. *ὠόν.*2.de Na.124. Anatum oua gallinis sæpe supponimus.& 129. Pisces, vt aiunt, oua cùm genuerint, relinquunt. & *Ibidem.* Gallinæ ex ouis pullos excludunt.4. Acad.54. Vt sibi sint & oua ouorum, & apes apum simillima.4. Acad.57. Videsne, vt in prouerbio sit, ouorum inter se similitudo? & *ibidem.* Hi cùm ouum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. Nobis satis est oua illa internoscere. Nihil enim magis assentiri potest hoc illud esse: quàm si inter illa omnino nihil interesset.4. Ac. 85. Quoniam gallinarium inuenisti Deliacum illum, qui oua cognosceret.2.de Di.134. Defert ad coniectorem quidam, somniasse se, ouum, &c. Epist.lib.9.ep.20. Integram famem ad ouum affero. *prouerbium.*

P



✝ *Muta Latinorum litera: quasi B duplex.* ‖ *Et in vrnam conecta præuaricationis nota erat Romanis, vt ait Hotomannus, vide Lamb. in Annotat. in Part. Cicer. ad hæc verba.* 126. QVOD EA LITERA. &c.

PABVLVM, li. *pastio.* 2. de D. 30. Extis declarari hoc duntaxat pabuli genus, & earum rerũ, quas terra procreet, vel vbertatẽ, vel tenuitatẽ. de Se. 49. Si verò habeat aliquid tanquã pabulũ studij atque doctrinę, nihil est otiosa vita iucundius. 4. Acad. 127. Est enim animorum ingeniorũmque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatióque. de Ar. 5. Quid enim hunc prosequor, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum?

✝ *ADIVN. Naturale, 4. in Verr. Pinguia, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Studij & doctrinæ pabulum. Consideratio pabulum animi. Pabulum & glans.*

PACATVS, ta, tum. *quietus.* 1. de Orat. 30. Pacatæ & tranquillæ ciuitates. pro Lig. 4. Prouincia pacatissima. Antequam. 25. Pompeius terra marique hostes reddidit pacatos. 7. I. A. 24. Huic tali viro poterimne pacatus esse Antonius?

✝ *ADVERB. Iamdiu victorys, de Pet. Cons. Malè ager, 5. Att. Ciuitas, 3. Catil. Vici, 15. Famil.*

PACHYNVS, *portus & promontorium in Sicilia.* 7. I. V. 86.

PACIDEIANVS, ni. L. AESERNINVS.

PACIFICATIO, onis. *compositio, ab armis discessio.* Att. lib. 7. ep. 8. Nulla spes pacificationis est. Ep. lib. 10. ep. 27. Itaque sapientius feceris, si te in istam pacificationem non interponas.

PACIFICATOR, oris. *pacis faciendæ arbiter, legatus, deprecator.* At. lib. 1. ep. 10. Propositumque esse nobis pacificatorem.

PACIFICATORIVS, a, um. 12. I. A. 3. Posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

PACIFICOR, ris. *ab armis discedo, pacem cum aliquo facio, efficio.* Att. lib. 15. ep. 8. Seruius pacificatus est cum librariolo suo.

PACIFICVS, a, um. Att. lib. 8. ep. 16. Ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.

PACISCOR, ris: pactus sum. *pago, depaciscor, spondeo, despondeo, promitto, constituo, pactum vel pactionem facio, pactionem cum aliquo conflo, fœdus cum aliquo ferio, cum aliquo pactionem vel fœdus sancio.* 5. I. V. 37. Edictum ne quis frumentũ de area tolleret, antequam cum decumano pactus esset. in Sal. 19. Is ne causam diceret sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Qu. fr. lib. 3. ep. 3. Paciscì præmium ab aliquo. 2. de Or. 352. Dixit se dimidium eius ei quod pactus esset, pro illo carmine darurum. pro Sest. 55. Gabinius Ciciliam sibi pactus est.

✝ *ADVER. Iniquè.*

PACO, cas. *pacificor.* Epist. lib. 15. ep. 4. Pacare Amanum, & perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perrexi.

PACTIO, onis. *pactum, conditio, fœdus, promissio, decisio.* 2. de Inu. 73. Cùm omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, vtrum satius fuerit amittere milites, an ad hanc conditionem venire. 5. I. V. 69. Attic. lib. 8. ep. 11. An censes nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuisse? At. lib. 9. ep. 12. Si res ad pactionem non venit, longius bellum puto fore. Atti. lib. 5. ep. 13. At eo magis, quod in nostra prouincia cõfectæ sunt pactiones publicanorum. Post. in Senat. 31. Cõsul pactionibus eos suorum præmiorum obligarat. & ad Quirit. 13. Cùm duo cõsules empti pactione prouinciarum autores se inimicis Reip. tradidissent. 1. Qu. fr. ep. 1. 27. In pactionibus faciendis legẽ spectare Censoriam. pro Qu. Ros. 40. Flauius de tota lite fecit pactionem. *Ibid.* 46. Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex perfidia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus irati solent. pro Flac. 88. Quis pactionem fieri coegit? Ep. lib. 13. ep. 65. Vt pactiones cum reliquis ciuitatibus conficiat. At. lib 4. ep. 17. Facere pactionem cũ aliquo, si aliquid fiat. de Pro. 10. Facere pactionem cum aliquo de aliqua re. de Ar. 42. Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatémque conflauit. de Pro. 9. Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud actum est, nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis. pro Qu. R. 34. Roscius cum Flauio de sua parte fecit pactionem.

✝ *ADIVNC. Bellicæ, & hostiles, 3. Offi. Iniquæ, iniquissimæ, non modò publicæ, verùm etiam priuatæ oratorum, 5. in Verr. Nefariæ, de Arusp.*

☞ Syntaxis. *Ad pactionem venire. Hæc pactio fit. Res ad pactionem venit. Pactionibus obligari. Pactiones facere, conficere, conflare. De mea parte tecum pactiones faciam.*

PACTOR, ris. 7. in Ver. 54. Societatis pactores recitantur,

PACTVM, cti. *pactio, conuentum, conuentus, conditio.* 2. de Inuent. 68. Pactum præstat iuri. Attic. lib. 6. epist. 3. Pomptinus enim ex pacto & conuento (nam ea lege exierat) iam à me discesserat. 2. I. V. 16. Manere conditione atque pacto. 2. de Orator. 100. Pacta, conuenta, stipulationes. pro Cecin. 51. Pacti & conuenti formula. de Vniuer. 13. Nullo pacto, nullo modo. 1. de Inuent. 30. Alio pacto. *ibidem* lib. 2. 68. Pactum est, quod inter aliquos conuenit. 3. Off. 92. Pacta & promissa semper ne seruanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo, vt Prætores solent dicere, facta sunt. ✝ Ac. Quónam pacto explicet.

PACTVS, a, um. *promissus.* 3. Offic. 107. Vt si prædonibus pactum pro capite precium non attuleris. Quint. frat. lib. 3. ep. 3. Magna inuidia sunt Consules propter suspicionem pactorum à candidatis præmiorum. pro Sest. 33. Pacto iam fœdere prouinciarum. Att. lib. 5. ep. 21. Deiotari filius, cui pacta est Arthabasdis filia. 1. I. C. 24. Scio pactam & constitutam esse cum Manlio diẽ. 1. Offic. 33. Cùm triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ. Attic. lib. 2. ep. 9. Si quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cœlo sum.

☞ Syntaxis. *Pacta præstant legibus, iuri. Ex pacto & conuento facere. Conditione & pacto manere. Pacti & conuenti formula. Pactum precium. fœdus. Pacta & constituta dies. Pactæ cum hostibus induciæ. Quæ de illo pacta sunt, iam non seruantur.*

PACVVIVS, ui. *poëta tragicus.* Or. 36. Omnes apud hunc ornati elaboratiq; sunt versus. 1. de Or. 246. Teucer Pacuuij.

✝ PADVS, i. *fluuius Italiæ.* in L. Piso. Hic cum ad Padum Placentiæ fortè consedissem.

PAEAN, nis. *pes in versu, aut oratione, & hymnus. Græcè παιὰν, ᾶνος.* 3. de Orato. 181. Pæan est duplex, aut sic, -vvv: aut sic, vvv- & *ibid.* A superiore pæane. Or. 214. Aristoteles pæana, vt optimum probat, à quo dissentio. 1. de Or. 251. Pæanem aut munionem cantare. & Or. 188. *aliter, Pæonium, ίου.*

✝ *ADIVNC. Duplex, par, posterior, superior, 3 de Ora. Minimè aptus, sed aduersus, sextuplex, Orat ad Brut.*

PAEDAGOGVS, gi. *pueri custos.* Attic. lib. 12. epi. 32. Et pædagogi probitas, & medici assiduitas, id me suspicari vetat. de Ami. 76. Isto enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi. 4. ad Herenn. 15. Conturbatus est adolescens: nec mirum, cui etiam nunc prædagogi lites ad auriculas verserentur.

✝ PAEON, nis. vide PAEAN.

PAESTANVS, a. Att. lib. 16. ep. 6. Pæstanus sinus.

PAESTVM, sti. *oppidum Italiæ.* At. lib. 11. ep. 17.

PAGANVS, a, um. pro Dom. 74. Nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui non, &c. *Pagani & Montani, conuenticula erant plebis Romanæ.* ‖ *Paganus quoque ille erat, qui militiæ cupiens erat, & illi cingi, seu adscribi volebat, eo enim interuallo quo id quærebat, & ad militiam aspirare tentabat, Paganus, mox militiam adeptus, Miles dicebatur, vnde illud Persij. Ipse sempaganus: ad sacra vatum carmen adfero nostrum, vide Cardinalem Pag. 219.*

PAGELLA, læ. Epist. lib. 2. ep. 13. Extrema pagella pupugit me. & lib. 11. epist. 25. Non imitor λακωνισμὸν tuum: altera iam pagella procedit.

✝ *ADIVNC. Extrema, 2. Famil.*

PAGINA, næ. *altera folij pars.* Orato. 41. Etenim, vt scis, quasi in extrema pagina Phædri his verbis loquens Socrates: Adolescẽs, &c. Att. lib. 6. ep. 2. Quoniam respondi tuæ paginæ postremæ prima mea, nunc ad primam reuertar tuam. Att. lib. 5. ep. 4. Et si meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat. lib. 15. ep. 10. Epistolæ prior pagina. At. lib. 13. ep. 34. Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere paginam volui. Qu. frat. li. 1. ep. 2. Cùm hanc paginam tenerem, L. Flauius ad me venit. 4. de Fini. 53. Vtrum igitur tibi videor, an totas paginas commouere. Ep. lib. 16. ep. 4. Variè sum affectus tuis literis, valde priore pagina conturbatus, paulùm altera recreatus. Att. lib. 6. ep. 2. Respondebo primùm postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit.

✝ *ADIVNC. Extrema, Orat. Postrema, 6. Attic. Totæ, 4. de Finib.*

PAGINVLA, læ. Attic. lib. 4. ep. 8. Longæ paginulæ in codicillorum fastis futurorum consulum.

✝ *ADIVNC. Longæ, 4. Attic.*

PAGO, pagis, pepigi, vel pegi, pactum. *paciscor.* pro Qui. R. 26. Dic pactionem fecisse non pepigit. 2. ad Her. 20. Ex pacto ius est, si quid inter se pepigerunt, si quid inter quos conuenit. I. P. 37. Obtinuisti prouinciam iis finibus, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. 3. Offic. 92. Nec ab eo qui cum pepigerat, impetret, vt, &c. 1. de L. 56. Requiri placet terminos, quos Socrates pegit, iisque parére. 2. ad Her. 20. Rem vbi pagunt, oratione pagunt.

PAGVS, gi. *villa, curiæ.* Qui. de Pet. 23. Collegium omnium pagorum, vicinitatum.

PALA, læ. *annuli pars plana & latior, in qua vel gemma includitur, vel signum aliquod insculpitur.* 3. Offic. 38. Is cùm palam annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.

PALAEMON, onis. L. LEVCOTHEA.

PALAESTRA, stræ. *gymnasium.* 2. de In. 2. Illi statim hominem, duxerunt in palæstram, atque ei pueros ostenderunt multos, magna præditos dignitate. Orat. 14. Palæstra adiuuat histrionem. Orat. 186. Numerus quasi quandam palæstram & extrema lineamenta orationi attulit. Ora. 228. In quo non motus hic habeat palæstram quandam. 1. de Orat. 81. Sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ atque fori. Attic. lib. 2. ep. 4. Palæstra Palatina. 4. I. V. 36. *de palæstra & palæstrita.* 4. ad Heren. 60. Non enim vt in palæstra, qui tædas cadentes accipit, celerior est in cursu continuo quàm ille qui tradit: ita melior imperator nouus qui accipit exercitum, quàm ille qui decedit: propterea quòd defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit.

✠ *ADIVNC. Modica, 2. de Legib. Priuata, 7. Verr.*

☞ Syntaxis. *Numerus quasi palæstram orationi addidit. Motus hic habet palæstram. Hoc habet palæstræ multum, & olei.*

PALAESTRICE. *palæstritarũ more.* de Opt. 8. Palæstricè spaciari in Xysto.

PALAESTRICVS, a, um. 4. in Ver. 54. Nunquam vos Prætorem tam palæstricum vidistis. 1. Offici. 130. Nam palæstrici motus sæpe sunt odiosiores.

PALAESTRITA, tæ. 4. I. V. 36. Faciemus vt palæstritæ negent ex testamento esse positas.

PALAM. *manifestè, apertè, in conspectu, in oculis omnium, in ore atque oculis omnium.*)(*clam, per præstigias, ex insidijs, obscurè.* 4. in Verr. 81. Quæ in foro palàm Syracusis in ore atque oculis omnium gesta sunt. pro Cæl. 20. Palàm in eum tela iaciuntur, clàm subministrantur. Postquã. in Sen. 10. Cuius primum tempus ætatis palàm fuisset ad omnes libidines diuulgatum. I. P. 23. Cùm arma in templum Castoris luce ac palàm comportarentur. in Pison. 88. Stipendium militibus numeratum est, mensis palàm propositis. 5. I. A. 17. M. Antonius palàm secũ habuit armatos. 5. in Ver. 53. Non per præstigias, sed palàm totum oppidum compilauit. 3. Offi. 93. Luce palàm in foro saltare. pro Mil. 25. Palàm agere cœpit, apertè dicere, occidendum Milonem. I. P. 11. Mitto enim domestica: hæc commemoro, quæ sunt palàm. pro Flac. 68. Quæsitum & prolatum palàm non negas. Postq. in Sen. 17. Nondum palàm factum erat concidisse Rempublicam, cum, &c. Orat. 38. Non ex insidiis, sed apertè ac palàm facere aliquid. 2. I. V. 18. Apertè palamque dicere aliquid. Att. lib. 16. Octauius rem gerit palàm. Att. lib. 13. ep. 21. Credò enim palàm factum esse. pro Clu. 23. A. Aurius in foro palàm, multis audientibus & clarissima voce, nomen Oppianici delaturum esse testatur. 4. Acade. 13. Alterum quidem palàm, alterum obscurius. Ep. lib. 1. ep. 1. Is palàm sic egit causam tuam, vt, &c. 7. I. V. 64. Palàm ante oculos omnium esse.

☞ Syntaxis. *Palàm, in ore, oculis. Luce & palàm. Nõ per præstigias, sed palàm. Non ex insidijs, sed apertè & palam.*

PALAMEDES, dis. *dux Græcus, in bello Troiano indignè proditus.* ad Heren. lib. 2. 28. & Top. 76.

PALATINVS, a, um. Att. lib. 2. ep. 4. Palæstra Palatina. pro S. R. 18. Ad balneas Palatinas. pro Domo 49. Vt etiam Palatinam linguam tuam perderent.

PALATIVM, tij. *mons Romæ.* pro Dom. 103. In Palatio atque in pulcherrimo vrbis loco. Antequam 24. & 3. de N. 63. Iouis Statoris templum à Romulo in Palatij radice est collocatum. pro Sext. Rosc. 133. Alter tibi descendit de Palatio & ædibus suis. 1. I. C. 1. Nihilne te nocturnum præsidium Palatij mouet?

PALATVS, ti. *pars oris interior, superiorq;, in qua sensus est gustatus. Alij autores palatum genere neutro vsurpant.* 2. de Finib. 24. Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. 2. de Finib. 29. Voluptas, quæ palato percipitur, quæ auribus. 2. de Natur. 48. Epicurus dum palato quid sit optimum iudicat, cœli palatum, vt ait Ennius, non suspexit.

✠ *ADIVNC. Extremus, & finitimus, varius, 2. de Nat.*

PALEA, leæ. Parad. 3. Auri nauem euertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. 4. de Finib. 76. Gubernator æquè peccat, si palearum nauem euertit, & si auri. *ibid.* Itaque aurum paleámue portet, ad bene aut malè gubernandum nihil interest.

PALILIA, orum. *Feriæ XIII. Cal. Septembris Romæ vrbis natali consecratæ, vt Varro & Ouidius testantur.* I. VINALIA.

PALINODIA, diæ. *contraria cantio, retractatio.* Att. lib. 4. ep. 5. Subturpicula mihi videbatur esse palinodia. & lib. 7. ep. 7. Mihi autem nulla de eo palinodia detur, propter, &c. Attic. lib. 2. epi. 9. Quarum expecta diuinam παλινῳδίαν.

PALINESTVM, *vel* PALIMPSESTVM, *vel potius*, PALIMPSESTOS. *charta, seu tabula, in qua cùm aliquid scriptum est, deleri abradiq; commodè potest, rursusq; scribi. deletitiam Vlpianus Iurisconsultus vocat.* Epistolarum Familiar. lib. 7. ep. 18. Nam quod in palinesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delerę malueris, quàm hæc scribere.

PALLA, læ. *vestis genus, præsertim muliebris honesta.* 3. I. A. 16. Qui cum palla & cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat.

PALLADIVM, dij. *Palladis signum.* pro Mil. 33. Exhibe quæso librarium illud legũ vestrarum, quod te aiunt ex mediis armis turbáque nocturna tanquam Palladium sustulisse.

PALLAS, dis. Antequam. 24. Tritonia armipotens, Gorgona, Pallas, Minerua. V. GORGONA. in Arat.

Vt nemo cui sancta manu doctissima Pallas,
Solertem ipsa dedit fabricæ rationibus artem.

Epist. lib. 3. ep. 1. Idque me puto non inuita Minerua esse facturum: quam quidem ego, si fortè de tuis sumpsero, non solùm Pallada, sed etiam Appiada nominabo.

PALLEO, les. *exalbesco, expallesco.* 2. I. A. 84. Sudat, pallet quidlibet, modò ne nauseet, faciat, &c. 2. ad Here. 39. Necesse est quoniam pallet, ægrotasse.

PALLIATVS, a, um. 5. I. A. 14. Græcus iudex modò palliatus, modò togatus. pro R. P. 25. Is sæpe palliatus fuit, & aliqua habuit non Romani hominis insignia. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Denique illi palliati, topiariam facere videntur.

PALLIOLVM, li. 3. Tusc. 56. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. *prouerbium.* Ca cilij.

PALLIVM, lij. *amiculum. Pallium propriè Græcorum fuit, vt toga Romanorum.* 6. I. V. 54. Verres cum tunica pulla, & pallio. & 7. in Ver. 31. Iste cum pallio purpureo, tunicaque talari. 3. de Ora. 125. Hippias gloriatus est, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se manu sua confeciſſe, pro R. P. 27. Consularis homo soccos habuit & pallium. & 26. Aut pallium sumendum Alexandriæ, aut omnes fortunæ abiiciendæ, si togam retinuisset. 2. de Diu. 143. Amica corpus eius texit suo pallio. 3. de Nat. 83. Dionysius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere, eique laneum iniecit pallium.

✠ *ADIVNC. Aptum ad omne tempus anni, Laneum, 3. de Nat. Purpureum, 7. in Ver.*

PALLOR, oris. 4. Tusc. 19. Ex quo fit, vt terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur. 4. Acade. 48. Nihil interesset, quî distingueretur tremor ille & pallor. pro Flacc. 10. Magno cum tremore & pallore aliquid dicere.

PALMA, mæ. *manus pars interior.* 2. de Fini. 17. Zeno Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat. Orator. 113. Cùm autem manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. 3. Offic. 38. Is cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. in Arat.

Hanc dextram Cephei dextro pede pellere palmam Gestit.—

¶ *Est item victoria, laus, principatus alicuius rei.* 3. de Orator. 141. Si quærimus, quid vnum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. 2. de Or. 227. Miror te non huius rei palmam, vt cæterarum, Crasso detulisse. 1. I. A 36. Nisi fortè actio tum plaudi, & palmam dari putabatis de Clar. 173. In quadrigis, qui palmam iam primus acceperit. At. lib. 4. ep. 14. Ne diutius pendeas, palmam tulit. Anteq, 30. Habeant hanc palmam ex innocentis cruore. de Sen. 19. Quam palmam vtinam dij immortales tibi Scipio reseruent. pro S. R. 17. Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur. 11. in An. 11. Sexta palma vrbana etiam in gladiatore difficilis. pro S. R. 99. Multæ sunt infames palmæ, hæc prima tamen est lemniscata.

¶ *Insuper arbor nobilis, quæ contra pondus nititur, & potius in alteram curuatur partem: hinc victoriæ, fortitudinúq; insigne sumtum est.* 7. I. V. 86. Palmarum agrestium multitudo in Sicilia. 1. de Leg. 2. Vlysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dixit.

✠ *ADIVNC. Agrestes, 7. Verr. Infames, lemniscata, multæ, plurimæ, pro Sex. Rosc. Dextera, Arat. Difficilis, vrbana, 11. Philip. Procera, & tenera, 1. de Legib.*

PALMARIS, re. *palma victoriaq; dignus.* 6. I. A. 15. Sed illa statua palmaris, de qua, &c. 1. de N. 20. Sed illa palmaris quidem, *scilicet sententia philosophorum.*

PALPOR, aris. *adulor, blandior.* Ep. lib. 10. ep. 33. Palparer planè necesse erat, si vellem, &c. Pollionis.

✠ *ADVERB. Planè, 10. Famil.*

PALPEBRAE, arum. 2. de Natur. 142. Palpebræ, quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem. & 143. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. I. P. 43. M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris vigilando necauerunt.

✠ ADIVN

✠ *ADIVNC. Mollissimæ, 2. de Nat.*

PALPITO, as. *palpitare, est mouere & exilire, sed motu frequenti & lem. 2.* de N. 24. Cùm cor animantis eiusmodi ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem.

✠ *ADVERB. Mobiliter, 2. de Nat. deor.*

PALTOS, *Syriæ oppidum.* Ep. lib. 12. ep. 15. Cassij.

PALVDATVS, a, um. *paludamẽto ornatus.* L. CHLAMYS. I. P. 31. Consul proficiscens paludatus in prouinciã. pro Sest. 71. Exierunt duo Vulturij paludati. Ep. lib. 8. ep. 10. & lib. 13. ep. 6. & lib. 15. ep. 17. & Attic. lib. 4. ep. 12. Crassum minore dignitate aiunt profectum paludatum.

* PALVMBES, i. Eleg.

Iam mare Tyrrhenum longè peritusq; palumbes Reliquit.—

PALVS, li. *lignum in terra infixu, & patibuli genus.* 7. I. V. 11. Damnati producuntur, & ad palum alligantur.

PALVS, paludis. 5. I. A. 7. Ille paludes siccare voluit. 2. cont. Rull. 51. Mithridates Mæoti & illis paludibus defenditur. & 70. Postqu. ad Quir. 20. Arenam aliquam aut paludes emere. * Incer. Reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari.

PAMPHYLIA. *regio in minori Asia.* 5. in Verr. 6 & 1. de Diuin. 2. & Famil. lib. 8. ep. 9.

PAMPHYLII. *populi in Asia.* 1. de Diu. 25.

PAMPHYLIVS, a. Att. lib. 5. ep. 21. Forum Pamphylium.

PAMPINVS, ni. *folium vitis.* de Sene. 53. & 1. Tusc. 69. Vua vestita pampinis, nec modico tempore caret, & nimios solis defendit ardores.

PAN, nis. *pastorum deus.* Virg. in Buc.

—*Pan curat oues, ouiumq; magistros.*

3. de N. 56. Ex Mercurio & Penelopa, Pana natum ferunt.

PANATHENAICVS, *Isocratis oratio de rebus gestis Athienſium: sic appellata à ludis Quinquatrus, quæ Panathenæa vocabantur.* Orã. 38. Panathenaico Isocrates ea se consectatum faretur.

PANCHRESTVS, a, um. *optimus, vtilissimus.* 5. I. V. 152. Panchrestum medicamentum.

PANDO, dis. *aperio.* 5. Tusc. 76. Alia autem diuina illa longè latéq; se pandant, cœlumq; contingant. *id est, bona animi.* 4. Tusc. 9. Quærebam igitur, vtrum panderem vela orationis statim, an, &c. 1. Tusc. 119. Quò vtinam passis velis peruehi licear. in Ar.

—*Omnis iam panditur hydra.* & ibid.

Non secum medium pandet Nepa, &c.—Ł. PRAEPANDO.

✠ *ADVERB. Latè, longè se, 5. Tusc.*

PANEGYRICVS. *laudatio, vel suasio, vel concio in conuentu habita.* Or. 37. Tales suasiones, qualem Isocrates facit Panegyricum.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ. *conuentus.* Att. lib. 1. ep. 11. Erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις.

PANGENDO. Attic. lib. 2. ep. 14. De pangendo quod me adhortaris fieri nihil potest.

PANGO, is. *compono, condo, scribo.* Ep. lib. 16. ep. 18. An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat.

PANGOR. Attic. lib. 2. ep. 6. Itaque *ἀνωλετα* quæ tibi vni legamus, pangentur.

ΠΑΝΙΚΟΝ, *inanis metus.* Attic. lib. 16. ep. 1. De Ventidio πανικὸν puto. & lib. 14. ep. 3. πανικὸν certè scripsisses enim.

PANIS, nis. I. P. 67. Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque de cupa. pro Cl. 169. Oppianicum veneno esse necatum, quod ei datum sit in pane. &c. 5. Tusc. 97. Cùm Ptolemæo paragranti Ægyptũ comitibus non consecutus cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.

✠ *ADIVNC. Cibarius, 5. Tusc.*

PANISCVS, sci. 3. de Nat. 43. Nymphæ deæ. Panisci & Satyri. 1. de D. 23. In Chiorũ lapidicinis saxo diffiso caput extitisse Panisci.

✠ ‖ & lib. 2. 48.

PANNOSVS, a, um. *malè vestitus, sordidatus.* Att. lib. 4. ep. 3. Pauci pannosi, sine laterna.

PANORMITANVS. 4. I. V. Sæpe.

PANORMVS, *vrbs Siciliæ.* 4. I. V. 63. Att. lib. 8.

PANTHERA, ræ. *bestia maculosa, cuius mas pardus appellatur.* 1. de N. 89. Leones & pantheras esse. & lib. 2. 126. Pantheræ in Barba-
✠ ria, venenata carne capiuntur. ‖ Ep. li. 2. ep. 11. & li. 8. ep. 4. & ep. 9.

PAPHLAGONIA, *regio.* 1. contra Rull. 6.

PAPHOS, *vrbs.* 2. I. A. 39.

PAPHII, *populi.* Epist. lib. 8.

PAR, ris. *parilis, æqualis, æquus, similis, socius alicuius rei.* 2. de Inuent. 68. Par est, quod inter omnes æquale est. Orat. 123. Oratio par & æqualis rebus ipsis. 2. de Natur. 153. Vita beata par & similis deorum. Ora. 217 Iambus par choræi: sed spacio par, non syllabis. Partit. 7. Ex comparatione parium. 2. de Orator. 173. Ex pari, sic, &c. Topic. 23. Quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par est. 3. de Leg. 19. Omnia infima summis patia fecit. 1. de Natur. 50. Vt omnia omnibus, paribus paria respondeant. *ἀναλογία.* 3. de Orato. 184. Paria esse debent extrema primis. 3. de Orat. 204. Aut quæ paribus paria referuntur. Ep. lib. 1. ep. 9. Par pari referre. *prouerbium.* 2. de Inuen. 5. Si par in nobis atque in illo scientia fuisset. de Clar. 43. Omnia fuisse in Themistocle patia & Coriolano. 1. de Or. 83. Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. & 236. Constituere duas artes inter se pares, & eiusdem socias dignitatis. de Cl. 215. Quædam sunt mihi paria cum illo, quædam superiora. 2. ad Here. 5. Si non poterit par virium cum causa reperire, reperiat dispar. Orat. 38. Vt verba verbis quasi dimensa & paria respondeant. de Amic. 71. In amicitia superior, par est inferiori. 1. I. A. 34. Libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate. 2. de Fin. 13. Verbum Latinum par Græco, & idem valens. Epist. lib. 5. ep. 2. Mutuus animus in amicitia est, cùm par voluntas accipitur, & redditur. Epist. libr. 5. epist. 11. In reliquis rebus tuis pari me studio erga te, & eadem voluntate esse cognosces. Ep. lib. 13. ep. 4. Pro pari inter nos & mutua benevolentia. Att. lib. 16. ep. 16. Tua voluntas erga me par atque mutua. 4. Ac. 32. Stellarũ numerus par an impar sit, nescitur. & Ep. li. 13. ep. 65. Officia paria & mutua. At. lib. 6. ep. 1. Habes ad omnia non vt postulasti, *χρυσεα ἀντι χαλκειων*, sed paria paribus respondimus. Att. lib. 16. ep. 4. Si quid cui debetur, vt sit vnde par pari respondeatur. pro Pl. 27. Aliquis alicui omni virtute & laude par. Para. 1. Reges sunt omnes pares inter se, præter Superbum. 1. de Or. 240. Ille cùm differendo par esse non posset, &c. pro Fon. 26. Esse parem alicui belligerando. 1. de Ora. 70. Poëta oratori multis ornandi generibus socius, ac penè par. 1. Offic. 124. A quo & pari iure cum cæteris viuere. 3. de Natur. 2. Neque enim mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit. pro Corn. 1. Ingenium minime voluntari par. 1. de D. 5. Cratippus, quem ego parem summis Peripateticis iudico. pro Planc. 60. Honorum gradus summis hominibus & infimis sunt pares, gloriæ dispares. pro Lig. 27. Mihi omnia paria cum illo sunt. 3. de Leg. 11. Noxiæ pœna par esto. Att. lib. 8. ep. 18. Nos disiecta manu, pares aduersariis esse non possumus. Att. lib. 8. ep. 19. Distracti pares aduersariis esse non possumus. pro Pomp. 55. Hi nullo in loco pares iam prædonibus esse poterant. de Sen. 7. Pares cum paribus, veteri prouerbio, facillimè congregantur. 2. de Orat. 209. Inuident autem homines paribus & inferioribus, sed etiam superioribus inuidetur. 4. ad Her. 53. In æquos & pares fastidiosus. I. P. 8. Qu. Metellus, cuius paucos pares hæc ciuitas tulit. Postq. in Sen. 16. Tu es ausus in circo Flaminio productus cum illo tuo pari dicere, te semper misericordem fuisse? Attic. lib. 16. ep. 13. Duo pares æque inter se. de Amic. 15. Ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. pro Dom. 27. Quod enim par amicitiæ fuit vnquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Pompeius? pro Dom. 70. Atque hanc rem, par illud simile Piso & Gabinius vidit. I. P. 27. Vter perisset in huiusmodi pari, lucrum fieri putabat. de Opt. 17. Gladiatorum par nobilissimum. 10. I A. 22. T. Plancus, cæteriq; pares id agunt. 11. in Anton. 2. Ecce tibi geminum in scelere par inusitatum, &c. de Clar. 126. Gracchus si vixisset, eloquentia nescio an habuisset parem neminem. 4. I. V. 47. Scyphorum paria complura.

✠ *ADIVNC. Coniunctius, simile, pro Dom. Geminum, in scelere vsitatum, inauditum, ferũ, & barbarum, 11. Philip. Nobilissimum gladiatorum. de Opt. gen. Orat.*

✠ *ADVERB. Absolutè, perfectè, 4. Acade. A Equè inter se, 16 Attic. Omninò nequaquam, pro Sex. Rosc. Planè, 1 de Legib. Propè laus, pro Sest.*

PAR EST. *decet, æquum est.* 2. de D. 114. Casum pręlij omnes timebamus, sed ità vt constantibus hominibus par est, non apertè. pro Muræ. 15. His rebus fretum ad consulatus petitionem aggredi par est. At. lib. 9. ep. 11. Dubito, quid me facere par sit. de Am. 84. Par est autem, primùm ipsum esse bonum, deinde, &c. Epist. lib. 11. ep. 27. Quibus tu, vt par erat, restitisti. 7. I. V. 10. Statim, vt par fuit, cõprehensi sunt. pro Rab. 31. Quod ei præmium dari par fuisset? Or. 4. Sed par est, omnes omnia experiri. Attic. lib. 15. ep. 17. Tu verò quicquid erit quod me scire par sit statim, &c. 2. Offi. 83. Sic par est agere cum ciuibus. 2. de Leg. 12. Ex quo intelligi par est, eos qui, &c.

☞ Syntaxis. *Par & æquale. Par & simile. Par alicuius. Hoc mihi par tecum est. In qs omnia paria. Inter se paria. Dimensa & paria verba. Par esse alicui. Par & mutua benevolentia. Paria paribus referre, respondere. In differendo par non sum. Æquo & pari iure viuere. In æquos & pares fastidiosus. Pares æquè inter se. Quid facis cum illo tuo pari? Amicorum paria duo. Par amicitiæ coniunctissimum, Cæs. & Brutus.*

PARABILIS, le. *paratus, facilis inuentu & paratu.* 1. de Finib. 45. Ipsa natura diuitias, quibus contenta est, & parabiles & terminatas habet. 5. Tusc. 93. Diuitias naturæ parabiles.

PARADOXA. 4. de Fini. 74. Hæc paradoxa illi, nos admirabilia dicamus. 4. Acad. 136. Illa mirabilia Stoicorum, quæ *παράδοξα* nominantur. Parad. 1. Quæ quia sunt admirabilia, contrãq; opinionem omnium, ab ipsis etiam *παράδοξα* appellantur.

✠ *A* DIVNC. *Longè verissima, Parad.*

PARALYSIS, sis. *resolutio nervorum, vt Corn. Celsus interpretatur.* Attic. lib 16. ep. 7. Quid est, quod audiui de Bruto? Pyliam παρὰ τὸ παραλύειν, te scipsisse aiebat.

PARASITVS, 2. *mensarum affecta.* de Am. 98. Assentatio parasitorum in comœdiis facta videtur. Ep. lib. 1. ep. 9. Dixi me facere quid dam, quod in Eunucho parasitus suadeat militi.

PARATE, tiùs. *aduerbium.* de Clar. 241. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quàm paratè 1. de Or. 150. Quamobrem in istis ipsis exercitationibus, etsi vtile est etiam subitò sæpe dicere, tamen illud vtilius, sumpro spacio ad cogitandum, paratiùs atque accuratiùs dicere.

PARATVS, 2, um. ior, issimus. *instructus, armatus, promptus, expeditus, præsto.*) (. *imparatus.* 1. I. V. 41. Quo paratior ad vsum forensem promptiorque esse possem. & 2. Ver. 7. Paratus atque instructus ad iudicium venit. pro Quint. 39. Cùm paratus meditatúsque veniſſes. 4. I. V. 17. & 4. ad Her. 14. Paratior instructiorq; veniret. 3. de Nat. 1. Sperote, vt soles, bene paratum venire. 3. I. A. 1. Antonius instructus paratúsque venit. 1. de Orat. 38. Gracchi omnibus vel naturæ vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati. 2. de Or. 118. Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. Orat. 20. Alij ad permouendos animos instructi & parati pro Cec. 15. Paratus ad hoc munus. de Clar. 154. Prompta & parata in respondendo celeritas. 4. Tusc. 51. Fortitudo satis est instructa, armata, parata per sese. de Or. lib. 2. Vt habeant paratum, quid quaque de re dicant. Q. de Pec. 15. Iis fac, vt propositum ac paratum auxilium tuum esse videatur. de Cl. 145. Q. Scænola in iure paratissimus & *ibid.* 159. Non satis paratus ad cauendum fui. pro Mil. 25. Homo ad omne facinus paratissimus. de Amic. 98. Cum aliter ad mentiendum paratus est. 2. contra Rull. 81. Ad vim promptus, ad seditionem paratus, expeditus ad cædem. 2. Offic. 53. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tanquam exercitationes ad bene de multis promerendum. & *ibid.* Ad idem semper expectantium paratior. pro Sest. 36. Consensu bonorum omnium tam parato, tota denique Italia ad omnium contentionem expedita. pro Qui. 8. Si id, quod parati sunt facere, mihi nocuerit. Ep. lib. 5. ep. 13. Paratus contra fortunam. Ep. lib. 8 ep. 10. Paratus ab exercitu. & lib. 10. ep. 8. Paratus ab omni re. & *ibidem.* Paratus animo. ad Attic. lib. 7. ep. 6. Cum bene parato pugnare. ad Attic. lib. 9. ep. 4. Domitius paratus ad nauigandum. ad Attic. lib. 15. ep. 25. Ego hunc paratum video peditatu, equitatu. 2. de Leg. 66. Sed fuit hic vir, & ciuis, & Reip. maximè, tuendæque ciuitatis paratissimus. *3. de Na. Faber materia vtitur, quæ sit parata. *ibid.* Quam *materiam* haberet paratam.

✠ *A* DVERB. *Bene, 3. de Nat. Bene, ad fortitudinem, 6. Famil. Iampridem ad cædem, pro Dom. Omninò, 15. Famil. Optimè, & armatus contra fortunam, 5. Famil. Præclarè, 1. de Diuin.*

☞ Syntaxis. *Paratus atque instructus. Paratus & meditatus. Paratus & expeditus. Promptus & paratus. Instructus, paratus, armatus. Propositum & paratum auxilium. In iure is paratissimus. Facere paratus. Ab exercitu paratus, ab omni re, animo ad. Paratus verbis tuendæ. a dijce aximum Lector.*

PARCÆ, arum. 3. de N. 44. Parcæ deæ sunt, quas Erebo & Nocte natas ferunt. *ibid.* Parcæ Hesperides, sorores Æcheris & Dici.

PARCE. *restrictè, sobriè, continenter.* Ep. li. 1. ep. 9. Etenim id feci parcè & molliter. 1. Offic. 106. Parcè, continenter, sobriè; viuere. 2. de Fin. 42. Nec cur id tam parcè tamq; restrictè faciant, intelligo. Ep. lib. 6. ep. 7. Scripsi de re parcè & timidè. pro Muræ. 29. Itaque si satis profeciſſem, parciùs de eius laude dicerem.

☞ Syntaxis. *Parcè, continenter, sobriè viuere.*

PARCENDVM. 2. de Ora. 237. Parcendum est maximè charitati hominum, ne temerè in eos dicas, qui diliguntur. 3. de Ora. 168. Auribus consuetudinique parcendum.

PARCITVR. 2. I. A. 39. Omnes mihi censebant parci oportere.

PARCO, cis. *ignosco, concedo, remitto, condono, veniam do, tempero, impunitatem do, impunitum scelus fero.* pro Q. 51. Viri boni malunt commemorare, se cùm perdere possent, pepercisse, quàm cùm parcere possent, perdidisse. Ep. lib. 4. ep. 12. Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est amicus, qui ei mortem afferret. Parcere alicui sceleratо. *id est, ignoscere.* 2. de Orato. 221. Crassus parcebat aduersarij dignitati, in quo ipse seruabat suã. Or. 89. Parcet & amicitiis & dignitatibus. 6. I. V. 120. Itaque Marcellus ædificiis omnibus pepercit. Epist. lib. 13. ep. 8. Te rogo, vt Albinio parcas, & prædia ei ne attingas. de Ar. 59. & pro Cl. 168. Quis minus vnquam pepercit hostium castris, quàm hic omnibus corporis sui partibus? pro Planc. 89. Ego fateor, quòd viderim mihi auxilium non deesse. ideirco me illi auxilio pepercisse. Epist. lib. 16. ep. 4. Te rogo, sumtui ne parcas vlla in re. Ep. lib. 13. ep. 27. Sed tamen non parcam operæ. Epist. lib. 11. epist. 27. Quem cum obiurgarem, quod parum valetudini parceret, tum ille, &c. 4. I. V. 95. Pater flens vnumquemque rogabat, vt filio suo parceret. Att. lib. 8 ep. 1. Nec sum miratus eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. pro Cæl. 42. Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam. pro Rab. 8. Hunc nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse.

¶ *Obtempero, morem gero.* pro Q. 40. Parcere auribus alicuius.

✠ *A* DVERB. *Gratis alicui, 1. Cont. Rull. Omninò, 3. Phi. Omninò non, pro Sex Rosc. Parùm valetudini, 11. Fam.*

PARCVS, a, um. *paruo contentus.* 2. de Or. 287. Cùm optimus colonus, parcissimus & frugalissimus esset. pro Cor. 50. M. Crassus vel nimium parcus in largienda ciuitate. Orat. 81. In transferendis verbis verecundus & parcus. & *ibidem.* Non parcus solùm, sed elegans. 4. ad Her. 47. Homo prodigus & luxuriosus.) (. *parcus & diligens.* de Cl. 148. Crassus erat elegantium parcissimus, Scæuola parcorum elegantissimus.

¶ *Tenax, cupidus, auarus.* pro Cæl. 36. Pater parcus & tenax. 3. de Nat. 73. Postremò à parco patre, quod sumas, quanto dissipas libentius.

PARDII, *populi.* 6. I. V. 50.

*PARENS, tis. *qui paret.* Incert. Cui parentem sanctissimæ legi, iustè ac legitimè necesse est viuere.

PARENS, tis. *pater & mater vnà & distinctè pater vel mater.* Postq. in Sen. 2. Parentes charissimos habere debemus, quòd ab iis vita, patrimonium, libertas, ciuitas trãdita est. 7. I. V. 118. Idque postremum parentes suos liberi orabant. & 107. Veniunt Syracusas parentes propinquiq; miserorum adolescẽtium. & 138. Hæc si tibi tuus parens diceret. pro Sylla 81. Parens tuus Torquate, &c. Epist. lib. 5. ep. 8. Me sicut alterum parentem & obseruat & diligit. 1. de In. 105. Si ad senes, de patribus aut parentibus cogitent. 2. de Fini. 1. Socrates, qui Philosophiæ parens iure dici potest. 1. de Or. 9. Philosophia bonarum artium omnium procreatrix quædam & quasi parens. de Vniu. 35. Horum operum ego parens effectorque sum. Attic. lib. 9. epist. 11. Cùm parentes non alere nefarium sit nostri principes antiquissimam & sanctissimam parentem patriam fame necandam putant. 1. de Legib. 62. Earum rerum parens est educatrixque sapientia.

✠ *A* DIVNC. *Antiquior. 1. de Rep. Antiquissima, & sanctissima, 9 Attic. Bonus, & liberalis, 3. de Orat. Cari, 1. Offic. Carissimi, clarissimi, Postq. in Senat. Communis, 4. Tusc. Cõmunis omnium, optimè meritus, 2. Cont. Rull. Grandis natu. 3. in Verr. Humiles, de Amic. Iners, impurus, atque improbus, 5. Ver. Iustus, 2. Tusc. Miseri, 2. in Verr. Miserrimus, & optimus, pro Planc. Mitissimus, Postq. ad Quir. Multi, 1. de Finib. Perpetui, pro Arch.*

PARENTVM, *pro parentum, Cicero in genitiuo, rationis memor sæpe dicit: teste Charisio lib. 1.*

☞ Syntaxis. *Patres aut parentes. Parens & effector.*

PARENTALIA, orum. *iusta & comunia funebria.* 1. I. A. 13. An me censetis decreturum fuisse, vt parentalia cum supplicationibus miscerentur.

PARENTATVR. 2. de Leg. 54. Hostia maxima parentari, pietatis esse adiunctum putabat. 1. I. A. 13. Vt cuius sepulchrum nusquam extet, ibi parentetur. ei publicè supplicetur.

PARENTO, as. *iusta soluo, funus duco, funus induco.* pro Flacc. 96. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. 13. I. A. 35. Non Dolabella priùs imperatori suo, quàm Antonius etiam collegæ parentasset.

PARENDVM. de Fin. lib. 1. 53. His parendum non est.

PAREO, res. *obedio, obtempero, dicto audiens sum.* 5. Tusc. 36. Sapiens parebit, & obediet præcepto illi veteri? &c. 1. de N. 19. Obedite & parére voluntati architecti. Ora. 202. Numeri in quibus quasi necessitati parére cogimur. 2. Offic. 40. Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. 7. I. A. 2. Non vt parèret, & dicto audiens esset huic ordini, sed vt conditiones ferret, leges imponeret, &c. At. lib. 2. ep. 21. Timeo, ne ille dolori atque iracundiæ pareat. Att. li. 8. ep. 16. Parére consiliis alicuius. 3. I. V. 78. Nisi id libidini tuæ cupiditatiq; paruerit. de Leg. Agra. Kal. Ian. Mysia & Phrygia item conditioni legiq; parebunt.

¶ *Appareo.* pro Qu. R. 5. Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersariis parére contendit. *sic legendum putat vir singularis diligentiæ Paulus Manutius, cùm alias Patére legeretur. Huc fortassis etiam illud ex Philip. 2. 93.* Vbi est septies millies sestertiũm, quod in tabulis quæ sunt ad Opis, parebat.

✠ *A* DVERB. *Diligentissimè, pro Dom. Modestè, 3. de Legib. &* ibidem. *Proximè, Occultissimè necessitati, 1. Offic.*

☞ Syntaxis. *Parére & obedire: & contrà, Parére, & dicto audientem esse.*

PARIANVS, 2, Epist. lib. 13. ep. 53. Pariana ciuitas.

PARICIDA, dæ. *primùm qui parentem occidit: deinde lege Pompeia, qui propinquum quemuis: postremo Numæ Pompilij lege, qui liberum hominem mortis reus dederit. Patria etiam oppressor, aut proditor. paricida iure vocatur: quia patria, parens vniuscuiusque est.* Brut. ep. 6. Audiuimus eum venisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodiriq́ue vt paricidā pro Dom. 26. Quid de me quod tulisse te dicis, paricida, fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? Epist. lib. 12. ep. 4. Vt non modò sicarij, sed etiam paricidæ iudicemini. pro S. R. 71. Paricidas iussu voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deiici. 1. I. C. 29. Paricida ciuium interfectus. Parad. 3. Paricidam esse qui patrem necauit. 2. I. A. 31. Fateor nos plus quàm sicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm paricidas esse: si quidem est atrocius, patriæ parentem quàm suum occidere. L. CLEPO, & PATRICIDA.

✠ *ADIVNC. Audacissimi, 12. Phil. Certissimus patriæ, in Vat. Importunus, atque impius, Philip. Impurissimus, 11. Phil. & de Arusp. Teterrimus, pro Mil. Viui, pro Sex. Rosc.*

PARICIDIVM, dij. 7. I. V. 169. Ciuem Romanum propè paricidium necari. 2. de In. 58. Cùm venefici cuiusdam nomē esset delatum, & quia paricidij causa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum. pro Dom. 34. Hoc dico esse paricidium, pro Cl. 31. Fraternum paricidium. 2. I. A 17. Paricidium patriæ. 3. I. A. 18. Hic de patris & patrui paricidio cogitauit. 11. I. A. 29. Qui nefario se patriæ paricidio obstrinxit.

✠ *ADIVNC. Domestica, 6. Philip. Familiare, 3. de Nat. Fœdissimum, & teterrimum, 3. Offic. Forēsia, 6. in Ver. Fraternum, multa, pro Cluent. Manifestum, pro Sex. Rosc. Nefarium, 10. Philip.*

☞ Syntaxis. *Fraternum paricidium. patriæ. Patris & patrui paricidiū.*

PARIENDVS, a, um. Ep. lib. 10. ep. 6. Victoria pax parienda est. 3. de Or. 217. Expletis iam ferè ad pariendum mensibus.

PARIES, tis. *maceria, priuatus murus, quo domus à domo distinguitur.* Top. 22. Paries directus, solidus, vel fornicatus. Ep. lib. 4. ep. 14. Nihil mihi intra meos parietes tutum. 6. I. V. 122. Interiores templi parietes. 2. de Ora. 240. In omnib. parietibus esse literas, tria LLL, &c. pro Mil. 76. Ducere parietē per vestibulū alterius. Parad. 4. Cū parietes disturbabas. I. V. 11. Licet parietes in adolescētia perfoderis. ‖ pro Deior. 5. Dicere intra domesticos parietes.

✠ *ADIVN. Alieni, 5. in Ver. Communis cum aliquo, 1. Offic. Directus, communis, vel solidus, vel fornicatus, Top. Domestici, 12. Philip. Interiores, nudi, ac deformati, 6. in Ver.*

PARIETINAE, arum. *parietum reliquiæ.* Ep. lib. 13. ep. 1. Epicuri parietinarum nescio quid. Tusc. lib. 3. 53. Aspectæ parietinæ.

PARILIA, orum. *dies festus, quo vrbs Roma condita est.* Att. li. 2. ep. 8. 2. de Diu. 98. Att. lib. 4. ep. 9.

PARILIS, le. *par, similis.* in Arat.

Consimili specie stellæ parilique colore.

PARIO, tis. *gigno, procreo, partum edo, acquiro.* 2. de Ora. 267. Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram. Ep. lib. 4. ep. 5. Vt ea liberos ex sese pareret. 4. Acad. 57. Hi cum ouum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. 1. de Nat. 4. Fruges & reliqua quæ terra pariat. 1. I. C. 25. Ad hanc te dementiam natura peperit. 5. Tusc. 5. Tu vrbes peperisti. 4. ad Her. 7. Párere, proferre, gignere. 2. de Or. 356. Ars non totum aliquid parit & procreat. Orat. 114. Postea dialectici spinosiora multa pepererunt.* de Consulat. suo. Quorum luxuries fortunata cena peperit. ‖ & 2. Offic. 47. Parere laudem.

✠ *ADVERB. Aliquandò quod parturit, 2. Philip.*

*PARIOR, eris. *gignor, procreor.* 2. Offi. 31. Hæc quibus rebus pariuntur à singulis, eisdem ferè à multitudine. 4. I. C. 1. Dummodo meis laboribus populo Romano dignitas salúsque pariatur. pro Cæl. 49. Tum afflicto P. Sylla Consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est.

PARIS, dis. ad Oct. At te fata patrię Paridē futurum prædicabāt, qui vastares vrbem incendio, Italiam bello.

PARITER. *simul, similiter, æqualiter, æquè, vicissim.* 2. de Di. 33 Conchyliis omnibus contingit, vt cum luna crescant pariter, paritérque decrescant. 3. de Orat. 10. Vt ille qui hæc non vidit, & vixisse cum republica pariter, & cum illa simul extinctus esse videatur. 1. Tusc. 24. Pariter cum vita sensus amittitur. 2. Offic. 45. Tua laus pariter cum republica cecidit. 5. Tusc. 96. Animus voluptatem pariter cum corpore percipit. de Sen. 50. Studia doctrinæ, quæ pariter cum ætate crescunt. Antequam. 24. Ferte opem pariter reipublicæ, cunctæque ciuitati, meisque fortunis. 1. de Fin. 67. Nam & lætamur amicorum lętitia æquè ac nostra, & pariter dolemus angoribus. 2. Offi. 30. Sed ea non pariter omnes egemus. Or. 38. Vt pariter extrema terminentur. 2. contra Rull. 80. Et quem pariter, qui iter faciunt, vestrum esse audiunt. 7. I. V. 172. Siculi mecum pariter molestè ferunt. 3. ad Her. 1. Pariter nobiscum. Postq. in Sen. 33. Respublica me secum pariter reportauit. de Am. 56. Vt nostra in amicos benevolētia, illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualitérque respondeat. Parad. 6. Qui domi tuæ videt pariter atque accusatorum atque iudicum consociatos greges.

☞ Syntaxis. *Crescunt pariter, paritérque decrescunt pisces cum luna. Pariter cum vita sensus abit. Pariter æqualitérque amare.*

PARMA, mæ. *vrbs Italiæ.* 14. in Ant. 9. Qua enim in vrbe tam immanis Annibal capta, quàm in Parma subrepta Antonius.

PARMENSIS, se. 14. I. A. 9.

PARO, as. *apparo, cōparo, orno, adorno, instituo, instruo, moliar, munio, viam munio.* Orat. 122. In quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad audiendum. Ep. lib. 1. ep. 7. Huc te para, hæc cogita. in Sal. 9. Qui mihi parare putasti inuidiam ex mea re familiari. Ep. lib. 2. ep. 5. Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio. pro Cecinn. 60. Armatos verè appellamus, qui scutis telisque parati ornatique sunt. 6. I. V. 62. Instruere & parare coniuiium. Att. lib. 12. epist. 20. Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. pro Fl. 71. Agros parare.

✠ *ADVER. Acerrimè bellum, 10. Att. Bene, 5. Att. Diligenter. 7. At. Meliùs, Top. Publicè cōuiuia, 5. Ver. Repentè hortos, in Sall. Seorsum omnia, 8. Famil. Turpissimè eloquentiā, Sallust. in Cic. Vtrobique hospitium, 9. Famil.*

PARO, onis. *nauigium piratarum.* Incer.

Tunc se fluctigero tradit, mandatque paroni.

& alibi, Paronculis ad litus ludit celeribus.

PAROCHVS, chi. *publicus curator ministérque, qui peregrinis reipublicæ nomine munera, atque alia necessaria procurabat.* Att. li. 13. ep. 2. Ariartem omninò Sestius parochus publicus occupauit, quod quidem facilè patior, &c. *legitur etiā Parochiis, id est: præbitionibus & muneribus publicis.*

✠ *ADIVNC. Publici, 13. Attic.*

ΠΑΡΑΝΟΜΑΣΙΑ. L. ANNOMINATIO.

PARS, tis. *forma, species.* 1. de Inu. 32. & 42. Genus est, quod plures amplectitur partes: vt animal. pars est, quæ subest generi: vt equus. 1. de Or. 189. Partes sunt, quę generibus iis ex quibus emanant, subiiciuntur. 1. de Or. 109. Res aliquas verbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. 2. de Or. 358. Traducta ex parte ad genus notatio.

¶ *Membra partio.* 3. de Fin. 35. Omnes hæ sunt genere quatuor, partibus plures. 1. de Nat. 9. Omnes partes philosophiæ, atque omnia membra tum facillimè noscuntur, cum totæ quęstiones scribendo explicantur. 2. de Ora. 343. Virtus habet plures partes, quarum, &c. pro Q. R. 55. Vt socius in societate habet partem, sic cohæres in hæreditate habet partē. 7. I. V. 84. Quibus illi vrbis suę partem ademerunt, iis tu nostri imperij partem dedisti. 2. de Orat. 366. Quis Antonio permisit, vt partes faceret, & vtram vellet, priot ipse sumeret? Att. lib. 12. ep. 32. Is partes fecit in ripa nescio quotennorū iugetū. pro Cec. 12. Mulieres in partē vocatæ sunt. pro Do. 146. Vrbis partes celeberrimæ & maximę, vt forū, curia, &c. pro Cecin. 12. Ei partem bonorum maiorem legauit.

¶ *Regio, locus.* Ep. lib. 12. ep. 5. Ab orientis partibus. & ep. 7. Omnes quæ in istis partibus sunt copiæ. 3. in Verr. 154. Quæremus etiā, quid iste in extremis Phrygiæ partibus fecerit. 1. Tusc. 94. Hypanis, qui ab Europæ parte in Pōtum influit. pro Mur. 89. Ibis igitur in exilium, miser, quò? ad oriētisne partes? I. P. 29. Qui in Italia omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit. Ep. lib. 10. ep. 11. In his partibus. * pro M. Scau. Redimunt se ea parte corporis, propter quam maximè expetūtur. Hortens. Eius partes, quasi mēbra quædā, cædendæ. 1. de Leg. in frag. Mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret ac nititur.

¶ *Officium, munus, numero multitudinis.* Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 34. Etsi mea pars nemini cedit, fac vt tua cæteros vincat. 2. contra Rull. 19. Creationem Pont. Max. populi ad partes dare. Attic. lib. 7. ep. 4. & Epist. lib. 3. ep. 10. Pompeius hortabatur, vt partes suas susciperem. & lib. 3. ep. 12. Suscipere officia & partes pro dignitate alicuius. Att. lib. 7. ep. 25. Si erit bellum, vt video fore, partes meæ non desiderabūtur. Att. lib. 6. ep. 2. Ac maximè partes istius officij sunt pueri Ciceronis. Ep. lib. 3. ep. 1. De mea benevolentia erga te, etsi pores ex eodem Phania cognoscere, tamen videntur etiam aliquæ partes meæ. 3. de Orat. 142. Sed certè hæ partes fuerunt tuæ de illustranda oratione vt diceres. 2. de Orat. 26. Sed cur impedimus Antonium? cuius audio esse partes, vt de tota eloquentia differat. 2. de Or. 15. Sed transactis iam meis partibus, ad Antonium audiēdum venistis. ad Att. lib. 10. ep. 8. Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra. 1. de Nat. 33. Eique eius partes tribuit, vt, &c. pro Font. 11. Næ multo vestræ maiores grauioresque partes sunt ad cogitādum,

quàm ad dicendum meæ.pro Quin.8. Qu.Hortensius, qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet. Epist.lib.3.ep.10. Cùm te ex fratre meo,ne tum quidem, cùm tibi propè necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse cognôssem.1. Offi.98. Nobis à natura constantiæ,moderationis,temperantiæ partes datæ sunt. Ep.lib.9.ep 8 Tibi dedi partes Antiochianas, mihi sumpsi Philonis. Epi.lib 3.ep.10. Cum tibi propè necesse esset eas agere partes:id est,esse inimicum.pro Mur. 6. Ego has partes lenitatis & misericordiæ,quas me natura ipsa docuit,semper egi libenter: illam verò grauitatis seueritatisque personam non appetiui,sed ab republica mihi impositam sustinui.de Arusp.61. Nisi hanc personam & has partes possem sustinere Epist.lib.3. ep.12. De me autem suscipe paulisper partes meas, & eum te esse finge,qui ego sum.pro Flac.65. Quis vnquã Græcus comœdiam scripsit,in qua seruus primarum partium nõ Lydus esset? pro Dom.10. An meæ partes in ea causa non præcipuæ fuerunt? pro R.P.9. Nulla pars non fuit mea.pro Cornel.1. Quæ sunt igitur partes meæ?3.in Verr.65. Munus hoc meũ non est:cùm meæ partes sunt hospitum recipiendorum,id libẽter facio. Att.lib.7. ep.4. Et susciperé partes suas.1.de D.105. Quid de auguribus loquar?tuæ partes sunt,tuum, inquam, auspiciorum patrocinium debet esse.6.in Ver.79. Cur tuas partes susçipio, cur tuum onus sustineo? Epist.lib.3.ep.10. Suscipere officia & partes pro aliquo. in Va.35. Eripuisti partes illo tempore charissimas partim à Cæsare, partim à publicanis. Attic. lib.14. ep.14. Tuas partes esse arbitror, vt pueri animum tenerum his opinionibus imbuas.pro Rabirio Posth.4. Dare partes alicui, & mittere in negocium.

¶ *Magnam partem.*1.de Diuin.59. Cùm magnam partem noctis vigilasses. Ep.lib.9. ep.15. Non omnino quidem, sed magnam partem.pro Font.11. In rebus iudicandis, ad vnamquãque rem ponderandam, non minimam partem sapientia iudicis tenet. Orator.189. Magnam partem ex iambis nostra cõstat oratio.6. in Ver.54. Maiorem partem diei sedere alicubi. Epist.lib.8.ep.9. Amabo te,hoc cura,soles libenter,vt ego,maiorem partem nihil curare.1. Offi.24. Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediũtur nonnulli,vt,&c.4. Tus.9. Stoici magnam partem in his partiendis occupati sunt. Attic.lib.16.ep.6. Remis magnam partem:id est,nauigaui. Postquam ad Quir.8. Nam mulieres filiique parui,&c. itineribus necessariis, aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Epist.lib.4.ep 3. Et si abfui magnam partem consulatus tui.pro S.R.97. Nullam partem noctis requiescere.

¶ *In vtramque partem,alia huiusmodi.* Attic.lib.15.ep.13. Permulta mihi de nostro itinere in vtramque partem occurrũt.1. de Diu. 78. Flumina in cõtrarias partes fluxerunt.2.de Or.215. Omnium rerum in cõtrarias partes facultas ex iisdem suppeditatur locis. 2. Offi.19. Magna vis est in fortuna in vtramque partem, vel ad secundas res,vel aduersas.& *ibid.* Hæc sine hominum operibus & studiis neutram in partem effici possunt.pro Sest.21. Alter multos planè in omnes partes fefellit. Epist.lib.4.ep.10. Cùm suspicarer multùm interesse rei familiaris tuæ, te quam primùm,idque in omnes partes valere. Epist.lib.5.ep.10. Méque tibi in omnes partes defendendum putes.1. Offi.7. Præcepta quibus in omnes partes vsus vitæ confirmari possit. Ep.lib.13.ep.1. Hoc tua nullam in partem multum interest. Ep.li.8.ep.6. In hãc partẽ tutum erit tibi gratificari. *id est,in Appium.* Attic.li.16.ep.1. Hæc scripsi in eam partem, ne me motum putares.4.I. C.3. Moueor his rebus omnibus,sed in eam partem,vt salui sint nobiscum omnes.2. Offi. 46. Facillimè in optimam partem cognoscũtur adolescẽtes,qui,&c. At.li.10.ep.3. Accipere aliquid in optimam partem. Ep.li.11.ep.2. Quæ profectò in optimam partem accipies.& lib.3. ep.7. Hoc assequêre, vt in quam partem accipias,minus laborem. Attic.lib.8.ep.1. Id ego in eam partem accepi,hæc oppida,&c.pro Mur.64. Quod dixisti, aut non dixisses,aut mitiorem in partem interpretarere.11.I.A.3. Aliquid in beneficij partem numerare.7.I.V.7. Dutum hoc fortasse videatur, neque ego vllam in partem disputo.ad Attic.lib.7.ep.3. Nunc in alteram partem magis timendi armorum exitus. pro S.R.56. In eam partem potius peccant,quæ cautior est. Ep.lib.8. ep.11. In hanc partem errare malo, vt faciam, &c. quàm, &c. Ep.lib.8.ep.8. Aliquando tamen sæpe re dilata, in eam partem, vt eum decedere post Calend. Martias placeret,senatusconsultum factum. 4. I.V.192. An ab hac eius infamia nequitiæ vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat?

¶ *Cætus,ordo,numerus.* pro Syll.77. In impiorum partem, atque in parricidarum numerum aliquem transferre.

¶ *Formulæ Pro parte mea,&c.* Epist.lib.1.ep.9. Quique meus in repub.sit pro mea parte capessenda status. Ep.lib.3.ep.10. Atque etiam vt ita fieret,pro mea parte adiuui.1. Tusc.94. Omnia ista perinde vt cuique data sunt,pro rata parte,à vita longa aut breuia dicuntur.6.I.V.81. In his artibus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit. Epist.lib.15.epist.15. Ego pro mea,tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset. Cass. Epist.lib.12. epist.13. Ita pro nostra parte celeriter iter nobis expediri posse confido. Epist.lib.11.ep.27. Ac debeo pro ciuili parte remp.velle saluam.pro S. R.136. Pro illa tenui infirmáque parte nobilitatem defendi.

¶ *Ex parte,&c.*2.de Di.23. In eo senatu quem maiore ex parte cooptasset.pro Clu.67. Hæc enim ille, & aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte habere se simulabat. pro Dom.38. Itaque populus Romanus breui tempore neque Salios habebit,neque ex parte dimidia reliquos sacerdotes.pro Muræn.42. Quæstio peculatus ex altera parte lacrymarum, ex altera catenarum. de Som. 11. Extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè sonant. & *ibidem.* & 15. Cœli verticibus ex vtraque parte subnixi.3. Offic.53. Mundus ex quadam parte mortalis, ex altera autem parte, &c. 2. de Diu.32. Caput iecoris ex omni parte diligentissimè considerant. & *ibidem.* Semina malorum in contrarias partes se vertunt. de Ar.11. Vestræ domus multo maxima ex parte sunt liberæ religione.1. Offic. 131. Magna autem ex parte clementi castigatione licet vti. Orat. 114. Rhetorica quasi ex altera parte respondet Dialecticæ. pro Quint. R.33. Qui ager neque villam habuit, neque vlla ex parte fuit cultus.pro Cec.38. Si vlla ex parte hæc sententia infirmata fuerit. pro Quint. Ros.28. Is seruus ex qua parte erat Fannij, non erat H-S ɪɪɪɪ. ex qua parte erat Roscij, amplius erat H-S ccccɪɪɪɪ.2.de Leg.51. Si quis de hæredibus exegisset pro sua parte, id quod, &c. Quint.frat.lib.3. epist.1. Ex parte gaudeo. Attic.lib.7.ep.3. Etsi ex parte magna tibi assentior. Epist. lib. 5. ep.15. Ex omnibus partibus amor tuus mihi se ostendit. Epist. lib.2.ep.18.& lib.9.ep.14.& 5.de Finib.38. Tua laus ex aliqua parte fuerit. Epist.lib.11.ep.4. Ex magna parte communi commodo inseruieris.pro Flac.52. Flaccus bellum Cretense magna ex parte gessit.1. Tusc.1. Aut omnino aut magna ex parte liberatus.5. Tusc.5. Tibi nos vt antea magna ex parte, sic nunc penitùs totósque tradidimus.4. Acade.36. Si magna ex parte quidé ad verum ipsum, aut quàm proximè accedunt. & 40. Si ex omni parte eiusdem modi sint. Epist. lib.10.ep.5. Ex maxima parte.5. Tusc.11. Ex maiore parte pleráque res nominari. & 23. Ex maiori parte vnamquamque rem appellari spectarique dicunt.5. Tusc.86. Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Orat.175. Quod ab iis vere quadam ex parte, non totum dicitur.

¶ *Primas,secundas, & tertias partes alicui dare, &c. id est, primam laudem,seu primum locum & gradum.* Orator.18. Tribuere primas alicui.8.in Ant.13. Pater tuus primas omnium ciuium P. Nasicæ, qui Tyberium Gracchum interfecit,dare solebat.3.de Or. 211. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, huic secundas, huic tertias. Orat.56. Demosthenes tribuit & primas & secundas actioni. Or.28. Pericles, cui primæ sine controuersia deferebantur.de Clar.84. Etsi vtrique primas priores tamen deferunt Lælio.1.de Nat.15. Velleius,ad quẽ tum Epicurei primas deferebant. de Clar.308. Primas in causis agebat Hortensius. & 327. Hortensius facilè primas tenebat.de Clar 183. Ex his illi duo facilè primas tulerunt. Qu.frat.lib.3.ep.4. Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quàm mihi.1.in Verr.48. Vt in actoribus Græcis fieri videmus,sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere,quàm ipse primarum,multum summittere,vt ille princeps quàm maximè excellat.1.in Verr.49. Si alienus minus vehemẽs fuerit,& tibi primas in dicendo partes concesserit.

Genus,causa,res 1.Offic.140. Studiosè plerique,præsertim in hac parte, facta principum imitantur. Attic.lib.8.epist.3. Quòd plura in ea parte verba fecerim.3.de Fin.36. Quis non multis partib.malit,&c. Att.lib.8.ep.3. In hac parte hæc sunt:vide nunc quę sunt in altera. Ep.lib.10.ep.24. Si Africanæ legiones celeriter venerint,securos vos ab hac parte reddam.

¶ *Promiscua, sed præcipuè vis hic est factionis.* Ep. lib.8. epist. 17. Vtinam aut non in ista parte Appius, aut non in hac Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit. Attic. lib. 9. epist. 6. Cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectiùs putem quiduis domi perpeti.2.I.C.25. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia.ad Brut.ep. prid.Inuent.7. Vir bonarum in republica partium. 5. in Ant. 32. Nam nunc quidem partium contentionem esse dictitat. quarum partium? alteri victi sunt, alteri sunt è mediis C. Cæsaris partibus. Epist. lib. 10. epist. 31. Non licet mihi nullius partis esse, quia vtrobique inimicos habeo. pro Quint. 69. Erat, inquit, illarum partium. quid ni? qui, &c.7. I. A. 16. Periculum, quod offendit animos maioris partis hominum magis. pro Cor. 21. Cum magna pars, &c.2.contra Rull.76. Omnibus vobis, aut maiori vestrùm parti.2. contra Rull. 22. Qui maiorem partem populi suffragiis priuauit.& 18. Vt minor pars populi vocaretur. Att.li. 16.ep.6. Si quidem similes maioris partis oratorum futuri sumus. 2. de Orator. 14. Scęuolam dicere aiebat,bonam partem sermonis

in hunc

in hunc diem esse dilatam.* Acad. Vtrosque audiet trahentes se ad suas partes.

✠ ADIVNC. *Absoluta, & assumptiua, & negotialis, Amplissimæ alicuius, cæteræ, communes, contrariæ, Diuersa, & dissimilis, generalis constitutionis, iudicialis, deliberatiua, & demonstratiua, Iuridicialis, Leuis, & summissa, & obscura orationis, magna & ampla, maxima philosophiæ, melior, minima incommodorum, mortifera, necessaria, negotialis, perfectæ, peruagatior, prima, & maxima, quietissima, singulæ, superiores, vaga & libera, & latè patẽs quæstionis, 1. de Inuent. Accliuis viæ, 3. ad Q. frat. Aduersa, æqua, clara cæli, dextera, fusca, gelidæ, inferior, nocturnæ, obscura & expers luminis, Superæ, Arat. Aegræ, & labantes, pro Mil. Aequalis, aut altero tanto maior, Bonæ in repub. graues atque magnæ, laudabiles orationis, maximæ, luminosæ, & quasi actuosæ, primæ, & extremæ, Orat. ad Brut. Aequales, ætherea mundi, Aptissimæ corporis ad procreandum, & concipiendum, aptissima ad gignẽda animalia, Excelsæ, intimæ maris, meliores ad vsum & pulchriores ad speciem, nobilissima, amplissimáque ætheris, sentientes, summa, 2. de Nat. Alienæ, turpis calamitosaque vitæ, Vberrima, 6. in Ver. Altæ corporis, mollis animi, particeps rationis,)(expers rationis, 2. Tusc. Animalis, ignea, opinabilis, 1. Acad. Antiqua, Simillima, de Vniuers. Bona, intenta, & vehemens, lenis, atque summissa orationis, 2. de Orat. Bona, cautior, pro Sex. Rosc. Bonæ, extrema fundi, pro Cæc. Carę, diuina, laudabiles in suo genere, 5. de Finib. Carissima, excelsiores animi, leuissima, propriæ, vacua tutela, 4. de Finib. Cariores, Logica philosophiæ, maximæ, perfectiores, 1. de Finib. Celeberrimæ vrbis, & maximæ, contraria, digna gloria, libera, præcipuæ, similis, pro Dom. sua. Certa, pro Quint. Cõtraria, 2. de Inuent. Custos cæterarum, animi, Magna honorum, pro Cæl. Debiles, notissimæ, opportunæ, priores, de Clar. Deterrima, extrema, aut media quæstionis, intima, magna vrbis, propria iudicij, pro Clu. Dimidia, legitima, pro Q. Rosc. Dimidiæ, optima, virilis, 5. in Ver. Duriores, 10. Attic. Exigua, leuissima animi, 2. de Finib. Exigua populi, pro Planc. Exigua atque angusta, magna publicanorum, pro Rab. Extrema, parua, 2. Cõt. Rull. Extrema epistolę, 6. At. Etremæ, magna & maximè ægra, & propè deposita reipub. 3. in Ver. facilis, magnæ, implicatæ, variæ, plures, prima, extrema, media, venusta, 3. de Orat. Finitimæ, multæ, aut diuersæ, aut etiam contrariæ, variæ, 2. de Diuin. Firmior, honestior, tutior, 8. Famil. Furiosa, 10. Famil. Graues, magna noctis, maior, grauior, posteriores, sui similes, vtiles, 5. Tusc. Grauiores ad iudicandum, maiores, grauioréſque ad dicendum, pro Font. Honestiores corporis, 14. Philip. Inanissima, 8. Attic. Inchoata, inculta, ac deserta, 3. de Finib. Incultа, 3. Offic. Infestissima, 2. Fam. Infirma, leuis, grauissima, mitior, pro Mur. Interior ædium, 5. Philip. Læua) (dextra, 3. de Legib. Magnæ, 4. Acad. Maior hominum, ep. ad Brut. Maxima, 1. Offi. Maritimæ, prouinciæ, 4. Famil. Mimina, vltimæ, 1. de Nat. Minor, 11. Att. Misera impensæ, 13. Famil. Moralis philosophiæ, de Fat. Multæ, & maiores, 9. Fam. Nefariæ, 14. Att. Nuda, atque inanis ordinis, 2. Catil. Pestilẽtes, ac salubres, agrorum, præcipites cæli, princeps rationis & intelligentiæ, particeps rationis, & mẽtis. Sinistra, temeraria, tenuissima, vegeta ad somniandum acrisque, 1. de Diu Perexigua, 1. ad Q. frat. Popularis, princeps animi, de Pet. Cõs. Rata, Reliqua epistolæ, 15. At. Reliquæ, 12. Phi. Sana, & integra corporis, pro Sest. Sanctissima, postq. in Senat. Similes principio, 2. Philip. Tenuis, infimáque, vera, 7. in Ver Vitiosæ reipub. 2. Attic.*

☞ Syntaxis. *Partes generibus subiiciuntur. In partẽ vocari. In iis partibus magna vini charitas. Pars mea nemini cedit. Videntur etiam aliquæ meæ partes. Personam istam, & has partes sustine, suscipe. Officium & partes suscipere pro aliquo. Partes alicui dare & mittere in negocium. Magnam partem ex iambis constans carmen. Ille magnã partem occupatus. In cõtrarias partes fluuius fluens. In vtrãque partẽ vis fortunæ. In eam moueor partem, vt. Cognosces illum in optimam partẽ. Id ego in eam partem accepi. In mitiorem partẽ interpretari. In eam peccant ũ partem, vt. Transferre aliquem in partem & numerum sapientum. Pro mea parte. Pro rata parte. Quisque pro sua parte ferat. Pro mea tenui parte. Pro ciuili parte. Remp. serua. Ex quadam parte mortalis, ex altera autẽ parte non. Multo maxima ex parte. Nulla ex parte cultus ager. Tua laus ex aliquã parte est. Magna parte ad verum accedere. Ex maxima parte sic est. Primæ Cæsari deferendæ, dandæ, tribuendæ. Primas tenere, ferre. Priores partes alicui tribuere, concedere. Esse bonarum partium. Ex mediis Cæsaris partibus.*

PARSIMONIA, niæ *frugalitas, moderatio sumtũ, diligentia.* Para. 6. Magnum vectigal est parsimonia. de Rep. lib. 4. teste Nonio. Optimum autem & in priuatis familiis, & in Repub. vectigal dico esse parsimoniam. 5. Tusc. 99. Ciuitates quædam parsimonia delectantur, vt de Lacedæmoniis paulò antè diximus. & *ibid. de parsimonia victus Persarum.* 4. I. V. 7. Summa parsimonia, summa diligẽtia. 2. Offi. 87. Res familiaris conseruatur diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augetur. pro Qu. 59. Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere. & 92. Rustica illa atque inculta parsimonia. Attic. lib. 5. ep. 4. & Orat. 84. Et si meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat. de Pro. 28. Sed decus illud triumphi minuendum nostra parsimonia non putaui.

✠ *ADIVN. Apta, Orat. Rustica, atque inculta, pro Qu. Summa, 4. in Ver. Vectigal magnum, Parad.*

✠ PARTHI, *populi.* ‖ Epist. lib. 15. ep. 1. & lib. 9. ep. 24.

PARTHICVS, a. Att. lib. 5. ep. 14. Ocium Parthicum.

PARTHINI, *populi.* I. P. 96.

PARTICEPS, pis. *consors, socius, non expers, compos.*)(. *expers.* 1. de Orato. 172. Quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes. nihil occultabo. 1. de Diu. 60. Ea pars animi, quæ mẽtis ac rationis est particeps. de Vn. 24. Animus rationis compos & particeps. pro Arch. 24. Milites dulcedine quadam gloriæ commoti, quasi participes eiusdem laudis, magno illud clamore approbauerunt. Ep. li. 10. ep. 12. Feci continuò omnes participes meæ voluptatis. 2. de Inuent. 92. Tu particeps factus es in turpissimo fœdere. Epist. lib. 11. ep. 2. Digni sumus, quos habeas tui consilij participes. 5. de Fin. 67. Virtutes ita connexæ sunt, vt omnes omnium participes sint. Att. lib. 9. ep. 12. Huius belli ego & particeps, & adiutor, & socius esse cogor. 2. de Fi. 38. Nec vlla de summo bono ratio, aut voluptatis non dolendiue particeps, aut honestatis expers probabitur. Or. 21. Vtriusque particeps, vel vtriusque, si verũ quærimus, potius expers. 1. de Di. 34. Quod particeps artis est.)(. *quod arte caret.* pro Font. 37. Socius ac particeps fortunarum omnium. Anteq. 24. Téque particeps cõnubij, socia regni regina Iuno. Brut. ep. 16. Beneficiis & honoribus vt participes frui, quantis vellemus.

✠ *ADVERB. Maximè, Parad.*

☞ Syntaxis. *Animus rationis compos, & particeps. Particeps sceleris, in scelere. Socius ac particeps.*

PARTICIPANDVM. 1. de Leg. 33. Sequitur igitur ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, iustos natura nos esse factos.

PARTICIPO, as. *impartio, communico, partem capio.* 2. Tusc. 39. Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem vt participet parem.

PARTICVLA, læ. *articulus, appendicula.* de Vn. 9. Mundi omne animal quasi particula quædam est. 2. de Natur. 37. Homo est quædam particula perfecti. *id est, mundi.* 2. Offic. 40. Qui scelere pascuntur, non possunt sine vlla particula iustitiæ viuere. Brut. ep. 16. Particulam literarum tuarum legi. 2. de Orat. 162. Omnes tenuissimæ particulæ. & 1. de Orat. 179. Cuicunq; particulæ cœli officerentur. I. P. 85. Cognoscis ex particula sceletum tuorum, genus vniuersum. *id est, totum, vel cætera.*

✠ *ADIVNC. Breuiores)(Longiores, impares)(æquales, minimæ, parua vrbis, Orat. ad Brut. Parua, in Piso. Similes inter se, 4. Acad. Tenuissimæ, 3. de Orat.*

PARTICVLATIM. *articulatim, mẽbratim.* 1. ad Her. 14. Si summatim, non particulatim narrabimus.

PARTIENDVS, a, um. pro Syl. 10. Neq; ego hoc partiendę inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor.

PARTIM. *qua, pars, ex parte quadam.* 2. de Orat. 94. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres fuerunt. in Vat. 16. Reliqui sex fuerunt, ex quibus partim tecum planè sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant. Ep. lib. 1. ep. 5. Cæteri

sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulantet irati. I.P.48. Cùm partim eius prædæ libido deuorasset, partim noua quædam & inaudita luxuries, partim emptiones, &c.2.de D.113. Quorum partim ficta apertè, partim effutita temerè, nunquam prudenti cuiquam probata sunt.& 83. Necesse est fateri partim horum errore susceptum esse, partim superstitione multa fallendo.8.I.A.32. Cùm partim è nobis ita timidi sint, vt, &c. partim ita à repub. auersi, vt, &c. pro Pomp.18. Ex cæteris ordinibus homines industrij partim in Asia negociantur, partim eorum in prouincia magnas pecunias collatas habent.2. Offic.72. Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, vt, &c. partim, &c. *id est, eorum aliqua, &c.*1.de Orato.141. Causarum, quæ, &c. partim in iudiciis versantur, partim in deliberationibus. *id est, quædam, & quædam,*1.de Nat.104. Bestiarũ terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles.1.de Diui.93. Multa inusitata, partim ex cœlo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum conceptu & satu. de Amic.45. Sed nihil est, quod illi non persequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne, &c. alios autem dicere aiunt, &c.2.de Diuin.23. Cæsar à nobilissimis ciuibus, partim etiam à se omnibus rebus ornatis trucidatus est, &c. Attic. lib.8.ep.17. Domitius suas XII. Cohorteis tribus in oppidis distributas habet, vnũ partim Albæ, partim Sulmonæ collocauit. Qu. fra.lib.1.ep.3. Amici partim deseruerunt me, partim etiam prodiderunt.

☞ Syntaxis. *Illorum partim fuerunt illustres, &c. Partim prædæ vorat libido, partim, &c. Bestiarum alia terrenæ, partim aquatiles. Partim, alia, quædam. Vnam legionẽ partim Albæ, partim Sulmonæ collocare. Retine locutiones: grauissimæ sunt.*

PARTIOR, itis. *diuido, partio, partitionem facio, communico* de Vniu. 19. Idque ipsum in ea, quæ decuit, membra partitus est.3.I.V. 113. Patres bona sua cum filiis partiuntur.de Clar. 190. Hortensius cum Cicerone causas partiebatur.2. de Orat.366. Antonius ita partitus est tecum, vt, &c. pro Dom.23. Tamen ærarium cum eo partitus est.6.I.V.37. Cùm bona pupillus erepta cum illo partitus est.1.de Fin.22. Epicurus nihil de diuidendo ac partiendo docet. Orato.117. Is genus vniuersum in species certas, vt nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur ac diuidet. de Clar.141. Actio partienda est in gestum atque vocem.14.I.A.15. Partiuntur inter se, qui Capitolium, qui vrbis portas occuparẽt. ¶ *Patiendi vi.* Orat.188. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria.

✝ ADVERB. *Aequaliter, pro Q. Rosc. Breuiter, commodè,* 1.*de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Bona sua partiri cum sociis. Diuidere & partiri: & contrà, Partiri inter se multa.*

PARTITE. *distributè,* Orator.99. Partitè, definitè, distinctè dicere.

PARTITIO, onis. *diuisio.*1. de Or.22. Græcos partitionem quandam artium fecisse video. de Claris orat.302. Partitiones, quibus de reb. di turus sis. pro Syl.13. Atque inter nos partitio non est temerè facta.2.de Or.248. Hęc sit prima partitio, quod facetè dicatur, id aliàs in re habere, aliàs in verbo facetias.1.de Fin. 45. Partitio qua vsus est Epicurus, qui posuit vnum gẽnus cupiditatum, &c. alterum, &c. tertium, &c. pro Cec.13. Cùm præsertim pecunia ex partitione deberetur.1.I.A.13. Vrbis Italięq; partitio. pro Sest.54. Partitio ærarij.2. Offic.40. Propter æquabilem prædæ partitionem Bargulus, &c.2.de Leg.53. Partitionis caput scriptum cautè. *De Partitione vide multa præclara Top.*28. & 29, 30. & 1.*de Inu.*31.32.33.

✝ ADIVNC. *Aequabilis prædæ.*2. *Offic. Commodior, generalis, vtilis, in aliquo genere,*1.*de Inuent. Iniqua,*2.*de Orat. Oratoriæ, Part. Vtilior, & aptior ad benè beatéque viuendum,*1.*de Finib.*

PARTITVS, a, um.3. de Orat.117. Sed paulo secus à me, atque ab illo partita sunt.

✝ ADVERB. *Paulo secus,*3.*de Orat.*

PARTVRIO, ris. *in pariendo laboro, enitor, conor.* pro Muræn.84. Dij faciant, vt hoc quod conceptum respub. periculum parturit, consilio discutiam & comprimam.2. I. A. 119. Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod iamdiu parturit. de Amic.45. Securitate frui non potest animus, si tanquã parturiat vnus pro plutibus.

✝ ADVER. *Iamdiu,*2.*Philip.*

PARTVS, a, um. *collectus, comparatus.*2. cõtra Rull.16. Libertas plurimo sudore & sanguine maiorum nostrorum parta, nobisque tradita. pro Syl.77. Existimatio parta.1. de Orat.202. Vt ipsum quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed diuinitùs ad nos delatum videretur. pro Qu.74. Honestè partis bonis priuari. de Pro.28. Præda parta.2.I.A.66. Malè parta malè dilabuntur.2.de Or.209. Aliqua non esse virtute parta, sed vitiis & peccatis. & *ibid.* Aliqua magno labore, magnis periculis esse parta. Brut.ep.15. Magna pestis erat depulsa per vos, vobis verò parta diuina gloria * pro Syl.49. Consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est.1. de Finib. 51. Præda improbè parta. Frag. ep. Maiora cura tuenda esse quę parta sunt. Oecon.1. Partis opibus.

✝ ADVERB. *Benè fundus, pro Cæc. Benè res,*1. *Offi. Honestè bona, pro Quint. Improbè præda,* 1. *de Finib. Improbissimè,*5.*in Ver.*

PARTVS, tus. *pariendi actus.*3. de Nat.47. Natio dea, quæ partus matronarum tuetur, à nascẽtibus nominata.2.de Natu.69. Diana adhibetur ad partus, quòd ij matureſcunt aut septem aut nouem lunæ cursibus.& 119. Luna sole illuminata, grauiditates & partus affert.& 127. Ceruæ paulò antè partum perpurgãt se quadam herbula.2.de Diu.49. Cõceptio mulæ contra naturam fortasse, sed partus propè necessarius.1.de Diu.35. Irridetur partus hic mulæ.& *ibid.* Partus malorum. pro Cl.31. Cum mulier esset grauida, & iam appropinquare partus videretur. Ep.lib.6. ep.18. Me Romæ tenuit Tulliæ partus.2.de Diu.49. Quæ natura partum animantis faciat.

¶ *Fœtus.*2.de Or.168. Feræ partus suos diligunt. 1. de Fi. 12. An partus ancillæ in fructu sit habendus.2. Tusc.20. Quantum vna vecors Oenei partu edita.ad Oct. Matris tuæ partũ aureum esse dixi.

✝ ADIVNC. *Aureus, ep. ad Octa. Bonus, melior, longus, quàm breuis, postremus,*3.*de Or. Incredibilis,*1.*de Diu. Necessarius,*2.*de Diu. Recentes & veteres, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Ad partus adhibere aliquem. Grauiditates & partus. Suos partus feræ diligunt. Partum habere in fructu.*

PARVIDVCO. *parumpendo.* pro Arc.14. Pericula mortis parui esse ducenda.2.de Fin.24. Sed quia parui id duceret.

PARVIFACIO, cis. L. FACIO, & MINIMI *facio.*

PARVIPENDO. *paruiduco.* Attic.lib.15.ep.3. Sed si ista paruipendimus, certè & maiora contemnimus.

PARVITAS, atis. de Vniu.41. Quæ cerni non possent propter paruitatem.

PARVM. *paulùm, modicum, paululum, leuiter, ad exiguum tempus, minus, non.* pro Sest.32. Parúmne est Piso, vt omittam Gabinium, quòd tantum homines fefellisti? vt negligeres autoritatem senatus? Remp. proderes? etiámne audes? &c.1. Tusc.109. Nemo parum diu vixit, qui, &c. Att.lib.10.ep.11. Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas.& ep.13. Sunt ea quidem parum firma.1.de Inu.88. Cùm parum memineris, quod concesseris.3.de Nat.3. Quæram ex te ea, quæ parum accepi.& *ibid.* Quàm ea quæ minus intellexi, requirere. de Senect.74. Ad exiguum tempus durat.

☞ Syntaxis. *Parum non est aduenisse.*

PARVMPER. *paulisper, aliquantum, ad breue tempus, ad punctũ temporis. paulum.*1.de Di.47. Discedo parumper à somniis, ad quæ mox reuertar. de Clar.322. Digredi parumper à causa. Att.lib.9. ep.3. Abduco parumper animum à molestiis.3.de Ora.141. Parumper ipse conticuit.

PARVVLVS, a, um. *pusillus.*2. de Inuen. 10. Dum paruulum hoc consequimur.& 25. Et impulsionem paruulam quandam fuisse dicet.4. Academ.83. Videre, quæso, quàm in paruulis sitis.

PARVVS, a, um. *pusillus, exiguus, modicus, breuis, angustus, tenuis, minutus, modica magnitudine.*3. contra Rul.2. Paruam exigui temporis vsuram bonæ de me opinionis postulo.& 2. cont. Rul.84. Parua pars. de Som. 14. Ipsa verò terra ita parua mihi visa est, vt, &c. pro Pomp.55. Insula Delos parua.2.de Orat.84. Parua aut mediocris res. Qu.fr.lib.3.ep.8. Non enim commoda quædam sequebamur parua ac mediocria. pro Clu.94. Sylla magis opibus, cognatis, &c. hæc autem apud Iunium parua atque infirma sunt.1.de Leg.8. Sed est quædam inter nos parua dissensio. *ibid.* 17. In paruum quendam & angustum locum concludi. pro Cec. 26. Beneficium non paruum.6.I.V.134. Vendere aliquid paruo precio. Att.lib.1.ep.2. Ea abs te diligenter paruóque curata sunt. 2.de Leg.9. A paruis enim didicimus, &c.1. Offi.67. Ea quæ eximia plerisque & præclara videntur, parua ducere, & contemnere. * Hortens. Malo vel vnum paruum de Officio libellum.

✝ ADVERB. *Admodùm,*1.*de Diu. Foris,*1.*Offi.*

☞ Syntaxis. *Curasti omnia paruo, id est, facilè, vel paruo precio potius. Perparuus.*

PASCO, scis: paui. Att.lib.6.ep.1. Lancibus & splendidissimis canistris, non oluſculis nos soles pascere.2. Offi.14. Sine hominum opera aut pascere equos, aut domare non possumus. pro Cec. 59. Qui colendi aut pascendi causa esse in agro consueuerant.1.de Diuin. 31. Qui cum propter paupertatem sues puer pasceret, vna ex his amissa vouisse dicitur, &c. pro Mil. 3. Quos P. Clodij furor rapinis & incendiis pauit.7. I. V. 64.

Cum

Cùm eius cruciatu pascere oculos, animumque exaturare vellent. 2. Offic. 88. Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis: à quo cùm quæreretur, quid maximè in re familiari expediret? respondit, Bene pascere. quid secundum? Bene vestire. quid tertium? Satis bene vestire. quid quartum? Arare. 11. I. A. 8. At in eius corpore lacerando cùm animum satiare non posset, oculos pauit suos.

PASCOR, eris, pastus sum. 2. Offi. 40. Qui maleficio & scelere pascũtur. Att. li. 4. ep. 9. Ego hic pascor bibliotheca Fausti. I. P. 45. Hisce ego rebus pascor, his delector, his perfruor, quòd senatus, &c. 2. de Nat. 8. Cùm cauea liberati pulli nõ pascerẽtur. 1. de Diu. 27. Necesse est offa obiecta cadere frustũ ex pulli ore, cùm pascitur. pro Clu. 67. Bestiæ fame dominante plerunque ad eum locum vbi pastæ aliquando sunt, reuertuntur. Chorogr. Vt sues, quasi capræ ex ramis, glande pascuntur.

✠ *ADVERB, Benè satis, 2. Offic.*

☞ Syntaxis. *Lancibus & splendidis canistris amicos pascere. Maleficio & scelere pasci. Pasci, de lectari, perfruipacis fructu.*

PASCVA, orum. 1. contra Rull. 3. Vtrum tandem hanc syluam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis inueniſti?

PASIPHAE, es. 3. de N. 48. Circe & Pasiphae è Perseide Oceani filia natæ, patre Sole.

PASITHEA, theæ. 1. de D. 96. In Pasitheæ fano.

PASSER, tis. 1. de Diu. 72. Calchas apud Homerum, ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est. 2. de Fin. 75. & 2. de Diuin. 65. & 64.

PASSERCVLVS, li. 2 de Di. 65. De passerculis coniecturã facere.

PASSIM. *dispersè, vbique, vndique sine ordine.* pro Mur. 73. Ad prandium vocare vulgò, passim. quid est vulgò? vniuersos. Ep. lib. 11. ep. 13. Ille enim it passim, ego ordinatim. pro Syll. 42. Illas fabulas describi ab omnibus statim librariis, diuidi passim & peruulgari, atque edi populo imperaui. pro S. R. 135. Passim per forum volitare. 1. de Or. 191. Passim carpere & colligere vndique. 2. de D. 80. Aues huc & illuc passim vagantes. 2. de Ora. 23. Aues passim ac liberè volitare.

☞ Syntaxis. *Passim vulgò ad prandium vocare. Quid est vulgò? vniuersos. Non ordinatim, sed passim. Passim diuidere librum, & peruulgare, atque edere populo. Passim & liberè volitare, vagari.*

PASSVS, a, um. *apertus.* 2. de Nat. 111. Minorem septẽtrionem Cepheus passis palmis subsequitur. 1. Tus. 119. Quò etiam velis passis peruehi liceat.

PASSVS, sus. *gradus.* pro Sest. 29. Edixitque, vt ab vrbe abesset mille passus. Attic. lib. 16. ep. 7. Erat enim Brutus citra Veliam millia passuum tria. pro Quin. 79. Triduo septingenta millia passuum ambulare. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Sese mensum pedibus aiebat passuum CCCC M. 3. de Fi. 45. Et gradus vnus in ea via quæ est hinc in Indiam. 1. de Leg. 54. Qui me deduxit in Academiam perpauculis passibus. 7. I. A. 16. Ne propius vrbem millia passuum ducenta exercitum admouerit. pro Mar. 5. Disiunctissimas terras passibus peragrare.

✠ *ADIVNC. Perpauculi, 1. de Legib.*

PASTIO, onis. *pabulum, pastus.* pro Pomp. 14. Asia fertilis est magnitudine pastionis. ‖ *alias* pactionis.

PASTOR, oris. pro Fl. 39. O pastores, nescio quos cupidos literarum, &c.* con. C. Anton. Pastores retinet.

✠ *ADIVN. Cupidi literarum, pro Flac. Regius, 3. Offic.*

PASTORALIS, le. *pastoritius.* 1. de D. 107. Atqui ille Romuli auguratus pastoralis, non vrbanus fuit.

PASTORICIVS, a, um. *pastor. alis.* Att. lib. 1. ep. 13. Pastoricia fistula. pro Cæl. 26. Fera quædam sodalitas & planè pastoricia, atque agrestis germanorum lupercorum.

✠ *ADVERB. Planè, pro Cæl.*

PASTVS, a, um. pro Clu. 72. Hic ille planus quæstu iudiciario pastus contrahit frontem. Ep. lib. 8. ep. 15. Nunc tibi nostri milites malis orbiculatis esse pasti videntur.

PASTVS, stus. *pastio, cibus, locus pascuus.* 2. de Nat. 99. Volucrum lapsus, pecudum pastus, vita syluestrium. & 121. Pastum animantibus largè & copiosè natura comparauit. & *ibid.* Partes corporis ad pastum capessendum conficiendúmque. 2. de Fin. 110. Terra fundit ex sese pastus varios bestiis. & 39. Pecudes ad pastũ procreatæ. 1. de D. 94. Cilices pastu pecudum maximè vtuntur. 2. de N. 126. Bestiæ in pastu circumspectant. 5. Tusc. 66. Oblectatio industriæ, qui est vnus suauissimus pastus animorum. 11. in Ant. 4. Qui popularetur agros, non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentem pastum mẽdicitatis suæ. 1. Offi. 11. Omne genus animantium, omnia quę sint ad viuendum necessaria, inquirunt, parant, vt pastum, vt latibula.

✠ *ADIVN. Aptus, 2. de Nat. Ferus, tetri, 2. Tusc. Diuersi, 4. de Finib. Immoderatus, 1. de Diuin. Noui, veteres oratorum, de Clar. Præsens, 11. Philip. Suauissimus, 5. Tusc. Vary & abundantes, 2. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Pecudum pastus. Pastum capessere & conficere. Vti pecudum pastu. Animorum pastus. Ad mendicitatis pastum laborare.*

PATARANI. *à Patara Lyciæ oppido*.*

PATAVINI. *populi.* 12. I. A. 10.

PATAVINVS, a, Attic. lib. 12. ep. 30.

PATEFACIENDVS, a, um. pro Flac. 5. Qui ea proferenda patefaciendáque curauit.

PATEFACIO, cis. *in lucem profero, diuulgo, aperio.* 1. de Or. 98. Nunc vterq; vestrûm patefecit earũ rerũ âditũ, quas quærimus. & 204. Hęc quæ patefecit oratione sua Crassus. de Ar. 14. Hęc nobis & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit. pro Mil. 104. Indicia communis exitij indagaui, patefeci, protuli. Top. 75. Patefacere aliquid, in iudicium que proferre. 4. Aca. 44. Patefacere aliquid obscurum. Ep. lib. 7. ep. 1. Ex quo tibi patefeciſti Seianum. Ep. lib. 13. ep. 78. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & innuo cognitu. 4. I. C. 21. Patefacere nobis prouincias, quò exire possumus. Att. lib. 11. ep. 13. Patefacere odium suum in aliquem. Ep. lib. 6. ep. 10. Itaque Theudæ liberto tuo totum me patefeci. de Am. 97. Patefacere & illustrare veritatem.

☞ Syntaxis. *Indagare, patefacere, proferre. Patefacere & illustrare obscura. Totum se alicui patefacere.*

PATEFACTIO, onis. *euolutio, explicatio.* 2. de Fin. 5. Definitio est patefactio quasi rerũ operturarum, cum quid quicq; sit, aperitur.

PATEFACTVS, a, um. *illustratus, diuulgatus, apertus.* de Di. li. 1. 86. Neque ante philosophiam patefactam hac de re quisquam dubitauit. 1. de Or. 204. Ab hoc aditu ianuáque patefacta. 5. Tus. 65. Aditus patefactus. 3. In Cat. 15. Lentulus patefactus est indiciis & confessionibus suis. pro Pomp. 21. Patefactum nostris legionibus esse pontum, qui antè populo Rom. ex omni aditu clausus esset. pro Syl. 4. Quare ista cõiuratio si patefacta per me est, tam patet Hortensio quàm mihi. Ep. lib. 1. ep. 9. Quibus patefactis, &c. pro Pomp. 30. Per Galliã legionib. nostris in Hispaniam iter, Gallorum internecione patefactum est. ‖ & 1. de Orat. 177. Obscurum sane & ignotum patefactum est in iudicio atque illustratum Patrono.

☞ Syntaxis. *Patefactus indiciis & confessionibus suis Cethegus.*

PATELLA, læ. *vas picatii, vel fictile, sacrificijs faciendis aptum.* 6. I. V. 46. Patella grandis cum sigillis simulachrisque deorum. de Fi. li. 2. 21. Reperiemus asotos primùm ita non religiosos vt edãt de patella. L. VENOR, & TVRIBVLVM.

✠ *ADIVN. Argentea, grandis, 6. in Ver.*

PATENS, tis. *apertus.*) (*clausus.* 1. de Diu. 2. Cœlum ex omni parte patens atque apertum intueri. pro Qu. 93. Habere domum clausam pudori, patentem atque adeò expositam cupiditatibus.

✠ *ADVERB. Longè, & latè locus, Orat. Latè pars quæstionum, 2. de Orat. Latissimè societas, 1. Offic.*

PATENTIVS, *aduer. apertius.* 2. de In. L. A BSCONDITE.

PATEO, es. *apertus sum.* 2. I. A. 112. Cur valuæ Concordię non patẽt? pro S. R. 145. Mea domus tibi patet, mihi clausa est. de Clar. 32. Domus Isocratis cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit. Ep. lib. 3. ep. 8. Si cuius aures ad hanc disputationem patent. de Cl. 16. Aditus, qui nobis patuit, obstructus est. Att. li. 10. ep. 15. Si nobis is cursus, quem speràram, patéret. pro Muræn. 28. Quod omnibus patet, & æquè promptum est mihi & aduersario meo. 2. de D. 4. Vt nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus patéret. 1. de Or. 23. Cùm illa pateant, in promptúque sint omnibus. pro Qu. R. 5. Non habere se hoc nomen in codice fatetur, sed in aduersariis patére contendit. 1. Offic. 73. In philosophorum vita minus multa patent, quæ fortuna feriat. Quint. frat. li. 1. ep. 1. 20. Facillimos esse aditus ad te, patére aures tuas querelis omnium. 2. I. A. 93. Septies millies sestertiùm, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat. * *Alij Parebat legunt.* de Consolat. Nec omnibus eundem cursum in cœlum patere. Iocul. lib.

Ni tamen exciderit, quà cauafunda patet.

¶ *Cœdor, non negor. facilius sum.* de Ar. 52. Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum? Ep. lib. 6. ep. 10. Vt intelligant, omnia Ciceronis patére Trebatio. pro Cor. 24. Iis prǽmiis exclusos esse socios, quæ pateant stipendiariis. de Ami. 85. Qui existimant peccatorum omnium patére in amicitia licentiam. Attic. lib. 4. ep. 13. Velim domum ad tuos scribas, vt mihi libri tui pateant.

¶ *Vim habeo magnam, amplam naturam, hic rationem vniuersalis, & communioris naturæ cognoscas.* 1. de Ora. 235. Hæc enim ars & latè patet, & ad multos pertinet. 1. Offic. 92. Hoc latissimè patet. ad plurimósque pertinet. 1. Offic. 24. In quo vitio latissimè patet auaritia. 1. de In. 86. Hoc maiorem quandam vim habet, & latius patet quàm hîc explicetur. Epist. lib. 3. ep. 6. Latè enim patet hoc vitium, & est in multis. Orat. 72. Locus longè latéque patens. 2. Offic. 66. Cuius beneficia latè patent. Ep. lib. 15. ep. 4. Cappadocia, quæ patet à Syria. 1. de D. 93. Babylonij in camporum patentiũ æquoribus habitãtes. 1 Offi. 51. Aclatissimè quidẽ patẽs hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hæc est.

✠ ADVER.

✠ ADVER. *Fideliter iter,*10. *Fam. In posterùm,*2. *Cont. Rull. Latè,*3. *Famil. Longè, latéque,*5. *Tuſ. Maximè orbem terrarum,*7. *in Ver. Perlatè in conſuetudine ſermonis,*2. *de Orat.*

PATET, bat. *conſtat.* pro Mil.15. Quid porrò quærendum eſt, factúmne ſit, an conſtat, à quo, at patet.1. Tuſc.54. Cùm pateat igitur æternum id eſſe, &c.12. I. A.5. Diſcuſſa eſt caligo, diluxit, patet, videmus omnia.

PATER, tris. *parēs, generator, genitor, procreator, ſator, educator, altor, ſenator. de multis, patres, dicimus maiores noſtros.* pro Rab.27. Quem verè patrem patriæ, parentem, inquam, reipub. poſſumus dicēre.1. de Inuent.105. Si ad ſenes de patribus, aut parentibus cogitent.3. I. A.13. Pater naturalis. pro Dom.77. Pater vitæ neciſque poteſtatē habebat in filios.2. de Orator.257. Quibus nec pater, nec mater ſit. de Am.6. Scimus L. Acilium apud patres noſtros appellatum eſſe ſapientem. pro Mur.75. Fuit eodem ex ſtudio vir eruditus apud patres noſtros. Quint. Tubero.1. de Orat.183. Quid, quod vſu memoria patrum venit.3. Offic.47. Vt Petronius apud patres noſtros, Papius nuper.3. in Verr.93. Patres maiorēſque noſtri. Or.18. Patrum noſtrorum ætas. ‖ pro Cæl.18. *ſæpius.*

✠ ADIVN. *Aerumnoſus, fortiſſim' miſer, pro Flac. Altitonans,*1. *de Diuin. Amens, certus, pro Quint. Amiciſſimus,*6. *in Ver. Beatior quàm,*4. *de Finib. Boni, de Senec. Clariſſimus,*1. *In Catil. Conſcripti, innocentiſſimus,* 4. *in Ver. Conſulares, felix, importunus, & crudelis,* 1. *de Finib. Doctus,*15. *Fam. Ferrei, leuis, & Clemens, maiores, paruus, ac tenax, parum ſplendidus, pro Cæl. Extorres, negligēs, & diſſolutus,*5. *in Ver. Facilis, & liberalis, imberbis,*3. *de Nat. Ferus, & arrogans, & infeſtus, mendax, aut auarus, amans ſuorum,*10. *Attic. Grandis natu,*7. *in Ver. Imprimis honeſtus, naturalis,*3. *Philip. Honeſtiſſimus, pro Mur. Humaniſſimus, & cariſſimus,* 16. *Famil. Humilis, pro Mil. Improbus, pro Q. Roſc. Nobiliſſimus,*6. *Famil. Optimus, de Clar. Paratus, pro Cæc. Sanctiſſimus, atque optimus, Som. Scip. Sapiens, pro Syll. Seuerus,*4. *Tuſc. Turpiſſimus, & fideliſſimus, pro Planc. Veri, certique, de Amic.*

PATERFAMILIAS. L. FAMILIAS.

✠ ADIVNC. *Prudens, & attentus, vna in re minus conſideratus, pro Quint. Ruſticanus, pro Sex. Roſc.*

☞ Syntaxis. *Quæſitum eſt apud patres noſtros. Patres & maiores noſtri. Apud patres noſtros vir clarus. N. N.*

PATERA, ræ. *poculi genus latum ac patens.*3. de N.84. Pateræ coronaéque quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur.1. de D.46. Mercurius è patera ſanguinem viſus eſt fundere. de Clar.43. Excipere ſanguinem patera. L. FILICATVS, & TVRIBVLVM.

✠ ADIVN. *Aurea grauis,*1. *de Diuin. Felicatæ, Parad. Moleſta,*7. *Famil.*

PATERNVS, a, um. *patrius.* pro Cæl.34. Bona paterna. Atti. lib.16. ep.16. Paterna neceſſitudo. pro Dom.147. Satis amplum patrimonium paterni nominis.1 de Or.175. Egiſſétque lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius & *ibid.* Poſſétne paternorum bonorum exhæres eſſe filius. L. MATERNVS. ✝ pro M. Tull. Fundus paternus. pro M. Scau. Paternus inimicus. ✠ ‖ .1. de Orat.244. Paterni iuris derenſor.13. Philip.34. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit.

PATERPATRATVS. *qui ad ſuſcipiendū patrandum, id eſt, ſanciendū in fœderibus mittebatur.*1. de Or.181. Cùm propter inuidiam Numātini fœderis paterpatratus ex ſenatuſconſulto C. Mancinum Numantinis dediſſet. pro Cæc.98.

PATEſCO, ſcis.14. I. A.15. Quæ res pateſcit P. C. ſed ſuo tempore totius huius ſceleris fons aperietur. *ſic enim legendum eſt: non, pateſacit: aut pateſacta eſt.*

ΠΑΘΗ, νε. *παθῶν.* Leg. MOTVS, & PERTVRBATIO, & MORBVS.

PATHETICVS, a, um. Or.128. Alterum, quod Græci *παθητικὸν* nominant, quo perturbantur animi, & concitantur.

PATIBILIS, le. *παθητικὸς.*3. de N.29. Omne animal patibilem naturam habet.

¶ *Tolerabilis.*) (. *impatibilis, intolerabilis.* 4. Tuſc.30. Negligenda mors eſt, patibiles & labores, & dolores putandi.

PATIBVLVM, li. *crux.*6. in Ver.90. Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit.

PATIENDVS, da, dum. Att. lib.10. ep.33. Sed ea omnia mihi ſunt patienda. pro Font.23. Quod in turpi reo patiendum non eſſet.2 Tuſc.18. Res ad patiendum tolerandúmque difficilis.4. de Fin. 23. De dolore patiendo.4. Tuſc.63. Quod non natura humana patiendo ferat.

☞ Syntaxis. *Animal natura patibili. Dolor non patibilis. Res ad patiendum, tolerandúmq; difficilis. De patiendo dolore, id eſt, patiendi poteſtate.*

PATIENS, tis: tior, ſimus. de Aruſ. 10. Non modò patienti, ſed etiam libēti animo religioni parebo.2. de Or.305. In quo nimiū patiens & lentus exiſtimor. & 279. Vir patiens & lentus, pro Ligar.24. Ne offendam tuas patiētiſſimas aures. Qu. fr. li.1. ep.1.32. Meæ literæ te patientiorem lenioremque fecerunt.1. Offi.109. Quo in genere verſutiſſimum & patientiſſimum Lacedæmonium Lyſandrum accepimus. pro Cæl 13. Quis in laboribus patientior? L. PATIOR. de Clar.263. Præcepta quæ habent ordinem, & quaſdam errare in dicendo non patientes vias.

✠ ADVER. *Nimiùm penè,*1. *Phil.*

☞ Syntaxis. *Et patienti, & libenti animo facere, ferre. Vir patiens & lentus. Aures patientiſſimæ. Facere aliquem patientem ac lenem. In labore patiens. Via non patiens errare.*

PATIENTER. *toleranter, placidè, ſedatè, moderatè, tranquillè, patiēti animo, lentè, leuiter, tolerabiliter, non repugnanter.* de Am.93. Et monere & moneri proprium eſt amicitię, & alterum liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter. Epiſt. lib.1. ep.8. Patienter ferre potentiā alicuius.2. Tuſ.58. Patienter, placidè, ſedatè ferre dolorem.

PATIENTIA, tiæ. *tolerantia.*2. de In.163. Patientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. Part.81. Patientiam duritia immanis imitatur.2. contra Rull.63. Homo patientia pauertatis ornatus.1. I. C.16. Habes, vbi oſtentes illam præclaram tuam patientiam famis & frigoris, inopiæ rerum omnium. pro Dom.146. Externorum bonorum & in vtendo orationem, & in carendo patiētiam ſemper expetendam putaui. I. P.5. Ego Antonium collegam patientia atque obſequio meo mitigaui. pro Mil.77. Sed neſcio quomodo vſu obduruerat, & percaluerat ciuitatis incredibilis patientia.10. I. A.9. Brutus vſus eſt incredibili patientia.7. I. V. Obduruiſſe in patientia eiuſmodi turpitudinis.2. cōtra Rull.19. Tentare patientiam alicuius.1. Offi.122. Adoleſcentia à libidinibus arcenda eſt, exercendáque in labore patientiáque & animi & corporis.

✠ ADIVNC. *Incredibilis, pro Mil. Mira, ac ſingularis, populi,* 6. *in Ver. Præclara famis, ac frigoris,*1. *In Cat.*

☞ Syntaxis. *Patienter accipere, non repugnanter. Patienter, placidè, ſedatè ferre.*

PATIOR, ris. *fero, perfero, ſuffero, tolero, perpetior, ſuſtineo, haurio, ſubeo, capio, facio, ſino, quieſco.*2. I. C.20 Illa non modò homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ videtur.7. I. V.125. Patimur enim iam multos, & ſilemus.1. I. C.19. Non feram, non patiar, non ſinam. Att. lib.9. ep.18. Aſperius quàm tui patiantur mores, de Dionyſio ſcripſiſti. pro Clu.83. Cluentius Stalenum abeſſe patiebatur.5. I. V.36. Et imbri frumētum corrumpi in area patiebatur. L. SINO.1. Offi.113. Multa paſſus eſt Vlyſſes in illo diuturno errore.3. de Fin.42. Etiamſi dolores tolerabilius patiantur.2. Tuſc. 43. Pati dolorem toleráter. de Clar.320.2. de D.4. Vt nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non Latinis literis illuſtratus patéret. Attic. lib.8. epiſt.9. Aut ſi per Trib. Pl. non patiatur, tamen quieſcat rem adduci ad interregnum. pro Qu.87. Neque eum, ſi tribunos appellarit, idcirco minus iudicio pati paratum fuiſſe. Att. lib.16. ep.17. Non modò facilè patior, ſed etiam gaudeo. Ep. lib.5. ep.7. Quibus officiis ſi quando non mutuè reſpondetur, apud me plus officij reſidere facillimè patior. Attic. lib.13. ep 23. Facilè patiebar nos potius Romæ vnà eſſe, quàm alibi. pro Planc. 62. Populus Rom. deligit magiſtratus: in quibus ſi qua præterea eſt ars, facilè patitur: in minus, virtute eorum & innocentia contentus eſt. Attic. lib.13. ep.20. Torquato noſtra officia grata eſſe facilè patior, eáque augere nō deſinam.5. I. V.5. Patior non moleſtè eam vitam, &c 7. I. V.31. Indignè pati. Epiſt. lib.12. ep.18. Pati aliquid periniquo animo. Attic. lib.15. ep.2. Conſilium meum à te probari facilè patior.1. Off.28. Vt eos, quos tutari debeant, deſertos eſſe patiātur.6. in A.19. Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, &c.12. Phil.9. Gallia æquo animo belli patitur iniuriam. de Vni.16. Mundus per ſe, & à ſe & patitur, & facit omnia. pro Lig.3. Is nullo ſe implicari negocio paſſus eſt.2. de Orator.3. Quantū illius ineuntis ætatis meę patiebatur pudor. in L. Piſon. Neque hæc mea natura fert, nec municipij dignitas patitur.

✠ ADVERB. *Aegrè,*1. *Attic Aegerrimè,*1. *Tuſc. Demiſſè, ad Brut. ep.16. Difficillimè aculeū,*5. *in Ver. Diutiùs, moleſtè,*2. *Cont. Rull. Grauiter & iniquo animo, Sall. in Cicer. Indignè,*2 *de Inuent. Tolerabilius dolorem,* 2. *Tuſc. Turbulentè humana,*4. *Tuſc.*

☞ Syntaxis. *Pati, ferre, ſinere. Et facilè patior, & gaudeo. Indignè pati, periniquo animo. Per ſe, & à ſe pati.*

PATINA,

PATINA, næ. *lanx*. Epist. lib. 9. ep. 10. & Attic. li. 4. ep. 8. Patina Tyrotarichi. L. TYROTARICHVS.

PATRAE, arum, *vrbs Peloponnesi*. Att. lib. 5. ep. 9. Epi. lib. 13. ep. 17.

PATRENSIS, e. Epist. lib. 13. ep. 17.

PATRATVS, a, um. *perfectus*. Leg. PATRO. 2. de Leg. 19. Feriis inrgia amouento, eásque in famulis, operibus patratis habento. L. PATERPATRATVS.

PATRIA, patriæ. *sedes natalis, dij penates, patrij, terra parens, altrix, patriæ solum*. 5. Tus. 108. Patria est vbicunque est bene. *Teucri vox*. 1. I.C. 17. Patria quæ communis est omnium nostrum parens. 4. I.C. 16. Patriæ solum cùm omnibus est charum, tum, verò dulce atque iucundum. 1. de Orat. 196. Ac nos id quod maximè debet, patria nostra delectat: cuius rei tanta est vis, tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquã nidulum affixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret. At. lib. 8. ep. 2. Pro patria & in patria mori præclarum est. 1. Off. 57. Pro patria nemo bonus dubitat mortem oppetere, si sit ei profuturus. 3. de Fi. 64. Decet chariorem esse patriam nobis quàm nosmetipsos. Postquam in Sen. 1. Patria qua nihil potest esse iucundius. de Som. 4. Omnibus qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur. 2. I. A. 75. Patria, dij penates patrij, aræ, foci, lar familiaris. pro Flac. 62. Et eorum eadem terra parens altrix, patria dicitur. Att. lib 9 ep. 11. Patria antiquissima & sanctissima parens. pro Sest. 48. Mortẽ virgines regis, opinor, Erichthei filiæ pro patria contempsisse dicuntur. 5. de Fini. 72. Patriæ conseruator Codrus. ¶ (*patriæ proditor Pullus Numitor Fregellanus*. I. P. 6. Me Qui. Catulus parentem patriæ nominauit. 1. de Inu. 35. Patria Athenienſis, an Lacedæmonius. 1. Tusc. 104. Quærentibus amicis, vellémne Clazomenas in patriã, si quid acc. disset, afferri? Nihil necesse est, inquit, &c. 1. de Or. 249. Ne in nostra patria peregrini atque hospites esse videamur. Parad. 1. Cuius cùm patriam Prienem cepisset hostis, admonitus est, &c. 2. de L. 3. Hæc est mea & huius fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus, hic sacra, hîc genus, hic multa maiorum vestigia, &c. & 5. Ego & Catoni & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: vnam naturæ, alteram ciuitatis: vt ille Cato, cùm esset Tusculi natus, in populi Roman. Ciuitatem susceptus est, itaque cùm ortu Tusculanus esset, Ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris. & *ibidem*. Patria, pro qua mori, & cui nos totos dédere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Para. 1. Quid egit Brutus in patria liberanda? quid reliqui item eiusdem consilij socij? quid spectarunt? quid secuti sunt? 1. Offic. 22. Ortúsque nostri partem patria vendicat. de Finib. Non sibi soli se natum meminerit, sed patriæ, sed suis. in L. Pison. in Fr. Qui colore ipso patriam aspernaris.

✠ ADIVNC. *Afflicta, carissima, pro Sest. Cara. pro Dom. Carior quàm, 3. de Finib. Multò carior alicui, Parens communis omnium, 1. in Catil. Communis, 2. cont. Rull. Deformis, 4. Famil. Germana, 2. de Legib. Ingrata, de Amic. Media, 1. de Diuin. Propitia, 3. Attic. Pulcherrima, 4. in Catil.*

☞ Syntaxis. *Patriæ solum charum, dulce, iucundum. Terra parens altrix patria est. Hæc illi germana patria.*

PATRICIDA, dæ. 2. de Leg. 22. Sacrum sacróue commendatum, qui clepserit rapseritque patricida esto. *aliter paricida*.

PATRICIVS, a, um. *ex patrum & senatorum ordine*. ¶ (*plebeius*. pro Mur. 15. & 2. de L. 57. Sylla primus è patriciis Corneliis igne voluit cremari. de Cl. 62. Vt si ego me à M. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpitio Consul fuit. Ep. li. 9. ep. 21. Quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenquam vnquam nisi plebeium fuisse? fuerunt enim patricij minorum gentium. Brut. ep. 5. Dum vnus erit patricius magistratus, auspicia ad partes redire non possunt. pro Cecin. 101. Omnes patricij antiquissimiq; ciues. pro Dõ. 37. Exire à patriciis. *id est, fieri plebeium*. 2. de Leg. 8. Fibrenus præcipitat in Litem, & quasi in familiam patriciam venerit, amittit nomen obscurius.

☞ Syntaxis. *Patricij minorum gentium. E patricijs exire.*

PATRIMONIVM, nij. *bona, hereditas*. ¶ R. P. 38. Qui duo lauta & copiosa patrimonia accepisset. 2. Off. 54. Effundere patrimonium. pro Cæl. 42. pro Dom. 147. Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis ac memoriæ nostræ relinquamus. 2. I. A. 101. Quæ arationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur. 1. de Orat. 244. Mutius paterni iuris defensor, & quasi patrimonij propugnator fuit. pro Cec. 75. Non minus diligenter publica patrimonia iuris, quàm priuatæ rei vestræ retinere debetis. pro S. R. 147. Quem tu è patrimonio, tanquam è naufragio nudum expulisti. pro Flac. 90. Qui patrimonium suum lautum, quòd hîc nobiscum conficere potuit, Græcorum conuiuiis maluit dissipare. Epi. lib. 1. ep. 9. Vt frater meus verè existimet, adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum. pro S. Rosc. 6. Patrimonium tam amplum & copiosum obtinere. *ibid.* Sperat se posse quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque ✠ consumere. ¶ & 143.

✠ *ADIVNC. Satis amplum, 2. Famil. Amplum, & copiosum, tantum, pro Sex. Rosc. Lauta, & copiosa, pro C. Rab. Satis lautum, pro Flac. Luculentum, 12. Philip. Magnum, 7. in Ver. Ornatissimum, pro Syll. Publica iuris, pro Cæc. Publicum, 1. Acad.*

☞ Syntaxis. *Patrimonium lautum & copiosum accipere, effundere. E patrimonio expellere. Patrimonium conficere, dissipare, constituere.*

PATRIMVS. *cuius pater viuit adhuc*. L. MATRIMVS.

PATRITVS, ta. *patrius*. Tusc. li. 1. 45. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patritam illam & auitam, vt ait Theophrastus, Philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitauit. Nonius.

PATRIVS, a, um. *paternus, quod est patris, vel patriæ*. pro S. R. 46. Intelligere qui animus patrius in liberos esset. & 146. & pro Flacc. 106. Percipere sensum ex mœrore patrio. 2. I. V. 13. Res patriæ atque auitæ. 1. Tusc. 45. Patria & auita Philosophia.

¶ *Antiquus*. 1. de Orat. 84. Hic enim mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando.

PATRO, as. *committo, perficio, persoluto*. L. PATRATVS. 1. I. V. 38. Quæ C. Verres in Asia patrauit. Attic. lib. 1. ep. 11. Τῶν φ& promissa patrauit.

PATROCINIVM, nij. *defensio, aduocatio*. Ep. lib. 5. ep. 9. Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro se causam dicier vult. de Clar. 112. Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videtur. 1. de Na. 6. Suscipere patrocinium alicuius deserti. 1. de Or. 242. Arripere patrocinium æquitatis. Ora. 120. Legitimarum & ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere. 7. I. A. 3. Suscipere patris patrocinium. 2. de Fi. 67. Aut hæc tibi sunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. 2. Offic. 27. Itaque illud patrocinium orbis terræ veriùs quàm imperium poterat nominari. pro Dom. 20. Cùm in eius bona, fortunas patrocinium huius ✠ imperij immisisses. ¶ *aliàs latrocinium*. Parad. 2. Voluptas plurimorum patrocinijs defenditur.

✠ *ADIVNC. Nec opinatum, 1. de Natur. Repentinum, 12. Philip.*

☞ Syntaxis. *Patrocinia tueri. Patrocinium suscipere deserti, arripere, repudiare.*

PATRONA, næ. *defensatrix*. 2. de Orat. 199. Aduocatio patrona illa ✠ ciuitatis, & vindex libertatis. ¶ *aliàs prouocatio*.

PATRONVS, ni. *defensor, custos, tutor, in cuius fide aliquis est*. pro S. R. 5. His de causis ego huic causæ patronus extiti. 2. de Or. 280. Dare patronũ causæ alicui. pro Cæl. 13. Quis eum vnquam non modò in patroni, sed in laudatoris, aut aduocati loco viderat. 1. Offic. 35. Qui ciuitates, aut nationes in fidem cepissent, earum patroni erant more maiorum. pro Syl. 60. Colonorum dissensio delata ad patronos est. & *ibid.* Hic patronus, custos, defensor illius prouinciæ. 2. Off. 51. Patronus nonnunquam verisimile, etiã si minus sit verum, defendit. pro Sest. 9. Conuẽtus ille me vnum patronũ adoptauit. 6. I. A. 12. Atqui quinque & triginta tribus patronũ adoptarunt. pro Cor. 25. Hãc tu igitur patrone fœderũ & fœderatorum conditionẽ statuis tuis ciuibus. pro Mu. 4. In quibusdam ciuitatibus patronus causis publicè constituitur. 2. contra Rul. 81. A vestrorum commodorum patrono conscripta hęc lex est. Ep. lib. 7. ep. 29. Ergo patrone mi bene vale. Ep. lib. 13. ep. 21. Peto à te, vt Antonium libertum in patroni eius negocio tueare. de Am. 25. Qualis tum iustitiæ patronus fuit contra accuratam orationem Phil. pro Mil. 16. Ille vir, &c. senatus propugnator ac penè patronus.

✠ *ADIVNC. AEquales, & consulares, minimè diligens, in causis cognoscendis, exponendisque diligentissimus, Feruidior paulò toto genere, atque commotior, diligẽtia tamen virtute animi atque vita bonis autor in senatu, maximè incautus, luculentus, asper, maledicus, optimus, principes, tolerabilis, nec rudis in iure ciuili, & virtute, & genere orationis liber. de Clar. Amplissimi, pro Sex. Rosc. Antiquissimi, 5. in Verr. Certissimi, antiquissimique, ingenioſi, 6. in Ver. Certissimi, ijdémque acerrimi, 11. Phil. Consulares, 5. Phi. Deterrimus, obscurissimúsque, magni, 2. Fa. Dignus, indignus tamen Consulatu, de Pet. Cons. Diligentes, Top. Multi, veteres, 1. Ver. Malus, 2. de Nat. Mercenarius, in Sall. Noui. 1. At. Pertinaces, 3. de Finib. Plures, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Patronus causæ, in causa. Patronus, custos, defensor. Patronum adoptare. Patrone mi bene vale.*

PATRVELIS,lis.*fratrum inter se filij,quoniã qui alteri pater est,alteri est patruus.*5. de Fin.1.L.Cicero frater noster, cognatione patruelis,amore germanus. pro Planc. 27. Torquatus C. Planeij frater patruelis & socer.

PATRVVS,tui.*meo patri frater:quanquam & alijs modis patruus dicatur,vt est apud Iurisconsultos de gradibus affinitatu.*de Aruſp. 26. Pater tuus & patruus tuus.3.I.V.139. M. Ionius patruus pueri.2. de Orat.2.L.Cicero patruus M.Ciceronis.Att. lib.5.ep. 19. Qui cum sororis tuæ filij patruo certaret. pro Cæl. 25. Is fuit in hac causa pertristis quidam patruus,censor, magister, obiurgauit M.Cælium,sicut neminem vnquam parens.

✠ *ADIVNC.Amplissimi,pro Sex.Rosc.Clarissimus,pro Rab. Pertristis,pro Cæl.*

PATVLVS,a,um.*patens.*2.de Natu.123. Pinna duabus grandibus patula conchis.3.de Fin.63.Illa, quæ in concha patula pinna dicitur.1.de Orat.28.Platanus patulis diffusa ramis.

PAVCITAS,tis.*exigua quantitas,paruus numerus,inopia.*1. de Inu. 32.& 2.de Or.145.Genera esse definita non solùm numero, sed etiam paucitate.& pro Rab.18.Ep.lib.2.ep.11.De pantheris agitur mandato meo diligenter:sed mira paucitas est.Epi. lib. 10. ep.15.Ex paucitate eius decem fugerunt.Antequam.12.Paucitas amicorũ.1.de Or.8.Magna oratorũ est, semperq; fuit paucitas.

✠ *ADIVNC.Magna oratorum,1.de Orat.Mira,2.Fam. Summa,4.Famil.*

PAVCVLVS,a,um.Att.li.9.ep.18.Pauculos dies alicubi commorari.1.de Leg.54.Qui me ex nostris penè conuellit hortulis,deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

☞ Syntaxis. *Definita genera non solum numero,sed paucitate.*

PAVCVS,a,um.*rarus,modicus,exiguus,minus multi.)(innumerabilis, multus.*3.L V.147. Quanti paucæ operæ,& mercedes fabrorum tulerunt.pro Mur.25.Posset agi lege, necne, pauci quondã sciebant.2.contra Ru.17. Paucas tribus ad vsurpandam libertatem vocare.pro Cl.129.Paucos ex multis ad ignominiam sortiri. 2. de Orat.140.Generum quæstiones modicæ & paucæ.de Cl. 86. Paucis interpositis diebus iterum rediit. 4. ad Herenn. 26. Qui cũm plures erant,paucis nobis exæquari non potuerunt. Quin. fr lib.3.ep.1.Spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore.3.Offic.64.Perpaucæ res sunt,in quibus dolus iste malus non versetur. 4.Acad.132.Si perpauca mutauisset.

✠ *ADVERB. Admodum,Top. Oppidò,14.Famil.Valde quàm,11.Famil.*

☞ Syntaxis.*Modica & pauca dicere.*

PAVEO,es.*timeo.*5.I.A.12.Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere.2.Tusc.23.Nauem vt horrisono freto noctem pauentes timidi adnectunt nautæ.

PAVIMENTATVS,a, um,pro Dom.116.Porticus pauimentata CC. pedum.

PAVIMENTVM,ti. *solum arte factum,& stratum aliqua materia in ædibus,quod pedibus in ambulando paumus,id est,tundimus & terimus.*2. I. A. 105. Natabant pauimenta vino,parietes madebant. Qu.fr.li.3 ep.1.Villa mihi valde placebat,propterea quòd summam dignitatem pauimenta porticus habebant.3.de Orat.169.

Quam lepidè lexeis compostæ,vt tessellula,omnes,
Arte,pauimento,atque emblemate vermiculato.

L. TECTORIOLVM.

✠ *ADIVNC.Marmorea,2.de Leg.*

PAVIO,uis.*ferio,peto,tundo.*2.de D.73.Sed quia cùm pulli pascuntur,necesse est aliquid ex ore cadere,& terram pauire, terripauium primò, pòst terripudium dictum est, hoc quidem iam tripudium dicimus.

PAVLATIM.*sensim,minutatim,leniter.*Ep.lib.8.ep.17.Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam impulit.

PAVLISPER,*aliquantum,paulum,ad breue tempus,ad punctum temporis)(in perpetuum.*6.I.V.39.Abesse ab domo paulisper maluit, quàm illud argentum amittere.I.P.13.Paulisper lætimus in illo tuarum ganearum nidore atque fumo.Ep.lib.7.ep.18.Quæ ego paulisper à te desideraui.& lib.3. ep. 12.Suscipe paulisper meas partes.6.I.V.13.Lectica paulisper deposita.pro Mil.28. Milo paulisper dum se vxor cõparat,cõmoratus est.At.li.4.ep.16.Recordor quàm bella nobis paulisper gubernantibus ciuitas fuerit.

PAVLO *haud multo.*Ora.82.Hoc ornamento liberius paulò vtendum est.1.de Orat.70.Poëta numeris astrictior paulò.2.de Ora. 122 Orator paulò illustrior.Or.151,Næ ille quidem haud paulò melior scriptor Plato.Attic.lib.2 ep.7.Ciuis haud paulò melior, quàm isti nostri.1.de Or.255.Sermo paulò intentior.Orato.108. Quædam etiam paulò hilariora.Att.lib.1.ep.10. Nec Epeirotici eis paulò liberiores literas committere audeo.2.Tusc. 40.Ille verò melius,ac non paulò quidem.Arti.lib.8.ep. 16. Non solùm gloriosis consiliis vtamur,sed etiã paulò,salubrioribus.Br.ep.15. Cognoui eo die paulò plures in senatu maleuolos esse quã gratos.Par.3.Histrio si paulò se moueat extra numerũ explodetur.

PAVLO amplius. *paulo plus,*pro Flac.68.Auri viginti pondo paulò amplius.4.ad Herenn.7. Quisquis enim audierit de arte paulò plus,omnia videre poterit.

PAVLO antè, *modo,dudum,iamdudum.*6.I.V.6. Nuper, quid dico nuper?immò verò modò, ac plane paulò antè. Part. 137. Quæ paulò antè & quæ proxime diximus.

PAVLO minus. pro Fl.68.Auri pondo centum paulò minus. pro Syll. 72. Ecquod illius factum est,quod cui quàm paulò minus consideratũ videatur.pro Syl. 72.Ecquod huius factũ aut commissum,non dicam audacius,sed cuiquam paulò minus consideratum videretur,factum quæro.pro Qu.11. C. Quintius vna in re paulò minus consideratus,qui,&c.Ep.li.11. ep. 24.Sullana confers, in quibus omnia genere ipso præclarissima fuerunt: moderatione,paulò minus temperata.

PAVLO magis. de Cl.83.Verba paulò magis prisca.4.in Verr. 83. Paulò magis animum cuiusquam commouere. & 6. Verr. 42. Quod isti paulò magis placeret. & 2.in Ver.14. Paulò magis affabre.I.Arat.

Et climata magis paulo est aquilonis ad oras.

PAVLO, nimium.2.de Orat.88.Paulò nimium redundans.

PAVLO,pòst. *non multo pòst,breui tempore post.*2.de Or.310.De quibus paulò pòst dicemus. ad Oct.Pòst paulò.2.de Or.149. In iis locis quos proponam paulò pòst.Ep.lib.1.ep.9. De qua ostendam equidem paulò pòst,qui sit meus sensus.

PAVLO, secus.L. SECVS.

☞ Syntaxis.*Nummi centum paulo amplius,paulo minus. Est præclarus eruditione paulò minus mirifica. Verbum paulo magis obsoletum. Paulò antè,imo proximè. Breui tempore post. Melius paulo:& contrà. Melius,ac non paulo quidem. Si paulo rideas extra decorum.*

PAVLVLVM.*pusillum.*2.de Natur.118.Nihil fere, aut admodum paululùm.ad Brut.ep.pr.in 4.Itaque mane hoc paululùm exaraui.Ep.lib.5.ep.14.Quæ tamen paululùm videor leuari.5. Tusc. 23.Huic paululùm ad beatam vitam deest.& 21.Sed habeo paululùm quod requiram.pro Qu.53. Respirare paululum. *Hort. Si quando paululùm aberrauerit timor.5.de Leg.Sol paululùm à meridie iam deuexus videtur.

PAVLVM.3.de Orat.177. Hæc paulùm immutata cohærere non possunt.& 1.de Orat. 9. Paulum huic aliquid poterit addere. 4 Acade.128.Sed paulùm antè dicendum est.pro S.R.115 Et ex eo non paulùm nescio quid in rem suam conuertit.2.cont.Ru.84. Quasi verò paulùm differat ager Cãpanus & Stellatis. 3. de Fi. 33.Paulùm oppidò inter se differunt. Attic.lib.9.ep.4.Tuas nunc epistolas à primo lego:hæ me paulùm recreant.de Cl.82.Inter hos ætate paulùm his antecedens Galba.1.Ac.1.Paulùm abesse ab aliquo loco.Ep.lib.1.ep. 5. Quòd si Pompeius paulùm modò sibi placere ostenderit,faciet.

☞ Syntaxis.*Paulum mihi deest ad. Habeo paululùm,quod dicam. Respira paululum,hic paululum,& vt nomen,& vt aduerbium sumitur. Paulum adde hoc.*

PAVO,onis.3.de Finib. 18.Alia autem, nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum à natura esse donata: vt cauda pauoni,&c. ‖Ep.lib.9.ep.20.Sed vide audaciam,Etiam Hirtio cœnam dedi sine Pauone.

PAVOR, oris.4.Tusc.19.Pauor metus est,mentem loco mouens. 3. de Orat.152.Vnde illud Ennij,

Pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.

PAVPER,tis.*inops,egens,qui eget:tenuis,tenuior,humilis paruis opibus ac facultatibus præditus,inanissimus,cui egestas imperat,cui parua est res familiaris,qui in paupertate est.*Par.6.M.Manilius pauper fuit, habuit enim æd iculas in Carinis, & fundum in Labicano. & *Ibidem.* Hic non modò non copiosus & diues, sed etiam inops ac pauper existimandus est.in Vat.30.Ex paupere diues factus es.*Incer.An verò multorũ in terris prædiorũ dominos diuites appellamus:omniũ virtutũ possessores pauperes nominabimus.

PAVPERTAS,tis.*tenuitas,angustia rei familiaris,domestica difficultas, inopia,egestas,mendicitas.*3.Tusc.57. Vt de paupertate, cuius onus disputãdo leuamus, docẽtes,quã parua & quã pauca sint, quæ natura desiderat.5.Tusc.29.Paupertas,ignobilitas, humilitas.5.de Finib.84. Paupertas si malum est,mendicus beatus esse nemo potest.2.contra Rul.63.Homo non solùm honoribus populi,verumetiam patientia paupertatis ornatus.1.de Diu.31.Qui propter paupertatem sues puer pasceret.Parad.6.Ista paupertas vel potius egestas ac mendicitas tua. *Cœcon.1. Paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas, vti eo non possis.

✠ ‖2. Leg. 25. Paupertatem inter homines etiam diuitiis æqualem esse volumus.

✠ *ADIVNC.Summa,3 Tusc.Terribilis,5.Tusc.*

☞ Syntaxis. *Inops & pauper. Homo patientia paupertatis ornatus. Paupertas,imo egestas & mendicitas.*

PAX,cis. *concordia,otium,quies,tranquillitas,compositio.* Att.lib.1.ep. 13.Pax vel iniusta vtilior est,quàm iustissimum bellum, in ciuibus.1.Off.35 Paci,quæ nihil habitura sit insidiarum,semper est consulendum.& 3.Off.109.Consules nostri pacem cum Samnitibus fecerunt.12. I. A.14.Cum his facta pax, non erit pax, sed pactio seruituris.& 2.Phil.90.Pacem haberemus quæ erat facta

per

per obsidem puerum M. Antonij filium. & 113. Et nomen pacis dulce est,& res ipsa salutaris. & *ibid.* Pax est tranquilla libertas. & 7. Phil. 8. Ego pacem cum M. Antonio esse nolo. & 22. Habere pacem cum aliquo. & *ibidem.* Esse pacem cum aliquo. & 12. Phil. 9. Pacis dulciss. & pulcherrimum nomen. & *ibidem.* 11. Quæ est enim conditio pacis, in qua ei cum quo pacem facias, nihil concedi potest? & 13. Non facere pacem, sed differre bellum. Antequam. 9. Pax & concordia cæteris continetur, cùm iam domesticis nón insideat, sed publicè prouidenti eripiatur. & 14. Et vos vt tutam tranquillámque pacem traheretis, mea perfeci vigilantia. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 4. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas. 1. I. A. 2. Pax deniq; per eum cum præstantissimis ciuibus confirmata est. Ep. lib. 10. ep. 27. Conciliare pacem inter aliquos. Att. lib. 7. ep. 14. Spero etiam in præsentia pacem in nos habituros. pro Flac. 29. Pompeius pacem maritimam confecit. pro Mur. 32. L. Sylla Mithridatem, &c. cum pace dimisit. 5. Tusc. 83. Nos illud quidem cum pace agemus.)(. *Cum ira, iracundè.* pro Cl. 100. Nummarius interpres pacis & concordiæ non probatur. pro Corn. 35. Nihil est aliud in fœdere, nisi vt pia & æterna pax sit. 7. I. A. 16. Poteritis igitur exploratam habere pacem, cùm in ciuitate Antonium videatis? & 22. Cum his pacem seruabit Antonius? de Pro. 4. Qui vt pace vterētur, vim argenteam dederunt. de Cl. 45. Eloquentia pacis est comes, ociique socia. 1. contra Rull. 24. Summa tranquillitas pacis & ocij. 5. Tusc. 48. Placidissima pax. pro Cec. 33. In pace & ocio copias parare. Atti. lib. 9. ep. 6. Rursus in spem pacis veni. de Pro. 4. Macedonia à Barbaris quibus est propter auaritiam pax erepta, vexatur. de Somn. 4. Pax sit rebus. 6. in Verr. 115. Conferte hanc pacem cum illo bello. 1. de Finib. 47. Quia pacem animis afferat *voluptas.* ¶ *Venia.* pro Rab. 5. Ab Ioue pacem & veniam peto, precorque. vt, &c. 1. de Nat. 80.

Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra,
Mortalis visus pulchrior esse Dei.

5. Tusc. 12. & 3. de L. 29. Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longè antepono tuo. 1. de Ora. 76. Tu vix vllam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti. de Fat. 5. (Pace magistri dixerim.) 3. Off. 41. Peccauit igitur: pace vel Quirini vel Romuli dixerim. pro Mil. 104. Pace tua Patria dixerim (metuo enim ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicā piè.)

✠ ADIVNC. *Certa, maior, 8. Phil. Ciuilis, explorata, magna, optabilis, periculosa, perpetua, præsens, turpis, 7. Phil. Communis Italiæ, pro Cluen. Diuturna, 6. in Ver. Externa, 2. Cont. Rul. Fraterna, pia, & æterna, pro Corn. Nondum satis firma, de Pro. Honesta, 5. Phi. Iniqua, 7. Fam. Iniquissima, 6. Fam. Iniusta, vtilior, 7. Att. Maritima, pro Flac. Optatissima, 11. Famil. Pestifera, vera, 14. Fam. Placidissima, 5. Tusc. Sempiterna, 1. ad Q. frat. Stabilis, 13. Phil. Summa, 4. in Verr. Tanta, tranquilláque, Anteq. ir. Vtilis, 2. Philip.*

☞ Syntaxis. *Pacis consulere. Pacem facere, habere cum aliquo, trahere, confirmare, dare, conficere. Dimittere aliquem cum pace. Cum pace agas, non iracundè. Vti pace. Pacis & ocij tranquillitas. Pax sit rebus. Pace tua.*

PAXILLVS, li. Ora. 153. Literam X è vexillo & paxillo consuetudo euellit: vnde velum, & palus, li, ducta sunt.

PAEAN, nis. *Apollo, 6.* I. V. 127. Pæan apud Syracusanos cum Æsculapio colebatur. *Ibidem.* Signum Pæanis.

PECCATVM, ti. *delictum, erratum, crimen, culpa, error, vitium, noxa, noxia, maleficium, prauus actus, animi labes.*)(*rectè factum.* 3. de Fini. 69. & 1. Aca. 36. Sic inter rectè factum atque peccatum, officium & contra officium media locabat quædam: rectè facta sola in bonis actionibus ponens, praua, id est, peccata, in malis. de Am. 37. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. de Amic. 85. In iis pernicios̄us est error, qui existimant libidinum peccatorumq; omnium parére in amicitia licentiam. 3. de Fin. 32. Peccatum est, prodere patriam. pro Mu. 61. At leue delictum est, omnia peccata sunt paria. 2. de Natu. 11. Vir sapiens confiteri peccatum suum maluit, quàm hærere in republica religionem. 1. de Or. 125. Oratoris peccatum si quod est animaduersum, stultitiæ peccatum videtur. Att. lib. 7. ep. 3. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quòd, &c. Ep. lib. 5. ep. 20. Præter culpam & peccatum, quo semper caruisti, homini accidere nihil potest, quod sit horribile & pertimescendum. & *Ibidem.* De quibus memini mihi à te Smyrna literas esse allatas, non mei errati, sed tui: in quo peccatum videbatur esse, si modò erat, fratris tui & Tullij. 2. in Ant. 43. Quam facultatem mihi multitudo istius vitiorū peccatorumq; largitur. 3. Off. 95. Gladiū reddere, peccatum est: non reddere, officiū. Atti. lib. 3. epi. 15. Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnā incidisse. & li. 8. ep. 21. Id quātis nostris peccatis vitiisq; venerit, nō possum sine molestia cogitare. Att. li. 9 ep. 4. Sic ego decē annorū peccata recordans succensebam.

✠ ADIVNC. *Æqualia, Parad. Aliena, 5. in Ver. Commune, 3. Tusc. Magis crebra, & iam propè quotidiana, leuiora, pro Sex. Rosc. Innumerabilia, 1. Of. Leuius, tanta, 3 in Ver. Magna, maius, tolerabilia, 4. de Fini. Manifestum, 4. Verr. Non mediocre, 1. de Inuent. Minora, propria, reliqua, 2. Phil. Multa, 3. Att. Par, 1. de Orat. Parua, pro Mur. Summa, 2. in Ver.*

☞ Syntaxis. *Nostrum si est peccatum, in eo est, quòd. Culpa & peccatum, quo cares. Vitia, peccataq;. Multis nostris peccatis incidimus in hanc ærumnam. Id nostru peccatu venit. Vita totius peccata.*

PECCATVR. Or. 70. Decori ignoratione in poëmatis sępissime peccatur.

*PECCATVS, us. *peccatum.* 4. I. V. 191. Nemo ita in manifesto peccatu tenebatur. *Ita legendum asserit Aul. Gell. lib. 13. cap. 19.*

PECCO, as. *delinquo, aliquid admitto, committo, scelus admitto, scelere me astringo, obstringo, deuincio, rem nefariam committo, facinus edo, scelus in aliquem edo, flagitium committo, scelera facio, culpā suscipio, contraho, commito, vitium, scelus concipio.*)(*rectè facio.* 3. de Fin. 48. 3. Off. 64. Nunquam est vtile peccare, quia semper est turpe. Or. 157. Impetratum est à consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret. Att. lib. 3. ep. 15. Si quid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignosce: in me enim ipsum peccaui vehementius. 2. de Na. 12. In his si qui errauerunt hominum coniectura peccauit. & li. 1. 31. Xenophon eadem ferè peccat. & 29. Empedocles multa alia peccat. pro Muræ. 60. Non multa peccas, inquit ille, &c. sed si peccas, te regere possum: at ego te verissimè dixerim peccare nihil. 2. de Fini. 32. In hoc eodem peccat Hieronymus. pro S. R. 56. In eam partem potius peccant, quæ est cautior. Ep. lib. 4. ep. 13. Vt ipsum quòd maneam in vita, peccare me existimem. At. lib. 7. ep. 1. Peccare in Republica.

✠ ADVER. *Consultò, 1. de Inu. Impunè, ad Octa. Vehementius, 3. ad Attic.*

PECCOR, ris. Parad. 3. Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis.

☞ Syntaxis. *In aliquem peccare. Hoc idem peccas. In hoc eodem, in eam partem. Ipsum quòd fileam, peccare me puto. In Repub. peccare. Quicquid peccatur. Peccare multa.*

PEXVS, xa, xum. 2. I. C. 22. Quos pexo capillo nitidos videtis.

PECTVS, oris. *interior pars à gula vsque ad ventrem, animus, nerui, vires.* 3. de Orato. 119. Onerandum & complendum pectus maximarum rerum & plurimarum suauitate, copia, varietate. de Amic. 97. In amicitia nisi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidum habeas, &c. 1. de L. 49. Amicus per se amari debet toto pectore, vt dicitur. Att. lib. 13. ep. 13. De hortis toto pectore cogitemus. Ep. lib. 10. ep. 10. Incumbere ad laudem toto pectore. * Incer. Omnium pectora sic attingit, vt cogat in gemitum.

✠ ADIVNC. *Apertum, de Amic. Auidum, 5. de Finib. Clarum, latum, valida, Arat. Iucunda, 1. de Diui. Scabrum, 3. Tusc. Sordida, 4. Attic. Totum, 9. Famil. Validum, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Toto pectore amare, conari, cogitare, incumbere.*

PECVARIA, orum. *pecorum greges, & armenta.* 4. ad Her. 47. Cùm canes fungantur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? de Cl. 85. Quæ societas pecuaria de P. Corn. L. Mummio Cons. redemisset.

PECVARIVS, a, um. *quod ad pecora pertinet.* pro Quint. 12. Erat ei pecuaria res ampla & rustica sanè bene culta.

PECVARIVS, rij. *magister pecoris.* pro Deiot. 27. Deiotarus diligentissimus agricola & pecuarius habebatur. 4. I. V. 17. Aratores, pecuarij, mercatores, &c. & pro Font. 2. Aratores, pecuarij, coloni, &c.

PECVLATOR, oris. *ærarij violator.* 3. Offic. 73. Fures, peculatores, id est, qui peculatum faciunt.

PECVLATVS, tus. *crimen eius qui publicam pecuniam auertit, pecuniæ publicæ furtum.* pro Rab. 7. An de peculatu facto, de tabulario incenso longa oratio exprimenda est? 2. de Ora. 105. De sicariis, de veneficiis, de peculatu inficiari necesse est. 1. ad Heren. 22. Si quis peculatus accusetur, quòd vasa publica de loco priuato dicitur sustulisse. pro Fl. 43. Damnari peculatus, & damnari pecuniæ publicæ. 12. in Ant. 12. Cùm pecuniam publicam auerterit, num fraude poterit carere peculatus?

✠ ADIVNC. *Certissimus, 5. in Verr.*

☞ Syntaxis. *Factus peculatus. Peculatus accusari, damnari. Ille non caret fraude peculatus, quia publicam pecuniam auertit.*

PECVLIARIS, re. *præcipuus.* 5. I. V. 172. Quid? peculiarem habes aliquā Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum suppediret? pro Fl. 51. Venio ad Lysaniam, peculiarē tuum Deciane testem. Qu. fr. lib. 2. ep. 9. Hoc mihi peculiare fuerit, hîc etiam isto frui. 5. I. V. 36. Peculiare edictū, id est, ad aliquod tempus proprium.

PECVLIATVS,a,um.*nummatus,pecuniosus.*Ep.lib.10.ep. 32. Balbus plane bene peculiatus.Pollionis.

PECVLIVM, lij.*proprium lucrum,præsertim seruorum.*Parad.5. Qui cupiditate peculij nullam conditionem recusunt durissimæ seruitutis.5.I.V.93.Peculia omnium vicariique retinenrut.

PECVNIA,niæ.*fortunæ,nummi,patrimonium.* Att.lib.4.ep.14. Pecunia omnium dignitatem exequat.2.de Finib.55. Magni æstimabant pecuniam, non modò non contra leges, sed legibus partam, quæ quidem vel cum periculo est quærenda nobis:est enim effectrix multarum & magnarum voluptatum.1.de Diui. III. Vt ostenderet etiam Philosophum, si ei commodum esset pecuniã facere posse.2.contra Ru.33.Potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de vestris vectigalibus alienãdis.2.cont.Rul. 97. Redigere pecuniam ex rebus venditis, vel ex vectigalibus. L.REDIGO.Epi.li.5.ep.20. Erat enim curata nobis pecunia Valerij mancipis nomine.7.I.V.118. Dare pecuniam alicui.I.P.38. Nondum commemoro exactas pecunias,non captas,non imperatas.pro S.R.6.In alienam pecuniã tam plenam atque præclaram inuasit nullo iure.2.de Orato.269.Breui ad maximas pecunias venturus es.pro S.R.6.Pecunia fortunæque Sex. Roscij. pro S.R.23.Ipse amplissimæ pecuniæ fit dominus.5.I.A. 5. Pecunia nerui belli pro R.P.8.Iubet lex Iulia persequi ab iis,ad quos ea pecunia,quam is accepit,qui damnatus sit, pernenerit. & 9. Quò ea pecunia peruenerit.Qu.fr.lib. 1. ep.1.12. Græci omnes vias pecuniæ norunt,& omnia pecuniæ causa faciunt. 5.in Ant. 54. Quantam pecuniam militibus in singulos Cæsar pollicitus sit,tantam dari placet. 5. I. V.164. Omnem te hanc pecuniam domum tuam auertisse.*ibid.* 165.In hac pecunia publica insunt tria genera furtorum. Primum eam, cum posita esset apud eas societates, vnde erat attributa, binis centesimis fœneratus est. *ibidem.* Pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi Ro.ad emendum frumentum attributa, fueritne tibi quæstui? censitarne tibi binas centesimas? 5.I.V.167. Vt si hanc ex fœnore populo pecuniã non retuleris,reddas societati.5.in Ver. 168.Magistratus à publicanis pecuniã pro vsuris auderet auferre?*ibidem.* Si te tuam pecuniam, non populi Rom. in prouincia fœneratum docerem: tamen effugere non posses. Sed publicam,sed ob frumentum decretam, sed à publicanis fœnore accepto: hoc licuisse cuiquam probabis? *ibidem.* De hac tota pecunia auersa quæso cognoscite.5.in Verr.171.Pecuniam cogere à ciuitatibus.*ibid.* Pecuniam Volcatio dedisse. *ibidem.* Pecunias, quas ciuitatibus distribuere debebat, eas omnes auertat atque auferat.5.I.V.172. Quin ista omnis improbatio cogendæ pecuniæ causa nata sit. *ibid.* Ab iis exigis tantum pecuniæ. *ibidem.* A ciuitatibus pecunias ad emendum frumentum cogere: cùm ex ærario acceperis. *ibidem.* Siculorum pecunia frumentum emere à Siculis.*ibidem.* Iam verò ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam videris. 5.in Verr. 172. Pecuniam publicam tenueris omnem.*ibid.* Eosdem *mancipes,* abs te illarum ciuitatum nomine pecunias abstulisse. *ibid.* 175. Mancipes à ciuitatibus pecunias extorserunt 5.in Verr.176. Cui pecunia à ciuitate numerata est. *ibidem.* Frumentum emptum Siculorum pecunia mississe:publicam pecuniam domum tuam conuertisse. *ibidem.* Vidimus huic ab ærario pecuniam numerari Quæstori ad sumptum exercitus. *ibidem.* Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris. *ibidem.* Commissa est pecunia tanta Prætori. *ibidem.* Deuorare omnem pecuniam non dubitauit.5.I.V. 179. Cum à ciuitatibus pro frumento pecuniã exigebas. *ibid.* His populis pecuniã dissoluisti.*ibi.*180. Hic ciuitatibus omnisne pecunia, quæ pro frumento debita est,dissoluta est ? *ibid.* Qui vel ad statuam pecuniam contulerunt.5.in Verr.180. Ex omni pecunia,quam aratoribus soluere debuisti,certis nominibus deductiones fieri solebant.*ibi.*181.Quomodo hoc nomen ad pecuniam publicam allatum est?*ibid.* Scribæ nomine de tota pecunia, binæ quinquagesimæ detrahebantur.pro Cl. 82. Albiana pecunia vestigiisne vobis odoranda est ? pro Flacc. 55. Quæ pecunia fuerit apud se Flacci patris nomine à ciuitatibus:hanc ab se ablatam quærunt.pro Flac.55.Suamne dicant pecuniam,sibi à ciuitatibus collatam in vsus suos? *ibidem.* Delatam ad nos, creditam nobis L. Flacci patris nomine, ad eius dies festos atque ludos. Quid tum? Hinc te,inquit,carpere non licuit. *ibid.*56. Quo in oppido vno pecunia tota Asia ad honores L.Flacci ponetur.Hæc pecunia tota ab honoribus transtulita in quæstum & fœnerationem,recuperata est multis pòst annis.pro Flacc.59.Istam pecuniam huic capere non licuit.*ibid.* Ad eius honores collatam,patris pecuniam rectè abstulit filius.*ibidem.* Cum ipsi graui fœnore istã pecuniã multos annos occupauissent. Att.li.5.ep.21.Se à me soluere pecuniam. Frag.epist. Ex certis generibus pecunia expedietur.Hortens.Eundem non modò ex mediocri pecunia, sed etiam ex tenui percipere possumus. Topic.53.Pecuniam numeratam mulieri deberi. *ibid.* Si pecunia signata argentum est, legata est mulieri.

✠ADIVNC *Abundans,pro Quint.Aduentitia,*1.*Att. & 2.de Inuent.Aliena,amplissima, immanis, paruula, honesta,sordida,iucunda,acerba,propria in causa & in iudicio collocata,tam plena,tamque præclara,pro Sex. Ros.Alienæ,multæ,mutuæ,tãtæ,7.Ve.Antiqua,extraordinariæ,grandis,hereditaria, innumerabiles, maior, minor, parua,patria,summa,4.in Ver.Antiquior, & suauior aliqua re,1.de Inu.Certa,maxima,1.cont. Rull. Cruenta,1.Phil.Dux ad rem aliquam,5.Fam. Desperatæ,pro Mur.Effectrix multarum rerum,1.de Finib.Expeditissimæ,11.Famil.Extraordinaria,5. Philip.Funestæ,necessaria,2.Philip.Grandis,residuæ,pro Cluen.Satis grandis,& satis impudens,præsens,3.in Ver. Inanis, 2.Attic.Inanis,par,aduentitia,pro Rab. Incerta,leuissima,pergrandis,tantæ,tam infinitæ,pro Q.Ros.Infinita, iucunda.)(.acerba, tanta,nulla, & sordida,tenuis, vectigalis,5.In Ver.Ingens,1.in Ver.Ingentes, insperatæ,repentinæque,2.in Cat.Innumerabilis,2. cont. Rull. Inuidiosæ,publicæ,pro Cornel. Magna,1. Offic. & pro Pomp.Maximæ,vniuersa,12.Famil.Mediocris,modica ad opinionem alicuius, Parad. Non mediocris, sed etiam tenuis,Horten.Mutua,10.Phil. Permagna, pro Font.Publica,2.Famil.Publica,& maxima,7. Philip. Publica,& priuata,8.Attic.*

☞ Syntaxis. *Pecuniam facere.id est,cogere. Conficere,redigere, exigere pecunias. In pecunias inuadere. Ad magnas venire pecunias. Quò tanta pecunia peruenit ?*

PECVNIARIVS,ria,um.*ad pecuniã pertinẽs.* At. li.10. ep.16.Cùm propter alterius crudelitatem, alterius audaciam,tum propter vtriusque difficultatem pecuniariam.ad Brutum epi. 18. Maximus autem,nisi me fortè fallit, in Repub. nodus est, inopia rei pecuniariæ. pro Clu. 120.

PECVNIOSVS,a,um.*nummatus,peculiatus.*pro Quint.R. 44. Vir copiis rei familiaris locuples & pecuniosus.Parad.6. Nocens & pecuniosus reus.4.ad Herenn.34.Quæro igitur, vnde iste tam pecuniosus factus est?7.I.V.24.Homo pecuniosissimus.1. de In. 35.Pecuniosus.)(.*tenuis.*

PECVS,oris,& udis.*armentum.*1.Tusc.u.69.Tum multitudo pecorum partim ad vescendum,partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum,partim ad corpora vestienda.3. I. A. 31. Antonius cædit greges Armeniorum, reliquíq; pecoris,quodcunque nactus est.2.contra Rul.38. Multa in mancipiis, multa in pecore, &c.1.Off.105.In promptu habere,quantum natura hominis pecudibus reliquisque bestiis antecedat.Att.li.7. ep.7. Vt pecudes sui generis sequuntur greges,vt bos armenta.2. de Na.160.& 5. de Fin.38.Sus verò quid habet præter escam ? qua pecude nihil genuit natura fœcundius.2.de Or.284.Agros publicos depasci à pecore alicuius.3.de N.68.Agnum inter pecudes aurea clarum coma.2.de Fi.39.Tarda & languida pecus. At.li.1.ep.13.Nõ modò homines,verùm etiam pecudes sciebant.2.I. C. 20.Ista non modò homines,sed ne pecudes quidem.I. P.19. Ego istius pecudis consilio niti volebam?I.P.72.Istius impurissimę atque intemperantissimæ pecudis sordes.8. I. A. 9. Si homines sunt illi potius,quàm pecudes.2. Off.11.Expertes rationis sunt equi, boues,reliquæ pecudes.de Repub.Cùm adhibent in pecuda pastores.*con.C.Anton.Pecore omni vendito.Prognost. Caprigeni pecoris custos.

✠ADIVNC. *Apta hominibus ad vescendum,reliquæ, 2.de Nat.Expertes rationis,2.de Orat.Impurissima,ac intemperatissima,in Piso.Languida,& tarda,2.de Fi. Mutæ,1.ad Q.frat.Reliquum,13.Phil.*

☞ Syntaxis. *Armenta, reliquaq; pecora. Pecudes, aliaq; bestiæ.Tarda pecus.Sus,quæ pecus,&c.Istam pecudem,de homine dictum.Pecus impurissima & intemperatissima, de homine.*

PEDALIS,le.*quod pedis vnius mensuram continet.*4. Acade.82.Mihi quidem sol quasi pedalis videtur.

PEDARIVS,ia,ium. *qui in senatu ipsi sententiam non dicunt, sed in aliorum,pedibus eunt.* Att.lib.1.ep. 16. Est enim illud S. C. summa pedariorum voluntate nullius nostrùm autoritate factum. Eodem ep.17.Et raptim in eam sententiam pedarij cucurrerunt.

PEDES,itis.Att.lib.8.ep.19.Equitum & peditum copiæ.

PEDESTER,estris,estre.9.I.A.13.Statua ænea pedestris,vel equestris.de Sen.13.Pedestres naualésue pugnæ.2 de Fini.112. Equestres pedestréque copiæ.

PEDETENTIM,*sensim.*3.Tus.54.Sẽsim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor.Ep.li.9.epi. 14.Legi concionẽ tuam. nihil illa sapientius:ita pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causam facti,tũ recessus. 1.de Inu. 24. Pedetentim in defensionem

fenſionē ingredi.1.ad Her. 9. Pedetētim ad cauſam accedemus. pro Cl.118. A me omnia caute pedetentimque dicentur. Att.lib. 16.ep.13. Quòd me mones, vt pedetentim, aſſentior. pro Qu. 51. Timide ac pedetentim ad aliquid agendum deſcendere.1. Off. 120. Sin minus, ſenſim erit pedetentimq; mutatio facienda.

☞ Syntaxis. *Senſim & pedetentim. Pedetentim & gradatim. Cautè & pedetentim. Timide ac pedetentim ad orandum deſcendere.*

PEDIBVS. *aduerbium, teſte Chariſio, li.2.* de Sen. 34. Ingreſſus iter pedibus.

PEDISSEQVA, æ *famula.*1.de Ora. 236. Iuris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pediſſequámque adiunxiſti.4.ad Her. 66. Gorgia pediſſequa puerorum. & 21. Diuitiæ non ſunt idoneæ, quæ virtutis pediſſequæ ſint.

☞ Syntaxis. *Ancilla & pediſſequa. Gorgia puerorum pediſſequa. Diuitiæ virtutis pediſſequæ.*

PEDISSEQVVS. *famulus.* pro Do.110. Cùm hūc à pediſſequis cōculcari iuberes. Att.li.2.ep. 16. Clamor pediſſequorū noſtrorum.

PEDITATVS, atus. *pedeſtres copiæ.*5. I. A. 6. Tu ciuem ſceleratum peditatu, equitatu, copijs inſtrues? Ep.lib.7.ep.1. Armatura varia peditatus & equitatus. & lib.15.ep.4. Et equitatu, & peditatu, & pecunia paratus. * pro M. Fon. Peditatus ampliſſimæ copiæ è Gallia.

✠ *ADIVNC. Magnus,*13. *Phi. Magnus, & firmus,*15. *Fa.*

PEDOR, oris. *fœtor.*3. Tuſc.26. Si tu nidoris barba pedore horrida. & 62. Pedores.

* PEDVM,1.de Leg. Agra. Pedum, manubias, ſectionem, caſtra denique decem uiri vendent. *Legendū puto prædā. Gell.li 13.c.24.*

PEGASVS, ſi. *equus pennatus, vt in fabulis eſt.* pro Q.80. O fortunatum hominē, qui huiuſmodi nuncios ſeu potius pegaſos habet.

PEGMATA, *ſunt ornamenta & machinæ quædam ligneæ, aut ex alia materia, quibus imponuntur ſtatuæ, ſigna, libri, & alia ad ædium ornatum.* ad Att.lib.4.ep.8. Nihil venuſtius, quàm illa tua pegmata.

PEIERO, as. *fidem iuſiurandumq; neglego vel relinquo.* pro R. P. 36. Vbi ſemel quis peierer, ei credi poſtea, etiamſi per plures deos iuret, non oportet. pro Qui. R.46. Nihil intereſt inter periurum & mendacem, qui mentiri ſolet, peierare conſueuit, quem ego vt mentiatur, inducere poſſum, vt peieret, exorare facilè pote-10. pro Cl.134. Peierare conceptis verbis.3. Offic. 108. Non enim falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, periurium eſt.

☞ Syntaxis. *Conceptis verbis peierare.*

PEIOR, us. *deterior.*8. I. A. 29. Turpis fuga mortis omni eſt morte peior.2. Tuſc.15. Malum id quidem, ſed alia peiora. pro S. R.103. Verſa & mutata in peiorem partem ſunt omnia.4. Academ.60. Quid, ſi vtrumque, num peius eſt.2. Tuſ.31. Turpitudo peius eſt quàm dolor.11. I. A.12. Quo neminem peius odi. Epi.lib.7.ep.2. Oderam multo peius hunc, quàm illum ipſum Clodium.4. de Fin.54. Quòd aliud alio melius eſſet, aut peius.

☞ Syntaxis. *Turpitudo peius eſt quàm dolor.*

ΠΕΙΘΩ, *is.* L. SVADA.

PELAGVS, gi. *mare.*3. de Or.155. Feruet æſtu pelagus. Pacuuij.

PELASGVS, a, um. *Græcorum natio & gens.*2. de Fini.12.

PELIGNVS, a. Atti.lib.8.ep.4. C. Accius Pelignus. I. Vat.37.

PELIVS. pro Cæl.18. Vtinam ne in memore Pelio. de Fat. 35. Top.61.

PELLA. *vrbs.* Att.lib.2.ep.8.

PELLEX, cis. *quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat: concubina.* Ora. 108. Ab hac indole iam illa matura vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex.

PELLICATVS, tus. *pellicis flagitium.* pro Clu. 13. Filia nefarium matris pellicatum ferre non poſſet.1. Offi.25. Dionyſius ab vxore eſt propter pellicatus ſuſpicionem interfectus. * pro M. Scau. Vxor pellicatus dolore concitata.

✠ *ADIVNC. Nefarius matris, pro A. Cluent.*

PELLICIO, cis. *allicio, induco, capio, delinio.* pro Cluent.13. Ea animum adoleſcentis pellexit omnibus rebus, quibus illa ætas capi & deliniri poteſt. pro Flac. 72. Mulierem imbecilli conſilij ſatis locupletem pellexit Decianus ad ſeſe.1. de Ora.243. Multo maiorem partem ſententiarum ſale tuo & lepore pellexiſti.

PELLICVLA, læ. pro Muræn.75. Atque ille ſtatuit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos.

PELLIS, lis.1.de N.83. Soſpita dea cū pelle caprina, haſta, & ſcutulo. & 2. de Or.71. I. P.87. Omni totius prouinciæ pecore compulſo pellium nomine.1. Ac.4. Vt non multum imperatori ſub ipſis pellibus ocij relinquatur.1. Tuſ.45. Pellis inaurata arietis.

✠ *ADIVNC. Caprina,*1. *de N. Inaurata arietis,*1. *Tuſc.*

PELLITVS, a, um. pro M. Scauro. Vt M. Æmilius ſordidiſſimæ genti, ac propè dicam, pellitis teſtibus condonetur. *pellitos teſtes, frigidos & ſubornatos dicere videtur.*

PELLO, is. *mouco, agito, depello.*3. Off.41. Species vtilitatis animum eius pepulit, qui, &c. de Ar.39. Cùm lapidibus optimos viros foro pellis. pro Dom.112. Hæc me domo mea pellet? pro Mil. 75. Pellere aliquem poſſeſſione.1. de Fin. 43. Pellere mœſtitiam ex animis. Ep.lib.4.ep.13. Nulla meipſum priuatim pepulit inſignis iniuria. *aliter, percuſit.* Orat. 177. Quod cum animos hominum auréſque pepulilſet, notandum certe genus fuit.2. de Fi.32. Nec vllum habet ictum, quo pellat animi ſtatum.4. Acade. 30. Quemadmodum prima viſa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulſa ſequeretur.

PELLOR, ris. Or.142. Si vitioſum eſt dicere ornatè, pellatur è ciuitate eloquentia. 3. Off. 37. Quamobrem hoc deliberantium genus pellatur è medio.2. de Orat.56. & 3. de Leg. 26. Thucydides ſcripſit libros ſuos, cùm in exilium pulſus eſſet. pro Cec. 31. Qui armis fugatus pulſuſque eſt, non eſt deiectus?

✠ *ADVERB. Acriter,*4. *Acad. Priuatim,*4. *Famil. Vehementiùs,*1. *de Diu.*

☞ Syntaxis. *Viſa animum pellunt, improbos è medio pellere. Fugare & pellere armis. Vtilitatis ſpecies pellit animum.*

PELLVCEO, L. PERLVCEO.

PELLVCENS, vel PERLVCENS. *id eſt, perlucidus.* de Clar. 273. Mollis & pellucens oratio.

PELOPIDAE, arum. *a Pelope immaniſſimo rege dicti: ideirco crudeles & immanes, quales erant Cæſariani, quos hic intelligit Cicero.* Att. lib.14.ep.12. Vbi nec Pelopidarum facta, nec nomen audiam. Ep.lib.8.ep.30. Hinc euolare cupio, & aliquò peruenire, vbi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. Epiſt.lib.8. ep.28. Vbi nec Pelopidarum, noſti cætera.

PELOPONNESIACVS, ca, cum. 1. Off. 84. Peloponneſiacum bellum.

PELOPONNESIVS, a, um. Att.lib.9.ep.2. Peloponeſiæ ciuitates.

PELOPONNESVS, neſi. *Apia, Pelaſgia.*1. de Diuin.91. Elis vrbs Peloponneſi.

PELOPS, pis. *Tantali filius, qui in Peloponneſo regnauit.*3. Tuſc. 26. Pelops qui quondam ſocero Oenomao rege Hippodamiam raptis eſt nactus nuptiis.

PELORIS, idis. *terra, & Siciliæ pars, Peloro monti ſubiecta.* 7. I. V.6.

PELORVS, ri. *promontorium Siciliæ.*7. I. V.90.

PENARIVS, a. ū. *vt cella penaria.* L. PENVS. 4. I. V. 5. & de Se.56.

PENATES, tium. *dij patrij, lares, foci.*2. de N. 68. Dij penates ſiue à penu ducto nomine, ſiue quòd penitus inſident. pro Dom. 144. Illi dij penates ac familiares mei per vos in meam domū mecum erunt reſtituti. & *ibidem.* Vos patrij penates familiaréſque. pro Seſt.45. Vos penates patriique dij. pro Syl. 86. Dij patrij ac penates, qui, &c. pro Dom. 106. niuſcuiuſque veſtrum ſedes aras, focos, deos penates ſubiectos eſſe libidini tribunitiæ.6. I. V. 17. Deos penates à te patrios repoſcit. pro Seſt.30. Exterminare aliquem à ſuis diis penatibus. pro Quin. 83. Quintius à ſuis diis penatibus præceps eiectus. pro Deiota.15. In conſpectu deorum penatium necare hoſpitem.

✠ *ADIVNC. Patrij familiaréſque, incurui, pro Dom. Penetrales,*1. *de Nat.*

☞ Syntaxis. *Dij penates, ac familiares mei. Patrij penates, ac familiares. Penates patrijq; dij. Dij penates patrij. A dijs ſuis penatibus aliquem exterminare, præcipitem ejicere. In conſpectu deorum penatium necari.*

PENDENS, tis. To.59. Cauſæ ex æternitate pēdentes. * Hor. Altera eſt nexa cum ſuperiore, & inde apteq; pendens. de ſuo Conſul. *Atque animo pendens noctis euenta timebat.*

PENDEO, des. *ſuſpenſus ſum, ortor, proficiſcor.*2. de Diu.134. Quidam ſomniauit ouum pendére ex faſcia lecti ſui cubicularis.3. Tuſc. 37. Si prudentia extrinſecus religata pendeat, & non oriatur ex ſe.5. I. V.56. Tamdiu pependit in arbore ſocius populi Romani, quamdiu voluntas Apronij tulit. & 66. Pēdére ex arbore. & 6. In Ver.74. Sagittæ pendebant ab humero. I. P.43. Vt tu vſpiam ſaxis fixus aſperis euiſceratus lātere pendéres. 1. Offic. 65. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non eſt habendus.2. de Finib. 50. Quid turpius eſt, quàm ſapientem ex inſipientium ſermone pendére? pro Syl.66. Omnis terror, & omnis ſuſpicionis timor ex Antonij improbitate pēdebat.5. in Ver.189. Vt intelligas non ex æſtimatione pendére crimen, ſed ex coniunctione, &c.4. Acad. 116. Rationes quæ ex coniectura pendent.2. de Orator.139. Cauſas non ex perſonis, ſed ex genere quæſtionis pendére. pro Cęcin.52. Non ex verbis aptum pendére ius, ſed verba ſeruire hominum conſiliis. Attic.lib. 14. ep.22. Reſpublica è Bruto pendet: quæ aut nulla erit, aut ab iſto ſeruabitur. pro Mar.23. Quis non intelligit ex vnius tui vitam pendére omnium? Epiſt.lib.10.ep. 26. Comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere poſſumus, in Ianuarium menſem protendimus. & ep.21. Puderet me inconſtantiæ literarum, ſi non ex aliena leuitate pendérent. Epiſt.lib.6.ep. 22. Tuique qui ex te pendent.5. Tuſc. 36. Cui ex ipſo apta ſunt omnia, nec ſuſpenſa aliorum bono caſu aut contrario, pendére ex alterius euentis coguntur.1. de Fin.62. Pendére ex futuris. Epiſt.lib.5.epi. 13. Pendére aliunde. Quint.frat.li.3.ep.5. Promiſſis iis quæ oſten-

dis,non valde pendeo.pro Flac.4.Salus noſtra, quæ ſpe exigua extremáque pendet.2.contra Rull.65. Suſpenſus & incertus obſcura ſpe,& cæca expectatione pendeo.*hic agnoſce vim dubij mirandam,toties indicatam.*2.contra Rul.79.Cætera vectigalia perleui ſæpe momento fortunæ,inclinatione temporis pendére.

¶ *Hæreo.* Ep.lib.8. ep.5.Ego quidem vehementer animi pendeo.Attic.lib.8.ep.5.& 4.Tuſcul. 35.Pendeo animi,expectatione Corfinienſi.1.de Leg.9.Et animi pendére ſoleo,cùm quid orſus ſum,h traducor alió. Attic.lib.16. ep. 12. Animi pendeo de te & de me.Attic.lib.11.epiſt.12.Pendeo animi,quámnam rationem, &c.1.Tuſcul. 96. Si expectando & deſiderando pendemus animis,cruciamur,angimur.Attic.lib.4.ep.14.Ne diutius pendeas, palmam tulit.2.de Orat.107.Ex quo verbo lege Apuleia tota illa cauſa pendebat.I. P. 98. Non in tabellis paucorum iudicum, ſed in tabellis omnium iudicum famam noſtram fortunámque pendére.Parad.1.Cui omnis ſpes,& ratio,& cogitatio pendet ex fortuna.

✠ ADVERB. *Aliunde,5.Famil.Diutius,4.Attic.Valde promiſsis,3.ad Q.frat. Vehementer animi,* 8. *Fam.*

☞ Syntaxis. *Extrinſecus pendére,& non ex ſe naſci.Pendére in cruce, ex cruce,ab cruce,cruce.Rationes ex coniectura pendentes. Non valde promiſsis pendeo.Suſpenſum & incertum obſcura ſpe,& cæca expectatione pendére. Perleui momento fortunæ ac temporis inclinatione pendére.*

PENDO,dis,pependi.*æſtimo.* 6. I.V.1. Rem vobis proponam, vos eam ſuo nominis pondere penditote.Ep.lib.11.ep.20.Totámq; iſtam cantilenam ex hoc pendunt, vt quamplurimum lucri faciant.

¶ *Soluo.*3.contra Rull.9.Ego pro aqua vectigal pendam. Q.fr. lib.1.ep.1.16.Pendere vectigal.de Pro.5. Achæi ingentem pecuniam pendunt L.Piſoni quotannis.Attic.lib.6.ep.1.Vedius H-S. centena pendat neceſſe eſt.Attic. lib. 12.epi.25,Péndere vſuram pecuniæ cuipiam.& ep.23.Péndere vſuram ei à quo emeris.

¶ *Patior.* Att.lib.11.epiſto.8.Maximas pœnas pendo temeritatis meæ,& *ibi.* ep.11.2.Tuſc.23.Pœnas illum pependiſſe audiui.

PENDOR,ris.pro Quint. 5. Si ex opibus, non ex veritate cauſa pendetur.pro S.R. 62. Tamen non temere creditur, neque leui coniectura res penditur.Orat. 51. In Philoſophia res ſpectatur, non verba penduntur.

PENE.*propè,nihil propius eſt factum,quàm vt,&c.*1.de Or. 70. Oratori poëta multis ornandi generibus penè par, in hoc autem prope idem,nullis in terminis,&c.Ep.lib.1.ep. 4. Bibulum habuimus multò iuſtiorem,penè etiam amicum.pro Q. R.16.Iudicia ſummæ exiſtimationis,& penè dicam capitis.Ep.lib.2.ep. 9.Penè factus ſum ille.Attic.lib.5.epiſto.20.Brutum non minus amo quàm tu,penè dixi,quàm te.& lib.16.ep.7. Ibi penè valentem videram Piliam.

PENES,*in manu,in poteſtate.*5.in Verr.171.Cùm omnis copia frumenti penes iſtum eſſet redacta.2.cont. Rull. 51. Agri quorum adhuc penes Pompeium omne iudicium & poteſtas more maiorum debet eſſe.pro Dom. 130. Cenſor,penes quem maiores noſtri iudicium ſenatus de dignitate eſſe voluerunt. pro Milo. 61.Serui centum dies penes accuſatorem fuerunt.Orat.142.Eloquentia eos ornat,penes quos eſt.4.ad Heren. 15.Vt ne ad ſolarium quidem idoneus, ſed penes ſcenam & in eiuſmodi locis exercitus ſis.de Clar.158. Locurionis emendatæ ac Latinæ laus penes Cæſarem fuit.7.in Verr.39.Cùm penes te prætorium nomen eſſet. Poſtquam ad Quir. 21. Imperium quod erat penes ipſos.Epiſt.lib.4.ep.7.Ille penes quem omnis eſt poteſtas. & 4. ad Heren.8.Si putabit poſſe omnia penes vnum autorem conſiſtere.

☞ Syntaxis. *Penes Cæſ.laus fuit emendatæ ac Latinæ orationis. Penes Cæſ.imperium,poteſtas.*

PENETRANS,tis.1.I.A.20.Antonio in Galliam penetranti D. ſe Brutus obiecit.de Vn.30.Aſtra per cœlum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt.

PENETRALES.*loca interiora & ſecretiora domus vel templi.*de Ar. 57.Abditi & penetrales foci.2. de Natu. 68.A penu penetrales à poëtis vocantur.

PENETRO,tras.*peruado,pertineo,permano,ſerpo.* pro Arch. 23. Cupere debemus, quò minus manuum noſtrarum tela peruenerint,eodem gloriam famamque penetrare.de Somn. 17. Cùm Romulus hæc ipſa in templa penetrauit. de Prou. 12. Non ipſe ad eorũ vrbes ſedéſque penetrauit.6. I.V.107.Subitò,non longè à Syracuſis, penetrauit ſub terras.4.Ac, 122.Nulla acies humani ingenij tanta eſt,quæ penetrare in cœlum poſſit.1. Tuſcu.43. Animus penetrat,& diuidit omne cœlum.2.de N.153.Ratio hominis in cœlum vſque penetrauit. Part.123. Definiendo verbo penetrare ad ſenſum opinionémque iudicis.de Clar.142. Nulla res magis penetrat in animos.1.Tuſcula.45.Per quas anguſtias penetrauit Argo.

✠ ADVERB *Non longè à,6.in Ver.*

☞ Syntaxis. *In templum penetrare,ad ſedes & vrbes,ſub terras.In cœlum,vſque ad ſenſum,opinionemq; iudicis,in animos.*

PENICILLVS,li.Or.74.Pictor vidit obuoluendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari.Qu.fr. lib.2.ep.14. Mihi date Britanniam, quam pingam coloribus & penicillo meo.

PENIS,nis.Epiſt.lib.9.ep.22. Caudam antiqui penem vocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem peniculus: at hodie penis eſt in obſcœnis.At verò ille frugi in annalibus ſuis quæritur, adoleſcentes peni deditos eſſe.

PENITVS. *prorſus.*1.de Natu.120.Euhemerus religionem penitus totam ſuſtulit.Ep.lib 5.ep.13.Rationes à te collectę vętabant me Reipublicæ penitùs diffidere. 2. Offic.27.& 3. de Orat. 122. Hanc conſuetudinem penitùs amiſimus.pro Quint.Roſc. 20. Supercilia illa penitùs abraſa.1. de Or. 108.Res penitùs perſpectæ,planéque cognitæ.& 2.de Ora.319.Res penitùs ex cauſa efflorſcere.1.de Orat. 92. Artem cognitis penitúſque perſpectis rebus contineri.1.de Oratore.17.Omnes animorum motus penitùs pernoſcendi.de Clar.178.Totam enim Rempublicam tenebat,penitúſque cognórat. 2.contra Rull.48. Penitùs abſtruſas inſidias contra aliquem ponere.pro Syll. 11. Nondum penitùs in Republica verſabar.5.de Fi.19.Habere aliquem rem penitùs cognitam. 7. I. V. 67. Opus multorum operis penitùs exciſum.5.Tuſcul.5.Tibi nos vt antea magna ex parte, ſic nunc penitùs totóſque tradimus.Epiſtol.lib. 13. ep.51. Eum tibi penitùs commendo atque trado. Epiſt. lib. 16. ep.8. Tamen te penitùs rogo,ne,&c.1 de Fin.49.Ob eámque cauſam multi ſeipſos penitùs perdiderunt.Att.lib. 8. ep. 16. Explicari mihi tuum conſilium planè volo,vt penitùs inteiligam.

¶ *Interius.*2.Offic.13.Nec aurum effoderetur penitùs abditum. & 1.de Leg.17. Sed penitùs ex intima Philoſophia hauriendam iuris diſciplinam puto. item 26. Natura in ſpecie oris penitùs reconditos mores effinxit. 2.de Natur.68.Dij penates dicti, eò quòd penitùs inſident.pro Milon.69. Si tibi penitùs inſedit iſta ſuſpicio,1. I. C. 31. Periculum autem reſidebit & erit incluſum penitùs in venis atque viſceribus Reipublicæ.de Aruſp.57.Vitia in aliquo penitùs defixa atque hærentia.2.contra Rull.14.Odiũ penitus inſitum.4. Acad. 32. Natura in profundo veritatem, vt ait Democritus,penitùs abſtruſit.& 122. Videamus terrâne penitùs defixa ſit.Epiſt.lib. 10. ep. 33. Legiones penitùs in Luſitania in hybernis collocâram.Attic.lib.8. ep. 12. Dimittámne me penitùs in cauſam.Qu.frat.lib.1.ep.1.11.Qui in tuam familiaritatem penitùs intrárit. 4.in Verr. 169. Is bene penitùs in iſtius familiaritatem ſeſe dedit.pro Cluent.4.Euellam ex animis hominum tantam opinionem tam penitùs inſitam, tam vetuſtam?1.I.C.27.Ea penitùs animis veſtris mentibúſque mandare.1.de Orat.96. Penitus in eam ipſam huius ſtudij diſputationem intimam perueniſtis. *Eleg.

Iam mare Tyrrhenum longè penituſq; palumbes Reliquit.

☞ Syntaxis. *Penitùs rogare.Penitùs pernoſcere,verſari in Repub.ſe totum alicui tradere. Penitùs reconditum,defixum & reconditum. Mandare ſuis mentibus & animis aliquid penitùs. In intimam penitus diſputationem venire.*

PENNA,næ. *pinna.*2.de N.129.Aues pullos ex ouis excluſos pennis fouent,ne frigore lædantur.3.de Fin.32. Pennarúmque contextu corporis tegmenta faciebat. in Arat.

Quæ volat,& ſerpens geminus ſecat æra pennis.

✠ ADIVNC. *Geminæ, tremebundæ,Arat. Leuiſſima,* 5. *Famil.*

PENNATVS,a,um.*pinnatus.*1.de D.106.

Hic Iouis altiſoni ſubito pennata ſatelles.& in Arat.

PENNIGER,a,um.de Vn.31. Animalium genus pennigerum & aërium. L. ARMIGER.

PENNVLA,læ.*parua penna.*2.de N.129.

PENSIO,onis.*merces,vectigal.*Ep.lib.6.ep.18. Teneor tamen dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem. pro Quin.R.51.Cùm altera penſio ſoluenda eſſet. Att.lib.11.ep.4.De penſione altera, oro te, omni cura conſidera, quid ſit faciendum.Att.lib.12.ep.9.Sed de prima penſione antè videamus: adeſt.2. I. A. 113. Iſta coniunx tua nimium debet diu populo Romano penſionem tertiam.Att.lib.16 ep.2. Hortenſius verò impudenter:nihil enim debetur ei,niſi ex tertia penſione,quæ eſt Calend.Sextil.ex qua penſioneipſa maior pars eſt, & ei ſoluta aliquanto ante diem.

✠ ADIVNC. *Exigua,6.Famil.*

☞ Syntaxis. *Penſio prima eſt Cal.Iunij:ea eſt ſoluta ante diem.*

PENSITO,as. *pendo.*pro Pom.16.Qui vectigalia vobis penſitant, aut eos qui exercent atque exigunt. 3. contr. Rull. 9. Immunia commodiore conditione ſunt,quàm illa quæ penſitant. 5. I. V. 165.Penſitare pecunias alicui.

PENSO,as. Offic.lib.2,68.Penſare operis & officijs,id quod violatum eſt.

PENSVM, si. à pendeo. *quod in colu est, è quo fila ducunt nendo mulieres.* 3. de Or. 117. Nunc ad reliqua progrediar, méque ad meum munus pensumque reuocabo. 5 I. V. 109. Pensum in agro Leontino magis est exigendum.

PENVLA, læ. *pallium quo vtimur in itinere propter pluuiam, lacerna.* pro Mil. 19. Milo de rheda, reiecta penula, desiluit. Attic. lib. 13. ep. 33. Sed ita egi, vt non scinderem penulam. & *ibidem.* Horum ego vix attigi penulam. pro Sest. 82. Is Mulioniam penulam arripuit, &c.

PENVLATVS. *penula indutus aut amictus.* pro Mil. 29. L. RHEDA.

PENVRIA, æ. *paucitas.* de Cla. 2. Magna sapientium ciuium bonorúmque penuria. de Am. 63. Sunt igitur constantes eligendi amici, cuius generis magna penuria est. 2. de Inu. 115. Penuria agri.)(. *copia.*

PENVS. 2. de Nat. 68. Penates à penu ducto nomine: est enim omne quo vescuntur homines, penus.

PER, *cum accusatiuo, ratione operæ, auxilij.* pro Q. 69. Qui per vim & scelus plurimùm possunt. & 56. Ista causa abs te tota per summam fraudem & malitiam ficta est. pro S. R. 6. Quod per scelus adeptus est, per luxuriam effundit ac cõsumit. 3. Offi. 110. Quod per vim actum est, ratum esse non debet. 3. de Leg. 42. Agere aliquid per vim. 3. I. V. 57. Per scelus & latrocinium afferre aliquid. Q. fr. li. 1. ep. 1. 17. & 6. I. V. 147. Per vim & metum facere, vel auferre aliquid. pro D. 59. Per insidias interficere aliquem. 3. de Nat. 84. Potestas, quam ipse per scelus erat nactus. I. P. 30. Lex inusta per seruos, incisa per vim, imposita per latrocinium. Qu. fr. lib. 3. ep. 8. Per vim perferre legem. de Ar. 42. Pòst exercitu sollicitato per nefandum scelus fugit illinc. pro S. R. 30. Per summum dedecus vitam amittere. pro Qu. 10. Mihi summam per iniuriam omnia inimica sunt. Epist. lib. 8. ep. 14. Per iniuriam facere, vel eripere aliquid alicui. pro Q. R. 21. Fannium per malitiam feciſſe, & Roscium per imprudentiam deceptum esse. & *ibid.* Vtrumque incredibile est, & Roscium quicquam per auaritiam appetisse, & Fannium quicquam per se bonitate amisisse. pro Mil. 17. Mors illata per scelus. 2. ad Her. 34. Per dolum facere aliquid. 4. Tusc. 79. Per itam interficere aliquem. Epist. lib. 3. ep. 10. Per vim violare aliquem. 1. de Inu. 106. 107. 108. 109. Aliquid per vim, per manum opulentum factum esse. 2. ad Heren. 23. Per culpam venire in necessitatem. & 4. ad Her. 22. In bello per ignauiam tubæ sonitum ferre non potes. pro S. R. 83. Ascendere per alterius incommodum & calamitatem. & 33. Scæuola ciues suos seruare per compositionem volebat. pro Qu. 63. Per ius & magistratus aliquem defendere. pro Sex. Ros. 8. Per sententiam iusqueiurandum alicuius aliquid assequi, quod antea scelere ac ferro assequi consueueris. Or. 92. Translata, quæ per similitudinem ab alia re transferuntur. 1. de Nat. 36. Rebus inanimis per quandam significationem, deorum nominata esse tributa. 3. de Or. 155. Verbum per similitudinem translatum. 3. de Orat. 11. C. Cotta depulsus per inuidiam tribunatu. pro Do. 81. Ferre legem alicui per gratiam. 4. I. V. 127. Per hanc rationem. *id est, ad hunc modum, vel hoc modo.* 2. de Diu. 56. Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitatis signum dabat. *ibidem.* 123. Aesculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis. 2. de Nat. 9. Quæ sit ab Actio Nauio per lituum regionum facta descriptio. 2. de Diu. 47. Quàm scite per notas nos certiores facit Iupiter. 2. de Inu. 152. Nemo potest omnes res per scripturam complecti. & 17. Per impulsionem facere aliquid. Top. 77. Per exta præsensio. 1. de Orat. 161. Per quædam inuolucra & integumenta perspicere aliquid. 2. de N. 142. Natura membranas oculorum perlucidas fecit, vt per eas cerni possit. 6. in Ver. 54. Non per præstigia, sed palàm per imperium oppidum compilare. & 6. Per simulationem ædilitatis. 2. contr. Rul. 95. Illam copiam cum hac per risum ac per iocum contemnent. 7. in Ver. 180. Honores ad quos & per ludum & per negligentiam peruenistis, &c. Attic. lib. 1. ep. 14. Cæsar cum eo coire per Atrium cogitat, & Bibulus cum hoc se putat per C. Pisonem posse coniungi. 1. de Orat. 38. Plura detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata. 4. I. C. 8. Ne quis pœnam eorum aut per senatum, aut per populum leuare possit. pro Mil. 94. Tranquilla rep. sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur. de Ar. 40. Ne per optimatum discordiam pericula patribus creentur. pro Mil. 5. Habere spem ad salutem alicuius per iudices expugnandum. de Pro. 44. Libere per aliquos gloriari aliquem, se, &c. 1. I. A. 2. Pax denique per eum, per liberos cum ciuibus confirmata est. pro Mur. 45. Exturbare aliquem, qui & per se, & per suos, & verò etiam per alienos defendatur. pro Fla. 52. Si ciuitas per vitos bonos grauesque homines querelas ad vos detulisset. pro Domo 53. Cùm meam domum refertam viris bonis per amicos suos complerent. Attic. lib. 4. ep. 15. Nihil interest, vtrum per procuratorem agas, an per te ipsum. pro S. R. 112. Recede de medio, per alium transigam. Attic. lib. 6. ep. 1. Per binos tabellarios misi Romam literas. Attic. lib. 5. ep. 15. Tu autem sæpe dare poteris tabellariis publicanorum, per magistros scripturæ. pro Cluent. 172. Venenum datum alicui per aliquem. I. P. 88. Quid per tuum seruulum ordines assignati? pro Cluent. 47. Comparare insidias alicui per aliquem. Attic. lib. 1. ep. 13. Biduo per vnum seruum confecit totum negocium. 1. I. C. 18. Nullum iam tot annos facinus extitit nisi per te, nullum flagitium sine te. & 2. in Cat. 7. Quod nefarium stuprum nõ per illum? Attic. lib. 1. ep. 17. Enitere per seruos tuos, vt scheda nequa depereat. 3. de Nat. 84. Per præconem vendere aliquid. Brut. ep. 8. Bibulus vellet per te aliquid autoritatis assumere. 4. in Ver. 9. Iniurias suas per vos vlcisci statuerunt. pro S. R. 79. Vulgò occidebantur, per quos? Attic. lib. 5. epist. 21. Appius aliquot turmas equitum dedit Scaptio, per quas Salaminios coërceret. Quint. frat. lib. 2. epist. 11. Mitificè mihi & per se, & per Pompeium blanditur Appius. Attic. lib. 6. epist. 3. Rex non in Pompeium prolixior per ipsum, quàm per me in Brutum fuit. pro Quint. 17. Per te C. Aquili decidit Quintius, quod liberis Scapulæ dissolueret. item. Hoc eo per te agebatur, quòd, &c. Quint. frat. lib. 1. epist. 1. 20. Complures vrbes diruras ac penè desertas per te esse recreatas. de Senect. 20. Respublica per adolescentes labefactata. pro Flac. 68. Ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondo centum, paulo minus per Sex. Cæsium, &c. Brut. epist. 16. Atqui non esse, quàm esse per illũ præstat. Att. li. 11. ep. 6. Clodius suspicetur aliquid à suis, vel per suos potiùs inimicos ad te esse delatum, quo, &c. & Attic. lib. 11. epist. 8. Per eos diligentissimè contendas opus est, vt, &c. 2. de Orat. 290. Ego cùm doctior per te, tum etiam audacior factus sum ad iocandum. Attic. lib. 9. epist. 11. Id assequetur, si per prætores consules creentur. & lib. 8. epist. 16. Volo etiam exquiras, quid Domitius agat (habebis autem per quos possis.) & *ibidem.* Memini quid mihi suaseris per Theophanem Culeonem. Epist. lib. 1. epist. 4. Per te factum est, quo minus pax fieret. Attic. lib. 14. ep. 22. Hircium per me meliorem fieri volunt. 4. Acad. 93. Per me vel stertas licet, non modò quiescas. Epist. lib. 7. epist. 32. Trahantur per me pedibus omnes rei. 4. Tusc. 46 Digladientur ibi per me licet: *id est, quod ad me attinet.* Epist. lib. 13. epist. 29. Per quos homines steterim. Ep. lib. 3. epist. 10. Memetipsum per illum restitutum puto. & *ibid.* lib. 1. epist. 7. Per aliquem fieri certiorem, &c. & lib. 7. epist. 32. Quæ sunt à me in secundo libro per Antonij personam disputata. & lib 10. epist. 1. Nunquam per M. Antonium quietus fui. 1. Tusc. 48. Liberari metu per aliquem. pro Lig. 1. Cùm id neque per te scires, neque aliunde scire potuisses. pro Syll. 67. Vargunteium & Antonium nihil audacter ipsos per sese sine P. Sylla facere potuisse. pro Plan. 47. Is omnibus officiis per se, per patrem, per maiores suos totam Atinatam perfecturam comprehenderat. 2. de Orat. 5. Cæteræ ferè artes se ipsæ per se tuentur singulæ. & 3. de Orat. 20. Nullum genus rerum auulsum à cæteris per seipsum potest constare. Epist. lib. 3. ep. 8. Hoc cùm per se mihi gratum est, tum quòd, &c. & ep. 9. Hoc est mihi charum non propter, &c. sed per se, &c. 4. Tusc. 41. Quod cùm ipsum per se, tum, &c. 1. Orat. 198. Iam verò ipsa per sese multum prodest. 1. I. C. 28. Homo per se cognitus nulla commendatione maiorum. Epist. lib. 1. epist. 9. Per sese facere aliquid.) (. cum alio, pro Dom. 72. Exul, ipsum per se nomen est calamitatis. de Ar. 36. Hoc quid sit, per se ipsum non facilè interpretor, sed ex eo, quod sequitur, suspicor. pro Sest. 60. Virtus splendet ipsa per sese semper, nec alienis vnquam sordibus obsoleſcit. 2. de Orat. 228. Hoc non minus est per seipsum inuidendum. 2. de Nat. 31. Ignis per se ipse ac sua sponte mouetur. 2. de Orator. 11. Tu qui rationem dicendi per teipsum, vsum autem per nos percipere voluisti. & 1. de Orat. 97. Cùm & per me ipsum egissem, & per Brutum sæpe tentassem. 1. I. C. 11. Quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti. Attic. lib. 15. epist. 15. Agere gratias alicui per literas. *ibid.* lib. 13. epist. 10. Brutus per literas purgat Cæsarem de interitu Marcelli. & li. 10. ep. 3. Cæsar mihi ignoscit per literas, quod non venerim. & lib. 13. ep. 2. Inuito eum per literas, vt apud me diuertetur. I. P. 41. Is à senatu supplicationem per literas postulauit. 5. I. V. 125. Per literas supplicare alicui. Brut. ep. 9. Consolari aliquem per literas. & Attic. lib. 1. epist. 14. Ea pars epistolæ, per quam te mihi purgatum esse voluisti. & ep. 16. Qu. frater purgat se mihi per literas. pro Flac. 90. Nunc matri purgat se per epistolam. Attic. lib. 11. epist. 13. Accusasti me per literas grauioribus verbis. Attic. lib. 6. ep. 1. & Epist. lib. 1. ep. 7. Colloqui cum aliquo per literas. & ep. 9. Per literas colloqui cum aliquo, vel ostendere aliquid. Ep. lib. 2. ep. 6. Per literas petere aliquid ab aliquo. pro Syl. 55. Literæ, per quas ille precibus à Sylla petit, vt gladiatores emat. 1. de Diuin. 34. Vaticinans per furorem, vt Sibylla, &c. de Pro. 39. Per manus prouinciam alteri tradere.

¶ *Loci, spatij.* 12. I. A. 3. Sed quasi per caliginẽ perstrinxerat aciem animi Bruti salus. 3. de Orat. 157. Nexũ, quod per libram agitur. in Vat. 13. Vt nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucietur.

¶ *Potestatis, concessionis.* pro Dom. 51. Ne id quidem per legem Luciniam, vt ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. I. P. 18. Tamen id iis non licere per interdicta crudelitatis tuæ, potestatis erat non etendę. pro Mil. 44. Hoc neque per naturam fas est, neque per leges licet.

¶ *Culpa, vel gratia.* Ep. lib 16. ep. 7. Cùm per valetudinem & per anni tempus nauigare poteris, ad nos veni. & lib. 7 ep. 1. Cùm per valetudinem posses, noluisti. 2. in Anton. 54. Omnes consulares, qui per eam valetudinem exequi fugam illam non possunt. Brut. ep. 5. Nunc per auspicia longam moram video. pro Pom. 70. Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari puto. 2. I. V. 48. er gratiam contendere aliquid ab aliquo. & 3. in Ver. 191. Per beneficium concedere aliquid.

¶ *Prætextus.* 1. de Inuen. 71. Per fidem fallere aliquem. Postquam ad Quir. 21. Qui per simulationem amicitiæ me prodiderunt. pro Dom. 65. Cato inuisus, quasi per beneficium Cyprum relegatur: alter eiicitur per honorem turpissimum, alter per honestissimam calamitatem. pro Cecin. 7. Per tutelam aut fiducię rationem fraudare quępiam. 6. in Verr. 102. Res per castimoniam mulierum ac virorum sacræ: per alicuius stuprum violatæ.

¶ *Iurandi modo.* pro R. P. 36. Per plures deos iurare. 2. Offic. 5. Quid est enim per deos optabilius sapiętia? pro Flac. 7. Per deos immortales iudices vos quæretis? &c. 6. in Verr. 80. Quisnam per Deos immortales tuebitur P. Scipionis mortui memoriam? pro S. R. 146. Si tibi omnia mea tradidi, per deos immortales, quæ est ista crudelitas? pro Sest. 102. Hæc imitamini per deos immortales, qui gloriam queritis. 1. de Natur. 106. Hoc per ipsos deos quale tandem est? Brut. ep. 15. Propera per deos. 4. ad Heren. 66. Et tu per deos, inquit, hùc amplexare. ad Oct. Nã per deũm immortalium fidem, pérque fortunam populi Romani, quis, &c. 2. de Or. 242. Per tuam nobilitatem, per vestram familiam, per tuas statuas, &c. pro Quin. 97. Nævium obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem & liberos, vt, &c. 4. ad Herenn. 66. Parce, inquit, & per ea quæ tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri.

¶ *Temporis ratione.* 2. de Diu. 27. Animus per somnium curis vacuus. de Clar. 285. Duo fratres per idem tempus dissimiles inter se. Att. li. 7. ep. 9. Tenuisti prouinciam per decem annos, non tibi à senatu, sed à te ipso per vim & factionem datos. & ep. 6. Hunc per annos decem aliquis contra nos. Epist. lib. 10. ep. 3. Per tot annos respub. diuexata. Qu. fr. lib. 2. ep. 2. Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. pro S. R. 80. Per ista tempora iidem fuerunt, &c. pro Clu. 169 Per hos annos, &c. pro Cl. 24. Per illam vim atque victoriam L. Syllæ. *id est, eo tempore.* 3. I. C. 20 Ludi decem per dies facti. Epist. lib. 8. ep. 8. Vtique eius rei causa per dies comitiales senatum haberent. Ep. lib. 16. ep. 8. Tamen te penitus rogo, ne te viæ per hyemem, nisi bene firmum committas. Ep. lib. 7. ep. 1. Neque tamen dubito, quin per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris. & *ibidem.* Binæ venationes per dies quinque magnificæ. pro Pom. 1. Cùm antea per ætatem nondum huius autoritatem loci contingere auderem. pro Dom. 35. Factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem pater esse potuisti. & *ibid.* Ille tibi loco filij per ætatem esse potest. Ep. li. 12. ep. 23. Quod nullam partem per ætatem sanæ & saluæ reip. gustare potuisti. Qu. de Pet. 29. Qui per ætatem & per negocium possunt.

PER. *sc. ex se, vi sua, propter se, suo nomine, suis viribus, sua sponte, à natura, natura & specie sua, separatus.* de Vniu. 16. Mundus per se & à se, & patitur & facit omnia. 5. Tusc. 95. Voluptas per se, quia voluptas est, semper optanda est. 2. de Diu. 126. Siue externus pulsus dormientium animos commouet, siue per se ipsi animi mouentur. 2. de Diuin. 120. Vtrum censemus animos per semetipsos in somniando moueri? an externa & aduentitia visione pulsari? 1. de Finib. 25. Si concederetur ista sua sponte & per se esse iucunda, per se esset virtus & cognitio rerũ expetenda. pro Plan. 41. Non enim si, &c. idcirco ista editio per se non acerba est. 10. in Ant. 4. Per se nullo adiuuante confecit. 2. Offi. 32. Quod honestum est per se, nobis placet, animósque omnium natura & specie sua commouet. de Am. 82. Naturalis illa amicitia per se & propter se expetenda. & *ibid.* Per se quisque chatus. de Finib. lib. 2. 83. & lib. 5. 37. de Clar. 140. Rectum ipsum quod per se, sua vi, sua natura, sua sit sponte laudabile.

☞ Syntaxis. *Per scelus, vim, metum, fidem, gratiam, beneficium, tutelam, amicitiam, simulationem aliquid agere. Sic, per malitiã, fraudem, imprudentiam, per vim volare. Per culpam venire in necessitatem. Per ignauiam aufugere. Per risum & per iocum contemnere. Per ludum & negligentiam. Per latus alterius vulnerari. Per naturam est fas. Per leges licet. Per hanc causam non venio. Per valetudinem quiesco. Per hyemem non licet. Per te non vides. Per procuratorem agere. Per tabellarium, tyronem, literas mittere. Per te omne facinus est. Si per te licebat. Per Cæsarum personã disputare. Per te nunquam quiesco. Per te satis cognitus. Per te mihi semper obstas. Per illam victoriã, illud tẽpus. Equidem per negocium non possum.*

PERABSVRDVS, a, um. Part. 54. Nam hæc quia videntur perabsurda, cum grauiora sunt, quàm causa, diligenter ferè quid quemque deceat, iudicandum est.

PERACCOMMODATVS, a, um. Ep. li. 3. ep. 5. Tunc mihi ille dixit, classe te velle decedere perfore accommodatum tibi. &c.

PERACER, cre. 3. de Or. 122. Ingenium peracre. Ep. lib. 9 ep. 16. ad Papyrium. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre iudicium.

PERACERBVS, a, um. L. DVLCESCO.

PERACVTVS, a, um. 4 I. V. 108. Qui eo vultu nos intuetur, vt sibi ipse peracutus esse videatur. de Clar. 114.

PERACVTE. *aduerb. acute.* 1. Ac. 35. Peracutè moueri. Ep. lib. 3. ep. 7. Et simul peracutè quereberis, quod eos tributa exigere vetarem prius, quàm ego re cognita permisissem.

PERACTIO, onis. *finis, extremum.* de Sen. 86. Senectus peractio ætatis est tanquam fabulæ.

PERADOLESCENS. *admodum adolescens.* pro Pom. 61. Quid tam præter consuetudinem, quàm homini peradolescenti, cuius à senatorio gradu ętas longè abesset, imperium atque exercitum dari?

PERAEBIA, æ. *regio.* I. P. 96.

PERAEQVE. 5. I. V. 121. Atq; hoc peræquè in omni agro decumano reperietis. & Or. 20. I. P. 86. Quod cùm peræquè omnes; tum acerbissimè Bœotij senserunt. Ep. lib. 10. ep. 33. Legiones omnes peræquè Antonij cæsas.

PERAEQVVS, a, um. 6. I. V. 46. Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.

PERAGO, gis. *perficio.* 2. de Nat. 10 Gracchus cùm comitia nihilo minus peregisset, rem ad senatum retulit. I. P. 7. Atque ita est à me consulatus peractus, vt, &c. de Senect. 69. Nec histrioni vt placeat, peragenda est fabula, modò in quocunque fuerit actu, probetur.

PERAGRANS, tis. 3. Offi. 2. Et ob eam causam vrbe relicta, rura peragrantes sæpe soli fumus.

PERAGRATIO, onis. *percursatio, lustratio.* 2. I. A. 57. Peragratio itinerum, lustratio municipiorum.

PERAGRATVS, a, um. de Cl. 315. Pòst à me Asia tota peragrata est cum summis oratoribus. pro Mur. 11. Asia ab eo in militari labore peragrata est.

PERAGRO, as. *pedibus obeo, lustro, concurso.* 6. I. V. 106. Ceres dicitur orbem omnium peragrasse terrarum. 2. de Orat. 258. Cùm quidem omnes prouincias se peragrasse gloriaretur. de Clar 51. Eloquentia omnes peragrauit insulas, & peregrinata tota Asia est. pro Milon. 99. Fama de interitu Clodij fines imperij Romani iam peragrauit. de Pro. 33. Has regiones populi Romani arma peragrarunt. 1. de Diuin. 94. Cilices, qui campos & montes hyeme & æstate peragrant. de Ar. 24. Agros & nemora peragrare. pro Cornel. 16. Cn. Pompeij res gestæ omnes gentes cum clarissima victoria terra marique peragrarunt. 5. de Finib. 87. Plato Aegyptum peragrauit. de Vniuers. 28. Annus, vbi sol suum totum cõfecit & peragrauit orbem. pro Cæl. 53. Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. 1. de Orat. 222. Oratorem dicendo peragrare per animos hominum, sensus mentesq; pertractare. 2. de Finib. 102. Qui innumerabiles mundos, infinitásque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragrauisset. & 112. Maria pedibus peragrare, classibus montes.

PERAMANS, tis. *amans.* Attic. lib. 4. ep. 8. Homo peramans semper nostri fuit.

PERAMANTER. Ep. lib. 9. ep. 20. Me quidẽ perofficiosè & peramanter obseruant.

PERAMOR, ris. de Leg. li. 1. 49. Vbi illa sancta amicitia, si nõ ipse amicus peramatur toto pectore?

PERAMPLVS, a, um. 6. I. V. 110. Signa perampla.

PERANGVSTVS, a, um. 7. I. V. 169. Peranguſtum fretum.

PERANGVSTE. *aduerb.* 1. de Orat. 163. Perfice, vt Crassus hęc quę coarctauit, & peranguſtè refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet.

PERANTIQVVS, a, um. 6. I. V. 4. Sacratium perantiquum.

PERAPPOSITVS, a, um. 2. de Orat. 274. Non solùm mimis perappositа, sed etiam quodammodo nobis, &c.

PERARDVVS, a, um. 5. in Verr. 166. Mihi perarduũ est hoc commonstrare.

PERARGVTVS, a, um. de Cl. 167. Homo perargutus.

PERATTENTE audire aliquem. *attentissimè.* pro Cæl. 25.

PERATTENTVS. *attẽtus.* 5. in Ver. 10. Perattẽtos animos habere.

PERBACCHOR, aris. *bacchor.* in Sall. 10. Posteaquam ille suum annum in rep. perbacchatus est. 2. I. A. 104. Quamdiu in illa villa turpissimè es perbacchatus?

✝ ADVERB. *Turpissimè, 2. Philip.*

PERBEATVS, a, um. 1. de Or. 1. Perbeati fuisse Qu. frater illi videri solẽt, qui in optima repub. cùm & honoribus & rerũ gestarum gloria florerent, eum vitæ cursum tenere potuerunt, vt vel in negocio sine periculo, vel in ocio cum dignitate esse possent.

PER

PERBELLE,*aduer.* Att.lib.4,ep.4.Perbellè feceris,si ad nos veneris.Ep.lib.16.ep.18.Sed si me amas,quod quidem aut facis, aut perbellè simulas,quòd,&c.

PERBENIGNE,*aduerb.benignè.* Qu. frat. lib.1.ep.1.Perbenignè respondere alicui.

PERBENEVOLVS,a,um.*beneuolus.* Epist.lib.13.ep.4.Cænius est perbeneuolus nobis.

PERBENE.L.BENE.

PERBLANDVS,a,um.pro Rab.Posth.21. Huic perblandus reperiendus fuit,&c.Quint.fra.lib.1.ep.2.Successorem habes perblandum.

PERBONVS,a,ũ.6.I.V.38.Perbona toreumata.pro Fla.71. Agros natura perbonos habent. Att.li.6.ep.1.Quoad mecum rex fuit, perbono loco res fuit.

PERBREVIS,e.5.in Ver.22.Perbreue tẽpus. de Cl.158. Quodque perdifficile est,idem & peromatus,& perbreuis. pro Cl.2. Per ✠mihi breuis videtur.‖Ep.lib.6.ep.12.

PERBREVITER.*breuiter.* pro Dom.40.Sed hęc de auspiciis quæ ego nunc perbreuiter attingo,acta sunt à re. de Orat. lib. 2.235. Perbreuiter exponam.

PERCALLEO,les.*obdurescо.*2.de Or.147.Si modò vsum rerũ percallueris.pro Mil.77. Sed nescio quomodo vsu obdurierat , & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

PERCAVTVS,a,um. Qu.frat.li.1.ep.1.15.Delectus pereautus.

*PERCELEBRATVS,a,um.pro M.Cæl.69.Audita & peruulgata,& percelebrata sermonibus res est.

PERCELEBROR.7.I.V.80.De qua muliere plurimi versus tota Sicilia percelebrabantur.

PERCELER.*celer.*pro M.Cæl.58.Interitus perceler.

PERCELERITER.Ep.lib.6.ep.12.Perceleriter aliquid adferre.

PERCELLO,lis.perculi,percussum. L. PERCVLSVS.5.in Ver. 132.Hæc te vox non perculit?non perturbauit? pro Cæl. 80. Ne adolescentiam plenam spei maximæ perculisse atque afflixisse videamini.pro Dom.27. Iisdem machinis sperant me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. pro Mil.57.Mars communis,qui sæpe spoliantem iam & exultãtem euertit & perculit ab abiecto. pro Sest.140.Quos repentina aliqua vis ac tempestas perculit popularis. 2. de Orat.285. Scipio, qui Tib.Gracchum perculit. pro Mil.65.Quæ quamuis etiam mediocrium delictorum conscientiam perculissent. pro Mar. 17. Quos amisimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ.

☞ Syntaxis.*Percellere ac perturbare. Percellere & affligere. Euertere & percellere exultantem.*

PERCENSEO,ses.*recenseo,percurro.*Part. 127. Quo in genere percensere poterit plerosque inueniendi locos. 2. contra Rull. 47. Italiam percensuisti,perge in Siciliam.Postq.in Sen.1.Qui possit vestra in me vniuersa promerita nõ dicam complecti orando,sed percensere numerando?

PERCEPTIO,onis.*collectio, comprehensio.*2. Offi.12.Frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio.4.Ac.22.Ars ex multis animi perceptionib.constat.1.Acad.44.Turpe est cognitioni & perceptioni assertionem approbationẽque præcurrere. 4.Acad.17. Perceptio,quam κατάληψιν Græci vocant.

✠ADIVN.*Firma animi,*1. *Att.Inchoata,Part.Multæ,* 4.*Acad.*

*PERCEPTVM,ti.de Fat.11. Quælibet natura à perceptis artis proficiscitur.Percepta appello, quæ dicuntur Græcè δογμάτα. Non enim credo nullo percepto aut cæteros artifices versari in suo munere,aut eos qui diuinatione vtantur, futura prædicere. Sunt igitur Astrologorum percepta huiusmodi.*Aly Præceptum legunt.*

*PERCEPTVS,a,um.2.de Fi.98.Memoria corpore perceptarum voluptatum.

✠ADVER.*Exploratè,*1.*de Nat.Assiduè, Postq.ad Quir. Malè,*5.*Ver.Penitus,*3.*Tusc.*

PERCIPIENDVS,a,um.Qu.fra.lib.1.ep.1.23.Cui in doctrina,cui in virtute atque humanitate percipienda plurimum à pueritia studij fuisset & temporis.2.de Or. 219. Philosophia oratori necessariò percipienda est.1. Offi. 59.Vicinum citius adiueueris in frugibus percipiendis,quàm propinquum.

✠ADVER.*Necessariò,*1.*de Orat.*

PERCIPIO,pis.*capio.*Ep.lib.14.ep.1.Capere voluptatem,percipere luctum.1.de Fi.37. Percipere voluptatem vel dolorem sensibus.de Sen.21. Themistocles omniũ ciuiũ nomina perceperat.

¶ *Colligo.*de Sen.14.Serere, percipere,& condere fructus.

¶ *Retineo.*1.de Nat.11. Nã si singulas disciplinas percipere magnum est,quanto magis omnes?

¶ *Assequor,intelligo.*6.I.V.64. Percipere aliquid oculis.1. de Or. 127.Aliquid percipere animo,& memoria custodire.1.Offi. 60. Nec oratores,quamuis artis præcepta perceperint, quicquam sine vsu & exercitatione consequi possunt.1.de Fin.64.Cognoscere & percipere aliquid.1. I. C. 27. Percipite quæso diligenter quæ dicam.* Hortens.Eundem non modò ex mediocri pecunia,sed etiam ex tenui percipere possumus.

¶ *Ineo.*Att.lib.8.ep.13.Vt quodcunque tu consilium percepisses, id nobis persequendum putaremus.

✠ADVERB.*Bene,planè,*3.*de Nat. Celeriter,expeditè,* 5.*de Finib.Diligenter,*1.*in Catil.Diligentissimè,*11.*Famil.Extrinsecus,*4.*Acad.*

PERCIPIOR,ris.Orat.8.Quæ neque oculis,neque auribus, neque vllo sensu percipi potest 4. Acad.34. Id tamen percipi ac comprehendi potest.

✠ADVERB.*Rectè,de Amic.Summatim ius,*1.*de Orat. Tardè,pro Q.Rosc.Com.*

☞ Syntaxis. *Percipere omnium nomina popularium, luctum. Percipere & condere fructus. Percipere consilium. Cognoscere & percipere aliquid.*

PERCITVS,a,um.*incitatus, concitatus.* pro Mil.64. Animo irato & percito facere aliquid.

PERCOMMODE.*valde commodè.*4.Tus.64.Itaque siue casu accidit,siue consilio,percommodè factum est.pro Cec.77.Hoc loco percommodè accidit,quòd,&c.2.I.V.5.Verùm hoc adhuc percommodè cadit,quòd cum incredibili eius audacia, singularis stultitia coniuncta est.

PERCOMIS.de Cl.212.Qui peritissimus iuris, idémq; percomis habitus est.

*PERCOQVOR, eris. Oecon.3. Nullo modo faciliùs posse terram à Sole percoqui.

PERCREBRESCO,scis.*increbresco,diuulgor.*4.I.V.56. Res percrebuit,in ore atque sermone omnium cœpit esse. Attic. lib.1.ep.1. Cum hoc percrebresceret plurimos nostros amicos inueniri. pro Mur. 50. Cùm voces illius nefarij percrebuissent,qua,&c. & 3. Offic.58. Quod cùm percrebuisset, Pythias quidam,&c. Epist. lib.10.ep.10. Tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit magnam es laudem consecutus 6.I.V.94. Cùm hæc fama de cupiditate nostrorum hominũ percrebuerit.2. in Ver.1.Opi✠nio apud exteras nationes omnium sermone percrebuit. ‖ 1. in Ver.12.& 6.in Ver.68.

✠ADVER.*Omninò famam,*6.*in Ver.*

PERCREPO,as.*personо.*7.I.V.31.Lucus ille totus percrepabat mulierum vocibus,cantúque symphoniæ.

PERCVLSVS,a,um.*percussus.*Br. ep. 3. Timore magno perculsa ciuitas tota ad te se effundebat.2. I. C.2. Catilina iam se perculsum & abiectum esse sentit. pro Fl. 16. Græcia,quæ iamdiu suis consiliis perculsa & afflicta est. pro Mar. 24. Perculsus & prostratus. Att.lib.3.ep.2. Sum animo perculso & abiecto. & lib.6. ep.9.Vehementer perculsus.*aliter percussus.* Ep.li.4.ep.4.Ita perculsa & prostrata iacent omnia. Att.lib.7.ep.22. Improbos esse ✠quasi perculsos.‖ & Ep.lib.10.ep.18.2.de Glor.

Qui quondam Hectoreo perculsus concidit igne.

✠ADVERB.*Iamdiu,pro Flac.Vehementer,*5.*Famil.*

☞ Syntaxis. *Perculsus & abiectus. Perculsus & afflictus.Perculsus & prostratus.Perculsa & prostrata omnia.*

PERCVNTANDO.2.de Fin.2.Socrates percuntando & interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum differebat.Att.lib.6.ep.7.Sed tamen percuntando de nominibus Milonis aliquid proficies.2.de Orat.2.Doctoribus nostris ea ponere in percuntando.

PERCVNTANS,tis.1.de Ora.97.Quo in genere vnquam mihi percuntanti aut quærenti aliquid defuisti.2.de Orat.287. Quærentibus & quasi percuntantibus lentè respondere. Epist. lib.7. ep.16.Negant te percuntantibus respõdere. de Sen.20. Sic enim percuntanti respondetur.

PERCVNTATIO,onis. *interrogatio.*3. de Orat.201. Rogatio, & huic finitima quasi percuntatio. & 2. de Orat.327. Seruilis percuntatio.de Vn.2. Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percuntatione cõsumpsimus. pro Clu.184.Adiungere aliquid,quod non percuntatione quæsitum, sed dolore expressum videretur.de Cl.218.Sermo ductus è percũtatione filij quid in senatu esset actum. 2 .de Inu.150. Percuntatione. *aliter, Per contentionem.*

✠ADIVN.*Finitima alicui,seruilis,*3.*de Orat.*

PERCVNTOR,aris.*quero,sciscitor.* 1. de Orat.100. Nunquam te, nisi omnia quæ percuntati erimus,explicãris, dimittemus. de Som.1.& 1.Ac.2. Deinde ille me de nostra repub. percũtatus est. de Clar.172.Cùm Theophrastus percuntaretur ex anicula quadam,quanti illud venderet,&c.2. ad Her. 22. Et ab aduersariis percuntabatur accusator,quid futurum sit,si,&c.2.de Diu.76.& 2.con.Rul.93.Is solebat ex me percuntari nostri augurij disciplinam,& ego illius.Part.47. Cùm interrogamus nosmetipsos, aut percuntamur.Epist.lib.8.ep.7.Percuntari singulos.

☞ Syntaxis. *Percuntari aliquem de.Ex aliquo , ab aliquo. Percuntor & interrogo.*

PERCVPIDVS,a,um. Ep.lib.1.ep.7. Cognoui Hortensium percupidum tui.

PERCVRIOSVS,a,um.*curiosus.*pro Cl.175. Nicostratus quidam fidelis Oppianici seruulus percuriosus,& minimè mendax,multa dicitur,&c.

*PERCVRRENDVS,a,um. Incer. Si mihi vitæ spacium duplicetur,vel iis tantum modò poëtis non esset suffecturum.

PERCVRRITVR.1.de Or.328. Si sic cõstituitur aliquãdo,ac non ista breuitate percurritur.

PERCVRRO,ris:percurri,percursum. *percenseo,obeo,strictim attingo,breuiter decurro.*pro Cec.94. Id tametsi extra causam est,percurram tamen breui.2.de Di.96. Hæc percurrere oratione facile est pro Cor.50. M. Crassus,à quo hęc,quæ ego nunc percurro, subtilissimè sunt omnia perpolita. Or.47. Orator percurrat omnes locos.2.de Or.177. Hæc properans percurro.3. ad Her.37. Et identidem primos quosque locos imaginum renouandarum causa celeriter animo percurramus.1.de Orat.218. Est boni oratoris,multa auribus accepisse,multa vidisse,multa animo & cogitatione,multa etiam legendo percurrisse.3.de Or.49. Partes, quas modò percucurri,vel potiùs penè præterij.5. I.V.100. Per omnes ciuitates percurrit oratio mea.

✠ADVER.*Breui,pro Cæc. Valde breuiter,*1.*de Orat.*

PERCVRSATIO,onis. *peragratio.*2. in Anton. 62. Italiæ rursus percursatio.& 100. O claram illam percursationem.

✠ADIVN.*Clara,*2.*Philip.*

PERCVRSIO,onis.4. Tusc.31. Propter animi multarum rerum breui tempore percursionem.

PERCVRSVS,a,um.*perceptus.*2. de Or.140. Quæstiones omnes animo percursas, & propè decantatas habere. 1. de Or.205. Ea quæ valde breuiter à te Crasse de ipsa arte percursa sunt.

☞ Syntaxis. *Breuitate nimia percurritur. Breui percurrere. Oratione percurrere. Locos percurrere. Percurrere animo,cogitatione,legendo. Multa animo percursa.*hoc participium patiens aduerte.

PERCVSSIO,onis.3.de Or.180. Sed sunt insignes eorum numerorum percussiones. Or.198. Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionũ modi.3. Tusc.62. Percussiones capitis.3. Off.67. Si dares hanc vim M. Crasso, vt digitorum percussione posset hæres scriptus esse.

✠ADIVN.*Insignes numerorum,*3.*de Orat.*

PERCVSSOR,oris.*interfector.*pro S.R.93. Ij quos qui leuiore nomine appellant,percussores vocant.pro Dom.13.& 2.in Ant.74. Quippe in his ipsis temporibus domi Cæsaris percussor ab isto missus,deprehensus dicebatur esse cum sica.

PERCVSSVS,a,um.*percussus.*3.de N.57. Is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris. pro Mur. 49. Homines percussi Syllani temporis calamitate.1.Ac.11. Percussus grauissimo fortunæ vulnere.& Epist.lib.9.ep.25. Percussus atrociss.literis. 2. de Or.279. Cùm Cato percussus esset ab eo qui arcam ferebat. 3. I.C.19. Turres de cœlo esse percussas. pro Dom.13. A quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dixit.2. de Or.197. M. Aemilium lapide percussum esse cõstabat.pro Mil. 66. Deinde gladio percussus est ab vno de illis.

✠ADVERB.*Vehementer,*6.*Attic.*

PERCVTIO,tis.*ferio,cædo.*3.de Na.84. Hunc igitur Iupiter fulmine non percussit.pro S.R.97. Non quæro quis percusserit,cuius manu sit percussus non laboro.5.Tusc.33. Quodcunque nostros animos probabilitate percussit,id dicimus.pro Mil.80. Qui vos mortuus inani cogitatione percussit.

☞ Syntaxis. *Numerorum percussiones. Percussi populi calamitate,fortunæ vulnere,literis. Turres de cœlo percussæ. Appetitus & percussus lapidibus. Id meum animum probabilitate percussit. Ille te inani cogitatione percutit.*

PERDIFFICILIS,le.)(.*perfacilis.*pro Pla.5.& 1.de Nat.1. Perdifficilis & perobscura quæstio. Part.orator. 84. Quæ perdifficilia sunt,perinde habenda sæpe sunt,ac si effici non possint.

PERDIFFICILITER.4. Ac.47. Aut si ea quoque possit,cur illa non possit,quæ perdifficiliter:internoscantur tamen.

PERDIGNVS. Epist.li.13.ep.6. Suspicor ipsum hominem perdignum esse tua amicitia.

PERDILIGENS.* ad Q.fr.lib.3.ep.5. Res operosa est, & hominis perdiligentis.

PERDILIGENTER.de Cl.14. Att.lib.1.ep.9.

PERDISCENDVS,a,um. 1. de Orat. 249. Num igitur, si, &c, Magonis Carthaginensis sunt libri perdiscendi.2.de Orat. 142. Voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiicere.1. de Orat.69. Hic locus de vita & moribus totus est oratori perdiscendus.

PERDISCO,scis. Ep.lib.7.ep.14. Si maluisses beneuolentiæ quàm litium iura perdiscere.1.de Fin.27. Illa perdiscere ludus. Qu.fra. lib.3.ep.1. Mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant.1. de Orat.250. Contortas res, & sæpe difficiles necessariò perdiscimus.

✠ADVERB.*Diligenter,*4.*de Finib. Necessariò res contortas,*1.*de Orat. Omninò nunquam,*3.*de Orat.*

PERDISERTE.1.de Orat.62. Perdisertè populo rationem operis sui reddidisse.

PERDITE.*flagitiosè,nequiter.*Att.lib.9.ep.2. Qui hic potest se gerere non perditè?

PERDITOR,oris.pro Pl.89. Ergo ego committerem vt perditor reip.nominarer,qui seruator fuissem? in Vat.7. Etsi ego te perditorem & vexatorem Reip.fero, tu me conseruatorem & custodem feras.

PERDITVS,a,um.tior,simus.*profligatus.*Attic.lib.8.ep.11. Nihil fieri potest miserius,nihil perditius,nihil fœdius.2.contra Rull. 54. O consilia dissoluta & perdita.4. Tusc.55. Adolescens perditus & dissolutus.5. Ver.65. Tu omnium profligatissimè & perditissimè.2. Ver.8. Iudicia perdita & profligata.pro Sest.2. Aliquis scelere & egestate perditus.pro S. R. 38. Omnia in eo ad perniciem profligata atque perdita. pro Mur.86. Morbo confectus, lacrymis ac mœrore perditus. 5. Tusc.29. Perdita valetudo. Antequam.17. Nemo tam perdita autoritate inuentus est,qui, &c. pro Cecin.90. Exoritur hìc iam obrutis rebus omnibus ac perditis illa defensio, &c. 2. in Verr.13. Classes amissæ ac perditæ.

✠‖ pro Rab.Post.23. Profligatus & perditus. Frag.epist. Perdita impiáque consilia. Incer. Aduersæ & perditæ res.

✠ADVER.*Planè ære alieno,*2.*Phil. Maximè,*3.*Famil.*

☞ Syntaxis. *Nihil illo perditius. Perditus ac dissolutus. Consilium dissolutum ac perditum. Iudicium perditum ac profligatum. Lacrymis perditus. Scelere perditus & egestate.*

PERDIV,*valde diu.*Att.lib.3.ep.22. Per Thessaliã si irem in Epeirum,perdiu nihil eram auditurus.de Orator. lib.1. 8. Boni oratores perdiu nulli,&c.

PERDIVTVRNVS,na,num.pro Sest.58. Bellum perdiuturnum. 2.de Nat.85. Natura aut sempiterna sit necesse est hoc eodẽ ornatu,quem videmus:aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum & immensum penè tempus.

PERDIVES.Att.lib.6.ep.1. Amici regis duo trésve perdiuites:sed ij suum tam diligenter tenẽt,quàm ego,aut tu.6.I.V.59. Mulier est Segestana perdiues & nobilis, Lamia nomine.

PERDO,dis.*amitto,deperdo,offensionem accipio, iacturam alicuius rei facio,damnum facio,detrimentum facio vel accipio, aliquid damni cõtraho.*Postquam ad Quir.20. Recuperata verò sua dignitate se nõ commissurum,vt cùm ea quæ amiserat sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset. de Ar.37. Aut quòd oculos non perdidisti. Epist.lib.1. ep.9. Vt mihi stomachum facerent,quem ego funditus perdidi.& lib.5.ep.15. Nisi id verbum in omne tempus perdidissem.& ep.5. Quæ ego si non profundere ac perdere videbor,omnibus meis viribus sustinebo.& ep.16. Minus autem miseri, qui his temporibus liberos amiserunt, quàm si eosdem bona, aut denique aliqua rep. perdidissent.4.ad Her.58. Vitam amisit, at non perdidit. Epist. lib.4.ep.6. M. Cato summa virtute filium perdidit.& *ibid.* Existimabam omnes me,& industrię meæ fructus,& fortunę perdidisse. Epist.lib.9.ep.16. Nũc cùm tam æquo animo bona perdas,non eo sis consilio,vt,&c. Ep.lib.10.ep.23. Ne quid ex amore tuo perdam. pro Mur.23 Quòd ius ciuile didicisti,operam perdidisti.1. de Orat.126.& Parad. 5. Perdere operam apud aliquem doctorem. Ep.lib.7.ep.1. Perdere oleum & operam.3. de Orat.144. Si non potuero,tempus non perdam. pro Quint.Ros. 10. Perdere causam.1.de Orat.167. Perdere litem. Att.lib.11.ep.7. Perdere iudicium bonorum.pro R.P.24. Perdere libertatem.de Sen.21. Perdere memoriam.

¶ *Disperdo,prosterno,affligo,profligo.*pro S.R.131. Iupiter vrbes deleuit,fruges perdidit. Attic.lib.6.ep 1. Ciuitates funditus perdidissem. pro S.R.33. Mors Quin. Scæuolæ omnes ciues suos perdidit & afflixit.2.I.C.1. Sine dubio perdidimus hominem, magnificè vicimus.1.de Fin.49. Multi parentes,multi amicos,nonnulli patriam,plerique seipsos penitus perdiderunt.2. Offi.84. Si hoc non fuerit,vt locupletes suum perdant,debitores lucrentur aliena.

✠ADVER.*Funditus,*6.*Att. Funditus iudicium,*11.*Att. In-perpetuum,pro Plan. Miserè,*3.*Attic. Penitus se,*1.*de Finib.*

☞ Syntaxis. *Perdere oculos,stomachum,verba lætitiæ. Amisit,non perdidit vitam. Ex amore multum perdere. Operã perdere,oleum & operam,tempus,causam,litem. Amittere ac perdere. Perdere & affligere. Suum perdere.*

PERDOCEO,ces. *edoceo.* pro Sest. 96. Res difficilis ad perdocendum.pro Corn.60. Aliquis rerum varietate atque vsu ipso iam perdoctus.

PERDVCO,cis. pro Cluent.37. pro Planc.99. Is Thessalonicam me in quæstorium que perduxit.4.Tuscul. 51. Aiacem quidem ira ad furorem mortẽmque perduxit. Attic.lib.16.ep.8. Octauius veteranos

veteranos perduxit ad suam sententiam. 4. in Ver.69. Expositis suis difficultatibus hominem ad H-S.LXXX.perducit, eamque ei pecuniam numerat.de Senect.60. Is ad centesimum annum vitam perduxit.pro Quint.27.Perducere aliquam ad suas cõditiones iniquis rationibus.de Amic.110.Perducere aliquem ad amplissimos honores.Att.lib.5 ep.21. Scaptius rogat,vt eos ad talenta c c.perducam.1.cont.Rul.27. Quæ vitæ via facillimè viros bonos ad honorem dignitatemque perducit.

PERDVCOR,ris.Epist. lib.10.ep.1. Quæ si ad tempus tuum perducitur,facilis gubernatio est.*ibid.*li 9.ep.20.Ita vsque ad assum vitulinum opera perducitur.*ibid.*lib.12.ep.19. Dum ad te legiones perducantur,quas audio duci.

☞ Syntaxis. *Ad suam sententiam aliquem perducere,ad æquas conditiones,ad decem talenta.*

PERDVCTOR, oris. *qui vel inuitum ducit.*3. in Ver.33.Lenones, aleatores,perductores.

PERDVELLIO.nis.*crimen imminutæ maiestatis.*I.P.4. C. Rabirius perduellionis reus. pro Mil.37. Actionem perduellionis alicui intendere.pro Rab.9.Perduellionis iudicium à M.Tullio Cicerone sublatum.*& ibi de perduellione multa.*3. de Leg. 36.& 4. ad Her.13.Nam qui perduellionibus venditant patriam, non satis supplicij dederit,si,&c.

PERDVELLIS,lis.*hostis patriæ,qui maiestatem minuit.* 3. de Offic. 107. Nam pirata non ex perduellium numero definitus,sed communis hostis omnium. 1. Officiorum 37. Equidem animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset,is hostis vocaretur,lenitate verbi tristitiam rei mitigante.

PEREDO,dis.*exedo.*3.Tusc.26.

Lacrymæ peredere humore exangues genas. Poëtæ.

PEREGRE,*in peregrinatione,foris.*5.in Ant.30.L. quidẽ frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit,familiam ducit.

PEREGRINATIO,onis.Att.lib.9.ep.12. Hæc fuga,quam tu peregrinationem ὐποσπίσαν appellas.5.Tusc.107.Exilium non multum à perpetua peregrinatione differt.2. de Fi.109. Turtures cursu & peregrinatione lætantur.1.in An.101. At quàm nobilis est tua illa peregrinatio.de Am.103.Peregrinationes rusticationésque.Att.lib.2.ep.4. Curabo,vt eius peregrinationis tibi opus exter.& li.6.ep.2.In hac autem peregrinatione militiaue nostra sæpe incensum ira vidi,sæpe placatum. Att.lib. 16. ep.3. Omne tempus in peregrinatione consumemus.

✝ADIVNC.*Communes,de Amic.Mediocris,1.Tusc.Nobilis,2.Philip.Obscura,& sordida,perpetua,2.Famil.*

PEREGRINATOR,oris.Ep.lib.6.ep.18. Non tam sum peregrinator quàm solebam:ædificia mea me delectant.

PEREGRINITAS,tis.*mores peregrini, vel peregrinorũ multitudo.* Ep.lib.9.ep.15.Tunc cùm in vrbem est infusa peregrinitas.

PEREGRINOR,aris.*peregrinator, vel peregrinus fum.* de Cla. 51. Eloquentia peragrauit omnes insulas,atque ita peregrinata tota Asia est,vt se externis oblineret moribus.3. de Fin.40. Philosophia peregrinari Romæ videbatur.pro Rab.28.Peregrinari in aliena ciuitate.1.de Nat.54.Longè latéque peregrinari.5. Tusc. 114.Ille infinitatem omnem peregrinabatur, vt nulla in extremitate consisteret.4.Acad.3. Tanta vis ingenij peregrinata abfuit ab oculis fori.pro Mil.33.An verò tu sol⁹ ignoras:tu hospes in hac vrbe versaris:tuæ peregrinantur aures:neque in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur?

✝ADVERB.*Delicatè,ineptè,2.Attic.Latè, longè,1.de Natur.*

☞ Syntaxis. *Tota Asia peregrinari,in Asia.Romæ,longè,latéque. Infinitatem peregrinari.*

PEREGRINVS,a,um. *aduena,hospes, alienus, externus.*1. Offi. 37. Hostis apud maiores nostros is dicebatur,quem nunc peregrinum dicimus.2.cont.Rul.93.Nos autem iam non hospites, sed peregrini atq; aduenæ nominabamur.& 1.con.Rul.13. Lex qua peregrini Roma eiiciuntur.1.de Or.218.Orator nulla in re tyro ac rudis, neque peregrinus atque hospes esse debet.6. I.V.77. Nemo neque ciuis,neque peregrinus. Att.lib.6. ep. 3. Est enim quiddam,aduenientem non esse peregrinum atque hospitem. 1.Offi.125. Peregrini & incolæ officium est, nihil preter negocium suum agere.‖ pro Syll.22.At hic etiam id quod tibi necesse minimè fuit,facetus esse voluisti, cùm Tarquinium & Numam,& me tertium peregrinum regem esse dixisti.*ibid.* Nam & ita sum non tam est admirandum regem esse me, quia vt tu vis etiam peregrini reges Romæ fuerũt,quàm Consulé Romæ fuisse peregrinum.

☞ Syntaxis. *Peregrinus & aduena. In re nulla tyro, aut rudis,peregrinus,aut hospes.*

PERELEGANS,tis.*perpolitus.*pro Pl.58.L.PERSVETILIS. & 2. de Orat.270.

PERELEGANTER.de Cl.195.Pereleganter dicere.

PERELOQVENS.de Cl.247.

PEREMTVS,a,um.de Aruſp.23.Si ludi non intermissi, sed peręti atque sublati sunt.1.Tusc.89.Nec potest esse miser quisquã,sensu peremto.1.de Diu.18.Luna,&c.stellanti nocte peremta est.

PERENDIE *perendino die.*Att.lib.12.ep.43. Scies igitur cras summùm perendie.& lib.13.ep.30. Vt spero perẽdie. Ep.lib.16 ep.17. Hodie,eras,perendie.

PERENDINVS,a,um.pro Mur.27. Tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nũc statuere non potuisse,vtrum diem tertium an perendinum dici oporteret.

PERENNIS,ne.*perpetuus,continuus,iugis,continuatus.*pro Flac. 25. Ab hac perenni contestatáque virtute maiorum non degenerauit L.Flaccus.de Pro.23. Meus in remp. animus pristinus & perennis.Postquam in Sen.8 Si illud de duobus Consulibus perenne ac proprium manere potuisset. de Som. 18. Sermo nunquam de vilo perennis fuit.2. de Diu. 64. Tarda ac sera nimis, sed fama & laude perenni.3.de Orat.183.Loquacitas perennis & profluens.de Cl.332.Contine te in tuis perennibus studiis.2. de Nat.56.Stellarũ perennes atque perpetui cursus.6.I.V.107.Aquæ perennes.1.Tusc.12.Continuata motio & perennis. Ep.lib.1.ep.9. Ille perennis inimicus amicorum suorum.2.de Nat.9. Perenne auspicium.*ibid.*Nulla perennia seruantur.

☞ Syntaxis. *Pristinus ac perennis animus meus erga te. Perẽnis ac profluens loquacitas. Studia tua perennia. Perennes & perpetui fluui.*

PERENNITAS,tis.*perpetuitas.*2.de Nat. 98. Adde hùc fontium gelidas perennitates.

✝ADIVNC.*Communes,de Amic.Gelidas,2.de Nat.*

PEREO,ris.*intereo.*Att.lib.14.ep.10.Liberalia tu accusas,quid fieri tum potuit:iam pridem perieramus. 3. de N.81. Varius summo cruciatu supplicioque periit. Ep.lib.9.ep.18. Scipio & Afranius fœdè perierunt.Quint.frat.lib.1.ep.1.25. Vt & publicanis satisfacias,ac socios perire non sinas.Att.li.1.ep.17. Ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit. & lib.11.ep.9. Meo vitio pereo.5. in Anton.11.Tantam pecũniam populi Rom.tam breui tempore perire potuisse.

✝ADVER.*Certè, 6.Att.Breui,de Senec. Crudelissimè, pro Syll.Fœdè,præclarè, 9. Famil. Funditus, planè,3. Att.Necessariò,4. Tusc.Prorsus,2.de Repub.Ad summũ quatriduò,pro Mil.Tacitè,occultéque,pro Quint. Turpiter,2.Catil.*

☞ Syntaxis. *Tuo vitio peris.*

PERERVDITVS,a,um.Att.lib.4.ep.14.

*PEREXIGVE.Att.lib.16.ep.1.Xenocratem perexiguè & γλίχρως præbere minutatimque.

PEREXIGVVS,a,um.2.de Nat.81. Perexiguum semen. Quint. frat.li.1.ep.4.Aut nulla aut perexigua pars.I.V.act.2.6 Dies perexigua.ead.24.Sollicitabar reb⁹ maximis vno atq; eo perexiguo tempore. Tusc.lib. 2.30. Bona corporis & fortunæ perexigua & perminuta.2. de Finib. 45. Vt perexigua pars ipsi relinquatur.

☞ Syntaxis. *Perexiguum & perminutum.*

PEREXPEDITVS,a,um.3.de Fin.36.Sed hæc quidem est perfacilis & perexpedita sententia.

PERFACETVS,a,um.pro Planc.35.Si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum.

PERFACETE.3.I.V.121.Perfacetè dicta.

PERFACILIS,le.1.de Or.93. Carneades dicere solebat, me sibi perfacilem in dicendo, te autem perpugnacem in disputando esse visum.Orat.122.In perfacili cognitione versati, *id est facilè cognosci.*

PERFACILE.*aduerb.*3.I.V.153.

PERFAMILIARIS,re.5.de Fin.94.Fam.lib.13.ep.51.de Cla.orat. 168.Qu.fr.lib.2.ep.12.pro Quint.24.

PERFECTE.*absolutè,plenè,cumulatè,ex toto.*1.de Diu.23. Nũquam perfectè veritatem casus imitatur. 1. de Or.130. Roscius nihil nisi perfectè,nihil nisi cum summa venustate faciebat.de Clar. 281.Perfectè planéque eruditus.4.de Fin.18. Perfectè absolutus. de Cl.101.Oratio neque nimis infans,neque perfectè diserta.

PERFECTIO,onis.*expletio,absolutio.*)(*inchoatio,adumbratio.*1. de Orat. 130. Hanc ego absolutionem perfectionémque in oratore desidero. de Cl. 137. In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atq; absolutio.3.de Fin.32.Sic ea quæ proficiscuntur à virtute,susceptione prima,non perfectione sunt iudicanda. pro Mar.26.Tãtum abes à perfectione magnorum operum, vt fundamenta,quæ cogitas, nondum ieceris.Orat.103.Rei alicuius si non perfectio, at conatus tamen & adumbratio.&‖3. de Orat. 190.

✝ADIVN.*Constans,& absoluta,*1.de *Inuent. Difficilis, de Clar.Non dissimilis,*3.de *Legib. Excellens mentis,*5. *de Finib.Facilior,*2.*Tusc.*

☞ Syntaxis. *Perfectè planéque eruditus. Perfectè absolutus.*

PERFECTOR,oris 1.de Orat. 257. Stylus perfector dicendi, ac magister.Attic.lib.8.ep.11.

PERFECTVS,a,um. *absolutus, perfectè absolutus, planus, summus, complexus, expletus, cumulatus, elaboratus, perpolitus, maturus, verus, expletus omnibus suis partibus, quod, vt Stoici dicunt, omnes numeros habet, quod omnes habet in se numeros virtutis, recte facta quæ Graci appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continens.*) (. *inchoatus, imperfectus, adumbratus, conatus.*2. de Inu.3. Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. 1.3. Illud cui nihil addi possit, quod ego summum & perfectissimum iudico.6.I.V.116. Mitto inquã, hæc omnia, quæ ab isto pertrienium perfecta sunt.1. de Ora.37. Tamen ipsam exactionem mente, non lingua perfectã videmus. Att.lib.7,ep.3. ac primùm illud, etsi cupidissimè expeditum à me sit, & approbatum à te, ne diutius anno in prouincia essem, tamen non est nostra contentione perfectum. Qu.fr.li.2.ep.3. Eo die nihil perfectum est. & lib.3. ep.1. Omnino spero paucis mẽsibus opus Diphili perfectum fore.1.de L.22. Ratio cùm adoleuit atq; perfecta est, nominatur ritè sapientia.de Vn.36. Quibus prætermissis, cœli absolutio perfecta non erit.1. Or.13. Athenis summa dicendi laus & inuenta est, & perfecta.pro Cl.18. Hoc totum malum à matre cõflatum & perfectum.2.de Nat.d.37. Quod vndique aptum atque perfectum, expletúmq; sit omnibus suis numeris & partibus.1.de Or.131. Quis ad ista summa atque in omni genere perfecta potest peruenire?de Opt.3. Vnũ est genus perfecti: à quo qui absunt, non genere differunt, vt ab Acciq Terentius, sed in eodem nõ sunt pares.1.de Or.59. Orator plenus atque perfectus is est, qui, &c. & *ibid.* Perfectus homo in dicendo, & perpolitus. & 35. Statui ita oratorem in omni genere sermonis atque humanitatis esse perfectum.1. Tusc.109. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere.2.de Diu.130. Ad hæc nõ mediocri opus est prudẽtia, sed ingenio præstãti & eruditione perfecta.2. de N.d.33. & de Cl.129. A primis inchoatisq; naturis ad vltimas perfectásque procedere.de Cla,247. Præclara inchoata multa, perfecta non planè, M. Memmius perfectus literis Græcis, de Clar.114. Rutilius penè perfectus in Stoicis,2.de Diu.150. Philosophi qui propè iam absoluti & perfecti videntur.1.de Fin.21. Homò eruditus, in Geometriaque perfectus. I. P.59. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus.de Pr.29. Vt ea quæ per eum effecta sunt, perfecta reipub.tribuantur. Or.168. Perfectus completúsq; verborum ambitus.1. de In. 60. Perfectus & absolutus. pro Pomp.36. Summus atque perfectus imperator.pro Sest.86. Perfecta cumulatáque virtus.2. de Fin.48 Expleta & perfecta forma honestatis.5. Tusc.39. Hic igitur, &c. fit perfecta mẽs.1. *absoluta ratio.*3.de Or.16. Vterque in suo genere perfectus.5. Tuscul. 37. Natura in suo quodque genere perfectum esse voluit. & *ibidem.* Omniáque in omnibus, quantum in ipsis est, nulla vi impediente, perfecta sunt. pro Pomp. 1. Perfectum ingenio, elaboratum industria.6. I.V. 64. Candelabrum è gemmis clarissimis, opere mirabili perfectum.1. de Or. 204. Socratem illum solitum aiunt dicere, perfectum sibi opus esse, si quis, &c. de Cl.70. Nihil est simul & inuentum, & perfectum. de Cl.318. Iam videbatur illud in me perfectum esse, & habere maturitatem quandam suam. Epist.lib.5.ep.12. Videbant Italici belli historiam iam penè à te esse perfectam. & li.1.ep.1. Quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesti. de Amic. 81. Omnia præclara, rara: nec quicquam difficilius est, quàm reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum.1. Offi. 46. Quoniam non viuitur cum perfectis hominibus, plenéque sapientibus, &c. & *ibid.* Homo non perfectus, nec sapiens. & lib. 3.14. Quod perfectum atque absolutum est, &, vt Stoici dicunt, omnes numeros habet. Qu. de Pet.45. Volo enim hoc cõmentariolum petitionis haberi omni genere perfectum. de Vn. 14. Vt vnum opus totum atque perfectum, ex omnibus totis atque perfectis absolueretur.1. de Fin.21. Homo in Geometria perfectus. Hortens. Actæ perfectæque res.

✝ADVERB. *Cumulatè, plenè,*2.*de Diuin. Diligentissimè argumenta,*6.*Ver. Facilè,*1.*Famil. Græcè,*1.*Attic. Planè signa, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Omnia ex parte perfectum. Summum & perfectum. Perfectum atque expletum omnibus suis numeris & partibus. Ad summa & perfecta peruenire. Plenus & perfectus orator. Perfectus in dicendo, & perpolitus. Vltimum & perfectum. Literis perfectus Græcis. In literis perfectus. Ad persuadendum concinnus, perfectus, politus. Perfecta cumulataque virtus.*

PERFERENS,tis.2.de Or.184. Perferens iniuriarum.

PERFERO,fers. *perpetior, tolero, obduro.* Att.lib.5.ep.21. Fortasse tibi molestus sum, qui hæc prædicem de me: perfer, si me amas.2.de Ora.77. Ac mihi quidem nõ ita molesti sunt, facilè omnes perpetior ac perfero.pro S R.10. Id quod suscepi, quo ad potero perferam.2.I.C.23. Pruinas ac niues perferre.2. Tus.17. Expecta fortasse dum dicat. Patietur, perferet, non succumbet. &c. pro Sest. 145. Pertuli crudelitatem inimicorum. & *ibid.* Pertuli pœnarum satis.pro Dom.106. Perferre impetum in aliquem *id est, in eum irruere.* Att.li.1.ep.16. Perferre legem. & lib.6.ep.1. Si Curio legem pertulerit.pro Dom.24. Si quæ promulgasti, perferre potuisses. Ep.lib.11.ep.29. Et Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Ep. li.1.ep.9 Hæc cùm ad me frater pertulisset, collegi ipse me, &c.

✝‖6.Ver.126.

PERFERORris. Ep.lib.2.ep.5. & 6. Cùm has ad te quamprimùm literas perferri magnopere vellemus. & ep.9. In his enim sum locis, quò, & propter longinquitatem & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur. Brut.ep.18. Tamen existimaui à me quoque tibi huius molestiæ nuncium perferri oportere.* pro C. Cornel.1. Est vtique ius vetandi, cum ea lex feratur, quandiu ✝non perfertur. ‖Ep.lib.6.ep.14 & li.7.ep.11. & lib.6 ep.21.

✝ADVERB. *Diligẽtius literas,*5.*Att. Fidelius literas,* 11.*Famil. Tardissimè omnia* 2.*Famil.*

☞ Syntaxis. *Perpeti facilè & perferre. Perferre niues, prouinciam susceptam. Pœnarum perferre satu. Hæc ad me sunt perlata.*

PERFICIENDVS,a,um. pro Cluent.194. Hostiæ cæsæ ad scelus perficiendum. pro Syl.76. Itaque eos ad perficiendum scelus furiæ quædam incitarũt. pro Cæl.53. Perficiendi & occultandi maleficij spes. pro Ar.28. Nã res nostras gestas attigit hic versibus. & inchoauit: quibus auditis, eum ad perficiendum sum hortatus. Att.lib.15.ep.18. Ista nobis ad pridie Calendarum tractanda & perficienda sunt.

PERFICIO,cis. *absoluo, conficio, transigo, efficio, perago, extrema persequor, absolutionem alicuius rei perficio, perpolio, munus susceptum expleo.* pro Deiot.21. Perficere cogitata. Antequam.30. Antea laude dignissimi ducebantur, qui se perfecerunt: nunc scelerati dicuntur, qui hæc administrarunt.2.de Diuinat.17. Ea enim prædicant, quæ naturæ necessitas perfecerit. est. Ep.lib.6.ep.7. Perficere onus vel munus.1.cont.Rul.27. Quod si quis, &c. perficiam profectò, id quod, &c. vt, &c.2.de Diuin.110. Callidè enim qui illa composuit, perfecit, vt quodcunque accidisset, prædictum videretur. Orat.105. Demosthenes multa perficit. nos multa conamur: ille potest, nos volumus, &c. Or.210. Id nos fortasse non perficimus, conati quidem sumus. de Clar.333. Quorum tamen ipsorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum erat. Att. lib.13.ep.18. Ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem. Qu.fr.lib.3.ep.8. Institutũ poëma perficere. 2.de Diuin.5. Si instituta perfecero.

✝ADVERB. *Callidè,*2.*de Diuin. Castè, rite nihil, pro Dom. Perspicuè, & protinus benevolum,* 1.*de Inuent. Omninò,*2.*de Orat. Omninonihil, Top.*

PERFICIOR,ris.2.de Nat.36. In natura necesse est absolui aliquid atque perfici.

☞ Syntaxis. *Perficere munus & onus. Instituta perficere.*

✝PERFIDELIS,le. ‖ Att.lib.2.ep.19. Posthac ad te, aut, si perfidelẽ habebo cui dem, scribam planè omnia: aut si obscurè scribam, tu tamen intelliges.

PERFIDIA,diæ. *fraus, destitutio.* Qu.fr.lib.2. ep.3. Cato Pompeij in me perfidiam increpauit.2. de Or.101. In quo illa magna offensio est, vel negligentiæ susceptis rebus, vel perfidiæ receptis. pro S.R.110. Istius fide ac potius perfidia deceptus sum. 11. I. A. 5. Dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ. Epist.lib.1.epist.2. In tanta hominum perfidia & iniquitate. Attic.lib.8.ep.16. Perfidiæ suspicionem fugere.2.I.A.72. Vtriusque vestrũm perfidia in Dolabellam.* pro A. Gabin. Si quid est commissum, id non imprudentiæ, sed perfidiæ assignari solet.

✝ADIVN. *Similis,*3.*in Ver. Summa, pro Qu. Rosc. Tanta,*7.*Famil.*

PERFIDIOSE. *fallaciter.* 1. ad Heren.8. Spurcè, superbè, perfidiosè.

PERFIDIOSVS,a,um. *perfidus.*3. de Nat.80. Homo perfidiosissimus C. Marius. & 2.de Orat.297. Homo improbus & perfidiosus. & Ep.lib.3.ep.10. Perfidiosus, infidiosus, fallax.

✝ADVER. *Aequè & nefarium, pro Qu. Rosc. Com.*

PERFIDVS,a,um. *perfidiosus.* Postquam ad Quir.21. Perfidus amicus. pro Qu.26. Si fide societas colitur, qui socium prodit, perfidus est.3. Offi 60 Omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.

☞ Syntaxis. *Dextræ fidei testes perfidia sunt violatæ. Perfidia & iniquitas.*

PERFLABILIS,le. *per quod flatus penetrare potest, tenue.*2.de Di. 40. Epicurus deos induxit perlucidos, & perflabiles.

PERFLAGITIOSVS,a,um. pro Cæl.50. vide FLAGITIOSVS.

PERFLVENS. *affluens.* 2. de Finib.118. Perpetuis voluptatibus perfluens.

PERFODIO,dis. *perforo, perfringo.* I. Vat.11. Licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis.

✝ADVER. *Impunè. In Vat.*

PERFO-

PERFORATVS,a,um.1.Tuscul.46. Viæ ad oculos à sede animi perforatæ.3.de N.9.Duo lumina ab animo ad oculos perforata.

PERFORE.Epist.lib.3.epist.5. Perfore accommodatum tibi scio, si, &c.

PERFORO, as.*perfodio,patefacio*.Ep.li.7.ep.1.Ex quo tibi Stabianum perforasti,& patefecisti Seianum. * Incer. Vt nauem perforet.

PERFOSSVS,a,um.2.de Fin.112.Atho perfossò.

PERFRACTE. Offi.lib.3.88. Perfractè aliquid defendere.

PERFREMO,mis.2.de N.89.Perfremunt Delphini.Accij.

PERFRICANS, tis. I.P. 61. Scriba caput sinistra manu perfricans,&c.

PERFRICO, as.5.I.V. 62. Cùm interea Apronius caput atque os suum vnguento perfricaret.3.Tuscul.41. Quæ tu idem cùm os perfricuisti,soles dicere.*id est, cùm pudorem & verecundiam deposuisti.*

PERFRIGIDVS,da, dum. ‖6.in Ve. 86.Hyems perfrigida, vt ✠ ipsum Sopatrum dicere audistis.

PERFRINGO,gis. *infringo,effringo,labefacto*.de Clar.38. Suauitas,quæ perfundat animos,non quæ perfringat.de Aru. 49. qui omnium obiecta tela semper vi & virtute perfregit. 2. de Diui. 85.Itaque perfracto saxo sortes eruperunt.1. I.C. 18. Deuincere & perfringere leges.& 4.in Cat.22. Perfringere & labefactare conspirationem bonorum.

☞ Syntaxis. *Deuincere & perfringere leges. Perfringere & labefactare bonorum conspirationem.*

PERFRVENDVS,a,um. 1. Off.25. Expetuntur diuitiæ tum ad vsus vitæ necessarios,tum ad perfruendas voluptates.

PERFRVOR,ris,perfructus sum.*vtor,potior*.de Cl. 9. Fortunati, quibus sapientiæ laude perfrui licuit.1.I.C. 26. Hic qua lætitia perfruére?quibus gaudiis exultabis?5.Tuscul.72.Omnésque sapientes iis gaudiis perfruuntur.Ep.lib. 5. ep. 12. Vt suauitate ingenij tui viui perfruamur.4.I.C. 11. Ita mihi Rep. salua vobiscum perfrui licet.Ep.lib.7.ep.1.Perfrui ocio.1.de L.56. Vita modica & apta virtute perfrui.I.P.45. Hisce ego rebus pascor, his delector,his perfruor,quod senatus,&c.

✠ ADVERB. *Mirificè fructu ocij,6.Famil.*

PERFRVCTVS.* Hortens.Amœnitate summa,perfructus est.

PERFVGA,gæ.*transfuga,qui ad hostes profugit*.Orato.223. Cur de perfugis nostris copias comparat contra nos? pro S. R. 117.Iste qui initiò proditor fuit,deinde perfuga.3.Off.86.Perfuga à Pyrrho venit in castra Fabricij.

PERFVGIO,gis.*transfugio*.pro Corn. 24.Qui hostes ad nostros Imperatores perfugissent.I.P.89.In oppidum Beroæ perfugisti.

PERFVGIVM,gij.*portus,præsidium,arx*.pro Cluent.7.Spero hunc locum eius fortunæ miseræ atque iactatæ portum ac perfugium futurum.1.Off. 58. Tota domus quæ spectat in nos solos, neque aliud potest habere perfugium.pro Rabir.4.Perfugium & præsidium salutis Reipub.pro Sylla.79. Munite communem arcem bonorum,obstruite perfugia improborum.pro Arch.16. Hæc studia rebus aduersis perfugium ac solatium præbent.4.I. C.2.Domus commune perfugium.2.de Diuin.150. Somnus est perfugium omnium laborum & solicitudinum.Epist. lib. 5. ep. 15.A portu & perfugio excludere aliquem.4.I.V.101. Postremò illo desperatissimo perfugio vti posset.1.de Ora.199.Senectuti verò celebrandæ quod honestius potest esse perfugium?pro S. R. 150. Vnum perfugium,vna spes reliqua est.1.Tusc.118. Portum potius paratum nobis & perfugium putemus.

✠ ADIVNC. *Commune, vnum,8. Famil. Desperatissimum,honestius,postremum,4.Ver.Honestum,1.de Or. Melius,aut paratius, 15.Attic.Paratum,1.Tusc. Paratissimum,3.in Ver.Præsens,12. Famil. Sanctum, pro Dom.Tantum oratorum,5.Ver.*

☞ Syntaxis.*Portus & perfugium.Perfugium & præsidium. Obstruere perfugia improborum. Studia literarum perfugium & solatium præbent. Laborum perfugium somnus.A perfugio excludere aliquem.*

PERFVNCTIO,onis 1.de Fin.49.Perfunctio laborum.3.de Or. 7.Honorum perfunctio.

PERFVNCTVRVS,a,um.Bruti ep.11.Et dignitatem perfuncturus es.

PERFVNCTVS, a,um.2. I.A. 119.Mihi iam optanda mors est, perfuncto rebus iis,quas adeptus sum,quásque gessi.de Clar. 8. Ætas nostra perfuncta rebus amplissimis.1.de Orat. 199.Senex perfunctus honoribus & Reipub. muneribus. pro Mar. 4. Qui eadem pericula,quibus nos perfuncti sumus ingrediuntur. Ep. lib.1.ep.8.Cùm & honoribus amplissimis,& laboribus maximis perfuncti essemus.Epist.lib.4.ep.5.Reminiscere illam omnibus bonis perfunctam esse.pro Mar.32.Resp.perfuncta est hoc misero fatáque bello.pro Dom. 134. Ab Hercule iam perfuncto laboribus sacra didicisse. Epist. lib.5. ep. 12. Cæteris verò nulla perfunctis propria molestia,&c.pro Clu.116.Aut quòd se perfunctos iam esse arbitrantur,cum de reo iudicarunt. pro Dom. 44.Equidem iam perfunctus sum,expleui animos inuidorum. Epist.lib.1. ep.9. Vt mihi tam multa pro se perpesso atque perfuncto concederet.* Hortens.Nobis perfunctis muneribus humanis.

PERFVNDO,dis.*respergo*.4. Tusc. 20.Perfundere animum voluptate.1.de Nat.113.Perfundere aliquem omni voluptate.de Cla. 38.Phaleræus suauis fuit:sed suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret.Att.lib.8.ep.6.Dij immortales, qui me horror perfudit?pro S.R.80.Mihi videris Etruci,vna mercede duas res assequi velle,nos iudicio perfundere, accusare autem eos à quibus mercedem accepisti.

PERFVNDOR,ris.de Cla.188. Multitudo audiens ducitur oratione,& quasi voluptate quadam perfunditur.2.de Fini. 7.Perfundi voluptate,vel iucunditate.3.I. V.67.Aqua feruenti à Rubrio ipso Philodamus perfunditur.

☞ Syntaxis. *Animus voluptate perfusus. Aliquem voluptate perfundere,suauitate,horrore. Horror illum perfudit.*

PERFVNGOR,ris.*vtor,exantlo*.de Sene. 77.Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis,munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur.

☞ Syntaxis.*Perfungi honoribus,periculis,laboribus,bello. Iam perfunctus sum. Multa pro te patior & perfungor.*

PERFVSVS,a,um.2.de Fini. 114. Cùm omnes sensus dulcedine omni perfusi mouerentur.4.ad Her.15.Cœpit postquam perfusus est,defricari.

PERGA,gæ.*vrbs*.3.I.V. 54. & Act. 6.71.

PERGAMENVS,a,um.pro Fl.70.Annos iam x x x. in foro Pergameno versaris. pro Flacc. 74. At qui homines? Pergameni. *Ibidem.* Ciuitas Pergamena.

PERGAMVM,mi.*vrbs in Asia*.pro Flacc. 71. Cur non Pergami? Smyrnæ,&c.& 1.de Diu.42.

PERGAVDERE.ad Qu.fr.lib.3.ep.1.

PERGENS,tis.3.de N. 64. Neptunum esse animum cum intelligentia per mare pergentem.

PERGO,gis.*eo,iter facio,tendo,peto,contendo, sequor, continuo*. pro Pl. 98. Qui antequam de meo aduentu audire potuissent, aliquorum dierum viam in Macedoniam ad Planciumq; perrexi.5.de Fini.96.In oppidum ad Pompeium perreximus omnes. 5.Tusc.13. Vt ad eas cursim perrectura beata vita videatur. 4.ad Heren.65.Pergere obuiam alicui.1.de Leg.14.Quin igitur ad illa spacia nostra sedesque pergimus? At.li.9.ep.18.Brundusium pergere cogito.1.de Diui.123.Quibus quærentibus, cur non eadem via pergeret?deterreri à Deo dixit.1.de Diuin.26. Concla- ue illud vbi erat mansurus,si ire perrexisset,proxima nocte corruit.1. Acade. 1. Itaque confestim ad eum ire perreximus.3.ad ✠ Her.1.Nos proficisci ad instituta pergemus. ‖ Attic.lib.9.ep.18. Arpinum pergam.in Arat.

Postí hunc ore fero Capricornus vadere pergit.

2.de Orat.290.Perge conficere iter reliquum.Attic.li.11.epist.8. Hæc tu perge,vt facis,mitigare.pro Cecin.59. Perge porrò hoc idem interdictum sequi,homines,&c.Qu.de Pet. 42.Perge tenere istam viam,quam instituisti. 1.de Orat.34. Quamobrem pergite,vt facitis,adolescétes.1.I.C.10.Perge quò cœpisti egredere,&c.Attic.lib.9.ep.7.Perge, vt facis,& scribe quantum potes.Ep.lib.10.ep 11.Perge igitur,vt agis,&c.4.de Finib.75.Perge porrò,&c.1.Offi.161.Sed ad reliqua pergamus.5.I.V.51.Pergam atque insequar longius.Partit. 28.Perge igitur ordine quatuor mihi istas partes explicare. Att.lib.4.ep.10. Perge reliqua.Attic. lib. 5. ep. 20. Cùm graues de Parthis nuncij venirent,perrexi in Ciciliam. de Cla. 158. Sed perge Pomponi de Cæsare,& redde quæ restant.Brut.ep.10.Quanquam dolebam, &c.tamen perrexi,Romamque perueni.ad Qu.fr.li.1.ep.3.Rogo te,vt Romam protinus pergas & properes.

✠ ADVERB.*Cursim,5.Tusc.Longius,5.in Verr. Porrò, 4.de Finib.Protinus,1.de Diuin.Recta,1.Catil.*

☞ Syntaxis. *Viam pergere in Italiam. Perge Brundusium. Hac via perge. Perge ire ad. Conficere iter,perge. Perge vitam istam tenere. Perge vero,porrò. Pergere reliqua.*

PERGRANDIS, de. 6.in Verr.6. Vas vinarium ex vna gemma pergrandi.1.contra Rull.10. Pergrande vectigal. pro Clue.65.& pro Q.Rosc.Pergrandis pecunia.

PERGRATVS,ta,tum.Att.lib.5. ep.20. Vtrique nostrûm existimo,tum mihi erit pergratum.Attic.lib.1.ep.17.Per mihi,per inquam mihi gratum feceris. de Amic. 16. Pergratum mihi feceris.

PERGRAVIS,ue.pro Sest.139.pro Cæl.63.

PERGRAVITER.1.de Orato.227. Pergrauiter reprehendo aliquem.Att.lib.1.ep.8.Pergrauiter illum esse offensum.

PERGRATVM. L.PE .*in compositione.*

PERHIBENDVS, da,dum.Ep.lib.5.ep.12.Nec minus est Spartiates ille Agesilaus perhibendus:*id est,celebrandus.*

PERHIBEO,bes.*dico,ajo,voco*.2. de D.12.Bene qui coniiciet,vatẽ hunc perhibeto optimum.2.de Nat.109.Quem clato perhibent

Ophiuchum nomine. & 91. Hoc quod memoro Graij perhibent æthera. & 65. Hunc summum habeto diuum, hunc perhibeto Iouem in Arat.

Cum quibus, vt perhibent, ausa est contendere forma.

Attic. lib. 1. ep. 1. Qui sine eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facilè communem causam sustinerent. pro Lig. 24. Prohibiti estis in prouincia vestra pedem ponere, vt perhiberis, summa cum iniuria.

PERHIBEOR, ris. 2. Tusc. 28. Ille adiutor fuisse perhibetur.

PERHONORIFICE. *aduerb.* Attic. lib. 14. ep. 12. Octauium sui perhonorificè & amicè Cæsarem salutabant.

PERHONORIFICVS, ca, cum. de Pro. 45. & At. lib. 1. ep. 10. Collega in me perhonorificus.

PERHORRESCO, scis. *exhorresco, pertimesco.* pro Sest. 87. I. P. 45. Nemo ciuis est, qui hos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur: recordatione denique ipsa consulatus vestri perhorrescat. 13. I. A. 31. Tu illius diei memoriam non perhorrescis? 2. de Orat. 226. Tu imagines ipsas non perhorrescis? 6. I. V. 78. Hanc tantam religionem non perhorrescis. 4. I. C. 12. Tum lamentationem matrum familiâs, tum fugâ virginum ac puerorũ perhorresco. pro Qui. 72. Quorum frequẽtiam & consessum non modò Quintius, qui de capite decernit, sed quiuis, qui extra periculum sit, perhorrescat. 5. de Fini. 31. Et si hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere. 1. I. V. 41. Non solùm commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. Attic. lib. 13. ep. 25. Sed quid est tandem quod perhorrescas?

✠ ADVERB. *Valde, 5. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Memoria, & memoriam perhorrescere.*

PERHOSPITALIS, le. 6. I. V. 3. Domus perhospitalis.

PERHVMANVS, na, num. At. lib. 16. ep. 12. Epistola perhumana. ad Qu. fr. li. 2. ep. 5. Sermo perhumanus.

PERHVMANITER. Epist. lib, 7. ep. 8.

PERICLES, clis. *orator Athenienſis.* Orat. 15. Pericles Anaxagoræ Physici auditor. & 29. Pericles ab Aristophane poëta fulgurare, tonare, & permiscere Græciam dictus est. 3. de Orat. 136. Pericles in cuius labris veteres comici lepõrem habitasse dixerunt. & 2. de Orato. 93. Pericles, Thucydides & Alcibiades, eâdem ætate fuerunt. & 27. & de C. 27. & 43. L. PYTHO.

PERICLITANDVS, a, um. *tentandus, de quo faciendum periculum.* 1. de Orat. 157. Subeundus vsus omnium, periclitandæ vires ingenij, & illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. 2. de Di. 97. Babylonij CCCCLXX. millia annorum in periclitandis experiundisque pueris quicunque nati essent, posuerunt.

¶ *Periculo expono.* 1. I. C. 11. Non est sæpius in vno homine salus periclitanda Reipub.

PERICLITATIO, onis. *experientia.* 2. de Natu. 161. Quarundam herbarum vtilitates longinqui temporis vsu ac periclitatione percepimus.

PERICLITATVS, a, um. *exploratus.* de Am. 64. Vtvtamur quasi equis temperatis, sic amicitiis, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum.

PERICLITOR, aris. *periculum facio, experior, tẽto, cum periculo experior.* 3 de Orat. 144. Mihi non est difficile periclitari, &c. Epist. lib. 10. ep. 18. Itaque potius periclitari volui, si possem mea præsentia exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. 7. I. V. 131. Homines in præliis belli fortunam tentare ac periclitari solent. pro Quin. 96. Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est. 3. Offi. 72. Periclitemur (si placet) in iis quidem exemplis, in quibus, &c.

¶ *Discrimen subeo.* 2. de In. 152. Periclitari omnium iura, si similitudines accipiantur. *id est, periculum subire.*

PERICVLOSE. *cum periculo.* 7. I. A. 8. Periculosè dico sed oro vos, &c. Epist. lib. 16. ep. 11. Periculosè hyeme nauigatur. Attic. lib. 8. ep. 2. Homo quotannis periculosè ægrotans. pro Mil. 9. Periculosè facere aliquid.

PERICVLOSVS, a, um. *lubricus, anceps, præceps, non procul à periculo.* At. lib. 13. ep. 27. Aliter fuissemus in hos inofficiosi, & in nosmetipsos penè periculosi. Epist. lib. 1. ep. 7. Offensionem esse periculosam video. ep. *ibid.* Ratio rei gerendæ periculosa tibi videbitur. 4. Ac. 68. Res periculosa & lubrica. 3. de N. 62. Periculosa consuetudo. 1. Offic. 83. Periculosa & anceps curatio. 12. I. A. 25. Infestum & periculosum iter. Att. lib. 14. ep. 16. Dolabella sustulit simulationem desiderij, &c. ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. pro Cec. 34. Ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. pro Pomp. 4. Bellum graue & periculosum. 14. I. A. 26. Duobus periculosis vulneribus acceptis.

☞ Syntaxis. *Periculosum ac lubricum. Periculosum & anceps. Infestum & periculosum. Turbulentum, temerarium, periculosum.*

PERICVLVM, li. *discrimen, dimicatio.* pro Sext. R. 110. Adire periculum capitis. Orato. 98. Etiamsi quando minus succedet, magnum tamen periculum non adibis: alte enim cadere non potes. I. C. 28. Offerre se periculis pro patria. Par. 66. Subire periculum pro amico. pro Syll. 13. Quibus ipsis periculum tum constati putabatur. Att. lib. 2. ep. 19. & pro S. R. 7. & pro Q. 47. Periculum, vel pericula alicui, vel in aliquem intendere. pro Cec. 83. Cui periculum mortis sit iniectum. pro Pomp. 31. Committere se periculo mortis. pro Pomp. 12. In periculum ac discrimen vocari. pro Corn. 25. In periculum capitis atque in vitæ discrimen pro aliquo se inferre. 2. de Orat. 192. In amicorum periculis aliquid accidere. 2. de N. 166. Dij discriminum periculorum q; comites. 7. I. V. 115. A securi negat ei esse periculum. de Cla. 315. Qui habitus non procul abest à periculo vitæ, si accedat labor, &c. Ep. lib. 4. ep. 15. Tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui, ne quo periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in communi sumus. 1. Off. 154. Si ei subito sit allatum periculum, discriménque patriæ, &c. 1. I. V. 45. Facere periculum innocenti. Anteq. 23. Nemini iniustè periculum creaui. Att. lib. 2. epist. 22. Si mihi periculum procrearetur ab eo, quem ipse armasset. pro Muræ. 55. Qui dum conatus est, &c. in periculum veni ne amittat, &c. Epist. lib. 16. ep. 27. Maximum ab vniuerso naufragio periculum est. Attic. lib. 7. ep. 3. Maximo in periculo res est. & lib. 8. ep. 17. Domitium periculo obsidionis liberari cupio. 5. Tusc. 118. Quæ qui recordetur, aut sanè periculum est, ne, &c. & item. Ne mouear, &c. periculum non est. 1. de Orat. 209. Nullum periculum est, ne quid tu. &c. Atti. lib. 1. ep. 4. Summum erat periculum, ne si nihil impetrarẽt, à Senatu alienarentur. 3. de Nat. deo. 50. Quo libentius Reipubl. causa periculum adiret optimus quisque. pro C. Corn. 1. Homines fœneos in medium ad tentandum periculum proiectos.

¶ *Meo periculo, tuo, suo, alicuius.* 7. I. V. 49. Sumptu periculóq; suo armatam nauem aliquò mittere. 7. I. V. 59. Periculo suo versari in aliqua re. pro Sest. 111. Quid tu meo periculo gurges patrimonij helluabare? Attic. lib. 6. ep. 1. Brutus scripsit rem illam suo periculo esse. pro Flacc. 41. Iniustè facis, si putas periculo nostro viuere tuos contubernales. pro Sest. 50. Ego qui periculo Reipub. viuebam. Attic. lib. 4. ep. 7. Quòd quidem tibi nummi meo periculo sint. Att. lib. 13. epist. 25. Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. 12. I. A. 16. Ita fit, vt meo semper periculo peccet Antonius. 3. de Legib. 23. Dux enim suo periculo progredi cogitat. pro Mur. 28. Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. * pro Dom. 137. In vrbe, quam suis laboribus ac periculis conseruasset. pro M. Tull. Cui concedi sine summo omnium periculo potest.

¶ *Experimentum.* 2. I. V. 34. Facere periculũ innocentiæ alicuius. 1. in Verr. 27. Tu verò qua in re specimen cæteris aliquod dedisti? quando tute tui periculum fecisti? de Pro. 35. Si quis fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius eius deæ periculum facere nollet. I. P. 65. Fac huius odij tanti ac vniuersi periculum, si audes. 5. I. A. 14. Qui quotidie periculum fortunæ facit.

✠ ADIVNC. *Alienum, propria, pro Sest. Alieniſſima, pro Mu. Aſperrima belli, 7. Phil. Certum, 1. de Inuent. Commune incertúmque, externum, 7. Ver. Communia, non legitimum cædis, perſpicuum, plura, pro Cluent. Domeſticum, magnum, Diuin. Domeſtica, tanta, 1. ad Q. frat. Dubia, recentia, pro Arch. Grauius, 1. Offi. Grauiſſima, 3. Philip. Honeſtiſſimum, 9. Attic. Incertum vitæ, 9. Phil. Integerrima, & maxima, 9. Famil. Leuia, 4. in Ver. Leuiora, 4. Famil. Magna, 2. Phil. Magna, & imprudentia, pro Dom. Maius, maximum, 16. Famil. Maxima, publicum, 3. Catil. Minora, 12. Famil. Minimum, tantum, pro Sex. Roſc. Minus, 14. Attic. Multa, ſordidiſſimum, 5. in Verr. Multa, & magna, præcipua, repentina pro Syll. Plurima, 4. in Cati. Perpetuum, de Aru. Præſens, 1. Phil. Proprium, ep. ad Octau. Quotidiana, 3. Offic. Simile, ad Brut. Subita, 6. Fami Summum, 2. Ver. Summa, 6. Attic. Summum Reipub. 3. Ver. Tanta Reipub. 1. Catil. Tanta, támque improuiſa, pro Mur.*

☞ Syntaxis. *Periculum adire, subire. Offerre se periculis. Periculum alicui coſtare. In aliquem pericula intendere. Vocari in diſcrimen & periculum. Ab amicu non eſt periculum. Periculum faceſſere, creare. Id meo fiat periculo.*

PERILLVSTRIS, stre. At. lib. 5. ep. 20. Perillustres fuimus.

PERIMBECILLVS, la, lum. At. lib. 10. ep. 20. Quod quidem est natum, perimbecillum est.

PERIMO, mis. *interimo, deleo.* pro Plan. 101. Si mihi vis aliqua maior reditum peremisset. pro Sest. 49. Si causam publicam mea mors peremisset. de Diui. lib. 2. 64.

Vbi tam teneros volucres matremq; peremit.

de Vn. 35. Nec vos vlla mortis vnquam fata periment. 1. Tusc. 117. Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius? * Frag. ep. Ne quis casus perimeret superiora.

PERINCOMMODÈ. Att. lib. 1. ep. 14. Sed accidit perincommodè, quòd eum nusquam vidisti.

PERINDE. *proinde, quasi, similiter, eo loco.* 3. de Orato. 71. Non possum dicere me hæc perinde, vt dicam discenda esse, didicisse. & 210. Sed hæc omnia perinde sunt vt aguntur. 3. Offic. 121. Habes à patre munus magnum, sed perinde erit vt acceperis. Attic. lib. 12. ep. 42. Bene facis cum id efficis, mihi crede, perinde vt tu existimare non posses. Epi. lib. 8. ep. 12. A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me existimas dolere tuas solere. de Cl. 188. Hæc perinde accidunt, vt eorum qui audiunt mentes oratione tractantur. 14. I. A. 19. Perinde homines, vt quisq; meretur iudicant. pro Clue. 70. Perinde vt opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum aut non factum sit, existimari potest. 2. de D. 89. Signiferi orbis vnaquæque pars alia alio modo mouet cœlum, perinde vt quæque stellæ in his finitimisque partibus sunt quoque tempore. 2. de D. 89. Perinde vtcunque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari. 4. Academ. 31. Difficile est de eorum temeritate, perinde vt causa postulat, dicere. Ep. lib. 9. ep. 15. Non perinde vt est re absens percipere potuisti. 1. Tusc. 94. Omnia ista perinde vt cuique data sunt, pro rata parte à vita vel longa vel breuia dicuntur. Ep. lib. 10. ep. 4. Si perinde vt mereor, mihi successerit. pro Cec. 61. Perinde valebit, quasi armatissimi fuerint si reperientur, &c. pro Qu. 83. Atque hæc perinde loquor, quasi debueris, &c. 3. Tusc. 62. Perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. pro Qu. 45. Quod nunquam factum est, perinde quasi factum sit confirmare. 1. Tusc. 86. Metelli sperat sibi quisque fortunam, perinde quasi certi quicquam sit in rebus humanis. *aliter, proinde quasi.* At. li. 13. ep. 47. Quod ego perinde tuebar, ac si vsus essem. Att. lib. 3. ep. 14. Perinde habebo, ac si scripsisses nihil esse. Part. 84. Perinde habere aliquid ac si nõ esset. pro Qu. R. 15. Perinde ac si, &c. perinde dicemus. Epist. lib 11. ep. 27. Perinde ac si iam vicerint. *aliter, Proinde ac si.* 5. Tusc. 6. Philosophia non perinde ac de hominum est vita merita, laudatur. 1. de Finib. 72. Viuendi artem tantam, tamque operosam, & perinde fructuosam relinquerent. 1. ad Her. 4. Res gestæ, aut perinde vt gestæ. pro Mar. 12. Perinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit. Vereor, vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.

☞ Syntaxis. *Id perinde est vt putas. Perinde quasi. Perinde ac si res gestæ, aut perinde vt gestæ.*

PERINDVLGENS. Off. lib. 3. 112. Perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in filium.

PERINFIRMVS, ma, mum. 2. de Fin. 53.

PERINGENIOSVS, sa, sum. de Cl. 92.

PERINIQVVS, qua, quum. Ep. li. 12. ep. 18. Periniquo animo pati. pro Pomp. 63. Periniquum & non ferendum.

PERINSIGNIS, gne. *notabilis, conspicuus.* 1. de Leg. 51. Perinsignis corporis prauitas.

* PERINVISVS, a, um. *valde inuisus.* pro C. Cornel. 1. Hominem iis ac nobilitati perinuisum Cn. Pompeium.

PERINVITVS, ta, tum. *inuitè, inuitò.* Epist. lib. 7. ep. 33. Tu vellem ne veritus esses, ne perinuitus legerem tuas literas.

PERIOCHA, chæ. *argumentum, complexio totius rei breuior.* Att. lib. 13. ep. 25. Ego ne Tyroni quidem dictaui, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed Spintheri syllabatim.

✠ ADIVNC. *Totæ, 13. Attic.*

PERIODVS, di. *ambitus, circuitus.* Orato. 204. Circuitus orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. de Cl. 162. Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. 4. ad Her. 27. Exempla periodorum, quæ in tribus cõmodissimè fieri solent: in sententia, in cõtrario, in conclusione. 7. I. V. 73. Exẽpla periodorũ. & 125. Cui, &c. hæc, &c. & 2. de Fi. 93. Cui, &c. & 86. Quin, &c. ijs, &c. & 5. Tus. 36. Nã cui, &c. huic, &c. *Exemplum pulcherrimæ periodi.* de Amic. 92. Nam cuius aures clausæ sunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat; huius salus desperanda est. *Exemplum periodi figura tantum.*

PERIPATETICVS, a, um. *Lycæi studiosus.* 3. de Orat. 59. Ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates: quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. 1. Academ. 17. Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycæo. 3. Tus. 22. Peripatetici familiares nostri, quibus nihil est vberius, nihil eruditius, nihil grauius. 3. Off. 20. Peripatetici qui quondam ijdem erant, qui Academici. 5. de Fini. 7. Peripatetici & Academici veteres ijdem. 1. de Natu. 16. Stoici cum Peripateticis re consentire, verbis discrepare videntur. 3. de Finib. 41. Est enim Peripateticorum consuetudo dicendi non satis acuta, propter ignorationem Dialecticæ. Tusculan. li. 4. 9. Peripatetici ad placandos animos multa afferunt: spinas partiendi & diffiniendi prætermittũt. 1. de N. 16. Peripatetici ironesta commiscent commodis, vt ea inter se magnitudine, & quasi gradibus, non genere differant. Tusc. li. 4. 43. Peripatetici libidinis vel cupiditatis genus ad summam vtilitatem esse dicunt à natura datum: nihil enim quenquam, nisi quod libeat, præclarè facere posse. de Fi. lib. 3. 41. Peripatetici omnia, quæ ipsi bona appellant, pertinere dicunt ad beatè viuendum. de Finib. lib. 3. 43. Peripatetici corporis cõmodis compleri vitam beatam putant. Tusc. q. lib. 4. 42. Peripatetici imperia seueriora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ. *ibid.* Peripatetici perturbationes istas, quas Stoici extirpandas putant, non modò naturales esse dicunt, sed etiam vtiliter à natura datas. Tusc. q. li. 3. 34. Peripatetici reprehendunt præmeditationẽ rerum futurarum: sed malè. de Fin. li. 2. 68. Peripatetici plurimum tribuunt honestati: sed tamen & in corpore, & extra, esse quædam bona censent. Brut. 120. Peripateticorum disciplina, quantum ad dicendum conferat. Orat. 127. Peripateticorum elegans exercitatio. 1. Acad. 17. Platonis autem autoritate, qui varius & multiplex & copiosus fuit, vna & consentiens duobus vocabulis Philosophiæ forma instituta est, Academicorum & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. de Fin. lib. 5. 12. Peripateticorum librorum duo genera sunt: vnum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt. de Vniu. 2. Peripateticorum facilè princeps. Cratippus. Tusc. q. lib. 4. 38. Mollis & eneruata Peripateticorum ratio & oratio, qui perturbari animos necesse esse aiunt, &c. Brut. 119. Peripateticorum ratio in Philosophia & ratione dicendi. 3. Tusc. q. 22. Peripateticis nihil est vberius, &c. de Fin. li. 5. 10. A Peripateticis Differendi non dialecticè solum, sed etiam oratoriè præcepta sunt tradita.

✠ *ADIVNC. Magnus, & copiosus, 2. Offic. Nõbilis, Or. ad Brut. Summi, 1. de Diuina. Vberes, eruditi, graues, 3. Tusc. Veteres, 2. de Diuin.*

PERIPETASMA, tis. *peristroma, aulæum.* 6. I. Ver. 27. Quid illa Attalica tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es?

PERIRATVS. Epist. lib. 9. ep. 6.

PERISTROMA, tis. *peripetasma, stragulum, stragula vestis.* 2. I. A. 67. Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

✠ *ADIVNC. Conchyliata, 2. Phil.*

PERISTYLVM, li. *locus columnis vndique clausus, & ornatus, intra quas columnas, tres aut quatuor porticus patent, ea forma, qua videmus claustra, quæ vocant sacrarum ædium, præsertim monachorum fabricata.* pro Dom. 116. Porticus cum conclauibus pauimenta trecentum pedum amplissimum peristylum.

✠ *ADIVNC. Amplissimum, pro Dom. ad Pontif.*

PERITE. *scienter.* 2. de Orato. 81. Hæc quidem sunt concinnè distributa, sed non peritè. pro Corn. 2. Peritè dicere de aliqua re. 2. de Orato. 5. Scienter & peritè dicere. 1. de Orato. 48. In aliqua re satis callidè versari ac peritè. 4. I. V. 135. Peritissimè & callidissimè facere aliquid.

☞ Syntaxis. *Peritè & scienter. Peritè & callidè facere.*

PERITVS, a, um. *sciens, gnarus, exercitatus, intelligens, in aliqua re artifex.* pro Corn. 1. Si vsus patronorum in iudiciis valeret, à peritissimis L. Cornelij causa defensa est. *aliàs amplissimis.* pro Fõt. 33. Peritus ad vsum ac disciplinam belli. 1. de Or. 171. M. Cato iuris ciuilis omnium peritissimus. & 212. Iurisconsultus, qui legum & consuetudinis ad respondendum & ad cauendum peritus sit. & 242. In eo iure quod ambigitur inter peritissimos. de Cla. 81. Fabius pictor iuris & literarum & antiquitatis bene peritus. Ep. lib. 7. ep. 16. Neminem te iuris peritiorem esse constat. pro Clu. 107. Quis P. Octauio ingenio ptudentior iure peritior? de Cla. 102. L. Cælius iuris valde peritus. & 205. L. Ælius antiquitatis scriptorumque veterum literatè peritus. 1. de Orat. 109. Hæc ab hominibus callidis ac peritis animaduersa sunt. pro Font. 15. Sapiens homo, ac multarum rerum peritus. 1. Offic. 147. Homo doctus vel etiam vsu peritus. 3. Offic. 60. Homo peritus definiendi. pro Font. 33. Peritus belli gerendi. I. P. 54. Vir fortis, in primis belli ac rei militaris peritus Quint. Martius. * Acade. Epicurus suum potius peritissimum voluptatum aucupem, sapientem esse contendet.

✠ ADVERB. *Benè antiquitatis, literatè scriptorum, sanè, valdè iuris, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Ad bellum peritus, belli, in bello. Iure peritus. Literatè peritus. Doctus, & vsu peritus. Orandi peritus.*

PERIVCVNDVS, da, dum. 1. de Or. 205. Ep. li. 1. ep. 7. 2. de Or. 26.

PERIVCVNDE. pro Cæl. 25. Fuit enim periucundè.

PERIVRIVM, rij. *perfidia.* 3. Offic. 108. Non enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. 3. Off. 106. Sed si hic sibi sumunt, nullam esse fidem quæ infideli data

sit,videant ne quæratur latebra periurio.6.in Verrem 19.Quàm minimum dem illi temporis ad meditandum confirmandumque periurium.pro Font. 35. Sceleratorum hominum periuria. de Aruſp.36. Hoc ſuſpicor de tuorum iudicum manifeſto periurio dici.*ibid.* In periurio fides iuſiurandum que negligitur.2. de L.22. Periurij pœna diuina,exitium:humana,dedecus.

✠ ADIVNC. *Illuſtre atque inſigne,manifeſtum, de Ar. Minimum,6.in Ver.*

PERIVRVS,a,um:iſſimus.*qui fidem & iuſiurandũ negligit, violat, relinquit.*pro Q.R.20. Improbiſſimus & periuriſſimus leno.46. Nihil intereſt inter periurum & mendacem.& 22.L. MENDAX.

PERLABOR,ris.1. Tuſc.28.Indeque perlapſus ad nos, & vſque ad Oceanum Hercules.

PERLATE.2.de Orat.17.Perlatè patére.

PERLEGO,gis.1.de Diui.8.Perlegis,inquit ille,tuum paulò antè tertium de Natura deorum.

PERLEVIS,ue.2.contra Rull. 79. Perleui momento fortunæ.

PERLEVITER.Qu.fr.lib.2.ep.5.Perleuiter commotus.

PERLIBENTER.de Vniu.2.

PERLIBERALITER.Attic.lib.10.ep.4.& lib.15.ep.15.

*PERLITERATVS,a,um.*in primis literatus.*pro Q. Gall. Homo perliterãtus.

PERLITVS, a, um. *reſperſus.* pro S.R. 150. Pérlitus ſanguinis crudelitate.

PERLONGVS.At.li.5.ep.20.Perlonga & non ſatis tuta via.2.contra Rull. 3. Perlongo interuallo.

PERLVBENS,tis.Quint.frat.lib.2.ep. 5. Me perlubente, Seruius alliſus eſt.

PERLVCEO,ces.*eluceo.*2.Off.32. Honeſtum illud maximè quaſi perlucet ex iis quas commemoraui virtutibus.

PERLVCIDVS,a, um. *perlucens, quod ita tenue ac lucidum eſt, vt per id res reſpici & peruideri poſſint,illuſtre & valde clarum.*2.de N. 142.Membranæ oculorum perlucidæ.& 1.de Diui. 130. Illuſtris & perlucida ſtella.2.de Diuina.40.Deos ipſos induxit Epicurus perlucidos & perflabiles.

✠ ADVERB.*Maximè quaſi,2.Offic.*

PERLVCTVOSVS,ſa,ſum.Q.fr.lib.3.ep.8.L. FVNVS.

PERLVSTRANDVS, a,um.*inueſtigo,inquiro.*Part.38. Huius igitur materiæ ad argumentum ſubiectæ, perluſtrandæ animo partes erunt omnes.

PERMAGNVS,a,um.3.in V.27.Permagno vendere. Attic.lib.10. ep.1.Per enim magni æſtimo, tibi firmitudinem animi noſtri, & factum noſtrum probari. Part.84. Quod enim permagni intereſt, pro neceſſario ſæpe habetur.

PERMANEO,es. *conſto.*de Amic. 76. Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. Epiſt.lib.1.ep.9. In omnibus meis ſententiis de Repub. priſtinis permanebam.& lib.5. ep. 14. Permanere in incepto. 2. de L. 63. Nam & Athenis iam ille mos à Cecrope,vt aiunt,permanſit. Epiſt.lib.5.ep.2.In mea erga te voluntate permaneo.2.de Fin.86.Illud ſtabile & firmum permanſurum eſt.2.de Ora.24.In qua permaneo Catule ſententia. Atti. lib.1.ep.17. Permanere in priſtina ſententia.* Incer. Optatiſſimum eſt, perpetuò fortunam quàm florentiſſimã permanere.

✠ ADVER.*Conſtanter,parum in cauſa,13.Philip.*

PERMANO,as.*pernenio,penetro.*pro Corn.56.Vt aliqui ſermones inuidorum etiam ad veſtras aures permanarent, & in iudicio ipſo redundarent. pro Dom.121. Et ſi effluunt multa ex veſtra diſciplina,quæ ad noſtras aures ſæpe permanant.1.de N.3. Nec eſt,quod ab his ad hominum vitam permanare poſſit.2.de Or. 311. Vt ad eorum mentes permouendas permanare poſſint. 2. Tuſc.42.Concluſiunculæ ad ſenſus non permanantes.4.de Fin. 42.Natura omnis appetendarum rerum ita latè patet,vt à principiis permanet ad finem.pro Cluen.173.Venenum epotum permanat in venas,& in omne corpus. pro S.R. 66. Macula ex paterno ſanguide concepta vſque eò permanat ad animũ,vt, &c.

✠ ADVER. *Latentius in venas,pro Cluen.Vſque eò ad animum,pro Sex.Roſc.*

☞ Syntaxis. *Dicta ad ſenſus permanantia.In omne corpus permanans venenum.Hoc vſque eo permanat ad animum,vt.&c.*

PERMANSIO,onis.Ep.lib.1.ep.9.In vna ſententia perpetua permanſio.2.de In.164.Permanſio perpetua in aliqua re.Att.lib.11. ep.18.Quoduis enim ſupplicium leuius eſt hac permanſione.

✠ ADIVNC.*Perpetua,* 1. *Famil.Stabilis,& perpetua,* 2.*de Inuent.*

PERMEDIOCRIS,cre.1.de Orat.220. Permediocres motus.

PERMEO, as. *penetro.*4.Ac.119.Quòd quædam animalis intelligentia per omnia permeet & tranſeat.

PERMETIOR,iris.*dimetior.*4.Acad.126.Vos verò ſolis magnitudinem quaſi decempeda permenſi refertis.de Vn.29. Cùm eos permenſus eſt idem,& ſemper ſui ſimilis orbis.& Tuſc. li.2.30.

PERMINVTVS. L. PEREXIGVVS.

PERMIRVS,ra,rum.1.de Or.214.In quo per mihi mirum viſum eſt Scæuola,te hoc illi concedere. Epiſt.lib.3,ep.10. de Di.lib.2.

PERMISCENS,tis.de Vniuerſ.19. Et eius copulationis alienam *naturam* permiſcens cum materia.

PERMISCEO,ſces.*commiſceo.*in Vat. 13. Ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas. 4. in Verr.123.Non modò illa permiſcuit, ſed etiam in his turbauit. pro Planc.41. Omnia potius permiſcuerunt,quàm ei legi conditioniq; parérent.de Vni.37.In qua temperatione animum vniuerſæ naturæ temperans permiſcebat.* Orator. 29. Nunquam ab Ariſtophane poëta fulgurare,tonare,permiſcere Græciã dictus eſſet, *Pericles.*

PERMISSIO,onis.*permiſſus;conceſſus.*Quint.frat.lib.3.ep.1.Quod tibi mea permiſſio manſionis tuæ grata eſt,ex parte gaudeo.2. ad Heren.15.Plus enim valet ſanctio permiſſione.4.ad Here. 4. Permiſſio eſt, cùm oſtendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere & concedere alicuius voluntati.

✠ ADIVNC *Grata,3.ad Q.frat.*

PERMISSVRVS,a,um.Quin.frat.lib.2.ep.14.Tibi permiſſurus ſum,vt facias quod vis.

PERMISSVS,ſus.*permiſſio.* de Aruſp. 25. Omne ſeruitium permiſſu magiſtratus liberatum, &c. 2. cont. Rull.35.Permiſſu legis.5.in V.184.Permiſſu tuo.& pro Corn.43.

PERMISSVS,a,um.Attic.lib.16.ep.17. Coſſ.& lege, & S.C.permiſſum erat,vt de actis Cæſaris iudicarent.1.I.C.4. Simili ſenatuſconſulto C.Mario,L.Valerio Coſſ. permiſſa eſt Reſpublica, *id eſt,ne quid detrimenti caperet.* pro Sylla 21. Quo in magiſtratu non inſtitutum eſt à me regnum, ſed non permiſſum. ‖ & 5. Ver.29.Permiſſa licentia.

PERMISTE.1.de Inuent.32.Si genera ipſa rerum ponuntur, neque permiſtè cum partibus implicantur.& Part.24.L. INTERCISE.

PERMISTIO, onis. *admiſtio.*de Vniu. 37. Superioriſque permiſtionis reliquias fundens æquabat.

PERMISTVS,a,um.*admiſtus.*1.de Diu.129. Ea quæ permiſti cum corpore animi videre non poſſunt.de Vni. 21. Atque ita permiſtum illud,ex quo hæc ſecuit,iam omne conſumpſerat. Orato. 195.Omnes in oratione eſſe quaſi permiſtos & confuſos pedes. Or.187.Interualla longa & breuia,quibus implicata & permiſta oratio eſt.pro Planc. 92. Ego fructus magna acerbitate permiſtos tuli.Orat.196.Oratio permiſta & temperata numeris. 12.in Antonium 26. Cuius immanitas naturæ, ne vino quidem permiſta temperari ſolet.2.de Orat.210.Et illa excellens opinione fortuna cum laboribus & miſeriis permiſta eſſe videatur.

☞ Syntaxis. *Implicata & permiſta oratio. Permiſta & temperata oratio numeris.*

PERMITTENDO. *concedendo.*7.in Verr.7.Crudelis in animaduertendo,diſſolutus in permittendo.

PERMITTO,tis.*dimitto.concedo,poteſtatem facio,vel concedo.*Epiſt. li.13.ep.71.Neq; nunc diſceſſiſſet à me,niſi ego ei permiſiſſem. Q.fr.li.1.ep.8.Totum ei negocium permiſi,méq; in eius poteſtate dixi fore.pro Fon. 30. Committere fidei, permitere poteſtati.pro Seſt.72.Inimicitias cum aliquo ſuſceptas Reipub.permittere.2.de Inu.145.Lex aut iubet,aut permittit,aut vetat.2.ad He.15.Altera lex cogit,altera permittit.7.in Ve.22.Ipſis iudicib⁹ ſine mea argumentatione coniecturam facere permitrã, quod hoc genus prædandi,&c.pro Sylla 46. Permitto aliquid iracundiæ tuæ,do adoleſcentiæ,cedo amicitiæ,tribuo parenti.3.de N. 3.Tibi permitto reſponderéne malis,an.pro Do.55.Vt omnia tibi permitterent.2.de Orat.366.Quis tibi permiſit,vt,&c.‖Q.fra. lib.1.epiſt.1.8.

✠ ADVERB.*In poſterum poteſtatem,pro Cluent.*

PERMITTOR,ris.2.contra Rul.33.Primùm permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ.4.in Ver.131.In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ cenſori permittitur.Ep.lib.6.ep.8.Quid tibi permittatur, cognoui. pro S.R.149.Roſcij vita erepta de manibus ſectorum,ſententiis iudicum permitteretur.

PERMODESTVS,a,um.Att.lib.4.ep. 8.Acutus & permodeſtus. 2.in Cat.12. Timidus & permodeſtus.

PERMOLESTVS,a,um. Att.lib.1.ep.15.

PERMOLESTE.6.I.V.131.

PERMOTIO,onis.*motus,perturbatio.*2.de Ora.216. Quæ permotionis cauſa vehementer,vel cõciliationis leuiter aguntur.4.Ac. 135. In omni permotione naturalem volebant eſſe quendam modum.2.de Di.9. Quæ permotione mentis magis quàm natura ipſa ſentimus.

✠ ADIVNC.*Diuina,* 1. *de Diu.Intimæ,*4.*Acad.*

PERMOTVS, a,um.pro Cecl.49.Ex eo loco metu permotus fugit.1.de Diui. 129. Quod maximè contingit aut dormientibus, aut mente permotis.

PERMOVENDVS,a,um.Orato.131.Miſeratione mens iudicum permouenda eſt.

*PERMOVEO, es. *cõmoueo, perturbo, perpello.* 5. I. V. 144. Si quẽ aratorũ fugæ, calamitates, exilia, suspẽdia deniq; non permouent.

PERMOVEOR, tis. *commoueor, perturbor, perpellor.* 2. de Ora. 189. In commouendis iudicibus iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere volo, permoueor.

✠ *ADVERB. Vehementer,* 1. *Attic.*

PERMVLCEO, ces: permulsi, permulsum. *mulceo, delineo, mitigo.* Orat. 163. Duæ sunt igitur res, quæ permulceant aures, sonus & numerus. 2. de Orat. 315. Eum qui audit, permulcere atque allicere. 2. de Nat. 114.

Aram, quam flatu permulcet spiritus austri.

3. de Finib. 32. At ille pellit, qui permulcet sensum voluptate. de Sen. 5. Præterita enim ætas quamuis longa, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem.

*PERMVLCEOR, cris. Oec. 1. Spectantes audientésque lætissima voluptate permulcentur.

PERMVLSVS, a, um. 3. ad Her. 21. Nam læduntur arteriæ si antequam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur. *con. conc. Q. Met. Permulsa atque recreata est.

☞ Syntaxis. *Aures permulcent sonus & numerus. Permulcere & allicere. Aër, ventus permulcet. Consolatione permulcere.*

PERMVLTO. *aduerb.* 2. de Diu. 126. Permultò clariora.

PERMVLTVS, a, um. 3. de Leg. 31. Permulti imitatores principum existunt. pro S. R. 90. Permulti obseruandi sunt.

PERMVTATIO, onis. *mutatio.* Att. lib. 5. ep. 13. Ego rationem Philogeni permutationis eam quam tecum feci, edidi. Ep. lib. 3. ep. 5. Ibi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. pro Cœl. 62 Quadrantaria permutatio. I. P. 48. Partim emtiones, &c. partim permutationes ad hunc Tusculanum montem extruendum. pro Sest. 73. Magna rerum permutatione impendente declinaui paululum. Par. 6. Virtus nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur, &c.

¶ *Oratoria exornatio, aliud verbis, aliud sententia demonstrans.* 4. ad Heren. 47.

✠ *ADIVNC. Magna, pro Sest. Publica,* 3. *Famil. Quadrantaria, pro Cœl.*

PERMVTANDVS, a, um. 2. Off. 15. Effectum ꝙ; vt dando & accipiendo, & permutandis facultatibus nulla re egeremus.

PERMVTATVS, a, um. Cic. 2. Offic. 21. At permutata aliquando pecunia est, ductæ merces, &c. de Arusp. 45. Id ita perturbatum, itaque permutatum est, vt, &c.

PERMVTO, as *muto.* 2. I. C. 14. Si Catilina sententiam permutauerit, &c. Att. lib. 11. epist. 22. Scripserat, vt x 11. H-S. permutaret: tantum esse reliquum de argento. Att. lib. 16. epist. 1. Quæ quo plus permutasti, quàm ad fructum insularum, &c. Att. lib. 5 epi. 25. Vt verear, ne illud quod tecum permutaui, versura mihi soluendum sit.

PERMVTOR, ris. Ep. lib. 2. ep. 17. At se curasse, vt cum quæstu populi pecunia permutaretur. Att. lib. 15. ep. 15. Quare velim cures, vt permutetur Athenis, quod sit in annuũ sumtum ei satis. Att. lib. 12. ep. 24. Sed quæro, quod illi opus erit Athenis, permutari vt possit. Att. lib. 12. ep. 26. Ipsi permittam de tempore nummorum: quantum opus erit vt permutetur, tu videbis.

☞ Syntaxis. *Permutatum soluere versura, cum quæstu.*

PERNEGO, as. *prorsus nego.* pro Cæl. 65. Atque à se illam pixidem traditã pernegaret I. V. act. 3. 106. Sæpe appellati pernegauerunt. & act. 6. 76. Itaq; illo tẽpore ac primo istius aduẽtu pernegatur.

PERNECESSARIVS, a, um. *summè opportunus.* At. lib. 5. ep. 21. Te non esse Romæ meo tempore pernecessario, submolestè fero.

¶ *Amicus intimus.* pro Fla. 14. Contendisse à Lælio paterno amico ac pernecessario, vt hunc hoc iudicio arcesseret.

PERNICIES, ei. *exitium, pestis, labes, calamitas.* 1. I. C. 11. Quãquam videbã pernicie cum magna calamitate Reipublicæ esse cõiunctam. & 33. Cum tua peste ac pernicie proficiscere. pro S. R. 131. Quorum nihil pernicie causã diuino consilio factum putamus. *aliter, pernici, apud A. Gellium: & pernici, apud Non. Marcellum.* 2. de Ora. 35. Eadẽ facultate & fraus hominũ ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. 2. I. V. 2. Labes atque pernicies prouinciæ. 4. in Cat. 10. De pernicie Reipublicæ & exitio vrbis cogitare. pro Dom. 75. Cùm à patria perniciem depuli.

✠ *ADIVNC. Aperta,* 3. *de N. Communis,* 1. *de Inu. Coniuncta cum magna calamitate, intestina,* 1. *in Cat. Maior,* 3. *Offic.*

☞ Syntaxis. *Pernicies cum calamitate coniuncta. Cum tua peste ac pernicie abi. Labes ac pernicies. Pernicies & exitium.*

PERNICIOSE. *pestifere.* 2. de L. 12. Multa perniciosè & pestiferè sciscuntur in populis. 3 de L. 26. Ciuis perniciosè popularis. Att. lib. 14. ep. 13. Quam dissolutè, quam turpiter, quamque ita perniciosè.

PERNICIOSVS, a, um. *exitiosus, capitalis, pestifer, infelix.* Anteq. 21. Quæ omnia non sunt tam clamitosa, quòd mihi sunt subeũda, quàm perniciosa, quòd in Remp. sunt introducta. Q. fr. lib. 3. ep. 9. Exitũ iudicij fœdum & perniciosum leuissimè tuli. pro Do. 114. Consiliũ Reip. perniciosum. *pro C. Cor. Perniciosa lex. *ibid.* Lex non modò inutilis, sed perniciosa Reipublicæ.

☞ Syntaxis. *Perniciosè & pestifere. Dissolutè, turpiter.*

PERNICITAS, tis. *magna celeritas.* 5. Tusc. 45. Adde etiam si libet pernicitatem & velocitatem.

PERNOBILIS, le. 6. in Ver. 127. Epigramma Græcum pernobile.

PERNOCTANS, tis. pro Dom. 80 Sedulius propter inopiam tecti in foro pernoctans. 5. Tusc. 69. Animum cum his habitantem pernoctantémque curis, &c.

PERNOCTO, as, *noctem ago, traduco.* 6. I. V. 25. Senator populi Ro. in vestro oppido iacuit, & pernoctauit in publico. & 7. Ver. 17. Mares miseræ pernoctabant ad ostiũ carceris. 5. Tusc. 100. Bis in die saturum fieri, nec vnquam pernoctare solum. pro Arch. 16. Hæc studia pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. pro Cl. 37. Cùm is apud mulierculam quandam pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur. 2. Tusc. 40. Pernoctant venatores in niue.

☞ Syntaxis. *Animus cum curis pernoctans. Pernoctare in publico.*

PERNOSCO, scis. 1. de Ora. 17. Mores hominum sunt penitus oratori pernoscendi.

✠ *ADVERB. Penitus animorum motus,* 1. *de Orat.*

PEROBSCVRVS, ra, rum. 1. de N. 1. Perobscura quæstio.

PERODIOSVS, sa, sum. Att. lib. 10. ep. 19. Lippitudo perodiosa. Att. lib. 13. epi. De Bruto nostro perodiosum.

PEROFFICIOSE. Epist. lib. 9. ep. 20. Perofficiosè & peramanter obseruare aliquem.

PEROPPORTVNVS, na, num. 2. de Or. 234. Peropportunum diuersorium. Epist. lib. 6. ep. 6. Peropportuna victoria.

PEROPPORTVNE. 2. de Or. 15. Peropportunè cecidit. de Na. li. 1. 11. Peropportunè venis.

PEROPTATO. *aduerb.* 2. de Orator. 20. Peroptatò ociumnobis datum est.

PERORANDVS, a, um: di, dum. 3. Off. 43. Perorandæ litis. *aliter, Orandæ lis.* de Cl. 190. Perorandi locus, vbi plurimũ pollet oratio. 4. Ac. 147. Quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum.

PERORATIO, onis, *conclusio, epilogus* 2. de Or. 80. Tum alij conclusionem orationis, & quasi perorationem collocant. de Cla. 127. Peroratio, qui epilogus dicitur. Orat. 122. Post omnia perorationem inflammantem restinguentémúe concludere.

PERORATVS, a, um pro Cæl. 70. Dicta est à me causa, iudices, & perorata. 1. ad Her. 17. Perorata narratione. 1. de In. 31. Quibus dictis intelligat fore peroratum. 2. de Inu. 48. & ad Q. fr. li. 2. ep. 1. Quo loco nisi perorata causa & probata, non est vtendum. pro Sest. 3. A. Qu. Hortensio causa P. Sestij est perorata. Atti. lib. 5. ep. 10. Sed hæc tum laudemus, cùm erunt perorata.

✠ *ADVERB. Grauiter, & ornatè, pro Cæl.*

PERORNATVS. *perpolitus.* de Clar. 158. Crassus in dicendo & perornatus & breuis.

PERORO, as. *oro, habeo.* 2. de L. 69. Plato omnem orationem eius de legibus perorauit vno æstiuo die.

¶ *Concludo.* At. li. 4. ep. 2. Odio & strepitu senatus coactus est ali quando perorare. in Vat. 26. Cùm Vestius ad arbitrium tuũ perorasset. pro Q. 77. Perorare causam contra aliquem. 2. de N. 154. Vt aliquando perorem. 1. de Inu. 90. Idcirco iudices, quia veram causam habebam, breui peroraui. 5. I. V. 154. De qua cùm dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo.

✠ *ADVERB. Breui,* 1. *de Inu. Vehementius, Part.*

PERORO, ris. pro Qu. 34. Queritur, priore patrono causam defendente nunquam perorari potuisse. 2. de Orat. 80. Alij iubent antequam peroretur, ornandi aut augendi causa digredi, deinde concludere ac perorare. 4. I. V. 70. Res illo die non peroratur, dimittitur iudicium.

PERPARVM, *aduer.* I. V. act. 5. 130. Perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire. *Aliàs Perparuum.*

PERPARVVLVS. 6. I. V. 95. Sigilla perparuula. *ibidem* 96. Perparuulum signum.

PERPARVVS, a, um. de Leg. lib. 2. Cur igitur hæc tanta facimus, cũ cætera perparua sint? I. V. Act. 5. 56. Perparua & tenuis ciuitas. pro De. 9. Perparua culpa. 1. de Leg. 52. Quæ cùm adsunt, perparua sunt. 1. de Leg. 54. Perparuam verò controuersiam dicis.

PERPAVCVLVS, la, lum. 1 de L. 54. Deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

PERPAVCVS, ca, cum. Att. lib. 6. ep. 1. Perpauci offensi. de Leg. li. 1. De quo cùm perpauca dixero, ad ius ciuile veniam.

PERPAVLVLVM. *aduerb.* 2. de Or. 150. Perpaululùm loci.

PERPAVLVM. 1. de Fin. 19. Perpaulùm declinare.

PERPAVPER. Att. lib. 6. ep. 3. Ariobarzanes rex perpauper.

PERPELLO, lis. *impello, permoueo.* pro Cæl. 36. Vultus huius te oculique perpulerunt. 1. de Or. 40. Cn. Carbo, quem tu adolescens perpulisti.

PERPENDICVLVM,li. *linea est, plumbeum cylindrum paruum appensum habens, qua à summo ad imum laterum æqualitatem fabri perpendunt. Vitruuius autem lib.7. sic distinguit. Longitudines adregulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exiguntur.* 3.I.V.133. Nulla est colũna, quæ ad perpendiculũ esse possit. de Fat. 22. Si grauitate feruntur ad perpendiculũ atomi rectis lineis. Q.fr.li.3.ep.1. Columnas neque rectas, neque è regione Diphilus collocârat, aliquando perpendiculo & linea discet vti. Ac.li.2.apud Nonium, Atqui si id crederemus non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

☞ Syntaxis. *Ad perpendiculum rectis lineis. Perpendiculum & linea.*

PERPENDENS,tis. pro Mur.3. M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissimè perpendens momenta officiorum omnium.

PERPENDO,dis. *expendo, dirigo.* Quint. de Pet.19. In iis omnibus generibus iudicato & perpendito quantum quisque possit. pro Mur.77. Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt: sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperiuntur prauissima.

PERPENDOR,ris. 3. de Or. 149. Hoc non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu iudicatur. 5. I. V. 214. Æquitas æstimationis aratorum commodo & voluntate perpenditur. de Am. 97. Amicitia, quæ tota veritate perpenditur.

✠ ADVERB. *Diligentissimè momenta officiorum, pro L. Mur.*

PERPERAM. *prauè, peruersè, præposterè.* pro Qu. 31. & pro Cec. 69. Seu rectè, seu perperam facere cœperunt. 1. de Inu. 102. Res perperam constitutæ. 2. ad Heren. 5. Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hunc tam perperam fecisse non est mirandum.

PERPESSIO,onis. *perpessus.* pro Rab. 16. Harum rerum non solùm euentus atque perpessio, sed etiam expectatio indigna homine libero est. 1. de Fin. 49. Dolorum perpessio. 2. de Inuen. 163. Laborum perpessio.

✠ ADIVNC. *Considerata laborum, 1. de Inue. Facilior, 2. Tusc. Indigna libero, pro Rab. Voluntaria, & diuturna, 2. de Inuent.*

PERPESSVS,sus. 2. de Fin. 163. Dolor difficilis perpessu, &c.

PERPETIOR,ris. *sustero, perfero.* Epist. lib. 4. ep. 5. Nisi hoc peius sit, hæc sufferre & perpeti. 2. de Or. 77. Ac mihi quidem non ita molesti sunt, facilè omnes perpetior & perfero. 5. de Fi. 32. Cùm mendicitatem multi perpetiantur, vt viuant. 1. de Fin. 48. Idem perpetiuntur dolorem, vt, &c.

✠ ADVERB. *Turpiter, pro Mil.*

PERPESSVRVS,a,um. Epist. o. lib. 2. epist. 16. Vt perpessurus sim quiduis, &c.

PERPESSVS,a,um. Ep. lib. 4. ep. 5. Vt mihi tam multa pro te perpesso atque perfuncto concederet, vt præstarem, &c.

PERPETIENDVS,a,um. 2. contr. Rul. 6. Mihi omnia potius perpetienda esse duco, quàm non, &c.

PERPETIENS,tis. 2. de Fini. 65. Casus ille qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluntarius.

PERPETVITAS,tis. *perennitas, diuturnitas, continuatio.* 2. Offic. 23. Malus custos diuturnitatis metus: contrâq; beneuolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem. Q.fr. lib. 3. ep. 5. Magis voluntatis perpetuitatem, quàm promissorum exitum expecto. 1. Offi. 119. Vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis. 2. de N. 128. Quod perpetuitatis causa machinata natura est. 5. Tusc. 31. Non ex singulis vocibus Philosophi sunt spectandi, sed ex perpetuitate atq; constantia. 2. de Fi. 86. Qui autem diffidit perpetuitate bonorum, timeat necesse est. 1. Tusc. 97. Perpetuitate consequentis temporis. 5. Tusc. 31. Perpetuitas & constantia dictorum. 3. de Orato. 188. Perpetuitas & quasi conuersio orationis. ‖ *oratio membris intercisa.* Orat. 7. In perpetuitate dicendi. 2. de Orat. 220. Genus facetiarum quod in perpetuitate sermonis est. de Vn. 35. Perpetuitas pro immortalitate.

☞ Syntaxis. *In vitæ perpetuitate sibi constare. Magna perpetuitas, & constantia. Orationis perpetuitas atque conuersio.*

PERPETVO. *in perpetuum.* 3. contra Rull. 2. Vt eam opinionem perpetuo retineatis. Qu.fr. lib. 1. ep. 1. 35. Facies perpetuò, quæ fecisti. pro Cl. 104. Iudex qui non perpetuò sedisset. ‖ 4. Acad. 63. Hortensius autem vehementer admirans quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecit. * Incer. Perpetuò fortunam quàm florentissimam permanere.

PERPETVO,as. *continuo.* 3. de Orat. 179. Si cuiuspiam sit infinitus spiritus, tamen eum perpetuare verba nolimus. pro Syl. 64. Cæcilius iudicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putauit.

PERPETVVS,a,um. *perennis, constans, æternus vel sempiternus, vniuersus, continens.* 3. I. C. 29. Atque in perpetua pace esse possitis, prouidebo. 2. de Na. 56. Stellarum perennes atque perpetui cursus. 4. I. C. 18. Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. 1. de Nat. 40. Legis perpetuæ & æternæ vis. pro Rab. 1. Nam me meæ vitæ perpetua consuetudo ad eum defendendum est adhortata. 2. de Inu. 164. Stabilis & perpetua permansio in ratione bene considerata. 2. Quint. de Pet. 21. Firma & perpetua amicitia. Epist. lib. 6. ep. 13. Assidua & perpetua cura. *ibidem* lib. 5. ep. 12. Qui omnes à perpetuis suis historiis ea quæ dixi bella separauerunt. & *ibidem.* A continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris. 2. de Finib. 17. Perpetua oratio non Rhetorum solùm, sed etiam Philosophorum est. 2. de Or. 16. Valde sum cupidus te in illa longiore & perpetua disputatione audiendi. Q.frat. lib. 2. ep. 3. 1. de Orat. 153. Cato Pompeium oratione perpetua tanquam reum accusauit. 2. de Orat. 219. In illo genere perpetuo festiuitatis. &c. 2. de Orat. 141. Perpetui & vniuersi generis quæstio. de Clar. 106. Quæstiones perpetuæ. Postquam in Senat. 28. Constans & perpetua defensio salutis meæ. 5. Tusc. 96. Ita perpetuas & cõtextas voluptates in sapiente fore semper. pro Flacc. 100. Annui temporis criminationem omnis ætas L. Flacci & perpetuam defendet. Attic. lib. 5. ep. 21. S. C. factum est, vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. Atti. lib. 12. ep. 14. Perpetuum morbum iurabo. Postquam in Sena. 4. Cùm Respub. non solùm parentibus perpetuis, sed etiam tutoribus annuis esset orbata. 6. I. V. 119. Vna via lata atque perpetua, multæque transuersæ Syracusis. I. P. 51. A Brundusio vsque Romam agmen perpetuum totius Italiæ vidi. Top. 97. Non solùm perpetuæ orationes, sed etiam partes orationis iisdem locis adiuuantur. Attic. lib. 1. ep. 13. Tempus est nos de illa perpetua iam, nõ de hac exigua vita cogitare. 2. Off. 42. Pecuniæ quærẽdæ nõ solùm ratio est, sed etiã collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet. 1. I. A. 16. Quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuásque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? 13. I. A. 13. Mea perpetua atque constans voluntas in Rempub. 2. de L. 47. Perpetua sacra. pro Mil. 52. Perpetua alicuius consuetudo in vi inferenda. 1. de Finib. 57. Vt aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda suauiter & iucundè meminerimus.

☞ Syntaxis *Perennis atque perpetuus. Perpetuus ac sempiternus. Perpetuus & æternus. Stabile ac perpetuum. Firmum ac perpetuum. Assiduum & perpetuum. Oratio in Pompeium perpetua. Perpetuæ & contextæ voluptates. Via lata & perpetua. Agmen perpetuum. Perpetuæ tibi est hilaritas.*

PERPLACET. Att. li. 3. epist. 23. Vide legem, quam T. Fabio scripsit T. Visellius: ea mihi perplacet.

PERPOLIO,lis. *expolio.* Epist. lib. 5. ep. 12. Et ea quæ habes institutа perpolies. de Vn. 40. Perpolire & absoluere aliquid imperfectum. pro Cor. 17. Placuit ambobus adhiberi hunc à me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem. 2. de Ora. 54. Tractu orationis leui & æquali perpoliuit illud opus. 2. de Ora. 201. Hæ duæ partes, quæ minimè præceptis artium sunt perpolitæ. ‖ 1. de Ora. 31. Oratio perpolita.

PERPOLITIO,onis. *expolitio.* 4. ad Heren. 19. Infinita perpolitio verborum.

PERPOLITISSIME. de Inu. lib. 1.

PERPOLITVS,a,um. *expolitus, excultus.* pro Sest. 92. Vita perpolita humanitate. 4. ad Heren. 19. Omnes partes orationis æqualiter perpolitæ. 1. de Orato. 58. Homines perfecti in dicendo, & perpoliti.

✠ ADVERB. *Subtilissimè, pro Corn.*

PERPOTATIO,onis. I. P. 22. Quid cum tuis sodidissimis gregibus intemperatissimas perpotationes prædicem.

✠ ADIVNC. *Intemperatissimæ, I. P.*

PERPOTO,as. 7. I. V. 86. Perpotare totos dies.

PERPVGNAX,cis. 1. de Orat 93. *In disputando.*

PERPVRGATVS,a,um. pro Mur. 53. Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus perpurgatus ab iis qui ante me dixerunt. 2. de D. 2. Perpurgatus est is locus, &c.

PERPVSILLVS,a,um. 2. de Ora. 245. Perpusillum rogabo. *iocus ex ambiguo: nam & pusillum hominem significat, & breuiter.*

PERQVAM. *valde.* 2. de Orat. 108. Quod mihi quidem perquàm puerile videri solet. & 161. Hoc perquàm optandum nobis. & 201. Sic illud perquàm breuiter perstrinxi. & 2. Tusc. 49. Perquàm flebiliter Vlysses lamentatur in vulnere. pro Plan. 16. Hic quàm ille dignior, perquàm graue est dictu. 1. Tusc. 107. Illud verò perquàm inane.

PERQVIRO,ris. *exquiro, inquiro.* 6. I. V. 39. Scribit ad quosdam, vt ea vasa perquirant. 5. de Finib. 48. Contemplari & perquirere res occultas. pro Cluent. 180. Perquiritur à coactoribus. Qu. de Pet. 24. Perquiras etiam & inuestiges homines ex omni regione, &c. pro Cæl. 53. Possum etiam illa ab accusatore perquirere, vbi sit, nam, &c.

PERQVISITVS. *aduerb. exquisitiùs.* 1. de Inuent. 77. Perquisitiùs & diligentiùs.

PER RARO, *aduerb.* de Orat. lib. 1. de Fini lib. 2. ‖ 51. Istorum autem verborum amore, quæ perraro appellantur ab Epicuro, sapientiæ, fortitudinis, iustitiæ temperantiæ, præstantissimis ingeniis homines se ad Philosophiæ studium contulerunt.

PERRECONDITVS,ta. 1. de Orat. 135. *Facultas.*

PERRIDICVLVS,la.lum.4.I.V.18.Perridiculi homines.de Or. lib.2.77.Perridicula doctrina.

PERRIDICVLE.2.de Orat.239.

PERRVMPO,pis.*disrumpo,perfringo,vi aperio,perseco.*1.Tuſ.43.Accedit,vt eò facilius animus euadat ex hoc aëre, eúmq; perrumpat.12.I.A.26. Sed effugi inſidias, perrupi Apennirium, &c. 3.Offi.36.Pœnam legum,quas perrumpunt,non vident.Att.lib.8. ep.19.Exercitum firmum habere oportet,quo confidamus perrumpere non poſſe.

PERRVMPOR,ris.1.Tuſc. 42. Ab his perrumpitur & diuiditur craſſus hic aër.

PERSA,& PERSAE.10.ad Attic.ep.7.Regnum nõ modò Rom. homini,ſed ne Perſæ quidem cuiquam tolerabile.1.Tuſc. 108. Perſæ circa circumlitos mortuos condiunt, vt quàm maximè permaneant diuturna corpora.3.in Ver.48.Perſæ ad Delum appulſi,nihil in ea violârunt.2.de Fin.92.Veſcuntur naſturtio Perſæ,vt ſcribit Xenophon.5.Tuſc.99.Perſarum à Xenophonte victus exponitur,quos negat ad panem adhibere quicquam præter naſturtium.2.de Leg.26.Nec Perſarum Magos ſequor,quibus autoribus Xerxes inflammaſſe templá Græciæ dicitur. 1. de Diu.91.Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe,qui non ante Magorũ diſciplinam,ſcientiámq; perceperit. 5. Vert.76. Solere aiũt barbaros reges Perſarum ac Syrorũ plures vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere,&c. 1. de Diuin. 90. In Perſis augurantur & diuinant Magi,qui congregantur in fano commentandi cauſa,atque inter ſe colloquendi.

*PERSAEPE.7.I.V.132. Perſæpe eſſe ſeuerè ac vehementer vindicatum.1. de Leg. 40. Perſæpe falſa ſunt *iudicia.* de Amic. 77. Quod perſæpe fit.pro C.Cornel.1. Quo de genere perſæpe Senatusconſulta fiunt.

PERSALSE.ad Qu.frat.lib.2.ep.14.Perſalſè,& humaniter etiam gratias mihi agit.

PERSALSVS,ſa,ſum.2.de Orat.279. In quo perſalſum illud eſt apud Næuium.

PERSALVTATIO,onis. *ſalutatio.* pro Mur. 44. *Non placet mihi* declamatio potius quàm perſalutatio.

PERSALVTO,as. *ſaluto.*pro Flac. 42.Qui ita ſit ambitioſus, vt omnes vos noſque quotidie perſaluret.

PERSAPIENS,tis.de Pro. 44. Quod magni cuiuſdam hominis & perſapientis videtur.

PERSAPIENTER.pro Mil.11.Etſi perſapienter & quodammodo tacitè dat ipſa lex poteſtatem defendendi.

PERSCIENTER.de Cl.201.* Ad infirmitatem laterum perſciẽter contentionem omnem remiſerat.

PERSCRIBO,bis.*refero,datum alicui refero,in tabulas publicas refero.*Attic. lib.3.ep.15.Fac, vt omnia ad me explorata perſcribas. Ep.lib.5.ep.4. Nunc mihi Qu. fr. mitiſſimam tuam orationem perſcripſit.Ep.li.5.ep.3 De meis rebus ad Lelium perſcripſi.Ep.li. 1.ep.7.Vt perſcripſi ad te antè.Att.lib.6.ep.3. Ad ipſum hæc perſcripſi omnia.pro Flac.44.Pecuniam in ædem ſacram reficiendã ſe perſcripſiſſe dicunt.pro Qu.R.2.Aequè enim tabulæ condemnantur, eius qui verum non retulit,& eius qui falſum perſcribit.& *ibid.* Egóne hanc manum impellere potui,vt falſum perſcriberet nomen:Epiſt.lib.9.ep.25.pro Syl.41. Conſtituti ſenatores,qui omnia iudicum dicta perſcriberent.* Att.li.3.ep.13. Nunc veſim mihi planè perſcribas,qui videas.13.Philip.30.

✠ADVER. *Accuratè omnia,*11. *Attic. Accuratius,* 8. *Att.Apertè quid cogites,*2 *de Inuen.Breui,*4.*Famil. Cautè,*8.*Famil.Diligẽtiſſimè,*6.*Famil. Enucleatè,nominatim alicui tribunatum,*3.*ad Q. Frat.Nominatim in furta,*4.*Ver.Nominatim in lege,*2.*Cont.Rull.Parciùs,*16.*Famil.Planè,*3.*Attic.Quàm diligentiſſimè,*2. *Famil.Separatim quid,*13.*Philip.Spurciſſimè,*11.*Att. Sũmatim,*5.*Att.Variè,& copioſè ſermones,* 1. *Acad. Verè,*1.*ad Qu.frat.*

PERSCRIPTOR,oris.5.I.V.168.Scriba perſcriptor fœnerationis.

PERSCRIPTIO,onis.Epiſt.lib.5 ep.2.Iam illud S.C.quod,&c.ea perſcriptione eſt,vt dum id extabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit.5.in Ant.11.Antonius ſepties millies falſis perſcriptionibus donationibuſque vertit 2.in Rull. 22. Legis perſcriptio.1.de Orat.250.Si de tabulis & perſcriptionibus controuerſia eſt.pro Q.R.52. Suarum perſcriptionum & literarum aduerſaria proferre.

✠ADIVN.*Falſæ,*11.*in Ant.*

PERSCRIPTVS,a,um.2.cõtra Rull.87.Hoc perſcriptum in monumentis veteribus reperietis.3.I.C.13.Et quoniam nondum eſt perſcriptum ſenatuſconſultum : ex memoria vobis Quirites, quid ſenatus cenſuerit,exponam.Ep.lib.1.ep. 2. Senatus auctoritas perſcripta. in Piſ. 35. Iis verbis ea de me Senatus auctoritas declarata eſt, vt nemini ſit triumphus honorificentiùs,quàm mihi ſalus reſtitutioque perſcripta.3.de Orat. 5. Et eundem,id quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe.in Piſ.61.Rationes etiam perſcriptæ erant ita ſcitè & literatè, vt ſcriba,&c.

✠ADVERB.*Diligentius,*2.*de Inuent. Diligẽtiſſimè,*14. *Famil.Diuinius,de Aruſp.Honorificentius ſalus,literatè, ſcitè rationes,in Piſo.Sanctiſſimè æquitas,*1.*Offi.*

☞Syntaxis. *Perſcribere omnia diligenter. Pecuniam ſcitè & literatè perſcribere.*

PERSCRVTOR,aris.*exquiro,inquiro.*pro Flac.19.Itaque perſcrutamini penitus naturam rationemque criminum.6.I.V.47. Inueſtigare & perſcrutari omnia.5. Tuſc.59. Speculari & perſcrutari omnia.1.de Inu.68.Deſinite literas perſcrutari.2.de Inu.128. Perſcrutari voluntatem alicuius domeſticis ſuſpicionibus. 2. Offi.25.Dionyſius præmittebat de ſtipatoribus ſuis,qui perſcrutarentur arculas muliebres,&,ne quod occultaretur telum, exquiterent.

✠ADVER.*Penitus naturam,pro Flac.*

PERSECO,as.Att.li.3.ep.23.Quare da te in ſermonem,& perſeca, & conſice,&c.4.Acad.122.Ecquid nos rerum naturas perſecare, aperire,diuidere poſſumus?

PERSECVTIO,onis. *hoc verbo Vlpianus extraordinarias iuris actiones putat contineri, vt fideicommiſſorum, & aliorum,quæ non habent iuris ordinarij executionem.* Or.141. Perſecutionum cautionumque præceptio in iure ciuili.

PERSEPHONE,es.*Proſerpina.*2.de N.‖66.*Περσεφόνη* Græci nominant quam frugum ſemen eſſe volunt.

PERSEQVENDVS,a,um.pro Ar.14. In ea autem perſequenda omnes cruciatus corporis parui ſunt ducendi. Or.58. Id notandum eſt ad ſtudium perſequendæ ſuauitatis in vocibus.

PERSEQVENTISSIMVS iniuriarum.de Inu.lib.2.

PERSEQVOR,ris.*ſequor,colo,imitor.*7.I.V.180.Horum nos hominum ſectam perſequimur. 1. Aca.7. Si verò Academiam veterem perſequamur,&c.

¶ *Orior,exto,appareo.*2.de Diu.149. Superſtitio quocũque te verteris,perſequitur.

¶ *Pergo in.*pro Dom. 141. Nec inſtitutas ceremonias perſequi potuit.* 5.de Leg.Ea quæ reſtant, in illis alnorum vmbraculis perſequamur.

¶ *Peruenio ad.*Ep.lib.3.ep.6.Eò diſceſſiſti, quò ego ne perſequi quidem poſſem triginta diebus.

¶ *Tueor.*pro Cec.8.& 1.I.V.21.Perſequi ius ſuum.5.I.V.32.& pro Fla. 47. Bona ſua repetere ac perſequi lite atque iudicio. pro Quint.45.Perſequi rem ſuam.*id eſt,petere in iudicio.*

¶ *Exequor.*Qu.fr.lib.2.ep.13.Tua mandata perſequar diligẽter.

✠de Sen. 16.‖Quæ verſib* perſecutus eſt Ennius.& *ibid.*Vt aui reliquias perſequare.

¶ *Venor,affecto.*3.de Leg.18. Qui legatione hæreditates aut syngraphas ſuas perſequuntur.in Piſo.53. Quæ tu diuerticula,quas flexiones,dum omnes ſolitudines perſequeris,quæſiſti?

¶ *Viuo,ago.*12.in Ant.15. Vt vitam inopẽ & vagã perſequamur.

¶ *Vlciſcor.*4. Acad. 1. Perſequi inimicitias.4. in Verr.9.Iniurias ſuas per vos vlciſci ac perſequi ſtatuerũt.& 1.in Ver.64.Qui iniurias ſuas perſequi volunt.pro Dom.49.Is mortem eius ſe perſequi velle dixit.13.I.A.39.Perſequi mortem alicuius.pro Cecin. 32.Vt tuas iniurias perſequar.*id eſt,à te factas.*

¶ *Sumo.*Ep.lib.1.ep.9.Cùm pœnas à ſeditioſo ciue per bonos viros iudicio perſequi vellet. Att.lib.9.ep.17. Perſequi pœnas alicuius.

¶ *Vexo.* I.P.31. Triſtiſſimis ominibus aliquem exeuntem perſequi.1.de Orat.182.Perſequi aliquid acriùs. Ep.li.6.ep.7.Perſequi vitia alicuius. Attic.lib.7.ep.22. Pompeium perſequi Cæſar dicitur.Ep.lib.10.ep.15.Perſequi aliquem bello.

¶ *Complector,comprehendo.*Orat.102.In lege Manilia temperata oratione ornandi copiam perſecuti ſumus.de Cla.122.Nunc reliquorum oratorum ætates & gradus perſequamur.1.de N.111. Epicurus voluptates perſequitur omnes nominatim.1.Acad.12. Brutus ſic philoſophiam Latinis literis perſequitur, nihil vt, &c.2. de Diu. 17. Qui ſiderum motus numeris perſequuntur. Epiſt. lib. 10. epiſt.7. Sed breuiorem me duæ res faciunt : vna, quòd publicis literis omnia ſum perſecutus:altera,&c. 5. de Fi. 64. Nec ſum copiam quam potui,&c. perſecutus.2. in Ant. 27. Longum eſt perſequi cæteros,&c.I.P.10. Perſequere connexos his funeribus dies. de Pro.19 Si idem extrema perſequitur, qui inchoauit,iam omnia perfecta videbimus. de Ar.19. Vix quiſquam arte vlla ordinem rerum ac viciſſitudinem perſequi poteſt.2.Offi.87. Has rex Xenophon commodiſſimè perſecutus eſt in eo libro,qui,&c.1.de D.49.Is diligentiſſimè res Annibalis perſecutus eſt.de Sen. 16. Quæ verſibus perſecutus eſt Ennius. pro Syl.42.Qui conſuetudine & celeritate ſcribendi facillimè

✠quæ dicerentur,perſequi poſſent.‖pro Cec.34. Vt omnia omniũ non modò tantarum rerum,ſed etiam tenuiſſimarum iura ſtatuerint perſecutiõ; ſint:hoc genus vnũ,&c.1.de Fin.12.Quid à ſingulis philoſophiæ diſcipulis diceretur perſecuti ſumus.

✠ ADVERB. *Acriter, acrius*, 2. de Orat. *Commodè*, 8. *Famil. Commodissimè, deinceps reliqua*, 2. *Offi. Crudelissimè*, 2. *Philip. Cupidissimè laudem, pro Rab. Posth. Dignè iniuriam*, 3. *in Ver. Diligenter mandata*, 2. *ad Q. Frat. Diligentissimè omnia*, 6. *Attic. Diligenter vias, subtilissimè membra locorum, vsque eò, Top. Diligentissimè res*, 1 *de Diu. Grauissimè versibus, de Senec. Nominatim*, 1. *de Nat. Publicè bello*, 7. *Ver. Sapienter extrema*, 4. *Fam. Seuerè dedecus*, 2. *in Ver. Studiosissimè*, 3. *Offi. Subtiliter*, 1. *de Orat. Subtilius*, 4. *de Finib. Vehementissimè iniurias*, 4. *Ver.*

PERSEVERANTIA, tiæ. *assiduitas, constantia*. 2. de In. 164. Perseuerantia est, in ratione bene considerata, stabilis & perpetua permansio. Part. 65. Aliud an idem sit, vt pertinacia, & perseuerantia. pro Dom. 8. Nimia perseuerantia. pro Planc. 89. Ergo illecùm perseuerantiam sententiæ suæ, non salutem reip. retinuisset, tamen, &c. 7. in Ant. 14. Retinenda est igitur vobis cõstantia, grauitas, perseuerantia. *hoc oro animaduertas, quanti sit ponderis.*

✠ ADIVNC. *Grata & iucunda alicui, nimia, pro Dom. sua ad Pont.*

PERSEVERATVR. 6. I. V. 85. Quod cum omnibus displiceret, non est ab isto perseueratum.

PERSEVERO, as. *persisto, permaneo, perstõ*. Att. li. 6. ep. 3. Et quod tibi Romæ ostenderam me seruaturum, in eo perseuerari. 9. in Ant. 6. At ille in hac constantia morbo aduersante perseuerauit. de Pro. 10. Statuit ius dicere, & in eo perseuerauit. 4. I. A. 11. Vt vos in ista sententia perseueretis. 3. de L. 27. Perseueras tu quidem, & in tua vetere sententia permanes. 3. de N. 83. Perseuerare in eadem sententia. 2. de In. 5. Perseuerare in vitiis. pro Qu. 31. Dolabella iniuriam facere fortissimè perseuerat. pro Quint. 66. Si inimicissimè contẽdere perseueret. Epist. lib. 7. ep. 29. Quare mi Cicero perseuera constãter nos defendere. Att. lib. 8. ep. 11. Quod quæris, quid Cæsar ad me scripserit, quod sæpe, gratissimum sibi esse, quod quierim, orátque in eo vt perseuerem. 12. in Ant. 5. Cuiusuis hominis est, errare: nullius, nisi insipientis, perseuerare in errore.

¶ *Asseuero.* de Am. 24. Cùm Pylades Orestem se esse diceret, Orestes autem se esse perseueraret.

¶ *Absoluo, exequor.* pro Qu. 76. Quod turpissimè suscepisses, perseuerare & transigere non potuisti.

¶ *Statuo.* Att. lib. 9. ep. 22. Et ad vrbem vt non accederem, perseueraui.

✠ ADVER. *Fortissimè, pro Quint. Stultè, & diu in parũ cognito*, 2. *de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Perseuerantia est permansio, &c. Pertinacia & perseuerãtia. Constantia, grauitas, perseuerantia, in hoc perseuero. Dixit, & in eo perseueravit. Perseuerare, & in sententia permanere. Hoc non perseueravisti, neque transegisti. Vt abirem, perseueraui.*

PERSEVS, sei. 2. de N. 112. Ad pedes Andromedæ Perseus describitur.

PERSICVS, a, um. de Sen. 59. Cyri purpura, ornatúsque Persicus multo auro multisque gemmis. 1. de D. 46. Dionysius Persicus.

PERSIMILIS, le. I. P. 93. L. MEMORIA.

PERSISTO. *perstо, perseuero*. 2. de Fin. 107. Si in eo perstiteris, ad corpus ea quæ dixi referre.

✠ PERSIVS. 2. de Orat. 25. & 1. de Finib. 7.

*PERSOLVENDVS, a, um. Frag. epist. Cùm legionibus erunt quæ spopondimus persoluenda.

PERSOLVO, uis. *soluo*. Ep. lib. 11. ep. 11. Tãtum me tibi debere existimo, quãtum persoluere difficile est. pro Planc. 103. Sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi, id à vobis ei persoluere.

¶ *Respondeo.* Att. lib. 14. ep. 22. Persolui primæ epistolæ, venio ad secundam.

¶ *Aperio, explico.* Att. lib. 7. ep. 3. Si mihi hoc *ἄπαξ* persolueris, magna me cura liberâris.

¶ *Patior, do.* 7. I. V. 162. Persoluere pœnas iudicio. L. POENA.

¶ *Obsequio, præsto.* Ep. li. 3. ep. 9. Persoluere promissa. de Ar. 28. Persoluere vota. pro Plã. 80. Persoluere gratiã. I. V. act. 7. 182. Officiũ. Att. lib. 7. ep. 3. Persoluere rationem officij sui. 14. Phil. 34.

✠ ADVER. *Cumulatè promissa*, 14. *Philip.*

*PERSOLVTVS, a, um. Orat. 214. Ab omnibus esse ei pœnas persolutas.

PERSONA, næ. *est ea proprietas, qua homo differt ab homine iis in reb. quæ Rhetores attributa personarũ vocãt, vt pater, filius: maritus, vxor: iudex, imperator: Philosophus, orator: & id genus alia.*

¶ *Munus, partes.* pro Quint. 45. & Epist. lib. 7. ep. 33. Peritoris personam suscipere, accusatoris deponere. pro Syl. 8. Denique istam personam vehementem & acrem, quam mihi tempus & resp. imposuit, iam volũtas & natura ipsa detraxit. pro Cec. 14. Quam personam cognoscitis mulierum assẽtatoris, cognitoris viduarum, &c. hanc personam imponite Ebutio: is enim, &c. I. P. 71. Qui philosophiam profitetur, grauissimam sustinet personam. de Cl. 80. Paulus personam principis ciuis facilè dicendo tuebatur. & 165. At tuendam personam magistratus. 1. de Orat. 169. Is qui hanc personam susceperit, vt amicorum partes tueatur. 3. de Orat. 51. Nec adhuc quam personam teneant, intelligunt. pro Mur. 6. Ego has partes lenitatis & misericordiæ semper egi libenter: illam verò grauitatis & seueritatis personam non appetiui, sed à rep. mihi impositam sustinui. 2. cont. Rul. 48. Vos mihi personam hanc imposuistis, vt eum tuerer. 1. Offi. 98. Nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiáque reliquarum animantium. 8. I. A. 29. Magnum est in rep. tueri personam principis. 1. Offi. 115. Ipsi autem quam personam gerere velimus, à nostra voluntate proficiscitur. 6. I. A. 2. Ita veni in senatum, vt meminissem quam personam imposi-tam à vobis sustinerem. *ibid.* 15. Quanquam non alienum fuit personas quasdam à vobis recognosci, vt, &c. I. P. 24. Nõ capiũt angustiæ pectoris tui tantam personam, tam grauem, tam seueram. *id est, personam Consulis.* 2. de Or. 102. Tres personas vnus sustineo: meam, aduersarij, iudicis. 1. Offi. 124. Magistratus gerit personam ciuitatis. pro Plã. 100. Is abiecit quæstoriam personã, comitisque sumpsit.

¶ *Homo, hominis conditio.* Epist. lib. 6. ep. 6. Cæsar nunquam nisi honorificentissimè Pompeium appellat, at in eius persona multa fecit asperius: armorum ista & victoriæ sunt facta, non Cęsaris. Epist. lib. 3. ep. 5. Neque enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur. 1. ad Her. 8. A persona alicuius capere beneuolentiam. Epist. lib. 4. ep. 5. Ea reminiscere, quæ digna tua persona sunt. Epist. lib. 5. ep. 3. Libentérque commutata persona te mihi fratris loco esse duco. 2. de Or. 145. Hominum innumerabiles personæ. 3. de N. 71. Medea & Atreus heroicæ personæ. Att. lib. 8. ep. 16. Ecquæ pacifica persona desideretur. 2. I. A. 66. Exultabat gaudio persona de Mimo, modò egens, repẽtè dives. 1. Offi. 115. Ac duab. his personis, quas suprà dixi, tertia adiũgitur, quam casus aliquis vel tempus imponit. 3. Offi. 106. Cùm tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit. Att. lib. 9. ep. 13. Ad eam rationem existimabam esse satis aptam naturam ac personam meã. Att. lib. 15. ep. 1. Quid est autem, cur ego personatus ambulem? parúmne fœda persona est ipsius senectutis?

¶ *Facies ficta, histrionica.* 2. de Orat. 193. Sæpe vidi cùm ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur.

✠ ADIVNC. *Aliena, certa*, 1. *de Inuẽt. Alienæ, pro Sex. Rosc. Antiquæ*, 13. *Attic. Apta ad aliquam rationẽ*, 9. *Att. Aptior, idonea, stultissima, de Amic. Cõmunis*, 1. *Offi. Confusæ*, 3. *de Orat. Difficillimæ, dissimillimæ, propriæ, Orat. Extrema*, 2. *de Legib. Fictæ, Part. Fœda*, 15. *Attic. Grauis, innumerabiles, hominũ*, 2 *de Orat. Graues*, 4. *Acad. Grauis, magnifica, præstans*, 3. *de Finib. Tã grauis, tam seuera, grauissima, tanta, in Piso. Heroicæ*, 3. *de Nat. Improba, turpissima*, 4. *Ver. Impurissima, luculẽta, pro Q. Rosc. Leuis*, 2. *Cont. Rull. Mira*, 7. *Famil. Muta, pro Dom. Obscuræ*, 4. *Famil. Pacifica*, 1. *Attic. Quæstoria, pro Planc. Vehemens, & acris, pro Syll.*

☞ Syntaxis. *Suscipere personam, sustinere, imponere, tueri, tenere, abiicere. Natura & persona.*

PERSONATVS, a, um. 3. de Orat. 219. Nostri senes, qui personatum ne Roscium quidem magnoperè laudant. Attic. lib. 15. ep. 1. Quid est autem, cur ego personatus ambulem?

PERSONO, as. *percrepo.* pro S. R. 134. Cantu vocum, neruorum & tibiarum tota vicinitas personabat. 2. I. A. 105. At verò te inquilino personabant omnia vocibus ebriorum. pro Plã. 86. Cùm furialis illa vox secũ illos facere acerbissimè personabat. pro Cæl. 47. Illi verò non loquuntur solùm, verumetiam personant, huc vnius mulieris libidinem esse prolapsam. Epist. lib. 6. ep. 18. Iam tamen personare aures eius huiusmodi vocibus non est inutile.

✠ ‖ In Pis. 22. Cantu & Cymbalis personare.

✠ ADVERB. *Acerbissimè, pro Cn. Planc.*

PERSPECTVS, a, um: simus. *certus, cognitus, exploratus, pertractatus.* Attic. li. 3. ep. 15. Fac vt omnia ad me perspecta & explorata perscribas. *ibidem.* lib. 11. ep. 1. Tua erga me mihi perspectissima beneuolentia. 2. de Orat. 318. Tota causa pertractata atque perspecta. Epist. li. 1. ep. 7. Re perspecta atque cognita. 1. de Orat. 92. Attem cognitis penitúsque perspectis rebus cõtineri. Brut. ep. 1. Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum. Or. 121. Erit etiam ei perspectũ, nihil posse, &c. de Fat. 15. Quod erit ei perspectum in arte. 1. de Or. 108. Ars definitur ex rebus penitus perspectis, planéque cognitis, &c. 1. Offi. 149. Is quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est.

✠ ADVER. *Maximè, de Clar. Penitus*, 1. *de Orat. Planè*, 8. *Famil.*

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Perſpectum & exploratum. Perſpectum ac cognitum, & contra. Perſpectus, cognitus, iudicatus animus. Perſpectum planéque cognitum.*

PERSPERGO, gis. *reſpergo, profundo.* 1. de Orat. 159. Lepos, quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio.

PERSPICACITAS, tatis. *ſolertia, acumen.* Attic. lib. 1. ep. 15. Nunc vides quibus fluctibus iactemur, & ſi ex iis quæ ſcripſimus, (tanta es perſpicacitate) etiam à me non ſcripta perſpicis. *ex Gallico*

✠ *Sim. Colinæi exemplari.* ‖ *Oſcitantia librarij hanc parentheſin irrepſiſſe puto ita factum eſſe mendoſiorem locum, nullibi voce perſpicacitas vſum eſſe Ciceronem memini.*

PERSPICAX, cis. *ſolers, acutus.* 1. Offi. 100. Id quod acutum & perſpicax natura eſt. 3. Offi. 98. Palamedis perſpicax prudentia.

PERSPICIENTIA, tiæ. *conſideratio, contemplatio, cognitio, intelligẽtia.* 1. Offi. 15. Quod honeſtum eſt, aut in perſpicientia veri ſolertiáque verſatur, aut, &c.

☞ Syntaxis. *Prudentia perſpicax. Acutum & perſpicax. Id verſatur in veri perſpicientia, ſolertiáque.*

PERSPICIO, cis. *animaduerto.* 2. de Inu. 17. Animus ita videtur affectus fuiſſe, vt rem cum conſilio & cura perſpicere non potuerit. 1. de Leg. 59. Homo cùm ſeipſe perſpexerit, totumque tentârit, intelliget, &c. de Ar. 18. Nemo illorum prudentiam non dicam aſſequi, ſed quanta fuerit, perſpicere poteſt. Ep. lib. 1. ep. 2. Quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis rogandiſque perſpexeram. Epiſt. lib. 3. ep. 10. Nollem accidiſſet tempus, in quo perſpicere poſſes, quanti te facerem: quanquam in conſuetudine quotidiana perſpexiſſes, ſicuti perſpicies. pro Syl. 76. Perſpicite etiam atque etiam, &c. penitùs introſpicite iſtorum mẽtes. 1. I. C. 21. Quorum tu ſtudia perſpicere potuiſti. 1. de Or. 219. Qui rerum omnium naturam perſpexerit. Att. lib. 14. ep. 14. Ex fronte, vt aiunt, meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. 2. Offi. 18. Perſpicere, quid in quaque re verum ſit. * con. C. Anton. Gladiatores, quos ipſe conſolaris candidatus perſpexit, & legit, & emit.

✠ *ADVER. Acutiſſimè, 10. Att. Altius, 2. in Ver. Dilucidè, 4. Acad. Etiam, atque etiam, pro Syll. Optimè, 6. Famil. Planè, 1. Tuſc. Penitus mores, 1. de Orat. Penitus obſeruantiam, 13. Famil. Præclarè, 3. de Legib. Solertiſſimè lineamenta operum, 6. in Ver. Studioſè, 5. Tuſ.*

PERSPICIOR, ris. de Am. 64. Quidam ſæpe in parua pecunia perſpiciuntur, quàm ſint leues.

☞ Syntaxis. *Cum conſilio & cura perſpicere. Se perſpicere, totúmque tentare. Non aſſequeris, neque perſpicis. Perſpice etiam atque etiã, penitus introſpice. Perſpiceris in parua pecunia, quàm ſis leuis.*

PERSPICVE. *manifeſtè, apertè, dilucidè.* pro Cæl. 26. Non me hæc mouent, quæ perſpicuè falſa ſunt. 2. de Diu. 41. Diuinatio perſpicuè tollitur. 1. de In. 90. Falſum eſt, in quo perſpicuè mendacium eſt. & *ibidẽ.* Res perſpicuè turpis. 3. de Fin. 19. Planè & perſpicuè dicere, vel ſcribere aliquid. 2. de In. 6.

PERSPICVITAS, tis. *euidentia.* 4. Academ. 17. Nihil eſt clarius ἐναργίᾳ, vt Græci: perſpicuitatem, aut euidentiam nos, ſi placet, nominemus. 3. de N. 9. Perſpicuitas argumentatione leuatur. L. ENARGIA.

PERSPICVVS, a, um. *clarus, euidens, apertus, manifeſtus, minimè dubius.* 3. de N. 9. Quaſi hoc perſpicuum ſit, conſtétque inter omnes, eſſe deos. 2. de Orat. 132. Perſpicua ſunt hæc quidem, & in vulgari prudentia (*id eſt, iudicio*) ſita. 1. de Inu. 66. Hæc propoſitio indiget approbationis: non enim perſpicua eſt. & *ibidem.* Ex his omnibus illud perſpicuum eſt, approbationem, &c. 2. de Orat. 115. Iam illud perſpicuum eſt, omnium rerum, &c. pro S. R. 18. Rem quæ ſuſpitioſa ſit, perſpicuam facere. 2. I. V. 5. Facere aliquid perſpicuum. pro Dom. 64. Quoſdam ſe in medios hoſtes ad perſpicuam mortẽ pro ſalute exercitus inieciſſe. pro Quint. 80. Perſpicua veritas. 2. Offi. 16. Quis eſt enim, cui non perſpicua ſint illa, quæ pluribus verbis à Panætio commemorantur.

☞ Syntaxis. *Perſpicuum eſt, atque conſtat. Perſpicuum, & in vulgari prudentia ſitum. Ad perſpicuam mortem.*

PERSTO, as. *perſiſto, perſeuero.* pro Qu. R. 56. Perſtat in ſententia Saturius. & 26. Perſtat in impudentia. 4. Acad. 26. Tamen ne in iſta prauitate perſtabitis. 3. Offi. 39. Vrgent ruſticè ſanè: negant enim poſſe, & in eo perſtant.

PERSTRINGO, gis. *percurro, leuiter tango, ſtrictim attingo, breuiter ſtrictimque dico, non longius perſequor.* 6. I. V. 105. Rei magnitudo me breuiter perſtringere atrocitatem criminis non ſinit. 2. de Or. 201. Sic quid eſſet illud, perquàm breuiter perſtrinxi atque attigi. pro S. R. 91. In animo eſt leuiter tranſire ac tantummodo perſtringere vnamquamque rem. 2. I. A. 47. Nũc reliquum curſum videte, quem quidem celeriter perſtringam, ad ea enim, quæ, &c. feſtinat animus. 2. I. A. 102. & de Am. 46. Quem locum breuiter perſtrinxi paulo antè.

¶ *Obcæco.* de Senect. ut. 42. Voluntas rationi inimica, mentis, vt ita dicã, perſtringit oculos. pro R. P. 43. Nec illius animi aciem perſtringit ſplendor ſui nominis, nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Brut. ep. 18. Qui ſplendore falſi honoris obiecto aciem boni ingenij perſtringunt. de Finib. li. 4. 37. Aciem animorum noſtrorum virtutis ſplẽdore perſtringitis. 12. I. A. 3. Quod videbam equidẽ, ſed quaſi per caliginem perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus. in Vat. 25. Cuius ſplendor ac dignitas perſtringebat oculos Vatinij. 4. ad Her. 64. Exiſtimat ſe gemmæ nitore & auri ſplendore oculos omnium perſtringere.

¶ *Carpo, pungo.* Att. li. 1. ep. 11. Perſtringere aliquem. pro Seſt. 14. Vt eos quorum ſcelere eſſem violatus, vocis libertate perſtringerem. pro Planc. 33. Ille L. Craſſi voluntatem aſperioribus verbis ſæpe perſtrinxit impunè. pro Syll. 46. Nemo vnquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem nõ prouerterem. de Clar. 323. Cõſulatus meus illum leuiter perſtrinxit. Att. li. 16. ep. 11. Itaque perſtringam ſine vlla contumelia.

¶ *Effodio.* 2. I. A. 102. Aratrum, cuius quidem vomere portam Capuæ penè perſtrinxiſti.

✠ *ADVERB. Breuiter, 6. Ver. Breuiter locum, de Amic. Celeriter curſum, 2. Philip. Leuiter aliquem, de Clar. Impunè volũtatem facetiis, pro Planc. Perquam breuiter & attingere, 2. de Orat.*

PERSTRINGOR. 2. contra Rul. 66. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, vt aratro perſtringi non poſſit?

☞ Syntaxis. *Breuiter perſtringere. Perſtringere & attingere. Leuiter trãſire, & perſtringere. Celeriter perſtringere. Hũc locũ perſtringã breuiter. Oculos mentis perſtringere, aciem animi, aciem boni ingenij. Perſtringere verbis, ſuſpicione. Perſtringit vomer terram, murum ferè.*

PERSTVDIOSVS, ſa, ſum. Att. lib. 5. ep. 20. Perſtudioſus tui.

PERSTVDIOSE. de Cl. 206.

PERSVADENDVM. 1. de Or. 138. Oratoris officium eſt, dicere ad perſuadendum accommodatè.

PERSVADEO, des. *probo, ad credendum duco, fidem facio.* Att. lib. 10. ep. 8. Sic enim volo te tibi perſuadere, mihi neminem eſſe chariorem. *ibid.* lib. 7. ep. 8. Prorſus ita eſſe, vt ſcribis, mihi perſuades. 4. Acad. 118. At hoc Anaximandro populari ſuo non perſuaſit. Att. lib. 16. ep. 5. Hoc mihi nõ ſolùm confirmauit, ſed etiam perſuaſit. 2. I. A. 24. Quorum ſi vtrumuis perſuaſiſſem in has miſerias nunquam incidiſſemus. 3. de Orat. 80. Attic. li. 14. ep. 14. Hoc tibi primum perſuadeas velim me, &c. Epiſt. li. 11. ep. 5. Hoc velim tibi penitùs perſuadeas. 3. Offi. 37. Omnibus perſuaſum eſſe debet, ſi poſſemus, &c. 4. Tuſc. 59. Ne ſi fortè de paupertate non perſuaſeris, ſit ægritudini concedendum.

✠ *ADVER. Penitus ſibi, 14. Att. Prorſus, 2. Att.*

PERSVADETVR. 1. Offi. 66. Cùm perſuaſum ſit, nihil hominẽ niſi quod honeſtum ſit, expetere oportere. de Senect. 80. Mihi nunquam perſuaderi potuit, animos, &c. 1. de N. 61. Eſſe deos, perſuaderi mihi non opinione ſolùm, ſed etiam ad veritatem planè velim.

✠ *ADVERB. Plane, 1. de Nat. Temerè quicquam, 11. Famil.*

PERSVASIO, onis. *perſuaſus.* 2. ad Heren. 5. Cõfugiet ad imprudentiam, ſtultitiam, adoleſcentiam, vim, perſuaſionẽ. 1. de Inu. 6. Dicere appoſitè ad perſuaſionem. & 41. Prudentiæ ratio quæritur ex iis, quæ clam, palam, vi, perſuaſione fecerit. & lib. 2. 37. Imprudentiæ, neceſſitudini, aut perſuaſioni attribuentur.

*PERSVASVS, us. perſuaſio. pro L. Varen. Vtrum velitis, caſu illo itinere Varenum eſſe vſum, an huius perſuaſu & inductu.

PERSVASVS, a, um. 3. Tuſc. 72. Opinio mali: quo viſo & perſuaſo ægritudo inſequitur neceſſariò. 7. I. V. 63. Omnes ſic habent perſuaſum, iſtum clam à piratis pecuniam accepiſſe. Ep. lib. 11. ep. 2. Perſuaſum eſt mihi de tua fide. & ep. 9. Perſuaſiſſimũ mihi eſt. 1. de Inuent. 23. Si ab iis, qui antè dixerunt, iam quiddam auditori perſuaſum videtur. 1. ad Heren. 10. Aut cùm animus auditoris perſuaſus videtur. 6. I. V. 11. Quid, ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt ei? veriſimile non eſt.

☞ Syntaxis. *Perſuaſum eſt, perſuaſum habeo. Perſuaderi mihi non potuit, eſſe. De tua fide mihi perſuaſum eſt, perſuaſiſſimum. Perſuaſus animus.*

PERSVBTILIS, le. *pertenuis.* pro Plan. 58. Perelegans & ſubtilis oratio.

PERTAEDET, pertæſum eſt. *tædet valdè.* Quint. ft. lib. 1. ep. 2. Pertæſum eſt leuitatis Græcorum. Orat. 159. Ex quo quidem pertiſum etiam volunt, quod eadem cõſuetudo non probauit: id eſt, pro pertæſum.

PERTENDO, dis. *contendo, confero.* pro Corn. 11. Nos C. Pompeij decretum iudicium, de conſilij ſententia pronunciatum recognoſcemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum acerbiſſima diligentia eſt, pertendemus?

PERTENTATVS, a, ũm. 2. de Orat. 318. Tota cauſa pertentata atque perſpecta.

PERTENTO, as. *attento, exploro.* Quin. frat. li. 2. ep. 4. Perſpice rem & pertenta. 2. de Inuent. 38. Pertentare aliquam rem ex omnibus partibus.

PERTENVIS,nue.pro Cecin.47.Pertenuis vis.1.de Orat.107.Dicendi aut nullam artem aut pertenuem videri. Epist.li.14.ep.3. Spes pertenuis.pro Cluen.17.Pertenuis suspicio.2.1.Verrem.168. Pertenue argumentum.2.contra Rull.86.Pertenue discrimen.

PERTEREBRO,as. *exterebro, perforo.*1. de Diu.48. Annibal columnam auream perterebrauit.

PERTERREO,es *terreo,conterreo,exterreo,metu affero.*pro Cec.24. Ferro, inquit,te reieci,atque perterrui.

✠ ADVER. *Subitò vultu,pro Mil.Vehementius,pro Q. R.Com.*

PERTERRICREPVS,a,um.Orat.164. *Enuij:quod terrores crepãt, & incutit.*

PERTERRITVS,a,um.*exanimatus.*)(.alacer,*gestiens.*1.de Diu.57. Is primò perterritus somnio surrexit,deinde cùm se collegisset, &c.recubuit.item,*ibidem.* Tum ego contremui timore perterritus.pro Mil.62.Milo nullo metu perterritus, nulla conscientia exanimatus.2.I.C.14.Catilina obstupefactus ac perterritus mea diligentia,&c, de Am.37. Itaque hac amentia quæstione noua perterritus, in Asiam profugit. Brut. ep.10. Perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti. pro Cec.22, Omnes metu perterriti,in fugam se conferunt.

✠ ADVERB. *Planè,2.Attic.Vehementer,1.de Diu.*

☞ Syntaxis. *Obstupefactus & perterritus.Metu perterritus.*

PERTEXO,is.*detexo,perficio.*Att.lib.1.ep.11. Quid multa? totum hunc locum quem in Aristocratia ego variè meis orationibus soleo pingere,de flamma, de ferro,&c.valde grauiter pertexui. 2.de Orat.145.Pertexe modò Antoni,quod exorsus es.

✠ ADVERB.*Valdè,grauiter locum,1.ad Attic.*

PERTERREFACTVS,a,um.Ep.lib.11.ep.20.Bruti.

PERTIMESCENDVS,a,um. Ep.lib.1.ep.9. Non putaui famam inconstantiæ mihi pertimescendam.2. de Orat.140. Pertimescenda est multitudo causarum.

✠ ADVERB.*Magnopere,1.Catil.*

PERTIMESCO,scis.*perhorresco.*pro Qu.1. Gratia Sex. Næuij ne P. Quintio noceat,id verò non mediocriter pertimesco.I.P.22. In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimescebat.1.I.V.71. Pertimescere de honore ac fama sua.

✠ ADVERB.*Grauiter,7.in Ver.Incredibiliter,8.Attic. Magnoperè,pro Clu.Non mediocriter,pro Quint. Vehementius inuidiam,1.in Catil.*

☞ Syntaxis. *Pertimesco bellum,de fama.*

PERTINACIA,ciæ.*obstinatio,peruicacia.*1. Offi.64.In magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur.4.Acad.65. In minimis rebus pertinacia reprehenditur,calumnia etiam coërcetur.2. Tusc.5. Et refellere sine pertinacia & refelli sine iracundia parati sumus.1. de Finib.28. Nec cum iracundia & pertinacia rectè disputari potest. pro Planc. 94.Libertatem non in pertinacia,sed in quadam moderatione positam putabo.pro Mar.22. Qui sua pertinacia vitam amiserunt.2. de In.165. Pertinacia, quæ perseuerantiæ finitima est.1. Acad.43. Pertinacia aut studium vincendi. pro Mar. 32. Quæ enim pertinacia quibusdam, eadem aliis cõstãtia videri potest.

✠ ADIVNC.*Nefaria,15.Famil.*

PERTINACITER.*cum pertinacia.* Planc.Epist.lib.10.ep.23.Nam nisi vno loco essemus,verebar ne cui obtrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido infensus, & mea patientia etiam alere bellum.

PERTINAX,cis.*obfirmatus,obstinatus.*2.de Or.182.Demissus,non acer,non pertinax,non litigiosus,non acerbus. pro Lig.18. Cupidus,iratus,pertinax.1. Offi.134.Sermo lenis, miniméque pertinax.1.de Fini.27.Concertationes in disputando pertinaces.& *ibidem.*Certè valdè pertinax non ero.& 2.de Finib.9.Nisi valdè pertinax fueris.

✠ ADVER.*Valdè,2.de Finib.*

☞ Syntaxis.*Sermo pertinax,homo,cõcertatio.Sine pertinacia refellere, Sine iracundia refelli.*

PERTINENS,tis,*attingens,penetrans.*2.de Nat.24. Vis vitalis per omnem mundum pertinens.& 71. Deus pertinens per naturam cuiusque rei,per terras Ceres,per maria Neptunus,&c.1.de Nat. 36.Ratio quædam pertinens per omnem rerum naturam. *ibid.* li.2.139.Venæ in omnes partes corporis pertinẽtes.itẽ.*ibid.*Nerui toto corpore pertinentes.

PERTINEO, nes.*permano,permeo,penetro.* ‖ *Propriam huius verbi* ✠ *vim vulgus ignorat,ea enim est quam recentiores, vocabulis peruenire, tendere,extendere, ire, Attingere, nunc profert, quæ locum non habent cum significandum est aliquid quod diffusum sit in longitudinem aut latitudinem, propriam itaque vim ex Cicerone discamus.* 2. de Nat. 137. Viæ quæ pertinent ad iecur, eique adhærent.2. de Nat.deor.135. Aspera arteria ad pulmones vsque pertinet. 2. de Di.91. Quæ potest igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunam,vel potius ad terram?2.de Diu.93. Vt si iam cõcedamus aliquid,vim cœlestem ad eos,qui in terris gignuntur, pertinere.2. de Orat.6. Talem verò existere eloquentiam non cognitis rebus omnibus,quæ in tantam prudentiam pertinerent,non potuisse confirmo. Att.lib.8.ep.9. Eodemque pertinet,quòd causam eius probo.

☞ Syntaxis. *Pertinens vis per totum corpus,in omne corpus,omni corpore,ad omne corpus.*

PERTINET,tinebat.*attinet,spectat,attingit,valet, partes meæ præcipuæ sunt,hoc officium præcipuè est,alienum non est.* pro Mar.31. Id autem etiam si tunc ad te,vt quidam falsò putant,non pertinebit,nunc certè pertinet,te,&c.Att.li.3.ep.6. Idque ad multa pertinuit meis,vt in Epeiro consisteremus. 1. de Orat.94. Omnes res quæ ad dicendum pertinent.5. de Fin.24. Cum autem processit paulùm,& quatenus quidque se attingat, ad séque pertineat, perspicere cœpit, tum, &c. 4. de Fini. 40. At enim iam dicitis virtutẽ non posse constitui,si ea quæ extra virtutem sunt, ad beatè viuendum pertineant.& 38.Cætera credo velit,quæ ad colendam vitem attinebunt. pro Cor.34. Nec verò hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Gaditanorum. Ep.lib.10. ep.3. Interea,quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor,diligenter curabo.1.de Or.235.Hęc ars latè patet,& ad multos pertinet.1.Offi.92.Hoc latissimè pater,ad plurimósque pertinet. 2. de Diu.98. Ad rem pertinet quomodo cœlo affecto quodque animal oriatur.3.de Na.60.Vestri hæc confirmant, interpretando quorsum quicque pertineat.de Cl.299.Quòd autem plures à nobis nominati sunt,eò pertinuit, quod intelligi volui,&c.3. de Or.121.Dum illa ad hanc ciuilem scientiam, quò pertinent,& quã intuentur,transferamus.Ep.lib.6.ep.12.Hoc eò pertinet,vt, &c.1.de Fin.34.Intelligere quò aliquid pertineat.Epist.lib.6.ep. 1.Atque hęc eò pertinet oratio,vt,&c.7.I.V.25.Summa illuc pertinet,vt sciatis,&c.

✠ ADVER.*Eò orationem,6. Famil. Magnoperè ad dicendum,1.de Orat.Omninò nihil ad se,de Senec. Nunc certè,pro Marc.Publicè ad ciuitatem,5. in Ver.Valdè ad rem,12.Att.Vehementer,de Pet.Cons.*

☞ Syntaxis.*Hoc ad te pertinet.Quorsum hoc pertinet?quòd?eò. Summa illuc pertinet,vt.*

PERTRACTANDVS,a,um.1.de Nat.9. Dare se ad totam philosophiam pertractandam.

PERTRACTANS,tis. Parad.6.Aliquis barbatulos mullulos exceptans de piscina & pertractans.

PERTRACTATIO,onis. *vsus,euolutio,tractatio, explicatio.* 1. de Orat.48.Sine multa pertractatione rerum omnium.& 187.Poëtarum pertractatio.

✠ ADIVNC.*Multa rerum publicarum,1.de Orat.*

PERTRACTATVS,a,um.*perspectus,exploratus.*3. Tusc.30. Perceptas penit⁹ & pertractatas humanas res habere.1. de Diu.128. Qui euentorum consequentiam diuturnitate pertractata notauerũt.*ibi.*li.2.49.Ostẽta restãt, vt tota aruspicina sit pertractata.

PERTRACTO,ctas. *tracto, explico,verso,peruoluo.*1. de Orat.222. Oratorem dicendo peragrare per animos hominum, sensus mentésque pertractare.2.de In.45.Faciliùs autem ad inuentionem animus incidet,si gesti negocij & suam & aduersarij narrationem sæpe & diligenter pertractabit.

✠ ADVERB.*Diligenter narrationem,2.de Inuent.Mollius,3.de Finib.*

PERTRISTIS,ste.1.de Diu.14.Pertriste carmẽ.pro Cęl.25.Pertristis patruus,censor,magister.

PERTVMVLTVOSE.Epist.lib.15.ep.4.

PERTVRBATE.1.de Inu.29.Orat.122.

PERTVRBATIO,onis. *affectio animi,motus animi turbidus. Græcè πάθος,dolor,confusio,*3.Tusc.17.& 23.Quæ Græci *πάθη*,melius Latini perturbationes appellant,quàm Græci,qui morbos vocant.4. Tusc.10. & 46. Zeno perturbationẽ ita definit vt perturbatio sit (quod *πάθη* ille dicit)auersa à ratione contra naturam animi commotio:vel breuiùs, vt perturbatio sit appetitus vehementior.4.Tusc.34.Perturbationes sunt,vt paulò antè diximus,turbidi animorum cõcitatiónque motus auersi à ratione,inimici mentis vitaéque trãquillę.1.Offi.136.Perturbationes fugiamus,id est, motus animi nimios,rationi non obtemperantes.2.de Or.178. Impetu quodam animi,& perturbatione potius quàm consilio aut iudicio regi.1.Offi.66.Nulli neq; homini,neque perturbationi animi neque fortunæ succumbere oportet. *ibid.*131. Si cauebimus,ne in perturbationes exanimationésq; incidamus. Att.lib.6.ep.1.Equidem sum magnâ animi perturbatione commotus.2. de Orat.214. Illud genus orationis non cognitionem iudicis,sed perturbationem requirit.1. de Diu. 62. Vt nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat. pro Clu. 54. Timor rei, perturbatio, suspensus incertúsque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa, hæc aperta & manifesta faciebant.1.Offi.137. Quæ cum aliqua perturbatione fiunt, ea neque constanter fieri possunt,nec ab iis qui adsunt

adsunt,approbari.*ibidem.*23.Qui iniustè impetum in quempiam facit,aut ira,aut perturbatione, incitatus,is,&c. *ibidem.* 67. Vacandum est omni animi perturbatione,tum cupiditate & metu,tum etiam ægritudine & voluptate animi, & iracundia. Epist.lib.9.ep.15.Tanta perturbatio valetudinis tuæ.3.Tusc. 24. Perturbationes quatuor sunt: voluptas, libido, metus, ægritudo.3. de Fin.35. Perturbationes genere sunt quatuor, partibus plures:ægritudo, formido, lætitia.3. Tusc. 25. Perturbationes quas in vita hominum stultitia quasi quasdam immittit furias. 5.Tusc.43.& 48. Perturbatio, concitatio animi, vel commotio,vel permotio.)(*sedatio animi.*4.Tusc.41. Aegritudo cæteræque perturbationes amplificatæ, certè pestiferæ sunt. Igitur etiam susceptæ continuò in magna pestis parte versantur. Etenim ipsæ se impellunt.*ibidem.* Vtrum moderatas perturbationes approbent.

¶ *Confusio.* 8. I. A. 2. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta,vt maior timor oriatur.pro Flac. 94. Videris in quo motu temporum,quanta in conuersione rerum & perturbatione versemur. de Fat.2.Cùm omnes post interitum Cæsaris nouarum perturbationum causæ quæri viderentur. Att.lib.16.ep.17. Magnam rerum perturbationem fore.Para.3. Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis.1.Offi.93. Omnis perturbatio & rerum motus cernitur.1. de Nat.3. Perturbatio vitæ & magna confusio.2. de Diu.94. Cœli perturbatio.)(*serenitas.*

✠ADIVN.*Breuis animi,*1.*Offi. Cælestes, & maritimæ, & terrenæ,*3.*de Nat.Diuturna,de Clar.Fœda,hilariores,moderatæ,naturales, opinabilis,pestiferæ,tabificæ mentis, vehementior,vitiosæ vniuersa, voluntaria,*4. *Tusc.Grauis ægritudinis,*3 *Tus.Magna animi,*16 *Att. & Top.Naturales, & rationis expertes, nouæ,* 2. *de Diu.Tantæ,*8.*Famil.Vitiosa,*3.*de Finib.*

☞ Syntaxis.*In perturbationes & exanimationes incidere.Animi perturbatione commotus. Rerum omnium perturbatio. Vitæ perturbatio & confusio.Cœli perturbatio.*

PERTVRBATRIX,cis.1.de L.39. Perturbatrix harum omnium rerum Academia.

PERTVRBATVS,a,um.*confusus.*)(*integer,quietus.*Att.lib.8.ep.11. Quòd me magno animi motu perturbatum putas, sum equidem,sed.&c.1 de Diu.60.Nunc onusti cibo & vino, perturbata & confusa cernimus.2.de Di.122.Somniantium visa,quæ multò etiam perturbatiora sunt.1.contra Rul.23.Ciuitas perturbata seditionibus.3.de Orat.46.Non discerptis sententiis, non præposteris temporibus,non cõfusis personis, non perturbato ordine. de Ar.45.Id ita perturbatum,ità que permutatum est,vt,&c.pro Domo 35. Perturbatis sacris, contaminatis gentibus factus es filius,&c.pro Clu.51.Tum verò ita sum perturbatus, vt omnia timerem.

✠ADVERB.*Valdè priore pagina,*16.*Fam. Vehementer animus,*10.*Attic.Vehementer iudex, de Clar.*

PERTVRBO,as.*turbo, perturbationem affero, concito.* pro Syl. 56. Cincius est ab eo in Hispaniam missus,vt eam prouinciam perturbaret.

¶ *Malè habeo.*pro Rabir.18.Nec me clamor iste commouet aut perturbat.

¶ *Expello.*4.ad Her.13. Vt eum præcipitẽ perturbetis ex ciuitate.

¶ *Confundo.*de Clar.123.Vt perturbem ætatum ordinem.

PERTVRBOR,ris.*solicitor.*pro Mil.1.Milo magis de reip. salute, quàm de sua perturbatur. Orat.128. Alterum quo perturbantur animi,& concitantur. 1.de Orat. 219. Nec verò istis tragœdiis tuis Crasse perturbor.

✠ADVER.*Valdè,*4.*Attic. Vehementius desperatione,* 3.*Att.*

PERTVRPE.pro Cæl.50.Perturpe aut flagitiosum esse.

PERVADO,dis.*peruenio,permano.*5.I.Ver.66.Cernitis iudices,quãtum incendium peragros peruaserit.pro Pomp.23.Opinio quæ per animos gentium barbararum peruaserat.*ibid.*44. Nulla ora est tam deserta,quò non illius dici fama peruaserit.pro Syll.53. Quas oras maximè quasi morbus quidam illius furoris peruaserat.7.I.V.6. Pars eius belli in Italiã nulla peruasit.2.de N.145. Nequid in aures,quod noceat,possit peruadere.3.I. V.44. Quacunque iter fecit, vt quædam calamitas peruadere videbatur.5. I.V.207.Locus intra Oceanum iam nullus est quò non per hæc tempora nostrorum hominum libido iniquitasque peruaserit.

☞ Syntaxis.*Peruadere per vrbem,per animos.Eo fama peruasit.Vrbem peruaderet,in Italiam.Id in aures peruasit,rumor.sonus.*

PERVAGATVS,a,um:tior,issimus.*diuulgatus, peruulgatus.* 1. de Inu.55.Hæc causa apud Græcos peruagata est.pro Plan.47.Vulgaris & peruagata declamatio. Orat.195. Res peruagata & vulgaris.2.de In.47.Pars autem est peruagatior.*id est,communior.* 2. de Ora. 210. Commune & peruagatum vitium.1.de Orat.165. De communibus & peruagatis rebus loqui, vel audire.3.de Or. 186.Vulgare,quotidianum,peruagatum.Orat.147. Peruagatissimus ille versus qui verat,artem pudere proloqui quam factites.Top.69.Longè & latè peruagata bona.)(*angusta.*4.I.V.104. In re tam clara,tam testata,tam abs te ipso peruagata, tabulas publicas corrumpere audere?*alias, peruulgata.* pro Mar.27. Illustris & peruulgata fama alicuius rei. ‖ 6.Ver. 64. Vsque ad vltimas terras peruagatum. 2. de Orat. 127. Præceptis peruagata. pro Plan.95.Nihil ex meis est temporibus minus peruagatum.

✠ADVER.*Longè latéque,Top.Vsque eò,*6.*Ver.*

☞ Syntaxis.*Peruagatum apud nos. Peruagatum & vulgare. Commune ac peruagatum.Vulgare,quotidianum, & peruagatum. Longè latéque peruagatum. Clarum, testatum,peruagatum. Illustris & peruagata fama.*

PERVAGOR,ris.*erro.*7.I.V.97. Hic prædonum nauiculæ peruagatæ sunt.2.de In.113.Deinde ne eis hones nimium peruagetur. 1.de Leg.32.Molestiæ,lætitiæ,cupiditates,timores,similiter omnium mentes peruagantur.*id est,peragrant.*

✠ADVER.*Nimium,*2.*de In.Similiter,*1.*de Leg.*

PERVARIE.2.de Or.327.Peruariè,iucundè,narrare.

PERVEHOR.*euehor,perducor.*1.Tusc.119. Quò vtinam velis passis peruehi liceat. Att.lib.14.ep.21.

PERVELLO,lis.*vellico.*3.Tusc.36.Fortuna quæ peruellere te forsitan potuerit & pungere, non potuerit certè vires frangere. 1. de Or.265.Antonius non mihi fuit molestus,quòd ius nostrum ciuile peruellit.

PERVENIENDI.1.de Orat.135.Nihil prosunt studia perueniendi aliquò, nisi illud quod eò quò intendas, ferat deducatque, cognoris.

PERVENIO,nis.*deuenio,pertineo,mano,permano, perducor,accedo.*1. I.C.30.Si iste quò intendit, in Manliana castra peruenerit.pro Mur.22. Vt eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. pro Sest.50.Marius in oras Africæ desertissimas peruenit. Orat. 105.Si potuissemus,quò cõtendimus,peruenire.6.I.V.64.Peruenit res ad istius aures, sed nescio quomodo.11.I.A.6.Mihi quidem & ille peruenisse videtur, quo ad progredi potuerit feri hominis amentia.Para.4.Iactam à te nefariam,in me iniuriam semper duxi, tamen peruenisse ad me nunquam putaui. pro Syll. 11. Nondum ad propositum mihi finem honoris peruenerã.de Cl. 259.Cotta alia quadam via ad eandem laudem peruenerat.Att.lib.8.ep.5.Ne epistola in eius manus peruenirent. 4. ad Heren. 13. Ad paucos ex aliis peccatis inuidia peruenit.1. de Orator. 94. Libellus qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. Brut.ep.15.Ad liberos qui nihil meruerunt,pœna parentum peruenit.2.Offi.28.Nisi multorum impunita scelera tulissemus,nunquam ad vnum tanta licentia peruenisset. Top. 29. Pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure. pro R. P. 9. Nemo vnquam quò ea pecunia peruenisset, causam dixit. qui, &c. & 8. Quò & ad quos pecunia peruenerit.1.de D.46.Cyrus ad septuagesimum annum peruenit. Attic. lib.5.ep.21. Summum erat periculum, ne culpa Senatus res ad tabulas nouas peruenerit.pro Flac. 43. Qui nulla conditione in senatum peruenire potuit.pro Qu. 46.Peruenire ad suum,sine alterius infamia. pro R. P.27. In quo spes fuit, posse sese aliquando ad suas fortunas peruenire. Epist. lib.13. ep. 14. Peruenire ad nummos.2. contra Rul. 79. Si posset ager iste ad vos peruenire.pro Cec.42. Non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum vitamque peruenit,sed,&c.5.I.V.226.Quid est enim in calamitate residui, quod non ad miseros aratores isto prætore per summam iniuriam peruenerit? 2. contra Rul. 22. Sine ad illos potestatem,ad te gratiam tui beneficij peruenire. pro Mur. 66. Tamen naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, peruenire potuit, quàm, &c. ad Qu.frat. li.1.ep.1.22.Sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur humanitas.Epist.lib.5.ep.12.Si in tua scripta peruenero.5.I. V.132. Nihil ad tuas aures de infamia tua peruenisse. pro M.Sca. Posse virtutem sine præsidio fortunæ, quò contendisset, labore & constantia peruenire.

PERVENITVR. Att.li.1.ep.14.Ad quem propter dici breuitatem non est peruentum.

PERVENTVRVS,a,um.2.de Or.269.Ego tibi hoc confirmo, si Romæ manseris,te paucis annis ad maximas pecunias peruenturum.pro Sext.R.153.Vide quem in locum rempub. peruenturam putes.

✠ADVER.*Commodius ad exitum,* 2. *de Finib. Gradatim,*1.*de Nat.Maturè,pro Mur.Occultè,*3.*Catil.Ocyus, pro Quint.Penitus in disputationem,*1.*de Orat. Procliuius ad laudem,Anteq.Spissè,atque vix,de Clar.Tutò,*2.*Philip.Tardius ad fructum laborum,de Pet.Conf. Volubiliter ad extremum, Orat.*

☞ Syntaxis

☞ Syntaxis. *Quò intendit, peruenit. Iniuria ad illum peruenit. In manus peruenire cepi, iolam. Ad hunc sui patris pœna peruenit. Licentia ad vnum omnis peruenit. Ad vium pecunia peruenit. Ad vigesimum peruenire annum. Peruenire ad suum, ad suas fortunas, ad nummos. Ad illum calamitas peruenit. In tua scripta si peruenero. Quem in locum peruenimus?*

PERVERSE. *perperam, præposterè.* 3. de Nat. 70. Multi deorum beneficio peruersè vtuntur. 1. de Or. 150. Peruersè dicere homines, peruersè dicendo consequi. 3. Offi. 113. Fuit igitur stulta calliditas, peruersè imitata prudentiam. de Am. 84. Plerique peruersè, ne dicam impudenter volunt. 1. de Inu. 5. Peruersè abuti aliqua re.

PERVERSIO, onis. *inuersio, perturbatio.* 4. ad Her. 45.

PERVERSITAS, tis. *prauitas.* Orat. 31. Quæ est in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugibus glande vescantur. Qu. fr. li. 1. ep. 1. 30. Cùm te alicuius improbitas peruersitásque commouerit. 1. Offi. 145. Vt si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna peruersitas. Qu. fr. lib. 2. ep. 4. Alicuius peruersitatem quàm humanissimè ferre. Epist. lib. 1. ep. 7. Incredibilis hominum peruersitas.

✠ ADIVN. *Incredibilis hominum, 1. Famil. Magna, 1. Offi. Summa opinionum, 3. Tusc. Tanta, Orat.*

PERVERSVS, a, um. *prauus, præposterus.* pro Qu. R. 30, Nihil ab hoc prauum & peruersum produci potest. de Arusp. 25. Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. 4. de Finib. 40. Nunc ista separantur, vt disiuncta sint, quo nihil potest esse peruersius. 5. Tusc. 50. Quo quid potest dici peruersius? pro Quint. R. 56. Nisi fortè tu peruerso more id facis. pro Mur. 75. Peruersa sapientia Tuberonis, vel Stoicorum. pro Clu. 71. Præposterus & peruersus. 1. de Nat. 80. Oculi peruersi, vt strabonum.

✠ ADVERB. *Apertè, perspicuè. 4. Acad.*

☞ Syntaxis. *Prauus & peruersus. Deformatus, inquinatus, peruersus, conturbatus. Præposterum & peruersum. Strabonum oculi peruersi.*

PERVERSVRSVS, a, um. 2. de Di. 115. Crœsus hostium vim sese peruersurum putauit, peruertit autem suam.

*PERVERTENDVS, a, um. Hortens. Tibi idipsum peruertendum fuit.

PERVERTO, tis. *euerto.* 1. de Diu. 49. Tum visam belluam immanem quacunque incederet, arbusta, virgulta, tecta peruertere. de Clar. 272. Ceciditque, cùm eos imitari cœpit, quos ipse peruerterat. de Ar. 57. Qui sacra occulta inexpiabili scelere peruertit. pro Clu. 108. Quintius Iunium peruertit. 1. ad Her. 26. Orestes nisi attulerit facti rationem, peruertit defensionem. 1. Offi. 5. Quidam propositis malorum & bonorum finibus, officium omne peruerterunt. 1. Offi. 26. Temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit.

✠ ADVER. *Funditus, 15. Attic.*

☞ Syntaxis. *Peruertere domum, arbusta, hominem, sacra, occulta, defensionem, officium, iura.*

PERVESPERI. Ep. lib. 9. ep. 2. Cum ad me peruesperi venisset. *legituretiam. Quum nuper vesperi.*

PERVESTIGATIO, onis. *inquisitio.* 1. de Or. 9. Omnia vel scientiæ peruestigatione, vel differendi ratione comprehendere.

✠ ADIVNC. *Diligentißima rationis, 1. de Orat.*

PERVESTIGO, as. *inuenio, reperio.* 6. I. V. 31. Vt canes venatici optimè odorabantur omnia & peruestigabant. 2. de Ora. 147. Nosse regiones, inter quas venêre, & peruestiges quod quæris.

PERVETVSTVS, ta, rum. 3. de Or. 199. Peruetusta verba.

PERVETVS. Q. fr. lib. 3. ep. 1. Peruetus epistola. Ep. li. 13. ep. 17. Peruetus amicitia. I. V. act. 67 Signum peruetus ligneum. de Cla. 61. Catonem perueterem habemus. L. SEGESTA.

PERVICACIA, ciæ. *pertinacia.* 4. Tusc. 26. Mulierositas, peruicacia, liguritio, &c.

PERVIDEO, es. Att. li. 15. ep. 4. Ibi te quàm primùm peruidere velim. Ep. li. 10. ep. 9. Meritorum meorum fieri accessiones, peruidere te spero, cognituram magis recipio, *Planci.* Incer. Fuisse qui peruideret CXXXV. M. passuum.

✠ ADVER. *Penitus, 2. de Finib.*

PERVIGILATIO, onis. *vigilia.* 2. de Leg. 37. Peruigilationes nocturnæ.

✠ ADIVN. *Nocturnæ, 2. de Leg.*

PERVIGILO, as. *pernocto.* pro S. R. 98. Non orat, vt eam noctem peruigilet?

PERVINCO, cis. *vinco.* Att. lib. 2. ep. 1. Restitit & peruicit Cato.

PERVIVS, a, um. *apertus.* 2. de N. 67. Transitiones peruiæ.

PERVNGO, gis. *vngo.* 1. Tus. 113. Tunc iuuenes veste posita, corpora oleo perunxerunt.

PERVOLO, as. pro S. R. 19. Decem horis sex & quinquaginta millia passuum peruolauit. * de Consolat. Castos leui quodam ac facili lapsu ad Deos, id est, ad naturam sui similem peruolare.

PERVOLO, uis. Att. lib. 1. ep. 1. Hoc abste mihi ignosci peruelim. pro Syll. 23. Sed scire ex te peruelim, quamobrem, &c.

✠ ADVERB. *Velociùs, 6. de Repub.*

PERVOLVO, uis. *verso.* 2. de Orat. 149. Vt in his locis peruoluatur animus, quos, &c.

PERVOLVTO, as. *pertracto, euoluo, voluto.* Att. lib. 5. ep. 12. Peruolutare libros. & 1. de Orat. 158. L. SCRIPTOR.

PERVRBANVS, na, num. 1. de Or. 72. de Cl. 239. Att. lib. 2. ep. 15.

PERVVLGATVS, a, um. *iactatus, pernagatus.* 4. I. V. 8. Res nota atque apud omnes peruulgata. pro Cæl. 6. Sunt enim ista maledicta peruulgata in omnes. 4. I. V. 104. In te tam clara, tam testata, tam ab te ipso peruulgata. *aluter, pernagata.* pro Mil. 33. Peruulgatus ciuitatis sermo. 3. de Fin. 5. Res peruulgata. Epist. lib. . . ep. 16. Consolatio peruulgata. 2. de Fin. 15. De re in vulgus peruulgata loquitur.

☞ Syntaxis. *Notum & apud omnes peruulgatum. Clarum, testatum, peruulgatum.*

PERVSTVS, a, um. *exustus.* Ep. lib. 13. ep. 15. Homo perustus.

PERVTILIS, le. Att. lib. 9. ep. 20. Opera & fidelitas.

PERVVLGO, as. *diuulgo.* Att. lib. 12. ep. 44. Tu verò peruulga Hircium.

¶ *Trado.* pro Cæl. 38. Mulier, quæ se omnibus peruulget.

PERVVLGOR, ris. pro Syl. 42. Illas tabulas describi ab omnibus statim librariis, diuidi passim & peruulgari, atque edi populo Imperaui. 2. de In. 114. Præmia virtutis cũ improbis cõmunicari, & cum mediocribus hominib. peruulgari non oportet. de Ora. lib. 1. Veteres illi peruulgari artem suam noluerunt.

☞ Syntaxis. *Illa se cunctis peruulgat meretrix. Liber diuulsus, peruulgatus, editus.*

PES, dis. de Vniu. 16. Pedes & membra gradiendi. 1. de Orator. 28. Sed quod ille durissimis pedibus fecit, vt se abiiceret in herba, &c. id meis pedibus certè concedi est æquius. ad Quint. frat. lib. 3. ep. 1. Sese mensum pedibus aiebat p. suum. cccc. millia. Att. lib. 16. ep. 7. Brutus pedibus ad me statim. Attic. lib. 3. Alter pedibus in Macedoniam venire. 3. I. V. 87. Pedibus ire, & reuerti. de Senect. 34. Ingredi iter pedibus. Att. li. 5. ep. 9. Pedibus iter facere. in Vat. 12. Cùm iter illud Hispaniense pedibus ferè confici soleat. Postquam in Sen. 7. Ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. Att. lib. 8. ep. 5. Pollucem seruum à pedibus meum Romam misi. 2. de Diui. 30. Quod ante pedes est, nemo spectat, cœli scrutantur plagas. 3. de Orat. 158. Transilire ante pedes posita, & alia longè repetita sumere. pro Cecin. 31. Si in fundo pedem posuisses, statim tibi esse pereundum. 2. I. A. 48. Nihil erat in terris, vbi in tuo pedem poneres. & *ibid.* Pedem ponere, vestigium imprimere. 4. de Finib. 69. Sapientia vbi pedem poneret, non habebat. Att. lib. 7. ep. 21. Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. *id est, locum.* pro Deiot. 42. Nunquam à te pedem discessi. pro Plan. 48. Non possum magis pedem conferre, vt aiunt, aut propius accedere. Epist. lib. 10. ep. 30. Referre pedem. 1. de Orat. 230. Supplodere pedem. Attic. lib. 4. ep. 16. Per me ista pedibus trahantur. Epist. lib. 7. ep. 32. Trahantur per me pedib. omnes rei, non laboro. Epist. lib. 7. ep. 31. Propter res tuas ita contractas, vt nec caput, nec pedes: equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires. pro Sest. 26. Proiicere se ad pedes alicuius. Att. lib. 4. ep. 2. Abiicere se ad pedes alicuius. 7. I. V. 128. Mater mihi ad pedes misera iacuit. Quint. frat. lib. 2. ep. 5. Furnius præsens ad pedes vniuscuiusque iacens. Attic. li. 10. ep. 4. Alter, qui nos sibi quondam ad pedes suos stratos ne subleuabat quidem. Antequam. 26. Quibus sigillatim sæpe supplex ad pedes iacui. Postq. ad Quir. 12. Cum Cn. Oppius ad pedes fiens iacéret. pro Sest. 145. Frater voluptatis est ad pedes inimicorum. Attic. lib. 1. ep. 11. Accedere ad pedes omnium sigillatim. Att. lib. 2. ep. 1. Noli de vno pede sororis quæri, licet etiam alterum tollas. Att. lib. 8. ep. 9. Cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. & lib. 16. ep. 6. Pestanum & Vibonensem vtrumque pedibus & equis transiisimus. 3. I. A. 28. Hodie in possessionem libertatis pedem ponimus. pro Lig. 24. Prohibiti estis in prouincia vestra pedem ponere. * In Clod. Cum vincirentur pedes faciis. Incer. Fuisse Pollionem pede longiorem, quàm quenquam longissimum.

¶ *Veli funis.* 3. de Orat. 157. Pes in naui. *id est, funis, quo velum tenditur, & remittitur pro gubernatoris voluntate.*

¶ *Mensura in syllabis.* Or. 188. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt necesse sit, &c. 3. de Orat. 180. Cùm sint numeri plures iambum & trochæum segregat ab oratione Aristoteles. &c. Quare primùm ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondei pedem inuitat. Orat. 218. Iam Pæan, quòd plures habet syllabas quàm tres, numerus quibusdam, non pes habetur. Orat. 194. Pedes non syllabis, sed temporibus, & interuallis, & spaciis metiendi. 2. de Or. 254. Histrio astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. * Frag. epist. Pedes faceti.

✠ ADIVN.

✠ ADIVNC. *Contaminati, externus, liberiores, Orat. Dexter, posteriores, Orat. Durissimi, 1. de Inuent. Extremi, heroi, medij, minimi, primi, & postremi, 3. de Orat. Nudi, 10. Fam.*

☞ Syntaxis. *Pedibus ad me statim filius. Iter pedibus ingredi. Pedibus iter conficere. Ante pedes est illud. Infundo pedem ponere. In meo pede non possum ponere. Nullus est pes in Italia, id est, locus minimus, pedem ab aliquo non discedere. Conferre, referre pedem. Pedibus trahi. Hæc tua negocia nec caput, nec pedes habent. Ad pedes alicuius iacere, proijcere, abijcere se, sternere se, volutare, accidere.*

PESSIME. sentire de repub. 14. I. A. 18. 2. de Or. & alibi sæpe.

PESSIMVS, ma, mum. Epist. lib. 11. ep. 1. Att. lib. 11. ep. 21. & 22. pro ✠ Quint. R. 30. ‖ 1. de Inu. & *frequenter alias*

PESSINVS, untis. *oppidum.* de Ar. 28. Qui Pessinuntem ipsum sedem domicilium que matris deorum vastaris.

PESSINVNTIVS, *sacerdos Matris magnæ.* pro Sest. 56.

PESSVNDO, das. *conculco, protero.* * Incer. Hominem ita pessundare verbis alterum velle.

PESTIFER, a, um. *pernicios us.* (*salutaris.* pro Dom. 85. Pestifer ciuis. Att. lib. 8. ep. 22. Bellum magnum & pestiferum. 3. de Finib. 75. Pestiferum vitium. pro Dom. 2. pestifer ac funestus tribunatus. de Aruſp. 50. Vipera venenata & pestifera. 3. I A. 3. Cuius à Brundusio crudelis ac pestifer reditus timeretur. Postq. in Senat. 3. Quem habuit ille pestifer annus maximè fidelem. 2. de Nat. 34. Accessus ad res salutares, à pestiferis recessus. & 120. A pestiferis & nocentibus rebus refugere. Att. lib. 2. ep. 17. Ad res pestiferas aditus sibi comparent.

PESTIFERE, *pernicioſè.* 2. de Leg. 13. Multa pestiferè & pernicioſè sciſcuntur in populis. ‖ *Aliàs pestifera.*

☞ Syntaxis. *Pestiferum ac funestum. Venenatum & pestiferum. Crudelis ac pestifer homo. Pestifera.* (*salutaria. Pestifera & nocentia. Pestiferè & pernicioſè.*

PESTILENS, tis. 2. de Diu. 79. Sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres. Epist lib. 5. ep. 16. Hoc grauissimo & pestillentissimo anno. Part. 36. Locus pestilens. (*salubris.* 2. contra Rul. 80. Ager cœlo ac loco calamitosus.

PESTILENTIA, æ. (*salubritas.* 2. de D. 30. Ep. lib. 14. ep. 1. De loco nunc quidem abiit pestilentia: sed quandiu fuit, me non attigit. 2. de Nat. 14. Vastitas, pestilentia, &c. 2. contra Rull. 69. Ager propter sterilitatem incultus, propter pestilentiam vastus atque desertus. & 1. cont. Rull. 16. Inuidiæ aut pestilentiæ possessores. 1. de Diu. 131. Quorum ex habitu & colore tum salubritatis, tũ pestilentiæ, signa percipi, &c. 2. Offi. 16. Causæ eluuionis, pestilentiæ, vastitatis, belluarum etiam repentinæ multitudines.

PESTIS, stis. *pernicies.* 2. Offi. 16. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. pro Rab. 2. Pestis ac pernicies ciuitatis. 1. I. C. 33. Cum tua peste atque pernicie proficiscere, &c. pro Sest. 33. Illa furia ac pestis patriæ. de Ar. 4. Cum his exitiosis prodigiis, ac penè huius imperij pestibus. pro Dõ. 5. Funesta reipub. pestis. Epist lib. 5. ep. 8. Quædam pestes hominum laude aliena dolentium. 1. de Nat. 102. Ibes auertunt pestẽ ab Aegypto. 3. de Nat. 66. Sibi ipsa nefariam pestem machinatur. *id est, maximam vim anguium.* 1. de Or. 3. Fluctus à communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. 5. I. V. 125. Importunissima pestis. ‖ pro Syll. 76. Nec enim est quisquam qui arbitretur illis inclusis in Rep. pestibus diutius hoc imperium stare potuisse.

✠ ADIVNC. *Adulta, 2. in Cat. Anxiæ, naturales, textilis, 2. Tusc. Calamitiosa, 3. in Ver. Capitalis, de Sen. Detestabilis, 2. Offic. Funesta reipub. importuna, pro Dom. Importunissima, 6. in Ver. Magna, ep. ad Brut. Maior, 3. Offi. Mala, 6. Phil. Miserrima, pro Deiot. Nefaria, 3. de Nat. Nefariæ, reliquæ, pro Sest. Perniciosa, pro Clu. Præsens, 13. Phil. Publicæ sociorum, de Prou. Tetra, & horribilis, & infesta reipub. 2. cont. Rull. Teterrima, pro Mil.*

☞ Syntaxis. *Propter pestilentiam ager vastus. Ille pestis & pernicies Reipub. Quædam hominum pestes aliena laude dolentium.*

PETASATVS. *petaso, id est, lato pileo tectus.* Epist. lib. 15. ep. 17. Sed petasati veniunt, comites ad portam expectare dicunt.

PETESSO, sis. *peto.* 2. Tusc. 62. Qui hanc laudem petessunt, nullũ fugiunt dolorem. 1. de Diu. 17.

Mentéque diuina cælum terrásque petessit.

PETITIO, onis. *actio priuata.* de Cl. 18. At ego tibi non soluam nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem cuius petitio sit, petiturum. pro Qu. R. 56. Et tibi integram petitionem relinquit. ‖ Epist. lib. 13. ep. 10.

¶ *Insuper ictus, coniectio, percussio.* Orat. 228. Sed nec oratio facit plagam grauem, nisi petitio fuerit apta. 1. I. C. 15. Ego huius petitiones ita coniectas, vt vitari non posse viderentur, parua quadam declinatione effugi.

¶ *Rogatio.* Qu. de Pet. Petitio consulatus. *id est, ambitus.*

✠ ADIVN. *Aliena, 2. cont. Rull. Angusta, extraordinaria, de Clar. Angustior, pro Dom. Apta, Orat. Integra, pro Qu. Rosc. Plena pompæ, illustris, splendida, popularis, pro S. R. Splendidior, 9. Fam. Tota, pro Mil.*

PETITOR, oris. *actor.* Part. 110. Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. Att. lib. 1. ep. 1. Petitorum hæc est adhuc informata cogitatio. pro Qu. R. 42. Petitor. (*reus.* pro Cec. 8. Prætor nunquam petitori præstituit, qua actione illum vti velit. pro Qu. 45. Possumus petitoris personam suscipere, accusatoris deponere. 5. I. V. 27. Cùm in his rebus omnibus publicanus petitor ac pigneratior, non ereptor, neque possessor soleat esse.

✠ ADIVNC. *Bonus, de Pet. Cons.*

PETITVS, a, um. de Ar. 45. Petita est autoritas vestra.

PETO, tis. *posco, postulo, quæso, contendo, exposco, imploro.* 6. I. V 64. Iste petit à rege, & eum pluribus verbis rogat, vt, &c. pro Qu. 77. Cùm is à me peteret, & summè contenderet, vt, &c. Epist. lib. 13. ep. 7. Quapropter à te etiam atque etiam pro nostra summa coniunctione, proque tua in me perpetua & maxima beneuolẽtia maiorem in modum peto atque contendo, vt, &c. 6. I. V. 66. Id sibi vt donaret, rogare & vehementer petere cœpit. 5. I. V. 189. Petiuit in beneficij loco & gratiæ, vt, &c. 1. de Orat. 162. Similiter nunc petes à Crasso, vt, &c. Petere præsidium, vel auxilium ab aliquo. L. AVXILIVM. Epist. lib. 11, ep. 2. Peto à te, vt eum conseruatum velis. 1. Acad. 5. Quæ docti à Græcis petere mallent, indocti ne à nobis quidem accipiunt. 1. de Inu. 66. Summopere sapientia petenda est. Attic. lib. 6. ep. 1. Petere præfecturam alicui. Qu. frat. lib. 2. ep. 14. M. Curtius Tribunatum ab Cæsare petiuit. *ibid.* ep. 15. Præsidium firmissimum petebamus ex optimi & potentissimi beneuolentia ad omnem statum nostræ dignitatis. Att. lib. 2. ep. 2. Qui me epistola petiuit, ad te, vt video, cominus accessit. 2. de Fin. 61. Eamque mortem ardentiore studio peteret, quàm Epicurus voluptatem petendam putat. pro Cluent. 96. & 103. Petere mulctam ab aliquo. Ora. 230. Petere veniam. Qu. de Pet. 43. Petere honores. Epist. lib. 5. ep. 15. Literis vtor, non vt ab iis medicinam perpetuam, sed vt exiguam doloris obliuionẽ petam. 3. de Or. 121. Ex his tãtum, quantum res petit, hauriemus. * pro P. Quint. 75. A me nominis eius, quod inficiatus esset, diẽ petiuit. pro C. Corn. 1. Petiuit à me Prætore maxima contestatione, vt, con. C. Ant. Cum Præturam peteremus. *ibid.* Qui id à me peteres.

¶ *Appeto, quæro, inuado.* 4. ad Heren. 23. Bonorum insidiatores latrocinio vitam innocentissimi cuiusque petistis. item *ibidem.* Quos tantopere timeat, eos necesse est, vt quoquo modo possit veneficio petat. & 21. Qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petisset. 1. de Inu. 19. Petere pœnas ab aliquo. pro Qu. R. 5. Pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersariis petis. Orat. 228. Gladiatores & vitando cautè, & petendo vehementer, omnia faciunt vtiliter ad pugnam, & ad aspectum venustè. pro Mur. 52. Caput & collum petere. pro Mil. 31. Petere iugulum alicuis. pro S. R. 7. & 150. Petere sanguinem & vitam alicuius. item: Cuius latus mucro ille petebat. 1. I. C. 11. Quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti: nunc remp. vniuersam petis.

¶ *Sumo, facio.* pro Cec. 10. Altius initium rei alicuius demonstrandæ petere.

¶ *Assequor.* Orat. 56. Qui eloquentiæ principatum petit.

¶ *Suscipio.* Att. lib. 2. ep. 8. Fortasse alium cursum petiuit.

¶ *Vado, eo.* 2. de N. 125. Grues loca calidiora petentes, mare transmittunt. Att. lib. 9. ep. 22. Crotonem petemus. Epist. lib. 4. ep. 4. Per Macedoniam Cyzicum petebamus. 3. Offi. 50. Naues Rhodum petentes vidi. pro Plan. 96. Iter à Vibione Brundusium petere cõtendi. item 97. Dyrrhachium petere contendi.

✠ ADVERB. *Aequè ac, diligentius quid, etiam atque etiam, maiorem in modum, & contendere, maximoperè vehementer, etiam atque etiam, 13. Fam. Alicundè copiam dicendi, 2. de Orat. Altè proëmium, pro Clu. Altius initium rei, pro Cæc. Amantissimè, 3. ad Quint. frat. Apertè exercitum, in Piso. Apertè rem, contrà, 2. cont. Rull. Apertè vniuersam remp. 1. in Catil. Assiduè ac diligenter, de Pet. Cons. Arrogãter, pro Q. Lig. Audacter, pro Dom. Blandius, deinceps magistratum, similiter, 1. de Orat. Breuiter, 15. Famil. Iampridem, 4. in Ver. Imprudẽter, 5. Att. Magnopere, 14. Att. Negligẽter Aedilitatem, pro Planc. Nominatim Tribunatũ, ordinatim honores, 4. Fam. Paulò quidem pòst, tamdiu nihil, pro Quint. Perspicuè pacem, summo perè sapientiã, 1. de Inu.*

proximè consilium,11. *Att. Prudentissimè quid*,16. *Att. Valde*,1. *Att. Vehementer*,6. *in Ver.*

PETOR,tis.2.de Fin.30. Quæ est illa laus,quæ possit è macello petiti? pro Arc 16. Ex his studijs delectatio sola petitur.1 de Orat.168. Vt illi vnde peteretur, vetus atque inusitata exceptio daretur. 1. de Inu. 91. Remotum est,quod vltra quàm satis est petitur. *id est, repetitur*. pro Deiot.28. Vnde pudoris exempla peterentur.

PETRINVM,ni. *Lepta villa fuit*. Ep.lib.6.ep.19.

PETRINI. *ex Petrino*.5.I.V.90.

PETVLANS,tis. *protervus, procax*. 2. de Or.305. Si quis mihi malè dicit,petulans & planè insanus videtur.1.de Finib.61. Alij appetendo omnia petulantes,alij audaces,proterui. Parad.3. Lapsa est libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quàm si petulans fuisset in aliqua nobili virgine. pro Mur. 14. Nullum eius petulans dictum in vita profertur. pro Syl. 71. Audax, petulans, libidinosus.2.de Inu.33. Turpis,cupidus,petulans. Qu.fr. lib. 2. ep. 4. Vatinius homo petulans & audax. I. P. 10. Id nemo tam effusè petulans conatus est. de Cla. 241. Feruidum quoddam & petulans,& furiosum genus dicendi.1. Offic.104. Genus ✠ iocandi illiberale,petulans,illagitiosum,obscœnum. ‖ 1.de Leg. 30. Infamiæ metu non esse petulantes.

✠ *ADVER. Effusè, in Piso.*

PETVLANTER,ssimè. *licenter*. pro Cæl.6. Maledictio si iactatur petulantius,conuicium nominatur. & 38. Si proterua petulanter viueret. & 32. Petulanter facimus, si,&c. Att.li.9.ep. 22. Petulantissimè aliquid fieri. Attic.lib.2.ep.19. Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est.

PETVLANTIA,tiæ. *procacitas, proteruitas*.)(. *modestia, pudor*. 1. Offi. 127. Itaque nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat,nec oratio obscœnitate. Ep.li.6.ep.7. Nec in petulantiam incidas.2.I.C.25. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia. I.P. 31. Hominis furorem & petulantiã fregi. 2.I.V.14. Coniuges integras ab istius petulantia conseruare non licitum est. pro Font. 27. & pro Cæc.103. Turpitudo,quæ à libidine, aut à petulantia nata sit,* de suis Consil. Tarditate modorum & grauitate cantus illorum furentem petulentiam resediſſe.

✠ *ADIVN. Intolerabilis, pro Dom. Furens, de suis Conſ.*

☞ Syntaxis. *Petulans & insanus. Appetendo petulans. In virgine petulans. Audax, petulans, libidinosus. Effusè petulans. Feruidum, petulãs & furiosum. Petulans maledictio conuicium est, Petulanter inuehi. Furorem & petulantiam frangere.*

PETVLVS,a,um. *qui oculum alterum minorem habet, ac ferè clausum*. 1.de Nat.81.

PEXVS,a,um. *compositus*.2. I.C.22. Quos pexo capillo nitidos videtis.

PHAEACES, cum. *Coreyræi*. L. CORCYRA. de Cl. 71. Carmina quæ apud Homerum & in Phæacum, & in procorum epulis canuntur.

PHAENON, *Saturni stella*.2.de N.53.

PHAEREVS 1. Offic.108. Phæreus Iason.

PHAETON, *Iouis stella*.2.de N.53.

¶ *Solis filius*.3. Offi.94. Sol Phaëtonti filio(vt redeamus ad fabulas) facturum se esse dixit,quicquid optasset.

PHALARIS,idis.6.I.V.73. Ille nobilis taurus,quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur. Phalaridis tauro succensis ignibus torqueri: in Pisonem. 42. L. PISISTRATVS.

PHALARIS. *Grammaticus*. in Piſon.73.

PHALERAE,arum. *equorum ornamenta*.5.in Ver.185. Q. Rubriũ & phalaris ac torque donasti. & 6. Ver.28. Phaleras pulcherrimas, quæ regis Hieronis fuisse dicuntur,vtrum tandem abstulisti,an emisti? *ibid*. Aliàs item nobiles,id est phaleras. Atti. lib.16.ep.17. Plancum sine phaleris dimissum.

✠ *ADIVNC. Factæ, pulcherrimæ, nobiles*,6. *in Ver.*

PHALEREVS. ille Demetrius,omnium istorum,mea sententia, politissimus.2.de Or.95.

PHALERIVS,rij. *Attica portus, vbi declamare solitus est Demosthenes*.5.de Fin.5.

PHANIA,niæ. Fam.lib.2.ep.13. Phania πυμικὸς μάγειρος. *prouerbiũ*. ✠ ‖ & lib.3.ep.1. Non facilius ex ea cognoscere posses,quàm ex libello tuo Phania.

PHANTASIA,siæ.1.Acad.39. & lib.4.18. Sensus iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus: quam ille φαντασίαν, nos visum appellemus licet. Epist.li.15.ep.16. Qui putant etiam *Furiarum* φαντασίας specîris Catianis excitari. Att.li. 9.ep.4. Deinde emergit rursus dolor, ἀλγηδὼν καὶ φαντασία.

☞ Syntaxis. *Ex impulsione extrinsecus oblata, quæ phantasia est, & visu exant sensus*.

PHARMACOPOLA,læ. *vnguentarius*. pro Cluent.40. L. Clodius pharmacopola circumforaneus.

✠ *ADIVNC. Circumforaneus, pro Clu.*

PHARSALIA,æ. *Thessaliæ regio, & campi, Philippi etiã dicta*.14.in Ant.23.

PHARSALICVS,a,um. pro Deio.29. Pharsalicum prælium.

PHASELIS,idis. Græcè φασηλὶς *vrbs Ciliciæ, piratarum receptaculũ*. 6. I.V. 21. Phaselis illa,quam cepit P. Seruilius, non fuerat vrbs antè Cilicum atque prædorum.

PHASELVS,li. *myoparo. Erat etiam genus nauigij Campani oblongi, neque ita magni*. Att.lib.15.ep.17.1 Hatelius episcopius. Att.lib.1.ep. 10. Epistolam anchoris solutis de phaselo dedisti.

✠ *ADIVNC. Episcopius*,15. *Att.*

PHASELITAE, *a Phaselide dicti populi*.

PHATNAE, arum. *stella in Cancri signo, quæ Præsepe à Latinis dicuntur*. In Prognosticis,teste Pisc.

Aſt autem senui quæ candent lumina Phatnæ.

PHENEATAE. *populi*.3.de N.56.

PHERAE,arum. *vrbs Thessaliæ nobilis*.1.de Diu.53.

PHERAEVS,a,um.2. Cit.25.& 2.de Inu.44.de N.lib.3.70.

PHERECIDEVS,a,um.2.de Diu.31. L. PVTEVS.

PHIDIAS,diæ.de Clar.228. Vt Phidiæ signum simul aspectũ & probatũ est.& 257. Mineruę signũ ex ebore pulcherrimũ Phidię.

PHIDITIA, orum. *Lacedæmoniorum conuiuia*.5.Tusc.98.

ΦΙΛΑΥΤΙΑ. L. AMOR. Att.lib.13.ep.13. Nisi fortè me communis φιλαυτία decipit.

PHILIPPICAE, arum. Att. lib.2.ep.1. Philippicæ orationes Demosthenis. ad Br.ep.Prid. inu. 4. Video te delectari Philippicis ✠ nostris.ep.5. Iam concedo vt vel Philippici vocentur. ‖ Att. lib. 2. ep. 1. Quod in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur enituerat ciuis ille tuus Demosthenes,&c.

ΦΙΛΟΠΡΑΓΕΙΝ. L. FACERE *cum aliquo*.

PHILOCTETA,tæ:& PHILOCTETES,tæ.5.de Fin.32. Ea perferant,quæ Philoctetam videmus in fabulis: qui cùm cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum, configebat tardus celeres, stans volantes, vt apud Actium est. de Fat.36. Philoctetes serpentis morsu vlceratus in insula Lemno relictus est. de Rep. Nimium te laborare doleo, & meliorem ciuem esse quàm Philoctetam: qui accepta iniuria, illa spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. 4. ad ✠ Her. 42. Non posse capi Troiam sine Philoctetæ sagittis. ‖ 2. Tusc.44.& 2.de Finib.95. Qu.fr.lib.2.ep.9.

PHILOCTETEVS. clamor.2.de Fin.94.& 2.Tus.55.

PHILOLOGIA,giæ. *studium, vel amor sermonis*. Ep.li.16.ep.21. Nõ est enim seiunctus iocus à philologia & quotidiana συνηθείᾳ. Att.lib 2.ep.17. Et opera & oleum philologiæ nostræ perierit.

ΦΙΛΟΓΥΝΕΙΑ. L. MVLIEROSITAS.

PHILOLOGVS,gi. Att. lib.13.ep.13. Homines nobiles, sed nullo modo philologi. Qu. fr.lib.2.ep.9. Nos autem ita philologi sumus,vt vel cum fabris habitare possimus.

PHILOMELVM, li. *vrbs Phrygiæ*. Epist.li.15.ep.4.& li.3.ep.8.& 5. Ver.191.

PHILOMELENSIS.5.I.V.191.

PHILOSOPHIA,æ. *studium, vel amor sapientiæ*.2. Offi.5. Nec quicquam aliud est philosophia,si interpretari velis,quàm studium sapientiæ. 1. de Leg. 58. Sapientia, a cuius amore Græco verbo philosophia nomen inuenit .1. Tusc. 64. Philosophia omnium mater artium, donum & inuentum deorum.1.de Orat.9. Philosophia laudandarum artium omnium procreatrix, & quasi parens.3.de Orat.57. Omnis optimarum rerum cognitio, atque in iis exercitatio,philosophia nominatur. 3. de Fin.4. Ars est enim philosophia vitæ. de Cl.322. Philosophia mater omnium benefactorum,benedictorum. 3. Tusc. 6. Est profectò animi medicina philosophia.2.Tusc.13. Cultura animi philosophia est,quæ extrahit vitia radicitus, &c. I. P. 71. Philosophia virtutis continet,& officij,& bene viuendi disciplinam: quam qui profitetur, grauissimam mihi sustinere personam videtur. de Sen.2. Nunquam igitur satis dignè laudari philosophia poterit: cuiqui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere.de Vn.44. Quibus ex reb. philosophiam adepti sumus: quo bono nullum optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur.2.Tusc. 4. Philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consultò fugiens. 2. de D. 80. In philosophia nihil debet esse commentitius fabulisloci. Orat.51. In Philosophia plurimum interest, quemadmodum dicas: vbi res spectatur,non verba pendũtur.1.Tusc. 74. Philosophia commentatio mortis.1.de Ora.193. Ista præpotens & gloriosa philosophia. Orat. 14. Sine philosophia non posse fieri eum quem quærimus eloquentem. & *ibid*. 16. Nec verò sine philosophorum disciplina genus & speciem cuiusque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus,nec iudicare quæ vera,quæ falsa sunt, neque cernere consequentia, repugnantia videre, ambigua distinguere.2.de Diuinat.3. Philosophia vir bonus & forus efficitur.3.Offi.5. Tota philosophia,mi Cicero, frugifera & fructuosa est,nec vlla pars eius inculta ac deserta est.1. de Orat. 68. Philosophia in tres partes distributa est: in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores. de Clar. 31.

Philo-

Philosophia, non illa de natura, sed hæc in qua de bonis rebus & malis, déque hominum vita & moribus disputatur, tum primùm inuenta dicitur. Orat. 41. Ineſt enim natura philoſophia in huius viri mente quædam. 1. de Orat. 75. Apollonius Rhodius irridebat & contemnebat philoſophiam. 2. de Orat. 155. Philoſophiæ, ſicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellū indicere. 2. Offi. 8. In antiquiſſima nobiliſſimáque philoſophia verſari. 3. de Or. 59. Exercitatio propria duarum philoſophiarum. 2. Tuſc. 13. Philoſophia præparat animos ad ſatus accipiendos: eáque mandat his, &, vt ita dicam, ſerit, quæ adulta fructus vberrimos ferant. 4. Acad. 61. Túne cum tantis laudib. philoſophiam extuleris, eam philoſophiam *Academicam* ſequere, quæ confundit vera cum falſis, ſpoliat nos iudicio, priuat approbatione, ornat omnibus ſenſibus? Ep. lib. 7. ep. 30. Niſi me in philoſophiæ portum contuliſſem. Incer. Philoſophiam Dij paucis quibuſdam veram dederunt.

✝ADIVNC. *Acutior*, 5. *de Fin. Antiqua, vetus*, 1. *Aca. Antiquiſſima, nobiliſſimáque, tota*, 1. *Offic. Ars vitæ*, 3. *de Fin. Commentatio mortis, donum, & inuentum deorum, patria, & auita, referta*, 1. *Tuſcul. Cultura animi, magiſtra vitæ, vniuerſa*, 2. *Tuſc. Dux vitæ, indagatrix virtutis, inuentrix legum, magiſtra morum & diſciplinæ, medicina animi*, 3. *Tuſc. Frugifera, & fructuoſa*, 3. *Offi. Mater omnium benefactorum, benéque dictorum, de Clar. Magna*, 4. *Attic. Media, Orat. Moleſta, vera, & antiqua*, 15. *Fam. Orba*, 1. *de Nat. Quædam procreatrix, & quaſi parens laudatarum artium, præpotens, & glorioſa, ſimilis alicuius, vera, veriſſima*, 1. *de Orat. Vera, elegánſque*, 4. *Tuſc.*

PHILOSOPHICVS, a, um. 5. Tuſc. 121. A Bruto impulſi ſumus ad has philoſophicas ſcriptiones. Epiſtol. lib. 11. ep. 27. Vt hæc φιλοσοφήματα ſcriberem, tu me impuliſti.

PHILOSOPHOR, aris. *philoſophiam colo*. 4. de Fin. 1. & 2. de Orat. 156. Decreui philoſophari, vt Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet. 1. de Fi. 1. Quibuſdam totum hoc diſplicet philoſophari. 13. I. A. 45. Sed iam ſe colligit, & ad extremum incipit philoſophari. 1. de Nat. 6. Et cùm minimè videbamur, tū maximè philoſophabamur. de Cl. 306. Admirabili quodam ad philoſophandum ſtudio concitatus. Poſtq. in Sen. 13. Cum Græculis philoſophari. 1. Tuſc. 89. Quanquam quid opus ſit in hoc philoſophari, cùm rem non magnopere egere philoſophia videamus.

PHILOSOPHVS, phi. *physicus, naturæ interpres, magiſter virtutis, qui rerum cognitione doctrinaq; delectatur*. 5. Tuſc. 8. Pythagoræ ingenium & eloquentiam cùm admiratus eſſet Leon, quæſiuit ex eo, qua maximè arte confideret? at ille artem quidem ſe ſcire nullam reſpondit, ſed eſſe philoſophum. 1. de Fin. 15. Et tamé à philoſopho ſi afferat eloquentiam, non aſperner: ſi non habeat, non admodum flagitem 1. de Or. 212. Philoſophus, qui de ſua vi ac ſapientia vnus penè omnia profitetur, is eſt, qui omnium rerum diuinarum atque humanarum naturam cauſaſque noſcit, & omnem bene viuendi rationem tenet ac perſequitur. 1. de Orat. 217. Philoſophi, qui omnia ſicut propria ſua eſſe atque à ſe poſſideri volunt. 3. de Na. 77. Philoſophi rerum autores, non fabularum. 2. de Orat. 61. In philoſophos veſtros ſi quando incidi, nullum prorſus verbum intelligo: ita ſunt anguſtis & cōciſis diſputationib. illigati. Orat. 46. Philoſophorum mos tenuiter diſſerendi. 2. Offi. 89. Sed de hoc toto genere commodiùs à quibuſdam optimis viris ad medium ianuæ ſedentibus, quàm ab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur. 2. de Diu. 119. Sed neſcio quomodo nihil tam abſurdè dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum. 4. Tuſc. 70. Philoſophi magiſtri virtutis. 2. de N. 167. Socrates princeps philoſophorum. 2. de Orat. 21. In gymnaſiis philoſophi garrire cœperunt. Horrenſ. Vt antiquis philoſophis, híſque maximis longéque clariſsimis, placuit.

✝ADIVNC. *Abſoluti, & perfecti, non contemptiſſimi, ſed acuti, non inepti. ſuperſtitioſi, & penè fanatici*, 2. *de Diuin. Antiqui, graues, optimus & grauiſſimus, ſummi, veteres, voluptary*, 3. *Tuſc. Auctores rerum, non fabularum, vulgo imperiti, & ſimiles imperatorum*, 3. *de Nat. Minimè contemnendi*, 3. *in Ver. Diſcrepantes magiſtri virtutis*, 4. *Tuſc. Elegantiſſimus omnium, & eruditiſſimus, grauiſsimus, innumerabiles, nobilis, nobiliſſimi*, 5. *Tuſc. Non ignobilis*, 1. *Tuſc. Imperioſus, multi, & magni, ſummus*, 2. *de Fin. Magnus, nobiliſſimi longè, atque principes, ſeueriſsimus*, 1. *Offi. Magni, atque nobiles*, 1. *de N. Minimè mali, ſed ſatis acuti*, 3. *Off. Minuti, de sē. Mollis, & languidus, eneruatus*, 1. *de Or. Multi, præſtātiſſimi*, 1. *de Diu. Nobiliſsimus, perfecti*, 2. *Tuſc. Nobiliſsimus, & clariſsimus*, 2. *de Orat. Nobiliſſimus, & prudētiſſimus, de Cla. Plebei*, 1. *Aca. Politiſsimus, & acutiſsimus, reliqui*, 4. *Acad. Seuerus, & grauis*, 1 *de Fin.*

PHILOTHEOROS, *qui ſtudio nouas ſemper viſendi terras regioneſque tenetur*. Ep. lib. 7. ep. 16.

PHLEGETON. *fluuius apud inferos*. L. ACHERON.

PHLIASII, *populi*. Attic. lib. 6. ep. 2. Phliaſios dici ſciebam. & 5. Tuſculan. 8.

PHLIASIVS, a, um. 5. Tuſ. 10. Poſt hunc Phliaſium ſermonem.

PHLIVS, untis. *oppidum*. 5. Tuſc. 8.

PHOEBVS, bi. *Sol*. 1. de Diu. 18.

Quid vero Phabi fax triſtius, nuncia belli.

PHOENICIA, ciæ. *regio Syriæ*. 11. I. A. 35.

PHOENISSAE, *Euripidis tragœdia*. 1. Offi. 88.

PHOENICES, *populi*. 2. de N. 106.

PHOENIX, *apud Homerum Achillis magiſter*. 3. de Or. 54.

PHOCII, *populi*. I. P. 96.

PHORCIS, nis. de Vn. 35. Saturnus, Phorcis, & Ops fratres, Oceani Terræque filij.

PHOSPHOROS, *Veneris ſtella*. 2. de N. 54.

PHRENETICVS, a, um. *demens, inſanientes*. 1. de Di. 81. Nec cardiacis hoc tribuendum eſt, nec phreneticis.

ΦΡΟΝΗΣΙΣ. L. PRVDENTIA.

PHRYGIA, giæ. Orat. 25. Caria, Phrygia, Myſia.

PHRYGIVS, a, um. *Phryx*. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. 16. Paconius neſcio quis homo, ne Græcus quidem, aut Myſius, aut Phrygius potius. 1. de Di. 114. Qui ſono quodam vocum & Phrygiis cantibus incitantur. Phrygium ferrum. L. FERRVM.

PHRYX, gis. pro Flac. 40. Ignotiſſimus Phryx. pro Flac. 65. Prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem.

PHTHIA, tiæ. *Achillis patria*. 1. de Diu. 52.

PHTHIOTA, tæ. 1. Tuſc. 21. Pherecrates quidam Phthiota ſenex.

PHYLARCHVS, chi. *tribunus. Poteſt etiam gentis nomen eſſe. Arabes enim quidam Phylarchi à Strabone numerantur*. Epi. lib. 15. ep. 1. Iamblichus Phylarchus Arabum.

PHYSICA, cæ. *explicatio naturæ*. 3. de Fin. 72. Ad eas virtutes Dialecticam etiam adiungunt, & Phyſicā. item *ibid*. Phyſicæ quoque non ſine cauſa tributus eſt honos, propterea quòd, &c.

PHYSICA, orum. *res Phyſicæ, vel naturales*. Ora. 119. Oratorem ne Phyſicorum quidem eſſe expertem volo. 1. de Fin. 17. Epicurus in Phyſicis, quibus maximè gloriatur, totus eſt alienus.

PHYSICE. *acutè, phyſicorum more*. 3. de N. 18. & 1. de D. 26. Quæ à to phyſicè dicta ſunt.

PHYSICVS, a, um. 1. de Nat. 84. Phyſicus, id eſt, ſpeculator venatorque naturæ. 2. de Diu. 33. Quod video phyſicis placuiſſe, eiſque maximè, qui omne quod eſſet, vnum eſſe dixerunt. 2. de Finib. 15. Nec de re obſcura loquitur, vt Phyſici. 2. de Diu. 122. Si velim geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. 1. de D. 110. Phyſica diſputādi ſubtilitas. 2. de Nat. 55. Vt plerique dicunt, phyſicæ rationis ignari. 2. de Nat. 23. Rationibus phyſicis confirmare aliquid. 1. de Orat. 117. Eadémque ratione dicantur, & quos φυσικοὺς Græci nominant, iidem Poetæ; quoniam Empedocles phyſicus egregium poëma fecerit. Orat. 119. Oratorem ne phyſicorum quidem eſſe ignarum volo. 1. de Orat. 49. Si ornatè locutus eſt, ſicuti fertur, phyſicus ille Democritus, materies illa fuit phyſici, ornatus verò ipſe verborum oratoris putandus eſt.

✝ADIVNC. *Obſcurus*, 2. *de Diu. Politiores, veteres*, 4. *Acad. Speculator venatorque naturæ*, 1. *de Nat.*

PHYSIOGNOMON. de Fat. 10. Socratem notauit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores naturásque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere.

PHYSIOLOGIA, giæ. *naturæ ratio*. 1. de Diu. 90. Naturæ ratio, quam phyſiologiam Græci appellant. 1. de N. 20. Hunc cenſes primis, vt dicitur, labiis guſtaſſe phyſiologiam. 2. de Diuinat. 37. Dum aruſpicinam veram eſſe vultis phyſiologiam totam peruertitis.

✝ADIVNC. *Tota*, 2. *de Diu.*

PIACVLVM, li. 2. de Leg. 57. Porco fœmina piaculum pati.

PIAM, *particula, quæ nominibus quibuſdam ad finem additur ſolet*. L. ALIQVISPIAM, & QVISPIAM.

PICEARIAE, arum. *vectigal picis. Eſt autē pix, humor pinguis ex tæda ſeu pinu combuſta collectus*. de Clar. 85. Societas, quæ Picearias de P. Cornelio, L. Mummio cenſoribus redemiſſet. *alias, picarias, aliàs pecuaria, legebatur.*

PICENTINVS, na, num. Att. lib. 8. ep. 19. Pompeij.

PICENTES. *populi*. pro Syll. 25. Aut doceat Picentes ſolos non eſſe peregrinos.

PICENVM, ni. *ora Italiæ*. Att. lib. 8. ep. 8.

PICENVS,a,um. de Cl.57. Ager Gallicus & Picenus.

PICTOR,oris.4. Acad.20. Multa vident pictores in vmbris & in eminentia, quæ nos non videmus.2.de Leg.45. Dignissima autem dona habentur, & formæ ab vno pictore vno absolutæ die. de Clar.70. Zeusis, Polygnotus, Timantes, qui non plus quàm quatuor colorib.vsi sunt: Etion verò, & Nicomachus, & Protogenes,perfecti pictores fuerunt.

✠ ADIVN. *Mali,de Opt.Gen.Or.Perfecti, de Clar. Sũmus,*1.*de Orat.*

PICTVRA,ræ. *tabula.* Orat.36. In picturis alios, horrida, inculta, abdita,& opaca: contrà alios nitida, læta, collustrata delectant. 5.Tusc.114.Homerum tradunt cæcum fuisse: at eius picturam, non poesin videmus. 4. Acad.20. Oculi pictura tenentur, aures cantibus.6 I.V.1.Pictura textilis,aut in tabulis, 5. Tusc. 13. Cùm animum ab ista pictura, imaginibúsque virtutum ad rem veritatemque traduxeris.

✠ *ADIVNC.Antiquissima,vetus,de Clar.Egregiæ,*1.*de Inu.Non egregia, sed etiam euanescens vetustate,* 5. *de Rep.Horrida,inculta,abdita,& opaca.) (.nitida,læta, collustrata,Or.Nobilis,*1.*de Nat.Nouæ.) (.veteres,*2.*de Or. Placidissima,* 5.*Tusc. Textilis,& in tabulis,*6.*Ver.*

PICTVS,a,um.de Clar.261. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. & 292. Lysias, quo quid potest esse pictius? 5. de Fin. 80.Qui nunquam philosophum pictum, vt dicitur, viderunt. 5. Tusc.61.Textile,stragulum, magnificis operibus pictum.

✠ *ADVERB. Præclarè,pulcherrimè,*6.*Ver.*

PIE.*religiosè.*1.de Nat.45.Piè colere Deos.& 56. Piè sanctéque colere Deum. de Sen. 81. Memoriam nostri piè inuiolatéque seruabitis.pro Mur.73. Illa piè fecit. pro Plan.98. Vt confiteare aliquando,quod faciam, me & gratè & piè facere. pro Mil. 104. Metuo enim, ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam piè.Att.lib.6.ep.7.Quintus filius suapte piè sanè currentem animum patris sui,sorori tuæ reconciliauit.

☞ Syntaxis. *Piè sanctéque Deum colere.Suapte piè currens animus.*

PIERIDES, dum. *musæ Pieriæ.* 3. de Nat. 54. Tertiæ Ioue tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pierides & Pieridas solent Poetæ appellare.

PIETAS,tis.2.de Inu. 161. Pietas est, per quam sanguine coniunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. Part. 78. Pietas est iustitia erga parentes. pro Plan.80.Pietas est voluntas grata in parentes.1.de Nat.117. Est enim pietas iustitia aduersum deos.pro Plan. 29.Pietas iudicio meo fundamentum est virtutum omnium. de Somn. 7. Iustitiam cole & pietatem: quæ cùm sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. 2. de Nat. 153. Pietas cui coniuncta iustitia est, reliquæque virtutes. *hic pietas pro religione ponitur.*pro Qu.26.Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius sit necesse est. pro Sex. Rosc.37. Quod præclarè à sapientibus dicitur, Vultu sæpe læditur pietas. 2. de Or. 167. Si pietati summa tribuenda laus est, deberis moueri, cum Quint. Metellum tam piè lugere videatis. de Clar. 126. Vtinam Gracchus non tam fratri pietatem, quàm patriæ præstare voluisset. pro Flacc. 96. Nimia pietas & summus amor in patriam. pro Dom. 107. Nec est vlla erga deos pietas,nisi honesta de numine eorum ac mente opinio. Postquam ad Quir. 18. Qua sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse solent, eâdem ego erga populum Rom. semper ero. Anteq. 14. Illi quorum animus est religionis pietate defunctus. 2. Offi.11. Deos placatos efficiet pietas & sanctitas. 1. de Nat. 3. Pietas, sanctitas, religio,quæ omnia purè & castè deorum numini tribuenda sunt. 2. de Finib. 71. Nemo pius est, qui pietatem caret. Epist.lib.2.ep.6.Pietas in referenda gratia. Epist. lib.1.ep.1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Epist. lib.1. ep. 4. Meam in te pietatem:quid enim dicam beneuolentiam? Epist.lib.6.ep.20.Hic tui omnes valent,summáque pietate te desiderant.pro Cl. 65. Quorum alter eloquentiæ damnationem illam tacita pietate deplorat.& 172. Tu qui pietate ad accusandum excitatus es. 3. de Fin. 73. Pietas aduersus deos.1.Tusc.133. Pietas erga matrem. 2. de Inuentio.66. Pietas est,quæ erga patriam,aut parentes,aut alios sanguine coniunctos officium conseruare moneat. * de re. Ptolemeo. Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis.1.de Nat. de.3.In specie fictæ simulationis pietatis inesse non potest: cum qua simul & sanctitatem & religionem tolli necesse est. *ibid.* Pietate aduersus deos sublata fides tollitur. pro M. Marcello 10. Vir optimus, & commemorabili pietate ac virtute præditus.

✠ *ADIVNC. Clara,& in omnibus grata,pro Sest.Commemorabilis, pro Mar. Diuina, maxima, singularis, summa, eximia,* 5.*Fam. Immunis,*3.*Offic.Incredibilis, Postq.ad Quir.Insignis,*4.*Attic.Iucunda,*2.*Fam.Magna,Sem. Scip. Maior, Pro Rab. Mira,* 6. *Attic.Nimia,pro Flac.Par,In Vat.Præsens,*10.*Fam.Tacita,pro Cluent.*

☞ Syntaxis. *Pietatẽ colere.Nimia pietas,& summus amor. Pietas & sanctitas Deum faciunt placatu.Pietas sanctitas,religio. Pietate summa aliquem desiderare.Pietas,charitas,bonitas.* (*contrà potius.*)

PIGER,a,um.*segnis ad aliquid agendum.*4.ad Her.44.Frigus pigrũ dicimus,quia pigros facit.Epist.lib.7.ep.17. Quod mihi interdũ piger, interdum timidus in labore militari videbare.& lib.8.ep. 1. Ad literas scribendas pigerrimus.

PIGER, bat. *tædet,pœnitet.*1. de Diuin. 66. Mea mater, tui me miseret, mei piget. pro Syll. 90. Teipsum iam expletum huius miseriis pigeat. pro Dom. 29.Me non solum piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet. in Sall. 4. Quòd si esses ab illo ortus, nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Att.lib. 5.ep.13.In cupiditatem incubui, nec me piget. de Clar. 188. Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum.in Sall 20.Neque piguit quærere, cur ego,&c.

☞ Syntaxis. *Ad pudendum inductus.*

PIGMENTARIVS,tij. Epi.li.15.ep.17.Accius pigmentarius valde gaudebat,se aduersarium perdidisse.

PIGMENTVM,ti.*color,fucus,ornatus.* 1. de Diu.23.& lib.2.48.Aspersa temerè pigmenta in tabella, oris lineamẽta effingere possunt.de Cl.298. Intelliges nihil illius lineamentis,nisi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant,florem & colorem defuisse. 2. de Or. 188. Sententiæ veræ sine pigmentis fucoque puerili.Att.lib.2.ep.1.Aristotelica pigmenta.

PIGNERATOR,oris. 5. I. V. 27. Cùm in his rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor neque possessor foleat esse.

PIGNERO,aris.*pignus aufero,fiduciam accipio.*14.I.A.32.Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quẽque pignerari solet. de Rep. lib. 1. teste Nonio: Sed vt plurimas & maximas nostri animi,ingenij, consilij prima ipsa sibi ad vtilitatem suam pigneraretur. *de patria loqui videtur.*

PIGNVS,oris.*fiducia,obses.* Attic.lib.1.ep. 16. Vt nos duo quasi pignora reipublicæ retineri videremur.1. I.A. 12. Coguntur enim senatores non pignoribus, sed eorum quorum de honore agitur,gratia. item *ibid.* Qui vnquam tanto damno senatorem coegit? aut quid est vltra pignus aut mulctam? & 12. In Ant. 22. Vt quàm primùm illud pignus liberalitatis populi Rom.aspiciam. 13. I.A. 6. Pro libertate hæc omnia proiicias, quæ sunt pignora iniuriæ. de Pro 2.Quonam me animo esse oportet in eos,cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates. 3. de Orat. 4. An tu cùm omnem autoritatem vniuersi ordinis pro pignore putares, eamque in conspectu populi Rom. cõcideres, me his pignoribus existimas posse terreri? & *ibid.* Philippus grauiter exæstit, pignoribusque ablatis Crassum instituit coërcere. 13. in Ant. 8. Magnis & multis pignoribus eum respub. obligatum tenet. Att.lib. 8. ep.9. Minus multa dederant illi reipub.pignora. in Sall. 18. Posteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus se coniunxerat. pro Clu. 190. Illa tibi ad confirmandas inimicitias affinitatis coniunctionem pignori fore putauit. 1.I. A. 4. Magnum pignus ab eo reipub. datum, se liberam ciuitatem esse velle. pro Cæl. 78. Habet ab hoc respubl. duas accusationes, vel obsides periculi, vel pignora voluntatis.

✠ *ADIVNC.Magnum,pro Deiot.& in Sall.Magna,& multa,*13.*Phil.Multa,*8.*Attic.*

☞ Syntaxis. *Pignora retinere. Filij quasi pignora.Hoc pro pignore puto,tr.ado.*

PIGRITIA,tiæ.*negligentia,ignauia,inertia.* 4. Tusc.19.Definiunt pigritiam, metum consequentis laboris. Att. lib. 16.ep.14. Noli putare pigritia facere me,quòd non mea manu scribam.1.Offi. 28. & 136. Negligentia, pigritia, inertia,ignauia.& 101.Efficiendum est, vt appetitus rationi obediant,eam neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignauiam deserant.

PIGROR,aris.*grauor.* Att. lib. 14. ep. 1. Tu quæso quicquid noui (multa autem expecto) scribere ne pigrere.

PISSIMVS.13.I.A.43. Antonius. Mihi quidem constat,&c. nec Lepidi societatem violare pissimi hominis. Cicero. *b.*Tu porrò ne pios quidem, sed pissimos quæris:& quod verbum omnino nullum in lingua Latina est,id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis.

PILA,læ.1.de Orat.73. Vt qui pila ludunt. & 217. Licet ista ratione dicamus pila bene, & duodecim scrupis ludere, proprium esse iuris ciuilis.3 de Orat.55. Pila, tali, tesseræ, in Pis.69.Ille claudus, quomodo aiunt pilam tenere, &c. de Sen. 83. Retorquere pilã. 3.de Or.86. Titvus præclarè pila ludens,Brulla talis.

PILOSVS,a,um.I.P.1.Pilosæ genæ, dentes putridi.

PILVM,li.*genus teli Romanorum proprium.*11. I. A. 5. Idque caput fixum gestari iussit in pilo. pro Mil. 65. Sparorum pilorumque multitudo.

PILVS

PILVS,li.1.de Nat.143.Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. 4. Acad. 85. Nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius.pro Qu.R.20. Hic capite & superciliis semper est tasis,ne vllum pilum viri boni habere videatur. Att. lib.5. ep.20. Interea è Cappadocia ne pilum quidem. Qu. fr.lib.2.ep. 15. Ego ne pilo quidem minus te amabo.

PINDENISSVS, *oppidum.* Attic. lib. 5.ep.20.& lib.6.ep.1. Epist. lib.2.ep.10.

PINDENTISSAE,*populi.* Att.lib.5.ep.20.

PINGENDVS,a,um.de Clar.141.In verbis pingendis, & illuminandis sententiis.

PINGO, gis.*pictura exprimo.* 2.de Or.69. Vt in pictura, qui hominis speciem pingere perdidicerit, is potest cuiusuis vel formæ, vel ætatis,etiamsi non didicerit,pingere.2.de Inu.1.Is & cæteras tabulas pinxit, &, &c. *id est, Zeusis.* Attic.lib.5.ep.1. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. 2.de Fin.69.Cleanthes tabulam verbis pingere solebat,&c. *id est, tabulam voluptatis.* Qu.fr.li. 2.ep.14.Quadrigis poeticis modò mihi date Britanniam,quam pingam coloribus tuis,penicillo meo.

PINGOR, ris. Epist.lib.5.ep.12. Alexander ab Apelle potissimùm pingi,à Lysippo fingi volebat.

✠ADVER.*Benè,Top.Egregiè,2.de Orat. & de Cla.potissimum,5.Fam.Varie,1.Att.*

☞ Syntaxis. *Pingere speciem hominis,verba. Pictum stragulum.*

PINGVIS,gue. *opimus,crassus,rudis.*de Fat.7. Thebis crassum cœlum, itaque Thebani pingues & valentes 1. de Diu. 130. Pingue & concretum esse cœlum.pro Arch. 26. Cordubæ nati poetæ, pingue quiddam sonantes atque peregrinum. 4. Acad. 109. Quod ipsi Antiocho pingue videbatur, & sibi contrarium.de Am. 19. Agamus igitur pingui Minerua,vt aiunt.

☞ Syntaxis. *Pingue & concretum cœlum. Pingue sonans poeta, & peregrinum.*

PINNA,næ. *penna.* 3.de Nat.59. Minerua,cui pinnarum talaria affigunt.in Arat.

Atque auis ad summam caudam primásque recedit
Pinnas,&c.

¶ *Est & conchæ marinæ genus.* 2. de Nat. 123. Pinna duabus grandibus patula conchis.5.de Fin. 63. Quæ in concha patula pinna dicitur.

✠ADIVNC. *Patula,2.de Nat.*

PINNATVS,a,um.*pennatus,pinniger.* 3.de Nat.58.Pinnatus cupido.2.Tusc.24. Pinnata cauda.

PINNIGER,ra,rum.*penniger.* Ep.lib.7.ep.33. Pinnigero in corpore,non armigero tela exercere. *aliter Pennigero.*

PINNOTERES,teris.*conchæ marinæ.id est,piscis genus.* 3. de Fin.63. Atilla quæ in concha patula,pinna dicitur: isque qui enatè concha:qui,quòd eam custodit,pinnoteres vocatur.

PINNVLA.de N.lib.2.129.Pulli cum pinnulis vti possunt.

PIO,as.*expio.*2.de Leg.21. Hetruriæ principes fulgura atque ostenta pianto. pro Dom. 132. Si quid tibi piandum aut instituendum fuisset religione domestica.

PIRAEVS,ci. *πειραιὺς Græcè,portus Athenarum.* Att.li.7.ep.3.Venio ad Piræa:in quo magis reprehendendus sum,quod homo Romanus Piræa dixerim,non Pirçeum:sic enim omnes nostri locuti sunt:quàm quod In addiderim .& lib. 6.ep. 9. In Piræa cùm exissem,&c. de Cl. 51. Vt semel è Piræeo eloquentia euecta est.

PIRATA,tæ. *prædo.*7. I. V.63. Iste à piratis ob hunc archipiratam pecunias accepit.& 2.in Ver.13.Vrbes pitatis prædonibúsque patefactæ.3.Offi.107.Nam pirata non est ex perduellium numero definitus,sed communis hostis omniũ. pro S.R.146. Quis prædo tam nefarius?pirata tam barbarus. ‖ 7.Ver.70.71.89.95.

✠ADIVN. *Barbarus, conscelcratus, pro Sex. Ros.Immunes,3.Off.Nefarius,3.in Ver.Nobilissimus,5.in Ver. Securi,7.in Ver.*

PIRATICA, cæ. Postquam in Sen. 10. Is profectò egestate coactus piraticam fecisset.

PIRATICVS,ca,cum.7.I.V.72.88.& 96.

PISAE,arum.*oppidum.*Qu.fr.lib.2.ep.5.

PISAVRVM,ti.*oppidum,&* PISAVRENSIS. de Cl.170.

PISCATOR,oris.3.Offi.58.Tum Pythius piscatores ad se conuocauit,ab iis petiuit,vt ante suos hortulos piscarentur.

PISCATVS,tus. 2. de Fin.23.Piscatu,aucupio.

PISCICVLVS,li.2.de Nat.123.Piscículi parui. * Acad.Piscículos exultantes videmus.

✠ADIVNC.*Parui,2.de Nat.*

PISCINA,næ. *lacuna,in qua pisces viui seruantur.* Qu. fr.lib.2.ep.1. & Att.li.1.ep.15.& Par.5.Magna vis aquæ vsque ad piscinam publicam.Att.lib.2.ep.1.Si mihi barbati in piscinis sint.Qu.fr.lib.3. ep.1.Intelligo mirifica suauitate te villam habiturum piscina & salientibus additis,palæstra & sylua viridicata. L. NILVS.

✠ADIVNC. *Publica,Parad.*

PISCINARIVS,a,um. *qui piscinis delectatur.* Att. lib.1.ep.16. Beatos homines(hos piscinarios dico amicos tuos) nõ obscurè nobis inuidere.& ep.17.Mihi verò vt inuideãt piscinarij nostri,&c.

PISCIS,scis.2.de N.129.Pisces,vt aiunt,oua cùm genuerint,relinquunt.de Senect.44.Pisces hamo capiuntur. I. P. 67.Mensa extructa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne, &c. 2.de N. 111. Pisces signum cœleste.* Hortens.Primus balneolas suspendit.incluſit pisces.de Fat. Allatus est fortè Scipioni acipēser, qui admodũ tarò capitur, sed est piscis,vt ferunt, imprimis nobilis.

✠ ‖ 3.de Nat.39.Piscem Syri venerantur. 4.Aca.81.1.de Diu.24.

✠ADIVNC.*Squamosi,Arat.*

PISCOR,aris.3.Offi.58. Tum Pythius piscatores ad se cõuocauit, ab iis petiuit,vt ante suos hortulos postera die piscarentur.

PISIDAE,arum.*Pisidũ,populi.*1.de Diu.2.& 92.

PISIDIA,diæ.*regio.*1.de Diu.94.

PISIDII,iorum. *Pisidæ.*1.de D.25.Cilices Pamphylij,Pisidij.

PISISTRATVS,ti.*Tyrannus clemens Athenis.*Att.lib.7.ep.19.

PISTOR,oris. *qui panem conficit.* I.P.67.Pistor domi nullus,nulla cella,panis & vinum à propola atque decupa. pro S.R.134.Mitto hasce artes vulgares,coquos,pistores,lecticarios,&c.2.de Fin.23. Optimis cocis,pistoribus,piscatu,aucupio,&c.

PISTRINVM,ni. *locus vbi frumẽtum tundebatur mola trusatilli.*1.de Orat.46.Oratorem in iudicia & in cõciunculas,tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam. & 2. de Or. 144. Tibi mecum in eodem est pistrino Crasse viuẽdum. Qu.fr.li.1. ep.2.Tradere aliquẽ in custodiã,vel in publicum,vel in pistrinũ.

PISTRIX,cis. *cetus,belua marina.* in Ar.Fera pistrix. &*ibid.* in Ar. *Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit.*

PITHO.L.SVADA.

PITVITA,tæ.*vnus ex quatuor corporis humoribus,aquæ similis.*1.Tusc. 56.Sanguis,bilis,pituita.& 4.Tusc.22.Cùm pituita redundat, aut bilis in corpore.

PITVITOSVS,a,um.de Fat.7.In aliis locis homines sunt pituitosi,& quasi redundantes,in aliis exiccati atque aridi.

PIVS,a,um. *qui pietatem colit.* 3. Offi. 90.Ipsi patriæ conducit.pios habere ciues in parentes. 2. de Leg.15. Deos piorum & impiorũ habere rationem.pro Corn.35. Nihil est aliud in fœdere, nisi vt pia & æterna pax sit.2.de Finib.71.Nemo pius est, qui pietatem cauet.pro Sest.4.Pius dolor,& iusta iracundia. de Somn.7.Quare tibi Publi & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis. pro S. R. 66. Orestes ne pius quidem sine scelere esse potuit.

☞ Syntaxis. *Pia & æterna pax.*

PLACABILIS,le. *exorabilis.* 4.I.V. 95. Omnia habuit æquiora & placabiliora,quàm animum iudicis.Att.li.14.ep.13. Vt eo te placabiliorem præbeas.Or.34.Tu eos etiam quos contra statuis,æquos placabilésque dimittis.Corn.in vita Att. Præbere se placabilem alicui.4.ad Her.22.& 59. Placabilis,exorabilis.) (*implacabilis,inexorabilis.*

PLACABILITAS,tis.*clementia,lenitas,mansuetudo.* 1.Offi.88.Nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atq; clemẽtia.

PLACANDVS,a,um. Att. lib. 1.ep.8.Primùm tibi de nostro placando,aut etiam penè restituendo polliceor. de Ar. 63. Nostræ sunt inter nos iræ discordiæque placandæ.

PLACATE,tius.*patienter,humaniter,placidè.*Epist. lib.6.ep 1.Omnia humana placatè & moderatè feramus. Epist.lib.6.ep.13.Remissiùs & placatiùs quotidie aliquid ferre.

PLACATIO,onis.*pax,venia.*3.de Nat.5.& 2.de Diu.36. Nostra ciuitas nunquam sine placatione deorum immortalium tanta esse potuisset.

¶ *Adhæc,moderatio,tranquillitas.* 4. Tusc. 60.Perturbatio animi, placatione abluatur.

✠ADIVNC.*Tanta deorum,2.de Diu.*

PLACATVS,a,um. *placabilis,pacatus,tranquillus,quietus.* Att. lib. 5. ep.1.Nihil tam vidi mite,nihil tam placatum,quantum erat frater meus in sororem tuam. 5. Tusc. 16. Sic animi quietus & placatus status cernitur. item: Alteros tibi iam placatos esse intelligo,alteros nunquam iratos fuisse.1.Tusc.97.Placatissima quies. 1.de Fin.71. Placata,tranquilla,quieta, beata vita. Quin. de Pet. 36.Tamẽ hi possunt abs te placati æquiq; discedere.pro Mar. 18. Dij vel placati iã,vel etiam satiati esse debent.Postq. ad Quir.2. Si mihi placata & tranquilla omnia fuissent. Or.63.Res placatæ & minimè turbulentæ. 2. Offic. 11. Deos placatos pietas efficit & sanctitas.3.de N.15.Tu Deiorum deuotionibus placatos esse deos censes.

☞ Syntaxis. *Mitis & placatus homo in aliquem. Quietus & placatus animi status. Placata quies. Placata,tranquilla,quieta,beata vita. Placatus æquisque. Placata,ac minimè res turbulentæ.*

PLACENTIA, æ. *vrbs,& colonia Rom.*in L. Pisonem,apud Asconium Pedianum.

PLACENTINVS, a,um. de Clar. 172. T.Tinca Placentinus. & 2.I.A.& in Pis.57.

PLACEO,es.*non displiceo,satisfacio,arrideo,iucundus sum,videtur,pro-*

batur, cordi est. Attic. lib. 14. ep. 22. Cùm scripsissem ad Brutum de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret: non probari: quare sine quæso quemque sibi scribere: suam cuique sponsam, mihi meam: suum cuique amorem, mihi meum: non scitè. hoc enim Attilius poeta durissimus. item *ibid.* Meum mihi placebat, illi suum. 2. de Orat. 15. Ego nunquam mihi minus quàm hesterno die placui. Att. lib. 9. ep. 15. Video tibi non probari; quæ ne mihi quidem placebant. Attic. lib. 13. ep. 1. Expecto quid istis placeat de epistola ad Cæsarem. & ep. 13. Volo Dolabellæ valde desideranti placere, nec reperio quid. Qu. fra. lib. 2. ep. 5. Longilius mihi aiebat, se velle nobis placere. pro Dom. 53. Nonne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret? de exulibus Byzantiis displiceret? Brut. ep. 5. Hoc mihi in te placuit. 2. Offic. 51. Quod scribere non auderem, nisi idem placeret Panætio. Ep. li. 16. ep. 5. Videbis, quid Lysoni, quid medio placeat.

PLACET, bat. *scitum est.* 2. ad Heren. 1. Ita nobis placitum est, vt scriberemus, &c. D. Brut. Epist. lib. 11. ep. 1. Cùm in his versarer angustiis, placitum est mihi vt postularem legationem, &c. At li. 8. ep. 17. Placitū est mihi, vt Brundusiū ducerē hanc copiam quam habeo mecum. Epist. li. 8. ep. 4. & Attic. lib. 8. ep. 17. De prouinciis placitum est, vt coram Pompeio ageretur. pro Sext. Ros. 101. Si diis immortalibus placet. 1. de Diu. 110. Vt doctissimis sapientissimisque placuit. & *ibid.* Nam non placet Stoicis, &c. 4. Academ. 99. Duo placet esse Carneadi visorum genera. 1. de Finib. 28. Vtrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet? an, &c. item *ibid.* Igitur agam sic, vt ipsi autori huius disciplinæ placet. item *ibid.* Vt placet, inquam. Epist. lib. 1. ep. 2. Itaque postridie placuit, vt breuiter sententias diceremus. 1. de Or. 155. Postea mihi placuit, eoque sum vsus adolescens, vt explicarem, &c. pro Cluent. 73. Canutio placuit repentè iudices pronunciare.

✠ ADVER. *Admodum, Orat. Constanter, perpetuò cõsilium, ep. 16. ad Brut. Egregiè, 14. Attic. Planè, vehementer, de Clar. Prorsus, valdè, 6 Fam. Rectè, 1. de Leg. Rectissimè, 1. Att. Valdè, 4. Attic.*

PLACIDE. *leniter, placatè.* Ora. 92. Placidè sedatéque loqui. 4. I. V. 84. Placidè ferre aliquid. 2. Tusc. 58. Placidè & sedatè ferre dolorem.

PLACIDVS, a, um. *placatus, tranquillus.* 5. Tusc. 48. Semper in animo sapientis esse placidissimam pacem. & 4. Tusc. 10. Placida quietáque constantia. pro Cecin. 28. Aliquem iratum, placidū ac mollem reddere. de Sen. 13. Placida ac lenis senectus. 2. de Or. 183. Oratio placida, sum missa, leuis.

☞ Syntaxis. *Placidè, sedatéque. Placida, quietáque constantia. Placidū ac mollem reddere. Placida, submissa, lenis oratio.*

PLACO, as. *lenio, mitigo, placatum efficio, reconcilio, expio, procuro.* Ep. lib. 13. ep. 1. Is ad me Romam literas misit, vt te sibi placarem. 2. I. C. 17. Quos ego non tam vlcisci studeo, quàm sanare & ipsos placare reipub. 7. I. A. 24. Iam verò ipse se placabit & leniet prouinciæ Galliæ. 1. de Fin. 47. Et animos quasi concordia quadam placet ac leniat. pro Dom. 140. Cùm diuinum numen scelere violatum precibus placare cogeretur. pro Font. 21. Gallis humanis hostiis deos placant. 2. Tusc. 22. Hæc dextera lernam tetram mactata excetra placauit. pro Deiot. 9. Nemo vnquam te placauit inimicus, qui vllas resedisse in te simultatis reliquias senserit. 2. de Leg. 22. Impius ne audeto placare donis iram deorū. Quint. fr. lib. 1. ep. 2. Quoscunque de te queri audiui, quacunq; potui ratione placaui. 10. I. A. 6. Placa animum & mitiga. 1. de N. 5. Qua incausa beneuolos obiurgatores placare possumus. pro Dom. 44. Placaui odia improborum. pro Font. 36. Placare animos iudicum.

PLACOR, ris. 3. de Natur. 15. Quæ autem tanta eorum fuit iniquitas, vt placari populo Romano non possent, nisi viri tales occidissent? in Clod. Quibus iste facilè à se Deos placari posse arbitrabatur.

✠ ADVERB. *Aliquando, 10. Phil.*

☞ Syntaxis. *Placare & lenire. Placare & mitigare.*

PLAGA, gæ. *vulnus, percussio.* 7. I. V. 133. Dico mercedem vulneris atque plagæ constitui nefas esse. 2. Tusc. 41. Qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quàm turpiter vitare. 1. de Natur. 70. Grauiorem plagam accipiebat, vt leuiorem repelleret. Epi. lib. 9. ep. 16. Hæc est leuior plaga ab amico, quàm à debitore. 2. Tuscul. 56. Venitque plaga vehementior. pro Mur. 48. Illa plaga est iniecta petitioni tuæ maxima. pro Flacc. 65. Phrygem plagis fieri meliorem. 7. I. V. 161. Crepitus plagarum. in Vat. 20 Infligere plagam mortiferam alicui. 7. I. A. 17. Luculentam tamen ipse plagam accepit. Orat. 228. Sic nec oratio facit plagã grauem, nisi. pro Sest. 44. Si non fuisset accipienda plaga mihi insanabilis, illi mortifera, quam Reip. imposuisset.

¶ *Regio.* 2. de Diuin. 30. Quod ante oculos est, non vident, cœli scrutantur plagas.

¶ *Impulsio.* de Fat. 22. Motus extra pondus & plagam, cùm atomus declinat interuallo minimo. & 46. Atomi vim quandam habens à Democrito impulsionis, quam ille plagam appellat, ab Epicuro grauitatis & ponderis.

¶ *Numero mu. tudinis, retu.* L. MACVLA. 7. I. V. 150. Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi maiores plagas incidendum est. 4. Acadē. 147. Plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. 3. Offic. 68. Tendere plagas. Epist. lib. 12. ep. 25. Coniicere aliquem in alicuius plagas.

✠ *ADIVNC. Grauis, Orat. Grauior, 1. de Nat. Grauissimæ, tenebrica, vehementior, 2. Tusc. Honestior, 11. Attic. Insanabilis alicuius, alteri mortifera, & extrema, pro Sest. Leuior, 9. Fam. Luculenta, 7. Phil. Maior, 3. Tusc. Maiores, 3. in Ver. Maxima, pro Mur. Mediocris, pestifera, 1. Offic. Mortifera, in Vat. Odiosa, 5. Atti. Tanta, 5. Philip.*

☞ Syntaxis. *Plaga & vulnus. Plagam accipere, repellere. Plagā venit maior. Plagam inijcere, infligere, imponere, facere.*

PLAGIARIVS, a, um. *qui liberum hominem vendit vel emit, item qui seruum seruúmue à domino auertit, fugam suadet, emit venditue nesciēte domino. Fieri autem potest hic, vt sic cognomen Licinij eius, de qua loquitur Cicero.* Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Licinium plagiarium cum pullo miluino tributa exigere.

PLAGIOSIPPVS, 4. ad Her. 43.

PLANE, nius, ssimè. *clarè, apertè.* (*obscurè.* 1. de Or. 144. Planè & lucidè loqui. de Arusp. 25. & 3. de Fin. 19. Planè & perspicuè dicere aliquid. Epist. lib. 7. ep. 19. Quàm planissimè res illa scribi potuit 4. I. V. 156. Apertissimè & planissimè explicare aliquid. pro Qu. R. 43. Planiùs & apertiùs dicam. Topi. 14. Quo planiùs accipiatur. 2. de Fin. 10. Sed illud dixisti bene Latinè, parum planè. 2. de Diu. 96. Demosthenem scribit Phalereus, cum Rho dicere nequiret, exercitatione fecisse, vt planissimè diceret. in Pison. 50. Quod omnes leges planissimè verant. Epist. lib. 2. ep. 15. De Ocella parum planè ad me scripseras. 1. de Fin. 151. Nam & cõplectitur verbis quod vult, & dicit planè quod intelligam. 7. I. A. 17. Gladiatorem appella, vt appellant hi qui planè & Latinè loquuntur.

¶ *Omnino, prorsus.* de Clar. 215. Nec ille hoc planè atque omnino defuit. 1. de Orat. 161. Neque omnino, &c. neque planè, &c. de Clar. 332. Quod iam propemodum, vel planè potius effecisti. de Clar. 280. Perfectè, planéque eruditus. Att. lib. 7. ep. 13. Aenigma Oppiorum planè non intellexi. Att. lib. 2. ep. 24. Te rogo vt planè ad nos aduoles. ad Att. li. 13. ep. 6. Quod conuenisti, &c. fecisti planè bene. 1. de Orat. 108. Res penitus cognitæ, planéque perspectæ. 4. ad Heren. 29. Fieri potest, vt non planè par sit numerus syllabarum. Ep. lib. 3. ep. 10. Illud planè molestè tuli, quòd videbam, &c. Epi. lib. 7. ep. 23. Planè enim intelligo, te, &c. Epist. lib. 1. ep. 5. Causa Alexandrina videtur ab illo planè esse deposita. Att. lib. 8. ep. 16. Explicari mihi tuum consilium planè volo, vt penitus intelligam. 1. de Leg. 53. Sed ego planè vellem me arbitrū inter eos datum.

☞ Syntaxis. *Planè & dilucidè. Apertè & planè. Planè & omnino. Propemodum, vel planè potius. Perfectéque planéque eruditus.*

PLANETAE, tarum. *inerrantes stellæ septem.* Tusc. lib. 1. 63. Planetarum motus tarditate & celeritate dissimili.* Hortens. Omnibus planetis in eundem recurrentibus locum.

PLANGOR, oris. *eiulatus, ploratus.* Or. 131. Plangore & lamētatione compleuimus forum. 2. I. A. 85. Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu reiiciebat. 3. ad Her. 27. Fœmineus plangor.

PLANICIES, ei. *æquor, campus.* 8. in Ver. 107. Quo in summo est æquata agri planicies. 1. de Diu. 2. Planicies magnitudóque regionum.

PLANTA, æ. *surculus, stirps.* de Sen. 52. Malleoli plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines, &c.

¶ *Pes.* in Arat.

Hunc Orionis sub læua cernere planta Serpentem poteris.—

✠ ADIVNC. *Illustris, læua, Arat.*

☞ Syntaxis. *Plangor & lamentatio. Æquus agri planicies.*

PLANVS, a, um: ssimus. *æquabilis.* (*montosus.* 2. de N. 47. Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. pro Cec. 50. Æquus & planus locus. 2. cont. Rull. 95. Capua planissimo in loco explicata. de Vn. 13. Si vniuersitatis corpus planum & æquabile explicaretur.* 2. Aca. Quid tam planum videtur quam mare? Ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant.

¶ *Apertus.* pro S. R. 54. Atque id obiicere, quod planum facere non possis. 2. I. V. 39. & 7. Ver. 164. Cùm præsertim planum facere multis testibus possim, C. Verrem dixisse, &c. 2. ad Her. 5. Se planum facturum, ab eo maleficiū non abesse. Top. 97. Oratio plana & euidens.

☞ Syntaxis. *Æquus & planus locus. Planum spero facere.*

PLANVS, ni. *nebulo.* pro Clu. 72. Hic ille planus improbissimus, quæstu iudiciario pastus.

✠ ADIVN.

✠ *A* DIVNC. *Improbissimus, pro Clu.*

PLASMA. Att. lib. 9. ep. 15. Sed sit hoc πλάσμα, magnas habet certè copias. *alter* σάκωμα.

PLATALEA, læ. *genus auis, quam Plateam vocat Plin.* 2. de Nat. 124. Legi etiam scriptum esse auem quandam, quæ Platalea nominaretur: eam sibi cibum quærere aduolãtem ad eas aues, quæ in mari mergerent.

PLATANVS, ni. *arbor.* 1. de Or. 28. Platanus, quæ ad opacandum aliquem locum patulis sit diffusa ramis. 2. de Diu. 63. Sub platano vmbrifera, &c.

✠ *A* DIVNC. *Diffusa ramis patulis, 1. de Or. Vmbrifera, 2. de Diu.* poëtæ.

PLATEÆ, arum. *oppidum.* 1. Offi. 61. Hinc Rhetorum campus de Marathone, Plateis, &c.

PLATO, onis. de Opt. 17. Diuinus autor Plato. 1. de Diu. 78. Platonis in cunis paruulo dormienti apes in labellis consederunt, responsum est, singulari illum suauitate orationis fore. de Clar. 121. Quis vberior in dicendo Platone? Iouem sic, vt aiunt philosophi, si Græcè loquatur, loqui. Orat. 10. Ille non intelligendi solùm, sed etiam dicendi grauissimus autor & magister Plato. Orat. 62. Longè omnium quicunque scripserunt, aut locuti sunt, & copia dicendi, & grauitate princeps Plato. 1. Tusc. 22. Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio) præstans ingenio. 2. de Nat. 32. Plato quasi quidam deus philosophorum. Att. lib. 4. ep. 15. Deus ille noster Plato in πολιτείᾳ. Quint. fr. lib. 1. ep. 1. 23. Princeps ingenij & doctrinæ Plato. 1. Tusc. 39. Errare mehercule malo cum Platone, quàm cum istis vera sentire. & *ibid.* Ego quoque cum ipso non inuitus errauerim. de Clar. 191. Plato mihi vnus erit instar omnium. *Antimachi poeta.* Orat. 67. Platonis locutio potius poema putandum quàm comicorum poetarum. 1. Acad. 45. Platonem ex Academia vetere numeramus: cuius in libris nihil affirmatur, & in vtramque partem multa disseruntur: de omnibus quæritur, nihil certi dicitur. pro R. P. 23. Plato iniquitate Dionysij Siciliæ tyranni, cui se ille commiserat in maximis periculis insidiisque versatus est. Ora. 42. Plato exagitator omnium Rhetorum. 3. de Orat. 15. Pro Platone. 2. de Leg. 69. Contra Platonem. 1. de Orat. 230. In illa cõmentitia Platonis ciuitate. 1. de Nat. 30. Plato in Timæo & in Legibus, mundum deum esse ait, & cœlum, & astra, & terram, & animos, & eos quos maiorum institutis accepimus. Tuscul. quæst. lib. 1. 49. Plato pro immortalitate animæ tot rationes attulit, vt velle cæteris, sibi certè persuasisse videatur. 1. Famil. ep. 9. Plato quantum in repub. contendendum existimarit. *ibid.* Cur Remp. non attigerit. 1. ad Quint. frat. ep. 1. 23. Plato quando Respub. fore beatas putauerit. 4. Acad. quæst. 118. Plato ex materia in se omnia recipiente, mundum esse factum censet à Deo sempiternum. de Finib. lib. 1. 72. Plato in musicis, geometria, numeris, astris se contriuit. de Fin. lib. 5. 58. Plato beatum dicit, cui in senectute contigerit, vt sapientiam, veràsque opiniones assequi possit. 2. de Leg. 69. Plato eadem dicit de immortalitate animorum, & reliqua post mortem tranquillitate bonorum, pœnis impiorum. 1. Acad. quæst. 33. Plato in ideis seu speciebus diuinum quiddam esse dixit. Tusc. quæst. lib. 1. 20. Plato iram & cupiditatem, duas partes animi locis diseluit: iràmque in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. 1. de Leg. 15. Plato Crete, cum Clinia & Lacedæmonio Megillo, æstiuo die in cupressetis Gnosiorum & spaciis syluestribus, de institutis rerumpublicarum, ac de optimis legibus disputat. 1. Offi. 115. Plato Syracusium Dionem erudiuit. Orat. 42. Plato omnium Rhetorum exagitator, vnum Isocratem mirabatur. 3. de Orat. 137. Plato Dionem Syracusium omnibus doctrinis expoliuit. 1. de L. 15. Plato sic fecit, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maximè diligis. Tusc. quæst. lib. 1. 20. Plato triplicem finxit animam. Tusc. quæst. lib. 2. 27. Plato poetas è ciuitate, quam finxit, eduxit. Diu. lib. 1. 62. Plato iubet sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit, quod errorem animis perturbationémque afferat. 1. de Nat. deor. 33. Plato Aristotelis magister. 3. de Or. 137. Plato non linguæ solùm, sed etiam animi ac virtutis magister. de Sen. 13. Plato vno & octogesimo anno scribens mortuus est. 1. de Nat. deor. 30. Plato in Timæo patrem huius mundi nominari negat posse: in legum autem libris, quid sit omnino Deus, inquiri oportere non censet. de Di. li. 1. 80. Plato negat sine furore quenquam poetam magnum esse posse. 1. de Or. 47. Plato oratores irridens, summus ipse orator est. Tusc. quæst. lib. 1. 20. Plato principatum animæ id est, rationem, in capite sicut in arce posuit. 1. de Or. 217. Plato in geometria & musica præstantissimus. Tusc. quæst. lib. 1. 80. Plato ægritudines, iras, libidinésque semotas à mente & diseluas putat. 1. Tusc. 58. Cúmque nihil esset (*animus*) vt omnibus locis à Platone disseritur (nihil enim ille putat esse, quod oriatur & intereat, idque solum esse quod semper tale sit, qualem ideam appellat ille, nos speciem) nõ potuit animus hæc in corpore inclusus agnoscere, &c. 2. de Leg. 67. Plato iusta funerum reiicit ad interpretes religionum, quem nos morem tenemus. 4. Aca. q. 25. Plato perfectissimam disciplinam reliquit, Peripateticos & Academicos. 1. Acad. q. 17. Plato Speusippum, sororis filium, philosophiæ quasi hæredem reliquit. 3. de Leg. 5. Plato Titanum è genere statuit eos, qui, vt illi cœlestibus, sic hi aduersentur magistratibus. 1. ad Quint. frat. ep. 2. Plato Sardianus, Epicureus. Tusc. quæst. lib. 1. 39. Plato de animorum æternitate nõ solùm sensit idem quod Pythagoras, sed rationem etiam attulit. 2. de Leg. 14. Plato vir doctissimus, idémque grauissimus, omniũque princeps de repub. cùm scripsit, idem & separatim de legibus eius scripsit. 1. Academ. quæst. 17. Plato varius & multiplex & copiosus fuit. de Senect. 41. Plato Athenienſis Tarentum venit, L. Aemilio, App. Claudio Coss. 2. de Leg. 68. Plato sepulchrũ altius vetat extrui, quàm quod quinque diebus absoluetur: nec è lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui inciſam quatuor heroicis versibus. 4. Acad. quæst. 142. Plato omne iudicium veritatis, veritatémque ipsam, adductam ab opinionibus & à sensibus, cogitationis ipsius & mentis esse voluit. 1. de Nat. 30. Plato sine corpore vllo deum vult esse, vt Græci dicunt ἀσώματον. de Di. li. 1. 62. Plato & Socrates, vt rationem non redderent, auctoritate tamen reliquos minutos philosophos vincerent. 4. Acad. q. 15. Plato & Socrates tollendi ex eorum numero, qui negarunt quicquam sciri aut percipi posse. Orat. 5. Platonis amplitudo Aristotelem à scribendo non deterruit. Orat. 15. Platonis frequens auditor Demosthenes. 10. ad At. ep. 7. Platonis de tyrannis auguria. 2. de Leg. 68. Platonis summi viri autoritas de sepulchris, à quo funerum sumtus præfinitur, ex censibus, à minis quinque vsque ad minam. 1. Ac. quæst. 17. Platonis autoritate, vna & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum & Peripateticorum. 1. de Nat. deor. 72. Platonis discipulus quidam Pamphilus, cuius auditorem se fuisse Sami dicebat Epicurus. 1. de Nat. deor. 30. De Platonis inconstantia longum est dicere. Tuscul. quæst. li. 1. 25. Platonis liber qui est de animo. *is alio nomine Phædon dicitur.* 3. de Orat. 15. Platonis libri mirabiliter scripti. 1. de Nat. deor. 30. Platonis de Timæo deus opifex, ædificatórque mundi. Orat. 151. Platonis oratio funebris, quotannis certo die Athenis recitabatur. 2. de Leg. 69. Platonis oratio omnis de legibus perorata vno æstiuo die. ad Attic. lib. 2. ep. 2. Platonis politia. 1. de Nat. deor. 34. Ex eâdem Platonis schola Ponticus Heraclides. 9. Fam. ep. 22. Platonis verecundia. 2. de Leg. 44. Platoni prorsus assentior, ne agri consecrentur. 2. de Legib. 38. Platoni assentior, nihil tam facilè in animos teneros ac molles influere, quàm varios canendi sonos. 3. de Leg. 32. Platoni nostro placet musicorum cantibus mutatis, mutari ciuitatum status. pro R. P. 23. Virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem. 1. Famil. ep. 9. Apud Platonem nostrum scripta diuinitùs. Tuscul. quæst. lib. 5. 34. Apud Platonem sæpe hæc oratio vsurpata est, vt nihil præter virtutem diceretur bonum. 2. de Legib. 42. Platonem audiant impij, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus, quando aliquid ei ab impiis donatur: cùm vir nemo bonus ab improbo donari velit. 1. Offic. 4. Equidem & Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, grauissimè & copiosissimè potuisse dicere. Tusc. quæst. lib. 1. 39. Platonem ferũt, vt Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse, & in ea cùm alios multos, tum Archytam, Timæúmque cognouisse, & didicisse Pythagorea omnia. 1. de Nat. d. 32. Platonẽ aũunculum Speusippus subsequens. 1. Fam. ep. 9. Platonem ego autorem vehementer sequor.

✠ *A* DIVNC. *Auctor summus & diuinus, de Opt. Gen. Auctor, & magister grauissimus, non intelligẽdi solùm, sed etiam dicendi, exagitator omnium Rhetorum, princeps copia dicendi, & grauitate omnium qui vnquam scripserunt aut locuti sunt. Orat. Disceptator iuris, custos iuris ciuilis, 3. de Leg. Diuinus, & philosophorum Homerus, Sanctissimus, & sapientissimus, 1. Tusc. Quasi Deus quidam philosophorum, 2. de Nat. Grauissimus, & eloquentissimus inuentor, longè & princeps omnium rerum, princeps ingenij, & doctrinæ, 1. ad Qu. frat. Præstãtissimus, 1. de Or. Variº, multiplex, & copiosus, 1. Ac. Vir facilè doctissimus, totius Græciæ, pro Rab. Vir fortissimus, atque idem gratissimus, 1. de Le. Vir sapientissimus Græciæ, longéque doctissimus, 2. de Leg.*

PLATONICI, corum. pro Mur. 62. Platonicorum disciplina.

PLAVDENDO. Att. lib. 16. ep. 2. Populus Romanus manus suas nõ in defendenda libertate, sed in plaudendo consumit.

PLAVDENS, tis. Qu. fr. lib. 2. ep. 4. Diis hominibúsque plaudentibus. 5. Tusc. 73. Quod quidem me plaudente dicit.

PLAVDO, dis. *assentior, approbo, plausum alicui do, vel tribuo.*) (, reclamo. At. li. 2. ep. 19. Inimici erãt equitibus, qui Curioni stãtes plauserãt.

PLAVDITVR. Attic. lib. 2. ep. 19. Huic ita plusum est, vt salua rep. Pompeio plaudi solebat. *ibid.* lib. 13. ep. 42. Ne victoriæ quidem plauditur. *alter, plauditur.*

✠ ADVERB. *Valde, 2. ad Qu. frat.*

PLAVSIBILIS, le. 1. I. V. 8. Censorium nomen iam populare atque plausibile factum est. 3. Tusc. 51. Tantum admonebo, quoniã hæc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant.

PLAVSTRVM, stri. *ploſtrum, currus.* 1. de Diu. 57. Se interfectum in plaustrum à caupone coniectum esse. *bis.*

PLAVSVS, sus. *applausus, admurmuratio, vox, clamor, indicium, teſtimonium, ſtudium populi ſpectatorum.* 5. Tusc. 9. Qui nec plausum, nec lucrum quærunt. & 2. Tusc. 64. Plausum captans. Attic. lib. 2. ep. 19. Cæsar cùm venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Att. lib. 4. ep. 1. Cùm populus eo nomine plausum dedisset. de Senect. 63. Quibus à cuncto concessu plausus est multiplex datus. Att. lib. 2. ep. 18. Huic plusus maximi impertiuntur. Att. lib. 4 ep. 1. Plausu maximo cùm esset mihi gratulatio significata. Attic. lib. 8. ep. 9. In causa fœdissima plausus quærere. Att. lib. 14 ep. 18. Præsertim tantis plausibus tanta approbatione infimorum. Brut. ep. 3. Maximo clamore & plausu in rostris collocatus sum. Quint. frat. lib. 3. ep. 1. Ille plausus, qui Miloni quodammodo nobis videtur dari. de Ar. 52. Qui eius effrenatos plausus etiam prosequebãtur. *aliter, persequebantur.* pro Sest. 124. Magnus ex omnibus spectaculis plausus excitatus est. 1. de Diu. 59. Idque frequentissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum est. 2. I. A. 85. Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu reiiciebat. 2. de Diu. 57. Galli cantu plausuque premunt alas. * pro Qu. Gall. Quantos is plausus & clamores mouet?

✠ ADIVNC. *Aequabilis, 5. Attic. Exiles, & rari, pro Sest. Facetus, tanti, 14. Attic. Incredibilis, 2. de Diu. Infiniti, perpetuus, 1. Phi. Infinitus, 11. Fam. Magnus, & æquabilis, maximus, ſimilis, 4. Attic. Maximi, mortuus, 2. Attic. Multiplex, de Senect. Popularis, pro Cluent.*

☞ Syntaxis. *Mortuo plausu venire. Plausum dare, impertire alicui. Clamor & plausus. Excitatus plausus. Gallorum plausus & cantus.*

PLAVTVS, *Poeta.* * de Clar. 60. Plautus P. Claudio, L. Portio Cõsulibus mortuus est, Catone Censore. 2. ad Her. 35. Infirma ratio est, &c. velut apud Plautum.

✠ ADIVNC. *Refertus vrbano, ingenioſo & faceto genere iocandi, 1. Offic.*

PLEBECVLA, læ. Att. lib. 1. ep. 13. Misera & ieiuna plebecula. & li. 16. ep. 8. Plebecula & vrbana.

PLEBEIVS, a, um. pro Sest. 19. Vestitus asper, purpura illa plebeia ac penè fusca. Ep. lib. 9. ep. 21. Veruntamen quid tibi ego videor in epistolis? nónne plebeio sermone agere tecum? & *ibid.* Quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenque vnquã nisi plebeium fuisse? fuerunt enim patricij minorum gentium. 1. Tusc. 55. Licet concurrant plebeij omnes philosophi: fic enim hi, qui à Platone & Socrate & ab illa familia dissident, appellandi videntur. * De plebeia fece sellulariorum.

✠ ADIVNC. *Importuni, 9. Fam.*

PLEBES, bis. *plebs.* 3. de Leg. 9. Plebes quos pro se contra vim auxilij ergo decem creassit, tribuni eius sunto.

PLEBICOLA, læ. *popularis.* 2. contra Rull. 83. Plebicola tribunus, & pro Sest.

PLEBISCITVM, ti. *vt populi ſcitum, tribunitia rogatio.* 2. de Orat. 199. Plebiscitis multotiens consularem dignitatem minui. 2. de Fin. 54. P. Scæuola, trib. pleb. tulit ad plebem, vellémne de ea re quæri: quo plebiscito decreta à senatu est consuli quæstio Cn. Scipioni. 1. ad Herenn. 25. Ex plebiscito vetari facere aliquid. pro Dom. 44. Hoc plebiscitum est? hæc lex? hæc rogatio est?

PLEBS, bis. *plebes, vulgus, turba, infima multitudo.* de Clar. 54. Cum plebs prope ripam Anienis consedisset. 1. Tusc. 108. In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domesticos. Att. li. 4. ep. 1. Gradus templorum ab infima plebe completi erant. pro Milon. 96. Plebs & infima multitudo. * pro C. Corn. 1. Plebem ex Maniliana offensione victam & domitam esse dicit.

✠ ADIVNC. *Aliena, pro Sest. Infima, 4. Attic. Optima, ſuſpenſa, & incerta, optima, vrbana, 2. cõt Rull. Optima, atque modeſtiſſima, orba tribunis, 3. de Le. Vrbana, & perdita, 7. Attic.*

PLECTOR, tis. *punior.* 2. de Or. 280. Aemilius fecit, plectitur Rutilius. pro Cluent. 5. Et sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. de Am. 87. Cùm multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis deligendis. 1. Offic. 28. Iure igitur plectimur. 3. de Leg. 46. Vt in suo vitio quisque plectatur, vis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia sanciatur. 1. Offic. 89. Cauendum est, ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Ep. lib. 11. ep. 27. Plecteris ergo, inquiunt.

☞ Syntaxis. *Culpa plectitur ſine inuidia. Negligentia plecti, iure, in ſuo vitio.*

PLECTRVM, ctri. *inſtrumentum, quo citharœdi chordas lyræ plectunt, id eſt, percutiunt.* 2. de N. 149. Itaque plectri similem linguã nostri dixere, chordarum dentes.

PLENE. *planè, perfectè, cumulatè.* 2. de Diu. 2. Quæ vt plenè esset, cumulatéque perfecta, de diuinatione ingressi sumus dicere, &c. 1. Offic. 46. Quoniam viuitur non cum perfectis hominibus, plenéque sapientibus. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 31. Si hoc plenè vitare non potes. de Cla. 280. Perfectè planéque eruditus. * Incer. Plenè sentiam.

PLENITVDO, nis. *magnitudo.* 4. ad Her. 29. Cùm in altero longior aut longiores, plenior aut pleniores syllabæ erunt, vt longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius exæquet.

☞ Syntaxis. *Plenè, cumulatéque perfectus. Plenè ſapiens homo. Perfectè, plenéque eruditus.*

PLENVS, a, um: nior, ſſimus. *refertus, confertus, completus, repletus, oppletus, frequens, frequẽtatus, redundans, affluens cumulatus, integer, perfectus.*)(*inanis, exilis, enectus.* 4. Ac. quæst. 118. Leucippus plenum & inane dixit esse, &c. 4. I. V. 35. Domus plena cælati argenti optimi, multæque stragulæ vestis, precioſiſſimorúmque mancipiorum. pro Pomp. 33. Portus pleniſſimus nauium. pro Font. 1. Referta Gallia negociatorum est, plena ciuium Romanorum. de Clar. 114. Peracutum & artis plenum orationis genus. 5. Tusc. quæst. 67. Omnia honesta plena gaudiorum sunt. 4. Acad. 114. Turpissimum est, & plenissimum temeritatis. Postquam in Sen. 12. Somni, stupri, vini plenus, de Prouin. 19. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? Epist. li. 11. ep. 27. Homo plenus officij. 6. in Verr. 126. Ornamentis fanorum plena domus, villæ refertæ. Epist. lib. 16. ep. 14. Itaque habui noctem plenam timoribus. pro Sest. 23. Ociosa vita, conferta & plena voluptatibus. de Sen. 1. Vir fide plenus. Epist. lib. 10. ep. 16. Literæ grauissimis verbis sententiisque plenæ. Ac. li. 2. in Frag. Alabaster plenus vnguenti, Nonius. 1. de Orat. 37. Deinceps omnia plena consiliorum, inania verborum videmus. & 59. Orator plenus & perfectus is est, qui de omnibus rebus possit variè & copiosè dicere. 1. Offic. 2. Orationem autem Latinam profectò legendis nostris efficies pleniorem. 1. Offic. 61. Ea nescio quomodo quasi pleniore ore laudamus. Attic. lib. 3. ep. 13. Ex tuis literis plenus sum expectatione de Pompeio. de Clar. 125. Nemo plenior & vberior ad dicendum fuit. 3. de Orat. 16. Antonium ieiuniorem, Crassum pleniorem aut suauiorem audiui de Clar. 288. Subsellia grandiorem & pleniorem vocem desiderant. Epist. lib. 12. ep. 16. Ingredi pleno gradu. 4. ad Her. 29. Syllaba longior & plenior. 3. de Orat. 43. E plenum. 2. ad Her. 31. Perfecta & plena argumẽtatio. 4. de Fin. 36. Perfecta & plena sententia.)(*curta.* de Somn. 3. Numerus plenus. 5. Tusc. 67. Ex perpetuis pleniſque gaudiis vita beata existit. pro Mil. 24. Vt haberet plenum annum atque integrum ad Præturam gerendam. 2. de Or. 34. Quid plenius, quàm omni genere cumulata oratio? Ora. 154. Si & plenum est, sit imminutum. 2. de Diuinat. 30. Iecur plenum.)(*Iecur exile.* Att. lib. 2. ep. 12. Epistola plena non modò actorum, sed etiam opinionum tuarum. con. C. Anton. Caput plenum animæ & spiritus. de reg. Ptolem. Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis. 2. Acad. Quibus etiam alabaster plenus vnguẽti putere videatur.

☞ Syntaxis. *Peracutum & artis plenum orationis genus. Turpiſſimum & pleniſſimum temeritatis. Stupri plenus. Inimicorum plenus, officij. Conferta & plenum ornamentis. Alabaſter vnguenti plenus. Orator plenus & perfectus. Ad dicendum plenus & vberior. Plenior & grãdior vox. Pleno gradu ingredi. Pleno ore laudare. Plena ſententia, numerus, gaudium.*

PLERA, *pro Pleraque.* de Leg. lib. 3. Minores magistratus partiti iuris plures in plera, sunto.

PLERIQVE, pleræque, pleraque. *maior pars.* 2. de Nat. 55. Vt plerique dicunt physicæ rationis ignari. 1. de Or. 150. Est enim magni laboris, quem plerique fugimus. Epist. lib. 5. ep. 21. Plerique eorum quibus cum viuo necessariò. 2. de Inu. 38. Partes generũ pleræque. 4. Tusc. 34. Pleræque quæstiones. 5. de Fin 12. Theophrastum adhibemus ad pleraque. Orato. 84. Pleraque ex iis ✠ conuenient huic tenuitati. ‖ 1. de Orat. 149.

PLERVNQVE. *magna vel maiore ex parte, maiore parte, magnam partem, maximam partem, perſæpe fere, maiorem partem.* 2. de Diuin. 14. Fortuita sunt, quæ plerunque, non semper eueniunt. & lib. 1. 128. Aut semper, aut plerunque. de Clar. orat. 34. Sententia aptis constricta verbis cadit plerunque numerosè. ad Att. lib. 5. ep. 16. Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerunque. 1. de Fin. 50. Plerumque improborum facto primò suspicio insequitur, deinde sermo & fama, tum, &c. Epist. li. 13. ep. 70. Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, sed plerunque necessariis, vt hoc tẽpore. 1. Off. 46. Fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec sapiente, ferũctior plerunque est.

☞ Syntaxis. *Id plerunque, non ſemper fit.*

PLORATVS, tus. *plangor, ciulatus.* 2. Tuſ. 21. Edere ploratum.

✝ADIVNC. *Virginalis, turpiſſimi, 2. Tuſc.*

PLORO, as. *ploratum edo.* pro Dom. 55. Senatum pro me plorare & ſupplicare prohibuerunt. Att. li 15. ep. 9. Plorando feſſus ſum.

PLOSTRVM, ſtri. *plauſtrum.* 3. I. V. 53. * Omnia ſigna ex fanis, ex locis publicis, palàm ſpectantibus omnibus, ploſtris euecta aſportataque eſſe.

PLVIT, bat. *imber effluit.* 2. de Diu. 58. Sanguinem pluiſſe, ſenatui nunciatum eſt. Top. 38. Pluuia & pluendo coniugata.

PLVMA, mæ. 3. de Fi. 18. Plumæ verſicolores columbis. 2. de N. d. 121. Pluma aliàs, aliàs ſquama videmus obductas. in Ara.

Quem rutila fulgens pluma præteruolat ales. Att. lib. 8. ep. 13.

Coſſ. qui pluma aut folio faciliùs mouentur.

✝ADIVNC. *Rutila, Arat. Verſicolores, 3. de Fin.*

PLVMATVS, a, um. *pennatus.* 2. de N. 114.

Extrema nitens plumato corpore taurus. in Arat.

PLVMBEVS, 2, um. *hebes, rudis, obtuſus.* 1. Tuſcul. 71. Niſi planè in phyſicis plumbei ſumus. 4. de Fin. 48. O plumbeum pugionem. Attic. lib. 1. ep. 13. Cùm illum plumbeo gladio iugulatum iri diceret.

PLVMEVS, a, um. *plumis refertus.* 3. Tuſc. 45. Collocemus in culcitra plumea.

PLVRIMVM. *multum.*)(*minimum.* 2. de Inu. 1. Zeuſis muliebri in corpore pingendo, plurimum alijs præſtabat. Ep. lib. 1. ep. 7. Alterum mihi, vt te plurimum diligam, facere neceſſe eſt. Par. 6. Vt quiſque quod plurimi eſt poſſidet, ita ditiſſimus habendus eſt. pro S. R. 4. Qui apud me dignitate plurimum poſſunt. 1. de Inu. 25. Habere plurimum dignitatis. 1. de Orat. 123. Vt in quoque oratore plurimum eſt, ita maximè is pertimeſcit. 1. de Or. 150. Caput eſt quàm plurimum ſcribere. pro R. P. 39. An tum credebat inductus vſuris, vt haberet quàm plurimum?

☞ Syntaxis. *Vt in quoque oratore plurimum eſt, ita is maximè timet. Ille plurimi eſt, habet plurimum.*

* PLVRIMVS, a, um. pro M. Font. Equites numero plurimi è Gallia.

PLVS, ris: plures, plura. *magis, amplius, præter, vltrà antè.* ‖ *Vulgus tarò huic voci præponit accuſatiuũ, cum ablatiuo iungit nunquàm, deinde, plus vt amplius in ſingulari numero ſæpe vſurpatur, nos verò ſemper numeri rationem habemus, quaſi nunquam aduerbium eſſet. Hos itaque omnes vſus ex Ciceronе reuocemus.* Attic. li. 6. ep. 2. Pompeium meherculè plus plúsque indies diligo. 4. de Fin. 65. Alter valet plus quoridie, alter videt. 1. de Inu. 110. Nam ſæpe virtus, &c plus proficiat ad miſericordiam quàm humilitas, &c. Att. lib. 7. ep. 3. Tantum, & plus etiam. 1. de Orat. 4. Nec autoritate quiſquam apud me plus te valere poteſt. Attic. lib. 8. ep. 14. Caue putes hoc tempore plus me quenquam cruciari, quòd, &c. 1. de Nat. 5. Fieri non poteſt, vt plus vna vera ſit. 4. Acad. 79. Sentio in columba plures videri colores, nec eſſe plus vno. Attic. lib. 10. ep. 8. Ego te nimio plus diligo. Ep. lib. 13. ep. 29. Affuit, ſed non plus duobus aut tribus menſibus. 1. de Nat. 100. Moleſtum eſt, vno digito plus habere. Orat. 58. Nec plus vno. pro S. R. 74. Nunquã Romæ plus triduo fuit. Attic. lib. 9. ep. 11. Dimidio plus ſcripſit Clodia. 5. in Ver. 77. Adducitur Medimnis M M. dimidio ferè pluris quàm anno ſuperiore. pro Seſt. 85. Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis iacentem vidiſtis. pro Quint. 41. At tecum anno plus vixit. 4. ad Her. 7. Quiſquis enim audierit de arte paulò plus, omnia videre poterit. de Am. 58. Neque verendum eſt, ne plus æquo quid amicitia congeratur. Attic. lib 12. ep. 23. Non plus annum poſſunt aſſequi, quod volo. *ibid.* lib. 5. ep. 1. Vt hoc noſtrum deſiderium, ne plus ſit annum. *ibid.* lib. 6. ep. 6. Hoc eſt, non plus annum obtinere prouinciam. 2. Tuſ. 37. Ferre plus dimidiati menſis cibaria. 1. de Leg. 6. Alius alio plus habet virium. 1. de Inu. 8. Vultis autem pecuniæ plus habere. pro Seſt. 142. Nemo Carthaginenſium pluris fuit Annibale, conſilio virtute, rebus geſtis. Attic. lib. 5. ep. 20. & lib. 16. ep. 5. Quod pluris eſt, quàm omnia. Topic. 85. Eloquentia pluris eſt, quàm iuris ciuilis ſcientia. de Prouin. 12. Qui hoc etiam ſe pluris eſſe quàm collegas putat, quòd, &c. 1. Offic. 160. Conſideratè agere pluris eſt, quàm cogitare prudenter. Att. lib. 12. ep. 27. Mihi conſcientia pluris, quàm hominum ſermo. pro Quin. R. 33. Ager nunc multo pluris eſt, quàm tunc fuit. 6. I. A. 10. Hic pluris habetur, quàm L. Trebellius. 3. de Nat. 26. Arrogantis eſt, pluris ſe putare quàm mundum. Epiſt. lib. 10. ep. 15. Pluris putare quàm alios. Parad. 6. Hæc pluris æſtimanda ſunt quàm illa, &c. Epiſtol. lib. 3. ep. 4. Ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci. de Aruſp. 5. Itaque eum nunquam à me eſſe accuſandum putaui, non plus quàm ſtipitem illum, qui, &c. 1. de Diuin. 111. Alij quos prudentes poſſumus dicere, diuinos nullo modo poſſumus, non plus quàm Mileſium Thalem, qui, &c. pro Clu. 115. Hoc pluribus verbis dicere non debeo. pro Pom. 19. Non poſſunt in ciuitate multi res amittere, vt non plures ſecum trahant. 4. ad Her. 26. Qui cum plures eſſent, paucis nobis æquari non potuerunt. Epiſt. lib. 1. ep. 2. Peſpiciebant enim in Hortenſij ſententiam multis partibus plures ituros. 1. de Inu. 57. Hoc non plus quàm in duas partes poſſe diſtribui puto. Top. 96. Verbàne plus, an ſententiæ valere debeant. Attic. lib. 7. ep. 1. Neuter quempiam omnium pluris facere videtur, quàm me. & lib. 8. ep. 1. Facio pluris omnium hominum neminem. 3. Offic. 18. Pluris putare quod vtile videatur, quàm quod honeſtum, turpiſſimũ eſt. 2. de Leg. 3. Ego verò cùm licet plures dies abeſſe, amœnitatem hanc ſequor. 2. de Leg. 59. Hoc plus, inquit, Ne rogum facito. * Incer. Plure venit. *id eſt, maiori pretio.*

☞ Syntaxis. *Plus pluſque indies te diligo. Tantundem, & plus etiam. Nimio plus te diligo. Vno digito plus habere, moleſtum eſt. Anno plus morari. Non plus æquo cupis. Non plus annum aſſequar. Quæſo, ne plus ſit annua prouincia. Id pluris eſt quam omnia. Pluris ſe putare, æſtimare, quàm. Hoc plus. Ne rogum facito.*

PLVSCVLVM. *paulo plus.* Ep. lib. 5. ep. 12. Amorique noſtro pluſculum etiam quàm concedit veritas, largiare. 2. de Or. 99. Cauſæ in quibus pluſculum negocij eſt. *id eſt, paulo plus.*

PLVSQVAM. *vltra quàm, amplius, ante.* pro Fl. 10. Græci ſemper accuſatori pluſquam ad rogatum reſpondent. 1. de Orat. 110. Iſta quæ exiſtimas pluſquam ipſam artem poſſe prodeſſe.

PLVTEALIA ſigilla. L. PVTEAL.

PLVTIA, æ. *locus in Sicilia.* 5. I. V. 192.

PLVTO, onis. *Dis pater, orcus.* 2. de Natur. 66. Dis, apud Græcos πλούτων. L. DIS.

PLVTONIA. 1. de Diu. 79. Mortifera Plutonia terra in Aſia.

PLVVIA, uiæ. *imber.* Att. lib. 15. ep. 16. Equidem etiam pluuias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt: ranæ enim κεκραγότασιν.

PLVVIVS, a, um. pro Mur. 22. Tu ſcis vt aquæ pluuiæ arceantur. Top. 39. Aqua pluuia nocens.

POCVLENTVS, a, um. *quod in potum ſumi poteſt.* 2. de Nat. 141. Ea pars oris, qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit.

POCVLVM, li. *ſcyphus.* pro Cl. 30. Cui cùm ipſe poculum dediſſet, ſubitò illa in media potione exclamauit, ſe maximo cum dolore mori. 1. Tuſc. 96. Cùm venenum obbibiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret. pro Cluent. 31. Iam exhauſto illo poculo mortis. de Senect. 46. Pocula vt in Sympoſio Xenophontis, minuta atque rorantia. pro Fluent. 92. Nam iſte magnitudine poculorum bibendoque totam Aſiam ſuperauit. 2. I. A. 63. In tuis illis immanibus poculis. 3. I. V. 66. Poſcunt maioribus poculis.

✝ADIVN. *Aurea, magna, non pauca, 6. Ver. Frequentia minuta atque rorantia, de Sen. Immania, 2. Phi. Maiora, 2. Ver. Maxima, 5. Ver. Mortiferum, 1. Tuſc.*

☞ Syntaxis. *Poculum magnitudine & bibendo cunctos Græci ſuperãt, ille Græciam ſuperat. Poſcere maioribus poculis.*

PODAGRA, græ. *dolor artuum, dolores pedum.* 5. de Fi. 94. Arceſilas cùm podagræ doloribus arderet, &c. 2. Tuſc. 45. Qui complures annos doloribus podagræ crucientur maximis. * Hortenſ. In dolore podagræ nihilo fortior.

☞ Syntaxis. *Doloris ardor, remiſſio, cruciatus.*

POEMA, tis. *poetæ opus.* 1. Acad. 9. Atque ipſe varium & elegans omni ferè numero poema feciſti. Orat. 67. Platonis locutio potius poema putandum, quàm comicorum poetarum: apud quos niſi quod verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. Qu. frat. lib. 3. ep. 1. Componere poema ad aliquem. Att. lib. 1. ep. 13. Lucullus Græcum poema condidit. 1. de Or. 217. Empedocles Phyſicus egregium poema fecit. in Piſ. 70. Is poema fecit ita feſtiuum, ita concinnum, ita elegans, nihil vt fieri poſſit argutius. 1. de Diu. 66. O poema tenerum & moratũ, atque molle. Qu. fr. lib. 2. ep. 9. Non meherculè quiſquam ἀγωνιάτας & libentius ſua poemata legit, quàm ego te, &c. *ibid.* lib. 3. ep. 5. Opus eſt ad poema quadam animi alacritate. 3. Offic. 15. Quod in poematibus & in ſcripturis vſu venit. 2. de Diu. 111. Non eſſe autem carmen illud furentis ipſum poema declarat: eſt enim magis artis & ſcientiæ, &c. 1. de Leg. 4. Alias in hiſtoria leges obſeruandas eſſe, alias in poemate. 4. ad Her. 7. Cum ex orationibus aut poematibus elegeris exempla *aliter, poematis.* Chariſius lib. 1. ſic ait: Itaque Cicero pro Gallio, poematorum: & in Oratore, poematis dixit.

✝ADIVNC. *Diuerſum à reliquis, tragicum, comicum, epicum, melicum, ac dithyrambicum, de Opt. Gen. Orat. Egregium, 1. de Orat. Electa, 2. Tuſc. Feſtiuum, concinnũ & elegans, in Piſ. Recentia, 2 ad Qu. frat. Reconditum, de Clar. Tenerum, moratum, atque molle, 1. de Diuin. Varium, 2. de Finib. Varium, & elegans, 1. Acad.*

☞ Syntaxis. *Poema omni numero elegans, varium, componere ad aliquem, cõdere, facere, feſtiuum, concinnum, argutum, tenerum, moratum, molle. Poematorum.*

POENA, næ. *ſupplicium, animaduerſio, damnum, incommodum, mulcta.*)(*beneficium, commodum.* pro Corn. 20. 3. de Leg. 6. Cùm magiſtratus

magistratus iudicassit per populum mulctæ, pœnæ certatio esto. Att.lib.11.ep.8. Nos stultitiæ nostræ grauissimas pœnas pēdimus reipub.3.de Nat.81. Pendere pœnas sceleris. pro Sest.140. Omnes hi reip. pœnas aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerunt. 2. Tusc. 23. Expendere pœnas alicui Orat.214. Quicunque rempub.violassent, ab omnibus esse ei pœnas persolutas. Anteq.19. Itaque illi suorum scelerum conscientia cruciati, mihi absenti & populo Rom. pœnas dabūt. de Ar.39. Cùm eas pœnas des, quæ sunt solæ hominum sceleri à diis constitutæ. 5. Tusc.55. Cùm adhuc styli pœnas dem. 2. cont Rul.33. Pœnam sine prouocatione, animaduersionem sine auxilio dari cuipiam. pro Dom.134. Is pœnam hanc maternæ temeritatis tulit, vt præberet, &c. & *ibid.* 135. Et grauissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustinuit. Postq. ad Quir.1. Sustinere pœnam sempiternam. pro Fl.39. Pœna falsarum & corruptarum literarum Romæ grauis est. pro Flac.96. Summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita placet, sufferamus. pro Pomp.7. Is adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit.3.Offi.65. Quæ qui inficiatus esset, duplicem pœnam subibat. *ibid.* Et subire pœnam dupli. pro Sest.145. Si scelus est amare patriam, pertuli pœnarum satis.2.de Leg.44. Plus pœnarum habui quàm petiui. Qu. fr. lib.2.ep.3. Teneri ea pœna, quæ est de vi.3. de Nat.90. Luere pœnas. pro Dom.45. Pœna in ciues Rom. nominatim sine iudicio constituta. Attic.lib.9.ep.12. Itaque dedo pœnas temeritatis meæ. Att. lib.9.ep.17. Persequi pœnas alicuius. *id est, vlcisci pœnas illius.* Anteq.26. Si malui inimicorum cupiditati, quàm reipub.& legitimæ autoritati pœnas sufferre.de Cl.241. Is in manifesto facinore deprehēsus, pœnas legibus & iudicio dedit. Att.lib.14.ep.12. Vereor ne nobis Idus Martiæ nihil dederint præter lætitiam & odij pœnam, & doloris. & Brut.ep.15. In animaduersione pœnáque duriorem esse.2.cont.Rull.91. Perferre omnes acerbissimas pœnas impiorum.2.de Inu.84. Sumere pœnas.7.I.V.162. Repetere pœnas ab aliquo. pro S.R.67. Furiæ quæ parentum pœnas à filiis repetunt. Anteq.19. Si à me luxuries & stupra Cassij pœnas repetunt. 1.de Inu.19. Petere pœnam ab aliquo. Att.lib.1.ep.13. Petere pœnas sui doloris ab aliquo. Ep.lib.1. ep.9. Iudicio persequi pœnam ab aliquo.5.I.V.32. Pœnam octupli commissam persequi. de Arus.43. Pœnam domestici sanguinis expeto. pro Mur.47. Morbi excusationi pœna addita est. de Ar.39. Pœna quæ sequeretur illud scelus. 3. Offic.65. A iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. 1. de Orat.202. Innocentiam iudiciorum pœna liberare. pro Planc.47. Noli obseruantiam sancire pœna. pro Corn.42. Aliquem mulcta & pœna mulcto.2.Offi.18. Tantáque pœnas eos afficiamus, quantum æquitas humanitásque patitur. Ep.li.16.ep.26. Non poteris effugere huius culpæ pœnam. pro Dom.3. Quæ te tanta pœna tuorum scelerum ac flagitiorum vexat? vt arbitreris. pro Cor.20. Hanc pœnam fœderibus adscribere, vt nullus populus fœderatus ciuitate donari possit, nisi fundus factus sit.1. Offic.89. Cauendum est, ne maior pœna quàm culpa sit. I. P.46. Deorum immortalium hæ sunt in impios pœnæ certissimæ constitutæ. *ibid.*50. Aliquem pœnas patriæ diisque immortalibus, eas quæ grauissimæ sunt, furore atque insania pendere. *ibid.* Grauissimæ legum pœnæ. pro Lig.13. Ea pœna in qua adhuc Quint. Ligarius est, non videris esse contentus.I.P.91. Et pœnam, quæ tanto facinori deberetur, subire. & 95. Non in eo cui facta est iniuria, sed in iis qui fecerunt, sceleris ac conscientiæ pœna remansit.11.in Anton.3. Mors naturæ pœna est, iracundiæ tormentum atque cruciatus. *ibid.* 29. Is pœnas diis hominibúsque meritas debitásque persoluet.3.Offi.80. Prætores conscripserunt edictū cum pœna atque iudicio.de Amic.37. Is pœnas reipublicæ graues iustásque persoluit.2. de Leg.22. Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus. *ibid.* 64. Pœnáque est, si quis bustum violarit.pro Mil.15. Qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit. & *ibid.* 86. Vobis vestro in conspectu seræ, sed tamen iustæ & debitæ pœnæ solutæ sunt. de Prou. cons.14. Quam pœnam si tum aliorum opibus euolarunt: at aliàm multò maiorem grauioremque subierunt. Quæ enim homini grauior pœna accidere potuit? quàm non credi literis? pro Sest.28. Equites Ro. daturos illius diei pœnas. 1. de Fin.47. Legum iudiciorúmque pœnis obligantur. pro C.Corn.1. Nisi pœna accessisset in diuisores. de Consolat. Vt scelerum pœnas lueremus. de Leg. Octo pœnarum genera in legibus continētur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium mors, seruitus.

✠ ADIVNC. *Acerbissima, iustæ ac debitæ, iustæ, & graues, minor, recens, de Amic. Certa edicti, maxima, 5. Ver. Certissimæ, grauissimæ legum, nimis magna, in Piso. Cōmunis, 4. Tusc. Crudelis in aliquo, 11. Phil. & 2. Cat. Digna scelere alicuius, pro Pomp. Dispares, grauior, iniqua, noua, sempiterna, pro Mur. Diuina,) (. humana, tristis, 2 de Legib. Dulcior, ep. ad Brut. Grauis, singularis, 4. Cat. Iniustæ, iusta, insignis, seræ, sed iustæ tamen ac debitæ, pro Mil. Legitima, atque maxima, maiores, Postq. ad Quir. Leuior iudicij, præpetes, 1. de D. Leuissima, 5. Fā. Maximæ, 11. At. Par, 3. de Le. Patriæ, 14. Philip. Præsens, 2. de Diuinat. Tanta, 2. Offic. Tardior, pro Cæc.*

☞ Syntaxis. *Pœnas alicui pendere, dependere, expendere, persoluere, imponere. Dare pœnas alicui. Scelerū, impudentiæ styli pœnas dare, sustinere. Falsarum & corruptarum literarū pœna. Pœnas sufferre, suscipere nullam suo dignam scelere. Pœnam subire duplicem, dupli: habere, perferre. Pœna teneri ea quæ est de vi. Luere, dedere, persequi, id est, vlcisci pœnas. Iudicio & legibus dare pœnas. Animaduersio, pœnaq. Impiorum pœnas perferre. id est, ab impiis. Pœnas sumere, repetere, petere, persequi iudicio ab aliquo. Pœna octupli commissa. Pœna & mulcta mulctare. Pœna afficere. Pœna flagitiorum vexari. Deorum in impios pœnæ. Subire pœnam. Merita & debita pœna. Edictum cum pœna atque iudicio. Si quis bustum violarit, pœna esto.*

POENITENS, tis. 12. I. A. 6. Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij.

POENITET, bat. *tædet, piget, dolore affici.* Att.lib.9.ep.12. Non pœnitet me consilij de tua mansione. 3. de Orat.29. Memet mei pœnitet. Epist.lib.6.ep.1. Suæ quemque fortunæ pœnitet. 2. de Inuent.9. Quòd si, &c. neque eos, neque alios industriæ nostræ pœnitebit. pro Dom.18. Quarum rerum si quem pœnitet, eum victoriæ populi Rom. necesse est pœnitere. Epist.lib.6.ep.9. Vt eos ineptiarum suarum pœniteret. *ibid.* ep.16. Huius me constantiæ puto fore, vt nunquam pœniteat. pro Planc.76. Vide quàm me verbi tui pœniteat, non modò, &c. de Aru.45. Et eo feciſse se autore dicebat, cuius autoritatis neminem posset pœnitere. de Somn.8. Ipsa verò terra ita mihi patua visa est, vt me imperij nostri pœniteret. Epist. lib.1. ep.7. Me meæ fortunæ non nimis pœnitet. Orat.164. Nisi forte sic loqui pœnitet.2.de Orat.77. Efficiunt, vt me non didicisse minus pœniteat. Attic. lib.11.ep.13. Me pœnitet, quod te offenderim. Attic.lib.8.ep.5. Etsi solet eum, cum aliquid furiosè fecit, pœnitere.2.de Inuent.43. Vtrum id facinus sit, quod pœnitere sit necesse. pro Mur.66. Quem non pœnitebat facere idem quod tu.5. Tusc.81. Sapientis est proprium, nihil quod pœnitere possit facere. & 53. Sequitur vt nihil pœniteat, nihil desit. Attic. lib.7.ep.3. Ego illi, quòd de sua sententia decesserit, pœnitendum puto. Epistol. lib.9. ep.5. Consilij nostri, nisi eos pœniteret, nobis pœnitendum putarem.2.de Fin.106. Sæpiúsque relinquit causas pœnitendi, quàm recordandi. 4. Tusc.79. Tanta vis fuit pœnitendi. Academ. lib.3.in Frag. Quod si liceret, vt iis qui in itinere deerrauissent, sic vt tam deuiam secutos corrigere errorem pœnitendo, felicior esset emendatio temeritatis. Lact. Inst. lib.6.cap.24. Orat.130. Quę qualiacunque in me sunt, me enim ipsum non pœnitet, quanta sint, sed apparent. Attic. lib.12. ep.27. Quòd me ipse per literas consolatus sum, non pœnitet me quantum profecerim.1. Offic. 1. Tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit pro Mil.83. Viri fortis est, ne suppliciis quidem moueri, vt fortiter feciſse pœniteat. Attic. lib.2.ep.22. Tædet ipsum Pompeium, vehementérque pœnitet.2. I.A.33. Num huiusce, cùm pro salute reipub. tanta gessisses, fortunæ te, num gloriæ pœnitebat. 3. I. A.17. Quos certò scio dignitatis vxorum suarum non pœnitere. * Horten. Vt calculum reducas, si te alicuius dati pœnitet.

✠ ADVERB. *Valde, 3. & 7. Attic. Vehemēter intemperantiæ, 13. Fam. Vehementer vitæ, pro Planc.*

☞ Syntaxis. *Memet mei pœnitet, tuæ victoriæ, meæ fortunæ. Nihil quod pœnitere possis, faciæs. Consilij tui tibi pœnitendum est. Errorem pœnitēdo corrigere. Pœnitens, pœnitendi causa, pœnitendo.*

POENVLVS, li.4.de Fin.56. *Zenonem appellat Pœnulum, id est Pœnū Citium enim Zenonis patriam, quæ in Cypro est, Phœnices, qui & Pœni dicti sunt, tenuere. Autor Diogenes Laertius.*

POENVS, ni.3. de Nat.80. Cur Pœnorum crudelitati Reguli corpus est præbitum.5.I.V.12. Vt Hispanis & plerisque Pœnorū.de Ar.19. Pœni præter cæteras nationes calliditate valent. 4. Ac.98. Homo acutus, vt Pœnus, & valde studiosus.

POESIS, sis. *poetria, poema.* 4. Tusc.71. Anacreontis tota poesis est amatoria.3.de Orat.98. Claris coloribus picta vel poesis est, vel oratio.5. Tusc.114. Homeri poesim videmus.

POETA, tæ. *poeticæ peritus.* 1. de Orat.70. Est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior. Orat.67. Poeta virtutes oratoris persequitur, cùm versu sit astrictior. 1. Tusc.3. Antiquissimum è doctis apud Græcos est genus poetarum. de Clar.71. Poetas ante Homerum fuisse. 5. Tusc.63. Neminem adhuc cognoui poetam, qui sibi non optimus videretur. 1. de Diuinat. 80. Negat sine furore Democritus quēquam poetam magnum esse posse. pro Ar.18. Cæterarum rerum studia & doctrina, & præceptis, & arte constant: poeta natura ipsa valet, & mentis viribus

viribus excitatur, & quasi diuino quodam spiritu afflatur quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod: quasi deorum aliquo dono & munere commendati nobis esse videantur. 2. de Orat. 194. Sæpe audiui poëtam, bonum neminẽ (id quod à Platone & Democrito in scriptis relictum esse ferunt) sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris. 3. de Orat. 182. Poëtæ quos necessitas cogit & numeri, & modi, sic verba versu includunt, vt nihil sit ne spiritu quidem minimo breuius aut longius quàm necesse est. pro S. R. 47. Hæc conficta à poetis arbitror esse, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginẽ nostram vitæ quotidianæ videremus. de Ar. 59. Quis vnquam tam immanem Charybdim poëta fingendo exprimere potuit? pro Planc. 59. Quæ scripsit grauis ille & ingeniosus poëta. 2. de Orat. 61. Poëtas Græcos omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor attingere. pro Ar. 25. Malus poëta de populo. de Opt. 1. Poëtæ tragici, comici, epici, melici, dithyrambici. 3. de Orat. 24. Ennius, Actius, Pacuuius, Aeschylus, Sophocles, Euripides. 2. Tusc. 26. * Studiosè equidem vtor nostris Poëtis. Sed sicubi illi defecerunt, &c. *ibid.* 27. Sed vidésne Poetæ quid mali afferant? Lamentantes inducunt fortissimos viros: molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur. Sic ad malam domesticam disciplinam vitamque vmbratilem & delicatam cùm accesserunt etiam Poetæ, neruos omnis virtutis elidunt. Rectè igitur à Platone ducuntur ex ea ciuitate. *ibid.* Sed quid Poetis irascimur. 1. de Finib. 25. Poetarum euolutio. pro Qu. Gall. Quidam poeta nominatus, cùm facit Euripidem & Menandrum inter se differentes, quantos is plausus & clamores mouet? 2. de Glor. Apud eundem poetam Aiax agit vt sepeliatur. Incer. Iis tantummodo poetis percurrendis, qui νομικοὶ à Græcis vocantur.

✠ *A* DIVNC. *Astrictior versu, comici, frequentiores & liberiores, noui, tragici, Orat. Aequales, familiaris, nobiles, de Clar. Boni, egregij, finitimus oratori, numeris astrictior paulò, verborum autem licẽtia liberior, multis generibus ornandi socius, ac penè par, suauis, summus, 1. de Orat. Bonus, 2. de Orat. Non bonus, sed tamen non inutilis, durissimus, ineptus, 2. Attic. Clarissimus, disertissimus, pro Sest. Diuinus, magnus, 1. de Diu. Egregius, 3. Tusc. Epicus, summus, de Opt. Gen. Facetissimus, innocentes, 2. de Leg. Grauis, & ingeniosus, pro Planc. Iners, de Senec Ingeniosus, 4. Cat. Liber, in Piso. Mali, sancti, pro Arch. Obscurus, 2. de Diu. Optimus tragicus, 5. Tusc. Prudens, 2. Tusc. Rudis, 1. de Finib. Sapiens, Parad. Summi, 4. Tusc. Veteres, Arat. Veterrimi, 1. de Nat. Veri, 1. Offic.*

ΠΟΙΗΤΙΚΑ. L. BONVM, & EFFICIENS.

POETICA, cæ: *vel* POETICE, ces, *ars ipsa & ratio faciendorum versuum.* 1. Tusc. 3. Serius poeticam nos accepimus. 4. Tusc. 69. O præclaram emendatricem vitæ poeticam. Or. 180. Poetica & versus inuentus terminatione aurium, obseruatione prudentum. 3. de Orat. 172. Hæc duo à poetica ad eloquentiam traducenda sunt.

✠ *A* DIVNC. *Emendatrix vitæ, 4. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Poeta versu astrictior, natura valens, mentis viribus excitatus, diuino afflatus spiritu, animo inflammatus, furoris afflatu præditus. Poetica & versus inuentus aurium terminatione.*

POETICE. *poetarum more & modo.* 5. de Fin. 9. Vt poeticè loquar. Or. 195. Numerus poeticè vinctus.

POETICVS, a, um. 1. de Or. 151. Non poetico, sed oratoris quodã numero & modo. de Nat. lib. 3. 77. Poetici dij. Qu. fr. lib. 2. ep. 14. Poeticæ quadrigæ. de Or. lib. 3. 151. Poeticum verbum.

POETRIA, triæ. *poesis.* pro Cæl. 64. Poetria vetus & multarum ✠ fabularum. ‖ 1. de In. 36.

✠ *A* DIVNC. *Vetus, pro Cæl.*

ΠΟΙΟΤΗΣ, τητος. L. QVALITAS.

POL, *iurandi vox.* 3. Tusc. 44.

Pol mihi fortuna magis nunc desit, quàm genus. Poetæ.

POLEMON, is. *philosophus Stoicus.*

POLEMONEVS, a, um. 4. Acad. 132. Polemoneus sapiens.

POLICRATES *Samius.* 5. de Fin. 92.

POLIENDVS, a, um. 1. de Orat. 63. Ignarus faciundæ ac poliendæ orationis.

POLITE. *ornatè, eleganter, splendidè.* pro Cæl. 8. Ornatè politéque dicere de Clar. 76. Politè & luculentè scribere aliquid. 4. de Fin. 5. Politè aptéque dicere. Epist. lib. 3. ep. 1. Aliquid politè & subtiliter effici. 1. Acad. 2. Quæ limantur à me politius.

☞ Syntaxis. *Poliendæ orationis ignarus. Ornatè politéque. Politè & luculenter. Politè aptéque. Politè & subtiliter. Politè limare.*

POLITES, *vates.* 2. de Leg. 33. *aliter Polyades.*

POLITIA, æ. *respublica.* 1. de Diu. 60. In Platonis politia. & lib. 2. 59. Platonis politiam nuper apud me mures corroserunt.

POLITICVS, a, um. de Fin. lib. 5. 66. Vt habeat quiddam innatũ quasi ciuile atque populare, quod Græci οἰκεῖον vocant. 3. de Orat. 107. Politici philosophi. de Clar. 265. Hunc non tam citò rhetorem dixisses, quàm politicum, vt Græci dicunt. Epist. li. 8. ep. 1. Tui politici libri omnibus vigent. ad Attic. lib. 9. ep. 5. *Iuo.* politicæ. item ep. 12. Vtinam aliquod in hac miseria reipub. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. 4. de Fin. 5. Eum locum, quem ciuilem rectè appellaturi videmur: Græcè πολιτικὸν, à veteribus Peripateticis Academicisque grauiter & copiosè esse tractatum.

POLITVLVS, la, lum. Ep. lib. 7. ep. 33. Opus est hic limatulo & politulo tuo iudicio.

POLITVS, a, um: tior, ssimus.) (*impolitus.* 1. de Orat. 5. Vis aliquid à nobis iisdem de rebus politius perfectiusq; proferri. 2. de Or. 72. Homo communium literarum & politioris humanitatis expers. Epist. lib. 13. ep. 1. Vir omni liberali doctrina politissimus. 1. de Fin. 26. Non satis politus bonis artibus, 1. de Orat. 155. Vir humanitate politus. de Clar. 326. Oratio accurata & polita. 2. de Orat. 121. Explicatio illustris & perpolita. Epist. lib. 1. ep. 9. Apelles Veneris caput politissima arte perfecit. de Clar. 284. Politus, vrbanus, elegans. Attic. lib. 2. ep. 21. Pompeius à me pictus & politus omnibus artis coloribus. Epist. lib. 7. ep. 1. Sed quæ potest esse homini polito delectatio, cùm homo imbecillus à valentissima bestia laniatur? *alias, politico: sed polito, veteribus exemplaribus consentientibus, melius.* I. P. 59. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus è schola. 2. de Leg. 59. Ne facito rogum, ascia ne polito. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Columnæ politæ sunt.

☞ Syntaxis. *Limatulum & politulum iudicium. Politum perfectumq;. Humanitas politior. Liberali doctrina politus, humanitate. Accurata & polita oratio. Vita humanitate perpolita. Arte politissima perficere aliquid. Politus, vrbanus, elegãs vir. Pictus & politus Pompeius. Ad persuadendum politus è schola. Ascia polire.*

POLLENTIA, æ. *vrbs.* Epist. lib. 11. ep. 13. Bruti.

POLLEO, les. *possum, valeo.* de Clar. 242. Multum in hac vrbe pollet, multorum obedire tempori. de Clar. 190. Perorandi locus, vbi plurimum pollet oratio. de Cl. 275. Tertia pars quam plurimum pollere diximus. 2. Off. 34. Harum duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet. Parad. 5. Nec vlla res plus apud eum pollet, quàm eius voluntas atque iudicium. 4. Tusc. 69. Filius plus pollet, potiorque est patre. Part. 76. Pollere scientia, vel virtute.

✠ *A* DIVN. *Plurimum orationem, Orat. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Multum pollet in vrbe, multum prodesse. Hic multum pollet oratio. Pollet plus, estque potior patre filius. Virtute pollere.*

POLLEX, cis. *digitus in manu, qui vnus plurimum præ cæteris pollet.* 3. Offic. 46. Athenienses sciuerunt, vt Aeginetis, quid classe valebant, pollices præciderentur. Att. lib. 13. ep. 44. Pollex, &c. sed planè pollex, non index. L. INDEX.

POLLICENS, tis. pro Plan. 24. Vltrò pollicentes rogaui.

POLLICEOR, eris. *promitto, profiteor, defero, offero.* pro Pl. 101. Nihil ego tibi tum de meis opibus pollicebar, sed horum erga me beneuolentiam promittebam. de Clar. 17. Ego verò expectabo ea quæ polliceris, neque exigam: & erunt mihi grata, si soluetis. item 2. cont. Rull. 99. Pro certo polliceor hoc vobis atque cõfirmo, me, &c. Attic. lib. 13. ep. 1. De æstate polliceris, vel potius recipis. Ep. li. 7. ep. 5. Neque meherculè minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri. Epist. lib. 1. ep. 5. De causa regia tantum habeo polliceri, me tibi, &c. Att. lib. 1. ep. 8. Tibi de nostro amico placando polliceor. Epist. li. 10. ep. 21. Vltrò polliceri omnia cupiam. Brut. ep. 11. Is vltrò nobis pollicitus est, & dabit, &c. Epist. lib. 4. ep. 13. Benignè polliceri aliquid. Att. li. 5. ep. 13. Liberalissimè polliceri cupiam. Ep. lib. 7. ep. 21. Si ad eum vltrò veneris, eique pollicitus fueris. Ep. li. 5. ep. 8. Ego tibi profiteor atque polliceor eximium ac singulare meũ studium. pro Pom. 69. Quicquid possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi polliceor ac defero. pro Dom. 28. Is quæ meũ tempus postularet, satis prolixè mihi pollicitus est. ad Qu. fr. li. 1. ep. 2. Nostræ causæ non videntur homines futuri, mirandũ in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. pro Dom. 16. Quod nos de Cn. Pompeio pollicemur, id ille summa fide perficiet. Att. li. 13. ep. 47. Phamea in Consulatus petitione per te mihi pollicitus est, si quid opus esset. 10. I. A. 9. Græcia dextram tendit Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. 2. de Leg. 12. Contrà facis, quàm professus pollicitusque es. * con. C. Anton. Vt repentè gladiatores polliceretur.

✠ *A* DVER. *Cumulatissimè, liberalissimè omnia, 13. Fam. Benignè, 4. Fam. Celeriter, 10. Fam. Gratis frumentum, 5. in Ver. Liberalissimè, 5. Att. Prolixè, pro Dom. Studiosè, 4. in Ver. Vltrò, 4. Fam.*

☞ Synt.

☞ Syntaxis. *Polliceri, & soluere. Pro certo polliceor & confirmo. Pollicerin, vel potius recipis. Non minus tibi de mea voluntate polliceor, quàm de amico placando polliceor. Tibi profiteor, & polliceor studium. Polliceor hoc tibi, ac defero. Prolixè polliceri, mirifice profitetur, offerri, pollicetur. Contra facu quàm pollicitus es. Vltro pollicentes.*

POLLICITATIO, onis. *promissio.* Epist. lib. 10. ep. 32. Hac pollicitatione, &c. Pollionis.

✠ *ADIVNC. Infinitæ, 10. Fam.*

POLLVENDVS, a, um. 6. I. V. 99. In his sacris polluendis, quæ attingi fas non est.

POLLVO, is. *violo, macula afficio, inquino, maculo, contamino, fædo, peruerto, conturbo.* pro Sext. Rosc. 7. Noluerunt in mari referri, ne ipsum polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur. pro Dom. 105. Iste qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cerimonias. de Aruſp. 24. Et vt eos ludos hæc lues impura polluerat. & 27. Qui castissimos ludos omni flagitio polluerat. pro S. R. 65. Polluere omnia iura diuina & humana scelere nefario. 11. in Ant. 29. Qui omnia deorum hominúmque iura inexplicabili scelere polluit.

POLLVTVS, a, um. 7. I. V. 186. Sacra ab isto polluta & violata.

POLVS, li. *vertex.* 2. de N. 105.

Extremusq; adeo duplici de cardine vertex.
Dicitur esse polus.——

POLYBIVS, bij. 3. Offi. 113. Nam Polybius bonus autor in primis scribit, &c.

POLYBVS, bi. *vates.* 1. de Diu. 89.

POLYCLETVS, ti. *qui signa enea faciebat.* 2. de Ora. 70. & 6. in Verr. 5. & de Clar. 70. Polycletus Herculem finxit cum pelle & hydra.

POLYDIVS, *vates.* 2. de Leg. 33. *aliter, Poletes.*

✠ ‖ POLYGNOTVS. *pictor.* de Clar. 70.

POLYPVS, pi. *piscis, de mollium genere, à pedum multitudine sic appellatus.* Ep. li. 9. ep. 16. Aut etiam polypum Minuani Iouis similem.

POMARIVM, rij. *hortus arboribus consitus.* de Senect. 54. Pomaria & horti.

POMERIDIANVS, a, um. *postmeridianus.* 3. de Or. 119. Ambulatio antemeridiana, aut pomeridiana sessio. Orat. 157. Pomeridianas quadrigas, quàm postmeridianas, libentius dixerim. Att. lib. 12. ep. 32. Pomeridianæ literæ.

POMERIVM. rij: *vel* POMOERIVM. *locus circum mœnia vacuus, non tam quòd post mœnia esset, quàm quòd murus post eum, appellatus est.* 2. de Nat. deor. 11. Cùm pomœrium postea intrasset. & *ibid.* Cùm idem pomœrium transiret. 2. de Diu. 75. De iure pomœrij.

✠ ‖ *vide Alexandrum ab Alexandro Genial. dierum lib. 6. cap. 14.*

POMPA, pæ. *spectaculum, apparatúsque solennis cum ostentatione & magnificentia quadam, qualis fieri solet in publicis supplicationibus & triumphis.* 5. Tusc. 90. Socrates in pompa, cum magna vis auri argentique ferretur: Quàm multa non desidero, inquit. 2. de Orat. 94. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Orat. 42. Epidicticon genus pompę, quàm pugnæ aptius. & *ibid.* Verùm hæc ludorum atque pompæ: nos autem iam in aciem dimicationémque veniamus. 4. Tusc. 47. Illa quidem ex Rhetorum pompa. 2. de Orat. 294. Adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam, & pugnæ similem fugam. Attic. lib. 13. ep. 28. Hic de pompa Quirini contubernalis, pro Mil. 34. Cadauer P. Clodij spoliatum exequiis, pompa, laudatione, &c. 1. Offi. 131. Vt pomparum ferculis similes esse videamur. I. P. 24. At fuit pompa, fuit species, fuit incessus saltem seplasia dignus. Qu. de Pet. 40. Postremò tota petitio cura vt pŏpæ plena sit, vt illustris, vt splendida, vt habeat summã speciem ac dignitatem. Att. lib. 15. ep. 13. Is non qua pompa, ad me tamen clàm venturus est. Epist. lib. 2. ep. 16. Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum.

✠ *ADIVNC. Acerba, 13. Attic. Molesta, 2. Fam. Tota, in Piso,*

☞ Syntaxis. *Magna vis auri in pompa fertur. Hæc ludorum sunt atque pompæ, non aciei. In dicendo speciem & pompam adhibere. Cadauer exequiis, pompa, laudatione spoliatũ. Est species, est pompa. Pompæ plena petitio, illustris, splendida, speciem summam & dignitatem habens.*

POMPEIA. *via.* 7. in Ver. 168.

✠ ‖ POMPEIVS, pij. Attic. lib. 2. ep. 9. Pompeius, Cæsar, Crassus, tres homines immoderati. Attic. lib. 1. ep. 21. Itaque ille amicus noster (*Pompeius*) insolens infamiæ, semper in laude versatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quò se conferat nescit, progressum præcipitem, inconstantem reditum videt, bonos inimicos habet, improbos ipsos non amicos. *ibid.* Non tenui lacrymas cùm illum ante VIII. Kalend. Sextil. vidi de edictis Bibuli cõcionantem, qui antea solitus erat iactare se magnificentissimè illo in loco summo cum amore populi, cunctis fauentibus: vt ille tum humilis, vt di nissus erat: vt ipse etiam sibi, non iis solùm qui aderant displicebat? O spectaculũ vni Crasso iucundum cæteris non item, Nam qua decciderat ex astris, lapsus potius quàm progressus videbatur. Et vt Apelles, si Venerem, aut Protogenes Ialysum illum suum cœno ŏblitum videret, magnum credo acciperet: sic ego hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus subito deformatum non, sine magno dolore vidi, &c. 7. in Ver. 180. Poiteaque Pompeius humili atque obscuro loco natus, nonne plurimis inimicitiis maximisque suis periculis ac doloribus amplissimos honores est adeptus? Epist. lib. 6. ep. 6. Nemo est tam inimicus ei causſæ quam Pompeius, animatus melius quàm armatus susceperat. Attic. lib. 9. ep. 6. Mirandum enim in modum Cnæus noster Sullani regni similitudinem concupiuit. Epist. lib. 7. ep. 3. Desperans victoriam, primum cœpi suadere pacem, cuius fueram semper auctor, deinde cùm ab ea sententia Pompeius valde abhorreret suadere institui, vt bellum gereret. & lib. 8. ep. 9. Pompeius tuus apertè Cæsarem vetat prouinciam tenere cum exercitu, & consulem esse. Att. lib. 8. ep. 25. Nec verò ille me ducit (*puta Pompeius*) qui videtur: quem ego hominem ἀπολιτικώτατον omnium iam ante cognoram, nunc verò etiam ἀπραγμονικώτατον. *ibid.* ep. 3. Omitto illa vetera, quod istum (*Cæsarem*) in remp. ille (*Pompeius*) aluit, auxit, armauit: ille legibus per vim, & contra auspicia ferendis auctor: ille Galliæ vltetioris adiunctor, ille gener, ille in adoprando P. Clodio augur, ille restituendi mei, quàm retinendi studiosior, ille prouinciæ propagator: ille absentis in omnibus adiutor: idem etiam tertio consulatu, postquam esse reip. defensor cœpit, contendit vt x. tribuniplebis ferrent, vt absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lege quadam sua; Marióque Marcello Coss. finienti prouincias Gallias Kal. Martiis reiitit. & lib. 7. ep. 25. *qua & vltima.* Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, negaui esse. Non quin rectũ esset, sed quia, quod multò rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Planè eum cui Cnæus noster alterum consulatum deferret & triumphum, & quibus verbis? PRO SVIS GESTIS AMPLISSIMIS inimicum habere nolueram. Epist. lib. 16. ep. 11. Ex hac quoque parte diligentissimè bellum comparatur. Id fit auctoritate & studio Pompeii nostri, qui Cæsarem serò cœpit timere & lib. 8. ep. 14. Cn. Pompeius constituit non pati C. Cæsarem consulem aliter fieri, nisi exercitum & prouincias tradiderit. Att. lib. 8. ep. 1. Vnus Pompeius me mouet, beneficio, non auctoritate quam enim ille habebat auctoritatem in hac causa: qui cùm omnes Cæsarem metuebamus, ipse eum diligebat, postquam verò ipse metuere cœpit, putat omnes hostes illi oportere esse? *ibid.* ep. 7. Quod enim tu meum laudas, & memorãdum dicis malle quod dixerim, me cum Pompeio vinci quàm cum istis vincere: Ego verò malo: Sed cum illo Pompeio, qui tum erat aut qui mihi esse videbatur. 10. in Ant. 2. Si aliquid de summa grauitate Pompeius, multum de cupiditate Cæsar dimisisset, & pacem stabilem & aliquam remp. nobis habere licuisset. 3. Offic. 82. Quid, qui omnia recta & honesta negligunt dummodo potentiam consequantur nonne idem faciũt quod is (*Pompeium intelligit*) qui etiam socerum habere voluit eum, cuius ipse audacia potens esset? Postq. in Senat. 28. Põpeius propter metum dimicationis & sanguinis (*absente Cicerone*) domo se tenuit. pro Flac. 67. Cn. Pompeius, captis Hierosolymis, victor ex illo fano nihil attigit. pro Pomp. 62. Pompeius ex Senatusconsulto legibus solutus, Consul antè factus quàm vllum alium magistratum per leges capere licuisset. *ibid.* 67. Quasi verò Cn. Pompeium non cùm suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnum esse videamus. pro Sest. 67. Pompeius omnibus bellis terra marique compressis, imperium populi Romani orbis terrarum terminis definiuit. pro Arch. 24. Noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit, nónne Theophanem Myteleneum scriptorem rerum suarũ inconcione militum ciuitate donauit? 5. in Ant. 39. Pompeio enim patre, quod imperij populi Romani lumen fuit, extincto, interfectus patris simillimus filius. pro Sest. 129. Nam quid ego illa de me diuina senatusconsulta commemorem? vel quod in templo Iouis Optimi Maximi factum est, cùm vir is (*Pompeius*) qui tripertitas orbis terrarum oras, atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notauit, de scripto sententia dicta, mihi vni testimoniũ patriæ cõseruatæ dedit? de Aruſp. resp. 49. Obsessus est domi. *ibid.* Si Cnæo Pompeio viro vni omnium fortissimo, quicũque nati sunt miserrimum magis fuit, quàm turpe quandiu ille (*Clodius*) tribunusplebis, lucem nõ aspicere, carere publico, minas eius perferre: cùm in concionibus diceret, velle se in Carinis ædificare alteram porticum quæ Palatio responderet: certè mihi exire domo mea, ad priuatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem reipub. gloriosum. *Pompeij in re militari peritiam vide in Oratione pro Manilia lege.* Attic. lib. 5. ep. 7. Ego cùm triduum cum Pompeio, & apud Pompeium fuissem, proficiscebar Brundusium ad XIIII. Calend. Iunij, ciuem illum egregium relinquebam, & ad hæc quæ timentur propulsandum paratissimum. Epist. lib. 2. ep. 8. Tantùm habeto, ciuem egregium esse Pompeium, & ad omnia quæ prouidenda sunt in repub. & animo & consilio paratum. & lib. 3. ep. 11. Pompeius omnium seculorum & gentiũ princeps. Att. li. 7. ep. 16. Pompeius luculentus scriptor,

ad

ad Quint.fr.lib.2.ep.3.Ad IIII.Non.Febr.Milo affuit,ei Pompeius aduocatus venit.*ibid.* Dixit Pompeius siue voluit. Nam vt surrexit operæ Clodianę clamorem sustulerunt,idque ei perpetua oratione contigit, non modò vt acclamatione, sed vt conuitio & maledictis impediretur.Attic.lib.2.ep.17.Pompeius ἐμοὶ χαίρων τυραννίδα συνιναίστραι. & *ibid.*ep.13.Quanto in odio amicus noster Magnus?cuius cognomẽ vnà cum Crassi Diuitis cognomine consenescit.Epist.lib.4. ep.7. *ad Marcellum.* Sed idem etiam illa vidi neque te consilium ciuilis belli ita gerendi neque copias Cn.Pompeij,nec genus exercitus probare,sempérque summè diffidere. & lib.10.ep.16.Horribilem vtriusque (*Pompeium & Cæsarem intelligit*) cùm propter alterius crudelitatem,alterius audaciam, tum propter vtriusque difficultatem pecuniariam,qua frui nusquam nisi ex priuatorum bonis posset.Epist.lib.3.ep.7.Ex eo tempore vir ille summus (*Pompeius*) nullus imperator fuit.Signa tyrone & collecticeo exercitu cum legionibus robustissimis contulit victus turpissimè, amissis etiam castris solus fugit.Attic.lib.11.epist. 6.De Pompeij exitu mihi dubium nunquam fuit. Tanta enim desperatio rerum eius,omnium regum & populorum animos occuparat,vt, quocunque venisset,hoc putarem futurum.Non possum eius causa non dolere, hominem enim integrum & castum, & grauem cognoui.& lib.7.ep.3.His ille(*Cæsar*)rebus ita conualuit vt nunc in vno ciue respub.ad resistendum imbecilla sit: quæ mallem tantas ei vires non dedisset quàm nunc tam valenti resisteret. *de Pompeio loquitur.* 1.Tusc. 86. Pompeio nostro familiari cùm grauiter ægrotaret Neapoli,melius est factum, coronati Neapolitani fuerunt: nimirum etiam Puteolani vulgo ex oppidis publicè gratulabantur.Ineptum sanè negocium & Græculum: sed tamen fortunatum. Vtrum igitur si tum esset extinctus, à bonis rebus an à malis discessisset? certè à miseris, non enim cum socero bellum gessisset: non imparatus arma sumsisset: non domum reliquisset: non ex Italia fugisset, non exercitu amisso,nudus in seruorum manus & ferrum incidisset: non liberi defleti: non fortunæ omnes à victoribus possiderentur qui,si mortem tum obiisset,in amplissimis fortunis excidisset, is propagatione vitæ,quot, quantas,quam incredibiles hausit calamitates?2.in Ant.24.Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim. Ea velim reprehendas si potes, vnum ne quinquennij Imperium Cæsari prorogaretur: alterum ne pateretur fieri, vt absentis eius ratio haberetur: quorum si vtrumuis persuasissem: in has miserias nunquam incidissemus. Atque idem cùm iam omnes, & suas & populi Romani Pompeius ad Cæsarem detulisset, seróque eadem sentire cœpisset,quæ ego antè multò præuideram:inferríque patriæ bellum nefarium viderem: pacis concordiæque, compositionis auctor esse non destiti:meáque illa vox est nota multis,Vtinam Cn.Pompei, cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses aut nunquam diremisses:fuit alterum grauitatis,alterum prudentiæ tuæ. *Vide* CAESAR.

✠POMPEIANVS,a,um,Epist.lib. 6. ep. 6. Pompeianus nemo est tam inimicus ei causæ &c.Qui malos ciues dicere,aut viros improbos audeat.pro Syll. 61.Adsunt pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur.*ibidem* 62. Ac ne hæc quidem P.Syllæ mihi videtur silẽtio prætereunda esse virtus, quod cùm ab hoc illa colonia deducta sit,& cum commoda colonorum à fortunis Pompeianorum populi Romani fortuna diuiserit itaque carus vtrisque est atque iucundus,&c.*ibidem* 59.Iam verò quod subiicit Pompeianos esse à Sylla impulsos, vt ad istam coniurationem,& ad hoc nefarium factnus accederent, id cuiusmodi sit intelligere non possum.

POMPEIANVM,ni.*villa.* Att.lib.1.ep.16.& lib.2.ep.1.

POMPEII,orum.*oppidum.*2.cont.Rull.85.& pro Syll.

POMVM,mi.2.de Na. 158.Pomorum iucundus non gustatus solùm,sed odoratus etiam & aspectus.de Sen.71.Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, décidunt. *Oecon.3.Oleum,ficus,poma non habet.

✠ADIVNC.*Cruda,matura,cocta,de Senec.*

☞Syntaxis. *Pomum in arbore,crudum,coctum & maturum.*

PONDERANDVS,a,um.3.de Orat.148.Delectus est quidam habendus, atque is aurium quodam iudicio ponderandus. pro Font.11.Ad vnamquamque rem existimandam,momentóque suo ponderandam. Par. 117. Fides ex fortuna ponderanda non est.de Cl.257.Non quantum quisque profit,sed quanti quisque sit,ponderandum est.pro Syll.69.Quod quisque admiserit,non ex crimine,sed ex moribus eius qui arguitur, est ponderãdum. pro Planc.84.Vos qui in causis ponderandis omnes ferè repudiatis.5.Tusc. 72. Dialectica,ex qua summa vtilitas existit ad res ponderandas.1. Offic.49.In quo tamen in primis quo quisque animo fecerit,ponderandum est.

PONDERANS,tis.1.de L.39.Epicurei omnia voluptatibus & doloribus ponderantes.*id est, metientes.*

PONDERO,as. *pendo,appendo,expendo,examino,æstimo.*pro R. P. 12.Iudex non solùm quid possit,sed etiam quid deceat, ponderare debet.3.in Verr.42.Magnitudine rerum crimina ponderare. 2.Offi.57.Ea quæ fiunt,iudicio certo ponderare.

PONDERO,ris.pro Cec.60. Causæ, ratione, non vocibus ponderari debent.5. Tusc.120. Cùm eare, non verbis ponderentur. Epist.lib.2.ep.6.Si mea essent officia tanta, quanta magis à te ipso prædicari,quàm à me ponderari solent.I.P. 98. Non euentis,sed factis cuiusque fortunam ponderari.

☞Syntaxis. *Officia,causæ,fortunam ponderare. Omnia suo commodo ponderare.*

PONDEROSVS,a,um.*grauis.*Att. lib. 2.epist. 12. Huic puero da ponderosam aliquam epistolam.

PONDO,ἄνδριον.*mina,quam libram alij vocant.* pro Cluent. 179. Is armarij fundum execuit,& sestertiorum & auri quinque pondo abstulit.pro Fl.68.Ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondo centum,paulo minus.pro Sest.& 2.de Inu.116.Centum pondo vasorum argenteorum.Parad.3.Non est vir bonus, qui depositum nullo teste,cùm lucrari impunè possit auri pondo decem, reddiderit, si idem in decem millibus pondo auri non fecerit.

PONDVS,ris.*grauitas,momentum.* de Somn.10.In terram feruntur omnia suo motu pondera.de Fat.48.Omne pondus nulla re impediente moueatur & feratur necesse est. & 22. Motus extra pondus & plagam.& 24.Atomos grauitate & pondere moueri. 2.I.A.66.Magnum optimi pondus argenti.pro Cec.12. Grande pondus argenti.de Senect.55.Magnum auri pondus.3. de N. 83. Aureum amiculum grandi pondere. 3.in Verr. 45. Audistis ex æde Mineruæ grande auri pondus ablatum.1.Tusc.ula.43.Cùm sui similem leuitatem adeptus est,tanquam paribus examinatus ponderibus,nullam in partem mouetur.pro Pl.79. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo,quid cui debeam.

¶ *Vis,autoritas,grauitas,momentum.*2.de Orato.73. Sententiarum grauitate,verborum ponderibus est vtendum.3.de N. 85. Graue ipsius conscientiæ pondus est. 2. Offic. 79. Non enim numero hæc iudicantur,sed pondere.3.Offic. 35. Honestas omni pondere grauior est habenda, quàm cætera omnia. pro Corn. 60. Si mea autoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet. Atti. lib.9.ep.11.Dubitanti mihi quid me facere par sit, permagnum pondus affert beneuolentia erga illum, &c. Topic.73. Persona non qualiscunque testimonij pondus habet.2.de Ora.302.Pondus in vita.in Vat. 9.Id est maximi momenti & ponderis.Epi. lib.11.ep. 29. Quòd in vtramque partem in mentem multa veniebant,magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, iudicium & consilium tuum.Epist.lib. 1. ep.9.Sed idem scribit, meas literas magnum apud te pondus habituras.& lib.2. ep.19. Sed tuæ literæ maximi sunt apud me ponderis. 1. Offic. 45. Sin minus plures causæ & maiores, ponderis plus habebunt. pro Planc.4.Ea non ita magni ponderis apud me esse debent.Attic. lib.10.ep.1.Eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille.& li.11.ep.6.Addis etiam iis qui põdus habent factũ nostrum probari.de Clar.141. Ἐχόμενα in verbis pingendis habent pondus. Orator. 26. Diligenter examinans verborum omnium pondera.

✠*ADIVNC.Contrarium,infinitum auri,5.Tusc. Dignũ æstimatione,inæstimabile,2.de Natu.Graude, 6. Verr. Graue conscientiæ,3.de Nat.Magnum,13. Famil. Magnum auri,de Senec.Maius argenti,* 10. *Famil. Maximum,2.Famil.Naturale,4,Acad.Paria,1.Tuscu. Permagnum,Part.Permagnum argenti,2.Phil.*

☞Syntaxis. *Paribus examinatum ponderibus nullam in partem mouetur.Suus ponderibus:id est,iudicio examinare,cui,&c.Verborum põdus,autoritatis,commendationis,beneuolentiæ.Hoc non habet; non affert pondus testimonij.Nullum in vita pondus. Id magni ponderis & momenti. Magnum pondus accedit ad tollendam dubitationem iudicium tuum.Magnum apud aliquem pondus habere,hominem, literas. Magno esse apud aliquem pondere.Cæsar semper pondus habuit.*

PONE.*post.*de Vn.41. Antè, ponè, ad dextram,ad lævam , sursum, deorsum.*ibidem.*33.Et ponè quos aut antè labuntur.

PONENDVS,a,um.*statuendus.*5.Tusc. 87.Vt omnia,quæ sine honestare sint,longè & retrò ponenda censeat.1.de Orat.255.Subsidium senectutis in eorum qui consultum veniant multitudine non esse ponendum.

¶ *Adhibendus.*1.de Fin.1.Sed tantum studium, támque multam operam ponendam non in eo arbitrantur.*Hortens.In his studiis nobis omnis opera & cura ponenda est.

¶ *Adscribendus.*2.de Ora. 199. Non continuò si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esse ponendum.

¶ *Statuendus.* de Clar. 140. Ipsum Latinè loqui, est in magna laude ponendum. Topic.71.Consilio iuuare ciues, magna in laude ponendum est.

¶ *Deponendus.* Orato. 199. Ponendus est enim ille ambitus, non abiiciendus. * Hortens. Ponendæ sunt fides & tibiæ.

PONO, nis. *propono.* Attic. lib. 13. ep. 27. Ponere operam alicui: *id est, dare negotium.* 3. de Orat. 159. Ponere aliqua penè in conspectu animi. 1. de Inu. 88. Ponere exemplum vitiosum, & vitium obscurius positum. pro Cec. 32. Nunc rem ipsam ponamus. Ep. lib. 9. ep. 16. Ponere quæstionem. 1. Tus. 7. & 1. de Orat. 102. Ponere quæstionem alicui. de Amic. 41. Carbo, quem modò posui. 7. in Verr. 158. Ponere rem in medio. 2. de Orat. 2. Doctoribus nostris ea ponere in percunctando.

¶ *Depono.* 5. Tusculan. 60. Tunicamque posuit. 2. Acad. Sceleta ponere.

¶ *Adhibeo, adjicio.* 1. de Diuin. 93. Ægyptij omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 33. Animum, curam, cogitationemque tuam pone in omnium laude vndique colligenda. de Clar. 105. Ponere multum operæ in aliqua re. 1 Tusculan. 44. Ponere se totum in contemplandis rebus. & 5. Tusc. 2. Ponere curam in aliqua re. 1. Offic. 78. In quibus multum operæ studiique ponendum est. pro Muræn. 45. Ponere totum animum atque omnem curam, operam, diligentiámque suam in aliquo negocio.

¶ *Consumo.* de Clar. 87. Ponere totum diem in considerandaaliqua re. 3. de Orat. 17. Ponere tempus in aliqua cogitatione, vel negocio. Atti. lib. 1. ep. 10. Ponere tempus in aliquo loco. Ep. lib. 15. ep. 2. Ponere tempus in aliquo magno officio. Attic. lib. 6. epist. 2. Nonis Maij in Ciliciam cogitabam: ibi cùm Iunium mensem consumpsissem, Quintilem in reditu ponere. *Ibidem.* lib. 11. ep. 25. Itinera ita facit, vt multos dies in oppidum ponat. Epist. lib. 5. ep. 21. Ponere diem cum aliquo.

¶ *Dico, pronuncio.* 2. de L. 6. Rectè igitur Magnus ille noster me audiente posuit in iudicio, cùm pro Albio tecum simul diceret, Rempub. nostram iustissimas huic municipio gratias agere posse. *posuit in iudicio, id est, dixit.* de Fi. li. 3. 58. Animaduerti te isto modo paulò antè ponere: & scio ab Antiocho nostro dici sic solere. *& hìc ponere, pro dicere, positum est.* Postq. ad Quir. 16. Tum in perorando posuit, vos rogari à senatu, &c. Epist. lib. 1. ep. 9. Vt paulò antè posui. & lib. 12. ep. 15. Vt ego posui. pro C. Cornel. 1. Ponam principium iustissimæ libertatis Cassiam legem.

¶ *Figo, statuo, repono, censeo, reputo, colloco, iudico, puto.* Attic. lib. 5. ep. 11. Apud Patronem te in maxima gratia posui. *ibidem* lib. 6. ep. 6. Ac te apud eum, dij boni, quanta in gratia posui? 10. I. A. 17. Vt in eo multum præsidij Reipub. poneret. Att. lib. 10. ep. 20. Vt malè posuimus initia, sic cætera sequentur. 1. de Leg. 38. Quidam virtutibus exceptis atque vitiis, cætera in summa æqualitate posuerunt. Ep. lib. 6. ep. 1. Ponere aliquid in hoc consolationis. & lib. 4. ep. 9. Ponere aliquid in minimis: *id est: putare.* 3. de Fi. 29. Ponere mortem in malis. 4. Acad. 92. Ponere multum in aliqua re: *id est, magni æstimare.* 2. de Orat. 85. Tantum ego in excellente oratore pono esse ornamenti vniuersæ ciuitati. Atti. lib. 2. ep. 21. Credibile non est, quantum in prudentia tua & fide ponam. Qu. de Pet. 21. Bene ponere. Epist. lib. 13. ep. 54. Ponere beneficium apud gratos homines. & epi. 28. Bene ponere beneficium apud aliquem. & 55. Bene ponere studium suum & officium apud aliquem. & lib. 2. ep. 6. Præclarè ponere apud aliquē. & lib. 13. ep. 64. Apud ipsum præclarissimè posueris. 5. in Ver. 212. Neque ego hoc in tua laude pono. Epist. lib. 15. ep. 4. Ponere aliquid in loco beneficij, vel testimonij, vel iudicij. & lib. 10. ep. 33. Ponere aliquid loco sceleris. & lib. 15. ep. 4. Ponere aliquid in loco beneficij. ad Oct. Ponere aliquem loco hostis. I. P. 31. Maledicti & contumeliæ loco ponere aliquid. pro Dom. 116. Non est ausus suum nomen emptioni illi adscribere, posuit scilicet Scatonem illum, &c. Antequ. 19. In concione mea nihil ponam de rebus meis gestis. 1. I. V. 26. Ponere in oratione sua: *id est, dicere.* Orat. 26. Ponere aliquod verbum insolens. de Clar. 276. Hoc ipsum etiam posui pro argumento, quod ille, &c. Part. 6. Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? 1. de Orat. 110. Ponere omnem vim dicendi in arte. Attic. lib. 3. epist. 22. Sed id quidem mihi in optima spe pono. Epist. lib. 10. ep. 26. Ponere maximam spem victoriæ in aliquo. *& ibid.* Ponere magnum fructum in perpetuitate laudis. de Cla. 165. Etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono satis fuisse orationis. Topic. 55. Hunc metuere, alterum in metu non ponere. Orat. 58. Natura in omni verbo posuit acutam vocem. 2. de Legib. 5. Patria cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. in Vat. 38. Vatinius in tribunatu gratis nihil fecit, qui omnia in pecunia posuit. pro Planc. 93. Libertatem tu ponis in eo, si semper cum iis quibus cum aliquando contendimus, depugnemus. 2. de Diuina. 97. Babylonij CCCCLXX. millia annorum in experiundis pueris, quicunq; nari essent, posuerunt. 2. I. C. 20. Quos ego in eodem genere prædatorum pono. pro Cluen. 57. Vt quæcunq; dicendi potestas esset data, in honore atque beneficio ponerent. Epist. lib. 5. ep. 5. Ne fortè idipsum verbum ponam, quod, &c. 2. de Finib. 24. Ponere omnia in voluptate & 86. Beatè viuere alij in alio, vos in voluptate ponitis: alij contra omnem infelicitatem in dolore. de Opt. 12. Qui intelligentiam ponunt in audiēdi fastidio. Orat. 53. Qui ponunt eloquentiam in orationis celeritate. de Vn. 39. Ponere se extra culpam.

✠ *ADVERB. Bene beneficium, officium præclarè, præclarissimè apud aliquem, 13. Famil. Bene se, de Pet. Con. Breuiter, Part. Breuiter, in distributione artis, præclarè ante oculos, 2. de Orat. Candidè, simpliciter inimicitias, 8 Famil. Deinceps, sigillatim ante oculos, 1. de Inu. Eleganter, 2. de Finib. In promptu, 1. Offic. Libentius diem cum aliquo, 5. Fami. Longè, & retrò, rectè fines, 5. Tusc. Malè initia, 10. Attic. Melius sumptum, 3. ad Qu. fr. Paulò ante, in Top. Propemodum non multò minus statuas, quàm, 4. Verr. Quam maximè ante oculos, 2. de Inuen. Rectissimè, 3. de Finib. Strictim, titubanter quid, pro Cæl.*

PONOR, ris. 2. de Finib. 86. Id oportet totum poni in potestate sapientis. Qu. fra. lib. 3. ep. 8. Plura ponuntur in spe, quàm in pecuniis. Qu. de Pet. 1. Vt illa quæ in re dispersa atque infinita viderentur esse ratione & distributione sub vno aspectu ponerentur. Ep. lib. 9. ep. 15. Equidem cùm in mentem venit, ponor ad scribendum. 3. Tusc. 14. Confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. 2. Offic. 3. Resp. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat. 1. de Leg. 44. Vt honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia. At. lib. 6. ep. 1. Quare non ἐπιτηδεία industria tua, sed præclarè ponitur. Qu. de Pet. 37. Operam apud aliquem optimè poni. de Fat. 12. Quod in Fabio certum ponitur, ortum esse eum canicula oriente. pro Cornel. 36. Certè ille populus in superiore conditione causaque ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. pro Cæl. 55. Res minimè dubitanda in contentione ponitur, vtrum, &c. an, &c. pro Flac. 21. Lex obsignatas tabulas in publico poni voluit. 1. de Orat. 141. Genus causarum, quod in laudandis hominibus vituperandisque ponerētur. ‖ 3. Offic. 19. Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius. de Vniuer. 26. Longior ponatur oratio. Orat. 82. Idem in oratione humili ponitur. 2. de Finib. 100. Hoc ipsum elegātius poni meliúsque potuit. *ibidem* 13. Voluptas omnium Latinè loquentium more, in corpore ponitur.

✠ *ADVERB. Continenter vnum verbum in sententia, Ora. Optimè, de Pet. Cons. Melius, elegantiúsque, 2. de Finib. Rectè in laude, 3. de Orat. Seuerè grauitatem, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Ponere alicui in fraude capitali, & in nefario scelere. * Ipsum Latinè loqui in magna laude ponitur. Ponere alicui operam: id est, dare. Nunc rem ipsam ponamus. Ponatur exempli gratia. Rem in medio ponere. Ponere curam, animum, multum operæ, se totum in legendis libris. Ponere tempus in aliquo negocio. Ponere diem in oppidum, cum aliquo. Ponere orationem longam in aliqua re. Ille in perorando posuit omnem, &c. Ponere mortem in malis, & multum in aliqua re. Multum in tua fide pono. Apud ingratum ponere beneficium. Præclarè apud aliquem ponere. In loco beneficio, testimony aliquid ponere, & loco sceleris. Omnia in corpore, in voluptate ponere. Se ponere extra culpam. Sub vno aspectu ponere. Ponor ad scribendum. Confidens in vitio ponitur, in malam partem. Id ponitur in conuentione, quamuis minimè dubitadum.*

PONS Argenteus, *qui supra Argenteum flumen erat.* Ep. lib. 10. ep. 35.

PONS, tis. 6. I. V. 117. Eorum coniunctione pars oppidi angusto ponte rursum adiungitur & continetur. Epist. lib. 10. ep. 23. Pontésque quos fecerant, interrupi. 2. de L. 10. Et à tergo pontem interscindi iussit. in Vat. 21. Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus. 3. de Legib. 38. Pontes etiam lex Maria fecit angustos. 1. ad Heren. 21. Pontes disturbat, cistas deiicit. pro S. R. 99. Senes sexagenarij more maiorum de ponte in Tybetim deiiciebantur. 3. in Cat. 57. Pons Miluius. Ep. lib. 10. ep. 18. Pontem quem in Hisara feceram, castellis duobus ad capita positis, reliqui. *Planci.* Epistol. lib. 10. ep. 15. In Hisara flumine maximo, ponte vno die facto, exercitum ad quartum Idus Maij traduxi. *Planci.*

✠ *ADIVNC. Angustus, 6. Verr. Aureus, 5. Famil. Angusti, 3. de Legib.*

PONTICVLVS, li. Q. fra. lib. 3. ep. 1. Ponticulus qui est ad Furniæ. 5. Tusc. 59. Fossæ tranlitum ponticulo ligneo coniunxit.

PONTIFEX, cis. *antistes cæremoniarum & sacrorum, autor & magister publicæ religionis, qui publicis sacerdotijs præest, qui sacris præest, sacerdos populi Rom. antistes deorum immortalium, antistes sacrorum.* de Senect. 30. L. Metellus Pont. Max. viginti & duos annos ei sacerdotio præfuit. 3. de Na. 80. Qu. Scæuola pontifex maximus. 2. de L. 20. Diuis aliis alij sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. 1. de Nat. 124. Sacris pontifices, auspiciis augures

præ

præsunt.2.de Ora.52.Pontifex maximus res omnes singulorum annorum literis mandabat, efferebátque in album, proponebat,&c.3.de Orat. 70. Pontifices veteres propter multitudinem sacrificiorum, tres viros epulones esse voluerunt, cùm essent ipsi à Numa instituti,&c. item: Comitia pontificis maximi. 2. contra Rullum 18. Amplitudo sacerdotij. pro Dom. 31. Si cuius fortè pontificis animum offendi. & *ibidem.* Alio modo constituere de religione pontificum, quàm cæremoniarum ius postulat.de Arusp.12.P. Albinouanus, Qu. Terentius pontifices minores.1.de Orat.193.In pontificum libris, & in duodecim tabulis plurima est antiquitatis effigies.

✠ *ADIVNC. Magnus, minores, de Arusp. Maximus, 1. Attic Maximi,3.de Nat. Peritissimus,pro Do. Veteres,3.de Orat.*

PONTIFICALIS,le.2.de L.52.Itaque vsibus tantummodo pontificis esset,si pontificalis maneret autoritas. *Ibidem* 55. Pontificalis compositio iuris.& 57.Ius pontificale.

PONTIFICATVS,tus.*sacerdotum, amplissimum sacerdotium.* de Ar.18,Statas solennesque cæremonias pontificatu contineri.

PONTIFICIVS,a,um.*pontificalis,*pro Do. 36. Nego istam adoptionem pontificio iure factam.3.de Nat.43.Meliora didici de colendis diis immortalibus iure pontificio,& more maiorum. pro Dom.32.Ius religionis:*id est, ius pontificium.*de Natu. lib.1.85. Nominum non magnus numerus,ne in pontificiis quidem nostris:*scilicet libris.* ‖ 2.de Leg.53.Habeo ius Pontificium. 1.Tusc. 27.Idque cùm multis aliis rebus, tum è pontificio iure,& cæremoniis sepulchrorum intelligi licet.

PONTINA.*villa.*Attic.lib.4.ep.14.

PONTINVM.*locus.*Attic.lib.7.ep.5.& 2.de Orat.90.

PONTINVS.de Pro.32.de C.Pontinio.

PONTVS,ti.*mare.*6.I.V.129.Alterum in ponti ore,& angustiis. 1. de Orat.174.Pontus Euxinus.1.de Diu.14.

Rauca fulix itidem fugiens è gurgite ponti.

✠ POPILIA.2.de Leg.55.

POPINA,næ.*ganea,culina.*2. in Cati.4.Quorum æs alienum contractum in popinam nullum Reipubl. motum afferre poterat. in Pis. 13.Cùm isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses. & 18. Tu ex tenebricosa popina extractus. 2. I. A.69. Huius in sedibus pro cubiculis stabula, pro tricliniis popinæ sunt.& 3.in Ant.20.Vino & epulis retentus est, si epulæ potius quàm popinæ nominandæ sunt.13. I. A. 24. In lustris, popinis, alea,vino,tempus ætatis omne consumpsisses.

✠ *ADIVNC. Teterrima, tenebricosa,in Pison.*

☞ Syntaxis.*In popinam contrahere æs alienum. Inhalare popinam tetram. Popina tenebricosa.*

POPLES,tis.*pars posterior genu,& quasi sinus,nam ibi plicatur ipsum genu.*1.de Nat.100.Redundans poplitibus & pedibus.

POPVLARIS,re.*vulgaris.* ‖ *Id signat quod vulgò dicitur, conterraneus, Gentilis autem non ciuem aut popularem, sed qui eadem gente ortus est, aut eodem nomine vocatur. Populares quoque rectè ij dici possunt qui non tam mœnibus quàm legibus aut principe & rege, aut lingua eadem vtuntur,vulgus conterraneos aut patriotas Barbarè vocat: exempla vide infra.*2.Offic. 35. Popularibus verbis est agendum,& vsitatis,cùm loquemur de opinione populari.1.de Orator. 108. Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata.*pro C.Cornel.1.Quòd passus esset à populari consessu senatoria subsellia separari.

¶ *Populi studiosus.*1.Offic.85.Ex quo euenit,vt alij populares, alij ✠ studiosi optimi cuiusque videantur. ‖ de Arusp. 42. Vt homo popularis fraudaret improbissimè populum. 43.M. Scaurum scimus dolore factum popularem.*ibid.*Longius quàm voluit popularis aura prouexit.pro Sest.96, Qui ea quæ faciebãt, quæque dicebant, multitudini iucunda esse volebant, populares habebantur.11.I.A.16. Extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est.pro Clu.77.Quintius homo maximè popularis, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere consuêsset.Atti.lib.16.ep. 16. Erat enim popularis, vt nóras:*i.Cæsar.*4.in Ca.9.Video quid interest inter leuitatẽ concionatorum,& animum verè popularem, & saluti populi consulentem.1.in Verr. 8. Censorium nomen iam populare atque plausibile factum est.pro Sestio 37.Causa popularis. L.PLAVSIBILITER.de Clar.97. Homo non liberalitate, vt alij, sed ✠ ipsa tristitia & seueritate popularis. ‖ 4.in Cat.10.de Clar.164.

¶ *Ciuis.*1.de Leg.61. Sesequè non popularem alicuius loci, sed ciuem totius mundi,quasi vnius vrbis agnouerit.

¶ *Coterraneus.*4.Ac.18.At hoc Thales Anaximãdro populari & sodali suo non persuasit.At.lib.10.ep.1.Solon popularis tuus.

*A populo editus.*2.de Leg.9.Lex popularis: *i. quam populus sanxit.*

✠ *ADVERB. Fallaciter,fictè,sapienter,verè,pro Dom. Maximè homo,pro Clu.Maximè res, 7.Philip. Vehementer tribuni,pro Sest.Verè animus,4.in Catil.*

POPVLARITER.*vulgò.*1.de L.19.Sed quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio,populariter interdum loqui necesse erit,& appellare legem,&c.vt vulgus appellat.2.de Fin. 17.Populariter loqui.de Somn.17.Homines populariter annum tantummodo solis reditu metiuntur.pro Sest. 37. Homo vigilans,& in causa populari si non moderatè, at certè populariter agens.de Cla. 164. Contra quorum potentiam populariter tum agendum fuit. *id est,ad populi gratiam.*

¶ *Seditiosè.*pro Cl.93.& 134. Coneiones quotidianæ seditiosè & populariter concitatæ. 2. Offic. 73. Sed cùm in agendo multa populariter,tum illud malè non,&c.

POPVLATVS,a,um.1. in Verr. 2. Qui nunc populati atque vexati ad me venerunt.& 5.Ver. 122. Verre populatam vexatamque prouinciam.

POPVLOR,aris.*diripio, vexo.*5. I. V. 130. Apronius qui maximos agros populabatur.1. Offic. 33. Ille noctu populabatur agros, quòd,&c.

POPVLVS,li. *multitudo ciuium, præter senatum,hinc illa autoritatis formula,S.P.Q.R.id est,Senatus populusq; Romanus.*pro Dom. 79. & 30.Or.160.Vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui.6.I.A.12.Populus Ro.victor, dominúsq; omniũ gentium.ad Oct.Quantum te populo Ro.de me fefellit opinio.pro Arch.25.Malus poëta de populo. L. RESPVBLICA.2.de Fin. 44.Is qui autoritatẽ minimam habet,maximam vim,populus cum illis facit.pro C.Corn.1. Quæ lex lata esse dicatur,ea non videri populum teneri.*ibid.* Quare cum ambitum populus Ro. videret,& cum à tribunis plebis doceretur: legem hanc Cornelij flagitabat,illam repudiabat.

✠ *ADIVNC. Absens, peculiaris, verus, vniuersus, pro Sest. Amicissimus,priuati, terribilior virtute, iustitiæ carior vniuersi, 2. Phil. Appetens omnium bonorum, vanus,2.cont. Rull. Boni,firmique,2.de Legib. Concionarius,2.ad Q.frat. Desipiens senectute,1.Famil. Diuersus,pro Pomp. Exorabilis,inuictus,2.in Catil. Externi, languens,& effrenatus,2. de Ora. Facilis, integerrimi & parati,pro Dom. Fidelis,& illustris, vniuersi, non solum conscij libidinis,sed etiam iniusti,5.Verr. Florentes,atque integri,pro Planc. Fœderati, atque liberi, in Piso. Fœderatus, fundus liberi,fœderatique,pro Corn. Fortis,& bonus,12.Fa.Frequens,1.ad Q.frat. Frequentior,7.Verr. Gratus,pro Mil. Immensi,3.in Ver. Immunes,6.in Ver. Imperiosi,Orat. Ingratus, 7. Famil. Inuitus,4.Verr. Languens,labénsque,liber,1.de Or. Leuissimus,pro Sex. Rosc. Liberi, 15. Famil. Opulenti, 2. Offic. Orbus,de Clar. Potentes,5.Tusc. Potentissimi,pro Mar. Præclarus, 13. Attic. Princeps omnium gentium, dominúsque atque rector de Arusp. Solicitus, 9. Famil. Vacuus metu,7.Phil. Vrbanus,7 Attic.*

¶ *Est item arbor.*1.de L.15.Populus procerissima. L. LIBERTAS.

✠ *ADIVNC. Procerissima,1.de Legib.*

☞ Syntaxis.*Populati & vexati populi. Populata & vexata prouincia.*

PORCA,cæ.*porcus fœmina,vt Cato dixit.* L.PORCVS.2.de Inu.91. Qui porcam tenuit, dedi oportere. 2.de Leg.55. Quæ in porca contracta iura sint.

PORCVS, ci.de Se.56.Villa abundat porco, hœdo, agno,&c.2. de Leg.57.Et porca fœmina piaculum pati.

PORRECTIO,onis.*proiectio.*2.de Nat. 150. Digitorum contractio.)(. *digitorum porrectio.* 3. ad Herennium 27. Celeri porrectione brachij.

✠ *ADIVNC. Facilis digitorum,2.de Natur.*

PORRECTVS, a,um.*protectus,extentus,extensus.*1.de Fin.39. Statua Chrysippi sedentis porrecta manu.3.de Nat.84.Pateræ quæ simul achrorum porrectis manibus sustinebantur.Att.li.5.ep.18. Ne quid in cæsa & porrecta,vt aiunt,oneris mihi addatur.

PORRIGENDVS, a,um.pro Fl.15.Pisephismata non sententiis, nec autoritatibus expressa, sed porrigenda manu, & pro fundendo clamore multitudinis concitatæ.3.de Fi. 57. Ne digitum quidem eius causa porrigendum putabant.

PORRIGENS,tis.2.de Nat.114.

Hic dextram porrigens quadrupes qua vasta tenetur.al.porgoni.

PORRIGO,gis.*tendo,admoueo,intendo,proïcio,extendo.*)(.*contraho.* 5.Tusc.62.Nec manum porrigebat in mensam.pro Dei.8. Porrigere dexteram alicui.pro Cæl. 63. Licinius cùm iam manũ ad tradendum pyxidem porrexisset,retraxisse.1.de D.120. Animal membra quò vult,flectit,contorquet,porrigit,cõtrahit. pro Fl. 17.Porrexerũt manus,pisephisma notum est:id est, ἐχειροτόνησαν. 1.de Ora.184.Cunctis propè ciuibus luce ingenij & consilij sui porrigere atq; tendere.Postq.in Sen.22.Qui mihi primus afflicto & iacenti cõsularem fidẽ dextrámq; porrexit.Or.27. In hoc

in eum huc an illuc manum porrexerit.7.I.V. 152. Cui ciui supplici non illa dextera inuicta & fidem porrexit, & spem salutis ostendit?4. ad Her.69. Porrigere manum gratulantibus.

PORRIGOR, tis. pro Milon.9. Aliquando gladius nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigitur legibus.

✠ ADVERB. *Aliquando à legibus, pro Mil.*

PORRO. *sed igitur*. Ep.lib.4.ep.9. Multa videbis fortasse, quæ nolis, non plura tamen, quam audis quotidie: non est porrò tuum, vno sensu solùm oculorum moueri, cùm, &c.2.de D.105. Sequitur porrò nihil deos ignorare.2.de Inu.157. Est porrò quiddam, quòd, &c.1.de Or.32. Quid tam porrò regiũ? &c.4.I.V.7. Sic porrò diligunt, &c. Attic.lib.7.ep.1. Catoni porrò assensus est Fauonius.de Sen.43. Sæpe à maioribus natu audiui, qui se porrò puetos à senibus audiuisse dicerent, C. Fabricium, &c.pro S.R.116. Videte iam porrò cætera, iudices, &c.pro Qu.31. Clamabat porrò Quintius, &c. *ibid.* Tantum porrò aberat, vt, &c. Attic.lib.13. ep.21.& 2.de In.33. Age porrò, quid si, &c.4.de Fi.75. Perge porrò.3.I.V.81. Porrò autem populi Rom. sociis, &c. Atti.lib.1.ep.4. Porrò antè neq; mihi accidit, &c.Ep.lib.8.ep.8. Dubiũ porrò illi non erat, quid futurũ esse.2.de Fi.25. Ille porrò malè, prauè, &c. ¶ *Sanè*.5.de Fin. 78. Ea nos maledicimus, sed exigua porrò & minima: *id est, sanè*. Postq.in Sen.13. Intemperans non in auarè ✠ cœptis, sed porrò intermissis voluptatibus. ‖ *Legit Lamb. ianua receptis, sed Pseudothyro intromissis voluptatibus.*

PORTA, tæ.4.de Fi.22. Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo traiecisset. Att. lib.8.ep.2. Socrates dum triginta tyranni essent, pedem porta non extulit.& lib.7.epist.2. Bibulus pedem porta non plus extulit, quàm domo sua.14. in Ant.15. Qui vrbis portas occuparent. Epist.lib.15. ep.17. Comites ad portam expectare dicunt.2.de N.137. Portæ iecoris: sic enim appellant. I.P.55. Cùm ego Cœlimõrana porta introissem, homo promptissimus lacessiuit. I.P.55. Porta triumphalis dixissem responsione inimica, Æsquilina introisse.5. Tusc.65. Agragianæ portæ Syracusis.

✠ ADIVNC. *Triumphalis, in Pison.*

PORTATVS, a, um. l. Arat.

Non eodem semper spacio portata feruntur.

PORTENDO, dis. *præmonstro, denuncio, prædico*.1.de Diui. 45. Nam quod de sole ostensum est tibi, populo commutationem rerum portendit fore.de Aru.53. Cùm dij principibus periculum portendunt.1.de Diuin.93. Quòd enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra prodigia dicuntur.

PORTENDOR, tis.de Ar.26. Cùm in eo ipso periculum est, ex quo periculum portenditur.6. I. V.108. Cùm magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur.2.de Nat.166. & 2.de D.130. Significationes rerum futurarum, quæ tum vigilantibus tum dormientibus portenduntur.

PORTENTOSVS, a, um. *monstrosus, prodigiosus*.2.de Diuin. 60. Si quando aliqua portentosa, aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur.

PORTENTVM, ti. *monstrum, prodigium*.2.de Nat.7.& 2.de D. 61. Nec si id factum est, quod fieri potuit, portentum debet videri. nam si quod raro fit, portentum putandum est, sapientem esse portentum est.de Arus. 8. Portentorum explanationes Hetruscorum disciplina continentur.2.de Nat.14. Præter naturam hominum pecudumque portenta. I. P. 9. P. Clodius fatale portentum prodigiumque Reip.4.de Finib. 50. Quid Zeno? portenta hæc esse dicit.1. Tusc.11. Aut quid negocij est, hæc poëtarum & pictorum portenta conuincere?

✠ ADIVNC. *Certissimum, pro Sex. Rosc. Fatale, in Piso. Maximum*,1.*de Diuin. Tarda, & sera nimis*,2.*de Diu.*

☞ Syntaxis. *Clodius fatale portentum, prodigiumq; Reipub. Poetarum & pictorum portenta.*

PORTICVLA, læ. *à porticu, vt Varro dixit, ducta est: est enim parua porticus*. Ep.lib.7.ep.23. In porticula Tusculani. L. EXEDRIA.

PORTICVS, ci. *ambulatio, exedra, xystus*. Atti.lib.4.ep.15. In campo Martio septa marmorea fumus factuti, eaque cingemus excelsa porticu. pro Dom.116. Porticus cum conclauibus, pauimentata trecentũm pedũ.2.de Orat.20. Porticus hæc ipsa, vbi inambulabimus.de Clar.10. Cùm inambularem in xysto. Qu.fr. lib.3. ep.1. Summam dignitatem pauimenta porticus habebant. 2. I. A.84. Quidlibet, modò ne nauseet, faciat: quod in porticu Minuta fecit.

*¶ *Secta Stoicorum, qui in porticu docebant*. Ac. Clamat Zeno, & ✠ tota illa porticus tumultuatur, hominem natum esse, &c. ‖ *ex D. August. lib.3. contra Acad.*

PORTICVS Neptuni, *quæ Puteolis in Italia erat*.4.Acad.80.

✠ ADIVNC. *Excelsa*,4. *Attic. Inferior*,3. *ad Q. frat. Minus operosa, & multò quidem facilior, pauimentata, pro Dom. Pulcherrima*,6. *in Verr.*

PORTIO, onis. *pars*. pro Fl.32. Cùm omnes Asię ciuitates pro portione in prouincias descripsisset.de Somn.11. Sonus interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctus. 7.I.V.54. Nunquam in Sicilia frumentum publicè emptum est, quin Mamertinis pro portione imperaretur.2.de Or.320. Caulis principia pro portione rerum præponere.

✠ ADIVNC. *Rata, Somn Scip.*

☞ Syntaxis. *Ciuitates pro portione in prouincias describere. Prorata portione. Pro portione imperare alicui frumentum.*

PORTITOR, oris. *publicanus, qui exigendis portorijs præfectus est*. L. PORTORIVM.2. contra Rull. 60. Decemuiros portitores omnibus omnium pecunijs constitui. 1. Off. 150. Quæstus qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, & fœneratorum. in Vat.11. Cùm te non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas mercedes missum putares. de Repub.li. 4. teste Nonio. Nolo enim eundem populum imperatorem & portitorem esse terrarum.

PORTO, as. *comporto, fero, defero*. Q. frat. lib.2. epi.9. Memini, cùm hominem portarent ad Baias Neapoli octophoro; miros risus nos edere. pro Font.9. Elesiodolus tantùm senos denarios ab iis qui ad hostem portarent, exegit. Parad. 1. Omnia mea mecum porto.

PORTOR, aris. Att. lib.14.ep.3. Rumorem afferunt magnum Romæ domum ad Antonium frumẽtum omne portari.2. Offi.28. Ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliam vidimus. pro Sest. 34. Arma in templo Castoris palàm portabantur. Ep.li.12.ep.3. Ad hostem scilicet portari viaticum.2.I.A. 108. Lecticas portari videmus. pro Do. 62. Columnæ marmoreæ ex ædibus meis ad socerum Consulis portabantur.

✠ ADVERB. *Vndique, 7. Verr.*

☞ Syntaxis. *In triumpho portari.*

PORTORIVM, rij. *vectigal, quod in portu exigitur ex rerum portatione*. Qu.frat.lib.1.ep.1.25. Ciues qui in portoriis Italiæ tollendis non tam de portorio, quàm de nonnullis iniuriis portitorum querebantur. pro Font. 9. Titurius Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegit.1.de Inu. 47. Locare & conducere portorium. I.P.87. Singulis rebus quæcunque venirent, portorium imposuit.4.I.V.171. Quæ sine portorio Syracusis erant exportata. Att.lib.2.ep.16. Portorium circumuectionis.4.I.V. 176. His pro rebus portorium non esse datum. & 185. Res exportatæ sine portorio. de Pro. 5. Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum. Attic.lib.2.ep.16. Portoria Italiæ sublata sunt.

✠ ADIVNC. *Certum, in Piso.*

PORTVNVS, ni. *deus marinus, qui portubus præest: quem poëtæ Melicertam & Palæmonem vocant*.2.de N.66. Vt Portunus à portu, sic Neptunus à nando, paulum primis literis immutatis.

PORTVOSVS, a, um.2.de Or.66. Superum mare Ionium portuosum. Epist.lib.6.ep.20. Nauigatio minimè portuosa.

PORTVS, tus. *locus in littore tutus ab omni tempestate, perfugium*. Ep. lib.1.ep.9. In nauigando tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere non queas.6. I. V.118. Insula quæ duobus portubus cincta, in vtriusque portus ostium aditumque proiecta est. pro Pom.16. Publicanorum familiæ, quas in portubus & custodiis habent. pro Pom.33. Portus Caietæ celeberrimus & plenissimus nauium. pro Fla.27. Regio, quæ mari cincta, portubus distincta, insulis circumdata esset. de Sen.71. Quo propius ad mortem accedo, quasi terram videor videre, aliquãdòq; in portum ex longa nauigatione esse venturus.4. I. V.171. Canuleius, qui in portu Syracusis operas dabat. item *ibidem*. Portum & scripturas eadem societas habebat. pro Mur.4. In portum ex alto inuehi, & portu soluere. de Pro.31. Portus turus & clausus. pro Planc. 94. Tutus & tranquillus portus. Brut. ep. 5. & 7. I. V. 152. Et fugæ portus erat in tuis castris, & subsidium salutis in tuo exercitu. pro Cec.100. Exilium est perfugium portúsq; supplicij.1. Tusc. 118. Portum paratum nobis & perfugium putemus.1.de Or.255. Sed tanquam portum aliquem expecto, istam quam tu times solitudinem. Att.lib.9.ep.17. Ab vtroque portus cornu moles iacimus.2. Off.14. Moles oppositæ fluctibus, portus manufacti. 2. Off.26. Nationum portus erat, & refugium senatus. de Clar. 8. Quo tempore ætas nostra perfuncta rebus amplissimis tanquam in portum confugere deberet, non inertiæ neq; desidiæ, sed ocij moderati atque honesti.

✠ ADIVNC. *Celeberrimus, & plenissimus nauium, pro Pomp. Manufacti, 2. Offic. Munitissimi*,2. *Ver. Optimus*,12. *Phil. Proprior*,14. *Attic. Tranquillus, & tutus, pro Planc. Tuti, Arat. Tutus, & clausus, vicinus, de Prou. Tutissimus*,12. *Famil.*

☞ Syntaxis. *Portus & perfugium. Portus & refugium.*

POSCO, scis. *peto, flagito, requiro*. pro S.R.35. Audaciæ partes Roscij sibi poposcerunt. pro Planc.48. Sic ego hoc contendo, me tibi sibi poposcerunt. pro Planc.48. Sic ego hoc contendo, me tibi cuiuscunque tribus rationem poposceris redditurum.3. I. V.7. Iste inuentus est, qui parentes precium pro sepultura liberũm poscceret.

poſceret. & 44. Magiſtrum Sicyonum nummos popoſcit. 3. Tuſculan. 17. Vt enim in Academiam noſtram deſcendimus, popoſci eorum aliquem qui aderant, cauſam diſſerendi. 6. I. V. 36. Non debebam ego abs te literas poſcere. 4. I. V. 117. Si hoc à me non prouincia popoſciſſet. Atti. lib. 2. ep. 1. At ni popoſciſſes, ego me tibi non offerebam. 1 de Orat. 29. Tum Craſſum pulmonis popoſciſſe. 1. I. V. 8. Poſcere, poſtulare, efflagitare. 7. I. V. 70. Non deſiderare ſolùm, ſed etiam poſcere & flagitare.

POSITIO. *vrbis.* pro Flac. 62. De quorum *Athenenſium* vrbis poſitione propter pulchritudinem etiam inter Deos certamen fuiſſe, proditum eſt.

POSITVS, a, um. *ſitus, locatus.* 2. contr. Rul. 95 Roma in montibus poſita. pro Pomp. 55. Inſula Delos in Ægeo mari poſita. & 28. Nulla res in vſu militari poſita, quæ huius viri ſcientiam effugerit. Parad. 6. Qui poſſeſſiones incertas atque in caſu poſitas habent. Att. lib. 16. ep. 17. In re poſitum eſt, vt noſtræ ſolicitudinis finem quamprimùm facere poſſimus. pro Quin. 6 Illi quorum vita in alterius manu poſita eſt. 1. de Orat. 94. Id ſi difficile nobis eſt, ſit tamen in re poſitum atque natura. Quin. frat. lib. 1. ep. 1. 25. Hoc non eſt poſitum in labore aliquo, ſed in quadam animi inductione & voluntate. Poſtquam. 12. Atque id non in ipſius, ſed in aliorum voluntate poſitum eſt. Attic. lib. 15. ep. 18. Omne conſilium in fortuna poſitum videtur. Orat. 27. Fortunæ omnes Græciæ in eo poſitæ non ſunt. 2. contra Rull. 22. Cæteri fructus, qui in ſpe huius legis poſiti ſunt. Brut. ep. 10. Potentia in vi poſita eſt & armis. pro Flacc. 3. Totum ſtatum ciuitatis, & omnem ſpem, &c. in vno iudicio poſitam eſſe & defixam. 1. de Orat. 192. Omnia enim ſunt poſita ante oculos, collocata in vſu quotidiano. pro Cecinna 32. Eſt hæc res poſita, quæ ab aduerſario non negatur, Cecinnam pulſum eſſe, &c. 2. de Or. 214. Argumentum ſimul atque poſitum eſt, arripitur. 3. de Finib. 29. Quo poſito atque approbato, &c. 2. de Fi. 4. Hoc poſitum in Phædro à Platone, probauit Epicurus. 1. de Le. 24. Ius in natura poſitum eſt. 1. de Diui. 93. Portentorum vim verba ipſa prudenter à maioribus poſita declarant, quia enim, &c. Ora. 14. Poſitum ſit igitur in primis. quod poſt magis intelligetur, nõ poſſe effici quẽ quærimus eloquentem. 2. ad Herenn. 40. Hoc in aperto delicto poſitum eſt. 4. I. C. 8. Vt aliqua in vita formido improbis eſſet poſita. Att. lib. 1. ep. 1. Hermathena tua poſita ita bellè eſt, vt totum gymnaſium ἐμπεπλῶσθαι eſſe videatur. 1. Offi 51. Quod ab Ennio poſitum in vna re, transferri in multas poteſt. 7. I. V. 36. Ædilitas alicui data, rectè collocata, & in loco poſita. 13. I. A. 24. Illa ornamẽta in virtute & induſtria poſita lucẽt. At. li. 16. ep. 21. Omnia poſita putamus in Planci liberalitate. con. conc. Q. Met. Ad Senatum adduci iuſſi: in Senatu ſunt poſiti. Protag. Indignitas voluptatis ad moleſtiã in magnitudine aut longitudine alterutrius poſita. Acad. Nullo prorſus cõmodo extrinſecus poſito.

✠ ADVERB. *Ambiguè, pro Cæc. Aptè, & loco, ſupra exemplum, Top Bellè, 1. Attic. Bene opera, 2. ad Quin. frat. Bene perſonæ, infinitè res, 2. de Orato. Leuiter & connexum, Arat. Moderatè verbum, pro Font. Obſcurius vitium, 1. de Inuent. Præclarè, 5. Tuſc. Prudenter, 1. de Inuent. Publicè ſignum, 6. in Ver.*

☞ Syntaxis. *Incertum, & in caſu poſitum. In te poſitum eſt, vt vita eius in tua manu poſita. Hoc non eſt poſitum in aliquo labore, ſed in quadam animi inductione & voluntate. In tua voluntate poſitum. Poſitum & defixum. Poſitum ante oculos, collocatum in vſu quotidiano. Ponamus igitur imprimis. Hoc in aperto delicto poſitum.*

POSSESSIO, nis. *ius poſſidendi.* 2. de Diu. 78. Antiquiorem Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam, quàm regnũ & poſſeſſiones ſuas. 2. Offic. 81. L. annorum poſſeſſiones mouere iniquum putabat. 2. contra Rull. 83. Epiſt. lib. 7. ep. 20 Si me audies, has paternas poſſeſſiones tenebis. pro Quin. 89. Bonorum poſſeſſio ſpectatur nõ in aliqua parte, ſed in vniuerſis quæ teneri & poſſideri poſſunt. 3. de Orat. 108. Ex iure ciuili ſurculo defringendo vſurpare poſſeſſionem amiſſam. & *ibid.* Recuperare poſſeſſionem amiſſam. 3. de Orat. 120. Poſſeſſio quaſi caduca atque vacua. Parad. 6. Poſſeſſiones vacuas recordari. 1. contra Rull. 3. Vtrum hanc ſyluam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inueniſti? 2. contra Rull. 67. Decedere de poſſeſſione. 2. I. C. 18. Aliquid de poſſeſſione detrahere, ac fidem acquirere. ad Brut. epiſt. prid. in 5. Prouinciæ poſſeſſione pulſi ſumus. 2. contra Rul. 80. Remouere & deiicere aliquem de poſſeſſione. pro Qu. 83. Qui ex edicto meo in poſſeſſionem venerit. &, Eſſe in poſſeſſione. pro Ce. 19. Eſſe in poſſeſſione bonorum. *id eſt, eſſe in bonis.* 2. de Ora. 200. Vbi ſenſi me in poſſeſſione iudicij & defenſionis meæ conſtitiſſe. pro Quint. 85. Proficiſci in poſſeſſionem. Att. lib. 4. ep. 2. Vi conari in poſſeſſionem venire. 3. I. A. 28. Hodie in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus. 1. I. V. 56. Mittere in poſſeſſionem bonorum alicuius. Top. 50. Dare poſſeſſionem ſecundum tabulas. 2. Phil. 62. Hæreditatum poſſeſſiones datæ. item epiſt. lib. 7. ep. 21. Dare poſſeſſionem bonorum alicuius ex edicto. Ep. lib. 10. ep. 21. Reſpub. in poſſeſſione victoriæ permanebit. Att. lib. 1. ep. 16. Retinere aliquem in ſua poſſeſſione. pro Syl. 71. Exturbare homines è poſſeſſionibus. Ep. lib. 12. ep. 25. Deturbari non ſolùm ſpe, ſed certa re & poſſeſſione. & li. 10. ep. 27. Si iſta pax perditũ hominem in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtitura eſt. Ep. lib. 10. ep. 7. Occupare poſſeſſionem laudis. pro Mil. 75. Pellere aliquem poſſeſſione. & 76. Cedere alicui poſſeſſione hortorum. Att. lib. 6. ep. 1. De poſſeſſionibus hæreditatum, de ſoluendis bonis. & lib. 12. ep. 25. Voluptarias poſſeſſiones volet Sylius. 2. Offic. 65. Iuris ciuilis cognitionem atque interpretationem in poſſeſſione principes retinuerunt. de Fat. 3. Quamobrem, quoniam vtriuſque ſtudij noſtra poſſeſſio eſt, vtro frui malis, optio tua ſit. de Amic. 15. Amicitiarum ſua cuique permanet ſtabilis & certa poſſeſſio. pro C. Cornel. 1. Bonorum poſſeſſionem ex edicto ſuo P. Scipioni dediſſet. Oecon. 1. Non minorem fœminæ quàm viro, earum rerum *memoriæ & diligentiæ*, tribuit poſſeſſionem natura.

¶ *Pædia bona.* Para. 6. Diues eſt, cui tanta poſſeſſio eſt, vt liberaliter poſſit viuere. & *ibidem.* Callidi rerum æſtimatores prata & areas quaſdam magni æſtimant, quòd ei generi poſſeſſionum minimè quaſi noceri poteſt. 3. de Orat. 106. De noſtra poſſeſſione depulſi, in paruo prædiolo relicti ſumus. & 1. de Orat. 41. Aut te ex iure manu conſertum vocarent, quòd in alienas poſſeſſiones tam temerè irruiſſes. 5. I. A. 20. Hic pecunias noſtras æſtimabat, poſſeſſiones notabat & vrbanas & ruſticas. 1. Offic. 134. Nec verò tanquam in poſſeſſionem ſuam venerit, excludat alios. 3. contra Rull. 11. Etiámne ſi vi eiecit, ſi clàm aut precariò venit in poſſeſſionem. 2. cont. Rull. 67. Qui latitudinem poſſeſſionum tueri non poſſunt. 2. I. C. 18. Qui magno ære alieno maiores etiam poſſeſſiones habent. ‖ Epiſt. li. 13. ep. 5. Quem ordinem ille iſta poſſeſſione amiſſa tueri vix poteſt.

✠ *ADIVNC. Alienæ, 1. de Orat. Caduca, & vacua, 3. de Orat. Certa, & ſtabilis, de Amic. Diuturnæ, pro Cæc. Flagitioſa, incerta, pro Sex. Roſc. Incertæ, paternæ, atque auitæ, pro Q. Roſc. Com. Ineptæ, atque in caſu poſitæ, maior, Parad. Infinita, 10. Phil Innumerabiles, reliquæ, variæ, & multæ, 2. Philip. Inuidioſæ, paternæ, propria, 2. cont. Rull. Libera & immunis, 12. Famil. Maiores, ſacroſanctæ, 2. in Catil. Perpetua, pro Milo. Priuata, pro Clu. & 1. Offic. Pulcherrimæ, 1. Tuſc. Relictæ, 1. cont. Rull. Tota, 4. Academ. Venales, & proſcriptæ, 3. cont. Rull. Vetus, 1. de Legib. Voluptariæ, 12. Attic. Vrbanæ,) (. ruſticæ, 3. Philip.*

POSSESSIVNCVLA, æ. At. li. 13. ep. 23. Affirmo mihi maiori aſſenſioni eſſe, quàm delectationi poſſeſſiunculas meas.

☞ Syntax. *Poſſeſſiones mouere, tenere, recuperare. Poſſeſſio caduca & vacua. Decedere de poſſeſſione. Aliquem remouere de poſſeſſione, deiicere, pellere. In poſſeſſionem libertatis pedem ponere. In poſſeſſione retinere. E poſſeſſionibus exturbare. Re & poſſeſſione deturbari, non ſolum ſpe. Poſſeſſione hortorum cedere alicui. In alienas irruere poſſeſſiones.*

POSSESSOR, oris. 2. de Orat 283. Mortuus rapitur, vide, inquit, ſi potes eſſe poſſeſſor. pro Qu. 30. Iſte acerrimus bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor. 5. I. A. 20 Tantum quiſque habebat poſſeſſor, quantum diuiſor reliquerat Antonio. * Incer. Omnium virtutum poſſeſſores pauperes nominabimus.

✠ *ADIVNC. Acerrimus bonorum, pro Quint. Turpiſſimi, 2. Philip.*

POSSIDENDVS, a, um. Att. lib. 6. ep. 1. De poſſeſſionibus hæreditatum, & de poſſidendis bonis. 11. Phil. 15. Bona eius cenſeo publicè poſſidenda. 4. I. V. 46. Huic omnia bona vtenda ac poſſidenda tradiderat.

POSSIDEO, es. *teneo.* 1. de Orat. 161. Itaque neque hoc poſſum dicere, me omnino ignorare quid poſſideas, neque planè noſſe ac vidiſſe. pro Qu. R. 17. Plus fidei, quàm artis, plus veritatis, quàm diſciplinæ poſſidet in ſe. pro Flacc. 51. Hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie ac poſſides. pro Dom. 110. Cùm forum armatis cateruis perditorum hominũ poſſideres. 4. I. V. 67. Cùm iſte calumniæ licentiam ſua autoritate poſſediſſet. 1. de Inu. 83. Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet, tamen accuſes: non enim probus eſt. 1. de Orat. 218. Neque ea vt ſua poſſediſſe, ſed vt aliena ſibaſſe. pro S. R. 66. Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternusque ſanguis. pro Quint. 25. Poſtulat à Burieno Prætore Næuius, vt ex edicto bona poſſidere liceat. & 73. Si ex edicto poſſediſti, quæro, cur bona non venierint.

✠ *ADVERB. Communiter cum aliquo, pro Sex. Roſc. Honeſtius, 2. Agrar. Longè aliter. pro Quint. Precariò, pro Cæc. Propriè nomen, Top. Verè, 3. de Finib.*

POSSIDEOR, ris. 1. de Orat. 217. Philoſophi qui omnia ſicut propria ſua eſſe, atque à ſe poſſideri volunt. pro Qu. 89. Omnia quæ

teneri ac possideri possunt. 1. cont. Rull. 10. Agri qui ab Hiempsale possidentur.

✠ ADVERB. *Impudentissimè, 3. Agr. Publicè bona, 13. Famil. Rectè bona, pro Quint.*

POSSVM, tes. *Iuci, valeo, polleo, potestas est, potestatem habeo, potestate valeo, facultas est, facultatem, vim habeo, potus sum, facultas, potestas datur, optio & potestas mea est, mihi liberum est, nulla est recusatio, facultas fert.* Epist. lib. 1. ep. 9. Si mihi integra omnia ac libera fuissent. & *ibid.* Si essent omnia mihi solutissima. Attic. lib. 4. ep. 12. Ex quo animo consules ferant hunc ὄχλον, rescribas ad me quantum potes & vales. Epist. lib. 6. ep. 5. Cum hac exceptione quantum valeam, quantúmque possim. Epist. lib. 7. ep. 17. Si te Cæsari commendaui & tradidi, vt grauissimè diligentissimèque potui. pro Dom. 95. Dico igitur, & quàm possum maxima voce dico. 2. de Nat. 129. Aues nidos construunt, eósque quàm possunt mollissimè subiternunt. Epist. lib. 15. ep. 4. Quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. Att. lib. 1. ep. 14. Sic tueor, vt possum, concordiam. 2. I. A. 23. Ego nihil prætermisi, quantum facere enitíque potui, quin, &c. Brut. ep. 15. Nullis literis assequi possum, vt exprimam. 1. de Orat. 44. Hoc tu si potes, tua quadam propria, non communi oratorum facultate potes. 2. de Or. 180. Hæc res tantum potest in dicendo, vt ad vincendum nulla plus possit. Or. 69. Hoc ad obtinendas causas potest plurimum. pro Qu. 1. Ego qui neque vsu satis, ingenio parum possum. & *ibid.* Quæ res in ciuitate duę plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt hoc tempore. Ep. lib. 4. ep. 13. Resp. quæ minimum nunc quidem potest, sed possit necesse est. pro Qu. 69. Qui per vim & scelus possunt plurimum. pro S. R. 4. Qui apud me & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimum possunt. pro Cec. 1. Si quantum in agro audacia potest, tantum in foro impudentia valeret, &c. 2. I. A. 72. An ille me vicit? at ne potuit quidem. 2. contra Rull. 66. Ager, in quo oliuetum non est, sed fieri potest. Epist. lib. 13. ep. 73. Potest fieri vt fallar. Qu. frat. lib. 3. ep. 5. Sed tamen quod fieri poterit, non negligam. Att. lib. 2. ep. 24. Quare item atque eo si potest acrius, te rogo, &c. Ep. lib. 1. ep. 2. Nos dignitatem nostram, vt potest, in tanta hominum perfidia retinebimus. At. lib. 15. ep. 15. Tenere non potui quin declararem. in Sall. 3. Iam dabo operam quàm maximè potero, vt breui id faciam. Attic. lib. 9. ep. 3. Tota res Brundusina iam quomodo habeat, diutius nescire non possum. 6. I. A. 18. Quamobrem Quir. consilio quantum potero, labore plus penè quàm potero excubabo, vigilabóque pro vobis. de Se. 46. Conuiuium ad multam noctem, quàm maximè possumus, vario sermone producimus. de Am. 1. Vt quoad possem, & mihi liceret, à senis latere nunquam discederem. L. QVOAD. Attic. lib. 8. ep. 22. Facere nō possum, vt nihil ad te dem literarū. 2. de Or. 39. Nō possum quin exclamem. L. EXCLAMO. pro Planc. 102. Quid enim possum aliud, nisi mœrere? pro Font. 26. Aut quoniam id quidem non potest, &c. & *ibidem.* Aut si non poterit, &c. Ora. 117. Erit igitur hæc facultas in eo, vt definire rem possit. Epist. lib. 1. ep. 1. Quod commodo Reipub. facere possis, 5. I. V. 131. Plusq; aliquanto apud te pecuniæ cupiditas, quàm iudicij metus posset. pro P. Opp. Multum posse ad salutem alterius, honori multis: parum potuisse ad exitium, probro nemini fuit. pro C. Cornel. 1. Alter nihil vnus potest contra multos.

✠ ADVERB. *Amplius nihil, multùm laude, plurimum opibus, pro Planc. Contrà, fortasse, plurimùm in dicendo, Orat. Cumulatissimè facere, perridiculè, 2. de Orato. Facillimè esse alicubi, planè non, 12. Att. Melius non, 3. de Orat. Multum ad, 2. Offic. Multùm authoritate, 4. Verr. Multùm in suffragijs, 1. Attic. Multum iuuare, apud, 16. Att. Nusquam intexere aliquem, pulchre non curare, rectè, 13. Att. Omninò nihil dici, pro Mur. Omninò nihil, de Clar. Parùm vsu, ingenio plurimum per scelus, pro Quint. Planè nullo modo sustinere, 11. Attic. Plurimum apud, 5. Verr. Plurimum mari, 7. in Verr. Plurimum pecuniam, 3. in Verr. Plurimum perficere, 2. de Inuent. Plurimum viribus, 1. de Inuen. Quàm maximè, pro Flac. Quomodò, pro Cluent. Supra nihil, 14. Fami. Tutò non peruenire, 2. Phil.*

☞ Syntaxis. *Dum integra, liberaq; sunt omnia, soluta. Si possis, & valeas. Quantum valeo, quantumq; possum. Hoc parum in ciuitate potest. Per vim & scelus posse, amicitia, virtute. Ego (vt potest) id est, vt fieri potest. Quam maxime possis. Non possum, quin exclamem.*

POST, POSTERIVS. *postea, post hoc, vel post id tempus, sub, posterius, secundum.* (*ante, a fronte.*

¶ *Ordinis ratio.* Epist. lib. 7. ep. 5. Vt initiò mea sponte, pòst autem inuitatu tuo mittendum duxerim. 3. de Fin. 22. Non inest in primis naturæ cōciliationibus honesta actio, cōsequens enim est, & pòst sequitur. Ora. 122. Post omnia perorationem concludere. Att. lib. 6. ep. 1. & 1. de Leg. 18. Sed hæc posterius, & coràm fortasse commodius. pro Qu. 19. Posterius, inquit, ista videbimus, nunc, &c. de Clar. 287. Ipse Thucydides, si posteriùs fuisset, multò maturior fuisset, & mitior.

¶ *Tempora.* 3. I. V. 111. Pòst te prætorem. Attic. lib. 6. ep. 1. Quoad mecum, &c. pòst, &c. 2. I. V. 17. Primò, &c. pòst, &c. Epist. lib. 1. ep. 9. Paucis pòst diebus quàm Luca discesserat. Atti. lib. 6. ep. 1. Hic magistratus multis annis pòst Decemuiros institutus. pro Flac. 56. Pecunia recuperata est multis pòst annis. pro S. R. 128. Aliquot pòst menses is occisus est. ✠ 2. de Orat. 276. Aliquot pòst diebus. Att. lib. 5. ep. 20. Castra paucos pòst dies habuimus. de Cl. 218. Anno pòst, & deinceps reliquis annis. & 316. Ita recepi me biennio pòst. Orat. 107. Pòst aliquanto: 3. I. C. 11. Pòst autem aliquanto. 1. de Diu. 100. Sexennio post Veios captos. pro Cæl. 19. Cur tanto pòst potius quàm continuò queri maluit? de Ar. 15. O post hominum memoriam fortissimi consules. 4. I. C. 14. Causa enim est post vrbem conditam hæc inuenta sola, in qua, &c. pro Cornel. 26. Pauci post genus hominum natum repetri sunt, qui, &c. de Atus. 16. Mea domus, quam senatus vnam post hanc vrbem constitutam ex ærario ædificandam putauit. & 13. Nego vnquam post sacra constituta tam frequens collegium iudicasse.

¶ *Loci.* pro Mil. 29. Partim cædere incipiunt eius seruos, qui pòst erant.

POSTEA. *pòst, posthæc, præterea, posterius, tum inde, secundum ea, reliquo tempore.* pro S. R. 94. Quid postea, si Romæ fuit? pro Mur. 26. Cedo, quid postea? quid tum inde? 2. de Inuent. 154. Postea aliquanto: *id est, aliquanto pòst.* de Clar. 12. Posteáque prosperæ res deinceps multæ cōsecutæ sunt. pro Sext. Ros. 94. Nonne cogitas te à sectoribus huc aduectum esse? quid postea? pro Cecin. 95. Postea, cur Ebuti de isto potius fundo, quā de alio Cecinnæ denunciabas. 6. in Verr. 66. Iubet iste posterius illos ad se reuerti.

POSTEAQVAM. *postquam.* 4. I. V. 138. Posteaquā ego veni, &c. repente ille abiit. 2. de D. 69. Quid ergo Aius iste loquens, quando eum nemo nōrat, aiebat & loquebatur? Posteaquam & sedem & aram inuenit, obmutuit. Ep. li. 4. ep. 4. Posteaquam mihi renunciatum est, &c. grauiter molestéque tuli. Ep. lib. 5. ep. 2. Postea verò quàm profectus es, &c. velim, &c.

☞ Syntaxis. *Quid postea? Quid tum inde? Postea, cur, &c. Postea verò quàm.*

POSTERI, orum. *posteritas, qui inferioris sunt ætatis.* de Clar. 324. Dicendi genus quod fuerit in vtroque, orationes vtriusque etiam posteris nostris indicabunt. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 34. Posterorum erit verius iudicium, obtrectatione & maleuolentia liberatum. pro Dom. 101. Vt apud posteros nostros coniurationis autor fuisse videar. 5. de Finib. 13. Horum posteri degenerārunt. 5. de Finib. 13. Horum posteri meliores. Postq. ad Quir. 24. Posteri nostri, &c.

POSTERIOR, us.) (*superior, prior.* de Cl. 43. Thucydides paulo ætate posterior. 3. de Or. 184. Paria esse debent posteriora superioribus. 4. Ac. 44. Ita priori posterius, superiori posterius non iungitur. 12. I. A. 5. Posteriores cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse.

¶ *Minus charus.* Attic. lib. 10. ep. 4. Horum vtrique semper Reipu. salus posterior sua dominatione & domesticis commodis fuit. pro Rabir. 3. Suam salutem posteriorem salute communi ducere. 13. I. A. 6. Nihil vita antiquius existimare, omnia libertate posteriora ducere.

¶ *Sceleſtus.* I. P. 66. Nihil isto est posterius, nihil nequius.

POSTERITAS, tis. *posteri.* Att. lib. 12. ep. 20. Domini innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate. 1. Tusculan. 35. Optimus quisque posteritati maximè seruit. 2. I. A. 54. Huius rei ne posteritas quidem omnium seculorum immemor erit. 1. in Cat. 29. Non vereor, nequid parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundet. 5. I. V. 127. Salus vrbis in posteritatem istius auaritia interiit. pro Rabir. 29. Spe posteritatis fructúque duci. Ep. li. 1. ep. 9. Idque me non modò, vt tu sentias, sed vt omnes gentes etiam, vt posteritas omnis intelligat, esse facturum.

¶ *Futura tempora.* pro Arch. 29. Commemorationem nominis nostri, non cum vitæ tempore dimittendam esse, sed cum omni posteritate adæquandam: & *ibid. de immortalitate multa.*

✠ ADIVNC. *Immemor, 2. Phil. Infinita, 12. Attic.*

☞ Syntaxis. *Infinita posteritas. Inuidia tibi magna in posteritatem redundabit. Intelliget posteritas.*

* POSTERIVS. *postea.* de Clar. 287. Thucydides si posterius fuisset. pro M. Tull. A quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur.

POSTERVS, a, um, *consequens.* 3. de Fin. 32. Sed in cæteris artibus, cùm dicitur artificiosè, posterum quodammodo & consequens putandum est, quod illi ὑστερογενὲς appellant. & *ibidem.* Verùm hæc nō in posteris & in consequentibus, sed in primis continuò

tinuo peccata sunt.2.Offi.60.Hæc in posterum gratiora theatra,porticus,noua templa.pro Clu. 37. Cùm is apud mulierculã quandam pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur. pro Syll.32. Nox ea quæ consecuta est posterum diem Nonarum Decembr.4.I.V.41.Postero die mane.& 139.Postero anno. Part.69.Prouisio posteri temporis. pro Deiot.21.In posterum, inquit,diem distulit.Ep.lib.10.ep.12.Differre rem in posterum. Brut.ep.15. & Attic. lib.10. epist. 16. Distulimus sermonem in posterum.pro Muræn.59. Sapiens,ac multum in posterum prospiciens.3.I.A.36.& 2.cõtra Rull.90.Multum in posterum prouidens.Ep.lib.2.ep.8.Longè in posterum prospicere.5. I.V.48. pro Cl.10.Ad posterum:1 *in posterum.** pro C.Cornel.1. Auspicatus posterus annus.

☞ Syntaxis. *Posterum & consequens. In posterum audies,differre rem. Sapiens,& in posterum prospiciens.Longè in posterum prospicere. Ad posterum.*

POSTHABITVS,a,um.*neglectus.*2. contra Rul. 4. Hoc honore ex nouis hominibus primùm me multis posthabitis effecisti.5. Tuscul. 2. Vt omnibus rebus posthabitis , totos se collocarent,&c.

POSTHAC.*deinceps,deinde.*)(.*antehac,hoc tempore.* Att.lib.9.ep.19. Posthac ad te scribam planius.& lib.7.ep.3.Posthac neque hercule antea negligentes fuimus. Ep.lib. 9. Item posthac si quid opus erit , facies vt sciam.& lib.7.ep.1.Posthac ad ludos venies, nõsque vises.3. I.C.28. Id ne vnquam posthac accidere possit, prouidendum est.2.I.A.77.Caput autem literarum,sibi cum illa nihil posthac futurum.

POSTHAEC.*deinde.* Att.lib.13.ep.50. Inde ambulauit in littore, posthæc in balneum.1.de Inu.33.Primùm nati vitam,&c.deinde suum consilium,&c.posthæc,quid Sosiam velit facere.

POSTILLA.*pro Postea.*1.de Diu.42.Poëtæ.

POSTHVMVS,mi.*qui ex ea quam pater grauidam reliquerat,natus est:id est,post humatum patrem.*1. de Or. 180. Qui esset secundum posthumum & natum & mortuum hæres institutus. pro Cecinna.53.M.Curius.qui hæres institutus esset ita mortuo posthumo filio, cùm filius non modò mortuus , sed ne natus quidem esset.

POSTIS,is.*hostia vel ianuæ tabula,seu latus portæ.*pro Dom.60. Qui parietibus , qui testis , qui postibus meis bellum intulisti. pro Dom.119. An putatis, si is postem tenuerit , & aliquid dixerit, domum vniuscuiusque consecrari posse? Att.lib.3. ep.15. Caput legis Clodium in curię poste fixisse,&c.pro Do.121.Postẽ teneri in dedicatione templi oportet : ibi enim postis est,vbi templi aditus,& valuæ ambulationis.

POSTLIMINIVM,nij.Top.36.Cùm ipsius postliminij vis quæritur , & verbum ipsum notatur , in quo Seruius noster nihil putat esse notãdum , nisi post,& liminium,illud productionem esse verbi vult,vt in finitimo,legitimo,æditimo,non plus inesse timum , quàm in meditullio tullium. Scæuola autem P. filius iunctum putat esse verbum, vt sit in eo & post & limen : vt quæ à nobis alienata sunt, cùm ad hostem peruenerint , ex suo tanquam limine exierint:hinc cùm redierint pòst ad idem limen, postliminio videantur rediisse. item *ibid.* Postliminio redeunt hæc,homo,nauis,mulus elitellarius, &c. 2.de Or.137. Ei quem pater patratus dediderit,si is receptus non sit,postliminium esse.& 1.de Or.181.Quem pater patratus dedisset , ei nullum esse postliminium.& 182.Postliminio redire. pro Cecin. 98. Si non accipiunt, vt Mancinum Numantini.retinet integram causam, & ius ciuitatis.pro Cor.28. Non solùm dedicatione,sed etiam, postliminio fit ciuitatis mutatio.

POSTMERIDIANVS,a,um.*pomeridianus.*3. de Or.17.Inclinato iam in postmeridianum tempus die.3. Tusc.7.& Att.lib.2.ep.52. Literæ matutinæ & postmeridianæ. 5. de Fin.1. Postmeridiana ambulatio.

POSTMITTO,tis.*postpono, omitto.* pro Cęl.54. Quod in alicuius agrestis periculo nõ postmitteret,id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandũ putaret? *aliàs prætermitteret.*

POSTPONO,sui.*posthabeo.*Ep.lib.16.ep.21. Sed omnia postposui, dummodo præceptis patris parérem.Cic.filius.

POSTQVAM.*vbi,vt,simul,simulac,simulut,simulatq;.*de Pro.5. Quò ille postquam nihil à miseris extorquere potuit , cohortes in hyberna misit.Ep.li.7.ep.3.Me voluisse etiam reliquis omnibus postquam non potuerim,mihi ipsi finem fecisse.Att.lib.12.ep.1. Vndecimo die postquam à te discesserã , hoc literularum exaraui egrediens è villa. Att.lib.6.ep.3.Nihil habebam noui,quod pòst accidisset,quàm dedissem ad te liberto tuo literas.

POSTREMO.*postremum,nouissimè.*1.de Nat.105.Quæro igitur primùm,&c.deinde,&c. postremò.&c.& *ibid.* Deus quid appetat, ad quam denique rem motu mentis vtatur, postremò quomodo beatus sit.

POSTREMVM.*postremò.*de Or.lib.3.6. Vt vestigium illud ipsum, quo ille postremùm institisset,contueremur.

POSTREMVS,a,um.*vltimus,extremus,nouissimus.*Orat.50. De firmissimis alia prima ponet,alia postrema,inculcabitq; leuiora. Att.lib.6.ep.2.Respondebo primùm postremæ tuæ paginæ.Ep. li.1.ep.9.Ego autem cùm illa sequor,quæ paulò ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere.

¶ *Pessimus.*Brut.ep.16. & pro S.R.137. Postremi homines:*id est, nequissimi.*2.I.A.113.Seruitus est postremum malorũ omnium.

POSTRIDIE.*postero die.*Ep.lib.3.ep.8.Hæc scripsi postridie eius diei:id est,postridie Non.Octob.Ep.li.8 ep.2.Postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introiit. Att.lib.16. ep.4. Venatio,quæ postrid.lud. Apollinar. futura est. Ep.lib.14. ep.6.Lupus noster cùm Romam sexto die Mutina venisset,postridie me mane conuenit. *ibidem.* Iudices adesse iubentur postridie.2.I.A.63.Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras , vt tibi necesse esset postridie vomere. Att.lib.13.ep.22.Ego vt constitui adero,atque vtinam tu quoque eodem die:sin(quid enim multa?)vtique postridie.Qu.fr.lib.2.ep.8. Postridie quàm tu es profectus,multa nocte veni ad Pompeium. Att.lib.9.ep.4. Eam mihi Philotimus postridie quàm à te acceperat,reddidit.

☞ Syntaxis. *Postridie eius diei. Postridie eius absolutionis. Postridie Bacchanalium.*

POSTVLATIO,onis.*postulatum.* pro Mur.47. Concessit senatus postulationi tuæ.Att.lib.7.ep.6. Est illa quidem impudens postulatio.de Arus.20.De ea re scriptũ est, postulationes decretas esse Ioui,Saturno,Neptuno , Telluri,diis cœlestibus.& 31.Eodẽ ostento telluri postulatio debetur.2.de Inuen. 103. In deprecatione ignoscendi postulatio continetur.4. I.V.147. Postulationum formulæ.Qu.fr.lib.2, ep.10. De te est honorifica mentio facta,cùm te vnum dicerent postulationi L. Sestij Pansæ restitisse. pro Sex. Rosc.7. Si vobis æqua & honesta postulatio videtur:ego contra breuem postulationem affero.

✠ ADIVN.*Aequa,3.in Ver.Aequa,& honesta,pro Sex. Ros.Breuis , tum impudens,12. Att.Turpis,1.Att.Valentior,7.Attic.*

POSTVLATVM,ti.*postulatio.*12. I.A.28. Reliquum est, vt accipiãtur & remittãtur postulata per literas.pro Fl.79.Legati Apollonienses omnia postulata de iniuriis vnius Deciani detulerũt. Ep.lib.12.ep.4. Legati vltrò ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt.Att.li.7.ep.15.Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo,&c. Postulata Geometrarum.L.POSTVLO.

✠ ADIVN. *Communia, grauissima, nouum,ridiculum, 4.Ver.Intolerabilia,12.Famil.*

POSTVLATVS,a,um.Qu.fr.li.2.ep.3.Sestius à Nerio de ambitu est postulatus.In Vat.33.Postulatus fuisti lege Licinia.

✠ ADVER. *Stultè,3.ad Qu.fr.*

POSTVLATVR.Ep.lib.1.ep.2. Postulatum est,vt Bibuli sententia diuideretur.1.I.V.8. Efflagitatur, postulatur , poscitur. pro C.Cornel.1.Postulatur apud me prætorem primum de pecuniis repetundis.

POSTVLO,as.*peto,posco,desidero,requiro.* Anteq. 23. Illud à vobis postulo , petóque vti,&c. Ep.lib.3.ep.10. Omnia volo à me postules & expectes. ep. 8. Atque hoc tamen te scire volo,me de isto sumptu nihil decreuisse nisi quod principes ciuitatum me postulassent.pro Cor.34. Gaditani à senatu de fœdere postulauerunt.Att.lib.7.ep.6.Cæsari quod postularet concedendum esse.Qu.fr.li.1.ep.1.33.Postulare & expectare aliquid magnum ab aliquo.Att.lib.10.ep.4.Nec iam recusat,sed quodãmodo postulat vt appellerur tyrannus.Orat.125.Vt causæ natura & temporis ratio postulabit. 2. Offic. 58. Ludi postulantur ab ædilibus , à populo.pro Quint.13.Tamen quia causa postulat,non flagitat, pręteribo.Att.lib.6.ep.3.Ratio quidem & opinio hominum postulat fratrem.Ep.lib.5.ep.14.Non intelliges duplicari solicitudines,quas eleuare tua te prouidentia postulabat.2.de Orat.313. Res hoc postulat,vt.Ep.lib.2.ep.16.Vt tua fides postulat.1.de In. 91 Longius quàm res postulat.1.de Ora.101. Nam quod tu non poteris aut nescies, quis nostrũm tam impudens est,qui se scire aut posse postulet.3.Offi.33.Geometræ solent non omnia docere,sed postulare, vt quædam sibi concedantur,quo facilius, quæ velint,explicent.1.de Fi.2.Difficilem quandam temperantiam postulant in eo quòd.

¶ *Accuso.*Ep.lib.8.ep.12.Ego Appium eadem lege postulaui.Q. fr.li.3.ep.1.Gabiniũ tres adhuc factiones postulant.& *ibid.* Lentulus,qui iam de maiestate postulauit.de Am.84. Neque quicquam nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit. pro S.R.77.Postulare seruos in quæstionem.Postq.in Sen.8. Postulare aliquẽ de vi:*id est,deferre,vel accusare.* Ep.li.8.ep.8. Pylius de repetundis eum postulauit.

¶ *Imploro.*At.l.1.ep.24.Postulare fidẽ publicã,&c.*id est,implorare.*

✠ ADVER. *Acrius,1.At.Amplius,pro Qu.Arrogãter, impudẽter,4.Acad.Impudẽtissimè,7.At.Nominatim, vehemẽtius,4.At.Planè,de Pet.Cõs.Præclarè,7.Ph.*

☞ Syntaxis. *Hoc te postulo:& à te. Te de hoc postulo. A te omnia postulo & expecto. Postulo,non flagito. Postulant geometræ,non docent. Postulare aliquem de maiestate.*

POTANDI.5.Tusc.118.Aut fruatur cum aliis voluptate potandi.

POTANS,tis.2.de Fin.65.Clamat virtus, M.Regulum beatiorem esse,quàm potantem in rosa Thorium.

POTATVR.2.I.A.67.Totos dies potabatur.

POTATVS,a,um.5. Tusc.13. Sic Stoicorum ista magis gustata, quàm potata delectant.

POTATIO,onis.*perpotatio* 1. de D.115. Si modò tẽperatis escis, modicisque potationibus est affectus.* pro Q. Gall. Hesterna potatione oscitantes.

POTENS,tis:simus.*valens,qui in magna potentia est, magnas vires, magnas opes habens,summa potestate præditus, magnis opibus præditus,opibus & copiis affluens.*2.de In.169.Ampla & potens ciuitas, opibus valens.Brut.ep.10.Potens homo,vel potentissimus potius.pro Pō.4.Duo potentissimi reges.Epist.lib.9.ep.16. Ne quid temerè dicam:faciámue contra potentes.2.ad Her. 40. Si quis potens & factiosus,&c.pro Cęl.21.Homo potens,gratiosus, diserus.pro Dom.49.Cum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares.pro Planc.33.M.Drusus tribunus plebis homo potentissimus. & 51. Potentissimus & clarissimus ciuis C.Claudius.2.Off.62.Vir fortunatus & potens.Brut.ep.4.Infinita tribuere potentibus.2.de Di.116. Aeacidæ bellipotentes magis,quàm sapientes potentes:*alter,sapientipotentes.* At.lib.6.ep. 3.Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli.

☞ Syntaxis. *Præpotens rerum omnium Deus. Terra marique præpotens Carthago.*

POTENTIA,tiæ.*potestas,vis,opes,magnæ opes.*2.de Inu.169.Potentia est,ad sua conseruanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas.Brut.ep.10.Potentia in vi posita est & armis.pro Cec.71.Nimia ista quæ dominatur in ciuitate potentia. pro Pl. 26.& 25.Potentia vix ferenda.3. Off.36. Hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ.1.I.A.29. Opes violentas & minimè ferendam potentiam concupiscere.3.Offi.82.Qui omnia honesta negligunt,dummodo potentiam consequantur.1.ad Her.8. Si vim,si potentiam aduersariorũ proferemus.pro Dom.80. Quæ nec vis temporum, nec potentia magistratuum, nec vniuersi populi Rom.potestas labefactare possit. pro Mur. 25. Erant in magna potentia,qui consulebantur.1.Offi.9.Tum autem cõsultant,conducat id nec ne ad facultates rerum atque copias,ad opes,ad potentiam,&c.ad Att.lib.7.ep.3.De sua potentia dimicãt homines.pro Mil.12. Conciones illę quibus quotidie meam potentiam inuidiosè criminabatur.

✠ ADIVNC. *Aliena,ep.ad Brut. Gratiosa,noua,pro Planc.Intolerabilis,2.in Ver.Inuidiosa, Senatoria,* 2. *Attic.Inutilis,5.Phil.Leuis,atque inops,magna,pro Mur.Maior,pro Sest.Nimia,pro Cæc.Periculosissimæ hominum,pernicioſa,& intoleranda,pro Sex.Ros.Singularis,de Clar. Summa,*10.*Phil.*

POTENTIA,*vrbs agri Piceni.*de Arusp.62.& pro Mar.

☞ Syntaxis. *Consequi potentiam.Vti & potentia. Esse in magna potẽtia. Potentia est facultas.ecce genus.*

POTESSE,*id est,posse.*in Arat.*vt à Virgilio Potestur.*

POTESTAS, atis. *facultas, copia, optio,ditio,imperium, magistratus, ius,iurisdictio,vis potestatis,manus* 2.de In.24.Si fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur,aut potestas aliis defuisse demõstranda est,aut facultas:potestas,si aut nescisse,aut non affuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicetur:facultas,si ratio,adiutores,adiumenta,& cætera quæ ad rem pertinebunt,defuisse alicui demonstrabuntur.* pro C. Cornel.1. Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestátsque veniſſet. *ibid.* Vt omnino ne illius potestate abalienemur.

¶ *Potestatem dare,tradere,permittere,ferre,&c.*Ep.lib.10.ep. 13. Vt primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi,&c. Qu.fr.lib.1.ep.3.Ita mihi potestas detur in patria moriẽdi.2.de In.2.Et pictori quam vellet eligendi potestatem dederunt.3. I.V.38. Simulac potestas primùm data est, adeunt. pro Quin.87.Alicui vix respirandi potestatem dare. Att. libr.4. ep.1.Lex,qua Pompeio potestas rei frumentariæ daretur.2. cõt. Rul.23.Si vobis ex omni populo potestas deligendi esset data. pro Do.44.Hanc vos tribuno potestatem dabitis. Epist. lib.5. ep.2.Priuare aliquẽ potestate faciendi aliquid.pro Fla.4.Populus omnem potestatem suam de bonis tradit nobis. pro Cor. 37.Deferre potestatem alicui tribuendorum beneficiorum. 2. cont.Rul.37.Decemuiris corrumpendarum tabularum publicarum magna potestas permittitur.pro Flac.23. Publicæ literæ retentæ sunt in accusatorum potestate.pro S.R.78. Cui ne quærendi quidem de patre potestas permittitur. Postquã in Sen.3. & 1.I.V.54. 5. Ver. 75. Permittere alicui potestatem faciendi aliquid. pro C. Cor.2.Non silentio, fauente nobilitate, nullo intercessore comparato, populo Ro. dedit cooptandorum sacerdotum potestatem.

¶ *Potestatem esse,&c.*de Arusp.11.Populus Rom. cuius est summa potestas omnium rerum.Ep.lib.1.ep.5.Quoties mihi cerorum hominum potestas erit,quibus rectè dem, non prætermittam & lib.1.ep.9.Quocunque tempore mihi potestas præsentis tui fuerit,tu eris,&c.de Pro.2. Quotiescunque ei locus dicendi & potestas fuit.Anteq.16.Vos ego appello,quorum de me maxima est potestas.de Cl.273.Comprehensiõ verborum nullius oratoris æquè in potestate fuit. pro Qu. 46. Cui potestas esset agendi quotidie.Att.lib.6.ep.1. Ei potestas fuit auferendi omnem pecuniam ex edicto meo.pro Dom.48.Nec eorum cuiusquam tibi potestas fuit.& 79. De agris ratum est:fuit enim populi potestas. pro Corn.27. Vt si Gaditani sciuerint de aliquo, &c.magna potestas sit ciui nostro mutandę ciuitatis.Att.lib.16. ep.19.Cum & lege & senatusculto statuendi potestatem haberent.& lib.4.ep.2.Mea potestas est.in Vat.41. An erit hæc optio & potestas tua?vt dicas,&c.Att.lib.2.ep.5. Si deseretur,erit quædam nostra potestas. pro Clu.75. Quæ tum erat potestas.*id est, quod tum fieri poterat.*de Cla.189.Cui eligẽdi potestas est.4.Aca. 8.Integra nobis est iudicandi potestas.

¶ *In potestate esse.*2.contra Rull.85. Qui in sua potestate est. pro Cæl.17.Tabulas, qui in patris potestate est, nullas confecit. de Fat.9.Nam nihil esset in nostra potestate,si,&c. Att.lib.3.ep.22. Lentulus totus est in Pompeij potestate.4.Acad.37.Assensio,quę est in nostra sita potestate.pro Mur.83.Huiusce rei potestas omnis in vobis sita est,iudices,&c. Anteq.12. In eorũ potestate nostra sita est salus.pro Qu.6.Omnes quorum in alterius manu vita posita est,magis cogitant,quid possit is, in cuius ditione ac potestate sunt,facere,quàm,&c.pro Pomp.33. Vestros portus in prædonum fuisse potestate scitis.6.I.A. 4.Is in vestra potestate erit,qui in sua nunquam fuit? quid enim ille vnquam arbitrio suo fecit? semper tractus,quo libido rapuit,quò leuitas,quò violentia.

¶ *Habere potestatem.*pro Cor.37.Si præmij tribuendi potestatem nullam haberemus.Ante.17.Ego non modò loquendi liberè in iudicio,sed ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatẽ. pro S.R.22. Sylla belli gerẽdi potestatem solus habet.& 29.Vos, qui summam potestatem habetis.Qu.fr. lib.1.ep.1.23. Habere summam potestatem in aliquo loco.in Sal.13. Pater tuus qui eo tempore summam tui potestatem habuit.de Ar.54.Sylla regalem habuit potestatem.2.de In.150.Habere potestatem faciendi testamenti.2.de In.81.Habere potestatem iudicandi.2.I.V.53. & 3.Ver.98. Proinde quasi exscribendi potestatem non haberet. Att.lib.16.ep.19.Cùm Coss.& lege & S.C.statuẽdi potestatem haberent.1.Offi.32.Theseus ter optandi à patre habuit potestatem.Anteq.27.liberum spiritum ducẽdi nullam habeo potestatem.11.I.A.30.Ius potestatemque imperandi habeo. de Aruspic. 13.Pontifices potestatem habent iudicum.1.in Ant.3.Dictatura, quæ vim iam regiæ potestatis obsederat.

¶ *Potestatem facere,concedere,fieri.*Qu.fr.lib.1.ep.2.Cum prętores diebus aliquot adiri non possent,nec potestatem sui facerent. 8. I.A.31. Qu. Mutius faciebat omnibus sui conueniendi potestatem.& 12.in Ant.16. Concedere alicui potestatem peccandi.3.I. C.11.Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatẽ.6.I.V.149. Nisi minatus essem,tabularum potestas mihi facta non esset.& 3.Ver.15.Iudices subscribẽdi mihi fecerunt potestatẽ.pro Dom. 6.Scio me tibi instaurandę cædis potestatem fecisse pro S.R.73. Facio tibi potestatẽ interpellãdi.1.I.A.38. Quæ potestas si mihi sæpius fiet,vtar:si minus,&c. Anteq.27. Neque mihi libera loquendi facta est potestas.6.I.V.64.Neque se aliis videndi potestatem esse facturum.& 1.in Ver.45. Quotiens ille tibi potestatem optionemque facturus sit,vt eligas, vtrum velis.Att.lib.13. ep.21.Vt fieret tuis describendi potestas.

¶ *Formulæ variæ.*Attic.lib.13.ep.21. Habere aliquem in sua potestate.4.I.V.135. Quadruplatorum quicquid erat, habebat in potestate. pro Syl.60. Vt oppidum & Pompeianos in sua potestate haberet.4.de Fin.86.Si modò sit aliquid esse beatum, id oportet totum poni in potestate sapientis. pro Cec. 98. Si pater vendidit eum quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. pro Dom. 77. In te P. Fonteius vitæ necisque potestatem haberet,vt in filio.2.I.C.26.Gladiatores quanquam, &c. potestate tamen in vestra continebuntur.3. in Ver.97. Tenere aliquem in sua potestate & ditione.Qu.fr.li.1.ep.1.31. Tenere motum animi in sua potestate.3. I.V.150. Venire in arbitrium ac potestatem alicuius.Brut. Epist.pr.in.7. In potestatem hostium veniendum est.2.contra Rull.73.Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatem.2. de Or.70. Mentes eorum qui cum aliqua statuendi potestate audiant, mouere posse.6.I.V. 32. Per potestatem auferre aliquid alicui.1. de Leg.23. Iisdem imperiis & potestatibus parére.pro Font.27. In potestatibus,in imperiis gerendis.2. ad Her.25. Misericors in potestatibus. & 3.ad Her.14.In potestatibus gerẽdis.pro Pomp.69. Quicquid in hac potestate prætoria possum, &c. pro Cl. 74. L. Quintius illud iudicium pro potestate dimitti iussit. 1. I. A. 18. Qui togatus in reip.cum potestate & imperio versatus est. 3. I. C. 18. Hanc vrbem deorum immortalium nutu atque potestate administrari.pro Do.24. Extraordinariæ potestates.3. de Nat. 88.

Vis omnis potestas deorũ. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 4. Fortunæ potestas in omnes. pro Dom. 110. Vir summa potestate præditus. 2. de Nat. 29. Vir dignus potestate & dominatu omnium rerum. 3. Tusc. quæst. 10. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis. & 4. Tusc. 77. Itaque iratos dicimus exisse de potestate: *id est, de consilio, de ratione, de mente, quorum potestas in totum animum esse debet.* & Att. lib. 9. ep. 8. Duo præfecti fabrûm Pompeij in meam potestatem venerũt, & à me missi sunt. pro Pom. 32. Cùm duodecim fecures in hostium potestatem peruenerunt. 5. I. A. 46. Cæsar equites & sagittarios in suam populique Rom. potestatem redegit. 3. de Leg. 4. Idque in repub. nostra maximè valuit, quòd ei regalis potestas præfuit. & 10. Gerere potestatem. & 19. Sylla trib. pleb. sua lege iniuriæ faciendæ potestatem ademit.

✠ ADIVN. *Amplissimæ, 1. cont. Rull. Decemuiralis, extraordinariæ, magna, maior, maxima, sempiterna, 2. cont. Rull. Incolumis iudicandi, infinita, Prætoria, pro Pom. Humana, 2. de Nat. Incredibilis, 3. Phil. Integra, 7. Philip. Integra iudicãdi, 4. Acad. Iusta, & legitima, 3. de Nat. Legitima, 1. Tusc. Libera, 4. Ver. Nimia, par, pestifera, regia, 3. de Legi. Patria, priuata, 1. de Inuen. Regalis, de Arusp. Summa, pro Mar. Tenuis, 10. Fami. Tota, 16. Att. Tribunitia, 7. in Ver.*

☞ Syntaxis. *Potestatem alicui dare, tradere, permittere, deferre. Cùm mihi tui præsentis fuerit potestas. Integra mihi est eligendi potestas. Summã habere potestatẽ, ius, potestatémq; Facere, concedere alicui potestatem. In potestatem suscipere, redigere. In potestate tenere, continere. In potestatem venire, & arbitrium. Ex potestate facere. Pro potestate aliquid imperare. Per potestatem facere. Potestatem gerere. Ab aliqua legitima potestate vocatus. Nutus & potestas. Imperiũ & potestas. Vis & potestas Dei. Vir dignus potestate & dominatu rerũ omnium. Amentes ex potestate exeunt. In mentis esse potestate.*

POTIENDI, dum. de Sen. 39. Voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitantur. 1. de Fin. 60. Voluptates quarum potiendi spe inflammati faciunt, &c. 5. Tusc. 93. Secundum genus cupiditatum, nec ad potiendum difficile censet, nec verò ad carendum.

*POTIENS, tis. 3. Tusc. 41. Vt natura iis potiens, dolore caret.

POTIO, onis. *potus.* pro Clu. 30. Cui cùm ipse poculum dedisset, subitò illa in media potione exclamauit se maximo cum dolore mori. & 40. Medicus prima potione mulierem sustulit. & 173. & 1. de Fi. 37. Cum cibo & potione fames sitisq; depulsa est. 3. Tusc. 45. Demus scutellam dulciculæ potionis.

✠ ADIVNC. *Contentißima, 1. de Finib. Dulcicula, 3. Tusc. Media, pro Cluen. Modica, in Piso.*

POTIOR, ris. *teneo, fruor, impero, possideo.*)(. *careo.* 4. Acad. 126. Cleanthes solem dominari & rerum potiri putat. Epist. li. 1. ep. 8. Quod ij qui potiuntur rerum, præstaturi videntur. & lib. 5. ep. 17. Ciuitates quæ rerum potitæ sunt. pro S. R. 70. Dum ea ciuitas rerum potita est. 4. ad Heren 35. Athenienſium potiti sunt Spartiatæ. Epist. lib. 1. ep. 7. Si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri. 13. I. A. 7. Vincamus odium, pacéque potiamur. de Sen. 48. Si etiam non abundè potitur, non omnino caret. At. lib. 8. ep. 12. An cunctẽr & tergiuersẽr, & iis me dem, qui tenent, qui potiũtur. 2. de Inu. 95. Si eo portu potiti essent. 2. Offic. 76. Omni Macedonum gaza potitus est Paulus.

✠ ADVERB. *Abundè rebus, de Sen.*

☞ Syntaxis. *Dominari, & rerum potiri. Ciuitas quæ rerum potitur. Romani Carthaginenſium potiti sunt. Pace potiri. Non abundè potitur, non caret. Cæsar tenet potitur.*

POTIOR, us: ſsimus. *antiquius, longius, charius, melius, prius.* pro Mur. 2. Nõn quo mihi potior sit officij mei, quàm huiusce salutis defensio. 10. I. A. 19. Mors quæ ciuibus Rom. semper fuit seruitute potior. Epist. lib. 11. ep. 24. Res est potior oratione. 4. Tusc. 69. Filius plus pollet, potiorq; est patre. 1. de Finib. 11. Qui hæc legere assueuerit, iudicabit nulla ad legendũ his esse potiora. At. lib. 16. ep. 2. Si quid eiusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. 3. de Or. 79. Illa semper potiora duxisti, quæ ad sapientiam spectarent. de Am. 19. Itaque ciues potiores sunt quàm peregrini, propinquiquàm alieni, &c. Top. 6. Topice, quę ad vsum potior erat. 3. I. V. 106. Quid potius? Ep. lib. 10. ep. 3. Nemini concedo, quid tibi potior vetustate necessitudinis possit esse. de Somn. 1. Cùm in Africam venissem, nihil mihi fuit potius, quàm vt Masinissam conuenirem regem. 1. de In. 17. In cõparatione per contentionem, vtrum potius aut quid potissimũ sit, quæritur. At. lib. 6. ep. 3. Primùm quod videtur esse bonus: nemo igitur potior. pro Cœl. 32.

☞ Syntaxis. *Nihil mihi est potius, quàm vt, &c. Quid potius, aut quid potissimum.*

POTIS est, *pro Potest.* in Arato.

Hic caput ad superas potis est demergere partes,
Infera lumborum nunquam comesſiet vmbra. De Cla. 172.

Hospes non pote minoris: *id est, non potest minoris addici aut vẽdi.* 2. Tusc. 38. Neque sanguis vllo potis est pacto proluens consistere.

POTISSIMVM. *maximè, quàm maximè, potius, præcipuè.* 2. de In. 174. Quanquam præstat honestas incolumitati, tamen vtri potissimùm consulendum sit, deliberatur. 1. Off. 87. Vt si nautæ certarent, quis eorum potissimùm gubernare. pro Mur. 11. In equis triumphantium prætextati potissimùm filij sedere solẽt. de Ar. 14. De hoc igitur loco sacro videntur potissimùm augures dicere. pro Mil. 22. Ex cõsularibus te creauit potissimùm. pro Cæl. 33. Existat igitur aliquis ex hac ipsa familia, & potissimùm cæcus ille, &c. 1. de Le. 21. Nam si hoc non probas, a Deo causa ordienda potissimùm. pro Cæl. 62. Cur enim balneas publicas potissimùm constituerat? pro Do. 9. Ego eos potissimùm damnare debui. Epi. lib. 4. ep. 13. Quærenti mihi quid ad te potissimùm scriberem.

POTITVRVS, a, um. 1. Tusc. 90. Et ego doleã, si ad decem millia annorum genteim aliquam vrbem nostram potituram putem.

POTIVS. *citius, prius.* 2. de Or. 317. Oratio in qua non vis potius, sed delectatio postulatur. At. lib. 9. ep. 17. Conamur opus magnũ, sed tamen nihil est quod potius faciamus. 2. Tusc. 52. Zeno Eleates perpessus est omnia potius, quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. 1. Off. 68. Nec verò imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum. Att. lib. 7. ep. 7. Depugna, inquit, potius, quàm seruias. de Clar. 291. Magnus homo, vel potius summus. 5. I. A. 22. Quæ eius festinatio? nisi vt ad vrbem potius exercitum maximum adduceret? At. lib. 1. ep. 16. Quod potius sit.

POTIVSQVAM. *prius quam, antequam.* pro Mil. 100. Cur non id meo capite potius luitur quàm Milonis? præclarè enim vixero, si quid mihi acciderit priusquàm hoc tantum mali videro.

POTO, as. *bibo, perpoto.* de Cl. 287. Si potare velis, de dolio tibi hauriendum est. pro M. Font. Gilli posthac dilutius potabunt.

POTVS, a, um. *haustus.* de Cla. 41. Themistocles excepit sanguinẽ hauri patera, & eo poto mortuus concidit.

¶ *Qui bene bibit.* pro Mil. 57. Adde inscitiam pranſi poti, oscitantis ducis. Ep. lib. 7. ep. 22. Domum bene potus redieram.

✠ ADVERB. *Benè, 7. Fam.*

POTVS, tus. *potio.* 1. de D. 60. Cum ea pars animi, quæ, &c. sit immoderato obstupefacta potu atque pastu.

✠ ADIVNC. *Immoderatus, 1. de Diuin.*

PRÆ. *propter.* 13. I. A. 10. Quorum ille nomen præ metu ferre nõ poterat. Att. lib. 9 ep. 14. Non herculè præ lacrymis possum reliqua scribere. & lib. 11. ep. 7. Præ metu & dolore. & ep. 17. Præ solicitudine ac stomacho multa scribere non possum. pro Plan. 99. Præ mœrore loqui non possum. & 30. Idem postea præ mandatis requisitus. 4. I. V. 97. Præ cupiditate officij sui rationem non habet. & 5. Ver. 128. Præ lucro prædáque nullius habere rationẽ. At. lib. 2. ep. 21. Præ multitudine: *id est, propter multitudinem.* 1. Tusc. 101. Solem præ iaculorum multitudine nõ videbitis, & sagittarum vmbra. ad Att. lib. 6. ep. 5. Præ cura iocari non poteram.

¶ *Ratione habita.* 2. contra Rull. 95. Illi Romam præ sua Capua irridebunt, illam copiam cum hac per risum ac per iocũ contemnent, agros nostros cum suis conferendos scilicet non putabunt. 3. Off. 47. Illa præclara in quibus vtilitatis species præ honestate contemnitur. de Am. 4. Qui in ipsa senectute præ cæteris floruisset. de Cla. 285. Hegesias verò illos Atticos præ se penè agrestes putat. Attic. lib. 9. ep. 4. Illa nihil fuerunt præ his de victoria gratulationibus. I. V. * Ipse consul in hac causa præ me, minus etiam quàm priuatus erit. 4. I. V. 156. Omnia pericula pro salute sua leuia duxerunt. Epistol. lib. 4. ep. 4. At contra nobis nõ tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus. 4. de Fin. 73. Diuitiæ nec magnum bonum, & præ rectis honestisque contemnẽdum. pro Sext. Rosc. 135. Hominem præ se neminem putare. 4. ad Heren. 29. Præ se neminem ducere hominem. 4. in Verr. 40. Præ se alios pro nihilo ducere. L. PRAE ME FERO. * Acad. Academicos præ illis modestos cautosque homines visum iri Epicuro.

☞ Syntaxis. *Præ stomacho nihil omnino dico. Præ se conclos aspernatur Pompeius.*

PRAEBENDVS, a, um. 1. Off. 41. Vti seruis vt mercenariis ad operam exigendam, & iusta præbenda.

PRAEBEO, bes. *impertio, adhibeo, exhibeo, præsto.* 2. de Nat. 117. Aër vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus. de Clar. 242 C. Cosconius eam verborum copiam si quam habebat, præbebat populo. pro Ar. 16. Hæc studia rebus aduersis perfugium ac solatium præbent. At. lib. 9. ep. 8. Vt quàm leniſſimũ me præberem. & lib 14. ep. 13. Si duriorem te eius miseræ & afflictæ fortunę præbes. Qu. fr. li. 1. ep. 2. In literis mittẽdis te nimiũ inexorabilẽ præbuisti. & li. 3. ep. 3. Animũ præbeo ad illi⁹ pernicię moderatum.

moderatum.2.Offi.26. Socij ſpectatores ſe otioſos præbuerunt Leutricæ calamitatis.pro S.R.11. Te magnopere quæſo,vt qualem te antea. P. R.præbuiſti, talem te nobis hoc tempore impertias.pro Cec.26. Qui & in re miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. Epiſt.lib.5.ep.18. Téque virum præbeas, & lib.15.ep.17. Præbere ſe hominem in malis.& lib.2.ep.18. Præbere ſe dignum ſuis maioribus.& lib.5.ep.2. Præbere ſe æquum iudicem alicui.7.I.V.27. Præbere ſe patientem atque impigrum, Attic lib.8.ep.4. Præbere ſe ſuperbum.& lib. 14. ep.13. Præbere ſe placabilem alicui.3.I.V.82. Verres in ciuitatibus ſociorũ non legatum pop.Rom.ſed tyrannũ præbuit.1.de Or.198. Præbere ſe miniſtrum alicui in aliqua re.2.Offi.77. Præbere ſe moderatum in aliqua re.pro Pl.91. Præbere ſe gratum bene meritis.1. Offi. 132. Appetitum rationi obedientem præbeamus. Quint.fr.lib.2. ep.5. Præbere ſponſalia genero. Anteq. 13. Præbere aures vacuas.*con.C.Anton. Cui ſpectaculum eiuſmodi tua crudelitas præbuit.

✠ADVER. *Libenter ſe credulum, perexiguè,15. Attic. Minutatim,16. Att.Publicè victum,1.de Orat. Viciſſim ſe auditorem,3.de Nat.*

PRÆBITVS,a,um.3.de N.80. Reguli corpus Pœnorum crudelitati eſt præbitum.

☞Syntaxis. *Aer vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet. Præbere ſe lenem,ſuperbum,durum,vrbanum. Animum moderatum præbere. Præbitum corpus crudelitati hoſtium.*

PRÆBITOR,oris.2.Offic.53. Vt Macedones nõ te regem ſuum, ſed miniſtrum & præbitorem putent.

PRÆCAVENDVM.5. de Fin.31. Quibus abeſt ad præcauendum intelligendi aſtutia.

PRÆCAVEO,es. *antècaueo,declino,vito.* pro Pl.53. Prouidete antè,& præcauete. Anteq.14. Præcauete,ne,&c.

PRÆCAVTVR. Att.lib.2.ep.1. A me ita pręcautum atque prouiſum.2.de In.99. Aut niſi feciſſet,præcaueri potuiſſet.3. Tuſ.52. Cùm videtur præcaueri potuiſſe,ſi prouiſum eſſet.

PRÆCAVEOR,ris.6,I.V.91. Res mihi præuiſa atque præcauta eſt.pro S.R.116. Mala quæ difficillimè præcauentur.

✠ADVERB. *Diligentiſſimè peccata, difficillimè, pro Sex Roſc.*

☞Syntaxis. *Hæc ſunt ſatis prouiſa & præcauta. Precaueatur periculũ.*

PRÆCELLENS,tis. *excellens,præſtans.* pro Cor.24. Vir & animo & virtute præcellens.6.I.V.97. P. Scipio,vir omnibus rebus præcellentiſſimus.

PRÆCELSVS,a,ũ. *excelſus.*6.I.V.107. Pręcelſus atq; editus locus.

PRÆCENTIO,onis. *cantus qui aliquem vel aliquid præcedit.* de Ar. 21. Tui ſacerdotij ſunt thenſæ,curricula,præcentio,&c.

PRÆCEPS,pitis. *inconſideratus,ruens,periculoſus,ſubitus.*3.de Orat. 207. Sol ipſe iam præcipitans me hęc præcipitem penè euoluere coëgit.4.Ac.68. Vt tamen in præcipitem locum nõ debeat ſe ſapiens committere.pro Fl.105. Via pręceps & lubrica.)(. *via plana & ſtabilis.* de Ar.51. Ille demẽs,& iampridem ad pœnam exitumque præceps.5.I.A.37. Homo amentiſſimus,atque omnibus conſiliis præceps & deuius. pro Mil.86. Aliquis præceps amentia.7.I.V.120. Præceps amentia ferebare.4. ad Her. 13. Vt enim præcipitem perturbetis ex ea ciuitate, quam,&c.I.P.68. Lubricum genus orationis, adoleſcenti non acriter intelligenti ſæpe præceps. Att.li.9.ep.12. Subitus diſceſſus, & præceps profectio.6. in Ver.67. Antiochus præceps ex prouincia exturbatus eſt. Att. lib.2.ep.21. Progreſſus præcipitem,inconſtantẽ reditum videt.3. in Ver.7. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum. pro Cec.60. Si ſaxis aliquem de fundo præcipitem egeris.& 49. Aliquis manu demotus & actus pręceps.de Am.91. Obſequium, quod,&c.amicũ præcipitem ferri ſinit.ad Oct. O meã calamitoſam & præcipitem ſenectutem. pro Fl. 48. Homo volubilis præcipiti quadam celeritate dicendi.pro Do.91. Nullo labore tuo præcipiti furori reſtitiſſem.3.de Or.13. Propter tot tãtóſque tãque præcipites caſus.pro Pl.6. Sed ego cæcum me & præcipitẽ ferri cõfitear in cauſa,ſi,&c.1.de Di.18. Præcipites cœli partes.

✠ADVER. *Iampridem ad pœnam,de Aruſp.*

☞Syntaxis. *Præcipitem multa euoluere ſole præcipite. In locum præcipitem ſe committere. Præceps & lubrica via. Ad pœnam præceps. Conſilio præceps ac deuius. Præcipitẽ perturbare ex ciuitate,& exturbare. Præcipitem agi conſcientia. Saxis aliquem de fundo præcipitem agere. Præceps caſus cœli pars.*

PRÆCEPTIO,onis. *præceptorum explicatio,doctrina.*1.Off.6. Itaq; propria eſt ea præceptio Stoicorum. & Orat.141.& 2.de N. 78.

✠ADIVN. *Firma,ſimilis argumẽtorũ,1.de Inuẽt. Diuerſa,2.de Inuent. Propria,1.Offi. Tribunitia,in Piſo.*

PRÆCEPTOR,oris. *doctor.*3.de Or.54. Neque diſiuncti doctores,ſed iidem erant viuendi præceptores atque dicendi.2. I. A. 14. Hunc tu autorem & præceptorem omnium conſiliorum,totiuſque vitæ debuiſſes habere. Ep.lib.5.ep.13. Hoc fortiorem me puto,quàm teipſum præceptorem fortitudinis.1.de Inu.35. Artium liberalium magiſtri,& vinendi præceptores.

✠ADIVN. *Fortis,5. Fami.*

PRÆCEPTRIX, cis. *magiſtra.*1.de Fi.43. Sapientia præceptrice in tranquillitate viui poteſt.

PRÆCEPTVM,pti. *monitum,admonitio,inſtitutum,iuſſum, via,ratio.* Ep.li.5.ep.13. Tuis monitis præceptiſque omnis eſt abiiciendus dolor. Orat.114.& 5.de Fin.10. Ariſtoteles tradidit plurima præcepta diſſerendi.1.de Or.84. Qui dicendi præcepta tradunt. 2.Tuſcul.58. Dare præcepta de aliqua re.2.de Or.76. Præcepta de re militari cuipiam dare.& 152. Philoſophi nulla dant præcepta dicendi.de Clar.263. Diſciplina Hermagoræ dat rationes certas & præcepta dicẽdi,quæ habent ordinem,& quaſdam errare in dicendo non patientes vias. Or.141. Præcepta, & quaſi vias,quæ ad eloquentiam ferant,tradere.1.Offi.1. Te abundare oportet præceptis inſtitutiſque philoſophiæ. pro Fl.106. Huic puero viuẽdi præcepta dabitis.2. Offi.51. Etiam hoc præceptum officij diligenter tenendum eſt.2.de L.13. Neque medicorum præcepta dici verè poſſunt, ſi qua inſcij imperitique pro ſalutaribus mortifera conſcripſerint.1.de Or.137. Non negabo, me iſta omnium communia & contrita præcepta didiciſſe. Fra.ep. Philoſophiæ quidem præcepta noſcenda.

✠ADIVNC. *Acutum,hiſtorica,neceſſariũ,propria,peruulgata,plurima,2. de Orat. Breue,diſſimile,3. Offic. Breuiora,contraria,& communia,1.de Orat. Certa,cõmune,magna,peracuta,permulta,reliqua,1.de Inuent. Extremum,2. Offi. Firma,& ſtabilia,& coniuncta,naturæ,ſumma officij,1. Offic. Maius,4. Tuſc. Mortifera, ſalutaria,2.de Legib. Multa ſuperiora, Part. Oratoria, 2.de Inu. Præclara,pro Seſt. Vera,3.de Fi. Vetus,5. Tuſ.*

☞Syntaxis. *Monitis præceptiſque tuis. Rationes & præcepta. Via ac præcepta. Præcepta & inſtituta.*

PRÆCERPO,pis. *præripio.*6. in Ver.80. Non præcerpo fructum officij tui.

PRÆCERTATIO,onis. *decertatio.*4.ad Her.41. Mihi tecũ præcertatio non eſt,ideo quòd,&c.

PRÆCIDO,dis. *incido,ſeco,amputo,perſeco,præcludo.* L. PRÆCISVS.2.de In.59. Pręcidete manũ alicui gladio.1.Off.120. Amicitiã magis decẽt ſenſim diſſuere,quã repẽtè pręcidere.pro Rab. 31. Præcidere fiſtulas,quibus aqua ſuppeditatur alicui loco.4.ad Her.68. Præcidere & abſcindere ſermonem,vt hic,qui,&c.4.I. V.151. Iam tibi maximam partem defenſionis præcideris.& 3.in Ver.20. Præcidere alicui ſpem faciendi aliquid.4.ad Her.68. Per abſciſſionem,ſi cùm incipimus aliquid dicere, præcidimus.5.I. V.3. Præcidere ſibiipſi licentiam libertatémque viuendi.I. P.51. Is ſibi ipſe reditũ præcidit.4.Acad.133. Præcide,inquit,ſtatue aliquando quod libet. At.li.9.ep.4. Naues pręcidere aut incẽdere.

PRÆCIDOR,ris.1. de D.32. Cotem nouacula poſſe præcidi.2. Tuſc.55. Cinna collegæ ſui Conſulis C. Octauij præcidi caput iuſſit.7.I.V.87. Cleomenes ancoras præcidi imperat.

✠ADVER. *Planè,10. At. Planè ſine exceptione,8. Att.*

☞Syntaxis. *Amicitiam repente præcidere. Præcidere & abſcindere ſermonem,ſpem alicui. Abſciſſio ſermonem præcidit.*

*PRÆCINGOR,eris. *cingor.* in Clod. Cùm ſtrophio accuratè præcingere.

PRÆCINO,nis. *prænuncio,prædico.* de Aruſ.20. Nouo aliquo motu magnum aliquid deos hominibus prænonſtrare & præcinere.4.Tuſc.4. Ex epulis magiſtratum fides præcinunt: *id eſt,tibicines cum fidibus præeunt.*

PRÆCIPIO,pis. *prænoſco,præſentio.* pro Mur.4.& 2.Offi.48. Portu ſoluentibus ij,qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent,& tempeſtatũ rationem & locorum. 1.Offi.81. Ingenij magni eſt,præcipere cogitatione futura.

¶ *Mando.* de Sen.28. Quod ſi exequi nequeas,poſſis tamen Scipioni præcipere,& Lælio.1.de Or.132. Et de hoc vno minimè eſt facile præcipere.& 2.de Or.48. Pręcipere de eloquentia. Ep.li.5. ep.13. Nos erimus etiã in omni deſperatione fortes, vt tu tamen idem hortaris & præcipis. & li.1.ep.8. Vt tute mihi præcipiſti.

¶ *Antecapio.*13. in Anton.45. Præcipias licet gaudia,omnes te dij oderunt.

✠ADVER. *Accuratius,Orat. Amiciſſimè,ſapienter,11. Fam. Bene,1. Tuſc. Commodiſſimè, deinceps,1.de Inuẽt. Leuiter pro authoritate,pro Font. Malè,rectè,1. Offic.*

PRÆCIPIOR,eris. *vſum ex actuo elice.* Part.111. Quæ in conſilio capiendo futuri temporis præcipiebantur.

✠ADVER. *Communiter de omnibus,2.de Inuent. Omninò non,3. Offic. Præclarè multa,Orat. Rectiſſimè, 1. Offic. Separatim,1.de Inuent.*

PRÆCIPITANS,tis. *ruens,cadens.* pro Dom.40. Tuus præcipitans iam & debilitatus tribunatus. L. PRÆCEPS.3. de Orat. 184. In amni præcipitante numerum notare non poſſumus

pro

pro Rab. Post.2. Vrgere iacentes,aut præcipitantes impellere, inhumanum est. Att.lib.3.ep.15.Me certè ad exitum præcipitantem retinuisses. 3. de Orat. 207. Sol iam præcipitans.pro Syl.1. Respub. præcipitans. & 87. Præcipitanti reipub. subueni. pro Clu. 70. Præcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus.

*PRAECIPITATVRVS,a, um.5.de Fin.31.Si quando his ludentes minamur præcipitaturos alicunde extimescunt.

PRAECIPITATVS,a,um.pro Cec. 50. Qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent.

PRAECIPITO,tas.*præcipitem ago, celeriter descendo,ruo.*4. Tusc. 40.Vt si posse putet eum, qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se,quum velit.4.Academ. 68. Sustinenda potius omnis assensio,ne præcipitet,si temerè processerit.2. de Leg. 6. Fibrenus ex eo loco præcipitat in Lirem.de Som. 13. Loca vbi Nilus præcipitat ex altissimis mõtibus.1.de Nat.90.Præcipitare istuc quidem est,non descendere.

PRAECIPITOR, ris. pro Dom.98.Præcipitari ex altissimo dignitatis gradu.

☞ Syntaxis. *Præcipitat Fibrenus in Lirem. Vbi Nilus præcipitat ex montibus.*

PRAECIPVE. *potissimum,vel maximè.‖ Tam pauci(inquit Schorus) ✝sunt qui huius verbi vim intelligunt quàm qui verè Latinæ linguæ studiosi,conuenit enim cum singulariter & ei opponitur communiter, vniuersum,maximè & similia.*1.de Orat.30. Hæc vna res in omni libero populo, maximéque in pacatis ciuitatibus præcipuè semper floruit. 2. cont. Rul.60. Nihil sibi appetit, præcipuè Pompeius,vult se in communi atque eodem quo cæteri iure viuere. pro Syll.82.Neque ego nunc præcipuè de consularibus disputo: vniuersi senatus communis est ista laus. pro Rab. 4. Labor in hoc defendendo præcipuè meus est: studium verò conseruandi hominis,commune mihi vobiscum esse debet.Ep.li.4.ep.14. Nihil tibi præcipuè timendum est. Ep. lib.13.ep.32. Sed vereor ne quia complures tibi præcipuè commendo,exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. Qu. fr. lib.1.ep.1. 22. Nos isti hominum generi præcipuè debere videmur.2. de Leg.45.Color albus præcipuè decorus Deo est.2.de Fi.109.Ergo homini,qui cæteris animantibus præstat,præcipuè à natura nihil datum esse dicemus?Epist.lib.2.ep.6.In mea salute præcipuè sum ab illo adiutus.Ep.lib.3.ep.8. In quibus vnum illud te præcipuè rogo,vt,&c.2.de Diu.21.

Ritè igitur veteres,&c.—
Præcipuè ingenti coluerunt numine diuos.

2.de Or.148. Diligentia præcipuè colenda est nobis. Ep.lib.11. ep.19.Vicetini M.Brutum præcipuè obseruant.

PRAECIPVVS,a,um.*peculiaris,proprius.)(.communis.*Ep.li.4.ep.15. Att.li.11.ep.14.Tum communibus malis,tum præcipuis oppressus sum.pro Syl.12.Tum communibus, tum præcipuis patris tui periculis commouebatur. de Pro.2. Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei à sententia dicenda amouebo. pro Syl. 9. Quòd mihi Consuli præcipuum fuit præter cæteros, id iam priuato cum cæteris est commune.

¶ *Insignis.*pro Dom.10.An meæ partes in ea causa non præcipuę fuerunt. pro Pomp. 58. & pro Mil. 79. Qui in hoc bello etiam præcipuo iure esse deberet.Ep.lib.4.ep.3.In communibus miseriis præcipuo quodam dolore angi.2. de Finib.33. Nam sunt in animo præcipua quædam.Plan.Epist.lib.10.ep.9. Nisi in multitudine optimorum ciuium impetus animi mei fuerit singularis,& opera præcipua,nihil volo,&c.Anteq.27.Cùm præcipuum vobis obsidem sui animi,vestram reliquerit libertatem 1. Offi. 22. Ingeneratque in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt.pro Lig.27.Vt enim cętera paria sint,&c. hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quòd,&c.de Aruſp.14. Domus publico omni præcipuo, & humano, & diuino iure munita.

PRAECISE.*breuiter.)(.plenè,perfectè.*2. de Nat.74. Prouidentia mũdum administrari præcisè dicitur,plenè autem & perfectè, prouidentia deorum mundum administrari. Attic.lib.8.ep. 4. Nunquam ego cuiquam, &c.tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè sine vlla exceptione præcidit.

PRAECISIO,onis.*ornamentum quoddam.* 4. ad Her.42. Præcisio est,cùm dictis quibusdam,reliquum quod cœptum est dici, relinquitur audientium iudicio,&c.3.de Or.200.

PRAECISVS,a,um.*diminutus,ereptus.* Brut.ep.5. Oppressa ab impiis ciuitas opitulandi potestate præcisa.2.de Or.28. Hic Catulus,Præcisa,inquit,mihi quidem dubitatio est, quoniam,&c. 5. I.V.151.Tibi præcisa defensio est. Qu.fr.lib.2 ep.10. Tenedia libertas secuti Tenedia præcisa est.

PRAECLARE.*rectè,probè,optimè.*3.I.A.25. Præclarè igitur facitis trib.pleb.&c.Epist.lib.4.ep.7.Ego eum te esse,qui,&c. præclarè memini.*ibid.*lib.13.ep.7.Et si non sum nescius, quæ tua potestas sit,tibi negocium datum esse à C.Cæsare,non iudicium præclarè intelligo.pro S.R.37. Quòd præclarè à sapientibus dicitur, Vultu sæpe læditur pietas. de Cla.39. Vir excellens præclarè. 1. Offic. 46. Viuitur cum iis, in quibus præclarè agitur, si sint simulachra virtutis.

PRAECLARVS,a,um.*eximius, egregius,commemorandus.* Epist. lib. 1. ep. 7. Miminè miror te tuis præclaris operibus lætari. 1. de Orat. 46. Multi erant præterea præclari in philosophia, & nobiles. 2. de Orat. 89. Genus dicendi magnificum atque præclarum. Orat. 15. Cùm præclara quædam & magnifica didicisset. pro Dom. 131. Præclara voluntas, atque omni laude digna. 1. de Orat. 131. Egregia quædam & præclara indoles. pro S. R. 6. Opima atque præclara præda. pro Sest. 96. Res præclara inuentuti ad discendum.2. I.V. 42. O commemoranda iudicia, præclaramque existimationem nostri ordinis. 4. in Ant. 5. Præclara & luculenta reclamatione vestra factum Martialium comprobauisti. 1. Offi.67. Ea quæ eximia plerisque & præclara videntur, parua ducere. pro Sext.Rosc. 133. Prædium præclarum & propinquum. 7. I.V.85. Præclara classis in speciem.

☞ Syntaxis. *Præclarè facere, meminisse. Vir perclarè excellens. In philosophia præclarus & nobilis. Præclarum & magnificum. Egregia & præclara indoles. Præclara & opima præda. Præclara & luculenta reclamatio.*

PRAECLVDO. *claudo,intercludo, præcido.*7.I.V.167. Omnem orbem terrarum ciuibus nostris ista defensione præclusseris.pro Pl.96.Nam maritimos exitus præcludebat hyemis magnitudo. I.P.40.In perpetuum tibi curiam præclusisti.

✝ADVER.*In-perpetuum.I.P.*

PRAECLVDOR,ris.*impedior.* Anteq.15. Animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem.

PRAECLVSVS,a,um.7.I.V. 21.Omnes tibi aditus misericordiæ iudicum præclusi sunt. Anteq. 9. Cùm aditus custodi patriæ præclusus sit. & *ibid.* Cùm ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis.

☞ Syntaxis. *Exitum,curiam alicui præcludere. Præcluditur ad eloquendum animus. Præclusa cunctis spes euasionis.*

PRAECO,onis.*buccinator,prædicator.*5.I.V.40.Si palàm præco iussu tuo prædicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire partes. pro Qu. 50. De quo homine præconis vox prædicat,& precium conficit, huic, &c. & 49. Alicuius victum vestitumque necessarium sub præcone cum dedecore esse subiectum.2. Offi.83. Hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subiicere præconis. pro Flac. 34. Citat præco maxima voce legatos Aemonenses.3.Offi.56. Si domini iussu præco ita prædicet,Domum pestilentem vendo.2.cont.Rul.4.Itaque me non singulę voces præconum,sed vna voce vniuersus populus Consulem declarauit. pro Do.52. Vt Cyprius rex cum omnibus bonis sub præcone subiiceretur.3. de N.84. Per præconem vendere aliquid. pro Sest. 57. Et præconi publico subiicere. 4. ad Her. 69. Illi præco faciebat audientiam.4. I.V.75. Dicit vnus & alter breuiter, nihil interrogatur, præco dixisse pronunciat. 1.de Or.236.Iurisconsultus præco actionum.pro Arch.24.O fortunate, inquit,adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris.Ep.lib.5.ep.12.Præcones ludorum gymnicorum. pro Plan.33. Granius præco. *de Lege Agraria. Veniet sub præcone tota Propontis.

✝ADIVNC.*Humanus,pro Qu. Publicus,pro Sest. Verecundi ludorum,5.Famil.*

☞ Syntaxis. *Præco prædicat. Sub præcone victum alicuius subiicere. Præconis voci bona subiicere. Præco maxima voce citat. Per præconem vendi. Facta à præcone audientia.*

PRAECOGNOSCO, scis. *præsentio.* Epist lib. 10. epist. 15. Si latro præcognito nostro aduentu rursus in Italiam se recipere cœperit.

PRAECONIVM, nij.*ars præconis.* pro Qu.95. Cuius vox in præconio quæstum præstitit.Ep.li.6.ep.18. Facere præconium.Att. lib.13.ep.13.Ligatianam præclarè vendidisti: posthac quid scripsero,tibi præconium deferam.

¶ *Laudatio.*pro R.P.46. O meum miserum & acerbum præconium. 2. de Orat. 86. Stultitiæ suæ quam plurimos testes domestico præconio colligere.pro Ar.20. Omnes mandari versibus æternum suorum laborum præconium facilè patiuntur. Ep. lib.5.epist.12. Vt mihi non solùm præconium tributum,sed etiam graue testimoniũ impartitum clari hominis magniq́ue esse videatur.

✝ADIVNC.*Acerbum, & miserũ, pro Rab. Aeternum suorum ludorum, pro Arch. Domesticum stultitiæ, 2. de Orat.*

PRAECORDIA, orum.*iecur.*1.Tusc.20.Iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit.

¶ *Intestina.*5.de Finibus.92. Annulus in præcordiis piscis inuentus est.

¶ *Animæ.*

¶ *Animus.*1. Tusculan. 96. Cùm iam in præcordiis conceptam mortẽ contineret. I. Ara. *Hùc tegit obscurus subter præcordia vesper.*

PRAECVLTVS. *antecultus, præparatus.* Par. 80.

PRAECVRRENTIA. *primordia, antecedentia.* 2. de Or. 170. Ex cõsentaneis & præcurrentibus & repugnantibus. Part. 7. Vt primordia rerum, & quasi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti.

PRAECVRRO, ris. *anteeo, ſupero.* ‖ *Admonendi hic ſunt ſtudioſi, Ciceronem verbo præcurrere ſignificaſſe, quod alij per verbum præcedo, quo nunquam eſt vſus. Sed antecedere eius loco, aut præcurrere: In quo verbo & hoc obſeruandum, tam accuſatiuo, quàm ablatiuo iungi, quod recentioribus minimè notum eſt.* 1. Aca. 44. Neque hoc quicquàm eſt turpius, quàm cognitioni aſſertionem approbationemq; præcurrere. 2. de Orat. 131. Auditio & cogitatio, quæ ſtudio & diligentia præcurrit ætatem. Orat. 176. Horum vterque Iſocratem ætate præcurrit. 1. Offi. 101. Efficiendum autem eſt, vt appetitus rationi obediant, eámque neque præcurrant, neque propter pigritiã aut ignauiam deſerant. de Am. 63. Ita præcurrit amicitia iudicium, &c. Qu. de Pet. 22. Vt homo iners hominem diligentem præcurrat, ſine magna negligentia fieri non poteſt. 1. de Di. 118. Certis rebus certa ſigna præcurrunt. 4. I. C. 19. Atque hæc non vt vos, qui mihi ſtudio penè præcurritis, excitarem, locutus ſum, ſed, &c. 3. de Or. 228. Cui quãquam faueo, tamen illum ætati ſuæ præſtare cupio: vobis verò in tanto minorem præcurrere vix honeſtum eſt.

☞ Syntaxis. *Ætatem præcurrens diligẽtia. Præcurrit ætate Platonem Democritus. Certis reb. certa ſigna præcurrunt. Aliquem ſtudio præcurrere.*

PRAECVRSIO, onis. *anteceſſio.* de Fat. 44. Non fieri aſſenſiones ſine præcurſione viſorum. Top. 59. Præcurſio quædam: *id eſt, prægreſſio.*

PRAECVRSOR, oris. *excurſor, prodromus.* 7. I. V. 107. Hunc in reb. capitalibus præcurſorem habebat & emiſſarium.

PRAEDA, dæ. *rapina.* de Pro. 28. Illum putabam retinere poſſe exercitum præda antè parta, &c. 2. contra Rull. 58. Accumulat aurum ex præda, ex manubiis, ex coronario, &c. 5. I. V. 119. Maximos quæſtus prædáſque feciſſe. pro Dom. 146. Præda conſulum ex meis fortunis crudeliſſ. capta. Epiſt. lib. 12. ep. 12. Spes prædæ & rapinarum. in Saluſt. 17. Prædæ loco magiſtratum accipere. 2. con. Rul. 60. Si eſt æquum, prædas ac manubias ſuas Imperatores non in monumenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre: ſed ad Decemuiros tãquam ad dominos reportare. 1. de Fin. 51. Quas *cupiditates* nulla præda vnquam improbè parta minuit, ſed auget potius atque inflammat. de Leg. Agr. Cal. Ian. prædam, manubias, ſectionem, caſtra denique Decemuiri vendent.

✠ ADIVNC. *Certiſſima, 3. in Ver. Communis, 2. Philip. Erumentaria, ingens, immaniſque, magna, maior, præſes, Prætoria, 5. Ver. Integra, optima, præclaráque, vniuerſa, pro Sex. Roſc. Iudiciales, pro Cluent. Maxima, in Piſo. Mediocris, pro Quin. Nefaria, tãta, 7. Ver. Nouæ, 1. Philip. Parta, 1. de Finib. Popularis, pro Dom.*

PRAEDATOR, oris. *prædo.* 2. I. C. 20. Quos in eodem genere prædatorum direptorumque pono.

PRAEDIATOR, oris. *iuris prædiatorij peritus.* pro Cor. 45. Qu. Scęuola, cùm de iure prædiatorio conſuleretur, conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Caſſelium prædiatores reiiciebat. Att. lib. 12. ep. 15. & ep. 18. Apuleius prædiator liberalis.

✠ ADIVN. *Liberalis, 12. Att.*

PRAEDIATORIVS, a, um. *quod ad prædia poſſeſſionẽſque pertinet.* pro Cor. 45. Cùm Q. Mutius de iure prædicatorio conſuleretur, &c. *id eſt, de iure poſſeſſionum.*

PRAEDICABILIS. le. *prædicandus, gloriandus, præ ſe ferendus.* 5. Tuſc. 49. Nec in miſera vita quicquam eſt prædicabile aut gloriandum.

PRAEDIGANDVS. a, um. 5. Tuſc. 50. Si beata vita glorianda, & prædicanda, & præ ſe ferenda eſt.

PRAEDICANS, tis. Epiſtol. lib. 5. ep. 13. Ignoſces mihi de me ipſo aliquid prædicanti.

PRAEDICATIO, onis. *celebratio, commemoratio.* pro Arch. 26. Philoſophi in eo ipſo in quo prædicationem nobilitatémque fugiũt, prædicari de ſe ac nominari volunt. Atti. lib. 9 ep. 15. Tua prædicatione factũ eſt, vt tantum ei debere videreris. de Aruſp. 16. Nec vereor, ne hæc mea veſtrorum beneficiorum prædicatio non grata potius, quàm arrogans videatur. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. 33. Si in mediocri ſtatu ſermonis ac prædicationis res tuæ eſſent, nihil abs te eximium poſtularetur. 2. cont. Rul. 47. Quæ prædicatio præconi acerba futura eſt. pro Dom. 27. Prædicatio de laude alicuius. 5. I. V. 140. Prædicatio nefariæ ſocietatis.

✠ ADIVNC. *Acerba, & luctuoſa, 2. cont. Rull. Grata, 8. Philip. Non grata, potius quàm arrogans beneficiorum, de Aruſp.*

☞ Syntaxis. *Prædicationem & nobilitatem fugere. Stæus mediocris ſermonis ac prædicationis.*

PRAEDICATOR, oris. *laudator, præco, buccinator.* Epiſt. lib. 1. ep. 9. Te ipſo prædicatore ac teſte. pro Cor. 40. Qui volunt me eſſe ſui facti & prædicatorem & autorem.

PRAEDICO, as. *cãto, decãto, celebro, commemoro, glorior, perſono, dico.* ✠ ‖ *Prædicari autẽ & prædicamenta, trita nimis ſunt in Scholis pro latinis cum nunquam ſic latini ſint locuti, nã quod Græci, κατηγορήματα, dici de aliquo, Cicero vertit, κατηγορήματα, quæ in ſchola prædicamẽta, quæ dicitur de quodam aut quibuſdam, quod ex ipſis Ciceronis verbis poteſt intelligi lib. 4. Tuſc. quæſt. 21. Libido, inquit, earum rerum, quæ dicuntur de quodã aut quibuſdã, quæ κατηγορήματα Dialectici appellãt.* 2. de Or. 1. Erántque multi, qui libenter id quod dixi, de illis oratoribus prædicarent. I. P. 2. Mihi iſta licet de me vera cum gloria prædicare. 11. I. A. 33. Multa & honoratè & honorificè & grauiter de aliquo prædicare. 5. in Ver. 40. Si palàm præco iuſſu tuo prædicaſſet. Atti. libr. 9. epi. 11. Prædicat enim palàm. pro Do. 93. De ſeipſo glorioſius prædicaret. pro Qu. Roſc. 19. De hoc, vt exiſtimabas, prædicabas. Epiſtol. lib. 5. ep. 12. Ne ipſi ſua voce ſe victores eſſe prædicent. de Aruſp. 48. In ipſum Pompeium autorem (vt prædicare eſt ſolitus) conſiliorum ſuorum inuehi cœpit. 1. I. C. 23. Mihi inimico, vt prædicas, tuo. 2. de Ora. 296. Ego de te oratore ſic prædico, vnum te eſſe, &c. pro Planc. 5. Auus tuus P. Naſica tibi ædilitiam prædicaret repulſam. pro Quint. 50. De quo homine præconis vox prædicat. * con. C. Ant. Quid ego, vt violaueris prouinciam prædicem?

✠ ADVERB. *Falsò de aliquo, 7. Ver. Glorioſius, 2. Attic. Glorioſius de ſe, pro Dom. Ornatè, grauiter, honorificè, 11. Philip. Optimè, pro Arch. Palàm, 9. Attic.*

PRAEDICOR, aris. de Opt. 19. Atque ita prædicaretur, eum donari virtutis ergo. pro Arch. 20. Themiſtocles dixit ſe eius vocem libentiſſimè audire, à quo ſua virtus optimè prædicaretur. & 21. Noſtra ſæpe feretur & prædicabitur. & *ibid.* 26. Omnes prædicari de ſe & nominari volunt.

☞ Syntaxis. *Multa de aliquo cum gloria prædicare. Honoratè, honorificè, & grauiter prædicare. Omnes de ſe prædicari volunt.*

PRAEDICO, cis. *ex præ & Dico. ante dico, cano, præcino, moneo, prænuncio, præſignifico, teſtificor, antè prædico, portẽdo, oraculum edo, prænoſtro.* 1. I. C. 10. Quos ego iam multis ac ſummis viris ad me venturos id temporis eſſe prædixeram. de Ar. 18. Aruſpices bellum non obſcurè nobis paulo antè prædixerunt. & 53. Cùm dij immortales monent de optimatium diſcordiis, de clariſſimorum ciuium diſſenſione prædicunt: cùm principibus cædem portendunt, in tuto collocant Clodium. 1. de Diuin. 2. Intelligere & prædicere futura. 2. de Diu. 88. Scylax totum Chaldaicum prædicendi genus repudiauit. 2. in Ver. 36. Moneo, prædico, antè denuncio. Epiſt. lib. 6. ep. 6. Nihil aduerſi accidit non prædicente me.

PRAEDICOR, ceris. 2. de Diu. 17. Solis defectiones prædicũtur in multos annos. 2. de Nat. 7.

✠ ADVER. *Multò ante defectiones, de Sen. Nõ obſcurè, de Aruſp. Temerè, 8. Famil.*

PRAEDICTIO, onis. *prædictum, diuinatio, ſignificatio, vaticinatio, præſenſio.* Epiſt. lib. 6. ep. 6. Quare quando vt augures & aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtituì apud te autoritatẽ augurij & diuinationis meę, debet habere fidem noſtra prædictio. 2. de Diuin. 54. Omnis enim prædictio mali tum probatur, cùm ad prædictionem cautio adhibetur. & 1. de Diuin. 95. Quis rex vnquam fuit, qui non vteretur prædictione diuina? & lib. 2. 87. Prędictio & notatio cuiuſque vitæ ex natali die. & 1. de Diuin. 4. Ariolorum & vatum furibundæ prædictiones. 2. de Nat. 7. Prædictiones & præſenſiones rerum futurarum. de Aruſp. 18. Fatorum veteres prædictiones Apollinis vatum.

✠ ADIVNC. *Diuina, 1. de Diuin. Veteres, de Aruſp.*

PRAEDICTVM, ćti. *prædictio.* 2. de Diu. 88. Panætius, qui aſtrologorum prædicta reiecit. & *ibidem.* Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. 2. de Leg. 30. Ad deos placandos alij ſacerdotes conſtituti, ad interpretanda alij prædicta vatum.

✠ ADIVNC. *Diuina, natalitia, 2. de Diuin. Supera, 6. Famil.*

PRAEDICTVS, a, um. pro Dom. 122. Si omnia veteribus & prædictis inſtitutis acta eſſe dicerẽ. *aliàs priſcis inſtitutis.* & 2. de Nat. 153. Defectiones ſolis & lunæ cognitæ prædictæque in omne poſterum tempus. de Aruſp. 30. Id totum in iſtius ludis prædictum atque reſponſum eſt.

✠ ADVERB. *Diuinè, 1. de Diuin.*

☞ Syntaxis.

☞ Syntax. *Prædictio & natatio ex natali vitæ die. Prædictio & præsensio futurarum rerum. Natalitia Chaldæorum prædicta. Fatum prædicta. In omne posterum tempus prædictum, id est.*

PRAEDIOLVM, li. 3. de Orat. 106. At. lib. 16. ep. 3. Prædiola nostra bellè ædificata, & satis amœna.

PRAEDISCO, scis. 1. de Or. 147. Quæ in foro agēda sunt, exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari.

PRAEDITVS, a, um. *cumulatus, ornatus, decoratus, instructus, armatus, affectus, auctus, amplificatus, confectus.* pro Cæl. 24. Adolescens rectissimis studiis atque optimis artibus præditus. 2. in Anton. 46. Adolescens summa spe & animi & ingenij præditus. pro Pomp. 51. Vir summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus Qu. Hortensius. & 68. C. Curio summis vestris beneficiis, maximisq; rebus gestis, summo ingenio & prudētia præditus. pro Cl. 53. Homo summa religione & autoritate præditus. pro S. R. 154. Homo sapiens & ista autoritate & potestate prēditus, qua tu es. pro Mil. 21. Homo sapiēs, & alta quadā mente præditus. 1. de Orat. 6. Summi homines, & summis ingeniis præditi. de Am. 76. Venandi vel pilæ studio præditus. de Vn. 29. Siderum errores multitudine infinita, varietate admirabili prēditi. pro Clu. 84. Vir magna prudentia & exercitatione præditus. 2. contra Rull. 89. Homines diuina mente & consilio prædi-ri. pro Flac. Adolescens optima se præditus, summæ dignitatis. pro Do. 39. Vir singulari virtute, constantia, grauitate præditus. Epi. lib. 4. ep. 3. Sapientia præditus propè singulari. pro Arch. 10. Aliquis summa ingenij præditus gloria. & *ibid.* Homo mediocris, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. Orato. 24. Sed tamen eos studio optimo, iudicio minus firmo præditos docere non alienum est. 3. in Verr. 14. Homo omnibus ornamentis præditus. 1. Tusc. 66. Mens est motu prædita sempiterno. 1. de Inuen. 88. Perspicuo & grandi vitio præditum posuimus exemplum. 5. Tus. 41. Nō vt paruo metu prēditus &c. sit, sed vt nullo. 1. in Ver. 69. In me homine paruis opibus & facultatibus, prēdito. & 5. in Verr. 62. Homo illa autoritate & ætate præditus. 6. in Verrem 86. Vir summo magistratu præditus. pro Domo 110. Vir summa potestate præditus. & *ibidem*. Singulari bonitate & modestia præditus. At. li. 8. ep. 3. Aliquis præditus amplissimo sacerdotio. 7. in Verr. 107. Cùm eum videres illa autoritate & miseria præditum. & 4. in Ver. 104. Amentia præditus atque audacia. 2. de Inuent. 2. Puer præditus magna dignitate. 1. in Ver. 6. Homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. pro Flacc. 6. Præditus leuitate, egestate, perfidia, audacia. 1. de Nat. d. 18. Mundus animo & sensibus præditus. & 121. Imagines diuinitate præditæ. & 3. de Na. 2. Deos membris humanis esse præditos. pro Sext. Roscio 23. Aliquis miser, luctu præditus. *alias perditus.* & 2. ad Heren. 44. Mortuum deformatum, tumore præditum, decoloratum corpore constat esse. 2. de Inuent. 111. Quidam neque eo nomine, neque numero prædīti, vt digni sint, qui aut, &c. pro Dom. 136. Virgo sanctissimo sacerdotio prædita. Epi. lib. 4. ep. 3. Neque te tali vel scientia vel natura præditum hortabor. pro C. Cornel. 1. Adolescens summa nobilitate, eximia virtute præditus. pro M. Scau. Summo ingenio præditus. *ibid.* Illa humanitate & sapientia præditus.* Hortens. Bona mente præditus.

✠ ADVERB. *Maximè, de Amic.*

☞ Syntaxis. *Rectissimis studijs præditus. Spe animi & ingenij præditus. Magna vir exercitatione præditus. Vitio præditus, metu, magistratu, ætate, amentia, luctu.*

PRAEDIVM, dij. *fundus, possessio, regnum.* Epist. lib. 13. ep. 8. M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationem acceperat, quæ prædia Laberius emerat à Cæsare. Attic. lib. 7. ep. 16. Scripsi me tamen in prædiis meis esse. 5. I. V. 199. Vrbana prædia. 3. I. V. 142. In bonis prædibus prædiisque vendendis. Att. lib. 11. ep. 2. In quos sumtus abeunt fructus prædiorum. & lib. 15. epist. 20. Mercedes dotalium prædiorum. pro S. R. 43. Tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa pater filio suo colenda ac tuenda tradiderat. *pro S. R. 42. Hunc in prædia rustica relegārat. Hortens. Nam & prædiis quæstuosissimis, amicis iucundissimis, quantā libuit, abundauit, & illis omnibus aptissimè ad salutem corporis vsus est. Incer. Multorum in terris prædiorum domini.

✠ ADIVNC. *Aliena, pro Flac. Continentia fundo, pro Cæc. Deterius, 9. Fami. Dotalia, 15. Attic. Immunia, libera.) (serua, 3. cont. Rull. Mediocria, nobilissima, 1. Offic. Par, pro Rab. Paterna, 2. cont. Rul. Paruum, 3. de Orat. Præclarum, & propinquum, propria, pulchra, & fructuosa, rustica, vacua, pro Sex. Rosc. Plurima, & pulcherrima, pro Syll. Pretiosa, 2. de Finib. Propinqua, 4. in Verr. Vrbana, 5. in Verr.*

☞ Syntaxis. *Prædium in æstimationem accipere. Prædia vrbana, rustica, bellè ædificata, amœna, dotalia, fructuosa.*

PRAEDO, onis. *prædator, pirata.* 2. Tusc. 67. Si cui nauiganti, quem prædones insequantur, Deus dixerit, Fiice te de naui 2. I. V. 13. Vrbes piratis prædonibusque patefactæ. 3. de Nat. 82. Plures captiuos acerbe quàm prædones necarunt. 3. de Ora. 3. Nerarius prædo. pro Do. 140. Omnium templorum atque tectorum totiusque vrbis prædo. ‖ 1. ad Heren. 33. Hominem occisum esse à prædonibus.* con. C. Ant. Atque vt istum omittam in exercitu Syllano prædonem. Hortens. Quum in prædonum Hetruscorum manus incidissent.

✠ ADIVNC. *Amantissimus, in Piso. Barbarus, atque immanis, pro Dom. Barbari, domestici, 6. in Ver. Communis, 3. in Ver. Felix, multi, 3. de Nat. Frumentarius, 5. in Ver. Improbissimus, 4. Ver. Maritimus, 7. Ver. Nefarius, 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Pirata prædoq;. Omnium tectorum prædo.*

PRAEDOR, aris. *prædam facio.* 3. I. V. 120. Verres omnibus in rebus apertissimè prædatus est. & 5. Ver. 145. Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur. 4. I. A. 9. Sed spes rapiendi atque prædandi cæcat animos eorum. 3. Offic. 72. Nemo id agere debet, vt ex alterius prædetur insciti. ‖ 4. in Ver. 45. & 46. 6. in Verr. 2. Ex improbissima ratione prædatus. 5. Verr. 6. & 51. & 7. Verr. 90. 88. & 89.

✠ ADVERB. *Apertè, palàmque, 5. in Ver. Apertissimè, impudentissimè, 3. in Verr. Improbè, variè, 4. in Verr.*

PRAEO, is. *anteo.* pro Dom. 133. Adeste, vt mihi præeatis, postémque teneatis. 5. de Fin. 58. Ad quorum vsum iam corroborati natura ipsa præeunte deducimur. pro Mil. 3. Qui hesterna etiam concione incitati sunt, vt vobis voce præirēt, quod iudicaretis.

PRAEFANDVS, a, um. Ep. lib. 9. ep. 22. Nos autem ridiculè si dicimus, ille patrem strāgulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est. 2. de F. 29. Cætera addit, quæ si appelles, honos præfandus sit.

PRAEFARI, ris, fatur. *præloqui* 1. de Diuin. 102. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum faustúmque esset, &c. præfabantur. de Vn. 33. Quæ de Deorum natura, &c. præfati sumus, hunc habeant terminum.

PRAEFATIO, onis. *exordium.* 5. I. V. 187. Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit?

PRAEFECTVRA, ræ. *ea erat Romanis (vt Festus ait) in qua & ius dicebatur, & nundinæ agebantur: & erat quædam Respub. nisi quòd legibus à Romanis in singulas præfecturas præfecti mittebantur quotannis, qui ius dicerent.* pro Plan. 19. Tu es è municipio antiquissimo Tusculano: hic est è præfectura Atinati, non tam prisca. pro Rab. 22. Omnis præfectura, regio, vicinitas nostra. Att. lib. 5. ep. 21. Præfecturam petiuit, negaui. 2. de Natu. 6. Cum P. Vacienus è præfectura Reatina rediret. Att. lib. 6. ep. 1. Dare præfecturam alicui, & deferre præfecturam alicui.

✠ ADIVNC. *Florentissima, pro Sex. Rosc. Forensis, plena hominum fortissimorum, non tam prisca, non tam honorata, non tam suburbana, pro Planc.*

PRAEFECTVS, cti. *præpositus, quicunque alicui rei vel negocio præfectus est.* I. P. 86. Cùm hyberna legato præfectóque tradidisses, euertisti miseras ciuitates. Att. lib. 5. ep. 4. De quinque præfectis quid Pompeius facturus sit, faciam vt scias. 7. I. V. 88. Dux præfectusque classis. & 1. in Verr. 55. Quidam præfectus Antonij. de Cla. 168. pro Cl. 129. Censor præfectus moribus. Epist. lib. 9. ep. 15. Noster hic præfectus moribus. Postq. in Sen. 14. His vtitur quasi præfectis libidinum suarum. pro Mar. 7. Nihil tibi ex ista laude centurio, nihil præfectus decerpit.

✠ ADIVNC. *Militares, 3. Ver. Noui, 5. Att. Reliqui nauium, 7. Verr.*

PRAEFERO, fers. *antefero, præ me fero.* 6. I. V. 106. Fasces, quas sibi cum ipsa præferret, orbem omnium peragrarit terrarum. Antequam 9. Vos dij, &c. qui meæ menti lumina prætulistis. 1. I. C. 13. Cui adolescentulo non ad libidinem facem prætulisti? pro Syll. 40. Vos mihi in tantis tenebris erroris & insciti æ clarissimum lumen prætulistis. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 10. Maiora præferant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quàm potentię. pro Sext. Rosc. 87. Auaritiam præfers, qui, &c.

¶ *Antepono.* 2. de Orat. 342. Præferre se aliis. Attic. lib. 9. epist. 15. Præferre aliquem omnibus. de Clar. 101. pro Pomp. 71. Præferre salutem Reipub. suis commodis. 1. de Fin. 23. Præferre ius imperij amori patrio.

¶ *Orno.* 6. I. A. 17. Quem vos à se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus prætulistis.

¶ *Ostendo.* Epist. lib. 10. ep. 8. Præferre sensus apertè: *id est, ostendere quod est in animo.*

PRAEFEROR, ris. 7. in Verrem 22. Fasces Prætoribus præferuntur.

✠ ADVERB. *Apertè sensus, 10. Fam.*

PRAEFICIENDVS,a,um.pro Pomp. 27. Imperator tantis rebus præficiendus.

PRAEFICIO,cis. *præpono.* 2. de Legib. 66. Et huic procurationi certum magistratum præfecerat. pro Flacc. 16. Tum seditiosos homines Reipublicæ præficiebant. Epist. lib. 6. ep. 6. Cæsar Brutum Galliæ præfecit. & lib. 2. ep. 15. Nec erat superiore honore vsus, quem præficerem. Attic. lib. 16. ep. 16. Præficere aliquem alicui negocio. At. lib. 10. ep. 3. In ipsa Italia quem cuique regioni aut negocio præfecisset. pro Pom. 49. Præficere aliquem imperatorem alicui bello. pro Dom. 89. Præficere aliquem ducem exercitui. 4. I. V. 144. & Ep. li. 10. ep. 35. Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciendis præesset. Epi. li. 1. ep. 9. pro D. 127. Præficere aliquem alicui negocio. Postq. in Sen. 16. Tu me comitiis prærogatiuæ primum custodem præfeceras. pro Planc. 62. Præficere aliquem pecori. 1. de Nat. 33. Aristoteles Deum præfecit mundo. 7. I. V. 59. Vt is eam pecuniam tractaret, quem ipse præfecisset. 2. de Diu. 12. Nec locus in materia inuenitur, cui diuinationem præficere possimus. pro Do. 20. Cuius pecuniæ deportandæ M. Catonem præfecisti.

PRAEFICIOR,ris. Att. lib. 5. ep. 21. Primùm contendam à Q. fratre, vt se præfici patiatur.

✠ *ADVERB. Nominatim, pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Præficere aliquem negocio, aliquem imperatorem exercitus. Deum præficit mundo Aristoteles.*

PRAEFIDENS,tis. *confidens.* 1. Off. 90. Homines secundis rebus effræuatos, sibique præfidentes. L. FIDO. 3. de Orato. 164. Exultantem te & præfidentem tibi repriment validæ legum habenæ.

PRAEFINIO,nis. *præstituo, præscribo.* 5. Tusc. 21. Tu verò, vt videtur: nam præfinire non est meum. Ep. lib. 7. ep. 2. Sed eo vidisti multum quod præfinisti, quo ne pluris emerem. 2. de Le. 45. Sed ego cætera non tam restrictè præfinio. 7. I. V. 173. Neque de illo quicquam tibi præfinio, quo minus ingenio mecum contendas. de Pro. 37. Præfinire diem alicui.

✠ *ADVERB. Restrictè, 2. de Leg.*

PRAEFINIOR,ris. 2. de Leg. 68. A Platone sumptus funerum præfinitur ex censibus, à minis quinque ad minam.

PRAEFINITVS,a,um. Ep. lib. 6. ep. 8. Calen. Ianuarias tibi præfinitas esse. pro S. R. 130. Deinde aliquanto post eam diem venerunt, quæ dies lege præfinita est. 1. contra Rull. 10. Quod superiore parte legis præfinitum fuit, id rursus liberum infinitumque fecerunt.

PRAEFRACTE. *pertinaciter.* 3. Off. 88. Cato nimis præfractè vectigalia defendebat: *id est, pugnacissimè.*

PRAEFRACTVS,a,um. *pertinax, pugnax.* Orat. 40. Thucydides præfractior, nec satis (vt ita dicam) rotundus. * Hortens. Aristo Chius, præfractus, ferreus.

PRAEFVLCIO,cis *præmunio, sustento.* Att. lib. 5. ep. 13. Per fortunas illud præfulci & præmuni quæso, vt simus annui.

PRAEFVLGEO, ges. *præter modum fulgeo* 3. ad Her. 32. Ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant.

PRAEGESTIO,stis. *valde gesio, cupio.* pro Cæl. 67. Prægestit animus videre iam primum, &c.

PRAEGNANS, tis. *plenus, grauidus.* 1. de Di. 39. Cùm mater prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit, &c. pro Cluent. 33. Is vxorem suam interrogauit, essétne prægnans? eáque se esse respondit. 1. de Orat. 183. Paterfamiliâs qui vxorem prægnantem in prouincia reliquisset.

PRAEGREDIENS,tis. *præiens, antecedens.* 13. I. A. 4. Sequentes alij, alij prægredientes amici.

PRAEGRESSIO,onis. *præcursio.* de Fat. 44. Nihil fieri nisi prægressione causæ.

PRAEGVSTATOR,oris. *qui cibos principis prægustat: quod & ad alia transfertur.* pro Dom. 25. Sext. Clodius prægustator libidinum tuarum.

PRAEIVDICATVS,a,um. pro Cluent. 6. Primùm postulo id, quod æquissimum est, vt ne quid huc præiudicati afferatis. & 49. Res semel atque iterum præiudicata. 1. de Natu. 10. Tantum opinio præiudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret autoritas. pro R. P. 32. Quasi præiudicata res ad has causas deferri soleat.

✠ *ADVERB. Semel atque iterum, pro Cluent.*

PRAEIVDICIVM,cij. *iudicij conceptum specimen.* ‖ *Longè alia nostri homines hoc nomine significant ac Latini olim, qui præiudicium vocarunt id tantum, quod ante statum futuri iudicij, tanquam exemplar erat: verùntamen hoc ipsum iudicium non erat, idcirco Cicero iudicio illi opponit.* 1. in Ver. 12. De quo non præiudicio, sed planè iudicio factũ putatur. 5. in Ve. 152. Cùm hoc diceret Metellus, præiudicium se de capite C. Verris per hoc iudicio nolle fieri. 2. de Inu. 60. Exceptio, extra quã in reum capitis præiudicium fiat. & *ibid.* Non oportet in recuperatorio iudicio eius iudicij, de quo inter sicarios quæritur, præiudicium fieri. pro Clu. 9. Præiudicia de aliquo facta esse à iudicibus. pro Muræ. 60. Iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio valere. pro Planc. 55. Cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium præiudicij comparasti? Attic. lib. 6. ep. 1. Nimis graue præiudicium in ordinem nostrum. 5. I. V. 153. De quo homine præiudicium noluerit fieri per recuperatores. *ibidem.* Si Apronium absolutum iri putaret: nihil erat quod vllum præiudicium vereretur.

✠ *ADIVNC. Graue in aliquem ordinem, 6. Attic. Proxima, pro Cluent.*

¶ *Præiudicium (inquit Asconius) est res, quæ cùm statuta fuerit, affert iudicaturis exemplum, quod sequantur.* L. IVDICATVM.

PRAEIVDICO, cas. *præiudicium facio.* 3. de Leg. 47. Qui magistratu abierint, apud censores edant & exponant, quid in magistratu gesserint, déque iis censores præiudicent. pro Cl. 172. Vt per illum, qui attulit venenum, de hoc præiudicaretur. 5. I. V. 153. De aliquo homine non modò præiudicare, sed etiam grauissimè iudicare. 2. de Inu. 60. Satisne causæ sit, quare de aliquo maiore maleficio præiudicetur. ad Brut. ep. 4. Quod nondum senatus censuit, nec pop. Rom. iussit, id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum.

✠ *ADVERB. Arroganter, ep. 4. ad Brut.*

PRAELABOR,ris. 2. de Nat. 111. Quorum alter paulò prælabitur antè. & in Arat.

PRALIGATVS,ta,tum. *obligatus.* 2. de In. 149. Os autem obtuolutum est folliculo, & præligatum.

PRAELIOR,aris. *prælio dimico, prælium facio vel committo, rem gero, certo, pugno.* Anteq. 18. Hostibus in ipsa acie, cùm prælianturi licet loqui. 1. de D. 53. Eudemus prælians ad Syracusas occidit. Att. lib. 1. ep. 13. Vehementer prælior sum.

✠ *ADVERB. Acriter, vehementer, 1. Attic.*

PRAELIVM,lij. *dimicatio, certamen, pugna.* Epistol. lib. 6. epistol. 4. Prælium exitus sunt incerti. Ep. lib. 15. ep. 15. Prælio facto. 4. Tusc. 42. Prælium rectum hoc fieri. 2. de Or. 173. Salinator ex arce Tarentina multa prælia præclara fecit. 1. de Diu. 78. Cùm hoc calamitosum prælium fieret. 2. de Natu. 6. Cùm A. Posthumius cum Octauio Manilio prælio dimicaret. 1. de Diu. 77. Prælium committo. Attic. lib. 8. ep. 20. Committere prælium cum aliquo. pro S. R. 151. & 8. I. A. 6. Prælium commissum. de Pro. 32. Prælijs frango, & prælijs decerto. pro Deiot. 29. Prælium Pharsalicum. pro Mar. 17. Vidimus tuam victoriam prælíorum exitu terminatam. pro Pom. 23. Noster exercitus prælijs vsus erat secundis. 1. Offic. 37. Monet igitur eum, vt caueat ne prælium ineat. 1. in Ant. 28. Cæsar secundum prælium fecit. pro Milon. 87. Clodius cùm prælium cõmisisset, vulnus accepit. 2. I. C. 25. In hoc certamine & prælio, &c. Ora. 30. Thucydides res gestas & bella narrat & prælia. Ep. lib. 9. ep. 11. Scribis prælia te mea causa sustinere. * Frag. ep. Scriptum erat equestre prælium valde secundum: quin potius aduersum.

✠ *ADIVNC. Acerrima, & maxima, pro Rab. Calamitosum, 1. de Diuinat. Difficile, magnúmque, 4. de Finib. Fatale, 15 Fam. Firmissimum, 7. Famil. Magnum, ep. ad Brut. Maximum, 2. de Nat. Multa. Secunda, pro Pomp. Plurima, & maxima, pro Mur. Præclara, 2. de Orato. Secundum, 13. Philip.*

☞ Syntaxis. *Prælio facto. Prælio dimicare, frangere, decertare. Prælium inire, committere, certamen ac prælium.*

PRAELOQVOR,ris. *prædico.* Ep. lib. 8. ep. 12. Vix hæc erat prælocutus. Cælij.

PRAELVCEO,ces. *lucem vel lumen præfero.* in Salust. 5. Ego meis maioribus virtute præluxi. de Am. 23. Amicitia bona spe prælucet in posterum.

✠ *ADVER. In posterum, de Amic.*

PRAEMANDO,as. Epi. lib. 5. epi. 9. Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus Vardaci esse, de quo tu nihil mihi mandasti: ego tamen terra mariq; vt cõquireretur, præmandaui. Vatinij.

PRAEMATVRVS,a,um. *præproperus, immaturus, intempestiuus.* Plan. Ep. lib. 10. ep. 8. Quòd præmatura denunciatio boni ciuis imparati quàm esset periculosa, ex casu collegæ videbam.

PRAEMEDITATIO,onis. *meditatio, prouisio.* 3. Tusc. 29. Præmeditatio futurorum malorum.

✠ *ADIVNC. Diuturna, 3. Tuscul.*

PRAEMEDITATVS,a,um. *meditatus, cogitatus, domo allatus, paratus, præparatus.* 2. Offic. 47. Crassus ostendit id se in foro optimè iam præmeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. 2. ad Here 8. Accusator dicet eum præmeditatum fuisse, quod sibi esset vsu venturum.

✠ *ADVERB. Optimè, 2. Offic.*

PRAEMEDITOR,aris. L. PRAEMEDITATVS. Att. lib. 6. ep. 3. Vt possim præmeditari, quo animo accedam ad vrbem. 2. ad

Her.

Her.8. Accusator dicet eum vsque adeò præmeditatum fuisse, quòd sibi esset vsu venturum, vt, &c. 11. I. A. 7. Sapientis est, quicquid homini accidere possit, id præmeditari ferendum modicè, si aduenerit, esse.

PRAEme fero, præ te fers, præ se fert. *præ me gero, profiteor, demonstro, indico, confiteor, vultu promptum habeo & lingua.* 1. de Natu. 12. Tantam facultatem consecutum esse me non profiteor: secutũ esse præ me fero. Att. lib. 8. ep. 15. Semper præ me tuli, nihil me malle, quàm pacem. Or. 146. Fortasse cæteri tectiores, ego semper me didicisse præ me tuli. 2. de N. 47. Noli quæso præ te ferre, vos planè expertes esse doctrinæ. 3. Tuscul. 3. Poëtæ, qui cùm magnam speciem doctrinæ sapientiæque præ se tulerunt, audiuntur, &c. 2. I. A. 30. Ille qui stillantem præ se pugionem tulit. pro Mil. 44. Præ se ferre & confiteri facinus. Attic. lib. 14. ep. 24. Ὑπόθεσιν aut hanc habent, eámque præ se ferunt. & li. 16. ep. 14. Sum ab illo alienatus, idque præ me fero. 5. Tuscu. 50. In misera vita nihil prædicabile, gloriosum & præ se ferendum. 4. I. A. 11. Reliquum est Quirites, vt vos in ista sententia, quam præ vobis fertis, perseueretis. 3. de Orato. 221. Actio præ se motum animi fert. Attic. lib. 2. ep. 23. Clodius Sampsiceramno negat, cæteris præ se fert & ostentat. 2. cont. Rull. 4. Vocem vnam præ nobis indicem vestratum erga me voluntatum tulistis. 2. de Ora. 310. Vna ex tribus his rebus præ nobis est ferenda, vt nihil aliud nisi docere velle videamur. Att. lib. 16. ep. 18. Atticum quanti facias, præ te soles ferre. 2. Offic. 39. Nisi speciem præ te boni viri feras. 2. de In. 30. Affectionis ratio perspicuam præ se gerit coniecturam. 1. Acad. 33. Is præ se probitatem quandam fert.

☞ Syntaxis. *Præ se ferre, & confiteri culpam. Præ te semper apertè tulisti.*

PRAEMISSVS, a, um. Brut. ep. 4. Filius in Macedoniam cum ✠ equitatu præmissus est. ‖ 1. in Cat. 24. A quo iam sciam esse præmissos.

PRAEMITTO, is. Att. lib. 10. ep. 7. Antonius præmisit mihi odiosas literas hoc exemplo.

PRAEMITTOR, ris. Att. lib. 7. ep. 15. Fannius cum imperio in Siciliam præmittitur.

PRAEMIVM, mij. *merces, fructus, beneficium.* ‖ *pœna, supplicium.* Br. ep. 15. Solon Rempub. duabus rebus contineri dixit, præmio & pœna. 1. de Orat. 247. Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitiis. 3. de N. 85. Rectè fact is præmia, peccatis supplicia deberi. 1. Tusc. 113. Ita sacerdos precata à dea dicitur, vt illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari possit à Deo. 4. I. C. 5. Postremò hodierno die præmia legatis Allobrogum dedistis amplissima. pro Rab. 31. Quod ei præmiũ dari par fuisset? pro Ar. 25. Tribuere præmium alicui. 3. I. V. 38. Ei præmia postea tamen liberaliter tribuit. pro Fla. 1. Quod enim esset præmium dignitatis, quod populus Rom. cùm huius maioribus semper detulisset, huic denegaret? 3. I. C. 26. Quibus pro tãtis rebus nullum præmium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulo. pro S. R. 108. Quam ob causam à Chrysogono tantis præmiis donabãtur? pro Arc. 5. Itaque eum Neapolitani ciuitate cæterisque premiis donauerunt. pro Corn. 23. Qui nulla conditione huius ciuitatis præmiis affici posset. de Prou. 3. Prouinciæ, quas pestiferi illi consules pro euersæ Reipub. præmiis occupauerunt. pro Dom. 113. Cùm mihi summa & quotidie maiora præmia in Repub. fore putabas. 5. Tusc. 20. Xerxes præmium proposuit, qui inuenisset nouam voluptatem. pro Lig. 12. pro Corn. 37. Elicere vel inuitare aliquem præmiis ad faciendum aliquid. pro Q. 74. Quasi eximio præmio sceleris expositi cupidissimè contendere. 1. de Orator, 194. Cùm verus, iustus & honestus labor honoribus, præmiis, atque splendore decoratur. Antequam. 12. Inimici qui tuis te præmiis oppugnent. I. P. 15. Totam Rempu. prouinciæ præmio vendidisti. 4. Academ. 1 Licebat enim celeriùs legis præmio: id est, beneficio. pro Clu. 98. Eos qui in eodem genere in quo ipsi offendissent, alios reprehẽdissent, ad præmia legis venire oportere. pro Rab. 31. Non supplicium deprecarer, sed præmium postularem. Antequam. 4. Repetere officij præmium & fructum. 2. de Orator. 13. Amplis præmiis ad perdiscendum commoueri. Brut. ep. 18. Tributum quod ex centesima collatum impudenti censu locupletum, in duarum legionum præmiis consumitur. I. P. 63. Minimè fructum laborum, præmia periculorum contemnere debuisti. & 90. Mitto ereptam libertatem populis, ac singulis qui erant affecti præmiis nominatim. 14. I. A. 30. Atque vtinam omnibus ciuibus soluere nobis præmia quæ promisimus, liceret. 14. in An. 35. quæ præmia militibus promisimus nos republica recuperata tributuros. ea cumulatè, cùm tempus venerit, censeo persoluenda. pro Cæl. 68. & pro Milon. 58. Magnis & amplis præmiis aliquem afficere. & *Ibidem.* Persoluere meritum præmium alicui. pro Milon. 97. Ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium gloriam. pro Quint. 74. Quasi eximio premio sceleris expositi.

✠ ADIVNC. *Alienum, 4. Verr. Ampla, ampliora ad diecendum, amplissima eloquentiæ, maxima, 1. de Orat. Amplissimum, satis magnum, magna, & ampla, pro Mil. Amplissima, 4. Famil. Eximium, inuidiosum, pro Corn. Eximium, pro Quint. Humana, Som. Scip. Iuncta, & casta, virtutis, & officij. Par. Peruulgatum, 1. de Inuent. Magna, 11. Famil. Maiora, summa, pro Dom. Maius, summum, pro Cluent. Maximum, 1. Tusc. Mercenarium, 5. in Verr. Moderata, & infinita, 10. Famil. Permagna, 3. Offic. Rectum, 4. Tusc. Tanta, pro Sex. Ros.*

☞ Syntaxis. *Præmium tibi pro pietate Deus det, tribuat, deferat, non deneget. Præmio donari, affici, elici, decorari. Præmium & fructus officij. Præmia tibi Deus merita persoluat.*

PRAEMOLESTIA, stiæ. 4. Tuscula. 64. Alij autem metum præmolestiam appellabant, quòd est quasi dux consequentis molestiæ.

PRAEMONEO, nes: & neor, ris. de Arusp. 10. Reperietis ex hoc toto prodigio atque responso, vos ex istius scelere ac furore ab impendentibus periculis maximis, propè iam voce Iouis optimi maximi præmoneri. At. lib. 8. ep. 20. Quod putaui & præmonui, fit, vt Cæsar te implicet. 2. I. V. 23. Me vt magnopere cauerem, præmonebat.

PRAEMONSTRO, as. *prænuncio, monstro.* 1. de D. 13.

At etiam ventos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare.— Poëtæ. ‖ de Arusp. 20. Præmonstrare

✠ magnum aliquid. *Lege præcino.*

PRAEMVNIO, nis: & nior, ris. *præfulcio, præparo.* Attic. lib. 4. ep. 13. Per fortunas illud præfulci & præmuni, quæso, vt simus annui. pro Cæl. 19. & 1. de Leg. 34. Quæ præmunjuntur omnia reliquo sermoni disputationiq; nostræ. Orat. 137. Præmunire antè.

PRAEMVNITIO, onis. *præparatio.* 2. de Orat. 304. Sine præmunitione acerbè inuehi in aliquem. & 3. de Orat. 202. Præmunitio ad id quod aggrediare.

PRAENESTE. *oppidum.* 2. de Diuin. 87. Nusquam fortunatiorem, quàm Præneste, fortunam esse.

PRAENESTINAE sortes. 2. de Diu. 87. Præneſtinarum sortium nomen.

PRAENOMEN, nis. *nomen, quo honoris & differentiæ causa vtebantur Romani, vt Marcus, prænomen fuit Tullij Ciceronis, quod idem intelligetur de alijs.* 13. I. A. 28. Omnes habent tantam similitudinem inter se, vt in eorum prænominibus errem. Epistol. famil. lib. 7. ep. 32. Quod sine prænomine familiariter ad me epistolam misisti, primùm addubitaui, nũ à Volumnio senatore esset, &c. 3. ad Herenn. 31. Aliquis cui prænomen sit Decimo. de Ar. 27. Q. Claudia.

PRAENOSCO, scis. *præsentio.* in Arat.

Hoc signum veniens poterunt prænoscere nautæ. 1. de Diui. 83. Futura prænoscere dij possunt.

PRAENOTIO, onis. *prima notio, anteceptæ animo rei informatio.* 1. de N. 43. Hanc nos habemus siue anticipationem, vt antè dixi, siue prænotionem deorum, sunt enim nouis rebus noua ponenda nomina: vt Epicurus ipse πρόληψιν appellauit, quam antea nemo nominârat.

PRAENVNCIO, as. *præmonstro, prædico.* 1. de Diu. 12. Est enim natura quædam, quæ futura prænunciat.

PRAENVNCIVS, a, um. 2. de N. de. 14. Stellę magnarũ calamitatum prænunciæ. pro Mur. 44. Inquisitio candidati prænuncia repulsæ. in Arat. Aurora prænuncia solis.

PRAEOCCVPO, as. *ante occupo, anteuerto, anticipo.* 10. I. A. 2. Quas partes ipse mihi sumseram, eas præoccupauit Antonius.

PRAEPANDENS. *aperiens, pandens.* in Arat.

—Præpandens temporis ortus, &c.

PRAEPARATIO, onis. *prouisio, præmeditatio.* 1. Offic. 73. In omnibus negociis, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. 3. Tusc. 30. Multum prodest prouisio animi & præparatio ad minuendum dolorem.

✠ ADIVNC. *Diligens, 1. Offic.*

PRAEPARATVS, a, um. *paratus.* Orat. 99. Si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere videtur. 2. de Diuina. 119. Iam Pythagoras & Plato, quo certiora in somnis videamus, præparatos quodam victu atque cultu proficisci ad dormiendum iubent. & lib. 1. 121. Qui se tradet ita quieti præparato animo tum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis. 1. de Leg. 9. Historia nec institui potest, nisi præparato ocio, nec exiguo tempore absolui. 1. de Inuent. 46. Impiis apud inferos pœnas esse præparatas. * Oc. 1. Præparatis idoneis locis.

PRAEPARO, as *præparationem adhibeo, præmunio, præfulcio.* 1. Offi. 12. Ad vitam agendam præparare res necessarias. Qu. fr. lib. 3. ep 9. Appius miscet, Hircius præparat. pro Cæl. 56. Habes hortos ad Tyberim, ac diligenter eo loco præparasti, quò omnis iuuentus natandi causa venit.

PRAEPARO, tis. 1. de Leg. 28. Sunt enim hæc minora, quàm illa ipsa, quorum causa præparantur. * Oeconom. 1. Vt ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis, nec minus propugnacula præparentur. Hortens. Literis salubúsque doctrinis antè excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui & præparari decet.

✠ ADVERB. *Diligenter hortos, pro Cæl.*

PRAEPEDITVS, ta, tum. *impeditus, irretitus.* pro Rab. 21. Qu. Scęuola confectus senectute, & præpeditus morbo.

PRAEPES, tis. *celer, citus.* 1. de D. 106. Auis præpes, &c. *bis.* Poëtæ.

PRAEPONDERO, as. *ponderis plus habeo, perpendo, examino, pondero.* 3. Offic. 18. Qui omnia metiuntur emolumentis, neque ea volunt præponderari honestate, &c.

PRAEPONO, nis. *antepono, præfero, antefero, antiquior mihi est, præficio.* 9. I. A. 15. Qui salutem populi Rom. vitæ suæ præposuit. pro Rab. 23. Præponere amicitiam patriæ. Att. lib. 7. ep. 3. Non enim hoc vt oppido præposui, sed vt loco. *id est, in.* Ep. lib. 2. ep. 15. Cœlium præposui prouinciæ. pro Pomp. 63. Ille quem bello prædonum præponeretis. 1. I. V. 1. Præponere vnum alteri. 2. de Or. 320. Præponere principia causis proportione.

✠ ADVERB. *Rectè, 9. Famil.*

PRAEPONOR, ris. Orat. 158. Noti sunt & naui, quibus In præponitur. 2. contra Rull. 7. Vt nobilissimis hominibus longè præponeter.

✠ ADVERB. *Longè, 2. cont. Rull.*

* PRAEPORTANS, tis. *præferens.* Arat.

Scorpius infestus præportans flebile acumen.

PRAEPOSITIO, onis. *orationis pars vna.* Orato. 158. Vna præpositio est Ab vel Abs: eáque nunc tantùm in acceptis tabulis manet, &c. Topic. 48. Præpositio in priuat verbum ea vi, quam habebat.

PRAEPOSITIO, *alio modo.* 5. de Fin. 54. Neque tamen illa præpositio tali, ad eum, quem dixi, finem pertinebit.

PRAEPOSITVS, a, um. *præfectus.* 7. Verr. 99. Qui nauibus præpositi fuerant. 1. de Diu. 76. Sacerdos quæ præposita erat oraculo. 1. I. V. 16. Hoc non dico, me omnibus patronis esse præpositum. Ep. lib. 8. ep. 5. Domitius isti quæstioni præpositus est, &c. 2. de Orat. 41. Aliquem alicui muneri esse præpositum. item ep. li. 8. ep. 5. Præpositus negocio publico. 1. de In. 58. Exercitus cui præpositus est sapiens imperator. 4. de Fin. 73. & li. 3. 53. Præpositum ex eo credo appellatum est, quòd præponatur aliis. Attic. lib. 14. ep. 9. Aurelius, qui est præpositus ab Hircio. pro Cecin. 58. Tuus libertus nullo tuo præpositus negocio. pro Lig. 4. Cùm is præpositus Africæ est. de Ar. 25. Omne seruitium in alteram scenam ✠ immissum, alteri præpositum. ‖ pro Mil. 23.

✠ ADIVNC. *Turpissimus, in Piso.*

PRAEPOSTERE. *peruersè, perperam.*](*ordine.* 4. Acade. 67. Vt prępostere recum agam, mox referam me ad ordinem. At. li. 7. ep. 16. Omneis arbitror mihi tuas literas redditas esse: sed primas præpostere, reliquas ordine.

PRAEPOSTERVS, a, um. *peruersus.* 3. de Or. 37. Ne quid perturbatum ac discrepans aut præposterum sit. pro Cl. 71. Itaque vt erat semper præposterus atque peruersus, initium facit à Bulbo. pro Dom. 140. Iste omnia præposteris verbis pronunciauit. pro Syl. 91. O præposteram gratulationem. Ep. lib. 15. ep. 17. Præposteros habes tabellarios, qui cùm à me discedunt, flagitant literas: cùm ad me veniunt, nullas afferunt. de Am. 87. Præposteris vtimur consiliis, & acta agimus. 3. de Orat. 46. Non discerptis sententiis, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. I. P. 92. Noster hic præposterus imperator, &c. pro R. P. 37. Quid tam peruersum præposterúmue excogitari potest.

☞ Syntax. *Præposterum, perturbatum, discrepans. Homo præposterus & peruersus. Præposterus imperator.*

PRAEPOTENS, tis. *omnipotens.* pro Cor. 34. Præpotens terra mariúque Carthago. 2. de Diui. 42. Rerum omnium præpotens Iupiter. pro R. P. 44. Clarus ac præpotens vir. 2. de Nat. 77. Natura deorum præpotens & excellens. 1. de Orato. 193. Siue quem ista præpotens & gloriosa Philosophia delectat. 2. de Finib. 57. Non solùm calidus, verumetiam prępotens, vt M. Crassus. 1. Off. 109. Icémque in sermonibus alium quidem videmus, quamuis præpotens sit, efficere, vt vnus de multis esse videatur. 1. de Leg. 23. Præpotens Deus.

¶ *Præpotentes, viri principes.* de Amic. 54. Multorum opes prępotentium excludunt amicitias fideles.

PRAEPROPERVS, a, um. *præmaturus, nimis celer.* Ep. li. 7. ep. 8. Cognoui præproperam festinationem tuam. & lib. 10. ep. 26. Attic. lib. 1. ep. 1. Fuit hæc illius præpropera prensatio.

PRAEREPTVS, a, um. pro S. R. 2. Ne istius quidem laudis ita sum cupidus, vt aliis eam præreptam velim.

PRAERIPIO, pis. *præcerpo, antefero.* 3. Offic. 81. Marius præripuit collegis popularem gratiam. 14. I. A. 5. Ne deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse videamur. 1. Offic. 108. Facilè celare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere hostium consilia. Ep. lib. 5. ep. 16. Præripere aliquid consilio. Attic. lib. 10. ep. 1. Alterum mihi est certius: non præripiam tamen, sed expectabo consilium tuum. de Ar. 6. Præripere alicui despónsam ✠ iam & destinatam laudem. ‖ 1. Verr. 50. Præripere causam. Ep. lib. 5. ep. 16. Id nos præripere, consilio prudentiáque debemus.

PRAEROGATIVA, uæ. *quasi specimen, tanquam præiudicium.* Ascon. 64. Prærogatiua significat aliquid aut dictum, aut factum liberaliter ab eo, qui nobis benefacturus est, ante ipsum beneficium nobis præstitum. 2. I. V. 26. Dedit enim prærogatiuam suæ voluntatis eiusmodi, vt isti pro prærogatiuis iam reddidisse videatur. I. P. 11. Is cui primam comitiis dederas tabulam prærogatiuæ. Postq. in Sen. 16. Tu me comitiis prærogatiuæ primum custodem præfeceras. 1. de Diu. 103. Prærogatiuam maiores omnes iustorum comitiorum esse voluerunt. 2. de Di. 74. Is qui in prærogatiua referenda subitò concidisset. 2. in Ant. 82. Sortitio prærogatiuæ. Epistol. lib. 15. ep. 5. Si triumphi prærogatiuam putas supplicationem. Quin. fr. lib. 2. ep. 14. Non dico *virgones*, vel centies H-S. constituunt in prærogatiua pronunciare.

PRAEROGATIVVS, a, um. *quod primò rogatum est, vt centuria prærogatiua: id est, quæ prima ferebat suffragia.* pro Mur. 38. Tanta illis comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit prærogatiuum. 2. de Diui. 83. Prærogatiuum omen iudiciorum. pro Planc. 49. Vna centuria prærogatiua. & *ibidem.* Non exigua pars populi, sed vniuersus populus voluntatem suam declarauit. ✠ ‖ in Pis. 11. Postqu. in Sen. 16.

PRAEROGATVS, a, um. *primùm rogatus.* pro Planc. 49. Cuius in in honore non vnius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint prærogata.

PRAERVPTVS, a, um. 7. I. V. 144. Qui aliqua prom ontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur.

PRAES, dis. *sponsor, qui pro altero se obligat, in causa præsertim pecuniaria.* Att. lib. 12. ep. 51 Plancus præs pro Flaminio est H-S. xx. 3. in V. 150. Prædibus acceptis de H-S. DL x. 3. in V. 115. Aut prædæ litis vindiciarum cùm satis accepisset, sponsionem faceret. Epi. lib. 2. ep. 17. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi & populo cautum sit. & li. 5. ep. 20. Prædes Valeriani tenentur. 2. I. A. 78. Ne L. Plancus prædes tuos venderet. 3. I. V. 142. In bonis prædibus prędiisque vendendis. At. lib. 13. ep. 3. Præs aliquando factus esset in his quidem tabulis. Att. lib. 6. ep. 1. Cùm sex libris tanquam prædibus me ipsum obstrinxerim. Att. lib. 9. ep. 11. Cum Qu. egi per prædem, ille daret. Atti. lib. 12. ep. 19. Opinor Antonium propter prædes suos accurrisse. pro R. P. 8. Sunt lites æstimatæ A. Gabinio, nec prædes dati. & 37. Si aut prædes dedisset Gabinius, aut tantum ex eius bonis, quanta summa litium fuisset, populus recepisset, quamuis, magna ad Posthumum ab eo pecunia peruenisset, non redigeretur.

✠ ADIVNC. *Boni, 7. in Verr.*

PRAESAGIO, gis. *præsentio.* 1. de Diuin. 65. Is igitur, qui antè sagit quàm oblata res est, dicitur res præsagire. *id est, futura antè sentire. & ibidem.* Præsagibat animus frustra me ire, cùm exirem domo. Ep. lib. 8. ep. 10. Exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. de Amic. 14. Qui idem quasi præsagiret, &c.

PRAESAGITIO, onis. 1. de D. 66. Inest igitur in animis præsagitio extrinsecus iniecta, & inclusa diuinitus. & *Ibidem.* 123. Cum vterer, qua soleo, præsagitione diuina.

✠ ADIVNC. *Diuina, 1. de Diuin.*

PRAESCRIBO, bis. *definio, præfinio, præstituo, voco præco.* 1. de Nat. 7. Arbitramur nos ea præstitisse, quæ ratio & doctrina præscripserit. & 78. Natura homini præscripsit, vt nihil pulchrius quàm hominem putaret. Epistol. lib. 6 epist. 1. Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præscribit. 5. Tusc. 14. Etsi iniquum est prescribere mihi te, quemadmodum à me disputari velis. At. li. 9. ep. 21. Meóne, inquã, arbitratu? an tibi, inquit, ego præscribam? pro Font. 36. Vt maiorum iura moresque prescribunt. pro Pom. 1. Facilè intellexi, Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. pro Flacc. 23. Qui plura etiam respondebit, quàm tu ei antè præscripseris. in Vat. 13. Ac tibi iam inde præscribo, ne permisceas. de Sen. 27. Præscribere iura ciuibus. 2. de Diu. 123. An Æsculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis, Neptunus gubernantibus non potest. 2. de Fin. 3. Omnis quæ via quadam & ratione habetur oratio, præscribere primùm debet, vt, &c. pro Dom. 131. Præscribere enim se arbitrabatur, vt sine studiis dissensionis sententiæ dicerentur. At. lib. 8. ep. 16. Sed nihil præscribo. de Senect. 18. Senatui, quæ sunt gerenda præscribo.

✠ ADVER. *Commodè, diligenter antè, 1. de Inuent. Nominatim alicui, pro Flac.*

PRAESCRIPTVS,a,um.*decretus* 4.Academ.8. Neque vt omnia quæ præscripta & quasi imperata sunt defendamus,necessitate vlla cogimur. pro Cec.76. Vestra autoritate hoc constituetur, hoc præscribetur.Attic.lib.16.ep.3.Cùm ei præscriptum esset,ne sine Sestij nostri sententia ageret. pro Font. 12. Si hoc iudices præscriptum lege aut officio putatis testibus credere. 3. I. C. 9. Atque ita sibi præscriptum esse vt mitterent,&c. Atti.li.4. ep.2. Nondum huc erat allatum,quomodo Cæsar ferret de autoritate præscripta.2.ad Her. 24.Quæ de necessitudine præscripta sunt.*id est,antè scripta sunt.*

☞ Syntaxis. *Præscripta & imperata. Constituere,& præscribere.*

PRAESCRIPTIO,onis.*præscriptum.*4.Academ.140.Hæc norma, hæc regula,hæc præscriptio est naturę.4.Tuscula. 22.Intemperantia est à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis,vt,&c.pro Cæl.42. Dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatióque teneatur, pareat,&c.pro Rabi.6.Quanquam in hac præscriptione semihoræ patroni mihi partes reliquisti.1.de Inu. 32. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio,

✠ vt,&c.‖1.de Orat.250.

☞ Syntaxis.*Norma,regula,præscriptum. Præscriptio, moderatioq; tenenda.*

PRAESCRIPTVM,ti.*præscriptio,formula,norma,regula, certa quædam & definita lex.*2.de Inuent.174. Cuius rei certum quiddam præscriptum videtur in perpetuum dari posse.2.de Inuent. 132. Ex communi præscripto ciuitatis vnamquamque rem administrare.pro Clue. 147.Omnia legum imperio & præscripto fieri videbitis. 2. de Orato. 178. Plura homines iudicant odio aut amore, &c. quàm veritate aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula,aut legibus.Orato.36. Quid est quòd præscriptum aliquod aut formulam exprimas?1.Offic. 92. Hæc præscripta seruantem licet magnificè viuere.

✠ ADIVNC.*Commune, certum,2.de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Legum imperium & præscriptum. Præscriptum & formula.*

PRAESENS,tis.*arbiter,testis,inspectans,instás.*1.de Orato.112. Hic est vnus homo ex omnibus,quo ego præsente minimè ineptus esse vellem.pro Cecinn.77. Nam ipso præsente de eius virtute timidius dicerem.1.de Inuent. 104. Ipse interfuit & præsens vidit.pro Dom.39.Aderat præsens M.Bibulus,&c.Epist.lib.2. ep. 7.Præsens tecum egi, cum ,&c. itemque petiui sæpius per literas,&c.Attic.lib.1.epist.14. Sed hoc præsenti tibi commodius exprimam.Epistol.lib.1.ep.9. Cùm mihi potestas tui præsentis fuerit.Attic.lib.13.epist. 44.Ex eo cognoui creationem testibus præsentibus sexaginta duobus.4.I. C. 13. Cum eum præsentem atque audientem vita priuandum esse dixit.Epistol. lib.1. ep. 1. Amorem tui absentis omnes tui præsentes cognoscent. & li. 10. ep.4.Si facultas mihi tui præsentis esset.1.Offic. 156. Neque solùm viui atque præsentes studiosos dicendi docent,sed,&c.2.de Orat.9.Eorum qui illos viderunt, viuorum & præsentium memoria teste.3.de Natu. 11. At enim præsentes videmus deos, vt apud Regillum,&c.pro Qu.77.Agere gestum presente Roscio. & Epist.lib.8.ep.2.Me præsente & hoc factum est.Att.lib. 2.ep. 4.Pro eo libro tibi præsentem pecuniam solui imperaui. pro Clu.34.Is pecuniam præsentē,nō debitam mulieri soluit.1.Off. 11.Bellua ad id solùm quod adest, quodque præsens est: se accommodat.1. de Finib. 55. Corpore nihil nisi præsens, & quod adest,sentire possumus. pro Planc. 101. Præsentem alicut gratiam refero.2.de Diu.122. Atqui ne si nauigare quidem velim, ita gubernarem,vt somniauerim:præsens enim pœna sit.2.Off. 60.Quo præsens tanquam in manu datur,iucūdius est.pro Dō. 12.Erat igitur præsens caritas & futura fames.1.de Diu.63. Animus meminit præteritorum,præsentia cernit, futura prouidet. 3.I.C.21.Illud verò nónne ita præsens est,vt Iouis nutu factum videatur?1.I.C.22.Magna tempestas inuidiæ nobis si minus in præsens,at in posteritatem impendet.Bru.epist.15.In præsens.)(.*in posterum.*Epist.lib.2.ep.10.Hæc ad te in præsenti scripsi, vt speres,&c.*id est,in præsentia.*de Amic. 3. Vt tanquam à præsentibus coram haberi sermo videretur.Qu.fr.lib.2.ep.7.Cætera (vt tu scribis)præsenti sermoni reseruētur.11.I.A.4.Populari agros non ad spem constituendæ rei familiaris,sed ad presentem pastum mendicitatis suæ.In præsentia. L I N PRAESENTIA.

¶ *Magnus,alacer.* 1. Offic. 80. Præsentis animi vti consilio. 2. de Or.84.Animus acer & præsens.*id est,paratus.*2.Tusc.28. Hercules tantus & tam præsens Deus.*id est,propitius.*Attic.lib.15. ep. 6. Præsentes ad nocendum vires habere. *id est, efficaces.* Atti. lib.1. epist.15.Quanquam animus est præsens, tamen voluntas ipsa medicinam efficit.

☞ Syntaxis. *Qui præfuit,& præsens vidit. Præsentem cum aliquo agere. Præsente & inspectante. Quod adest, & quod præsens est. Quod præsens tāquam in manu datur. Animo præsenti,acri & presenti. Deo præsente,id est,propitio.secundo.fortunāte. Reseruare præsenti sermoni. Vis præsens,id est,efficax.*

¶ In rem præsentem venire: *id est, in locum.de quo lis & controuersia est,quod tunc fit, cùm fundus aut alia possessio designanda est & certis finibus circumscribenda,vt certius de ea iudicari possit.*1.Off. 32.Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum.1.de Orator.250.An verò si de re ipsa, si de finibus, cùm in rem præsentem non venimus, si de tabulis & præscriptionibus controuersia est, &c. pro Cecin.20. Placuit de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur.

PRAESENTIO,onis. *præsagitio.* Top. 77. Atque etiam per exta inuenta præsensio.2.de Nacut.7. Prædictiones & præsensiones rerum futurarū.1.de Diui.1.Diuinatio,id est,præsensio & scientia rerum futurarum.

✠ ADIVNC.*Artificiosa,diuina,*1. *de Diu. Non fortuita, innumerabiles,*2 *de Diuin.*

✠ PRAESENSVS,a,um.1.de Diuin. 124.Mihi autem ad hoc de quo disputo probandum,satis est,non modò plura sed paucióra diuinè præsensa,& prædicta reperiri.

✠ ADVERB.*Diuinè,*1.*de Diuin.*

PRAESENTIA,tiæ.*conspectus,aspectus.*2.de Natur.6.Præsentiam sæpe diui suam declarant.& 166.Deorum præsentiæ quales supra commemoraui,Epist.lib.7.ep.1. Præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuam.1.I.C.17. Alicuius aspectum præsentiamque vitare.pro Dom.11.Periculum in præsentia & ante oculos propositum est.

¶ *Vis,vi. tus.*pro Milon.63.Præsentia animi.*id est,fortitudo.*

PRAESENTIO,is.*cogitatione præcipio,præsagio.futura antè sentio, præcognosco.*2.de Nat. 45 Cùm talem esse Deum certa notione animi præsentiamus. pro Rab.29. Sapientissimi cuiusque animus præsentit in posterum. pro Ar.29. Si nihil animus præsentiret in posterum.2.de Diu.100.Furore diuino incitatus animus

✠ futura presentit.‖1.de Diu.34.Qui concitatione quadam animi aut soluto liberoque motu futura præsentiunt.

✠ ADVERB.*In posterum,pro Rab.*

☞ Syntaxis. *Deus præsentiam suam declarat. Aspectus & præsentia alicuius. Periculum in præsentia & ante oculos. Animi præsentia.*

PRAESEPIA,orum.*lustra,ganeæ.*I.P.42.Verùm audis in præsepibus,audis in stupris,&c.

PRAESERTIM.*cum primis,præcipuè,maximè,nec minimè.* Attic.li.5. ep.21.Meditare aduersus Brutum causam meam, si hæc causa est,contra quàm nihil honestè dici potest:præsertim cùm integram rem causamque reliquerim. pro Flacc.41. Facis iniustè Læli,si putas,&c. præsertim quo tua negligentia factum arbitrere.de Amic.15. Itaq; non tā illa me sapiētiæ fama delectat, falsa præsertim,quā quòd,&c.Ep.li.1.ep.4. Ego tibi in hac præsertim imbecillitate magistratuū prętare nihil possum.de Cl. 2.9. Admiror tantam fuisse obliuionem, in scripto præsertim. Anteq.8 Liceat ex hac flāma enolare,præsertim qui,&c.5.Tusc. 19.Propriis enim & suis argumentis tractanda quæque res est, tanta præsertim.

PRAESES,dis.*custos,vindex,antistes.*7.I.V.184. Mercurius iuuentutis custos & præses.2.contra Rul.15. Tribunus pleb.præses custosque libertatis.pro Sest.137.Senatus Reip.custos,præses,propugnator. pro Dom.141. Custos ac præses templi.& *ibid.* 144. Vos qui huic vrbi & Reip.præsides estis.

☞ Syntaxis.*Custos & præses libertatis.Custos,præses,propugnator.*

PRAESIDENS,tis.pro Mil. 102. Vobis huic iudicio præsidentibus Milo eiiceretur?in Vat. 18. Præsidentibus in templo duobus consulibus.

PRAESIDEO,es.*custos vel præses sum.* pro Syll.86. Vos dij patrij, qui huic vrbi atque imperio præsidetis. 1. I. V. 187. Deæ, quæ cūctę Siciliæ prędsidetis.pro Pom.& 4.I.C.5.& 13.I.A.20 Dij qui huic loco temploque præsident.2.I.A.15.Senatus ille,qui quondam florens orbi terrarum prędsidebat.5.I.A.37.Gallia,quæ semper præsidet atque præsedit huic imperio libertatique communi,meritò vereque laudetur.

PRAESIDIVM,dij *statio.*1.I.A. 25. Armati in præsidiis multis in locis collocabuntur.de Cl.222.Qu.Catulum in præsidiis Reipu. collocemus.Brut.ep.15.Quinto filio negocium dedit Antonius, vt eum dictatorem efficeret,præsidium occuparet,&c.de Sene. 73.Vetatq; Pythagoras iniussu imperatoris,id est Dei, de præsidio & statione vitæ decedere. pro Cæl. 67. Viti à muliere in præsidio balnearum locati.

¶ *Comitatus,custodes.*Epistol.lib.14.ep.18. Domus vt propugnacula,& præsidium habeat,Philotimo dicetis.Attic. lib.15. epi.1. Vtrique non sine causa præsidium habent, ego autem vtraque arma timeo pro S.R.13.Ad iudicium cum præsidio venire.*ibid.* Aliquem satis firmo præsidio defendi.Attic. lib. 9.ep.3. Italiam totam armis præsidiisque teneri. pro Pomp. 31.Quis locus tam firmum habuit præsidium,vt tutus esset? &*ibid.*34. Atque hæc tria frumentaria subsidia Reipublicę firmissimis prędsidiis classibusque muniuit.Epist.lib.2.ep.17.& Attic.lib. 8. ep. 19. Coss. præsidia omnia deducturi sunt.*id est,ex oppidis.*Epist.lib. 1.ep.7. Itaque omnia prędsidia,quę magna & firma paraueram,dimisi.

ibidem. Firmare aliquem locum præſidiis.1.contra Rull.16. Italiam præſidiis confirmare,coloniis occupare.& 20. Si præſidiũ non proponitur huic vrbi, iſta colonia.2. contra Rull.74. Totam Italiam ſuis præſidiis obſidere & occupare cogitat.& *ibid.* Præſidiis intercluſum teneo 1.I.C.1.Nocturnum præſidium palatij. *ibid.*8. Illa colonia meo iuſſu, meis præſidiis, cuſtodiis, vigiliisque eſt munita.

¶ *Spes,ſecuritas,auxilium.*pro Syll.51. Ego tectus præſidio firmo amicorum,Catilinæ copias repreſſi.& 77. Vbi erit illud fortiſſimum præſidium pudoris. pro Mur.22. Omnia hæc noſtra,&c. latent in tutela ac præſidio bellicæ virtutis.pro Muræ.79. Deiici de vrbis præſidio,& de cuſtodia ciuitatis deturbari. pro Rab.3. Munire præſidia Reipub.& *ibid.* Perfugium & præſidium ſalutis Reip.5.I.V.186.Claſſis pulcherrima,Sicilię propugnaculum, præſidium prouinciæ.pro S.R.111. Qui fidem lædit, oppugnat omnium commune præſidium. Orato.219. Vbi libido dominatur,innocentiæ leue præſidium eſt.ad Brut.epiſt.18. Ferre præſidium labenti reip.pro Quin.5. Eſſe præſidio alicui contra aliquem.pro Pom.70. Præſidia periculis & adiumenta honoribus quærenda.2. Tuſc.2. Is magnum ſibi præſidium ad beatam vitam comparat.1.de Or.38. Gracchi omnibus vel naturæ,vel doctrinæ præſidiis ad dicendum parati.4.ad Herenn.28. Qui ſibi firmius in virtute,quàm in caſu præſidium collocauit.& 34. Petere præſidium ſibi ex aliqua re.Bru.ep.15. Omne preſidium eſt in puero.de Amic.46. Vt mulierculæ magis amicitiarum preſidia quærant quàm viri.pro M. Scau. Poſſe virtutem ſine præſidio fortunæ, quò contendiſſet, labore & conſtantia peruenire.

✠ *A* DIVNC. *Aliena,8.Attic.Bonum,pro Mur.Certiſſimum,ac tutiſſimum,1. de Inuent. Ciuile,pro Planc. Commune,pro Sex.Roſc.Contraria,2.de Ora.Extraordinarium, firmiſſimum, fortiſſimum,& grauiſſimum, repentinum,& inſperatum,10.Philip.Firmum,firmiſſima,pro Pomp. Firma,10.Fam.Firmiora,tanta,1.At. Fortiſſimum pudoris, regia,pro Syll.Gratiora alicui, improuiſum,13.Phil.Honeſtum,2.in Verr. Inſperatum, & repentinum,multa,1.Phi.Leue innocentiæ, Orator. Magnum,pro Seſt. Magna, in Piſo. Magna, & firma, maiora,parua,4.Fa.Maximũ,populare,pro Cor.Multa,ac firma,pro Font.Neceſſaria,1.Off.Neceſſarium,& voluptarium,13.Famil.Nocturnum palatij,1.Cati.Publica,ſalutaria,ac neceſſaria,pro Milon.Publicum,11. Famil.Statiuum,12.Phil.Summum,15.Fami.Tenue,de Prou.Terreſtre,7.Verr.Vrbana,7.Attic.Vtiliora alicui,13.Attic.*

☞ Syntaxis. *In præſidijs collocare milites.Propugnaculum, præſidium. Vrbem armis, præſidioq; tenere. Vrbs firmum habet præſidium, eſt firmata præſidijs,præſidijs obſeſſa & occupata.Præſidio intercludere aliquem.Perfugium & præſidium.Tutela & præſidium virtutis.De præſidio deijci. Præſidio tegi firmo. Pudoris præſidium. Præſidium ferre, comparare ſibi.Præſidio eſſe.Omne præſidium eſt in puero.De præſidio & ſtatione vitæ decedere.*

PRAESIGNIFICO,as.*prænuncio.*1.de Di.82. Præſignificare alicui quæ ſunt futura.& lib.2.101.Præſignificare hominibus.

PRAESTABILIS,le.*præſtans.*2.de Orat.347. Res magnitudine præſtabiles,aut nouitate primæ.2.de Na.18. Nihil melius mundo,nihil præſtabilius,nihil pulchrius.de Ami.104. Virtute excepta nihil amicitia præſtabilius. de Ar.41. Alicuius præſtabilis inſignisque virtus.de Pro.38. Præſtabilis dignitas. de Sene.40. Homini natura nihil mente præſtabilius dedit.in Vat.10. Quero,vtrum tandem putes melius fuiſſe & præſtabilius, me naſci, an te.*Incer. Quanto eſt præſtabilior animus corpore.

PRAESTANS,tis:tior,ſſimus.*excellens,antecellens,præſtabilis,egregius,eximius,habens præſtantiam.*5. Tuſc.38. Præſtantia dici debẽt, quæ habent aliquam comparationem.pro Plan.33. Qu. Scæuola vir omnibus ingenio,iuſtitia,integritate præſtans.1. Tuſcul.22. Longè præſtans omnibus ingenio & doctrina.1.Acad.17. Duo præſtantiſſimi ſtudio atque doctrina, Xenocrates & Ariſtoteles.pro Seſt.86. Qui virtute & conſilio præſtanti extiterunt.pro Corn.Bal.50. Homo grauitate & prudentia præſtans.3.de Orat. 135. Vir literis doctrinaque præſtans.in Vat.8. Quid ſolidè laudis ac veræ dignitatis præſtantius:mihi potuit accidere, quàm, &c.1.de Ora.217. Platonem in illis artibus præſtantiſſimũ fuiſſe aiunt.1.de N.56. Natura excellens & præſtans.1.de Nat.45. Nam præſtans deorum natura pietate coleretur.Epiſtol.lib. 7.ep.5. In manum tuam iſtam & victoria & fide præſtantem. ‖ 2.de Nat. 210.3.de Or.28.29.pro Vniuer.20. Ex altera parte præſtantem extremis atque ſuperãtem exteram pari numero præſtantem extremis,parique numero ſuperatam. Att.lib.3.ep.10.

☞ Syntaxis. *Res magnitudine præſtabilis. Virtus præſtabilis, inſignisq;. Melius ac præſtabilius. Omnibus longè præſtans pietate. Literis,doctrinaq; præſtans. In poetica præſtans.*

PRAESTANTIA,tiæ.*excellentia.*5.de Fini.34. Homo habet præſtantiam mentis, cui tota illius natura pareat.& 36. Excellens præſtantia.1.Acade.19. Præſtantia partium.2.de Di.129. Dij immortales rerum omnium præſtantia excellentes.2.de Or.209. Quidam intolerantius ſe iactant,& æquabilitatem communis iuris præſtantia dignitatis aut fortunæ ſuę tranſeunt.1.Offi.97. Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura magna cum excellentia præſtantiaque animantium reliquarũ.de Ami.72. Qui aliquam præſtantiam virtutis, ingenij fortunæ conſecuti ſunt.

✠ *A* DIVNC. *Cæleſtis,& diuina,excellens,minima,5. de Finib.Magna,1.Offic.Maior,& diuinior,4.Tuſc.Singularis,1.Acad.*

☞ Syntaxis. *Excellens præſtantia. Excellentia præſtantiaq; præditus Cæſ.omnium Romanorum.*

PRAESTAT, bat. *melius eſt,conducit.* pro Seſt.146. Multo mihi præſtat in eandem recidere fortunam,quàm,&c.I.P.15. Emori potius quàm ſeruire præſtat.Attic.lib.14. epiſt.9. Mori millies præſtitit,quàm hæc pati.3.de Natu.77. Tacere præſtat Philoſophis quàm loqui.

PRAESTIGIAE,arum:*quas Plinius incantamenta vocat.*3.de Nat. 73. Doli,machinæ,fallaciæ,preſtigiæ ſine ratione eſſe non poſſunt.pro R.P.35. Illinc omnes preſtigiæ,omnes fallaciæ.6.I.V.53 Non per præſtigias,ſed palãm totum oppidum cõpilauit Verres.4.Ac.45. Quaſi præſtigiis quibuſdam & captionibus depelli ab iis,quæ clara ſunt. 4.de Finib.74. Ex eiſdem verborum præſtigiis regna vobis nata ſunt.

PRAESTITVO,tuis.*præfinio,præſcribo,dico.*3.I.V.148. Diem præſtituit operi faciundo Cal.Decembris.pro Cec.8. Prætor nunquam petitori præſtituit,qua actione illum vti velit.2. de Inu. 127. Lex quibus diebus proficiſceretur,præſtituebat. pro Qu.33. Præſtituere tempus alicui quamdiu dicat.

PRAESTITVTVS,a,um 1.Tuſcul.93. Natura dedit vſuram vitæ tanquam pecuniæ,nulla preſtituta die. Att.li.13.ep.47. Scis enim dies illorum præſtitutos fuiſſe.

PRAESTO,as. *excello, antecello, præſtanti virtute & conſilio exiſto, præcurro,ſto,tueor,ſupero.*de Cla.230. Hortenſius ſuos inter æquales longè præſtitit.2.de Inue.1 Zeuſis muliebri in corpore pingendo aliis præſtabat.1.de Or.197. Maiores noſtri prudentia cæteris gentibus præſtiterunt.2.de Inu.6. Ariſtoteles multum aliis breuitate dicendi præſtitit.3.de Orato.8. Qui multum omnibus gloria præſtitiſſet.2.de Finib.109. Homo cæteris animantibus plurimũ præſtat.& 5.de Fi.40. Longè multúmq; præſtat mens. 3.de Or.135. Piſiſtratus literis doctrinaque præſtitit.2.de Nat.133. Ratio eſt quæ præſtat omnibus.2.de Orat.172. Bona exiſtimatio diuitiis præſtat.4.de Fini. 51. Virtus præſtat omnibus rebus.2.de Orat.270. Socrates in hac ironia longè lepore omnibus præſtitit.3.de Ora.133. Cato vtroque in genere & laborauit & præſtitit. de Cl.102. Mutius augur iuris ciuilis intelligentia, atque omni prudentiæ genere præſtitit.& *ibidem.* Nemo his viris gloria præſtitit.de Cl.255. Orator præſtat minutis imperatoribus.1.ad Q.f. epi.1. De legatis, honore & ætate præſtat Tubero. de Amic.19. Namque hoc præſtat amicitia propinquitati,quod,&c.2. de L. 5. Sed neceſſe eſt charitate eam præſtare, qua Reipub. nomen vniuerſæ ciuitatis eſt,pro qua mori,&c. debemus. *ſic enim legendum eſt,non vt ante.a,charitatem,loquitur enim de duabus patriis, naturæ ſcilicet,& ciuitatis:hanc; charitate alteri anteponit:dcirco eam dicit charitate præſtare,id eſt,excellere.*5. Tuſcula. 9. Contemplatio rerum longè omnibus ſtudiis præſtat.2.de Inu.68. Pacta præſtãt legibus.2.ad Here.20. Pactum præſtat iuri.de Cl. 199. Quid præſtat intelligens imperito?magna re.& difficili, ſiquidem, &c. & *ibid.* Præſtat etiam illo doctus auditor indocto,quòd,&c.I.P. 33. Si meum illud turbulentiſſimum tempus tuo tranquilliſſimo præſtat,quid conferam reliqua? Attic.lib.7.ep.13. Quæ conditio non huic fugæ præſtitit?1.de Inu.5. Præſtare & antecellere.) *humiliorem & infirmiorem eſſe.*de Clar.161. Is totidẽ annis mihi ætate præſtabat.*Horten. Nec in Philoſophia cuiquam ceſſit, & vitæ grauitate præſtitit.

¶ *Exequor,perficio,abſoluo,facio,ſeruo,efficio,præbeo,exhibeo.*1.de N. 7. Arbitramur nos ea præſtitiſſe, quæ ratio & doctrina præſcripſerit.Ep.li.1.ep.9. Neq; herculè in iis ipſis rebus,quæ,&c.eã voluntatem,quam expectaram,preſtiterunt. At.lib.5.ep.21. Præſtare fidem ſuam alicui. Top.42.& 2.de D.78. Præſtare fidem alicui. Epiſt.lib.1.ep.6. Præſtare eum,qui mihi à teneris vnguiculis es cognitus.Ep.lib.5.ep.16. Sapientia quam tu à puero preſtitiſti.*ibid.*lib.3.ep.10. Præſtare alicui memoriam & beneuolentiam.& lib.14.ep.3. Præſtare diligentiam & virtutẽ alicui. & lib. 5.ep.9. Vt tuam conſuetudinem & liberalitatem in me defendendo mihi preſtes.1.de Leg.14. Iuriſconſulti ius ciuile eatenus exercuerunt,quo ad populo preſtare voluerunt.10.I. A. 12. Præſtare debitum honorẽ patri.1.de Ora.44. Satis id eſt magnum,

quod

quod potes præstare. Att.li.9.ep.9. Vtrique vt vis, tuam beneuolentiam præstare possis, quã mehercle te præstaturũ cõfido. Ep. lib.1.epist.9. Vt officium meũ memoremq; in benemeritos animum fidemq; fratris mei præstarem. pro Cec.5. Præstare fidem suam ac diligentiam in agenda causa. de Cla.126. Præstare pietatem parentibus & patriæ. pro Flac.31. Quidam mare tutum præstiterunt.3.Offic. 55. Si dictum non omne præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas? Ep.li.4.ep.11. Præstare re. ad Br.epist.prid.Id.1. Omnia Brute præstiti reip. quæ præstare debuit is, qui, &c. & *ibidem.* Fides, vigilantia, patriq; charitas: hæc sunt enim, quæ nemo est, quin præstare debeat. Att. lib.11.ep.1. Præstare beneuolentiam alicui.2.de Or.38. Præstare suũ munus. ad Br.ep.18. Vix videor, quod promisi, præstare posse.3.de Or.132. Iidem & in senatu, & apud populum & in causis amicorum, & domi, & militiæ, consilium suum fidémque præstabant. pro Qu.95. Is cuius vox in præconio quæstum pręstitit. I.P.80. Cùm senatus sententiam præstaret. pro Pom.55. Socios autoritate nominis nostri saluos præstare poteramus. & 70. Pericula facilè (vt hominem præstare oportet) innocentia tecti pellemus.4.I.C.23. Habetis consulem, qui & ea quæ statueritis, quo ad viuet, defendere, & per se ipsum præstare possit. Anteq. 16. Proinde in meo periculo salutem integram præstare communem. pro Pla.97. Cùm omnia illa municipia tunc iter tutum mihi præstiterint.2.de Fin.89. Istam voluptatem perpetuã quis potest præstare sapienti? * Frag.epist. Tu si meam fidem præ-
✠stiteris. ‖ Ep.lib.10.ep.8. Præstare exitu.

¶ *Polliceor, recipio, curo.* Ep.lib.4.ep.15. Quod de te sperare, de me præstare possum. & lib.1.ep.4. Ego tibi præstare nihil possum. Att.lib.9.ep.9. Præstabo, si Cæsarem bene noui, eum tuæ dignitatis rationem habiturum. Qu.fr.lib.3.ep.8. Ego Messalam Cęsari præstabo. Brut.ep.10. Præstare se acerrimum propugnatorem libertatis. de Pro.47. Me non ingratum esse præstabo. pro Fl.28. Prędones nullos fore quis pręstare poterat? Q.fr.l.1.ep.1.7. Prætor omnes ministros imperij sui sociis & ciuibus & reip. pręstare debet. Qu.fr.lib.1.ep.1.9. Horum non modò facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt.3.Tusc.34. Culpa nulla est, cùm id quod ab homine non potuerit præstari, euenerit. Attic. lib.5.epist.21. Quem tamen ego præstare non poteram. Quint. frat.lib.3.epist.1. Præstabo sumptum nusquam melius poni posse. pro Pomp. 47. Felicitas, quam præstare de seipso nemo potest, meminisse & commemorare de altero possumus.12. I. A.23. Quis igitur mihi præstat Lentonem vno capite esse contentum?

¶ *Instauro.*3.Offic.65. Quicquid enim inest prædio vitij, id iurisconsulti statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere.3.Offi.66. Damnum præstari oportere.

¶ *Fideiubeo.*2.de Or.124. Impetus populi, quos præstare nemo potest. Ep.lib.5.ep.17. Id est vt communem & incertum casum, quem neque vitare quisquã nostrũm neque pręstare vllo pacto potest, sapienter ferres. Brut.ep.16. Illum consulem hic consularis præstare videtur. Ep.li.1.ep.8. Quod ij qui potiuntur rerum, præstaturi videntur. & lib.7.ep.17. Ego tibi & iucũda & honesta præstabo. & li.5.ep.11. De Dionysio si me amas, confice: quãcunque ei fidem dederis, præstabo.1.de Or.113. Perge verò Crasse, inquit Mutius: istam enim culpam, qua vereris, ego præstabo.1. de Or.178. Quicquid est incommodi in mãcipio, id si venditor scit, neq; declarat, præstare debet. Top.22. In pariete communi demoliendo, qui dãni infecti promiserit, non debebit præstare, quod fornix vitij fecerit. Att.lib.7.ep.14. Si quid offendimus in genere nostro, quod quidem ego præstare non debeo.

¶ *Probo.* pro Sest.38. Quæ quidem ea conditione gesseram, vt meum factum semper omnes boni præstare tueriq; deberẽt.

¶ *Obligationis.* pro Mur.3. Is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit. pro Sest.61. Cuius inuidiam capitis periculo sibi præstandam putabat. Ep.lib.6.ep.1. Nihil præstandum in vita præter culpam. & lib.9.ep.16. Nihil est sapientis præstare, nisi culpam.

✠ADVERB. *Longè multúmque,5.de Finib. Longè inter æquales, Orat. Longè lepõre,2.de Orat. Multùm gloria, 3.de Orat. Multum cæteris hominibus,1. de Orat. Nimirum omnibus, de Amic. Nimirum ingenio,4.in Ver. Plurimum æqualibus, de Clar. Plurimum virtute, pro Cn. Planc.*

☞ Syntaxis. *Longè, multúmq; (vide synonymia) mens præstat. Virtute & multis virtute, & in virtute præstare. Præstãs intelligẽs imperito. Quid illi tu præstas? Aetate alicui præstare. Præstare fidem, memoriam, beneuolentiam, consuetudinem suam, debitum honorem. Præstare re, exitu, &c. Omnia amicu præstanda. Præstare saluum amicum, iter alicui tutum. Quid possum tibi de me præstare? Præstare alicuius culpam, damnum. Nihil sapienti præstandum præter culpam, nisi culpam.*

PRAESTO, *paratus, in promptu.*4.I.V.21. Quadruplatores ad fretũ præstò fuerunt. & 65. Constitui cum hominibus, quo die Messianæ mihi præstò essent. Att.lib.4.ep.11. Macroni vix videor præstò esse posse. & *ibid.*ep.12. Dionysius nobis præstò fuit. I.P. 54. Togulæ lictoribus ad portam præstò fuerunt. de Cla.324. Quibus quidem causis tu etiam præstò fuisti. Epist.lib.4.ep.8. Vt ad omnia, quæ tui velint, ita sim præstò, vt, &c. pro Syll. 26. Vt ad omnia, quæ si operæ, si vigiliæ deseruiunt amicis, & præstò sunt omnibus. Ep.lib.4.ep.14. De mea autem in te volũtate sic velim iudices, me opera & consilio, studio quidem certè rei, famæ, saluti tuæ præstò futurum.2.de In.97. Hostiæ ad sacrificium pręstò non fuerunt.3.de Leg.43. Est boni auguris, meminisse maximis reipub. temporibus pręstò esse debere. pro Deiot.24. Istibi victori non solùm ad hospitium, sed etiam ad periculum, atque ad aciem præstò fuit.3.I.V.78. Nisi id ad nutum tuum præstò fuerit. Oecon.1. Quod alteri deest, præstò plerunque est al-
✠teri. ‖ 1.de Diu.57.

✠ADVER. *Beneuolè, fideliter,13.Fã. Strenuè,14.Fam.*

☞ Syntaxis. *Præsto esse alicui, causæ, ad causam. Præsto amicis esse ad consilium, ad hospitium, ad præsidium, ad aciem, ad periculum. Perspice lector, vim inuentionis.*

PRAESTOLOR, aris. *expecto.* Att.li.2.ep.15. In Formiano tibi præstoler vsque ad III. Non. Maias. & lib.3.ep.20. Ego huic spei & expectationi quæ præponitur, maximè tamen volui præstolari in Epeiro. I.I.C.24. Qui tibi ad forum Aurelium præstolarẽtur armati. *hoc verbum reliqui autores accusatiuo iungunt.*

PRAESTRINGO, gis. *hebeto, fallo.*1.I.V.46. Periculum est, ne metu ipso præstringat aciem ingenij.1.de Diu.61. Quorum vtrunque præstringere aciem mentis solet.3.de Nat.73. Omnes meos dolos præstrinxit commoditas patris.12.I.A.3. Sed quasi per caliginem pręstrinxerat aciem animi D. Bruti salus.

PRAESVLTOR, oris. *princeps Saliorum. Erant autem Salij, Martis sacerdotes, à saliendo dicti, quidam præsulem vocant.* 1. de Diu.55. Cuidam dormienti visus est venire qui diceret, præsultorẽ sibi nõ placuisse ludis.2.de Di.136. Peruulgatũ iã illud de pręsultore.

PRAESVM, es. *præsideo, præpositus sum, præfectus sum.*4.I.V.144. Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciendis præesset. & 7. Ver.46. Præesse alicui rei faciundæ. pro S.R.50.I.P.87. Cum pater armis faciendis tuus præfuisset.7.I.V.81. Præesse nauibus & classi. Ep.li.1.ep.9. Prœesse prouinciæ. Ep.li.10.ep.8. Præesse exercitui.li.16.ep.9. Prœesse legionib⁹. Ep.li.13.ep.28. Achaię ciuitates felices sunt, quòd tu iis præsidiis. & li.2.ep.15. Frater meus triennium Asiæ præfuit.3.de Orat.135. Hi omnes præter Thialem ciuitatibus suis præfuerunt. Qu.fr.li.1.ep.1.6. Nihil negocij est cõtinere eos, quibus præsis.5.I.V.180. Prouincia in qua tu triẽnium præfuisti. pro Dom.105. Qui sacerdotiis præsunt. de Aruſp. 14. Qui sacris præsunt.1.Offi.79. Qui rogati reipub. præsunt.2.I.V. 30. Metellus huic quæstioni præfuturus est.1.de Diu.68. Cum C. Coponius prætorio imperio classi Rhodiæ præesset.1.de Or. 39. Auspicia quibus ego & tu Crasse præsumus.1. de Orat.41. Id nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, multisque præessem, qui, &c.1.de Orat.198. Cognitio iuris ciuilis prodest iis qui ei præsunt. & 235. Et clarissimi viri ei studio etiam hodie præsunt.4.de Fin.76. Qui cuique artificio præsunt. de Am.37. Non enim paruit ille Tib. Gracchi temeritati, sed præfuit. Ep.lib.1. ep.8. Qui non solùm interfuit his rebus, sed etiam præfuit. Attic. lib.9.ep.4. Alicui crudelitati non solùm interesse, sed etiam præesse. pro S.R.11. M. Fannius huic quæstioni iudex præfuit.3. de Leg.2. Vt magistratib⁹ leges, ita populo pręsunt magistratus. 3.de Leg.12. Magistratibus, iisque qui pręsunt, respub. cõtinetur.

✠ADVER. *Crudelissimè consiliis, in Piso. Omninò reip. 1.Offic. Publicè negotio,6.Ver. Publicè faciendæ naui, 7.in Ver. Publicè sacris,52. cont. Rull.*

☞ Syntaxis. *Præesse in prouincia. Hi qui præsunt. Præesse negociis. Index quæstioni præfuit Cæs.*

PRAESVMPTIO, onis. de Diu.lib.2. 108. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ Λήμματα appellant Dialectici: sed nos Latinè loqui malumus: præsumptio tamen, quã πρόληψιν iidem vocãt, non dabitur. *Legitur etiam præsensio: sed præsumptio rectius, pro maiore præpositione.*

PRAETENDO, dis. *prætexo.* in Vat.14. Tu qui te Pythagoram soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus moribus prætendere.

PRAETENTATVS, a, um. de Orat.lib.2.318. Tota causa prætentata atque perspecta.

PRAETER. *extrà, citra.* Ep.lib.1.ep.5. Amicum ex consularibus neminem tibi esse video præter Lucullum. Attic.lib.1.epist.1 Sed hoc nemini præter me videtur. Ep.lib.11.ep.28. In reliquis officiis, cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, vt domum venitares? pro Cl.55. Omnibus sententiis præter vnam Scamander condemnatus est. Qu.frat.lib.1.ep.1.22. Præter communem fidem, quæ omnibus debetur, præterea nos isti hominum generi præcipuè debemus. pro Syl.9. Hoc mihi præcipuum est præter cæteros. 2. I. C. 16. Cum ei nihil adhuc præter ipsius

volũtatem cogitationémque acciderit, nisi quòd, &c. pro Planc. 15. Nihil vt plerũque euenit, præter opinionẽ accidet. 2. de Diu. 60. Vt etiam si præter consuetudinem acciderit aliquid, præter naturam tamen non possit existere. 3. I. C. 6. Credo, quòd literis dandis præter consuetudinem proxima nocte vigilauerat. pro Plan. 49. Cõsul comitia habere cœpit subitò, præter opinionem omnium. Epist. lib. 2. ep. 9. Id præter opinionem mihi accidere. Att. lib. 8. ep. 10. Dionysius ad me præter opinionem meam venit. 2. de Or. 285. Nihil magis ridetur, quàm quod est præter expectationem. Att. lib. 15. ep. 13. Si quid præter spem erit, facies vt sciam. Epist. li. 4. ep. 4. Cæsar repentè præter spem dixit, &c. 1. de Diu. 100. Lacus Albanus præter modum creuit. 2. Offic. 36. Præter modum exterreri. 5. Tusc. 105. Aristides expulsus est patria, quòd præter modum iustus esset. 4. ad Heren. 1. In superioribus libris nihil neque ante rem, neque præter rem locuti sumus. Att. lib. 1. ep. 13. Quod tam præter opinionem omnium factũ sit. ¶ *Ante.* 5. in Verr. 61. Serui præter oculos Lolli hæc omnia ferebant.

¶ *Suprà, ex numero.* 2. de Or. 217. Attici in eo genere præter cæteros excellunt. pro S. R. 2. Quæ me res igitur præter cæteros impulit? vt, &c. 3. de Orat. 97. Gũstatus dulcitudine præter cæteros sensus commouetur. 1. de Diu. 11. Nil de diuinatione habeo, quod præter cæteros ipse sentiam. 6. in Ver. 76. Segesteis præter cæteros imponebat aliquanto amplius quàm ferre possent. Att. lib. 7. ep. 14. Mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserunt. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 34. Quòd si vt amplissimum nomen consequeremur, vnus præter cæteros adiuuisti: certè idem, vt id retineamus, præter ceteros elaborabis.

PRAETEREA. *etiam, tum etiam, tum præterea, adhæc, insuper.* Ep. lib. 10. ep. 3. Nam & in omni genere prudentiam tuam mihi exposuit, & præterea mihi non ignotam in consuetudine suauitatem tuam adiunxit, præterea summam erga se liberalitatem, quæ omnia, &c. 4. I. C. 18. Præterea de vestra vita, &c. hodierno die iudicandum est. item: Idibus actionem Larini video, & biduum præterea. 1. de Or. 42. & ad Brut. Epist. prid. In. 2. Quas cum recitassem, cecidit Seruilius, multi præterea. pro Corn. 29. Sed nos possumus & huius esse ciuitatis, & cuiusuis præterea. pro Cluent. 25. Se & alios præterea tres factos esse dixit. 1. de Orat. 160. Nihilne vobis in mentem venit, quod præterea à Crasso requiratis. 11. I. A. 25. Expedito nobis homine opus est, & eo qui imperium legitimum habeat, qui præterea autoritatem, nomen, &c. 5. I. A. 13. Nam Lysiadẽ nouimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festiuus. pro Planc. 62. Populus Rom. diligit magistratus: in quibus si qua præterea est ars, facilè patitur. sin minus, &c. 1. in Ant. 8. Addebant præterea rempub. conuenturam Cal. Sex. Epist. lib. 12. ep. 14. Præterea mihi promisit Pansa, se daturum operam, &c. Epist. lib. 13. ep. 3. Ipsum præterea summa obseruantia tibi in perpetuum deuincies. 2. de Natur. 165. Multos præterea & nostra ciuitas & Græcia tulit singulares viros. & 166. Multa præterea ostentis, multa in extis admonentur, multique aliis rebus. Attic. lib. 6. ep. 4. Discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea alia. Attic. *ibidem.* Illud præterea μυστικώτερον ad te scribam, tu sagaciùs odorabere. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. 22. Præter communem fidem quæ omnibus debetur, præterea nos isti homi- ✠ num generi præcipuè debere videmus. ‖ 3. Offi. 9.

¶ *Ex alio.* pro Pomp. 5. Hunc vnum ab hostibus metui præterea neminem.

PRAETEREO, is. *omitto, missum facio, prætermitto, linquo, reticeo.* 5. de Fin. 3. Sum multum equidem cum Phædro in Epicuri hortis, quos modò præteribamus. de Pto. 6. Cædes relinquo, libidines prætereo: ne hæc quidem idcirco omitto, quòd, &c. pro Cec. 101. Tametsi de hoc iudicio multa prætereo, tamen, &c. 5. I. V. 106. Hæc nunc prætereo ac relinquo 5. Ver. 178. & pro Qu. 13. Vt illud præteream & missum faciam, præteribo. Attic. lib. 6. ep. 3. Et quod penè præterij, Bruti tua causa feci omnia. 4. I. V. 87. Et quod penè præterij, capella quædam. Att. lib. 1. ep. 16. Atque illud non queo præterire. * con. C. Anton. Prætereo illum nefarium conatum tuum, & penè acerbum & luctuosum populo Rom. diem. de Sen. 69. Tunc illud quod præteriit effluxit.

¶ *Negligo.* pro Planc. 8. Populus solet nonnunquam dignos præterire. in Sal. 2. Qui neque ab alio vinci potest, neque ipse se reliqua ætate præterire. 2. I. A. 41. Is fratris filium præterit. *id est, nihil ei in testamento reliquit.*

¶ *Non prætorit: id est, non fugit, scio.* Epist. li. 1. ep. 8. Sed te non præterit, quàm sit difficile. pro Cl. 17. Nam illud me non præterit, cuiusmodicunq; mater sit, tamẽ in iudicio filij de turpitudine parentis vix dici oportere. pro Cec. 98. Certè quæri hoc solere me nõ præterit, quemadmodum, &c. & 101. Nõ me præterit, me, &c.

✠ ADVERB. *Consultò multa, pro Pomp. Omninò neminem, 13. Philip. Omnino se, in Sall. Tacitè, 3. de Nat. Temere. 2. de Inuent. Turpiter, penè authoritatem, pro Cluent.*

PRAETEREOR, iris. *omittor, prætermittor.* de Cl. 88. Vt nulla ferè ✠ pars orationis silentio præteriretur. ‖ & 3. Phil. 8. 5. Tusc. 54.

PRAETERVNDVS, a, ũ. *omittẽdus.* Ep. li. 1. ep. 8. Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodãmodo prætereunda sunt. de Clar. 272. Nec verò M. Cælium prætereundum arbitror. 3. I. V. 155. Non prætereundum est, ne id quidem. pro Flac. 7.

PRAETERIENS, tis. *transiens.* de Cl. 200. Si prætériens aspexerit. & *ibid.* Vno aspectu & prætériens iudicat. 1. in Ver. 50. Quasi prætériens satisfaciam vniuersis. * 2. de Glor. Vt suum tumulum multis etiam post seculis prætereuntes sic loquantur.

PRAETERITVS, a, um. *anteactus, transactus.* 1. de D. 63. Animus separatus à corpore meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet. de Sen. 78. Memoria præteritorũ, futurorũ prouidẽtia. de Fat. 14. Nec in falsum è vero præterita possunt cõuerti. de Sen. 69. Præteritũ tẽpus nunquã reuertitur, nec quid sequatur, scire potest. de Sen. 5. Præterita ætas, quamuis longa, cùm effluxit, non potest, &c. 2. I. P. 59. Præterita mutare non possumus. 4. Acad. 45. Quæque ab his dicuntur, sic persequamur, vt nihil in præteritis relinquamus. pro Arch. 1. Quo ad lõgissimè potest ✠ mens mea respicere spacium præteriti temporis. ‖ 2. de Orat. 110.

¶ *Posthabitus, neglectus.* pro Plan. 51. Quos omnes scimus ædilitate præteritos consules esse factos.

PRAETERFLVO, is. *elabor, prætergredior.* 5. Tusc. 69. Animus præsentem voluptatem percipit pariter cũ corpore, & prospicit venientem, nec præteritam præterfluere finit.

PRAETERGREDIOR, ris. *præterlabor.* Ep. lib. 3. ep. 7. Te iam castra prætergressum esse, &c.

PRAETERLABOR, ris. *præteruolo, effluo.* 2. de Orat. 109. Definitio enim antè præterlabitur, quàm præcepta est.

PRAETERMISSIO, onis. Top. 31. Formæ igitur sunt hæ, in quas genus sine vllius prætermissione diuiditur. & Offic. libr. 2. 58. Nam Mamerco homini ditissimo prætermissio Aedilitatis cõsulatus repulsam attulit.

PRAETERMISVS, a, um. 2. de Orat. 126. Si quid ab Antonio prætermissum aut relictum sit. Att. lib. 11. ep. 7. Exitus illius minuit eius officij prætermissi reprehensionem, &c. 3. Offi. 9. Qui negãt illum locum à Panætio prætermissum, sed consultò relictum. ✠ * pro A. Gab. Integris amicitiis officium prætermissum. ‖ 2. de Orat. 111.

PRAETERMITTENDVS, a, um. 3. de N. 38. Temperantia cõstat ex prætermittendis voluptatibus. 1. Offi. 28. Pertermittendæ autem defensionis, deferendique officij plures solent esse causæ. Ep. lib. 5. ep. 17. Nẽ hoc quidem prætermittẽdum esse duxi, te vt hortarer, vt. pro C. Cor. 1. Vnũ prætermittendum non videtur.

PRAETERMITTO, tis. *prætereo, relinquo, omitto, negligo.* ‖ pro Cæc. ✠ 34. Vel maximum prætermitterent. Qu. fr. lib. 3. ep. 3. De aqua & via nihil prætermisi quadã epistola, quin ad te enucleate scriberẽ. 2. I. A. 23. Ego nihil prætermisi, quantum effici potui, quin Pompeium à Cæsaris coniunctione auocarem. Att. lib. 6. ep. 3. Hæc te igitur scire volui, ne illud quidem prætermittã. * Hortensius, &c. Qu fr. lib. 2. Non prætermittam, ne illud quidem, te, &c. Att. lib. 9. ep. 17. Ego nullam diem prætermitto. Ep. lib. 1. ep. 8. Neque vllum officium erga te hominis amãtissimi prætermisi. & li. 1. ep. 5. Nos tamen nihil quod ad eam rem pertinet prætermittimus. & lib. 12. ep. 24. Nullũ locũ prætermitto laudandi tui.

PRAETERMITTOR, ris. Ep. lib. 1. ep. 9. Quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt.

✠ ADVERB. *Necessariò, 4. in Ver. Omnino nomen, pro A. Clu.*

PRAETER modum. *extra modum, vltrà quàm satis est, nimiũ.* 2. Off. 37. Dolorum cùm admouentur faces, præter modum plerique exterrentur. L. PRAETER.

PRAETERQVAM. *nisi.* 3. I. C. 26. Quibus pro tantis rebus nullum præmium postulo, præterquam huius diei vestram memoriam sempiternam. 2. de Diu. 69. Iuno Moneta, à qua præterquam de sue plena, quid vnquam moniti fuimus? Ep. lib. 3. ep. 7. Nullas iis præterquam ad te dedi literas.

PRAETERQVAM quam quòd. 2. de D. 18. Ad id præterquam quòd fieri non potuit, ne fingi quidem potest. pro Dom. 51. Hoc nihil aliud quàm bonorum meorum direptio, præterquã quòd ne id quidem per legem Liciniam facere potuisti. Ep. lib. 11. ep. 27. Neque quod displiceat committam, præterquam quòd hominis mihi coniũctissimi doleo grauem casum. Ep. li. 10. ep. 1. Et præterquam quòd reip. consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, vt, &c. 5. de Fi. 61. Hoc autem loco tantum explicemus, hæc honesta quæ dico, præterquam quod nosmet ipsos diligamus, præterea suapte natura per se esse expetenda. Att. li. 9. ep. 18. Præterquã quòd arbitror, &c. præterea te ipsũ, &c. Qu. fr. li. 2. ep. 13. Ego me in Cumano, præterquam quòd sine te, satis commodè oblectabar.

PRAETERVECTIO, onis. *vectio.* 7. I. V. 170. Præteruectione omnium, qui vltrò citróque nauigant.

PRAE

PRAETERVECTVS, a, um. 7. in Ant. 8. Quoniam periculosissimum locum silētio sum præteruectus. pro Cæl. 51. Emersi iam è vadis, & scopulos præterue ta est oratio mea. pro Com. 4. Oratio, quæ non præterue ta est aures vestras, sed in animis omnium penitùs insedit. 7. I. V. 87. Quandiu classis conuiuium eius magnificentissimum præterue ta est. & 97. Insulam totam præterue ctus est.

PRAETERVEHOR, ris. *prætereo.* 5. de Finib. 49. Sirenes vocum suauitate reuocare eos solitæ, qui præteruehebantur.

☞ Syntaxis. *Silentio aliquid præteruehi. Oratio scopulos præterue ta. Classis insulam præterue ta.*

PRAETERVOLO, as. *præterfluo.* 3. de Orat. 221. Sententiæ sæpe acutæ, non acutorum hominum sensus præteruolant. Or. 197. Fugit eos & præteruolat numerus. 5. de Fini. 77. Illud à te nimium festinanter dictum est, nescio quomodo præteruolauit oratio. 4. Ac. 42. Hæc duo proposita non præteruolant, sed ita dilatant, &c. in Arat.

Quem rutila fulgens pluma præteruolat ales.

☞ Syntaxis. *Id me fugit ac præteruolauit. Hoc ego non præteruolabo. Præteruolat oratio.*

PRAETEXO, xis. *creo, constituo.* 2. de Or. 317. Sic omnia quæ fiūt, quæq; aguntur acerrimè leniorib. principijs natura prætexuit. ¶ *Indico.* I. P. 56. Nemo potest exercitum apertè petere, vt non prætexat cupiditatem triumphi.

✠ ADVER. *Acerrimè, 2. de Orat.*

PRAETEXOR, ris. *conflor.* 2. de Diu. 112. Atqui in Sybillinis ex primo versu cuiusque sententiæ, primis literis illius sententiæ carmen ordine prætexitur.

PRAETEXTA, tæ. *toga prætexta. Vestis erat nobilium tam virorum quàm mulierum, cuius limbus & oræ erant purpureæ: idcirco prætexta appellata. Hac etsi magistratuum etiam esset, tamen potissimum pueri vsque ad annum decimumseptimum vtebantur, quo tempore togam puram virilémque sumebant: puellæ, donec nuberent.* Postquam in Sen. 11. Cōsul vnguētis oblitus cum toga prætexta, quam omnes prætores ædilesq; tum abiecerant, irrisit squalorem vestrū. 7. in Verr. 36. Aediles cum toga prætexta & sella curuli. de Amic. 34. Pueri togam sumentes, prætextam deponebant, 5. in Verr. 112. Eripies igitur pupillæ togam prætextam. 3. in Verr. 152. Pupillus cum toga prætexta, sine bulla. 2. I. C. 4. Tongillum mihi eduxit, quam amare in prætexta calumnia cœperat. ‖ Qu. frat. lib. 2. epi. 11. *bis.*

☞ Syntaxis. *Toga prætexta, &, prætexta.*

PRAETEXTATVS, a, um. *qui nondum virilem togā sumpsisset.* 2. in A. 44. Tenésne memoria prætextatum te decoxisse? Qui. fr. li. 2. ep. 11. I. P. 8. Tu S. Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuisset ludos facere, & prætextatum volitare passus es. Att. lib. 6. ep. 1. Magnus etiam prætextatus illo die fuit. pro. Mur. 11. Prætextati triumphantium filij. & 3. I. V. 151. Pupillus prætextatus.

✠ ADIVNC. *Grandis, 5. in Ver. Magnus, 6. Attic.*

PRAETOR, oris. *qui cum imperio prætorio est, quæsitor.* Att. lib. 9. ep. 14. Prætores ius dicunt, ædiles ludos parant. pro Mur. 41. Sapiēs prætor offensionem vitat æqualitate decernendi, benevolentiam adiungit lenitate audiendi. pro Cluent. 121. Prætores vrbani, qui iurati debent optimum quenque in se lectos iudices referre. pro Cec. 36. Prætor qui dies totos aut vim fieri vetat, aut restitui factum iubet, qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum itinerumque controuersiis interdicit. pro Pom. 2. Prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum. pro Fl. 8. Iustissimus prætor. 3. de Leg. 7. Prætor esto, quotcunque senatus creuerit, populúsue iusserit, tot sunto. pro R. P. 9. Accusaui de pecunijs repetundis, iudex sedi, prætor quæsiui. 1. de Diui. 123. Cum apud Delium malè pugnatum esset Lachete prætore. pro C. Cornel. 1. Postulatur apud me prætorem primum de pecuniis repetundis.

✠ ADIVNC *Æquus ac sapiens, laboriosus ac diligens, 6. in Ver. Amicissimi, 1. ad Qu. fr. Cupidus bonæ existimationis, grauissimus, proximus, 5. in Ver. Fortissimi, 3. in Catil. Improbus, palæstricus, 4. Ver. Infestus alicui, vrbani, pro Cluent. Innocētes, integerrimus, atque honestissimus, 2. Ver Iustissimus, vrbanus, pro Flac. Iustissimus, fortissimúsque, pro Mil. Mediocris, mercenarius, nequissimus, inertissimusque. seuerus & diligens, turpissimus, atque improbissimus, 7. Ver. Pulcher ac beatus, 4. Catil. Sapiens, pro Mur.*

PRAETORIVM, rij. *domus vel tabernaculum prætoris, vt quæstorium quæstoris, domus prætoria.* 1. de Diu. 73. Cùm Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorij. 6. I. V. 65. Imperat suis, vt candelabrum illud in prætorium deferrent.

✠ ADIVNC. *Certum, in Piso.*

PRAETORIVS, a, um. 7. I. V. 144. Onera & merces in prætoriā domum deferebantur. 1. de D. 68. Cùm C. Coponius prætorio imperio classi Rhodiæ præesset. Cæl. Ep. lib. 8. ep. 8. Prouinciæ, quæ prætorij pro prætore obtinerent. Att. lib. 16. epi. 7. Consulares & prætorij viri. 1. Offi. 32. Quę quidem pleraque iure prætorio liberantur. 2. I. C. 24. Cohors prætoria. pro Pom. 69.

☞ Syntaxis. *Prætoria domus, ius, imperium, cohors, vir.*

PRAETVRA, ræ. *prætoris munus.* pro Flac. 6. Prætutæ iurisdictiones varia & multiplex ad suspiciones & simultates. pro Mur. 53. & 15. Prætura Murænæ probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia. 1. Ver. 28.

✠ ADIVN. *Acerba, multis indigna atque misera, innocentissima, diligentissimáque, 5. in Ver. Dulcior, 10. Famil. Manca, ac debilis, pro Mil. Præclara, 3. in Ver. Probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia, pro Mur. Tota, 7. Ver. Turpis, calamitosaque, vtilis, 6. Ver. Vrbana, 2. Ver.*

PRAEVARICATIO, onis. Par. 124. Præuaricationem accusator esse definiat, omnē iudicij corruptelam ab reo: defensor autem non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo. & *ibid.* Verus accusator, cui cōtrarium est nomen prēuaricationis. pro Cæl. 24. At præuaricatione est Ascitius liberatus. Epist. li. 8, ep. 8. Dicere causam prēuaricationis. item 2. de Diuin. 41. At ego idipsum, quod Diogenes Chaldæis quasi quadam prēuaricatione concedit, nego posse intelligi. Qu. fr. li. 2. ep. 15. Drusus erat præuaricatione à tribunis absolutus.

PRAEVARICATOR, oris. *accusator, reus pecunia corrumpens iudicium, falsus accusator.* Part. 126. Præuaricatoris nomen significat eum, qui in contrariis causis quasi variè esse positus videatur. 1. I. V. 58. Virum te perfidiosum an prēuaricatorem existimari mauis? Cæl. Epist. lib. 8. ep. 11. Præuaricator causæ publicæ.

¶ *Corruptor.* I. P. 23. Piso prævaricator Catilinæ quondam, nunc vltor. 2. I. A. 25. Vereor, ne mihi prēuaricatorē apposuisse videar, qui me non solùm meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis.

PRAEVARICOR, ris. *colludo.* pro Cl. 58. Hoc quanquam sēdulò faciebat, tamen interdum non defendere, sed prēuaricari accusationi videbatur. de Arusp. 42. Clodius à Catilina pecuniam accepit, vt turpissimè prēuaricaretur. Att. lib. 4. ep. 16. Quém fremunt omnes præuaricatum, &c.

✠ ADVER. *Turpissimè, de Arusp.*

PRAEVENIO, nis. *præripio antefero.* 3. Offic. 33. Hæc Panætius credo persecutus fuisset, nisi aliquis casus aut occupatio consilium eius præuenisset.

PRAEVERTO, tis. *antecuerto, præuenio.* 1. de D. 10. Ita tamen si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni præuertendum putes. pro Syl. 46. Nemo vnquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim.

PRAEVIDEO, des. *prospicio, animo prospicio, cogitatione præcipio, præsentio, præcaueo.* 2. de Nat. 163. Multa augures præuident. 7. I. V. 22. Præuideo, quòd sit defensurus Hortensius. de Som. 19. Animus præuidet, &c.

✠ ADVER. *Maximè, 2. de Orat. Multò antè, 2. Philip.*

PRAEVISVS, a, um. 1. de Diuin. 78. Ita futura eloquentia prēuisa in infante est. 6. in Verr. 91. Res mihi tota præuisa atque prēcauta est.

PRAEVIVS, a, um. Alcy.

Alcyonem genuit claris delapsus ab astris
Præuius Aurorę, Solis nōcliſque satelles.

PRAEVOLANS, tis. 2. de Na. 125. Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt.

PRAGMATICVS, a, um. *expertus, in agendo versatus.* At. li. 2. ep. 20. Pragmatici homines cauere iubēt, & vetāt credere. & li. 14. ep. 3. Tu si quid pragmaticum habes, scribe. 1. de Orat. 253. Itaque illi, &c. & qui pragmatici nominantur. 1. de Orat. 198. Quidam ministros se præbent in iudiciis oratoribus iis, qui apud Græcos ✠ πραγματικοὶ vocantur. ‖ Attic. li. 2. ep. 16. τὸν πραγματικὸν βίον longè omnibus anteponat. Q. fr. lib. 2. ep. 14. Epistolas πραγματικὰς valde scripsisti.

☞ Syntaxis. *Vir pragmaticus. Scribere aliquid pragmaticè.*

PRANDEO, des: prandi, & prāsus sum. Ep. li. 7. ep. 30. Itaque scito, Caninio consule neminē prandisse. Att. lib. 5. ep. 1. Sed prādimus in Arcano. pro Clu. 166. Cū in eius nuptiis more Latinatiū multitudo hominum prānderet, venenū Habiti consilio paratum.

PRANDIVM, dij. 3. I. Ver. 49. Quid ego istius prandia & cœnas commemorem. 2. I. A. 101. Quid prandiorum apparatus proferam? Att. li. 5. ep. 1. Antecesserat Statius, vt prādiū nobis præberet. pro Clu. 168. Dico illum cum ad illud prādium crudior vēnisset, & vt ætas illa fert, sibi tum non pepercisset, ægrotasse. pro Mur. 67. Si gladiatoribus vulgò locus tributim, & item prandia si vulgò essent data. pro Mur. 72. At spectacula sunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati. & *ibid.* 73. Ad prandium inuitare. 2. Offi. 58. Vt Oresti nuper prandia in semidis decimæ nomine magno honore fuerunt.

PRANSVS,a,um. pro Mil.57. Adde inscitiam pransi, poti,oscitantis ducis.

☞ Syntaxis. *Prandium præbere. Ad prandium crudus venit Antonius. Vulgò dare prandia. Ad prandium vulgò vocati. Homo pransus, potus,oscitans.*

PRATVM,ti. *pratorum viriditas.* de Sene.54. Nec verò segetibus solum & pratis res rusticæ lætæ sunt.*ibid.*57. Quid de pratorum viriditate dicam?

PRATVLVM,li.de Clar.24.In pratulo propter Platonis statuam consedimus.

PRAVE.2.de Fin.25. Ille porrò malè,prauè,nequiter,&c.1. Acad. 26. Zeno rectè facta in bonis actionibus ponebat:prauè,id est peccata,in malis.

PRAVITAS,tis.*vitium,peruersitas,deformitas.*1.de Or.156. Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem prauitatémque veniamus.5.de Fin.47. Prauitas & imminutio corporis. 4. Tusc.29. Ex quo prauitas membrorum, distortio,deformitas.in Vat.14. Quæ tanta prauitas te mentis tenuit,vt,&c.2.de Orat.91.Imitari prauitatem oris alicuius.Quint.de Pet.31. Da operam,vt eum de illa prauitate animi deducas.5.Tusc.78.Aegyptiorum mentes imbutæ prauitatis erroribus.2.de Fini.27. Qualis ista philosophia est,quæ non interitum afferat prauitatis. 4. Ac.26. Perstare in aliqua prauitate.Par.3. Prauitates animi rectè vitia dicuntur.1.de Leg.51. An corporis prauitates si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis,animi deformitas non habebit?

✠ ‖ 1.de Leg.in Frag. Sicut vna eadémque natura mundus omnibus partibus inter se cõgruẽtibus cohæret ac nititur. Sic omnes homines inter se natura confusi prauitate dissentiunt nec se intelligunt esse cõsanguineos,& subiectos omnes sub vnam eandémque turelam.*ex Lactan.lib.5.cap.8.*

✠ ADIVNC.*Perinsignes,* 1.*de Legib.*

☞ Syntax. *Malè,prauè,nequiter. Rectè facta.*)(.*prauè. Ad deformitatem,prauitatémque deuenire. Prauitas & imminutio corporis. Membrorum prauitas,distortio,deformitas. Oris prauitatem imitari. De prauitate animi deducere. Prauitatis erroribus imbutus. Animi prauitas,vitium est. Corporis prauitas,animi deformitas.* est igitur prauitas,cùm animi, tum corporis vitium.

PRAVVS,a,um.*peruersus,distortus.*)(.*rectus.*3. de Or.193. Recta & praua tacito quodam sensu diiudicamus. 5. de Finib.46. Si qua in membris praua,aut debilitata, aut imminuta sunt.4. Acad. 33.Interesse oportet,vt inter rectum & prauum, sic inter verum & falsum.4.Tusc.29. Sed non distorta, neque praua.2. de Fin. 33. Bestiæ deprauatæ esse non possunt, prauæ tamen possunt. Orat. 45. Recti prauique partes.pro Q.Rosc.30.Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse putant.3.de L.31. Nec solum in rectis,sed etiam in prauis actibus insignis est humani generis similitudo.

☞ Syntaxis. *Recta & praua sensu tacito diiudicare. In membris multa praua,debilitata,immutata. Rectum & prauum. Distortum & prauum. Bestia non est deprauata,sed praua. Prauum & peruersum.* Prauum igitur dicit Cic.cùm in animo,tum in corpore vitium.

ΠΡΑΞΙΣ.L.ACTIO.

PRAXITELES.*opifex nobilis, qui signa ex lapide faciebat.*6.I.V. 4. ad Her.lib.4.& 2.de Diuin. 48. Nec quicquam illuc affertur à Praxitele.

PRAXITELIVS,a,um.2.de Diuin.48.Praxitelia capita.

PRECANS,tis.5.Tusc.118.Paulus Persæ precãti ne in triumphum duceretur,inquit,&c.*aliàs deprecante.*

PRECARIO.*prece,vel precibus.* 3. de Orat.163. Atque vt precariò, non vi venisse videatur. 7. I.V. 58. Etiam si precariò essent rogãdi.pro Cæl.27.& 3.cont.Rul.11.Etiam ne si vi eiecit, si clam,si precariò venit in possessionem.pro Cec.92.Nec vi,vel clam,nec precariò possidere.

☞ Syntaxis. *Precariò aliquem rogare.*

PRECARIVS,a,um.ad Oct.Facere quęstum precarium.& Brut. ep.16.Petere salutem precariam ab aliquo.

PRECATIO, onis. pro Mur.1. Si illa solennis comitiorum precatio consularibus auspiciis consecrata tantam habet vim & religionem,quanta,&c. 1. Tuscul.114. Simili precatione Trophonius & Agamedes vsi dicuntur.3.de Nat.52.In augurum precatione fluminũ nomina videmus.& 2.de Nat.67.Itaque in ea dea,quæ est rerum custos intimarum, omnis precatio & sacrificatio extrema est.

✠ ADIVNC. *Externa,*2.*de Nat.Similis,*2.*Tusc. Solemnis,pro Mur.Summa,*3.*de Nat.*

PRECES,ci. *rogatio,precatio,rogatus, obsecratio,obtestatio,execratio.* Att.lib.11.ep.15.Quintus non modò non cum magna prece,sed acerbissimè scripsit.3.ad Heren. 4. Nec prece, nec precio, nec gratia,nec simulatè à recta via deduci oportet.1. de Inuent.22. Si prece & obsecratione humili vtemur.Brut. ep.13. Quare noli expectare longas preces, intuere meipsum qui, &c. & ep.16. Preces seruientis aduersus regem. Attic. lib.9.ep.15. Ego autem non tam γενίων huius timeo,quàm πειθανάγκλω. αἰ γὰρ τῶν πράγματων δεόμενοι, inquit πλάτων,οἱ σφ' ὅτι μεμιγμένοι ἀνάγκαις ἔοἰν. 6. I. V.94.In precibus & gratulationibus nõ solum id simulachrum venerari,sed etiam osculari solent.pro Planc.97.Eorum preces & vota de meo reditu audiui.1.de Nat.36. Nihil sentiens Deus nunquam nobis occurrit, neque in precibus, neque in optatis, neque in votis.pro Cluent.194.Nocturna illius sacrificia sceleratásque preces, & nefaria vota cognoscimus. I. P. 43. In quo dij immortales meas preces audiuerunt. Quint. frat.lib. 3.ep.1. Nisi incredibilis contentio & preces Pompeij fuissent.pro Syll. 55.Literæ per quas ille precibus à Sylla petit,vt gladiatores emat Brut. ep. 12.Nihil tuli grauius,quàm me non posse matris tuæ precibus cedere.Quint.frat.lib.1.ep.3.Quod precarer deos, nisi meas preces audire desiissent.

✠ *ADIVNC.Diuturnæ,* 1. *cont.Rull. Faciles,de Aruſp. Fraternæ,*1. *ad Q.frat.Humili ac supplici,*1. *de Inuent. Iustæ,sceleratæ,pro Cluent.Longæ,ep.*13.*ad Brut.Magnæ,*11.*Att.Miseræ,atque luctuosæ,* 3. *Att.Quotidianæ,Postq.ad Quir.*

☞ Syntaxis. *Quæstum facere precarium. Precariã petere salutem. Precatio & sacrificatio. Cum magna prece scribere. Vti prece & obsecratione humili. In precibus & gratulationibus osculari simulachrũ. Preces & vota de reditu. Nobis occurrit Deus in precibus,in optatis,in votis. Contentio & preces. Id precibus à te peto. Alicuius cedere precibus.*

PRECIVS lacus.pro Mil.75.

PRECOR,aris.*precibus peto,preces adhibeo,peto,imploro,quæso,deprecor,supplico.*6.I.V.71. Verres in iudicium venit, vbi ne precari quidem deos,atque ab eis auxilium petere possit.1.de Na. 120. Dij,quos nos colere,precari veneratiq́ue solemus.& 124.Quid veneramur,quid precamur deos?4. ad Her.69. Cùm Gracchus deos inciperet precari,cursim isti impetum faciunt. pro Corn. 55.Vt deos immortales scientia peregrina & externa mente domestica & ciuili precarentur.Quint.frat.lib.1.ep.3.Sed hæc vtinam non experiare,quòd precarer deos,nisi meas preces audire desiissent: verumtamen precor,vt his infinitis nostris malis cõtenti sint.3.de N.84.Stultitia est à quibus bona precamur,ab iis dantibus nolle sumere.1.Tusc.113. Sacerdos precata à deo dicitur,vt daret,&c.pro Mur.1. Quæ precatus sum à diis immortalibus,&c. vt ea res mihi bene atque feliciter eueniret, eadem precor ab iisdem diis immortalibus,ob eiusdem hominis consulatum vnà cum salute reip.obtinendum,& vt,&c.& *ibid.*Idem ego precatus sum, vt vobis ea res faustè,feliciter, prosperéque eueniret.de Am.57.Precari amicis ab indigno, supplicare. pro Rab.5.Ab Ioue optimo maximo,cæterisq́ue diis deabúsque immortalibus pacem & veniam peto, precorque,vt,&c. 2. I.C. 29. Deos immortales precari, venerari, atque implorare debetis,vt vrbem defendant.pro Dom.144.Vos precor,ac quæso, & obtestor, vt si,&c. I.P.43. Nec ego si vnquam vobis mala precarer, quod sæpe feci,in quo dij immortales meas preces audiuerunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer:Thyestea ista execratio est. & 46. Hæc ego semper de vobis expetiui, hæc optaui,hæc precatus sum.4.I.A.10. Ita verò Quir. vt precamini, veniat, vt huius amentiæ pœna in ipsum recidat. pro Sest. 71. Quibus vtinam euenissent ea, quæ tum homines precabantur. I.P.33. Vtrum tandem optabilius putas, sic exire à patria,vt omnes sui ciues salutem,incolumitatem,reditum precentur (quod mihi accidit) an quod tibi proficiscenti euenit, vt omnes execrarẽtur,malè precarentur,vnam tibi illam viam & perpetuam esse vellent?

☞ Syntaxis. *Precari & auxilium petere. Colere,precari, venerari. Venerari & precari Deum. A Deo bona precari. A Deo precari,vt. Precor,vt. Precari,venerari,imploraréque Deum, vt. Precor, quæso, obtestor. De te expeto,opto,precor. Vt precaris,veniat,vt,&c. Quæ precaris,ea eueniant.*

PREHENDO, dis. *capio,prendo.*1. de Orator.240. Deinde ipsum Crassum manu prehendit: &, Heus tu,inquit, &c. de Clar.93. Dein cùm otiosus stylum prehenderat, flacceſſebat oratio.1.de Diu.59.Visum tibi esse C.Marium, prehendisse eum dextram tuam,& bono animo te iussisse esse. pro Qu.27. Sex. Alphenus ✠ seruulum vnum,quem iste prehenderat, abduxit.‖pro Clu.41. Cùm tabulas prehẽdisset Oppianicus qui gener eius fuisset digito legata deleuit.in Arat.

Quorum stirpes tellus amplexa prehendit.

1.de Leg.61. Cùm ipsum ea moderantem & regentem penè prehenderit.

PREHENSO,as.*prenso.*L.PRENSO.

PREMO,mis.*vrgeo.*de Clar.332.Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.Epist.lib.9.ep.1. Spero si te viderim, & ea quæ premant,& ea quæ impendeant, me facilè transiturum. pro S.R.97. Quæ necessitas te tanta premebat. 1. contra Rull.16.Ne vrbem hanc vrbe alia premere atque vrgere possitis.2.de Diu.46.Premam te, cùm ex te causam vniuscuiusque rei exquiram.

¶ Con

¶ *Concutio.*2.de Diu.57.Galli cantu plausuq́e premunt alas.

✠ADVER.*Mordicus caput,*2.*de Nat. Valdè,vehementius causam,*2.*de Orat.*

PREMOR,ris. *vexor.* 1. de Orat.228. Cùm inuidia & odio populi Galba premeretur.Antequam.6. Non odio bonorum,sed inuidia premor malorum.

✠ADVER.*Probè aliquem,*3.*ad Q. fr.*

PRENDO,dis.*prehendo,prenso,ambio.*ad Bru.epist. pr. in.1. Vt gubernacula Reipub.prenderem.Att.lib.12.ep.14.Prende C.Septimium.Ep.lib.8.ep.11.Renunciatum nobis erat,Pirrum diutius dicturum:prendimus eum,non fecit.4.Verr.54.

PRENDOR,ris.1.Acad.40.Comprehensio similis iis rebus,quæ manu prenderentur.

PRENSANDI,do.1.de Orat.112.Cùm peterem magistratus solebam in prensando dimittere à me Scæuolam. Att.lib.1. ep.1. Nos autem initium prensandi facere cogitabamus.

PRENSATIO,onis.*ambitio.*Att.lib.1.ep.1.Fuit hæc illius prępropera prensatio.

✠ADIVNC.*Aliena,præpropera,*1.*Att.*

PRENSO,sas.*prendo,prehenso,ambio.*Attic. lib.1.ep.1. Prensat vnus Galba sine fuco & fallaciis,more maiorum.

ΠΡΕΠΟΝ.L.DECORVM.

PRESSE,ius.de Clar.201. Attenuatè pressèq; dicere.& 3.de Orator.42. Pressè, æqualiter,& leniter dicere. Orat.117. Pressè & angustè definire.4. de Fin.24. Mihi placet agi subtilius, &,vt ipse dixi1ti,pressius.1.Offic.133.Imitatio pressè loquentium,& leniter.

PRESSVS,a,um.de Clar.51. Asiatici parum pressi.)(.*redundantes.* & 202.Pressus orator.2.de Orat.56.Thucydides verbis aptus & pressus.2.de Orat.96.Oratio pressa.)(.*luxuriens.**Hortens. Quis te aut est aut fuit vnquam in partiundis rebus,in definiendis,in explanandis pressior?

✠ADVER.*Leuiter,*6.*in Ver.*

PRESSVS,sus.*compressio.*3.de Orat.40.Ipso pressu oris & sono. 2. de Nat.109.

Hic pressu duplici palmarum continet anguem.

2.Tusc.54. Sic animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum.

☞Syntaxis.*Attenuatè,pressèque dicere. Pressè,æqualiter,ac leniter dicere. Pressè & angustè. Subtiliter ac pressè. Thucydides verbis aptus & pressus. Palmarum pressu duplici continere quippiam. Ponderum pressus depellitur ab animi contentione.*

PRETIOSE.*eleganter,artificiose,operose.*2.de Inuent.116.Vasa magnifica & pretiosè cælata.

PRETIOSVS,a,um:ſsimus.*multorum nummorum, magni pretij.*)(.*vilis.*pro Qu. R.28. Facies non erat, ars erat pretiosa.2.I.A. 66. Pretiosa vestis.2.de Fin.91. Non minor voluptas percipitur ex viliſſimis rebus,quàm ex pretiosiſſimis. 3. Offic. 89. Equi pretiosi iacturam facere.in Sal. 19. Et dic,vnde tu pretiosiſſimos hortos paraueris?*Frag.ep.Locatio pretiosa.

PRETIVM,tij.*merces,præmium.* 7. I. V. 49. Pretio atque mercede minuisti maiestatem reipub.& 5. Ver. 76. Merces pretiumque impudentiæ.pro Dom.23.Cùm ab eo merces tui beneficij,pretiumque prouinciæ meo sanguine tibi esset persolutum.4.I.V. 122.Ab isto & pretio,qui voluit istum ordinem, pretio mercatus est.& 3.Ver.125.Autoritas pretio superabatur.5.I.V.227.Annona pretium non habet.pro Quint.Rosc.33.Nunc iacent pretia prædiorum.pro Quint.Roso.27.Commune esse factum gratis,qui pretio proprius fuisset.6.I.V.32.Audierant alicuius pretij scyphos esse.1.de Inuent.51.Vestem pretij maioris habeo quàm tu.6.I.V.8.Res alicuius pretij. Quint.frat. lib.1. ep. 2. Noli spectare quanti homo sit:parui enim pretij est,qui iam nihil sit.6. in Ver.134.Vendere aliquid paruo pretio.pro S. R.133. Mercari aliquid magno pretio.& *ibid.* Enumerare pretium.2.cõtra Rull. 69.Hic ager quoquo pretio coemptus erit,tamen ingenti pecunia vobis inducetur.pro Font.7.Falsum est ob vacationem pretium datum,cùm immunis nemo fuerit.pro S.R.74.Quomodo persuasit?pretium dedit,cui dedit?pro Cecin.72.Nec pretio quidem corrumpi iudex in eiusmodi causa potest. Att.lib.14.ep.12. Pẽdere pretium. *ibid.* Vel impenso pretio. Attic.lib.12.ep.32. Constituere certum pretium.Epist.lib.7. ep. 2. Nunc quoniam tuum pretium noui,in licitationem potius ponam, quàm illud minoris veneat.3.ad Heren.4.Nec prece,nec pretio,nec gratia, nec simultate,à via recta deduci oportet.3. Offi.107.Vt si prędonibus pactum pro capite pretium non attuleris.Att.lib.12.ep.24. nec tamen ista pretia hortorum pertimueris.2.Offi.21.Pretio & mercede duci ad aliquid faciendum.6.Ver.14.

✠ADIVNC.*Certa,summum,*12.*Att. Certum,paruum, tantum,pro Sex.Rosc.Incertum,magnum,maius,* 1. *de Inuent.Multa,*7.*Ver.Pactum,*3.*Offic.*

☞ Syntaxis. *Pretio ac mercede minuere dignitatem suam. Pretium non habet annona. Iacent nunc librorum pretia. Alicuius pretijres. Iudicem pretio corrumpere. Pactum pro capite pretium.*

PRIAMVS,mi.*rex Troiæ atque Asiæ.* 1. Tusc.ul.85. Quinquaginta filios Priamus habuit: è quibus decem & septem iusta vxore nati.

PRIDEM.*dudum.*Epist.lib.5.ep.6.Quod ad me pridem scripseras* 3.I.Ver. 126. Demonstrat quàm pridem sibi hæreditas venisset. pro Qu.R. 8. Quam pridem hoc nomen Fanni in aduersaria retulisti?

PRIENE,nes.*Biantis patria.*Parad.1.

PRIDIE.*ante diem.*)(.*postridie.*Att.lib.1.ep.13.Pridie quàm has literas dedi,Cossi.conueni.& lib.15.ep.28. Pridie quàm hæc scriberem, id est,111 Nonarum. Attic.li.11.ep.20.Philotimus pridie eius diei venit. Attic.lib.5.ep.14.Dederam Epheso pridie,has dedi Trallibus.Attic.lib.2.ep.3.Pridie compitalia. Att.li.9.ep.15. Pridie quinquatriis. Attic.lib.3.ep.17. Ex ante diem Nonarum Iun.vsque ad pridie Calen.Septem.Planc.Ep.li.10.ep.15. Ad pridie Idus Maij.Att.lib.2.ep.8.Hæc est pridie data quàm illa.Att. lib.5,ep.11. Memmius qui pridie quàm ego Athenas venirem, Mitylenas profectus erat. 7. in Ant.13. Non auditis sententiam meam flagitari?cui cùm pridie frequẽtes essetis assensi,postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti.Ep.lib.1.ep.9.

☞ Syntaxis.*Pridie quàm veni,scripseram. Pridie eius diei accedit. Ex ante diem Non.vsque ad pridie Cal. Ad pridie Id. Maij veniam. Hæc pridie data,quàm illa epistola.*

PRIMARIVS,a,um.*principum aliquis,vel vnus.*)(.*secundus, postremus.*de Sen.61.Vir primarius populi.2.de Fin.116.& pro Fl.50.C. Plotius senator,vir primarius. Epist. lib.4.ep.5. Vt cum aliquo adolescente primario coniunctam ætatem ageret.3. de Fin. 52. Sic in vita non ea quæ primario loco sunt,sed ea quæ secũdum locum obtinent, πρωγμένα, id est, producta nominentur.3.I.V. 153.Fœmina primaria.

PRIMIGENIVS,a,um.2.de L.28.Vel primigeniam à gignendo, id est, *Fortunam.*

PRIMIPILVS,li.*primus,vel primæ cohortis siue centuriæ triariorum centurio.* pro Cor.34. Martius primipili centurio. 12. in Ant.20. Aquila primipili.1.de Diu.77.Centurio primipili. & *ibid.*Signifer primi hastati.& Att.lib.5.

PRIMO.*primum,initio,à primo,principio.* de Clar.48.Isocrates primò artem dicendi esse negauit.5.Tusc.ul.5,2.de Orat.324. Tantum impelli primò iudex debet,vt,&c.pro Cluẽt.12.Primò,&c. deinde,&c.2.de Orat.118.A primo,&c.deinde,&c.pòst,&c.

PRIMORDIVM,dij.*principium,causa præcurrẽs.*2.de Leg.7.A diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.Part. 7. Primordia rerum,& quasi præcurrentia.

✠ADIVNC.*Maius,*1.*de Leg.*

PRIMORES,rum.*summæ vel extremæ quæque res.* pro Cæl.28. Aliquid primoribus labris gustare, & extremis (vt dicunt) digitis attingere.*id est,leuiter.*1.de Ora.87.Quæ isti Rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt.*id est,ne attigerunt quidem.**Hortens.Quod in primoribus habent,vt aiunt,labris.

PRIMVM.*primo.*1. de Nat. 105. Quæro igitur, vester Deus primùm vbi habitet:deinde,&c.pro Syll.43. Primùm ne,&c.deinde ne,&c.postremò ne,&c.Brut.Epist.lib.11. epist.10. Primùm omnium non te fugit,&c.2.de Nat. 124. Serpentes quædam simulac primùm niti possunt, aquam persequuntur. Epist.lib.13. ep.48.Cùm primùm in eam insulam veni. Epist.lib.10.ep.13.Vt primùm potestas data est,& li.5.ep.8. Vt primùm attigi forum. 1.de Inuent.100.Nunc primùm,&c.2. de Leg.2. Equidem qui nunc primùm huc venerim,satiari non queo.5.I.A.30. Quo die primùm conuocati sumus,ieci, &c.‖2.de Nat.3. Primùm deinde,&c.

☞ Syntaxis. *Primùm omnium decernas. Simulac primùm poteris,accedas. Cùm primùm dixisti. Vt primum noueris,nosti. Nunc primum venio. Quo die,qua hora primum abiit.*

PRIMVS,a,um. *in numero primarius, princeps.*)(.*postremus,nouissimus.*7. I. V. 89. Postremam quamque nauem piratæ primam adoriebantur.Epist.lib.10.epist. 11. Primæ tuæ sententiæ, &c. posteriores, &c. notissimæ mihi sunt. Orat.4. Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere.3. de Nat. 57. Aesculapius, qui primus vulnus obligauisse dicitur.4. ad Heren. 43. De quibus exornatoribus nominatio est prima. 1.de Finib.10.11.13. 14.Peripatetici primi ex omnibus philosophis docuerunt, &c. Orator. 215. Qui numerus in primo viget,iacet in extremo.4.Tusculan. 64. De morte & dolore, primo & maximo die disputatum est. in P. 2. Me quæstorem in primis ædilem priorem, prætorem primum pop. Rom. fecit. pro Sest. 6. Qui Trib. pleb. primus inter homines nobilissimos factus est.3. Offic. 101. Vtilia & prima summa habemus. de Vniu. 6. De his igitur quæ diximus, hæc sit prima distinctio.4. I. V. 183. Recita mihi quæso hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canulej.5. in Verr. 68.

Quinque

Quinque primi accitu istius euocantur. pro S.R. 25. Decretum fit, vt decem primi proficiscantur ad L. Syllam. Epist. lib. 3. ep. 8. Prima duo capita epistolæ tuæ. 4. in Ver. 162. Euocat ad se Centuperinum magistratum & decem primos. 1. de Natur. 20. Primis labris, id est, primoribus labris gustare aliquid. pro S. R. 15. Aliquis genere & nobilitate sui municipij facilè primus. 6. I. V. 37. A. Lysone Lilybetano primo homine.) (. *postremo.* & 5. Ver. 129. Dyrrhachinus primus ciuitatis. & 4. Ver. 88. Sthenius in primis Siculorum in dicendo copiosus. & 86. Oppidum Himera in primis Siciliæ clarum & ornatum. 1. de Nat. 121. Democritus vir magnus in primis. 3. de Or. 17. In primis hoc à se coanimaduersum esse dicebat. L. IN PRIMIS. 2. de Inu. 1. Cùm Crotoniatæ in Italia in primis beati numerarẽtur. 5. I. V. 68. Homo in primis improbissimus. 2. de Orat. 168. Si omnes debent, certè in primis imperatores. Attic. lib. 5. ep. 1. Cùm ad me frater venisset, in primis nobis sermo de te fuit. 4. de Fin. 50. Illud verò minimè consectarium, sed in primis hebes. 4. I. V. 68. Homo domi suæ cum primis locuples. & 3. Ver. 137. Homo cum primis honestus. 2. de Orat. 224. Sapiens homo cum primis nostræ ciuitatis. Att. lib. 1. ep. 14. Amoris erga me tibi primas defero. L. PARTES. 1. de N. 15. Ad quem tum Epicurei primas deferebant. de Clar. 308. Primas in causis agebat Hortẽsius. 2. de Orat. 147. Nõ possum equidem non ingenio primas concedere. Att. lib. 8. ep. 6. Primo quoque tempore aliquid fieri, vel agi. Epist. lib. 13. ep. 57. & 8. I. A. 33. Primo quoque die. 2. de Inuent. 60. Eiusmodi iniuriæ vt de eis indignum sit non primo quoque tempore iudicarri. 6. in Ver. 58. 4. Acad. 49. Me tibi primum quidque concedente. 2. de Fin. 106. Prima quæque abuolat. *id est, voluptas.* Attic. lib. 9. ep. 4. Tuas nunc epistolas à prima lego, hæ me paulum recreant: primæ mouent. & rogant, ne, &c. proximæ ostendunt, &c. & lib. 8. ep. 11. Sed hoc à primo cogitauit. *id est, ab initio.* 2. de Diuin. 38. Quæ autem inconstantia deorum est, vt primis minentur extis, bene promittant secundis? * Academ. Cum primas *partes* sibi quenque vendicare necesse sit. *ibidem.* Eum rectè primum esse iudicio suo.

✠ *ADVER. Facilè municipij, pro Sex. Rosc. Longè ciuitatis, 4. in Ver. Rectè, Acad.*

☞ Syntaxis. *Postremum quodque nauigium hostes primùm adoriuntur. Primus inter: genere & nobilitate sui municipij. In primis Italorũ. Primis labris gustare. In primis Italiæ, Venetiæ sunt. Vir magnus in primis. Cum primis locuples. Primas tibi sapientiæ defero. Primas in causis agebat Hortensius. Primas ingenio cõcedimus. Non primo quoque tempore venies? A primo cupio.* id est, à principio.

PRINCEPS, pis. *primus, primarius, autor, inuentor, dux, optimates, coryphæus. excellẽs, columen, qui cæterorum obtinet principatum, qui honestissimum locum ciuitatis tenet, qui sententiæ principatum tenet, qui primos ordines ducit.* 1. de Nat. 16. Tres enim trium disciplinarum principes conueniũt. 1. de Orat. 216. Pericles plurimos annos princeps consilij publici fuit. 3. de Orator. 60. Princeps sententiæ in senatu, dux regendæ ciuitatis, autor publici consilij. de Ar. 57. Sed tamen eorum omniũ hic dux est atque princeps. 1. de Orat. 47. Harum disputationum inuentor ac princeps Plato. 2. de Natur. 167. Socrates princeps philosophorum. 4. Academ. 131. Zeno qui inuentor ac princeps Stoicorum fuit. 1. de Inuent. 20. Exordium princeps omnium debet esse. de Clar. 316. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Orat. 62. Longè omnium, quicunque fuerunt, grauitate dicendi princeps Plato. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 23. Princeps ingenij & doctrinæ Plato. de Ar. 58. Senatus princeps salutis mentisque publicæ. pro Flac. 54. Vsque eò orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Mæandrus. pro Dom. 66. Cn. Pompeius longè princeps ciuitatis. & 110. Vir princeps orbis terræ. 3. de Nat. 80. Cur tot ciuitatis principes à Cinna trucidati. 2. de Orat. 356. Natura huius boni princeps est. 2. de Fin. 61. P. Decius princeps in ea familia consulatus. Ep. lib. 10. ep. 6. Deinde se, & senatui, bonisque omnibus autorem, principem, ducem præbeat. & lib. 12. ep. 24. Me principem senatui populóque Rom. professus sum. 1. Acad. 26. Principes qualitates. de Clar. 151. Longè omnium in iure ciuili esse principem. 1. in Ver. 47. Princeps in agendo. & *ibid.* 48. vt ille princeps quam maximè excellat. Epist. lib. 1. ep. 9. Cùm in rep. Cn. Pompeius princeps esset. 2. de Diuin. 87. Eudoxus in astrologia facilè princeps. 1. de Orat. 98. Aliquis consilio ac lingua princeps. de Amic. 26. Amor princeps est ad beneuolentiam coniungendam. de Clar. 319. Cùm essem in principibus patronis quinquennium versatus. pro Dom. 147. Qui in mea salute principem locum autoritatemque tenuistis. de Clar. 80. Is personam principis ciuis facilè dicendo tuebatur. 2. de N. 168. Ille se principẽ ciuem putat. de Arusp. 28. Cùm nostri imperatores ad illam ipsam principem aram vota persoluerent. I. P. 30. Ciuitas in qua in principum numero vultis esse. Epist. lib. 1. ep. 7. Quem tamen illi esse in principibus facilè sunt passi, euolare altius certè noluerunt. Epist. lib. 9. ep. 17. Nos enim principi seruimus. *id est, Cæsari.* 1. de Diuin. 46. Quæ magi Cyro illi principi interpretati sunt. 5. Tusc. 8. Leon princeps Phliasiorum. & lib. 4. 69. Princeps ille Argonautarum. 1. Offic. 140. Facta principum imitari. Epist. lib. 1. ep. 9. Quales in repub. principes essent, tales reliquos solere esse ciues. *ex Platone.* Attic. li. 2. ep. 1. Te signifero ac principe. 3. de Leg. 14. Demetrius, vtraque re excellit: nam & doctrinæ studiis, & regenda ciuitate princeps est. Parad. 5. Ex summis, inquiunt, principes ciuitatis sumus. de Clar. 233. Is in principibus patronis aliquot annos fuit. 1. Offic. 138. Homo honoratus & princeps. 8. I. A. 29. Magnum est personam in repub. tueri principis, &c. de Vn. 40. Deinde vt illi principem se ducemque præberet. 5. in Verr. 56. Homo cùm virtute & nobilitate domi suæ, tum etiam pecunia princeps.

✠ *ADVERB. Facilè, 4. Acad. Facilè omnium, 3. de Orat. Facilè ordinis, 6. Famil. Longè, 13. Famil. Longè in iure, de Clar.*

¶ *Militaris quidam ordo. Nam in legione Romana hæ acies erãt, triarij, principes, hastati, velites: quæ præter velites, singulæ in decem centurias diuidebantur. Hinc ad Brutum scribit Cicero.* Nasennius Cretensi bello, Metello imperatore, octauum principem duxit. *id est, octauam principum centuriam siue ordinem.*

¶ *Primus, ordine, tempore, ante alios.* 7. I. A. 23. Firmiani principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. Attic. lib. 4. ep. 1. Ille legatos quindecim cùm postularet, me principem nominauit. 10. I. A. 14. Is princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. 2. de Orator. 55 Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornauit. Attic. lib. 1. ep. 14. Ego princeps in adiutoribus, atque adeò secũdus. 1. Acad. 26. Earum qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. 7. in Ver. 89. Vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat. & 1. Ver. 47. Is qui princeps in agendo est. & 4. Ver. 2. Sicilia princeps se ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omnium prouincia est appellata. de Clar. 82. Et nimirum is princeps ex Latinis hæc tractauit. 3. de Orator. 127. Gorgias princeps ex omnibus ausus est, &c. Ep. lib. 10. ep. 17. Princeps ad omnia pericula.

✠ *ADIVN. Amplissimus ciuitatis, 1. de Orat. Graues, pro Sest. Illustres in arte, meri, 2. de Orat. Leuis maleficij, in auctores vehementissimus, pro Cluent. In agendo paratissimus & ornatissimus, Diuin. Vitiosi, 3. de Legib.*

☞ Syntaxis. *Princeps philosophiæ, Plato. Te signifero, & principe. Ciciliæ princeps applicuit se ad pop. Rom. Eloquẽtia, & in eloquentia princeps. Qualitates principes, & ex iis ortæ. In orando princeps. Princeps ex omnibus. Cæs. vicit, &c. Princeps cogendi exercitus. Disciplinarum, publici consilij, in Senatu sententiæ princeps. Dux & princeps, Inuentor ac princeps. Exordium sit omnium princeps. Longè omnium princeps. Salutis princeps, ac mentis publicæ Senatus. Cæs. ciuitatis longè princeps. Vir princeps orbis terræ Cæs. Autor, princeps, dux. Profiteri se principem Senatui. Princeps ille venit. Ex omnibus princeps. In periculo princeps. Principem octauum ducere.*

PRINCIPALIS, le. *princeps: vt municipalis.* de Fat. 41. Causarum aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. & *ibid.* Assensio non potest fieri nisi commota viso: & ad visum proximam causam habet, non principalem. de Fat. 9. Non sequitur tamen, vt sedere eos & ambulare principalibus causis definitum sit.

PRINCIPATVS, tus. *dominatus, primæ.* 2. de Nat. 29. Principatum id dico, quod Græci ἡγεμονίαν vocant, quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse præstantius. 1. de Nat. 35. Theophrastus menti diuinum tribuit principatum. 2. Offic. 66. Eloquentiæ ergò à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. 11. I. A. 36. Cassio mea sententia dominatum & principatum dedi. *id est, eum plus quàm cæteros ornaui.* 2. I. A. 5. Cæsar qui tibi detulerat ex latronibus suis principatum. Orat. 56. Qui eloquentiæ principatum petet. 3. de Fin. 52. Regius principatus. 1. Tusc. 19. Tenere principatum. 2. de Nat. 49. Sol, qui astrorum obtinet principatum. Ep. li. 1. ep. 9. Delere principatum summorum virorum. 12. I. A. 9. Gallia huius belli administrandi principatũ tenet. 13. in A. 44. Qui huius belli feret principatum. Attic. lib. 13. ep. 19. Sermo ita inducitur cæterorum, vt penes ipsum sit principatus. ad Octa. M. Antonius cõcupierat regium principatum. 1. Offi. 13. Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus. 1. Offic. 64. In hac elatione animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur. * pro M. Scau. Curia illa de grauissimo principatu patris fortissimóque testatur.

¶ *Initium.* de Vn. 4. An mundus ab aliquo temporis principatu ortus est?

✠ *ADIVNC. Diuinus, 1. de Nat. Præstans, 1. de Diuin. Regius, 3. de Finib.*

☞ Syntax. *In tota dignitate principatus pietati datur. Dominatum & principatũ alicui dare. ad est,* primas laudes. *Principatũ ex laboribus suis alicui deferre. Regius principatus. Belli principatum ferre, tenere.*

PRINCIPIO. *primo, initio, primum omnium.* 2. de Diu. 75. Ius augurum diuinationis opinione principiò constitutum est, postea reipub. causa conseruatum ac retentum. 1. de Orat. 210. Nam si quæreretur, &c. constituendum putarem principiò, quis esset, &c. 1. de Fin. 17. Principio inquam in physicis, quibus maximè gloriatur primùm totus est alienus. 1. Offic. 11. Principiò generi animantium omni est à natura tributum, vt, &c. 1. Offic. 126. Principiò corporis nostri magnam naturæ ipsa videtur habuisse rationem. Tusc. li 2. 53. C. Marius rusticanus vir cùm secaretur, principiò vetuit se alligari.

PRINCIPIVM, ij. *initium, primordium, origo.* de Fato 43. Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. de Senect. 78. Animus semper agitatur, cuius motus nec principium nec finem habet. 1. de Nat. 20. Cuius principium aliquod sit, eius necesse est esse extremum. in Vat. 14. Omnium rerum magnarum à diis immortalibus principia ducenda sunt. 1. de Nat. 1. Scientia est causa id est principium philosophiæ. pro Cæl. 56. Cuius criminis ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum. pro Pomp. 3. Cuius orationis difficilius est exitum, quàm principium inuenire. Br. epist. pr. In. 1. Natum omnino est principium à me. Epist. lib. 5. ep. 12. A principio coniurationis vsque ad reditum nostrum. Orat. 199. Ad exitum à principio ferri, & à capite ita fluere, vt ad extremum veniens consistas. 4. de Fin. 34. A principio instituere aliquid, idque perficere. 1. de Nat. 2. An à principio dij omnia fecerint. de Pro. 33. Iam inde à principio huius imperij. pro Cornel. 39. Gaditani à principio sui generis ac reipubl. fluxerunt. pro Dom. 138. Dixi à principio me, &c. de Clar. 157. 2. de Diu. 133. Non poteras hoc à principio dicere? Top. 72. A principio diuidere. Attic. lib. 1. ep. 1. A principio audire amicissimè monentem. pro Syll. 69. De principio. *id est, à principio.* 1. Offic. 31. Ea quæ proposui in principio. 1. de Orat. 121. Exalbescere in principiis dicendi. 1. de Orat. 209. Quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo. 2. de Orat. 213. In vtroque autem genere dicendi & principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent. de Somn. 20. Cæteris quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. pro Cornel. 9. Qui pueritiæ tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum. 5. de Finib. 58. Omnium rerum principia parua, sed suis progressionibus vsa augentur. * pro C. Corn. 1. Ponam principium iustissimæ libertatis Cassiam legem.

¶ *Causa efficiens, autor, primum.* 1. Tusc. 53. Principij nulla est origo, nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. *& ibi multa pulchra de principio.* de Cla. or. 209. Omnium causarum vnum est naturale principium.

¶ *Rudimentorum, seminarij, elementi ratio.* 3. Offic. 52. Ea habemus principia naturæ, quibus parére debeamus. 1. de Leg. 18. Nunc iuris principia videamus. & 37. Quocirca vereor committere, vt non bene prouisa & diligenter explorata principia ponantur. 1. Offi. 54. Hoc autem est principium vrbis, & quasi seminarium reip. 4. de Finib. 18. Principiis à natura datis, &c. 1. Offi. 11. Principia & causæ rerum. 4. Acad. 117. Principia rerum, ex quibus omnia constant. *& ibi de principiis rerum.*

¶ *Pars prior, præuia.* pro Cl. 11. Principiis cognitis multo faciliùs extrema intelligetis.

✠ ADVNC. *Accurata, & acuta dicendi, instructa sententiis, apta verbis, causarum propria, leuiora, multa, tarda, 2. de Orat. Accuratum, naturale, de Clar. Breuia.) (. Longa, suspiciosa, Part. Falsa, 4. de Fin. Funesta, de Arusp. Immortale, 3 de Legib. Longa, Top. Naturalia, 1. de Finib. Optima naturâ, solida, expressa, 3. Offic. Parua, 5. de Fin. Verecunda, non elatis intensa verbis, sed acuta sententiis, Orat.*

PRIOR, us. *habitudine primus.* 4. Acad. 44. Priori posterius, posteriori superius non iungitur. 3. de Fin. 74. Quid posterius priori non conuenit? I. P. 1. Me quæstorem in primis ædilem priorem, prætorem primum populus Romanus fecit. 2. de N. 3. Primùm, &c. deinde, &c. tum, &c. postremò, &c. nos autem quæ priora duo sunt, sumamus: tertium & quartum puto in aliud esse tempus differenda.

¶ *Absolutè primus.* 1. de Nat. 86. Itaque in illis selectis eius sententiis, quas, &c. hæc, vt opinor, prior sententia est, quòd, &c. pro Q. 7. Priore loco causam dicere. 7. I. V. 142. Indignum hoc video videri omnibus iudices, & id iam priore actione, cùm hæc testes dicerent, intellexi. *id est, prima.*

¶ *Primus honoris gradus.* de Clar. 84. Etsi vtrique primas, priores tamen deferunt Lælio.

¶ *Superior, transactus.* Epist. lib. 1. ep. 9. Quod de Qu. frat. negocio scribis, te priore ætate conficere non potuisse, &c. pro Planc. 54. Et ais prioribus comitiis Tarentinam tibi à Plancio esse concessam. *id est, superioribus.* Epist. lib. 11. ep. 27. Anno priore.

PRISCE. *priscè more, horridè, asperè.* pro Cæl. 33. Seuerè & grauiter & priscè agere cum aliquo.) (. *remissè, lenter, vrbanè.*

PRISCVS, a, um. *casus, vt aut Ennius: antiquissimus, heroicus.* 1. Tusc. 27. Itaque illud erat insitum priscis illis, quos cascos Ennius appellat. 3. de Nat. 42. Iouem quoque plures in priscis Græcorum literis inuenimus. de Ar. 27. Prisca illa seueritas, &c. pro Dom. 123. Verbis priscis & penè solennibus bona alicuius consecrare. 1. de Orat. 193. Verborum prisca vetustas. de Vniuer. 34. Credendum est veteribus & priscis, vt aiunt, viris, qui, &c. 3. de Orator. 39. Illud quod loquitur, priscum visum iri putat. de Clar. 85 Verba paulò magis prisca.

☞ Syntaxis. *Prisca vetustas. Veteres & prisci viri. Verbum paulo magis priscum.*

PRISTINVS, a, um. *vetus, antiquus.* Epist. lib. 1. ep. 5. Vt pristinam tuam dignitatem & gloriam consequare. pro Mil. 1. Vetus consuetudo fori, & pristinus mos iudiciorum immutatus est. Antequam. 13. Vt ego ad pristinum statum recidam. pro Sex. R. 150. Vestra pristina bonitas & misericordia. pro Clu. 181. Mulier incensa odio pristino. pro Syll. 26. Ille labor meus pristinus, &c. ✠ ‖ Epist. lib. 4. ep. 14 Pristina dignitas. Epi. lib. 13. ep. 4. Pro pristinis opibus. 13. Phil. 50. Pristina virtus.

PRIVANS, tis. *στερητικὸς.* Top. 48. Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellantur στερητικά,

PRIVATIM. *proprie.) (. publicè.* pro Quin. 15. Nec societas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. Ep. lib. 4 ep. 13 Nulla enim me ipsum priuatim pepulit insignis iniuria pro Sex. R. 114. Si hanc ei rem priuatim S. R. mandauisset, &c. Anteq. 1. Beneficia quæ singulis ciuibus priuatimque dantur. * pro C. Corn. 1. Dum priuatim dicunt. *ibid.* Cùm bis iurasset, semel priuatim à patre, iterum publicè à lege coactus.

☞ Syntaxis. *Singulis priuatimq; dicere.*

PRIVATIO, onis. *amotio, diminutio, spoliatio.* 2. de Fin. 29. Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris priuatio. & lib. 1. 38. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem.

PRIVATVS, a, um: tius. *suus, domesticus, proprius.) (. publicus, cum potestate vel imperio.* pro Sest. 27. Pro me vno ciue & bonos omnes priuato consensu, & vniuersum senatum publico consilio mutasse vestem. Pro Quint. 15. Res quæ ipsius erant priuatæ. & *ibid.* Priuata domus. 3. de Finib. 4. Verbis in dicendo quasi priuatis vtuntur ac suis. Attic. lib. 7. ep. 7. Illud priuatiùs non ascribis, &c. ✠ *id est, magis ad me pertinens.* ‖ *Lamb. illud putidius restituit.* Att. lib. 7. ep. 7. Qui magis quàm priuatum aliquem mittat. 3. de Leg. 43. De priuatis magistratibusue audiendis. de Amic. 15. Quorum mihi coniuncta cura & de Republica, & de priuata fuit. pro Dō. 43. XII tabulæ vetant, leges priuatis hominibus irrogari. de Ar. 22. Tua tum virtus eadem fuit, quæ priuato quondam proauo tuo. 1. de Inuent. 35. In fortuna quæritur, priuatus an cum potestate sit. de Senect. 22. Vita priuata & quieta. 1. Offi. 21. Sunt autem priuata nulla natura, sed aut, &c. de Clar. 46. Cum sublatis in Sicilia tyrannis res priuatæ longo interuallo iudicis repeterentur.

¶ *Orbatus.* pro R. P. 25. Demetrius aspide ad corpus admota, vita priuatus est.

✠ ADVERB. *Paulo amplius quàm, 2. in Ver. Maximè causæ, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Verba priuata dicere. & sua. Id erit priuatius. Vita priuata, & quieta.*

PRIVERNAS, tis. *à Priverno oppido.* 2. de Orat. 224. Testificatur pater, se tibi Priuernatem fundum reliquisse. & *ibid.* Fortè euenit, vt in Priuernati essemus.

PRIVIGNA, gnæ. Attic. lib. 13. ep. 20. De vxore Tuberonis & priuigna neque possum iam abdere, neque Tuberonem volo defendere.

PRIVIGNVS, gni. *ad nitricum nouercámue refertur, nam is dicitur, cuius alter non est verus parens, sic etiam:* PRIVIGNA. pro Cl. 188. Mulier in priuignorum funus nupsit. Quint. frat. lib. 3. ep. 3. Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, subscribente priuigno Memmio.

PRIVILEGIVM, gij. *lex priuata homini irrogata.* ‖ *Ne deinceps rudiores vsus huius nominis fallat, trāscripsim⁹ quæ de eo præclarè Scho-* ✠ *rus. Aliud longè (inquit) veteres significarunt hoc nomine ac vulgo fit. Vsurpatur iam fere ab omnibus pro donis, & muneribus quæ à principibus aut regibus ciuitatibus, populis, aut etiam singulis ciuibus conceduntur: vt si vectigalibus aut aliis oneribus liberentur, dicunt se habere priuilegia, quod veteres dixerunt liberari vectigalibus, vectigales liberare, tollere portorium, immunitate donare, Nec verò si quid iuris habeat alia ciuitas præ alia priuilegium, sed ius & legem appellabant, qui non in laude modo, sed maximè in vitio, priuilegium ponebant, vt cum irrogaretur priuilegium alicui, vt exularet: Differt itaque priuilegiū à lege, quod lex ad omnes alicuius certi ordinis homines pertinet, priuilegium singulorum est, non multorum: Quod ex ipsis verbis Ciceronis planius intelliges. Hæc ille.* pro Dom. 43. Vetant leges sacratæ, vetant XII. tabulæ leges priuatis hominibus irrogari: id est enim

priuilegium.3.de Legib.44. In priuatos homines leges ferri noluerunt: id est enim priuilegium. pro Sest.65. Cùm XII. tabulis sancitum esset, vt neque priuilegium irrogari, neque de capite ciuis, nisi comitiis centuriatis rogari posset. Parad. 4. Familiaris tuus de te priuilegium tulit, vt si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. pro Dom.26. An licuit tibi de peste ciuis indemnati ferre non legem sed nefarium priuilegium? & 110. Cùm indemnatum exturbares priuilegiis tyrannicis irrogatis. Postq. in Sen.28. Priuilegij vim & crudelitatem autoritate honestissimorum hominum & publicis literis consignauit. de Clar.89. T. Libo rogationem in Galba priuilegij similem tulit. Attic.lib.3. ep.15. Quod cum Curione de priuilegio locutus es, est aliquid. 3.de L.11. Priuilegia ne irroganto.

✠ *ADIVNC. Iniustum, 3. de Leg. Nefarium, tyrannica, pro Dom. sua ad Pont.*

PRIVO, as. *orbo, spolio, dispolio, expolio, excludo, expertem facio.*) (*augeo, orno.* Top. 48. Præpositio In, priuat verbum ea vi quam habebat. Attic. lib.9.ep.12. Aegritudo me somno priuat.5.de Finib. 87. Democritus oculis se priuasse dicitur. 4. Acad.33. Si quis aliquem oculis priuauerit. Epist. lib. 4. ep. 9. Noli patriam multis claris viris orbatam priuare etiam aspectu tuo. & lib.5.ep.20. Sic me liberalitatis fructu priuas. pro S.R. 63. Priuale luce. Attic.lib. 1.ep.13. Priuare aliquem exilio. 9. I.A. 8. Vos Ser. Sulpitium vita priuastis. pro C. Corn. 1. Non honestissimum virum communi & quotidiano iure priuasser. in Cl. Neq; te retinere in ciuitate, ✠ sed exilio priuare voluerunt iudices. ‖ pro Qu.74. Priuate luce.

✠ *ADVERB. Indignissimè luce, pro Sex. Rosc. Am. In perpetuum fructu, pro Clu.*

PRIVOR, ris 1. contra Rull.13. Non enim vnus afficitur beneficio, sed vnus priuatur iniuria. 1. de Finib. 37. Priuari dolore. pro Rabir. 8. Vt alter vita crudelissimè priuaretur. pro Quint. 74. Non modò honestè partis bonis, sed etiam communi luce priuari.

✠ *ADVERB. Crudelissimè ciuitate, Anteq. Crudelissimè vita, pro C. Rab. In-perpetuum honore, pro Au. Cluent.*

☞ Syntaxis. *Oculis se priuare. Exilio aliquem priuare. Dolore priuari.*

PRIVS, *antè.* Att.lib.4 ep.14. Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm vt tibi gratularer. pro Syll.65. Cùm in Capitolium nos senatum conuocassemus, nihil est actum priùs. pro Qu.9. Prætor iudicium prius de probro, quàm de re maluit fieri. Att.lib. 9.ep. 9. Præstabo (si Cæsarem bene noui) eum prius tuæ dignitatis, quàm suæ vtilitatis rationem habiturum. de Amic. 15. Quem fuit æquius, vt prius introierat in vitam, sic prius exire de vita. Attic. lib. 15.ep. 13. Ad te antea atque adeò prius scripsi. 1. Tusc. 110. Priusque Bœotia Leuctra tollentur, quàm, &c. in L. Pison. Prius—dein—extremo.

PRIVSQVAM. *antequam.* 3.de Orat.25. Sed priusquam illa conor attingere, proponam breuiter, &c. in Vat.4. Quod ego simulac te aspexi, priusquam loqui cœpisti, sensi. Epist. lib. 9. ep. 26. Tamen quid potius faciam, priusquam me dormitum conferam, non reperio. de Opt. 19. Vt ne quis corona donaretur in magistratu, priusquam rationes retulisset. pro Cornel. 18. Ac priusquam aggrediar ad causam, &c. quiddam de communi conditione breuiter commemorandum videtur. 3. in Ant. 3. Cui priusquam de cæteris rebus respondeo, de amicitia pauca dicamus. pro Mil. 100. Præclarè enim vixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro. Quin. frat.lib.1. ep.2. Ne de bonis quæ Octauij fuissent, diminui paterentur, priusquam Fundanio debitum solutum esset. *Cum indicatiuo, & subiunctiuo modo.*

PRO, vel PROH. L. PROH. *interiectio est, exclamationem, vociferationem, & indignationem significans.* 2.I. A.32. Quæ res vnquã, prò sancte Iupiter, in terris est gesta maior? 1. in Verr. 7. Prò deum hominumque fidem. & 5. Tusc. 48. Prò deûm atque hominum fidem.7.I.V.96. Prò dij immortales, &c. Oecon. 1. Prò Deum immortalium.

¶ *Pro loco vel in loco.* Or. 93. Ennius pro Afris immutat Africam: item *ibid.* Quia quasi summittunt verba pro verbis: item *ibid.* In quibus pro verbo proprio subiicitur aliud. Orat.154. Sodes, pro si audes: malle, pro magis velle. 3. de Orat. 165. Ceres pro frugibus, Liber pro vino. 2. de Orator. 352. Dixit se dimidium eius quod pactus esset, pro illo carmine datutum. de Opt. 14. Verbum pro verbo reddere. de Senect. 68. Incerta pro certis habere, falsa pro veris. de Clar.276. Hoc ipsum etiam posui pro argumento, quòd ille cùm, &c. egisset, &c. & *ibid.* Sic nos summi oratoris vitio pro argumento ad diluendum crimen vsi sumus. Quint.frat. lib.1.ep.2. Licinius seruus apud patronum Epicureum pro libero fuit. Brut. ep. 16. An hoc pro beneficio est habendum? pro Quint.99. Ornamentis alicuius pro spoliis abuti.4. in Ver. 5. Sicilia non solùm pro penaria cella, sed etiam pro ærario Romanis fuit. 1. Offic. 20. Communibus pro communibus vti: priuatis autem, vt suis. 2. I. A. 56. Quoniam condemnatum esse, pro nihilo vis. L. NIHILVM. Brut. ep.16. Benefacta pro debitis exigimus. 2. de Legib. 13. Præcepta, quæ impertiri pro salutatibus mortifera conscripserunt. 11. I.A.11. Bestia damnationem pro prætura putat. & 27. Tamen ego pro decreto putarem. pro Mil. 66. Vulnus quod acu punctum videatur, pro ictu gladiatoris putari. 6. I. V. 33. Cum Verres iam pro damnato mortuoque esset. 6. I. V. 90. Titi Marcelli statua pro patibulo fuit. 1. Acad. 25. Quibus verbis consuetudo iam vtitur pro Latinis. Attic. lib. 2. ep. 5. Vnus Cato mihi est pro centum millibus. Attic. lib. 13. ep. 1. Iam illuc pro facto habeo. 2. de Inu. 80. Habere aliquid factum pro infecto. Epist. lib. 5. ep. 20. Rem non factam pro facta habeo. Attic. lib. 1. ep. 13. Hoc pro mercede vel pro præmio tibi erit. Epist. lib. 6. ep. 12. Hæc pro certis ad te scribo. Attic. lib. 5. ep. 21. Omnia quæ certa non erunt, pro certo negato. 1. de Inuent. 88. Cùm ambiguum pro certo concesseris. 2. de Diuin. 106. Quæ dubia sunt, ea sumere pro certis atque cõcessis. 5. Tusc. 18. Id sumunt pro certo & probato. Epistol. lib. 8. ep. 8. Pro beneficio dare aliquid alicui. & *ibid.* Pro absoluto haberi. pro Sest. 81. P. Sestius, qui pro occiso relictus est. pro Pl. 62. Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus. de Arusp. 23. Ludi pro festis penè funesti extiterunt. 1. de Diuin. 124. Potest accidere, vt signum aliquod dubiè datũ pro certo sit acceptum de Prou. 3. Occupare aliquid pro præmio alicuius facti. & *ibid.* 2. Tribuere aliquid pro pignore. 2. de Diuinat. 21. Aliquid pro certo futurum esse. I.P. 53. Nonne tibi nox erat pro die? caupona pro oppido? Attic. lib. 7. ep. 13. Sermone aliquo alicubi arrepto pro mandatis abuti. & lib.8.ep.1. Oram maritimam pro derelicto habere. & lib.9.ep.18. Pro certo habemus de Cæsaris aduentu. & *ibid.* Hoc pro certo habemus. 3. de Orat. 4. Cùm tu omnem autoritatem vniuersi ordinis pro pignore putares. *aliter, propugnares.* 2. de Nat. 160. Sui, ne putrescat, anima pro sale data est. 9. I. A. 5. Reddita ei tum à maioribus statua, pro vita. pro Mur. 60. Iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio valere. 3. Offic. 47. Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, iustum est non licere. in Sal. 14. Qui patre nondum mortuo, pro hærede gesserit omnia. pro Ar. 11. Ita se iam tum gessit pro ciue. Attic. lib. 11. ep. 9. Quibus in miseriis vna est pro omnibus. de Am. 84. Omnia alter pro altero suscipiat. 4. I. V. 169. In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. Attic. lib. 11. ep. 10. Terentius magnas operas in scriptura Asiæ pro magistro dedit.

¶ *Propter.* pro Rex. Rosc. 8. Supplicia pro maleficijs suis metuere. pro Dom. 31. Quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cn. Pompeij meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, non ignorant. & 103. Quam porticum pro amore, quem habetis in rempublicam, & semper habuistis, vestris manibus disturbare cuperetis. Epist. lib. 13. ep. 68. Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen ex tuis literis libentissimè cognoscam eadem, quod & pro vetustate necessitudinis, & pro beneficiis vestris, & pro dignitate ipsius facere debeo. Vale. Attic. lib.10.ep.9. Pro iure amicitiæ nostræ à te peto, &c. 1. ad Her.27. Vt pro tuo in nos officio, & nostro in te studio munus hoc accumulatissimè tuæ largiamur voluntati. Antequam.28. Non turpitudine vitæ, non pro magnitudine scelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege persoluo. Attic. lib. 16. ep. 20. Tibi pro tuis summis beneficiis gratias ago. *id est, propter tua beneficia.* 13. I. A. 50. Pompeius, Cn. F. pro patris maiorumque suorum animo, studioque in rempublicam, suáque pristina virtute, industria, voluntate fecit, quòd S. P. Q. R. pollicitus est operam suam, &c. 2. I. A. 49 Nunquam te mihi pro tuis in me iniuriis satis esse fructus putabas. pro Pom. 4. Qui ad me pro necessitudine, quæ mihi est cum illo ordine, pericula rerum suarum detulerunt. pro Clu. 151. Si fieri hoc posse existimasset, pro illo odio, quod habet in ordinem equestrem, fecisset, &c. 7. I. A. 8. Pro mea perpetua cupiditate vestræ dignitatis augendæ, quæso oroque vos, vt, &c. & 13. Phil. 11. Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniectione deposco, &c. 1. de Orat. 234. Quam omnes amare meritissimo pro eius eximia suauitate debemus. pro Cluent. 118. Qui à me pro eximia sua virtute, summis honoribus, quos, &c. honoris causa nominatur. pro Mur. 86. Ego vos pro mea summa & vobis cognita in rempublicã diligentia moneo, pro autoritate consalari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, vt, &c.

¶ *Secundum, iuxta, pro ratione.* pro Sex. Rosc. 33. Hunc pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commodè potest. pro Sex. Rosc. 148. Si omnes hospites huic pro patris eius hospitiis & gratia adesse vellent, is satis copiosè defenderetur. Epist. lib. 5. ep. 20. Credo me quidem tibi pro animi mei voluntate, & pro ea spe facultatum, quam tum habebamus, quàm humanissimè potuerim rescripsisse. 3. Tusc. 58. Pro opinione vulgi. & 4. Tusc. 33. Pro rerum obscuritate. Epist. lib. 10. ep. 21. Pro magnitudine rei. Attic. lib. 8. ep. 9. Pro temporibus, & *ibid.* Pro rebus tuis gestis amplissimis. Att. lib. 7. ep. 8. Pro re nata. 6. I. V. 49.

49. Pro imperio & potestate. pro Cluent. 74. C. Quintius illud iudicium pro potestate dimitti iussit. 3. I. A. 36. Sunt impij ciues pro charitate Reipublicæ nimiùm multi, pro multitudine bene sentientium admodum pauci. pro Dom. 108. Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. Epist. lib. 13. ep. 4. Si pro meis pristinis opibus possem, &c. & ep. 28. Achaię ciuitates pro horum temporum perturbatione felices sunt, quòd. &c. & 57. Vt suum negocium pro causæ veritate & pro sua dignitate conficiat. 11. I. A. 6. Quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Attic. lib. 8. ep. 15. Quod tibi facilè me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Postquam in Sen. 1. Si pro vestris immortalibus in me meritis parum vobis cumulatè gratias egero, quæso, &c. 1. I. A. 12. Misi pro amicitia, qui hoc diceret, &c. 4. I. V. 23. Is à Dione, pro hospitio, quod sibi cum eo est, cognouit, &c. 2. I. A. 6. Querela misera quidem, sed mihi pro hoc gradu, in quo me S. P. Q. R. collocauit, necessaria. pro Pom. 68. In quo omnes pro amplissimis vestris honoribus summam grauitatem esse cognoscitis. 7. I. V. 61. Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere. pro Corn. 59. Sic quæ ab hoc pro facultate huius, pro loco facta sunt, grata esse vobis debent. 3. I. V. 68. In eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loquitur. Attic. lib. 15. ep. 4. Tibi pro tua natura semper placuisse eum, &c. 2. Offic. 58. Quare faciendum est, modò pro facultatibus, &c. 1. de Nat. 15. Huic disputationi pro tuo studio non est alienum te interesse. pro Font. 32. Videor hoc leuiter pro mea autoritate vobis præcipere posse. 2. contra Rull. 99. Hæc ego vos concupisse pro vestra stultitia atque intemperantia non miror. 4. I. C. 7. Vterque pro sua dignitate & pro rerum magnitudine, in summa seueritate versatur. pro Mur. 51. Neque tamen Senatus satis seuerè pro rei indignitate decreuit. pro Arch. 32. Qua de re pro mea consuetudine breuiter dixi. pro Cluent. 160. Quibus de rebus pro Cluentij voluntate nimium, pro Reipublicæ dignitate parum, pro vestra prudentia satis dixisse videor. 1. Off. 42. Videndum est, vt pro dignitate cuique tribuatur. Epist. lib. 15. ep. 15. Ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset. 1. Tuscula. 108. Pro sua quisque facultate parat, &c. pro Quint. 16. Romæ mihi nummorum facultas est: quam, si sapies, communem existimabis, pro fraterna illa necessitudine, & pro nostra affinitate. Atti. lib. 9. ep. 13. Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili ac singulari sapientia, de concordia ciuium agi velle arbitrarer. pro Pom. 17. Horum vobis pro vestra sapientia est habenda ratio. Attic. lib. 8. ep. 19. Non enim pro tua prudentia debes illud solùm animaduertere, quod, &c. sed, &c. Ep. li. 4. ep. 10. Reliqua tu pro tua prudentia considerabis. & lib. 6. ep. 7. Non dubito pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si, &c. & lib. 16. ep. 1. Hæc pro tuo ingenio considera.

¶ *Alicuius gratia, causa, defendèdi ratio, & fauoris.* 3. de Or. 72. Hoc modò non pro me, sed contra me est potius. 2. de Or. 198. Antecedebat vt hæc tu pro Rep. queri existimarere. 2. de Ora. 200. Ego pro sodali, & pro mea omni fama fortunisque decerno. & *ibidem.* 201. Omnia semper pro amicorum periculis, nihil vnquam pro me ipso deprecor. 2. de L. 51. Exigere aliquid pro sua parte. L. PARS. pro Milon. 39. Vendicare aliquid pro suo. pro Sest. 3. Nihil prætermissum est, quod aut pro Rep. conquerendũ fuit, aut pro eo disputandum. 1. de Ora. 143. Quæ pro nobis sunt amplificanda, quæ pro aduersariis sunt infirmanda. pro Dom. 30. Idem pro salute mea populum Romanum obsecrauit. Postquam in Sen. 28. Qui populum Romanum pro me tanquam pro fratre aut pro parente non solùm hortatus est, sed etiam obsecrauit. 1. de Orato. 82. Pro se quisque eorum certabat. item. Pro eo ac, pro eo ac si, pro eo quantum, pro eo quod, pro eo quomodo. L. PRO EO AC, *& cætera locis suis.* de Clar. 81. Metellus pro L. Cotta dixit, accusante Africano. pro Cluent. 88. Hoc non modò non contra me valet, sed etiam pro me est. pro Cluent. 132. Lentulus Popilium in iudicio de ambitu pro testimonio diligentissimè laudauit. in Vat. 3. Sed hesterno pro testimonio te esse mentitum, paulò antè imprudens indicasti. Pro socio arbitrum. L. SOCIVS, *in fine,* pro S. R. 100. Pro testimonio aliquid dicere. 12. I. A. 29. Sunt fortes illi quidem, sed propter memoriam rerum quas gesserunt, pro populi Romani libertate & dignitate nimis feroces. *id est, ad libertatem & dignitatem.*

¶ *Ante.* pro Mil. 2. Illa præsidia quæ pro templis omnibus cernitis. 3. I. A. 27. Pro æde Castoris sedens, &c. & 5. Phil. 21. & 2. Phil. 64. Pro æde Iouis Statoris hasta posita.

☞ Syntaxis. *Verba pro verbis summittere, reddere. Hoc vtor pro argumento. Seruus esse mihi est pro libero. Pro beneficio id habeo. Pro maleficijs suis,* id est, propter *supplicia metuere. Pro damnato & mortuo ille est. Hoc ego verbo vtor pro Latino. Hoc pro certo scribo. Pro occiso relinqui à latronibus. Mancipium pro fabro emere. Vrbem pro dereliclo habere. Pro pignore fidem habere. Alter pro altero omnia præstans. Pro amicis certare. Pro templis ponere. Pro aris & focis pugnare.*

PROAGORVS. Sopater. 6. I. V. 50. Dionysiarchum ad se proagorum, hoc est summum magistratum, vocari iubet. & 85. Discedens mandat proagoro Sopatro. *ibid.* Proagorus refert ad senatum. & 92. Proagori Sopatri iussu.

PROAVVS, ui. *aui paterni vel materni pater.* pro Cæ. 33. Pater, auus, proauus, atauus. 3. de Finib. 37. pro Muræn. 15. Proauus L. Murænæ & auus prætores fuerunt. Attic. lib. 13. ep. 6. Tuditanus proauus Hortensij. de Cla. 212. Duo aui, & tres proaui.

✠ *ADIVNC. Priuatus, de Arusp.*

PROBABILIS, le. *verisimilis, credibilis.* 1. de Inuent. 46. Probabile est id quod verè fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem, siue id falsum est, siue verum. 1. de Finib. 58. Est autem officium, quod ita factum est, vt eius facti probabilis ratio reddi possit. 1. Offic. 8. Quod cur factum sit, probabilis ratio reddi potest. 4. Acade. 105. Sed ea quæ vos percipi comprehendique, eadem nos, si modò probabilia sint, videri dicimus. Parad. 1. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. 2. de Di. 16. Qui nihil sine aliqua probabili coniectura & ratione dicunt. 2. de Orat. 240. Alicuius disputationem nobis probabilem & propè veram videri. pro Cecinn. 71. Honesto ac probabili nomine errorem obiici cuipiam. 1. Offi. 101. Causam probabilem reddere alicuius rei.

¶ *Laudandus, tolerabilis, vendibilis.* de Clar. 263. C. Sicinius probabilis orator, iam verò etiam probatus. & 241. P. Antonius voce magna, nec alia re nulla probabilis. de Clar. 180. Ingenium probabile. 2. de Orat. 153. Semper existimaui iucundiorem & probabiliorem huic populo oratorem fore, qui, &c. 1. de Oratore. 129. Discipulus probabilis.

✠ *ADVERB. Leuiter scriptum, 2. de Inuent. Maximè, 4. Tuscu. Omninò, 2. de Orat. Sanè rabula, ingenium, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Probabilis coniectura, Probabilis & propè vera disputatio. Probabilis, iam verò etiam probatus orator. Homo nulla alia re, nisi voce probabilis. Orator probabilis, tolerabilis.*

PROBABILITAS, tis. *verisimilitudo.* 4. Acad. 75. Multa sunt quæ nos fallunt probabilitate magna. 3. de Fin. 72. Captiosa probabilitas. 4. Acad. 104. 5. Tusc. 33. Quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus.

✠ *ADIVNC. Copiosa, 3. de Fin. Magna, 4. Acad.*

PROBABILITER. *credibiliter, vel ad hominum opinionem.* Orat. 122. Probabiliter exponere. Academ. Ex quo potest probabiliter confici.

PROBATIO, onis. *approbatio.* pro Font. 7. Falsum est ob probationem pectum datum, cùm multa improbata sint.

✠ *ADIVNC. Grata, 2. de Legi. Gratuita, 2. de Fini. Locuples, 3. in Verr.*

PROBATOR, oris. *approbator.* pro Cecin. 85. Huius rationis non modò inuentor, sed ne probator quidem fum. 2. I. A. 29. Nihil interest inter suasorem facti & probatorem.

PROBATVR. Attic. lib. 16. ep. 5. Sic ei probatum est, quod ad te scribo, vt ipse crediderit.

☞ Syntaxis. *Id meum animum probabilitate percutit. Non modò probator sed suasor quoque.*

PROBATVS, a, um: ssimus. *spectatus.* de Cla. 263. C. Sicinius probabilis orator, iam verò etiam probatus. & *ibidem.* C. Sicinius orator probatus ex hac inopi Hermagoræ disciplina. pro Planc. 27. Quibus si fuerit probatus, omnibus esse se probatum debet sperare. pro Mur. 53. Præruta probata in iure grata in munere. 1. de Orat. 124. Cæterarum artium homines spectati & probati. pro Cecin. 10. Probatissima fœmina. ad Herenn. lib. 1. ✠ Viribus probata Numantia. ‖ 2. de Diuin. 54. Top. 73. Vitæ spatio probatos.

✠ *ADVERB. Imprimis, 5. Famil. Maximè, 6. Fam. Maximè iudicio, valdè orator, vehementer eloquentia, de Clar. Multùm, sanè, 4. Acad. Vehementer alicui, 13. Famil. Vehementer libri, 13. Attic. Vehementissimè, 3. Attic.*

☞ Syntaxis. *Virtus spectata & probata. Omnibus probatus ciuis. In pietate probatus. Probata fœmina. Armis probata Roma.*

PROBE. *rectè, benè, præclarè.* 3. de Orat. 192. Antipater ille, quem tu probè Catulle meministi. Attic. lib. 13. ep. 6. De aquæductu probè fecisti. 1. de Inuent. 77. Probè teneo. Epist. lib. 2. epist. 12. Quod cùm probè scirem. &c. Attic. lib. 5. ep. 1. De Saturnio curasti probè. 1. de Ora. 227. Quem hominem probè commeminisse se aiebat. Epist. lib. 2. ep. 10. Ad Amanum exercitum adduxi, satis probè ornatum auxiliis. 3. Tusculan. 15. Oculus perturbatus non est probè affectus ad suum munus fungendum. 1. Tuscul. 88. Hoc igitur probè stabilito, &c. Orato. 130. Thucydides res gestas narrat grauiter sanè & probè. 1. Offic. 62. Itaque probè

diffinitur à Stoicis fortitudo,cùm dicunt,&c. Attic.lib.7.epist.3. Illud probè iudicas.de Cla.151.De Seruio probè dicis.

☞ Syntaxis. *Probè meminisse,facere,tenere,scire,curare, exercitum ornare,affici,narrare.*

PROBITAS,tis.*bonitas,integritas,virtus.*pro Plan.62.Virtus, probitas,integritas, in candidato requiri solet.Epist.lib.13.epist.10. Cùm seperatim de probitate eius & moribus dicturus essem.1. de Orat.122.Pudor, qui non modò non obsit, sed etiam probitatis commendatione prosit.& lib.2.111. Probitatis commendatione boni viri speciem tueri. Attic. lib. 12. epistol.32. Pædagogi probitas. de Amic.29. Ab altero propter probitatem eius non alienos animos habemus.& *ibidem.* Tanta vis est probitatis,vt eam vel in hoste diligamus.

✠ *ADIVNC.Singularis,9.Fam.Summa,6.Famil.*

☞ Syntaxis. *Virtus,probitas,integritas. Probitas & mores.*

PROBLEMA,tis. Att.lib.12.ep.2. Iam explicandum est *πρόβλημα.* & lib.13.ep.28.*πρόβλημα ἀρχιμήδειον.* L. QVAESTIO.

✠ *ADIVNC.Probabile,πολιτικὸν, 7. Attic.*

PROBO, as. *approbo,assentior.*pro Mil.78.Nunc verò quis est, qui non probet? qui non laudet *id est,id factum.*1. I. C. 21. De te autem Catilina,cùm quieſcunt,probant.1.contra Rull.27.Hoc senatus probat,nec populus est in alia voluntate. Hortens. Quid tu soles,cum rationem à dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit,non probare? de Virtut.Illud neutiquam probares.

¶ *Testatum facio.6.I.V.82.*Non vereor, ne hoc officium meum P.Seruilio iudici non probem.

¶ *Perficio.*Att.lib. 4.ep. 13. Libros oratorios in manibus habeo, quos(vt spero)tibi valde probabo.

¶ *Confirmo, argumentis tueor, fidem facio, argumentor, doceo.* pro Cæl.35. Vel seueriſſimis disceptatoribus M. Cælij vitam me probaturum esse confido.2.de Orat.161.Carneades nullam vnquam rem defendit, quam non probarit:nullam oppugnauit, quam non euerterit.pro Flac. 93. His tu epistolis recitatis, his mulierculis productis,illo absente autore laudato, tantum te crimen probaturum putasti?pro Sylla 2. Rationem facti sui & constantiam officij omnibus probare. 2. de Inuent. 27. Quod verum est,pro vero probare.Epist.lib.7.ep.26. Cùm grauiter ex intestinis laborarem, neque iis qui opera mea vti volebant, probarem me non valere.Attic.lib.1.ep.1.Spero tibi me causam probasse.pro Quint.R.4.Quod sibi probare non possit, id persuadere alteri conatur.pro Muræ. 3. Vt vobis rationem mei facti probem.4.in Verr. 10. Probabo Verrem contra leges pecunias cepisse. 1.de Finib.28.Et tibi magnitudinem solis probabo. Epist.lib.4.ep.14.Bonis viris probare quod sentias.1. de Fini. 28. Probare alicui quod dicas.Epist.lib.1.ep.9.Tantum contendere, quantum probare alicui possis.Attic.lib.6.ep. 1. Quod ego ambobus negaui,& iis probaui,&c. & *ibidem.* Quod vereor tibi ipsi vt probem.de Opt. 11. Probare picturam. Tabulis hoc Censorum,memoria multorum firmabo & probabo.L. FIRMIO.Attili.6.ep.2.Hęc à me ordine facta; puto me Bruto probaturũ,tibi nescio: Catoni certè probabo.pro Corn.49.Sed paucis ipse verbis causam illam grauitate sua defendit & probauit.pro Dom. 57. An eam causam probare non poteram ? cuius tanta bonitas est,vt ea ipsa non modò se, sed etiam me absentem per se probarit.3.contra Rull.1.Si quæ dixero,vobis probabo.1.de Ora.80. Probas mihi ista Crasse quæ dicis. *id est,persuades.*

¶ *Periculum facio.*5.I.V.73.Probare triticum.)(*improbare.*

¶ *Satisfacio, me purgo.* pro Lig. 2. Qua in legatione omnibus ita se probauit, vt, &c. *id est,satisfecit, se commendauit.* Epistol. lib.12.ep.31.A magistris cùm contenderem de proferendo die, probauerunt mihi esse;quo minus id facerent. 2.de Fin. 81. At multis se probauit.

✠ *ADVERB. Admodum, 5. de Republica. Breui, fastidiosè, lentè, 10. Famil. Maximè ex omnibus, 5. Famil. Mirificè,vehementer libros, 13. Atti. Nimium non, 12. Famil. Perfacilè causam, pro Quint. Planè, prorsus, 2. de Finib. Planè non curationem, 16. Famil. Rectè, de Clar. Valdè, & gaudere, 15. Famil. Valdè ingenium, 1. Attic. Valdè rationem, 12. Attic. Vulgò, 1. de Inuent.*

PROBOR,tis.*placet,laudor.*Attic.lib.5.ep.21.Habes causam meam: quæ si Bruto non probabitur, nescio cui illum amemus, sed auunculo eius certè probabitur. Attic.lib.8.ep.12. Non mihi satis idonei fuut autores,qui à te probantur.& lib.9.ep. 6. Consilium factumque nostrum a Sexto probatur.& ep.10.Consilia ex euentu, non ex voluntate à plerisque probari solent. & lib. 16.ep.11.Consilium à te probari facilè patior.Attic.lib.9.ep.19. Meum factum probari abs te gaudeo. 1. de Orat. 225. Quæ à Platone dicta sunt, non probari in populis & ciuitatibus. Epi. li.1.ep.7.Sed hæc sententia sic & illi & nobis probabatur,vt,&c.3. de Fin.70.Minimè verò probatur,huic disciplinæ, amicitiam propter vtilitates asciſci aut probari.Att.lib.6.ep. 1. Quos libros tibi tam probari gaudeo. de Amic.19.Vt eorum probetur fides.

✠ ‖ pro Clu.39. Actum in Oppianici causa crimen hoc Asinianum tum testibus multis cum vero iudicio Iulij probabitur.

✠ *ADVERB. Magis magisque, de Clar. Non sanè, Parad.*

☞ Syntaxis. *Quis non probat? quis non laudat? officium suum alicui probare. Valde probare inceptum opus. Vitam suam omnibus probare. Quod sentio, bonis viris probabo. In omni sua vita se probare cunctis. Cur non veni, me tibi probabo. In hac ciuitate populo non probantur, quæ dicis.*

PROBROSVS,2,um. *ignominiosus.*pro Font. 27. Probrosum crimen.

PROBRVM,bri. *dedecus, conuitium, maledictum.*5. I. V.162. Ego istum velim ex paternis probris ac vitiis emergere. pro Dom. 87. Tuum scelus meum probrum putas esse oportere. *ibidem.* Illis inimicorum iniuria probro non fuit.pro S. R. 48. Vita rustica, quam tu probro & crimini putas esse oportere. in Vat. 5. Magno tibi probro futurum est, si, &c. pro S. R. 68. Sumptus effusi cum probro atque dedecore. Attic.lib.11. epist. 9. Epistolæ plenæ omnium in me probrorum. pro Cæl.42. Inferre probrum alicui.2.de Orat. 285. Obiicere probra alicui.1. Tuscul.3. Obiicere alicui probrum, quod saltarit. pro Flacc. 48. Aliquem probris omnibus maledictisque vexo. pro Dom.'76. In isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas,sed etiam laudem illustras meam.pro Quint.9. Prætor iudicium prius de probo, quàm de re maluit fieri.1. Offic. 61. Itaque in probris maximè in promptu est,si quid tale dici potest, &c. 2. I. A. 99. Probri insimulasti pudicissimam fœminam. de Sen.42.Tam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperij dedecus.*pro P. Op.Parum potuisse ad exitium, probro nemini fuit.

✠ *ADIVNC. Magnum,in Vat.Priuatum,de Senec.*

☞ Syntaxis. *Ex paternis probris & vitiis emergere. Id mihi probro non est. Probro & crimini esse. Effusi sumptus cum probro atque dedecore. Probrum obijcere,inferre. Obijcere aliquid vt probrũ. Probris & maledicto vexare. In maledicto mihi non obiectas probrum, sed laudem illustras. Probri insimulare pudicam,&c.*

PROBVS,a,um. *bonus, moratus, bene institutus, spectatus, integer, frugi, religiosus, castus, antiquus, purus, sanctus, modestus.*2.de Or.184. Probus,bene moratus & bonus vir. 5. I.V.161.Nauus & pudens & probus filius.2.de D.54. At hoc ne homines quidem probi faciunt. 2. Tusculan. 5. Sic imperabat, vt iustus parens probis filiis.Orat.170.Probæ res, lecta verba.Or.74. Poëta peccat, cùm probam orationem affingit improbo.1.Offic. 103. Si in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. 4. Acad.100. Probum nauigium. Attic.lib.10.ep.6.Pulsus est modestior rex, & probior,& integrior.3. Off.15.Ob eam credo causam, quòd insit in his aliquid probi,&c.

☞ Syntaxis. *Probus, bene moratus, ac bonus vir. Nauus, pudens & probus puer. Improbo non est affingenda proba oratio. Nauigium probum.*

PROCACITAS,tis.*petulantia.* de Reip. lib.4.teste Nonio, Itaque à petendo, petulantia: à procurando, id est, poscendo, procacitas nominata est.in Sal.3.Non enim procacitate linguę, vitæ sordes eluuntur. & 22. Define morbo isto procacitatis vti.

PROCAX,cis. *petulans.*pro Cæl. 55.Temeraria & procax mulier. 1.de Natur. 13.Academia procax.pro Cel.49.Vt non solum meretrix, sed etiam procax videatur.Epist. lib.7.ep. 13. Scio te non esse procacem in lacessendo.

☞ Syntaxis. *Linguæ procacitas. Procacitatis morbus. In lacessendo procax.*

PROCEDENS,tis. *sequens.*3.Tuscul. 53. Tempus procedens mitigat ægritudinem.

¶ *Se habens.* de Vn. 27. Aliqua bifariam contrariè simul procedentia.

Progrediens. de Clar. 180. Longius autem procedens, videbatur, &c.

PROCEDITVR.1.de Inuc.28. Si non longius quàm quod scitu opus, in narrando procedetur.

PROCEDO,dis. *proficio.*4.de Fin.64. Nihil ergo adiuuat procedere & progredi in virtute, quo minus miserrimus sit, antequam ad eam peruenerit.& 21.Longè ad virtutem processerunt natura ac doctrina.de Cl.180.Is processisset honoribus longius, nisi,&c.de Clar.137.L.Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi non ita multum laude processerat.1.de Fin.29.Vt ratione & via procedat oratio.3.de Fi.48. Qui processerit aliquantulum ad virtutis aditum nihilo minus in miseria est quàm ille qui nihil processit.& 6. Qui in Philosophia tãtum processeris.

¶ *Pro*

¶ *Progredior, transeo, adeo, peruenio, attingo, accedo.* 5. I. A. 50. An hoc vidit puer: si ætate processerit, non videbit? de Sen. 50. Liuius vsque ad adolescentiam meam processit ætate. 1. de Di. 86. Posteaquam philosophia processit, nemo aliter Philosophus sensit. pro Cæl. 67. Qui se nunquam profectò, si in istum locum processerint, explicabunt. 2. de Na. 33. A primis ad vltima procedere. Ep. lib. 16. ep. 9. Ad Cassionem itadia c x x. processimus. de Ar. 48. Longius processit, in ipsum Pompeium inuehi cœpit. Ep. lib. 12. ep. 16. Procedere in dies longius. Orat. 176. Isocrates se tantum, quantum ætate procedebat, relaxabat à nimia necessitate numerorum. Att. lib. 8. epist. 15. Itaque Cales processi, vt ibi consisterem. At. li. 16. ep. 7. Cùm stadia circiter trecenta processissem, reiectus sum. Attic. lib. 6. ep. 5. Etsi (vt spero) te hæc legente aliquantum tamen viæ processero. & lib. 13. epist. 13. Ille assiduo cursu cubitum nullum processit. Epist. lib. 11. ep. 25. Non æmitor λακωνισμὸν tuum: altera iam pagella procedit.

¶ *Exeo, incedo, ingredior.* I. P. 52. Mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis ad complectendum conseruatorem suum procedere visa est. 7. I. V. 93. Procedit in publicum vini plenus. 2. de Or. 245. & pro Fla. 11. Pusillus testis processit. 1. de Di. 119. Cæsar cum purpurea veste processit. 5. Tuscul. 56. Procedere obuiam alicui. pro Sest. 68. Huic ad vrbem venienti tota ciuitas obuiam processit. Postqu. in Se. 12. Cùm à tribunis plebis consul in concionem productus esset, primùm processit, qua autoritate vir? de Cl. 37. Procedere in solem ex vmbraculis.

¶ *Euenio, accido, contingo.* 1. de Orat. 123. Nonnunquam summis oratoribus, non satis ex sententia euentum dicendi procedere. 5. I. V. 227. Si processit. Epist. lib. 12. ep. 9. Omnia, vt spero, prospere procedent. pro Rab. Posth. 1. Cui bene quid processerit, eum multum prouidisse dicimus. Ep. lib. 8. ep. 12. Quibus cùm parum processisset, vt, &c. pro Cl. 177. Alicui nequaquam, vt sperasset, ea quæ cogitasset, procedere. 13. Phil. 40. Pergit in mea maledicta, quasi verò ei pulcherrimè priora processerint. 2. de N. 146. Perspicuum est enim, quò corporum lenocinia processerint.

✠ *Adverb. Benè cui quid, longiùs in dando, pro Rab. Posth. Contrariè, de Vniuers. Longius honoribus, non ita multum, de Clar. Minus, diutius, 14. Attic. Multum, 4. de Finib. Obuiam, 10. Famil. Obuiam longissimè redeunti, 2. Phil. Parum, 8. Famil. Paulùm, 5. de Finib. Pulcherrimè, 13. Phil. Prosperè, 12. Famil. Temerè, 4. Academ.*

☞ Syntaxis. *Ratione ac via procedens oratio, procedens tempus dolorem absergit. Ne in narrando longius procedatur. In virtute procedere, ac pregredi. Longè ad virtutem procedere. Honoribus procedere. Aetate procedere. A primis ad vltima procedere, In dies longius procedere. Aliquantum viæ procedere. In publicum procedere, in solem. Si vt speramus, omnia prospere procedent.*

Procella, læ. *tempestas.* 3. de N. 51. Imbres, nimbi, procellæ, turbines. 2. Offic. 19. Primùm ab inanimis procellas, tempestates, naufragia. pro Dom. 117. Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis. 4. I. C. 4. Circunspicite omnes procellas, quę impędent, nisi prouidetis. 2. I. V. 8. Quoniam criminum vim subterfugere non poterat, procellam temporis deuitauit.

✠ *Adiunc. Horribiles, 1. de Diuin.* Poëtæ.

☞ Syntaxis. *Imbres, nimbi, procellæ, turbines. Procella patriæ, turbo & tempestas pacis. Temporis procella.*

Proceres. *principes.* Epist. lib. 13. ep. 15. Audiebam enim nostros proceres clamitantes, &c.

Proceritas, tis. *longitudo.* 2. de Natu. 123. Quæ autem altiora sunt adiuuantur proceritate collorum. Orat. 212. Breuitas pedum.](. *proceritas pedum.* pro Cæl. 36. Candor huius te & proceritas, & vultus oculique perpulerunt. de Sen. 59. Cùm admiraretur proceritates arborum, &c.

Procerius. *longius.* 3. de Or. 218. Brachium procerius proiectũ.

Procerus, a, um. *longus.* 1. de Na. 102. Corneum procerumque rostrum. de Clar. 313. Procerum & tenue collum. 1. de Leg. 2. Procera & tenera palma. 3. de Or. 183. Anapæstus procerior quidam numerus. & *ibidem* 189. Numeri proceri, & liberi vt pæan. 1. de Leg. 15. Procerissima populus.

Processvs, sus. *progressus.* de Cl. 232. Gradus tuos, & quasi processus dicendi studeo cognoscere. de Clar. 271. Itaque tantos processus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. Orat. 210. Sed iam is qui audit, fauet processumque vult. pro Pomp. 24. Ex his locis à militibus nostris reditus magis maturus, quam processus longior quærebatur.

✠ *Adiunc. Longior, pro Pomp. Tanti, de Clar.*

Proci, orum. *qui eandem amant & petunt.* Orato. 156. Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum, & procorum. de Clar. 71. Carmina quæ apud Homerum in Phæacum & in procorum epulis canuntur. *ibid.* 330. Vt hos ignotos, & impudentes procos repudiemus.

✠ *Adiunc. Ignoti, & impudentes, de Clar.*

Procinctvs, ctus. *sine ritu solenni, vt in castris.* 2. de Na. 9. Testamentum in procinctu. 1. de Ora. 228. Facere testamentum in procinctu sine libra atque tabulis.

Proclamator, oris. *præco, cantor.* 1. de Or. 202. Nõ enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem aut rabulam conquirimus.

Proclamo, as. *vociferor.* 7. I. V. 107. Adsunt, defendunt, proclamant, fidem istius, quæ nusquam erat, implorant.

Proclivis, ue. *propensus, facilis.*](. *laboriosus.* Part. 34. Adolescentia procliuior est ad libidinẽ. 4. Tusc. 81. Vt alius ad alium morbum propensior, sic alius ad alia vitia procliuior. & 28. Quia procliues ad eas perturbationes sunt. 4. Tusc. 41. Incitata semel in procliue labuntur. Top. 69. Procliuia anteponuntur laboriosis. de Am. 68. Amicitia remissior esse debet, & ad omnẽ comitatẽ facilitatemq; procliuior. 2. Off. 68. Sed cùm in hominibus iuuandis aut mores spectari, aut fortuna soleat, dictu quidẽ est procline.

Proclivitas, tis. *facilitas.* 4. Tusc. 27. Atque hæc aliorum ad alios morbos procliuitas latè patet. & 28. Procliuitas ad ægrotandum, sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt significet lapsionem, &c.

Proclivivs. Orat. 191. Breuitate & celeritate syllabarum verba procliuius labuntur. 5. de Finib. 84. Procliuius currit oratio. Antequam. 13. Qui sperant, facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.

☞ Syntaxis. *Ad morbos procliuitas, ad ægrotandum. Ad malum lapsio, procliuitas est. Procliuius currit, fluit, labitur oratio. Facilius & procliuius ad laudem peruenire.*

Proconsvle. *qui ad prouinciam gubernandam cum potestate consulari mittebatur.* 11. I. A. 18. Cùm esset non nemo in senatu, qui diceret non oportere priuatum mitti proconsule, L. Philippus dixisse dicitur, non se illum sua sententia proconsule, sed proconsulibus mittere. 2. de D. 76. Quàm musti anni sunt, cum bella à proconsulibus & proprætoribus administrantur. pro Pom. 62. Eques Ro. ad exercitum maximum proconsule missus est.

προκοπη. *progressus, scilicet in studys literarum.* Att. lib. 15. epist. 16. Tãdem à Cicerone tabellarius, & meherculè literæ πε. ιωνιν quod idipsum προκοπὴν aliquam significaret. *Sic enim legendum est, non Perspicaciam.*

Procrastinatio, onis. 6. I. A. 7. Plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est.

✠ *Adiunc. Odiosa, 6. Philipp.*

Procrastinatvs, a, um. ad Brut. ep. pr. In 1. Si ea, quæ ex tempore suscepta sunt vt agerentur, non tardata & procrastinata essent.

Procrastino, as. *differo, tardo, tempus differo, in diem ex die differo.* 3. I. V. 141. Iste verò non procrastinat, locare incipit. pro S. R. 26. Ac primò rem differre quotidie ac procrastinare cœperunt. 4. I. V. 90. Ita illi non procrastinant.

Procrastinor, ris. 6. I. V. 100. Res non procrastinatur.

☞ Syntaxis. *Rem quotidie differre, & procrastinare.*

Procreandi. 2. de Finib. 39. Procreándi voluptas.

Procreatio. *ortus, partus.* L. Volvcris. 2. de Diu. 96. Dissimilitudo locorum dissimiles hominum procreationes habet.

Procreatio. *proles, progenies.* Antequam. 1. Qui charissimam vestram procreationem sibi esse duxit.

✠ *Adiunc. Charissima, Antequam ir. Dissimiles hominum, 2. de Diu.*

Procreator, oris. *genitor.* 1. de Finib. 65. A primo satu quo à procreatoribus nati diliguntur. de Vn. 23. Procreator ille mundi Deus. 4. de Finib. 17. Vt ij, qui procreati essent, à procreatoribus amarentur.

Procreatrix, cis. *genitrix.* 1. de Orato. 9. Laudatarum artium omnium procreatricem quandam & quasi parentem, eam quam φιλοσοφίαν Græci vocant, ab hominibus doctissimis iudicari.

Procreatvs. *natus.* 3. de Fi. 62. Vt natura & procreari vellet, & diligi procreatos non curaret. 3. de Leg. 19. Tribunatus, cuius primum ortum inter arma procreatum videmus. 2. de Leg. 4. Hoc solum, in quo tu ortus & procreatus es. Antequam 20. Non magis me mea causa puto esse natum, quàm Reip. procreatum.

Procreo, as. *creo, pario, gigno, vitam trado, liberos suscipio.* 2. de N. 128. Quæ multiplices fœtus procreant, iis mammarum data est multitudo. de Sen. 52. Terra, quæ ex minutissimis seminibus tãtos truncos ramosq; procreat. 2. de D. 30. Et earum rerum, quas terra procreat, vbertatem. 1. de In. 91. Ille ex vxore duos filios ✠ procreauit. 5. Tusc. 109. Procrearе liberos. ‖ & 3. de Fin. 68.

¶ *Molior.* Art. Procreare periculum alicui. L. Procreor.

Procreor, ris. Attic. lib. 2. ep. 22. Mihi periculum procreatur ab amicis, &c.

Procvde ndvs, a, um. 3. de Orat. 119. Non solùm acuenda nobis neque procudenda lingua est, sed, &c.

PROCVDO, dis. *exacuo. Sed procudimus malleo, acuimus & cote & malleo.*

PROCVL. *longè, longius*) (. *propè.* pro Cor. 40. Cn. Pompeius procul à Gaditanorum mœnibus acte bellum gerit. pro Pomp. 55. Insula Delos tam procul à nobis in Ægeo mari. 3. de Orat. 143. Procul à terra abripi. Epi. lib. 15. ep. 2. Non procul à suis finibus. Ep. li. 3. ep. 5. Procul enim sum ab re ipsa. 1. Acad. 15. Cœlestia procul esse à nostra cognitione. 2. contra Rull. 86. Hæc quæ tam procul erant à conspectu imperij. 1. de Inuent. 8. Procul remotus à vero. 5. Tusc. 41. Procul ab omni metu. Ep. lib. 7. ep. 6. Patria procul. in Arat. *Et procul Arcturo.*— pro Mil. 55. Sciebat Pompeium in Alsiensi esse procul inde. 4. I. V. 48. Non quæsiuit procul alicunde, quem illam pecuniam diceret abstulisse. 2. I. C. 29. Qui iam non procul, sed hic præsentes defendent, &c. 2. de L. 56. Sepulchrum, quod procul ad fontis aras, &c. 1. de Orat. 179. Cuicunque particulæ cœli, quamuis esset procul, immutata lumina putabat. pro Planc. 29. Procul apparere. de Cla. 289. Procul videre aliquid. 2. de Orat. 153. Subauscultando procul quid narretur, attendere. de Se. 48. Procul spectare aliquid.

☞ Syntaxis. *Procul à re, à cognitione, ab imperij conspectu. Procul remotus. Patria procul. Procul inde. Procul alicunde. Procul ad fontem. Procul apparens, videns. Procul attendere, auscultare.*

PROCVRANS, tis. pro Syll. 56. Sylla procurante eius rem & gerente.

PROCVRATIO, onis. *curatio, administratio, gubernatio.* 1. de Nat. 3. Sunt, qui nullam putant habere rerum humanarum procurationem deos. & lib. 2. 44. Epicurus deos omni procuratione atq; actione priuat. de Ar. 43. Saturnium quæstorem à sua frumentaria procuratione senatus amouit. 1. de Orat. 215. Si est idem in procuratione ciuitatis egregius. pro Sest. 66. Procuratio negocij & muneris publici. 1. Acad. 11. Dum me Reip. non solùm cura, sed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum & constrictum tenebat. 1. Offic. 85. Procuratio Reip. 1. de Diu. 101. & 2. de Leg. 34. Vt sue plena procuratio fieret. de Aru. 63. Constituendæ nobis sunt procurationes & obsecratio. pro Deiot. 36. Nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis vtebatur. 2. de L. 66. Et huic procurationi certum magistratum præfecerat. Att. lib. 4. ep. 1. Ad eius procurationem Cæsar vocabatur. ‖ Epist. lib. 12. ep. 4. & lib. 15. ep. 13.

✠ *ADIVNC. Frumentaria, de Arusp. Magna, pro Deiot. Plena, 1. de Diuin. Quæstoria, 3. in Verr.*

☞ Syntaxis. *Deorum procuratio in rebus humanis. Dei procuratio & actio. Negocij procuratio. Cura, imò procuratio me multis officijs implicatum & constrictum tenet.*

PROCVRATOR, oris. *qui aliena negocia procurat, qui alieno præpositus est negocio, qui alteri operam dat, cognitor, qui alterum absentem in iure defendit.* Att. lib. 4. ep. 15. Nihil interest vtrum per procuratores agas, an per te ipsum. Ep. lib. 6. ep. 18. Teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. 1. de Orat. 249. Si mandandum aliquid procuratori de Agricultura, aut imperandum villico sit. 4. I. V. 59. Procuratores postulant, vt se ad leges suas reiiciat. pro Qu. 27. Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintij deiicit. & *ibidem.* Denunciat se procuratorem. & 61. Hic quoque constat procuratoris diligētis officium. pro Cec. 56. & 57. Qui legitimè procurator dicitur, qui alieni negocij aliquid gerit, alieno præpositus negocio, penè dominus & alieni iuris vicarius. Atti. lib. 15. ep. 17. Cùm Pyliæ nostræ villam ad Lucrinum, villicosque procuratores tradidissem. 11. I. A. 13. Cuius bona modò proscripta vidimus, tanta est procuratorum negligentia. ‖ Attic. lib. 16. epist. 14. Procuratores introducere.

✠ *ADIVNC. AEquus, diligens, familiaris, & propinquus, gratiosus, necessarius, pro Quint. Voluntarius, de Clar.*

PROCVRATRIX, cis. *gubernatrix.* 4. de Finib. 17. Sapient ia totius hominis custos & procuratrix.

☞ Syntaxis. *Per procuratorem agere. Denunciare se procuratorem. Custos & procuratrix hominis sapientia.*

PROCVRO, as. *curo, gero, administro, guberno.* Epist. lib. 12. ep. 24. Is procurat rationes negociaque Dionysij nostri. Attic. lib. 9. ep. 9. Itaque nunc Romæ omnia negocia procuro. 5. I. V. 149. Procurare negocium alterius in decumis. Quin. fra. lib. 3. ep. 9. In quo etsi nihil procuro, tamen nihil curare vix possum. Ep. lib. 8. ep. 4. Quomodo regnum illud sese habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. Att. lib. 6. epist. 9. Procura, quantulacunque est, Præcianam hæreditatem.

¶ *Expio.* 1. de Diu. 3. In monstris interpretandis procurandisque magna vis esse videtur in aruspicum disciplina.

PROCVROR, aris. 2. de Di. 130. Quemadmodum ea procurentur atque expientur.

PROCVRRO, ris. *excurro.* 4. ad Here. 61. Sed vt productus studio vltrà facilè procurras.

PROCYON, is. *canis minor: sic dictus, quòd ante Sirium canem oriatur.* 2. de Nat. 114.

Anticanis Graio Procyon qui nomine fertur.

PRODENDVS, a, um. *creandus.* pro Mil. 27. Iter eo die Miloni erat Lanuuium ad flaminem prodendum, quòd erat dictator Lanuuij Milo.

¶ *Tradendus.* Ep. lib. 6. ep. 12. In virorum fortium factis memoriæ prodendis. 7. I. V. 36. Imagines ad memoriam posteritatemque prodendam. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. 35. Gloria tua tibi est communicanda mecum, & prodenda liberis nostris.

PRODEO, dis. *exeo, procedo.* 2. de Orat. 353. Paulò pòst esse ferunt nunciatum Simonidi, vt prodiret. Orat. 222. Missos faciant patronos, ipsi prodeant. pro Fla. 22. Testes vnà ex domo prodeunt. Att. lib. 8. ep. 11. Scio te in publicum non prodire. de Cl. 39. Eloquentia serò prodiit in lucem. Ep. lib. 6. ep. 1. Prodire in aciem. 1. I. V. 68. Si hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit. pro Mur. 68. Prodire obuiam alicui. Ep. li. 3. ep. 7. An ego tibi obuiam non prodirem. 1. Off. 140. Cauendum est etiam si ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. 1. Offi. 129. Vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo.

PRODIENS, tis. 2. in Ant. 58. Homines obuiam prodeuntes.

✠ *ADVERB. Obuiam decedenti, pro Mur. Obuiam ex oppidis, necessariò, obuiam, 2. Phil.*

☞ Syntaxis. *In publicum prodire, in lucem, in aciem. Consuetudo serpit ac prodit. Prodire obuiam. Extra modum sumptu & magnificentiæ prodire.*

PRODICTA dies. pro Do. 45. Ne nisi prodicta die quis accusetur. *ibid.* Quarta sit accusatio trinum nundinū, prodicta die, qua die iudicium sit futurum. *alij legebant, prodita: alij, prædicta die.*

PRODIGE. *effusè.* 11. I. A. 13. Prodigè viuere.

PRODIGIVM, gij. *monstrum, portentum, ostentum.* L. MONSTRVM. 6. in Verr. 107. Multa sæpe prodigia vim eius numénque declarant. I. P. 9. P. Clodius fatale portentum prodigiumq; Reip. 5. I. V. 171. Non mihi iam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. 1. de Diu. 93. Prodigia, quia prædicunt aliquid. pro Lig. 11. Hæc sunt prodigiis similia.

✠ *ADIVNC. Exitiosa, pro Planc. Fatale, in Piso. Impor tuna, recentia, religiosa, de Arusp. Multa, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Clodius portentum prodigiumq; Reipub. Monstrum & prodigium.*

PRODIGVS, a, um. *profusus, effusus nepos, luxuriosus nepos, dissolutus, perditus, nimius.*) (. *parcus, diligens.* Brut. ep. 15. Cicero in honoribus decernendis erat nimius, & tanquam prodigus. 4. I. C. 10. Homo largitor & prodigus. 2. Offic. 55. Omnino duo sunt genera largorum: quo cū alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui pecunias profundunt in eas res, quarum, &c. liberales autem, &c.

☞ Syntaxis. *In honoribus decernendis nimius & prodigus. Largitor & prodigus. Largorum hi prodigi, hi liberales. Genus harum formarum agnosce.*

PRODITIO, onis. Ep. lib. 5. ep. 12. Multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. 4. Acad. 27. Amicitiarum proditiones & rerum publicarum. * pro M. Scau. Proditionis est in crimen vocatus. Epist. lib. 5. ep. 12.

✠ *ADIVNC. Grata, scelerata consulis, 3. Ver.*

PRODITOR, oris. *desertor, oppugnator patriæ* ‖ pro Do. Scelus pro-
✠ ditorū. Antequam. 10. pro Sex. Ros. 117. Iste qui initiò proditor fuit, deinde perfuga. pro Syll. 88. Ne extinctor patriæ ac proditor appelletur. Postquam in Sen. 13. Cùm viderem homines, &c. aut proditores esse, aut desertores salutis meæ. pro Sest. 17. & Ep. lib. 1. ep. 5. Consul proditor nostri imperij. Epist. lib. 12. ep. 3. Proditor patriæ.

✠ *ADIVNC. Nefarij patriæ, in Vat. Vetus, 3. in Verr.*

☞ Syntaxis. *Patriæ extinctor & proditor. Proditor aut desertor salutis amicorum. Proditus, inductus, coniectus in fraudem.*

PRODITVS, a, um. *desertus perfidia, perfidè traditus, oppugnatus.* Ac. lib. 3. ep. 15. Ego proditus, inductus, cōiectus in fraudē. 3. Off. 84. Regnum quod à Tantalo & Pelope proditum iure obtinebatur.

¶ *Factus, editus, indictus, commendatus.* de Cl. 3. Memoriæ proditum est, poëtas nobiles poëtarum æqualium morte doluisse. 3. I. V. 47. Quod est proditum memoriæ ac literis. de Cl. 39. Ante Solonis ætatem de nullo vt deserto memoriæ proditum est. pro Arch. Virtutes literis proditæ. pro Domo. 45. Quarta sit accusatio trinum nundinum prodita die. *aliter, prodicta die.* 1. de Or. 181. Quia memoria sic esset proditum, quem pater, &c. pro R. P. 16. Imago ad memoriam posteritatis prodita. 1. Tusc. 100. Quidam cuius ne nomen quidem proditum est.

✠ *ADVERB. Falsò memoriæ, pro L. Mur.*

PRODO, dis. *trado, mando, edo, commendo, scribo.* 3. de Orato. 14. Sermonemque L. Crassi memoriæ prodamus. pro Milon. 84. Maiores nostri qui sacra, qui cęremonias & ipsi sanctissimè coluerunt, & nobis posteris suis prodiderunt. pro Planc. 94. Hæc de sapientissimis viris monumenta nobis literæ prodiderunt,

non

non semper,&c.3.Off.97.Vt quidam poetæ tragici prodiderunt 1.Tus.29.Si coner eruere,quæ Græci scriptores prodiderunt. de Vn.34.Itaque eorum vocabula nobis prodiderunt. pro Flac. 24. Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. Epist.lib.8.ep.3.Prodere memoriam alicuius rei posteris.

¶ *Profero,pronuncio, dico,creo.* 3. de Leg.10. Is quem produnt patres consulum rogandorum ergò.

¶ *Desero,inique oppugno,perfidè vexo.*6.I.V.39. Eriphyla viri salutem prodidit.Postq.ad Quir.21.Qui per simulationē amicitiæ nefariæ me prodiderunt. pro Clu. 143. Ab amicis videlicet imprudentes prodimur.2.de D.37.Vrbem philosophiæ (mihi crede)proditis,dum castella defenditis. I. P. 56. Cùm prodebas caput & salutem meam mercede prouinciæ.pro Flac. Quem ego sum secutus,is me deseruit ac prodidit.Qui.frat.lib.1.ep.3.Amici partim deseruerunt me,partim prodiderunt.pro Cec.50.Aliquem non solùm relinquere, sed etiam prodere. 3. de Fin.32. Prodere patriam hostibus.7.I.V.105.Prodere classem hostibus. 4.Acad.27. Prodere decretum. 4. Acad.23. Qui statuit omnem cruciatum perferre potius ,quàm aut officium prodat, aut fidem.

✠ ADVER. *In posterum ,pro Flac. Nefariè, Postq. ad Quir.Temerè suos,*10.*Attic.*

PRODOR,ris.*edor pronuncior,creor.*pro Mil.47. A dictatore Milone prodi flaminem necesse est.pro Dom.38. Interrex, quem & ipsum patricium esse,& patricio prodi necesse est.3.de L.4.Deinde etiam deinceps posteris prodebatur. & 9. Auspicia patrum sunto, ollique ex se produnto, qui comitiis creare consules ritè possint.

¶ *Exhibeor.* pro Fl. 25. In hoc reo ne quod pernicioſum exemplum prodatur,pertimesco.

¶ *Patefio.*2.de Leg.47.Sacra deinceps familiis produntur,& sunt perpetua.

¶ *Malè accipio.* 10. in Ant. 15. Qui causam veteranorum prodi volunt.

✠ ADVERB.*Deinceps,3.de Leg.& 2.de Leg.*

PRODROMVS,mi.*præcursor.*Att.lib.1.ep. 9. Pompeiani prodromi.& lib.16.ep.6.Prodromi nulli.

PRODVCO, cis.*duco,in longius duco , profero,prouehо , promoueo.*3. Offi. 79. C. Marius apud populum criminatus est,bellum illum producere.de Cl. 251. Producere sermonem longius. de Som.1. Producere sermonem in multam noctem. de Sen. 46. Conuiuium ad multam noctem vario sermone producimus. de Cl. 60. Varro vitam Nævij producit longius. pro Qui.30. Producere aliquem conditionibus.

¶ *Adduco,duco,deduco,traho.*pro Dom.21.Cato quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. 6. I.V.19.Producere aliquem in ius.& 3.Ver. 122. Producere aliquē in prospectum populi.& 7. Ver.155. Producere aliquem ad necem inuoluto capite.pro Qu.R.42.Producere testem.3. I.V. 13.Producere testes ad iudices.& 7.in Ver. 47. Quod ostendam, cùm istos produxero.7.in Verr.130.Harum omnium rerum autores testesque produco.‖& 7.Ver.153.

¶ *Educo.*Ep.lib.10.ep.30.Repentè Antonius in aciem copias suas de vico produxit.

¶ *Gigno,creo,suscipio.*3.I. V. 32. Nihil à me audiet ex impura illa adolescentia sua:quæ qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo, quē sui simillimū produxit, recognoscere potestis.*id est,ex filio.*

✠ ADVERB.*Longiùs sermonem,vitam,de Clar. Mirabiliter doctrinam,*3.*de Legib.*

PRODVCOR,ris. *prouehor.* 1. de In 26. Produci vltrà quàm satis est.

¶ *Orior.*Pro Quin.R.30.Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse putant.

✠ ADVERB.*Vltrà quàm satis est,*2.*de Inuent.*

PRODVCTE.Orat.159.L.BREVITER.

PRODVCTIO, onis.)(*breuitas.* 3.de Orator. 194. Contractione breuius fieri,aut productione longius.3. de Fin. 45. Opportunitas enim non fit maior productione temporis.4.ad Her.30.Productione eiusdem literæ, hoc modo:Hunc auium dulcedo ducit ad auium.Breuitate eiusdem literæ,hoc modo : Hic tametsi videtur honoris cupidus , tamen non tantum curiam diligit, quantum Curiam.Top.36.Productio verbi, pro qua grammatici crementum vel incrementum verbi dicunt. L. POSTLIMINIVM.

PRODVCTVS,a,um.*prolatus,prouectus.*Qu.fr.lib.2. ep. 3. Producta dies est in IIII. Iduum Febr.5.Tus.117.Dolores longinquitate producti,vehementius torquent hominem.4. de Finib. 29. Sed non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis,tāmque productæ tēporibus,tāmque multæ.3.Tus.38. Si dolor productior foret.3.de Fin.32.Sic in vita , non ea quæ primario loco sunt,sed ea quæ secundum locum obtinent,πρωτα κατα, id est, producta nominentur,quæ vel ita appellemus, id erit verbum è verbo,vel promota,vel,vt dudū diximus,proposita,vel præcipua: illa,reiecta.Orat.159.Inclytus,dicimus breui prima litera: infamus,producta.3.de Orat 181.Syllaba producta atq; longa.Orat. 178. Productiora alia, & quasi immoderatiùs excurrentia.‖5. Tusc.46.

¶ *Deductus,factus.*2.de N. 66. Datum est igitur Neptuno maritimum omne regnum , nomēnque productum , vt Portunus à portu,sic Neptunus à nando.

¶ *Incensus,impulsus.*4.ad Her.61.Sed vt productus studio vltrà facilè procurras.

¶ *Deductus, adductus.* pro Fl. 35. Tamen coràm producti aliquid dicent,in quo reprehendantur.Postq. in Sen. 12. Cùm à tribuno plebis consul in concionem productus esset.3.de Fi. 52. Nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem.Postq.ad Quir.16.Producti ad vos ab eadem Italia.

✠ ADVER.*Coràm,pro Flac.Valdè,*3.*de Orat.*

PROEGMENA.)(.*apoproegmena.*3.de Finib.15.

PRO eo. Ep.lib. 13. ep. 7. Sin minus pro eo tamen id habeamus, quando,&c.

PRO eo ac.4. I. C. 3. Spero deos omnes, pro eo mihi ac mereor, relaturos gratiam esse.Ep.lib.4. ep. 5. Sanè quàm pro eo ac debui molestè tuli.

PRO eo ac si. 1. de In. 54. Pro eo ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem.

PRO eo quantum.4.de Fin.58. Eáque pro eo,quantum in quaque sit ponderis,esse æstimanda.Epist. lib. 3. ep. 3. Equidem pro eo quanti te facio,quicquid feceris,approbabo.

PRO eo quòd.pro.S.R.148.Si pro magnitudine iniuriæ,& pro eo quòd summa reip. in huius periculo tentatur, hæc omnes vindicarent.2.de Or.75.Cum Annibal Ephesum venisset exul,propter eo quòd nomen eius magna erat apud omnes gloria, inuitatus esset,&c.*id est, quoniam.*pro Pla.92. Vereor ne parum tibi pro eo quod à te habeo,reddiderim.

PRO eo quomodo.Epist.lib.13. ep. 7 .Sin minus, pro eo tamen id habeamus,quomodo à te data sit opera,vt impetraremus.

PROFANVS,a,um,*nihil habens religionis, à religione remotus.*)(.*cōsecratus,sacer,religiosus.*pro Dom.125.Sin ista consecratio legitima est,quid est,quod profanum in tuis bonis esse possit?de Ar. 9.Loca sacra & religiosa,profana haberi.6.I. V. 122. Facere aliquid ex sacro profanum.2.de N.67. Limina profanarum ædiū. Part.36.& 1.de In.38 & 2.ad Her.7.Locus profanus.

☞ Syntaxis. *Ex sacro facere profanum.*

PROFECTIO,onis.*discessus.*1.I.A.1.Exponam vobis breuiter cōsilium & profectionis & reuersionis meæ.de Cl. 227. Inter profectionem & reditum L.Syllæ.pro Syll.70.Profectio C. Cæsaris in Hispaniam.pro Quint. 57. Inuenitur dies profectionis pridie Calendas Februarij. Ep.lib.1. ep. 5. Eiusmodi tempora post tuam profectionem consecuta sunt,vt,&c.

✠ ADIVNC.*Misera,Postq.ad Quir. Præceps,& inutilis,& periculosa,*9.*Attic.Subita,*14.*Attic.*

PROFECTO. *certè quidem.* 1. de N. 5. Alterum fieri profectò potest,vt earum nulla : alterum certè non potest, vt plus vna vera sit.1.de N.24.Terra enim profectò pars mūdi est At.lib.4.ep.15. Profectò enim aliquid egisses.At.lib.6.ep.5.& Qu.fr.lib.1. ep. 1. Nunc quidem profectò Romæ es.pro Fl.53.Non est ita iudices, non est profectò.

☞ Syntaxis. *Terra enim profectò. Profectò enim aliquid , &c. Nunc quidem profectò.*

PROFECTVS , a,um.2.de Finib.45.Vt profectus à charitate domesticorum ac suorum,currat longius.

PROFERENDVS,a,um.*edendus, patefaciendus , in lucem edendus.* pro Cæl. 57. Domus in qua nihil geratur , quod foràs proferendum sit. 1. de Or. 157. Et illa commentatio inclusa, in veritatis lucem proferenda est. pro Flac. 5. Qui ea proferenda & patefacienda curauit. Attic.lib.15.ep.13. Orationem tibi misi: cuius custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit.

PROFERO,fers.*recenseo,dico,prodo,edo,promo,adduco , commemoro.* 3. Off. 60. Aquilius protulit de dolo malo formulas. pro Mil. 104. Iudicia communis exitij indagaui , patefeci , protuli. pro Ar.12. Ex literis aliquid in aspectum lucémque profero.1.de Ora.162.Proferte in lucem,explicare,palàm collocare,proponere.2. in Ver. 29. Proferre aliquod crimen in medium Ep. li. 15.ep.2.Se eam rem ante tempus illud nūquam in medium propter periculi metum protulisse. 2. de Fi. 76. Eámne rationē sequare , qua tecum ipse & cum tuis vtare ? profiteri autem & in medium proferre non audeas. 2. I. C. 18. & pro Fl. 40. Proferre tabulas nouas. 1. de N. 114. Proferrem libros , si negares. pro Cor.41. Proferam testes , proferam legatos.4.Acad. 62. Proferre in lucem res occultissimas. 1. de Or. 7. In dicendo excellentes vix paucos proferre possumus. pro Mur. 56. Qui necessitudinis causas complures protulit , simultatis nullam commemorare potuit. pro S. R. 47. Possum multos proferre,

ferre, qui, &c. 1. de Or. 240. Et id quod ipse diceret, in P. Mutij libris scriptũ protulit. & 2. de Orat. 290. Proferre Fabricios autores. pro Qu. R. 29. Tu. H-S. ɪ ɪ ɪ. ex arca proferebas ɔ ɔ ɔ ɪ ɪ ɪ. ex artificio Roscius promebat. 2. I. A. 101. Quid prandiorum apparatus proferam? 1. ad Her. 8. Si affinitates illorum proferemus.

¶ *Produco, prorogo, differo* 1. de D. 85. Cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem. pro Cec. 9. Sæpius proferre aliquid *id est, prorogare*. At. lib. 13. ep. 12. Dices igitur amicis tuis, auctionem proferant. & ep. 14. Auctionis diem latius proferre. pro Syl. 64. Paulò longius quàm finis quotidiani officij postulat, pietas & fraternus amor L. Cæcilium protulit. pro Mur. 65. Stoici mihi videntur fines officiorum paulò longius quàm natura vellet, protulisse. pro Mur. 70. Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficij locum. Atti. lib. 13. ep. 14. Quòd si latius volent proferre diem, poterunt vel biduum vel triduum, vel vt videbitur: nihil enim interest. 5. I. V. 115. Vnius vrbis direptionem ✠ commemorabo & in medium proferam. ‖ 2. de Finib. 42.

PROFEROR, ris. 4. Acad. 2. Ars memoriæ, quæ tum primum proferebatur. 1. de Or. 5. Vis aliquid iisdem de rebus politius à nobis perfectiusque proferri?

✠ ADVERB. *Absurdè, 4. Acad. Foràs, pro Cæl. Iamdudum, 5. in Ver. Latiùs diem, 13. Attic. Longiùs fines, pro Mur. Nominatim multos, pro Sex. Rosc.*

☞ Syntaxis. *Proferre & patefacere. In lucem proferre. Custodire & proferre. In aspectum, lucémque proferre. In medium proferre. Dirimere tempus, & proferre diem. Latius proferre diem.*

PROFESSIO, onis. *est certa confessio, & denunciatio eorum quæ quisque possidet: quæ professio apud prætorem vrbanum fieri solebat: quandam imperatores è prouincia decedentes, apud decemuiros profitebãtur.* Lege PROFITEOR. Ep. lib. 16. ep. 23. Tu verò confice professionem, si potes, etsi hæc pecunia ex eo genere est, vt professione non egeat. At. li. 13. ep. 33. Referre professionem. pro Arch. 9. Archias iis tabulis professus est, quę sole ex illa professione collegioque prætorum obtinent publicarum tabularum autoritatẽ 5. I. V. 113. Iugerum subscriptio ac professio. & 39. Iudicium de professione.

¶ *Promissio, pollicitatio.* Pl. Epi. lib. 10. ep. 8. Non me præteribat in tam perturbato statu ciuitatis fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis, sed, &c.

¶ *Facultas.* 1. de Orat. 21. Vis oratoris professióque ipsa dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur.

✠ ADIVNC. *Fructuosissima, 10. Famil.*

PROFICIO, cis. *assequor, procedo, valeo, prosum.* Atti. lib. 7. ep. 13. Qui vt nihil aliud, hoc tamẽ profecit, dedit ei dolorem: sed etiam ad summam profectum aliquid puto. Epi. lib. 5. ep. 14. Non intelligis te querelis quotidianis nihil proficere? & ep. 13. Teque multum profecisse sentio. pro Lig. 2. Diu. recusãs nihil profeci. item. Cõtentio tamdiu sapiens est, quandiu proficit aliquid. 3. Offi. 37. Si modò in philosophia aliquid profecimus. pro Pl. 75. In Cyro nihil profecisti. Att. lib. 8. ep. 9. Si mihi minus proficio, simulationi certè facio satis. de Cla. 139. Res vbi plurimum proficere & valere possunt, collocari debent. pro Pom. 45. Et quisquam dubitabit, quid virtute profecturus sit, qui tantum autoritate profecerit. de Cla. 92. Nulla res tãtum ad dicendum proficit, quàm scriptio. 4. ad Her. 36. Proficit hæc exornatio ad duas res. 3. de Fin. 14. Hoc ad ea quæ quærimus, multum profecerit. 2. de In. 2. Hoc plus proficit ad virtutem, quàm illud. Pl. Ep. lib. 10. ep. 15. Profeci itaque per Laterensem internuncium. Ep. lib. 15. ep. 14. Literæ tuæ profecerunt. Epist. lib. 4. ep. 1. Cum ipse idem sentirem, nihil proficiebam. 1. I. A. 35. Si exitus C. Cæsaris hoc efficere non potest nihil cuiusquam proficiet nec valebit oratio. Att. lib. 6. ep. 2. Multum profeci: sed quantum, non planè, quia longè absum, scio. Qu. f. lib. 3. ep. 1. Pompeius adhuc nihil profecit, nec, si vllam partem dignitatis tenebo, proficiet.

✠ ADVER. *Aliquantum, 5. Attic. Multum, 9. Famil. Necessariò, multum, permultum, plurimùm, 2. de Inuent. Multum lepõre, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Id, vt nihil aliud, hoc tamen proficies, dabit illi dolorem. Id proficiet aliquid. Proficere in philosophia. In Cæs. multum proficis. Proficere aliquid ad virtutem.*

PROFICISCENDVM. 3. de Fin. 73. Qui conuenienter victurus sit, ei proficiscendũ est ab omni mundo, & eius cognitione.

PROFICISCENS, tis. Epist. lib. 15. ep. 1. Leucade proficiscens.

PROFICISCOR, ris. *discedo.* 1. de D. 24. Achiui ita profecti sunt ab Ilio, vt profectione læti pisciũ lasciuiam intuerentur. pro Mil. 27. Clodius Roma profectus pridie est, vt ante suum fundum insidias Miloni collocaret. 4. I. V. 17. Qui statim Romæ & ab vrbe antequam proficisceretur, cœpit, &c. Ep. lib. 2. ep. 6. Cùm te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret. Att. li. 13. ep. 26. Etsi poteram remanere, tamen, vt scripsi tibi, proficiscor hinc, ne relictus videar. 2. de Na. 139. Nerui à corde tracti & profecti in corpus omne ducuntur. 4. Acad. 100. Sed si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probo nauigio, bono gubernatore aetranquillitate.

¶ *Sum.* Antequam. 2. Beneficia quæ singulis ciuibus priuatímque dantur, solent iis esse fructuosa, à quibus sunt profecta. 1. de In. 61. Quam partitionem omnes ab Aristotele profecti, maximè secuti sunt. 2. de Or. 58. Denique etiam à philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, &c. 1. de In. 68. Nam vt ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis vtilitatem spectat: sic à legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod reip. conducat, proficisci. Epist. lib. 2. ep. 19. Quæcunque à me ornamenta in te proficiscuntur. Brut. ep. 4. Hoc grato animo liberalique profectum, cautiorem liberalitatem desiderat. Attic. lib. 9. ep. 11. III. Iduum Philotimum (vt ais epistola tertia) expectabam: at ille Idibus à me profectus est. 1. de Fin. 72. Proficisci à falsis initiis.

¶ *Confugio.* Ep. lib. 1. ep. 5. Vt cùm rex intelligat, nisi per te sit restitutus, desertum se & abiectum fore, proficiscatur ad te.

✠ ADVERB. *Celeriter, 15. Attic. Clàm, pro Flac. Communiter, separatim ex negocio suspiciones, 2. de Inuent. Copiosè in prouinciam, 3. in Ver. Cupidè, 16. Famil. Festinanter, 3. Attic. Honestè aliquò, 9. Attic. Inde vndè, pro Pomp. Lõgè à sedibus suis, pro Fon. Maturè, 3. Famil. Non ita multo post, pro Quint. Obuiam legionibus, 12. Famil. Priuatim, protinùs à disciplina, publicè, 7. in Ver. Rectà, 5. Attic. Tandem aliquando, 2. Philip. Tardè, 3. ad Quint. Frat.*

☞ Syntaxis. *Nerui à corde tracti & profecti in omne corpus ducuntur. Ab aliquo proficisci beneficium. Qui ab Aristotele profecti sunt.*

PROFICITVR. Ep. lib. 12. ep. 2. Nonnihil vt in tantis malis est profectum. Attic. lib. 8. ep. 9. Sed quid hæc nunc! vtinam aliquid profectum esset.

PROFITENDVS, a, um. *promittendus.* 1. de Or. 44. Quamobrem ista tanta tamque multa profitenda Crasse non censeo.

PROFITENDVS. 1. de N. 63. Existimo tardiores ad hanc sentẽtiam profitendam multos esse factos.

PROFITENS, tis. *offerens, promittens.* Brut. ep. 15. Italiæ suã nobis studia profitenti remisistis.

PROFITEOR, ris. *præbeo.* I. P. 80. Cùm se Pompeius supplicem pro me profiteretur. 4. I. V. 85. A Sthenio petere cœpit, vt ad ea signa tollenda operam suam profiteretur, séque adiuuaret.

¶ *Polliceor.* 1. de Orat. 116. Suscipere ac profiteri magnum aliquod onus atque munus. & Suscipere ac profiteri magnum quiddam. & 103. De omnibus rebus profitentur se esse dicturos. pro Pla. 62. Omnes istiusmodi in iis reprehenduntur, qui cùm professi fuerint, satisfacere non possunt, non in iis qui abfuisse ab istis studiis confitentur. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Nostræ causæ non videntur homines defuturi: mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. 2. de Leg. 12. Contrà facere quàm professus pollicitusque sis. pro S. R. 153. Profiteri operam suam in aliqua re. pro Cluen. 51. Profiteri id quod non possis implere: quod impudentiæ est. 1. contra Rull. 27. Profiteor tibi meum studium ad rempub. defendendam. pro Mur. 28. Triduò me iuriscõsultum esse profitebor. Epist. lib. 5. ep. 8. Ego verò tibi profiteor & polliceor eximium & singulare meum studium.

¶ *Doceo.* I. P. 71. Qui philosophiam profitetur, grauissimam sustinet personam. 4. Ac. 73. Democritus, qui ita est ausus ordiri, hæc loquor de vniuersis: nihil excipit, de quo non profitetur, quid enim esse potest extra vniuersa. 2. de Or. 153. Cùm tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent.

¶ *Confiteor.* Or. 30. Ecce autem quidam se Thucydidios esse profitentur. * Incer. In libris de Repub. Platonis me comitem profiteor, in consolatione filiæ Crantorem sequor.

¶ *Iacto me, glorior.* 2. Tusc. 12. Vt enim si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur: aut absurdè canat is, qui se haberi velit musicum: hoc turpior sit, quòd in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam: sic, &c. 1. de Natu. 12. Tantam facultatem consecutum esse me non profiteor, secutum esse præme fero.

¶ *Præme fero,* 2. de Fin. 76. Eámne rationem sequare, qua tecum ipse & cum tuis vtare, profiteri autem & in medium proferre non audeas. 12. in Anto. 7. Vt eos pœniteat professos, & præse tulisse odium in Antonium. pro Cec. 24. Atque ita libenter confitetur, vt non solùm fateri, sed etiam profiteri videatur. pro Rab. 17. Fateor, atque etiam profiteor, & præme fero, hanc à me actionem esse sublatam. pro S. Rosc. 6. Vt ad hanc prædam tam nefariam adiutores vos profitemini. Ep. lib. 10. ep. 31. Quicunque is est, ei me inimicum profiteor. de Aruspic. 3. Ego inimicum me semper esse professus sum duobus, qui, &cæt.

¶ *Denuncio,*

¶ *Denuncio, significo.* 2. contra Rul. 58. In posterum verò lex hæc imperatoribus nostris constituatur, vt quicunque de prouincia decesserit apud eosdem decemuiros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarij, profiteatur. 5. I. V. 38. Edixerat, vt aratores iugera sationum suarum profiterentur. & 29. Nemo erat decumanorum, qui grano amplius sibi quam deberetur, deberi professus esset pro Arc. 7. Si sexaginta diebus apud prætorem essent professi. & *ibi.* Archias professus est apud prætorem Q. Metellum. & 9. At non est professus: imò verò his tabulis professus, quæ solæ ex illa professione collegioque obtinent publicarum tabularum autoritatem. 5. I. V. 112. Iugera professi sunt aratores omnes imperio atque instituto tuo: non opinor quenquam minus esse professum, quàm quantum arasset.

✠ ADVER. *Amplius, 5. Ver. Apertissimè studium suum, 2. Philip. Palam se aduersarium, pro Sex. Rosc. Verè numerum, 5. Ver.*

PROFLIGATVS, a, um: simus. *perditus.* pro S. R. 38. Omnia in eo ad perniciem profligata atque perdita. 2. I. V. 78. Iudicia perdita & profligata. & 5. in Ver. 65. Tu omnium profligatissime & perditissime. 2. I. C. 2. Quàm tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putaris? de Prou. 35. Vos tamen oportet ab eodem illa omnia, à quo profligata sunt, cõficí velle. ‖ pro Arch. 14. Profligati homines.

¶ *Absolutus, transactus.* Epist. lib. 12. ep. 30. Qui profligato bello ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur. 5. Tusc. 15. Atqui profligata iã hæc, & penè ad exitũ adducta quæstio est.

PROFLIGO, o, as. *affligo, prosterno, depello.* 3. de Or. 3. Cum Philippus suis consiliis remp. profligasset. pro Rab. 41. Profligare aciem hostium. 14. I. A. 37. Cùm Cæsar hostium copias profligârit, occiderit, &c.

☞ Syntaxis. *Profligatus homo ac perditus, iudicium, Respub. Profligare aciem hostium. Copias profligare, occidereque.*

PROFLVENS, tis. *fluuius, flumen, torrens.* 2. de In. 149. Deinde est in carcerem deductus, vt ibi tantisper esset, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur. 1. ad Her. 23. Et obnolutus corio deiiciatur in profluentem.

¶ *Fluens.* Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Aquam profluentem, & eam vberem vidi multis locis. 1. Off. 52. Ex quo sunt illa communia, non prohibere aquam profluentem.

¶ *Fusus, liquidus, expeditus.* 3. de Or. 25. Profluens quiddam habuit Carbo, & canorum. 2. de Orat. 159. Genus orationis liquidũ, fusum, profluẽs. (. *exile, aridum, minutum.* de Clar. 220. Expedita ac profluens loquendi celeritas. 3. de Ora. 183. Loquacitas perennis & profluens.

PROFLVENTER. *abũdanter, copiosè.* 5. Tuscu. 53. Ergo omnia profluenter, absolutè, prosperè.

PROFLVENTIA, tiæ. *affluentia, copia, redundantia.* Partit. 81. Hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi *imitatur.*

✠ ADIVNC. *Inanis loquendi, Part.*

PROFLVO, is. *damno.* Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Cuius ore sermo melle dulcior profluebat. 1. de D. 100. Si lacus emissus lapsu & cursu ad mare profluxisset. pro Cæl. 6. Ego ab his fontibus profluxi ad hominum famam.

☞ Syntaxis. *Proiectus in profluentem, in profluentem aquam. Oratio, loquacitas perennis, profluens. Profluxit à paruis fontibus. Cic. ad hominum famam.*

PROFVGIO. gis. *perfugio, transfugio.* de Sen. 47. Libenter verò istinc tanquam à domino agresti & furioso profugi. pro Do. 86. Illi damnati comitiis centuriatis in exilium profugerunt. 5. I. V. 120. Patres familiâs extorres profugerunt. 1. de D. 100. Venientem quendam ad nos hominem nobilem profugisse. pro Pom. 22. Ex Ponto Medea quondam profugisse dicitur. pro Deiot. 11. Senatus ex Italia profugit. 4. I. V. 42. Heraclius Syracusis illa nocte profugit. de Am. 37. C. Blosius quæstione noua perterritus in Asiam profugit. de Clar. 306. Philo cum optimatibus Athenien sium domo profugit. Ep. lib. 4. ep. 12. Reliquos aiebant profugisse metu perterritos. Att. lib. 15. ep. 21. Quintus filius profugere ad Brutum voluit.

✠ AVERB. *Clàm. è latumijs 7. Ver. Planè ex ciuitatibus. 5 in Ver.*

PROFVGIVM, gij. *perfugium.* pro Cec. 100. Exilium est profugiũ portusque supplicij. Epist. lib. 5. ep. 15. Quod enim poterat mihi esse profugium. ‖ lib. 7. ep. 20. Sed imprimis oportunum videtur his præsertim temporibus habere profugium.

☞ Syntaxis. *In exilium profugere. Extorrem profugere. Exilium, profugium, portúsque supplicij.*

PROFVNDENDO. pro Flac. 15. Sed profundendo clamore multitudinis concitatæ.

PROFVNDO, dis. *effundo.* de Som. 5. Et quidem vim lacrymarum profudi. At lib. 11. ep. 7. Lacrymæ se subitò profuderunt. pro Fon. 38. Lacrymas profundo. pro Cæl. 75. Voluptates, quæ cùm inclusæ diutius & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subitò se nonnunquam profundunt, atque eijciuntur vniuersæ. I. P. 16. Omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis. pro Mar. 32. Qui in causa animam profudit. 1. Offic. 84. & 14. I. A. 30. Profundere vitam pro patria. 2. de Fin. 60. Qui vitam pro patria profuderũt. pro Cluen. 18. Profundere sanguinem pro patria. 2. Tusc. 56. Profundere vocem. 4. Acad. 87. Res iam vniuersas profundam. Epist. lib. 5. ep. 5. Profundere & perdere laborem. 2. Offic. 55. Pecunias profundere in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam sint relicturi omnino. At. lib. 10. ep. 15. Omnes profudi vires animi atque ingenij. At. lib. 7. ep. 3. Si totum se ille in me profudisset. 2. de Or. 317. Nihil est in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & quod totum repentè euolet. 2. I. C. 10. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt. 14. I. A. 38. Cùm sine vlla necessitate pro patria vitam profuderint. & 39. Qui sanguinem pro vita, libertate, fortunisque populi Rom. pro vrbe templisque Deorum immortalium profudissent.

PROFVNDOR, ris. 1. de Leg. 25. Quæ frugibus ac baccis terra fœtu profunduntur.

✠ ADVER. *Sape, & multum, pro Plan.*

☞ Syntaxis. *Lacrymas, vocem profundere, sanguinem, vitam, animam pro aliquo. Lacrymæ se profundunt, dolor. Profundere se in aliquem. Profundere patrimonium, & fortunas suas obligurire. Profundere & perdere laborem.*

PROFVNDVS, a, um. pro Plan. 15. Mare profundum & immensum. I. P. 48. Cùm partim eius prædæ profundæ libidines deuorassent.

¶ *Mare.* pro Sest. 45. Iecissem me potiùs in profundum. 6. I. V. 26. Abiicere aliquid in profundum.

¶ *Fundum.* 3. de Fin. 48. Esse in profundo aquæ.) (. *esse in summo aquæ.*

¶ *Locus abditus.* 4. Ac. 32. Natura veritatẽ in profundo abstrusit.

PROFVSVS, a, um. *immodestus, immoderatus.* pro Q. 40. Quis tam profusus ac perditus nepos, sic dissolutus fuisset? pro Mu. 76. Priuata luxuria, profusæ epulæ. pro Cæl. 57. Profusa luxuries. 4. Tusc. 15. Lætitia profusam hilaritatem efficit. pro Qu. 93. Profusis sumtibus viuere. pro Cl. 36. Quanti & quàm profusi sumtus. 1. Offic. 103. Ipsumque genus iocandi non profusum, neque immoderatum, sed ingenuum & facetum esse debet.

¶ *Distributus.* 4. ad Her. 59. Sed tanquam sanguis profusus est per totum corpus orationis.

¶ *Emanans.* 9. I. A. 5. Sanguis, qui profusus est in morte, &c.

✠ ADVER. *Immoderatè, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Profundæ libidines deuorant. Abiicere se in profundum. In aquæ profundo. In profundo latens veritas. Profusæ epulæ, hilaritas. Profusum & immoderatum iocandi genus. Profusus per totum corpus sanguis. In morte profusus sanguis.*

PROGENIES, ei. *proles, genus.* de Vn. 34. Veteres, qui se progeniem deorũ esse dicebẽt ad. Oct. Audiet Brutus eum populum, quem ipse primò, pòst progenies eius à regibus liberauit, pro turpi stupro illarum in seruitutem. pro Cæl. 34. Progenies mea Q. illa Claudia. 1. Tusc. 85. Priamus tanta progenie orbatus. 1. Tusc. 26. Antiquitas, quæ quo propiùs aberat ab ortu & diuina progenie, hoc, &c 9. I. A. 5. Reddita est ei statua pro vita, quæ multos per annos progeniem eius honestaret. & de Conf. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit.

✠ ADIVNC. *Diuina, 1. Tusc. Optima, 1. de Diu.* Poëtæ *Tanta, 1. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Priamus magna progenie orbatus. Parum ab ortu abesse, ac diuina progenie. Progenies igitur de patribus dicetur.*

PROGIGNO, gnis: & gnor, ris. *procreo, gigno.* 1. de D. 128. In seminibus inest vis earum rerum, quæ ex his progignuntur. 3. Off. 66. Sic hic, qui hoc lumen progenuit, ex filio est nominandus.

PROGNATVS, a, um. *natus, procreatus.* 3. Tusc. 26. Thyestes Tantalo prognatus Pelope natus. 1. de D. 40. Euridica prognata. Ep. fam. lib. 8. ep. 15. Venere prognatus. ‖ *Eam. verna prognaturus.*

PROGNOSTICON. *coniectura, signum rei futuræ, diuinatio.* Attic. lib. 15. ep. 16. Equidem pluuias metuo, si prognostica nostra vera sunt: ranæ enim προγνώσεις. & lib. 2. ep. 1. Prognostica mea cum oratiunculis propediem expecta. 1. de D. 13. Atque his rerũ persuasionib⁹ prognostica tua referta sunt. de D. lib. 2. 47. Prognosticorum causas persecuti sunt Boethus Stoicus, & Possidonius.

✠ ADIVN. *Vera, 15. Attic.*

PROGREDIENDVM. At. lib. 10. ep. 9. Scribendum ad te, existimauí, ne quò progrederis inclinata iam re, qua integra, etiam progrediendum tibi non existimasses.

PROGREDIENS, tis. 5. de Fi. 41. Progrediente ætate, & progredientibus ætatibus. 2. de N. 57. Natura est ignis artificiosus ad gignendum progrediens. & 81. Natura particeps rationis, tanquam via progrediens.

✠ ADVERB. *Nusquam, in Vat.*

PROGREDIOR, ris. *progressionem vel progressum facio, procedo, serpo, quasi pergo facere.* 1. de Di. 26. Itaque reuertit ex itinere, cum iam progressus esset multorum dierum viam. Ep. lib. 11. ep. 4 Progressus sum ad Cisalpinos cum exercitu. 3. de Or. 183. In quo impunè progredi licet duos pedes. 1. de Diu. 73. Cum aliquantulum progressus esset, subitò exaudiuit hinnitum. pro Sest. 80. Sestius nihil progreditur. 11. I. A. 6. Mihi Antonius peruenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. 2. I. A. 9. Quid stultius quàm obiicere aduersario, quod ille si verbo negârit, longiùs progredi non possit, qui obiecerit. de Amici. 36. Videamus, si placet, quatenus amor in amicitiis progredi debeat. 4 de Fin. 64. Nihil ergo adiuuat procedere & progredi in virtute. 1. Tusc. 17. Vltrà quò progrediar, quàm vt probabilia videam, non habeo. 3. I. V. 81. Nunquam in eum locum progressi fuissent, vt illum interficere conarentur. Epist. lib. 9. ep. 25. Existimauitque fratrem suum, hominem non sapientem impulsu inimicorum suorum eò progressum esse. Att. lib. 12. ep. 22. Neque tamen progredior longiùs, quàm mihi concessum est. Ora. 112. In quo tamen longiùs progrediamur, quod videmus, &c. 1. de D. 25. Diuinatio cõiectura nititur, vltra quam progredi non potest. 2. contra Rull. 96. Sed certè non continebuntur, progredientur longiùs, efferentur. Antequam. 14. Ne calamitas remorata longiùs serpat atque progrediatur, præcauete. de Arusp. 56. Ad omnia progredi. *id est, proiectum esse.* de Sen. 33. & 45. Paululum ætate progressi. 3. de Or. 117. Nunc ad reliqua progrediar, méque ad meum munus pensumque reuocabo. 3. de Fin. 19. Progrediamur igitur, &c. pro Cæl. 60. Ex hac domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? Par. 3. Quàm longè progrediare, cùm semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. Attic. lib. 10. ep. 4. Alter eò progressus est, quò non audeo dicere. 1. Offi. 33. Regredi quàm progredi malo.

✠ ADVER. *Impunè, 3. de Orat. Longius, & efferri, 2. cont. Rul. Longius potestatem, 2. de Inuent. Sensim, & pedetentim, 2. Tusc. Paululum, de Senec.*

☞ Syntaxis. *Progredi multorum dierum viam. Quoad progredi potest, audacia tu peruenisti. Quatenus progredieris? Procedere & progredi in virtute. Quò vltra progrederis? Serpit & longius progreditur morbus.*

PROGRESSIO, onis *progressus.* 3. Offi. 14. Quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione dicendi. 4. de Fin. 67. Vestri progressionem ad virtutem fieri aiunt, leuationem vitiorum fieri negant. 4. Tusc. 1. & 4. de Fin. 17. Ab his initijs profecti omnium virtutum & originem & progressionem persecuti sunt. 3. Offi. 17. Aliter enim teneri non potest, si qua ad virtutem est facta progressio.

✠ ADIVNC. *Admirabilis, 4. Tusc.*

PROGRESSVS, sus *processus, progressio.* Att. li. 2. ep. 21. Progressum præcipitem, inconstantem, reditum videt. 1. Offi. 11. Ratio, quæ causas rerũ videt, earúmque progressus, quasi antecessiones non ignorat. 4. Tusc. 43. Philosophi nunquã in suis studijs tantos progressus facere potuissent. 1. de N. 15. Lucilius Balbus, qui tantos progressus habebat in Stoicis. 5. I. A. 47. Progressum ætatis expectari non oportet. 2. de N. 52. Progressus & regressus quinque stellarum errantium constantes & rati. Attic. lib. 8. ep. 18. Audiui Cæsarem firmo progressu in castrum Truentinum venisse. 11. I. A. 4. Brutus Dolabellam irruentem in Asiam à progressu arcuit, à reditu refrenauit.

✠ ADIVNC. *Constantes, & rati stellarum errantium, 2. de Nat. Tanti, 4. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Bonitate ingenij, & progressione discendi multa assequi. Ad virtutem progressio. Origo & progressio. In studijs progressus facere. Progressus, regressus stellarum. Firmo progressu peruenire. A progressu arcere, refrenare.*

PROH. vel PRO. Leg. PRO. 2. de Or. 225. Proh dij immortales, quæ fuit illa, quanta vis. Or. 155. Proh deum atque hominum fidem. & *ibi.* Vel proh deũ dico, vel proh deorum. 5. Tusc. 48. Etenim proh deorum atque hominum fidem, &c.

PROHIBENDVS, a, um. 1. Offi. 89. Prohibenda est autem maximè ira in puniendo.

✠ ADVER. *Maximè in puniendo, 1. Offi.*

PROHIBENS, tis. 1. de Nat. 36. Lex recta imperans, prohibénsque contraria.

PROHIBEO, bes. *veto, interdico, excludo, obsto, inhibeo, non permitto, intercludo.* Att. lib. 4. ep. 3. Qui mecum erant, facilè operas aditu prohibuerunt. Ep. lib. 10. ep. 15. Prohibere aliquem prouincia. 4. ad Her. 34. Prohibere aliquem sepultura.

¶ *Arceo, summoueo, repello.* 2. I. A. 46. Patri persuasi, vt eum à tua congressione prohiberet. 6. I. V. 144. Quòd prædones ab vrbe prohibuissent. Ep. lib. 6. ep. 6. Prohibere aliquem à Repub. Epist. lib. 1. ep. 9. Qui Bibulum exire domo prohibuissent. pro S. R. 151. Dij prohibeant iudices, vt hoc præsidium sectorũ existimetur.

¶ *Spolio, non concedo.* 3. Offi. 4. Vsu verò vrbis prohibere peregrinos, sanè inhumanum est. pro Lig. 13. Tu nos iacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

¶ *Coerceo.* 2. in Ca. 26. Is omnes motus Catilinæ conatúsque prohibebit.

¶ *Tueor à.* de Cl. 330. Et virginem ab armatorum impetu prohibeamus. pro Pom. 19. Prohibere remp. à periculo. pro Pom. 18. Prohibere aliquem calamitate. 2. Offi. 41. Qui prohibẽt iniuria tenuiores æquitate constituenda.

✠ ADVERB. *Acriter, ep. ad Brut. Diutius, 6. Fam. Omninò aditu, pro Cæc. Neque semel, sed sæpius, 2. Philip.*

PROHIBEOR, ris. ad Oct. Quoniã coràm id facere prohibeor, absens prosim. 3. de Or. 55. Cum homine tempestatis causa opere prohibentur.

PROHIBESSIT, prohibessint. *pro, prohibuerit, prohibuerint.* 3. de Leg. 6. 10. Ni par maiorúe potestas, populusue prohibessit.

PROHIBITVS, a, um. 5. I. V. 60. Eques Rom. biduum cibo tectóque prohibitus.

☞ Syntaxis. *In puniendo prohibenda ira est. Prohibere aliquem aditu, sepultura, à consuetudine alicuius. Prohibere voce. Conatus alicuius prohibere. Amicos iniuria prohibere, & à periculo. Opere prohibitus seruus tempestatis causa.*

PROIECTIO, onis. *porrectio.* Orat. 59. Brachij proiectio in contentionibus, contractio in remissis.

PROIECTVS, a, um. *porrectus.* 3. de Orat. 218. Brachium procerius proiectum. in Arat.

Exin proiecta claro cum lumine chelæ.

¶ *Obiectus.* 6. I. V. 118. Insula in vtriusque portus ostiũ proiecta.

¶ *Excitatus.* 6. I. V. 21. Vrbs proiecta in altum.

¶ *Reiectus.* 2. de D. 143. Is cùm esset proiectus inhumatus, amica corpus eius texit suo pallio. 12. I. A. 19. Qui ex naufragio, &cæt. ad hæc saxa proiectus est. 1. de D. 56. Simonides ignotum quẽdam proiectum mortuum vidit, eúmque humauit. pro C. Cor. 1. Homines fœneos in medium ad tentandum periculum proiectos.* Oec. 1. Vbi proiectum iaceat, quod desideretur.

¶ *Profusus, contumax, impudens, profligatus, ad omnia progrediens.* pro Cl. 183. Illi quorum eminet audacia, atque proiecta est. pro Dom. 115. Proiecta quædam & effrenata cupiditas. 3. I. V. 2. Proiectus ad audendum.

✠ ADVERB. *Procerius, 3. de Orat.*

ΠΡΟΗΓΜΕΝΑ. *producta, promota, proposita, præcipua.* (ἡγμένα, *id est, reiecta.* 3. de Fi. 52. & 15. L. PROEGMENA.

PROIICIO, cis. *expello.* 2. I. C. 2. Patria mihi lætari videtur, quòd tantam pestem euomuerit, foras ue proiecerit.

¶ *Negligo.* At. lib. 9. ep. 12. Tum poterimus deliberare, non scilicet in integra re, sed certa, minus infecta, quàm si vnà proiecceris te. At. lib. 9. ep. 4. Proximè monent & rogant, ne me proiiciam.

¶ *Intromitto.* pro Cæl. 21. Qui se in hoc iudicium proiecerunt.

¶ *Proripio.* 2. de Fi. 73. Quæ libido non se proripiet ac proiiciet?

¶ *Abijcio, inclino.* pro Sest. 26. Proiicere se ad pedes alicuius.

¶ *Amitto.* 13. I. A. 6. Nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc proijcias, tanquam pignora iniuriæ. pro Rab. 33. Neque ego meam libertatem proiecissem.

✠ ADVERB. *Foràs pestem, 2. Catil.*

PROIICIOR, ris. *expellor.* Anteq. 29. A liberis suis abstrahi, à cõiuge abripi, ab aris focisque innocentem proijci. Anteq. 30. Proijcitur Tullius in exilium.

¶ *Abijcior.* 1. Tus. 104. Diogenes proijci se iussit inhumatum.

PROIN. *proinde.* 2. I. C. 11. Proin aut exeant, aut quiescant.

PROINDE. *proin, itaque.* pro Do. 29. Proinde desinant aliquando me iisdem inflammare verbis. de Fat. 4. Proinde ordire. 4. I. V. 70. Proinde si sapis, vide, &cæt. & 7. Ver. 182. Proinde si qui sunt, &c. At. li. 1. ep. 8. Proinde bono animo sis. Ep. lib. 12. ep. 6. Pro inde fac magnum animum habeas. & lib. 10. ep. 35. Et proinde diligenter ab vtroque conseruata sunt. & lib. 9. ep. 20. Proinde te para, &c. & lib. 10. ep. 11. Proinde ad omnia paratus ero, ac res me monebit. 1. Tus. 86. Metelli sperat sibi quisque fortunam, proinde quasi, &c. pro Dom. 31. & 3. I. V. 98. Proinde quasi isti aliter sentiant. 2. ad Her. 45. Proinde quasi, &c. 2. de Inu. 175. Proinde vti quæque res est, laborandum est. Anteq. 16. Proinde aut, &c. 7. I. V. 182. Proinde si qui sunt, &c. Ep. lib. 10. ep. 35. Proinde existimes, &c. quo tibi, &c. Attic. lib. 2. ep. 9. Proinde isti licet faciant quos volent Coss.

☞ Syntaxis. *Proinde quasi. Proinde vt se res habuerit. Proinde si qui.*

PROLABOR, ris. *accedo, venio.* 1. de Leg. 52. Libenter ad istam orationem tecum prolaberer.

¶ *Delabor, ruo* pro Quin. 77. Cogitabam fore, vti multis in rebus timore prolaberer.

✠ ADVERB. *Longiùs pro A. Cæc.*

PROLAPSIO, onis. *lapsus, lapsio.* pro Cæl. 41. Via lubrica', qua ingredi sine casu aut prolapsione vix possis.

PROLAPSVS, *iacens, effrenatus, ruens.* 2. de Diuin. 5. Iuuentus his moribus

moribus atque temporibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrænanda atque coercenda sit.

¶ *Progressus.* pro Cæc.101. Tametsi de hoc iudicio multa prætereo, tamen longius prolapsus sum, quàm ratio vestri iudicij postulabat. pro Cæl. 47. Huc vnius mulieris libido prolapsa est, vt &c. Att.lib.1.ep.14. Prolapsus cupiditate.

¶ *Elapsus.* pro Fon.18. Ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur.

PROLATANDO. *differendo, procrastinando.* 4. I.C.6. Id malorum opprimi sustentando & prolatando nullo pacto potest: quacunque ratione placet, celeriter vobis iudicandum est.

PROLATIO, onis. *dilatio.* pro Rab.8. Cùm alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur. Attic. lib. 8. ep.12. Nec enim rerum prolatio, nec senatus magistratúsque discessus, nec æratiũ clausum tardabit.

¶ *Item commemoratio, vsurpatio.* Or.120. Commemoratio autem antiquitatis, exemplorúmque prolatio summa cum delectatione & autoritatem orationi affert & fidem.

PROLATVS, a, um. *pronunciatus.* 2. de Diu. 136. Multa sunt etiam à te ex historiis prolata somnia, matris Phalaridis, Cyri superioris.

¶ *In medium allatus.* pro Flacc. 68. Quæsitum & prolatum palàm non nego. 2. de Diu. 49. Mulæ partus à te prolatus. 6. I.V. 36. Nónne te ex prolatis & non prolatis tabulis condemnari necesse est?

¶ *Productus, suspensus. Nam rerum prolatio & res prolatæ, est tempus illud quo homines feriantur: ac si dicas, negociorum iurisque suspensio, vacatio à muneribus, quæ maximè erat ludorum diebus: cuiusmodi erãt votiui, Romani, victoriæ, plebeij.* pro Mur. 28. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam, vsquã, neque Romæ, rebus prolatis quicquam valet. Qu. fr. lib.3.ep.8. Res prolatæ ad interregnum comitia adducta. Attic.lib. 14.ep.5. Meam stultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deserere viderer hunc rerum tumorem.

PROLECTO, as. *allecto, illicio.* pro Flac. 18. Egentes priuata benignitate prolectat.

PROLES, lis. *progenies soboles.* de Somn. 16. Proles illa futurorum hominum. 2. de Nat. 159.

Ferrea tum verò proles exorta repente est.

3. de Or. 151. Nec enim fugerim dicere prolem, aut sobolem, &c.

¶ *Manus copiæ.* 3. de Leg. 7. Equitum peditúmque prolem describunto.

✠ *ADIVNC. Ferrea, 2. de Nat.*

ΠΡΟΛΗΨΙΣ. Leg. PRAESVMPTIO. *Antecaptio, Anticipatio, Notitia, Notio, Prænotio.*

PROLIXE. *largè, liberaliter, cumulatè.* pro Dom.28. Is mihi, quæ meum tempus postularet, satis prolixè pollicitus est. pro Fla 89. Quod statuerat facere, non solum fecit, sed etiam prolixè cumulatéque fecit. Att.li.16.ep.16. Id autem est, vt hoc quod te tua sponte facturum esse certò scio, honoris nostri causa libenter, non prolixè, sed celeriter facias. *aliter, Non solum libenter & prolixè, sed etiam celeriter facias.* Epist.lib.7.ep.5. Nec minus & prolixè de tua voluntate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri.

✠ ‖ pro Flac.89. Prolixè cumulatéque fecit.

PROLIXVS, a, um. *liberalis, benignus.* ‖ *Largus, facilis, & promptus,* ✠ *in dando & conferendo aliquid prolongus (vt nunc multi) nunquam Cicero vsurpat, non enim vocauit literas, aut sermonem longum, prolixum. Quomodo Cicero hoc nominæ sit vsus exempla vberius docebunt.* Epist.lib.3.ep.8. Prolixa & benefica natura. Att.lib 16.ep.18. Aliquid animo libenti prolixóque facere. Attic.lib.6.ep.3. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quàm per me in Brutum. Att.li.7.ep.14. In quo parum prolixi respondent Campani coloni. ‖ *aliàs prolixè.*

¶ *Facilis, expeditus.* Attic.lib. 1. ep.1. Cætera spero prolixa esse his duntaxat vrbanis competitoribus.

☞ Syntaxis. *Prolixè polliceri. Libenter, prolixè, celeriter facere. Prolixa & benefica natura. Libenti prolixóque animo. In aliquem esse prolixũ. Parum prolixus respondes mamicitia.*

PROLOQVOR, ris. *profiteor.* Or.147. Versus ille, qui vetat artem pudere proloqui, quam factites.

PROLVDO, dis. *specimen exhibeo.* 2. de Or.325. Sed iis ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint. & *ibid.* Prolusio.

PROLVSIO, onis. *quasi proœmium.* 1. I.V.47. Sin mecum in hac prolusione nihil fueris, &c. & 2. de Ora.325.

PROLVVIES, ei. *eluuies, eluuio.* Qu.fr.lib.3.ep.7. Romæ mira proluuies, magna vis aquæ, &c.

✠ *AD IVNC. Mira, 3. ad Qu.fr.*

PROMAGISTRO. *vt proprætore & proconsule dictum est.* Ep.lib.13. ep.65. L. SCRIPTVRA.

PROMERENDI, do. *iuuandi.* Qu. de Pet. 21. Si possunt, non amittunt occasionem promerendi pro Mur. 70. Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficij locum. Quint.fr. lib. 1. ep.1. Aliquem fuisse diligentissimum in promerendo, vt sibi maximi honores haberentur.

¶ *Conferendum.* Anteq.6. Non conuenit enim, cùm ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores.

¶ *Benemeritum.* 2. Offi.53. Paratus ad bene promerendum.

PROMEREOR, ris. *mereor.* 2. de In. 83. Leuiùs punitus quàm promeritus sit. Qu. de Pet. 21. Is suo beneficio promeritus est, se vt ames, & sibi vt debeas.

¶ *Confero beneficium.* 3. I. A. 37. Optimè de repub. promereri.

✠ *ADVERE. Benè de multis, 2. Offic. Optimè de repub. 3. Phil.*

☞ Syntaxis. *Non amittam occasionem promerendi. In promerendo diligens, expeditus ad officium promerendum. Ad bene promerendum paratus. Ita puniri promeritus est. Beneficio promereri, vt. De aliquo optimè promereri.*

PROMERITVM, ti. *meritum, beneficium.* Postq. ad Quir. 8. Quare hoc maius est in nos vestrum promeritum, quod, &c. & Postq. in Sen. 1. Vestra in nos vniuersa promerita non dicam complecti orando, sed percensere numerando.

✠ *ADIVNC. Maius, Postq. ad Quir. Vniuersa, Postq. in Senat.*

PROMISCVE. *sine discrimine.* (*propriè.* 2. contra Rull. 84. Promiscuè toto, quàm propriè parua frui parte malletis. Orat. 85. Cæteris promiscuè poterit vti. 3. de Orat. 69. Promiscuè haurire ex aliquo fonte. pro Font. 12. Iudicium aurium promiscuè & communiter stultis ac sapientibus à natura datum.

PROMISSIO, onis. *pollicitatio, pactio.* Epi.lib.4. ep.13. Id quodque genus literarum deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxilij alicuius, aut consolatio doloris tui. Att.lib.8.ep.9. & 3. de Orat.203. Cum literis, cum mandatis, cum promissione prouinciæ. 8. in Ant.10. Scelerum enim promissio, & iis qui expectant, pernicios a est, & iis qui promittunt.

✠ *ADIVN. Pernicios a scelerum, 8. Phil.*

PROMISSVM, si. *fides, receptum.* 3. Offi.94. Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt, que sunt iis ipsis inutilia, quib. illa promiseris. & 92. Pacta & promissa sempérne seruanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo, vt prætores dicere solent, facta sunt. 2. I. A. 79. Ille induxit vt peteret, promissum ac receptum inuertit, ad seq; transtulit. 7. I.V.138. Satis est factum promisso nostro ac recepto. 1. I. A. 17. Cæsar multis multa promissa non fecit. 5. Tusc. 19. Nullum est philosophiæ promissum vberius aut maius. 1. Tusc. 95. Si antè mors aduentet, quàm Chaldæorum promissa consecuti sumus. Att.lib.4.ep.16. O constantiam promissi, & fidem miram. & lib.8.ep.11. Cùm literis Cæsaris præmiorúmque promissis. Qu.frat.lib.3.ep.5. Promissis iis quæ ostendit, non valde pendeo. 1. Off.32. Non standum est promissis, quæ quis coactus metu fecerit. 3. Offic.95. & lib.1 32. Facere promissum alicui & *ibid.* Efficere promissum & conuentum cuipiam. & *ibid.* Seruare promissa. Epi. lib.12.ep.30. Soluere promissa militibus, &, Exoluere promissa. L. EXOLVO. pro Planc.101. Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? Epist.lib.6.ep.17. Expetere promissa. & lib. 3. ep.11. Cùm tua promissa per literas flagitabam. pro Sest.34. Spe & promissis aliquem tenere. Part.132. Eo exposito munus promissi omne confecero. Att.lib.1.ep.11. Teucer promissa patrauit. lib.12.ep.19. Sed iam quasi voto quodã & promisso me teneri puto. & lib.15.ep.15. Sponsor promissorum alicuius. 3. Offi. 94. Theseus exegit promissum à Neptuno. pro Flacc.47. Hermippus Fusijs satisfacit, & fidem suam liberat. pro Deiot.8. Dextra in promissis & fide firma. pro Qu. Rosc. 16. Quæ ex liberalitate illius promissa & ostentata sunt. 7. I. V. 183. Domum Ioui dicatum ac promissum. Frag. ep. Promissa tua memoria teneas.

✠ *ADIVNC. Cruenta, tetra, scelerata, diis hominibúsque inuisa, nec diuturna, neque salutaria.) (. honesta, integra, gloriosa, plena lætitiæ, plena pietatis, 8. Phil. Firma, certa, rata, 6. Fam. Inutilia, 1. Offi. Multa, 1. Phil. Vberius, aut maius, 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Pactum & promissum. Promissum ac receptum interuertere. Promisso ac recepto satisfacere. Promissa facere. Promissi constantia, fides mira. Promissum & conuẽtum efficere alicui. Soluere, seruare, exoluere promissa, repetere, flagitare, expetere. Spe & promissis aliquẽ tenere. Promissi munus conficere. Promissa patrare. Voto & promisso teneri. Promissi alieni sponsor. Promissis exigere. Satisfacere, ac fidem suam liberare, & alicui fidem liberare. Dextra in promissis ac fide. Promissum ac dicatum. Promissum & ostentatum ex liberalitate alicuius.*

PROMITTO, tis. *polliceor, spondeo, recipio, profiteor, constituo, offero, defero paciscor. fidem meam obligo, me aliquid facturum ostendo, promissum facio.* Att.lib.16.ep.1. Dij faxint, vt ea faciat quæ promittit. ad Brut.ep.18. Vix videor, quod promiseram, præstare posse. Epist. lib.7. ep.5. Nec minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri. pro Mur. 90. Quem ego

vobis

vobis ita commendo, vt eum inimicissimum huic coniurationi futurum esse promittam ac spondeam. pro Cæl. 77. Promitto hoc vobis, & reip. spondeo, hunc, &c. Epist. lib. 13. ep. 9. Tum illud tibi expertus promitto & spondeo, te cogniturum, &c. Epist. lib. 5. ep. 8. Quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè obseruabo, diligentissiméque faciam. 5. I. A. 51. Promitto, recipio, spondeo, P. C. C. Cæsarem, &c. Epist. lib. 3. ep. 10. De me tibi sic promitto atque confirmo, me, &c. 2. de Diu. 38. Quæ autem inconstantia deorum, vt primis minentur extis, bene promittant secundis. 2. de Or. 27. Cùm illse dubitare, quod ad fratrem promiserat. Top. 22. Promittere damni infecti. 1. Offi. 32. Neptunus quod Theseo promiserat non fecit. Ep. li. 12. ep. 14. Præterea mihi promiserunt Pansa & Hircius coram, & absenti mihi scripserunt: Varioque nostro Pansa affirmauit, se daturum operam, ne ✠ in suo consulatu mihi succedatur. ‖ 1. Offi. 32.

PROMITTOR, eris. Qu. de Pet. 34. Largè atque honorificè promitti volunt.

✠ ADVERB. *Affirmatè, quasi deo teste, 3. Offi. Benè, 2. de Diu. Benignissimè, 4. Ver. Exploratius, 6. Fam. Honestè, honorificè, Largè, promptè, de Pet. Cons. Liberalissimè, 16. Att. Prolixè alicui, 7. Fam. Separatim, 13. Fam.*

☞ Syntaxis. *Quod promitto, præstabo. Prolixè de sua voluntate promittere. Promitto & spondeo. Promitto & recipio. Promitto, recipio, spondeo. Promitto atque confirmo. Bene semper promittit perfidus. Ad Cæs. promittere. Damni infecti promittere.*

PROMENDVS, a, um. 1. de Or. 59. Est aliquid, quod ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque assumendum.

PROMO, mis. *prosero.* 5. I. V. 195. Cùm tibi senatus ex ærario pecuniam promisisset atque adnumerasset. pro Cæl. 52. Promere aurum ex armario. pro Qu. Rosc. 29. TV LIII. ex arca proferebas, ille CCC. ex artificio promebat. Epist. lib. 5. ep. 14. Animus, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet. 2. de Finib. 22. Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. 1. de Orat. 111. Ne ipsa aliquid à me prompsisse, sed fortuitò in hûc sermonem incidisse videar. 3. de Fin. 7. Promere libros è bibliotheca, 1. de Diu. 20.

Voces tristificas chartis promebat Hetruscis.

PROMOR, ris. Top. 7. Loci sunt quasi sedes, è quibus argumenta promuntur.

☞ Syntaxis. *Ex se promere. Aurum ex arca, voces tristificas promere.*

PROMONTORIVM, rij, *mons in mare porrectus* 7. I. V. 144. Qui aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. 1. I. A. 7. Leucopetra, quod est promontorium agri Rhegini. pro Fl. 30.

PROMOTVS, a, um *productus.* 3. de Fin. 52. L. PRODVCTVS.

PROMOVEO, es. *prouecho, produco.* Att. lib. 4. ep. 11. Ibi igitur te videbo & promouebo. Quin. frat. lib. 3. ep. 1. Assa in alterum apodyterij angulum promoui. Ter. Qui sedulo mouens sese, nihil promouet.

PROMPTE promittere. *id est, alacri animo, & sine cunctatione.* Qu. ✠ de Pet. 35. ‖ *Melius tamen alias iucundè.*

PROMTVS, a, um. tior, ssimus. *paratus, expeditus, alacer, hilaris, ardès, erectus, expositus, manifestus, propositus, in promtu.* 1. I. V. 41. Quo paratior ad vsum forensem promtiórque esse possim. 2. contra Rull. 81. Ad vim promtus, ad seditionem paratus, ad cædem expeditus. de Cl. 154. Promta & parata in respondendo celeritas. pro Mil. 55. Promtus ad pugnam. de Cl. 136. M. Marcellus prôtus, & non inexercitatus ad dicendum fuit. 1. Offic. 83. Promtiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quàm ad communia. Quint. frat. lib. 2. ep. 12. Te esse hilari animo & promto ad iocandum, valde me iuuat. Ep. li. 3. ep. 11. Animum tuum promtum & alacrem perspexi ad defendendam rempublicam. pro Cec. 78. Qui tot annos fidem suam populo Romano promtam expositámque præbuit. 3. de Orat. 213. Discutienda sunt ea, quæ obscurant: & ea quæ sunt eminentia & promta, sumenda. & 1. de Orat. 137. Eius rei facilis est & promta responsio. pro Mur. 28. Quod omnibus patet, & æquè promtum est mihi & aliis. 1. de Orat. 183. Alacri & promto ore ac vultu huc atque illuc intueri. pro S. R. 118. Tametsi hoc quidem minimè latet, quod ita promtum & propositum est, vt, &c. 6. in Verr. 47. Promtissimus homo & experiens. Epist. lib. 4. ep. 13. Cætera, quæ tibi à multis promta esse certò scio, à me sunt paratissima. * Hortens. Promti ad disputandum homines.

¶ *Audax.* I. P. 55. Responsione me mimica homo promtissimus lacessiuit.

¶ *Expressus.* pro Plan. 34. Hic quod animo sentiebat, & vultu promtum habuit.

✠ ADVERB. *Aequè, pro Mur.*

☞ Syntaxis. *Paratus & promtus. Promtus, paratus, expeditus. Promta & parata ad respondendum, in respondendo celeritas. Promtus & alacer. Fides mea tibi promta & exposita est. Quæ obscurant, discutienda: quæ sunt eminentia & promta, sumenda. Ore ac vultu alacri ac promto intueri. Propositum & promtum. A te omnia velim esse promta. Promtissimus homo. Quod animo sentio, & vultu, & lingua promtum habeo.*

PROMVLGATIO, onis. *legis alicuius (vt ita dicam) publicatio & propositio.* 1. I. A. 25. Illæ enim leges nullâ promulgatione latæ sunt, antequam scriptæ. & 5. Phil. 8. Vbi promulgatio trinundinûm? Ep. lib. 1. ep. 5. Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ studia nostra impediret. & lib. 8. ep. 4. Promulgatio de dictatore. pro C. Corn. Ex promulgatione trinundinum, dies ad ferendum potestasque venisset.

✠ ADIVNC. *Nefaria, 1. Fam.*

PROMVLGATVS, a, um. *propositus, editus.* 3. de Leg. 11. Promulgata, proposita, in ærario cognita agunto. pro Mur. 30. Prælijs promulgatis tollitur è medio sapientia. pro Flac. 15. Re multos dies promulgata & cognita. Att. lib. 1. ep. 11. Quid de promulgata rogatione sentiret. 1. I. A. 26. Loquor de legibus promulgatis de quibus est integrum nobis.

PROMVLGO, as. *propono.* Qu. fr. lib. 2. ep. 3. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. & lib. 2 ep. 5. Qui de Cæsare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. Epi. li. 13. ep. 4. Cùm Tribuni plebis legem iniquissimam de eorum agris promulgassent. Att. li. 1. ep. 16. Promulgare rogationem. pro Tom. 52. Cùm Gabinius de vno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset.

¶ *Statuo.* Posteq. in Sen. 4. Tribuni qui promulgarent de salute mea, & ad vos sæpenumerò deferrent. pro Sest. 69. De meo reditu octo Tribuni pleb. promulgarunt. ‖ pro Do. 83. Cùm de eo. Trib. promulgasset.

PROMVLGOR, ris. *proponor.* pro Sest. 25. Promulgantur vno & eodem tempore rogationes de mea pernicie, & de prouincijs nominatim consularibus.

✠ ADVER. *Nominatim rogationes, pro Sest. Publicè de salute, separatim legem, Postq. in Scn.*

PROMVLSIS, dis. *potio mulso condita.* Epist. li. 9 ep. 20. Non eum, quem tu es solitus promulside conficere. & ep. 16.

PRONEPOS, tis. *nepotis filius: refertúrque ad proauũ.* 13. in Ant. 15. M. Lepide M. Lepidi Pōtificis max. fueris pronepos. 3. Tusc. 26. Iouis iste quidem pronepos. *id est, Troyestes.*

PRONOMINATIO. *ornatus quidam verborum.* 4. ad Heren. 43. Pronominatio est, qua sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest, vt si quis cùm loquatur de Graechis: At non Africani nepotes, inquiet, istiusmodi fuerunt.

Πρόνοια. L. PROVIDENTIA.

PRONVNCIATIO, onis. *propositio legis, prolatio.* pro Clu. 56. Oppianicus re & existimatione iam, lege & pronunciatione nondum condemnatus.

¶ *Oratorum in actione munus, vocem moderans.* 1. de Inu. 9. Pronunciatio est ex rerũ & verborum dignitate vocis & corporis moderatio. 2. de Or. 34. Quis n. cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri potest?

¶ *Dictum, enunciatio.* de Fat. 26. Omnis pronunciatio aut vera, aut falsa est.

✠ ADIVNC. *Dulcis, 2. de Orat. Vera, aut falsa, de Fat.*

PRONVNCIATOR, oris. *historicus.* de Clar. 286. Thucydides pronunciator sincerus & grandis etiam fuit

✠ ADIVNC. *Sincerus, & grandis, de Clar.*

PRONVNCIATVM, ti. *effatum. Græcè ἀξίωμα.* 1. Tusc. 14. Omne pronunciatum (sic mihi in præsentia occurrit, vt appellarem ἀξίωμα, vtar pòst alio, si inuenero melius) id ergo est pronunciatum, quod verum est, aut falsum. L. ENVNCIATIO.

PRONVNCIATVS, a, um. Para. 3. Cùm versus pronunciatus est vna syllaba breuior aut longior.

PRONVNCIO, as. *dico prædico, lingua nuncupo.* Epi. lib. 5. ep. 12. Dicunt verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum: qui cùm cæteris coronas imposuerunt victoribus, eorúmque nomina magna voce pronunciauerunt, cùm ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent. pro Quint. 50. Cui magistri fiunt qui pronuncient, &c. & de quo præconis vox prædicat, &c. de Fat. 15. Neque eos vsuros esse coniunctionibus, vt ita sua præcepta pronuncient: si quis natus est, &c. sed potius ita dicant, non & natus est quis, &c. 2. de Orat. 79. Tum ad extremum agere & pronunciare. 2. de Diuin. 14. Memoriter pronunciare multos versus. 1. de Orat. 154. Eam rem, quam legas verbis aliis quàm maximè fieri possit, lectis pronunciare, &c. 1. de Diu. 22. Etea quæ pronunciaui, accuratissimè scripseris. 3. Off. 66. Cum in venundando rem eam sciisset, neque pronũciauisset emptori. 3. Offic. 66. Is igitur iudex ita pronunciauit. 4. I. V. 94. Prætor de tribunali pronunciat, si quis, &c. de Cla. 86. Consules re audita, amplius de consilij sententia pronunciauerunt. pro Clu. 78. Suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronunciauisset. 2. de Finib. 37. Aequam igitur pronunciabit sententiam

tiam ratio.1.de Orat. 161. Demonſthenes ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronunciare conſueſcebat.I.P.97.Tum ipſe de te ſententiam tuliſti, tum iudicium pronunciauiſti. 1. de Orat.88.Menedemus memoriter multa ex orationibus Demoſthenis præclarè ſcripta pronuncians.

✝ ADVERB. *Amplius de ſententia,de Cla. Memoriter,1.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Memoriter pronunciare. Præco non pronunciarat emptori. Conſules de conſilij ſententia pronunciant.*

PRONVS, a,um. *in anteriorem partem flexus.*)(*ſupinus.*1.de D. 120. Motus corporis pronus,obliquus,ſupinus.1.Tuſcu.42.Nihil habent hæc duo genera proni,& ſupera ſemper petunt.

PROOEMIVM,mij. *exordium,principium orationis.* Att.li. 4. ep.15. In ſingulis libris vtor proœmiis.pro Cl.58.Longo & altè petito proœmio reſpondere.3.I.V.111.Proœmium mercenarium. Att. lib.16.ep.6.De gloria librum ad te miſi, & in eo proœmium id eſt,quod in Academico tertio:id euenit ob eam rem, quòd habeo volumen proœmiorum , ex eo eligere ſoleo, cùm aliquod σύγγραμμα inſtitui:itaque,&c.Ep. lib.5. ep. 12. Gratia illa de qua ſuauiſſimè quodam in proœmio ſcripſiſti.1.Acade.8.In iis ipſis antiquitatum proœmiis philoſophiæ,&c.2. de Orat.325. Tanquam citharœdi proœmium afflictum , &c.1.ad Here.6.Exordiorum duo ſunt genera:principium,quòd Græcè προοίμιον appellatur:& inſinuatio,quæ ἐνδυσις nominatur. 1. de Orat.86. De proœmiis , & de epilogis , & de huiuſmodi nugis referti ſunt oratorum libri.Att.lib.13.epiſt.32.His libris noua proœmia ſunt addita,quibus eorum vterque laudatur.2.de Leg.17.Habes proœmium legis:ſic enim hoc appellat Plato.

✝ ADIVNC.*Longum', & altè petitum, pro Clu.Mercenarium,3.in Ver.Noua,13.Attic.*

☞ Syntaxis. *Longum & altè petitum proœmium. Exordium habet proœmium & inſinuationem.*

PROPAGANDVS,a,um.3.I.C. 26.Ad memoriã conſulatus mei propagandam.2. de Di. 149. Religio propaganda eſt. pro Mar. 24.Propaganda ſoboles.

PROPAGATIO, onis. *procreatio , amplificatio.* 1. Offic.54.Quæ propagatio & ſoboles origo eſt Rerumpublicarum.de Pro. 29. Propagatio finium imperij.1.Tuſc.31.Progagatio nominis. Ep. lib. 5. epiſt.15.Vita, in qua nihil inſit,niſi propagatio miſerrimi temporis.de Sen.53.Propagatio vitiorum.

PROPAGATOR,oris. *amplificator.* Attic.lib.8.ep.3.Ille prouinciæ propagator.

PROPAGATVS,a,um.ad Octa. Quæ veriſſimè memoriæ propagata fuerint.

✝ ADVERB. *Veriſſimè,ad Octa.*

PROPAGO, as. *profero, produco , dilato.* 1. I. A.13. Iun. Brutus,qui regio dominatu Rempublicam liberauit,& ad ſimilem virtutẽ & ſimile factũ ſtirpem in propè quingenteſimũ annũ propagauit.2.I.C.11.Quos ſi meus conſulatus ſuſtulerit,non breue neſcio quod tempus,ſed multa ſecula propagarit Reipublicæ. 5. de Finib.32.Propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum.1. de Inuent.2.Cùm homines ſibi victu ferino vitam propagabant.

PROPAGO R,tis.de Pro. 17. Annus eſt integer nobis expectandus,quo interiecto ciuium calamitas propagatur. 7. I. V. 179. Cùm ipſe ſui generis initium ab ſe gigni & propagari vellet.2. Offic. 43. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur, Top.69.Ex quibus plura bona propagentur.

¶ *Communicor.*pro Seſt.102.Hæc monumentis annalium mandantur,poſteritati propagantur.

☞ Syntaxis. *Hæc memoriæ ſunt propagata. Ad virtutem propagare ſtirpem in annos multos. Vitam propagare , & ſibi propagare. Propagatur gloria. Gigni & propagari Annalibus mandare , & poſteritati propagare.*

PROPAGO, inis. *vitis ad ſolem ſuppreſſa.*de Sen.52. Malleoli , plantæ,ſarmenta, vites,traduces,propagines.

PROPALAM. *palàm,in propatulo loco.*1.de Or. 161. Propoſito argento,ac ſignis & tabulis propalàm collocatis.

PROPATVLVS, la,lum. *apertus.*6.I.V.110.In aperto ac propatulo loco ſigna duo ſunt.* Oeco. 1.Cùm victus & cultus humanus non,vti feris, in propatulo ac ſylueſtribus locis , ſed domi ſub tecto accurandus eſſet.

PROPE,propius. *propter,iuxta,præpoſitio.*)(*longè,procul.*1.Tuſ.104. Sed bacillum prope me ponitote.Ep.lib.7. ep.23. Vt non ſolùm prope me,ſed planè mecum habitare poſſes. de Clar.54. Cùm plebs prope ripam Anienis ad III. miliarium conſediſſet. pro Milon.53.Illi nocte prope vrbem expectandum.2.de Inuen.123. Hoſtes prope muros caſtra habent.Ep.lib.3.ep.5.Prope Calend. Sextiles puto me Laodiceæ fore.Epiſt.lib.9.ep.7. Volebam prope alicubi eſſes.2.de Na.120. Vites à caulibus , ſi propè ſati ſint, refugiunt. Attic.lib.4. ep.16.Tu aduentare ac propè adeſſe iam debes.2.de Inuent.14.Alterius gladium propè appoſitum è vagina eduxit.pro Pom.13.Vident eum propè eſſe,quo etiam carent ægrius.7.I. V.6. Cùm in Italia bellum tum propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit.4.I. V.10. Tam propè ab domo detineri.Attic.lib.11.ep.13.Atque vtinam propius te acceſſiſſem. ad Octau. Cur caſtra longius aduerſariorum caſtris,& propius vrbem mouentur.1. Tuſcula. 26.Antiquitas,quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie,hoc melius ea cernebat,&c. Att. lib.1.ep.1.Tu illam manum mihi cura vt præſtes,quoniam propius abes.1.de N.88.Stellæ aliæ propius à terris mouentur, aliæ remotius.Part.124.Propius accedere ad ſenſum alicuius.2.de L. 61. Lex rogum buſtúmue nouum vetat propius ſexaginta pedes adijci ædes alicuius,inuito domino.1.de N.97.Ad ſimilitudinẽ Deo propius accedebat humana virtus , quàm figura.7.I. A.26.Ne propius vrbem millia paſſuum ducenta exercitum admouerit. & 6. Phil. 5. Dum ne exercitum propius vrbem Romam CC.mil.admoueret.Qu.fr.lib.1.ep.2.Propius nihil eſt factum,quàm vt occideretur.7. I. V. 93. Nec quicquam propius eſt factum,quàm vt viuus comburereture, pro Flacc.23.Propius accedo,nego eſſe teſtimonium : intrò etiam magis, qui geſſit, non adeſt.de Senect.48. Propè intueri aliquid.)(*procul ſpectare aliquid.* in Piſon. 26. Apud ſocrum tuam propè à meis ædibus ſedebas.

¶ *Penè,ferè,quaſi,propè dicam,propè iam.* 6.I.V.325. Nam Sappho dat mihi iuſtam excuſationem,propè vt ignoſcendum eſſe videatur.5.I.V.62.Eques Romanus propè annos x c. natus. Epiſt. lib.4. epiſt.3.Sapientia propè ſingulari.pro Arch.3.Propè nouo quodam genere dicendi.Ep.lib.8.ep.14. Propè oblitus ſum,&c. & lib.7.ep.28.Propè deſperatis his rebus.Ep.lib. 1.ep 5.Ad quem propè iam delatum eſſe exiſtimatur. Epiſtol.lib.3.ep.6.Prouinciam annuam propè iam vndecim menſium factam eſſe.3.I. V. 142. Excludit eum , cui propè dicam ſoli poteſtatem factam oportuit. pro Quint. 44. Modeſtia propè dicam non minore, quàm , &c. 2. de Inuent. 171. Quid igitur profecit? &c. propè dicam plurimùm.pro Planc.20.Quorum honoribus agri propè dicam ipſi monteſque fauerunt.* cont. C. Anton. Saltibus propè addictis.

☞ Syntaxis. *Prope Cal. Iunias accedebam,redibo. Prope murum, propè à muro. Ad ſimilitudinem Deo propè accedere. Propius nihil eſt factum,quàm vt necaretur. Ille propè dicam,inſanit.*

PROPEDIEM.*breui.* Atti. lib.6. ep.2.Ego,vt ſpero,propediem te videbo.Attic.lib.2.epiſt. 1. Prognoſtica noſtra propediem expecta.& ‖Epiſto. lib.10.ep. 24. & 25.1.de Diuin. 47. Propediem te videbo.

PROPELLO,lis. *propulſo.* Antequam. 1. Si quando inimicorum impetum propulſare & propellere cupiſtis.4.Tuſc.9. Propellere nauem remis.

✝ ADVERB.*Paululùm,4.Tuſc.*

PROPEMODVM.*propè ferè.*2.de Diuin.85. Quid enim eſt ſors? idem propemodum,quod micare.Ora.147.Verba componere, & ſyllabas propemodum dinumerare. 1. I. V. 5. Propemodum manere in inſtituto meo videor.& 6.Ver.81.&2.Offi.30. Epiſto. lib.6.ep.4.Alteros propemodum iam ſumus experti.& 1.de Fin. 2.& 1.Tuſc.94.Vt propemodum,&c.

PROPENDEO,des. *inclino.*2.de Ora.187.Si ſe dant, & ſua ſponte, quò impellimus,inclinant atque propendent,accipio quod datur.5.Tuſcula.86.Si multo maiore & grauiore ex parte propendent.5.Tuſc.51.Tantùm propendére illam bonorum animi lancem,vt terram & maria deprimat.2.de Orat.129.Neceſſe eſt, vt inclinatione voluntatis propendeat in nos.

☞ Syntaxis. *Inclinare & propendere. Inclinatione voluntatis in optimos propendere.*

PROPENSE.*ex animo,libenter.*Ep.lib.12.ep.15.Vt hanc cõcordiam & conſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propensè non crederent eſſe factam.

PROPENSIO,onis.*procliuitas,inclinatio,voluntas.* 4. de Finib.47. Zeno,qui nulla in re,niſi in virtute aut vitio propenſionem minimi quidem momenti , ad ſummum bonum adipiſcendum diceret.

PROPENSVS,a,um:ſior. *procliuis.*Attic.lib.7.ep.25. Quod addis, ne propenſior ad turpem cauſam videar , certè videri non poſſum.& lib.8. epiſt.3. Infimus quiſque propenſus in alteram partẽ.3.de N. 96. Mihi Balbi diſputatio ad veritatis ſimilitudinem videtur eſſe propenſior.1.de D.9.Cùm diſputatio tibi ad veritatem eſt viſa propenſior.pro Mur.64.Propenſus ad lenitatem.2. de Inu.107.Propenſus ad ignoſcendum.5. de Fin. 30. Propenſus in neutram partem.Att.lib.13.ep.21.Coràm igitur & propenſo quidem animo ad probandum.Qu.fr.lib.1.ep.15.A propenſis in hanc partẽ vehementer colimur & amamur.2.Offi.61. Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos.2. Offic. 68. A quo enim celeriter remuneratio foræ videtur , in eum ferè eſt voluntas noſtra propenſior.Par.3.Cauſa,quæ quando accedit alteri, id fit propenſius. pro S.R.85.Is natura non tam propenſus ad miſericordiam, quàm implicatus ad ſeueritatem videbatur. 4. Tuſc.81.Vt alius ad alium morbum procliuior , ſic alius ad alia vitia propenſior. 3. de Fin. 65.Omnes ad diſcendum propenſi

sumus. &5.de Fi.6. Propensus sua sponte ad aliquid agendum. Ep. lio.4 ep. 13. Videor mihi perspicere ipsius animum propensum ad salutem tuam.1. Offic.105. Si quis paulò est ad voluptatem propensior. Antequ.2. Illic enim animi voluntas propensa comprobatur.

☞ Syntaxis. *Propensus ad causam, in aduersam partem. Ad veritatis simil. itudinem oratio propensa. Ad lenitatem propensus, ad misericordiam natura propensus. Alius ad alia vitia propensior. Animi voluntas propensa.*

PROPERANS, tis. *festinans.* Att. lib. 4. ep. 4. Hæc properantes scripsimus. 9. I. A. 6. At ille properans festinansque, &c.

PROPERATIO, onis. *festinatio.* Ep. li. 5. ep. 12. Sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare, donec ad locum venias.

PROPERATO, opus: *id est: celeritate vtor, maturo.* Att. lib. 1. epist. 13. Sed ductus odio properauit rem deducere in iudicium. 1. de Orat. 166. Cùm in campum properaret & rideus & stòmachans Scæuola. Ep. li. 12. ep. 25. Atq; inde ventis remisq; in patriam omni festinatione properaui. de Pro. 35. Si Cæsar in patriam redire properaret. pro Mil. 49. Quæ causa erat, cur Romã properaret. de So. 6. Quin huc venire propero. pro Syl. 54. Propere ratum vehementer, cùm longè tempus muneris abesset. Brut. ep. 15. Sed propera per deos, &c. & Attic. lib. 15. ep. 13. Ego in Pompeianum properabam. 2. de D. 41. Ita enim cum magis properant, concludunt, &c. Qu. fr. lib. 1. ep. 3. Rogo te Romam pergas & properes. Ep. lib. 16. ep. 9. Sed tu ita velim, vt ne quid properes. 1. Tusc. 76. Siue retardabis, siue properabis.

✠ ADVERB. *Magnopere 15. Famil Necessariò, 3. in Ver. Protinus, 1. ad Q. frat. Vehementer, pro Syll.*

☞ Syntaxis. *In Pompeianum properare. Propero ire. Nequid properes. Remis, velisq; in patriam properare. Pergere Romam, & properare. Properans & festinans. Properans scripsi.*

PROPERTIVS. pro Dom. 49.

PROPINO, as. *trado, offero.* 1. Tusc. 96. Socrates cùm coniectus in carcerem tringinta iussu tyrannorum venenum vt sitiens ebibisset, reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret, quo sonitu reddito, ridens: Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ: qui in eum fuerat deterrimus. Græci enim in conuiuiis solent nominare, cui proculum tradituri sunt.

PROPINQVITAS, tis. *agnatio, coniunctio sanguinis vel affinitatis, necessitudo.* pro Quin. 26. Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius sit necesse est. pro Plan. 27. & 4. ad Herenn. 14. Qui est cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. 3. I. A. 15. Municipium propinquitate propè finitimũ. 1. de Inu. 38. Propinquitas loci.) (*longinquitas loci.* * pro M. Scau. Propinquitas & celebritas loci tollit suspicionem.

✠ ADIVNC. *Maxima, 1. de Inuent. Piæ, 10. Famil.*

PROPINQVVS. *loco, interuallo, spacio vicinus, proximè accedens, citimus, proximus, finitimus, necessarius, cognatus, appositus.* 5. de Finib. 2. Plato, cuius etiam illi hortuli propinqui memoriam mihi affecerunt. Planc. Ep. lib. 10. ep. 21. Et subesse tamen propinquis locis celeriter possem. pro S. R. 133. Præclarum & propinquum prædium. 11. I. A. 34. Propinquæ finitimæque prouinciæ, vt Cilicia & Syria.

¶ *Tempore.* 1. de Diuin. 65. Hector moriens propinquam Achilli mortem denunciat. Att. lib. 9. epist. 18. Erat enim spes propinqui reditus.

¶ *Cognatione, amicitia, propinquitate.* pro Mil. 77. Clodius æqualiter in propinquos & in longinquos irruebat. pro Mur. 73. Virgo vestalis huius propinqua & necessaria. 14. in Ant. 34. & 35. Consolemur eorum propinquos, qui, &c. 1. Off. 53. Arctior verò colligatio & societas propinquorum.

¶ *Natura.* 2. de Orato. 185. Motus, qui finitimi sunt, & propinqui his. 4. ad Herenn. 16. Nam graui figuræ propinqua est suffata. 2. de Inuent. 165. Audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquum: & tamen vitium est. Orato. 94. Abutimur verbis propinquis.

✠ ADIVNC. *Chari, & honesti, pro Quin. Clarissimi, & digni aliqua re, 12. Fam. Optimè conuenientes, pro Sex. Rosc. Imbecilliores, potiores quàm alieni, de Amic.*

☞ Syntaxis. *Pietate propinquitas colitur. Propinquitatis & affinitatis vinculis coniungi cum. Propinquæ finitimæq; prouinciæ. Appositum & propinquum. In propinquos & in longinquos irruere.*

PROPIOR, us. *arctior. iunctior* ‖ *admonendi sunt rudiores, ne proximior, & proximus dicant quæ Barbara sunt.* 6. I. V. 112. In quibus erant omnia, quæ sceleri propiora sunt, quã religioni. 2. de Inu. 53. Sed hæc vetera propiora videamus. pro Sest. 40. Omnibus sua sibi propiora esse pericula, quàm aliena. de Clar. 317. Post autem causa fuit propior; & cum exitu iunctior. de Clar. 317. Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. pro Qui. 97. Tibi propior me nemo est. Att. lib. 14. ep. 21. Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus. 2. Offi. 22. Prius de iis rebus, quæ virtuti propiores sunt, dixerimus. 3. Offi. 69. Societas, quæ latissimè patet. &c. interior, &c. propior, &c.

* PROPIVS. Att. lib. 11. ep. 13. Vtinam propius te accessissem. ad Oct. Cur castra longius aduersariorum castris, & propius vrbem mouentur? vide PROPE, propius.

PROPITIVS, a, um. *secundus, præsens.) (infestus iratus.* ad Octau. Fortuna quæ nobis infesta est, fuit aliquando propitia. pro Cæ. 42. Huic ego deos propitios, plerique autem iratos putant. I. P. 59. Dij neque propitij sunt cuiquam, neque irati. 1. I. V. 41. Ita deos mihi velim propitios, vt commoueor animo, &c. 1. de N. 125. Quid enim dicam, propitius sit: esse enim propitius potest nemini. *id est Deus.* Att. lib. 2. ep. 9. Patria propitia sit. Att. lib. 7. ep. 25. Hunc propitium sperant, illum iratum putant.

☞ Syntaxis. *Ita Deum mihi propitium velim.*

PROPOLA, æ. *qui mercatur à mercatoribus quod ist. tim vendat.* I. P. 67. Pii ordomi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque decupa.

PROPONENDVS, a, um. pro Rab. 1. Tamen in hac defensione capitis C. Rabirij, proponenda ratio videtur esse officij mei.

PROPONO, nis. *pono, ante oculos mihi constituo.* Att. lib. 8. ep. 9. Si quidem ille ipse ad eundem scribens, in publico proposuit epistolam illam. 1. de Orat. 161. Explicare vestem, proponere argentum, tabulas ac signat propalam collocare. Attic. lib. 7. ep. 16. & lib. 8. ep. 2. & Propponere literas in publico. pro Mur. 25. Qui singulis diebus ediscendos astros populo proposuit. Attl. lib. 12. ep. 31. Ciceroni velim hoc ponas, vt accommodet, &c. 2. de Orat. 311. Digredi ab eo quod proposueris. Orat. 137. Proponere quod dicturus sis. pro Pomp. 17. Quod mihi ego extremum proposueram, cùm essem de belli genere dicturus. Epi. lib. 1. ep. 9. Illa sequor quæ paulo antè proposui. & lib. 15. ep. 14. Extremum illud est de iis quæ proposueram. de Cl. 217. Curio cùm tria proposuisset, aut quartum addebat, aut tertium quærebat. & 237. Censorinus quod proposuerat, explicans expedite. 1. de Ora. 145. Ab eo quod tibi proposueris, minus aberrare. & 65. Si cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita proposui, quæcũque de re, &c. 13. I. A. 23. Qui eam tibi causam belli gerendi proponis, vt senatum funditus deleas. 2. de L. 18. Legum vocem proponã. 1. Offic. 31. Referri enim debet ad ea quæ proposui in principio fundamenta iustitiæ. 4. I. A. 13. Mortem omnibus natura proposuit. & 7. Phil. 21. De tribus enim quę proposui, hoc extremum est. pro Deiot. 40. Propone tibi duos reges: idque animo contemplare, quod oculis non potes. pro Cæl. 79. Et cùm huius vobis adolescentiam proposueritis, constituite vobis ante oculos huius etiã miseri senectutẽ. pro Sest. 17. Si ora ipsorum oculis vestris proposueritis. 1. de Natu. 115. Comprehende animo, & propone ante oculos Deum, &c. 4. I. C. 12. Cum verò mihi propono regnantem Lentulum, &c. versatur mihi ante oculos, &c. cerno animo, &c. videor mihi videre, &c. pro Syl. 72. Et vitam illius ante oculos vestros proponite. Ep. lib. 4. ep. 5. Hoc idem fac ante oculos tuos tibi proponas modò, &c. & *Ibidem.* Quæ aliis tute præcipere soles ea tute tibi subiice, atque apud animum tuum propone, nullus dolor, &c. 2. de Finib. 57. Cùm improbis pœnam proponitis. Ep. li. 2. ep. 16. Proponere aliquid alicui ad timorem. 2. de Orat. 93. Proponere sibi aliquem imitandum. de Amic. 102. Proponere sibi memoriam atque imaginem alicuius. 1. de Ora. 154. Ad versus alicuius se exercere, vel illius orationem sibi proponere. & *ibidem.* Proponere aliquam exercitationem. pro Qu. 50. Proponere libellos de aliquo in celeberrimis locis 4. I. V. 78. Proponere fidem venalem. 4. I. A. 9. Qui sibi bona ciuium ad prædam proposuerunt. 1. de In. 68. Qui leges scribunt. vtilitatem Reipubli. sibi proponere debent. 5. I. V. 58. Vos ante oculos animosque vestros tota Sicilia Decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, huius importunitatem, Apronij regnum proponite.

✠ ADVERB. *Breuiter, 3. de Orat. Paulò post, 2. de Orat. Vehementer, Part.*

PROPONOR, ris. 2. de Or. 177. Proponi oportet quid afferas, & id quare ita sit, ostendere. Att. lib. 1. ep. 19. Minæ, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. & epist. 21. Locus vbi proponuntur edicta. 4. I. C. 2. Quæcunque mihi fortuna proponatur, subibo. pro Planc. 5. Sed mihi in causa facili perdifficilis defensionis ratio proponitur. & 97. Cùm mors proponeretur. 2. contra Rul. 13. Rex in publicum proponitur.

✠ ADVERB. *Aliquandò, tandem legem, 2. cont. Rull. Amantissimè, fidissimè quid ad timorem, 2. Famil.*

☞ Syntaxis. *Proponere in publico. Ab eo quod tibi proposueras, aberras. Ad ea quæ in principio proposui, me refero. Tuis oculis propone, ante oculos, apud animum tuum. Sibi memoriam alicuius proponere. Minas alicui proponere. Quæcunque fortuna proponatur, subibo. In publicum proposita lex.*

* PROPONTIS, idis. de leg. agrar. Veniet sub præcone tota Propontis.

PROPORTIO, onis. *comparatio.* L. PORTIO. 6. I. V. 46. Fuere aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera. de Vniu. 12. Id optimè assequitur, quæ Græcè ἀναλογία, Latinè (audendum est enim, quoniam hæc primùm à nobis nouantur) comparatio proportióue dici potest. de Vn. 13. Qemadmodum ignis animæ, sic anima aquæ: quodque anima aquæ, id aqua terræ proportione reddit. & 21. Eius autem particulæ interuallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem, comparationemque in extremis, quam habent CCLVI. cum CCLIII.

✠ ADIVNC. *Peræqua, 6. Famil.*

☞ Syntaxis. *Peræqua proportio. Comparatio, proportioq;. Id isti rei multum proportione reddit. Numerus ad numerum proportionem & comparationem habens.*

PROPOSITIO, onis. 3. de Ora. 201. Propositioque, quid sis dicturus. 3. Tusc. 39. Quid ergo? huiúsne vitæ propositio & cogitatio Thyestem leuare poterit? 2. de Inu. 163. Magnificentia est rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splẽdida propositione agitatio atque administratio.

¶ *Est item pars ratiocinationis, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis vis oportet emaneat ratiocinationis.* 1. de Inu. 63.

✠ ADIVNC. *Ampla, & splendida animi, infirma, 2. de Inu. Perspicua, 1. de Inuent.*

PROPOSITVM, ti. *enuntis, mens, consilium, proposita ratio, susceptum consilium, institutum.* Or. 138. Vt declinet à proposito, deflectatq; sententiam. 3. de Orat. 203. Declinatio breuis à proposito. de Cl. 82. Egredi à proposito ornandi causa. 3. de Ora. 201. Reditus ad propositum. 1. Tusc. 23. Redire ad propositum. & lib. 3. 11. Nos ad propositum reuertamur. pro Cel. 6. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam. de Fat. 4. Academiæ consuetudo contra propositum disputandi. 1. Off. 112. Cato grauitatem suam perpetua constantia roborauit, sempérque in proposito susceptoque consilio permansit. & 70. His idem propositum fuit, quod & regibus, vt libertate vterentur. de Cl. 137. Est enim propositum colligere eos qui, &c. Br. ep. 11. Nulla re deterreri à proposito potest. 3. Offic. 39. Sed iam ad propositum reuertamur.

☞ Syntaxis. *A proposito declinare, deflectereq; sententiam. A proposito egredi. Hoc nihil habet propositi. Permanere in proposito susceptoq; consilio. Reuerti ad propositum.*

PROPOSITVS, a, um. *obiectus, susceptus, manifestus, promptus.* pro Lig. 26. Quem de suscepta causa propositaque sententia nulla vis, nullum periculum posset depellere. pro Mur. 66. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi. & *ibidem.* Ad imitandum mihi propositum exemplar illud est. de Opt. 13. Attici nobis propositi sunt ad imitandum. 12. I. A. 22. Cùm peruenero ad eum exitum, qui mihi fuit propositus. Ar. li. 8. ep. 11. Moderatori Reip. beata ciuium vita proposita est. & Brut. ep. 15. Non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam vt laudem, præsertim ad Brutum. Q. fr. lib. 1. ep. 1. 15. Sed nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, cùm id mihi propositum non esset & lib. 3. ep. 1. Quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita. 2. de Ora. 215. Aliquid non effici ex propositis, nec esse consequens. pro Flac. 12. Quibus laus, merces, gratia, gratulatio proposita est in impudẽti mendacio. pro Sest. 31. Mihi propositum est ostendere omnia, &c. Ep. lib. 1. ep. 9. Omnibus propositum esse debet cum dignitate ocium. pro Dom. 44. Mea causa videbatur perditis ciuibus ad inuidiam esse proposita. Ep. lib. 5. ep. 16. Omnibus telis fortunæ proposita est vita nostra. li. 1. ep. 5. Iniuriis, quæ à Catone propositæ sunt, resistemus. 1. Off. 45. Tertium est propositum, vt in beneficentia delectus esset dignitatis. & pro Cluent. 150. Putant enim minus multos laqueos legum ac iudiciorum esse propositos. pro Rab. 15. Serui qui libertatis spem propositam non habent. Orat. 65. His propositum est placare animos. Epist. lib. 1. epi. 9. Neque mihi in omni vita res tam erit vlla proposita, quàm vt latére, &c. de Cla. 318. Omni huic sermoni propositum est, vt laborem meum perspicias. de Cl. 25. Hoc neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium. 5. I. V. 98. Est hic ordo propositus atque editus in altum. 1. Offi. 5. Quidam propositis malorum & bonorum finibus officium omne peruertunt. I. P. 88. Stipendium militibus numeratum est mensis palàm propositis. pro Dom. 11. Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia atque ante oculos proposito periculo. 3. de Finib. 74. Sed iam sentio me esse longius prouectum, quàm proposita ratio postularet. pro Syl. 11. Nondum ad propositum mihi finem honoris peruenì. 1. de D. 26. Cùm ex itinere quodam proposito, & iam constituto reuertissem, aquilæ admonitus volatu. Parad. 6. Ergo hoc proposito nunquam eris dines, antequã, &c. pro Mil. 32. Magna Clodio spes erat in Milonis morte proposita. & 57. Milo vitam suam maximis præmiis propositam, & penè addictam sciebat. Quin. de Pet. 18. Ijs fac vt propositum & paratum auxilium tuum esse videatur. Epist. lib. 1. ep. 9. Sic omnibus nobis in administranda Repub. propositum esse debet, cum dignitate ocium. pro S. R. 118. Tametsi hoc minimè latet, quod ita promptum & propositum est, vt, &c.

✠ ADVERB. *Palàm mensa, in Piso.*

PROPRAETOR, ris: vel PROPRAETORE. *qui cum prætoria potestate aliquo mittebatur* de Pro. 15. Res in prouincia à proprætore gesta. 5. I. A. 46. Prouinciæ, quas prætorij proprætore obtinerent. Ep. li. 8. ep. 8. Quos ex S. C. cum imperio in prouincias proprætori mitti oporteret.

PROPRIE. *primatim.* (*communiter, publicè, promiscuè.* Ep. lib. 9. ep. 15. Quòd me amas, est id tibi commune cum multis: quòd tu ipse tam amandus es, id est propriè tuum. pro Sest. 37. Metelli causam neque senatus publicè, neque vllus ordo propriè susceperat. 2. cõtra Rul. 84. Promiscuè toto quàm proprie parua frui parte malletis. 1. Offic. 107. Quarum vna est communis, &c. altera, quæ propriè singulis est tributa. & 37. A peregrino enim recessit, & propriè in eo qui contrà ferret arma, remansit.

¶ *Ad rem, legitimè, verè.* 1. I. A. 18. Nihil est quod tam propriè dici possit actũ eius, quàm lex. Part. 3. Proprie in verbis eloqui dicitur. 2. de Orat. 59. Quàm propriè de vnoquoque dixit. 3. Offic. 13. Atque illud quidem honestum, quod propriè veréque dicitur, id in sapientibus est solis, nec à virtute vnquam diuellitur. 2. I. A. 77. O hominem nequam, quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere.

☞ Syntaxis. *Id est propriè tuum. Magis propriè dicam. Sic propriè verèq; dicam.*

PROPRIETAS, tis. *natura, vis, natura propria.* 4. Acad. 56. Singularum rerum singulæ proprietates sunt. Part. 41. Definitio genere declaratur & proprietate quadam. & Top. 83. Proprietas sic, in hominémne solum cadat, atque etiam in belluas ægritudo.

✠ ADIVNC. *Singulæ, 4. Academ.*

PROPRIVS, a, um. *præcipuus, peculiaris.* de Prou. 2. Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei sententia dicendi amouebo. de Sene. 35. At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis, 2. de Diu. 109. Varietas est propria fortunæ. 3. I. A. 29. Libertas propria Romani generis. pro S R. 150. Prædia, quæ nostra sunt propria: lux, quæ communis est. 1. de Orat. 44. Non id mihi videtur orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse. Epist. li. 4. epist. 15. Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuam postulare, aut communem recusare. Ep. lib. 5 ep. 14. Consuetudo communis vel tua solius & propria. 2. de Or. 39. Aliunde assumpto vti bono, non proprio, nec suo. & 1. de Or. 217. Philosophi, qui omnia sicut propria sua esse, atque à se possideri volunt. pro S. R. 21. Tria prædia Capitoni propria traduntur. de Cl. 322. Animum iudicis impellere quocunque res postulat, hoc est vnum oratoris maximè proprium. Qui. fr. lib. 1. ep. 1. 29. Hoc est epistolæ proprium, vt is ad quem scribitur, de his rebus quas ignoret, certior fiat. 3. de Orat. 113. Ornatè dicere, propriúmne sit oratoris an id etiam aliquis præterea possit? & 1. de Orat. 217. Licèt ista ratione dicamus, pila bene ludere, proprium esse iuris ciuilis. 1. Offic. 2. & 2. de Na. 57. Artis maximè proprium est creare & gignere. 1. de N. 105. Animantium proprium est, vt aliquid appetant. Ep. lib 2. ep. 17. Quod meum erat proprium, id etiam populo se remisisse scribit. 2. contra Rul. 54. Res vestras proprias alienari. 2. de Leg. 57. Et quod nunc communiter in omnibus sepultis est, vt humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret.

¶ *Legitimus, germanus, certus.* pro Cec. 51. Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. 3. de Orat. 147. Verba propria & certa quasi vocabula rerum penè vnà nata cum rebus ipsis. 4. Academ. 33. Certa & propria nota veri. 5. Tusc. 19. Propriis & suis argumentis quæque res tractanda est. de Clar. 82. Et nimirum princeps ex Latinis illa oratorum propria, & quasi legitima opera tractaui. 1. Offic. 37. Qui proprio nomine perduellis erat, is hostis vocatur.

¶ *Aptus, accommodus.* pro Syll. 9. Tempus agendi fuit mihi magis proprium quàm cæteris.

¶ *Constans.* Postq. in Sen. 8. Si illud de duobus consulibus perenne ac proprium manere potuisset.

✠ ADVERB. *Maximè familiæ cliens, maximè locus, maximè prudentiæ, 2. de Orat. Maximè æquitas iustitiæ, 1. Offic. Maximè laus, 3. de Orat. Maximè verba, 1. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Propria nostra prædia. Propria, præcipuaq; fortuna. Autoritas tua solius, & propria. Proprium est hominis, intelligere.*

PROPTER. *ob. pro: ratione causæ impellentis, culpæ.* ‖ Attic. lib. 8. ep. ✠ 19. Nam nec castrà propter anni tempus & militum animos facere possum. & lib. 1. epi. 7. Propter dubitationem. Antequam.

28. Non turpitudine vitæ,nō pro magnitudine scelerum,non propter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege persoluo. pro S. R. 10. Susceptum onus aut propter perfidiam abiicere. aut propter imbecillitatem animi deponere.de Cl. 100. Eaque suspicio propter eam causam fuit,quòd,&c.pro Qu.70. Si propter partium studium potēs fuit Alphenus potentissimus Næuius.1.de Or.233. Quod tamen propter eius ingenij magnitudinem vellem.Par.5.Qui legibus non propter metum paret, sed quia id salutare maximè iudicat.Ep. lib. 5. ep. 14. Qui propter acumen occultissima perspicis. & lib. 1. ep. 3. Propter tuum in me amorem.& lib.2.epist. 6. Habeamus hæc omnia,bonorum studium,propter nostram causam : vulgi ac multitudinis , propter magnificentiam munerum.2.de Finib. 82. Ex se & propter se expeti.

¶ *Finis.*At.lib.7.ep.5.Tyronem propter humanitatem & modestiam malo saluum,quàm propter vsum meum.

¶ *Prope.* 3. de Nat.55. Vulcanus tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur.2.de Inuen.96.Fluuius Eurotas qui propter Lacedæmonem fluit.de Cla.24.In pratulo propter Platonis statuam consedimus.pro S.R.64.Duo filij propter patrem cubantes.2.de N.111.Hic iacet propter illum.6.I.V.107. Propter est spelunca quædam.&7.in Ver.79.Propter introitum portus. & 4.Ver.150.Propter ædem Vulcani.I.P.6. Hic vir clarissimus, qui propter te sedet L.Gellius.2.de Nat.deor.120.Si propter fati ✠ sint. ‖ *Aliàs prope.*

PROPTEREA.*ideo,idcirco,ex eo,ea re.* pro Lig.8. Atque hæc propterea de me dixi,vt mihi Tubero, cùm de se eadem diceret, ignosceret.

PROPTEREA,quòd. *propterea quia,ideo quòd,ex eo quòd, propter hanc causam quod,ob eam rem quod,ea re,propter hanc dubitationem quòd,&c.*pro S.R. 111.Mandato iudicium est constitutum , non minus turpe quàm furti,propterea quòd quibus in rebus , &c. Ep.lib.9.epist.18. Cùm essem otiosus in Tusculano , propterea quòd discipulos obuiam miseram,&c.4.Ac.33.Si notionem veri & falsi,propterea quòd ea non possunt internosci,nullam habemus.Epist.lib.4.ep.5. Etsi genus hoc consolationis acerbum est,propterea quia per quos,&c.

PROPVDIVM,dij. *res pudenda,is à quo pudor & pudicitia procul ab sit.Sic enim Romani dicebant, cum maledicto nudare alicuius turpitudinem volebant,quasi porro pudendum.*14. I. A. 8. Propudium illud & portentum. L. ANTONIVS.

PROPVGNACVLVM,li.*locus munitus,vnde pugnari possit.* 5. I. V. 186. Classis pulcherrima Siciliæ propugnaculum , præsidium prouinciæ.I.P.9. Lex Ælia & Fusia propugnacula mutiq; tranquillitatis.7.I.V.88.Nauis constrata & ita magna, vt propugnaculo cæteris posset esse.pro Fon.31.Est in prouincia Gallia Narbo Martius , specula populi Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. pro Pomp. 32. Propugnaculis imperij sociorum fortunas defendere.Ep.lib.14,ep.18. Domus propugnacula & præsidium habet.5.I.V.40. Si prius illud propugnaculum,quo contra omnes meos impetus vsurum se putat,ex defensione eius deiecero. * Oecon.1.Vt ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis, nec minus propugnacula præparentur.

☞ Syntaxis. *Claßis propugnaculum insulæ. Lex propugnaculum & murus. Deijcere ex defensione propugnaculum.*

PROPVGNANDVS, a, um. pro Rabir.30.Testor me pro illorum fama,gloria,memoria propugnandum putare.

PROPVGNANS,tis.1.Offic.62.Fortitudo est virtus,propugnans pro æquitate.

PROPVGNATIO,onis.*defensio.*Epist.lib.5.ep.8. Suscepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.pro Sest.3.Ne mea propugnatio ei defuisse videatur.Ep.li.1.ep.7. & ep.9.Nostra propugnatio ac defensio salutis tuæ.

✠ ADIVNC.*Perpetua,5.Famil.*

PROPVGNATOR,ōris. *defensor.*7.I.V. 85. Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum.1. de Ora.244. Mutius paterni iuris defensor,& quasi patrimonij propugnator sui.Postq.in Sen.37.pro Mil.16.Propugnator senatus.

✠ ADIVNC.*Acerrimus,pro Dom.Acerrimus libertatis,communis,*11.*Famil.Leuiores,timidiores Reip.pro Sest.Studiosissimus,*4.*in Ver.*

PROPVGNO , as. *pugno*) (. *oppugno.* Antequam. 11. Pro innocentibus propugnare.)(.*nocentes oppugnare.*Ep.lib.11.ep.16.Acerrimè propugnare pro salute alicuius.5.Tusc.79.Bestiæ pro suo partu ita propugnant,vt,&c.

PROPVLSATIO,onis.*depulsio.* pro Syll. 2. Cum huius periculi propulsatione,coniungam defensionem officij mei.

PROPVLSO, as. *repello, arceo, depello, propello.* pro S. R. 7. Periculum quod in omnes intenditur,propulsare.2.de Inuent.66. Propulsare iniuriam à se.Antequ.1.Propulsare & propellere impetum inimicorum. 1. Offic. 23. Propulsare iniuriam ab aliquo. & *ibidem.* Inferre iniuriam alicui.4.de Finib.69. Propulsare frigus & famem.

PROPVLSOR,ris.5.I.A.9. Sic ab ingressione fori populum propulsari videres.

PROPYLEVM,lei. *vestibulum.* 2. Off. 60. Pericles tantam pecuniam in præclara illa propylea coniecit.

PROQVAESTOR,ris:vel PROQVAESTORE.*qui cum autoritate quæstoria mittitur aliquo.* 2. I. V. 11. Cùm cui legatus & proquæstore fuisset,propidit.& 3.in Verr. 41. Nam à Dolabella statim proquæstore iussus est esse. Ep.lib.15.ep.14.M. T. C. C. Cassio pro quæst. *Codex Aldinus vetustior ita habet. C. Cassio proquæstori.* 4.Academ.11.Cùm Alexandriæ proquæstore essem.& 4.Sed & proquæstore aliquot annos,&c.

PRORA,ræ. *prior anteriórue nauis pars.*3.de Orato. 178. In nauigio latera,carinæ,prora,puppis.in Arat. A prora ad malum,à malo ad puppim.

¶ *Translatione,consilium.*Ep.lib.16.ep.24.Mihi prora & puppis,vt in prouerbio Græcorum est,fuit à me tui dimittendi, vt rationes nostras explicares.

PRORIPIO,pis. *subduco.* de Ar.2.Ille æstuans se è curia repentè proripuit.2.de Fin.73.Quæ libido non sese proripiet ac proiiciet.

PRORIPIOR,tis.7.I.V.160.Iubet hominem proripi,vehementissimèque verberari.

PROROGATIO,onis. *prolatio.*pro Mur.47.Prorogationem legi Maniliæ flagitasti.Attic.lib.13. ep. 41. Vtar prorogatione vrbis diei.

PROROGATVS,a,um.Qu.frat.lib.1.ep.1.4.Quòd si tibi bellum administranti prorogatum imperium viderem , intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam.

PROROGO,as. *differo,profero,propago.*12.I.A.13. Differre bellum, neque solùm prorogare , sed etiam concedere victoriam. & 2. Phi.74.Cæsar paucos tibi ad soluendum propter inopiam tuam prorogauit dies.& 109. Numerum annorum prouinciis prorogauit.At.lib.13.ep.34.Ipse enim adsum,nisi quid tu prorogas.

PROROGOR,ris. *producor,proferor.*2.I.A.24.Ne quinquennij imperium Cæsari prorogaretur. 3. I. V. 98. Impetrat à senatu , vt dies sibi prorogaretur Attic.lib. 5. epist.11. Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dum ades,prouide.Epist.lib.2. epist.7. Rogo atque oro te, ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari.& lib.3.ep.10. Illud pugna atque enitere,ne quid nobis temporis prorogetur. Attic. lib.4.ep.2.Illud probè ne pateretur,quantum esset in ipso, prorogari nobis prouincias.

PRORSVS. *penitus,planè,omnino,funditus,radicitùs,in totum,vtique, vsquequaque, omni ex parte,vndique.sine vlla exceptione.*)(. *nulla ex parte.*3.de Na.21.Si autem id dicis,mundo nihil esse sapientius, nullo modo prorsus assentior.Att.lib.13.ep.43.Prorsus non videtur esse dubium,quin,&c.2.de Ora.61.Verbum prorsus nullum intelligo.Ep.lib.1.ep.2.Prorsus cum libero omni suspicione cupiditatis.Ep.li.4.ep.10.Neque solùm nobis,id est,tuis, sed prorsus omnibus.1.Tusc.64.Prorsus hæc diuina sunt. Atti.lib.16.epi. 14.De summa agi prorsus vehementer & seuerè volo. pro Syll. 54.Gladiatores empti sunt ad cædem,&c.ita prorsus. 3. de Nat. 77.Prorsus,si,&c.præstare,&c. Att.lib.16.ep.1. H-S.LXXII.satis esse affatim prorsus.

PRORVMPO,is.*erumpo.*pro Mur.85. Catilina prorumpet,qua minatur,in agros suburbanos repente aliquando.pro S. R. 12. Hoc cogitate iudices,eò prorumpere hominum audaciam , vt hîc ante pedes vestros cædes futuræ sint.

PRORVPTVS,a,um. *proiectus.*pro S.R.68.Prorupta audacia.

PROSAPIA,piæ. *genus,stirps.*de Vr.35.Et eorum, vt vtamur veteri verbo,prosapiam,&c.

PROSCRIBO, bis.*publico,proscriptionem facio,edico.* ‖ *Hoc verbo significarunt Latini,id quod rudes dicere solent,Inscribere domum, esse venalem proclamare,aut publicare ; vt loquuntur,vendere velle domum,&c.*pro Dom.44.Quæro enim quid sit aliud , proscribere velitis,iubeatis,vt M. Tullius in ciuitate ne sit.Qu.fra. lib.2.ep.5. Racilius tabulam proscripsit,se familiam Catonianam venditurum.pro Quin.15.Auctionem in Gallia se facturum esse proscripsit.& 51.Proscribere bona alterius.& 16.Eum non posse quę proscripsisset, vendere.3.Offic.55. Ille quod non placebat , proscripsit:tu quò placebat,misisti.Att.lib.16.ep.4. Itaque sese scripturum aiebat, vt venationem etiam, quæ postridie ludis Apollinaribus futura est, proscriberent. 3. Officio 68. Si tu cùm ædes proscribas , tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas,&c. Attic. lib.4. epist. 2. Tusculanum proscripsi.

PROSCRIBOR , ris. pro S. R. 16. Cùm proscriberentur homines , atque ex omni regione caperentur ij , qui aduersarij fuisse putabantur. Attic. lib. 9. ep. 20. Senatum enim Calend. velle se frequentem adesse , etiam Formiis proscribi iussit. Attic. lib. 7. ep. 7. Vt quid si victus eris, proscribare : si vicetis,tamen seruias.

PRO

PROSCRIPTIO,onis. *damnatio,publicatio.* pro S. R. 128. Opinor esse in lege,quam ad diem proscriptiones venditionésque fiant. pro Qu. 56. & 7. I. V. 152. Proscriptio bonorum. pro Flac. 74. Emptiones falsas, proscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione feciſti. pro Sex. Rosc. 153. Cauete per deos immortales, ne noua & multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur: illam priorem quæ facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit. pro Sest. 65. Cùm de capite ciuis, & de bonis proscriptio ferretur. Postq. in Sen. 4. Cùm caput meæ proscriptionis recitaretur. de Prou. 45. Proscriptio capitis mei Parad. 6. Proscriptiones locupletum. Attic. lib. 11. ep. 6. Nõ nominatim sed generatim proscriptio est informata.

✠ ADIVNC. *Acerbissima, mediocris, pro Cluent. Irritæ, præclaræ, pro Fl. Meræ, 9. Attic. Noua, 7. in Ver. Noua & multò crudelior, pro S. R.*

☞ Syntaxis. *Ferre proscriptionem de bonis & capitibus ciuium. Generatim, non nominatim informata proscriptio.*

PROSCRIPTVRIO,ris. *proscribere cupio.* Att. lib. 9. ep. 12. Syllatu-
✠ rit animus eius, & proscripturit. ‖ 3. cont. Rull. 14.

PROSCRIPTVS,a,um. *publicatus, neci addictus ciuis, venalis decretus.* 3. contra Rull. 15. Possessiones venales ac proscriptas hac lege video. Attic. lib. 12. ep. 48. Horti quam in diem proscripti sint velim ad me scribas. 3. I. V. 141. Iste locare incipit non proscripta neque edicta die. Attic. lib. 16. ep. 16. Throtium agrum proscriptum videmus. 3. I. V. 123. Lex Cornelia proscriptum iuuare vetat.

*PROSELENVS,a,um. *ante Lunam natus, Luna prior.* pro M. Fũdan. Arcades se Proselenos esse asseuerant.

PROSEMINATVS,ta,tũ. *procreatus.* 3. de Or. 58. Nam cùm essent plures orti ferè à Socrate, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se.

*PROSEMINO,as. *procreo.* Hortens. Solertiam eam, quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas.

PROSEQVOR,ris. *sequor, insequor, subsequor.* Qu. fr. lib. 2. ep. 12. Publicani Domitium cum equis prosecuti sunt. 4. in Ant. 6. Legio quarta C. Cæsaris exercitum prosecuta est. Attic. lib. 6. ep. 3. Is me proficiscentem Apameam prosecutus est. Epist. lib. 15. ep. 6. Cùm te prosequerer paludatum. & lib. 3. ep. 10. Cùm te Puteolis prosequerer. pro Qu. 99. Vt eum bona existimatio vsque ad rogum prosequatur. de Cl. 137. Prosequi atque imitari antiquitatem. Epist. lib. 15. ep. 21. Reliquum est, vt tuam profectionem amore prosequar, reditum spe expectem. pro Planc. 73. Is me in discessu meo non lacrymis solùm suis, sed animo, corpore, copiis prosecutus est. de Cl. 4. Opportunitatem verò mortis illius beneuolentia potius quàm misericordia prosequamur.

¶ *Orno, onero, cumulo.* 2. de L. 61. Prosequi laudes clarorum virorum ad cantus & ad tibicinem. 4. I. A. 3. Laudo vos Quirites, cùm gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescẽtis. 10. I. A. 8. Populus Romanus maximo clamore & plausu Bruti memoriam prosequebatur. Epist. lib. 15. ep. 10. Prosequi aliquem omnibus officiis. & lib. 6. ep. 16. Qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt.

¶ *Ago, tracto.* pro Sex. Rosc. 83. Et id non prosequar longius, quàm mea fides postulabit. 1. ad Heren. 15. Ne ab vltimo repetamus, ne longius prosequamur. 1. de Orat. 98. Date nobis hanc veniam, vt ea quæ sentimus de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. Attic. lib. 16. ep. 11. Eum locum Possidonius prosecutus est. Part. 14. Accusator rerum ordinem prosequitur. 3. de Orator. 186. Ne hæc difficiliora ad prosequendum esse videantur.

¶ *Comitor.* Attic. lib. 2. ep. 7. Spes quæ nos proficiscentes prosequebatur. pro Planc. 26. Minturnenses C. Marium linquentem eam terram quam seruauerat, lacrymis votisque prosecuti sunt. 2. I. A. 33. Quæ tam ingratæ literæ reperientur, quæ non eorum gloriam immortalitatis memoria prosequantur? Epist. lib. 15. ep. 17. Mirabilis eum benenolentia prosecuta est. 14. I. A. 30. Alicuius virtutem grata memoria prosequi. de Ar. 52. Effrænatos eius furores plausu etiam suo prosequebantur. Ep. lib. 13. ep. 62. Deinde impudentia prosequor, sed idem sarciam. de Amic. 23. Quocirca & mortui viuunt: tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum.

¶ *Retineo.* 2. de Orat. 64. Genus orationis fusum atque tractum prosequendum est.

¶ *Insector, vrgeo.* 4. in Verr. 73. Prosequi aliquẽ verbis vehementioribus.

✠ ADVERB. *Longius, pro S. R.*

PROSERPINA,næ. *Libera.* 6. I. V. 106. & ibidem, & 2. de Nat. 66. *de raptu eius.*

PROSILIO,lis. *exilio, prorumpo.* pro Cæl. 62. Vt serui repentè prosilirent, hominémque comprehenderent. & 65. Prosilire. pro Cæl. 63. Deinde temerè prosilierunt. & 64. Quos tu temerè prosiluisse dicis.

✠ ADVERB. *Temerè, pro Cæl.*

PROSPECTO,as. *prospicio, specto.* 7. I. V. 43. Quæ nauis prospectare iam exilium videtur.* pro C. Cor. 1. Prospectat videlicet Cominius quid agatur.

PROSPECTVS, ctus. *locus editus & apertus ad prospiciendum specula.* pro Dom. 116. Porticus in Palatio pulcherrimo prospectu. Att. lib. 12. ep. 10. Prospectus maris. & lib. 14. ep. 13. Quæris, vtrum magis tumulis prospectúque, an ambulatione delecter.

¶ *Conspectus.* 3. I. V. 122. Producere aliquem in prospectum populi. 4. Acad. 80. O præclarum prospectum.

✠ ADIVNC. *Præclarus, 4. Acad. Pulcherrimus, pro Dõ.*

PROSPER,a,um. *secundus, felix, ad voluntatem nostram fluens.*)(. *aduersus, incommodus.* 2. Offic. 19. Cum prospero flatu fortunæ vtimur. Postquã ad Quir. 2. Prospera, æquabilis, perpetuáque fortuna secundo vitæ fine vlla offensione cursu. 3. de Nat. 89. Ad prosperam aduersámue fortunam qualis sis, nihil interest. de Cl. 12. Posteáque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt. Attic. lib. 9. ep. 6. Ego enim non iam id ago, vt prosperos exitus consequar, &c.

PROSPERE. *feliciter.* Epist. lib. 12. ep. 9. Omnia, vt spero, prosperè procedent. & lib. 3. ep. 12. Ego verò velim mihi Tulliæque meæ prosperè euenire ea, quæ me insciente facta sunt à meis. 2. de N. 167. Magnis viris prosperè eueniunt semper omnes res. de Cl. 243. & pro Mur. 1. & 5. Tusc. 53. Quin. Arrius omni iam fortuna prosperè functus.

PROSPERITAS,tis. *res secundæ, commoditas.*)(. *afflictæ fortunæ.* 2. de Finib. 19. Aristoteles virtutis vsum cum vitæ perfectæ prosperitate coniunxit. 3. de Nat. 86. Commoditatem prosperitatémque vitæ à diis habemus, virtutem Deo acceptam nemo refert. & 88. Improborum prosperitates secundæque res redarguunt vim deorum.* Frag. epist. Honestarum rerum prosperitas.

☞ Syntaxis. *Prospera, æquabilis, perpetuáque fortuna. Omni fortunæ prosperè fungi. Commoditas, prosperitasque vitæ. Improborum prosperitates & secundæ res.*

PROSPICIENDVS, a, um. *comparandus.* pro Syll. 55. Sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta prospicienda.

PROSPICIENS. *præuidens.* Epist. lib. 2. ep. 8. Sed vt ab homine longè in posterum prospiciente futura expecto. pro Mur. 59. Sapiens, ac multum in posterum prospiciens vir.

PROSPICIO,cis. *præuideo. præsentio.* Epist. lib. 4. ep. 3. Multò enim antè, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram. de Amic. 40. Longè prospicere futuros casus. pro Dom. 11. Prospicere aliquid coniectura. 2. I. V. 52. Prospicere insidias. 2. Offi. 33. Prospicere futura. Epist. lib. 6. ep. 6. Vt spero, vel potius vt prospicio. pro Qu. 3. Iam ante animo prospicere aliquid. pro Cæl. 20. Prospicere aliquid animo. pro Clu. 34. Magium longè animo prospexisse morientem. Epist. lib. 7. ep. 20. Quem tamen si exciderit, multum prospexeris. de Ar. 4. Tum, inquam, tum vidi, & multò antè prospexi, quanta tempestas excitaretur quãta impenderet procella reipub. pro Dom. 69. Sed prospexistis, ne qua in vos aliquando inuidia redundaret. Att. li. 10. ep. 4. Eáque ipsa tempestate euersam esse rempub. quam 14. annis antè pro-
✠ spexerim. ‖ 3. Tusc. 2. Intueri & prospicere naturam. *aliàs perspicere.*

¶ *Consulo, prouideo.* 1. in Ver 153. Consulere filiis ac prospicere debemus. 3. I. V. 22. Vos quod ad famam vestram pertinet, prospicite atque consulite. 4 in Cat. 3. Quare P. C. consulite vobis, prospicite patriæ, &c. pro Clu. 152 Prospicite id quod prouidendum est. Epist. lib. 3. ep. 2. Rogo te, vt prospicias & consulas rationibus meis. de Ar. 56. Sed tamen huic malo populus Romanus prospexit. 5. I. V. 127. Si sociis fidelissimis prospicere non laboratis. *ibid.* In reliquum tempus ait se vectigalibus prospexisse. 5. I. V. 128. Vectigalibus prospicio in decumis & in re frumentaria.

✠ ADVERB. *Aequè liberis, Anteq. Altè, antè animo, pro Quint. In-posterum, pro Mur. Longè animo, pro Cluent. Longè casus reipub. de Amic. Longè in posterũ, 2. Fam. Multum, 7. Fam.*

☞ Syntaxis. *Ad arma prospicienda. Longè in posterum prospitere. Sapiens ac multum in posterum prospiciens. Ad famam prospice atque cõsule: & famæ. Prospicite id, quod prouidendum.*

PROSTERNO,nis. *abiicio, affligo, prosligo, ad casum do, perdo, obtero, peruerto.* pro Cl. 70. Præcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus. Parad. 1. Abiicere & posternere se. Epist. li. 5. ep. 9. Prosternere atq; obterere obtrectationes maleuolorũ. pro Pl. 50. Posternere se, & supplicare alicui. pro Cl. 11. Mulier perfiegit ac prostrauit omnia cupiditate ac furore. 2. I. A. 45. Ille se ad pedes meos prostrauit lacrymans. & 14. Phil. 27. Hircius hostes prostrauit, fudit, occidit.

PROSTRATVS,a,um. *profligatus, afflictus, abiectus, perculsus, perditus.* 2. de Or. 11. Afflicta & prostrata virtus maximè luctuosa est. ad Oct. Afflictam & prostratam rempub. extulisti. pro Lig. 13.

Proſtratus ad pedes,&c.1.in Cat.2.Quando tandem illum mœrore afflictum eſſe & profligatum putatis? iacet ille nunc proſtratus,& perculſum ſe atque abiectum eſſe ſentit.

PROSVM,es. *proficio,vtilitatem vel fructum affero,emolumentum facio,conſulo, orno.*2.Offic.36.Qui nec ſibi, nec alteri proſunt,vt dicitur.1.de Orat.122. Pudor, qui non modò non obeſſet eius orationi,ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet. Epiſt.lib. 2.ep.17.Sin à me eſt alienior,nihil tibi literæ meæ proderunt.& lib.7.ep.13.Metuo,ne artificium tuum tibi parum proſit.

✠ *ADVERB. Admodum,pro Mur.Multũ,7.Ver. Multum facetiis,2.de Orat.Poſterius reip.9.Attic. Plurimum gratiam,3.in Ver.Vehementer alicui,8.Attic.*

PROTECTVS,a,um: ctior. pro Planc. 73. Aliquem protectum in acie hoſtium manibus eripi. 13.I. A.6.Sapientia cautioribus vtitur conſilijs, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior.

PROTEGO,gis.*defendo*. 4. Tuſc.49. Cùm Africanus in acie M. Halienum ſcuto protexit. pro Syll. 50. Ego iacentem & ſpoliatum defendo & protego.

PROTENDO,dis.*prorogo*.Epiſt.lib.10.ep.26.Comitia tamen quãdo ex his pendes,quantum facere poſſumus,in Ianuar. menſem protendimus.

PROTENDOR,ris.Aſin.Ep.lib.10.ep.32. Nec periculorum metu, quæ victoribus illis protendebantur, exercitum diminuere volui.*aliter,portendebantur.*

PROTERENDVS,a,um. *conculcandus*. pro Fla.53.Illi iſtum ſemper domi proterendum eſſe & conculcandum putauerunt.

PROTERO,ris.4.ad Her.67.Proteri & conculcari.

PROTERVITAS,tis. *petulantia*. pro Cæl. 29. De proteruitate, de ſumtibus,immenſa oratio eſt.

PROTERVVS,a,am.*petulans*. 1. de Fin.61. Alij audaces & proterui. pro Cæl. 38. & 5. de Fin.35. Si vidua liberè, proterua petulanter viueret.*ibid.*Edictum proteruum.

PROTINVS.*ſtatim*. 1.de Inu. 20. Principium eſt oratio perſpicuè & protinus perficiens auditorem attentum. 1. de Diu. 49. Tum ei Deus præcepit, vt pergeret protinus: quid retrò fieret, ne laboraret. Attic.lib.11.ep. 24. Illum arbitrantur protinus Patris in Siciliam. Quint.fr.lib.1.ep.3.Rogote vt Romam protinus pergas. & lib.3. ep.8. Cæſaris ne tabellarius, vt is à te protinus mittat, &c.

PROTRAHOR,ris.*trahor*.1.in Ant.22. Quis reum damnare audeat?vt ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur?

PROTRVDO,dis. *propello,impello*. de Fat. 43. Qui protruſit cylindrum,dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit.

PROVECTVS,a,um.*natu grandior*. 1. Tuſc. 94. Ex his igitur beſtiolis hora octaua quæ mortua eſt, prouecta ætate mortua eſt: quæ verò occidente ſole, decrepita. de Cl. 129. C. Licinius iiſdẽ temporibus fere,ſed longè ætate prouectus, habitus eſt ſanè luculentus patronus. 2.de Diu.5.Qui iam ætate prouecti in noſtris libris acquieſcunt. de Sen.10.Non admodum grandis natu, ſed tamen ætate prouectior.

¶ *Progreſſus*. 3.de Finib. 74. Sentio me eſſe longius prouectum, quàm propoſita ratio poſtularet. de Sen.27. Quorum vſque ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. de Am. 34. Si longius in amicitiam prouecti eſſent, ſi amorem ad adoleſcentiam perduxiſſent. 1. in Anton. 7. Nec ita multum prouectus ſum.

✠ *ADVERB. Longius ætate, de Clar. Multum, nec ita multum,1.Phil.Paulum,7.Ver.*

☞ Syntaxis. *Ætate prouectus.Longè ætate prouectus. Longius prouectus quàm propoſita ratio poſtulet.In amicitiam perpauci longius prouecti ſunt.*

PROVEHO,his. *produco,promoueo*. 4. Tuſc. 41. In altúmque prouehitur imprudens.2.de Inu.154. Nauis in portum prouehitur.1. de Diu. 58. Cùm tu equo aduectus ad quãdam magni fluminis ripam prouectus ſubitò in flumen delapſus es.7. in Ver. 86. Poſteaquam paulum prouecta claſſis eſt.pro Qu.R. 31. Paulò longius oratio mea prouecta eſt.pro Dom. 32. Veſtra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam.2. Offic. 19. Cum proſpero flatu fortunæ vtimur,ad optatos exitus prouehimur.de Aruſp.43. Sulpitium longius quàm voluit,popularis aura prouexit.pro Milon. 37. Milo vitam ſuam nunquam in periculum ſine cuſtodia prouehebat. 13. I. A.24. Ecquo te tua virtus prouexiſſet?ecquo genus.

PROVEHOR,ris.*precedo*.8.in Ant.9. Atque etiam homines agreſtes inani ſpe ad aquas vſque Puteolanas prouehuntur.

¶ *Impellor*.Brut.ep.15.Sed prouehor amore,non enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ.

✠ *ADIVNC.Longius,3.de Fin.Paulo longius,pro Quint. Roſc.*

PROVENIO,nis.*exorior,venio*.de Sen.20. Proueniebant oratores noui,ſtulti. ex Nævio. de Fin. 47. Nec quid prouenturum ſit, prouident.

PROVERBIVM,bij.*verbum,dictum, vel ſententia, quæ in ore omnium ferè verſatur,aut verſata quondam eſt. Hinc Adagium quoque appellatur,quaſi(vt Varro docet) circũagium,quia circumagatur per omnium ora. Duo noſtra memoria viri clariſſimi Adagia collegerunt & explicarunt, Eraſmus ille Roterod. & Polydorus Vergilius Vrbinas, ſed hic ſacra potiſſimum,ille omnia delibauit.* 3.I.V.121.Iſtius iniquitas tum in ore vulgi & in cõmunibus prouerbiis verſabatur. 1. Offic. 33. Ex quo illud ſummum ius,ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. 5. de Finib. 3. Sed veteris prouerbij admonitu viuorum memini. de Sen. 32. Illud vetus laudatúmque prouerbium, quod monet, &c. 3. I. V. 53. Quod eſt Græcis hominibus in prouerbio.4. Tuſc. 36. Illud ita peruulgatum eſt, vt iam prouerbij locum obtineat, Hominem frugi omnia rectè facere. Orat. 235. Sed vt in prouerbio eſt, Scopas mihi videtur diſſoluere. 3. Offic. 77. An verum eſt hoc contritum vetuſtate prouerbium,Qui cum in tenebris mices? Epiſt.li.10.ep.20.Culpa enim illa, Bis ad eundem vulgari reprehenſa prouerbio eſt. 2.Offi. 55. Omnino meminiſſe debemus id, quod à noſtris hominibus ſæpiſſimè vſurpatum eſt, iámque in prouerbij conſuetudinem venit, Largitionem fundum non habere. 2. de Finib. 10. Vt prouerbia nonnulla veriora ſint, quàm veſtra dogmata: vulgò enim dicitur, Iucundi acti labores. 13.I.A.27. Illud tamen verum, quod in hoc Planco prouerbij loco dici ſolet, Perire nõ poſſe,niſi ei crura fracta eſſent:fracta ſunt,& viuit. de Amic. 87. Et acta agimus, quæ vetamur veteri prouerbio. 1. Offic. 51. Græcorum prouerbio eſt,Amicorum omnia eſſe communia.3. Offic. 77.Ruſtici, à quibus natum eſt id, quod iam tritum eſt vetuſtate prouerbium,&c.

✠ *ADIVNC.Communia,3.Ver.Contritum vetuſtate,2. de Inuent.Verum,veriora,verum & vetuſtate contritum,2.de Finib.Vetus laudatúmque,de Sen.Vulgare, 3.de Nat.*

☞ Syntaxis. *In ore vulgi atque in prouerbiis verſari. Tritum ſermone prouerbium.Illis eſt in prouerbio.Contritum vetuſtate prouerbium, & tritum.Id venit in prouerbij conſuetudinem.*

PROVIDENDVS,a,um:di,do,dum.*prænoſcendus,conſulendum*.pro Cl.152. Proſpice id quod prouidendum eſt. 2. de Diuin. 126. Si Deus iſta viſa, nobis prouidendi cauſa dat. pro Pomp.29. Celeritas in conficiendo,conſilium in prouidendo. 4. in Ver. 28.Qua de re vobis magnopere prouidendum eſt. 11. I.A. 26. Eſt etiam de Brunduſio prouidendum.

¶ *Præcauendus*. pro Mar.21.Nunc venio ad atrociſſimam ſuſpicionem tuam, quæ non tibi ipſi magis quàm nobis omnibus prouidenda eſt.

✠ *ADVERB.Diligentiſſimè,pro Pomp.*

PROVIDENS,tis.*proſpiciens*.3.I.A.36. Nobis vigilantibus & multum in poſterũ prouidentibus Anteq.9.Cùm pax publicè prouidenti eripiatur.

¶ *Præcauens*.2.de Fin. 17. Quod quidem ego à principio ita me male dixeram, hoc ipſum prouidens dialecticas captiones.

✠ *ADVERB.Longè,2. de Leg.*

PROVIDENS,tis,tior.*prouidus,prudens*.7.in Ver.101. Obſignat ſignis amicorum prouidens homo. Epiſt. lib.6.ep.6.Homo valde acutus,& multum prouidens.

¶ *Expeditus*. Epiſt. lib. 3.ep.1.Id enim mihi & ad breuitatem eſt aptius,& ad reliquas res prouidentius.

PROVIDENTIA,tiæ.*cura,gubernatio,conſilium,diuinum imperium, adminiſtratio,regnum,tutela,prudentia,numen*. 2.de Inu.160.Prouidentia eſt, per quam futurum aliquid videtur antequam eueniat. 2. de Nat.58. Mens mundi prouidentia appellari rectè poteſt. Græcè enim πρόνοια dicitur:hæc potiſſimùm prouidet, & in his maximè eſt occupata,primùm vt, &c. deinde vt, &c. 1.de Nat. 18. Anus fatidica Stoicorum πρόνοια, quam Latinè licet prouidentiam dicere. 1. de Diu. 117. Eſſe deos, & eorum prouidentia mundum adminiſtrari, eoſdémque conſulere rebus humanis, nec ſolùm vniuerſis, ſed etiam ſingulis. Att. lib. 9. ep. 18. Tu me cura tua & prouidẽtia iuua.3.de Nat.92.Diuinam prouidentiam quocunque ſe moueat, efficere poſſe quicquid velit. de Vniu. 8. Hunc mundum eſſe diuina prouidentia conſtitutum.* de Nat.d. in Frag. Eam materiam eſſe diuina prouidentia affectam. *ibid.* Iſti diuinæ prouidentiæ materiam præſtò eſſe oportuit, non quam ipſa faceret, ſed quam haberet parata. ‖ pro Flac.3.

✠ *ADIVNC. Diligens & ſolers,2, de Nat. Diuina, de Vniuerſ.Fictrix,& moderatrix,diuina,3.de Nat.*

PROVIDENTISSIME.3.de Nat. 95. Ratio ſanctiſſimè & prouidentiſſimè conſtituta.

PROVIDEO. *proſpicio,conſulo,medeor*.3.I. V. 85. Quis non ex iniuria, quæ tibi facta eſſet, ſibi prouideret? Epiſt.lib.6.ep.10. Vigilare, prouidere reipub. 4.Acad.62. Prouide etiam,ne,&c.Epiſt.

minum

lib. 9. ep. 18. Actum est de te, nisi prouides. 1. de Nat. 4. A deis hominum vitæ consuli ac prouideri, & prospici. L. PROSPICIO. 4. ad Heren. 14. Ex aliorum euentibus, rationibus suis prouidere. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 24. Consulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere saluti.

¶ *Opitulor.* pro Cæl. 22. Prouidere alicui contra aliquem.

¶ *Præuideo, præsentio.* Attic. lib. 1. ep. 1. Prouide aliquid coniectura. 1. de Diu. 63. Animus separatus à corpore, meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet. 2. cont. Rull. 90. Multum in posterum prouidere. pro Mur. 4. Est boni consulis, non solùm videre quid agatur, verùm etiam prouidere quid futurum.

¶ *Curo.* Epist. lib. 14. ep. 21. Quod opus erit, prouideas atque administres. 2. de Nat. 58. Prouidentia, quæ προνοια Græcè dicitur, hæc potissimùm prouidet, & in his maximè est occupata, primùm, vt, &c. Epist. lib. 1. ep. 2. Quæ vt quàm rectissimè agantur, omni cura prouidebo.

¶ *Præcaueo.* pro Pl. 53. Prouidere antè, & præcauere. Att. lib. 10. ep. 18. Cætera quæ consilio prouideri potuerunt, cauebantur. & lib. 11. ep. 3. Omnibus reb. cura & prouide, ne, &c. 7. I. V. 126. Iam socij ne spoliarentur, fide ac officijs prouiderunt. Epist. lib. 6. ep. 6. Quæ propterea prouiderim, prætereo, & lib. 4. ep. 1. Multo antè prouidere aliquod malum. 2. I. V. 43. Huic loco per deos immortales iudices consulite & prouidete. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 31. Antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur. 4. in C. 4. Circumspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi prouidetis. 2. de Diu. 15. Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet, insidias imperator, tempestates gubernator. Att. lib. 5. ep. 11. Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dum ades, quicquid prouideri potest, prouide.

✠ ADVERB. *Antè, pro Sest. Diligenter, pro Pomp. Diligẽtissimè, 1. de Ora. Diuinitus, pro Syll. Longissimè, in posterum, 7. Phil. Magnopere, pro Font. Multum, in posterum, 2. cont. Rull. Publicè, Anteq. Sapienter, 1. ad Quint. frat. Vehementer, ad Qu. fr.*

PROVIDVS, a, um. *prouidens, cautus, multum in posterum prouidens, prospiciens.* 2. de Diu. 117. Afflatus ex terra mentem ita mouens, vt eam prouidam rerum futurarum efficiat. 1. de Leg. 22. Homo animal prouidum, sagax, &c. Part. 15. Orator prudẽs & prouidus. pro S. R. 117. Is parum cautus prouidúsque est. 2. de Nat. 58. Natura consultrix & prouida vtilitatum omnium. & 128. Prouida solérsque natura.

☞ Syntaxis. *Prouidam facere rerum futurarum. Prouidum, sagax animal. Cautus, prouidus. Natura consultrix & prouida vtilitatum.*

PROVINCIA, ciæ. *propriè hoc nomine designãtur regiones extra Italiam bello deuictæ atque subactæ: quarum aliæ cõsulares, ad quas gubernandas proconsules mittebantur: aliæ prætoriæ, ad quas prætores: quod cùm fiebat, in prouincia formam redigi dicebantur.* 1. I. V. 5. Defendo prouinciam Siciliam totam. & 4. Ver. 2. Sicilia princeps se ad fidem amicitiámque populi Romani applicuit, & prima omnium prouincia est appellata. pro Flac. 85. Cùm prouinciam Asiam consulari imperio obtineres. & 32. L. Sylla omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsit. pro Font. 22. Prouinciæ Galliæ M. Fonteius præfuit. Epistol. lib. 13. ep. 11. In prouincia Galliæ. 1. I. A. 19. C. Cæsar legem tulit, ne prætoriæ prouinciæ plus quàm annum, consulares plus quàm biennium obtinerentur. de Prou. 17. Vt prætores annuas prouincias habeant. pro Dom. 4. Tu prouincias consulares, quas C. Gracchus constitui per senatum decreta lege sanxit, lege Sempronia per senatum decretas rescidisti I. P. 50. & Attic. lib. 2. ep. 1. Epist. lib. 5. ep. 2. P. Lentulus prouinciam, quam & autoritate senatus & sorte habebat, interposita religione depositit. Quint. frat. lib. 2 ep. 3. Referebantur de prouinciis Quæstorem, & de ornandis prætoribus. de Prou. 17. Ex consulari prouincia facere prætoriam. I. P. 38. Quas res gessisti in imperio, exercitu, prouincia consulari? Epist. lib. 15. ep. 2. Bellum in prouinciam Syriam illatum. pro Flac. 27. In eiusmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta esset. Epist. lib. 1. ep. 7. Ea est natura & regio prouinciæ tuæ. & *ibid.* Cum aliquantum ex prouincia atque ex imperio laudis accesserit. Ep. lib. 3. ep. 2. Vides ex S. C. prouinciam esse habendam. 3. I. A. 26. Qui omnino prouinciam neglexit. quam item magno animo & constanti C. Cassius repudiauit. 2. in Ant. 31. Cur prouinciæ Cassio & Bruto datæ? I. P. 5. Ego prouinciam Galliam Senatus autoritate, exercitu & pecunia instructam & ornatam, quam cum Antonio communicaui (*ferrè commutaui rectius legeretur*) in concione deposui. de Prouinc. 29. Nihil est quod eum de prouincia deiocét. pro P. Opp. Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit? con. C. Anton. Vt violaueris prouinciam.

¶ *Translatione negocium, munus, omus, partes, opus, opera, pensum, labor, officium, officij munus, vis.* 6. I. V. 51. Dare prouinciam vel negocium alicui. item, Illam sibi ab illo prouinciam datam. 1. de Fin. 20. Hoc erit quam prouincias aliis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur. pro Cæl. 63. Deinde qui eam prouinciam susceperint, vt in balneas contruderentur. pro Syl. 52. Is illam sibi officiosam prouinciam depoposcit, vt prima luce consulem salutatum veniret.

✠ ADIVNC. *Aliena, illustris, vrbana, 3. in Ver. Annua, longa, 4. Fam. Annuæ, nouæ, pacata per se & quieta, de Prouinc. Consul. Antiquissima, fidelissima, & proxima, fructuosissima atque opportunissima, locuples, ac referta.) (. Misera, perditáque, perdita & afflicta, salua, suburbana, 5. in Ver. Apta, explicataque, expeditissima, 3. Fam. Aquaria, in Vat. Citerior, 3. Phil. Clarissima, corruptior, 1. ad Qu frat. Consulares, infecta animis, inimicáq; prætoria, vniuersæ, 1. Ph. Cuncta, finitimæ, paratissima, 10. Fã. Dignissimæ aliquo, 10. Phil. Egregia & ad consulatum apta, non tam gratiosa & illustris, quàm negociosa & molesta, tacita & quieta, pro Muræn. Fidelis & amica alicuius, pro Font. Fidelissima, atque optima, 7. Phil. Frumentariæ, 9. Attic. Grauissimæ, maxima, pro Flac. Infesta alicui, pacatissima, pro Lig. Legataria, 15. Attic. Leuis, atque inops, pro Quint. Liberaà prædonibus, pro Pomp. Locuples & vetus, nuda, splendida, 6. in Ver. Magna, Parad. Melior, tota, 6. Att. Officiosa, pro Syll. Ornata, 15. Fam. Plena laboris, periculi, detrimenti, 12. Famil. Propinquæ, finitimæ, totæ, 2. Phil. Propinqua, fidelis, fructuosaque, 4. in Ver. Recens, suburbana, ac fidelis, plena optimorum sociorum, 7. Ver. Tribunitia, 2. in Ver. Triumphalis, vberrima, vectigalis, in Pis. Vberior, 7. Famil. Vltima, 5. Attic. Vniuersa, 1. in Verr.*

☞ Syntaxis. *Prouinciam obtinere consulari imperio, habere, deponere, rescindere. Prouincia alicui data.*

PROVINCIALIS, le. Epist. lib. 2. ep. 7. Rogo te ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 17. In qua scientia præsertim prouincialis ratio expedita est. 4. I. C. 22. Prouincialia hospitia. Postquã in Sen. 34. Prouincialia ornamenta pro Sest. 7. Prouincialis abstinentia. & *ibid.* 13. Prouincialis integritas. Quint. fr. lib. 1. ep. 1. 34. Prouincialis vel vrbana administratio. Fam. lib. 5 ep. 19. Prouinciale officium. Att. lib. 6. ep. 2. Prouinciales aditus. Qu. fr. lib. 2. ep. 1. 11. Viri prouinciales. Att. lib. 2. ep. 1. Negocia prouincialia. Fam. 15. ep. 20. Prouinciales amici.

PROVISIO, onis. *remedium, cautio.* de Am. 80. Omnino horum vitiorum atque incommodorum summa cautio est, atque vna prouisio, ne nimis citò diligere incipiamus.

¶ *Præsentio.* 3. Tusc. 30. Multum potest prouisio animi & præparatio ad minuendum dolorem. Orator. 189. Vitium longa animi prouisione fugiendum. Part. 69. Prouisio posteri temporis. 2. de Diu. 9. Quæ prouisione aut commotione mentis sentimus.

✠ ADIVNC. *Longa, Orat.*

PROVISVS, a, um. *antè prouisum.* Part. 5. Cui viuendi via considerata atque prouisa est. 3. Tusc. 31. Cur fierent prouisa leuiora? 1. de Leg. 37. Quocirca vereor committere, vt non bene prouisa & diligenter explorata principia ponantur. Tusc. 32. Siue illa antè prouisa expectata sint, siue inueteraverint. & 52. Cùm videtur præcaueri potuisse, si prouisum esset. Epist. lib. 1. ep. 4. 5. quæ conabuntur agere, satis prouisum est. Epist. lib. 3. ep. 2. Si rationibus meis à te prouisum esse intellexero. 2. in C. 26. Mihi vel vrbi satis esse præsidij, consultum & prouisum est. Attic. lib. 8. ep. 3. Et vt esset à me (tute scis) multo antè prouisum. Attic. lib. 7. ep. 14. Sanè multum in eo reipublicæ prouisum est. & lib. 2. ep. 1. A me ita præcautum & prouisum est. 2. contra Rull. 101. Quæ timebatis ea ne acciderent, consilio meo ac ratione prouisa sunt. Attic. lib. 15. ep. 6. Præsidia sunt in multos annos prouisa.

✠ ADVERB. *Bene, de Leg. Fortuitò nihil, optimè, 3. de Nat. Prudenter, de Amic.*

PROVOCATIO, onis. *auxilium.* 2. de Orator. 199. Prouocatio patrona illi ciuitatis ac vindex libertatis populo Romano dari sine nobilium dissensione non potuit. 1. in Anton. 23. Quibus cùm prouocatio datur, nonne acta Cæsaris rescinduntur? 2. contra Rull. 33. Orbis terrarum cognitionem sine consilio, & ænam sine prouocatione, animadversionem sine auxilio dari cuipiam. 3. de Leg. 6. Ad populum prouocatio esto. 2. de Leg. 6. Militiæ ab eo qui imperabit, prouocatio ne esto. & 18. Quid

turpius, quàm sine prouocatione senator? quàm legatus sine mandatis.

✠ADIVNC. *Patrona ciuitatis, ac vindex libertatis, 2. de Orat.*

PROVOCATOR, oris. pro Sest. 134.

PROVOCATVS, a, um. Epist. li. 1. ep. 7. Qui mecum sæpe non solùm à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet. Att. lib. 14. ep. 14. Amo te beneficio tuo prouocatus. 1. Offic. 48. Quidnam beneficio prouocati facere debemus. 1. de Fin. 8. Quanquam à te ipso id quidem facio prouocatus gratissimo mihi libro.

✠ADVERB. *Vehementer, pro Planc.*

PROVOCO, as. *lacesso, tento, voco.* Epist. lib. 7. ep. 3. Ego enim respõdere faciliùs possum quàm prouocare. 4. Tusc. 48. Prouocare aliquem ad pugnam. Epist. lib. 1. ep. 9. Si aliquando illa dicet, Phædriam intromittamus comessatum: tu, Pamphilam cantatum prouocemus. pro Pomp. 14. Prouocari iniuriis alicuius. 1. de Orat. 32. Prouocare aliquem. 1. in Ant. 21. Lex, vt de maiestate damnati ad populum prouocent, si velint. Att. lib. 6. ep. 1. Quàm rectè decretum sit, tu iudicabis: ne ad Catonem quidem prouocabo.* Frag. ep. In quo tua me prouocauit oratio.

PROVOCOR, ris. Br. ep. 16. Prouocari in integrum. *aliter reuocari.* & ep. 4. Respondere in amore eis, à quib. prouocere.

PROVT. *vt, perinde vt.* Att. lib. 11. ep. 6. Tuas literas, prout res postulat, expecto. 4. in Ver. 83. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. 5. in Ant. 46. Prout haberi lege liceret, si anno superiore Quæstor fuisset.

PROXIMÈ. *nuperrimè, postremò, paulo antè, maximè, in proximo.* Atti. lib 11. ep. 10. Literæ, quas proximè ad te dedi. 1. de Nat. 37. Is quẽ proximè nominaui Epist. lib. 5. ep. 2. Aduẽtus tuus, cùm proximè Romam venisti. & lib. 5. ep. 15. Literæ, quas à te proximè accepi. Part. 117. Quæ paulò antè & quæ proximè diximus. Epist. lib. 7. ep. 3. Illud tempus, quo proximè fuimus vna. Attic. li. 8. ep. 3. Hæc scripsi sedatiori animo, quàm proximè scripseram. Ep. lib. 6. ep. 10. Itaq; posthumio, & sæpissimè Attico nostro, proximè Teudæ totum me patefeci. 3. de Nat. 54. Musæ eodem numero quo proximè superiores.

¶ *Maximè.* de Cl. 109. Eique proximè adiunctus Drusus fuit.

¶ *Valde propè.* Epist. lib. 11. ep. 21. Ego huic tuæ virtuti proximè accedo. Orat. 198. Id ad numerosos proximè accedit. 4. in Verr. 7. Siculi ad nostram disciplinam proximè accedunt. 3. de Finib. 52. Quorum ordo proximè accedit, vt sit secũdus ad regium principatum. 10. I. A. 26. Brutus operam det, vt cum suis copiis quàm proximè Italiam sit. Attic. lib. 3. ep. 13. Nihil est necesse, quàm proximè Italiam esse. & li. 6. ep. 5. Habere exercitum quàm proximè hostem.* in L. Pison. Proximè Pompeium sedebam. ‖ pro Rab. 5. Proximè accedere.

¶ *Subinde, postea.* 2. Offic. 11. Proximè autem & secundum deos homines hominibus maximè vtiles esse possunt. Qu. Cas. Epist. lib. 12. ep. 13. Proximè hos chari, qui studiorum tuorum sunt æmuli. pro Cluent. 84. Sapientissimus est, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem: proximè accedit, qui alterius bene inuentis obtemperat.

¶ *Fermè.* Epist. lib. 9. ep. 13. Non possum non proximè atque ille, aut etiam æquè laborare. 2. de Nat. 61. Proximè, &c. antè, &c. pro Rab. 13. Si ita feci̇ssem, me scilicet maximè, sed proximè illum quoque fefellissem.

☞ Syntaxis. *Aduentus tuus, cùm proximè Romã veniſti. Paulo antè & proximè. Tempus, quo proximè dixi, fuimus. Virtute proximè accedẽs. Ad numerum proximè accedens. Proximè atque tu in labore, vel etiam æquè.*

PROXIMO, as. *proximus fum.* 2. de Nat. 112.

Capitis autem equi proximat aquarij dextra. Poeta.

id est, vt in Arato.

Huic ceruix dextra mulcetur aquari.

PROXIMO. *aduerb. proximè.* Att. lib. 4. ep. 16. Ab Qu. fr. accepi literas datas à litoribus Britanniæ, proximò ad Cal. Octobr.

PROXIMVS, a, um. *temporis prælapsi.* pro Pomp. 58. Qui anno proximo legati fuerunt. de Cl. 41. Hunc proximo seculo Themistocles insecutus est. 2. de Finib. 54. Proximo anno. de Amic. 7. Eóque magis, quòd his proximis Nonis tu non affuisti. Epist lib. 1. ep. 9. Gabinius, quem proximis superioribus diebus acerrimè oppugnassem, &c. 1. in Cat. 1. Quid proxima, quid superiore nocte egeris.

Locratione. 4. Acad. 106. Mare dissimile est proximo ei continẽti. 2. de Nat. 54. Huic proximum inferiorem orbem tenet. Attic. lib. 1. ep. 11. Proximus Pompeio sedebam. Epist. lib. 16. ep. 21. Ego huic locum in proximo conduxi.

¶ *Dignitate, gradu, honore, merito, studio.* pro Dom. 74. Proximus est huic dignitati ordo equester. pro Cluent. 152. Eques senatori dignitate proximus. 5. de Finib. 14. Proximus grauitate. de Cla. 173. Duobus igitur summis Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo tamen proximus. Epist. lib. 10. ep. 25. Laudem Planco proximam consecutus es. Attic. lib. 1. ep. 16. Amore tibi nos proximi sumus. de Cla. 220. Proximum optimis numerari. & 36. Huic Hiperides proximus fuit. 1. Offic. 109. Callicratides, qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit. de Sen. 42. Tunc hic fratre suo censore qui proximus ante me fuerat, elapsus est. ad Oct. Qui proximus in illam æternam domũ discesserit. 1. Offic. 120. Ad hanc rationem maximam vim natura habet, fortuna proximam. ad Brut. epist. prid. in 1. Lepidus secundum fratrem affines habet, quos odit proximos. Attic. li. 1. ep. 1. Obseruat L. Domitium maximè, me habet proximum. 2. de Inuent. 173. Summa necessitudo honestatis, huic proxima incolumitatis, tertia & leuissima commoditatis. de Amicit. 72. Si quam præstantiam consecuti sunt, impertiant eam suis, communicẽtque cum proximis. 7. I. V. 164. Cùm hæc omnia tuis proximis plana fecero. 1. Offic. 44. Iniuriosus in proximos. *id est, in propinquos seu affines.* Attic. lib. 1. ep. 1. Me habet proximum. Attic. lib. 2. ep. 6. Proxima est illi municipio hæc Antiatum ciuitas. Qu. fr. lib. 1. ep. 4. Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. 2. de Leg. 40. Id habendum est Deo proximum, quod est optimum. 2. de Inu. 144. Tyranno occiso, quinque eius proximos cognatione, magistratus necato.

¶ *Sequens.* Epist. lib. 10. ep. 26. Scilicet id agitur, vtrùm hac petitione, an proxima prætor fias. 4. Tusc. 64. Primo & proximo die. pro Milõ. 24. Clodius reliquit annum suum, seséque in proximum transtulit.

¶ *Vltimus.* Att. lib. 11 ep. 11. Ego tuis proximis, quas tamen iampridem accepi, nihil habeo quod rescribam.

¶ *Præcedens.* Orat. 217 Proximus à postremo.

¶ *Expeditus.* 2. Offic. 43. Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis, &c.

PRVDENS, tis. *prudentia præditus, sapiens, multarum rerum peritus, magni consilij vir.* Orator. 18. Vt natura peracutus & prudens. 1. de Orat. 8. Homo prudens & grauis. Partit. 15. Orator prudens & prouidus. pro Cluent. 107. Quis P. Octauio ingenio prudentior, iure peritior. 1. de Orat. 36. Prudentium consilia. de Amicit. 6. L. Acilius prudens esse in iure ciuili putabatur. de Clar. 118. Omnes ferè Stoici prudentissimi in differendo. 1. de Diu. 111. Alij quos prudentes, id est, prouidentes possumus dicere. pro Sest. 16. Gnarus & prudens impendentium malorum. de Clar. 239. L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens. Attic. lib. 10. ep. 11. Ne te sciens prudensque eò dimittas, vnde exitum vides nullum esse. Epistol. lib. 6. ep. 6. Vt in fabulis Amphiaraus, ita ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. pro Font. 33. Prudens ad consilia. 1. de Legib. 45. Quis prudentem, & vt ita dicam, cautum, non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet?

✠ADVERB. *Satis supérque, de Arusp.*

PRVDENTER. *sapienter, prouidentissimè.* 2. de Orat. 68. Vt hæc in causa prudenter possit intexere. de Amic. 6. Multa prudenter prouisa.

☞ Syntaxis. *Natura peracutus ac prudens. Prudens ac prouidus. Ingenio prudens. In iure prudens. Gnarus & prudens futuri. In existimando prudens. Sciens prudensque facis.*

PRVDENTIA, tiæ. *sapientia, intelligentia.* ‖ *temeritas.* 2. de Inuent. 160. Prudentia est rerum bonarum & malarum, & vtrarumque scientia. 3. de Nat. 38. Prudentia constat ex scientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum, nec malarum. 5. de Finib. 67. Prudentia in delectu bonorum & malorum cernitur. & 16. Vt medicina valetudinis, sic viuendi ars est prudentia. 1. Offic. 160. Cognitionem prudentiámque sequitur considerata actio. 3. ad Her. 3. Prudentia est calliditas, qua ratione quadam potest delectum habere bonorum & malorum. & *ibid.* Item prudentia scientia cuiusdam artificij. & *ibid.* Prudentia multarum rerum memoria, & vsus complurium negociorum. pro Sest. 86. Hoc sentire, prudentiæ est: facere fortitudinis. 1. de Diu. 24. Ratio atque prudentia reip. gerendæ. 1. de Orat. 90. Exercitatio intelligendi prudentiam acuit. 5. Tusc. 14. Si nulla virtus prudentia vacat, prudentia hoc videt. 3. ad Heren. 6. Quam is prudentiam appellarit, ineptam & garrulam, & odiosam scientiam esse dicemus. 1. Offi. 153. Prudentia enim, quam Græci φρόνησιν. dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarúmque scientia. Or. 24. Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia. *id est, auditorum cognitio.* 2. de Diu. 11. Physicorum est ista prudentia. *id est, scientia vel cognitio.* de Sen. 78. Memoria præteritorum, futurorum prouidentia. 2. de Or. 132. Perspicua sunt hæc quidem, & in vulgari prudentia sita. Part. 18. Prudentiam malitia imitatur. 1. de Orat. 165. & 256. Prudentia iuris ciuilis. Attic. lib. 6. ep. 9. Adeon' ego non perspexeram prudentiam literarum tuarum. 4. de Finib. 76. Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio præsunt debent habere. Part. 29. Si neque prudentiam eius impedias

impedias confusione partium. *i. intelligentiam.* & 76. Prudentia in suis rebus, domestica: in publicis, ciuilis appellatur. At. li. 8. ep. 19. Nō enim pro tua prudentia debes illud solùm animaduertere, quod in præsentia, &c. 1. Offi. 114. Ne scenici plus quàm nos videātur habere prudentiæ. & 141. Prudētia est scientia opportunitatis idoneorū ad agendum temporum 2. Offi. 33. Si exiltimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam. 10. I. A. 12. Prudentia in iudicando. 3. Offi. 71. Prudentia est locata in delectu bonorum & malorum. de Sen. 20. Temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis. 1. de L. 60. Cùm homo exacuerit illam ingenij aciem ad bona deligenda, & reiicienda contraria: quæ virtus ex prouidendo est appellata prudentia. de Cl. 23. Qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ, qua ne maximis quidem in bellis æquo animo carere quisquam potest. *pro C. Cor. 1. Homo summa prudentia clarus. *ibid.* Homo illorum & vita & prudentia longè dissimilis. Hortens. Ex quo sapientia est appellata prudentia. *ibid.* Prudentiæ partes sunt memoria, intelligentia, prouidentia.

✠ *A* DIVNC. *Ciuilis, 1. de Diuin. Communis, 5. de Finibus. Domestica, & ciuilis, Part. Dulcis, 1. Tusc. Eximia, quædam naturalis, non præstans, sed propè vulgaris & communis, 2. de Orat. Fidelis, 9. Famil. Valdè grata alicui, maior, 1. Offi. Grata, moderatrix eloquentiæ auditorum, vacua, Orat. Non indiserta, perspicua, 3. Offic. Mediocris, par, præstans, 4. Famil. Similis, 2. de Diu. Simillima rerum omnium, 1. de Orat. Singularis, 5. Phi. Summa, 2. Phil. Tanta, pro Cecinn. Vetus illa & excellens Græcorum, 3. de Orat. Vtilis, veráque, 2. Offic.*

☞ Syntaxis. *Ratio & prudentia Reip. gerendæ. In vulgari prudentia situm, perspicuumq;. Futuri prouidentia. Literarum prudentia.*

PRVINA, næ. 2. de Nat. 26. Aquam conglaciare frigoribus, & niue pruináque concrescere. 2. I. C. 23. Pruinas ac niues perferre. de Som. 15. Quorum duos obriguisse pruina vides.

PRYTANEVM, nei. *publica domus Athenis, in qua viri de republica benemeriti publicè alebantur. ad cuius imitationem alterum erat in Sicilia, in vrbe Acradina, ornatissimum. 6.* in Verrem 119. & 1. de Orator. 232.

✠ *A* DIVNC. *Ornatissimum, 6. in Ver.*

PSALLO, lis. *fidibus cano, lyram pulso.* 2. I. C. 23. Pueri lepidi ac delicati, qui cantare & psallere didicerunt‖ *aliàs saltare.*

PSALTERIVM, terij. *fides, lyra. sunt tamen quibus hîc placeat psaltrium, trij, qui Græcè ψάλτης, vel ψάλτρις dicitur. ad est, fidicen.* de Arus. 44. A Strophio, ab psaltrio, &c.

PSALTRIA, triæ. *mulier fidibus docta.* pro Sest. 116. Qui in cœtu mulierum pro psaltria adducitur. & 3. Tuscul. 45. Psaltriam adducamus. *in Clod. Quem incessus psaltriæ decet.

PSEPHISMA, tis. *decretum.* pro Flac. 17. Porrexerunt manus, psephisma natum est. pro Flac. 15. Sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur psephismata non sententiis, nec autoritatibus declarata, &c. & 75. Possem recitare psephisma Smyrnæorum, quod fecerunt in Castritium mortuum.

✠ *A* DIVNC. *Præclara, pro Flac.*

Ne Augustodeor, quod falsò Hesiodo adscribitur. Attic. lib. 1. ep. 14.

PSEVDOCATO. *fictus Cato.* Attic. lib. 1. ep. 11.

PSEVDODAMASIPPVS. Epist. lib. 7. ep. 23. Si enim Damasippus in sententia non manebit, aliquem Pseudodam asippum vel cum iactura reperiemus. *id est, fictum Damasippum.*

PSEVDOMENOS. *mentiens, fallax.* 2. de Diu. 11. Quomodo autem mentientem dissoluas, quem pseudomenon vocant. L. SORITES. *Túne Pseudomenon & Soritem, & totam Dialecticam, aut illudis, aut increpas?

PSEVDOPHILIPPVS, pi. *falsus vel fictus Philippus.* 2. contra Rullum 89.

PSEVDOTHYRVS, ri. *falsa ianua: alij posticum vocant.* Post. red. in Sen. 13. Non ianua receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus. 4. I. V. 50. Ea quemadmodum ad istum pseudothyrum postea reuertatur, tabulis vobis & testibus iudices planum faciam.

PSYCHOMANTIA, tiorum. 1. de Diu. 133. Nec psychomantiam agnosco. L. NEGROMANTIA.

PSYCHOMANTIVM, tij. *locus vaticinationum.* 1. Tusc. 115.

PTE. Attic. lib. 6. ep. 7. Qu. puer suapte piè sanè, me quidem hortante, matrem patri suo reconciliauit. 1. de Nat. 69. Suopte pondere deorsum ferri. 3. de Orat. 10. Crassus suapte interfectus manu. 2. de Orat. 98. Suapte natura facere aliquid.

PTOLEMAEVS, ei. Epist. li. 1. ep. 7. Ptolemæus redeat in regnum ita fore vt per te restituatur, quemadmodum homines religiosi Sybillæ placere dixerunt. Attic. lib. 4. ep. 9. Puteolis magnus est rumor Ptolemæum esse in regno. 2. Offic. 82. Isque celeriter ad Ptolemæum suum hospitem venit, qui tum regnabat, alter post Alexandriam conditam. 5. Tusc. 97. Nunquam videlicet sitiens biberat, nec esuriens Ptolemæus ederat. pro C. Rab. 4. Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis, &c. Romam venit. pro Dom. 20. Qui cùm lege nefaria Ptolemæum regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem iure regnantem, causa incognita publicasset, &c.

PTOLEMAIS. *vrbs.* Epi. lib. 1. ep. 7. 4. Ptolemaide aut aliquo propinquo loco rege collocato.

PTOLEMAEVM. *gymnasium.* 5. de Fin. 1.

PVBER, ris. *adolescens.* 1. Offic. 129. Nostro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. 2. de Orat. 224. Pater filium puberem habens.

PVBERTAS, tis. *pili qui primi puberibus efflorescunt.* 2. de Nat. 86. Vt si quis dentes & pubertatem natura dicat existere.

PVBES, bis. *puber.* pro Rab. 31. Nemo pubes tum fuit, quin arma ceperit. pro Mil. 62. Ea potestas, cui senatus omnem Italiæ pubem commiserat.

PVBESCO, scis. *adolesco.* 1. Offi. 118. Hercules cùm primùm pubesceret, exisse in solitudinem dicitur. 1. de Nat. 4. Cœli mutationes quibus omnia quæ terra gignat, maturata pubescunt. 2. de Nat. 41. Sol efficit, vt omnia floreant, & in suo quæque genere pubescant. & 51. Multa, quibus animantes alantur, augescántque & pubescant. 1. Tusc. 69. Vites lætificæ pampinis pubescere.

PVBLICANA, næ. 5. I. V. 78. Muliercula publicana.

PVBLICANVS, ni. *qui vectigal exercet & exigit, vectigalis.* pro Pl. 23. Flos equitum Rom. publicanorū ordine continetur. pro Pom. 16. Publicanorum familiæ, quas in Salinis habent. Epist. lib. 13. ep. 9. Ordo publicanorum. Att. lib. 1. ep. 15. Cato publicanos tertium iam mensem vexat. Attic. lib. 5. ep. 15. Tu autem sæpe dare tabellariis publicanorum poteris per magistros scripturæ. Qu. fra. lib. 1. ep. 1. 6. Improbum negociatorem, paulò cupidiorem publicanum comprimere non possis. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 26. Qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt.

✠ *A* DIVNC. *Afflicti, miseri, de Prou. Amantissimi alicuius, 1. Attic. Paulò cupidior, leues in exigendis vectigalibus, 1. ad Qui. Frat. Non firmi, sed alicui amicissimi, 7. Attic. Fortissimus, & maximus, pro Rab. Molesti, 6. Attic. Nouus, 5. in Ver.*

PVBLICATIO, onis. *proscriptio.* 4. in Catil. 10. Adiungit etiam publicationem. pro Pl. 97. Cùm publicatio bonorum proponeretur.

PVBLICE. *vulgo.*)(*priuatim.* Attic. lib. 16. ep. 11. Publicè tamen scripsi. pro S. R. 113. Res tanta, quæ publicè gesta atque commissa sit.

PVBLICVS vates. 1. de Diu. 114. & lib. 2. 113.

PVBLICO, as. *publicum facio, præconi publico subijcio.* 2. cont. Rul. 56. Priuata publicare, publica liberare. & 10. Agros, quos ipsis libeat, publicare. pro Dom. 20. Qui Ptolemæum regem Cypri causa incognita publicasset.

PVBLICOR, ris. *proscribor.* pro Sest. 57. Vt rex cum bonis omnibus publicaretur. Brut. ep. 12. Publicata dona. 2. de In. 98. Lex si qua rostrata nauis in portu deprehensa sit, publicetur. 4. I. C. 8. Bona præterea publicari iubet.

PVBLICVS, a, um. *communis.* 1. de In. 40. Publicum est, quod ciuitas vniuersa aliqua de causa frequentat. & *ibidem.* Publicum commune, singulare. 5. I. V. 74. Recita literas publicas. & *ibidem.* Testimonium publicum. pro Cl. 74. Ipse è publico iudicio ad priuatum Staleni iudicium profectus est. 2. contr. Rul. 36. Sunt loca publica vrbis, sunt sacella, &c. & 81. Agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemit. pro Mil. 74. Memoria publica recensionis tabulis publicis continetur. pro S. R. 59. Antea causam publicam nullam dixi. 7. I. V. 91. In publico esse non audet. 2. contra Rull. 14. Lex in publicum proponitur. Top. 32. Litora omnia publica esse. Attic. lib. 6. ep. 1. Nos publicam prope opinionem secuti sumus. & lib. 8. ep. 9. Proponere epistolam in publico. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 25. Hic te ita versari, vt & publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redempris. *publicis, intellige vectigalibus, seu rebus.*

☞ Syntaxis. *Publicum commune.*)(*singulare. Ager qui in publicum Campanum incurrit. In publico esse non audet. In publicum proponere. Quid est publica malè redimere?*

PVDENDVS, a, um. 5. in Ant. 4. Vt iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quàm senatus.

PVDENS, tis. *verecundus.* 3. in Ver. 2. Nec impudentiæ suæ pudentem finem quæsiuit. pro Flac. 48. Pudentissimus atque optimus vir. Epi. lib. 2. ep. 6. Homo pudens. 5. in Verr. 161. Nauus

nus & pudens & probus filius.& 3.Ver.84. Pudentissima fœmina.3.ad Heren.23.Risus pudens & liberalis.3.in Anton.28. Nihil apparet in eo ingenuum,nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum.

PVDENTER. *verecundè.* in Vat.6. Pudenter viuere.pro Qu.39. Pudenter appellare aliquem. Epist.lib.7. ep. 27. Parum pudenter rogare aliquem.

PVDENTIVS.*aduerb.*2.de Orat.364.

PVDENTISSIME.Attic.lib.16.ep.14.

☞ Syntaxis. *Pudentissmus vir. In illo nihil pudens, nihil pudicum. Nauus,pudens ac probus filius.Pudens risus & libera is.*

PVDENDO.1.de Orat.110.Non enim pudendo,sed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus.de Cl.188.Induci ad misericordiam,ad pudendum,ad pigendum. 2.Tusc.14.Magis esset pudendum,si, &c.

PVDET,bat.*pudore afficior,erubesco.*Ora. 115. Patris mei meûm factûm pudet.*pro meorum factorum.*2.de Diu.35.Pudet me non tui, sed Chrysippi.10.I.A.22.Cuius eos nõ pudere miror. & 12. Phil. 8.Pudet optimi exercitus,qui, &c. pro Dom. 29. Me non solùm piget stultitiæ meæ,sed etiam pudet.Epist.lib.4.ep. 5. Plura me ad te hac de re scribere pudet,ne videar prudentiæ tuæ diffidere.2.de Fin.7. Quasi me pudeat istorum. Orat. 147. Versus ille qui vetat artem pudere proloqui, quam factites. 2. in Ver. 35. Sunt homines,quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. & 7.Ver.135.Non te huiusce modi crimine maximè eius pudet? pro Arch.12.Ne autẽ quid pudeat?qui,&c.1.de Orat.40. Et hæc ætas nostra quod interdum pudet,iuris ignara est.& 121.Quem non pudet hunc pœna dignum puto.1.de Nat. 110. Puderet me dicere non intelligere,si vos ipsi intelligeretis.I.P.Crasse pudet me tui.Qu.fr.lib.1. ep.2. Non me hoc iam dicere pudebit. 1. de Leg. 50. Ac me nimirum istorum Philosophorum pudet. pro Flac.52. Nónne esset puditum ,si hanc causam agerent seuerè, legatum suum dici Mæandrium?

✠*ADVERB.Serò,& nequicquàm,pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Pudendo impudentes. Ad pudendum inductus. Pudendum est,si.Tu censes pudere loqui,quod facis? Non esset puditum,si,&c.*

PVDICITIA,æ. *pudor.* de Arus. 9. An ex sororis cubiculo egressus pudorem pudicitiamque defendat. pro Cæl. 42. Parcat iuuentus pudicitiæ suæ,ne spolier alienam. & 49. Expugnare pudicitiam.pro Cluent.12. Eam non pudor, non pudicitia à cupiditate reuocauit.pro Rab.8.Hunc nec suæ nec alienæ pudicitię pepercisse. pro Mil. 9. Eripere pudicitiam alicui. 1. de Leg. 50. Erubescunt pudici etiam,loqui de pudicitia.*alias impudica.* pro Cæl.6.Nam quod obiectum est de pudicitia.

✠*ADIVNC.Aliena,pro Rab Summa,3.in Ver.*

PVDICVS,a,um.*verecũdus,castus.*ad Oct. Audiet C.Marius impudico domino seruire nos,qui ne militem quidem habere voluit nisi pudicum.3.I.A,28.Nihil apparet in eo ingenuum,nihil moderatum,nihil pudens,nihil pudicum.2.I. A. 6. Pudica domus.

✠‖1.de Leg.50.& 51.

☞ Syntaxis. *Pudor & pudicitia. Pudicitiam expugnare, eripere alicui Pudens. Pudicus.*

PVDOR,tis.*verecundia,rubor,ingenuitas,modestia.*)(.*petulãtia.*4.Tusc. 19.Ex quo fit,vt pudorem rubor cõsequatur.2.de Finibus 113.Pudor moderator cupiditatis.pro S.R. 149. Pudor, qui ornat ætatem.1.de Or.122.Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, & 2.de Orat.3.Quantũ illius ætatis patiebatur pudor.& *ibid.* 10. Pudore à dicendo & timiditate ingenua quadam refugisti. de Pro 14.Homo,in quo aliquis si non famæ pudor,at supplicij timor est.2.de Orat. 182. Nulla pudoris significatio. pro Pla. 27. Adolescentis modestissimi pudor.Epist.lib.5.ep.19.Non dimittam pudorem in rogando meum.pro Cl.12.Quem non pudor, non pudicitia à cupiditate reuocauit.de Ar.9. Pudorem pudicitiamque defendere.* in Clod.Integritas tua te purgauit,pudor ✠eripuit.‖2. Tusc. 48. Sæpè videmus fractos pudore qua ratione nulla vincuntur.

✠*ADIVNC.Honestus,*31.*de Inuent.Mirificus,*1.*de Orat. Moderator cupiditatis,*2.*de Finibus.Periculosus,* 9. *Famil.Singularis,pro Cæc.Subrusticus,*6.*Famil.Summus,de Pet.Cons.*

☞ Syntaxis. *Pudore & ingenua timiditate à dicendo refugere. Pudorem dimittere. Pudor,pudicitiaque.*

PVELLA,læ. Attic.lib.1.ep.4.De tutela legitima,in qua dicitur esse puella,nihil vsucapi potest.

✠*ADIVNC.Bellissima,*6.*Attic.Biceps,de Diuin.*

PVER,ri.*filius,infans,puer,seruus.*Orat.120.Nescire autem quid antequam natus sis, acciderit, est semper esse puerum. pro Arc. 4.Vt primùm ex pueris excessit Archias.pro S.R.153.Infantium puerorum incunabula.2.I. A. 45. Puer emtus libidinis causa. de Cla.125.C.Gracchus doctus à puero.5.Tusc. 63. Homo doctus à puero.Epist.lib.13.ep.16.Idque à puero. Attic.lib.1 ep. 13. Eunti mihi Antium,venit obuiam puer tuus.is mihi literas à te reddidit.& lib.5.ep.4.Sed iam subitò fratris puer proficiscebatur. Atti. lib.2.epi.7. Eo die pueri tui mihi à te literas reddiderunt, & alij pueri post diem tertium eius diei literas alias attulerunt.1. de Orator.2. Ad eas artes,quibus à pueris dediti fuimus. Brut.ep.3. Cæsaris pueri mirifica indoles virtutis. de Senect.ut. 79. Quod iam pueri, cùm artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas non tum primum accipere videantur,sed reminisci & recordari.* Incert.Est causa difficilis tamen ✠dare puerum: non enim res laudanda,sed spes est. ‖ pro Sext. Rosc.77.Vnus puer victus quotidiani administer relictus.

✠*ADIVNC.Acerbus,*9.*Fami.Charus,& iucũdus,paruus,pro Sest. Clarus, & nobilis,*1.*de Diuina. Conscius, non grandis,paruulus,pro Cluent. Delicati,*1.*de Natu. Egregius,*12.*Fami.Ἐπ|αμφωτὸς,* 20.*Att.Fatuus,& non grauis,non continens,sapientior,* 6.*Atti.Festiui,*6 *Famil.Festiuus,pulcherrimus,*1.*At.Formosi,*2.*Offic.Formosus,formosus & pulchellus,*1. *Offic. Humanissimus,* 7.*At.Infantes,ingenui,meritorij,pro Sex.Rosc.Infans, Orat.Insignis,teter,& fœdus,*3.*de Legib.Lepidi,ac delicati,*2.*Catil.Miser,supplex,pro Flac. Modestissimus, & suauissimus,*5 *de Finib.Nobilis,*2.*Phil.& pro Quin. Optimus,*2.*ad Quint.Frat.Patrimus, & matrimus, de Arusp.Prætextatus,*5.*in Ver.Pulchellus,*2.*de Orat.Regij,pro Planc. Suauis,& amans alicuius,*3. *ad Q. Frat. Symphoniaci,venales, pro Milo.*

PVERILIS,le.2.de Ora.108.Exercitatio penè puerilis.pro Arch. 4. Aetas puerilis. 1. de Fin.72. Delectatio puerilis.2.de Diuin.59. Is autem Tages puerili specie dicitur visus.

PVERILITER.*stultè.*4.Ac.33.Nam cùm dicunt hoc se vnum tollere,faciunt pueriliter,& 54.& 1.de Fin.19.

☞ Syntaxis. *Ideſt,semper esse puerum. Infans puer. A puero,à pueris.*

PVERITIA,tiæ.*primum tempus ætatis,primus actus vitæ,ætatis tyrocinium.*pro Portap.28.Pompeius è ludo atque pueritię disciplina in militiæ disciplinam profectus est.& *ibid.* Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. de Sene.50. & 33.Qui enim citius adolescẽtiæ senectus,quàm pueritiæ adolescẽtia obrepit? ep. 1i.5.ep.8.Qui me à pueritia sua semper obseruauit.& li.4.ep. ✠7.Quæ mihi à pueritia tua cognita est.‖ & lib.1.ep.7.A pueritia deditus.

✠*ADIVNC. Extrema,pro Pom.Iners,*9.*Famil.Petulans,in Sallust.*

PVERVLVS,li.*puſio.*pro S.R.120.Puerulos. Top. 18.Puerulorum.

PVGIL,lis.*athleta.*de Clar. 243. Pugiles inexercitati etiam si pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt.Attic.lib.13.ep.21.Carneades *πρόβολῶ* pugilis,retentionem aurigæ similem facit.pro Flac. 31. Acinas pugil Olympionices.2.Tusc.40.Pugiles cestibus contusi,ne ingemiscunt quidem.& 56.Pugiles etiam cùm feriunt aduersarium in iactandis cestibus,ingemiscunt.

✠*ADIVNC.Cupidi Olympiorum, inexercitati,de Clar. Olympionices,pro Flac.*

PVGILATIO,onis.*pugilum exercitatio.*2. de Leg.38.Ludi publici sint corporũ certationes cursu & pugilatione,luctatione,curriculisque equorum,vsque ad certã victoriam circo cõstitutis.

PVGIO, onis. *gladius brevis, sica.* 2. in Ant. 28. Brutus cruentum altè extollens pugionem. & *ibid.* 30. Qui stillantem præ se pugionem tulit.4.de Fin.48.O plumbeum pugionem.Epi. lib. 4. ep.12.A.P.Magio pugione percussum esse.Atti.lib.2.ep.24.Scriba Bibuli pugionem mihi à Bibulo attulit.

✠*ADIVNC.Cruentus,stillans,*2.*Phil. Plumbeus,* 4. *de Finibus.Præsens,*13.*Philip.*

PVGIVNCVLVS,li. Orat. 224. In iis quibus vt pugiunculis vti oportet.*con.C.Anton.Illo Hispanienſi pugiunculo neruos incidere ciuium Ro.non potuerunt.

PVGNA,næ.*prælium.*3.I.C.6.Tum interuentu Pontini pugna quæ erat commissa,sedatur.7.I. V.28.Nonnunquã etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat.pro Mil.57. Incerti exitus pugnarum,Marsque communis.pro Mu.34.Pugna Pompeij,quæ cum rege commissa est,& summa contentione pugnata.& *ibid.* Acerrima pugna.2.de Diu.105. Hic verò quanta pugna est doctissimorum hominum.6.I. V.122.Pugna equestris Agathoclis regis.2.de Diu.54. Lacedæmoniorum mala pugna in Leuctris.

✠*ADIVNC.Acerrima.pro Mur.Calamitosa,maximæ, præclarissimæque,*14.*Phil.Equestris,*6.*in Ver.Gladiatoria,*5.*Phi.& pro Mil.Incredibilis,naualis,pro Arc. Innumerabiles,pro Mar.Mala,*2.*de Diuin. Mirificæ,*1. *Att.Nauales,in Sallust.Pedestres,naualésque, de Sen.*

Syntaxis.

✠ ADIVNC. *Acerrima, pro Mur. Calamitosa, maximæ, præclarissimæque, 14. Phil. Equestris, 6. in Ver. Gladiatoria, 5. Phil. & pro Mil. Incredibilis, naualis, pro Arch. Innumerabiles, pro Marc. Mala, 2. de Diu. Mirificæ, 1. At. Nauales, in Sall. Pedestres, naualesq; de Sen.*

☞ Syntaxis. *Commissa pugna sedatur. Ad manus & ad pugnam venit res. Pugna summa contentione pugnata.*

PVGNACITER. *pertinaciter.* 4. Acade. 65. Certare cũ aliquo pugnaciter de omni statu totius vitæ. & 9. Pugnacissimè defendere suam sententiam.

PVGNANS, tis. Orat. 38. Conferre pugnãtia, & comparare contraria. 1. Tusc. 13. Pugnantia te loqui non vides?

PVGNATVR. 3. Offic. 109. Cùm à consulibus malè pugnatum apud Caudium esset.

PVGNAX, cis. *pertinax, bellicosus.* 1. de Orat. 93. Carneades dicere solebat, me sibi perfacilem in dicẽdo, te perpugnacem in disputando esse visum. & ‖ 2. de Orat. 317. Exordium dicendi vehemens & pugnax. de Cl. 121. Oratio pugnax. Epi. lib. 8. ep. 13. Pugnax in vitiis. I. P. 70. Græcus facilis & valde venustus, nimis pugnax contra senatorem populi Rom. esse noluit. 8. I. A. 26. Saxa centurio pugnax & lacertosus.

✠ ADVER. *Maximè & consideratus, & lentus, 6. de Republ.*

☞ Syntaxis. *In disputando perpugnax. Cẽturio pugnax & lacertosus.*

PVGNO, as. *dimico, certo, decerto, cerno, congredior, depugno, cõtrarius sum.* pro Cor. 23. Qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnauit. Att. li. 7. ep. 6. Nisi fortè hæc illi tua arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. Epi. li. 5. ep. 21. Quauis conditione pacem accipere malui, quàm virib. cum valentiore pugnare. 1. de Inu. 1. Pugnare pro commodis patriæ.) (oppugnare. 1. de Or. 235. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. 3. de N. 2. Videtur Epicurus de diis immortalibus non magnopere pugnare. 4. Aca. 57. Hìc pugnes licet, non repugnabo. 2. de Fin. 68. Pugnant Stoici cum Peripateticis. & *ibid.* Sed hæc inter se pugnant. 2. I. A. 18. Tota in oratione tecum pugnas: & non modò non cohærentia inter se dicis, sed maximè disiuncta atque contraria. * pro C. Corn. 2. Pugnem apertè contra nobilissimorum hominum volũtates? pro S. R. 28. Vt quoniam crimine non poterant, tempore ipso pugnarent.

¶ *Curo, contendo.* Epi. li. 3. ep. 10. Illud pugna & enitere, ne, &c. pro S. R. 8. Hoc solum pugno, vt, &c. * pro C. Corn. 1. Quod palàm iam isti defensores iudiciorum pugnauerunt.

✠ ADVERB. *Acriter, mirificè, 4. Attic. Acrius, 10. Famil. Apertissimè, 2. cont. Rull. Cominùs, periculosè, cum tempestate, pro Planc. Cominùs in acie, pro Corn. Contrà omnia ratione, pro Sex Rosc. Magnopere, 1. de Diuin. Malè, 3. Offi. Mirabiliter, 2. Tusc. Simulatè contra, vehementer, verè, in Pison.*

PVGNVS, gni. de Cl. 243. Pugiles exercitati pugnos & plagas ferre possunt. 5. I. V. 56. Pugnis & calcibus conscindere aliquem. Para. 3. Quando verbis contendimus inter nos, non pugnis. 5. Tusc. 77. Certare pugnis, calcibus, vnguibus, morsu. Orat. 113. Comprimere digitos, pugnumque facere. 4. Acad. 145. Pugnum facere, & pugnum arctè vehementérque comprimere. 2. de Fin. 17. Zeno Rhetoricam palmæ, Dialecticã pugno simile dicebat.

☞ Syntaxis. *Pugnis conscindere aliquem. Pugnum facere, & arctè comprimere.*

PVLCHELLVS, a, um. Att. li. 1. ep. 13. Surgit pulchellus puer. 2. de Orator. 262. Audiamus pulchellum puerum. Epist. li. 7. ep. 23. At pulchellæ sunt.

PVLCHER, a, um. *formosus, decorus, præclarus, visendus, insignis, egregia forma, specie liberali, egregia facie, eximia facie.* 1. Offic. 144. O puerum pulchrũ Pericle. Tusc. lib. 5. 63. Suum cuique pulchrum est: te tua, me delectant mea. pro Mur. 26. Ne pulchrum te ac beatum putes. de Sen. 53. Vua quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius.

PVLCHRE, *probè, præclarè* 2. de Diu. 36. Proxima hostia litatur sæpe pulcherrimè. 1. de N. 115. Mihi pulchrè est, ego beatꝰ sum. 2. de Fin. 63. At quàm pulchrè dicere videbare. Or. 217. Pulchrè & oratoriè dicere. pro Clu. 72. Is pulchrè asseuerat se, &c. Epi. li. 10. ep. 23. Lepidum pulchrè nõram. & lib. 4 ep. 5. Pulcherrimè ferre fortunam aduersam.

☞ Syntaxis. *Te pulchrum acbeatum putas? Vua fructu læta, aspectu pulchra. Illi pulchre est pulchrè ferre fortunam aduersam.*

PVLCHRITVDO, nis. *forma, species, dignitas forma & species liberalis.* 4. Tusc. 31. Vt corporis est quędã apta figura membrorum, cum coloris quadam suauitate, eáque pulchritudo dicitur: sic in animo, &c. 2. de Inu. 1. Excellẽs muliebris formæ pulchritudo. 3. de Orat. 68. Si illam præclaram & eximiam speciem oratoris perfecti, & pulchritudinem adamastis. 2. de Fin. 49. Honestum pulchritudine sua speciéque laudabile est. 1. Offic. 98. Pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso, quòd inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt. 3. de Or. 177. Hæc tantam habet pulchritudinem, vt nulla species ne excogitari quidem possit ornatior. 2. Offic. 37. Quis non admiretur splendorem pulchritudinéque virtutis? I. P. 81. Habet hoc virtus, vt species eius & pulchritudo etiã in hoste posita delectet. 1. de Di. 52. Mulier eximia pulchritudine. 1. de Di. 23. Veneris Cnidiæq; Coæq; pulchritudo. 3. Offi. 10. Oris pulchritudo. 1. Offi. 14. Nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, conuenientiam partium sentit. 1. Offi. 95. Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine. & 130. Pulchritudinis duo genera sunt, quorum in altero venustas est, in altero dignitas: venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. * Hortens. Cæli signorum admirabilem ordinem, insatiabilémq; pulchritudinem magis spectant.

✠ ADIVNC. *Excellens formæ muliebris, eximia, 2. de Nat. Eximia, recens, atque integra, 6. Ver. Insatiabilis, Hort. Mera, 4. Ver. Tanta, 3. de Orat.*

☞ Syntax. *Formæ pulchritudo. Eximia & præclara species ac pulchritudo. Honesti pulchritudo ac species. Pulchritudo, venustas, partiũ conueniẽtia. Cum pulchritudine venustas, mulieris est: virilis autẽ dignitas.*

PVLEIVM, lei: vel PVLEGIVM, gij. 2. de Di. 33. Puleium aridum florescere dicitur ipso brumali die. Epist. lib. 16. ep. 23. Cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est.

✠ ADIVNC. *Aridum, 2. de Diuin.*

PVLLARIVS, rij. 2. de Di. 72. Attulit in cauea pullos, is qui ex eo nominatur pullarius. 2. contra Rul. 31. Iubet auspicij causa Decemuiros habere pullarios. Ep. li. 10. ep. 12. Oblata religiõ Cornuto est pullariorum admonitu.

PVLLVS, a, um. *ater.* in Vat. 30. Vt in epulo Qu. Arij familiaris mei cum toga pulla accumberes. & ibid. Quis vnquam cœnauit atratus. 6. I. V. 55. Vetres cum tunica pulla & pallio.

PVLLVS, li. *tener volucris.* 2. de D. 63. 2. de N. 8. Cum cauea liberati pulli non pascerentur. & 124. Ex quis pulli orti relinquunt eas, à quibus excluſi fortique sunt. & 129 Cum gallinæ ex quis pullos excluserunt. Epi. lib. 9. ep. 18. Pullus columbinus. Qu. fr. li. 1. ep. 2. Licinius plagiarius cum suo pullo miluino.

✠ ADIVNC. *Columbinus, 9. Fam. Miluinus, 2. ad Quint. fratrem.*

PVLMENTVM, ti. *obsonium.* 5. Tusc. 90. Mihi cubile terra, pulmentum fames.

PVLMO, onis. *hauriendo spiritu pars apta.* 1. de Diu. 85. Cur pulmo incisus in extis proferat diem. & 2. de Diu. 29. Tauri optimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quod possit, &c. & 1. de Na. 100. Cerebrum, cor, pulmones, iecur. 2. de N. 136. In pulmonibus inest raritas quædam, & assimilis spongiæ mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima: qui tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes. 2. de Na. 135. Aspera arteria ad pulmones vsque pertinens excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandémque à pulmonibus respirat. 1. Tusc. 37. Quod fieri sine laterum & pulmonum vi & figura non potest.

PVLMONES. *pro pulmone dicere, intellectio figura est.* 4. ad Her. 46.

PVLS, tis. 2. de D. 73. Si auis fame enecta in offam pultis inuadit, hoc tu auspicium putas?

PVLSATIO, onis. *verberatio.* pro Cæl. 23. de Alexandrinorum pulsatione Puteolana. & 2. ad Her. 41.

PVLSATVS, a, um. pro Cæl. 19. Aiebant fore testem senatorem, qui se pulsatum à Cælio diceret.

PVLSO, as. *verbero.* 4. I. V. 66. Si quis eum pulsasset, edixit sese iudicium iniuriarum non daturum. 4. ad Her. 15. Pueri tui modò me pulsauerunt.

✠ ADVERB. *Vehementiùs naturam, 2. de Nat.*

PVLSOR, ris, *impellor.* 1. de Natu. 115. Cùm Deus pulsetur agiteturque incursione atomorum. 2. de Diu. 120. Animos externa & aduentitia visione pulsari.

¶ *Percutior.* 5. I. V. 66. Videtis pendere alios ex arbore, pulsari ✠ alios atque verberari. ‖ & 7. Ver. 141.

PVLSVS, a, um. 3. de Ora. 214. Nervi in fidibus à motu digitorum pulsi. 1. de Nat. 26. Sensus quo natura ipsa pulsa sentit. 2. Aca. Eius vnda, cùm est pulsa remis purpurascit.

✠ ADVERB. *Extrinsecùs, de Fato. Sceleratissimè, pro Dom. Scienter, de Clar.*

PVLSVS, sus. *motus, agitatio.* 1. Tusc. 54. Inanimum est quod pulsu agitatur externo. 2. de D. 126. Siue externus & aduentitius pulsus animos dormientiũ commouet, siue per se ipsi animi mouentur. & 137. Nulla species cogitari potest, nili pulsu imaginum. 1. de Or. 153. Intermisso impetu pulsuque remorum.

✠ADIVNC. *Externus, & aduētitius, 2. de Diuin. Alienus, externus, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Pulsatur visis animus. Externo pulsu agitatur in animum. Imaginum pulsus cogitationes efficit. Impetus pulsusque remorum.*

PVLVERVLENTVS, a, um. Att. li. 5. ep. 14. Nunc iter faciebam æstuosa & puluerulenta via.

PVLVINAR, ris. *lectus religione in tēplo positus, & consecratus diu.* 3. I. C. 23. Ad omnia puluinaria supplicatio decreta est. 4. Tusc. 4. Puluinaria deorum. de Ar. 8. Qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulit. pro Dom. 136. Ea aram & ædiculam, & puluinar sub saxo sacro dedicauit. de Ar. 28. Quj sacerdotem ab ipsis aris puluinaribúsque detraxisti. 2. I. A. 110. Diuus Iulius habuit puluinar, simulachrum, fastigium, flaminem.

✠ADIVNC. *Sanctissima, pro Mil.*

PVLVINVS. ni *lectulus quo vtimur, vt comodius sedeamus vn coßino.* 1. de Or. 29. Tum Crassum puluinos poposcisse, & omnes in iis sedibus, que erant sub platano, consedisse dicebat. 7. I. V. 27. Lectica, in qua erat puluinus Melitensi rosa farctus. Ep. li. 9. ep. 18. Sella tibi erit in ludo, eam puluinus sequetur.

✠ADIVNC. *Perlucidus, farctus Melitensi rosa, 6. Ver.*

☞ Syntaxis. *Ad puluinaria decernitur supplicatio. Puluinaribus Deæ stuprum inferre. Puluinus Melitensi rosa farctus.*

PVLVIS, eris, *trita, arida, leuisq; terra.* Qu. frat. lib. 3. ep. 1. Eo loco puluis, non glarea iniecta est. 1. de Inuent. 47. Multus erat in calceis puluis. * Incer. In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre puluerem.

¶ *Doctrina.* 2. de N. 48. Eruditus puluis Mathematicorum.

¶ *Forensis acies.* 1. de Orat. 157. Educere dictionem ex vmbratili exercitatione in puluerem, &c.

✠ADIVN. *Eruditus Mathematicorum, 2. de Nat. Multus, 2. de Finib.*

PVNCTVM, cti. *linea extremum.* 4. Acad. 116. Punctum est, quod magnitudinem nullam habet.

¶ *Momentum.* pro Cl. 40. Neque postea Larini punctū est temporis commoratus. pro Fl. 60. Vniuersorum ciuiū Romanorum per tot vrbes vno puncto temporis misera crudelisque cædes. pro Dom. 115. Eodem puncto temporis, quo, &c. pro Sest. 53. Die dico? imò hora atque etiam puncto temporis eodem. 1. de N. 52. Nullo puncto temporis intermisso versari circum axem cœli. & 67. Omnibus minimis temporum punctis. Ep. lib. 6. ep. 5. Quare ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisses, nisi, &c. 8. I. A. 20. Ne punctū quidem temporis oppugnatio respirauit. 3. I. V. 103. Ille nullum temporis punctum vacuum peccato præterire passus est. 4. I. C. 7. Eos puncto temporis viuere non oportere puto. 2. de Na. 11. Consules summum imperium statim deponere maluerunt quàm id tenere punctum temporis contra religionem. 1. Tusc. 82. Hoc enim fit ad pūctum temporis. 2 I. A. 31. Attēde enim paulisper, cogitationémque sobrij hominis ad punctum temporis suscipe. 2. I. A. 112. Hunc diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes. 2. de Leg. 24. Leges vno versiculo senatus, puncto temporis sublatæ.

¶ *Suffragia.* pro Mur. 72. Recordor quantum hæ quæstiones in senatu habitæ punctorum nobis detraxerint. pro Plā. 53. At nonnullas tribus punctis penè totidem tulerunt. & *ibi.* 54. Quot in ea tribu puncta tuleris. 2. Tusc. 62. Punctis singulis honores colligere.

¶ *Capita rationum præcipua, vel conclusiones ipsæ.* Parad. 1. Cato, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis quasi
✠ punctis, quod proposuit, efficit. ‖ 2. de Orat. 177. Puncta argumentorum.

✠ADIVN. *Minima temporum, 3. de Nat. Vacuum peccato, 3. Ver.*

PVNCTVS, a, um. *inflictus.* pro Mil. 66. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari.

PVNGO, is. *ango, malè habeo, molestiā affero, perst. ingo, stimulo, stimulū admoueo, stimulis fodio.* pro Sest. 24. Gladius qui per se pungere non potuisset. 4. de Fin. 7. Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis. pro S. R. 6. Hunc mihi ex animo scrupulū euelle, qui me dies noctésque stimulat ac pungit. 5. Tusc. 102. Quos tamen pungit aliquid, cùm illa vnde habeant, recordantur. At. lib. 2. ep. 16. Primum epistola illa ita me pupugit, vt somnum mihi ademerit. Ep. lib. 2. ep. 13. Extrema pagella pupugit me. & lib. 7. ep. 15. Pungit me rursus, quod scribis, &c.

✠ADVER. *Perleuiter, 3. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Scrupulus hic me stimulat ac pungit.*

PVNICANVS, a, um. pro Mur. 75. Atque illę strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos.

PVNICVS, a, um. 3. Tusc. 51. Bellum Punicum.

PVNIENDVS, a um. 1. de Or. 220 Iracūdia est cupiditas puniēdi doloris. L. PVNITOR. 1. Offic. 89. Prohibēda est autē ira in puniendo. pro Mil. 18. Hoc facinus puniendum est. pro Dom. 76. Tu eum supplicio puniendum putasti. pro Milo. 26. Vos aliquando ad eum puniendum oculos appegistis. de Arusp. 16. Senatus meam domum à magistratibus defendendam, à iudicibus puniendam putauit. 1. Offic. 34. Est enim vlciscendi & puniendi modus.

PVNIENS, tis. 3. Tusc. 65. Quid ille Terentianus, ipse se puniens, id est, *ἑαυτὸν τιμωρούμενος*.

PVNIO, is. *punior, vindico, castigo, plecto, vlciscor, pœna vel supplicio afficio, supplicio constringo, animaduerto, pœnam vel supplicium sumo, supplicium adhibeo, supplicio vindico, supplicium alicui soluo, mulctam vel pœnā irrogo, pœnam alicui tribuo, supplicium inhibeo, exemplū in aliquem edo.* 1. Offi. 82. Punire sontes. pro Cec. 6. Punire maleficium. 2. de Inu. 66. Vindicario est per quam peccata punimus.

PVNIOR, iris. *punio.* 2. de In. 80. Tum leges quoque & iudicia demonstranda sunt, per quæ potuerit id peccatum, quod sponte sua reus punitus sit, moribus & iudicio vindicari. Philip. 8. 7. Vt clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem.

✠ADVER. *Crudelius, pro Mil.*

PVNITVS, a, um. *mulctatus.* pro Mil. 34. Tu me iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare. 2. de Inuent. 80. Postea leuiùs demonstrando reum punitum, quàm sit ille promeritus.

✠ADVERB. *Leuius, 2. de In.*

PVNITOR, oris. pro Mil. 36. At fuit vltor iniuriæ, punitor doloris sui.

PVPILLA, æ. 2. de Natur. 142. Acies ipsa quam cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parua est, vt quæ nocere possint, facilè viter. * Incer. Fœminas omnes visu nocere, quæ duplices pupillas habent.

PVPILLVS, li. *impuber, qui desiit esse in patris potestate, vel morte, vel emancipatione, vt Pom. ait de verb. sig.* 3. I. V. 153. Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. pro Q. R. 16. Pupillum fraudare, qui
✠ in tutelam peruenit. ‖ & 3. de Orat. 163.

✠ADIVNC. *Infans, 3. in Ver.*

PVPINIA, æ. *regio.* 2. contra Rul. 95.

PVPPIS, pis. *nauis pars posterior.* 3. de Orat. 178. In nauigio latera, carinæ, prora, puppis. de Senect. 17. Gubernator sedens in puppi, clauum tenet. Epi. li. 9. ep. 15. Sedebamus enim in puppi, clauumque tenebamus 1. de Diu. 112. Et ex Taygeto monte extrema montis quasi puppis auulsa est. Attic. lib. 13. epi. 21. Conuertere nauem ad puppim.

¶ Prora & Puppis. *prouerbium.* L. PRORA.

✠ADIVNC. *Aduersa, Arat.*

PVRE. *castè, simpliciter, candidè.* de Opt. 4. Purè & emendatè loqui. Atti. lib. 1. ep. 10. Purè loqui. 1. de Or. 144. Purè & Latinè loqui. de Senect. 13. Quietè, purè, & eleganter acta ætas. 1. de N. 3. Purè & castè deos venerari.

PVRGANDVM. 1. de Di. 16. Quid scammoneæ radix ad purgandum possit.

PVRGATIO. *satisfactio, excusatio.* pro Syll. 39. Nam cuius scientia de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri. 1. de In. 15. Purgatio est, cùm factum conceditur, culpa remouetur, 3. de N. 57. Aesculapius primus alui purgationem inuenit. Epist. lib. 16. ep. 10. Inedia, & purgationibus, & vi ipsius morbi consumptus es.

PVRGATVS, a, um. 14. I. A. 17. Si parum vobis essem sine desen-
✠ sione purgatus. ‖ Attic li. 1. ep. 14.

PVRGO, as. *expurgo.* 5. Tus. 65. Immissi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum. 1. I. C. 10. Educ tecū omnes tuos, purga vrbem. pro Sest. 78. Tu cædem maximā facias? forum purges. 2. de Nat. 126. Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curant. & *ibid.* 127. Ceruæ paulo ante partum perpurgant se quadam herba, quæ seselis dicitur.

¶ *Excuso, defendo, libero culpa.* pro S. R. 120. Seruos ipsos neq; arguo, neque purgo. Epi. li. 12. ep. 25. Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. Attic. lib. 1. ep. 16. Qu. frater purgat se mihi per literas. Attic. lib. 13. ep. 10. Brutus per literas purgat Cæsarem de interitu Marcelli. pro S. R. 39. De luxuria purgauit Erutius. Att. lib. 3. epi. 15. Nam quòd purgas eos, &c. Qu. de Pet. 28. Si quis tibi se purgare volet, quòd suspectum esse arbitretur. Or. 230. Ab aliquo cui te purges, veniam petere. Epi. li. 7. ep. 27. Libenter tibi me purgassem. & li. 13. ep. 24. Purgare se alicui de aliqua re. & lib. 3. ep. 10. * *Purgandi mei necessarium tempus.* in Clod. Integritas tua te purgauit.

✠ADVER. *Diligenter, prosperè, 3. in Ver.*

☞ Syntaxis. *Purgare & aperire locum. Purgare aluos vomitione. Per purgare se. De Cæs. te mihi purgo, de aliqua re.*

PVRPVRA, ræ. *ruber color & splendens, qualis fuit est rosa, vel vestis eius coloris: à purpura pisce, cuius succo vestes tingebantur.* L. CONCHYLIVM. 2. I. C. 5. Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. pro Flacc. 70. Purpura Tyria. 7. I. V. 145. & 6. Ver. 59. Ipse dabat purpuram, amici opera. pro Cl. 111. Illa vsque ad talos de

missa

missa purpura. pro Sest. 19. Vestitus asper nostra hac purpura plebeia ac penè fusca. Orat. 196. Numeros cum numeris tanquā purpuram misceri. * pro M. Scau. Quem purpura regalis non commouit.

✠ ADIVNC. *Demissa ad talos, pro Cluent. Plebeia, ac penè fusca, pro Sest.*

PVRPVRASCERE. *purpureum fieri.* Academ. lib. 2. Quid mare? nónne cæruleum? aut eius vnda, cùm est pulsa remis, purpurascit?

PVRPVRATVS, a, um. *conchyliatus, purpura ornatus.* 1. Tusc. 102. Quid Cyrenæum Theodorum philosophum non ignobilem nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur, Istis quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. 4. I. C. 12. Cum verò mihi proposui regnantem Lentulum purpuratum esse hunc Gabinium.

PVRPVREVS, a, um. 7. I. V. 31. Iste cum pallio purpureo tunicaq; talari versabatur in conuiuiis. 1. de Diu. 119. Cæsar cum purpurea veste processit. & lib. 2. 37. Cæsar cum vestitu purpureo. &c. 4. Acad. 105. Mare purpureum.

☞ Syntaxis. *Purpura fulgere. Purpurascens maris vnda. Mare purpureum.*

PVRVS, a, um. *mundus, castus, inuiolatus, integer, liquidus.* 6. I. V. 45. Argentum illi cæterum purum apposuit, ne purus ipse relinqueretur. pro Cecin. 78. Quicquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. de Aruſp. 11. Nulla in hac vrbe domus ab hac religionis suspicione tam vacua atque pura est. de Sen. 59. Humus sublata atque pura. 1. de Diu. 121. & 1. Tusc. 47. Castus animus & purus. de Senect. 80. Animus omni admistione corporis liberatus, purus & integer esse cœpit. pro Mil. 62. Pura atque integra mens. 2. de Nat. 42. Aer purus ac tenuis.) (*crassus & concretus.* de At. 53. Clodius tantum abest à principibus, quantum à puris & religiosis. pro Qu. R. 18. Vir purus, prudens, &c. Orat. 53. Lenitas orationis & purum quasi quoddam & candidum genus dicendi. de Cl. 262. Nihil est in historia, pura & illustri breuitate dulcius.

☞ Syntaxis. *Purum, liquidum haurire. Argentum purum. Suspicione vacuus & purus. Castus & purus. Purus & integer animus. Nihil in historia pura & illustri breuitate dulcius.* (*Præceptum retine.*)

PVSILLVS, a, um. *paruus, breuis.* Att. li. 4. ep. 2. Habuimus in Tusculano quasi pusillā Romā: tāta erat in his locis multitudo. & li. 12. ep. 26. Villula valde pusilla. Epist. lib. 2. ep. 17. Illud verò pusilli animi, &c. 2. de Or. 245. Pusillus testis processit. & *ibid.* Perpusillū rogabo. Att. lib. 6. ep. 1. Pusilla epistola. Epist. lib. 12. ep. 16. Nactus pusillum laxamenti, &c. Epist. li. 5. ep. 9. Pusilli homines.) (*potentissimi.* 4. I. V. 185. Libelli pusilli, &c.

☞ Syntaxis. *Perpusillum rogare. Pusillum laxamenti.*

PVSIO, onis. *puerulus.* pro Cæl. 36. Qui tecum semper pusio cum maiore sorore cubitauit. 1. Tusc. 57. Socrates pusionem quendam interrogat, &c.

PVTAMEN, nis. *nucis durior cortex.* 5. Tusc. 58. Candentibus iuglandium putaminibus barbam & capillum adurere.

✠ ADIVN. *Candentia, 5. Tusc.*

PVTATIO, onis. 1. de Or. 249. Nemo nescit, quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium.

PVTEAL, lis. *operculum, quale puteo imponi solet, & locus in Comitio Romæ.* 1. de Diu. 32. Cotem illam & nouaculam detonsam in Comitio, superaque impositum puteal accepimus. pro Sest. 18. Puteali, & fœneratorum gregibus inflatus. At. li. 1. ep. 8. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere, & putealia sigillata duo. *Legitur etiam, plutealia sigilla: & putealia sigilla.*

✠ ADIVN. *Sigillata, 1. Attic.*

PVTEO, es. *male oleo.* Acad. lib. 2. Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putere videtur. Nonius.

PVTEOLANVS, a, um. 2. I. A. 9. Aquæ Puteolanæ.

PVTEOLI, orum. *oppidum.* pro Planc. 65. Cùm Puteolos venissem, me vnum ex iis feci, qui ad aquas venissent. 2. contra Rull. 85. 4. Acad. 100.

PVTEVS, tei. de Pro. 6. Virgines se in puteos abiecerunt. 2. de Diu. 31. Quale Pherecydeum illud, quod est à te dictum; qui cum aquam vidisset ex puteo hausta, terræmotum dixit futurum. 2. de Nat. 25. Haurire aquam de iugi puteo. 2. de Nat. 25. Ex puteis iugibus aquam calidam trahi.

✠ ADIVNC. *Iugis, 2. de Diu. Iuges, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Haurire aquam ex puteo, de puteo iugi.*

PVTIDE *fastidiosè, molestè.* 3. de Or. 38. Nolo exprimi literas putidiùs. de Cl. 283. Ineptè, odiosè & putidè dicere.

PVTIDIVSCVLVS, a, um. *blandus.* Epist. li. 7. ep. 5. Sumus enim putidiusculi, quàm per te vix licet: verùm, vt spero, licebit. *aliter, pudentiusculi.*

PVTIDVS, a, um. *odoris mali, male olens, insuauis, molestus, grauis, fastidiosus, κακοσχὴς.* I. P. 19. Ego istius pecudis ac putidæ caninis cōsilio niti volebam. 1. Offi. 133. Sonus erat dulcis, literæ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut nimis putidum, id est, exquisitum. Attic. lib. 1. ep. 11. Vereor, ne putidum sit scribere ad te, quàm sim occupatus. 3. de Or. 48. Spero hæc vobis molesta & putida videri. Orat. 27. Cùm Demosthenes Athenis exagitetur, vt putidus: id est, *κακοσχὴς.*

PVTISCO, is. *male oleo.* de Fin. lib. 5. 38. Non inscitè illud dictum in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putisceret. *Sic Nomus, aliꝰ Putresceret legunt.*

☞ Syntaxis. *Ineptè, odiosè, putidè dicere. Pecus & caro putida.* (*contumeliosè dictum.*) *Nimis obscurum in voce, aut putidum. Molestum ac putidum.*

PVTISSIMVS. *purissimus.* L. PVTVS.

PVTO, as. *reor, sentio, spero, opinio mea fert, in ea opinione sum, eo sum consilio vt putem, &c.* pro Pl. 10. In quo primùm illud debes putare, comitiis studium esse populi, non iudicium. 10. I. A. 17. Tantúmque abfuit, vt periculosum reip. M. Bruti putaret exercitum, vt in eo firmissimum reip. præsidium poneret. Ep. lib. 8. ep. 2. Puto vt suum gaudium gauderemus.

¶ *Censeo, habeo, iudico, existimo, æstimo.* de Cla. 111. In Scauri oratione summa inerat autoritas, non vt causam, sed vt testimonium dicere putares; cùm pro reis diceret. 11. I. A. 27. Itaque si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem. Attic. lib. 12. ep. 23. Ego te vnū plurisquam omnes illos puto. pro Planc. 11. Honores si magni non putemus, non seruire populo. 6. I. V. 13. Si denarii c c c c. Cupidinem illum putasset. *id est, æstimasset.* Epist. lib. 7. ep. 3. Putare aliquid loco criminis. & lib. 1. ep. 9. Putare aliquid minimi vel maximi. 1. I. V. 24. Pro nihilo putare aliquem. 2. de Fin. 29. Putare aliquid pro nihilo. 11. I. A. 11. Bestia damnationem pro prætura putat. *id est, damnationem putat esse præturam.*

¶ *Suspicor.* Att. lib. 6. ep. 1. Noli putare me, &c.

¶ *Conficio.* Att. lib. 4. ep. 10. Putare rationes cum publicanis.

PVTOR, tis. Orat. 198. Id in dicendo numerosum putatur. pro Mil. Aliquem indoctum putari pro docto. 2. de Orat. 344. Sapientia & magnitudo animi tenues, & pro nihilo putantur, si, &c.

✠ ADVER. *Acutè, 4. de Fin. Ad extremum, 3. Offic. Etiā atque etiam, pro Syll. & 9. Fā. Falsò, pro Mar. Ita prorsus, de Clar. Planè, 1. In Ver. Planè ita, 1. Att. Rectè, 2 de Leg. Rectè non, pro Sex. Rosc. Rectissimè, 2. de Fin. Valdè, 2. de Orat.*

PVTRESCO, scis. 2. de Nat. 160. Sui ne putresceret, anima pro sale data est. 5. de Fin. 38. Animus illi datus pro sale, ne putresceret. *aliter, putisceret.* 1. Tusc. 102. Nihil mea interest, humine an sublimè putrescam.

✠ ADVER. *Sublimè, 1. Tusc.*

PVTRIDVS, a, um. *rancidus.* I. P. 1. Pilosæ genæ, dentes putridi.

PVTVS, a, um. *purus, sincerus.* Att. lib. 2. ep. 9. Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonā meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

* PYLADEVS, a, um. 2. de Fin. 84. Pyladea amicitia.

PYRAMIS, idis. *meta.* 1. de N. 24. Forma Pyramidis.

✠ ADIVNC. *Pulchrior, 2. de Nat.*

ΠΥΡΟ'ΕΙΣ. L. MARS.

PYRAMVS. *fluuius.* Epist. lib. 3. ep. 10.

PYRENAEVS, æi. *mons.* Att. lib. 8. ep. 3.

PYRGENSIS, se. 2. de Or. 287. M. Antistius Pyrgensis.

PYRRHONE 1. *philosophi, à Pyrrhone magistro.* 3. de Or. 59.

PYTHAGORAS, ræ. *philosophus.* 1. de Nat. deor. 27. Pythagoras censuit Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo animi nostri caperentur. 3. de Natur. deorum. 88. Pythagoras quum in Geometria noui quiddam inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur. Tusc. quæst. lib. 5. 10. Pythagoras cùm in Italiam venisset, exornauit eam Græciam quæ magna dicta est, & priuatim & publicè præstantissimis & institutis & artibus. Tusc. quæst. lib. 1. 38. Pythagoras discipulus Pherecydis, opinionem de immortalitate animorum maximè confirmauit. 3. de Nat. deor. 27. Pythagoras existimat ad harmoniam canere mundum. Tusc. quæst. lib. 4. 2. Pythagoras fuit in Italia temporibus iisdem, quibus. L. Brutus patriam liberauit. Tusc. quæst. lib. 4. 2. Erat enim illis penè in conspectu præstanti sapientia & nobilitate Pythagoras, &c. Tusc. quæst. lib. 5. 8. Pythagoras interrogatus à Leonte Phliasiorum principe, qua maxime arte confideret? artem quidem se nullam scire respondit, sed esse Philosophum. Tusc. quæst. lib. 5. 9. Pythagoras interrogatus à Leonte quinam essent philosophi, & quid inter eos & reliquos interesset? respondit, similem sibi videri vitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. Tusc. quæst. lib. 1. 38. Pythagoras magnam Græciam tenuit cùm honore & disciplina, tum etiam autoritate. de Di. li. 1. 5. Pythagoras magnam autoritatem

tribuit diuinationi. Tusc. q. lib. 1. 38. Pythagoras, regnante Tarquinio Superbo, in Italiam venit. Tusc. quæst. lib. 5. 8. Pythagoras Phliuntem venit, ibique cum Leonte principe Phliasiorum doctè & copiosè quædam disseruit. Cat. 73. Pythagoras vetat, iniussu imperatoris, id est Dei, de præsidio & statione vitæ decedere. 1. Offi. 56. Efficitur id quod Pythagoras vult in amicitia, vt vnus fiat ex pluribus. de Diu. lib. 1. 5. Pythagoras etiam ipse augur esse voluit. 3. de Nat. deor. 88. Pythagoras ne Apollini quidē Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret. Tusc. quæst. lib. 4. 18. Pythagoras & Plato animum in duas partes diuidunt: alteram rationis participem faciunt, alterā expertem: in participe rationis ponunt tranquillitatem, i. placidam quietámque constātiam: in illa altera, motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicósque rationi. de Diuin. lib. 2. 119. Pythagoras & Plato, quò in somniis certiora videamus, præparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent. Tusc. quæst. lib. 4. 2. Pythagoræ autem doctrina cùm lōgè latéque flueret, &c. Tusc. quæst. lib. 4. 2. Pythagoræ doctrinā permanauisse in hanc ciuitatem probatur. 2. de Leg. 26. A Pythagora viro doctissimo illud bene dictum est, tum maximè & pietatem & religionem versari in animis, cùm rebus diuinis operam daremus. 2. de Orat. 154. De Pythagora & Numa Pompilio.

PYTHAGOREVS, a, um. 1. Tusc. 39. & 1. Offic. 155. Pythagoreus Lysias, 1. de Leg. 34. Pythagorea vox, τὰ τῶν φίλων κοινὰ καὶ φιλίαν ἰσότητα. de Diu. lib 2. 119. Pythagorei faba abstinuere. Cat. 78. Pythagorei nunquam dubitarunt, quin ex vniuersa mente diuina delibatos animos haberemus. Cat. 78. Pythagorei Italici philosophi quondam nominati. de Diu. li. 1. 102. Pythagorei non solum deorum voces obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ vocāt omina. Tus. q. li. 4. 3. Pythagorei carminibus soliti illi esse dicuntur, & præcepta quædam occultius tradere, & mentes suas à cogitationum intētione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere. 4. Aca. q. 118. Pythagorei ex numeris & Mathematicorum initiis proficisci volunt omnia. 2. de Or. 154. Referta quōdam Italia Pythagoreorum fuit. de Vn. 1. Pythagoreorum nobilium extincta disciplina, quum aliquot secula in Italia, Siciliáque viguisset. Tusc. q. lib. 1. 38. Pythagoreorum nomen multa secula sic viguit, vt nulli alij docti viderentur. de Sen. 78. Audiebam Pythagorā, Pythagoreósque incolas penè nostros, &c.

PYTHAGORICVS, a, um. de Sen. 78. Audiebam Pythagoram, Pythagoricosque incolas penè nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati. de Na. lib. 1. 108. Pythagorici ferunt Orphicum carmen fuisse, cuius Cercopis, L. FABA, & INTERDICO.

PYTHIA, tiæ. *virgo, Apollinis sacerdos.* 1. de Di. 79. Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat.

PYTHIVS, thij. *Apollinis cognomen.* pro Fōt. 20. Galli Delphos vsq; ad Apollinem Pythium profecti sunt. 1. de Or. 199. 1. de Diu. 37. & 2. de Leg. 40. Brut. ep. 2.

PYXIS, idis. *arcula.* pro Cæl. 61. Aiunt eódem Licinium esse venturum, ac seruis veneni pyxidem traditurum. & 63. Cùm Licinius pixidem teneret in manu. & 65. Pyxidem expediret.

✠ ADIVNC. *Commentitia, pro Cæl.*

Q



Latinorum litera muta, affinis C.

¶ *In eorundem notis Quintum indicat*

QVA. *ablatiuus.* Acad. li. 1. 32. Qua de caussa. ad Her. lib. 1. Firma similitudine eius rei, qua de re agitur, ad eam rem qua de re iudicatū est. item, Qua de re iudices vobis magnopere prouidendum est. Attic. lib. 8. ep. 25. Ne fortè qua re impediar. pro Ros. Com. 45. Quod si facit, qua impudentia est eum ne testem improbauit.

¶ *Partim, qua parte vel ratione.* Qu. fr. li. 3. ep. 1. Omnia conuestiuit edera, quà basim villæ, quà intercolumnia ambulationis. Att. lib. 2. ep. 19. Quà dominus, quà aduocati sibilis conscisi sunt. Attic. lib. 15. ep. 18. Intelligo te distentissimum esse, quà de Buthrotis, quà de Bruto. Attic. lib. 9. ep. 14. Quàm expedita consilia tua? quàm euigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà congressus sermonisque cum Cæsare. 1. de Or. 70. Mihi licet vagari, quà volo. pro Cecinn. 21. Omnes introitus, quà aditi poterat in eum fundum. & *ibid.* Quod ea proximè aditi poterat. 3. I. A. 20. Ipse in templum nescio quà per cuniculum ascendit. pro Cec. 71. Nimia potentia quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, quà denique digitum proferat, non habet. Att. lib. 8. ep. 3. Quà autem & quò, nihil scimus. 6. I. A. 5. Prædico vobis eum delectus quà possit habiturum. * Iocul. lib.

Ni tamen exciderit, quà cauæ fundà patet.

QVACVNQVE. 5. de Fin. 5. Quacunque ingredimur in aliquam historiam, vestigium ponimus. 5. I. V. 44. Quacunque iter fecit, Att. li. 15. ep. 18. Quacunque nos mouemus. 2. cont. Rull. 34. Quacunque velis vagari.

QVADRANTARIVS, a, um. *à quadrante nummo, qui quadrante meret.* pro Cæl. 62. Nisi fortè mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.

QVADRAGANARIAE. cohortes. Attic. lib. 6. ep. 1. *aliter, Quadringentariæ.*

QVADRAGENI. I. V. act. 3. 147. Colūnas H-S quadragenis millibus locatas.

QVADRAGIES. pro Fl. 30. Sestertium ter & quadragies.

QVADRANDVS, a, um. *aptandus.* Or. 197. Sic minimè animaduerteretur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis industria. *id est, componendæ.*

QVADRATVM, ti. 1. Tusc. 57. Pusionem quendam Socrates interrogat quædā geometrica de dimensione quadrati. 2. de Fin. 36. Quadratum, rotundum. 1. de Nat. 24. Forma quadrati. 2. de Diu. 89. Cum autem stellæ in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius qui nascitur, aut in eam, quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominant.

QVADRATVS, a, um. 2. I. A. 108. Quadrato agmine milites sequuntur.

QVADRIENNIO ante mortem, &c. de Opt. 22. & de Sen. 10.

✠ Quadriennio pōst factus sum prætor. ¶ pro Cec. 19. Fundus quē quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus veniit, possedi.

QVADRIGAE, arum. *rheda quatuor equis vecta.* 3. de Nat. 59. Mineruam quadrigarum inuentricem ferunt. 2. de Diu. 144. Curru quadrigarum vehi. pro Mur. 10. 57. Quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. de Cl. 173. Nec in quadrigis, qui vix è carceribus exierit. de Cl. 331. Bruti adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vehens. *id est, vecta.* Or. 157. Pomeridianæ quadrigæ. Qu. fr. lib. 2. ep. 14. Quadrigis poeticis modò mihi date Britanniam.

✠ ADIVNC. *Poeticæ, 2. ad Qu. fr. Pomeridianæ, Orat.*

☞ Syntaxis. *Quadrigarum currus, curriculum.*

QVADRIGARIVS, rij. *qui quadrigas agitat.* pro C. Corn. de maiestate. Asconius.* con. C. Ant. Vt istum omittam in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium.

QVADRICVLAE, arum. *paruæ quadrigæ.* de Fat. 5.

QVADRIIVGVS, a, um. 1. Tusc. 105. Quadriiugo curru raptari. *id est, quadrigis.* Poëtæ.

QVADRIMVS, a, um. *quatuor annos habens.* Ep. lib. 16. ep. 22. Vna interpositio omnino difficilior est de quadrimo Catone.

QVADRINGENTI, orum. 2. de Di. 48. Quadringentis talis iactis, &c.

QVADRINGENTESIMVS DECIMVS. de Cl. 72.

QVADRINGENTIES. *aduerbium.* 3. I. V. 27. & 2. in Ant. 93.

QVADRINGENVS, a, um. Att. lib. 4. Vt ambo H-S. quadringena consulibus darent, si essent ipsi COSS. facti.

QVADRIPARTITVS, a, um. *in quatuor partes distributus.* 1. Tusc. 68. Commutationes temporum quadripartitæ. 1. de Inu. 67. & 3. I. V. 33.

QVADRIREMIS, mis. *nauis, quæ in singulis sedibus quatuor remet habet.* 7. I. V. 85.

QVADRO, as. *conuenio.* 3. de Orat. 173. Coniunctionem verborum sicuti versum numerosè cadere. & quadrare & perfici volumus. pro Cæl. 69. Nisi omnia turpia in istam quadrare aptè viderētur. de Clar. 43. Quoniam tibi quadrat, omnia in illis fuisse paria. 3. I. V. 92. Quomodo DC. eodem quadrarint. Att. li. 4. ep. 17. Visum est hoc mihi ad multa quadrare.

✠ ADVERB. *Aptè in aliquem, pro Cæl.*

☞ Syntaxis. *Numerosè cadere, conuenire, & quadrare.*

QVADRVM, dri. *translatum à Geometris perfectionem significat, cùm nihil nec excurrit, nec deest.* Or. 208. Redigere sententias in quadrū numerúmque. & 233. Si alicuius incōditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eámque ordine verborum paulum commutato in quadrum redigas.

QVADRVPES, dis. *bestia.* 2. de Nat. 151. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones. 2. de Orat. 69. Idem in multis aliis quadrupedibus fecerit. Parad. 1. Nihil inter te atque inter quadrupedem interest. 2. de Nat. 114.

Hinc dextram porigens, quadrupes qua vasta tenetur.

✠ ADIVNC. *Multæ, 2. de Orat. Vastæ, 2. de Nat. poëtæ.*

QVADRVPLATOR, oris. *delator criminum publicorum, cui pars cedat bonorum eius quem detulit.* 2. ad Herenn. 41. Quadruplator, vt breuiter describam, capitalis est. 4. in Verr 28. Homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. item *ibid.* Quadruplatores fuisse. 1. in Verr. 24. Si à quadruplatoribus, &c. translata sit.

QVADRVPLEX, cis. in Arat.

Præter quadruplices stellas in fronte locatas.

QVADRVPLVM, pli. 5. I. V. 34. Dare iudicium in aliquem in quadruplum. & *ibid.* Quadrupli condemnari.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *In quadrum numerumque sententiæ redigendæ. Quadruplex (contumelia) Quadrupli condemnatus, in quadruplum.*

* QVAERENS, tis. *comparans.* Oecon. 1. Foris & in aperto victum quærentibus.

QVAERO, ris. *scrutor, vestigo, indago, excutio, aucupor, requiro, exquiro.* 1. de Orat. 97. Quo in genere nunquam mihi percuntanti aut quærenti aliquid defuisti. & lib. 2. 287. Quærere, & quasi percuntari. 4. in Ver. 182. Scrutatus sum, quæ potui, & quæ fui omnia. Epist. lib. 9. ep. 26. Cùm ille, si quis quid quæreret, dixisset, cœnam tè quærere à mane dixeris: ille verò putabat quæsturum, num vnum cœlum esset, an innumerabilia. & lib. 9. ep. 2. In literis & libris nauare reip. & de moribus ac legibus quærere. pro Qu. 13. En quæ voce quæsierat, magno sibi quæstui fore putabat. Attic. lib. 13. ep. 15. Quæro autem quid tandem Sextius in hac re facere possit. Qu. frat. lib. 2. ep. 2. Me adhuc nemo rogauit, nunquid in Sardiniam vellem: te puto sæpe habere, qui, nunquid Romæ velis, quærant. Parad. 6. Qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis. 5. I. V. 146. Literas manifestas quæris. Non quæro iudices Cassianos. de Amic. 46. Vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant quàm viri. pro C. Corn. 2. Si familiariter ex Q. Catulo velim quærere.

¶ *Scire volo, cupio.* Ep. lib. 7. ep. 1. Omnino si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi. Epist. lib. 12. ep. 8. Spémque omnem in Planco habemus: si verum quæris, in te, &c. ad Brut. ep. pr. in. 7. Hoc cogere volebat, falsas literas esse, & si quæris, probabat. 3. Offic. 80. Et ea res, si quæris, magno ei honori fuit.

¶ *Peto, scisitor, percontor, contor, consulo, interrogo.* 4. Aca. 76. Quærere de aliquo. in Vat. 10. De te quæro Vatini, &c. Attic. lib. 1. ep. 10. Epist. lib. 3. ep. 6. & lib. 4. ep. 1. Quærere ex aliquo. 2. de Orat. 3. Ipse ex eo multa sæpe quæsiui. 5. I. V. 191. Quæro nunc à te Hortensi, cum vtris, &c. 2. de Inu. 2. Zeusis illicò quæsiuit ab his, quàs nam virgines formosas haberent. 1. de Orat. 6. Quæro quid sit, cur, &c. 6. I. A. 1. Quamobrem quod quæsiuit me P. Abuleius, ita respondebo, vt, &c.

¶ *Quæstionem habeo.* 2. I. V. 27. Quærere de pecuniis repetundis. pro S. R. 119. Quærere de morte alicuius.

¶ *Conflo, comparo.* pro R. P. 46. Quærere inuidiam in aliquem.

✠ ADVERB. *Aliunde, magnoperè, non propriè quid illo tempore, 3. Tusc. Amplius nihil & appetere, honestè rē, Parad. Apertè medicinam, 2. Attic. Contumeliosè, extrinsecus, alicunde, 2. de Orat. Copiosius, 10. Phi. Curiosè de aliquo, 9. Atti-Diligenter, pro Dom. Falsò.) (. verè, 5. de Finib. Foris exemplum, iampridem defensionē, 5. Ver. Iamdiu nihil, pro Cluent. Identidem in causis, pro Sex. Rosc. Multum diúque, 2. de Diu. Omninò alium, 2. Ver. Otiosè, 4. de Fin. Priuatim memoriam officiorum, pro Planc. Procul, alicunde, 4. Ver. Rectè, 2. Tusc. Rectè, omninò, 1. de Diu. Separatim, 1. de Inuent. Sigillatim ex aliquibus, vsquequáque, 7. in Ver. Subtilius, 3. de Leg. Vberius, 1. de Leg.*

QVAERO, ris. 2. de Orat. 104. Nihil enim est, quod inter homines ambigatur, in quo non quæratur, aut, &c. aut, &c.

¶ *Quæstio habetur.* pro Sex. Rosc. 120. In dominos quæri de seruis iniquum est. 2. de Fin. 54. P. Scæuola trib. pleb. tulit ad plebem, vellént ne de ea re quæri: quo plebiscito decreta à senatu est cōsuli quæstio Cn. Scipioni. pro Mil. 60. Maiores nostri in dominum de seruis quæri noluerunt. pro Deiot. 3. More maiorum de seruis in dominum, ne tormentis quidem quæri licet. pro Mil. 60. Cuius de morte tanquam de ceremoniis violatis quæritur. Attic. lib. 1. ep. 14. Senatus consuit, vt de iis qui ob iudicandum pecuniam accepissent, quæreretur. de Fat. 2. Cùm omnes nouarum perturbationum causæ quæri viderentur.

✠ ADVERB. *Commodius, separatim, 1. de Inuent. Comparatè, Top. Communiter cibum, 2. de Nat. Generatim, nusquam, 2. de Orat. Maximè, & primum, pro S. R. Obscurè opes, 2. cont. Rull. Omnino quale sit, 1. de Inu. Sècretò quid factum sit, 6. in Ver. Simpliciter, Part. Vehementer, pro Mur.*

☞ Syntaxis. *Quæro & percuntor. Quæro, & quasi percuntor. Scrutari & quærere. Rem honestè quærere mercaturis faciendis. Ista bene (si quæris) procedunt. Quærere ex aliquo, de aliquo, ab aliquo, aliquem multa. Inuidiam in aliquem quærere. id est, constare.*

QVAESITOR, oris. *iudex quæstionis, prætor vel iudex, qui iudicium exercet, vel qui præest quæstioni rerum capitalium, & de repetundis.* pro Syl. 78. Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque, regit quæsitor, &c. pro S. R. 85. Hunc quæsitorem & iudicem fugiebant. pro Fon. 11. Sapiens iudex, æquus quæsitor. Q. frat. lib. 3. ep. 3. Consilium varium; quæsitor grauis & firmus. 2. I. V. 29. Duo Coss. & quæsitor erunt ex illius voluntate. pro Pl. 43. Et si quæsitor edendus fuisset, quem potius, &c. in Vat. 34. Quæsitor, &c. & prætor. & de Cl. 200. Mittentem ad horas quæsitores, vt admittat rogantem.

✠ ADIVNC. *Æquus, pro Font. Grauis, & firmus, 3. ad Quint. frat.*

QVAESITVM, ti. Parad. 6. Operis dandis, publicis sumendis, quæsito opus est. *bu* 4. Acad. 116. & *ibidem.* 9. Quæsita & disputata.

QVAESO. *obsecro, quæro, peto.* 2. I. V. 28. Quid est quæso Metelle iudiciū corrumpere, si hoc non est? Attic. lib. 8. ep. 11. Quæso quid hoc est. 2. contra Rull. 70. Id vos potestis quæso concedere. 4. I. V. 104. Quæso codicem circumfer, ostende. & 6. Ver. 105. Ad ea quæ dicturus sum reficite vos quæso iudices per deos immortales. Ep. lib. 1. ep. 9. Quæso attende, &c. pro Quin. 24. Quæso vt eum diem memoriæ mandetis. & pro Sex. Ros. 11. Te magnopere quæso, vt, &c. pro Fl. 65. Quamobrem quæso à vobis Asiatici testes, vt, &c. pro Sex. Rosc. 129. Quæso à vobis iudices, vt, &c. Attic. lib. 11. ep. 15. Quæso quid sit mihi faciendum. & lib. 13. ep. 25. Sed quæso epistola mea ad Varronem valdéne tibi placuit? & lib. 15. ep. 8. De re quæso etiam atque etiam vide, &c. Epi. li. 7. ep. 23. Fac quæso, qui ego sum esse ita. 2. de Finib. 77. Attende quæso rectúmne sit, &c. Epist. lib. 9. ep. 3. Vide quæso an rectum sit, &c. & li. 13. ep. 7. Quæso etiámne tu has ineptias? & lib. 13. ep. 3. Deos quæsumus, consilia tua reipub. salutaria sint. & lib. 3. ep. 2. A te maximopere peto & quæso. & lib. 5. ep. 4. Peto quæsóque, vt, &c. & lib. 16. ep. 13. Magnopere à te quæso, vt, &c. Postq. in Sen. 1. Si vobis parum cumulatè gratias egero, quæso obtestorque, ne, &c. Attic. lib. 8. ep. 10. Tu quæso ad me crebò scribe. 6. I. A. 1. Quod quæsiuisti me, respondebo. Attic. lib. 2. ep. 10. Quæso ecquid tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? & & lib. 10. ep. 20. Perge quæso scribere, nec meas literas expectaris.

✠ ADVERB. *Magnoperè, pro Sex. Rosc. Magnoperè à te, 13. Fam. Maximoperè, etiam, atque etiam & peto, 3. Fam.*

QVAESTIO, onis. *causa. πρόβλημα, σύημμα, dubitatio controuersia.* 4. Acad. 26. Quæstio autem est appetitio cognitionis, quæstionisque finis intentio. 3. de Orat. 127. De omni re quæcunque in disceptationem quæstionémque vocaretur, se copiosissimè dicturum esse profiteri. 1. de Natur. 61. Quæritur primùm in ea quæstione quæ est de natura deorum, sint ne dij, nécne sint. de Am. 69. Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, num quando, &c. 1. de Nat. 1. Perdifficilis & perobscura quæstio est de natura deorum. & 2. de Nat. 3. Diuidunt istam de diis immortalibus quæstionem in partes quatuor: primùm dicunt esse deos, deinde quales sint, tum mundum ab his administrari, postremò consulere eos rebus humanis. 3. de Nat. 74. Quæstio auri Tholosani. Att. lib. 7. ep. 9. Προβλήματα sanè πολιτικὰ. & ep. 8. Σύημμα πολιτικὸν. & ep. 20. Σύημμα magnum. Ponere quæstionem. I. QVAESTIVNCVLA. pro Syll. Quæ res in quæstione versetur. Orat. 68. Sed id nec dubium est, & si quid habet quæstionis, tamen, &c. & *ibid.* Poetæ quæstionem attulerunt, quidnam esset illud, quo, &c. 1. de Orat. 138. Omnem orationem esse aut de infinitæ rei quæstione, aut de re certis in personis locata. & *ibid.* Causæ à communi quæstione seiunctæ. *id est, à quæstione rei infinitæ.*

¶ *In foro, diligens criminis, etiam per tormenta, inquisitio.* 2. de Orat. 173. Hoc falsum est: habita enim quæstio est. pro Mur. 72. Quæstiones in senatu habitæ. 5. de Finib. 17. Habere quæstionem de aliqua re. pro Cluent. 183. Constituitur quæstio de furto. de Cla. orat. 106. Quæstiones perpetuæ hoc adolescente constitutæ. pro Sext. Rosc. 77. pro Cluent. 181. Postulare seruos in quæstionem de morte paterna. pro Cluent. 182. Habere quæstionem in caput alterius de furto. pro Sext. Rosc. 78. Mortis paternæ de seruis paternis quæstionem habere filio non licet. & 120. Dare seruos in quæstionem. pro Cluent. 176. Sassia quæstionem habere de viri morte constituit. de Cla. orat. 264. C. Visellius iudex quæstionis. pro Cluent. 89. C. Iunius huic quæstioni præfuerat. & *ibid.* Quo tempore à quæstione ad nullum aliud munus reipub. abduci licebat, eo tempore ad quæstionē ipse abreptus est. pro Sex. Rosc. 11. Cùm huic quæstioni iudex præesses. 2. de Fin. 54. Cùm prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, apertè cepit pecunias ob rem iudicandam. pro Cluent. 1. Quæstio veneficij. pro Syll. 78. Quæstiones nobis seruorum, & tormenta accusator minitatur. pro Mur. 42. Quæstio peculatus, ex altera parte lacrymæ, ex altera catenæ. de Clar. orat. 88. Socios illa die quæstione liberatos esse. pro Mil. 58. Facti in eculeo quæstio est, iuris in iudicio. 2. I. A. 22. Quid enim attinebat noua lege quæri de eo qui hominem occidisset? cùm esset legibus quæstio constituta. 11. I. A. 5. Tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ. pro Mil 60. Sed quæstiones vrgent Milonem, quæ sunt habitæ in atrio Libertatis. &

23. Erant quæstiones vel de cæde, vel de vi: nec erat necesse vt noua quæstio constitueretur. & 31. Et Pompeius de iure, non de facto quæstionem tulit.* con C. Anton. Leges, quæstiones, iudicia violauit.

✠ ADIVNC. *Absoluta, remotæ, superior, 1. de Inuent. Acerrimæ, pro Corn. Cõmunis, perpetuæ, de Clar. Definitæ, iudicialis, maxima, & minima, obscuræ, & naturales. Top. Definita, diffusa, Part. Definitiua. perpetua, Ora. Ficta, infinitæ, crudelissimæque de morte, Quãta, & quàm periculosa, & quam infinita, pro Clu. Incorrupta, iniqua, integra, noua, pro Mil. Legitima, pro Arch. Magna, 1. de Diuin. Maximæ, 1. Tusc. Maximæ, & salutares, 1. Phi. Multæ, 8. Attic. Obscura, de Fato. Perdifficilis, & perobscura, periculosa, & infinita, totæ, 1. de Nat. Plenæ catenarum, & iudicum ex altera parte peculatus, pro Mur. Publica, pro Cæc. Pulcherrima ad cognitionem animi, & ad considerandam religionem necessaria, 5. Tusc. Subdifficilis, de Amic. Tota, 2. de Nat. Vniuersæ, modicæ, & paucæ, 2. ad Qu. fr.*

☞ Syntaxis. *In disceptationem, quæstionémque vocare. Id in quæstione versatur, ponitur. Nihil id habet quæstionis. Iam quæstio habita est, constituta de furto. In quæstionem postulare seruos. In caput alterius de furto quæstionem habere. In quæstionem dare seruos. In oculeo est quæstio facti. Tormentis habere quæstionem pecuniæ.*

QVAESTIVNCVLA, læ. 1. de Orat. 102. Quid mihi nunc, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo ocioso & loquaci quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? 2. de Le. 51. His propositis quæstiunculæ multæ nascuntur. Ep. lib. 9. ep. 16. Quæstiũculis te faciebam attentiorem.

QVAESTICVLVS, li. de Diu. lib. 2. 34. Aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus cum cœlo, terra, rerúmque natura.

QVAESTOR, oris. *ærarij & publicæ pecuniæ præfectus.* 1. I. V. 61. Sic enim à maioribꝰ nostris accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere. 2. de Orat. 197. C. Norbanus sodalis & quæstor meus. pro Mur. 18. Quæstores sortiebantur prouincias. 2. I. A. 31. Cur quæstores additi?

✠ ADIVNC. *Aedilitius, in Piso. Bonus, pro Sest. Custos pecuniæ, vrbani, 3. Verr. Dignus, leuis, libidinosus, falax, 6. Att. Infirmus & inops, 7. Att. Optatior, 2. Fam. Sordidior, 1. ad Qu. frat. Vrbanus, 2. Offic.*

QVAESTORIVM, rij. *sicut prætorium.* pro Pl. 99. Iste Thessalonicam me, in quæstoriumque perduxit.

QVAESTORIVS, a, um. 13. I. A. 30. Quæstorius vir. de Clar. 263. C. Sicinius quæstorius mortuus est. pro Planc. 100. Abiicere quæstoriam personam comitiisque sumere. 3. I. V. 56. Legatus quæstorius. Epist. li. 2. ep. 17. Quæstorio adductus officio. Phil. 13. 30. Qui quæstorij. Fam. li. 7. ep. 30. Quæstoriis comitiis.* con. C. Anton. Homo quæstorius.

QVAESTVOSVS, a, um. *qui quæstum facit, id ex quo quæstus capitur: quod alij lucrosum etiam dicunt.* 5. de Fin. 91. Mercatura quæstuosa. Attic. lib. 14. ep. 9. Hoc damnum quæstuosum esse videtur. 5. Tusc. 86. Vt quæstuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur. 2. I. A. 35. Domus quæstuosissima. 2. in Ver. 40. Annus vberrimus quæstuosissimúsque. Par. 6. Venio iam ad sumtuosos, relinquo istum quæstuosum.* Hortens. Prædia quæstuosissima.

☞ Syntaxis. *Homo quæstuosus, mercatura, annus, damnum, domus.*

QVAESTVRA, ræ. *quæstoris munus.* I. V. act. 2. 11. Quæstura primus gradus honoris. pro Mur. 18. Quæstura vtriusque propemodum pari momento sortis fuit. 1. I. V. 28. Cùm iisdem literis illius prætura & tua quæstura consignata sit.

✠ ADIVNC. *Funesta, de Arusp. Grata, & clara, pro Pl. Hereditaria, 5. in Ver. Nefaria, 3. Ver. Tota, Postq. ad Quir.*

QVAESTVS, ſtus. *lucrum, compendium, commodum, merces.* 4. in Ver. 6. Mercibus suppeditandis cum quæstu compendioque. 5. Tusc. 9. Alij emendi quæstu & lucro ducuntur. 1. Offi. 150. Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium. & 2. Offi. 77. Habere rempub. quæstui, turpe est. I P. 86. Sestertium centies Romæ in quæstu reliquisti. 4. I. V. 30. Cùm hos sibi quæstus proposuisset magnos atque vberes. & 5. Ver. 109. & 119. Maximos quæstus prædásque fecisset, & 7. Ver. 140. Facere quæstum furtis. Epist. lib. 15. ep. 14. Facere quæstum in aliqua re. pro Sext. Rosc. 111. Sui quæstus aut commodi causa facere aliquid. pro Quint. R. 23. Roscius H-S. CCCLIII. quæstus facere noluit. Oct. Facere quæstum precarium. 2. de Or. 226. Quicquid vocis & linguæ, omne in istum turpissimum calumniæ quæstum contulisti. cont. C. Anton. Homo valde in hoc largitionis quæstu notus.

✠ ADIVNC. *Domesticus, paternúsque, immortalis, in Piso. Fœcundus, vbique totus, campestris, de Arusp. Forensis, iudiciarius, turpis, pro Cluent. Frumentarius, illiberales & sordidi, liberales.)(. sordidi, turpis, & odiosus, 1. Off. Honestꝰ atq; concessus, improbissimi, magnꝰ, maximus, nocturnus. 5. Verr. Immanes, 5. Phil. Immensi, & intolerabiles, 2. contra Rull. Improbissimus, 7. Ver. Magni, atque vberes, 4. Ver. Mercitricius, 2. Phil. Precarius, ep. ad Oct. Quotidianus, 4. Cat. Turpis.)(. honestius, Parad. Turpissimus calumniæ, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Merces cum quæstu, compendióque. Emendi quæstus, lucrúmque. Quæstui scientiam habere. In quæstu relinquere talentum.*

QVALIA. *qualitates.* 1. Acad. 28.

QVALIS, le. *cuiusmodi, cuius generis, qui.* 1. de Nat. 65. Doce me, vbi sint Dij, quales sint corpore, animo, vita. & 21. Aeternitas spacio qualis sit, intelligi non potest. 1. de Inuent. 12. Generis est contiouersia, cùm quantum & cuiusmodi, & omnino quale sit, quæritur. pro Pomp. 36. Ac primùm quanta innocentia debent esse imperatores? quanta temperantia? quanta fide? quanta facultate? quanto ingenio? quanta humanitate? quæ breuiter, qualia sint, in Cn. Pompeio consideremus: summa enim sunt omnia. 2. de Finib. 90. Nihil interest ad beatè viuendum, quali vtaris cibo. Epistol. lib. 1. ep. 8. Ex eodem cognoscas de toto statu rerum omnium: quæ quales sint, non facilè est scribere. 1. de Diuin. 121. Idémque mittit signa nobis eius generis, qualia permulta historia tradidit. & lib. 2. 135. Ad aperta & clara somnia veniamus, quale est de illo interfecto à caupone, &c. Epist. lib. 1. ep. 9. Sapientium ciuium, qualem me & esse & numerari volo. 4. Aca. 85. Nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius. Epist. lib. 1. ep. 9. Vidi quasdam in te tales, quales tu, &c. 2. I. C. 3. At si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui, &c. 2. de Inuent. 176. Vt non tales, quales ante habitæ sint, habeantur. Brut. ep. 3. Quales tibi sæpe scripsi consules, tales extiterunt. pro Sext. Rosc. 11. Te magnopere quæso, vt qualem te iam antea populo Rom. præbuisti, talem te nobis hoc tempore impertias. pro Font. 21. Quali fide, quali pietate existimatis esse eos, qui, &c. pro Rab. 26. An non intelligis, quos homines, quales viros mortuos summi sceleris arguas? 1. Tusc. 60. Si quid sit, hoc non vides, at quale sit, vides: sine id quidem, at quantum sit, profectò vides. de Cla. 291. Cum qualis quisq; orator fuisset, exponeret. & *ibid.* 297. Ii fuerunt certè oratores: quanti autem & quales, tu videris. & 325. Genus dicendi volucre atque incitatum, quale nunc est Asia tota. 2. de Orat. 51. Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse scribere historiam. 1. de Natur. 106. Hoc per ipsos deos quale tandem est. 3. Tusc. 56. Nam aut de ipsius rei natura, qualis & quanta sit, quærimus. 2. de Inuent. 178. Contraria quoque, & quæ & qualia sint, intelligimus. 2. de Nat. 93. Formæ literarum, vel aureæ, vel quales libet. 2. de Inuent. 170. Licet vim rei, qualis & quanta sit, cognoscamus. ad Attic. lib. 1. ep. 16. Talis qualem eum esse scripseris. 2. Off 44. Si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset. 1. de Le. 24. Nulla gens est, quæ nõ, etiamsi ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. de Vniuer. 6. Oratio talis sit, qualis sit illa, quæ neque redargui, neque conuinci possit. 1. de Inu. 12. Cùm & quid factum sit conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, & tamen quantum, & cuiusmodi, & omnino quale sit, quæritur. & 1. de Or. 139.

☞ Syntaxis. *Cuiusmodi, & quale. Talia, qualia putas. Quali fide. Quãtum & quale. Quantus & qualis. Quãtum, cuiusmodi, & omnino quale. (vnà dicta.)*

QVALISCVNQVE. *quicunque, cuiusmodi, cuiuscemodi, cuiusque modi, cuiusmodicunque, qualilibet.* Attic. lib. 15. ep. 15. Sed homines beneuolos, qualescunque sunt, præue est insequi contumelia. Att. lib. 16. ep. 2. Hoc qualecunque esset, te scire volui. 3. de Legib. 31. Qualescunque summi ciuitatis viri sunt, talis est ciuitas. Or. 130. Quæ qualiacunque in me sunt, me enim non pœnitet, quanta sint, sed apparent, &c. in Pis. 27. Cùm tamen ille qualiscunque est, qui est ab vno te improbitate victus, Gabinius collegit ipse se, &c. Ep. lib. 4. ep. 8. Sin qualemcunque locum sequimur, qui est domestica sede iucundior. 2. de Nat. 76. Quale id cunque est.

QVALITAS, tis. 1. Acad. 25. Qualitates igitur appellaui, quas ποιότητας Græci vocant: quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum. & *ibid.* Sed quod ex vtroque, id est ex materia & vi, id iam corpus & qualitatem nominabant. & 26. Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. Principes sunt vniusmodi, & simplices: ex his autem ortæ variæ sunt, & quasi multiformes: itaque aër (vtimur enim pro Latino) ignis, & aqua, & terra, prima sunt: ex iis autem ortæ animantium

animantium formæ, earum rerum quæ gignuntur è terra 2. de Nat. 94. Corpuscula non colore, non qualitate aliqua (quam ποιότητα Græci vocant) prædita.

✠ *ADIVNC. Principes, ex principibus ortæ, variæ, & quasi multiformes, vniusmodi, & simplices, 1. Acad.*

QVAM, *cum Antè, & quibusdam aliis.* 3. Tusc. 75. 2. de Or. 154. Numa magnus vir habendus est, cùm eam sapientiam constituendæ ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit, quàm eã Græci natam esse senserunt. 2. de Orator. 21. Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in iis philosophi garrire cœperunt. & 12. Postero die quàm illa erant acta, Catulus venit. Attic. lib. 7. ep. 20. Sed antiquiores literæ, quàm ruere cœpit Dolabella & lib. 12. ep. 1. Vndecimo die pòst quàm à te discesseram, hæc scripsi. pro Cæl. 59. Tertio die pòst quàm in curia steterat. Epist. lib. 15. ep. 19. Non mehercule quicquam libentius facio, quàm scribo ad te. 1. de Diu. 10. Quorum neutrum tam facilè quàm tu arbitraris, conceditur. 1. Tusc. 13. Ego autem non commemini antè quàm sum natus, me miserum. 4. Acad. 9. Postridie veni quàm apud Catulum fui. Att. lib. 9. ep. 4. Eam mihi Philotimus postridie quàm acceperat, reddidit. 4. Acad. 8. Antè tenentur astricti quàm quod esset optimum, iudicare potuerũt. Epist. lib. 16. ep. 21. Tabellarij venerunt post diem x I. & sextum, quàm à nobis discesserant.

QVIDEM, certè. *quidem profectò, &c.* Att. lib. 1. ep. 1. Spero me tibi causam probasse, cupio quidem certè. 2. Tusc. 25. Quàm benè, non quæritur? constanter quidem certè. 2. de Orat. 361. Habetis sermonem hominis, vtinam non impudentis: illud quidem certè, non nimis verecundi. pro Sest. 24. Statuebam sic, boni nihil ab illis magis esse expectandum, mali quidem certè nihil pertimescendum. de Clar. 279. Is facilè soluteque verbis voluebat satis interdum acutis, crebras quidem certè sententias. pro Quint. 1. Qui vt summa haberem cætera, temporis quidem certè vix satis habui: *id est, tamen.* 4. I. V. 183. Hoc quidem certè manifestum erit. 3. de Orat. 48. Vobis quidem certè maioribus. 6. in Ver. 47. Si minus, &c. illa quidem certè capiebantur. pro Cornel. 62. Sed si certorum hominum mentes nulla ratione placare possumus, vestros quidem animos certè confidimus esse placatos. *quidem, id est, tamen.* Epist. lib. 1. ep. 9. Et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & beneuolo certè vsus esses. de Prou. 41. Quàm sapienter, non disputo, constanter quidem & fortiter certè. de Cl. 13. Volui id quidem efficere certè. & Attic. lib. 6. ep. 5. Nunc quidem profectò Romæ es. Attic. lib. 10. ep. 4. Hoc quidem verum est profectò. 4. Acad. 101. Noli mecum, qui hoc quidem certè tibi assentior. & 102. Quãquam nihil tam mirum videtur, quàm ista dici ab Antiocho quidem, maximè cui erant, quæ paulo antè dixi, notissima. 1. de Nat. 57. Nihil sanè ex me quidem audire potuisses. Att. lib. 12. ep. 36. Drusus enim certè vendere vult. 2. de Diu. 67. Non sanè hoc quidem mirabile. Attic. lib. 12. ep. 27. Certè quidem negas te nosse, &c. de Inu. 2. Cupio quidem certè. Att. li. 6. ep. 3. Sine tuo quidem consilio, certè nihil. & ep. 7. Quintus filius suapte, piè sanè, me quidem certè multum hortante. & lib. 16. ep. 6. Quod quidem certè enitar. 1. Tus. 88. Ne carere quidem igitur in mortuo. est. 2. I. A. 113. Habet quidem certè resp. adolescentes patatos defensores. & 3. in Ant. 16. Tuæ coniugis bonæ fœminæ, locupletis quidem certè. Bombalio pater fuit.

☞ Syntaxis. *Quàm doctè, non dico, amanter quidem certè confirmare possum. Tuus quidem animus certè. Fidelis quidem & beneuolus certè. Quidem profectò. Hoc quidem verũ est profectò. Nihil sanè ex me quidem audies. Certè quidem. Ne carere quidem igitur.*

QVIDita. *quamobrem.* Anteq. 30. Egone hostis? quid ita? qui hostes interfeci?

QVID nam. 2. I. A. 21. Quidnam hostes putarent. Epist. lib. 2. ep. 11. Mirificè sum solicitus, quidnam de prouinciis decernatur.

QVID ni. 2. de Orat. 273. Quid ni: inquit, meminerim? nunquam ego recepissem, nisi tu perdidisses. pro Qu. 69. Etat, inquit, illarum partium, quid ni? quid, &c. 4. I. V. 80. Quid ni iste neget. 5. Tusçul. 12. Quid ni possim? Epist. lib. 3. ep. 7. Illud idem Paulania dicebat te dixisse, quid ni Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obuiam, Cicero Appio noluit.

QVID quæris? Epist. lib. 7. ep. 3. Quid quæris? nihil boni præter causam. & lib. 12. ep. 23.

QVID, tũm. *sed quid.* 1. I. A. 26. Quid tum? & 2. Phil. 20. Cedant arma togæ. quid tum? nonne cesserunt? & 13. Phil. 14. At vti potest pro suo, quid tum?

QVIES, etis. *requies, tranquillitas, laxamentum, ocium, vacatio, cessatio, remissio, finis.* 1. de Orat. 2. Qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus fore videbatur. Attic. lib. 9. ep. 12. Et ego excubo animo, nec partem vllam capio quietis. 4. I. C. 7. Mors laborum aut miseriarum quies est. pro Pom. 40. Nec eum labor ad quietem reuocauit. pro Cæl. 39. Quem non quies, non remissio delectarent. 1. Offi. 103. Ioco vti licet, sed sicut somno & quietibus cæteris. pro Deiot. 38. Omnem tranquillitatem & requiem senectutis acceptam clementiæ tuæ. 1. de Diuin. 60. Si ad quietem integri iremus. & *ibid.* 61. At qui moderato victu quieti se tradiderit. * Hortens. Neque molestam extinctionẽ & quasi quietem vitæ fore. Acad. Voluptatis nomen, suauitatem, quietem teste populo exaggerans.

¶ *Somnus.* 1. de Diu. 43. Quæ ei secundum quietem visa sunt. & 53. Ei visum est in quiete, iuuenem, &c.

✝ ADIVNC. *Diurna, nocturna,* 2. *cont. Rull. Placidissima,* 4. *Acad. Sempiterna,* 4. *de Finib.*

☞ Syntaxis. *Locus quietis & tranquillitatis plenus. Excubo animo, nec partem quietis capio. Quies, remissio. Secundum quietem visa occurrit.*

QVIESCO, scis. *acquiesco, conquiesco.* 2. de N. 125. Ipse dux reuolat, vt ipse quoque quiescat, in eius locum succedat ex iis quæ acquieuerunt. Att. lib. 9. ep. 4. Sed opinor quiescamus, ne culpam nostram coarguamus. pro Pl. 90. Quæ si viginti quiessem dies, in aliorum consulum vigiliam recidissent.

¶ *Sileo.* 4. ad Her. 68. Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

¶ *Permitto, sino.* Att. lib. 7. ep. 9. Aut si per tribunos plebis non patiatur, tamen quiescat rem adduci ad interregnum.

¶ *Verso.* pro Cecin. 71. Potentia in hoc solo genere quiescit: quid ãgat, quomodo aggrediatur, quà denique digitum proferat, non habet.

✝ ADVERB. *Contrà, ita vt, pro Syll.*

QVIETE. *tranquillè.* de Sen. 13. Quietè & eleganter acta ætas.

QVIETVRVS, a, um. 2. de Orat. 230. Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti. Epist. lib. 5. ep. 12. Cùm de nobis certum sit nos quieturos.

QVIETVS, a, um. *tranquillus, compositus, constitutus.*)(*immoderatè agitatus & fluctuans.* 2. de Diuin. 149. Vt nunquam liceat quieta mente consistere. 5. Tusc. 16. Sic animi quietus & placatus status cernitur. pro Syll. 26. Tranquillo & quieto animo frui aliqua re. 2. cont. Rull. 76. Vobis integris, quietis, & ociosis hominibus. Epistol. lib. 10. ep. 1. Nunquam per M. Antonium quietus fui. de Senect. 28. Sermo quietus & remissus. 2. in Catil. 19. Quieta respub. 2. de Legib. 55. Cœlestium quieti dies, de Senect. 82. Vitam ociosam & quietam sine vllo labore & contentione traducere.

☞ Syntaxis. *Quietè & eleganter acta ætas. Quieta mente consistere. Quietus & placatus animi status. Integri, quieti, & ociosi ciues. Per malos nunquam sunt quieti boni viri.*

QVILIBET. *quiuis.* 3. ad Heren. 30. pro Sex. Rosc. 8. Si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet denique vel minima res reperietur, &c. 3. de Finib. 24. Sic vita agenda est certo genere quodam, non quolibet. 2. de Diuinat. 71. Apud maiores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. & 4. Acad. & 3. ad Heren. 5.

QVIN. *vt non, cur non, qui vel quæ, vel quod non.* Attic. lib. 11. ep. 15. Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. Orat. 233. Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare. Attic. lib. 9. ep. 11. Prætores autem, cùm, &c. abierit non longè, quin hoc à me decerni velit. pro Dom. 69. Non quòd dubitaretis, quin ab isto nihil iure esset actum. pro Fl. 64. Quis ignorat, quin tria Græcorum genera sint? pro Syll. 43. Nullus locus est, quo in loco reip. nomen sit, quin eodem perscriptum hoc iudicium peruenerit. ad Oct. Non prætermittã quin prosim, &c. Attic. lib. 15. ep. 15. Teneri non potui, quin tibi apertius declararem, &c. lib. 5. ep. 11. Non dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis inuito Memmio impetrari non posset. pro Flacc. 40. Dubitabis quin hunc vendices. pro Syll. 4. Hortensius non dubitauit, quin P. Syllam defenderet. Attic. lib. 12. ep. 26. Tamen facere non possum quin ad te mittam. 2. de Finib. 83. Dubium est quin faciamus, &c. 2. de Inu. 85. Non necesse est expectare, quin mox fiat. Epist. lib. 4. ep. 7. Non quin dissentiam, sed quòd, &c. Attic. lib. 7. ep. 25. Non quin rectum esset, sed quia, &c. 5. in Ver. 136. Nemo esset quin hoc se audisse diceret. Epist. lib. 1. ep. 4. Nemo est quin existimet, &c. & lib. 6. ep. 1. Nemo est quin malit, &c. & ep. 7. Nemo nostrorum est, quin fecerit, &c. Att. lib. 8. ep. 16. Vt ne quis à medies intermittatur, quin dem ad te literas. & lib. 7. ep. 15. Nullum intermisi diem, quin, &c. 6. in Ver. 1. Nego vllam gemmam aut margaritam fuisse, quin quæsierit, inspexerit, abstulerit. 1. de Or. 10. Quis musicis penitus se dedidit, quin comprehenderit, &c. Attic. lib. 1. ep. 1. Diesserè nullus est, quin hic Sattius domum meam ventitet. pro Quint. 32. Causæ nihil est, quin, &c. & 57. Causæ nihil dico, quin ita sit. 2. de Or. 249. Quin prodis? de Somn. 5. Quin tu aspicias ad te venientẽ patrem Paulum? & *ibid.* 6. Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Epist. lib. 7. ep. 8. Quin tu vrges occasionem istam? Epist. lib. 9 ep. 21. Quin ipsa iudicia non solemus tractare eodem modo. & lib. 7. ep. 30. Quin hinc ipse euolare cupio Ep. lib. 3. ep. 6. Quin nisi ego successor essem, te antea quàm tibi successum esset, decessurum fuisse. I. P. 61. Quin tu me vides, qui, &c. *aliter vide.* 1. de Leg. 52. Quin labebar longius, nisi me retinuissem. pro Mil. 99. Quin hoc tempore ipso, &c. Att. li. 1. ep. 14. Quin mihi nunc consilium deest, &c. & li. 9. ep. 11. Quin ea ipsa non memini, &c. Epist. lib. 8. ep. 2. Quin ego cùm fauerem ei, &c. mihi visus sum captus esse. 1. de Orat. 116. Adest enim ferè nemo, quin acutius, &c. & 2. de Or. 66. De musicis rebus non poterit quin dicat, hoc onere susceptо, recusare. Qu. frat. lib. 3. ep. 3. De qua aqua & via nihil prætermisi quadam epistola, quin enucleatè ad te perscriberem. 2. in Ant. 23. Ego nihil prætermisi, quantum facere potui, quin Pompeium à Cæsaris * coniunc-

ctione auocarem. pro Mil. 64. Arbitrabantur non dubitaturum fortem virum, quin cum suo periculo salutem reipub. afferret. & 79. Quin sic attendite iudices, nempe hæc est quæstio de interitu Clodij, fingite animis, &c. pro Mar. 17. Vt dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ✠ ab inferis excitarer. ‖ & 7. Quin etiam illa domina, &c.

QVINCVNX, cis. de Sen. 59. Ordines arborum in quincuncem directi: *id est, ita vt ternæ vbiq; arbores sic positæ sint, vt quincuncis notam, vel, quod idem est, æqualium laterum trianguli formam faciant. Est autem nota quincuncis hæc, v. quæ si crebra fiunatur, vt quà notæ ipsæ apertæ sunt, ea parte se vicissim respiciant aduersæ, eos ordines de quibus hic agit Cicero (quos tamen & Cæsar, & Quintilianus, & Columella indicarunt) efficiet. Horum autem ordinum ea est pulchritudo & gratia, vt in quamcunque partem spectes, recti esse videantur: cómoditas verò, vt terræ succum arbores æqualiter trahant, cœlúmque & vētos æquabiliter accipiant.*

¶ *Verùm neque sit in hac re difficultas, adspice, Lector, ordinis in quincuncem figuram paulò explicatiorem.*



QVINDECIES. 4. in Ver. 61. H-S. quindecies pecunia.

QVINDECIMVIR. Epist. Cælij. lib. 8. ep. 4.

QVINETIAM. *quin immo, atque etiam, quin, præterea.* Att. li. 8. ep. 9. Epistolam meam quòd peruulgatam scribis esse, non fero molestè: quinetiam ipse multis dedi describendam. Att. lib. 13. ep. 26. Equidem credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus: mihil est enim somni. Epist. lib. 7. ep. 1. Delectatio nulla extitit, quinetiam misericordia consecuta est. Epistol. lib. 3. ep. 6. Horum ego sermone non mouebor, quinetiam leuari me putabam, &c. Ep. lib. 1. ep. 9. & lib. 7. ep. 3. Neque verò hac in causa modò, sed constanter sæpe in senatu, quinetiam Marcello & Philippo COSS. Nonis Aprilibus mihi senatus est assensus, &c. Atti. lib. 14. ep. 13. Quinetiam hoc ipso tempore multa *ἰωσεμνῶσ*. lib. 12. ep. 4. & lib. 2. ep. 1. Quinetiam si, &c. tamen, &c. de Clar. 276. Quinetiam memini, &c. & 1. de Diu. 4. Quinetiam memoria nostra, &c. 1. de Natur. 10. Quinetiam obeit plerunque. de Cla. 253. & 4. Academ. 4. Quinetiam in maximis occupationibus, &c.

QVINGENAE, na. Att. lib. 16. ep. 8.

QVINGENTI. Att. lib. 16. ep. 2.

QVINGENTESIMVS, a, um. pro Fl. 1. & 1. Ant. 13.

QVIN immò. *quinetiam.* Attic. lib. 1. ep. 10. Quin immò inter se leuiter dissident.

QVINQVAGESIMAE. 5. I. V. 116. Adde totius summæ DXL. millia modiorum tres quinquagesimas. * I. V. *ibid.* Ab omnibus enim ternæ præterea quinquagesimæ exigebantur.

QVINQVAGENI. 5. I. V. 69.

QVINQVAGINTA. Attic. lib. 4. ep. 2.

QVINQVATRVS, trus. *dies Minervæ sacer, sic dictus, quod quinto die post Idus, qui dies ater dicebatur, celebraretur.* Epist. lib. 12. ep. 25. Quinquatribus egi causam tuam, non inuita Minerua. & lib. 2. ep. 12. Ita tumultuosæ conciones, ita molestæ quinquatrus afferebantur. Attic. li. 9. ep. 12. Venit etiam ad me Mattius Quinquatribus. & Fam. lib. 12. ep. 25.

✠ ADIVNC. *Molesta, 2. Fam.*

QVINQVE. de Nat. li. 1. 19. Quinque formæ & quinque siderum errantium motus.

QVINQVENNALIS, le. 3. de Orat. 125. Cum Olympiam veniisset maxima illa quinquennali celebritate ludorum.

QVINQVENNIVM. Att. lib. 7. ep. 6. & 2. de Leg. 7. Censores magistratum quinquennium habento. ‖ 2. In Ant. 24.

✠ ADIVNC. *Legitimum, 4. in Verr.*

QVINQVEPARTITVS. de Inu. lib. 1. 59. Quinquepartita argumentatio.

QVINQVEPRIMI. 5. I. V. 68. Quinqueprimi accitu istius euocātur. & 73. Agyrinenses magistratus & quinqueprimi, &c. L. DECEMPRIMI.

QVINQVEREMIS, mis. *quinque remorū ordines habens nauis.* 6. in Verr. 103. Certos homines in quinqueremi misit, qui eos dentes reportarent. & 1. de Or. 174.

QVINQVEVIR. 4. Ac. 136. & 2. cont. Rull. 17.

QVINQVEVIRATVS, tus. de Prou. 41. & Attic. lib. 9. ep. 2. In quinquenuiratu.

QVINQVIES. Phil. 13.

QVINTILIS, le. *mensis Iulius, quòd quintus esset à Martio, qui primus erat tum anni mensis.* Attic. lib. 14. ep. 7. Volo mense Quintili in Græciam.

QVINTVS, a, um. Tusc. lib. 1. 41. Quinta natura. Ac. li. 2. Quinta classis. Incer. De accusatore lege quinta dicta.

QVINVS, a, um. in Pis. 67. Græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures.

QVIPPE. *nam, etenim, nempe, nec mirum, vtpote.* Att. lib. 6. ep. 3. Non me aliquid iuuare possis: quippe res est in manibus, tu autem abes longè gentium. de Clar. 244. Non puto existimate te, ambitione me labi: quippe de mortuis. pro Dom. 126. Iam fateor, inquit, in Gabinium me nefarium fuisse: quippe vides, &c. 2. I. A. 74. Hærebat nebulo, quò se verteret, non habebat: quippe in his ipsis temporibus dicebatur. 1. de Finib. 21. Sol Democrito magnus videtur: quippe homini erudito. 2. de Orat. 218. Leue nomen habet vtraque res: quippe leue enim est totum hoc risum mouere. 4. de Finib. 7. Quippe habes enim à rhetoribus. 2. de Finib. 7. Epicurus istam voluptatem interdum nimis etiam nouit: quippe qui testificetur, &c. pro Sex. Rosc. 52. Conuiuia cum patre non inibat: quippe qui, &c. ad Brut. ep. pr. Inu. 7. Quippe quæ, &c. Attic. lib. 10. ep. 3. Vnum te aiunt in regia, nec reprehendo: quippe cùm ipse istam reprehensionem non fugerim. 3. de Fin. 41. Quippe cùm Peripatetici, &c. 1. de Leg. 5. Potes autem tu, &c. quippe cum, &c. Epist. lib. 1. ep. 9. Multa de mea sententia questus est Cæsar: quippe quòd etiam Rauennæ Crassum antè vidisset, ab eoque in me esset incensus. pro Mur. 62. Dixisti quippe, iam fixum & statutum est. pro Cecin. 55. Rectè igitur diceres, te restituisse: quippe. 3. de Nat. 96. Quippe, inquit Velleius, qui, &c. pro Mur. 74. Quippe, inquit, tu mihi, &c. pro Mil. 48. Quippe si ille obuius futurus non erat. 2. de Inu. 131. Quippe quæ in lege scripta non sit. 3. I. A. 4. Quippe qui iussit, &c. 3. I. A. 1. Quippe cùm viderem, &c. pro Mil. 34. Mouet me quippe lumen curiæ.

☞ Syntaxis. *Quippe leuis enim est.*

QVIRINALIA, orum. *Quirino, id est, Romulo sacri dies atque celebritas.* Quint. frat. lib. 2. ep. 3. & 12. Comitiales dies, qui Quirinalia sequuntur.

QVIRINVS, ni. *Romulus.* L. ROMVLVS.

QVIRITES, tum. *populus Rom.* 6. I. A. 17. *quater.* pro Cecin. 96. Non potest iure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est.

QVIRITO, as. *fidem pouli Rom. imploro.* Asin. Epist. lib. 10. ep. 32. Et illi misero quiritanti, Ciuis Romanus sum: respondit, Abi nunc, populi fidem implora.

QVIS. *vel* qui, quæ, quod *vel* quid. *quæres.* de Clar. 129. Liciniustolerabilis patronus, cuius orationes pueri legebamus, quas iam reperire vix possumus. 1. de N. 98. Sunt multa quæ paludibus existunt, quæ negemus esse. Orat. 172. Quis omnium doctior Aristotele? Orat. 31. Quis porrò vnquam Græcorum Rhetorum, &c. pro Dom. 127. Quis eras tu? pro Qu. R. 21. Considera, quis quem fraudasse dicitur. 1. de Orat. 7. Quis autem dubitet, quin, &c. & *ibid.* Quis enim est, qui, &c. 4. Tusc. 65. Si quis ad eum quid tale retulerat. 2. I A. 35. Si te in iudicium quis adducat. I. P. 12. Vereor, ne qui sit, qui, &c. pro Cec. 34. Vt si qui me exire domo mea coegisset armis. pro Syll. 34. Ne qui fortè, &c. Attic. lib. 7. ep. 25. Nisi qui (vt tu scis) Parthicus casus extiterit. Orat. 203. Si numerus orationis quæritur, qui sit, omnis est. 3. de Fin. 71. Alienum est à sapiente, non modò iniuriam cui facere verumetiam nocere. & *ibid.* Ne cui falsò assentiamur. Epist. lib. 1. ep. 1. Regis causa si qui sunt qui velint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt. pro Mur. 32. Si diligenter, qui vir ille fuerit, consideraris. Epist. lib. 10. ep. 6. Talem igitur te esse oportet, qui primum te disiungas, &c. & lib. 7. ep. 23. Fac quæso qui ego sum, esse te. 7. I. V. 69. Is se illum, qui non est, simulat. Epist. lib. 5. ep. 19. Si nos ii sumus, qui esse debemus. pro Dom. 98. Nec sum tam insolens, qui Iouem esse me dicam. Epist. li. 5. ep. 12. Neque enim tu is es, qui, qui sis, nescias. Attic. lib. 13. ep. 28. Ac vellem quidē (essem enim qui esse debeam.) 5. I. A. 20. Diuidebar agros quibus & quos volebat. Orat. 196. Quos autem numeros cum quibus misceri oporteat, nunc dicendum est. & 1. de Orat. 196. Patria cuius rei tanta vis est, vt, &c. Epist. lib. 5. ep. 16. Officio tamen essem functus amicissimi, quem me tibi esse existimes velim. Quint. frat. lib. 3. ep. 1. Concidissem qui illum oderunt. *id est, eos qui &c.* 1. Offi. 37. Nego ius esse qui miles non sit, pugnare cum hoste. At. li. 13. ep. 30. Qui decem legati. Mummio fuerunt, Polybius non nominat. pro Syl. 92. Quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi. Attic. lib. 9. ep. 18. Quos pueros cum Mario miseram, epistolam mihi attulerunt, hoc exēplo, &c. Att. li. 13. ep. 49. Ad Cæsarem quam misi epistolam, eius exemplū fugit me tum tibi mittere. Att. lib. 12. ep. 33. Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coràm videbimus. pro Cec. 1. Qua de re iure decertare oportet, armis non contendere. 1. de Or. 176. Quid, qua re inter eos centūuiri iudicarunt? pro Qu. R. 47. Qua de re iudex fuisset, testis esset. 2. de Fi. 3. Nisi inter quos disseritur, conuenit, quid sit, &c. pro Arch. 14. Quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accenderet. Antequam 9. Cùm

à quibus debeam retineri, reiicere instituant. Postquam in Sen. 11. Neque solum id dixit, sed quos ei commodum fuit. compellauit. & 26. Vt agerentur gratiæ, qui è municipiis venissent. 2. de Diu. 39. In Acquimelium misi, qui afferat agnum, &c. Attic. lib. 13. ep. 23. Magis doleo me non habere cui tradam, quam habere qui vtar. de Clar. 105. Oratio pro lege Varia quæ inscribitur. pro Dom. 50. Dico legem istam, quam vocas, non esse legem. in Hort. Quæro non quibus rebus intendam animum, sed quibus remittam pro Sex. Rosc. 6. Non eandem autoritatem habent aduersaria, quam tabulæ. Att. lib. 8. ep. 15. In eadem opinione fui, qua reliqui omnes. 2e, &c. pro S. R. 154. Homines ista autoritate præditi, qua vos estis. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Tua quæ fuerit cupiditas tanta nescio. Epist. lib. 11. ep. 13. Qua enim prudentia es, nihil te fugit. & li. 12. ep. 29. Quod tuum est iudicium de homin. & li. 13. ep. 78. Quæ tua natura est. & li. 4. ep. 5. Qui tuus est amor, &c. & li. 8. ep. 13. Quod maximum est. & li. 8. ep. 15. Quod solet fieri. de Sõn. 20. Quod autem motum affert alicui, quod ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, finem habeat necesse est. Att. lib. 6. ep. 2. Quod illum soleo hortari. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 28. Sed quid ego te hæc hortor? pro Qu. 33. Nisi tu, quod esset tuũ ius & officium potestasque, docuisses. 7. in Ver. 22. Tu cogita quod hoc genus prædandi. Attic. lib. 8. ep. 10. Respondit se, quod in nummis haberet, nescire quò loci esset. 1. de Or. 37. Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ vestigium apparet? 2. de Orat. 59. Quid est, inquit, Carule, Cæsar, vbi sunt qui Antonium Græcè negant scire? pro Dom. 34. Quid? sacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te est? 2. in Anton. 41. Velim mihi dicas, L. Tarsutius qua facie fuerit, qua statura? quo municipio? qua tribu? Epist. lib. 1. ep. 2. Quem ego ipsum cum audio. &c. 4. ad Heren. 24. Quos istos? Epist. lib. 15. ep. 21. Cui quidem ego amori, &c. & *ibid.* Quo tamen ipso, &c. 4. in Verr. 10. A quo mea voluntas longissimè abhorret: *id est, à quare.* Epist. lib. 6. ep. 6. In quo, *id est, in quare.* & lib. 2. ep. 1. In quo, *id est, in qua parte.* Epist. lib. 2. ep. 10. Ex quo vereor, ne, &c. Attic. lib. 1. ep. 15. Nihil mihi nunc scito tam deesse, quàm hominem eum, qui cum omnia communicem. & *ibid.* Reperire ex magna turba neminem possumus, quo cum iocari liberè possimus. Epist. lib. 5. ep. 21. Tamen nemo erat, qui cum essem libentius. & *ibid.* Plerique eorum quib. cum vsu necessariò. 3. Offic. 109. A quis malè pugnatum est: *id est, à quibus.* 2. ad Herennium 22. Oporteat ne de ea re iudicium fieri, quæ res in iudicium non venerit. 2. de Diuin. 13. Num igitur aut aruspex, aut augur, aut vates quis, aut somnians? &c. 2. ad Herẽnium 15. Num quæ abrogatio? & 8. Num qui strepitus exauditus sit. 1. de Fin. 4. Quis enim est tam inimicus, &c. qui spernat, &c. qui dicat, &c. Attic. lib. 6. ep. 3. Sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. & ep. 9. Quæ tua prudentia & temperantia est. *id est, tanta.* * Frag. ep. Data Lupercalibus, quo die, &c.

QVISNAM. 2. de Inuent. 2. Quæ fuit ab iis, quænam virgines formosas haberent.

QVISPIAM. *aliquis.* pro Qu. 49. Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut, &c. 1. Offi. 32. Si constitueris te cuipiam aduocatum esse venturum. Attic. lib. 7. ep. 1. Neuter quenquam omnium pluris facit quàm me. Epist. lib. 9. ep. 8. Vel aliæ quæpiam rationes. 3. Tusc. 19. Aliquod quodpiam membrum. 3. de Natur. 86. Si grando quippiam nocuit. pro Sest. 63.

QVISQVAM. *aliquis.* 6. in Verrem 123. Terrior hic tyrannus Syracusis fuit, quàm quisquam superiorum. Epist. lib. 1. ep. 7. Magnitudinem animi tui ne inflectas cuiusquam iniuria. 2. de Or. 191. Magis etiam quàm quenquam aliorum. pro Quint. Ros. 18. Est ne quisquàm omnium mortaliũ, de quo melius existimes? 7. I. V. 75. Quisquam omnium mortalium hoc faciat? & lib. 8. ep. 22. An hoc dubitabit quisquam omnium? Attic. lib. 9. ep. 4. Quicquam tu illa putas fuisse?

QVISQVE, quæque, quodque, vel quoduis. 2. de Nat. 29. Principatus quo nihil in quoque genere potest esse præstantius. 2. de N. 58. Cæteræ natutæ suis seminibus quæque gignuntur. Epist. lib. 1. ep. 9. Ego quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio. 5. de Finib. 25. Sua cuiusque animantis natura est. de Opt. 1. In cæteris suus est cuiusque certus sonus. 5. de Finib. 27. Quod comprehenditur suis cuiusque sensibus. 3. de Nat. 1. Quum suo cuique iudicio sit vtendum. in Sal. 16. Elogium Claudij & Pisonis, quo vsus est quisque eorum. 1. Offic. 147. Pictores & poetæ suum quisque opus à vulgo considerari vult. Postquã ad Quir. 2. Nihil dulcius hominum generi à natura datum est, quàm si cuique liberi. de Somn. 19. Sed mens cuiusque is est quisque, nõ ea figura, quæ digito demonstrari potest. 2. Offic. 78. Vt ciuitas sit libera, & non sollicita suæ rei cuiusque custodia. de Am. 45. Satis superque est sibi suarum cuique rerum cura. pro Sest. 97. Hæc qui defendunt, optimates sunt, cuiusque sint ordinis. 2. de Diu. 89. Signifer orbis vnaquæque pars alia alio modo mouet cœlum, perinde vt quæque stellæ in his partibus sunt quoque tempore. 3. I. A. 24. In fortitione prouinciarum quæ cuique apta erat, ea cuique obuenit. Epist. lib. 6. ep. 1. Vt suæ quenque fortunæ maximè pœniteat. 5. de Finib. 26. Scientiam suam cuiusque artis esse. 3. Offi. 70. Quid quemque cuique præstare oporteat. de Am. 55. Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio. 1. de Orat. 6. Permultos excellentes in quoque genere videbis. & 130. In quo quisque artificio excellit, is in suo genere Roscius dicitur. 5. de Finib. 46. Cuiusque partis naturæ & in corpore & in animo sua quæque vis est. 1. de Orat. 67. Quamcunque rem à quoque cognoueris, de ea melius dices, quàm, &c. 3. de Natur. 84. Edixit, vt quod quisque à sacris haberet, in suum quodque fanum referret. & pro Flac. 104. Quotus enim quisque est, qui optimi & amplissimi cuiusque hominis autoritatem magni putet? de Clar. 99. Multos nobiles quod quisque potuisset in illam orationem contulisse. Orat. 196. Dicendum est, quibus orationis generibus sint quique accommodatissimi: *id est, numeri.* 1. contra Rull. 26. Huic malo pro se quisque nostrum mederi debemus. 1. Offi. 21. Ex quo quia suum cuiusque sit, eorũ quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. 2. de Diuin. 38. Quæ cuique obtigerit hostia, id habet aliquid diuini. & *ibid.* Quæ cuique ducatur sors.

QVISQVE, *cum comparat superlat. & ordinem significantibus nominibus.* pro Qu. R. 31. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet laboriosius. Attic. lib. 8. ep. 18. Hortor, vt primo quoque die Luceriam aduenires. 3. de N. 7. Primum quidque videamus. Attic. lib. 8. ep. 3. Infimus quisque propensus in alteram partem. 2. de Orat. 313. Vti quemque eorum minimum putant, ita eum primum volunt dicere. 5. de Fin. 57. Vt quisque optimè natus institutusque est, &c. 2. de Fin. 81. Optimum quidque rarissimum est. 1. Aca. 13. Recentissima quæque sunt correcta & emẽdata maximè. 1. Tus. 77. Sed nescio quo pacto doctiss. quisque contemnit. 2. de Inu. 175. Grauissima quæque causa vehementissimè necessaria est. 1. de Orat. 119. Vt quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem timet. Epist. lib. 5. ep. 2. Tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat. pro R. P. 34. Modò nobis inspectantibus in iudicio Gabinij, tertio quoque verbo excitabantur. 4. I. V. 139. Quinto quoque anno Sicilia censetur. & Att. lib. 6. ep. 1. Tricesimo quoque die. 1. Off. 147. Veri etiam poëtæ suum quisque opus à vulgo considerari vult.

QVISQVILIAE, arum. *sordes.* Att. lib. 1. ep. 13. Caluus & spongia & cæteræ huiusmodi quisquiliæ. & pro Sest. L. EMISSITIAE.

QVISQVIS. de Cl. 255. Plus enim attulit, &c. quisquis est ille, si modò est aliquis, qui, &c.

QVIVIS. *quilibet.* de I. 320. Tantum detraxit, quantum non quiuis vnus è populo, sed existimator, doctus & intelligens posset cognoscere. pro Cec. 62. Si tu solus aut quiuis vnus impetum in me fecisset. & *ibid.* 57. Aut colonus, aut cliens, aut quiuis, qui, &c. in Sal. 3. Vt lutulentus sus, cum quouis voluta ri. pro Qu. 84. Quiuis vt perspicere possit. de Opt. 1. Poema tum suum quoduis est diuersum à cæteris. 1. de Inu. 101. Nam ex iis rebus, quæ personis atque negociis attributæ sunt, quæuis amplificationes & indignationes nasci possunt.

QVO. Attic. lib. 8. ep. 3. Ipse ne quò inciderem, reuerti Formias. lib. 8. ep. 3. Qui autem & quò nihil scimus. Epist. lib. 10. ep. 12. Nec quò progredi velles, exploratum satis habebat. 2. cont. Rull. 73. Tu non definias, quò colonias? in quæ loca deduci velis. 7. in Ver. 78. Est certus locus, certa lex, certum tribunal, quò hoc reseruetur. pro Sest. 29. Quid hoc homine facias? aut quò ciuem importunum reserues. 4. I. V. 137. Primùm quò tantam pecuniã? deinde quamobrem censores ad statuam tibi conferebant. & 183. Quò tibi tantum opus fuerit, quæro. pro Cæl. 53. Si tam familiaris erat, quàm tu esse vis, dixit profectò, quò vellet aurum. Epist. lib. 7. ep. 23. Martis verò signum quò mihi pacis autori? Att. lib. 8. ep. 2. Quò igitur hoc spectat oratio. 2. de Diu. 132. Iam vero quò pertinent ænigmata somniorum? Attic. li. 10. ep. 1. Quod scribis, non quò aliunde audieris, sed te ipsum putare, me, &c. 2. de Orat. 305. Non quò libenter male audiam, &c. sed quia, &c. Epist. lib. 6. ep. 4 Non quò ego certò sciam, sed quod, &c. & lib. 10. ep. 12. Non quò vnquam dubitasset, & c. pro Quint. 5. Non eò dico C. Aquili, quò mihi veniat in dubium tua fides. 3. de Fin. 4. Quò magis hoc nobis faciendum est. pro Quint. 4. Quæ quò plura sunt, eò te meliori mente nostra verba audire oportet. pro Qu. R. 31. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet laboriosius. & pro Mi. 100. Sed quò est illa magis diuina, eò maiore à te dolore diuellor. Epist. li. 4. ep. 13. Quo minus familiaris sum, hoc sim ad inuestigandum curiosior. & *ibid.* Quò facilius possit, &c. hoc est adhuc ardior. * con. C. Anto. Vt non esset locus tam sanctus, quò non aduentus tuus crimen afferret.

☞ Syntaxis. *Non quò dubitem. Quò tanta pecunia?*

QVOAD. *donec, vsque dum.* lib. 7. ep. 25. Quòd me admones, vt me integrum quoad possim seruem, gratum est. 2. de Orat. 291. Omnia cogitando, quoad facere potui, sum prosecutus. Att. lib. 7. ep. 2. Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, nolui esse. Epist. lib. 8. ep. 8. Quoad is numerus effectus esset. 2. de Inu. 154. Ille naui quoad potuit, est opitulatus. & 20. Quoad fieri possit. Attic. lib. 11. ep. 12. Tu tamen velim ne intermittas, quoad

eius

eius facere poteris, scribere. Epist. lib. 3. ep. 2. Si eam quoad eius facere potueris, quàm expeditissimam mihi trades. & lib. 5. ep. 8. Vt quoad eius fieri possit, præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuatur. 3. in Catil. 17. Quanquam quoad fuit in vrbe, eius consiliis obstiti. 1. cont. Rull. 5. Videte nunc, quoad fecerit iter apertius, quàm antea. 1. Offic. 1. Tamdiu autem velle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit. Epist. lib. 4. ep. 3. Hactenus existimo, &c. quoad, &c. Qu. fr. lib. 1. ep. 8. Eatenus, &c. quoad, &c. 3. contra Rull. 14. & 5. I. V. 77. Vsque eò, quoad, &c. 4. Tusc. 82. Cognoscere aliqua, quoad possint ab homine cognosci pro Dom. 137. Id sperasti, rempub. diutius, quàm quoad mecum simul expulsa esset, esse laturam? pro Arch. 1. Quoad longissimè potest mens mea respicere spacium præteriti temporis. Epist. lib. 13. ep. 14. Operámque des quoad tibi æquum & rectum videbitur, vt, &c. Epist. lib. 8. ep. 14. Primum ei te commodes, quoad fides tua dignitásque patietur. Attic. lib. 15. ep. 23. Quoúsque, inquies? quoad erit integrum: erit autem, vsque dum ad nauem. 11. in Art. 6. Mihi Antonius peruenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. 1. de L. 14. Iurisconsulti ius ciuile eatenus exercuerunt, quoad populo præstare voluerunt.

☞ Syntaxis. *Quoad eius fieri posſit. Quoad eius facere posſet. Vsque eò, quoad. Eatenus, quoad.*

QVOCIRCA. *vnde, ex quo, quo, itaque, quamobrem.* 1. de Diuin. 92. Quocirca bene ad maiores nostros senatus decreuit, &c. de Am. 23. Quocirca si sapientiam meam admirari soletis. Attic. lib. 10. Quocirca hæ sunt breues, &c.

QVOCVNQVE. *aduerbium.* 7. I. V. 166. Quocunque venerint, hãc sibi rem præsidio sperant esse futuram.

QVOCVNQVE tempore. *quandocunque, quoque tempore.* Epistol. lib. 1. ep. 9. Sed quocunque tempore mihi potestas tui præsentis fuerit, &c.

QVOD. *quia, quo.* 6. I. V. 119. Vrbs, quæ, quòd in ea Fortunæ fanum fuit, Tyche nominata est. Attic. lib. 2. ep. 4. Fecisti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me misisti. & li. 8. ep. 11. Gratissimum mihi est, quòd quieris. 3. de Finib. 15. Bene facis, inquit, quòd me adiuuas. 5. in Ver. 109. Propter hãc causam, quòd, &c. Attic. lib. 2. ep. 4. Hoc ipso, quòd &c. Att. lib. 7. ep. 3. De animo meo erga te, bene facis quòd non dubitas. 3. de Leg. 1. Sanè gaudeo, quòd te interpellaui. 6. I. V. 37. Non tibi obiicio, quòd hominem omni argento spoliasti. Attic. lib. 1. ep. 16. Atque hoc loco illud non queo præterire, quòd cum de consularibus mea prima sors exisset, senatus retinendum me in vrbe censuit. pro Cluent. 188. Prætereo quòd eam domum sibi delegit, in qua, &c. 3. Tusc. 68. Sed se videre, quòd paucis annis magna accessio facta est. 2. de Diuin. 51. Cato mirari se dicebat, quòd non rideret aruspex, aruspicem cùm vidisset. Epist. lib. 8. ep. 6. Illud mihi occurrit, quòd discessit, &c. 1. de Leg. 32. Illud extremum est, quòd rectè viuendi ratio meliores efficit. & *ibid.* Atque hoc in omni disputatione sic intelligi volo, quòd dicam naturam esse, &c. 1. ad Heren. 24. Hoc modo in loco communi per amplificationem iniiciemus? quod si hoc fecisset, tamen ei ignosci conueniret, &c. Epist. lib. 4. ep. 3. Facilè apparet, quòd me colat. Quint. frat. lib. 3. ep. 1. Epistola, in qua primùm erat, quòd antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis, quàm in Cæsaris. 6. in Verr. 144. Ea enim scripta est, quòd iste virgis neminem cæcidisset. Attic. lib. 3. ep. 24. Accedit illud incommodum, quòd illa opinio, &c. Attic. lib. 12. ep. 24. Ad Siccam scripsi, quòd vtatur L. Cotta. 2. de N. 18. Apparet, quòd aliud à terra sumpsimus, aliud ab humore. 1. Offic. 37. Equidem illud animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur. Epist. lib. 7. ep. 28. Memini, quòd mihi desipere videbare. Qu. de Pet. 17. Memini, quòd nulla in re illis vnquam molestus fui. 6. I. V. 131. Iam illa præteribo, quòd ista abstulit mensas, &c. Epist. lib. 8. ep. 2. Accessit huc, quòd postridie ille venit. 3. de Nat. 68. Addo huc, quòd mihi pater misit, &c. Attic. lib. 8. ep. 3. Omitto illa vetera, quòd istum in repub. ille aluit, auxit, armauit. *ibid.* ep. 15. Mea quòd semper fuit sententia primùm de pace, deinde, &c. meminisse te arbitror. de Cl. 176. Hoc ipsum etiam posui pro argumento, quòd ille solutè egisset. pro Qu. R. 38. Tu Qu. R. pro opera, labore, quòd cognitor fuisset, quòd vadimonia obisset, rogãsti, vt, &c. Att. lib. 11. ep. 12. Audebo petere abs te, quòd te oro, ne existimes, &c. de Cl. 297. Illud minus curo, quòd congessisti operarios omnes. de Ar. 22. Quod ni tu voluisses, &c. haud scio, &c. Epist. lib. 12. ep. 23. Quòd ni ita putarem, ipse perscriberem. Epi. lib. 14. ep. 4. Quòd vtinam minus vitæ cupidus fuissem. 4. I. V. 60. 61. Quod ego nisi &c.

☞ Syntaxis. *Quòd vtinam vitæ minus cupidus fuissem.*

QVOD, si. *pro, nam si.* Orat. 51. Quòd si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas: quid tandem in causis existimandum est? Epist. li. 4. ep. 10. Quòd si nullum haberes sensum nisi oculorum, prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles videre. Epistol. lib. 7. ep. 2. Quòd si mihi permisisses, confestim, &c. de Clar. 119. Quòd si omnia, &c. commodius, &c. Att. lib. 6. ep. 1. Quòd si cuipiam, huic tamen non. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 4. Quòd si tibi bellum administranti viderem, &c. tremerem animo, &c. item. Quòd si quis est, qui, &c. pro Arch. 16. Quòd si non, &c. tamen, &c. & 17. Quòd si ipsi neque attingere, & cæt. tamen, &c.

QVODAMMODO. 1. de Orat. 251. Vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum recipere, & quasi quodammodo colligere. de Clar. 261. Voce, motu, forma etiam magnifica quodammodo.

QVOI. *pro, Cui.* 2. de L. 60. Quoi auro dentes vincti essent, &c.

QVOIVS, *pro Cuius.* 1. de Leg. 52. Ad finem bonorum quò referũtur, & quoius adipiscendi causa sunt facienda omnia.

QVO magis. *vt magis.* 2. de Inu. 130. & 3. de N. 21. Quo magis cogito, eo minus intelligo. pro Sext. Rosc. 69. Quo minus, &c. eo magis, &c. & 86. Tenuitas huius eo magis eluget, quo magis occultatur. ‖ Att. lib. 11. ep. 6.

¶ Quo magis. *sine eo, & quo minus, post rei expositionem, epiphone maiorẽ.* 1. Offic. 26. Est autem in hoc genere molestum; quòd in maximis animis, splendidissimisque ingeniis plerunque existit honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditas, quo magis cauendum est, ne quid in eo genere peccetur.

QVO minus. *quo secius, vt non.* Att. lib. 2. ep. 24. Nihil desideramus, quo minus Epeirum ipsam possidere videamur. 2. de Orat. 256. Neque repugnabo, quo minus omnia legant, &c. Att. lib. 11. ep. 6. Nihil te deterreo, quo minus id disputes de Cl. 117. Vacationem augures, quo minus iudiciis operam dent, non habere. 3. I. C. 15. Quæ religio C. Mario non fuerit, quo minus C. Glaucium prætorem occideret. pro Dom. 82. Nihil de me tulistis, quo minus essem in ciuium numero. in Vat. Nemo se anteponat, quo minus reus fiat. Epist. lib. 11. ep. 10. Interpellat me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellet, quo minus respub. antè defendatur. & lib. 3. ep. 7. Illud non perficis, quo minus tua causa velim. 1. Tusc. 91. Mors non deterret, quo minus, &c. Epist. lib. 6. ep. 22. Non eo res me deterruit, quo minus, &c. & lib. 1. ep. 4. Nemo est qui nesciat, quo minus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum. & lib. 8. ep. 5. Tanquam nihil denegatum sit ei, quo minus quàm paratissimus esset. 1. ad Heren. 21. Impedimento est quo secius feratur lex. 1. Offic. 73. Quæ eo faciliora sunt philosophis, quo minus patent multa in eorum vita quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egent. 1. de Orat. 70. Nullis terminis circumscribit ius suum, quo minus ei liceat vagari quò velit. I P. 36. Nemini ciui vlla, quo minus adesset, satis iusta excusatio est visa.

QVOMODO. *quo pacto, quemadmodum, qua ratione, qua via, vt.* 2. de Orat. 18. Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, nõ reperies. Ep. li. 3. ep. 1. Si respub. tibi narrare potuisset, quomodo sese haberet, non facilius, &c. & lib. 2. ep. 6. Hæc negocia quomodo se habẽt, ne epistola quidem narrare audeo tibi. 2 de Orat. 157. In hac arte nullum est præceptum, quomodo verum inueniatur, sed tantum est, quomodo iudicetur. de Ar. 8. Et sua concio risit, hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis confixum senatusconsultis. pro Sex. Rosc. 7. Postulatio breuis, & quomodo mihi persuadeo aliquanto æquior. 2. contra Rull. 3. Sed ita me consulem fecistis, quomodo pauci in hac ciuitate facti sunt. 5. Tusc. 18. Et quomodo hoc, &c. sic illud, &c. pro Qu. 88. Quem quomodo nunc intendit, ne viuum quidem tum putabat. ad Brut. ep. pr. in 6. Quomodo equidem credo, quòd, &c. quomodo autem multi suspicantur, ne te, &c. quod ego non credo. 3. de Nat. 41. & Attic. lib. 8. ep. 23. & lib. 13. ep. 2. Quomodo nunc quidem est. Quint. frat. lib. 2. ep. 2. Quomodo res se habet: non est facillima. Epist. lib. 7. ep. 5. Quomodo homines dicunt. Attic. lib. 7. ep. 2. Cæsar quomodo exultat in victoria. Qu. de Pet. 35. Cùm id petitur, quod honestè promittere non possumus, quomodo si quis roget, &c. At. li. 13. ep. 2. Nam quomodo nunc est, pedẽ vbi ponat in suo, nõ habet. pro S. R. 42. Illa quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam, reperire non possum. 2. de Orat. 140. Illud ad vos Cotta & Sulpiti, quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum. L. QVAM.

☞ Syntaxis. *Quomodo si quis roget. Quomodo nunc est, semper eget. Tua cura (quomodo nunc viuitur) vti, &c. Ego (quomodo vellem) contendam, &c.*

QVOMODOCVNQVE. *vtut, vtcunque, quoquo modo, quocunque modo, quibus rebus posſis.* Or. 70. Et poterit, quocunque modo postulabit, causam causa dicere. Ep. li. 14. ep. 24. Quomodocunque res se habet, poteris, &c.

QVONDAM. *quodam tempore, fuit quoddam tempus cùm.* 1. de Inuẽt. 3. Apud maiores nostros.)(*nuper, hoc tempore.* 2. de Inuent. 1. Crotoniatæ quondam, cùm florerent omnibus copiis, &c. pro Sex. Rosc. 154. Populus Rom. qui quondam in hostes leniſſimus existimabatur, hoc tempore, &c. pro Pomp. 22. Medea illa ex Ponto quondam profugisse dicitur. 7. I. A. 11. Brutus homo quõdam illius generis atque nominis natus ad rempub. liberandã,

1.de Orat.23.Ea quæ quondam accepi in noſtrorũ hominum diſputatione eſſe verſata. & 135. Conſuetudo mea qua quondam ſolitus ſum vti.de Cl. 192. Curionem quondãconcio reliquit. 4. Acad.9.Et alias ſæpe,& quondam in Hortenſij villa.pro Fl.106. Quondam.*de biennio aut de breui tempore.* Ante.q.16.& Attic.lib.2. ep.7.& 1.de Orat. 187. Omnia ferè quæ ſunt concluſa nunc attibus,diſperſa & diſſipata quondam fuerunt.At.lib.10.ep.4.Is qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos non ſubleuabat.

QVONIAM. *pro eo quòd quando.* 3. Tuſc.14. Qui fortis eſt,idem eſt fidens:quoniam confidens mala conſuetudine in vitio ponitur. Epiſt.lib. 4.ep.5.Tamen ei moriendum fuit,quoniam homo nata erat.pro Pl.82. Et quoniam tu ita vis, nimium me gratum eſſe concedam. pro Fl. 68. Vbi ergo crimen eſt? quoniam quidẽ furtum nuſquam reprehendi,&c.pro S.Roſc.30. Quoniã quidem ſuſcepi, non deero.1.de Orat.218. Tolerabilius eſt ſic dicere,vt quoniam dicendi facultas,&c.ſic boni oratoris, multa auribus accepiſſe,&c. & 254. Quanquam quoniam, &c.Epiſt.lib. 2.ep.4.Quamobrem quoniam, &c. 3. I.A.19. Quapropter quoniam,&c.aliquando &c.Att.lib.2.ep.1. Quoniam quidem, quæ nos ſcribimus te delectant.

QVO pacto. *quomodo.quemadmodum.*2.de Inu.44.pro Qu.55.Quẽ admodum,&c.& quo pacto,&c.

QVOQVAM I.V.act.4.52.O Verrea præclara,quoquã ſi acceſſiſti,quò non attuleris tecum iſtum diem.

QVOQVE. *etiam.* pro R. P.33.Si ita feciſſem,me ſcilicet maximè, ſed proximè illum quoque fefelliſſem.

QVOQVO. *quocunque.* 2.contra Rull.69.Hic ager quoquo precio coëmptus ſit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. pro Dom.25. Dicam ipſo audiente, quoquo animo me auditurus eſt. pro R. P.21. Quæcunque mens illa fuit Gabinij, is quoquo conſilio fecit,fecit certè ſuo. 2.de Or. 339. Aut quoquo animi vitio dictum ſit.

QVOQVOMODO. *quomodo, quocunque modo, quacunque ratione, omni ratione.* pro Mil. 94. Stet hæc vrbs præclara,quoquomodo de me merita erit. 3. Offi.118.Etiam temperantiã inducunt, non facillimè illi quidem, ſed tamen quoquo modo poſſunt. item *ibid.* Atque in his tribus generibus quoquo modo poſſunt, non incallidè tergiuerſantur. Attic.lib. 8. ep. 16. Pridie quoquomodo poteram, ſcripſeram, &c. Attic. lib. 8. ep. 3. Quoquomodo ea res huic quidem cécidit. in Vat. 37. Ego legibus tuis, quoquomodo latæ ſunt, pareo. Epiſt. lib.9. ep.16. Vt quoquomodo te liberare.6.I.A.19. Fuit aliquis caſus quem tulimus, quoquomodo ferendus fuit.pro R.P.24. Quoquomodo potero me expediam.2.de Diu. 21. Quocunque enim modo nos geſſerimus, fiet tamen illud quod futurum eſt. Epi.lib.1.ep.5.Quoquomodo quidé ſe res habeat. & li.4. ep.12. Quoquomodo res ſe haberet. Att.lib.15.ep.17.Quoquomodo nunc eſt,non eſt,&c.

QVOQVOTEMPORE. *quandocunque.* Att. lib. 9. ep.2.Aduentus noſter illi quoquotempore fuerit,erit gratus.

QVOQVOVERSVS, *vel* QVOQVOVERSVM. *in omnem partem.* 9.in Ant.17. Vtique locum ſepulchro in campo Eſquilino C. Panſa Conſul, ſeu quo alio in loco videtur, pedes triginta quoquouerſus deſignet.

QVORSVM, *vel* QVORSVS. *quò,ad quid.*1.Tuſc.60. Quorſum igitur hæc ſpectat oratio? Ep.lib.11.ep.28. Quorſum igitur hæc oratio longior?quia, &c. & 3.de Orat. 89.Quorſum igitur hæc ſpectat tam longa, & tam altè repetita oratio? 7. in Anton. 25. Quorſum hæc omnis ſpectat oratio? Poſtquã ad Quir.5.Quorſum igitur hæc diſputatio? quorſum?vt,&c.3. de Nat. 60. Veſtri hæc confirmant,interpretando quorſum quicque pertineat.At. lib.3.ep 24. Verebar quorſum id caſurum eſſet. Atti.lib.7.ep.16. Hæc intelligentur,quorſum euaſura ſint. pro Qu. R.43. Quorſum recidat reſponſum tuum,non magnopere laboro. Att. li. 9. ep. 12. Videamus illius rationes quorſum fluant. & lib.9.ep.21. Videamus hoc quorſum euadat.1. de Leg. 4. Quorſum tandem aut cur iſta quæris?& 63.Sed quorſum hæc pertinent? Attic.lib.2. ep.21.Tanto in odio eſt omnibus, vt quorſus eruptura ſit, horreamus.de Cl.292.Quorſus inquam iſtuc?de Leg.lib.1.63.Quorſus hæc pertinent?

Syntaxis. *Quorſum iſta ſpectat oratio? Quorſum id pertinet?id cadet? iſta euadent?recident?fluent? Quorſum,& cur?erumpent? Quorſus iſta?*

QVOT. Attic.li.4.ep.8.Qui tot annos quot habet, deſignatus Cõſul fuit, nec fieri Coss. potuit. Orator. 53.Quot oratorum genera, &c. totidem orationis ſunt. 2. de Orat. 140. Si in perſonis ponitur,quot homines, tot cauſæ. 1. Tuſcul.119. Cras autem & quot dies erimus in Tuſculano ,agamus hæc. 4.Acad. 49.In his quale ſit id quod percipi poſſit, totidem verbis, quot Stoici. 1. Tuſc.86.Quot, quantas, quàm incredibiles calamitates hauſit

QVOTANNIS. *ſingulis annis, omnibus annis,in ſingulis annis.* 2. de Nat. 102. 4. in Ver. 131. Siculi ex ſenſu quotannis tributa conferunt.& Orat.151.

QVOTCVNQVE. de Leg.li 3 7.Huic poteſtate pari quotcunque Senatus creuerit,populuſue i'uſſit,tot ſunto.

QVOTENVS, a, um. Attic. lib. 12. ep. 32. Is opinor ita partes feci in ripa, neſcio quotenorum iugerum, vt certa pretia conſtitueret.

QVOTIDIANVS,a,um. *communis, aſſiduus.* Epiſt. lib.1.ep.1. Nã cùm in ſermone quotidiano, tum in ſenatu palàm ſic egit cauſam tuam,&c. Luc. Epiſt.lib.5.ep.14. Tu non intelliges, te quereſis quotidianis nihil proficere? 1. de Orat. 232. Præbere alicui victum quotidianum in Prytaneo. 5.Tuſc.72.Quotidiano cultu atque victu.1.de Or. 192. In vſu quotidiano. 2. de Inu. 140. & 1. de Orat.197.In ſermone quotidiano.3.de Or.186.Vulgaris,quotidianus,peruagatus.Att.lib.8.ep.22. Non dubito,quin tibi odioſæ ſint epiſtolæ quotidianæ.ad Brut.ep.16. Audire aliquid de te, non ſolùm vſitatum, ſed etiam quotidianum eſt. de Fat. 2. Primò illa quæ erant quotidiana, & quaſi legitima nobis, de pace dicta ſunt. I. P.64.In hac quotidiana aſſidua vrbana vita. ‖ pro Sex.Roſc.77.Vide ADMINISTER. 3.ad Heren.35.Quotidianæ imagines.

Syntaxis. *Vſitatum & quotidianum.Vulgare,quotidianum.Peruagatum.Quotidiana,aſſidua vrbana vita.*

QVOTIDIE.*ſingulis diebus, indies,in ſingulos dies.* Attic. lib. 5. ep.7. Quotidie, vel potius in ſingulos dies, breuiores literas ad te mitto.pro Dom.113.Cùm mihi ſumma & quotidie maiora præmia in rep. fore putabas. Attic. lib. 11.ep. 9. Quotidie Balbi ad me literæ languidiores. Epiſtol. lib. 6. ep.6. Me quotidie Cæſar magis amplectitur.Quint.frat.lib.3.ep.3.Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnunciationibus.1 in Anton.5. Quotidie magis magísque perditi homines minabantur. ad Brut.ep. 18. Obdureſcunt quotidie magis boni viri. Attic. lib. 12.ep.10. Et id quotidie magis.Qu.fr.lib.3 ep.1. Quòd ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi,immortaliter gaudeo.

*Quotus die.*pro Cæl.1.Lex quæ de ſeditioſis ciuibus quotidie quæri iubeat. *id eſt,quocunque die,etiam feſtis diebus.*

Syntaxis. *Quotidie vel potius in ſingulos dies.*

QVOTIES,*vel* QVOTIENS. pro Mil.39.4. in Verr. 145. Verùm quoties & quot nominibus auferes. 1. de Orat.251. Toties quoties præſcribitur. 1. in Catil. 16. Quotiens iam quotiens tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? Epiſt. lib. 1. ep. 7. Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, &c.& lib. 7. ep.7. Toties, &c. quoties,&c.

QVOTIESCVNQVE. *quocunque tempore,quandocunque.*1.I.C.11. Quotieſcunque me petiſti,per me tibi obſtiti, pro Dom. 71. Senatus quotieſcunque, &c.toties,&c.pro Seſt. 146.Is quotieſcunque me viderit,ingemiſcet. ‖ 2.de Or.137.3.ad Her.34.

QVOTQVOT.Epiſt.lib.11.ep. 23. Veream, ſi te omnes, quotquot ſunt, ferre poterunt.2.de Inu.145.Si duæ leges,ſi plures,aut quotquot erunt.

QVOTVS, a,um. 3. de Orat.194. Quotus enim quiſque eſt, qui teneat artem numerorum ac modorum? Attic.lib.1.ep.10.Quotus enim quiſque,qui epiſtolam paulo grauiorem ferre poſſit?1. de Nat.80.Quotus enim quiſque formoſus eſt.2. Tuſc.11.Quotus enim quiſque philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus, vt ratio poſtulat? pro Flacc.104. Quotus enim quiſque eſt, qui hanc in repub. ſectam ſequatur? pro Plan. 62. Quotus enim quiſque deſertus,quotus quiſque iuris peritus.2.de Diu.52.Quota enim quæque res euenit prædictâ ab his? 5.I. V.220.Quotus erit iſte denarius,qui non ſit deferendus? *id eſt, an bini, vel terni, vel deni.* Att.lib.9.ep.11.Sciebam enim de quoto anno, & quantũ in ſolo ſolere quærere.pro Lig. 26. Quotus enim iſtud quiſque feciſſet?vt,&c. pro Cæl 38.At fuit fama,quotus quiſq; eã fugere poteſt in tam maledica ciuitate.3.ad Heren.30.Ne quando perturbatione ordinis impediamur,quo ſecius quoto quoque loco libebit,poſſimus,&c.

Syntaxis. *Quotus quiſque eſt,qui,&c.Scio de quoto anno,& quantum.Quotus enim iſtud quiſque feciſſet? Quoto quoque loco licet.*

QVOVSQVE.*quandiu,quem ad finem,quoad,quatenus.* Att.lib.1.ep. 13. Quouſque,inquit,hunc regem feremus?& lib.15.ep.22.Quouſque ludemur?& ep.24.Quouſque inquies?quoad erit integrũ: erit autem,vſquedum ad nauem.de Som.9 Quæſo, inquit ille, quouſque humi defixa tua mens erit.1.I.C.1.Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra? pro Fl. 70. Quouſque negociabere?pro Pl.73.Quouſque iſta dicis?

R

Litera Latinorum,eſt muta,

RABIDE.*furenter,rabioſe.* 5. Tuſ.16. Omnia rabidè appetens,cũ inexplebili cupiditate.

RABIDVS,a,um.*rabioſus,furens.*in Arat. *Vel toto ſpirans rabido de corpore flammam.* 4. ad Heren. 63. Iſte aſpectu rabido circumſpectans huc & illuc.

RABIES, ei. *furor.* in Sal. 9. Quòd iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem meam inuaſiſti. 3. Tuſcul.63. Hecubam putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi, in canem

canem esse conuersam.4.Tusc.51.Neque eos existimet sine rabie quicquam fortiter facere posse.

✠ ADIVNC.*Inusitata,in Sall.*

RABIOSE.*rabidè.furiosè.*4.Tusc.48.Nihil ne in ipsa quidem pugna iracundè rabioséue fecerunt.)(.*leuiter,quietè.*

RABIOSVLVS,a,um.Ep.lib.7,ep.16.Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti.

RABIOSVS,a,um.*rabidus.*4.Tusc.49.Vide ne fortitudo minimè sit rabiosa,sitq; iracundia tota leuitatis.

☞ Syntaxis.*Animi acerbitas & rabies.Iracundè ac rabiosè.*

RABVLA,læ.*causidicus,rabiosus & ineptus.*Orat.47.Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro quærimus. 1.de Orat.102.Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem aut rabulam conquirimus.de Cl.180.Rabulæ,qui & indocti planè,aut inurbani,aut rustici fuerunt.

✠ ADIVNC.*Diserti, Orat.Indocti,inurbani, aut rustici,probabilis,de Clar.*

RADIANS,tis.*radiatus.*in Arat.

Stellæ sub pedibus stratæ radiantis aquari. Orat.152.

Hoc motu radiantis eteſiæ in vada ponti.

RADIATVS,a,um.*radians.*1.de Di. 44. Orbis flammeus radiatus,Accij.3.de Orat.160.Lumen radiatum,Ennij.

RADICITVS.*stirpitùs,funditùs.*1.de Na.122. Epicurus ex animis hominum radicitus extraxit religionem.2.de Finib.27.Tollere atque extrahere aliquid radicitùs.1. Tus.111.Hãc excutere opinionem mihimet radicitùs volui.pro Dom.34.Radicitùs euellere omnes actiones alicuius.

☞ Syntaxis. *Radicitus extrahere,euellere, excutere actiones, opiniones. Tollere atque extrahere radicitùs.*

RADICVLA,læ.*parua radix.*2.de Diuin.135.Draco radiculam in ore ferens,&c.*bis.*

RADIVS, dij.*luminis quasi iaculum.*5.de Finib. 71. Vt stellæ in radio solis,sic bona corporis in virtutum splendore ne cernuntur quidem.in Ar.

Et quantum radios iacimus de lumine nostro.

Atti.li.2.ep.3.Cyrus aiebat radiorum ἀναφάσεις latis luminibus, non tam esse suaues.*Prognost.

Stringuunturradij cæca caligine tecti.

¶ *Item,Geometræ instrumentum,seu virga,quæ lineas ducit.* 5. Tusc. 64. Humilem homunculum à puluere & radio excitabo. *id est, Archimedem.*

¶ *A centro linea ducta.*de Vn.15.Globosum, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.

✠ ADIVN.*Pares,de Vniuers.*

RADIX,cis.*stirps.*5.de Finib.33.Videmus ea quæ terra gignit,corticibus & radicibus validè seruari.2.Off.43. Vera gloria radices agit,atque etiam propagatur.3.Tusc.13.Non solùm ramos amputare miseriarum,sed etiam radicum fibras euellere. pro Cæl, 14. Nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam virtutis radicibus niteretur.4.I.A.13. Virtus est vna altissimis defixa radicibus,quæ nulla vnquam vi labefactari potest.Brut.ep.17. Malum,quod fundamentum & radices habeat altiores.Atti. lib.10. ep.13.Nam habent suas radices: quas tamen euellerem, si possem.7. I. V.86. Nautæ fame coacti radices palmarũ agrestium colligebant,& his miseri perditique alebantur.

¶ *Pars humilior.*2.cont.Rul.65. In Massici radicibus.Anteq.24.In radice palatij.

✠ ADIVN.*Altiores,ep.ad Brut.Altissimæ,* 4. *Philip.*

RADO,dis.2.de Leg.59.Mulieres genas ne radunto.pro Q. Rosc, 20.Qui capite & supercilijs semper est rasis.

RAMVLVS. li.1.de Diui. 123.Ramulum adductum, vt remissus esset,in oculum recidisse.

RAMVS,mi.3.de Or.177.In arboribus truncus, rami folia.in Ar.

Denudat foliis ramos & cortice truncos.

pro Cecin. 60. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. *Chorogr.Ibi quercorum rami ad terram iacent,vt sues,quasi capræ ex ramis,glande pascantur.

✠ ADIVNC.*Patuli,*1.*de Orat.*

RANA,næ.2.de N.125. Ranæ marinæ dicuntur sese obruere arena solere.Att.lib.15.ep.16.Ranæ enim ἐπιφώνεσιν.

✠ ADIVNC.*Marinæ,2.de Nat.deor.*

RANVNCVLVS,li.*rana.*Ep.li.7.ep.18.Vlubris honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commõsse constabat.1.de Diu.15. Quis est qui ranunculos hoc videre suspicari possit?Sed inest mitè & ranunculis quædam natura significans aliquid.

RAPACITAS,tis.*cupiditas rapiendi.*pro Cæl. 13. Quis in rapacitate auarior?

RAPAX,cis.*prædo.*I.P.66.Iste crudelis olim furunculus,nunc verò etiam rapax.Sal.in Cic.5.Manus rapaces.5.I.V. 4. Furem aliquem aut rapacem accusaris.

¶ *Audus.*de Amic.50.Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius,quàm natura.

¶ *Citus,velox.*3.de Nat.24.

Europam Libyamq; rapax vbi diuidit vnda.

☞ Syntaxis,*Fur,aut rapax. Nihil natura rapacius.*

RAPIDE.*velociter.* Orat. 128. Quod cum rapidè fertur, sustineri nullo modo potest.2.de Leg.6.Rapidè dilapsus.

RAPIDVS,a,um.*velox.*2,de Finib.3. Nusquam orationem rapidam cõerceas.

RAPIENDVS,a,um,ad Oct. Illum hostem accersitum ad bona populi Rom.rapienda.4.I.A.9. Sed spes rapiendi atque prædandi cæcat animos,2.de Orato.238.Vita eorum, qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur.

RAPINA,næ.*furtum quod per vim fit.*2.I.C.10. Nihil cogitant nisi cædes,incendia,rapinas.2. Off.54.Atque etiam largitionem sequuntur rapinæ.Ep.lib.12. ep. 12. Spes prædæ ac rapinarum. & ✠ li.9.ep.20.Si qua vis,aut si quæ rapinæ fieri cœperint. ‖ At.li.14, epist. 15.Rapinas scribis ad Opis fieri.in Piso.57.Cupiditas cæca rapinarum.

✠ ADIVNC.*Veteres,*2.*in Catil.*

RAPIO,is. *abripio,aufero,furor,prædor.*2.I.A.62. Latrones tantum habent, quantum rapere possunt.3. Off. 22. Detrahere aliquid alteri,& rapere ad se commoda alterius.

¶ *Accipio,assumo.*1.Offic. 9. Cùm vtilitas ad se rapere,honestas contrà reuocare videtur,Ep.lib.7.ep.7. Estedum aliquod rapias, ad nosque recurras.

¶ *Impello,ago.*1.Off.101.ὁρμὴ, quæ hominem huc & illuc rapit.

¶ *Allicio.*2.Off.37.Cum aliqua his ampla & honesta res obiecta est,totos ad se conuertit & rapit.

¶ *Traho.*1.I.C.25.Quò te ista tua cupiditas effrænata rapiebat. 2. de Fini.3.Cum fertur quasi torrens oratio,multa cuiusque modi rapit,&c.3.de Fin.19.Cùm de rebus grandioribus dicas, ipsæ res verba rapiunt.

¶ *Adduco.*3.contra Rul.7.Marianus tribunus plebis qui nos Syllanos in inuidiam rapit.1.ad Her.8.Rapere aliquem in odium.

¶ *Interpretor.*Ep.lib.10.ep.33.Rapere consilium alicuius in contrariam partem.

RAPIOR,tis.Ep.lib.12.ep.25.In Græciam desperata libertate rapiebar.5.Tusc.13.Cùm cæteræ virtutes ad tortorem rapiantur.2. Off.38.Ad quas plerique inflammati auidate rapiuntur.1.de D. III.Et ad diuinarum rerum cognitionem cura omni studioq; rapiuntur. de Ar. 54. Ad quem metum si deorum monitis non duceremur,tamen ipsi nostro sensu coniecturaque raperemur. I. P. 57. Cupiditate cæca prædæ ac rapinarum rapi. 2. de L.43. Opinionibus vulgi rapimur in errorem. pro Pomp. 21. Classis quæ ad Italiam studio inflammato raperetur.Ep. lib. 16. ep. 12. Cùm Cæsar amentia quadam raperetur.

RAPSERIT, *pro* RAPVERIT, *antiquum verbum.*2.de L.22.

RAPTATVS,a,um.pro Sest.145.Euersa domus est, fortunæ vexatæ,dissipati liberi,raptata coniunx.

RAPTIM.*cursim,subcisiuu(vt aiunt) operis,* At.lib 2,ep.9.Hæc scripsi raptim.pro Dom. 129. Cùm ille ageret raptim & turbulentè illam rem.4.ad Her.65.Iste se raptim domum suam coniicit.

RAPTO,as. pro Do.59.Vxor mea,quã vexauistis,raptauistis,omni crudelitate lacerauistis.1.Tus.105. Quadriiugo curru raptari.

RAPTVS,a,ũ.1.Tus.65.Ganymedes à diis raptus.& 6. in Ver. 106.

RAPTVS,us.*stuprum.*6.I.V.107.Raptus virginis.4. Tusc. 71. Quis de Ganymedis raptu dubitat,quid poëtæ velint.

☞ Syntaxis. *Raptim se domum conicere. Raptim scribere,agere. Raptim ac turbulentè.*

RARENTER,*pro* RARO. *teste Charisio lib.2.*

RARITAS,tis.2.de N.136. In pulmonibus inest raritas quædam, ✠ & assimilis spongiis mollitudo. ‖ 2.de Or.247.Raritas dictorũ.

RARO.*rarenter,insolenter,non sæpe,minus sæpe.*)(.*vulgò.*3.ad Heren. 15.pro S.R.37.Hoc maleficium ita rarò extitit,vt si quando auditum sit,portenti ac prodigij simile numeretur.1.de Inuen.43. Deinde id euenire vulgò soleat,an insolenter & rarò. * de Fat. ✠ Acipenser admodum rarò capitur. ‖ 3.de Nat.69.Vinum ægrotis quia prodest raro nocet sæpissime.

RARVS,a,um:issimus.*quotus,paucus.*de Som.14. Vides habitari in terra raris & angustis locis.de Am, 65. Qui igitur in vtraque re constãtem se præstiterit,hunc ex maximè raro hominum genere iudicare debemus.2.de Fin.81.In omni re optimum quidque rarissimum est.de Amic.81.Omnia præclara,rara.1.de Inu. 81.Oportet autem animaduertere,ne cùm aliter multa sint iudicata,solitarium aliquod aut rarum iudicatum afferatur. Top. 69,Rarum,singulare.)(.*vulgare.*

☞ Syntaxis. *Insolenter & raro.*)(. *vulgo. Ex maximè raro hominum genere Cæs.Solitarium aut rarum.*

RASVS, a,um.*abrasus.*pro Qu.Rosc.20.L. RADO.

RATIO,nis.*mens,animus* 1.Offi. 101. Duplex est enim vis animorum atque naturæ:vna pars in appetitu posita est,quæ est Græcè ὁρμὴ,quæ hominem huc & illuc rapit:altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciendum fugiendúmue sit,ita fit, vt ratio præsit,appetitus verò obtemperet.2.de Natu.46.Ratio est, quæ præstat omnibus.2. de Leg. 16. Omnia quæ rationem ha-

bent,præstantiis quæ sunt rationis expertia.*Timæ.Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum in ventum est Solis & Lunæ.

¶ *Mentis actio,iudicium,intelligentia,consilium.*3.de Nat.69. Motus celer cogitationis,acumen,tolertia, quam rationem vocamus. 4.Acad.26.Ratio quasi quædam lux luménque vitæ.2.Tusc.47. Domina omnium & regina ratio.pro Qu.R. 34.Vertit hic rationem, & id quod probare non potest, fingere conatur. pro Fl.106.Bonæ rationi,& constanti,& graui nullum à nobis fructum esse propositum.pro Syl.10.Sine est in me ratio Reip. religio priuati officij,nihil minus accusator debet dicere. de Sen. 67.Meus,ratio & consilium in senibus est.pro Quin.53.Rationi ac consilio locum dare. 2. de Leg. 16. In mundo & mentem & rationem inesse.1.de Leg.19.Lex est mens ratióque prudentis. & *ibidem.* Lex est ratio summa insita in natura. & *ibidem.* Eadem ratio cùm est in hominis mente confirmata & confecta, lex est.2.de D. 85. Quibus in rebus non ratio & consilium , sed temeritas & casus valet.de Ar.3.Iracúdi longius digredi, quàm sapientis hominis cogitata ratio postulat.1. Offic. 79. Exercendum est corpus,& ita afficiendum vt obedire consilio rationique possis in exequendis negociis,& in labore tolerando.3.de Nat.26.Homo habet sensum,& rationem,& orationem. Top. 69.Expers rationis.) (*Ratione vtens.*1. Offi.11.Homo qui rationis est particeps, per quã consequentia cernit, principia & causas rerum videt,earumque progressus & quasi antecessiones nõ ignorat,similitudinesque comparat , rebusque præsentibus adiungit atque annectit futuras.3.de Natu.69. Quemadmodum ratione rectè fit,ita ratione peccatur.& *ibid.multa de ratione.* pro Clu.106.Suæ sententiæ rationem reddere.1.Tus.38.Antiqui rationem sententiæ suæ non ferè reddebant.' 4.ad Her. 1. Vt paucis rationem nostri consilij demus.pro Pomp.5.At Quin.Catulus & Hortensius abhac ratione dissentiunt.4. in Verr. 10. Mea ratio voluntásque ab eo abhorret.pro Dom. 15.Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecturámque reuocabant. Antequam.15.Qui nouam rationem suscitant,veteres maiorum obtenunt laudes.3. Off. 84. Hoc ego nihil vtilius inuenio, cùm ad veritatem cœpi reuocare rationem. Orato. 116. Omnia quæ ratione docentur & via.pro Quint.28. Modo & ratione omnia facere.Epist.lib.4 epist.13.Itaque eam partem quæ ab exquisita quadam ratione & doctrina proficiscitur , non attingam. pro Clue.184. Mulier abundat audacia , consilio & ratione deficitur.Hortens. Vt ea sibi ratio vera restituat,quæ consuetudo vitiosa detraxerit. *ibidem.*Quo magis hi *animi* fuerint in cursu, id est,in ratione & inuestigandi cupiditate.

¶ *Argumentatio,argumentum.*Or.180.Reddere rationem cur aliquid fit.4.I.V.29.Reddere rationem de factis aliorum.4. Acad. 105. Vt etiam possis rationem reddere cur id eueniat , tamen, &c.7.I.V.176.Persolui rationem officij mei.pro Cæl. 35. Rationem tantæ familiaritatis reddas atque exponas necesse est.1.de D.62.Hunc ergo antepones Platoni ? qui vt rationem non redderet , autoritate tamen hos minutos Philosophos vinceret. & lib.2. 61. Chrysippus naturalem rationem omnium reddit. pro Pl.48. Sic ego contendo, me tibi cuiuscunque tribus rationem poposceris,redditurum.pro Pl. 66.Clarorum virorum non minus ocij,quàm negocij rationem extare oporteret. Sall.in Cic. 4. Redde rationem , quantum patrimonij acceperis, qui tibi litibus accreuerit.2.de In. 70. Subiicere & supponere rationẽ.2. de D.104.Et quidẽ cur sic opinetur,rationem subiicit.3.de Ora. 205.Ad propositum subiecta ratio.& *ibidem.*Supposita ratio. pro Cec. 96. Afferre rationem,quamobrem. & 66. Afferre rationes in aliquam rem.Attic.lib.11.ep.12. Quamnam rationem Cæsari allaturus es profectionis tuæ?1.de Nat.76.Tertiam rationem affertis,quòd,&c.pro Mur. 3. Vt vobis mei rationem facti probem.de Ar.3.Mei facti rationem exponere illis volo , qui , &c. Ep.lib.4.ep.13.Afferre rationes , quibus aliquid probemus , vel cur ita sit.lib.6.ep.8.pro Syl.2.Rationem facti sui omnibus probare.de Fato 6. Sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunámq; refertur.1.de D. 16. Ventorum signa quam rationẽ habeant,non satis perspicio,vim & euentum agnosco.4. in Ver. 118.Hoc summi officij ratione impulsus facio.Epi.lib. 2. epi.17. Certa quadam ratione non feci. Att.lib.8.ep. 15. Nihil nisi summa ratione facere.1.in Ver.1.Si mei consilij causam rationémque cognouerit.Att.lib.1.ep.9.Quòd domi te inclusisti,ratione feceris.pro Cecin.40.Nequaquam satis verbis causam & rationem iuris amplecteretur.2.de Or. 214. Argumentum ratio ipsa confirmat:quæ simul atque emissa est , adhæresit. 4. I. V.115. Quid habuit argumenti aut rationis res, quamobrem ita faceres?2.de Orat.80.Argumentis ac rationibus nostra confirmare, deinde contraria refutare.Or.44.Argumentorum ac rationum loci.3.de Nat.10.Tu autoritates omnes contemnis, ratione pugnas.& 13.Rumoribus mecum pugnas:ego autem rationes requiro.pro Pomp.51. Omissis autoritatibus,ipsa re & ratione exquirere veritatem.2.de D.91.Docet enim ratio mathematicorum,quanta humilitate Luna feratur.pro Cec.102,Quòd si animi ciuitas illi posset,magis tamen rationem illam omnes quæreremus, quemadmodum possemus , &c. quàm vti nunc quisquam exiitat,qui.&c.1.de Fini.22. Efficere & concludere rationem.2.de Orat.158.Veráne sit summa cuiusque rationis.2.de D. 25.Concluditur ergo ratio.si enim,&c.3.de Natur.92. Neque id dicitis superstitiosè atque aniliter,sed Physica constantique ratione.pro Cec.60.Causæ rationes,non vocibus ponderari debẽt. Epist.lib.5.ep.13.Tum rationes in ea disputatione à te collectæ verabant,me Reipub.penitus diffidere.4. de Fini.9. Neque sensuum fidem sine ratione,neque rationes sine sensibus requiramus.& 1.de Fini.31.Rationibus conquisitis de dolore disputandum.& *ibidem.*Exquisitis rationibus confirmare aliquid.de Sen. 77.Nec me solùm ratio & disputatio impulit , vt ita crederem, sed nobilitas etiam, & autoritas summorum Philosophorum. L. ARGVMENTVM.Epist.lib.2.ep.3.Coramque contra istam rationem meam dicam.

¶ *Modus,via,consilium,institutum,genus,conditio,mensura.*1.Offi.135. Vt incipiendi ratio fuerit,ita desinendi modus.& 148. Cynicorum ratio est inimica verecundiæ.7.in Ver. 4.Hæc eadem nũc ab illis defensionis ratio viaque tentatur.pro S.R.22.Sylla pacis constituendæ rationem & belli gerendi potestatem solus habet.Qu.fra.lib.3. ep. 3. Puerum in hanc nostram rationem consuetudinémque inducemus. pro Do. 87. Is constans in optima ratione semper fuit.Brut. ep. 15. Ratio illa, quæ etiam posteris posset esse salutaris. pro Dom. 88.Nemo mihi se ipsa populari ratione anteponat.3.de Orato. 175. Idque ad omnem rationem mutatur & vertitur.2.de Or.292.Mea ratio in dicẽdo hæc solet esse,vt ornem , &c.2.in Ver.34. Tua ratio est,vt sic facias: mea autem,vt sic.&c.pro Pomp.1. Non mea me voluntas,sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt.2.I. C.13. Docui,quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta.2.cõtra Rull.5.Summus labor ac difficillima ratio gerendi consulatus.2.cont.Rul.5. Omnibus est difficilis & magna ratio. Antequam.30.O misera vitæ ratio,quæ,&c.pro Pomp. 70. Laboriosissima vitæ ratio.pro R.P.38. Augere rem bonis & honestis rationibus.Epist. lib. 1. ep. 7.Si hæc ratio rei gerendæ periculosa tibi videtur.pro Dom.146.In vtendo ratio,in carendo patientia experenda est.pro Planc.2. Ille hoc magna ratione fecit. pro S. R.96.Qua ratione illi primùm nunciauit?2.de D.46.Rationem causamque alicuius rei quærere.Postquam ad Quir.21.Ab aliquo prouinciæ administratæ rationem repetere.pro S.R.3.Non modò ignoscendi ratio, sed etiam cognoscendi consuetudo de ciuitate sublata est.de Cl. 261. Cæsar rationem adhibens, consuetudinem vitiosam emendat.Ep.lib.3.ep.6. Et ex diebus & ex ratione itineris constituti,&c. Qu.fr.li.1.ep.1.22.Vt eos omni ratione tueare.pro Clu.68.Te oro,vt mihi rationem ostendas iudicij corrumpendi. Attic lib.14.ep. 9.Ea ratio ædificandi initur, &c.2.Offic.42. Pecuniæ quærendæ non solùm ratio est,sed etiã collocandæ,quæ perpetuos sumptus suppeditet.pro Pl.39.Ratio quam in decernendo secuti sumus. 2. Offic.48.Duplex est orationis ratio,quarum &c. Att.lib.1.epist.9. Duæ epistolæ in eandem rationem scriptæ.‖Attı.lib.12.epist. 20.Sed ineunda nobis ratio est.& 2.de Orato.153.Rationem bene viuendi hominibus dare.*de reg. Ptol. Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis.Hortens.Quantum inter se homines studiis,moribus,omni vitæ ratione differant.

¶ *Res,negocium,factum.* Postquam ad Quir. 1. Nunquam meas rationes saluti vestræ antepositi.pro Mur.35.Quantos æstus habet ratio comitiorum.& *Ibidem.*Nihil fallacius ratione tota comitiorum.Ep.lib.1.ep.2.Quod ad populárem rationem attinet. & ep.9.De qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari,vt tibi rescribam ad ea quæ quæris. & ep. 7.In hac ratione quid temporis ferat,tu perspicies.& epist.8.Ego me ad eius rationes adiungo,quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti.At.lib.10.epist.13.Illa de ratione numeria non sunt eiusmodi.pro Cluent.64.& de Prou.19.Propter rationem belli Gallici.pro Qu.17.Hoc eo pertinebatur, quod propter ærariam rationem non satis erat , &c.de Pro. 35.Nec totam rationem Gallici belli propè iam explicatam perturbare atque impedire debemus.Qu.fr.li.1.ep.1.21.Incumbe omni studio in eam rationem,qua adhuc vsus es.Attic.lib.9.ep. 15. Ad eam rationem existimabam satis aptam esse personam meam. pro Mur.66.Nemo eo commodior,comior ,moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis.1.Offi.120.Ad hanc rationem maximam natura vim habet.& 76. Hæc res non solùm ex domestica est ratione:attingit enim &bellicam.*pro C.Cor.1. Institui exemplum meis alienissimum rationibus cupierunt.

¶ *Habitudo,respectus.* de Cl. 49.Oratorũ fontes vides ad nostrorum annalium rationem veteres,ad ipsorum sanè recentes. 1. de Orato.217.Licet ista ratione dicamus , pila ludere proprium esse,&c.

¶ *Propositum,consilium,optatum,desiderium.*Qu.fr.lib.1.ep.1.33.Ea nostra ratio est,vt omnes boni faueãt,omnes improbi oderint. Ep.lib.3.ep.5.Tua ratio postea est commutata.4.I.A. 14. Nulla

cum

cum eo pacis ratio esse potest, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla.

¶ *Conditio, genus qualitas, status.* 2. I. C. 92. Diuersa Catilinæ studia in dissimili ratione. pro Flac. 44. Nisi mihi totam rationem omni & personarum genere & literarum explicaris. Postquam ad Quir. 23. In officio persoluendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est. Ep. lib. 10. ep. 3. Nunc alia ratio est omnium rerum. 2. de Or. 128. Oratoriæ facultatis tres sunt rationes: vna, &c. altera, &c. tertia, &c. pro Quint. 76. Quæro, cur nemo ex tot creditoribus aliis ad istam rationem accesserit. de Cla. 261. Cæsar splendidam quandam & minimè veteratoriam dicendi rationem tenet. pro Fla. 68. Pergami non multum auri ratio constat.

¶ *Ius, fas.* ad Her. lib. 4. Minari diuisoribus ratio non erat. 4. Ac 74. Ironiam alterius perpetuam præsertim nulla ratio fuit persequi. pro Cec. 15. Nulla ratio est amittere hanc occasionem.

¶ *Quæstio, tractatio, disputatio.* 1. de Di. 117. Continet enim totam hanc quæstionem ea ratio, quæ est de natura deorum. 1. de Fin. 13. Prius a veniat in medium Epicuri ratio, quæ plerisque notissima est, quam à nobis sic intelliges expositam, vt ab iis, qui eam ✠ disciplinam probant, non soleat accuratius explicari. ‖ 4. ad Her. 19. Ei rationi ratio non est fidem habere.

¶ *Iudicium, lis, causa forensis.* 2. I. C. 25. Bona ratio confligit cum perdita. *id est, causa & pars.*

¶ *Administrationis, & rei pecuniariæ, calculi; multiplici formula.* Atti. lib. 13. ep. 45. Rationes sumtuariæ. 3. I. V. 56. & de Opt. 20. Referre rationes. & 3. in Verr. 99. Referre rationes ad ærarium. & 7. Verr. 59. Et ciuibus suis rationem referre debebat. I. P. 61. Scriba qui rationes ad ærarium retulit. & *ibidem.* Ratio quidem hercle apparet, argentum *ἀνάλωτον. ex Plau. in Trinummo.* Epist. lib. 2. ep. 17. Rationes mei quæstoris nec verum fuit me tibi mittere, nec tum erant confectæ: eas nos Apameæ deponere cogitabamus. & lib. 5. ep. 20. Vt apud duas ciuitates, Laodicensem & Apamensem, rationes confectas & consolidatas deponeremus. 5. I. A. 15. Pecunia publica, cuius ratio in æde Opis confecta est. Att. lib. 4. ep. 10. Putare rationes cum aliquo. pro Flac. 20. Inferre rationes falsas. 3. de N. 71. Inita subductaque ratione nefaria scelera meditari. 7. I. V. 146. Cedo rationem carceris, quæ diligentissimè conficitur, quo quisq; die datus in custodia, quo mortuus, quo necatus sit. & 3. in Ver. 106. Inducere aliquam pecuniæ summam in rationem. Attic. lib. 5. ep. 13. Ego eam rationem Philogeni, & permutationis eius, quam tecum fecit, edidi. & lib. 7. ep. 3. Edere rationes alicui. Attic. lib. 15. ep. 20. Rationes Erotis propemodum cognitas habeo. & li. 5. ep. 21. Quid opus est, inquam, potius, quàm rationes conferatis? assident, subducunt ad nummum, conuenit. pro Cec. 94. Accipere rationes à colono. 1. I. V. 27. Rationem vitæ ab altero reposcere, qui non possit suæ reddere rationem omnium rerum. 1. de Orat. 62. Reddere rationem sui operis. 4. I. V. 28. Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendam arbitremur. pro Clu. 104. Qua lege in eo genere à senatore ratio repeti solet de pecuniis repetundis. pro Pom. 17. Publicani suas rationes & copias in prouinciam contulerũt. Hortens. Cum rationem à dispensatore accipis. *ibidem.* Ineundis ✠ subducendisq; rationibus. ‖ Atti. li. 6. ep. 7. Ego Laodiceæ Quæstorem Mescinium expectare iussi vt confectæ rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. de Opt. 19. Nullis ab ipso rationibus relatis vt corona aurea donaretur. pro Q. 15. Communicarent de tota illa ratione.

¶ *Promiscua & elegantissima, cum verbis Habeo, Duco, significatione, graui iudicij & animaduersionis.* 4. I. V. 182. Habui rationem annorum, per quos, &c. & 7. Ver. 70. Habeo rationem dierum. & *ibid.* Rationem numerumque habere. & 100. Hanc rationem habere cœpit. 4. I. V. 154. Habere rationem officij in socios. & 153. Et huius pecuniæ quæ permagna est, non habui rationem: neque habere potui, quantum ab aratoribus, &c esset coactum. Br. ep. 5. Existimo omnino rationem absentiũ sacerdotũ comitiis posse haberi. 2. de Le. 15. Deos piorũ & impiorum habere rationem. At. lib. 8. ep. 15. Duxi meam mecum rationem. pro S. R. 128. Ducere rationem sui commodi. pro Sest. 23. & 3. in Verr. 126. Ducere rationem alterius. 4. in Ver. 129. Qui non tam cœli quàm cælati argenti rationem duceret. Epist. lib. 7. ep. 3. & lib. 9. ep. 8. Ducere rationem salutis suæ. de Sen. 51. Agricolæ rationem habent cum terra, quæ nunquam recusat imperium. 12. in Ant. 17. Si habenda cum Antonij latrocinio pacis ratio fuit. pro Cæl. 50. Cum hoc aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi turpe videatur. 4. I. V. 188. Nihil cum eo rationis habui. Att. lib. 2. ep. 5. Cum omnibus Musis rationem habere cogito. pro Syl. 56. Magna ratione cum rege contracta. 4. I. A. 14. Hostis, qui haberet rationem aliquam, si res ita tulisset, pacis & fœderis. Att. lib. 6. ep. 3. Pro ratione pecuniæ liberiùs est Brutus tractatus, quàm Pompeius. pro Qu. 75. Omnes quibus cum ratio mihi aut est, aut fuit. pro Qu. R. 41. Quæ ratio tibi cum eo intercesserat. 1. in Ver. 16. Vniuscuiusque facultatis ad agendum ratio est. &, Officij rationem duci conuenit. L. Dvcio. Qffic. 120. Vtriusque ratio habenda est in deligendo genere vitæ, sed naturæ magis. & 139. Habere rationem non suam solùm, sed etiam aliorum. Att. lib. 5. ep. 20. Vt habeam rationem non modò negocij, sed etiam ocij tui. ad Br. ep. 15. Qua in re maiorem habeo rationem tuæ voluntatis, &c. quàm constantiæ meæ. 1. de Orat. 156. Quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes velimus esse. 1. Offic. 99. Est autem, quod differat in omni ratione habenda inter iustitiam & verecundiam. pro Pomp. 17. Horum vobis pro vestra sapientia est habenda ratio diligenter. pro Cluen. 117. Cùm huiusce periculi, tum cæterorum quoque officiorum & amicitiarum ratio conseruata esse videatur. pro Mil. 98. Ex omnibus præmiis virtutis si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum præmium esse gloriam. 2. de Ora. 17. Quam eorum quibus cum est, vel dignitatis vel commodi rationem non habet, is ineptus dicitur. Atti. lib. 9. ep. 9. Præstabo, si Cæsarem bene noui, eum prius tuæ dignitatis quàm suæ vtilitatis rationem habiturum. 1. de Natu. 56. Non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. At. lib. 8. ep. 19. Vt summam Reipu. rationem habeamus. 4. in Verr. 70. Hoc rationis habebant, non posse, &c. pro Cec. 2. Nisi fortè hoc habui rationis, quoniam, &c. Epistol. lib. 3. ep. 5. Habui rationem, vt tibi consulerem. 7. in Ver. 37. Neque illud rationis habuisti, eam prouinciam, &c. & 36. Habeo rationem, quid à populo Rom. acceperim. Att. lib. 8. ep. 11. Verùm cùm habeo rationem dierum, antè puto transmissuram, quàm potuerit conueniri. Epist. lib. 3. ep. 6. Vt habere rationem possis, quo loco me ✠ conuenias. ‖ Attic. lib. 8. ep. 11. Habere rationem dierum.

✠ *Adiunc. Absoluta, facillima, multiplex disputandi vtilior, 5. Tusc. Abstrusa, certæ, splendida quædam dicendi, & minimè veteratoria, de Clar. Aduersa, integra certáque, inuita, mollis & eneruata, propria, recta, 4. Tusc. Æquabilis, priuatæ, quotidianæque, 1. ad Q. frat. Æraria, antiqua vitæ, extrema & necessaria, familiaris, noua insidiarum, recta atque honesta, pro Quint. Ancipites, fatalis, maior, 3. Tusc. Satis apta, 9. Attic. Apta ad naturam, dubia, excellens, expers honestatis, ornatissima, perfecta, praua, 2. de Fini. Astuta, malitiosa, multæ, 2. in Verr. Bellica, domestica, forensis, inimica verecundiæ, probabilis, recondita quædam, stabilis firmiórque, 1. Offi. Bona, similis, 6. in Ver. Bona, falsa, diuina, infinita, pestifera, subtilior, 1. de Natu. Bona, perdita, 2. in Catil. si non bona at aliqua, exigua, falsa, sed humana, & vsitata, necessaria, 5. in Ver. Bona, & constans & grauis, falsæ, tota, pro Flac. Bonæ, & honestæ, inconsultæ, pro Rab. Breuis, 8. Attic. Cara alicui, 13. Phil. Carior, 3. de Finib. Castrensis & militaris, dubia vitæ, dubia, obscuráque Turpis & obscura, pro C. c. Censoria, constans, difficilis, pro Clu. Certa, pro Mur. Certa, moderatáque dicendi, difficilis, & magna, difficillima, dissimilis, dissimillima perturbata, 2. cont. Rull. Ciuilis, Par. Communis, sempiterna, vetus & Socratica, 1. Ac. Communes, 7. Phil. Commutabilis, honesta, varia, & commutabilis vitæ, pro Mil. Benè consideratæ, contrariæ, dilucidior argumentandi, diuersæ, dispar, falsa, multæ & obscuræ, optimæ, Part. Plures, probabiles, quamplurimæ, similis præceptorum, 1. de Inuent. Constans & grauis, exquisita, periculosa, turpis, 4. Famil. Constans & perpetua vitæ, differens doctrina, dicendi quidem facultate, Par. Par viuendi, communisque, idonea, summa, 1. de Legib. Constans, plena omnium cõcordiarum, popularis, pro Sest. Delicatior, molliórque, inconstans, prudens, temperata, fortis & iusta sciendi, quieta degendæ vitæ, 5. de Fin. Difficilis, & periculosa, nummaria, salutaris posteris, 1. Att. Digna aliquo, 10. Famil. Dignissima sapiente, exquisitæ, notissimæ, 1. de Fi. Diligẽs disserẽdi, Top. Dispar orationis, par, atque vna, 2. de Orat. Domina & regina omnium, 2. Tusc. Excellens diuináque, inelegans, infirma, perfecta, atque absoluta, Physica constánsque, recta, constánsque, 2. de Nat. Explicata, aut explorata, 6. Fa. facilis.) (. obscura, honestissima, humana, 1. de Di. Facilior, variæ, Postquã ad Q. Facilior, & solutior, 9. Fa. Nõ satis firma, orba, 1. de N.*

Firmissima,3.Tusc Geometricæ,quasi lux,lumenque vitæ,4.Aca. Grauis,& recta, 14. *Philip.Ignaua,de Fat. Improbissima,1.in Verr.Insolita dicendi,laboriosissima vitæ.pro Pom.Non inutilis,sed Reip. vtilior,oratoria, periculosa rei gerendæ,simillima,* 1. *Fa. Latior dicendi,contractior agendi,6.Attic.Latior,splendidior,viro forti claróque dignior,necessaria temporibus,sordidissima & inquinatissima,vitiosa,2.Offi.Lubrica,& perdifficilis defensionis,pro Planc.Magna,4.Ver. Mirabilis vitæ,& propè singularis ad laudem,pro Dom.Menstruæ,pro Q.Roso.Misera,vitæ,Anteq. iret.Multæ,copiosæ variæque,perrecondita consuetudinis, aut valdè difficilis,aut magnifica, aut grauis, Simplex veritatis,* 1.*de Ora.Naturalis,2.de Diu.Noua & singularis prædandi,vetus dicendi,7.in Ver.Nouæ,*11.*Atti.Optima,*2. *Att.Par acceptorum,& datorum.de Amic.Particeps voluptatis,2.de Inuen.Perfacilis,vera,directáque,pro Cœl.Perditæ vitæ,2.Phil.Perpetua,popularis,ac turbulenta,de Prou.Quæstoria,3.Verr. Summa ingenij,* 2. *de Legib.Similes,Or.Sumptuariæ,*13. *Att.Turbulenta,* 1.*cont.Rull.Vaga & mutabilis,vera,de Vniuer.Vehementior,ep. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Cogitationis motum celerem,acumen solertiam, vocamus rationem.Ratio lux & lumen vitæ,domina & regina omnium.Dare locum rationi.Obedire rationi in negocijs exequendis.Rationis expers, particeps.Reddere sententiæ rationem, dare. Ab hac ratione dissentio. Ratio mea ab isto abhorret.Reuocare aliquid ad rationem:& contrà. Ratione facere omnia.Reddere rationem,cur quid fiat,de factis.Rationem subijcere & supponere,afferre,referre,probare alicui facti sui exponere.Ratione impulsus hoc facio.Rationibus sua confirmare.Pugnare ratione.Rumoribus mecum ne pugnes:rationes requiro. Rationem efficere & cõcludere.Summa rationis.Sententiæ cuipiã suggerere rationem.Nec sensuum fides sine ratione,neq; rationes sine sensibus requirẽdæ.Rationibus conquisitis de aliquo disputare,exquisitis cõfirmare aliquid.Ratio incipiendi,defensionis,&c.Rei administratæ ab aliquo repetere rationẽ.Rationẽ adhibere,mire. Ratio comitiorũ,popularis,&c. Adiungere se ad rationes alicuius.Hæc mea est ratio,vt,&c.Ratio huius negocij nõ constat.Nulla ratio est hæc persequi,&c. Rationes cum aliquo putare.Inferre rationes.Ratione inita & subducta.Scelera meditari.Summã pecuniæ inducere in rationem. Rationes alicui edere,ab aliquo reposcere.Habere rationem annorum,dierum.Meam rationem mecum duxi.Sui commodi rationem ducere,alterius.Pro ratione huius causæ sum liberè tractatus.Ratio mihi est cum illo,intercedit.*

RATIOCINANDI,do.2.de In. 94. Ratiocinando quod cuiusque officij sit,quæri oportebit.1.Tusc.4. At nos metiendi ratiocinandique vtilitate huius artis terminauimus modum.

RATIOCINATIO,ἀναλογισμὸς. 1.de In.57.Ratiocinatio,est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum & per se cognitum sua se vi & ratione confirmet.4.ad Her.24.Ratiocinatio,exornatio est,per quam nos ipsi à nobis rationem poscimus,quare quidque dicamus,& crebrò nosmet à nobis petimus vniuscuiusque propositionis explanationem.2.de Inue.18. Ratiocinatio est diligens & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio.1.ad Her.23.Multæ leges afferuntur,è quibus ratiocinatio nascitur.

✠ ADIVNC.*Diligens & considerata,*1.*de Inuent.*

RATIOCINATIVVS,a,um.*genus controuersiæ, vnum ex iis quæ ex scripto existunt.*1.de Inu. 17.Quartum genus ratiocinatiuum, quintum definitiuum nominamus.

RATIOCINATOR,oris. *rationum subducendarum peritus, quem imperiti Calculatorem vocant.*At.li.1.ep.9. Hilarẽ dico ratiocinatorem.1. Off. 59.Vt boni ratiocinatores officiorũ esse possimus, & addendo deducendóque videre,quæ reliqui summa fiat.

✠ ADIVNC. *Boni,* 1. *Offic. Hilaris,* 1.*Attic.*

RATIOCINOR,aris.*rationem habeo,rationemineo.*2. de Inue. 115. De pecunia ratiocinari sordidum est, cùm de gratia referenda deliberetur.4.ad Her.17.Socij nostri profectò ratiocinati essent etiam atque etiam,quid possent facere. & 2.ad Herenn. 35. Ex eo quod ipse facturus est,non ex eo quod fieri conuenit, ratiocinatur.2. I. A. 55. Omnia nostra mala, si rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio.pro Mil. 32.Cuius illi conatus, vt ille ratiocinabatur,nec si vellent, reprimere possent.2. de In. 61.Ratiocinari,quid in similibus fieri soleat.2. I. V.20. Etenim sic ratiocinabantur,sic inter se loquebantur.

✠ ADVERB.*Rectè,*2.*Phil.*

RATIONALIS,le.*quod in ratione versatur.*2.ad Her.18. In causa rationali primùm quæretur,ecquid,&c.

RATIS,tis.*genus nauigij planum,& tralatitium tantùm inter se aptis & connexis factum.*1.Tusc. 73.Tanquam ratis in mari immenso, nostra vehitur oratio.7.I.V. 5. Cùm aut nauibus,aut ratibus conarentur accedere.&*ibidem.*Ratibus coniunctis freto ad Messanam transiri.At.lib.9.ep.14.Ratibus exitum portus teneri.

RATIVNCVLAE.3.de Nat.73.Atque huic sententiæ ratiunculas suggerit.4.Tus.42.Leues autem eorum ratiunculas,qui,&c. & 2.Tusc.29.Concluduntratiunculis Stoici.

✠ ADIVNC.*Leues,*4.*Tusc.*

RATVS,a,um.*firmus,constans,certus,fixus.*) (*irritus.*2.de N.97.Quitam certos cœli motus,& ratos,astrorum ordines viderit.& *ibid.* 95. Astrorum in omni æternitate rati & immutabiles cursus.5. Tusc.69.Quorum vagi motus,rata tamen & certa cursus spacia definiant.2.de D. 19. Aliquid ab omni æternitate certum fuisse, esse venturum rato tempore. 2. de D. 44. Aliquid rato tempore fieri.de Som.11.Sonus interuallis coniunctus imparibus ,sed tamen pro rata portione distinctis.1.Tus.94. Omnia ista perinde vt cuique data sunt pro rata parte à vita longa aut breuia dicuntur.pro Cec.96.Si populus hoc iusserit, putásne hoc iussum ratũ atq; firmum futurũ?pro Cor.54.Dubitãdum fuit,quin quo in genere iudiciorum præmia rata essent,in eodem iudicia imperatorum valerent:de Pro.45.Cuius tribunatus si ratus est,nihil est quod irritum ex actis Cæsaris possit esse.5.I.A.21.Quæ si leges irritas feceritis,rata esse non possunt.Att.lib. 14.ep. 23. Vt omnes acta Cæsaris haberent rata.pro Cec. 74. Rata autoritas harum rerum à iure ciuili sumitur.Part. 125. Ratum habere iudicium.)(*.rescindere iudicium.*pro Dom. 79. De agris ratum est: fuit enim populi potestas. pro Flacc. 74. Si dat tantam pecuniam,nempe idcirco dat,vt rata sit emptio. pro Q.Rosc.3.& 1. de N.10.Quod retuleris,id ratum habebo.At. lib.5.ep.8.Deinde vt Faustæ,cui cautum ille voluisset,ratum esset.pro Cl.132.Hoc fixum & in perpetuum ratum esse oportet.1.de.Ora.173.Testamentum ruptum aut ratum.4.Ac.27.Decretum,stabile,fixum, ratum esse debet.2.de Fin.20.Epicuri κυρίας δόξας,id est,maximè ratæ sententiæ.4.Acade.141. Verùm illud certum,comprehensum,perceptum,ratum,firmum,fixum fuisse vis.2.de Diu.63.

Scire ratósne habeant,an vanos pectoris ortus.

3.Offic.110.At non debuit ratum esse,quod actum per vim:quasi verò,&c.2. de Leg. 21. Cœli fulgura regionibus ratis temperante.& 50.Quod pater approbauit,&c.ratum est , &c. & quod non approbat , ratum non est.

✠ ADVERB.*Maximè,*2.*de Fi.In-perpetuum, pro Clu.*

☞ Syntaxis. *Ratum & immutabile.Rato tempore. Pro rata portione, pro rata parte.Iussum,ratum,ac firmum.Si populi potestas est, ratum est.Fixum,& in perpetuum ratum. Decretum,stabile,fixum,ratum. Certum,comprehensum,perceptum,ratum,firmum,fixum.*

RAVCVS,a,um.*qui vocem obtusam habet,fessus dicendo,vel clamando.*1.de Orat.259.Itaque nos raucos sæpe attentissimè audiri videmus.Ep.lib.9.ep.2.Nisi ipse rumor iam raucus erit factus.de Cl. 141.Vox permanens,subtrauca verò natura.

RAVDVSCVLVM, li.*pecuniola.æs enim veteres raudum vocabant, vide Varronem de Lingua Lat.li.*3.At. li.4.ep.8.& li.6.ep.8.De rauduſculo,gratũ.& li.7.ep.2. De rauduſculo Numeriano multum te amo.& lib.14.ep.15.Nec meherculè me rauduſculum mouet.

RAVENNA,næ,*vrbs.*Attic.lib.7.ep.1.pro Corn.50.

RE.*exitu:pro quo indiserti dicunt, Actu & effectu.*pro Mil. 12.Senatũ non quod sentiret,sed quod ego vellẽ,re decernere.Ep.li.10.ep. 8.Re ipsa & exitu præstare aliquid.4.I.V.47.Verbo.)(*.Re.*

REAEDIFICO,as.*reſarcio,instauro.*At.li.6.ep.1.Putat enim Pompeius , Cæsarem immeritò reædificando diligentiorem fore.

REAPSE.*reipsa.*1.de Di.81.Formæ quæ reapse nullæ sunt,speciem autem offerunt.5.de Finib. 27. Quod idem reapse primum est.

REATINVS,na.à *Reate oppido.*2.de Natu.6.de Cla.241.*Incer. Reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari.

RECALESCO,scis.*concalesco,referuesco.*2.de Na.26. Corpora nostra motu atque exercitatione recalescunt.

RECEDITVR.3.ad Her.5. Nullo dolore cogi,vt ab officio recedatur.pro Cæc.2.Sin è consuetudine recedatur.*Alii à legunt.*

RECEDO,dis.*discedo,abeo.*pro S.R.112.Recede de medio, per aliũ transigam.5.I. A.26. Antonius recedat à Mutina. Postquam in Se.6.Qua strage nonnulli permoti magistratus,paululũ à mea causa recesserũt.pro S.R.16.Postquam ab armis recessimus.pro Q.67.Res ab vsitata consuetudine recessit.Attic. lib.12.ep.4.Si à sententiis eius doctis recedam.& lib. 6. ep. 1.Recedere ab edicto suo.pro Cec.37.A verbis recedis,& æquitate vteris. & 58. Vt longius à verbo recedamus, ab æquitate ne tantulum quidem. 4.de Fin.43.Pyrrho penitus à natura recessit.4.Tuscu.40.A vita recedere.*id est, mori.*8.I.A.21.Non modò ille Gallia non discessit,sed ne à Mutina quidem recessit.1.Off. 37.A peregrino enim recessit,& propriè in eo qui contrà ferret arma,remansit.& 131. Elaborandum est,ne animi motus à natura recedant.

✠ ADVERB.

✠ ADVERB. *Longiùs à verbo, ne tantulum quidem, pro Cæc. Necessariò ab exemplis. Top. Paululum à causa, Posiq. in Sen.*

RECENS, tis: tior, simus. *nouus.* (. *antiquus, vetus.* Epist. lib. 11. ep. 21. Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit: non quo veterem comederit (nullam enim habuit) sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. pro Mur. 17. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. & *ibi.* Non modò Curij antiqui illi, &c. sed hi recentes Marij, &c. 4. Tus. 39. Aliter ferat inueterata, aliter recentia. ad Brut. ep. pr. In. 7. Recenti illo tempore, tu omnia, &c. 3. I. V. 139. Recenti re. 2. de Nat. 6. Recentiore memoria. Attic. lib. 16. ep. 7. Rheginì quidam venerunt Roma sanè recentes. & li. 13. ep. 17. Expecto recens aliquid. *id est, nouum.* 1. Acad. 13. Recentissima quæque sunt emendata & correcta maximè. Ep. lib. 3. ep. 11. In altera epistola, quæ mihi recentior videbatur. 2. de Fin. 82. Attulisti aliud humanius horum recentiorum, nũquam dictum ab ipso illo, quòd sciam. 3. I. V. 101. Datum inter omnes recenti negocio constabat. 1. de Leg. 4. In recenti memoria. Att. lib. 8. ep. 23. Recentissima tua est epistola. Cal. data. 2. I. V. 5. Cùm è prouincia recens esset. Ep. lib. 5. ep. 17. Inuidiáque non recenti, sed vetere ac diuturna flagraret. item. Proximè recenti aduentu meo. 3. de Nat. 11. Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit. *id est, Tyndaridarum.* 2. ad Heren. 10. Alius alio recentior est in dolore *aliàs reticentior.* Att. Quanquam recentiora audiebam ex iis qui ad me veniebant. de Sen. 72. Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. ✠ Hortens. Recens hæc quidem ætas.

✠ ADVER. *Proximè, 5. Famil.*

☞ Syntaxis. *Recens, nouum, id est, simul. Venerunt milites recentes. Recens nihil audiui. Recentissima epistola. Recès ex prouincia est ille. Proximè recenti illius aduentu. Recens ab illorum ætate. In dolore recens.*

RECENSEO, es. *percenseo, persequor, percurro.* Att. lib. 16. ep. 1. Obruis enim, recenses multa, quæ vellem minui.

RECENSIO, onis. *census, recognitio.* pro Mil. 74. Qui ædem nympharum incendit, vt memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret.

✠ ADIVNC. *Publica, pro Mil.*

RECENTO RECVS. *ager Siciliẽsis.* 1. cõtra Rull. 10. & 2. cõt. Rul. 56.

RECEPTACVLVM, li. *receptator locus, persugiũ.* 2. de N. 136. Aluus cibi potionisque est receptaculum. 1. Tusc. 52. Nam corpus quidem est quasi vas, aut aliquod animi receptaculum. & 5. Tusc. 117. Mors æternum nihil sentienti receptaculum. 4. I. V. 3. Nisi illud receptaculum classibus nostris patéret. & 7. in Ver. 58. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit. 2. contra Rul. 88. Capua receptaculum oratorum. I. P. 11. Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij. 10. I. A. 9. Græcia esset receptaculum pulso Antonio.

✠ ADIVNC. *Æternum, 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Mors receptaculum est.*

RECEPTATOR, oris. *recipiens.* pro Mil. 51. Ille latronum occultator & receptator locus.

RECEPTRIX, cis. *receptaculum.* 6. I. V. 17. & 7. Ver. 159. Messana, furtorum receptrix.

RECEPTVM, pti. *promissum.* 7. in Ver. 138. Satis est factum promisso nostro ac recepto. 2. I. A. 79. Ille induxit, vt peteret, promissum & receptum interuertit.

RECEPTVS, ptus. *refugium, reuocatio à bello.* Plan. Epist. lib. 10. ep. 11. Animaduerti nullum alium receptum Antonium habere, nisi in his partibus. Att. lib. 8. ep. 19. Neque ex oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. 12. Phil. 8. Quis enim reuocante & receptui canente senatu, properet dimicare? & 12. I. A. 8. 3. Tusc. 33. A quibus cùm cecinit receptui, impellit rursum, &c. *id est, à miserijs contemplandis.* 13. I. A. 15. Receptui signum aut reuocationem à bello audire non possumus.

RECEPTVS, a, um. *restitutus.* 2. de Fin. 66. Post libertatem receptam. 4. I. V. 1. Hoc onere suscepto, & recepta causa.

RECESSVS, sus. *digressus.* (. *accessus.* 3. de Orat. 176. Luna accessu & recessu suo solis lumen accipit. 2. de N. 34. Accessus ad res salutares, à pestiferis recessus. 2. de Diu. 34. Quid de fretis aut de marinis æstibus dicam? quorum accessus & recessus Lunæ motu gubernatur.

¶ *Latebra.* pro Mar. 23. Cùm in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus. 3. de Or. 99. Sed habebat tamen admiratio illa vmbram aliquam & recessum, quo magis, &c. Att. lib. 12. ep. 25. Mihi solitudo & recessus prouincia est.

✠ ADIVNC. *Tanti, pro Mar.*

RECIDO, dis. *conuertor, cado, redundo.* pro Syl. 91. Citò illa omnia ex lætitia ad luctum reciderunt. pro Sest. 146. Multo mihi præstat in eandem illam recidere fortunam. pro Plan. 90. Quæ si viginti quiẽssem dies, in aliorum consulum vigiliam recidissem. Attic. lib. 1. ep. 1. Qui si in nostrum annum incideris. pro S. R. 79. Non modò ad hoc crimen resilire videas, verùm omnem suspicionem in nosmetipsos recidere intelligas. 7. I. V. 162. Huccine tandem omnia recidunt? Or. 133. Ad nihilum omnia recidere. 7. I. A. 28. Hunc tantum apparatum ne ad nihilum recidere patiare. Attic. lib. 4. ep. 16. Id ego puto, vt multa eiusdem, ad nihil recasurum. & lib. 12. ep. 22. Ab his me remediis noli in istam turbam vocare, ne recidam. ad Bru. ep. 17. Is se maledictis non abstinet iis, quæ in ipsum dupliciter recidunt. 1. de D. 123. Ramulum adductum cùm remissus esset, in oculum sibi recidisse. de Clar. 316. Contentio nimia vocis reciderat, & quasi referbuerat oratio. pro Qu. R. 43. Quorsum recidat responsum tuum, non laboro. Brut. ep. 16. Nonne hoc est in easdem tenebras recidisse. 4. I. A. 10. Vt huius amentiæ pœna in ipsum familiamque eius recidat.

✠ ADVERB. *Verè quid in memoriam, 13. Philip.*

☞ Syntaxis. *Ex lætitia ad luctum hæc recidunt. Recidere in fortunam in vigiliam amicorum. Ille recidit in annum suum. Suspicio in te recidit. Ad nihilum tua consilia recident, & ad nihil. In te recident maledicta. Adductus ramus in oculum recidet. In te recidit amentiæ tuæ pœna*

RECINO, nis. *resono.* de Clar. 171. In vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & resonat vrbanius.

RECIPIENDVS, a, um. 3. Off. 121. Quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hospites erunt recipiendi. pro Plan. 6. Non solùm dignitatis faciendæ iactura est, sed etiam largitionis recipienda suspicio.

RECIPIO, pis. *accipio, adsisco, recupero.* Att. lib. 12. ep. 36. A te heri duas epistolas recepi: alteram, &c. alteram, &c. accepique ab Aegypta literas eodem die, &c. pro S. R. 112. Quid recipis mandatum, si negle cturus es? & *ibid.* Qui mandat, & qui mandatum recipit. Att. lib. 15. ep. 13. Recipere aliquem in fidem suam. Epist. lib. 13. ep. 19. Recipere aliquem in amicitiam suam. Attic. lib. 9. ep. 2. Ita me sibi fuisse inimicum, vt ne honorem quidem à se recipere vellem. pro Qu. R. 13. Recipere quæstus magnos. 2. cõtra Rul. 89 Recipere aliquem tectis ac sedibus suis. pro Arch. 5. Luculli eum domum suam receperunt. pro Plac. 61. Asia illum suis vrbibus recipiebat. pro Cor. 31. Recipere aliquem in ciuitatem. 4. ad Her. 64. Recipere aliquem splendidè. Top. 25. Recipere aliquem ad epulas. 4. I. V. 94. Prætor pronunciauit, sese nomẽ eius recepturum. pro Sex. Rosc. 33. Quod non totum telum corpore recepisset.

¶ *Iterum assumo.* 1. de Orat. 251. Græci sedentes vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipiunt, & quasi quodam modo colligunt.

¶ *Exeo, abeo, redeo, proficiscor.* 6. I. V. 21. Cùm ex hisce se locis reciperent, & eodem deferrentur. de Clar. 318. Cùm anno pòst è Sicilia me recipissem, iã, &c. Epi li. 15. ep. 4. Nisi cùm ad hyemem me ex Cilicia recepissem. 3. Off. 45. Qui cùm ad diẽ se recepisset, tyrannus, &c. Attic. lib. 4. ep. 14. Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti. pro Cæl. 28. Et se ad bonam frugem, vt dicitur, recepisse. Att. lib. 5. ep. 20. Ipse me Laodiceam recipiebam. Ep. lib. 10. ep. 15. Si latro rursus in Italiam se recipere cœperit. 4. I. A. 4. Antonius ita se recipiebat ardens odio vestri, vt, &c.

¶ *Suscipio, assumo.* pro S. R. 2. Recipere causam alicuius defendendam.

¶ *Recupero.* de Sen. 11. Qui maximus Tarentum recepit. 2. de Orat. 273. Recipere arcem amissam.

¶ *Colligo, animo confirmo.* de Som. 11. Vt me recepi.

¶ *Promitto, polliceor.* Att. lib. 5. ep. 13. Thermus omnia se facturũ recepit. & lib. 1. ep. 11. Tu mandata effice, quæ recepisti. &. lib. 2. ep. 22. Fidem recipere de aliquo. & lib. 13. ep. 1. De æstate polliceris, vel potiùs recipis. Ep. lib. 10. ep. 9. Nihil te cæteris de me frustra recepisse lætor. & lib. 1. ep. 9. Quid sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. Epist lib. 10. ep. 21. Omnia ei petenti recepi, & vltrò pollicitus sum. Ep. lib. 5. ep. 8. Quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum, diligentissimèque facturũ. Ep. lib. 13. ep. 17. Tibi spondeo, in méque recipio, eos, &c. & li. 13. ep. 10. Promitto, in méque recipio fore eum, &c. Attic. lib. 12. ep. 14. Lenas hoc mihi receperat. Ep. lib. 13. ep. 3. Id tu mihi recepisti. & lib. 6. ep. 7. Sed tamen ei scripseram, librum legeret, & ea conditione daret, si reciperes te correcturum. Qu. de Pet. 16. Recipere & confirmare aliquid alicui. Epist. lib. 10. ep. 7. Vt iudicares omnia me reip. causa præstitisse, quæ & tua exhortatione excepi, & mea cõfirmatione tibi recepi. 1. de Or. 179. Cũ M. Buc culeius ædes L. Fusio venderet, in mancipio lumina, vti tum erant ita recepit. Epist. lib. 13. ep. 50. Omnes tui pro me recipient ita fore. & lib. 11. ep. 1. Pro Cassio & te, si quid velitis me recipere, recipiam. & lib. 10. ep. 17. Recipio vobis celeriter me negociũ ex sententia confecturum. 2. de Or. 101. Offensio vel negligentia, susceptis rebus: vel perfidia, receptis.

RECIPIOR. ris. 7. in Ant. 15. Recipi in senatum, vel in aliquem ordinem. 2. contra Rul. 61. Si qua pecunia ex nouis vectigalibus recipitur.

✠ADVERB. *Cumulatissimè omnia, humanissimè, liberalissimè, seperatim, 13. Famil. Dubitãter, studiosè, verecundè causas, de Clar. Indè se, in Piso. Libentissimè in familiaritatem, 2. Phil. Salutariter se, temerè de aliquo, 10. Famil.*

☞ Syntaxis. *Recipere literas, mandatum, in amicitiam, in fidem, honorem, aliquem suis tectis, in ciuitatem, ad epulas. Recipere se ad bonam frugem, ad suos. Se recipit Antonius. Arcem recipere amissam. Ita te recipe. Fidem recipere. Recipere, ac polliceri: & contrà. Recipio, & vltrò polliceor. Promitto ac recipio. Tibi spondeo, in me que recipio. Recipio & cõfirmo. Mea confirmatione recipio. Ego pro illo recipio se facturũ.*

RECIPROCANDO. *vicissim remeãdo.* 3. de N. 24. Quid Chalcidico Euripo in motu idẽtidẽ reciprocãdo putas fieri posse cõstãtius?

RECIPROCOR, ris. 1. de D. 10. Si quidem ista reciprocantur, vt & si diuinatio sit, dij sint: & si dij sint, sit diuinatio.

RECISVS, a, um. *concisus, cæsus, excisus.* de Prou. 31. Nationes quæ multitudine hominum poterant in prouincias nostras redundare, ab eodem partim recisæ, partim repressæ sunt.

RECITANDO. pro Dom. 84. L. Philippus auunculum suum prẽteriit in recitando senatu.

RECITATIO, onis. *lectio.* pro Dom. 22. Literarum recitatio. pro Cl. 141. & 2. ad Her. 15. Scripti recitatione vetemur.

RECITATOR, oris. *autor, lector.* 2. de Inuen. 139. Recitator scripti alicuius.

RECITATVS, a, um. pro Cecin. 54. Testamento si recitatus hæres esset pupillus.

RECITO, as. *tracto, reddo, percenseo, pronũcio.* pro Dom. 84. L. Cotta iuratus dixit, se, si censor tum esset, meo loco sententiam recitaturum fuisse. 3. I. V. 37. Recita denuò. Epi. lib. 12. ep. 25. Pansa tuas literas recitauit. & 13. I. A. 22. Dum eas literas recito, quæso attendite. pro Quint. 89. Postea recitaui edictum, quod, &c. in Sal. 16. Si illud elogium pro lege palàm vniuersis recitarem. 2. contra Rull. 47. Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Rom. auctionem. pro Flac. 40. De tabulis publicis recita-
✠te. ‖ Epist. lib. 10. ep. 16. Cum is frigidas sanè & inconstantes recitasset literas.

RECITOR, ris. Att. lib. 8. ep. 9. Næ ego istas literas in concione recitari velim.

✠ADVERB. *Clarius, pro Quint. Rosc. Denuò, 3. Ver. Identidem testimonium, pro Rab. Posth. Palàm literas, 2. Phil. Palàm vniuersis elogium, in Sallust.*

☞ Syntaxis. *Ex ordine recitare. De tabulis recitare.*

RECOGNITIO, onis *acclamatio.* 4. I. A. 5. Præclara reclamatione vestra factum Martialium comprobauistis.

✠ADIVNC. *Præclara, & luculenta, 4. Philip.*

RECLAMATVM. pro Dõ. 10. Ab vniuerso senatu reclamatum est. Ep. lib. 1. ep. 2. Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est.

RECLAMITO, as. *reclamo.* pro S. R. 63. Reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

RECLAMO, as. *repugno.* 3. de Orat. 194. Si in his mòdò offensum est theatra tota reclamant. pro Cor. 66. Vna voce omnes iudices, ne iuraret, reclamarunt. Epist. lib. 11. ep. 21. Cùm sensissem, &c. iidem illi qui solent, reclamauerunt. 5. I. A. 22. Legiones Antonij promissis reclamarunt.

RECLINO, as. *reflecto, inclino.* in Arat.

At Cepheus caput atque humeros palmásque reclinat.

RECLVDO, dis. *aperio.* 3. de Nat. 66. Poetæ.

RECOGITO, as. *meditor, reputo.* Qu. fr. lib. 2. ep. 2. Sic tu mihi videris in Sardinia de nominibus Pomponianis in ocio recogitasse.

RECOGNITIO, onis. *recensio.* 6. I. V. 110. Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum.

RECOGNITVS, a, um. 4. in Verr. 190. Hæc omnia summa cura recognita & collata sunt.

RECOGNOSCENDI. in Vat. 5. Is codicem non recitandi causa legit, sed recognoscendi.

RECOGNOSCO, scis. *æstimo, considero, agnosco, recenseo.* 2. I. V. 15. Non videtur hæc multitudo cognoscere ex me causam voluisse, sed ea quæ scit, mecum recognoscere. pro Deiot. 4. Perturbat me C. Cæsar illud etiam interdum, quod tamen cùm te penitus recognoui, timere desino. in Sal. 2. Nihil audietis noui, sed omnia vetera recognoscetis. 6. I. A. 15. Verba tua recognosce, & aude negare, seruientis aduersus regem istas esse preces. 1. I. C. 6. Consilia tua omnia, quæ licet mecum recognoscas, meministine, &c. & 8. Recognosce mecum tandem illam noctem. pro Syl. 74. Conferte crimen cum vita illius, &c. tum crimen ipsum recognoscite. pro Cor. 11. Nos Pompeij decretum iudicium de consilij sententia pronunciatum recognoscimus. Antequam. 12. Qui est, qui nostrũ periculosissimum casum recognoscat, qui non, &c. 3. de Leg. 37. Nunc non recognoscimus leges populi Rom. sed, &c. Epi. lib. 12. ep. 12. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuũ erga me amorẽ recognoui. 1. Tus. 57. Declarat, se non tũ illa didicisse, sed reminiscendo recognoscere.

RECOGNOSCOR, ris. 7. in Ver. 71. Alij cùm à multis recognoscerentur, securi feriebantur. 6. I. A. 25. Quanquam non fuit alienum, personas quasdam à vobis recognosci, vt quibus cum bellum geratis, facilè possitis cogitare.

✠ADVERB. *Penitùs, pro Reg. Deiot. Perlibenter, de Vniuer.*

☞ Syntaxis. *Recognoscere quæsote, amicos, casum istum. In literis tuis recognosco tuum amorem. Reminiscẽdo recognosco, non addisco, personas has esse recognoscite.*

RECOLLIGO, is. *mitigo, recõcilio.* Att. li. 1. ep. 4. Recolligere aliquẽ.

RECOLENDVS, a, um. pro Arch. 13. Si tantum temporis mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. 1. de Or. 2. Ad eas artes, quibus à pueritia dediti fuimus, celebrandas, inter nosque recolendas. ✠ Frag. ep. Sed eò magis recolendam esse dignitatem.

RECOLO, lis. *recognosco, animaduerto.* 13. I. A. 45. Quæ si recum ipse recolis, æquiore animo moriere.

RECONCILIATIO, onis. *reditus in gratiam.* de Ar. 51. Et significat, se illi amicissimum esse, & reconciliationem esse gratiæ factam. 3. I. C. 25. Quæ dissensiones, non reconciliatione concordiæ, sed internecione ciuium diiudicatæ sunt. Posth. ad Quir. 13. Reconciliationes gratiarum. Att. lib. 9. ep. 10. Cæsar agit de reconciliatione gratiæ suę & Pompeij. pro R. P. 32. Reconciliatio gratiæ C. Memmij fuit mihi causa defendendi Gabi-
✠nij. ‖ pro Clu. 100. Irridebatur hæc illius reconciliatio.

RECONCILIATVS, a, um. pro Mil. 21. Timuit ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Ep. lib. 3. ep. 12. Vt cauerem ne cui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. & lib. 10. ep. 17. Recõciliata voluntas. Epi. li. 5. ep. 2. Non intelligo, cur reconciliatam gratiam esse dicas, quæ nunquam immutata est. Antequam. 1. Fructu liberalitatis reconciliato.

✠ADVER. *Fictè gratia, 3. Famil.*

☞ Syntaxis. *Facta gratiæ reconciliatio. Dissensio reconciliatione concordiæ diiudicata. Reconciliatio gratiæ Cæs. & Pompeij, Reconciliatio gratiæ Cæs. causa erit. Reconciliatæ gratiæ firma fides. Fictè reconciliata gratia. Reconciliata voluntas. Fructu liberalitatis reconciliato.*

RECONCILIO, as. *placo, in gratiam reduco, in veterem gratiam restituo, distractos in pristinam concordiam reduco, controuersiam dirimo, reduco in gratiam, pacem concilio.* de Pro. 23. Hic me meus animus in rempub. pristinus cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. pro Deiot. 35. Id autem est, te vt planè Deiotaro reconciliet oratio mea. Att. lib. 6. ep. 7. Quintus filius currentem animum patris sui sorori tuæ reconciliauit. pro Syll. 35. Vidéne, vt excipiam te ex improborum subita gratia? & recõciliem boni somnibus? de Pro. 21. Quibus cum omnibus eadem resp. me reconciliauit, quæ alienârat.

¶ *Restituo, redintegro.* Attic. lib. 1. ep. 9. Reconciliare veterem gratiam aliquorum.

¶ *Acquiro, lucror.* Epist. li. 1. ep. 9. Tibi sum autor, vt quibus rebus possis eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges.

¶ *Recupero.* 2. I. V. 2. Recõciliare existimationẽ iudiciorũ amissã.

RECONCILIOR, ris. *restituor, redeo.* pro Dom. 129. Inimici in gratiam reconciliabuntur.

✠ADVERB. *Piè, sanè animum sorori, 6. Famil. Planè alicui aliquem, pro Deiot.*

☞ Syntaxis. *Reducere, reconciliare, restituere in gratiam cum aliquo. Reconcilio te illi. Reconciliare veterem aliquorum gratiam. Reconciliare quempiam. Vel recõciles, vel mitiges. Reconciliare existimationem. Amici in gratiam reconciliantur.*

RECONCINNO, as. *reficio.* Qu. frat. lib. 2. ep. 5. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno.

RECONDITVS, a, um. *occultus, retrusus, abditus, abstrusus.* (*in promptu. 6. I. V. 23. Quod celari oportebat, habebant repositum ac reconditum. 2. de N. 98. Venæ auri reconditæ, & penitus abditæ. de Cl. 44. Exercitationẽ mẽtis à reconditis & strusísque rebus ad forenses & populares causas traducere. 1. de Or. 8. Studia quæ reconditis in artibus versantur. 3. de Or. 42. Interiores & recõditæ literæ. Ep. li. 11. ep. 21. Si quid erit occultius, & vt scribis, recõditum. 4. Acad. 10. A me quæ in promptu erant, dicta sunt: à Lucullo reconditiora desidero. 1. de L. 26. Natura in specie oris penitus reconditos mores effinxit. pro Dom. 39. Venio ad augures: quorum libro, si qui sunt reconditi, non scrutor. & 25. Nimium reconditus & penitus abstrusus animi dolor. pro Qu. 59. Quintius natura tristi ac recõdita fuit. 1. Off. 95. Hoc quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. pro Syll. 47. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. 1. I. C. 4. Habemus senatusconsultum inclusum in tabulis, tanquam in vagina reconditum. 2. cõra Rul. 41. Occultò latére, reconditum esse. 1. de Or. 161. Multæ ac magnificæ res constructæ ac reconditæ. 5. I. V. 207. Locus reconditus. pro C. Cornel. 1. Lex ad excogitandum recondita.

RECONDO, dis. *condo, sepono.* 4. Acad. 30. Mens visa arripit ac recondit, è quibus memoria oritur. 2. de Inuen. 14. Gladium in vaginam recondidit. * Oecó. 1. Qui tectis reconderet atque custodiret victum.

✠ *AVERB. Diligentiùs, 4. in Ver. Nimiùm diu, pro Dom. Penitùs, 1. de Legib.*

☞ Syntaxis. *Sepositum & reconditum. Venæ auri reconditæ, & penitus abditæ. Occultum & abditum. Reconditum & abstrusum. Interiores & reconditæ literæ. In specie oris reconditos mores effingit natura. Natura tristis ac reconditus. Non reconditum, sed in promptu. Occultò latens, reconditum. Constructum, & reconditum.*

RECOQVO, quis. de Sene. 83. Quò quidem me proficiscẽtem haud sanè quis facilè retraxerit, néue tanquam Peliam recoxerit. *prouerbium.*

RECORDANDVS, a, um. pro Syl. 26. Mihi ne ad ea quidem quæ gessi, recordãda & cogitãda, quicquam relinquitur tẽporis.

RECORDATIO, onis. *memoria, reuocatio.* Ep. lib. 5. ep. 12. Habet enim præteriti doloris secura recordatio delectationem. & ep. 13. Das enim mihi iucundas recordationes conscientiæ nostræ. 1. de Or. 228. Qui patris clarissimi recordatione & memoria, fletum populo moueret. 3. de Or. 1. Acerba sanè recordatio veterem animi curam molestiamque renouauit. Attic. lib. 12. ep. 19. Recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. de Cl. 266. Præteritorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum. de Prou. 43. Vltimi temporis recordatione & proximi memoria. 3. I. A. 15. Primùm in Cæsarem maledicta congessit, deprompta ex recordatione stuprorum suorum. Attic. lib. 6. ep. 1. Suauem habuit recordationem clarissimi iurisiurandi. 1. de Or. 4. Mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio. Qu. fr. lib. 2. ep. 2. Recordatio præteritæ memoriæ. & ep. 14. Recordatio veteris amoris. de Sen. 9. Conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est. 1. de Fin. 57. Sapientes ✠ bona præterita grata recordatione renouata delectãt. ‖ de Cla. 9. Quorum memoria & recordatio in maximis nostris grauissimisque curis iucunda sanè fuit.

✠ *ADIVN. Acerba, iucunda, de Clar. Apta, ad aliquid non satis explicata, 1. de Orat. Assidua, 1. de Finib. Grata, de Arusp. Iucundæ, secura doloris, 5. Famil. Iucundissima, de Sene. Sana, acerba, 3. de Orat. Suauis, 6. Att.*

☞ Syntaxis. *Habet recordatio secura præteriti mali delectationem. Recordatio & memoria. Alicuius suauem habere recordationem. Repetere veteris memoriæ recordationem.*

RECORDOR, aris. *reminiscor, memoria teneo, memoria custodio, memoriã alicuius rei habeo, in memoriam redit aliquid, alicuius rei in memoriã venit, recogito, animũ ad aliquam rem refero, memoria retineo, memoria alicuius rei me tenet, menti infixum est, memoriam alicuius rei teneo, seruo, aliquid in mente versatur, memoriam excito, animo ac memoria teneo, venit in mentem, memoria repeto, in memoria mihi est, reuoco animum ad memoriam, memoriam conseruo, ex animo meo non decedit, mea memoria est.* Att. lib. 8. ep. 16. At ego, qui omnia officio metior, recordor tua consilia. 3. de Or. 79. Cùm omnis gradus ætatis recordor tuæ. Ep. lib. 2. ep. 16. Recordor desperationes eorum, qui, &c. pro Pl. 104. Quoniam istis vestris lacrymis de illis recordor, quas, &c. 2. contra Rul. 3. Nam profectò si recordari volueritis de nouis hominibus reperietis, &c. 1. Tusc. 13. Tu si meliore memoria es, velim scire, ecquid de te recordere. I. P. 12. Iste certè cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. pro. Pl. 69. Huius meriti in me recordor. *id est, Plancij.* pro Arch. 1. Pueritiæ memoriam recordari vltimam. pro Mur. 72. Tamen re ipsâ admonitus recordor, quantum, &c. Or. 23. Sed ego recordor longè omnibus vnum anteferre Demosthenem. 1. Tusc. 57. Ex quo effici vult Socrates, vt discere nihil aliud sit, quàm recordari. Ep. lib. 5. ep. 17. Cùm animi tui magnitudinem diligentius essem mecum recordatus. 5. Tusc. 14. Prudentia hoc videt, non omnes bonos esse etiã beatos, multáq; de M. Attilio recordatur, &c. & Brut. epist. 5. Hoc mihi iã in te placuisse potes ex superioribus literis recordari. de Sen. 79. Recordari & reminisci. L. REMINISCOR. pro Lig. 36. Quoniã hoc est animi tui, te aliquid de huius quæstoris officio cogitantẽ, etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscẽtem recordari. * con. C. Ant. Cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo sine ✠ luctu aspicere, sine gemitu recordari posset. ‖ Epist. lib. 2. ep. 3. Displicere tuum consilium cœperit, possis recordari meum. Attic. lib. 13. ep. 6. Etsi vt recordor vna cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum scripsi, misi.

✠ *ADVER. Diligentiùs, 5. Famil. Multùm secum studia, 15. Famil. Verè, pro Flac. Veriùs, 2. Offic.*

☞ Synt. *Recordari aliquia, de aliquere, alicuius rei. Mecum recordor. Ex literis tuis recordor. Recordor & reminiscor. Reminiscens nunc recordor.*

RECREATVS, a, um. *restitutus, releuatus, relaxatus, cõfirmatus.*)(*subactus, oppressus, perculsus.* pro S. R. 137. In hoc bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Rom. est. 7. I. V. 159. Ex metu quasi luce libertatis recreatum reuixisse. Epist. lib. 1. ep. 9. Sensus bonorum, qui recreatus abs te totus est. & *ibidem.* Recreatis enim bonis viris consulatu tuo, &c. Postquã ad Quir. 4. Qui è graui morbo recreati sunt. 2. de Inuen. 154. Ille autem leuiter saucius, facilè est ex vulnere recreatus. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 120. Complures diruras ac penè desertas vrbes per te esse recreatas. pro Pl. 33. Vbi illa antiqua libertas? quæ malis oppressa ciuibus extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debebat? Attic. lib. 7. ep. 22. Bonorum animi recreati, improbi Romæ quasi perculsi.

✠ *ADVER. Paulùm pagina, 16. Famil.*

RECREO, as. *reficio, relaxo, colligo, restituo, releuo.* pro Pl. 2. Conspectus vester reficit & recreat mentem meam. de Prou. 5. Macedonia ita vexata est, vt vix possit se diuturna pace recreare. Attic. lib. 9. ep. 4. Tuas nunc epistolas à primo lego: hæ me paulùm recreant. pro Mil. 2. Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij sapientissimi viri consilium. 5. I. V. 212. Erigere & recreare aliquem afflictum. 3. I. C. 8. Tum ille, cùm vix se ex magno timore recreasset. Attic. lib. 1. ep. 13. Ego recreaui afflictos animos bonorum, &c. 1. Tusc. 58. Cùm animus se collegit atque recreauit, tum agnoscit, &c. pro Pomp. 23. Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare. *quæso memoriæ commenda.*

¶ *Iterum creo.* 2. de N. 10. Gracchus consul iterum quosdam au- ✠ gures recreauit. ‖ *Alij legunt crearet.*

RECREOR, ris. pro Dom. 96. Speraui me iacentem posse à viuis viris fortibus excitari: si vnà cum bonis interissem, nullo modo posse recreari. Att. lib. 8. ep 9. Literis sustentor & recreor. Ep. lib. 6. ep. 2. Necesse est remp. aliquando recreari. Attic. lib. 12. ep. 15. ✠ Quod me ab hoc mœrore recreari vis, facis vt omnia. ‖ & Epi. lib. 6. ep. 10. Resp. &c. Necessario reuiuiscat & recreetur.

✠ *ADVER. Necessariò, 6 Famil. Ocyùs, 4. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Restituere & recreare. Recreatus ex metu reuiuiscere. Bonorum censum recreare. E morbo recreari. Vrbs recreata.*)(*diruta, deserta. Caput extollere, & recreatum erigere caput. Reficere ac recreare. Pace recreare se. Recreare & reficere aliquem. Erigere ac recreare. Se colligens animus ac recreans. Sustentari literis, ac recreari. Recreari à mœrore.*

RECRVDESCO, scis. Ep. lib. 4. ep. 6. Illa quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. *id est, renouantur.*

RECTA. *recta via.* 7. I. V. 159. Loqui cœpit, sibi rectà iter esse Romam. Att. lib. 5. ep. 14. Erat mihi in animo rectà proficisci ad exercitum. Ep. lib. 9. ep. 19. Rectà à porta domum meam venit Att. lib. 16. ep. 10. Statueram enim rectà Appia Romam. 1. I. C. 23. Recta via perge in exilium. 3. Off. 80. Et cæteri quidem alius aliò, Marius à subselliis in Rostra rectà. Attic. lib. 6. ep. 8. Cùm instituissem ad te scribere, Batonius è naui recta ad me venit. ✠ ‖ 4. ad Her. 64. Si ad me recta domum abiissetis.

RECTE. *bene, probè, præclarè, iurè, ritè, ordine, ratione, per rectum cursum.*)(*perperàm, obliquè, circuitione, anfractu, per circuitionem & anfractum, vitio.* Attic. li. 9. ep. 19. Rectè auguraris de me: bene enim tibi cognitus sum. & lib. 13. ep. 17. Tuæ literæ rectè sperare iubent. 4. in Ver. 175. Si rectè homines noui. & 7. Ver. 112. Si rectè vos cognoui. 7. I. V. 171. Rectè & meritò commouebamur. Att. lib. 1. ep. 5. Apud matrem rectè est. I. P. 68. Rectè, an secus, nihil ad nos. 3. I. A. 38. Aliquæ rectè atq; ordine, exque republica fecisse & facere. & 10. Phil. 5. Literas Bruti rectè & ordine scriptas videri. Ep. li. 10. ep. 20. Si rectè istic erit. Att. lib. 11. ep. 16. Pro malis rectè habebam. 2. de Diu. 40. Epicurus circuitione quadam deos tollens, rectè non dubitat diuinationem tollere. 2. de D. 75. Tabernaculum rectè captum.)(*Tabernaculum vitio captum.* de Ar. 48. Lex rectè lata.)(*Lex vitio lata.* pro Quin. 28. Rectè atque ordine aliquid factum esse. pro Quin. 31. Quemadmodum solet homines nobiles, seu rectè, seu perperàm facere cœperunt.

¶ *Rectà, rectis lineis, ad pares angulos, ad lineam.* pro Mur. 26. Homines cum rectè atque in loco constitissent, iuberi abire. 1. de Finibus 20. Hoc erit quasi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur.

RECTE *factum, κατόρθωμα.* L. CATORTHOMA.

☞ Syntaxis. *Rectè spera. Rectè & meritò commoueri. Oppidũ rectè captũ. Rectè atque in loco consistere. Rectè, ex ordine & ex re sua facere. Pro malis rectè habere. Apud tuos rectè est. Rectè nõ dubitas, ironicẽs.*

RECTIO, onis. *gubernatio, administratio.* 4. de Fin. 61. Omniumque rerum publicarum rectiones præscripsimus. & 5. de Finibus 11. Ea quoque est non solùm ad priuatæ vitæ rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.

RECTOR, oris. *gubernator.* de Som. 4. Ciuitatum rectores & conseruatores. 1. de Or. 211. Rector reip. & publici consilij autor. 4. de Finibus 11. Summus rector & dominus. 2. de N. 90. Rector & moderator, & tanquam architectus tanti operis. 1. de D. 24. Rector nauis.

✠ADIVNC. *Comior, & iustus, 2. de Nat. Summus, 4. de Finib.*

RECTVS, a, um. *bonus. directus.* (*prauus.* 3. de Fi. 54. Ita iácere talũ, vt rectus assi itat. de Vniuer. 25. Rectus & immutatus orbis. 1. ad Her. 1. Recta intelligentia. pro Mur. 3. Negat rectum fuisse Cato, me, &c. ad Att. lib. 13. ep. 20. In omni vita sua quemque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. 1. in Catil. 23. Recta via pergere in exilium. 3. in Catilin. 27. Recta facta. 1. de Leg. 31. & 3. de Or. 193. Recta ac praua tacito quodam sensu diiudicamus. 1. Tusc. quæst. 40. Sic hæ sursum rectis lineis in cœlestem locum subuolent. pro Rab. Posth. 48. Rectis oculis ✠vrbem intueri. 2. de Or. 206. Rectissimus in dicendo. ‖ *Aliàs rectissimus.* 5. Fam. ep. 19. Rectissima quæ sunt, ea maximè conducunt.

✠ADVERB. *Propemodum, 8. Attic.*

☞ Syntaxis. *Rector ac gubernator. Rector ac dominus. Rector, moderator, & architectus. Rectis oculis intueri. In dicendo rectissimus. Conducunt, quæ rectissima.*

RECTVM, (*subst. antiuum.*) (*prauum, 1.* Acad. quæst. 23. *Rectum honestúmque, καλὸν κ' ἀγαθὸν,* 3. ad Heren. 3. Rectũ est, quod cum virtute & officio fit. de Fin. lib. 4. 15. Illud enim rectũ, quod *κατόρθωμα* dicebas, contingit sapienti soli. 2. de Leg. 10. Rectum quod est, verum quoque est neque cum literis, quibus scita scribuntur, aut oritur, aut occidit. 1. Acad. 19. Quid rectũ in oratione. ad Att. 6. ep. 9. Saufeium sine meis literis ad te venire vix rectũ erat. 3. ad Her. 7. Rectum non solius laudis causa sequẽdum. Orat. 45. Recti prauique partes. 2. de Nat. deor. 78. Recti præceptio, prauique depulsio. Para. 3. Recto nil rectius. 1. Off. 82. In omni fortunâ recta atque honesta retinere. 4. Acad. 33. Interesse oportet, vt inter rectum & prauum, sic inter verum & falsum.

☞ Syntaxis. *Rectum, honestúmque. Te nihil scribere, rectum vix est.*

RECVBANS. *iacens, quiescens, recumbens.* 3. de Or. 60. Sed in hortulis quiescet suis, vbi vult: vbi etiam recubans molliter & delicatè, nos auocat à rostris.

✠ADVER. *Delicatè, molliter, 3. de Orat.*

RECVMBO, bis. *cubo.* 2. de Orat. 287. Cæteris in campo se exercentibus, ipse in herba recumbebat. & 3. de Orat. 17. Crassus in lectulo recubuit. 1. de Diuin. 57. Is primò perterritus somnio surrexit, deinde cùm se collegisset, recubuit. pro Deiot. 42. Cùm in cubiculo recubuisset.

RECVPERANDVS, a, um. pro Clu. 23. Illi qui erant ad propinquum inuestigandum recuperandumque profecti.

RECVPERATOR, oris. *iudex in causis priuatis, & ciuilibus.* 1. I. V. 56. Iudicant recuperatores. & 5. Ver. 28. De conuentu nullum vnquam iudicem nec recuperatorem dedit. pro Cec. 8. Si quis iudex recuperatórue dicat, potuisti, &c. 5. I. V. 32. De recuperatori-
✠bus, & iudicio recuperatorio. ‖ & 68. Recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur. pro Cæc. 42.

✠ADIVNC, *Improbissimi, 5. Ver.*

RECVPERATORIVS, a, um. *vt recuperatorium iudicium: id est, rei priuatæ, vt possessionis.* 2. de Inu. 60. & 5. I. V. 27.

RECVPERATVS, a, um. pro Flac. 56. Pecunia recuperata est
✠multis pòst annis. ‖ & 14. Phil. Recuperata Repub.

RECVPERO, as. *redimo, recipio, reparo.* pro Mur. 50. Qui consumpta replere, erepta recuperare vellent. Postquam in Sen. 36. Recuperare amissa. 2. I. A. 113. Respub. se adhuc tantummodo vlta est, nondum recuperauit. Att. lib. 8. ep. 3. Si quando Pompeius remp. recuperabit. 2. cont. Rul. 41. Misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperent. 13. I. A. 11. Pompeius Albanum à Dolabella recuperabit. pro S. R. 141. Nobilitas experrecta remp. recuperauit. 5. I. V. 35. Ille autem vnde ablatum est, iudicio suum recuperare potest. pro Cec. 9. Si alia ratione ius nostrum recuperare possemus. Att. lib. 1. ep. 9. Eius voluntatem quæ fuerat ergate, recuperare non poteram. & lib. 15. ep. 13. Videtur Respub.
✠ius suum recuperatura. ‖ Attic lib. 9. ep. 8. Tentemus si possumus omnium voluntates recuperare. 7. in Vet. 172. Ius suum recuperare *ibidem.* 127. pro Syll. 88. Recuperare vestitum.

RECVPERO, as, is. 3. de Or. 107. Placeátne, à Carthaginensibus captiuos nostros, redditis suis, recuperari.

✠ADVERB. *Breui, 7. Ver. Difficillimè, 4. Attic. Tardius fortunam, & dignitatem, 6. Famil.*

RECVRRENDO. *reuertendo.* 2. de N. 51. Lunæ species mutatur tum crescendo, tum defectionibus ad initia recurrendo.

RECVRRENS, tis. *rediens, reuertens.* Horten. Omnibus planetis in eundem recurrentibus locum.

RECVRRO, is. *redeo, recurro.* Att. lib. 2. ep. 12. Puero quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, Calendis in Tusculanum recurram. Epist. lib. 10. ep. 21. Cùm primùm poterit istuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco reip. desit. & lib. 11. ep. 13. Recurri ad copiolas meas. pro Mil. 29. Illi qui erant cum Clodio, gladiis eductis recurrere ad rhedam, vt, &c. 1. de L. 61. Eaque vnde generata, quò recurrant, viderit, &c. Att. lib. 15. ep. 6. Noli me tam strenuum putare, vt ad Non. re-
curram. & lib. 13. ep. 45. Kal. in Tusculanum recurram.

RECVSANDVM. Ad Brut. ep. 6. Nisi fortè non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis.

RECVSANS, tis. Or. 36. Rogatus & recusans hoc feci.

RECVSATIO, onis. *declinatio.* 2. de Orat. 26. Hæc ipsa recusatio disputationis, disputatio quædam fuit mihi quidem periucunda. pro Clu. 148. Neque hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ, sed laboris & periculi declinatio. 3. in Cat. 5. Illi sine recusatione ac sine vlla mora negocium susceperunt. 7. I. A. 12. Omnes sine vlla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant. 2. de Leg. 41. Pœna violatæ religionis iustam recusationem non habet.

✠ADIVNC. *Iusta, 2. de Leg. Periucunda, 2. de Orat.*

RECVSO, as. *refuto, abnuo, recusationem habeo, de fugio, refugio, aspernor, repudio, reijcio, nego, deprecor, tergiuersor, abhorreo, deuito, reclamo, grauor.* 2. de Orat. 128. Nihil tibi à me postulanti recusabo. 7. I. V. 140. Seruilius & recusare & deprecari. pro Pl. 3. Nihil de pœna recusabo. 3. Off. 99. Sententiam ne diceret, recusauit. pro Mil. 101. Nõ recuso, nõ abnuo. Orator. 35. Non recuso: quin causam haud dico, quare, &c. Att. lib. 15. ep. 1. Ea conditione nati sumus, vt nihil quod homini accidere possit, recusare debeamus.

✠ADVERB. *Diu, pro Lig. Honestè, 8. Famil. Valdè, de Senec. Vehementer, 1. Famil.*

☞ Syntaxis. *Recusare & deprecari. Hoc tibi non recuso. De hoc nihil recuso. Recuso, abnuo.*

REDACTVRVS, a, um. Att. lib. 7. ep. 1. Scripsi etiam ad eum, me quicquid posset nummorum ad apparatum sperati triumphi,
✠ad te redacturũ. ‖ 2. de Orat. 142. Pollicitus se ius ciuile ad artem facilè redacturum.

REDACTVS, a, um. 5. in Verr. 171. Cur omnis copia frumenti penes istum esset redacta. pro Mar. 10. Nobilissima familia iam
✠ad paucos redacta. ‖ pro Flac. 30. Prædones redacti in potestatẽ.

REDAMO, as. de Am. 49. Animus virtute præditus, qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare possit.

REDARGVO, is. *conuinco, coarguo, reuinco.* Att. lib. 6. ep. 1. Quis non dixit, *Ὕστερον* ab Alcibiade deiectum esse in mare, redarguit Eratosthenes. 3. de Nat. 88. Improborum prosperitates redarguunt vim omnẽ deorũ. 2. de Or. 265. Idq; Scaurus tenuitate Magij redarguebat. pro Dom. 21. Atq; in ho. incõstantiâ redarguo tuam, qui, &c. Part. 33. In reprehendendo redarguere contraria. ¶ *Increpo, accuso.* 2. de Fi. 55. Portrat autem impunè, quis enim redargueret? pro Cl. 62. Redargui me, si mentior, &c. de Ar. 47. In quo fallebat multos, quòd eum nemo redarguebat.

REDARGVO, ris. 2. de Orator. 293. Si nostra faciliùs probari, quàm illa redargui possunt. 4. ad Her. 8. Oratio, quæ neque redargui, neque conuinci possit. 2. Tusc. 5. Nósque ipsos redargui refellique patiamur.

☞ Syntaxis. *Redarguere & conuincere orationem. Redarguere atque refellere.*

REDDENDVS, a, um. 3. de Nat. 24. Omnium rerum ratio reddẽda est. pro C. Cornel. 1. Tribus ad collegam reddendum priuatum introuocare.

REDDITVS, a, um. 9. I. A. 5. Reddita est ei tum à maioribus statua pro vita. & 14. Phil. 31. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimùm reddita. Ad Brut. ep. 6. Cùm has ad te scriberem literas, ab Satrio legato C. Trebonij reddita est mihi epistola. & Attic. lib. 9. ep. 11. Eo serius ad epistolam tuam redditæ sunt literę meę. ad Brut. ep. 1. r. in. 2. Literę mihi in senatu redditę sunt à Lẽtulo nostro. Att. lib. 8. ep. 22. Pecuniã Domitio non esse redditam. pro Qu. 71. Cui neque iudicium redditum est vsitatum.

✠ADVERB. *Benè, 14. Philip. Præpostèrè, 7. Attic.*

REDDO, dis. *restituo, refero, persoluo, remitto.* Att. li. 10. ep. 13. Is mihi H-S. x I I I. non reddit, quæ dedi eius filio mutua. de Fat. 3. Mutuari aliquid ab aliquo, & ei vicissim reddere aliquid aliud. de Cl. 15. 1. Off. 48. Att. lib. 13. ep. 13. Hesiodus eâdem mẽsura reddere iubet, qua acceperis, aut etiã cumulatiore, si possis. Posteà. in Sen. 1. Qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. 2. de Fin. 58. Eique nihil opinanti viri mandatum exposuit, hæreditatémque reddidit. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 7. Cogebantur Syllani homines, quæ per vim & metum abstulerant, reddere. & *ibid.* 19. Illi quibus imperium ita datum est, vt redderẽt. Antequam. 1. Vitam vobis datam repeto, vt reddatis. pro Syll. 84. Sed et ãsi quid ab omnibus mihi conceditur, id reddo ac remitto. 5. I. V. 123. Se per istum erepta Siculis maiorum nostrorum beneficia, ius ipsorum, conditionem societatis, amicitiæ, fœderum, reddidisse.
¶ *Do, affero.* Att. lib. 1. ep. 13. Puer, tuus mihi literas abs te reddidit. Ep. lib. 2. ep. 17. Literas à te mihi stator tuus reddidit. Att. lib. 2. ep. 8. O suaues epistolas tuas, vno tempore mihi datas duas.
¶ *Tribuo, trado.* pro S. R. 136. Suum cuique honorem & gradum reddere. in Vat. 9. Quod quidem ego tibi reddo tuum, nam, &c. de Cl. 258. Perge Pomponi de Cæsare, & redde quæ restant. 2. Off. 69. Pecuniam reddere. pro Pl. 92. Reddere vitam pro repub.

¶ *Recito.*

¶ *Recito.* de Cl. 301. Hortensius quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem reddebat. 1. de Orat. 155. Cùm ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem.

¶ *Narro.* 2. de Diu. 61. Chrysippus naturalem rationem omnium reddit. 1. Tusc. 38. Reddere rationem sententiæ suæ.

¶ *Efficio, præsto.* pro Dom. 72. Omnem locum, quò adis, exilij simillimum reddis. Att. lib. 4. ep. 3. Clodius omnes Catilinas Siciniósque reddidit. 4. I. V. 84. Domum exornatam & instructã ille reddidit nudam & inanem. pro S. R. 100. Cupiditas reddit homines cæcos. Att. li. 9. ep. 20. Nam me hebetem molestiæ reddiderũt. de Cl. 38. Hic orationem mollem reddidit. 2. de Or. 8. Reddere memoriam alicuius immortalem. ad Brut. ep. 12. Vt charitas liberorum amiciores reip. parentes redderet. pro Cecin. 28. Reddere aliquem placidum ac mollem. Anteq. 25. Pompeius hostes reddidit pacatos. Epist. lib. 4. ep. 9. Reddere aliquem ferociorem. & lib. 9. ep. 25. Reddere aliquem ociosum. pro Clu. 71. Reddere aliquem iratum alicui. Att. li. 2. ep. 1. Quid, si etiam Cæsarem reddo meliorem. 7. in Ant. 19. Vt populum Romanum metu vacuum nostra vigilia redderemus.* Oecon. 1. Hunc sexũ timidiorem reddidit quàm virilem *natura.*

REDDOR, ris. Orator. 164. Siue paribus paria redduntur, siue opponuntur contraria. Attic. lib. 2. ep. 4. Mihi placet ea, quæ malè empta sunt, reddi. 6. in Ver. 74. Illo tempore Segestanis hæc ipsa Diana redditur, reportatur Segestam.

✠ ADVERB. *Celeriter librum, 6. Fam. Celeriter.) (. tardè literas, 5. Att. Commodè, non ita commodè rationẽ, pro Qu. Cumulatè officium, 5. Fam. Diligenter fasciculũ, 11. Att. Iustè depositum, probabiliter rationem, 3. de Fi. Latinè, perdiserte, 1. de Orat. Opportunè literas, 4. Att. Planè suum, 7. Fam. Studiosè quæ promisimus, 14. Phi. Vicissim, de Fato. Verbosius rationem, 10. Fam.*

☞ Syntaxis. *Tu mihi me reddidisti. Reddere vitã pro aliquo. Eisdẽ verbis reddere. Latinè reddere. Reddere aliquem ociosum, metu vacuum.*

REDEMPTIO, onis. *cõductio.* 2. I. V. 16. Redemptio est huius iudicij facta grandi pecunia. de Pro. 11. Publicanos temeritate redemptionis penè esse euersos.

REDEMPTOR, oris. *dicitur siue operis faciendi, siue vectigalium conductor, qui & Manceps à Cic. dicitur.* 9. I. A. 6. Qu. fr. li. 2. ep. 4. Redemptor tuo dimidium pecuniæ curaui. 2. de Di. 47. Redemptor, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciẽdam. 2. de Inu. 96. Nisi ad sacrificium quoddam redemptor hostias præbuisset.

✠ ADIVNC. *Vetus, 3. in Ver.*

REDEMPTVS, a, um. Qu. fr. li. 1. ep. 1. 25. Publica malè redempta. Att. lib. 1. ep. 13. Rem illam redemptã esse à iudicibus confitentur.

✠ ADVERB. *Malè, 1 ad Qu. fr.*

REDEO, is. *reuenio, reuerto vel reuertor, me recipio.* Attic. lib. 13. ep. 9. Ad quos dies redituru sim, scribam ad te. pro Quint. 57. Statim vt Romam rediit, &c. pro Mur. 26. Redire viam, & inire viam, *apud Iurisconſ.* Postq. in Sen. 26. Vt ad illam diem res cùm rediisset, rogarẽtur, &c. pro S. R. 128. Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt. Epist. li. 1. ep. 7. Redeo ad illud quod initiò scripsi. pro Cec. 51. Vt ad priuatas res redeam. 1. de Inu. 98. Ita in memoriam redibit auditor. pro Qu. 57. Discedens in memoriam rediit Quintius, quo die, &c. de Pro. 20. Redire in gratiam cum aliquo. Att. lib. 7. ep. 1. Atque hæc de rebus forensibus: redeamus domum.* Frag. ep. Ego cùm in gratiam redierim cum Ap. Claudio, & redierim per Cn. Pompeium.

✠ ADVERB. *Facilè ad artem, 2. de Or. Gradatim sursum versus, Or. Insidiosè in gratiã. pro Rab. Peregrè, 3. Tus. Serò, 7. Fam. Vicissim ad aliquem, pro Cæl.*

☞ Syntaxis. *Ad quos dies redibis? Redire viam. In gratiam redire cum aliquo. Hæc de bello: redeamus domum.*

REDHIBEOR, ris. *quasi retrò habeor.* 3. Off. 91. In mancipio vendẽdo ea vitia dicenda sunt, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili.

REDIGENDVS, a, um. Orat. 10. Quicquid est, de quo ratione & via disputetur, id est ad vltimam sui generis formam speciémq; redigendum. 4. in Ver. 47. Bona verbo redigenda, re dispertiẽda.

REDIGO, gis. *vi recipio, adduco, pertraho.* 4. I. A. 13. Maiores nostri bellicosissimas gentes in deditionem huius imperij redegerunt. 3. Offi. 79. C. Marius Iugurtham redegit in suam potestatẽ. 2. cont. Rull. 73. Redigere aliquem in suam ditionem & potestatẽ. 5. in Ant. 46. & pro Cl. 152. Cæsar equites in suam potestatẽ redegit. 4. I. V. 33. Redigere omnia in suã potestatem. pro Cor. 25. Populi, quos subegimus, atq; in ditionem nostrã redegimus.

¶ *Colligo, contraho, reuoco, reduco, deduco.* 13. in Ant. 10. Decreuistis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patris in prædæ dissipatione inimicus victor redegisset. 1. in Ver. 56. Redigere pecuniam ex bonis venditis. 2. cont. Rul. 97. Redigere pecuniam ex vectigalibus. de Aru. 42. Quæsturámque illam maximè fœcundam atque vberem in totum ad se redegit. Epist. lib. 1. ep. 9. Quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. 2. in Ant. 18. Quid autem tibi venit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi P. Lentuli esse educatum? Or. 208. Redigere sententias in quadrum numerumque. 3. ad Her. 16. Redigere inuenta in ordinem. & 4. ad Her. 3. Qui omnia in arte scribenda redigit in singulas rationes præceptionis.

REDIGOR, ris. 5 I. A. 11. Si hoc genus in vnum redigatur. 1. de Orat. 186. Nihil est quod ad artem redigi possit, nisi, &c. ‖ pro Rab. Posth. 37. Pecunia, &c. redigeretur. & *ibid.* Id hoc genere iudicij redigi solere. Ep. li. 12. ep. 15. Vectigalia in vestram potestatẽ redigerẽtur.* Incer. Quod non aliquãdo ad interitũ redigatur, vel iniuria hominum, vel ipsa confectrice omnium vetustate.

✠ ADVERB *Celerrimè in potestatem, 12. Fam.*

☞ Syntaxis. *In suam ditionem & potestatem redigere. In sui imperij ditionem redigere. Subigere, & in ditionem redigere. Redigere pecuniã ex, quæsturam ad se. Redigere in memoriam. In quadrum & numerum orationem, ad artem, in ordinem redigere.*

REDIMENDVS, a, um. pro Sest. 66. Qui rex illo anno non aut emendum sibi quod non habebat, aut redimendum quod habebat, arbitrabatur.

REDIMO, mis. *emo, recupero, conduco.* 13. I. A. 10. Pompeio sua domus patebit, eámque non minoris quàm emit Antonius, redimet: redimet, inquam, Cn. Pompeij domum filius. 4. ad Her. 58. Re vilissima & parua maximam redemit. pro Qu. R. 35. Roscius societatis, non suas lites redemit, cùm, &c. 2. Offic. 55. & 7. I. V. 89. Redimere captos à prædonibus. 3. ad Her. 2. Redimere captiuos ab hostibus. de Cl. 85. Qui pecuniaria ea P. Cornelio, L. Mũmio censoribus, redemisset. Att. lib. 11. ep. 13. Redimere fundum. Ep. lib. 2. ep. 16. Ego calamitatem à rep. meis priuatis incommodis libentissimè redemissem. pro Syl. 33. Ego vitam omnium ciuium, &c. quinque hominum perditorum pœna redemi. pro Mil. 88. Qui pecunia se palam iudicibus redemerat. Ep. lib. 10. ep. 8. Redimere culpam.* pro M. Scau. Fibri redimunt se ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur.

✠ ADVERB. *Palam se pecunia, pro Mil. Publicè, 7. Ver.*

REDIMOR, ris. 7. in Ver. 24. Hæc verò quæ ve vita redimi rectè possent, pecunia æstimare non queo. & 14. Damnatorum vitam ✠ à prætore redimi. ‖ 2. Off. 62. Redimi à seruitute captos.

✠ ADVERB. *Rectè, 7. in Ver.*

☞ Syntaxis. *E seruitute captos redimere. Se iudicibus pecunia redimere. Culpam redimere.*

REDIMICVLVM, li. L. MITRA. 5. I. V. 76. Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat.

REDIMIRI. *ornari.* 3. Tusc. 43. Incendes odores? & sertis redimiri iubebis & rosa?

REDIMITVS, a, um. *ornatus, coronatus.* 2. I. C. 10. Sertis redimiti, vnguentis obliti. de Somn. 5. Terra quasi quibusdam redimita & circundata cingulis.* pro Q. Gall. Redimitus coronis.

REDINTEGRATIO, onis. *renouatio, iteratio.* Antequam. 10. Quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros. 4. ad Her. 39. Vehementer auditorem commouet eiusdem red. ntegratio verbi.

REDINTEGRO, as. *renouo.* 4. ad Her. 39. Interpretatio est, quæ nõ iterans idem redintegrat verbum, sed commutat. Epist. lib. 11. ep. 9. Redintegrare bellum.

REDINTEGROR, ris. 1. de Inu. 99. Ita per breuem comparationem auditoris memoria & de confirmatione, & de reprehensione redintegrabitur. 2. ad Her. 47. Vt renouetur, non redintegretur oratio.

☞ Syntaxis. *Renouare, non redintegrare orationem.*

REDITIO, nis. 5. I. V. 16. Celeritas reditionis. *id est, reditus.*

REDITVS, tus. *reditio, reuersio.* de Clar. 227 Inter profectionem & reditũ L. Syl. At. li. 16. ep. 7. Reditu, vel potius reuersione. pro Cl. 119. Sic hominibus iniuria notatis neque ad honorẽ aditus, neq; in curiã reditus esset. de Sõ. 3. Solis anfractus, aditus, redituſque. de Arusp. 52. Quid existimatis eũ, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum? & Att. li. 2. ep. 3. Cum Cæsare reditus, in gratiã. & li. 15. ep. 5. Qui porrò noster itus, reditus, incessus inter eos? *Hoc illis animis faciliorem ascensionem & reditum in cælum fore.

✠ ADIVNC. *Acerbior, pro Mil. Aptus, & concinnus ad rem, 3. de Or. Capitalis, & pestifer, 4. Phil. Celer, gratus & iucundus, pro Dõ. Celer & glorioſus, propinquus, 1. de Diu. Crudelis, & pestifer, 3. Phil. Desertus, obscurissimus, in Piso. Difficilis, 3. Ac. Facilis, 1. Tusc. Florens, pro Sest. Glorioſus, de Sẽ. Glorioſus, & celer, 6. Famil. Gratuitus, & salutaris, 9. Phil. Illustris in gratiam, 3. Fam. Inconstans, 2. Att. Maturus, pro Pomp. Nouus in gratiam, pro Mil. Tutus, 10. Phil.*

REDIVIVVS, a, um. *renouatus, in vitam reuocatus.* 3. I. V. 148. Rediuiua sibi habeto, quasi quicquam rediuiui ex illo opere tolleretur, ac non totum opus ex rediuiuis constitueretur. *bis.*

REDOLENS, tis. 2. I. A. 63. Antonius vomens fructis esculentis vinum redolentibus totum tribunal impleuit.

REDOLEO, les. *oleo.* pro Sest. 24. Quod ita domus fumabat, vt multa eius sermonis indicia redolerent. *aliter, redoleret.* pro Cæl. 47. Nihil igitur illa vicinitas redolet. 2. de Or. 109. Definitio genere ipso doctrinam redolet. de Clar. 82. Oratio redolens antiquitatem. de Clar. 284. Mihi exilius orationibus redolere ipsæ Athenæ videntur.

☞ Syntaxis. *Verba antiquitatem redolentia. Ex verbis antiquitas redolet.*

REDVCENDVS, a, um. 3. Off. 86. Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum.

REDVCO, cis. *restituo, redigo, reporto.* (*ejicio.* Attic. lib. 8. ep. 24. Aliquos distractos rursus in pristinam concordiam reducere. Post quam ad Quir. 15. Aliqua medicina reducere aliquem ad salutem. 8. I. A. 29. Aliquem in cubiculum admittere & reducere. pro R. P. 19. Tu Gabinium, vt regem reduceret, impulisti. 2. I. A. 9. Reducere aliquem de exilio. 1. de Inuent. 98. Reducere aliquid in memoriam. in Sal. 17. Qui exules reduxit. * Hortens.

✠ Vt calculum reducas ‖ pro Rab. Posth. 19. Sine me Cn. Pompeij autoritas in gratiam non reduxisset, nunciam ipsius fortuna reduceret. & *ibidem.* Tu Gabinium vt regem reduceret impulisti. Epist. lib. 1. ep. 2. Vt tres legati regem reducerent.

REDVCOR, ris. *reuocor.* 2. ad Heren. 47. Vt auditor, si memoriæ mandauerit, ad id quod ipse meminerit, reducatur. 3. ad Her. 21. Et vox reducitur in quendam sonum æquabilem. pro Quint. frat. lib. 2. ep. 2. Cum multitudine regem reduci periculosum reip. videtur 1. Acad. 1. Satis eum longo interuallo ad suã villam reduximus. Quint. fr. lib. 2. epi. 8. Crassum Cos. è senatu domum reduxi. Att. lib. 4. epist. 6. Philoxemus reduci in carcerem maluit Postq. in Sen. 27. Reduci in patriam. *ibid.* Reduci ab exilio. pro Qu. 61. Curat, vt seruus domum reducatur ad Quinctium. Epist. lib. 1, epi. 1.

REDVCTIO, onis. Epist. lib. 1. ep. 7.

REDVCTVS, a, um. pro R. P. 47. Possum excitare multos reductos testes liberalitatis tuæ. pro Dom. 17. Senatus autoritas mecum simul reducta videtur. pro Cl. 110. Reges ab aliquo in gratiam reductos esse. Att. lib. 9. ep. 17. Ab eo patriæ proditores ab

✠ exilio reductos esse. ‖ 1. in Ant. 24. Ab exilio reducti. Postq. ad Quir. 10. Altero Coss. referente reductus sum.

☞ Syntaxis. *Distractos in concordiam, in gratiam reducere. Ad salutem reducere. De exilio reducere, aliquid in memoriam, vocem in sonum æquabilem.*

REDVNDANS, tis. de Clar. 51. Asiatici parum pressi & nimis redundantes. & 316. Is redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam dicendi licentia repressit. 2. de Orat. 88. Verba efferuescentia, & paulo nimium redundantia.

✠ ADVERB. *Paulò nimium, 2 de Orat.*

REDVNDANTIA, tiæ. *profluentia.* Or. 108. Ipsa illa pro Roscio iuuenilis redundantia multa habet attenuatua, quædam etiam paulò hilariora.

✠ ADIVNC. *Iuuenilis, Orat.*

REDVNDO, as. *supero, superfluo, effluo.* 6. I. V. 26. Crux ciuis Romani sanguine redundauit. 3. I. C. 24. Omnis hic locus aceruis corporum, & ciuium sanguine redundauit. 4. Tusc. 22. Cùm pituita redundat, aut bilis in corpore. 1. de Diu. 100. Si lacus Albanus redundaret, isque in mare fluxisset, Romam perituram. 2. de Orat. 221. Tota illa defensio redundauit hilaritate quadam & ioco. Epist. lib. 3. ep. 10. Cùm tu omnibus ornamentis redundares. 4. ad Heren. 66. Vrbs redundat militibus. pro Corn. 56. Vt aliqui sermones inuidorum etiam ad aures vestras permanarẽt, & in iudicio ipso redundarent. 2. de Orat. 83. In verborum definitionibus neque abesse quicquam debet, neque redundare. Orat. 117. Vt nihil neque prætermittatur, neque redundet. 5. I. V. 155. Quod redundaret de nostro frumentario quæstu. 1. de Nat. 100. Tuus deus non digito vno redundat, sed capite & cæteris membris. 2. de Nat. 116. Aqua conglobatur vndique æqualiter, neque redundat vsquam, neque effunditur. 1. de Or. 20. Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. 3. I. V. 100. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ redundarunt. de Pro. 31. Nationes, quæ numero hominum & multitudine poterant in prouincias nostras redundare, ab eodem partim recisæ sunt, partim repressæ. 1 de Orat. 3. Fluctus qui â communi peste depulsi in nosmetipsos redundarunt. 1. I. C. 29. Vereor ne quid parricida ciuium iuterfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundet. pro Cæl. 57. Serui ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumptibus ac luxuria redundet. pro Mur. 85. Sed quid fiet, si hæc elapsa de manibus nostris, in eum annum qui consequitur, redundarint? pro Syl. 27. Si ex hoc tanto in omnes beneficio, nullum in me periculum redundabit. pro Dom. 69. Sed prospexistis, ne qua in nos popularis aliquando inuidia redundaret. 3. de Or. 16. Neque in Antonio defuit hic ornatus orationis, neque in Crasso redundauit. Qu. frat. lib. 3. ep 9. Hoc bonum mihi nunc denique redundat. I. P. 25. Capua splendidissimorum hominum multitudine redundat. de Am. 78. Erumpunt sæpe vitia nostra in alios, quorum tamen ad vos redundat infamia. *id est, redit.* Parad. 6. Ex meo tenui vectigali aliquid etiã redundat. pro R. P. 11. Non igitur reus ex ea causa quæ iudicata est, redundat Posthumus. Pro Lig. 8. Vel quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. & 15.

✠ Acerbissimo luctu redundaret ista victoria. ‖ 2. de Diuin. 69. Si lacus Albanus redundasset isque in mare fluxisset Romam perituram si repressus esset Veios & lib. 1. 100. Veios non posse capi dum lacus is redundaret. pro Sest. 95. Quorum hodie copia redundat.

✠ ADVER. *Aliquantum ad, pro Cæl.*

☞ Syntaxis. *Crux sanguine redundans. Redundans & superfluens iuuenili licentia. Verbum efferuescens ac redundans. In corpore pituita redundans. Redundans litera hilaritate. Redudare ornamentis. Vrbs militibus redundans. Manus digito redundans. Efflorescens ac redundãs oratio. Populus hominum numero in Galliam redundans. Vitiorum filij ad patrem redundat infamia. Redundat hoc ad tuum fructum. Victoriæ luctu redundans.*

REDVVIA, uiæ. *vlcus digitorum, cùm recedit ab vngue caruncula magno dolore: Παρώνυχα (inquit Celsus) Græci appellant.* pro S. R. 128. intelligo me errare, qui cùm capiti S. Rosc. mederi debeam, reduuiam curem.

REDVX, cis. *ex periculo, aut ab exilio reuocatus.* pro Mil. 104. Quid me reducem esse voluisti? Ter. Qui ab orco mortuum me reducem in lucem feceris?

REFECTVS, a, um. *reconcinnatus.* Att. lib. 16. ep. 3. Ἀρχάντων & crebris locis incultus & refectus.

REFELLENDVS, a, um. 2. de Diu. 51. Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade?

REFELLENS, tis. 2. de Or. 9. Nullius memoria iam refellente.

REFELLO, lis. *redarguo.* 1. de Orat. 88. Ea Menedemus exemplis magis quàm argumentis conabatur refellere. 1. de Orat. 90. Vt id quod intenderemus confirmare, & id quod contrà diceretur, refellere possemus. pro Lig. 16 Refellere & coarguere mendaciũ alicuius. Att. lib. 12. ep. 5. Sed tu me συμπαιγνιῶς refelleras.

✠ ADVER. *Palàm, in Sal. Studiosissimè, c. Tusc.*

REFELLOR, tis. 2. de Diu. 98. Chaldæorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur. 2. Tusc. 5. Nosque ipsos redargui refelliq́ue patiamur. *ibid.* Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. 2. de Fin. 81. Ita enim viuunt quidam, vt eorum vita probetur, refellatur oratio. item. Oratio refellitur moribus.

✠ ADVER. *Benè, 1. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Refellere & coarguere mendacium alicuius. Re & euentis Astronomorum prædicta refelluntur. Ne refellatur oratio moribus.*

REFERCIO, cis. *repleo.* 1. de Nat. 34. Heraclides puerilibus fabulis refersit libros. & 2. de Nat. 63. Poëtæ hominum vitam superstitione omni referserunt. pro R. P. 40. Complures aures refersit his sermonibus. 2. Tusc. 6. Eadem enim dicuntur à multis, ex quo libris omnia referserunt.

¶ *Congero.* 1. de Or. 163. Perfice, vt Crassus, quæ coarctauit & perangustè refersit, in oratione sua dilatet nobis atque explicet.

✠ ADVER. *Perangustè in orationem, 1. de Orat.*

REFERCIOR, ris. pro Sest. 77. Corporibus ciuium Tiberim repleri, cloacas referciri.

REFERENDVS, a, um. L. REFERO. 1. de Diu. 122. De rebus obscuris & incertis ad Appollinem censeo referendum. 1. Off. 52. Vulgaris liberalitas referenda est ad illum finem, nihilominus vt ipse luceat. Postq. ad Quir. 14. Mihi in sententia simpliciter referenda fides non deerit.

REFERENS, tis. *subijciens.* de Cl. 301. Hortensius nullo referente, omnia aduersariorum dicta meminerat.

REFERO, ers. *reueho, reporto, reduco.* Ep. li. 12. ep. 15. Auster aduersus maximo flatu me ad tribules tuos retulit. ad Brut. ep. 15. Auster me in Italiam retulit. & Att. li. 15. ep. 16. Itaque me referunt pedes in Tusculanũ. * Frag. Ep. Cum legati responsa retulerint.

¶ *Renuncio.* pro Deiot. 25. Missit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent.

¶ *Reuoco.* pro Dom. 78. Referre rem iudicatam. *id est, reuocare & renouare iudicium.* pro Pl. 41. Reiicere iudices.) (*referre iudices: id est, reuocare & asciscere.* pro Cl. 86. Te id quod tum explosum est, nunc retulisse miror. pro S. R. 110. Isti pro re certa spem falsam domum retulerunt. pro Fl. 1. L. Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem propè quingentesimo anno retulit.

✠ ‖ 1. de Or. 145. Quo quidque referat & quo inuens ab eo quodcunque proposuerit minus aberret.

¶ *Reddo.* Orat. 65. Referre paria paribus, a Iuersa contrariis. 1. de Diuin 54. Is pateram retulit. Orat. 38. Vt extrema referant eundem in cadendo sonum. Attic. lib. 16. ep 3. Referes igitur ei plurimam salutem. de Clar. 217. Referre grat.am alicui. 3. de Orat. 14. Referre alicui debitam ac meritam gratiam. pro Cor.

59. Quorum precibus munus hoc meritum huic, & vt à principio dixi, iustam & debitam gratiam refero. de Am. 53. Cum iam neutris, *neque fidis amicis neque infidis*, gratiam referre posset.

¶ *Ascribo, describo.* de Cl. 89. Quam orationem in origines suas retulit. 1. de Orat. 208. Illa quæ in commentarium meum retuli. Epist. lib. 16. ep. 17. Referre epistolas in volumina. 7. I. V. 108. Referre aliquem absentem in reos. pro S. R. 27. Eius fide factum est, vt hic potius viuus in reos, quàm occisus in proscriptos referretur. 1. de Nat. 29. Referre aliquem in deorum numerum. 1. de Nat. 34. Heraclides cœlum & terram refert in deos. 3 in Ver 149. Negabat opus in acceptum referre posse pro Q. R. 5. Referre nomina in codicem accepti & expensi. Att. lib. 5. ep. 21. Quid vos? quantum, inquam, debetis? Respondent, CC. refero ad Scaptium. de Opt. 19. Ne quis corona donaretur in magistratu, priusquam rationes retulisset. 2. I. A. 40. Ego amplius H-S. ducenties acceptum hæreditatibus retuli. & 1. Phil. 25. Nisi fortè si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. pro Flac. 20. Referre in tabulas, quodcunque commodum est, & inferre rationes falsas. & 44. Cùm illam pecuniam nominatim Flacco datam referrent. & *ibidem* Cùm operi publico referunt, & in ædem sacram faciendam perscribunt. 3. in Verr. 98. Referre rationes ad ærarium.

¶ *Defero, propono, profero, deliberandum adduco, in medium pono.* 1. de Or. 239. Referre ad aliquê de aliqua re. 1. de Or. 239. Quæsiuitq; qua de re ad Crassum retulisset. ad Br. ep. 18. At illa retulit quęsi uitque, &c. 6. I. V. 7. Ideo Clodius retulit, vt Verres posset auferre. 2. de Diu. 144. Referre, & deferre aliquid ad interpretem. pro Dom. 131. Referre & deferre ad senatum. & 136. Cassius de signo Concordiæ dedicando ad senatum retulit. Atti. li. 16. ep. 3. Qui cùm ei præscriptũ esset, ne quid sine Sestij nostri sentẽtia ageret, neq; ad illũ, neq; ad quẽquã nostrũm retulit. pro Do. 50. Pluribus de rebus vno sortitu retulisti. 2. I. C. 12. Rem omnem ad patres conscriptos retuli. 1. de Diui. 31. Cum vicini omnes ad vnum de rebus suis referrent, erat in magno honore & gloria. Posteq. ad Quir. 11. P. Lentulus de solenni religione retulit. pro C. Cornel. 1. C. Cotta de legibus abrogandis ipse ad Senatum retulit. *ibid.* De corrigenda lege retulerunt.

¶ *Respondeo.* pro Cecin. 85. Hoc ego non ad meam defensionem attuli, sed illorum defensioni retuli. & *ibid.* At ego tibi refero, ✠ si, &c. ‖ de Fat. 30. Et referret aliquis.

¶ *Puto, censeo, statuo.* 3. de Nat. 86. Virtutem nemo vnquam Deo acceptam retulit.

¶ *Confero.* At. li. 2. ep. 24. Referre cum aliquo. At. li. 2. ep. 24. Intro ductus Vectius, primò negabat se vnquam cum Curione retulisse. item Epist. lib. 8. ep. 3. Forsitan cum locupletiore referam.

¶ *Dirigo.* 10. I. A. 20. Vt omnia consilia atq; facta nostra ad virtutem atque dignitatem referamus. 1. de Ora. 226. Referre omnia ad voluptatem corporis, doloremque. de Cl. 223. Eodem Q. Cæpionem referrem, nisi, &c. à senatu dissedisset. *id est, his adnumerarem.* pro Deiot. 7. Tuum est Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre, quò facilius, &c. *id est, de te coniecturam facere.*

Promiscua. 3. de Orat. 177. Referre nunc animum ad hominum figuram, &c. & 1. de Orat. 1. Referre animum ad studia. Ep. lib. 1. ep. 9. Referre se ad studia literarum. pro Qu. 47. Referre oculos & animum ad aliquem. de Pro. 38. Referre aspectum aliquò. 2. de Orat. 117. Vt simul ac posita sit causa, habeant quò se referant. pro S. R. 48. Age nunc, refer animum, sis ad veritatem, & considera, &c. pro Flacc. 50. Iste iterum Romam se retulit. Par. 1. Referre opus in apertum. id est, *edere.* 12. I. A. 8. Referre pedem.

✠ ADVERB. *Apertè,)(Occultè, pro Flac. Callidè, 2. de Finib. Cumulatissimè gratiam, 13. Famil. Identidem oculos, 6. de Rep. Magnoperè, pro Cal. Pariter, simpliciter sententiam, Postq. ad Quir. Publicè ad, . de Diu. Rectè acceptum, 3. de Natur. Separatim de aliquo, 10. Phil. Verè pro Syll. Vltrò postulata, 12. Famil.*

REFERO, ris. *narror, exponor.* 2. de Diu. 11. Ad sapientes hæc, non ad diuinos referri solent. *Aliàs refelli.*

¶ *Propenor.* 3. de Or. 131. Vt de omni re ad eos referretur. ad Brut. ep. pr. in 7. Si tuis placuisset de his literis referri.

¶ *Dirigor.* 1. Offic. 31. Referri enim decet ad ea quæ proposui in principio fundamẽta iustitię. 12. I. A. 10. Omniáq; ad eorum voluntatem dicta factáque nostra referantur. ad Brut. ep. 18. Omnes meæ curæ ad te referuntur, & in te consumuntur. 9. I. A. 11. Leges ad facilitatem æquitatémque referri. Ep. lib. 5. ep. 16. Quæ cura non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum propriè refereretur. de Fat. 6. Cùm sine fato ratio omnium rerum ad fortunam naturámque referatur. 1. de Leg. 5. In historia pleraque ad veritatem, in poëmate ad delectationem referuntur. 2. Offic. 54. Modusque adhibeatur, isque referatur ad facultates.

¶ *Respondetur.* pro Quint. 44. Quid autem à nobis refertur. *id est, respondetur.*

¶ *Reficior.* 1. I. V. 68. Hoc institutum referri ac renouari moleste ferunt.

¶ *Excitor.* I. P. 53. Non vt redire ex Macedonia nobilis imperator, sed vt mortuus infamis referri videretur.

¶ *Nuncior.* Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 33. Vocem ex Asia vsque Romam referri. Ep. lib. 1. ep. 9. Certorum hominum quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me.

✠ ADVERB. *Coniunctim de re, 8. Fami. Nominatim in libris, 2. de Orato. Propriè ad aliquem, 5. Famil. Rectè huc, in Part. Tardius paulò, 2. Tusc.*

REFERT, bat. *interest, ad rem pertinet, ad rem est.* ad Brut. ep. 2. Tua istuc refert maximè. *ex Plauto.* Epist lib. 5. ep. 20. Non adscripsi, quod tua nihil referebat. I. P. 39. Nihil enim mea refert, vtrum eum, &c. an amicitur. &c. ad Br. ep. 17. Quid autẽ nostra refert, victum esse Antonium? si, &c. 1. Tusc. 80. Ipsi animi magni refert quali in corpore locati sint. Attic. lib. 14. ep. 1. Magni refert, hic quid velit. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 16. Parui refert ita fieri, nisi, &c. pro Pompo. 18. Illud parui refert vos vectigalia postea recuperare. Q. de Pet. 34. Quæ si significant voluntatem esse abditam parui refert patére ostium. Epistol. lib. 5 epistol. 9. Sed quanti id refert? si tamen accidit. de Clar. 110. Nihil refert videre quid dicendum sit, nisi, &c. 5. de Fin. 90. Tantum refert, quàm magna dicam. 2. I. A. 29. Quid refert, vtrum voluerim fieri, an gaudeã factum? 2. de Di. 62. Quasi verò referat, quod fieri potest, quàm id sæpe fiat & 72. Aues pascantur nécne, quid refert? & 98. Fac in puero referre, ex qua affectione cœli primùm spiritum duxerit. & 106. Fac dare deos: quid refert, si accipere non possumus? pro Fla. 21. Quid refert igitur tanto pòst feceris, an omninò non feceris? 3. de Orat. 205. Refert etiam qui audiunt, senatus an populus. pro Cæ. 57. At quibus? seruis? refert enim magnopere idipsum. Epist. lib. 8. epist. 10. Ne dicatis, aliquid, quod referret scire, reti- ✠ cuisse. 1. de Nat. 80. Quid refert? ‖ 2. ad Her. 7. Parui refert satis spatij fuisse ad id perficiendum.

REFERTVS, a, um. *confertus, plenus.* 6. I. V. 126. Ornamentis fanorum domus plena, villæ refertæ. & 5. Ver. 202. Tum refertius erit ærarium populi Rom. quàm vnquam fuit, &c. 1. de Orato. 161. Locuples & referta domus. Attic. lib. 9 ep. 1. Vrbem refertam esse optimatium audio. 2. de Or. 154. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. pro R. P. 20. Mare refertum prædonum. I. P. 11. Palatium erat ciuitate omni, Italia cuncta refertum. pro Pomp. 21. Domicilia regis omnibus rebus ornata atque referta. & 55. Insula referta diuitiis. 5. Tusc. 20. Xerxes refertus omnibus præmiis donisque fortunæ. & 86. Vita vndique bonis referta. pro Mur. 20. Asia ista referta, & eadem delicata. 3. Tuscul. ✠ 42. ‖ Ora 140. Inuidis referta sunt omnia.

☞ Syntaxis. *Locuples & referta domus. Refertus præmijs & donis.*

REFERVENS, tis. pro Qu. R. 17. Sic referuens falsum crimen in purissimam vitam collatum, statim concidit, & extinguitur.

REFERVEO, es. de Clar. 316. Contentio nimia vocis reciderat, & quasi referuerat oratio.

REFERVESCO, scis. *recalesco.* 1. de Di. 46. Sanguis è patera fusus, qui cùm terram attigisset, referuescere videretur.

REFICIENDVS, a, um. de Amic. 95. Lex C. Papyrij de tribun. pleb. reficiendis.

REFICIO, cis *recreo, restituo.* Att. lib. 7. ep. 2. Tyronis reficiendi spes est in M. Curio. Epist. lib. 7. ep. 26. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. Att. lib. 12. ep. 15. Reficere vultus. 6. I. V. 105. Ad ea quæ dicturus sum, reficite vos quæso iudices per deos immortales. pro Mur. 84. Nihil est jam vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. pro Sest. 15. Colligere & reficere naufragiũ. pro Arch. 12. Hic homo suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuicio defessæ conquiescant. pro Planc. 2. Conspectus confessusque vester reficit & recreat mentem meam. pro Flacc. 44. Reficere ædem sacram. Top. 15. Reficere ædes, quæ vitium fecerunt. de Opt. 19. Demosthenes multos refecit pecunia sua. pro Planc. 45. Reficere suam tribum suis necessariis. *id est, conciliare.* Quin. fra. lib. 3. ep. 1. Ego in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci. pro Mil. 2. Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij sapientissimi viri consilium. 1. de Diuin. 4. Quinetiam memoria nostra templum Iunonis Sospitæ L. Iulius de Senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio.

REFICIOR, ris. Parad. 6. Nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, vt ex eo tueri sex legiones possis. de Senect. 36. Tantum cibi & potioni adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. 5. I. V. 102. Locatur opus quod ex mea pecunia reficiatur, ego me refecturum esse dico.

☞ Syntaxis. *Rogo iam te reficias. Vulnus reficere. Colligere & reficere naufragium. Refici & recreari mentem ab. Aedes iam vitium facientes reficere. Vires reficienda, non opprimenda.*

REFIGO, gis. *cuello, rescindo, infringo.* Epistol. lib. 12. epistol. 1. Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendi.

mus.13.I.A.5.Acta Antonij rescidistis,leges refixistis.& 12.Phil. 12.Num figantur rutsus hæ tabulæ,quas vos decretis vestris refixistis.

REFLATVS,tus.*contrarius ventus.* Attic.lib. 12. ep.2. Naues delatas in Vticam reflatu.

REFLECTO,ctis. *renoco,sedo.*pro Sylla.46.Animum incitatum ad vlciscendam orationem tuam,reuoco ipse & reflecto.

REFLECTOR,ris.1.de Or.53.Causæ quibus incitantur aut reflectuntur.

REFLEXVS,a,um. *retrò conuersus,vel inflexus.*1.de Nat.107.

*Obstipum caput,& tereti ceruice reflexum.*ex Arato.

REFLO,as.*contra flo.*1.Tuscul.119.Si enim reflantibus ventis reijciemur,tamen eòdem paulo tardiùs referemur.2.Offi.19.Cùm fortuna reflauit,affligimur. Attic.lib.6.ep.7. Etsi Etesiæ valde reflauerint.

✠ *ADVERB.Valde,6.Attic.*

REFORMIDATIO,onis.*formido, metus.*Part.11.

REFORMIDO,as.*refugio.*pro S. R. 85. Cassiani iudices,quorum etiam nuncij, quibus causa dicenda est,nomen reformidant. 5. Tusc. 83. Qui imbecillius horrent dolorem, & reformidant. pro Cæl.14.Huius amicitiæ crimen non reformido. 7. I. A. 19. Sed pacis nomine bellum inuolutum reformido.& 14.Phil. 9. Refugit animus,eáq; reformidat dicere,quæ,&c. 7.I.V.68. Tamen homines maritimos non planè reformidat.1.Tusc.108.Sed ita retracta sunt quædam, vt ea fugiat & reformidet oratio.4. ✠ad Her.25.Reformidare aduersos. ‖pro Lig.6.Nec quid tibi de alio audienti de seipso occurrat reformidat.

✠ *ADVERB.Imbecillius,5.Tusc.Planè,7.Verr.*

REFRACTORIOLVS,a, um. *concertatorius.* Attic. lib. 2. ep.1. L. IVDICIALIS.

REFRAGOR,aris. *aduersor.*11.I.A.20.Sed de hoc quidem hactenus,ne refragari homini amicissimo videar.proMu.46.Sed tota illa lex petitioni tuæ refragata est.

REFRENANDVS,a,um. pro Cæl.76.Semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius gloria,quàm incitandi sunt.2.de Diu.5.Iuuentus hic moribus ita prolapsa est,vt omnium opibus refrenanda atque coërcenda sit.

¶ *Effrenatus.*2.contra Rul.54. O libidinem refrenandam.

REFRENO,as. *reprimo,comprimo,cohibeo, coerceo, circumscribo,retardo,contineo,reuoco,reflecto,reijcio,cõtrahо,sedo,debilito,edomo,moderor,tempero,remitto,teneo,restringo.*Para. 5. Refrenet prius libidines,iracundiam teneat,coërceat auaritiam. 11. I. A. 4. Brutus Antonium inuadentem in Asiam,à progressu arcuit, à reditu refrenauit.

☞ Syntaxis.*Refreno,teneo,coerceo. A reditu refrenare.*

REFRICO,as.*retracto,renouo & reuoco.*Epist.lib.5.ep.17. Vereor, ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum.I. P. 82. Sic tuis sceleribus Reipub.præterita facta refricabis.3. I. A. 18. Cùm illam pulchertimi facti memoriam refricat.3 cõtra Rul. 4.Ne refricare obductam iam Reipub.cicatricem viderer. pro Flac.54.Cùm illud vulnus dicendo refricuisset.Attic. lib.5.ep.15. Appij vulnera non refrico, sed apparent, nec oculi possunt.2. de Orat. 199. Eorum dolorem qui lugebant suos, oratione refricabam.

¶ *Iterum vexo.*Att.lib.7.ep.3.Hæc me refricant.& lib. 10. epi. 19. Crebrò refricat lippitudo.pro Syl.19.Cùm ciuiũ cædes versari ante oculos atque animum,memoria refricare cœperat.

REFRICOR,ris.pro Cæl.71.Vt illa vetus fabula refricaretur, idcirco Caserni est causa renouata.

☞ Syntaxis. *Refricare vulnus,cicatricem,fabulam. Moribus refricat. Animus à memoria refricatur,vel cæde. Hæc me refricant.*

REFRIGERATIO,onis.de Sen.46. Refrigeratio in æstate, & vicissim in hyeme aut sol aut ignis hybernus.

REFRIGERATVS,a,um.1.de Natu.24.Membra partim ardentia,partim refrigerata,dicenda sunt.& 2.de Nat.23.Refrigerato & extincto calore occidimus ipsi,& extinguimur.2.I.V. 31. Defessa & refrigerata accusatione.Ep.lib.3.ep. 8. Refrigerato iam sermone hominum.

REFRIGERO,as.2.de Nat.119.Stella Saturni refrigerat, Martis incendit.Ep.lib.5.ep.10.Me frigus Dalmaticum,quod illinc eiecit,etiam hic refrigerauit.

REFRIGEROR,ris.pro Q.R.17.Ignis in aquam coniectus continuò restinguitur & refrigeratur.

¶ *Recreor abæstu.*de Sen.57.Vmbris aquisue refrigerari.

REFRIGESCO,scis. *refrigeror,defruesco.*5.in Anton.30.Teretur interea tempus,belli apparatus refrigescent.pro Planc. 55. Illud verò crimen de nummis,quos,&c.caluit re recèri, nunc in causa refrixit.Att.lib.1.ep.16.Sed hæc res tota interpellata bello refrixerat.Ep.lib.9.ep.10.Vnum vereor,ne hasta Cæsaris refrixerit.& At.lii.ep.1.Cùm Romæ à iudicijs forũ refrixerit.& Atti. lib. 4.ep.17.Memmius planè refrixerat.2.de Diu.87.Cæteris verò in locis sortes planè refrixerunt.Atti. lib.2. ep.1. Quod de agraria lege quæris,sanè iam videtur refrixisse.Quint.lib.2.ep.9. Nam quod de Pompeio Caninius agit, sanè quàm refrixit. & lib. 3. epistol.2.Scaurus refrixerat. & ep. 8. Tota res & timetur, & refrigescit.

✠ *ADVERB.Planè,4.Attic.Sanè quàm,2.ad Q.frat.*

☞ Syntaxis. *Calor refrigeratus ac extinctus. Defessa & refrigerata accusatio,sermo. Restinguere & refrigerare ignem. Vmbris aquisq; refrigeratus. Refrigescere apparatus. Interpellata bello studia refrixerũt. Forum Iudicijs refrixit. Quod de hoc negocio petis,sanè quam refrixit.Pompeius,causa,crimen,lex refrixit.*

REFRINGO,gis.pro Mur.17.Cùm ego claustra ista nobilitatis refregissem.

REFVGIENS,tis.Ep.lib.6.ep.7.Non reuocans me ipse,sed penè refugiens.

REFVGIO,gis.*fugio,recedo,caueo.*2.de Natu.120.Vites à brassicis & caulibus,si prope sati sint,vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur.pro Sest.41.Ne recordatione mei casus à consiliis fortibus refugiatis.1.de Ora.99. Semper ego à genere hoc toto sermonis refugi.pro Cæl. 37. Cur illecebris cognitis non refugisti?5.de Finib.31.Refugit sanguis metu. Attic.lib.1.ep.1. Ab institutа nostra paucorum dierum consuetudine longè refugit. Ep.lib.10.ep. 24. Neque tamen refugiendo commissuri sumus, vt,&c.2.de Or.10.Refugere à dicendo. Att.lib.12.ep.19.Refugio à te admonendo.pro Q.R.45.Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet. Attic. lib. 4.epist.6. Sed meherculè incipiendo refugi. *Hortens. Vt ait Ennius. Refugiat tumido sanguen,atque exalbescat metu.

¶ *Trepido,formido,horreo.*14.I.A.9.Refugit animus,eáque reformidat dicere,quæ,&c.

¶ *Vito,excipio.*pro Cec. 22. Aliquorum tela atque incursus refugere.Ep.lib.10.ep.31.Refugere ac deprecari periculum.

¶ *Confugio.*pro Deiot. 32. Nónne cùm esset productus,& tecum fuisset,refugit ad legatos?

✠ *ADVERB.Prorsus,longè à consuetudine,*1.*Att.*

REFVGIVM,gij.*perfugium,portus,præsidium,arx.*2.Off.26.Nationum portus erat & refugium senatus.

REFVLGEO,ges.*reluceo.*2.de Nat.106.

Sed prior illa magis stellis distincta refulget.& 113.

Feruidus ille canis stellarum luce refulget. ex Arato.

REFVNDO,dis.*rursus fundo.*2.de Nat.118.Vaporibus altæ renouatæque stellæ atque omnis æther,refundunt eadem.

REFVTATIO,onis.*confutatio.*Top.93.Refutatio accusationis,in qua est depulsio criminis.

REFVTANDVS,a,um.de Pro.32.Semper illas gentes nostri imperatores refutandas potius quàm bello lacessendas putauerunt. de Arusp. 17.In refutandis maledictis improborum hominum.

REFVTATVS,a,um.pro Pomp.52.Obsoleuit ista oratio,re multo magis quàm verbis refutata.

REFVTO,as.*confuto,refello,repello,despicio,aspernor.*) (.*complector, augeo,confirmo.*pro R.P.44.Quam quidem virtutem non modò non aspernari & refutare, sed etiam complecti atque augere debetis.de Ar.7.Si in me impetum facere conabitur, resistam, & eius conatum refutabo.2.de Orat. 2. Quos tum vt pueri refutare domesticis testibus solebamus.& 80. Nostra confirmare argumentis ac rationibus,deinde contraria refutare.& 3. de Or. 4.Libidinẽ tuam libertas mea refutabit.pro Font.35.Sceleratorum periuria laudationibus & testimoniis suis refutare. Ep. lib. 1.ep.9.Præsertim cùm sine suspicione cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare.

✠ *ADVERB.Fortiùs, liberius licentia,pro Cæl.*

REFVTOR,ris.2.Tusc.55.In primisque refutetur ac reiiciatur Philocteteus ille clamor.pro Syll. 25. Quare ne me peregrinum posthac dixeris,ne grauiùs refutere.Epist.lib. 9. ep. 11.Non tam id laboro,vt si qui mihi obtrectent,à te refutentur,quàm,&c.

✠ *ADVERB.Grauius,pro Syll.*

☞ Syntaxis. *Refuto & aspernor. Resistere ac refutare. Refutare ac reijcere.*

REGALIS,le. *regius.*de Ar.54.Sylla regalem habuit potestatem. de Ar.29.Deiotarus sæpe à senatu regali nomine dignus existimatus est.de Clar.5.3.de L.15.Regale ciuitatis genus.2.de Finib. 69.Ornatus regalis.1.de Diuin.89.Veteres vt sapere,sic diuinare ✠regale ducebant.*pro M.Scau.Purpura regalis.‖1.Offic.38.Regalis sententia.

REGERO,ris.*obiicio,oppono.*Epist.lib.15.ep.19.Pro quo tibi tot rusticos Stoicos regeram, vt Catium Athenis natum esse dicas.

REGIA,giæ. *domus & aula regis.*Attic.lib.10.ep.3. Visum te aiunt in regia,nec reprehendo: quippe cùm ipse istam reprehensionem non fugerim.3.de Fi.32.Nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem.pro Milon.38.Nuper quidem, vt scitis me ad regiam penè confecit.

✠ *ADIVNC.Maxima,6.Verr.*

REGIE.*regiomore.*5.I.V.115.Quæ regiè,seu potius tyrannicè statuit in aratores Apronius.

REGILLVS, li. *lacus.* 3. de Nat. 11.

REGIENSIS, se. Ep. lib. 13. ep. 7.

REGIFICE. *regio apparatu.* 3. Tusc. 44. Auto, ebore instructam regificè. *Poeta.*

REGINA, næ. *socia regni, domina.* Antequam. 24. Téque particeps connubij, socia regni, regina Iuno, oro, &c. 2. de Orat. 187. Omnium regina rerum oratio. 3. Offi. 28. Iustitia omnium est domina & regina virtutum.

REGIO, onis. *ora, plaga, fines, termini, spacium, tractus.* 1. de Na. 24. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles videmus. pro Fla. 27. In eiusmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta sit. Epist. lib. 12. ep. 15. Syda, quæ extrema regio est prouinciæ meæ. & lib. 15. ep. 4. Per Cappadociæ regionem, quæ Ciliciam attingit. Att. lib. 8. epist. 15. Qui regionibus exclusi intra arma aliena venerunt. 2. de Leg. 21. Cœli fulgura regionibus ratis temperanto. de Vn. 23. Sic animus extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit. Epist. lib. 4. ep. 5. Ex Asia rediens, cœpi regiones circumcirca perspicere. pro Planc. 32. Aspera & montosa regio. pro Sest. 66. Quæ regio oráue erat latior? in qua, &c. I. P. 51. Neq; enim regio fuit vlla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non. &c. 2. cont. Rull. 65. Definio, inquit, Italiam, satis certa regio. 1. de Nat. 54. Immensa & interminata in omnes partes regionum magnitudo. 2. de Fin. 102. Regiones quarum nulla esset, ora nulla extremitas. pro Pomp. 54. Aliqua pars regionis atque oræ maritimæ. pro Clu. 11. Is non solùm municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius ac vicinitatis princeps, &c. 3. cont. Rul. 14. Cùm vsq; eò vincinos proscriberet, quoad oculos confirmando ex multis præsidiis vnam eandémque regionem formámque perfecerit. 2. de Nat. 51. Regio Lunæ, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis. in Arat.

Aram sub media cœli regione locatam.

1. de Diui. 30. Lituo Romulus regiones direxit, tum cùm vrbem condidit. 2. de Or. 147. Nosse regiones intra quas venère, & pervestiges quod quæris. 2. de Orat. 236. Locus & regio, quasi ridiculi deformitate quadam continetur. Orat. 141. Vix suas regiones finéque defendere. 2. de Orat. 5. Bene dicere autem non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa teneatur. *id est, materiam.* 2. contra Rull. 35. Omne regnum regionibus certis continetur. 2. de Or. 67. Sed ita, vt sit circumscripta modicis regionibus. pro Arch. 29. Vitæ spacium exiguis regionibus circumscriptum est. 4. I. C. 21. Res gestæ Pompeij iisdem quibus Solis cursus, regionibus ac terminis continentur. 3. I. C. 26. Quorum alter finem vestri imperij, non terræ, sed cæli regionibus terminaret. pro Cor. 64. Cæsar in iis est nunc locis, quæ regionibus orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populo Rom. definiunt. 2. contra Rull. 96. Vix facilè sese regionibus officij continet.

✠ ADIVN. *Aquilonaris, Australis, crassissima, purissima, 2. de Nat. Aspera, & montosa, pro Planc. Aspera, montosa, fidelis, simplex, fautrixque suorum, de Arusp. Satis certæ, 2. cont. Rul. Contraria, suprema, de Vniuer. Differtissima, 6. Famil. Exiguæ, pro Arch. Extrema, 12. Famil. Finitimæ, 8. Fam. Habitabiles, omni cultu propter vim frigoris, aut caloris vacantes, 1. Acad. Infinitæ, 1. de Fi. Inhabitabiles, atque incultæ, maximæ, publicæ, 1. de Na. Latior, pro Sest. Media cæli, de Som. Modicæ, 2. de Ora. Multæ, pro Cæl. Mutæ, pro Corn. Rectæ, 7. Ver. Summa, Arat. Tota, 1. de Inuent. Terrestres, aut maritimæ.*

☞ Syntaxis. *Regio, atque prouincia. Regio, prouincia. Circumcirca regiones perspicere. Immensa & interminata in omnes partes regionum magnitudo. Regio & ora maritima. Regio Lunæ. Locus ac regio. Regio ac fines. Vitæ spacium exiguis regionibus circumscriptum. Officij regionibus sese continere.*

REGIVM, gij. *vrbs Italiæ, quæ etiam* REGIVM LEPIDI *dicitur.* Ep. lib. 11. ep. 9. Ex castris Regij. & lib. 12. ep. 5. Præter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus.

REGIVS, a, um. *regalis.* 1. I. A. 3. Dictatura, quæ vim iam regię potestatis obsederat. Epist. lib. 12. ep. 1. Nam rege interfecto, regios omnes nutus tuemur. de Somn. 1. Pòst autem apparatu regio accepti, &c.

REGNO, as. *impero, dominor.* 4. I. V. 136. Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium scitote regnasse. pro Pomp. 7. Mithridates abeo tempore annum iam tertium & vigesimum regnat, & ita regnat, vt, &c. 3. Offic. 82. Si violandum ius est, regnandi gratia violandum est: alijs in rebus pietatem cola. *ex Euripide in Phœnissis.* pro Dom. 20. Frater regis Alexandrini eodem iure regnans. Ep. lib. 11. ep. 16. Quando equitum centurias tenes, in quibus regnas. Oraro. 128. Alterum est, in quo non regnat oratio. At. li. 8. ep. 11. Sed neutri *exem.* est ille, vt nos beati simus: vterque regnare vult. pro Mi. 44. Clodius interfecto Milone regnaturum se putabat. ‖ pro Syll. 21.

☞ Syntaxis. *Regnare per triennium. Regnare in centuriis.*

REGNVM, gni. *dominatus, dominatio, possessio, ditio, principatus.* 1. de Diuin. 27. Deiotarus à Cæsare terrarchiæ regno spoliatus est. 2. I. A. 87. Ad Lupercalia C. Cæsari dictatori perpetuo M. Antonius consul populi iussu regnum detulit. 3. Off. 84. Multi iniqui atque infideles regno, pauci boni sunt, inquit Accius. 1. Offi. 26. Nulla sancta societas, nec fides regni est. pro Syll. 27. Qui sunt Romæ regnum occupare conati. 5. I. A. 17. Qui regnum occupare voluerunt. pro Dom. 101. M. Manlius regnum appetisse est iudicatus. pro Mil. 73. Incidere in suspicionem regni appetendi. de Sen. 56. C. Ser. Hala Spu. Melium regnum appetentem & occupantem interemit. de Arusp. 54. Aut dominatus, aut regnum. Ep. lib. 12. ep. 1. Non regno, sed rege liberati sumus: interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. 6. I. V. 60. Nationes, quę in eorum regno ac ditione sunt. Att. lib. 7. ep. 7. Nisi eos timere putas, ne sub regno sint. pro Syll. 21. Regnum credo consulatus mei. 1. de Nat. 65. Abuteris ad omnia atomorum regno atque licentia. 2. I. V. 35. Hæc dominatio regnumque iudiciorum. 1. de Orat. 4. Nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, &c. At. lib. 14. ep. 17. Pòst in Cumana & Puteolana regna renauigare. 2. I. A. 114. Quidam propter suspicionem regni appetendi sunt necati. de Amic. 40. Tyb. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnauit is quidem paucos menses. pro Mil. 74. Dare & adimere regna.

✠ ADIVNC. *Decemuirale, 1. con. Rul. Extraordinaria, forense, libera, opulentissimum, 2. cont. Rull. Florentissimum, 1. de Inuent. Incolume, 1. Acad. Intolerabile, in Vat. Iudiciale, 1. Attic. Maritimum, 2. de N. Medium, pro Arch. Opulentißimum, & maximum, 6. Verr. Paternum, atque auitum, pro Sest. & pro Leg. Manil. Patrium, 5. Ver. Semestre, non tolerabile, 10. Attı.*

☞ Syntaxis. *Regnum deferre, occupare, appetere, dare, adimere. Regnum ac ditio. Regna Puteolana.*

REGNDVS, a, um. pro Murę. 22. Ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. Attic. lib. 12. ep. 6. Vellem suscepisses iuuenem regendum.

REGO, gis. *guberno, moderor.* de Som. 19. Animus, qui regit & moderatur corpus. 4. Acad. 115. Qui claros viros à se instructos dicant Rempub. sæpe rexisse. pro Cæl. 13. Versare suam naturam, & regere ad tempus. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. 14. Seruos cùm omnibus in locis, tum præcipuè in prouinciis regere debemus. Att. li. 16. ep. 2. Gerere, regere, gubernare. Par. 76. Regere, gubernare, moderari, &c. 1. de N. 33. Regere atque tueri aliquid. 1. de L. 55. Regere fines. Ep. lib. 4. ep. 14. Regere semetipsum.

REGOR, ris. 3. de Fi. 64. Mundum regi numine deorum. de Inu. Domus, quæ sine ratione regitur. Ep. lib. 6. epist. 10. Quæ sunt in fortuna, temporibus regentur. 1. Offi. 92. Maximæ res & maximi animi reguntur ab iis qui Remp. regunt, quòd eorum administratio latissimè pateat. * Incer. Ad militiam euntibus dati solebant custodes, quibus primo anno regerentur. 1. de Leg. 17.

☞ Syntaxis. *Regere iuuenem. Regere & moderari. Versare ac regere ad tempus natură suam. Regere ac tueri suos. Domus quæ sine ratione regitur. Hæc temporibus regentur, quia sunt in fortuna Remp. regere.*

REGREDIOR, ris *pedem refero.* Att. lib. 8. ep. 19. Quare commoueri noli, si audieris me regredi. 1. Offic. 33. Regredi quàm progredi malo. de Fat. 35. Similitérq; superiora repetentem, regredi in infinitum licet. ‖ 3. in Ver. 109. An in eum annum progredi nemo poterit edicto quo prætor alius futurus est in illū quo alius prætor fuit regredietur.

✠ ADVERB. *Infinitè, de Fat.*

REGRESSVS, sus. *recessus.* 2. de Natur. 52. Progressus & regressus quinque errantium siderum.

REGVLA, læ. *norma, lex, exemplum.* de Op. 23. Quorum orationes si (vt spero) expressero, erit regula, ad quam eorum dirigantur orationes, qui Atticè volunt dicere. Orat. 231. Illi enim à forma veritatis, & ab Atticorum regula absunt. 1. Offic. 110. Tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur. & li. 3. 5. Eadem vtilitatis, quæ honestatis est regula. de Cl. 152. Habere regulam, qua vera & falsa iudicentur. & 258. Adhibēda est ratio, quę mutari non potest, nec vtendum prauissima consuetudinis regula. 4. Acad. 140. Fontem omnium bonorum in corpore esse: hāc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ, à qua qui aberrauisset, eum nunquam quid in vita sequatur, habiturum. & 58. Habeo regulam, vt, &c. & 29. Hæc est regula totius Philosophiæ. 1. de Fin. 63. Seruata illa, quæ quasi delapsa de cœlo est ad cognitionem omnium regula, ad quam omnia iudicia rerum diriguntur. & *ibidem.* Cognitionis regula. 2. Offi. 59. In his autem ipsis mediocritatis regula optima est. 1. de Leg. 19. Lex est iuris atque iniuriæ regula. in Sall. 4. Sallustius omnium maiores ad vnum exemplū & regulam quærit. 3. Off. 81. Omnis

vna regula est, quâ cupio tibi esse notissimam, aut illud quod, &c. 2. Academ. Non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

✠ ADIVNC. *Notißima, 3. Offic. Optima, 2. Offic. Prauissima, de Clar.*

☞ Syntaxis. *Norma, regula, præscriptio. Mediocritatu regula optima. Regula iuris atque iniuriæ lex. Exemplum ac regula.*

REGVLVS, li. I. P. 43. M. Regulus resectis palpebris in machina religatus, vigilando necatus est. & 3. Off. 99. & 5. de Fin. 82.

REGVSTANDVS, a, um. Attic. lib. 4. ep. 16. Ille Latinus *ἀρίστως* ex interuallo regustandus.

REGVSTO, as. *iterum gusto, degusto.* At. lib. 13. ep. 13. Sed crebro regusto tuas literas, in his acquiesco. *ibidem.* ep. 47. Olij laudationem volo regustare.

✠ ADVER. *Crebrò, 13. Attic.*

REIECTANEA. *reiecta.* 4. de Fin. 71. Illa autem, morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed si libet, reiectanea.

REIECTIO, onis.) (. *selectio.* pro Corn. 29. Si ciui Romano licet esse Gaditanum, siue exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis. 3. de Orat. 202. Reiectio in alium. 2. I. V. 16. Reiectio iudicum facta est. pro Syl. 92. Vos reiectione interposita repentini in nos iudices consedistis. pro Planc. 36. Senatus de ipso ambitu, de reiectione iudicum fieri voluit iudicium alternorum. Attic. lib. 1. epi. 13. Vt reiectio facta est clamoribus maximis.

REIECTVS, a, um. *reiectaneus.* 2. I. A. 58. Reiecta mater amicam impuri filij tanquam nurum sequebatur. 3. de Fin. 15. Proegmena & apoproegmena, &c. quanquam hæc quidem præposita rectè, illa reiecta dicere licebit. pro Milo. 29. Milo de rheda penula reiecta desiluit. 2. de L. 55. Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur. 2. de Or. 294. Abiecto vel reiecto scuto fugere. pro Cecin. 88. Vt si qui ex alto, cùm ad patriam accessisset, tempestate subitò reiectus, optaret, &c. Att. lib. 1. epi. 3. In mensem Quintilem reiecti sumus.

✠ ADVERB. *Diligenter iudices, 3. in Verr.*

REIICIENDVS, a, um. Att. lib. 4. ep. 15. Drusus reus est factus à Lucretio, iudicibus reiiciendis. pro Planc. 41. Neque editos ad reiiciendum, sed ab accusatore constitutos iudices ita feremus.

REIICIO, is. *aspernor, repudio.* 2. de Ora. 102. Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico atque reiicio. 1. de Fin. 4. Qui Ennij Medeam spernat aut reiicit. 2. de Diu. 88. Panætius, qui astrologorum prædicta reiecit. pro S. R. 153. Aliquid à se reiicere & aspernari. 3. de Orato. 202. Cùm aliquid à te ipso reiicias. pro Corn. 45. Qu. Scæuola cùm de iure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnunquam ad Furium & Casellium prædiatores reiiciebat. pro Syll. 77. In hunc igitur gregem vos P. Syllam reiicietis? in imperiorum partem, atque in parricidarum numerum transferetis? 1. de Leg. 60. Deligere bona, & reiicere contraria. I. P. 54. Lictores togulis acceptis sagula reiecerunt. Top. 3. Sed à libris *Aristotelis* te obscuritas reiecit. Ep. li. 10. ep. 30. Reiicere scutum. pro Mur. 79. Quorum ego ferrum & audaciam reiici in campo, debilitaui in foro, compressi etiam domi meæ. Attic. lib. 9. ep. 15. Sed ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam reiicio. Ep. lib. 10. ep. 16. Hoc animo esse debes, vt nihil huc reiicias. 5. I. V. 32. Reiicere & sumere recuperatores. Ep. lib. 2. ep. 10. Feliciter ab Antiochia hostem reiecerat. pro Planc. 41. Cum ex CXXV. iudicibus, principibus equestris ordinis quinque ex LXX. reus reiiceret, L. referret. *ibidem.* Aequitatem omnẽ reiecisti. Atic. lib. 1. ep. 13. Cum accusator tanquam censor bonus, homines nequissimos reiiceret: reus tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret.

REIICIOR, ris. 1. Tusc. 119. Reiici reflantibus ventis. & 2. Tuscu. 55. Refutetur ac reiiciatur dolor.

✠ ADVERB. *Feliciter hostem, 2. Famil. Planè pedem, Orator.*

RELANGVEO, es. *oblangueo.* Atti. lib. 13. ep. 39. Quòd autem relanguisse se dicit, ego, &c.

RELATIO, onis. 1. de Inu. 15. Relatio criminis est, cùm ideo iure factum dicitur, quòd alius antè iniuria lacessierit. I. P. 29. Et quis audiuit non modò actionem aliquam aut relationem, sed vocem omnino, aut querelam tuam?

¶ *Item verborum ornatus.* 3. de Orat. 205.

✠ ADIVNC. *Ieiuna, ac bella, 2. Attic. Rustica, pro Sex. Rosc. Salutaris, & diligens, in Piso.*

RELATOR, ris. Attic. lib. 8. ep. 24. Incipiam sperare consilio senatus, autore te, illo relatore, Pompeium & Cæsarem coniungi posse.

RELATVS, a, um. *oppositus.* 2. de Or. 263. Verba relata contrariè.

¶ *Restitutus.* 1. I. V. 67. Consuetudo longo interuallo repetita atque relata.

¶ *Conscriptus.* pro Syll. 42. Cùm scirem ita iudicium in tabulas publicas relatum.

¶ *Delatus.* 2. cont. Rul. 58. Quid relatum, quid residuum sit. * pro M. Scau. Eas sibi inimicitias non susceptas, sed relatas.

RELAXANS, tis, 2. de Natur. 138. Cibi reliquiæ depelluntur tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus.

RELAXATIO, onis. *remissio.* 2. de Orat. 22. Ocij fructus est non contentio animi, sed relaxatio. 2. de Fin. 95. Quæ est ista relaxatio? *id est, remissio doloris.*

RELAXATVS, a, um. 2. de Diui. 100. Animus somno relaxatus, solutè mouetur & liberè.

RELAXO, xas. *remitto, dissoluo, soluo.*) (. *astringo.* Attic. lib. 10. ep. 6. Quicquid ego astrinxi, ille relaxat. * Hortens. Quæro non quibus rebus intendam animum, sed quibus relaxem & remittam.

¶ *Demulceo, delimo.* 2. de Or. 236. Risus tristitiam mitigat & relaxat. 1. de Diu. 22.

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

¶ *Intermitto, requiem tribuo.* 2. de Fin. 95. Dolor si longus, leuis: dat enim interualla, & relaxat.

¶ *Imminuo, detraho, remitto.* 1. de L. 11. Sic tu à contentionibus, quibus summis vti solebas, quotidie relaxes aliquid.

¶ *Recreo, absoluo.* de Cl. 21. Relaxa modò paulũ animũ, aut sanè si potes, libera. Att. lib. 16. ep. 15. Si te occupatione ista relaxaris. Ep. lib. 7. ep. 1. Si his occupationibus me relaxaro: nam vt planè exoluam, non postulo. Ora. 176. Relaxare se à nimia necessitate faciendi aliquid. 1. Off. 122. Relaxare animum, & dare se iucunditati. pro Arch. 12. Nisi animos doctrina relaxemus.

¶ *Libero.* de Senect. 81. Cùm se planè corporis vinculis relaxauerint.

✠ ADVERB. *Paulùm, de Clar. Planè vinculis, de Sene.*

RELAXOR, ris. *resti. tor, recreor.* 2. I. A. 39. Homines quamuis in turbidis rebus sint, tamen si modò homines sunt, interdum animis relaxantur. 1. de Orat. 29. Vt ex pristino sermone relaxarentur animi omnium.

¶ *Laxior fio.* Part. 21. Constructio verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

¶ *Releuor.* 4. Acad. 52. Idem contingit insanis, vt & incipientes furere sentiant, &c, & cùm relaxantur, sentiant, &c.

¶ *Mollior fio.* 2. de N. 136. Aluus tum astringitur, tum relaxatur.

RELEGATIO, nis. *amandatio* pro S. R. 43. Tot prædia, tam pulchra, pater filio relegationis ac supplicij causa coleda tradiderat? & *Ibidem.* Tamenne hæc vita, elegatio atque amandatio appellabitur?

RELEGATVS, a, um. *amandatus.* Att. lib. 2. ep. 12. Relegatus mihi videor, posteaquam in Formiano sum. Epist. lib. 11. ep. 16. Lamia à Gabinio consule relegatus est. 2. Tusc. 20. Non sæua terris gens relegata vltimis.

✠ ADVERB. *Extrinsecus, 3. Tusc.*

RELEGO, as. *amãdo, exilio mulcto, expello, eijcio.*) (. *reduco.* pro S. R. 42. Pater hunc in prædia rustica relegarat. 3. Offic. 112. Pater filium ab hominibus relegauit, & ruri habitare iussit. pro Sest. 29. Eũ in cõcione lege relegauit, edixitq; vt ab vrbe abesset mille passus.

RELEGOR, tis. Postq. in Sen. 31. Nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabantur. pro Dom. 65. Cato Cyprum relegabatur.

✠ ADVERB. *Nominatim, Postq in Sen.*

RELEGO, is. 2. de Natur. 72. Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent & quasi relegerent, sunt dicti religiosi, ex relegendo.

RELEVO, as. *leuo, consolor.* Att. lib. 3. ep. 10. Hæc eò scripsi, vt potius releuares me, quod facis, quàm aut castigatione, aut obiurgatione dignum putares. 2. I. C. 7. Vno mehercule Catilina exhausto, releuata mihi & recreata respublica videtur.

¶ *Minuo.* Qu. fr. lib. 1. ep. 4. Si releuare potes communem casum misericordia hominum, scilicet incredibile quiddam assequeris. Att. lib. 1. ep. 10. Quotus enim quisque est, qui epistolâ paulo grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuarit?

¶ *Exonero.* pro Flac. 41. Huius mors te ex aliqua parte releuauit: edacem enim hospitem amisisti.

RELEVOR, ris. *recreor, liberor.* 1. I. C. 31. Ad breue quoddam tempus cura & metu releuari.

¶ *Minuor.* 1. de Inu. 25. Cibi satietas atque fastidium aut subamara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur. 2. de Diuin. 7. Vt animus molestiis potissimùm releuatur.

RELICTIO, onis. *derelictio.* Att. lib. 16. ep. 7. Desperatio & relictio Reipub. *aliter, religio.* 3. I. V. 35. Quibus illam relictionem productionémque consulis sui gratam sperat fore. *aliter, reiectionem proditionemq;.*

✠ ADIVNC. *Grata, 3. in Ver.*

RELICTVS, a, um. *derelictus.* pro Rab. 23. Nemo vnquam fuit tam ab omni honestate relictus, qui, &c. 5. Tusc. 14. Ne queran-
✠ tur, se à beata vita esse relictos. ‖ pro Sex. Rosc. 77. VIDE ADMINISTER.

¶ *Relicta loca sunt, quæ limites non acceperunt, vt ait Frontinus de limitibus.* in Rul. orato. 1. 2. Vt à maioribus nostris possessiones relictas

relictas disperdat & dissipet. & 3. Verum tandem hanc syluam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis inuenisti? At. lib.8.ep.6. Tyronem ab altera quartana relictum audio. Epist. li.4.ep.1. Vrbs relicta direptioni atque incendiis. pro Q. 15. Cum æris alieni aliquantū esset relictum. & 2. de Or. 126. Si quid ab Antonio aut prætermissum sit, aut relictum. pro Cecin. 74. Fundum à patre relictum habere.

✠ ADVERS. *Intus, pro Syll. Consultò locus, 3. Offic. Vix vestigium, 2. cont. Rull.*

RELIGATIO, onis. *colligatio.* de Sen. 53. Capitum coniugatio & religatio & propagatio vitium.

RELIGATVS, a, um, *colligatus, vinctus.* 3. Tusc. 37. Si prudentia extrinsecus religata pendeat. I. RELIGIO.

RELIGIO, onis. *pietas, sanctitas, cultus deorum, cerimoniæ, sacra, religiones sacræ & cerimoniæ, res diuinæ, cerimoniæ & sacra, sacra cerimoniæq;, cerimoniæ religionesq; in deos.* 2. de Inu. 161. Religio est, quę superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant, curam cerimoniamque affert. 1. de Nat. 118. Religio quæ deorum cultu pio continetur. pro Flac. 68. Sua cuique ciuitati religio est, nostra nobis stantibus Hierosolymis, peccatisque Iudæis, tamen istorum religio sacrorum à splendore huius imperij & maiorum institutis abhorrebat. 1. de Diu. 105. Ad opiniones imperitorum esse fictas religiones. 1. de Leg. 60. Cultum deorum & puram religionem suscipere. 43. Cærimoniæ religionesque in deos. Part. 81. Religionem superstitio imitatur. 2. cont. Rull. 18. Religio sacrorum. pro Dom. 107. In religionibus suscipiendis caput est interpretari, quæ voluntas deorum immortalium esse videatur. pro Planc. 80. Qui sanctè: qui religionum colentes? nisi qui meritam diis immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt? 1. de Nat. 3. Pietas, sanctitas, religio, quæ omnia purè & castè deorum numini tribuenda sunt. 1. de Inu. 2. Nondum diuinæ religionis ratio colebatur. 1. de Natu. 61. Ego ipse pontifex, qui cerimonias & religiones publicas sanctissimè tuendas arbitror. pro Dom. 104. Autor & magister publicæ religionis. & *ibidem.* Qui religionem è domo pontificis maximè etipuit, & in meam intulit. 6. I. V. 84. Mercurius apud Tyndaritanos summa religione colebatur. de Ar. 28. Quæ per se semper summa religione coluerunt. pro Corn. 55. Sacra Cereris summa religione cerimoniaque confici solita. 2. de Leg. 55. Totaque huius iuris compositio pontificalis magnam religionem cerimoniamque declarat. pro Do. 126. Dedicatio magnam habet religionem. 2. de Diui. 148. Sacris cerimoniisque retinendis maiorum instituta tueri, sapientis est. Postquam in Sena. 33. Mecum deorum omnium sanctitates omnes & religones afferunt. pro Dom. 1. Pontifices religiones sapienter interpretando. & 31. Alio modo constituere de religione pontificum, quàm ius cerimoniarum cogat. & 140. Qui aram in littore deserto somniis stimulatus aut religione aliqua consecraret. 6. in Verr. 113. Tanta religione obstricta est tota prouincia, tanta superstitio mentes illorum occupauit, vt. &c. pro Dom. 124. Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit? 2. de Inue. 1. Fani siue templi religio. 5. I. V. 134. Sãcta religio societatis. pro Flacc. 9. Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit pro Qu. Rosc. 45. Fides & religio iudicis. Epi. lib. 11. ep. 29. Sum admiratus fidem tuam, & in consilio dando religionem. 5. I. V. 2. Declinare à religione officij in aliqua re. pro Syll. 30. Sin est in me ratio reip. religio priuati officij, nihil minus, &c. pro Mur. 1. Si illa solennis comitiorum precatio tantam habet in se vim & religionem, quanta, &c. pro Rab. 30. Mentes, quæ ex hominum vita ad deorum religionem sanctimoniamque demigrarunt. pro Font. 20. Religio iurisiurandi, ac metus deorum immortalium in testimonio dicendo. & *ibidem.* Cæteræ gentes pro religionibus suis bella suscipiunt, iste contra omnium religiones. Att lib. 12. epi. 42. Ego me maiore religione, quàm quisquam fuit vllius voti, obstrictum puto. de Clar. 292. Si assueueramus, religio tam nobis adhibẽda est, quàm si testimonium diceremus. Or. 36. Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus. de Clar. 282. Oratio nimia religione attenuata. Orat. 25. Eorum religioni cùm seruiret orator, nullum verbum insolens ponere audebat. pro S. R. 66. Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusq; sanguis. pro Cecin. 97. Cum Cotta decemuiris religionem iniecisset, non posse sacramẽtum nostrum iustum iudicari, quod, &c. pro Cecin. 98. Vt religione ciuitas soluatur. 1. contra Rul. 5. Siue ad oblatam aliquam religionem. 3. I. C. 15. Quæ religio C. Mario non fuerat, quo minus Glauciam prætorem occideret. *ibid.* Ea nos religione in P. Lentulo puniendo liberati sumus. 2. contra Rul. 80. L. Sylla omnia sine vlla religione, quibus voluit, dilargitus est. 2. de Natu. 10. Gracchus cùm rem illam in religionem populo venisse sentiret, rem ad senatum retulit. 2. de Or. 368. Sed vide, ne quid Catulus attulerit religionis: opus hoc censorium est: id autem committere vide. &c. Ep. lib. 10. ep. 12. Oblata religio Cornuto est pullariorum dedisse. 2. Offic. 51. Nec tamen vt hoc fugiendum est, ita habendum est religioni contrarium, nocentem aliquando defendere. 1. de Diu. 77. Nec eam tem habuit religioni, obiecto signo, ne committeret prælium. I. P. 58. Pontinius susceptis religionibus impeditur. Postq. ad Quir. 11. Lentulus de solenni religione retulit. Anteq 14. Illi quorum animus est religionis pietate defunctus. pro Syll. 70. Qui peruersam atque impiam religionem recordatur, qui illũ nefariè cogitasse miretur? Part. 78. Religio est iustitia erga deos. I. P. 50. Pub. Lentulus prouinciam, quam habebat, interposita religione deposuit. 1. I. A. 13. Ne inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur. 2. de Leg. 26. Tum maximè religionem & pietatem versari in animis, cùm rebus diuinis operam damus. & 29. 30. & 31. Confiteri religiones. pro Mil. 74. Expiare solennes religiones supplicio alicuius. pro Deiot. 16. Deiotarum fide & religione vitæ defendendum puto. 6. in Ver. 78. Tibi illa Diana religionem nullam attulit. 5. I. V. 144. Desinat putare se emere, quam ipse semper venalem habuit, religionem. 3. de Nat. Deor. Ne susceptas publicè religiones disputatio talis extinguat.

✠ ADIVNC. *Antiqua, communis omnium gentium, externa, atque aliena, maximæ, mira, priſtina, singularis, atque antiquissima, 6. in Ver. Communis, 2. de Diui. Diuina, domestica, magna, muliebres, publica, sempiterna, tanta, pro Dom. Diuinæ atque humanæ, sancta, societatis, 7. in Verr. Externa, maxima, priuatæ, publicæ, Sacræ, summa, de Arusp. Ficta, 1. Fam. & 1. de Diuin. Fœdæ, iusta, priuata, vtilis, 2. de Legib. Inexpiabiles, 14. Phil. & 1. de Inuent Maior, veteres, pro Cluent. Nimia de Clar. Peruersa, atque impia, pro Syll. Pura, 1 de Legib. Sanctissimæ, solennes, pro Milo Sanctissimæ, antiquissimæ, pro Sest. Solennis, Postqu. ad Quir.*

☞ Syntaxis. *Pio cultu religio continetur. Cultum Dei & puram religionem suscipere. Cerimoniæ, religionesq; in deos. Religionis colentes. Pietas, sanctitas, religio. Dedicatio magnam religionem habet. Religione obstringi. Bona alicuius religionibus religare. In consilio dando religio. Attenuata oratio nimia religione. Iniicere religionem. Religione aliquem soluere. Id in religionem illi venit. Oblata religio. Habere aliquid religioni. Religionis pietate defunctus animus. Religiones expiare solennes alicuius praui suppicio.*

RELIGIOSE. *bona fide, candidè, sanctè, accuratè.* Ep. lib. 13. ep. 17. Faciamque id, quod debent facere ij qui religiosè & sine ambitione commendant: spondebo enim tibi, &c.

RELIGIOSVS, a, um. *summa religione prædictus, sanctus, colens religionis, augustus.* (. *impius.* 2. de Natur. 72. Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo. Quint. ft. lib. 3. ep. 1. Vir natura sanctus & religiosus. 6. I. V. 7. Homines integri, innocentes, religiosi. in Vat. 1. Religiosus testis. pro Cecin. 26. In testimonio dicendo religiosus. pro Flac. 23. Natio minimè in testimonijs dicendis religiosa. 2. de Orat. 184. Iustus, integer, religiosus perferens iniuriarum. pro Rab. 7. De locis religiosis & delubris. pro Planc. 86. Altaria religiosissima. de Arusp. 12. Quod tres pontifices statuissent, id semper omnibus sanctum, augustum & religiosum esse visum. 1. de Inuen. 48. Religiosum est, quod iurati legibus iudicauerunt. de Ar. 33. Tu meam domum religiosam facere potuisti. pro Pomp. 65. Quod fanum putatis nostris magistratibus religiosum? quam ciuitatem sanctam? quam domum satis clausam ac munitam fuisse? pro Fla. 20. Qui nullo impellente fallebat, eos vrgente Lælio timidos ac religiosos fuisse putamus? Orat. 27. Atticorum aures teretes & religiosæ. Attic. lib. 9. epist. 4. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. Qu. frat. lib. 3. ep. 4. Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi. * Incer. Qui fuit locus religiosissimus, is erit desertissimus.

¶ *Superstitiosus.* 2. de Fin. 22. Atqui reperiemus asotos, ira non religiosos, vt edant de patella.

☞ Syntaxis. *Religiosè aliquem alicui cõmendare. Natura sanctus & religiosus. Integer, innocens, religiosus. Sanctum, augustum, religiosum. Religiosam facere domum alicuius. Aures teretes & religiosæ.*

RELIGATVS, a, um. *alligatus.* 2. de Inuent. 154. Funiculus à puppi religatus. 1. Tusc. 105. Trahit Hectorem ad currum relegatum Achilles.

RELIGO, as. *vincio, colligo.* pro Dom. 124. Nunquid igitur is bona ✠ Lentuli religionibus religauit? ‖ *Alias obligauit.*

RELIGOR, ris. Antequam. 15. Manus ad demonstrandam religantur iniuriam.

RELINQVENDVS, a, um, pro Cæl. 46. Omittendæ sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, sermo familiarium deserendus.

RELINQVITVR. *id est, conficitur, sequitur. idq; in argumentorum conclusione.* 1. de Inu. 12. & 45. & 2. de Diu. 14. Ita relinquitur, vt ea diuinari possint, quæ, &c. L. SEQVITVR.

RELINQVO, quis. *linquo, reliquum vel reliqui facio, missum facio, relictum esse patior, mitto, desero, dimitto, relictum facio, tardo, prodo, remoueo, discedo.* pro Mur. 68. Quod dubium est, id relinquere incertum: quod dubium non potest esse, id iudicare. in Vat. 26. Qui in summa copia optimorum adolescentium pari virtute reliquit neminem. pro Qu. 49. Vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. Ep. lib. 1. ep. 1. Sed planè nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. de Cla. 38. Vt memoriam concinnitatis suæ relinqueret. Attic. lib. 6. ep. 3. Videatúrne aut pietatis esse meę fratrem relinquere, aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere. Ep. lib. 2. ep. 15. Si Qui. fratrem reliquissem, dicerent iniqui, non me planè post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. 1. In Ver. 16. Hoc non modò in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidem cuiusquam relinquo. 1. I. V. 26. In quo quid possim efficere, malo in aliorum spe relinquere, quàm in oratione mea ponere. 2. de Or. 130. Relinquere aliquem hæredem testamento. pro S. R. 20. Nam fundos treis & decẽ reliquit. 5. I. V. 105. Audistis hæc omnia, quæ nunc ego prætereo ac relinquo. de Pro. 6. Omitto iurisdictionem contra leges, cædes relinquo, libidines prætereo. 1. de Or. 23. Non contemno ea, quæ Græci dicendi artifices reliquerunt. 1. de Or. 68. Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ nostræ. 2. Tusc. 31. Relinquere multa officia. 1. Acad. 36. Neutra autem in mediis relinquebat. de Clar. 2. Et prudentiæ suæ tristè nobis desiderium reliquerat. pro Cec. 50. Aliquem non solùm relinquere, sed etiam prodere. Att. lib. 5. epi. 21. Seducit me Scoptius, rogat vt rem sic relinquam. Ep. lib. 1. epist. 16. Satis amplum patrimonium relinquam in memoriam nominis mei. Att. lib. 6. epist. 1. Ecce autem pusilla epistola, quam non relinquam *κὰτὰ φύσιν*. pro Arch. 30. An cum statuas & imagines non animorum simulachra, sed corporum, studiosè multi summi homines reliquerunt, consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nónne multò malle debemus? Epist. lib. 2. ep. 3. Aut certe testatum apud animum tuum relinquam quid senserim. pro Cluen. 126. Quem iidem isti censores ærarium reliquissent. de Clar. 106. Isque & orationes reliquit & annales. pro Mur. 32. Quem L. Muręna vehementissimè vigilantissimé; vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum, ✠ reliquit. ‖ pro Cæc. 103. Ius suum dissolutè relinquere. pro Dom. 97. pro Syll. 88. *bis.* Att. lib. 10. epist. 11.* Incer. Hippocrates nobilissimus medicus scriptum reliquit. *ibidem.*

Iam mare Tyrrhenum longè penitusq; palumbes
Reliquit.

RELINQVOR, ris. pro Cec. 100. Non adimitur iis ciuitas, sed ab his relinquitur atque deponitur. 1. contra Rull. 17. Ne libertatis quidem retinendæ spes relinquitur. pro Cęci. 9. Nunc verò quis est, qui vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere? 5. I. V. 114. Multis autem non solum granum vllum, sed ne paleæ quidem ex omni fructu, atque ex annuo labore relinquerentur. 2. de Fin. 45. Vt perexigua pars ipsi relinquatur. & 44.

✠ ADVERB. *Admodum nihil, 2. de Orat. Cupidè, 1. ad Q. frat. Dissolutè ius suum, pro Cæc. Feliciter, 7. Famil. Fortiter, sapienter vrbem, 16. Famil. In-perpetuum, pro Cluent. Indignè oppidum, 5. Famil. Largiter in animis, Antequam iret in exil.* 3 *Omninò, 4. Academic. Omninò nihil scripti, de Clar. Omninò nullam memoriam, 2. Off. Planè, 1. Tusc. Prorsus nihil domi, 3. in Verr. Planè locum, 1. Fam. Planè ludos, in Piso. Studiosè statuas, pro Arch. Turpiter obsessionem, 10. Famil.*

RELIQVIAE, arum. *residua.* 2. de Nat. 138. Cibi reliquiæ depelluntur tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus. ad Brut. ep. 3. Reliquias hostium Brutus persequitur. Ep. lib. 9. ep. 16. Magnæ reliquiæ cœnarum. pro Syl. 1. In his pristinis fortunæ reliquiis miseris & afflictis. pro Dom. 96. Vidi, si vicissem, tenues reip. reliquias: si victus essem, nullas futuras. pro Q. 50. Bonorũ emptores, quasi carnifices conueniunt ad vitæ reliquias lacerandas. 2. de Leg. 56. C. Marij sitas reliquias dissipari iussit Sylla. ✠ Epist. lib. 14. ep. 2. ‖ Epist. lib. 10. ep. 11. Quod reliquum est.

¶ *Vestigia.* 2. de Diuin. 140. Reliquiæ earum rerum mouentur in animis, de quibus vigilantes cogitauimus.

✠ ADIVNC. *Angustè, tenues pro Dom. Egentes, ep. ad Oct. Illustres, miserè & afflictè, pro Flac. Immortuæ coniurationis, 1. Attic. Intermortuæ, in Piso. Magnæ, 9. Fa. Meliores, 4. Atti. Pristinæ dignitatis, pro Syll.*

RELIQVVS. a, um. *residuus, retactus, reliqua pars.* Att. lib. 1. epi. 11. Qu. frat. Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit. & li. 16. epist. 16. Vt pecuniam reliquam Buthrotij ad diem soluerent. 1. Off. 160. Deinceps gradatim reliqua reliquis debentur. 3. de L. 15. Si vnus omnibus reliquis magistratibus imperabit. Postqu. in Se. 22. Si mihi nullum esset officium in omni vita reliquum, nisi, &c. & *ibidem.* Tamen exiguum reliquæ vitæ tempus ad commemorandam gratiam mihi relictum putaretur. 4. I. V. 65. Erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ adire vellem. pro Clu. 22. Hunc tantùm vnum ex multis fortuna reliquum esse voluit. Ep. lib. 9. ep. 15. Neminem prętet te reliquum habeo, in quo. &c. & li. 13. ep. 39. Ex qua familia reliquus est M. Titurnius. & lib. 9. ep. 18. Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quando canterium comediśti, Romam peruehi. 1. I. V. 18. Si qua spes reliqua est. 1. contra Rul. 13. Deinde reliquum tempus sancit, &c. Ep. lib. 10. ep. 7. In reliquum. Att. lib. 1. ep. 14. Alexandria, reliquaque Ægyptus. 1. de Diu. 68. Reliqua diuinationis breui confecta sunt. Att. lib. 3. epist. 8. Hæc cura addita, vix mihi vitam reliquam fecit. Ep. lib. 3. ep. 13. Nullum onus officij cuiquam reliquum feciśti. 4. I. V. 185. Quibus iste nihil reliqui fecerat, & quibus aliquid reliqui fuerit. 5. I. V. 104. Duarum ciuitatũ mihi reliquos feci agros. 2. de Fin. 101. Cùm reliqui nihil sit. de Prou. 7. Qui locus in Græcia tam sanctus est, in quo nullum simulachrum reliquum sit. 1. C ffi. 59. Addendo deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat. pro Syl. 89. Quod fortuna in malis reliqui fecit. & *ibid.* Quid enim est huic reliqui? quod, &c. de Ami. 6. Qualem in reliqua Græcia reperiri neminem, Athenis vnum accepimus, &c. Quin. fr. lib. 1. ep. 1. 34. Non de reliqua & sperata gloria laboramus, sed de parta dimicamus. *de reliqua: id est, futura.* pro Sest. 73. Spe reliquæ tranquillitatis præsentes luctus fugi. *id est, futuræ.* Att. lib. 16. ep. 12. De reliquo quid ego tibi dicam? Ep. lib. 6. epist. 20. De reliquo ita velim tibi persuadeas, &c. 1. de Orat. 100. De reliquo iam nostra culpa erit, si te dimiserimus. Epi. lib. 7. ep. 31. Quod quando vterque nostrũm consecutus est, reliquum est, vt officiis certemus inter nos, &c. Att. lib. 6. epist. 4. Paucos dies habebam reliquos annui muneris. & epist. 5. Dies enim XXXIII. erant reliqui. & lib. 15. ep. 15. Cum ex reliquis, quæ Non. April. facit, abundare debeam, cogor mutuari. 5. I. V. 115. Quibus nihil non modo de fructu, sed ne de bonis quidem suis reliqui fecit. 5. I. V. 126. Reliqui: quo ex bello? qua ex vastitate? *ibid* Reliquos aratores collegisse & recreasse videatur. *ibid.* Reliquos hos esse ex tuo scelere, importunitate, auaritia, crudelitate. 5. I. V. 126. Reliquos propè lugubri verbo calamitatem ✠ prouinciæ Siciliæ significat. ‖ Att. lib. 2. ep. 10. Acta quæ essent vsque ad 8. Kal. Iun. Cognoui ex tuis lite. 15, reliqua expecto. & *ibid.* ep. 8 Reliqua quàm mihi timenda sunt video. 5. in Verr. 103. Agros decumanos, &c. Ex omni reliquo vectigales fuisse. pro Syll. 88. Vita reliqua. 5. in Verr. 128. In reliquum tempus vectigalibus prospexi. At. lib. 10. ep. 11. Si spes tuæ reliquæ tibi caræ sunt. 3. Offi. 35. Quam reliqua omnia. Attic. lib. 7. ep. 14. Reliquum est vt quid agatur, &c. explores. pro C. Corn. 2. Reliqui sunt de cõsularibus inimici.

☞ Syntaxis. *Nullum iam est mihi officium reliquum in omni vita, nisi. Ex qua familia reliquus est Cæs. in reliquum. Nullum officium cuiquam reliquum facere. Addendo, deducendoq; quid reliqui tandem? De reliquo quid dicam?*

RELVCEO, es. *refulgeo.* 2. de Nat. 107. Stella relucet. & in Ar.

REMA, æ. 1. de Diuinatione. 107.

Certabant, vrbem Romam Remamne vocarent.

REMANENDVM. Att. lib. 10. ep. 11. Literæ, quibus maximè ad remanendum commoueri posses.

REMANEO, nes. *maneo, resto, resideo.* Antequam. 8. Liceat manere, si nõ illum Tullium, &c. at certè reliquias Tullij liceat in vrbe remanere. 4. Acad. 148. Catulus remansit, nos discessimus. Ep. li. 6. ep. 3. Aut eorum qui discesserint, aut eorum qui remanserint. Att. lib. 7. ep. 14. Mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserunt. & lib. 8. epi. 24. Quod Lentulum voluisti hic remanere, Cæsari gratum. 1. Off. 36. Catonis filius amore pugnādi in exercitu remansit. 1. I. C. 7. Cùm tu discessu cæterorũ, nostra, qui remansimus, cæde contentum esse dicebas. pro Sex. R. 27. In qua muliere vestigia antiqui officij remanent. pro Pom. 54. Rhodiorum vsque ad nostram memoriam disciplinana ualis remansit. Off. 36. A peregrino enim recessit, & proptiè in eo qui contrà ferret arma, remansit. 1. Tuscul. 26. Sed fac, vt isti volunt, animos non remanere post mortem. At. lib. 9. ep. 4. Proximè te gaudere ostendunt, me remansisse.

✠ AVERB *Propriè, 1. Offic.*

REMANSIO, onis. *mansio.* Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Tuam remansionem etiam æque etiam probo. pro Lig. 4. Profectò certè animum tuum non debet offendere: num igitur remansio? *bis.*

REMEDIVM, dij. *medicina, medicamentum, cautio, prouisio, fomentũ.* 1. I. V. 9. Hoc vnum his tot incõmodis remedium esse arbitror. Ep. lib. 5. ep. 12. Remedia incommodorum. & ep. 15. Sed quòd illius tanti vulneris, quæ remedia esse debent, ea nulla sunt. pro Syl. 66. In aduersis fortunis sine vllo remedio atq; alleuamento permanere. 13. I. A. 25. Veneficũ appellas eum, qui tuis veneficiis remedia inuenit. pro Cl. 67. Is acriorib⁹ remediis saluti suæ subueniendum putauit. 1. I. V. 70. Hoc remediũ est ægrotæ ac propè desperatæ reipublicæ. pro Cl. 27. Quærere remedium ad aliquam rem. 2, de N. 126. Pantheræ remedium habe at, quo cùm

sin

sint vsæ,non moriuntur.7.I.V.26.Ad magnitudinem frigorum præclarum sibi hoc remedium comparat.5. Tusc. 74. Remedia adtolerãdum dolorem.ad Oct.Nulla remedia,quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria.5. I. V. 129. Vt homines iniuriæ tuæ remedium morte ac suspendio quærerent.

✠ADIVNC. *Acriora subii, multa, pro A. Cluent. Præclarum,7.Ver.Salutaria,ep.ad Octau.*

☞Syntaxis. *Incommodorum remedia. Remedium & alleuamentum. Remedium morbo adhibitum,salutare, dolorem faciens.*

REMEO,as.*remigro,redeo.*2.de Nat.118.Neque remearet aer,cuius ortus aqua omni exhausta esse non posset.

REMEX,gis.*qui remos agit.*7.I.V.85.Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum.& 6.Ver.76. In nautis remigibúsque exigendis. pro Flac. 31. Imperare remiges. 2. de Diuin. 114. Remex ille de classe Coponij. Epist. lib. 12. ep. 13. Habere delectum remigum.2.de Ora.40.Remigem aliquẽ aut baiulum nobis oratorem descripseras.Attic.lib.13. ep. 21. Arbitrabar sustineri remos, cùm inhiberi essent remiges iussi.‖1. de ✠Orat. 153 Cùm remiges inhibuerunt. 3. Tusc. 66. Vt remiges hortarentur.

✠ADIVNC.*Vesanus,2.de Diuin.*

REMIGATIO,onis.*impetus pulsusq; remorum,remigium.* Att.lib.13. ep.21.Inhibitio autem remigum motum habet,& vehementiorem quidem remigationis,nauem conuertentis ad puppim.

REMIGIVM,gij.*remigatio,vel remigum multitudo.*5.Tusc.114.Quę acies,quod remigium,&c.

REMIGO,as.*nauem remis propello.*Attic. lib. 13. ep. 21. Non enim sustinet remos,sed alio modo remigant.4.Tusc 9.Vtrum igitur mauis nos statim vela facere,an quasi è portu egredientes paululum remigare.

REMIGRO,as.*redeo,remeo.*Ep.lib.9.ep.18.Romam tibi remigrãdum est.5. Tusc. 62. Atque ei ne integrum quidem erat, vt ad iustitiam remigraret.1. Ac 13.Remigrare in domum veterem è noua.1.Tusc.118.Remigrare in domum suam.

REMINISCENDO.1.Tusc. 57. Declarat se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere.

REMINISCENS,tis pro Lig.36. Aliquem de re aliqua reminiscentem recordari.Antequam.11.In nostro euentu aliorum reminiscentes casus.

REMINISCOR,eris.*recordor.*Epi.li.4.ep.5.Ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt.& 1.Tusc.29. Reminiscere quæ tradantur mysteriis.de Senect.79. Homines scire pleraque antequam nati sint, quòd iam pueri cùm artes difficiles discunt, ita celeriter res innumerabiles arripiunt, vt non tum primùm accipere videantur,sed reminisci & recordari.

☞Syntaxis. *Reminiscentem recordari. Reminiscor atque recordor.*

REMISSE.*leniter.*3.de Orat.100. Agere versum leniter, remissè, non actuosè.pro Cæl.33.Remissè,leniter,vrbanè agere cum aliquo.)(*graviter,seuerè,prisce.*6.I.V.76.Iste nihilo remissius atque etiam vehementius instabat.1.de Orat.254. Tu qui multo dicis remissius & lenius quàm solebas. pro S. R. 11. Omnes hanc quæstionem te prætore de manifestis maleficiis quotidianóq; sanguine,haud remissiùs sperant futuram.

☞Syntaxis. *Remisse,leniter,vrbani agere,dicere.*

REMISSIO,onis.*langor,abiectio.*Epist. lib. 5. ep. 2. Si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria, remissio animi & dissolutio.& lib.9.ep.24.Remissio animorum.)(*seueritas.*

¶ *Deiectio,diminutio,inclinatio.*de Clar. 313. Remissio & moderatio vocis. 2. de Orat. 212. Remissio lenitatis in oratione.1.de Ora.261.Demosthenes vna continuatione verborũ binas contentiones vocis & remissiones continebat.

¶ *Intermissio.* de Amic.78.Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ.

¶ *Decrementum,detractio.*Epist.lib.7.ep.26.Iam senescentis morbi remissio.4.I.C.13.Remissio pœnæ.

¶ *Deiectus,relaxatio.*1. Off. 146. Oculorum obtutus, superciliorum remissio,aut contractio.

¶ *Ocium,solatium.*2.de Orat.22. Ad omnem animi remissionem ludúmque descendere.pro Cæl.39. Quem non quies, non re✠missio delectarent.‖2. de Orat.72.Tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam,&c.contorquendus.

✠ADIVNC.*Humanissima,ac liberalissima,pro Arch.*

REMISSVRVS,a,um.Epist.lib.10.ep. 9. Vt sine his nihil de meo studio perseuerantiáque sim remissurus.3.I.V.30. Menses mihi tres cùm eripuissetis ad agendum maximè appositos,reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis.

REMISSVS,a,um.*lenis,demissus,contractus.*)(*acer,contentus.* pro Cæl 13. Cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè viuere.2. de Orat.193.Leni animo & remisso esse.Postq.adQuir. 23. Qui vlciscendo remissior fuit.4.I. C.12.Sin remissiores esse voluerimus.3.de Fin.2.Remissus in disputando.)(*acer in disputando* pro Mur.52.Remissior in perendo.1.de Orat. 254. Tardiores tibicinis modos & cantus remissiores facere.2.de Ora.95. Quædam dicendi meliora & remissiora genera viguerunt. Or. 56. Contentæ vox.)(*remissa vox.*de Sen.28.Sermo quietus & remissus.

¶ *Timidus.* 6.I.A. 3. Hodie nescio qua re obiecta senatus remissior fuit.pro Font.3.Massilienses Gallicorum bellorum pericula populi Rom.copiis remissisque compensarunt.*alias armisque compensarunt & forte melius.*& 1. de Diu. 123. Respondit in agro ambulanti ramum adductum cùm remissus esset, in oculum recidisse. pro Syl. 47. Noli putare, id omnino à me esse omissum,si quid est tibi remissum atque concessum.3.ad Her.48. Si huic fuerit remissum.

☞Syntaxis. *Lenis & remissus animus. In vlciscendo remissus.*

REMITTO,is.*retro mitto.* Attic.lib.7.ep. 22. Mulieres, vt scripseram ad te,Romam remittebam.Attic.lib.9. ep. 11. Demetrij librum de concordia tibi remisi.Epist.lib.16.ep. 5. Volebam ad te Marionem remittere,quem ad me mitteres,cùm, &c. Top.19. Remittere nuncium.

¶ *Dimitto.*pro Clu.6.Opinionem iam mente antè comprehensam,libenti animo remittere.pro Planc.56.Vt eorum reprehensionem vos vestræ prudentiæ assumere, meæ modestiæ remittere debeatis.

¶ *Condono,concedo.*Epist.li.5.ep. 10.Meam animaduersionem & supplicium,quo vsurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi & condono.5.Ver. 219. Verùm hoc quoque vobis remitto. 1.de Or.246.In qua tibi remittunt omnes istam voluptatem,& ea se carere patiuntur.*id est relinquunt.*pro Plan.73. Tibi remitto atque cõcedo,vt eũ defendas.Att.li.14.ep.14 Ego verò tibi istuc mi Antoni remitto.2.de Leg.24.Remitto hoc tibi. pro Flac. 38. Neque in toto Aemonensiũ testimonio commonebor:etenim quibus istam laudationem remittam. pro Syl. 84. Sed etiam si quid mihi conceditur, id reddo ac remitto. 4. Ac. 106. Sed tibi aut concedendum est ita esse, aut memoriam mihi remittas oportet.*id est,concedas memoriam esse.*Qu.fr.lib 1. ep. 2. Te rogo, vt procuratoribus Flauij remittas de diminuendo, & de Apollonensibus ne quid perscribas.Att.li.10.ep.3. Quæsti sunt,quòd non idem quoque sibi quod mihi remisisset.

¶ *Minuo,diminuo,detraho.*5.I. V. 82. Remittere alicui de summa, 1.I.A.12.Remittere aliquid de seueritate cogẽdi.1.I. V.48.Ex eo quod ipse potest in dicendo,aliquantum remittet.de Clar.202. Ad infirmitatem laterum perscienter contentionem remittere. 8.I.A.19.Remittere iracundiam.pro R.P. 31. Nec enim fuit Gabinij,remittere tantum de suo.3.I. V.150. Remisit D. Bruto ex millia.7.I.V. 58.Remisisti quod non oportebat, accepisti quod non licebat.

¶ *Trado.*Att.lib.10.ep. 18. Dionysio ego quidem non modò placabilem me præbuissem,sed totum remisissem.

¶ *Profero,produco* 6.I.V.21.Nauem imperare ex fœdere debuisti, remisisti in triennium.

¶ *Laxo,relaxo.* 2. de Leg. 38. Varius canendi sonus tum remittit animos,tum contrahit.*Hortens. Quæro enim non quibus intendam animum rebus,sed quibus relaxem ac remittam.

¶ *Sedor,demulceor.*de Clar. 130. Qui cum remiserant dolores pedum,non deerat in causis.Att.lib.10.ep.6.Iste ardet furore, nec remittit aliquid,sed indies ingraescit.

¶ *Intermino.*4.de Fin.77.Vrgent tamen,& nihil remittunt.

¶ *Perdo.*3.I. V.25. Hic tu fortasse eris diligentis,ne quam horam de meis legitimis horis remittam.

¶ *Abijcio.*6.I.V.137.Requiescere,& curam animi remittere.

¶ *Contrahо.*Orat.59.Intendere & remittere sonum vocis.

¶ *Depono,relinquo.*8.I.A.15.Prouinciam remitto, exercitum depono.Br. ep. 15. Italiæ sua vobis studia profitenti remisistis. 7. I. A.2.Antonius remittit nobis in Galliam citeriorem.

✠ADVERB.*Aliquantulùm,8.Philip.Dissolutè, largiter,perscienter,ep.ad Brut.Quamprimum tabellarios,14.Famil.Rectè,1.in Ver.Tardius,10.Attic.*

REMOROR,aris *retineo,retardo.*pro Pom.40. Sed hæ res quæ cæteros remorari solent,non retardârunt.Attic.lib3.ep. 15. Sciote me his epistolis potius & meas spes solitum esse remorari.1.I. C.4.Non vnum diem postea L. Saturninum mors & reip. pœna remorata est.1.ad Her. 26. Ne parua quidem dubitatio potest remorari damnationem. Antequam. 14. Ne calamitas remorata longius serpat atque progrediatur,præcauete.

REMOTIO,onis.2.de Inu.86.Remotio criminis est, cùm intentio facti in alium,vel in aliud dimouetur.

REMOTIVS.*aduerb.*1.de Nat.88.Stellæ aliæ propius à terris,aliæ remotiùs,&c.spacia conficiunt.

REMOTVS,a,um.*alienus,abhorrens.* Ep. lib. 5. ep. 4. Si quisquam fuit vnquam remotus & naturâ, & ratione, atque doctrina ab inani laude,& sermonibus vulgi,ego profectò is sum.2.de Inu. 56.Hoc à religione & sapientia vestra remotissimum est.5. I. V. 193. Defensio remota ab vtilitate reipublicæ, & seiuncta à voluntate legis & 7.Ver.69.Remotus à nauigando.Att.li.14.ep.12.

Vestorius homo remotus à dialecticis.1.de Inu.8.Procul remotus à vero.pro Clu.2. Altera pars, quæ procul à iudicio remota est. 2.de Inu.164.Hoc à breuitate præcipiendi remotum est. & 67. Hæc à vulgari intelligentia remotiora sunt.1. Off. 63. Scientia, quæ est remota à iustitia, callidita appellanda est. 2.cont.Rul. 31. Cùm tu à Gracchi æquitate ac pudore longissimè remotus sis.Or. 32. Sermo à forensi strepitu remotissimus. pro Font.11.Testis cupidus, iratus, ab religione remotus.Epist. lib.13.ep.10.A cupiditate remotissimus.

¶ *Distans.*1.de Inu.39.Res à memoria nostra remotæ.7. I. V.79. Locus arbitris remotus. pro S. R. 130. Ego hæc à Chrysogono mea sponte remoto Sex.Roscio, quæro.

¶ *Deiectus.* Qu.fr.lib.1.ep.1.20.Sublata latrocinia, cædes repressæ, oppidorum furta esse depulsa, remotam illam calumniam, ✠&c. ‖7.Ver.80.remotus & ablegatus vir.

¶ *Immunis.*pro Mur.73.Ille à culpa remotus est.

¶ *Omissus, posthabitus, dimissus.*2.de Nat.98.Remotâ subtilitate disputandi.Epi.lib.7.ep.11.Et remoto ioco.pro S.R.94. Longè absum ab eo crimine.Leg. ABSVM.

¶ *Solitarius.*Ep.lib.7.ep.20.Locus remotus, salubris, amœnus.

✠ADVERB. *Longè à suspicione,*10. *Famil. Longissimè à pudore,*2.*cont.Rull.*

REMOVEO,es.*amoueo, dimoueo, moueo, abduco, aufero, reiicio, deduco, subduco, transfero, arceo, abstraho, auoco, auerto, deterreo, deprecor, detestor, deriuo.*2. de Orat.309. Ea secerni arbitror oportere, & ex oratione remoueri.pro S.R.23. Multa palàm domum suam auferebat, plura clàm de medio remouebat.Epist.lib.16.ep.12. Accepimus conditiones, sed ita vt remoueat præsidia ex iis locis quæ occupauit.2.contra Rull.22. Remoue te à suspicione alicuius commodi.pro Cluent. 43. Remouere se ab aliquo negotio. Epist.lib.10.ep.18.Remouere se à certamine. Attic. lib. 4. ep. 8. Quid sit, quòd se à me remouit, si modò remouit, ignoro. pro Domo 22. Quòd idem in posterum M. Catonem tribunatu tuo remouisses. Orat. 5. Sed ne opifices quidem se attribus suis remouerunt. Att.lib.10.ep.18. Tu nouum morbum remouisti. Quint.frat.lib.2.ep.5. Catone Lentulus à legibus remouit. 1. Offi.69. Mulci & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, à negociis publicis se remouerunt, ad otiúque perfugerunt.de Ami.79.Remouere se ab amicitia alicuius.

✠ADVERB, *Bellè à se sermonem,*3.*de Orat. Diligenter ab emptionibus,*6.*in Ver. Honestè tabulas,*4.*in Ver. In posterum tribunatu, pro Dom. Parumper gladios,*2. *Philip.*

☞ Syntaxis. *Remouere præsidia ex locis se à suspicione, à certamine, se ab aliquo, se artibus suis. A legibus remouit Catonem Lentulus. Se remouere à negocijs publicis.*

REMVNERANDVS,da,dum.Postquam ad Quir.22. Vlciscendæ iniuriæ facilior ratio est, quàm beneficij, remunerandi. & *ibid.*23.In beneficiis remunerandis.Epist.lib.15.ep.13. Tibi ad me ornandum semper datur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetit præter voluntatem. de Clar. 15. Vt à te ipso sumerem aliquid ad me reficiendum, téque remunerandum, si non pari, at grato tamen munere.2. de Inuent. 161. Officiorum remunerandi voluntas.

REMVNERATIO,onis.*gratia, vicissitudo studiorum vel officiorum.* 2.Offi.68.A quo celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. 2. de Inu. 66. Remuneratio officiorum.de Am.49.Nihil est remuneratione beneuolentiæ, nihil vicissitudine studiorum vel officiorum iucundius.

✠ADIVNC.*Expedita,& celer,*2.*Offic.*

REMVNERO,as.*retribuo, compenso, beneficium reddo, mutuam gratiam refero, parem gratiam pro beneficio alicui refero, gratiam restituo, mercedem do, repono.* Postquam in Sen.28. Quibus officiis T. Annij beneficia remunerabo.Qu.de Ret.29. Et quoniã nullum aliud tempus futurum sit, vbi tibi referant gratiam, hoc te officio remunerent.

REMVNERORIS.*idem.* Epi. lib.3. ep. 9. Considerandum est, quinam te remuneret genere.Epist.lib.9.ep.8. Vt possem te remunerari quàm simillimo munere. At li.8.ep.1. Tu si tibi eadẽ ✠causa est, me remunerere sanè velim. ‖Epist.li.2.ep.6.Remunerando cumulandóque illustrare.

☞ Syntaxis. *Officijs multis vnicum remunerare. Hoc te officio remunero. Quo te genere remunerer?*

REMVRIVS. *Locus fuit Romæ, vbi Remus auspicium, & consilium condendæ vrbis cepit, & in quo habitauit: vt Dionys. Halicar. & Sex. Pom. & Plutarchus in Romulo testantur.*6.I.A.14. His quoque diuisit Remurium. *alij legunt, Remuria: alij, Semurium: sed mendosè, vt mihi videtur. Fabius Pictor habet Remurius, qui & Auentinus, quem collem ait Remo consecratum fuisse. Sed & hic vereor, ne sit mẽdum, Remurius, pro Remurius,* ‖ *Commentem ego lectionem retinendam censeo, quæ Semirium habet. Cùm (vt annotauit Dionysius Lambinus) in nullo manuscripto secus legatur. Et constet ex Macrobio lib. 1. Saturn.cap.10.Semirium agrum eo nomine fuisse, quem Laurentia populo Rom.legauerat. Vide Hadria. Turneb.lib.3. Aduers.c.3.*

REMVS,mi.*Romuli frater.*1.de Diu.107.

REMVS,mi.4.Acad.19.Neque verò hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo respondeam.3.Tusc.25.Res tetra, detestabilis, omni contentione, velis (vt ita dicã) remisque fugienda.7. I. V. 70. Nauigium quod erat factum sex remorum numero, &c.& 134. Nullum remum vacuum trahi. 1.de Ora.153. Intermisso impetu pulsuque remorum.L. NAVIS.4.Tusc.9. Remis nauim propelliere.* Acad.eius *maris* vnda, cùm est pulsa remis. ✠purpurascit. ‖4.Acad.79.Infracto remo commoueri.

✠ADIVNC.*Inflexus,*4.*Acad.Vacuus,*6.*in Ver.*

☞ Syntaxis. *Res velis remisq; fugienda. Vacuus ille trahit remus. Impetus impulsusq; remorum. Nauim remis propellere.*

RENASCOR,ris.*denuò nascor, exorior, renouor.*Bru.ep.4. Primúmque iusque mali excidendi causa est, vt aliud renascatur illo peius. & ep.14.Renatum enim bellum est.Epist.lib.11. ep.14.Sed bellum istic renatum homines mirantur.de Som.20.& 1.Tusc.54. Nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit.Att.lib.4.ep.2. Qui mihi pennas inciderant, nolunt eadem renasci.

RENAVIGO,as.Att.lib.14.ep.17. Perpaucis diebus in Pompeianum, post in Puteolanã & Cumana regna renauigare.

RENAVO,as.Att.lib.1.ep.11.Renauabo operam. *aliter.renouabo.*

RENES,num.2.de Nat.137. Humores, qui ex renibus vesicáque profunduntur. *id est, vrina.*2.Tusc,60.Ex renibus laborare.

RENOVATIO,onis. *redintegratio.* 2. de Natu.118.A quo rursum renouatio mundi fieret.de Clar.150.Vsurpatione & renouatione doctrinæ. Epist. lib. 11. ep. 18. Renouatio timoris magnam molestiam afferebat.

RENOVATVS,a,um. *instauratus.*2. de Natu. 61. Templum Honoris à M.Marcello renouatum,Epist.lib.12.ep.15.Fœdus, quod renouatum erat.1.de Fin.57. Sapientes bona præterita grata recordatione renouata delectant.

¶ *Refocillatus.*2.de Nat.118.Vaporibus altæ renouatæque stellæ refundunt eadem.

¶ *Iterum statutus.*de Ar.21. Quorum de sententia illa eadem renouata atque instaurata celebrantur.

¶ *Confirmatus.* de Pro. 19. Ne istauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus.

RENOVO,as.*renouationem facio, interpolo, instauro, refrico, integro, redintegro, refero, repræsento.* 2. de Diu. 7. Tum pristinis orbati muneribus hæc studia renouare cœpimus.2.I.V. 11. Renouare & instaurare aliquid. Antequam. 10. Quid ego improborum facta renouem oratione, aut redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros? Postquã ad Quir.8. Qui suo fletu memoriam mei desiderium que renouaret.1.Acad. 11. Hæc inclusa habebam, & ne obsolescerent, renouabam cùm licebat, legendo.Epist.lib.12.ep.28.Renouare amicitiam. & lib. 7.ep.18. Renouare commendationem.& lib.4.ep.7. Renouare bellum. Att.lib.1.ep. 11. Renouare operam. 2. contra Rul. 34. Renouare veteres colonias, & deducere nouas. pro Mur. 16. Memoriam propè intermortuam generis sui virtute renouare.pro Qu.70. Nolo hanc rem commemorando renouare, cuius memoriam deleri oportere arbitror. 3. de Orat.1. Acerba sanè recordatio veterem animi curam molestiámque renouauit.2.de Ora.199. Et animos iudicum ad Qu.Cæpionis odium, à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam atque reuocabam. pro Defot.8.Tu vetus hospitium renouare voluisti. 1. I. A. 1. Athenienses que renouaui vetus exemplum. Quin. frat.lib.2.ep. 11. Appius vult, inquam, renouare honores eosdem, quo minus togam prætextam quotannis interpolet.

¶ *Instauro, reficio.*pro Mur. 33. Mithridates se rege Armeniorum adiuncto nouis opibus copiisque renouauit.

RENOVOR,ris.2.de Inuent.49. Animus aut renouatur ad ea quę restant, aut omnibus iam dictis exuscitatur.1.de Inuent.25. Animus defessus audiendo aut admiratione integratur, aut risu renouatur.2.ad Heren. 47. Vt renouetur, non redintegretur oratio.1.I.V.68. Hos institui, atque adeò institutum referri ac renouari molestè ferunt.

☞ Syntaxis. *Renouatum templum à fœdus. Altæ renouataq; vaporibus stellæ. Renouare & instaurare bellum, amicitiam, memoriam, se nouis copijs.*

RENVNCIANDVS,a,um.*exponendus.*Epist.lib.13.ep.10.Qua in re & amorem eis in suscipiendo negocio perspexi, & fidem in conficiendo ac renunciando.

RENVNCIATIO,onis.*nunciatio.*3.in Verr.88.Renunciationémque eius, quæ erat in publicas literas relata, illorum legibus tolli iusserat.pro Mur. 18. Non idem est ordo dignitatis & renunciationis.pro Pl.14.Renunciatio suffragiorum.

RENVNCIATVR.*defertur.*Sulp.Ep.lib.4.ep.5.Posteaquam mihi renunciatum

renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ,&c. Qu.fr.lib.1.ep.2. Renunciati tibi Licinium plagiarium tributa exigere.

RENVNCIATVS,a,um.*pronunciatus.* pro Pomp.2. Prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum.& 7.in Ver.17. Tu cùm esses prætor renunciatus.4. Ver.129. Eo modo sacerdos Climachias renunciatus est.‖2.in Ver.19 Renunciata conditio est.

RENVNCIO,as. *significo.*2. in Ver.19. Renuncio tibi te hodiernis comitiis esse absolutum.Epist.lib.8.ep.10. Eosque Parthos esse senatui renunciauisse.3. I. V.88. Qui Milesiis rem gestam renunciârat.2.de Diu.74.Nunc imperât pullario,ille renunciat.

¶ *Expono.*6.I.A.16.Cùm legati renunciârint, quod certè renunciabunt,Antonium non esse in vestra potestate.

¶ *Pronuncio* 2.de Or.260.Renunciare aliquem consulem.

¶ *Refello.*4.I.V.89.Renunciare hospitium alicui,& domo emigrare.& lib.2.ep.1.Renunciare conductionem.1.de Or.230. Renunciare Stoicis.9.I.A.1.Renunciare legationem.

RENVNCIOR, *aris. vsum ex actiuo discе.* 4. in Ver.127. Vt per suffragia Theomnastus familiaris suus, in tribus illis renunciaretur.

ADVER. *Auspicatò consulem,pro L.Mur.*

Syntaxis. *Hoc tibi primus renuncio. Renunciant legati. Renunciatus est Consul Cæs. Conditionem,hospitium renunciare. Stoicis renuncio.*

RENVENS,tis.pro R. P. 36. Quibus superciliis renuentes huic decem millium crimini.

RENVO,*omitto,aspernor,*pro Cæl.27. Qui nullum conuiuium renuerit,qui vnguenta sumserit,qui Baias viderit.

REOR,tris.*puto,censeo,arbitror,*2.Off.32.Illos,in quibus eas virtutes esse remur, à natura ipsa diligere cogimur. Topic.78. Rentur eos esse, quales se ipsi velint.3. de Or. 79. Quem quidem antea rebar ita dicere, vt,&c. 1. Aca. 26. Quintum genus Aristoteles quoddam esse rebatur.2.de Diuin.5.Quos quidem plures quàm rebar,esse cognoui.de Ar. 49. Tum verò est ratus se posse. At. lib.7.ep.3.Nicias nomen rebatur oppidi esse Piræa.3. de Nat. 15. Rebantur enim fore,&c.

REPAGVLA,orum.*sunt vectes,quibus ianuæ clauduntur, & firmantur.*1.de Diu.74.In templo Herculis valuæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt.& 6. I. V.94. Conuulsis repagulis,effractisque valuis demoliri signum conantur.7.I.V.38. Perfringere omnia repagula iuris,pudoris & officij.

REPANDVS,a, um. *incuruus,reflexus.* 1. de Natu. 83. Sospita cum pelle caprina,& calceolis repandis.

REPARO,as.*Recupero,iterum acquiro.*5. I. V.199. Perdere id quod alio Prætore reparare possit.

REPASTINATIO,onis.*secũda aratio: nam repastinari ager is dicitur,cuius natura fodiendo mutatur.* de Sen.54.Quid agri fossiones repastinationésque proferam?

REPEDANDVM.*remeandum.*3. de L.18. Domum cum laude repedandum.‖*aliàs reportandum.*

REPELLENDVS,a,um.2.de Or.72. Aduersarius, qui sit & feriendus & repellendus.

REPELLO,lis.*propello,propulso,refuto.*pro Mil.52. Repellere vim. }(.*inferre vim.*pro Sest.88.Vim vi repellere.1.de Fin.30.Repellere dolorem à se.pro Corn. 32. Ipsæ enim leges te à congnitione sua iudicio publico repulerunt.pro Cec.33.Armis repellere, fugare,& auertere aliquem.1.I.C.27. Cum te à consulatu repuli. 1.Off.137.Grauitatem retinere,iracundiam repellere. pro Mil. 78.Ego Clodij furorem à ceruicibus nostris repuli.Antequam. 1. Qui à vestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis.pro Dom.54. Homines audaces ab eius templis aditu ascensuque repulisti.‖Attic.lib.7.ep.17. Alterum consulatum, à rep. ne data quidem occasione repulimus.

ADVERB. *Perfacilè vim,Anteq.*

REPELLOR,tris. 1. de Or. 46. Repelli oratorem à guberna culis ciuitatum,& excludi ab omni doctrina.3.de Orat. 60. Non repelletur inde quò aggredi cupiet.Qu.de Pet. 42. Ab impediendo ac lædendo repelluntur. 1. Off. 137. Vt seueritas adhibeatur, cõtumelia repellatur.‖pro Mur.30.Pericula repellũtur.pro Sest. 85.Repellebantur alij omnino aditu. *aliàs pellebantur.*

REPENDO,dis.*reddo,repono.*2.de Orat.269. Cui pro Gracchi capite erat aurum repensum.

REPENS.*repentinus.* 3. Tusc.29. Ne me imparatum cura lacerare repens.& 32. Hostium repens aduentus.

REPENTE.*derepente,statim,subitò,repentinò.*L.EXORIOR.3.I.C. 10.Is recitatis literis conscientia conuictus repentè conticuit.1. Offic. 120. Amicitiam magis decet sensim discedere, quàm repentè præcidere.2.I.A.65.Modò egens,repentè diues.in Sal.10. Quibus rationibus repentè tanquam somnio factus est tam affluẽs,& tam beatus.pro Syl.75. Ista importunitas repentè exarsit. *& ibidem:* Ista vis repentè erupit.pro Clu. 12. Repentè exorta est mulieris importunæ nefaria libido.Epist. lib. 4. ep. 4. Repentè præter spem dixit,&c.1.I.V.57. Repentè euestigiò. & 2. in Ver. 17. Ecce autem repentè, &c. & *ibid.* Cùm iste repentè &c.& 1. de Orat.252.Repentè & subitò.‖pro Sest.144.

Syntaxis. *Repente amicitiam præcidere. Modo egens, repentè diues. Repentè, tanquam somnio. Repentè præter spem. Repentè euestigio. Repentè & subitò.*

REPENTINO.*repentè.*pro Qu.14.Et moritur repentinò.

REPENTINVS,a,um.*improuisus,insperatus,inspectatus,repens,inopinatus.*2.de Ora.225.Quæ fuit illa quanta vis, quàm inexpectata, quàm repentina. 2. contra Rull. 59. Vnde iste amor tam improuisus ac tam repentinus.3.Tusc.40. & 45.Omnia repentina & inopinata grauiora.Epist.lib.5.ep.8.Non repentina aliqua voluntate aut fortuitò ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidi. pro Cluent. 174. Repentina morte periit.1 Offic.27.Leniora sunt ea,quæ repentino aliquo motu accidunt,quàm ea quæ meditata & præparata perferuntur.3. contra Rul. 10. Et repentinus Sylla nobis exoritur. de Clar. 242. Ignoti homines & repentini quæstores celeriter facti sunt. 2. de Inu.28.Ideirco aliquem Callidium vocari, quòd temerario & repentino consilio sit.‖Pro Dom.15.Repentinos impetus cõparare.Epist.lib.1.ep.9.Repentinam eius defensionem Gabinij quam proximis superioribus diebus acerrimè oppugnasset.pro Sest.140. Aut repentina vi perculsi.

Syntaxis. *Inexpectatus,repentinus. Improuisus ac repentinus amor. Repentinum & inopinatũ. Repentino motu id accidit Repentini Consules facti. Temerarium ac repentinum consilium.*

REPERIENDVS,a,um.5.in Verr.110. Mihimet ineunda ratio & reperienda via est,qua,&c.

REPERIO,tis.*inuenio.*2. de Fin. 29. Reperiam multos, vel potius innumerabiles,qui,&c.de Clar.325.Sed si quærimus,cur,&c.causas reperiemus verissimas:duas primùm,quòd,&c.aliud autem genus est,&c. Att.li.7.ep.3.Quid ad hæc repereris?soluamus,inquis.de Cl. 8. Quibus armis quemadmodum vterentur, non reperiebant.1.de Nat.108.Nec vos exitum reperitis,résque tota vacillat ac claudicat.Epist.lib.10.ep.15.Nostræ solicitudinis hîc finem reperiemus.

ADVERB. *Difficillimè, de Amic Nusquam vtilia, rectè virum iustum,3. Offic. Peræquè quid,5. in Ver. Vsquam,2.de Orat.*

REPERIOR,ris. 2. de Nat. 9. Si conferre volumus nostra cum externis, cæteris pares, aut etiam inferiores reperiemur, religione autem multò superiores.de Clar. 118. Iidem traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiuntur.pro Fl. 94. Tum vel hoc maximè moliuntur,vt vestræ mentes, vestræ sententiæ optimo cuique inimicissimæ reperiantur.Brut ep.15.Facilius in timore benigni,quàm in victoria grati esse reperimur. de Cla. 65. In orationibus Catonis omnes oratoriæ virtutes reperiuntur. pro Cæl. 44. In M. Cælio nulla luxuries reperietur, nulli sumptus,nullum æs alienum, nulla conuiuiorum ac lustrorum libido.

ADVERB. *Perrarò gratos,pro Planc.*

REPERTVS,a,um.1.Tusc.114. Post diem tertium,qui vt illuxit, mortui sunt reperti. * in Clod.In vnius hominis perditi iudicio plures similes reperti sunt.

ADVERB. *Diligenter artificio,1.de Inuent. Nequaquam omnes,pro A.Cluent.*

Syntaxis. *Ineunda ratio,& via reperienda. Si quæras,reperies.*

REPETENDVS,a,um *requirendus.* pro Mil.10. Cùm ei, qui expectare velit, antè iniusta pœna luenda sit, quàm iusta repetenda. 10. I.A.20. Ne mors quidem in repetenda libertate fugienda.

¶ *Reuocandus,petendus,excordiendus,commemorandus.*2.de Leg. 46. Cùm scias,à quo sit capite repetendum.Ep.li.3.ep.16.Euentus,& aliorum memoriam repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitemus.1.de Leg.17. Natura iuris ab hominis natura repetenda est.pro Plan. 64. Tamen eum postea fuisse maximis in rebus arbitror,vt nõ ita mihi multum sit ex Quæsturæ laude repetendum.1.de Or.4. Ac mihi repetenda veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio.

REPETENS,tis.*resumens,memorans.*de Fat.35.Licuit vel altius vtinam, &c. etiam suprà, vtinam, &c. similiterque superiora repetentem regredi in infinitum licet. pro Arch.1.Nam quoad longissimè potest mens mea respicere spacium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vsque repetens,video hunc,&c. 1.de Or. 1. Et memoria vetera repetenti.

REPETITIO, onis. *ornatus Rhetoricus.* 3. de Orat.204. Eiusdem verbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuersio.4.ad Herenn.20. Repetitio est,cùm continenter ab vno atque eodem verbo,in rebus similibus & diuersis principia sumuntur,&c.

✠ ADIVNC. *Crebra, 3. de Orat.*

REPETITVS, a, um. Epi. lib. 3. epi. 5. Tamen quoniam ex alto repetita sint, nonne, &c. 3. de Orat. 158. Transilire ante pedes posita, & alia longè repetita sumere. Attic. lib. 13. ep. 37. Deinde somno reperito, simul cum sole experrectus sum. Parad. 4. Cùm esset iuris & æquitatis repetita memoria. 2. de Inuent. 6. Ac veteres quidem scriptores artis vsque ab principe illo atque inuentore Thysia repetitos vnum in locum conduxit Aristoteles. 3. de Orat. 89. Quorsum igitur spectat hæc tam longa, tam altè repetita oratio? Epist. lib. 13. ep. 29. Expectare te arbitror hæc tam longè repetita principia quò spectent. 1. in Verr. 67. Hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atque relata. Orat. 11. Ac video hanc primam ingressionem meam non ex oratoris disputationibus ductam, sed ex media philosophia repetitam. 1. de Diuin. 25. Diuinatio est ab omni æternitate repetita. & lib. 2. 119. Somnia quorum defensio repetita quàm longè est. pro Sest. 3. Vereor ne quis fortè miretur, quid hæc mea oratio tam altè ac tam longè repetita velit.

✠ ADVERB. *Altè oratio, 3. de Orat. Altè res, Orat. Quàm longè, 2. de Diuin.*

REPETO, tis. *exigo, peto, reposco, reuoco, cùm ad res ablatas & iudicia pertinet.* pro Flac. 106. Ac repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spopondi dignitatem. pro Plan. 101. Repetere promissa. 2. ad Her. 19. Quò argentario obtuleris expensum, à socio eius rectè repetere possis. Antequam. 4. Repetere officij præmium & fructum. pro Cluen. 104. Repetere ab aliquo rationem de pecuniis repetundis. 1. in Ver. 19. Quo nomine abs te sestertium millies repeto. Antequam. 8. Non peto vt mihi detis vitam, sed datam repeto vt reddatis. 1. in Verr. 18. Repetere ius suum. pro Syl. 89. Quæ erepta sunt, non repeto. pro Cl. 65. Repetere ab aliquo, quod ei dederis. 1. Offic. 36. Repetere res ablatas bello. pro S. R. 67. & Antequam. 19. Furiæ, quæ parentum pœnas à conscleratis filiis repetant. pro Dom. 144. Vos qui maximè me repetistis atque reuocastis.

¶ *Exordior, incipio, renouo, reuoco, facio, recordor, restituo, assumo.* de Fat. 4. Longo interuallo hæc studia repeto. 1. de Leg. 18. Altè verò & à capite repetis, quod quærimus. & 20. Iuris ortum à fonte repetere. & *ibid.* Repetam stirpem iuris à natura. item. A principio, à stirpe, à capite, à fonte repetere. *id est, arcessere.* pro Mur. 30. Ferro rem repetunt. pro Cluen. 66. 11. Atque vt intelligas, &c. paulò longius exordium rei demonstrandæ repetã. 1. de Diuin. 2. Principiò Assyrij, vt ab vltimis autoritatem repetam, motus stellarum obseruauerunt. 1. de Ora. 91. Neminem fuisse disertũ dicebat, cùm repeteret vsque à Cotace nescio quo & Thysia. 6. I. V. 105. De quo paulò altius ordiar, & repetam memoriã religionis. 1. de Inuen. 1. Cùm res ab nostra memoria propter vetustatem remotas ex literarum monumentis repetere instituo. pro Deiot. 20. Obsecro Cæsar repete temporis illius memoriam. 1. de Orat. 23. Repetamque non ab incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Si omnium mearum literarum præcepta repetes, intelliges, &c. 1. Tusc. 116. Repetunt ab Erichtheo Codrum, qui se, &c. 5. de Fin. 65. Repetere aliquid ab vltima antiquitate. 1. ad Heren. 14. Repetere aliquid ab vltimo initio. & 1. ad Her. 15. & 2. de Nat. 25. Repetere ab vltimo. 2. ad Heren. 34. Repetere aliquid nimiũ longè, & petere. 1. de Inuen 91. Petere aliquandò vltrà quàm satis est, & repetere longius quàm necesse sit. Epist. lib. 6. ep. 16. Repeterem initium amicitiæ ex parentibus. & lib. 11. ep. 28. Quantum memoria repetere præterita possum. 1. de Nat. 17. Quamobrem Vellei, nisi molestum est, repete quæ cœperas: repetam verò, &c. 5. de Fin. 51. Prætermissa repetimus, inchoata persequimur. 2. de Diuin. 98. L. Tarutius vrbis nostræ natalem diem repetebat ab iis parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus. 5. Tusc. 34. Huius sententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur. 1. de Leg. 17. Naturæ iuris nobis explicanda est, eáque ab hominibus repetenda natura.

✠ ADVER. *Altè, & à capite, longè principium, 1. de Legibus. Altiùs memoriam, 6. Ver. Altiùs principia naturæ, 1. Offic. Altiùs paulò rationem, 1. Famil. Amplius nihil, 7. Ver. Inde vsque, quoad longissimè, pro Arch. Longius exordiũ, pro Cluent. Quàm longè, 2. de Diuin.*

REPETOR, tis. *memoror.* Attic. lib. 15. ep. 11. Ego negabam oportere ✠ prætérita repeti. ‖ 1. de In 28. Ab vltimo repetetur.

¶ *Accipior, haurior.* 5. Tusc. 34. Huius sententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur.

¶ *Reposcor.* de Cl. 46. Cùm res priuatæ iudicij repeterentur.

✠ ADVERB. *Rectè, pro Cluent. Ecce autem repentè consilia, 2. in Ver.*

☞ Syntaxis. *A quo capite repetendum est? Memoria repetere. Repetere veteris memoriæ recordationem. Ex alto repetere. Longè petita sumere. (. linquere quæ sunt ante pedes. Scriptores vsque à principe illo repetitos conduxit Arist. Altè repetita oratio. Ex media medicina repetitum. Diuinatio ab omni æternitate repetita. Altè & longè repetita oratio.*

REPETVNDARVM. *de pecuniis repetundis, captæ pecuniæ. 6. I. V. 56. & 2. Offic. 75. L. Piso frugi legem de pecuniis repetundis primus tulit. de Clar. 106. Iudicium de pecuniis repetundis. 1. I. V. 10. pro Cluen. 104. Ab aliquo rationem repeti pecuniis repetundis. pro Cluen. 148. Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri, neque hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ.*

REPLEO, ples. *refarcior.* de Pro. 4. Vt vix exhaustas domos replere possent.

REPLEOR, ris. 1. de Orat. 191. Vel passim licet carpentem & colligentem vndique repleri ista iuris ciuilis scientia. pro Sest. 77. Meministis tum iudices, corporibus ciuium Tyberim repleri, cloacas refarciri. pro Mur. 50. Qui cõsumpta repleri, erepta recuperare vellent.

REPLETVS, a, um. pro Pomp. 44. Referto foro, repletisq; omnibus templis.

REPLICANS, tis. 1. de Diu. 127. Traductio temporis noui nihil efficientis, sed primum quidq; replicantis.

REPLICATIO, onis. 1. de Natur. 33. Replicatio mundi. *id est, conuersio.*

REPLICO, as. *repeto.* pro Syl. 27. Si quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati, vt ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus inuenies. 3. de Leg. 31. Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum, qualescunq;, &c.

REPONENDI. 2. de Natur. 156. Scientia condendi ac reponendi fructus.

REPONO, nis. *colloco.* 2. de Nat. 125. Grues in tergo præuolantium capita reponunt. 5. Tusc. 36. In se ipso spem omnem reponet sui. pro Syll. 92. In vestra humanitate totam causam repono. ✠ Oec. 1. Vt quidq; suo loco reponeret.

¶ *Appono.* Attic. lib. 12. ep. 7. Si in libris tuis Aristophanẽ reposueris pro Eupoli. 4. ad Heren. 37. Et pro eo, id quod magis idoneũ est reponit.

¶ *Conseruo.* Epi. li. 7. ep. 18. Non enim puto te meas epistolas delere, vt reponas tuas.

¶ *Annumero, numero, recenseo, adscribo, reputo.* 1. de Nat. 38. Homines mortuos reponere in deos. Attic. lib. 10. ep. 8. Reponere aliquem in suis. 2. de Orat. 198. Si placuerit, vos hanc defensionem in aliquo artis loco reponetis. Postquam ad Quir. 17. Vos in eo me loco, in quo vestris beneficiis fueram, iisdem centuriis quibus collocaueratis, reposuistis. pro Sest. 143. Quos equidem in deũm immortalium cœtu ac numero repono. de Opt. 17. Tamen hunc in numero non repono. 2. de Nat. 55. Reponere stellas in numero deorum.

¶ *Adapto, restituo.* pro Sest. 58. Hanc Pompeius erexit, atque insigne regium quod de suo capite abiecerat, reposuit.

¶ *Suffacio.* 4. I. V. 52. At verò præclarum diem reposuisti, Verrea vt ageretur.

¶ *Rependo.* Atti. lib. 13. ep. 13. Ergo hæc ad Varronem transferamus, Catulo & Lucullo alibi reponemus. Epist. lib. 1. ep. 9. Næ tibi ego quidem reponam, cùm veneris.

REPONOR, ris. 10. I. A. 15. Nam si alij propterea laudantur, quod pro libertate arma ceperunt: cur non M. Brutus in eadem causa reponatur? 5. in Verr. 210. Reponi in numero proborum hominum. Brut. ep. 16. Reponi in locum alterius. 1. de In. 39. In fabula rum numerum reponantur.

☞ Syntaxis. *Condere & reponere fructus. Reponere caput, spem, causam omnem in iudice. Reponere multa falsa in libro. Reponere in numerum deorum, in deo, in diis, in suis, in digno loco, in cœtu ac numero senatorum. In numero non hunc repono. Reponere pileum. His deletis ista reponas. Pro damno quid reponas? In eadem tam digna causa me reponas. In locum alterius reponi.*

REPORTANDVM. *acquirendum.* 3. de Leg. 18. Nihil præter laudem bonis atq; innocentibus, neq; ex hostibus, neq; à sociis est reportandum.

REPORTATVS, a, um. *reuectus.* Posteq. in Sen. 27. P. Lentuli beneficio non solùm reductus sumus in patriam, sed equis insignibus & curru aurato reportati.

¶ *Restitutus.* 4. I. V. 112. Quæ tabula à te ereptã, nunc à me reportata est.

REPORTO, as. *refero, reduco, reueho.* 6. I. V. 64. Statuerunt id secũ in Syriam reportare. Posteq. in Sen. 13. Respub. simulatq; reuocata est, me secum pariter reportauit. Sal. in Cic. 7. Italia Ciceronem exulem humeris reportauit. Att. li. 4. ep. 16. Exercitum à Britannia reportabant.

¶ *Consequor, obtineo.* pro Pompeio 8. Ab aliquo victoriam reportare. Attic. lib. 6. ep. 1. Reportare beneuolentiam omnium ex prouincia.

¶ *Affero.* 7. I. V. 127. Ex tua calamitate cineri atque ossibus filij sui solatium vult reportare.

¶ *Defero,*

¶ *Defero, denuncio.* 2. contra Rull. 60. Si est æquum prædas ac manubias suas imperatores non in ornamenta vrbis conferre, sed ad decemuiros, tanquam ad dominos reportare.

☞ Syntaxis. *Laudem à cunctis reportare, exercitum ab insula. Reportare tabulam requisam. Reportare literas alicui, solatium, rem ad iudices.*

REPOSCENDVM. de Am. 32. Propensiores ab bene merendum, quàm ad reposcendum esse debemus.

REPOSCO. *repeto.* Postq. in Sen. 9. Altera à me Catilinam amatorem suum reposcebat. 5. I. V. 32. Bona sua reposcere ac persequi lite atque iudicio. & 5. Ver. 1. Reposcere rationem vitę ab altero. 1. I. V. 27.

REPOSITVS, 2, um. *situs.* Quint. fra. lib. 1. ep. 3. Omnes in vita mea partem aliquam tuæ vitæ repositam esse dicebant.

¶ *Restitutus.* 3. in Ver. 145. Columnæ deiectæ eisdem lapidibus repositæ sunt.

¶ *Impositus.* 6. I. V. 5. Sacra in capitibus reposita sustinebant.

¶ *Nixus.* Ep. lib. 9. ep. 14. Respub. in te reposita est.

REPRAESENTANDO. *soluendo pecunias.* Att. lib. 12. ep. 28. Si qua etiam iactura facienda sit in repræsentando.

REPRAESENTANDVS, 2, um. *exprimendus.* Att. lib. 16. ep. 2. Mihi videntur istorum animi incendi etiam ad repræsentandam improbitatem suam.

REPRAESENTATIO, onis. *pecuniarum solutio.* Att. li. 12. ep. 30. Si Faberianum venderem explicare vel repræsentatione nõ dubitarem. Att. lib. 13. ep. 29. Dolabellæ nomen iam expeditum videtur, vt etiam repræsentatione concludam.

REPRAESENTO, tas. *præsentem pecuniam soluo, præsentem alicui gratiam refero, gero, persona gero, aliquid re præsenti exhibeo, præsto.* Att. lib. 12. ep. 25. Reliquæ pecunię vsuram Sillio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus. Epi. lib. 16. ep. 14. Dies promissorum adest, quem etiam repræsentabo, si aduenerit.

¶ *Antecapio, præuenio.* Epi. lib. 5. ep. 16. Neque expectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possumus.

¶ *Exprimo, refero, in conspectu pono.* pro Sest. 26. Erat eo tempore senatus in æde Concordiæ: quod ipsum templum repræsentabat memoriam consulatus mei.

REPRAESENTOR, ris. *confirmor, restituor.* 2. I. A. 118. Ego corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas ciuitatis posset. *id est, restitui, recuperari.*

REPREHENDENDVS, 2, um. Ep. li. 1. ep. 9. Et si accusandi sunt, qui, &c. magis etiam reprehendendi, qui, &c. 2. de Nat. 162. Arripere aliquid ad reprehendendum.

REPREHENDO, dis. *increpo, arguo, redarguo, accuso, verbis castigo, exagito, insector, asperius appello, in crimen voco, dãno, condẽno, culpo.* pro Planc. 86. Nunc discessum meum quasi reprehendere & subaccusare voluisti. pro Cluent. 98. In eodem genere in quo quis offenderit, alios reprehendere. pro Lig. 23. Grauissimis verbis aliquem reprehendere. Att. lib. 10. ep. 3. Visum te aiunt in regia, nec reprehendo: quippe cum, &c. 7. I. V. 45. Nunc non modò te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. Orat. 26. Reprehendere & exagitare aliquem. Epi. lib. 5. ep. 12. Cùm reprehendes ea, quæ vituperanda duces.

¶ *Retrahо, manu abduco.* 4. Acad. 139. Laboro, vt assentiar Epicuro: reuocat virtus, vel potius reprehendit manu.

✠ *AVERB. Breuì, 1. de Inuent. Grauiùs, veriùs, 2. Offic. Leuiter, in Piso. Liberè temeritatem, pro Sest. Malè, 3. Tusc. Magnoperè, 5. Tusc. Meritò quid in aliquo, 6. in Ver. Pergrauiter, 1. de Orat. Planè non, 7. Famil. Rectè, pro Syll. Verè sententiam, 15. Famil.*

REPREHENDOR, ris. 1. de Nat. 28. Xenophanes de ipsa mente ita reprehenditur vt cæteri, de infinitate autem vehementius. Part. 129. Reprehendi in aliquo vitio.

✠ *ADVER. Commodè, 1. de Inuent. Ita valde, 2. Attic. Subtiliter, Part. Vehementer, 4. Att. Vulgo iudicium, 8. Attic.*

☞ Syntaxis. *Arripere aliquid ad reprehendendum. Reprehendo & subaccuso. In eodem genere, in quo tu offendis, alium reprehendes. Vituperatione magna reprehendo. Reprehendo & exagito.*

REPREHENSIO, onis. *vituperatio.* pro Mur. 11. Reprehensio vitę. Att. lib. 10. ep. 3. Nec reprehendo, quippe cum ipse istam reprehensionem non fugerim. 1. Offi. 144. At hoc idem Sophocles, si in athletarum approbatione dixisset, iusta reprehensione caruisset. Epi. lib. 10. ep. 23. Dum à reprehensione temeritatis absum. 1. de Fin. 1. Incurrere in varias reprehensiones. Orat. 1. Vereri reprehensionem prudentum. 12. I. A. 25. Culpæ reprehensio, & stultitiæ vituperatio. 3. de Or. 98. Oratio concinna, distincta, ornata, festiua, sine intermissione, sine reprehensione, siue varietate, &c. non potest in delectatione esse diuturna.

¶ *Confutatio, refutatio oratoria.* 1. de Inuen. 78. Reprehensio est, per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. *aliter, alleuatur.*

✠ *ADIVNC. Bella, falsa, familiaris, 2. de Ora. Difficilis, & lubrica, 2. Phil. Inanis, 3. de Finibus. Iusta, leuior, 14. Phil. Minima, 1. ad Quin. Frat. Nobiles, 4. Ac.*

☞ Syntaxis. *Iusta reprehensione carere. Reprehensionem fugere. In reprehensionem incurrere.*

REPREHENSOR, oris. *exagitator, accusator.* pro Plãc. 8. Vt patres reprehensores essent comitiorum. de Opt. 18. Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur. 4. Acad. 7. Restat etiam vnum genus reprehensorum, quibus Academiæ ratio non probatur.

REPREHENSVS, 2, um. pro C. Cornel. 1. In quo cum multa reprehensa sint, tum imprimis celeritas actionis.

REPRESSOR, oris. *vindex.* pro Sest. 144. Repressor cædis quotidianæ.

REPRESSVS, 2, um *cohibitus.* 6. in Ver. 41. Itaque furor eius paululum repressus est. Attic. lib. 7. epist. 25. Fuga, quæ parabatur, repressa est.

¶ *Suppressus.* pro Cæl. 71. Memoria non extincta illa quidem, sed expressa vetustate. pro Mur. 32. Quem L. Murena repressum magna ex parte, non oppressum reliquit.

✠ *ADVER. Paulùm, 6. in Ver.*

REPRIMO, mis. *contineo, comprimo, coerceo.* Ep. lib. 3. ep. 8. Hos ego sermones lacessiui nunquam, sed non valde repressi. Epist. li. 10. ep. 18. Quæ si aduentus meus represserit, agam gratias fortunæ. de Arusp. 1. Reprimere impudentiam alicuius. de Som. 5. Reprimere fletum. pro Sest. 117. Vix homines odium suum à corpore eius impuro represserunt. 2. de Diuin. 69. Reprimere fluuium redundantem. pro Pomp. 13. Impetus hostium reprimere ac retardare. Br. epist. pr. in. 7. Repressi impetum, ardoremque restinxi. pro Sest. 95. Qui furorem exultantem repressit. Att. lib. 4. ep. 15. Nunc reprimam susceptam obiurgationem.

✠ *ADVERB. Aliquantulùm conatus, 4. in Ver. Validè sermones, 3. Famil.*

REPRIMOR, tis. 1. I. C. 30. Hæc reipub. pestis paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi potest. 1. de Fin. 2. Quod semel admissum coerceri reprimique non potest.

✠ *ADVERB. Paulisper, 1. in Catil.*

☞ Syntaxis. *Reprimere paratam fugam. Repressa vetustate memoria. Reprimere furorem, fletum. Coercere ac reprimere.*

REPROBO, as. *improbo, reicio.* 4. Acad. 130. Qui cùm Zenonis fuisset auditor, reprobauit illa, quæ ille, &c. 1. de Fin. 22. Quod ipsa natura adsciscat & reprobat. *id est, voluptatem & dolorem.* de Ami. 24. Atque hoc quidem omnes mortales & intelligunt, & reprobant. *aut, re probant, distinctè legendum est: aut, probant, simpliciter.*

REPROMISSIO, onis. *restipulatio.* pro Qu. R. 39. & 56.

✠ *ADIVNC. Recens, pro Qu. Rosc.*

REPROMITTO, tis. *restipulor, stipulanti promitto, vel spondeo.* de Clar. 18. Non mehercule tibi repromittere istuc quidem ausus sim. pro Qu. R. 37. Repromittis tu ab hinc triennium Roscio, recita istã restipulationẽ clarius. Postquam ad Quir. 24. In referenda gratia hoc vobis repromitto, sempérq; præstabo, me, &c.

REPVDIANDVS, 2, um. 1. Off. 89. Iracundia omnibus in rebus repudianda est.

✠ *ADVERB. Omninò genus, 2. Officio.*

REPVDIATIO, onis. *reiectio.* pro Mur. 9. Repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatẽ coarguit. At. li. 1.

REPVDIATVS, 2, um. Orat. 13. Eloquentia forensis spreta à philosophis & repudiata.

REPVDIO, as. *recuso, respuo, aspernor.* (*amplector.* pro Cec. 48. Cùm te obstitisse & repudiasse dicis, certè hunc voluisse cõcedis. At. lib. 2. ep. 19. Sed ego hoc non repudio. pro Quin. 46. Conditionem æquissimã repudiare. Or. 25. Funditus repudiare aliquid. 2. de Or. 3. Consilium senatus à rep. repudiare. pro Cl. 201. Cuius vota, preces à vestris mentibus repudiare debetis. 3. I. A. 26. Prouinciam magno animo & constanti C. Cestius repudiauit. pro C. Cornel. 1. Populus legem hanc flagitabat, illam repudiabat. con. C. Anto. Hunc honestissimarum rerum defensorem pop. Ro. autore te repudiare potest?

✠ *ADVERB. Certè, Part. Constanter, fortiter, sapienter, de Prou. Contumaciter, 2. de Diuin. Funditus, Orat. Ingratè, impiè nomen, pro Deiot. Planè, 2. Attic. Superbissimè, in Piso. Valde, 10. Attic.*

☞ Syntaxis. *Spernere & repudiare. Obstare & repudiare. Funditus repudiare. Repudiare à sua mente alicuius vota, precésque.*

REPVERASCO, scis. *ad puerilem ætatem redeo, iterum puerfio.* 2. de Ora. 22. Eósque incredibiliter repuerascere esse solitos. de Sen. 83. Si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ętate repuerascam, & in cunis vagiam. *aliter, repuerisca.*

✝ADVER. *Incredibiliter,2.de Orat.*

REPVGNANS,tis.)(.*consentaneum,congruum,consequens.*3.de Ora. 188.Qui aliquid repugnante natura faciunt.2. de Orat.187.Aduersantem & repugnantem capere.1. Offic. 110. Aduersante & repugnante natura pro Cæl.12.Contrariæ diuersęque atque inter se repugnantes naturæ ex repugnantibus locis. Top. 19. & 53.2.de Orat.170.

REPVGNANTER.*inuitè.*de Am. 93. Alterum patienter accipere,non repugnanter.

REPVGNANTIA.tiæ.*pugna,contentio.*3.Off. 34. Panætius induxit eam,quæ videretur,non quæ esset,repugnantiam.2. I. A.19. Sed qui tantarum rerum repugnantiam non vides, nihil sapis. 3. Off.17. Nec id quod verè honestum est,fas est cum vtilibus repugnantia comparari.

✝ADIVNC.*Tanta rerum,2.Philip.*

REPVGNO,as.*aduersor,obsisto,reclamo.*)(.*pugno,consequor.* Epi. lib. 5.ep. 2. Quare non ego opugnaui fratrem tuum,sed patri tuo repugnaui. pro Rab. 15. Repugnare & resistere crudelitati. pro Qu.R 51.Resistere & repugnare contra veritatem,4. de Fin. 7. Qua facilè posset repugnari obsistiąue fortunæ. At lib.8.ep. 19. Regiones eiusmodi obtinere, è quibus repugnemus. 5. de Fin. 77.Illud vehementer repugnat esse beatum, & multis oppressum doloribus.Top.21.Repugnat enim rectè accipere, & inutum reddere.4. Ac. 41. Non enim quisquam repugnat. Attic. lib.8. ep. 19. Vt pars ad te accedat, vt non pugnet, sed locis suis repugnet. * Acad. Quæ si tu alio nomine vis vocare, nihil repugno.

✝ADVERB. *Acriter & diu,15.Famil.Leuiter, & eruditè,Ora.Apertissimè,pro Cluent.Multùm, pro Cæl. Planè,3.Offic. Validè,1.Fami.Vehementer,5.de Finib.*

☞ Syntaxis.*Repugnans & aduersans.Contraria, diuersa, ac inter se repugnantes natura. Patienter,non repugnanter accipere.Repugnare, & resistere. Hoc repugnat,esse.&c.*

REPVLSA,sæ.*offensio,repudiatio à magistratu.*2.de Ora.280.P.Rutilius repulsam tulit.5.Tusc.54.Cùm bonus vir suffragiis præteritur,non ille à vano populo repulsam fert potius quàm,&c.2. cont.Rul.3.Qui sine repulsa consules facti sunt.1.P.2. Qui omnes honores sine repulsa obtinuit.1. Off.71. Qui cùm offensiones, tum repulsas quasi quandam ignominiam timent & infamiam. pro Pl. 51. C. Marius duas ædilitias accepit repulsas. & *ibid.* Aedilitia repulsa. *ibid* Repulsam ferre & præteriri.

✝ADIVNC.*Aedilitiæ,pro Planc.& de Arusp.*

REPVLSVS,a,um.*reiectus. Deteriores & repulsi qui fuerint* L.DETERIOR.Orat. 36. Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus.de Pro. 6. Byzantij Mithridatis impetum ægrè repulsum,& ceruicibus interclusum suis sustinuerunt.‖de Arusp. 56. Repulsos videamus nam deteriores qui sunt.

REPVLSVS,sus.1.de Diuin.13.

Scopulorum sæpe repulsa. Poëtæ.

☞ Syntaxis.*Repulsam ferre,accipere.Repulsam ferre, & præteriri.*

REPVNGO,gis.*vicissim pungo.*Ep.lib.1. ep. 9. In quo possem illorum animos mediocriter lacessitus repungere.

✝ADVER,*Leuiter,1.Famil.*

REPVTANS,tis.Epist. lib. 1.ep.9.Tamen non reputans quid ille vellet,permanebã,&c.1.Tusc.115. Humanæ vitæ varia reputantes mala.

REPVTO,as.*animo agito,cogito,*pro Deiot. 38. Hæc ego reputo, & dies & noctes cogito.Polt.in Sen.31Quibus ego rebus obiectis multa mecum ipse reputaui.2.de N.119.Hunc horum nihil vnquam reputauisse, certò scio. pro Põ. 21.Satis opinor hoc esse laudis,atq; ita reputo,vt vos hoc intelligatis,Luculũ à nullo,&c. ¶ *Sentio,animaduerto.*Epist.lib. 5. ep. 17. Cum tibi nil merito accidisse reputabis.

¶ *Decerno,statuo,constituo,perspicio, intelligo.*in Sal.14. Ita non est facile reputare,vtrum,&c.de Sen.25.Tum etiam in senecta hoc ✝reputo miserrimum,sentire,&c.‖*aliàs deputo.*

REQVIES,etis:requiem & requietem.*quies.*Att.lib.1.ep.15. Tantum requietis habeo, quantum cum vrore & filiola consumitur.1.de Orat. 224. Philosophorum autem libros reseruet sibi ad huiusceemodi Tusculani requiem atque ocium. pro Arch.13. Quantum temporis aliis conceditur ad requiem animi & corporis.Ep. lib. 5. ep. 14. Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus.5.de Fin.54.Si requietem natura non quæreret.1.de D.22.

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

2.Off.6.Oblectatio animi requiesque curarum. de Am. 103. In amicitia Scipionis requies mihi plena oblectationis fuit.

✝ADIVNC. *Plena oblectationis, de Amic.*

☞ Syntaxis. *Multum habeo requietis. Ad requiem & ocium in patria referre. Requies animi & corporis. Ex occupationibus requiem quærere. Curas relaxare requiete. Animi oblectatio, requiesque curarum, In amicitia requies oblectationis plena.*

REQVIESCENDVM.9.I. A. 6. Hortari aliquem ad requiescendum.1.de Orat.1.Initium requiescendi fore.

REQVIESCO,scis.*conquiesco,acquiesco.*6.I. V. 13. Cùm diutius in eo negocio curąque fueram,vt requiescerem;curamque animi remitterem,ad Carpinatium reuertebar.At.lib.9.ep.3.Ego tamdiu requiesco,quandiu ad te scribo.pro Cæl.79. Qui hoc vnico filio nititur,in huius spe requiescit.2.de Or.234. Requiescam in Cæsaris sermone,tanquam in aliquo peroppportuno diuersorio. At lib. 1. ep. 15. Sollicitudines & angores amicorum consilio & sermone requiescunt.pro S.R. 97. Nullã partem noctis requiescere.1.Tusc.107.Requiescere in sepulcro.& *ibidem.* Vbi corpus requiescat à malis.3.Offic.3. Requiescere à reipubl. muneribus. 1.de D.104.Puella defatigata petiit a matertera,vt sibi cõcederet paul. sper,vt in eius sella requiesceret. At.lib.8. ep. 22. Crede mihi requiesco paululũ in his miseriis,cùm quasi tecũ loquor.

✝ADVER.*Diu satis,2.de Orat.*

REQVIETVRVS.*contra conc.Q.Met.Nisi eorum exitio non quieturam.

REQVIRENS,tis.Or.33.Desiderium,quo conficior, congressus vestros,consuetudinem victus,doctissimos sermones requirens tuos.5.de Fin.57.Voluptatem requirentes.

REQVIRO,ris.*quæro,posulo,flagito,deposco.* Top. 1. A me eorum liberorum sententiam requisisti.Ep.lib.5.ep.14 Te requisiui sæpius,vt viderem.pro Cæl 67.Ex quibus requiram quonam modo latuerint.pro Do.3. Primum illud à te requiro,quæ tanta,&c. Att.lib.11.ep.2.Signum requirent aut manum dices iis, &c. 5. Tusc.23.Qui beatus est,nõ intelligo quid requirat vt sit beatior. 6.I.V.7.Non requirebat ille cupido leõnis donum.I.P.27.Cùm experrecta tandem virtus clarissimi viri, & verum amicum, & optimè meritum ciuem, & suum pristinum morem requisiuit. Br.ep.14. Breues literæ tuæ, breues dico? immo nullæ, &c.& requiris meas. Parad. 1. In quo equidem maiorum nostrorum sæpe requiro prudentiam.At.lib.6. ep. 1. E quibus vnum *ἀριστον* requiris.2.de Orat. 53. Cùm gregales eum in campum non venisse requirerent. *Aca.Tu fortasse verum dicis, sed requiram ✝diligentius. ‖ 3. Tusc. 2. Haud erat sanè quod quisquam studia doctrinæ requireret.

✝ADVER.*Aequè nihil, Diuin. Diligenter numerum, magnopere causas,7.Ver.Multum,7.Attic.Rectè, de Cl.Validè,10.At.Vehementer,4 At.Vltra,de Vniuer.*

REQVIRO,ris.Qu.fra.lib.1. ep.2.Successorem habes perblandum,cætera valde illius aduentu tua requirentur.pro Qu. Constantia animi non requiritur.Ep.lib.1.ep.7.Non tam mihi molestum fuit accusari abs te officiũ meũ, quàm iucundũ requiri.

✝ADVERB.*Rectè,2.de Legib.*

RES,rei.*id quod est,e is dicunt nonnulli.*2.ad Her.11.Res omnes obnoxiæ superstitionibus.1.ad Her.10 Res quę moueant risum.6.Fa. ep.1.Res quę non prodeũt in actiõ.ad Octau.Res memoria propagatæ.4. Acad.q.54.Si enim res ita se habeant. *ibid.* 30. Res absditæ & obscuræ.de Fin.lib.5.78.Res asperæ reiiciendæ.4.Aca. 126.Res commentitiæ.*ibid.*17.Res euidentes.1.Acad. 18. Res expetendæ fugiendæque.de Fin li.1. 10 Res exquisitissimę ad epulandum.Tusc.q.lib.4.52 Res formidolosæ 1.Acad.26. Res quæ gignuntur è terra.4. Acad.94. Res illustres:quibus opponuntur obscuræ.1.Aca.quęst.24.Res inusitata.Cato.17.Res magnæ non viribus,aut velocitatibus aut celeritate corporum geruntur.sed consilio,autoritate,sententia.1.Aca.q.31.Res mobiles & concitæ. 4.Aca.91.Res multæ atque magnæ.3.Off.31.Res ad viuendũ necessariæ.Diu.lib.1.122 Res obscuræ & incertæ.1. Aca. q. 15. Res occultæ,& ab ipsa natura in uoluteq.de Fin.58.Res à natura occultatæ & latentes.1.Aca.q.5.Res ante oculos positæ.1.Off.4. & 9. ad Att.ep.4.Res priuatæ,publicæ,forenses,domesticę.1.Off.90. Res prosperæ.& ad voluntatem nostram fluentes.4. Aca. 1. Res in negociis gerendis,plus quàm verba prosunt. 1.de Fin.42.Res rectæ atque laudabiles eò referuntur omnes, vt cum voluptate viuatur.de Diu.li.1.35.Res vetustate robustę.de Nat.deor.li.2.54. Res salutares:cui opponũtur pestiferæ.Tusc.q.li.1.61.Res signatæ in mente.Diu.lib.1.101.Res turbidæ.2.de Natu.deor.29. Rerum appetitus oriuntur à mente in homine: in belua quiddam simile mentis.3.de Nat.deor.77.Rerum auctores,non fabularũ. 3.de Or.121.Rerum copia,verborum copiam significat.2.Fam. ep. 7.Rerum discrimẽ.de Nat deor.1.54.Rerum formę & figurę efficiuntur ex atomis.2. de Inuent. 117. Rerum experendarum & euitandarum genera tria.Par. 18. Rerum bonarum & malarũ genera tria.pro Quint 11.Rerũ cæterarum pater familiàs prudẽs & artẽtus *pro in rebus cæteris.*pro Deio.7.Rerum exercitatio. de Fin.li.1.41. Rerũ gerẽdarum initia omnino non à voluptate, aut à dolore proficiscũtur.2. de Or.359. Rerum memoria Oratoris propria.1. de Nat.deo.19 Rerum molitio. 4. Acad. q. 30. Rerum innumerabilium multitudo. 1.de Nat. deo 39 Rerũ communis natura,vniuersa atque omnia continens.4. Acad.92.Rerum natura

cura nullam nobis cognitionem dedit finium, vt vlla in re statuere possimus, quatenus. 4. Acad. 84. Negat tantam similitudinem in rerum natura esse. 3. de Nat. 17. Esset aliquid in rerum natura, quod ab homine effici non posset. 1. Acad. q. 41. Rerum notiones. 6. Fam. ep. 1. Rerum & publicarum & suarum acerbitas. 7. ad At. ep. 12. Rerum prolatio. 2. de Orat. 63. Rerum ratio in historia quem ordinem desideret. 3. ad Herenn. 33. Rerum similitudines quomodo ad memoriam imaginibus exprimendæ. Or. 122. Rerum tractatio admirabiliorem orationem efficit. 4. Aca. q. 46. Rebus perspicuis & euidentibus duas causas aduersarii. 1. Offi. 11. Rebus præsentibus adiungere atque annectere futuras. 1. de Nat. deo. 44. Rebus nouis noua sunt ponenda nomina. 2. ad Her. 2. Res quas orator habere debeat. 2. Phil. 69. Res suas sibi habere. *libella remittendi formula.* Phil. 14. Res iudicare. pro Deio. 27. Res cum aliquo iungere. lib. 1. de Fin. 8. Res bonas verbis electis grauiter ornatéque dictas quis non legat? 1. Ac. q. 11. Res laude dignas gerere. 4. Acade. q. 72. Quum res non bonas tractent, similes bonorum videri volunt. Tus. q. lib. 3. 30. Res humanas perceptas penitùs & pertractatas habere. 2. ad At. ep. 1. In res meas eum incitarent. 11. Famil. ep. 21. Res nouas quærere, & rem veterem deuorare. Diu. lib. 1. 34. Res nouas coniectura persequi. 4. Aca. q. 62. Res occultissimas aperire. 1. de Or. 249. Inuisere res rusticas vel fructus causa, vel delectationis. 1. de Nat. deo. 38. Res vtiles & salutares deorum esse vocabulis nuncupatas dicit Perseus. 4. Acad. q. 87. Res iam vniuersas profundam. 1. Off. 74. Res vrbanas maiores esse bellicis. 12. Fam. ep. 2. Rebus bonis aut perditis. 4. Acad. q. 1. Rebus vrbanis carere. 1. Acad. q. 17. Rebus congruere. 4. Acad. q. 15. Rebus congruere, nominibus differre. 1. de Na. deo. 76. Rebus omnibus excellit natura diuina. 1. ad Herenn. 8. A rebus ipsis beneuolentia quomodo captanda. 1. Acad. q. 5. De rebus ante oculos positis nulla arte adhibita, vulgari sermone disputare. *hoc est, sine omni orationis elegantia, nulla vel dicendi vel disserendi arte adhibita: quod faciebant Epicurei.* 1. Offic. 71. Sunt, qui in rebus contrariis parum sibi constent, voluptatem seuerissimè contemnant, in dolore sint molliores: gloriam negligant, frangantur infamia. 4. Acad. q. 7. Ea est in ipsis rebus obscuritas, & in iudiciis nostris infirmitas, vt non sine causa & doctissimi & antiquissimi inuenire se posse quod cuperent, diffisi sint. de Fat. 30. In rebus quædam simplicia sunt, quædam copulata, vt Chrysippo placet. Qua in re, & quo in genere, idem L. GENVS. 1. de Ora. 78. Vide ne plus ei tribuas, quàm res & vetitas ipsa concedat. & 94. Id si difficile nobis est, sit tamen in re positum atque natura. 1. de Orat. 20. Etenim ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. ad Attic. lib. 8. ep. 2. Frumentaria res. 4. Acad. q. 17. Res idonea, de qua quæratur. de Fin. lib. 2. 15. Res illustris & facilis. de Finib. lib. 3. 14. Res inusitata. 4. in Verr. 31. Res iudiciaria. Diu. lib. 2. 79. Res luctuosa. Diu. lib. 1. 1. Res magnifica & salutaris. lib. 1. de Fin. 2. Res eo melior, quo maior sit. 4. Ac. q. 2. Res militaris. 1. de Nat. deor. 9. Res alia ex alia nexa. Tusc. q. lib. 1. 18. Res notissima. Diu. lib. 2. 60. Res noua atque admirabilis. de Fini. lib. 2. 15. Res in vulgus pertulgata. Læl. 31. Res vilis atque contemta. 2. de Ora. 32. Res omnis quæ ornatè & grauiter dici debeat, oratoris propria. 1. ad Here. 8. Res quibus contemptus sine inuidia excitetur. Tusc. q. lib. 1. 110. Si ita res feret. 2. ad Att. ep. 21. Vt nunc res se habet, admirabili illi gloria est. 15. Famil. epi. 11. Res ipsa loquebatur. 3. ad Att. ep. 1. Res ipsa apud te pro me loqueretur. Tusc. q. lib. 1. 47. & Læl. 44. Si res postularet. de Arusp. respons. 54. Res recidat in vnius imperium. 13. Fam. ep. 8. Res autem hæc est. 1. ad At. ep. 10. Res eodem est loci, quo reliquisti. pro Cæl. 52. Tanti sceleris res nemini fuit credenda. 3. de Leg. 11. Rem populum docendo. 11. Fam. ep. 28. Martij. Rem potiorem oratione ducas. 41. Acade. q. 4. Rem à me sæpe deliberatam, & multum agitatam requiris. 4. Acad. q. 38. Rem obiectam, perspicuam approbare. 8. Fa. ep. 11. Cælij, Rei totius scena hæc. pro Leg. Manil. 28. Rei militaris scientia. 2. ad Her. 5. Rei turpitudo. 2. ad At. Rei magnitudo longam orationem desiderat. Diu. lib. 1. 68. Res commentitia. *cõtraria est, Res facta.* de Fat. 30. Res copulata & confatalis. de Fini. li. 2. 75. Res difficilis & obscura. Or. 72. Sine re nulla vis verbi est. 5. Tusc. 32. Rem opinor spectari oportere, non verba. Ep. lib. 10. ep. 6. Tum enim cùm rem habebas. de Sen. 78. Natura res eas continet. *ibidem.* Pueri ita celeriter res innumerabiles arripiunt, vt eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci & recordari. At. lib. 16. ep. 20. Id mihi sic erit gratum, vt nulla res gratior esse possit. *ibid.* Cuius permagna res agitur. *ibid.* Res ista est firma, quam Coss. decõsilij sententia decreuerunt, cum & lege & S. C. cognoscerent. Cat. Vt maiora omnia re quam fama viderentur. pro C. Cornel. 1. Quæ leges rem militarem impedirẽt. Acade. Quibus rebus hæc nomina imponam. Non enim vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. *ibid.* Non enim res laudanda, sed spes est.

¶ *Negocium.* de Amic. 15. Quo cum mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit. pro Q. 12. Erat ei pecuaria res ampla & rustica, sanè bene culta & fructuosa. 33. Iudicium de re pecuniaria est. pro Pom. 51. Cum neq; priuatam rem maritimam, neque publicam iam obire possemus. pro Quin. 23. Hic cum rem Gallicanam cuperet reuisere, &c. *ibid.* 15. De tota illa re atque ratione Gallicana inter se communicant. & *ibid.* 19. Decidere de omnibus rebus rationibusq; societatis. 9. ad Att. ep. 2. Ex re & ex tempore consilium capere. 2. ad Att. ep. 19. Neque tantum est in re, quantus est sermo. de Opt. 2. In re optimum quæritur, in homine quod est, dicitur. 1. Offi. 144. Turpe valdéque vitiosum est, in re seuera conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Ep. li. 1, ep. 8. Rem re valde bene gessisse rumor erat. & ep. 7. Si rem istam ex sententia gesseris. & li. 3, ep. 1. Omnibus ei de rebus, quas curari à me voles, mandata des velim. & lib. 2. ep. 9. Non ædepol quantam egeris rem, &c. 4. Acad. 112. Si enim mihi cum Peripatetico res esset, qui, &c. pro Cæl. 42. Reuocare se ad curam rei domesticæ, rei forensis, Reipublicæ. 6. Fa. ep. 18. Rei frumentariæ causa. pro Dom. 12. Rei frumentariæ inopia. pro Clu. 198. Qui res pecuniarias in agro Larinati habent. pro Cæl. 42. Reuocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, reipublicæ. 13. ad At. ep. 21. Quamdiu de nugis: de re enim nihil habeo quod loquar. 6. ad Att. ep. 3. Res gestę dignæ triumpho. 2. ad Qu. fr. ep. 12. Res gestæ hodierni diei. 2. ad Herenn. 14. Res iudicatæ. ad At. lib. 7. ep. 24. Rẽ miseram: malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Post red. in Sen. 10. Conficere rem suam non minus strenuè, quàm publicam. 3. de Or. 56. A re ciuili abhorrere. 4. Aca. q. 4 Rei militaris occupatio. 7. I. V. 42. Rem naualem administrare. At. lib. 4. epist. 15. Res diuina. item: Senex ad rem diuinam dicit se velle discedere. 3. de Nat. 47. Facere rem diuinã alicui deo. At. lib. 8. ep. 1. Si rem frumentariam tibi ex prouinciis suppeditari vis. ad Br. ep. 18. Inopia rei frumẽtariæ. 3., Offi. 80. Vt res nummaria de communi sententia constitueretur. pro S. R. 84. Tecum mihi res est T. Rosci. de Cl. 317. Cum Hortensio mihi magis arbitrabar rem esse. Ep. li. 9. epist. 20. Cum homine edaci tibi res est. pro Flac. 44. Cum ciuitate mihi res est acerrima. pro Sest. 37. Erat huic res cum exercitu C. Marij Læl. Vt res cœpit ire. * Hortens. Quæro non quibus intendam animum rebus, sed quibus relaxem ac remittam.

¶ *Facultas, ars, negocium, scientia.* 2. de D. 76. Rem bellicam administrare. 1. de Or. 131. Rem militarem discere. & 210. De rebus ad rem militarem pertinentibus. pro Pom. 28. Rei militaris scientia. 7. I. V. 42. Res naualis. de Sen. 54. Liber, quem de rebus rusticis scripsi. I. P. 54. Vir fortis, in primis belli ac rei militaris peritus Qu. Martius.

¶ *Caussa.* 2. de Nat. deor. 1. Vtraque re valuisti. Tusc. q. lib. 4. 23. Qua oratione minimè necessaria prætermissa, ea quæ rem continent, pertractemus. 4. Aca. q. 111. Superius illud ea re esse concessum.

¶ *Bona, opes, patrimonium.* 9. Fam. ep. 13. Res familiaris vix equestris. 2. de Or. & 11. Fam. D. Bruti, Familiaris res mea. 2. Offic. 87. Res familiaris augeatur ratione, diligentia, parsimonia. *ibid.* 54. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire nõ possit: nec ita reseranda, vt pateat omnib. Tus. q. lib. 1. 75. Res familiaris ministra est & famula corporis. 1. Off. 92. Res familiaris non libidini potius luxurięque, quàm liberalitati beneficentiæque pareat. *ibid.* Res familiaris primùm bene parta sit, nullo neque turpi quæstu, neque odioso. *ibid.* Res familiaris quàm plurimis, modò dignis, se vtilem præbeat. 2. Off. 87. Res familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimoniæ: eisdem etiam rebus augeri. 1. Tus. 75. Res familiaris ministra & famula corporis. 2. de Or. 97. Res familiaris mea. 11. I. A. 4. Constituere rẽ familiarem suam. Tusc. lib. 2. Res domestica, & familiaris. 2. Off. 87. Res autem familiaris queri debet his rebus, à quibus abest turpitudo. Att. lib. 4. ep. 3. Re familiari communiti sumus. 3. de N. 87. Honoribus aucti, aut re familiari. ad Br. ep. 18. Rei familiaris iactura tolerabilis est. Ep. li. 9. ep. 13. Res familiaris valde exigua. At. li. 9. ep. 6. Res priuatæ. *id est, bona priuatorum.* de Sen. 1. Versus, quibus affatur Flaminium ille vir, haud magna cum re, sed fide plenus. pro R. P. 38. Augere rem bonis & honestis rationibus. Para. 6. Qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis. 2. de Ora. 274. Homo fatuus, postquam rem habere cœpit, est mortuus. Ep. li. 9. ep. 16. Rem habere bona perdere. de Se. 58. Xenophontis liber de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur. Epist. lib. 7. ep. 10. & pro Mur. 30.

Rem repetunt armis. —

2. in Cat. 10. Res eos iam pridem, fides deficere nuper cœpit. 2. Off. 64. Rem familiarem dilabi sinere, flagitiosum est. Cat. 1. Haud magna in re. *id est, in fortuna tenui, & angustia rei familiaris, ita vt in augenda re, non auaritiæ prædam, sed instrumentum bonitati quærere videretur.* pro Qu. 9 Res aut honos agatur. 11. Famil. ep. 21. Rem veterem comederit. 2. Offic. 73. Non esse in ciuitate duo millia hominum, qui rem habeant. * Oecon. 1. Cum verò paratæ res sub tectum essent congestæ, alium esse oportuit, qui & illatas custodiret.

¶ *Commodum, vtilitas, vsus, beneficium.* pro Cluen. 196. Summa est

enim hominis in communē municipij rem diligētia,in singulos municipes benignitas.13.Fa.ep.4.Rei alterius deesse.2.Phi. 5.Contra rem alicuius venire.pro S.Rosc.115.Si ex eo non paulum nescio quid in rem suam conuertit.5. Verr.115. Quòd si tua res non ageretur,à te potius postularent,ne amplius quàm singulas,quam ab Apronio, vt ne plus quam ternas decumas darent.Posti.in Sc.10.Qui suam rem non minus strenuè, quàm publicam confecit.

¶ *Factum.*4.ad Her.1.Nihil neque ante rem,neque præter rem locuti sumus.de Fin.lib.1.24.Reque ex vtraque parte audita.pro Cæl.53.Rem tanti sceleris nemini fuisse credenda.2.de Ora.103. Cùm rem penitùs causámque cognoui,&c.

¶ *Euentus,exitus,effectus.*Ep.lib.4.ep. 11.Re præstare aliquid.L. REFELLO.Or.107.Adolescens nondū re & maturitate, quàm spe & expectatione laudatus.pro Do.142.Omnes qui aut re aut spe sunt boni.pro Clu.47.Seruus,vt ipsa res demonstrauit,frugi. 1.de D.50.Ita res somnium comprobauit.

¶ *Occasio, opportunitas.*ad At.lib.14.epist.6. Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. *ibid.* li.7. ep.8.Animaduerteram posse pro re nata,te non incommodè ad me in Albanum venire.

¶ *Promiscua.*pro Clu.54.Verbo ille reus erat: re quidem vera, & periculo,& tota accusatione Oppianicus.3.Off.76.At dares hanc vim M.Crasso,&c.esse,qui re vera non esset hæres,in foro(mihi crede)saltaret.9.Fam.ep.15.Re ipsa est.pro Rosc. Amer. 123. Qui recuset,eum profectò, tametsi verbo non audeat, tamen reipsa de maleficio suo confiteri. 4. in Verr. 172. Re ac ratione cum aliquo esse coniunctum.10.ad At.epist.1. Tā rē esse triste quàm verbo.3.de Nat.53.In cœlum translatos nō re,sed opinione esse dicunt.4.de Fin.60,Re consentire, verbis discrepare. de Fin.lib.2.52.Vt in omnibus factis re,non teste moueamur.de Fi. lib.1.15.Oratio me istius Philosophi non offendit, re mihi non satisfacit.de Di.li.1.28.Qui re omissa nomē tantùm tenēt.Tus. q.lib.2.30.Sed re succumbere non oportebat verbis gloriātem. 11.ad At.ep.5.Rem ad summam negocij vides.1.Off.32.1.de Or. 250.In rem præsentem venire.13.Fam.ep.76.Rem cum eo conficiatis,vt quam possessionem habet in agro Fregellano à vobis emptā, eam liberam & immunem habere possit,&c.1.Off. 73.Ad rem gerendam qui accedit, caueat ne id modò consideret,quàm illa res honesta sit,sed etiam vt habeat efficiendi facultatem.2.ad Her.20.Rem peragunt.pro Cl.39. Rem transigere.pro Rosc.Amer. 44. Vides Eruci,quantum distet argumentatio tua à re ipsa atque à veritate.Or.214.Nihil ad rem,extrema illa longa sit, an breuis. Part. 1. Quum re ac factis longē aliter iudicauissent.‖pro Dom.142.Qui aut re,aut spe denique boni sunt.13.Fa.ep.15.Re doctus.*Incert. Cùm ex aduersis & perditis rebus ad meliorem statum fortuna reuocatur.

✠ ADIVNC. *Absurda,pro Corn. Abdita,& obscuræ, bonæ,contrariæque,idonea,finitimæ,mobiles & concitatæ,occultæ, & ab ipsa natura inuolutæ,perspicuæ & euidentes,pulcherrimæ,simillimæ,terribilis,4. Acade. Absconditæ,agraria,ampla & honesta,apertior,artificiosa,dignaauribus eruditis,digniores,ignotæ,inanimæ, inuolutæ,magnæ & salutares,maior atque vtilior, mirifica,necessaria,nummaria,veteres,vrbanæ,pacatæ, 2. Offic. Acerba, & indigna, aduentitia,hereditaria, aliena, bona, noua, atque improuisa, notæ & manifestæ, scelerata ac nefaria, summa,turpis & nefaria, vēdibilis,vsitata,3.in Ver.Acerrima & cōficientissima literarū,pro Rab.Aduersæ.)(.secundæ,solida,expressa, 3.Tus. Aduersæ.)(.iucundæ,fictæ & adumbratæ,flagitiosæ,fragiles,caducæque,humanæ,humilis,& contempta,imbecilles,inanes,iniustæ,innumerabiles,lætæ,leuiores,perutiles,splendidiores,de Ami.AEstiuæ,3. Fa. Afflictæ,cōtrariæ,dissimiles,externæ,prosperæ.)(.aduersæ,plena officiorum,præclarissima,procliuis ad perniciem,vxoria,3.Offic Alienæ,bellicæ,vrbanæ,graues seriæque,honestæ, & dignæ cognitione,& pertinentes ab benè beatéque viuendum, magnæ,& maximè vtiles,sed vehementer arduæ,plenæque laboris,& periculorum,maximæ,& maximè necessariæ,obscuræ,difficiles,non necessariæ,occultæ,& admirabiles, præsentes, prosperæ,& ad voluntatem nostram fluentes,secundissimæ,seriæ,otiosæ,1.Offic. Amicæ, & maximè necessariæ,minimè apta moribus alicuius,5. Attic.Ambigua, de Clar.Antiquissima,5.Tuscu.Aperta,atrox,celebratissimæ,glorioſior, commendatior hominum memoriæ sempiternæ,2.Philip.Aperta,& simplex,atrocissima, infirma & nugatoria,pro Cæc.Ampliores,8.At.Aptæ colligatæque,1.de Natu.Arduæ,& difficiles, atroces, & perspicuæ, extraneæ,familiares, grandes, idoneæ, magnæ, & memoria dignæ,& excelsæ, multæ & magnæ,mutæ, & expertes animi, occultæ,& necessariæ, plures,& pauciores,priuatæ.)(.publicæ,religiosissimæ, reliquæ,ridicula, turpes, & humiles & illiberales, & indignæ aliquare,veræ,& verissimiles,1.de Inu. Aptæ, habiles ad naturam accommodatæ, asperæ,bonæ,fluxæ, cælestes,carissimæ, & suauissimæ,laudabiles,variæ,veræ,& graues,4.Att.Bonæ.)(.malæ,honestæ.)(.turpes,vtiles.)(.inutiles,ciuiles,contortæ,& sapè difficiles,crudelis,nefanda,nefaria,misera indigna, & noua, præstans atque immensa,ridicula,stomachosa,& quasi submorosa, recondita, forenses ciuilésque,magnificæ, militaris,mediocris arte, notæ,ac illustres, tenues, 2. de Orat. Cæcæ & ab aspectu iudicioque remotæ, 2.de Inu.Calamitosa,alicui quæstuosa,& omnibus miseranda,celeberrima,clara,& testata,ab aliquo iudiciaria, peruulgata,& manifesta,iniquissima, & acerbissima, tota,turpior,& iniquior, sanctissimæ,4.in Verr.Capitalis,censoria, inopinata ac recens, pulcherrima post homines natos,pro Dom.Chara,10. Fam. Cautior,non dubia sed aperta,atque manifesta, immunes municipij, pecuniariæ,pecuaria,vetus,pro Clu.Certæ,propriæque complures inter se.forenses,& communes,horridæ,ieiunæ,incognitæ,minutæ,optimæ,peruulgatæ,priuatæ, atque paruæ,seueræ,tristes,tragicæ,Vrbanæ & expeditæ,3.de Or.Comes & adiutrix,digna odio,illustrior, inusitata,māca,3.de Na.Claræ,& immortales,pro Syl. Commentitia,melior,infinitæ,rectæ atque laudabiles, 1.de Finib.Communis,7.Famil.Confatalis,2.de D.Controuersa,& plena dissentionis,egregia,pro Pomp.Cum auditu crudelis,tum visu nefaria,de Arusp. Debilis, 2. Tusculan.Desperata,4.ad Atticum.Difficilis,dubiæ,5. Famil.Detestabiles,4.Tusc.Diuinæ,pro Milon.& 2.de Inuent.Domesticæ,& familiares,minimæ,tenuissimæque,musicæ & mathematicæ,præstabiles aut magnitudine aut ciuitate primæ,remotissimæ à ciuilibus controuersijs, dissoluta, diuulsaque, non illiberalis ad cognoscendum,tāta,tam improuisa,támque noua,1.de Or. Exigua,& vix equestris,9.Fa.Eximia, 6.1.V. Eximiæ ac nouæ,impolitæ & acerbæ,de Pro.Expers virtutis,3. de Fin.Exquisitissima ad epulandum, 2. de Finib. Faciliores quotidiè & meliores,6.Famil. Falsæ inter se & immobiles,4.Phil.Familiaris,cum ampla, tum casta, 13.Phil.Familaris, minor,14.Phil.Firma,.At. Fœda, honorificētior,1. At.Fructuosa,de Fat.& 14.At.Frumentaria,3.Ver.Gloriosissima,4.Att.Grata,12. Famil. Grauior,pro Syll.Improba,manifesta,concessa,5.Verr. Incredibilis,paruulæ,pro Quint.Incommodæ,6.Famil. Inenodabiles,1.de Diuin.Inexplicabiles,1.At.Inimicissimæ,1 de Nat.Integræ,intimæ,minima,1.Fa.Iudicatæ, par,Top.Iustiores,& maiores,15.Fa.Integra.)(.inclinata,10.At.Integra,& minus infracta,9.Att.Integra, quamuis suspiciosa,pro Mur.Non inueterata,sed recēs, inuidiosa,pro Syll.Iudiciaria, 4. in Verr.Leues, misera atque acerba,& calamitosa,pro Sex.Rosc.Luctuosa, 4. Aca.Luculenta,4.At.Lugubris,8.Att.Mirabilis,1.de Diu.Molesta,2.At.Naturales,de Clar. Nauales,nefaria,7.Verr.Nauticæ, negatiua,obscura,atque difficilis, occultissima,perfecta, & absoluta, sordida, atque deformis,perniciosæ,salutares,pestiferæ,vtiles ac salutares,1.de Na.Odiosa,6.At.Odiosa & inexplicabilis,14.

Attic.

Attic. Operosa, perdita, 3. At. Opportuna, 11. Atti. Patria, atque auita, 2 in Ver. Popularis, 5. Phil. Pestiferæ, 2. Att. Physicæ, 2. de Nat. Placatæ ac minimè turbulẽtæ, Orat. ad Bru. Recens, 11. Fam. Sempiternæ & subintelligentia sæpe carentes, terrestres, 2. de Nat. Testatior, pro Cæl. Tranquilla, de Pet. Tributaria, de Arusp. Tristis, amara, inimica, natura ad patiendũ tolerandumque difficilis, 2. Tusc. Turbidæ, 1. de D. Verbosior, 8. Atti. Vilissimæ.) (. pretiosissimæ, 2. de Finib. Vtilis, & suauis, 2. Att. Hæc eadem à Nonnesio sæpius decantata vide.

REVERA. *vide suo loco.*

RESALVTO, as. 2. I. A. 106. Cùm omnes eum salutassent, constabat neminem esse resalutatum.

RESARCIO, cis. *restituo, reficio.* pro Cæl. 38. Discidit vestẽ, resarcietur. Ep. li. 1. ep. 9. In meis dãnis ex autoritate Senat⁹ resarciẽdis.

RESCINDO, dis. *infirmo, resero, dissolvo, labefacto.* 13. I. A. 5. Acta Antonij rescidistis, leges refixistis. At. li. 6. ep. 1. Rescindere constituta ab alio. de Pro. 10. Is pactiones sine vlla iniuria factas rescidit. 3. I. V. 111. Rescindere voluntates mortuorum. pro Syl. 63. Rescindere res iudicatas. Par. 125. & pro Pl. 10. Rescindere iudiciũ. 2. cont. Rull. 3. Eum locum me duce rescidistis. Qu. fra. lib. 3. ep. 1. Fundum audio te hunc Bombilianum velle rescindere. *aliter, resinere* itẽ. *ibid.* Augures possunt cõsilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere. 4. I. V. 62. Metellus rescindit de Epicrate & Heraclio ‖ 4. in Ver. 140. Totam triennii præturam rescidistis.

¶ *Refello.* 4. I. V. 63. Rescindere iniurias alterius, & irritas facere.

RESCINDOR, tis. pro Do. 40. Quæ contra auspicia essent acta, per senatum rescindi posse pro Cec. 40. Quæ armis gesta sunt, iure rescindi posse. 1. I. A. 23. Quibus cùm prouocatio datur, nónne acta Cæsaris rescindũtur. ‖ 7. in Ver. 12. Res iudicatæ rescindantur. pro Dom. 2. Quæ furore improborum ab aliis oppressa, &c. gesta sunt rescinduntur.

☞ Syntaxis. *Rescindere acta, constituta, facta, pactiones, mortuorum voluntates, res iudicatas, iudicia. Iniurias, ea sq; irrita facere.*

RESCISCO, scis *scio, intelligo, cognosco.* Ep. li. 8. ep. 12. Id postquam rescîit, excanduit. 3. Offic. 91. Quærit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, cùm id rescierit, soluturúsne sit eos, si cui debeat, pro bonis.

RESCRIBO, bis. *per literas respondeo.* Ep. lib. 1. ep. 9. Rescribam tibi ad omnia quæ quæris. Atti. lib. 4 ep. 15. Ad eam epistolam rescribam igitur. & lib. 1. ep. 4. Non mihi graue duxi rescribere ad te de illius querimoniis. & lib. 7. ep. 16. Rescripsi ad Trebatium. & ep. 25. Põpeio statim rescripsi non me, &c. & lib. 5. ep. 12. Cui rei fugerat me rescribere. & li. 1. ep. 8. Vt epistolæ tuæ rescriberem aliquid. & li. 3. ep. 15. Ad primã hoc tibi scribo, &c. rescribo, &c. itẽ: Eo serius ad tuam epistolã, cui ego statim rescripserã, redditæ sunt meæ literæ. Att. li. 13. ep. 23. Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nunc respondebo vespertinis. & ep. 6. Epistola, quam ad eum rescripseram. & lib. 1. ep. 8. Eo factum est, vt epistolæ tuæ rescriberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer scribere.

¶ *Chirographo describo.* At. li. 16. ep. 2. H. S. e c c c. si in præsentia soluerimus, reliqua rescribamus.

✠ ADVERB. *Certius, 2. Att. Genuinè, fraternè, 2. ad Qu. frat. Humanissimè, 5. Fa. Luculentè, 15. At. Sanè, luculentè, 14. Att. Stomachosè, 10. Attic.*

RESCRIPTVS, a, um. *descriptus.* 4. Tusc. 3. Ex quo perspicuum est, & cantus tum fuisse rescriptos vocum sonis & carmina.

✠ ADVERB. *Prudenter, 12. Att.*

RESECANDVS, a, um. 4. Tusc. 45. Hæc resecanda esse fatentur, euelli penitùs dicũt nec posse, nec opus esse. & 2. I. C. 11. Quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare.

RESECO. as. *exseco, excido.* de Am. 18. Neque id ad viuum reseco, vt illi qui hæc subtiliter disputant. Att. lib. 1. ep. 15. Resecare libidinem, & coërcere iuuentutem.

RESECOR, ris. 4. Vusc. 57. Nimia resecari oportere.

RESECTVS, a, um. 2. de D. 96. Lingua inhærens scalpello resecta liberatur. I. P. 43. Resectis palpebris vigilando necari.

☞ Synt. *Ad viuum resecare. Libidinem resecare. Nimia sunt resecanda.*

RESERO, as. *aperio.* 2. Off. 54. Non ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, vt pateat omnibus. Or. 171. Non ausi reserare. *ex Ennio.* 7. I. A. 2. Vt reserare nos exteris gentibus Italiam iuberet.

RESERVATVS, a, um. pro Cecin. 28. Is testis expectatus & ad extremum reseruatus, dixit, & c. pro S. Rosc. 151. Ad eámne rem vos reseruati estis. 1. contra Rull. 12. Idcirco à iudicibus prætermissam putant, quòd sit ipsis reseruata. * cont. C. Anto. Te non absolutum, verùm adaliquod seuerius iudicium ac maius supplicium reseruatum.

RESERVO, as. *seruo, conseruo.* ad Bru. ep. 18. Omnino tempora integram tibi causam reseruant. Ep. lib. 6. ep. 1 Rem tota vobis integram reseruaui. & lib. 9. ep. 1. Vt integrum mihi de causa Cãpana ad suum reditum reseruarem. pro Sex. Ros. 82. Si quid est, quod ad testes reseruet, ibi nos, &c. pro Pla. 13. Ego quoque, inquam, ad ea te tempora reuocaui, ad quæ te ipse seruaras. & *Ibidem.* Si te temporibus aliis reseruasti. pro Sest. 50. Atque ille vitam suam ad reipublicæ statum reseruauit. pro Cal. 59. Dij præsentis fraudis pœnas in diem reseruant. de Prou. 47. Inimicitias in aliud tempus reseruare. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Minuto me & Labeoni reseruabam. 1. de Or. 224. Philosophorum autẽ libros reseruet sibi ad huiusce modi Tusculani ocium. Att. lib. 1. epi. 17. Hoc autem in congressum nostrum reseruabo. Orat. 160. Vtrum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui. pro Fl. 106. Nomen clarissimum reipublicæ reseruatæ. pro Sest. 29. Quid hoc homine facias? aut quò ciuem importunum reserues? Attic. lib. 1. ep. 13. Erras Clodi, non te iudices vrbi, sed carceri reseruarunt. pro Mur. 45. Aut suam operam accusationi reseruant. in Pis. 4. Ego agrum Campanum melioribus autoribus reseruaui. in Clod. Non te iudices vrbi, sed carceri reseruarunt.

RESERVOR, ris. Qu. fr. lib. 2. epist. 7. Sed cætera, vt tu scribis præsenti sermoni reseruentur, hoc tamen non queo differre. 7. I. V. 78. Est certa lex, quò hoc reseruetur. pro Syll 77. Quod ad tempus existimationis partæ fructus reseruabitur.

☞ Syntaxis. *Reseruare aliquid præsenti sermoni.*

RESIDEO, es. *consisto, remaneo, maneo, moror.* pro Milo. 52. Cur non antè occurrit⁹ne in villa resideret. Att. lib. 11. ep. 6. In oppido aliquo mallem resedisse.

¶ *Perduro, permaneo.* pro Cor. 20. Si ea lex quã nos haberemus, eadem, in populo aliquo tanquam in fundo resedisset. Att. li. 14. ep. 14. Vt ne quas inimicitias residere in familiis arbitretur.

¶ *Latito.* 1. I. C. 12. Nam si te interfici iussero, residebit in rep. reliqua coniuratorum manus.

¶ *Supersum.* pro De. 9 Nemo vnquam te placauit inimicus, qui vllas resedisse in te simultatis reliquias senserit. Ep. lib. 5. epist. 7. Facilè plus officij residere apud me patior. 1. Tusc. 104. In corpore mortui nullus residet sensus. Ep. lib. 5. ep. 16. Si in morte sensus vllus residet.

¶ *Immineo, impendeo.* pro Dom. 61. Cùm horum etiam tectis ac sedibus residere aliquod bellum semper videretur. 1. I. C. 31. Periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis atque in visceribus.

¶ *Vigeo, sum, reluceo.* Ep. li. 12. ep. 3. Etiã nũc residet spes in virtute tua. de Se. 61. Cuius nõ in sentẽtia solùm, sed etiã in nutu residebat autoritas. Anteq. 30. O misera vitę ratio, quæ tamdiu resides in voluptate. Ep. lib. 5. ep. 5. Si quid residet in te amoris erga me.

¶ *Sedor.* in Sallu. 10. Omnia quæ commota fuerant, pace & ocio resederunt. 3. Tusc. 26. Cùm timor animo resedisset. Ep. li. 8. ep. 2. Marcelli impetus resederunt. Antequã. 9. Quomodo spes salutis cæteris residebit? cùm, &c * De suis consi. Tarditate modorum & grauitate cantus illorum furentem peculantiam resedisse.

¶ *Hæreo.* Bru. ep. 16. Cuius culpa in te residet. & Attic. lib. 1. ep. 14. Huius incommodi culpa vbi resideat, facilius possum existimare, quàm scribere. Q. fr. li. 1. ep. 1. 22. Res gestæ, in quibus nulla potest residere inertiæ suspicio. ad Brut. ep. 18. Cùm tantum resideat intra muros mali.

¶ *Declino.* I. P. 82. Si montes resedissent, amnes exaruissent.

¶ *Sedeo.* pro S. Ros. 59. Residere, deinde spaciari. 3. de Finib. 9. Sed resideamus, inquit, si placet: itáque fecimus.

RESIDERE, *vel* RESIDERI, *pro Feriari.* L. DENICALES.

RESIDVVS, a, um. *reliquus.* Ep. lib. 10. ep. 11. Cupio nullam residuã solicitudinem esse. & lib. 1. ep. 9. Cùm illud odium, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset. 2. contra Rul. 58. Quid relatum, quid residuum sit, pro Cl. 94. Locus ab iudicibus Fausto Syllę de pecuniis residuis non est constitutus.

RESIGNO, as. *aperio, soluo.* (. *obsigno.* Att. lib. 11. ep. 9. Nam quòd literæ resignatæ sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. pro Arch. 9. Cùm Gabinij leuitas & calamitas omnium tabularum fidem resignasset.

RESILIO, lis. *refugio.* pro Sex. Rosc. 79. Scopulum offendis eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen resilire videas, verùm omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas.

RESIPISCO, scis. *ad me redeo, me colligo.* pro Sest. 80. Cũ primum resipuisset. Att. lib. 4. ep. 5. Vix aliquando te autore resipui.

*RESISTENS, tis. *obsistens, repugnans.* cont. conc. Q. Met. Congredi non licet cum resistente.

RESISTO, stis. *repugno, obsisto, par sum.* Att. lib. 7. ep. 5. Serò resistimus ei, quem aluimus contra nos. 2. cont. Rul. 14. Vis tribunitia nonnunquam libidini restitit consulari. & *ibid.* Obstitit. Ep. li. 1. ep. 5. Cæteris iniuriis, quę propositæ sunt à Catone, facilè, vt spero, resistemus. At. lib. 2. ep. 1 Restitit & peruicit Cato. 2. de Orat. 48. Cõsilia, quibus illi Tribuno pleb. pro Republica restitissem. pro Q. R. 51. Resistere & repugnare contra veritatem. Ep. lib. 5. epi. 17. Fortiter resistere doloui. & lib. 4. epist. 6. Sed opprimor

interdum,& vix resisto dolori.& lib.5. ep. 2. Fratri tuo reipublicæ causa restiti. & li.10.ep.21.Resistere hostibus.

¶ *Parsum.*Att.lib.7.ep.3.His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciue respublica ad resistendum imbecilla sit: quæ mallem tantas ei vires non dedisset, quàm nunc tam valenti resisteret. & lib.11.ep 15.Non possum tanto dolori resistere.

¶ *Remaneo.*5.Tusc.80.Beata vita resistet extra fores carceris.

¶ *Persto.*4.de Fin.50.Sed ego in hoc resisto.

¶ *Insisto.*pro Muræn.84.Nihil est iam,vnde nos reficiamus,aut vbi lapsi resistamus.

✠ *ADVERB. Acriter,pro Cæl.Acutius,* 4.*Aca. Acerrimè hosti,vehementer,*2.*cont.Rull. Apertè, pro Rab. Fortiter dolori ac fortunæ,* 5. *Fa. Fortissimè audacissimis,pro Sex.Rosc.Impudenter,*1.*de Na. Necessariò audacibus, Studiosius improbis,*1.*de Inu.Perfacilè,*5. *At. Vehementissimè,*4.*in Ver.*

RESOLVTVRVS,a,um.*dissoluturus,numeraturus.*14.I.A.38.Senatum,quę sit antea pollicitus legionibus nostris,ea summo studio reipublicæ recuperata resoluturum. *aliter,persoluturum.*

RESONANS,tis.Qu.fr.lib.1.ep. 1. 33. Theatrum natura ita resonans,vt vsque Romam voces referantur.

RESONO,as.*persono,ſtrepo.*1.Tusc. 96.Cùm venenum obbibisset,reliquum sic è poculo eiecit,vt id resonaret.‖2.Tusc.33.Fremitibus resonando multum flebiles voces refert, *Poëta.*Oecon. 1. Ex eiusmodi vocum concordia ipsis canentibus amicum quiddam & dulce resonat.

¶ *Respondeo* 3.Tusc.3.Gloria virtuti resonat,tanquam imago.de Cl.171.In vocibus nostrorũ oratorũ recinit quiddam & resonat vrbaniùs.2.de Diu.33.Iam neruos in fidibus aliis pulsis resonare alios,&c.2.de N.149.Cornua,quæ ad neruos resonãt in cãtibus.

¶ *Reddor.*2.de Natu.144.Sonus in fidibus testudine resonatur, aut cornu.

✠ *ADVERB.Vrbaniùs,de Clar.*

☞ Syntaxis. *Gloria virtuti resonat tanquam imago.Hoc in voce recinit & resonat.Sonus in fidibus resonatur.*

RESPECTANS,tis.*respiciens.*pro Sest. 13. Verùm hæc ita prætereamus,vt tamen intuentes & respectantes relinquamus. de Se. 85.Antonius verò non me deserens, sed respectans in cœlum profectus est.

RESPECTO,as.pro Planc.45.Ne par his munus in sua petitione respectent.

RESPECTVS, ũs. ‖ *mutato dicendi genere (inquit Adrianus Cardinalis) dici cœptus est hoc modo , feci amicitiæ respectu , iustitiæ respectu,quo loco latinius diceretur amicitiæ causa vel ratione, respectus enim nomen est à respicio vt conspectus à cõspicio alio dicendi modo,à Cicerone vsitatum.ratio.*5. I. A.49. Itaque cùm respectum ad senatum & ad bonos non haberet,eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset.

¶ *Prospectus.*1.de D.68.Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore.

¶ *Auersus aspectus.* ad Brut.ep.pr.in. 1.Meus quidem animus in acie est,neque respectum vllum quærit,nisi me vtilitas ciuitatis fortè conuerterit.

✠ *ADIVNC.Miserabilis,*1.*de Diuin.*

RESPERGO,gis. *aspergo,perfundo,conspergo.*7.I.V.98. Cùm prætoris oculos prædonum remi respergerent.

RESPERSIO,onis.2.de Di. 48.Habes & respersionem pigmentorum,& rostrũ suis,& alia permulta.de Leg.lib.2.60.Ne sumptuosa respersio , ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

✠ ‖ *Aliàs aspersio.*

RESPERSVS,a, um.*aspersus.* pro S. R.68. Penè dicam respersas manus sanguine paterno videant oportet.3.I.A.4.Quorum sanguine os vxoris respersum esse constabat.3.de Orat. 10.Simulachrum sanguine respersum.

RESPICIENS,tis. *rationem habens.*2. de Natu. 46. Epicurus non aptissimus ad iocandum,minimeque respiciens patriam.

¶ *Retrò aspiciens.*1.de D. 69. Et noctu ad oppidum respicientes, flagrantes onerarias videbatis. 2. de Leg. 28. Respiciens ad opem ferendam.

RESPICIO,cis.*parco,rationem habeo,curo.*pro R.P.41. Cæsarem in tanta fortuna sua aliena respicere magnum est.5. I. V.127.Saltẽ populi Romani commoda respicite,si sociis prospicere non laboratis.pro Plan.91.Respicere salutem suam.& 2.I.A.118.Respice quæso aliquando remp.Antoni.2.de Fin. 79. Si adeundũ erit vitæ periculum ne tum quidem te respicies,&cogitabis,&c.Epli.2.ep.16.Quod rogas,vt respiciam generũ meum, adolescentem optimum,&c.*con.C.Anto. Nec se iam tum respexit cùm notatus est.‖Epistolat.lib. 10. epistola 11.Si modò Remp.respicere velit.5. in Verr. 26.Caues tamen Siculis & miseros respicis aratores.

¶ *Adiuuo.*Att.lib.1.ep.13.Nisi quis nos Deus respexit.Att. lib. 7. ep.1,Nisi Deus respexerit remp.Br.ep.14.Quod ipsum,si remp. cui suspectus es,respicis,tibi iam iamque faciendum est.

¶ *Animaduerto.* pro Arch. 1. Quoad longissimè potest mens mea respicere spacium præteriti temporis.ad Brut. epi. pr.in 1. Maiores partes animi te Cassiũmque respiciunt.

¶ *Aspicio.*Posteq.in Se.5.Ex superioris anni caligine & tenebris lucẽ in rep.respicere cœpistis.5.Tusc.6.Tã longe retrò respicere non possum.Ep.lib.10.ep.33.Cùm vastitatem Italiæ respexerint. *Retrò aspicio.*1.de D.49.Tum ei dux ille præcepit , ne respiceret. de Ar.2.Sed vecors repentè constitit , deinde respexit, & simul ad Cn. Lentulum Cos.aspexit.1.de D.73.Respexitque,& equum alacrem lætus aspexit.

✠ *ADVERB.Iracundius,morosè ineptias,de Cla. Longè,retrò,*5.*Tus.Longissimè spacium,pro Arch.Melius quàm,*7.*Attic.*

RESPIRANDO.2.de N.138.Animę pars redditur respirãdo,pars concipitur cordis vẽtriculo.Q.fr.li.3.ep.1.Romæ respirãdi locus non est.pro Quin.87.Alicui vix respirandi potestatem dare.

RESPIRATIO,onis.*interpũctio,interspiratio.*Or.53.Distincta alios & interuncta interualla morę,respirationésque delectant.

¶ *Exhalatio.*2.de Nat.27.Aer enim oritur ex respiratione aquarum,& earum quasi vapor habendus est.

¶ *Spirandi actus.*de Vn.16.Neque erant aëre circumfusa extrema mundi,vt respirationem requirerent.

RESPIRO,as.*expiro,reddo.*2.de Na. 135.Aspera arteria excipit animam eam,quæ ducta est spiritum, eandémque à pulmonibus respirat ac reddit.

¶ *Spiritum duco, anhelo.*3.de Fi.48.& li.4.64.Qui demersi sunt in aqua,respirare non possunt.

¶ *Recreor,quiesco,animum erigo.* Para.2. Tuæ tibi occurrunt iniuriæ,quæ te respirare non sinunt.Att.lib.2.epi.24.Respirabo,si te videro.1.de Finib.53. Improbitas nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere.pro S.R.22.Respirare liberè.At.lib.7.ep. 13.Cum autẽ Dolabella venit in mentem, paulum respiro. & li. 10.ep.1.Accepi literas,& paulum respirauí.pro Cl.183.Hoc modo innocentiæ defensio intercluſa respirat.Ep.lib.6.ep.2.Si ciuitas respirauerit,dignitate tua frui tibi licebit.pro Clu. 200.Qui erigere animum,& paulum respirare à metu cœpit.de Arus.48. Respirare à metu cædis,emergere à fluctibus seruitutis, reuiuiscere,&c.pro Sest.71.Respirasse homines videbantur, nondum re,sed spe reip.recuperandæ.pro Qu. 53. Cupiditas atque auaritia respirasset paululum.pro Milo.48. Respiraui,liberatus sum.

✠ ‖pro Quint.39.Quem nunc respirare libere non finis.

¶ *Desisto,cesso,intermitto.*8.I.A.20.Ne punctum quidem temporis oppugnatio respirauit.

✠ *ADVERB.Liberè,paulum,pro Quint.Paulum à metu,pro Cluent.*

☞ Syntaxis. *Respirat arteria aspera,ac reddit animam.Respirabo,si te videro.Respiraui,liberatus sum.Studia tua non respirant.*

RESPLENDEO,des.*refulgeo* 2.de Fin.23.Respleudeat his vestis, *aliter,respondeat.*

RESPONDENDI,do.de Cl.13.Rutilius magnum munus de iure respondendi sustinebat.2. de L. 29.Facultas respondendi iuris.1.de Or.198.Multi in respõdendo iure,autoritate plus quàm ingenio valent. ‖ de Clar.306.Q.Scæuola quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat.

RESPONDENS,tis.Orat.143.Alteros enim respondentes audire sat erat.

RESPONDEO, des.*refero,responsum do , responsum reddo , rescribo, conuenio.*At.li.1.ep.13.Quæris ex me quid acciderit, &c. ego respondebo tibi.*ὑστερον πρότερον μιμικῶς.*Ep.lib.1.ep.10.Quanquam qui istinc nunc veniunt,partim te superbum esse dicunt , quod nihil respõdeas:partim cõtumelioſum,quòd malè respondeas. 1.I.A.2.Respõdere ad ea quæ quæsita sunt. in Vat. 16. Respondere ad interrogata.Ep.li.4.ep.13.Quo faciliùs quib⁹ est iratus, respondere tristiùs possit.3.de Finib.14. Ego tibi respondebo ad singula.Or.207.Respondere ad singulas res.At.lib.16.ep.2.Sæpe ij qui debent, non respondent ad tempus.de Fat. 7. Chrysippo primùm de ipsa rerũ cõtagione respondeamus.pro Cæ.19.Acutè argutéque respondere alicui.At.lib.6.ep.1. Habes ad omnia, non,vt postulasti *χρόνια χρὴ χαλκεῖον*, sed paria paribus respõdimus.At.*ibidem.*Ecce autem alia pusilla epistola, quam non relinquã *κἀναντιῤῥητον.*3.I.V.12.Videat, quid de illis respõdeat, quos necauit.pro Fl.54.De quo toro respondit Hortensius. pro Cl.51.Ego ad respondendum surrexi.de Clar.122.Vt etiam pro Bruto respondeam.de Cl. 169. Cuius orationi Cæpionis orator respondit Ælius.1.de Orat. 208. Cùm vobis non grauatè respondero.de Ar. 17. Respondere grauiter contra inimici contumeliam.pro Mur.3.Primùm M. Catoni de officio meo respondebo. pro Planc. 62. Aliquid alicui de iure respondere. 4. Acade. 19.Neque hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo & de collo columbæ respondeam.pro Mu.9.Alicui de iure consulenti

lenti respondere. pro Pla. 62. Quæris, num iurisconsultus? quasi quisquam sit, qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat. 2. I.C. 24. Iam verò vrbes municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis syluestribus. 1. de Natu. 50. Vt omnia omnibus paribus paria respondeant. Or. 38. Vt verba verbis quasi demensa & paria respondeant. 5. de Fin. 83. Respondent extrema primis, *id est, conueniunt.* de Ar. 49. Dixit se velle ædificare alteram porticum in carinis, quæ palatio responderet. Ep. lib. 2. ep. 15. Nam ea quæ speras, &c. scio cui epistoiæ tuæ respondeant. Orat. 114. Rhetoricam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ. Br. ep. 7. Qui vestris paucorum respondeat laudibus. 3. de Fini. 8. Respondere maioribus suis. de Cl. 117. & 1. Tusc. 3. Respondere gloriæ maiorum. Postquam in Sen. 22. Quæ memoria, quæ magnitudo obseruantiæ tot tantisque beneficiis respondere poterit? Brut. ep. 1. Nihil minus hominis videtur, quàm non respondere in amore sis, à quibus prouocere. Ep. lib. 15. ep. 21. Cui quidem ego amori, vtinam cæteris rebus possem, amore certè respondebo: quo tamen ipse tibi confido futurum satis. Ep. lib. 2. ep. 1. In omnib. tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. Ep. lib. 2. ep. 5. Tua virtus opinioni hominum respondet. Ar. lib. 4. ep. 9. Vt possim tibi aliquid in eo genere respondere. & lib. 4. ep. 3. Qu. fratris liberalitati pro facultatibus nostris respondemus. Ar. li. 14. ep. 13. Si bonitas tua responderit iudicio meo, gaudebo. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. 34. Fac, vt omnia tua facta atque dicta nostris rebus istinc respondeant. 2. I. A. 111. Respondebisne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? de Am. 56. Vt nostra in amicos beneuolentia illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualitérque respondeat. 1. de L. 17. Non enim quærimus, quid de quaque cõsultatione respondeamus. de Vn. 42. Respondẽt autem dextra dextris, &c. in Sal. 1. Nihil enim tam obscœnum dicere potes, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat. * pro C. Cornel. 1. Quid ego nunc argumentis tibi respondeam?

ROGO, as. *oro, precor, precario precor, quæso, deprecor, obsecro, obtestor,* Anteq. 30. Illud à vobis peto & rogo, vt, &c. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Hoc te ita rogo, vt maiore studio rogare non possim. *ibid.* lib. 3. ep. 1. Taurum de aqua perfundum ducenda rogabo. & ep. 5. Quod me de faciendis versibus rogas, incredibile est, &c. de Am. 40. Neq; rogemus res turpes, neq; faciamus rogati. Postq. in Sen. 16. Quem in senatu tertio loco sententiam rogaris. Qu. fr. lib. 2. ep. 1. Facilius de priuatis me primùm sententiam rogauit. Att. lib. 9. ep. 18. Cæsar volet, vt Cos. roget prætor, vel dictatórem dicat. Epist. lib. 13. ep. 1. Nunc à te illud primùm rogabo, nequid facias, &c. Att. lib. 14. ep. 13. Meo iure te hoc beneficium rogo. Att. li. 10. ep. 11. Mi Planci rogo te atq; etiã oro, sic medius fidius, vt, &c. 4. ad Heren. 10. Sed huius exemplum aliũde rogabo, tibique ostendam. 1. Tusc. 17. Si te rogauero, nónne respondebis? & 5. de Fin. 82. Quid me istud rogas, inquam? Stoicos roga. Orat. 2. Quod quoniam me sæpius rogas, &c. 3. I. V. 72. Rogat & orat, &c. & 1. in Ver. 3. Rogare & orare, ne illos supplices aspernaret. & 6. in Ver. 12. Profectò hinc natum est, Malo emere quàm rogare, prouerbium. Epist. lib. 3. ep. 8. Nihil addidi, nisi quòd publicani me rogarunt. 6. I. V. 64. Iste petit à rege, & eum pluribus verbis rogat, vti, &c. & in Vat. 10. Tum respondero ad ea, quæ de te ipse rogãro. Att. li. 16. ep. 18. Quod ✠ vt facias, vehementer etiam atque etiam rogo. ‖ 5. Tusc. 91. Cùm postridie rogarent eum.

¶ *Cum populo ago de lege, de rogatione, legem fero, statue.* 3. de L. 9. Quod tribuni plebem rogassint, ratum esto. pro Flac. 50. Nos hîc in mare superum & inferum sestertiũm ter & quadragies rogamus. * pro C. Corn. 1. Legem dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus est?

✠ ADVERB. *Acriùs, 1. Attic. Arroganter, contumaciter, 6. Attic. Auspicatò, 2. de Nat. Blandè, concinnè, pro Qui. Rosc. Breuiter, perpusillùm, 2. de Orat. Diligenter, de Pet. Cons. Diligentissimè, pro Cn. Planc. Etiam atque etiam, iterum atque sæpius, nominatim, vehementer, 13. Famil. Familiariter, propriè, ep. 11. ad Brut. Imprudẽter, parum prudenter, 7. Famil. Magnoperè, 13. Attic. Modestè, 1. Attic. Penitùs, planè, 16. Famil. Planè, etiam atque etiam, 5. Famil. Precariò, 7. in Ver. Prorsus, vehemẽter, etiam atque etiam, 1. ad Qui. Frat. Tacitè, pro Pom. Vehementer, 10. Attic.*

ROGOR, ris. Att. lib. 11. ep. 25. Cæsar ne rogari quidem se passus de illo. 3. de. Or. 211. Demosthenes cùm rogaretur, quid in dicendo esset primum, respondit, &c.

¶ *In rogatione populari, de legibus.* At lib. 3. ep. 23. Cùm lex abrogaretur illud ipsum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat.

✠ ADVERB. *Nominatim sententiam, 6. in Ver. Primò, 1. de Inuent. Vltrò, 2. cont. Rull.*

☞ Syntaxis. *Rogatus sententiam, de sententia. Peto & rogo. Hoc te ita rogo, vt maiore studio nõ possim rogare. Rogantur senatores sentẽtias. Hoc beneficium meo iure rogo atque oro. Hæc ego de te rogo. respondeo.*

ROGVS, gi. *lignorum strues ad cadauera cremanda comparata.* 2. de L. 59. Hoc plus, inquit, ne facito rogum, ascia ne polito. 1. de D. 47. Calanus Indus cùm ascenderet in rogũ ardentẽ, inquit, &c. 3. de Nat. 84. Dionysius in tympanidis rogũ illatus est. 3. de Fin. 76. Vsque ad illum à Cyro extructum rogum. 1. Tusc. 85. Metellum multi filij, filiæ, neptes, nepotes in rogum imposuerunt,

¶ *Vis*

¶ *Vitæ finis, mos.* pro Qu. 99. Eum existimatio bona vsque ad rogum prosequatur.

✠ ADIVNC. *Ardens, 2. de Diuin.*

ROMA, mæ 2. contra Rul. 95. Roma in montibus posita, & conuallibus, cœnaculis sublata atque suspensa. 1. de Diu. 107.

Certabant Vrbem Romam Remámne vocarent.

Post red. in Sen. 1. Roma arx omnium terrarum. de Pet. Cons. 40. Roma ciuitas ex nationũ conuentu constituta. 1. de Ora. 196. Roma domus virtutis, imperij & dignitatis. *ibid.* 105. Roma domicilium imperij & gloriæ. 4. I. C. 11. Roma lux orbis terrarũ, & arx omnium gentium. Diu. lib. 1. 101. Roma sexennio post Veios captos à Gallis capta. Diu. lib. 1. 89. Romæ & reges augures, & postea priuati eodem sacerdotio præditi, rempub. religionũ authoritate rexerunt. 1. ad Qu. fr. ep. 1. 18. Romæ, vbi tanta arrogantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia. 4. ad Att. ep. 14. Redij Romam Fonteij causa ad VIII. Idus Qu. 3. de Nat. deor. 21. Roma in terris nihil melius. *Incer. Romam conditam Olympiadis sextæ anno tertio.

ROMANI, orum. pro Leg. Man. 7. Romani præter cæteras gentes laudis & gloriæ auidi. ad Attic. lib. 14. ep. 12. Romani ciues facti Siculi lege Antonij. 9. Fam. ep. 19. Romani, veteres atque vrbani sales. Tusc. lib. 1. 3. Romani serius quàm Græci poëticam acceperunt. Diuin. li. 1. 95. Romani nihil in bello sine extis agebant, nihi domi sine auspiciis. 1. Offic. 35. Romani Tusculanos, Aequos, Volscos, Sabinos, Hernicos victoria parta non modò conseruârunt, sed etiam in ciuitatem acceperunt. pro Mur. 74. Romani tempora voluptatis laborisque dispertiunt, &c. Tusc. q. li. 1. 1. Romani omnia aut inuenerunt per se sapientiùs, quàm Græci, aut accepta ab illis fecerunt meliora. Diuin. li. 1. 102. Romani omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatúmque esset, præfabantur. pro Cec. 99. Romani eos vendere solebant, qui milites facti non essent. 3. de Orat. 40. Romani minus quàm Latini literis studebant. pro Leg. Man. 55. Romani omnibus naualibus pugnis Carthaginenses vicerunt. 4. Acad. q. 147. Romanorum antiqua iurisiurandi formula & consuetudo. 1. de Or. 15. Romanorum ingenia multum cæteris hominibus omniũm gentium præstiterunt. 3. de Orat. 39. Suauitas sermonis Atticorum & Romanorum propria. Tusc. q. lib. 4. 3. Apud priscos Romanos morem hunc epularum fuisse author est Cato in Originibus vt deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam virorum clarorum laudes atque virtutes.

ROMANVS. *adiectiuum.* 1. de Nat. d. 83. Romana Iuno talis non est qualis Sospita. 3. de Nat. d. 5. Populi Romani omnis religio in sacra & in auspicia diuisa. 16. ad Att. ep. 2. Populum Romanum manus suas non in defendenda republ. sed in plaudendo consumere. 10. ad Att. ep. 7. Regnũ non modo Romano homini, sed ne Persę quidem cuiquã tolerabile. 7. Famil. ep. 18. Romano more cõmẽdare. *ibid.* ep. 5. Romano more loqui. 1. de Or. 24. & 7. in Ver. 36. Romani ludi. 4. ad Att. ep. 14. Nunc Romanas res accipe.

ROMILLA. *tribus.* 2. contr. Rul. 78. Respondit, à Romilla tribu sę initium esse facturum. L. TRIBVS.

ROMVLVS, li. *Quirinus.* 3. I. C. 2. Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales beneuolentia famáque sustulimus. 1. de L. 3. Romulus post excessum suum dixit Proculo Iulio, se deum esse, & Quirinum vocari: templumque sibi dedicari in eo loco iussit. 3. I. C. 19. Romulus quem inauratum in Capitolio paruum ac lactantẽ, vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. 3. Off. 41. Peccauit igitur, pace vel Quirini vel Romuli dixerim. 1. de D. 107. Romulus pulcher. L. AEVVM. 1. de Diuin. 3. Romulus vrbem auspicatò cõdidit. 1. de Diu. 31. Romulus nõ solùm auspicatò Romam condidit, sed etiam optimus augur fuit. 3. de N. 5. Romulus auspiciis, Numa sacris constitutis, fundamenta iecit nostrę ciuitatis. 3. Off. 41. Romulus, cùm ei visum esset vtilius solum, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. 1. de Or. 37. Romulus consilio magis & sapientia, quàm eloquentia vsus est. Diu. li. 2. 45. Romulus & Remus cum altrice beluavi fulminis icti conciderunt *de statuis eorum.* Diu. lib. 2. 81. & lib. 1 107. Romulus & Remus ambo augures fuerũt. 3. in Cat. 29. Romuli statua de cœlo tacta. *ibid.* 2. Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales beneuolentia famáq; sustulimus. Som. Scip. 17. Romulo moriente, deficere sol hominibus extinguique visus est.

RORANS, tis. de Sen. 46. Pocula vt in Symposio Xenophontis minuta atque rorantia.

ROS, roris. *humor ille, qui sereno cœlo noctibus fluit.* 1. de Diu. 14.

Cum primum gelidos rores aurora remittit. ibid. 20.
Martia quæ paruos Mauorti sanguine natos,
Vberibus grauibus vitali rore rigabat.

✠ ADIVNC. *Gelidi, vitalis, 1. de Diuin.* Poëtæ.

ROSA, sæ. 7. I. V. 27. Puluinus perlucidus Melitensi rosa fartus. 5. Tusc. 73. An tu me in viola putas, aut in rosa dicere? & lib. 3. 43. Sertis redimiri & rosa. de Fin. lib. 2. 65. Clamat virtus beatiorem fuisse, quàm potantem in rosa, Thorium.

ROSCIVS, scij. *histrio nobilis.* (. *Statilius.* pro Q. R. 30. 1. de Orat. 130. Roscius hoc iandiu est assecutus, vt in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. de Cla. 289. Roscio esse in scena. 1. de Or. 124. Noluit, inquiunt, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. & 1. de L. 11. *de Roscio.*

ROSIA, iæ. *oppidum Italiæ.* At. lib. 4. ep. 14. Rosiæ vixi cũ Axio, &c.

ROSTRATVS, a, um. 2. de Inu. 98. Rostrata nauis.

ROSTRVM, stri. *os auis, deinde etiam aliorum quorundam animalium & rerum.* L. FRVSTVM. 1. de Nat. 102. Ibes aues excelsę rigidis cruribus, corneo proceróque rostro. & lib. 2. 122. Vnguiũ tenacitas, aduncitas rostrorum. 1. de Diu. 23. & li. 2. 48. Sus rostro humi A literam impressit. 2. de Nat. 123. Rostrum in camelis. In Arat. Rostrum canis. 2. de Legibus 6. Hoc quasi rostro finditur Fibrenùs. *pro C. Corn. 1. Circuitis rostris.

✠ ADIVNC. *Acutum, Arat. Procerum, corneúmque, 1. de Nat.*

ROSTRA. *templum, siue forum Romæ, ante curiam Hostiliam, in quo erat suggestum rostris nauium captarum ornatum, vbi oratores concionnes ad populum habere consuerant.* Brut. ep. 15. Lepido statuam in rostris statuimus. I. Vat. 26. Cùm Vectius peroraſſet, descẽdisset que de rostris. I. P. 7. Semper in rostris curiam, in senatu populum defendi.

ROTA, tæ. *orbis.* I. P. 22. In quo ne tum quidem fortunę rotam pertimescebat. in Arat.

Hunc tangit rota feruida solis.

¶ *Item patibulum.* 5. Tusc. 24. In rotam beatam vitam non ascendere.

✠ ADIVNC. *Feruida, Arat.*

ROTVNDE. *concinnè, explicatè.* 4. de Fin. 7. Ista ipsa quæ tu breuiter, regem dictatorem, diuitem solum esse sapientem, à te quidem aptè & rotundè.

ROTVNDO, das, *rotundum facio.* de Vn. 31. Cúmque similem vniuersitatis naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit.

☞ Syntaxis. *Aptè & rotundè dicere. Orbem rotũdare ad volubilitatẽ.*

ROTVNDVS, a, um. *globosus, conglobata figura.* 1. de Nat. 24. Forma rotũda vllam negat esse pulchriorẽ Plato. & li. 2. 117. Sunt enim rotunda, quibus formis minimè noceri potest. de Somn. 6. Stellæ globosæ & rotundæ. de Vniuers. 15. Deus mundum ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur: & globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur: idque ita tornauit, vt nihil fieri possit rotundius. 2. de Nat. deor. 46. Volubilis & rotundus Deus. 3. de Orat. 176. Cœlum rotundum esse. 5. Tusc. 69. Medius mundi locus, qui est idem infimus in rotundo. 2. de Fin. 36. Quadratum rotundum. de Clar. 271. Verborum apta & quasi rotunda constructio. Orat. 40. Thucydides perfectior, nec satis, vt ita dicam, rotundus.

☞ Syntaxis. *Stella globosa, atque rotunda. Volubilis ac rotundus. Medius ac infimus locus in rotundo: id est, mundo. Apta & quasi rotunda verborum constructio. Thucydides rotundus orator.*

RVBEO, bes. *erubesco, pudet.* 4. I. V. 187. Hærere homo, auersari, rubere. ad Attic. li. 15. ep. 4. Rubeo, mihi crede: sed iam scripseram, delere nolui.

RVBER, a, um. 1. de Nat. 97. Rubrum mare. 4. ad Her. 64. Hunc dico rubrum, breuem, incuruum, canum, subcrispum, cæsium. *rubrum: id est, russum, quem russum alij vocant.*

RVBICON, onis. 6. I. A. 5. Vt exercitum circa flumen Rubiconem, qui finis est Galliæ, educeret.

RVBOR, oris. 4. Tusc. 19. Ex quo fit, vt pudorem rubor consequatur. 1. de N. 75. & 4. ad Her. 15. Ille fusus & candore mixtus rubor. Orat. 79. Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. 2. de Or. 242. Præstare ingenuitatem & ruborem suum verborum obscœnitate vitanda.

RVBRA saxa, *locus.* Philip. 2. 77.

RVBRICA, cæ. *terra rubra.* 3. ad Her. 37. Rubrica delibutus.

RVCTANS. tis. 5. Tusculan. 100. Confer sudantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boues. Epist. lib. 11. ep. 25. Ructans & nauseans.

RVCTO, as. *cruditatem exhalo.* 2. I. A. 63. Cui ructare turpe esset, is vomuit.

RVCTOR, aris. *ructo.* Festus li. 16. Cicero tamen Ructaretur dicit.

RVCTVS, ctus. *cruditatis exhalatio & ructus oris est, crepitus ventris.* Epist. lib. 9. ep. 22. Stoici crepitus aiunt æquè liberos, ac ructus esse oportere.

✠ ADIVNC. *Liberi, 9. Famil.*

RVDENS, tis. 1. de Diu. 127. Sed est quasi rudentis explicatio. & Epist. lib. 8. ep. 2. Hic tibi clamor tonitruum, & rudentum sibilus. ‖ 5. Tusc. 40. Rudentibus apta fortuna.

✠

RVDERE, *quod asinorum est, nominatione factum.* ad Her. lib. 3.

RVDIMENTVM, ti. in Sal. 2. Qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus posuit rudimentum. *ibid.* 8. An vlla a ia putas esse rudimenta & incun abula virtutis?

RVDIS, de. *imperitus, indoctus, impolitus, ignarus, insciu, tyro, hebes, tardus, pinguis, stupidus, hardus.* 4. in Ver. 17. Tametsi Verres non prouinciæ rudis erat & tyro. & 87. Nos qui rudes harum rerum sumus. 4. Academ. 2. Rudis rei militaris. pro Corn. 47. C. Marius non rudis exemplorum. pro Flacc. 16. Homines imperiti, rerũ omnium rudes ignariq́ue. pro Sest. 47. Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers consilij aut ingenij? &c. 1. de Orat. 218. Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atque hospes esse debet. 6. in Ant. 17. & pro Mar. 23. Ignarus & rudis in repub. Epist. lib. 4. ep. 1. Rudis esse videbar in causa. 1. de Orat. 248. In communi vita non esse hebetem, neque rudem. & 32. Sermo facetus, & nulla in re rudis. 3. de Nat. 7. Rudem me discipulum atque integrum accipe. Genus hominum rude, hebes, & impolitum. L. IMPOLITVS. 3. de Orat. 183. Rudis & indocta oratio. & 1. de Or. 5. Quæ pueris nobis inchoata & rudia exciderunt. de Clar. 293. Forma ingenij admodum impolita & planè rudis. 1. de Orat. 40. C. Barbo ignarus legum, hæsitans, rudis in iure ciuili. & 174. In minoribus nauigiis rudem esse se cõfiteri. 2. de Diu. 103. Epicurus hebes ac rudis. Qu. frat. lib. 2. ep. 9. Villa aperta, ac ne rudis quidem etiam nunc. Postq. in Sen. 13. Homo sine sensu, sine sapore, elinguis, rudis, tardus. 1. de Finib. 5. Rudem esse omnino in nostris poëtis.

✠ *AVERB. Omninò, Orat. Planè, 2. de Orat. & de Clar.*

RVDIS, dis. *virga, qua donabantur, qui vacationem ab aliquo munere accipiebant. Hinc pro vacatione ipsa sumitur.* 2. in Antonium 74. Tam bonus gladiator, rudem tam citò accepisti. ad Oct. Qui veteres gladiatores reliquias ludi Cæsaris ad rudem compulisset.

☞ Syntaxis. *Rudis ac tyro prouincia, rei militaris, rerum omnium. Imperitus, rudis, ignarus. Rudis, ignarus, consilij & ingenij expers. In ea re rudis, peregrinus, hospes. Hebes ac rudis in. Rudis ac integer discipulus. Rudis, hebes, impolitus. Inchoatum ac rude. Ignarus, hæsitans, rudis, Rudis ac ferus ego id scripsi. Homo sine sensu, sine sapore, elinguis, rudis, tardus.*

RVDIVS homo: *id est, Ennius, à Rudiis oppido, quæ fuit Ennij patria.* pro Arch. 22.

RVGA, gæ. *sunt, cùm cutis in senectute contrahitur.* de Sen. 62. Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre possunt. Post. in Sen. 14. Hic vos rugis supercilióque decepit.

RVINA, næ. *casus, tempestas, procella, pernicies.* 2. de Orat. 353. Hoc interim spacio conclaue illud concidit: ea ruina oppressus Scopas cum suis interiit. 2. de Diu. 20. Ruina igitur oppressus esset. & 40. Dij habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mũdos propter metum ruinarum. 1. I. C. 14. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum. Att. li. 11. ep. 22. Ruina impendet. 5. de Finib. 83. Vtinam quidem id dicerent, iam ruinas videres. pro Cl. 96. Non fuit illud iudicium, &c. sed vis, vt sæpe dixi, ruina atque tempestas. 1. de Leg. 39. Si Academia inuaserit in has rationes, nimias ruinas edet.

✠ *ADIVNC. Magna, 11. Atti. Nimiæ, 1. de Leg. Propriæ, 2. de Leg.*

RVINOSVS, a, um. *quod ruinam minatur.* 3. Offic. 54. Aedes malè materiatæ, ruinosæ.)(*domus bene & ratione ædificata.*

☞ Syntaxis. *Opprimi ruina. Ruina atque tempestas, non iudicium. Academia ruinas edet, si inuaserit, &c.*

RVMINATIO, onis. *recordatio.* Attic. lib. 2. ep. 8. Quid ageretur de ruminatione quotidiana.

✠ *ADIVNC. Quotidiana, 2. Att.*

RVMOR, oris. *fama.* Epist. lib. 12. ep. 9. Ex Asia nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. & lib. 15. ep. 17. Rumores tristiores, sed ἀλόγους. Epist. lib. 1. ep. 8. Rem te valde bene gessisse rumor erat. & li. 2. ep. 8. Perferret multa etiam ipse tumor. pro Mur. 35. Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. 3. de Nat. 13. Rumoribus, inquit, mecum pugnas: ego autem à te rationes requiro. pro Deiot. 25. Graues rumores sparsi sunt. & *ibid.* At misit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent. Attic. lib. 16. ep. 5. Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat. * Frag. ep. Ventidianis rumoribus concalfecimus.

¶ *Fama, gloria leuis.* I. P. 57. Inanem rumorem aucupari. 14. I. A. 10. Rumoribus improbissimis dissipatis. Epist. li. 9. ep. 2. Rumor raucus. Qu. fr. lib. 3. ep. 8. Rumor dictatoris iniucundus bonis.

✠ *ADIVNC. Bonus, 1. de Legib. Non boni, falsus, magnus, 4. Attic. Constantes, duriores, nuncius, 12. Fam. Crebri, & non belli, maximus, 8. Fam. Falsi, 10. Fam. Firmus, 11. Attic. Grati, optati, 16. Fam. Graues, pro Deiot. Improbissimi, 14. Phil. Inanis, in Pis. Iucundus bonis, 3. ad Qu. frat. Plenus timoris, 3. Attic. Raucus, 9. Fam. Secundus, 1. de Diu. Tristiores, sed ἀλόγους 15. Fam. Varij, 16 At.*

☞ Syntaxis. *Rumor constans, sed sine autore, tristis. Rumor est is, &c. Perferet rumor. Rumoris aura. Rumoribus pugnare, nõ rationibus. Spargi rumores. Excipere rumores, & referre ad aliquẽ. Afflat nescio quod rumoris. Rumorem leuem aucupari. Rumores dissipari.*

RVMPO, pis. *dissoluo, discindo.* 4. I. C. 8. Cæsar adiungit grauem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit. 1. Tuscul. 74. Nec tamen vlla vincula carceris ruperit. pro Cornel. 13. Fœdera negligere, violare, rumpere. 4. ad Herennium 20. Rumpere fœdera.

RVMPOR, ris. I. Vat. 10. Vt aliquãdo ista quæ sunt inflata, rumpãtur. 2. de Diu. 33. Inflatas rumpi vesiculas. 1. de Orat. 241. Constat agnascendo rumpi testamentum.

¶ *Angor, crucior.* Qu. fr. lib. 3 ep. 9. Ego his malis reipub. quibus antea rumpebar, nunc ne moueor quidem.

RVMVSCVLVS, li. *leuis rumor.* pro Cl. 105. & 3. de Leg. 35. Impetitorum hominum rumusculos aucupari.

RVO, is. *ruinam edo, præcipito, præceps agor vel feror.* pro Pomp. 19. Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu cõcidant. pro Mar. 14. Vt sine vlla spe ad interitum ruerem voluntarium. Attic. lib. 7. ep. 7. Ego bonos viros sequar, etiam si ruent. pro Dom. 141. In agendo ruere, & sæpe peccare. (de Fi. 29. Quidam in mala scientes ruunt. & 1. de Fin. 34. At id ne fera quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, &c.

¶ *Festino, aduolo.* Attic. lib. 7. ep. 19. At illum ruere nunciant, iamiamq́ue adesse.

☞ Syntaxis. *Ruere ad interitum. In mala scientem ruere. Ruit ac turbatur fera instar.*

RVPTVS, a, um. *irritus.* 1. de Orat. 173. Testamentum ruptum aut ratum.

RVRSVM, & RVRSVS. *denuò, iterum.* pro Mur. 15. Quo loco si tibi sumis, &c. facis vt rursus plebs in Auentinum seuocanda videatur. Att. lib. 7. ep. 25. Rursus autem, &c. denique, &c. de Cl. 47. Rem laudando augere.)(*vituperando rursus affligere: id est, contrà.* 1. de Orat. 110. Neque rursum eam totam, sicut plerique faciunt,

✠ repudiaui. ‖ 1. Tusc. 45. Et rursum, &c.

RVS, ris. *locus extra vrbẽ, vbi agri sunt, & villæ: id circo pro villa capitur.* pro Cl. 141. Fortè euenit, vt ruri in Priuernati essemus. 3. Offic. 112. Pater filium ab hominibus relegauit, & ruri habitare dixit. Attic. lib. 13. ep. 47. Atticam rure esse arbitrer. Epist. lib. 5. ep. 20. Cùm Tullius rure redierit, mittam eum ad te. pro S. R. 133. Habet animi causa rus amœnum & suburbanum. 5. Tusc. 102. Nec tam multa & ratò vident, cùm in sua rura venerint. 2. de Orat. 22. Rus ex vrbe tanquam ex vinculis euolare. Att. lib. 15. ep. 6. Rure iam redieram: quæris, an ego, cùm omnes caleant, ignauiter aliquid faciam. 3. Offi. 2. Et ob eam causam vrbe relicta rura peragrantes, sæpe soli sumus.

✠ *ADIVNC. Amœnum, & suburbanum, pro Sext. Rosc.*

☞ Syntaxis. *Ruri, & rure esse, habitare. In sua rura venire animi causa. Rura peragrare.*

RVSSVS, a, um. *ruber.* 2. de Diu. 57. Galli gallinacei, vt ait Ennius, fauent faucibus russis, cantu plausuq́ue premunt alas.

RVSTICANVS, a, um. *rusticus.* 3. I. V. 127. & 7. Ver. 34. Homines rusticani ex municipiis. 1. de Orat. 239. Rusticanus quidam, &c. 2. Tusc. 53. C. Marius rusticanus vir, sed planè vir. pro S. R. 44. Tamen ne hæc attenta & rusticana vita, relegatio appellabitur? pro Sext. Rosc. 43. Homines illius ordinis ex municipiis rusti-

✠ canis. ‖ Att. lib. 8. ep. 11.

✠ *ADVERB. Planè, 3. de Orat.*

RVSTICATIO, onis. de Amic. 103. Peregrinationes rusticationesq́ue. * Oecon. 1. Labores pacis ac belli, id est, rusticationis & militarium stipendiorum.

✠ *ADIVNC. Communes, de Amic.*

RVSTICATVS, tus. *rusticatio.* Att. lib. 12. ep. 1. In rusticatu garrire & scribere.

RVSTICE. *importunè, duriter, inurbanè.* 3. Offic. 39. Vrgent rusticè sanè: negant enim, &c. Attic. lib. 12. ep. 35. Mihi nihil tam videtur potuisse facere rusticè.

RVSTICOR, aris. *rurì habito.* 2. de Orat. 22. Lælius semper ferè cũ Scipione solitus erat rusticari. Att. lib. 12. ep. 1. Sin rusticatur, &c. pro Arch. 16. Pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. *de bonis artibus.*

RVSTICVLVS, li. pro Sest. 82. Rusticulus non incautus.

✠ *ADIVNC. Non incautus, pro Sest.*

RVSTICVS, a, um. *rusticanus, agrestis, inurbanus, insuauium morum, difficilis.*)(*vrbanus.* 2. de Finib. 77. & 3. de Nat. 11. P. Vacienus homo rusticus. pro Sest. 97. Sunt municipales rusticiq́ue Romani. pro Sex. Rosc. 75. Vita rustica, parsimoniæ magistra est. & 48. Vita rustica honestissima atque suauissima. Orat. 81. Sermo non modò vrbanorum, sed etiam rusticorum. pro Sex. Rosc. 75. In rusticis moribus, in victu atido, in hac horrida incultaq́ue vita eiusmodi maleficia non gignuntur. 3. de Orat. 39. Rustica vox, & agrestis. &, Rustica asperitas. 1. de Orat. 69. Nicander Colophonius poëta de rebus rusticis scripsit. *ibid.* 249. Res rusticas vel fructus causa, vel delectationis inuisere. pro S. R. 143. Homo

imperitus morum, agricola, & rusticus. pro Sex. R. 42. Hunc in rustica prædia relegarat.

✠ADIVNC. *Mendiculi, 2. Cat.*

☞ Syntaxis. *Rusticus & agrestis. Vita, mores, vox, res rustica. Imperitus morum, agricola, rusticus.*

RVTA, tæ. *herba amara, & contra venena valens.* Epist. lib. 16. ep. 23. Ad cuius turam pulegio mihi tui sermonis vtendum est. Epist. lib. 9. ep. 22.

RVTA, orum. & RVTA, cæsa. *cuiusuis generis supellex, lapides etiam ac ligna.* 2. de Orat. 226. Dicet te quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæsis solium tibi paternum recepisse. Part. 107. Cum quæritur, quæ sunt ruta cæsa. Topic. 100. Rutis cæsis receptis in venditione.

RVTILVS, a, um. *coruscus.* de Som. 9. Rutilus horribilisque Mars. in Arat. Rutilum lumen.

RVTVLA. *rutæ pusilla.* Epist. lib. 9. ep. 22.

RVTVLI. *populi,* 3. de Orat. 166.

Nos sumus Romani, qui fuimus Rutuli. Ennij.

S

Litera ex Latinis dicta semiuocalium vna.

¶ *Elidebatur ab antiquis, molesti sibilicausa: vt hic apparet.*

2. de N. 106. Toruu' draco serpit, &c. & 110. *Magnu' leo tremulam quatiens è corpore flammam.* & Orat. 155. Multi' modis, vas argenteis, palm' & crinibus tecti fractis. Orat. 161. Qui est omnibu' princeps: non, omnibus princeps.

SABAZIVS deus: *id est, Dionysius, seu Bacchus.* 2. de Legib. 37. L. ABAZEA.

SABINI. *populi.* 1. Off. 38. & in Vat. 37. pro Corn. 31.

SABINVS, na. pro Corn. 31. Fœdus Sabinum. pro Ligar. 32. Possum fortissimos viros Sabinos, tibi probatissimos, totumque agrum Sabinum, rorem Italiæ, robúrque Reipub. proponere.

SACCVS, ci. 3. I. V. 95. Cùm iste coria, cilicia, saccos imperaret.

SACELLVM, li. *cella, templum priuatum.* 2. cont. Rull. 36. Sunt loca publica vrbis, sunt sacella. 1. de D. 104. Ea exiuit in quoddam ✠ sacellum hominis capiendi causa. ‖ de Arusp. 31. Cum de domo tua dixero: in qua tamen ita est inædificatum sacellum, vt alius fecerit: tibi tantum modo sit demoliendum.

✠ADIVNC. *Maximum, & sanctissimum, de Arusp.*

SACER, a, um. *religiosus, consecratus, habens religionem.*)(. *profanus.* pro Dom. 33. Arrogans est de religione, de rebus diuinis, cerimoniisque sacris pontifices docere conari. Epist. lib. 13. ep. 11. Sarta tecta ædium sacrarum locorúmque communium tueri. 3. de Leg. 31. Signa sacra & religiosa. de Clar. Orat. 54. Quum plebs montem Auentinum, qui Sacer appellatus est, occupauisset. pro Dom. 38. Itaque populus Romanus breui tempore neque regem sacrorum, neque flamines, neque salios habebit.

☞ Syntaxis. *Sacrare. Sacrum, sacra priuata. Sacrum committere. Sacra paterna. Facere sacra. Rem facere sacram. Sacrum & religiosum signum. Cum sacris bellum gerere.*

SACERDOS, tis. *flamen, minister publicus Dei, sanctissimo sacerdotio præditus, qui vel quæ sacris præest, antistes fani.* 4. I. V. 128. Cephaledi mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oportet. & 6. in Ver. 99. Sacerdotes Cereris atque illius fani antistes, probatæ mulieres. pro Fon. 37. Virgo sacerdos Vestæ. 6. in Verr. 110. Præstò mihi sacerdotes cum infulis & verbenis fuerunt. pro Cornel. 55. Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdotes. & *ibid.* Sacerdos illa, quæ Græcum illud sactum monstraret & faceret. 1. Tusc. 113. Sacerdos aduecta in fanum. pro Do. 143. Sacerdotes deorum immortalium. de Arusp. 28. Sacerdotem ab ipsis aris puluinaribusque detraxisti. 2. de Leg. 20. Diuis aliis alij sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. pro Dom. 38. Itaque populus Romanus breui tempore neque regem sacrorum, neque flamines, neque salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos sacerdotes. & 1. In iudicio sacerdotum populi Romani. de Clar. 127. Hic qui in collegio sacerdotum esset, condemnatus est. pro Dom. 111. Religiosus libertatis sacerdos. & 103. Sacerdos castissimus. in Pison. 88. Popularis sacerdos. pro Sestio 39. Sacerdos stuprorum. 2. in Ant. 110. Siue quod tyranni sacerdos es, siue quod mortui.

✠ADIVNC. *Barbari, 5. de Finib. Castissimus, nouus, publici, religiosus, reliqui, pro Dom. Diuini, 1. de Diu. Expulsus, & exspoliatus à sacerdotio, necessarius, publica sententia popularis, Sibyllinus, de Arusp. Maximus, 4. in Ver. Publicus, 2. de Leg.*

☞ Syntaxis. *Libertatis religiosus sacerdos. Stuprorum sacerdos.*

SACERDOTIVM, tij. *sacerdotis munus.* 4. in Verr. 127. Itaque Iouis illud sacerdotium amplissimum Theomnesto datur. & *ibid.* Cuius nomen exisset, is haberet sacerdotium. 2. cont. Rull. 18. Populus per religionem sacerdotia mandare non poterat. & *ibid.* Amplitudo sacerdotij. & *ibid.* Hoc idem in cæreris sacerdotiis. pro Rab. 27. L. Flaccus homo in sacerdotio, ceremoniisque, quibus præerat, diligentissimus. pro Dom. 2. Eligere amplissimos viros ad sacerdotia. & 37. In sacerdotium venire. & *ibid.* Quia patricio non fit locus, non venire. & 135. Inire sacerdotium. & *ibid.* 136. Licinia virgo Vestalis, sanctissimo sacerdotio prædita. de Arusp. 21. Te appello, Lentule, tui sacerdotij sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi. Epist. lib. 2. ep. 7. De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces. & lib. 3. ep. 10. Amplissimi sacerdotij collegium. & lib. 15. ep. 4. Sacerdotium denique cùm cõsequi posset, non appetiui. Att. lib. 8. ep. 3. & 1. de Diu. 89. & 2. in Ant. 80. de Senect. 61. Ciuis qui in vrbe sua sacerdotio fit amplissimo præditus. Brut. ep. 5. Lex Domitia, & lex Iulia de sacerdotiis. pro Dom. 105. Qui & sacra priuata coluerũt, & publicis sacerdotiis præfuerunt. de Senect. 30. Metellus Pont. max. viginti & duos annos ei sacerdotio præfuit.

✠ADIVNC. *Amplissimum, 13. Phil. Popularе, in Piso. Publica, sanctissimum, pro Dom. sua.*

☞ Syntaxis. *Amplissimum sacerdotium Sacerdotium habere, dare. Sacerdotio sancto prædita.*

SACRA, orum. 2. contra Rul. 18. Quod per populum creari fas non erat, propter religionem sacrorum. pro Dom. 36. Ne quid de sacrorum religione minuatur. pro Flac. 69. Istorum religio sacrorum. pro Font. 39. Qui cum omnium sacris delubrísque bella gesserunt. pro Domo 105. Qui & sacra priuata coluerunt, & publicis sacrificiis præfuerunt. de Arusp. respon. 57. Ille parentum nomen, sacra, memoriam, gentem, Fonteiano nomine obruit. *ibid.* Occulta, & maribus non inuisa solùm, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere peruertit. * Hortẽs. Siue vates, siue in sacris initiisque tradendis diuinæ mentis interpretes.

✠ADIVNC. *Adoptiua, paterna, priuata, pro Dom. sua. Anniuersaria, 15. Att. Cẽtilitia, nocturna, perpetua, solennia, 2. de Leg. Inaudita & nefaria, in Vat. Non solum inuita, sed etiam inaudita, de Arusp. Patria, pro Mur. Summa, pro Corn. Balbo.*

SACRAMENTVM, ti. *solenne iusiurandum.* Ep. lib. 7. ep. 32. Pugna, si me amas, nisi arguta apparebunt, vt sacramento contendas, mea non esse 1. de Orat. 42. Agerent enim tecum lege Pythagorei, quibus cum tibi iusto sacramento contendere non liceret. pro Mil. 75. Iniustis iudiciis & sacramentis fundos alienos petere. pro Dom. 78. Si Decemuiri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tamen quotiescunque vellet quis, hoc in genere se rem iudicatam referre posse voluerunt. pro Cec. 97. Postea sacramentum nostrum iussu iudicarunt. 1. Off. 36. Obligare aliquem secundo militiæ sacramento: quia priore amisso, iure pugnare cum hostibus non posset.

✠ADIVNC. *Iniustum in libertate. pro Dom. Iustum, 1. de Or. Secundum, 1. Offic.*

SACRANDI. 2. de L. 22. Ne quis agrum consecrato: auri, argenti, eboris, sacrandi modus esto.

☞ Syntaxis. *Sacramento contendere. Iniustis iudicijs & sacramentis petere. Sacramento obligare aliquem. Prius amittere sacramentum.*

SACRARIVM, rij. *locus, vbi res sacræ reponuntur & asseruantur.* 6. I. V. 4. Erat apud Heium sacrarium cum magna dignitate in ædibus à maioribus traditum, perantiquùm, in quo signa pulcherrima. *ibid.* Vt ad illud sacrarium redeam & *ibid.* Sacrarij religio. & 27. L. ARMARIVM. Epist. lib. 13. ep. 2. C. Auianus, qui habitat in tuo sacrario. pro Mil. 87. Ante ipsum sacrarium Bonæ deæ. 2. in Catil. 13. Aquila illa argentea, cui Catilina sacrarium scelerum domi tuæ fecerat. & 1. in Cat. 24. Cui domui tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuerat.

✠ADIVNC. *Intimum, patrium, perantiquum, 6. in Ver.*

SACRATVS, a, um. pro Dom. 43. Hoc vetant sacratæ leges. de Leg. lib. 2. Verba ex sacratis legibus. * pro C. Corn. 1. Leges sacratas ipsi sibi restituerent. pro Sest. 16.

SACRIFICATIO, onis. 2. de Nat. 67. In dea Vesta omnis precatio & sacrificatio extrema est.

✠ADIVNC. *Extrema, 2. de Nat.*

SACRIFICIVM, cij. *sacrum, res diuina, sacra.* de Clar. 56. Cùm M. Pompilius sacrificium publicum cum Iena faceret, quòd erat flamen Carmentalis. Brut. ep. 15. Cuius Laurentiæ vos pontifices ad aram in Velabro sacrificium facere soletis. de Arusp. 12. Sacrificium, quod fiebat pro salute pop. Rom. Att. lib. 1. ep. 9. Cùm sacrificium pro populo fieret. de Arusp. 32. Qui sacrificia gentilia illo ipso in sacello, statuto loco, anniuersaria factitarũt. 6. in Ver. 128. Anniuersaria sacrificia. de Arusp. 37. Sacrificium, quod fit incredibili ceremonia à populo Rom. & 3. de Orat. 70. Vt illud

ludorum

ludorum epulare sacrificium facerent. 2. de Inuent. 97. Præbere hostias ad sacrificium, pro Mil. 46. Statuta sacrificia. 1. Tuscul. 113. Solenne est statutum sacrificium. 5. I. A. 24. Is neque sacrificiis solennibus factis, neque votis nuncupatis est profectus. 3. I. A. 2. Certus dies non vt sacrificij, sic consilij expectari solet. * in Clod. Qui omnia sacrificia nosset.

ADIVNC. Anniuersaria, 6. in Ver. Epulare, 3. de Orat. Extrema, 1. de Nat. Gentilia, occultum, satis sanctum, satis angustũ, satis religiosum, solenne, & statutũ, vetus, vetusta, occultáque, de Arusp. Nocturna, occultiora, pro Cl. Nocturnum, ac solenne, solenne at publicum, 2. de Leg. Publica, pro Dom. Solennia, 7. Phil. Stata, pro Mil.

☞ Syntaxis. *Sacratæ leges. Precatio & sacrificatio. Sacrificium facere, facitare. Ad sacrificium hostias præbere.*

SACRILEGIVM, gij. *rei sacræ furtum.* in Sal. 14. Non ita est, sed ✠ abiit in sodalitium sacrilegij Nigridiani. ‖*aliàs Sodalitium.*

SACRILEGVS, a, um. *parricida.* 2. de Leg. 40. Sacrilego pœna est, neque ei soli qui sacrum abstulerit, sed etiam ei qui sacro commendatum. pro Dom. 112. Imago meretricis à fure sublata, à sacrilego collocata. de Arusp. 33. Impurus & sacrilegus. Sal. in Cic. 2. Vxor sacrilega, &c.

SACRO, as. *consecro, dedico* 1. de Diu. 22.

Quod patriæ voces studiis nobisque sacrasti.

pro Corn. 33. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœna, cùm, &c. *aliter. sanctiones sacratæ.*

SACROSANCTVS, cta, ctum. pro Corn. 35. Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod per populum plebémue sancitum est. & 33. Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus, plébsue sanxisset. 2. in Cat. 18. Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas?

SACRVM, cri *sacrificium.* pro Corn. 55. Sed cùm illam quæ Græcum illud sacrum monstraret & faceret, ex Græcia deligerent, tamen sacra pro ciuibus ciuem facere voluerunt. *ibid.* Sacra Cereris summa maiores nostri religione confici, cerimoniáque voluerunt & *ibid.* Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdotes. 3. de Nat. 58. Dionysius quartus, cui sacra Orphica putantur confici. 2. de Leg. 22. Sacra priuata perpetua manento. 2. de Leg. 47. De sacris hæc sit vna sententia, vt conseruétur semper, & deinceps familiis prodantur, vt in lege posui, perpetua sint sacra. & 19. Nec vlla vitiorum sacra solennia obeunto. Conficere sacra, & facere sacra, & multa alia de sacris, L. SACERD. Attic. lib. 1. ep. 15. Anniuersaria sacra. & *ibid.* Memmius Lucculli vxorem suis sacris vitiauit. 2. de Leg. 22. Sacrum sacróue commendatum qui clepserit, rapseritque, parricida esto. item. Sacra priuata, sacra gentilitia. pro Dom. 34. Quid sacra Clodiæ gentis intereunt? & *ibid.* Nec amissis sacris paternis in hæc adoptiua venisti. de Arusp. 33. Nec quis te sacra illa tua facientem videre possit. Orat. 144. Quibus verbis sacrorum alienatio fiat. 2. de Leg. 22. Sacrum cõmittere, & sacrum commissum expiare. L. COMMISSVM.

✠*ADIVNC. LEGE SACRA.*

☞ Syntaxis. *Conficere sacra, obire. Committere sacrum. Sacrum commissum expiare.*

SAEPE. *frequenter, frequens, magna ex parte, identidem, crebrò.* 1. de Inu. 1. Sæpe & multum hoc mecum cogitaui, bonine an mali plus, &c. pro Qu. 3. M. Iunius in hac causa multum & sæpe versatus. & 96. Sæpe ac diu. &c. 2. de Inu. 15. Semel ac sæpius. pro Font. 16. Semel atque iterum, ac sæpius. Attic. lib. 9. ep. 5. Etsi hoc effeci, sæpe & sæpius mihi facturus videor. *aliter, officium.* Epist. li. 13. ep. 42. Id vt re experiatur, iterũ & sæpius te rogo. pro Pomp. 30. Testis est iterum ac sæpius Italia. 2. de Fin. 41. Interdum, vel potius nimium sæpe. Epist. lib. 1. ep. 7. Quod antea tibi sæpe significaui. & *ibid.* Pompeium scis temporibus illis non sæpe in senatu fuisse. 3. ad Heren. 15. Minus sæpe. 3. Offi. 69. Quod si sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius.

SAEPENVMERO. de Senect. 1. Sæpenumerò mirari soleo, &c. Epist. lib. 16. ep. 21. Sum totos dies cum eo, noctisque sæpenum erò partem.

☞ Syntaxis. *Sæpe & multum. Semel ac sæpius. Semel atque iterum, ac sæpius. Sæpe ac sæpius. Nimium sæpe.*

SAEVIO, uis. *sæuitiam in aliquem adhibeo, exerceo, crudelitatem adhibeo.* in Vatin.

SAEVITIA, tiæ. *crudelitas.* Part. 11. In iudicio aut sæuitiam aut clementiam iudicis sibi proponet orator. 2. Offi. 24. Sed heris sanè adhibenda sæuitia in famulos, si aliter teneri non possunt.

SAEVVS, a, um. *ferus, crudelis.* 3. de Or. 155. Vndique venti erumpunt sæui existunt turbines. 2. de Diu. 115. Vnde superstitiosa primùm, sæua euasit vox fera. pro Cæl. 18. Medea amore sæuo saucia. 2. Tusc 20. Sæua gens.

☞ Syntaxis. *Superstitiosa primùm sæua euasit vox fera. (hic expende sine coniunctione tria attributa.)*

SAGA, gæ. L. SAGIO. 1. de Diu. 65. Ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt. & lib. 2. 129. Sagarum superstitio.

SAGACITAS, tis. *calliditas, solertia.* 2. de Nat. 158. & 151. Canum incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium. 3. in Ver. 105. Qua est iste sagacitate in his rebus. & 6. in Ver. 29. Tuam tãtam fuisse sagacitatem.

✠*ADIVNC. Incredibilis narium, 2. de Nat Tanta, 5. in Ver.*

SAGACITER, cius, cissimè. *callidè.* 1. de Or. 223. Sagaciter peruestigare, quid sui ciues cogitent, &c. 2. de Orat. 186. Odorot quàm sagacissimè possum, quid sentiant, &c. Att. lib. 6. ep. 4. Illud præterea μυστικώτερον. tu sagaciùs odorabere.

☞ Syntaxis. *Canum sagacitas narium ad inuestigandum.*

SAGATVS, a, um. 14. I. A. 2. Deinde cras sagati prodeamus. pro Font. 23. Galli sagati brachatique. * Frag. ep. Cum reliqui consulares sagati vellent descendere.

SAGAX, cis. *callidus, acutus, prudens.* 5. Tusc. 67. Nihil est in homine sagaci & bona mente melius. 1. de Diu. 65. Sagire enim sentire acutè est: ex quo sagaces dicti canes. 1. de Leg. 22. Homo animal prouidum, sagax, multiplex. 1. I. C. 19. Quem tu ad supplicãdum sagacissimum fore putasti. Epist. lib. 10. ep. 23. Sagax ad pericula prospicienda. 2. de Fin. 45. Mentem acrem, &c. &, vt ita dicam, sagacem. 1. de Diu. 22.

Hoc adeo penitus cura videre sagaci, Ocia.—

☞ Syntaxis. *Sagax & bona mens. Homo sagax, prouidus, multiplex. Sagax ad pericula prospicienda. Cura videre sagaci. Mens acris & sagax.*

SAGINA, næ. *cibus offaue ad sagmandum apta.* pro Fl. 17. Qui multitudinem illam non autoritate, sed sagina tenebat.

SAGINOR, ris. *pinguesco.* pro Sest. 78. Qui ab illo pestifero ac perdito ciue iampridem reipubl. sanguine saginantur.

✠*ADVERB. Iampridem, pro Sest.*

SAGIO, gis. 1. de Diuinat. 65. Sagire enim sentire acutè est: ex quo sagæ anus, quæ multa scire volunt, & sagaces dicti canes. & *ibid.* Is igitur, qui antè sagit, quàm oblata res est, dicitur præsagire.

SAGITTA, tæ. *iaculum, quod arcu iacitur, vel balista.* 6. I. V. 74. Sagittæ pendebant ab humero. Attic. lib. 2 ep. 1. Configere aliquem sagittis.

✠*ADIVNC. Venenatæ, 2. de Nat.*

SAGITTARIVS, rij. *arcitenens, sagittipotens.* 5. I. A. 18. & Attic. li. 5. ✠ ep. 20. Certum agminis locum tenebant barbari sagittarij. ‖ Ep. lib. 15. ep. 4. Vsi sagittariis.

✠*ADIVN. Barbari, multi, 5. Att.*

SAGITTIPOTENS, tis. in Arat.

Mense sagittipotens solis cum sustinet orbem.

SAGRA, græ. *fluuius.* 2. de N. 6. Cùm ad fluuium Sagrã Crotoniatas Locri maximo prælio deuicissent. & lib. 3 13. De Sagra Græcorum est vulgare prouerbium. Qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quàm ea quæ apud Sagram.

SAGVLVM, li. *sagum.* I. P. 54. Lictores togulis acceptis sagula reiecerunt.

SAGVM, gi. *vestis militaris, index belli, vt toga pacis.* 7. in Ver. 93. Sagum sumit, lucebat iam ferè. 14. in Ant. 2. Propter cuius periculum ad saga issemus. & *ibid.* Ad saga ire & redire ad togas. 8. I. A. 32. Cùm est in sagis ciuitas. & 5. Phil. 31. Tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere.

☞ Syntaxis. *Sagum sumere. Ad saga ire. In sagis est ciuitas. Iustitium indicere, saga sumere.*

SAGVNTVM, ti. *vrbs Hispaniæ.* 5. I. A. 27.

SAGVNTINVS, na. pro Cor. 23. Saguntinus propugnator.

SAITAE. *populi quidam Aegypti.* de Nat. lib. 1.

SAL, salis. 2. de N. 160. Sui ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. de Amic. 69. Verum est illud quod dicitur, multos modios salis simul edẽdos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. 1. de Orat. 159. Vrbanitatis quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.

SAL, & SALES. *vrbanitas, facetiæ, ioci.* 2. de Orat. 98. Alter inusitatum nostris oratoribus lepõrem quendam & salem est consecutus. 2. de Orat. 216. Nullam artem esse salis. Epist. lib. 9. ep. 16. Salis enim satis est, Sanniorum parum. 2. de N. 74. Salem istum quo caret vestra natio, in irridendis nobis nolite consumere. 5. Tusc. 55. Specimen humanitatis, salis, suauitatis, lepõris. Attic. lib. 2. ep. 10. Literæ sparsæ sale humanitatis. Or. 87. Sales, qui in dicendo mirum quantum valent. Epist. lib. 9. ep. 15. Accedunt nõ Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum Romani veteres atque ✠ vrbani sales. ‖ 2. in Ant. 20. Aliquid salis ab vxore mima trahere potuisti. & Quint. fr. lib. 1. ep. 2. Sal dicendi.

✠*ADIVN. Barbari, 5. Philip. Salsiores, veteres, vrbani, 9. Fam.*

☞ Syntaxis. *Lepor & sal. Salis nulla est ars. Specimen humanitatis, salis, suauitatis, lepõris. Humanitatis sal. Vrbani salsiores sales.*

SALACIA, ciæ. de Vniuers. 35. Oceanus Salaciáque cœli tertæque filij.

SALACON, onis. *mollis, delicatus: qualis fuit Salaco Antolyci pater, quiloc nomine malè audiit, vel insolens, & suas opes admirans: quo vitio laborant diuites, vt Aristot. in Rhetoricis docet, quos ob id Salacones appellat. Tigellium igitur quendam his de causis Salaconem Cicero appellare videtur. Erasmus tamen alia affert in adagiis.* Epist. lib. 7. ep. 24. Cognôsti meam causam, & istius Salaconis iniquitatem.

SALAMIN, inis. *insula & vrbs.* Att. lib. 6. ep. 1. Scaptius inclusum in curia senatum Salamine obsederat.

SALAMINA, næ. *Salamis.* 1. Tusc. 110.

SALAMINIVS, a, um. pro Ar. 19. 1. Tusc. 110. Salaminium trophæum.

SALAMIS, mis. *Salamina.* 1. Offic. 75. Diceturque Salamis clarissimæ testis victoriæ.

SALARIA, riæ. *via quædam.* de N. lib. 3. 11.

SALAX, cis. Att. lib. 6. ep. 3. Leuis, libidinosus, salax. *aliter, sagax.*

SALEBRA. bræ. *sunt locorum offensiones, seu loca aspera & inæqualia.* Or. 39. Alter enim sine vllis salebris quasi sedatus amnis fluit. 2. de Finib. 30. Incidere in salebras. & lib. 5. 84. Hæret in salebra.

SALERNVM, ni. *vrbs.* 4. ad Her. 65. Frater venit ex Salerno. *sic enim legendum est, non Falerno.*

SALIARIS, e. *Saliorum proprius: vnde saliarem in modum cœnare: id est, opiparè & apparatè.* Att. lib. 5. ep. 9.

SALICTVM, cti. *locus salicibus consitus.* 2. cont. Rull. 36. Salicta ad Minturnas. & 1. de Diu. 40. Peramœna salicta.

✠ *ADIVNC. Peramœna, 1. de Diu.*

SALIENTES, *à salio sunt fontes tubis aut fistulis aquam fundentes: sic dicti, quòd aqua ascendens primùm, deindeetiam descendès saliat.* Qu. frat. lib. 3. ep. 1. Mirifica suauitate villam habebis, piscina & saliētibus additis.

SALII, orum. *flamines Martiales, siue Martis sacerdotes.* 1. de Diu. 30. Curia Saliorum deflagrauit. pro Dom. 38. L. FLAMEN.

SALINAE, arum. *loca, vbi sal fit.* pro Pōp. 16. Publicanorum familiæ, quas in salinis habent. 2. de Nat. 132. Epistol. lib. 7. ep. 32. Salinæ ab ora maritima remotissimæ.

¶ *Prosalibus, & iocis, ex ambiguo.* Epistol. lib. 7. ep. 32. Quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quòd parum diligenter possessio salinarum mearum à te procuratore defenditur.

✠ *ADIVNC. Remotissimæ ab ora maritima, 2. de Nat.*

SALMACIS, dis. 1. Offic. 61. Salmacida spolia sine sanguine & sudore.

SALPINI. *populi.* 2. cont. Rull. 70. Salpinorum pestilentiæ fines.

SALSAMENTARIVS, rij. *qui salsamenta facit, aut vendit.* 4. ad Her. 68. Vt si salsamentarij filio dicas, Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

SALSAMENTVM, ti. *quod sale conditum est in diuturnum cibum & vsum.* 2. de Diuin. 117. De vino aut salsamento putes loqui, quæ euanescunt vetustate.

SALSE. *facetè.* 2. de Or. 275. Quæ salsè dicuntur. & 221. Salsissimè dicere aliquid.

SALSVS, a, um. *facetus.* 2. I. A. 42. Salsus homo. 2. de Or. 217. Multa sunt ridicula & salsa Græcorum. *ibid.* 228. Esse facetum atque salsum. Epist. lib. 9. ep. 15. Accedunt non Attici, sed salsiores ✠ quàm illi Atticorum Romani veteres atque vrbani sales. ‖ 2. de Orat. 270. Genus est perelegans & cum grauitate salsum. Orat. 90. Quicquid est salsum aut salubre in oratione id proprium est.

SALTATIO, onis. 3. de Fin. 24. Actio histrionis est, saltatio saltatoris. pro Mur. 13. Intempestiui conuiuij, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. de Clar. or. 225. Sextus Titius tam mollis & solutus in gestu, vt saltatio quædam nascereturcui saltationi Titius nomen esset.

✠ *ADIVNC. Comes multarum deliciarum, extrema, pro L. Muræn.*

SALTATOR, oris. 1. Offic. 150. Adde his, si placet, vnguentarios, saltatores. pro Mur. 13. Saltatorem appellat L. Murænam Cato: maledictū est, si verè obiicitur, vehementis accusatoris. 3. de Fi. 24. Histrioni actio, saltatori motus est certus datus. pro Deiot. 28. Si saltatorem auum habuisses.

✠ *ADIVNC. Calamistratus, Post. in Sen. Teneri, in Piso.*

SALTATORIVS, a, um. I. P. 22. Cùm illum suum saltatorium versaret orbem.

SALTATRIX, cis. I. P. 18. Cum illa saltatrice tonsa.

SALTEM. *at certè, at saltem, tamen.* 3. cont. Rull. 1. Qui prouocati à me venire noluerunt, reuocati saltem reuertantur. Attic. lib. 8. ep. 16. Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur. pro Fla. 35. Fratres saltem exhibe. pro S. R. 54. Verè nihil potes dicere, finge aliquid saltem commodè. I. P. 24. At fuit incessus saltem Capua dignus. Epist. lib. 9. ep. 8. Atque aliquo si non bono, at saltem certo statu ciuitatis. Att. lib. 9 ep. 4. Eripe mihi hunc dolorē, ✠ aut minue saltem. ‖ 4. de Finib. 57. Saltem aliquid de pondere detraxisset.

SALTO, as. *moueo me numero.* 3. de Orat. 80. Negarem posse eum satisfacere in gestu nisi palæstram, nisi saltare didicisset. I. P. 22. Cùm collegæ tui domus cantu & cymbalis personaret, cúmque ipse nudus in conuiuio saltaret: in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat. pro Mur. 13. Nemo enim ferè saltat sobrius. 2. I. C. 23. Qui in conuiuiis nudi saltare consueuerunt. pro Deiot. 26. Deiotarum in conuiuio nudum saltauisse. 3. Offic. 93. & 76. Luce palàm in foro saltare. Orat. 226. Egesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum penè Demosthenem saltat, incidens particulas.

✠ *ADVERB. Palàm in foro, 3. Offi.*

SALTVS, tus. *campus, ager.* pro Qu. 28. Quintius de saltu agróque communi vi detruditur. & 79. Quàm longè est hinc in saltum vestrum Gallicanum. de Senect. 19. Nec enim excursione, nec saltu vteretur, sed consilio & ratione. Epist. lib. 8. ep. 5. Tuus porrò exercitus vix vnum saltum tueri potest. ad Attic. lib. 2. ep. 1. Terentiæ saltum perspeximus. * con. C. Anton. Saltibus propè addictis.

✠ *ADIVNC. Infestus, 4. Fam.*

☞ Syntaxis. *De saltu, agróque communi vi detrudi.*

SALVBRIS, bre. *salutaris, incorruptus, sanitatem afferens, vtilis.* (. *pestilens.* 2. de Orat. 290. Nec amœnum, nec salubrem locum censeo. Epist. lib. 9. ep. 12. Gratulor Baiis nostris, siquidem, vt scribis, salubres repentè factæ sunt. 1. de Diuinat. 130. Salubrisne an pestilens annus futurus sit. & 79. Sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres. Partit. 36. Loci salubres. 1. de Diuin. 61. Qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. pro Dom. 16. Dixi sententiam reip. saluberrimam & necessariam. Orat. 90. Quicquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium est. * pro C. Corn. 1. Spectaculum consulum calamitate, re & tempore salubre ac necessarium.

SALVBRITAS, tis. *affectio sanitatem afferens.* (. *pestilentia.* 1. de Diuin. 131. Quorum ex habitu & colore, tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percepi. 2. de Leg. 3. Ego verò cùm licet plures dies abesse, & amœnitatem & salubritatem hanc sequor. 2. cōt. Rull. 94. Salubritas vrbis, vel alicuius loci. de Clar. 51. Eloquentia omnem illam salubritatem Atticę dictionis, quasi sanitatem perdidit, ac penè loqui dedidicit. pro Mur. 29. A iurisconsultis salubritas quædam, ab oratoribus salus ipsa petitur.

☞ Syntaxis. *Salubris sententia. Salubre in oratione id proprium est. A iurisconsultis salubritas, ab oratoribus est salus.*

SALVBRIVS, *aduerb.* de Senect. 57. Vbi enim potes refrigerari salubrius?

SALVEO, es. Epist. lib. 16. ep. 9. Vale, salue. Att. lib. 4. ep. 13. Dionysiū iube saluere. & ep. 14. Dionysium velim saluere iubeas. & lib. 7. ep. 7. Alexin humanissimum puerum velim saluere iubeas. Att. lib. 6. ep. 2. Valebis igitur, & valere Pyliam & Cæciliam nostram iubebis, & saluebis à meo Cicerone.

✠ *ADVER. Plurimum, 10. Att.*

SALVM, li. *mare.* pro Cec. 88. Hoc opinor optaret, non in salum, sed in ipsam vrbem, quam petebat, restitueretur. 3. Tusc. 67. Nec tam ærumnoso nauigassem salo.

✠ *ADIVNC. Ærumnosum, 3. Tusc.*

SALVO, as. *salutem do, salutem fero atque affero, salutem reddo, saluum præsto, saluti sum.* I. P. 78. Me posse iterum rempub. saluare, si cessissem: infinitam cædem fore, si restitissem. ‖ *aliàs seruare.*

SALVS, tis. *incolumitas, sanitas.* Epist. lib. 10. ep. 29. De meo studio erga salutem & incolumitatem tuam, credo te cognoscere ex literis tuorum. 3. de Nat. 91. Aegrorum salus ab Hippocrate data. ¶ *Requies, bonum.* (. *exitium.* 4. in Verr. 154. Is est nimirum Soter, qui salutem dedit. 1. de Orat. 32. Dare salutem, liberare periculis. 2. de Finib. 118. Ferre opem & salutēm indigentibus. pro Dom. 134. Accipere salutem ab aliquo. 2. de Orat. 200. Ego qui multis ciuibus saluti existimor fuisse. Epist. lib. 1. ep. 6. Et si minore in re violatur tua dignitas, quàm mea salus afflicta est. & ep. 7. Multum interest, vtrum laus minuatur, an salus deseratur. Epist. lib. 6. Retinere salutem. Brut. ep. 5. Et fugæ portus erat in tuis castris, & subsidium salutis in tuo exercitu. & Attic. li. 16. ep. 4. Atticam cupio suauiari, ita mihi dulcis salus per te missa ab illa, referes igitur ei plurimam salutem. pro Dom. 75. Vt lucem salutémque redditam sibi ac restitutam accipere debuit. Postquam ad Quir. 15. Non dubitaui, quin is me confectum consularibus vulneribus consulari medicina ad salutem reduceret. pro Syl. 23. Municipium vnde iterum iam salus huic vrbi missa est. pro Mur. 29. A iurisconsultis salubritas quædam, ab oratoribus salus ipsa petitur. pro Font. 11. Salus ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest. 2. de Orat. 35. Eadem facultate fraus hominū ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. * pro P. Opp. Multum posse ad salutem alterius, honori multis fuit. pro C. Corn. 1. Cùm salutem populo Rom. afferret. pro M. Scau. Vt salutem à vobis nepotis sui deprecarentur Dij. Hortens. Prædiis & amicis omnibus aptissimè ad salutem corporis vsus est.

¶ *Vita,*

Vides tyranni satellites in imperiis. pro Qu. 80. Administri & satellites. Sex Nœuij. 1. I. C. 7. C. Manlius audaciæ satelles atq; administer suæ. 5. I. V. 21. Minister ac satelles cupiditatum. & de Prou. 5. Diligentissimus satelles scelerum, minister cupiditatũ. 2. de Fin. 37. Virtutes quas tu satellites & ministras voluptatis esse voluisti. 1. de Inu. 2. Pernicioſissimæ satellites. ‖ 5. in Verr. 128. Quibus aratrum saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit. & 1. de Leg. 26. Hominem natura non solum celeritate mentis ornauit, sed etiam sensus tanquam satellites attribuit. & 1. de Diu. 106.

Hic Iouis altisoni subito pennata satelles. id est, aquila.
* Alcy. *Præuius Auroræ Solis nocturnique satelles. id est, Hesperus.*

✠ *ADIVNC. Diligentißimus scelerum, de Prou. Perniciosissimi, 1. de Inu. Robusti & valentes, & audaces, 2. cont. Rull.*

☞ Syntaxis: *Administer & satelles: & contra. Pennata Iouis satelles.*

SATIATVS, a, um. de Senect. 47. Satiatus & expletus cupiditatibus. 6. I. V. 63. Ait se velle illud etiam atque etiam considerare, nequaquam esse satiatum. Top. 25. Non patiar te hinc non satiatum discedere. Qu. fr. lib. 1. ep. 3. Inimicorum crudelitas nondum est nostra calamitate satiata.

SATIETAS, tis. *fastidium.* pro Mur. 21. Hæc res multum affert hominibus satietatis ac fastidij. 7. I. V. 99. Non metu aliquo affecti, sed satietate exierunt. 1. de Inu. 76. Omnibus in reb. similitudo est satietatis mater. 2. de Orat. 117. Nec adiutor defatigetur similitudinis satietate. & 3. de Orat. 96. Ab aliquo fastidio quodam & satietate abalienari. Orat. 174. Varietas occurrit satietati. ad Attic. lib. 15. ep. 16. Hæc topographia ripulæ videtur habitura celerem satietatem. *ibid.* lib. 13. ep. 19. Satietate affici. 4. ad Heren. 53. Ciò satietate affici. Epist. li. 2. ep. 11. Mirum me desiderium tenet vrbis, satietas autem prouinciæ. pro Mar. 28. Cùm naturam ipsam expleueris satietate viuendi. de Senect. 76. Omnium rerum satietas, vitæ facit satietatem. Attic. lib. 2. ep. 5. Satietas nostri. *(. desiderium.* 3. de Natur. 90. Quænam vnquam ob mortem Myrtelli pœnis luendis dabitur satietas supplicij? 2. Offi. 56. In quo tamen ipso vnà cum satietate memoria quoque moriatur voluptatis. Epist lib. 2. ep. 11. Atque in primis me tenet satietas actę prouinciæ. & li. 9. ep. 26. Sed earũ etiam non satietas, sed quidam modus. 1. de Inu. 25. Cibi satietas, & fastidium sub amara aliqua re reuelatur. 1. de Diu. 24. Nec tuendi satietas capere poterat. Epist. lib. 2. ep. 3. Nec quisquam est, quin satietate iam defessus sit.

✠ *ADIVNC. Aliena.) (Sua, 7. in Ver. Celer, 9. Att.*

SATIO, as. *saturo, expleo, pasco. famem expleo, satietate afficio, satietatem affero, satietatem facio, facietate expleo.* 2. de Finib. 25. Veniebat enim ad cœnam, vt animo quieto satiaret desideria naturæ. 11. I. A. 8. Atque in eius corpore lacerando cùm animum satiare non posset, oculos pauit suos. Part. 96. Explere cupiditates, satiare odium. Orat. 215. Numerus satiat. de Arusp. 42. Satiare libidines alicuius. pro Dom. 58. Qui ne absens quidem luctu meo mentes eorum satiare potui.

SATIOR, ris. 3. de Orat. 191. Vt neque hi satientur, qui audient, fastidio similitudinis. Parad. 1. Nunquã expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. 2. de Leg. 2. Equidem satiari non queo, &c. 3. de Fin. 7. Erat vt scis, in eo inexhausta cupiditas legendi, nec satiari poterat legendo.

☞ Syntaxis. *Cupiditatibus satiatus & expletus. Non satiatus discessit. Cæs. crudelitas aliena calamitate satiata. Satiare odium. Similitudinis fastidium satiat. Videndo satiari non queo.*

SATIO, onis. *satus, sementis.* 5. I. V. 38. Iugera sationum suarum profiteri. de Vn. 40. Post autem sationem eam. *hic satio translatum est verbum ad res cælestes.* 5. I. V. 112. Medimnum ferè tritici seritur perpetua atque æquabili satione.

✠ *ADIVNC. Aequabilis, de Vniu. Perpetua, atque æquabilis, 5. Ver.*

SATIS. *sat, sanè.* de Orat. 73. Peccant, qui non vident quod est satis. pro Qu. 40. Cùm hominem nomino, satis mihi videor dicere. pro S. R. 33. Hanc laudare pro dignitate nemo satis commodè posset. Anteq. 12. Nec satis est ne cui iniuriam facias, prouidere, si tamen, &c. 3. Offi. 58. Homo infacetus, & satis literatus. 2. de Finib. 62. Sic à me satis testium est dictum. pro R. P. 45. Satis multa, &c. de Clar. 135. Hi dicebant de Republica, quod esset illis viris & consulari dignitati satis. Orat. 215. Animo satis est, auribus non satis. Epist. lib. 5. ep. 2. Si me defendi contra fratrem tuum, satis habeas, nihil me etiamnum tecum de eo conqueri. 4. ad Heren. 1. Non satis habent præcipere de artificio, sed, &c. Attic. lib. 12. ep. 24. Sed pusillum loci, ad hanc rem plus etiam satis. 1. I. A. 38. Mihi ferè satis est quod vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriã. Parad. 1. Quę verbis subtilius quàm satis est, disputari videntur. pro Qu. R. 11. Satis supérque habeo quod mihi dederis. Epist. lib. 12. ep. 1. Ego àte satis habeo. Att. lib. 9. ep. 9. Atque hoc in te satis habebit. Att. lib. 16. ep. 6. & 1. Tusc. 109. Sed id satis supérque. Epi. lib. 9. ep. 14. Sum auidus plusquam satis est gloriæ. 2. de N. 2. Contra Epicurum satis supérque dictum. 7. I. V. 122. Plus quàm satis opus est doleo. Att. lib. 6. ep. 1. Nec id satis efficitur in vsuram menstruam. & *ibid.* Ea vix in fœnus Pompeij quod satis sit, efficiunt. 2. de Or. 174. Satis esse deberet, si, &c. pro S. R. 150. Si non satis habes explere, &c. nisi etiam, &c. 4. ad Her. 1. Satis erit signi, quod, &c. Top. 1. Libri satis multi. ‖ 3. de Or. 67. At si satis esse putatis. pro Planc. 92. Satis habere à me.

SATIVS est. *præstat, melius est.* 4. ad Her. 37. Est, cùm non est satius, si, &c. & *ibid.* Non igitur satius est, &c. 2. de Inu. 100. Videbatur vel mori satius fuisse, quàm esse cum iis. 4. I. V. 88. Mori satius est, quàm turpiter viuere. Att. lib. 7. ep. 1. Video cum altero vinci satius esse, quàm cum altero vincere.

SATIN. *pro satisne.* 1. de N. 115. Satin est id ad illam abundantem bonis vitam beatissimam?

☞ Syntaxis. *Satis à me testium dictum. Ego te dicere satis habeo. Plus etiam satis ad hanc rem. Satis supérque à te habeo, quid. Auidus plus quàm satis est gloriæ.*

SATIS accipio, pis. *prædes accipio, ab aliquo caueo.) (satisdo.* pro Qu. 44. Si veretur, vt res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satis accipiat, quibus à verbis satis accipiet, iisdem ipse quod peto satisdet. 3. I. V. 115. Aut pro præde litis vindiciarum, cùm satis accepisset, sponsionem faceret.

SATISDANDO. Att. lib. 5. ep. 1. De satisdando te rogo, vt satisdes.

SATISDATIO, onis. *vadimonium.* Att. lib. 5. ep. 1. Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium, in his Memmianorum prædiorum.

SATISDATO, *id est, ex satisdationis formula.* Attic. lib. 16. ep. 6. Hoc quod satisdato debeo, peto àte vt solutum relinquas. Et, satisdato promittere, *apud iurisconsultos.* Att. lib. 16. ep. 14. Sed illi turpe arbitror, eo nomine quod satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere.

SATISDATVR. Att. lib. 1. ep. 6. Ille satisdari abs te amplius non petit.

SATISDO, as. *prædes do, &, vt iurisconsulti loquuntur, fidemubeo, & vadimonia promitto.) (satis accipio.* 3. I. V. 146. Qui redemerit, satisdet damni infecti. & *ibid.* Cùm sibi ipsum iubet satisdare Rabonio & 4 in Ver. 60. Iudicatum solui satisdaturos esse dicebant. Epi. lib. 13. ep. 28. Si quid tibi satisdandum erit, amplius eo nomine non peti cures, vt satisdetur fide mea. pro Quin. 30. Is postulat, vt procurator iudicatum solui satisdaret: negat Alphenus æquum. esse procuratorem satisdare, quòd reus satisdare non deberet, si ipse adesset. & *ibid.* A prætore postulat, vt sibi Quintius iudicatũ solui satisdet. & *ibid.* Non recusabat Quintius, quin ita satisdare iuberet. pro Quint. 44. Si veretur, vt res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satis accipiat: quibus à me verbis satis accipiet, iisdem ipse quod peto satisdet. & 45. Imò abs te satis accipiam, ego autem tibi non satisdabo. pro Qu. R. 35. Quid ita satis non dedit amplius à se neminẽ petiturum. & *ibid.* Qui pro sociis trãsigit: satisdat neminem eorum postea petiturum.

☞ Syntaxis. *De satisdando te rogo. Debeo tibi hoc satisdato. Ab illo satisdatur. Satisdare damni infecti. Satis accipiam, non satisdabo.*

SATISFACIO, cis. *impleo, placeo, morem gero, quod debeo soluo.* pro Cor. 2. Amicis salutis meæ si minus ad referendam gratiam satisfacere potui, ad prædicandam & habendam certè satis sum facturus. 1. Offi. 103. Cùm grauibus seriisque rebus satisfeceremus. pro Clu. 29. Satisfacere naturæ & legibus. *id est, mori, & exilio mulctari.* Epist. lib. 10. ep. 1. Satisfacere vitæ. & *ibid.* Satisfacere amicitiæ, & lib. 4. ep. 8. Me satis nostræ coniunctioni amorique facturũ. 5. I. V. 133. Oportuit illum non antè sibi satisfacere, quàm tu omnium existimationi satisfeciſſes. Or. 109. Histriones in dissimillimis personis satisfaciunt. Att. lib. 2. ep. 21. Varro satis mihi facit. 1. I. V. 47. Satisfacere causę & officio suo. Top. 99. Cumulatè satisfacere alicui. Att. lib. 9. ep. 9. Cumulatissimè satisfacere alicui. 1. de Or. 170. Neque illum in hoc iure ciuili, satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset. Att. lib. 16 ep. 5. Is me in omni genere delectauit, in eoque maximè, in quo minimè putabam, satisfaciebat. 14. I. A. 26. Pansa aut morte, aut victoria se satisfacturum reipublicæ spopondit. 1. de Leg. 5. Potes autem tum satisfacere in historia, cùm sit opus vnum hoc oratorium maximè. 2. I. A 49. Nunquam te mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum purabas. pro Fl. 47. Hermippus Fusiis satisfacit, & fidem suam liberat. 1. de Fin. 15. Quamobrem tandem nõ satisfacit. Epist. lib. 13. ep. 7. Satisfacere Deo piè & castè. 4. ad Her. 15. Pueri tui modò me pulsauerunt, satisfacias oportet. 3. I. V. 79. Satisfacere publicè. Att. lib. 5. ep. 18. Faciam tamen satis tibi, &c. & satisfaciam vtrique. & lib. 4. ep. 3 De nostra continentia & diligentia faciemus satis.

¶ *Morem gero.* Att. lib. 2. ep. 4. & Orat. 140. Satisfacere alicui quippiam petenti.

✠ *ADVERB. Abundè, cumulatissimè, facillimè, 10. Fam. Affatim, 14. Attic. Breuiter vniuersis, 1. Ver. Castè, & piè deo, 14. Famil. Cumulatè, 6. Attic. Mirabiliter im-*

mortalis

mortalitati,13.Fam.Mirificè officio,1. ad Qu.frat.Planè,6.Famil. Præclarè voluntati,2. ad Qu.frat.Quàm honestissimè,8.Fam.Tributim populo,4.Att.Valde,7. Att.vehementer,3.ad Qu.frat.

SATISFACTIO,onis.*purgatio.* ad Att.lib.4.ep.6.Et aliquid satisfactio videtur habere leuitatis. Ep. lib. 7.ep.13. Hic tu me etiam insimulas,nec satisfactionem meam accipis.

SATISFIT, bat. *satis habeo.* pro Planc. 94. pro R. P. 45. Vt omnium suspicioni satisfiat. Epist. lib.2. ep.16. Nam ad bellum quidem qui conuenit? præsertim contra eum cui spero me satisfeciſſe,ab eo cui tamen satisfieri nullo modo potest.& lib. 13.ep. 32. Quanquam à re quidem cumulatè satisfit mihi, & omnibus meis,& lib.14.ep.6. Vide quomodo satisfiat ei, cui scis me satisfieri velle.2.I.A.49. Cæsar ad me scripsit,vt mihi satisfieri pateret à te. 7. in Verr.129.Satis officio meo factum esse arbitror. & 138.Satis est factum promisso nostro ac recepto. 1.de Orat.204. Mihi verò,inquit Mutius, satis superque abs te videtur istorum studiis esse factum.

✠ADVERB. *Cumulatè alicui,13.Fam.Planè alicui,6. Att.Publicè,1.in Ver.*

☞ Syntaxis. *Ad gratiam habendam,referendam satisfacere. Causæ & officio suo satisfacere. Hoc me delectat,& satisfacit. Petiti satisfacere. Accepto tuam satisfactionem. Suspicioni satisfacere. Satis officio meo factum esse puto. Satis abs te videtur istorum studiis esse factum.*

SATOR,oris.*seminator.*2.de N.86. Omnium rerum sator & seminator mundus est.2.Tusc.21.Tuque cœlestium sator.

SATRICVM.ci. *oppidum.* Qu.fr.lib.3.ep.1.

SATVR,a,um.*saturus, plenus.* 1. de Diu. 77. Esurientibus pullis res geri poterit,saturis nihil geretur.

¶ *Magnum,atque graue:ad orationem relatum.* Or.123. Satura ieiunè,grandia minutè dicere.

SATVRATVS, a,um.*expletus.*1.de Diu.61. Mens saturata bonarum cogitationum epulis.pro Planc. 20. Homines saturati honoribus. 5.I. V. 100. Vt aliquando expleti ac saturati discederent.

SATVRNALIA,orum. *Saturno consecratus dies festus, qui* XIIII. *Cal. Ianuarij celebrabatur.* Attic. lib.5.ep.20.Hilara sanè Saturnalia. 3.I.C. 10. Aliis cædem Saturnalibus fieri placebat. Attic.lib. 13. ep. 50. Cæsar secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venit.

✠ADIVNC.*Hilara,5.Attic.*

SATVRNIVS,a,um. de Som. 9. Illa stella, quam in tetris Saturniam nominant.

SATVRNVS,ni. *Cœli filius.* 2. de Nat. 64. Saturnus appellatus est, quòd saturetur annis.eadem. de N.li.2.64.Saturnum autem eum esse voluerunt,qui cursum & conuersionem spaciorum ac temporum contineret : qui deus Græcè idipsum nomen habet, χρόνος enim dicitur:qui est idem χρόνος,temporis spacium.& 63. Vetus opinio est, exactum Cœlum à filio Saturno.& 53. Saturni stella, φαίνων Græcè, triginta ferè annis cursum suum conficit. *ibid.*119.Summa Saturni stella refrigerat, media Martis incendit. & lib.3.44. Aether & Dies parentes, Cœlum, Saturnus, Iupiter. de Vn.35. Saturnus,Phorcis & Ops fratres, Oceani & Salaciæ filij. Att.lib.13.ep.40. Saturni ἀνάθημα templum.

SATVRO,as.*satio,expleo.*2.I.A.59.Antonius saturauit se sanguine ciuium. 2. de Nat. 64. Saturnus quia se saturat annis. in Vat. 6. Dum odium, quod in bonos habebatis, saturate cupiditatis. pro Dom.44.Expleui animos inuidorum,placaui odia imperitorũ, saturaui etiam perfidiam & scelus perditorum.

SATVROR,ris.2.de Nat.128. Nuper nati mammas appetunt,earúmque vbertate saturantur. 2. de Nat. 64. Saturnus appellatus, quòd saturetur amis.

SATVS,a,um. de Vniu.37.Satis,& quasi sparsis animi, &c. 1.Tusc. 60. Terra obsecrote, aut fata, aut concreta videtur, tanta vis memoriæ?& 118.Non temerè nec fortuitò fati creatique sumus. de Senect. 59. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ.1.de Leg.1.Hæc quercus sata est ingenio. & 24. Genus humanum sparsum in terras atque satum. * Oecon. 3. Neque serit vitem,neque quæ sata est,diligenter colit.

✠ADVERB. *Fortuitò & temerè,1.Tusc.*

SATVS,tus.*satio.*1. Offic.118.Hoc Herculi Iouis satu edito potuit fortasse contingere. 2. Tusc. 13. Philosophia præparat animos ad satus accipiendos. 5. de Finib. 65. A primo satu. 1.de Diu. 93. Herbam asperam credo non humano satu, sed auium congestu. de Sen. 52. Vitium satus, ortus incrementa. 1. de Diuin. 93. Quædam etiam orirebantur ex hominum pecudúmue conceptu & satu. de Vn. 35. Oceanum Saliciámque Cœli satu Terræque conceptu generatos editósque memorant. & *ibid.* Vos qui deorum satu orti estis.

✠ADIVNC.*Humanus,2.de Diuinat.Primus,5.de Finibus.*

☞ Syntaxis. *Satus creatúsque. Sati animi terra. (hic animaduertas & semen seri,& solum in quod iacitur semen.) Parentum optimorum satu editus. Animum parat philosophia ad satus accipiendos. A primo satu. Ex hominum pecudúmque conceptu ac satu. Ex Cœli satu, Terræque conceptu generatus ac editus.*

SATYRVS,ri *bestia de genere simiarum.* 6. in Ver. 135. Satyrus, qui apud Tarentinos in æde Vestæ est.3.de Nat.43. Nymphæ,Panisci,& Satyri.

SATYRISCVS,sci.*satyrus.*1.de Diu.59.

SAVCIATIO,nis.*vulneratio.*pro Cæc.43.

SAVCIO,as.*confaucio,vulnero.* Att. lib.14.ep.24. Ille quem Brutus noster sauciauit.

SAVCIOR,ris.3.I.V.67.Ipse Rubrius in turba sauciatur, serui nõnulli vulnerantur. in Vat. 13. Omnia tela sic in te coniicientur, vt nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucietur.

SAVCIVS,a,um.*vulneratus.*2. Tusc. 38. Videmus ex acie afferri sæpe saucios. 2. I. C. 24. Gladiator ille confectus & saucius. pro Cæl.38.Medea amore sæuo saucia.Brut.ep. 10. Perterritos, inermes,saucios non sunt nostri duces persecuti.

✠ADVERB.*Grauiter,1.de Diu.Leuiter,2.de Inu.*

☞ Syntaxis. *Confectus ac saucius. Amore saucius.*

SAXA rubra. *locus inter vrbem & Veios.*2.I.A.77.

SAXETVM,ti. *locus plenus saxis.*2.cont.Rull. 66. Quod est tam asperum saxetum,in quo agricolarum cultus non elaboret?

✠ADIVNC.*Asperum,2.Cont.Rull.*

*SAXEVS,a,um.2.de Nat.d.89.Moles saxea. *Actij.*

SAXVLVM,li.1.de Or. 196.Ithaca in asperrimis saxulis affixa.

✠ADIVNC.*Asperrima,1.de Orat.*

SAXVM,xi. *silex,lapis.*de Fat. 6. Ex spelunca saxum in crura eius incidit. pro Cæc.60.Glebis aut saxis aliquem de fundo præcipitem agere & *ibid.* Qui saxa iacerent. pro Dom. 14. Saxis facta lapidatio est.I.P. 43. Vt tu vspiam saxis fixus asperis, &c. 4.Aca. 100. E saxo sculptus, aut ebore dolatus. Attic. lib.14.ep. 16. De saxo in crucem.

✠ADIVNC. *Aspera,2.Tusc.Cana, Arat. Depressum in mirandam altitudinem, & multorum operum excelsum,7.in Ver.Prærupta,1.*id.

☞ Syntaxis. *Saxis facta lapidatio. Saxis fixum asperis pendere. E saxo sculptus,ex ebore dolatus.*

SAXIFRAGAE vndæ.3.de Orat.165.Poëtæ.

SCABELLVM,li.*scamnum.*pro Cæl. 65. Deinde scabella concrepant,aulæum tollitur.

SCABER,a,um.*asperum.*) (*leue.*3.Tusc.26.Pectus illuuie scabrum.

SCABIES,ei.1.de Leg.47.Nos voluptatis blanditiis corrupti,quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carent, non cernimus satis.

SCALAE,arum.2.I. A. 21. Negociúmque transegisses, nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset.pro Mil. 41. Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset.L.GRADVS.

SCALMVS,mi. *lignum id est in naui,quo nituntur remi, dum aguntur.* 1. de Orat. 174. Qui duorum scalmorum nauiculam in portum euerterit. Attic.lib.16.ep.3. Hæc ego conscendens è Pompeiano tribus actuariolis decem scalmorum. *alter, scami, vel scalmus.* de Cl.196. Qui in littore ambulans scalmum reperisset.

SCALPO,is. *incido,vulgo dicunt Sculpo.* 2. de N. 150. Itaque ad pingendum,ad fingendum,ad scalpendum, ad neruorum eliciendos sonos ac tibiarum, apta manus est admonitione digitorum.

SCALPELLVM, li. *chirurgi ferrum, quo quid scindit & aperit.* pro Sest.135. Cùm sanæ parti scalpellum adhibetur 2.de Diuinat.96. Quorum linguæ sic inhærent,vt loqui non possint,scalpello resectæ liberantur.

SCAMMONIA,niæ.*herba.*1.de Diu. 16. Quid scammoniæ radix ad purgandum possit.& lib.2.47.Scammoniam,aristolachiámque radicem.

SCAMNVM,ni. *sedes,scabellum.*1.de Diu. 108. Aruspicio regni stabilita scamna solúmque.Ennij.

SCANDO,dis. *conscendo.* de Sen. 17. Cùm alij malos scandant,alij per foros current,alij.&c.

SCANTIA sylua.1.cont.Rull.3.*bis.*

SCAPHA,phæ. *linter,seu nauicula, quæ longis nauibus subseruit.* 1. ad Her.19.Omnes in scapham conscenderunt, & moderari nauim ex scapha. Attic. lib. 7. ep.3. σκάφος τῶν ἀκροκώπων. 2.de Inu. 154. Vsque adeò vt dominus nauis in scapham confugerit. & *ibid.* Gubernator nauis in scapham aufugit.

SCAPHIVM,phij.*scyphus,seu poculum in formam scaphæ nauiculæ factum.*6.I.V.37.Scaphia cum emblematis Lilybæi empta.

SCATEO,es.*scaturio.*1.Tusc.69.Fontes scatere.Poëtæ.

SCATVRIO,tis.*emano,effluo,erumpo.* Epist. lib. 8. ep.4.Totus, vt nunc est,hoc scaturit.

SCELERATE. *nefariè,per scelus.* Anteq.15.& pro Syl. 67. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos sceleratè loquar factis?1.I.C.27.Bellum sceleratè susceptum.

SCELERATVS

SCELERATVS,a,um. *conſceleratus,ſceleſtus,impurus,nefaſtus,nefarius,improbus,capitalis, impius ſcelere aſtrictus, ſcelere contaminatus, parricidiis contaminatus, & omni ſcelere coopertus.* Att.li.9.ep.18.Ego hunc impurum & ſceleratum puto.21.I. C. 19. Quæ mente ſceleratæ & nefariæ cupierunt. pro Mur. 62. Sceleratus & nefarius fueris,ſi,&c.3.de Fin. 64. Il a vox inhumana & ſcelerata. pro Cl. 193.Conſcelerata mulier. de Ar. 28. Brogigatus impurus homo, ✠ & ſceleratus. ‖ 11.in Ant.1.Sceleratæ arma.pro Clu.194.Sceleratæ preces.

☞ Syntaxis. *Homo impurus ac ſceleratus.Scelerata & nefaria mens.*

SCELESTE.Att.lib.6.ep.1.Sceleſtè ſuſpicaris.

SCELESTVS,a,um. *ſceleratus.* in Sal. 6. Sceleſtus ciuis. pro Sex. Roſ.37.Sceleſtum ac nefarium facinus.& 62.Res ſceleſta, atrox, nefaria.

SCELVS,ris. *flagitium,facinus,fraus,atrocitas ſceleris.*1.de Orat.220. Qui animorum motus in iudicum mentibus concitent, ſcelus eos nefarium facere.pro Dom. 81. Facere ſcelera.pro Sex.Roſc. 25.Multa ſcelera & flagitia fieri.pro Seſt. 58. Edere ſcelus in aliquem. de Aruſp. 59. Infinita ſunt ſcelera,quæ ab illo in patriam ſunt edita. pro Seſt. 108. Aſtringi ſcelere.11.in Anton.2.Suſcipere ſcelus.pro Milon. 32. Facere aliquid ſceleris.pro Cluent.194. Hoſtiæ cæſæ ad ſcelus perficiendum.Epiſt.lib.1.ep.9.Quæ prætermitti ſine nefario ſcelere non poſſunt. pro Clu.188.In ſcelus & immane.4.ad Heren.13. Scelus nefarium & truculentum.de Am. 27. Scelus deteſtabile.in Piſ.44. Conſcientia ſceleris & fraudum ſuarum.* pro P. Opp. Veriſimile non eſt, tantum ſcelus M.Cottam eſſe commentum. Quid? hoc veriſimile eſt,tantum ſcelus Oppium eſſe conatum. Hortenſ. Qui nos ob aliqua ſcelera ſuſcepta in vita ſuperiore, pœnarum luendarum cauſa natos eſſe dixerunt.de Conſolat. Vitiis & ſceleribus contaminatus.1.Acad.Scelera ponere.

✠ ADIVNC. *Acerbiſſimum, apertum, multa, nouum, ſanctum,pro Sex.Roſc.Alienum,3.Tuſc. Clandeſtinum, inauditum,pro Syl.Conſimile,11. Att.Conſulare,impiũ, vſitatum,pro Dom.Deteſtabile,de Amic. Domeſticum, incredibile,& in omni vita inauditum,infeſtum & immane,potiſſimum,recens,ſuſpicioſum,incredibile, apertum ac manifeſtum,ſingulare,dignum odio maiore,pro Clu.Extrema,impunita,2 Off.Immane, ac nefarium,4. Cat. Importunum, infinita, inexpiabile, nefandum, de Aruſp.Indignum,non paruum, turpe ac flagitioſum,ep. ad Brut.Indigniſſimum,inſigne,par, de Prou. Innumerabilia, 7. Phil.Inteſtinum, 5. Fam. Magnum, 4.Phil. Maiora,ac illuſtria,6.in Ver.Maius,3.Off.Manifeſtum, ſimile,7.Ver.Maxima,in Piſo.Maximum,repentinum, ſempiternum,pro Cæl.Meditatũ,& cogitatum,2. Phil. Mera,9.Attic.Minus,7.Attic.Nefanda,13.Phil.Nefaria,priſtinum,3.in Ver.Nefarium, 2. Famil. Nefaria ac manifeſta,præſens,2.in Catil.Nouum,inauditum,inexpiabile,11.Phil.Plurimum,pro Quint.Propria,in Vat. Summum,3.Attic.Totum,pro Mil.*

☞ Syntaxis. *Scelus nefarium facere.Scelera & flagitia fiunt.Scelus in aliquem edere.Aſtringi ſcelere. Hoc erit ad ſcelus perficiendum.Infeſtũ ſcelus & immane, nefarium & truculentum. Scelerum & fraudum conſcientia.*

SCENA,næ. *cauea,fabula.*pro Mur.39. Ludorum elegantia, & ſcenæ magnificentia. de Ar. 25. Omne ſeruitium permiſſu magiſtratus liberatum, in alteram ſcenam immiſſum. & *ibid.* Illi cùm ludos facerent, ſeruos de caulea exire iubebant, tu in alteram ſeruos immiſiſti.2.de Orat.233. Miror eorum impudẽtiam, qui agunt in ſcena geſtum inſpectante Roſcio. 3.de N. 69. Scena referta eſt his ſceleribus.2.de Orat.338. Maxima quaſi oratori ſcena videatur concio. de Amic. 97. In ſcena, in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum eſt.Brut.ep.9.Nũc populo & ſcenæ (vt dicitur) ſeruiendum eſt. de Cl. 289. Roſcio eſſe in ſcena. pro Planc. 29. Omitto illa, quæ ſi minus in ſcena ſunt, at certè quum ſint prolata, laudantur. de Senect. 65. Idque tum in vita,tum in ſcena intelligi poteſt ex iis fratribus, qui in ✠ Adelphis ſunt. ‖ 3. de Orat. 218. Vniuerſam rem & ſententiam, non demonſtratione ſed ſignificatione declarans, laterum inflexione hac forti ac virili non ab ſcena & hiſtrionibus,&c.

✠ ADIVNC. *Argentea, competitrix, pro Mur.Maxima,2.de Orat Referta ſceleribus,3.de Nat. Tota, 3. de Repub.*

SCENICVS,a,um,3.de Orat.218. Geſtus ſcenicus verba exprimes. pro Plan.30.Scenicæ perſonæ,vt mimi,hiſtriones.

¶ *Hiſtrio.*1.Offi.114.Ne ſcenici plus, quam nos,videantur habere prudentiæ.

☞ Syntaxis. *Populo & ſcenæ ſeruire.*

SCEPTRVM,tri.*virgar.gis.* pro Seſt.37.& 1.de Diu.21.Rex ſedens cum purpura,& ſceptro,& inſignibus illis regiis.

SCHEDA,dæ.*tabella,pagella.* Attic.lib.1.ep.17. Enitere, vt ne qua ſcheda depereat.

SCHEDVLA, læ.Epiſt.lib.15.ep.16. Hæc tertia iam epiſtola antè te oppreſſit, quàm tu ſchedulam aut literam. *vetuſti codices hic ſcidulam habent,& ad Atticum,ſcid.am:& recte.nam Chariſius autor & doctus,& bonus,& antiquus, ſcidulam à ſcindendo,ſiue ſchidulam ἀπὸ τοῦ χίζειν dici aſſerit.*

SCHEMA,tis.de Clar. 274. Verborum & ſententiarum illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam inſignibus in ornatu diſtinguitur omnis oratio. de Clar. 69. Sententiarum orationiſque formæ,quæ appellantur σχήματα, & 140. Sententiarum ornamenta & conformationes. *ibid.* 141. Σχήματα enim quæ vocant Græci ea maximè ornant oratorem: eaque nõ tam in verbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis ſententiis. Top. 34. Ornamenta verborum ſententiarúmque, quæ appellantur σχήματα. Orat.83. Lumina quæ Græci quaſi aliquos geſtus orationis, σχήματα appellant. L. ORNATVS.

SCHOENOBATICA.Epi.li.8.epi.1.Q. Pompeium Baulis ſchœnobaticam facere. *Alij Embanetica legunt.*

SCHOLA, læ.*gymnaſium.*2.Offic.89. Sed hoc de genere commodius à quibuſdam optimis viris ad mediũ Iani ſedẽtibus, quàm ab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur. Orat.95. E philoſophorum ſcholis tales ferè euadunt.2.de D.31.Multa iſtiuſmodi dicuntur in ſcholis.1. de Or.56.Clamabũt credo omnia gymnaſia,atque omnes philoſophorum ſcholæ, ſua hæc eſſe omnia propria.2.de Finib.1. Primum deprecor,ne me tanquam philoſophum puretis ſcholam vobis aliquam explicaturum,*id eſt,vniuerſam alicuius ſectæ & doctrinæ ſcholam.* in Piſon. 59. Homo ad perſuadendum concinnus,perfectus,politus è ſchola.1. de Nat. 34. Ex eadem Platonis ſchola Ponticus Heraclides.1. de Orat. 102. Qui cùm in ſchola aſſediſſent, iuberent, &c. & *ibidem.*105. Qui non Græci alicuius loquacitatem ſine vſu,neque ex ſcholis cantilenam requirunt. 5. de Finib.89. Domi in ſchola definis. & lib.2.in Epicuri ſchola. Epiſt. lib. 9. ep. 22. Habes ſcholam Stoicam. in Piſ. 60. Vertes te ad alteram ſcholam. 1. Tuſc. quæſt. 8. Itaque dierum quinque ſcholas, vt Græci appellant,in totidem libros contuli. & *ibid.* Vt iam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus. *id eſt,diſputationes.* 4. Acad. 81. At ille neſcio quis qui in illis ſcholis nominari ſolet, mille & octingenta ſtadia quod abeſſet, videbat.

✠ ADIVNC.*Certæ,3.Tuſc.*

☞ Syntaxis. *Gymnaſia & philoſophorum ſcholæ. Homo politus è ſchola. Habere ſcholas,lucubrare:id eſt,diſputationes.*

SCHOLION. *reſponſio,vel purgatio,vel defenſio,vel interpretatio breuior.* Attic. lib. 16. ep. 7. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me. & *ibid.* ἀπολογισμὸν σωτήριον. & *ibid.* Quid iam opus eſt σχολίῳ? Att. lib.13.ep.38.Σχόλια enim tibi video placere.

SCIENS,tis:tior,ſſimus. *prudens,gnarus,peritus, intelligens.*1. de Inuent. 58.Nauis quæ ſcientiſſimo gubernatore vtitur.pro Pomp. 28. Quis eo ſcientior vnquam fuit 2. ad Heren. 50. Tu ſcientior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum perſequendum. pro Sex.Roſc.55. Is apertè calumniari ſciens videtur. pro Quint. 51. Qui nihil alteri ſciens incommodat. pro Syll. 86. Nullum à me ſciente facinus occultatur. pro Clu. 129. Habebit igitur te ſciente & vidente curia malum ſenatorem. Epiſt. lib.8. ep.6.Sciens,prudens feci.pro Pl. 41. Plancius offendit ſciens neminem.Att.li.10.ep.11.Ne te ſciens prudẽsque eò demittas,vnde,&c.pro Corn.13. Vtrum inſcientem vultis contra fœdera feciſſe, an ſcientem?

☞ Syntaxis. *Vtitur hæc nauis moderatore ſcientiſſimo. Præceptorum ſcientior. Illa ſciente & vidente.Sciens,prudens fecit.*

SCIENTER. *ſcitè,intelligenter,ſciens.*) (*inſcienter.*1.de Orat.132. Iis quæ habeas modicè & ſcienter vti. & lib. 2. 5. Scienter ac peritè dicere. Orat.175.Scienter verſari in aliqua re.1.de Diu.92.Scienter interpretari aliquid.2. Offi. 18. Iis quibuſcum congregamur, vti moderatè & ſcienter.

SCIENTIA,tiæ. *cognitio, intelligentia, doctrina, diſciplina, prudentia, ſtudium,rerum cognitio, virtus.*) (*inſcientia,ignoratio.*1.de N. 1. Vt magno argumento eſſe debeat cauſam, id eſt, principium philoſophiæ eſſe ſcientiam. 1. Offi. 18. Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem. & 19. Omnis cogitatio, & aut in ſtudiis ſcientiæ cognitionisque verſabitur. 3. de Orator. 110. Aut cognitio rei ſcientiáque perquiritur. 1. Offic. 63. Scientia, quæ eſt remota à iuſtitia, calliditas potius, quàm ſapientia eſt appellanda, vt inquit Plato. 5. de Finib. 48. Innatus eſt in omnibus cognitionis amor & ſcientiæ. 1. de Diuinat. 91. Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non ante magorum diſciplinam, ſcientiámque perceperit. 9. I. A. 10. Seruij Sulpitij in legibus interpretandis ſcientia.

Orator.

Orator.113. Dialecticorum scientia.1.de Orat.20. Omnium magnarum rerum atque artium scientiam consequi. & 46. Rerum maiorum scientia.5.de Finib.26. Omnes artes in aliqua scientia versantur.4.Academ.146. Artem sine scientia esse non posse. 4. ad Heren.54. Certa scientia maleficij, non suspicio.1.de Orator. 92. Cùm hæc omnia audirentur ab iis, quibus non esset scientia tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certè obscura opinio. & 108. Res ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiaque comprehensæ. Epist.lib.6.ep.22. Comprehendere aliquid scientia. 2. de Orat.30. Oratoris omnis actio opinionibus, non scientia cõtinetur. & *ibid.* Res quæ mendacio nixa sit, quæ ad scientiam nõ sæpe perueniat. & *ibid.* Pertractandorum animorum scientiam si quis volet magnam quandam artem dicere, non repugnabo. & 36. Ars quæ faciendorum verborum scientiam profiteatur. 3. de Orat. 53. Scientiæ suauitas, qua nihil est hominibus iucundius. 5. de Fin. 23. Herillus sensit nihil esse bonum præter scientiam. Orat.160. Scientiam loquendi mihi reseruaui, vsum populo concessi, pro Syl. 39. Cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri.1. Offic. 142. Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. 1.de Nat.117. Sanctitas est scientia colẽdorum deorum.1.de Diuin.2. Chaldæi diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effecisse, vt prædici possent futura. & 83. Si dij futura significant, aliquas vias dant nobis ad significationis scientiam. 1.de Nat. 92. Miror in homine esse Romano tantam scientiam. Epist.li.7.ep.3. Habere scientiam magnarum artium. & lib.4.ep.5. Qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt.2.I.A.8. Quo me teste conuinces? an chirographo? in quo habes scientiam quæstuosam.1. Offi.153. Prudentia est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. & *ibid.* Prudentia est rerum diuinarum atque humanarum scientia. 1. de Orat. 59. Promere aliquid ex aliqua obscuriore scientia. & *ibid.* Regionum terrestrium aut maritimarum scientia. 4. de Finib. 14. Viuere scientiam adhibentem earum rerum, quæ naturâ eueniunt. 2. de Diu. 23. Certè igitur ignoratio futurorum malorum vtilior est quàm scientia. & 70 In prouidendis rebus esse augurandi scientiam. 2.de Diuin.123. Musæ legendi, scribendi, cæterarúmque artium scientiam somniantibus non dabunt. 2 de Diuin. 131 Si ea dij nobis obiiciunt, quorum neque scientiam, neque explanationem habeamus.pro Pomp.28. Scientia rei militaris.& 1.de Diu. 32. Scientia auguratus.1.de Leg.18. Iuris ciuilis scientia. Epist.lib.4.ep.3. Tua scientia excellens ac singularis. L. LITERAE. * de iur. ciuil. Nec verò scientia iuris maioribus suis Q. Aelius Tubero defuit, doctrina etiã superfuit.* Hortens. Vna essemus beati cognitione naturæ & scientia.

✠ *ADIVNC. Ancillula eloquentiæ, pedissequáque iuris, incredibilis, necessaria, obscurior, propria, similis,* 1. *de Orat. Admirabilis, vicina atque finitima dialecticorum, Orat. Admirabilis & incredibilis, & penè diuina,* 9. *Phil. Antiqua re aut nomine,* 5. *Tusc. Certissima, pro Planc. Ciuilis, par,* 1 *de Inuent. Excellens, & singulares,* 4. *Fam. Eximia,* 3. *de Ora. Eximia belli, pro Pomp. Litigiosa iuris,* 1. *de Leg. Necessaria ad dicendum, Part. Peregrina, & externa, præstabilis, pro Corn. Balb. Perfecta alicuius rei, de Clar. Potior, ordine naturæ prior, Top. Proximialis,* 1. *ad Qu fra. Quæstuosa,* 2. *Phil. Stabilis,* 1. *de Finib. Stabilis atque immutabilis,* 4. *Acad. Summa,* 7. *Famil. Tanta,* 1. *de Nat. Tenuis, pro Mur. Vtilis,* 2. *de Diuin.*

☞ Syntaxis. *Cognitio & scientia. Disciplina & scientia. Scientia comprehendere quippiam. Oratoris actio non scientia continetur, sed opinionibus. Quæstuosam habere scientiam in aliqua re.*

SCILICET, *videlicet, nam, enim, nimirum, nempe, quippe, certè, profecto.* Orat.120. Cognoscet etiam rerum gestarum ordinem, maximè scilicet nostræ ciuitatis. Att. lib. 7. ep. 1. Quis? tu ipse scilicet.2.de Orat.222. Bona dicta non possunt teneri, hæc scilicet bona dicta, quæ falsa sunt.& lib. 3. 81. Similiter nunc de oratore loquor, summo scilicet pro Cæl. 52, Cùm scires, quantum ad facinus aurum hoc quæreretur, ad necem scilicet legati. 2. de Diu. 105. Negant enim id esse maiestatis deorum, scilicet causas omnium introspicere, vt videant, quid cuique conducat.5.de Fin.55. Sunt clariora iudicia naturæ, maximè scilicet in homine. Epist.lib.11.ep.1. Qua mente esset Antonius, demonstrauit, pessima scilicet & infidelissima. Epist.li.10.ep. 26. Tu cogitas vt domi tuæ sis, scilicet nè cum periculo stultus sis.5.de Fin.3. Me species quædam commouit, inanis scilicet, commouit tamen. Ep. lib. 16.ep.3. Suspenso animo expecto te primùm scilicet, deinde Marionem.3.de Orat.125.& 126. Sed annulum quem haberet, se sua manu confecisse, scilicet nimis hic quidem progressus est, sed, &c. Top. 50. Ab adiunctis. posui exemplum, multa scilicet adiungi, quæ. &c. pro Qu. 55. Quid ad hæc Næuius? ridet scilicet nostram amentiam. Br. ep. 16. Arma quærenda putauimus, scilicet vt nouum dominum pateremur, an vt liberaremus rẽp. 4. de Fin. 62. Istis alio tempore respondebo, tunc scilicet cum tibi.& 2.Tusc.27. At vero nos docti scilicet à Græcia legimus, &c. Epist. lib. 1. ep. 6. Me in summo dolore, quem ex tuis rebus capio, maximè scilicet consolatur spes, quòd, &c. Attic. li. 12. ep. 1. Lecta epistola tua de Atticæ febricula, scilicet valde dolui. 5. Tusc.114. Democritus luminibus amissis alba scilicet & atra discernere non poterat, at bona & mala poterat. Att. lib. 4. ep. 6. De Lentulo scilicet sic fero vt debeo. *ibid.* Quo dolore esse debeo? quo sum scilicet. 2. de Orat. 62. Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Attic. lib. 11. ep. 7. Quid tu in eo potes? nihil scilicet. Attic. lib. 13. ep. 3. A te literas expectabam nondum scilicet: nam, &c. Att. lib. 13. ep. 28. Hortos quoniã hodie eras inspecturus, quid visum tibi sit, eras scilicet. & Brut. ep. 15. Est scilicet vtriusque rei modus, sicut reliquarum. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Te rogo ne quid perscribas contra Flauium, & Flauij causa & scilicet Pompeij facies omnia. & lib. 2. ep. 5. Et quanquam ei ipsum scilicet maximè, tamen etiam literas tuas antè expecto. de Sen. 26. Senes semper agunt aliquid & moliuntur, tale scilicet, quale cuiusque studium in superiori vita fuit. Epist. lib. 8. ep. 2 Quid alios putas? clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt. 2. Offic. 3. Illæ scilicet literæ forenses & senatoriæ. Epistol. lib. 13. ep. 26. Peto à te tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere. Epi. lib. 15. ep. 14. Vnus scilicet ille fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest. pro Murę. 42. Tu interea Romæ scilicet amicis præstò fuisti. Quint. fr. lib. 1. ep. 4. Si hoc perficies, scilicet mirabile quiddam assequeris. Epist. lib. 8. ep. 13. Stomacho est scilicet Pompeius ita languenti, vt, &c. Epist. lib. 7. ep. 23. Scilicet ista quidem summa, ne ego, &c. I. P. 19. Ego istius pecudis consilio scilicet aut præsidio nici volebam. 2. de Diu. 44. Scilicet si ista Iupiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret. pro Syll. 67. Scilicet is sum, qui, &c. pro Qu. 83. Corrigeres hæc tu scilicet postea. 10. I. A. 17. Scilicet hæc Pansa non vidit. Epist. lib. 10. ep. 26. Scilicet id agitur, &c. Att. lib. 13. ep. 33. Id populus curat scilicet. *prouerbium.*

☞ Syntaxis. *Maximè scilicet. Lectis tuis literis scilicet lætatus fui. Cùm venit, omnia scilicet mox perturbauit. Scilicet, ironicè.*

SCINDO, dis. *conscindo, discindo, findo, diffindo.* Att. li. 3. ep. 15. Ne scindam ipse dolorem meum. 3. Tusc. 62. Scindere comam. Epist. li. 5. ep. 20. Hanc epistolam cur non scindi velim, nulla causa est. Att. lib. 13. ep. 33. Ego ita egi, vt non scinderem penulam.

☞ Syntaxis. *Scindere dolorem, comam, epistolam.*

SCINTILLA, læ. *igniculus.* Anteq. 14. Illa conspiratio conflata, ita est restincta, vt nulla scintilla compareat incendij. Ep. lib. 10. ep. 14. Vt ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur.

SCINTILLVLA, læ. 5. de Fin. 43. In pueris virtutum quasi scintillulas videmus.

SCIO, scis. *habeo, teneo, cognosco, cognitum habeo, non ignoro, non sum nescius, scientiam meam non fugit, me non præterit, scientia comprehẽdo. scientiam habeo. perspectum mihi est, me non fugit, mihi cõpertus sum, mihi certum est de aliqua re.* Attic. lib. 5. ep. 16. Euersam in perpetuũ prouinciam nos inuenisse scito. Attic. lib. 12. ep. 18. Sed scire certum velim. de Cl. 140. Non tam præclarè est scire Latinè, quàm turpe nescire. 2. de Finib. 14. Omnes qui Latinè sciunt. & lib. 2. 15. Cùm Græcè vt videor luculenter sciam. Att. lib. 2. ep. 23. Primùm illud te scire volo, Sampsiceranum, &c. Epist. lib. 12. ep. 11. Scire te volo, &c. & lib. 1. ep. 9. Volo te scire mi Pæte, &c. 2. de Orator. 72. Magnum est quoddam opus, haud sciam an de humanis operibus longè maximum, dicere, &c. 5. de Finib. 7. Quem haud scio an rectè dixerim, &c. Attic. lib. 16. ep. 2. Sed non venerat quod sciam. pro Syll. 39. Nam de cæteris certè sciebat. & 67. De quo aliquid scire & existimare potuisset. pro Syll. 39. Cum is qui de omnibus scierit, de Sylla se scire negauit. 1. de Orat. 63. Socrates dicere solebat, omnes in eo quod scirent, satis esse eloquentes. & *ibid.* Neque si id optimè sciat, ignarúsque sit faciundæ orationis, diserrè id ipsum posse, de quo sciat, dicere. 1. de Orat. 58. De legibus instituendis, &c. Lycurgum scîsse melius, quàm Demosthenem. pro Mur. 22. Ille tenet & scit, vt hostium copiæ arceantur. de Orat. lib. 1. De quo ipso, si quid scis, velim scire. Att. lib. 16. ep. 21. Scio quàm sis amicis iucundus.* Frag. ep. Ex ipso scies.

SCIOR. 2. de Orat. 30. Ars est enim earum rerum quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. 1. de Orat. 222. Nihil certum sciri, nihil planè cognosci ac percipi posse.

✠ *ADVERB. Admodum nihil, Latinè, de Clar. Celeriter,* 1. *Fam. Certè, certò, certum,* 12. *Attic. Certò enim,* 1. *ad Qu. frat. Græcè, melius,* 9. *Fam. Græcè, luculenter,* 2. *de Fin. Latinè, pro Cæc. Lentè,* 11. *Attic. Maturè,* 15. *Famil.*

Mediocriter,

Mediocriter res, pro Flac. Optimè, 13. Fa. Optimè, Græcè, 2 de Or. Planè, 6. Att. Probè, 2. Famil.

☞ Syntaxis. *Scire certum volo. Latinè luculenter scire. De hac re non scio. De ijs mihi scire aut existimare quæo. De legibus instituendis melius ille scit, quàm. Tenere & scire, vt, &c. De quo ipso si quid scis, velim scire.*

SCISCITOR, aris. *scitor, quæro, percontor.* 1. de Nat. 17. Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam. & 21. Ab vtraque autem sciscitor, cur, &c. 1. de Orat. 105. Cuius sciscitantur sententiam. At. lib. 9. ep. 18. De Domitio (vt facis) sciscitare, vbi sit. 1. de Diui. 76. Sciscitari de aliqua re. ‖ 14. in Ant. 19. Sciscitari sententias.

☞ Syntaxis. *Ab aliquo, & ex aliquo sciscitari, de sententia, & sententiam.*

SCISCO, sciscis. *sancio, edico, scitum facio.* pro Pl. 35. Plancus primus legem sciuit de publicanis. pro Cor. 27. Vt si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, vt is sit ciuis Gaditanus. 3. Offic. 46. Durius etiam Athenienses sciuerunt, vt Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur. pro Flac. 15. Quæ sciscere plebs, aut quæ populus iuberet, &c. iuberi vetariq́ue voluerũt. de Pro. 36. Sciscere legem. 1. I. A. 26. Populus quæ iure sciuit, &c.

✠ *AVERB Nominatim de aliquo, pro Corn.*

SCISCOR, ris. 3. de Legib. 10. Creatio magistratuum, iudicia, populi iussa, vetita, cùm sciscentur suffragia, optimatibus nota, plebi libera sunto. & lib. 2. 13. Multa perniciosè sciscuntur in populis.

✠ *ADVERB. Perniciosè, pestiferè in populis, 2. de Leg.*

SCISSVS, a, um. 3. de Or. 214. Vocis genus fractum, scissum.

SCITÈ. *scienter, non inscitè.* (. *inscitè.* 5. de Fini. 8. I. P. 61. Rationes ad ærarium retuli, ita præscriptas scitè & literatè, vt scriba, &c. Atti. lib. 14. ep. 22. Scitè dicere aliquid. & li. 16. ep. 1. Satis scitè hoc quidem. 4. in Verr. 87. Statua scitè facta & venustè. Epi. lib. 11. ep. 16. Et ille cui mandaui, satis scitè & commodè tempus ad te cepit adeundi. 1. de Leg. 39. Hæ rationes quæ satis scitè nobis instructæ & compositæ videntur.

SCITOR, aris. *sciscitor, quæro.* Orat. 52. Sentiebam non re id sciscitari, qualem, &c. sed quærere, &c.

SCITVM, ti. *iussum.* de Opt. 19. De hoc Ctesiphon scitum fecit, vt corona aurea donaretur. pro Corn. 42. Cum Gaditanis scita ac iussa nostra comprobat. de Opt. 19. Lex erat Athenis, ne quis populi scitum faceret, vt quisquam corona donaretur, &c. pro Dom. 129. Si tuus scriptor vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet.

✠ *ADIVNC. Vetus, 2. de Diui.*

SCITVR. 5. in Verr. 120. Id adeò sciri facillimè potest ex literis publicis. pro S. R. 97. Nondum lucebat, cùm hoc Ameriæ scitum est.

SCITVS, a, um. *statutus.* 1. de Leg. 42. Non omnia iusta sunt, quæ scita sunt in populorum institutis atque legibus.

¶ *Ingeniosus, doctus, acutus.* 1. de N. 94. Scito sermone & Attico loqui. pro Planc. 35. Ego autem id quod mihi scitum esse videatur, non aspernor. Ora. 51. Scitum est enim, quod Carneades dicere solebat, Clitomachum. & 2. de Diu. 51. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui dicebat, se, &c. 3. de Or. 226. Scitum est enim, causam conferre in tempus, cùm, &c. *prouerbium.*

☞ Syntaxis. *Legem sciscere de. Sciscere de aliquo nominatim, vt sit, &c. Sciscere suffragia. Scite & literatè descriptæ rationes. Scitè & commodè sumere tempus. Scita ac iussa. Sermo scitus & Atticus.*

SCOPAE, arum. Or. 235. Isti, vt in prouerbio, scopas (vt ita dicam) mihi videntur dissoluere. Attic. lib. 7. ep. 13. L. Cæsarem vidi cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas.

SCOPVLOSVS, a, um. 1. I. V. 36. Intelligo, quàm scopuloso difficiliq́ue loco versor. 3. de Ora. 66. Mare inferum, Thuscum, scopulosum & infestum.

SCOPVLVS, li. *saxum.* pro Rab. 25. Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titij afflictam nauim videres. pro S. R. 79. Vbi scopulum offendis eiusmodi. 3. de Or. 161. Syrtim patrimonij, scopulum libentius dixerim. de Cl. 71. Cum neque musarum scopulos quisquam superaret. Eunij. * de Cõsolat. Non nasci, longè optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ. 3. de Orat. 164. Neque patiar iterum ad vnum scopulum & telum classem Achiuũm offendere. Poëtæ.

SCOPVS. *σκοπὸς, quo spectamus, propositum, finis proponitur.* Att. lib. 15. ep. 28. Σκοπὸς hic est enim huic nostro, nihil præbere. & lib. 8. ep. 11. Sed neutri σκοπὸς est ille, vt beati simus: vterque regnare vult.

☞ Syntaxis. *Suas rationes ad scopulum appellere. Ad scopulum affligi a nauis. Scopulum offendere. Scopulus patrimonij. Scopulos musarum superare.*

SCORPIVS, pij. *ὁ σκόρπιος, ii, nepa.* 2. de Nat. 113.

Vt sese emergens ostendit scorpius altè,
Posteriore trahens flexum vt corporis arcum. in Arat.
Scorpius infestus præportans flebile acumen.

SCORTATOR, oris. *ὁ πόρνος, ii. scortorum amator.* 2. I. C. 241 Cùm hanc Catilina sit habiturus scortatorũ cohortem prætoriam.

SCORTVM, ti. *meretrix, lupa, ἡ πόρνη, ης.* pro Mi. 56. Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. de Ar. 59. Quis vnquã nepos tam liberè est cum scortis, quàm hic cũ sororibus volutatus? 2. I. A. 44. Primò vulgare scortũ, certa fiagitij merces. 2. I. C. 10. In vino & alea comessationes & scorta quæretc. pro Sest. 39. Mihi res erat cum scurrarum locupletũ scorto.

✠ *ADIVNC. Vulgare, 2. Phil.*

☞ Syntaxis. *Cum scorto liberè volutari.*

ΣΚΟΤΙΚΟΣ. L. OBSCVRITAS.

SCRIBA, bæ. *librarius, scriptor. γραμματεὺς, εως.* Epistol. lib. 5. epi. 20. Ad ea quæ scripsisti, commodiùs possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset. & *ibid.* Accepi librum meum à meo seruo scriba. 2. cont. Rul. 32. Deinde ornat apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, &c. pro Syll. 44. Tibi familiari meo priùs etiam edituri fuerunt iudicium scribæ mei, si voluisses, quàm in codicem referrent. de Cl. 189. Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco. I. P. 61. Scriba, qui rationes ad ærariũ retulit, &c. 5. I. V. 83. *De scribis & ordine eorum multa.* 1. Ver. L. LIBRARIVS & ALEXIS.* pro Clu. 126. Scriba ædilitius. *Ibidem.* Vt scribam iurati legerent eum, quem iidem isti Censores ærarium reliquissent.

✠ *ADIVNC. AEdilitius, pro Clu. Digni aliquo ordine, 3. Ver. Gratiosi, de Clar. Vniuersi, 4. Catil.*

SCRIBENDO. de Arusp 13. Cùm omnes iidem scribendo adessent. Postq. in Sen. 7. Caput, &c. ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. Ep. lib. 15. ep. 6. Quod scribendo affuisti.

SCRIBO, is. *γράφω, ψω. conscribo, exaro, literas do, mitto, literas de aliquare mitto, literis consigno, scriptis mando, prodo, literis prodo, literis conscribo, publicis monumentis consigno, memoriæ trado, monumenta prodo, memoriæ propago, monumentis mando, monumentis annalium mando, sempiternis monumentis prodo, persequor, scriptura persequor, efficio, librum conficio, compono, pono, posteritati propago, historiæ mando, chartis promo, in codicillos refero, literis memoriæq́; mando, hominum memoriæ sempiternæ trado, memoriæ, posteritatiq́; prodo, literis consecro, immortalitati trado vel mando vel commendo, trado, publicis literis consigno.* Epi. lib. 1. ep. 9. Quod rogas vt mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuũ scripserim, sunt orationes quædam, &c. de Clar. 76. Scripsére alij rem versibus, & luculentè quidem scripserunt. Ep. lib. 1. ep. 9. Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis. & *ibid.* Scripsi tres libros in disputatione & dialogo. de Sen. 54. Liber quem de rebus rusticis scripsi, inquit Cato. 7. in Ver. 111. Furius defensionẽ suæ causæ scripsit. 1. de Ora. 150. Caput autem, quàm plurimum scribere: stylus optimus dicendi magister. Orator. 86. Instituere ciuitates, scribere leges. Attic. lib. 9. ep. 18. Asperius de aliquo scribere vel loqui. & lib. 6. ep. 5. Nulla res erat, de qua scriberem. & lib. 14. ep. 12. Pridie scripseram literas, quas, &c. Attic. lib. 6. ep. 1. His de caulis credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. & lib. 13. ep. 32. Quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexi credo, quia *Ἀτὰ συμείων* scripseram. pro Arch. 18. Cùm literam scripsisset nullam. 5. Tusc. 113. Scribere lineam.

✠ *ADVER. Absurdè, 2. Offic. Accuratè ad, 16. Fam. Accuratissimè rationem benè loquendi, benè, Græcè historiam, luculentè, melius, politè, de Cl. Acerbissimè, apertè omnia, breuius, cõmuniter literas, quam diligentissimè de aliquo, 11. Att. Acutissimè, 4. Aca. Ambitiosè, familiariter, quam accuratissimè, potissimum quid, quamsæpissimè, vulgariter, 13. Fa. Amicissimè, publicè, 15. Fam. Apertius, necessariò, 11. Fam. Aptè, 2. de Fini. Ardentius, summatim, 15. Att. Asperius de aliquo, grauius, 10. Att. Audacius, quamcelerrimè, 12. Fam. Bellissimè, 8. Att. Breuiter, prudenter, 9. Atti. Cogitatè, pro Arch. Commodius, 12. Att. Commodissimè, 2. de Inuen. Continuò, serius, 14. Famil. Copiosissimè, ep. 17. ad Brut. Copiosissimè ad aliquem, disertissimè, grauissimè, quã creberrimè, seuerius, 10. Fam. Disertè, 5 in Ver. Distributè, eleganter, ornatè, omninò nihil, 2. Tusc Exploratè, 2. ad Q. fra. Facetissimè, iocosius, 9. Fam. Falsò, in Sall. Festiuè legem, pro Sest. Fraternè, parum literas, iracundius, officiosius, 1. ad Q. frat. Grauiter ad aliquem de iniuria, Piè de matre, prudentissimè, stultè, 13. Att. Honestè, magnificè, pro Cæl. Humaniter, suauiter, subtilius, 1. Att. Iniquius, 6. Att. Latinè, optimè, 1. de Finib. Liberius, tardius, 3. Fam. Negligenter, pro Q. Rosc. Nominatim heredem, quamplurimum, 1. de Orat. Obscurè, ornatius, raptim, timidè, 2. Att. Parcè, 6. Fam. Parcius,*

tutò,4.Fam.Parumplanè,quambumanissimè,temerè,2.Fam.Perhumaniter,7.Fam.Peritè,5.de Legib.Planè,1.Acad.Planius,Partit.Quam planissimè,3.At.Rectè,7.Attic.Suauissimè,16.Attic.Verbosius,7.Fam.Verè,pro Syll.Verissimè,14.Phil.Verecundius,5.Famil.

☞ Syntaxis. *Scribere de aliquo asperius. Nulla res est,de qua scribam.*

SCRIBOR,ris.2.de Leg.10.Neque cum literis quibus scita scribuntur,aut oritur,aut occidit *id est,lex naturæ.*

SCRIBITVR.2.de Natur. deorum. 124. Eadem hæc auis scribitur conchis se solere complere, &c.& *ibid.* Legi scriptum esse auem quandam,&c.1.de Diuinat.123.Scriptum est item,Socratem,&c.

SCRIPTIO,onis. *scriptura,stylus.* de Clar.92.Nulla res tantum ad dicendum proficit,quàm scriptio.& Att.lib.10.ep.19. Lippitudo,quæ impedit scriptionem meam.2.de Orat.5.Illud autem est huius institutæ scriptionis ac temporis, neminem, &c.de Clar.228.Genus hoc scriptionis nondum est satis Latinis literis illustratum.5.Tusc.121.A Bruto impulsi sumus ad Philosophicas scriptiones.Ep.lib.9.ep.12.Oratiunculam pro Deiotaro tibi misi,quam velim sic legas,vt causam tenuem & inopem; nec scriptione magnopere dignam.1.de Inuent.17.Controuersia ex scriptionis genere nata.& 68.Ex scriptione,quæ in literis est.

✠ ADIVNC.*Philosophicæ,5.Tusc.*

SCRIPTITO,as.*scribo.*2.de Orato. 97.Sed ne te quidem Antoni ✠ multum scriptitasse arbitror ‖ Att. lib. 7. ep. 12. Ad me scribas velim vel potius scriptites.de Clar. 286. M. Bibulus, qui & scriptitauit accuratè cum præsertim non esset orator & egit multa constanter.

✠ ADVERB.*Accuratè,de Clar. Diu, multúmque,1.de Orator.*

SCRIPTOR,oris.1.de Ora.158.Omnes bonarum artium scriptores & doctores legendi & peruolutandi.Orat. 29.Vetustissimus ille scriptor & politissimus Lysias.pro Arch.24. Multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuit. 1. de Or.91.Neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuisse.de Clar.35.Scriptor subtilis atque elegans.de Finib. li. 15.Licinius Attilium ferreum scriptorem appellabat.pro Do. 47.At quid tulit legum scriptor peritus & callidus? Velitis, iubeatis,vt,&c.& *ibidem.*Hoc tu scriptore, hoc consiliatio, &c. & 129.Si tuus ille scriptor vacuo animo tibi ista non scita,sed portenta conscriberet.Ep.li.2.ep 4. Domesticarum rerum tuarum habes & scriprores & nuncios.Attic.lib.12.ep.19.Profectò illam consecrabo omni genere monimentorum, ab omnium ingeniis scriptorum & Græcorum,& Latinorum.

✠ ADIVNC. *Acuti,elegantes,faceti,breues, astrictior toto genere, sanè bonus, creber & distinctus in genere troporum,& formarum,grandes,crebri verbis, valdè peritus iuris,multorum etiam magister, præstans cum in notandis,animaduertendisque vitijs,& instituendo, docendóque prudentissimus,egregiè subtilis atque elegans,de Clar.Astutus,superiores artis,1.de Inuen. Doctus,3.de Orat.Ne mediocriter quidem disertus, ornatissimi,1.de Orat.Exercitati,& diserti,1.de Diuin. Ferreus,1.de Finib.Non insanus, 2. de Diu. Luculentus,7. Att.Multi,pro Arch. Peritus legum, ac callidus, pro Do.Peruetetes,politus,præfractior,nec satis rotundus, sanctus & dulcis,tranquillior in verbis faciendis, vetustissimus,& politissimus,Or.Sapientissimi,1.de Leg.*

☞ Syntaxis. *Ad dicendum scriptio proficit.Philosophicæ scriptiones.Id est,scriptione dignum. Scriptores & doctores legêdi & peruolutandi. Scriptorem suarum rerum & nuncios habere.*

SCRIPTVM, pti.*scriptura, monumentum, literarum monumentum, monumenta annalium,monumentorum memoria.*Ep.lib.5.ep. 12. Ardeo cupiditate incredibili, nomen vt nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis.2.Offi.3.Deinde istis scriptis actiones nostras mãdaremus.de Di. li.1.20.Artis alicuius scripta ac monumenta volutare.4.Tusculan.71.Maximè verò omnium flagrasse amore Rhegynum Ibycum apparet ex scriptis.Ep.lib.1.ep.9. Quòd rogas vt mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim,&c.2.de Orat. 194. Id quod à Platone in scriptis relictum esse dicunt.Ep.lib.4.ep.4.Scriptorum subtilitas atque elegantia.& lib.5.epist.12.In legendo scripto. de Clar. 301. Quæ commentatus sis, ea sine scripto verbis eisdem reddere. pro Planc. 74. Oratio quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est.Epistol.lib.10.epistol.13.S. C.ita perscriptum,vt à me de scripto dicta sententia est.2. contra Rull. 47. De scripto legis recitare aliquid.Att.lib.4.ep.3.& de Cla.46.& 10. I.A.5.De scripto dicere.)(*memoriter recitare.*de Cl.145. Crassus multa cõtra scriptum pro bono & æquo dixit.de Clar. 75. Hoc in Originibus scriptum reliquit Cato.1.de Orat.174. Tabellæ quibus id scriptum sit,quo decipere.7.in Verr.147.Scriptum est in eisdem literis, *Ἀναῤῥησεως.*& 6.in Verr. 124. Multi Græci de valuarum harum pulchritudine scriptum reliquerunt.de Arus.9.Responsum Aruspicum, in quo cum aliis multis scriptum etiam illud est,loca sacra,&c.*Hortens.Itaque tibi concedo,quod duodecim scriptis solemus, vt calculum reducas, si te alicuius dati pœnitet. *Fortè Scrupis legendum.*

✠ ADIVNC.*Absurdum,inutile,indignum, turpe,contraria,priuatum.)(.publicum,Part. Aliena,subita,1. de Orat.Ambiguum,Top.Antiquius,dignum lectione, plena prudentia,de Clar.Continentia,5.Fam. Horrida, leuiora,potiora ad legendum,vberiora,vendibiliora,1. de Finib. Legitimum,probabile 1.de Inuen.Multa,vera,& apertissima,2.de Leg.Necessarium,2. de In.Vera, 2.de Finib.Vetera,3.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Nomen scriptis illustratum & celebratum. Mandare scriptis. Artis scripta & monumenta volutare. In scriptis relinquere. Quæ commentaris,verbo reddis sine scripto.De scripto dicere orationem.Pro bono & æquo contra scriptum dicere.Scriptum relinquere aliquid, & de aliqua re.*

SCRIPTVRA,ræ.*scriptum.*Ep.lib.6.ep.7.Cùm mendum scripturæ litura tollatur.& lib.10.ep.8.Plura illi mandata verbo, quàm scriptura dedi.

¶ *Scriptio.*1.de Orato.150. Si subitam orationem commentatio vincit,hanc ipsam profectò assidua & diligens scriptura superabit.Epist.lib 5.ep.21.Cùm ea quæ scriptura persecutus es,sine summo amore cogitare non potueris.Epist. lib. 6. ep. 7. Genus hoc scripturæ non modò liberum, sed incitatum atque latum esse debet.de Inu libr.2. Sequi sententiam legis.)(.*sequi scripturam.*& *ibidem.* Ex scripturta aliquid ad suam causam conuertere. Top.96.Scriptura contraria.

¶ *Item ratio est mancipium. id est,eorum qui portoriâ,aut pascua publica, aut decumas redimebant: vnde magistri scripturæ & portus dicuntur, qui publicanorum nomine portoria & vectigalia describebant & colligebant.*Attic.lib.5. ep. 15. Tu autem sæpe dare literas tabellariis publicanorum per magistros scripturæ, & portus & nostrarum diœcesium.4.in Verr. 169. In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L.Carpinatius. Attic.lib.11.ep. 10. P. Terentius meus necessarius,magnas operas in portu, & scriptura Asiæ pro magistro dedit. *Scriptura tamen pro eo vectigali etiam accipitur so o, quod è publicis pascuis, aut pecoribus percipitur.* & pro Pomp. 15. Nam cùm hostium copiæ non longè absint, etiamsi irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu,neque ex decumis,neque ex scriptura vectigal conseruari potest. *hic vides aliud esse portum,aliud decumas, aliud item scripturam.*

✠ ADIVNC. *Assidua ac diligens,1. de Or. Superior,& inferior,1.de Inuent.*

* SCRIPTVS,a,um.Incert.Homeri carmen in membrana scriptum. *ibidem.* Hippocrates nobilissimus medicus scriptum reliquit.

✠ ADVERB. *Absurdè,1.ad Q.fra.Accuratius, bellè, 6. Atti. Accutissimè,æquissimè,diligentissimè lex,5.Ver. Amantissimè liber, præclarissimè annales, 3. Famil. Amatoriè epistola,2.Philip.Ambiguè,contrariè,Par. Apertissimè,1.de In.Angustiè,pro Mur.Amicè amantissimè,honorificentissimè,moderatè literæ,14.At. Beneuolè,prudenter literæ,12.Att.Cautè,2.de Leg.Commodè,diligenter literæ,13.Attic Commodè oratio,1.de Orato. Communiter lex,mendosissimè ars,2.de Inuent. Copiosè,suauiter,15.Fa.Deterius,Latinè,1.de Fin.Dulcissimè historia,exiliter, de Clar. Elegantissimè oratio, 15.Attic Exiguè epistola,vehementius,11. Att. Eruditissimè,numerosè,Orat.Incautè,negligentius,3. Attic. Inconsideratè,1.Tusc.Humanissimè,suauissimè,13. Fami. Miserabiliter, 10. Attic.Seuerè lex,10.Famil.Studiosè literæ,1.Attic.*

* SCROBS,bis.Oecon.3.Scrobs.

SCRVPVLOSVS,a,um.*asper.*4.Tus.33.E quibus tanquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

SCRVPVLVS,li. *exiguus lapis est, qui in calceo latens interdum pedem ladit:inde ponitur pro re,quæ nobis solicitudinẽ ac dubitationẽ affert,est igitur scrupulus hic suspicio, solicitudo, dubitatio.* pro Sext. Rosc.

Rosc. 6. Hunc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctésque stimulat ac pungit. pro Cluent. 76. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus ac dubitatio. de Ar. 10. Sin scrupulus tenuissimus residere aliquis videbitur, non modò. &c. Attic. lib. 1. ep. 15. Ac domesticarum quidem solicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo. & lib. 2. ep. 4. Numi potiùs reddantur, quàm vllus sit scrupulus. & lib. 4. ep. 15. Illud cognitum est, neque argenti scrupulum esse vllum in insula. *id est, ne minimum quidem.* & lib. 5. ep. 13. Exime de illo domestico scrupulum quem non ignoras.

✠ ADIVNC. *Odiosus, 10. Att. Tenuissimus, de Arusp.*

SCRVPI, orum. *lapides quidam erant, quibus pro tesseris in quodam ludo vtebantur.* 1. de Orator. 217. Pila bene & duodecim scrupis ludere.

☞ Syntaxis. *Scrupulum qui stimulat ac pungit, euellere. Scrupulum ac dubitationem iniicere. Residens scrupulus. Solicitudinum scrupuli & aculei. Scrupulus argenti.*

SCRVTOR, aris. *inquiro, excutio.* Part. 8. Imò verò scrutabimur & quæremus. 4. I. V. 182. Scrutatus sum, quæ potui, & quæsiui omnia. 3. de Nat. 42. Qui interiores scrutantur & reconditas literas. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 9. Scrutari omnes sordes, excutere vnumquemque comitum pro S. R. 97. Non excutio te, non scrutor, si quid ferri habuisti. 2. de Or. 146. Scrutati locos, ex quibus argumenta eruuntur. pro Dom. 39. Venio ad augures: quorum libros si qui sunt reconditi, non scrutor. in Vat. 12. Cùm omnium domos furacissimè scrutarere. 2. de Diu. 30. Scrutari plagas cœli. Epist. lib. 10. epi. 31. Qui locis omnibus dispositi scrutantur tabellarios. pro S. R. 83. Desinamus ea scrutari, quæ sunt inania: quæramus, vbi maleficium est. I. P. 62. L. Crassus spiculis propè scrutatus est Alpes, vt, &c.

✠ ADVERB. *Furacissimè domos, in Vat.*

☞ Syntaxis. *Scrutor & quæro. Non excutio te, non scrutor.*

SCVLPTVS, ta. *incisus.* 4. Aca. 100. E saxo sculptus, aut ebore dolatus. *alter, scalptus.*

SCVRRA, ræ. *famio.* 5. I. V. 146. Qui à scurris semper potius gladiator, quàm scurra appellatus sit. pro Qu. 11. Facetus scurra. & 55. Scurram multo facilius diuitem quàm patrem familiâs fieri posse. 1. de Natu. 94. Epicurus Socratem scurram Atticum fuisse dicebat. 2. de Orat. 247. Raritas dictorum distinguet oratorem à scurra. 4. ad Herenn. 15. Scurra exhausto pudore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet. 5. I. V. 146. Qui se ipse scurram improbissimum existimari vult.

✠ ADIVNC. *Facetus, locuples, pro Qu. Improbissimus, 5. Ver. Petulans, atque improbus, pro Cl. Vilis, 9. Fam.*

SCVRRILIS, lis. *obscœnus, qualis scurrarum esse solet.* 2. de Orat. 239. Vitandum est oratori vtrumque, ne aut scurrilis iocus sit, aut ✠ mimicus. ‖ 244. Scurrilis dicacitas. 245. 246.

SCVTATVS, a, um. 2. I. A. 108. Scutati milites. *id est, qui scuta gerunt vel hastati, qui hastis vtuntur.*

SCVTELLA, læ. 3. Tusculan. 45. Demus scutellam dulciculæ potionis.

SCVTVLVM, li. 1. de N. 83. Sospita cum hasta & scutulo.

SCYTVM, ti. *clypeus.* 2. Tusc. 54. Ignauus miles abiecto scuto fugit quantum potest. 2. de Or. 294. Abiecto vel reiecto scuto fugere. pro Cec. 62. Qui scutis telisque parati ornatique sunt. Arti. lib. 4. ep. 3. Homines cum scutis & gladiis eductis. 2. de Orator. 266. Marianum scutum Cymbricum. 5. I. A. 18. Ne familiares si scuta ipsi ferrent, laborarent. 2. de Diu. 59. Quasi verò quicquam interfit, mures scuta, an cribra corroserint.

✠ ADIVNC. *Occulta, 5. in Ant.*

SCYLLA, læ. *alterum Siculi freti nauigantibus periculum. Est autem saxum siue scopulus, qui fluctu appulsu & pugna latrare videtur, hinc fabula de Scylla in canes marinos conuersa, qua appulsos laceret nautas, de Charybdi vide suo loco.* 7. in Ver. 145. Non Charybdim tam infestam, neque Scyllam nautis fuisse arbitror. & *ibidem.* Quòd multo se pluribus & maioribus canibus succinxerint. de Ar. 59. Quis vnquam poëta fingendo exprimere potuit tam eminentibus canibus Scyllam, tamque ieiunis, quàm quibus istum videtis Gelliis, Clodiis rostra ipsa mandentem?

✠ ADIVNC. *Infesta nautis, 7. Ver.*

SCYLLAEVM fretum. pro Sest. 18.

SCYPHVS, phi. *poculum.* 6. in Verr. 32. Iubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre. & 54. Epist. lib. 7. ep. 22. Illuseras heri inter scyphos.

✠ ADIVNC. *Aurei, optimi, 6. in Verr. Sigillati,* Ibidem.

SCYROS. *insula.* Att. lib. 5. ep. 12.

SCYTALE, les. Att. lib. 10. ep. 12. Habes *σκυτάλην πανοικίαν. prouerbium. De Scytale, id est, epistola Laconica, vide Gell. lib. 17.*

SCYTHES, thæ. 5. Tusculan. 90. Anacharsis Scythes. & 7. I. V. 149.

SCYTHIA, thiæ. *regio barbara.* in Piso. 18. Quis hoc fecit vlla in Scythia tyrannus? & 2. de N. 88.

SCYTICVS, a, um. 5. Tusc. 90. Scythicum tegmen.

SE, *pro Sine vestitum.* 2. de Leg. 60. Astim cum illo sepelire vreréue se fraude esto. *pro eum & sine.*

SEBVSIANI. pro Qu. 80. Roma trans Alpeis in Sebusianos biduo veniunt.

SECEDO, dis. *recedo, semigro.* 1. I. C. 32. Quare secedant improbi, secernant se à bonis. * pro C. Corn. 1. Propter nimiam dominationem potentium secederent.

SECERNENDVS, a, um. Top. 31. Secernenda distinguere.

SECERNO, is. *separo, distinguo, dijungo.* 1. I. C. 32. Quare secedant improbi, secernant se à bonis. & 4. in Cat. 15. Hos ego excipio, & secerno libenter. Ep. lib. 5. ep. 2. Vt à continentibus scriptis secernas hanc quasi fabulam rerum nostrarum. pro Syll. 3. Abs te quæro, cur me à cæteris principibus ciuitatis in hoc officio atque in defensionis iure secernas. 2. de N. 122. Belluæ sensu secernunt pestifera à salutaribus. 1. I. C. 23. Secerne te à bonis. 2. de Orat. 341. Illud tertium genus à præceptis nostris secreueram. 1. Tusc. 75. Secernere animum à corpore. * Oecon. 1. Instrumentum & supellectilem distribuere cœpimus: ac primum ea secreuimus. ‖ Ora. 63. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam de qua nunc agitur secernere.

✠ ADVERB. *Continuè ab honesto, 3. Offic. Grauiter, seuerè, 2. de Finib.*

SECERNOR, ris. 6. I. A. 10. Nec enim secerni à fratre poterit. de Amic. 95. Secerni blandus amicus à vero & internosci potest adhibita diligentia. 1. Off. 95. Hoc secerni ab illo non potest. 1. I. C. 32. Muro denique secernantur à bonis.

☞ Syntaxis. *Secernere se à. Excipere ac secernere. Pestiferum à salutari sensu secernere. Animum à corpore secernere. Secernere & internoscere aliquid ab aliquo.*

SECESSIO, onis. *abscessio, discessus.* pro Muræn. 49. Etenim seductiones testium, secessiones subscriptorum animaduerti. pro Lig. 10. Secessionem tu illam existimauisti Cæsar, non bellum.

SECIVS. *minus.* 1. ad Heren. 21. Impedimento est, quo secius lex feratur.

SECLVSVS, a, um. *secretus.* 7. I. V. 23. Suppliciũ à libero spiritu & communi luce seclusum. 2. de Orat. 162. Illuc eum rapiam, vbi non seclusa aliqua aquula teneatur, sed vnde vniuersum flumen erumpat. 1. Tusc. 72. Iis deuium quoddam iter est, seclusum à consilio deorum.

SECLVM, cli. *seculum.* de Clar. 39. Vt Athenienſium secla numerantur. & 75 Multis seclis ante suam ætatem. de Leg. li. 1. 2. Seclis innumerabilibus.

SECANDVM. 1. Offic. 136. Vt ad vrendum & secandum medici veniant.

SECO, as. *exseco, reseco.* de Vn 21. Atque ita permixtum illud, ex quo hæc secuit, iam omne consumpserat. Q. de Pet. 8. Qui viuo stanti collum gladio secuerit. in Ar.

Quæ volat & serpens geminis secat aëra pennis. 2. de Ora. 117.

Atque isti quidem causas in pluta genera secuerunt. * contr. C. Ant. Inspectante populo collum secuit hominis.

SECOR. ris. 3. de Natu. 29. Omne corpus secari ac diuidi potest. 5. Tusculan. 73. Si vratur, torqueatur, secetur. 8. I. A. 15. In corpore siquid eiusmodi est, quod reliquo corpori nocear, vri & secari patimur. 2. Tusculan. 53. C. Marius rustic anus vir cùm secaretur, vetuit se alligari: neque quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus.

✠ ADVERB. *Infinitè, 1. Acad.*

SECRETIO, onis. *disiunctio.* 1. Tusc. 71. Est enim interitus quasi discessus & secretio & diremtus earum partium, quæ, &c.

SECRETO. *clàm, remotis arbitris.* Epi. lib. 7. epi. 25. Secretò hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. & lib. 8. ep. 1. Neque hæc incerta tamen vulgò iactantur, sed inter paucos quos tu nosti, planè secretò narrantur. 6. I. V. 100. Ex his quæritur secretò, quid esset actum. Att. lib. 7. ep. 8. Ab hora octaua ad vesperum secretò collocuti sumus.

SECRETVS, a, um. *separatus, seiunctus, seclusus.* 2. de N. 55. Habent suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam & liberam. 2. de Nat. 137. Succus secretus à reliquo cibo. & *ibidem.* Ab eo cibo cùm est secretabilis, &c.

☞ Syntaxis. *Secretio, discessus, diremtus. Secreto colloqui. Secreta & libera actio.*

SECTA, æ. *familia, schola, disciplina, certa quæd. am disciplinæ formula, pars vel partes, factio, hæresis, studium, ratio vitæ, ratio Philosophãdi.* 7. in Verr. 180. Horum nos hominum sectam atque institutionem prosequimur. de Clar. 120. Brutus ex vetere Academia Philosophorum sectam secutus est. Bru. ep. 3. Hostes omnes iudicati, qui M. Antonij sectam secuti sunt. pro Rab. 22. Quam tandem autoritatem, quam vocem, cuius sectam sequi velles. pro Flacc. 104. Quotus enim quisque est, qui hanc in Repub.

sectam sequatur. pro Cæl. 40. Qui hanc sectam rationémque vitæ secuti sumus. Epist. lib. 13. ep. 4. Qui Cæsaris sectam atque imperium secutus. 2. de Natu. 57. Omnis natura artificiosa est, quòd habet quasi vitam quandam & sectam quam sequatur. 1. de Ora. 42. 43. 44. 45. 46. 47. & vsque ad 55. Philosophorum sectæ, familiæ, disciplinæ. Ep. lib. 15. ep. 16. Hæresis, secta, disciplina.

✠ *ADIVN. Difficilis atque ardua, sed tamen fracta atque conuicta,* 1. de Legib.

SECTATOR, oris. *consectator, amator, æmulus.* pro Mur. 70. Quid opus, inquit, sectatoribus? quæris, &c. & 71. Lex Fabia quæ est de numero sectatorum. pro R. P. 21. Num Gabinij comes est, vel sectator?

☞ Syntaxis. *Sectam & institutionem persequi. M. Antonij secta. Philosophorum secta, familiæ.*

SECTIO, onis. *auctio.* 2. I. A. 64. Nemo fuit qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, præter Antonium. 2. I. A. 71. Appellatus es de pecunia, quam pro sectione debebas. 1. de Inuen. 85. Si dici possit ex hostibus equus esse captus, cuius prædæ sectio non venierit. * de Leg. Agr. Pedum, manubias, sectionem, castra denique Decemuiri vendent.

SECTOR, aris. *a sector, comitor.* 4. I. V. 169. Is prætorem circum omnia fora sectabatur. & 6. Ver. 148. Qui illic eiusmodi est, vt eum pueri sectentur. pro S. R. 77. Quid? ij serui vbi sunt? Chrysogonum iudices sectantur. pro Muræ. 70. At sectabuntur multi: dote, mercede. & *ibid.* Sectari aliquem totos dies. Quint. de Pet. 29. Qui si sectari non poterunt, necessarios suos in hoc munere constituant.

SECTOR, oris. *qui proscriptorum bona emit: vel quadruplator, qui quoque iure quæq; iniuria nomina de aliquo crimine deferi, vt partem multæ vel bonorum auferat.* pro S. Rosc. 80. Scimus per istam tempora eosdem ferè sectores fuisse collorum & bonorum. pro Sext. Rosc. 103. Sector, hoc est, qui bonorum S. Roscij emtor atque possessor est. 2. I. A. 65. & 13. Phil. 30. Epist. lib. 15. ep. 19. Antonius sector Pompeij.

✠ *ADIVNC. Audacissimus, pro Sext. Rosc.*

SECVLVM, li. *seclum, multorum annorum spacium, ætas.* de Fat. 27. An hoc falsum potuisset esse, si esset sexcentis seculis antè dictum? 2. de Orator. 21. Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his Philosophi garrire cœperunt. 6. I. V. 73. Aliquot seculis pòst Scipio Carthaginem cepit. & 122. Parietes, quorum ornatus tot secula manserat. 4. Ac. 15. Nihilne tot seculis explicatum putamus? 2. I. A. 54. Huius rei ne posteritas quidem omnium seculorum immemor erit. & 4. Phil. 3. Nihil ex omnium seculorum memoria tale cognoui. de Vniuer. 1. Cùm aliquot secula in Italia viguisset. 2. I. C. 11. Propagare multa secula reipublicæ. 2 de N. 53. Sèpiternis seculorũ ætatibus nõ mutari. 1. de D. 36. Nec seculorũ reliquorum iudiciũ pertimescere. Par. 6. Ego etiam ipse fortasse in huius seculi errore versor. 9. I. A. 13. Huius seculi insolentia. * pro Q. Gall. Quorum ætates non annis, sed seculis, scimus esse disiunctas.

¶ *Futurum genus.* de Senect. 24. Serere arbores, quæ alteri seculo prosint.

☞ Syntaxis. *Omnium seculorum posteritas. Ex omnium seculorum memoria cognoscere. Secula resp. propagare. Id alteri seculo proderit. Sempiternæ seculorum ætates.*

SECVM. At. lib. 8. ep. 22. Quis est, tanta præsertim de re, quin variè secum ipse disputet? 2. de In. 125. Ipsum secum admirari aliquid. Attic. lib. 5. epist. 6. Qui etiam à me petierat, vt secum & apud se essem quotidie. Offic. lib. 1. Secum agere.) (. *Cum altero contrahere.*

☞ Syntaxis. *Peto, vt mecum, & apud me sis.*

SECVNDARIVS, a, um. *secundus, proximus.* 2. de In. 24. In hoc loco caput illud erit, si, &c. secundariũ, si, &c. de Cl. 242. Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius. * *Vbi fortassis legendum est. Q. Arrius Secundus, qui fuit M. Crassi quæstor. Est enim Secundus cognomen Arriorum.*

SECVNDO, *aduerbium. iterum, deinde.* * Semel hominem allocutus fueram: an secundò mihi redeundum esset, ignorabam. pro ✠ Planc. ‖ 51. Equidem primum vt honore dignus essem maximè semper laborem secundo vt existimaret tertium mihi fuit illud quod pleriſque est primum ipse honos.

SECVNDVM. *post.* 2. I. V. 30. Ita secundum Cal. Ian. magnas accusatoris minas ad nostrum arbitrium eludemus. & 34. Tua ratio est, vt secundum binos ludos mihi respondere incipias, mea, vt ante primos ludos comperendinem. 1. de Or. 264. Sed opinor secundum hunc diem: nam satis multa hodie dicta sunt. Quinct. lib. 3. ep. 1. Ille mihi secundum te & liberos nostros ita est, vt sit penè par. Att. lib. 3. ep. 12. Spem ostendis secundum comitia. 2. Offic. 11. Proximè & secundum deos, homines hominibus maximè vtiles esse possunt. 4. in Ver. 15. Secundum ea quæro, seruatisne, &c. Epi. lib. 4. ep. 12. Duo vulnera accepit: vnum in stomacho, alterum in capite secundum autem. 3. de Ora. 221. In actione secundum vocem vultus valet. Orato. 60. Vultus secundum vocem plurimum potest. ad Bru. ep. pr. In. 2. Lepidus secundum fratrem affines habet quos odit proximos. Attic. lib. 12. ep. 16. Secundum te nihil est mihi amicius solitudine. ad Her. lib. 3. Si secundum principium confirmatione vtamur. 2. de Diu. 126. Quæ ei secundum quietem visa sunt, cur secundum quietem videre videamur.

¶ *Pro, Iuxta, Ad, Ex.* 7. in Ver. 163. Secundum arbitrium tuum testes dabo. At. lib. 4. ep. 2. Quisque eorum multa secundum causam nostram iudicauit. & *ibidem.* Prætor secundum me decreuit. & lib. 16. ep. 20. At ea quæ Coss. decreuerunt secundum Cæsaris decreta, comprobes. pro Fl. 50. Qui sententiam secundum Plotium se dicturum ostendit. pro Qu. R. 3. Secundum tabulas alicuius litem dare, & secundum aliquem iudicare. & 15. Secundum nos iudicari volumus. de Ar. 31. Qui domum secundum fratrem suum iudicatam esse dicebat. 2. ad Her. 9. A testibus dicemus secundum autoritatem & vitam testium. Atti. lib. 5. ep. 1. Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium. 4. I. V. 66. Quod iudicium secundum Heraclium de compromissis factum erat. & 41. Iudicare de absente secundum præsentem. 3. I. V. 114. Ita secundum eum possessio daretur. Top. 50. Dare possessionem secundum tabulas. Atti. lib. 16. ep. 18. Coss. de consilij sententia decreuerunt secundum Buthrotios. 5. de Finib. 26. Secundum naturam viuere, & ex natura, vel ex virtute viuere. & lib. 1. 30. Necesse est, quid aut secundum naturam aut contra sit, à natura ipsa iudicari. L. AESTIMO. 2. de Leg. 61. Habemus in duodecim Tabulis sanè secundum naturam, quæ norma legis est. de Sen. 71. Quid autem non secundum naturã est, quàm senibus emori. item, Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Q. fr. lib. 3. ep. 4. Testimonium secũdum fidem & religionem grauissimè dicere. 3. Offi. 25. Contra naturam viuere, secundum naturam viuere. L. VIVO.

¶ *Non procul, ad, propè, vel propter.* Att. lib. 8. ep. 19. Si Cæsar secundum mare ad me ire cœpisset. & li. 16. ep. 8. Legiones Macedonicæ, quæ iter secundum mare superum faciunt.

☞ Syntaxis. *Secundum Deum parentes amandi. Secundum aurem esse morbus. Secundum tabulas dare possessionem. Secundum nos iudicare: id est, pro. Secundum flumen, mare progredi. Secundum naturam.*

SECVNDVS, a, um. *alter.* Ora. 50. Quoniam id secundum erat de tribus. Ep. lib. 9. ep. 16. Quando tu secundum Oenomaum Accij Mimum introduxisti. de Vn. 28. Ad secundum supra terram ambitum. 1. Off. 36. Secundo eum obligare militiæ sacramento, quoniam priore amisso, iure pugnare cum hostibus non poterat. 3. de Finib. 52. Quorum ordo proximè accedit, vt secundus sit ad regium principatum. * Academ. Academico sapienti ab omnibus secundæ partes dantur. *ibid.* Qui omnium cæterorum iudicio sit secundus.

SECVNDVS, ſſimus. *prosper, ad voluntatem nostram fluens.*) (. *aduersus.* pro Pomp. 23. Noster exercitus præliis vsus erat secundis. 2. cont. Rull. 100. Nemo vnquam tam secunda concione legem agrariam suasit. 2. Tusc. 4. Vt vel si totam velit vituperare, secundo id populo facere possit. Attic. lib. 1. ep. 16. Secunda concionis voluntate. 3. de N. 83. & pro Pl. 94. Nauis secundis ventis cursum tenens suum. Ep. lib. 15. ep. 3. Habere ventos secundos. 1. de Diui. 27. Auspicia quæ alicui secunda euenerunt. At. lib. 2. ep. 1. Cæsar cuius nunc venti valde sunt secundi. 3. de N. 88. Hominum prosperitates secundæque res. 1. Offi. 90. Homines secundis rebus effrenatos, sibique præfidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. pro Syll. 66. Et secundas fortunas amittere, & in aduersis sine vllo remedio permanere. pro Sylla. 75. Per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ, nunc aduersæ subleuantur. Q. fr. lib. 3. ep. 1. Ego nullas ἀστοχίας quasi Aias in Cæsaris rebus habere possum. At. lib. 10. ep. 9. Omnia secundissima nobis, aduersissima illis accidisse videntur. Q. fr. li. 2. ep. 1. Clodium accusaui multis & secundis admurmurationibus cĩcti senatus. 1. Off. 90. Nam vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, lenitatis est.

☞ Syntaxis. *Vti secundo prælio. Secunda concione, populo dicere. Secunda concionis voluntas. Secundas fortunas amittere. Omnia secunda tibi accidant. Admurmuratio secunda senatus.*

SECVRIS, ris. *instrumentum, quo arbores decidimus, & ligna scindimus.* Q. fr. lib. 2. ep. 10. Tenedia libertas, securi Tenedia præcisa est. *prouerbium.* 7. in Verrem 22. Quamobrem fasces prætoribus præferantur, cur secures datæ. Q. fr. lib. 1. epi. 1. 10. Prætores cum fascibus & securibus lictores habuisse. 3. in Verr. 75. Instat vt securi feriantur. I. P. 83. Cùm miser ille securibus hospitis sui ceruices subiicere gestiret. & *ibid.* 184. Tu Rabocetum secu- ✠ ri percussisti. ‖ pro Flac. 9. Nostræ secures.

¶ *Impedimentum, ruina* pro Mur. 48. Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? pro Pl. 70. Infligere securim reipublicæ.

✠ *ADIVNC. Funesta, 7. in Ver. Gratior, pro Planc.*

SECVRITAS, tatis. *requies curarum ipsum esse sine cura.* 5. Tusc. 42. Qui autem illam maximè optatam & expeditam securitatem (securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in

quam

quam vita beata posita est) habere quis potest. 5. de Fini. 23. Democriti securitas quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellat εὐθυμίαν. 1. Offi. 69. Vt tranquillitas animi adsit & securitas. 1. de N. 53. Nos beatam vitam in animi securitate ponimus. de Am. 45. Caput esse ad beatè viuendum securitatem, qua frui non possit animus, si tanquam parturiat vnus pro plurib. Ep. lib. 15. ep. 5. Vale, & instituto itinere securitatem diligentiamque sociis & reipublicæ præsta. Att. lib. 4. ep. 16. Miram securitatem videbis, cuius plurimæ mehercule partes sunt in tuo reditu.

✠ ADIVNC. *Blanda specie, de Arusp. Maximè optata, & expedita, 5. Tusc. Mira, 4. Tusc.*

SECVRVS, a, um. *sine cura.* Ep. lib. 10. epi. 24. Si Africanæ legiones venerint, securos vos ab hac parte reddam. pro Fla. 46. Securus Hermippus Tennum proficiscitur. Att. lib. 12. epist. 51. De lingua Latina securi es animi dices, qui talia conscribis.

SECVS. *contrà, aliter.* I. P. 68. Rectè an secus, nihil ad nos. 3. de Fini. 44. Nobis aliter videtur, rectè secúsne, postea. Ep. li. 6. ep. 4. Etsi idipsum nõnullis videatur secus. 3. de Ora. 117. Sed paulo secus à me atque ab illo partita sunt. 2. de Ora. 24. Itaque illud quod dixi, &c. non dixi secus ac sentiebam. de Cl. 292. Nemo dicet secus. Part. 15. Longè secus. Epist. lib. 4. ep. 9. Quod non multo secus fuerit. pro Muræ. 10. Tecum agã Serui non secus ac si meus esses frater. pro Planc. 3. Cùius salutem non secus ac meam tueri debeo. Att. lib. 4. ep. 17. Quem tractat non secus ac si esset imperator. Epist. lib. 3. ep. 5. Non secus ac si te vidissem. pro Qui. 32. Cùm in altera re causæ nihil esset, quin secus iudicaret ipse de se: quod iudicium est grauissimum. Ep. lib. 3. ep. 6. De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse.

* SECVTOR, is. *gladiator.* At. lib. 7. ep. 14. Secutorum in Ludo mil-
✠ le fuerunt, bis eruptionem facturi dicebantur. ‖ *Aliàs scutorum.*

* SECVTVS, a, um. 3. Acad. Vitam deuiam secutis.

SED. *at, ac, quidem, certè, autem, verùm, haud scio an, verò.* Att. lib. 1. ep. 15. Non odio adductus alicuius, sed spe non corrigendæ, sed sanandæ ciuitatis. 4. Ac. 66. Sed non de me, vt dixi, sed de sapiente quæritur. 2. de Or. 299. Sed ego non de præstanti quadam & eximia, sed propè de vulgari & communi prudentia disputo. de Ar. 61. Sed tamen facilè tacentibus cæteris reticuissem: sed hæc oratio omnis fuit nõ autoritatis meæ, sed publicæ religionis. Ep. lib. 1. ep. 9. Sed velle solùm, &c. sed etiam, &c. pro Rab. 13. Non modò huius non sunt, &c. sed ne Romuli quidem, &c. sed Tarquinij, &c. 1. de Orato. 109. Sed siue est ars, siue non, non est quidem ea negligenda, vtrum intelligendum. &c. 1. de Orat. 115. Sed sunt quidam, &c. sunt autem quidam, &c. Ep. lib. 4. ep. 15. Sed tametsi antea scripsi, tamen hoc tempore, &c. Ep. lib. 13. ep. 71. Sed tametsi omnium causa quos commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi causa est.

SEDATE. *tranquillè, leniter.* Orato. 92. Sedatè placidéque loqui. 2. Tusc. 58. Placidè & sedatè ferre dolorem.

SEDATIO, onis. *tranquillitas, placatio.*) (. *perturbatio.* 1. Offic. 93. Temperantia & modestia, omnisque sedatio perturbationum animi. 3. Tus. 65. Sedatio ægritudinis. & 3. Tus. 65. Quotidianæ neces sedationem mœrendi afferunt.

SEDATVS, a, um. *tranquillitas.* Att. lib. 8. ep. 3. Hæc scripsi sedatiore animo, quàm proximè scripseram. 2. de In. 154. Sedatis fluctibus, & tempestate commutata. pro Clu. 103. Falcula paulo sedatiore tempore est accusatus. Orator. 39. Alter sine vllis salebris quasi sedatus amnis fluit. & 176. Isocrates in transferendis faciendisque numeris sedatior. 3. ad He. 21. Sedata & depressa vox.

☞ Syntaxis. *Sedatè, placidéq; loqui. Sedatus animus, tempus, flumen, fluctus, homo, vox.*

SEDECVLA, læ. *sedes.* At. li. 4. ep. 9. Malo in illa tua sedecula quam habes sub imagine Aristotelis, sedere. *Alij Sedicula legunt.*

SED enim. *etenim.* pro Arch. 3. Sed enim hoc non solùm ingenij, sed etiam naturæ atque virtutis. & pro Cæl. 60.

SEDEO, es. *assideo.* Att. lib. 4. epist. 6. Malóque in illa tua sedecula sedere, quàm in istorum sella curuli. & 1. de Diu. 104. Cùm virgo staret, & Cæcilia in sella sederet. 2. I. A. 44. Sedisti in quatuordecim ordinibus. 3. de Ora. 131. In solio sedens domi. 2. de Fini. 99. Sedere in solio ornatu regali. pro R. P. 10. Modò vos in A. Gabinium iudices sedistis. pro Clu. 105. Sedistine iudex in C. Fabricium? & *ibid.* Cùm post paucos dies ex subsortitione sedisset. Att. lib. 1. ep. 13. Qui mœsti inter sui dissimiles sedebant. * in L. Pison. Proximè Pompeium sedebam.

¶ *Maneo, moror.* At. lib. 12. ep. 43. Quid enim sedere totos dies in villa ista? pro Milon. 55. Cùm Milo veheretur in rheda penulatus, vnà sederet vxor. Epist. lib. 16. ep. 7. Si venti essent, nos hìc Coreyræ non sederemus.

SEDES, dis. *sella, solium, sessio, hemicyclus, subsellium.* 1 de Orator. 29. Tum Crassum puluinos poposcisse, & omnes in iis sedibus, quæ sub platano erant, consedisse dicebat. 4. I. C. 2. Hæc sedes honoris, sella curulis.

¶ *Locus, vis, gradus.* 3. de Or. 19. Neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. 2. de Orato. 358. Omnibus rebus quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est. 2. de Fin. 37. Vt sola ponatur in summi boni sede quam quærimus.

¶ *Domicilium, fundamentum, patria, origo.* de Pro. 34. Nam si ille aditus Gallis patuisset, nũquam hæc vrbs summo imperio domicilium ac sedem præbuisset. pro Mar. 30. Qui sedem stabilem & domicilium certum non habet. Parad. 1. Voluptas mentem ex sua sede & statu dimouet. 2. cõt. Rull. 96. Coloni Capuæ in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocati. pro Mur. 85. Omni sede ac loco ferrum flammamque metuamus. pro Cl. 171. Sceleratorum sedes atque regio. 1. Acade. 9. Sedes regionum & locorum. pro Syll. 33. Vrbs hæc sedes omnium nostrũm, domicilium imperij. pro Ar. 9. Is sedem omnium rerum & fortunarum suarum Romæ collocauit. Anteq. 24. Dij qui sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam. Ep. lib. 13. ep. 4. Eorum domicila, sedes, rem, fortunas, tuæ fidei commendo. pro Cl. 188. Aliquam sibi domum sedémque deligere. 2. cont. Rul. 45. Sedes hospitalis. 4. I. V. 6. Sedes ac domicilium collocare. 1. cont. Rul. 18. Hæc sedes vrbis atque imperij. 1. de N. 100. Hæc enim membra sunt sedes ac domicilium vitæ. I. P. 52. Mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis obuiam procedere visa est. * Incer. Mustella catulos suos quotidie transfert, mutatque sedem.

✠ ADIVNC. *Alta, superæ, Arat. Amicissimæ, hospitalis, publica, pulcherrimæ vectigalium, 2. cont. Rull. Antiqua, 7. Ver. Antiquæ, 6. Ver. Aptæ, mediæ mundi, 2. de Nat. Celsa, 1. de Diu. Celsissima dignitatis, pro Fla. Certa, de Arusp. Domestica, 8. Famil. Maxima, pro Sest. Non importuna sermonis, 3. de Orat. Naturales, 1. Tusc. Notæ, pro Mur. Patriæ, 2. Phil. Stabilis, pro Marc.*

SEDITIO, onis. *discordia, dissensio populi, vis, turba, impetus populi vel militum, motus populi.* Brut. epist. 2. Seditio quæ facta est in legione quarta de Antoniis. 1. de Diuinat. 50. Magna seditio in castris eius inter Pœnos & Siculos milites est facta. pro Muræn. 83. Concitare seditionem & discordiam. Epist. lib. 10. epist. 32. Singulæ cohortes quandam seditionem fecerunt. & ep. 34. Seditione facta. Attic. lib. 5. ep. 14. Seditio militum sedata ab Appio. 2. de Orat. 124. Seditiones ornare & demonstrare multos sæpe impetus populi non iniustos esse. & *Ibid.* Multas seditiones esse factas & confiatas. Att. lib. 10. ep. 1. Solon capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis esset. 2. de Orat. 199. Omnia seditionum genera collegi. Att. lib. 2. ep. 1. Seditione commota.

¶ *Seditiosorum manus.* pro Cl. 102. Incursio seditionis, vis multitudinis, impetus Tribunitius.

✠ ADIVNC. *Concitata, & nocturna, grauissimæ, pro Sest. Domestica, 2. cont. Rul Iustæ & propè necessariæ, molestæ, multæ, 2. de Orat. Magna, perniciosa, 1. de Diu. Tantæ, 1. de Inuent.*

SEDITIOSE. pro Cl. 2. Conciones seditiosè concitatæ. pro Milo. 8. Seditiosè interrogari.

SEDITIOSISSIME dicere. At. lib. 2. ep. 21.

SEDITIOSVS. *turbulentus, popularis.* 2. de Orator. 48. S. Titius seditiosus ciuis & turbulentus. & 135. Quod seditiosus de turbulentis & malis ciuibus. 1. I. A. 22. Adhortari adolescentes, vt turbulenti, vt seditiosi, vt pernicioſi ciues esse velint. 1. de Inu.

✠ 4. Seditiosa & tumultuosa vita. ‖ in Vat. 4. Nutricula seditiosorum omnium.

☞ Syntaxis. *Seditionis incursio. Commota seditio. Seditiosus ac turbulentus. Seditiosa vita.*

SEDANDVS, a, um. 1. de Orato. 17. In eorum qui audiunt mentibus aut sedandis aut excitandis. 1. Offic. 103. Appetitus omnes contrahendi sedandique sunt.

SEDATVS, a, um. 1. de Diu. 61. Illa etiam parte animi, in qua irarum existit ardor, sedata, atque restincta. Att. lib. 5. epi. 14. Seditio militum ab Appio sedata. * Lim.

In medio populi sedatis vocibus effers.

✠ ADVERB. *Maximè & quieti, 3. in Verr.*

* SEDICVLA, æ, vide SEDECVLA.

SEDO, as. *sedationem affero, restinguo, mitigo, mollio, comprimo, contraho.*) (. *incito,* Anteq. 14. Vos quoque Tribunitiam sedate temeritatem. 1. I. A. 1. Sedare discordias. 1. de Orato. 202. Quæcunque in animis hominum motum res & causa postulet, dicendo vel excitare, vel sedare. 2. in Anto. 46. Cùm tanta mala florentissimæ familiæ sedaui, vel potiùs sustuli. Att. lib. 13. ep. 10. Sermuncu-
✠ lum omnem aut restinxeris, aut sedâris. ‖ 5. in Ver. 132.

SEDOR, ris. 3. I. C. 6. Tum interuentu Pontini pugna quæ erat commissa, sedatur. 1. de Leg. 54. Hæc controuersia tota sedari potest. & lib. 3. 24. At aliquando incenditur, & quidem sæpe

sedatur. 2. in Cat. 28. Vt bellum intestinum sine vllo tumultu aut motu sedetur.

☞ Syntaxis. *Appetitus contrahendi, sedandiq; Sedatum ac restinctum. Sedare, vel potius tollere.*

SED quid? *quid tum?* 2. in Anton. 21. Sed quid? ego fauisse me tibi fateor?

SEDVCO, cis. *abduco.* At. lib. 5. ep. 21. Cùm hæc disseruissem, seducit me Scaptius, ait se nihil contradicere. 1. de Orato. 239. Sæpe audiui accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum: qui cùm Crassum seduxisset, ad eumque retulisset, responsum ab eo verum magis, quàm ad suam rem accommodatum abstulit. 13. I. A. 22. Nisi quòd te Idibus Martiis à debita tibi peste seduxit. Epi. lib. 1. ep. 9. Cùm inimicum meum modò seuerè seducerent, modò familiariter amplexarentur.

✠ *ADVERB. Seuerè, 1. Famil.*

SEDVCTIO, onis. pro Mur. 49. Etenim seductiones testium secessionem subscriptorum animaduertebant.

SEDVLITAS, tis. *officium, diligentia.* Ep. lib. 8. ep. 11. Cornelij operam & sedulitatem laudare possum. & li. 1. ep. 8. Idque cùm sentiam, sedulitate mihimet ipsi satisfacere possum, re quidem ipsa, &c. Epist. lib. 8. ep. 1. Nimium arguta sedulitas. pro Ceci. 14. Non necessitudine aliqua, sed ficto officio simulatáque sedulitate coniunctus. pro Archia 25. Qui sedulitatem mali poëtæ duxit aliquo tamen præmio dignam. 2. contra Rull. 12. Finem feci offerendi mei, ne fortè mea sedulitas, aut insidiosa aut impudens videretur. ‖ Epist. lib. 10. ep. 15. Sedulitas mea & mihi & Reip. tulit fructum.

✠ *ADIVNC. Arguta, 8. Fam. Digna aliquo præmio, pro Arch. Insidiosa, atque impudens, 2. cont. Rull.*

SEDVLO. *diligenter.* Att. lib. 3. ep. 12. Tu quidem sedulò argumentaris, quid sit sperandum, &c. pro Cluent. 58. Hoc quanquam sedulò faciebant, tamen, &c. 3. de Fin. 15. & Ep. lib. 5. ep. 10. Faciam omnia sedulò, quæ te sciam velle. & lib. 2. ep. 11. Sed tamen sedulò fit, & in primis à Pathisco.

SEDVLVS, a, um. *officiosus, diligens.* de Clar. 176. Eloquentes videbare, non sedulos velle conquirere.

☞ Syntaxis. *Sedulitas & opera. Arguta sedulitas. Fictum officium, simulataq; sedulitas. Hic sedulo fit, in primis à tyrone.*

SEGES, tis. *arua, ager.* Orator. 48. Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicissimas frugibus. 1. Tusc. 69. Segetes largiuntur fruges. de Sen. 54. Segetibus & pratis & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt. 5. I. V. 20. Neque in segetibus, neque in areis, neque in hortcis. 2. Tusc. 13. Etsi in segetem sunt deteriorem datæ fruges, illæ tamen suapte natura enitent. * Hortens. Segetes agricolæ subigunt arattis.

¶ *Ipsæmet fruges.* Or. 81. Lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. 5. de Fin. 91. Seges spicis vberibus & crebris.

¶ *Occasio, causa.* pro Mil. 36. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam suæ gloriæ?

✠ *ADIVNC. Deterior, 4. Tusc. Fœcundæ, & vberes, Or. ad Brut. Lætæ, 3. de Orat.*

SEGESTA, æ. 6. I. V. 72. Segesta oppidum peructus in Sicilia, quod ab Aenea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant.

SEGESTANI. 4. I. V. 156.

SEGESTENSES. 5. I. V. 83.

SEGNIOR. At. lib. 8. ep. 13. Ego si cui adhuc videor segnior, dum ne tibi videar, non laboro. pro Font. 7. Ne segniores posthac ad imperandum cæreri sint. 1. de Finib. 34. & pro Dom. 57. Nec me segniorem ad respondendum reddidisti.

SEGNITIA, æ. *inertia, segnities.* de Clar. 281. Vir sine arrogantia grauis, & sine segnitia verecundus. 1. de Finib. 5. Inertissimæ segnitiæ est.

✠ *ADIVNC. Inertissima, 1. de Fin.*

SEGNITIES, ei. *segnitia.* 1. de Ora. 185. Castigemus etiam segnitiem hominum & inertiam.

☞ Syntaxis. *Inertissima segnitia. Segnities & inertia.*

SEGREGANDVS, a, um. 3. Offic. 32. In figura hominis feritas & immanitas belluæ, à communi tanquam humanitate corporis segreganda. pro Ar. 4. Aliquem à numero ciuium segregandum esse, vel non esse.

SEGREGATVS, a, um *seclusus.* 5. Tusc. 80. Beata vita sola relicta, & comitatu pulcherrimo segregata.

SEGREGO, as. *separo.* 2. de Natur. 148. Eloquentia nos à vita immani & fera segregauit. 3. de Fin. 30. Qui virtutem à summo bono segregauerunt. de Arusp. 26. Qui antea voce præconis à liberis remouebantur, iis tuis ludis liberos à se segregauerunt. 3. de Orat. 180. Iambum, & Trochæum frequentem segregat ab oratione Aristoteles. 5. I. A. 29. Excluit illum à repub. distraxit, segregauit scelus illius.

SEIVGATVS, ta *seiunctus.* 1. de Diu. 70. Partem animi quæ sensum habeat, non esse ab actione seiugatam.

SEIVNCTIO, onis. *transitio, ornamentum verborum.* 3. de Ora. 201. Et ab eo quod dictum est, seiunctio.

SEIVNCTVS, a, um. *seiugatus.* 5. in Verr. 193. Defensio remota ab vtilitate Reipub. seiuncta à voluntate legis. Orat. 68. Orator seiunctus ab Philosophorum eloquentia. Epistol. lib. 1. epist. 9. Si hoc tempore omni, quo seiuncti fuimus, & vna Romæ fuissemus.

✠ *ADVERB. Priuatim ad nomen augendum, in Piso.*

SEIVNGENDVS, a, um. in Vat. 26. Quòd me ex fortissimorum ciuium numero seiungendum non putaris.

SEIVNGO, gis. *separo, segrego, semoueo.* 3. de N. 61. Fortunam nemo ✠ ab inconstantia & temeritate seiunget. ‖ Ep. lib. 10. ep. 6. Seiunge te quæso aliquando abiis cum quibus te, non tuum iudicium sed temporum vincula coniunxerunt.

SEIVNGOR, ris. 1. in Cat. 22. Dummodo tua calamitas à Reipub. periculo seiungatur.

SELECTIO, onis. *electio, secretio.* 2. de Fin. 43. Vt eam rerum selectione expoliarent. & li. 3. 20. & 12. Selectio.) (*reiectio.* 3. de Legi. 23. Malorum enumeratio, vitiorumque selectio.

SELECTVS, a, um. *electus.* 1. de Natur. 86. Selectæ breuésque sententiæ. pro Cluent. 121. Prætores vrbani iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre. 4. I. V. 32. Selecti è conuentu iudices.

SELEVCIA, ciæ. *vrbs in Antiochia.* Ep. lib. 8. ep. 14. Cælij.

SELVCIANA prouincia. Att. lib. 4. ep. 17.

SELIGO, gis. *deligo seiungo.*) (*reijcio.* Orato. 47. Nec verò vtetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet ac seliget. & 103. Quæ exempla selegissem, nisi, &c. 3. de Fin. 23. Illud autem vt feriat, quasi seligendum, non expetendum.

SELLA, læ. *sedes.* 4. I. C. 17. Nemo opifex inuentus est, qui non ipsum illum sellæ atque operis & quæstus quotidiani locum saluum esse velit. 1. de D. 119. Illo die, quo primùm in sella aurea sedit. 4. I. V. 94. Prætor palàm de sella ac tribunali pronunciat, si quis, &c. 285. Sedebat in rostris Cæsar in sella aurea coronatus. ✠ ‖ 5. in Verr. 135. Imo vero in sella ac tribunali 3. in Ver. 124. Et hoc de sella vir optimus dixit. & 119. Qui ordo ad Pisonis sellam solitus est conuenire.

✠ *ADIVNC. Aurea, 2. Phil. Curulis, pro Clu. Proxima, 9. Fam. Vacua mortis, periculo & insidijs, 4. Catil.*

SELLVLARIVS, ij. Incer. De plebeia fece sellulariorum.

SELONIVM, nij. de Diu. lib. 1. 79. Roscius, qui cùm esset in cunabulis, educareturque in Selonio, qui est campus agri Lanuuini. & lib. 2. 66. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, vt circumligatus fuerit angui, sed vt in cunis fuerit anguis: non tamen mirum est, in Selonio præsertim, vbi apud focum angues nundinari solent.

* SEMAE AQVAE Baianæ. Ep. lib. 16. ep. 14. Puto vtrunque ad aquas Semas. *Alij legunt aquas. Sciemus.*

SEMEL pro Font. 16. Galli pecuniam semel atque iterum ac sæpius inuitissimi dare coacti sunt. pro Do. 76. Patria bis à me seruata, semel cùm, &c. iterum cùm, &c. 2. de Inu. 15. Semel & sæpius. &c. Att. lib. 4. ep. 3. Nullas adhuc literas acceperam, præter quæ mihi binæ semel in tribunali redditæ sunt: *aliter, simul.* Att. li. 14. ep. 12. Antonius semel induxit animũ, sibi licere quod vellet: *id est, omnino.* 5. in An. 20. Cùm autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem credendi afferret. * pro C. Com. 1. Semel priuatim à patre, iterum publicè à lege coactus.

SEMEN, nis. *materia fœtus.* de Sen. 51. Terra cum gremio mollito & subacto semen sparsum excepit, &c. 1. de Diu. 128. In seminibus inest vis earum rerum quæ ex his progignuntur. de Sene. 52. Terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos, ramósque procreat. de N. li 2. 31. Seminis enim vim esse tantam, vt id, quanquam sit perexiguum, tamen si inciderit in concipientem comprehendentémque naturam, nactumque sit materiam, qua aliquid augeri possit: ita fingat & efficiat in suo quicq; genere, partim vt tantummodo per stirpes alantur suas, partim vt moueri etiam & sentire & appetere possint, & ex sese similia sui gignere. 2. de Di. 95. Seminum vis, quæ ad gignendum procreandumq; plurimum valet. & 68. Itáne censes? antè coronam extitisse, quàm herbarum conceptum esset semẽ? pro S. R. 50. Attilius ille sua manu spargens semen. 2. in Ant. 55. Vt in seminibus causa est arborum & stirpium, sic huius luctuosissimi belli semẽ tu fuisti. 4. ad Her. 10. Triptolemus cùm omnibus semen largiretur, &c. in Arat. Semina terræ mando. 2. cont. Rull. 94. Aliquid ingenerari hominibus à stirpe generis ac seminis.

¶ *Principium, origo, primordia.* 1. de Diuina. 6. Quòd Zeno in suis commentarijs quasi semina quædam sparsisset. 1. in Catil. 30. Stirps ac semen malorum omnium. 2. Offic. 29. Nec verò vnquam bellorum ciuilium semen & causa deerit, dum, &c. 2. de Diuin. 53. Semina malorum, quæ in his meliis inclusa sunt, in contrarias partes se vertere.

¶ *Sanguis,*

¶ *Sanguis, natio.* 2. cont. Rull. 90. Virtus, quæ propria est Romani generis atque feminis.

✠ *ADIVNC. Minutissima, de Senec. Perexiguum, 2. de Nat.*

SEMENTIS, tis. *Satio.* 1. de Orat. 244. Nemo ignorat, quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium. 5. I. V. 125. Semente prohibita ac messe amissa. 2. de Orator. 261. Vt sementem feceris, ita metes. 3. de Natur. 75. Hanc igitur à diis tantam arbitramur malorum sementem esse factam? Attic. lib. 4. ep. 7. Quod scribis, molestè fero, in agro Sabino sementem fieri proscriptionis.

✠ *ADIVNC. Tanta malorum, 3. de Nat.*

SEMESTRIS. stre. *Sex mensium.* Att. lib. 10. ep. 7. Iam intelliges id vix semestre esse posse.

SEMIANIMVS, a, um. *Exanimatus, semiuiuus.* 1. de Diuin. 106. Anguis semianimus. *Ennij poetæ.*

SEMIASSVS, a, um. *Semiustus.* 1. Tusculan. 106. Heu reliquas semiassi regis.

SEMICIRCVLVS. 5. de Fin. 56. Circulos aliquos, aut semicirculos consectari.

SEMIDOCTVS, a, um. 2. de Orat. 177. Hæc apud doctores semidoctus ipse percurro.

SEMIFERVS, a, um. 2. de Nat. 112.

Corpore semifero magno Capricornus in orbe. & in Arat.

SEMIGRO, as. *Secedo.* pro Cæl. 18. Cælius permittente patre ab eo semigrauit, conduxit in Palatio domum. & pro Cl.

SEMIHORA, ræ. pro Rab. 6.

SEMILIBER, a, um. Att. lib. 13. ep. 31. Obsecro abiiciamus ista, & semiliberi saltem simus.

SEMINARIVM, rij *Semen.* 2. I. C. 23. Qui ni pereunt, scitote hoc in republ. seminarium Catilinarium futurum. I. P. 97. Ex illo fonte & seminario triumphorum arida folia laurea retulisti. 1. Off. 54. Id autem est principium vrbis, & quasi seminarium reipubl. 3. I. A. 4. Huc accedunt veterani, seminarium iudicum tertiæ decuriæ.

SEMINATOR, oris. *Sator.* 2. de Na. 86. Omnium rerum seminator, & sator, & educator, & altor est mundus. & lib. 3. 66. Seminator omnium malorum.

SEMINOR, ris. *Feror.* 1. de L. 1. Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna, quàm poëtæ versu seminari potest.

SEMIPLACENTINVS, a, um. I. P. 14. Cæsonius Semiplacentinus Caluentius. * in L. Pison. Prius Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi est cœptus.

SEMIPLENVS. a, um. 7. I. V. 62. Decem naues semiplenæ.

SEMISOMNIS, ne. & SEMISOMNVS, ni. 7. I. V. 94. Cùm is etiam semisomnis stuperet. Epist. lib. 7. ep. 1. Cùm illi spectarent communes mimos semisomni.

SEMISSIS, *assis dimidium, vel nummi pars.* pro Sestio 55. Vt remissis semissibus & trientibus quinta propè vectigalium tolleretur. Epist. lib. 5. ep. 10. Simul verò semissis homo contra me arma tulit. & ep. 6. Homini semissis magna copia est. *alter, Omnino semissium, vel semissibus.* 1. ad Herenn. 21. Lex frumentaria de semissibus & trientibus.

SEMITA, tæ. *trames. via.* 4. I. V. 57. Qua via modò exiuit, eâdem semita reuertatur. 2. contra Rull. 95. Roma in montibus posita & conuallibus, non optimis viis, angustissimis semitis. de Prou. 33. Semitam tantùm Galliæ tenebamus antea. 2. Off. 58. Vt Oresti nuper prandia in semitis decimæ nomine magno honori fuerunt.

✠ *ADIVNC. Angustissima, 1. cont. Rull.*

SEMIVIVVS, a, um. Att. lib. 7. ep. 2. Patthi repentè Sibulum semiuiuum reliquerunt. I. P. 31. Abiecti hominis, & semiuiui vox. pro Sest. 126. Semiuiuis vocibus mercenariorum reclamatum.

SEMIVSTVLATVS, a, um. pro Milo. 34. Cadauer P. Clodij infelicissimis lignis semiustulatum.

SEMIVSTVS, a, um. 2. in An. 91. Ipsæ faces, quibus semiustum latus istius est.

SEMOTVS, a, um. 2. de Fi. 44. Cæterorum sententiis semotis.

SEMOVENDVS, a, um. 1. Academ. 34. Strate ab ea disciplina semouendus est. & 2. de Finibus 39. A philosophia semouendas ✠ putabo. ‖ lib. 5. 21. Semouenda voluptas.

SEMOVEO, es. *Secerno, remoueo.* 3. de Orat. 19. Neque res lumen habere possunt, si verba semoueris.

SEMOVEOR, ris. de Aruspic. 26. Qui antea voce prætoris à liberis semouebatur, tuis ludis non voce, sed manu liberos à se segregabant.

✠ *ADVERB. Feliciter, fortissimè, ad Octau. Omninò,* 1. *Acad.*

SEMPER. *omni tempore, totos dies, dies omnes ac noctes, dies atque noctes, dies noctesq; noctes & dies, in omni vita, dum hominum genus erit, in perpetuum, nunquam non, ab æternitate, omne tempus ætatis, hoc vigebit memoria seculorum omnium.* 1. Tusc. 53. Quod semper mouetur, id æternum est. 1. Offic. 31. Commutatur officium, vt non semper sit idem. 1. de Orat. 99. Semper ego à genere hoc toto sermonis refugi.

SEMPITERNVS, a, um. *æternus.* 1. de Natu. 30. Plato dixit mundum fore sempiternum. & lib. 2. 53. Nihil immutat sempiternis seculorum ætatibus. 4. IC. 18. Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. de Somn. 6. Ignes sempiterni. 2. de Orator. 169. Nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. de Amic. 32. Veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Postquam ad Quir. 1. Sempiternam pœnam sustinere. Epist. lib. 5. ep. 12. Sempiterna gloria. Attic. lib. 14. ep. 11. Illi non heroes, sed dij futuri quidem in gloria sempiterna sunt. pro Rab. 39. Optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum, vt nihil nisi sempiternum spectare videatur.

☞ Syntaxis. *Perpetuum ac sempiternum. Id spectat in sempiternum tempus. In sempiterna gloria beatus.*

SEMVNCIA, æ. I. V. Semuncia auri. L. A s.

SEMVRIVS, rij. *locus.* L. REMVRIVS.

SENARIOLVS. 5. Tuscul. 64. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant.

SENARIVS. *versus, præsertim Iambicus, à sex pedibus dictus.* Or. 189. Senarios & hyponacteos effugere vix possumus. & *ibidem* 184. Comicorum senarij propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abiecti, vt nonnunquam vix in his numerus & versus intelligi possit.

SENATOR. oris. *pater conscriptus.* 1. de Orat. 8. Senatores, qui consilio & prudentia regere Rempub. possint. & 215. Senator bonus, autor publici consilij, rector reip. Postquam in Senat. 25. Cùm CCCCX. senatores essetis. 13. I. A. 28. Is apertam curiam vidit post Cæsaris mortem, mutauit calceos, pater conscriptus repentè factus est. de Senect. 56. In agris erant tunc senatores: id est, senes. 3. de Leg. 40. Senatori tria iussa sunt: vt adsit, nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est: vt loco dicat: id est, rogatus: vt modo, ne sit infinitus. pro Clu. 154. Senatorem hoc quæri non posse, propterea quòd ea conditione proposita petere cœpisset, quódque permulta essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset: locus, autoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen & gratia, toga prætexta, sella curulis, insignia, fasces, exercitus, imperia, prouinciæ.

✠ *ADIVNC. Bonus, 1. de Orat. Clarissimus, & præstantissimus, 11. Phili. Constantissimus, pro Mar. Diligentes, 7. Phil. Familiarissimus alicuius, pro Cluent. Fortis, fortissimus, pro Mur. Fortis & constans, 12. Phil. Frequentissimi, 11. Famil. Honestissimi, princeps, 2. Philip. Lætissimi ciuitatis, 7. Ver. Maculosi, 1. Attic. Melior, 8. Phil. Multi, 2. ad Qui. Frat. Multi, & testes audaciæ, rectissimi, tenuissimus, 2. Ver. Nobilissimus, 2. Famil. Præstantissimus, 6. Ver. Sancti natura & religiosi, copijs rei familiaris locupletes, & copiosi, pro Qui. Rose. Vetus, 4. Ver. Voluntarius, 3. Phili.*

SENATORIVS, a, um. pro Fl. 43. Lysanias adeptus est ordinem senatorium. 2. Offi. 3. Literæ forenses & senatoriæ. 1. Tus. 1. Senatoriis muneribus liberatus. pro Pom. 61. Cuius à senatorio gradu ætas longè abesset. pro C. Cornel. 1. Senatoria subsellia.

SENATVS, tus. *ordo amplissimus, summus ordo, consilium senatus, consilium publicum, amplissimum consilium, summum consilium, amplissimus magistratus apud Lacedæmonios.* de Sen. 19. pro Dom. 73. Senatus est summum populi Rom. consilium. de Ar. 158. Senatus princeps salutis mentisq; publicæ. pro Sest. 137. Senatus reipubl. custos, præses, propugnator. 2. I. C. 12. Senatum in ædem Iouis Statoris vocaui, rem omnem ad P. C. retuli. pro Syl. 65. Cùm in Capitolium nos senatum conuocassemus. 4. Acad. 137. Cùm Diogenes & Carneades ad senatum in Capitolio starent. 3. de Orat. 2. Senatus frequens vocatu Drusi in curiâ venit. At. li. 6. ep. 1. Scaptius inclusum in curia senatum Salamine obsederat, vt fame senatores quinque necarentur. Epist. lib. 4. ep. 1. Scripsisse te frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum esse venturum. Epist. li. 1. ep. 4. Senatus haberi ante Calend. Feb. per legem Puppiam non potest. & ep. 42. Dimittere senatum. de Sen. 42. Eijcere aliquem è senatu. pro Fla. 42. In senatum venire. & *ibid.* In senatum peruenire. de Sen. 19. Consilium, ratio, sententia: quæ nisi essent in senibus, non summum consilium maiores vestri appellassent senatum. Qu. fr. li. 2. ep. 12. Tyriis est senatus datus frequens. 4. I. A. 14. Antonius senatum: id est, orbis terræ consilium delere gestit. 3. de L. 28. Senatus est dominus publici consilij. & *ibidem.* Potestas in populo, autoritas in senatu est. * con. conc. Qu. Met. Ad senatum adduci iussi, in Senatu sunt positi. Frag. epist. Amici à te contemni ac despici, ac pro nihilo haberi Senatum velint. *ibidem.* Vt mirum Senatus conuicium excepit.

✠ADIVNC. *Aequus,2. Att. Amicior,fortis,10. Famil. Bonus,7 Att. Concors,princeps salutis,mentisque publicæ,de Arusp. Constans,fortis,1. Famil Consultus,vehemens,& gratus,similis,1. in Catil. Cunctus, incolumis, Phil. Custos, & præses, & propugnator reipub. pro Sest. Diuinus,16. Att. Dominus publici consilij, 3. de Legibus. Erectior,sapiens,ep. ad Brut. Firmissimus, orbus,12. Famil. Bene firmus vestra autoritate, firmior,6, Philip. Frequens,inuitus,7. Famil. Frequentissimus,necessarius,pro Mil. Grauis,9. Phil. Inimicissimus,de Prou. Iustus,in Piso. Lætior,1. Philip. Priuatus,11. Phil. Sanctus,1. de Diu. Vniuersus, pro Cluent.*

SENATVS,ti. *teste Christo lib.1. Cicero quoque de Diuin. in Ver.* Quod in vnaquaque re beneficio senati.

SENATVSCONSVLTVM, ti. *decretum senatus, lex senatus, autoritas senatus, scripta, principum decretum.* Qu. frat. lib. 2. ep. 8. S. C. factum est de ambitu in Aftanij sententiam. de Ar. 8. Senatusconsultum, quod contra illum pro religione factum est. Ep. lib. 1. ep. 7. Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi ademta sit. Qu. fr. lib. 2 ep. 3. Ad Apollinis S. C. factum est, ea quæ facta essent ad VII Iduum Febr. contra remp. esse facta. Epi. lib. 10. ep. 13. Ita enim S. C. est perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est. Att. li 5. ep. 21. S. C. vt néue Salaminiis, néue qui eis dedisset, fraudi esset. Att. lib. 9. ep. 18. Cæsar volet S. C. facere, volet augurum decreta. I. P. 17. Consul edicit, vt senatus S. C. ne obtëperet. 3. I. A. 24. Antonius effugere festinans, S. C. de supplicatione per diœcesionem fecit, cùm factum esset antea nunquã. Attic. lib. 8. ep. 9. Quæ verò S. C. video. 5. I. A. 36. Et deinceps sæpe formula senatusconsulti de D. Bruto. * pro C. Corn. 1. Quo de genere persæpe S. C. fiunt, vt nuper de ipsa lege Calpurnia, cui derogaretur. con. C. Ant. Q. Mutium Senatusconsulto prohibete. Hortens. Confectis Senatusconsultis.

✠ADIVNC. *Falsa.) (. Vera, 12. Phil. Grauissima, 14. Phil. Honorificum, honorificentissimum, 12. Famil. Innumerabilia, 3. Phil. Magnificentissimum, 1. de Diuin. Necessaria, præclara, 2. Phil. Odiosa, 1. Attic. quòd γγραφον, 5. Attic.*

☞ Syntaxis. *Senatus, princeps est salutis, ac mentis publicæ. Vocare, conuocare senatum. Ad senatum stare. Frequens venit senatus. Senatus, habitus, dimissus. Dare alicui senatum frequentem. Senatusconsultum, factum, extat, perscribitur.*

SENECTA, tæ: & SENECTVS, utis. *propè acta iam ætas decursáq;, vltimum tempus ætatis, mutuitas ætatis, ingrauescens ætas, exacta ætas, extrema ætas, exacta iam ætas, canities, vetustas.* Top. 32. Senectus est occasus vitæ. de Sen. 25. ex Cæcil. Tum etiam in senecta hoc reputo miserrimum, sentire ea ætate esse odiosum alteri. & 4. Senectutem vt adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adeptã. & 55. Senectus est natura loquacior. 5. de Fin. 32. Homo confectus senectute. 1. de Orat. 255 Subsidium bellissimũ esse existimo senectuti ocium. de Cl. 179. M. Fabius vixit ad summam senectutem. Epist. li. 1. ep. 9. Populus Athenienſis propè iam desipiens senectute. de Clar. 265. Triarij plena literatæ senectutis oratio. Or. 169. Habet autem vt in ætatibus autoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. de Cl. 8. Cùm oratio canescereț, haberetque suã quandam maturitatem, & quasi senectutem. de Senect. 20. Temeritas est, videlicet florentis ætatis prudentia senectutis. 8. I. A. 31. Cùm esset summa senectute, & perdita valetudine. de Sen. 60. Apex senectutis est autoritas. * Hortens. Vixit ad summam senectutem valetudine optima. Acad. Qui secum ad senectutem vsque vixissent.

✠ADIVNC. *Animosa, & fortis, grauis, honesta, honorata, honoratior, imbecilla iners, ignaua, somniculosa, iucunda, non modò languida atque iners, verùm etiam operosa, & semper agens aliquid, leuis non molesta, sed etiam iucunda, leuior, loquax natura, misera, miserabilis, mollis & iucunda, odiosa, otiosa, placida ac leuis, stulta, tolerabilis, aut iam vrgens, aut certè aduentans, de Senec. Calamitosa & præceps, ad Octa. Iam propè desperata, pro Cæl. Non iners, 1. de Legib. Literata. Summa, de Clar. Quieta & honorifica, potiùs quam solicita, 2. Attic. Seuerissima, verissima, pro Qui. Rosc.*

☞ Syntaxis. *Senectute confectus. Ad summam viuere senectutem. Canescit iam oratio, & maturitatem quandam suam habet, ac senectutem. Homo senectute summa.*

*SENENSIS, se. de Clar. 73. Senense præliũ. *Alij Senonense legunt.*

SENESCENS, tis. 2. de Diu. 33. Arbores simul cum luna senescentes tempestiuè cædi. Epist. lib. 7. ep. 26. Iam senescentis morbi remissio. 2. de Or. 7. Laudem alicuius iam propè senescentem ab obliuione hominum vendicare.

SENESCO, scis. *consenesco, senex fio.* 2. Tusc. 5. Atque oratorum quidẽ laus ita ducta ab humili venit ad summũ, vt iam, quod natura fert, in omnibus fere rebus senescat, breuiq; temporead nihilũ ventura videatur. de Sen. 38. Sensim & sine sensu senescit ætas.

SENEX, nis. *ætate confectus, exacta ætate, confectus senio, vel senectute, admodum senex.* pro Cæl. 38. Tristis ac decrepitus senex. pro Sest. 24. Imbecillus senex. item. Et quia valet apud nos clarorum hominum senex de repub. meritorum memoria etiam mortuorum. 1. de Diu. 95. de Sen. 20. Senes: sic enim Lacedæmonij consilium publicum appellant. & 36. Senex stultus, credulus, obliuiosus. 8. I. A. 31. Qu. Mutius senex & debilis veniebat in curiam. de Sen. 24. Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse viuere. & 32. Illud vetus laudatúmque prouerbium, quod monet, Maturè fieri senem, si diu velis esse senex. & 82. Vt de me aliquid more senum glorier. 2. I. C. 5. Exercitus collectus ex senibus desperatis.

✠ADIVNC. *Auari, creduli, obliuiosi, dissoluti, disertus, docti, imbecilles, miser, moderati, nec difficiles, nec inhumani, morosi & anxij & iracundi & difficiles, sapientes.) (stulti, stultius, credulus, obliuiosus, de Senec. Debilis, imbecillus, tristis, ac decrepitus, pro Sest. Deliri, 2. de Orat. Desperati, 2 in Catil. Durus, & penè agrestis, pro Cæl. Locuples, orbus, Parad. Locuples, & festiuus, 2. Attic. Prudentissimus, atque optimus, pro Planc.*

SENI, senûm. 4. in Ver. 122. Pueri annorum senûm septenûmque demûm.

SENILIS, le. pro Sest. 50. Senile corpus. 2. de Diu. 50. Aliquis puerili specie, sed senili prudentia. de Senect. 36. Senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet.

SENIOR, oris. 2. de L. 9. Quæ vis non modò senior est, quàm ætas populorum, sed æqualis Dei.

SENIVM, nij *senectus.* de Vniu. 14. Vt vnum opus totum atq; perfectum absolueretur, quod omni morbo senioue careret. pro Mil. 20. Tota ciuitas confecta senio est.

☞ Syntaxis. *Senex memoria. Matura factus senex. Senes, id est senatores.*

*SENONENSIS, se. de Clar. 73. Senonẽse præliũ. *Alij Senẽse legũt.*

SENSIM. *pedetentim, leniter.) (. repentè.* 3. Tusc. 54. Sensim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor. 2. Off. 27. Sẽsim hæc consuetudo & disciplina minui cœpit. pro Cæl. 25. Oratio sensim ac leniter accendit animos. 2. I. A. 42. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset, tu cursim dicis aliena Or. 26. Pòst sensim incedens vidit, &c. exultauit audaciùs. 2. de Ora. 95. Sensim obscurari & euanascere. 5. in V. 158. Non sensim atque moderatè ad istius amicitiam arrepserat. 1. de Ora. 251. Græci qui vocem cubantes sensim excirent. 5. de Fi. 41. Progredientibus ætatibus sensim tardéue potius, quasi nosmetipsos cognoscimus. 1. Off. 120. Sin minus, sensim erit pedetentimque mutatio facienda. & 2. Off. 9. ✠Cõsuetudo sensim eò deducta est, vt, &c. 3. de Orat. 176. Sensim ascendere.

☞ Syntaxis. *Sensim ac pedetentim. Sensim ac leuiter. Sensim ac moderatè. Sensim, tardéq;.*

SENSVM, si. *sententia, sensus animi, consilium.* 1. de Orat. 32. Hoc vno præstamus feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus, & 3. de Orat. 52. Sensa mentis & consilia verbis explicare.

SENSVS, sus. *quinque illi sensus animi intelligentes, intima cogitatio.* 2. de N. 140. Sensus interpretes ac nuncij rerũ, in capite tanquã in arce mirificè ad vsus necessarios & facti & collocati sunt. 1. Tusc. 46. Nos enim ne nũc quidem oculis cernimus ea quæ videmus: neque enim est vllus sensus in corpore: sed viæ quasi quædam sunt ad oculos, ad aures, ad nares, à sede animi perforatæ. 1. de Nat. 70. Epicurus omnes sensus veri nuncios dixit esse. 1. de L. 26. Natura homini sensus tanquam satellites attribuit ac nuncios, & rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enodauit, quasi fundamenta quædam scientiæ. 2. cõtra Rul. 9. Ii quibus natura sensum dedit. 4. de Finibus. 9. Neq; sensuum fidem sine ratione, neque rationes sine sensibus exquiramus. Or. 8. Quod neque oculis, neque auribus, neque vllo sensu percipi potest. 1. de N. 106. Speciem Dei percipi cogitatione, non sensu. & lib. 2. 144. Sensu auditus etiam dormientes egemus, à quo cùm sonus est acceptus, etiam è somno excitamur. & *ibidem.* 146. Ad sensus capiendos & perfruendos multæ artes repertæ sunt. de Sen. 38. Sensim & sine sensu ætas senescit. Att. lib. 3. ep. 15. Sensus præsentis memoriæ. *)(. recordatio præteritæ felicitatis.* pro Mur. 74. Fouere hominũ sensus, delinire animos, adhibere voluptates. 3. Off. 22. Si vnumquodque membrũ sensum hunc haberet, vt putaret, &c. pro Cæl. 59. Cùm iam cæteris, ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memo-

riam reipub. reseruauit. 2. de D. 107. Is habet sensum oculorum vera cernentium. Anteq. 7. Vti cum spiritu sensum quoque adimant iucunditatis. de Som. 13. Sensus audiendi hebes. & *ibi.* Sensu audiendi carens. 1. de D. 70. Pars animi quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet. de Vn. 4. Omnia corporata sensus mouent, sensusque mouentia quæ sunt, eâdem in opinatione considunt. 2. de D. 110. Qui humanos sensus amiserit, diuinos assecutus sit. & *ibi.* 9. Quæ sensibus percipiuntur, quæ sensu accipiuntur, quæ sentiuntur. & lib. 1. 80. Vt eum vis quædam abstraxisse à sensu mentis videretur. 2. de Orat. 357. Ea animis effingitur nostris, quæ sunt à sensu tradita atque impressa & lib. 3. 193. Ea sunt in cõmunibus infixa sensibus. pro Cl. 17. Quod in communibus hominum sensibus, & in ipsa natura positum atque infixum est. 2. de Fi. 52. Oculorum sensus acerrimus. 2. I. A. 115. Stupor sensus. 5. Tusc. 110. Etiámne si sensu carebit oculorum? si aurium. 2. de Or. 357. Sensus videndi acerrimus. 2. de N. d. 42. Sidera animalia sensu acerrimo esse. 5. I. V. 46. Sensum expone, quem oculis animóque accepit. 3. de Nat. 32. Omne animal sensus habet: sentit enim calida, & frigida, & dulcia & amara: nec potest vllo sensu iucunda accipere, & non accipere contraria. & 36. Si voluptatis sensum capit, doloris etiam capit. pro Sest. 47. Animos hominum sensusq; morte nõ restingui. ad Oct. Si non vnà cum corpore sensus omnis vno atque eodem consumptus est igni. de Vniu. 7. Quod in cernẽdi sensum caderet. * Hortẽs. Qui dies & noctes velit ita moueri suos sensus, vt mouentur in summis voluptatibus.

¶ *Sensum, sententia, animus, mens, cogitatio.* Par. 1. Vereor, ne cui vestrũm ex Stoicorum hominum disputationibus, non ex meo sensu deprompta hæc videatur oratio. 2. de L. 3. Quare inest nescio quid, & latet in anima ac sensu meo, quod, &c. pro Mil. 43. Nihil tam flexibile, quàm voluntas erga nos, sensusque ciuium. & 73. Non sum tam vestri sensus ignarus atque expers, vt nesciam quid de morte P. Clodij sentiatis. Qui. de Pet. 32. Cuius & frons, & vultus, & sermo ad eorum quos conuenerit, sensum & voluntatem commutandus est. 2. de Or. 109. Tum definitio & in sensum & in mentem iudicis intrare non potest. Att. li. 15. ep. 1. Ego perspexi omnem Hircij sensum. & ep. 7. Valde mihi placebat sensus eius de republ. 10. I. A. 4. Quis est iste tuus sensus? quæ cogitatio? Brutos vt non probes, Antonios probes? pro S. R. 154. Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis ex animo amisimus. Orat. 185. Oratio ad animorum sensus exprimẽdos reperta. Ep. lib. 1. ep. 9. In hunc sensum allicior, &c. 4. I. C. 11. Ego enim de meo sensu iudico, nam, &c. Brut. ep. 17. Potuissem tibi aliquid de meo sensu perscribere. pro S. R. 129. Hæc ego pro me ipso & animi mei sensu ac dolore pronuncio. pro Sest. 22. Denique etiam sermonis ansas dabat quibus reconditos eius sensus tenere possemus. pro Marc. 16. Nostri enim sensus, vt in pace semper, sic in bello etiam congruebant. I. P. 16. Odium inclusum nefariis sensibus impiorum. Epi. lib. 1. ep. 9. Vnus ferè sensus fuit bonorum omnium. & *ibidem.* De quo ostendam paulo pòst qui sit sensus meus. 13. I. A. 45. Si me rectis sensibus euntem dij adiuuerint. de Sen. 72. Integra mente cæterisque sensibus. Or. 86. Vultus quo significant ingenuè, quo sensu quodque pronuncient. Part. 123. Penetrare ad sensum opinionémque iudicis. Posth. in Sen. 34. Cuius mei sensus testis est hic idem, qui, &c. 3. de Orat. 193. Tacito quodam sensu iudicare aliquid. Ep. li. 1. ep. 8. Difficile est sensum in repub. præsertim rectum & confirmatum deponere. 2. de Or. 148. Vultus sensum animi plerunque iudicat.) (*fronte occultare sententiam.*

¶ *Notitia, iudicium, captus, existimatio, vis, pondus.* 1. de Or. 12. Quod longissimè sit ab imperitorum intelligentia sensuque disiunctum. & *ibid.* In dicendo vitium à vulgari genere orationis atque à consuetudine communis sensus abhorrere. & 83. Sed hæc erat spinosa & exilis oratio, longéque à nostris sensibus abhorrebat. & 108. Oratio ad vulgarem popularémque sensum accõmodata. & lib. 2. 68. Quæ versantur in consuetudine vitæ, in cõmuni hominum sensu. pro Dom. 97. An ego poteram iustificari me esse hominem & communem naturæ sensum repudiare? pro Arch. 30. Siue hæc à meo sensu post mortem obscura sunt, siue ad aliquam animi mei partem pertinebunt. & 17. Si ipsi hęc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus. At. li. 4. ep. 3. Qui sit hoc tempore aut mentis meæ sensus, aut omnino vitæ status. 3. de Or. 221. Sententiæ sæpe acutæ non acutorum hominum sensus præteruolant. de Cla. 191. Oratio popularis ad sensum vulgi moueri debet. 3. de Finibus 16. Fieri autẽ nõ posset, vt appeterent aliquid, nisi sensum haberent sui. 1. Tusc. 91. Habere sensum alicuius rei. 5. I. A. 49. Qui sensum veræ gloriæ reperit. * Incer. Illa æquabilitas vitæ non tantum habet sensum.

¶ *Cura.* de Ami. 27. A natura mihi videtur orta amicitia, applicatione animi cum quodam sensu amandi. & *ibid.* Bestiæ ex se natos ita amant, & ab eis amãtur, vt facilè earum appareat sensus. & *ibid.* Deinde cùm similis sensus extitit amoris, si, &c. 1. de Orat. 221. Dicendo sensus hominũ mentésque pertractare. 7. in Verr. 117. Ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur, & 6. in Ver. 33. Sciebat istum in his rebus aliquem sensum habere, qui in cæteris nihil simile hominis haberet. Att. lib. 9. ep. 19. Tanta eius humanitas, is sensus, &c. de Prou. 2. Præcipuũ illum & proprium sensum doloris mei à sententia dicenda amouebo. pro Fl. 106. Qui quoniam id ætatis est sensum iam percipere potest ex mœrore patrio.

¶ *Ipsius sensus, munus.* pro Rabir. 29. Mortui sensu & vita carent. & Brut. ep. 9. Ne idipsum carere omni sensu doloris, sit miserius quàm dolere.

¶ *Ingenium, studium, natura.* pro Cor. 39. Gaditani ab omni studio sensuq; Pœnorũ mentes suas ad nostrum imperium nomẽque finxerunt. de Arusp. 19. Nec deniq; hoc ipso huius gentis ac terræ domestico natiuoq; sensu Italos ipsos ac Latinos superauimus. & 54. Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturáq; raperemur. item, Omnes illius sensus cognitos habeo, nihil est illi reipublicæ chatius.

¶ *Affectus, grauitas.* 2. de Ora. 184. Hoc maximã habet vim, si est suauiter & cum sensu tractatum. & *ibid.* Sensu quodam & ratione dicendi. & 189. In commouendi iudicibus iis ipsis sensibus ad quos illos adducere volo, permoueor.

¶ *Dolor.* de Amic. 12. Moriendi sensum celeritas abstulit. de Sen. 74. Iam sensus moriendi, si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat. 9. I. A. 13. Si quis est sensus in morte.

† *ADIVNC. Acerbissimus, pro Cluent. Acerrimus, acutissimi, interpretes ac nuncij rerum, 2. de Nat. Acerrimi, integerrimique, 5. Tusc. Aeternus, 1. de Diu. Augusti, hebetes & tardi, integri, 1. Acad. Charus, melior, reconditi, pro Sest. Certus, & verus, 11. Famil. Cõmunis, Part. & 2. de Orat. Communis naturæ, pro Dom. Diuinus, 1. de Nat. Domesticus, natiuúsque, de Aruspic. Extremus, pro Cæl. Fallacissimus, humani.) (. diuini, 2. de Diu. Grauis, 1. Tusc. Hebes audiendi, liberior, Som. Scip. Humus, Orat. Idonei ad percipiendum, 5. de Finibus. Integri, incorruptique, nec obscuri, nec tenebricosi, sani & integri, veraces, 4. Acad. Intimus animi, peri, 1. de Inuẽ. Moderatissimus, atque humanissimus, 10. Famil. Naturalis, voluptarius, 3. de Orat. Nefarij, voluptarij, in Piso. Nimius, pro Plãc. Par, 7. Ver. Præcipuus, & proprius doloris, de Prou. Rectus, tacitus, 5. Famil. Recti, 6. Phil. Similis, de Amic. Tanquam satellites ac nuncij, 2. de Leg. Testes incorrupti, atque intimi, 1. de Finibus. Vnus & communis, de Vniuers. Vulgaris, popularis, communis, 2. de Orat.*

SENTENTIA, tiæ. *dictũ, & oratio breuis, ac præclara.* de Opt. 5. Sẽtentiarum totidem genera sunt, quot diximus esse laudum: sunt enim docendi acutæ, delectandi quasi argutæ, cõmouendi graues. de Opt. 7. Est vitiosum in sententia, si quid absurdũ aut alienum, aut nõ acutũ, aut subinsulsum sit. 4. ad Her. 15. Sẽtentia est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita breuiter ostendit. 1. de Or. 117. Sentẽtiæ philosophorũ. & 2. de Orat. 34. Acutæ crebræq; sententiæ. de Clar. 271. Concinnæ acutæq; sentẽtiæ, & reconditæ exquisitæq; sentẽtiæ. de Nat. d. li. 1. 86. Itaq; in illis selectis eius breuibúsq; sententiis, quas κυρίας δόξας appellatis, hæc sententia est. 1. Tusc. 64. Sentẽtiæ vberes. * Incer. Vtraque earum sentẽtiarum doctissimos habuit autores.

¶ *Consilium, mens, opinio, uolũtas, suffragium tandẽ.* 2. de Or. 35. Huius est in dãdo cõsilio de maximis rebus cũ dignitate explicata sententia. & li. 1. 84. Non quo aperiret sentẽtiã suã: hiẽ enim est mos Academiæ: sed tamẽ hoc significabat, &c. * Acad. Mos fuit Academicis occultãdi sententiã suam, nec eam cuiquam aperiendi.

¶ *Formulæ cum verbis Maneo, Discedo, Muto, Decedo, Desicio, Desisto, Deduco, Deterreo, Perduco, Sum, &c.* 1. de Fin. 34. Hanc egò cũ teneam sententiam, quid est, &c. pro Mur. 62. Mutare sententiam, & decedere de sententia. Att. lib. 9. ep. 2. Manere in sententia. & li. 1. ep. 17. Permanere in pristina sententia. Ep. li. 1. ep. 9. Permanere in vnà sententia. & *ibid.* Cõstare in sentẽtia. pro Quint. Ros. 56. Perstare in sententia. Ep. lib. 2. ep. 17. Decedere de sententia. 4. de Fin. 52. Discedere de sententia. & lib. 1. 63. Desistere sententia & de sententia. 2. Tusc. 28. & 14. Deijci de sententia. 2. de Diu. 81. Deterreri de sententia. de Clar. 97. Deduci de sententia. 2. Tusc. 60. Deducere aliquẽ de sententia. Epi. lib 2. ep. 3. Deducere aliquẽ in suã sententiam. Att. lib. 16. ep. 8. Octauius veteranos perduxit ad suam sententiã. 3. ad Her. 40. Pluribus verbis ad eã te hortari non est sententia. 1. de Fin. 15. Quot homines, tot sententiæ. pro Mur. 1. Vt, nostræ mentes & sententiæ cum populi Romani voluntate suffragiisque consentiant.

¶ *Cum verbis Dico, Fero, Pronuncio, Rogo, &c.* Quint. frat. lib. 2. ep. 1. Postea Racilius de priuatis me primum sententiam rogauit.

item.

Item, Dixit enim seueram, & grauem, republ. dignam sententiam, &c. item, Si quis eorum qui pòst rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. 3. Offi. 66. M. Caro sententiam dixit de Am. 56. De quibus tres video ferri sententias, quarum nullam probo. item, Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. 3. Off. 44. Cum verò iurato dicenda sententia sit. 2. de Diu. 7. In libris sententiam dicebamus, concionabamur. 5. in Ant. 46. Sententiam loco prætorio dicere. Epi. lib. 10. ep. 22. Dicere sententiam de aliqua re. Postquam in Sen. 7. P. Lentulus nunquam dubitauit sententiam de salute mea & de republ. dignam dicere, cùm à tribunis pleb. vetaretur, cùm præclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset. item, Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad vnum. de Ar. 14. Qui primi de hac domo sententiam dixistis. 2. de Fin. 34. Epi. lib. 1. ep. 2. Iudices sententiam pronunciant. 1. de Ora. 231. Socrates damnatus est non solùm primis sententiis, sed etiam illis quas, &c. pro Flac. 50. Dicere sententiam secundum aliquem. de Cl. 86. Consules re audita amplius de consilij sententia pronunciant. pro Corn. 34. De quo fœdere populus Rom. sententiam non tulit. I. P. 97. Tum tu ipse de te sententiam tulisti, tu iudicium pronunciasti. I. V. Act. 6. Iudices cùm de te sententiam ferrent. 6. I. V. 104. Sententiã de aliquo per tabellam ferre. pro Cl. 72. Palàm ferre sententiam. 2. ad Her. 19. Lata sententia.

¶ *Cum Eo, Diuido, Itur. Est porrò Diuidere sententiam, de singulis referre separatim, si sententia duo pluraue capita, de quibus singulis seorsum consultandum est, complectitur. Ire autem in sententiam, vel discedere, est alicuius assentiri sententiæ: nam cùm senatus duobus modis fieret, aut singulorum exquisitis sententijs atque suffragijs: aut per discessionem, id est, senatoribus in duas partes diuisis: in hoc altero genere, propositis duabus sententijs, qui in vtramuis inclinabant, in alteram partem discedebant, ibantq; pedibus. Hinc pedarij senatores, quod non verbis sentantiam dicerent, sed in alienam pedibus irent. Hinc quoque Facere discessionem, dictum esse videtur.* Epist. lib. 1. ep. 2. pro Mil. 14. Diuidere sententiam, ire in sententiam alicuius, facere discessionem. item, Frequentes ierunt in alia omnia. Quint. frat. lib. 2. ep. 1. Ibatur in eam sententiam. Epi. lib. 1. ep. 9. & Att. lib. 4. ep. 1. Factum est S. C. in meam sententiam. L. Pedarius.

¶ *Formulæ cum De, & Sine.* Epist. lib. 1. ep. 7. De sententia alicuius scribere aliquid. Attit. lib. 3. ep. 4. Capere consilium de sententia alicuius. & lib. 16. ep. 18. Cos. de consilij sententia decreuerunt secundum Buthrotios. & ep. 3. Cùm ei præscriptum esset, ne quid sine Sestij sententia ageret. pro Cæl. 68. Facere aliquid de sententia atque autoritate alicuius. Attic. li. 7. ep. 5. Nihil faciam nisi de sententia tua. pro Syl. 55. C. Memmius, cuius de sententia tota res gesta est.

¶ *Cum particula Ex, & aliquando etiam Animi.* Epist. lib. 2. ep. 7. Quoniam sanè feliciter, & ex mea sententia rempub. gessimus. Att. lib. 3. ep. 20. Omnia, sunt ex sententia. & lib. 3. ep. 8. Itinere ex sententia confecto. & Brut. ep. 9. Omnia ex sententia succedunt. Epist. lib. 1. ep. 7. Ex sententia gerere aliquam rem. & lib. 10. ep. 17. Ex sententia conficere negocium. 3. Offic. 108. Quod ex animi tui sententia iuraueris, &cæt. 1. de Orator. 123. Nonnunquam summis oratoribus non ex sententia dicendi euentum procedere. Attic. lib. 5. ep. 21. Te ex sententia nauigasse gaudeo. 2. de Or. 260. Ex animi sui sententia vxorem habere.

Varia. 1. Offic. 128. Plura in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Attic. lib. 9. ep. 12. Multa disputas huic sententiæ conuenientia. & lib. 10. ep. 5. Curionis sermo eandem ferè sententiam habuit. Ep. lib. 2. ep. 3. Scribere plura in eandem sententiam. Att. lib. 2. ep. 22. In eam sententiam multa dixit. Qui. frat. lib. 3. ep. 1. Sed etiam aliam in sententiam de suburbio scribis. Orator. 135. Continenter vnum verbum non in eadem sententia ponere. pro Deiot. 25. Deiotarus de Domitio dixit versum Græcum eâdem sententia, qua etiam nos habemus Latinum, &c. 6. in Ver. 138. Incipit loqui Diodorus, cuius oratio hanc habet sententiam, senatum, &c. 3. ad Heren. 12. Et quæ similes sententias habebunt. Ep. lib. 10. ep. 5. Commemoratio tua paternæ necessitudinis, cæterarumque rerum, quæ ad eam sententiam pertinebãt, magnãmihi lætitiã attulerunt. & li. 7. ep. 6. Multa dici possunt in hanc sententiam, sed non necesse est. 3. I. C. 10. Recitatæ sunt tabellæ in eâdem ferè sententia. 3. Tusc. 42. Quæ sequuntur, in eâdem sententia sunt. 3. Offi. 13. Quod à Stoicis dicitur conuenienter naturæ viuere, id habet hanc, vt opinor, sententiam cum virtute congruere semper. 2. de Di. 25. Hoc idem significat Græcus ille in hanc sententiam versus. pro Cor. 20. Sed totum hoc iudices in ea fuit positum semper ratione atque sententia, vt, &c. 1. de Ora. 51. Verborum sonitus inanis, nulla subiecta, nec sententia, nec scientia. 2. Orat. 56. Vt nescias, vtrùm res oratione, an verba sententiis illustrentur. Orat. 170. Colligere sententiam verbis. 2. de Inuent. 116. Vti verbo vno pluribúsue in ea sententia, in qua is qui dicit, accipiendum esse demonstrabit. 4. ad Heren. 68. Cùm verbum potest in duas plurésue sententias accipi. 1. de Inuãt. 69. Scripto legis amisso, scriptoris sentẽtia considerãda est. pro Pla. 42. Sed factũ tuũ à sententia legis disserepat. & *ibidem.* Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecisti. Part. 108. Significatio scripti: id est, sententia de Fat. 29. Licet enim immutare, vt fati nomen non adiungas, & eandem tamen sententiam teneas. 1. de Diu. 6. Qui totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam. & lib. 2. 151. Conferre causas, & quid in quanque sententiam dici possit, expromere. & *ibidem.* Stoici acutissimè sententias suas prudentissimèque defendunt. 2. de Orat. 146. Nihil aliud affirmare possum, nisi sentẽtiam atque opinionem meam. 2. de Natur. 2. Habere stabilem & firmam sententiã de aliqua re. 2. de Finibus. 77. Certa sententia & stabilis. Epist. lib. 4. ep. 4. In hac sum sententia, vt, &c. 2. de Orator. 95. Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus. Att. lib. 8. ep. 22. Non reperio scribendi vllam sententiam. Att. lib 1. ep. 16. Argumentum & sententia epistolæ. 1. de Orat. 31. Sapientissimis sententijs gratibúsque verbis ornata oratio & perpolita. 1. de Or. 172. Quoniam sententiæ atque opinionis meę voluistis esse participes, nihil occultabo. Ep. lib. 1. ep. 4. Frangere sententiam alicuius de aliqua re. At. lib. 9. ep. 22. Sed aliquando sententiam terminemus. 13. I. A. 22. Eas literas dum recito, dumque de singulis sententiis breuiter disputo, quæso attendite. de Amic. 67. Apertè vel odisse, magis ingenuum est, quàm fronte te occultare sententiam. Qu. fr. lib. 2. ep. 4. Sestius omnibus sententijs absolutus est. & ep. 8. S. C. factum est de ambitu in Afranij sententiam. 1. Offic. 38. Pyrrhi quidem de captiuis reddendis præclara sententia est. *ibi.* Regalis sanè & digna Aeacidarũ genere sentẽtia. 3. Offic. 116. Si honestatẽ tueri sentẽtia est. de Amic. 1. Cuius disputationis sentẽtias memorię mãdaui. 1. de Legibus. 43. Sententiæ iudicum. & 58. Cuius præcepti tanta vis, tanta sententia est, vt non homini cuipiam, sed Delphico deo tribuatur. & lib. 2. 12. In ipso nomine legis interpretando inest vis ac sententia iusti & iuris colendi. & lib. 3. 33. Ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio, &c. & 38. Quæ lex hanc sententiam continet, vt omnes leges tollat, quæ postea latæ sunt.

✝ *Adiunc. Absurda, aliena, non acuta, aut subinsulsa, acutæ docendi, delectandi argutæ, graues commouẽdi, de Opt. Accommodata ad probandum, acuta, saluberrima Reip. alicui necessaria, 1. ad Qui. Frat. Acerrimæ, 10. Famil. Acerrimæ ac fortissimæ, 3. in Catil. Acutæ, & crebræ, concinnæ acutæque, consciſſæ, interdum etiam non satis apertæ, crebræ, venustæque, non tam graues & seueræ, quàm concinnæ, & venustæ, recondite & exquisitæ, Senatoria, venustæ & continentes, magis venustæ, dulcésque quàm aut necessariæ, aut interdum vtiles, de Clar. Acutissima, certa, differentes, repugnantes, Top. Aliena à dignitate, & grauitãte alicuius, digna aliquo, grauior, periculosa, recta, 11. Phil. Antiquissima, impiæ, . de Diuin. Breues, commentitiæ, futilésque, errans & vaga.). (. stabilis, certáque, ineptæ, plurimæ, variæ & discrepãtes, 1. de Nat. Cæleſtes, breuésque, incredibilis, innumerabiles, 2. de Nat. Certa, atque stabilis, grauissima, vetus, 1. de Finibus. Certæ, destinatæque, eneruata, muliebris, & satis docilis, 2. Tusc. Communis, 4. Famil. & 3. Offic. Concinnæ magis quàm probabiles, leues, obscuræ absconditæque, optimæ, perfectæ, absolutæque, popularis, suaues & graues, Orat. Coniunctissima, dubia, 6. Famil. Consularis, 13. Philip. Contraria hominum, 5. Ver. Contrariæ, digna genere aliquorum, præclara, regis & digna genere alicuius, 1. Offic. Curta, perfecta, atque plena, deterior, 2. de Legibus. Digna rep. 8. Philip. Diuersa, pro Lig. Domestica.). (. forensis, superstitiosa, 2. de Diuin. Excellentes, forenses, graues, integræ, veræ, nouæ, propriæ, sapientes, sapientissimæ, vulgaris, popularisque, 1. de Orat. Firma, noua, 8. Attic. Graues, vel aptæ opinionibus, Part. Grauissima, & ornatissima, pro Mil. Grauissimæ, pristinæ, proxima, senatoriæ, vetus, diuturnáque, 1. Famil. Honestissima, 6. Attic. Honorificentissima, 7. Attic. Illustris, vera ac sapiens, 3. de Orat. Infestissimæ atque inimicissimæ alicui, pro Flac. Inimica, tolerabilis, de Fato. Leuiores, seuera, 12. Attic. Libidinosa, ornatissima, verior,*

grandior,

grãdior & melior,pro Dom.sua.Libidinosæ,virilis,3. Tusc.Maior,pro Sest.Malæ,pravæ,4.Phil.Maxima, 5.Tusc Melior,pro Mur.Miserã,ac desperata,9. Att. Molles,1.Catil.Optima,1.Philip.Pergrata,9. Famil. Perpaucæ,3.Ver.Perpaucæ,tamen acerba,pro Sex Ros. Perspicua,tota,2.de Orat.Plures,1.de Inuent.Pristina,1.Attic.Propria,tum vera,tum honesta & digna sapiente,4.Acad. Proximæ,simplices.)(.iunctæ & duplices,5.de Finibus.Salutares,2.Phil.Seueræ,ep.ad Brut.Teterrimæ,2.ad Qui.Frat.Tanta præcepti,1.de Legibus.Vera,verisimiles,vbercs,1.Tusc.Vera,& certa,2.Ver.Verior & vtilior,Parad.Verissimæ,grauissimæque,12.Phil.Vna eademque,dubia,5. Famil. Vtilis alicui,de Prou.Vtilis,veráque,pro Pomp.

☞ Syntaxis. *Sententiæ argutæ,graues,absurdæ,alienæ,subinsulsæ, acutæ,concinnæ,reconditæ,exquisitæ,selectæ,vberes.Sententiam tenere bonam.Manere in sententia. Decedere de sententia, deiicere, deducere. Ibatur in eam sententiam,vt.Id facio de tua sententia.Ex mea sententia.Ex animi sententia.Feliciter,& ex animi sententia. In eam sententiam disputatum est.Oratio cuius est hæc sententia, quæ hanc habet sentẽtiam.Hoc positum est in ea ratione atque sententia.Sententia & opinio mea.In hac ego sum sententia.Scribendi non habeo sententiam. Sententia & argumentum epistolæ.Sapientissima sententia: id est,argumẽtum.Sentẽtiã frangere,terminare.Id facere sententia est.Fronte sententiam occultare.Legis huius magna vis atq; sententia.Hoc sententiam istam continet,vt,&c.*

SENTENTIOLA,læ.3.in Anton. 21.Sententiolas edicti cuiusdã memoriæ mandauit,quas videtur ille peracutas putare.

✠ *ADIVNC.Peracutæ,3.Phil.*

SENTENTIOSE.*grauiter,scitè*.Or.236. Sententiosè dicere. & 2. de Orat.286.Sepe etiam sententiosè ridicula dicuntur.1.de Inu. 106.Oratio grauiter & sententiosè habita.4.ad Her.66.Sententiosè loqui.

SENTENTIOSVS,a,um.*scitus*.de Cla.325. Sententiosum & argutum genus dicendi.

SENTIENS,tis.2.de Diu.35.Ad hostiam diligendam ducem esse vim quandam sentientem atque diuinam.

✠ *ADVER.Benè,7.Famil.Malè,in Piso.Optimè,3.Phil.*

SENTINA,næ.*fundum nauis, siue ima interior pars,nam vt carina est ima pars exterior,& quasi venter,sic sentina interior aluus, & quasi venter est: quæ quia malo odore esse solet, quòd in eam sordes omnes confluant,idcirco pro pestiferis hominibus capitur:vt exempla subiecta declarant.*de Senect. 17. Cùm alij per foros current, alij sentinam exhaurient.1.I. C. 12. Sin exieris exhaurietur ex vrbe comitum tuorum magna & pernicioſa sentina reipubl. in Sal. 16. Nisi fortè in ea te castra reiecisti, quò omnis sentina reipubl. confluxerat.2.I. C. 7. O fortunatam rem si quidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit.Attic.lib. 1. ep. 16.Exhaurite sentinam vrbis.2.contra Rullum.69.Hoc enim verbo vsus est,quasi de aliqua sentina loqueretur,id est,verbo exhauriendi.Epist.li. 9.ep. 15.Vix est in sentina locus.

✠ *ADIVNC.Magna,& pernicioſa,1.Catil.*

☞ Syntaxis.*Reip.sentina exhausta coniuratorum. Eiicere vrbis sentinam,exhaurire.*

SENTIO,tis *sensum accipio,sensibus percipio,sensum alicuius rei capio, sensum ex mœrore patrio percipio, odore quodam suspicionis aliquid sentio,sensu gusto,sensum alicuius rei habeo,gustum alicuius rei habeo, intelligo,attendo,audio,exaudio.)(.sensu doloris careo.* 2. I. A. 115. Quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt.2.de N.141.Gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur,genera debet,in ore est.

¶ *Iudico,censeo,consentio.*At.li.7.ep.6.Dices, quid tu igitur sensurus es?non idem,quòd dicturus.item.Sentiam enim omnia faciunda,ne armis decernatur.de Am. 103. Ego illum ne minima quidem re offendi,quod quidem senserim.Att.lib.14.ep. 3. Nescio cur non animo quoque sentiant.Brut.ep.15.Nam de cæteris rebus quid senserim, quidque censuerim, audisse te arbitror. Or.168.Meæ aures & curta sentiunt,nec amant redundantia.2. de N.56.Hæc ipsa qui non sentit vim deorum habere,nihil omnino sensurus videtur.1.de Fin.62. Sentire vera de diis immortalibus.pro Planc. 34. Hic quod cum cæteris animo sentiebat, id magis quàm cæteri vultu promptum habuit, & lingua. pro Do.114.De quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo autem quid tibi assentiar.item.8.Nec cũ iis sentio qui,&c.pro S.R.142. Fateor insanisse, qui cùm illis senserim,tametsi inermis sensi.1. de Inu.6.Sentire cum aliquo.)(.*dissentire abeo*.pro Qu.R.51.Hoc cùm sentit Saturius esse apertum, repugnare contra veritatem non audet.pro Syl. 82. Omnes de communi salute apertissimè senserunt.3.I.C. 5. Qui omnia de repub. præclara atque egregia sentiunt. de Am.81. De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. 4. I. C. 14. In hac causa omnes sentiunt vnum atque idem. 1. Tusc. 6. Fieri enim potest vt rectè quis sentiat, & id quod sentit,politè eloqui non possit.4. de Orat. 30. Minimè sibi quisque notus est, & difficillimè de se quisque sentit. * pro M. Scau. Vos quoque de familia nobili cum autoritate orbis terrarum sentire debetis.

¶ *Intelligo,agnosco.*pro Sest.47. Animos hominum post mortem sentire & vigere.Orat.193.Aristoteles ait, pæne vti omnes, sed ipsos non sentire. * Hortens. Cùm sine magistro senserit quid natura desideret.Incer.Non solùm videam,sed etiam audiam, pleneque sentiam.

SENTIOR,ris.*percipior*. Epi.lib.15.ep.16. Nulla videri miseria debet,quæ non sentiatur.

¶ *Sensu agnoscor.*2.de Diu.9.Quæ sentiuntur,quæ sensibus percipiuntur,quæ sensu accipiuntur.1.Off.14.Quæ aspectu sentiũtur.

SENTITVR.3.de Orat.166.Non vt dictum est, intelligitur, sed vt sensum est.

✠ *ADVERB.Acerbissimè,peræquè,in Piso.Acutè,1.de Diu.Amicissimè,ep.1.ad Brut. Apertissimè, constantissimè,fortissimè,liberè in Senatu,pro Syll.Benè,pessimè de Repub. 14.Philip.Cõmodè de aliquo,11. Famil. Cõstãtius,3.Tusc. Demissè,humiliter,5.Tusc-Difficillimè,sapienter,3.de Orat.Fortiter,8.Phil.Fortius,grauius,4.de Finibus.Improbissimè,prudẽter,ep.ad Brut. Leuissimè,5 Famil.Liberè de Repub.Malè, palàm,10. Famil.Longè secus,pro Corn.Maturè,6.Ver. Mirabiliter de aliquo,ne semel quidẽ,4.Famil.Optimè,12.Famil.Paululum admodum,1.Offic.Planè,1.Catil.Planè cum aliquo,in Vat.Post aliquandò,Orat.Probè, 1. de Legibus.Prorsus aliud & aliud, 2. de Inuent.Prorsus ita,2.Attic.Rectè,1.Tusc.Serò,1.de Finibus. Verè, 6. Famil.Verissimè,pro Sest.*

SEORSVM.*separatim.* 3. ad Her. 7. Seorsum hoc ab illo tractandum est.Epi. lib. 8. ep. 9. Seorsum à collega puto mihi omnia paranda.*Oecon.1.Seorsum arma ac tela seponebantur.

SEPARABILIS,le.*quod separari potest*.1.Tusc.21.Nec animam à corpore separabilem esse.

SEPARATIM.*seorsum,sigillatim,præter cæteros*.2.de N.165. Dij separatim ab vniuersis singulos diligunt.Epi. lib. 2. ep. 16. Nihil accidit ei separatim à reliquis ciuibus.& lib.13.ep.10. pro Dom. 134.Separatim semel,iterum cum vniuersis. 2. de Or. 70. de Cl. orat.198.Etsi hoc nunquam separatim facere didicisset.13.I. A. 50.Hoc seiungi potest,separatimque perscribi. pro Clu. 31. Tamen de illo separatim cognoscite.1.de Leg.36. Separatim, articulatim,distinctè.Epist.lib.13.ep. 12. Communiter.)(.*separatim*. At.lib.7.ep.3. Ipsum Pompeium separatim ad concordiam hortabor. 1. de Or. 9. Qui non aliqua in re vna separatim elaborârint,sed omnia quæcunque,&c.comprehenderint.

SEPARATIVS.*aduer. distinctius*.2.de Inuent. 156. Separatiùs aliquid adiungere.

SEPARATVS,a,um.*remotus,disiunctus*.4.Tusc. q.34. Virtus ipsa per se sua sponte,separata etiam vtilitate, laudabilis.3. ad Her. 34.Nam vtraque altera separata minus erit firma.Attic. lib. 14. ep.18.Ista verò quæ tu connecti vis, aliud quoddam separatum volumem expectant.1.de In.74.Separatum ab aliquo & separatum extra aliquod.

SEPARO,as.*seiungo,distinguo,secerno,seuoco,distraho,diuello,determino,discludo*.)(.*coniungo*. Epi. lib. 5. ep. 12. Qui omnes à perpetuis suis historiis ea quæ dixi bella separauerunt.

SEPAROR,ris.1. Off. 95.Quod cogitatione magis à virtute potest, quàm re separari.2. contra. Rull. 86. Cùm illa duo maria pertenui discrimine separentur.*pro C.Cornel. 1. Quod passus esset à populari consessu Senatoria subsellia separari.

✠ *ADVERB.Diligenter,in Top.Paululum à,Part.*

☞ Syntaxis. *Deus separatim ab vniuersis singulos diligit. Ab aliqua separatum,& extra aliquid. Discrimine tenui separata maria.*

SEPELIENDI.2.de Or.353.Simonides dicitur,&c.demonstrator, vniuscuiusque sepeliendi fuisse.)

SEPELIO,lis.*humo,in sepulchro condo,corpus terræ reddo,humo iniecta cõtego,sepultura afficio,ad sepulturam do,in sepulchrum infero,tumulo mando,mortuum in aliquẽ locum infero*.2.de Leg.58.Mortuum in vrbe ne sepelito,neue vrito.1.Tusculan. 106. Surge & sepeli natum.Epi.lib.4.ep.12. Vt in quo vellemus gymnasio, eũ sepeliremus,nobis permiserunt.pro Flac.95.Qui vos in cõplexu coniugum vestrarum trucidatos incẽdio patriæ sepelire conatus est.

SEPELIOR,ris.2.de Leg. 58. Non qui vritur, sepelitur: sed qui humatur.

SEPES,pis.*septum*.1.de N.120.Loca sylvestribus sepibus densa.

SEPIA,piæ.*pisces*.2.de N.127.Atramenti effusione sepiæ se turãtur.

SEPIMEN

SEPIMENTVM,ti. *vallum.* 1. de Leg. 62. Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit differendi scientia.

SEPIO,pis. *munio vallo.* 2. de N. 142. Natura oculos membranis tenuissimis vestiuit ac sepsit. pro Sest. 91. Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, mœnibus sepserunt. 2. de Or. 147. Vbi eum locum omnem cogitatione sepseris. & lib. 1. 42. Inuenta vestire atque ornare oratione, pòst memoria sepire. Att. lib. 3. ep. 23. Nulla lex est, quæ non ipsa se sepiat. 1. de Or. 36. Genus hominum prudentium consiliis impulsum, se oppidis mœnibusque sepsisse. 13. I. A. 20. Antonius Mutinam operibus munitionibusque sepsit. Epist. lib. 15. ep. 4. Oppidum sex castellis castrisque maximis sepsi.

✠ ADVERB. *Sedulò, 3. de Orat.*

SEPIOR,ris 1. I. A. 25. Forum sepietur, omnes claudentur aditus. 2. de N. 143. Oculi excelsis vndique partibus sepiuntur.

✠ ADVERB. *Vndique, 2. de Nat.*

SEPIS,pis. 6. I. V. 7. Ante ipsum sepim.

SEPLASIA,siæ. *forum Capuæ, vbi vnguentarij negociabantur.* I. P. 24. At fuit incessus saltem Seplasia dignus & Capua. 2. cont. Rul. 93. In Albana & Seplasia.

SEPONO,nis. *segrego, reseruo, separo.* At. lib. 11. ep. 22. Scio venire nũc nil posse, sed seponi & occultari possunt. Or. 143. Vt ij qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent. 3. de Ora. 130. Vt alius aliam sibi partem, in qua elaboret, seponeret. & lib. 1. 162. Si ea, vt dicis, sepositæ essent. & 22. Græci sepositurunt à cæteris dictionibus eam partem dicendi. * Oecon. 1. Quod mẽstruum esset seposuimus.

*SEPONOR,eris. Oecon. 1. Seorsum arma ac tela seponebantur, & in altera parte instrumenta.

SEPOSITVS,a,um. *seiunctus, remotus.* 2. de Diu. 111. Quamobrem Sibyllam quidem sepositam & conditam habeamus. 6. I. V. 23. Quod celari oportebat, habebant sepositum ac reconditum. Qu. de Pet. 3. Eius facultatis adiumenta, quæ scio esse sepositæ, vt parata & prompta sint, cura.

☞ Syntaxis. *Seponere & occultare. Habere sepositum ac reconditum.*

*SEPS,is. Incer.

SEPTEM, de Som. 12. Qui numerus omnium ferè rerum modus est. de Am. 7. Nam qui septem appellantur, eos qui ista subtiliùs quærunt, in numero sapientum non habent. 2. de Fin. 7. Bias qui sapiens habitus est, vnus è septem. 2. de L. 26. Thales qui sapientissimus inter septem fuit.

SEPTEMAQVAE *locus.* Att. lib. 4. ep. 14.

SEPTEMBER,bris L. DIES, & MENSIS.

SEPTEMDECIM. 2. contra Rull. 16.

SEPTEMVIR. *vel* SEPTEMVIRI. Att. lib. 15. ep. 25. Dic mihi. C. Antonius voluit ne fieri Septemuir? fuit certè dignus. 6. I. A. 14. Septemuirũm acta sustulimus. & 5. Phil. 21. 33. Septemuiros Septemuiris.

SEPTEMVIRALIS,le. Att. lib. 14. ep. 18. & lib. 15. ep. 12. Leuton & Cesennij septemuiralis auctoritas.

SEPTEMVIRATVS,tus. 2. I. A. 99.

SEPTENARIVS, *versus genus, à septem pedibus, vt senarius à sex.* 1. Tusc. 106. Cùm tam bonos septenarios fundat ad tibiam.

SEPTENDECIM. 7. in Ver. 123. Nos in septendecim Siciliæ populis non eramus.

SEPTENTRIO,nis, *stellæ septem.* Attic. lib. 9. ep. 11. De septentrione planè ita est. Attic. lib. 14. ep. 4. Ex ea die fuêre septentriones venti: naues quibus vsus non est, incendisse dicitur: *id est Etesiæ.* 2. de Nat. 50. Sol cursum suum inflectit tum ad septentriones, tum ad meridiem. 4. Acad. 66. Sed ad Helicen & clarissimos septentriones. 2. de Nat. 105.

Stellæ, Quas nostri septem soliti vocitare triones.

& 111. Minorem septentrionem Cepheus subsequitur.

✠ ADIVNC. *Clarissimi, 4. Acad. Minor, 1, de Nat.*

☞ Syntaxis *Venti septentriones. Ad septentriones vergens.*

SEPTENVS,a,um. L. BINVS. 4. I. V. 122. Pueri annorum senũm septenumque, denũm *id est*, XVI & XVII. *annorum.* de Somn. 3. Cùm ætas tua septenos octies solis anfractus conuerterit.

SEPTIES millies festertiũm. 4. I. A. & 5. Phil. 11.

SEPTIMVM Consu. *id est, septies Consul,* 3. de N. 81. Cur enim Marius tam feliciter septimùm consul domi suæ senex est mortuus?

SEPTIMVS,a,um. 3. Tusc. 63. Aeschines in Demosthenem inuehitur, quòd is septimo die post filiæ mortem hostias immolasset.

SEPTIMVSDECIMVS, pro Cl. 74.

SEPTINGENTI. Orat. 120. Septingentorum annorum memoria. pro Qu. 78. Septingenta millia passuum.

SEPTINGENTESIMVS,a,um. At. lib. 6. Post Leuctricam pugnam die septingesimo sexagesimoquinto.

SEPTVAGESIMVS,a,um. 1. de D. 46.

SEPTVAGINTA. 5. in Verr. 121.

SEPTVM,pti. *munitio. sepimentum.* Attic. li. 4. ep. 15. In campo Martio septa marmorea fumus facturi, eáque cingemus excelsa porticu. pro Sest. 79. Hunc adoriuntur alij gladiis, alij fragmentis septorum & fustibus. pro Mil. 34. Cùm ille vi in septa irruisset. 5. I. A. 9. Nisi septis reuulsis introiri in forum non potest. *ibidem.* 13. Phil. 5. Quibus enim septis tam immanes belluas continebimus?

✠ ADIVNC. *Marmorea, 12. Attic.*

SEPTVS,a,um. *stipatus, munitus.* 7. I. Ver. 38. Tutus, clausus septus, munitus contra aliquem. de Arus. 15. Domus tot senatusconsultis munita atque septa. pro Sest. 95. Qui stipatus semper sicariis, septus armatis, munitus municipibus fuit. 4. in C. 22. Quòd si, &c. firmissimo me muro septum arbitrabor. de Ar. 25. Populus Rom. septus & inclusus. item, Ara, quam septam videmus. 7. I. V. 67. Locus septus vndique. 2. de Or. 5. Regio quæ nullis terminis septa teneatur. ad Oct. Gladiatores, quib⁹ ille septus omnia misceret. 2. ad Oct. 39. Nullis præsidiis septi multis afficientur injuriis. 12. I. A. 25. Cũ septus sis legibus & iudiciorũ metu non sunt omnia timenda. Attic. lib. 9. ep. 14. Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumsidet, fossa & vallo septum tenet. 1. de Diu. 17.

Aetheris æterni septa atque inclusa cauernis.

pro Mil. 2. Quanquam præsidijs salutaribus & necessarijs septi sumus. Epistol. lib. 16. ep. 23. Philosoj hiæ præsidiis septus sum. 5. in Anton. 9. Omnes aditus septi sunt. 5. Tusculan. 64. Septum vndique & vestitum vepribus & dumetis indagaui sepulcrum.

✠ ADVERB *Præclarè, 1. de Nat. Religiosè, 2, de Diuin. Vndique, 7. Ver.*

SEPVLCRVM, cri. *tumulus, bustum, monumentum.* 9. in Ant. 14. Maiores nostri statuas multis decreuerunt, sepulcra paucis, sed statuæ intereunt vetustate, sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est. & *ibidem.* Sepulcra fiunt sanctiora vetustate. 9. in Ant. 17. Vtique locum sepulchro consul pedes triginta quinque versus designet, quo Seruius Sulpitius inferatur, quod sepulcrum ipsius, liberorum posterorumque eius sit. pro Arc. 22. Ennius in sepulcro Scipionum putatur esse constitutus è marmore. pro Sext. Ros. 24. Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad sepulcrum patrium relictum est. 1. Tusc. 27. Ceremoniæ sepulcrorum. & 31. Quid sepulcrorum monumenta, quid elogia significant? Tuscul. q. lib. 1. 107. Sepulcrum portus corporis. *ex Ennio.* 2. de Leg. 57. Sepulcrum quo tempore incipiat, & religione teneatur. Sepulcrum eorum, qui conditi sunt, antè non est, quàm iusta facta, & corpus incensum est. 2. Legibus. 61. Sepulcri vestibulum bustúmue quod lex vsucapi vetat, tuetur ius sepulcrorum. 2. de Leg. 68. Sepulcrum altius vetat extrui Plato, quod quinque diebus absoluerint: nec lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui incisam quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius. 16. ad Attic. ep. 7. Longè à sepulcro hanc æratem abesse negant oportere. 2. de Leg. 62. In sepulcro C. Figuli, quos ad sumptus progressa res ista sit, vides. 2. de Leg. 56. In sepulcro, quod procul ad fontis aras, eodem ritu tegem nostrum Numam conditum accepimus. 2. de Legibus. 67. Sepulcro vetat Plato vllam partem sumi ex agro culto, eóque qui coli possit, sed quæ natura agri tantum modo efficere possit, vt mortuorum corpora sine detrimento viuorum accipiat, ea potissimum vt compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, & vt mater, cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, néue viuus, néue mortuus. *ibid.* 58. Sed cùm multa in eo loco sepulcra fuissent, vbi dedicata est ædes Honoris extra portam Collinam, exarata sunt: statuit enim collegium, locum publicum non potuisse priuata religione obligari. *ibid.* 65. Ob sepulcrorum, quas in Ceramico videmus amplitudines lege sanctum est, ne quis sepulcrum faceret operosius, quàm quod decem homines effecerint triduo: neque id opere tectorio exornari, nec Hermas, quos vocant, licebat imponi. *ibid.* 62. Sepulcrorum magnificentiam esse minuendam. *ibid.* Sepulcrorum tanta est religio, vt extra sacra & gentem inferri fas negent esse: idque apud maiores nostros Torquatus in gente Popilia iudicauit. 1. Offic. 55. Sepulcra habere communia. de Senect. 21. Nec sepulcra legens vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam: his enim ipsis legendis redeo in memoriam mortuorum. *id est, inscriptiones sepulcrorum, quas hodie passim Epitaphia vocant.* 2. de Leg. 61. De sepulcris duæ leges: quarum altera priuatis ædificiis, altera ipsis sepulcris cauet. *ibid.* 68. De sepulcris habemus autoritatem Platonis, à quo funerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinque vsque ad minam. *ibid.* 64. De sepulcris nihil est apud Solonem amplius, quàm ne quis ea deleat, néue alienum inferat: pœnáque est, si quis bustum aut monumentum, aut columnam violârit, deiecerit, fregerit. *ibid.* 66. Sepulcris nouis modum finiuit Demetrius: nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columnellam tribus cubitis non altiorem, aut mensam, & labellum: & huius procurationi certum magistratum præfecerat. 5. Tusc. 64. Cuius *Archimedis* ego quæstor ignoratum ab Syracusanis, cùm esse omnino negarent,

septum

septum vndique & vestitum vepribus & dumetis indagaui sepulcrum. *ibidem.* In summo sepulcro sphæram esse positam cum cy.indro. *ibidem.* Magna frequentia sepulcrorum.

✠ ADIVNC. *Alienum, altum, operosius, 2. de Legib. Communia, 1. Offic. Desertissimum, pro Sest. Nobile, 3. Tusc. Noua, de Vniuer. Ornatum floribus, pro Fla. Patria, pro Sex. Rosc. Sancta, 9. Phil. Sanctiora vetustate, 9. Attic. Summum, 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Sepulcrorum monumenta, ceremoniæ. Sepulcrum vepribus vestitum, & dumetis. Sepulcri vestibulum, bustum, magnificentia, religio.*

SEPVLTVRA, ræ. *humatio, bustum.* 7. I. V. 133. Dico mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas fuisse. 1. in Ant. 5. Cùm ijdem bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerant 1. de Di. 56. Ab eo quem sepultura affecerat. Epi. lib. 4. ep. 12. Ab Athenienfib. locum sepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui. 2. de L. 56. Antiquissimum sepulturæ genus, quo apud Xenophontem Cyrus vtitur: redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur. 2. I. A. 17. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat à me datum. & 14. Phil. 34. Itique nec inhumati sunt, nec dispersis bustis humili sepultura cremati. de Senect. 75. Cuius interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est.

✠ ADIVNC. *Humilis, 14. Phil. Insepulta, 1. Phili. Optima, 1. Tusc. Publicæ, 2. de Leg.*

SEPVLTVS. *humatus, situs, conditus, constitus, quem humus inuecta contegit.* 4. in Catil. 11. Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos acetuos ciuium. pro Arc. 22. Ennius in sepulcro Scipionũ putatur esse constitutus ex marmore. 3. de Leg. 57.

¶ *Abditus.* I. P. 10. Hæc sunt, ô carnifex, in gremio sepulta consulatus tui.

¶ *Extinctus.* pro Pomp. 30. Bellum aduentu Pompeij sublatum atque sepultum est.

☞ Syntaxis. *Sepultura afficere aliquem. Ad sepulturam dare corpus. Humili sepultura cremare. Honore sepultura carere. In gremio sui consulatus multa sepelire. Bellum iam sublatum & sepultum.*

SEPŸRA. *oppidum in Amano monte.* Ep. lib. 15. ep. 4.

✠ SEQVANI. *populi.* ‖ Att. lib. 1. ep. 16. Sequani malè pugnarunt.

SEQVESTER, stris, stre. *apud quem pecunia corrumpendi iudicij, aut tribuum deponebatur, vt suffragia obtinerentur. Iurisconsulti sequestrẽ esse dicunt, apud quem plures rem de qua controuersia est, deponunt: sed Cicero in hac significatione non vsurpauit, quod sciam.* pro Cl. 72. Res parum certa videbatur, sequester & confirmator pecuniæ desideratur. & 25. Quo sequestre in illo iudice corrumpendo est vsus. 2. in Verr. 36. Qui aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse. & 4. Verr. 108. Sequester istius interpres, confector negociorum. pro Plan. 48. Dose id quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit. pro Cæl. 16. Sodales ac sequestres alicuius. pro Planc. 38. Cuius tu tribus venditorem, & corruptorem, & sequestrem Plancium fuisse clamitas. pro Cluen. 86. Sed quid opus est ad eam rem iudice sequestre? con. C. Anton. Dico cuiusdam domum Catilinam & Antonium cum sequestribus suis conuenisse.

☞ Syntaxis. *Sequester & interpres. Sequester interpres. Sequester ac diuisor. Iudex sequester. Comes sequester*

SEQVOR, ris. *comitor, excipio, consequor, insequor, comes sum, exequor, prosequor.* Orator. 52. Oratio ita flexibilis, vt sequatur quocunque torqueas. 4. I. C. 9. Cæsar hanc Reipub. viam, quæ popularis habetur, secutus est. de Ar. 38. Pœna quæ sequeretur illud scelus. 1. de In. 12. Nam eum eadem omnia incommoda sequẽtur. 2. de Di. 7. Qui hæc prædicunt, quam rationem sequantur, vides. & *ibidem.* 18. Qui hæreditatem venturam dicunt, quid sequuntur 2. de Orat. 204. Trademus etiam, quæ nos sequi in dicendo, quæque maximè spectare solemus. Attic. lib. 8. ep. 15. Neque ego quid tu sis secutus, non perspicio, idcirco minus existimo, te nihil nisi summa ratione fecisse. Ep. lib. 4. ep. 3. Qui autoritatem & consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occiderunt. Par. 5. Sequi & colere leges. 1. Off. 6. Sequimur igitur in hac quæstione potissimùm Stoicos. Epist. lib. 1. ep. 9. Idem ille Plato, quem ego autorem vehementer sequor. pro Cecin. 59. Perge porrò hoc idem interdictum sequi, homines, &c. Orato. 164. Qua tempestate Paris Helenam, & quæ sequuntur. 2. de Leg. 3. Ego verò cùm liceret plures dies abesse, & amœnitatem & salubritatem hanc sequor. 2. Off. 60. Panætius, quem in his libris secutus sum, non interpretatus. Offi. lib. 1. 35. Nollem Corinthum excisam, sed credo illos secutos opportunitatem loci. pro Flacc. 104. Quotus enim quisque est, qui hanc in Repub. sectam sequatur. Incer. In Consolatione filiæ Crantorem sequor.

SEQVITVR *relinquitur, fit, conficitur, colligitur: quæ apta sunt ad concludendum verba.* Parad. 1. Sequitur igitur, vt etiam vitia sint paria. 2. de N. 75. Quo constituto sequitur, &c. 5. Tusc. 22. Assentior alterum alteri consequens esse, vt quemadmodum si quod honestum sit, id solum sit bonum, sequatur vitam beatam virtute effici, &c. 2. de Fin. 24. Non enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. 2. de Diui. 106. Significant ergo, ne id quidem sequitur. de Fat. 9. Vt enim & ingeniosi, & tardi ita nascantur ante edentibus causis, &c. non sequitur tamen, vt etiam sedere eos, & ambulare principalibus causis definitum sit. & 22. Sequitur enim, vt si alia ab alia nunquam depellatur, ne contingat quidem alia aliam. & 28. Nec si omne enunciatum verum aut falsum est, sequitur illi ò esse causas immutabiles & æternas. & 28 Si hoc verum non est, sequitur, vt falsum sit. de Fat. 41. Qui si non sint, &c. non sequitur, vt ne appetitus quidem, &c. at hoc sequereretur, si, &c.

✠ ADVERB. *Acerrimè voluptatem, Part. Bellè, 6. Attic. Confestim aliquem, 11. Fam. Eleganter, 2. de In. Maximè honestum, 1. Offic. Necessari, 4. Famil. Studiosè, 15. Fam. Temerè, 1. de Inuent. Vehementer authorem aliquem, 1. Fam. Vehementer conspectum, 2. cont. Rull. Vitiosè, 3 de Finib.*

☞ Syntaxis. *Flexibile sequitur quocunque torqueas. Sequi iudicium, legem, amœnitates, præceptorem. Sequitur igitur hoc, vt.*

SERAPIS, *dea.* 2. de Diu. 123.

SERENANS, tis. 1. de Diu. 18. Luce serenanti. *Poëta.*

SERENITAS, tis. *serenum tempus, serena tempestas, cælum serenum,)(. perturbatio cæli.* 2. de Diu. 94. Hæc igitur cùm sint, tum serenitas, tum perturbatio cœli est, ne, &c.

SERENVS, a, um. *serenans.* 2. de Diu. 82.

Cùm tonuit læuum bene tempestate serena. ex Ennio.

4. ad Her. 62. Falsi amici sereno vitæ tempore prætò sunt. Ep. li. 16. ep. 9. Austro leniss imo, cœlo sereno. 3. Tusc. 31. Tranquilla & serena fronte.

SERIES, ei. *contextus, vel continuatio quædam rerum.* 1. de Di. 125. Fatum est ordo seriésque causarum. de Fat. 20. Qui introducunt causarum seriem sempiternam. 1. de N. 9. Mirabilis quædã continuatio seriésque rerum. 1. de Na. 9. Est enim admirabilis quædam continuatio seriésque rerum, vt alia ex alia, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur. 4. Academ. 21. Cætera series deinde sequitur maiora nectens, vt hæc: Si homo est, animal est, &c. 2. de Ora 68. Sine vlla serie disputationum. 1. de Leg. 52. Videtisne, quanta series rerum sententiarũmque sit atque vt ex alio alia nectantur? Part. 137. Tanta series artis est, & sic inter se sunt pleraque connexa & apta, vt, &c.

✠ ADIVNC. *Admirabilis, 1. de Nat. Coemptionales, 7. Fam. Nectens maiora, 4. Acad. Sempiterna causarum, 1. de Leg Tanta artis, Part.*

SERIPHOS. *insula.* 1. de Nat. 89.

SERIPHIVS, a, um. de Sen. 8.

SERIVS, a, um *grauis, verus.*) (. *iocosus.* 1. Offi. 134. Si de seriis rebus loquatur, seueritatem adhibeat: si de iocosis, leporem. 1. Off. 103. Cum grauibus seriisque rebus satis fecerimus. L. IOCOSVS. 3. ad Herenn. 25. Sermo serius, & iocus liberalis. 2. de Finib. 85. Qui cum ioca, seria, vt, dicitur, qui cum arcana, qui cum occulta omnia.

SERMO, onis. *locutio, mentio, oratio.* 1. Off. 111. Sermone eo debemus vti, qui motus est nobis: ne, vt quidam, Græca verba inculcantes, iure optimo rideamur. 2. ad Herenn. 23. Sermo diuiditur in partes quatuor: dignitatem, demonstrationem, narrationem, iocationem. 2. de Orator. 296. Cùm mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus. & 361. Habetis sermonem bene longum. de Ar. 34. De Alexandrinis video esse sermonem. in Vat. 3. Nullus mihi omnino cum illo sermo, nulla vnquam de re fuit. de Som. 17. Quid autem interest ab iis qui postea nascentur, sermonem fore de te: cùm ab iis nullus fuerit, qui antè nati sunt? pro Flacc. 14. Sermo est tota Asia dissipatus, Pompeium, &c. 1. de Orator. 98. Crassus princeps eius sermonis ordiendi fuit. Attic. lib. 7. epist. 22. Multus est sermo, te iudicium iam de causa publica fecisse. Epist. lib. 1. epist. 9. Hæc me mente fuisse, tu in nostris sermonibus collocutionibúsque ipse sæpe vidisti. Epist. lib. 12. ep. 16. Cùm mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere. & lib. 9. epist. 8. Feci sermonem habitum in Cumano inter nos. Attic. lib. 7. epist. 2. Sermo quem habuit de triumpho. de Senect. 30. Cyrus in sermone, quem moriens habuit, &c. 2. de Orat. 7. Habere sermonem inter se de aliquibus. de Senect. 3. Omnem autem sermonem tribuimus Catoni seni. de Amic. 3. Vt tanquam à præsentibus coràm haberi sermo videretur. & 3. Is expositi nobis sermonem de amicitia, habitum ab illo secum & cum altero genero Scæuola. & *ibidem.* Incidere in sermonem alicuius. & *ibidem.* Incidere in mentionem alicuius. 2. de In. 140. In sermone quotidiano. 1. de Or. 96. Insperanti mihi cecidit, vt in istum sermonem delaberer. Att. lib. 13. epi. 23. Da te in sermonem. Qu. fr. li. 1. ep. 1. 32. Primus annus habuit

de hac reprehensione plurimum sermonis.1. Off. 132. Sermo in circulis,disputationibus,congressionibus familiarium versatur. & 136. Curandum est,vt eos quibuscum sermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. & lib. 2. 39. Habere quibuscum familiares possis conferre sermones. 7. I. V.101. Habere malos sermones de aliquo.2.de Inu.14. Conferre sermonem cum aliquo. Attic. lib.7. ep. 3.Sed hæc coràm:nam ista multi sermonis sunt.10.Phil.14.Res in ore atque in sermone omnium.Att. lib. 1.ep.13.In sermonibus.*id est,in communi sermone.*Ep.li.1.ep.1.Nam cùm in sermone quotidiano,tum,&c.Ep.lib.8.ep.10.Sed nuncij varios sermones excitarunt. & lib.1. ep.9. Perferre sermonem alicuius ad aliquem.& lib.3.epist.10. Maleuolis sermonibus de aliquo credere.1.de Orato. 111. Fortuitò in aliquem sermonem incidere.Epist.lib.9.ep.16.Incidunt in sermone vario multa. & ep.3.Dabimus sermonem iis,qui,&c.6.I.V.13.In sermonem hominum,atque in magnam vituperationem venirem.1.de Fin.1. Tractare aliquid Græco sermone.1.de Na.94. Scito sermone & Attico loqui.& 95.Sermo & oratio.Att.lib.7.ep. 3. Elegantia sermonis Terentiani.* Frag.ep.Sermo nullus nisi de te. Lim.

Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti,
Conuersum expressumq; Latina voce Menandrum
In medio populi sedatu vocibus effers. 5.Tuscu.116. Ergo ij in illorum,& illi in horum sermone surdi.

✠ *ADIVNC. Accuratus, antemeridianus,intentior, vrbani,2.de Or.Amatorius,3. Tusc. Ambiguus,extremus,purus,& dilucidus,vetus,3.de Orato. Antiquior, dulcior melle,& à forensi strepitu remotißimus,elegãs, elegantißimus,facilis & quotidianus, longior, multiplices, varijque, notus, purus, vberrimi, vsitatus,de Clar.Assidui domesticorum,pro Q.Rosc.Com. Assidui, quotidianique,pro Sest.Bonus,13.At.Clarus,sempiternus,3.ad Q.frat.Minus commodi,2.Fam. Communis,4. Ver.Constans,5.Fam.Crebri,pro Mil.Creberrimus,14. Philip.Decorus,quietus & remissus senis,de Sene. Demissus atque humilis, doctissimi,non solùm quotidianus,sed etiam historicus,remissus & humilis,vulgaris, Or.Dignus cõuiuio & delicatus,lenis minimèque perinax,1.Off.Dubius,iniqui,nec obscurus,1. Fa. Facetus & nulla in re rudis,grauissimus,pristinus, quotidiani, superior,tenuis & exquisitus,1.de Or.Familiaris,15.Fa. & 2.Off.Ficti,vrbanus ac venustus,pro Do. Forẽsis,pro Arch.Gratißimus,14.Phil. Graues, & frequentes,ep. ad Br. Honorificus erga aliquẽ,multus,1. At.Humanissimus,multus atque humanus,præsens,2.ad Qu.frat. Illustres, leuißimus, maleuoli, stultus & puerilis,3. Fam.Improbus,10.Fam.Improbissimi, taciti mentis,in Piso.Inanis,nouissimus,suauißimus,11.Famil.Incautus, improbus,inquinatus,5.Ver.Inquinatissimus,quotidianus,3.Verr.Intimus,2.Tuscu.Inuidiosus,mediocris,pro Flac.Iucundus,3.de Natur. Iucundus,& familiaris,& quotidianus,& frugi,pro Cluent.Liberior,2. Att.Longus,1.de Leg.Ludicri,4.Acad.Mali,1.Ver.Multi,5.Tus. Multi,& varij,2.cont.Rull.Optimus,de pet.Cons. Patrius,1.de Finib. Perennis, Som. Scip. Plebeius,tectus verbis,impudentior re,totus,varius,9.Famil. Præclari,5.Attic.Recens hominum,pro Mur.Reliquus, & penè postremus,2.de Or.Scitus,& Atticus,1 de Nat.*

☞ Syntaxis. *Sermonem habere, facere, instituere, esse, dißipari (tota Asia) ordiri. Sermo est,esse te.in sermonem delabi. Conferre sermonem cum.Ista sunt multi sermonis. Hoc in ore est,ac sermone omnium. Excitare sermones. Maleuoli sermones. In sermonem incidere,in sermone. Venire in sermonem & vituperationem.*

SERMOCINATIO.*figura.*4.ad Her. 56. Sermocinatio est, cùm alicui personæ sermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis.

SERMOCINOR,aris.*sermonem habeo,loquor.*2.de In.54.In consuetudine scribendi aut sermocinandi eo verbo vti solent homines.5.I.V.138.Ait se cum isto diligenter sermocinaturum.

✠ *ADVERB.Diligenter cum,3.Verr.*

SERMVNCVLVS,li. L.SED O.pro Deiot.33. Nónne intelligis ✠ Cæsar ex vrbanis maleuolorum sermunculis esse collecta. ‖ At. lib.13.ep.10.Sermunculum omnem restinguere.

✠ *ADIVNC.Vrbanus maleuolorum,pro Deiot.*

SERO.*tardè.*7.I.V.163.Producam Cossanos, quite nunc serò doceant,iudices non serò.Attic.lib.7.ep.5.Serò resistimus ei, quem aluimus contra nos.de Cl.39.Eloquentia serò prodiit in lucem. Epist.lib.2.ep.7.Longè absum,audio serò.& li.4.ep.1.Serò enim veneram.& lib.7.ep.22.Domum serò veneram.pro Quin.43.De controuersijs vult diiudicari serò:verùm,&c.Qu.fra.lib.1. ep. 2. Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo:serò est enim. de Amic.11.Factus est Cos.II.primùm ante tempus, iterum sibi suo tempore.reipublicæ penè serò.Att.lib.7. ep. 20. Eo die alter consul venit serò. 2. ad Herenn. 40. Serò acto negotio venisti. Ep.lib.7.ep.16.Serò sapiunt.*scilicet Phryges,prouerbium est,à Phrygum tarditate natum.* ‖ Attic.lib.10.ep.13.

SERIVS.*tardius.*3.de Or.42. Ad mysteria biduo serius veneram. 1.I.C.5.Hoc serius à me factum est,&c.

☞ Syntaxis.*Nunc serò est.Biduo serius venisti.*

SERENDI,dum.2.de Nat.130.Ager mollitus & oblimatus ad serendum.Att.lib.14.ep.22.Tertullæ nollem abortum : tam enim sunt Cassij iam quàm Bruti serendi.1.de Leg.24.Materia serendi generis humani.

SERENS,tis.de Fat. 25. Nisi ex æternitate causæ causam serens hoc erit effectura.

SERO,ris:seui,satum.*sementem facio,semen spargo,semino.*5.I.V.112. Vt tantum decumæ sit,quantum seueris.de Vn.39.Alios in reliquas mundi partes spargens quasi serebat.Anteq.1.Serere beneficium,vt metere possis fructum.1. Tusc.31.Serere arbores, quæ alteri seculo prosint. 2.de Orator. 274. Da mihi ex ista arbore, quos seram surculos.de Cl.16.Seremus igitur aliquid tanquam in occulto & derelicto solo.de Sen.24.Serere,percipere,& concedere fructus.& *ibid.*Serere arbores.* Hortens.Segetes agricolæ subigunt aratris multò antè quàm serant. Oecon. 3. Neque serit vitem.

SERO,ris.5.I. V. 112. In iugere agri Leontini medimnum ferè tritici seritur perpetua atque æquabili satione.

SERPENS,tis.2.de N.124.Quædam serpẽtes ortæ extra aquam, simulatque niti possunt,aquam persequuntur.de Ar.55.Iam ista serpens,quæ tum hìc delitescit,tum se emergit,illisa morietur. 5.Tusc.38.Serpentes quasdã, quasdã esse gradientes.*i.bestias.*1.de D.49.Bellua vasta,circumplicata serpentibus.in Vat. 4. Repentè te tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo,tumidis cerui cibus intulisti.

¶ *Subrepens.* in Arà.

Quæ volat,& geminis serpens secat aëra pennis.

de Sen.52.Vitis serpens multiplici lapsu & erratico.4.I.C.6. Latiùs opinione disseminatum est hoc malum, manauit per totam Italiam,obscurè serpens multas prouincias occupauit.

✠ *ADIVNC.Squamiferæ,Arat.*

SERPERASTER,stri. *à serpente,vt oleaster,surdaster : & id genus alia.*Att.lib.7.ep.3.De serperastris cohortis meæ nihil est quod doleas : ipsi enim se collegerunt admiratione vitæ integritatis meæ. *Serperastris dixit, pro hominibus vilissimis & pernicioßissimis, quasi serpentum proles sint. Sunt quibus placet Cerberastris, quasi famelicis hominibus,& ad pecuniam tanquam Cerberus ad offam latrantibus. Alioqui superastra curriculi,id est,parui currus sunt puerorum,teste Varrone.*

SERPO,pis.*irrepo,progredior.*2.de Nat.122.Alia animalia gradiendo,alia serpendo ad pastum accedunt.4. ad Her. 63.Iste tanquã iubatus draco serpit.2.de Orat.203. Ecce autem serpere occultè cœpisti,nihildum suspicantibus aliis.1.I.Ver.68.Si hæc consuetudo serpere ac prodire cœpit.pro Muræ. 45.Serpit hic rumor. Attic. lib.1. ep. 10.Sed vereor,ne hoc quod infectum est,serpat longius.& lib.14.ep.16.Sustulisse mihi videtur simul sationem desiderij,quæ serpebat in dies.de Amic. 41. Serpit enim deinde res,quæ procliuis ad perniciem,cùm semel cœpit,labitur.& 88. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitas amicitia. 1. I. A.5.Cùm serperet in vrbe infinitum malum,idque manaret indies latiùs.pro R.P.15.Serpet hoc malum mihi credite longius, quàm putatis. Anteq.14. Ne calamitas remorata longius serpat atque progrediatur,præcauete.3.de Or.92.& 4.in Ver.53. Serpit malum consuetudine peccandi.5.de Fi.42.Serpere anguiculos.

✠ *ADVERB.Longè,2.de N.Longiùs & progredi,Ante. Lõgiùs malũ,pro Rab.Posth.Obscurè,4.Ca.Occultè,2. de Or.Paulatim & prodire,1.in Ver.Sensim,5. de Fini.*

☞ Syntaxis.*Serpens ac progrediens consuetudo. Pars infecta ne serpat longius. Per omnium vitas amicitia serpit. Serpit malum, & latiùs manat.*

SERRA, ræ.*instrumentum dentatum,quo ligna & tabulæ vel tenuissimæ secantur.*5. Tuscul.116. Ne stridorem quidem serræ audiunt, tum cùm acuitur.

* SERRACVM,i. *vehiculi genus.*in L.Pison.Cùm tibi tota cognatio in serraco aduehatur. *Alij sarraco legunt.*

SERRVLA,læ.pro Clu. 180. Serrula aduncа ex omni parte dentium, & tortuosa.

✠ *ADIVNC.Aduncа & tortuosa,pro Cluent.*

SERTORIVS, tij. de Clar. orat. 189.

SERTORIANVS, Phil. 11. Sertorianum bellum est. ¶ 7. in Verr.

✠ Sertoriana tempora. & *ibid.* 146. Sertoriani milites.

SERTVM, ti. *corona.* 3. Tu c. 43. Iucendes odores? & sertis redimiri iubebis & rosa? 2. I. C. 10. Sertis redimiti, vnguentis obliti.

SERVANDVS, a, um. 1. Off. 34. Officia etiam aduersus inimicos seruanda.

SERVATOR, oris. *conseruator.* }(. *perditor.* pro Do. 101. Cicero seruator vrbis. pro Planc. 102. Seruator mei capitis. L. SOTER.

SERVATVS, a, um. pro Clu. 96. Iudicium in quo non modus habitus, non consuetudo seruata. pro Arch. 21. Vrbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore, ac faucibus ereptam esse atque seruatam. pro Flacc. 69. Iudæorum gens victa, locata & seruata. Attic. lib. 1. ep. 9. Eumque per manus seruulæ seruatum & eductum.

✠ ADVERB. *Diligenter, sanctè, 5. Famil.*

SERVIENS, tis. Brut. epist. 16. A seruientibus abero. 9. I. A. 20. Vita nulla est seruienti. Brut. ep. 16. Preces seruientis aduersus regem.

SERVILIS, le. *famularis.* Antequam. 27. Respublica metu est debilitata seruili. pro Syll. 55. Munus seruile. I. P. 1. Color seruilis. & 92. Vestis seruilis. 2. de Orat. 327. Seruilis pereunctatio. *id est, quæ à liberto fit.*

SERVILITER. *abiectè, timidè.* 5. Tusc. 55. Ne quid seruiliter muliebriterue faciamus.

SERVILIVS. *lacus Romæ fuit.* pro S. R. 89.

SERVIO, uis. *deseruio, seruitutem seruio, seruitutem patior, præsto sum, consulo, operam accuro, do lenocinor.* 1. de Orat. 182. Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, sesèque liberasset. 6. I. A. 19. Populum Romanum seruire fas non est. Attic lib. 7. ep. 15. Cato ipse iam seruire quàm pugnare maualt. pro R. P. 22. Alteri parere & seruire. Top. 29. Quorum nemo seruiturem seruiuit. de Amic. 84. Cupiditatibus quibus cæteri seruiunt, imperare. 2. I. C. 8 Qui aliorum amori flagitiosissimè seruiebat. de Prou. 2 Sed ego in hac sententia dicendi non parebo dolori meo, nec iracundiæ seruiam. pro Cæl. 79. Vt in alterius dolore vel pietati. vel indulgentiæ vestræ seruiatis. pro Sest. 14. Sed agam moderatè, & huic tempori potius seruiam, quam dolori meo. 1. Tusculan. 35. Optimus quisque maximè posteritati seruit. pro Planc. 11. Honores si magni non putas, nouis seruire populo. pro Mur. 30. Serui etiam iis iudicibus, qui, &c. Qu. fr. li. 1. ep. 1. 19. Alicuius commodis vtilitatique seruire. & *ibidem* 22. Consulere populorum commodis, & eorum vtilitati salutique seruire. pro S. R. 43. Rei familiari maximè seruire, &c. 2. de Inu. 132. Seruire rebus suis & commodis. pro Planc. 92. Reipublicæ seruiui semper, nunquam mihi. de Cl. 242. Multorum obedire temporibus, multorumque honori & periculo seruire. pro Sest. 23 Seruire dignitati. Postquam ad Quir. 21. Virtuti & gloriæ seruire. 5. Tusc. 9. Seruire pecuniæ. 2. de Orator. 327. Seruiendum est breuitati vel vetustati. Orat. 176. Seruire numeris & 182. Compositio, quæ tota seruit grauitati vocum & 230. Attici maximè numero seruientes. Bru. ep. 9. Ac mihi tũ Brute officio sõlùm erat & naturæ, tibi nũc populo & scenæ, vt dicitur, seruiendũ est Ep. li. 16. ep. 18 Sed indulge valetudini tuæ, cui quidè adhuc tu dũ mihi deseruis, seruisti non satis. 1. Verr. 48. Alienus tibi seruiet, tibi lenocinabitur. Attic. lib. 13. ep. 47. Ac magis mihi isti seruiunt, si obseruare seruire est. 2. I. C. 23. Spero meos omnes seruire laudi meæ 2. de Or. 316. Aliquem venustati vel maximè seruire. & 171. Seruiamus vectigalibus. Att. lib. 8. epist. 4 Seruire tempori cùm necesse sit. Epist. lib. 16. ep 4. Seruire corpori. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 36 Te rogo, vt valetudini tuæ diligentissimè seruias. 8. I. A. 29. Magnum est, personam in Republ. tueri principis, quæ non animis sõlùm debet, sed oculis seruire ciuium. 3. Offic. 106. Cùm tristaretur Atreus personæ seruiendum fuit. Ep. lib. 5. ep. 16. Et constantiæ seruiendum. 5. de Fin. 27. Huius ætati & huic nunc hoc primùm fortasse audienti seruire debemus.

¶ *Seruire cum ad rustica prædia vel vrbana refertur, aliquare grauari & obligari.* 3. cont. Rul. 9. Prædia omnia quæ seruiebant, non seruient. 1. de Orat. 178. & 3. Off. 67. Ædes Sergio seruiebant, sed hoc in mancipio Matius non dixerat.

✠ *ADVERB. Diligentissimè valetudini, 1. ad Q. fr. Diutiùs, 10. Phil. Flagitiosissimè amori, 2. Cati. Gratis reipub. pro Clu. Magnoperè, 1. de Orat. Maximè rei familiari, pro Sex. Rosc. Maximè venustati, 2. de Or. Planè existimationi, 5. Attic.*

SERVITIVM, tij. *seruus.* de Arusp. 25. & 7. I. V. 9. & 4. I. C. 4. Omne seruitium in alteram scenam immissum. *id est, omnes serui.* pro Flacc. 97. Seruitia sileant. pro Cæl. 78. Incitare ad cædem seruitia. 3. de Leg. 15. Seruitia incitata. Bru. ep. 16. Neque desistam abstrahere à seruitio ciuitatem nostram. *id est, à seruis, vel à seruitute.*

SERVITVS, tis. *seruitium, famulatus.* }(. *libertas.* Antequã. 1. Omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis. & *ibidem.* Qui à vestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. Parad. 5. Seruitus est sicut obdientia fracti animi. &c. & *ibid.* Durissima seruitus. Parad. *ibid.* Omnis animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas, seruitus est. pro Deiot. 30. In dominatu seruitus sit, in seruitute dominatus. 8. I. A. 3. Diutius seruitutem perpessi sumus, quam captiui frugi & diligentes solent. ad Octa. Populus Romanus pro turpi stupro datus in seruitutem. I. P. 84. Qui socios nostros in seruiturem adduxerunt. de Pro. 10. Tradere aliquem in seruitutem alicui. & *ibid.* Iudæi & Syri nationes natæ seruituti. pro Dom. 131. Ciuitas seruitute oppressa. pro Mur. 61. Seruire, seruitutẽ. Bru. ep. 14. Repellere seruitutem à suis ciuibus. pro Cl. 21. Esse apud aliquem in seruitute, vel in ergastulo. Quint. frat. lib. 3. ep. 1. Aquæ iure constituto, & seruitute illi fundo impositio. Brut. ep. 16. Nisi fortè non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis. 1. Off. 81. Mors seruituti turpitudinique anteponenda est. 2. I. A. 113. Seruitutis est postremum malorum omnium. & 6. Philip. 19. Aliæ nationes seruitutem pati possunt, populi Romani est propria libertas.

✠ *ADIVNC. Diuina 2. Fam. Diuturna, summa, 12. Fam. Domestica, 5. Tusc Dubia, durissima, misera, & dura, Parad. Fœda, misera, 3. Phili. Fœdissima crudelissimáque, 14. Phili Honorifica, ep. ad Brut. Iniusta, 3. de Repub. Iusta, pro Cæc. Miserrima, 7 in Verr. Necessaria, voluntaria, 1. Phil. Propria, 4 Attic.*

☞ Syntaxis. *Seruire dignitati Reipub. tempori. A seruitio patriam abstrahere. In seruitutem dare aliquem, abducere, tradere. Seruitutem seruire. Esse apud aliquem in seruitute, atque in ergastulo. Fundo seruitus imposita.*

SERVO, as. *conseruo, asseruo, adseruo, obseruo, tueor, custodio, teneo, non discedo.* Ep. lib. 9. ep. 22. Ego seruo & seruabo Platonis verecundiam. Attic. lib. 9. ep. 12. Volumen epistolarum tuarum sub signo habeo seruoque diligentissimè. pro Clu. 33. At id quod conceperat, seruaret, vt saluum parere posset. de Amic. 25. Seruare amicitiam summa fide. 1. Off. 97. Seruare decorum. pro Planc. 15. Sed seruare necesse est gradum. pro Planc. 13. Ad ea tempora reuocaui, ad quæ tu re ipse seruaris. Attic. lib. 5. ep. 17. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas: itaque eò me seruaui 1. de D. 103. Seruo & obseruo idem. 1. Offic. 51. Tenere, seruare, & obseruare, idem. 7. I. A. 22. Seruare pacem cum aliquo. 1. Off. 64. Seruare æquitatem. Epist lib. 2. ep 17. Seruare leges. Epi. lib. 10. ep. 17. Si omnia mihi integra & ipse & fortuna seruauerit. 1. Tusc. 72. Seruare se integrum & cautum. pro Clu. 89. Seruare consuetudinem. 2. de Orat. 221. Parcebat enim aduersarij dignitati, in quo ipse seruabat suam. 5. in Verr. 131. Quo ex iudicio te vlla salus seruare posset. pro Sest. 49. Seruaui Rempub. discessu meo. *ibid.* Vnus Rempub. bis seruaui semel gloria, iterum a rumna mea. * in Clod. Vita ante acta seruauit te.

✠ *ADVERB. Constantissimè, 1. Tusc. Diligenter, 1. de Di. Diligenter clausulas, 3. de Orat Diligentius, 4. in Ver. Diligentissimè, 9. Attic. Diu memoriam, de Sen. Diutius, 7. Ver. Magnoperè rationem, 2. Famil.*

SERVOR, ris. pro Rab. 11. Ius libertatis defendendo seruari oportere. Attic. lib. 16. ep. 17. Decreta Coss. quæ de Cæsaris actis interposita sunt, non seruantur. 3. I. C. 25. Ciues integros incolumesque seruari.

✠ *ADVERB. Optimè rationem, 1. Offic.*

¶ Seruare de cœlo. *augurale verbum est, & auspicia de cœlo obseruantis. significat enim augurem aliquid obseruasse vel asseq. in cœlo, hoc est, in aere, quo seruato cum populo non licet agere: vt si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cœlo quæ Cicero de Diuin. docet.* pro Dom. 40. Te interrogante, Augures responderunt, cùm de cœlo seruatum sit, cum populo agi non posse. & *ibi.* sæpe. item 2. in A. 81. in Vat. 16. Att. lib 2. epist. 16. & lib. 4. epist. 3. de Prou. 46. pro Sest. 129.

SERVS, a, um. *tardus.* Epist. lib. 2. ep. 7. Sera gratulatio reprehendi non solet. 5. I. A. 1. Vt magis exoptatæ Cal. quàm seræ esse videantur. 2. de Diu. 64. Tarda & sera nimis. *Poetæ.*

SERVVLVS, li. pro Qu. 27. Seruulum vnum, quem iste prehenderat, abduxit. pro Cec. 58. Si vnus seruulus deiecerit. * Oec. 1. Quibus quotidie seruuli vruntur.

✠ *ADIVNC. Fidelis, vtilis, 3. Famil. Pernicios us, & minimè mendax. pro Cluent.*

SERVVLA. læ *famula.* Attic. lib. 1. epi. 9. Eumque per manus seruulæ seruatum & eductum.

SERVVS, a, um. *seruitium, famulus, puer, mancipium, seruiens, qui non est sui iuris, qui libertatem perdidit, arbitrio suo carẽs.* }(. *liber.* pro Cor. 24. Serui, quorum vis & fortunæ conditio infima est. & *ibid.* Ser-

uos de Repub.bene meritos persæpe libertate, id est, ciuitate publicè donari vidimus.5.I.V.8.Hunc serui ancillæque amant. Att.lib.8.ep.5.Pollucem seruum à pedibus meum Romam misi.6.in Verr.12.Neque tam serui illi dominorum,quàm tu libidinum.& 3.in Verr.58.Seruus cupiditatum.Epist.lib.1.ep.9.Seditionum seruus & minister. & *ibid.* Coss. seditionum serui ac ministri.pro Cluen.146.Legum ideireo omnes serui sumus,vt liberi esse possimus.Attic.lib.12.ep.27.Serui, mancipia, pueri.3. contra Rull. 9. Prædia libera meliore conditione sunt, quàm serua.Quint.frat.lib.1.ep.1.14.Seruus egregiè fidelis. pro Sext. Rosc.145.Ego seruum habeo nullum.1.Offic. 113.Vlysses contumelias seruorum ancillatúmque pertulit. Parad. 5. Non enim ita dicunt eos esse seruos, sicut mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu,aut,&c.

✠ *ADIVNC.Agrestes & barbari, pro Milon.Alieni, conscij,ignoti,mercenarij,pro Cæc.Anagnostes,5.Famil. Armati,1.Famil.Artifices,3.Verr.Assecla, beneuolus, conscius, fidelissimus, non incallidus, frugi atque integer,iners,loquax & domino fidelis,pro Cluen.Atriensis,diligens,non dignus, iniquissimus,lautiores, Parad. Audaces,sceleratique,ebriosi,similes,1.Phil. Beneuoli, fideles,sordidati,symphoniaci,in Piso.Boni,1.Atti. Bonus,frugi,furax,2.de Orat.Communis,pro P.Quint. & Q.Rosc.Egregius,regius,1.de Orat.Facinorosi,& egentes,pro Dom. Fidelis, pro Deiot.Mendosus societatis, 4.in Ver.Nequissimus,paterni,pro Sex. Rosc.Pauculi, 4.Famil.Publici,8.Philip.*

☞ Syntaxis. *Prædia serua.*

Sesamenvs, na.*à Sesamo oppido.* Attic.lib.5.ep.21.

Seselis, 2.de Na. 127. Ceruæ paulò ante partum perpurgant se quadam herbula,quæ seselis.dicitur. *alicer,sesels.*

Sesqvi.*ἡμιόλιος, sesquiplex.* Orato.188. Pes qui adhibetur ad numetos,partitur in tria,vt necesse sit,partem pedis aut æqualem esse alteri parti,aut altero tanto,aut sequi esse maiorem. Ita fit æqualis dactylus,duplex Iambus,sesqui pæan.

Sesqvialter,a,um. *ἡμιόλιος,sesquiplex.*de Vniu. 21. Deinde detraxit tertiam,quæ secundæ sesquialtera. & *ibid.* Sesquialteris interuallis,& sesquitertiis & sesquioctauis sumptis, ex his, &c.

Sesqvimodivs,dij. *modius cum dimidio.*5.I.V.215.

✠ *ADIVNC.Grati,5.Verr.*

Sesqvioctavvs,a,um. *ἐπογδοος.* de Vn. 21. L.S,esqvitertivs.

Sesqviplex.*sesquialter.*Orato.193.Modus aut sesquiplex, aut duplex,aut par.

Sesqvitertivs,a,um.*ἐπίτριτος.*de Vn.21.Ex his colligationibus in primis interuallis sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat. *De hisce proportionibus vide Perionij de optimo genere interpretandi vtilissimos pariter & eruditissimos commentarios.*

Sessio,nis *situs genus vnum.*1.de N.9 .Ingressus,cursus,accubatio,inclinatio,sessio.5.de Finib.35.Quamobrem etiam sessiones quædam contra naturam sunt.1.Offi.129. Status,incessus,sessio, accubatio.

Sessio. *pro sede,aut quouis loco, vbi quis sedere potest.*2.de Ora. 20. Porticus, palæstra, & tot locis sessiones. de Finib.lib.3.2.Cuius etiam illa sessio fuit,quam videmus.

✠ *ADIVNC.Pomeridianæ,3.de Nat.*

Sessio. *pro consessu.* L.Pomeridianvs.

Sessito, as. *insideo.* de Clar. 59. Quam deam in Periclis labris sessitauisse ferunt.

Sessvs. *sessio,vel ordo sedentium.* Epistol.libr. 10. epistol.32.Herennium Gallum in quartumdecimum sessum deduxit. *Pollionis.*

Sestertivm,tij : & Sestertivs, tij. *cuius hæc est nota.* HS.4.I.V.50.Numerantur illa H.S. ducenta quinquaginta Syracusis. Attic.lib. 11. epist. 15. Minutius xii. sola curauit. id est, H.S. Epist. lib. 1. epistol. 9. Ea pars est ad xxx. sestertia. & epistol.61.Nicenses ei grandem pecuniam debent ad sestertium octogies. 12. I. A. 12. Antonius sestertiûm septies,millies pecuniæ publicæ auertit. I.P. 86. Sestertium centies & octogies ex ærario tibi attribuit, Romæ in quæstu reliquisti. pro Flacc. 30. Nos hic in mare superum & in inferum sestertiûm ter & quadragesies rogabamus.Epist.lib.5.epistol.20. H.S. centum millia. & *ibidem* H.S. centum. *bis.* & *ibidem.* Omnem pecuniam apud publicanos deposui, id fuit H.S. xxii. Epist. *ibidem.* Si mihi expensa ista H.S centum tulisses.3. Offic.62. Dixit se pluris æstimare, addidit centum millia. 3. I.V. 146. Sestertiûm millies. 1. I. V. 30. Pro frumento in modios singulos duodenos se stercios exegit. pro Cluent.179. Ipse armarij fundum execuit, & sestertiorum & auri quinque pondo abstulit. pro R.P. 43. Bona alicuius nummo sestertio cuipiam addici. Orator. 156. Sestertiûm nummûm, non nummorum. 3. Offic. 93. Cùm testamento sestertiûm millies relinquatur. Parad. 6.Capit ille ex suis prædiis sexcenta sestertia, ego centena ex meis.

Sestertivs. *dictus est, quasi sesquitertius: valet enim duobus assibus æris & semisse. Idem autem erat quod numus, etiam si vtrunque nonnunquam coniungatur. Sestertium autem genere neutro,mille sestertios significat, hoc est argenti asses duos (quas libras alij vocant) & semissem. Additur etiam sæpenumero verbum Mille, aut adnerbium alicuius numeri, hac formula: Mille sestertium, vel millies sestertium, & tunc sestertium pluralis genitiuus est, pro sestertiorum. Vbi vero aduerbium adiunctum sestertio est, intelligendum est centum: vt decies sestertia,id est,decies centena. Colligamus igitur ista, vt facilius cognosci & retineri possint.*

Mille { sestertium / sestertium nummûm / nummûm / sestertij } { idem sunt:id est xxv. aurei nummi, siue coronati.

Seta, tæ.2. de Orat.226. Natura equo & leoni setas, caudam & aures ad motus animorum declarandos dedit.5. Tusculanar.62. Gladium e lacunari seta equina appensum demitti iussit.

✠ *ADIVNC. Equina,5.Tusc.*

Setinvs,ager.2.contra Rul.65.

Sev.*sine.*pro Qui.80.O fortunatum hominem, qui huiusce modi nuncios,seu potius pegasos habet.& 31.& pro Cecin.69.Seu rectè seu perperam facere cœperunt.

Severe.*austerè, Stoicè.*pro Qui. R.44.Seuerissimè exacta ætas.1. Offi 134.& pro Muræn. 42. Seuere dicere.3. I.V.71.Lites seuerè æstimare.

Severitas,tis.*grauitas,tristitia, duritas.*)(.*communis immanitas.* Epistol.lib.12. epistol.27. Vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur.pro Muræn. 66. Si illius comitatem & facilitatem tuæ grauitati seueritatique aspersseris.2.de Orato.236. Risus tristitiam ac seueritatem mitigat & relaxat.& 72. Iudex tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi est contorquendus. pro Syll. 92. Sic vos seueritatem iudiciorum, quæ per hosce menses in homines audacissimos facta est misericordia mitigate. Quint. frat.lib.1.epist.1.17. Seueritatem acerbam multis humanitatis condimentis mitigare. de Aruſp. 27. Prisca illa seueritas sacrificij.I.P. 9. Seueritas censoria, magistra pudoris & modestiæ. de Clar. 322. Laxare iudicum animos,atque à seueritate paulisper ad hilaritatem risumque traducere. Orato. 53. Duritas & seueritas, & quasi mœstitia oratoris.& 174.Oratores cum seueritate audiri,poëtas autem cum voluptate. Quint frat.lib.1.epistol.1. 16.Summa in iure dicendo seueritas.4.I.C.13. Seueritas animaduersionis.4.Acad.139. Ipsa seueritas & grauis & recta ratio mihi obseruatur.1. de Fini.24. Adhibere seueritatem in aliquo.de Clar. 97. Homo ipsa tristitia & seueritate popularis.Attic.lib.1.cp. 13. Xenocrates & Metellus Numidicus,seueritate clari. & *ibid.* Seueritas consulatus mei.& *ibid.*Senatum ad pristinam seueritatem reuocaui.de Cl. 148. Crassus in summa comitate habebat etiam seueritatis satis.1.Offic.88. Et tamen ita probanda est mansuetudo atq; clementia vt adhibeatur Reipub.causa seueritas.de Senect.65. Seueritatem in senectute probo,& eam, sicut alia, modicã: acerbitatem nullo modo.

✠ *ADIVNC.Acerba,1.cont.Rull. AEquabilis,summa in dicendo iure,1.ad Q.fr.Censoria,vetus,pro Clue.Censoria,vetus magistra pudoris,& modestiæ,in Pis. Gratissima cuique,summa, animaduersionis non inuidiosa, & popularis,sed infimo cuique gratissima,9.Fa.Incredibilis,multa,pristina,1.Att.Iucunda,2.de Leg.Patria, pro Cæl.Modica,de Sen.Periculosa,pro Flac.Prisca sacrificij,de Aruſp.Salutaris, ep.ad Brut. Singularis, 1. Offic.Summa,velut iudiciorum,5.Ver.*

☞ Syntaxis. *Tristitia & seueritas. Acerbam seueritatem humanitatis condimentis mitigare. Duritas,mœstitia,seueritas. Orator cum seueritate auditur.)(.cum voluptate poeta. Suam comitatem alicuius aspergere seueritati.*

Severvs,a,um. *grauis,tristis,austerus,acerbus,vehemens, asper, durus,ac penè agrestis.)(.dissolutus,indulgens.*3.Off.112.Qui nuper indulgens in patrẽ,idẽ acerbus & seuerus in fil ũ pro Cl.56. Iudex seuer' in facinorosos.4.Tus.42.Imperia seueriora nulla esse putãt sine aliqua acerbitate iracũdiæ.de Cl.117.Tubero vita seuerus,& cõgruens cũ Stoica disciplina.2.de Or. 289.Seuerus & tristis vultus.& 228.Omniũ grauissimũ & seueriſſimũ esse.6. I.V. 133.Postea iudicia seuera Romæ fieri desierũt. de Cl.325.Sẽtentiæ non tã graues & seueræ,quã cõcinnæ & venustæ.pro ũ.38.

Non

Non potest esse seuerus in iudicando, qui alios in se seueros esse iudices non vult.

✠ ADVERB. *Valdè, pro Mar. Cœl.*

☞ Syntaxis. *Acerbus ac seuerus. Vita seuerus. Seuerus ac tristis vultus. Grauis ac seuerus.*

SEVOCO, as. *separo, abduco, aufero.* 3. de Nat. 21. Difficile est mentem ab oculis seuocare. 1. Tusc. 72. Qui se à corporibus seuocassent. & 75. Seuocare animum ab omni negocio. 1. de D. 63. Cum est somno seuocatus animus à societate corporis. Orato. 66. Ab his hæc eloquentia seuocanda est. pro Qui. 13. Nævius de communi quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat.

✠ ADVERB. *Haud mediocriter in domum de communi, pro P. Quint.*

SEXAGENA millia. 7. I. V. 52. Verumetiam quò plus darent quàm poterant, hæc sexagena millia modiûm addidisti.

SEXAGESIMVS. Att. lib. 5. ep. 13. Sexagesimo & quinto post pugnam Bouillam. L. SEPTINGENTESIMVS.

SEXAGIES. 2. I. A. 45. Sexagies sestertiûm. pro S. R. 6. Bona quæ sunt sexagies. L. CENTIES. (suum.

SEX & quinquaginta. pro S. R. 19. Sex & quinquaginta millia pas-

SEXAGINTA. 2. de Leg. 61. Attic. lib. 13. Sexaginta duobus.

SEXENNIVM, nij. 5. I. A. 7. 1. de D. 100. Att. lib. 6. ep. 1.

SEXCENTENI. 7. I. V. 61. Sexcentenos nummos constituere. *aliter, Sexcenos.* I. V. Verres certo precio sexcentenos nummos nautarum missione constituit.

SEXCENTI, tæ, ta. 4. I. V. 119. Cn. Sextium mille modiûm, sexcentos præterea alios, &c. Atti. lib. 6. ep. 4. Belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea alia. 2. de D. 34. Sexcenta licet eiusmodi proferre. Att. lib. 2. ep. 19. Et sexcenta sunt. & ep. 17. Ad annos sexcentos. At. li. 7. ep. 2. Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas vno tempore accepi. Parad. 6. Capit ille ex suis prædiis sexcenta H-S, ego centena ex meis.

SEXCENTIES. Attic. lib. 4. ep. 15. Contempsimus sexcenties H-S. * Frag. ep. In singulas regulas impositis saxcentis sexcenties confici posse.

SEXCENI. I. V. act. 7. 61. Sexcenos nummos constituere.

SEXDECIM. pro Clu. 87. Sexdecim iudices.

SEXPRIMI. *vt Quinqueprimi, & Decemprimi.* 3. de Natur. 74. Id quoque L. Alenius fecit, cùm chirographum sexprimorum imitatus est.

SEXTANS, tis. *sextula, id est, duæ vnciæ.* Ep. lib. 13. ep. 29.

SEXTARIVS, tij. *mensuræ nomen, continetq; minas duas, seu cyathos duodecim.* 2. Off. 56. Si emere aquæ sextarium mina cogerentur.

SEXTILIS, lis. *Augustus mensis.* L. QVINTILIS. Epi. lib. 10. ep. 26. Si in Sextilem comitia.

SEXTIVS, a, um. pro Quint. 25. Tabula Sextia.

SEXTVLA, læ. *sextans.* pro Cec. 18. L. A s. item ASPERGO.

SEXTVM consul. *vt Septimum consul.* I. V. Act. 3.

SEXVS, us. 1. de Inu. 35. Hominum genus in sexu consideratur, virile, an muliebre sit. * Oecon. Quoniam hunc sexum custodiæ & diligentiæ assignauerat *natura*: idcirco timidiorem reddidit quàm virilem. *ibidem.* Calceamenta vtrique sexui cõuenientia.

SI. *cum, vt, etiam si.* pro Cec. 51. Neque verò quicquam opus sit ver-
✠ bis, cũ ea res cuius causa verba quæsita sunt, intelligatur. ‖ &c. si ad verba rem deflectere velimus. & *ibid.* 52. Sermo herculè familiaris non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. Epist. lib. 1. ep. 7. Si volo is esse, quem tu me esse voluisti. 3. I. V. 150. Hac conditione, si quis, &c. 1. de Ora. 76. Sed is, si quis esset, aut si etiam vnquam fuisset: aut verò si esse possit, tu esses vnus profectò, qui, &c. Attic. lib. 8. ep. 6. Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. pro Syl. 80. Conceditis, vt nobis libertatem retinere liceat: si minus dignitatem. & *ibidem.* Graue, si appetimus aliquid, si cùm cæteri de nobis silent, nos ipsi non taceamus. pro Cluent. 6. Deinde si quam opinionem mentibus vestris comprehendistis, si eam ratio conuellet, ne repugnetis. & 15. Non timuisse se minus vim deorum, ac noctem illam, &c. & 18. Atque ea si obliuione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur. pro Quint 78. Et meherculè si nihil diceret, tacito ipso officio me moueret. 2. de Ora. 32. Ergo id qui toto in genere fecerit, is si non planè artem, at quasi artem quandam effecerit. & lib. 3. 14. Alicui si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam referre. Orato. 103. Alicuius rei si non perfectio, at conatus tamen, &c. 2. de Ora. 68. Si minus vt, &c. at certè, &c. 3. I. V. 152. Hic venit in iudicium, si nihil aliud, saltem vt, &c. Attic. li. 7. ep. 13. Si nihil aliud, hoc tamen profecit, &c. & lib. 1. epist. 5. Id te scire volui, si quid fortè ea res ad te pertineret. Quint. frat. lib. 1. ep. 2. Nihil reprehendo nisi iracundiam tuam, & si fortè rarò, literarum missarum indiligentiam. Attic. lib. 13. ep. 19. Nitor orationis noster, si modò est aliquis in nobis. & lib. 16. ep. 14. Is malè intellexit, si quisquam malè intelligit. 2. de Orat. 283. Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor. 2. contra Rull. 48. Et mihi quæso ignoscite, si appello talem virum sæpius. 2. de D. 72. Dicito, si pascuntur aues. & *ibidem.* Dicito, si silentium esse videbitur. Antequam. 5. Non queunt, si maximè cupiant. pro Quintil. 35. Si maximè velim. 1. de Finib. 2. Qui si hoc maximè placeat, tamen volunt, &c. 1. de Natur. 57. Roges me quid sentiam, nihil respondeam. *id est, si roges.* Ep. lib. 7. ep. 23. Etenim si quid generis istiusmodi me delectat, pictura delectat. Attic. lib. 1. ep. 13. Si vnquam tibi visus sum fortis, certè me tunc admiratus esses. & li. 4. ep. 2. Si vnquam fuimus, &c. aut si vnquam, &c. tum profectò. & lib. 1. ep. 11. Si vnquam mihi epicheremata suppeditarunt, illo tempore. Ep. lib. 6. ep. 13. Si quis est, &c. is ego sum. & lib. 15. epi. 4. Si quisquam fuit vnquam, &c. ego profectò is sum. pro Sest. 1. Si quis antea mirabatur, quid esset, quod, &c. ex hoc tempore miretur potius, &c. de Cl. 7. Si fuit tempus vllum, cùm, &c. tum profectò fuit. pro Milo. 9. Si tempus est vllum iure hominis occidendi, quæ multa sunt: certè illud est non modò iustum, sed etiam necessarium, cùm vis illata defenditur. 9. I. A. 2. Quòd si cuipiam iustus honos habitus est in morte legato, in nullo iustior quàm in Ser. Sulpitio reperietur. Ep. lib. 13. ep. 50. Si vllam in amicitia spem habes, si, &c. si, &c. hoc mihi da atque largire, vt, &c. & lib. 12. ep. 2. Si abestis, &c. sin, &c. pro Syll. 64. & pro Sest. Si. *pro, quia vel quoniam.* de Amic. 90. Si aliquid, &c. & *ibid.* Si aliquem. 2. Offic. 27. Nostri imperatores ex vna hac re maximam laudem capere studebant, si prouincias, si socios æquitate & fide defendissent.

¶ *Si, cùm in argumentatione versatur.* 1. de In. 65. & deinceps. 2. de Or. 165. Top. 12. & deinceps, vt, Si peperit, virgo non est: Si oportet sapere, dare operã Philosophiæ conuenit. L. CONNEXVM.

SIBILO, as. Attic. lib. 2. ep. 19. Populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt. 4. ad Herenn. 43. Vagire mugire, murmurare, sibilare.

SIBILVS, li. pro Quin. Ros. 30. Erotes comœdus è scena non modò sibilis, sed etiam conuitio explodebatur. Ep. lib. 8. epist. 2. Hic tibi clamor tonitruum, & tudentum sibilus. in Piso. 65. Da te populo, committe ludis, sibilum metuis? Attic. lib. 2. ep. 18. Fusium clamoribus & sibilis confectantur. de Gloria, *teste Charisio.* lib. 1. In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorij sibili.

✠ ADIVNC. *Repentini, pro Pub. Sest. Gladiatorij, lib. 1. de Glor.*

☞ Syntaxis. *Rudentum sibilus.*

SIBYLLA, læ. 1. de Diui. 79. Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. & 34. Vaticinans per furorem, vt Sibylla Erythrea. *de qua & eius ratione tota, vide Sibyllina oracula à Sebastiano Castalione è Græco in Latinum eleganter conuersa.*

SIBYLLINVS, a, um. 6. I. V. 108. Additum est ad libros Sibyllinos, à quibus inuentum, Cererem placari oportere. de Diui. 4. Futoris diuinationes Sibyllinis maximè versibus contineri. 3. I. C. 9. Ex fatis Sibyllinis, aruspicúmque responsis. 2. de Nat. 10. Ex Sibyllinis vaticinationibus. de Ar. 26. Sibyllinus sacerdos.

SIC. *eadem ratione, ita, item, quòd, hoc modo, isto modo, perinde, similiter.* 2. de D. 120. Siue sic est, siue illo modo. Ep. lib. 13. ep. 69. Apud eum sic fui, tanquam domi meæ. pro Plan. 21. Huius præfectura plena est virorum fortissimorum, sic vt nulla tota Italia frequentior dici possit. 2. Offi. 88. Ipse inter se corporis comparantur sic, &c. de Aruspic. resp. 7. Atque hoc sic moderetur & cogitet, si, &c. sin, &c. Orat. 125. Omnis pars orationis debet esse laudabilis, sic vt nullum verbum nisi elegans excidat. & 214. Verborum ordinem immuta, fac sic, comprobauit filij temeritas. item. Et sic frangor sæpe misericordia. Ep. lib. 7. epist. 17. Sic ei te commendaui, vt grauissimè potui. & lib. 8. ep. 4. Sic, &c. quomodo. 2. in Ant. 44. Visne igitur te inspiciam à puero? sic opinor. de Senect. 26. Literas Græcas sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Ep. lib. 10. ep. 21. Sic fit, vt, &c. ita fit, vt. &c. 1. de Leg. 47. Illa quæ aliis sic, aliis secus, nec iisdem semper vno modo videntur, ficta esse dicimus.

☞ Syntaxis. *Sic apud illum fui, tanquam. Locutus est Cæs. sic, vt nullus vnquam. Et sic frangor. id est, atque ideo: vel itaque. Visne dicam? Sic opinor. Sic dixit, quasi. Sic ergo fit, vt. Ea quæ aliis sic, alijs secus videntur, &c.*

SICA, cæ. *gladius.* L. PERCVSSO R. 1. in Cat. 16. Iam tibi extorta est sica ista de manibus. & 2. in Cat. 23. Pueri qui sicas vibrare & venena spargere didicerũt. 3. de N. d. 74. Sicæ, venena, peculatus. * con. C. Anton. Duas vno tempore conantur in Rempu. sicas distringere.

✠ ADIVN. *Scelerata & penè deletrix imperij, de Ar-*

SICARIVS, rij, *gladiator. grossator.* pro S. R. 11. Homines sicarij atque gladiatores. 3. I. V. 9. Non sicarium, sed crudelissimum carnificem in iudicium adduximus. 2. de Fin. 53. Cùm prætor quæstionem inter sicarios exercuisset. pro Cl. 147. Quæstio M. Plotorij, & C. Flaminij inter sicarios, C. Orchinij peculatus, mea de pecuniis repetundis. pro S. R. 90. Qui inter sicarios & de veneficiis accusabãt. 2. in An. 8. Si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. 2. de Orat. 105. De sicariis, de veneficiis, de peculatu inficiari necesse est.

✠ADIVNC.*Armati,5.Phil. Facinorosissimi,pro Sest. Vetus pro Sex.Rosc.*

SINO, nis: siui, situm. *permitto, patior, fero, locum do.* pro Plãc. 87. Qui senatũ senatui patere non siuerunt. Epi. lib. 6. ep. 1. Nec vertere à miseriis cogitationem sinunt. 1. de Fin. 53. Improbitas nunquam sinit eum respirare. pro Dom. 92. Tu sororem tuam virginem esse non siuisti. 11 I. A. 32. Non siuerunt. pro Cecin. 64. Non deieci, si non siui accedere. 1. I. C. 10. Non feram, non patiar, non sinam. Attic. lib. 5. ep. 21. Nullos honores mihi nisi verborum, decerni sino.

SINOR, sineris. *permittor.* pro Sest. 95. Accusare eum moderatè, à quo nefariè accusatur, per senatus autoritatem non est situs.

SINOPE. pes. *vrbs Ponti.* 3. I. V. 87. pro Pom. 21.

SINVESSA, sæ. *vrbs,* Att. lib. 9. ep. 19.

SINVESSANVS. Epist. li. 12. ep. 20. Sinuessanum diuersoriolum.

SINVS, nus. *curuatum littus.* pro Pomp. 31. Maris omnis sinus atque portus. 7. I. V. 144. Illi qui sinus quosdam obsedisse maritimos dicuntur. & 7. Ver. 30. Vbi primùm ex alto sinus ad vrbem inflectitur. Attic. lib. 16. ep. 6. Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet.

¶ *Gremium, complexus.* 7. I. V. 146. Cedo mihi ex ipsius sinu literas. 2. de L. 63. Vt sinus & gremium quasi matris mortuos tribueretur. Qu. fra. lib. 2. ep. 12. Cæsar, mihi credere, in sinu est, neque discingor. Att. lib. 2. ep. 24. In sinu ac familiaritate adolescentis *aliàs insinuatus in, &c.* pro Cæl. 59. E sinu gremióq; patrię abstrahi. Epi. li. 14. ep. 4. Iste verò sit in sinu semper & complexu meo. 2. I. C. 22. Postremum genus est de delectu Catilinæ, imò verò de complexu eius ac sinu. 3. I. V. 27. Calumniatores de sinu suo apposuit. 5. Tusc. 5. Consurgere in sinum alicuius. Brut. ep. 7. Bibulũ noli dimittere ex sinu tuo. in Pis. 91. Aetolia procul à barbaris disiuncta gentibus in sinu pacis posita, medio ferè Græciæ gremio continetur.

¶ *Spira.* 2. de Nat. 106.

Et draco conficiens sinus è corpore flexos.

✝ ADIVNC. *Flexi è corpore, 3. de Nat. Maritimi, 6. in Ver. Medius, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *In sinum & complexum suorum venire. E sinu proferre literas. In sinu & familiaritate. Sinus ac gremium patriæ. De suo sinu calumniatores apponere. In sinum Cæsaris cõfugere. In sinu pacis posita regio. Flexi sinus draconis. In sinu esse, id est, esse charissimum.*

SIPARIVM, rij. *velum, quo scena obtendebatur, aulæum.* de Pro. 14. Piso cum Græcis iam in orchestra helluatur, antea post spatium solebat.

SIPONTINVS, a, um. *à Siponte oppido.* 2. contra Rul. 70. Nisi maultis in Sipontina siccitate collocari.

SI quando. 1. de Orat. 152. Si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid. 2. de Inu. 58. Si quando hæc incidunt. de Cl. 322. Ex qua si quando opus fuerit, excitet, &c. de Am. 24. Itaque si quando excitet.

SIQVID. At. li. 3. ep. 15. Si quid in te peccaui, ac potius, quoniã peccaui. Att. li. 1. ep. 9. Et nebulonẽ illum, si quo pacto potes, ex istis locis amoue. Att. lib. 11. epist. 6. *Si qui alij.* & lib. 2. epist. 16. *Si qui ea de causa* venerunt. Epist. lib. 15. ep. 14. Si quæ sunt onera.

SIQVIDEM. *si tamen, quippe si.* de Cla. 39. Videsne, quàm serò eloquentia prodierit in lucem: siquidem, &c. 1. Tusc. 3. Antiquissimum è doctis est genus poëtarum, siquidem Homerus fuit ante Romam conditam. 2. in Catil. 7. O fortunatam rempub. siquidem hanc sententiam ejecerit. pro Fla. 15. O morem præclarum, quem à maioribus accepimus, siquidem teneremus. & 39. O pastores, &c. siquidem, &c. Epist. lib. 9. ep. 12. Gratulor Baiis nostris, siquidem, vt scribis, salubres repentè factæ sunt. & lib. 10. ep. 33. Robur & soboles militum interiit, siquidem quæ nunciantur, vera sunt.

¶ *Quoniam.* Orat. 81. Siquidem eorum est gemmare vites. Attic. lib. 6. ep. 1. Quare non *ἰχνεία* tua industria, quod veteris, sed præclarè ponitur, siquidem id egisti, vt ego delectarer. Parad. 3. Etiámne in minimis rebus? siquidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus.

SI quò. Attic. lib. 8. ep. 2. Eas si quò ille misit, in publico. &c.

SIRENES, num. *marina (vt est in fabulis) monstra.* 5. de Finibus 49. Quæ de Sirenum cantibus Homerus finxerit: neque enim vocum suauitate videntur, aut, &c.

SIS. L. SODES. pro S. R. 48. Age nunc refer animum, sis, &c.

SISAPO. *oppidum in Hispania.* 2. I. A. 48. Tanquam Sisaponem. *prouerbium.*

SISTO, stis. *exhibeo.* Attic. lib. 3. ep. 25. Fac, vt te ante Cal. Ian. vbicunque erimus, sistas. & lib. 10. ep. 17. Te vegetum nobis in Græcia siste. 5. I. V. 123. Remp. sistere non posse. 3. Off. 45. Vas factus est alter eius sistendi, vt si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi. pro Quin. 29. Venit Romam Quintus vadimonium sistit.

SISTOR, tis. pro Qu. 29. Ita tamen discedunt, vt Idibus Septembribus P. Quintiũ sisti Sex. Alphenus promitteret. & 67. Alphenus promittit Næuio sisti Quintium.

☞ Syntaxis. *Vas ille est illius sistendi. Vadimoniũ sistere. Tibi sistitur ille.*

SISYPHVS, phi. *persona poetica. de quo homine Virg. Aen. 6. li. 1.* Tusc. 10. Sisyphus versat saxum.

SITELLA, lę. *cista in qua colligebãtur suffragia.* 1. de Nat. 107. Defero sitellam. * pro C. Cornelio. Dum sitella defertur. *ibid.* Sitellam ipsam cum ipso interfectore defero.

SITTIBAE, arum. *membranulæ, quarum integumento libri à pulueris temporisq; iniuria diutius integri conseruãtur.* At. li. 4. ep. 5. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione & sittybis.

SITIENS, tis. *cupiens.* 5. Tusc. 16. Ego eo grauiùs ardentiusque sitiens voluptates. pro Planc. 13. Deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti. I. P. 61. Ipse cum paucis ad portam sitiens peruenì.

SITIENTER. *auidè.* 4. Tusc. 37. Nec sitienter quid appetens.

SITIO, tis. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Ipsi fontes iam sitiunt. Orat. 81. Gemmare vites, sitire agros. 5. I. A. 20. Erenim aderat L. frater, qui sanguinem nostrum sitiebat. Qu fr. lib. 3. ep. 5. Nec honores sitio, nec desidero gloriam.

✝ ADVERB. *Ardentiùs, grauius, 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Gloriæ, virtutis sitiens. Sitienter appetere. Honores sitire. desiderare gloriam.*

SITIS, tis. 1. de Fin. 37. Cum cibo & potione fames sitisque depulsa est. 1. Tusc. 10. Siti enectus Tantalus. Parad. 1. Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. de Sen. 26. Literas Græcas sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. 5. I. A. 19. Ipse declamauit sitim quærens.

✝ ADIVNC. *Condimẽtum potionis, 2. de Finibus. Diurna, de Senec.*

SITVRVS, a, um. Qu. fr. lib. 2. ep. 5. Cato concionatus est, comitia haberi non siturum.

SITVS, a, um. *positus, locatus.* 6. I. V. 106. Qui locus quòd in media est insula situs, vmbilicus Siciliæ nominatur: id est nemus Ennensium. 1. de N. 35. Vim diuinam in natura sitam esse. pro Dom. 15. Spes otij & concordiæ in meo reditu sita videbatur. 5. Tusc. 35. Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas? Anteq. 12. In eorum potestate sita salus nostra est. 4. Acad. 37. Assensio, quæ in nostra sita est potestate. pro Mur. 83. Huius rei potestas omnis in vobis sita est iudices. Attic. lib. 7. ep. 9. Si pugnandum est, quo tempore, in casu: quo consilio, in tempore situm est. 1. de D. 30. Qui lituus situs est in curia Saliorum. 1. Offi. 4. In officio colendo sita vitæ est honestas omnis. Epistol. lib. 2. ep. 5. Vel quòd excelso & illustri loco sita laus tua sit. pro Ar. 1. Huic profectò ipsi quantum est situm in nobis, opem feremus. 3. de Orat. 62. Hæc enim sita sunt ante oculos. 5. Tusc. 94. Obscœnas voluptates faciles, communes in medio sitas esse. & 1. Tusc. 4. Summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum vocumque cantibus. 4. Aca. 39. Vbi virtus, si nihil situ est in ipsis nobis. 1. de Fin. 57. Est autem situm in nobis, vt, &c.

2. de

1. de D.86. Eo loco, vbi nunc fortunæ sita ædes est. de Fat. 40. Si causa appetitus non est sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. 2. de L. 57. Hic est ille situs, &c. nam siti dicuntur hi qui conditi sunt. 2. de L. 56. C. Marij sitas apud Anienem reliquias dissipari iussit Sylla.

☞ Syntaxis. *Quid agatur, quid accidat, in tempore situm est. Faciam quantum in me situm est. Situm corpus: pro sepultum.*

SITVS, tus. *positio, natura.* 2. contra Rul. 40. Vrbs & natura, & situ, & descriptione ædificiorum. 2. de D. 138. Oppidorum situs. 1. Tusc. 45. Terræ situs, forma circumscriptio. 7. I. V. 26. Syracusarum hic situs atq; hæc natura esse loci cœliq́ue dicitur. 4. Acad. 61. Eius loci, quem incolebant, situs. 6. I. V. 3. Ciuitas situ, mœnibus, portúque ornata. & 117. De Syracusis: nam & situ est communito, cùm præclaro ad aspectum. 2. de N. 153. Figura situsque membrorum. 4. Acad. 122. Situs partium corporis. & 19. Et situs earum rerum, quas intuemur, &c. 2. de D. 96. Plus terrarum situs, quàm lunæ tractus ad nascendum valere. Qu. fr. lib. 2. ep. 15. Quos tu situs, quas naturas rerum & locorũ, quem verò ipsam imperatorem habes?

¶ *Illuuies, sordes, squalor.* 3. Tusc. 26. Situ nidoris barba pedore horrida.

✠ ADIVNC. *Communitus ex omni parte, & præclarus ad aspectum, 6. in Ver.*

☞ Syntaxis. *Vrbs natura & situ: & contrà. Situ ornatum oppidum. Situs communitus, & ad aspectum præclarus. Situs nidoris.*

SIVE, *seu, vel.* pro Sest. 109. Venio ad comitia siue magistratuum siue legum placet. 2. de D. 130. Siue sic est, siue illo modo. Attic. lib. 8. ep. 3. Nil perturbatiũs hoc ab vrbe discessu, siue potius turpissima fuga. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Siue tua natura paulo acrior, siue quędã dulcedo iracundiæ, siue dicendi sal, &c. 2. de Leg. 1. Nam illo loco libenter vti soleo, siue quid mecum ipse cogito, siue aliquid scribo aut lego.

SMYRNA, næ. *vrbs.* pro Flac. 74. Cur non Pergami? Smyrnæ.

SMYRNAEVS, a, um. pro Arch. 19.

SOBOLES, lis. *propagatio, proles.* Epist. lib. 10. ep. 33. Robur & soboles militum interiit. 1. Off. 54. Quæ propagatio & soboles origo est rerum pub. 2. I. A. 54. Omnes soboles iuuentutis. 3. de Orat. 151. Proles, soboles, effari, nuncupari. 3. de Leg. 7. Censores populi, ciuitatis soboles, familias, pecuniásque censento. pro Mar. 24. Propaganda soboles.

✠ ADIVNC. *Socia, 2. Tusc. ex Aeschyl.*

☞ Syntaxis. *Propagatio & soboles, Propagare sobolem.*

SOBRIE. 1. Off. 106. Parcè, continenter, sobriéque viuere.

SOBRINI, orum *qui quáue ex fratribus, vel sororibus, patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis generantur.* 1. Off. 54. Sequuntur fratrum coniunctiones, pòst consobrinorum sobrinorúmque: qui cùm vna domo iam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt.

SOBRIVS, a, um. *siccus.* (. *vinolentus, ebriosus.* Ora. 99. Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. 5. I. V. 67 Homines satis sanè frugi ac sobrij. pro Cæl. 74. Sobrius vir. ✠ 2. de Orat. 140. Sobrius orator. ‖ 4. Acad. 52. Nec vinolenti quidẽ quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij.

SOCCVS, ci. *Græcorum calceamentum, vt calceus Romanorum: quo tamen etiam Romanæ mulieres vtebantur,* pro Rab. Post. 27. Consularis homo soccos habuit & pallium. 3. de Orat. 125. Pallium quo amictus, soccos indutus esset.

SOCER, eri. *vxoris meæ pater.* pro Sest. 6. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ. Att. lib. 6. ep. 6. Ego dum Appium orno, subitò factus sum accusatoris eius socer.

SOCIALIS, le. 1. I. V. 18. Hæc lex socialis est. & 4. Ver. 15. Lege iudicióque sociali.

SOCIATVS, a, um. de Am. 85. Solitarius.). (. *coniunctus & sociatus cum altero.* 1. de Leg. 32. Omne genus humanum inter se sociatum est. pro Flac. 21. Quid, si testium studium cum accusatore sociatum est? de Som. 4. Cætus hominum iure sociati.

SOCIETAS, tis. *consociatio, coniunctio, communio, communitas, commercium, comitatus, pactio, fœdus, ordo.* 1. Off. 17. Vt societas hominum coniunctióque seruetur. & 26. Sancta societas. L. SANCTVS. 4. de Finibus. 4. Nati sumus ad societatem communitatémque generis humani. 1. Off. 20. Ratio, qua societas hominum inter ipsos, & vitæ quasi communitas continetur. 1. Off. 22. Defendere hominum inter homines societatẽ. pro Dom. 28. Dirimere societatem. de Cl. 2. Vir egregius, coniunctissimus mecum consiliorum omnium societate. 1. Off. 57. Societas quæ cum repub. est vnicuique nostrûm. 2. de Na. 123. Pinna cum squilla quasi societatem init comparandi cibi. 1. de Orat. 44. Missos facio Mathematicos, Musicos, &c. quorum artibus ista vestra dicendi vis, ne minima quidem societate coniungitur. pro Quint. 12. Facere societatem omnium rerum cum aliquo. pro S. R. 87. Coire societatem. 5. I. V. 134. Sancta religio societatis. pro Rab. 22. Coire societatem periculi cum aliquo, vel salutis, vel laboris. Epist. lib. 5. epist. 19. pro S. R. 96. Nullam societatem neque sceleris, neque præmij cum vllo coiui. de Ar. 42. Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatésque conflauit. 1. I. C. 33. Latrones scelerum fœdere inter se, ac ne faria societate coniuncti. 13. I. A. 36. Inire societatem omnium rerum cum aliquo. pro Quint. 15. Nec societas tibi quicquam debet, nec priuatim Qu. debuit. pro Mur. 69. Quid si omnes societates venerunt? pro Plan. 32. P. Crassus maximarum societatum auror, plurimarum magister. pro Sest. 32. Societas vectigalium. pro Dom. 142. Omnes societates, omnes ordines. 2. I. A. 89. Nulla societas optimis ciuibus cum importunissimo hoste fœdere vllo confirmari potest. 1. Off. 53. Gradus societatis hominum. 3. Off. 69. Societas, quæ latissimè patet. & *ibidem.* Societas interior, vel proprior eorum, qui eiusdem generis sunt. & 53. Societas inter homines coniuncta. pro Quin. 76. Coire societatem voluntariam cum aliquo. 1. Off. 22. Deuincire hominum inter homines societatem. de Fat. 3. Cum hoc genere philosophiæ quod nos sequimur, magnam habet orator societatem. 2. I. A. 24. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses. de Am. 85. Quæ si quos inter societas est, aut fuit. 1. de L. 23. Prima homini cum Deo rationis societas. & 28. Hominum societas inter ipsos & coniunctio. & lib. 3. 1. Difficillima illa societas grauitatis cum humanitate. 2. de Fin. 45. Se implicet primum ciuium, deinde omnium mortalium societate. *Alij. Societati legunt.* * Oecon. 1. Vt non solùm iucundissima, verum etiam vtilissima vitæ societas iniretur. *ibidem.* Vt ex hac eadem societate mortalibus aduitoria senectutis, nec minus propugnacula præparentur. Acad. In quorum *pecorum* ✠ societatem & hominem & sapientem trudere nefas esse. ‖ vide 5. de Finibus. 65. & *66.*

✠ *ADIVNC. Captiosa atque indigna, simillima, & maximè gemina hereditatis, tota, pro Sex. Rosc. Celer, honestissimæ & maximæ, 1. ad Qui. Frat. Ciuilis, difficillima, humana, naturalis, sancta, 1. de Legibus. Communis, grata, & chara, immensa, 1. Offic. Cõmunis generis humani, 2. de Finibus. Communis studiorum, coniunctior, 12. Famil. Copiosa, & indigna, pro Qui. Rosc. Cũctæ, in Vat. Diuina, 1. de Diuin. Firma, 2. Offic. Firmissimæ, 1. de Inu. Grauissimæ & difficiles, infinitæ, de Amic. Hereditaria, 12. Famil. Interior, & proprior, præstans & firma, 3. Offic. Iucundissima vitæ, atque officiorum, pro Dom. Magna, de Fato. Maximæ, plurimæ, pro Plãc Minima, de Orat. Mirifica, 3. de Orat. Nefaria, de Arusp. & 5. Ver. Pecuniaria, polita, vrbana, & elegans, de Clar. Perpetua, 4. in Ver. Summa, de Senec. Vniuersa, 3. Famil. Voluntaria, pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Societas & coniunctio. Societas & communitas hominum. Societas hominum inter ipsos continetur. Hominum inter homines societas. Consiliorum societate coniunctus. Dirimere societatem, facere, inire, coire, conflare, periculi, sceleris, pugnandi. Pactio & societas. Omnium rerum societas. Deuincire societates. Id cum ista re nullam habet societatem. Societas & coniunctio.*

SOCIO, as, *coniungo.* pro Planc. 73. Cùm vel periculum vitæ tuæ ✠ mecum sociare voluisses. ‖ 3. de Orat. 129. Scientia atque exercitatione sociari.

SOCIVS, a, um. *Consors. particeps. gregalis.* Epist. lib. 1. ep. 9. Me quidem certè tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omniũ socium comitémq; habebis. & li. 8. ep. 22. Cuius fugientis comes, remp. recuperantis socius esse debeo. de Clar. 45. Eloquentia pacis est comes omnium, ociiq́ue socia. pro Fõt. 39. Vitæ socia virtus, mortis comes gloria fuisset. & 37. Socius ac particeps fortunarum. de Cla. 2. Socius ac consors gloriosi laboris. Attic. lib. 14. ep. 19. Vulgò opinio hominum socium me adscribit tuis laudibus. 1. de Orat. 236. Duæ artes inter se pares, & eiusdem sociæ dignitatis. & 70. Poëta oratori multis ornandi generibus socius ac penè par. & 24. M. Antonius homo & consiliorum in rep. socius, &c. 5. I. A. 15. Quos socios ad epulas habere nemo velit. pro Fla. 1. L. Flaccus socius atque adiutor consiliorum periculorúmque meorum. Attic. lib. 11. ep. 14. Culpæ socius. Anteq. 24. Téque particeps connubij, socia regni, regina Iuno. pro Dom. 30. Fidelissimus socius ad comparandam aliquam rem. & 52. Is mihi socius atque amicus semper fuit. Attic. lib. 11. ep. 6. pro Quint. 12. Adiungere aliquem sibi socium. 1. Off. 23. Qui iniustè impetum in quempiam facit, is quasi manus violenter videtur afferre socio. 5. I. V. 50. Socii putandi sunt, quos inter res communicantur. pro Qu. 88. Edere sibi aliquem socium. pro S. R. 116. Qui socium fallit in virorum bonorum numero non est habendus. & 117. Nouem homines honestissimos, eiusdem muneris, legationis, officij, mandatorúmque

socios induxit, decepit. 3. I. A. 45. Cùm tu tamen nocte socia, &c. pro Mar. 14. Semper mea consilia pacis & otij socia, non belli & armorum fuerunt. * pro Quint. 76. Socium tibi in huius bonis edidisti Quintium. con. C. Anton. Diripuit socios.

¶ Pro Socio. *formula iuris est, qua significatur actio, iudiciúmque societatis, si quis socium fraudasset.* pro Fl. 43. Nicomedes qui & furti, & pro socio damnatus est. pro Quint. 13. Arbitrium pro socio condemnari.

✠ ADIVNC. *Alienissimi, amicissimi, fidelissimus, amicissimúsque, firmissimi, 15. Fam. Amicissimi, antiquissimique, pro Font. Antiquissimi, fidelissimique, ornatissimi, fidelissimique, perditi, profligatique, vectigales, aut stipendiarij, 5. Ver. Digni aliqua re, pro Pomp. Fideles, fideliores, 5. Attic. Fidelissimi atque antiquissimi, fidelissimi, pulcherrimique, infidelissimi, innocentes, optimi, 8. Fam. Fidelissimi, & coniunctissimi, præditi virtute excellenti, summi, pro Corn. Fidelissimus ad comparandum aliquid. pro Dom. Fortissimi, fidelissimique, 4. in Ver. Importunissimus, pro Syll. Ministri facinorũ, & præsentes, 12. Phil. Optimi fidelissimique, supplices, 1. in Ver. Vectigales, 3. Offic.*

☞ Syntaxis. *Socius & comes. Socius & adiutor. Gloria virtutis socia, & comes. Socius & particeps. Socius & consors. Socius necandi hostibus, & par. Socius, & adiutor consiliorum & periculorum. Socius & amicus. Edere aliquem sibi socium. Ibis nocte socia? Consilia pacis socia.*

SOCORDIA, diæ. *stupiditas.* 2. ad Her. 35. Philosophia vitanda est: affert enim socordiam atque desidiam.

SOCORS, dis. *stupidus.* de Clar. 239. Nam M. Glabrionem socors ipsius natura negligénsque tardauerat. 1. de Nat. 5. Homines nõ socordes.

SOCRATES, tis. 2. de Finib. 1. Socrates qui philosophiæ parens iure dici potest. 2. de Nat. 167. & 1. Acad. 15. Socrates princeps philosophorum. 1. de Diu. 122. Esse diuinum quoddam, quod Socrates dæmonium appellat, cui semper ipse paruerit, nunquã impellenti, sæpe reuocanti. de Cl. 291. & 1. de Orat. 231. Ironia illa, quam in Socrate dicunt fuisse. 1. Offic. 108. De Græcis autem dulcem & facetum, festiuique sermonis, atque in omni oratione simulatorem, quem εἰρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus. 1. de Nat. d. 31. Socrates apud Xenophontem formam Dei quæri non oportere, eundémque & solem & animum esse ait, & modò vnum, tum plures deos. Tusc. lib. 5. 10. Socrates Archelaũ Anaxagoræ discipulum audiuit. *ibid.* Socrates primus philosophiam deuocauit è cœlo, & in vrbibus collocauit. &c. 2. Offi. 43. Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quasi compendiariam dicebat si quis id ageret, &c. de Diu. lib. 1. 123. Socrates quam apud Delium malè pugnatum esset Lachete prætore, fugerétque cum ipso Lachete, vt ventum est in triuium, eádem qua cæteri, fugere noluit. de Diu. lib. 1. 124. Socrates cùm impiis sententiis damnatus esset æquissimo animo se dixit mori. 1. Acad. q. 16. Socrates ab Apolline omnium sapientissimus dictus. de Senect. 78. Demostrabantur mihi præterea, quæ Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorum disseruisset, is qui esset sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. 1. Acad. 16. Socrates apud Platonem & Xenophontem ita disputat, vt nihil affirmet ipse, refellat alios. *ibid.* Socrates primus philosophiæ moralis autor fuit. *ibid.* Socrates quum ei visum esset nihil scire posse, excepit vnum tantum scire se, nihil se scire, nihil amplius. 8. Attic. ep. 2. Socrates pedem porta non extulit, quum triginta tyranni essent. 2. de Legib. 6. Nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi, quum ad multa accesserim, vt vix pede tentare id possim, quod in Phædro Platonis facit Socrates. de Diuinat. libro 1. 122. Socrates Xenophonti consulenti, sequeretúrne Cyrum. Et nostrum, inquit, humanum est consilium: sed de rebus & obscuris & incertis ad Apollinem censeo esse referendum. Tusculan. lib. 5. 108. Socrates quum interrogaretur, cuiatem se esse diceret? Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. Tusculan. lib. 5. 90 Socrates in pompa, quum magna vis auri argentique ferretur, Quàm multa non desidero, inquit. Orator. 41. Est enim quasi in extrema pagina Phædri his ipsis verbis loquens Socrates, Adolescens etiam nunc ô Phædre Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem, inquit ille? Maiore mihi ingenio videtur esse, quàm vt cum orationibus Lysiæ comparetur: præterea ad virtutem maior indoles: vt minimè mirum futurum sit, si cum ætate processerit, &c. Tusc. quæst. lib. 1. 71. Socrates quum penè iam in manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, vt nõ ad mortem trudi, verum in cœlum videretur ascendere. de Fin. lib. 2. 90. Socrates voluptatem nullo loco numerat. Tusc. quæst. li. 3. 78. Quum Socrates Alcibiadi persuasisset eum nihil hominis esse: nec quicquam inter Alcibiadem summo loco natum, & quemuis baiulum interesse, &c. 2. de Or. 270. Socrates in ironia, dissimulantiáque lõgè omnibus lepóre atque humanitate præstitit. 3. de Or. 56. Socrates rebus omnibus, omnium iudicio, quamcunque se in partem dedisset, facilè princeps. Tusc. lib. 1. 71. Socrates ad iudicium capitis, nec patronum quæsiuit, nec iudicibus supplex fuit, adhibuitque liberam contumaciam à magnitudine animi inductã, non à superbia. de Diu. lib. 1. 123. Socrates quum Critonis oculũ alligatum vidisset, quæsiuit quid esset? quum autem ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, vt remissus esset, in oculum recidisse. *ibid.* 52. Est apud Platonem Socrates, quum esset in custodia publica, dicens Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse moriẽdum, vidisse se in somnis pulchritudine eximia fœminam, quæ se nomine appellans, diceret Homericum quendam eius versum.

Tertia te Phthiæ tempestas læta locabit. Quod vt dictum est, sic scribitur contigisse. de Cl. 31. Socrates disputandi quadam subtilitate sophistarum instituta refellebat. 3. de Or. 57. Socrates cuius ingenium variósque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, literam nullam reliquit. 1. de Or. 231. Erat Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio: ex sententia, quum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maximè cõfiteretur: quod quũ interrogatus Socrates esset, respondit, Sese meruisse, vt amplissimis honoribus & præmiis decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos apud Græcos maximus haberetur. 3. de Or. 57. Socrates sapienter sentiendi, & ornatè dicendi scientiam separauit. de Fin. lib. 2. 2. Socrates percontando atque interrogãdo elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, vt ad ea quæ ij respondissent, si quid videretur, diceret. 1. de Leg. 34. Socrates execrari eum solebat, qui primus vtilitatem à natura seiunxisset. 4. Acad. q. 15. Socrates vti solitus est ea dissimulatione quam Græci εἰρωνείαν vocant, quando se nihil scire affirmauit. *ibid.* Socrates de seipso detrahens in disputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. 1. de Inuent. 53. Socrates inductione plurimum est vsus, propterea quòd nihil ipse afferre ad persuadendum volebat, sed ex eo quod sibi ille dederat, qui cum disputabat, aliquid conficere malebat. 4. Acad. q. 15. Socrates & Plato tollendi ex eorum numero, qui negarunt quicquam sciri aut percipi posse. Tusc. lib. 1. 97. Socrates & Theramenes præstantes viri virtutis & sapientiæ gloria. 1. Acad. quæst. 16. Socratis omnis oratio tum in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur. Tusc. q. lib. 5. 11. Socratis multiplex ratio disputandi, rerum varietas, & ingenij magnitudo. Platonis memoria & literis consecrata. plura genera effecit dissentientiũ philosophorum. 1. de Nat. 94. Socratem ipsum parentem philosophiæ. Zeno, Latino verbo vtens, scurram Atticum fuisse dicebat. de Fat. 10. Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturásque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere, stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet. Tusc. q. lib. 5. 97. Socratem fetunt, cùm vsque ad vesperũ contentius ambularet, quæsitúmque esset ex eo, quare id faceret? respondisse, se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem. 1. de Ora 231. Imitatus est homo Romanus & consularis veterem illum Socratem: qui cùm omnium sapiẽtissimus esset, sanctissiméque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, vt non supplex aut reus, sed vt magister aut dominus videretur esse iudicum: quin etiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quã, si ei videretur, ediscret, vt ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & cõmodè scriptam esse dixit: sed, inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. 14. ad Att. ep. 9. O Socrates, ô Socratici viri, nunquã vobis gratiam referã. Tusc. li. 3. 8. A Socrate omnis quę est de vita & de moribus philosophia manauit. 3. de Or. 58. Plures ferè orti à Socrate: quòd ex illius variis, & diuersis, & in omnem partẽ diffusis disputationibus, alius aliud apprehenderat, profemináta sunt quasi familiæ, dissentientes inter se & multum disiunctæ & dispares, quum tamen omnes se philosophos Socraticos & dici vellent, & esse arbitrarentur. 3. de Nat. 82. Quid dicam de Socrate? cuius morti illacrymari soleo Platonem legens. 1. de Or. 42. Vrgerent præterea philosophorum greges, iam ab illo fonte & capite Socrate, nihil te de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitæ didicisse, nihil omnino quæsiuisse. 4. Tusc. 80. Cùm multa in conuentu vitia collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate sublenatus est, cùm illa sibi signa inesse, sed ratione à se deiecta diceret. * Protag. O Socrate. *ibid.* Nunc à vobis, Protagora & Socrates postulo.

✠ ADIVNC. *Dulcis, facetus, festiui sermonis, atque in omni oratione simulator, 3. Offic. parens Philosophiæ, 1. de Nat. Princeps Philosophorum, 2. de Nat. Sapientissimus, 1. de Orat.*

SOCRATICVS, a, um. 3. Tusc. 43. Et si quem tuorum affectum mœrore videris, huic acipenserem potius quàm aliquem Socraticum libellum dabis. 1. Offic. 104. & Parad. 1. Philosophi Socratici. 9. Famil. ep. 26. Aristippus ille Socraticus non erubuit, quum esset obiectum habere eum Laida. 1. de Diuin. 52. Xenophon Socraticus, qui Socratis somnia scribit, quorum exitus mirabiles extiterunt. 3. de Or. 59. Antisthenes patientiam & duritiã in Socratico sermone maximè adamârat. 2. ad Atti. ep. 3. Socratici in vtranque quidem partem disputare, sed tamen ad extremũ τὸ ἀφορισθὲν sententiam pronunciare soliti. 3. de Orat. 59. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes ferè Socraticos esse dicebant, Ereticorum, Heriliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum, &c.

✠ ADVERB. *Maximè, 3. de Orat. & Parad.*

SOCRVS, crus. *vxoris aut mariti mater.* pro Cluent. 33. Dinea, quæ tum ei mulieri socrus erat. 4. I. V. 24. Nihil de socru tua audisti? Attic. lib. 9. ep. 4. Literæ Capuam allatæ ab Clodia socru.

✠ ADIVNC. *Inuita, 2. Fam.*

SODALIS, lis. *socius: etiamsi sodalis ferè in re leuiore est.* Epist. lib. 12. ep. 14. Ego qui & sodalis & familiarissimus Dolabellæ eram. 4. Acad. 118. At hoc Anaximandro populari & sodali suo non persuasit. 2. de Or. 100. Ego pro meo sodali, qui mihi, &c. de Sen. 45. Primùm habui semper sodales, &c. & *ibidem.* Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè. pro Planc. 46. Plancus in petitione habuit multos cupidos sui, & gratiosos: quos si tu sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.

SODALITAS, tis. *coitio collegium.* pro Cæl. 26. Fera quædam sodalitas, &c. Quint. frat. lib. 2. ep. 3. 1. ad Her. 8. S. C. factum est, vt sodalitates decuriatiq́ue discederent. 3. I. V. 94. Officia, sodalitatis ab aliquo flagitare. pro Pla. 37. Honesta sodalitas. de Senect. 45. Sodalitates me quæstore constitutæ sunt. de Clar. 166. Homo summa nobilitate, cognatione, sodalitate, collegio.

✠ ADIVNC. *Fera, & planè pastoricia & agrestis, pro Cæl. Honesta, pro Planc.*

SODALITIVM, tij. *sodalitas.* pro Plan. 36. Lex Licinia, quæ est de sodalitiis. in Sal. 14. Non ita est, sed abiit in sodalitium sacrilegij Nigidiani. 4. ad Her. 65. Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum.

SODES. Orat. 154. Libenter etiam copulando verba iũgebant, vt sodes, pro si audes: sis, pro si vis. Attic. lib. 7. ep. 3. Tarteſium mihi adeunti vrbem iube sodes nummos curare.

SOL, lis. *Phabi fax, rota feruida solis, signum præpotens.* 1. de Diuinat. 46. 2. de Nat. 68. Sol dictus est, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus: vel quia cùm exortus est, obscuratis cæteris sideribus solus apparet. de Vniuers. 28. Deus solem quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitum. 3. de Orat. 176. Videmus sol vt circunferatur, vt accedat ad brumale signum, & inde sensim ascendat in diuersam partem. 2. de Natur. 50. Sol v. diebus, & LX. & CCC. quarta ferè diei parte addita, conuersionem cõficit annuam. *ibid.* Sol qui astrorum obtinet principatum. 1. Tusc. 68. Sol moderator & dux temporum. de Somn. 10. Deinde subter mediam ferè regionem sol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta sua luce lustret & cõpleat. 2. de Nat. 102. Solis magnitudine multis partibus terra superatur. 4. Acad. 82. & 128. Solem Mathematici amplius duo de viginti partibus confirmant maiorem esse quàm terram. 2. de Diu. 10. Sol maiorne quàm terra sit, an verò tantus, quantus videatur. 2. de Nat. 92. & 102. in Arat. Sol consistẽs in Capricorno, conuertit curriculum. & *ibid.*

— *Rota feruida solis.*

1. de Nat. 89. De sole & luna eorúmque motu. & lib. 2 19. Solis accessus discessúsque. & 40. Solem esse calidum & igneum. de Somn. 13. Sicut solem intueri nequitis aduersum, eiúsque radiis acies vestra sensúsque vincitur. 3 de Nat. 54. Soles multi à Theologis proferuntur. 1. de Diuinat. 97. Cùm duo visi soles, & tres lunæ: & cùm sol nocte visus est. 2. de Nat. 14. Sol geminatus, quo anno P. Africanus sol alter extinctus est. de Somn. 3. Cùm ætas tua septenos octies solis anfractus reditúsque conuerterit. 3. de Orat. 207. His de rebus sol me ille admonuit, vt breuior essem, qui ipse iam præcipitans me quoque hæc præcipitem penè euoluere coegit. 1. Tusculan. 94. Occidente sole. 7. I. V. 26. Nullus vnquam dies tam magna turbulentáque tempestate fuit, quin aliquo tempore solem eius diei homines viderint. 2. de Fin. 23. Qui solem (vt aiunt) nec occidentem vnquam viderit, nec orientem *prouerbium.* Attic. lib. 13. ep. 37. Simul cum sole experrectus sum. de Somn. 1. Ago tibi grates summe Sol vobísque reliqui, cœlites. 1. de Finib. 71. Si ea quæ dixi, sole ipso illustriora & clariora sunt. 2. Offic. 28. Multa commemorarem nefaria in socios, si hoc vno sol quicquam vidisset indignius. L. VMBRACVLVM. 2. de N. 92. Sol multis partibus maior atque amplior, quàm terra vniuersa. 1. de Nat. 88. Sol duabus vnius orbis vltimis partibus definiens motum, cursus annuos conficit. 3. de Natur. 51. Sol est Apollo: Luna autem Diana. 2. de Natur. 40. Sol igneus Oceani alitur humoribus. 4. Academ. quæst. 82. Sol qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta sit, ne cogitari quidem possit, nobis tamen stare videtur. 1. de Finib. 21. Sol Democrito magnus videtur: quippe homini erudito, in Geometriáque perfecto. de Vn. 28. Vbi sol suum totum confecit & peragrauit orbem, fit annus. 2. de Nat. 14. Sol geminatus P. Africani mortem prænunciauit. 4. I. V. 129. Est consuetudo Siculorũ cæterorúmque Græcorum, quòd suos dies mensésque congruere volunt cum solis lunæque ratione, vt nonnunquam, si quid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut summum biduum ex mense, quos illi exhæresimos dies nominant. 3. de Natur. 76. Sol quum Phaëtontem filium in currum transtulit. *ibid.* Sol cur se referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itémque brumali. 9. Attic. ep. 12. Sol excidisse mihi è mundo videtur. *genus dicendi quo exprimitur summa admiratio hominũ quasi obstupefacti.* 1. de Diuinat. 97. Sol nocte visus Romæ. 2. de Nat. 19. Solis accessus discessúsque solstitiis brumísque cognoscitur. 2. de Natur. 40. Solis candor illustrior est, quàm vllus ignis. *ibid.* Solis & Lunæ circuitus, reliquorúmque siderũ. de Vniuers. 28. Solis circumuectio proxima lunæ. 2. de Natur. 95. Solis magnitudo, pulchritudóque, & efficientia. *ibid.* Solis motus, cursus ac circuitus vniuersa consideratio. *ibid.* Solis tactus non tepefacit solùm, sed etiam sæpe comburit. de Diuin. lib. 1. 6. Solis luce clarius. 3. de Nat. 48. Solis & Perseidos filiæ, Circe & Pasiphae. 1. de Nat. 88. Solis radiis incensa luna, &c. *ibid.* Solis & lunæ reliquísque sideribus, animóque præterea diuinitatem dedit Crotoniates Alcmæo. 2. de Leg. 40. Apud solem in delubro deposuisse pecuniam in Sicilia Alexander dicitur. de Vniuers. 28. Solem quasi lumen accendit Deus ad secundum supra terram ambitum, vt quàm maximè cœlum omnibus colluceret, &c. de Som. 10. Solem vt comites consequuntur Veneris & Mercurij cursus. 3. de Natur. 37. Solem lunam, reliqua astra alia aquis, alia dulcibus, alia marinis. 4. Acad. quæst. 120. Solem dominari, & rerum potiri putauit Cleanthes. lib. 1. de Finib. 21. Solem Epicurus tantum esse censet, quantus videtur. *id est, bipedalem fortasse, vel paulo aut maiorem, aut minorem.* de Cl. 37. In solem procedere. Læl. 47. Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. 7. ad Att. ep. 11. In illo sole tuo Lucretino apricationem tecum vnam malim, quàm, &c. 2. de Nat. 118. A sole agris tepefactis & ex aquis excitantur vapores. 4. Acad. quæst. 105. A sole collucere. pro Mil. 84. Nec verò quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullã vim cœlestem eximat, numénue diuinum: quem neque sol ille, nec cœli & signorum motus, nec vicissitudines rerum atque ordines mouent, neque id quod maximum est maiorum sapientia, qui sacra, qui ceremonias & ipsi sanctissimè coluerunt, & nobis suis posteris prodiderunt. * Oecon. 3. nullo modo facilius posse terram à Sole percoqui. *ibid.* Vuæ à Sole mitescũt. * Hortens. Interitus Romuli in obscuratione Solis factus est. 5. de Leg. Sol paululum à meridie iam deuexus videtur. Timæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum est Solis & Lunæ.

✠ ADIVNC. *Aduersus, dux & princeps & moderator luminum, summum, de Som. Scip. Aestiuus, clarus, lacteus, Arat. Assus, nitidus & vnctus, 1. Attic. Calidus, & igneus, geminatus, maior atque amplior princeps syderum, 2. de Nat. Inusitatus, 2. de Orat. Magnus, occidens.) (. oriens, 1. de Finib. Maior terra, quasi pedalis, 4. Acad. Moderator, & dux temporum, 2. Tusc. Nitidus, 12. Attic.*

☞ Syntaxis. *Videmus sol vt circumferatur, moderator & dux temporũ: dux, princeps, & moderator, mẽs mundi, & temperatio, calidus, igneus, nocte visus, geminatus, extinctus, tam præcipitans, occidens, oriens, obicẽs. In solem procedere. A sole collucent omnia.*

SOLARIVM, rij. 2. de Nat. 87. Solarium vel descriptũ, vel ex aqua, quo horæ declarantur. pro Qu. 59. Quintus non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est. 4. ad Herenn. 15. Vt ne ad solarium quidem idoneus sit.

SOLATIVM, tij. *consolatio, fomentum.* Epist. lib. 7. ep. 3. Vacare culpa magnum est solatium. 9. I. A. 12. Cuius luctus nullo solatio leuari potest. de Prou. 16. Sed fruatur sanè hoc solatio. 6. I. V. 134. Vt illi haberent hæc oblectamenta & solatia seruitutis. de Cla. 11. Vos & præsentem me cura leuastis, & absenti magna solatia dedistis. Attic. lib. 4. ep. 16. Multa mihi dans solatia. 2. Tusculan. q. 59. Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum.

dolorum. pro Arch. 16. Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent. 7. I. V. 127. Reportare ſolatium ex aliqua re. 2. contra Rull. 79. Vectigal, &c. ſolatium annonæ. de Am. 10. Sed non egeo medicina: me ipſe conſolor, & maximè illo ſolatio, quod, &c. Epi. lib. 11. ep. 26. In maximo meo dolore hoc ſolatio vtor, quòd, &c. Attic. lib. 4. ep. 6. Nos malo ſolatio, ſed non multo tamen conſolamur, quòd ipſius vicem minimè dolemus.

✠ADIVNC. *Domeſtica & forenſia, 1. Tuſc. Extremum, & tãtum, & communes, 2. de Nat. Nec ignota, nec minima, nec maxima, vnicum, 4 Fam. Iucunda, 3. de Orat. Magnum, de Amic. Magna, de Clar. Maximum, 14. Phil. Malum, ſed non multum, 4. Attic. Miſerum, 5. in Ver. Salutaria, 3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Leuatur ſolatio luctus. Oblectamentum, ſolatiúmque. Dare alicui ſolatium. Solatia fomentaque dolorum, id eſt, in dolores. Perfugium & ſolatium reportare. Vti ſolatio. Solatio magno conſolari. (patiendi modo.)*

SOLEAE, arum. *crepidæ.* de Aruſp. reſpon. 44. Soleæ muliebres.

¶ *Compedes.* 2. de Inu. 149. & 1. ad Heren. 23. Ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt.

✠ADIVNC. *Ligneæ, 2. de Inu. Muliebres, de Aruſp.*

SOLEATVS, a, um. 7. I. V. 85. Stetit ſoleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicáque talari. & in Piſo. 13.

SOLENNIS, ne. *quod cum quadam ceremonia conſecratum eſt, celebre, feſtum.* in Piſon. 51. Qui dies quaſi deorum immortalium feſti atque ſolẽnes ſunt aduentu meo celebrari. Poſtquam ad Quir. 11. Lentulus de ſolenni religione retulit. de Aruſp. 18. Statas ſolennéſque ceremonias pontificatu contineri. 1. Tuſcul. 113. Solenne & ſtatum ſacrificium. pro Dom. 141. Nec inſtitutas ceremonias perſequi, nec vllum verbum ſolenne potuit effari. pro Dom. 123. Si tribunus plebis verbis priſcis & penè ſolennibus bona ciuis cuiuſpiam conſecrârit. 7. in Ver. 185. Omnéſque dij, qui ſolennes cœtus ludorum initis, vehiculis thenſarum. de Aruſp. 21. Omnia ſolennia ac iuſta ludorum ſumma cum ceremonia ſunt ſeruata. pro Mur. 1. Illa ſolennis comitiorum precatio. 1. de Natur. 14. Sacrificia ſolennia, 3. de Orat. 195. Epulæ ſolẽnes. 3. de Leg. 7. Ludi ſolennes. & lib. 2. 35. Solenne ſacrificium & publicum. pro Quint. 26. Nullum eſt officium tam ſanctum atque ſolenne, quod non, &c. Attic. lib. 7. ep. 6. Tantùm igitur noſtrum illud ſolenne ſetuemus, vt ne quem iſtuc euntem ſine literis dimittamus. *id eſt, conſuetum.* 2. de Leg. 19. Nec illa vitiorum ſacra ſolennia obeunto. pro Mil. 27. Iter ſolenne ante XIII. Calend. Februarij Miloni erat Lanuuium ad flaminem prodendum. & 74. Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicuius.

☞ Syntaxis. *Feſtum & ſolenne. Religio ſolennis. Statæ, ſolennéſque ceremoniæ. Priſca & ſolennia verba. Omnia ſolennia & iuſta ludorum ſeruantur. Officium ſanctum & ſolenne. Quæ ſo ſolenne illud tuum ſeruato, vt ne.*

SOLENTINVS. *à Solente oppido Siciliæ.* 4. I. V. 102.

SOLEO, es: ſolitus ſum. *conſueui, eſt meæ conſuetudinis.* 1. de Orat. 135. Ratio conſuetudinis meæ, qua quondam ſolitus ſum vei. 3. de Orat. 92. Antiparer ille Sidonius ſolitus eſt verſus fundere ex tempore. de Am. 60. Si priùs quid Scipio reprehendere ſolitus ſit, edixero. I. P. 11. Sed etiam hilarioribus oculis quam ſolitus eras intuente. de Aruſp. 48. In Pompeium autorem (vt prædicare eſt ſolitus) conſiliorum inuehi cœpit. 1. de Orat. 7. Irriſit ille quidem, vt ſolebat, philoſophiam. 1. Offic. 139. Et maximè ſi aliquãdo alio domino ſolita eſt frequentari. pro Qu. R. 46. Qui mentiri ſolet, peierare conſueuit. *id eſt, exilium.* Epiſt. lib. 9. ep. 16. Solebam enim antea delectari oleis.

SOLET, bat. 2. de Orat. 56. Quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt. pro Clu. 161. Cùm quædam, vt ſolebat, controuerſia eſſet orta. 1 de Orat. 160. Vt in conditionibus ſcribi ſolet. Epiſt. lib. 9. ep. 16. Quando tu ſecundum Oenomaum Accij, nõ vt olim ſolebat, Atellanum: ſed vt nunc fit, Mimum introduxiſti.

SOLERS, tis. *ingenioſus, perſpicax, ſagax.* 2. de Natur. 121. Solers ſubtiliſque deſcriptio partium corporis. & 128. Prouida ſolérſque natuta. de Clar. 236 M. Piſonis acumen in reprehendendis verbis verſutum & ſolers. 3. de Nat. 74. Quid hoc homine ſolertius? de Senect. 54. Inſitiones, quibus nil inuenit agricola ſolertius.

SOLERTER, tius, ſſimè. *ſagaciter.* 1. de Leg. 26. Ratio naturam imitata, tes ad vitam neceſſarias ſolerter conſecuta eſt. de Nat. lib. 2. 91 Simulata ſolertius res. 6. Ver. 98. Solertiſſimè perſpicere.

SOLERTIA, tiæ. *ſagacitas, perſpicax prudentia, animorum incredibiles motus, celeritaſque ingeniorum.* 1. de Nat. 93. Nulla ars imitari ſolertiam naturæ poteſt. & lib. 2. 123. Quibuſdam beſtiis machinatio quædam atque ſolertia, vt in araneolis. & lib. 1. 53. Mundũ vos negatis effici ſine diuina poſſe ſolertia. 1. de Diuinat. 91. Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum & ſolertia ingeniorum antecellunt. 1. Offi. 157. Sic homines natura congregati adhibent agendi cogitandique ſolertiam. de Opt. 11. Aliquem inſcium faciendi, cum aliqua ſolertia iudicandi, adhiberi ad probandũ quippiam. 2. de Natur. 142. Quis tantam ſolertiam perſequi potuiſſet in ſenſibus? Horten. Cum omnis ſolertia admiranda eſt, tum ea, quæ efficit, vt. *ibid.* Solertiam eam, quæ poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas.

✠ADIVNC. *Diuina, 4. Acad. Peſtifera multis, paucis ſalutaris, tanta, 1. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Soleis, ſubtilisq; deſcriptio. Prouidus ac ſolers. Verſutum ac ſolers acumen in laude. Machinatio & ſolertia animum. Iudicandi ſolertia. Dei ſolertia.*

SOLICITO, as. *afficio, ango, ſolicitum habeo, miſerum habeo.* Attic. li. 1. ep. 15. Multa ſunt quæ me ſolicitant angũntque. 2. de Orat. 295. Hoc me ſolicitare ſummè ſolet. 1. de Fin. 50. Quæ ſemper animũ excruciant, ſempérque ſolicitant. de Senect. 1. Quanquam certò ſcio, non vt Flaminium ſolicitari te Attice. Epiſt. lib. 2. ep. 12. Sed tamen nihil me magis ſolicitat, quàm, &c. & ep. 16. Ea cura me vehementiſſimè ſolicitat. ‖ pro Clu. 47. Solicitare ſpe.

✠ADVERB. *Summè, 2. de Orat. Valdè, 16. Famil. Vehementer, 12 Attic. Vehementiſſimè, 2. Fam.*

SOLICITVDO, dinis. *angor, cura, metus, moleſtia, negocium.* (*ſecuritas.* 1. de Leg. 40. Solicitudo conſcientiæ vexat impios. 4. Tuſcul. 18. Solicitudo eſt ægritudo cum cogitatione. & lib. 1. 96. Nulla cura, nulla ſolicitudo reliqua eſt. Attic. lib. 8. ep. 17. Nunc ſcitote me eſſe in ſumma ſolicitudine. ad Brut. ep. pr. in 7. Sine ſolicitudine eſſem. item, Non minore nunc ſunt ſolicitudine, &c. 2. de Diu. 140. Tibi autem de me cum ſolicitudine cogitanti ſubitò ſum viſus emerſus ex flumine. pro Cl. 169. & Epiſt. lib. 11. ep. 16. Quicquid hoc tempore habet ſolicitudinis & negocij, 2. de Diuinat. 86. Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credunt. 2. contra Rull. 12. Solicitudo, in qua illis temporibus fuiſtis. 3. Offic. 84. Angores, ſolicitudines, diurni & nocturni metus. pro Cluent. 51. Solicitudo animi & timor. Attic. lib. 5. ep. 21. Sed dices me ipſum mihi ſolicitudinem ſtruere. de Clar. 332. Ex te duplex nos afficit ſolicitudo, quòd & tu repub. cares, & illa te. Attic. lib. 6. ep. 5. Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur. 2. de Diu. 150. Somnus eſt perfugium omniũ laborum & ſolicitudinum. Br. ep. 13. Præ ſolicitudine ac ſtomacho multa ſcribere non poſſum. Epiſt. lib. 9. ep. 17. Nec tibi ſolicitudinem ex dubitatione mea, nec ſpem ex affirmatione afferre volui. 1. de Finib. 51. Eáſque ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, à Diis immortalibus ſupplicij cauſa importari putant. ‖ Epiſt. lib. 16. ep. 15.

✠ADIVNC. *Aſſidua, incredibilis, ingens, minor, 16. Fã. Domeſtica, 2. Attic. Duplex, de Clar. Inanes, 2. Tuſcul. Magna, 6. Attic. Maxima, reſidua, 10. Fam. Mera, pro Mil. Sempiterna, pro Deiot. Summa, 8. Attic. Superſtitioſa, 2. de Nat.*

SOLICITVS, a, um. *anxius, ſuſpenſus, perturbatus, laborioſus, exercitus.* (*ſecurus, ſolutus, à cura liberatus.* 1. contra Rull. 23. Ciuitas ſolicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu, perturbata ſeditionibus. pro Dom. 96. Tota ciuitas ſuſpenſa & ſolicita eſt. Attic. lib. 2. ep. 18. Suſpenſo animo & ſolicito ſum. Atti. lib. 4. ep. 7. Epiſtola tua ſolicitum me de Qu. frat. valde leuauit. & lib. 11. ep. 6. Sũ ſolicitus de te, &c. Epiſt. lib. 2. ep. 11. Mirificè ſum ſolicitus, quidnam de prouinciis decernatur. Attic. lib. 2. ep. 24. Amor ſolicitus atque anxius. 2. de Fin. 55. Anxio & ſolicito animo eſſe. Epiſt. lib. 15. ep. 19. Animus ſolicitus. & lib. 2. ep. 16. Quæ non animum meum magis ſolicitum haberent, quàm tuum. & lib. 10. ep. 18. Solicitiorem certè hominem non ſuis contractis neminem puto fuiſſe. & lib. 7. ep. 3. Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum, &c. & lib. 2. ep. 12. Solicitus eram de rebus vrbanis. Att. lib. 9. ep. 4. Antea ſolicitus eram & angebar, quo vti conſilio poſſem. & lib. 8. ep. 6. Quàm ſum ſolicitus, quid futurum ſit. Qu. fr. lib. 2. ep. 15. Magis ſum ſolicitus expectatione ea, quàm metu. de Sen. 66. Quarta reſtat cauſa, quæ maximè angere, & ſolicitam habere ſenectutem debet. de Amic. 52. In vita tyrãnorum omnia ſemper ſuſpecta atque ſolicita.

✠ADVER. *Aequè, pro Clu. Mirificè, 5. Attic. Vehementer, 9. Fam. Vehementius, 6. Fam.*

☞ Syntaxis. *Ille me ſolicitat & angit. Excruciari & ſolicitari. Conſcientiæ ſolicitudo. Nulla cura, nulla ſolicitudo. In ſolicitudine eſſe. Magna eſſe ſolicitudine. Cum ſolicitudine eſſe. Solicitudo & negocium. Angor, ſolicitudo, metus diurnus, nocturnus. Animi ſolicitudo & timor. Laboris & ſolicitudinum perfugium, ſummus. Præ ſolicitudine ac ſtomacho non ſcribo. Solicitus, ſuſpenſus, perturbatus. Suſpenſus & ſolicitus. Leua me de Cæſare ſolicitum. Mirificè ſolicitus ſum, quidnã. Solicitus & anxius amor. Hoc ſolicitum habet animum meum. Nullus me hominum ſolicitior. In vita impij omnia ſolicita ſunt.*

SOLIDITAS, tis. *firmitas, eminẽtia.* de Vn. 13. Cùm ſoliditas mũdo

quæreretur,solida autem omnia vno medio,&c.1.de Fin.17.Soliditas corporis indiuidui. 1.de Nat.49.Non soliditate quadam, sed imaginibus similitudine percepti.s.& 106.Nec vllam habent soliditatem,nec eminentiam.

✠ADIVNC.*Terrena,2.de Orat.*

SOLIDVS,a,um.*habens soliditatem,verus,eminens.* 1. de Diuin. 48. Annibal cùm columnam auream vellet auferre, dubitauit, vtrũ solida esset, an, &c. de Vn. 11. Nihil tangi potest, quod careat solido: solidum autem nihil est, &c. 2. de Nat. 47. Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. 1.de Nat.7. Species deorum,quę nihil concreti habeat,nihil solidi,nihil,&c.2.de N.,8.Terra solida & globosa.1.de Fin.18. Illa indiuidua & solida corpora. Top. 22. Paries directus, solidus, vel fornicatus. 2. de Diu. 137. A corporibus solidis fluere imagines.

¶ *Verus,certus,constans,stabilis.* 3. Tusc. 3. Res solida & expressa, non adumbrata.1.de Finib.61. Non tam solido quàm splendido nomine virtutis. Attic.lib. 6. ep. 1. Pompeius fortè cauet vsuræ, nec ea solida contentus est.3. de Orat.101. Vt orator suauitatem habeat austeram & solidam. 3.Offic. 69. Sed nos veri iuris, germanæ iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. 5.in Ant. 50. Vera, grauis & solida gloria in Vat. 8. Solida laus, & vera dignitas. pro Sest. 93. Solidam veramque laudem quærere. Brup.ep.3. Solida veraque gloria.de Cl. 332.Solidum genus orationis. pro Planc.21.Non enim tribum Tarentinum,sed solidam, &c.1.in Ver.22. At enim solidum id est, vt me Siculi maximè velint:alterum illud, credo,obscurum est,&c. *id est, ratum & firmum.* in Pison. 60. Quibus ex rebus nihil est, quod solidũ tenere possis. 1. de Finib. 72. Solida vtilitas.pro R. P. 46. Ita bona veneant, vt solidum suum cuique soluatur. *id est, integrum.*

✠pro Pl.29.Hæc sunt indicia solida & expressa. ‖1.de Diu.28.Hoc quod in solidum ceciderit.

☞Syntaxis. *Solida corpora,figura, globus,paries, columna. Res solida & expressa,oratio,laus,vtilitas,iudicium.Solidum verúmque.In hac re nihil est quod solidum tenere possis. Vera,grauis ac solida gloria.*)(. *adumbrata.*

SOLIPVGA,pugæ.*teste Plin.lib. 29. cap.4. Est,inquit,& formicarũ genus venenatum,non ferè in Italia: Solipugas Cicero appellat, Salpugas Bœtica.*

SOLISTIMVS,a,um.*augurũ genus.* 2.de Diu.71.Cùm igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimũ

✠nũcient.& ‖li.1.28.Hoc quod in solidum ceciderit hoc quoque quod dixi coactum tripudium solistimum dicitur.& Epist. li.6. ep.6.Nec tripudiis solistimum aut somniistibi auguror.

SOLITARIVS,a,um.*solus:soliuagus, remotus ab oculis populi, vita inculta & deserta ab omnibus.*)(.*comunctus & sociatus cum altero.*de Amic.85.& 2.de Nat.29. Non solitarium neque simplex,sed,&c. 2.Offic.39.Solitarius homo,atque in agro vitam agens.1.de Inu. 8.Solitarium ac tarum iudicatum.de Am. 90.Natura solitariũ nihil amat.

¶ *Exemplum.* 3. de Leg. 10. Is ordo vitio vocato, cæteris specimen esto. & 30. Specimen, præiudicium, prærogatiua. *quæ.* I. P. 95. Quod specimen habuit hæc ciuitas innocentiæ. 3. de Natur. 80. Temperantiæ, prudentiæque specimen, Qu. Scæuola.

¶ *Laudabile factum.* 1. I. V. 27. Tu verò qua in re specimen cæteris aliquod dedisti? aut tui periculum fecisti.

SPECIOSVS, a, um. *illustris, eximius,* de Clar. 267. Dignitate motus fit speciosum & illustre quod dicitur. Att. lib. 16. ep. 7. Reuersionis has speciosas causas habeo.

SPECTABILIS, le. *expectabilis.* de Vn. 11. Et corpus quidem cœli spectabile effectum est.

SPECTACVLVM, li. *res ad spectandum proposita, præsertim cum põpa & apparatu, quales sunt ludi, & alia eiusdem generis.* 2. de Natur. 140. Res cœlestes, quarum spectaculum ad hominem solum pertinet. & 155. Circuitus solis & lunæ spectaculum hominibus præbent. Attic. lib. 2. ep. 19. In theatro ac spectaculis. 1. in Ant. 36. Spectaculum apparatissimum. pro Muræn. 72. At spectacula sunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati. & 73. Dare spectaculum. pro Sest. 124. Magnus ex omnibus spectaculis plausus excitatus est. ‖ & *ibid.* Id autem spectaculi genus erat. pro Clu. 192. Hoc sibi optatissimum spectaculum huius sordiũ &c. amitteret. 10. in Ant. 8. O spectaculũ non modò hominibus sed vndis ipsis & littoribus luctuosum. Atti. lib. 10. ep. 2. Homini non amico nostra incommoda præsertim tanta spectaculo esse nollem. pro C. Cornel. 1. Vt spectaculum illud Consulum calamitate re & tempore salubre ac necessarium, genere & exemplo miserũ ac funestum videremus. con. C. Anton. Cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo sine luctu aspicere, sin e gemitu recordari posset. Oecon. 1. Quod ludicris spectaculis licet sæpe cognoscere.

✠ ADIVNC. *Acerbum, & miserum, & graue prouinciæ, 3. in Ver. Acerba, 2. ad Qu. frat. Acerbissimum, & miserrimum, 3. Tusc. Admirabile, & pulchrum, 2. de Nat. Apparatissimum, 1. Phil. Aptissimum, pro Muræn. Crudele, & immane, 2. Tusc. Egregium, iucundum, præclarum, 2. Attic. Iucundissimum, miserum & acerbum, pulcherrimum, 7. in Ver. Luctuosum, 10. Phil. Magnum & iucundum, Orat. Miserrimum, in Vat. Optatissimum, pro Clu. Tetrum, ep. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Rerum cœlestium spectaculum ad hominem solum pertinet. Dare spectaculum.*

SPECTANS, tis. pro Lig. 3. Ligarius domum spectans, & ad suos redire cupiens. 1. de Orat. 92. Artem rebus vnum exitum spectantibus, & numquam fallentibus contineri. de Fat. 33. Quid enim spectans Deus ipse diceret, Marcellum in mari esse perituru. 1. Tusc. 31. Quid spectans. 2. de Orat. 132. Quærere argumenta spectantia ad id quod in iudicium venit. 1. de Di. 31. Qui ad meridiem spectans in vinea media constitit. pro Dom. 113. Quibus spectantibus domus mea disturbaretur. * Oecon. 1. Spectantes audientésque lætissima voluptate permulcentur.

SPECTAT, bat. *pertinet.* 2. Offi. 72. Beneficia quæ ad singulos spectant, & quæ ad vniuersos pertinent.

SPECTATIO, onis. *inspectatio.* At. li. 13. ep. 42. Animum leuari spectatione. 5. I. V. 180. Pro spectatione & collybo. Ep. li. 7. ep. 1. Apparatus spectatio tollebat omnem hilaritatem.

SPECTATOR, oris. *contemplator.* 2. de Nat. 140. Homo spectator rerum superarum atque cœlestium. Epist. lib. 2. ep. 7. Spectator laudum tuarum. pro Dom. 64. Ille ne auditor quidem gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem. de Ar. 22. Ludi quorum ipsi dij te spectatorem esse voluerunt. 2. Offic. 26. Socij spectatores se ociosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. 1. de Or. 132. Scæuola, quem nunc mearum ineptiarum testem & spectatorem fortuna constituit. Qu. de Pet. 18. Diligens spectator officiorum.

✠ADIVNC. *Diligens officiorum, 3. Officio. Otiosi, 2. Offic.*

SPECTATVS, a, um. *probatus, cognitus.* 2. I. V. 29. Homo in rebus iudicandis spectatus & cognitus. pro Cl. 47. Cleophantus medicus ignobilis, sed spectatus homo. de Amic. 9. Maximus & spectatus vir. 1. I. V. 24. Vir fortis ac spectatus. pro Fla. 62. Lacedæmoniorum spectata & nobilitata virtus. Postquam in Sen. 36. Qu. Metelli spectatæ iam adolescentiæ filius. 1. de Orat. 124. Cæterarum artium homines spectati & probati. 1. I. V. 11. Ad meam fidem quam habent spectatam iam, & diu cognitam, confugiunt. pro S. R. 147. Spectatissima fœmina. 3. I. A. 26. Alicuius spectata multis magnisque rebus integritas.

¶ *Inspectus.* 2. Offic. 70. At verò ille tenuis sese spectatum, non fortunam putat. Epistol. lib. 12. ep. 29. Spectatum esse magno theatro.

SPECTATVS, tus. 2. Offic. 38. Quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.

SPECTIO, onis. 2. I. A. 81. Consules, &c. habent etiam spectionem. *aliter, inspectionem.*

☞ Syntaxis. *Spectatus & cognitus. Maximus & spectatus vir. Spectata & nobilitata virtus. Spectatæ adolescentiæ filius. Spectata iam, & diu cognita fides. Multis magnisq; rebus spectata integritas. Vir spectatu dignus.*

SPECTO, as. *spectator sum, æstimo, cerno.* pro Lig. 13. Res enim eò spectat, vt ea pœna, in qua adhuc Qu. Ligarius est, non videamini esse contenti. pro Deiot. 5. Ad te vnum omnis mea spectat oratio. in Sall. 3. Vitam huius non ex oratione mea, sed suis ex moribus spectare debetis. 1. Tusc. 44. Cùm laxati curis sumus, spectare aliquid volumus & visere. de Som. 18. Altè spectare, & ad cœlum contueri. de Ar. 22. Quod ni tu Megalesia illo die spectere voluisses, haud scio, &c. Quint. fr. lib. 1. ep. 1. 27. In pactionibus faciendis legem spectare censoriam. 5. Tusc. 31. Spectare aliquem ex moribus. pro Mil. 15. Quid in iudicando spectare oporteret. & 24. Qui non honoris gradum spectat vt cæteri, sed, &c. pro Qu. 89. Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in vniuersis. Epist. lib. 1. ep. 9. Non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. 2. de Diuinat. 78. Virtus quæ verat spectare fortunam, dum præstetur fides. Epist. lib. 13. ep. 4. Hæc eò spectant, vt te horter, &c. 2. de Diuinat. 118. Demosthenes φιλιππίζων Pythiam dicebat. *id est, quasi cum Philippo facere.* hoc autem eò spectabat, vt eam à Philippo corruptam diceret. Attic. lib. 8. ep. 25. Illuc quò spectat animus, quà veniam. Att. lib. 8. ep. 2. Quò igitur hæc spectat oratio? ego, &c. 3. de Orat. 89. Quorsum igitur hæc spectat tam longa oratio? Orato. 200. Prima & media verba spectare debent ad vltimũ. Quint. frat. lib. 3. ep. 4. Præsertim cùm ad meum quoque vsum spectent. 3. de Or. 79. Illa semper potiora duxi quæ ad sapientiam spectarent. Attic. lib. 8. ep. 7. Domitius nihil spectat, nisi fugam. 3. de Orat. 145. Satis mihi hoc est ad eam, quam specto, eloquentiam. Epist. lib. 5. ep. 8. Vt primùm attigi forum, spectaui semper vt tibi possem quàm maximè esse coniunctus. de Somn. 14. A quibus spectare gloriam certè nullam potestis. Attic. lib. 2. ep. 3. Hoc à me aiunt Cæsarem sic spectare, vt non dubitet, &c. 2. Off. 45. Iuuenes magna spectare, & ad ea rectis studiis contendere debent. 2. de Orat. 204. Trademus, quæ nos sequi in dicendo, quæque maximè spectare solemus. Attic. lib. 14. ep. 13. & Quint. fr. lib. 3. ep. 2. Res spectat ad interitum. Attic. lib. 15. ep. 4. Totum Antonij consilium ad bellum spectat. de Clar. 291. Ad perorandum spectare videtur sermo tuus. 3. Offic. 90. Si ad perniciem patriæ res spectabit. Epist. lib. 14. ep. 5. Cognoui ad arma rem spectare. in Vat. 24. Quod ipse ad imperatorias laudes à puero videlicet spectares. 2. Offic. 6. Philosophi, &c. qui semper aliquid acquirunt, quod spectet & valeat ad bene beatéque viuendum. Epist. lib. 4. ep. 2. Omnia vtriusque consilia ad concordiam spectarunt. 2. contra Rull. 69. Ad hanc emptionem duo genera agrorum spectant, vnum eorum, &c. pro Sest. 37. Ad suam magis ille gloriam, quàm ad salutem reip. spectabat. 2. contra Rull. 20. Quæret quispiam, quid in tanta iniuria spectauerit? consilium non defuit. 1. Offic. 58. Tota domus quæ spectat in nos solos, neque aliud potest habere perfugium. 2. de Orat. 169. Si barbarorum est in diem viuere, nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. pro Rab. 29. Nihil nisi sempiternum spectat. pro Sest. 51. Vos qui dignitatem, qui remp. qui gloriam spectatis. Attic. lib. 9. ep. 12. Cæsar Græciam spectat potius, quàm Hispaniam. Quint. frat. lib. 1. ep. 2. Noli spectare quanti homo sit: parui enim precij est, qui iam nihil sit. 1. Offi. 25. In quibus maior est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes. & lib. 3. 23. Hoc enim spectant leges, hoc volunt incolumẽ esse ciuium coniunctionem. 13. I. A. 46. Denique summa iudicij mei spectat huc, vt, &c. 2. de Leg 38. Sed ea non tam ad religionem spectat, quàm ad ius sepulchrorum. * Frag. ep. Monumentum ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. Hortens. Cœli signorum admirabilem ordinem, insatiabilémque pulchritudinem magis spectant.

✠ADVERB. *Ad extremum, 3. Offic. Procul voluptates, de Senect. Altè, 6. de Repub. Directè ad fidem, de Part. Foras, 5. de Finib. Plane hoc, 16. Attic.*

SPECTOR, tris. 1. ad Her. 9. Rem, non hominem spectari oportere. 1. I. A. 20. In iudice spectari & fortuna debet, & dignitas. 5. Tusc. 23. Ex maiore parte vnamquamque rem appellari spectariúque dicunt. 1. de Or. 258. Quod ego non tam fastidiosè in nobis, quàm in histrionibus spectari puto. & 51. In philosophia res spectatur, non verba penduntur.

✠ADVERB. *Fastidiosè quid, 1. de Orat. Simpliciter quid, Part.*

SPECTRVM, tri. *idolum, simulachrum, visio.* Epist. li. 15. ep. 16. Qui putãt *Διαθυμιτικὰς φαντασίας* spectris Catianis excitari. & *ibid.* Quæ ille Gargetius etiam antè Democritus *ἄθωλα*, hic spectra nominat. His autem spectris etiamsi oculi possent feriri, quòd vel ijs ipsa occurrunt: animus qui possit, ego non video. * ibid. Spectrum tuum, vt simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat. & ep. 19. Nec tamen hoc vsu venit propter spectra Catiana. Cassij.

SPECVLA, læ. *vigilum locus, vigilia.* Epist. lib. 4. ep. 3. Tanquam ex aliqua specula perspexi tempestatem futuram. 2. I. V. 46. Homines in speculis sunt: ot seruant, quemadmodum se vnusquisque vestrûm gerat in retinenda religione. pro Deiot. 22. Rex semper in speculis fuit, cùm à te animo esset alieno. Attic. lib. 9. ep. 22. Satius existimo vos dispertitos & in speculis esse. 7. I. V. 92. Prædonum aduentum significabat ignis è specula sublatus. pro Mur. 79. Qui ab illo in speculis atque insidijs relicti, in capite atque in ceruicibus nostris restiterunt. 7. I. A. 19. Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus.

¶ *Parua spes.* pro Cl. 72. Qui aliquid ex eius sermone speculæ degustarat. Epist. lib. 2. ep. 16. In communibus miseriis hac tantùm oblectabar specula.

SPECVLANDI, do. 7. I. V. 160. Ait eum speculandi causa in Ciciliam esse missum. 1. de Orat. 136. Quod neque precibus vnquã, nec insidiando, nec speculando assequi potui.

SPECVLATOR, oris. 1. de Nat. 84. Physicus, id est: speculator, venatórque naturæ. pro Pomp. 46. Alij eum speculatorem, quàm legatum, iudicari maluerunt. 1. in Ver. 51. Fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem reformidat. pro Dom. 18. Iste speculator communium miseriarum. de Natur. li. 2. 140. ✠ Oculi tanquã speculatores, altissimum locum obtinent. ‖ 7. in Ver. 162. Repentinus speculator.

✠ADIVNC. *Repentinus, 7. in Verr.*

SPECVLATRIX, cis. 3. de Nat. 46. Furiæ speculatrices & vindices facinorum & sceletis.

☞ Syntaxis. *In speculis & insidijs relictus. Oculi tanquam speculatores.*

SPECVLOR, aris. *in speculis sum.* 1. I. C. 6. Multorum te oculi & aures speculabuntur atque custodient. 5. Tusc. 9. Sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia specularetur & perscrutaretur antè. pro Fl. 57. Cùm curia, &c. speculatur atque obsidet rostra.

✠ADVERB. *Propè spiculis, in Piso.*

☞ Syntaxis. *Speculor & custodio. Speculor & perscrutor. Insidiando & speculando. Speculari & obsidere. Speculator & vindex scelerum.*

SPECVLVM, li. I. P. 71. Versus, in quibus si quis velit, possit istius tanquam in speculo vitam intueri. 2. de Finib. 32. Infantes, pueri & bestiæ, quæ Epicurus putat esse specula naturæ. lib. 5. 61. Pueri, in quibus vt in speculis natura cernitur. de Vn. 42. Speculorum leuitas. pro S. R. 47. Etenim hæc conficta arbitror à poetis esse, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressámque imaginem nostram vitæ quotidianę videremus. * in Clod. Postquam tibi speculum allatum est. Incert. Comedia est imitatio vitæ, speculum consuetudinis, imago veritatis.

SPELVNCA, cæ. *Specus.* 6. I. V. 107. Propterea est spelunca quædam conuersa ad aquilonem, infinita altitudine. de Fat. 6. Ex spelunca saxum in crura eius incidit. 2. de Fin. 95. At Philocteta iam decimum annum in spelunca iacet. pro Fl. 39. Qui producti tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt.

SPECVS, cus. Att. lib. 15. ep. 25. M. Aelium cura libe rabis, me paucos specus in extremo fundo, &c. habituros. *hic ego specus, aquæ ductus significare puto: vt Cæs. Com. de bello Alexandrino.*

✠ADIVNC. *Pauci & subterranei, 15. Att.*

SPERANDVM. pro Marc. 2. Ergo his ad bene sperandum de omni repub. quasi signum aliquod sustuli. Quint. frat. lib. 2. ep. 11. Id erat huiusmodi, vt magis optandum, quàm sperandum putarem.

SPERATVS, a, um. *expectatus, desideratus.* Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 34. De reliqua & sperata gloria laborare.

SPERNO, nis. *refuto, respuo, renuo, despicio, repudio, repello, reicio.* 13. in Ant. 21. Sed multo magis non spreuit, & pro nihilo putauit. pro Cæl. 36. Cur huic, qui te spernit, molesta es?

SPERNOR, ris. de Sen. 7. Sperni ab iis, à quibus coli sis solitus.

SPERO, as. *Spem habeo, spes est, sum in spe, in spe habeo, spe ducor, inducor in spem, expecto, aspiro, confido, spem pono, spe atque animo incubo, ad spem erectus sum, remuisco, spem propositam habeo, mihi spes est proposita.* Epist. lib. 12. ep. 18. Id ego & sperâram, prudentia tua fretus: & vt confiderem, fecerunt tuæ literæ. Attic. lib. 6. ep. 9. Spero quæ tua temperantia est, & herculè, vt me iubet Acastus, confido te iam, vt volumus, valere. & lib. 1. ep. 1. Spero tibi me causam probasse, cupio quidé certè. ad Oct. Quid de hoc speratre aut expectare nos oportebat. Attic. lib. 6. ep. 6. Bene sperare de aliquo. & lib. 5. ep. 14. Spero meos omnes seruire laudi meæ. pro Deiot. 38. Iubeo te bene sperare, & bono animo esse. Attic. lib. 6. ep. 1. Ego, vt spero, propediem te videbo. pro Arch. 3. Res vobis, quemadmodum spero, non molesta. Attic. lib. 16. ep. 3. Vt spero & vt promittis. de Fat. 3. Oratorias executiones non tu quidem, vt spero, reliquisti. pro S. R. 10. Sin à vobis (id quod non spero) deserar. Attic. lib. 1. ep. 10. A quo nihil speres boni, quia non vult, nihil metuas mali, quia non audet. & lib. 7. ep. 2. Itaque omnia expetiar, & vt spero, assequar: quòd si tu valeres, iam mihi quædam explorata essent: sed, vt spero, valebis. & lib. 9. ep. 12. Vt ægroto dum anima est, spes esse dicitur: sic ego quoad in Italia Pompeius fuit, sperare non destiti. Attic. lib. 13. ep. 17. Et si tuæ literæ rectè sperare iubent, tamen expecto recens aliquid. & lib. 14. ep. 16. Spero meliora. Quint. frat. lib. 1. ep. 2. Et quidem vt cum spe summa, maxima, tum maiore etiam animo sperent, superiores fore nos, confidant animo. * con. C. Anton. Consulatum spero aut cogito.

¶ *Timeo, vereor.* 3. de Orat. 48. Quoniam hæc satis spero vobis quidem, certè maioribus natu, molesta & putida videri.

✠ ADVERB. *Benè de aliquo, 9. Attic. Benè de repub. pro Rab. Posth. Benè ex aliquo, 13. Fam. Insipienter, de Sen. Optimè de aliquo, 13. Phil. Optimè omnia, 4. Famil. Plurimùm ab, 1. Offic. Rectè, 13. Attic. Saltem, 12. Fam. Temere, 3. Attic.*

☞ Syntaxis. *Spero, & iam confido. Bene sperare de aliquo. Bene spera, & bono animo sis. Illis adhuc spes est.*

SPES, ei. *boni expectatio, fiducia, expectatio, firmamentum, cupiditas.*) (. *timor.* 4. Tusc. 80. Si spes est expectatio boni, mali expectationem necesse est esse metum. Attic. lib. 11. ep. 15. Neque ab iis ipsis quicquam ad spem ostenditur. 2. I. C. 25. Bona spes cum omnium rerum desperatione confligit. ad Brut. ep. pr. in 7. Spes hominũ egentium & perditorum imminet templis deorum. Attic. lib. 3. ep. 22. Iniicere spem alicui de aliqua re. & lib. 15. ep. 20. Tantum spei habent ad viuendum, quantum acceperunt ab Antonio & lib. 11. ep. 21. Quod quidem nulla habeo in spe. & lib. 8. ep. 3. Sed rursus tam abiectam compositionis spem, non desperatissimam esse puto. & li. 3. ep. 14. Posteaquam extenuari spem, nostram & euanescere vidi. & li. 5. ep. 4. Profectio tua spem meam debilitat. pro Rab. 15. Qui libertatis spem proposiram habent. Att. lib. 11. ep. 11. Ne spes quidem vlla ostenditur, fore melius. 2. ad Her. 25. Spes est melius fore. 2. contra Rull. 78. Vrbani, quibus ista agri spes & iucunditas ostenditur. & 1. cont. Rull. 23. Spem improbis ostendisti, timorem bonis iniecisti. 2. contra. Rul. 65. Suspensus & incertus, obscura spe & cæca expectatione pendeo. & 1. cõtra Rull. 27. Spe ducor, me posse, &c. 1. Tusc. 97. Magna me spes tenet iudices, bene mihi euenire, quòd mittar ad mortem. pro Cluent. 7. Magna spes me tenet, hunc locum, &c. 14. I. A. 15. Qua spe, vt venire velim, tenebuntur? Attic. lib. 6. ep. 1. De Egnatij nomine nec nulla, nec magna spe sumus. & ep. 6. Quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat. & lib. 15. ep. 1. Habere bonam spem de aliquo. & lib. 3. ep. 16. Literæ tuæ spem mihi magnam faciunt. & lib. 7. ep. 14. Pompeius spem affert, se, &c. 7. I. V. 40. Ponere sibi spem in aliqua re. Att. lib. 13. ep. 22. Sed id quidem mihi in optima spe pono. pro Cluent. 22. Cùm ei filij recuperandi spes esset ostentata. 3. de Nat. 14. Miserum est non habere ne spei quidem extremum &. commune solatium. 2. de Inuent. 112. Si tum cùm spes deseruisset, opitulatus sit. Attic. lib. 7. ep. 20. Deficit enim non voluntas, sed spes. Epist. lib. 12. ep. 14. Si Syriæ spes eum frustrata esset. Attic. lib. 11. ep. 4. Brutus est in spe magna. & lib. 1. ep. 10. Teucri lentũ negocium, sed tamen est in spe. & lib. 8. ep. 13. Nunc autoritate & consilio tuo in spe firmiore sumus. 1. de Orat. 25. Collocare magnam spem suæ dignitatis in aliquo. 2. I. V. 9. Collocare spem in aliquo honesto præsidio. & 42. Habere bonam spem de se. 2. de Orat. 142. Abiicere spem faciendi aliquid. 3. in Verr. 20. Præcidere spem alicui faciendi aliquid. Attic. libr. 8. ep. 15. Dum in spe pax fuit. & lib. 2. ep. 22. In eam spem adducor, vt, &c. pro Mil. 95. O spes fallaces. Attic. lib. 1. ep. 17. Spes malorum. pro Sex. Rosc. 110. Pro re certa spem falsam domum retulit. Epist. lib. 2. ep. 5. Siue habes aliquam spem de republica, siue desperas. & lib. 16. ep. 5. Omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo. & lib. 3. ep. 10. In te ipso maximam spem habebam. Epist. lib. 12. ep. 1. Reipublicæ spes omnis in vobis est. 1. de Finib. 67. Erigi spe futurorum. & Epist. lib. 9. ep. 1. Venire in spem. & lib. 5. ep. 13. Teneri aliqua spe. Epist. lib. 5. ep. 12. Rapi ad spem immortalitatis. 5. de Finib. 88. Ponere spem in aliquo. 5. Tusc. 36. Reponere spem in aliquo. Epist. lib. 5. ep. 13. Te enim spes aliqua consolatur. pro Plan. 101. Cùm tibi vana quædam atque inania falsa spe inductus pollicebar. & 104. Quibus ego magno in metu meo subitò inducor in spem, vos, &c. pro Sest. 93. O dij immortales, quem iam ostendistis exitum nobis? quam spem reipublicæ datis? Epist. lib. 5. ep. 4. Dare spem alicui. pro Syll. 39. Qui negare voluit, quò plus spei Gallis daret. pro Sest. 67. Fieri quædam ad meliorem spem inclinatio visa est. & 38. C. Marius spes subsidiúmque patriæ. 2. I. A. 46. Adolescens summa spe & animi & ingenij præditus. Orator. 107. Adolescens non tam re & voluntate, quàm spe & expectatione laudatus. 3. de Nat. 76. Patrimonia spe bene tradendi relinquimus, qua possumus falli. Attic. lib. 8. ep. 2. In vnius hominis quotannis periculosè ægrotantis anima positas omnes nostras spes habemus. de Somn. 18. Nec in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum. Attic. lib. 8. ep. 3. Et quædam spes mihi quidem non magna, sed in his locis firma. 2. I. C. 14. De spe conatúque depelli. pro Planc. 55. Alia te ratio ad spem huius opprimendi excitauit. pro Dom. 25. Pompeius ciuitatem ad spem libertatis & pristinæ dignitatis erexit. Postquam in Senat. 10. Quis enim vllam vllius boni spem haberet in eo, qui, &c. 4. I. C. 8. Eripit mihi spem, quæ sola hominem in miseriis consolari potest. 4. I. C. 23. Si vis improborum spem meam fefellerit atque superauerit. pro Mur. 18. Itaque beneficij collocandi spem perdidistis. pro Flacc. 3. Estis iudicaturi de spe bonorum omnium, si qua reliqua est etiam nunc, quæ fortium ciuium mentes cogitationésque sustentet. & *ibid.* 4. Totus status ciuitatis, & spes omnium in vestra potestate & in hoc vno iudicio posita est & defixa. pro Flacc. 4. Salus nostra, quæ est spes exigua extremáque pendet. Antequã 9. Quomodo spes salutis cæteris residebit, cùm ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis? Epist. lib. 12. ep. 25. Ingredi in spem libertatis. & lib. 1. ep. 7. Eximia spes. de Amic. 23. Amicitia bona spe prælucet in posterum. 1. de Inuent. 71. Habere spem in fide alicuius. Attic. lib. 1. ep. 5. Omnem spem delectationis nostræ in tua humanitate positam habemus. & lib. 6. ep. 2. Magna in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri. & lib. 9. ep. 12. Spes quædam me obtentabat, fore, vt aliquid conueniret. & *ibid.* Aegroto dum anima est, spes esse dicitur. & lib. 11. ep. 1. Omnem spem habeo existimationis priuatarúmque rerum, in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia. Orator. 6. Spem instringi, & langueſcere iniuriam. Attic. lib. 15. ep. 21. Et quidem CCCC. M. certa, reliqua in spe. Brut. ep. 10. Spes omnis est in te. & *ibid.* Spes libertatis nusquam. Quint. frat. lib. 1. ep. 2. Vt cùm spe summa, maxima, tum maiore etiam animo sperent, &c. & *ibid.* Quare magnum fac animum habeas, & spem bonam. pro Sex. Rosc. 146. Facis iniuriam Chrysogone, si maiorem spem emptionis tuæ in huius exitio ponis, quàm in his tebus, quas L. Sylla gessit. & lib. 3. ep. 8. Plura ponuntur in spe, quàm in pecuniis. ad Oct. Cedam vita, quæ quanquam solicita est, tamen si profutura est reipublicæ, bona spe posteritatis me consolatur. pro Mil. 32. Magna Clodio spes erat in Milonis morte proposita. & 79. In spem maximam, & quemadmodum confido, verissimam adducti sumus, hunc annum fore, &c. pro Lig. 30. Tu idem fer opem, qui spem dedisti. Quint. de Pet. 25. In optima spe esse debebis. 3. I. A. 14. Vt fortissimis militibus spes ostendatur præmiorum. 4. I. A. 1. Frequentia vestrum Quirites & alacritatem mihi summam affert reipublicæ defendendæ, & spem recuperandæ libertatis. & 5. Philip. 41. Magnam spem in eius virtute respublica reponit ocij, pacis, concordiæ. & 7. Phil. 1. Senatus ad autoritatis pristinæ spem reuiuiscit. & 11. Phil. 4. Populari agros non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ. 3. Offic. 117. Spes alicuius rei explorata. 10. I. A. 19. Magna spe, & propè explorata, libertatis causam suscepimus. de Amic. 59. Amici iacentem animum excitet, inducátque in spem cogitationémque meliorem. 2. de Leg. 28. Quoniam expectatione rerum bonarum erigitur animus, rectè à Colatino Spes consecrata est. 5. de Finib. 52. Qui à spe gerendi absunt confecti senectute. pro M. Scau. Me in spẽ impulit. * Hortens. Timor statim spe impunitatis exultat. Incer. Non res laudanda, sed spes, est.

✠ ADIVNC. *Abiecta, desperatißima, firma in his locis, 9. Attic. Bona, 11. Phil. Certa, 15. Attic. Charæ, reliquæ, 8. Fam. Certißimæ, ep. ad Brut. Non dubia, inanis, & tenuis, pro Qu. Rosc. Non dubia triumphi, 15. Famil. Minimè dubia, & penè explorata, 2. Fam. Exigua, tenuis, 3. Attic. Exigua, extremáque pro Flac. Eximia, 1. Fam. Explorata, infinita, pro Deiot. Explorata satis, optima,*

6. Fam. Fallax hominum, 2. de Orat. Fallaces, magna, summa, pro Mil. Falsa, in Piso. Falsa, atque fallax, 2. Phi. Firmior, 8. Attic. Fractior, de Amic. Inanis, 7. Phi. Incerta, de Inuent. Incertißima, pro Sest. Magna, immortalis, 5. Phil. Maior, de Arusp. Maxima, melior, veriſſima, 2. de Leg. Minor, 2. Attic. Multa, 7. Attic. Mala, reliqua, 7. Fam. Noua, 3. in Ver. Obſcura, 2. cont. Rull. Pertenuis ſalutis, 14. Fam. Subita pro Mur. Suſpẽſa, 10. Fam. Tanta, 7. in Ver. Vberior, 1. de Orat.

☞ Syntaxis. *Nihil illis ad ſpem oſtenditur. Spes perditorum immiuet nobis. Inijcere ſpem alicui. Hoc in illa habeo ſpe. Spes deſperata. Spẽ extenuari & euaneſcere. In ſpe eſſe. Me ſpes tenet. In bona ſpe ponere. Ad duci in ſpem. Duci ſpe. Dare ſpem alicui. Spes & ſubſidium. Spe & expectatione bonus. Spem perdere. Poſita & defixa ſpes. Sperare ſpe ſumma. Magna ſpe aliquid agere. Propoſita, poſita, coſecrata ſpes. Nec nulla ſpes, nec magna. Spes explorata, optima, eximia, mentem ſuſtinens, erecta, firma, ſuſpenſa, abiecta, exigua, præcluſa, fallax, infracta, extenuata.*

SPHAERA, ræ. σφαῖρα, *globus.* 2. de N. 47. Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ſic σφαῖρα interpretari placet: ex planis circulus aut orbis, qui κύκλος dicitur. 2. de Nat. 56. Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes, ac ætherea coniunctione ſecretam. de Fat. 15. Si in ſphæra maximi orbes ſunt, medij inter ſe diuiduntur. 1. Tuſc. 63. & lib. 5. 64. Nam Archimedes lunæ, ſolis, quinque errantium motus in ſphæram alligauit. 2. de Natur. 88. De ſphæris Poſidonij & Archimedis. & 116. Id medium infimum in ſphæra eſt. 3. de Orat. 160. Sphæram in ſcenam, vt dicitur, attulit Ennius.

✠ *A* DIVNC. *Aetherea, coniunctione ſecreta & libera, 1. de Orat.*

SPICA, cæ. 5. de Fin. 91. Seges ſpicis vberibus & crebris. de Sen. 51. Viriditas herbeſcens, &c. cùm è vaginis emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & cõtra auium minorum morſum munitur vallo ariſtarum.

✠ *A* DIVNC. *Vberes, & crebræ, 5. de Fin.*

SPICVLVM, li. *telum, ſagitta.* I. P. 62. L. Craſſus ſpiculis propè ſcrutatus eſt Alpes, vt, &c. Epiſt. lib. 5. ep. 12. Epaminondas tum denique ſibi auelli iubet ſpiculum.

SPICVM. *ſpica* 2. de Nat. 110.

Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo.

✠ *A* DIVNC. *Illuſtre, Arat.*

SPINAE, næ. 2. de Nat. 111. Animantes aliæ ſpinis hirſutæ, aliæ villis veſtitæ. in Arat.

Illa vſque ad ſpinam mergens ſe cærula condit.

4. de Fin. 6. Spinas vellere. * pro Qu. Gall. Humus ſpinis cooperta piſcium.

¶ *Subtilis ratio, preſſaque.* 4. de Fin. 79. Spinæ diſſerendi. Tuſc. lib. 4. 9. Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt: ſpinas partiendi & definiendi prætermittunt.

✠ *A* DIVNC. *Valida, Arat.*

SPINIFER, ri. in Arat.

Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.

SPINOSVS, a, um. *durus, aſper.* Orat. 114. Poſtea Dialectici ſpinoſiora multa pepererunt. 1. de Orat. 83. Spinoſa & exilis oratio. 3. de Fin. 3. Subtile ac ſpinoſum diſputandi genus. 1. Tuſc. 16. Hæc enim ſpinoſiora prius me vt confitear cogunt, quàm vt aſſentiar.

SPIRABILIS, le. *flabilis, animalis.* 1. Tuſc. 40. Siue illi ſint animales: id eſt, ſpirabiles. & 70. Sed fac igneam, fac ſpirabilem. 2. de Nat. 18. Animum illum ſpirabilem ſumpſimus ab aere eo, quem ſpiritu ducimus. & 91. Hæc animalis ſpirabiliſque natura, cui nomen eſt aer.

SPIRANS, tis. *viuus.* pro Mil. 92. pro Sest. 54. Et ſpirante etiam republica ad eius ſpolia detrahenda aduolauerunt. Qu. fr. lib. 1. ep. 3. Quædam effigies ſpirantis mortui. pro Dom. 134. In viui etiã ✠ ſpirantis caput buſtum imponere. ‖ Poſtquam ad Quir. 14. Dũ animo ſpirabo mea. pro Mil. 92. Ecquando ab eo ſpirante forum potuiſſet defendi.

SPIRATIO, onis. 2. de Nat. 83. Animantes à ſpiratione aetis ſuſtinentur. *Alij aſpiratione legunt.*

SPIRITVS, tus. *vapor ſanguinis purißimus.* 2. de Nat. 19. Omnia vno diuino ac continuato ſpiritu contineri. & lib. 3. 28. Naturam vno diuino ſpiritu contineri. de Ar. 57. Eodem tempore ſuſcipimur in lucem, & hoc cœleſti ſpiritu augemur. 3. Offic. 32. Membra quædam amputantur, ſi & ipſa ſanguine, & tanquam ſpiritu carere cœperũt. 2. de N. 117. Aer cœli tenuitate & calore temperatus, vitalem & ſalutarem ſpiritũ præbet animantibus. & 138. Sãguis per venas in totum corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias.

¶ *Animus, anima.* 2. cont. Rull. 93. Hunc regio ſpiritu cùm viderem, &c. pro Mar. 29. Vita corpore & ſpiritu continetur. in Piſo. 20. Contaminatus ſpiritus.

¶ *Reſpiratio, ſpiratio, anhelitus.* 3. de Orat. 4. Lingua vel auulſa, ſpiritu ipſo libidinem tuam refutabo. 3. de Orat. 182. Vt nihil ſit, ne ſpiritu quidem minimo breuius aut longius. pro Arch. 30. Cum vſque ad extremum ſpacium nullum tranquillum & ocioſum ſpiritum duxerimus. pro Seſt. 79. Aliquis extremo ſpiritu exanguis & confectus. 2. de Nat. 138. Anima quæ ſpiritu in pulmones ducitur caleſcit primùm ab ipſo ſpiritu, deinde, &c. & 18. Aer ille quem ſpiritu ducimus. & 101. Aer ſpiritu ductus, alit animãtes. 10. in Ant. 20. Non in ſpiritu vita eſt, ſed ea nulla eſt omnino ſeruienti. 7. I. V. 117. Excipere extremum ſpiritum alicuius. 1. Tuſc. 96. Ludere extremo ſpiritu. 1. de Orat. 261. Demoſthenes, cùm ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus, vt, &c. 2. de Nat. 134. Tribus rebus animantium vita tenetur: cibo, potione, ſpiritu. & *ibid.* Aſpera arteria excipit animam eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eandémque à pulmonibus reſpirat. & *ibid.* Os adiunctum naribus, ſpiritu augetur. 1. de Inuent. 86. Si ſpiritum ducit, viuit. Antequam. 27. Liberè ſpiritum ducendi nullam habeo poteſtatem. Epiſt. lib. 10. ep. 1. Vt poſſimus ad id tempus reipublicæ ſpiritum ducere. 3. de Or. 179. Animæ intercluſio, & anguſtiæ ſpiritus. & *ibid.* Lõgiſſima eſt complexio verborum, quæ volui vno ſpiritu poteſt. Orator. 228. Oratio, quæ ſpiritu pronunciantis debet inſiſtere.

¶ *Ventus, aura, flamen.* 2. de Nat. 114.

Aram, quam ſtatu permulcet ſpiritus auſtri.

¶ *Vita.* 10. I. A. 20. Eum ſpiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere. de Sen. 27. Quorum vſque ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. 7. I. V. 117. Auferre ſpiritum ſine ſenſu doloris.

¶ *Elatio animi, faſtus, inflatio.* pro Syll. 27. Res geſtæ credo meæ me nimis extulerunt, & mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt.

¶ *Vox, vocis contentio.* 1. de Orat. 261. Demoſthenes ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronunciare conſueſcebat.

¶ *Aer.* 4. I. C. 7. Eos frui vita & communi ſpiritu putat non oportere. pro Pomp. 33. Atque eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis. pro Rabir. 15. Quem non modò foro, ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu cenſoriæ leges carere voluerunt. 1. I. C. 15. Poteſt ne tibi huius vitæ hæc lux Catilina, aut huius ſpiritu cœli eſſe iucundus? cùm, &c. 7. I. V. 23. Supplicium à libero ſpiritu, & communi luce ſeclusum. *id eſt, in carcere.* pro Sext. Roſc. 131. Spiritum quem ducimus à Deo nobis dari. & 4. ad Heren. 46. Anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus ducebatur. 2. de Nat. 136. In pulmonibus ineſt raritas, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. Orator. 107. & pro Sex. Roſc. 72. Quid eſt tam commune, quàm ſpiritus viuis, terra mortuis? 2. de Diu. 98. In puero refert, ex qua affectione cœli primum ſpiritum duxerit.

✠ *A* DIVNC. *Anguſtior, 1. de Orat. Cœleſtis, de Arusp. Communis, 4. Catil. Contaminatus, in Piſo. Diuinus, & continuatus, 1. de Nat. Extremus, 1. de Inuent. Infinitus, minimus, 3. de Orat. Iucundus cœli, 1. Catil. Liber, Anteq. Tranquillus, & otioſus, pro Arch. Tribunitij, pro Cluent. Vilis, 12. Phil. Virilis & ſalutaris, 2. de Nat.*

SPIRO, as. *ſpiritum duco, animam duco, viuo.* 3. de Natur. deorum. 95. Quæ deſeri à me, dum quidem ſpirare potero, nefas iudico. de Clar. 94. Hanc ob cauſam videtur Lælij mens ſpirare, etiam in ſcriptis, Galbæ autem vis occidiſſe. pro Sext. Roſc. 65. Non modò ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt.

SPISSE. *ægrè, difficulter, vix.* de Cla. or. 138. Spiſsè atque vix, vt dudum, &c. ſic nunc Antonium Craſſumque peruenimus.

SPISSVS, a, um. *denſus.* 2. de Or. 213. In vtroque genere & principia tarda, & exitus ſpiſſi ac producti eſſe debent.

¶ *Difficilis.* Att. li. 10. ep. 20. Omnia adhuc tarda & ſpiſſa. 3. de Or. 143. Sed etiamſi id eſt aliquanto ſpiſſius, aut ego ſum tardior, artamen diſcam, &c. Qu. fr. lib. 2. ep. 13. Scribebam illa politica, ſpiſſum ſanè opus & operoſum.

☞ Syntaxis. *Opus ſpiſſum & operoſum.*

SPLENDEO, des. *luceo, fulgeo, mico.* pro Sest. 60. Virtus lucet in tenebris, ſplendétque per ſe ſemper.

SPLENDESCO, ſcis. de Senect. 28. Etenim canorum in voce ſplẽdeſcit, etiam neſcio quo pacto in ſenectute. Parad. 1. Nihil eſt tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur.

SPLENDIDE. *amplè, magnificè, illuminatè.* de Clar. 201. Id melius eſt, quod ſplendidiùs & magnificentius. pro Quin. 93. & de Sen. 64. Magnificè & ſplendidè ornare conſuiuium. 1. de Fin. 6. Quæ ſplendidè dicta ſunt. 4. ad Her. 30. Splendidè recipere aliquem. 1. Offi. 4. Ornatè ſplendidéque dicere.

SPLENDIDVS, a, um. *magnificus, delicatus.* de Somn. 7. Splendidiſſimus candor. 1. de Fin. 61. Non tam ſolido, quàm ſplendido nomine virtutis. de Clar. orator. 261. Cæſar ſplendidam quandam dicendi

dicendi rationem tenet. Orato. 163. Splendidissimis nominibus illuminatus est versus. pro Flac. 48. Splendidissimus atque ornatissimus vir. 2. de Fin. 58. C. Plotius eques Romanus splendidus. 1. Offi. 61. Splendidissimum videri, quod animo magno elatóque factum sit. Parad. 5. Reuiuiscat M. Curius, cuius in villa ac domo nihil splendidum fuit nihil ornatum præter ipsum. de Clar. orat. 201. Magnificentius & splendidius oratorum genus.

✠ ‖ pro Sex. Rosc. 143.

☞ Syntaxis. *Lucere in tenebris, splendereq;. In senis voce canorum splendescit, id est, viget. Argumentum oratione splendescens & exultum. Splendidè & magnificè. Ornatè, splendidèq; dicere. Splendidè amicos accipere. Candor splendidus. Solida splendidaq; virtus. Splendidum ac ornatum.*

SPLENDOR, oris. *nitor, claritas, dignitas, delicię.* pro Pom. 41. Nunc imperij nostri splendor illis gentibus lucet. pro Flac. 28. In imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque reuocanda sunt. 1. de Orat. 200. Qu. Mutij ianua maxima quotidie frequentia ciuium & summorum hominũ splendore celebratur. pro Cecin. 28. Falcula senator populi Romani, splendor ordinis. pro Syll. 1. Dignitatis suæ splendorem obtinere. pro S. R. 140. Equestris splendor. pro Cl. 198. Honesti homines, & summo splendore præditi. 1. Offi. 67. Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo est in posteriore. 4. ad Her. 64. Gemmæ nitor, & splendor auri. pro Cæl. 77. Si te splendor huius, si nitor offendit. de Clar. orat. 124. Curioni splendor non defuit. pro Qu. 59. Huius splendor omnis his moribus obsoleuit. & de Clar. 239. Actio eius habebat & in voce magnũ splendorem, & in motu summam dignitatem. & 250. & Orator. 164. Splendor verborum. Postqu. in Sen. 9. Splendor honoris. * Hortens. Capti splendore virtutis. 1. de Finib. 42. Splendore nominis capti.

✠ *ADIVNC. AEquabilis, constans hominum, pro Clue. Equester, pro Planc. Eximius, pro Sex. Rosc. Forensis, 1. Attic. Magnus, maior, multus, de Clar. Maximus virtutis, 1. Offic. Similis, 1. in Verr. Summus, pro Cæl. Tantus, Postq. ad Quir.*

☞ Syntaxis. *Ad gloriam, splendoremq; omnia reuocare. Amicorum splendore celebrata ianua. Cæ. Romanorum splendor. Dignitatis splendorem obtinere. Splendor & amplitudo. Gemmæ nitor, & auri splendor. Viri splendor ac nitor.*

SPOLETINVS, na. pro Cor. 48. de Cl. 270.

SPOLIATIO, onis. *priuatio, direptio.* pro Mur. 87. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet. pro Sest. 47. In tanta spoliatione omnium rerum. 2. I. A. 27. Spoliatio dignitatis. 6. I. V. 102. & 1. contra Rul. 9. Spoliatio templi nobilissimi.

✠ *ADIVNC. Tanta rerum, pro Sest.*

SPOLIATOR monumentorum Verres. 6. I. V. 80.

SPOLIATRIX, cis. pro Cæl. 52. Venus spoliatrix.

SPOLIATVS, a, um: tius. *nudatus.* I. P. 38. Nunc meam spoliatam fortunam cum tua florente conferam. Attic. lib. 6. ep. 1. Nihil illo rege spoliatius, nihil egentius. de Cl. 6. Cùm forum voce erudita spoliatum atque orbatum videret. 2. de Orator. 144. Ornamento quodam sese spoliatum videre. * cont. C. Ant. Spoliatus ornamentis omnibus.

✠ *ADVERB. Priuatim & expilatus, 7. in Ver. Priuatim & exagitati aratores, 5. in Verr.*

SPOLIO, as. *exuo, nudo, denudo, orbo, priuo, dispolio, spolia detraho, eripio, detraho.* 6. I. V. 37. Apollonium omni argento spoliasti, & depeculatus es. pro Syll. 71. Spoliare fana sociorum. pro Dom. 55. Cùm proscriptionis metu me frequentia nudarent, virorum bonorum præsidio spoliarent. 2. in Verr. 14. Idem monumenta antiquissima spoliauit, nudauitque omnia. 4. Tusc. 22. Conturbatio sanitate animum spoliat. pro Cæl. 42. Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam. 1. de Orat. 235. Spoliare atque denudare aliquam artem suo ornatu.

✠ *ADVERB. Apertissimè, priuatim, publicè sacra, 7. in Ver. Planè vrbem, 6. in Verr.*

SPOLIOR, ris. pro Planc. 22. Est enim grauius spoliari fortunis, quàm non augeri dignitate.

✠ *ADVERB. Publicè, 7. in Verr.*

☞ Syntaxis. *Spoliatio viri, & dignitatis (reiquæ spoliatur, & qua quis priuatur.) Nihil illo spoliatius, nihil egentius. Spoliatus & orbatus. Spoliare aliquem argento, & pecuniari. Spoliare & nudare.*

SPOLIVM, lij. *exuuiæ.* pro Sext. Rosc. 145. Si spoliorum causa vis hominem occidere. & 146. Cruenta spolia cuipiam detrahere. pro Pomp. 55. Cùm hunc locum nobis maiores nostri exuuiis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. Offi. li. 3. 22. Aliorum spoliis suas opes augere. pro Corn. 54. An ne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit? 2. Tusc. 22. Nec quisquam à nostris spolia cepit laudibus. 1. Offi. 61. Salmacida spolia sine sanguine & sudore.

✠ *ADIVNC. Consularia, in Pis. Cruenta, pro Sex. Rosc. Noua, pulcherrima, 7. in Ver.*

☞ Syntaxis. *Cruenta spolia alicui detracta. Exuuiæ nauticæ, & classium spolia de hoste trahere, ex hoste capere.*

SPONDAEVS, æi. Orator. 216. Ne spondæus quidem funditùs est repudiandus, & si quod est è longis duabus, hebetior videtur & tardior. * de suis consil. Admonuisse tibicinam vt spondæum caneret. Quod cùm illa fecisset, tarditate modorum & grauitate cantus, illorum furentem petulantiam resedisse.

✠ *ADIVNC. AEqualis dactylo, hebetior, & tardior, Orat.*

SPONDALIA, *est genus carminis seu cantus, à Spondæo (vt videtur) appellatum.* 2. de Orat. 193. Spondalia illa segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi.

SPONDEO, des. *promitto. sponsionem facio.* 2. contra Rul. 99. Nulli populo Romano pro me maiores mei spoponderunt. ad Br. ep. 18. & epist. lib. 1. ep. 9. Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. Attic. lib. 12. ep. 15. Scire velim. quando dicar spopondisse, & pro patre, an ne pro filio. & epi. 18. Pro Cornificio abhinc amplius annis x x v. spopondi. & lib. 16. ep. 1. Egit autem pater & filius, vt tibi sponderem: sed ita vt tu crederes, cùm ipse cognosces. pro Cecinn. 7. Qui quod spopondit, qua in re verbo se vno obligauit, non facit. Epist. lib. 10. epist. 15. Hoc tibi spondeo mi Cicero. pro Muræn. 90. Promitto & spondeo vobis. pro Flacc. 106. Filius repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spopondi dignitatem. Epist. lib. 15. ep. 21. Quod ego de me tibi spondere possum. & li. 13. ep. 17. Spõdebo enim tibi, vel potius spondeo, in méque recipio eos, &c. Attic. lib. 11. ep. 6. Ea spondent, confirmant, quæ, &c. 7. I. V. 141. Vt aliquando spondere se diceret. Brut. epi. 18. Reip. quod spoponderis, quem admodum soluas, nisi is dependi facilè patitur. & *ibid.* Magis enim illum, pro quo spopondi, quàm me obligaui. 5. I. A. 28. Quibus honores & præmia spopõdisti. 14. I. A. 26. Pœna aut morte, aut victoria se satisfacturum reipublicæ spopondit.

✠ ‖ pro Planc. 47. Quod multis benignè fecerit pro multis sponderit.

✠ *ADVERB. Vehementer, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Pro aliquo alicui spondere. Dependam quod pro illo spopondi. Promitto & spondeo. Spondeo, in meq; recipio. Spondeo id, confirmóque.*

SPONGIAE. *zoophytorum genus, quorum sunt leuia & mollia corpora, in quibus inest raritas, vt quæ saxis marinis adnascuntur: ac si Arist. credimus, sentiunt.* 2. de Nat. 136. In pulmonibus inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo. pro Sest. 77. E foro spongiis effundi sanguinem.

SPONSA, sæ. Atti. lib. 14. ep. 22. Sua cuique sponsa, mihi mea.

SPONSALIA, orum. *sponsio & repromissio nuptiarum, & quæ ad sponsam sponsúmue spectant omnia.* Attic. lib. 6. ep. 6. Certos homines ad mulieres miseram, factis sponsalibus. Qu. frat. lib. 2. ep. 3. Ad VIII. Iduum April. sponsalia Crassipedi dedi, cui conuiuio Quintus tuus defuit.

SPONSIO, onis. *sponsum, omnis stipulatio promissióq;, vt Paulus Iurisc. docet.* 7. I. V. 140. Cogere eum cœpit, sponsionem facere cum lictore, ni furtis quæstum faceret. pro Cec. 45. Vt statim testificati discederent, optimè sponsionem facere possent, ni aduersus edictum prætoris vis facta esset. 6. in Ver. 132. P. Rubrius Q. Apronium sponsione lacessiuit, ni Apronius dictaret, Verrem sibi in decumis esse socium. & 135. Sponsio est, ni te Apronius in decumis socium esse dicat. pro Qu. 84. Sponsio quæ in verba facta est, si ex edicto, &c. *aliter, ni.* pro Quint. 36. Negamus te bona possedisse, &c. ni eo sponsio facta est. *id est, ni possessa non sint.* 6. I. V. 133. Sponsio fit de capite & fortunis tuis. & 135. Facta est sponsio H-S. v mil. pro Q. R. 10. In ea pecunia legitimæ partis sponsio facta est. & *ibid.* Aliquem in angustissimam formulam sponsionis includere. pro Qu. R. 14. Pecunia petita est certa, cùm tertia parte sponsio facta est. pro Cec. 23. Prætor interdixit, vt vnde deiecisset, restitueret: restituisse se dicit, sponsio facta est: hac de sponsione vobis iudicandum est. pro Qui. R. 14. Satis formulæ & sponsioni fecisse videor. pro Cecin. 91. Vincere sponsionem. pro Qu. 84. Sponsione vincere. 2. de Legib. 41. Voti sponsio, qua obligamur Deo. 4. ad Heren. 34. Sed etiam insuper ipse grandi sponsione vinctus est. 3. Offi. 77. Cùm is sponsionem fecisset, ni vir bonus esset.

☞ Syntaxis. *Voti sponsio. Sponsionis formula aliquem includere angustissima. Pecuniæ tertia parte sponsio facta. Vinciri grandi sponsione.*

SPONSOR, oris. *præs.* Epist. lib. 6. epist. 18. De negocio tuo, quod sponsores pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare. & li. 7. ep. 5. Vel sponsor humanitatis tuæ. pro Qu. 73. Cur cæteri sponsores & creditores non

conuenerint.6.I.A.11. Quotidiè sponsores & creditores L. Trebellij conueniunt. de Pro. 43. Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Cæsaris,& sponsor est illi de mea. Attic. lib. 13. ep. 10. Marcellus pro Magio sponsor factus est.& lib.16. ep.5. Sic ei probatum est,quod ad te scribo, vt ipse crediderit, me sponsorem accipere noluerit.& lib.3.epist.6. Tulliola tuum munusculum flagitat,& me sponsorem appellat. & epist. 8. Tulliola tibi diem dat,sponsorem appellat.& lib.13.ep.13. Sponsor promissorum alicuius.& lib.16.ep.14.Sponsores appellare, videtur habere quandam *Aream in vo.& ibid.* Possumus, vt sponsores appellentur,procuratorem introducere.

SPONSVM,si.*sponsio* pro Qu.32.Ex sponso egit.

SPONSVS, si.2. de Inue. 78. Horatia sponsi nomen appellans identidem.

☞ Syntaxis. *Voluntatis alicuius testu ac sponsor, & de voluntate. Sponsorem accipere,appellare.*

SPONTE.*vltrò,sua natura,suapte, vi sua, per se,à sua voluntate, suo iudicio.*1.de Inuent.3.Par.131.Qui sua sponte & voluntate aliquid faciunt. Attic.lib.15.ep.26.Gaudeo id te mihi suadere,quod ego mea sponte pridie feceram.1.de Leg. 45. Vera & falsa sua sponte,non aliena iudicantur.4.I.V.26.Et quis Volcatio,si sua sponte veniſſet,libellam vnam dediſſet.4.I.A.8.Gallia ipsa sua sponte suóque iudicio excitata. 2. de Natur. 31.Ignis per se ipse ac sua sponte mouetur. item.Suapte vi & natura moueri.2.de Ora. 187.Si sua sponte,quò impellimus,inclinant.Ep.lib.1.ep.7.Pompeius mecum sæpissimè non solùm à me prouocatus,sed etiam sua sponte de te communicare solet.Attic. lib. 1.ep. 8.Et si mea sponte antea faciebam. & lib.6.ep.7.Quintus filius suapte sponte piè sanè,me quidem certè multum hortante, sed cutrentem animum patris sui sorori tuæ reconciliauit.de Clar. 140. & 5.de Finib.37.& lib.2.83.Sua sponte,per se,à se.

☞ Syntaxis. *Sua sponte & voluntate facere. Sua sponte, suoq; iudicio. Per se,ac sua sponte.*

SPORTELLAE, arum.*in secundis mensis numerantur:alioqui multa alia significant.*Epist.lib.9.ep.20. Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani.

SPRETVS, a, um. 2. de Natu.9. Veritas auspiciorum spreta est, species tantùm retenta Orat. 13. Eloquentiam forensis spreta à Philosophis,& repudiata.

SPVMA, mæ.3.de Natur.deo.59.Venus spuma procreata, &c. 6. in Verr.148.Cùm spumas ageret in ora,arderent oculi, clamare cœpi,&c.

SPVMANS, tis.4.ad Her. 69. Iste spumans ex ore scelus, & anhelans crudelitatem.

SPVMATVS,,a,um.*spumans.*1.de Diu.13.

Saxaq; cana salis niueo spumata liquore. Poëtæ.

SPVRCE.*obscœnè, turpiter,fœdè flagitiosè.* 2. I.A.100. & 1.ad Her. 8.Qui in illam miseram tam spurcè, tam impiè dixerit. Attic. lib.11.epi.13. & 11.I.A. 1.Deinde perscribit spurcissimè, quas ob causas fecerit.

SPVRCVS,a,um.*lutulentus,impurus,obscœnus,turpis.*2.Tusculan.41. Samnis spurcus homo.pro Do.25.Helluo spurcissimus. de Opt. gen.17.Aesernius non spurcus homo,sed doctus & acer.*ex Lucil.** Frag.ep.Tempestas spurcissima.

SPVTATILICVS,a,um.*fœdus,spurcus,quasi consputus,vel sputo dignus,leuis,contemnendus.* de Clar. 160. Si senna defendens, dixit quædam eius sputatilica esse crimina.& *ibidem.* Sputa quid sit scio,tilica nescio.

SPVTVM, ti. de Clar.160. L. SPVTATILICVS.

SQVALEO,es.*sordeo.mœreo.*)(.*niteo.*pro Sest.32. Erat in luctu senatus,squalebat ciuitas. pro Milo.20. Squalent municipia.afflictantur coloniæ.

SQVALIDVS.*aduerb.*4.de Fin.5.Sed vos squalidiùs, eorum videsquàm niteat oratio.

SQVALIDIOR,oris.*horridior.* Orat.115. Sed quia hæc sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit his explicandis quidam orationis nitor.

SQVALOR,oris.*sordes,mœror.* Ep. lib. 5. ep.1.In luctu & squalore sum.& lib.14.ep.3.Mihi ante oculos versatur squalor vester. At. lib.3. ep. 10. Ne illius luctum squaloremque aspicerem.pro Cl. 18.Mater squalore filij & sordibus lætatur. 7.I.V.127. Aspicite iudices squalorem sordésque sociorum. pro Cl. 192. Spectaculum sordium atque luctus,& tanti squaloris alicuius.

¶ *Situs.* pro Mur.86.Squalore sordidus.

✠ *ADIVNC.Magnus,maximus,miser,pro Sest.Tantus, pro Cluen.*

☞ Syntaxis. *In luctu & squalore esse. Squalor & sordes sociorum. Sordium luctus,& squaloris spectaculum.*

SQVAMA,mæ. *quæ pisces,vel serpentes teguntur.*2.de Nat.121.Animantium pluma alias,alias squama videmus obductas.

SQVAMIFER,a,um. Arat.Squamiferi pisces.

SQVAMOSVS,a,um. Arat.Squamosi corpore pisces.

SQVILLA,læ,*piscis genus.*2.de Nat.123. Pinna cum parua squilla coit societatem comparandi cibi.

✠ *ADIVNC.Parua,2.de Nat.*

SI *interiectio,timoris index,aut silentij.*2.de Orat.257.Staceте, quid hoc clamoris est? *Poeta:qua etiam Terent.in Hormione vsus est.*

STALLIANVM,ni.*villa.*Epist.lib.7.ep.

SIABILIMEN,nis.*firmamentum.*3.de N.68.Regni stabilimen mei. *Poeta.*

STABILIO,lis.*firmo.* pro Sest.143.Qui hanc Rempub. stabilierunt. 4. de Finib. 85. Stabilire Rempub.) (. *euertere Rempub.* pro Sest. 123. Brutus, qui libertatem ciuibus stabilierat.1. de Legib.62. Stabilire leges. 2. de Diuin. 40. Semita nulla pedem stabiliat.

STABILIS,le.*firmus,constans,immutabilis,qui in stabilitate est, immortalis,certus,perennis,perpetuus,proprius,habens aliquid stabilitatis,fundatus,& optime constitutus.*)(.*lubricus,incertus.* de Amic. 23. Nulla domus tam stabilis,nulla ciuitas tam firma est, quæ non odiis atque dissidiis possit euerti.2.I.A.44.Curio te in matrimonio stabili ac certo locauit,pro Sest. 59. En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur.1.de Or.129. Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ stabile est,quàm id in quo aliquid offenderis.Orat.216. Stabilis quidem, & non expers dignitatis gradus. 2. de Natur. 5. Non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis. de Amic. 76. Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt.pro Milon. 93. Vultus semper idem,vox,oratio stabilis,ac non mutata.2.de N. 2.Stabilis & certa sententia.pro Mar.30.Qui sedem stabilem,& domicilium certum non habet.de Vniuer.6.Res stabilis & immutabilis.5.Tusc.40.Stabile & fixum permanens bonum. & li. 4. 52.Robusta & stabilis fortitudo.4.Acade.27. Decretum non modò non falsum,sed etiam stabile,fixum ratumq; esse debet. 1.Offic.6.Nulla officij præcepta firma,stabilia, naturæ coniuncta tradi possunt,nisi aut ab iis,qui,&c.de Ami.55.Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio.

☞ Syntaxis.*Stabile,certumq;. Sedes stabilis,ac certum domicilium. Stabile ac immutabile. Stabile ac fixum. Robusta,stabilisq; fortitudo. Stabile,fixum,ratum.*

STABILITAS,tis.*firmitas.*pro Mar.25.Resp.quassata,multa amisit præsidia stabilitatis suæ.2.de N.120.Stirpes stabilitatem dant iis quæ sustinent.5.Tusc. 40. Qui enim poterit aut corporis firmitate,aut fortunæ stabilitate confidere? 1. Officio. 47. Beneuolentiam non adolescentulorum more,ardore quodam amoris,sed stabilitate potius & constantia iudicemus.1.de Fini. 66. Quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiæ vacillare.2.de Finib. 9. Nam restincta sitis stabilitatem voluptatis habet. 5. Tusculan. 85. Hæ sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habeant.

STABILITVS,a,um.pro Mar.30.Sed nisi hæc vrbs stabilita tuis consiliis & institutis erit,vagabitur modò nomen tuum, &c.4. I.C.19.Maximis laboribus fundatum imperium,plurima virtute stabilita libertas.

✠ *ADVERB.Firmiter,6.de Rep.Probè,1.Tusc.*

☞ Syntaxis.*Corporis firmitas.fortunæ stabilitas. Stabilitas & constantia.Stabilita virtute libertas.*

STABVLVM, li. pro Sest. 12. Cum Catilina Italiæ causas,& pastorum stabula præclara cepisset.2.I.A.69.Huius in sedibus pro cubiculis stabula,pro tricliniis popinæ sunt.

✠ *ADIVNC.Præclara,pro Sest.*

STADIVM,ij.*propriè mensura est cetum viginti quinque passuum,hoc est,pedum sexcentum viginti quinque.*Ep.lib.16.ep.2.Is locus est citra Leucadem stadia c x x.5.de Fini. 1.Inde vario sermone sex illa à Dypilo stadia confecimus.4.Acad. 100. Si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta.

¶ *Curriculum,spacium.*3.Offi. 42. Qui stadium currit,eniti & contendere debet quàm maximè possit,vt vincat.de Sen.33.Olympiæ per stadium ingressus esse dicitur Milo, cùm humeris bouem sustineret viuum.2.Tusc.56.Cursores in stadio exclamant, quàm maximè possunt.

¶ *Studium.*4.ad Here.4.Sic vt in stadium artis Rhetoricæ prodire non audeant.

STAGIRITES Aristoteles,*à Stagira patria.*1.Acad.17.

STAGNA.1.de Diuin.15.

Absurdoq; sono fontes & stagna cietis.

3.contra Rull.7.Lacus,stagna,&c.

STANDVM.pro Cluen.96. Qui his rebus iudicatis standum putat?pro Flacc.65.Si statuimus vestro nobis iudicio standum esse de nobis.

STANS, tis.*manens, quod in stabilitate est.* pro Flacc.69. Stantibus Hierosolymis.Sal.in Cicer. 7. Aliud stans, aliud sedens de Repub.sentis.2.de Fin.31.Summum bonum puer vtra voluptate diiudicabit?stante,an mouente?de Clar. 268. Qui ausi aliquando sunt stantes loqui. de Clar. 288. Ad stantem iudicem dicere. 4. de Finib. 45. Zenonem non stantem cum iis qui ne dicerent quidem, sua summa bona esse à natura profecta. Orator. 233.

Iisdem verbis stante sententia. * de Glor. Quo stante & incolumi.

STATARIVS. *qui stat, firmuq; & stabilis permanet, quiq; in agendo vel dicendo, gestu motúue vtitur moderato.* de Clar. 116. Volo enim vt in scena, sic etiam in foro non modò laudari, qui celeri motu & difficili vtantur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit simplex in agendo veritas, non molesta. de Cla. 239. C. Piso statarius, & sermonis plenus orator.

STATERA, ræ. *libra, trutina.* 2. de Orat. 159. Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. * pro M. Scau. Qui obsignauerat stateras.

STATASSO. *stare facio.* 2. de Leg. 28. Vincendi atque potiundi. statassandique cognomina, statoris & inuicti Iouis.

STATILLENSES, sium. *populi.* Ep. lib. 11. ep. 11. Ex castris, finibus Statillensium. Bruti.

STATIM. *continuò, illico, mox, quàm mox, protinus, iam iamq;, quamprimùm, confestim, actutum, euestigio, repente, sine vlla mora, nulla interposita mora, sine recusatione, abiecta omni cunctatione, primo quoq; tempore.* Attic. lib. 9. ep. 18. Sed tibi omnem illius sermonem statim mittam. Orat. 200. Antè enim circumscribitur mente sententia, confestimque verba concurrunt: quæ mens eadem statim dimittit, vt, &c. de Ar. 2. Haud potest grauioribus à me verbis vulnerari, quàm est statim in facto ipso ab illo confectus & trucidatus. Ora. 35. Itaque hoc sum aggressus statim, Catone absoluto. Att. lib. 2. ep. 7. Literas scripsi statim, vt tuas legeram. 2. de Or. 313. Malè se res habet quæ statim, vt dici cœpta est, non melior fieri videtur. Ep. lib. 1. ep. 9. De Vatinio autem reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim vt ille prætor factus est. & lib. 2. ep. 13. Méque ab eo diligi statim cœptum esse, vt simultatem deposuimus. Attic. lib. 12. ep. 19. Philippus vt me salutauit, statim Romam profectus est. ‖ Et lib. 2. ep. 10. & ep. 12.

☞ Syntaxis. *Statim vt dici cœptum est. Vt me salutauit, statim abiit.*

STATIO, onis. *mansio, & locus in quo naues ac milites ad tempus tuto stare possunt.* Ep. lib. 12. ep. 15. Vrbs, portus, statio quæ extra vrbem est. de Sen. 73. Vetátque Pythagoras iniussu imperatoris, id est Dei, de præsidio & statione vitæ decedere.

¶ *Mansio.* Attic. lib. 6. epi. 9. Athenis statio mea nunc placet, L. PRAESIDIVM & PORTVS.

STATIVA, orum. *statio,* 2. cont. Rul. 40. Vrbes statiua, portus.

STATIVVS, a, ũ. *firmus.* 7. I. V. 29. Iste nouus imperator pulcherrimo Syracusarum loco, statiua sibi castra faciebat. 12. I. A. 24. Hæc mea custodia est, hoc præsidium statiuum.

STATOR, oris. *nuncius, tabellarius, apparitor.* Ep. lib. 2. ep. 17. Literas à te mihi stator tuus reddidit Tarsi ad x x i. Cal. Sext. & lib. 10. ep. 21. Præstò mihi fuit stator eius cum literis. & lib. 2. ep. 19. Vt ad te statores meos & lictores cum literis mitterent.

STATOR. *Iupiter est, à sisto: qui stitit, id est, stare fecit Romanos in fugam à Sabinis versos, vt est apud T. Liuium lib.* 1. Anteq. 24. Iupiter stator, quem verè huius imperij statorem maiores nostri nominauerunt, cuius templum à Romulo victis Sabinis in palatij radice cum victoria est collocatum. 1. I. C. 11. Iupiter stator antiquissimus, custos huius vrbis. & 33. Iupiter, quem statorem huius vrbis atque imperij verè nominamus. 3. de Fin. 66. Cùm Iouem salutarem, hospitalem, statorem dicimus, hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela. 2. I. C. 12. Senatum in ædem Iouis statoris vocaui.

STATVA, tuæ. *signum, imago, forma, species, simulacrum.* Attic. lib. 6. ep. 1. Statua Scipionis, quæ ad Opis per te posita in excelso est Q. fr. lib. 3. ep. 1. Ad Telluris quidem etiam tuam statuam locaui. 1. de Finib. 39. Satua est in Ceramico Chrysippi. I. P. 93. Illi statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant. 5. I. A. 41. Eique statuam equestrem inauratam in rostris statui placet. Br. ep. 15. Lepido statuam in rostris statuimus. pro Sest. 83. Statuere statuam alicui in foro. pro Do. 81. Qui tibi statuam in meis ædibus posuit. Collocare statuam. (. *euertere statuam.* 9. I. A. 16. Vtique Coss. eam basim statuamque faciendam, & in rostris statuendam locent. & *ibidem.* Statua ænea pedestris. pro Ar. 30. Statuæ & imagines nõ animorum simulachra sunt, sed corporum. 4. ad Heren. 10. Chares à Lysippo statuas facere non isto modo didicit, vt Lysippus caput ostenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti, sed, &c. & 4. I. V. 144. Qui statuis faciundis præesset. 3. Offic. 80. Omnibus vicis statuæ factæ sunt, ad eas thus & cerei. 9. I. A. 4. Cn. Octauij statuam videmus ✠ in foro. ‖ 4. in Verr. 142. 143. 144. sæpius.

✠ *ADIVNC. Aenea, equestris, pedestris, gratior, 9. Philip. Alienæ, 3. Attic. Antiquæ, pro Cæl. Equestris & inaurata, 2. Philip. Inaurata, palmaris, 6. Philip. Persimilis, inaurata, in Pison. Publicæ, 2. Ver. Senilis & inaurata, 4. Verr. Testis mortis, 4. Philip. Turmales, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Posita in excelso statua. Locare, stare, statuere, ponere, collocare, euertere.*

STATVENDVS, a, um: di, dum. 3. de Orat. 107. Quid de captiuo statuendum ac sentiendum sit? Q. fr. li. 1. ep. 1. 16. In rebus statuẽdis & decernendis, &c. 2. de Or. 10. Mentes eorum, qui cum aliqua statuendi potestate audiant, mouere posse.

STATVO, is. *constituo, delibero, decerno. sancio.* 3. I. V. 2. Iste certè statuerat & deliberauerat non adesse. Att. lib. 7. ep. 25. Diem ex die expectabam, vt statuerem quid esset faciendum. & lib. 15. ep. 1. Ad summam arbitrium me statuebat non modò huius rei, sed totius consulatus sui. & li. 16. ep. 17. Consulibus permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent. pro Pomp. 26. Statuere modum diuturnitati imperij. pro Mil. 24. P. Clodius statuit vexare rempublicam. 3. ad Heren. 4. Statuere ius æquabile in omnibus. pro Cec. 34. Vel tenuissimarum rerum iura statuere. Epi. lib. 5. ep. 8. Quantum mihi tribuendum putes, statues ipse, &, vt spero, statues ex nostra dignitate. 4. Academ. 9. Statuere quid sit sapiens. maximè videtur esse sapientis. Orat. 34. Statuere contra aliquem. Attic. lib. 16. ep. 18. Res, quas Cæsar statuisset, decreuisset, egisset. pro Syll. 50. Te enim existimo tibi statuisse, quid faciendum putares, & satis idoneum officij iudicem posuisse. Attic. lib. 16. ep. 10. Statueram enim rectà Appia Romam. pro Do. 106. Ius igitur statuetis esse, vniuscuiusque vestrûm deos penates subiectos esse potestati tribunitiæ? & Attic. lib. 9. ep. 20. Ex illius sermone statuam, quid mihi agendum sit. 3. de Orat. 79. Non possum statuere, vtrum, &c. an, &c. de Pro. 10. Statuit ius non dicere, & in eo perseuerauit. pro Cluent. 184. Mulier de amicorum sententia statuerat, satis esse quæsitum. pro Mur. 27. Tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, rem an litem dici oporteret.

¶ *Censeo, puto, iudico.* Epi. lib. 5. ep. 13. Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam. & ep. 16. Statui nostræ necessitudinis esse, &c. de Clar. 143. Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. Attic. lib. 1. ep. 4. Qui in te satis consilij statuebam esse. 1. de Orat. 5. Quòd ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam. pro Pomp. 1. Cùm statueram nihil huc nisi elaboratum industria afferri oportere. 5. I. V. 133. Nisi hoc ita statuisses, in re tam manifesta quicquid dixisses, te deterius esse facturum. & 7. Verr. 100. Causam sibi dicendam esse statuerat. Or. 8. Sed ego sic statuo, nihil esse, &c. 2. de Orato. 122. Atque ego sic statuo & iudico, neminem, &c. pro Sest. 144. Quem ego deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei. pro Mur. 32. Cùm ille esset, vt ego mihi statuo, talis, qualem te esse video. 3. de L. 5. Plato è Titanum genere statuit eos, qui, &c. Orat. 63. Tamen in ea licentiam statuo maiorem esse, &c. pro Qu. 92. Si causa cum causa contenderet, nos nostram perfacilè cuiuis probaturos statuebamus.

¶ *Pono, colloco.* L. STATVA. 5. I. V. 62. Statuitur Lollius in illo conuiuio. Brut. ep. 15. Statuere documentum, ne quis, &c. 2. de Inu. 69. Thebani in finibus æneum trophæum statuerunt. 4. I. V. 48. Syracusani statuam postea statuerunt. 3. I. C. 20. Statuere & collocare aliquam statuam. 2. de Leg. 66. Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columnellam, &c.

✠ *ADVERB. Certè, 1. in Ver. Exploratius, 4. Atti. Facilius, 3. Att. Honestius modum, pro Syll. Omninò, 3. de Ora. Prorsus, 2. Att. Rectè aliquid, pro Cæc. Rectè quid in, Tyrannicè, 5. in Verr. Sapienter, ep. ad Bru. & 5. Ver. Seuerèquid, 4. in Catil.*

* STATVO, tis. pro M. Tull. Hoc iudicium sic expectatur, vt non vnæ rei statui, sed omnibus constitui putetur. pro C. Corn. 1. Quatuor omnino genera sunt, in quibus per Senatum more
✠ maiorum statuatur aliquid de legibus. ‖ pro Sest. 66. Quæ regio terrarum erat in qua non regnum aliquod statueret? pro Syll. 63. Qui id promulgarit, &c. vt statueretur.

☞ Syntaxis. *Statuere, ac deliberare. Cognosce, statue, iudica. Statuere ex dignitate sua, id est, pro & ad. Ex tuo sermone statuam. De tua sententia statuam, id est, vti tu sentias. Vt ego mihi statuo. Statuere & collocare statuam.*

STATVR. Att. lib. 6. ep. 1. Extra quam si ita negocium gestum est, vt eo stari non oporteat. pro Flac. 49. Prætor actionem se datum negauit, re iudicata stari ostendit placere.

STATVRA, ræ. *in humano corpore dicitur, quæ figura in Geometria appellatur, idcirco & ipsa statura, figura dicitur: eaq; vel parua, vel magna, vel breuis, vel procera.* 2. I. A. 41. Velim dicas, L. Tarsecius qua facie fuerit, qua statura. 4. ad Herenn. 46. Parua statura. 5. de Fin. 35. & 1. de In. 41. Corporis figura, forma, & statura. 1. Tusc. 52. Non enim præcipit vt membra nostra, aut staturam figuramue noscamus. 4. ad Her. 61. Forma, & species, & statura apposita ad dignitatem.

✠ *ADIVNC. Altæ ad naturam, 2. de Nat.*

STATVS, a, um. *statutus, certus.* de Ar. 18. Statas solennésq; cerimonias põtificatu contineri. 1. Off. 37. Aut status dies sit cum hoste.

STATVS,tus.*conditio,fortunæ conditio,ordo,locus,casus.* Attic. lib.4. ep.2.Tibi declaraui,aduentus noſter qualis fuiſſet,& quis eſſet ſtatus,atque omnes res noſtræ quemadmodum eſſent. & lib. 11.ep.13.Quo in ſtatu ſim,vides. Epiſt. lib. 1.ep.8.Ex eodem de toto ſtatu rerum omnium cognoſces.pro Cluent.196.De totius municipij ſtatu, dignitate commodisque omnibus ſententia fertur. pro Syll. 63. Status Reipublicæ maximè iudicatis rebus continetur. & 33. Statum orbis terræ liberaui. pro Muræn. 24. Omnia quæ ſunt in imperio & in ſtatu ciuitatis, ab iis defendi putantur.pro Flac 3.Totum ſtatum ciuitatis in hoc vno iudicio poſitum eſſe & defixum.de Aruſp.61.Hunc ſtatum,qui nũc eſt, qualiſcunque eſt,nulla alia re,niſi cõcordia retinere poſſumus. 3.de Orat.176.Hic ſtatus eſt huius totius mundi atque naturæ, rotundum vt cœlum,terráque media ſit.Quint.frat.lib.1. ep.1. 33.Si in medio ſtatu ſermonis ac prædicationis res eſſent tuæ, nihil abs te eximium poſtularetur.1.de Natur.29. Nihil ſemper ſuo ſtatu manet.Orator.10.Cætera labi,fluere,nec diutius eſſe vno & eodem ſtatu.1. Offic. 67. Res acerbas ita ferre,vt nihil à naturæ ſtatu diſcedas.Parad.1. Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimouet.pro Cluent.106.Declinare de ſtatu ſuo.de Prou. 41.Quamuis excipere fortunam malui,quàm de meo ſtatu declinare.Attic.lib.8.ep.23.Secutæ ſunt epiſtolæ duæ, quæ me cõuellerunt de priſtino ſtatu. Epi.lib.6.ep. 1. Tamen illa quæ requiris,ſuum ſtatum tenent.& li.4.ep.1.Retinere priſtinum ſtatum.4.I.V.10.Me de vitæ meæ ſtatu lacrymis ſuis deduxerunt. Orator. 129. Nos aduerſarios de ſtatu omni deiecimus. 4. ad Herenn. 24. Fortuna collocauit eum in ampliſſimo ſtatu. pro Corn.18.Conditio omnium noſtrũm,locus quo quiſque eſt natus, fortuna in qua quiſque naſcendi initio conſtituitur. Hunc vitæ ſtatum vſque ad ſenectutem obtinere.de Ar.61. Deteriore ſtatu vt ſimus,vnus eſt inferior gradus.2.de Diuin. 92. Iis qui eodem ſtatu cœli & ſtellarum nati ſunt, eadem accidere. Brut. ep.15. Tua nobis auctoritate opus eſt ad collocandum aliquem ciuitatis ſtatum. pro Dom. 46.Mihi nihil oberat præter conuerſionem ſtatus & inclinationem communium temporum.2. I.V.12.Reſtitui in antiquum ſtatum. 1. contra Rull. 2. Regum ſtatus decemuiris donabantur.2.de Finib. 28. Iſte non doſendi ſtatus.de Vniuer.40.Atque is quidem conſtanter in ſuo manebat ſtatu. Attic.lib.1.ep. 17. Nam neque de ſtatu noſtræ dignitatis nobis eſt recedendum.At.li. 6.ep.3.Per fortunas confer te ad eam curam,vt de omni ſtatu meo cogites.& lib.9.ep.8.Horum artificiis effectum eſt,vt Reſpub.in hunc ſtatum peruenire.& lib.10.ep.4.Quem vitæ ſtatum amiſerim,cogito.Q. fr.li. 3.ep.5. Liber de optimo ſtatu ciuitatis. pro Cecin. 42. Vis, quæ formidine animum perterritum loco ſæpe,& certo de ſtatu dimouet.2.Off.3.Atque vtinam Reſp.ſteriſſet, quo ſteterat ſtatu. 7.I.A.4.Optimus ciuitatis ſtatus. Parad.2.Vt in eo ſtatu eſſem, quem neque fortunæ temeritas,neque inimicorum labefactaret iniuria.* de proſcrp.lib. Legib. Syllæ continetur ſtatus ciuitatis.de Legib.Mors aut meliorem, quàm qui eſt in vita, aut certè non deteriorem,eſt allatura ſtatum.Incer.Cum ex incertis & perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna reuocatur. 2. de Finib. 45. Omnem complectatur *mens* vitæ conſequentis ſtatum.

¶ *Standi actus.* Orator. 59.Status erectus & celſus, rarus inceſſus, nec ita longus. Attic. lib. 6. ep. 1. Quam ſtatuam eſſe eiuſdem,ſtatus,amictus,annulus imago ipſa declarat.3.Tuſc.53.Eo erant vultu,oratione,omni reliquo motu & ſtatu, vt eos Argiuos diceres.

¶ *Rhetoricus ſtatus.* vide Part.33.101.102.& 2.de Orat.109.110.111. & deinceps. item Orat.45.item Top.93.Refutatio accuſationis, qua eſt depulſio criminis, Græcè στάσις, Latinè ſtatus vocetur.& Part.102. Status,& quaſi conflictio cum aduerſario. pro Milon.15.Quid porrò quærendum eſt: factùmne ſit? at conſtat: a quo? at patet: vidit etiam in confeſſione facti, iuris tamen defenſionem ſuſcipi poſſe.pro Milo.58.Quid opus eſt tortore? quid quæris? occideritne? occidit: iure, an iniuria? nihil ad tortorem: facti enim in eculeo quæſtio eſt iuris in iudicio. pro Cecin.32.& 33.Ad diuiſionem ſtatuum ponere rem: id eſt, aperire ſtatum L. CONSTITVTIO.

¶ *Gradus.*1.de Leg.23.Agnationibus familiarium ſtatus diſtinguuntur.

✠ *ADIVNC. Amplus,3. Attic. Antiquus,2. Verr. Antiquiſſimus dignitatis, Antequ.Bonus Reipub.1. de Legib. Certus, perturbatus, tranquillus ciuitatis, 9.Famil. Communis Reipub optimus ciuitatis,3.ad Qu.frat. Coniecturalis, Top. Deformis ſui generis, 5.de Finib. Deterior, de Aruſp. Diligens ciuitatis, 7. Philip. Erectus & celſus, vetus & idem, Orato. Incertus fortunæ, Part. Incolumis fortunarum, pro Cluent. Mediocris, medius, 1. ad Quint.frat. Melior,2. cont.Rull. Moderatus, & concors ciuitatis, 3.de Orator. Optimus vitæ, quietus & placatus,5. Tuſculan. Oratorius,1.de Orator. Priſtinus,8.Attic.Reliquus,3. Tuſculan. Tolerabilis,3. Tuſculan. Tolerabilis ciuitatis, 13. Philipp. Totus ciuitatis, pro Flacc.*

☞ Syntaxis. *Quis ſtatus ſit, & quomodo res meæ ſe habeant. Statum alicuius liberare. Statum retinere. Suo ſtatu manere. Status medius. Ex ſua ſede ſtatuq; mens dimouetur. De ſtatu ſuo declinare, conuelli. Res tuæ ſuum tenent ſtatum, retinent, deducuntur de ſtatu, deijciuntur. Cæli, ſtellarumq; ſtatus. Ciuitatis collocare ſtatum. Status conuerſio, & inclinatio temporum. Regum ſtatus donantur. Quo ſtatu ſtas, vtinam ſtes. Status erectus accelſus* (hominis.)

STATVTVS,a,um.*ſtatus.* pro Mil.46. Dictatoris Lanuuij ſtatuta ſacrificia noſſe,negocij nihil erat.1.Tuſc.113.Solenne & ſtatutum ſacrificium. de Ar.32. Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarunt.Epi. lib. 12. ep. 25. Neque enim ſtatutum quid in tanta perturbatione habere potuiſti.& lib.4.ep.3.Item ſtatutum habeo, quid mihi agendum ſit: *id eſt, conſtitutum, & deliberatum.* Anteq. 21. Statutum eſt atque decretum,omnia perpeti.

STELLA,læ.*ſidus,aſtrum,formæ ignea, flamma, luces.fulgor, lumen.* de Somn.9.Orbis extimus, in quo infixi ſunt illi, quæ voluuntur,ſtellarum curſus ſempiterni. & 6. Hiſque animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ vos ſidera ſtellâſque vocatis, quæ globoſæ & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos ſuos orbéſque conficiunt celeritate mirabili. & *ibid.* Stellarum globi terræ magnitudinem facilè vincunt.2.de Natu. 118. Sunt autem ſtellæ natura flammeæ.de Nat.104.Stellæ inerrantes.& 118. Vapores,quibus altæ renouatæque ſtellæ & omnis æther, refundunt eoſdem.5.de Fin. 71. Vt ſtellæ in radio ſolis,ſic bona corporis in virtutum ſplendore ne cernuntur quidem,&c.1.Of. 154.Dinumerate ſtellas.1.Tuſcul.62.Qui errantium ſtellarum curſus,progreſſiones,inſtitionéſque notauit.de Somn. 8. Lunæ ſtella.1.de Nat.34.Stellæ vagæ.1.de Diuin.17.Stellarum motus, curſuſque vagantes.& lib.2.60.Stellæ traiectio.2.de Natur.49. Stellæ immutabilibus ſpaciis ab ortu ad occaſum commeant. 1.de Nat.34.Heraclides errantibus ſtellis diuinitatem tribuit.de Vn.32.Ex quo genere ſunt ſidera,quæ infixa cœlo non mouentur loco,quæ ſunt animantia,eáque diuina:ob eámque cauſam ſuis ſedibus inhærent,& perpetua manent.

✠ *ADIVNC.Aureæ, errantes, illuſtris, & perlucida, obſcura & caliginoſa, ſalutaris, contraria,1.de Diuin. Claræ & obſcuræ,denſæ,exiguæ, micans,parua,pauca, præclara, Arat. Clariſſimæ, crinitæ, flammeæ natura, inerrantes,pares, planæ natura, prænunciæ calamitatum,ſuperiores,1.de Nat.Diſpares,3.de Or. Globoſæ & rotundæ, infima, terræque proxima, minima, vltima cælo, finitima terris,de Som. Scip.Innumerabiles,3.de Nat.Sancta,de Vniuer.Vagæ,1.de Nat.*

STELLA N's,tis.*ſtellatus.*1.de Diu.18.Luna ſtellanti nocte peremptа eſt.& *ibi dem.*

Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo. Poëtæ.

STELLATIS,te.2.contra Rull.84.Ager Stellatis. *ibidem.* Campus Stellatis.

STELLATVS,a,um.5.Tuſc.8.Stellatus Cepheus.

STELLIFER,a,um.*ſtelliger.*de Somn.12.Summus ille cœli ſtelliferi curſus,qui,&c.

STELLIGER orbis.in Ar.

☞ Syntaxis. *Infixi in orbe extimo ſtellarum curſus.* (*hic aduertas, non curſus infigi,ſed ſidus: qualitas enim & affectus, eſt ipſe curſus. infigi autem, eſt motus loci.*) *Sidera ſtellæque. Stellarum globi. Stella inerrãs, errans. Lunæ ſtella. Vagæ ſtellæ. Stellæ curſus, motusq; vagantes.*

STEPHANE,nes.*Parmenidis philoſophi deus, corona ſimilitudine.* 1. de Nat.28.

STERCORO,as.*oblino, ſtercus per agrum ſpargo & ſterno.* de Sene. 54. Homerus Laërtem colentem agrum & ſtercorantem facit.

STERCVS,oris.1.de D.57. Se interfectum in plauſtrum à caupone coniectum eſſe,& ſupra ſtercus iniectum.3.de Ora.161.Nolo ſtercus curiæ dici Glauciam.

Σ TEPEMNIA.*firma,ſolida,dura.* L. FIRMITAS.

Σ TEPHTIKA.*vide* CONTRARIVS.

STERILIS,le.*nihil ferens.* Qu.fr.lib.2.ep.11. Videt enim hoc genere dicendi ſi vtar,in cæteris Februarium ſterilem futurum.

STERILITAS,tis.(*.fertilitas.*1.de Diu.131. Quæ ſit vel ſterilitas agrorum,vel fertilitas futura.2.cont.Rull.69.Ager propter ſteriſitatem incultus,propter peſtilentiam vaſtatus atque deſertus.de Ar.31.Sterilitas agrorum,inopia frugum.1.de Di.35.Mula peperit,fœtus extitit in ſterilitate naturæ.*

STERNENDVS, a,um. At.li.14.ep.16. Dolabella columnam sustulit, locum illum sternendum locauit.

STERNO, mis. *consterno.* L. STRATVS. pro Clu.14. Lectum illum genialem, quem filiæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni iubet. in Ar.

Ille graui mortens constrauit corpore terram.

pro Mur.75. Tubero rogatus est à Maximo, vt triclinium sterneret: atque ille strauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.

STERNOR, tis. 5. I. V. 105. Imperauit, vt in foro sibi medio lecti ✠ sternerentur. 4. ad Heren. 64. Vt domi lectuli sternantur. ‖. 2. de Leg. 60. Sternuntur lecti plures. 5. in Ver. 105. Vt in foro sibi medio lecti sternerentur.

☞ Syntaxis. *Sternere terram graui corpore.*

STERNVTAMENTVM, ti. 2. de Diu. 84. Quæ si suscipiamus, & pedis offensio nobis & sternutamenta erunt obseruanda.

STERTENS, tis. 2. de Diu. 129. Et cùm stertentes viderint, obiicere his quædam visa tortuosa, &c.

STERTO, tis. *arctè & grauiter dormio.* 4. Acad. 93. Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modò quiescas. Attic. lib. 4. ep. 3. Marcellus candidatus ita stertebat, vt ego vicinus audirem.

✠ STIGMATICVS. *notus compunctus.* 2. Offic. 25. O miserum qui fideliorem & Barbarum, & stigmaticum putaret quam coniugem. *Alij stigmatiam legunt.*

ΣΤΙΑΒΟΝ. L. MERCVRIVS.

STILLA, læ. *gutta.* 3. de Finib. 45. Vt interit magnitudine maris Aegæi stilla muriæ.

STILLANS, tis. 2. I. A. 30. Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris causa nominatur.

STILLICIDIVM, dij. 1. de Or. 173. Parietum, luminum, & stillicidiorum iura. & Orat. 72. & Top. 27.

STIMVLATOR, oris. pro Dom. 11. Seditionis stimulator & concitator tu fuisti. & 140. Qui aram in littore deserto, somniis stimulatus, aut religione aliqua, consecrasset.

STIMVLO, as. *Stimulum adhibeo vel admoueo, pungo, excito, incito, curam affero.* pro S. R. 16. Hûc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctésque stimulat ac pungit. Parad. 2. Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum. pro Dom. 12. Fames stimulauit homines. Ep. lib. 3. ep. 12. Nam vt vetus nostra simultas antea stimulabat me, &c. sic curam mihi affert, &c. Attic. lib. 9. ep. 18. Me congressus Cæsaris stimulat, & primas eius actiones horreo.

STIMVLOR, ris. pro Plan. 69. Nec vides istorum ipsorum charitate, ad huius salutem defendendam maximè stimulari me, atque excitari.

STIMVLVS, li. *aculeus, incitamentum.* pro Arc. 29. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat. 2. Tusc. 66. Stimulus doloris, fortunæ fulmen. pro Cæl. 12. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam industriæ quidam stimuli & laboris. Ep. li. 1. ep. 9. Defendendi Vatinij fuit etiam ille stimulus, de quo, &c. pro Sest. 12. Admouere stimulos alicui. 3. Tusc. 35. Stimulos admonent, ignes adhibent. 2. in Anton. 86. Num expectas, dum te stimulis fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio.

☞ Syntaxis. *Stimulis concitare. Stimulum admouere, igneſq; adhibere. Stimulis fodere.*

STINGVENS. *extinguens.* in Arat.

Quem neque tempestas perimet, nec longa vetustas
Interimet stinguens præclara insignia cæli. Priscianus.

✠ STINGVOR, eris. *extinguor.* Prognost.

Vt cum Luna means, Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radij cæca caligine tecti.

STIPATIO, onis. *comitatus.* pro Syll. 66.

STIPATOR, oris. *apparitor, satelles.* pro Dom. 13. Sergius armiger Catilinæ, stipator tui corporis. 5. in Ver. 65. Apronius stipatores Venereos secum habebat. 2. cont. Rull. 32. Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, ministros & satellites potestatis.

✠ ADIVNC. *Ministri, & satellites potestatis, 2. cont. Rull. Venerei, 5. Verr.*

STIPATVS. *vallatus, septus.* pro Sest. 95. Qui stipatus semper sicariis, septus armatis, munitus iudicibus fuit. de Sen. 28. Senectus stipata studiis iuuentutis. 5. I. A. 17. Aliquem multis telis stipatum esse. pro Muræn. 49. Catilina stipatus choro iuuentutis, vallatus iudicibus atque sicariis. 6. I. V. 86. Illum spoliatum stipatúmque lictoribus videres. Atti. lib. 1. ep. 15. Cùm ad forum stipati gregibus amicorum descendimus. pro Milon. 1. Non visitata frequentia stipati sumus.

¶ *Densus.* in Pisonem 67. Græci stipati, quin in lectulis sæpe plures.

✠ ADVERB. *Fœdissimè, 2. Phil.*

STIPENDIARIVS, ria, rium. *vectigalis.* 1. I. V. 7. Socij stipendiarij que populi Rom. & 5. in Verr. 12. Vectigal, quod stipendiarium dicitur. de Pro. 10. Vectigales multos ac stipendiarios liberauit. pro Cornel. 24. & 3. de Leg. 41. Iis præmiis exclusos esse socios, quæ pateant stipendiariis.

STIPENDIVM, dij. Epi. lib. 11. ep. 26. Dare stipendium militibus. & lib. 1. ep. 7. Stipendium Cæsari decretum est. Attic. lib. 5. ep. 14. Stipendium militibus vsque ad Idus Quintil. persolutum. pro Cæl. 11. Mereri stipendia. 2. de Orator. 258. Cùm Asellus omnes prouincias stipendia merentem se peragrasse diceret. pro Mur. 12. Merere stipendia in bello. pro Cornel. 61. Senatus victorem exercitum stipendio affecit. pro Pom. 26. Partem militum, qui iam stipendiis confectis erant, dimisit. Brut. ep. 17. Decernere triumphum ac stipendium alicui, & cum omnibus decretis ornare. de Prouin. 28. Relatum est ad nos de stipendio exercitus. pro Cornel. 41. Hispani agris stipendióque mulctati. I. P. 88. Quid stipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus numeratum? de Senec. 49. Animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse, &c. * Oecon. 1. Labores pacis ac belli: id est, rusticationis & militarium stipendiorum, distribuit ✠ viro natura. ‖ pro Pomp. 28.

✠ ADIVNC. *Emerita, de Senec.*

☞ Syntaxis. *Stipendium dare, decernere, persoluere, merere in bello. Stipendio afficere. Stipendio esse confecto. Stipendio mulctatus.*

STIPES, itis. *truncus.* Postquam in Sen. 13. Cum hoc homine, aut cum stipite Æthiope si in foro constitisses, nihil crederes interesse. de Aruſp. 5. Stipes ille, qui quorum hominum esset, nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. in P. 19. Qui quanquam truncus aut stipes, si stetisset, modò posset sustinere titulum consulatus. in Arat.

Hæc medium ostendit radiato stipite malum.

☞ Syntaxis. *Hic non homo. sed Stipes. Truncus, aut stipes.*

STIPO, as. *constipo, circumuallo.* 3. in Anton. 30. Antonius senatum stipauit armis.

☞ Syntaxis. *Stipatus armis senatus.*

STIPS, pis. *pecunia, quæ vel in ærarium reponitur, vel dijs offertur, vel mendicis erogatur.* 2. de Legib. 22. Præter Ideæ matris famulos, eósque iustis diebus, ne quis stipem cogitet. & *ibidem.* Stipem sustulimus, nisi eam quam ad paucos dies propriam Idææ matris excepimus, implet enim superstitione animos, & exhaurit domos.

STIPVLATIO, onis. *est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturumue se id quod interrogatur, respondet. sic eam Pomp. turisc. conf. definiuit.* pro Qu. R. 35. Stipulatione aliquem allegare. 2. de Orat. 00. Pacta, conuenta, stipulationes. pro Ceci. 51. & 2. ad Herenn. 14. Aut stipulationes, aut pacti & conuenti formula. At. li. 16. ep. 11. Et si nondum stipulationes legeram, tamen rem pridie Iduum velim conficias. 2. de Leg. 53. Vt ea pecunia ex stipulatione debeatur.

✠ ADIVNC. *Recens, pro Sex. Rosc.*

STIPVLATIVNCVLA, læ. 1. de Orat. 174. L. MIHI.

STIPVLATOR, oris. pro Qu. 58. Cum à stipulatore tuo comparabuntur. *id est testes.*

STIPVLATVS, a, um. *vi patiendi.* pro Quint. Rosc. 14. Hæc pecunia necesse est aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit. & ibi iterum.

STIPVLO, & STIPVLOR, aris. *est, postulare sibi aliquid promitti, solemni formula stipulandi.* pro Q. R. 13. Reliquum est, vt stipulatum se esse dicat. & *ibid.* Stipulatus es? vbi? quo præsente? quis spopondisse me dicit? 2. de Leg. 53. Is cui legatum est, stipulatus est id ipsum quod legatum est.

STIRPITVS. *radicitus.* 4. Tusculan. quæst. 83. Stirpitùs extrahere aliquid.

STIRPS, pis. *planta.* 5. de Finib. 10. Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras: Theophrastus autem stirpium naturas, omnémque fere rerum, quæ è terra gignerentur, causas atque rationes. & 40. Non enim iam stirpis bonum quæreret, sed animalis. *id est, vitis.* & 33. Cùm arborum & stirpium eadem penè natura sit, quæ animalium. 2. I. A. 55. In seminibus causa est arborum & stirpium. 2. de N. deor. 83. Stirpes terræ inhærent, animantes à respiratione aëris sustinentur. & 127. Baccæ, quæ ex quaque stirpe funduntur. & 130. Multæ & pecudes & stirpes sunt, quæ, &c. & 99. Terram stirpium asperitate vastari. & 83. Stirpes aëre naturæ viuunt & vigent. & 120. Stirpes stabilitatem dant iis quæ sustinent, & ex terra succum trahunt. de Leg. 1. Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna, quàm Poëtæ versu seminari potest. 2. de N. 161. Quarundam stirpium & herbarum vtilitates longo vsu percepimus. in Arat.

—Quorum stirps tellus amplexa prehendit.

¶ *Truncus, caudex.* 2. de Natu. 81. Arbores tantum modo per stirpes aluntur suas. item: Quod ita esset ortum è terra, vt stirpibus suis niteretur. 2. de Nat. 26. Quæ ipsa ex se generata stirpibus continentur. Orat. 147. Omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpésque non item: sed esse illa sine his non potest.

¶ *Origo,caput,initium.*pro Cæl.79.Hic nunc primùm floreſcens firmata iam ſtirpe virtutis.2. de Diu. 149. Superſtitionis ſtirpes omnes eiiciendæ ſunt. 1. in Catil. 30. Stirps ac ſemen malorum omnium.4.de Fini.5. Differo eam partem,quæ eſt quaſi ſtirps huius quæſtionis. & 17. Qua ex ſtirpe oriretur omnia. 1. de Leg.20.Repetam ſtirpem iuris à natura.

¶ *Genus,familia.*de Amic.72.Qui aliquamdiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerunt. 2. de Legib. 3. Hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus.pro Rab.P.2.Qua in familia laus aliqua fortè fuerit,hanc ferè qui ſunt eius ſtirpis, cupidiſſimè perſequuntur. 2. contra Rull. 94. Non ingenerantur hominibus mores,tam à ſtirpe generis ac ſeminis,quàm,&c.de Clar.212.Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum.1.de Diu. 2. O generoſam ſtirpem.*ibid.*20.Ciuili generoſa ſtirpe profectus. 2.de Natu.87.Regiam contaminati ſtirpem.1. de Orat. 176. Marcelli ab liberti filio ſtirpe Claudij, eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediſſe dicebant.item *ibidem.* In ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum.3.Tuſc.83.Stirps,origo,progreſſio,radix.de Clar. 130. Naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauit vitio depraua-tæ voluntatis.

✠ ADIVNC.*Alta,multæ,& amaræ,3.Tuſc.Antiquiſſima,diuturna,1.de Legib.Ciuilis,2.de Di. Generoſa, de Clar.Propria alicuius,2.de Leg.Regia,3.de Nat.*

☞ Syntaxis. *Stirps ac ſemen malorum. Arbores ac ſtirpes. Stirpium naturæ.Stirpes terræ inhærent. Aliquando igitur ſignificat Stirps plãtam, aliquando genera plantarum, præter arborem. Arbores per ſtirpes aluntur.Stirps iuris. Stirps ac genus.Generis ac ſeminis ſtirps.Genus Cæſ.ex ſapientiæ ſtirpe generatum.Generoſa profectus ſtirpe.Stirpis & gentilitatis ius.*

STIVA,uæ.*manica,ſiue cauda aratri, quæ arantis manu gubernatur.* pro M.Scauro:Ab ipſa ſtiua mecum homines loquebantur.

STO,as. *conſiſto,ſum.* 4. ad Herenn. 8. Contra hoc nulla ſtaret eorum ratio.de Clar.128.Cum is contra populi ſtudium ſtetiſſet. de Clar. 272. Nemo contra perditos ciues à ſenatu & à bonorum cauſa ſtetit conſtantius. 1. de Inuent. 4. Stare à mendacio contra verum.&*ibidem.*81.A ſe potius quàm ab aduerſariis ſtare.4.ad Herenn. 4. Probare rationem aliquam,quòd ab ea ſteterint viri probatiſſimi.7.in Anton.21.Equites Rom. qui frequentiſſimi in gradibus Concordiæ ſtetterunt.& 9.Phi.4. Quorum ſtatuæ in roſtris ſteterunt vſque ad noſtram memoriam. 2.de Inuent. 142. Si quid de æquitate ea,quæ cum aduerſario ſtaret,derogaſſet.in Sall.6.At quanto meliore loco Reſpub.ſtaret,ſi.& 14. Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit. L. A,& A B. in Piſo. 13. Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo.Ep.lib.1.ep.4.Cùm in ſenatu pulcherrimè ſtaremus.2.in Anto.8.Qui hoc ipſo tempore ſtant cum gladiis in conſpectu ſenatus. 1. in Catil. 15. Is in comitio ſtetit cum telo.1.de Diu.75.Lyſandri ſtatuæ,quæ Delphis ſtabat,in capite corona ſubitò extitit. 2. de Legi. 28. Ara vetus ſtat in palatio Febris. de Som. 14. Vides eorũ partim obliquos, partim auerſos,partim aduerſos ſtare nobis.4.Acad.123.Antipodes aduerſis veſtigiis ſtant contra noſtra veſtigia.pro Syl.31.Eos qui circum iudiciũ ſtabãt,audire nolebat.pro Fl.14.Qui domi ſtare non poterant.pro Cluent.78. Homines,qui tum conſultò propè in occulto ſtetiſſent.de Orat. lib.3.Stare occultè poſt aliquem.& 2.de Orat.353.Iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui aliquem euocent.2.contra Rull.13. Tamen ſi qui acutiores in concione ſteterant,ſuſpicabantur,&c.4.Aca. 137.Cùm ambo ad ſenatum in Capitolio ſtarent.6. in Verr. 143. In curia ſtatua tua ſtabat,& nuda in ea filij. & 4. in Verr. 154. Huius fornix in foro eſt,in quo filius nudus ſtat.3. in Verr. 61. Hæc duo ſigna, quæ ad impluuium tuum ſtant, & multos annos ad valuas Iunonis Samiæ ſteterunt. 4. ad Herenn. 4.Stare intra carcerem. pro Q.53.Teſtificantur iſti P.Quintium non ſtetiſſe,& ſe ſtetiſſe.2.Tuſc.54.Qui ſtat.*id eſt,qui in prælio non fugit.*Br.ep. 10. Qui ſi ſteterit,idem.*id eſt,ſi non mutabitur.*

¶ *Permaneo,perduro.*4.in Ver. 138. Is videbat iſtius cenſum ſtare nullo modo poſſe.1.de Leg.2.Multo diutius commemoratione manent quàm natura ſtare potuerunt. pro Rab.28. C. Marius dedit fidem,ſed in fide non ſtetit.4.de Finibus 45.& 2.de Inuen. 142.Cum aduerſario ſtare.Attic.lib.2.ep.4.Si in eo quod oſtenderat, non ſtat, mihi placet, ea quæ malè empta ſunt, reddi. Attic.lib.9.ep.6. Literæ tuæ mihi quiddam quo ſtarem, inſtillarunt. * de proſcript. lib. Vt his *legibus* ſolutis ſtare ipſa *Reſpub.*non poſſit.

¶ *Rectus maneo.*Attic.lib.15.ep.19.Stetiſſe enim te fruſtra ſcribis. 1.de D.104.Cùm virgo ſtaret,Cæcilia ſederet.

¶ *Conſentio,ſum conſentus.* 3. Offic. 110. Non enim Regulus ſuo iudicio ſtetit, ſed ſuſcepit cauſam, vt eſſet iudicium ſenatus. pro Cluent. 132. Nec L. Gellij iudicio ſtetit Lentulus, neque Lentuli exiſtimatione contentus fuit Gellius: & vterque cenſor cenſoris opinione ſtandum non putauit. Attic. lib. 8. ep. 4. Alterius potius ſtare iudicio.quàm ſuo.Attic.lib.12.ep. 22. Meo iudicio multo ſtare malo, quàm omnium reliquorum. 1. de Finib.47.Stare oportet in eo quod ſit iudicatum.3.Offi. 95. Stare conuentis. Att.lib.7. ep. 15. Omnes cupiebant Cæſarem ſtare conditionibus iis quas tuliſſet.5.Tuſcu.81. Stare ſuis iudiciis, & ſtare iudicio ſapientum.

¶ *Vigeo.* Attic.lib.5.ep.18. Stamus animis: & conſiliis, vt videmur, bonis vtimur: ſperamus etiam manu. 2.in Anton. 24. Reſpubl.ſtaret,tu concidiſſes.Ep.lib.8.ep.8. Per quos ſteterim. Att.lib.7.ep.13.Animaduertis quàm ſine conſilio res ſtet. 2. Off. 29.Itaque parietes vrbis modò ſtant & manent, iiſque ipſi iam extrema ſcelera metuentes.2.Offic.3. Vtinam reſpublica ſtetiſſet,quo cœperat ſtatu.

¶ *Datur.*Epi.lib.9.ep.2.Modò nobis ſtet illud,vnà viuere in ſtudiis.Attic.lib.3.ep.13.Neque adhuc ſtabat,quò potiſſimùm,&c.

✠ ADVERB.*Conſtantiùs à cauſa bonorum, Orat.Conſultò in occulto,pro Cluen. Diutius,1.Attic.Diutius imperium,pro Syll. Occultè,3. de Orat. Pauliſper in fumo,planè,in Piſ.Pulcherrimè,1.Famil.*

☞ Syntaxis. *Contra hoc nulla ſtat ratio.Stare à cauſa bonorum cum aduerſario.Bono ſtare loco.Extrema ſtare fortuna.In ſenatu hodie pulchrè ſtamus.Stãt hoſtes cum gladijs.Stant in templis aræ.Ad ſenatum ſtare.Hac re ſtante. Miles qui ſemper ſtat. Sto tuo iudicio. In eo ſtare quod ſit iudicatum.Modò illud ſtet nobis,vt ſimul viuamus.*

STOICE.*ſeuerè,Stoicorum more.*pro Mur.74. Agit mecum auſterè & Stoicè Cato.2.de D.8.Tu quidem,inquam, Stoicè Stoicorum ſententiam defendiſti.Par. 1. Stoicè, nullis oratoriis ornamentis adhibitis dicere.

STOICVS.Bru.ep.13.Brutus Stoicus.pro Muræn. 61. Fuit quidam ſummo ingenio vir Zeno,cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur.&*ibid.*Doctrina non moderata, nec mitis, ſed paulo aſperior & durior, quàm aut veritas aut natura patiatur. &*ibid.multa de Stoicis,& eorum doctrina.*4.Academ. 131. Zeno, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit.3.de Orat.59.Ab Antiſthene,qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamauit,Cynici primùm,deinde Stoici. de Clar. 118. Omnes ferè Stoici prudentiſſimi in diſſerendo.&*ibidem.* Stoicorum in dialecticis omnis cura conſumitur.1.de Orato. 43. Stoici diſputationum ſuarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent.4. Academ.112.Stoicorum dumeta. 5. Tuſculan.76. Vt iam à laqueis Stoicorum recedamus.& lib.3.13.Stoicorum more agamus,qui breuiter aſtringere ſolent argumẽta.& 22.Hæc dicuntur à Stoicis,concluduntúrque contortiùs. 1.de Natur.39. Chryſippus interpres vaferrimus ſomniorum Stoicorum. & 15. Q.Luciſlius Balbus,qui magnos progreſſus habebat in Stoicis. Epi.li.9.ep.22. Habes ſcholam Stoicam.Stoici acerbi.L.ACERBVS.1.de Finib.6.Stoici,Chryſippus,Diogenes,Antipater,Mneſarchus,Panætius,Poſidonius.de Finib.lib.3. 72. Stoici dialecticam & Phyſicam virtutum nomine appellant,& quare.9.Fami. ep.16.Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum, id vtrùm Romano more locutus ſit, bene nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt, omnes eſſe diuites, qui cœlo & terra frui poſſunt, poſtea videro. 1. de Natur. 123. Stoici cenſent ſapientes ſapientibus etiam ignotis eſſe amicos.9. Famil. ep.22.Nihil dictu turpe vel obſcœnum credebant.de Diuin.lib. 1.6.Omnia ferè diuinationis genera defenderunt.Tuſc.q.lib.4. 72.Sapientem amaturum eſſe dicunt: & amorem ipſum,conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis ſpecie definiunt. 1. de Nat.d.55.Fatalem neceſſitatem εἱμαρμένην dicunt. de Fat. 33. Omnia fieri fato dicunt.Tuſcul.q.lib.5.47.Præcipua vel producta dicunt,quæ Peripatetici bona.4.Academ.q.107.Dicunt ſenſus ipſos aſſenſus eſſe: quos quoniam appetitio conſequatur, actionem ſequi:tolli autem omnia,ſi viſa tollantur.3. de Orato. 62. Soli eloquentiam,virtutem,ac ſapientiam eſſe dixerunt,habere mentem,quæ & ſe & ipſum fabricata ſit,& omnia moderetur,moueat,regat.*ibidem.*15. Peripatetici & Academici verbis magis,quàm ſententiis diſſenſerunt.1.de Natur.d. 16. Honeſta à commodis,non nomine,ſed genere toto diſiungunt. Top. 6. In altera tantùm diſſerendi parte elaborarunt.4. Academ. quæ. 119.Exiſtimarunt fore aliquando,vt omnis hic mundus ardore deflagret.1.Offic.23.Studioſè exquirunt,vnde verba ſint ducta. Tuſc.quæſt.lib.1.77.Vſuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus:diu manſuros aiunt animos,ſemper negant.Tuſc.q. lib. 5.47.Bonis corporis & fortunæ vitam beatam compleri negant. 4.Acad.q.107.Negant fieri poſſe, vt quiſquam nulli rei aſſentiatur.de Di.lib.2.129. Negant quenquam,niſi ſapientem,diuitem eſſe poſſe. de Finib. lib. 2. 68. Negant quicquam eſſe bonum, niſi quod honeſtum ſit.4. Acade. quæſt. 121. Negant ſine Deo poſſe quicquam.de Fin.lib.5.86. Negant quicquam poſſe percipi,niſi tale verum,quale falſum eſſe non poſſit.ad Br.ep.15. Negabãt fugere,ſapiẽtis.3.de Or.60.Omnino iraſci neſciũt:atque hanc ab iis habeo gratiã,quòd ſoli ex omnibus eloquentiã, virtutem

virtutem ac sapientiam esse dixerunt.3.de Finibus 4.Ex omnibus philosophis plurima nominauerunt.pro Muræn.61.Fuit enim quidam summo ingenio vir Zeno: cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur.1.de Diuin.6.Stoici,principes disciplinæ diuinādi.Brut.118.In disserēdo prudentissimi,in dicendo inopes.3. Famil.ep.7.Rectissimè putant vrbanitatem esse virtutem.3.de Fin.41. Quod æstimatione omnino aliqua dignum sit, complecti beatam vitam putant.4.Acad.119.Putarunt Solem,Lunā, stellas omnes,terram,mare, deos esse: quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat.5. de Finibus 22.Cùm à Peripateticis & Academicis omnia trāstulissent,nominibus aliis easdem res secuti sunt.2.de Orat.159.De inuentione nihil tradiderunt.1.de Nat.deor.16.Cum Peripateticis re cōsentire videntur,verbis discrepare,inquit Antiochus. Tusc. lib. 2.42.Contortulis quibusdam, ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus effici volunt, non esse malum dolorem.1.de Nat. 18. Stoicorum anus fatidica *πρόνοια*.3.de Finibus 3.Stoicorum differendi genus subtile,vel spinosum potiùs.Tusc. lib.5.13.Tanquam leuia quædam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata,quàm potata delectant.4. Acad. 136. Pleraque Stoicorum mirabilia, quæ *παράδοξα* nominantur,sunt Socratica.3.de Nat.d.95.Stoicorum de natura deorum oratio quàm sit leuis. 4. Acad.107. Stoicorum princeps Panætius.2.de Diuin.100. Stoicorum sententia de diuinatione nimis superstitiosa.pro Mur.61.Stoicorum sententiæ & præcepta sunt eiusmodi: Sapientem gratia nunquam moueri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere. Neminem misericordem esse, nisi stultum & leuem. Viri non esse neque exorari, neque placari. Solos sapientes esse:si distortissimi sint,formosos: si mendicissimi,diuites:si seruitutem seruiant,reges:nos autem, qui sapiētes non sumus,fugitiuos,exules,hostes,insanos denique esse dicunt. Omnia peccata esse paria:omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cùm opus non fuerit, quàm eum, qui patrem suffocauerit.Sapientem nihil opinari,nullius reipœnitere,nulla in re falli,sententiam immutare nunquam.1.de Diuinat.118.Stoicis non placet,singulis iecorum fissis,aut auium cantibus interesse Deum. 1.Offic.22.Stoicis placet,quæ in terris gignuntur, ad vsum hominum omnia creati: homines autem hominum causa esse generatos, vt ipsi inter se aliis alij prodesse possint.3. de Or. 63. Alia enim & bona & mala videntur Stoicis, & cæteris ciuibus, vel potius gentibus:alia vis honoris,ignominiæ,præmij,supplicij.3.de Finibus 10. Ad Stoicos se inclinare.3.de Nat.d. 44. Stoicos nihil de diis explicare:*id est,incertam relinquere de dijs quæstionem.* Tusc.q.lib.1.78.Nunquid igitur est causæ,quin amicos nostros Stoicos,dimittamus? eos dico, qui aiunt animos manere, è corpore quum excesserint,sed non semper.15.Fam.ep.19.Stoicos rusticos regeram, vt Catium Athenis natū esse dicas. *Cassiy.* 9.Fam. epist. 16. Stoicos solos ex philosophis vim virtutis tenuisse.

✠ADIVNC.*Acutißimus*, 3.*Tusc.* *Æmuli inuentorum Zenonis,pro Mur.Germanissimus,sapiēs,4.Acad.Magnus & grauis,3.Offic.Maximus, Hort. Optimi, 5. de Finibus. Perfectißimus, prudentißimi in differendo, de Clar.*

STOLA,læ.*vestis muliebris.* 6. I. V. 74.Dianæ erat admodum amplum signum cum stola.2.I.A.44. Sumpsisti vilem togam,quā statim muliebrem stolam reddidisti.& *ibid.* iterum.

✠ADIVNC.*Muliebris,2.Phil.*

STOLIDVS,a,um.*stupidus.*2.de D.116.Quanquam semper fuit,vt apud Ennium est,stolidum genus Aeacidarum. Top. 59. Quia tum nihil agens,& quoddammodò stolidum.

✠ADVERB.*Quodammodò,Top.*

STOMACHANS,tis.pro Pl.65.Huic ego stomachans,fastidiosè, inquam,&c.de Cl. 326. Sæpe vidi iracentem & stomachantem Philippum.1.de Or.166. Dum in campum properaret & ridens & stomachans Scæuola.

STOMACHOR,aris.*indignor,indignè patior, molestè fero,iracor.* 1. de Natur.94. Sed stomachabatur senex, si quid asperiùs dixeram.Attic.lib.16. ep.21. Non dubito quin mirēre, atque etiam stomachēre,quòd tecum de eadem re agam sæpius.Epist.lib. 15.ep.16. Si enim stomachabere, & molestè feres, plura dicemus.& lib.10.ep.26.Itaque iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo.2.de Orator.267. Scipio cùm stomacharetur cum C.Metello,dixisse dicitur,&c.Attic.lib.14.ep. 23. Amariorem me senectus facit,stomachor omnia.*1.Academ.Quid stomachetur Mnesarchus.

✠ADVERB.*Fastidiosè.pro Planc.*

☞Syntaxis. *Fastidiosè stomachari. Iracens & stomachans. Ridens & stomachans. Stomachari, & molestè ferre. Cum aliquo stomachari. Amariorem se facit,stomachatur omnia.*

STOMACHOSE,*iracundè*, Attic. lib. 10. epist. 5. Rescripsi ei stomachosè.*aliter,Stomachosius.Charisius autem,Stomachosè, autoritate confirmat.*

STOMACHOSVS,a,um.*iracundus.*2.de Orat.279.Mę quidem hercle valde illa mouent stomachosa & submorosa ridicula. Epli.3.ep.11.Stomachosiores quas meas literas dicis esse, nō intelligo.de Cl.236.Acumē sæpe stomachosum, nōnunquā frigidū.

STOMACHVS,chi.*gula,seu guttur,gulæ extremum, per quod, & in quod labitur cibus,& concoquitur.* 2. de Nat. 135. Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus, quo primùm illabuntur ea, quæ accepta sunt ore: is vtraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. 2. de Nat. 124. Platealam conchis se implere solere,easque cum stomachi calore concoxerit,euomere.Epi.lib.8.ep.13.Esse stomacho languenti. & Seruius Cic. lib. 4. ep. 3. Accipere vulnus in stomacho. Epi. lib.9.ep.2. Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo.

¶ *Bilis ira.*Att.li.4.ep.16.Locus ille animi nostri stomachus vbi habitabat olim concaluit. ad Cæliū li.2. ep.16.Nosti enim non modò stomachi mei,cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium.Qu.fr.lib.3.ep.8.Epistola plena stomachi & querelarum. Att.li.16.ep.3.Ne in me stomachum erumpat, cùm sint tibi irati.& lib.5.ep.1. Hæc mihi maiore stomacho quàm ipsi Quinto fuerunt.4.I. V. 48. Homo exarsit iracundia & stomacho. Attic. lib. 15. ep. 15. Nec tam animum me quàm stomachum habere arbitrantur.pro Mur. 28. Si mihi homini vehementer occupato stomachum moueritis.Epi.lib.1.ep.9.Non illi quidem vt mihi stomachum facerent,quem ego funditùs perdidi, sed vt facere se arbitrarentur.& lib.2.ep.16.Nosti stomachi mei fastidium,indignitate hominum insolentium. & *ibidem.* Ridere in stomacho.Att.li.5.ep.11.Ita mihi videtur non minus stomachi nostro Cæsari fecisse.& lib.6.ep.3.In quo tamen nihil mihi risum magis,quàm stomachum mouere soler.* Frag. ep. Hæc aut animo Catonis ferenda sunt,aut Ciceronis stomacho.

✠ADIVNC.*Languens,1.Famil.Maior,7.Attic.*

☞Syntaxis. *Ridicula stomachosa & submorosa. Stomachus languens. Stomacho callum obducere. Stomachi fastidium. Epistola stomachi & querelarum plena. In aliquem stomachum erumpere. Iracundia & stomacho ardere. Et animum & stomachum habere. Facere, mouere stomachum. Stomachi multum facere alicui. In stomacho ridere.*

STRABO,onis. *qui oculis est peruersis.* 1.de Nat. 81.Ecquos si non tam strabones,at petulos esse arbitramur.

STRAGES,gis.*clades.*Postquā in Sen. 6.Qua strage nonnulli permoti magistratus paululum à mea causa recesserūt.3.in Ant. 31. Ille autem quas fecit strages? vbicunque posuit vestigia. 3. de Legibus 22.Sed ille quas strages edidit?1.de Diuin.20.Stragem horribilem cædémque vereri. Attic.lib. 1. ep. 13. Quas ego pugnas & strages edidi?

✠ADIVNC.*Horribilis,nocturna,1.de Diuin.*

☞Syntaxis.*Stragem edere.facere.Strages & cædes.*

STRAGVLA vestis.*stragulum.*6.in Ver.59.Per triennium quæ isti plena domo telarum stragulam vestem confecit,nihil nisi cōchylio tinctum.& 3.in Ver.28.& 4.Ver.20.pro S.R.133.

STRAGVLVM,li.*peristroma.*5.Tusc.61.Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimè, textili stragulo,magnificis operibus picto.

✠ADIVNC.*Plurima,4.in Ver.Textile,pictum magnificis operibus,5.Tusc.*

STRANGVLO,as.*faucibus premo, suffoco,ango.*Epi.lib.8. ep.15.Cęsaris hospitem acceptis nummis comprehendit ac strangulauit. & lib.9.ep.22.Ille patrem strangulauit.

STRANGVRIA,riæ.L.DYSVRIA.2.Tusc. 45.Quamuis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat.

STRATAGEMA,tis.3.de Nat.15. Consilium illud imperatorum fuit,quod Græci *στρατάγημα* appellant.Attic.lib.5.ep.2. Rufio noster stratagemate alto percussit Vestorium.

✠ADIVNC.*Altum,6.Attic.*

STRATONICEVS Metrodorus.4.Acad.16.

STRATONIENSIS Menippus,*orator.*

STRATVM,ti.*peristroma.*5.Tusc.61.Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimè textili stragulo,magnificis operibus picto.*aliter,strato pulcherrimo.*

✠ADIVNC.*Pulcherrimum,5.Tusc.*

STRATVS,a,um.*rectus.*2. in Ant. 67. Lectus stratus conchyliato peristromate.4.ad Her.65.Triclinium stratum.

¶ *Iacens,proiectus.*3.Tusc. 72. Afflictus & stratus. Antequam. 26. Quem singuli stratum atque abiectum subleuastis. 3. de Orat.22.Hoc est altius, quàm vt id nos humani strati suspicere possimus. Attic.lib.10.ep.4.Qui nos sibi quondam ad pedes stratos non subleuabat.L.PES.

✠ADVERB.*Optimè lecti,6.in Ver.*

STRATVS,vel STRATOS,*oppidum in Macedonia.*1.Off.61.

STRENVE. *nauiter, fortiter.* Qu. fr. lib. 2. ep. 4. Domus vtriusque noſtrûm ædificatur ſtrenuè. 3. ad Her. 24. Is tamen egit ſanè ſtrenuè, & agit. Epiſt. lib. 14. ep. 5. Sanè ſtrenuè accepi tuas literas. pro Rab. 30. Pro illis ſtrenuè arma caperem. Att. lib. 16. ep. 6. Magis commodò quàm ſtrenuè nauigaui. 4. ad Her. 65. Puer ſatis ſtrenuè & concinnè omnia comparat.

STRENVVS, a, um. *n. tuus, induſtrius.) (ignauus.* Atti. li. 15. ep. 6. Noli me tam ſtrenuum putare, vt ante Nonas recurram. 2. in Ant. 78. Vt cognoſceret te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum.

☞ Syntaxis. *Strenuè ædificatur domus. Strenuè literas accipere. Commodo, non ſtrenuè nauigare. Si minus fortis, attamen ſtrenuus.*

STREPITVS, tus. *ſonitus, ſtridor.* Top. 52. Pedum crepitus, & ſtrepitus hominum. de Clar. 317. Strepitus fori. 3. contra Rull. 2. & 1. de Leg. 21. Strepitus fulminum. de Aruſp. 20. In agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. Epi. lib. 8. ep. 2. Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitruum. Att. lib. 13. ep. 46. Heri neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe. 2. de Nat. 89. Ingenti ſtrepitu.

✠ ADIVNC. *Forenſis, pro Arch. Ingens, 2. de Nat. Reconditus, pro Arch.*

STREPO, pis. *rixor, iurgo.* 1. de Diuin. 29. Cùm Achiui cœpiſſent inter ſe ſtrepere, &c.

☞ Syntaxis. *Strepitus hominum, fori, fulminis. Strepitus cum fremitu.*

STRICTE. *reſtrictè, artè.* de Amic. 58. Strictè obſeruare, ne plus reddas quàm acceperis.

STRICTIM. *compreſſius.* 3. de Nat. 19. Quibus de quæſtionibus tu ſtrictim, noſtri multa ſolent dicere. pro Cluent. 29. Quæ copioſiſſimè dici poſſunt, breuiter à me ſtrictimque dicuntur. pro S. R. 95. Videamus nunc ſtrictim, quæ, &c. Attic. lib. 2. ep. 1. Strictim attingere aliquem librum.

STRICTVS, a, um. *diſtrictus.* 2. in Ant. 21. Cùm tu illum gladio ſtricto inſecutus es.

☞ Syntaxis. *Noſtri non ſtrictim, ſed multa de his. Non copiosè, ſed breuiter ac ſtrictim.*

STRIDOR, oris. *ſtrepitus.* 5. Tuſc. q. 116. Ne ſtridorem quidem ferræ audiunt, cùm acuitur. & 1. Tuſc. 68. Horrifer Aquilonis ſtridor, &c. 1. de Diuinat. 13. Aut denſus ſtridor, &c. 2. contra Rul. 69. Veri ac fortis Tribuni plebis ſtridorem vnum perferre non poſſit.

✠ ADIVNC. *Denſus, 1 de Diuin. Horrifer Aquilonis, 3. Tuſcu.*

☞ Syntaxis. *Serræ ſtridor, Aquilonis, plebis. Stridor denſus.*

STRIGILIS, lis. *inſtrumentum, quo vtebantur in balneis, ad corpora ſtringenda, abſtergenda, & polienda: quanquam & ad equos expoliendos huiuſce nominis inſtrumentum adhibeatur, ſed dentatum & ferreum, cum illud eburneum eſſet, ac ſine dentibus.* 4. de Fin. 30. Si ad illam ampulla aut ſtrigilis accedat.

STRIGOSVS, a, um. *gracilis, tenuis.* de Clar. 64. Verum eſt certè, genere toto ſtrigoſiorem. *id eſt, habitu orationis minus optimo.*

STRINGENDVM. *comprimendum.* 3. Offic. 111. Nullum vinculum ad ſtringendũ fidem iureiurãdo maiores arctius eſſe voluerũt.

STROPHIVM, phij. *facia breuis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum.* de Ar. 44. P. Clodius à ſtrophio, à pſaltrio, &c. factus eſt repentè popularis. & in Clodium: Cum ſtrophio accuratè præcingerere.

STRVCTOR, oris. *miniſter ad cibos ſtruendos, menſamq; inſtruendam comparatus.* Qu. fr. lib. 2. ep. 10. In aream tuam veni: res agebatur multis ſtructoribus. Att. lib. 14. ep. 3. Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti, inanes redierunt.

STRVCTVRA, ræ. *conſtructio, compoſitio, coagmentatio.* de Opt. 5. Verborum eſt ſtructura quædam. de Clar. 33. Verborum quaſi ſtructura. Or. 149. Vt fiat quaſi ſtructura quædam.

STRVCTVS, a, um. *conſtructus.* de Sen. 51. Frugem ſpicæ ordine ſtructam. Or. 139 Res collocatæ, & quaſi ſtructæ ac nexæ. 1. Tuſ. q. 36. Speluncæ ſaxis ſtructæ aſperis. Orat. 232. Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſoluere permutatione verborum.

✠ ADVERB. *Benè, Orat.*

☞ Syntaxis. *Collocata, ſtructa, & nexa.*

STRVES, is. *cuiuſcunque rei conſtructus cumulus, ſeu moles, vt lignorum.* Att. lib. 5. ep. 12. Strues ſalinarum.

STRVMA, mæ. *eſt tumor (inquit Celſus) in quo ſubter concreta quædam expure & ſanguine, quaſi glandulæ oriuntur.* ad Att. lib. 2. ep. 9. Denique Vatinij ſtrumam ſacerdotij ἀλλᾶγῳ veſtiant. pro Seſt. 135. Hi medentur reipublicæ, qui execant peſtem aliquam, tanquam ſtrumam ciuitatis L. DE MIGRO.

STRVO, is. *molior.* ad Octa Aduerſus quos aciẽ ſtruis. 3. de Ora. 169. Collocationis eſt, componere & ſtruere verba. 2. ad Herenn. 45. Struere controuerſiam de nomine. Epi. lib. 6 ep. 7. Struere periculum ruinæ. Attic. lib. 5. ep. 21. Sed dices, me ipſum mihi ſolicitudinem ſtruere. 2. de Orat. 208. Ex his locis & odium in alios ſtruere diſcemus: & à nobis, & à noſtris dimouere. pro Cluent. 178. Struere & moliri aliquid calamitatis cuipiam.

STRVOR, ris. Quint. fr. lib. 3. ep. 8. Reliqua ad iacturam ſtruentur. *aliter, reſeruentur.* ad Atti. lib. 9. ep. 12. In poſterum bellum *de nouo* ſtrui exiſtimo.

☞ Syntaxis. *Collocationis eſt, componere, ſtruereque verba. Struere periculum, controuerſiam, inſidias, ſolicitudinem. Struere calamitatem, & moliri.*

STVDENS, tis. pro Planc. 87. Hiſce ego auxiliis ſtudentibus atque incitatis vti poteram.

STVDEO, des. *operando, ſtudium in aliqua repono.* 1. de Orat. 10. Nemo ferè ſtuduiſſe ei ſcientiæ vehementiùs videtur, quin quod voluerit, conſecutus ſit. 1. in Verr. 39. & Epi. lib. 1. ep. 7. Si optimis à pueritia diſciplinis atque artibus ſtuduiſſes. Orat. 41. In hoc orationum genere cui nunc ſtudes. 1. de Orat. 260. Demoſthenes eius ipſius artis cui ſtudebat, primam literam non poterat dicere. & 250. & 1. de Legibus 13. Si ab adoleſcentia iuri ciuili minus ſtuduerimus. de Clar. 322. Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. Poſtquam in Sen. 13. Cùm verò literas ſtudere incipit, & helluo immanis cum Græculis philoſophari, tum eſt Epicureus. 5. de Fin. 6. Vt id ipſum, quod ſtudet, facere poſſit ornatius. Epiſt. lib. 7. ep. 31. Facilè cognoui ex tuis literis, quod ſemper ſtudui. in, &c. 6. in Ant. 18. Vnum ſentitis omnes, vnum ſtuderis, M. Antonij furorem extinguere. Orat. 99. At hic noſter ad hoc vnum eſt natus, huic generi ſtudet vni. 4. de Fin. 65. Studere laudi & dignitati. 1. de Diu. 63. Tumque vel maximè laudi ſtudent. 2. de Orat. 225. Cui rei, cui gloriæ, cui virtuti ſtudes? patrimonióne augendo? at, &c. de Clar. orat. 106. Sed idem Aelius Stoicus eſſe voluit orator autem nec ſtuduit vnquam, nec fuit. 1. de Fin. 60. Cùm ſerò ſentiunt, fruſtrà ſe aut pecuniæ ſtuduiſſe, aut imperiis, aut opibus, aut gloriæ. in Sall. 11. Quantum quiſque reipublicæ ſtuduit, tantum mihi fuit vt amicus, aut inimicus. pro Cæl. 26. Cælius ſtuduit prœturæ. 1. in Cat. 3. Studere rebus nouis.

¶ *Faueo.* 2. ad Her. 43. Si partes, quibus illi ſtudent, lædantur. pro Mur. 76. Cur quenquam, vt ſtudeat tibi, vt te adiuuet, rogas. pro Cæl. 10. Multi boni adoleſcentes illi homini nequam atque improbo ſtuduerunt. & 12. Cælius ſtuduit Catilinæ iterum petenti. Attic. lib. 4. ep. 14. Pompeius Scauro ſtudet, vtrum fronte, an mente, dubitatur.

¶ *Opto.* Attic. lib. 13. ep. 20. Scire igitur ſtudeo, quid egeris. Partit. 1. Studeo ex te audire, quæ, &c. pro Sext. Roſc. 145. Studeo facere aliquid. 2. de Or. 150. Ars demonſtrat, vbi ſit illud quod ſtudeas inuenire. & lib. 1. 107. Ego verò, inquit, iſtis obſequi ſtudeo. ad Brut. ep. 15. Nos Lepidũ honore ſtuduimus à furore reuocare. 2. in Cat. 17. Quos ego non tã vleiſci ſtudeo, quàm ſanare. Epiſt. lib. 11. ep. 27. Diſſenſionem naſcentem extingui ſummè ſtudui. de Clar. 231. Gradus tuos, & quaſi proceſſus dicendi, ſtudeo cognoſcere. 2. Offic. 27. Noſtri imperatores ex hac vna re maximam laudem capere ſtudebant. in Arat.

Hoc caue te ponto ſtudeas committere menſe.

¶ *Curam habeo.* 3. de Nat. 72. Parens difficilis, qui te nec amet, nec ſtudeat tui.

✠ ADVERB. *Exquiſitius literis, de Clar. Iampridem, 1. Catil. Planè, 10. Famil. Summè, 11. Famil. Vehementer quid fieri, 13. Famil. Vehementius, 1. de Inuent. Vehementius ſcientiæ, 1. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Medicinæ ſtudere, nouis rebus, reip. præturæ, viris bonis. Tibi obſequi ſtudeo. Ego te nec amo, nec tui ſtudeo.*

STVDIOSE, ſiùs. *cupidè, ſtudio.* de Clar. 96. Studioſè audire aliquem. Att. lib. 16. ep. 16. Studioſè diligenterque curare aliquid. 3. de Fin. 40. Quare ſtudioſè attendite. 1. in Ver. 39. Libenter ſtudioſéque audire. 2. de Or. 253. Studioſè ludere. ad Her. lib. 1. Eo ſtudioſiùs hoc negocium ſuſcepimus, quòd, &c. Tuſc. lib. 1. 6. Multo ſtudioſiùs philoſophiæ fontes aperiemus. de Clar. 155. Hic cauſas ſtudioſè recipiebat.

STVDIOSVS, a, um. *cupidus, amans, obſeruans, qui literis delectatur, cui aliquæ res in ſtudio, qui ſtudio eſt alicuius, alicuius rei ſtudioſus; rædit.* 4. in Ver. 117. Quem in prouincia exiſtimationis meæ ſtudioſiſſimum cupidiſſimumque cognoui. Attic. li. 8. ep. 3. Iſte reſtituendi mei, quàm retinendi ſtudioſior. & lib. 3. ep. 22. Ego mei ſtudioſos habeo Dyrrhachinos. de Clar. 64. & Epi. lib. 1. ep. 7. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui. & 4. Acad. 125. Democritus ſtudioſus nobilitatis. ad Att lib. 1. ep. 13. Studioſus ac fautor. item, Attici noſtri te valde ſtudioſum eſſe cognoui.

¶ *Operam nauans.* 1. de Or. 251. Vir dicendi ſtudioſus. Epiſt. lib. 4. ep. 3. Studioſus doctrinarum. 4. Acad. 98. Homo & acutus, vt Pœnus, & valde ſtudioſus. de Opt. 13. Suſcepi laborem vtilem ſtudioſis.

✠ ADVERB. *Mirè, 13. Famil. Summè doctrinarum, 4. Famil. Valdè, & diligentiùs, 4. Acad. Valdè alicuius, 16. Famil.*

STVDIVM, dij. *opera, labor.* 1. de Inuent. 36. Studium, eſt aſſidua ac vehemens, ad aliquam rem applicata, magna cum voluntate occupatio: vt philoſophiæ, poëtices, geometriæ, literarum.

5. Tuſc.

5.Tusc.8.Qui in rerum contemplatione studia ponebant.Epist. lib.4.ep.3.Dare studium suum alicui arti.1. de Or.204.Cohortatione alicuius concitari ad studium cognoscendæ virtutis. Qu.fr.lib.1.ep.1.23.Cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipiẽda,plurimùm à pueritia studij fuisset,& temporis.de Clar.306. Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabã Quin.Scæuolæ.Qu.fr.li.1.ep.1.23.Qui omne suũ studiũ in doctrina ac sapientia collocassent.de Clar. 151. Adhibere multum studij ad dicendum,& ad omnes bonarum rerum disciplinas.1. de Fin. 1. Ponere multum studium in aliqua re. 1. de Or. 59. Qui in his artibus cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt.de Sene.50.Studia doctrinæ pariter cum ætate crescunt.& *ibid.*Si verò habet aliquid tanquam pabulum studij atque doctrinæ,nihil est ociosa senectute iucundius.pro Cæl.54.An ille vir,illa humanitate præditus, illis studiis, artibus,atque doctrina potuisset?&c.pro Cor.3.Viri literati, ac studiis doctrinisque dediti. 2. de Diu.7.Tum pristinis orbati muneribus, hæc studia renouare cœpimus. de Fat. 2. Hircius hic studiis,in quibus nos à pueritia viximus, deditus. 1. de Ora. 34. Quare pergite adolescentes,& in studium,in quo estis, incumbite.1.de Orat. 179. Homo à iuris studio non abhorrens. Attic. lib.8.ep. 11. In studiis ac literis nostris consumo omne tempus. 1.de Orat.261.Hisce ego cohortationibus,Crasse,ad studium & ad laborem incitandos iuuenes, vehementer assentior: cætera quæ collegisti ex variis & diuersis studiis & artibus,ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror. & 256. In omni recto studio atque humanitate versari. & 96. Totius huius vel studij,vel artificij,vel facultatis disputatio.3. de Leg. 14. Demetrius & doctrinæ studiis, & regenda ciuitate princeps est. 2.de Leg. 39. Ciuitates totas malis studiis, malisque doctrinis repentè euerti.Quin.fr.lib.1. ep. 1. 22. Nos ea quæ consecuti sumus,his studiis & artibus esse adeptos, quæ sunt nobis à Græcia traditę.& *ibid.*18.Vir optimarum artium studiis eruditus. Or.34. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ.pro Arch. 4. Vir eruditissimis hominibus & liberalissimis studiis affluens.*ibid.* In studiis humanitatis ac literarum versari. 1. de Or. 11.Qui in artium studiis liberalissimis sunt doctrinisque versati. Attic.lib. 4.ep.16.Retuli me ad literas & studia nostra.pro Cæl.24.Studium doctrinæ atque humanitatis. *ibid.*. Adolescens rectissimis studiis atque optimis artibus præditus. pro Arch. 4. Archias se ad scribendi studium contulit. & 1. Ratio aliqua ab optimarum artium studiis & disciplina profecta.pro Mur. 65. Cato recentibus præceptorum studiis flagrans.& 29.Qui oratores euadere non possunt, ad iuris studium deuenire. de Arusp. 18. Si cui fortè videor plus quàm cæteri,qui,&c.versari in studio literarum.Epist.lib.9.ep.8.Exercere studia literarum. 5. de Fin. 6. Vt aliquid suorum studiorum philosophiæ quoque impertiat.2.de Diu.1. Cohortari aliquem ad studium philosophiæ.de Clar.orator.51.Extra Græciam magna dicendi studia fuerunt.1.Off.2. Quoniam in eo studio ætatem consumpsi.1.de Orat.12.Cæterarum artium studia ferè reconditis è fontibus hauriuntur. & 8. Studia, quæ reconditis in artibus,& in quadam varietate literarum versantur.Epist. lib.1. ep. 8. Referre se ad studia literarum. 1. de Orat. 1. Referre animum ad studia,&c.ad Bru.ep.15.Euigilare in studio.3.de Orat. 40.Vacare studiis. Top. 1. Vterque nostrûm ad suum studium libros euoluebat.1.de Or.22.Græci ocio studióque abundantes. Epist. lib. 6. ep. 6. Plurimo doctrinæ studio. 2. Tusc. quæst. 36. Quibus palæstra,labor,militia in studio est.pro Cæl.46.Studia delectationis,vt ludus,iocus,conuiuium.)(.*Studia laudu.*1. Offi. 103.Neque enim ad ludum & iocum facti esse videmur,sed ad seueritatem potiùs,& ad quædam studia grauiora atque maiora.2.de Legibus 14.Plato studij & delectationis,non Reip. causa scripsit leges pro Sex.R. 48. Studium colendi agri à patribus familiâs maximè laudatur.& *ibid.*Studium,quod ad agrum colendũ attinet.de Sene.76.Sunt pueritiæ, certa studia. & 76.Sunt extrema quædam studia senectutis.5.de Fin.5.Suo quisque studio maximè ducitur.2.Tusc.36.Lacænæ virgines,quibus magis palæstra,Eurotas,Sol,puluis,labor, militia in studio est, quàm fertilitas barbara.pro Sex.R.137. Me in eo studio esse confiteor. de Amic.104.In studiis cognoscendi semper aliquid,atque dicendi, remoti ab oculis populi omne ocium tempúsque contriuimus.*pro C.Cornel.2.Studia,consilia,cogitationésque eorum aperiam?pro M.Scau. Me flagrãtem studio laudis in spem impulit. Hortens. In his studiis nobis omnis opera & cura ponenda est.de Consolat.Bonis studiis atque artibus expolitus. 1. de Fin.2.Veritus ne mouere hominum studia viderer,retinere non possem.

¶ *Voluntas,animus,amor,ardor, cupiditas, beneuolentia.* pro Corn. 39. Gaditani ab omni studio sensúque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium noménque flexerunt.de Amic. 44. Studium semper adsit,cunctatio absit.2. de Orat.1. Patris studium in filiis erudiendis. 2. de Inuent. 104. Pro meo studio quod in vos habui semper.Attic.lib.7.ep.17.Tua erga me officia, plena fui suauissimi studij.& Brut. ep. 15. Studium tuum, curáque de salute mea. 1. in Ant. 36. In illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuit absenti. Epist. lib. 5. ep. 8. Tibi polliceor eximium & singulare meum studium. 4. in Catil. 22. Pro meis in vos singularibus studiis. pro Mur. 43. Hæc amicorum studia debilitant. & *ibid.* Amici studia deponunt. pro Rab. 8.Cùm tanto studio C.Rabirius totius Apuliæ,singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur.Attic.lib.8.ep. 14. Te hortor pro tuo singulari perpetuóque studio in remp.vt, &c. & Brut. ep.8. Tibi omnes nauare operam & studium volunt. Attic. lib. 15. ep.4.Vellem Bruto tuum studium nauare potuisses.& lib. 15. ep.15.Ex omnibus mi Dolabella studiis in me & officiis, quæ summa sunt,hoc scito mihi,&c. Quint.frat. lib. 3. ep. 3. Cicero noster summo studio est Pœonij sui rhetoris,&c.Epi.lip.1.ep.9. Omnia in te ipsum summa & singularia studia debeo. Quint. frat.lib.2.ep.14.Te rogo, vt omnia tua studia in eum conferas. Att.Pompeius significat studium erga me non mediocre. pro Quin.9.Alicuius studio ac cupiditati morem gerere. Att.lib. 1. ep.14. Me ambitio quædam ad honorum studium duxit. 2. de Orat.1.Incensus studio dicendi.ad Att.li.16.ep.13.& Top.2.Cum cernerem te ardere studio.2.de Diu. 5. Quorum studio legendi,meum scribendi studium vehemẽter indies incitatur. 1. Off. 61.Declaratur autem studium bellicæ gloriæ,quòd,&c.5.Tusc. 68. Deinde ad inuestigandum veritatem studio incitato. pro Pom.21. Cùm classis studio inflammato ad Italiam raperetur. de Cl. or. 306.Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus.Att.lib.1.ep. 9. Summum me eorum studium tenet. 1.Aca.4.Teneri studio alicuius rei.1.de Or.97.Ego qui ab ineũte ætate incensus sum studio vtriusque vestrûm, &c. & *ibidem.* Quod ego non superbia feci, neque quò tuo studio rectissimo atque optimo nõ obsequi vellem.2.Off.45.Iuuenes magna spectare,& ad ea rectis studiis debent contendere. Att.lib.16.ep.13. Ardeo studio historiæ.3.de Or.228. Studium flagrans. 4. Acad. 65.Ardere,studio facere aliquid.2.de Fin. 61. Ardenti studio facere aliquid.1. de Or. 79. Nobis studium illud dicendi acerrimum defuit. Atti.lib.1.ep.6.Efferri studio in aliqua re.1.de Nat. 56.Sed elatus studio,longior fui.pro Fon.16. Aliqui ex ciuilibus studiis atque obtrectatione domestica inimici.& *ibid.*Cùm studiorum suorum obtrectationem sustulissent. pro Cluent. 72. Is vitia quæ à natura habet, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condiuit.2.in Cat.9.Diuersa Catilinæ studia in dissimili ratione.pro Plan.20.Hic habuit studia suorum ardentia.& 10. Comitiis ædilitiis studium est populi, non iudicium. 4. in Ver.132.Vt studia cupiditatésque honorum ambitionésque ex omnibus ciuitatibus tollerentur. item. 1. de Nat. 6. Vnde hoc philosophandi subitò studium extitit. 3. in Ver. 35. Cupiditas & studium defendendæ veritatis.ad Attic.lib.12. ep.25. Voluntas, studium,cupiditas. Postquam ad Quir. 6.Et tum in studiis vestris tanta amicorum declarata est voluntas,vt,&c.2.de Inuent. 97.Voluntas & studium,ferè idem.2.Off. 54. Studium & beneuolentia,idem. Attic.lib. 6. ep. 21. Cognoui studia tua in amicos.* Hortens. Quantum inter se homines studiis, omni vitæ ratione differant.

✝ADIVNC. *Acre,acrius,ardens, aliena, ampla atque præclara,leuiora artium,liberalissima,rectum, stultũ, 1.de Orat.Acerrima,moderata,varia,& diuersa,præclara,2. de Orat.Acerrimum, admirabile, non commune sed flagrans,magnum,perenne,pristina,summum dicendi,de Clar. Amplissima erga aliquem, deditum alicui,pristina erga aliquem, 5.Famil.Ardentia, maiora in aliquem,pro Planc.Ardentius, insigne, 2. de Finibus.Bona,nimia,propensiora, recta, Part. Certa, extrema,leuiora, sed tamen arguta, de Senec. Ciuile, domestica,pro Font.Commune,2. cont.Rull. Communia cum aliquo, 3.de Finibus. Contractiora, honesta, rectissima,pro Cæl.Desidiosum, quietum, recta atque honesta,rectissima atque honestissima,1.de Inuent. Disparia,de Amic.Diuersa,2.Catil.Diuina,Som.Scip.& Postquãad Quir.Eximium & singulare,paria, grata alicui,erga aliquem,2.Famil.Gratiora,maiora, singulare, summum, 13. Famil. Grauiora, 10. Famil. Grauiora, atque maiora, 1. Offi. Honestissima, 7. Philip. Hortatoria,de Fato.Humana,vetus sapientiæ,4. Tusc. Incredibilia, optima, Orat. & 5. Philip. Ingenua, 5. de Finibus. Innumerabilia, obscurum, optima, tanta,3.Famil.Lãguidius,pro Cornel. Magnum,optimarum artium,priuata, 4. Acad. Maius, 11. Famil.*

Mala,

Mda,2.de Legibus.Maxima,recentia,pro Mur. Non mediocre erga aliquem,2. Attic. Militaria apud iuuentutem, apud senectutem obsoleta, obscura in aliquem,summa in aliquem & singularia,1.Famil.Minora,2.Tusc.& 7.Famil. Mirificum,14.Famil. Multum pugnantia,& contraria,1.de Finibus. Notiora, ep. ad Brut.Oratoria, 2. de Diuin. Par,pro Cluent. Perpetuum in aliquem,4.Famil.Plura,6.Atti.Plurimum, prisinum,tantum,vniuersum,6.Famil.Popularе,pro Sest.Præstantissimum, voluntaria,11. Phil. Prompta & parata ad amplificationem alicuius,2. Offic. Similia,3.de Orat.Singulare,perpetuumque,suauissimum, 1.Att.Singularia,4.Catil.Summum bonorum,3. cont. Rull.Tacitum,pro Quint Totum Philosophiæ,1,Acad.

☞ Syntaxis. *Studium in literis ponere. Dare studium alicui arti. Studio medicinæ dare operam. In sapientia studium collocare, ponere, adhibere. Sudio teneri,ardere,incendi,duci. Studio esse incitato, inflammato ad. Cupiditas & studium legendi: & contrà. Exercere literarum studia. Sudium omne alicui polliceri,in aliquem conferre,&c.*

STVLTE. *dementer,insipienter,incautè.* Attic. lib. 7. ep. 10. Stultè & incautè omnia agi video. Attic.li.13,ep.6. Et si scripseram ad te nunc stultè. de Leg. Sultè arrogans.2.de Orat. 274. Vt vel non stultus,quasi stultè cum sale dicat aliquid.pro Rab.Post.22.

STVLTITIA,tiæ. *fatuitas.*3. Tusc.11.Stultitiam enim censuerunt insaniam,id est,inconstantiam sanitate vacantem. *ibid.* 13. Ita stirpes sunt altæ stultitiæ.& 73.Est proprium stultitiæ,aliorum vitia cernere,obliuiscì suorum.1.de Nat.23Miserius stultitia nihil dici potest.1.de Or.125.Oratoris peccatum ,stultitiæ peccatum videtur:stultitia autem excusationem non habet.2.de Diu. 89.O delirationem incredibilem:non enim omnis error stultitia est dicenda. 3. de Nat. 84. Stultitia est à quibus bona precamur,ab iis dantibus nolle sumere. pro R. P. 24. Sed huius facti stultitiam maior iam superior stultitia defendit. in Ver. Stultitia singularis.

✝ADIVNC. *Abiecta,1.de Legibus.Alta,3.Tusc. Incredibilis,2.Phil.Loquax,3.de Orat. Magnæ, 2. de Diu. Maior,12.Attic.Media,5.Tusc.Misera,1.de Nat.Par, superior,1.de Orat. Senilis,de Senec. Similis, pro Cæl. Singularis,5.in Ver.Summa,10.Attic.Tanta,pro Cæc.*

STVLTVS,ta,tum. *fatuus,delirus, mente captus, malè sanus, demens, amens,nullius consilij.* Epist.lib.9.ep.22. Sultorum plena sunt omnia. 3. in Ant. 22. Vt hominem stultum etiam magis infatuet, mercede publica.in Pison.38. O stultos Camillos,ô amentem Paulum.Ora.74.Stulto sapientis orationem affingere.2. de Or. 274.Vt vel non stultus quasi stultè cum sale dicat aliquid. pro Fōc.13. Stultus auditor & credulus.)(. *Sapiens iudex.* de Sen.36.Senex,stultus,credulus,obliuiosus.de Amic. 99. Hæc est in fabulis stultissima persona credulorum atque improuidorum senum. 3.de Orat.140.Malo indisertam prudentiam,quàm stultam loquacitatem.

✝ADVERB. *Admodum,planè,2.de Orat.*

☞ Syntaxis. *Stultè & incautè. Stultè arrogans. Altæ stirpes stultitiæ. Stultum aliquem infatuare. Stultus & credulus. Stultissima credulorum persona. Stultâ loquacitas.*

STVPEFACTVS,a,um.3.de Ora. 50. In quo igitur homines exhorrescunt?quem stupefacti dicentem intuentur?

STVPENS,tis. de Som. 11. Quæ cùm intuerer stupens, quis inquam,&c.

STVPEO,es.7.in Ver. 94. Confirmant ipsi se, cùm is etiam tum semisomnis stuperet.Attic.lib.7.ep.10.Sed stupent omnes.2.de Fin.77.Hæc cùm loqueris,nos Varrones stupemus.

STVPESCO,scis.3.de Or.100.Aspicere,admirari,stupescere.

STVPIDITAS,tis. *stupor,stupitas.* 2. in Ant. 80. In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.

✝ADIVNC. *Incredibilis,2.Phil.*

STVPIDVS,a,um. *stupens, hardus.* de Fat. 10. Zopyrus physiognomō stupidum esse Socratem dixit,& hardum.Parad.5.Actionis tabula te stupidum detinet. *aliter, Actionis.* 4.ad Her.66. Omnes stupidi timore obmutuerunt.

STVPOR,oris. *stupiditas.*3. Tusc.12.Immanitas in animo,stupor in corpore.2.in Ant.30.Sed stuporem hominis, vel dicam pecudis videte.& 115. Qui morbo aliquo vel sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt. pro Dom. 97. Eámque animi duritiam sicut corporis, quod cùm vritur, non sentit, stuporem potius quàm virtutem putarem. de Arusp.'5. Si autem id non sentit, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat.3. in Ant. 16. Qui propter hæsitantiam linguæ stuporémque cordis cognomen ex ignominia traxit.I. P. 1. Stupor debilitásque linguæ,tarditas ingenij.2.in Ant.65. Quis te tantus stupor oppressit.vt non scias,&c.& 30.Esto,sit in verbis tuis hic stupor:quanto in rebus sententiisque maior?

✝ADIVNC. *Maior, tantus,2.Phil.*

☞ Syntaxis. *Cordis stupor,linguæ,verborum. Stupore oppressus.*

STVPRANDO. pro Dom.125. Qui religiones omnes pollueris, aut ementiendo,aut stuprando.

STVPRATVS,a,um.2.de Fin.66. Stuprata per vim Lucretia à regis filio,&c.

STVPRO,as. *constupro,stuprum infero,stuprum offero,vim affero,pudicitiam eripio, stuprum cum aliqua facio.* Epist.li.5,ep.10. Qui tot ingenuas matres familias stuprauit.

STVPROR,ris.5.de Fin.64.Virginius interfecit filiam,ne stupraretur.de Arusp.33.Puluinar quod stupràras.

☞ Syntaxis. *Per vim stuprata mulier, mater familiàs, virgo, puluinar.*

STVPRVM,pri. *incestum,omnisq; lege vetita libido.*3. Offi. 38. Gyges reginæ stuprum intulit. Parad. 3. In aliquam domum stuprum inferre. in Pis.95. Clodius stuprum Bonæ deæ puluinaribus intulit.de Arusp.8.& 2. de leg. 10. Sext. Tarquinius vim Lucretiæ attulit.& 5. de Finibus 54. Lucretia per vim obstatum stuprum voluntaria morte luit. 5. de Nat. 68. Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum. 2.in Cat. 7. Quod nefarium stuprum non per illum. Antequam. 19. A me luxuries ac stupra Cassij pœnas repetunt. Postquam in Sen. 12. Consul processit somni, vini, stupri plenus.4.Tusc.75.Stupra dico,& corruptelas,& adulteria, incesta denique. pro Dom. 105. Iste qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cerimonias. ad Octa.Pop.Rom.pro turpi stupro datus in seruitutē.pro Mil. 74. Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. * con. C. Anton. Cùm ex eodem stupro tibi & vxorem & filiam inuenisti.*ibid.* Stupris se omnibus ac flagitiis contaminauit.

✝ADIVNC. *Domestica,6.Phil.Inaudita,nefaria,in Piso.Infestum,pro Mil. Nefarium, 2.Catil.Sororia,pro Sest.Turpe,1. de Finibus.*

☞ Syntaxis. *Stuprum alicui inferre,afferre, offerre. In stuprum illicere. Vir stupri plenus. Stupra corruptelæ,adulteria,incesta. Incestum flagitium ac stuprum. Stuprum facere cum.*

STYLVS,li. *instrumentum , quo in tabulis scribebant veteres:hinc factū est,vt stylus pro scriptione , vel dictione caperetur.* de Clar. 93. Dein cum ociosus stylum prehenderat,flaccescebat oratio.4. in Ver. 101.Vertere stylum in tabulis suis.de Arusp. 1. Cùm cætera scelera stylo illo impuro Sextus Clodius conscripsisset. Mucro styli Censorij. ℔. MVCRO.

¶ *Scriptio,dictio.* Epist.li.6.ep. 7. Cùm præsertim adhuc styli pœnas dem.de Clar.100. Vnus enim sonus est totius orationis, & idem stylus.1.de Or.150. Stylus optimus dicēdi effector & magister. & *ibid.* Omnia sub acumen styli subeant necesse est. & 257.Stylus perfector dicendi,ac magister.de Clar. 96.Etiam artifex,vt ita dicam,stylus.Epist.lib.7.ep.25.Stylus dicendi opifex. 3.de Orat.188.Hanc legem cum exercitatione,tum stylo, qui & alia & hoc maximè ornat & limat, formanda nobis oratio est. & 2.de Orat.96.In summa vbertate ineſt luxuries quædam,quæ stylo depascenda est.Ora.150.Sedtamen stylus exercitatus efficiet facilè hanc viam componendi. de Clar. 167. Orationes Attico stylo scriptæ.

✝ADIVNC. *Artifex, de Clar. Censorius,pro Clu. Effector,& magister optimus & præstantissimus dicendi, 1.de Orat.Exercitatus, Orat.Impurus,de Arus. Opifex dicendi,7.Famil.*

☞ Syntaxis. *Stylum prehendere. Censorij styli mucro. Styli dare pœnas. Luxuriem stylo depascere.*

STYX,gis. *fluuius.* 3. de Nat. 43. Et illi qui fluere apud inferos dicuntur,Acheron,Cocytus,Styx,Phlegeton.

SVADA,dæ, *Latinè Græcè πειθώ,* de Clar.59. Suadæq; medulla. πειθοῦς, quam Græci vocant,cuius effector est orator,hanc Suadam appellauit Ennius, eius autem Cethegum medullam esse vult: vt quam deam in Periclis labris Eupolis sessitauisse scripsit huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit.de Sen.50. M. Cethegus,quem rectè Suadæ medullam dixit Ennius.

SVADENDO.2.de Ora.334.In suadēdo nihil est optabilius quàm dignitas.Ar.li.8.ep.9.Quo in suadendo plus autoritatis haberē.

SVADENS,tis. de Clar. 89. M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit.

✝ADVER. *Benè,de Amic.*

SVADEO,des. *sum autor , hortor,moneo , suasor & autor sum alicuius rei.* Epist.li.13.ep.4. Hæc eò spectant,vt te horter & suadeam:reliqua sunt , quæ pertinent ad rogandum. de Pro. 42. Nam postea me vt sibi essem legatus , non solùm suasit, sed etiam rogauit.pro Arch. 14. Nisi mihi ab adolescentia suasissem , nihil esse in vita,&c.Attic.li.13.ep.37.Tu quod ipse tibi suaseris,idem mihi persuasum puto.Epi.li.2.ep.7.Nemo est qui sapientius tibi suadere possit te ipso.& li.7.ep.3.Primùm cœpi suadere pacē.

1.in Ant.14. Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim. de Sen.14. Cùm legem Voconiam magna voce & bonis lateribus suasissem. Att. lib. 9. ep. 6. Quod suades, vt petam, &c. id iam pridem ago. & lib. 11. ep. 16. De obuiam itione ita faciam, vt suades. li.8.ep.16. Memini, quid mihi suaseris per Theophanem Culeonem. & lib.15.ep.26. Gaudeo te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram.2.in Ant.26. An ego C. Trebonio persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem. pro Mil.48. Suadere rogationem. ‖ 3. Off.109.

✠ *ADVERB. Amicè, 6. Attic. Fideliter, sapientiùs, 2. Famil. Infideliter, inutiliter senatui, ep. ad Bru. Prudenter, 15. Attic.*

☞ Syntaxis. *Te hortor & suadeo. Suadeo & rogo. Suadere pacem.*

SVAPTE & SVOPTE. L. PTE.

SVASIO, onis. *hortatio.*)(*dissuasio.* Orat. 37. Tales suasiones qualem Isocrates fecit Panægyricũ. 2. de Orat. 333. Præcepta quæ de suasionibus tradenda sunt. pro Cluen. 140. Suasio legis Seruiliæ.

✠ *ADIVNC. Magistra, de Clar.*

SVASOR, oris. *consuasor, autor, hortator.*)(*dissuasor.* 3. Offi. 109. Atque huius deditionis ipse suasor & autor fuit. Attic. lib. 16. ep. 7. Quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. Attic. lib. 16. ep. 17. Quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. 2. in Ant. 29. Nihil interest inter suasorem facti, & probatorem. ‖ 2. de Orat. 334. Nonquid maximè velit suasor. 1. in Ant. 8. Repudiatis malis suasoribus.

✠ *ADIVNC. Mali, 1. Philip.*

☞ Syntaxis. *Suasor & autor. Suasor & impulsor. Non suasor, sed rogator. Suasor & probator facti.*

SVAVILOQVENS, tis. de Clar. orator. 58. Additur orator Cornelius, suauiloquenti ore Cethegus. Ennij. item de Republ. teste Gellio.

SVAVILOQVENTIA, tiæ. de Clar. 58. Tribuere suauiloquentiam alicui.

SVAVIOR, aris. *osculor. suauium do.* de Clar. 53. L. Brutus, qui de matre suauianda ex oraculo Appollinis tam acutè coniecit. Att. li. 16. ep. 3. Atticam nostram cupio suauiari: ita mihi dulcis salus visa est per te missa ab illa.

SVAVIS, ue. *dulcis, conditus, iucundus.* pro Cor. 36. Comes, benigni, faciles, suaues, &c. 5. I. V. 23. Odor suauis & iucundus.)(*teter.* de Clar. 38. Hic suauis videri maluit, quàm grauis: & suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret.

SVAVITAS, tis. *suauitudo, dulcitudo, iucunditas.* de Sen. 59. Suauitates odorum, qui afflantur è floribus. 3. Off. 117. Conquirere suauitates vndique. 1. de Fin. 37. Voluptas quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet. 1. de Or. 193. Mira quædam in cognoscendo suauitas & delectatio. & 234. Quem omnes amare pro eius eximia suauitate debemus. de Opt. 8. Quædam suauitas coloris. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Mirifica suauitate villam habeo. 1. de Diu. 78. Responsum est, singulari illum suauitate orationis fore. pro Cæl. 25. Suauitas humanitatis. 2. I. A. 115. Quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt. de Am. 68. Accedat huc suauitas quædam oportet sermonum atque morum, &c. 3. de Orat. 39. Suauitas sermonis Atticorum & Romanorum propria. *Ac. Voluptatis nomen, suauitatem, quietem, teste populo exaggerans. ‖ 2. de Nat. 160. Quid multitudinem suauitatémque piscium dicam.

✠ *ADIVNC. Austera & solida, non dulcis atque decocta, excellens, 3. de Orat. Eximia, propria dicendi, 1. de Orat. Incredibilis, Top. Mira, 6. Attic. Mirificæ, 3. ad Qui. Frat. Multæ ingenij, officij, humanitatis, 3. Famil. Propria dicendi, 1. de Orat. Singularis, 1. de Diuin. Summa & acerrima, 3. Tusc.*

SVAVITER. *dulciter, iucundè.* 3. de Orat. 40. Suauiter loqui. de Clar. 110. Solutè & suauiter dicere. Epist. li. 15. ep. 21. Epistola copiosè & suauiter scripta. 1. de Fin. 54. Et secunda iucundè ac suauiter meminerimus. 4. Acad. 139. Video quàm suauiter voluptas sensibus blandiatur.

SVAVITVDO, tiis. *suauitas.* 3. ad Heren. 22. Suauitudo pronunciationis.

SVAVIVM, uij. *osculum.* Attic. lib. 16. ep. 11. Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis suauium des.

☞ Syntaxis. *Voluptas naturam suauitate mouet. In cognoscendo suauitas & delectatio. Coloris suauitas. Villam mirifica suauitate habere, Cibi sentire suauitatem. Solutè & suauiter loqui. Iucundè & suauiter. Pronunciationis suauitudo.*

SVB. *ratione loci, situs, subter, subtus.* Qu. frat. lib. 3. ep. 1. Vaporarium ex quo ignis erumpit, est sub tectum cubiculi. & *ibid.* Sub grande cubiculum. 2. I. A. 21. Negociúmque transegisses, nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset. 2. de Nat. 110.

Et natos geminos imuises sub caput arcti

2. de N. 95. Homines sub terra habitantes, qui nunquam exissent supra terram. 2. de Orat. 266. Gallus captiuus sub nodis distortus, ejecta lingua, buccis fluentibus.

¶ *Naturæ.* Top. 58. Quod sub ea causa subiectum est.

¶ *Violentiæ.* pro Dom. 52. Vt Cyprius rex sub præcone subiiceretur.

¶ *Conditionis.* Epist. lib. 8. ep. 4. Sed non statim sub mentionem & conuicium obtrectatorum. 4. Acad. 74. Res subiectæ sub sensus.

¶ *Ante.* de Vniu. 33. Nullo posito sub oculis simulacro. 4. ad Her. 61. Subiicere aliquam rem sub aspectu omnium. de Vni. 13. Cœlum sub aspectum & tactum cadit. & 24. Sub intelligentiam cadens.

¶ *Circiter.* Qu. fr. li. 2. ep. 1. Senatus fuit frequentior, quàm putabamus esse posse mense Decembri, sub dies festos.

¶ *Post.* Epist. lib. 10. ep. 16. Sub eas statim recitatæ sunt tuæ. Attic. lib. 9. ep. 9. Sub posteaquam literas ad te dedi. *alias subito melius.*

¶ *In.* 3. de Fin. 60. Prima illa, &c. sub iudicium sapientis & delectum cadunt. 12. in Ant. 17. Sub nomine pacis bellum latet. de Am. 94. Sed ille sub Gnathonis persona, &c. 3. contra Rull. 12. Non paruum sub hoc verbo furtum latet. 2. de Finibus 74. Quod non sub dubia vtilitatis ratione effici solet. Postquam in Sen. 3. Qui cùm per se rempub. lacerare non posset, sub alieno scelere deleuit.

SVB manu. *id est, præsto, in promptu, ad manum, vt dicitur.* Epist. lib. 10. ep. 23. Adiunxi hæc, &c. Vocontij sub manu vt essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Planci.

¶ *Sub, tandem particula, participationem leuem sonat.* de C. 259. Cotta sonabat sub agreste quiddam, planéque subrusticum.

SVBABSVRDVS, da, dum. Att. li. 16. ep. 3. Subabsurdum tempus. 2. de Orat. 274. Sunt etiam illa subabsurda.

SVBABSVRDE. 2. de Orat. 275. Quæ à prudẽtibus quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurdè falléque dicuntur.

SVBACCVSO, as. pro Fl. 86. Nunc meum discessum quasi reprehendere & subaccusare voluisti. Attic. lib. 16. ep. 7. Addebat etiã me desiderari, subaccusari. & li. 13. Subaccusa quæso Vestorium.

SVBACTIO, onis. *cultura, exercitatio.* 2. de Orat. 131. Subactio autem est vsus, auditio, lectio, literæ. ‖ *Lambinus legit subiecto.*

SVBACTVS, a, um. *domitus, superatus.* pro S. R. 137. In isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressúsque populus Romanus est. pro Font. 2. Galli à nostris imperatoribus subacti, & bello domiti. & 26. Victi & subacti populi.

¶ *Cultus.* 2. de Or. 131. Subacto mihi ingenio opus est vt agro non semel arato, sed nouato & iterato. de Senect. 51. Terra gremio mollito & subacto semen sparsum excipit. & 59. Humus subacta atque pura. ‖ de Pro. 31. Gens subacta.

✠ ☞ Syntaxis. *Subacti populi, ac domiti. Victus & subactus. Ingenium subactum. Terra gremium subactũ & mollitum. Terra subacta & pura.*

SVBAGRESTIS, ste. de Cl. 259. Sonare subagreste quiddam, planéque subrusticum.

SVBAMARVS, a, um. de Fat. 8. & 1. de In. 25.

SVBARROGANTER. 4. Acad. 114. Vereor ne subarroganter facias, si dixeris, &c.

*SVBAVSCVLTANDO. 2. de Orat. 153. Si palàm audire eos non auderes: subauscultando tamen excipere voces eorum, & procul qui narrarent attendere.

*SVBAVSCVLTANS, tis. Top. 75. Qui ea locutus est, bonis viris subauscultantibus pariete interposito.

*SVBAVSCVLTO, as. *clam seu procul auscultо.* Attic. lib. 10. ep. 20. Omnes *κωφυπάκοοι* videntur subauscultare quæ loquor.

SVBCISIVVS, a, um. *dicitur vel tempus, vel opera, quæ à quotidianis & assiduis quasi subducuntur, subtrahunturq;, & raptim quasi furtim ad alia accommodantur.* 2. de Or. 364. Quæ ego serò, quæ cursim arripui, quæ subcisiuis operis, vt aiunt. 1. de Leg. 9. Subcisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. 2. in Ant. 10. Nec amicis vnquam defui: & tamen perfecì operis subcisiuis, vt meæ literæ nomini Rom. laudis aliquid afferrent.

☞ Syntaxis. *Subcisiuæ operæ, tempora.*

SVBSCONTVMELIOSE aliquem tractare. Attic. lib. 2. ep. 7.

SVBCRISPVS. 4. in Verr. 108. Videtis illum subcrispo capillo nigrum? L. RVBER.

SVBDEBILITATVS, ta, tum. Attic. lib. 11. ep. 5. ‖ *Lambinus legit subitare &c.*

SVBDIFFICILIS, le. de Am. 69. Exstitit autem hoc loco quæstio subdifficilis.

SVBDIFFIDO, dis. *dubito, subdubito.* Attic. lib. 15. ep. 20. Quo die audiui illum tyrannum inconcione clarissimum virum appellari, subdiffidere cœpi.

SVBDITITIVS, a, um *fictus, subornatus.* 7. in Verr. 68. Subditicius archipirata.

SVBDITVS, a, um. 2. de Nat 27. Aquæ quæ efferuescunt subditis ignibus. 3. I. V. 12. Subditus in locum alterius.

SVBDO, dis *substituo.* Epist. lib 10. ep. 21. Te rogo in Hircij locum subdas. pro Dom. 85. Quis in meum locum iudicem subdidit?

SVBDOCEOR, eris. ad Attic. lib. 8. ep. 4. Ciceronéque nostros meo potius labore subdoceri, quàm mealium magistrum quærere.

SVBDOLE. *versutè.* de Clar. 35.

SVBDVBITARE. Attic.lib.14.ep.16.& Epi.lib.2.ep.17.

*SVBDVCENDVS,a,um. Hortenſ. Inundis ſubducendisque rationibus.

SVBDVCO,cis.*ſubtraho,remoueo.* Qu.fra.lib.3.ep. 4. Cato diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. pro Dom. 21. Cato, quem tu non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras.4.de Fin. 42. Neque intelligunt ſe rerum illarum fundamenta ſubducere.2.de Inuen.143. Subducere id quo nititur aduerſariorum cauſa.2.Tuſc.40.Subduc cibum athletæ, ferre non poterit.

¶ *Adratiocinatoresrelata.* Att.lib.5.ep.21.Subducamus ſummam. & *ibid.* Aſſident,ſubducunt ad nummum:conuenit.

SVBDVCTVS,a,um.*ad calculos relatum* 3.de Nat.71. Inita ſubductâque ratione nefaria ſcelera meditari.Attic.lib.5. ep. 21. Hoc quid interſit, ſi tuos digitos noui, certè habes ſubductum.Epi. lib.1.ep.9. Rationibúſque ſubductis ſummam feci cogitationũ mearum. 2. de Finibus 60. Voluptatúmne calculis ſubductis prælium ineunt.

¶ *Retractus,adductus.*3.Off. 49. Claſſem Lacedæmoniorum quæ ſubducta eſſet ad Gytheum,clàm incendi poſſe.

SVBDVCTIO,onis.*ſubtractio.*2.de Or.132.

SVBDVRVM eſt,&c.Qu.de Pet.36.

SVBEVNDVS,a,um.*adeũdus,ferẽdus.*2. Tuſc.14.Quæ vt effugias, quis eſt non modò non recuſandus,ſed vltrò appetendus, ſubeundus,excipiẽdus dolor?4.in Cat.12.Sin remiſſiores eſſe voluerimus, ſummæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiumque pernicie fama ſubeũda eſt.ad Terent.li.14.ep.5.Quando ſubeũda fortuna eſt?pro Fl.2.Exiſtimabam L.Flacco multitudinis potius imperitæ,nullo tamen cum periculo, quàm ſapientiſſimorum & lectiſſimorum virorum iudicium eſſe ſubeundum.

¶ *Tenendus.* Orat. 157. Subeundus vſus omnium,periclitandæ vires ingenij.

✠ ADVER. *Neceſſariò,7.in Ver.*

SVBEO,is.*patior,fero,adeo.*pro Dom.72.Non peccato meo nomen exulis ſubeo,ſed re iudicata.pro Mur.4.Ingredi pericula,ſubire tempeſtates reipublicæ.de Aruſp. 39. Subire iram deorum. pro Dom. 101.Eandem pœnam ego ſubibo & ſuſtinebo. de Pro. 23.Vnum pro vniuerſis ſubire atque excipere tela.& 41.Quamuis excipere fortunam,ſubire vim, &c. in Piſ. 41. Subire ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis notas. & 86. Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinéſque ſubierunt. 3.Ver. 144.Si pupilli calamitas,propinquorum lacrymæ,D. Bruti, cuius prædia ſubierunt periculum,&c.3.de Nat.d. 2. Ne quid inuidiæ ſubeatur, aut criminis. pro Dom. 86. Subire vim & iracundiam populi incitati.Qu.fr.lib.3.ep.4.Subire periculoſas inimicitias.Att.lib.8.ep.1. Eundem, vt quemcunq; fors tulerit caſum, ſubeam potius cum iis qui dicuntur eſſe boni, quàm videar à bonis diſſentire.& li.11.7. Quanquam quid mea interſit, vt eorum odium ſubeam,non intelligo.1.I.V. 46. Poteriſne eius orationis ſubire inuidiam?*& rectè:etiamſi quidam,inuidiã legant,nam & Aſconius inuidiæ legit.* Brut.ep.12.Eandã calamitatem ſubirent liberi bonis publicatis,&c. pro Cluent. 128. Ne autem nimium multi pœnam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt. At.lib.11.ep.6. Minùs ſermonis ſubiiſſem, minus accepiſſem doloris, ipſum hoc me non angeret.Att.li.3 ep.15.Iſtos labores, quos nunc in naufragiis ſuſcipis, non ſubiiſſes. 15. Fam.ep.4.Subieris inuidiã,pericula,omnes meas tempeſtates.3.Off.105.Qui retinendi officij cauſa cruciatum ſubierit voluntarium?5.Tuſc. 78. Subire quamuis carnificinam prius, quàm,&c. 1. ad Qu. fr. ep.3.Subire dimicationem.2.Tuſc.14.Subire dolorem.11. Phili. 9.Subire facinus alterius.14.Fam.ep.5.Subire fortunã. 3. Off.28. Omnia incommoda ſubire,vel externa,vel corporis, vel etiam ipſius animi, quæ vacẽt iuſtitia.Qu.fr.li.3.ep.1. Infamiã ſempiternã ſubire. 1. Verr.46.Inuidiã orationis ſubire.Part.100.Subire iudicium.7.ad Att.ep.8.Subire malum.pro Do72..Exulis nomen ſubire.3.Off.57.Nónne inutile eſt, vitiorum ſubire nomina?Cælius Ciceroni lib.8.ep.11.Curio omnia potius ſubire conſtituit,quàm id pati.de Diu.Poteriſne orationem eius ſubire?3. Offi.65.Dupli pœnam ſubire.6.Fam.ep.1.Subire potentiam aut victoriam.11.ad Attic.ep. 6. Subire ſermonem. Brut ep. 12. Supplicia ſubire.2. in Cat.15. Tempeſtatem inuidiæ ſubire. de Pro. 41.Vim ſubire atq; iniuriam malui, quàm aut à veſtris ſanctiſſimis mentibus diſſidere, aut de meo ſtatu declinare. pro Cec. 100.Qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, non priùs ciuitatem,&c.amitterent.14.ad Att.ep.21.Poſtremò ſe libenter vituperationem ſubire, quòd amaret etiam mortuum Cæſarem. pro Quint. 97. Subire vultum ſuperbiſſimum inimici. ad Brut. ep.18.Subire famam temeritatis. & Attic. lib. 14. ep. 21. Subire vituperationem.Attic.lib.8.ep.16. Subire triſtitiam temporum. pro S.R.31.Licet omnia in me pericula impendeant,ſuccurram atque ſubibo.*pro M.Scau.Subiit populi iudicium.

¶ *Venio.*1. de Or. 151. Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt.

SVBEOR,iris.*feror.*7.Ver.181.Inimiciciæ ſunt? ſubeantur labores? ſuſcipiantur.

✠ ADVER. *Obſcurè,1.de In.*

☞ Syntaxis.*Subire periculum,fortunam,vſum,exulis nomen,tela,iram Dei,tempeſtates,amici,inuidiam,alterius facinus,pœnam, potentiam, vultum inimici. Hoc non ſubit ſub acumen iudicij humani. Inimicitiæ malorum à probis ſubeuntur.*

SVBGRANDIS,de.Qu.fr.lib.3.ep.1.Subgrande cubiculum.

SVBHORRIDVS,a,um *horridulus.*pro Seſt.11.

SVBIECTIO,onis.3.de Orat. 200.Rerumque quaſi gerantur ſub aſpectum penè ſubiectio.4.ad Her.25.Subiectio rationis.& lib. 2.28.& li.4.34.Subiectio,quę eſt exornatio quædam verborum.

SVBIECTOR,teſtamentorum,*qui falſa pro veris teſtamenta ſubijcit & ſupponit,vt in alienas hæreditates inuadat.*2.in Cat.7.

SVBIECTVS,a,um.*ſubditus loci,ratione.*3.I.C.2. Tectis omnibus ſubiectos propè iam ignes, circundatosque reſtinximus. de Som.9.Orbis extimus,cui ſubiecti ſunt ſeptẽ,qui, &c. 3. de Nat. 139.Oſſa,quæ ſubiecta corpori ſunt.

¶ *Contentus.*1.de Or.51.Verborum ſonitus inanis,nulla ſubiecta ſententia,nec ſcientia.

¶ *Inductus.*3.de Or.205.Et ad propoſitum ſubiecta ratio.

¶ *Obnoxius.*5.de Fin.36.In his rebus quæ ſubiectæ ſunt ſenſibus. & lib. 3.60. Eſtque illa ſubiecta quaſi materia ſapientiæ. pro Quin.49.Subiectus ſub præcone. 4. Acad.74. Res ſubiecta ſub ſenſus.4.Tuſc.16.Sub metum ſubiecta ſunt,&c.& 21. Quæ ſubiecta ſunt ſub metu. 2. de Finibus 11. Sed fortè dicitis,inuidioſum nomen eſt, & infamiæ ſubiectum. de Som. 15. Hic autem alter ſubiectus Aquiloni,&c.1. Off. 96. Quæ autem pars ſubiecta generi eſt,eam ſic definiunt,vt,&c.1.de Or. 201. Hæc tanquam aliqua materies oratoribus ſubiecta eſſe debent. & 140. His omnibus partibus ſubiecta ſunt quædam argumenta propria.2.de Fin.6.Quæ vis ſubiecta ſit vocibus.4. Tuſc.57. Mare eſt ſubiectum ventis.

¶ *Obediens,qui in dominatu alicuius eſt, qui in alterius ditione & poteſtate eſt.* L. DOMINATVS.2. de Diuin.6. Qui in alterius poteſtate eſt.4.ad Her.24.Subiectus.)(. *in ſua poteſtate.* 2. de Nat. 77. Nulli naturæ eſt obediens aut ſubiectus Deus. & *ibidem.* Omnes res ſubiectas eſſe naturæ ſentienti.Parad. 5. Omnes legibus ſubiecti eſſe debemus.4.ad Here.16. Et ingenuis ſub hoſtilem libidinem ſubiectis. 5. Tuſc. quæſt.2. Si virtus eſt ſubiecta ſub varios caſus.*1.de Leg. Nec ſe intelligunt eſſe conſanguineos, & ſubiectos omnes,ſub vnam eandémque tutelam.

☞ Syntaxis.*Subiecta carnibus oſſa. In verbis ſententia ſubiecta. Sub metu ſubiectum, Aquiloni locus. Infamiæ ſubiectum nomen. Subiecta quaſi materia medicinæ. Subiectus ſub hoſtium libidinem, Sub varios caſus ſubiecta virtus. Subiectum corpus morbis.*

SVBIGENDVS,a,um.*colendus.* 2. contra Rull. 83. Coloni glebis ſubigendis exercitati.

SVBIGO,gis.*in poteſtatem vel ditionem meam redigo,ſubjcio, ſubiungo.* L.SVBACTVS. pro Sex. Roſc.103. Africanus, qui ſuo cognomine declarat,tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe. pro Corn.25.Populi quos armis ſubegimus,atque in ditionem noſtram redegimus.3.in Cat.27.Mihi viuendum eſt cum illis, quos vici ac ſubegi.pro Font.3.M.Fonteius hoſtes ſubegit.

SVBIGOR,tis.*mollior,excolor.*2.de Nat.159.Cùm terræ ſubigerentur foſſione glebarum.

☞ Syntaxis.*Vincere atque ſubigere. Subigere & in ſuam ditionem redigere. Subigere maſſam,ceram.*

SVBIICIENDVS,a,um.2.de Fin.48. Neque vident ſub hac voce honeſtatis,quæ ſit ſubiicienda ſententia.

SVBIICIENS,tis.pro Flac. 53. Hic mihi quaſi miniſtrator aderat,ſubiiciens quid in ſuos ciues dicerem.

SVBIICIO,cis.*addo,adiungo,induco,ſubiungo.*4.ad Her.3. Subiicere exempla ſub ſingulos artis locos.2. de Inuent. 70. Subiicere & ſupponere rationem.& 2.de Diu.104.Et quidem, cur ſic opinetur,rationem ſubiicit.pro Syl.59. Iam verò quod ſubiicit, illos,&c.

¶ *Subdo,repono,comprehenſum indico.*1.de Inuent. 7. Subiicere aliquam materiem arti. 4. ad Heren. 53. Subiicere rationes omnibus partibus.2.de Fin.13.Omnes huic verbo duas res ſubiiciunt. 2.Off.83.Bona ciuium voci ſubiicere præconis.

¶ *Obnoxium reddo,obijcio.* 1. de Or.202. Orator, qui ſcelus fraudémque nocentis poſſit dicendo ſubiicere odio ciuium. pro Planc.56. Subiicere fortunas innocentium ficto ſermoni. 2. Off. 22.Subiicere ſe imperio ac poteſtati alicuius.2.ad Her.50.Subiicere ſe ſub poteſtatem alicuius.

¶ *Propono.*4.ad Her.61.Subiicere aliquam rem ſub aſpectu omnium.Orat.139. Sæpe rem dicendo ſubiiciet oculis. pro Cluent. 6. Ne ipſi quæ contraria ſunt,taciti cogitationi veſtræ ſubiiciatis.

Subigo. 2. de Legibus 45. Subiicere terram ferro. *id eſt, ſubigere, colere.*

¶ *Adultero.* 14. in Antom. 7. Subiicere teſtamenta. L. SVBIECTOR.

SVBIICIOR, tis. pro Mil. 99. Cùm omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciantur. pro R. P. 13. Tamen huic ordini ignem nouum subiici non siuisti.

¶ *Suggeror, rememoror.* 7. in Verr. 24. Cupio mihi ab illo subiici, si quid prætereo.

¶ *Substituor.* Or. 92. Mutata, in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud quod idem significet. 3. ad Here. 7. Quæ subiiciuntur sub vocabulo recti.

¶ *Comprehendor in.* 2. de Fin. 6. Id est, quæ res huic voci subiiciatur. Top. 33. Formæ cuique generi subiiciuntur.

¶ *Exponor.* pro Dom. 52. Vt Cyprius rex cum bonis omnibus sub præcone subiiceretur.

SVBIMPVDENS. Epist. lib. 7. ep. 17.

SVBINANIS, ne. *vanus.* Attic. lib. 2. ep. 17. Quod est subinane in nobis, & non ἀτιμότερον id afficit me quadam delectatione.

SVBINSVLSVS, a, um. de Opt. 7. Est enim vitiosum in sententia, si quid subinsulsum est.

SVBINVIDEO. Epist. lib. 7. ep. 10. Subinuideo tibi.

SVBINVISVS, a, um. pro R. P. 40. Tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen.

*SVBINVITO, as. Ep. lib. 7. ep. 1. Quòd me quadam epistola subinuitaras, vt aliquid ad te huiusmodi scriberem.

SVBIRASCOR, tis. Ep. lib. 10. ep. 28. Interdum tibi subirascor. 2. de Fi. 12. Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Attic. lib. 1. ep. 11. In Epeirum quòd me non inuitas comitem non molestum, subirascor.

SVBIRATVS. 1. de Orat. 72. Ep. lib. 3. ep. 9.

SVBITO. *repentè, repentino, continuò, ecce tibi.*) (*sumpto spacio.* At. li. 6. epist. 6. Ego dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, subitò factus sum accusatoris eius socer. pro Dom. 40. Tu auspiciorum patronus subitò extitisti. pro Planc. 49. Consul comitia habere cœpit, subitò præter opinionem omnium. Ep. lib. 8. ep. 7. Properanti tabellario literas subitò dedi. 1. de Diui. 72. Alia autem subitò ex tempore coniectura explicantur. 1. de Ora. 252. Vox & gestus subitò sumi, & alicunde arripi non potest. 1. de Orat. 150. Vtile est etiam subitò sæpe dicere: tamen illud vtilius, sumpto spacio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. 1. de Nat. 6. Vnde hoc philosophandi mihi subitò studium extitisset. & *ibid.* Nos autem nec subitò cœpimus philosophari, nec, &c. Att. lib. 7. ep. 10. Subitò cepi consilium, vt exirem. pro Cecin. 30. Cùm subitò ecce idem, &c. pro Font. 31. Bella subitò atque improuisò nasci. ad Oct. Subitò iam prostratam Rempub. extulisti. pro Syll. 32. Vita subitò fingi non potest. Atti. lib. 2. epist. 9. Subitò cùm mihi dixisset Cæcilius quæstor, puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptim.

☞ Syntaxis. *Subitò, præter opinionem omnium. Subitò, ex tempore. Cùm subitò ecce ille, Bellum subitò, atque improuisò natum, absolutæ synonymiæ.*

SVBITVS, a, um. *repentinus, improuisus.* de Prou. 43. Subita atque improuisa formido. Quin. fra. lib. 2. ep. 4. Subita defectio Pompeij. 3. Tusc. 51. Omnia subita videri maiora. At. lib. 9. ep. 12. Subitus discessus, & præceps profectio. 1. ad Here. 13. Insperatum incommodum, subita lætitia. Ep. lib. 13. ep. 2. Subitum est ei remigrare, &c. 1. de Ora. 150. Subitam & fortuitam orationem commendatio & cogitatio facilè vincit. & *ibid.* Etiamsi vehementissimè se in his subitis dictionibus exercuerit.

☞ Syntaxis. *Subitum atque improuisum. Subita & fortuita oratio Exercere se in subitis dictionibus.*

SVBIVNCTVS, a, um. de Arus. 37. Video in aruspicum responsis hæc esse subiuncta, sacrificia vetusta, &c.

SVBIVNGO, gis. *subijcio, subiugo.* 1. de Orator. 218. Omnes artes oratori subiungere. & Orat. 94. Aristoteles trãslationi hæc ipsa subiungit, & abusionem. 3. in Verr. 55. L. Mummius vrbes multas sub imperium populi Romani subiunxit. 2. contra Rull. 97. Sub vestram iurisdictionem orbem terrarum subiungeretis. 2. de Natur. deor. 114.

Cedit, Equi partes properans subiungere chelis.

✠ *ADVERB. Absolutè, Top.*

SVBLATE. *elatè.* de Cl. 201. Sublatè ampléque dicere. pro Do. 95. Nihil vnquam de me dixi sublatius ascisendæ laudis causa.

SVBLATIO, onis. *elatio.* 2. de Fin. 13. Voluptas est sublatio animi sine ratione, &c.

SVBLATVS, a, um *abrogatus, ademptus, remotus, eiectus.* L. SVSTVLI. 1. de Orat. 247. Veteres leges nouis legibus esse sublatas. pro Pomp. 30. Bellum aduentu Pompeij sublatum atque sepultum est. 1. de D. 50. Amilcarem ab his viuum esse sublatum. 3. de Nat. 82. Deorum iudicio discrimen esse sublatum. Att. lib. 9. ep. 11. Dispersione enim Coss. actio de pace sublata est. & ad Brut. ep. 6. Iamptidem hoc ex nostra consuetudine sublatum esse debet. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 20. Sublata Mysiæ latrocinia, cædes multis locis repressæ, oppidorum furta & latrocinia esse depulsa, remota illa calumnia. pro S. R. 3. Non modò ignoscendi ratio, verumetiã cognoscendi consuetudo de ciuitate sublata. * pro C. Cornel. 1.

✠ Multarum rerum iudicia sublata sunt. ‖ 4. Tusc. 45. Omnem vitæ diligentiam sublatam fore.

¶ *Elatus, suspensus.* 7. in Ver. 92. Ignis à specula sublatus. & 6. Ver. 5. Sublatis manibus. 2. cont. Rull. 95. Roma cœnaculis sublata ac suspensa. 3. in Verr. 13. Sublatus in crucem.

✠ *ADVERB. In perpetuum, de Clar. Omninò de ciuitate, pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Sublata suspicio, consuetudo, bellum, viuus homo, leges, actio de pace. Roma cœnaculis sublata & suspensa.*

SVPPLICIVM, cij. *cruciatus, pœna.* 3. de Na. 81. Summo cruciatu supplicióque Varius homo importunissimus periit. pro S. R. 70. Solon nullum supplicium constituit in eum, qui parentem necasset. & 70. Constituere supplicium alicui maleficio. 13. in Ant. 21. Soluere supplicium alicui. pro Pom. 11. Aliquem vinculis & verberibus, atque omni supplicio excruciatum necari.

necari. Anteq. 18. Serui qui ad ſupplicium verberibus cæſi trahuntur Attic. lib. 8. ep. 15. Supplicia miſerrima & crudeliſſima perferre. Epiſt lib. 5. ep. 10. Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo vſurus eram in eum, remitto tibi, & condono. 2. de Orat. 238. Rapi ad ſupplicium, ad facinus. 2. de Inu. 84. Sumere ſupplicium de aliquo.)(*dare ſupplicium.* & 4. I. V. 91. & 7. in Ver. 66. Supplicio affici aliquem. 1. de Or. 202. Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere. in Piſo. 43. Supplicium eſt pœna peccati. & *ibid.* Nullum eſt ſupplicium, quo non affici caſu aliquo etiam boni viri fortéſque poſſint. * con. C. Anton. Ad maius ſupplicium reſeruatus. Hortenſ. Simili nos affectos eſſe ſupplicio.

✠ ADIVNC. *Acerbiſſimum, crudeliſſimũ, æterníque, extremum, ſummúmque ſeruitutis, maius, maturius, medium, 7. Ver. Acre, inſigne, ſingulare, pro Sex. Roſc. Acriora, 3. in Catil. Aeterna, 1. in Catil. Commune, in Piſo, Dignum, 4. Ver Diuinũ, ſupremũ, 2. de Legibus. Exquiſita, 1. Offic. Inuſitata, 3. cont. Rull. Iuſta, debitáque, 1. Acad. Leue, 11. Attic. Maiora in aliquem, 11. Phil. Maximum, 1. de Inuent. Miſerrima, & crudeliſſima, 5. Attic. Præſens, 3. in Ver. Summum, 2. de Nat. & ep. ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Summo cruciatus & ſupplicio perire. Supplicium conſtituere, ſoluere. Omniſupplicio excruciatum necare aliquem. Ad ſupplicium trahi. Meum ſupplicium (.agendi ſignificatione) tibi remitto, & condono. Sumere.)(.dare ſupplicium de aliquo. Scelus conſtringere ſupplicio. Supplicium peccati pœna.*

SVPPLICO, as. *deprecor, me ad alicuius pedes ſupplicem abiicio, manus alicui vel ad aliquem tendo.* Poſtq. ad Quir. 6. Multi pro Qu. Metelli reditu vobis ſupplicauerunt. Epiſto. lib. 6. ep. 14. Amicis eius omnibus pro te libentiſſimè ſupplicabo. & lib. 6. ep. 13. Quibus ego ſupplicare non deſtiti. 2. de Or. 230. Nemo rempub. implorauit, nemo ſupplicauit. pro Font. 25. Cum amici & propinqui ſupplicent vobis, dubitabitis, &c. pro Pl. 50. Proſternere ſe, & fracto animo atque humili ſupplicare alicui. pro Planc. 12. Summiſsè ſupplicare alicui. Poſtq. ad Quir. 13. & 3. de Nat. 66. Vt ego illis ſupplicarem. Brut. ep. 16. Supplicato vindici illi quidem alienæ dominationi, non vicario. pro Font. 31. Præſertim cùm tot res ſint, quæ veſtris animis pro huius innocentis ſalute ſupplicent.

✠ ADVERB. *Diligentius, ſubmiſsè, pro Planc. Libentiſſimè, 6. Famil. Publicè, 1. Phil.*

☞ Syntaxis. *Supplicare alicui pro aliquo, pro alicuius ſalute. Proſternere ſe, & fracto animo humiliq; ſupplicare. Sùmiſsè ſupplicare alicui.*

SVPPLODO, dis. *pede terram percutio, plaudo.* 1. de Ora. 230. Quid multa? pedem nemo in illo iudicio ſupplosit.

SVPPLOSIO, onis. 3. de Orat. 44. Vereor ne nihil ſim tui, niſi ſupploſionem pedis imitatus. & lib. 3. 218. & 3. ad Her. 27. Pedis dextri rara ſupploſione. de Cl. 141. Supploſio pedis.

✠ ADIVNC. *Crebra pedis, de Clar. Rara, 3. ad Her.*

SVPPOENITET, bat. Attic. lib. 7. ep. 14. Et hunc noſtrum copiarum ſuppœnitet.

SVPPONO. nis. *ſubiicio, ſubiungo.* 7. I. V. 71. Tum iſte in eorum locum alios ſubſtituere & ſupponere cœpit.

¶ *Subdo.* 2. de Nat. 124. Anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus. 1. de In. 12. Huic generi Hermagoras partes quatuor ſuppoſuit, deliberatiuam, &c. &. 8. Nam & tres partes ſupponimus. Attic. lib. 8. ep. 6. Deinde ſuppoſuit exemplum epiſtolæ Domitij. 2. de In. 70. Subiicere & ſupponere rationem. Parad. 6. Si teſtamenta amicorum expectas quidem, atque ipſe ſupponis. 1. de Leg. 43. Supponere falſa teſtamenta.

¶ *Obſtringo.* pro Deiot. 42. Hieras cauſam omnem ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum.

SVPPONOR, ris. pro. S. R. 111. In mandantis operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. 2. de Inu. 63. Supponatur ab hęredibus hæc ratio, &c.

SVPPORTO, as. *clàm importo.* Epiſto. lib. 12. ep. 13. Niſi quid nauibus Laodicenorum ſupportârit, citò fame pereat neceſſe eſt.

SVPPOSITVS, a, um. *ſubornatus.* 7. I. V. 69. Vt ille ſuppoſitus facilè & libenter ſe illum, qui non erat, eſſe ſimularet. pro Clu. 125. Qui ſuppoſita perſona falſum teſtamentum obſignauit. 7. I. V. 74. Alium in ſuppoſiti locum ſupponere. ‖ pro Seſt. 78. Gladiatores tu nouitios pro expectata ædilitate ſuppoſitos cum ſicariis è carcere emiſſis ante lucem in forum immittas.

☞ Syntaxis. *Subſtituere ac ſupponere. Oua ſupponere gallinæ. Se reum ſupponere pro aliquo. Fides ſuppoſita, teſtes, perſona.*

SVPPRESSIO, onis. pro Cl. 68. Statuit ſibi ad eaſdem prædas ſuppreſſionésque iudiciales reuertendum.

✠ ADIVNC. *Iudiciales, pro Cluent.*

SVPPRESSVS, a, um. *humilis, demiſſus.* pro Syl. 30. Suppreſſa voce dicere de aliquo. Or. 85. Voce & oratione ſuppreſſior.

¶ *Occultatus.* pro Cl. 75. Candidati, quorum nummos ſuppreſſos eſſe putant.

SVPPRIMENDVS, a, um. ad Brut. ep. pr. in. 7. Audita res erat, & peruulgata: quare ſupprimenda non fuit.

SVPPRIMO, mis. *ſedo.* 3. Tuſculan. 75. Hæc igitur ſunt officia cõſolantium, tollere ægritudinem funditùs, aut ſedare, aut detrahere quàm plurimùm, aut ſupprimere, nec pati manare longiùs.

¶ *Retineo.* pro Cl. 71. Capit hoc conſilium, vt pecuniam iudicibus polliceatur, deinde eam ſupprimat.

¶ *Occulto.* pro Cl. 99. Pecuniam acceptam nomine iudicij Saſiniani retinuit, atque ſuppreſſit. & 68. Quæ cùm accepiſſet à pupillo, ſuppreſſit.

SVPPVDET, bat. Epiſt. lib. 15. ep. 16. Puto te iam ſuppudere, cùm, &c. & lib. 9. ep. 1. Sed quòd eorum me ſuppudebat.

SVPRA *ſuper, vltra: loci ratione.* 2. de N. 95. Homines ſub terra habitantes, qui nunquam exiſſent ſupra terram. & 116 Mare quod ſupra terram eſt. 3. de Orat. 20. Omnia, quæ ſuprà & ſubter ſunt, vnum eſſe. Epiſt. lib. 9. ep. 26. Supra me Atticus, infra Verius. de Vniuerſ. 28. Secundus ſupra terram ambitus. de Som. Scip. 10. Supra lunã ſunt omnia æterna. 5. in Verr. 77. De qua muliere verſus plurimi ſupra tribunal ſcribebantur. 1. de Diuin. 57. Se interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum, & ſupra ſtercus iectum. 1. de Diuinat. 32. Cotem illam de foſſam in comitio, ſuprâque impoſitum puteal accepimus. Quint. frat. lib. 1. ep. 2. Ecce ſupra caput homo leuis, &c. 2. de Nat. deor. 106.

Draco ſubter ſupraq; reuoluens. Seſe.

5. Tuſc. 49. A ſole exoriente ſupra Mæotis paludes. 2. de Nat. 135. Paulò ſuprà quàm ad linguam ſtomachus annectatur. Or. 139. Sæpe ſuprà foret quàm fieri poſſit.

¶ *Virtutis.* ad Brut. ep. 17. Potentia, quæ ſupra leges eſſe velit. 2. de N. 34. Ratio recta conſtansque, quæ ſupra hominem putanda eſt Deoque tribuenda. 2. de Leg. 41. Hæc commemoratio vereor ne ſupra hominis fortunam eſſe videatur.

¶ *Ordinis.* 5. I. V. 77. Suprà adiecit Aeſchrio. 3. de Orat. 206. Illa quę ſuprà dixi.

¶ *Virtutis, ponderis.* Top. 39. Hec eſt ſuprà quàm illud. Epiſtol. lib. 14. ep. 1. Piſonis amor in omnes tantus eſt, vt nihil ſupra poſſit eſſe. Att. lib. 13. ep. 19. Dialogos abſolui, neſcio quàm bene, ſed ita accuratè, vt nihil poſſit ſuprà: *id eſt vltrà.* ad Oct. Supra ætatẽ, ſupra conſuetudinem, ſupra etiam mortalitatem tuam tibi ſunt omnia tributa.

SVPRASCRIBO, is. pro Cluen. 148. Qui eorum? quorum? videlicet, qui ſuprà ſcripti ſunt. Epiſtol. lib. 6. ep. 10. At illa polliceor, quæ ſuprà ſcripſi.

SVPREMVS, a, um. *vltimus, extremus.* pro Mur. 75. Qu. Maximus P. Africanum ſupremo eius die laudauit. 1. Tuſc. 71. Supremus vitæ dies. de Senect. 78. Supremo vitæ die. 2. de Leg. 22. Supremo ✠ ſupplicio afficere aliquem. ‖ 1. in Ant. 34. Eius diem ſupremum malum quam L. Cinnæ dominatum.

SVRA, ræ. *eſt cruris poſterior pars, & crus ipſum.* in Arat.

Iam dextrum genus & decoratam lumine ſuram.

5. Tuſc. 47. Sura ac pulmonibus ſiſto. Lucilij.

SVRCVLVS, li. *planta.* 2. de Or. 278. Da mihi ex iſta arbore, quos ſeram ſurculos. & lib. 3. 108.

SVRDASTER, ſtri. *qui aures hebetiores habet, qui malè audit.* 5. Tuſc. 116. Erat ſurdaſter M. Graſſus: ſed aliud moleſtius, quòd malè audiebat.

SVRDITAS, tis. 5. Tuſc. 116. In ſurditate quidnam eſt mali?

SVRDVS, a, um. *qui ſenſu aurum, vel audiendi caret, auribus captus.* 5. Tuſculan. 116. & 2. de Diuinat. 9. Surdus varietates vocum aut modos noſcere non poteſt. pro Font. 15. Satis erit id quod dixi, non ſurdum iudicem huic muneri præeſſe. 5. Tuſc. 116. Ergo ij in illorum, & illi in horum ſermone ſurdi. Omnésque itidem nos in his linguis, quas non intelligimus, ſurdi profecto ſumus. & 117. Sic licet ſurdos ad oculorum *voluptatem traducere.*

SVRGO, gis. *de lecto exeo.* 3. Off. 112. Pomponius ſurrexit è lectulo 2. de Inu. 15. Ille multo ante lucem ſurrexit. 5. Attic. lib. 16. ep. 13. v. Iduum cùm ante lucem de Sinueſſano ſurrexiſſem, veni, &c.

¶ *Quocunque de loco.* 6. I. V. 147. Prætor de ſella ſurrexit, atque, abiit. pro S. R. 1. Ego potiſſimùm ſurrexi, qui non ſum cum iis qui ſedeant, comparandus. 12. I. A. 24. Semel cecidi ſciens, vti honeſtiſſimè ſurgere poſſem. pro Cl. 51. Ego ad reſpondendum ſurrexi. 2. de Orat. 316. Surgere ad dicendum.

✠ ADVERB. *Auſpicatò, 3. Ver. Maturiùs, 4. Ver. Seriùs, 2. ad Qu. Fr.*

SVRREPTVS, a, um. 14. In Ant. 9. Parma ſurrepta.

SVRRIPIO, pis. *clepo, furo, compilo.* de Clar. 76. Tu qui à Næuio vel ſumſiſti multa, ſi fateris: vel ſi negas, ſurripuiſti. pro Do. 66. Qui ex eius cuſtodia per inſidias filium regis captiuum ſurripuerat. Epiſt. lib. 13. ep. 77. Dionyſius à bibliotheca multos libros ſurripuit. 2. de In. 55. Surripere vaſa ſacra ex priua e. 3. Offi. 42.

In

In vita sibi quenquam petere quod pertineat ad vsum, non iniquum est: alteri surripere ius non est.

¶ *Capio, eligo, sumo.* Att. li. 5. ep. 16. Surripere aliquid spacij ad scribendum.

✠ ADVERB. *Clàm, 6. Ver.*

SVRRIPIOR, ris. *abripior, abstrahor, clàm auferor.* Parad. 6. Virtus nec eripi, nec surripi potest.

✠ ADVERB. *Occultè, 3. Ver. Imprudenter honorem, 2. cont. Rull.*

SVRROGO, as. *substituo.* Brut. ep. 5. Statim enim Pansa collegam sibi surrogasset.

SVRSVM. (*deorsum.* de Vn. 41. & 2. de Nat. 84. Elementis sursum deorsum, vltrò citróque commeantibus. 2. de Nat. 141. Aures eo quod omnis odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt. Orat. 135. Cum gradatim sursum versus reditur. Part. 24. Et eidem sursum versus, retróque dicatur.

☞ Syntaxis. *Sursum ferri, esse. Sursum versus reditur. Sursum versus, retroq; dicere.*

SVS, suis. *porcus.* 2. de Nat. 160. Sus verò quid habet præter escam? cui ne putresceret, animam ipsam pro sale datâ dicit esse Chrysippus: qua pecude nihil genuit natura fœcundius. 5. de Finib. 38. Non inscitè illud dictum videtur in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret. *Nonnius legit, putisceret.* 1. de Diu. 23. Sus rostro humi A literam impressit. in Sal. 3. Itaque nihil aliud studet, nisi vt lutulentus sus quóuis volutari. 2. de Orat. 233. Docebo sus (vt aiunt) oratorem illum, &c. Epi. lib. 9. ep. 18. Etsi sus Mineruam. 1. de Diu. 31. Sus & virilis & muliebris sexus est. * Chorogr. Vt sues glande pascantur.

✠ ADIVNC. *Lutulentus, Cic. in Sallust.*

☞ Syntaxis. *Sus ille lutulentus quouis volutatur. Sus & virilis & muliebris sexus.*

SVSCEPTIO, nis. 3. de Fin. 32. Sic ea quæ proficiscuntur à virtute, susceptione prima, non perfectione sunt iudicanda. & 1. Acad. 23. Laborum dolorúmque susceptio, &c.

SVSCEPTVS, a, um. *non recusatus, initus.* pro Mur. 12. Aliquid aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium. Att. lib. 4. ep. 15. Nunc susceptam obiurgationem reprimam. I. P. 58. Pontinius religionibus susceptis impeditur. 2. de Diu. 83. Hæc hominum errore susceptа sunt. post Redit. ad Quir. 1. Vt si meas rationes vnquam vestræ saluti antepositas fuisse, sempiternam pœnam sustinerem mea voluntate susceptam. pro Pomp. 1. Meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ. pro Syll. 28. Bellum cum aliquo susceptum. pro Qu. 76. Tranligere susceptum negocium. 6. I. V. 78. Quo quidem scelere suscepto inanis erat basis. 2. de Orat. 101. Offensio vel negligentiæ susceptis rebus, vel perfidiæ receptis. * pro M. Scau. Nullo susceptо odio. Hortens. Scelera susceptа in vita superiore. 3. de Nat. deor. Ne susceptas publicè religiones disputatio talis extinguat. I. P. 43. Suscepta fraus.

¶ *Natus ab ortu, exceptus.* Brut. ep. 14. Si remp. cui susceptus es respicis. Att. li. 12. ep. 30. Atque vtinã susceptus non essem. 7. in Ver. 122. Qui à parentibus susceptі educatique sunt.

¶ *Exceptus, receptus.* pro Milon. 13. Vim inter ciues susceptam.

✠ ADVERB. *Antè, & prouisi labores, pro Dom. Benè consilium, fortiter negocium, 6. Fã. Proximè causa, 11. Famil Publicè, 2. de Leg. Sceleratè, 1. Catil.*

SVSCIPIENDVS, a, um. *iniendus.* Att. lib. 4. ep. 14. Iter Asiaticum puto tibi susciрiendum fuisse. 2. de Leg. Sequitur enim de iure belli, in quo & susciрiendo & gerendo & deponendo ius vt plurimùm valet. 1. Ver. 59. In contentione susciрiendarum inimicitiarum, ridiculum est putare. 1. Offic. 141. In omni actione susciрienda tria sunt tenenda: primum, &c.

¶ *Admittendus.* 2. de Diu. 112. Libri Sibyllæ valeant ad deponendas potius, quàm ad susciрiendas religiones.

SVSCIPIO, pis. *sumo, capio, recipio.* 3. I. C. 5. Illi sine mora negociũ susceperunt. Attic. lib. 14. ep. 22. Susciре cogitationem, quidnam mihi agendum putes. & lib. 8. ep. 24. Obsecro te, Ciceto, susciре curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, vt, &c. & lib. 9. ep. 8. De his rebus rogo vos vt cogitationem susciрiatis. de Ar. 7. Ille inimicitias susceрit propter salutem meam. 1. de Orator. 103. Gorgias, qui magnum quiddam susciрere ac profiteri videbatur. & 112. Susciрere ac profiteri magnum aliquod onus atque munus. 16. Famil. ep. 12. Ego A. Varroni diligentissimè te commendaui, vt susciрeret te totum, ac tuereтur. 12. Philipp. 5. Admirabantur boni viri, accusabant amici, quòd spe pacis legationem susceрissem. ad Quir. post red. 1. Sin & ea quæ antè gesseram, &c. & illam miseram profectionẽ vestræ salutis gratia susceрissem, &c. pro Cl. 153. Aliquid culpę susciрere. 3. Fam. ep. 7. Susciрere beneuolentiam. post Red. in sen. 35. Susciрere calamitatem. 1. de Fin. 68. & 3. ad Attic. ep. 24. Casum propter fidem constantiamque susciрere ad Attic. lib. 3. ep. 23. Causam alicuius susciрere. 1. Offic. 131. Susciрere nimias celeritates. 6. Fam. ep. 22. Susciрere consilium. pro Mur. 9. & pro Pl. 52. & 7. Ver. 104. Susciрere culpam, vel crimen culpæ. Tusc. quæst. lib. 1. 111. & lib. 3. 66. & pro Sest. 3. & pro Dom. sua. 98. Susciрere dolorem. 2. de Diuinat. 83. Errorem & superstitionem susciрere. in Vatin. 19. Susciрere gemitum. 2. Philipp. 6. Susciрere impuritates. Brutus Attico. ep. 17. Qui valentissimum Antonium susciрere pro rep. non dubitauit inimicum. pro Planc. 103. Susciрere inimicos. 3. Famil. ep. 10. Susciрere inimicitias alicuius. de Aruspic. 7. Inimicitias propter alicuius salutem susciрere. 1. Offi. 28. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumtus susciрere nolunt. 7. Phil. 2. Susciрere insignia belli. 4. in Verr. 137. Susciрere inuidiam, vel offensionem. Cat. 82. Susciрere labores diurnos nocturnósque. Offic. 3. 25. Susciрere maximos labores, molestiásque de Fin. lib. 1. 60. Susciрere multos labores magnósque inflammatum spe potiundi voluptatum. 2. de Nat. 62. Susceрit autem vita hominum, consuetudóque communis, vt beneficiis excellẽtes viros in cœlum tollerent. 5. Verr. 1. Multum negocij susciрere. pro Cecin. 13. Negocia atque controuersias alicuius susciрere. pro Clu. 32. Cæteri non videntur in singulis hominibus multa patricidia susciрere posse, &c. pro Mil. 41. Susciрere partem alicuius. pro Sest. 3. Susciрere partes defensionis querelæ, &c. Tusc. quæst. lib. 4. 41. Susciрere partem vitiorum. Attic. lib. 7. ep. 4. De triumpho hortari, susciрere partes suas. & lib. 3. ep. ep. 21. Intelligóque multas partes meæ salutis & susciрere, & posse sustinere. 3. de Orat. 60. Patrocinium voluptatis susciрere. 10. ad Attic. Susciрere aliquam personam. 9. ad Att. ep. 6. Susciрere *πρόσωπα*. de pace. 7. ad Attic. ep. 1. Susciрere *πρόσωπα*. 5. Fam ep. 8. Susciрere propugnationem pro reliqua. pro Mil. & 3. Philip. Susciрere remp. in Vat. 14. Susciрere sacra. pro Sest. 49. Susciрere salutem Reip. contra aliquem. pro Dom. sua 27. Susciрere simultatem & contentionem. pro Qu. 76. Quod turpissimè susceperas, perseuerare & transigere non potuisti. de Vn. 36. Vt igitur mortali genetentur conditione, vos susciрite, vt illa gignatis, &c. pro Cæl. 37. Redeo nunc ad te Cæli vicissim: ac mihi autoritatem patriam seueritatémque susciрio. 3. ad Quint. frat. ep. 1. Susciрio, vt me putem præstare debere. pro Syll. 68. Neque enim facinorum tantorum, tam atrocium crimen, Iudices, P. Syllæ persona susciрit. 1. de Finib. 32. Quis nostrũm exercitationem vllam corporis susciрit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi cõsequatur? & *ibid.* 24. Sed vt omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quisque pro patria & pro suis susciрit, &c. de Ar. 61. Atque ego hanc orationem tuam tristem non susciрissem, nisi, &c. pro Sex. Rosc. 112. Susciрere onus officij, quod te putes posse sustinere & recipere mandatum. pro Planc. 52. Eum tenere cursum, quem à prima ætate susciрeris. 5. I. V. 1. Susciрere multum negocij. 1. Offic. 83. Qui periculosas rerum actiones susciрiunt. Attic. lib. 14. ep. 11. Susciрiam omnem istã actionem. Epist. li. 3. ep. 10. Susciрere officia & partes pro aliquo. pro Cecin. 18. Susciрere molestiam pro aliquo. de Amic. 84. Omnia alter pro altero susciрiet. Epist. lib. 3. ep. 8. Ego autem cùm hoc susciрissem, &c. Attic. lib. 6. ep. 1. In quo magnum odium Pompeij susceрistis. pro Dom. 106. Susciрere religionem. 7. Verr. 179. Tantúmne igitur laborem, tantas inimicitias tot hominum susciрcturus es? ad Brut. lib. 11. ep. 6. Illud tibi persuadeas velim, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, &c. summo semper studio susciрcturum. pro Clu. 141. Neque mihi quicquam oneris susciрi, quum ista dixi, &c. 3. Offi. 6. Susciрisti onus præterea graue, & Athenarum & Cratippi. 15. Famil. ep. 21. Susciрisti partes Consulum. 2. ad Quint. frat. ep. 2. Susciрisti iudiciorum causam, antiquissimámque se habitũ dixit. pro Flacc. 13. Res sibi susciрit gloriæ causa. 7. Ver. 151. Verres ille vetus proditor Consulis, translator Quæsturæ, auersor pecuniæ publicæ, tantum sibi authoritatis in Repub. susciрit, &c. 1. de Nat. deor. 11. & Diuinat. lib. 2. 150. Nec verò desertarum relictarúmque rerum patrocinium susciрimus. 3. in Catil. 5. Illi sine mora negocium susciрerunt. 5. Verr. 161. Susciрeras enim liberos non solum tibi, sed etiam patriæ. 2. Verr. 51. Susciрe causam senatus, vt, &c. 2. Philipp. 31. Attende enim paulisper, & cogitationem sobrij ad punctum temporis susciрe. 5. Famil. ep. 14. Vatinij, susciрe me: *id est, mei defensionem, vel me defendendum.* 14. ad Attic. ep. 13. Susciрe meam deliberationem, ad Attic. lib. 12 ep. 20. Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te mi Attice, susciрe totum negocium. & lib. 14. ep. 22. Quæris, vt susciрiam cogitationem, quidnam istis agendum putem. pro Mur. 76. Istuc me rogari oportet abs te, an te potius à me vt pro mea salute laborem, periculúmque susciрias? 11. Famil. ep. 3. M. Bruti & Cassij. Tu etiam atque etiam vide, quid susciрias, quid sustinere possis. * 2. de Leg. Magnum audáxque consilium Græcia susceрit, quòd.

¶ *Cogito, admitto, committo, patro, concipio.* 7. I. V. 11. Susciрere scelus. pro Cluent. 170. Susciрere magnum facinus in se. de Amic. 102. Animo aut spe maiora susciрere. 3. I. C. 22. Diis immortalibus ducibus hanc mentem voluntatémque susciрi. in Parad. Hæreditatis spes quid iniquitatis in seruiendo non susciрit? 11.

Philip. Miſerior igitur qui ſuſcipit in ſe ſcelus, quàm is qui alterius facinus ſubire cogitur.

¶ *Patior. habeo.* pro Sest. Suſcipere luctum, ſqualorem, ſordes. pro Leg. Manil. & Poſtquam. Non modo adhuc pœnam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit, ſed, &c. 3. Philip. & pro Syl. Maximam turpitudinem ſuſcipere vitæ cupiditate. 5. de Finib. Qui etiam nunc agendi aliquid diſcendiq́ue cauſa propè contra naturam vigilias ſuſcipere ſoleamus. pro Mil. Suſcipere vim. 16. ad At. Suſcipere vituperationem. pro Cl. 153. Suſcipere aliquid culpæ recuſando. 1. de Inu. Quibus reb. tantum odij atque inuidiæ ſuſcepit eloquentia tua, &c. 2. I. A. 6. Cum omnes impuritates pudica in domo ſuſceperis.

¶ *Habeo.* Epiſt. lib. 5. ep. 16. Cùm beatiſſimi ſint, qui liberos non ſuſceperunt. pro Cluent. Inuito deſpondit ei filiam ſuam illam quam ex genero ſuſceperat. 3. in Ant. 17. Ipſe ex libertini filia ſuſcepit liberos.

¶ *Amplector.* Offi. 2. Si cuius virtutem ſuſcipiunt.

¶ *Admitto.* 2. de Diuin. 84. Quæ ſi ſuſcipimus, & ſternutamenta nobis erunt obſeruanda. pro Cl. Quo tandem Habitus metu adductus, tantum in ſe facinus ſuſcipere conatus eſt? *id eſt, admitte-*

✠ *re.* in Piſ. 43. Suſcipere fraudem. ‖ vide SVSCEPTVS.

¶ *Conſto.* Offic. lib. 1. Suſcipere æs alienum amicorum cauſa.

✠ ADVERB. *Acerrimè, enixè, palàm, propriè, publicè cauſam, pro Seſt. Fortiſſimè, partem grauiſſimam reip. pro Mil. Fruſtrà laborem, 1. Acad. Gratis facinus, 7. Verr. Pauliſper partes, 3. Famil. Turpiſſimè, pro* T. *Quint.*

SVSCIPIOR, ris. Anteq. Exilium quod virtute ſuſcipitur. de Ar. reſp. Eodem enim tempore & ſuſcipimur in lucem, & hoc cœleſti ſpiritu augemur. I. A. Quæ docti, vt dixi, à Græcis petere mallent, indocti ne à nobis quidem accipiunt, vt fruſtra omnis ſuſcipiatur labor. pro Font. Magna meherculè cauſa, Iudices, abſolutionis cum cæteris cauſis hæc eſt, ne qua inſignis huic imperio macula atque ignominia ſuſcipiatur. lib. 1. de Fin. Dolores ſuſcipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. 3. Tuſc. Si verò non futurum quidem ſit, fruſtra ſuſcipi miſeriam voluntariâ. 1. Offic. 141. Nec maior cura & opera ſuſcipiatur, quàm cauſa poſtulet. pro Mur. 9. Si nullæ inertiæ, nulla inhumanitatis culpa ſuſcipitur, ego verò libenter deſino. Att. 7. lib. 9. epi. 4. Bellum crudele ab aliquo ſuſcipi. de Aruſp. 57. In lucem ſuſcipi: *id eſt, naſci.* Anteq. 22. Exilium quod virtute ſuſcipitur.

✠ ADVERB. *Neceſſario bellum, pro Font.*

☞ Syntaxis. *Suſcepta ſua voluntate pœna. Vita abeunte ætate ſuſcepta. Suſceptum in Aſia flagitium. Suſceptus & educatus Deo. Suſcepta vis inter ciues. Suſcipere religionem, curam, negocium, cogitationem, quiddam magnum, ac profiteri, onus & munus, amicum, atq́ue totum, ac tueri: profectionem, beneuolentiam, calamitatem, caſum, cauſam, cõſilium, celeritatem, culpam, crimen, vituperationem, dolorem, errorem, ſuperſtitionem. Facinus in ſe ſuſcipere. Inuidiam & offenſionem ſuſcipere. Ita conſuetudo ſuſcepit, vt. Parricidia ſuſcipere, partes, patrocinium, perſonam alicuius, ſalutem alicuius. Perſeuerare ſuſceptum, & tranſigere. Suſcipere ſibi autoritatem patriam, vitæ curſum honeſtum. Omnia pro te ſuſcipiam. Suſcipere ſcelus. Magna animo & ſpe, mentem, voluntatem optimam, luctum, ſordes, pœnam ſe indignam, liberos, æs alienum, exilium virtute magna.*

SVSCITO, as. *inuenio, excito, incito, exſuſcito.* pro Q. R. 36. Te ab tuis ſubſelliis contra te teſtem ſuſcitabo. Anteq. 15. Qui nouam rationem ſuſcitant, veteres maiorum obterũt laudes. Epi. lib. 11. epiſt. 3. Suſcitare bellum ciuile.

SVSCITOR, tris. 2. de Or. 259. Iubebis igitur, inquit, te ſuſcitari?

SVSPECTVS, a, ũ. *ſuſpicionem præbens, in quo ſubeſt ſuſpicio alicuius rei. ſolicitus, habens ſuſpicionem alicuius rei.* de Ami. 52. In vita tyrãnorũ omnia ſemper ſuſpecta atque ſolicita. 1. I. C. 17. Si me meis ciuib. tam grauiter ſuſpectũ atque infenſum viderem. 3. Tuſ. 1. Medicina animi multis ſuſpecta atque inuiſa. Epiſt. lib. 2. ep. 1. Quanquam me nomine negligentiæ ſuſpectum tibi eſſe doleo, pro Quin. 14. Cùm ſæpe ſuſpectus Quintio Nævius fuiſſet. 3. Offic. 94. Cùm filius patri ſuſpectus eſſet de nouerca.

✠ ADVERB. *Falſò, 13. Famil. Vehementer, Orat.*

SVSPENDIVM, dij. 5. I. V. 119. Vt homines iniuriæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent.

SVSPENDO, dis. *cerunces frango.* 5. I. V. 57. Hominem corripi ac ſuſpendi iuſſit in oleaſtro quadam. & 129. Dioclem hominem locupletem ſuſpendiſſe ſe conſtat. 2. de Orat. 278. Suſpendere ſe de ficu. pro Rab. 13. Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.

* *In alium ædificio.* Hortenſ. Primus balneolas ſuſpendit, incluſit piſces.

SVSPENDOR, ris. Topic. 22. Opus quod ita ædificatum eſt, vt ſuſpendi non poſſit: *id eſt, fornix.*

SVSPENSVS, a, um. *anceps, dubius, incertus. ſolicitus.* pro Dom. 96. Tota ciuitas ſuſpenſa atque ſolicita eſt. Att. lib. 2. ep. 18. Suſpenſo animo ſolicitóque ſum. 1. contra Rull. 23. Ciuitas ſolicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu, perturbata ſeditionibus. 2. contra Rull. 65. Suſpenſus & incertus obſcura ſpe & cæca expectatione pendeo. pro Cluent. 54. Suſpenſus incertuſque vultus. & 8. Ne diutius ſuſpenſa oratione mea expectatio veſtra teneatur, aggrediar ad crimen, &c. de Clar. 200. Iudices oratione ſuſpenſos teneri. Attic. lib. 10. ep. 1. Tu tuum conſilium etſi non in longinquum tempus differs, tamen ſuſpenſum me detines. 7. I. V. 14. Cùm ſeruitiorum animos in Sicilia ſuſpenſos propter bellum fugitiuorum videret. 1. de Orator. 139. Suſpenſo & occupato animo Craſſum tibi reſpondiſſe video. Epiſtol. lib. 3. ep. 10. Suſpenſus expectatione rerum. & lib. 16. ep. 3. Suſpenſo animo expecto, &c. & lib. 11. ep. 8. Omnia ſunt ſuſpenſa propter expectationem legatorum. & lib. 10. ep. 8. Tenere aliquem ſuſpenſum de aliqua re. & lib. 5. ep. 13. Viuendi ſuſpenſas habere rationes. Att. lib. 3. ep. 8. Maneo Theſſalonicæ ſuſpenſus, &c. & lib. 16. ep. 5. Exiſtimabam μετεωρότερον eſſe, & herculè erat, & maximè de ludis. 7. I. A. 1. Animus aberrat à ſententia, ſuſpenſus curis maioribus.

¶ *Pendens, euerſus.* 2. Tuſc. 67. Equi Pelopis, qui per vndas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur.

¶ *Sublatus.* 2. contra Rull. 95. Roma cœnaculis ſublata atque ſuſpenſa.

✠ ADVER. *Diutius, pro Cluent. Grauiter & offenſus,* 1. *Cat. Valdè,* 16. *Fam.*

☞ Syntaxis. *Suſpenſus & ſolicitus. Animo ſuſpẽſo & ſolicito. Metu ſuſpenſus. Suſpẽſus & incertus obſcura ſpe. Suſpenſus, incertiſque vultus. Iudicum expectationem tenere oratione ſuſpenſa. Detinere aliquem ſuſpenſum. Omnia ſuſpenſa propter expectationem legatorum. Viuendi ſuſpenſas habeo rationes. Curis ſuſpenſus animus.*

SVSPICIENDVS, a, um. *venerandus.* 2. de Diu. 148. Aeternam naturam eſſe ſuſpiciendam, admirandámque hominum generi.

¶ *Aſpiciendus.* 2. de Nat. 107. Eius cùm totius eſt præclara ſpecies, in primis ſuſpicienda eſt capitis figura.

SVSPICIENS, tis. 5. Tuſculan. 71. Hæc ille intuens atque ſuſpicitens, vel potius omnes partes horásque circumſpiciens, conſiderat, &c.

SVSPICIO, cis. *aſpicio.* 2. de Nat. 4. Cùm cœlum ſuſpeximus, cœleſtiáque contemplati ſumus. & 48. Epicurus cœlum non ſuſpexit. 2. de Diu. 72. Ille autem nec ſuſpicit, nec circumſpicit. 4. Ac. 81. Piſces, qui neque videntur à nobis: & nunc quidem ſub oculis ſunt, neque ipſi nos ſuſpicere poſſunt. in Arat. de Ar. 19. & de Sõn. 1. Suſcipere in cœlum.

¶ *Veneror, miror.* 2. Offi. 36. Itaque eos viros ſuſpiciunt maximíſque efferunt laudibus. Orat. 97. Eloquentia, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam aſſequi ſe poſſe diffiderent. Epiſt. lib. 10. ep. 9. Sic honores præmiáque veſtra ſuſpicio, vt, &c.

☞ Syntaxis. *Suſpicere cœlum: & in cœlum. Virtutem ſuſpicere & admirari.*

SVSPICIO, onis. *coniectura, ſcrupulus, metus, ſcientia incerta, opinio.* Attic. lib. 8. ep. 15. Cùm ad te literas miſiſſem, ſuſpicionem nullam habebam, te reipublicæ cauſa mare tranſiturum. & lib. 16. ep. 4. Hæc nauigatio habet quaſdam ſuſpiciones periculi. 2. de Orat. 278. Salſa ſunt etiam, quæ habent ſuſpicionem ridiculi abſconditam. & *ibid.* Quæ ſuſpicionem & crimen efficiunt. Ep. lib. 13. ep. 24. Deponere ſuſpicionem, quam de aliquo habeas. & lib. 3. ep. 12. Ne cui ſuſpicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. de Ar. 37. Multi ſunt, in quos huius maleficij ſuſpicio cadat. Attic. lib. 13. ep. 10. In quem ne ſi inſidiis quidem ille interfectus eſſet, caderet vlla ſuſpicio. 2. de Orator. 333. Vitanda eſt ingenij oſtentationiſque ſuſpicio. Attic. lib. 7. ep. 8. Suſpicionem mihi tua taciturnitas attulerat. 4. ad Herennium 38. Occultè facere ſuſpicionem. pro Cæl. 9. Quoad M. Cælij, dare potuit ſuſpicioni locum. 6. in Verr. 30. & 1. in Anton. 15. Quos doleo in ſuſpicionem populo Romano venire. in Vatin. 2. Etiamſi falsò veniſſes in ſuſpicionem. pro Cæl. 23. Qui non modò à facto, ſed etiam à conſcientiæ ſuſpicione abeſt. pro Cæl. 53. Poſſum omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo. 1. contra Rull. 23. Ciuitas ſolicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu. Brut. ep. 6. Audiuimus eum veniſſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſæ. pro Flacc. Decianus qui tibi in ſuſpicionem nullo ſuo delicto venit. & *ibid.* Nunc facis ſuſpicionem. pro Cluent. 180. Omnis ſuſpicio in eos ſeruos commouebatur. Epiſt. li. 2. ep. 16. Mouere ſuſpicionem alicui. 7. I. V. 10. Leonidæ cuiuſdam familia in ſuſpicionem eſt vocata coniurationis. pro Cl. 127. Non omnes in culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi. & 182. Noui quidam homines in ſuſpicionem vocati ſunt. & 106. Cùm tam atrocis rei ſuſpicio eſſet iniecta. 2. contra Rull. 79. Tenuiſſima ſuſpicione hoſtium iniecta. pro Cluent. 174. Ea res ſatis firmam veneni ſuſpicionem non habet, etſi eſſet ſuſpicioſum, tamen ad me non pertineret. 2. in Anton. 114. Incidere in ſuſpicionem regni appetendi. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. 11. Qui tibi nunquam in ſuſpicionem auaritiæ venerit. 7. I. V. 64. Iudex bonus eſſe nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non mouetur. Antequam. 21. Expurgare, ſuſpicionem dimouere. pro Cluent. 73. Canutius, qui quodã odore ſuſpicionis

Stalenum

Stalenum corruptum esse sensisset pro Qu.66. & pro Sex. Rosc. 28. In qua re nulla subest suspicio.pro Planc. 6. Sed etiam largitionis recipienda suspicio. 2. de Orat. 156. Opinionem istorum studiorum & suspicionem artificij apud iudices oratori aduersariam esse arbitror. pro Planc. 53. Quanquam ne id quidem suspicionem factionis habuerit.2.de Orat.122. Dicam enim nō reuerens assentandi suspicionem. Attic. lib. 8. ep. 16. Fugere suspicionem perfidiæ. 1. contra Rull. 17. Hæc à me suspicionibus & coniectura coarguuntur. de Clar. 43. Suspicio est, illum veneno sibi consciuisse mortem. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 22. In quibus non potest residere inertiæ vlla suspicio. 1.in Ant. 33. Atque vtinam vt culpam, sic suspicionem vitare potuisses. & 11. Phil. 21. At suspicioni crimen,aut inuidiæ materiam dedisse videbimur. & 24. In eandem suspicionem cadere collega tuus non potest.5. I.V.136.Qui illam suspicionē leuare, atque ab se remouere cuperet.5.I.V.140.Ab sese omnem suspicionem propulsare.pro C. Cornel. 1. In quo suspicionem omnem tollit . Curionis virtus ac dignitas.pro M.Scau. Cum propinquitas & celebritas loci suspicionem desidiæ tollat aut cupiditatis.

¶ *Opinio,cogitatio.* 1.de Natur.62. Esse gentes immanitate sic efferatas,vt apud eas nulla suspicio deorum sit. 3. de Nat. 64. Hoc non modò comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possunt attingere. Attic. lib. 8.ep.15. Suspicione assequi aliquid non posse.

✠ ADIVNC. *Abscondita,aduersaria, 2. de Orat. Atrocissimæ,tanta,pro Mil.Cæca,6.Fam. Certa,2.ad Qu. fr. Domesticæ,honestæ,similis,1.de Inuent.Falsa,ficta,satis firma veneni, nimia quædam belli, pertenuis, repentina,tenuis periculi,tenuissima, turpis, pro Cluent.Indigna, pro Sex. Rosc.Magna, subita belli, turpissima, 7. Ver.Magnæ,1.Attic.Maior, odiosæ,7.Attic.Minima,1. Tusc.Multæ,6.Ver.Propria,pro Sest.Ridicula, & abscondita,1.de Orat.Solicita,2. cont. Rull.Vacua atque pura,de Aruſp.*

☞ Syntaxis.*Suspicionem habere magnam.Hæres,vt nauigatio,suspicionem habet. Salsa habent ridiculi suspicionem. Id efficit suspicionem. Suspicionem afferre,dare,facere,deponere.In Cæs. no cadit suspicio crudelitatis Dare locum suspicioni.Ille venit bonis in suspicionem. A conscientia suspicione abesse.Magna in te vnum suspicio commouetur.Poni in suspicione,vocari.Suspicionem inijcere. In suspicionem regni incidere, cadere. Suspicione certa moueri. Suspicionem dimouere,expurgare. Odorem suspicionis sentire. Opinio & suspicio artificij apud sapientes iudices aduersaria est oratori. Suspicionibus & coniectura coarguere. Neque vlla apud impium est Dei suspicio.Suspicione assequi,attingere.*

SVSPICIOSE, sius.*credibiliter,criminosè.* pro Sex. Rosc.55.Criminosè & suspiciosè dicere & arguere. pro Deiot. 17. Suspiciosius ✠ dicere. ‖ de Cl.131.Qui suspicioſius aut criminoſius diceret audiui neminem.

SVSPICIOSVS, a,um.*suspicionem præbens & suscipiens.* 7. I. V. 73. Te conscientia timidum suspiciosumque faciebat. Qu. fr. lib.1. ep.1.11.Esse nimis durum & suspiciosum in suos. Epist.lib. 1. ep. 7.Etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano.pro Sex.Rosc. 18. Quod adhuc est suspiciosum, res ipsa perspicuum faciet. *id est,dubium & obscurum.*Part.114. Suspiciosum crimen.2 ad Heren.11.Rem perspicuam, non suspiciosam videri oportere. pro Flacc. 68. Suspiciosa & maledica ciuitas. & 7. Suspiciosissima ciuitas.pro Clu.174.Ea res satis firmam veneni suspicionem non habet,etsi esset suspiciosum,tamē ad alios potius quàm ad Habitum pertineret.de Am.67.Esse suspiciosum,& semper aliquid existimantem ab amico esse violatum.

☞ Syntaxis. *Conscientia facit timidum & suspiciosum. Durus & suspiciosus in suos.Tempora suspiciosa.Id suspiciosum est. Hoc suspicionem habet.*

SVSPICANDVM. de Clar. 56. Tantum modo coniectura ducor ad suspicandum.

SVSPICANS, tis. de Clar. 294. Iis tu comparas hominem Tusculanum, nondum suspicantem, quale esset copiosè & ornatè dicere.

SVSPICOR, aris. *suspicione assequor,suspicione attingo,suspicionem habeo.* Attic.lib.7.ep.12.Scribe non modò si quid scies,aut audieris,sed etiam si quid suspicabere.& lib.11.ep.41.Suspicabar, vel potius intelligebam nihil esse, &c. de Cl.55.Ex monumentis suspicari de aliquo. pro Syll. 48. Defendit eum de quo nihil est suspicatus.1.de Orat.78. Nos in amicorum negociis res ipsa antè confecit, quàm possemus aliquid de tantis rebus suspicari. pro Cl.27.Suspicari aliquid mali.Attic.lib.8.ep.5. Autoritate tua permotus,vt suspicor:quid enim aliud putem? & Brut.ep. 15. Suspicor illud tibi non probari,quod,&c. & ep.13. Quod velim temerè de illo suspicati sint homines.& Att.lib.15.ep.21. Nihil erā suspicatus de tabulis.pro S. R. 117. Qui de eius scelere suspicari nihil potuerunt.pro Mil.64. Ciues de rep.optimè meriti,in quibus homines non modò res præclarissimas obliuiscuntur, sed etiam nefarias suspicantur.

¶ *Cogito,reputo.* 1.de Natur.28. Deus,in quo neque figuram diuinam, neque sensum quisquā suspicari potest. & 29 Nec Protagoras quicquam videtur de natura deorum suspicari. Epi.lib. 1.ep.9.& li. 5.ep.2.& 3.de Fin.14.Certi homines, quos iam suspicari debes. Orat.133. Verum hæc vis, quam quærimus, quanta sit,suspicemur,quoniam exempla non habemus.3.de Orat.15.Vt maius quiddam de L.Crasso, quàm quantum à nobis exprimetur,suspicetur.

¶ *Spero.* Epist.lib.1.ep.6.Valde suspicor fore, vt infringatur hominum improbitas.

✠ *ADIVNC.Difficillimè,1.ad Qu.frat.Iniuriosè,temere, ep.13.ad Brut.Leuissimè, 9. Fam. Nihil dum, 3.in Catil. Obscurius,4. Acad.Planè,3.Fam.Sceleste, 6.Att.Valdè fore,1.Fam.*

SVSPIRVM,rij.*gemitus,etiamsi sit aliquid discriminis,vtrumque tamen doloris est indicium.* Att.lib.1.ep.15.Quem nemo aspicere sine suspirio posset.& 4.Tusc.72.Sine cura,sine suspirio.

SVSPIRO,as. Att.lib.1.ep.15.Neminem habeo quo cum aut iocari liberè,aut suspirare familiariter possim.1.de Diu.42.Suspirantibus curis.

✠ ADVERB.*Familiariter, 1. Attic.Occultè, 2. Attic.*

SVSQVE, deque:*id est, non laboro, non sum solicitus.* Attic.lib.14. epist. 6. Nam de Octauio susque deque.

SVSTENTANDVS,a,um.4.in Cat.6.Id malum opprimi sustentando & prolatando nullo pacto potest:quacunque ratione placet, celeriter vobis iudicandum est.

SVSTENTATIO, onis.*dilatio.* 2. de Inuent. 146. Deinde vtrum statim fieri necesse sit,vtrum habeat aliquam moram,& sustentationem.

SVSTENTATVS,a, um. pro Muræn. 3. Is cui respub. à me vna traditur sustinenda, magnis meis laboribus sustentata. 1. de Orator. 239. Cùm is iurisconsultus fuerit superior discessurus, qui esset non iuris ciuilis scientia, sed eloquentia sustentatus.

SVSTENTO, tas.*sustineo,nitor.*de Prou. 12. Qui se etiā nunc subsidiis patrimonii aut amicorum liberalitate sustentant. Postquam in Sen. 10. Qui egestatem domestico latrocinio sustentauit. pro Cæl. 38. Egestatem alicuius suis sumtibus sustentare. Epist. lib.4.ep.13. Quorum opibus casus meos sustentabam.pro R. P. 4. Fide sustentare amicos. Epist. lib. 6. ep. 4. Tu velim te tua virtute sustentes.& lib.7.ep.1. Sustentare ac tueri imbecillitatem valetudinis. pro Fl. 3. Spes, quæ hominum mentes cogitationésque sustentat.Attic.lib.9.ep.11. Me adhuc tuæ literæ sustentarunt. pro Mil.101. Nunc me vna consolatio sustentat, &c. Attic.lib.3.ep.6. Me vix miserè sustento, &c. pro Fl. 12. Noster autem testis vt se ipse sustentat, vt omnia verba moderatur.Ep. lib.6.ep.1.Sustentare se conscientia optimorum consiliorum. I. P.89. Cùm sustentare vix possis mœrorem tuum dolorémque decessionis. Epist.lib.16.ep.21.Ex meis angustiis illius sustento tenuitatem.Cic.F.

✠ ADVERB. *Maximè aliquem, 6.Fam. Priuatim suis copiis,Postq.in Sen.Vix,miserèque se,3.Attic.*

SVSTENTOR,tris.*confirmor.* Quint.frat. lib. 2. ep. 6.Aedificationem arcani ad tuum aduentum sustentari placebat. 1. Tusc. 56. Per animum ipsum tam natura hominis vitam sustētari, quàm vitis,quàm arboris. & 43. In quo animus nulla re egens, aletur & sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur & aluntur. 2.de Diu.139. Animi vigilantium sustentantur membris, & corpore, & sensibus: quæ cùm subtracta sunt,&c. Attic. lib. 10. ep.4.Præclara conscientia sustentor. Qu. frat. lib.2.ep.3.Cato à Crasso sustentatur.& lib.3. ep. 5. Angor mi frater, nostrum hoc tempus ætatis aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari.2.Offic.86. Valetudo sustentatur notitia sui corporis. Attic.lib.4.ep.9. Literis sustentor & recreor.

☞ Syntaxis. *Suos casus opibus alienis sustentare.Sustentare ac tueri valetudinis imbecillitatem.Spes mentem cogitationémque sustentat. Conscientia præclara sustentari.Sustentari,& recreari.*

SVSTINENDVS,a,um. Qu. fr.lib. 1.ep.1.2.Animus in maximis reb.gerendis & sustinēdis exercitatus Anteq.4.Vt leuis sit labor defensori sustinendus.

SVSTINEO,nes.*sustento,tueor,corruere non sino,fulcio,labentem excipio,contineo.* Postq in Sen.9. Quorum mentes angustæ & humiles,magnitudinem tanti imperii sustinere non possunt. pro Dom.5. Hi tales viri, qui non solum consiliis suis, sed specie ipsa dignitatem reip. sustinent.& 142. Remp. in hac causa vestris ceruicibus sustinetis. pro Cæl.43. Fieri non potest, vt quisquam tantum onus non modò agendo, verumetiam cogitando possit sustinere.de Am.75. Tantum cuique tribuendum est,quantū quisque potest sustinere.Item *ibid.* Deferre aliquid ad alterum, quod ille non possit sustinere. Epist.lib.10.ep. 4. Interim maximam hic solicitudinē curāmque sustineo. & lib. 6.ep. 6. Quia

non putat se sustinere causas posse multorum. 5. I. V. 53. Cuius mortis causam fugitiui sustinent. Attic. lib. 7. ep. 3. Sustinere culpam alicuius rei. & li. 11. ep. 25. Corpore vix sustineo grauitatem cœli huius. Attic. lib. 8. ep. 19. Neque solùm cum ista copia tantam multitudinẽ sustinere poteris. pro Quin. 62. Alicuius quotidianum conuicium sustinere. 2. de Or. 102. Tres personas vnus sustineo summa animi æquitate, meam, aduersarij, iudicis. de Clar. 113. Rutilius magnum munus de iure respondendi sustinebat. pro Sex. Rosc. 112. Suscipere aliquod onus, quod sustinere non possis. 5. I. V. 199. Fugi ac sustinere aliquid muneris in rep. Epist. lib. 2. ep. 11. Sustinere onera in rep. Attic. lib. 11. ep. 11. Nihil est mali, quod non & sustineam & expectem. de Clar. 6. Sustinere aliquem dolorem præter cæteros. pro Flacc. 34. Est enim credo is vir iste, vt ciuitatis nomen sua autoritate sustineat. 5. Tusc. 16. Ferre & sustinere seruitutem. pro Dom. 101. Eandem pœnam ego subibo & sustinebo. Postquam ad Quir. 1. Sempiternam pœnam sustinerẽ, &c. 1. I. C. 23. Vix molem istius iniuriæ sustineo. Epist. lib. 6. ep. 5. Quæ, &c. omnibus meis viribus sustinebo. Attic. lib. 3. ep. 9. Sustinebimus nos, & spe qua iubes nitemur. 5. I. V. 207. Sustinere iam populus Romanus omnium nationum non vim, non arma, non bellum, sed luctum, lacrymas, querimonias, non potest. I. P. 4. Ego interpositam Senatus autoritatem sustinui contra inuidiam atque defendi. 3. in Verr. 78. Tantæ ne tuæ Verres libidines erunt, vt eas capere ac sustinere non prouinciæ populi Rom. non nationes exteræ possint? 2. cõt. Rull. 86. Qui tres solum vrbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam, statuerunt posse imperij grauitatem ac nomen sustinere.

¶ *Duro, perfero, resisto, tolero.* Epist. lib. 12. ep. 6. Brutus enim Mutinæ vix iam sustinebat.

✠ ADVER. *Arroganter satis aliquos, facillimè obtrectatores,* 11. *Fam. Diutius exercitum, vix iam,* 12. *Fam. Diutius grauitatem, præcipuè suis ceruicibus, pro Sest. Diutius onus,* 7. *in Ver. Aegrè ceruicibus repulsum, & intercluſum, de Pet. Cons. Facillimè sermones, Planè nõ posse,* 15. *Fam. Facilè per se,* 10. *Fam. Firmè assensus,* 3. *de Fin. Vix,* 4. *Acad.*

SVSTINEOR, ris. Attic. lib. 13. ep. 21. Sed arbitrabar sustineri remos cùm inhibere essent remiges iussi. 5. in Ver. 11. Hac prouincia alimur & sustinemur. Orat. 128. Quod cùm rapidè fertur, sustineri nullo modo potest. 3. de Natur. 84. Pateræ coronæque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur. 4. I. C. 17. Omnis opera equestris, artificum frequentia sustinetur, alitur ocio.

¶ *Occultor, contegor.* Epist. lib. 1. ep. 9. Fronte ac vultu, quibus simulatio facillimè sustinetur. 3. in Ver. 10. & 11. Iudices sustinebũt tantæ populi Romani voluntati restitisse? sustineant. Epist. lib. 2. ep. 1. Sustinere expectationem sui concitatam. & ep. 6. Sustinere beneficia in se collata. & *ibid.* Sustinere officium. 4. Academ. 48. Sustinere se ab omni assensu. 4. Tusc. 40. Sustinere se. Epist. lib. 9. ep. 8. Meque sustinebam, ne, &c. 4. Aca. 94. Sustinere equos. ad Attic. lib. 13. ep. 21. Sustinere currum. 4. Acad. 164. Cùm se à respondendo, vt aut approbet quid, aut improbet, sustineat. Acad. Sustineri assertionem. ad Attic. lib. 12. ep. 50. Sustinenda est solutio nominis Coreliani, dum de Faberio sciamus. *id est, differenda.* 7. I. A. 17. O dij, quis huius potentiam poterit sustinere? de Senect. 4. Onus Aetna grauius sustineo. & 33. Cùm humeris bouem sustineret viuum. ad Attic. lib. 1. ep. 14. Laborem propter ambitionem sustinere. & lib. 10. ep. 2. Protinus sustinui me in arcano fratris. & lib. 14. ep. 20. Puto fore, vt me præsentem non sustineat. 3. Offic. 6. Sustines enim magnam expectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. de Senect. 34. Sustinere munera. de Amic. 64. Est igitur prudentis, sustinere vt cursum, sic impetum beneuolentiæ. pro Deiot. 36. Ille enim furoris mulctam sustinuerat, hic erroris. Epist. lib. 11. ep. 14. & pro Mil. 19. Totum hoc negocium ipse guberno & meis humeris sustineo. pro Rab. Posth. 43. Labentem excepit, corruere nõ siuit, fulsit, sustinuit, te, fortuna, fide: hodiéque sustinet.

✠ ADVERB. *Facillimè simulationem,* 1. *Fam.*

☞ Syntaxis. *Sustinere curam, solicitudinem, culpam, cæli grauitatem, personas plures, onus & munus, dolorẽ. Sustine te & spe nitare. Alis & sustineri agris. Sustinere beneficia quãuis præclara, remos, flumina. Labentem excipere, ruere non sinere, fulcire, sustinere. Sustinere currus, equos. Sustinere se ab assensu. Sustinere fronte simultatem.*

SVSTVLI, sti: sublatum. *extuli.* ad Att. lib. 6. ep. 2. Salaminij nos in cœlum decretis suis sustulerũt. 3. de Nat. 76. Sol in currum Phaëtontem filium sustulit. 4. Tusc. 49. Fortitudo Herculem in cœlum sustulit. 3. I. V. 7. Verres ciues Romanos in crucem sustulit. pro Deiot. 28. Cùm eum plures in equum sustulissent, vix hærere in eo senex poterat. Epist. lib. 7. ep. 5 Sustulimus manus ego & Balbus. & lib. 16. ep. 10. Oculos paululum sustulerunt. ad Att. lib. 2. ep. 24. & Hortensius laudes nostras in astra sustulit. * Hortens. Eloquentiam in cœlum sustulisses.

¶ *Emitto.* Quint. frat. lib. 2. ep. 1. Clamorem satis magnum sustulerunt. 1. de Diu. 79. Quo aspectu exterrita nutrix clamorem sustulit.

¶ *Rapio, auoco, detraho, aufero, tollo, perdo.* ad Attic. lib. 2. ep. 24. Cæpionem de oratione sua sustulit, quem antea nominarat. Ep. lib. 1. ep. 9. Exemplum præclarissimum vindicandæ seditionis de rep. sustulerunt. 4. Acad. 62. Sublata assensione, omnem motum animorum sustulerunt. 1. de Diu. 5. Xenophanes diuinationem funditus sustulit. 1. in Ant. 4. Dictaturam funditus de rep. sustulit. 1. de Diuinat. 8. pro Sex. Rosc. 71. Nónne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse. 3. de Nat. 81. Varius Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat. 1. Offi. 35. Maiores nostri Carthaginem & Numantiam funditùs sustulerunt. ad Attic. lib. 15. ep. 12. Eam rem Seruilia sublaturam ex S.C. se esse dicebat. 1. de Leg. 3. Orithiam Aquilo sustulit. 3. de Or. 175. Cùm verba iacentia sustulimus è medio.

¶ *Excipio.* Qu. fr. lib. 2. ep. 9. Sustulissem. *id est, hospitio accepissem.*

¶ *Suscipio.* pro Sex. Rosc. 10. Plus oneris sustuli, quàm ferre possum.

¶ *Gigno, suscipio.* 13. in Ant. 23. Qui ex eadem sustulerit liberos.

SVSVRRATIO, onis. *susurrus.* Ep. lib. 8. ep. 1. De Cæsare crebri & non belli rumores, sed susurrationes veniunt.

SVSVRRVS, ri. 5. Tusc. 103. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, vt mos in Græcia est, insusurrantisque alteri.

SVTOR, oris. *qui calceos suit vel facit.* pro Flacc. 17. Sutores & zonarij.

SVTORIVS, a, um. Epist. lib. 9. ep. 21. Sutorium atramentum. Att. lib. 6. ep. 1. Vestri enim credo graueis habent, Turpionem Sutorium & Vectium mancipem.

SVTVS, a, um. 2. de Nat. deor. 150. Tegumenta corporum vel texta vel suta.

SVVS, a, um. 10. in Ant. 13. Animus Hortensij dignus & ipso, & maioribus suis. pro Mil. 17. Quasi Appius ille cæcus viã munierit, vbi impunè sui posteri latrocinarentur. pro Sest. 142. Hunc sui ciues è ciuitate eiecerunt. 2. de Diu. 78. Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem, quàm possessionem suam. 2. de Leg. 25. Suos deos aut nouos coli, confusionem habet religionum. pro Quint. 29. Alphenus vtebatur populo sanè suo. 2. contra Rull. 2. Petere consulatum anno suo. 3. de Orat. 107. Placeárne à Carthaginensibus captiuos nostros, redditis suis, recuperari. de Clar. 4. Hortensius è vita cessit, suo magis quàm ciuium suorum tempore. Att. lib. 9. ep. 14. Tamen illum vlciscentur mores sui. 4. de Fin. 10. Is poterit semper esse in disputando suus. 2. de Orat. 345. Sua cuique virtuti laus propria debetur. ad Att. li. 14. ep. 22. Suos quisq; debet tueri. de Opt. 1. Poematis tragici, comici, & reliquorum, suum quoduis est diuersum à reliquis. 2. de Orat. 66. Qui profitetur esse suum, facere aliquid. Epist. lib. 4. ep. 3. Aliquid, atque adeò multa addunt atque afferunt de suo. & *ibid.* Abesse à suis. ad Att. lib. 13. ep. 2. Ariarates pedem vbi ponat in suo, non habet. 3. de Orat. 10. Crassus suapte interfectus manu. 3. de Nat. 59. Minerua patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. 2. de Orat. 47. Quasi nihil possit dici sine præceptis suis: *id est, eius.* 2. de Inuent. 51. Hunc pater suus deduxit, &c. *id est, pater eius.* ad Attic. lib. 15. ep. 25. Vt spectem ludos suos. *id est, illius.* pro Quin. 87. Defensus à necessar o suo. *id est, illius.* Epist. lib. 9. ep. 6. Cùm ille scripsisset, &c. scripserunt ad eum sui, ne id faceret. de Amic. 11. Factus est Cos. 2. primùm ante tempus, iterum sibi suo tempore, reip penè serò.

☞ Syntaxis. *Ego meum esse profiteor. Semper tuus eris in disputando. Addere de suo, afferre soluere.*

SYBOTA, orum. *insula.* Att. lib. 5. ep. 9.

SYDVS. L. SIDVS.

SYLLA, læ. *Sulla.* Att. li. 7. ep. 7. pro Qu. 76. Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sylla dictatore vendente. pro S. R. 21. Sylla felix.

SYLLABA, bæ. Par. 3. Si versus pronunciatus fuerit vna syllaba lõgior aut breuior. 3. de Orat. 181. Clausulam longa syllaba terminari. & lib. 1. 236. Leguleius auceps syllabarum.

SYLLABATIM. 4. Acad. 119. Cum syllabatim Stoicus tibi ista dixerit. ad Att. lib. 13. ep. 25. Dictare alicui syllabatim.

ΣΥΛΛΑΒΟΣ, ῥ. L. INDEX.

SYLLANVS, a, um. *Sullanus.* 3. contra Rull. 7. Qui nos Syllanos in inuidiam rapit. Paradox. 6. Qui illam Syllani tẽporis messem recordaretur. Attic. lib. 10. ep. 7. Non tam dirus ille dies Syllanus callidissimo viro C. Mario *fuisset.*

SYLLATVRIT. *proscripturit.* Attic. lib. 9. ep. 12. Syllaturit animus eius, & proscripturit.

SYLVA, uæ. Attic. lib. 12. ep. 16. Manè me in syluam abstrudo densam atque asperam. 1. de Orat. 36. Genus humanum in montibus ac syluis dissiparum. 1. de Diu. 114. Multos nemora & syluæ commouent. 3. de Orat. 18. Locus in media sylua maximè opacus & frigidus. Quint. frat. lib. 3. ep. 1. Palæstra & sylua viridicata.

2.cont.Rull.3. Veneat sylua Scantia. *ibid.* Syluam verò tu Scantiam vendas.de Clar. 85. Nam cum in sylua Scantia facta cædes esset.

¶ *Vbertas, materia, copia.*3.de Orat.101. Sylua rerum ac sententiarum comparanda est. Orat. 139. Hoc in genere (nam quasi syluam vides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo. Orat.12. Omnis vbertas, & quasi sylua dicendi, ducta ab Academicis est.3. de Orat. 116. Cui loco est omnis virtutum & vitiorũ sylua subiecta.

✠ *A DIVNC. Densa & aspera,*12. *Att. Infinita,*2. *de Or. Magna, media,*3. *de Orat. Nobilis,*11. *Att. Publicæ, pro Mil. Vindicatæ,*3. *ad Qu.fr.*

☞ Syntaxis. *Sylua densa, aspera. Sylua vindicata. Opacus & frigidus in sylua locus. Vbertas ac sylua.*

SYLVANVS. deus.2.de Nat.89. Accij.

SYLVESCO, scis. *quasi in syluam cresco.* de. Sen. 52. Vitis putanda est, ne sylvescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.

SYLVESTER, vel SYLVESTRIS, tre.1.de Nat.120. Loca syluestribus sepibus densa.& lib.2.132. Montes vestiti ac syluestres.& 99. Vita syluestrium. 1. de Leg. 15. In spaciis syluestribus. 1. de Inu.2. In syluestribus tectis. de Am. 70. Locis delectamur montuosis & syluestribus. 5. Tusc. 79. Non montiuagos & syluestres cursus patiuntur. pro Cæl.26. Luperci, quorum coitio illa syluestri, &c.de Clar.259. Quota alia quadam multa & syluestris via ad eandem laudem peruenerat.

☞ Syntaxis. *Loca syluestria, montes sepes, spacia, tecta, cursus, coitio. Inculta & syluestris via.*

ΣΥΜΒΟΛΟΝ. L. NOTA.

SYMPATHIA, tiæ. *conuenientia & coniunctio naturæ.*2. de Diuin. 124. & 3. de Nat.28. Video sympathian. & *ibid.* Continuatio coniunctióque naturæ, quam, vt dixi, *συμπάθειαν* vocant, eiusmodi, vt thesaurus ex quo intelligi debeat. 2. de Diu.34. Cognatio naturæ, & quasi concentus atque consensus, quã *συμπάθειαν* Græci vocant.

☞ Syntaxis. *Sympathia, continuatio, coniunctio, cognatio, concentus, consensus, synonyma.*

SYMPHONIA, iæ. *concentus, cithara.*5. in Ver.105. Cùm in eis conuiuiis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. & 7. in Verr. 31. & 56. Reduci è conuiuio cum cantu & symphonia. pro Cæl.35. Accusatores cantus & symphonias iactant. Epist. lib.16.ep.9. Symphoniam Lisonis vellem vitasses, ne in quartam hebdomadam incideres.

SYMPHONIACVS, a, um. *citharœdus, vel fidicen, seu tibicen.* 1. in Ver.55. Symphoniacus seruus. & 7. in Ver.63. Symphoniaci homines sex. pro Milon.56. Milo tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat.

SYMPHREATIDES. *curiales, tribules.*2. de Leg.5.

SYMPOSIA. L. CONVIVIVM.

ΣΥΓΚΑΤΑΘΕΣΙΣ. L. ASSENSIO, & APPROBATIO.

ΣΥΝΑΓΩΓΗ. L. COLLECTIO.

SYNCERE. *candidè, verè, ingenuè.* Attic.lib.3.ep.15. Crassi libertum mihi puto syncerè locutum. & lib.9.ep.12.

SYNCERVS, a, ũ. *purus, verus, integer.* Qu.fr.lib.2.ep.7. & *εἰλικρινὴς.* Epist. lib. 13. ep. 50. Hoc mihi da, vt M. Curium syncerum integrúmque conserues. de Clar. 286. Thucydides pronunciator syncerus & grandis etiam fuit. Or.25. Prudens syncerúmque iudicium. 2. Offic. 18. Perspicere quid in quaque re verum syncerúmque sit. de Clar. 202. Nihil erat in eius oratione nisi syncerum, nihil nisi siccum atque sanum. pro Qu. 5. Nihil est iam sanctum atque syncerum in ciuitate. 2. de Diu. 118. Quo licet existimare, in alijs quoque oraculis Delphicis aliquid non syncerí fuisse. de Am. 95. Syncerus, verus. (*Simulatus, fucatus.* Attic. lib.10.ep. 6. Nihil simplex, nihil syncerum.

☞ Syntaxis. *Amicum syncerum integrúmque conserua. Syncerus pronunciator. Prudens syncerúmque iudicij. Quid in quaque re verum syncerúmque sit. Syncera, sicca, sana oratio. Sancta syncera que ciuitas.*

SYNECHDOCHE. L. INTELLECTIO.

SYNEPHOEBI. *Cæcilij comœdia.* de Senect. 18. de Opt. 18. & de Finib. lib.1.

SYNGRAPHA, phæ. *chirographum, cautio.* de Ar.29. Alterum putabo legem, si habuerit, vnde tibi soluat, quod ei per syngraphã credidisti. Epist. lib.7.ep.17. Tanquam enim syngraphã ad imperatorem attulisses, non epistolam, sic pecunia ablata domum redire properabas. pro Mur.35. Pergitisne vos tanquam ex syngrapha agere cum populo? vt quem locum semel honoris ceperiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat. 2. I. A. 95. Syngrapha sestertij centies per legatos facta est in gynæceo. 6. I. V. 30. Iste Cybiram cum inanibus syngraphis venerat. pro Dom. 129. & de Aruisp. 34. Facere syngraphas cum aliquibus. Attic.lib. 5.ep.21. Multa de syngrapha *dixerunt aut conquesti sunt.* & *ibid.* Ille ex syngrapha postulabat quaternas. *vsuras, centesimas. ibid.* Ius ex illa syngrapha diceret. *ibid.* Reperio duo S. C. de eadem syngrapha. *ibid.* Ex syngrapha ius dici lex Gabinia vetaret.

✠ *A DIVNC. Inanes,*6. *Ver. Sitiana,*8. *Fam.*

☞ Syntaxis. *Credere alicui per syngraphã. Ex syngrapha agere cum, & tanquam ex syngrapha. Cum inanibus syngraphis redire.*

SYNNADA, dæ, vel SYNNADAE, arum. *oppidum in Asia.* Attic. lib.5.ep.16.

SYNNADENSIS, se. Att. lib.5.ep.21.

SYNODIA. *conuentus, comitatus, colloquium.* Att. lib. 10. ep. 6. Si vir esse volet, præclara synodia: sin autem, etimus nos qui solemus.

✠ *A DIVNC. Præclara,*10. *Attic.*

ΣΥΝΤΑΓΜΑ. L. LIBER.

✠ *A DIVNC. Intractatus,*5. *Attic. Magna,*12. *Attic.*

ΣΥΝΤΑΞΙΣ. L. COMPOSITIO.

✠ *A DIVNC. Non ignota,*13. *Attic. Summa,*10. *Att.*

SYRA arca. Qu.fr.lib.2.

SYRACVSAE, arum. *vrbs Siciliæ, cuius descriptio extat.*6. I. V. 115. *ibi.* Ab illo qui cepit, conditas: ab hoc qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas.

SYRACVSANVS, na, num.5. I. V. *sapissimè.*

SYRACVSIVS, *Phyllistus historicus.* 2. de Or. 57. & 1. de Diu. 39.

SYRIA, riæ. pro Dom. 23. Illa opima fertilisque Syria. 11. in Ant. 35. Tanti eius nomen in Syria atque Phœnicia est.

SYRIACVS, a, um. Qu.fr.li.1.ep.2. Syriacus & Ciliciensis prætor. & lib.2.ep.12. Syriaci publicani.

SYRIVS, a, um. 3. de N.d. 39. Piscem Syrij venerantur. *al. Syri.*

SYRTIS, tis. *salebræ in mari, locáque periculosa, vbi fluctu trahente, modo arenæ dehiscunt, modo in aggerem cumulantur.*3. de Or. 161. Syrtim patrimonij, scopulum libentius dixerim.

SYRVS, a, um. de Prou. 10. Iudæi, & Syri, nationes natæ seruituti. Syri venales. L. VENALIS. 5. I. V. 76. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum, plures vxores habere.

SYTIBAE, arum. L. SITTYBAE.

ΣΥΖΥΓΙΑ. Topic. 38. Locus ex coniugatione, quam Græci *συζυγίαν* vocant.

T



✠ *Litera Latinis consonans ac muta.* ‖ Vide Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 8.

¶ *Appellatur à Cic. litera insuauissima.* Or. 163.

✠ ‖ *Nisi fortè hoc loco Rantelligat Cicero.*

TABELLA, læ. *litera, codicilli.* de Cla. 106. Tabella data, quam legem L. Cassius tulit. de Amic. 41. Videtis in tabella, quanta iam antea facta sit labes, primò Gabinia lege, biennio autem pòst Cassia. pro Fl. 99. Cùm tabella vobis dabitur iudices, non de Flacco dabitur solùm, dabitur de bonis omnibus. pro Planc. 16. Populo grata est tabella, quæ frontes aperit, hominum mentes tegit, dátque eam libertatem, vt quod velint, faciant. I. P. 96. An ego expectem, dum de te quinque & septuaginta tabellæ diripiantur. 1. I. V. 24. Tabella cerata cera legitima, non illa infami ac nefaria. 3. de Leg. 35. Non fuit latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. I. P. 3. Me vniuersa ciuitas non prius tabella, quàm voce priorem consulem declarauit. 2. contra Rull. 4. Meis conuiciis non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed vocem vnam præ vobis indicem vestrarum ergà me voluntatum ac studiorum tulistis. 3. I. C. 10. Introductus Statilius, cognouit manum & signum suum, recitatæ sunt tabellæ. 5. Tusc. 33. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris, quid dixerim aliquando, aut scripserim. 1. I. V. 24. Quibus ostendi tabellas velit. & 4. in Ver. 79. Huic iudicialis tabella cõmittetur: quam iste non modò cera, verùm etiam sanguine notabit. pro C. Corn. 1. Dum tabellæ diribentur.

¶ *Sumitur pro voti tabula, in qua pictum erat, ex quo quis periculo eua fisset.* 3. de Nat. 89. Nónne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerint in portum, saluíq; peruenerint.

✠ *A DIVNC. Cerata,*1. *de Diu. Grata alicui, pro Planc. Index, tacita libertatis,*2. *cõt. Rull. Iudicialis,*4. *in Ver. Vindex libertatis,*3. *de Leg.*

☞ Syntaxis. *Obsignare, recitare tabellas.*

TABELLARIVS, a, um. *tabellaria lex, de suffragijs liberè ferendis, non voce & apertè, sed tabella.* de Clar. 106. Lex tabellaria à Gabinio primùm, deinde à L. Cassio lata. & de Amic. 41. L. LEGES MARIAE.

TABELLARIVS, rij. *nuncius, qui literas fert.* Ep. lib. 12. ep. 12. Scripsi ad te tabellarios complures Romam misi. de Prou. 15. Altetũ, si tabellarij non cessarint necesse est &c. 2. I. A. 77. Ianitor, quis tu? à Marco, tabellarius. Att. lib 1. ep. 10. Non inuenio fidelem tabellariũ. & lib. 8. ep. 12. Sed si dedita opera, cùm causa nulla esset,

tabellarios ad te eum inanibus epistolis mitterem, facerem ineptè. ad Pet. lib. 9. ep. 15. Duabus tùis epistolis respondebo: vni, quæ tridui antè acceperam à Leto: alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. 15. Fam. ep. 18. Tabellarius flagitat. *sub. literas.* 11. ad Att. ep. 25. Tabellarius diligenter mihi fasciculum reddidit. 3. ad Qu. fr. ep. 9. Tabellarius locuples. 1. ad Att. ep. 10. Tabellarium fidelẽ nõ inuenio. 11. ad Att. ep. 2. Tabellariũ tardius ad te remisi. 15. Fã. ep. 17. Tabellarij præposteri. 12. ad Att. ep. 38. Tabellarij quotidie respondebant tempori. 12. Fam. ep. 12. Cassij, Non dubito, quin Dolabella, &c. tabellarios meos deprehenderit, literásque interceperit. ad Terentiam lib. 14. ep. 22. Nos quotidie tabellarios nostros expectamus. ad Brut. ep. 14. Statim extrusi tabellarios, literásque ad Ciceronem, &c. 14. Fam. ep. 18. Tabellarios instituere. 10. Fam. ep. 31. Annij Pollionis, Tabellarios scrutari, & excutere: *pro eodem.*

✠ ADIVNC. *Alieni, 11. Att. Certi, 13. Fam. Domestici, 2. Fam. Fidelis, 1. Attic. Ignotus, 1. ad Qu. fr. Locuples, 3. ad Qu. frat. Præposteri, 15. Fam.*

☞ Syntaxis. *Tabellarius fidelis, locuples, respondens tempori. Tabellarios instituere, scrutari, excutere.*

TABERNA, næ. *caupona.* pro Cl. 163. L. CAVPO. 2. de Inuent. 14. Cùm ambo in quandam tabernam diuertissent, simul cœnare voluerunt. Attic. lib. 14. ep. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt reliquæ rimas agunt. pro Dom. 54. Cùm edictis tuis tabernas claudi iubebas. 4. Ac. 144. Occludi tabernas iubes. pro Cl. 178. Tabernam illi instructã & ornatam Larini medicinæ exercendæ causa dedit. 4. I. C. 17. Leno quidam lentuli concursat circum tabernas, precio sperãs solicitare posse animos egentium. & *ibid.* Occlusis tabernis quæstus minui solet. 2. I. A. 21. Taberna libraria. Qu. fr. lib. 3. ep. 7. Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ.

✠ ADIVNC. *Instructa & ornata, pro Cluent. Libraria, 2. Phil. Plurimæ, 3. ad Qu. fr.*

☞ Syntaxis. *Rimas agens taberna, instructa, ornata.*

TABERNACVLVM, li. *castrense tectum, quod figi & reuelli, alióque transferri potest.* 7. I. V. 30. In ipso ore portus tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. & 87. Ponere tabernaculum in litore. Attic. lib. 5. ep. 16. Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerunque. de Cl. 37. Processit enim non vt à militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti umbraculis. 2. contra Rull. 32. Deinde ornat multis tabernaculis, centuriis, supellectili. 3. de Or. 74. Quin in vna philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocarunt. 1. de Diu. 33. Cùm tabernaculum vitio cepisset imprudens & lib. 2. 75. Tabernaculum rectè captum. I. P. 61. Si domus vacua non fuisset, in campo Martio mihi tabernaculum collocassem. ‖ Epist. li. 4. ep. 12. Quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset.

✠ ADIVNC. *Intenta velis carbaseis, 2. in Ver. Militare, de Clar.*

TABERNARIVS, rij. *caupo.* pro Fl. 18. Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum, quid est negocij concitare? pro Dom. 13. Clodius concitator tabernariorum. Epist. lib. 8. ep. 6. Nisi ego cum tabernarijs & aquariis pugnarem, veternus ciuitatem occupasset.

TABES, bis. *macies.* 3. Tus. 17. Sed ægritudo maiora quædam, tabẽ, cruciatum, afflictionem, &c.

TABESCENDVM. Att. lib. 3. ep. 25. Nobis in hac calamitate tabescendum est.

TABESCO, scis. *liquesco.* 2. de Nat. 26. Frigoribus durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore.

¶ *Contabesco, langueo, extabesco.* 4. Tusc. 17. Qui neque tabescat molestiis, neque frangatur timore. Att. lib. 2. ep. 21. Pompeius tabescit dolore. 2. in Cat. 6. Ne patiantur desiderio sui Catilinã miserum tabescere. Att. lib. 2. ep. 14. Ocium quo nunc tabescimus.

TABIFICVS, a, um. *quod tabem inducit.* 4. Tusc. 36. Vt hæ tabificæ mentis perturbationes sunt, sic, &c.

TABVLA, læ. *asser.* 3. Offi. 89. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit. Att. lib. 4. ep. 17. Hec vna me ex hoc naufragio tabula delectat.

¶ *Pictura.* de Cl. 261. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. 1. de Or. 161. Tabulas ac signa propalàm collocare. 5. de Fi. 3. Imago Epicuri in tabulis, & poculis, & annulis. Par. 5. Actæonis tabula te stupidum tenet, aut aliquod signum Polycleti.

¶ *Aera.* 1. I. A. 3. Ne qua tabula illius decreti Cæsaris figeretur. Ep. lib. 13. ep. 36. Tabulam, in qua nomina eorum incisa erant, reuelli iussit. 11. I. A. 19. Quòd si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus: tabula modò noua detur nobis, sicut populo data est. 1. de Or. 58. Decemuiri, qui XII. tabulas perscripserũt. & 193. Bibliothecas omnium philosophorum vnus mihi videtur XII. tabularum libellus, & autoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare. pro S. R. 26. Ille affirmabat, sese nomen S. R. de tabulis exempturum. 2. Offi. 83. Tabulæ nouæ quid habent argumẽti? nisi vt emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam. 6. I. A. 11. Trebellius sine tabulis nouis saluus esse non potest. 11. I. A. 24. Vindices tabularum nouarum, nouam tabulam vidimus. Att. lib. 5. ep. 21. Periculum est, ne res ad tabulas nouas perueniat. & lib. 7. ep. 11. Χρεῶν ἀποκοπαὶ. pro Qu. 25. Tum Næuius amicos corregat, vt ad tabulam Sestiam sibi assint hora secunda postridie. Qu. de Pet. 6. Amico Sabidio & Pãthera, quòd ad tabulam quos poneret, non habebat. Att. li. 14. ep. 23. Maximè autem expecto, ecquid Dolabella tinniat, an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Qu. fr. lib. 2. ep. 5. Racilius tabulam proscripsit. 2. I. A. 92. Inspectantib. nobis toto Capitolio tabulæ figebantur.

¶ *Codex, expensi datiq; liber.* Top. 16. In nominibus esse, & in tabulis deberi. pro Fon. 2. Vnæ tabulæ proferantur. 3. I. V. 60. & pro Cæl. 17. Facere tabulas, conficere tabulas. 3. I. V. 149. Tabulæ & codex. & 61. Tabulæ accepti. pro Fl. 20. In tabulas quodcũque cõmodum est, referre. & *ibid.* Inferre rationes falsas. pro Syl. 42. Ait me aliter ac dictum in tabulas retulisse. 3. I. V. 57. Tabulæ publicæ, & literæ publicæ. pro Flac. 40. Qui de tabulis publicis recitat his quæ in accusatoris potestate fuerunt. *ibid.* Cum tabulæ illæ ipsæ cuiusque modi sunt proferuntur.

¶ *Geographica descriptio.* Att. lib. 6. ep. 2. Tabulæ Dicæarchi, *id est, de geographia.*

✠ ADIVNC. *Aenea, pro Planc. Aeterna, pro Qu. Rosc. Antiqua, 3. de Orat. Auctionariæ, 2. Catil Censoria, Or. Non commendatitiæ sed tributariæ, præclaræ, 6. in Ver. Complures, 1. de Inuent. Falsæ, pro Cæc. Innumerabiles, plurimæ, priuatæ, publicæ, 3. Ver. Nocturnæ, 14. Attic. Noua, 1. Attic. & 2. Offic. Pictæ, pro Sex. Ros. Præclara, 2. Phil. Publicæ, pro Corn. Balbo. Summæ & religiosæ, 3. de Leg.*

TABVLARIVM, rij. *locus in quo tabulæ publicæ ciuitatis asseruantur.* 3. de Nat. 74. Qui tabularium incenderit, at se Qu. Sosius eques Rom. fecisse confessus est: qui transcripserit tabulas publicas, id quoque L. Alenus fecit. pro Rab. 7. De peculatu facto, de tabulario incenso. pro Cæl. 78. Sex. Clodius, qui ædes sacras, qui censum populi Rom. qui memoriam publicam suis manibus incendit. pro Arch. 80. Tabulæ publicæ Heraclienses, quas Italico bello incenso tabulario interiisse scimus omnes.

TABVM. bi. *fames.* 1. Tusc. 107. Saxa spargens tabo. I. P. 43. *Ennij.*

TACENDO, dum. 1. de Orat. 119. Enunciabo apud vos quod semper tacui, & tacendum putaui. pro Sest. 40. Illi hominibus omnia timentibus tacendo loqui, non inficiando confiteri videbantur.

TACENS, tis. Antequam. 15. Quorum improbitas me tacente coarguitur improbitate vitæ. Att. li. 4. ep. 15. Hic Abdera non tacente me. *prouerbium.* L. ABDERITICVS.

TACEO, es. *fileo, reticeo, tacitum relinquo, silentio prætereo, conticeo, supprimo.* 2. I. V. 27. An me taciturum tantis de rebus existimastis? Att. lib. 1. ep. 16. Qui de rebus nostris diu tacuerat.

✠ ADVERB. *Arrogãter, insulsè, 5. Attic. In-perpetuum, perpetuò, planè, 4. Fam. Nimium diu, 1. Atti. Piè, 9. Fã. Rectè, 3. Offi. Sapienter, 2. de Orat.*

TACETVR. 3. cont. Rul. 4. Vt doceam Rullum posthac, in his saltem tacere rebus, in quibus de se taceri velit.

TACITE. *silentio.* pro Quint. 50. Huic ne perire quidem tacitè obscuréque conceditur. pro Pomp. 13. Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant.

TACITVRNITAS, tis. *silentium.* 1. de Inu. 54. Taciturnitas imitatur confessionem. Att. lib. 7. ep. 8. Suspicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. de Cla. or. 211. & Ep. lib. 1. epist. 5. Te arbitror malle ipsum tacere, quàm taciturnitatem nostram experiri. pro Quint. Rosc. 14. Pecuniam stipulatam non esse, taciturnitas testium concedit. 1. in Catil. 16. Vocis contumeliam expectas, cùm sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus? in Pis. 32. Curiæ taciturnitas annua.

✠ ADIVNC. *Annua, in Pis. Perpetua, 33. I. Ver.*

TACITVRNVS. pro Sest. 21.

TACITVS, a, um. *silens, agendi significatione, obscurus, latens, abditus, interior, prætermissus, compressus, sub silentio, non expressus.* 1. I. C. 20. Quid expectas autoritatem loquentium? quorum voluntatem tacitorum perspicis? pro Cæl. 3. De dignitate Cælius notis tacitus facilè ipse respondet. 3. I. C. 26. Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. Att. lib. 1. ep. 1. Quasi verò clarorum virorum tacitos congressus esse oporteat. pro Mar. 131. Hoc tacitus nullo modo prætorire possum. pro Cl. 63. Tamen vocat me aliò iamdudum tacita vestra expectatio. de Prou. 40. Quo minus sæpe aut interpeller à nonnullis, aut tacita existimatione reprehendar. Ep. lib. 3. ep. 8. Sed hæc tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. pro Qu. 78. Tacito ipso studio, quod habebat erga propinquũ suum, quemuis commouere. 3. de Orat. 193. Omnes tacito quodam sensu, sine vlla arte, aut ratione, quæ sunt recta ac praua, diiudicant.

dijudicant. Or. 203. Sed aures tacito eum sensu sine arte definiũt. pro Qu. R. 20. Tacita corporis figura coniecturam affert hominibus. 2. de Inu. 140. Quædam tacitis exceptionibus cauentur. pro Dom. 63. Omnis improborum vis diu collecta & inueterata compresso odio atque tacito erumpebat in actum. Attic. lib. 2. epist. 3. Cætera si reprehenderis, non feres tacitum. pro Mil. 12. Tacitis & occultis occasionibus. 4. I. V. 180. Cùm id quoque constabit, vos iam te tacito intelligetis.

¶ *Patiendi vi.* 3. de Or. 61. Illud etiam si est verissimum, tacitum tamen nunquam mysterium teneant. pro Cæc. 53. Si voluntas tacitis verbis intelligi posset, verbis non vteremur.

☞ Syntaxis. *Nihil mutum, nihil tacitum. Congressus taciti. Tacitũ præterire aliquid. Tacita hæc relinquenda. Tacito sensu iudicare. Compressum, tacitúmque odium. Si id agas, non feres tacitum. Tenere tacita mysteria. Tacitis verbis latet voluntas.*

TACTIO, onis. *tactus.* 4. Tusc. 20. Voluptates oculorum, tactionum, odorationum & saporum.

TACTVS, ctus. 2. de Nat. 141. Tactus toto corpore æquabiliter fusus est, vt omnes ictus, omnésque nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus. 4. Acad. 20. Quid de tactu? & eo quidem, quem philosophi interiorem vocant, aut doloris, aut voluptatis. & 76. Tactus intimus. 3. de Orat. 97. In tactu modus & mollitudinis & lenitatis. pro Cæl. 42. Qui non odore vllo, non tactu, non sapore capiatur. 3. de Orat. 214. Voces vt chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant. de Vniuer. 13. Qua ex coniunctione cœlum ita actum est, vt sub aspectum & tactum cadat. 2. de Nat. 40. Et is solis tactus est, vt non tepefaciat solùm, sed etiam combutat. 2. de Diu. 96. Plus terrarũ situs, quàm lunæ tactus ad nascendum valere. *aliter tractus.*

✠ ADIVNC. *Interior doloris, 1. Acad. Intimus, 4. Acad.*

TACTVS, a, um. *exploratus, tractatus, indicatus.* Postq. in Sen. 6. Tribuni sanctissimum corpus non solùm tactum ac violatum manu, sed etiam vulneratum ferro, confectúmque vidistis. 2. de Orat. 43. Genus illud tertium, quod à Crasso tactum est. pro Cecin. 37. Verùm ita est, vti dicis, te deiectum debeo intelligere, etiamsi tactus non sis.

*TADIANVS, a, um. Att. lib. 1. ep. 4. Tadiana res. & ep. 6. Tadianũ negocium.

TAEDA. dæ. *fax.* 6. I. V. 106. Ceres dicitur inflammasse tædas ex ignibus Aetnæ. I. P. 46. Furiarum tædis ardentibus. 4. Acad. 89. Circunstant cum ardentibus tædis. pro S. R. 67. Agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. 4. ad Her. 60. Qui tædas candẽtes accipit. L. PALAESTRA.

✠ ADIVNC. *Ardentes, pro Sex. Rosc. Candentes, 4. ad Her.*

TAEDET, bat. *piget.* 2. I. V. 35. Sunt homines, quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. Epist. lib. 7. ep. 1. Nam me cùm antea tædebat, tum verò, &c. Att. lib. 5. ep. 16. Quid quæris? tædet omnium nos vitæ. pro Fl. 105. Quòd si talium ciuium vos iudices tædet, ostendite. Att. lib. 2. ep. 22. Tædet ipsum, vehementérque pœnitet. Qu. fr. lib. 1. ep. 2. Pertæsum est enim leuitatis Græcorũ.

✠ ADVER. *Prorsus vitæ, 2. Attic.*

☞ Syntaxis. *Exiguè inflammata tæda, Agitari & perterreri tædis furiarum. Tæda ardens, candens. Omnium nos vitæ tædet.*

TAGES, gis. *autor aruspicinæ.* 2. de Diu. 50. Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi cùm terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repentè, & eum affatus esse qui arabat. *& ibidem reliqua.*

TALARIA, orum. *calcei aligeri, seu pennati, quales Mercurio tribuunt poetæ.* 3. de Nat. 59. Minerua. cui pinnarum talaria affigunt. Att. li. 14. ep. 23. Quare talaria induamus. in Arat.

Diuersósque pedes vinctos talaribus aptis.

✠ ADIVNC. *Apta, Arat.*

TALARIS, re. *ad talos vsque demissus.* 7. in Verr. 31. Tunica talaris. & 2. I. C. 22.

TALARIVS, a, um. 1. Offi. 150. Adde his saltatores, totúmque ludum talarium. Att. lib. 1. ep. 13. Non enim turpior vnquam in ludo talario confessus fuit.

TALENTVM, ti. *multa genera fuerunt: sed hic Atticum intelligimus. quod aureis nummis seu coronatis sexcentis valebat.* I. P. 86. c c. talenta tibi Apolloniatæ dederunt, ne pecunias creditas soluerent. pro Fl. 90. Quinquaginta talenta Flacco dicit se dedisse. pro R. P. 21. Decem millia talenta Gabinio esse promissa. 5. Tusc. 91. Legati ab Alexandro quinquaginta Xenocrati talenta attulerunt: quæ erat pecunia, temporibus illis, Athenis præsertim, maxima. Att. lib. 5. ep. 21. Cyprij talenta Attica c c. dabant.

TALIO, onis. de Leg. Octo pœnarum genera in legibus continẽtur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, mors, seruitus.

TALIS, le. *huiusmodi, eiusmodi, eiusdem modi, eius generis, id genus, huius exempli, perinde vt, ita, sic.* 2. Offic. 44. Vt quales simus, tales esse videamur. 1. de Orat. 87. Vt ipsis talis, qualem se ipse optaret, videretur. pro Mur. 32. Cùm esset talis, qualem te esse video. 2. de Inuent. 176. Vt non tales, quales antè habitæ sint, habeantur. Attic. lib. 1. ep. 16. Et talis, qualem esse eum scripseras. pro Cluent. 147. Vir tali dignitate præditus. 2. de Orat. 316. Non audeo dicere de talibus viris, sed tamen, &c. 4. Academ. 5. Ac vereor ne talium personarum immiuuam gloriam. & 2. Tali ingenio præditus Lucullus. Epist. lib. 1. ep. 6. Talem te esse oportet, qui primum te seiungas, &c. deinde, &c. pro Quint. 42. & I. P. 7. Tot talésque viri, &c. Epist. lib. 15. ep. 4. Tale ac tantum iusiurandum. in Vatin. 10. Honor talis populi Romani voluntate paucis est delatus, ac mihi. 2. de Legib. 11. Omnem legem esse laudabilem, talibus quibusdam argumentis docent. de Vniuer. 19. Idque molitus est tali quodam modo. 2. I. A. 71. Quibus rebus tantis, talibus gestis, cur, &c. Attic. lib. 16. ep. 8. Non equidem hoc diuina vi, sed aliquid tale putaui fore. Brut. ep. 1. Ciuis talis, qualis & prudentissimus, & fortuna optima esse debet. 1. Offic. 91. Tales enim nos esse putamus, vt iure laudemur.

☞ Syntaxis. *Talis, qualis. Quid putas de tali viro. Talis sis, qui præstes, vt Tales, tantæres gestæ. Aliquid tale puto.*

TALPA, pæ. 4. Acad. 81. Quid talpam? num desiderare lumen putas? neque tam quereretur cum Deo, quòd parum longè, quàm quòd falsum videret.

TALVS, li. *os est prope calcaneum, quod extat quasi rotundum in extremo pede, hinc os quatuor laterum, quo ludunt, talus appellatur: hinc quoque ludus talarius.* pro Clu. 111. Illa vsque ad talos demissa purpura. 1. de Diu. 23. & lib. 2. 48. Quatuor tali iacti casum venereum efficiunt. 3. de Fin. 54. Ita iacere talum, vt rectè assistat. item: Qui talus ita erit iactus, vt cadat rectus. de Sen. 58. Ex multis lusionib. nobis relinquant talos, tesseras. 3. de Or. 55. Pila, tesseræ, tali. 3. de Or. 86. Brulla talis præclarè ludens, Titius pila.

✠ ADIVNC. *Rectus, 3. de Fin.*

TAM. *æquè, adeo, tam valde, tam maxime.* Attic. lib. 7. ep. 8. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare. 1. de Orat. 234. Tam vehementer. 2. de Diu. 81. Nihil est tam valde vulgare, quàm nihil sapere. Orat. 108. Nemo tam multa, ne in Græco quidem ocio scripsit, quàm multa sunt nostra. Att. lib. 8. ep. 4. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocẽti, tam alieno, tam præcisè negaui, quàm hic mihi. 3. de N. 69. Melius erat non dari omnino, quàm tam munificè ac tam largè dari. pro Cæl. 67. Hic tam imbecillus, quàm videtis. de Cl. 126. Vtinam Gracchus non tam fratri pietatem, quam patriæ præstitisset. 1 de Diu. 10. Quorum neutrum tam facilè, quàm tu arbitraris, conceditur. Qu. fr. Ego hæctã esse, quàm audio, non puto. 1. de Nat 72. Quod tibi tam facilè credam, sicut alteri nemini. de Am. 87. Vituperanda est rei tam maximè necessariæ tanta iniuria.

☞ Syntaxis. *Ista tam sunt, quàm audio. Tam tibi credo, sicut alteri nemini.*

TAMEN. *attamen, veruntamen, nihilominus certè.* pro S. R. 55. Innocens est quispiam, veruntamen quanquam abest à culpa, suspicione tamen nõ caret: tametsi miser est, tamen ei qui hunc accuset, possum aliquo modo ignoscere. Orat. 76. Itaque eum qui audiunt, quamuis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. Part. 92. Nemo enim est, quem non, si ipsa minus honestas: contumelia tamen & dedecus moueat. pro S. R. 153. Illam priorem proscriptionem, quæ facta est in eos qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit, ne, &c. Epist. lib. 1. ep. 2. Cui cùm Cato intercessisset, tamen est perscripta. pro Dom. 50. Quid si pluribus de rebus vno fortitu retulisti, taménne arbitraris, id te posse obtinere? de Ar. 17. Quanquam si me tantis laboribus perfunctum, efferret aliquando ad gloriam, in refutandis maledictis improborum hominum animi quidam dolor, quis non ignosceret? de Ar. 45. Ego pro patria sõlus exarsi, sic tamen, vt, &c. & *ibid.* Vt modò vendat illis, nec tamen ita, vt, &c. Epist. lib. 13. ep. 15. Et tamen nihilominus. *ἀλλ' ὅμως.* pro Cl. 76. Tamen nihilominus putabam, &c. Epist. lib. 4. ep. 15. Tamen & si, &c. tamen, &c. 1. de Orat. 253. Sed tamen non fugisset hoc Græcos homines, &c. Qu. fr. lib. 2. ep. 10. Lucretij poëmata l ita sunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis. Ep. lib. 9. ep. 19. Tamen à malitia non discedis, &c. pro Cec. 9. Tamen, *pro certè, vel profectò, vel saltem.* de Sen. 28. Quod equidem non amisi adhuc, & tamen videtis annos meos.

☞ Syntaxis. *Tamen nihilominus. Neque minus hoc tamen.*

TAMETSI. *etsi, quanquam, cùm tamen.* pro Sex. Rosc. 73. Tametsi vicisse debeo, tamen de meo iure decedam. 4. I. V. 23. Quid ego nunc hîc Sex. Pompeij Chlori testimonium recitem? qui causam egit Dionis: qui omnibus rebus interfuit, hominis honestissimi. tametsi ciuis Ro. virtutis causa iamdiu est, tamen omnium Siculorum primi ac nobilissimi. Quid, &c. Ep. lib. 1. ep. 5. Tametsi mihi nihil fuit optatius, quàm, &c. tamen afficior summo dolore, eiusmodi tempora posse tuam profectionẽ consecuta esse: vt, &c. *hic. Tametsi, principium est epistolæ: quod est vetandum.* Ep. lib. 3. ep. 4. Meum studium erga te, & officium, tametsi multis iam rebus spero tibi esse cognitum: tamen in iis maximè

declarabo,quibus, &c. I. V.act.5.62.Nō mehercule quæ loquor, crederem iudices, tametsi vulgo audirē. pro Qu. 13.Verùm his de rebus non necesse habeo dicere ea quæ me P. Quintius cupit cōmemorare,tametsi causa postulat.in Ver.act.6.19Verùm fac te impetrasse, &c.tametsi,quæ est ista laudatio?&c.Epist.li.3.ep. 7. Quid? cùm dabas iis literas, &c. non eos ad me ventutos arbitrabare? Tametsi id quidem fecerunt ridiculè.Quas enim literas afferebant,vt opus ætate facere possent,eas mihi post brumam reddiderunt.L. SED TAMETSI.

TANAGRAE,arum.*oppidum.*pro Dom.111.

*TANAGRAEVS,a,um.pro Dom.111.Tanagræa quædam meretrix fuisse dicitur.

TANDEM.*demum,aliquando,ad extremum.* 2.cont. Rull.102. Perficiam,vt iam tandem illi fateantur,&c.pro R.P. 38. Quod genus tandem est illud ostentationis. 2. I. C. 2. Quanto tandem illum mœrore afflictum esse putatis? pro Cec.48. Cecinna vtrum voluit tandem, aut non potuit accedere.1.de Nat. 106. Hoc per ipsos deos, quale tandem est.2.de Finib. 60. Quomodo eum tandem latutum fuisse existimas: pro Flac. 24. Vtrum hîc tandem cognitionem veritatis fore putas? an,&c.1.de Leg. 1.& 4.& Par. 12. Quorsum tandem, aut cur ista quæris. 3. Tusc. 8. Quónam tandem modo? Epist.lib. 11. ep. 28. Tandem aliquando Romæ esse cœpimus.pro Qu.94. Tandem aliquando posse consistere, &c. Epist.lib. 14. ep.5. Literæ iam tandem mihi redditæ sunt à Cæsare.2.de Orat.13.Quid tandem,inquit Crassus.

TANDIV.*vsquedò.* Epist.lib.2.ep.1.Ego te abfuisse tandiu à nobis doleo.Att.lib.1.ep.1.Abs te tandiu nihil literæ. Epist. lib.9.ep.12. Tibi assentantur tandiu, dum ades. 5. Tusc. 96. Corpus gaudet tandiu,dum sentit voluptatem. At lib.9.ep.4.Tandiu dum lego. pro Flac.41. Qui valuit tandiu,dum huc prodiret.2.Offic. 43. Is tandiu laudabitur, dum memoria rerum Rom.manebit.de Cl. 4.Vixitque tandiu, quàm licuit bene viuere. & 236. Feram tandiu quàm ferre potero.1.de Or.47.Verbi enim controuersia tādiu torquet Græculos homines,&c.Attic. lib.9.ep. 3. Ego tandiu requiesco,quandiu ad te scribo.

☞ Syntaxis. *Tandiu quàm:&,tandiu quandiu.*

TANGO,gis. *contingo,attingo.*2.Tusc.57.Genu terram tangere.Ep. li.2.ep.17. De præda mea teruntium nec attigit,nec tacturus est quisquam. 2. contra Rull.66. Idcirco apros nominare non possum,quia tangam nullum ab inuito. 3. in Verr.27. & Attic.lib.6. ep.1.Verres simul ac tetigit prouinciam,Statius,&c. pro Mil. 52. Villa quæ viam tangit.

¶ *Indico,leuiter tracto.* pro Sex. Rosc. 83. Non omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam.4. Acad. 136. Vbi Aristoteles ista tetigit?

¶ *Commoueo,moueo,perturbo.* Att.li.2.ep.19. Minæ quæ mihi proponuntur,modicè me tangunt.

¶ *Violo.* pro Dom. 50. Lex cuius quam quisque partem tetigit, voce,suffragio,&c.repudiatus est.

TANGOR,ris.8.I.A.26.Et ne tangantur rationes ad Opis.

✠ ADVERB. *Leuiter vnumquidque,pro Sex.Ros.Modicè,32.Attic.*

☞ Syntaxis.*Viam tangit villa.Hoc tangam leuiter.Hoc me vix tangit. Simul ac tangam Italiam,ad te scribam.*

TANQVAM.*quasi,quodammodo,ac,iuxtà ac, vt,loco quemadmodum.* de Clar. 258. Aetatis illius ista fuit laus, tanquam innocentiæ, sic Latinè loquendi. Or. 44. Hæc magna sunt, & tanquam animi instar in corpore.1.de Orat. 46. Oratorem in iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum detrudi videbam.2. I.A.106. Vt istum tanquam si esset consul, salutarent. Att. lib. 6. ep.1. Quod video tibi etiam nouum accidisse, tanquam mihi. & lib.8.ep.22.Ego tecum tanquam mecum loquor.1. Tusc. 109. Gloria virtutem tanquam vmbram sequitur. Epist. lib. 2. ep. 1. Nam illò si veneris,tanquam Vlysses cognosces tuorum neminem.in Vatin. 4. Repentè enim te tanquam serpens è latibulis intulisti.2.de Or. 154. Tanquam ad scopulum aliquem libidinis mentem appellare. de Cl. 71. Nam Odyssea Latina est, sic tanquam opus aliquod Dædali. pro Cec. 61. Neminem reperies, qui tanquam arma militis inspicienda sint,ita probet armatum. pro S. R. 91. Qui tanquam si offusa reip. sempiterna nox esset, ita ruebant, &c.Epist.lib.2.ep.16.Tanquam si res tua agatur. 2. de Diu.131.Similes sunt dij, si obiiciunt, &c. tanquam si Pœni, &c.1.de Or.102.Quid mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo quæstiunculam ponitis?Epist.lib.13.ep.69. Apud eum sic fui, tanquam domi meæ.

TANQVAM si.*vt si.* L. TANQVAM.Ep.lib.2.ep.16. Tanquam si res tua agatur.

☞ Syntaxis. *Tanquam si esses consul.Id mihi placet,tanquam tibi. Hoc est si tanquam miraculum.*

TANTALIDAE,darum.3.de N.90.

TANTALVS,li.1.Tusc.10.Mento summam aquam attingens,siti enectus Tantalus.& 4.Tusc.35.Poëtæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt,ob scelera animique impotentiam, &c.

TANTI.6.I.V.28.Fuit tanti,mihi crede. Att.lib.5.ep. 20. Fuit tanti.in Sal.10.Tanti me fugacem hi æstimauerūt.2.I.C.15. Est mihi tanti,ô Quirites,huius inuidiæ falsæ atque iniquę tempestatem subire, dummodo,&c.3.Offi. 82. Est ergo vlla res tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni & splendorem & nomen amittas. Attic.lib.2.ep.13. Iuratus tibi possum dicere, nihil esse tanti. pro Mil. 59. Id quidem non tanti est,quàm quòd, &c. pro Cæl. 36. Is non putat tua dona esse tanti. pro Qu. R. 22. Tibi certè tanti non fuisset, vt socium fraudares. & *ibid.* Roscio cur tanti fuerit, quæro.1.I. C. 22. Sed non est mihi tanti.

TANTIDEM.in Sal.21.Tu C.Sallusti tantidem putas esse, bis senatorem fieri,quanti bis consularem.pro S.R.115.Is voluntatem municipium tantidem,quanti fidem suam fecit.5.I. V. 83. Coegit Segestanenses à Docimo tantidem publicè accipere. *id est, conducere tantidem.* & 192.Tantidem frumentum emere, quanti,&c.

☞ Syntaxis. *Tanti sum,æstimor.Tantidem est,quanti,&c.*

TANTILLVS,a,um.de Sen.51. Omitto ipsam vim omniūquæ generantur è terra,quæ ex fici tantillo grano, &c.tantos truncos ramósque procreat.*al.tantulo.*

TANTISPER.*interim.* pro Cecin. 30. Sed tantisper de aliquo reo cogitasse.Epist.lib.9.ep. 2. Tantisper dum efferuescat hæc gratulatio.2.de Inu.149.Sed video quid efficiat, tantisper hoc ipsum magni æstimabo.

TANTO.Vertrina 7.88.Quod si Cleomenes nō tāto antè fugisset, aliqua tamen ad resistendū ratio fuisset.5. Ver. 226. Repetietis quinquies tantò iudices amplius istum,quàm, &c. eadem,106. Tantone minoris decumæ venierunt.

TANTOPERE.de Orat. lib.1.164. Neque enim tantopere hanc à Crasso disputationem desiderabam, quantopere eius in causis oratione delector. Ac.lib.4.132.Non potest igitur vterque sapiens esse, quoniam tantopere dissentiunt. pro Mur. 23. Illud nescio quid,quod tantopere didicisti.de Fin.1.10 Nec cum istis tantopere pugnare,qui Græca legere malint.pro Qu.1. Neque hoc tantopere quærendum videtur,hæc summa in illis esse,si in nobis essent saltem mediocria. Ep. lib.5.ep.12. Tantopere & tam multis verbis à te petamus.

☞ Syntaxis. *Expecta tantisper. Tantisper dum. Quinquies tantò amplius.Tantò,& tantum obscurior hæc res.*

TANTVLVM.*aduerb.* I.V.act.7.175.Si quis tātulū de recta regione deflexerit.ead.180. Si tantulum oculos deiecerimus, præstò insidias. L. DESPICERE.

TANTVLVS,a,um. *tam paruus,minimus.* Attic. lib.1.ep.11.Vt vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim. de Senect.52.Ex tantulo fici grano. pro Sex. Rosc. 114. Si ex eo tantulum in rem suam conuertisset.4.I.V.124. Quorum oratione ne tantulum quidem commotus est.pro S.R. 118. Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit. 1. de Legib. 34. Si interesse cuipiam tantulum modò potuerit.2.Tusc.ul. 66. Tantulum tamen est, vt, &c. item,Tātulum,ne minima quidem re,partem aliquam,ex parte aliqua.

☞ Syntaxis. *Vix huic tantulæ epistolæ tempus habui.Si ex eo tantulum in rem tuam conuerteru.*

TANTVM. *tantummodo,solùm.* Parad. 1. Nomen tantùm virtutis vsurpas: quid ipsa valeat,ignoras. pro Mur. 78. Nihil dicam arrogantius, tantùm dicam,totos dies,&c.pro Flac.34. Dixit tantùm, nihil ostendit.Qu.de Pet. 25. Homines rusticani nomine tantùm noti. Epist. lib,1.ep.9.Non dicam quid acciderit (multorum enim,&c.) tantùm dicam, &c.4.I.V.234.Verrem tantùm semper auaritia hiante, atque imminenti fuisse ingenio, & cogitatione nulla. 1. de Orat. 227. Non tantùm parum commodè,sed etiam turpiter. ‖ *alias non modo* 3. I. V.116. Tantùm quòd hominem non nominat.& 5. Ver. 124.Tantùm quod aratoribus obsides non dedit.

✠

¶ *Vix.* Ep.lib.7.ep.23.Tantùm ex Arpinati veneram,cùm,&c.

¶ *Tam,ita,adeò.* Att.lib.1.ep.14. Nec tantum proficiebam, quantum volebam.& li.6.ep.2.Tantum abest, vt ego ex eo quo astricti sumus,laxari aliquid velim.& lib.12.ep.19. De sano illo, de quo tantum,quātum me amas,velim cogites.& 249.Nec quicquam posthac non modò tātum,sed ne tantulum quidem praterieris.de Sen.48.Tantum,quantum sat est.item.Tātum abest. Orat.229.Tantum abest,ne enerueturoratio compositione verborum,vt aliter in ea nec impetus vllus,nec vis esse possit.1.Offi. 43.Id autem tantum abest ab officio,vt nihil officio magis possit esse contrarium.

TANTVMMODO. *modo,duntaxat.*2.de Nat.81. Arbores tantummodo per stirpes aluntur suas.3.de Orat. 49. Neque eum oratorem tantummodo,sed hominem non putant. pro Syll.30.Quæ omnia suppressa voce dixit, tantummodo, vt vos, qui ea probabatis,posseris exaudire. * Incer.his tantummodo poëtis percurrendis.

TANTVNDEM.2. de Leg. 48. Qui tantundem capiat,quantum, &c. Att.lib.12.ep.34. Tantundem populo dandum est, & Qu. fr. lib.1.ep.3.

TANTVS,

TANTVS, ta, tum. *tam multus, tam magnus, & id genus alia.* 2. de Diu.10. Sol maiórne quàm terra sit, an verò tantus, quantus videatur. 1. de Finib. 1. Sed tantum studium, támque multam operam ponendam in eo non arbitrantur. pro Pomp. 34. Quis vnquam tam breui tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit? Attic. lib. 1. ep. 15. Ex iis quæ scripsimus, tanta etiam à me non scripta perspicis. pro Cor. 47. Si tanta bella legisses, quanta & gessit & confecit. I. P. 49. Cum fines prouinciæ tantos haberet, quantos optauerat. 6. I. A. 18. Multas habui conciones, nullam vnquam vidi tantam, quanta nunc vestra est. 2. de Nat. 92. Hi tanti ignes, támque multi. & 15. Tam multæ res, atque tantæ. 2. de Orat. 84. In tanta re, támque immensa. 1. de Orat. 44. Ista tanta, támque multa. & lib. 3. 31. Tot tantæque res. 2. I. V. 47. Tot tantaque vitia. 3. de Nat. 92. Vrbs tanta atque talis. Ep. li. 13. ep. 66. In hominem tantum atque talem. 5. Tusc. 29. In his tot ac tantis malis. Epist. lib. 12. ep. 7. Dixi tanta contentione, quãtum forum est. & lib. 5. ep. 8. Tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea. pro Cæl. 75. Nequaquam enim tantum erat, quantum homines loquebantur. Att. li. 7. ep. 8. Quid enim est tantum in vno aut altero die? pro S. R. 125. Si enim hæc liberè dicentur, non fuit tantus homo Sextus Roscius in ciuitate, vt de eo potissimùm conqueramur. Att. lib. 8. ep. 19. Tanta multitudo. & lib. 7. ep. 3. Tãtum, & plus etiam. Epist. lib. 13. ep. 17. Si intellexero has literas tãtum, quantum scribens confidebam apud te pondus habuisse. Att. lib. 2. ep. 20. Si me amas tantum, quãtum profecto amas. Ep. lib. 5. ep. 14. Tecúmque ero tantum, quantum patietur vtriusque ætas. pro Mar. 23. Cùm in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus. Att. lib. 7. ep. 7. Equitatus tantus, quantum volet. 1. de Or. 27. Tantus in iocando lepos. pro Qu. R. 24. Qui tantas & tam infinitas pecunias repudiárit.

☞ Syntaxis. *Tantum studium, támque multa opera. Tanta res, támque immensa. Homo tantus ac talis. Tanta & tam infinita pecunia.*

TARDE, diùs, dissimè. *sero.* (*.ocyus.* Att. lib. 5. ep. 15. Tardè tibi redditurò dabam, sed amico homini. & lib. 11. ep. 20. Tardè iter facere. Epist. lib. 2. ep. 9. Quò propter longinquitatem tardissimè omnia perferuntur. Attic. lib. 4. ep. 13. Te Roma profectum esse tardius quàm dixeras. 1. Tusc. 75. Qui in compedibus corporis fuerunt, etiam cùm soluti sunt, tardius ingrediuntur. 2. de Nat. 52. Tardius moueri. (*.celerius moueri.* pro Quint. R. 31. Tardè percipere. (*.celerius arripere.* pro Sest. 26. Consules qui remp. nimis tardè concipere mœrerent. Att. lib. 10. ep. 1. Sed ne tardius quàm vellem, reip. gratulatur. pro Mil. 55. Egreditur à villa subitò, cur vesperi? quid necesse est tardè? Epist. lib. 14. ep. 5. Tardè & incõmodè nauigaui. de Prou. 35. Et malit tamen tardius ad suorum laborum fructus peruenire. Attic. lib. 3. ep. 6. Aut accedemus in Epeirum, aut tardè per Candauiam ibimus. pro Cec. 7. At ea res ✠ de qua, &c. tardissimè iudicatur. ‖ 4. Tusc. 32. In morbum incidunt tardius.

TARDIGRADVS, a, um. 2. de Diuin. 133. Quadrupes tardigrada, &c. *Pacuuij.*

TARDITAS, tis. *cunctatio, mora, stupor.* (*.celeritas.* de Vni. 28. Top. 47. Celeritati tarditas contraria est. Quint. frat. lib. 1. ep. 14. Cursu corrigere tarditatem. Epist. lib. 10. ep. 22. Propter tarditatem sententiarum, morámque rerum. pro Rab. 21. Qui cùm ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat. pro Sest. 100. Ita vt nonnunquam cunctatione & tarditate vtrunque amittant. Epist. li. 1. ep. 5. Sed nosti hominis tarditatem. I. P. 1. & Orat. 229. Tarditas ingenij, stupor debilitasque linguæ. 1. de Nat. 11. Quod nõ Academiæ vitio, sed tarditate hominum arbitror contigisse. 1. de Orat. 125. Aut æterna in te, aut certè diuturna valebit opinio tarditatis. 3. in Cat. 20. Sed tanta fuit operis tarditas, vt, &c. de Clar. 154. Considerata tarditas. 2. I. A. 118. Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. 1. Offi. 131. Cauendum est, ne tarditatibus vtamur in gressu mollioribus. 5. I. A. 25. Ista legatio moram & tarditatem afferet bello. & 6. Phil. 7. Plerisque in rebus agendis tarditas & procrastinatio odiosa est. & 11. in Ant. 25. Ista sententia affert tarditatem ad Dolabellam persequendum. * de suis consil. Tarditate modorum & grauitate cantus, illorum furentem petulantiam resedisse.

✠ ADIVNC. *Abiecta, 1. de Leg. Considerata, de Cl. Molliores ingressu, .Offi. Odiosa, 6. Phil.*

☞ Syntaxis. *Tarditatem cursu corrigere. Cunctatio & tarditas. Pedum tarditas, ingenij, hominis, operis. Considerata tarditas. Tarditates, gressu molliores, &c. & tarditas. Tarditas, procrastinatio. Ad persequendum allata tarditas.*

TARDANDVM. Att. li. 6. ep. 7. Scribe, quæso, nunquid putes reip. causa tardandum esse nobis.

TARDATVS, a, um. ad Brut. ep. pr. in 1. Si ea quæ ex tempore susceptа sunt, vt agerentur, non tardata & procrastinata essent. 1. de Diuin. 6. 21.

Nec tardata diu species, multúmque morata,
Consule te tandem celsa est in sede locata.

TARDO, as. *tardum facio, moram & tarditatem affero, moram interpono, moror, cunctor, indormio, differo.* Att. lib. 6. ep. 8. Nos Etesiæ vehementissimè tardarunt. & lib. 7. ep. 12. Nec senatus eum tardabit. pro Cec. 77. Et me similis ratio pudoris à præsentis laude tardaret. Orat. 3. Vereor ne tardem studia multorum, qui desperatione debilitati, nollent, &c. de Clar. 239. Nam M. Glabrionem socors ipsius natura negligénsque tardauerat. 5. I. V. 130. Cùm eius animum negligentia tardaret, sed conscientia frenaret. & 4. Ver. 167. Vt omnium inimicorum animos accusatorúmque tardares. Epist. lib. 7. ep. 5. Impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare.

¶ *Moram traho, commoror.* ad Brut. ep. 18. Tardare & commorari te melius est.

✠ ADVER. *Vehementissimè, 6. Attic.*

TARDOR, ris. 1. Tusc. 75. Minus tardabitur cursus animorum. 11. in Ant. 24. Vereor ne exercitus nostri tardentur animis.

☞ Syntaxis. *Nimium hæc tardata & procrastinata sunt. Tardatum, & multum moratum. Hoc me à studiis tardat, & mea studia tardat. Animos accusatorum tardare. Exercitus animis tardantur aliquando. Tardo & commoror hic.*

TARDVS, a, um: dior. *longus, cunctator, serus, callipedes.* (*.citus, celer, incitatus, expeditus, velox.* 1. de Inu. 35. Velox, an tardus. Attic. lib. 9. ep. 15. Sed eo tardior ad discendum fui, quòd, &c. & lib. 7. ep. 3. In decedendo Bibulus erit, vt audio, tardior. Anteq. 6. Non conuenit enim, cùm ego ad promerendum beneficium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores. 1. de Orat. 254. Tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores facere. & lib. 2. 213. Principia orationis tarda.) (*. exitus spissi ac producti.* 2. Orat. 216. Spondæus, quòd est è longis duabus, hebetior videtur & tardior. 1. Academ. 31. Sensus hebetes, tardi, & pingues. 2. de Finib. 39. Vt tardam & languidam pecudem. Attic. lib. 10. ep. 20. Omnia adhuc tarda & spissa. de Clar. 247. C. Lentulus non tardus sententiis, non inops verbis fuit. pro Cecin. 9. Iuris dubitatio tardiorem me facit ad iudicandum. 1. Offic. 34. Vt cæteri sint ad iniuriam tardiores. pro Cecin. 7. Quo delictum maius est, eo pœna est tardior. Postquam ad Quir. 23. Qui in vlciscendo remissior fuit, & qui in beneficiis remunerandis est tardior. 2. de Diuinat. 47. Et redemptor non inopia aut inertia tardior fuit. & 64. Tarda & sera nimis, &c.

¶ *Hebes, remissus, parum efficax, obtusus.* 4. Acad. 97. Epicurus, quem isti tardum putant. 3. contra Rull. 6. Quem vestrum tam tardo ingenio fore putauit, qui, &c. 1. de Orator. 127. Tradere aliquid vel etiam inculcare, si quis fortè sit tardior. de Cl. 216. Tardus in cogitãdo. 1. de Nat. 2. Quidam nimis indociles tardique sunt. 2. de Or. 117. Tardum ingenium. de Sen. 21. Aut etiam si sis natura tardior.

☞ Syntaxis. *Tardus & hebes, spondeus Omnia in bello sunt tarda & spissa. Homo tardus sententiis. Inertia tardus. Ingenium tardum. Natura tardus.*

TARENTVM, ti. *vrbs.* de Sen. 10. Fam. lib. 7. ep. 12.

TARENTINVS, na, num. Att. lib. 5. ep. 19.

TARICHEA, castra. *à Taricheis insulis.* Epist. li. 12. ep. 11. Vale. Data nonis Martiis, ex castris Taricheis. *Cassij.*

TARPEIVS, ia, ium. 4. ad Her. 44. Vt si quis de Tarpeio loquens, eum Capitolinum nominet.

* TARQVINIENSIS, se. pro Cæcin. 10. Municipium Tarquiniense. 2. de Diu. 50. Ager Tarquiniensis.

TARQVINII, orum. *opp. pop.* 5. Tusc. 109. Demaratus fugit Tarquinios Corintho.

TARQVINIVS, nij. pro Rab. 13. Tarquinius superbissimus atque crudelissimus rex.

TARRACINA, æ. *oppidum.* Att. lib. 7. ep. 5. & Ep. lib. 7. ep. 23.

TARRACINENSIS. pro S. R. 32.

TARRACO, onis. *oppidum Hispaniæ.* pro Cor. 28.

TARSVS, si. *vrbs in Cilicia.* 4. ad Heren. 69. Epist. lib. 3. Att. lib. 5. ep. 16. I. P. 89.

TARSENSIS, Att. lib. 5. ep. 21. Ep. lib. 12. ep. 13.

TARTAREVS, a, um. 2. Tusc. 22. Tartarea plaga.

TARTESIVS, & TARTESII. *pop. Hispaniæ.* Attic. lib. 7. ep. 3. Offic. lib. 3.

TAVRIPYLAE. Att. lib. 5. ep. 20.

TAVROMINIVM, nij. Att. lib. 16. ep. 11.

TAVROMITANI. 4. I. V. 160.

TAVRVS, ri. *mons.* pro Sest. 58. pro Deiot. 36.

¶ *Non castratus bos.* 6. I. V. 73. Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuisse dicitur. 2. de Diu. 37. Si paulò ante fuerit cor in tauro opimo. *ibid.* An quòd aspexit vestitu purpureo exordem Cæsarē, ipse corde priuatus est?

✠ ADIVNC. *Corniger, de Nat. poetæ. Ingens, truculentus. Arat. Nobilis, 6. Ver. Opimus, 2. de Diu.*

TAXIARCHS. *centurio, qui ordines ducit, princeps.* Att. lib. 16. ep. 11. Anagnini sunt Mustella ταξιαρχος, & Laco qui plurimum bibit.

TAXILLVS,

TAXILLVS, li *talus*. Orat. 153. Literam X, è maxillis, è taxillis, consuetudo elegans Latini sermonis euellit.

TAYGETVS. *mons.* 1. de Diu. 112.

TE. Attic. lib. 12. ep. 19. Tute scis (si modò meministi) me tibi dixisse, &c.

TECTE, ctius *obscurè*. (*apertè*. Or. 228. Tectè declinare impetum aduersarij. Epist. lib. 9. ep. 22. Quod tu in epistola appellas suo ✠ nomine, ille tectius penem. ‖ Attic. lib. 1. ep. 11.

TECTORIVM, rij *calx siue crusta inducta parieti aut muro, qua tanquã pauimento lapides teguntur, quò opus sit pulchrius.* 3. I. V. 145. Columna ex qua tectorium vetus deletum sit, & nouum inductũ. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Mihi erit curæ tectorium, vt concinnum sit. 2. de Diu. 5. Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus autro, sudorem imitari potest. Att. lib. 1. ep. 8. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio attioli possim includere.

✠ *ADIVNC. Concinnum, 3. ad Qu. fr. Nouum, tantum, vetus, 3. in Ver.*

TECTORIOLVM, li. *tectorium*. Epist lib. 9. ep. 22. Bella tectoriola dicis: dic ergo etiam pauimenta illo modo: non potes.

✠ *ADIVNC. Bella, 9. Fam.*

TECTORIVS, a, um. 2. de Leg. 65. Exornare sepulcrum opere tectorio.

☞ Syntaxis. *Tectorium nouum inductum, concinnum.*

TECTVM, cti. *pars domus summa, qua tegitur*. Att. lib. 5. ep. 16. Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerunque. pro Qu. R. 33. Tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa. Par. 1. Marmorea tecta, ebore & auro fulgentia. 1. Tusc. 85. Tecta cælata, laqueata. de Clar. 257. Firma tecta in domiciliis habere. 2. cont. Rull. 89. Tecto ac sedibus suis aliquem recipere. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Vaporarium quod est sub tectum cubiculi. Postquam ad Quir. 8. Illi magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Att. lib. 4. ep. 3. Disturbata porticus Catuli, quæ reficiebatur, & ad tectum iam penè peruenerat. Quint. frat. lib. 3. ep. 1. Absolutum offendi in ædibus tuis tectum, quod super conclauia non placuerat tibi esse mutorum fastigiorum, id nunc honestè vergit in tecta superioris porticus. Para. 6. Aurata tecta in villis & sola marmorea facere. * Oecon. 1. Cum victus & cultus humanus domi sub tecto ac curandus esset. *ibid.* Qui tectis recõderet atque custodiret victum. *ibid.* Cum vero paratæ res sub tectum essent congestæ. *ibid.* Fruges & alimenta indigebant tecto.

¶ *Domus*. 3. I. C. 29. Vos in vestra tecta discedite. 7. I. V. 26. Non modò extra tectum: sed ne extra lectum quidem.

✠ *ADIVNC. Cælata, 3. Tusc. Firma, de Clar. Inaurata, magnifica, marmorea, ebore & auro fulgentia, Par. Laqueata, 2. de Leg. Misera, 1. Phil. Sartum integrumque, 3. in Ver. Syluestria, 1. de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Accipere tectum: id est, subire. Tectum marmoreum, auro fulgens, cælatum, laqueatum, firmum.*

TECTVS, a, um. *obscurus, occultus*. (*apertus*. Epist. lib. 9. ep. 22. Itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. 2. de Orat. 296. Aliquem in dicendo esse tectissimum. 5. Tuscul. 38. Bestiæ abditæ, terrâque tectæ. 2. de Finib. 54. Qui occultus & tectus dicitur, tantum abest vt se indicet, perficiet etiam, &c.

* Prognost. *Stinguuntur radij cæca caligine tecti.*

¶ *Taciturnus, fidelis*. pro Deiot. Quis consideratior illo? quis tectior? quis prudentior?

¶ *Defensus*. 1. de Or. 253. Maiores nostri, clarissimorum hominũ autoritate, leges ac iura tecta esse voluerunt.

✠ *ADVERB. Vndique templum, 3. Ver.*

TEGEATAE. *pop.* 1. de Diu. 37. *alias Taygetæ, sed verius est Tegeatæ.*

TEGENDVM. pro Cecin. 60. Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum.

TEGMEN, nis. *tegumentum*. 2. de Nat. 112.

—*Lato sub tegmine cæli.* & 142. Palpebræ sunt tegumẽta oculorum. 2. de Diu. 63.

Qui platani in ramo foliorum tegmine septos
Corripuit pullos.—

5. Tusc. 90. Scythicum tegmen.

✠ *ADIVNC. Durum, 2. de Diu. Latum, 2. de Nat.*

TEGO, gis. *obduco, obnubo, obtendo, contego, velo, operio, vestio, conuestio, occulto*. 2. de Diu. 143. Is cum esset proiectus inhumatus, amica corpus eius texit suo pallio. I. P. 56. Triumphi nomine tegere ac velare cupiditatem suam. 3. de Leg. 38. Leges quæ tegunt omni ratione suffragium. de Clar. 53. Qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit. pro Rab. 21. Ignauiam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere. pro Qu. 81. Id te admisisse dicis quod ne mendacio quidem possis tegere. 5. Tusc. 11. Vt nostram ipsi sententiam tegeremus.

¶ *Excuso, defendo*. pro Cec. 85. Maiores vim armatam nulla iuris defensione texerunt. pro Pl. 1. Is meam salutem atque vitam sua beneuolentia præsidióque texit. pro Sest. 145. Patria, quam (vt leuissimè dicam) certè texeram. Epist. lib. 13. ep. 66. Tegere & tueri aliquem. & lib. 3. ep. 10. Cum me armis texi tuis.

TEGOR, ris. *Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 11.* Vniuscuiusque natura tegitur, & quasi veliis quibusdam obtenditur. pro Sest. 22. Etenim animus eius vultu, nagitia parietibus tegebantur.

✠ *ADVERB. Nimium diu quid sentiamus, 3. Phil. Perspicuè defensione, 1. de Inu.*

TEGVLA, læ. *sunt quibus tecta consternuntur ad arcendas pluuias, & alia incommoda*. pro Dom. 61. Nec illi cæmentis ac tegulis meorum tectorum se famem suam expleturos putabant. 5. I. V. 119. Excisis arboribus, demptis tegulis. I. A. Cùm tu tamen nocte socia per tegulas admittere. * Frag. ep. In singulas tegulas impositis sexcentis. Hortens. Solertiam eam, quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas.

TEGVMENTVM, ti. *tegmen*. 2. de Natur. 150. Tegumenta corporum vel texta, vel suta. & 141. Palpebræ sunt tegumenta oculorum. 5. de Finib. 32 Pennarúmque contextu corporis tegumenta faciebat.

¶ *Causa, diuerticula*. pro Cæl. 47. Flagitiorum tegumenta quærere.

TELA, læ. 4. Acad. 95. Dialectica quasi Penelope telam retexens, 6. I. V. 59. Domus plena telarum. 3. de Orat. 224. Quanquam ea tela texitur, vt, &c.

TELEPHVS, phi. pro Flac. 72.

TEAIKA. L. EFFICIENS.

TELLVS, utis 3. de N. 52. Terra ipsa dea est, quæ est enim alia tellus? de Somn. 10. Tellus neque mouetur, & infima est. in Ar.

Quorum stirpes telluris amplexæ prehendit.

Att. lib. 10. ep. 13. In Telluris. *id est, in ade Telluris*. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Ad Telluris quidem tuam statuam locaui.

TELMESSVS, si. *verbis Cariæ*. 1. de Diu. 91.

TELMESSES. *populi*. 1. de Diu. 94.

TEAOΣ. de Fin. lib. 1. Id est vel summum bonum, vel vltimum vel extremum, quod Græci τέλος nominat. L. FINIS.

TELVM, li. *iaculum, hasta, hastile, ferrum gladius*. 3. de Or. 156. Telum manu figit. pro Qu. 52. Concere omnia tela in aliquem. pro Qu. 8. Cùm etiam telum aduersarius nullum iecerit. pro Dom. 39. Tela quæ ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. de Prou. 23. Tela omnia vndique in patriam intenta. 1. ad Her. 18. E corpore exeuntium telum educit. de Aruſp. 2. Non dubito, quin ea tela quæ iecerit inimicus, quàm ea quæ collega patris emisit, leuiora atque hebetiora sint. 3. in Cat. 8. Qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, effereret. pro Arc. 23. Cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela peruenerint, eódem gloriam famámque penetrare. 1. I. C. 15. Omnes sciunt te stetisse in comitio cum telo. 7. I. V. 7. Edictum, vt ne quis cum telo seruus esset. Att. lib. 2. ep. 24. & in Vat. 24. Vectius confessus est se cum telo fuisse. 1. de Orat. 202. Oratorem inter hostium tela incolumem versari. Epist. lib. 7. ep. 16. Itaque te commouere non curas: vsquequaque sapere oportet: id erit telum acerrimũ. pro Mil. 11. Esse cum telo. & *ibid.* Habere telum. * pro Sex. Rosc. 33. Quod non totum telum corpore recepisset. pro P. Opp. Telũ ei è manibus ereptum est. Oecon. 1. Seorsum arma ac tela seponebantur.

¶ *Ansa, facultas, stimulus*. de Am. 62. Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet, beneuolentiam ciuium.

✠ *ADIVNC. Acerrimum, 7. Fam. Intermedia hostium, 14. Fam. Leuiora, atque hebetiora de Aruſp. Non mediocre, de Amic. Nec multa, & occulta, 5. Phil. Nefaria, pro Dom. Totum pro S. R. Venenatum, pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Figere telum, conicere in, immittere, intendere. Telum leue ac hebes. Cum telo stare. Telum acre. Optimum est telum ad res gerendas, beneuolentia.*

TEMERARIVS, a, um. *nullius consilij, inconsideratus, præceps*. pro Cec. 34. Ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. 1. de Inu. 2. Cæca & temeraria cupiditas. Ep. lib. 10. ep. 21. Indicabo temeratium meum consilium tibi.

TEMERE. *inconsultè, inconsideratè, nulla ratione, sine iudicio & modo, temeritate quadam, fortuito, fortuitu*. 2. de Or. 32. Plerique temerè & nulla ratione causas in foro dictitant. pro S. R. 31. Forsitan in suscipienda causa temerè impulsus adolescentia fecerim. & 79. Roscius de prædiis suis nunquam temerè discessit. pro Font. 1. Audacter hoc dico, non temerè confirmo. 2. de Diu. 113. Aliquid effutitum temerè. 1. de N. 43. Incõsultè ac temerè dicere aliquid. pro S. R. 19. Temere dicto concedi non oportet. Att. lib. 10. ep. 9. Temerè & imprudenter facere aliquid. 1. de Inu. 58. Temerè & nullo consilio regi. Ep. li. 4. ep. 13. Non scribo hoc temere. 1. de D. 23. Aspersa temerè pigmenta in tabula, oris lineamẽta effingere possunt. 2. de Nat. 6. Idque euenit nõ temerè, nec casu. & 115. Corpora huc & illuc casu & temerè concursantia. Orat. 186. Superior ætas numero caruit, nisi si quando temerè ac fortuitò. 2. ad

Herenn.12.Non temerè fama naſci ſolet.1. Tuſcul.118. Non temerè nec fortuitò ſati & creati ſumus.1. Offic.103. Appetitus omnes contrahendi ſedandique ſunt, ne quid temerè,ac fortuitu,inconſideratè, negligentérque agamus. 8. I. A. 16. Omnino iraſci amicis non temerè ſoleo.

☞ Syntaxis. *Turbulentum,temerarium,periculoſum. Cæca & temeraria cupiditas. Temerè,& nulla ratione. Inconſultò ac temerè. Temerè ac imprudenter. Temerè & nullo conſilio regi. Temerè aſperſa pigmenta. Non temerè,nec caſu. Caſu ac temerè. Temerè ac fortuitò. Temerè, fortuitu,inconſideratè,negligenter.*

TEMERITAS,tis. *inconſiderantia.*)(*ſapientia.* de Aruſp. 55. Plenus inconſiderantiſſimæ ac dementiſſimæ temeritatis. 3. de Natur. 61. Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi non poteſt. pro Planc. 9. Populus non delectu aliquo aut ſapientia ducitur ad iudicandum, ſed impetuplerumque, & quadam temeritate. 1. de Diuinat. 7. Omnibus in rebus temeritas non aſſentiendo, errórque turpis eſt. 2. de Diuin. 85. Quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio & conſilium valet. 1. Offic. 49. Multi multa faciunt temeritate quadam, ſine iudicio vel modo. & lib. 2. 8. Temeritas, quæ à ſapientia diſſidet plurimum. 3. I. C. 16. Cethegi furioſa temeritas. 1. de Inuent. 58. Exercitus, qui ſtultitia & temeritate alicuius adminiſtratur. 2. ad Heren. 36. Temeritate omnia regi. 2. Offic. 61. Temeritate remota, grauiſſima eſt liberalitas. * pro C. Corn. 1. Ante veſtros annos propter illius tribuni plebis temeritatem poſſe adduci, vt. 3. Acad. Facilior eſſet emendatio temeritatis.

✠ ADIVNC. *Admirabilis, 3. Phil. Furioſa, 3. Catil. Inconſideratiſſima, ac dementiſſima, de Aruſp. Inſignis, 1. Acad. Materna, pro Dom. Summa, turbulenta, 1. de Finib. Tribunitia, Anteq. ir. Turpis, 1. de Diu. Vitioſa, 3. de Finib.*

☞ Syntaxis. *Inconſideratiſſima ac dementiſſima temeritas. Non delectu aut ſapientia, ſed impetu ac temeritate. Temeritas & caſus, non ratio & conſilium. Temeritate facere, non iudicio, vel modo. Stultitia & temeritas.*

TEMETVM,ti. *vinum, quòd mentem tentet.* de Rep. lib. 3. Careant temeto omnes mulieres.

TEMO,onis. *lignum protenſum in curru vel plauſtro, quo iugum continetur.* 2. de Nat. 109. *Poetæ.*

TEMPERAMENTVM,ti. *temperatio, ratio.* 3. de Legib. 24. Inuentum eſt temperamẽtum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarent.

TEMPERANS, tis. *σώφρων, continens, qui in omni libidine ſe continet, moderatus.* Att. lib. 15. ep. 1. Cùm hominem temperantem tantus improuiſò morbus oppreſſerit. pro Font. 30. Vir frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans, plenus pudoris, plenus officij, plenus religionis. Par. 3. An temperantem eum dices, qui in aliqua libidine ſe continuerit, in aliqua ſe effuderit? L. TEMPERANTIA.

TEMPERANTIVS. Attic. lib. 9. ep. 2. Si hic temperantiùs egerit, conſideratiùs conſilium dabo.

☞ Syntaxis. *Vir frugi, moderatus, ac temperans (ſimul.)*

TEMPERANTIA, tiæ. *σωφροσύνη. modeſtia, moderatio, frugalitas, conformatio & moderatio continentiæ & temperantiæ.* 3. Offic. 96.)(. *Luxuria. libido, immanitas.* 2. de Inu. 164. Temperantia eſt rationis in libidinem & in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Par. 81. Temperantiam immanitas in voluptatibus imitatur. 3. de Nat. 38. Temperantia conſtat ex prætermittendis voluptatibus. 5. de Finib. 67. Temperantia in prætermittendis voluptatibus cernitur. 1. Offic. 96. Vt in eo moderatio & temperantia appareat, cum ſpecie quadam liberali. 5. Tuſc. 42. Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum. 1. Offic. 15. Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo & modus, in quo ineſt modeſtia & temperantia. 2. de Fin. 60. Modeſtia vel temperantia, quæ eſt moderatio cupiditatum, rationi obediens. 2. de Orat. 247. Dicacitatis moderatio & temperantia. Epiſt. li. 1. ep. 9. Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ. 3. Tuſc. 16. Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eámque virtutem σωφροσύνην vocant: quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam. Sed haud ſcio, an rectè ea virtus frugalitas appellari poſſit. 1. de Finib. 47. Ne temperantiam quidem propter ſe expetendam eſſe dicemus, ſed quia pacem animis afferat, & eos quaſi concordia quadam placet ac leniat. Temperantia eſt enim, quæ in reb. aut expetendis, aut fugiendis, rationem, vt ſequamur, monet. & 2. Difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, quod. Par. 76. Quæ verò moderandis cupiditatibus, regendiſque animi motibus laudatur, eius eſt munus in agendo, cui temperantiæ nomen eſt. 5. Tuſc. 57. Summa fuit eius in victu temperantia. 3. Offi. 116. Reſtat quarta pars, quæ decore: moderatione, modeſtia, cõtinentia, temperantia continetur. Att. lib. 6. ep. 9. Quæ tua prudẽtia & temperantia eſt. 1. Offi. 93. Sequitur vt de vna reliqua parte honeſtatis dicendum ſit, in qua verecũdia, & quaſi quidam ornatus vitæ temperantia, & modeſtia, omniſque ſedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur. 3. Offi. 96. Altera in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ cernitur. 1. de Fin. 48. Temperantia eſt expetenda, non quia voluptates fugiat, ſed quia maiores conſequatur.

✠ ADIVNC. *Difficilis, 1. de Finib. Inimica libidinis, 3. Offi. Moderatrix omnium commotionum, ſumma, 5. Tuſc.*

☞ Syntaxis. *Temperantia conſtat ex prætermittendis voluptatibus. Moderatio ac temperantia. Modeſtia, vel temperantia. Cõformatio & moderatio continentiæ ac temperantiæ.*

TEMPERATE. *temperanter.* Att. lib. 12 ep. 31. Agere temperatè.

TEMPERATIO,onis. *temperamentum, moderatio, modeſtia.* 1. Tuſc. 21. Animus temperatione naturæ viget & ſentit. & 4. Tuſcul. 30. Corporis temperatio, cùm ea congruunt inter ſe è quibus conſtamus, ſanitas. 2. de N. 13. Cœli temperatio, fœcunditas terrarũ. 2. de Diu. 95. Hoc temperatio lunæ, cœlique moderatio efficit. & *ibid.* Quæ à luna, cæteriſque ſideribus cœli, temperatio fiat. 2. de N. 26. Semina temperatione caloris oriri & augeſcere. 6. I. V. 98. Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſolus perſpicis. 4. Ac. 85. Eodem ære, & eadem temperatione facere ſignũ. 1. Tuſ. 68. Commutationes temporum quadripartitæ ad temperationem corporis aptæ. 2. de L. 16. Menſium tẽperatio, &c. & li. 3. 12. Temperatio reip. & 28. Temperatio iuris. 4. Tuſc. 1. Temperatio ciuitatis. 3. de Leg. 17. Sed præſtò eſt huius vitij temperatio. de Vn. 37. Deinde ad temperationẽ ſuperiorem reuertit, in qua omnem omnium vniuerſæ naturæ temperans permiſcebat.

¶ *Moderator.* de Somn. 10. Sol mens mundi & temperatio.

✠ ADIVNC. *Modica, & ſapiens, 3. de Lèg. Superior, de Vniuerſ.*

☞ Syntaxis. *Naturæ temperatione vigens animus. Corporis, cæli temperatio, lunæ, caloris, ac frigoris. Aeris temperatio, menſium. Reip. iuris. Sol, mens mundi, ac temperatio.*

TEMPERATOR,oris. Or. 70. Moderator ille, & quaſi temperator huius varietatis.

TEMPERATVS,a,um. *temperans, moderatus, modicus.* 3. de Nat. 87. Vir iuſtus, temperatus, ſapiens. Epiſt. li. 12. ep. 27. Temperati moderatique mores. Att. lib. 11. ep. 24. Moderatione paulo minus tẽperatus. 1. de Diu. 115. Si modò temperatis eſcis, modicisque potationibus eſt affectus. 2. de Diu. 89. Perinde vtcunque tẽperatus ſit aër, ita pueros orientes formari. 1. Offi. 3. Aequabile & temperatum orationis genus. 2. de Or. 212. Nec eſt vlla tẽperatior oratio, quàm illa, in qua aſperitas contentionis, oratoris ipſius humanitate conditur. & Orat. 196. Oratio permiſta & temperata numeris. & 95. Orator medius, modicus, temperatus, mediocris. &c. & 191. Nimis incitatus.)(*temperatus.*)(*nimis tardus.*

TEMPERIVS. *temperantius.* Ep. lib. 9. ep. 16. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperius fiat, cætera eodem modo. *Alij temporius legunt.*

☞ Syntaxis. *Temperatus ac moderatus. Paulò minus moderatione tẽperatus. Vti eſt temperatus aer, ita, &c. Aequabile ac temperatum. Numeris temperata oratio. Orator medius, modicus, temperatus, mediocris.*

TEMPERANDVS,a,um. Orat. 103. At hæc interdum temperanda & varianda ſunt. Orat. 197. In perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi & temperandi pedes. 4. Acad. 3. In conſtituendis temperandiſque ciuitatibus.

TEMPERANS,tis. de Som. 11. Sonus, qui acuta cum grauibus tẽperans, æquabiliter concentus efficit.

TEMPERATVS,a,um. 2. de Leg. 21. Cœli fulgura regionib⁹ ratis temperanto. de Am. 64. Vt vtamur quaſi equis temperatis, ſic a-
✠ micitiis, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum. ‖ *alij aquis tentatis legunt.* Att. lib. 1. ep. 16. Sed ita temperata tota ratio eſt, vt reip. conſtantiam præſtem. & lib. 4. ep. 6. Hominẽ in ſumma animi magnitudine multa humanitate temperatum perdidimus. 1. Tuſc. 63. Auribus magna oblectatio parta eſt, inuenta & temperata varietate & natura ſonorum.

✠ ADVERB. *Vtcunque, 2. de Diu.*

TEMPERO,as. *moderor, temperationem facio, miſceo.* 1. de Diuin. 96. Lycurgus qui Lacedæmoniorum remp. temperauit. de Vni. 19. Ea cùm tria ſumſiſſet, vnam in ſpeciem temperauit. Orat. 99. Si ſuam copiam cum illis duobus generibus non temperauit. pro Mar. 8. Temperare victoriam. 1. Tuſc. 2. Temperare remp. optimis inſtitutis & legibus. Orat. 176. Hoc genus Iſocrates moderatiùs temperauit. & 60. Oculorum & hilaritatis, & viciſſim triſtitiæ modum, res ipſæ de quib. agetur, temperabunt. 2. de Nat. 50. Solis tum acceſſus modici, tum receſſus, & frigoris & caloris modum temperant.

¶ *Abſtineo.* pro Corn. 60. Noſtras inimicitias ipſi inter nos geramus, amicis noſtrorum inimicorum temperemus. 4. I. V. 17. Vertem nemini vlla in re temperaſſe. & 3. in Ver. 154. Te putet quiſquam, cùm ab Italia freto diſiunctus eſſes, ſociis temperaſſe: Ep. lib. 10. ep. 7. Temperare ſibi in aliqua re. 2. ad Her. 29. Cui mirum videbitur, iſtum à maleficio non temperaſſe? & lib. 4. 26.

Eum

Eum sibi in concionibus credis à mendacio temperaturum?

✠ ADVER. *Moderatius festiuitates, Orat.*

TEMPERO, ris. 12. in Anton. 26. Cuius immanitas naturæ, ne vino quidem permixta temperari solet. 2. de Diuinat. 93. Ortus & occasus syderum, quorum vi cœlum modò hoc, modò illo modo temperatur. Epist. lib. 2. ep. 15. Nam ea quæ speras Tulliæ meæ prudentia temperari posse, scio, & cæt. 1. Offic. 119. Quod simplex esse debet, ex dissimilibus rebus miscere & temperari non potest. 2. de Natur. 131. Etesiarum statu nimij temperantur calores.

✠ ADVER. *Mirabiliter, 5. Tusc.*

☞ Syntaxis. *Constituere ac temperare ciuitates. Temperare ac variare colores. Sonus acuta cum grauibus temperans, id est, ex acuto & graui temperatus. Homo multa humanitate temperatus. Legib. Remp. temperare. Temperare nulli vlla in re, à maleficio. Temperant calores etesiæ.*

TEMPESTAS, tis. *tempus.* 3. de Or. 151. Qua tempestate Pœnus in Italiam venit. Orat. 164. Qua tempestate Paris Helenam, &c.

¶ *Naturalis turbo, procella.* 2. Offic. 19. Procellæ, tempestates, naufragia, ruinæ, incendia. 7. I. A. 28. Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam à vectoribus admoneri solent. 1. de Nat. 4. Tempestates ac temporum varietates, cœlique mutationes. 1. de Inuent. 4. Turbida tempestas. pro Mur. 36. Tempestates sæpe certo aliquo cœli signo commouentur, sæpe obscura aliqua ex causa concitantur. 2. de Nat. 167. Si segetibus aut vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit. 2. de Inuent. 95. Nautas aduersa tempestate in alto iactari. 5. Tusc. 5. Iactatus magna tempestate. Attic. lib. 2. ep. 6. Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. 2. de Diuinat. 94. Alia Romæ, alia Tusculani euenit sæpe tempestas. pro Sest. 101. Tempestas periculi: *id est, metus.* pro Sest. 140. Quos repentina aliqua vis & tempestas periculi populatis, &c. 3. de Nat. 51. Imbres, nimbi, procellæ, turbines, cæteræque tempestates. pro Sest. Rosc. 131. Ventus vehemens, immoderata tempestas. 6. I. V. 86. Erat hyems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. pro Sest. 46. Nauis reipub. fluitans in alto, tempestatibus seditionum & discordiarum. 7. in Verr. 26. Nullus dies tam magna ac turbulenta tempestate fuit, quin, &c. 2. de Inuent. 96. Fluuius commotus magnis tempestatibus. Epist. lib. 16. ep. 9. Ibi propter tempestatem ad v i. Id. morati sumus. pro Cec. 88. Vt si qui ex alto tempestate subitò reiectus optaret, &c. 2. de Inuent. 98. Cùm magna in alto tempestas esset. Parad. 6. Virtus nec tempestatum nec temporum permutatione mutatur. 3. de Orat. 55. Cùm homines tempestatis causa opere prohibentur. pro Ligar. 35. Tempestate abreptus est vnus.

¶ *Aerumnæ, calamitas, tempus miserum.* 5. I. A. 15 Hæc causa, cur lex tam egregia maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina & tonitrua feratur. & 7. Phil. 7. Huius magnitudini animi tempestas est oblata formidolosissimi temporis. Epist. lib. 9. ep. 6. His tempestatibus es propè solus in portu. Attic. lib. 10. ep. 4. Eáque ipsa tempestate euersa est resp. quâ ego XIIII. annis antè prospexi. 1. de Orat. 2. Nam qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximæ molestiarum & turbulentissimæ tempestates extiterunt. pro Clu. 96. Non fuit illud iudicium, &c. sed vis (vt sæpe dixi) ruina atque tempestas. pro Dom. 108. Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. & 137. Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis. pro Pl. 11. Qui hac populi tempestate iactamur & fluctibus. 2. de Inu. 154. Sedatis fluctibus, & tempestate iam commutata. 1. I. C. 22. Quâta tempestas inuidiæ nobis impendeat.

¶ *Aeris ac temporis constitutio, statúsque.* pro Flac. 31. Defendenti facilis est cautio, non solum latibulis occultorum locorum sed etiam tempestatum moderatione & conuersione. Qu. fr. lib. 2. ep. 2. Tu velim quàm primũ bona & certa tempestate conscendas. & ep. 5. Dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Epist. lib. 14. ep. 4. Nautæ tempestatem prætermittere noluerunt. 2. de Diuin. 82.

Cùm tonuit Iouumbene tempestate serena. & 89. Tempestas cœli. *id est, serena vel turbida.* Att. lib. 9. ep. 15. Pridie Quinquatrus fuit egregia tempestas. * Frag. ep. Cùm iter facerem Claternam tempestate spurcissima.

✠ ADIVNC. *Aduersa, læta, serena, 1. de Di. Bona & certa, 2. ad Quint. frat. Calamitosa, communis, horribilis, maxima, 3. Ver. Ciuilis, Postquã ad Quir. Egregia, 9. Att. Idonea, 7. ad Qu. frat. Non idoneæ, 2. Attic. Immoderata, sæua, pro Sex. Rosc. Magna, turbida, 1. de Inuent. Magna, turbulentáque, 7. Verr. Maximæ, popularis, pro Mur. Maximæ molestiarum, & turbulentissimæ, 1. de Orat. Perfrigida, 6. in Ver. Reliquæ, 3. de Natur. Repentina, pro Dom. Subita, pro Cornel. Balbo. Tetræ, 13. Attic. Turbulentissima, pro Syll. Violentissimæ, pro Cluent.*

TEMPESTIVE. *opportunè, in tempore.* 2. de Nat. 156. Tempestiuè demetere percipereque fructus.

TEMPESTIVITAS, tis *opportunitas.* de Sen. 33. Sua cuique parti ætatis tempestiuitas est data.

TEMPESTIVVS, a, um. *opportunus.* 1. Tusc. 109. Multa mihi ad mortem tempestiua fuerunt, quæ vtinam potuissem obire. pro Pomp. 34. Pompeius Sardiniam cum classe venit, nondum tempestiuo ad nauigandum mari. 2. de Nat. 131. Natura quàm tempestiuos dedit, quàm salutares omnibus animantibus ac stirpibus ventos etesias? 2. Offi. 14. Nec ex his tempestiuos fructus capere possemus. de Sen. 5. Maturitas tempestiua.

¶ *Tempestiua conuiuia dicebantur, qua statis temporibus ac diebus sodalitates agitabant, in quibus multa erat licentia, multus sermo, sed festiuus: nam ad omnem hilaritatem comparata huiusce modi conuiuia fuisse videtur.* pro Arch. 13. Quantum temporis alij tribuunt tempestiuis conuiuiis. Att. lib. 9. ep. 1. Multa à me conuiuiis tempestiuis disputantur. 5. I. V. 62. Statuitur Lollius in illo tempestiuo gladiatorum conuiuio. de Sen. 46. Ego propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuiis delector. pro Mur. 13. Tempestiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Epist. Quas enim cœnas & facere, & obire scripsit ad me Sestius? quàm lautas? quàm tempestiuas.

☞ Syntaxis. *Tempestiuum ad nauigandum mare. Etesiæ venti tempestiui ac salutares. Fructus maturitas tempestiua.*

TEMPLVM, pli. *fanum, ædes, ædes sacra, sacer locus, cella, domus.* 6. I. V. 94. Herculis templum sanè sanctum apud Agrigentinos, & religiosum. Epi. lib. 10. ep. 12. Venit Seruilius Iouis ipsi iniquus, cuius in templo res agebatur. 1. de Diu. 94. Cùm in Herculis fano arma sonuerunt, & *ibid.* In templo Herculis. 2. de Leg. 21. Templa liberata & effata habento. &, Effari templum. L. EFFARIS. 2. de Inu. 1. Templum & fanum idem, & ædes sacræ. 5. I. A. 18. In cella Concordiæ collocari armatos, è templo carcerem fieri. Att. lib. 14. ep. 10. In Tellutis, *id est, in templo Telluris.* de Somn. 6. Deus is cuius hoc templum est omne quod conspicis. 1. Tusc. 38. Acherontia templa alta, Orci pallida. 1. de Diu. 41. Ad cœli cœrula templa. pro Dom. 131. Curia est sedes ac templum publici consilij. in Vat. 24. In rostris, in illo inquam augurato templo ac loco. pro Mil. 91. Curia, templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput vrbis, ara sociorum, portus omnium gentium. 1. de Diu. 4. Templum Iunonis Sospitæ L. Iulius de Senatus sententia refecit. *ibid.* 99. Templum à Senatu Iunoni Sospitæ restitutum. pro M. Scau. Sanctissimos Deos illo constituisse in templo videtur in vestro conspectu. de Consolat. Eorum in vrbibus atque agris augustissima templa veneremur.

✠ ADIVNC. *Amplissimum, antiquum, sanctum & religiosum, 3. in Ver. Auguratum, in Vat. Augustissimum, & religiosissimum, clarissima, & religiosissima, egregia, 7. Ver. Cærula, de Vniuer. Clarissimum, egregiũ, pulcherrimum, & magnificentissimum, sanctum, & religiosum, 6. in Ver Noua, Offi. Pallida, alta, Tusc. Sanctissima, 1. de Nat. & pro Sest.*

* TEMPORALIS, le. de Nat.

TEMPORIVS. *maturus.* Epist. lib. 9. ep. 16. Temporius fiat cœna. *Alij Temperius legunt.*

TEMPVS, oris. *iure naturæ tempus in motu cursuue, siderum mensura.* 1. de Inu. 39. Tempus autem est, id quo nunc vtimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menstrui, diurni, nocturniue spacij certa significatione. de Vn. 29. Siderum errores idipsum esse quod rectè dicitur tempus. 1. de Nat. 21. Tempus sine mundi conuersione effici non potest. pro Mur. 72. Quod enim tempus fuit aut nostra aut patrum nostrorum memoria, quo hæc ambitio non fuerit? Att. lib. 9. ep. 18. Consilia differre in tempus aliquod. 2. contra. Rull. 3. Vester honos ad mei temporis diem peruius. 6. Fam. Temporum nostrorum magna varietate. ad Lentulum lib. 1. ep. 9. Temporibus assentiendum. 13. Fam. ep. 29. Paruit & temporibus & fortunæ meæ. 12. ad Att. ep. 50. Temporibus parére præcipiunt omnes politici. 10. Fam. ep. 3. Temporibus nimis seruire. 1. Fam. ep. 7. Tempora adipisci. in Orat. 120. Conseruare & notare tempora. Mario, lib. 7. ep. 1. Matutina tẽpora lectiunculis consumere. Epist. lib. 4. ep. 5. Hoc tempore, & vno tempore. & lib. 7. ep. 18. Diuersis temporibus. & lib. 4. ep. 5. Hisce temporibus. & lib. 4. ep. 3. A primis temporibus & lib. 1 ep. 6. Temporibus illis. & ep. 9. Primis temporibus illis. & *ibid.* Mei temporibus accidit, &c. 5. de Fin. 4. Quodam tempore Metopontum veni tecũ. 1. de Inu. 4. Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis reb. infantes & insipientes homines solitos esse versari. pro Clu. 139. & 5. I. A. 30. In illo tempore. pro Clu. 95. Optimis hercle temporibus, tum cùm, &c. pro Font. Illis optimis

temporibus,cùm,&c.Ep.lib.10.ep.10.Cuius rei non modò non præteriit tempus,sed ne maturum quidem etiam nunc fuit.Ep. lib.1.ep.2.Nactusque tempus hoc magis idoneum,quàm antea, &c.& lib.3.ep.6.Tempus anni idoneum.1.Offic.4.Cùm Philosophiæ multum adolescens temporis tribuissem.10.ad Atti.ep. 20. Ipse conficior venisse tempus, quum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere possim. post Redit. ad Quirit. 23. Tempore & die memoriã beneficij definire.Luceio.li.5.ep.15. Sed casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, vt, &c. 13.Fam.ep.75.De tempore alicui commodare.Offi.2.33.Ex tempore consilium capere.pro Arch.18.Ex tempore dicere.10.ad At. epist.1.Ex tempore futura.&,Quæ iam parantur & cogitantur: *contraria.*2.de Leg.Agra.55.Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore.ad Appium,lib.3.ep.4. Nam cùm teipsum, ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci, &c.Licin.lib.5.ep.8.Quo quidem ex tempore memoria teneo, neque meam tibi obseruantiam, neque mihi tuam summam beneuolentiam ac liberalitatẽ defuisse.2.de Inu.49.In tempore quid considerandum.1.de Ora.2.Tempora communia.7. Vert. 1.Dubia formidolosaque tẽpora.pro Font.32.Dubia Reip.tempora.12.ad At.ep.19.Tempora erudita.Di. lib.1.1.Tempora Heroica.5.Fam.ep.17.Tempora priora in ruinis Reip.iacuerunt. 1. ad Herenn.9.Tempora tria,quibus principio vti non possumus. Thermo,lib.2.ep.17.Tempora autem Reip. qualia futura sint, quis scit?mihi quidẽ turbulẽta videntur fore.Patti.89.Tempora vim maximam habent.1.de Leg. 9. Tempora quædam subcisiua incurrunt,quæ ego perire non patior.12.Fam.ep.1.Tempora valent in Rep plurimum.1.de Or.2.Temporum casus.1.de N.d. 21.Nulla temporum circũscriptio metitur spatio æternitatem. pro Corn.Balb.38.Fuit hoc siue meum,siue Reipublicæ fatum, vt in me omnis illa inclinatio communium temporum incumberet.*id est,vt omnis illa Reipub.fortuna.*3.ad Qu.fra.epi.8.Motus temporum venientis anni.5.I.V.36.Ex tempore admoneri. *id est, vt res fert.* 1.I.C.15. Nihil moliris,quod mihi latére valeat in tempore.2.de Orato. 169. Nostra consilia in sempiternũ tempus spectare debent.6.I.V.107.Flores omni tempore anni.2. de Or.181.Tempus est iam de ordine argumentorum dicere.Att. lib.7.ep.17.Sed stomachari desinamus,tempori pareamus.1. de Or.1.Fuit tempus illud,cùm putarem,&c.Ep.li.11.ep.28.Venict tempus,cùm,&c.pro Pom.1.Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putaui.*id est,periculis vel casibus.* Q. fr.lib.3.ep.5.Hoc nostrum tempus ætatis forẽsi labore iactatur. pro Q.4.Diligentia quanta sit, nisi tempus spacium datum sit, intelligi non potest.Br.ep.10.Datum Lepido tempus est,in quo lenitatem eius experiremur.pro Cec.Si tempus feret.Q.fr.lib.1. ep.1.23.Cuipiam in doctrina percipienda multum studij fuisse, & temporis.pro Qu.4.Post tempus in aliena re facere,quod ille in sua re cùm tempus erat,non fecit.pro Ceci. 19.Quadriennium hoc est,ex quo tempore fundus venit:quoad vixit.possedit.Ep.lib.4.ep.9. Tempori cedere id est, necessitati parere sapientis semper est habitum.& li.1.ep.5.Eiusmodi tempora post tuam protectionem consecuta sunt, vt, &c.& lib.5.epist.15. Nisi id verbum in omne tempus perdidissem.5. Tusculan. q. 70. Æterno tempore. 1.de Finib. 63. Ex infinito tempore. & 7. Ex æterno tempore. Epistol. lib.5.epist.20.Vt ij accipiunt, quibus epistolæ per hæc tempora molestæ sunt. & lib. 5. epist. 15. Consumere omne tempus in literis.Ep.lib.15.ep.2.Ponere tempus in aliquo magno officio.& lib.4.ep.5.Traducere tempus.& lib.5.ep.8.In eadem Reip.tempora incidimus.& lib. 3. ep. 4. Ex quo tempore tu me diligere cœpisti.Ep.lib.5.ep.17.Omne tempus vnà fuissemus.& li.1.ep.5.A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi.& cogitandi.1.de Inuen. 86. Difficilia factu longi temporis indigent.Ep.lib.5.ep.8.Extitit tempus optatum mihi magis,quàm speratum.& lib.6.ep.10.In temporum paruis inclinationibus.& lib.7.ep. 17. Neque ætatis magis idoneum tempus:hoc si amiseris, nullum vnquam es repertunus.Orat.194.Tempus,interuallum, spacium in pede oratorio. ad Herenn.lib.2.ep.7.Tempus iustãs, præteritum, consequens. 1.de Fin.72.Tempus futurum,posterum,consequens.Epi. lib.15. ep.17.Tẽpora priora & prima.)(*posteriora & proxima.*3.I.V.103. Iste nullum temporis punctum vacuum peccato præterire passus est Ora.120.Conseruare & notare tempora.1.Off. 31.Sed incidunt sæpe tempora,cùm ea quæ,&c.6.in Verr.74.Illo tempore Segestanis hæc ipsa Diana redditur 4.I.C.13.Atque illo tempore Lentulus,&c.de Clar. 50. Quis Thebanum oratorem scit fuisse temporibus illis?7.I.V.75. Piratæ à quo tẽpore capti sunt, domi tuæ fuerunt.3 de Orato. 144. Aut si non potuerim tempus non perdere,cùm tamen,&c.Brut.epistо. 17.Vereor ne in breue tempus dilata sit abs te pernicies.Quint.frat. lib.1.epist. 1. 12.Si quem forte tui cognouisti amantiorem,quàm temporis. 11.in Anton. 27. Necesse est interdum rerum temporibus potius patére, quàm moribus. L. EX TEMPORE. Cat. Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honestéque viuendum.3. Philipp.2.Tempus breue imparatis lõgum.4. Academ. quæ.2. Tempus diuturnum in aliqua re consumere.6.ad At.Tempus emeritum.1.ad Attic.ep.1.Tempus ereptum è summis occupationibus.Attic.lib.14.ep.12.Tempus graue.1.de Di.32. Tempus hyemale.1.Offic.142.Tempus idoneum ad agendum.de Fin.li. 2.88. Infinitum tempus ætatis. *ibid.*lib. 1.33. Tempus liberum, quum soluta nobis est,eligendi optio, quumq; nihil impedit, quo minus id,quòd maximè placeat,facere possimus. Cæl.lib. 2.ep.19.Opportunum tempus.Tusc.q.lib.3. 7. Tempus postmeridianum.Diu.lib.2.44.Tempus tatum. pro Dom. 29. Repentinum tempus.pro Cluent.94.Suspiciosissimum tempus. Cat.70. Tempus vernum.de Finib.lib. 2. 88. Vltimum tempus ætatis. Pollio ad Cic.lib.10.ep.33.Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat.5.Philip.38.Tempus ciuitatis.ad Atti.li.16. ep.6. Tempúsque discessus absurdum. Læl. 61. Ferendum id Scipio potius,quàm inimicitiarum tempus cogitandum putabit. pro Mur.7.Abiit illud tempus,mutata ratio est.9.Fam.ep.20.Tempus omne corpori da ur.de D.lib.1.127. Tempus nihil noui efficit,& primum quidque replicat.1. Offi.142.Tẽpus est actionis opportunum,iuxta Stoicos.ad Appium,lib.3.ep.10.De qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi,purgandi autem mei necessarium.1. Offic.64. Nullum tempus est,quod iustitia vacare debeat.pro Mur. 72. Quod enim tempus fuit aut nostra, aut patrum nostrorum memoria,quo hæc ambitio non fuerit? pro Mil.70.Erit erit illud profectò tẽpus, illucescet aliquãdo ille dies, &c.At.li.9.ep.3. Si commodius anni tempus esset.3. ad Qu.fr.ep. 1. Hoc nostrum tempus ætatis forensi labore iactatur.2.ad Here.7.Tempus quomodo inspiciatur.lib.2.de Leg.29. Tempus,vt sacrificiorum libamenta seruentur, fœtusq; pecorum, diligenter habenda ratio intercalandi est.12.ad At. ep.19. Tempus illud longum, cùm non ero, magis me mouet,quàm hoc exiguum.ad Qu.fr.Quod mihi tempus,Romæ præsertim, vt iste me rogat,manenti vacuum ostenditur.1.Offic.81.Quum tempus necessitásque postulat.7.ad Attic.ep.9.Præteriit tempus legitimum non legis,sed libidinis tuæ.Cæl.lib.2.epistol. 7. Tibi quum omnia mea commendatissima esse cupio,tum nihil magis,quàm ne tempus nobis prouinciæ prorogetur.Sulpit. lib. 4. ep.6.Antè commentemur inter nos,qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus.Tusc.q.lib.1.49. Quum tempus mortis venisset.9. Att.ep.13.Temporis aliquid impertias huic quoque cogitationi.3.de Orat.226.Edidi quæ potui,non vt volui,sed vt me temporis angustiæ coëgerunt.pro Sest.11. Temporis atrocitas. 6.Famil.epist.6. Temporis beneficium aliquando potius,quàm iam suum.4. Acad.q. 53. Temporis breuitate ab aliquid faciendo excludi.Att.lib.1. ep. 6. Eo factum est,vt epistolæ tuæ referiberem aliquid, cùm breuitate tẽporis tam pauca cogerer scribere. pro Dom. 75. Sed si mihi ante hæc durissima tempora Reip. nihil aliud vnquam obiectum est, nisi crudelitas illius temporis,quum à patria pernicie depuli,&c.3.Fa. ep. 2.Temporis decursus.pro Dom.sua.69.Temporis flamma. pro Milo. 28.Deinde profectus est id temporis,quum iam Clodius,&c.redire potuisset.1.in Ca.10.Quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram.16.Famil. ep. 8.A temporis iniuria abesse.6.Famil. ep. 4. Temporis longinquitas me mirigauit.5.Fam.ep.16. Temporis medicina. Curioni.lib.2. ep.6.Ne patiare quicquam mihi ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari.de Vni.26. Temporis motus considnandus è cursu siderum.4.Ac.12.Multum temporis in ista vna disputatione consumimus.ad Att.lib.2. ep. 23. Nam cum vacui temporis nihil haberem,&c.hæc dictaui ambulans.1.ad Q.fra. epist.1.Cui temporis plurimum fuit in virtute percipienda 2.in Verr.8.Temporis procella.Luceio,lib.5.ep.15.Propagatio miserrimi temporis.1.de Nat.deor.52. Nullo puncto temporis intermisso.ad Appium,lib.3.epist.10. Illud pugna & enitere,ne quid nobis temporis prorogetur.Cat.69. Quod cuique temporis ad viuendum datur,eo debet contentus esse.8.ad Att. ep. 4. Affert enim & temporis reliqui recuperandi rationem, & præsentis tuendi.de Vn.39.Ad temporis spaciorum significationem mundi partes notæ constitutæ.7.Philip.7.Temporis tempestas.2.de Nat. deo. 161. Longinqui temporis vsu & periclitatione aliquid percipere.10. Fa.ep. 25. Nunc nihil prætermittere videbere vsitati,& quasi legitimi temporis ad perendum.3.Fam. ep.1.Temporis vsuram sarcire.1.de Inu.86.Difficilia factu longi temporis indigent.12.ad Att.ep.39.Sunt huius temporis.*id est,apta huic tempori.*Br.242.Tempori obedire.ad Att.lib.7.ep.17.Sed stomachari desinamus,tempori pareamus.4.Famil.ep.6.Officiis quæ illi tempori tribui potuerunt. 1. Philip. 9. Non quo me ad tempus occursurum putarem,sed ne tardiùs,quàm cuperem. Reip. gratularer.Cat. 60. Vsque ad vltimum tempus senectutis. 1.ad Att.In aliud tempus.*sub.differend.*1.Cassio,lib.15.ep.14.Considera ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus.Curioni,lib.2. ep.6.Quòd in id Rei.tempus non incideris,sed veneris.2. de In. 78.Si sibi illa res,atque ea faciendi causa per idem tempus accidisset.de Cla.ora.285. Duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se.16.Fam.ep.1.Quum per anni tempus nauigare poteris,

ad nos veni.12.Fam.ep.24.Tempus minimũ non amiſi tuendæ ſalutis. Epi. lib.10.ep.5.Neque ætatis magis idoneum tempus: hoc ſi amiſeris,vllum vnquam es reperturus.*i. occaſionem.* Luceio,lib.15.ep.12. Cauſam illam totam & tempus arripere. 11. Fa. ep.16.Tempus ſatis ſcitè & commodè cepit ad te adeũdi.*id eſt, temporis opportunitatem.*7.ad At.ep.11. Tempus omne conſumo, conſiderans.*pro,in conſiderando.* Luceio lib.5. Conſumere omne tempus in literis.Rufo,libr. 5. epiſt. 15. Liberum mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari,&c.8.Phil.23.Tempus differre.15.Fam.ep.9.Tempus cuipiam lege finire. *i. præſcribere.* 7. Phil.28.Tempus habes tale,quale nemo habuit vnquam. *id eſt, occaſionem habes talem.*1.ad At.ep.11. Vix tempus habuerim huic tantulæ epiſtolę.*id eſt,ocium.*ad Q.fra.li.3.ep.2.Noſtrũmque hoc tempus ætatis, quod in illa autoritate ſenatoria florere debet, aut forenſi labore iactari,aut domeſticis literis ſuſtentari. Ep. lib.11.ep.10.Obſeruare tẽpus faciendi aliquid.de Diuin.lib.2.93. Tempus naſcendi nihil ad agendam vitam pertinere, ſed vim & naturam gignentium.Top.1.Breui tempore.*id eſt: breui temporis ſpacio.*2.cont.Rull. 14. Concurrunt plures vno tempore librarij.4.I.C.7.Eos punctò temporis viuere non oportere puto. Ep.lib.6.ep.5.Ne punctum quidem temporis.& lib.9.ep.11.Breui tempore ſum viſurus.pro Muræ.62.Temporis cauſa iraſci licet.4.Aca.113.Nec dico temporis cauſa,ſed ita planè probo.pro Flac.36.Aliquid temporis cauſa facere,vel dicere.pro Qu.Roſc. 50. Eos improbos temporis cauſa eſſe fingo. de Amic.26. Qui ſimulatione amicitiæ coluntur temporis cauſa. pro Planc. 72. Aliquem ea quæ de aliquo dicat,mentiri & temporis cauſa fingere.pro Clu.28.Vno tempore duas res audire.3.I.V. 141. Alieniſſimo tempore locare incipit.de Cl.2. Hortẽſius alieniſſimo Reip.tempore extinctus eſt,& ceſſit è vita,ſuo magis quàm ciuium ſuorum tempore.Epi.lib.2.epi.19.Tempus opportunum. & lib.11.ep.16.Obſeruare tempus faciendi aliquid.Att.lib.16.ep. 1.Sæpe ij qui debent,non reſpondent ad tempus.& lib.13.ep. 43. Ad tempus redire.3.I.V. 141. Accurrunt tamen ad tempus tutores.pro Cæl.17.Ad tempus accommodare ſe alicui.1. Offic.27. Perturbatio animi,quæ plerunque breuis eſt,& ad tempus.Epi. lib.10.ep 9.Capere conſilium ad tempus.2.de Inu.78.Per idem tempus.*id eſt,eodem tempore.*At.lib.8.ep.19.Caſtra per anni tempus facere non poſſum.1.ad Here.21.Qui per id temporis quæſtor vrbanus erat.At.lib.4.ep. 14. Heratini me ad ſua tempora duxerunt,vt agerẽ cauſam.pro Arch. 12.A nullius me vnquam tempore aut commodum,aut ocium meum abſtraxit.3. Offic. 93.Niſi fortè eam pecuniam in Repu. magnum aliquod tẽpus contulerit.1.de Leg.6.Sumere tempus ad aliquam rem. Q.frat. lib. 2. ep. 9. Tantum ſumam à vobis temporis ad ſcribendum, quantum dabitis.Attic. lib.1.ep.11.Vt vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim.1.I.V.41.Omne tempus,quod mihi ab amicorum negociis datur,in his ſtudiis conſumo.Attic.lib. 1.ep.10. Ponere tempus in aliquo loco.de Amic.53.Coluntur autem ſimulatione amicitiæ duntaxat ad tempus.Epi.lib.11. ep. 16.Scitè & commodè capere tempus adeundi ad aliquem.Part.30.Dicere aliquid ad tempus aptè.Attic.lib.2.epiſt. 14. Eiuſmodi ſunt ij verſus,vt ab amico Pompeij in tempus ſcripti eſſe videantur.15. Fa.ep.15.Temporibus amiſſis,quæ plurimum valent, præſertim in bellis ciuilib.11.Famil.ep.16.Temporibus Clodianis.Plan. li. 10.ep. 12. Etſi Reip.cauſa maximè gaudere debeo,tantum ei te præſidij,tantum opis attuliſſe extremis penè temporibus.2. de Na.126. Veſpertinis temporibus deliteſcere.6.Fam.ep.10.Temporibus regentur quæ ſunt in fortuna.Tuſc.q. lib. 1.1.Remiſſa temporibus,longo interuallo intermiſſa reuocaui. *ſcilicet Reip. intelligit enim tempora turbulenta bellorum ciuilium.* Part. 32. In temporibus quæ cernenda.pro Cluent.146.Et illa oratio potius temporis mei,quàm iudicij & autoritatis fuit.*ibidem.*Omnes illæ orationes cauſarum & temporum ſunt,non hominum ipſorum ac patronorum.de Am.5.Temporibus illis.1.de Natu.d.63. Sophiſtes temporib.illis vel maximus.de Cl.107.Fuit (vt temporib.illis)furis valde peritus. *ibidem.*Erat cùm literis Latinis, tum etiam Græcis(vt temporib.illis)ſatis eruditus.ad Att.Multas vno tempore accepi epiſtolas tuas.1.Ver.73.Si tantulum offenſum,titubatumque ſit,vt ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt,vno tempore diuerſa perdamus.ad Q.frat.lib.3.ep.1.Quod me de verſibus faciendis rogas,incredibile eſt,mi frater,quàm egeam tempore.1.de Fini.33.Libero tempore,cùm ſoluta nobis eſt eligẽdi optio.13.I.A.24.In luſtris,popinis,alea,vino,tempus ætatis omne conſumſiſſes.proC.Cor.1.Iudicium æquiore tempore fieri oportere. * Hortenſ. Omnéſq; ad id tẽpus,quod erat dictum,poſtero die veniſſemus.Timæ. Ad originem temporis inuentum eſt curriculum Solis & Lunæ.Incer.Et eorum morbus eodem tempore ingraueſceret,eodem leuaretur.

¶ *Tempeſtas,& ſtatus,anni,diei,annij; tempus, ac pars.*4.Verr. 95. Hic qui Romam veniſſet, ſatisque fœliciter anni iam aduerſo tempore nauigaſſet,&c.rem ad amicos detulit.4.in Verr.95.Satis fœliciter anni iam aduerſo tempore nauigaui.

¶ *Calamitoſi dies.*pro Q.10. Tẽpore dete[illegible]iore aliquid facere. in Cat.27.Extremo tempore.pro Leg.Manil.35.Quid tam nouum, quàm adoleſcentulum priuatum exercitum difficili Reip.tempore cõficere?de D.li.1.11.Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo.Plan.li.4.ep.14.Ego tam miſero tempore nihil noui conſilij cepiſſem.5.I.V.136.Scandilius rem ſe totam relicturum dicit, & ſuo tempore eſſe redditurum. Anteq. 21. Statutum,in his temporib.ciuitatis omnia perpeti.pro Pomp.61.Exercitum difficili Reip.tempore conficere.pro Cec.11.Temporibus illis difficillimis ſolutione.pro Seſt. 5. In grauiſſimis temporibus ciuitatis. Ep.lib.4.ep.13.Triſtiſſimo meo tempore.pro Do.ſua.6. Quamdiu tempus turbulentum fuit.Ep.lib.2.ep.16.Tempora Rei.turbulenta.pro Corn.22.In periculis & aſperis temporib. &c. & 34. Duris quõdam temporib. &c. 5. I. A. 46.Summo & difficillimo reip.tempore.2.I.V.1.Summo Reip.tempore.3.de Leg.33.Eſt autem boni auguris,maximis Reip.temporib.præſto eſſe debere. 11.ad At.ep.1.Temporib.his miſeris & extremis.4.Ac.q.1. Quibus temporibus:*pro,quando?* Marcello,lib. 15. ep.8.Vel defenſus triſtib.temporibus,vel ornatus ſecundis.pro Seſt.4.Et quoniam in grauiſſimis temporib.ciuitatis,atque,&c.Titio,lib.5.epiſt.16. Hæc perturbatio temporum perditorum.7.in Verr. 176. Temporum ratio atque inclinatio permagni momenti in Rep. 8.ad Att.ep.16.Temporum triſtitiam ſubire.3.de Leg. 24.Neque nobis cum illa tum peſte certamen fuit, ſed cum grauiſſimo Rei. tempore,&c.Figulo, lib. 4. ep.13. Tuorũmque triſtiſſimo meo tẽpore meritorum erga me memoriam conſeruabo.3.Fam. ep. 10.Queretur tecum,atq; expoſtulabit,ni,vt ſuprà ſcripſi,purgare me tibi hocce tempore,quàm accuſare te mallem. * pro C.Cor.1.Extremi acciſſillimi temporis vox illa.*ibidẽ.* Inſtitui exemplum temporibus ſuis accommodatiſſimum cupierunt.

¶ *Pars capitis ad vtrumque latus.*4.ad Heren.69. At iſte Graccho percutit tempus.

¶ *Temporè,id eſt,opportunè,vel in tempore,vel ad tempus.*Ep.li.7.ep. 18.Ego enim renouabo commendationem, ſed temporè. 4.in Ver.128.Satis putabat ſe ad comitia temporè venturum,ſi pridie veniſſet.3.Offic.58.Ad cœnam temporè venit Cannius. Ep.li.11. ep.1.Satis temporè ad eos accedemus,ac valebunt.

✠ *ADIVNC.Aduerſum,4.in Ver.AEſtiua,dubia Reip. dubia formidoloſaque, hyberna, miſerrimum atque acerbum,7.Ver.AEternum, conſequens, & poſterum, finitimum,1.de Fin.Alienum,pro Cæc. Alienũ, & minimè neceſſarium,2.Fam.Alieniſſimum,ante lucanum, feliciſſima,optima ciuitatis,ſecunda, triſtia,15.Famil. Alieniſſimum,incerta,de Clar. Ampliora, difficillima, legitimum, paria,vacuum peccato,vſitatum atque legitimum ad petendum, vtilius moriendi,10.Fam.Annuum,grauius,ſummum,& periculoſiſſimum Reip.pro Flac.Annua,hybernum,vertentia,Arat.Aſpera,dura, extremũ belli,recentia reip.pro Corn.Balbo. Atrox & difficile,6.Ver.Bellicum.)(.pacatum,ſedatius,trãquillum,pro Clu.Bona,magnum reip.2.Offic.Breue,longum diurnum,nocturnum,3.Philip.Breuiſſimum, idoneum, longum,1.de In.Brumale,conſequens,ſuperius,de Fato. Cæcum ſeruitutis,minimum,12.Fa.Certa,1. de Or.Certum,Som.Scip.Ciuilia,turbulenta reip.6.Fa.Commodũ anni,9.At.Cõmunia,3.Fam.Deterius,inauditũ,pro Qu.Difficile reip.pro Pomp.Difficillimum,5.Phili. Dignum,tranquilliſſimum.)(.turbulentiſſimum,in Piſo. Dirum,hyemale,2.de D.Diſparia,1.de Na.Diurna,grauia,tota,11.Att.Diurnum,4.Aca.Domeſticum, & forenſe,inimica virtuti,Ora.Duriſſima reip. publica,repentinum,tranquillum.)(.turbulentum.pro Dom.ſua. Erudita,4.Tuſc.Exiguum,3.cont.Rull.Exiguũ ſermonis,meridianum,pomeridianũ,3.de Ora. Exiguum reliquæ vitæ,periculoſiſſima,ſempiternum,Poſtq.ad Quir. Extremum,infirmum ætatis, aliorum etiam infeſtum, pro Cæl.Extrema reip.pro Rab. Formidoloſiſſimum, ſi nõ optabile,at neceſſarium,7.Phi.Futurum,poſterum, conſequẽs,3.de Fin.Gladiatorium,grauiſſima ciuitatis, pro Seſt.Grauiſſimũ,honeſtius moriendi,importunum, 2.ad Q.fr.Heroi Heroica,præpoſtera,3 de Na.Honeſtiſſimum,longinquum,optimum,minus idoneum,3. Atti. Idonea ad legendum,opportunum,ſummum,1.Offic.Immenſum,1.de Diu.Improuiſum,12.Phi.Infinitum,vlti-*

mum ætatis,2.de Fin.Inimicum,iniquum,simile,15.At. Non modò iustum,sed etiam necessarium,pro Mil.Liberum,non modò misera,& luctuosa,sed etiã tranquilla & optata,perdita,posteriora,prima.) (.proxima, priuata,reliquum,superiora,tanta,5.Fa.Lõginquum, & immensum,vespertina,matutina,2.de Nat.Maturũ, supremum,vernũ, de Senec.Maturius,14.Att.Matutinum,miserrimum, varia,1.At.Medium,proximũ,vltimum,de Prouin.Melius,miserum,mutum à literis,8. Att.Misera,de Arusp.Misera,& extrema,vacuum,posterum,2.At.Misera,ac perdita,perbreue,5.Verr.Necessarium,5.Att.Nouissimum,11.Fa.Opportunissimum, optatissimum,perexiguum,2.Verr.Optima,pro Font. Præposterũ,pro Sex.Ros.Præsens,1.in Cati.Præteritũ, pro Arch.Proprium agendi,subitum,& exiguum, & turbidum,pro Syll.Quieta,9.Famil.Recens,ep.ad Brut. Successiua,vacuum ac liberum,1.de Legib.Solutum,ac liberum,3.Ver.Subabsurdum decessus,16.Attic.Summum,& difficillimum,Anteq.ir.Suspicioßissimum,1.Fa. Tenebricosissimũ,in Vat.Tristissimũ,4.Fa.Verũ,5.Tusc.

☞ Syntaxes præcipuæ. *Differre aliquid in tempus. Ad mei temporis diem hoc accidit. Tempore & die metiri beneficia. De tempore alicui commodare. Ex tempore orare,seruire,auxiliari. Infinito ex tempore. Ex quo tempore inseruis? Tempora succisiua incurrere. Tibi multum est temporis in Medicina. Dari tempus & spacium. Aeterno tempore. Ex aterno tempore. Tempus ponere,traducere,consumere. In illo tempore, illo tempore,& temporibus. Breui tempore. Hoc puncto temporis. Vno tempore plura facere. Dicere causa temporis. Nõ possum per anni tempus. A tuo tempore nulla me causa abstrahet. In tempus amici conferre pecuniam, tempus igitur indicat officium, & opportunitatem bene merendi. Aduerso nauigare tempore. Aduerso anni tempore. Temporum tristitia. Id tu agis tempore. Ad tempus venis. In breue tempus differre. Rerum temporibus parere. Aetatis nostræ breue tempus. Ereptum ex occupationibus tempus,ratum,repentinum, absurdum. Dare omne tempus studiis. Temporis decursus,flamma. Temporis vsuram sarcire. Alienum tempus.*

TEMVLENTVS, a,um. *vinolentus,ebriosus.* pro Sest. 20. Cõsul temulentus. Postq. in Sen. 11. Vox pressa & temulenta. *Acad. Libera turba temulentorum.

TENACITAS, tis. 2. de Nat. 122. Quædam animalia vnguiũ tenacitate cibum arripiunt, partim aduncitate rostrorum.

TENAX, cis. pro Cæl. 36. Pater parcus & tenax. pro Planc. 54. Restrictum & tenacem esse.

TENDICVLAE, larum. *laquei,retia.* pro Cec. 65. Aucupia verborum & literarum tendiculæ.

TENDO, dis: tetendi. *aliquid cogito,ad aliquid aspiro.* 2. de Diuin. 4. Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo.

¶ *Extendo, porrigo.* 10. I. A. 9. Græcia tẽdit dextram Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. 4. I. C. 18. Vobis supplex manus tendit patria communis. 1. de Diuin. 4.

Tendebamq; manus ad cæli cærula templa.

pro Font. 38. Tendere manus supplices ad deos, vel diis, pro aliquo. de Pro. 9. Imperator dextram tendens, &c.

¶ *Molior.* pro Q. Rosc. 46. & 1. de Leg. 47. Tẽdere insidias alicui.

¶ *Ostendo.* pro Font. 26. Non intelligunt se popu. Rom. non metum belli, sed spem triumphi tendere.

¶ *Fundo.* de Vn. 18. Animum autem vt in mundi medio collocauit, ita per totum tetendit. 1. de Or. 184. Propè cunctis ciuibus lucem ingenij & consilij sui porrigere atque tendere.

¶ *Eò contendo.* Att. lib. 16. ep. 5. Itaque dubito, an Venusiam tendam, ibique expectem.

TENE, es. *vrbs in Peloponneso, quam Mela Tenean vocat.* Atti. lib. 6. ep. 2. & in Verr. act. 3.

TENEBRAE, arum. *obscuritas,caligo,nox.* pro Sext. Rosc. 91. Qui tanquam si offusa reipub. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omnia miscebant. 2. de Nat. 96. Tenebræ Aetneorum igniũ, finitimas regiones obscurauerunt. 2. contra Rul. 43. Nunc tetris tenebris & caligine Alexandriam se peruenturos putant. pro Arch. 14. Quæ facérent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accenderet. Postq. in Sen. 5. Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Repu. respicere cœpistis. pro Dom. 24. Quæ tu in illis Reip. tenebris, cæcisq; nubibus & procellis cõstituisti. pro Deiot. 30. Obscuram familiam è tenebris in lucem vocare. 4. Acad. 61. Offundere tenebras, vel caliginem alicui rei. & 122. Latent ista omnia crassis occultata & circunfusa tenebris. & 16. Obducere tenebras rebus clarissimis. 3. de Fin. 38. Homines solitudinem & tenebras nacti, &c. Att. lib. 7. ep. 11. Quæso quid agitur? mihi enim tenebræ sunt.* Hortẽs. Vt easdem tenebras effi-

ciat, quas effecit in interitu Romuli. de Consolat. Deprimi in tenebras.

TENEBRIS. *nocte, seu noctuæ formula, qua & luce, & vespere dixêre.* 2. I. A. 76. Primùm luce, non tenebris, intelligitur rediisse.

ADIVNC. *Aeternæ,intimæ,2. de Nat. Crassæ, 4. Acad. Diuturnæ,pro Sest. Magnæ,in Sall. Opacæ,Ara. Tetræ, 2. cont. Rull. Tantæ,& quasi perpetuæ,13. Famil.*

TENEBRICOSVS, a,um. *obscurus.* 4. Acad. 73. Esse sensus nec obscuros dicit, nec tenebricosos. in Vat. 11. Illud tenebricosum tẽpus ætatis tuæ patiar latére. *aliter tenebricosissimum.* I. P. 18. Tu ex tenebricosa popina extractus, &c. de Prou. 8. Lateant libidines eius illæ tenebricosæ.

TENEBRICVS, a,um. *tenebricosus.* 2. Tusc. 22. Tartarea tenebrica plaga.

☞ Syntaxis. *Tenebræ obscurant. Tenebris & caligine ire. Ex anni præteriti caligine ac tenebris Reip. cæca nubes, tenebræ, atque procellæ. Tenebris non eundum, sed luce.*

TENEDIVS, a,um. Quint. fr. lib. 2. ep. 10. Tenedia secutis. *prouerbium.* & 3. in Verr. 49. Qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur. 3. de Nat. 39.

TENEDVS, di. *insula.* 3. I. V. 49. Tenedo Tenem ipsum, cuius ex nomine Tenedus nominatur, abstulit.

TESTATVS,a,um,tior.*ratus, indubitatus, exploratus.* pro Fla. 26. Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum reperitur. Epist.lib.11.ep.27. Hæc quæ testata sunt, & illustria. 2. I. V. 48. Huiusmodi res,ita notas,ita testatas, ita manifestas proferam, vt,&c.pro Muren.45.Aut testatam rem obiiciunt,aut, &c. Attic. lib.1.ep.13. Nihil dixi pro testimonio, nisi quod erat notum atque testatum.Epist.lib.1.ep. 9. Vt quasi testata esset pop. Rom. nostra gratia. pro Cæl.64. Vt res esset multorum oculis testatior.Epist.li.2.ep.3.Vt testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. Epist. lib.5.ep.20. Nisi ista pecunia grauissimis esset certissimisque monimentis testata.

¶ *Apertus.* Attic. lib. 8. ep. 9. Testatum esse volo de pace quid senserim.

¶ *Per testes firmatus.*Part.32.Si testata dici videbuntur : *id est, testimonijs firmata.*10. I. A. 7. Laus Bruti nondum autoritate publica testata est:*id est.nondum de eius laude S.C.factum est.*

¶ *Inuocatus,ob testatus.* 2. de Fin. 66. Stuprata per vim Lucretia à regis filio,testata ciues,seipsam interemit.

Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Religione testatum. Illustre atque testatum. Res nota, testata, manifesta. Testata res omnium oculis. Apud animum alicuius relinquere testatum.*

TESTES. *testiculi.* Epist. lib. 9. ep. 22.

TESTES. *verbum honestum in iudicijs: aliàs turpe.* Epist. lib. 9. ep. 22. Testes, verbum honestissimum in iudicio: aliàs turpe.

TESTICVLI. *testes.* 3. ad Heren. 33. Medicus testiculos arietinos tenens.

TESTIFICATIO, onis. *testimonium, formula testimonij.* 6. I. V. 92. Si eius rei testificatio tolleretur, cautumque esset, eos testimonium non esse dicturos. & 7. in Ver. 101. Vt si quando opus esset, hac videlicet testificatione vteretur. de Cl. 276. Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones rem manifestam deterre. 9. in Ant. 15. His honoribus habitis, Ser. Sulpitio repudiatæ legationis ab Antonio manebit testificatio sempitetna.

¶ *Affirmatio priuata.* Epist. lib. 1. ep. 1. Cum summa testificatione tuorum in se meritorum.

✠ ADIVNC. *Sempiterna, 9. Phil. Summa officiorum, 1. Famil.*

TESTIFICOR, aris. *testor, attestor, notum facio, testibus firmo, testimonium dico.* 2. de Orat. 224. Brute, testificatur pater se tibi Priuernatem fundum reliquisse. 7. I. V. 17. Hæc cùm maximè summa hominum frequentia testificaretur, in vincula coniectus est. Att. lib. 8. ep. 1. Sed vti in vrbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non retinenda testificabar sententiam meam. Orat. 35. Testificor me recusantem hoc fecisse. 2. de Finibus 7. Quippe qui testificetur, se, &c. Attic. lib. 1. ep. 14. Abs te aliquando testificata tua voluntas fuit. & lib. 8. ep. 9. Nam quòd testificor me expertem belli fuisse, scripsi, &c. 3. de Orat. 185. Quod eo sæpius testificor, vt, &c. Epistol. lib. 2. ep. 4. Et hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. 4. Tusculan. 55. Vt sæpe testificor. 2. de Finibus 51. Quasi testificarere, laudari honestatem, &c. in Vat. 32. In faciendo quod fas nō fuit, testificatus est se supplicationes illas non probare. pro Qu. Testificantur isti P. Quintium non stetisse, & se stetisse. pro Cec. 45. Vt statim testificati discederent. 6. in Anto. 5. Testificor, denuncio, antè prædico, nihil eum facturum, &c. 4. ad Heren. 5. Non confirmandi, neque testificandi causa, sed demonstrandi. 5. Tusculan. 33. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris, quid dixerim aliquando, aut scripserim.

¶ *Obtestor.* Epist. lib. 8. ep. 16. Nam deos, homines, amicitiamque nostram testificor, me, &c.

TESTIMONIVM, nij. *iudicium, iureiurando deuincta autoritas.* pro Dom. 132. Senatus mihi testimonium huius vrbis conseruatæ dedit. 3. de L. 1. Quandoquidem tam præclarum mihi dedisti iudicij tui testimonium. pro Qu. R. 17. Dabit enim nobis iam tacitè vita acta, in alterutram partem firmum & graue testimonium. Epist. lib. 5. ep. 12. Vt mihi non solùm præconium tributum, sed etiam graue testimonium impartitum esse videatur. & lib. 5. ep. 17. De tuo filio vereor, ne si nihil ad te scripserim, debitum eius virtuti videar testimonium non cepisse. pro Quin. Rosc. 9. A C. Fannio ipso testimonium sumo, hanc pecuniam ei nō deberi. 1. de Inuent. 48. Testimonium, & grauior quædam confirmatio. pro Font. 20. Iupiter ille, cuius nomine maiores nostri sanctam testimoniorum fidem esse voluerunt. pro Fla. 9. Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. & *ibid.* Vnde illud est? da mihi testimonium mutuum: totum illud Græcorum est. Qu. fra. lib. 3. ep. 4. Testimonium secundum fidem & religionem grauissimè dicere. pro Syl. 83. Ego qui testimonium de coniuratione dixi in alios. pro S. R. 103. More maiorum comparatum est, vt in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. pro Quin. 76. Tuum testimonium quod in aliena re leue esset, id in tua, quoniam contra te est, grauissimum debet esse. pro Cecin. 94. Sunt in eam rem testimonia. pro Cecin. 23. In eas ipsas res quas improbissimè fecit, testimonia sumsit. pro Cecinn. 52. Exemplum, quod testimonio sit, non ex verbis aptum pendere ius. Attic. lib. 8. ep. 19. Cui rei testimonio sunt literæ, quas Brussenus ad me misit. pro Quint. Rosc. 11. Eius rei ipsa verba formulæ testimonio sunt. & 36. Alia certiora testimonia in causa habeō. Antequam. 7. Tot præclaris testimoniis, monumentis virtutis comparatis. 1. ad Heren. 28. Cuius rei mors indigna Palmedis testimonium dat. 7. I. V. 157. Dare testimonium. *id est, dare testes.* pro Planc. 55. Dicere testimonium de ambitu. 3. I. V. 94. Dicere testimonijū in aliquem. 3. de Nat deor. 83. Dicere testimonium contra aliquem. pro Cæl. 55. Religiosè dicere testimonium. 1. de Nat. deor. 84. Petere testimonium veritatis ab aliquo. 4. Acadē. 81. Dicere falsum testimonium. pro Sex. Rosc. 100. & 3. IV. 14. Dicere aliquid pro testimonio. Attic. lib. 1. ep. 13. Neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat notum atque testatum. pro Cluent. 132. Lentulus Popilium in ambitus iudicio pro testimonio diligentissimè laudauit. 4. ad Heren. 2. Ridiculus sit, si quis in iudicio domestico pugnet, & sui ipsius testimonio abutatur: vt enim testimonium, sic exemplum rei confirmandæ causa sumitur. & *ibidem.* Hoc igitur interest inter exemplum & testimonium: exemplo demonstratur id quod dicimus, cuiusmodi sit: testimonio, esse illud ita, vt nos dicimus, confirmatur. Epist. lib. 10. ep. 17. Esse testimonio alicui. & ep. 9. Habere testimonium alicuius rei. & lib. 5. ep. 2. Habere testimonium vocis alicuius. de Cl. 292. Si asseueremus, vide ne religio nobis tam adhibenda sit, quàm si testimonium diceremus. 5. I. A. 52. Tribuere testimonium virtutis alicui. & 14. Phil. 13. Is demum est, mea quidem sententia, iustus triumphus ac verus, cùm optimè de reipub. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. pro Mil. 47. Legite testimonium testium vestrorum: dixit C. Cassinius, &c. * Hort. Copia grauissimorum exemplorum quasi incorruptorum testimoniorum.

✠ ADIVNC. *Acerrimum, improbum & falsum, inimicissimum, atque improbissimum, publicum, 3. in Ver. Certiora, & clariora, firmum, & graue, pro Qui. Rosc. Certius victoriæ, 7. Ver. Debitum virtuti alicuius, pro Sest. Diuina, Top. Diuinum.) (humanum, falsa, grauiora, tacita. Part Exploratum, 1. Attic. Externum, in Vat. Firmissima, & sanctissima. Hort. Falsum, totū, pro Fōt. Falsum auaritiæ, sempiternum, pro Flac. Firmissimum, 2. Phil. Gratum, pro Planc. Graue, 5. Famil. Grauia, pro Syll. Grauissimum, maius, 2. de Finibus. Multa, permulta, priuata, vehementius, 4. Ver. Mutuum, pro Rab. Parua, 1. Phil. Præclarū, 3. de Legibus. Proprium, pro Cluent. Publica, 2. in Ver. Verum, 15. Famil.*

☞ Syntaxis. *Testimonium alicui sapientiæ dare, impartire. Ab aliquo sumere testimonium. In aliquem dicere testimonium. In eam rem sunt testimonia. Testimonia sumere, accipere. Pro testimonio dicere. Testimonium habere vocis alicuius. Testium testimonia.*

TESTIS, stis. *testimonium, autor, laudator, obsignator, conscius.* 5. I. V. 136. Locupletissimus quisque certissimus testis est. de Cl. 322. Ab inferis locupletissimos testes excitare. 2. de Finibus 67. Excitare testes ex monumentis annalium. Epist. lib. 1. ep. 7. Præterea quidem de consularibus nemini possum aut studij erga te, aut officij, aut animi esse testis. & lib. 2. ep. 2. Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei. 1. de Finibus 71. Testis incorruptus atque integer. pro Quint. 75. Testis grauis.)(. *Testis leuis.* 2. de Orator. 9. Testis viuus & præsens. pro Cecin. 73. & in Vat. 1. Testis religiosus. 1. de Orato. 112. Te mearum ineptiarum testem & spectatorem fortuna constituit. Antequam 16. Apud vos loquor, quos habui innocentiæ & virtutis meæ testes. 2. de Or. 86. Stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico præconio colligere. pro Fla. 40. Vt qui locuples testis sanguinis sui nō fuerit, idē sit grauis autor iniuriæ publicæ. Postquā ad Quir. 16. Qui rerum mearum gestarum autores, testes, laudatoresque fuerunt. de Pro. 43. Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Cæsaris, & sponsor est illi de mea. 3. Offic. 44. Cum verò iurato dicenda sententia sit, meminerit Deum se habere testem. 2. de D. 27. Hoc philosophi ego non arbitror, testibus vti, qui aut casu veri, aut malitia falsi fictiq; esse possunt. 2. in Ant. 8. Qui si negem, &c. quo me teste conuinces? an chirographo? pro Qui. 86. Id testibus planum faciam, qui & scire debent, & causam cur mentiantur, non habent. pro Quint. R. 5. Suum codicem testis loco recitare. pro Cecl. 27. Duo præterea testes, P. Cæsennius autor fundi, nō tam autoritate graui quàm corpore. 6. I. V. 48. Cùm testes ex Sicilia dabo, quem volet eligat. & 62. De qua credo satis idoneum, satis grauem testem Quint. Minutium dicere audistis. & 1. in Ver. 13. Deinde sunt testes viri clarissimi, &c. pro Fon. 8. Testis cupidus, iratus, coniuratus, ab religione alienatus. & *ibidem* 6. Testis & conscius alicuius rei. pro Flac. 8. De quibus vos testes aliis esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis? & 9. De testibus refutandis. 7. I. V. 185. Castor & Pollux arbitri & testes omnium rerum forensium. 2. de Orat. 216. Tu mihi testis esse potes nullā esse artē salis. 3. I. V. 13. Producere testes ad iudices. & 2. Ver. 55. Dare testes in singulas res. pro Qu. 75. In hanc responsionē testes dare oportebat. Att. lib. 5. ep. 17. Dare tres augures qui dicant, &c. 2. de Finibus 62. Dare testes. & *ibid.* Sic à me satis testium est dictum. Epist. lib. 5. ep. 5. Pro iis rebus nullā mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. Epist. lib. 9. ep. 22. Testes, verbum honestissimum in iudicio: alio loco non nimis. 1. Offic. 75. Ciretur que Salamis clarissimæ testis victoriæ. pro Fl. 32. Cuius rei cuncta testis est Asia. 12. I. A. 29. Quorum commoda, vt vos optimi testes estis, semper oratione firmauit. item: Quorum testem non mediocrē, sed haud scio an grauissimum, Regulū, nolite quæso cōtemnere. pro R. P. 47. Possum excitare multos reductos testes liberalitatis tuæ. * pro C. Corn. 2. Ego vobis edam duos testes. pro M. Scau. Vt M. Aemilius

sordidissimæ,leuissimæ,vanissimæ genti, ac propè dicam pelitis testibus,condonetur.

✠ ADIVNC. *Alienigenæ,cupidus, iratus,coniuratus, à religione alienus,fictus,nõ satis idonei & cõscij,irati, inimicus,pro Font.Certi,graues,grauior apud aliquẽ, honestissimus,7.in Ver.Disertus,locupletissimi,de Cl. Domestici,stultus,cupidus,leuis,1.de Orat.Egregij,nocturni,pergraues,præclari,pro Cæl.Falsi,grauis,leuis, pro Quint.Falsus,pro Qui.Rosc.Frequentissimi, graviores, plurimi, pro Cluen. Graviores certiorésque, idoneus,& grauis publicam,5.Ver.Grauissimi, 4.Ver. Grauissimus,& religiosissimus, 4.de Finib. Honestissimi,minus idonei,improbus,misericors in re,& testimonio,religiosus,probi, pro Cæc.Ignoti, peculiaris, publicus,pro Flac.Incertus,præclarus,pro Sex. Rosc. Incorrupti atque integri,1.de Finibus. Iratus ac stultus,non leuis,pusillus,viuus,& præsens,2.de Orat.Locuples, non mediocris, 1. de Diu. Locupletissimus & certissimus,2.in Ver.Locupletissimi,obscuri & tenues, vani natura & leues, Part. Non mediocris, sed haud scio an grauissimus,1.Phil.Mercenarij,3.Famil. Multi,vrbani,& prouinciales, 3. in Ver.Non necessarij, 2. Offic.Nouus, pro Rab. Optimi, pro Lig. & 5.Famil. Præsentes,13.Attic. Religiosus, tacitus, pro Planc. Sempiterni,3.Famil.Vehemens,3.de Leg. Aut veri casu,aut falsi,fictique malitia,1.de Diuin.Verus,4.Aca.*

☞ Syntaxis. *Testis locuples.Excitare testes ab inferis. Ego sum illi testis erga te studij.Testis ac spectator viuus ac præsens.Autor, testis, laudator.Testis & sponsor. Recitare codicem testis loco. Testis & conscius. Sum tibi testis,hoc factum.Testes producere.Testis est Italia.*

TESTOR,aris.*doceo,significo,ostendo,demõstro,imploro.*2. de Natur. deor. 138. Venæ & arteriæ crebræ, multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testantur.*pro M.Scau. Curia illa de principatu patris testatur. ¶ *Inuoco, obtestor, testem voco.* pro Corn. 40. Testantur & mortuos nostros imperatores,se hoc ius esse velle, vt sibi, &c. 2.in Anton.28.Is me potissimùm testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse.Epist.lib.1.ep.9.Ipsum meum fratrem testatus est,se egisse,&c.pro Qu.66.Alphenus testatur omnibus audientibus,se,&c.pro Clu.23.1. de Diuin.33. Nunc illud testabor, non me psychomantiam agnoscere. pro Rabir. 30. Quapropter equidem testor,me putare, &c. Ora. 217. Sæpe enim hoc testandum est.pro Syl.35.Atque hoc vos iudices testor,mihi, &c. &64. Imploratem sensus vestros, & vniuscuiusque indulgentiam testarer in suos.pro Clu. 194. Preces illius & vota cognoscimus,quibus illa deos de suo scelere testatur.pro Syl.86. Deos testor,integro me animo ac libero P. Syllæ causam defendere. Antequam.28.Testor deos deásq; omnes immortales, vestrásque maximè mẽtes,me,&c.pro Cecinna 83.Ego omnes homines deósque testor.pro Mur. 78. Ego quod facio, me omnium vestrûm causa facere clamo atque testor.

¶ *Manifesto.* pro Syl. 41. Recenti memoria senatus,autoritatem huius iudicij monumentis publicis testatus sum.

¶ *Testamento decerno.*2.de Inuent.62. Possitne quisquam de filij pupilli re testari.

TESTVDO,nis.*animal crusta tectum,tardum.*2. de Natu. deor. 124. Bestiæ aquatiles, veluti crocodili, fluuiatiles testudines. 2. de Diuinat.133.Nam Pecuuianus Amphion de testudine,&c.Quadrupes tardigrada,agrestis,humilis,aspera,capite breui,ceruice anguina, aspectu truci, euiscerata, inanima cum animali sono.

¶ *Concameratus & fornicatus locus.*de Cl. 87. Vsque illum in quadam testudine cum seruis literatis commentatum fuisse. Qu. fra.lib.3. ep. 1. Nunc hoc vel honestatem testudinis, vel valde bonum æstiuum locum obtinebit.

✠ ADIVNC.*Fluuiatiles,2.de Nat.*

TETER,a,um:trior,rimus.*fœdus,flagitiosus.* 6. I.V. 123. At videte, quanto hic tetrior tyrannus.Quint.frat.lib.2.ep.12.Homo teter & fœdus.pro Sest.19.Teter,truculentus, terribilis aspectu. pro Cæl.13.Quis tetrior hostis huic ciuitati?de Prou.13. Immanis & tetra bellua.4.Tusc.44.Tetra & immanis bellua. 2. de Finibus 94.& 2.Tusc.19.Tetri cruciatus.1.in Cat. 11.Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infestam pestem effugimus. 2. de Nat.deo.141.& Attic.lib.16.ep. 11. Quæ tetri aliquid essent habitura.3.Offic.36.Tempestates,quibus nihil tetrius.1.Tusc. 108. Sed ita tetra sunt quædam vt ea reformidet & fugiat oratio.in Vatin. 9. Quanquam sis omni diritate atque immanitate teterrimus.Epistol.lib.4.ep.12.Vir clarissimus ab homine teterrimo occisus est.1.Tus.96.Teterrimus in aliquem.Brut.ep. 15.Tetrum enim spectaculum,oppressa ab impiis ciuitas, opitulandi potestate præcisa.Qu.fra.lib.2.ep.5.Ei tres sententiæ teterrimæ in consilio defuerunt. 2. Offic. 77. Nullum vitium est tetrius, ✠quàm anaritia.‖& lib.1.59.

✠ ADVERB.*Facilè,1.Tusc.*

☞ Syntaxis.*Tyrannus,cruciatus, homo,bella, pestis, spectaculum, tetra.Tetrum & immane.Tetrum ac fœdum.Omni diritate atque immanitate teter.*

TETRADRACHMVM, mi. *nummus quatuor drachmis æstimatus.* Ep,lib.12. ep.13.Cassij.Iam ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam est.

TETRARCHA,chæ.*qui quartam regni partem tenet.*pro Dom.60. & 11.Phil.31.& pro Cornel.13.Attic.lib.2.ep.9.Qui prædia tetrarchis dederunt.

✠ ADIVNC.*Nobilis,pro Deiot.*

TETRARCHIA,chiæ.*quarta regni pars.*1.de Diu.27.Deiotarus à Cæsare tetrarchiæ regno mulctatus est.

TETRE.*fœdissimè.*1.de Diu.60.Facere multa impurè atque tetrè. ad Brut. Teterrimè gerere se in prouincia. pro Dom. Aliquid impurissimè teterrimèque violare.

THEVCRIS.*tragœdiæ nomen.* Attic.lib.1.ep.9.

TEXENS,tis.4.Acad. 95. Quid? quod eadem ars quasi Penelopæ telam texens,tollis ad extremum superiora.

TEXO,xis.*detexo, prætexo, contexo.*2. de Nat. deo.123. Vt in araneolis aliæ quasi retexerunt,aliæ ex inopinato obseruant.

¶ *Ædifico.*Attic.lib.4.ep.15.Paulus basilicam texuit iisdem antiquis columnis.

¶ *Lucubror, compono.*Epist.li.9.ep.21.Texere epistolas quotidianis verbis.

¶ *Necto.*4.Acad.147. Quas plagas ipsi contra se Stoici texuerũt.

TEXOR,ris Epist.lib.2.ep.16.Togam prætextam texi Appio, puto te audisse.Qu.fr.lib.3.ep.5.Sanè texebatur opus luculenter.3. de Ora.124.Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi,vt,&c.

✠ ADVERB.*Luculenter,3.ad Qui.Fratr.*

TEXTILIS,le.*textus.*2. de L. 45. In delubris communibus textile,nec operosius quàm mulieris opus meniit uum. 5. Tusc. 61. Textile stragulum.lib.2.20. Ipse illigatus pestis interimor textili.6.in Ver.1.Pictura textilis,aut in tabulis.2.de Leg. 45. Color albus præcipuè decorus Deo est, tum in cæteris,tum maximè in textili.

TEXTOR, oris. pro Pl. 62. Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus.

TEXTRINA,næ.*textoris officina.*6.I.V.58.Nulla domus in Sicilia locuples fuit,vbi Iste textrinam non instituerit.

TEXTRINVM, ni. *textrina.*6. in Verr. 103. Quod tamen oppidum isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem faciendam fuit.

TEXTVS,a,um.2.de Natur. deor. 150. Tegumenta corporum vel texta,vel suta.

THAVMANTIS.*Iridis pater.*L.ARCVS.

THEANVM.*oppidum.*pro Cl.27.& 197.& 2.contra Rul.95.

THEATRALIS, le.pro Sest.115.Theatrales consessus.

THEATRVM, tri.*cauea.*3. de Orat. 194. Si in his paulum modò offensus est,theatra tota reclamant.1.de Diuinat.59.Idque frequentissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum est.Attic.lib.2.ep.19.In theatro ac spectaculis.& li.13.ep.20. Theatrum quidem sanè bellum habuisti. pro Cluent. 93. Gradus illi Aurelij tum noui, quasi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur, quos accusator concitatis hominibus complêrat.pro R.P. 42. Multas equidem C. Cæsaris virtutes cognoui, sed sunt certè hæ maioribus quasi theatris propositæ, &c.de Cla.6.Forum quod fuisset, quasi theatrum illius ingenij. 7. I. V.35. Quæsturam meam, quasi in aliquo orbis terrarum theatro versari existimabam.Epist.lib.12.ep.29.Familiaritas, quæ mihi cum Lamia est, magno theatro spectata est: tum cùm,&c.* pro Qu. Gall. Multos condiscipulos habet in theatro.

✠ ADIVNC. *Bellum,7.Attic.Commune,de Finib. Frequentissimum,1.de Diu.Magnum,12. Famil.Maius, 2. Tusc.Maiora,pro Rab.Maximum, 6. Verr.Refertissimum celebritate, magnitudine amplissimum, indicio eruditissimum,natura sonans,de Amic.Tota,1. Tusc. Vacuum,7.Ver.*

☞ Syntaxis. *Theatrum reclamans. In theatro ac spectaculis. Magno theatro spectata familiaritas.*

THEBAE,rum.1.de.Diu.74.L.CRASSVS,& PINGVIS.

THEBANI.

THEBANI.de Fat.7.2.de Inu.69.

✠ADVERB.*Pingues,& valentes,de Fat.*

THEBE,æ.*Alexandri Pheræi vxor.*2.Offic.25.

THECA,cæ.*arcula, in qua aliquid reponitur.* 6. I.V. 52. Efferti ſine thecis vaſa.Attic.lib.4.ep.7.Theca nummaria.

✠ADIVNC.*Nummaria,*4.*Attic.*

THECVLA,læ.Attic.lib.9.ep.6.

THEMISTA.I.P.63.Themiſta ſapientior.*prouerbium.*

THEMISTOCLES,clis.Tuſc.q.li.4.43. Noctu ambulabat in publico Themiſtocles,quòd ſomnum capere non poſſet:quærentibusque reſpondebat, Miltiadis trophæis ſe è ſomno ſuſcitari. pro Arch. 20. Themiſtocles laudum ſuarum vocem libentiſſimè audiuit. Læl.93.Themiſtocles, quòd adiutorem contra patriam inueniret neminem,mortem ſibi cõſciuit.3.Off.49. Themiſtocles poſt victoriam eius belli,quod cum Perſis fuit, dixit in concione,ſe habere conſilium Reip.ſalutare,ſed id ſciri opus non eſſe: poſtulauit vt aliquem populus daret, quicum communicaret:datus eſt Ariſtides.*ibid.*Ariſtides dixit, perutile eſſe conſilium,quod Themiſtocles afferret,ſed minimè honeſtum. ad Attic.lib.7.ep.11.Quale tibi conſilium Pompeij videtur?Hoc quæro, quòd vrbem reliquerit. Fecit idem Themiſtocles, fluctum enim totius Barbariæ ferre vrbs vna non poterat. Bru.41. Themiſtocles fuit,regnante iam Græcia, noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. *ibid.* 28. Poſt hanc ætatem aliquot annis, vt ex Atticis monumentis poteſt perſpici Themiſtocles fuit:quem conſtat,cùm prudentia, tum etiam eloquentia præſtitiſſe.2.de Ora.351. Apud Græcos fertur incredibili quadam magnitudine conſilij atque ingenij Athenienſis ille fuiſſe Themiſtocles:ad quem quidam doctus homo atque in primis eruditus acceſſiſſe dicitur,eique artem memoriæ,quę tum primùm proferebatur, pollicitum eſſe ſe traditurum:quũ ille quæſiſſet,quidnam illa ars efficere poſſet?dixiſſe illum doctorem, Vt omnia meminiſſet:& ei Themiſtoclem reſpondiſſe,gratius ſibi illum eſſe facturum, ſi ſe obliuiſci, quæ vellet, quàm ſi meminiſſe docuiſſet.10.ad Attic.ep.7.Themiſtocles in odio apud Lacedæmonios & apud ſuos ciues.1.Offic.75.Quamuis enim Themiſtocles iure laudetur,& ſit eius nomen, quàm Solonis,illuſtrius,citetúrque Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ, quæ anteponatur conſilio Solonis, ei quo primùm conſtituit Areopagitas: non minus præclarum hoc, quàm illud iudicandum eſt.Læl.42.Themiſtocles imperator bello Perſico ſeruitute Græciam liberauit.9.ad Attic. ep.12.Themiſtocles mori maluit,quàm cõtra patriam armari.Læl.42. Themiſtocles propter inuidiam in exilium miſſus. Cato. 21. Themiſtocles omnium ciuium nomina pereceperat.Brut. 43. Themiſtocles, populi ingrati pulſus iniuria,ſe ad hoſtes contulit, conatúmque iracundiæ ſuæ morte ſedauit.2.Offic. 71.Themiſtocles quum conſuleretur,vtrum bono viro pauperi, an minus probato diuiti filiã collocaret: Ego verò, inquit, malo virum qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ viro.Tuſc.quæſt. lib. 1. 4. Themiſtocles quum in epulis recuſaſſet lyram,habitus eſt indoctior. Cat. 8. Themiſtocles Seriphio cuidam in iurgio dicenti,non eum ſua, ſed patriæ gloria ſplendorem aſſecutum, reſpondit, Nec herclè,ſi ego Seriphius eſſem,nobilis : nec tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus vnquam fuiſſes.10.ad Attic. ep. 7. Themiſtocles non vidit,quid Artaxerxi polliceretur.5.Famil. ep. 12. Cuius ſtudiũ in legendo non erectum Themiſtoclis fuga,reditúque retinetur? ad Brut.ep.15.In qua videtur illud eſſe crudele,quòd ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit:ſed id & antiquum eſt, & omniũ ciuitatũ:ſiquidem etiã Themiſtoclis liberi eguerunt.ad Att.lib.10.ep.7.Themiſtoclis prudentia ex verbis Thucydidis. pro Seſt. 141. Themiſtoclem à defendenda Repub. non deterruit nec Miltiadis calamitas,nec Ariſtidis fuga.4.Acad. quæſt. 2.Sed quo plus in negociis gerendis res, quàm verba proſunt: hoc erat memoria illa præſtantior, quàm fuiſſe in Themiſtocle,quem facilè Græciæ principem ponimus, ſingularem ferunt.Brut. 43. Omnia fuiſſe in Themiſtocle paria & Coriolano,vt Coriolanus ſit planè alter Themiſtocles.

THEMISTOCLEVS,a,um. Attic.lib. 10.ep.7. Themiſtocleum exilium.& Themiſtocleum conſilium.

THEMPSA,ſæ.*oppidum.*7.I.V.40.

THEMPSAMVS,ma.7.I.V.40.

THENSA,æ.*ſacrum deorum vehiculum ex argento.*7.I.V.185.Omnes dij,qui vehiculis thenſarum ſolennes cœtus ludorum initis. de Aruſp.23.Si puer ille terram non tenuit, ſi thenſam aut locum omiſit. 5. I. V. 6. Qui ex thenſarum orbitis prædatus eſt. & 3. in Ver.154.Via thenſarum & pompæ.

THEODECTES,ctæ. Orat.172. Theodectes politus ſcriptor atque artifex.

THEOGONIA,niæ.1.de Natur. 36. Heſiodi Theogonia : *id eſt, origo deorum.*

THEOLOGVS,gi.*verum diuinarum peritus.*3. de Nat. 53. Ioues tres numerant hi,qui Theologi nũmerantur.& *ibid.*54.Soles multi à Theologis proferuntur.

THEOPOMPINO genere, aut etiam aſperiore aliquid pangi. Attic.lib.2.ep.6.

THEOPOMPVS,pi.*hiſtoricus, Iſocratis diſcipulus.*2.de Orat.57. L. CALCAR.

THEOPOMPEVS, ea, um. Orator. 207. Theopompeo more dicere.

THEOPHANES.*ſcriptor rerum Pompeij,*pro Arc.24.

THEOPHRASTVS,ſti.Or.62. Theophraſtus diuinitate loquẽdi nomen inuenit. de Cl.121. Theophraſtus in dicendo dulcis. & 172.Theophraſtus hoſpes.1.Ac.33.& 5.Tuſc.25.*de Theophraſto.* 2.de Leg.15.Theophraſtus autor haud deterior Timæo,meliorem multi nominant. Brut. 37. Theophraſtus, homo doctiſſimus.3. de Leg.14.Theophraſtus inſtitutus ab Ariſtotele,abundauit in eo genere rerum.1.de Fin.6. Quid Theophraſtus?mediocritérne delectat, quum tractat locos ab Ariſtotele antè tractatos?1.de Or. 49. Si item Ariſtoteles, ſi Theophraſtus, ſi Carneades in rebus iis,de quibus diſputauerunt,eloquentes, & in dicendo ſuaues atque ornati fuerunt.1.Aca.33.Theophraſtus autem vir & oratione ſuauis,& ita moratus, vt præ ſe probitatem quandam & ingenuitatem ferat, vehementius etiam fregit quodammodo veteris diſciplinæ autoritatem. Spoliauit enim virtutem ſuo decore, imbecillamque reddidit, quòd negauit in ea ſola poſitũ eſſe beatè viuere. 5. de Finibus 10.Perſecutus eſt Ariſtoteles animantium omniũ ortus, victus, figuras: Theophraſtus autem ſtirpium naturas, omniúmque ferè rerum,quæ è terra gignerentur,cauſas atque rationes.5. Tuſc. 24. Hoc illud eſt, quod Theophraſtus ſuſtinere non potuit. Nam quum ſtatuiſſet verbera,tormenta,cruciatus,patriæ euerſiones, exilia,orbitates, magnam vim habere ad malè miſeréque viuendum, non eſt auſus elatè & amplè loqui, quum humiliter demiſséq; ſentiret:quàm bene,non quæreretur:conſtanter quidem certè. Hic autem elegantiſſimus omnium philoſophorũ & eruditiſs.non reprehenditur, quum tria genera dicit bonorum : vexatur autem ab omnibus : Primùm in eo libro, quem ſcripſit de vita beata,in quo multa diſputat,quamobrem is qui torqueatur,qui crucietur,beatus eſſe non poſſit.*ibid.*25. Vexatur idem Theophraſtus & libris & ſcholis omniũ philoſophorum, quòd in Calliſthene ſuo laudârit illam ſententiam:Vitam regit fortuna,nõ ſapientia.3.Tuſcul.69.Theophraſtus moriens accuſaſſe naturam dicitur, quòd ceruis & cornicibus vitam diturnam,quorum id nihil intereſſet: hominibus,quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet: quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe: vt omnibus perfectis artibus,omni doctrina hominũ vita eruditetur.2.Offi.3.Theophraſti diſcipulus Demetrius Phaleréus.1.de Nat.35. Nec verò Theophraſti inconſtantia ferenda eſt.Modò enim menti diuinum tribuit principatum,modò cœlo, tum autem ſignis, ſyderibúsque cœleſtibus. 5. de Fin. 12. Quod maximè efficit Theophraſti de vita beata liber, in quo multum admodum fortunæ datur, quod ita ſi ſe habeat,non poſſit beatam præſtare vitam ſapientia.*ibid.*13.Primùm Theophraſtus Stratophyſicum ſe voluit:in quo etſi eſt magnus,tamen noua pleraque, & perpauca de moribus.2.ad Atti.ep.3.ὡς φράτωρ πεῖ φιλοτιμίας affer mihi de libris Quint.fratris.*aliàs,*πεῖ φιλομαθίας.16.Famil.ep. 17. Quomodo Theophraſto placet verecunda tralatio.Brut.172.Vt ego iam non mirer illud Theophraſto accidiſſe,quod dicitur, quũ percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet? & reſpondiſſet illa,atque addidiſſet,Hoſpes non pote minoris:tuliſſe eum moleſtè, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, quum ætatem ageret Athenis, optimèque loqueretur.5. de Fin.12. Theophraſtum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus,quàm ille tenuit firmitatis & roboris. 1.de Natur.94.Meretricula etiam Leontium cõtra Theophraſtum ſcribere auſa.Brut 121. Quis Ariſtotele neruoſior? Theophraſto dulcior?5.de Finibus 11.A Theophraſto leges etiam cognouimus.*ibid.*Sæpe ab Ariſtotele, à Theophraſto mirabiliter eſt laudata per ſe ipſa rerum ſcientia. 3. de Legibus 13. Sed huius loci de magiſtratibus, ſunt propria quædam, à Theophraſto primum, deinde à Dione Stoico quæſita ſubtiliùs.Att.lib.2. ep.16. Quoniam tanta controuerſia eſt Dicæarcho familiari tuo,cum Theophraſto amico meo,vt ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longè omnibus anteponat,hic autem τὸν θεωρητικὸν.

✠ADIVNC. *Dulcis in dicendo, de Clar.Elegantiſſimus omnium Philoſophorum & eruditiſsimus,*5.*Tuſc.*

THEOREMA, tis. de Fato 11. Percepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. *item.* Sunt igitur aſtrologorum percepta huiuſmodi.

THERMAE.*oppidum Siciliæ,*vbi *ſunt aquæ calidæ.*4.in Ver.183.

THERMITANVS,na.4.in Verr.83.

THERMOPYLAE,arum.*locus in Græcia,*1.Offic.61.

THESAVRVS

THESAVRVS,ri.*est(vt iurisconsultus definit) vetus quædam depositio pecuniæ,cuius non extat memoria,vt iam dominum nen habeat.Sic enim fit eius qui inuenit,quod non alterius sit. Capitur autem præterea pro rerum omnium pretiosarum copia reposita,aut pro loco, in quo res ipsæ custodiuntur.*2.de Diu.18.Qui thesaurũ inuenturum,aut hæreditatem venturam dicunt, quid sequuntur?& 134.Respondit coniector,thesaurum defossum esse sub lecto.Att.lib.15. ep.26. Tibi de gloria excudam aliquid, quod lateat in thesauris tuis. 13.I.A.12. Seruus domini patrimoniũ circumplexus, quasi thesaurum draco.de Sen.21.Obruere thesaurum alicubi.1.de Ora. 18.Thesaurus rerum omnium, memoriam, Par. 109. Qui illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorum notatos habet.Epist.lib.11,ep.10. Non si Varronis thesauros haberem, sustinere sumtum possem.2.de Fin.67. Suppeditare alicui aliquid de thesauris suis.

THESEVS,sei 3.de Nat.76.& 1. Offic.32.& lib.3.94.

THESIS,sis. *propositum.*Top.79.Quod Græci θέσιν appellant,nos propositum possumus nominare.3. de Orat.107. Omnem ciuilem orationem in alterutro genere versari,aut definita controuersia certis temporibus ac reis,hoc modo. Placeátne à Carthaginensibus captiuos nostros redditis suis recuperari?aut infinitè de vniuerso genere quærentis,quid omnino de captiuo statuendum ac sentiendum sit:atque horum superius illud genus causam aut controuersiam appellant, eamque tribus, lite, aut deliberatione , aut laudatione , definiunt : hæc autem altera quæstio infinita , & quasi proposita consultatio nominatur. Attic. lib. 9. ep. 11.Θέσεις meas commentari non desino. & ep.3.Sed tamen ne me totum ægritudini dedam,sumsi mihi quasdam tanquam θέσεις quæ & politicæ sunt,& horum temporum. Orat. 45. & 46. Orator à propriis personis & temporibus semper,si potest,auocat controuersiam,latius enim de genere, quàm de parte disceptare licet : vt quod in vniuerso sit probatum,id in parte sit probari necesse. hæc igitur quæstio à propriis personis ad vniuersi generis rationem traducta appellatur Thesis.Part.1.Cùm hæc quæ vocantur in scholis θέσεις , ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus. 3. de Orat. 108.Θέσεις oratorum esse.

✠*AD VNC.Perdifficiles,politicæ,9.Attic.*

THESMOTES.*Apollo.*6.I.V.119.Alij TEMNITES.

THESPIAE,arum.*oppidum Siciliæ.*6. I.V.4. Cupido ille , qui est Thespiis.& Epist.lib.13.ep.22.

THESPIENSES,ium.6.I.V.135.

THESPROTIA,iæ.*Græciæ ora.*Att.lib.6.ep.3.

THESSALIA,iæ.*regio.*pro Flac.63.

THESSALI.*populi.*pro Cluent.

THESSALONICA,cæ.*vrbs.*& de Ar.35.Attic.lib.1.ep.14.

THESSALONICENSES.*populi.*de Prou.4.

THEVTONI.*populi.*pro Pomp.60.

THOYS.*siue,vt alij,in quibus Suidas,volunt,* THOYT.3. de Natur. 56. Quintum Mercurium Aegyptij Thoyt appellant: eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur is, est September.

THRASIMENVS.*lacus.*pro S.R.89.de Clar.57.

THRACIVS,a,um.de Pro.Castra Thracia.

THRAX,cis.6.I.A.13.Myrmillo Thrax item : Vt rex Ariobarzanes consulem vestrum ad cædem faciendam tanquam aliquem ✠Thracem conduceret.‖de Prou.9.

THREIICIVS,a,um. 2. Offic. 25. Barbarus compunctus notis Threiiciis.

THVCYDIDES,dis.2. de Orat.56. Post Herodotum Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facilè vicit.de Clar. 287. Thucydides rerum gestarum pronunciator sincerus & grandis fuit, hoc forense concertatorium iudiciale tractauit genus:orationes,quas interposuit,eas ego laudare soleo:imitari neque possim si velim,nec velim fortasse si possim.Or.30.Thucydides autem res gestas & bella narrat,& prælia , grauiter sanè & probè:sed nihil ab eo transferri potest ad forensem vsum & publicum : ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras abditásque sententias, vix vt intelligantur:quod est in oratione ciuili vitium vel maximum. de Opt. 15. Thucydidis quidã eloquentiam admirantur, id quidem rectè :sed nihil ad eum oratorem,quem quærimus.*& ibid.de Thucydide multa.*Qu.frat. lib. 2.ep.12.Secutus ille capitalis,creber,acutus,breuis,penè pusillus Thucydides. Ora. 234. In Thucydide orbem modò orationis desidero , ornamenta comparent. Attic.lib.7.ep.1.Sed hæc, vt ait Thucydides,fuerit ἐς βάθος λέγειν, non inutilis,*id est , egressio orationis.*

✠*AD IVNC.Capitalis,creber,acutus,breuis , 1.ad Qui. Frat. Pronunciator sincerus & grandis rerum gestarum,de Clar.*

THVCYDIDIVS,a,um.Ora.30. & de Opt. 16. Ecce autem aliqui se Thucydidios esse profitentur.

THVRIBVLVM,li.*acerra.*6.I.V.46.Nũ etiam de L.Papyrio thuribulum emisti?& eod.Quem volet eligat, quem ego interrogem de patellis,pateris,thuribulis.

THVRII,orum.*oppidum.*Attic.lib.9.ep.22.

THVS,thuris.3.Offic.80.Omnibus vicis statuæ factæ sunt,ad eas thus & cerei.6.I.V.77.Thura & odores incendere.

THVSCVLANVM,ni.*villa Ciceronis,& aliorum,sæpissime ad Atticum,& alibi occurret.*

THVSCVLANVS,na.2.de D.2.Thusculanæ disputationes.*& alibi sæpe.alias,* TVSCVLANVS.

THVSCVLANENSIS,se.Epist.lib. 9.ep. 6. Equidem hos tuos Thusculanenses dies instar esse vitæ puto.

THVSCVLVM,li.*municipum Romæ finitimum.*pro Font.& 2.de D. 94.& in Ruil.

THVSCVS,a,um *Hetruscus.*2.de Nat.11.An vos Thusci & Barbari auspiciorum populi Rom.iustenetis.2.de Diu.106.Cur enim Thuscis potius quàm Latinis darent.3 de Orat. 66. Mare inferum,Thuscum.

THYAMIS.*fluuius.*Attic.lib.6.ep.2.

THYESTES. *viri & tragœdiæ nomen.*de Nat.lib.3.& in Bruto.

THYESTEVS,a,um.I.P.43.Thyestea ista execratio est.

ΘΥΜΩΣΙΣ.L.EXCANDESCENTIA.

THYONE,es.*Bacchi mater.*3.de Nat.58.

THYREVM,ei.*oppidum.*Epist.lib.13.ep.63.

TEBARENI,orum.*populi.*Epist.lib.15.ep.4.

TIBI.4.Acad.111.Ecce tibi è transuerso, &c. Epist.lib.8.ep.2. Hic tibi strepitus.& ep.15.Nunc tibi milites,&c.& lib.9.ep. 2. At tibi repentè,&c.Att.li.7.ep.18.Ecce tibi,111. Non.Feb.mane accepi, &c.pro S. R. 133. Alter tibi descendit de palatio & ædibus suis, &c.Epist.lib.8.ep.8.Ecs tibi & rem de qua misi,velim curæ habeas.3.I.V.84.Mihi eodem modo,positum,quo tibi.Attic.lib. 1. ep.11.Hic tibi rostra Cato aduolat.& lib. 2. ep. 8. Ecce tibi nuncius,pueros veniisse Roma. 3. Offic. 83. Ecce qui tibi rex populi Rom.esse concupierit.

TIBIA,biæ.*fistula.*2.de Orat.338. Tibicem sine tibiis canere non potest.& lib.3. 195. Vt epularum solennium fides & tibiæ indicant.2.de Nat.22.Tibiæ modulatè canentes,& fidiculę numerosè sonantes.de Cla.192.Si tibiæ inflatæ non referant sonum, tibicen eas abiiciat.pro S.R.134.Cantus vocum,neruorum , & tibiarum. 1. Tusc. 106. Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam.4.ad Her.45.Tibiæ nuptiales.*Hortens. Ponendæ sunt fides & tibiæ.de suis consil.Tibiarum cantu intinctí.

✠*AD IVNC.Modulatè canentes , 2 de Nat. Inflatæ , de Clar.Tardiores,2.de Orat.*

TIBICEN,nis.*qui tibijs canit.*2.de Or. 338. Tibicen sine tibiis canere non potest.de Cl. 187. Tibicen Antigendias dixit discipulo sanè frigenti ad populum,Mihi cane & musis.4.Acad.20. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt. & 86. Simul inflauit tibicen.2. de L. 61. Ad cantus & ad tibicinem prosequi laudes clarorum virorum.de Ar.23.11.Tibicen repentè conticuit.& 2.de Nat.22.Tibicinis scientia pro Dom.125.Tibicen adhibebatur in consecratione. Orat. 198. Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi , sed vniuersa comprehensio , &c. pro Mur.26.Transit idem iurisconsultus tibicinis Latini modo. ✠5.I.V.78.Rhodius tibicen.Epist.lib.7.ep.24.Bellus tibicen.‖3. de Nat.22.

✠*AD IVNC.Bellus,7.Famil.Latinus , pro L.Mur. Tardior,1.Attic.*

*TIBICINA,æ.*qua tibijs canit.*de suis consil.Admonuisse tibicinam vt spondæum caneret,*Pythagoras dicitur.

TIBVRS,tis.*a Tibure opp.vt Tiburs ager.*2.de Or.224.In Tiburti.& 263.Villam in Tiburte habes.Attic.lib.8.ep.22. In Tiburti Lepidi.*sic legendum est:non Aut Lepidi.*

TIBVRTINVM.*villa Scipionis.*Philip.5.

TIGNARIVS,a,um.de Cl.257. Faber tignarius : *id est , qui domus ipse fabricatur:nam tigni nomine omnis materia , è qua ædificia constant,continetur:& si tignum trabem significet,idcirco Plant.materiarium appellauit.*

TIGNIVM,ij.*oppidum.*Attic.lib.7.ep.13.

TIGVRINVS ager.pro Tullio,apud Quintilianum.

TIMAEVS.*historicus longè eruditissimus.*2.de Orat.58.

TIMENDVS,a,um.Epi.lib.1.ep.5.Sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione quanquam omnia sunt timenda , nihil magis quàm perfidiam timemus.

✠*ADVERB.Foris vehementer, 2. Catil. Præcipuè , 4. Famil.Vehementer exilium,2.cont.Rull.*

TIMEO,es.*metuo,horreo,extimesco,pertimesco,reformido , vereor,hoc me commouet , in metu sum , timore afficior , motus animo obijcitur, mente vix consto.*Epist.lib.6.ep.10. Quotidie aliquid fit leuius & liberalius,quàm timebamus.pro Syl.58. A quo quidem genere iudices ego nunquam timui.Bru.ep. 4. Itaque timeo de consulatu,me,&c.& Attic.lib.7.ep. 6. De rep. valde timeo. & Timere de honore suo. L.PERTIMESCO.Quint.frat.lib. 1. ep. 4. Familiarissimus

miliarissimus quisque sibi pertimuit. Attì.li.12 ep.24 Quid possem,timebam.Ep.lib.11.ep.10.Timeo quemadmodum hæc explicari possint. Att.lib.3.ep.8.Nunc istic quid agatur,magnopere timeo.*de suo consula.

Atque animo pendens noctis euenta timebat.

✝ TIMEOR, eris. pro Dom. 11. Vt iam planè inopia ac fames, non caritas,timeretur.

✠ ADVERB. *Apertè,2.de Di.Certè nihil,pro Sest.Inposterum,in Vat.Magnopere,3.Atti. Maximè,12.Fa. Planè,8.Fam.Plenè inopiam,pro Dom.sua.Rectè 10. At.Valdè de aliquo,7.Fa.Valdè de Rep. 7.At. Valdè vicem suam,11.Fam.Vehementer, ep.ad Brut.*

☞ Syntaxis. *Id leuius fit quàm timui. De meo honore timeo. Timeo quemadmodum res cadat. Quid fiat,ego timeo.*

TIMIDE.*ignauè,timido animo, dubitanter, diffidenter.*) (. *Fidenter.* pro Qu.51.& Epist.lib.6.ep.7.Timidè ac pedetentim ad aliquid agendum descendere.12.I.A.24.Timidè hoc dicam,&c.2.Tuscul.55.Ne quid abiectè,ne quid timidè, ne quid ignauè faciamus,&c.pro Cec. 77. Nam ipso præsente de eius virtute timidiùs dicerem.5.de Finib.6.Tum ille timidè,vel potius verecundè.pro Syll.80. Quanquam à me de ea timidè modicéque dicetur.pro Planc.24.Timidè dico,sed tamen dicendum est.2.de Diuin. 67. Timidè fortasse signifer euellebat, quod fidenter infixerat.

☞ Syntaxis.*Timidè ac pedetentim descendere ad aliquam rem. Abiectè,timidè,ignauè.Timidè,imo potius verecundè.Timidè,modicéque.*

TIMIDITAS,tis. *angustus & parus animus.* Par. 81. Verecundiam timiditas imitatur.4.de Finib.53.& 5.Tusc.52. Ex rebus enim timiditas,non ex vocabulis oritur.3.Tusc.14. Quæ qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem & ignauiam. 2. de Orat.300.Cautio mea & timiditas in causis.pro Cluent.129. Supplicium in bello timiditati militis propositum esse. 2. I. A. 71.Tu ei bello propter timiditatem defuisti. pro Cæl. 36. Qui propter nescio quam credo timiditatẽ, & nocturnos quosdam inanes metus tecum semper cubitauit.2.de Orat.10.Tu pudore à dicendo,& timiditate ingenua quadam refugisti.

✠ ADIVNC.*Ingenua,2.de Or. Turpis,1.de Finib.Vilis & fracta, Par.*

☞ Syntaxis.*Timiditas & ignauia. Cautio in causis,& timiditas.Pudor,& ingenua timiditas,pudoris finitio.*

TIMIDVS,a,um.*ignauus,parum animi habens,nullius animi,circumspectans omnia,quicquid increpuerit pertimescens, diffidens, imbellis, pecors,omnia circumspiciens pericula.*pro Mil.96.pro Mar. 21. Si in alterutro sit peccandum, malim videri nimis timidus, quàm parum prudens.pro Sest.36.Me timidum,nullius animi,nullius consilij fuisse confiteor.Ep.lib.7.ep.17. Timidus in labore militari.& lib.11.ep.18.& 4.ad Here. 49.Timidum atque ignauum iudicari.12.I.A.24.Nemo me minus timidus, nemo cautior. I. P.74.Timidus ac tremens.pro Cecin.18.Homo timidus atque imperitus.1.Offic.82.Ne imbelles timidiqúe videamur. pro D. 56.Fac me timidum esse natura,quid,&c.Att.lib.7.ep.20.Timidissimæ in oppidis conciones.3.Offic. 115. Quæ timido animo, humili,demisso,fractoque fiant,ea non esse vtilia.

✠ ADVER.*Planè,6.Famil.*

☞ Syntaxis.*Timidus,nullius animi,nullius consilij. Timidus & ignauus. Timidus & cautus. Imbellis ac timidus. Animus timidus, humilis,demissus,fractus.*

TIMOLVS,vel TYMOLVS. *mons, quem Mela Timolum, si integrà lectio est,vocat.*pro Flac.45.

TIMON, nis.de Amic.89.Si quis ea asperitate est,& immanitate naturæ, vt congressus societatemque hominum fugiat atque oderit: qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus.4.Tusc.25.Vt odium in hominum vniuersum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπ@ appellatur.& 27. Similiter definitur mulierum odium,vt Hippolyti & Timonis, generis humani.

TIMOR,oris. *metus.formido.*4.Tusc.19. Timor est motus mali appropinquantis.Epist.lib.1.ep.5. Et animos à minore cura ad summum timorem traduceret.Attic.lib.5.epist.20.Nostris animis accessit, hostibus timor iniectus est.& ad Brut.ep. 3. Ciuitas perculsa magno timore.de Som.2. Ades, inquit, animo, timorem omitte.2.I.A.90.Quanquam te bonum timor faciebat, non diuturni magister officij.ad Brut.ep.4. Vtinam inspectare posses timorem de illo meum.1.contra Rull.23.Spem improbis ostendisti,timorem bonis iniecisti.1.de D.58.Tum ego contremui,timore perterritus.Epistol.lib.2.ep.10. Æstas quæ sequitur, magno est in timore.& lib.10.ep.18.Res quæ mihi facit timorem.& lib.11.ep.2. Amici nostri magno timore de nobis afficiuntur.Qu.fr.lib.3.ep.4.Sine timore sum. Attic.lib.5.ep.14.Magno timore sum: sed bene speramus.2.Offic.25.Dionysius quo cruciatu timoris angi solitus,qui,&c.*Hortens. Imbecillus est pudoris magister timor, qui si quando paululum aberrauerit, statim spe impunitatis exultat. pro Sex. Rosc.9. Huc accedit summus timor,quem mihi natura pudorque mens attribuit, & vestra dignitas,& vis aduersariorum,& Sex.Roscij pericula.

✠ ADIVNC.*Cæcus,pro Q.Lig.Domesticus,1. ad Q.fra. Falsus,verus,1.Cat.Inanis deorum,1.de Nat.Magnus, 3.Cat.Maior,8.Phil.Maximus,2.Fami.Quotidianus, pro Dom.Summus,pro Clu.*

☞ Syntaxis.*Ad timorem traducere animum. Iniicere alicui timorem. Timore percelli.Timorem animo omittere. Aetas,annus hic est magno in timore.Id mihi non facit timorem.Magno timore esse.*

TIMOTHEVS, thei. *musicus.* 2. de L. 39.Seuera illa Lacedæmon neruos iussit, quòd plures quàm septem haberet in Timothei fidibus,inde demi.

TINCTVS, a,um.*imbutus.*de Clar.211.Ergo illam patris elegantia tinctam videmus.2.de Or.85.Sit enim mihi tinctus literis.& 120. Alterum,quod totum arte tinctum videtur.

TINCTA,orum.2.de L.45.Color autem albus præcipuè decorus Deo est,cùm in cæteris, tum maximè in textili. Tincta verò absint,nisi à bellicis insignibus.

TINGO, gis.*coloro,imbuo.*3.de Nat. 70. Tunica sanguine centauri tincta.

TINNIO,is.Attic.lib.14. ep. 23.Maximè autem expecto, ecquid Dolabella tinniat:*id est,an afferat nummos.*

TIRETIVS.*pons.*Attic.lib.16.ep.13.

TISSENSE s,*populi.*5.I.V.86.

TITANES,num.*Gigantes.*3.de L.5. Plato è Titanum genere statuit eos,qui vt illi cœlestibus,sic hi aduersentur magistratibus. L. GIGANTES.

TITAN,nis.*sol.*in Arat.

Quem cum perpetuo vestiuit lumine Titan.

TITILLANS,tis.3.de Finib. 1. Aut pluris esse contendat dulcedinem corporis,& titillantem ex ea re natam lætitiam, quàm, &c.2.Offic.62. Assentatores populi multitudinis leuitatem voluptate quasi titillantes.

TITILLATIO,onis. *suauitas motus.*1.de Natur. 114.Voluptates, quibus quasi titillatio sensibus adhibetur. de Sen. 47. Non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus.

TITILLO,as. *moueo.sed cum quadam suauitate.*1.de Fini. 39.Voluptas quæ quasi titillaret sensus,vt ita dicam,& ad eos cum suauitate affiueret & illaberetur.

TITILLOR, ris.3. Tusculan. 47. Nisi sensus, quasi titillarentur voluptate.

TITIVS,ij. *Saltationis genus.*de Clar.225.Quos Sex.Titius consecutus,homo loquax sanè,& satis acutus:sed tam solutus & mollis in gestu,vt saltatio quædam nasceretur,cui saltationi Titius nomen esset.

TITVBANTER.*dubitanter.*pro Cæl.15.Posuistis enim, atque id titubanter & strictim, hunc, &c. ad Her. Titubanter & inconstanter loqui.

TITVBATIO,onis.*hæsitatio.*de Inuent.lib.2.Metus, lætitia titubatio.2.ad Her.12.Vt ne paruula quidem titubatione aut offensione impediremur.

TITVBO,as.*hæsito:nec vox,neque lingua consistit.* pro Flacc. 22. & pro Cæl.66.Testes,si verbo titubarint,quò reuertantur,non habebunt.Att.lib.2.ep.9.Qui nihil titubarunt.3.de Ora.190.Versus debilitatur, in quacunque eius sit parte titubatum. pro Dom. 139.Furtim mente ac lingua titubante facere aliquid.Ep.lib.12. ep.10.Si quid fortè titubatum est,vt fit in bello.2.ad Herenn. 8. Erubuisse,expalluisse,titubasse.

☞ Syntaxis. *Titubanter ac strictim. Titubanter ac inconstanter. Ne quid titubetur in legendo.Erubuit,expalluit, titubauit.*

TITVLVS,li.*index.*I.P. 19. Qui tanquam truncus atque stipes, si stetisset modò, posset sustinere tamen titulum consulatus. 5. Tusc.30.Iidem dicant semper beatum esse sapientem: quos si titulus hic delectat insignis & pulcher,Pythagora,Socrate,Platone dignissimus,inducant animum,&c.

✠ ADIVNC. *Dignissimus aliquo,insignis, & pulcher, 5.Tuscul.*

TOGA,gæ.I.P.73.Toga pacis est insigne & ocij.pro Sest.144.Cui superior annus idem & virilem patris & prætextam populi iudicio togam dedit.pro Cluent.154.Toga prætexta & sella curulis.2.I.C.22.Socij Catilinæ velis amicti,non togis.in Vat. 30. In epulo cum toga pulla accumbere.I.A.44.Sumpsisti virilem togam,quam statim muliebrem stolam reddidisti. de Amic.34. Pueri togam sumentes,prætextam deponebant.Attic.lib.7. epi. 8.Concio in qua erat accusatio Pompeij',vsque à toga pura.& lib.9.ep.20.Dare togam puram alicui. 3. I. V. 113. Eripies igitur pupillæ togam prætextam. Attic. libr. 5. epistо. 20. Quinto sororis tuæ filio togam puram iubeo dari. L. PRAETEXTA.

✠ ‖& lib.6.ep.1.& lib.9.ep.44.

✠ *ADIVNC. Felicior armis,*12. *Famil. Parua, pulla,*5. *Famil. Prætextata,*11. *Famil. Pura,*9. *Att. Purpurea,* 2. *Phi. Virilis, de Amic.*

TOGATAM agere. *id est, comœdiam.* pro Sest.118.

TOGATVS,a,um.1.de Orat.111. Quasi vnus è togatorum numero. pro Syl.85. Cui vni togato senatus supplicationem decreuit. 5.I.A.14. Græcus iudex modò palliatus, modò togatus. pro S. R. 135. Magna caterua togatorum. Att.lib.9.ep.9. Sibique satis esse dixit, si togatus officia vrbana sibi præstitisset.

TOGVLA,læ. I.P.54. Togulæ lictoribus ad portam præstò fuerunt. Attic.lib.1.ep.15. Pompeius togulam illam pictam silentio tuetur suam.

✠ *ADIVNC. Picta,*1. *Attic.*

TOLERABILIS,le. *vendibilis, probabilis, non contemnendus, patibilis.* de Sen.8. Moderati senes tolerabilem agunt senectutem. Att. lib.6.ep.1. Ergo Græci soluunt tolerabili fœnore. 2. de Finib.57. Quem quidem vos cùm improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis, cùm sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem. ad Brut.epi. 15. Ignoscere etsi in cæteris rebus tolerabile est, in hoc bello pernicioſum puto.4. I. C. 16. Seruus est, qui modò tolerabili conditione sit seruitutis, qui non, &c. 1. de Orat.218. Ac si iam placet, &c. tolerabilius est sic dicere, vt boni oratoris sit, &c. & *ibid.* Philosophi qui tolerabiliores motus esse volunt, &c.1. de Ora.8. Vix singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenti sunt. de Cla.178. Orator sanè tolerabilis. Att.lib.7.ep.7. Regnum nemini tolerabile. * Frag.ep. Tolerabile erratum.

✠ *ADVERB. Sanè orator, sanè vetustas, de Clar.*

TOLERABILITER. *toleranter.* Ep.lib.15.ep.20. Quo tolerabilius igniculum desideri tui feramus. 3. de Fini. 42. Etiam si dolores tolerabilius patiantur. 2. Tusc.43.

TOLERANDVS,a,um. Attic.lib.1.ep.14. Nobis inter nos nostra sunt vitia toleranda. 2. Offic.45. Omnia militari labore tolerando. 2. Tusc. 18. Res ad patiendum tolerandumque difficilis.

TOLERANTER. Ep.lib.4.ep.6. Ferre aliquid toleranter. 2. Tusc. 43. Toleranter dolorem pati. L. HVMANE.

TOLERANTIA,tiæ. Parad.4. Tolerantia rerum humanarum, contemptio fortunæ, &c.

TOLERATIO,onis. 2. de Finib.94. Quæ nam alia toleratio est verior?

✠ *ADIVNC. Verior,*2. *de Finib.*

TOLERATV. 4. de Finib.52. Dicunt illi, dolorem esse difficilem toleratu.

TOLERO,as. *fero, patior, perfero, obduro, sustineo, sustento, haurio.* 2. I.C.23. Nisi idcirco se faciliùs hyemem toleraturos putant. 2. de Diuin.63.

Ferte viri, & duros animo tolerate labores.

Epist.li.7.ep.18. Forti animo istam tolera militiam. Brut. ep.16. At qui potuimus tolerare nostram fortunam.

TOLEROR,ris. Qu.fr.lib.1.ep.1.20. Sumptus & tributa ciuitatum ab omnibus tolerari æqualiter.

✠ *ADVERB. AEqualiter,*1. *ad Q. frat.*

☞ Syntaxis. *Orator tolerabilis. Ferre tolerabiliter, & pati. Res ad patiendum ac tolerandum difficilis. Ferre, & tolerare.*

TOLLENDVS,a,um. *removendus, amouendus, interimendus.* 2. de Or. 171. Auaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda luxuries. pro Cl. 23. Deinde ipsum Aurium tollendum interficiendumque curauit. 2. de Fi.27. Cupiditas tollenda est, atque extrahenda radicitùs.

¶ *Laudandus, ornandus.* Ep.lib.11. ep. 20. Quod diceret se dixisse laudandum adolescentem, ornandum, tollendum, se non esse commissurum, vt tolli possit. *hic, tollere, ambiguum est. Ita enim dixerat, quasi esset extollendus & ornandus Octauius: sed reuera removendum & extinguendus intelligebat, vt etiam ipse Octauius intellexit.* Qu.fr.lib.1.ep.1.25. In portoriis Italiæ tollendis. * de Consolat. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit.

TOLLO,lis: sustuli, sublatum. *aufero, detraho, deleo, extinguo, removeo, de medio removeo, eximo.* Att.lib.6.ep.1. Alterius iniquè constituta & acta tollere. 4. Acad.18. Hoc confirmat tollitque Philo. Q. fra.lib.1.ep.2. Tolle omnes, si potes, iniquas, tolle inusitatas, tolle contrarias. pro Quin.70. Tollere funditus, ac delere memoriam alicuius rei. Ep.lib.3.ep.8. Tollere discordias ex amicitia. & lib.1.ep.1. Vt exercitum religio tollat, te autorem senatus retineat. Att.lib.12.ep.7. Vt mihi omnem dubitationem tolleret. 6.I.V.7. Idcirco nemo superiorum attigit vt iste tolleret. & 5. in Verr.36. Tollere frumentum de area. Att.lib.13.ep.1. Cuius festinationem mihi tollis, quoniam de æstate posliceris, vel potius recipis. pro S. R. 6. Vt deleatis ex animo suo suspicionem omnem, metumque tollatis. 2. de L. 31. Augures possunt à summis imperiis comitia tollere. pro Dom. 44. Tollere aliquem è ciuitate. pro S.R.20. Tollere aliquem de medio. Orat. 209. Delere, tollere, auferre, detrahere. pro Dom. 45. Si qua res illum diem sustulit, tota causa sublata est. 2. de Leg.31. Leges non iure rogatas tollit augur, vt Titiam decreto collegij, vt Liuias consilio Philippi consulis & auguris. 3. de Natu. deor. 81. Q. Varius Drusum ferto, Metellum veneno sustulerat. pro C. Cornel. 1. In quo suspicionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas, & Q. Metelli adolescentia. pro M. Scau. Propinquitas & celebritas loci tollit suspicionem. de Consolat. Cedo & manum tollo.

¶ *Laudo, attollo, extollo.* pro Cec.60. Qui saxa iaceret, quæ de terra ipsi tollerent. 5. I. V. 1. Tollere aliquid oneris: *id est, suscipere.* Q. frat.lib.2.ep.9. Sed mea factum est inuisa verecundia, vt te proficiscens non tollerem. 3. de Ora. 102. Augere aliquid, & tollere altius dicendo. de Ar.33. Tollam altius tectum, nō vt despiciam, sed, &c. 5. Tusc.37. Tollere se à terra altiùs. 4. Academ.63. Tollere manus ob admirationem. * Hortens. Nihil esse, in quo se animus excellens tollat.

✠ *ADVERB. Altius à terra,*5. *Tusc. Altius dicendo,*3. *de Orat. Altius tectum, de Arusp. Apertè, penitus,*1. *de Nat. Apertissimè veneno hominem, pro Dom. Apertissimè ciues, pro Sex. Rosc. Audacter, funditus, & delere monumenta, impudenter, libidinosè,*6. *Verr. Clàm noctu signa,*3. *Verr. Funditus è vita, de Amic. Funditus Carthaginem,*1. *Offic. Funditus consilium publicum, pro Sest. Funditus ex Rep.*11. *Phil. Funditus nomen,*1. *Phil. Funditus veritatem, Ora. Vrbem,*2. *Offic. Ingenuè, ornatè laudes,*2. *At. Incredibiliter Parad. In perpetuum,* 2. *Phil. Maturè, Verr. Omninò, de Pet. Cons. Omninò hominem,*5. *Offic. Paululùm oculos,*16. *Fami. Perspicuè,* 2. *de Diu. Publicè statuas,*4. *in Ver. Radicitus,*2. *de Fin.*

TOLLOR,ris. *auferor.* Atti. lib.13.ep.42. Da negocium alicui, vt id nomen ex omnibus libris tollatur. pro Sest.55. Vt censoria notatio de Repub. tolleretur. 1. de Finib.37. Vt tollatur error omnium imperitorum. pro Sest.34. Gradus eius templi tollebantur. Atti. lib.13.ep.23. Menda librariorum tolluntur. de Fat. 11. Vitia naturalia extirpari, ac funditùs tolli non possunt. Ep.lib.6.ep.7. Cùm mendum scripturæ litura tollatur. pro Mur.30.

Tollitur è medio sapientia, vigeliturres.

¶ *Abluor.* pro Quint.12. Tollitur ab atriis liciniis, atque à præconum concessu in Galliam Nævius, & trans alpes vsque transfertur.

¶ *Extollor.*3. Off.94. Phaethon optauit, vt in currum patris tolleretur: sublatus est insanus. 6. I. V. 94. Clamor à fani custodibus tollitur.

✠ *ADVERB. Celeriter,*4. *Tusc. Funditus, de Fat. Funditus ex rep. in Vat. Memoriam ex oculis, pro Dom. Funditus, obscurè libertatem,*2. *cont. Rull. Omninò crimen,*7. *Verr. Perfacilè hominem, pro Sex. Rosc. Rectè,*2. *de Legib.*

☞ Syntaxis. *Tollere de medio, de ciuitate. Tollere, & interficere. Tollere, ter repetitum. Augere, & tollere dicendo. Extirpare, ac funditus tollere. In currum tollere.*

TOLOSA, *vrbs.* I.V.

TOLOSANVS,a,um.3.de Nat.74. Tolosanum aurum.

TONDEO,des.5. Tusc.ula.58. Ancillari sordidoque attificio regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam & capillum patris. & *ibid.* Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias docuit.

TONITRVS, trus: & TONITRVM, trui. *aëris sonitus, cœlestis clamor.* 2. de D.44. Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cùm fluere cœperint, ventos esse: cùm autem se in nubem induerint, eiusque tenuissimam quamque partem cœperint diuidere atque disrumpere, idque crebrius facere, & vehementius, tum & fulgura & tonitrua existere. *al. fulgores.* Ep.lib.8.ep.2. Hic ubi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum. 2. de D.42. Quòd homines tonitrua iactúsque fulminum extimuissent. 5. I. A. 8. Quæ porrò illa tonitrua? quæ tempestas? & *ibid.* Tonante Ioue, & propè cœlesti clamore prohibente. 3. de Orat. 155. Cœlum tonitru contremit.

TONO,as. 2. de Diu.149. Si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cœlo. 2. de N.65. Iupiter in cœlo fulgens & tonans. *aliter, Iouem fulgere & tonare.* 2. de Diu. 43. Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere, ne fas. 5. I. A. 7. Ioue tonante, cum populo agi fas non est. 2. de Diu. 82.

Cum tonuit læuum.— ex Enn.

Orat. 29. Pericles ab Aristophane poëta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est.

TONSILLAE,arum. *glandes ad radicem linguæ, quæ sitim conficiunt: quanquam tonsillæ in homine in fue glandulæ, teste Plin. appellantur.* 2. de Nat.135. Stomachus ex vtraque parte tonsillas attingens, palato extremo & intimo terminatur.

TONSOR,

TONSOR, oris. 5. Tusc. 58. Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit.

TONSORIVS, a, um. 2. Offic. 25. Dionysius cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.

TONSTRICVLA, læ. 5. Tus. 58. Ancillari sordidóque artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam & capillum patris.

TONSVS, a, um. I. P. 18. Cum illa saltatrice tonsa, &c.

TOPIARIA, riæ. Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Topiariam facere.

TOPIARIVM, rij. *opus ex arbore aut frutice, variè inflexu ramis, & vinctu ad speciem decoremq; hortorum.* Q. fr. lib. 3. ep. 1. Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit edera.

TOPICA, orum. Ep. lib. 7. ep. 9. Institui Topica Aristotelica conscribere. & Top. 1. Aristotelis Topica quædam.

TOPICE, ces. Top. 6. Inueniendi ars, quæ Topice dicitur.

TOREVMA, tis. *opus torno factum.* I. P. 67. Toreuma nullum, maximi calices. 4. I. V. 128. Toreumata sanè nota ac preciosa auferuntur. & 6. Verr. 38. De hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata: in his pocula duo quædam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu summo artificio facta.

✠ ADIVNC. *Nota, & preciosa, 4. Verr. Perbona, 6. in Verr.*

TOR I, orum. *lacerti ipsi, seu lacertorum capita, in quibus est robur, pars corona eminentior.* 2. Tusc. 22. O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. Ora. 21. Aut addit aliquos, vt in corona toros, id est flexus ornamentorum grauiorum.

TORMENTVM, ti. *cruciatus, supplicium, eculeus.* Part. 50. Alij metu mortis vim tormentorum pertulerunt. 3. de Fin. 42. Vt in omnibus tormentis conseruetur vita beata. pro Clu. 176. Serui autoritate aduocatorum, & vi tormentorum adducti, in veritate manserunt. & *ibidem.* Nulla vis tormẽtorum acerrimorum prætermittitur. pro Milon. 58. Aliquem tormentis cogi quippiam confiteri. & *ibid.* Quod tormentis inuenire vis, fatemur. 11. I. A. 5. Tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit publicæ pecuniæ. & 8. Nec grauiora sunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum. pro Syll. 78. Quæstiones nobis seruorum & tormenta accusator minitatur. & *ibid.* Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusque. Ep. lib. 6. ep. 7. Calumnia timoris, & cæcæ suspicionis tormentum. 3. de Nat. 82. Accepimus Zenonem in tormentis necatum. 3. Offi. 39. Sed tanquam tormenta quædam adhibemus, vt fi, &c. 11. I. A. 3. Mortem naturæ pœnam putat esse, iracundiæ tormentum atque cruciatum. 13. I. A. 21. Antonius omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.

¶ *Machina, vel instrumentum, quo iaculamur, impellimus: vt balista, telorum & lapidũ.* 2. Tus. 57. L. BALISTA. & 8. I. A. 20. Antonius ante oculos legatorum, tormentis Mutinam verberauit.

✠ ADIVNC. *Acerrima, vehementissima, pro Clue. Grauiora carnificum, 11. Phil. Multa, 1. Famil. Reliqua, 2. Tusc. Varia & multa fortunæ, 5. Tusc.*

TORMINA, num. *dysenteria, id est, intestinorum grauis dolor & morbus.* 2. Tusc. 45. Quamuis Epicurus torticulum se in torminibus & stranguria sua præbeat.

TORMINOSVS, a, um. 4. Tusc. 27. Dicimus grauedinosos quosdam, quosdã torminosos: non quia iam sint, sed quia sæpe sint.

TORNO, as. *polio, quasi torno facio.* de Vn. 15. Deus mundum ita tornauit, vt nihil fieri possit rotundius. & in Ar.

TORPEDO, nis. *genus piscis.* 2. de Nat. 127. Atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines se tutantur.

TORPEO, pes. *obtorpeo.* 1. de Natu. 103. Epicurei Deum feriatum volunt cessatione torpere. 2. de Diu. 64.

Quidnam torpentes subito obstupuistis Achiui?

TORPOR, oris. *stupor.* 2. de Natur. 127. * Torpore torpedines se tutantur.

TORQVATVS, ti. 2. de Fin. 73. & li. 1. 23. & 3. Off. 112. Hic T. Manlius is est, qui ad Anienẽ Galli, quẽ ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, Torquati cognomen inuenit.

TORQVEO, ques. *flecto, intorqueo.* 4. Acad. 123. Cùm terra circum axem se summa celeritate conuertat & torqueat. Orat. 52. Oratio ista flexibilis, vt sequatur quocunque torqueas. 1. de L. 29. Opinionum vanitas torquet ac flectit imbecillitatem animorum, quocunque cœpit. pro Cæl. 13. Versare suam naturam & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. 3. ad Herenn. 25. Torquere vocem à sermone serio ad liberalem iocum. 2. de L. 39. & 1. Off. 131. Ceruices oculósque pariter cum modorum flexionibus torqueant. 2. de Inu. 46. Quod vterque torquere ad suæ causæ commodum debet. 4. Acad. 80. Torquere oculum, & duas ex lucerna flammulas videre.

¶ *Vexo, ango.* Para. 2. Tuæ te libidines torquent. Epi. lib. 8. ep. 11. Acriter nos tuæ supplicationes torserunt. I. P. 90. Mitto autum coronarium, quod te diutissimè torsit, cum modò velles, modò nolles. 1. de Orator. 47. Verbi controuersia tam diu torquet Græculos homines, &c.

¶ *Iaculo.* 1. de Orat. 242. Torquere hastas amentatas.

✠ ADVERB. *Acriter, diu, 8. Famil. Diutissimè, in Piso. Vehementius, 5. Tusc.*

TORQVEOR, tis. *conuertor.* de Vn. 17. Mundus maxima vna conuersione, atque eadem ipse circum se torquetur & vertitur.

¶ *Inflector.* Acade. lib. 4. Vultus mutantur, ora torquentur.

¶ *Distrahor, corrumpor.* pro Cecin. 77. Verbo ac litera ius omne torqueri.

¶ *Angor, excrucior.* 1. de Finib. 57. Stulti malorum memoria torquentur. lib. 2. 14. Qui in dolore est, torquetur. At. li. 1. ep. 13. Apud Rhodios liberi ciuésque torquentur. pro Syl. 78. Vita P. Syllæ torqueatur, ex ea quæratur, &c. 3. de Finib. 42. Torqueri eculeo. Att. lib. 7. ep. 9. Equidem noctes diésque torqueor.

✠ ADVERB. *Mirificè, 13. Attic.*

TORQVES, quis. *colli ornamentum intortum, monile.* 5. I. V. 185. Qu. Rubrium phaleris & torque donasti. 3. Off. 112. & 1. de Fin. 23. T. Manlius, qui Galli torque detracto, cognomen inuenit.

TORRENS, tis. *fluuius imbri crescens, qui è montibus lapsus rapidè fertur.* 2. de Fin. 3. Cùm fertur quasi torrens oratio, multa cuiusque modi rapit. & *ibid.* Nusquam orationem rapidam coerceas.

TORREO, ris. *exuro.* de Som. 15. Medium autem illum cingulum solis ardore torreri. I. P. 42. Sapientem etiamsi in Phalaridis tauro inclusus, succensis ignibus torreatur, &c.

TORRIDVS, a, um. *perustus, aridus.* 2. contra Ru. 93. Homo macie torridus, contemptus, abiectus.

TORTOR, oris. *carnifex.* pro Clu. 177. Cùm iam tortor, atque essent ipsa tormenta defessa, quidam, &c. 11. I. A. 7. Ponite ante oculos vincula, verbera, eculeum, carnificem, tortoremque Samarium. 4. de Fin. 31. Si sapiens ad tortoris eculeum ire cogatur. pro Mil. 58. Quid opus est tortore?

TORTVOSVS, a, um. *flexuosus, aduncus.* 2. de Nat. deor. 136. Est autem aluus multiplex & tortuosa. & 144. Soni ex tortuosis locis & inclusis referuntur ampliores. pro Cl. 180. Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa.

¶ *Difficilis.* 1. de Diuin. 129. Et cùm stertentes viderint obiicere his quædam visa tortuosa & obscura.

¶ *Insuauis.* de Amic. 66. Multiplex & tortuosum ingenium.

¶ *Arduus, spinosus.* 4. Acad. 98. Tortuosum genus disputandi.

TORTVS, tus. 2. de Diuin. 63.

Vidimus immani specie tortúq; draconem
Terribilem, &c. —2. Tusc. 22.
Hæc interemit tortu multiplicabili draconem. Poëtæ.

✠ ADIVNC. *Multiplicabilis, 1. de Diuin. & 2. Tusc.*

TORVS, vide TORI.

TORVVS, a, um. *horribilis.* 2. de Nat. 106.

Torua draco serpit, &c.—

TOSTVS, a, um. *exustus.* 3. Tusc. 44. Tosti alij stant parietes.

TOT. }(. *quot.* 2. de Orat. 140. Quot homines, tot causæ. Att. lib. 4. ep. 8. Qui tot annos, quot habes Dec. Cos. fuit. de At. 16. De nullo opere publico tot senatus extant consulta, quot de mea domo. pro Pomp. 48. Tot & tantas res, &c. quot & quantas, &c. 4. I. V. 14. Tot & tantæ, & tam graues ciuitates. pro Qu. 10. Tot tantæque difficultates. 5. Tusc. 29. In his tot & tantis quæ accidere possunt. pro Muræ. 60. Accessit his tot doctrina paulo asperior. Parad. 3. Animus Reguli tot virtutum præsidio munitus, tantóque comitatu virtutis septus. pro Cæl. 66. An timebant, ne tot vnum superare possunt? L. TANTVS.

TOTIDEM. *par numerus.* 2. de Di. 90. Patroclus & Euristhenes gemini fratres fuerunt: at hi nec totidem annos vixerunt, anno enim vita Patrocli breuior fuit. Att. lib. 6. epist. 2. Istum ego locum totidem verbis à Dicæarcho transtuli. pro R. P. 90. Hoc totidem verbis translatum caput est. 2. de Fini. 100. Epistola quam modò totidem verbis interpretatus sum. de Clar. 328. Totidem quot dixit, vt aiunt, scripta verbis oratio. 4. Ac. 40. Totidem verbis, quot Stoici. Orat. 53. Quot, &c. totidem, &c. L. QVOT.

TOTIES. }(. *quoties, vel* TOTIENS. }(. *quotiens.* 4. I. V. 146. 1. de Orat. 251. Toties quoties præscribitur. Att. lib. 7. ep. 12. Velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. pro Mar. 19. Quotiens, &c. totiens, &c.

TOTVS, a, um. *omnis, cunctus, vniuersus, omnes partes, plenus, integer, solidus* pro Mil. 62. Tota resp. omnis Italiæ pubes, cuncta populi Rom. arma. de Vn. 6. Vt tota oratio sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat. 2. de Finib. 112. Omne cœlum, totamque cum vniuerso mari terram mente complecti. 1. Offic. 85. Alterum, vt totum corpus reipub. curent: ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. 2. de Or. 102. Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico atque reiicio. 2. de Di. 3. Erit abunde satisfactum toti huic quæstioni. 2. de Orator. 29. Hoc totum quicquid est siue artificium, siue, &c. & 218. Leue est enim totum hoc risum mouere. de At. 10. Gaudeo mihi de toto hoc ostento, quòd, &c. datam esse causam dicendi. Attic. lib. 14. ep. 11. Octauius venit mihi totus deditus. de Clar. 306. Totum ei me tradidi. Ep. lib. 16. ep. 5. Ei te totum trade. Q. fr. lib. 2. ep. 1. Plautius

totus noster est. 2. I.A.7. Qui se totos & animis & corporibus in salutem Reip. contulerunt. pro Cl. 72. Homo qui esset totus ex fraude & mendacio factus. 3. Offi. 15. Vulgus quid abhit à perfecto, non ferè ex toto intelligit, quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. Att. lib. 12. ep. 15. Totos dies scribo. pro Mur. 78. Totos dies atque noctes de rep. cogito. Top. 97. Totæ actiones, & perpetuæ actiones.) (*Partes orationis.* Ep. lib. 6. ep. 7. Totum & omne. 4. de Fin. 2. Totum & vniuersum. 1. de Or. 219. Quo in studio hominum ingeniosissimorum totas artes videmus esse contritas. Att. lib. 16. ep. 5. Quintus præceptis meis commutatus est totus. de Vn. 14. Vt vnum opus totum atque perfectum, ex omnibus totis atque perfectis absolueretur. 1. Acad. 19. Corporis bona alia ponebat esse in toto, alia in partibus: valetudinem, vires, pulchritudinem, in toto, in partibus autem, sensus integros, & præstantiam aliquam partium singularum.

☞ Syntaxis. *Ego sum totus tuus, & animo, & corpore. Tradidi me tibi totum. Venit ille mihi totus deditus. Totus ex fraude & mendacio factus homo. Ex toto id non intelligo. Totum & omne. Opus totum atque perfectum.* (*hic totum est pro absoluto.*)

TRABALIS, le. *robustissimus.* 7. I.V. 52. Beneficium, vt dicitur, trabali clauo figere.

TRABEA, eæ. *poeta Comicus.* Ep. lib. 9. ep. 21. Quare nihil tibi opus est illud à Trabea, sed potius ἀπ' ἐξαγμάτων meum. *al.* ἀπ' ὀπτωγμάτων *legunt.* 2. de Finib. 13. Ille apud Trabeam voluptatem animi niniam, lætitiam dicit eandem, quam ille Cæcilianus.

TRABS, bis. 2. ad Heren. 34. Abiegnæ trabes. de Nat. deor. lib. 3.

TRACHINIAE, arum. *Sophoclis tragœdia.* 2. Tusc. 20.

TRACTABILIS, le. *lenis, mollis, facilis, flexibilis.* de Amic. 48. Virtus in amicitia tenera est atque tractabilis. Att. lib. 10. ep. 13. Nihil est eo tractabilius.

TRACTABILIS. *quod sub tactum cadit.* de Vniuer. 11. Corporeum & aspectabile, itémque tractabile omne necesse est esse, quod natum est.

TRACTANDVS, a, um. Orat. 71. Nec omnis auditor eorumdem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum. 1. de Leg. 17. Explicanda est natura iuris, considerandæ leges, quibus, &c. tractanda iussa & iura populorum. 1. de Orat. 59. Qui in his artibus cognoscendis atque tractãdis studium suum omne posuerunt. 4. I. V. 181. Mihi videor eorum consuetudinem vsu tractandoque cognouisse.

TRACTANS, tis. *in manibus habens.* Para. 5. Aliquis Matellionem Corinthium cupidissimè tractans.

¶ *Versans mente.* 5. Tusc. 70. Hæc tractanti animo, & noctes & dies cogitanti, existit illa cognitio, &c.

TRACTATIO, nis. *vsurpatio, vsus, tractatus, explicatio.* 2. de Diui. 9. Qui tibiis vti volunt, earum tractationem accipiunt à musicis. 3. de Orat. 198. Vt hi qui in armorum tractatione versantur. 4. Acad. 6. Tractatio Philosophiæ optimo quoque dignissima est. de Clar. 15. Tractatio literarum mihi salutaris fuit. Orat. 59. Tractatio atque vsus vocis in nobis est. 1. de Or. 54. Orator tractationem orationis sibi assumet. & 109. Quæ obseruata sunt in vsu & tractatione dicendi. 2. de Orat. 177. Tractatio autem varia esse debet. Orat. 201. Est enim in vtroque & materia & tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum.

¶ *Studium.* 2. Off. 17. Quæ in vsu & tractatione belluarum fiunt.

✠ ADIVNC. *Dignissima aliquo, Philosophiæ, 4. Acad. Salutaris alicui, de Clar. Varia, 1. de Orat.*

TRACTATVS, us. *tractatio.* 3. de Or. 83. Qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in vita aliud agunt.

TRACTATVS, a, um. *versatus.* pro Arch. 3. Persona in iudiciis minimè tractata.

¶ *Acceptus, exceptus.* Ep. lib. 3. ep. 10. Qui à te tractatus est præstanti fide. pro Cæl. 3. Quòd pater parum piè tractatus à filio diceretur. pro Pomp. 11. Mercatores iniuriosius tractati.

¶ *Agitatus in disciplina.* Orat. 118. Orator habeat omnes Philosophiæ notos & tractatos locos. 3. Off. 8. Qui locus à Posidonio breuiter tractatus est in quibusdam commentariis. 3. de Ora. 51. Quæ omnia oratori tractata atque agitata esse debent.

¶ *Actus, transactus.* 4. ad Heren. 34. An ad suam reuertetur antiquam vitam, alicubi honestè tractatam?

✠ ADVERB. *Bene, diligenter locus, 2. de Inu. Breuiter, 3. Offic. Benignissimè, liberaliter ex cibarijs, 4. Verr. Copiosè, grauiter, 4. de Finib. Incisim, & membratim oratio, Orat. Piè parum pater à filio, pro M. Cæl. Suauiter, 2. de Orat. Variè accusatio, pro Cluent. Vberrimè locus, 2. de Diuin.*

TRACTO, as. *exerceo, differo, doceo. disputo.* 5. de Finib. 39. Tractare & tueri vites. de Fat. 3. Nec ea quæ nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam facultatem. 1. de Leg. 5. Tractare historiam. 4. Academ. 22. Tractare artem. *id est, exercere.* Ora. 72. Grammatici hunc locum tractant in poëtis, eloquentes in omni genere & parte causarum. 3. de Or. 130. Euclides Geometriam tractauit. 1. Offic. 16. Quo circa huic quasi materia, quam tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas. 2. de Orat. 116. Tractare argumenta. & *ibid.* Inuenire, excogitare. 2. de Orat. 176. Nequaquam satis est inuenire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis. 1. Offi. 154. Tractare & contemplari res cognitione dignissimas. de Senect. 38. Ius pontificium & ciuile tracto. 1. de Orat. 170. Tractare atque agere causas amicorum. pro Cor. 3. Aliquem omnia quæ facere velit, facillimè tractare. de Cl. 7. Arma quæ tractare cœperam, & quibus me assuefeceram. pro Sest. 20. Clauum imperij tenere, & gubernacula reipublicæ tractare. Ep. lib. 13. ep. 77. Qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit. 7. I. V. 59. Vt is eam pecuniam tractaret, quam ipse præfecisset. Att. lib. 12. ep. 19. Hoc tu tractabis, vt tibi videbitur. de Amic. 66. Quæ omnia pertinent ad eam, quam iamdudum tracto, constantiam. Parad. 1. Cato cùm sententiam in senatu diceret, locos graues ex Philosophia tractabat.

¶ *Accipio, excipio, cum aliquo ago.* Epist. lib. 8. epi. 8. Me tractat liberaliter Cutio: tu si te ita tractatum docuisses, &c. *id est, malè acceptum.* Attic. lib. 4. epist. 17. Cæsar Quintum meum, dij boni, quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia, non secus ac si ego essem imperator. 2. I.V. 23. Commemorat, quàm liberaliter eos tractasset, etiam antea. Qu. lib. 1. ep. 3. Hortensius me sceleratissimè, insidiosissimèque tractauit. 2. I. A. 10. Non tractabo illum vt consulem, ne ille quidem me vt consularem. 3. Offic. 106. Cùm tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit. Ep. lib. 1. ep. 4. Omnibúsque rebus eum ita tractes: vt intelligat, &c. & lib. 2. ep. 17. Quanquam quemadmodum tractare audiebam. & lib. 8. ep. 9. Sic tu, inquit, Hirrum tractasti. Qu. fr. lib. 2. ep. 4. Tractare aliquem nimis asperè.

¶ *Sustineo.* pro Quin. R. 20. Tractare personam alicuius in scena.

¶ *Afficio, verso.* Orat. 97. Eloquentiæ est, tractare animos, & omni modo permouere.

¶ *Tango.* 5. Tusc. 111. Vt ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus.

¶ *Me gero* 3. I.C. 29. Deinde ita me in republica tractabo, vt, &c. Ep. lib. 13. ep. 12. Quo in munere ita se tractauit, vt, &c.

✠ ADVERB. *Accuratius, iamdiu, nunc primùm, 1. Ac. Acutius argumentationem, distributius grauius, & ornatius argumentationes, subtilius, tenuius, acutius, 2. de Inu. Asperè, sceleratissimè, 2. ad Qui. frat. Comicè res tragicas, hilarè res seueras, remissè res tragicas, 3. de Orat. Crudeliter, nefariè, sceleratè, 4. Ver. Cupidissimè, Parad. Diligenter, minutius, 4. de Fin. Diligentius, 2. de Rep. Diligentissimè, ingeniosè, 4. Aca. Disertissimè, diuinitus, lautissimè, 2. de Orat. Facillimè quid, pro Corn. Balbo. Honestè, honorificè, liberalissimè, quàliberalissimè aliquem, 13. Fam. Iamdudum constantiam, de Am. Improbissimè aliquem, 16. At. Iniuriosius mercatores, pro Pomp. Insidiosissimè, 1. ad Q. fr. Leuiter motus animi, Part. Liberaliter, 5. Atti. Modicè, pro Planc. Negligenter, Orat. Præclarè personam, pro Q. Rosc. Publicè ciuitates, 5. Ver. Scienter, elegantérque, studiosè genus dicendi, de Clar. Temerè respublicas, 1. de Orat.*

TRACTOR, ris. *in præcedentibus homonymiam habes.* 1. de Orat. 92. Omnia quæ tractarentur ab oratoribus, dubia esse & incerta. Ep. lib. 7. ep. 17. Attic. lib. 14. ep. 14. Liberalissimè atque honorificentissimè tractari ab aliquo. Attic. lib. 15. ep. 15. Id etiam ad dignitatem meam pertinet, eum non modò perliberaliter à nobis, sed etiam ornatè cumulatéque tractari. pro Planc. 17. Contentio vestrum, quæ tractari sine contumelia non potest. de Ar. 34. Cuius arbitrio ficæ nunc omnes, atque omnia venena tractantur. Att. lib. 5. ep. 20. Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur. 4. I.V. 12. Liberaliter tractari ex cibariis alicuius.

✠ ADVER. *Commodè argumentationem, Top. Communiter ac similiter argumentationes, ornatè ac grauiter locos, 2. de Inu. Cumulatè, perliberaliter, 15. At. Honorificentius, liberalius, 13. Famil. Honorificentissimè, 7. Famil. Indiligenter, 3. ad Quin. frat. Liberius pecunia, 6. Attic. Malè, perspicuè artificio, separatim, 1. de Inuent. Subcontumeliosè, 2. Attic.*

TRACTVS, ctus. *regio.* pro Planc. 22. Totus ille tractus celeberrimus Venafrenus, se huius honore ornari arbitratur.

¶ *Cursus, fluxus.* 2. de Or. 202. Quæ hæsitatio tractúsque verborum

rum. & 54. Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. 2. de Diu. 96. Lunæ tractus. *aliter, tactus.*

✠ *ADIVNC. Celeberrimus, totus, pro Planc. Leuis, & æquabilis orationis, 2. de Orat.*

TRACTVS, a, um. Orat. 66. In concionibus tracta quædam, & fluens petitur oratio. *Cætera vide post* TRAHOR.

TRADENDVS, a, um. 1. de Or. 92. Cùm hæc omnia audirẽtur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa aut obscura opinio. Attic. lib. 14. ep. 13. Non esse tradendas posteris inimicitias. * Hortens. Siue vates, siue in sacris initiisque tradendis diuinæ mentis interpretes.

TRADITIO, onis. Top. 18. Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio.

TRADO, dis. *do, exhibeo, dico.* Ep. li. 7. ep. 17. Sic te Cæsari commendaui & ttadidi, vt grauissimè diligentissimeque potui. 2. Off. 40. Lælius facilè bellũ reliquis tradidit. 13. I. A. 40. Quem ego iustum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. Tusc. q. li. 5. 5. Tibi nos, vt antea magna ex parte, sic nunc penitùs totósq; tradimus. 1. de Fi. 47. Victi & debilitati obiecta specie voluptatis tradunt se libidinibus constringendos: nec quid peruenturum sit, prouident. de Clar. orat. 306. Totum ei me tradidi, admirabili quodã ad Philosophiam studio concitatus. ad Q. fr. li. 1. ep. 2. Hominẽ comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. de Pro. consul. 10. Iam verò publicanos miseros, me etiam miserum, illorum ita de me meritorum miseriis ac dolore, tradidit in seruitutem Iudæis & Syris, nationibus natis seruituti. 8. ad At. ep. 7. Qui tradidit nostra, &c. pro S. R. 21. Prædia vacua alicui tradere. Ep. li. 7. ep. 5. Totum denique hominem tibi trado, de manu (vt aiunt) in manum. & lib. 3. ep. 2. Tradere prouinciam alicui. 1. de Or. 226. Cui populus ipse regendus sui potestatem tradidisset. Q. fr. li. 2. ep. 3. & Ep. lib. 16. ep. 5. Tradere se totum alicui. Epist. lib. 4. ep. 14. Lacrymis & tristitiæ te tradidisti. Lucei. Postquam ad Quir. 13. Tradere se autorem inimicis. Reip. de Prou. 10. Tradere aliquem in seruitutem alicui. pro S. R. 61. Quos traduros sperabas, vides iudicari. 1. Offic. 111. Qui se in Africa Cæsari tradiderunt. pro Syl. 88. Id metuit, cui honori integros fructus non sit traditurus, ne æternã memoriam dedecoris relinqueret. Læl. 88. Qui se totos tradiderunt voluptatibus. 2. Phili. 3. & 1. de Di. 92. At enim te in disciplinam meã tradideras. in Som. Scip. 2. Ades, inquit, animo: & omitte timorem Scipio: & quæ dicam, trade memoriæ. ad Tironẽ, li. 16. ep. 1. Et te totũ trade, &c. de Pro. consul. 39. & Ep. li. 3. ep. 2. Per manus hanc prouinciã tradã ei, cui maximè vos velitis. 1. de Inue. 4. Quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa & tumultuosa vita, se in studium aliquod traderent quietum. 1. de Diu. 121. Qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. pro Dom. 60. Alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas pacatissimásque gentes, ad diripiendũ tradidisses. 3. Verr. 131. Quęsiuit, quis ædem Castoris sartam tectã deberet tradere. Off. 1. 90. Tradere equum domitori. Tusc. q. li. 1. 96. Tradere poculum alicui. * Oecon. 1. Mulieri domestica negocia curanda tradidit *natura*. Incer.

Tunc se fluctifero tradit mandatq; parenti.

¶ *Doceo, demonstro, dico, prodo.* 1. Tusc. 5. Nam Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuisse tradunt. 3. de Orat. 57. Socratis ingenium, variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. de Finib. lib. 3. Non facile est inuenire, qui quod sciat, non tradat alteri. de Diuin. lib. 2. 1. Si optimarum artium vias traderem ciuibus meis. 1. de Orator. 84. Qui dicendi præcepta traderent. Topic. 2. Tradere & ponere præcepta. de Fi. lib. 4. 76. Tradere aliquid artificio & via. 4. Academ. 92. Tradere elementa loquendi. *hoc est Grammaticam.* de Finib. lib. 1. 31. Qui hæc subtilius velint tradere. Top. 2. Tradere topica alicui. 1. de Leg. 13. Tradere vias non tam iustitiæ, quàm litigandi. ‖ 1. de Di. 116.

¶ *Commendo.* 2. de Inuen. 3. & pro Q. R. 6. Earum nomina multi poëtæ memoriæ tradiderunt.

✠ *ADVERB. Atrocius nomina, 4. Verr. Bene, 3. de Natur. Egregiè, 4. de Finib. Etiam tum se totum, pro Sest. Festiuè elementa loquendi, 4. Academ. Gratis agrum, 2. cont. Rull. Græcè quid, Part. Honestè, tutò se alicui, 7. Attic. Nominatim populos vinctos, pro Dom. Occultius præcepta, penitus se alicui, 5. Tusc. Subtilius, 1. de Finib.*

TRADOR, is. *exhibeor, dicor.* pro Sest. 141. & 3. Offic. 87. Aristides, qui omnium iustissimus fuisse traditur. *id est, dicitur, vel memoratur.* 5. Tusculan. 7. Homerus Lycurgi temporibus fuisse traditur. 1. de Orato. 99. Earum rerum, quæ quasi in arte traduntur, inscitia. pro Pomp. 28. Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis est tradita. de Orator. lib. 1. 247. Virtutem hominibus (si modò tradi ratione possit) instituendo & persuadendo, non minis & vi ac metu tradi. 3. de Leg. 39. Traditur gratiæ aut autoritati reliqua populi voluntas. 1. de Di. 71. Tum quum florebat imperium, decreuit, vt de principum filiis sex singulis Hetruriæ populis in disciplinam traderentur. 3. Tusc. 2. Quum verò parentibus redditi, id est, magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus.

TRADITVRVS, a, um. 4. Ac. 2. Qui quidẽ etiam pollicenti cuidam, se artem ei memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, traditurum, respondisse dicitur, obliuisci se malle discere. pro Flacc. 42. Et qui se artem dicdi traditurum etiam cæteris profitebatur, ipse omnib. turpissimis iudiciis cõuictus est. 4. Ac. 114. Idémque etiam disputandi & intelligendi iudicium dicas te vt artificium traditurum.

TRADITVR. *dicitur, scribitur.* 1. de Leg. 3. Sic enim est traditum. 2. de Diuin. 151. Tenebimus consuetudinem à Socrate traditam. pro Do. sua. 33. Hoc est nobis à maioribus traditum. de Vniu. 35. Vt traditum est ab iis, qui diis ortos se dixerunt. de Clar. ora. 204. Isocratem dixisse traditum est, &c. in Parad. & 1. Tuscula. Nam istum doctum & sapientem virum fuisse memoriæ traditum est.

✠ *ADVERB. Deinceps Respub. Magistratibus, Postqu. ad Quir. Expeditius rationem, verè, 1. de Inuen. Furtim quid alicui, 2. cont. Rull. Latinè quid & perpoliri, 1. de Or. Pulcherrimè à sapientibus, 6. Famil.*

☞ Syntaxis. *Tradere se vitio, studys, amicis. Se totum tradere alicui. Aliquid memoriæ tradere. Plato fuisse sapiens traditur: &, Platonem fuisse sapientem, traditum est.*

TRADVCENDVS, a, um. 3. de Orato. 119. Adolescentes à minutis concertationibus ad omnem vim dicendi traducendos puto. Ep. lib. 4. ep. 6. Vt antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus.

TRADVCO, cis. *confero.* de Prou. 22. Inimicitias in viris fortibus non solùm extinxit reipublicæ dignitas, sed etiam ad amicitiam consuetudinémque traduxit. Ep. li. 1. ep. 2. Vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione, ad tuam dignitatem tuendam traducere.

¶ *Adduco.* 4. de Finib. 2. Traducere aliquem ad se. Attic. lib. 14. ep. 23. Sic homines traducere ad optimates paro. de Cl. 322. Iudices à seueritate ad hilaritatem traducere. Orat. 192. Traducere eos qui audiunt, in magnam admirationem. 1. de Natur. 41. Traducere partum Iouis ad Physiologiam. pro Cl. 144. Is traduxit me ad suam sententiam.

¶ *Inflecto, conuerto.* 2. de Or. 199. Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cæpionis fugam. 2. de Orat. 293. Et animos ad nostram defensionem conor traducere.) (*Abducere à contraria defensione.* Epist. lib. 1. ep. 5. Quæ animos à minore cura ad summum timorem traduceret. 4. I. V. 192. An ab hac eius infamia nequitiæ vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? ‖ 5. Tusc. 8.

¶ *Sustineo.* Attic. lib. 5. ep. 9. Summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducemus.

¶ *Ago.* de Sen. 82. Vitam ociosam & quietam sine vllo labore & contentione traducere. ad Brut. ep. 16. Traducere vitam egregiis factis. ‖ & 3. Tusc. 25.

¶ *Produco.* pro Cl. 134. Deinde iussit equum traducere.

¶ *Protraho, duco.* Ep. lib. 4. ep. 6. Traducere tempus.

✠ *ADVERB. Paulisper animos ad hilaritatem, de Cla. Tranquillè vitam, 3. Tusc.*

TRADVCOR, is: *trajicior.* 2. de Inu. 96. Fluuius ita magnus factus est, vt eò traduci victimæ nullo modo possent.

¶ *Impellor.* 1. de Leg. 9. Ego verò animi pendeo, cùm quid exorsus sum, si traducor alio.

✠ *ADVERB. Aliò, 1. de Legib.*

TRADVCTVS, a, um. *actus.* pro Plan. 30. O adolescentiam traductam eleganter.

¶ *Adductus.* de Clar. 118. Iidem traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiuntur.

¶ *Conuersus, adductus.* Or. 46. Quæstio à propriis personis ad vniuersi generis rationem traducta.

¶ *Terminatus.* de Arusp. 23. Ludi ab lætitia ad metum traducti sunt.

✠ *ADVERB. Eleganter, pro Cn. Planc.*

TRADVCTIO, onis. pro Sest. 15. Traductio ad plebem furibundi hominis. 1. de Diuin. 127. Sed est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil noui efficientis, sed primum quidque replicantis.

¶ *Est & exornatio verborum, quæ facit, vt cùm idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniorem reddat orationem, hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere.* 4. ad Heren. 21.

¶ *Item metonymia.*3.de Ora.165.Traductio atque immutatio in verbo.

TRADVCTOR,oris.Att.lib.2.ep.9. Hic Hieroſolymarius traductor ad plebem.

TRADVX, cis.*ſtirps arboris:vel vitis alio tradu&a: Viuiradicem appellant rei ruſticæ autores.*de Sene. 52.Malleoli,plantæ,ſarmenta, ✠ vites,traduces,propagines. ‖ *Lamb.viuiradices.*

TRAGICE.*ſublatè,amplè.*de Cla.43, Rhetoricè & tragicè ornate aliquid.3.de Orat.27.Res comicas tragicè tractare.

TRAGICVS,a,um.*vt Tragici poetæ.*de Clar.203.Grandis,&,vt ita dicam,Tragicus orator.2.de Or.227.Sed hæc tragica atque diuina.in Piſon.47.Tragico iſto Oreſte, aut Athamante dementior.*Hortenſ.Dari mihi iubeas iudicem Tragicorum, vt ſumam,ſi qui fortè mihi deſunt.

TRAGOEDIA, diæ.*genus poematis grande & magnis motibus concitatum. Hinc fit,vt tragœdia pro magnis motibus & flammis animorum ſumatur.*1.de Orat.219.Nec verò iſtis tragœdiis tuis Craſſe perturbor.pro Mil.18.Nũc eiuſdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat?2.de Ora.105.In paruis rebus adhibere non debemus has dicendi faces, neque tragœdias agere in nugis. 4. Tuſc.73.At quas tragedias effecit?Qu.fr.lib.3.ep.6,Quatuor tragœdias XVI.diebus abſoluiſſe cùm ſcribas,tu quicquam ab alio mutuaris,&*κρὶ*& quæris, cùm Electram & Troadem ſcripſeris?&*ibid.*Iſtas & Erigoniam mihi velim mittas.11.I.A.13.Quorum alter commentatus eſt mimos, alter egit tragœdiam. de Sen.22.Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit.

✠ *ADIVNC.Plena aliqua re,2.Off.*

TRAGOEDVS,di.*Tragœdiæ actor.*1.de Or.128.Vox tragœdorum, geſtus penè ſummorum actorum.Orat.109.Comœdum in tragœdiis,& tragœdum in comœdiis placere vidimus.

TRAHENS,tis.*adducens.*Acade. Vtroſque audiet trahentes ſe ad ſuas partes.

TRAHO,his.*vi adduco,impello.*1.de Diu.86.Magnes lapis eſt, qui ferrum ad ſe allicit & trahit. pro Pomp.19.Non poſſunt vna in in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, vt non plures ſecum in eandem calamitatem trahant.

*Ago.*Antequam.14.Nos hìc tutam tranquillámque pacem trahimus.

¶ *Adduco.*1.ad Heren.8.Trahere aliquem in inuidiam.

¶ *Duco,ſumo.*2.de Inuen.29.Ducere,ſumere, trahere coniecturam ex aliqua re.

¶ *Sumo.*pro Corn.54.Trahere ſpolia de hoſtibus.

¶ *Habeo,accipio.*Ep.lib.4.ep. 3. Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie Reipub.moleſtiam traxerit.

¶ *Obtineo.*4.I.A.5.Regio Martia,quæ à Marte traxit nomen.

¶ *Addiſco.*2.I.A.20. Aliquid enim ſalis ab vxore mima trahere poteras.

¶ *Sortior.*3.I.A.6.Qui ex contumelia cognomen traxit.

¶ *Traduco,produco,tardo.*pro Milon.24.Comitia tracta eſſe: *id eſt,dilata.*Att.lib.10.ep.7.Si trahitur bellum, quid expectem? & lib.16. ep. 2. Quinetiam idcirco trahebam,vt quàm diutiſſimè integrum eſſet.

✠ *ADVERB.Conſultò,5.de Fi.Diuinitus nomen,4. Phil.*

TRAHOR,tis.*rapior.*Antequam.18. Serui,qui ad ſupplicium trahuntur.

¶ *Allicior.*1.Off. 18. Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem.pro Arch.26.Trahimur omnes laudis ſtudio.

¶ *Exhaurior.*2.de N.25.Ex puteis iugibus aquã calidam trahi.

¶ *Inducor.*Or.114.Omnis ratio,qnæ ad dicendum trahi poſſit.

✠ *ADVER. Amplius negotij,4.Catil.*

TRACTVS,a,um.2.de Nat. 139. Nerui à corde tracti & profecti in omne corpus ducuntur.7.I. V.134. Vacuum tractum eſſe remum.de Cl.21.Ab iſto initio tractus eſt ſermo.

¶ *Productus,dilatus.*pro Mil.24.Comitia tracta eſſe.

¶ *Raptatus.*10. I. A. 5. Corpus tractũ & laceratũ abiecit in mare

¶ *Deductus.*1.de Diui.70. Animos hominum quadam ex parte extrinſecus eſſe tractos atque hauſtos.

✠ *ADVER.Extrinſecus, 2. de Di.Leuiter ius à natura, 2.de Inuent.Omninò,1.de Orat.*

TRAIECTIO,onis: vel TRANSECTIO.4.ad Heren.45.Attic. lib.8.ep.23.Cautior certè eſt manſio,honeſtior exiſtimatur traiectio.1.de Diu.2.& lib.2.16.Aſſyrij traiectiones motúſque ſtellarum obſeruauerunt.Orat.230.Traiectio verborum.3.de Orat. 201. Tum agendi minuendiue cauſa veritatis ſuperlatio atque traiectio.

✠ *AD VNC.Honeſtior,8.Attic.*

TRAIICIO,cis. *tranſeo.* Attic.lib. 7. ep. 21. Et ſi terra quidem, ✠ qui poſſim? ſi mari,quò traiiciam? ‖ *Lamb.Legit,mari quo? tradamigitur iſti me.*

¶ *Traduco.*Epiſt. lib. 10. ep. 9. Exercitum Rhodanum traieci.& ep.11.Rhodanum copias traieciſſem.& ep. 18. Dum Brutus copias traiiceret.Ep,lib.11.ep 9.Si ſe Alpes Antonius traiecerit. & lib.11.ep.13.Si quo cauſu Hiſaram ſe traiecerint.

¶ *Aufero,colligo,cogo,tranſfero.*in Sall. 19. Ex Africa tantum hic exhauſit, quantum potuit aut fide nominum traiici, aut in naues contrudi.

¶ *Tranſilio.*4.de Finib.22.Murũmque iaculo traiecit.

¶ *Tranſfero.*Or.229.Traiicere verba.L.TRANSGRESSIO.

✠ *ADVER.Apertè verba,Or.Celeriter exercitũ,* 11.*Fa.*

TRAIECTVS,a,um.*adductus.*Poſtqu. ad Quir.20.Marius cum parua nauicula traiectus eſt in Africam.

TRALATIO,onis.*tranſlatio.*Ep.lib.16.epiſt.17. Vt ſit,quomodo ✠ Theophraſto placet,verecunda tralatio. ‖ Orat.94.

TRALATITIVS,a,um. *tranſlatitius,tranſlatus.*Epiſt.lib.3. ep.8. Hoc verò caput,ex quo ſuſpicio nata eſt,me exquiſiſſe aliquid in quo te offenderem,tralatitium eſt. & lib. 8. ep.5. Noſti enim hæc tralatitia.Att.lib.1.ep.8.Alterum caput eſt tralatitium.

TRALLES,ium.*oppidum.*Att.lib.5.ep.14.& 2.cont.Rul.39.

TRALLIANVS,a,um.pro Flac.53.Or.234.& 3.Phil.15.

TRAMES,tis. *ſemita.*12.I.A. 26.Non idem in Apennini tramitibus potero facere? & 13.Phili. 19.Egreſſus eſt non viis, ſed tramitibus paludatus.

TRANO,as.*quaſi tranſno,traĭcio.*2.de Nat.25. Vis ignea, quæ tranat omnia.de Som. 16. Num cuiuſquam noſtrum nomen aut Caucaſum tranſcendere,aut Gangen tranare potuit?

TRANQVILLE.*placatè.*Or.99.Tranquillè & leniter.3.Tuſcula. 25.Tranquillè,placidè traducere vitam.Attic.lib.5.ep.21. Velim tranquillè à Parthis.

TRANQVILLITAS,tis.*placatio, ſecuritas,* εὐθυμία. 1.de Orat.2. Locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus. pro Muræn.55. Qui remoti à ſtudiis ambitionis, ocium ac tranquillitatem vitæ ſequuti ſunt.1.Offic.69.Vt tranquillitas animi adſit, quæ afferat dignitatem. 5. de Finib. 23. Securitas eſt animi tanquam tranquillitas.I.P.9. Lex Aelia & Fuſia propugnacula,murique tranquillitatis atque ocij.Attic.lib.6.ep.8.Nos longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus.4.Acade.100.Si iam ex hoc loco profiſciſcatur Puteolos ſtadia triginta,probo nauigio,bono gubernatore ac tranquillitate.

✠ *ADIVNC.Honeſta,vtilis,3.Off.Mirificè,8.Atti. Reliqua,pro Seſt.Summa,3. ad Qu.frat. Summa officij,1. cont.Rull.*

TRANQVILLO,as.*placo.*1. de Finib. 50. Tranquillare animos. Top.98.Vt aut perturbentur animi,aut tranquillentur.

TRANQVILLVS,a,um.*ſedatus, pacatus, placatus,lenis, omni perturbatione carens.* Att.lib.7.ep.7.Cætera videntur eſſe tranquilla, tranquilliſſimus autem animus meus.pro Cl.138.Mare,quod ſua natura tranquillum eſt.1.de Fin.71.Placata, tranquilla, quieta, beata vita.1.de Orat.30.Pacatæ & tranquillæ ciuitates.Ora.176. Iſocrates in faciendis verbis tranquillus.3.Tuſcu.31. Tranquilla & ſerena frons.Epiſt.lib.4.ep.5.Tranquillus animo.1.Offic.101. Appetitus ſint tranquilli,atque omni perturbatione animi careant.de Senect.74.Tranquillo animo eſſe,& tranquillo animo conſiſtere.

✠ *ADVERB.Planè,2.ad Quint.frat.*

☞ Syntaxis. *Verbs tranquillitatu plena. Ocium, & vitæ tranquillitas. Aucupari tranquillitatem. Tranquillare.)(.perturbare animum alicuius. Placatum,tranquillum,quietum,beatum. In verbis faciendis tranquillus. Animo tranquillus.*

TRANS.Att.lib.12.ep. 20. Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare.2.de Diu.22. Si ſciſſet ſibi trans Euphratem eſſe pereundum.pro Qu.12.Næuius trans alpes vſque transfertur.pro Mil. 75.Domino trans ripam inſpectante.Ep.li.2.ep. 15. Trans montem Taurum etiam de matrimonio eſt auditum.1.de Inue. 45. Ego eo ipſo tempore trans mare fui.2.de Inu. 97. Vt qui trans flumen eſſent,videre poſſent.

TRANSACTOR,oris.4. I.V.69. Timarchides rerum omnium tranſactor & adminiſter.

TRANSACTVS,a,um.2.de Or.15. Sed tranſactis iam meis partibus,ad Antonium audiendum veniſtis.4.Tuſc.54.& 2. ad Her. 8.Rebus iam tranſactis & præteritis.

TRANSALPINVS,a,um.Ep.lib.9.ep.15.Tranſalpinæ nationes. Poſtq.in Senat. 14. Cognatio materna tranſalpini ſanguinis. 2. Offic.28.Tranſalpina bella.4.in Ver.118.Aegritomanus tranſalpinus.pro Mur.89.Tranſalpina Gallia.

TRANSCENDO,dis. *tranſeo.*4.I.C.6.Hoc malum manauit non ſolùm per Italiam,ſed etiam trãſcendit Alpes.de Som.16.Num cuiuſquam nomen aut Caucaſum tranſcendere potuit, Gangen tranare?

TRANSCRIBO,bis. *ſcribo, deſcribo.*3.de Nat.74.Qu.Soſius, qui tranſcripſit tabulas publicas. pro Cluent. 41. Oppianicus teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignauit.4.ad Here.6.Si veſtra manu fabulas aut orationes totas tranſcripſiſſetis.

TRANSCVRRO,tis.*prolabor.* de Cl.281. Alexander, & Cyrus, qui ſuum curſum tranſcurrerant. 4. ad Her. 46. Ne ſine delectu temerè videatur in rem diſſimilem tranſcurriſſe.

TRANSDVCERE. I. V. act. 6. 90.

TRANSENNA, næ. *feneſtra, cancelli.* 1. de Orat. 162. Eam copiam quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus.

TRANSEO, is. *trajicio tranſmitto, tranſcendo, tranſgredior, præterueho, trano, permeo, delabor, deflecto, abeo, defluo.* 2. de Nat. 11. Cùm Gracchus Pomœrium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. I. P. 57. & Or. 146. Cùm mare vaſtiſſimum hyeme tranſibas. Attic. lib. 8. ep. 16. Horum ſtudiorum cauſa mare tranſiui. & ep. 15. Pompeius mare tranſiit. Attic. lib. 7. ep. 7. Cùm legis dies tranſierit. 4. Acad. 119. Quædam animalis intelligentia per omnia permeat & tranſit. 5. Tuſc. 38. Nulla animans in alterius animantis vitam tranſire poteſt. Brutus ad Cic. lib. 11. ep. 10. Quod ſi me Cæſar audiſſet, atque Apeninum trãſiſſet. 3. Verr. 40. Sicut mos maiorũ ferebat, repentè relinquas, deſeras, ad aduerſarios trãſeas. ad At. lib. 2. Video iam quò inuidia tranſeat, & vbi ſit habitatura, &c. 1. de Inu. 30. Deinceps ad partitionem tranſeamus. 5. Verr. 220. Si vos ſemel in iudicãdo finem æquitatis & legis tranſieritis. 2. ad Attic. ep. 7. Tranſire ad plebem. 3. ad Her. 21. Tranſire ad ſermonem. de Diu. lib. 2. 76. Tranſire amens auſpicatò. 9. Fam. ep. 1. Tranſire ea quæ premunt, & ea quæ impendent. 3. de Fin. 75. Rectius dixes quàm Craſſus: qui niſi eguiſſet, nunquã Euphratem nulla belli cauſa tranſire voluiſſet. Plan. lib. 10. ep. 7. Varifidium equitem Romanum familiarem meum ad te ipſum tranſire iuſſi. Parad. 3. Siquidem eſt peccare, tanquam tranſire lineas. 2. ad Attic. ep. 21. Tranſire locum. Or. 146. Tranſire maria. 9. ad Attic. ep. 3 Tranſiit Formias. & 15. ep. 10. Tranſiit hic nimbus. 4. Tuſc. 40. Aegrè tuliſſe P. Rutilium, &c. ſed tamen tranſiſſe videtur modum, quippe qui ob eam cauſam à vita receſſerit.

¶ *Deflecto, vito.* Epiſt. lib. 9. ep. 1. Spero tamen, ſi te viderim & ea quæ premant, & ea quæ impendeant, me facilè tranſiturum.

¶ *Accedo, eo.* 8. Famil. ep. 13. Cælij, Tranſierant illuc. *id eſt, in illam ſententiam.*

¶ *Attingo, tracto.* pro Roſc. Amer. 91. Sed in animo eſt leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere vnamquamque rem.

¶ *Omitto.* 8. Fam. ep. 11. Cælij, Tranſi multa.

¶ *Tego.* ad Attic. lib. 2. ep. 19. Equidem malueram, quod erat ſuſceptum ab illis, ſilentio tranſire.

✠ ADVERB. *Auſpicatò amnes, 2. de Diuin. Breuiter, deinceps, quàm breuiſſimè, ſeparatim, ſigillatim argumentationes, 1. de Inuuent. Facilè quæ premunt, 9. Famil. Leuiter, pro Sex. Roſc. Tutò, 4. in Ver.*

TRANSITVR. *acceditur.* 2. de Fin. 47. Cuius ſimilitudine perſpecta, in formarum ſpecie, à dignitate tranſitum eſt ad honeſtatem dictorum atque factorum.

TRANSITVS, a, um. *omiſſus.* Attic. lib. 5. ep. 2. Iulia lege tranſita ſemel tamen in diem.

TRANSFERENS, tis. *traducens.* 1. Off. 14. Similitudinem natura, ratióque ab oculis ad animum transferens.

TRANSFERO, fers. *traduco, confero.* 2. de Orat. 133. Sed ſi placet, ſermonẽ aliò transferamus. pro Mur. 46. Cùm te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumque ad accuſandum tranſtuliſſes. 3. de Ora. 53. Alij à regendis ciuitatibus totos ſe ad cogitationem rerum tranſtulerunt. Attic. lib. 13. ep. 13. Totam Academiam ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, tranſtulique ad noſtrum ſodalem. Orat. 65. Transferre verba apertius. pro Cl. 128. Nec eſt probandum, illos ad notationes cenſorias exemplum à conſuetudine militari tranſtuliſſe. 1. de Inu. 33. Transferre aliquid ex philoſophia. Epiſt. lib. 5. ep. 13. Transferre animum ad aliqua. pro Font. 8. Transferre culpam in alios. Attic. lib. 15. ep. 27. Vt omnem culpam in te transferas. pro Seſt. 82. Transferre crimen in aliquem. pro Quint. R. 8. Quin tabulas conficiunt, menſtruas penè rationes in tabulas transferunt. 4. I. V. 126. Hoc idem trãsfero in magiſtratus. 3. I. A. 30. Ad ſe omnia ex hortis ornamenta tranſtulit. de Cla. 48. Totúmque ſe ad arietes componendos tranſtulit. pro Mil. 24. Clodius reliquit annum ſuum, ſeſeque in proximum tranſtulit 3. de Orat. 139. Quod ipſe ſuas diſputationes à cauſis forenſibus & ciuilibus ad inanem ſermonis elegantiam tranſtuliſſet. 1. de Fin. 7. Si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. 2. de Fin. 45. *Quæ mens* ſimilitudines transferat. Frag. ep. Veritus ne nos in Catonem noſtrum transferamus illinc mali aliquid. Incer. Muſtella catulos ſuos quotidie transfert, mutátque ſedem.

¶ *Cenſeo, recenſeo.* pro Syl. 77. In hunc igitur gregem vos P. Syllam reiicietis? in particidarum numerum transferetis?

¶ *Adhibeo, deriuo.* 2. de Finibus 14. Hanc iucunditatem transfer in animum.

¶ *Tranſcribo.* Epiſt. lib. 3. ep. 8. Vt de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum. Attic. lib. 6. ep. 2. Iſtum ego locum totidem verbis à Dicæarcho tranſtuli.

✠ ADVERB. *Acutè argutias, tragicè parum, de Clar. Altius, apertius, audacius, crebrius verba, Orat. Contumeliosè rem ad alios, 8. Famil.*

TRANSFERO R, tis. *deporter.* 4. Academ. 50. Nihil de ſuo genere transferri in aliud genus poteſt. 3. de Orat. 46. Non valde productis iis, quæ ſimilitudinis cauſa ex aliis rebus transferuntur. 2. de Inuent. 48. Argumenta, quæ transferri in multas cauſas poſſunt. 2. de Orat. 319. Nec in alias cauſas poſſe transferri. L. DEFINITIO. * pro C. Corn. 1. Qui huc & illuc transferuntur. Frag. ep. Vt Hercules Antianus in alium locum transferretur.

¶ *Aufero, confero.* pro Dom. 62. Cùm domus in palatio, villa in Tuſculano, altera ad alterum conſulem transferebatur.

¶ *Accommodor.* 1. Offi. 51. Quod ab Ennio poſitum in vna re, transferri per multas poteſt.

¶ *Traducor.* Orat. 92. Tranſlata ea dico, quæ per ſimilitudinem ab alio transferuntur. & 82. Cùm verbum aliquod altiùs tranſfertur. 3. de Orat. 147. Verbum transferri, & quaſi in alieno loco collocari. de Fat. 16. Quid eſt, quod non poſſit ex connexo transferri ad coniunctionum negationem.

¶ *Mittor.* pro Qu. 12. Tollitur à præconum conſeſſu in Galliam Næuis. & trans alpes vſque transfertur.

✠ ADVERB. *Commodè in cauſas, 1. de Inuent. Deinceps Verba, 3. de Orat. Separatim in cauſas, 2. de Inuent.*

TRANSLATVS, a, um. *excerptus.* 2. de Leg. 59. Iam cætera tranſlata ferè ſunt de Solonis legibus. pro R. P. 9. Hoc totidem verbis tranſlatum caput eſt, quod fuit antè in lege Seruilia. Attic. lib. 16. ep. 3. Archetyptus in Macrocolla tranſlatus.

¶ *Delatus.* 6. I. V. 72. Hoc tranſlatum Carthaginem, locum tantum mutârat.

¶ *Commiſſus.* pro Mur. 2. Cùm omnis poteſtas deorum immortalium, aut tranſlata ſit ad vos, aut certè communicata vobiſcum.

✠ ADVERB. *Indidem, 3. de Orat.*

TRANSFIGENS, tis. *configens.* 1. de Diu. 106.

Ipſa ferus transfigens vnguibus anguem.

TRANSFIXVS, a, um. *tranſectus, confixus.* 2. de Finibus 97. Transfixus haſta.

TRANSFVGA, gæ. *perfuga, qui ad hoſtes profugit.* 1. de Diuin. 100. Non omnia illum transfugam auſum eſſe ſepatui dicere. Sal. in Cic. 7. Leuiſſimè transfuga, neque in hac, neque in illa parte fidem habens.

TRANSFVGIO, gis. *perfugio, profugio.* pro Qu. 93. Ab afflicta amicitia transfugere, & ad florentem aliam deuolare.

✠ ADVERB. *Leuiſſimè, 8. Famil.*

TRANSFVNDO, dis. *transfero.* 1. I. A. 77. Omnem amorem abiecit illinc, atque in hanc transfudit. Epiſt. lib. 9. ep. 14. Libentius omnes meas laudes ad te transfuderim, &c.

✠ ADVERB. *Libentius laudes, 9. Famil.*

TRANSGREDIOR, ris. *migro.* 1. de Diu. 33. Quòd inauſpicatò pomœrium tranſgreſſus eſſet. Epiſt. lib. 3. ep. 8. Taurum tranſgreſſus ſum. & lib. 11. ep. 20. Tranſgredi alpes.

TRANGRESSIO, onis. *tranſitus.* I. P. 81. Alpium vallum contra aſcenſum, tranſgreſſionémque Gallorum.

¶ *Oratoria quædam exornatio.* 3. de Orat. 205. Verborum concinna tranſgreſſio. 4. ad Her. 45. Tranſgreſſio eſt, quæ verborum perturbat ordinem peruerſione, aut tranſiectione, &c.

✠ ADIVNC. *Concinna verborum, 3 de Orat.*

TRANSIECTIO, onis. L. TRAIECTIO.

TRANSIGO, gis. *decido, pactionem facio, conficio, facio, gero.* 4. I. V. 79. Qui cum reo tranſigat, pòſt cum accuſatore decidat. pro S. R. 114. Tranſigere atque decidere cum aliquo. pro Qu. R. 55. Tranſigere cum aliquo de aliqua re. 3. I. V. 140. Quod erat vix H-S. quadringentorum millium, tranſigunt H-S. ducentis millibus. pro Cl. 39. Itaque Manilius rem cum Oppianico tranſigit, pecuniam ab eo accipit. pro Qu. R. Is ſe ternis nummis, in pedem tecum tranſegiſſe dicebat. pro Qu. 97. Tranſigere cum aliquo qualibet, dummodo tolerabili, conditione. Attic. lib. 2. ep. 4. Amabò te, cura vt cum Ticinio tranſigas. pro Qu. R. 49.

✠ Hoc tu per nuncium tranſigere potuiſti. ‖ 5. Ver. 60.

¶ *Rem abſoluo, perficio.* pro S. R. 112. Recede de medio, per alium tranſigam. Attic. lib. 12. ep. 24. Benefecit Aulus Silius, qui tranſegerit, &c. Or. 137. Vt cùm tranſegerit iam aliquid, definiat. 1. de Inu. 33. Tranſigere quæ poſita ſunt in partitione. & 39. Tranſigere multas res vno tempore. Att. lib. 1. ep. 3. Nos hîc incredibili ac ſingulari populi voluntate de C. Macro tranſegimus. 5 I. V. 60. Tranſigere de aliquo. Att. lib. 1. ep. 3. Tranſigere aliquam controuerſiam. 6. I. V. 35. Quod verbo tranſigere poſſum. & 1. Ver. 45. Tranſigere, abſoluere, expedire vnumquodq; pro Qu. 76. Trãſigere ſuſceptum negotium. Ep. lib. 13. ep. 14. Negocium conficiẽ-

dum curas: ipse suscipias, transigas. 2. I. A. 20. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cùm tu illum gladio stricto insecutus es? negociumque transegisses, nisi se abdidisset.

TRANSIGOR, ris. Attic. lib. 4. ep. 15. Cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. pro Quint. 20. Vt quoniam suspicaretur de aliqua re fore controuersiam, videret vt quàm primùm tota res transigeretur: sed res conuenire nullo modo potuit. Epist. lib. 8. ep. 4. Profectò aut transigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. 1. ad Her. 13. Verùm hoc in exercendo transigetur. pro S. R. 149. Quæ domi gerenda sunt, ea per Cæciliam transiguntur.

TRANSIGITVR. *agitur*. Epist. lib. 14. ep. 4. Sin, vt ego metuo, transactum est, fac venias.

✠ ADVERB. *Celerius*, 5. *Ver. Commodè*, 6. *Attic.*

TRANSACTVS, a, um. *confectus, absolutus*. 3. I. C. 15. Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Quin. fr. lib. 2. ep. 3. Sed res multis querelis de Repub. interponendis, nulla transacta est. 4. I. V. 75. Transacto aut dilato iudicio. 2. ad Her. 8. Transacto negocio, & re transacta. 3. I. V. 156. Prima actio VIII. diebus à nobis transacta est.

TRANSILIO, lis. *migro, prætereo*. 3. de Orat. 158. Transilire ante pedes posita. 4. de Fin. 39. Cùm autem ad summum bonum volunt peruenire, transiliunt omnia, &c. 2. I. A. 84. Sed ne rem vnam pulcherrimam transiliat oratio, veniamus, &c.

TRANSITIO, onis. 1. de Nat. deor. 49. Imagines similitudine & transitione perceptæ. de Cl. 62. Transitiones ad plebem. Epist. lib. 12. ep. 13. Qui spem sæpe transitionis præbuit.

¶ *Item seiunctio, exornatio quædam*. 4. ad Her. 36. Transitio vocatur, quæ cùm ostendit breuiter quod dictum sit, proponit item breui quod consequatur. & lib. 1. 14. Rem breuiter narrare poterimus, &c. etsi transitionibus nullis vtemur.

TRANSITVS, tus. 5. Tusc. 59. Eiusque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxit.

TRANSLATIO, onis. *exornatio est, cùm verbum in quandam rem trãsfertur ex aliare, quod propter similitudinẽ rectè videtur posse trãsferri*. 4. ad Her. 46. & 3. de Orat. 156. Translationes quasi mutationes sunt, cùm quod non habeas, aliunde sumas. & 2. de Orat. 261. Vnius verbi translatio, aut inuersio verborum. Or. 94. Iam cùm fluxerunt continuę plures translationes, alia planè fit oratio: itaque genus hoc Græci appellant ἀλλαγήμην, nomine rectè: genere meliùs ille, qui ista omnia translationes vocat. 3. de Or. 163. Verecunda debet esse translatio.

¶ *Remotio*. 6. in Ver. 91. Nomen suum alicui ad translationem criminis commodare.

¶ *Traductio*. 1. Off. 43. Et Scyllæ & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri. L. TRALATIO.

✠ ADIVNC. *Cõtinuæ, molliſsimæ, frequentiſsimæ, molliſsimæ, multa, plures, Orat. Paulò durior, pueriles verborum, 3. de Orat. Liberalis pecuniarum, 1. Offic. Verecunda, 16. Famil.*

TRANSLATITIVS, a, um. *tralatitius*. 3. I. V. 114. Et hoc vetus edictum translatitiumque esse. L. TRALATITIVS.

TRANSLATIVVS, a, um. 2. de Inu. 57. Cùm autem actio transiationis aut commutationis indigere videtur, constitutio ✠translatiua appellatur. ‖ & lib. 1. 14.

TRANSLATOR, oris. 7. I. V. 151. Translator quæsturæ.

TRANSLATVS, a, um. Or. 92. Translata verba, quasi stellæ illustrant orationem.

TRANSMARINVS, a, um. *quod trans mare est, vel inde petitum*. 11. I. A. 26. & 3. de Or. 133. Transmarina & aduentitia doctrina. 2. contra Rul. 79. Transmarina vectigalia. 7. I. V. 44. Accersere res transmarinas.

TRANSMISSIO, onis. *traiectio*. 1. I. A. 7. Quòd ab vrbe ea transmissio in Græciam laudabatur. Attic. lib. 4. ep. 16. Nauigationem mehercle valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.

✠ ADIVNC. *Superior*, 4. *Attic.*

TRANSMITTO, tis. *trãseo, traïcio*. 2. de Nat. deor. 125. Grues cùm maria transmittunt, trianguli formam efficiunt. Att. lib. 8. ep. 11. Lentulum antè puto transmissurum, quàm potuerit conueniri. Qu. fr. lib. 2. ep. 5. Aiebant te prima nauigatione transmissurum. 2. de Diu. 52. Cæsar in Africam transmisit. pro Pomp. 32. Cùm exercitus nostri Brundusio transmiserunt.

¶ *Posthabeo*. pro Pomp. 1. Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putaui.

¶ *Trado*. pro Pomp. 42. Quis dubitat, quin hoc tantum bellum Pompeio transmittendum sit?

¶ *Præmitto*. Attic. lib. 16. ep. 6. Pestanum & Vibonensem, vtrumque pedibus & equis transmisimus.

☞ Syntaxis. *Transmittere flumen, mare. Transmittere prima nauigatione. In Africam transmisit Cæs. Brundusio Cæs. transmisit.*

TRANSNARE. L. TRANO.

TRANSNVMERO, as. 4. ad Her. 64. Si hodie vis transnumerari.

TRANSPADANVS, a, um. Epist. lib. 2. ep. 17. Attic. lib. 5. ep. 2. & ep. 11. & 3. Offic. 88.

TRANSPORTO, as. *traïcio, transfero*. Attic. lib. 7. ep. 16. De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam. & lib. 8. ep. 17. Vt copiæ nauibus Dyrrhachium transportarentur. I. P. 47. Macedonia, in quam tantum exercitum transportãras.

TRANSTRVM, ri. *remigum sedes in nani*. 7. I. V. 134. Nullum vacuum transtrum fuisse.

TRANSTYBERINI. *populi*. Attic. lib. 12. ep. 24.

TRANSVECTIO, nis. 1. Tusc. 10. *Num te terret* Transuectio Acherontis?

TRANSVEHOR. *traïcior, transeo*. 5. de Fin. 49.

Nam nemo hæc vnquam est transuectus cærula cursu,
Quin prius astiterit vocum dulcedine captus.
Ex Homero, de Sirenum cantu.

TRANSVERBERO, as. *transfigo*. Epist. lib. 7. ep. 1. Cùm præclara bestia venabulo transuerberabatur.

TRANSVERSVS, a, um. *obliquus*.)(*rectus*. 6. I. V. 119. Vna via lata, perpetua, multæque transuersæ Syracusis. Attic. lib. 5. ep. 1. Nunc venio ad transuersum illum epistolæ tuæ versiculum. de VR. 27. Orbium motio transuersa. 3. de Orat. 131. M. Manlius transuerso ambulans foro. Attic. li. 13. ep. 20. In omni vita sua quenque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. 4. Acad. 58. Ab hac mihi non licet transuersum, vt aiunt, digitum discedere. Attic. lib. 15. ep. 4. Ecce autem de transuerso L. Cæsar, vt veniam ad se rogat. 4. ad Her. 15. Ecce tibi è transuerso, &c. de Clar. 331. Cuius in adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vehentem transuersa incurrit misera fortuna reipub.

☞ Syntaxis. *Transuersa via, epistolæ, versiculus, orbium motio. Transuerso foro deambulare. Vnguem ne quidem transuersum aberrare, & digitum transuersum. Ecce de transuerso. Cæs. Ecce tibi è transuerso. Transuersa ecce incurrit fortuna.*

TRANSVOLO, as. Epi. lib. 10. ep. 31. Num etiam Alpes poteram transuolare? *Pollionis*. 4. ad Heren. 32. Oceanum Macedonum gloria transuolâsset.

TRAPEZOPHOROS. *statua erat pro tripode, ad mensam sustinendam*. Epist. lib. 7. ep. 23. Quod tibi destinãras trapezophoron, si te delectat, habebis.

TRASYMENVS. pro S. R. 89. Multos cæsos non ad Trasymenum lacum, sed ad Seruilium vidimus. de Cl. 57. C. Flaminius apud Trasymenum interfectus.

TREBVLANVS ager. Attic. lib. 5. ep. 2.

TRECENTI, æ, a. 2. de Fin. 97.

THRECIDICVS, ca, cum. *quasi Threïcius dicitur. Significatur autem ea voce, quod Thracis gladiatoris est*. 7. I. A. 17. Cùm omasset Threcidicis comitem & familiarem suum, illum miserum fugientem iugulauit. *Threcidicis, scilicet armis & vestitu. Et Ausou. poëta, Threcidicum gladium dixit.*

TREDECIES H-S. I. V. Act. 5. L. TERDECIES.

TREMEBVNDVS, a, um. *tremens*. pro Dom. 134. & I. A. Is postem tremebunda manu tetigit. 3. ad Heren. 25. Tremebũda vox.

TREMEFACIO, cis. *concutio*. 1. de Diu. 18.

Aut cùm se grauido tremefecit corpore tellus. Poetæ.

TREMEFACTVS, a, um. *concussus*. 2. Off. 24. Quamuis enim tremefacta sit libertas, tamen, &c.

TREMO, mis. *contremisco*. 4. Acad. 48. Qui tremunt & exalbescunt obiecta re terribili. 4. Tusc. 48. Tremere toto pectore. Quin. fr. lib. 1. ep. 1. 4. Tremo animo. 2. de Orat. 285. Sapiens si algebis, tremes. I. P. 74. Timidus, ac tremẽs. & 99. Horrens, tremens. Quint. frat. lib. 3. ep. 2. Trementi voci. Orat. 93.

Africa terribili tremit horrida terra tumultu ex Ennio.

☞ Syntaxis. *Animo tremere, toto pectore. Timidus & tremens. Horrens, tremens.*

TREMOR, oris. 4. Tusculan. 19. & 4 Academ. 48. Terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequitur. pro Flac. 10. Tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit?

TREMVLVS, a, um. *tremens, tremebundus*. 1. de Diu. 14.

Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. Poetæ.

¶ *Radiatus*. 2. de Nat. 110.

Magnũ leo tremulam quatiens è corpore flammam,

1. de Diuinat. 18.

Vidisti & claro tremulos ardore cometas.

¶ *Tremorem inducens*. I. A.

Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus. Poetæ.

TREPIDATIO, onis. *metus, commotio*. pro Deiot. 20. Num quæ trepidatio? num qui tumultus?

✠ ADIVNC. *Iucunda ciuium*, 1. *Phi.*

TREPIDO, as. *metuo*. 3. de Orat. 166. At Romanus homo, &c. corde suo trepitat.

TRES constantiæ. Tusc. 4.

TRES taberuæ. Attic.lib.1.& 2.Leg. TABERNA.

¶ *Ad* tres horas dormire. Attic.lib.10.

TRES viri.2.contra Rul.

TRES VIRI. *populi Gallię.* Epist.lib.12.ep.15. Treuiros viros censeo: audio capitales esse: malsem auro,argento,ære essent. *Iocus ex ambiguo: intelligit enim triumuiratum Cæsaris, Pompeij & Crassi: qui tres viri,si ex auro,aut argento,aut ære essent, nulli nocere possent.*

TRIANGVLVS,li.2.de Nat.125. Grues cùm maria trasmittunt, trianguli formam efficiunt.& *ibid.* Basis trianguli, quam grues efficiunt.

*TRIANGVLVS,a,um.2.de Diuinat.89. Ea triangula illi & quadrata nominant.

TRIARIVS,rij. Attic.lib.4.ep.15.de Clar.166.

TRIBVARIVS,a, um. *ad tribus pertinens: nam à tribu dicitur.* pro Plant. 47. In hoc sodalitiorum tribuario crimine.& 36. Tribuaria res.

TRIBVLIS,lis. *curialis.* pro S.R.47. Possum multos proferre vel tribuleis,vel vicinos meos,qui,&c. Qu. de Pet.15. Qui apud tribuleis suos plurimum gratia possunt. Attic.lib.1.ep.5. C. Herennius tribulis tuus est.& ep.13. Singulis tribulibus.in Vatin.*Marsi & Peligni tribules tui. pro Planc. 47. Tribules decuriare. Epist.lib. 13. ep. 58. Tribulis Lucius, & municeps, & familiaris meus.

✠ *ADIVNC. Turbulenti,pleb.12. Phil. Vicinus,pro Pla.*

TRIBVNAL,lis. *propriè iudicis sella,puteal.*4.I.V.94. Prætor de sella ac tribunali pronũciat,si quis,&c.1.de Or.168. Nobis in tribunali Quint. Pompeij prætoris vrbani sedentibus.de Cl.289. Hoc oratori contingat,vt cùm auditum sit eum dicturum, locus in subsellijs occupetur,compleatur tribunal, &c. in Vat. 21. Fecisti antea rostra pontem continuatis tribunalibus. Postquam ad Quir.13.& pro Dom.54. Aurelium tribunal. Epistol. lib. 3. ep. 8. Pro tribunali.I.P.11. Pro tribunali Aurelio.

✠ *ADIVNC. Certum,7.in Ver. Continuata, proxima,in Vat. Totum,2. Phil.*

☞ Syntaxis. *Desella ac tribunali pronunciat prætor. In tribunali sedere. Completur tribunal. Pro tribunali dicere.*

TRIBVNATVS, tus. *magistratus Tribunorum plebis, auxilij causa constitutus.* pro Quint. 63. 1. de Orat. 25. Cotta qui tribunatum plebis petebat.pro Sest.79. Fretus sanctitate tribunatus. Qu.fr.li. 2.ep.14. M. Curio tribunatum ab Cæsare petiuit.7. Fam. 25. Tribunatus & prefectus,gloriolę insignia sunt.3.de Leg.20. Tribunatus C. Gracchi quid iuris bonis viris reliquit? 7. Famil. ep. 8. Tribunatus commoda,depto labore militiæ.3.de Leg.20. Vitia quidẽ tribunatus præclarè Quinte perspicis. Qu.fr.li.2.ep.11. Auferre tribunatum.7. Fam.ep.5. Neque tribunatum,neque præfecturam,neque vllius beneficij certum nomen.de Am.41. De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem,non licet augurari. 2. Offi.73. Pernicioſe enim Philippus in tribunatu,cùm L. Agrariã ferret. 1. de Orat. 24. Drusi tribunatus pro Senatus autoritate susceptus,infringi iam ac debilitari videretur.

✠ *ADIVNC. Ardens,militaris,totus, pro Sest. Pestifer, & funestus,præclarus,pro Dom. tacitus, Turbulentissimus,de Clar.*

TRIBVNITIVS,a,um. Post.q.in Sen.10. Tribunitius furor. Qu. fr.li.2.ep.14. Tribunitij candidati.13.I.A.30. Tribunitius vir. Post red. in Senat. Tribunitius ictus.2. de Leg. Agrar. Actio Tribunitia,pro Dom.sua. Tribunitia libido.2.de Orat.124. Quum tribunitia potestas esset cõstituta.3.de Leg.19. Tribunitia potestas in seditione,& ad seditionẽ nata,cuius primus ortus inter arma ciuiũ,& obsessis & occupatis vrbis locis procreatus. *ibid.*24. Tribunitia potestate plebi à patribus cõcessa, arma ceciderunt: restincta seditio est: inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putárint: in quo vno fuit ciuitatis salus. *ibid* 19. De tribunitia potestate taceo. *ibid.* 23. In Tribunitia potestate inest quiddã mali: sed bonũ quod est quæsitum in ea,sine isto malo non haberemus. *ibid.*21. Tribunitiũ mucronem exacuit in nos.2.in Rull.21. Tribunitiæ leges.2. Fam.ep.18. Tribunitij terrores. 16. Fam. ep.26. Qu. Ciceronis Tribunitiis aut priuatis consiliis res est munienda.

☞ Syntaxis. *Tribunitius ictus. Exacuere tribunitium mucronem.*

TRIBVNVS,ni. *quasi ephorus,apud Romanos populi defensor & custos. Tribunus militum,magister militum.*2.contra Rull.15. Tribunus plebis,quem maiores præsidem libertatis, costodémq; esse voluerunt.3. de Leg. 16. Vt Lacedæmone ephori regibus oppositi sunt,sic apud nos consulibus tribuni.pro Qu.29. Appellãtur tribuni:à quibus cùm esset certum auxilium petitum,tamen, &c. & 63. Non est iudicio defendere,cùm auxilium à tribunis petas. & *ibid.* Ita tamen more & instituto, per eum magistratum, qui auxilij causa constitutus est.& 65. Quid, si M. Brutus intercessit? videtur ne intercessisse appellatio tribunorum, non more, ed auxilij causa.2.de Or.197. Tribuni ex templo pulsi,cùm intercedere rogatione vellent. Brut.ep.10. Nemo tribunus plebis, nemo alio magistratu autor extitit. pro Dom.54. Hæc furiosa vis vesani tribuni plebis.de Prou.46. Si patritius tribunus plebis fuerit,contra leges sacratas fuisse. Attic.lib.1.ep.13.& Qu.fra.lib. 2.ep.5. Tribuni ærarij, qui militibus pecuniam numerabant. & ep.15. Qui vnà cum senatoribus & equitibus iudicabant. Epist. lib. 15. ep. 4. Quinque cohortes sine legato, sine tribuno militum,denique etiam sine centurione vllo. Qu. fra. lib. 2. ep. 14. Hoc autem est eius quotidianum,se ne tribunum militum quidem facere.pro Clu.99. Qui M. Aemilio, clarissimo viro, legati & præfecti & tribuni militares fuerunt. de Sen. 32. Cùm tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas. de Amic. 95. Lex C. Papyrij de tribun.pleb.reficiendis. Epist.lib.11.ep.6. Cùm tribuni pleb.edixissent senatus adesset ad XIIII. Calend. Iãuar. haberẽtque in animo de præsidio Coss. designatorum referre.3.de Leg.9. Plebes quos pro se contra vim auxilij ergò,decem creassit,tribuni eius sunto. 4. Acad. 63. Tantum enim te modò monuit,vt caueres,ne quis improbus tribunus plebis, quorum vides quanta copia semper futura sit,arriperet te, & inquireret, quî tibi constares: cùm idem negares,quicquam certi posse reperiri,idem comperisse te dixisses. * pro C. Corn. 1. Cum is tribunus plebis duas leges tulisset in eo magistratu.pro M. Scau. In quirente tribuno plebis. *ibid.* Vexatus à tribuno plebis.

✠ *ADIVNC. Nimiùm acer,nimiùm vehemẽs, plebicola, 3.cont.Rull. Acerbus plebis & criminosus,molestus,nõ modò non seditiosus,sed etiã seditiosis aduersarius,pro Cluent. Aduersarij alicuius,pro Mil. Aerarij,4. Catil. Aerati,1. Cat. Amẽtissimus,furiosus,& audax, inermis atque imparatus,iners atque imparatus, seuerus, atque amens,pro Sest. Boni plebis,pro Deiot. Custos & defensor iuris,potentissimus,& nobilissimus, pro Rab. Extremus suffragiorum,horridus,atque trux,popularis,præsens,libertatisque custos, verus ac fortis, vigilans, & acutus, 2. cont. Rull. Felix, vehemens, pro Planc. Fœdissimus, de Prou. Fur, vesanus, pro Dom. Improbus,seditiosi, 4. Aca. Inuiti,timidiores,veteres, 3. Attic. Leues & non boni,leuissimus, officiosissimus, in aliquẽ pernicioſi,sordidissimus,3. de Legibus. Militares,3. Ver. & 1. Fam. Percurioſi,pro Mur. Populares plebis,1. cont. Rull. Seditiosi, atque improbi, 2. Catil. Similis gladiatoris,in Vat. Valentes,2. Attic.*

TRIBVENDVS,a,um: & TRIEVENDVM. *credendum.*de Diu. 147. Nihil prorsus somniis tribuendum est.

¶ *Imponendum onus, habendus honos.* de Am.75. Tantum cuique tribuendum est,quantum ille quem diligas atque adiuues, sustinere possit.

¶ *Asscribendus reijciendus in.* pro Pomp.10. Initia illa præclara non felicitati eius,sed virtuti: extrema autem hæc, non culpæ, sed fortunæ tribuenda videntur.

TRIBVO,is. *do, præsto, impertio.* 1. Offic.15. Hominum societatem tueri, & suum cuique tribuere.item: O dij immortales, vobis enim tribuam, quæ vestra sunt:nec verò possum meo tantum ingenio dare,vt,&c. Attic. lib. 15. ep. 18. Vt ergo in eiusmodi re tribues nobis paulum operæ.& lib. 16. ep. 3. Hęc ego conscendens è Pompeiano, tribui actuariolis decem scalmis. 1. Offic. 47. Primum illud est in officio,vt ei plurimum tribuamus à quo plurimum diligimur. & 2. Offi. 4. Cùm philosophiæ multum discendi causa tẽporis tribuissem.3.de Orat. 84. Sed plus operæ foro tribuebat,amicis, rei familiari. de Amic. 13. Qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt. pro Mil. 93. Tribuere misericordiam alicui. Epist.lib.4.ep.11.&. Offi.lib.1.59. Tribuere officium alicui.1.de Orat.48. Tamen huic ipsi multa tribuat & concedat necesse est.de Cla.291. Tribuere sapientiam eis,qui eam sibi arrogant. Quint.frat.lib.1.ep.1.22. Tribuere humanitatem alicui. Orat.44. Cui primùm hunc honorem tributum puto. Epist. lib.5.ep.12. Tribuere præconium alicui.1.de Nat.3. Tribuere pietatem,sanctitatem,& religionem numini deorum.pro Cæl.29. Tribuere silentium orationi alicuius. pro Corn. 37. Tribuere beneficium,tribuere præmium,tribuere ciuitatem.de Som.21. Quis animis hanc naturam esse tributam neget? Quint. fra. lib.3.ep. 8. Pompeius Miloni nihil tribuit, omnia Guttæ. Orat. 56. Vt non sine causa Demosthenes tribuerit primas & secundas & tertias actioni. de Clar.58. Tribuere suauiloquentiam alicui.

¶ *Defero,habeo honorem, optimè volo.* de Clar.190. Ille mihi, beneuolentia credo ductus,tribuebat omnia. Attic. lib. 10. ep. 1. & 2.de Finibus 68. Pater eius,cui semper vni tribui plurimum. Ep. lib.13.ep.22. Si ei tantũ tribueris,quantũ cui tribuisti plurimũ & ep.9. Cùm ordini publicanorũ semper libẽtissimè tribuerim. 1. Off.78. Põpei hoc mihi tribuit,vt diceret se frustra,&c. Ep.li.4.

ep.1.

ep.1.Tantum tibi tribuo,quantum mihi arrogo. de Am. 9. Tu autem quòd tantum mihi tribuis, quantum ego nec agnosco, nec postulo,facis amicè.1.Offic.106. Qui aliquid tribuunt voluptati.

*Diuido.*de Clar.152.& Orat.16. Tribuere rē vniuersam in partes.

TRIBVOR,ris.*adhibeor.*pro Syl.10.& 1.de D.5.Nec testimonio fidem tribui conuenit,nec defensioni autoritatem.

¶ *Ascribor.*Epist.lib.2.ep.16.Quod illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id existimari posse non arbitror.

TRIBVITVR.*assurgitur.*de Sen.63.Lacedæmonię plurimum tribuitur ætati.

✠*ADVERB.Castè,purè,*1.*de Nat.Exiguè,*10.*Fam.Infinitè potentibus,ep.ad Brut.Ita multa,pro Qui. Lig. Libentissimè alicui,*13.*Famil. Liberaliter præmia,*3.*Ver.Longè plurimum,multum alicui, Orat.Multum senectuti,plurimum officij alicui,*1.*Offic. Nunquam tantum ætati,de Senec.Rectè,*3.*Offic.*

TRIBVS,bus,*à tribuendo,hoc est,distribuendo appellata.* de Leg. lib. 3.7.Populi partes in tribus distribuunto.*Tribuum aliæ rusticæ,aliæ vrbanæ. Rusticæ tribus laudatissimæ eorum qui rura haberent. Vrbanæ verò,ignominiæ etiam,desidiæ,probro. Itaque quatuor solæ erāt à partibus vrbis,Suburbana,Palatina,Collina,Esquilina.Plin.lib.18. cap.3. Aliæ atque aliæ initio vrbis Tribus fuerunt,sed Ciceronis ætate triginta quinque.*3.I.V.14. Credent omnes V.& X X X.Tribus homini grauissimo.2.in Rull.17.Quæro à populari Tribuno plebis,ecquando nisi per X X X V.Tribus creati sint.*scilicet Tribunipleb.*6.I. A.12.Num quisquam est vestrûm,qui tribum non habeat?certè nemo,atqui illum quinque & triginta Tribus patronum adoptarunt.*In libris autem Ciceronis qui extant, nominatæ tantùm* XVIII.*leguntur.*pro Plan.38. Terentina, Volitinia, Lemonia, Veientina,Crustumina.eadem.54.Anienſis.2.in Rul.78. Romilia,Otriculana,Narnienſis.ead.95.Pupinia.pro Sest.114. Palatina.in Vat.37.Sergia.Attic.lib.2.ep.14. Aemilia. & lib. 4. ep. 14. Pontina siue Pomptina,Metia,Velina.Epist.lib.8.ep.8.Qurina, Popilia.*Reliquæ tribus apud alios autores sunt, Cornelia, Claudiæ, Collina,Esquilina,Falerina,Fabia,Galeria,Vfentina,Papyria, Pollia,Poblicia siue Publicia,Suburrana, Scaptia, Stellatina, Sabatina Tromētina,Veturia.Sunt tamen qui putēt,Romiliā & Quirinā, eandē esse,itemq;Sabatinam & Fabiam:atque in earum locum reponant Pontinam & Atheſinam. Vide Alexandri Geniales. Iam loquendi modos subiiciemus.*pro Mur.32. Multæ tribus, quæ ex municipiis Vmbriæ conficiuntur.pro Clu.122. In ærarios referri, ac tribu moueri.2. de Orat. 272. Censor Centurionem quendam notatum,Tribu mouit.2.I. A. 4. Aut tū cùm es factus Augur,vnam Tribum sine Decurione ferre potuisset.& 11.Phil.18.Africanus duas tantum Tribus tulit. pro Planc. 54. Nam quot quæstus es, plures te testes habere de Volitinia, quàm quòd in ea Tribu puncta tuleris,&c. *De ferendis Tribubus,& quid sit ferre tribum, & id genus alia,vide pro Planc.*32.*Itemq; edere Tribum,pro eodem.*37.*& pro eod.*54.*Concedere alicui Tribum.*Attic.lib.1.ep.13.Qui numos in Tribu pronunciauerit,si non dederit,impune sit.2.I.V.22.Diuisores omnium Tribuum. *Illud quoque notandum proprium Tribus nomen sine adiectione vsurpari.*vt,pro Planc. 54. Habere testes de Volitinia.*subaudi,Tribu:& auferendi casu.*2.I.V.23.Inuentū tamen esse fortem amicum ex eadem familia Quin. Verrem Romilia.& Philip.nona,Sulpicius Lemonia.& Epist.lib.8.ep.8. C. Septimius T. F. Quirina.*subaudi. Tribu.* pro Corn. 30. Certa Tribu, certo numero esse. pro C. Cornel. 1. Nec criminosius, tribus ad legem accipiendam,quàm ad collegam reddendum priuatum introuocare.

✠*ADIVNC.Certa,pro Corn.Paucæ,* 2. *cont.Rull.Vrbanæ,*1.*ad Qui.Frat.*

TRIBVTVS,a,um.*attributus.*3. de Orar. 142. Plus enim aliquanto attulisti, quàm tibi esset tributum à nobis ac denunciatum, Offi.lib.1.Generi animantium omni à natura tributum est, vt se,vitam,corpusque tueatur,&c.1.Offi.107. Altera quæ propriè ✠singulis est tributa. ‖*Lamb.attributa.*

¶ *Diuisus.*2.de Finibus 17.Omnem vim loquendi,in duas tributam esse partes.

✠*ADVERB.Exiguè,serò,*10.*Famil. Plurimum alicui à senatu,*15.*Famil.Vulgò,pro L.Mur.*

TRIBVTARIVS.a,um.*stipendiarius,vectigalis.*6.I.V.148.Tabellæ non commendatitiæ, sed tributariæ. & *ibidem.* Tributariæ literæ.

TRIBVTIM.*per singulas tribus.*pro Mur.67.Si gladiatoribus vulgò locus tributim esset datus. & 72. Spectacula tributim sunt data. pro Flac. 15. Tributim & centuriatim descriptis ordinibus.Attic.lib.14.ep. 15. Scaurus populo tributim domi suæ satisfecerat.

TRIBVTIO,onis.*distributio.* 1. de Nat. 50. Eam esse naturam, vt omnia omnibus,paribus paria respondeant: hanc *ἰσονομίαν* appellat Epicurus:id est,æquabilem tributionem.

✠*ADIVNC.Æquabilis,*1.*de Nat.*

TRIBVTVM,ti.*omne id appellatur,quod à subditis domino, Regi, Reipub.tribuitur & penditur.*4.I.V.131.Siculi ex censu quotannis tributa conferunt.& 5.Ver.100. Imacharenses triburum ferre coegisti.pro Flac.20.Duæ rationes pecuniæ conficiendæ:aut versura,aut tributo.& *ibid.* Tributi confectio. & 44. Mensa publica numerat aut ex vectigali,aut ex tributo.Epist.lib.3.ep.7. Cùm ad me aditum esset ab iis,qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi.ad Brut.ep.18.Tributum,&c.centesima collatum, impendenti censu locupletum.2.I.A.93.Pecunia,quæ nos à tributis posset vindicare.Epist.lib.12.ep.3 Vt optimè meritis militibus promissa soluantur: quod fieri sine tributo posse non arbitror. Attic.lib.6.ep.1 Ei tamen si nunc soluitur,tricesimo quoque die talenta Attica triginta:& hoc ex tributis.Qu.fra.lib. 1. ep. 1. 20. Sumptus & tributa ciuitatem tolerari æqualiter.2.Offi.74.Danda est opera,ne tributum sit conferendum.& 76. Vnius imperatoris prædæ finem attulit tributorum.

✠*ADIVNC.Acerbissima,*15. *Famil. Intolerabilia,*3. *Famil.*

TRIBVTVS,a,um.*vt tributa comitia:quæ ex omnibus tribubus constabant.*3.de Leg.45.L.COMITIA.

TRICALINVM,ni.*locus in Sicilia.*7. I.V.10.

TRICAE,carum.*impedimenta.*Epistо.lib.8.ep.5. Vt plus biennium in his tricis moretur.Attic.li.10.ep.7.Ferre domesticas tricas.

✠*ADIVNC.Domesticæ,*10.*Atti.*

TRICENVS,a,um.3.ad Herenn.32.Paulò plus aut minus pedûm tricenûm.

TRICEPS,tis.Or.159.Tricipitem,non tricapitem dicimus.1.Tusc. 10.Triceps apud inferos Cerberus.

TRICESIMVS,a,um.2.Offi.29.Tricesimo anno pòst.Ep.lib.12. ep.2.Tricesimo pòst die.Att.lib.6.ep.1. Tricesimo quoque die.

TRICIES.3.I.V.92.Ad tricies H-S.

TRICLINIVM,nij.*à tribus lectis sternendis dictum,conclaue, cœnaculum.* pro Mur. 75. Atque ille rogatus, vt triclinium sterneret, strauit pellicuris hœdinis lectulos punicanos. 5. I. V. 61. Apronius triclinium in foro strauerat.& 4.in Ver. 183. Quinquaginta tricliniorum lecti.2.de Or.263.Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis?cùm tu,inquit,de cubiculo alieno.Att. lib. 13. ep.50.Triclinium,vbi cœnaturus ipse Cæsar esset.Att. *ibid.* Tribus tricliniis accepi *οἰκιακὰ αὐτὰ* valde copiosè.

TRICOR,aris.*nugor,nugas ago.*Att.lib.15.ep. 13. Brutus Vectenum accusat:tricatur scilicet.& li.14.ep.21.Publius tecum tricatus est.

TRIDVVM,dui.pro Mil.26.Clodius respondit,illum triduo, ad summum quatriduo esse periturum.de Leg.lib. 2. Cotta censet ✠habendas triduum ferias. ‖pro Flac.21.pro Mur.28.

TRIENNIVM,nij.Epist.li.15.ep.16.& de Cla.orat.Biennium aut trienniū est,quū virtuti nuncium remisisti.Qu.fr.li.1.ep.1. Cum imperio fuisse in Asia triennium.I.V.act.4.Triennium prouin-✠ciam obtinere.Acad.lib.4.5.Triennio tardius. ‖de Clar.161.

TRIERARCHVS.*trieris,triremis nauis præfectus.*I.V.act.3.52.

TRIENS,tis.*assis pars tertia.* Attic. lib. 7. ep. 8. Dolabellam video Liuiæ testamento, cum duobus cohæredibus esse in triente. & *ibid.*Cùm sciemus,quantum sit in trientis triente.1.ad Heren.21. Lex frumentaria de semissibus & trientibus.

TRIETERIS,dis.*trium annorum spacium.*3.de Nat.deor.58. Trieterides à Dionysio quinto constitutæ putantur.

TRIGESIMVS,a,um.de Sen. 19. & pro Flac. Cuius à morte iam tertius & trigesimus est annus.

TRIGINTA.pro Cluent. 74. In consilium erant ituri iudices triginta & duo: sententiis decem & sex absolutio confici poterat.

TRINVNDINVM,ni.*ternæ nundinæ.*5. in Anto. 8. Vbi promulgatio trinundinum.Epist.lib.16.epist.12.Neque se iam velle absente se rationem haberi sui, se præsentem trinundinum periturum.item: Lex non iure lata dicebatur, nisi trinundino ante esset promulgata. pro Domo sua. Trinundinum accusatio. L. NVNDINVM. pro C Corn.Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestàsque venisset.

TRINVS,a,um.I.P.97.Nulla trinis æstiuis gratulatio.Attic.lib.4. ep.6. Casu enim trinas acceperam. & lib. 11. ep. 17. Tullia mea venit ad me,mihique literas reddidit trinas.

TRIONES,num.*boues.*2.de Nat.105.

Quas nostri septem soliti vocitare triones.

TRIPARTITO.*aduerbium.*4.ad Heren.28.Top.53.& Tusc.5.

TRIPARTITVS,vel TRIPERTITVS.2.ad Heren.30. Argumentatio breuissima est tripartita.1. de Inu.7. Oratoris ars tripartita. 3. de Officiis 9. Diuisio tripartita. post Red. Oratio tripartita.I.V.act.5.11.Tripartita causa.Acad.li.1.19.Tripartita bonorum ratio.& pro Sest.

TRIPLEX,cis.1.Tusc.20. Plato triplicem finxit animam. Acad. lib.1.Ratio triplex philosophandi.Atti.lib.13.epist.3. Remittere triplices literas.*id est,tribus respondentes.*

TRIPLICITER.4.ad Her.55. Commutabimus triplicitet rem.

TRIPLVS.a, um. de Vn.20. Deinde instituit dupla & tripla interualla expellere.

TRIPTOLEMVS,mi.4.ad Her.10.

TRIPVDIANS,tis.pro Sest.88. Sed illum tot iam in funeribus Reipub.exultantem,ac tripudiantem,legum, si posset, laqueis constringeret.

TRIPVDIVM,dij.2.de Diuinat.71. Sed quia cùm pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire,terripauium primò, pòst terripudium dictum est: hoc quidem iam tripudium dicitur, cùm igitur offa iam cécidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant.& 20.Etiam si tripudium solistimum pulli fecissent. & lib.1.28.Hoc quoque quod dixi, coactum tripudium solistimum dicitis. & *ibidem*, Tripudium fieri: si ex offa quid in solum caderet.2. de Nat.8. Cum C. Flaminius tripudio auspicaretur pullarius diem prælij committendi differebat,quòd pulli non pascerentur.

✠ADIVNC. *Solistima,9.Famil.Solliſtimum.2.de Diu.*

TRIPVS,odis *instrumentum tribus pedibus constans,quo mensæ sustinerentur.*3. de Nat. deor.42. Hercules, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.

TRIREMIS, mis. *nauis tres remorum ordines habens.*7. in Verr.43. Nauem maximam triremis instar ædificauit.

TRIS,*pro* TRES,*in accusatiuo.*Acad.lib.4.

TRISTICVLVS,a,um.1. de Diu.103. Paulus filiolam suam animaduertit tristiculam.

TRISTIFICVS,a,um.1.de Diu.13.

Tristificas certant Neptuno reddere voces. & 20.

Voces tristificas chartis promebat Hetruscis. Poëta.

TRISTIS,ste.*mœstus,mœrens,dirus.*)(.*remissus,hilaris,bono animo.6.* I.V.32.Is tristis & conturbatus domum rediit.1. de Diu.59. Qui cùm te tristem vidisset, bono animo esse iussit.pro Cæl.13. Cum tristibus seuerè,cum remissis iucundè.pro Mur.45.Vidésne illum tristem,demissum?iacet,diffidit,&c.2.de Orat.289. Seuerus ac tristis vultus. de Clar.113. Triste ac seuerum genus dicendi.Attic.lib.7.ep.27. Cùm dedissem ad te literas tristes, & metuo ne veras.2. de Diu.36. Cùm tristissima exta sine capite fuerint,quibus nihil dirius videtur esse.& lib.1.99. Quod auspicibus tristissimum visum est. I.P.33. Omnibus tristissimis aliquem exeuntem persequi.2. de Finibus 118. Maiores nostri ærumnas tristissimo verbo nominauerunt. ad Brut.ep.pr.in 1. Triste de Bruto nuncij afferebantur.de Prou.43. Medium illud tristissimum tempus, &c. pro Mur.42. Quid sua sors? tristis, atrox,&c.pro Quint.59.Quintius natura tristi ac recondita fuit. Epist.lib.15.ep.7. Tristia tempora.)(.*secunda tempora.*lib.4.ep.13. Tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo.

☞ Syntaxis.*Tristis & conturbatus.Tristis.*)(.*remissus. Tristis, demissus. Omne tristi persequi aliquem.*

TRISTIVS.Epist.lib.4.ep.13.Quo facilius quibus est iratior,respondere tristius posset.de Sen.67.Adolescentes grauius ægrotant,tristius curantur.*id est:difficilius.*

TRISTITIA,tiæ.*seueritas.*)(.*lætitia, hilaritas.* Attic. lib.12.ep.39. Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus,in perpetuum amisi.lib.8.ep.16.Tristitiam illorum temporum non subiissem.Epist.lib.3.ep.8.Propter quandam tristitiam temporum.de Amic.68.Tristitia autem,& in omni re seueritas absit. de Clar.97. Homo ipsa tristitia & seueritate popularis.2. de Orat.72. Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus.2.de Nat.102.Recessus solis,quasi tristitia quadam contrahit terram.1.de Orat.27.Vt cùm lauti accubuissent,tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis. Epist.lib.5.ep.14. Lacrymis & tristitiæ te tradidisti.2. de Orat.236. Tristitiam & seueritatem mitigare & relaxare. & 340. Acutè & hilare dicto aliquem à tristitia atque ab acerbitate deducere.1.Offic.37.Lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Postquam in Senat.12. Cum eum præter simulatam versutámque tristitiam nulla res commendaret.

✠ADIVNC.*Simulata,versutáque,Posiq.in Senat.*

☞ Syntaxis. *Temporum tristitiam subire. Tristitia & seueritate popularis.Iudicem ad tristitiam contorquere Tristitia & acerbitas.*

TRITIA,vel TRITTIA,*oppidum.*Attic.lib.6.ep.2.

TRITICVM,ci.*frumentum.*3.Offi.51.& 1. de Diu.78. & lib.2.66. Midæ dormienti formicæ tritici grana in os congesserunt.5. I.V.170.Sexaginta millia modiûm tritici.

TRITON,onis. *monstrum ex homine & pisce conflatum.*1. de Nat. deor.79.Qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus inuehens belluis adiunctis humano corpori.Att.lib.2.ep.9.Tritones piscinarum.*de hominibus quibusdam hoc dicitur.*

TRITONIA armipotens.&c.id est,Pallas.Anteq.24.

TRITVS,a,um.*decantatus,contritus,peruagatus contemptus.*de Cla. 280.Via laudis,quam maiores eius ei tritam reliquerunt.& Tritas vias relinquere. I.INDAGO.1.I.A.7. Iter illud quod tritum in Græciam est.1.Acad.27.Verbum vsitatum ac tritum.1. Offi. 33.Tritum sermone vel vetustate prouerbium.2. de Diu. 11. Sic Sorites saris Latino sermone tritus est.pro Flac.65. Quid porrò in Græco sermone tam tritum ac celebratum est?quàm si quis, &c.item:Res trita,communis, & peruagata. Epist. lib. 9.ep.16. Habere aures tritas, notandis generibus poëtarum. de Cl.124. Tritæ nostrorum hominum aures,& erudita ciuitas.

☞ Syntaxis.*Vias tritas relinquere. Iter in Italiam tritum. Verba vsitata ac trita. Tritum vetustate ac sermone prouerbium. Tritum, commune,& peruagatum.Tritas habere aures.*

TRITVS, tus. 2. de Nat.25. Lapidum conflictu atque tritu ignis elicitur.

TRIVIVM,vij.*area in vrbe, siue spacium, quòd se findit in tres vias, aut vbi tres viæ concurrunt.*1. contra Rull.7. In triuiis aut in compitis auctionari.pro Mur.13.& 1. de Diu.123. Arripere maledictum ex triuio.

TRIVMPHALIS,le. I.P.44. Prouincia, quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis. in Sall.21. Bis triumphalem fieri. I.P.55.Porta triumphalis.& 61.Vehicula triumphalia.

✠ADVERB.*Maximè,in Piso.*

TRIVMPHO,as.*triumphum ago.Apud Romanos diceremus.Capitolium curru inuehor,*[illegible]*capitolium cum insigni illa laurea inuehor.*pro Mur.11.Sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filij solent. & *ibidem.* Vt rebus communiter gestis penè simul cum patre triumpharet.& 15.Pater amplissimè atque honestissimè ex prætura triumphauit. pro Planc.61. Iis commissi sunt magistratus,in quibus re bene gesta triumpharent.pro Pomp. 61. Quid tam inauditum, quàm equitem Romanum triumphare?at Pompeius triumphauit.Epistò.lib.2.ep.12.Spes triumphi,in qua satis glorioſè triumpharem.pro Cluent.14. Palàm exultare lætitia,& triumphare gaudio.Attic.lib.9.ep.19. Meum factum abs te laudari triumpho & gaudeo. Lætari, exultare, triumphare.L.LAETOR.7.I.V.120. Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas.Attic.lib.1.ep.23. Plus accusatori dabatur, quàm postulabat,triumphabat.2.I.C.3.Hoc ipsum in quo exultat & triumphat oratio mea. 11.I.A.18. Africanus de Numantinis triumphauit.& 8.Phil.18. Extransalpinis gentibus triumpharunt.Attic.lib.7.ep.1.Cæsar triumphat de sententia Catonis.pro Flac.31.Acinas pugil Olympionices, hoc est apud Græcos propè maius & glorioſius,quàm Romæ triumphasse.

TRIVMPHATVR.2.Offic.28.Vidimus ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam imperatores nostri ex transalpinis bellis triumphârunt.

✠ADVERB.*Amplissimè, honestissimè ex prætura, pro Mur.Glorioſè,2.Famil.Palàm gaudio,pro Cluent.*

☞ Syntaxis. *Ex prætura triumphare. Triumphare in magistratu. In spe triumphi triumphare. Gaudio triumphare. Exultare lætitia, & triumphare gaudio.Hoc te laudare triumpho,& gaudeo.Oratio in hac re exultat & triumphat. Triumphare de,& ex hostibus. Triumphatur ex oppido.*

TRIVMPHVS,phi.*corona laurea,laurus,victoris ducis aut imperatoris pompa.* pro Cornel.9. Qui tot habuit triumphos, quot oræ sunt terrarum. de Somn.3.Cùm triumphum egeris.7. I.V.98. Agere triumphum de aliqua re.Epist.li.3.ep.10.Ages victor ex inimicorum dolore triumphum.1.Offi.78.Pompeius dixit,frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse nisi, &c. pro Mur.31.Triumphus M.Curij de rege Pyrrho. Epi. lib.5.ep.10. Quòd si verò non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim 7.I.V.66. Viuum tu illum seruabas, quem per triumphum credo,quem ante currum tuum duceres.& 76.Ducere captiuos per triumphum. in Vatin.39. Omnes ita te oderunt, vt repulsam tuam triumphum suum duxerint.4.ad Heren.67.Vrbs trophæis ornata,triumphis ditata.Epist.lib.15.ep.5.Si triumphi prærogatiuam putas supplicationem. I.P.58. Quid est, quòd confecto formidolosissimo bello,coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris à senatu?14.I.A.13.Is demum est mea sententia iustus triumphus ac verus, cùm bene de repub. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur.I.P.60.Differes de triumpho:quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces?quid simulacra oppidorum?quid argentum?quid aurum? quid legati in equis,& tribuni?quid clamor militum?quid tota illa pompa?quid vehi per vrbem?&c. de Prouinc.28. Decus illud & ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia non putaui.& 29.Eum ad triumphum deuocant.

✠ADIVNC. *Amplissimus, 8.Attic. Castellani,2. Offi. Certissimus,& inanissimus,iustissimus,3.Famil. Falsus,de Clar.Grauissimus,atque iucundissimus, naualis, 17.Ver.Iustus,& magnus,iustissimi.in Piso.Iustus,ac verus,14.Phil.Iustissimi, & clarissimi,pro Planc.Recentes,pro Corn.Balbo.*

Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Triumphum habere, agere, deportare, de, ex. Per triumphum aliquem ducere.*

TRIVMVIRATVS, tus. *triumuirorum munus.* de Cl. 117. Qui quidem in triumuiratu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium.

TRIVMVIR, ri. Or. 156. Triumuiri capitales. L. TRIBVS.

✠ *ADIVNC. Capitales, Orat.*

TROCHAEVS, chæi. *choreus vel chorius, cordax.* 3. de Orat. 180. Cùm sint numeri plures, Iambum & trochæum frequentem segregat ab oratione Aristoteles. Or. 193. Trochæus, qui est eodem spacio quo choreus, cordax ab Aristotele appellatur. Ora. 191. Spondeus & trochæus, quòd alter ex longis constat, alter breuibus fit. & 194. Trochæus temporibus & interuallis est par Iambo-*v-v.*

✠ *ADIVNC. Extremus, par Iambo, vitiosus, Orat.*

TROEZEN, nis. *oppidum.* 3. Off. 48.

TROGLODITAE, tarum. *populus Aethyopiæ.* 2. de Diu. 93.

TROGINI. *populi.* 2. de Diu. 79. Troginorum tetrarchia.

TROIA, iæ. 6. in Ver. 72. Aeneas fugiens è Troia. de Amic. 77. Neoptolemus Troiam capere potuit. ad Her.

TROIANVS, a, um. pro Mur. 78. Intus est equus Troianus. 2. de Orat. 94. Tanquam ex equo Troiano. Epist. lib. 7. ep. 16. In equo Troiano. Scis esse in extremo. Serò sapiũt. *prouerbia sunt hæc tria: de quibus Erasmus.*

TROIANI, orum. 2. de Diu. 82. & alibi sæpe.

TROICVS, a, um. de Clar. 40. Troicis temporibus. Epist. lib. 5. ep. 12. Troicum bellum.

TROPHAEVM, phæi. *victoriæ monumentum.* I. P. 92. Hic in Macedonia trophæa posuit, quæ bellicæ laudis victoriæque insignia & monumenta sunt. de Pro. 4. Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed trophæis, quæ multis victoriis erat triumphisque pacata. pro Dom. 100. Non est habitandum in ea vrbe, in qua trophæa de me videam cõstituta. 2. de Inu. 69. Thebani æneum in finibus statuerunt trophæum. pro Ar. 21. Nostra sunt trophæa, nostra monumenta. 4. ad Her. 67. Vrbs trophæis ornata, triumphis ditata. 2. de Fin. 106. 4. in Ver. 115. Signum cupiditatis, trophæum necessitudinis, indicium amoris. 1. de Inu. 69. Clarum & exornatum trophæum. 1. Tusc. 110. Salaminium trophæum.

✠ *ADIVNC. Aeneum, clarum, & exornatum,* 1. *de Inuent. Plena dedecoris & risus, in Piso. Salaminium,* 1. *Tuscu.*

☞ Syntaxis. *Trophæa ponere in templis, & constituere de hoste. Trophæa, monumenta, insignia.*

TROPHONIANA Chæronis narratio. Attic. lib. 6. ep. 2.

TROPHONIVS, nij. 3. de Nat. 49. An Amphiaraus deus erit, & Trophonius? & 56. Mercurius is, qui sub terris habetur, idem Trophonius. 1. de Diu. 74. Cùm apud Lebadiam Trophonio res diuina fieret.

TROPVS, pi. *modus.* de Cl. 69. Verborum immutationes quos appellant *τρόπους.* 3. de Or. 152. ‖ *& deinceps.*

TRVCIDATIO, onis. *cædes, clades.* 4. I. A. 11. Trucidatio ciuium. Quint. frat. lib. 2. ep. 1. De Clodianis insidiis, trucidationibus, lapidationibus.

TRVCIDO, as. *pluribus vulneribus concido.* 4. I. C. 12. Qui nos, coniuges, liberos nostros trucidare voluerunt. 1. I. C. 9. & de Ar. 2. Quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. pro S. R. 13. Ante oculos iudicum trucidari. Epist. lib. 5. ep. 2. Qui senatum trucidare voluerunt. pro Pomp. 7. Qui vna die ciues Romanos necandos trucidandosque denotauit.* cont. C. Ant. Ab equestri ordine? Quem trucidasti.

✠ *ADVERB. Crudelissimè, 2. Phil.*

TRVCVLENTER. *atrociter.* 2. contra Rul. 13. Rullus truculentiùs se gerebat quàm cæteri.

TRVCVLENTVS, a, um. *terribilis aspectu, trux, atrox.* pro Sest. 19. Alter truculentus & terribilis aspectu. 2. de Nat. 110.

Aduersum caput huic Helice truculenta tuetur.

☞ Syntaxis. *Truculentus ac terribilis aspectu. Scelus nefarium ac truculentum.*

TRVDO, dis. *impello.* de Ar. 61. Quò ne trudamur, dij immortales nos admonent. 1. Tusc. 71. Trudi ad mortem. Att. lib. 4. ep. 3. Cùm se ad supplicium præsens trudi videret.* Acad. In quorum so-
✠ cietatem & hominem & sapientem trudere nefas esse. ‖ Attic. lib. 1. ep. 13. Trudit noster &c.

TRVLLA, læ. 6. I. V. 62. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi: trulla excauata cum manubrio aureo. & *ibid.* Trulla gemmea.

✠ *ADIVNC. Excauata, gemmea, 6. in Ver.*

TRVNCVS, ci. *stipes.* 3. de Orat. 177. In arboribus truncus, rami, folia. 2. de Nat. 120. Trunci obducuntur libro aut cortice. de Senect. 51. Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramósque procreat in Arat.

Denudat foliis ramos & cortice truncos.

3. Tuscul. 83. Stirpes ægritudinis trunco euerso omnes elidendæ sunt.

¶ *Translatum.* Orat. 59. Non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans, &c. pro Quint. K. 28. Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat.

¶ *Stolidus.* 1. de Nat. d. 85. Quî potest esse in eiusmodi trunco sapientia? I. P. 19. Qui tanquam truncus atque stipes, si sensum haberet modò, posset sustinere tamen titulum consulatus.

✠ *ADIVNC. Totus, Orat. Tutiores à frigoribus, & caloribus,* 2. *de Nat.*

TRVTINA, næ. *statera.* 2. de Or. 159. Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

✠ *ADIVNC. Popularis,* 2. *de Orat.*

TRVX, cis. *truculentus, atrox.* 2. contra Rull. 64. Horridus & trux tribunus plebis. 2. de Diuinat. 133. Ceruice anguina, aspectu truci. 2. de Nat. 107.

E trucibusq; oculis duo feruida lumina flagrant.

TV. *persona tua.* pro Rab. 13. Tu mihi etiam legis Portiæ, tu Gracchi, tu horum, &c. mentionem facis. L. TVTE.

TVBA, bæ. *buccina.* 2. I. C. 13. Cùm tubas & signa militaria scirem esse præmissa. pro Syll. 17. Ille arma misit, cornua, tubas, falces. pro Mur. 132. Tubarum sonus. 4. ad Heren. 22. In bello sonitum tubæ ferre non potes.

TVBVS. bi. *fistula.* 2. de I. 2. Ductus aquarum, quos isti tubos & euripos vocant. *alij Nilos.*

TVENDVS, a, um. Epist. lib. 1. ep. 9. Nunc à quibus tuendus fuerat, derelictus est. & ep. 2. Ad tuam dignitatem tuendam. 6. I. V. 140. Vt quisque eis rebus tuendis conseruandisque præfuerat Epist. lib. 3. ep. 12. Quomodo eatuear, quæ mihi tuenda sunt. & lib. 5. ep. 16. Tuenda tibi est dignitas. 2. contra Rull. 5. Cogitatio tuendi consulatus. de Senect. 58. Xenophontis liber de tuenda re familiari. Lentulo lib. 1. Tutus est nunc ab iis, à quibus tuendus fuerat, derelictus. de Nat. lib. 1. Vt mihi velim, nolim, sic certa quædam tuenda sententia. 3. Verr. Aedem Castoris, Iudices, P. Iunius habuit tuendam, &c. Lentulo lib. 1. Mihi videret animum hominis ab omni alia cogitatione, ad tuam dignitatem tuendam traducere. 3. de Finibus. Atque etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas amicitias, & reliquas charitates, quid natura valeat, hæc vna cogitatio potest tradere.

*Frag. ep. Maiore cura tuenda esse quæ parta sunt. pro A. Gabin. Omnes amicitias tuendas semper putaui summa religione & fide.

✠ *ADVER. Admodum sua cuique,* 1. *Offic.*

TVENS, tis. *defendens.* 2. de Leg. 9 Ille cœlum atque terras tuens & regens Deus.

✠ *ADVERB. Munificè, & æquè,* 5. *de Finibus.*

TVEOR, eris. *tutor, conseruo, seruo, custodio, foueo, præsideo.* 4. I. C. 22. Quæ quidem non minore labore tueor, quàm comparo. Postquam. in Sen. 4. Non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tuebantur. pro Sest. 38. Hæc ea conditione gesseram, vt meum factum semper omnes præstare tuerique deberent. 1. de Orat. 172. Armis prudentiæ causas tueri atque defendere. pro R. P. 41. Hunc Cæsar solus tuetur & sustinet. Attic. lib. 1. ep. 14. Sic tueor, vt possum, illam à me conglutinatam concordiam. 3. de Nat. deor. 47. Natio dea, quòd partus matronarum tueatur. Atr. lib. 11. ep. 1. Huius pecuniæ permutatione facilè fidem nostram tuebere. & lib. 11. ep. 4. Luctum, vt possums, tueor apud hos. pro Deiot. 22. Tueri fines suos ab excursionibus hostium. Attic. lib. 2. ep. 20. Cæcilium quibus rebus possumus, tueor diligenter. Epist. lib. 5. Quod reliquum est, tuum munus tuere. de Clar. Orat. 171. & 8. Philip. Atque etiam L. Paulus. Africani pater, personam principis ciuis facilè dicendo tuebatur. 2. Offic. de Diu. lib. 2. & Tusc. q. lib. 5. Ab hoc igitur genere largitionis, vt aliis detur, aliis auferatur, aberunt hi qui Rempub. tuebuntur. 3. de Leg. Tuentor Censores vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia. Brutus ad Cic. lib. 11. Si de tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis peterem, vt dignitatem meam tuerêre. 3. in Catil. 117. Illud perficiam profectò Quirites, vt ea quæ gessi in consulatu, priuatus tuear atque ornem. ad Cælium, lib. 2. Te tamen oramus quibuscunque erimus in terris, vt nos, liberosque nostros ita tueare, vt amicitia nostra, & tua fides postulabat. At. 380. & 2. in Ver. Quo magis amplexetur ac tueatur iudicium suum. Cat. 70. Vt essent qui terras tuerentur. pro Leg. Manil. 6. Vobis turpissimum sit, illud quod accepistis, tueri & conseruare non posse. de Finibus lib. 2. Tueri amicum. 2. Philip. & pro Cæl. Tueri beneficium. Offi. 1. Tueri commoda hominum. 3. Tusc. Tueri vitæ communem cultum atque vsitatum. 2. Tusc. Dignitatem tueri. pro Deiot. Fines suos ab excursionibus hostium tueri. Diu. lib. 2. Tueri instituta maiorum sacris, ceremoniisque retinendis. Tusc. quæst. lib. 1. Tueri mores & instituta vitæ. & lib. 5. Tueri munus Geometriæ. Cat. Tueri munus

officij.

officij.8.ad Attic.ep.13.Tueri negocia.3.Fam.ep.9.Tueri omnia officia.13.Fam.ep.5.Tueri ordinem Senatorium.5.Fa. ep. 9. Vatinij tueri patrocinium.13. ad Attic.ep.47.Tueri pollicitum.de Amic.50.Non est enim inhumana virtus,neque immunis, neque superbia, quæ etiam populos vniuersos tueri, eisque optimè consulere soleat.7.in Ver.37.Tueri prouinciam. *pro, munus obire.* Tusc.q.lib.1.2. Tueri rem domesticam ac familiarem. 13. Fam.ep.49.Tueri rem,gratiam & autoritatem suam. . de Fini. 84.Tueri & munire se benevolentia multorum. *ibi.* 73. Tueri se sua sanctitate.15.Fa.ep.2.Tuerétur se vigilanter. 1. Off.11.Tueri se,vitam,corpúsque. *ibid.*17.Tueri societatem hominum. de Finib lib.5.65.Tuens munificè & æquè societatem coniunctionis humanæ.

✠ ADVERB. *Castissimè virginem, facilè personam dicendo,de Cla.Castissimè quid religione,de Arusp.Commodius vectigalia,12. Famil. Demissè se,diligenter aliquem,fortiter,honestissimè dignitatem,parum fortiter se,2.Attic.Diligentissimè ac defendere,mirificè & diligere,13.Famil.Facilè ac defendere causas,rectè quid in causis,1.de Orat.Facilè maiestatem,pro Sest. Flagitiosè, malè iudicia,2. in Verr. Honestissimè aliquem,14. Attic. Lautiùs,melius,1.Tusc.u. Maximè firmissima argumenta,2.de Ora.Perfacilè se,priuatim sacra, Publicè sacra,7.Verr.Præclarè,2.de Finib. Prudenter,ep.4. ad Brut.Sanctissimè cæremonias,1.de Natu.Vigilanter se,15.Fam.*

TVGVRIVM, rij. *casa.*pro Sest. 93. Tugurium vt iam videatur esse illa villa.

TVITIO,onis. *custodia.* Top. 90. Natura partes habet duas, tuitionem sui,& vlciscendi ius.

TVM. *tunc,partim,modo.*At lib.7.ep.6.Nisi fortè illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. 1. de Inuent. 30. Tum cum.*id est,tunc cùm.*pro Cluent.179.& pro Muræ 26. Quid tum inde.3.I.V.63.Tum præterea.& 2.in Ver.55.Deinde tum,&c. 2.de Inu.49.& Postqu. ad Quir. 22. Tum etiam. *id est, præterea.* Tum denique,&c.Ep.lib.14.ep.2.& 2.de Ora.315.& 82.Primùm, &c.deinde, &c. pòst, &c.tum ad extremum, &c.pro Flacc.94. Cùm alia multa certi homines,tum hoc vel maximè moliuntur,vt,&c.2.de Orato.182. Animos iudicum conciliari ad benevolentiam,cùm erga oratorem,tum erga reum.Quint. frat.li. 1.ep.2. Cùm spe sum maxima,tum maiore etiam animo. pro Mar.3.Cùm summo consensu senatus,tum præterea iudicio tuo grauissimo.Epi.lib. 4.ep.11. Cùm in omni re,tum in hoc maximè negocio.1.de Inu. 66.Ex his illud perspicuum est approbationem tum adiungi,tum non adiungi.At lib.9.ep.4. Scripsisti epistolam ad me plenam consilij, summæque tum benevolentiæ,tum etiam prudentiæ. & *ibidem.* Differo in vtramque partem tum Græcè,tum Latinè.4.I. V. 107. Tum semper, tum in his rebus.1.de Inu.17.Eius autem genera, &c.quinq; sunt.Nam tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere:tum inter se duæ leges aut plures discrepare:tum id quod scriptum est,duas aut plures res significare videtur:tum ex eo quod scriptum est,aliud quoque quod non scriptum est, inueniri: tum vis verbi exquiri.1.de Nat.34.Modò vnum, tum autem plures. de Amic.13.& Top.31.Qui tum hoc,tum illud dicit. L. CVM.

☞ Syntaxis. *Quid tum inde? Tum præterea. Deinde tum. Tum etiam, Tum ad extremum. Cùm alia vides, tum hoc maximè. Modò vnum, tum plures video.*

TVMEO,es.*turgeo,in tumore sum.*3.Tusc.19.Sapientis animus nunquam turgescit,nunquá tumet.At. li.14.ep.4. Tumeo negocia.

TVMESCO,scis. *turgesco.*1.de D.13.

Inflatum mare cùm subitò penitusq; tumescit.

✠ ADVERB. *Penitus.*1.*de Diuin.*

TVMIDVS,a,um.*turgidus,tumore præditus,inflatus.* in Vat. 4. Serpens inflato collo,tumidis ceruicibus.3.Tusc.19. Membrum tumidum ac turgidum vitiose habet.

TVMOR, oris.*inflatio.*Attic.lib.14.ep.5. Ne deserere videret hunc rerum tumorem.3.Tusc.19.Num manus rectè affecta est, cùm in tumore est.4.ad Here.16.Corporis bonam habitudinem tumor imitatur & lib.2.8.Tumor,liuor.& 44.Mortuus,deformatus,tumore præditus.4.Tusc.81.Repentinus oculorum tumor.3. Tusc.26.Cùm tumor animi resedisset.& 4.Tusc.63.Vetat Chrysippus, ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere. & 3.Tusc.76.Erat enim in tumore animus.At.lib.14.ep.5.Ne deserere videtur hunc rerum tumorem.

✠ ADIVNC.*Recentes,repentinus oculorum,*4.*Tusc.*

☞ Syntaxis. *Animus turgidus, tumens. Negocium tumeus. Vitiosè se habet membrum tumidum ac turgidum. Membrum esse in tumore. Tumore præditus homo. Resedit iam animi tumor. In tumore animum esse. Rerum omnium tumor,id est,motus,perturbatio.*

TVMVLTVOR, aris.*turbæ facio,inquietus sum.*pro Cæl.36.Quid tumultuaris soror?quid insanis?2.contra Rull.100. Qui sæpe & sine causa tumultuer.1.Offi.80. Tumultuantem de gradu deiici,vt dicitur.4.ad Heren.22.In ocio tumultuaris,in tumultu solus es ociosus. * Academ. Clamat Zeno, & tota illa porticus tumultuatur.

TVMVLTVOSIVS. Attic.lib.5.

TVMVLTVOSISSIME. *pertumultuosè,maximo tumultu.*4.I.V.37. Quàm tumultuosissimè aliquem adoriri.

TVMVLTVOSVS,a,um. *turbulentus.*Epi.lib. 2. ep.12.Ita tumultuosæ conciones, ita molestæ Quinquatriis afferebantur. 1. de Inu.4.Seditiosa & tumultuosa vita.*Oecon.1.Dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur.

TVMVLTVS,tus. *motus, trepidatio.*5.I.A.31. Tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere.pro Deiot. 20. Num quæ trepidatio?num qui tumultus? 2. I. C. 26. Vrbi sine vestro motu ac tumultu,satis esse præsidij prouisum est.Att.lib.5.ep.21. Quo autem die literæ Cassij victrices in senatu recitatæ sunt, eodem meæ tumultum nunciantes 8. I. A. 3. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur: vnde etiam nomen ductum est tumultus. & *ibid.* Potest esse bellum sine tumultu:tumultus sine bello esse non potest.

✠ ADIVNC. *Ciuilis,*1.*Famil. Domesticus, finitimus,*8. *Phil.Magnus,*15.*Fam.Maximi,*16.*Famil. Proximus, pro Sex.Rosc.Tanti,*3.*Ver.Terribilis,Orat.*

TVMVLVS,li. *locus ex terra leuiter eminens.*Anteq. 24. Dij deæque immortales,qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam.7.I.V.92.Ignis é specula aut tumulo sublatus,prædonum aduentum significabat.2.I. C. 24. Tumuli syluestres.1.de D.18.

—Cum tumulos Albano in monte niuales.

2.de Leg.66.Demetrius super terræ tumulũ noluit quid statui, nisi columellam.At.li.14.ep.13. Quæris,vtrum magis tumulis prospectúque,an ambulatione delecter?

¶ *Sepulchrum.*3.Tusc.65.

Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos.

pro Ar.24.Cùm Alexander in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset,inquit,&c. 2.de Leg. 57. Iniecta gleba tumulis & humatus est,& gleba dicitur.pro Milo.86. Albani tumuli atque luci. * 2.de Glor.Vt suum tumulum multis etiam pòst seculis prætereuntes sic loquantur.

✠ ADIVNC.*Excellens, Anteq Niuales,*1.*de Di.*Poëtæ. *Syluestres,*2.*Catil.*

TVNC.*tum,illo tempore,per id temporis.*1.ad Her.21.& Att.lib.1.ep. 9.& in Verr.Temporibus illis Offi.lib. 3.I. A.7.Sed erat tunc excusatio oppressis,nunc nulla est.& de Am.11.Etiam tunc.

TVNDO,dis.*cædo,pulso,verbero.*7. I. V. 141. Cùm illi iacenti latera tunderet.& *ibid.*Bacillo oculos alicui tundere.2.de Or.162. Eandem incudem diem noctémque tundere.

✠ ADVERB. *Nihilominus,vehementius,*7.*in Verr.*

TVNICA,cæ.*vestis breuior sine manicis,virorum & Romanorum propria,quæ autem manicas haberet,non sine probo gestabatur.* 6.in Ver. 55.Verres cum tunica pulla & pallio.& 7.Ver.31.Iste cum pallio purpureo tunicáque talari.2.I.C.22.Manicatæ & talares tunicæ. 2.de Or.195.Vt discinderem tunicam,& cicatrices ostenderem. 5.Tusc.60.Cum pila ludere vellet,tunicámque poneret, adolescentulo gladium tradidit.

✠ ADIVNC.*Manicatæ,talares,ac tritæ,*2. *de Or. Pulla,*6.*Ver. Soliuaga,*10.*Fam.Talaris,*7.*Ver.*

TVNICATVS,a,um.2.contr.Rull. 93.Iam verò qui metus erat ✠ tunicatorum illorum? ‖ & pro Cæl. 11.Ludo campestri tunicati vteremur.

TVNICVLA, purpurea.de Leg.lib.2.

TVRBA,bæ.*multitudo,conuentus hominum,vulgus,seditio,vis.*2. I. V. 19.Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem.& Act.3. 137. Domus erat non meretricio conuentu,sed prætoria turba referta.1.de Nat.39. Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum.2.de Orato. 314.Mediocria in mediam turbam atque in gregem coniiciantur.de Clar. 332. Turba patronorum & vulgus patronorum.de Sen.85.Cùm ex hac turba & colluuie discedam.3.Tusc.46.Turba stultorum.* Acade.Conuocata de hortulis in auxilium quasi libera turba temulentorum.

¶ *Copia.*de Cl.122. In hac turba nouorum voluminum.

¶ *Tumultus, vis,seditio.* pro S. R. 91. Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur.6.I.V.148.Ecce autem noua turba atque rixa.& Act. 7.31. Facere maximas turbas in castris.

¶ *Discrimen,dubium.*Attic.lib.6.epistо.1.Magna turba est. Epist. lib. 6. epistо. 6. Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba, quantáque in confusione rerum omnium viueremus.

✠ *ADIVNC. Magna,1. Attic. Maior,13. Attic. Maxima, 7. Verr. & 12. Fam. Media, similis,2. de Ora. Nocturna in Pis. Noua,5. Verr. Prætoria,3. Verr. Vana,1. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Turbam deorum congregare. In mediam turbam, & in gregem conijcere aliquid. Voluminum turba. Turba & colluuies. Vis ac turba bella. Turba & rixa. Turba & confusio rerum.*

TVRBATVS, a, um. 2. I. C. 19. Turbata respub.). *quieta.* pro Planc. 11. Placare mentes turbatas.

TVRBIDE. *turbulentè.* 4. Tusc. 24. Iactantibus se opinionibus inconstanter & turbidè.

TVRBIDVS, a, um. *impurus, sordidus.* 5. Tusc. 97. Cùm aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibisset.

¶ *Confusus.* 1. Tusc. 80. Mens, quæ omni turbido motu semper vacet. & lib. 4. 34. Turbidi animorum concitatique motus.

¶ *Miser, calamitosus, aduersus.* Ep. lib. 6. epist. 14. Si turbidissima sapienter ferebas, tranquillissima lætè feras. 2. I, A. 39. Homines cùm in turbidis rebus sunt, tamen interdum animis relaxantur. 1. de Diu. 101. In turbidis rebus, &c. 1. de Inu. 4. Turbida tempestas. pro Syll. 43. In quo ego tam subito & exiguo & turbido tempore multa diuinitùs dixi.

☞ Syntaxis. *Aqua turbida. Motus mentis non turbidus, nec concitatus. Turbida tempora, res.*

TVRBO, as. *perturbo, obturbo, misceo.* 1. de Nat. deor. 33. Aristoteles multa turbat, à magistro Platone dissentiens. Quint. fr. lib. 3. ep. 1. Et simul ne quid ille turbet, vide. 3. de L. 19. Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. 4. I. V. 123 Non modò illa permiscuit, sed etiam in his turbauit. de Arusp. 46. Miscere & turbare omnia,

TVRBOR, tis. Qu. fr. lib. 3. ep. 9. Ad te ne hæc quidem scribo, quæ palàm in repub. turbantur. pro Cluen. 138. Mare quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitatur atque turbatur.

¶ *Rapior.* 1. de Fin. 34. At id ne feræ quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, vt earum motus atque impetus, quò pertineat, non intelligatur.

TVRBATVR. *turbæ excitantur.* pro Syll. 57. Si in Hispania turbatum esset.

TVRBO, inis. *coni figura inuersa.* de Fat. 42. Reuertitur ad cylindrum & turbinem suum: quæ moueri incipere, nisi pulsa, non possunt. Id autem cum accidit: suapte natura quod supereſt & cylindrum volui, & versari turbinem putant.

TVRBO, nis. *ventus omnia turbans & inuoluens.* 3. de Nat. d. 51. Imbres, nimbi, procellæ, turbines, cæteræque tempestates. 3. de Or. 155. Vndique omnes venti erumpũt, sæuì existunt turbines. pro Cæl. 79. Aliquem tanquam turbine aliquo aut subita tempestate peruerti. pro Dom. 137. Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis & otij. pro Sest. 25. Cùm illi essent duo Reip. turbines. Ep. lib. 12. ep. 25. Vt Minerua, quam turbo deiecerat, restitueretur. I. P. 20. Qui maximis turbinibus ac fluctibus Reipub. nauem gubernassem.

✠ *ADIVNC. Maximi, in Pis. Sæui,3. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Turbo, nimbus, procella. Turbo aut subita tempestas. Procella, turbo & tempestas pacis. Maximis turbinibus ac fluctibus Reipu. nauem gubernare.*

TVRBVLENTE. *turbulenter.* pro Dom. 139. Raptim & turbulentè facere aliquid. 4. Tusc. 60. Qui non turbulentè humana patiantur.

TVRBVLENTER. *turbidè.* Epist. lib. 2. ep. 16. Nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus.

TVRBVLENTVS, a, um. *turbidus.* 7. I. V. 26. Magna & turbulenta tempestas. Epist. lib. 2. ep. 18. Tempora mihi quidem turbulenta videntur fore. I. P. 33. Meum turbulẽtissimum tempus tuo tranquillissimo præstat. Orat. 63. Res placatæ & minimè turbulentæ. 1. de Fin. 20. Turbulenta conuersio atomorum. 2. de N. deor. 70. Errores turbulenti. pro Cæc. 34. Ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. 2. de Or. 48. Seditiosus ciuis, & turbulentus. & 135. Turbulentus & malus ciuis. de Clar. 108. Ciuis vt vita, sic oratione turbulentus. Partit. 77. Graue, insedatum, turbulentum. Att. Regem mecum habui turbulentis in rebus. 4. Tusc. 9. Animus turbulentus. 1. de Finib. 5. Libido, temeritas, ignauia, mens turbulenta. 12. Fam. ep. 10. Turbulenta Resp. ad Att. li. 7. ep. 11. Negocium turbulentum. & lib. 4. ep. 3. Concliones turbulentæ Metelli, temerariæ Appij, furiosissimæ Publij. 15. ad Attic. ep. 3. Turbulenta consilia. de Vniu. 39. Quæ turbulenta ex igne, aëre, aqua, atque terra, & rationis expertia homini insederint, cùm ipse ratione depulerit, & ad primam atque optimam affectionem animi peruenerit. de Clar. orat. 103. Tribunatus turbulentissimus. pro Sylla 40. In illa turbulentissima tempestate Reipu. mea sponte despexerim. 9. Fam. ep. 1. Turbulentissimæ res.

✠ *ADVERB. Necessariò, pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Placatum, ac minimè turbulentum. Turbulenti errores. Seditiosus ciuis, ac turbulentus, mens, Respub. negocium, concio, errores, tempestas, tempus, res turbulenta.*

TVRGEO, ges. *tumeo, inflatus sum.* 4. ad Her. 16. Oratio, quæ turget & inflata est.

TVRGESCO, scis. *tumesco.* 3. Tusc. 19. Animus sapientis nunquam turgescit, nunquam tumet.

✠ *ADVERB. Penitus, 3. Tusc.*

TVRGIDVS. *tumidus, inflatus.* 3. Tusc. 19. Membrum tumidum ac turgidum vitiosè se habet.

TVRMA, mæ. *equitum ordo.* Attic. lib. 5. ep. 21. Appius noster turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminios coërcere. Ep. lib. 15. ep. 4. Equitum turmæ. Att. lib. 6. ep. 1. Turma auratarum equestrium. pro Mar. 7. Nihil tibi ex ista laude cohors, nihil turma decerpit.

TVRMALIS, le. *equestris.* 2. de Orat. 262. Turmales statuæ.

TVRPE. *turpiter.* Atti. lib. 7. ep. 17. Turpè pace nobis vtendum est.

TVRPICVLVS, la. *subturpiculus.* 2. de Or. 248. Iocus in turpiculis. rebus & quasi deformibus ponitur.

TVRPIFICATVS, ta, tum. *deformatus.* 3. Offic. 105. Deprauatio & fœditas turpificati animi.

TVRPIS, pe. *inhonestus, deformis, distortus, fœdus, inquinatus, infamis, flagitiosus, habens turpitudinem, nequam.* 1. Offic. 123. Luxuria cùm omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. *ibid.* 127. Quod facere nõ turpe est, modò occultè, id dicere obscœnum est. 2. in Ant. 86. Quid hoc turpius? quid fœdius? 3. Tusc. 36. Quid est autem nequius, aut turpius effœminato viro? 1. Off. 126. Partes corporis, quæ aspectum essent deformem habituræ, atque turpem. pro Fon. 24. Turpis & infamis vita. pro Sex. Ros. 50. Turpissimus & inhonestissimus homo. Attic. lib. 6. ep. 1. Nunc video Metelli *αὐτόχειρα* turpem. & lib. 8. ep. 8. O rem turpem, & ea re miseram. & lib. 9. ep. 4. Hoc turpe & indignum putarent. & li. 8. ep. 11. Iste omniũ turpissimus, & sordidissimus, idem est in Rep. qui semper fuit. de Amic. 40. Neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. pro Quint. 98. Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit. 9. ad Att. ep. 22. Turpis homo. 5. ad Attic. ep. 11. Pugna, ne turpis inueniar. 1. ad Heren. 9. Turpis causa dicitur, cùm ipsa res animum à se auditoris alienat. 2. de Finib. 97. Trecentósque eos quos eduxerat Sparta, quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. 2. Offic. 77. Habere enim quæstui Respub. non modò turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. Itaque quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, nisi auaritia, esse perituram, &c. 8. ad Attic. ep. 8. Quod turpe sit, id solum miserum esse. 1. de Inuen. 92. Turpe genus argumentationis. 1. ad Heren. 9. Turpe genus causæ. 1. Phi. 20. Turpes decuriæ iudicum. de Fin. lib. 4. 75. Turpi nihil turpius. Tusc. q. lib. 2. ✠ 11. Turpissimum est quando cum vita pugnat oratio. ‖ 2. de Or. 226. Quicquid est vocis ac linguæ, omne in istum turpissimum caiidinæ quæstum contulisti.

✠ *ADVERB. Æquè, pro Sex. Ros. Omninò non, 3. Offic.*

☞ Syntaxis. *Turpius, fœdius. Nequius, turpius. Deformem ac turpem aspectum hæc habent. Turpis & infamis vita. Turpe & indignum. Id non modo turpe, sed sceleratum est, ac nefarium.*

TVRPITER. *turpè, obscœnè, nequiter.* Attic. li. 9. ep. 6. Timeo ne quid turpiter faciam. 3. Tusc. 36. Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. At. lib. 6. ep. 3. Hortensius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitiosè ac turpiter. & lib. 7. epist. 2. Cato in me turpiter fuit maleuolus. pro Mil. 9. Turpiter perpeti. L. CALAMITOSE. & FLAGITIOSE.

TVRPITVDO, nis. *deformitas, obscœnitas, infamia, macula, flagitium, dedecus, labes, deformatio, deprauatio, fœditas.* 2. de Orato. 236. Locus & quasi regio ridiculi turpitudine & deformitate continetur. & 242. Verborum turpitudinem & rerum obscœnitatem vitare. 3. de Finib. 38. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo deterreat. de Ar. 32. Sex. Seranus sanctissima facella omni turpitudine fœdauit. pro Dom. 83. In illo pœna legitima turpitudinem non habuit, propter vim temporum. 1. ad Heren. 9. Si causa turpitudinem habebit. pro Fon. 27. Turpitudo, quæ à libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata sit. 7. I. A. 15. Quanta illa erit reip. turpitudo, quantum dedecus, quanta labes? dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium, consulari loco. 3. Off. 105. Nullum est maius malum turpitudine: quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi deber videri? 4. I. V. 191. Vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers.

✠ *ADIVNC. Accusabilis, 4. Tusc. Domestica, pro Rab. Flagitiosa atque insignis, singularis, 4. Ver. Fœdissima, sempiterna, in Pis. Insignis, 3. Verr. Maior, tota iudiciorum, pro Pomp. Maxima, 13. Phil. Nefaria, pro Syl. Plurima, 2. de Finib. Summa, de Ami. Vera.). Ficta, pro Font. Vera, atque insignis, pro Cluent.*

☞ Syntaxis. *Flagitiosè ac turpiter. Turpiter & nequiter. Turpitudo ac deformitas. Turpitudinis fœditas. Fana turpitudine fœdare. Turpitudinem habere, dedecus, labem.*

TVRPO,as. *fodo.* 1. Tusc. 85. & lib. 3. 45. Iouis aram sanguine turpari. Poëtæ. * Incer. Cæsar cum quosdam ornare voluit, non illos honestauit. sed ornamenta ipsa turpauit.

TVRRIS,ris. *celsa moles, angustior, ex lapide, vel materia.* 5. Tusc. 59. Dionysius concionari ex turri alta solebat. de Prou. 4. Macedonia, quæ erat antea multorum imperatorum, non turribus, sed trophæis munita.

✠ ADIVNC. *Altissima, 5. Tusc.*

TVRTVR,ris. *auis nota.* 2. de Fi. 109. Turtures cursu & peregrinatione lætantur.

TVSCVLANVM, & alia. L. THVSCVLANVM, &c.

TVTE. *tuipse.* Epist. lib. 1. ep 8. Vt tute mihi præcepisti. At. lib. 8. ep. 3. Et vt esset, à me est (tute scis) multo antè prouisum. 1. de Orat. 99. Non me tibi negasse, tute paulo antè dixisti. At. lib. 14. ep. 18. Quemadmodum tute scribebas.

TVTE. *tutò.* pro Rab. 25. Qua in causa tutè esse potuisset. 4. ad Her. 56. Attic. lib. 8. ep. 1. Non quæro vbi tutissimè sit. & ep. 12. Nam te hîc tutissimè puto fore. 3. ad Her. 9. Eum tutè viuere, qui honestè viuat. & *ibid.* 13. Tutè cautéque agere aliquid.

TVTELA, læ. *fides, commissio, defensio, patrocinium, clientela. Est autem tutela (vt Seruius Sulp. definiuit) ius ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem suam se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa; quæ definitio, quoniam pupillares modò tutelas comprehendit, si generalem facere vis, vt etiam mulierum, & furiosorum tutelas contineat, à definitione tibi sunt illa verba remouenda, Per ætatem suam.* Att. lib. 1. epist. 4. De tutela legitima. in qua dicitur esse puella, nihil vsu capi potest. pro Quin. R. 16. Fraudare pupillum, qui in tutelam peruenit. 1. de Orato. 180. Nisi posthumus, antequam in suam tutelam veniisset, mortuus esset, & 2. de Orat. 193. Filius eius paruus, qui tibi in tutelam est traditus. 1. Offic. 85. Vt enim tutela, sic procuratio Reip. ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa, gerenda est. pro Flac. 84. Nihil potest de tutela legitima, sine omnium tutorum autoritate diminui. de Prou. 35. Quare sit in eius tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati commendata est. 4. de Fi. 38. Vt omnia illa prima huius tutelis subiiciantur: itaque non discedit ab eorum curatione, quibus præposita vitam omnem debet gubernare. pro Sest. 64. In eius magistratus tutela reges atque exteræ nationes semper fuerunt. 3. Offi. 61. Tutela XII. tabulis erat vindicata. 3. de Natur. deor. 55. Apollo is, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. pro Muræ. 22. Omnia hæc nostra latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis. 4. de Finib. 36. Nullam partem neque animi, neque corporis, vacuam tutelæ reliquerunt. & lib. 3. 66. Salutem hominum in Iouis esse tutela. de Orat. lib. 1. Ac ne is pro quo ipse diceret, turpi tutela, iudicio, atque omni molestia, stultitia aduersarij liberaretur. 1. de Orat. 228. Sulpitius Gallus duos filios suos paruos tutelæ populi commendauit. * 1. de Leg. Nec se intelligunt esse consanguineos, & subiectos omnes sub vnam eandémque tutelam.

✠ ADIVNC. *Legitima, pro Flac. Præclara, 3. Verr. Turpis, 1. de Orat.*

TVTISSIMÒ. *aduerbium.* ad Att. lib. 6. Vbi tutissimò essem.

TVTÒ. *tutè, impunè.* Att. lib. 7. ep. 21. Igitur istic me fac posse tutò: an etiam honestè? pro Sest. 79. Vt à suis munitus tutò in foro esset. Epist. lib. 10. epist. 8. Nec mihi tutò in Senatum venire licet. ✠ & lib. 14. ep. 3.

TVTOR, aris. *tueor.* 2. de N. 143. Genæ tutantur oculos, ab inferiore parte subiectæ, leuitérque eminentes. Anteq. 22. Nihil acerbi mihi erit, quod rempublicam tutabitur. de Somn. 4. Ad rempublicam tutandam. pro Pomp. 14. Vectigalia ad ipsas prouincias tutandas. pro Syl. 61. Hunc tamen per vos tutari conseruaréque cupiunt. 4. in Anto. 2. Qui rempublicam patrimonio suo & tutatus est, & tutatur. pro Sest. 95. Hic est se tutatus.

✠ ADVERB. *Accuratissimè causam, 5. Fa. Copiosius, 3. de Orat. Facilè, 2. de Nat.*

TVTOR, oris. *defensor.* 1. de Ora. 228. Qu. Seruius Galba populum Romanum tutorem instituere se dixit filiorum suorum orbitati. Ep. lib. 13. ep. 61. Instituere aliquem tutorem & secundum hæredem filio suo. pro Flac. 86. Quæcunque sine tutore autore est dicta dos, nulla est. pro Cæc. 72. Quod mulier sine tutore autore promiserit, non deberi. 5. de Fin. 64. Non tutores misimus regibus. pro Mur. 27. Mulieres propter infirmitatem consilij, maiores in tutorum potestate esse voluerunt. pro Flac. 74. Tutor his rebus Græcorum legibus ascribendus fuit. Posteq. ad Quir. 11. Resp. orba consulis fidem tanquam legitimi tutoris implorauit. & Posteq. in Senat. 4. Cùm Respub. non solùm patentibus perpetuis, verùm etiam tutoribus annuis esset orbata. de Arusp. 12. Castus tutor religionis. 3. de Orat. 3. Parens bonus & tutor fidelis. 6. I. A. 12. Patronus & tutor. Attic. lib. 12. ep. 27. Amo illum mortuum, tutor fuit liberis, foram domum diligo. de Clar. 330. Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus.

✠ ADIVNC. *Annui, Posteq. in Sen. Castus religionis, 3. de Arusp. Fidelis, 3. de Ora. Legitimus, Posteq. ad Quir. Vetus, 2. de Orat.*

☞ Syntaxis. *Tutorem alicui instituere. Sine tutore autore id actum est. In tutorum esse potestate. Patronus & tutor.*

TVTVS, a, um. *metu, vel periculo vacuus, tectus, cautus, septus, munitus, sanctus, sacrosanctus, sartus tectus, incolumis, nihil insidiarum habens, in tuto locatus.* pro Dom. 109. Quæ maiores nostri religionibus tuta nobis & sancta esse voluerunt. pro Pom. 31. Quis locus tam firmum habuit præsidium, vt tutus esset? pro Cæc. 44. Fugæ tutam viam quærere. Antequam. 12. Quo enim se satis tutum arbitrabatur præsidio? virtutis & gloriæ? &c. & *ibidem.* 14. Qui hoc imperij domicilium numini deorum consecratum, sartum tectum ab omni periculo conseruaui, & vos vt tutam tranquillamque pacem traheretis, mea perfeci vigilantia. Ep. lib. 10. ep. 31. Tutus ab inimicis. 2. de N. d. 120. Tutus à calore & à frigore. 7. I. V. 38. Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. de Ar. 53. Quare cùm dij immortales monent de optimatium discordiis, in tuto collocant Clodium. Ep. li. 12. ep. 2. Esse in tuto. pro Fl. 31. Multi clarissimi viri, qui cùm prædonem nullum cepissent mare tamen tutum præstiterunt.

✠ ADVERB. *Maximè, 4. Ver. Planè ab insidijs, 10. Fam. Prorsus, 15. Attic.*

☞ Syntaxis. *Hoc illi religionibus suis est tutum ac sanctum. Tutam tranquillamq; pacem trahere. Tutus à. Tutus, clausus, septus contra. In tuto collocari.*

TVVS, a, um. *multitudinis numero.* TVI, *nempe amici, cognati, propinqui.* Attic. lib. 4. ep. 14. Tam longè à tot tuis, &c. 1. de Orat. 45. Panætius ille tuus. & *alibi millies.*

✠ ADVER. *Planè, 3. de Orat. Propriè, 6. Fam.*

TYBA, bæ. *vrbs.* Ep. lib. 15. ep. 1.

TYBERINVS, a, um. pro Pomp. 33. Ante ostium Tyberinum. Philip. 3. Canutius Tyberinus.

TYBERIS, ris: TYBRIS: *fluuius, quo Roma alluitur. Potest etiam cum iota scribi, autoribus bonis.* At. lib. 12. ep. 20. Cogito trans Tyberim hortos aliquot parare. 5. I. C. 5. Vt Tyberis inter eos & pons interesset. Att. lib. 15. Cùm esset trans Tyberim in hortis.

TYBVRS, tis. L. TIBVRS.

TYCHE, es. *vrbs Siciliæ.* 6. I. V. 119. Tertia est vrbs, quæ quòd in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata est.

TYMBOS. *bustum.* 2. de Legib. 64. Si quis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit.

TYNDARVM, ri. *vrbs Siciliæ.* 7. I. V. 127.

TYNDARITANI, orum. 4. I. V. 156.

TYNDAREVS, rei. de Fat. 34.

TYNDARIDÆ fratres. *Castor & Pollux.* 1. Tusc. 28. & 3. de Na. 2. de Orat. 352.

TYPVS, pi. *signum, forma.* Atti. lib. 1. ep. 8. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio attioli possim includere. Attic. lib. 4. epi. 12. *Τύπωσαφῶν κατάσχεσιν τύπῳ δὸς. id est, Præsentem statum forma aliqua designato.*

TYRANNICÈ. *superbè, crudeliter.* 5. in Ver. 115. Regiè, seu potiùs tyrannicè statuit. Att. lib. 10. Vide quàm ad hæc *ὑφαιμῶ*.

TYRANNICVS, a, um. 1. de Legib. 42. Leges tyrannicæ. pro Do. 110. Priuilegiis tyrannicis irrogatis. 2. ad Heren. 49. Tyrannicum factum.

TYRANNO, onis. *viri nomen.* Qu. fr. lib. 2. ep. 1. & Att. lib. 4. ep. 4.

TYRANNIS, dis. *dominatio, regnum, crudelissimus dominatus.* Attic. lib. 7. ep. 5. Ex victoria cum multa mala, tum certè tyrannis existet. 2. Tusc. 52. Potius quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. Att. lib. 14. ep 9. O dij boni, viuit tyrannis? & li. 8. ep. 3. Idem facere quod in Cinnæ dominatione, & Marij tyrannide Philippus. 3. Off. 90. Occupare tyrannidem. Attic. lib. 14. ep. 18. Sublato enim tyranno, tyrannida manere video.

TYRANNOCTONVS, ni. *tyranni interfector.* Atti. lib. 14. ep. 16. Sustulit simulationem desiderij, ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. item lib. 16. ep. 14. & Fam. lib. 12.

TYRANNVS, ni. *ereptor libertatis, ciuitatis oppressor.* 6. I. V. 123. Imagines Siciliæ regum ac tyrannorum. & *ibidem.* At videte, quanto hic retrior tyrannus. in Vat. 23. Intolerandus tyrannus. 5. Tus. 57. Dionysius Syracusanorum tyrannus fuit: is cum v. & XX. natus annos dominatum occupasset, diu seruitute oppressam tenuit ciuitatem. pro Milon. 36. Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? 13. I. A. 18. Qui erant in eum tyranni. pro Deiot. 15. Esse tyrannum in aliquem. Att. li. 7. ep. 19. Cupido coniungendi cum tyranno. *id est, Cæsare.* & *ibid.* Phalaris & Pisistratus. 3. de Nat. deor. 82. Dionysius & Apollodorus tyranni. 1. de D. 53. Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. 3. Offi. 32. Nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potiùs summa distractio.

✠ ADIVNC. *Crudelis, pro Do. Crudelis & immanis, 3. Offi. Crudelissimus, 2. Fa. Crudelissimus, importunus,*

atque amens,6.Ver.Firmi opibus & voluntate,4.Fa. Glorioſus fama,gratus beneficio,2.Phil.Inſani,5.Ver. Intolerandus,in Vat.Libidinoſus, crudeliſque,3.Ver. Multi & crudeles,7.Ver.Teter & crudelis,6.Philip.

☞ Syntaxis. *Ille tyrannus eſt in omnes.*

TYRESIAS,ſiæ.*augur & vates Thebanus.*1.de Diu.88.De Tyreſia etiam apud inferos Homerus ait, ſolum ſapere, cæteros vmbrarum vagari modo. de eod.de N.d.lib.2.7.& Tuſc.li.5. 115.

TYRIVS,a,um.7.I.V.145.pro Flaec.70.Purpura Tyria.* Hortenſ. Nicomachus Tyrius.

TYRO,onis.*nouus miles, rudis in aliqua re, qui aliquam artem diſcit. Vet.veteranus miles.*Ep.lib. 10, ep. 24. Quantum autem in acie tyroni ſit committendum, ſcimus.2. Tuſc.38. Aetas tyronum.11. I. A.39.Tyrones milites.& 12.Phi.27.Cùm eſſem tyro in Pompeij exercitu.pro S.Roſc.17.Qui nuper ſe ad eum laniſtam contulit, qui cùm ante hanc pugnam tyro eſſet,facilè ipſum magiſtrum ſcelere atque audacia ſuperauit.1.I.V.47.L. Apuleius vſu atque exercitatione tyro. & 4.in Ver.37.Tametſi nõ prouinciæ rudis erat & tyro.1.de Orat.218.Fateor enim oratorem, nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atque hoſpitem in agendo eſſe debere. 1.Offic. 36.In Pompilij exercitu Catonis filius tyro militabat.

✠ ADIVNC.*Egentiſſimi,*1.*Phil.*

☞ Syntaxis. *Tyro miles. Vſu tyro. Verbis rudis ac tyro. In hac re ſum rudis ac tyro,peregrinus, hoſpes.Tullius tyro militauit.*

TYROCINIVM,nij.*rudimentum.*in Sal.14.At lapſus ætatis tyrocinio,poſtea ſe correxit,&c.

TYROTARICHVS,chi. *cibi genus,cuius confectionem docet Apicius lib.*4.Attic.lib.14. ep. 17.Eo die in Pæti noſtri tyrotarichum imminebam.& li.4.ep.8.Multa me in epiſtola tua delectarunt; ſed nihil magis quàm patina tyrotarichi.Ep.lib.9.ep.16. Quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? *ibid.* Tu verò ad tyrotarichum antiquum redi.

✠ ADIVNC.*Antiquus,*9.*Famil.*

TYRRHENVS,a,um.*Thuſcus.*1.de Di. 19.Tyrrhenæ gentis aruſpex.*Eleg.

Iam mare Tyrrhenum longè penitusq; palumbes
Reliquit.——

TYRVS,i.*vrbs Phœnicia.*7.I.V.144.Quæ nauis Tyro venerat.

TYSIAS,ſiæ.*princeps & inuentor artis rhetoricæ.*2.de Inu. 6. &1.de Orat.91.

V

Ex Latinis literis vocalibus vltima eſt.

¶ Eſt etiam nota V, quinque ſignificans.

¶ Interdum pro Y vſurpatur: vt Sulla, pro Sylla: Sullanus, pro Syllanus.

VACATIO,onis. *feria, ceſſatio,immunitas.* pro Syl.26.Me neque rerum geſtarum vacatio, neque ætatis excuſatio vendicat à labore. pro Cæl.30.Erat enim meum deprecari vacationem adoleſcentiæ,veniámque petere.1.de Leg. 10.Ego verò ætatis potius vacationi confidebam.1.de Nat. d. 53. Nos vitam beatam in omnium rerum vacatione ponimus. de Cla.117.Vacationem augures,quo minus iudiciis operam dent, non habere.pro Fon.7.Falſum eſt ob vacationem precium datum,cùm immunis nemo fuerit.5.in Anto.53.His liberisque eorum militiæ vacationem eſſe placet.& 31. Delectum haberi ſublatis vacationibus.6.in Verr. 23. Pro hiſce rebus vacatio data eſt laboris,& ſumptus,& militiæ,& rerum omnium.Epi. lib. 9. ep.6.Quæ ſtudia vacationem habent publici muneris.4.Acad. 121.& Att lib.1.ep.16. Ne vacationes valerent.1.de Leg.11. Nullam tibi à cauſis vacationẽ dari video.7. I. V.57.Quod tam immune municipium? quod per hos annos tam commoda vacatione ſit vſum omnium rerum? * Frag. ep. Quod mihi vacationem das.

✠ ADIVNC.*Commoda,*7.*Verr.*

☞ Syntaxis. *Vacatio militiæ ſenibus eſt. Philoſophia vacationem habet rerum publicarum. Nulla à cauſis vacatio data Ciceroni.*

VACCA,cæ.1.de Nat.d.78. Cur non geſtitet tautus equæ contrectatione? equus vaccæ?

VACCVS,ci.pro Dom.102.In Vacci pratis domus fuit M. Vacci.

VACEI.pro Plan.84.Putabã in Vaceis dicturum. *error.pro Nicæis.*

*VACILLANS,tis.pro Q.Gall.Partim ex vino vacillantes.

VACILLO,as. *nuto,labo,fluctuo,titubo.*1.de Nat. d. 108. Nec verò exitum reperitis,réſque tota vacillat ac claudicat.3.Off.118. Iuſtitia vacillat,vel iacet potius.1.de Finib.66.Quo loco videbitur ſtabilitas amicitiæ vacillare de Cl.216.Curio in vtramque partem toto corpore vacillans.At.li.12.ep.1.Vacillare memoria. 2. I.C.21.Partim etiã ſumptibus in vetere ære alieno vacillant.3.I. A.31. Antonius cũ vna legione, & ea vacillante L.frattrem expectat.Ep.li.16.ep.15.Accepi tuã epiſtolam, vacillantibus literulis.

☞ Syntaxis. *Vacillans & claudicans res,memoria. Corpore vacillare. Vacillantibus literulis epiſtola.*

VACANDVM.1. Offic. 69. Vacandum eſt omni animi perturbatione.

VACANS,tis. *ocioſus,minimè occupatus.*Epiſt.lib.8.ep.3.Hoc mihi iucundiſſimum vacanti negocium erat,tecum id ocij tempus conſumere.

¶ *Expers.*1.de N.25.Si ipſa mẽs conſtare poteſt vacans corpore.

VACO, as. *Nihil ago,ceſſo,ocium habeo,ociumeſt,ocioſus ſum.* Epiſt. lib.12.ep.30.Quamuis enim occupatus ſis, ocij tamen plus habes:aut ſi ne tu quidem vacas,noli mihi moleſtiam exhibere.1. de Diu.10.Ita tamen,ſi vacas animo,&c.At.lib.12.ep. 37.Scribes aliquid,ſi vacabis.pro Deiot.27.Deiotarus quicquid à bellis populi Romani vacabat, cum hominibus noſtris conſuetudines amicitiáſque iungebat.

¶ *Otior,abſtineo.*2.de N.56.Cœleſtem ordinẽ,qui vacare mente putat,is ipſe mentis expers habendus eſt.1.de Nat.deor.2.An dij ab omni curatione & adminiſtratione rerum vacent.

¶ *Sum expers,ſum ſine,ſum liber à.*de Cla.271. Nullum tempus illi vnquam vacat aut a forenſi dictione,aut à ſcribendo.Sall.in Ci. 5.Cuius nulla pars corporis à turpitudine vacat.1.Of.4.Nulla vitæ pars vacare officio poteſt.Orat.199. Quare id vacare numero non oportet.1.Offic.136. Sic eiuſmodi motibus animus debet vacare.3.de Fini. 35.Sapiens perturbationibus ſemper vacabit.2. de Nat.64.Natura ætherea vacat ea parte corporis, quæ,&c.1. Tuſc.65.Animus & terra vacat,& humore.1.Offic.130. Hiſtrionum nonnulli geſtus ineptiis non vacant.Ep.lib.7. ep. 3. Vacare culpa,magnum eſt ſolatium.& li.2.ep.1.Præſertim cùm in quo accuſabar,culpa vacarem.3.de L.10.Is ordo vitio vacat.Epi. lib. 4.ep.8.Qui locus hoc dominatu vacat?2.Tuſcul.64. Amplitudo animi vna eſt omnium rerum pulcherrima,eoque pulchrior,ſi vacet populo,&c.1.Off.62.Ea animi elatio,quæ cernitur in periculis & laboribus,ſi iuſtitia vacat, pugnátque non pro ſalute communi,ſed pro ſuis commodis,in vitio eſt.de Sen.34.Senum ætas vacat muneribus iis,quæ non poſſunt ſine viribus ſuſtineri.11.I.A.38.Qui viriſque armis vacant.1.de Nat. d.65.Nihil eſt quod vacet corpore:corpotibus omnis obſideturlocus.1.de Le. 8.Vacare cura & negocio.Bru. ep.17.Qui noſtra refert, victum eſſe Antonium?ſi victuseſt,vt alij vacaret quod ille obtinuit? & Att.lib.12.ep.11.Tota domus vacat ſuperior.& lib.13.ep.50.Villa ita completa militibus erat, vt vix triclinium vbi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet,vacaret.1.de N. d.16.M.Piſo ſi adeſſet, nullus Philoſophiæ vacaret locus.

¶ *Operam do,nauo.*3.de Orat.40.Domicilium tantum in illa vrbe remanet ſtudiorum,quibus vacant ciues.1.de Di.11. Ego verò,inquam,Philoſophiæ ſemper vaco.

VACAT, *ocium eſt.*2.de Di.7.Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum vacabit à publico officio & munere.

✠ ADVERB.*Omninò,*35.*Tuſc.*

☞ Syntaxis. *Vacare curis, morbo,culpa. Quicquid vacat à bello,id totum,&c. Deus mente non vacat,à curatione mundi. Vita officio,vrbs legibus,vita laboribus, domus militibus vacans. Vacare diſciplinis. Vacare ab officio.*

VACVITAS,tis.*ceſſatio,quies.*1. Offic.73. Quo magis his & magnitudo animi eſt adhibenda,& vacuitas ab angoribus.de Fin. li.1.37. Vacuitas omnis moleſtiæ.& li.2.36.& 35.Vacuitas doloris. 5.Tuſc.42.Securitatem nunc appello, vacuitatem ægritudinis.

L. INDOLENTIA.

¶ *Tempus illud,quã ſedem vacantẽ vocant.*Fa.li.11.ep.10.Quantam perturbationem rerum vrbanarũ afferat obitus,conſulis,quantam cupiditatem hominib.iniiciat vacuitas,non te fugit. *Brut.*

VACVVS,a,um. *inanis,exhauſtus,nudus, ieiunus.*1.I.C.4.Cùm morte ſuperioris vxoris nouis nuptiis domum vacuam feciſſes. & *ibidem* 16. Ab euentu tuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt.3.de Or. 120.Poſſeſſio quaſi caduca & vacua.pro S. R. 26. Prædia vacua alicui tradere. Par. 6. Poſſeſſiones vacuæ.de Vni. 11. Nihil igni vacuum videri poteſt.pro Mar.17. Gladius vagina vacuus. 7. I. V.134.Remum vacuum trahi.Qu.fr.lib.2.epi. 14. Nullum mihi vacuum tempus oſtenditur.Att.lib.2.ep.23. Cùm vacui temporis nihil haberem.2.I.V.56.Habere dies vacuos.Poſtq.in Sen.17. Vacuo à bonis atque inani foro.

¶ *Minimè occupatus,minimè laſſus.*Antequam.13.Aures non obtuſæ criminatione,ſed vacuæ præbebuntur.de Cl.20.Itaque hunc elegimus diem,cùm re ſciremus eſſe vacuum.& *ibid.* Eſſe animo vacuo.pro Do.129.Vacuo animo facere aliquid.1. de Leg. 13.Ego verò libenter,quoniam vacui ſumus,dicam. Attic.li.12. ep.37.Animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferre.

¶ *Liber,expers,ieiunus.*3.Tuſc.8.His rebus mentem vacuam appellauerunt inſaniam.1.de Diu.17. Animus per ſomnũ ſenſibus & curis vacuus.4.I.C.2.Hic locus nunquam vacuus mortis periculo atque inſidiis fuit.Epiſt.lib.4.epiſt. 14. Nihil inſidiis vacuum video.& epiſt.4.Vacuus moleſtiis.Antequam. 19. Profectò

ctò istis hora nulla electo Tullio vacua periculo, aut periculi expectatione relinquitur. pro Dom. 24. Nullus locus vacuus extraordinariis fascibus fuisset. Att. lib. 10. ep. 18. Vacuum periculo consilium. Ep. lib. 8. ep. 16. Oppidum vacuum à bello. 4. de Fini. 36. Vacuus omni tutela. 6. I. v. 23. Vacuus expers, solutus ac liber ab omni sumptu, munere, molestia. de Arusp. 11. Mea domus ab ista religionis suspicione vacua atque pura est. de Clar. 309. Ab exercitationibus oratoriis nullus dies mihi vacuus est. de Fat. 2. Quondam vacuo ab interuentoribus die. 1. de Di. 60. Itaq; huic obiiciuntur visa, à mente ac ratione vacua. 6. in Ver. 3. Ciuitas ab his rebus sanè vacua atque nuda. & Act. 3. 33. Nulla hora vacua à furto ac scelere repetietur. 2. de Inu. 24. Si animus à talibus factis vacuus atque integer erit. Quin. fr. lib. 1. ep. 3. Sin eris ab isto periculo vacuus, ages scilicet, si quid, &c. & lib. 3. ep. 4. Animus vacuus ab omni cura. & epist. 8. Plura ad te vacuo animo scribam, cum, &c.

☞ Syntaxis. *Vacuus corpore locus, oppidum bello, animus curis, periculo consilium, vagina gladius. Animo vacuo. Vacuus plura scribam. A periculo vacuus. A scelere vacuus, ac integer. Hoc visum est à ratione, mente q; vacuum. Animus per somnum sensibus vacuus.*

VADA. *locus inter Apennimum & Alpes.* Ep. li. 11. ep. 13. *Bruti.*

VADA Volaterrana. pro Quin. 24.

VADIMONIVM, nij. *sponsio sistendi in iudicio ad certum diē, quam deserere non licet.* 5. I. V. 38. Iura Siculorum, quæ habent à populo Rom. ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. & Act. 7. 140. Hominem iubet Lilybæum vadimonium Venereo seruo promittere. 5. I. V. 78. Promittunt Herbitenses vadimonium Syracusas. pro Qu. 23. Se iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere. & *ibidem.* Quintius cum cæteris quæ habebat, vadimonia differt. & *ibid.* Cùm vadimonia sæpe dilata essent. & *ibidem.* Ex eo tempore res esse in vadimonium cœpit. & *ibid* Hic hominem in præsentia non vadatur, ita sine vadimonio discedit ur. & 46. Qui postea quoque vadimonium missum fecerit. pro Qu. 29. Venit Romam Quintius, vadimonium sistit. & 48. Ad vadimonium non venerat, & vadimonium sibi ait esse desertum. & 53. & 54. Obire vadimonium alicui. & 56. Vadimonium tibi cum eo nullum fuit. Att. lib. 2. ep. 7. Differre vadimonium cum aliquo. Ep. lib. 2. ep. 8. Vadimonia dilata. pro Quin. 57. Quo die vadimonium istuc factum esse dicis? Quin. fr. li. 2. ep. 14. Nemo fuit in tanta multitudine, qui vadimonium concipere posset. de Sen. 21. Vadimonia constituta. 2. I. C. 5. Decoctores qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerunt.

☞ Syntaxis. *Vadimonium promittere, facere, differre, sistere, deserere. Ad vadimonium venire. Obire alicui, esse alicui cum aliquo vadimonium, Vadimonium concipere, constituere.*

VADO, dis. *eo, iter facio, ingredior.* At. lib. 4. epi. 9. Ad eum postridie mane vadebam, cùm hæc scripsi. 2. ad Herenn. 29. Cùm feras bestias videamus alacres & erectas vadere, vt alteri bestiæ noceant. in Arat.

Posti hunc ore fero capricornus vadere pergit.

Att. li. 14. ep. 11. Lentulus Spinter hodie apud me, cras mane vadit. Fam. epist lib. 7. Vadunt solida vi.

✝ ADVERB. *Vulgò, 3. Attic.*

VADOR, aris. *in ius ad vadimonii sistendi voco.* 5. I. V. 38. Cum Apronius ex Leontino vsque Lilybæum aliquem vadaretur ex miseris aratoribus. pro Qu. 23. Si iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere. & *ibid.* Hic hominem in præsentia non vadatur: ita sine vadimonio discedit ur. pro Qu. 61. Debere tibi dicis Quintium, procurator negat: vadari vis, promittit: in ius vocas, sequitur: iudicium postulas, non recusat.

VADVM. *quà flumen transire, aut pedibus, aut equo possumus.* pro Cæl. 51. Sed emersi iam è vadis, & scopulos præteruecta est oratio. Ora. 152. Hoc motu radiantis Etesiæ in vada ponti.

VAFER, a, um. *callidus.* 1. de Nat. deor. 86. Homo minimè vafer. 3. Off. 57. Veterator, vafer. de Rep. lib. 3. Non sunt in disputando vafri, non veteratores, non malitiosi. 1. de Natu. deor. 39. Chrysippus Stoicorum somniorum vafferrimus interpres. Atti. lib. 1. ep. 16. Vafer ille Siculus Epicharmus.

VAFRE. *callidè.* 4 in Verr. 132. Nihil vafrè, nec malitiosè fecit.

VAGANS, tis 2. de Diu. 80. Aues huc & illuc passim vagantes.

VAGE. *dispersè.* 4. ad Herenn. 43. Quas exornationes idcirco non vagè dispersimus, sed à reliquis separauimus, quòd, &c. & 3. Res sparsæ, & vagè disiectæ.

VAGINA, næ. *gladij theca.* 2. de Inuen. 14. Ille gladium è vagina eduxit. 3. de Natur. deor. 37. Vt clypei causa inuolucrum, vagina autem gladij, sic, &c. pro Mar. 17. Gladius vagina vacuus. 1. I. C. 4. S. C. inclusum in tabulis, tanquàm in vagina reconditum. de Sen. 51. Viriditas herbescens culmo erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur.

VAGIO, gis. *eiulo, puerorum infantum more ploro.* de Sene. 83. Si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam. & 2. de Fin. 31. & 4. ad Heren. 43.

VAGOR, aris. *euagor, volito, passim volito, erro.* pro Sest. 91. Quodā tēpore homines fusi per agros, ac dispersi vagabantur. 1. de Inuen. 2. Cùm in agris homines passim bestiarum more vagabantur. 1. de Diu. 88. Cæteros vmbratum vagari modo. pro Flac. 30. Prædones toto mari dispersi vagabantur 2. cont. Ru. 34. Quacunque velis vagari. & 41. Vagari per orbem terrarum. 11. I. C. 6. Is nunc tota Asia vagatur, volitat vt rex. pro Font. 23. Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto foro. 1. de Or. 184. Vagari magna cum caterua toto foro. At. lib. 14. ep. 8. Tota vrbe vagari. 4. ad Herenn. 52. Volitare & vagari toto foro. pro Mar. 30. Vagabitur nomen tuum longè atque latè. 4. Acad 66. Quo fit, vt errem & vagerlatiùs. 1. Tusc. 15. Deinde instituto nostro vagabimur. 1. de Or. 209. Ne vagari & errare cogatur oratio. & lib. 3. 188. Ne fluat, ne vagetur oratio. & lib. 1. 70. Eadem illa facultate vagari, qua velit. & lib. 3. 122. In hoc tam immenso campo vagari libere. Att. lib. 8 ep. 2. Vagamur egentes cum coniugibus & filiis. 3. de Ora. 174. Vt verba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege versus: neque ita soluta, vt vagentur. Att. lib. 16 ep. 11. Vtinam eum diem videam, cùm ista oratio ita liberè vagetur, vt etiam in Siccæ domum introeat. ad Oct. In vrbe nullites vagantur. 2. Offi. 7. Non enim sumus hi, quorum animus vagetur errore.

✝ ADVERB. *Latè, longè nomen, pro Mar. Latiùs, 4. Ac. Latissimè, liberè, 3. de Orat. Passim more bestiarum, 1. de Inuent.*

☞ Syntaxis. *Fusi ac dispersi per agros, in agris vagantur milites. Volitare & vagari toto foro. Vagatur nomen longè atque latè. Errare & vagari latius in dicendo. Fluit, & vagatur. Errat & vagat oratio. Animus ne vagetur errore.*

VAGVS, a, um. *errans, inconstans, dispersus, incertus.* Attic. lib. 7. ep. 11. Itaque vagus esse cogitabam. & ep. 25. Dionysio, dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse. pro Cluen. 175. Aliquem vagum & exulem errare. Orat. 77. Solutum quiddam sit, non vagum tamen: vt ingredi liberè, non licenter errare videatur. 2. de N. 2. Errans & vaga sententia.) (. *Stabilis & certa.* 2. de Or. 67. Pars quæstionum vaga, libera, & latè patens. de Vn. 32. Sidera quæ vaga & mutabili ratione labuntur. 5. de Fini. 56. Bestiæ motus solutos ac vagos à natura sibi tributos requirunt. 3. ad Her. 31. Loci præter modum ampliuagas imagines reddunt. 12. I. A. 15. Vt vitam inopem & vagam prosequamur.

¶ *Inconstans.* pro Milon. 70. Vaga, volubilisque fortuna.

☞ Syntaxis. *Exul & vagus. Soluta & vaga oratio. Soluti & vagi sunt bestiæ motus. Imago ampliuaga. Vitam inopem & vagam prosequi. Vaga volubilisq; fortuna.*

VALDE. *vehementer, admodum, mirum vel maiorem in modum, egregiè, non mediocriter, perquàm, sanè quàm, impensè, magnificè, grauiter, in primis, etiam atque etiam, ita.* Atti. lib. 13. epist. 21. Inhibere illud, quod mihi valde arriserat, nunc vehementer displicet. Ep. lib. 1. ep. 8. Rem te valde bene gessisse, rumor erat. de Ar. 6. Cui destinatam iam laudem præripere, valde esset iniquum. 1. de Diui. 81. Nihil est tam valde vulgare, quàm nihil sapere. Att. lib. 7 ep. 8. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? & lib. 2. ep. 4. Valde hoc velim ante quam proficiscare conficias, &c. & lib. 1. ep. 11. Valde grauiter pertexuit hunc locum. & li. 4. ep. 6. Epistola valde bella est. ep. 7. Epistola tua valde me leuauit. & li. 14. ep. 1. Valde vehementer eum visum & liberè dicere. & *ibid* Hic quicquid volet, valde volet. 3. de Leg. 1. Tu verò cum nec nimis valde vnquam, nec nimis sæpe, laudaueris. Famil. lib. 2. Nam suos valde quàm paucos habet.

☞ Syntaxis. *Nec minus valde vnquam. Valde quàm pauci. Valde vehementer gaudeo. Valde hoc velim.*

VALE. *fac, vel cura, vel da operam vt valeas.* Atti. lib. 9. ep. 19. Etiam atque etiam vale patrone, &c. 2. ad Q. fr. ep. 5. Mi frater vale. Ep. lib. 16. ep. 4. Vale mi Tyro, vale, vale, & salue. & ep. 7. Cura vt valeas etiam atque etiam Tyro nostro. & lib. 15. ep. 18. Valebis igitur, méque, &c.

☞ Syntaxis. *Valeas. Vale, & salue. Vale, vale. Vale patrone.*

VALENS, tis: tior, tissimus. *robustus, fortis, firmus, validus, potens.*) (. *imbecillus.* 7. I. V. 141. Lictores valentissimi, & ad pulsandos verberandósque homines exercitatissimi. 12. I. A. 24. Semel circumsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens. pro Clu 175. Statius quidam colonus, homo valens. 2. contr. Rul. 83. Robustus & valens, & audax satelles. Ep. li. 7. ep. 1. Cū homo imbecillus à valentissima bestia laniatur. & lib. 5. ep. 21. Quàm viribus cum valentiore pugnare. 1. Ac. 29. Nihil enim valentius est à quo intereat. de Cl. 64. Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic vt fieri nihil possit valentius. de Ar. 60. Fuit quōdam ita firma hæc ciuitas, & valens, vt iniurias ciuium ferre posset. pro Domo 37. Imberbis adolescentulus, bene valens, & meritus. de Vn. 35. Nec fraus valentior quàm consilium meum. de Fato 12. Diodorus valens dialecticus.

¶ *Sanus.* At. lib. 15. ep. 1. Ibi bene valentem vidi Pyliam. Ep lib. 16. ep. 5. Malo te serò valentem, quàm statim imbecillum videre. pro Cl. 27. Cùm puer hora x 1. in publico valens visus esset, ante noctē mortuus inuentus est. 2. de Or. 186. Cùm morbo alicui mederi vis, consuetudo valentis & natura corporis cogno-

secunda est.4.Academ.19. Sensus si sani sunt, & valentes, &c.
¶ *Potens.*Att.lib.7.ep.3.Mallem resp.tantas ei vires non dedisset, quàm nunc tam valenti resisteret.

✠ ADVER.*Bene adolescentulus,pro Dom.*
& Syntaxis.*Robustus & valens. Firma & valens ciuitas. Valens dialecticus.*

VALENTINI.*populi.*7.I.V.39.

VALEO,les.*possum,polleo,potens sum,vim, vires, momentum, pondus, autoritatem habeo,alicuius momenti putor,operor,proficio,momentum affero.*Epi.lib.1.epi.7.Qui plus opibus,armis,potentia valent. & lib.9.ep.17.Fiet quodcunque volent,qui valebunt,valebunt autem semper arma.de Ar.55.Opibus valere.Attic.lib.4.Domitius valet amicis.& lib.16.ep.9.Vereor ne valeat Antonius.& lib. 4. ep.12. Et quo animo C o s s.ferant hunc ἔκλυσιν, rescribas ad me quantum potes & vales.pro Dom.14.Quasi ego in isto genere animo quicquam,aut curatione aut potestate valerem.de Cl.55. Is longè plurimum ingenio valuit.Ep.lib.6.ep. 6. Quicquid autoritate valebo & gratia,valebo tibi.& li.11.ep.27.Non vereor, ne meæ vitæ modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores.1.Off.107.Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere.de Clar.or.57.Dicitur etiam C.Flaminius ad populum valuisse dicendo.1.I. C. 18.Tu ad leges non solùm negligendas, sed etiam perfringendas valuisti.pro Cl.195.Omnes Larinates,qui valuerunt,venerunt Romam.3.I.C.29.Hæc res mihi valet ad gloriam.pro Muræn.18.In hoc felicitatis fama sermòque valet. & 60. Iudicium accusatoris in reum.pro aliquo præiudicio valere.2.de Leg.29.Vna definitio in omnes homines valet.Ep.lib.4.ep. 7.Ad consolādum autem cùm illa valeant,&c.4.de Fi.8.Ex eo genere,quod ad differendum valet.Atti.lib.4.epi.15.Vtinam valeat ad celeritatem reditus tuus.3.de Or.102.Hoc valet ad agendum,&c.2.de D.96. Plus terrarum situs,quàm lunæ tactus ad nascendum valere. de Cl.139.Res vbi plurimum proficere & valere possunt, collocari debent.pro Sest.60.Ignari,quid virtus valeret.2.de Ora. 16.Experiar, vt ne Sulpitius plus quàm ego apud te valere videatur. de Cl.136.Sp.Torius satis valuit in populari genere dicendi.pro Cec.55.In vno seruulo familiæ nomen non valet.& 89.Nam illud verbum Vnde, in vtramque rem valet. Top. 96. Verbáne plus,an sententia valere debeat.3.Off.39.Hoc verbum quid valeat,non videt.3.de N.4.Quod eò valebat,&c.pro Ce.59.Quod etiamsi verbo differre videatur,re tamen est vnum,& in omnibus causis idem valet.Top.34.Idem valere.)(. *Differre & distare.* 2.de Fin.13.Quærimus verbum Latinum pro Græco, & quod idem valeat.Ep.li.1.ep.9.Præmia quæ apud me minimum valent.& lib.4.ep.11.Autoritas tua plurimū apud me valet.1.de D. 30.Aut si valuit,id valuit, vt peccatum in eo hæreat.& li.2.116. Tamen intelligere potuisset,vincere te Romanos,nihil magis in se quàm in Romanos valere.de Fat.8.Vt ad quasdam res natura loci pertinet, ad quasdam autem nihil: sic affectio astrorum valeat,si vis ad quasdam res,ad omnes certè non valebit. 2.de Or.184.Hoc igitur exprimere,&c.mirum quiddam valet, vel maximam habet vim.Ep.lib.4.ep.10.Valere in omnes partes.& li.6.ep.22.Valere animo.pro D.7.Hoc ad vincēdum valet, vel ad vincēdū graue est, vel ad dicendū leue est.4.Ac.86.Hoc cōtra te valet.1.de Or.317.Multa ante cógressum fiūt,quæ nō ad vulnus,sed ad speciem valere videntur.& *ibi.*Quæ valent contra falsam criminationem.2.Off.76. Qui semper aliquid inquirunt, quod spectet & valeat ad bene beatéque viuendum. de Fat.14.Quamquam hoc Chrysippo non videtur valere in omnibus.5.de Fin.35.Sed certè opus est ea valere & vigere,& naturales motus vsúsq; habere.1.de Orat.125. Diuturna in eo valuit opinio tarditatis. Postq.in Sen.10.Legem Tribunus plebis tulit, vt lex Aelia & Fusia ne valerent.pro D.79.De agris ratū est:fuit enim populi potestas:de ciuitate nō valuit,&c.de Cl. 77.Filius Scipionis si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. ¶ *Secundæ valetudinis.*Ep.li.6.ep.20.Hìc tui omnes valent. & li. 5.ep.14.Ego valeo sicut soleo,paulo etiam deterius quàm soleo. 2.de Fin.43.Optimè valere.)(.Grauissimè ægrotare. Attic.lib.5. ep.17.Si modò valuisti.& Romæ fuisti.& lib.6.ep.9.Confido te iam vt volumus valere.& li.4.ep.13.Si melius vales vehementer gaudeo.Ep.li 11.ep.24.Nos hic valemus rectè,& quo melius valeamus,operam dabimus.Att.li.7.ep.2.Significant enim tuæ literæ,te prorsus laborare.& *ibidem.* Quia indicabat te non valere.At lib.11.ep.27 Attica planè valet.& lib.5 ep.11.Cùm ego non bellè haberem.Q.fr.li.3.ep.3.Valēt pueri, studiosè discunt, diligenter docentur.Qui. fr.lib.3.ep.8.Cùm (vt spero) se Cicero noster bellè habebit.Ep.lib.9.ep.9.Tullia nostra rectè valet,Terentia minus bellè habuit:præterea rectissimè sunt apud te omnia.& lib.4.ep.6.Literæ,quibus erat scriptum, Lentulo melius esse.& li.6.epist.7. Tironem grauiter ægrum Esseæ reliqui,sed nunciant melius esse ei.& lib. 14. ep.17. Antè sciui ei rectè esse, quàm non bellè fuisse.Qu.frat.lib.3.ep.1.Apud eum rectè erat. Ep.lib.9.ep.9.Rectissimè sunt apud te omnia.Epi.lib.10.epi.17. Frater meus laboribus assiduis concursationibusque confectus grauiter se habet.& ep.20.Si rectè istic erit.5.I.V.140.Nihil putas valere in iudiciis coniecturam:nihil suspicionem : nihil anteactæ vitæ existimationem:nihil bonorum virorum testimonia:nihil ciuitatum autoritates ac testimonia.pro C. Cornel. 1. Neque passus est plus vnius collegæ sui, quàm vniuersæ ciuitatis vocem valere & voluntatem.
¶ *Bene precantis,atque salutantis in discessu.*Att.lib.6.ep.2.Valebis igitur,& valere Pyliam nostram & Cæciliam iubebis,& saluebis à meo Cicerone.& lib.5.ep.2.Illum salutaui,postea iussi; valere.Ep.li.3.ep.5.Valete mea desideria,valete.Att.lib.4. ep.5.Sed valeant recta consilia.
¶ *Refugientis,negligentis.*1.de N.125.Si Deus nulla hominū charitate tenetur,valeat.At.li.8.ep.8.Πολλὰ χαίρειν τῷ παλῷ dicere.de Amic. 23.Amici imbecilles valent.Attic.li. 16.ep.14.Quære ista valeant.

✠ ADVER.*Angustius,parum,3.Tus.Benè, minus,rectè, 9.Fam.Benè,7.Fa.Etiam atque etiam,16.Fam. In-posterum,parum,7.Fa.Longè,plurimum ingenio,multum dicendo,de Clar.Maximè,3. de Legib. Maximè ad persuadendum,Top.Melius,4..Atti.Multum ad honorem, 9.Atti.Multum ad vincendum,2.de Or.Multum apud aliquem,2.Fam.Multum communionem sanguinis,pro Sex.Rosc.Multùm in senatu,plurimum apud bonos,pro Sest.Non minimum,2.Tusc. Omninò potestate,pro Do. Optimè,2.de Finib.Paululò deterius,5.Fami. Permultum classe,pro Pomp. Planè,13.Attic. Plus apud aliquem voluntate, 1.de Orat. Plus autoritatem gratiam apud aliquos, plurimum commendationem, 13. Famil. Plurimum,2.de Diuin.Plurimum ad opes,2.Offi. Plurimum auctoritatem,de Amic. Plurimum consilio, 7. Philip.Plurimùm in acuendo,15.Fami.Plurimum memoria,pro Deiot. Perinde quasi,pro Cæc. Propriè ad aliquem,de Pet.Cons.*

VALETVDO,nis.*sanitas.*1.Offic.86.Valetudo sustentatur notitia sui corporis,& obseruatione earum rerum,quæ res aut prodesse solent,aut obesse,& continentia in victu, omniq; cultu corporis tuendi causa,& prætermittendis voluptatibus.Ep.li. 9. ep. 18,Amittere valetudinem.& lib.11.ep. 27. Cùm enim obiurgarem,quòd parum valetudini parceret.de Ami. 12.Valetudo opportuna est, vt dolore careas,& muneribus fungare corporis. Ora.76.& 2.de Fin.64.Esse integra valetudine. pro Muræn, 47. Quibus contra valetudinis commodum laborandum est.1. de Or.265.Nunc Scæuola paulum requiescet,dum se calor frangat: & nos ipsi,quoniā id temporis est, valetudini demus operam. Qu.fr.lib.1.epist.1.36.Te oro,vt valetudini tuæ, si me & omnes tuos valere vis,diligentissimè seruias.2.de Diu.123.Æsculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis.& lib. 1.81.Qui valetudinis vitio furunt,& melancholici dicūtur. Ep. lib.9.ep.15.Ex literis tuis intellexi,animum meum tibi perspectum esse circa curam valetudinis tuæ,quam tibi esse gaudeo. & ep.14.Multi valetudinis causa in hæc loca conueniunt.& lib. 9.epist.18. Valetudo,quam intermissis exercitationibus amiseram.de Cl.64.Quosdam valetudo modò bona sit,tenuitas ipsa delectat.3.Offic 22.Si vnumquodque membrum sensum hunc haberet,vt posse putaret se valere,si proximi membri valetudinem ad se traduxisset. * Hortens. Oratæ neque ad voluptatem quicquam defuit, neque ad gratiam, neque ad bonam integrámque valetudinem.*ibi.* Vixit ad summam senectutem valetudine optima.*ibid.* Quæ confectio est valetudinis.
¶ *Aegra constitutio.*Att.li.5.ep.8.Me incommoda valetudo,'qua iam emerseram,tenebat iam duodecimum diem Brunduſij.& lib.7.ep.7.Sed prorsus te commoueri incommodo valetudinis tuæ nolo.de Cla.130.Is valetudine incommoda fuit. de Cl. 180. Is semper infirma,atque etiam ægra valetudine fuit.2. de Diu. 142. Nonnullæ significationes valetudinis, vt hoc ipsum pleni enectiue simus,ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur.de Se.35.Quàm fuit imbecillis P.Africani filius,quàm tenui aut nulla potius valetudine?&*ibi.*At id quidem non proprium senectutis est vitium,sed commune valetudinis.
¶ *Corporis innata constitutio,& habitudo.* Postquam in Senat.27. Quis quacunque aut ætate aut valetudine esset, putauit, &c. 1.de Finib. 42. & de Op.8.& Postquam ad Quir. 4. Bona valetudo. Quint. frat. lib. 2. epistо. 9. Marius & valetudine est, & natura infirmior. 1. de Orato. 200. In eius infirmissima valetudine, affectáque iam ætate. Epistol.lib. 5. epistо. 11. Istinc ne te moueas,tam infirma valetudine.pro Clue.47. Erat infirma valetudine Habitus.de Clar.12.Diuturna perturbatio totius valetudinis.
¶ *Morbus.*Attic. lib. 11. epistо. 20. Scripseras enim te quodam

vale

valetudinis genere tentari.4.Tusc.80.Mala valetudo animi. & lib.5.30.Et perdita valetudo.1. de Ora.124. Valetudine impeditus non potui,&c.I.P.13.Vti excusatione valetudinis. Epist. lib. 9.ep.15.Tanta perturbatio valetudinis tuæ.& lib.13.ep.20.Asclaponis medici ars mihi iucunda fuit, quam sum expertus in valetudine meorum.& lib.4.ep.1.Propter valetudinem domo nō exeo.& lib.10. ep. 17. Illa valetudine magis conficere se, quàm me tueri poteris.8.I.A.31. Cùm esset summa senectute & perdita valetudine.9.Phil.2.Si ad grauem velitudinem dolor accessit. Epist.lib.6.ep.2.Grauitas valetudinis.

¶ *Vires.*Attic.lib.10.ep.19. Valetudinem tuam iam confirmatam esse,& à veteri morbo,& à nouis tentationibus gaudeo.

✠ *ADIVNC.Aegra, bona, incommoda, infirma atque etiam egra,de Clar.Bona,iucunda, Posiq.ad Quir.Cō firmata,à morbo,11. Attic. Digna aliqua existimatione,longa.)(.Breuis,3.de Finibus.Grauis,9.Phil.Infirma,14.Famil.Infirmor,5.Famil.Infirmissima,3.de Ora. Integra,4.Tusc.Mala animi,optima,5.Tusc. Opportuna,de Amic.Perdita,7.Phi.Tenuis aut nulla,de Sene.*

VALIDISSIME.*summopere,enixè.*Cæl.Epist.lib.8.ep.2. Cùm pro amicitia validissimè fauerem ei.

VALIDVS,a,um.*valens.*Epist.lib.16.ep.4.Omnia viceris,si te validum videro.in Arat.Validæ vires.5. de Fi. 33. Videmus ea quæ terra gignit,corticibus & radicibus valida seruari.

VALLATVS,a, um. *stipatus.* pro Muræn. 49. Catilina stipatus choro iuuentutis, vallatus iudicibus atque scriptis. de Ar. 34. Ius legationis cūm hominum præsidio munitum sit,tum etiam diuino iure est vallatum.pro Arch.21.Pontus & regiis quondam opibus,& ipsa natura regionis vallatus.

VALLO,as.*munio.*1.de Leg.62. Cùm hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit differendi ratione.

VALLVM,li.*propugnaculum,& munitio castrorum.*Atti.lib.5.ep.20. Oppidum cinximus vallo & fossa,& aggere maximo. Epi. lib. 15.ep.4.Oppidum vallo & fossa circumdedi.I.P. 81.Vallum Alpium contra ascensum transgressionémque Gallorum. de Sen. 51. Et contra auium minorum morsum munitur vallo aristarum.2.de Na. 143.Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum.Attic.lib.9.ep.14.Fossa & vallo septum tenere aliquem. 2.Tusc.37.Ferre vallum.

☞ Syntaxis. *Alpium vallum,aristarum, pilorum in palpebris.*

VALVAE,arum.*templorum ianuæ.* 6. I.V. 124.& Act.3.61. Hæc alia duo signa, quæ ad valuas Iunonis Samiæ steterunt.pro Dom. 121.Ibi enim postis est,vbi aditus templi est, & valuæ ambulationis.1.de Diu. 74. In templo Herculis valuæ clausæ repagulis subitò se ipsæ aperuerunt.2.I.A.112.Cùm valuæ Concordiæ nō ✠patent.‖ 6.in Ver.94.Effractis valuis.

✠ *ADIVNC. Magnificentiores ex auro atque ebore, multæ & graues,perfectiores,6.Ver.*

VANESCO,scis.*euanesco.*2.de Leg.24.Labes nec diuturnitate euanescere,nec manibus vllis elui potest.

VANITAS,tis.*inanitas,mendacium.*1.de Leg.29.Si deprauatio cōsuetudinum, si opinionum vanitas,non imbecillitatem animorum torqueret,&c.3.Tusc.2.Vt vanitati veritas cedat.1.Offi. 44.Talis autem simulatio vanitati coniunctior est, quàm liberalitati.1.de Diu.134.Leuitate,vanitate, malitia excluſa diuinationem probo.3.Off. 58. Qui in vendendo orationis vanitatem adhibent.de Ami. 99. Blanda orationis vanitas. Part. 22. Idque comitate sit magis quàm vanitate.

✠ *ADIVNC.Blanda,de Amic.Incredibilis,3.Attic.*

VANVS,a,um.*futilis,inanis,leuis.*pro Pl.101.Memini, cùm tibi vana quædam miser,atque inania falsa spe inductus pollicebar.1, de Diu.36. Aruspices vanos futilésque esse dicamus.& 37.

¶ *Mendax.*pro Qu.26.Si vetitate amicitia colitur, qui amicum prodit,vanum se fateatur necesse est.pro S.R. 117. Credere oratioui vanæ alicuius.

¶ *Falsus.*2.ad Heren.35.Vana ratio.

VAPOR,ris.*humor marinus vel terrenus extenuatus, expiratio,anhelitus terræ,afflatus ex terra.*2.de N.deor.27.Aër oritur ex respiratione aquarum, & earum quasi vapor habendus est. & 118. Vapores,qui à sole ex agris tepefactis,& ex aquis excitantur.

¶ *Tepor, moderatus calor.*de Sen.51.Terra semen tepefactum vapore & complexu suo diffundit,&c.

VAPORARIVM,rij.Qu.frat.li.3.ep.1. Vaporarium ex quo ignis erumpit,est sub tectum cubiculi.

VAPVLO,as.*cædor,verberor.*Epi.lib.8.ep.1.Alius equiratum perdidisse,alius septimam legionem vapulasse.Atti.lib.2.ep.14.Tum se omnium sermone sentiet vapulare.

VARDAEI.*populi.*Epist.lib.5.ep.9.Vatinij.

VARIATVS,a, um. pro Mil. 8. Aliquem reum variatis iudicum sententiis diuina sententia esse liberatum. 2. de Diu.140. Hæc scilicet in imbecillo remissóque animo, multa omnibus modis confusa,& variata versantur.

VARIE.*dissimiliter,diuersè.* de Cl.273. Numeri non eodem modo, sed variè concluſi.Attic.lib.8.ep.22. Quis autem est, tanta quidem de re,quin variè secum ipse disputet?pro Sest.97.Numerus huius generis latè & variè diffusus est.2. de Finibus 110. Variè abundans.2.de Diu. 89. Eámque vim variè moueri ab his sideribus,quæ,&c.

VARIETAS,tis.*dissimilitudo,disparitas,mutatio,mobilitas.*2.de Diu. 92.2.de Fin.10.Varietas Latinum verbum est, idque propriè in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia: varium poëma,varia oratio,&c.1.Off.107.Vt in corporibus magnæ dissimilitudines sunt,sic in animis existunt etiam maiores varietates.de Sen.54.Horum omnium varietas.pro Cor.31. Dissimilitudo ciuitatum varietatem iuris habet maximam. 2. de Diu.9.Surdus varietates vocum aut modos noscere non potest. & 109. Varietas est propria fortunæ. 1. de Diu. 79. Quæ omnia fiunt & ex cœli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum. pro Arch.21.Bellum magnum & difficile, & in multa varietate terra marique versatum. 1. de Nat. 2. Qui deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione constituti,vt,&c.2.de Na. 53.Iouis stella multas effecit varietates.& 2.de Finibus 75. Voluptas quæ faciat varietatem voluptatum. 2. de Or. 58. Distinguere historiam varietate locorum.2.de Diu. 92. Illi orbes varietatem maximam habent,aliíque in aliis locis sunt.Orat.108. Eáque eam,quā probo,habent varietatē. de Cl.284.& pro Cor. 3.Herculis valuæ clausæ repagulis subitò se ipsæ aperuerunt,videat,ne ignoret & gradus, & dissimilitudines,& vim, & varietatem Atticorum. 3. Acad. In tanta animalium varietate homini vt soli cupiditas ingeneraretur cognitionis & scientiæ.‖2. de Finibus 10.*bis.*Orat.57.5.de Finibus 12.1.ad Qui.frat.ep.1. LEGE,ADMINISTRO.

✠ *ADIVNC.Admirabilis,de Vniu.Annua,1.de N.Inæquabilis, Part.Incredibilis quædam rerum, propria fortunæ, 1.de Diuin.Infinita, iucunda,Subtilis lacessendi, & respondendi.Summa rationis 1.de Orat.Innumerabiles, 2.de Diuin.Magna, Arat.Magna sententiarum,pro Sest.Maior,6.Famil.Maiores, 1.Offic.Maxima,pro Corn.Multæ, non optabiles in experiendo, iucundæ in legendo temporum.plena cuiusdam voluptatis 5.Fam.Perfecta suauis,Orat.Perspicua,pro Quin. Simplex, in agendo non molesta, de Clar.Summa, 7. Attic.Tanta viri.pro Arch.*

☞ Syntaxis. *Hæc sunt nimis confusa & variata. Varie concluſi numeri. Varietas colorum propria, quamuis ad alia. disparia transferatur. Varietas ac dissensio. Fortunæ varietas. Hoc sidus multas facit varietates,vide,quàm humilis dicendi forma.*

VARIO,as.*distinguo,varietate distinguo,varietatem facio.*2.de Or.36. Oratoris est,formare orationem,eámque variare & distinguere, quasi quibusdam verborum sententiarúmque insignibus. Orat.59.Ergo ille princeps variabit & mutabit vocem.

VARIOR, ris. 1. de Finibus 38. Vt postea variari voluptas distinguíque possit,augeri amplificaríque non possit.

VARIATVR.*titubatur.*5.de Finibus 12.In eo variari inter eos videtur.

✠ *ADVERB.Magnoperè orationem,1.de Inuent.*

VARIVS,a,um.*dissimilis,dispar,diuersus,multiplex,distans, commutabilis,disparilis,habens varietatem, varietate distinctus,in varietate cōstitutus,multiformis.*1.Acad.26.Principes qualitates sunt vniusmodi & simplices:ex his autem ortæ,variæ sunt,& quasi multiformes.2.de Orat.214.Multa,& varia,& copiosa oratio.& 3.de Orat.58.Variæ,& diuersæ,& in omnem partem diffusæ disputationes.Ora.12. Multiplices variíque sermones.1.Acad. 17. Plato quàm varius,& multiplex,& copiosus fuit.pro Fl.6.Præturæ iurisdictio res varia, & multiplex ad suspiciones & simultates.1. de Orat. 222. Quarum rerum fateor magnam multiplicémque esse disciplinam, & multas, copiosas,variásque rationes.1.de Nat.2. Variæ & discrepantes sententiæ. Orat. 52. Naturæ variæ & voluntates,multū inter se distantia effecerunt genera dicendi.pro Cæl.14.Varia multipléxque natura.pro Dom.28. Varia & diuersa genera bellorum.7.I.V.48. Varium ius,ac disparconditio.1.Offi.67. Ferre ea, quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominum vita versantur. de Amic.94. Assentatoris animus varius,commutabilis,& multiplex. pro Cec. In vario iure.*id est,cùm iurisconsulti de aliqua re contraria respondent.*2.contra Rul.80. Vectigal bellis infestum,fructibus varium.2.de Na.99. Varia genera bestiarum,vel cicurum,vel ferarum.2. de Fin.10. Varium poëma,varia oratio,varij mores, varia fortuna: voluptas varia etiam dici solet.3.de Nat.81. Varius homo importunissimus.

Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Varium & multiforme. Varium, diuersum & in omnem partem diffusum. Varium ac discrepans. Varium & multiplex. Varium ac dispar. Varius, commutabilis, & multiplex assentator.*

VARICES. *venæ cruribus & inguine tumescentes.* 2. Tusc. 35. Cùm varices secabantur C. Mario dolebat.

VARRO, onis. 2. I. A. 104. de Varrone, & Epist. lib. 11. ep. 10. & Attic. lib 5. ep. 10 Varronis thesauri.

VASARIVM, rij. *supellex vasorū. siue pecunia, quæ magistratui in prouinciam eunti, viatici nomine attribuebatur.* I. P. 86. Nónne sestertiûm centies & octogies. quod quasi vasarij nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?

VAS, vadis. *qui pro aliquo spondet, vel obligatur, præsertim in causa capitali: qui alicuius causam omnem suscipit, & se pro illo supponit reum.* 3. Offi. 45 Vas factus est alter eius sistendi, vt si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibiipsi. 5. Tusc. 63. Quorum cùm alterum vadem mortis accepisset, alter vt vadem suum liberaret, præstò fuit ad horam morti destinatam. 2. de Fi. 79. Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico? ad Brut. ep. 18. Me pro adolescentulo respub. accepit vadem. Attic. lib. 6. ep. 2. Sumtum poscet vades Scaptius.

☞ Syntaxis. *Vas factus ille est amici sui sistendi. Mortis vadem accipere. Suum vadem liberare. Ad mortem se dare vadem alicui pro aliquo. Vadem poscere.*

VAS, vasis. *locus & instrumentum aliquid continens, humida præsertim.* 6. I. V. 62 Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi. 2. de Inuent. 116. Vasa magnificè & preciosè cælata. pro S. R. 133. Vasa Corinthiaca & Deliaca, in quibus est Authepsa ipsa. pro Mur. 75. Atque ille exposuit vasa Samia. 6. I. V. 52. Effetti sine thecis vasa. 1. Tusc. 52. Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum. 6. I. V. 40. Mouere castra ex loco, & colligere vasa. * Oecon. 1. Quæ ad cibum conficiendum vasa (vt assolent) constituebantur. inde quæ ad lauationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent, exponebantur.

✝ *ADIVNC. Argenteum, aureum, grande, magna, plurima, & pulcherrima, vinarium, 6. in Ver. Argentea, magna, magnifica & pretiosa, cælata, 1. de Inuent. Fictilia, 6. Attic. Plurima, 4. Ver. Vitiosa, de Amic.*

VASCVLARIVS, rij. *qui vasa ex metallo facit, præsertim ære, argento, auro.* 6. I. V. 54. Artifices omnes, cælatores ac vascularios conuocari iubet.

VASTATIO, onis. *vastitas, depopulatio.* 2. I. C. 18. Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas putas? Epist. 10. ep. 15. Qui Italiam à vastatione defendat.

VASTATVS, a, um. pro Sest. 54. Lex erat lata vastato ac relicto foro.

VASTIFICVS, a, um. 2. Tusc. 22. Erimanthia hæc vastificam abiecit belluam.

VASTE. 3. de Orat. 42. *Asperè, vastè, rusticè, hiulcè loqui.* (. *Prosè, æquabiliter, leniter.* 3. de Orat. 170. Verba ne asperè concurrant, neue vastiùs deducantur.

VASTITAS, tis. *vastatio, solitudo, ruina.* 6. I. V. 114. Audistis, quæ solitudo esset, quæ vastitas in agris quàm deserta, inculta, & relicta omnia. 1. de Nat. 102. Volucres, angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuehi in Aegyptum. I. P. 85. Fana vexata hanc tantam effecerunt vastitatem. 2. de Nat. 14. Animos terreri vastata, pestilentia, terræmotibus. pro Flac. 1. Cùm vastitatem à tēplis, delubris, vrbe, Italia depellebam. Epist. lib. 10. ep. 33. Cùm vastitatem Italiæ respexerint. de Cl. 21. Defendo iudiciorum vastitatem. 2. Offi. 16. Causę eluuionis, pestilentiæ, vastitatis, belluarum etiam repentinæ multitudines. 1. de Diu. 49. Deum respondisse, vastitatem esse Italiæ.

✝ *ADIVNC Deserta, 1 Ver. Deserta oratorum & inculta, Orat. Miserrima totius prouinciæ, pro Sest. Tanta, in Piso.*

VASTO, as. *vastitatem infero, depopulor, diripio.* Epist. lib. 11. ep. 10. Antonius decursionibus per equites vastat ea loca, quæ incurrit. & lib. 8. ep. 10. Quæ diripuisses ipse, vt viderentur ab hoste vastata. & lib. 11. ep. 4. Multa castella cepi, multa vastaui. & lib. 5. ep. 10. Regiones vastauit. 5. I. V. 119. Agros vastare atque exinanire. 1. I. C. 21. Hæc quæ iamptidem vastare studes. *id est, vrbem.* & 29. Cùm bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt. & 4. in Cat. 13. Vastare & diripere totam Italiam. de Arusp. 28. Qui Pessinuntem ipsum de sede matris deorum vastârit.

¶ *Inultus fio, vastus, desertus.* 2. de Nat. 99. Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari.

¶ *Perdo, corrumpo.* ad Oct. Qui vastares vrbē incēdio, Italiā bello.

☞ Syntaxis. *Loca capere, diripere, vastare, oppida, agros. Vastare & exinanire. Vastare simulacrum de sede matris deorum. Vrbem incendio vastare. Terra stirpium asperitate vastata.*

VASTVS, a, ūm. *desertus.* 2. contra Rul. 69. Ager propter sterilitatem inculto, propter pestilentiam vastus atque desertus. Part. 36. Loci vasti. (. *Loci coadificati.* de Som. 14. Vasta solitudo.

¶ *Immani magnitudine.* 5. Tusc. 77. Quæ Barbaria India vastior, aut agrestior. 1. de Nat. 98. Elephanto belluarum nulla prudentior: at figura quæ vastior? & lib. 2. 114.

—*Quadrupes qua vasta tenetur.*

1. de Diuin. 49. Bellua vasta & immanis. I. P. 57. Cùm mare vastissimum hyeme transibas. * Prognost.

—*De gurgite vasto.*

¶ *Incompositus.* 1. de Orat. 115. Quidam vultu motū que corporis vasti atque agrestes.

¶ *Insuauis.* 4. ad Heren. 19. Crebræ vocalium concursiones, quæ vastam & hiantem orationem reddunt.

¶ *Difficilis, durus asper.* Orat. 153. Axilla ala factus est, fuga literæ vastioris.

VATES, tis *fatidicus, mantis, diuinus sacerdos.* 2. de Leg. 20. Fatidicorum & vatum effata incognita interpretari. 1. de Nat. 55. Aruspices, augures, arioli, vates, coniectores. de Ar. 18. Libri vatum & Apollinis. & 24. Hac vate suadente. *id est, Sibylla.* 1. de Diu. 114. & de Cl. 71.

—*Quos olim fauni vatésque canebant.*

✝ *ADIVNC. Optimus, 2. de Diu. Verus, 1. de Diuin.*

VATICANVS. *Romæ mons.* Attic lib. 13. ep. 33.

VATICINATIO, nis. *oraculum, prædictio.* 4. Acad. 107. Auspicia, oracula, somnia, vaticinationes. Part. 6. Vaticinationes & responsa sacerdotum, aruspicum, coniectorum. 2. de Nat. 10. Ex Sibyllis vaticinationibus. 2. de Diu. 111. Hoc est artis & scientiæ, non vaticinationis & motus. Attic. lib. 8. ep. 16. Quarum literarum vaticinationem falsam esse cupio. 2. de Nat. 163. Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus. 2. de Diui. 70. Sortes, quæ vaticinatione funduntur. L. DIVINATIO.

✝ *ADIVNC. Falsa, 8. Attic. Veræ, 2. de Diuin.*

VATICINOR, aris. *diuino, futura præsentio* Att. li. 8. ep. 11. *προφητεύω* igitur, noster Attice, non ariolans, vt illa cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens iam iamque maiora magno tumultu non multò inquam secus possum vaticinari, tanta malorum impendet *ἰλιὰς*. de Am. 24. Empedoclē quidē carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in toto mundo, &c. 1. de Diui. 67. Vt vaticinari furor vera soleat. & 34. Vaticinans per furorem, vt Sibyllam.

¶ *Furo, insanio.* Epi. lib. 2. ep. 16. Sed ego fortasse vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. pro Sest. 23. Qui hæc dicerent, vaticinari atque insanire dicebant.

✝ *ADVERB. Impudenter, in Vat.*

VBER, ris. *mamma.* 1. de Diuin. 20.

Martia quæ paruos Mauortis semine natos,
Vberibus grauidis vitali rore rigabat.

✝ *ADIVNC. Grauida, 1. de Diuin. Lupina, 3. Catil.*

VBER, tis: rior rimus. *fœcundus, ferax, fertilis, abundans, copiosus.* Qui. fr. lib. 3. ep. 1. Multis locis aquam profluentem, & eam vberem vidi. 1. de Ora. 113. Motus animi ad explicandum ornandumque vberes. 1. de Diu. 6. Ea Cleanthes paulò vberiora fecit. 5. de Fin. 91. Seges spicis vberibus & crebris. 2. de Nat. 156. Vberrimi lætissimique fructus virium. de Sen. 57. Agro bene culto nihil est nec vsu vberius, nec specie ornatius. 3. Offi. 5. Nullus fetacior in Philosophia locus, nec vberior, quàm de officiis. I. P. 97. Vbi illa vberrima supplicationibus triumphisque prouincia. Epist. lib. 5. ep. 12. Omnia vberiora futura sunt. 1 de Or. 13. Maiore delectatione, vberiore se commoueri. Orat 15. Periclem ab Anaxagora fœcundum atque vberem fuisse. de Cl. 332. Vir ornatus vberrimis artibus. & 121. Nemo plenior & vberior ad dicendum fuit.

☞ Syntaxis. *Animi motus vberes ad explicandum. Seges spicis vberibus & crebris. Ager cultu vber. Spes vberior. Plenus & vber ad dicendū. Artib. vberrimis ornatus. Ab Aristot. fœcundus & vber Theophrastus.*

VBERIVS & VBERRIME. *copiosè, affluenter.* 2. de Nat. 20. Vberius ac fusius disputare aliquid. 2. de Di. 3. Ep. li. 3. ep. 11. Vberrimè.

VBERTAS, tis. *abundātia, copia, magnitudo.* Or. 12. Omnis enim vbertas & quasi sylua dicendi ducta ab Academicis est. pro Cor. 2. Orationis vbertas, varietas, copia. 2. de Nat. 128. Nuper nati mamas appetunt, earūmque vbertate saturantur. 5. I. V. 227. Vbertas in percipiendis fructibus, vtilitas in vendendis. 3. de Nat. 86. Vbertas frugum & fructuum. pro Pom. 44. Sūma vbertas agrorū. Post. ad Quir 18. Frugū vbertas & copia. 2. de N. 158 Maxima vbertas, & varietas pomorū. 1. Tus. 69. Ramos baccarū vbertate incuruescere. 2. de Na. 167. Satis à Socrate dictum est de vbertatibus virtutis & copiis. 1. de Or. 193. Bibliothecas omnium philosophorū vnus XII. tabularum liber & autoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superat. 1. de Or. 50. Vbertas in dicendo. (. *exilitas.* pro Pomp 14. Alia fertilis est vbertate agrorum.

✝ *ADIVNC. Maior, pro Cor. Maxima, 2. de Nat. Sūma, 2. de Orat. Summa agrorum, pro Pomp. Vetus, de Clar.*

Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Vbertas & silua dicendi. Mammarum vbertate saturari. Vbertas in percipiendo fructu. Rami baccarum vbertate incurvescunt. Fertilis agri vbertate Sicilia.*

VBI. *quo loco.* Attic. lib. 8. ep. 11. Epist. lib. 1. ep. 10. Vt ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quàm istic vbi solus sapere videare. & lib. 6. ep. 1. Nemo est, quin vbiuis, quàm ibi vbi est, esse malit. 1. de Orat. 59. Quid est, inquit Catule, Cæsar: vbi sunt qui Antonium Græcè negant scire? 5. Tusc. 23. Est vbi id isto modo valeat. pro R. P. 37. Vbi terrarum sumus.

¶ *In qua re.* 1. de Orat. 243. Cúmque multa colligeres & ex legibus, & ex Senatusconsultis, vbi, &c. *id est, in quibus.*

¶ *Postquã, cum primùm, simul, vt* pro R. P. 36. Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea nõ oportet. I. P. 67. Vbi galli cantũ audiuit.

VBICVNQVE. *quocunque in loco.* Epist. lib. 2. ep. 5. & lib. 5. ep. 17. & lib. 6. ep. 1. & 4. & Acad. 104. Et si vbicunque es, in eãdem es naui. 7. I. V. 142. Vbicunque terrarum.

VBIQVE. 1. 2. de Fin. 7. Aut Epicurus quid sit voluptas, aut omnes mortales, qui vbique sunt, nesciunt. item 13. & lib. 4. 74. & Attic. lib. 16. ep. 4. Item 1. Tusc. 35. & Acad. lib. 4. & 2. de Nat. 164. 2. de Diu. 93. & 129. & 6. I. V. 7. & 132. & 2. contra Rull. 56. pro Cor. 51. item 10. I. A. 12. *Hæc autem particula cum nullo alio verbo coniungitur, quàm cum verbo Est: vixq; sine Omnis, aut Quicquid, apud Ciceronem reperitur: vt in superiore exemplo demonstratur.*

VBIVIS. Ep. lib. 6. ep. 1. Nemóque est quin vbiuis, quàm ibi vbi est, esse malit.

VBIVISNAM. Att. lib. 13. ep. 30. Volo aliquem Olympiæ, aut vbiuisnam πολιτικὸν ἰνύλεγον, more Dicæarchi familiaris tui.

VBIVBI. *pro Vbicunque.* Tusc. li. 1. 67. Nunc vbiubi sit animus, certè quidem in te est.

VE. *vel.* Orat. 74. Poëta peccat, cùm probam orationem affingit improbo, stultóue sapientis. 14. I. A. 16. Post hanc habitam concionem duabus tribusue horis literæ venerunt. &c. 5. I. A. 54. Vti C. Pansa, A. Hirtius consules, alter ambóue cognoscerent. pro Flac. 12. Ne quid plus minúsue dicat. 2. I. A. 41. Qui, albus atérue fueris ignorans, fratris filium præteriit. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 3. Rogo ne contrahas aut demittas animum, néue te obrui sinas. de Sen. 57. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum oliuetorúmue specie dicam? 1. Tusc. 41. Ne tam vegeta mens, aut in corde, cerebróue, aut in Empedocleo sanguine demersa sit.

¶ *Et, atque.* 1. de L. 2. Cùm eam tempestas vetustásue cõsumpserit. & li. 2. 61. Lex vestibulum sepulchri bustúmue vsucapi vetat. de Vni. 12. Ἀναλογία comparatio proportióue dici potest. Epist. lib. 5. ep. 13. Nullum membrum reipublicæ reperies, quod non fractum debilitatúmue sit. Ora. 150. Suaues grauésue sententiæ. pro Cæc. 57. Qui in Italiã sit, abhtúe reipublicæ causa. & *ibid.* 63. Hominibus coactis armatisue. Ora. 121. Ne breuitas, &c. néue longitudo, &c. 5. I. A. 10. Lex de actis Cæsaris, &c. déue dictatura, &c. déue coloniis, &c. Epist. lib. 1. ep. 9. Néue in hoc reo, néue in aliis quæstus, &c. 3. de Ora. 162. Néue hoc, néue illud, &c. Attic. lib. 8. ep. 9. Pro tuis rebus gestis amplissimis, amplioribúsue quàm meis, quàm Africani. 2. de Diu. 19. Omnia quæ fierent futuráue essent. Ora. 122. Per orationẽ inflãmantẽ restinguentémue cõcludere. 1. de N. 97. Bestiæ quę in rubro mari Indiáue gignũtur.

VECORS, dis. *excors, hardus.* de Atus. p. 2. Sed vecors repente sine suo vultu, sine colore, sine voce constitit. pro Dom. 141. Itaque istius vecordissimi mentem cura metúque terrebant. I. P. 21. Cùm tu, ô vecors, & amens, &c.

VECTIGAL, lis. *portorium.* pro Pomp. 16. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos qui vectigalia nobis pensitant, aut eos qui exercent atque exigunt? & 4. Quorum magnæ res aguntur in vestris vectigalibus exercendis occupatæ. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 26. Qui pẽdere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt. pro Font. 10. Vectigal esse impositum fructibus nostris dicitur. 2. cõtra Rul. 55. Sicque agro pergrãde vectigal imponitur. pro Pom. 17. Vectigalia neruos esse reip. semper duximus. de Pro. 30. Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum totũ in huius vnius quæstum est conuersum. 5. I. V. 11. Cæteris prouinciis impositũ vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur. At. li. 6. ep. 1. Ariobarzanes nullum ærarium, nullum vectigal habet. 3. cõtra Rul. 9. Ego pro aqua crebra vectigal pendam. Qui. fra. lib. 1. ep. 1. 26. Pẽdere vectigal alicui. Qui. fra. lib. 1. ep. 1. 21. Iniquo & graui vectigali ædilitiorum Asiam liberasti. de Clar. 136. Sp. Torius agrum publicũ vitiosa & inutili lege vectigali leuauit. Para. 6. Magnum vectigal est parsimonia. Para. 6. Ex meo tenui vectigali aliquid etiam redundet. Attic. lib. 5. ep. 21. Atque etiam minus est aliquanto in Scaptij nomine, quàm in vectigali prætorio. & lib. 9. ep. 15. Habebit non ille vectigal, sed ciuium bona. & lib. 12. ep. 20. Equidem iam non ego vectigalibus, & paruo contentus esse possum. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 26. Exigere vectigalia. pro Pom. 15. Itaque neque ex portu, neq; ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. 5. I. V. 127. Saluis vectigalibus nostris, *ibid.* Vectigalia populi Rom. sunt diminuta. *ibid.* 128. In reliquum tẽpus vectigalibus prospicio. *ibid.* Vectigalia perdo, *ibid.* Vectigalibus prospicio in decumis & in tota re frumentaria. 5. in Verr. 128. Vectigalia suo quæstu peruertit. 1. con. Rul. 21. Non dico solum hoc in Repub. vectigal esse, quod amissis aliis remaneat: intermissis non conquiescat: in pace niteat: in bello non obsolescat: militẽ sustentet: hostem non pertimescat. * Fra. epi. Cum constet Cæsarem Lupercis id vectigal dedisse. 2. contra Rull. 79. Fundus fundamentum vectigalium. *ibid.* An ignoratis, cætera illa magnifica populi Rom. vectigalia perleui sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? *Alij Perre? ibid.* Quid omnia transmarina vectigalia iuuabunt: *ibid.* At verò hoc agri Campani vectigal, cum eiusmodi est vt domi sit & omnibus præsidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infestum, nec fructibus varium, nec cœlo ac loco calamitosum esse solet. Maiores nostri non solum id, quod à Campanis ceperant, non imminuerunt: verum etiam, quod & tenebant quibus adimi iure non poterat, coemerunt.

✝ *A* DIVNC. *Certum, media, magnum, præclarúmque, nouum, publica, salua, stipendiarium, 5. Ver. Certissimum, grande, magnifica populi, transmarina, vetera, 2. cõt. Rull. Certissima & maxima, integra, nerui reip. pro Pomp. Domesticum, 2. Attic. Graue, 1. de Orat. Iniquum, & graue, 1. ad Qui. Frat. Magnum, tenue, Parad. Minora, 12. Atti. Noua, pergrande, 1. cont. Rul. Ridicula, 2. Famil. Vetera, 2. Offic.*

☞ Syntaxis. *Vectigal pẽdere, pensitare, imponere, exigere. Stipendiarium vectigal.*

¶ Vectigaliorum, *in genitiuo plur.* Cicero ad Attic. *teste Charisio. ait enim.* In ratione vectigaliorum suorum. *Sed & de Lege Agraria,* Vectigalium, *dixit.*

VECTIGALIS, le. *stipendiarius, tributarius, publicanus.* 5. I. V. 79. Ita ciuitas vna sociorum duabus mulierculis vectigalis fuit. & 103. Ager vectigalis populo Romano ex parte decima. 2. contra Rull. 63. Agri vectigales. I. P. 87. Is vectigalem prouinciam fecit singulis rebus quæcunque venirent, portorio impositio. de Pro. 10. Vectigales & stipendiarios multos liberauit. 3. I. V. 89. Naues ex vectigali pecunia fecerat. Epist. lib. 12. ep. 15. Quod cùm pertimuisset Dolabella, vastata prouincia, correptis vectigalibus, præcipuè ciuibus Romanis omnibus crudelissimè denudatis ac diuenditis scelerius, Asia excessit. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 26. Græci sunt vectigales. 2. I. A. 62. Tradere equos vectigales alicui.

VECTIO, onis. 2. de Nat. 151. Effecimus, etiam domitu nostro, quadrupedum vectiones.

VECTIS, tis. *palus est ferreus, quo vtuntur fabri ad multa.* 6. I. V. 94. Demoliri signum ac vectibus labefactare conantur. 1. de Nat. 19. Quæ ferramenta, qui vectis. 2. de Diuin. 62. Si anguis vectem circumplicatus fuisset.

VECTOR, oris. *nauigans, qui vehit & qui vehitur.* Att. lib. 2. ep. 10. Malè vehi malo, alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare. pro Sest. 45. Si id vectores negarent. 3. de Nat. 89. Vectores timidi aduersa tẽpestate. 7. I. A. 28. Sũmi gubernatores in magnis tẽpestatib. à vectoribus admoneri solent.

✝ *A* DIVNC. *Ingrati, 2. At. Timidi & perterriti, 3. de Na.*

VECTVRA, ræ. *vectio.* Attic. lib. 1. ep. 2. Misimus, qui pro vectura soluerent. 5. I. V. 190. Vecturæ difficultas. Epist. lib. 2. ep. 17. Vt & mihi & populo tantum esset sine vecturæ periculo. Att. lib. 15. ep. 18. Petij ab eo de multis vecturæ, itineris, &c.

✝ *A* DIVNC. *Longa, difficiliſque, 3 Ver.*

VEGETVS, a, um. *sanus, firmus, valens.* Atti. lib. 10. ep. 18. Te vegetũ nobis in Græcia sistet. 1. Tus. 41. Ne tam vegeta mens in sanguine demersa iaceat. 1. de Diu. 61. Vt illa tertia pars rationis eluceat, & se vegetam ad somniandum acrémque præbeat.

VEHEMENS, tis. *acer, fortis, ferox, incensus, immoderatus, effrenatus, nimius.* in Vat. 4. Nimium est vehemens feróxque natura. pro Syl. 87. Ego, qui vehemens in alios, inexorabilis in cæteros esse visus sum. 2. de Ora. 183. Acri & vehemẽti quadã incitatione inflãmari. de Clar. 88. Galba in meditando vehemens & incensus fuit. 2. de Orator. 317. Exordium dicendi vehemens & pugnax. & 58. Qui illum impetum oratoris nõ habeat, & vehemens minus sit. & 200. Oratio vehemẽs & atrox. 7. in Verr. 103. Poterĕne in eos esse vehemẽs in eum dissolutus? * pro L. Varen. L. Septimius est ad L. Crassi eloquentiã grauis & vehemẽs & volubilis.

☞ Syntaxis. *Vehemens ac ferox, in aliquẽ vehemens. Incitatione acri & vehementi inflammari. In meditando vehemens & incensus Vehemens & pugnax.*

VEHEMENTER, tius, sissimè. *acriter, acerbè, asperè, impensè, valde, longè, nimio opere, etiam atque etiam, incredibiliter.* (. *remissè.* 5. de Fi. 77. Non illud vehementer repugnat, esse beatum, & multis malis oppressum. 4. Tuscul. 50. Quæ vehementer, acriter, animosè fiunt. Att. li. 6. ep. 8. Nos Etesiæ vehementissimè tardarũt. 1. de Orator. 152. Vehementissimè exercere se in aliqua re. Attic. lib. 2. ep. 24. Vehementius & acrius. & lib. 7. ep. 5. Acerrimè, id est

vehementissimè & ardentius. Attic.lib. 13. ep. 21. Inhibere illud tuum, quod mihi arriserat, vehementer displicet & lib. 16. ep. 14. De summa autem agi prorsus vehementer & seuerè volo. 8. I. A. 16. Vehementer me agere fateor, iracundè nego. Attic. lib. 16. ep. 21. Vehementer etiam atque etiam.

☞ Syntaxis. *Vehementer, acriter, animosè facere. Vehementer dico, non iracundè.*

VEHENS, tis. *qui vehitur.* de Clar. 331. Cuius in adolescentiam per medias laudes, quasi quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna reipublicæ.

VEHICVLVM, li. *rheda.* pro Mil. 55. Quid horum non impudentissimum? vestitus, an vehiculum? & *ibid.* Cùm alter veheretur in rheda penulatus. 7. I. V. 58. Illi tibi furtorum vehiculum comparauerunt. *id est, nauem, qua furta veheres.* in P. 61. Vehicula triumphalia. *id est, currus.* Attic. lib. 10. ep. 12. Ego verò vehiculo, si nauis non erit, eripiam me ex istorum parricidio.

✠ *ADIVNC. Diuinum & nouum, 2. de Nat. Triumphalia, in Piso.*

VEHO, his. *porto.* 1. de Nat. 79. Ille taurus qui vexit Europam.

VEHOR, tis. *gestor.* 2. de Diu. 144. Curru quadrigarum vehi. 1. Tusc. 73. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. 1. de Nat. 79. Triton natantibus inuehens belluis. de Vn. 41. Vt animal sex motibus veheretur. 2. de Diu. 140. Equus in quo vehebar, mecum vnà demersus, rursus apparuit. I. P. 60. Vehi per vrbem, conspici velle. 2. I. A. 58. Vehatur in essedo tribunus plebis. 3. de Nat. 89. Vehi in aliqua naui. pro Mil. 55. Vehi in rheda. 7. I. V. 115. Quòd in eius quadriremi Cleomenes vectus esset.

✠ *ADVERB. Malè, 2. Attic.*

☞ Syntaxis. *Vehens, inuehens equo, naui. Vehi equo, in equo, per vrbem, in naui.*

VEIENS, tis. pro S. R. 47. An aliquem ex agro Veiente nominem. & 1. de Diu. 100. Veientes, &c.

VEII, orum. *oppidum.* 1. de Diu. 100. Ex fatis, quæ Veientes scripta haberent, Veios capi posse.

VEIOVIS. *Iouis acheruntius, qui non iuuandi, vt Iouis, sive Iupiter ille alter, opt. max. potestatem haberet, sed nocendi tantùm, ac vexandi. Idcirco appellabatur quidè Iouis, verùm præposita Ve particula, quæ priuat verbum ea vi quam haberet, si Ve præpositum non fuisset, vt in Vecors, & Vesanus: &, vt vno verbo dicam, Veiouis, Orcus est, ad nocendum, è cælo summo, ad impia tartara deturbatus.* 3. de Nat. 62. Quid Veioui facies?

VEL. *ve, seu, sive, aut.* 1. de Orat. 249. Cui nostrûm non licet fundos suos obire? aut res rusticas vel fructus causa vel delectationis inuisere? Quin. frat. lib. 2. ep. 14. Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxima. 1. de Orat. 3. In his vel asperitatibus rerû, vel angustiis temporis. de Clar. 242. Multorû vel periculo, vel honori seruire. Attic. lib. 1. ep. 17. A curia autem nulla me res diuellet, vel quòd, &c. vel quòd, &c. vel quòd, &c. Attic. lib. 1. ep. 11. Intellexi hominem moueri, vtrum Cassium inire tantùm gratiam, &c. an esset tantas res nostras, &c. id est, vel quòd, &c. vel quòd, &c. pro Planc. 8. Vel quod multo minus est ferendum. pro Lig. 8. Cuius ego industriæ gloriæque faueo, vel propter propinquam cognationem, vel quòd, &cæt. vel quòd, &c.

¶ *Cum primis, præcipuè etiam.* Vel mori satius est, quàm, &c. L. SATIVS. Epist. lib. 7. ep. 15. Quàm morosi sint qui amant, vel ex hoc potes cognoscere. 1. de Nat. 162. Hoc mihi videtur vel maxime confirmare, &c. 1. de Orat. 32. Hoc vno præstamus vel maximè feris. Orat. 89. Cùm id certè sit vel maximè Atticum. 3. de Leg. 23. Nam isto modo vel consulatus vituperabilis est. Or. 91. Hoc in genere neruorum est vel minimum, suauitatis autem vel plurimum. 4. Acad. 93. Per me vel stertas licet, non modò quiescas. 2. de Orat. 119. Hæc sunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. & 325. Vt ipsis sententiis quibus proluserunt, vel pugnare possint. *Hortens. Solereiam eam, quæ
✠ posset vel in tegulis proseminare ostreas. ‖ 3. de Orat. 202. Aptum ad conciliandum animos vel maximè. & lib. 1. 31. Vnum qui id quod omnibus natura est datum, vel solus vel cum paucis facere possit.

VELABRVM, bri. *locus Romæ, siue olearium forum, vt Plautus indicat.* Brut. ep. 15. Laurentiæ ad aram in Velabro sacrificium pontifices facere solent.

VELES, tis. *leuis armaturæ miles, & expeditus ad cursum.* Epist. lib. 9. ep. 20. Me autem à te, vt scurram velitem, malis oneratum esse, non molestè tuli. de Clar. 270. Vt hastæ veliribus amentatæ traduntur, sic, &c. L. VOLITES.

VELIA, iæ. *vrbs.* 16. Attic. ep. 7. Epist. lib. 7. ep. 20. & 4. I. V. 99.

VELIENSES. Epist. lib. 7. ep. 20. pro Cor. 55.

VELIFICATIO, onis. Epist. lib. 1. ep. 9. Cùm id possis mutata velificatione assequi, stultum est, &c.

VELIFICOR, aris. *vela facio, auram popularem capto.* Epist. lib. 8. ep. 18. Ne aut velificatus alicui dicaris, aut, &c. 1. in Rull. 27. Si quis vestrûm spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo.

VELINVS *lacus.* Att. lib. 4. ep. 14. Lacus Velinus à M. Curio emissus, intercisò monte in Nar defluit.

VELITOR, aris. *pugno, contendo, certo.* pro Qu. 73. Hæc est iniqua certatio, non illa qua tu contra Alphenum velitabaris. *alia exemplaria sic legunt: Qua tum contra te Alphenus velitabatur.*

VELIVOLANS. tis. *quod velis volat, vt naus: poetice nimium igitur Vergilius mare veliuolum appellauit.* 1. de Diu. 67. Et fera veliuolantibus nauibus compleuit manus littora.

VELLICO, as. *peruello.* pro Cot. 57. Qui more hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant, vbique carpunt.

VELLO, lis: velli, & vulsi. *euello, peruello.* 6. I. V. 54. Illa quę vellerat ex patellis, in aureis poculis illigabat. 4. de Finib. 6. Spinas vellere.

VELO, as. *obduco, tego.* in Pis. 56. Triumphi nomine tegere & velare cupiditatem suam pro Dom. 124. Tu, tu, inquam, capite velato, &c. bona illius conseruasti.

VELOCITAS, tis. *pernicitas.* 1. Offi. 107. Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere. 4. Tusc. 31. Velocitas corporis, celeritas appellatur. & 2. Tusc. 45. Pernicitas & velocitas. de Sen. 17. Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corpotum res magnæ geruntur, sed consilio, & autoritate, & sententia.

VELOCITER. *ocyus.* de Somn. 21. Quibus exercitatus animus velociter in hâc sedè peruolabit. de Vniu. Velocissimè moueris.

VELSVRVS Iupiter. I. P. 85.

VELVM, li. *integumentum, inuolucrum.* Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 11. Multis simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura. 7. I. V. 30. Tabernacula carbaseis intenta velis. 2. in C. 22. Socij Catilinæ velis amicti, non togis. pro Dom. 24. Cùm ipse archipirata cum grege prædonum plenissimis velis nauigares. 7. in Verr. 87. Cleomenes malum erigi, vela fieri, ancoras præcidi imperat. 4. Tusculan. 9. Vtrum igitur mauis? statim ne nos vela facere? an quasi è portu egredientes paululùm remigare? & *ibid.* Quærebam igitur vtrum panderem vela orationis statim. Orator. 75. Nunc iam quocunque feremur, danda nimirum vela sunt. 2. de Orator. 187. Et ad id, vnde aliquis flatus ostenditur, vela do. 1. Tusculan. 119. Quo vtinam velis passis peruehi liceat. 3. Tusculan. 25. & Quint. frat. lib. 2. ep. 14. Res terra, detestabilis, omni contentione, velis, vt ita dicam, remisque fugienda. Attic. lib. 1. ep. 13. Contraxi vela. 3. Offic. 116. Cum his velis equisque, vt dicitur, decertandum est. *prouerbium.*

✠ *ADIVNC. Carbasea, 7. Ver. Passa, 1. Tusc. Plenissima, pro Dom.*

☞ Syntaxis. *Plenis nauigare velis. Iubeo vela fieri. Vela faciunt nautæ. Vela orationis pandere. Vela dare. Passis peruehi velis. Velis, remisq; vitium fugere. Velis equisq; decertare.*

VELVT, & VELVTI. *sicut.* 2. Tusc. 5. 2. de Nat. 124. Bestiæ quæ gignuntur in terra, veluti crocodili. 2. de Fin. 116. Non elogia monumentorum hoc significant? velut hoc ad portam, &c. de Ar. 7. Si conabitur, &c. eius conatum refutabo: velut hesterno die, cùm, &c. 6. I. V. 95. Velut in hac re. 1. de Nat. 2. Velut in hac quæstione. 5. Tusc. 13. Velut iste chorus virtutum, &c. 1. de Inuent. 51. Velut apud Socraticum Aeschinem. 2. Tusc. 2. Velut ex ea disputatione. & lib. 1. 20. Velut in cantu, &c. sic in corpore, &c. lib. 2. 48. *ter vsurpatum.* Quint. fr. lib. 3. ep. 1. Ideo multa coniecta sunt, aliud alio tempore: velut hoc, T. Annius, &c.

VENA, næ. *vas & receptaculum sanguinis: interdum arteria.* 2. de Nat. 14. Iam verò venæ & arteriæ micare non desinunt. & 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, sicut spiritus per arterias. & 137. Vena quæ caua appellatur, hæc à iecore ad cor pertinet. & 138. In alterum ventriculum cordis, sanguis à iecore per venam illam cauam influit. 2. de Diuin. 145. Medici signa quædam habent ex venis & ex spiritu ægroti, multisque ex aliis futura præsentiunt. de Fat. 15. Si cui venæ sic mouentur, is habet febrim. de Ar. 35. & I. P. 83. Incidere venas alicui. 2. de Nat. 139. Nerui sicut venę & arteriæ, à corde tracti & profecti, in corpus omne ducuntur. 2. Tusc. 19. Cùm è viperino morsu venæ viscerû veneno imbutæ tetros cruciatus cierêt. 2. de Fin. 94. *Poetæ.*

¶ *Translata: pars intima.* 1. I. C. 31. Periculû autem residebit & erit inclusum penitus in venis atque in visceribus reipubl. 2. de Fin. 94. Cui viperino morsu venæ viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cient.

¶ *Origo minerę.* 2. de Nat. 151. & 98. Venę argenti, auri, æris penitùs abditæ. 1. de Diu. 116. Reconditæ auri argentique venæ.

¶ *Ratio.* 1. de Orat. 223. Teneat oportet venas cuiusque generis, ætatis, ordinis.

✠ *ADIVNC. Abditæ, & ad vsum aptæ & ad ornatum decoræ metallorum, reconditæ auri, crebræ, multæque, caua, 2. de Nat.*

☞ Syntaxis. *Venæ & arteriæ micare non desinunt. (hic vena, synonyma cum arteria.) Vena à iecore ad cor pertinens. Ex venis habemus signa, id est, ex arteriarum motu. Vena qui mouetur: id est, qualis est pulsus. Vena viscerum veneno imbutæ.*

VENABVLVM,li.*venatica hasta, telum vel spiculum.* Epist. lib. 7. ep.1.Præclara bestia venabulo transuerberatur.

VENAFRVM,ri.*oppidum.*Attic.lib.7.ep.13.& Qu.Frat.lib.3. ep. 1.

VENAFRANVS ager.pro Cluent. 192.Venafranus tractus. pro Planc.

VENALIS,le.*quod vt vendatur,expositum est.*pro Quint.13.Næuius qui vocem venalem habuerat.& *ibid.*24.Publicius,qui ex Gallia pueros venales isti adducebat.Quin.fr.lib.3.ep.4.Non enim hæc venalia sunt, quæ quidem placeant. Postquam in Sen.13. Cappadocem modò abreptum de grege venalium diceres. 2. de Orat.265. Syri venales. pro Dom. 49. Ille nouitius Ligur venalis ascriptor & subscriptor tuus.2.I.A. 6. Cùm domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia.& 3. Phil. 10. Vt haberet omnia iura regni venalia.3.contra Rullum 15. Possessiones venales ac proscriptas hac lege video.4.Ver.119.Venalem in Sicilia iurisdictionem habuit.& Act.5.144.Habere fidem venalem. & Act.4.78.Proponere fidē venalem.2.Offi.77. Habere rempublicam quæstui.1. de Orator.246. Manlianæ leges venalium vendendorum.in Sal.17.Sallustius nihil in eo honore non venale habuit,cuius aliquis emptor fuerit.5.in Verr. 144. Aliquando desinat ea se putare emere,quæ ipse semper habuit venalia, fidem,iusiurandum,veritatem,officium,religionem.

VENALITIARIVS,tij.vide VENALITIVS.

VENALITIVS,tij.*venditor,mācipiorum,minutus mercator.*Or.232. Diuitiæ, quibus omnes Africanos multi venalitij mercatorésque superarunt.* *Alij Venalitiarij legunt.*

✠*ADIVNC.Multi,Orat.*

VENATICVS,a,um.*quod ad venandum valet.*6.I. V.31. Canes venaticos diceres.

VENATIO,onis.Attic.lib.16.ep.4. Venatio, quæ postridie ludorum Apollinarium futura est.2. Offic. 55. Prodigi,qui ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt. de Senect. 56. Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium atque venatio. Epist.li.7.ep.1.Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinque magnificæ.

✠*ADIVNC.Magnificæ,7.Fam.*

☞Syntaxis. *Aucupium atque venatio.*

VENATOR, oris. 2. Tusc. 40. Pernoctant venatores in niue,in montibus vri se patiuntur.1.de Nat.84.Physicus,speculator,venatórque naturæ.

VENATVS,tus.*venatio.*5.Tusc.u.98.Labor in venatu,sudor,cursus ab Eurota.

VENDIBILIS,le. *probabilis,tolerabilis.* 3. I. Ver. 105. Illi bona res: huic vendibilis videbatur.2.contra Rullum 36. Herculanea via vendibilis.1.de Finibus 12.Illa vendibiliora, hæc vberiora sunt. de Cla.74.Hellius non tam vendibilis orator,quàm,&cæt. 264. Orator sanè vendibilis.de Amic.96.Vendibilis oratio.

VENDICO,as.*libero,eximo.*pro Syl.59.Itaque se ex suspicione tanti sceleris, & ex omni hominum sermone vendicauit.& 26.Sed me neque honoris neque æratis excusatio vendicat à labore.1. de Nat.56.Solutus,& in libertatem vendicatus.5.I. V. 132. Vendicare se existimationi hominum.Attic.lib.4. ep. 15. Vendicare se alicui.& Vendicare aliquem iudiciis.

¶ *Adduco.*Par.6.In libertatem vendicare vultminimè,quid, &c. *aliter vindicari.*

¶ *Assumo.*1.Off.22.Ortus nostri partem patria, partem parentes vendicant. Orat. 61. Cæterarum rerum partem aliquam sibi quisq; vendicat.1.Off.2.Si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare.pro Arch.19.Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum,Chij suum vendicant, Salaminj repetunt,Smyrnei suum esse confirmant.

¶ *Censeo.*pro Mil,39. Vt etiamsi id Milo fecisset, cuncta ciuitas eam laudem pro sua vendicaret.

¶ *Penso,resarcio.*4.I.C.9.Sed meorum periculorum rationes vtilitas reipublicæ vendicat.

✠*ADVERB.Quodammodò,1.Offic.*

VENDITATIO. onis.*ostentatio.* 2. Tusc. 64. Laudabiliora mihi videntur omnia, quæ sine venditatione & sine populo teste fiunt.de Am.88.Virtus venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur.

VENDITIO,onis.*abalienatio.* pro S.R. 110. Venditio bonorum. & 118.Præscriptiones venditionesq; fieri.in P. 86. Quod quasi vasarij nomine in venditione mei capitis ascripseras.

✠*ADIVNC.Firmæ,ratæ,3.Fam.Fraudulentæ,3.Offi.*

VENDITO,as.*ostento.*de Ar.48. Cùm is P. Tullioni nauaret operam,atque ei sese,cui totus venierat, venditaret. Attic.li.8.epi. 25.& pro Syl.31. & 32. Fallacissimè venditare se alicui.2.ad Heren.47. Venditare ingenium & ostentare memoriam. pro Sest.18.

✠*ADVERB.Fallacissimè,de Aruſp.Flagitiosè eloquentiam,Sall.Peritissimè decreta imperia,4.Verr.Palàm commentaria,2.Phil.*

VENDITOR,oris.*venalitius.*Postquā in Sen. 9. Mercatores prouinciarum,ac venditores nostræ dignitatis.3.Offi.51.Vt ne quid omnino,quod venditor nōrit,emptor ignoret.Topic. Venditores liberales.3.Offic.66.

✠*ADIVNC. Firmiores,13.Famil.Liberales,Top.*

*VENDITVS,a,um.5.I.V.131.Decimis cōtra instituta legis consuetudinemq; venditis.*con.C.Anton.Pecore omni vendito.

VENDO,dis.*alieno, abalieno,mancipo, do, venale habeo, venditorem facio.*pro Qu.16.Eum non ita commodè posse ea, quæ proscripsisset,vendere.3. Offic. 51. Vendere aliquid quàm plurimo, pro Sest.56.Vendere aliquid alicui grandi pecunia. 5. I. V. 124. Cur igitur Metelle non ita magno vendidisti?3.Off.66.Cùm in vendendo eam rem scisset,&c.1.de Ora.246. Manlianæ leges venalium vendendorum.3.Off.51.Vēdo meum non pluris quàm cæteri:fortasse etiam minoris.& ibid.Quàm optimè vendere.* de Leg.Agr.Prædam,manubias, sectionem, castra denique Decemuiri vendent.

✠*ADVERB. Grauatè,quàm optimè,3.Offic.Malè, non ita magnò,rectè,5.Ver.Nominatim vectigalia,2. cont. Rull.Non ita commodè.pro Quint.Præclarè,13.Attic.*

VENEFICIVM,cij.*venefici artificium & crimen, cantio.*2.de Ora. 185.De ficariis, de veneficiis, de peculatu inficiari necesse est. pro Clu.1.Quæstio veneficij.de Cla.217.Idque veneficiis & cātionibus factum esse dicebat. 13. I. A. 25. Veneficum appellas eum,qui tuis veneficiis remedia inuenit.

VENEFICVS,a,um.*qui venena spargit,vt homines tollat, qui cantionibus quibusdam & malis artibus abutitur ad suam libidinem explendam.* 13. I. A. 25. Veneficum appellas eum, qui tuis veneficiis remedia inuenit.2.de Inu.58.& pro Sest.39.Cùm venefici cuiusdam nomen esset delatum.‖2.in Cat.7.

VENENATVS,a,um.*venenum habens,interimens.*de Ar.50. Vipera venenata ac pestifera.

¶ *Veneno imbutus,infectus.*2.de Diu. 135. Cùm Ptolemæus telo venenato ictus esset.pro Qu. 8. Falsum crimen quasi venenatum telumiacere.2.de Nat.126.Caprę cōfixæ venenatis sagittis.2.de Nat.126.Pantheræ,quæ venenata carne capiuntur, remedium habent:quò cùm sunt vsæ,non moriuntur.

VENENVM,ni. pro Cæl. 58. Vim veneni aiunt Cælium esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esset ab hoc comprobatum venenum. & 51. Venenum quod Clodiæ necandæ causa parasse Cælium criminatur.pro Clu.169.Oppianicum veneno esse necatum, quod ei datum sit in pane per M.Asellium.2.I C. 23. Qui ficas vibrare, & venena spargere didicerunt. pro Clu. 166. Aliquem veneno esse sublatum, venenum alicuius consilio paratum, dare venenum in mulso.1.Tusc. 96.Venenum biberunt Theramenes & Socrates. & *ibid.* Cùm venenum obbibisset.& *ibid.* Præbere venenum alicui.de Cl.43.Fuit suspicio, Themistoclem veneno sibi consciuisse mortem.3.de Nat. 81. Varius Metellum veneno sustulit. pro S. R. 99. Occidere aliquem veneno. pro Cl.20. Cluentius manifestò venenum deprehendit.3.de Nat. 74. Tum hæc quotidiana,ficæ,venena,peculatus.11.I.A.23. At hic nuper sororis filio infudit venenum,non dedit.Attic.lib.2.ep.21. Sed ita lenibus vti videbantur venenis,vt posse viderentur sine dolore interire. Orat. 129. Cùm sibi venenis ereptam memoriam diceret. pro Cl.148.Qui venenum malum fecit,fecerit.pro Cæl. 60. Veneni celeritas.pro Clu.30.Cui cùm ipse poculum dedisset,subitò illa in media potione exclamauit, se maximo cum dolore mori. & *ibid.*Omnia præterea quæ solent esse indicia, & vestigia veneni,in illius mortuæ corpore fuerunt.& *ibid.* Eodémque veneno fratrem necauit.*pro M. Scau. Venenum hospiti aut conuiuæ si diceretur conanti ab illo datum.2.de Fin.94.2.Tusc.19.Cui è viperino morsu venę viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cient. *Poeta.*

✠*ADIVNC.Improbabile, inusitatum, & nouum, malum,iam tum recens suspicio sum cæteris, tum incredibile.nunc verò apertum,iam omnibus manifestum,pro Cluent-Leuia,2 Attic.*

☞Syntaxis.*Venenum parare, dare. In pane dare, spargere, bibere, obbibere,præbere,infundere venenum.Veneno tollere.*

VENEO,venis.*vendor.*pro Qu.73.Si ex edicto possedisti, quæro, cur bona non venierint.Epi li.7.ep.2. Ei mandasti potissimum, cui expediret illum venire quàm plurimo. & *ibid.* Quàm illud minoris veneat.Attic.lib.12.ep.37. Si horti venibunt, quid fieri possit,cogitabimus.& lib.5.ep. 20. Mancipia venibant Saturnalibus tertiis.*aliter veniebant.*2.I.A. 92. Populis veniebant immunitates. Attic. lib. 11. ep. 4. Ex proximis literis cognoui prædia non venisse. 2.de Fin.99.Veneuntque scripta eius, &c.5.I. V. 75. Primo anno venierunt eius agri decumæ medimna XVIII. de Ar.1.Cùm is sese,cui totus venierat, venditaret. 2.de Orat. 268.Malo compilari,quàm venire.4.ad Her.30. Hic venit ātc, antequam Romā venit.Att.li.1.ep.1.Si bona venirent *id est, venderentur,*

derentur.1.de Inu.85.Prædæ factio non venierit.5.in V.75. Cum decumæ veniſſent tritici modium XVIII ſe.millibus.5. in V. 110. Agri Leontini decumæ anno tertio venierunt tritici medimnis XXXVI hoc eſt,tritici modiis CCXV.1.Magno,iudices,magno. de Leg. Agrar. Veniet ſub præcone tota Propontis.*Incer.Plute venit.

✠ADVERB. *Ita magnò, 5. Ver. Mendoſè libros, 3. ad Quin.Frat. Omninò non bona,pro Sex Roſc. Pubicè bona,pro Flac.Quamplurimò,7.Famil.*

VENERANDVS,a,um. *colendus.* 2. contra Rull. 94. Non eos in deorum immortalium numero venerandos à nobis & colendos putatis?

VENERATIO,onis.*honor,reuerentia.*1.de Nat.45.Habet enim venerationem iuſtam,quicquid excellit.

✠ADIVNC.*Iuſta, de Nat.*

VENEREVS,a,um.2.de Diuin.143. Complexu venereo iungi. 4. Tuſc.68.Cum fruuntur venereis voluptatibus.de Sen.47.Rebus venereis vti

VENEREVS,rei.*iactus talorum quatuor, vbi omnes diuerſam faciem oſtendunt diuerſaq; puncta:Venerem vocabant : ſed hic intelligitur iactus.*1. de Diu.23. & lib. 2. 48. Quatuor tali iacti caſu venereum efficiunt.

VENERES,orum. *propria fuit Prætoris Siciliæ apparitorum appellatio.*pro Clu.43.Vt in Sicilia permulti Venerei ſunt, ſic Martiales Latini in Martis familia numerãtur.5. I.V.61.Mittit ad hominẽ Venereos.item.*ibid.*(Hoc quoque attendite, apparitores à Prætore aſſignatos, habuiſſe Decumanum) adducitur à Venereis atq; adeò attrahitur Lollius.5.in Ver.50.Venereos ſeruos, quòd iſto prætore fuit nouum genus publicanorum, cæterósque decumanos, procuratores iſtius quæſtus & miniſtros rapinarum dico fuiſſe.

VENEROR,aris.*colo.*3.de Nat.53.Deos auguſtè omnes,ſanctéque veneramur.& 71.Deos venerari & colere debemus.3. in Ver. 59. & 6.in Ver.94. & 2. I. A. 107. Simulacra ex ſuis fanis ſublata in foro venerabantur. Epiſt.lib.6.ep.7.Cùm ignorit omnibus, qui multa deos venerati ſint contra eius ſalutem.1.Tuſc. 48.& 114. Venerari aliquem vt Deum.1.de Nat.120.Dij quos colere, precari,venerarique ſolemus.pro Pl.95. Lapidem ſepulcro venerari pro Deo.*de Conſ.Eorum in vrbibus atque agris auguſtiſſima templa veneremur.

✠ADVER.*Auguſtè,ſanctè,3.de Nat.*

☞ Syntaxis. *Auguſtè ſanctéque Deum venerari. Veneror & colo Deũ. Colo,precor,veneror Deum. Lapidem pro Deo venerari.*

VENIA,niæ.*licentia,impunitas.* 7. I. Verr. 138. Hæc ſi tibi tuus parens diceret,poſſes ab eo veniam petere? poſſes,vt tibi ignoſceret,poſtulare?pro Pom.8.Veruntamen illis imperatoribus laus tribuenda, quòd egerent:venia danda, quòd reliquerunt. 1. de Inuent. 102. Voluntario facinori veniam dari non oportere. 2. contra Rul. 5. Mihi errato nulla venia rectè facto exigua laus proponitur.pro Rab.5.Ab Ioue pacem & veniam peto, precorque ab eo,vt,&c.pro Lig.30. Delicti veniam peto.pro Mur. 62. Fatetur aliquis ſe pecaſſe,& eius delicti veniam petit:nefarium eſt, facinus ignoſcere. pro Syl. 64. Peterem veniam erraro L. Cæcilij ex intimis veſtris cogitationibus.8. I. A. 33. Cæteris autem ſi errorem ſuum depoſuerint, veniam & impunitatem dandam puto. Ora.230. Ab aliquo cui te purges, veniam petere. Par.131. Ad eius facti deprecationem, ignoſcendi petenda venia eſt.2.de Ora.116. Vix mihi tenuis quędam venia dabatur excuſationis,quòd, &c. 2. de Diu. 6. Dabunt igitur mihi veniam ciues mei,vel gratiam potius habebunt,quòd,&c.7.I.V.131. Cur tu fortunæ illorum innocentium veniam ac locum non dediſti? pro Arch. 3. Quæſo à vobis, vt in hac cauſa mihi detis hanc veniam, vt patiamini, &c. 1. de Orat. 23.Sed cùm,&cæt. dabis hanc veniam, mi frater, vt noſtros Græcis anteponam. Attic.lib.5. ep. 21. Dedi veniam homini impudenter petenti. id eſt,*conceſſi quod petebat.*Ora.38.Datur etiam venia concinnitati ſententiarum.pro Dom.66.Cn.Pompeius diutius furori ſuo veniam daturum non arbitrabatur.pro Cęl.30.Deprecari vacationem adoleſcentiæ, veniámque petere. de Pro.1. Etiamſi paulo minus vtilis nobis ſententia videretur,veniam tamen aliquam dolori meo tribueret.I.P.98.Cui non apud vllum ordinem maximorum ſcelerum venia ad ignoſcendum dari poteſt.

¶ *Beneficium,fauor.* 1. de Orat. 98. Date nobis hanc veniam,vt ea quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini. Ora. 148. Quis tam durus hanc mihi non daret veniam? &c. de Am.62.Eſt enim,quatenus amicitiæ dari venia poſſit. Attic. lib.6.ep.1. Impetraui à Salaminiis vt ſilerent:veniam illi quidem mihi dederunt.*id eſt,conceſſerunt.*

¶ *Gratia* 1. de Diu.25. Bona hoc tua venia dixerim.3. de L.34. Quare,frater,bona tua venia dixerim, iſta ſententia obeſt ſæpiſſimè.pro Font.20.In bellis gerendis à diis immortalibus pacem & veniam petere.4.ad Her.22.Veniam ad vos, ſi mihi ſenatus det veniam.pro S.R.9.Vos oro, vt attentè bonáque cum venia,verba mea audiatis.1.de Nat.19.Dolore(bona venia me audies)in tam lęues,ne dicam ineptas ſententias incidiſſe. 1.de Orat.242.An vero(bona venia huius optimi viri dixerim.Scæuolæ)tu,&c.

✠ADIVNC.*Acommodata huic reo,moleſta,pro Arch. Bona,pro Dom.Tenuis excuſationis,2.ad Orat.*

VENIO,nis.*eo,aduenio,mano.*Qu.fr.lib.1.ep.1.29.Omnes qui iſtinc veniunt,commemorant,&c.3.Offi.112.Is cum prima luce Pomponij domum venit. pro Fl. 42. Qui nunquam in ſenatum venire potuit.Epiſt.lib.14.ep.3.Cùm inimici noſtri venire dicentur,tum in Epirum ibo.Attic.lib.14.ep.12.Vtile eſt me illinc venire.Orat.201.Iam à principio videndum eſt, quemadmodum velis venire ad extremum.2.I.A. 3. An ego non venirem contra alienum pro familia i meo?Attic. lib. 11. ep. 7. Multos in Africam veniſſe audio.2.de Nat. 69. Quę autem dea ad res omnes veniret,Venerem noſtri nominarunt 6.I.A.11.Propterea alienum venire ad arma.7.I.V.18. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat.1.de Orat.139.Venire in controuerſiam.pro Mur.55.Venire in periculum.Brut.ep. 3. Multos viros bonos in Africam veniſſe audio.*id eſt, miſſe.* de Fat. 28. Tam eſt immutabile venturum, cùm verum eſt, quam veniſſe.pro Deiot.11. A Cn. Pompeio ad Deiotarum legati literæque venerunt.pro Planc. 69. Venit dies. Attic. lib. 4. ep. 15. Venit legi dies. 2. Tuſc. 56. Pugiles verò. &c. ſed quia perfundenda voce omne corpus intenditur,venitque plaga vehementior.1.pro Cor. Balb.48.Venit quæſtio. pro Mar. 26. Sæpe enim venit ad aures meas,te idem iſtud nimis crebrò dicere.5.Tuſcul.78 & 5.de Fin. 71.Mulieres verò in India, quum eſt cuiuſque earum vir mortuus, in certamen iudiciúmque veniunt. 3. Verr. 68. Poſtridie mane homines in concionem veniunt quærunt,quid optimum factu ſit.4. de Fin. 24. & pro Quint. 38. Quæ in controuerſiam veniunt,de his,ſi placet,diſſeramus ad Attic.lib.11.ep.15. Alij capti,alij intercluſi non veniunt in dubium de voluntate: eo minus ſcilicet, &c. pro Roſc. Comœd. 30. Quia veniebat à Roſcio,plus etiam ſcire,quàm ſciebat,videbatur.1.de Nat.deor. 18. Non veni adiutor, ſed auditor. pro Dom. 35. Neque amiſſis lacris paternis in hæc adoptiua veniſti.ad Attic.lib.2 ep. 1. Eunti mihi Antium,& venit obuius tuus pater.2.Tuſc. . Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum,vt iam ſeneſcat, breuique tempore ad nihilum ventura videatur. pro Roſc. Amer.49. In hanc calamitatem venit propter præditorum bonitatem & multitudinem.pro Cęc.6.Quod quoniam iam in conſuetudinem venit, &c. reprehendendum fortaſſe minus. 2. Offi.55.Iam in prouerbij conſuetudinem venit, &c. Largitionẽ fundum non habere.2.de Diuin 129.Venit enim iam in contentionem,vtrum ſit probabilius,&c.1.Ver.62. Neque fere vnquã venit in contentionem de accuſando.ad Attic.lib.1 ep. 20. Nouo quodam genere in ſummam gloriam venit. de L. Agrar. 11.Etiámne ſi vi eiecit,etiámne ſi clàm,ſi precariò venit in poſſeſſionem?pro Flac.81.Scilicet defendam Decianum,qui tibi in ſuſpitionem nullo ſuo delicto venit.4. Acad.quæſt.9 Venimus maturius.4.Verr 124. Tamen ad iſtum venerunt emptum locũ illum Senatorium,non ſi lùm vetereſ,ſed etiam noui.2. de Inuent.160.Deinde quædam in conſuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt.pro Cluen.81.Poſtremò, in eum caſum veneram, vt omnis mearum fortunarum ſtatus vnius iudicij periculo cõtineretur.2.de Ora.217.Nonnullã in ſpem veneram,poſſe me aliquid exiſtis diſcere.pro Quint.48.Ad vadimonium non venerat,vt ais,is qui cum tibi affinitas,&c.intercedebat.4 Ac. 11. Et quidem iſti libri duo Philonis,&c.tum erant allati Alexandriã, tũmque primùm in Antiochi manu venerant.4.Tuſc.67.Alacris obuiam mihi veniet complexum exoptãs meum.2.Offi.71. Sed ſi res in contentionem veniet, &c. 4. Verr. 175. Venient in medium:dicent,quid ſtatuerint.3.de Leg. 29. Nam quum omni vitio carere lex iubeat, ne veniet quidem in eum ordinem vnquam vitij particeps.Cælio,lib. 2. ep. 10. In eaſdem ſolitudines tu ipſe(vt arbitror)venies, in quibus nos conſediſſe audies.*ibid.* epiſt. 12. Obuiæ mihi velim ſint tuæ literæ, quæ me erudiant de omni Rep.ne hoſpes planè veniam.de Fin.lib.1.32. Vt enim ad minima veniam. pro Roſ. Amer. 55. Videnr omnes, de qua cauſa huic inimicus venias: ſciunt huiuſce pecunia te ad ſuctũ eſſe.pro Quinct.Noneò dico,C.Aquili,quòd mihi veniat in dubiũ tua fides & cõſtantia.1.de Fin. 3. Vt autẽ à facillimis ordiamur, prima veniat in mediũ Epicuri ratio.pro Roſc. Amer. 74. Et ſimul tibi in mentem veniat facito, quemadmodũ vitã huiuſce depinxeris.4.Aca.12. Ad Arceſilam,Carneadémque veniamus. pro Roſ.Amer. 46. Vt ad fabulas veniamus. ad Brut. lib. 11. ep. 24.Quod ſcribis in Italia te moraturũ,dum tibi literæ meæ veniant,ſi per hoſtẽ licet,nõ errãris.*id eſt,aſſerantur.*ad At.li.6.ep.5. & li.8.ep.7. Ad méq; legati eius,& Queſtor & amici literas mitterẽt,vt ſubſidio venirẽ.& li.16.ep.18.Nũquã putaui fore,vt ſuppex ad te venirem.de Finib.lib.2.64.Vt ad cœnam & eſuriẽs & ſitiens

fitiens veniret. Offic. lib. 1. 13. Vt ad id aliquando, quod cupiebat, ✠ veniret. ‖ *aliàs perueniret.* pro Rosc. Amer. 10. Quum omnium nobilium dignitas & salus in discrimen veniret. 6. Verr. 13. In sermonem hominum atque in vituperationem venire. ad Terent. lib. 14. ep. 1. Si in vestrum complexum venero, &c. satis magnum mihi fructum videbor percepisse. ad Att. lib. 5. ep. 13. Veruntamen cùm de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Prætori se alacres obtulerunt. pro Clu. 168. Quum ad illud prandium crudior venisset. Qu. fr. lib. 3. ep. 4. Ad inimicitias res venisset. 4. in Ver. 37. Nam hoc animo prouidebat, quũ tanta hæreditas in controuersiam venisset. de Clar. orat. 194. Quum is, &c. si pupillus antè mortuus esset, quàm in suam tutelam venisset, pupillo non nato hæredem esse non posse. ad Attic. lib. 8. ep. 15. Qui regionibus exclusi intra præsidia, atque intra arma aliena venissent. 1. de Nat. deor. 96. Mirari satis non possum, vnde ad istas opiniones venerit. ad Attic. lib. 1. ep. 9. Tu velim sæpe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. 2. de Nat. deor. 15. Si quis venerit ad domum aliquam, in gymnasium, in forum. 1. de Leg. 59. Et quum se ipse perspexerit, totúmque tentârit, intelliget, quemadmodum à natura subornatus in vitam venerit. ad Att. lib. 1. ep. 4. Omnem spem delectationis nostræ, quam, quum in ocium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus. Offic. 3. 34. Neque enim quicquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod mihi quidem probaretur de iis, quæ in manus meas venerint. in Sal. 5. Tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras: vt etiam si fuerint egregij ciues, certè venerint in obliuionem. pro Sest. 47. Venire Remp. ad seruos. 1. de Fin. 14. Venire ad aliquem salutandi causa in aliquem locum. 5. in Ver. 146. Venire ad conditionem. de Fat. 44. Venire ad eundem exitum. 11. Fam. ep. 12. Venire ad nihilum. Cat. 67. Venire ad senectutem. Ep. lib. 16. ep. 1. Quanquam magni ad honorem nostrum interest, me quã- ✠ primùm ad vrbem venire. ‖ Attic. lib. 1. ep. 1. Venire contra alicuius existimationem. 2. Phil. 3. Venire contra gratiam, vel iniuriam. *ibid.* Venire contra rem alicuius. ad Attic. lib. 12. ep. 1. Quo die venissem. pro Planc. 54. Venire in angustum. 3. Ver. 150. In alicuius arbitrium ac potestatem venire. 11. ad Attic. ep. 13. Venire in eam causam. 3. in Verr. 3. Venire in certamen & contentionem. 5. de Finib. 71. In virtutis certamen venire. de Clar. orat. 319. Venire in certamen cum aliquo. pro Corn. Balb. Venire in ciuitatem. *id est, ciuis fieri.* 4. Fam. ep. 5. Seruij Sulpitij. Venire in cogitationem. pro Domo sua 118. Venire in collegium pontificum. 12. Philipp. 26. Venire in congressum & colloquium alicuius. 10. ad Attic. ep. 1. Venire in consilium alicuius. Planc. li. 10. ep. 23. Legatos fide Lepidi dimissos, ad me in conspectum venire vetueram. in Pison. 45. Venire in benignitatis cõsuetudinem. Anteq. 4. In contentionem honoris venire. 13. Fam. ep. 10. Venire in forum. ad Att. lib. 2. ep. 1. Quid verius, quàm in iudicium venire, qui ob rem iudicãdam pecuniam acceperit? pro Quint. 30. & 1. de Orat. 168. pro Mil. 31. Non necesse est, famam alterius in iudicium venire. 1. de Leg. 27. Senatus consulto efficitur, popularem sanè neminem in summum locum, nisi per populum venire sublata cooptatione Censoria. 1. de Orator. 15. In oratorum numerum venire. ad Teren. lib. 14. ep. 2. Illud doleo quæ impensa facienda est, in eius partem miseram & despoliatam venire. ad Attic. lib. 7. ep. 8. In possessionem Reipub. venire. 1. Offic. 134. Venire in possessionem suam. pro Cecin. 20. & 1. de Orat. 250. & Offic. 1. 32. In rem præsentem venire. *prouerbium.* 14. Famil. ep. 5. Venire in Rempub. pro Dom. sua 37. Venire in sacerdotium. *ibid.* 35. Venire in sacra. pro Flac. 42. Qui nunquam in senatum venire potuit. *id est, Senator fieri.* 2. Philipp. 60. Venire in sinum & complexum alicuius. 9. Fam. ep. 14. Venire in societatem. pro Liga. 25. Venire in societatem belli. Att. lib. 14. ep. 19. A te autem peto, vt, &c. méque aliqua ex parte in societatem tuarum laudũ venire patiare. 3. de Nat. 11. Eos tu canteriis albis, nullis calonibus, obuiam Varieno venisse existimas. 1. de Nat. 90. Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus. 2. de Nat. 10. Gracchus, quum comitia nihilominus peregisset, témque illam in religionem populo venisse sentiret, ad Senatum retulit. ad Attic. lib. 14. ep. 1. In sermonem se post Idus Martij, præterquam Lepidi, venisse nemini. *sub. affirmat.* 4. Acad. 100. Se illuc venturum esse saluum. pro Clu. 52. Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentum fuisse concedebat. Attic. lib. 16. ep. 18. Præsertim quum hoc genere cognitionũ labefactato, acta Cæsaris in dubium ventura videantur. *ibid.* Veniendum est igitur ad ipsam flammam, &c. ad Attic. lib. 10. ep. 1. Veniendúmne sit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. Venire vsu. L. Vsvs. Venire in mentem. L. Mens. 5 I. V. 146. Ad tuam veniam conditionẽ. * Hortens. Omnésque ad id tempus postero die venissemus. pro C. Corn. Ex promulgatione trinundinũ dies ad referendum potestásque veniret.

¶ *Accedo, insinuo.* ad Trebatium lib. 7. ep. 15. Quod verò in C. Matij, suauissimi, doctissimique hominis familiaritatem venisti, non dici potest quàm valde gaudeam. 4. I. V. 169. Venire in familiaritatem consuetudinémque alicuius.

¶ *Incido in, adducor.* 1. Ver. 71. In discrimen existimationis venire. ad Dolab. lib. 9. ep. 13. Fortunas alicuius in discrimen venire. ad Brut. 6. ep. 6. Audimus eum venisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodiríque vt parricidam. pro Qui. 53. Nõ in eam turpitudinem venisses, vt hoc tibi esset apud tales viros cõfitendum, quà tibi vadimonium non sit obitum, &c. 10. ad Attic. ep. 7. 2. de Fin. 79. Venire in odium. &, Venire cuipiam in odium. ad App. Pulchrũ. lib. 3. ep. 5. Veni in eum sermonem, vt dicerem, &c. ad Att. lib. 9. ep. 12. Ergo si Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore.

¶ *Pertinet, obtingit, conceditur.* 3. Ver. 126. Quampridem sibi hæreditas venisset, docet. *ibid.* Quum eius filio, Prætore Sacerdote, hæreditas à propinquo magna venisset. 3. de Nat. 36. Ad quam dolor veniat, ad eundem necesse est interitum venire. pro Cec. 74. Mihi credite, maior hæreditas venit vnicuique vestrũm in iisdem bonis, à iure & à legibus, quàm ab iis, à quibus illa ipsa bona relicta sunt. 1. de Inuent. 84. Sed neque emisti, neque hæreditate venit, neque donatus est. pro Quint. 41. Venit res ad hæredem. 4. Fam. epist. 9. Si venit ad meliores victoria. 1. de Inu. 5. Nam hinc ad Remp. plurima commoda veniunt. pro S. Rosc. 88. Is ad quem morte Roscij diuitiæ venerunt. pro Cec. & Philip. 2. 40. Hereditatem venire alicui, & fundum ad aliquem testamẽto deuenire. pro Qu. 14. Vt ad quẽ summus mœror morte sua veniebat, ad eundem quoque summus honos perueniret.

¶ *Cado.* 2. de Orat. 358. His armis atque corporibus, sicut omnibus rebus, quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est.

Venitvr, ventum est. 7. Verr. 140. Lilybæum venitur. 4. Verr. 70. Itaque hac vna spe ad iudicium venitur. 8. Phil. 14. In discrimen venietur, aut libertas pacta est victori, aut, &c. ad Att. lib. 7. epi. 7. Nemini est enim exploratum quum ad arma ventum est, quid futurum sit. lib. 2. de Leg. 6. Ad me ventum in insulam est: hac verò nihil est amœnius. 2. Of. 33. Et quũ res agatur, in discrimẽque ventum sit, expedire rem, & consilium extempore capere posse.

✠ Adverb. *Aequaliter hæreditatem ad vtrumque, omnino sine comite, pro Flacc. Aliquando ad causam, pro Planc. Aliquando ad clausulam, liberè in Senatum, 13. Philip. Audacter ad dicendum, crebrò in mentem, paratè ad dicendum, de Clar. Bellè in mentem, commodiùs, 12. Attic. Bene ante litem, vesperi, 2. de Orat. Breuí, proximè Romam, 5. Famil. Celeriter. ep. ad Brut. ep. 4. Celeriùs, modestè Romam, 14. Fam. Clàm, coràm, precariò in possessionem, 3. cont. Rull. Confestim iam ad aliquem, maturiùs in prouinciam, 1. Famil. Cõtinuò maturiùs ad causam, postremò, priuatim ad aliquẽ, publicè causa laudationis, publicè in aliquem, 4. in Verr. Diligentiùs, ita multò pòst, nunc primùm in mentem. paratiùs. perrarò in oppidum pro Sex. Rosc. Diuinitus, maturè, 5. Ver. Falsò in criminationem, 2. de Inu. Falsò in suspicionem, in Vat. Honestè in senatum, tutius. 10. Fam. Incommodè, 7. Attic. Longè, 5. Attic. Necessariò, 1. Offi. Obuiam alicui, 11. Fam. Occultè, propius, 11. Attic. Opportunè, peropportunè, 1. de Nat. Optatò, 13. Att. Palàm, liberéque, 6. Ver. Peruespertí, 9. Fam. Planè hospitem, tardè, 2. Fam. Precariò seriùs, biduò, 3. de Orat. Publicè ad, 3. Ver. Publicè gratulatũ, in Piso. Quamprimum ad, 16. Fam. Rectà, 6. Atti. Serò ad extrema, 2. Phil. Stultè in mentem, pro Clu. Tardissimè, 2. Cat. Tutò in senatum, Posteq. in Sen. Vltrò ad aliquem, 7. Fam. Vltrò domum, pro Qu. Rosc. Comœd.*

☞ Syntaxis. *Venus ad multa veniens. Venire contra aliquem. Res ad arma, ad manus venit, ad pugnam, in dubium, suspicionem, in periculum, in consuetudinem, mentem, memoriam, obliuionem, contentionem, summam gloriam. In possessionem, in miserrimum casum. In eum casum veni, vt. Venire in manus hostium. Non venio alicui inimicus. In sermonem & vituperationem optimorum venire. Intra arma aliena venire. In ocium venire, ad conditionem, ad exitum, ad senectutem, ad nihilum: contra gratiam, iniuriam: in angustiam, in cogitationem, in arbitrium ac potestatem, in certamen, in contentionem, ciuitatem, collegium, cõgressum, colloquium, in consilium, in conspectum. In iudicium fama, veritas venit. In belli societatem, in sacra. Hac res venit illi in religionem. Vsu venit aliquando, id est, accidit. In familiaritatem alicuius venire, in turpitudinem, in odium, in odium optimis. Ad illum venit hæreditas, dolor: ad meliores victoria. Ad Remp. hoc venit commo-*

dum. Ad illum honor venit. Sub aspectum non venit animus. Ad arma, ad Cæs. ventum est.

VENONIVS, nij. *historicus fuit.* de Leg. lib. 1. 6. Att. lib. 12. ep. 3. Molestè fero me Venonij historiam non habere.

VENOR, aris. *aucupor.* 2. de Nat. 158. Canum mira alacritas in venando. Epistol. lib. 2. ep. 11. De pantheris, per eos qui venari solent, agitur mandato meo diligenter. Att. lib. 16. ep. 7. Bene igitur ✠ tu, quod ἐθωάσατο venaris. ‖ *Aly tamen veni, relinque, &c. alybene, &c.* & 2. de Or. 147. Nôsse regiones, intra quas venere, perueſtiges, quod quæras. 4. ad Her. 5. Venari laudem modestię in aliqua re. 6. I. V. 47. Si minus eiusmodi quidpiam venari poterunt, illa quidē certè pro lepusculis capiebātur, patellæ, pateræ, thuribula.

✠ *ADVERB. Cupidè, Arat. Publicè imperio suo, 6. Att.*

VENTER, tris. *alvus.* 2. de Or. 265. Non pecuniam conseruauit, sed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulit. pro Mur. 52. Erenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput & collum solere petere. 2. de Diu. 119. Fabâ venter inflatur. pro Cæl. 44. Vitium ventris & gutturis: *id est, gulositas quam vocant.*

VENTIDIANVS, a, um. * Frag. ep. Ventidiani rumores.

VENTILATVS, a, um. *incensus.* pro Fl. 54. Cuius lingua, quasi flabello seditionis, illatum est egentium concio ventilata.

VENTITO, as. *crebrò venio.* 1. de Leg. 13. Cùm ipse etiam ad Scęuolam ventitarem. de Pet. 13. Quisquis est, qui ostendat aliquid in te voluntatis, qui colat, qui domum ventitet, is in amicorum numero est habendus. Att. lib. 1. ep. 1. Domum meam ventitārat. ✠ ‖ Epist. lib. 11. ep. 27. Domum ventitares, &c. L. DOMVS.

VENTOSVS, a, um. *leuis, manis, vanus.* 11. I. A. 17. Extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est. Ep. lib. 11 ep. 9. Ventosissimus homo Lepidus.

VENTRICVLVS, li. 2. de Nat. 138. Cordis pars quędam, quam vētriculum cordis appellant. & *ibid.* Cui similis est alter ventriculus, in quem sanguis à iecore per venam illam cauam influit.

✠ *ADIVNC. Similis alteri, 2. de Nat.*

VENTVS, ti. *flamen, aura, flamina venti.* 2. de Nat. 101. Aer effluens huc & illuc, ventos efficit. 2. de Diu. 44. Placet Stoicis, eos anhelitus terræ qui frigidi sint, cùm fluere cœperint, ventos esse. pro S. R. 131. Ventus vehemens, & immoderata tempestas. pro Clu. 138. Mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari. Att. lib. 9. ep. 4. Ex ea die septentriones fuêre venti. Epist. lib. 15. ep. 3. Habere ventos secundos. & lib. 2. ep. 6. Et eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam, & quasi gubernator. in Ar. *Si grauis inciderit vehementi flamine ventus.* pro Clu. 77. Omnes rumores & concionū ventos colligere. de Clar. 93. Cùm omnis motus animi tanquam ventus hominem defecerat. Att. lib. 3. ep. 23. Cæsar cuius nūc venti valde secundi sunt. ad Brut. ep. 15. Ventus me retulisset in Italiam. *id est, repulisset, & retrocedentē coegisset reuerti.* pro Syl. 41. Vētum excitare in aliquem. *id est inuidiam ei conflare.* pro Clu. 30. Verùm omnes intelligamus, in iltis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quæsitum. 1. de Nat. 102. Vento Africo inuectæ angues (in Aegyptum) ex vastitate Libyæ. 9. ad Att. ep. 14. Veńto primo eum nauigaturum. *id est, non expectaturum tempestatem.* 16. ad Att. ep. 7. Vento reiectus aliquo. & 5. Att. ep. 12. Vēto sæuo, non aduerso. 2. de Nat. 152. Mare atque venti, res violentissimæ. *ibid.* Quicunque venti, res violentissimæ. 12. Fam. ep. 25. Quicunque venti erunt, ars nostra certè non aberit. in Pis. 21. Neque tam fui timidus, vt, &c. alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas. 12. Fam. ep. 25. Ventis remisque in patriam omni festinatione properaui. 1. Tusc. 119. Ventis restantibus reiici.

✠ *ADIVNC. Aduersi, 14. Fam. Non aduersus, molestus, sauus, 5. Att. Grauis, Arat. Noui, pro Pom. Popularis, pro Clu. Salutares alicui, tempestiui, 2. de Nat. Secundi, pro Flac. Septentriones, 9. Att. Subtilis, 1. de Orat. Vehemens, vehementiores, pro S. R.*

☞ Syntaxis. *Venti sunt septentriones. Ventos habere secundos. Vehemens venti flamen. Rumorū & concionum ventos colligere. Vere primo nauigare. Quicunque venti erunt, soluam. Ventis remiq; contendere.*

VENVNDO, as. 3. Offic. 66. Cùm in venundando rem eam sciisset, nec pronunciasset emptori. *aliter, vendendo: & rectius.*

VENVS, ris. *voluptas.* 2. de Nat. 69. Quæ autē dea ad res omnes veniret, Venerem nostri nominauerunt. & lib. 3. 62. Venus, quia venit ad omnia. & 60. Multas Veneres fuisse. 2. de Nat. 60. Sine Cerere & Libero friget Venus. & *ibid.* Venus Lubentina. 1. de Diu. 23. & Or. 5. Veneris Gnidię Coęque pulchritudo. 2. de Nat. 54. Infima est quinque errantium stella Veneris, quæ φωσφόρος & Græcè, Latinè Lucifer dicitur.

VENVSIA. æ. *oppidū, Horatij poetæ patria.* Att. li. 5. ep. 5. & 1. Tusc. 89.

VENVSINVM. *villa in Venusino agro.* Ep. lib. 14. ep. 20. Vale III. Cal. Octob. de Venusino.

VENVSTAS, tis. *propriè pulchritudo muliebris, præterea lepor, gratia, suauitas.* 1. Offic. 130. Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. & 93. Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine. 2. de Nat. 69. Ex Venere venustas dicta est. 1. de Orat. 143. Dicendi vis summa festiuitate & venustate coniuncta. & lib. 3. 176. Et reliqua, quæ hanc habent in specie venustatem, vt, &c. & *ibid.* Capitolij fastigium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. & *ibid.* Vtilitatem templi, fastigij dignitas consecuta est. Orator. 60. Vultus multam affert, tum dignitatem, tum venustatem. 7. I. V. 141. Homo affluens omni lepōre & venustate. 1. de Orat. 142. Agere cum dignitate & venustate.

✠ *ADIVNC. Eximia, 6. Ver. Muliebris, 1. Off. Multa, Or. Prisca, summa, 1. de Or. Propè scenica, 3. de Orat.*

VENVSTE. *pulchrè, bellè, aptè, commodè.* Ep. lib. 8. ep. 8. Qua in re mihi videtur illud perquam venustè cecidisse.

VENVSTVS, a, um. *lepidus, festiuus.* pro Dom. 92. Inducis etiam sermonem vrbanum & venustum. I. P. 70. Græcus facilis, & valde venustus. Par. 5. Ita venusta habeantur ista, vt, &c. de Clar. 203. Gestus & motus corporis ita venustus, vt. & 325. Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm venustæ & concinnæ.

✠ *ADVERB. Valdè, in Piso.*

☞ Syntaxis. *Venustas & pulchritudo corporis. Vis dicendi, venustate ac festiuitate coniuncta. Id venustè cecidit ad est, commodè. Facilis atque venustus.*

VEPRECVLA, læ. pro Sest. 72. L. NITEDVLA.

VEPRES. *spinæ.* 5. Tusc. 64. Cuius septum vndique vepribus & dumetis indagaui sepulchrum.

VER, veris. *vernum tempus.* 7. I. V. 27. Veris initium non à Fauonio notabat, sed cùm rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. de Sen. 70. Ver tanquam adolescentiam significat.

VERAX, cis. *veridicus.* 1. de Diu. 38. Multis seculis verax fuit id oraculum. 1. de Diu. 61. Tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. & lib. 2. 116. Herodotum cùm veraciorem ducam Ennio. 4. Acad. 79. Veraces sensus suos esse dicit.

VERBENA. *herba quædam, aut etiam omnis herba, omnęsque frondes, quibus in rebus sacris vtebantur.* 6. I. V. 110. Sacerdotes eum infulis ac verbenis, &c.

VERBER, ris. *virga, flagellum.* Antequam. 18. Serui qui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur. 5. in Ver. 59. Mitto vincla, mitto carcerem, mitto verbera. I. P. 84. Verberibus aliquem necare. pro Pomp. 11. Aliquem vinculis & verberibus, atque omni supplicio excruciatum necari. 11. I. A. 5. Tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit publicæ pecuniæ. 5. de Finib. 55. Cùm verò paulùm processerint, lusionibus delectantur, vt ne verberibus quidem deterreri possint. * Hortens. Domitores equorum verbera adhibent ad domandum. de Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, &c.

VERBERATIO, onis. *pulsatio.* Epist. lib. 16. ep. 27. Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti.

✠ *ADIVNC. Mirifica, 16. Fam.*

VERBERO, as. *cædo, pulso, virgis cædo, manus affero, vim & manus affero, manus infero.* 7. I. V. 141. Ad pulsandos verberādósque homines exercitatissimus. Ep. lib. 16. ep. 26. Verberaui te cogitationis tacito conuicio. 4. de Fi. 76. Qui seruum iniuria verberat. in Vat. 11. Verberare matrem.

VERBEROR, ris. I. P. 63. Os tuum ferreum senatus conuicio verberari voluisti. 8. I. A. 20. Antonius Mutinam tormentis verberauit. 5. I. V. 66. Videtis pendere alios ex arbore, pulsari alios atq; verberari, &c. & 7. in Ver. 111. Virgis oculi verberabantur.

✠ *ADVERB. Vehementissimè 57. Ver.*

☞ Syntaxis. *Conuitijs, verberari cogitatione. Verberare oppidum. id est, oppugnare.*

VERBOSE, sius. *loquaciter, copiosè, multis verbis.* pro Mur. 26. Satis ✠ verbosè. Ep. lib. 7. ep. 3. Hæc ad te scripsi verbosius. ‖ & lib. 10. ep. 7. Rationémque redderem omnium verbosius.

VERBOSVS, a, um. *multus in verbis, loquax.* de Or. li. 2. & pro Deio. 32. Potest fieri vt res verbosior hæc fuerit, illa verior. Ep. lib. 7. ep. 3. Habes epistolam verbosiorem fortasse quàm velles. pro Mur. 30. Ista vestra verbosa simulatio prudentiæ.

VERBVM, bi. *nomē, vox, vocabulum.* 2. de Or. 130. Neque enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties eius verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. Top. 35. Verba sunt rerum notæ. 1. de Orat. 154. Verba cuiusque rei propria. L. NOSTRAS. 1. Acad. 26. Verbum vsitatum ac tritum. 3. de Finib. 19. Verba grandiora. Orat. 72. Verba amplissima. Part. 54. Verba grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata, superlata. Orat. 80. Verba propria, vsitata, noua, prisca, inusitata. & 186. Verba translata, facta, iuncta. & 92. Verba translata, immutata, murata. de Op. 7. Verba inquinata, abiecta, non aperta, longè petita. de Cl. 273. Verbum durum, insolens, humile. pro Corn. 33. Verbum priscum & inusitatum. Orat. 26. Verba dura, odiosa & intolerabilia. & 25. Nullum verbum insolens neque odiosum ponere audebat. & 68. Iudicium electioque verborum poëtarum & oratorum communia sunt. de Cl. 253. Verborum delectum originem esse eloquentiæ. *ex Cæsare.* 2. de Or.

36. Ars, quæ verborum aut faciendorum, aut deligendorum scientiam profitetur. & lib. 3. 123. Rerum copia, verborum copiam gignit. & lib. 2. 146. Res atque sententiæ vi sua verba parient, quæ, &c. 1. de Diu. 93. Portentorum vim, verba ipsa prudenter à maioribus posita declarant. I. P. 65. Existimatio, dedecus, verba sunt atque ineptiæ. Epist. lib. 5. ep. 5. Nam me comperisse non audeo dicere, ne verè id verbum ponam, quod abste aiunt falsò in me solere conferri. & ep. 15. Dicerem iucundiùs, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. 1. de Nat. 123. Charum ipsum verbū est amoris, ex quo amicitia. pro Cec. 89. Cùm illud verbum Vnde, in vtranque rem valeat. & 58. Verbum familiæ. 8. I. A. 4 Res verbo fieri interdum deterior solet. & 1. Quidam id verbum remouēdum arbitrabantur. *ibid.* Quidam ignari non modò rerum, sed etiam verborum. Par. 6. Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus. 2. in Ant. 54. Cunctum senatum, omnem sobolem iuuentutis, vnóque verbo, remp. expulsam esse, & exterminatam. *id est, vt vno verbo dicam.* Epist. lib. 16. ep. 17. Fideliter, cui verbo, &c. 5. Tusc. 29. Hoc verbo cùm beatum dicimus, subiecta ea notio est, &c. pro Dom. 104. Ex isto ore religionis verbum excidere potest? 2. de Fin. 75. Verbum voluptatis non habet dignitatem. & 6. Non intelligo, quid sonat hæc vox voluptatis. Orator. 26. In hoc ipso diligenter examinãte verborum omnium pondera, reprehendit Aeschines quædam & exagitat. *ibid.* Vtrum illa verba an portenta sint. *ibid.* Facilè est verbum aliquod ardens (vt ita dicam) notare, idque restinctis iam animorum incendiis irridere.* Incer. Nullum vnquã verbũ, quod reuocare vellet, emisit. *ibid.* Hominem ita pessundare verbis alterum velle.

¶ Ad verbum, Verbum è verbo, Totidem verbis, Eisdem verbis. 1. de Diu. 99. Quod somnium mirificè ad verbum cum re conuenit. 3. Tusc. 43. Aut ea quæ modò expressa ad verbum dixi. de libro tollenda. 1. de Finib. 4. Latinæ fabulæ ad verbum de Græcis expressæ. 4. Acad. 135. Ad verbum ediscendus libellus. 1. de Or. 157. Ediscere ad verbum quamplurima scripta. 4. Acad. 17. Aut si verbum è verbo volumus, comptehensio, quam καταλη-ψιν illi vocant. & 31. Κατάληψις, quam verbum è verbo exprimentes, comprehensionem dicimus. 2. de Finib. 100. Epistola, quam modò totidem ferè verbis interpretatus sum. Topic. 35. Ετυμολογία, id est, verbum ex verbo, vt veriloquium. de Clar. 328. Totidem quot dixit (vt aiunt) scripta verbis oratio. de Opt. 14. Verbum pro verbo reddere. Attic. lib. 6. ep. 2. Totidem verbis transferre aliquem locum ab aliquo autore. 5. I. Verr. 26. Recitare literas totidem verbis. de Cl. 301. Hortensius, quæ commentatus esset, ea sine scripto eisdem verbis reddebat. Ep. lib. 3. ep. 8. Transferre totidem verbis.

¶ Verbo aliquid facere, dicere, &c.)(*re.* &c. Epist. lib. 10. ep. 8. Plura illi mandata verbo quàm scriptura dedi. pro Fl. 22. Testes si verbo titubârint, quo reũertantur, non habebũt. 2. I. C. 12. Quo verbo si assequi possem, ipsos istos eiicerem, qui hæc loquuntur. 4. I. V. 67. Verbo promittere.)(*re negare.* 1. Tusc. 13. Verbo premere aliquem. in Sal. 12 Vbi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis.

¶ Verba dare. *recipere.* Att. lib. 15. ep. 16. Verba dare mihi facilè patior in hoc, méque libenter præbeo credulum.

¶ Verba facere, vel habere. *pro dicere.* 6. I. V. 147. Facere verba in senatu. de Cl. 269. Qui nunquam verbum in publico fecerunt. 4. I. V. 48. Facere verba apud senatum. pro Pomp. 52. Permulta contra legem Gabiniam verba fecisti. 2. de Diu. 46. Multa verba fecisti, te, &c. pro Planc. 20. Verbum nemo fecit. Qu. fr. lib. 3. ep. 2. Sicut Calidio verbum pro eo facere non licuerit. 3. I. A. 20. Ad eos tamen ipsos qui aderant, ne verbum quidem ausus est facere de Cæsare. Epist. lib. 5. ep. 2. Multa de re verba feci. & lib. 8. ep. 8. Neque verbum de re facio. 6 in V. 147. Antequam verbum facerem, de sella surrexit atque abiit. Att. lib. 16. ep. 16. Verba facimus pro Buthrotijs. 2. I. V. 19. Propinquis qui aderant, verbum nullum facit. 2. de Inu. 140. Habere verba.

¶ Verbi causa & gratia. *exempli gratia.* 4. in Ver. 129. Verbi causa. de Fat. 12. Si quis, verbi causa, oriente canicula natus est. 4. Acad. 94. Verbi gratia.

¶ Meis verbis. *meo nomine.* Attic. lib. 16. ep. 11. Atticæ quoniam hilarula est, meis verbis suauium des. & ep. 3. Tu Atticam quæso cura, & ei salutem & Pyliæ, Tulliæ quoque verbis plurimam. Epist. lib. 5. ep. 11. Cum Sura locutus sum, vt ei meis verbis diceret, &c. & lib. 15. ep. 8. Si ei meis verbis eris gratulatus.

✠ ADIVN. *Abhorrentia ab vsu, grauiora, plena, sonantia, iuncta, cognominata, non vulgata, superlata, translata, in verbis continentibus soluta, relata, iterata, duplicata, humiliora, superiora, assumpta, consonantiora, leuiora, grauiora, & quodammodo nitidiora, deleta grauitate, idem significantia, ab ipsa actione atque imitatione rerum non abhorrentia, factum, nouata, antiqua ratione numerosa, perabsurda, propria, disposita, aut circunscriptione concluſa, similia, circunscripta, sonantia & leuia, superlata, ad nomen adiuncta, Part. Abiectum, ambigua, amplissima, apta, ardens, collocata, copulata, quasi dimensa & paria, dissoluta, dura, odiosa, & intolerantia, elegans aut graue, extrema, inania, non insolens nec odiosum, iuncta, lectissima, nouum, odiosum, paria, aduersa, contraria, pauciora, permulta, plenum, & imminutum, popularia, prima & media, propinqua, pugnantia, simplicia, soluta, fluentia.)(.adstricta numeris, sonantia, translata atque imminuta, vsitatissima, Orat. ad Brut. Non abiecta, accommodata ad idem genus nequitiæ, arrogantia, durum, insolens & humile, grauius, horrida, illustria, iniquissima, ornata, sed non tamen abiecta. splendidiora, de Clar. Alienum, alligata, angustius, breuiora in extremo, bona, continuata, coniunctáque, facta, immutatum atque inflexum inflexum commutatúmque inusitatum, aut nouatum, aut translatum, lecta atque illustria, modificata, paria, & inter se similia, plura, continuatáque, poeticum, posita arte, prisca atque vetusta, proprium, propria aptáque, simplex, soluta, translata, & aliena.)(.propria, & sua, vetustum, factum, coniunctum, vsitata & lectissima, 3. de Orat. Ambiguum, efferuentia & paulo minus redundantia, gratissima, honestum, ornata, vsitata, 2. de Orat. Apertißima, honesta, obscœnum, quotidiana, lecta, 9. Famil. Apta ad nostram consuetudinem, aptißima, inquinata, abiecta, non apta, longè petita, de Opt. Gen. Orat. Aptum, coniugata, propria, ornatißima, atque optima, Top. Aptiora, luculentiora, & plura, multa, & supplicia, 12. Attic. Asperius, 1. ad Quint. frat. Barbara, & obsoleta, 1. Attic. Carum amoris, 2. de Nat. Certa quædam, certa non noua, grauia, iucunda ad audiendum, lecta, & propria, ornatissima, propria, noua, optima & ornatissima, optima & tamen vsitata, .de Orat. Consideratissimum, pro Font. Copiosißima, dilucida, electa, excellentia, idonea, necessarium, 1. de Inuent. Dignum, 7. Ver. Electißima, de Pet. Cons. Exquisitissima, 2. Phil Grandiora, vitiosa, 1. de Finib. Grauiora, ep. ad Brut. Grauißimum, de Prou. Grauißima, inquinatum, abiectum, non aptum, durum, longè petitum, 1. Fam. Hæsitãtia, legitima, obscœna, præpostera, prisca, prisca & solennia, vetera, pro Dom. Honorifica, 2. Tusc. Honorificentißima, 14. Phi. Hostilia, 8. Phil. Illustria, & id quod volumus declarantia, priuata ac sua, 3. de Finib. Improbissima, singularia, pro Syll. Inaudita publica, 1. Acad. Inusitata, .Offic. Leuia, oratoria, 2. Fã. Leuiora, pro Sest. Leuissima, & amãtissima, 5. Fam. Longius, quàm vsitatißima, & quàm maximè apta, id est rem declarantia, 4. de Finib. Lugubre, .Ver. Magnifica & præclara, nefarium, de Arusp. Meliora, 5. Tusc. Multa, 6. Fam. Nauticum, 13. Attic. Optima, 2. de Inuent. Plenum humanitatis, 2. Phi. Pauca, 1. Tusc. Per pauca, pro Cluent. Plura, pro Qu. Rosc. Plurima, 13. Fã. Priscum, tristissima, pro Cæl. Priscum & inusitatũ, pro Cor. Balbo. Superbißima, & crudelissima, Postq. in Sen. Suspiciosum, 8. Fam. Vehemens, 4. Ver. Vetus, 7. Famil. Vsitatum, 4. Tus. Vsitatum, ac tritum, vsitatius, 4. Aca.*

☞ Syntaxis. *Caput integrum, est formulis egregiis refertum. Ne igitur actum agatur, ad illud lectorem hortamur.*

VERCELLAE, arum. *vrbs Italiæ.* Ep. lib. 11. ep. 20. Bruti.

VERE. *reuera, scilicet, in veritate.*)(*falsò, inaniter, fictè.* pro Sex. Rosc. 54. Verè nihil potes dicere: finge aliquid saltem commodè. 4. Academ. 34. Cùm sit incertum, verè inaniter ne moueatur. pro Muræn. 7. Cùm graue est, verè accusari in amicitia, tum etiã si falsò accuseris, non est negligendum. pro Planc. 64. Verè mehercules hoc dicam, fictum, &c. 2. de Orator. 15. Sed tamen verè dicam, mallem, &c. 3. Offic. 13. Honestum quod propriè veréque dicitur, in sapientibus est solis. pro Dom. 77. Maiores

nostri, qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt. Attic. lib. 5. ep. 21. Non ὑπερβολικῶς, sed verissimè loquor. L. Vervs. Quint. frat. lib. 1. ep. 4. Ad me verè omnia perscribe. & lib. 1. ep. 1. 25. Si verè cogitare volumus. Att. lib. 7. ep. 1. Pompeius verè iudicat. pro Sex. Rosc. 140. Vere ac liberè loqui. Ep. li. 11. ep. 22. Verè tecum agam, vt necessitudo nostra postulat.

¶ *Merito.* pro Arch. 34. Et verè: *id est, & rectè, vel merito, vel neque iniuria.*

☞ Syntaxis. *Non verè, sed inaniter, sed falsò. Verè mehercules. Non sicè & fallaciter, sed verè & sapienter. Verè non ὑπερβολικῶς. Verè ac liberè loqui. Ideò verè datur, id est, meritò, rectè.*

Verecvndans, tis. *erubescens, pudore affectus.* 2. de Orat. 249. Sp. Catuilius grauiter claudicans: & ob eam causam verecundàs in publicum prodire. 3. de Orat. 33. Cunctantem, & quasi verecundantem incitare.

Verecvnde, dius. *prudenter.* Top. 2. Verecundè tu quidem, vt omnia. 5. de Finib. 6. Tũ ille timidè, vel potius verecundè. Epist. lib. 7. ep. 2. & de Clar. 87. Verecundè dubitantérque recipere aliquam causam. 1. de Orat. 171. Verecundius hac de re iamdudum loquor.

Verecvndia, diæ. *pudor, rubor, modestia, ingenuitas.* Part. 79. Verecundia custos est omnium virtutum, dedecus fugiens, laudémque maximè consequens 81. Verecundiam timiditas imitatur. 1. Offic. 93. Verecundia, & quasi quidam ornatus vitæ. & 99. Iustitiæ partes sunt, non violare homines: verecundiæ, non offendere. & 4. de Fin. 18. Hoc solum animal natum est pudoris & verecundiæ particeps. 1. Offic. 148. Cynicorum ratio est inimica verecundiæ sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. 1. Offic. 129. Scenicorum quidem mos tantam habuit à vetere disciplina verecundiam, vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo. pro Quint. 39. Homo timidus virginali verecundia. Epistolarum familiarium lib. 4. ep. 9. In externis locis minor est ad facinus verecundia. Orator. 238. Verecundia negandi, scribendi impudentiam suscepimus. 4. Tusc. 74. Verecundia turpitudinis. Attic. lib. 8. ep. 6. Malo Tyronis verecundiam in culpa esse, quàm illiberalitatem Curij. Attic. lib. 14. ep. 5. Meam stultam verecundiam, qui voluerim, &c. & Brut. ep. 10. Nihil existimatio ciuium valet, nihil posteritatis verecundia. Quint. frat. lib. 2. ep. 9. Mea factum est inuisa verecundia, vt te proficiscens non tollerem. & lib. 3. ep. 1. Cæsar meam in rogando verecundiam obiurgauit. 1. Offic. 128. Pleraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. de Am. 84. Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam.

✠ *Adiunc. Custos virtutum omnium, dedecus fugiens laudémque maximè consequens, inuisa, 3. ad Qui. frat. Maior, pro Cluent. Minor,* 10. *Famil. Stulta, 9. Attic. Tanta,* 1. *Offic. Virginalis, pro Quint.*

☞ Syntaxis. *Verecundè, dubitantérque. Pudor ac verecundia. Virginali verecundia timidus. Cunctans & verecundans loquitur puer.*

Verecvndor, aris * Horten. Hi nostri amici verecundantur.

Verecvndvs, a, um. *pudens.* (. *petulans.* 2. de Orat. 361. Habetis sermonem hominis, vtinam non impudentis: illud quidem certè, non nimis verecundi. Epist. lib. 7. ep. 33. Verecundus in loquendo. 1. de Leg. 50. Verecundus est, qui vt bene audiat, erubescit, & pudet impudica loqui. 2. I. A. 47. Tu antè ea in te admisisti, quæ à verecundo inimico audire non posses. Epi. lib. 9. ep. 8. Verecundi admonitores.

¶ *Moderatus.* 3. de Orat. 163. Verecunda debet esse translatio. Or. 81. In transferendis verecundus & parcus.

¶ *Pudicus, minimè obscœnus.* Orat. 74. Oratio casta, verecunda, virgo incorrupta.

Verendvm. 5. I. A. 48. Ne verendum quidem est, vt tenere se possit, vt moderari, ne honoribus nostris elatus, intemperantius suis opibus vtatur.

Verens, tis, de Sene ct. 81. Vos tamen deos verentes, memoriam nostri piè seruabitis. Attic. lib. 15. ep. 21. Tum me collegi, verens quid, &c. 1. contra Rull. 24. Verendum crede nobis erit, ne, &c. Epist. lib. 6. ep. 1. Cuius tanti mali vereor, ne consolatio vlla possit vera reperiri.

Vereor, eris. *extimesco, nonnihil commoneor.* 12. I. A. 29. Quid? veteranos non veremur? nam timeri se, ne ipsi quidem volunt. 2. de Fin. 39. Quos non est veritum ponere, &c. 2. ad Herenn. 28. A quo supplicium verebatur. Attic. lib. 8. ep. 17. Quod veritus sum, factum est. & lib. 14. ep. 4. Ac vereor Gallica etiam bella, ipse Sestius quò euadat. 1. de Leg. 37. Quocirca vereor committere, vt non bene prouisa principia ponantur. pro Mar. 12. Vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit atque ego ipse cogitans sentio. Epist. lib. 5. ep. 12. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari gratiam tuam videar. 2. de Orat. 290. Non vereor, ne quis iam in isto genere me leuiorem putet. & lib. 1. 113. Perge verò Crasse, inquit Mutius: istam enim culpam quam vereris, ego præstabo. Attic. lib. 9. ep. 20. Vereor, quid agas. 3. de Natur. deor. 48. Qui si dij non sunt, vereor quid agat Iuno. *id est, dubito, quæro, nescio.* Epist. lib. 8. ep. 10. Vereor quomodo hoc homines accipiant. de Clar. 22. Vereor ecquódnam curriculum aliquando sit habitura, &c. Attic. lib. 7. ep. 7. Quòd scribis eum in vrbem introisse, vereor quid sit: nam &c. 2. ad Herenn. 28. Vereri supplicium ab aliquo. Orat. 1. Is qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentium.

¶ Vereor ne: *id est, vereor vt.* de Amic. 58. Neque enim verendum est, ne quid excidat. pro Syll. 66. In ipsa rogatione, ne per vim quid ageretur, quis tamen vestrùm Syllam verebatur. 1. de Orat. 234. Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. 4. Academ. 138. Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, &c. Epist. lib. 6. ep. 1. Non vereor ne eum miserum esse nefas sit dicere: *id est, non dubito, quin.* Epistol. lib. 11. ep. 27. Non vereor, ne meæ vitæ modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores. & lib. 2. ep. 7. Non vereor, ne quid stultè facias. & ep. 19. Verebar, ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, ne antequam tu, &c. & ep. 1. Non enim vereor, ne non scribendo te expleam. & lib. 14. ep. 5. Quibus literis intellexi te vereri, ne superiores mihi redditæ non essent.

¶ Vereor vt: *id est, vereor ne.* Attic. lib. 11. ep. 25. Videris vereri vt epistolas tuas acceperim. Epist. lib. 14. ep. 14. Vereor vt Dolabella ipse satis vobis prodesse possit. 2. Tusc. 46. Et tamen veremur, vt hoc natura non patiatur. 2. cont. Rull. 57. Quod vos fœdus non iusseritis, vereor vt satis firmum sit. 1. de Orat. 35. Sed illa duo Crasse, vereor vt tibi possim concedere. Attic. lib. 6. ep. 1. Quod vereor tibi ipsi vt probem. Att. lib. 7. ep. 16. Et tamen vereor, vt his ipsis contentus sit. de Am. 14. Vereor vt idem interitus sit animorum & corporum.

¶ *Obserno.* Qu. fr. lib. 1. ep. 3. Quem meus Cicero & amabat vt fratrem, & iam vt maiorem fratrem verebatur. 2. Offic. 39. Maximéque curandum est, vt eos quibus cum sermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. de Sen. 37. Metuebant eum serui, verebantur liberi. de Amic. 84. Neque solùm colent se inter se, ac diligent, sed etiam verebuntur: nam maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam. 4. ad Her. 49. Quos aut vereri, aut metuere debemus. pro Pl. 29. Is patrem veretur vt Deum.

¶ *Spero, puto.* Att. lib. 12. ep. 50. Tyronem habeo citius quàm verebar. *id est putabam.*

✠ *Adverb. Iamdudum vehementer,* 7. *Ver.*

Vergiliae, arum. *stellæ septem in dorso Tauri: sic dictæ, quòd vere oriantur.* 2. de Nat. 112. Propter Persei læuum genu

——*Vergilias tenui cum luce videbis.* & in Arat.

✠ *Adiunc. Paruæ,* 2. *de Nat.*

Vergo, gis. *inclinatus sum.* 2. de Nat. 110. Omnes partes terræ in medium vergentes. Qu. fr. li. 3. ep. 1. Id tectum nunc honestè vergit in tectum inferioris porticus. 11. Phil. 26. Ni Bruti auxilium ad Italiam vergere, quàm ad Asiam maluissemus.

✠ *Adverb. Honestè,* 3. *ad Qu. fr.*

Veridicvs, a, um. *verax, apertus.* 1. de Diu. 101. Veridicæ voces ex occulto missæ. pro Flac. 77. Veridicas adiungis causas inimicitiarum, quod, &c.

Veriloqvivm, ij. Top. 35. Ετυμολογία, id est, verbum ex verbo, veriloquium: nos autem nouitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus.

Verisimilis, le. *similis veri, credibilis, probabilis, consentaneus, quod maximè specie veritatis mouet.* 2. de Orat. 83. Narrationem iubent verisimilem esse, & apertam, & breuem. pro Sex. Rosc. 106. & 40. Non enim ita disputabo, verisimile est Roscios hoc fecisse. & 121. Non est verisimile, vt Chrysogonus horum literas adamarit. de Clar. 69. Non verisimile est, quàm sit in vtroque genere distinctus Cato. pro Quint. R. 21. Vtrumque ex vtriusque persona verisimile videtur. 4. Acad. 32. Volunt probabile aliquid esse & quasi verisimile. 1. de Inuent. 29. Verisimile & probabile. 5. Tusculan. 11. Quid esset simillimũ veri quærere. Epist. lib. 12. ep. 5. Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur.

✠ *Adverb. Maximè,* 1. *Tusc.*

Verisimilitvdo. *similitudo veri, probabilitas.* 4. Acad. 107. Cùm possit sine assensione ipsam verisimilitudinem non impediam sequi. de Vniu. 6. & Part. 40. Bene agi putat, si similitudinem veri consequatur.

☞ Syntaxis. *Probabile, & quasi verisimile. Verisimile & probabile. Vero & verisimile.*

Veritas, tis. *verum, vera ratio, res.* 2. de Inuent. 162. Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur. 1. de Diu. 23. Nunquam perfectè veritatem casus imitatur. Orator. 237. Veritas in occulto latet. pro Cæl. 63. O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, facilè se per se ipsa defendat. 1. de Legib. 4. Qui in isto

opusculo

¶ *Modus, ratio, forma, institutum.* Or. 114. Quæ res duplicem habuit docendi viam, &c. 2. de Diu. 102. Dij dant nobis vias, ad significationum scientiam. Epist. lib. 4. ep. 13. Et me in ipsius consuetudinem insinuabo, & certè omnes vias persequar, quibus putabo ad id quod volumus peruenire posse. de Clar. 46. Via & arte dicere. 2. de Nat. 81. Via progredi. 2. de Diu. 1. Optimarum artium vias tradere suis ciuibus. 1. Offic. 100. Officium, quod ab eo ducitur, hanc primùm habet viam, quæ deducit ad conseruationem naturæ. pro Mur. 48. Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 12. Græci omnes vias pecuniæ nõrunt, omnia pecuniæ causa faciunt. & ep. 2. Via iuris eiusmodi est, vt, &c. 4. I. C. 9. Cæsar hanc reip. viam, quæ popularis habetur, secutus est. Orator. 11. Inusitatas vias indagare, tritas relinquere. 1. de Diu. 133. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. 12. I. A. 6. Quòd si erratũ est spe falla & fallaci, redeamus in viam. 1. de Leg. 41. Deducere in viam. pro Mur. 26. Inire viam. Redire viam. 1. de Leg. 18. Hi non iustitiæ, sed litigandi tradunt vias. 2. Offic. 43. Hæc via ad gloriam proxima est, & quasi compendiaria. de Clar. 280. Vt eam viam laudis esse duceret rectissimam, quam maiores eius ei tritam reliquissent. item. Quod si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. 1 de Finib. 57. O præclarã beatè viuendi & apertam & simplicem & directam viam. 1. contra Rullum 27. Quæ vitæ via facilimè viros bonos ad honorem dignitatémque perducat. pro Fl. 105. Qui non illam viam vitæ, quam antè præcipitem & lubricam esse ducebat, huic planæ & stabili præponendam esse arbitretur.

✠ *ADIVNC. Aestuosa, & puluerulenta, occulta, 5. Atti. Anceps fatorum, Som. Scip. Ancipites, 3. de Orat. Aperta, simplex & directa, præclara, beata viuendi, 1. de Fin. Aut aspera atque ardua, aut plena periculorum, latebrosa, pro Sest. Breuior, 10. Fam. Certa, optimæ, 2. Ver. Certa, neque longa, 9. Phil. Deterrima, 9. Attic. Ductæ ac directæ ab intestinis ad iecur, optabiles in experiendo, iucundæ in legendo, 2. de Nat. Duplex considerandi, inusitatæ, longa, longior, planior, Orator. Expeditior ab honore, inculta & syluestris, rectissima laudis, trita, tuta, de Clar. Illustris atque lata, 5. Verr. Immunita, pro Cæc. Inepta, 16. Attic. Infesta alicui, de Prou. Latiores, 1. Acad. Militaris, in Piso. Multæ, lubricæque, pro Cæl. Multæ, transuersæ, vna, lata, perpetuáque, 6. Ver. Perlonga & non satis tuta, 3. Attic. Perniciosa, vitiosa audiendi, de Arusp. Popularis, 4. Catil. Præceps & lubrica vitæ alicuius, pro Flac. Proxima ad gloriam, & quasi compendiaria, 2. Offic. Recta viuendi, 4. Tusc. Sacra, pro Planc Similis, 2. de Inuent. Simplex, de Senect. Tota, 1. Famil. Vendibilis, 2. contra Rullum.*

☞ Syntaxis. *Da mihi viam per tuum fundum. Longulum iter, & via inepta. Viam dierum multorum pergere, progredi. Dare se in viam. Venire viam multorum dierum. Iter conficere via æstuosa. Via & arte docere. Via iuris, pecuniæ, viuendi. Reipub. viam popularem sequi. In viam deducere. Inire viam. Redire viam. Via proxima, compendiaria.*

VIATICVM, ci. *viæ impensa, atque itineris subsidium* Ab. lib. 12. ep. 31. Velim videas & quid instrumenti, & quid viatici satis sit. Att. li. 7. ep. 17. Qu. Ticinius viaticum se negat habere. Epist. lib. 12. ep. 3. Legato tuo viaticum eripuerunt. Attic. lib. 4. ep. 5. Viaticum Crassipes præripuit. & lib. 8. ep. 7. Ad Philotimum scripsi de viatico. & lib. 15. ep. 20. Video mihi opus esse viatico. de Senect. 65. Potest quicquam esse absurdius, quàm quò minus viæ restat, ✠ eò plus viatici quærere? ‖ pro Planc. 26. Quod viaticum congesserunt.

✠ *ADIVNC. Largum & liberale, publicum, pro Flac.*

VIARIVS, a, um. *ad viam quod attinet.* Epistol. lib. 8. ep. 6. Lex viaria. *Cæl.*

VIATOR, oris. *quicunque iter facit.* pro Mil. 56. Non semper viator à latrone, nonnunquam etiam latro à viatore occiditur. Attic. lib. 2. ep. 12. Nisi quid ex prætereunte viatore exceptum est, scire nihil possumus. de Senect. 16. Qui à villa in senatum senatores accersebant, viatores nominati sunt. Attic. lib. 9. ep. 12. Quod cùm è viatore quodam esset auditum, missi, &c. de Fat. 34. Hoc modo viator bene vestitus, causa crassatori iusse dicerétur, quòd ab eo spoliaretur. *alter, grassatori.* Quint. frat. lib. 2. ep. 14. Quod viatoribus, cum properant, euenit, vt si serius quàm voluerunt, forte surrexerint, properando etiam citius, quàm si de mulcanocte euigilassent, perueniant quò velint. in Varin. 22. Miserisne viatorem, qui M. Bibulum domo vi extra- ✠ heret? ‖ pro Font. 29. Et viator quæreret, quem Pisonem?

VIBO, onis. *oppidum.* Attic. lib. 3. ep. 1. & pro Pl. 96. Attic. lib. 6. ep. 16.

VIBONENSIS. Att. lib. 16. ep. 6.

VIBRO, as. *tracto, agito.* 2. de Orat. 325. Samnites, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur. 2. Offic. 29. Vibrare hastam. 2. I. C. 23. Qui ficas vibrare, & venena spargere didicerunt.

¶ *Mico.* Orat. 234. Demosthenes, cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. de Clar. 326. Oratio incitata & vibrans. 4. Acad. 105. Mare cùm à sole collucet, albescit & vibrat.

☞ Syntaxis. *Vibrare hastas, ficas. Oratio vibrat. Fulmina vibrant. Mare cum collucet à Sole, vibrat.*

VICANVS, ni. *qui in vico habitat.* 1. de Diuin. 133. Vicani aruspices. pro Fl. 8. Timolites vicanus.

VICARIVS, a, um. *successor, qui vicem alterius obtinet, vel in locum succedit qui pro aliquo in aliquo munere constitutus est.* Quint. de Pet. 29. pro Syll. 26. An hoc regnum appellabitur? cuius vicarius qui velit esse, inueniri nemo potest, longè abest regni suspicio. Brut. ep. 16. Vicarius alienæ dominationis. 6. I. V. 81. Succedam ego vicarius tuo munere, suscipiam partes tuas. Epist. lib. 16. ep. 22. Itaque do te vicarium, tu eum obseruabis. pro Cec. 57. Procurator penè dominus, & alieni iuris vicarius. pro Mur. 80. Nolite mihi subtrahere vicarium diligentiæ meæ. pro Sex. Rosc. 111. In his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. *i. in mandatis.* * Oecon. 2. Vicarius meæ diligentiæ succedit.

VICARIVS, rij. *in alterius serui peculio seruus.* 5. in Ver. 86. Hic Diogenetus vicariũ nullum habet, nihil omnino peculij. & Act. 3. 93. Peculia omnium, vicariique retinẽtur. 1. I. V. 120. Quinquaginta aratores ita video delectos, vt iis ne vicarij quidem successerint. 12. in Ant. 3. Quòd si in bello dari vicarij solerent, libenter me, vt Brutus emitteretur, pro eo includi paterer.

VICATIM. *per singulos vicos.* pro Dom. 129. Seruorum omniũ vicatim celebratur tota vrbe descriptio. pro Sest. 34. Cur vicatim serui omnes conscriberentur, &c. At. lib. 4. ep. 3. Vicatim ambire, seruis apertè spem libertatis ostendere.

VICEM. *fortunam, sortem.* pro Dom. 8. Mihi vni necesse est, & meã & aliorum vicem pertimescere. Epist. lib. 11. ep. 19. Valde & meã & vestram vicem timeam necesse est. Brut. ep. 10. Reip. vicem doleo. & Ep. lib. 8. ep. 13. Vt meam vicẽ doletes, cùm me videres derideri. & lib. 4. ep. 6. Nos malo solatio consolamur, quòd ipsius vicem minimè dolemus. Epist. lib. 4. ep. 5. An illius vicẽ (credo) doles? & li. 12. ep. 23. Respublica, in qua tuam vicem sæpe doleo, quòd nullam partem per ætatem sanæ & saluæ gustare potuisti. 3. in V. 113. Nos si alienam vicem pro nostra iniuria, doleremus, vestigium istius in foro non esset relictum. Att. lib. 6. ep. 3. Sed mehercule Curionis & Pauli, meorum familiarium vicem doleo. Epist. li. 1. ep. 9. Quanquam ille nostram vicem vltus est ipse per se. pro Sest. 10. Recito vicem officij præsentis, testimonium præteriti temporis.

VICE, vel VICEM. *pro loco.* Att. lib. 10. ep. 11. Nisi fortè me Sardanapali vice in suo lectulo mori malle censueritis. 2. de Leg. 28. Si fingenda nomina vice poëtæ, &c. 2. de Leg. 48. Nulla est persona, quæ ad vicem eius qui è vita emigrauit, propius accedat, quàm hæres.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Dolere, timere, vlcisci vicem alicuius. Ad vicem mortui propius accedit filius ratione hæreditatis.*

✠ VICENVS, na. I.V.Act.4. ‖ *& alibi sæpe in Ver.*

VICESIMA, mæ. *tributum quum de vicenis vnum penditur.* Att. lib.2. ep.2. Quod vectigal superest domesticum, præter vicesimam?

VICESIMVS, a, um. *vigesimus.* Epist.lib.12.ep.25. Altero & vicesimo die.2.de Fin.101. Qu.fr.lib.3.ep.1. Vicesimo die Lunæ.

VICETINI. *populi.* Ep.lib.11.ep.19. Bruti.

VICIES. *aduerb.* Attic.lib.4.ep.2. Aestimarunt H-S. vicies. & lib.2. Bis & vicies. & pro Clu.

VICINIA, niæ. *vicinitas.* 1. Tusc. 37. Inde in vicinia nostra Auerni lacus.

VICINITAS, tis. *vicinia, propinquitas.* 6. I.V. 96. Signum quod erat notum vicinitati, buccina datur. pro Cæl. 37. Cur in istam vicinitatem meretriciam te contulisti? pro Sex. Rosc. 134. Cantu neruorum tota vicinitas personat. & 15. Sex. Roscius Amerinus fuit non modò sui municipij, verùm etiam eius vicinitatis facilè primus. & *ibid.* Hic præter cæteros in ea vicinitate eam partē causámque defendit. & 48. In Vmbria, atque in ea vicinitate. pro Cluent. 11. Sed etiam regionis illius ac vicinitatis facilè primus. pro Planc. 22. Iam municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer mouentur. 2. Offi. 63. In vicinitatibus & confiniis. pro Cluent. 49. Mihi cum eo vicinitas & magnus vsus est. Postquam ad Quir. 3. Amicitiæ, consuetudines, vicinitates. 5. de Finib. 65. Vicinitas cum ciuibus. 1. de Inuent. 38. Vicinitas totius regionis. 4. Acad. 138. Versari in vicinitate. Epist. lib.5.ep. 15. Cùm forum commune sit, vicinitas non requiritur. Attic. lib. 5. ep. 10. Propter vicinitatem totos dies simul eramus. pro Plan. 19. Scire enim hoc propter vicinitatem facilè possum. 2. de Nat. 141. Nares non sine causa vicinitatem oris secutæ sunt. pro Rab. 8. Cùm singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur.

✠ *A* DIVNC. *Finitima artium, studiorúmque. de Cla. Infelix, meretricia, pro Cæl. Non infuscata maleuolentia, non assueta, mendaciis non fucata, non fallax, non erudita artificio similitudinis, vel etiam vrbano, pro Flac. Tota, pro Sex. Rosc.*

☞ Syntaxis. *Regio & vicinitas. Vicinitatis primus. Confinium & vicinitas. Propter vicinitatem totos dies vna fumus. In Vmbria, & in ea vicinitate.*

VICINVS, a, um. *propinquus, finitimus, proximè accedens.* Attic. lib. 2. ep. 14. Vicinus, proximus. Quint. frat. lib.2. ep.1. Interior vicinus. pro Sex. Rosc. 47. Possum multos proferre vel tribules, vel vicinos meos, qui, &c. pro Syl. 58. Cùm cæteri deficerent finitimi ac vicini. Orator. 113. Dialectica vicina & finitima Rhetoricæ. & 21. Est autem quidam interiectus intermedius, vicinus amborum. 3. Offic. 104. Fides in Capitolio, vicina Iouis Opt. Max. 3. I.V. 48. Latona grauida, & iam ad pariendum vicina.

✠ *A* DIVNC. *Interiores, 1. ad Quint. frat. Intermedius amborum, Orat. Malus, proximus, 2. Attic. Multi, pro Sex. Rosc. Nouus, 1. de Finib. Vetus & necessarius, pro Mur.*

☞ Syntaxis. *Vicinus, proximus, interior. Finitimus ac vicinus. Dialectica vicina Rhetoricæ. Ad pariendum vicina mulier.*

VICISSIM. *pariter, inuicem.* Cæs. 4. Academ. 123. Vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis. 2. de Nat. 19. Terram vno tempore horere, deinde vicissim horrere. Or. 60. Oculorū, & hilaritatis, & vicissim tristitiæ modum res ipsæ temperabunt. 3. de Fini. 71. Quod iustum est, honestum est: vicissimque quod honestum est, iustum est. 1. de Diu. 9. Si sint ea genera diuinandi vera, esse deos: vicissimque si dij sint, esse qui diuinent. de Fat. 3. Mutuari ab aliquo, & ei vicissim reddere aliud quidpiam. 3. de Nat. 31. Cùm eadem vicissim retrò commeant. & lib. 2. 84. Deinde retrorsum vicissim ex æthere aer oritur. & 3. Te audire vicissim vellem. pro Cæl. 37. Redeo nunc ad te Cæli vicissim. Epist. lib 3. ep. 6. Hoc ego meo facto delector: est enim, &c. considera nunc vicissim tuum. 3. de Nat. 1. Præbebo me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem. Attic. lib. 16. ep. 3. Veruntamen expecto, quid ille tecum, quid tu vicissim. de Sen. 46. Refrigeratio in æstate, & vicissim in hyeme ignis hybernus. & 57. Vbi enim potes aquè calescere apricatione, vel vicissim vmbris aquisue refrigerari. in Sal. 9. Non enim me speraſti mutuam tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem.

☞ Syntaxis. *Vicissim dicimus. Si Deus est, ergo & prouidentia: si prouidentia, ergo & Deus. Vicissim hæc retrò commeant. Retrorsum vicissim ex aere oritur aqua. Æstate calescere, & hyeme vicissim algere.*

VICISSITVDO, nis. *commutatio, varietas quædam.* 5. Tuscul. 69. Quæque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio. & lib. 1. 68. Vicissitudines dierum & noctium, commutationésque temporum quadripartitæ. 1. de Inuent. 59. Diurnæ nocturnæque vicissitudines. Epist. lib.5.ep.12. Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietates, fortunæque vicissitudines. 3. de Orat. 223. Ad actionis suauitatem quid est vicissitudine & varietate & commutatione aptius? pro Mur. 76. Populus Romanus distinguit rationem officiorum & temporum, vicissitudinem laboris ac voluptatis. de Amic. 49. Nihil est remuneratione beneuolentiæ, nihil vicissitudine studiorum officiorúmque iucundius. Part. 129. Altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet. 3. de Orat. 191. Pedes aut choreos aut heroos aut alternos esse oportet: nam horum vicissitudines efficiunt, vt, &c. de Arusp. 19. Vix quisquam arte vlla rerum ordinem ac vicissitudinem persequi potest. 2. de Nat. 125. Ea vicissitudo in omni cursu conseruatur. & lib. 1. 52. Qui rerum vicissitudines ordinésque conseruet. & lib. 2. 84. Vicissitudine elementorum mundi continuata natura est. & 97. Imperus cœli constantissimè conficiens vicissitudines anniuersarias. 2. de Legib. 16. Dierum noctiúmque vicissitudines. 1. Offi. 134. Vicissitudine nonnunquam vtendum putet.

✠ *A* DIVNC. *Anniuersaria, 2. de Nat. Iucunda studiorū, de Amic. Nocturnæ, diurnæque, 1. de Inu. Optabiles, & iucundæ fortunæ, 5. Fam.*

VICTIMA, mæ. *hostia.* 2. de Inu. 96. pro Fl. 95. Quam potestis P. Lentulo mactate victimam gratiorem. 2. de Fi. 61. Séque è continenti genere tertiam victimam reipublicæ præbuit.

✠ *A* DIVNC. *Gratior, pro Flac. Gratæ, 14. Phil.*

VICTOR, oris. *in contentione palmam ferens.* Epist. lib. 4. ep. 9. Multa enim victori eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito facienda sunt. pro Pomp. 30. Ille ipse victor L. Sylla. I. P. 16. Cn. Pompeius gentium victor. de Arusp. 49. Ille externorum bellorum hostiúmque victor. 2. de Diu. 56. Galli victi silere solent, canere victores. & *ibid.* Galli victores alacritate & quasi lætitia ad canendum excitantur.

✠ *A* DIVNC. *Beatus, 6. Fam. Bonus, 7. Fam. Ingrati, 2. Attic. Insolentes, 3. Phil. Inuitus, 4. Fam. Læti, 9. Fam. Summi, 9. Attic.*

VICTORIA, riæ. *palma, triumphus, trophæum, res bene gesta.*) *offensio.* pro Mar. 9. Victoria, quæ natura insolens atque superba est. Brut. ep. 15. Facilius in timore benigni, quàm in victoria grati reperiuntur. pro Cæl. 18. Qui ex reip. causa sibi gloriosam victoriam consecutus est. Brut. ep. 10. Quodammodo victoria excidit è manibus. pro Mur. 12. Finem stipendiorum, patris victoriam & triumphum fuisse. de Diu. lib. 1. 98. Victoriæ (quæ erat) signum, sudauit Capuæ. 4. Fam. ep. 9. Victoria in bellis ciuilibus, etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores reddit. 6. Fam. ep. 21. Victoria acerbissima. pro Deiot. 33. Victoria ciuilis. 9. Fam. ep. 10. Victoria belli ciuilis, malorum extremum. 4. Fam. ep. 9. Victoria crudelis. 10. Fam. ep. 2. Plāci. Victoria funesta orbi terrarum. 10. ad Att. ep. 15. Victoria horribilis. 9. Fam ep. 9. Dolabellæ. Victoria inclinata. 4. Fam. ep. 4. Victoria in ciuilib. bellis semper insolens. de Diu. lib. 1. 75. Victoria naualis. Tusc. q. lib. 2. 41. Victoria Olympiorum. pro Leg. Man. 8. Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt Imperatores, vt ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent. 2. in Ver. 31. Victoriæ ludi. 10. Fam. ep. 22. Planci. In victoriæ possessione permanebit. 6. Fam. ep. 7. Victoriæ suæ vota facere. pro Cæl. 18. Gloriosa victoria. pro Rosc. Amer. 16. Victoriam constituere. 6. Fam. ep. 1. Victoriam subire. 9. ad Att. ep. 8. Cæsaris. Victoriā diutius tenere. pro Marcel. 12. Victoriam vincere. 7. ad Att. ep. 5. Ex victoria cùm multa mala, tum certè, tyrannis existet. 1. ad Att. ep. 13. In victoria alacris exultat improbitas. 1. Offic. 35. Parta victoria conseruandi sunt ij, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt. 9. ad Attic. ep. 8. Cæsaris. Victoria diuturna vti. pro Leg. Mā. 28. Cuius adolescentia ad præsentiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est traducta. 6. I.V. 115. Conferte huius prætoris aduentum cum illius imperatoris victoria. 6. I.V. 120. In ornatu vrbis habuit victoriæ rationem. *ibid.* Victoriæ putabat esse. *ibid.* 121. Non plus victoria Marcelli populo Rom. appetiuit.

✠ *A* DIVNC. *Acerbissima, peropportuna, 6. Fa. Bellica, coniuncta, pro Sest. Charissima, continuæ, pro Cor. Balbo, Certa, 2. de Leg. Ciuilis, pro Deiot. Clarissimæ, pro Mil. Crudelis, insolens, misera, 4. Famil. Crudelis & funesta, 9. Attic. Diuturna, horribilis, 9. Attic. Dulcis, præclara, 7. Ver. Externa.) (. domestica, 4. Catil. Facilior, honesta, 2. Offic. Funesta in omni orbe terrarū, 10. Fam. Gloriosa, bellica, molesta, pro Cæl. Gratissima, ep. ad Brut. Grauis, turbulēta que, pro Syll. Grauissimæ bellorum, naualis 1. de Diu. Honestissimæ, 1. de Inu. Incerta, 8. At. Incredibiles, natura insolēs, & superba,*

nimis

nimis iracunda, pro Marc. Innocentissima, 1. *Ver. Insolita, pro Pomp. Iusta,* 2. *Fam. Nefaria, pro Sex. Rosc. Nocentissima, publicæ, de Prou. Recens,* 15. *Fam. Tantæ, Fam.*

☞ Syntaxis. *Victoria uti. Victoriam tenere. Victoriæ uota facere.*

VICTORIATVS, ti. *genus nummi.* pro Font. 9. Nulchalone Seruetium binos H-S. & victoriatos mille. *aliter, Nulsalone. al. Vulchalone. & ibid.* Ternos victoriatos.

VICTORIOLAS aureas Dionysius sine dubitatione tollebat. 3. de Nat. 84.

✠ *ADIVNC. Aureæ,* 3. *de Nat.*

VICTRIX, cis. Brut. ep. 10. Erat victrix respublica cæsis hostib. pro Clu. 14. Mater victrix filiæ, non libidinis. pro Sest. 79. Manus illa Clodiana in cæde ciuiũ iam sæpe victrix. 1. Tusc. 116. Oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. Att. lib. 5. ep. 21. Victrices literæ. *i. victoriam nunciantes.* * Frag. ep. Legiones victrices.

VICTVRVS, a, um. 3. I. A. 27. Is dixit, nisi qui vicisset, victurum esse neminem.

VICTVS, a, um. *superatus, subactus, conuictus, fractus.* pro Font. 26. Victi & subacti populi. Brut. ep. 3. Exercere iracundiam in superatos. de Cl. 254. Quo. n. vno vincebatur à victa Græcia. 2. de Or. 201. Ita tua Sulpiti est à nobis, tum accusatio victa.

VICTVS, ctus. pro Quint. 49. Victus vestitúsque necessarius. 1. de Or. 232. Vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Attic. lib. 12. ep. 27. Nunc planè nec victum vllum, nec vitam colere possum. 5. Tusc. 63. Dionysius omni cultu & victu humano carebat 1. Offi. 58. & 2. de Fin. 90. Vita victúsque communis in amicis vigent maximè. 2. Offi. 15. Hominum vita plurimum distat à victu & cultu bestiarum. 1. de Diu. 61. Qui salubri & moderato cultu & victu quieti se tradiderit. 5. Tusc. 99. De parsimonia Lacedæmoniorum & Persarum in victu. de Cl. 95. C. Tuditanus omni vita atque victu excultus atque expolitus. 1. Offi. 12. Parare ea quæ suppeditent ad cultum & ad victum, &c. de Am. 88. Qui paruo contentus, tenui victu cultúque delectatur. 1. de

✠ Inuent. 2. Cùm sibi victu ferino vitam propagabant. ‖ pro Sex. Rosc. 77. Vnus puer victus quotidiani. VIDE ADMINISTER. * Oecõ. 1. Cum victus & cultus humanus non, vti feris, in propatulo ac syluestribus locis, sed domi sub recto accurandus esset: necessarium fuit alterutrum foris & sub dio esse, qui labore & industria compararet, intus qui tectis reconderet atque custodiret. *ibid.* Foris & in aperto victum quærentibus. Hortens. Lautum victum & elegantem magnificè, neque minus quàm deceret, colere instituisset.

✠ *ADIVNC. Aridus, pro Sex. Rosc. Commmnis, saluber, & moderatus,* 1. *Offic. Copiosus, humanus,* 5. *Tusc. Ferinus,* 1. *de Inuent. Necessarius,* 16. *Fam. Tenuis, de Amic. Tenuissimus,* 2. *de Fin.*

☞ Syntaxis. *Vita & victus & vestitus. Bestiarum cultus & victus. Victu excultus & expolitus. Hæc ad victum suppeditant.*

VICVS, ci. *pars vrbis ex multis domibus constans, & inter eas area &*

✠ *via, angiportus.* ‖ *Nota duplicem esse vicum & in vrbe & extra vrbem vide Manut. 2. Fam. ep. 10. & 1. ad Attic. ep. 3. Colum lib. 2. c. 17. lib. 3. c. 3. Var. lib. 1. de re. c. 7.* pro Dom. 54. Cùm conscriberes seruos ex omnibus vicis concitatos. pro Mil. 65. Nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus. Epist. lib. 14. ep. 1. Scribis te vicum vẽdituram. pro Pomp. 5. Bithiniæ vicos complures exustos esse. item: Cobiamacho, qui vicus inter Tolosam & Narbonem est. Ep. lib. 15. ep. 4. Fugerana, quæ fuit non vici instar, sed vrbis. Att. lib. 5. ep. 16. Concursus fiunt ex agris, & vicis, & ex domibus omnibus. 3 Offi. 80. Omnibus vicis statuæ factæ sunt. Att. lib. 5. ep. 21. Omnibus vicis transire legem.

✠ *ADIVNC. Complures, pro Pomp.*

VIDELICET. *nimirum. scilicet, nam, enim.* 3. de Orat. 127. Aut si est victus, eloquentior videlicet fuit Socrates. pro Clu. 128. & 129. Maiores nostri statuerunt, vt sortitione in quosdam animaduerteretur, vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. de Orat. 114. Aristoteles dicit, Rhetoricam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ, vt hoc videlicet inter se differant, &c. pro Cl. 148. Qui eorum, quorum? videlicet qui suprà scripti sunt. 2. de Orat. 197. Quamobrem hoc vos doceo Sulpiti, bonus ego videlicet magister, vt possitis, &c. 1. de Inuent. 2. Quidam magnus videlicet vir, & sapiens. 2. de Orat. 224. Sapiens videlicet homo cum primis nostræ ciuitatis. 5. Tusc. 103. Sed apud alios loqui videlicet didicerat, non multum ipse secum. & lib. 2. 11. Te natura excelsum quendam videlicet, & humana despicientem genuit. Epist. lib. 3. ep. 9. Vix tandem legi literas dignas Appio, plenas humanitatis, aspectu videlicet vrbis tibi tuam pristinam vrbanitatem reddidit. 2. de Fin. 31. Hoc natura videlicet voluit. lib. 5. 69. Hac videlicet ratione. 2. de Leg. 14. Quos imitatus Plato videlicet hoc quoque legis putauit esse, persuadere aliquid, &c. 2. de Leg. 1. Quæque ita composita sancitaque essent, eas videlicet leges nominarunt. 2. de Leg. 24. Caste iubet lex adire ad deos, animo videlicet, nec tollit castimoniam corporis. pro Quint. 59 Huic molestus esse videlicet noluisti. 4. I. V. 137. Licebat enim videlicet legibus. 2. de Inu. 14. Cùm ille alter, videlicet qui nummos habebat, &c. pro Pl. 96. Nihil videlicet est eorum. *id est, quidem.* Brut. ep. 14. Videlicet cùm illam epistolam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. 2 de Orat. 326. Videlicet illa: nam is postquam, &c. quàm longa est narratio? pro Sest. 30. Videlicet eiiciet quem volet? Epi. lib. 16. ep. 27. Nam quæ parcius frater præscripserat, verecundia videlicet & properatione, ea tu sine assentatione, vt erant, ad me sc. ipsisti. & lib. 16. ep. 20. Libros compone, videlicet cum Metrodoro habebit, quando eius arbitratu viuendum est. 4. de Fin. 63. Stoici hæc videlicet viderunt. & 21. Hæc videlicet est correctio philosophiæ.

VIDENS, tis. pro Quint. 0. Huic acerbissimum viuo videntique funus ducitur. *prouerbium.*

VIDEO, es. *cerno, cõspicio, perspicio, prouideo, aspectu sentio, aspectu percipio, sensum videndi vel oculorum habeo. ante oculos mihi versatur vel obuersatur.* 4. Acad. 81. At ille nescio quis, qui in scholis nominatur, mille & octingenta stadia quòd abesset, videbat. 4. Acad. 80. Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem video, Pompeianum non cerno. pro Mur. 88. Quæ verò miserandasunt, ea & mihi ante oculos versantur, & vos videre ac perspicere potestis. 1. de Diu. 48. Vt cum oculum, quo bene videret, amitteret. de Vn. 11. Nihil igni vacuum videri potest. 9. I. A. 4. Cn. Octauij statuã videmus in foro. * pro C. Corn. 1. Vt spectaculum videremus. con. C. Anton. An in suo familiarissimo non videat. Hortens. Cùm videat me & meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam, grauitatem, fidẽ. ¶ *Animo agnosco, intelligo.* Qu. fr. lib. 2. ep. 9. Apud Anitium videbimus, vt paratum sit. pro Cl. 169. Quicquid mali per hos annos Cluentius vidit, id omne à matre est conflatum. 2. Tusc. 12. Videre licet quosdam, &c. 6. I. V. 64. Videre & perspicere aliquid oculis. Epist. lib. 6. ep. 3. Quem ego tam video animo, quàm ea quæ oculis cernimus. 2. de Orat. 183. Vide, inquit, ista Scaure, si potes esse possessor. Ep. lib. 16. ep. 5. Videbis, quid Lysoni, quid medico placeat. 7. I. V. 173. Vide etiam atque etiam, ac considera quid agas. 4. Acad. 62. Vide quæso etiam atque etiã ne, &c. & 86. Caue ne capiaris, ne fallaris vide. 3. Tusc. 13. Videamus, ne, &c. & lib 2. 42. Vide ne non ita sit, &c. Epist. lib. 8. ep. 2. Vide modò, inquis, &c. Attic. lib. 12. ep. 15. Sed Septimium vide. 1. de Orat. 116. Ferè nemo est, quin acutius atque actius vitia in dicente, quàm vt recta videat. Attic. lib. 8. ep. 19. Sed diligentius nobis est videndum, ne distracti pares aduersariis esse non possimus. de Sen. 83. Nónne vobis videtur animus is, qui plus cernat & longius, videre se ad meliora proficisci? ille autem cuius obtusior sit acies, non videre? de Amic. 38. Sed loquor de iis, qui ante oculos sunt, quos videmus. pro Mil. 79. Cogitationes nostræ, quæ volunt, sic intuetur, vt ea cernimus, quæ videmus. * pro C. Corn. 1. Cùm ambitum populus Rom. videret.

¶ *Tu videris, & similia, id est, tuum sit agnoscere, vel curare: vel, tu noses.* 3. I. A. 33. Quid concupiscas, tu videris: quid concupieris, certè habebis. Attic. lib. 2. ep. 7. Sed id quoque videbimus. Brut. ep. 2. Sed de hoc tu videris. de Am. 10. Quàm id rectè faciam, viderint sapientes. Att. lib. 6. ep. 4. Sed hoc fortuna viderit, quoniã consilio vti non licet & lib. 4. ep. 9. Sed de illa ambulatione fors viderit, aut si quis est, curet deus. pro Cæl. 35. Sed videro hoc posterius. pro Qu. 55. Quid mihi cum ista summa sanctimonia? viderint, inquit, ista officia boni viri. 1. de Or. 246. Quæ ars quàm sit facilis, illi viderint, qui, &c. deinde etiam tu ipse videris, qui, &c. 3. de Nat 9. Quàm simile istud sit, tu videris.

✠ *ADVERB. Acrius, admodum, longè, palam, parum lõgè,* 4. *Acad. Acutè, prudenter rem, de Clar. Acutius, planè nihil, quam primum,* 8. *Fam. Acutissimè, diligentissimè, rectè,* 7. *de Orat. Acutissimè, celerrimè rationem,* 1. *Offi. Apertè,* 2. *Catil. Apertius,* 8. *Att. Assiduè oculis,* 2. *de Nat. Coràm de rebus,* 12. *Attic Diligẽter,* 1. *de Inu. Etiam atque etiam,* 12. *Attic. Iamdiu, de Prou. Iampridem,* 4. *Catil. Longè antè venientia,* 3. *Tusc. Maturè aliquem,* 10. *Att. Maximè illud, planè rem, pro Mil. Multùm,* 7. *Fã. Omninò, posteriùs de verbo, pro A. Cæc. Omninò neminem,* 7. *Verr. Omninò nunquam, perspicuè maleficia, porrò cætera. strictim, pro Sex. Sosc. Paulò clàm,* 15. *Attic. Penitus,* 1. *de Diuin. Physicè,* 1. *de Nat. Planè non,* 16. *Attic. Planè, & sentire, pro Dom. Planè fore,* 3. *Famil. Planè neminem, Orat. Planè paulò antè,* 6. *Verr. Plurimùm,* 2. *cont. Rull. Plurimùm in hoc vno,* 8. *Phil.*

Proinde,4.Ver. Prudentius,3. Attic. Rursus retrò,5. de Fin. Tanto antè quod impendet,1.de Orat. Valdè,9. Attic.

VIDEOR,eris. *comparco. speciem offero. speciem habeo, vel præ me fero.* 2.de Inu.171. Atque etiam hoc mihi videor videre, esse quosdã, &c.uti I.V.45. Videre iam videor, &c. Attic. lib.1 ep.14. Obiurgaui senatum, vt mihi visus sum, summa cum autoritate. & ep. 16. Vt mihi videbar, &c.4 I.C.11. Videor mihi hanc vrbem videre subitò vno incendio concidentem. Ep.lib.4.ep.4. Vt speciem aliquam viderer videre quasi reuiuiscentis reip.3. Offic.7. Tertiò si id quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo quod vtile videretur.2. contra Rull.91. Hæc consilia M.Bruto reprehendenda visa sunt. pro Qu.54. Quid est, quod hac tandem de re vobis possit videri? Orat.67. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis locutionem, &c.2 de Orat.122. Si quid est in me, quod iam sperare videor, quoniam, &c. & 40. Nunc Catulo audiente videor debere non tam pugnare tecum, quàm quid ipse sentiam, dicere. Attic.lib.5.ep.18. Quia consiliis, vt videmur, bonis vtimur. Epist.lib.16.ep.1. Si videris tibi me posse consequi. Attic.lib 8.ep.22. Cuius socius videor esse debere. Epist. lib.1.ep. 8. Neque id facio (vt fortasse quibusdam videor) simulatione. & lib.4.ep.13. Cùm cæteris (vt quidem videor) tum ipsi mihi displiceo. Epist.*ibid.* Videor mihi perspicere, &c.1. de Nat.58. Videor audisse de L. Crasso, &c. de Cl.18. Videor iam te ausurus esse appellare.2. de Orat.57. Sicut mihi videtur, quantum iudicare possum. Attic.lib.7.ep.1. Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. & lib.13. ep.28. Hortos quoniã hodie eras inspecturus, quid tibi visum sit, cras scilicet.3. Offi.34. Induxit eam quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. de Sen.2. Nunc autem mihi visum est de senectute aliquid ad te scribere. de Am.15. Quo in genere sperare videor amicitiam nostram, &c. & 19. Sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, &c. Attic.lib.12.ep.27. Vero de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. 1.de Nat.58. Sæpe de L. Crasso videor audisse, cùm te togatis omnibus anteferret. *Item alibi sæpissimè: nam nullum verbum crebrius à Cicerone vsurpatur, & præsertim in clausulis.*

✠ADVERB. *Certò,2. Attic. Facillimè tales quales sumus,2 Offic. Falsò, .Offi. Latè,2 de Nat. Longè secus, 3. Tusc. Magnoperè dicendum planè facere pro S.R. Reetè,3.de Fin. Secus, .de Legib. Valdè iure consultum,7. Fam. Verè an secus, 3.de Orat.*

VIDVITAS,tis. pro Cec.13. Ebutius iste iamdiu Cæsenniæ viduitate ac solitudine alitur.

VIDVVS,a,um. pro Cec.14. Cognitor viduarum.2. Tusc.25.

Sic ipse viduus pestes excipio anxias. Poëtæ.

☞ Syntaxis. *Viduitate & solitudine ali.*

VIENNA,næ. *vrbs Galliæ.* Epist.lib.10.ep.9. *Planci.*

VIETVS,a,um. *imbecillus, languidus.* 2. de Diu.37. Possum suspicari, contractum aliquo morbo bouis exile, & exiguum, & vietum cor fuisse. de Sen.5. Necesse fuit esse aliquid extremum, & tanquam in arborum baccis maturitate tempestiua quasi vietum & caducum.

☞ Syntaxis. *Exta exilia, exigua, vieta. Fructus vieti & caduci.*

VIGENS,tis.2 de Fin.45. Mentem & acrem & vigentem. de Leg. Sine corpore animo vigente.

VIGEO,ges. *viriditatem habeo, floreo, flagro, in gratia sum.*) (.iaceo.2. de Nat.83. Stirpes arte naturæ viuunt & vigent. & lib.3.35. In omni rerum natura id viuere, id vigere, quod caleat.5. Tusc.37. Neque enim est vllum, quod non vigeat interiore quodam motu. de Somn.19. Animus est qui viget, qui sentit, qui meminit, &c. pro Mil.85. In nobis esse quiddam quod vigeat, quod sentiæt, &c.1.de Diu.115. Viget enim animus in somnis. pro Sest. 47. Animus post mortem sentit & viget.1.Tusc.57. Nisi animus antequam corpus intrasset, in rerum cognitione viguisset.1. de Diu.63. Iacet enim corpus dormientis, vt mortui: viget autem & viuit animus. & 70. Ea pars animi tum maximè viget, cùm plurimum abest à corpore.1. Tusc.104. Siue occiderit animus, siue vigeat.5. de Fin.26. Omnium rerum quæ natura vigeant, similem esse finem.1. Tusc.38. Multáque secula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, vt nulli alij docti viderentur, &c. 1. de Nat.11. Hæc in philosophia ratio contra omnia disserendi, vsque ad nostram viguit ætatem.2. Tusc.4. Philosophia doctissimorum contentionibus dissentionibúsque viguit. Attic. lib.4.ep.3. Nos animo duntaxat vigemus. Ep.lib.7.ep.33. Gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis. & lib.8. ep. 1. Tui politici libri omnibus vigent.1. Tusc.116. Vigere in ore. Orat.215. Qui numerus viget in primo, iacet in extremo. 11. I. A.39. Nihil semper floret, diu legiones Cæsaris viguerunt, nunc vigent Pansæ. pro Cæl.12. Flagrabant vitia libidinis apud illũ, vigebant etiam studia rei militaris. 2. Tusc.62. Apud quos venandi & equitandi laus viget. pro Cæl.67. Vigeant apud istam mulierem vetustate. 3.de Orat.108. Nunc Philonem in Academia maximè vigere audio. 1. de Orat. 45. Vigebat auditor Panætij illius tui Mnesarchus. 1.Tusc.116. Armodius in ore & Aristogiton vigent. & lib.3. 75. Quandiu insit, & vigeat, & habeat quandam viriditatem. 2. de Orat. 355. Qui memoria vigent, sciunt quid, &c.5.de Fin.35. Valere & vigere. 1.Offi.58. Interdum etiam obiurgationes in amicis vigent maximè. 1. de Orat. 13. Athenis studia eloquentiæ viguerunt. 1. Offic. 122. Vt eorum in bellicis, & in ciuilibus officiis vigeat industria. pro Milon. 86. Vestræ tum aræ viguerunt, vestra vis valuit. pro Marc. 29. Vita quæ vigebit memoria seculorum omnium.

✠ADVERB. *Diu legiones,* 11. *Phil. Vehementius studia* 1.*de Orat.*

☞ Syntaxis. *Arte naturæ vigent ac viuunt stirpes. Viget in somnis animus. Magnum est quod in nobis viget, quod sentit. Homo animo viget. Vigere in ore, cunctis. Vigent Cæs. legiones. Viget Aristoteles inter philosophos. Memoria vigere. Obiurgationes in amicis vigent.*

VIGESIMVS,a,um. *vicesimus.* Epist.lib.14.ep.5 Vno & vigesimo die. & lib.12.ep.25. Altero & vigesimo die. pro Pom.7. Ab illo tẽpore annum iam tertium & vigesimum regnat.

VIGIL,lis. 6.I.V.94. Clamor à vigilibus & fani custodibus tollitur.

VIGILANS,tis. *acer, attentus.* 1. contra Rullum 3. Tribunus plebis vigilans & acutus. pro Sex. Rosc. 139. & pro Cæl.74. Vigilãs, & bonus, & fortis vir. Att. lib.8.ep.13. Vigilans sobrius, & industrius vir.1.ad Qu. fr. ep. 1. Vigilans vel dormiens gubernator. pro Sest. 37. Vigilans homo.1. Offi. 68. Vigilantem pro re alterius, &c pro Rosc.Amer.139. Nostri isti nobiles, nisi vigilantes & boni, &c.erunt.2 Verr.32. Perficiam vt nemo vnquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur.

VIGILANTER. Epist li.15.ep.2. Vt vigilanter se tueretur.6. Ver. 144. Quòd vigilanter prouinciam administrasset. Plancus Ciceroni, lib.10.ep.23. Idem præsta, vt vigilanter nerueséque nos, qui stamus in acie, subornes. pro Mur.32. Quem L. Murena, patet huiusce, vehementissimè vigilantissimèque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit.

☞ Syntaxis. *Vigilans & acutus. Vigilans, industrius. Paratus, vigilans, compositus venit Cic. ad iudicium. Vigilanter & nerueose agere. Vigilantissime vexari.*

VIGILANTIA,tiæ. *diligentia, studium, cura, prouidentia.* Antequã. 14. Et vos vt tutam pacem traheretis, mea perfeci vigilantia. 7. I.V.1.& Act.6.14. Siciliã virtute eius & vigilantia singulari esse seruatam. Attic.lib.8. ep.9. Cæsar horribili vigilantia plenus. 7. Fam.ep.30. Vigilantia mirifica fuit, qui suo toto Consulatu somnum nõ viderit. pro Planc.62. Nihil in eo frugalitatem, laborem, vigilantiam esse curamus. ad Attic.lib. 8. ep.9. Sed hoc vigilantiæ horribili vigilantia, celeritate, diligentia est: planè quid futurum sit, nescio.6. Verr.54. Ipse tamen prætor, qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse. Antequã. 14. Et vos vt tutam trãquillámque fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia.

✠ADIVNC. *Horribilis,8. Attic. Mirifica,7. Fam. Singularis,6. Verr.*

VIGILIA,liæ. *lucubratio, abstinentia à somno.* 4. Tusc. 43. Cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ? Parad.1. Quoniã illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.

¶ *Custodia, cura.* 7. I. A. 19. Idcirco in hac custodia, tanquam in specula collocati sumus, vt populum Romanum vacuum nostra vigilia redderemus.

¶ *Excubiæ.* 6.I.V.93. Præcipitur ædilibus, vt noctu vigilias agerent ad ædes sacras. I. P.16. Me stante & manente in vrbis vigilia. 1. I. A. 1. Manendum mihi statuebam quasi in vigilia quadam consulari & senatoria: nec verò vsquam discedebam, nec à rep. deiiciebam oculos. 3. I. C.6. Interim tertia ferè vigilia exacta, fit in eos impetus. pro Mil. 68. Si capitolinæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, si delecta iuuentus contra Milonis impetum armata est. 1. I. C. 8. Illam coloniam meis præsidiis, custodiis, vigiliisque muniui. 1. de Inu. 39. Diei & noctis, & vigiliæ, & hora. ‖ & 2. in Cat. 26. Vestra tecta custodijs vigiliisque defendite. pro Syll. 26.

✠ADIVNC. *Consularis ac senatoria. pro Deiot. Flebiles, pro Planc. Maiores, Parad. Multæ, ep. ad Brut. Nocturnæ, de ærusp.*

VIGILO,as. *vigilias ago, excubo, in vigilia maneo.* 3. I. C. 6. Tardissimè autem Lentulus, credo quòd literis dandis præter consuetudinem proxima nocte vigilauerat. de Som. 1. Vigilare ad multam noctẽ. 6. I. A. 18. Quamobrem Quirites quantum potero excubabo, vigilaboque pro vobis. pro Planc. 59. Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis. Quint. frat. lib. 2. ep. 14. Properando etiam citius quàm si de multa nocte vigilassent, peruenerunt quò volunt. pro Sex. R. 98. Pervigilare vnam noctem. pro Mur. 22. Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas.

‖ & 19. Multum vigilauit, &c.

✠ ADVERB. *Acrius, 1. Cat. Multùm, 9. Attic.*

☞ Syntaxis. *Vigilare & excubare ad multam & de multa nocte.*

VIGINTI. 3. de Orat. 71. Annos natus vnum & viginti. pro Pl. 90. Viginti dies. 2. I. A. 19. Annos propè viginti.

VIGINTIVIRATVS, tus, tui. Attic. li 9. epist. 2. Repudiari se totum, magis etiam quàm olim in vigintiuiratu.

VIGINTIVIRI, rum. Attic li. 2. ep. 7. Vbi nemo sit præter me, qui quenquam ex vigintiuiris vnum esse saluum velit.

VILIS, le. *vulgaris, contemptus, abiectus, humilis, plebeius, leuis, communis, contritus, de populo vnus, vnus de multis, Mysorum vltimus, omnium infimus & sordidissimus, homo nullo numero, parvus, angustus animus & parvus, aliquis vita contempta & sordida.* (. *pretiosus.* Quint. fr. lib. 1. ep. 1. 24. Semper putaui honores, si vulgares essent, viles. 3. Offic. 89. Seruulus vilis. pro Sest. 49. Quod beneficium à me haberetis, cùm pro vobis ea quæ mihi vilia essent, reliquissem? 2. de Fin. 91. Non minor voluptas percipitur ex vilissimis. Epist. lib. 7. ep. 20. Quinquam Velia non est vilior quàm Lupercal. 5. Tusc. 102. Quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quam vilibus. pro Flac. 103. Etiamsi honos noster vobis vilior fuisset, salutem certè charam futuram putaui. pro S. R. 71. Nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius, &c. 5. I. V. 195. Frumentum quoniam vilius erat, ne emisses. 5. in Ver. 195. Vobis tamen vilis esse spiritus meus non debet.

VILITAS, tis)(. *caritas.* pro Pomp. 44. Vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est. pro Dom. 15. Nec inopinata vilitas consecuta est. 5. I. V. 227. Vilitas in vendendis fructibus.

✠ ADIVNC. *Communis, nec opinata, pro Dom. Magna, pro Planc. Summa, pro Cæl. Tanta annonæ, pro Pom.*

VILLA, læ. *domus extra vrbem ruriue ædificata.* 2. de Leg. 3. Sed antiquo more parua erat villa, vt illa Curiana in Sabinis. Attic. lib. 2. ep. 14. Basilicam habeo, non villam frequentia Formianorum. 2. de Orat. 163. Villam in Tiburte habes, cortem in palatio. pro Dom. 62. Domus in palatio, villa in Tusculano. Epist. li. 6. ep. 18. Domus est, quæ nulli villarum mearum cedat. pro Qu. Rosc. 33. Nunc est cultissimus cum optima villa. & *ibid.* Qui ager villam non habuit. Attic. lib. 10. ep. 4. Præterit villam meam Curio. 1. Offic. 140. L. Luculli villarum magnificentia. pro Sest. 93. Villam ædificare in oculis omnium tantam, tugurium vt iam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus plebis pictam olim in concionibus explicabat.

¶ *Vicus, pagus.* Qu. fr. lib. 2. ep. 9. Sed hominem infirmum, in villam apertam, ac ne rudem quidem inuitare nolui. & lib. 3. ep. 1. Aqua non longè à villa bellè sanè fluens. Epist. lib. 10. ep. 33. Frumenta aut in agro, aut in villis sunt. pro S. R. 44. Esse in agro, & ali ad villam.

✠ ADIVNC. *Aliena, 2. Phil. Aperta nec rudis quidem, 2. ad Qu. frat. Bona, bene ædificata, 3. Offic. Minuscula proxima, tota, 14. Att. Locuples, de Senect. Magnificæ, 2. de Leg. Optima, pro Qu. Rosc. Parua, 3. de Leg. Proximæ, 3. Cat. Publica, 4. Att. Pusilla, 12. Fam. Refertæ, 6. Ver. Vetus, & non magna, 1. Attic.*

VILLICVS, ci. *custos villæ.* pro Clu. 161. Habiti villici rem domini priuatámque possessionem defenderent. 1. de Orat. 249. Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. 5. I. V. 119. Dominus villico delectetur. Att. lib. 14. ep. 17. Villico procuratores tradere. Quint. frat. li. 3. ep. 1. Nicophorum villicum tuum sanè probaui. * Oecon. 1. Mercari villicum tanquam fabrum, an ipse instituere consueuisti?

✠ ADIVNC. *Bonus, 5. Ver. Procuratores, 14. Attic.*

VILLVLA, læ. Attic. lib. 8. ep. 9. Volo circum villulas nostras errare. & lib. 12. ep. 26. Villula sordida, & valde pusilla. Att. li. 16. epi. 6. Cur ocellos Italiæ villulas meas non video?

✠ ADIVNC. *Sordida & valde pusilla, 12. Attic.*

VILLVS, li. *pilus.* 2. de Nat. 121 Animantium aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ. & 158. Ouium villis homines vestiuntur.

VINACEVS, a, um. de Sen. 52. Acinus vinaceus.

VINALIA, orum. *feriæ degustandi vini dicatæ, vt Plinius 18. libro scribit. Erant autem 9. Calend. Maij, vel, vt Ouidius Fast. 4. 10. Fuerunt & alia vinalia, mense Septembri, vt idem Plin. 14. I. A. 14.* Me pridie Vinalia (qui dies hodie est) cum fascibus descensurum imperatorem. *alij legunt, Palilia.*

VINARIVS, a, um. 6. I. V. 62. Erat enim vas vinarium ex vna gemma pergrandi. pro Font. 9. Cognoscite nunc de crimine vinario. de Sen. 56. Cella vinaria.

VINCIENDVS, a, um. pro Mar. 24. Omnia quæ delapsa iam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. 3. de Or. 188. Membra orationis sunt numeris vincienda.

VINCIO, cis. *colligo, constringo.* pro Deiot. 22. Cùm igitur eos vinciret, te solutum Romam mittebat? de Ar. 6. Non modò vincere, sed etiam vincire aliquem. 7. I. V. 169. Facinus est, vincire ciuem Romanum.

¶ *Munio.* Att. lib. 7. ep. 17. Loca occupare, vincire præsidijs.

¶ *Connecto.* Or. 168. Antiqui graues quidem sententias reperiebant, sed eas haud vinciebant, haud explebant.

VINCIOR, ris. 2. Tusc. 48. Si se lacrymis dedet, vinciatur, & constringatur amicorum custodiis. * in Clod. Cum vincirentur pedes fasciis.

VINCTVS, a, um. *colligatus.* 5. in Vert. 37. Equites vincti Apronio traditi sunt. & 6. in Verr. 90. Ii te vinctum astrictúmque dedemus. 2. Tusc. 23. Aspicite religatum asperis vinctúmque saxis. Orat. 195. Vinctum.)(. *dissolutum.* pro Dom. 23. Tu liberos populos L. Pisoni vinctos constrictósque tradidisti. de Ar. 22. Seruorum multitudini S. P. Q. R. vinctum ipso consessu, & constrictum spectaculis, atque impeditum turba & angustiis tradidisti. pro L. Varen. Illico Varenum vinctum, adseruatum. ‖ pro Deiot. 23.

¶ *Connexus, iunctus.* in Arat. Orbes vincti inter se, & nodis cœlestibus apti.

¶ *Dubium.* de Vn. 35. Aliquid vinctum dissoluere.

✠ ADVERB. *Planè, & oppressi, 7. Attic. Turpissimè, 7. Fam. Turpissimè abire, pro Qu. Rosc.*

VINCO, cis. *supero, deuinco, expugno, superior discedo, obtineo, frango, rem bene gero, victoriam reporto, subigo, atque in ditionem meam redigo, prælijs frango, domo, felicissimè decerto, secundum prælium facio, copias hostium fundo, superior sum, litem, causam obtineo, præcurro, præsto præpondero.* 3. I. A. 27. Is dixit, nisi qui vicisset, victurum esse neminem. Orat. 176. Hos ille moderatione, non inuentione vicit. pro Qu. Rosc. 53. Cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum. 1. de Orat. 62. Asclepiades eloquentia vincebat cæteros medicos. & 150. Si subitam & fortuitam orationem facilè vincit, hanc ipsam profectò assidua & diligens scriptura superabit. pro Deiot. 23. Vincere causam. pro Cecin. 91. Vincere sponsionem. pro Qu. 84. Vincere sponsione. de Somn. 8. Stellarum globi terræ magnitudinem facilè vincebant. Epist. lib. 4. ep. 4. Vno te vicimus. 2. Tusc. 54. Vincere, & superiorem discedere. 6. I. V. 112. Qui indignitate seruos, temeritate fugitiuos, scelere barbaros, crudelitate hostes vicerit. * Frag ep. Vincam opinionem tuam.

✠ ADVERB. *Facilè artificio, 2. de Orat. Facilè ingenio, pro Quint. Funditus hostes, 1. de Inu. Longè, 1. de Diuin. Magnificè hominem, 2. Catil. Præclarè, 12. Fam. Vicissim.*

VINCOR, ris. 1. Offic. 68. Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. Parad. 4. Sapientis animus nunquam vincitur, nec expugnatur. Attic. lib. 8. ep. 7. Malo me cum Pompeio vinci, quam cum istis vincere. pro Deiot. 12. Tanto ille superiores vicerit gloria, quanto tu omnibus præstitisti. 5. Tusc. 52. Proinde ita parent se in vita, vt vinci nesciant. * Cat. Vt expectatio à cognitione autes ab oculis vincerentur.

✠ ADVERB. *Felicius, de Sen. Nimium etiam, 11. Phil.*

VINCVLVM, li. *vinclum, nodus.* Attic. lib. 6. ep. 2. Dixerim me vel plurima vincula tecum summæ coniunctionis optare, & sunt amoris arctissima: tantum abest, vt ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid velim. 4. Aca. 61. Astrictus vinculis. pro Planc. 27. Aliquem cum alio vinculis & propinquitatis, & magni amoris esse coniunctum. 7. I. V. 17. Cùm hoc de pecunia clamaret, in vincula coniectus est. 1. de Orat. 226. Corpora vinculis constricta. 4. I. C. 7. Rumpere vincula. 3. de Finib. 76. Iniicere vincula alicui. 1. contra Rullum 16. Italiam omnibus vinclis deuinctam & constrictam tenere. pro Pomp. 11. Aliquem vinculis, & verberibus, atque omni supplicio excruciatum necare. pro Cecin. 70. Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam vtilitatis, vitæque communis. 3. Offic. 111. Nullum vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. de Vniu. 35. Non iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati. Parad. 5. Quæ vincula sunt ciuitatis. 2. de Fin. 117. Tollitur beneficium, tollitur gratia, quæ sunt vincula concordiæ. 6. ad Attic ep. 2. Vincula summæ coniunctionis tecum. Tusculan. quæst. lib. 5. 81. Quoniam te nulla vincula impediunt vllius certæ disciplinæ. *id est, nulli sectæ es addictus.* 3. de Legib. 6. Vincula sontium seruanto. Parad. 5. Non vt vincula virorum sint, sed oblectamenta puerorum. 3. Famil. ep. 10. Vincula illa, quibus libentissimè astringor. 2. ad Attic. ep. 29. Fit S. C. vt Vectius, quòd confessus esset, se cum eo telo fuisse, in vincula coniiceretur: qui eum emisisset, contra Rēp. facturum. de Fin. libr. 3. 76. Animo tamen vincula inici nulla possunt. 5. in Verr. 59. Mitto vincula, carcerem, verbera, &c. de Fin. lib. 3. 67. Et quomodo hominum inter homines iuris esse vincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestiis. 7. Verr. 78. Quid, si aufugisset? si vincula rupisset? Tusc. quæst. lib. 1. 74.

Vincula

vincula carceris rumpere. *metaphoricè, pro, seipsum interficere.* & lib.2.48. Ergo hos quidem vt famulos, vinculis propè à custodia arceamus.4.Acad.61.Quos si sequamur, his vinculis fimus astricti,vt nos commouere noqueamus.1.de Orat.226.Si corpora capta sint armis,aut constricta vinculis, tamen suum ius,&c. Som.Scip.5.Qui ex corporum vinculis,tanquam è carcere, euolauerunt. Tuscul.q.lib.1.75.Et quum illuc ex his vinculis emissi ferremur. *id est, è corporis affectibus.* pro Planc.72. Vinculis beneficij obstrictus.

✠ *A* DIVNC. *Aptissimum, atque pulcherrimum, maius, de Vniuer. Arctius,3. Offic. Arctissima, plurima coniunctionis,6. Attic. Commune, pro Arch. Domestica, non mediocre, popularia,3.Fam.Graue,13.Fam.Maxima propinquitatis, pro Planc. Magnum, pro Lig. Maximum,5. Fam. Procera, Arat. Publicum, pro Cæl. Sempiterna, de Prou.*

☞ Syntaxis. *Coniunctionis, amicitiæ, amoris, necessitudinis, propinquitatis vincula. In vincula conijci. Vinculis contungi, constringi, deuinciri. Coniunctionis summæ vincula. Vincula rumpere. i. carcerem. Vinculis arcere. Beneficij vinculis obstringi. Ex vinculis his euolandum.3. moriendum.*

VINDEMIOLA, læ. Att.lib.1.ep.8. Omnes meas vindemiolas eò reseruo, *id est, ad Attici bibliothecam emendam.*

VINDEX, cis. *vltor.*2.de Inu.103.Difficile est ab eo, qui peccatorũ vindex esse debet, vt ignoscat, impetrare. 3. de Nat. 46. Furiæ speculatrices, & vindices facinorum & sceleris. pro Flac. 57.Ep. lib. 5.ep.6. Vindex coniurationis esse volo. Qu. frat. lib. 2. ep.5. Cato vindex gladiatorum & bestiarum. Brut. ep.16.Supplicatio vindici illi quidem alienæ dominationis,non vicario. 2.de Leg. 19. Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. Brut.ep.16. Vindex atque oppressor dominationis. & ep. 17. Vindex illius mali autor ✠ extitit alterius fundamentum, radices habituri altiores. ‖ 2. in Cat.27.Magistratus quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt.pro Flacc.57.Cum speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis & moderatrix officij curia,&c.

¶ *Custos.*2.de Orat.199.Prouocatio patrona illa ciuitatis, & vindex libertatis.2.I.A.30.Brut.vindex libertatis.ad Oct.Extitisti tu vindex nostræ libertatis.3.de Leg.39.Habeat sanè populus tabellam quasi vindicem libertatis.2.cont.Rull. 24. Custos & vindex cupiditatum.Att.lib.2.ep.1.Vindex æris alieni.

✠ *A* DIVNC. *Assiduus, Top. Grauior,1. Ver. Optimus, ep. ad Oct.*

VINDICANDVS, a, um. *puniendus.* de Amic. 43.Talis consensio omni supplicio vindicanda est.

VINDICATVS, a, um. *punitus.*7.I.V.132.Fateor in milites nostros sæpe esse verè ac vehementer vindicatum. *id est, animaduersum.* & Act.5.194.Facinus in nullo etiam vindicatum. & Act. 7.19. Si quid vindicatum seuerè est.3.Offic.61.Dolus malus legibus erat vindicatus.

✠ *A* DVERB. *Seuerè, vehementer,7.in Ver.*

VINDICATIO, onis.2.de Inu.161. Vindicatio est, per quam vis, & iniuria, & omnino quod obfuturum est, defendendo aut vlciscendo propulsatur.& 65.Ac naturæ quidem ius est,&c.vt religio,pietas,gratia,vindicatio,obseruantia, veritas, &c. & *ibid.* 66. Vindicatio est,per quam & contumeliam defendendo aut vlciscendo propulsamus à nobis.

VINDICIAE, ciarum. *formula est, qua rei controuersæ possessionem petimus: vindicamus nobis & asserimus, dum lis ipsa decidatur: & omnino vindiciæ sunt, fiduciæ, vel, vt Iurisconsulti loquuntur, fiduciaria possessio: lis autem vindiciarum, est de huiusmodi possessione, vindicatione, vel assertione controuersia.* 3. I. V. 115.Aut prædæ litis vindiciarum cùm satis accepisset.sponsionem facere. pro Mil.75.Iniustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos petere.

✠ *A* DIVNC. *Iniustæ, pro Mil.*

VINDICO, as. *vindictam sumo.*1.Offi.109.Ille qui Titi Gracchi conatus perditos vindicauit.

¶ *Punio.* pro Qu.28.Vehementer vindicare aliquod facinus.Ep. lib.8.ep.14.Discordiæ, quas ius & ferrum vindicabit.pro S.R.12. Quàm acerrimè maleficia vindicare. Epist.lib.10.ep.21. Neque hoc aut vindicaret Lepidus aut sanaret. 3. de Legib. 39. Grauiter olim ista,graniter vindicabat vetus illa Græcia. Epist.lib.1.ep.9. Vindicare seditionem.3. ad Her.49. Vindicare maleficium.Brut. ep. 26. Vindicare remp. *id est, vlcisci.* Attic. lib. 1. ep. 13. Te valde vindicaui. *id est vltus sum.*

¶ *Incuso, accuso, condemno.* 5. I. V. 4. Omnia postremò quæ vindicaris in altero,tibi ipsi vehementer fugienda sunt.& 7.in Ver.148. Si qua natio fecisset aliquid in ciuem Romanũ eiusmodi, nõnne publicè vindicaremus? pro Syl. 19. Neque me arbitrabar sine summo scelere posse,quod maleficium in aliis vindicassem,idẽ in illorum socio, cùm scirem, defendere.

¶ *Tueor, assero, libero.* pro Flac.40.Dubitabitis, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum ciuem vindicetis?pro Rab.16. An seruos suppliciorũ metu, dominorum benignitas vna vindicta liberat:nos à mortis terrore neque res gestę, neque nostri honores vindicabunt? de Clar. 329.Illum fœlicitas ipsius ab omnibus miseriis morte vindicauit.de Clar.212.P.Scipio,qui ex dominatu T.Gracchi priuatus in libertatem remp.vindicauit.& Ep.li.2. ep.5.Qui sit remp. afflictam in veterem libertatẽ ac dignitatem vindicaturus.2.Tusc.44.Magnitudo doloris, à qua me breuitas temporis vindicabit.1.de Fin.46.Sapientia,quæ nos à libidinum impetu,& formidinum terrore vindicet.2.de Or.7. Laudem aliquorum iam propè senescentem,ab obliuione hominum,atque à silentio vindicare.& 1.de Or.199.Vt ista ab solitudine domum meam vindicarem.& 214.M.Scaurus,qui si audierit hanc autoritatem grauitatis suæ vindicari à te,Crasse, iam credo huc veniat,&c.2.de Or. 145. Me tamen ista oscitans sapientia in libertatem vindicabit.2.I.A.93.Pecunia quæ nos posset à tributis vindicare.de Cl.103.Cn.Carbo morte voluntaria se à seueritate iudicum vindicabit. Qu. fr.lib.1.ep.4.Te innocentia tua, & misericordia hominum vindicat hoc tempore à molestia. Qu. frat. lib.3. ep.1. Téque item ab eo vindico & libero. item: Præsertim cùm vnus esset, qui posset se de absente vindicare. pro Mur. 26. Sed anne tu dicis, qui causa vindicaueris 1.de Ora. 42. Agere cũ ✠ aliquo lege,& vindicare. ‖ Ep.li.10.ep.31 Qui me & Remp.vindicare in libertatem paratus sum. * Frag. ep. Quo beneficio per te me vnà cum Repub.in libertatem vindicassem.Hortens. Imitator,vt sibi quidem videtur,naturæ nos vindicat.

¶ *Confugio.* pro R.P.25.Vt se aliquando ad suos vindicaret.

✠ *A* DVERB. *Acerrimè maleficia, pro Sex.R. Acerrimè peculatum,3.Ver. Aliquando se ad suos, pro Rab. Celeriter,4.Cat.Grauiter,2.de Leg. Publicè, 7. Ver. Vehementer, pro Quint.*

VINDICOR, ris. *defendor.* Att.lib.7.ep.2.Ego istos liberos non addixi,præsertim cùm adesset nemo,à quo rectè vindicarentur.

¶ *Punior.*2.de Inu.80.Peccata iudiciis vindicari.pro Mil.19. Hominum consilia,non exitus rerum legibus vindicantur.

✠ *A* DVERB. *Rectè,7. Attic.*

VINDICTA, cta. *libertas, siue prætoris virgula qua seruis donare se libertatem significabat, cùm ea caput serui tãgebat.* pro Rab.16. Seruos suppliciorum metu dominorum benignitas vna vindicta liberat.Top.10. Neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est.

VINEA, næ. *locus vitibus consitus.*2.cont Rull.66. Ingera c c c. vbi institui vineæ possunt. & 1.de Diu.31. Quæ vna maxima esset in vinea. *ibid.* In vinea media dicitur constitisse: cùmque in quatuor partes vineam diuisisset.de Sen.54.Segetibus & pratis & vineis & arbustis res rusticæ lætæ sunt.

VINEAE. *bellica machina, & propugnaculum.* Ep. li.15.ep.4.Aggere, vineis,turribus oppugnaui.8. I. A. 17. Conductæ vineæ sunt,pugnatur acerrimè.

VINETVM, ti. *vinea.*3.de Nat.86.Vineta & oliueta. 2. de Legib.21. Vineta & virgeta,&c.2.de Nat.167. Si vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit.

VINITOR, oris. *vinearum cultor.*5.de Fi.40. An ea quæ per vinitorem vitis antea consequebatur,etiam per se ipsam curabit.

VINOLENTIA, tiæ. *ebrietas.* Tusc.q.lib.4.26. Aegrotationi subiecta sunt auaritia,&c.liguritio, vinolentia ,cupidia.2. de Inu. 17. Vt amor,iracundia,ægritudo,vinolentia.2.I.A.103. Quid furiosam vinolẽtiam tuam proferam?5. Tusc.118.Ne sobrius in vinolentiam vinolentorum incidat.Top.

✠ *A* DIVNC. *Furiosa,2. Phil. Vtilis,4. Tusc.*

VINOLENTVS, a, um. *ebrius, temulentus, vini plenus.*)(*siccus, sobrius.* Orat.99.Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.4.Acad.52.Ne vinolenti quidem hoc faciũt. 1.cont. Rull.1. Vtrum hæc vobis videntur consilia siccorum, an vinolentorum somnia?5.Tusc.118.Aut ne sobrius in vinolentiam vinolentorum incidat. I. P.13. Vinolenta medicamina. * de suis ✠ consil. Vinolenti adolescentes. ‖ de Fat. 10. Lege VITIOSVS.

VINVM, ni.3.de Nat.69. Vinum ægrotis quia prodest rarò, nocet sæpissimè,melius est non adhibere omnino.de Am.69. Veterrima quæque (vt ea vina quæ vetustatem ferunt) esse debent suauissima.de Sen.65.Vt non omne vinum, sic non omnis ætas coaeseit vetustate.2.de Diu.117. De vino aut salsamento putes loqui,quæ euanescunt vetustate.5.Tusc.13.Leuia vina nihil valent in aqua.3.Offic.91.Qui vinum fugiens vendat sciens, debeãtne dicere.de Clar.286.Vt si quis falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo,vt proximis consulibus natum velit: nec rursus ita vetere, vt Opimium, aut Anitium consulem quærat. 2. de Finib. 23. Quibus vinum diffusum è pleno sit œnophoro. ex Lucil. 2. de Nat. 60. Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. Posteq.in Sen.12.Consul somni viniq; plenus. 3. de Nat. 78. Sumere vinum meracius. 2. I.A.6.Vino lustrisque confectus. & 13

Phil.24. In lustris,popinis,alea,vino, tempus ætatis omne consumpsisse.pro Qu.Gall. Ex vino vacillantes. ‖ 12. Phil.26. Cuius acerbitas morum,&c. ne vino quidē permista temperari solet.

✠ADIVNC.*Fugiens*,31.*Offic.Leuia*,5.*Tusc.Meracius*,3.*de Nat.Nouum.*)(.*vetus*,*de Clar.*

☞ Syntaxis. *Leuia vina nihil valent in aqua. Vinum alicui diffundere è. Vinum sumere.*

VIOLA,læ.5.Tusc.73. An tu me in viola putas,aut in rosa dicere?

VIOLENTER. *iniuriosè,& per vim.*1.Offi.23.Manus violenter afferre alicui.

VIOLENTIA,tiæ. *vis, impetus,vis maior.* Antequam. 12. Nostrorum inimicorum vis atque violentia. & *ibid.* Si violentiæ impetu opprimimur,decedā, &c.12. I.A.26.Noui hominis furorem, noui effrenatam violentiam.

☞ Syntaxis. *Vis & violentia. Violentiæ impetus. Furor ac violentia.*

VIOLENTVS,a,um.*qui vim affert.*pro Clu.138.Populus Romanus sua sponte pacatus hominum seditiosorum vocibus, vt violentissimis tempestatibus concitatur. 5. de Fin. 72. Sic nimis violentum est, nulla dicere. 2. in Ant.68. Quamuis sis, vt es, violentus & furens. de Arusp. 46. Alicuius furentes atque violenti impetus.1.in Ant.29. Opes violentas, & minimè ferendam potentiam concupiscere. 5. I.A.19. Homo vehemens & violentus.

☞ Syntaxis. *Impetus furentes ac violenti. Vehemens ac violentus.*

VIOLANDVS,a,um.*lædendus.*Epist.lib.1.ep.9.Ad rempub.violādam Att.lib.8.ep.3.Is in nobis violandis putabit se aliquid habere populare.Parad.3.In patris vita violanda, multa peccantur. L. SANCTVS, & VIRGO.

VIOLO,as. *lædo,offendo,polluo,macula afficio,imminuo religionem, ex aliquo loco eripio.* pro Qu.73. Violare existimationem alicuius. 3. de Fi.32.Violare parentes. Att.li.9.ep.18. Præterea te ipsum quodam modo hic violauit, cùm in me tam improbus fuit. de Arusp.8. Qui sacra Bonæ deæ, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem aspici fas est, non solùm aspectu viri, sed etiam flagitio stupróque violauit. pro S. R. 109. Violare atque imminuere ius & officium.2.I.A.3. Violare amicitiam.3. de Nat.59. Violare virginitatem alicuius.pro Rab. 7. Violare loca religiosa. ✠ con. C.Anton.Leges,quæstiones, iudicia violauit. *ibid.* Vt violaueris ✠ prouinciam. ‖ de Arusp.46.& Epist.lib.9.ep.22.

✠AD VERB.*Impurissimè, teterrimè, pro Dō.Indigniùs rem honestissimam*,1.*de Inu.*

VIOLOR,ris. pro Dom. 104. Epist.lib.13.ep.13. Nisi quid in ea te existimas violari existimationem tuam.Epist.li.1.ep. 7. Etsi minoti in re violatur tua dignitas. Attic. lib.9. ep.13. Iudicauite eo bello violari. ‖ de Arusp. 46. Hominem de Rep. sæpe meritum ✠ impurissimi voce hominis violari.

VIOLATVS,a,um.7.I.V.186. Sacra ab isto polluta & violata. pro Sex.Rosc.71. Quæ violata sunt,expiari solere. de Arus.24. & 25. Deformatum,inquinatum,peruersum, conturbatum. & *ibid. de pollutis & violatis iudis.* Postq.in Sen. 6. Optimi Trip. pleb. sanctissimum corpus non solùm tactum aut violatum manu, sed vulneratum ferro,confectúmque vidistis.

VIPERA,ræ.*anguis.* de Ar.50.Etiamne in Senatu atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt.

✠ADIVNC.*Venenata ac pestifera*,*de Arusp.*

VIPERINVS,a,um.2.de Fin.94. Viperinus morsus. & 2. Tus. 14.

VIR,viri. *fortis homo,homo quius.*2. Tuscul. 53. Ita & tulit dolorem vt vir, & vt homo maiorem ferre sine causa necessaria noluit. pro Cæl.11. Cùm is iam se corroborauisset, ac vir inter viros esset. Quint. frat. lib.2. ep.10. Sed cùm veneris, virum te putabo: si Sallustij Empedoclea legeris, hominem nō putabo.pro Flac. 52. Si ciuitas per viros bonos, grauésque homines, querelas ad nos detulisset. de Fin.lib.4. Vir dignus memoria. Epist lib.1.ep. 7. Vir excellens.& lib.2.ep.2. Vir clarissimus.& ep.6. Vir bonus, memor, gratus. 2. Tusc.43.Appellata est enim ex viro virtus. & *ibid.* Si virtutis compotes,vel potius si viri esse volumus.Epist.li. 8. ep.4.Quindecimuir.4. Acad.136.Quinqueuir.pro Mil. 56. Vir à viro lectus.3.de Fin.29.Vir altus & excellens. de Finib.lib.3.29. Vir stabili & firmo & magno animo. 2. de Orat. 85. Vir bonus, orator.10. ad Att.ep.13.Vir planè & ciuis bonus.Parad.2. Vir bonus & sapiens & fortis,miser esse nemo potest.3.Offi.77.Vir bonus non modò facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit,quod non audeat prædicare.Tusc.q.lib. 5. 48. Iam verò qui potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre quæ agit, quæque sentit? *ibid.* Vir bonus refert omnia ad beatè viuendum.de Finib.li.1.36.Vir clarus & fortis.Cat.22. Vir clarus & honoratus.4.Acad.q.72. Vir clarus, sed tamen popularis.Tuscul. quæst.lib.4.55. Vir constans ac sapiens. ad Attic. lib. 8. Vir cum autoritate.de Fin. lib. 3.6. Vir diuinus ac singularis.Tuscul. quæst.lib.2.39.Vir doctus sapiénsque. & lib.3.36.Vir effœminatus.*ibid.* 15. Vir fortis ægritudine nunquam afficitur. & lib.2.57. Vir fortis & animosus.*ibid.*56. Vir fortis ac sapiens nunquam ne ingemiscit quidem,nisi fortè vt si intendat ad firmitatem.& lib. 3.48. Vir grauis & sapiens. 1.Acad. quæst. 13. Vir magnus. 1. de Nat.deor.121. Vir magnus in primis.Tusc.q.lib.4.61.Vir magnanimus & fortis. & lib.2.41.Vir natus ad gloriam, vllam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione & ratione corroboret? Som. Scip.1.Vir optimus atque inuictissimus.Tusc. quæst.lib.5.68.Vir præstans optimis artibus. & li.1.100. Vir præstans virtutis & sapientiæ gloria.Cat.61.Vir primarius.de Fin.li. 2.116.Vir primarius populi.Tusc. q. lib.1.74. Vir sapiens, quum Deus ipse causam iustam dederit,lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit.& lib. 5.104.An tibicines iique qui fidibus vtuntur,suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerōsque moderantur:vir sapiens multō arte maiore præditus,non quid verissimum sit,sed quid velit, vulgus exquiret? *ibid.* 54. Sed quum sapiens & bonus vir suffragiis præteritur,non populus à bono Cōsule potius, quàm ille à vano populo repulsam fert? & lib.1.74. Vir sapiens vincula carceris non ruperit (*id est,non sponte mortem sibi attulerit*) sed tanquam à magistratu, vt ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus atque emissus exierit. & lib. 5.48. Vir igitur temperatus,constans, sine metu,sine ægritudine,sine alacritate vlla, sine libidine,nónne beatus? & lib. 2. 43. Viri propria maximè est fortitudo. & lib.5. 48. Boni viri vita laudabilis. 1. Offic.82. Magni viri est, rebus agitatis, punire fontes, multitudinem conseruare in omni fortuna, recta atque honesta retinere. Tusc.quæst.lib.5.31. Quæ sunt magni cuiusdam & alti viri. 3. in Verr.64. Virum habere.Tusc.quæst.lib.4. 42. Virum videri negant Peripatetici, qui iracsci nesciat.4.Fam.ep.13.Ad agēdum semper aliquid dignū viro natus. Curioni.lib.2.ep.2.Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro: qui cùm suis laudibus, tum verò,&c.15. Famil.ep.16. Cum vno fortissimo viro loquor. lib.1.de Fin. 36. Clari & fortes viri commemorandi, eorúmque facta nō emolumento aliquo, sed ipsius honestatis decore laudanda.de Di.li.1.88. Viri clari & præstantes. Tusc.quæst.lib.1.45. Viri delecti.2. de Nat.deor. 62. Viri beneficiis excellentes. Tusc. q. lib. 2. 58. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera:vel sentiunt, sed mori malunt, quàm tantillum modò de dignitatis gradu dimoueri.de Diu.lib.1.88.Viri humiles & obscuri.4.Acad. quæst.129.Summi viri.Tusc.quæst. lib.2. 43. Virorum fortium & magnanimorum, & patientium, & humana vincentium est, toleranter dolorem pati. 1.Offi. 63. Itaque viros fortes & magnanimos, eosdem bonos & simplices veritatis amicos,miniméque fallaces esse volumus. pro Flac.52. Si ciuitas per viros bonos grauésque homines,querelas ad vos detulisset.Tusc.q.lib.1.6. Ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis.

✠ADIVNC. Eadem huic nomini, quæ HOMINI à Cicerone tribuuntur, vbi satis magnam syluam descriptam inuenies.

☞ Syntaxis. *Vir altus & excellens. Vir clarus & honoratus, popularis, diuinus,ac singularis. In primis magnus, primarius. Viri est propria fortitudo. Magnus & altus vir. Humilis & obscurus. Patiens & humana vincens,fortisque.*

VIREO,res. 5.Tusc.37. Itaque & arbores, & vites, & ea quæ, &c. alia semper virent, alia hyeme nudata, verno tempore frondescunt.

VIRES,rium. *vis,nerui,lacerti,robur,latera,facultas.* 1. de Orat. 149. Plerique in hoc vires exercent suas. Attic.lib.7. ep. 3. Nolim respub. tantas tibi vites dedisset.pro Pomp. 40. Eximia vis remigum.Epist.lib.8.ep.16. Omni vi te retinuissem.& lib.4.ep.7. Viribus ac lacertis pugnare.Or.76. Esse plurimi sanguinis, habere aliquem succum,nō carere illis maximis viribus. de Opt.8.Quidam vires,lacertos,& sanguinem quærunt.Ep.lib.11.ep.18. Colligere vires. 1. de Ora. 142. Amentatas hastas oratoriis lacertis viribúsque torquere. 5. I. A. 32. Experietur consentientis senatus neruos atque vires.3.Offic.25. Vt excellas etiam pulchritudine & viribus. pro Cæl. 59. Vir maximis viribus. Epist.lib.5.ep. 5. Quæ omnibus meis viribus sustinebo.3.Tusc. 6. Omnibus opibus viribúsque elaborandum est,vt,&c. & 25. Omnibus viribus atque opibus repugnare alicui de Sen. 27. Quod homini naturaliter insitum est,eo vti decet: & quicquid agas, agere pro viribus.1.de Leg.6. Antipater habuit vires agrestes & horridas.Parad.2. Virtus maximas vires habet. de Sen. 33. Nec vos quidem T. Pontij centurionis vires habetis.& 27. Neque nunc vires desidero adolescentis, non plus quàm adolescens vires tauri, aut elephantis desiderabam.1.de Orat.199.Iam me vires deficere cœperunt. 12. I.A. 24. Semel circunceſſus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens.de Sen.17. Non enim viribus, aut velocitatibus,aut celeritate corporum res magnæ geruntur,sed consilio, & autoritate,& sententia.Qu.de Pet. 27. Ex ea copia coniectura fieri poterit, quàtum sis in campo virium & facultatis habiturus.

☞ Syntaxis. *Vires suas exercere. Vires alicui dare. Vis eximia. Vires ac lacerti. Oratio plurimo sanguine, habens succum, non carens viribus.*

Colle-

Collecta vires. Lacertis ac viribus contorquere. Nerui ac vires. Omnibus viribus & opibus repugnare. Multum habere virium & facultatis.

✠ ADIVNC. *Aduersariæ, minimæ, pro Mur. Agrestes, & horridæ, 2. de Legib. Bonæ, de Sen. Debiles, pro Mil. Infirmæ, 6. Ver. Integerrimæ, 4. Ver. Magnæ, pro Cæl. Maximæ, Orat. Reliquæ, 2. de Orat. Tantæ, 1. Attic. Validæ, Arat.*

VIRGA, gæ. *flagellum.* pro Rab. 12. Portia lex virgas ab omnium ciuium Rom. corpore amouit, hic misericors flagella retulit. 5. I. V. 70. Virgis ad necem cędi. pro Flac. 17. Cæsus est virgis Cynicus ille Athenagoras, qui, &c. 1. de Di. 55. Seruus per circum cùm virgis cæderetur, furcam ferens ductus est.

VIRGETVM, ti. *locus virgis consitus ad illigandas vites, qualis est Amerina salix.* 2. de Leg. 21. Vineta virgetáque.

VIRGINALIS, le. 1. de Diu. 66. Virginalis modestia. pro Qu. 39. Homo timidus virginali verecundia. 6. I. V. 5. Duo signa virginali habitu atque vestitu. (*retine hoc, Habitu, & vestitu.*) 2. Tusc. 21. Heu virginalem me ore ploratum edere. *Poeta.*

VIRGINITAS, tis. *castitas, castimonia.* 3. de Nat. 59. Minerua patrē dicitur interemisse, virginitatem suam violare cupientem.

VIRGO, nis. pro Dom. 92. Clodium alloquens: Tu sororem tuam virginem esse non siuisti. de Cl. 330. Domi teneamus eloquentiam, septam liberali custodia, tueamúrque vt adultam virginē castè. Or. 64. Virgo casta, verecunda, incorrupta. 3. I. C. 9. Post virginum absolutionem. 2. de Nat. 110.

Spicum illustre gerens splendenti corpore virgo.

Ep. lib. 9. ep. 22. Virginem me quondam inuitam per vim violat.

✠ ADIVNC. *Adulta, de Clar. Casta ac verecunda, incorrupta, Orat. Digna propter quam aliquid fieret, 3. Ver. Formosæ, formosissimæ, 1. de Inu. Generosa, & nobilis, Parad. Inuita, 9. Fam. Nobilissimæ, de Prou. Saluæ, in Piso. Vestales, 4. Catil. Vestalis, nata summo loco, pro Dom.*

VIRGVLA, læ. 1. Offi. 152. Si omnia nobis, quæ ad victum cultúmque pertinent, quasi virgula diuina (vt aiunt) suppeditarentur. 8. I. A. 23. Virgula stantem circunscripsit, dixitque, &c.

✠ ADIVNC. *Diuina, Offic.*

VIRGVLTA. *sunt virgæ, & aliæ stirpes passim enascentes.* pro Cæl. 42. Via deserta & inculta, atque intercluſa iam frondibus & virgultis. 1. de Diu. 49. Omnia arbusta & virgulta peruertere.

VIRIAS, te. Viriaticus. de Clar. 84. Viriati bello. Alij Viriatico legunt.

VIRIDICATVS, a, um. *viridibus consita.* Qu. fr. lib. 3. ep. 1. Palæstra & sylua viridicata.

VIRIDIS, de. *habens viriditatem.* 3. I. V. 45. Ignem ex lignis viridibus atque humidis fieri iussit. & 5. in Ver. 47. Campi collésque nitidissimi viridissimíque. 1. de Diu. 15 Lentiscus semper viridis. 1. de Leg. 15. In viridi & opaca ripa inambulare.

VIRIDITAS, tis. 3. Tusc. 75. Quamdiu insit & vigeat, & habeat quandam viriditatem. de Prou. 29. An laurea illa magnis periculis parta, amittit longo interuallo viriditatem? de Sen. 57. Frondium viriditas. & 51. Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem. de Amic. 11. Senectus auferet eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

VIRILIS, le. *viri proprium.* 1. de Or. 231. Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. & lib. 3. 318. Fortis ac virilis laterum inflexio. Orat. 59. Virilis vox. pro Sest. 10. Aliquid doloris virilis habuisse. 3. Tusc. 22. Fortis, &, vt ita dicam, virilis oratio. 2. de Finib. 47. Vererétúrque quicquam dicere, aut facere, quod parum virile videatur. Attic. lib. 15. ep. 25. Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles.

¶ *Cum nomine, Pars: & sine.* 6. I. V. 81. Est aliqua mea pars virilis, quòd eius ciuitatis sum, quam ille claram reddidit. & Act. 5. 7. Plus etiam quàm pars virilis postulat, oneris susceepi. pro Sest. 138. Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt. 13. I. A. 8. Tum me eius beneficio plus quàm pro virili parte obligatum puto.

✠ ADVERB. *Parum, 2. de Fin.*

VIRILITER. *fortiter.* 1. Offic. 94. Quod viriliter animóque magno sit, id dignum viro & decorum videtur. & 2. Tusc. 65. & 4. ad Her. 17. Viriliter sese expedire.

VIRITIM. *per singulos viros, in viros singulos.* de Clar. 57. Flaminius tribunus ple. legem de agro Gallico & Piceno viritim diuidendo tulit. de Sen. 11. 3. Tusc. 48. Nolim mea bona tibi viritim diuidere liceat: sed si facias parte 1., petam.

VIRTVS, tis. *mediocritas, bonitas, probitas, fortitudo, vis, vires, ars, facultas, integritas, perfecta mens, absoluta ratio.* 5. Tusc. 39. & 2. de Inu. 159. Virtus est animi habitus, naturæ modo, rationi consentaneus. 4 Tusc. 34. Virtus est recta ratio. & *ibid.* Virtus est affectio animi constans conueniénsque, laudabiles efficiens eos, in quibus est, &c. & lib. 2. 43. Appellata enim ex viro virtus. & *ibid.* Virtus à vitis nomen est mutuata. & *ibid.* Virtus est recta animi affectio. 3. de Nat. 38. Virtutis diuisio quadripartita. Partit. 76. Virtutem in duas partes diuidi, prudentiam & temperantiā, iustitiam autē & fortitudinem esse sub temperantia. 1. Of. 18. Virtus ferè omnis in tribus rebus vertitur, quarum vna est in perspiciendo, quid in quaque re verum sit, &c. alterum, cohibere motus animi turbatos, quos, &c. tertium, iis, quibus cum congregamur, vti moderatè & scienter. 2. de Orat. 342. Vera laus vni virtuti debetur. & *ibid.* 343. Virtus est per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest. 3. de Nat. 86. Virtutem nemo vnquam acceptam Deo retulit, & rectè: propter virtutem enim iure laudamur, & in virtute gloriamur. pro Arch. 28. Virtus nullam mercedem laborum periculorumque suorum desiderat, præter hanc laudis & gloriæ. pro Mil. 98. Ex omnibus præmiis virtutis amplissimum præmium est gloria. 1. de Orat. 226. Virtus & semper & sola libera est, quæ etiamsi corpora capta sint armis, & constricta vinculis, tamen ius suum atque omnium rerum impunitam libertatem tenet. 4. I. A. 13. Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus & vna altissimis defixa radicibus, quæ nulla vnquam vi labefactari potest. Ep. lib. 9. ep. 14. Nihil est enim, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. 5. Tuscul. 43. Omnes virtutis compotes beati sunt. pro Sest. 60. Ignari quid virtus valeat, quæ in tempestate quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in partia, splendétque per sese semper, nec alienis vnquā sordibus obsolescit. de Cl. 280. Honos est præmium virtutis, iudicio studióque ciuium delatus ad aliquem. 1. de Orat. 247. Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitiis. & *ibid.* Virtutem hominibus (si modò tradi ratione possit) instituendo & persuadendo, non minis & vi ac metu tradi. Ep. lib. 6. ep. 18.

Τὸν Δ' ἀρετὴν ἰδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν *Adhortatus, &c.* 1. de Orat. 204. Socrates dicebat perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ virtutis. pro Arch. 29. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitet. Anteq. 7. Si dulcis est gloria, consequere virtutem: noli abiicere labores, petere honorem. Postq. ad Quir. 20. Dixit se non commissurum, vt virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset. 1. de Orat. 83. Spinosam & exilem orationem eorum esse, qui dicunt, qui vnam virtutem habeat, eum omnes habere. 3. Offi. 35. A me ipso sæpe disputatum est, qui vnam haberet, omnes habere virtutes. & *ibid.* Nunc ita seiungo quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, iustus esse. 2. Tusc. 32. Virtutem si vnam amiseris, & si amitti virtus non potest, sed si vnam confessus fueris te non habere, nullam esse te habiturum. 3. de Orat. 52. Omnes virtutes sunt æquales & pares, sed tamen est species alia magis alia formosa. de Cl. 149. Omnis virtus est mediocritas, vt vetus Academia dixit. pro Mur. 63. Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. 1. Offic. 19. Virtutis laus omnis in actione cōsistit. 1. de Nat. 111. Virtus actuosa est, Deus autem vester nihil agens. Attic. lib. 7. ep. 1. Quām non est facilis virtus, quàm verò difficilis eius diuturna simulatio. 1. de Nat. 3. Virtutes in specie fictæ simulationis inesse nō possunt. 2. de D. 78. Virtus, quæ verat spectare fortunam, dum præstetur fides. pro Pl. 60. Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimum præstat. 1. Offic. 46. Qui virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, iustitia: hæ enim bonum virum videntur potius attingere. pro Mur. 23. Alijs ego te virtutibus continentiæ, grauitatis, iustitiæ, fidei, cæteris omnibus: consulatu dignissimum semper iudicaui. Epist. lib. 4. ep. 7. Pro tuis maximis clarissimisque virtutibus. & lib. 5. ep. 17. Virtus eximia alicuius L. Piso, qui tanta virtute atque integritate fuit, vt, &c. Postq. in Sen. 5. Singularis & præstantissima virtus P. Lentuli. pro Dom. 39. Vir singulari virtute præditus. de Cl. 129. Is virtute animi atque vita fuit bonus autor in senatu. pro Rab. 24. Virtus & honestas, & pudor cum Coss. esse cogebat. pro Font. 39. Vitæ socia virtus, mortis comes gloria fuisse. Brut. ep. 16. Durior est conditio spectatæ virtutis quàm incognitæ. Parad. 1. Quod rectum, & honestum, & cum virtute est. de Vn. 19 Animus & ortu, & virtute est antiquior corpore. Epist. lib. 10. ep. 3. Virtute duce, comite fortuna. pro Cl. 39. Non ille honorem à pueritia, non studia virtutis, non vllum existimationis bonæ fructum vnquam cogitarat. pro Pomp. 36. Non solum bellandi virtus in summo imperatore quærenda est, sed multæ sunt artes eximiæ huius administræ comitésque virtutis, ac primùm innocentia, &c. temperantia, &c. facilitas, &c. ingenium, humanitas, &c. 2. de Orat. 120. Alterum est, in quo oratoris vis illa diuina virtúsque cernitur. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 23. In virtute atque humanitate percipienda. 1. de Orat. 48. Dicendi virtus sine rerum scientia extare non potest. Orat. 35. Tempora inimica virtuti. & 33. Admirabilis fama virtutum incredibilium alicuius. 4. I. V. 7. Ea patientia, virtus, frugalitásque est, vt, &c. de Cl. 65. In Catonis

orationibus omnibus omnes oratoriæ virtutes reperiuntur. 2. de Or. 241. Est autem hæc huis generis virtus, vt, &c. pro Plan. 12. Vir sine virtute & ingenio. pro Planc. 78. Non dicam miser (natura enim abhorret à virtute verbi) sed, &c. 1. de Legib. 45. Nam nec arboris, nec equi virtus, quæ dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura. 2. de Inu. 114. Præmia virtutis & officij sancta & casta esse oportere. & *ibid.* Ob egregiam virtutem. 1. de Orat. 83. Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares, ita qui esset eloquens, eum virtutes omnes habere atque esse sapientem. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 7. Nequaquâ satis esse, ipsum has te habere virtutes, sed esse circumspiciendum diligenter. & *ibid.* 29. Omnes de tua virtute, integritate, humanitate commemorant. I. P. 57. Iusta gloria, qui est fructus veræ virtutis honestissimus. 5. I. A. 15. Nec enim vllam mercedem tanta virtus desiderat, præter hanc laudis & gloriæ: qua etiam si careat, tamen sit se ipsa contenta. & 14. Phil. 17. Excellentium hominum virtus imitatione, non inuidia digna est. & *ibid.* 18. Vt cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur. 1. de Leg. 25. Virtus nihil aliud est, quàm in se perfecta & ad summũ perducta natura. pro Flac. 62. Adsunt Lacedæmoniis, cuius ciuitatis spectata ac nobilitata virtus non solum natura corroborata verum etiam disciplina putatur. 3. de Nat. deor. 50. Augendæ virtutis gratia. pro C. Corn. 1. In quo suspicionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas. *ibid.* Adolescens summa nobilitate, eximia virtute præditus. * in Clod. Virtus nõ est imminuta. pro M. Scau. Posse virtutem sine præsidio fortunæ, quò contendisset, labore & constantia peruenire. Incer. Omnium virtutum possessores pauperes nominabimus?

¶ *Ars, disciplina.* 1. Offic. 115. Philosophia, ius ciuile, eloquentia, cæteræque virtutes.

✠ ADIVNC. *Actuosa, egregia,* 1. de Inuent. *Admirabilis,* 3. Phil. *Admirabilis, incredibilisque, gratuita, similis,* 14. Phil. *Aequales & pares, bellica,* 3. de Orat. *Afflicta, prostrata, maximè luctuosa, fructuosa alys, laboriosa ipsi, aut periculosa, aut certè gratuita, laudabilis ipsa per se, reliquæ, similes,* 2. de Orat. *Aliena, ep. ad Brut. Amabilis, amans sui, clara & insignis, dura & quasi ferrea, gloriosa, memorabilisque, non inhumana, nec immanis, nec superba, solitarior, tenera atque tractabilis, de Amic. Apta, & Fat. Bona, humana, propria,* 1. de N. *Clarissimæ, maximæque,* 4. Fam. *Difficilis,* 7. Attic. *Dignæ gloria, notæ, illustrésque,* 4. de Fin. *Diuina atque incredibilis, Imperatoriæ, militaris, multę, magnæque, singularis, eximiáque, pro Pomp. Dominæ omnium rerum,* 2. de Fin. *Dispares, incredibili specie, notissimæ, oratoriæ, summæ, tanta,* de Clar. *Excellens,* 5. in Ver. *Excellens & summa,* 9. Phil. *Excellentissima,* 3. de Nat. *Excellentes & singulares, eximiæ, pulchræque,* 2. de Fin. *Exigua, mirifica,* 1. Attic. *Eximia, pro Clu. Eximia, externa, multæ, summa Imperatoris, pro Cæl. Facilis, insignis, mirãda,* 4. Attic. *Fœminea,* 2. Tusc. *Poëtæ. Formosa, pulchra, & amabilis, generosa,* 4. Tusc. *Grata ciuibus, præstantissima, pro Mil. Gratior & admirabilior, plurimæ, pro Qu. Lig. Humanæ,* 2. de Diu. *Imbecilla,* 1. Acad. *Immortalis, incredibilis, præstans in repub. quieta, pro Sest. Incredibilis atque diuina, memorabilis ac diuina,* 13. Phil. *Incredibiles, libera,* Orat. *Leuiores,* 1. Offic. *Manca,* 3. de Fin. *Magnæ incredibilésque, pro Rab. Maxima, pro Pl. Minor,* 1. ad Qu. frat. *Et ministræ & comites sapientiæ, oratoria,* Part. *Par,* 2. Phil. *Perennis, summa, pro Flac. Perfecta,* 1. Tusc. *Perfecta natura, & ad summum perducta,* 1. de Leg. *Perpetua,* 1. Fam. *Populares pro Marc. Præclarissima,* 6. Verr. & 2. Catil. *Præstabilis insignisque, de Arusp. Præstans, pro Muræn Præstantissimæ,* 15. Famil. *Pristina,* 1. Fam. *Quotidiana,* 1. de Orat. *Regiæ, pro Deiot. Singularis & præstantissima, Postq. in Senat. Socia vitæ, pro Font. Vera, in Piso. Voluntariæ, non voluntariæ, positæ in voluntate,* 5. de Fin. *Vniuersa, de Fato.*

☞ Syntaxis. *Virtus animi habitus, affectio, à viris mutuatur nomen. In hoc virtus vertitur, vt, &c. Virtutem habere non vnicam. Virtus & integritas. Virtus, honestas, pudor. Oratoris vis & virtus. Ius ciuile, philosophia, eloquentia, cæteræque virtutes, id est, artes.*

VIRVS. *venenum.* de Amic. 89. Tamen is pati non possit, vt non acquirat aliquem apud quem euomat virus acerbitatis suæ. in Arato.

Hic valido cupidè venantem perculit ictu,
Mortiferum in venas, figens per vulnera virus.

✠ ADIVNC. *Mortiferum, validum, Arat.*

VIS, vim, vi. *vires, nerui, tori.* pro Dom. 141. Magna vis est in deorum immortalium numine. 3. de Nat. 90. Vis omnis ac potestas deorum. 5. Tusc. 118. Magnum verò effecisti, si cantharidis vim consecutus es. 1. I. A. 3. Dictatura, quæ vim iam regiæ potestatis obsederat. 1. de Orat. 88. Demosthenem summam vim habuisse dicendi. & 172. Antonij incredibilis quædam, & propè singularis & diuina vis ingenij. 2. de Orat. 120. Alterum est, in quo oratoris vis illa diuina, virtúsque cernitur. & 1. de Or. 196. Patria cuius rei tanta est vis, tanta natura, vt, &c. 1. de Orat. 258. Illud vereor, ne maiorem vim ad deterrendum habeat, quàm ad cohortandum. pro Cec. 57. Eandem vim habet æquitatis ratio ad eum restituendum, qui vi deiectus est. 2. Offic. 19. Magna vis est in fortuna, in vtramque partem, vel ad secundas res, vel aduersas. & 44 Et si in eo ipso est maxima vis, vt simus ij, qui haberi velimus. pro Cæl. 58. Vim veneni aiunt Cælium esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esset ab hoc comprobatum venenum. 2. de Diu. 37. Ego enim possum vel nescire, quæ vis sit cordis ad viuendum. & 47. Radices, quarum causam ignoramus, vim & effectum videmus. & lib. 1. 73. Quod ostentum habuit hanc vim, vt Dionysius paucis post diebus regnare cœperit. & lib. 2. 35. Ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque diuinam, quæ toto confuso mũdo est. pro Cor. 35. Quod adiunctum est, id habet hanc vim, vt sit ille in fœdere inferior. 3. Offi. 39. Hæc est vis huius annuli, & huius exempli, si nemo, &c. 1. de Orat. 189 Definitionibus quam vim res habeant, est exprimendum. Orat. 112. Rei vim ac naturam explicare. 1. de Orat. 64. Vim vniuersam ac propriam oratoris definire. & 142. Omnis vis ac facultas oratoris in quinque partes distributa est. & 13. Vis dicendi Athenis inuenta est. & 10. Penè infinita vis ac materia artium. Attic. lib. 4. ep. 1. Doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. pro Mur. 30. Vi geritur res. & 1. Si illa solennis comitiorum precatio tantam habet in se vim & religionem, quanta, &c. 1. de Diuin. 30. Cùm magna vis videretur esse in monstris interpretandis ac procurandis, in aruspicum disciplina. 1. de Nat. 26. Mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici omnia. pro Rab. 21. Is animi vim & infirmitatem corporis ostendebat. pro Cec. 63. Inermes, qui vim haberent armatorum ad nocendum. 2. de Diu. 93. Vim cœlestem ad eos qui in terris gignuntur, pertinere. 1. de Orat. 113. Naturam ad dicendum vim afferre maximam. & 161. Vis incitatióque orationis. 5. I. A. 49. Cæsar omnem vim ingenij, quæ summa fuit in illo, in populari leuitate consumpsit. 3. Offic. 75. Si vir bonus hanc habeat vim, vt si concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hac vi non vtatur. pro Planc. 101. Si vitã mihi sors ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset. 4. Tusc. 78. Aut rogandi sunt, vt si quam habent vlciscendi vim, differant in tempus aliud. & *ibid.* Tanta vis fuit pœnitendi. Orat. 229. Aliter in oratione nec impetus vllus nec vis esse potest. Epist. lib. 1. ep. 9. In te potissimum fractam illam & debilitatam vim suam contulit. & ep. 7. Ea res tantam habet vim, vt, &c. & lib 5. ep. 8. Habere vim fœderis. 3. de Or. 176. Terram mediam esse, ac sua vi nutúque teneri. 1. de Finib. 50. Vis & natura rerum. pro Syll. 79. Vita ipsa ex vi sua naturáque facillimè perspicitur. pro Corn. 21. Postremò hæc vis esse iustius & iuris & verbi, vt fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant. & *ibid.* Sed totum hoc in ea fuit positum semper ratione atque sententia, vt, &c. pro Dom. 53. Quæ est quasi alia vis, quę sententia, Ceciliæ legis, nisi hæc, ne populo, &c. Epist. lib. 6. ep. 2. Quæ vis insit in his paucis verbis, si attendes, intelliges, &c. pro Cec. 57. Aequitate intellecta, nil ad rem pertinet, quæ verborum vis sit, ac nominum. Or. 72. Sine re nulla vis verbi est. Quint. lib. 1. ep. 3. Quædam infinita vis lacrymarum & dolorum. & lib. 2. ep. 3. Léxque de iis ferretur, vt qui non decessissent, ea pœna quæ est de vi, tenerentur. 1. Offic. 120. Ad hanc rationem maximam vim natura habet, fortuna proximam. 2. de Diuinat. 144. Id enim celeritas significat, & vis equorum. de Amic. 15. In animorum consensione omnis vis amicitiæ est. Parad. 5. Cui quidem, quæ maximam vim habere dicitur, fortuna ipsa cedit. 1. de Leg. 16. Quantam vim rerum optimarum mens humana contineat. & lib. 3. 2. Magistratus hæc est vis, vt præsit præscribátque recta. pro Mil. 13 Nulla vi vnquam est in libera ciuitate susceptа inter ciues, non contremp. & 63. Magna vis est conscientiæ, iudices, & magna in vtramque partem. & 68. Magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non vnius viri vires iudicantur, si quidem, &c. pro R. P. 28. Ergo aderat vis (vt ait poeta ille noster) quæ summas frangit, infirmatque opes. pro Mar. 8. Nulla est tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus

viribus frangi possit. pro Pomp. 40. Eximia vis remigum. & Ep. lib. 8. ep. 16. Omni vi te retinuissem. Top. 35. Cum ex vi nominis argumentum elicitur. * Hort. Vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. 3. de Nat. Deor. Materiam habere & habuisse vim & naturam suam.

¶ *Impetus, casus.* pro Sex. Rosc. 91. Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. pro Clu. 102. Incursio seditionis, vis multitudinis, impetus tribunitius. pro Qu. 51. Vi ac necessitate coactus & inuitus hoc feci. pro Muræn. 49. Catilina Sulpitio vim denunciabat. 4. I. C. 23. Si vis improborum spem meam fefellerit. Attic. lib. 7. ep. 9. Decem annos non tibi à senatu, sed à te ipso per vim & factionem datos. 5. I. V. 37. Cohibitio tollendi nisi pactus esset, vim adhibeat pactioni. Epi. lib. 7. ep. 13. —*Vadunt solida vi.*

¶ *Molestia.* pro R. P. 42. Hanc vim frigorum hyemémque nos vix sustinemus.

¶ *Moderatio, gubernatio.* pro Mil. 84. Qui nullam vim cœlestem existimat, numénque diuinum.

¶ *Pondus, momentum, grauitas, fides.* 4. Acad. 117. Rationes quæ vim afferunt in docendo.

¶ *Violentia, iniuria.* pro Sest. 39. Vim vi repellere. pro Mil. 9. Vi vim illatam defendere. Attic. lib. 2 ep. 21. Et eo magis vis nobis timenda est. Anteq. 12. Cùm nostrorum inimicorum vim atque violentiam prospiciat. Attic. lib. 4. ep. 2. Facere vim alicui. pro Cec. 2. & 22. Ex conuentu vim fieri oportebat. 3. Offic. 110. & 1. I. C. 19. Adhibere vim alicui. & *ibid.* 21. Inferre vim & manus alicui. Attic. lib. 9. ep. 14. 6. I. V. 148. Afferre vim alicui & Act. 3. 62. Afferre vim matribus familias. pro Cec. 61. Si reperientur ita parati, vt vim corpori ac vitæ potuerint afferre. Epist. lib. 1. ep. 9. Vim neque parenti neque patriæ afferri oportere. pro Cec. 23. Prætor interdixit de vi hominibus armatis in eadē. 46. Omnis enim vis est, quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit, aut prohibet accedere. Epist. lib. 8. ep. 8. Lex Plotia de vi. 2. de Fin. 66. Stuprata per vim Lucretia. 5. I. V. 207. Sustinere populus Rom. nationum non vim, non arma, non bellum potest. 6. I. V. 121. Leges cum vi conferre.

¶ *Copia, vbertas.* 5. Tusc. 90. Magna vis auri & argenti. 6. I. V. 103. Magna vis eboris. Qu. fr. lib. 3. ep. 7. Magna vis aquæ. de Som. 5. Quem vt vidi, equidem vim lacrymarum profudi. de Prou. 4. Vim argenteam dederat præclaro imperatori nostro, vt exhaustas domos replere posset.

¶ *Numerus, multitudo.* de Arusp. 22. Vis innumerabilis collecta seruorum. Epist. lib. 7. ep. 18. Maxima vis ranunculorum. 6. I. V. 131. Vis maxima vasorum.

✠ ADIVNC *Aduersaria, pertenuis, pro Cæc. Acerrima, aptior numeris & carminibus, humana, perfecta rei natura & aptior, 3. de Nat. Aeterna animi, 3. Tusc. Aliena.)(. sua, diuina, maxima, explicatior, perpetua, Oratoria dicendi, propria, tota, 1. Acad. Aperta, 3. Fam. Argentea, de Prou. Cælestis, eximia remigum, nocturna, pro Milon. Calamitosa, 4. Philip. Certa & propria quædam, innata, 1. de Inu. Communis, varia & maxima, Part. Conciliatrix humanæ societatis, non modò senior, sed æqualis, 1. de Legib. Conscelerata, furiosa, intima, inueterata, pro Domo sua. Contraria, de Vniuers. Coruscа fulminis, fœminea, 2. Tusc. Diuturna, imbecillis, maxima ad rationem aliquam naturæ, proxima fortunæ, 2. Offic. Egregia quædam dicendi, incredibilis quædam, & propè singularis & diuina ingenij, penè infinita, maxima ad dicendum, summa dicendi, vniuersa ac propria oratoris, 1. de Orat. Quasi dux vitæ, & magistra officiorum, eloquendi, domina rerum præclara, & diuina, terrena, vitalis, 2. de Nat. Extrema, ignea, 3. de Nat. Falsa.)(. vera naturalis, 4. Acad. Felix, 3. Phil. Fortuita, 2. de Diu. Fracta, debilitata, 1. Fam. Hyemalis, 5. Tus. Incredibilis, 9. Phi. Inexpectata, & repentina, magna & incredibilis naturæ, non sua sed exiranea ingenij, 2. de Orat. Inferna, torua, Arat. Infinita lacrymarū, 1. ad Qu. fr. Insignis, particeps rationis atque ordinis, summa & magna ac diligenti contemplatione dignissima, 1. de Orat. Magna, repentina, pro Sest. Magna animi, maior, Orat. Magna eboris, 2. Verr. Maxima auri & argenti, pro Pomp. Minor, mirabilis, 2. de Fin. Minor, ranunculorum, 7. Fam. Nefaria, innumerabilis, de Arusp. Parua, 1. Offic. Sentiens & diuina, 1. Ver. Sæuior, & vehementior & interdum lenior, 3. de Leg. Perspicua, 5. de Finib. Propria animi, Som. Scip. Solida, 6. Fam. Summa potestatis, pro Clu. Summa vocis, vetus iudiciorum, de Clar. Tanta, 4. Ver. & 16. Attic. Tribunitia, pro Planc.*

☞ Syntaxis. *Vis diuina oratoris, & virtus. Vis veneni, cordis ad viuendum. Vis & effectus radicum. Vis & natura. Vis ac facultas. Vi geritur res. Vis ac ratio mentis. Animi vis.)(. corporis infirmitas. Vis & incitatio orationis. Impetus & vis eiusdem. Conferre in aliquem vim suam. Sua vi, nutúque terra tenetur. Habere vim, sapissimè Cic. vsurpat. Celeritas & vis equi. Vis cœlestis, numénque diuinum. Vim illatam defendere. Vis frigorum. Vis ranarum, argenti. Argenteam magnam vim accipere: pro argenti.*

VISCERA, rum *intimæ nobiliores partes corporis, intestina.* 2. de Fin. 96. Tanti aderant morbi vesicæ & viscerum. 2. de Nat. 18. Terrena ipsa viscerum soliditas. in Vat. 13. Tela in tuis pulmonibus & visceribus adhærebunt. 4. Tusc. 24. Permanat in venas, & hæret in visceribus id malum. & *ibid.* Cùm hic feruor tanquam in venis medullisque insederit. 1. I. C. 31. Periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis atque visceribus reip. 5. Tusc. 27. Metrodorus, qui omne bonum in viscеribus medullisque condidit. pro Dom. 124. Is extruxit villam in Tusculano visceribus ærarij. Attic. lib. 6. ep. 1. Sed noli me putare ἐγκαλλωπιστικὰ illa tua abiecisse, quæ mihi in visceribus hæret. 2. de Or. 318. Hæc non extrinsecus alicunde quærenda, sed ex ipsis visceribus causæ sumenda sunt. 1. I. A. 36. Qui in medullis pop. Romani ac visceribus quærebant. & 14. Phil. 25. Cæsar Antonij crudelitatem non solùm à iugulis nostris, sed etiam à membris visceribúsque auertit. 2. de Fin. 94. & 2. Tusc. 19. Venæ viscerum.

☞ Syntaxis. *Pulmones & viscera. Venæ ac viscera. Viscera ærarij. Hoc tuum mihi hæret in visceribus. Ex medullis ac visceribus R. p. Non solum à iugulis, sed etiam à membris ac visceribus arcere ferrū. hic membrum, partem significat abditam atque præstantem.*

VISCERATIO, onis. *crudæ carnis distributio, quæ solenni ritu fiebat.* 2. Offi. 55. Prodigi, qui epulis & visceration ibus, & gladiatorum muneribus pecunias profundunt.

VISCVS, sci. 2. de Nat. 144. Bestiolæ in sordibus tanquam in visco inhærescunt.

VISENDVS, a, um. *spectandus, magnificus.* in Vat. 31. Epulum omni apparatu ornatuque visendo. pro Pomp. 61. Eam rem populus Rom. nō modò vidit, sed etiam studio omni visendam putauit. & 40. Quæ cæteri tollenda arbitrabantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimabat. de Opt. 22. Quid enim tam visendum aut audiendum fuit, quàm, &c.

VISENDI. 5. Tusc. 9. Qui nec plausum, nec luctum quærerent, sed visendi causa venirent, studioséque perspicerent quid ageretur, & quomodo. de Vniu. 2. Cratippus Ephesum venit mei salutandi & visendi causa. 7. I. V. 65. Ex oppidis visendi causa conuenirent. 6. in Verr. 4. Cupido ille, propter quem Thespiæ visuntur: nam visendi alia causa nulla est. 1. Tusc. 44. Insatiabilis cupiditas veri visendi.

VISIO, onis. *visum, species, spectrum.* 1. de Nat. 110. At quàm licenter fluentium frequenter fit transitio visionum. 2. de Diu. 120. Animos externa & aduentitia visione pulsari. 4. Acad. 33. Visio veri falsique communis à quibusdam putatur. 2. Tusc. 42. Falsaque eius visione ac specie moueri homines dico vehementius.

✠ ADIVNC. *Communis veri & falsi, probabilis.)(. improbabilis, inanes, 4. Aca. Externa & aduentitia, 1. de Diu. Falsæ, 2. Tusc. Fluentes, 1. de Nat.*

VISITO, tas. 5. de Fin. 94. Is cùm podagræ doloribus arderet, visitasséque hominem Carneades & tristis exiret. Mane quæso, inquit, &c.

VISO, fis. *inuiso, visito.* 2. Tusc. 61. Sed cum audisset eum grauiter esse ægrum, voluit tamen nobilissimum philosophum visere: quem cùm vidisset, & salutauisset, honorificisque verbis prosequutus esset, dixit, &c. Epist. lib. 9. ep. 23. Sed tamen constitui ad te venire, vt & viderem te, & viserem, & cœnarem etiam. Epist. lib. 7. ep. 1. Posthac ad ludos venies, nosque vises. Attic. lib. 12. ep. 27. Velim aliquando puerum visas. & lib. 8. ep. 5. Iampridem cupio Alexandriam, reliquámque Aegyptum visere. & lib. 1. ep. 3. Visere aliquem longo interuallo. 1. Tusc. 44. Cùm laxati curis sumus, spectare aliquid volumus & visere. 6. I. V. 5. Messanam vt quisque nostrum venerat, visere solebat.

VISOR, ris. 1. Offi. 138. Domus Cn. Octauij vulgo visebatur.

☞ Syntaxis. *Nihil tam est visendum. Nec visendum est hoc à bono viro. Spectare & visere. Veni, videbis, & vises.*

VISVM, si. *visio, somnium.* 1. de Diuat. 118. Visa somniantium. *ibid.* 126. Si Deus ista visa nobis prouidendi causa dat, cur non vigilantibus potius dat, quàm dormientibus? 1. Acad. 39. Sensus iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos visum appellamus. 1. de Diu.

57. Deinde cùm se collegisset, id visum pro nihilo habendum esse duxit. & 61. Tum ei visa quietis occurrent veracia. & *ibid.* Huic omnia visa obiiciuntur à mente ac ratione vacua. Top. 77. A dormientibus multa significata visis. 1. Acad. quæst. 40. Ad visa, & quasi accepta sensibus assensionem animorum adiungit (*Leno.*) 4. Acad. 41. Inter quæ visa nihil interfit, ex his non posse alia talia esse, vt percipi possint, alia non possint. 4. Acad. 40. (*Inter visa.*) nihil interesse, non modò si ex omni parte eiusdem modi sint, sed etiam si discerni non possint. *ibid.* 90. Inter visa vera & falsa, ad animi assensum, nihil interest. 4. Academ. 66. Visa ista: quum acriter mentem sensumue pepulerunt accipio: iisque interdum assentior, nec percipio tamen. *ibid.* 44. Maximè autem conuincuntur (*Academici*) quum hæc duo pro congruentibus sumunt, tam vehementer repugnantia, primùm esse quædam falsa visa, quod quum volunt, declarant: quædam esse vera, deinde. *ibid.* Inter falsa visa & vera nihil interesse. *ibid.* 58. Habeo enim regulam, vt talia visa vera iudicem, qualia falsa esse non possint. *ibid.* 106. Meminisse visa: nisi comprehensa, non possumus. 4. Acad. quæst. 47. Visa quædam mitti à Deo, secundum Stoicos. de Di. li. 2. 124. Nulla visa somniorum proficisci à numine deorum. *ibid.* 147. Casus autem innumerabilibus penè seculis in omnibus plura mirabilia, quàm in somniorum visis effecerit. 1. Tusc. 97. Quamobrem siue sensus extinguitur, morsque ei somno similis est, qui nonnunquam etiam sine visis somniorum placatissimam quietem affert.

¶ *Probabile apparens.* 4. Academ. 77. Quale igitur visum? Tum illum ita definiuisse, ex eo quod esset sicut esset impressum, & signatum & affectum. *ibid.* 40. Eorum quæ videntur, alia vera sunt, alia falsa: & quod falsum est id percipi non potest: quod autem verum visum est, id omne tale est, vt eiusdem modi falsum etiam possit videri. Et quæ visa sunt eiusmodi, vt in iis nihil interfit, non potest accidere, vt eorum aliqua percipi possint, alia non possint. Nullum igitur est visum, quod percipi possit. 4. Acad. quæst. 77. Nullum tale visum à vero, vt non eiusdem modi etiam à falso possit esse. Epist. lib. 8. ep. 5. Visum est, vt te facerem certiorem. Att. lib. 9. ep. 16. Quæ visa sunt respondi Balbo. de Finib. lib. 2. 43. Quæ visa sunt pro nihilo. L. FACIO. 4. Acad. 51. Omnium deinde inanium visorum vna depulsio est, siue illa cogitatione informantur, quod fieri solere concedimus: siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam. Nam ab omnibus eiusdem modi visis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. 4. Acad. quæst. 99. Duo placet esse Carneadi visorum genera: alia quæ percipi possunt, alia quæ non possunt. 1. Academ. 40. Visis non omnibus adiungebat fidem, sed his solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ viderentur. Id autem visum quum ipsum cerneretur comprehensibile. 4. Acad. quæst. 66. Visis cedere. de Diuin. lib. 2. 127. Visa falsa & inania & mendacia. *ibid.* 129. Visa tortuosa & obscura. & lib. 1. 61. Visa quietis tranquilla atque veracia. & lib. 2. 126. Visa vigilantium permultò clariora & certiora, quàm somniantium. 4. Acad. quæst. 58. Visa fidem nullam habebunt, sublata veri & falsi nota. 4. Acad. quæst. 58. Quum visa in animos imprimantur. 1. de Diuin. 60. Huic omnia visa obiiciuntur, à mente ac ratione vacua. Acad. quæst. li. 4. 76. 77. Sententia Arcesilæ contra Zenonẽ: quæ se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat.

¶ *Species obiecta menti vel sensibus.* de Fato 43. Visum obiectum imprimit, & quasi signat in animo suam speciem. & 2. de Diu. 143. Visum est enim tale obiectum dormienti, vt id, &c. 4. Academ. quæst. 30. Quæ vis esset in sensibus quemadmodum prima visa nos pellerent. *ibid.* 108. Si visa tollantur, tolli omnia volunt Stoici.

✠ ADIVNC. *Clariora.) (.obscura, diuina.) (. humana, falsa & inania, falsa & mendacia, perturbatiora, trãquilla atque vera, varia & incerta, veracia, vera & incerta, 1. de Diu. Falsum.) (. verum, imbecilla, inania, leuia, probabile, verissimum, 4. Aca. Luculenta, in Piso. Nocturna, 1. Tusc. Tortuosa & obscura, 2. de Diu.*

VISVS, us. *videndi sensus.* 1. Tusc. 24. Visus quibusdam sæpe mouebitur, hisque maximè nocturnis, vt viderentur hi qui vita excesserant, viuere. ‖ *correctiores omnes codices visis quibusdam, habent.* ✠ * Incert. Fœminas omnes visu nocere, quæ duplices pupillas habent. ‖ 1. de Nat. 12. Ex quo existit & illud, multa esse probabilia, quæ quanquam non perciperentur, tamen quia visum quẽdam hãbent insignem & illustrem his sapientis vita regeretur.

✠ ADIVNC. *Humanus, insignis & illustris, 1. de Nat.*

VNIVERSE. *generatim, generaliter* 7. in Verr. 142. Nam quid ego de cæteris ciuium Romanorum suppliciis sigillatim potius, quàm generatim atque vniuersè loquar? Attic. lib. 5. ep. 2. In Cumano cùm essem, venit ad me noster Hortensius: cui deposcenti mea mandata, cætera vniuersè mandaui: illud probè, ne pateretur, &c. Attic. lib. 8. ep. 11. Nec tam irruptio pertimescenda, quæ Luceriæ multis sermonibus denunciata est, quàm vniuerse interitus.

VNIVERSITAS, tis. *vniuersum, mundus.* 2. de Nat. deorum 164. Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eámque gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos. 1. de Nat. 39. Vniuersitas rerum, qua omnia continentur. & 121. In vniuersitate rerum. de Vniu. 4. Atque illum quidem quasi parentẽ huius vniuersitatis inuenire difficile est. & 37. Atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit. & 13. Si totum vniuersitatis corpus planum & æquabile explicaretur.

☞ Syntaxis. *Non sigillatim, sed generatim ac vniuersè. Multa vniuerse dicere. Timendus est vniuerse interitus.*

VNIVERSVS, a, um. *totus, omnis, infinitus, confusus, communis, perpetuus.* 4. Acad. 73. Qui loquitur de vniuersis, nihil excipit, quid enim potest esse extra vniuersa. 1. de Nat. 39. Communis rerum natura, vniuersa atque omnia continens. 1. de Nat. 121. Imagines ingentes, tantæque, vt vniuersum mundum complectantur. 2. de Finib. 112. Vniuersum mare. 1. de Nat. 121. In eodem vniuerso. 4. I V. 168. Ergo ab vniuersa prouincia, generatimque à singulis eius partibus diligitur, &c. 1. de Inuent. 34. Non incommodum videtur, quandam syluam atque materiam vniuersam atque permistam & confusam exponere omnium argumentationum. pro Qu. 89. Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in vniuersis. 1. de Orat. 19. Ex illis rebus vniuersis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnũ est. Attic. lib. 14. ep. 22. Καθολικὸν ῥῆμα. pro Flac. 26. Vniuersus & communis. 2. de Orat. 146. Genera vniuersa. & 141. Perpetui iuris & vniuersi generis quæstio. item. Generum vniuersæ quæstiones. Reuocari ad genus & naturam vniuersam. Ad vniuersi generis disputationem referri. 2. de Orat. 71. Non mihi minus operis videtur de vniuersis generibus rerum, quàm de causis singulorum dicere. & 118. Vel separatim de genere vniuerso dicere, vel de singulis hominibus. & 135. Reuocari ad genus, & naturam vniuersam, reuolui ad communes rerum & generum summas, referri ad vniuersi generis disputationem. & lib. 3. 104. Loci communes, qui de vniuersa re tractari solent. & *ibid.* 105. Ancipites disputationes, in quibus de vniuerso genere in vtramque partem differi copiose solet. de Clar. 50. In vniuersa eloquentia. *)(. in aliqua parte dicendi.* Orat. 117. Genus vniuersum in species certas partiri ac diuidere. de Clar. 152. Tribuerem vniuersam in partes. 1. de Orat. 64. Vniuersam ac propriam oratoris vim definire. 3. de Nat. 3. Tibi permitto respondere, ne mihi malis de singulis rebus quærenti, &c. an vniuersam audire orationem meam: *id est, perpetuam.* 1. I. V. 72. Quæ singulatim collecta sunt, vniuersa perdere. 1. I. A. 37. Cùm à summis, mediis, infimis, cùm denique ab vniuersis hoc idem fit. pro Pomp.

31. Maria omnia tum vniuersa, tum in singulis oris omnes sinus atque portus. pro Qu. Rosc. 44. Est tuæ arrogantiæ, vitæque vniuersæ vox. 2. de Orat. 162. Vnde vniuersum flumen efflat. Postq. in Sen. 1. Quis possit vestra in nos vniuersa promerita non dicam complecti orando, sed percensere numerando? pro Dom. 134. Bis à me salutem accepit: separatim semel, iterum cum vniuersis. 2. Offic. 48. Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio ea sæpe vniuersam excitat gloriam. pro Sest. 5. In hac confusa atque vniuersa defensione. 3. Offic. 16. Eandem esse vtilitatem vniuscuiusque & vniuersorum. I. P. 65. Fac huius odij tanti ac tam vniuersi periculum, si audes. 2. de Nat. 163. Quæ si singula vos fortè non mouent, vniuersa certè mouere debebunt. & *ibid.* 166. Nec verò vniuerso generi hominum solùm, sed etiam singulis à diis immortalibus consuli solet. & *ibid.* 165. Dij separatim ab vniuersis singulos diligunt. 2. de Orat. 317. Nihil est denique in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & quod totum repentè euolet. 1. Offic. 50. Vniuersi generis humani societas. 1. Offic. 110. Contra naturam vniuersam nihil contendendum est. 1. de Leg. 23. Vniuersus mundus. & 17. Complectenda in hac disputatione tota causa vniuersi iuris est ac legum, vt, &c. de Vn. 9. Siue in singulis, ✠ siue in vniuerso genere cernatur. ‖ *alij diuerso legunt.* in Salust. 16. Si illud elogium pro lege palàm vniuersis recitarem. Epist. lib. 5. ep. 16. Non facile ex hauriri posse tibi dolorem vniuersum ✠ puto. ‖ 1. Tusc. 68. Fixum in medio mundi vniuersi loco.

☞ Syntaxis. *Communis rerum natura, vniuersa, atque omnia continẽs. Sylua & materia vniuersa atque permixta, & confusa. Vniuersum genus. Genus & vniuersa natura. Rem vniuersam tribuere in partes. Vniuersa perdere: id est, omnia simul. Vniuersa vita, flumen. Deus separatim ab vniuersis singulos diligit. Contra naturam vniuersam nihil tentandum. Vniuersus mundus. Hoc se statim vniuersum profundit.*

VNIVSMODI. *non varius.*) (*multiformis.* Attic. lib. 9. ep. 6. Noli enim putare tolerabiles horum insanias nec vniusmodi fore. de Vni. 19. Materia semper est vniusmodi, suique similis, & eiusdẽ naturæ. 1. Acad. 26. Principes qualitates sunt vniusmodi, & simplices. *ibid.* Quia sola cerneret, quod semper esset simplex, & vniusmodi, & tale quale esset.

☞ Syntaxis. *Vniusmodi, sui similis & eiusdem naturæ. Vniusmodi & simplex.*

VNQVAM. *omni memoria.* Orat. 42. Isocrates præstat omnibus, qui vnquam orationes attigerunt. de Aruſp. 37. Quod sacrificium nemo vnquam adiit, nemo nisi P. Clodius omni memoria violauit. Tusc. lib. 4. 77. Quis homo te exuperauit vnquam gentium impudentia? Attic. lib. 3. ep. 14. Quum ita me afflictũ videas, ✠ vt neminem vnquam nec videris, nec audieris. ‖ 3. in Cat. 17.

VNVS, a, um. *solus, singularis, idem.* 2. de Diu. 33. Physici, qui omne quod esset, vnum esse dixerunt. 3. de Orat. 20. Omnia quæ suprà & subter sunt, vnum esse, & vna vi atque vna consensione naturæ constricta esse. 3. I. C. 16. Ille erat vnus timendus ex his omnibus. 4. I. C. 14. In hac causa omnes sentiunt vnum atque idem. pro Flac. 62. Lacedæmonij ita multos annos vnis moribus, nunquam mutatis legibus viuunt. pro Syll. 9. Simplex est officium, atque vna bonorum omnium causa. 2. Offic. 41. Confugiunt ad vnum aliquem virtute præstantem. de Amic. 83. Alterius animum cum suo commiscere, & efficere penè vnum ex duobus. & 94. Vnus quasi animus fiat ex pluribus. 2. de Diuin. 97. Exitus quidem omnium vnus & idem fuit. de Somn. 21. Anima est vna ex omnibus, quæ sese moueat. pro Planc. 78. Is enim vnus fuit de magistratibus, qui, &c. de Prou. 23. Vnum pro vniuersis subire atque excipere pericula. 2. de Legib. 6. Fibrenus rapidè dilapsus citò in vnum confluit. 1. de Diuinat. 5. Xenophanes vnus, qui deos esse diceret, diuinationem funditus sustulit. & lib. 1. 88. Panætius, qui vnus è Stoicis Astrologorum prædicta reiecit. 2. in Anton. 34. Sed vnam rem vereor, ne non probes. & 9. Phil. 10. Si omnes iurisconsulti in vnum conferantur, cum Seru. Sulpitio non sunt comparandi. Parad. 2. C. Marius, qui mihi in secundis rebus vnus ex fortunatis hominibus, in aduersis vnus ex summis viris videbatur. pro Cecin. 59. Hoc etiamsi verbo differat, re tamen erit vnum, & idem in omnibus causis valebit. pro Quint. 75. Vnum tamen hoc cogitent. se, &c. & 70. Vnum illud dico, si propter, &c. pro Pomp. 9. Ab vnis hostium copiis bellum geri. pro Sex. Rosc. 5. Non electus vnus, qui maximo ingenio: sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere. 2. I. C. 19. Quibus præcipiendum videtur, vnum scilicet & vnum, quod cæteris. pro Cec. 62. Si tu solus, aut quiuis vnus, &c. pro Cluent. 22. Filius, quem tantùm vnum ex multis fortuna mihi reliquum esse voluit. Epist. lib. 15. ep. 16. Quanquam qui cum loquor? cum vno fortissimo viro, qui, &c. 4. Acad. 5. Panætius vnus omnino comes fuit. 4. ad Herenn. 9. Nemo vnus: *id est, solus.* & 52. Colligere & conferre omnia in vnum. 1. de Inuent. 73. Conducere multa in vnum. & lib. 1. 2. Compellere aliquos dispersos in vnum locum. & 98. Vnum in locum cogi, & sub vnum aspectum subiici. 4. ad Her. 39. Eiusdem vnius aut plurium verborum iteratio. Epist. lib. 6. ep. 16. Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad vnum. pro Mil. 66. Deinde dixit, se gladio percussam esse ab vno de illis, ne indicaret. pro Font. 2. Vnæ tabulæ proferantur. pro Font. ✠ 12. Vnum est simplex aurium iudicium. ‖ *alij verum iudicium legendum censent.* pro S. R. 62. Cùm multæ causæ conuenisse vnum in locum videntur. 1. de Orat. 99. Cùm te vnum ex omnibus ad id dicendum maximè aptum cognossem. & 9. Qui non aliqua in re vna separatim elaborarunt, sed omnia comprehenderunt. Orat. 122. Duplices loci, vni, &c. alteri, &c. 5. I. V. 228. Vnæ decumæ. Attic. lib. 14. ep. 19. Adductus sum tuis & vnis & alteris literis. Orat. 135. Eadem & vna res. 2. de Inuent. 4. Nobis nõ vnum aliquod proposuimus exemplum. & *ibidem.* 5. Vni alicui certo sese addicere. Qu. fr. li. 1. ep. 1. 1. Superioribus literis nõ vnis, sed pluribus, &c. 2. de Orat. 304. Vitia quæ sint in aliquo iudice vno, vel pluribus. ad Oct. Consumtus vno atque eodem igni. 2. de Orat. 292. Siue plura sint, siue aliquod vnum. pro Clu. 28. Vno tempore duas res audire. 3. de Orat. 141. Quid vnum excellat ex omnibus. Attic. lib. 11. ep. 21. Est autem vnum, quod mihi sit optandum si quid agi de pace possit. 1. de Legib. 61. Vna mœnia. de Cla. 100. Vnus enim est sonus totius orationis, & idem stylus. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 29. In tuis summis laudibus excipiam vnam ita cundiam. ad Oct. Militibus veteranis in vnũ conductis. 5. I. A. 12. Si hoc genus in vnum redigatur. de Amic. 88. De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. de Vn. 3. Quod vnum semper atque idẽ est. 5. I. V. 202. Data tibi pecunia est: vna, qua frumentum tibi emeres in cellam: altera, qua, &c. de Clar. 214. In quacunque vna, &c. nullàue vna, &c. & 87. Vnum quasi comperendinatus medium diem fuisse. 2. cont. Rull. 34. Vnus vllus. *id est, vnus aliquis.* 10. in Ant. 3. Vnus aliquis. * pro M. Scau. Quem vnum ex omni memoria sceleratissimum fuisse accepimus. *ibid.* Cum ex multis vnus ei restaret inimicus. de Fat. Cum vnum & alterum ex iis inuitasset. pro M. Tull. Vt non vnæ rei statui putetur iudicium.

☞ Syntaxis. *Vni viuere moribus. In vnum omnia omnes conferre. Hũc tantum vnum ex multis dicam. Ad vnum omnes assentiuntur.*

VNVS QVISQVE. *singuli.* 3. Offic. 26. Eandem esse vtilitatem vniuscuiusque & singulorum. 4. I. C. 12. Qui singulas vniuscuiusque domos, & hoc vniuersum reipubl. domicilium delere conati sunt. pro Syll. 64. Vniuscuiusque indulgentiam testarer in suos. Parad. 1. Ponite ante oculos vnumquemque regum, &c. 3. de Nat. 69. Sentit domus vniuscuiusque. 2. de Orat. 59. Propriè de vnoquoque dixit. 2. Tusc. 9. Quid in vnaquaque re verisimile esset inuenire. 6. I. V. 76. Sigillatim vnumquemque appellare. & 132. Qui hospites ad ea quæ visenda sunt, ducere solent, & vnumquidque ostendere, &c. 3. de Finib. 64. Et vnũquemque nostrum eius mundi esse partem. pro Sex. Rosc. 48. Vnusquisque vestrum. 4. ad Her. 38. Vtrumque ad vnumquodque. pro Sex. Rosc. 83. Neque omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam. ‖ 1. de Inu. 34.

VOCABVLVM, li. *nomen, verbum, vox.* de Aruſp. 24. Qui ludi ne vno quidem verbo appellantur Latino, vt vocabulo ipso Matris magnæ nomine religio suscepta declaretur. 1. de Diuinat. 2. Chaldæi non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati. 1. de Inuent. 34. Nomen est, quod vnicuique rei datur, quo suo quæque proprio ac certo vocabulo appellatur. 1. de Legib. 38. Rebus non mutatis immutare vocabula. & lib. 2. 61. Nomen neniæ, quo vocabulo etiam Græcos cantus lugubres nominant. pro Cecin. 51. Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. 3. de Orat. 157. Cùm res suum nomen & proprium vocabulum non habet. Orator. 212. Ab aliis iidem pedes, aliis nominantur vocabulis. I. P. 90. Vocabula tantùm pecuniarum, & genera mutabas. 1. de Nat. 38. Res vtiles & salutares deorum esse vocabulis nuncuparas. * Acad. Non vocabulorum opificem sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. ‖ 3. de Orat. 159. Nihil est in rerum natura cuius nos non in aliis rebus possumus vti vocabulo & nomine.

¶ *Notatio, etymologia, & vocabuli explicatio.* 2. de Orat. 163. Cum aut res quæ sit tota quæratur, aut pars eius, aut vocabulum quod habeat. *ibid.* Sin ex vocabulo, vt Carbo, si consul est qui consulit patriæ, quid aliud fecit Opimius?

✠ *A* DIVN. *Certa, suum & proprium, 3 de Orat. Certa, ac propria, pro Cæcinn. Certum & proprium, suum cuiusque & proprium, 1. de Inuent. Declarantia idem, incognita alicui, vsitata, 3. de Finib. Propria aut addita ad nomen, aut noua aut prisca, aut ab oratore modificata, & inflexa quodammodo, Part.*

☞ Syntaxis. *Suo certo ac proprio vocabulo res appellare. Hoc non habet suum nomen & proprium vocabulum.*

VOCALIS, le. Orator. 77. Habet enim ille tanquam hiatus, concursu vocalium, molle quiddam. 4. ad Heren. 19. Crebræ vocalium concursiones, quæ vastam & hiantem orationem reddũt. item. Nemo tam rusticus est, qui vocales nolit coniungere. de

Cl.242.Addamus huc etiam, ne quem vocalem præteriisse videamur,C.Cosconium:*id est,habentem vocem.*

VOCATVS,tus. *accersitus.*3. de Orat. 2. Senatus vocatu Drusi in curiam venit.

VOCIFERATIO,onis. *vox quædam effrenatior, clamor.* 7. I. V. 155. Antè de L. Herennio vociferatio commouebat. pro Cl. 30. In ipso sermone hoc,& vociferatione. 3. ad Heren.25.& 22. Muliebris vociferatio.pro S. R. 12. Vociferatione accusatores in iudiciis vti solent.

VOCIFERO,as. *vociferor,clamorem edo,exclamo.* 4. I. V. 52. Si hoc vociferare velim,quàm indignum sit, &c. & 6.in Ver. 39. Minitari & vociferare palàm.

VOCIFEROR,aris.*vocifero.* pro Sex.Rosc. 9. Nec satis liberè vociferari possum,&c. pro R.P.21.Quid vociferabare decem millia talenta Gabinio esse promissa?

✠ADVERB.*Liberè,pro Sex.Rosc.Palam,6.Ver.*

VOCITOR.*vocor.*de Nat.lib.2.105.

Quas nostri septem soliti vocitare triones.

pro R.P.23.Demetrius,qui Phalereus vocitatus est.

VOCANDVS,a,um. *hortandus.* 2. de Orat. 332. Ad mentes iudicũ permouendas,& ad vtilitatem nostram vocandas. 2. de Leg. 9. Lex vim habet ad rectè facta vocandi, & à peccatis auocandi.

VOCATVS, a, um. pro Cluent. 182. Noui quidam homines in suspicionem vocati sunt. pro Cec. 12. In partem mulieres vocatæ sunt. pro Muræn.72. Ad prandium vulgo vocati. * pro M.Scau. Ab eodem lege Varia custos ille Reipub. proditionis est in crimen vocatus.

✠ADVERB *Omnino vnquam in iudicium,pro Cl.Vulgò ad prandium,pro Mur.*

VOCO, as. *aduoco.* Epist.lib.10.ep. 28. Cum senatum ad XIII. Calend. Ian. Trib.pleb. vocauisset. pro Mur. 26. Ibi ego te ex iure manu consertum voco. pro Qu. 61. Vocare aliquem in ius. 4. Acad.17. Comprehensio,quam κατάληψιν illi vocant.pro Mil.41. Milo Clodium ad iudicium bis, ad vim nunquam vocauit.Att. lib.6 ep.3.Hunc ego patris causa vocaui ad cœnam.

¶ *Reuoco.* pro Deiot. 30. Is vestram familiam in lucem è tenebris vocauit.

¶ *Inuito,abstraho.*Epist.lib.10.ep. 7. Quarum rerum spe ad laudẽ me vocasti.Attic.lib.3.ep.7.Quòd me ad vitam vocas. & lib. 12. ep.36.Quod me à mœstitia vocas,multum proficies, &c.

¶ *Clamo,inuito.* pro Rab. 21. Cùm ad arma consules ex senatusconsulto vocauissent.

¶ *Traho.* 1.I.C.12.Nunc iam vitam omnium, Italiámque totam ad exitium vastitatémque vocas.

¶ *Impello.* Attic.lib.3.ep.7. Et te in eundem luctum vocem. 1. de Leg.13.In longum sermonem me vocas.

¶ *Adduco.*2.I. A.59. Ne me apud milites in inuidiam voces. pro Sest.93. Qui claros viros in inuidiam aliquam vocauerunt. pro Rab. 20. Detrahere de aliquo, & eum in inuidiam vocare. Off. lib.1. Vocare aliquem in odium aut inuidiam, falsis criminibus. pro Cec.65. Aucupia verborum in inuidiam vocant.

¶ *Appello,nomino.* Acad. Quæ tu si alio nomine vis vocare.

✠ADVERB.*Cæteroquin, parciùs paulò, rectè, Orat. Exiguè amicitiam ad calculos, de Amic. Fortuitò ad libertatem, 2. cont. Rull. Iamdudum ad sese, pro Sest. Latinè, 2.de Fin. Nominatim ad gratiam, pro Domo. Omnino suam Macedoniam, 7. Philippic. Temere, pro Muræna. Vltro, pro Flacc.*

VOCOR, ris. *appellor.* 3. de Orat. 135. Septem fuisse dicuntur vno tempore, qui sapientes & haberentur & vocarentur. 3. de Nat. 56. Hunc Aegyptij Thoyth appellant: eodémque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. * Incert. Animalia byturos vocari.

¶ *Trahor.* 1.de Orat.241.Causæ,quæ omnino in iudicium vocari non solent.pro Corn.66.Vocari in iudicium de aliqua re.

¶ *Perducor.* 2.de Orat. 35.Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem,& integritas ad salutem vocatur. & 291.In disceptationem aut controuersiam vocari.

¶ *Adducor.*7.I.V.132.Vocari in crimen & inuidiam.& 10.Vocari in suspicionem coniurationis.pro Pomp.12.Vocari in periculum & discrimen.Epist.lib.8.ep 9.Vocari in eandem conditionẽ.

✠ADVERB. *Falsò, 2. de Nat. Nominatim in senatum, pro Dom.Verè partes,13.Phil.*

VOCVNTII.*populi.*Epist.lib.13.ep.23. *Planci.*

VOCVLA,læ.3.de Orat.96.Flexiones in cantu,& falsæ voculæ.Ep. lib.2.ep.56. Sed incurrit hæc nostra laurus non solùm in oculos, sed etiam in voculas maleuolorum.Att.lib.2.ep. 23.Recreandæ vocalæ causa,hæc ambulans dictaui.

✠ADIVNC. *Falsæ,3.de Orat.*

VOLATERRAE.*oppidum Hetruriæ.* pro S.R.20.

VOLATERRANI.I.V.Act.5.Epist.lib.13.ep.4.Att.lib.1.ep.16.

VOLATICVS,a,um. *inconstans.* Attic.lib.13.ep. 25. O Academiam volaticam,& sui similem,modò huc,modò illuc. de Arusp. 46.

✠ Furentes ac volaticos impetus,&c. ‖ *aliàs violentos.*

VOLATILIS,le.*volucer.*2.de Nat.151.Vescimur bestiis & terrenis, & aquatilibus,& volatilibus.

VOLATVS,tus.*lapsus volucrum.*2.de Nat. 101. Aer volatus auium sustinet. 1. de Diuinat. 2. Volatibus auium, cantibúsque declarari res futuras. & 26. Aquilæ admonitus volatu. de Natur. lib. 2.129.Cùm pulli pinulis vti cœperint,tum volatus eorum matres prosequuntur.

✠ADIVNC.*Aerij auium,Top.*

VOLITANS,tis. in Pison.59. Homo volitans gloriæ cupiditate. de Nat. lib.1. Bestiæ volitantes in ardentibus fornacibus. Post red.in sen.Homines cum ferro & facibus volitantes.

VOLITES, tum. *velites.* Cic. de Repub. Militari more veterum velocissimi cum scutis leuibus pedites, ad hoc ipsum exercitati, iisdem miscendi:quos expeditos,quasi volitantes appellabãt. *aliter,velites.*

VOLITINIENSES,*populi.*pro Planc.43.

VOLITO,as. *vagor.*2.de Or.23. Aues passim ac liberè volitant. & lib.1.173. Volitare in foro,hærere in iure.2.cont.Rull. 58.Volitat enim ante oculos istorum regis filius. 2. de Orat. 101. & 4. ad Her.52.Volitare & vagari toto foro.2.cont.Rull.98.Volitare per

✠ gentes & per regna,&c. ‖pro Flac.38.Nunc autem non insultabo vehementius,nec volitabo in hoc insolentius.

✠ADVER.*Insolentiùs in hoc,pro Flacc.Liberè,passim, 2.de Orat.Palàm,pro Sest.*

VOLO,as.*pennis aera seco.* 10.I. A.11. Quem nisi in via quidam retardassent, volasse eum,non iter fecisse diceres.in Arat.

Quæ volat,& serpens geminis secat aera pennis.

Tusc.lib.1.76.Volat ætas.Attic.lib.2.ep.19.Literæ Capuam ad Pompeium volare dicebantur.

VOLO,vis. *voluntas est,voluntatem habeo,voluntas mea fert,non nolo, sententia est,studeo.*Quint.frat.lib.3.ep.1. Quamobrem ea te cura liberatum volo.pro Clu.188. Nihil est mali,nihil sceleris, quod illa non filio voluerit,optauerit, cogitarit,effecerit. Attic. lib.8. ep.3. Nulla est sedes,quò concurrant ij,qui remp. defensam volunt. Epist.lib. 13. ep.9. Vt eam per te quàm maximè defensam & auctam velis. in Vat.35. Volo ex te audire &c. de Clar.206. Sed is Stoicus esse voluit, orator autem nec studuit vnquam, nec fuit. pro Dom. 29. Quid sibi iste vult? Epist.lib. 12. ep.13. Volo vos bene sperare. & lib. 10.ep.8. Volo omnes de me bene sperare. Attic.lib.15.ep.3. Antonio quàm iam est,volo pejus esse. & lib.2.ep.25.Volã illum scire ex te,me id feciss̃e,&c.& lib.11.ep. 8.Per eos qui nostra causa volunt,valéntque apud illum,diligẽtissimè contendas opus est.3.de Leg.33.Ita meherclè attendi,nec satis intellexi,quid sibi lex,aut quid verba ista vellent.5.I. V.118. Quid verò istæ sibi quinquagesimæ? quid portò nummorum accessiones volunt?

¶ *Cupio bene.* Epist. lib. 9.ep.13.Velle causa alicuius. & lib.13.ep. 71. Omnium causa,quos commendo,velle debeo. & lib. 5. ep. 14. Si quid nostra causa vis. Quin.de Pet.3. Vt intelligant, qui debent causa tua referendæ gratiæ, & qui volunt obligandi tui tempus sibi aliud nullum fore.Attic. lib. 6. ep.7. Sed planè volo his magistratibus, quorum voluntatem in supplicatione sum expertus.Epist.lib.3.ep.7.Sin autem es φιλαίτιος, illud non perficies, quo minus tua causa velim:hoc assequere, &c.& lib.13.ep. 22. Varro magnopere eius causa vult omnia.& ep.55. Te ipsius causa vehementer omnia velle. & lib.16.ep.17. Valde enim eius causa volo.

✠ADVERB.*Ampliùs quærere,pro Sex.Rosc.Etiam atque etiam, 2. Cat. Feliciter,planè, 13.Attic.Imprudenter,peruersè,de Amic.Magnopere, 12.Attic.Magnopere audire, optimè, de Clar. Magnopere omnia causa alterius, vehementer, 13.Famil.Maximè, Orat. Maximè,& optare, 5.Philipp.Nequicquam,pro Cæl. Planè ita, 16.Attic.Præclarè pacem, 13.Phil.Quamprimùm audire,2.de Orat.Rectè non, 4.Acad.Sanè, 2. Attic.& in Part.Scitè, 5.dè Fin.Valde, 1.Attic.Valde causa alicuius,16.Famil.Valde non,8.Famil.Vehementer,5.Famil.Vehementer se excusatum,5.Verr.*

☞ Syntaxis. *Volo bonorum tua causa,& boni.*

VOLSCI.*Antiquæ Italiæ populi.* Attic. lib.9.ep.12. & 1.Offic.35.pro Corn.31.

VOLVBILIS,le.*in orbem incitatus.* de Vn.18.Cœlum volubile,& in orbem incitatum.2.de Nat.46.Volubilis & rotundus Deus.

¶ *Concitatus.* pro Flac. 48. Homo volubilis, & præcipiti quadam celeritate dicendi.3. ad Heren. 25. Celeriter verba conficere, vt vim volubilem orationis vociferatio consequi possit.de

Clar. 108. Appij volubilis, sed paulò feruidior erat oratio. & 105. Canorus orator & volubilis. * pro L. Varen. L. Septimius est ad L. Crassi eloquentiam grauis, & vehemens, & volubilis.

¶ *Inconstans.* pro Mil. 70. Vaga volubilisque fortuna.

VOLVBILITAS, tis. *volubilis motus, conuersio.* de Fat. 43. Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis; volubilitatem autem non dedit. de Vn. 31. Deus cœlum ad volubilitatem rotũdauit.

✠ ¶ *Inconstantia.* 2. de Diu. 15. Fortunæ volubilitas. ‖ 2. de Nat. 49. Ex vtraque re & mũdi volubilitas quæ nisi in globosa forma esse non potest stellarum rotundi ambitus cognoscuntur.

¶ *Celeritas, incitatio.* pro Planc. 62. Linguæ volubilitas. Orat. 53.

✠ Verborum volubilitas. ‖ & 1. de Orat. 18.

✠ ADVNC. *Inanis atque irrideuda, 1. de Orat. Magna, 12. Fam.*

VOLVBILITER, *celeriter, incitatè.* Orat. 210. Fundere orationem volubiliter.

VOLVCER, *vel* VOLVCRIS, cre. *volatilis, penniger, aerius, ales.* 1. de Nat. 102. Volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuehi in Aegyptum. 5. Tusc. 38. Natura bestias volucres cœlo frui libero voluit. 2. de Or. 23. Volucres videmus procreationis & vtilitatis suæ causa fingere & construere nidos. 4. Acad. 81. Quædam volucres vident longius. 1. de Diu. 18. Astrorum volucres motus. & lib. 2. 64.

—Vbi tam teneros volucres matrémque peremit.

de Amic. 83. Bestiæ volucres, agrestes, natantes:

¶ *Incertus, dubius, inconstans.* pro Syll. 91. O falsam spem, ô volucrem fortunam.

¶ *Præceps.* de Clar. 325. Genus dicendi verbis volucre atque incitatum.

¶ *Repentinus.* pro Quin. 80. O nuncium volucrem.

¶ *Penetrans.* pro Pl. 57. Nihil tam volucre, quàm maledictum.

✠ ADVNC. *Dira, 2. Tusc. Solutæ opere, 2. de Orat. Tenera, 2. de Diuin.*

VOLVCRIVM. *in genitiuo plur. teste Charisio: citatq; Cic. de Finibus.*

VOLVMEN, nis. *liber.* Attic. lib. 9. ep. 1. Euolui volumen epistolarum tuarum. Epist. lib. 16. ep. 17. Referre epistolas in volumina. & lib. 12. ep. 20. Nõ enim te epistolis, sed voluminibus lacessere. & li. 3. ep. 7. Legati mihi volumen à te plenum iniquissimæ querelæ reddiderunt. 3. Tusc. 6. Quoniam duobus superioribus de morte & de dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. 1. ad Her. 27. Quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, in altero libro exponemus, &c. 2. de Diuin. 115. Chrysippus totum volumen impleuit oraculis falsis, &c. Ep. lib. 9. ep. 16. Cæsar volumina iam confecit. *ἀποφθεγμάτων.* 1. de Or. 192. Omnia hæc non ita multis literis aut voluminibus magnis continentur. pro S. R. 100. Veniat modò explicet suum volumen illud, quod ei Erucius conscripsit. 1. de Nat. 43. Cuius rationis vim & vtilitatem ex illo cœlesti Epicuri de regula & iudicio volumine accepimus. * 1. Acad. Quid Antipater diglad dietur cum Carneade tot voluminibus. ‖ Orat. 147.

✠ ADVNC. *Cœleste, 2. de Nat. Magnum, Orat. Magna, 1. de Or. Maximum, 3. Ver. Noua, de Clar. Plenum querelæ iniquissimæ, 3. Fam. Totum, 2. de Diu.*

VOLVNTARIVS, a, um. *verus, ad arbitrium, ad libidinẽ, quod inquinatè loquentes. Spontaneum dicunt. Est autem voluntarium id, quod in sua quisque potestate positum sciens agit, nec id ignorat, in quo versetur oratio, nec quo quasi instrumento rem agat, nec finem ipsum. Huius contrarium est inuitum, fictum, simulatum.* pro Qu. R. 15. Illa fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria. Epist. lib. 1. ep. 5. Voluntaria quadam obliuione. de Clar. 103. Carbo morte voluntaria se à iudicum seueritate vindicauit. 13. I. A. 28. Est etiam Asinius quidam senator voluntarius, lectus ipse à se. pro Mar. 14. Vt sine vlla spe ad interitum ruerem voluntarium. 1. Offic. 28. Nam hoc ipsum ita iustum est; quod rectè fit, si est voluntarium. de Fat. 23. Esse quendam motum animi voluntarium. 6. I. A. 19. Fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, &c. nunc si quis, &c. erit voluntarius. 6. I. V. 143. Nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ. ad Br. ep. pr. in. 6. Multi ad te eunt voluntarij. Anteq. 12. Si tamen sunt voluntarij inimici, qui, &c. 2. de Nat. 44. Restat igitur, vt motus astrorum sit voluntarius. 5. de Fin. 36. Virtutes animi non voluntariæ.)(. *voluntariæ.* 2. de Fin. 65. Casus voluntarius. & 1. de Inuent. 102. Voluntarium facinus. de Clar. 17. Voluntarius procurator.

☞ Syntaxis. *Voluntarius inimicus, consul, id est, per se factus. Voluntaria animi virtus, astrorum motus, casus, facinus.*

VOLVNTAS, tis. *mens, animus, sensus, arbitrium.* pro Mur. 36. Nihil obscurius voluntate hominum. 3. cont. Rull. 2. Vt eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis. Epist. lib. 6. ep. 9. Vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cecinnam habiturus esses, tantus cumulus accedat, &c. 3. I. C. 22. Diis immortalibus ducibus hanc mentem voluntatémque suscepi. 4. I. C. 14. Tum etiam maiore populi Rom. ad communes fortunas conseruandas voluntate. pro Sest. 69. Eos voluntatem semper eandẽ libertatem eandem non semper habuisse.

¶ *Studium, amor.* 13. I. A. 13. Mea perpetua atque constans voluntas in remp. Epist. li. 13. ep. 42. Voluntas, quam erga illum habes. pro Mil. 43. Nihil tam flexibile, quàm voluntas erga nos, sensusque ciuium. Brut. ep. 1. Occultæ hominum voluntates, multiplicesque naturæ. pro Rab. 8. Cùm tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur. Epist. lib. 5. ep. 2. Tribuere alicui voluntatem mutuam. & li. 2. ep. 13. Esse bona voluntate erga aliquem. & lib. 5. ep. 2. Mutuum in amicitia est, cùm par voluntas accipitur & redditur. 2. cont. Rull. 4. Tua erga me voluntas & studium. 2. de Inu. 99. & pro Fl. 77. Voluntas & studium. Att. li. 3. ep. 7. Voluntas tua mihi valde grata est. 6. I. V. 145. Is eandem voluntatem suscepit erga illos, quam ego semper habuissem. Anteq. 2. Illic enim animi voluntas propensa comprobatur. pro Mur. 53. Magna est comitiis cõsularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cùm incubuit ad vitium bonum. Att. lib. 12. ep. 25. De voluntate tua vt simul simus, vel studio potius & cupiditate, non dubito. pro Planc. 80. Voluntas grata in parentes.

¶ *Optatum.* 3. de Or 53. Aliqui impetu quodam mentis & volũtate similes. 2. de Inu. 4. Hoc mihi voluntatis accidit, vt scriberem, &c. 2. de Or. 302. Habe voluntatem nocendi in iracundia.

¶ *Consilium, propositum, sententia, mens.* Attic. lib. 9. ep. 3. Qui se cõtra huius voluntatem aiebat posse. Att. lib. 11. ep. 13. In eadem sum voluntate. ad Br. ep. pr. in. 7. Voluntas mea de summa reip. semper eadem fuit 2. de Or. 142. Abiicere voluntatem faciendi aliquid. pro Fla. 11. Cùm Græcus testis processit ea voluntate, vt læderet. pro Font. 30. Quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum. pro Pomp. 48. Pompeij voluntatibus omnes ciues assenserunt. 1. cont. Rull. 27. Erras, si senatum hæc probare putas, populum autem esse in alia voluntate. * pro C. Corn. 1. Neque passus est, plus vnius collegæ sui: quàm vniuersæ ciuitatis vocem valere & voluntatem.

¶ *Arburium.* pro Qu. 93. Ad voluntatem loqui: *id est, assentari.* Qu. de Pet. 32. Commutare vultum & sermonem ad sensum & voluntatem alterius.

¶ *Iudicium.* I. P. 46. Hoc accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate.

¶ *Verè voluntas, arbitrium.* Att. lib. 9. ep. 11. Et quonam modo possem voluntate eius nullã reip. partẽ attingere? 2. cont. Rul. 53. Ex sua voluntate facere. *id est, arbitratu suo.* 1. de Or. 242. Defendere testamenta ac voluntates mortuorum. pro Pomp. 70. Si vestra voluntas feret. Attic. lib. 4. ep. 2. Vix tamen ei de mea voluntate concessum est. 2. de Fin. 65. Sua volũtate, nulla vi coactus. * Eius omne institutum voluntatémque omnem successio prospera consecuta est.

✠ ADVNC. *Abdita, & retrusa, alienior, de Pet. Cons. Aliena & offensa populi, 5. Tusc. Alienæ, grata in parentes, summa bonorum, pro Planc. Aliena ab aliquo, charissima, turpis, pro Lig. Bona, 10. Fã. Bona erga aliquem, fraterna, plena humanitatis, pietatis, mutua, par, pristina erga aliquem, repentina, 5. Fam. Censoria, Anteq. Communis, summæ omnium, 6. in Ver. Coniuncta inter aliquos, Ver. Coniũctissima, gratissima, iustæ, nec officio immensæ, nec inanes, aut ambitiosæ, rectæ, 6. Fã. Constans, constantissima erga aliquem, summa, 3. Fam. Conscelerate & nefariæ, pro Syll. Deprauata, popularis & incredibilis, variæ, de Clar. Diuersæ ciuium, pro Mar. Egregia & constans in remp. 5 Phil. Eximia quædam & singularis, 15. Attic. Flexibiles hominum, 2. Fã. Grata, misera, 11. Attic. Grata alicui, & minimè noua, 13. At. Grauior alicui, magna. simplex, 1. de Inu. Grauissima apud aliquem, maxima. 4. Ver. Honestæ, 4. Tus. Impẽsa bonorum, incredibilis, pro Sest. Incredibilis, & popularis, populi, 1. Attic. Inuisa, 9. Fam. Iucunda in malis, & grata in dolore, 4. Cat. Iusta, occulta, proprior, ep. ad Brut. Liberalis propensior in aliquem, 2. Offic. Liberæ, 5. Ver. Maior, 2. Cat. Maiores, multæ & perpetuæ, præsentes, 1. de Diu. Obstinatior, & in iracundia offirmatior, 10. Attic. Par atque mutua, 16. Att. Popularis, de Vniuer. Præclara, atque omni laude digna, varia, & noua, pro Dom. Secunda, 8. Fam. Similis, 3. de Ora. Singularis, pro Rab.*

VOLVENDVS, a, um. de Cl. 298. Voluendi sunt libri Catonis.

VOLVO, uis. *verto, verso, torqueo, in orbem torqueo.* de Cl. 279. Facilè solutéque verbis voluere sententias.

VOLVOR, ris. *verſor.* de Fat. 42. Turbinem verſari, & cylindrum volui putes. de Som. 9. Illi qui voluuntur ſtellarum curſus ſempiterni. 3. de Or. 179. Longiſſima eſt complexio verborum, quæ volui vno ſpiritu poteſt. Orat. Quo melius cadat aut voluatur oratio. de Cl. 246. Celeriter verba voluens.

✠ *ADVERB. Celeriter, ſanè verba, facilè, ſolutéque ſententias, de Clar.*

VOLVPTARIVS, a, um. *effeminatus.* 1. de Fin. 37. Diſciplina voluptaria, delicata, mollis.) (*grauis, continens ſeuera.*

¶ *De voluptate ſuaues.* 2. de Or. 59. Voluptariæ diſputationes Ariſtippum delectabant.

¶ *Voluptati deditum.* I. P. 69. Sic ſuos ſenſus voluptarios omnes incitauit. I. P. 42. Iſti tui voluptarij.

¶ *Amœnus.* Att. lib. 12. ep. 25. Voluptariæ poſſeſſiones.

¶ *Iucundus.* de Fin. lib. 3. 35. Quámque Stoici communi nomine corporis & animi ἡ ἀσυλῶν appellant, ego malo Lætitiam appellare, quaſi geſtientis animi elationem voluptariam.

¶ *Voluptati ſtudens.* 5. Tuſc. 88. Ordiamur ab eo, quem mollem, quem voluptarium dicimus. & lib. 2. 18. Epicurus homo voluptarius. ‖ 3. de Orat. 97.

✠ *ADVERB. Maximè, 33. de Orat.*

VOLVPTAS, tis. *iucunditas, fructus iucunditatis, lætitia.* 2. de Fin. 8. Omnes enim iucundum motum, quo ſenſus hiarent, Græcè ἄσυλῶν, Latinè voluptatem vocant. & *ibid.* 7. Voluptatem hanc ſentiunt eſſe omnes, quam ſenſus accipiens iucunditate quadam perfunditur. & lib. 1. 37. Voluptas eſt, quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet, & cum iucunditate quadam percipitur ſenſibus. & lib. 2. 13. In eo autem voluptas omnium Latinè loquétium more ponitur, cùm percipitur ea, quæ ſenſum aliquem moueat, iucunditas. & 75. Voluptas eſt iucundus motus in ſenſu. 2. de Finib. 13. Verbo voluptatis omnes qui vbique ſunt, qui Latinè ſciunt, duas res ſubiiciunt: lætitiam in animo, commotionem ſuauem iucunditatis in corpore. & lib. 1. 37. Omne id quo gaudemus, voluptas eſt: vt omne quo offendimur, dolor. Part. 90. Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. de Senect. 40. In voluptatis regno virtus non poteſt conſiſtere. 1. de Leg. 31. Voluptate capimur omnes, quæ etſi eſt illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam naturalis boni: lenitatis eſt enim, & ſuauitatis. & 47. Quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni voluptas, malorum autem mater omnium. 3. de Orat. 98. Omnibus in rebus voluptatibus maximis faſtidium finitimum eſt. 3. Offic. 119. Omnis voluptas honeſtati eſt contraria. 5 Tuſc. 20. Xerxes præmium propoſuit, qui inueniſſet nouam voluptatem. & 2. Offi. 2. Nec me angoribus dedi, nec rurſum indignis homine docto voluptatibus. pro Mur. 74. Tu gubernacula reip. petas fouendis hominum ſenſibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus. Epiſt. lib. 5. ep. 7. Ex literis tuis cepi incredibilem voluptatem. & lib. 3. ep. 2. Capere magnam & perpetuam voluptatem ex aliqua re. pro Pl. 1. Capiebam animo non mediocrem voluptatem, quòd, &c. pro Cl. 147. Itaque cepi voluptatem, tam ornatum virum fuiſſe in noſtra rep. 1. de Or. 197. Percipietis enim ex cognitione iuris illam lætitiam & voluptatem, quòd, &c. 2. de Fin. 9. Eſt ne quæſo ſitiéti in bibendo voluptas? de Cl. 188. Dulci oratione, & quaſi voluptate quadam perfundi. Poſtq. ad Quir. 2. Incredibili, qua nunc fruor, lætitiæ voluptate caruiſſem. 1. de Finib. 23. Percipere voluptatem corporis ex aliqua re. 4. Ac. 21. Dolere.) (*in voluptate eſſe.* 2. de Fin. 38. Eſſe in magno dolore, vel voluptate. Epiſt. lib. 2. ep. 9. Ego voluptatem habui nimiam. 1. de Finib. 25. Recta & honeſta quæ ſint, ea facere ipſa per ſe lætitiam, id eſt voluptatem. Att. li. 2. ep. 25. Ea res mihi ſummæ voluptati fuit. 1. Offi. 105. Sed ſi quis eſt paulo erectior, quamuis voluptate capiatur, occultat & diſſimulat appetitu voluptatis propter verecundiam: ex quo intelligitur, corporis voluptatem non ſatis eſſe dignam hominis præſtantia. 2. Off. 37. Voluptates blandiſſimæ dominæ, ſæpe maiores partes animi à virtute detorquent. 3. de Orat. 117. Aliud voluptas, effuſum, lene, tenerum, hilaratum ac remiſſum. Tuſc. q. lib. 4. 72. Voluptas amatoria. lib. 1. de Fin. 37. Voluptas duplex. Non enim hanc ſolam ſequimur, quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet, & cum iucunditate quadam percipitur ſenſibus: ſed maximam illam voluptatem habemus, quæ percipitur omni dolore detracto. *ibid.* 29. Voluptas per ſe expetenda Epicuro. 4. Aca. 131. Voluptas, bonorum finis, ſecundum Cyrenaicos & Epicurum. Tuſc. q. lib. 3. 24. Voluptas geſtiens, eſt præter modum elata lætitia, opinione præſentis magni alicuius boni. 4 Acad. q. 127. Humaniſſima voluptas. Cat. 42. Voluptas rationi inimica, impedit conſilium, ac mentis perſtringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium. de Finib. lib. 4. 12. Voluptas inſatiabilis è cognoſcendis rebus. & lib. 1. 58. Voluptas liquida & libera. Parad. 1. Voluptas quò maior eſt, eò magis mentē è ſua ſede & ſtatu dimouet. de Fin. lib. 2. 31. Voluptas mouens: contrariū ſtans. & lib. 1. de Fin. 37. Doloris omnis priuatio, rectè nominata eſt voluptas. *ibid.* 33. Libero tempore, cùm ſoluta eſt nobis eligendi optio, cùmque nihil impedit, quò minus id quod maximè placet, facere poſſimus, omnis voluptas aſſumenda eſt, omnis dolor depellendus. Offi. lib. 3. 119. Omnis voluptas honeſtati contraria eſt. 2. de Finib. 10. Voluptas varia dici ſolet, cùm percipitur ex multis diſſimilibus rebus diſſimiliter efficientibus voluptates. *ibid.* 39. Voluptas procreandi. 15. Fam. ep. 16. Voluptatis illecebris delinitus, virtuti nuncium remiſiſti. de Fin. lib. 2. 11. Voluptatis nomen inuidioſum, & infamiæ ſubiectum. & lib. 1. 37. In omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis. Tuſc. q. lib. 4. 20. Voluptati ſubiecta ſunt, maleuolentia lætans malo alieno, delectatio, iactatio & ſimilia. 1. de Fin. 32. Nemo ipſam voluptatem, quia voluptas ſit, aſpernatur, aut odit, aut fugit: ſed quia conſequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem ſequi neſciunt. 1. Offi. 105. Ad voluptatem omni impetu ferri. 1. de Fin. 23. Ariſtippi eſt, ad voluptatem & dolorem quæ fugiamus, quæque ſequamur referri omnia. Læl. 93. Ad voluptatem loqui ‖ *aly ad voluntatem.* quod Græci πρὸς χάριν λαλεῖν. li. 1. de Fi. 23. Quod ipſa natura, vt ait Epicurus, adſciſcat & reprobet, id eſt, voluptatem & dolorem. de Sen. 44. Diuinè enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo piſces. lib. 1. de Fin. 30. Omne animal, ſimul atque natum ſit, voluptatem appetere, eáque gaudere vt ſummo bono. 4. Acad. q. 131. Voluptatem & honeſtatem finis eſſe Callipho cenſuit. 1. Offi. 71. Voluptatem ſeueriſſimè contenere. Tuſc. q. lib. 5. 85. Voluptatem cum honeſtate Dinomachus & Callipho copulauit. & lib. 3. 46. Voluptatem, dolore detracto, nō creſcere, ait Epicurus. & lib. 2. 13. Voluptatem definiunt Stoici, ſublationem animi ſine ratione opinātis ſe magno bono frui. de Sen. 39. Nullam capitaliorem peſtem, quàm voluptatem corporis, hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temere & effrenatè ad potiundum incitarentur. lib. 1. de Finib. 26. Voluptatem cùm ſummum bonum diceret. & lib. 5. 30. Voluptatem propter nos, non propter eam, noſmetipſos diligimus. & lib. 1. 30. Voluptatem etiam & per ſe expetendam eſſe, & dolorem ipſum per ſe eſſe fugiendum. Tuſc. q. lib. 5. 95. Voluptatem ipſam per ſe, quia voluptas ſit, ſemper optandam experendámque putat Epicurus. de Fin. lib. 2. 42. Voluptatem vnam virtus minimi facit. Partit. 73. Omnis enim expectatio eius qui audit, & admiratio, & improuiſi exitus, habent aliquam in audiendo voluptatem. 1. de Fin. 38. Non placuit Epicuro, medium eſſe quiddam inter dolorem & voluptatem. *ibid.* 23. Percipere voluptatem corporis ex aliqua re. *ibid.* 32. Vt labore & dolore magnam aliquam quærat voluptatem. Part. 90. Voluptatem immaniſſimus quiſque acerrime ſequitur. Tuſc. q. lib. 5. 100. Tum intelliges, qui voluptatem maximè ſequantur, eos minimè conſequi. 4. Acad. q. 138. Qui voluptatem cum honeſtate coniunctam ſummum bonum ſtatuunt, ij inuidioſum nomen voluptatis fugiunt, ſed in vicinitate verſantur. Tuſc. q. lib. 3. 46. Summā voluptatem, inquit Epicurus, non dolere. 1. de Fin. 38. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatē, vt poſtea variari voluptas diſtinguique poſſit, augeri amplificarique non poſſit. 1. de Nat. 112. Nullam animi voluptatem vidiſtis, niſi profectam à corpore, & redeuntem ad corpus. de Vn. 38. Voluptate & modeſtia mixtus amor. ‖ *Lamb. moeſtia, legit.* 4. Acad. 127. Voluptate compleri. de Fin. lib. 2. 117. Voluptate dominātē, maximas virtutes iacére neceſſe eſt. 1. Offi. 102. Voluptate nimia geſtire. 4. Acad. q. 140. Voluptate, quaſi mercede aliqua, ad officium impelli. 1. de Fin. 62. His rebus inſtructus, ſemper eſt in voluptate. 4. Acad. 21. Dolere, & in voluptate eſſe, contraria. 1. de Fin. 32. Quis autem vel eum iure reprehenderit, qui in ea voluptate velit eſſe, qua nihil moleſtiæ conſequatur: vel illum, qui dolorem fugiat, quo voluptas nulla patiatur? *ibid.* 38. Quiſquis ſentit quemadmodum ſit affectus, eum neceſſe eſt aut in voluptate eſſe, aut in dolore. 7. Fam. ep. 12. Voluptate ſua omnia metiuntur Epicurei. 1. de Fin. 55. Voluptates & dolores animi naſcūtur è corporis voluptatibus & doloribus. Læl. 20. Voluptates belluarum ſunt. 1. de Nat. deor. 114. Delicatæ voluptates Epicureorum. Tuſc. q. lib. 5. 16. Voluptates languidæ. de Fin. lib. 1. 59. Voluptates libidinoſæ. & 2. 68. & Tuſc. lib. 5. 94. Voluptates obſcœnæ. Tuſc. q. lib. 3. 41. Voluptates quæ auditu, & cantibus percipiuntur. *ibid.* Voluptates quæ ex formis percipiuntur oculis. 1. de Fin. 33. Temporibus quibuſdam, aut officijs debitis, aut rerum neceſſitatibus ſæpe euenit, vt & voluptates repudiandæ ſint, & moleſtiæ non recuſandæ. 1. Acad. q. 7. Voluptas ſenſum mouentes. 1. de Fin. 33. Eos & accuſamus, & iuſto odio digniſſimos ducimus, qui blanditiis præſentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores, quas moleſtias excepturi ſint, occæcati cupiditate non prāuident: ſimiliq́ue ſunt in culpa, qui officia deſerunt, mollitia animi, id eſt, laborum & dolorum fuga. Tuſc. quæſt. lib. 5. 94. Omninóque hoc genus voluptatum (oſcœnarum) optabile eſſe ſi non obſit, prodeſſe nunquam (tradunt Epicurei.) & lib. 3. 33. Voluptatum præteri-

tatum memoria, & spe consequentium, sapientis vitam refertam putat Epicurus. *ibid.* 41. Detrahens eas voluptates, quæ sapore percipiuntur. & lib. 5. 94. Voluptates obscœnas, faciles, communes, in medio sitas esse dicunt Epicurei. *ibid.* Voluptates obscœnas si natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine: sed forma, ætate, figura metiendas putant Epicurei. 1. de Fin. 24. Vt non modò vllam captet, sed etiam prætereat omnes voluptates. Tusc. quæst. lib. 5. 94. A voluptatibus obscœnis abstinere, minimè esse difficile asserunt. Epicurei, si aut valetudo, aut officium, aut fama postulet. 4. ad Attic. ep. 9. A voluptatibus deseri. 1. de Nat. deor. 114. Voluptas, quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbum est) sensibus adhibetur. Tusc. q. lib. 4. 68. Vt turpes sunt qui efferũt se lætitia, tum cùm Venereis voluptatibus fruũtur: sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. 1. de Fin. 48. & 1. de Nat. deor. 85. Qui ita frui voluptatibus volunt, vt nulli propter eas dolores consequantur, & qui suum iudicium retinent, ne voluptate victi faciant id quod sentiunt non esse faciendum: hi voluptatem maximam adipiscuntur. prætermittenda voluptate. 1. de Fin. 23. Priuauisse se etiam videtur multis voluptatibus. *ibid.* 33. A sapiente tenetur delectus, vt aut reiiciendis voluptatibus maiores alias consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. ‖ 1. de Leg. Bonam cùm animus, &c. voluptatem sicut labem aliquam dedecoris oppresserit. & Epi. lib. 2. ep. 9. Ego voluptatem habui nimiam. Oecon. 1. Lætissima voluptate permulcentur. Hortens. Voluptates nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt sensibus. *ibid.* An verò voluptates corporis expetendæ, quæ verè & grauiter à Platone dictæ sunt illecebræ atque escæ malorum? Quæ enim confectio est valetudinis, quæ deformatio coloris & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur atque eliciatur voluptate? *ibid.* Voluptatis motus. *ibid.* Congruere cum cogitatione magna voluptas corporis non potest. Quis enim cùm vtatur voluptate ea, qua nulla possit maior esse. *ibid.* Vt mouentur *sensus* in summis voluptatibus. Quis autem bona mente præditus non mallet nullas omnino nobis à natura voluptates datas? Acad. Suum potius peritissimum voluptatum aucupem, sapientem esse contendet. *ibid.* Voluptatem illam Epicuri solis inter se pecoribus esse communem.

✠ADIVNC. *Aeternæ, delicatæ, leuiores,* 1. de Nat. *Amatoria,* 4. *Tusc. Amœnissima, humanissima,* 4. *Acad. Confœderatæ, & necessariæ, pro Syll. Non digna præstantia hominis, elata & gestiens,* 3. *Tusc. Dispares, innumerabiles,* 3. de Orat. *Diuina,* 3. de Nat. *Dulcis, libidinosa, liquida, & libera, maiores & asperiores & non necessariæ, necessaria, plenior, simplex,* 1. de Fin. *Esca malorum, maior atque longior, de Senect. Exquisita, plurimæ, & maximæ, de Amic. Faciles & communes, læta animi, & gestiens,* 1. *Tusc. Flexibiles,* 1. de Inu. *Gloriosa, insatiabilis, minimæ,* 4. de Fin. *Imitatrix boni, mater malorum omnium,* 1. de Leg. *Inanis, nocturna, noua, obscœnæ,* 5. *Tusc. Incredibilis,* 5. *Fam. Incredibilis lætitiæ & penè diuina, Postq. ad Quir. Indignæ homine docto, maximæ, optabilior,* 2. *Offi. Inimica virtutis, Parad. Magnæ, multæ, perpetuæ, in Piso. Magna,* 1. *Fam. Magna & perpetua, mirifica,* 3. *Fam. Maxima, summa,* 13. *Fam. Mediocris,* 7. *Fam. Minor, obscœna, stabilis, summa, & sempiterna, varia,* 2. de Orat. *Parua, de Prou. Paratissimæ,* 5. de Finib. *Popularis, de Clar. Sempiterna, turpis,* 2. de Fin.

☞ Syntaxis. *Voluptatem percipere: capere, animo capere, habere, esse in voluptate. Voluptate capi. Voluptas domina, amatoria, gestiens, humana, liquida. Voluptatem sequi. Voluptate compleri, gestire. A voluptate deseri. Voluptate frui.*

VOLVTABVNDVS. de Rep. lib. 2. apud Nonium, Cupido autem & experenti, & libidinoso, & volutabundo in voluptatibus eius.

VOLVTATIO, onis. I. P. 83. Sceleratua non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus.

✠ADIVNC. *Suaues, & quasi dulces, summæ,* 2. de Finib. *Totæ, in Piso.*

VOLVTO, as. *reuoluo, tracto.* 1. de Or. 158. Peruolutare libros.

VOLVTOR, ris. *porcorum more comoluor.* Epist. lib. 9. ep. 3. Volutari in omni genere sceleris. 6. I. V. 53. Volutari in luto. in Sal. 3. Itaque nihil aliud studet, nisi vt lutulentus sus, cũ quouis volutari.

¶ *Accio.* 4. ad Her. 34. Cùm pueri tibi ad pedes volutarentur.

¶ *Erro, vagor.* de Somn. 22. Eorum animi corporibus elapsi, circũ terram volutantur.

✠ADVERB. *Liberè, de Arusp.*

VOLVTATVS, a, um, *versatus.* Qu. fr. lib. 2. ep. 12. ad Callisthenem, & Philistium redeo, in quibus te video volutatum. 3. de Orat. 36. In veteribus scriptis studiosè & multùm volutatus.

¶ *Fœdatus, coinquinatus.* de Arusp. 59. Quis vnquam tam liberè est cum scortis, quàm hic cum sororibus volutatus? & 42. Clodius in domesticis est germanitatis stupris volutatus. 4. ad Her. 20. Non in omni dedecore volutatus es?

¶ *Procidens, accidens.* pro Sest. 145. Frater volutatus est ad pedes inimicorum. ‖ 4. ad Heren. 32. Variè hic vnum nomen in commutatione casuum volutatum est.

✠ADVERB. *Studiosissimè & multùm in scriptis,* 3. de Orat.

VOMER, ris. *ferrum in extremo aratro.* 2. I. A. 102. Vt aratrum circunduceres, cuius quidem vomere portam Capuæ penè perstrinxisti.

VOMICA, cæ. *vlcus.* 3 de Natur. 70. Nec prodesse voluit Pherreo Iasoni, is qui vomicam eius aperuit, quam medici non sanare potuerant.

VOMITIO, onis. 2. de Natur. deor. 126. Vomitione canes aluos curare.

VOMITVR. 2. I. A. 104. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

VOMO, mis. *ejicio.* pro Deiot. 21. Cùm te vomere post cœnam velle dixisses. 2. de Fin. 23. Asoti, qui in mensam vomant. I. P. 23. Conuiuium, in quo nemo potest dicere, vtrum iste plus biberit, an vomerit, an effuderit. 2. I. A. 63. Cui ructare turpe esset, is vomens fructis esculentis vinum redolentibus totum tribunal impleuit.

VORAGO, nis. *gurges Charybdis.* 1. de Diuin. 73. Summersus equus voraginibus non extitit. I. P. 41. Vos geminæ voragines scopulique reipub. pro Sest. 111. Gurges & vorago patrimonij. 5. in Ver. 23. Immensa aliqua vorago, aut gurges vitiorum. 3. de Or. 161. Charybdim bonorum, voraginem potius dixerim. in Sal. 18. Ea pars quo tanquam in vnam voraginem cœtus omnium vitiorum excesserat. 11. I. A. 10. Habet secum L. fratrem, quem gurgitem? quam voraginem? quid eum non sorbere, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis.

✠ADIVNC. *Ima, in Sall. Immensa,* 5. *Ver.*

VORAX, cis. *gurges, helluo, ganeo.* 2. I. A. 67. Quæ charybdis tam vorax, tot res tam citò absorbere potuisset.

VORO, as. 2. de Nat. 122. Animalia alia fugunt, alia vorant, alia mãdunt. Att. lib. 4. ep. 10. Nos hic voramus literas cum Dionysio.

VOTIVVS, a, um. *quod votosit, vel suscip tur.* in Ver. act. 2. 31. Ludi votiui. Att. lib. 4. ep. 2. & lib. 15. ep. 8. & ep. 11. Votiua legatio.

VOTVM, ti. *voti sponsio, qua obligamur Deo.* Att. lib. 12. ep. 42. Ego me maiore religione, quàm quisquam fuit vllius voti, obstrictũ puto. pro Mil. 42. Vos & omnes boni vota faciebatis, vt Miloni vti virtute sua liberet. pro Clu. 194. Nocturna illius sacrificia, sceleratásque preces, & nefaria vota cognoscimus. 2. I. C. 18. Facere vota contra remp. vel contra aliquem. de Arusp. 28. Nostri imperatores maximis & periculosissimis bellis huic deæ vota fecerunt, eáque in ipso Pessinunte, ad illam ipsam principem aram persoluerunt. 6. I. V. 123. Verres, qui Veneri ac Cupidini vota deberet, is Minervæ templum spoliare conatus est. Attic. lib. 12. ep. 19. Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto. 3. de Natur. 93. Iidem etiam vota suscipi dicitis oportere, nempe singuli vouent. & 89. Nonne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multis votis vim tempestatis effugerunt. & lib. 1. 36. Deus nihil sentiens, nunquã nobis occurrit, neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. pro Planc. 97. Eorum preces & vota de meo reditu audiui. 7. I. V. 43. Nuncupare vota pro imperio, &c. Epist. lib. 6. ep. 7. Nemo est, quin vota victoriæ suæ fecerit. & lib. 7. ep. 2. Quotidie vota faciamus, ne intercaletur. 5. Tusc. 2. Vereor ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beatè viuendi, quàm vota facienda videantur. Att. lib. 8. ep 25. De aliquo ægro vota facere. 2. de Leg. 41. Voti sponsio, qua obligamur Deo. Attic. lib. 15. ep. 11. Vota diis soluere. 2. de Leg. 22. Sanctè vota reddunto. 7. I. V. 141. Nocturna vota cupiditatum: *id est, quæ fiunt pro cupiditatibus.* 3. I. A. 11. Antonius ea vota, quæ nunquam solueret, nuncupauit. & 7. Phil. 12. Is æquũ putauit, vitam quam populi Romani votis retinuisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere. & 10. Phil. 16. Quorum votis iudicauit se à morte reuocatum. pro Mil. 77. Vota enim feceratis, vt in eos se potius mitteret, quàm in vestras possessiones.

✠ADIVNC. *Nefaria pro Clu. Nocturna,* 2. de Leg.

VOTVS, a, um. 3. de Nat. 43. Templa Nympharum publicè vota & dedicata.

VOVEO, ues. *vota suscipio, vota facio, vota nuncupo.* 1. de Diuin. 31. Qui cùm sues pasceret, vna ex his amissa vouisse dicitur, si recuperasset, vuam se deo daturum. de Clar. 73. Ludi quos Salinator Senensi prælio vouerat. 6. in Ver. 123. Marcellus duo templa dedicaturum se Romæ vouerat. Attic. lib. 2. Quid optamus

à diis immortalibus? quid vouemus. 3. de Nat. 88. Neque Herculi quisquam decumam vouit vnquam, si sapiens factus esset. 5. de Finib. 64. Nostri imperatores pro salute patriæ suæ capita vouerunt. 2. de Inuent. 95. Nautæ vouerunt, se Dianæ vitulum immolaturos.

☞ Syntaxis. *Facere vota, vt, contra aliquem. Debere vota. Voto & promisso teneri. Vota suscipere. Votis effugere tempestatem. Neque optata nec vota. Deos, de filio vota facere. Voti sponsione Deo obligati. Nuncupare vota nunquam soluenda. Vouere se, decumam, suum caput. Votis ac dedicatum templum. Vota soluere, reddere.*

VOX, vocis. *sonus, verbum.* Orat. 57. Mira est quædam natura vocis, cuius quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto & graui, tanta sit & tam suauis varietas, perfecta in cantibus. & *ibid.* Contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata grauiter, & inflexa miserabiliter. & *ibid.* Vox dulcis & clara. de Clar. 234. Vox suauis & canora. 2. de Nat. 146. Vocis genera permulta, canorum, fusum, lene, asperũ, graue, acutum, flexibile, durũ. 3. de Orat. 214. Voces vt chordæ sunt intẽtæ, quæ ad quenque tactum respondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua, mediocris, leuis, aspera, contracta, diffusa, continenti spiritu, intermisso, fracta, scissa, flexo sono, attenuata, inflata. Orat. 27. Inclinata atque vlulanti voce, more Asiatico canere. de Cla. 288. Subsellia grandiorem & pleniorem vocem desiderant. 1. de Or. 132. Neminem voce pleniorem, aut suauiorem mihi videor audisse. & lib. 2. 193. Vox ad miserabilem sonum inflexa. & lib. 3. 38. Mollis vox, vt muliebris, aut quasi extra modum absona, atque absurda. & *ibid.* Rustica vox atque agrestis. de Clar. 141. Vox permanens, verùm subrauca natura. 1. de Orat 261. Vocis contentio.)(*vocis remissio.* & 251. Græci quotidie antequam pronuncient, vocem sensim cubitantes excitant, eandémque cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipiunt, & quasi quodammodo colligunt. & *ibid.* Vox quæ vna maximè eloquentiam vel commendat, vel sustinet. 3. de Orat. 225. Cursus vocis, per omnes sonos. Orat. 57. Vocis flexiones. 1. de Orat. 115. Quidam lingua hæsitantes, & voce absoni. & *ibid.* Linguæ solutio, vocis sonus. 5. Tusc. 119. Inanis vocis sonus. 1. Offic. 133. Sed cùm orationis indicem vocem habeamus, in voce autem duo sequamur, vt clara sit, vt suauis, vtrunque omnino à natura petendum est: verùm alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium, & leniter. & *ibid.* Sine contentione vox, nec languens nec canora. Orat. 149. Verbâque sint quàm suauissimis vocibus. 2. de Diuinat. 9. Surdus varietates vocum aut modos noscere non potest. 1. Acad. 29. In lingua etiam explanata vocum impressio. 2. de Finib. 6. Non intelligere quid sonet hæc vox voluptatis. *id est, quæ res ei subijciatur.* Orat. 162. Rerum verborúmque iudicium prudentiæ est, vocum & numerorum aures sunt iudices. pro Planc. 34. Quæ enim vnquam fuit Plancio vox contumeliæ potius quàm doloris. de Senect. 14. Cùm legem Voconiam magna voce & bonis lateribus suasissem. 1. de Orat. 46. Qui omnes vna voce repellebant, &c. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 33. Theatrum ita resonans, vt vsque Romam voces referantur. pro Sest. 4. Vocem pro me ac pro repub. nemo misit. pro Cæl. 55. An aliquam vocem putatis ipsam causam pro se & veritatem posse mittere? pro Cluent. 88. Hodie primum veritas vocem contra inuidiam misit. pro Flac. 6. Vox de quæstura nulla missa est. pro Flacc. 7. Quæ est vnquam iacta non suspicio, quæ, &c. sed iracundiæ vox, aut doloris? pro Mur. 50. Voces quas habuit, &c. Orat. 55. Actio est quasi corporis quædam eloquentia, cùm constet è voce atque motu. & *ibid.* Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouentur.* pro C. Cornel. 1. Neque passus est, plus vnius collegæ sui, quam vniuersæ ciuitatis vocem valere & voluntatem. *ibid.* Extremi ac difficillimi temporis vocem illam consulem mittere coegisti. in Clod. Qui leuare vultum, mollire vocem potes. Frag. ep. Quorum erupit illa vox, de qua ex te primum quiddam inaudieram. Lim.

Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti,
Conuersum expressúmque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers.

¶ *Oratio.* 7. I. V. 167. Hæc vox, Ciuis Romanus sum. 5. I. V. 132. Hæc te vox non perculit? non perturbauit? non excitauit?

✠ ADIVNC. *Acerba atque inimica bonis, Posiq. in Sen. Acerbissima. 2. Phi. Acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua, mediocris, leuis, aspera, contracta, diffusa continẽte spiritu, intermisso, fracta, scissa, flexo sono, attenuata, inflata, certa, vrbisque propria, Cygnea flebilis, libera, atque effrenatior, mollis, muliebris, & quasi extra modum absona, & absurda plenissima, & maxima, rustica & agrestis, vera, & non inaudita, 2. de Or. Acuta, grauisque, contenta, dulcis & clara, grandis & ornata, hiulcæ aut asperæ, inclinata, vlulánsque, incondita, inflexa, insulsæ, & asperæ, suauissimæ, summissæ & inclinata, Orat. Canora, nota, de Opt. Gen. Canora, fusca, leuis, aspera, grauis, acuta, flexibilis, dura, 2. de Nat. Contemptior, magna, de Senect. Clara, clarissima, pro Cluent. Clara & suauis, iudex rationis, languens, & canora, 1. Offi. Constans, 1. Ver. Contumeliosæ, interruptæ & morientes, pro Cæl. Doctissimæ, 54. Tusc. Dura, durior, 8. Phil. Dura atque indigna probitate alicuius, vulgaris auditui, erudita, & digna laudibus alicuius, grandior & plenior, improba, cùm magna, tum suauis & splendida, peracuta atque magna, nec aliare vlla probabilis, suauis & canora, de Clar. Extrema moriẽtis, venalis, pro Quint. falsæ superstitiosa, tristificæ, veridicæ, 1. de Diu. Fera, sæua, 2. de Diuin. Ficta, maxima, summissa, pro Flac. Flexibiles, inimicior, de Amic. Furialis, de Arusp. Grauissima, pro Syll. Impura, 10. Phi. Inanis, 2. de Finib. Inanes, incorruptæ, 3. Tusc. Index stultitiæ alicuius, 1. de Orat. Inflexa ad sonum miserabilem, multa permanens, sed rauca natura, plenior & suauior, 2. de Orat. Inhumana, & scelerata, 3. de Fin. Lamentosa, 2. Tusc. Laxa, 7. Phil. Lenis, nefaria, 5. Tusc. Maritimæ, Arat. Miserabilis 57. Ver. Perniciosa, præclarissima, pretiosa, princeps in repub. pro Mur. Plena grauitatis, autoritatis & salutis, 2. Attic. Plenissimæ sapientiæ, pro Archia. Postrema 1. de Inuent. Præclara, 12. Philip. Pressa & temulenta, Posiq. ad Quir. Sanctissimæ reip. 1. Catil. Testis paucitatis, pro Rab. Tremens, 1. ad Quint. frat. Vera, pro Lig. Virilis, pro Sest.*

☞ Syntaxis. *Vox contenta, leniter summissa, grauiter inclinata, inflexa miserabiliter. Voce plenus, ac suauis. Absona & absurda. Rustica & agrestis. Cursus vocis per omnes sonos. Voce absonus. Vox hæc, Ciuis Romanus sum. Vna voce laudari omnium. Tacere, mittere vocem.* (*vox ergo oratio est.*)

VPIS: *vel, vt Macrobius vult.* OPIS, *Dianæ tertiæ nomen. sic eam Græci paterno nomine* (*præter enim eius Vpis traditur*) *appellant.* 3. de N. 58.

VRANIA, niæ. 1. de Diu. 17. Vrania Musa.

VRBANÈ. 1. de Fin. 39. Facetè & vrbanè aliquem irridere. Qu. fr. lib. 2. ep. 1. Contumaciter vrbanéque vexatus.

VRBANITAS, tis. *sal.* 2. de Nat. 74. Vir nostrorum hominum vrbanitate limatus. 1. de Orat. 159. Libandus est etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos. Attic. lib. 7. ep. 2. Αὐτόχθων in homine vrbanitas. Quint. frat. lib. 2. ep. 9. Vt aliquãdo subtilitatem veteris vrbanitatis & humanissimi sermonis attingerem. pro Cæl. 6. Maledictio autem si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, vrbanitas nominatur. de Fin. lib. 2. 103. In hominum facetorum vrbanitatem incurrere. de Clar. orat. 171. Vrbanitatis color externis oratoribus defuit.

¶ *Ciuilis vita, ius.* Epist. lib. 7. epist. 32. Vrbanitatis possessionem defendere. & epist. 6. Tu modò desideria vrbis & vrbanitatis depone. & lib. 7. epist. 31. Vides enim exatuisse iam veterem vrbanitatem.

¶ *Comitas.* Epist. lib. 3. ep. 7. Vrbanitas est virtus, vt Stoici rectissimè putant.

✠ ADIVNC. Αὐτόχθων, 7. *Attic. Facetosa, summa, 2. de Fin. Pristina, 3 Fam. Vetus, 7. Fam.*

VRBANVS, a, um. *non inurbanus, facetus.* pro Dom. 92. Et homo facetus inducis etiam sermonem vrbanum & venustum. 3. I. V. 17. Homo lautus & vrbanus. Epist. lib. 3. ep. 8. Hominem non solùm sapientem, verumetiam (vt nunc loquimur) vrbanum. Fam. lib. 9 ep. 15. Vrbani sales.

¶ *Ille qui in vrbe habitat, & quod est vrbis.* Epist. lib. 12. ep. 1. Manabat enim illud malum vrbanum, & ita corroborabatur, vt ego ocio diffiderem vrbano. 2. de Fin. 77. Vrbanus.)(*rusticus.* de Arusp. 56. Quos non solùm alieni, sed etiam sui vicini, tribules, vrbani rustici repulerunt. ad Her. li. 2. 19. Vrbanus prætor. Qu. frat. li. 1. ep. 34. Vrbana vel prouincialis administratio. pro Planc. 22. Vrbanum artificium simulationis. de Orat. li. 1. 38. Vrbanæ tribus. Epist. lib. 11. ep. 10. Vrbanarum rerum perturbatio. Att. lib. 9. ep. 9. Vrbana officia.

VRBINAS, Vrbinatis. 12. I. A. 19.

VRBS, bis. *cinit. a.* 2. contra Rullum 40. Vrbs & natura, & situ, &

descriptione ædificiorum, & pulchritudine in primis nobilis. & 75. Capua vrbs amplissima atque ornatissima. 4. Acad. 137. Aristoteles non dubitasset, quin & prætor ille esset, & Roma vrbs, & eam ciuitas incoleret. & *ibid.* Nec hæc vrbs, nec in ea ciuitas. 2. I. C. 29. Vrbs pulchertrima, florentissima, potentissimáque. 1. I. A. 7. Vrbs mihi coniunctissima. pro Sest. 91. Domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, mœnibus sepserunt. 2. de Diu. 37. Vrbem Philosophiæ (mihi crede) proditis, dum castella defenditis. Attic. lib. 13. ep. 20. De vrbe augenda quid promulgatũ sit, non intelligo. pro Font. 3. Vrbs Massilia. 2. I. C. 26. Vrbs coloniarum ac municipiorum. Attic. lib. 1. ep. 16. Emptione constituta sentinam vrbis exhauriri posse arbitrabat. in Clod. Non te iudices vrbi, sed carceri reseruarunt. de Consol. Eorum in vrbibus atque agris augustissima templa veneremur.

✠ ADIVNC. *Adiutrix cæterorum, furtorum receptrix, omnium flagitiorum socia, 7. Ver. Amãtissima alicuius, 7. Famil. Amicissima alicui, pro Cluent. Amplissima atque ornatissima, copiosissima, nobilis imprimis, & natura, & situ ædificiorum, pulcherrima, 2. cont. Rull. Antiqua, & omnibus rebus aucta, firma & permagna, maximæ, tutissimæ, 2. Ver. Celebris quondam & copiosa, pro Arch. Clarissima, Maxima & grauis, 11. Philip. Clarissima, nobisque amicissima, innumerabiles, locupletes, & copiosæ, nobilissimæ, potentissimæ, pro Pomp. Communis, inimicissimæ, de Amic. Coniunctissima alicui, 14. Ph. Fidelior, & fortior virorum, opportunior ad res gerendas, 3. Phil. Fidelissima, militares, refertissima atque ornatissima signis, de Prou. Florentissima, pulcherrima, potẽtissimáque, 2. Cat. Fortunatissima, pulcherrima, 3. Catil. Hostilis & bellica, 5. Phil. Infestissimæ alicui imperio, 4. Cat. Lux orbis terrarum & arx omnium gentium, nobiles atque plures, in Pison. Magna, 1. Cat. Maritimæ, pro Flac. Maxima Græcarum artium, pulcherrimáque omnium, pulcherrima atque ornatissima, 6. Ver. Multæ, 9. Phil. Munita, & propinqua, 4. Phil. Munitissima, non solum incolumis sed etiam ornata, 4. Ver. Nobilis, 1. de Diu. Nobilissima, 1. ad Qu. frat. Nuda præsidio, referta copiis, 7. Attic. Potentissimæ & maximæ, 4. Tusc. Præclara, pro Mil. Referta facinorum, de Arusp. Refertissima, 8. Attic. Salua, 16. Famil. Tota 5. Ver. Vltima, pro Mur. Vna maximè & semper libera, pro C. Rab.*

☞ Syntaxis. *In hac vrbe ciuitas non est.*

VREDO, nis. *morbus stirpes adurens.* 3. de Nat. 86. Nec si vredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit.

VRGENS, tis. pro Fl. 20. Qui nullo impellente fallebant eos vrgente Lælio religiosos fuisse putamus? de Sen. 2. Onus aut iam vrgentis, aut certè aduentantis senectutis.

VRGEO, es: ursi. *incumbo in aliquo, premo, impello.* 1. cont. Rull. 16. Ne vrbem hanc alia vrbe premere atque vrgere possitis. 1. de Orat. 42. Vrgerent philosophi, &c. instaret Academia, &c. Attic. lib. 13. ep. 32. Vrge, insta, perfice. Orat. 137. Interrogando vrgere. pro Font. 34. Galli instant atque vrgent summo cum studio. 1. de Nat 97. Vt eundem locum diutius vrgeam. 2. de Diu. 45. Sed vrges me meis versibus. Attic. lib. 4. ep. 9. Vrgere aliquem. 4. de Fin. 77. Vrgent tamen, & nihil remittunt. 3. Offic. 39. Vrgent rusticè sanè: negant enim posse, & in eo perstant. & 67. Ius Crassus vrgebat, æquitatem Antonius. pro Mil. 60. Sed quæstiones vrgent Milonem, &c. Epist. lib. 7. ep. 8. Quin tu vrges occasionem istam. & lib. 15. ep. 16. Sed non vrgeo. 5. de Fin. 80. Non pugnem. &c. illud vrgeam. &c. Epist. lib. 9. ep. 15. Romæ cum sum, & vrgeo forum, senatusconsulta scribuntur, &c. Attic. lib. 6. ep. 2. Sed lucet, vrget turba, festinat Philogenes. 2. de Orat. 16. Sin tibi id minus libebit, non te vrgebo. pro Plan. 6. Quærit enim Laterensis, atque hoc vno maximè vrget, qua virtute, &c. de Somn. 15. In quo qui insistunt, aduersa nobis vrgent vestigia. Qu. fr. lib. 2. ep. 3. Vrgere illi, vt loco nos mouerunt. & lib. 3. ep. 9. Illum neque vrsi, neque leuaui. Epist. lib. 10. ep. 32. Lepidus vrsit me. pro Planc. 48. Etiam atque etiam insto, vrgeo, insector. * pro Qu. ✠ Lig. Vt vrgeret præfecturam. ‖ pro Lig. 9. Sed nimis vrgeo.

✠ ADVERB. *Angustius, 2. de Nat. Diutius aliquem locum, 1. de Nat. Grauiter, 2. Tusc. Nimis, pro Lig. Rustìcè, sanè, 3. Offic.*

VRGEOR. de Fat. 17. Qui mortifero morbo vrgetur. Attic. lib. 6. ep. 3. Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur. 2. Offic. 51. Subuenire alicui, qui potentis alicuius opibus circumueniri vrgerique videatur. 4. Acad. 125. Vrgebor iam omnium vestrum conuicio. 5. Tusc. 23. Malis omnibus vrgeri. de Or. lib. 1. 260. In vno aliquo opere noctes & dies vrgeri. * Hort. Democriti manus vrgebatur. ‖ & Epist. lib. 8. ep. 5. Sed de prouinciis vrget *puta Marcellus.*

✠ ADVERB. *Acriter, 16. Attic. Maximè solicitudine, 6. Attic. Valde, 11. Attic.*

VRINA, næ. *humor, qui ex renibus in vesicam profunditur.* de Fat. 5. Vt in vrina, vt in vnguibus.

VRINOR, ris. *subaquanato, & emergo.* 2. Acad. Si quando nos demersimus, vt qui vrinantur.

VRIOS. Iupiter. *id est, imperator.* 6. I. V. 128.

VRNA, næ. *hydria.* 2. de Diu. 69. Simia vrnam euertit, sortes dissipauit. Quint. frat. lib. 2. ep. 5. Senatorum vrna copiosè absoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. in Vat. 34. Quæsitorem vi de tribunali deturbare, vrnas deiere, subsellia dissipare. in Ver. act. 44. Eduxit ex vrna tres. *nimirum iudices, qui sorte iudicarent.*

VRNVLA, læ. Parad. 1. Vrnula fictilis.

✠ ADIVNC. *Fictilis, Parad.*

VRO, ris. *aduro, comburo.* 2. de Leg. 58. Mortuum in vrbe ne sepelito, neue vrito.

VROR, ris. *aduror, comburor.* 5. Tusc. 73. Si vratur, torqueatur, secetur, & lib. 2. 40. Pernoctant venatores in niue, in montibus vri se patiuntur. Qu. fr. lib. 2. ep. 11. Frigus impendebat maximum, quo periculum erat, ne Appio suæ ædes vrerentur. 8. Phil. 15. In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri & secari patimur. pro Dom. 97. Duritia corporis, quod cum vritur, non sentit.

VSITATÈ. *populariter, vulgariter.* 4. de Fin. 72. Vsitatè loqui. *bis.*

VSITATVS, a, um. *peruulgatus, solennis.* 4. in Ver. 9. Si humano modo, si vsitato more peccasset. 14. I. A. 11. Vsitatus & peruulgatus honos. 1. de Orat. 168. Vetus atque vsitata exceptio. Epist. lib. 4. ep. 13. Genus literarum vsitatum. 1. Acad. 27. Verbum vsitatum ac tritum. pro Cec. 45. Hoc iam vetus est, & maiorum exẽplo multis in rebus vsitatum. Brut. ep. 16. Non solùm enim vsitatum, sed etiam quotidianum est, audire, &c. Res vsitata paucis. L. INVSITATVS. 3. de Fin. 4. Nisi vocabulis vterentur nobis incognitis, vsitatis sibi. 3. de Nat. 48. Sed illud nomen veterum litetis vsitatius.

☞ Syntaxis. *Vsitatus & peruulgatus honor. Vetus & vsitatum. Vsitatum ac tritum verbum. Id est veterum literis vsitatum.*

VSPIAM. *alicubi.*) (*nusquam.* de Amic. 89. Si aliquis nos Deus in solitudine vspiam collocaret. I. P. 43. Vt tu vspiam saxis fixus asperis, &c. 5. de Fi. 91. Si auenam vspiam videris. 2. de Inu. 148. Quod vspiam est. 1. de Leg. 42. Siue est illa lex scripta vspiam, siue nusquam. Attic. lib. 7. ep. 12. Inde vtrum consistere vspiam velit, an mare transire, nescitur. & Brut. ep. 5. Si vbi consistat vspiam, Dolabella habet.

VSQVAM. *vspiam.* Att. lib. 7. ep. 20. Nullus vsquam delectus noster, dux nusquam est. & Brut. ep. 16. Neque vsquam exul esse possum, dum, &c. pro Mur. 28. Prudentia quæ neque extra Romam vsquam, neque Romæ quicquã valet. pro Fl. 50. Is cui nullus vsquam consistendi locus. 2. de Diu. 142. Nec mihi magis vsquam videar, quàm cum in curia senatum video, somniare. 2. Offi. 2. Nec vsquam est consilio aut autoritati locus.

☞ Syntaxis. *Vtnam vspiam esses. Vbi consistam vspiam non habeo.*

VSQVE. *semper.* Epist. lib. 12. ep. 19. Mihi quidem vsque curæ erit quid agis, dum quicquid egeris, sciero. de Clar. 87. Vsque illum domi fuisse.

¶ *Vsque ad.* 6. in Ver. 108. Sacerdotes vsque Ennam profecti sunt. Att. lib. 15. ep. 28. Quintus vsque Puteolos venit. 4. in Verr. 187. Erant acceptæ pecuniæ à C. Vertutio, sic tamen vt vsque alterum R. literæ constarent integræ. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 33. Theatrum ita resonans, vt vsque Romam voces referantur. Att. lib. 5. ep. 17. Appius profectus est Tharsum vsque Laodiceam. pro Fl. 45. Hanc legationem non accepit è suis ciuibus, sed vsque Thymolo petiuit. pro Qu. 12. Trans alpes vsque transferri. I. P. 51. A Brundusio vsque Romam vidi, &c. 1. de Nat. 92. Vsque à Thalete enumerasti sententias philosophorum. Att. lib. 7. ep. 8. Accusatio Pompeii vsque à toga pura. & *ibid.* Ab hora octaua ad vesperum. pro Sest. 124. Tantus ex omnibus spectaculis vsque à Capitolio plausus excitatus est. in Vat. 20. Quod augures omnes vsque à Romulo decreuerunt. pro Cæl. 34. Bona paterna & auita, & vsque à nobis repetita, &c. pro Clu. 192. Aliquem vsque à mari supero Romam proficisci, &c. in. Ar. Vsque à prora. Top. 39. Vsque à capite arcessere. 2. de Inu. 6. & 1. de Or. 91. Vsque ab principe illo atque inuentore Tysia. 3. I. V. 87. Vsq; ab Dianio, quod in Hispania est. 1. de D. 1. Vetus opinio est, iã vsque ab heroicis ducta tẽporibus, versari, &c. de Cl. 50. Ab vltimo principio huius præceptionis vsq; ad hoc tẽpus. pro Ar. 1. Inde vsq; repetẽs, &c. *id est, à pueritia.* At. li. 1. ep. 11. Clamores vsq; istinc exauditos puto. de Sẽ. 69. Nec sapiẽti vsq; ad

Plaudite

20. Plaudite viuendum. 2. I. V. 16. Vsque ad eum finem, dũ iudices reiecti sunt. 2. de Or. 52. Ab initio rerum Romanarum vsque ad P. Mutium pontificem. 2. de Nat. 135. Aspera arteria ad pulmones vsque pertinet. * con C. Anton. Vsque ab Ianiculo ad ædem Apollinis detulit.

☞ Syntaxis. *Vsque à Romulo repetere. Inde vsque. Vnde vsque? Ad pulmones vsque. Vsque à toga puta. Vsque isthinc. (ratione loci, temporis futuri, elapsi.)*

VSQVEADEO. *pro Adeò.* 2. de Inu. 154. Postea tempestas ipsos quoque iactare cœpit vsqueadeò, vt dominus nauis in scaphã confugerit. ad Oct. Quis huic vrbi vsqueadeò est inimicus, vt ista dissimulare possit? pro Sest. 39. Vsqueadeò, &c. quoad, &c. 2. ad Her. 8. Vsqueadeò præmeditatum fuisse, vt, &c.

VSQVEDVM. *donec.* 3. I. V. 12. Duces prædonum domi tuæ, vsque dum per me tibi licuit, tenuisti. pro Qu. 67. Res tacuit, vsque dum inueniretur, &c. Epist. lib. 10. ep. 7. Vsque mihi temperaui dum, &c. ‖ Attic. lib. 15. ep. 23. Vsque dum ad nauem erit. &c.

VSQVEEO. *pro Adeo.* Orat. 104. Vsque eò morosi sumus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. 4. I. V. 94. Neque se vsque eò esse stultum, vt, &c. pro S. R. 24. Quod Amerinis vsque eò visum est indignum, vt fictus gemitúsque tota vrbe fieret. pro Sex. Rosc. 60. Vsque eò animaduerti iudices eum iocari antequam Chrysogonum nominaui. pro Qu. 38. Næuius vsque eò feruet auaritia, vt, &c. pro Qu. 59. Inferiorem se esse patitur, duntaxat vsque eò, ne inimicorum crudelitati dedatur. pro Qu. 94. Ista superiora esse sentit, non vsque eò tamen, vt, &c. pro Ar. 26. Qui præsertim vsque eò cuperet, vt, &c. pro Sest. 110. Vsque eò non fuit popularis, vt patrimonium solus comesset. pro Qu. R. 5. Vsque eóne te diligis. 3. Tusc. 27. Vsque eò regno carere non poterat.

¶ *Tandiu, ad eum vsque ad finem.* 4. Acad. 19. Multa facimus vsque eò, dum aspectus fidem faciat sui iudicij. Epist. lib. 8. ep. 1. Vsque eò vt ego misererer eius esuriei. & ep. 8. Totum Sempronium vsque eò perago, vt Nestorium quoque interponã. pro Deiot. 11. Quæ cùm ita essent, tamen vsque eò se tenuit, quoad à Cn. Pompeio ad eum legati venerunt. 5. I. V. 77. & 3. cont. Rull. 14. Vsque eò quoad, &c. Top. 29. Vsque eo persequi, dum propriũ efficiatur. ‖ 3. in Ver. 17. Vsque eò timui ne quis, &c. Epist. li. 8. ep. 2. Sed hoc vsque eo suaue est quod si acciderit, &c. & ep. 4. Vsq; eo est animaduersum.

VSQVEQVAQVE. *vbique, omnino.* 2. I. A. 110. Aut vndique religionem tolle, aut vsquequaque conserua. 7. in Ver. 10. Nolite vsquequaque quidem quærere. 2. de Inu. 63. Ne aut nusquam, aut vsquequaque. Epi. lib. 7. ep. 16. Vsquequaque sapere oportet. & lib. 8. ep. 13. Vsquequaque, inquis, se Pomitij male habent. 5. de Fin. 91. Vsquequaque.) (*ex maxima parte.* Att. lib. 4. ep. 9. Hic quoque loquebatur, & opinor vsquequaque.

VSTVS, a, um. Ep. lib. 13. ep. 15. L. PERVSTVS.

VSVCAPIO, pis. *vsu meum facio.*) (*vsu amitto.* de Ar. 32. Nihil mortales à diis immortalibus vsucapere possunt.

VSVCAPIOR, ris. pro Flac. 84. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsucapi potest. 2. de Leg. 61. Lex bustum vsucapi vetat.

VSVCAPIO, onis. *ius est possidendi, quæsitum continuatione temporis lege definiti.* Top. 27. Si vsucapionem definias. 1. de Or. 173. Vsucapionum & tutelarum iura. 1. de Leg. 55. Vsucapionem XII. tabulæ inter quinque pedes esse voluerunt. pro Cec. 74. Vsucapio fundi, hoc est, finis solicitudinis ac periculi litium, non à patre relinquitur, sed à legibus.

VSVCAPTVS, a, um. Att. lib. 1. ep. 4. Hæreditas vsucapta est.

VSVRA, ræ. *vsus.* 3. cont. Rullum 2. Paruam exigui temporis vsuram bonæ de me opinionis postulo. 1. I. C. 29. Vnius vsuram horæ alicui ad viuendum dare. Epist. lib. 3. ep. 1. Vsuram longi temporis, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, &c. farciam. 1. Tusc. 93. Natura dedit vsuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. 1. Tusc. 77. Stoici vsuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus: diu mansuros aiunt animos, semper negant. pro R. P. 48. Vos obsecro, huic optimo viro vsuram huius lucis ne eripiatis. pro Syll. 90. Lucisne hanc vsuram eripere vis. 7. I. V. 74. Cur piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti?

¶ *Fœnus, fœnerationis fructus.* de Senect. 51. Terra nunquam sine vsura reddit quod accepit, sed aliàs minore, plerunque maiore cum fœnore. pro R. P. 39. An cùm credebat, inductus vsuris, id agebat, vt haberet quàm plurimum. 2. I. C. 18. Certare cum vsuris fructibus prædiorum. 5. I. V. 168 *bis.* Magistratum à publicanis pecuniam pro vsuris auferre. Attic. lib. 12. ep. 25. Pendere vsuram ei à quo emeris. & lib. 9. ep. 14. Viri boni vsuras perscribunt. Epist. lib. 13. ep. 56. Des operam, vt vsuræ Cluuio conseruentur. Attic. lib. 6. ep. 1. Confeceram vt soluerent centesimis sexennij, ductis cum reuocatione singulorum annorum. & *ibid.* Consistere vsura debuit, quæ erat in edicto meo. & lib. 12. ep. 25. Reliquæ pecuniæ vsuram Silio pendemus. & *ibid.* Pompeio soluuntur trieesimo quoque mẽse talenta Attica XXXIII. nec id satis efficitur in vsuram menstruam. & *ibid.* Fortè cauet vsuræ Anatocismus. L. ANATOCISMVS. ‖ Attic. lib. 12. ep. 23. Vsuris sustentari.

✠ ADIVNC. *Diuturna, 7. Ver. Grauissimæ, 13. Fam. Mẽstrua, 4. Att. Opportuna, minuta, propinqua, 4. Phil. parua exigui temporis, 3. contra Rull. Plena lacrymarum, pro Syll. Solida, 6. Attic.*

☞ Syntaxis. *Horæ vnius vsuram alicui ad viuendum dare. Lucis vsurã alicui eripere. Vsuram prædij pẽdere.*

VSVRPANDVM. *retinendum.* 2. contra Rull. 17. Paucas tribus ad vsurpandum libertatem vocare. 3. de Or. 67. Aut non eo nomine vsurpandum, quo arguatur.

VSVRPATIO, onis. *vsus frequens, tractatio, mentio.* de Cl. 250. Cõsolari se cùm conscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. 7. I. V. 165. Mentione atque vsurpatione ciuitatis moram allequi. 2. contra Rull. 30. Sint igitur Decemuiri neque veris comitiis, hoc est, populi suffragiis, neque illis ad speciem atque ad vsurpationem vetustatis per XXX lictores auspiciorum causa adumbratis, constituti. * 1. de Glor. Oppidorum appellationem vsurpatione appellatam esse existimo, quòd opem darent.

VSVRPATVS, a, um. *in vsum adhibitus.* Epist. lib. 5. ep. 16. Consolationes, quæ sunt à multis vsurpatæ. 5. Tusc. 34. Apud Platonem sæpe hæc oratio vsurpata est, vt nihil præter virtutem diceretur bonum. Epist. lib. 9. ep. 22. Mulier vna vsurpata, duplex cubile. 4. I. C. 7. Hoc genus pœnæ in improbos ciues sæpe vsurpatum est. Parad. 5. Præclarè est hoc vsurpatũ à doctissimis, &c.

✠ ADVERB. *Præclarè, Parad.*

VSVRPO, as. *dico, appello, voco.* de Vniuer. 35. Iupiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter se agnatósque vsurpare atque appellare solemus. pro Mar. 5. Idque libenter crebris vsurpare sermonibus soleo, omnes, &c. 2. I. A. 70. At quam crebrò vsurpat & Consul & Antonius. Parad. 2. Nomen tantum virtutis vsurpas: quid ipsa valeat, ignoras.

¶ *Vtor.* Attic. lib. 7. ep. 2. Itaque vsurpaui vetus illud Drusi, vt ferunt. Pr. & 7. I. V. 161. Vsurpare nomen ciuitatis. 2. de Fin. 118. In ea quàm sæpe vsurpas tranquillitate. de Am. 8. Nec enim ab isto officio, quod semper vsurparam, cum valerem, abduci debui. 1. I. A. 1. Græcum etiam vetus vsurpaui. Br. ep. 15. Atque vt Solonis dictum vsurpem, qui, &c. 2. I. A. 35. Si quis vsurpet illud Cassianum, Cui bono fuerit. 7. in Ver. 50. Iura sua quotannis vsurpare, ac semper retinere.

¶ *Occupo.* 7. I. V. 127. Aliquid ex bonis alicuius vsurpare.

¶ *Facio.* de Amic. 28. Quis est qui non C. Fabricij cum charitate aliqua & beneuolentia memoriam vsurpet?

VSVRPOR, ris. pro Mil. 18. Appia quæ antea silebatur, nunc crebrò vsurpatur.

¶ *Fio.* Postq. in Sen. 36. Qui desiderium mei nominis renouari, & rerum gestarum memoriam vsurpari coegit.

¶ *Appellor, dicor, habeor.* 2. Offi. 40. C. Lælius, is qui sapiens vsurpatur.

✠ ADVERB. *Crebrò, 2. Phil. Præclarè, 1. de Leg.*

☞ Syntaxis. *Libertatem vsurpare, consolationem. Sententia vsurpata, mulier, pœna. Vsurpare & appellare Vsurpare trãquillitatem, iura sua, & retinere. Vsurpare memoriam, & vsurpari.*

VSVS, sus. *consuetudo.* 1. Offic. 7. Præcepta quibus in omnes partes vsus vitæ confirmari possit. 1. de Or. 12. Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in vsu atque hominum more & sermone versatura.

¶ *Experientia.* pro Cl. 84. Vir magna prudentia, vsu & exercitatione præditus. pro Sest. 12. Mirificus vsus alicuius in re militari. 1. de Nat. 12. Vsum quendam haberent insignem & illustrẽ. 10. I. A. 6. Vsum in rep. magnum habere debes. Epist. lib. 13. ep. 16. Valet ingenio, habet vsum. 4. I. V. 181. Mihi videor eorum consuetudinem vsu, tractandóque cognouisse. 2. de Or. 204. Docuit enim iam nos longa vita, vsusque rerum maximarum, vt teneremus, &c. 1. de Nat. 12. Ex quo existit & illud, multa esse probabilia: quæ quanquam non perciperentur, tamen quia vsum quendam haberent insignem & illustrem, his sapientis vita regeretur. Qu. fr. li. 1. ep. 1. 36. Cùm ad tuam summam prudentiam tantus vsus accesserit. 1. de Or. 192. Omnia sunt posita ante oculos, collocata in vsu quotidiano. de Amic. 6. Cato multarum rerum vsum habebat.

¶ *Exercitatio.* 1. de Or. 15. Vsus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superat. pro R. P. 9. Vsus est magister optimus. 1. I. V. 47. Vsus exercitatioque forensis. Epist. lib. 7. ep. 19. Non longè abieris. Num ius ciuile vestrum ex libris cognosci potest: qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen vsumque desiderant. *alij legant, vnum: alij lumen: sed malè. dixit enim, nullam artem literis sine interprete & sine aliqua exercitatione percipi posse.* 1. Offic. 60. Rei magnitudo vsum quoque exercitationémque desiderat. 1. de Or. 109. Quæ obseruata sunt in vsu ac tractatione dicendi

dicendi. & 105. Qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem ſine vſu, neque ex ſcholis cantilenam requirunt. & 157. Subeundus vſus omnium. 1. Acad. 37. Nec virtutis vſum modò, vt ſuperiores, ſed habitum per ſe eſſe præclarum. 1. de Orat. 147. Si modò vſum rerum percalleris. Ora. 160. Vſum loquendi pópulo conceſſi, conſcientiam mihi reſeruau. ‖ Orat. 59. Ac vocis quidem bonitas optanda eſt, non eſt enim in nobis, ſed vſus & tractatio eſt in nobis.

¶ *Vellicas.*)(*abuſus.* 2. Offic. 14. Nam qui principes inueniendi fuerunt, quem ex quaque bellua vſum habere poſſemus homines certè fuerunt. & 17. Conciliare ſibi animos hominum, & ad vſus ſuos coniungere. 3. de Nat. 2. Quod ſuperuacuum ſit, aut vſum nullum habeat. item, Membrorum vſum nullum habere. Attic. lib. 7. ep. 5. Tyronem propter modeſtiam malo ſaluum, quàm propter vſum meum. 2. de Nat. 152. Arborum conſectio magnos vſus affert ad nauigia facienda. 1. Offic. 25. Expetuntur diuitiæ ad vſus vitæ neceſſarios. & 127. Quarum partium corporis, vſus ſunt neceſſarij, eas neque partes, neque earũ vſus ſuis nominibus appellant. pro Mur. 26. Carmen cum cæteris rebus abſurdum, tum verò nullo vſui. Epiſt. lib. 13. ep. 16. Appollonius multis in rebus mihi magno vſui fuit. Att. lib. 1. ep. 1. Ille fuit mihi magno vſui in multis rebus. & ep. 2. Maximo te mihi vſui fore video. 1. de Legib. 14. Id autem incognitum eſt, minúſque in vſu neceſſarium. & 25. Pecudes partim eſſe ad vſum hominum, partim ad fructum, partim ad veſcendum procreatas. 1. Offic. 92. Non excludentes amicos ab vſu rei ſuæ familiaris. Top. 17. Vſus enim, non abuſus legatus eſt. 4. Tuſc. 14. Libido opinio venturi boni, quod ſit ex vſu iam præſens eſſe atque adeſſe. 2. de Nat. 87. Mũdi partes nec ad vſum meliores, nec ad ſpeciem pulchriores potuerunt eſſe. 3. de Fin. 3. In omni arte, cuius vſus communis vulgariſque ſit.

¶ *Amicitia, familiaritas, conſuetudo.* pro S. R. 15. Eſt mihi cum eo domeſticus vſus & conſuetudo. pro Planc. 5. Tamen id eſſet in tanto vſu noſtro, tantáque amicitia coniunctum. Epiſt. li. 13. ep. 23. Nam & inter noſmetipſos vetus vſus intercedit. Epiſt. *ibid.* ep. 52. Coniunctus magno vſu familiaritatis. pro Clu. 49. Mihi cum eo vicinitas & magnus vſus eſt. Epiſt. lib. 9. ep. 25. Cum illo ſummus mihi eſt vſus. de Amic. 29. Ii quibus cum vſu coniuncti eſſe poſſunt.

✠ *ADIVNC. Annuus, plurimus, Top. Arrogans, & intolerabilis, communis, magnus, oratorius, 1. de Inu. Aſſiduus, vni rei deditus, pro Corn. Balbo. Aſſidui, mediocris, prouincialis, pro Cæl. Communis, vulgariſque longiſſimus, 3. de Fin. Diuturnus, magni, 2. de Nat. Callidus, frequens, quotidianus, vulgaris & forenſis, 1. de Orat. Facilis, grauiſſimus & difficillimus, militaris, neceſſarius, quotidiani ſermonis intermiſſi, liberiores poetis quàm oratoribus, Rhetoricus, 3. de Orat. Forenſis. 1. Ver. Forenſis & publicus, verecundus, Orat. Inſignis & illuſtris, 1. de Fin. Magiſter optimus, pro Rab. Magnus, familiaritatis, maior, ſummus, vetus, 13. Fam. Maximus, 4. Attic. Minimus, 1. de Nat. Minor, 5. de Finib. Mirificus, pro Seſt. Multus, de Clar. Neceſſarius vitæ, de Fato. & 1. Offi. Plurimus ciuitatis, 3. Fam. Popularis atque ciuilis, 3. de Leg. Tantus, pro Planc. Varius, & multiplex, de Amic.*

☞ Syntaxis. *In repub. vſum habere. Homo magno vſu, & rerum vſu. Ille valet ingenio, habet vſum. Vſu, tractandóque cognoſcere. Lõga vita, & rerum vſus. Ad prudentiam vſus accedens. In vſu quotidiano res poſita. Vſus & exercitatio. Tractatio & vſus. Ad ſuos vſus hominum animos adiungere. Magno id vſui erit. Ad vſum eſt hoc optimum. Id vtinam ſit ex vſu. Cum aliquo coniunctum eſſe vſu, & familiaritatis vſu. Mihi cum illo vſus eſt, atque conſuetudo.*

VSVS EST. *pro opus eſt.* 5. de Fin. 29. Mihi ſic vſus eſt, tibi vt opus eſt facto, face. 4. Tuſc. 5. De cæteris ſtudiis alio loco dicemus, ſi vſus fuerit. 1. Offi. 92. Et reip. impartientis ſi quando vſus eſſet.

* VSVS, a, um. pro M. Scau. Iiſdem honoribus vſus.

VSVSFRVCTVS, ctus. *ius eſt, autore Vlpiano, de alienis rebus vtendi fruendique ſalua rerum ſubſtantia.* Top. 17. Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinariis & & olearijs plenis relictis, putare id ad ſe pertinere: vſus enim, nõ abuſus, legatus eſt. & *ibid.* 15. Si ædes exeſæ corruerunt, quarum vſusfructus legatus eſt, hæres reſtituere nõ debet. & *ibid.* Seruus cuius vſusfructus. pro Cecin. 11. Vſumfructum omnium bonorum ſuorum alicui legare. pro Cecin. 19. Vſus eius & fructus fundi teſtamento viti fuerat Cæſenniæ.

VSVVENIRE. *venire vſu, vſu accidere, vſu euenire.* 1. de N. 59. Quod in illo mihi ſæpe vſuuenit, idem modò cum te audirem, acciderat. Attic. lib. 14. ep. 12. Nunc venit idem vſu mihi, quod tu tibi ſcribis. 1. de Orat. 183. Quid quod vſu memoria patrum venit? pro Qu. 49. Quid poteſt miſerius aut acerbius vſuuenire? pro Qu. R. 30. Quod item nuper in Erote comœdo vſuuenit, qui, &c. 3. Offic. 15. Quod in poematibus vſuuenit. de Sen. 7. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi vſuuenirent. 7. I. V. 100. Antequam hoc vſuueniret. 2. ad Her. 8. Dicet eum præmeditatum fuiſſe, quid ſibi eſſet vſuuenturum. Ep. lib. 3. ep. 8. Cùm præſertim mihi vſuuenturum non arbitrarer, vt ego quoque abſens à te defendendus eſſem. 1. de Fin. 8. Sed ex eo credo quibuſdam venire vſu, vt abhorreant à Latinis. pro S. R. 42. Erucius mihi vſuuenit in cauſa optima.

VT. *quò, finis ac propoſiti.* 1. de Orat. 119. Eſt igitur oratori prouidendum, non vti illis ſatisfaciat, quibus neceſſe eſt, ſed vt illis, quibus liberè liceat iudicare. de Ar. 15. Negocíũ magiſtratibus eſt datum, vt curarent, vt ſine vi mihi ædificare liceret. Attic. lib. 9. ep. 16. & Epiſt. lib. 4. ep. 8. Reliquum eſt igitur, vt tibi, &c, vt ſim, &c. vt me, &c. Attic. lib. 7. ep. 3. Non igitur hoc vt oppido præpoſui, ſed vt loco. & lib. 7. ep. 12. Vt igitur ita perturbato ſcribe aliquid. de Op. 21. Aliquem improbum vt optimum laudari. Epiſt. lib. 11. ep. 3. Fortaſſis ea te minaciter agis, vt nos terreas. 6. I. V. 125. Propè vt, &c. Attic. lib 15. ep. 5. Etiam vt, &c. *id eſt, etiam ſi.* Epiſt. lib. 10. ep. 1. Non modò vt, & c. & lib. 11. ep. 10. Vt non, quo minus. Att. lib. 2. ep. 18. Me tueor, vt oppreſſis omnibus non demiſſe: vt tantis geſtis rebus, parum fortiter. & Brut. ep. 10. Fortuna vt in ſecundis fluxa, vt in aduerſis bona.

¶ Vt eſt. *vt nunc eſt, & id genus alia: conditionis poſitæ.* Attic. lib. 12. ep. 28. Et vt nunc eſt, manſuræ videntur. de Cl. 39. At hi quidem vt populi Romani ætas eſt, ſenes: vt Athenienſium ſecla numerantur, adoleſcentes debent videri. & *ibid.* 41. Themiſtocles, vt apud nos, perantiquus: vt apud Athenienſes, nõ ita ſanè vetus. de Cl. 102. L. Cælius vt temporibus illis valde doctus. Ep. lib. 10. ep. 31. Conſtitui vt nunc eſt, proficiſci. Qu. fr. lib. 1. ep. 1. 32. Exorabilis iracundia (vt in malis) acerbitati anteponenda eſt. & lib. 3. ep. 3. Non ſino (vt fit in amore) ea quæ minimè volo cogitare. pro S. R. 33. Homo (vt erat furioſus) reſpondit, &c. I. P. 59. Dices enim, vt es homo facetus, &c. pro Cl. 23. Interim Oppianicus vt erat, ſicut ex multis rebus cognoſcetis, ſingulari ſcelere corrupit, &c. pro Mur. 51. Atque ille, vt ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgauit, ſed indicauit. 8. I. A. 19. Ego ſine iracundia dico, vt omnia, nec tamen ſine dolore. 1. I. V. 28. Ille quidem, vt eſt genus hominum nimis ſuſpicioſum, &c. & 3. in Ver. 65. Ille, vt erat in primis inter ſuos copioſus, conuiuium comparat. Att. lib. 2. ep. 21. Ille, vt nunc ſe habet, admirabili gloria eſt. 3. de Nat. 41. & Att. lib. 8. ep. 23. Vt nunc quidem eſt, & quomodo nunc quidem eſt. Ep. lib. 12. ep. 2. Nonnihil vt in tantis malis eſt profectum. 1. Tuſc. 108. Multa colligit Chryſippus vt eſt in omni hiſtoria curioſus. 2. de Or. 2. Quos tum, vt pueri, refutabamus. Epiſt. lib. 12. ep. 12. Quòd ſi, vt es, ceſſabis, laceſſam. 5. Tuſc. 92. At Diogenes, liberius, vt Cynicus. & lib. 1. 15. Homo acutus, vt Siculus. 3. Offic. 58. Tũ Pythius, vt argentarius, qui eſſet apud omnes ordines gratioſus. & 60. Hoc quidem ſatis luculenter, vt ab homine perito definiendi. pro Fl. 55. Ciuitas prudens, vt ego ſemper exiſtimaui, & grauis, vt ipſi exiſtimari volunt. de Senect. 12. Multæ etiam, vt in homine Romano literæ. 8. At. ep. 10. Dimiſi eum à me, vt magiſtrũ puerorum, non libenter: vt hominem ingratum, nõ inuitus. itẽ de Clar. 56. M. Popilius vt erat lena amictus, ita venit in concionem. Quint. frat. lib. 3. ep. 1. Mihi vt eſt, magis placebat. Epiſt. li. 4. ep. 9. Nam adhuc & factum tuum probatur, & vt in tali re, etiã fortuna laudatur. & *ibid.* Deinde non habet, vt nũc quidem eſt, id vitij res.

¶ *Poſtquam, vel vbi, vel cum, temporis prælapſi.* 2. I. V. 19. Imò verò vt quiſque me viderat, narrabant. de Cla. 19. Vt illos libros de rep. edidiſti, nihil à te ſanè poſtea accipimus. Attic. lib. 7. ep. 15. Vt ab vrbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin, &c. 6. I. V. 84. Vt primum in illud oppidum venit, &c. & 2. in Ver. 16. Vt primùm è prouincia rediit. Att. lib. 1. ep. 4. Vt primùm à tuo digreſſu Romã veni. 2. de Orat. 21. Qui ſimul vt increpuit, philoſophum relinquunt. 2. de Fin. 33. Simul vt ortum eſt. 6. IV. 32. Qui ſimul vt me viderunt, inquiunt, &c. & 48. Ille continuò, vt vidit, nõ dubitauit tollere. Att. li. 12. ep. 19. Is vt me ſalutauit, ſtatim Romam profectus eſt. pro Cl. 66. Vt primùm, &c. ſtatim, &c. 3. Offi. 112. At ille vt ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit. pro Qu. 57. Statim vt Romam rediit, &c. Attic. lib. 1. ep. 16. Vt ſemel conſequutus ſum, &c. nõ deſtiti, &c. de Cl. 51. Vt ſemel exiuit, omnes peragrauit inſulas. Epiſtol. lib. 5. epiſtola 2. Vt primum, &c. ſtatim, &c.

¶ *Quamuis, vel etiamſi.* Ep. lib. 1. ep. 9. In quo vt iam ſit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor eſt in iis, qui reliquerant. Attic. lib. 12 ep. 24. Nam quid de me dicam? cui vt omnia cõtingant, quæ volo, leuari non poſſum. pro Qu. 3. Qui vt ſumma haberem cætera, temporis quidem certè vix ſatis habui, vt, &c. 1. de Diu. 62. Qui vt rationem non redderet, tamen &c. Attic. lib. 7. epiſt. 13. Qui vt nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. pro Corn. 37. Quod ſi iam ita eſſet, vt eſſe non poteſt,

test,tamen, &c. 2. de Diuinat. 71. Etenim vt sint auspicia, quæ nulla sunt, hæc certè,&c. 1. contra Rullum 23. Vt circumspiciamus omnia quæ populo grata sunt, nihil tam populare quàm pacem reperiemus. 3. Offic. 25. Vt excellas etiam pulchritudine & viribus.

¶ *Cum admiratione quadam:quàm,quantum.* Attic. lib. 2. ep. 21. Vt ille tum humilis, vt demissus erat. pro Flacc. 12. Noster autem testis, vt se sustentat, vt omnia verba moderatur. pro Sest. 26. Qua superbia cœnum illud amplissimi ordinis lacrymas repudiauit, me ipsum vt contempsit. Attic. lib. 7. ep. 2. Cæsar quomodo exultat victoria. 5. de Finib. 61. Vt illi efferuntur lætitia cùm vicerint, vt pudet victos, vt se accusari nolunt, vt cupiunt laudari.

¶ *Cum superlat. & Ita, &c.* de Senect. 64. Vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. 1. de Orat. 123. Vt in quoque oratore plurimum est, ita maximè is pertimescit. 1. de Orat. 120. Vt quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem pertimescit. & lib. 2. 313. Vt quenque eorum minimum putant, ita eum primum volunt dicere. 1. de Inuent. 29. & 1. ad Heren. 15. Vt quodque primùm gestum erit, ita primùm exponetur. 1. Offic. 16. Vt quis maximè perspicit, &c. is sapientissimus haberi solet. 2. de Orat. 173. Hæc vt breuissimè dici potuerunt, ita à me dicta sunt.

¶ *Cum ita.* 1. de Diuinat. 120. Omne animal vt vult, ita vtitur motu sui corporis. Orat 202. Non item in oratione, vt in versu, extat numerus. 2. Offic. 51. Non tamen vt fugiendum, ita habendum est religioni contrarium. Quint. frat. lib. 3. ep. 3. Nihil vnquam ita expectaui, vt cùm hæc scribebam, tuas literas. 9. I. A. 3. Vt igitur alia, sic hoc Pansa præclarè. 2. de Nat. 65. Euripides vt multa præclarè, sic hoc breuiter. 4. I. V. 59. Sed vt in illo, &c. item in hoc, &c. 1. cont. Rull. 26. Ita gerere consulatum, quo vno modo grauiter geri potest. 1. de Orat. 12. Vt in cæteris, &c. in dicendo autem. &c.

¶ *Velut, veluti, sicut, cum aliquid exempli causa subiicitur: & pro quod genus.* 2. de Diuin. 142. Nonnullæ valetudinis significationes, vt hoc ipsum pleni enectiue simus, &c. 2. de Inu. 157. Vt amicitia, bona existimatio. 2. ad Heren. 19. Quod genus, vt in ius eas cùm voceris.

¶ *Vtsi, tanquam, tanquam si, quasi, quomodo, quemadmodum.* 2. de Leg. 6. Nullum frigidius flumen attigi, vt vix pede tentare possim. Attic. lib. 5. ep. 18. Ego tui Bruti rem sic ago, vt suam ipse non ageret. 1. de Diu. 23. Credo aliquam non dissimilem figuram, sed certè non talem, vt eam factam à Scopa diceres. de Amic. 96. Quanta illi fuit grauitas? vt facilè populi Romani ducem diceres. pro Mil. 56. Ille tum secum habebat neminem, nisi vt virum à viro lectum esse diceres. 6. I. V. 11. Verisimile non est, vt ille homo tam locuples, religioni pecuniam anteponeret. 1. de Nat. deor. 55. Tanta imbueremur superstitione, si vos audire vellemus, vt aruspices nobis essent colendi. Attic. lib. 12. ep. 42. Bene facis cum id efficis, mihi crede, perinde vt existimare tu non posses. Orat. 214. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, vt mirabile esset. de Cla. 130. Vt facile cerneres eum degenerauisse. 5. Tusc. 53. Eo enim erant motu & statu, vt eos Argiuos esse diceres. de Clar. 174. Gellius non tam vendibilis orator, quàm vt nescires, quod ei deesset. de Cl. 238. Sed eam vt citius veteratoriam quàm oratoriam diceres. Epist. lib. 12. ep. 18. Equidem sic iam obdurui, vt ludis Cæsaris nostri æquissimo animo viderem T. Plācum, audirem Laberij & Publij poemata. & lib. 5. ep. 20. Ita accepi librum à meo seruo scriba, vt eundem acceperim à fratre tuo. & ep. 16. Tantum cepi doloris, vt consolatione ipse egerem. 1. Tusc. 7. In hanc exercitationem ita nos studiosè operam dedimus, vt iam etiam scholas Græcorum more habere auderemus, vt nuper tuum post discessum tentaui, &c. Epist. lib. 13. ep. 23. Mihique ita fidelis, vt si esset à me manumissus. & lib. 7. ep. 20. Rufio ita desiderabatur, vt si esset vnus è nobis. & lib. 2. ep. 14. Eius negocium sic velim suscipias, vt si esset res mea. & lib. 13. ep. 74. Tanta mihi cum eo necessitudo est, vt si mea res esset, non magis laborarem. & lib. 2. ep. 16. De Dolabella suadeo, vt videas, tanquam si res tua agatur. I. P. 3. Sed omitto vt sit factus vterque nostrum. pro Sex. Rosc. 122. Non est verisimile, vt Chrysogonus horum literas adamarit. & *ibid.* Non est verisimile, vt diligentiam cognorit eorum. Epist. lib. 8. ep. 8. Senatusconsultum est factum in eam partem, vt placeret, &c. pro Cec. 56. Cùm sibi proposuerint, vt siue ita sit, siue non, vt distinguant, &c. Att. lib. 1. ep. 10. Mihi non est notum, vt quisque in Epirum proficiscatur. 2. Offic. 43. Adiuncto verò hoc, vt iidem etiam prudentius haberentur, nihil erat, &c. 2. Offic. 44. In eo ipso vis maxima est, vt simus ij, qui haberi velimus, &c. Epist. lib. 8. ep. 9. Vt video, causa hæc integra in proximum annum transferetur: & quantum diuino, relinquendus tibi erit, qui prouinciam obtineat. & lib. 9. ep. 16. Vt olim solebat, vt nunc fit. pro Cec. 23. Vt est consuetudo. pro Flacc. 38. Vt dicitur, vt apparet. 2. I. A. 67. Patrimonium tam amplum, vt illud fuit. 2. de Orator. 90. Vt multos sæpe vidi, qui, &c. 4. I. V. 56. Queri eum multis, ita vt fit, cœperunt, &c. Epist. lib. 9. epistola 22. Sed, vt dico placet Stoicis.

¶ *Quare ne.* de Amic. 14. Vereor vt idem interitus sit animorum & corporum. pro Dom. 56. Timebam, vt possem, &c. pro Quint. 78. Tamen vereris vt possis, &c. Attic. lib. 6. ep. 4. Quoniam tu abfuisti, vereor vt satis diligenter actum sit, &c. & ep. 1. Quod vereor tibi ipsi vt probem. & lib. 7. ep. 16. Vereor vt his ipsis contentus sis. pro Clu. 170. Quid metuebat? vt oppugnaretur à perdito? an, ne accusaretur à condemnato? L. N 1. pro Sex. Rosc. 49. Hoc verò est, quod fieri non potest, si, &c. vt parum miseriæ sit, quòd aliis coluit, non sibi: nisi etiam quòd omnino coluit, crimini fuerit. Orat. 56. Vt iam non sine causa, &c. Attic. lib. 14. ep. 1. Vt enim quicque succurrit, libet scribere. & lib. 15. ep. 17. Tu verò facis vt omnia, quòd Seruiliæ non desis & Bruto. & lib. 6. ep. 9. Dixit se audisse, vt nihil esset incommodi. 1. Offic. 3. Demetrius Phalereus orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophrasti discipulum possis agnoscere. 2. de Le. 3. Hanc vides villam, vt nunc quidem est, lautius ædificatam. de Amic. 10. Qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit, & vt confirmare possum, nemo certè fuit.

¶ Vt non. *quin.* pro Corn. 46. Potest igitur iudices L. Cornelius condemnari? vt non C. Marij factum condemnetur. 14. I. A. 11. Cui viginti his annis supplicatio decreta est, vt non imperator appellaretur?

¶ Vt plurimum. *potissimum.* 3. de Leg. 34. In bello & suscipiendo, & gerendo, & deponendo, ius vt plurimum valet, & fides.

¶ Vt primum. *simulac primum.* Epist. lib. 10. ep. 12. 2. in Ver. 16.

¶ Vt quid. *cur quare.* Att. li. 7. ep. 7. Depugna, inquis, potius quàm seruias, vt quid.

¶ Vt si. *tanquam sic, ac si. pro eo ac si.* 1. Offic. 41. Qui aliis nocent, vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, vt si in rem suam aliena conuertant. de Sen. 17. Similéque sunt, vt si qui dicant, &c.

¶ Vt sic dicam. 2. de Inu. 168. Quæ (vt sic dicam) ad corpus pertinet ciuitatis.

VTCVNQVE. *quomodocunque, perinde, vtcunque.* Orat. 55. Orator vtcunque animum audientis commoueri volet, ita certum admouebit vocis sonum. Postq ad Quir. 23. Neque id reip. repetere vtcunque necesse est. 1. Offic. 135. Sed vtcunque aderunt res. 5. de Fin. 11. Vtcunque res postulabit.

VTENDVS, a, um. 4. I. V. 46. Huic omnia bona vtenda ac possidenda tradiderat. Qu. frat. lib. 1. ep. 1. 34. Non est tibi his solis vtendum æstimationibus ac iudiciis, qui nunc sunt hominum, sed his etiam, qui futuri sunt. 1. Offic. 48. Ea quæ acceperis vtenda, maiore mensura iubet reddere Hesiodus. Att. lib. 7. ep. 17. Vtrum turpe pace nobis, an miserè bello esset vtendum. 3. Tusc. 36. Quod vtendum acceperis, reddito.

VTENS, tis. Top. 69. Vtens ratione.) (. *Rationis expers.*

VTENSILE, lis. Oecon. 1. Reliqua vtensilia, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur.

VTER, a, um. de Fat. 3. Quoniam vtriusque studij nostra possessio est, hodie vtro frui malis, optio tua sit. 2. de Inu. 146. Deinde vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat. & *ibid.* Vtra lex iubeat, vtra vetet. 1. de Diuin. 115. Vtrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. pro Rab. 11. Quamobrem vter nostrum tandem Labiene popularis est? túne? an ego? pro Sest. 92. Horum vtro vti volumus, altero est carendum. de Clar. 189. Aderant multi alij: tamen vtrum de his potius dubitasset aliquis, quin alterum nemo. de Orat. 149. Reperiam, qui dicat aut scribat, vtra voles lingua. Attic. lib. 15. ep. 22. Quid ad hæc Pansa? cum vtro erit, si bellum erit? Part. 123. Vter fortius pugnabit, is vincat necesse est. Qu. frat. lib. 2. ep. 12. Sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an vtrosque nescio. pro Mil. 31. Ab vtro insidiæ factæ sint, incertum est. & 23. Vter vtri insidias fecerit. pro Clu. 106. Vter igitur facilius hoc faceret? Is ne, &c. an ille, &c. 2. de Inuent. 45. An huius & illius, & vtrius potius? Epist. lib. 2. ep. 4. Vtrò me minus deceat vti, non intelligo. & lib. 2. ep. 5. Quorum vtrum minus velim, nescio. 2. de Finib. 31. Summum bonum puer vtra voluptate diiudicabit? stante, an mouente? Epist. lib. 3. ep. 7. Incertum est vtra via. 1. de Orat. 262. Sanè dubitare visus est Sulpitius, vtrius oratio propius ad veritatem accederet. 1. Offic. 38. Cum Celtiberis, cum Cymbris bellum gerebatur, vter esset, non vter imperaret. Atti. lib. 1. ep. 9. Aut ei molesta erunt, in vtro culpa erit. 2. de Diu. 141. Potest hoc esse falsum, potest verum: sed vtrum sit, non est mirabile.

VTERCVNQVE. Epist. lib. 6. ep. 4. Ita parati esse dicuntur, vt vterc unque vicerit, non sit mirum futurum. Brut. ep. 16. In hoc bello vtracunque pars vicerit, tamen pertituri sumus.

VTERLIBET. pro Quin. 81. Vtrumlibet elige, &c.

VTERQVE, aque, umque. *vterum, ambo, quisque* 2 de Nat. 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias: vtræque autem crebræ, multæ toto corpore textæ sunt. 4. ad Her. 38. Cum eorum de quibus dicimus, aut vtrumque, aut vnumquodque certo concluditur verbo. de Aruſp. 54. Horum

vterque

vterque cecidit victus 2. ad Heren. 2. Quarum vtrumque pertinet. 1. Offi. 2. Nos vtrique & Socratici & Platonici esse volumus. Quint frat. lib. 2. ep. 4. Domus vtriusque nostrum ædificatur strenue. 3. de Orat. 100. A quibus vtriusque summittitur aliquid. Attic. lib. 9. ep. 10. Non est tuæ fidei vt contra alterutrum, cùm vtrique sis maximè necessarius, arma feras. 1. de Inu. 57. Eorum controuersiam non incommodum videtur, cum vtrorumque ratione exponere. Attic. lib. 7. ep. 1. Vtriusque accepi literas eiusmodi, eodem tempore. & *ibid.* Me autem vterque numerat suũ. & lib. 8. ep. 16. Gallus Fabius amantissimus vtriusque nostrum. 3. ad Heren. 34. Nam vtraque altera separata minus erit firma. & lib. 4. 38. Vtrumque aut vnumquodque. Att. li. 4. ep. 12. Multa mihi veniunt in mentem in vtranque partem. 3. de Or. 105. Ancipites disputationes, in quibus de vniuerso genere in vtrãque partem disseri copiosè licet. 5. de Fin. 10. Dicendi exercitatio in vtrãque partem ab Aristotele instituta. 4. Acad. 124. Nam vtraque in parte multa dicuntur. 2. Offic. 19. Magna vis est in fortuna in vtranque partem, vel ad secundas res, vel aduersas. pro Mil. 63. Magna vis est conscientiæ in vtranque partem. 2. Offi. 37. Qui in vtranque partem magno animo sunt. Ora. 201. Ternæ autem sunt vtriusque partes, verborum, &c. collocationis, &c. & *ibid.* Sed in vtroque frequentiores sunt & liberiores poetæ. *id est, in verbis, & in collatione.* in Sal. 16. Quo vsus est quisque eorum: *cum de duobus loquatur.* * Incert. Vtraque earũ sententiarum doctissimos habuit autores.

VTERVIS. Attic. lib. 7. ep. 3. Vtriusuis rei me adiutorem velim esse. pro S.R. 4. Vtrumuis saluo officio facere poteris. de Sen. 33. At minus habeo virium, quàm vestrum vtetuis.

*VTERVS, ti. in L. Pison. Quæ te belluam ex vtero, non hominem, fudit.

VTI. *vt.* 1. de Orat. 87. Vti qui audirent, &c. 1. I. V. 68. Putant fore, vti si, &c. pro Dom. 54. Nihil aliud nisi vti ne quid, &c. pro S.R. 5. & 1. de Or. 119. Non vti satis, &c. sed vti ne, &c. Epist. lib. 13. ep. 1. Is ad me literas misit, vti te sibi placarem.

VTICA, cæ. *vrbs.* pro Lig. 3. Vticensis, & Vticenses, cùm alibi sæpe tum. 7. I. V. 93. pro Corn. 51.

VTILIS, le. *fructuosus, commodus, accommodatus, frugifer, salutaris, ex vsu esse, quod vsui est, quod habet vtilitatem, quodalicui opus est, quod multas habet opportunitates, quod lucro est, quod expedit vel conducit, quod maximè interest.* 1. de Na. 38. Res vtiles ac salutares. 3. Offi. 76. Quod vtile sit, quodque expediat. 2. cont. Rul. 14. Ea lex vobis accommodata atque vtilis est. Brut. ep. 5. Tu si arbitrare vtile fore, & è rep. esse, persequere Dolabellam bello. Epist. lib. 13. ep. 8. E rep. non est. & lib. 9. ep. 9. Sic enim facillimè quod tibi vtilissimũ erit, consilij capies. 1. I. C. 21. Vita vtilissima. 1. de Inu. 1. Is mihi & suis & publicis rationibus vtilissimus ciuis fore videtur. & *ibid.* Inutilis sibi. 3. Offic. 29. Homo ad nullam rem vtilis. & *ibid.* Homo ad nullam partem vtilis. de Sen. 58. Ad multas res perutiles sunt Xenophontis libri.

✠*ADVERB. Maximè, 1. Offic. Paulò minus, de Prou. Proximè & secundum deos homines hominibus, 2. Off. Sanè libri, de Clar. Valde, 14. Attic. Vehementer, 11. Fã. Vehementer lex, pro Corn. Vehementer iocus, 2. de Or.*

☞ Syntaxis. *Vtilis ac salutaris. Vtile & expediens. Accommodum ac vtile. Vtile, ac è re tua est. Tuis rationibus vtile hoc. Ad nullam rem vtilis, ad multas res.*

VTILITAS, tis. *emolumentum, fructus, quæstus, lucrum, opportunitas, commodum, commoditas, vsus, res, ratio.* 2. de Nat. 58. Natura consultrix & prouida vtilitatum opportunitatúmque omnium. Attic. lib. 7. ep. 5. Tyro mirabilis vtilitatis fructum mihi præbet. 1. de Orat. 118. Artes, in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio. pro Mur. 23. Ars militaris pergratã vtilitatem habet. 2. de Orat. 207. Referre omnia ad vtilitatem suam, & omnia facere causa sua. 3. Offic. 88. Malè etiam Curio, cum causam Trãspadanorum æquam esse dicebat: semper autem addebat, Vincat vtilitas. Quint. frat. lib. 1. ep. 1. 19. Alicuius commodis vtilitatique seruire. 1. Offic. 79. In quo non minorem vtilitatem afferunt, qui togati reipub. præsunt, quàm qui bella gerunt. item. Prodesse, vtilitatem afferre, idem. 3. Off. 42. Nec tamen nostræ nobis vtilitates omittendæ, aliisque tradendæ, cum his ipsi egeamus: sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. de Vniu. 44. Vtilitas oculorum, deorum munere hominibus donata. Part. 83. Vtilitas in deliberando finis. 3. ad Heren. 3. Topic. 91. 1. de Or. 141. Vtilitas, deliberationum finis. Partit. 89. Vtilitas sæpe cum honestate certat. 3. ad Heren. 3. Vtilitas in duas partes in ciuili consultatione diuiditur tutam & honestam. 2. de Inuent. 129. Vtilitas cum honestate in deliberatiua causa finis est. 3. Offic. 35. Nihil tam est secundum naturam, quàm vtilitas. *ibid.* Vtilitas & turpitudo in eadem re inesse non possunt. 2. de Inuent. Vtilitas autem aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus. 1. de Nat. 93. Ne hoc quidem vos mouet, considerantes quæ sit vtilitas, quæque opportunitas in homine membrorum vt iudicetis membris humanis deos non egere. 1. de Finib. 69. Vt etiam si nulla sit vtilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter seipsos amentur. 2. de Inuent. 169. Vtilitatis duæ partes videntur esse, incolumitas & potentia. 3. Offic. 75. Vtilitatis eadem, quæ honestatis est regula. 2. de Orat. 335. Certatur vtrum honestati potius, an vtilitati consulendum sit. 1. de Orat. 39. Esse vtilitati amicis, & reipublicæ. 2. de Orat. 335. Qui vtilitatem defendit, enumerabit commoda pacis, opum, potentiæ, &c. Vtilitatem ex laude nasci defendet, sempérque eam cum dignitate coniunctam. pro Mur. 23. Omnes enim artes quæ nobis populi Romani studia cõciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam vtilitatem debẽt habere. 1. Offic. 155. Vtilitate hominum nihil debet homini esse antiquius. 7. Fam. ep. 17. Vtilitate affici. pro Sest. 96. Et, vt arbitror, nec ab vtilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Publij Sestij abhorrebit oratio mea. de Diu. li. 1. 116. Cum omni vtilitate, quam dij hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa vtilitas percipi possit. Partit. 86. Quoniam in his versatur omne consilium duobus, de vtilitate antè dicamus, quę in discernendis bonis malisque versatur. 3. Offic. 42. Nec tamen nostræ nobis vtilitates omittendæ, aliisque tradendæ, cùm his ipsi egeamus, sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. pro Deiot. 13. Téque Alexandrinum bellum gerente vtilitatibus tuis paruit. *id est, commodis tuis inseruiit.* ad Attic. lib. 7. ep. 5. Quem quidem ego si mirabiles vtilitates mihi præbet, quum valet in omni genere vel negociorum vel studiorum meorum, tamen, &c. ad Tironem li. 16. ep. 5. Vtilitatibus tuis possum carere. 1. de Fi. 34. De vtilitatibus & commodis suis cogitare.

✠*ADIVNC. Aliena, 2. de Nat. Communis, 1. de Inu. & Part. Domestica, de Clar. Forensis, grauissima, 2. de Or. Magna, 14. Philip. & pro Mil. Maxima, 3. de Orat. Mediocris, minor, 1. Offic. Mirabilis, 1. & 7. Att. Multæ & magnæ, de Amic. Necessaria, reliquæ, 1. de Orat. Pergrata, summa, pro Mur. Præclara, 4. Acad. Solida, 2. de Fin. Summæ, pro Pomp. Tanta, 7. Ver.*

☞ Syntaxis. *Membrorum vtilitas & opportunitas. Hoc non habet vtilitatem. Ad vtilitatem suam omnia referre, & omnia sua causa facere. (Synonimia in sententijs.) Seruire amici commodis & vtilitati. Prodesse hoc, vtilitatem afferet. Vtilitates suas alteri tradere. Vtilitas in deliberando est finis. Vtilitas vel in corpore, vel in extraneis rebus. Consultrix & prouida natura vtilitatum, opportunitatúmque. Alicuius vtilitatibus parere. Cogita de tuis vtilitatibus & commodis.*

VTILITER. *commodè. cum vtilitate.) (inutiliter.* 1. Offic. 89. Iracundiam vtiliter à natura datam. ‖ 2. Offic. 17. Quæ in rebus inanimis quæque in vsu & tractatione beluarum fiunt vtiliter ad hominum vitam artibus ea tribuuntur operosis. 4. Acad. 135. Atque illi quidem etiam vtiliter à natura dicebant permotiones istas animis nostris datas, &c.

VTINACHI. *populi.* I. P. 90.

VTINAM. *dũ faxint, velim, &c.* Att. lib. 3. ep. 15. Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam. 3. de Nat. deor. 75. Vtinam vt illa annus optat, ne in nemore, &c. Att. lib. 13. ep. 46. Quod vtinam, iterum autem vtinam, tuo tamen commodo.

☞ Syntaxis. *Me miserum, quod cupis fiat? Vtinam, iterum autem vtinã, ventas.*

VTIQVE. *omnino.* Att. lib. 4. ep. 4. Quo die venies, vtique cum tuis apud me sis. & li. 5. ep. 1. Quæ quidẽ ego vtique vel versura facta solui volo. & ep. 5. Vtique explicatum sit illud, &c. Attic. lib. 14. ep. 12. Minusculam villã vtique Quinto traditurus sum. Anteq. 23. Vtique siue hinc abiero, siue hic ero oppressus, ea maneat opinio, &c. Attic. lib. 5. ep. 9. Annum quidem vtique teneto. & *ibid.* Id vnis literis datis, quæ ad me vtique perferantur, consequere. & lib. 12. ep. 50. Expecto te à Peduco vtique. 2. de Diu. 115. Faba Pythagorici vtique abstinuerunt. Attic. lib. 12. ep. 40. Hoc quidem vtique perficies, &c. & lib. 13. ep. 13. Illud vtique scire cupio. & lib. 3. ep. 7. Vtique, &c. *aliter, Vtaque.* & lib. 4. ep. 4. Ipse verò vtique fac venias. & lib. 6. ep. 1. Vtique ad me tabellarios mittas. & lib. 10. ep. 1. Quid censeas mihi faciẽdum, vtique scribito. ¶ *Tandem.* Attic. lib. 13. ep. 22. Ego vt constitui, adero, atque vtinam eadem die: sin (quid enim multa?) vtique postridie. & ep. 47. Olij mittas laudationem, Olij vtique: nam illam legi, volo tamen degustare.

☞ Syntaxis. *Quo die redibis, vtique gaudebo. Vtique siue accedas, siue longius abeas, te amabo. Veniam cras: sin, postridie.*

VTOR, tis. *vsurpo, frequento, adhibeo.* 1. Offic. 22. De rebus ipsis vtere tuo iudicio. 1. de Nat. deor. 104. Vtatur suis bonis oportet, & fruatur, qui beatus futurus est. & li. 2. 152. Quibus rebus fruimur atque vtimur. pro S. Rosc. 131. Commoda quibus vtimur, lucémque qua fruimur, spirítúmque quem ducimus, à Deo nobis dari atque impartiri videmus. pro Clu. 16. Statui sibi nihil grauius faciendum, quàm vt illa marte ne vteretur. Att. lib. 12. ep. 23. Ne Silius quidem quicquid vtitur. *id est, pecunia.* Anteq. 16. Consularis

sularis homo non minimis facultatibus vsus. Att.li.8.ep.3. Cùm in ea vrbe summis honoribus imperiisque vsus sit.1.de In.103. Homines honore vsi.pro S.R.71. Ne bestiis quoque immanioribus vteremur.pro Deiot.28. Bene armis,optimè equis vti. Att. li.8.ep.3. Vt iam placatis vtamur fluctibus.10.I.A.9. Vsus est ipse incredibili patiētia.10.I.A.1. Oratio, qua recitatis literis vsus es. 2.I.A.87. Antonius Cæsari regnum detulit,Cæsar vti noluit. Att. lib.7.ep.2. Brundusium venimus,vsi tua facilitate nauigandi. Ep. lib.14.ep.5. Cùm aduersis ventis vsi essemus.3.contr.Rull.3. Criminatione in me vsus est. Att. lib.16.ep.5. Lucius multum vtitur Bruto. Ep.lib.13.epi.14. Luceio Tityone familiarissimè vtor. Ep. lib.1.ep.3. Trebonio multos annos vtor valde familiariter.& ep. 5. Vtor ad omnia Qu.Selicio.de Cl.277. Vti aliqua re ad faciendum aliquid.1.Tusc.26 Autoribus quidem ad istam sententiam quam vis obtineri,vti optimis possumus.1.de Fini.2. Vt propemodum iustioribus vtamur illis,qui,&c.2.ad Heren.14. Deinde exemplorum à voluntate & contra scriptum iudicatorum enumeratione vtemur.& *ibid.* Cùm hæc erunt considerata, statim nostræ legis expositione, recitatione, collaudatione vtemur.pro Cæl.11. Exercitatione,ludóq; campestri vti. pro Mar. 1. Vti silentio. *id est,silere.** pro L.Varen. Vtrum velitis, casu illo itinere Varenum esse vsum,an huius persuasu & inductu. Hort. Illis omnibus *prædijs & amicis* aptissimè ad salutem corporis vsus est. *ibid.* Cùm vtatur voluptate.3.de Nat. deor. Faber materia vtitur,quæ sit parata.

✠ ADVERB. *Assiduè literis*, 5. *Famil. Assiduè operaaliquorum*,3. *Catil. Benè,improbè,malè,peruersè beneficio*,3.*de Natu. Benè armis,optimè equis,pro Deiot. Benè fundo*,14. *Famil. Benignè liberalitate*, 13. *Philip. Cominus gladijs,communiter munere, eminus hastis, multum literis Græcis,splendidè præmijs, de Se. Commodius*,4.*de Fini. Contentius ornamentis,diutius cibo, parcè,rarò verbis,summissius ornamentis*,3.*de Orator. Cursim.furtim,non ita multum*, 2.*de Or. Difficilius literis*,12. *Att. Diligenter*,1. *Aca. Diutius integumento frōtis ad occultanda flagitia,Postq.in Senat. Dolenter miseratione, generatim locis, horridius ornamentis, imprudenter copia,intemperātius,liberius nouis,liberiùs paulò ornamēto,nusquā aspiratione. promiscuè cæteris, Or. Familiariter medico, familiarius aliquo, libentius aliquo,valdè familiariter*, 13. *Famil. Familiarissimè aliquo*, 1. *Atti. Gloriosè armis, salutariter, de Clar. Improbè creditapecunia,pro Rab. Posth. Impudenter,nimis multum, Top. Incestè aqua, pro M. Cæl. Intemperantius opibus*,5. *Phil. Magis enim nihil adiutoribus,pro Corn. Balbo. Magnoperè genere aliquo, similiter locis cæteris*,2.*de Inuent. Melius otio, rectè*, 5. *Tusc. Misere bello*,7. *Attic. Moderatè omninonon auctoritate,pro Syll. Moratè aliquando, scienter aliquo*, 2.*Offic. Modicè, scienter*, 1. *de Orat. Multum opera*, 6. *Verr. Multum viris bonis*,10. *Phil. Necessariò,pro Sest. Necessariò perfugio,plurimum aliquo*,3.*Verr. Omninò literis,de Aruſp. Omninò non verbis,pro Cæc. Optimè lingua Latina,prudenter ratione & oratione*, 1. *Offic. Optimè ratione*,3. *Tusc. Parcè*,4. *Tusc. Quamsæpissimè consuetudine*,2.*de Diuin. Sanè pecunia,pro Quint. Sanè multum*,5.*de Finib. Studiosè poëtis*,2.*Tusculа. Temerè potestate*, 2.*cont. Rull. Vehementius, Part. Verecundè alienis,de Opt.gen.*

☞ Syntaxis. *Vti commodis, fluctibus, ventis, nauigationis felicitate, amicis,silentio. Vti ad omnia consilio amicorum.*

VTPOTE. *quippe.* Att.lib.2. ep. 24. Ea nos, vtpote qui nihil contemnere solemus,non pertimescebamus.& lib.5. epi. 8. Incommoda valetudo qua iam emerseram,vtpote cùm sine febri laborasse̅m.5.I.A.30.L. quidem frater eius vtpote qui peregre de-
✠ pugnauit,familiam ducit.& Ep.lib.10.ep.32. Vtpote cum,&c.

VTRINQVE. *ab vtraqueparte.* Ep.li.6.ep.4. Vtrinq; magnæ copiæ.

VTROBIQVE. *in vtroque duorum,vel in vtraq; parte.* Ep.lib.10.ep. 31. Non licet mihi nullius partis esse, quia vtrobique magnos inimicos habeo.2.de Na.78. Eadem veritas vtrobique est. *id est, in dijs & hominibus.*

VTROQVE. *aduerb. vtrunque in locum.* Att.li.5.ep.12. Hinc Scyram, inde Delū: vtroque citius quàm vellemus,cursum confecimus.

VTRVM. *an,num,nunquid,vtrum ne.* pro Qu.91. Orato.26. Quæro à te,vtrum illa verba, an portenta sint.3.I.V.147. Vtrum existimatis minus operis esse,facere hoc, an illud? Attic.lib.3. ep. 9. Hic vtrum tandem sum accusandus, quòd doleo? an &c. pro Ce.29. Vtrum aliquid grauius in quempiam dici potest? an certius quid obiici potest?I.P.22. Conuiuiū,in quo nemo potest dicere,vtrum iste plus biberit,an vomuerit,an effuderit.2.I. C.13. Quæsiui,an,&c.nec ne,&c.2.de In.115. In quo vtrum copiāne sit agri,consideratur. Att.lib.1.ep.10. Intellexi Pompeium moueri, vtrum Crassum inire eam gratiam, &c. an esse tantas res nostras,&c.pro Fla.24. Vtrum hic tandem putatis, &c. an, &c. ad Brut.ep.pr.in 7. Nec aliud decernitur hoc bello, nisi vtrum simus,nēcne,&c. Or.206. Quærendum,vtrum,&c.5.I.V.35. Nihil interest,vtrum ita scribas,si,&c.an si,&c.4. Tusc.41. Nihil interest,vtrum,&c.an,&c.5.I.V.174. Quid interest, vtrum hoc feceris,an frumentum non improbaris? Att.lib.14.ep.15. Mihi nihil videbatur esse,in quo tantulum interesset vtrum per procuratores ageres,an per te ipsum.& lib.9.ep. 2. Vtrum hoc tu parum meministi?an ego non satis intellexi.4.Acade.95. Vtrum ea vestra,an nostra culpa est! Epist.lib.10.ep.26. Vtrum nescis quàm altè ascenderis,an pro nihilo id putas? Ep.lib.1.ep.7. Multum interest, vtrum laus minuatur, an salus deseratur. 4. de Finib. 53. Vtrum igitur tibi literam videor, an totas paginas commouere.4.Acad.94. Nihil ad eum,qui te captare vult,vtrum tacentem irretiat,an loquentem. At.lib.1.ep.11. Vtrum,&c.an &c. *id est, vel quod, vel quod.* Vtrum,&c. an,&c.scilicet, &c. an, &c. L. SCILICET.

VTRVMVIS. pro S. R.83. Quod certum est non facere, dum vtrumuis licebit.2. I.A. 24. Quorum si vtrumuis persuasissem, nunquam in has miseras incidissemus.

VVA,væ.1.de Di. 31. Actius Nauius vuam mirabili magnitudine inuenit.de Sen.53. Gemma,à quo oriens vua sese ostendit, quæ & succo terræ, & calore solis augescens, primò est peracerba gustui, deinde maturata dulcescit: id est, vua. 1. de Diuina. 31. Vuam se Deo datorum, quæ maxima esset in vinea. *Oeco. 3. Vuæ à Sole mitescunt.

✠ ADIVNC. *Maxima*,1. *de D. Peracerba gustu, de Se.*

VVLCANIAE, *insulæ propter Siciliam.* de Nat.deor.lib.3.55.

VVLCANIVS,a,um.2. Tusc.33. Tectus Vulcaniis armis: *id est, fortitudine.*

VVLCANVS,ni. Vulcani complures fuerunt.3.de N.d.55.

VVLGARIS,re. *popularis,quotidianus,contritus,peruagatus, communis,de populo, vnius de multis.* 3. de Finib.3. In omni arte, cuius vsus communis vulgarisque sit.1.de Ora. 108. Oratio ad vulgarem popularémque sensum accommodata.& lib.2.299. De vulgari & communi prudentia disputo. & 132. Perspicua sunt hæc quidem,& in vulgari prudentia sita.pro Planc. 47. Vulgaris & peruagata declamatio. Orat.195. Res peruagata & vulgaris. pro Qui.56. Hæc vulgaria & obsoleta sunt.2.de Inu.67. Hæc à vulgari intelligentia remotiora sunt.de Cla. 302. Minimè vulgare genus dicendi. Epist.lib.1.ep.3. Vt intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse.1.de Orat.248. In communi vita, & vulgari hominum consuetudine non esse rudem. 1. de Orat. 109. Si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione ars est.2.de Inu.112. Beneficium vulgari opinione ars est.& *ibid.* Beneficium vulgare.)(*Beneficium singulare & rarum.*4.ad Here. 70. Ne nuda inuētio vulgari sermone efferatur.1.Ac.5. Non possumus Amafanij & Rabirij similes esse,qui nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputant.* pro C.Cornel.1. Vulgare nomen est Thilerotis.

☞ Syntaxis. *Vulgare atque commune. Vulgaris & popularis sensus. Hæc perspicua sunt,in vulgari prudentia posita. Vulgare & peruagatum: & contra vulgare & obsoletum. Remotum à vulgari intelligentia. Communis vita,& vulgaris consuetudo.*

VVLGARITER. *populariter, vsitatè, plebeio sermone, patrio sermone, quotidiano verbo.* Ep.lib.13.ep.69. Vt intelligeres me non vulgariter,nec ambitiosè, sed vt pro homine mihi perneccessario scribere.

VVLGO. *passim,populariter.*3.de Natu. 44. Saturnum vulgò maximè ad occidentem colunt.* 3.de Nat. deor. Non sunt ista vulgò disputanda.

¶ *Apertè,palàm.*6.I.V.64. Vulgò ostendere ac proferre aliquid. At.li.16.ep.10. Eodem die vulgò loquebantur,Antonium. &c.6. I.V.59. Homo pecuniosus,nec vulgò. At.li.9.ep.1. Vulgò vadunt.

¶ *Vbique.* pro S.R.80. Eiusmodi tempus erat,inquit,vt homines vulgò impunè occiderentur.

¶ *Vniuersè.* Att.lib.14.epist.19. Vulgò opinio hominum socium me ascribit tuis laudibus.

¶ *Persæpè.*1.de In.43. Deinde natura eius euenire vulgò soleat, an insolenter & rarò.

¶ *Sine discrimine.* pro Mur.71. Ad prandium vocare num crimen est? minimè,sed vulgò, passim,quid est vulgò? vniuersos. Attic. lib.1.ep.1. Nam illi ita negant,vulgò mihi se debere dicunt.

VVLGO,as. *peruulgo,diuulgo.* pro Fl.65. Nonne hoc vestra voce vulgatū est? de At.59. Nauis in flumine publico vulgata omnibus

✠ ADVERB. *Valdè,2.de Diu.*

VVLGVS,gi.*turba,multitudo.*pro Milo.28. Cùm Milo cum vxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento. pro Pla.9. Non est enim consilium in vulgo, non ratio,non discrimen,non diligentia.pro Mur.36.Nihil est incertius vulgo.2. de Or.60.Hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi,qui scripserũt,voluerunt à vulgo intelligi.2.de Di.87.Fani pulchritudo Præneſtinarum etiam nunc sortium retinet nomen,atque id in vulgus:quis enim vir illustrior vtitur sortibus? pro S. R. 3. Hoc exire atque in vulgus emanare non poterit. Att.li.2.ep.22.Quod etiam in vulgus gratum esse sentimus.& lib.9.ep.4. Itaque alter religiosus etiam nunc dies,alter in vulgus ignotus.de Vn. 4. Iudicare aliquid in vulgus.2.Tusc.63.Valere in vulgus.& lib.5.103. Commendatio in vulgus.2.Off.35. Quamobrem vt vulgus,ita nos hoc loco loquimur.Ep.lib.13.ep.70.Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus,sed plerunque necessariis,vt hoc tempore. 3.de Orat.196.Vulgus imperitorum.de Cl.332. Turba patronorum,& vulgus patronorum.de Clar.193. Vulgus eo est contentus. *Vbi tamen quidam Contentum legunt.* ‖ & 198. Nonnunquam sapientis iudicium à iudicio vulgi discrepat.

☞ Syntaxis. *In vulgus nomen prudentiæ tenere,famam exire,& emanare. Hoc in vulgus est gratum. Ille in vulgus est ignotus. Iudicare aliquid in vulgus.*

VVLNERATIO,onis.*sauciatio.*pro Cc.47. Vim sine vulneratione & sanguine non esse.I.P.47.Hæc est salutis suæ vulneratio.

✠ ADIVNC.*Maior,in Piso.*

VVLNERATVS,ta,tum. At.li.7.ep.9.Vulneratus & spoliatus est. Postq.in Sen.6.Tribuni sanctissimum corpus vulneratum ferro confectumque vidistis.

VVLNERO,as. *Iaucio, vulnus vel plagam impono, plagam facio, plagam inuicio, vulneribus conficio, vulnus infligo.* pro Sest. 24. Ferrum potest acie ipsa vel ferri vitibus vulnerare.

VVLNEROR,ris.3.I.V.67. Serui nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius sauciatur.

VVLNVS,ris.*plaga.*3 de Nat.57. Aesculapius qui speculum inuenisse,primúsq; vulnus obligauisse dicitur.7.I.V.133. Dico mercedem vulneris atque plagæ constitui nefas fuisse. pro Mil.66. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari.Ep.lib.4.ep.12. Accipere vulnus.de Ar.40. Acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis.2.de Or.249.Claudicare ex vulnere ob Rempub.accepto.2.I.A.101 Infligere vulnus alicui.pro Sest.23.Excipere vulnera.2.de Fin.97.Exanimari graui vulnere.4.de Finib.66.Quæ hic Reipub. vulnera imponebat eadem illa sanabat.At.lib.1.ep.13.Tanto impositio Reip.vulnere. & lib.5.ep. 17. Satis habeo negocij in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita Reip.2.Tusc.39.Alligare vulnus.& *ibid.* Obligare vulnus. Att.lib.5.ep.15.Vulnera Appij non refrico, sed apparent. & Brut.ep.3.Nam Pansa fugerat vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit. de Offic.li.3.85. Vulnera conscientiæ.Ep.lib.10.ep.33. Ex vulnetibus mori. Pollionis. post red. in Senat.8.Vulnus consulare.At.lib.1.ep.14.Domestica vulnera.& lib.5.ep.17.Vulnus imponere prouinciæ.

✠ ADIVNC.*Aduersa,de Aru.Communia,2.cont.Rull. Consulare, Postq.ad Quir.Domestica,3.cont.Rull.Graue,4.Famil.Grauissimum,1.Academ.Magnum,2. Phil. Multa,7.Ver Noua,pro Cluent. Periculosa, 14. Phil. Plurima,voluntarium,pro Plan.Recentia,4.Ver.Tantum,5.Fam.Vehemens,& mortiferum,pro Syll.*

☞ Syntaxis. *Vulnus obligare,acu punctum. Accipere aduersa vulnera. Ex vulnere claudicare. Infligere alicui vulnus.*

VVLPECVLA,læ.1.de Nat. deor.89. Lepusculos vulpeculasque vidisse.1.Offic. 41. Fraus quasi vulpeculæ,vis leonis videtur.

VVLTICVLVS,li.*vultus,seueritas.*Att.lib.14.ep. 22. Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret?

VVLTVRIVS,rij.*vultur.*in Pison.38. Appellatus est hic vulturius illius prouinciæ(si diis placet)imperator.idem in eadem. Scaurus vulturius Reipublicæ.

VVLTVOSVS,a,um. *tristis,seuerus,vel nimia vultus ostentatione,vel mutatione,quod mimicum est,& scenicum.*Orato.60. Vultus, &c.in quo efficiendum est,ne quid ineptum sit,aut vultuosum.

VVLTVS,tus,ui.3.de Orat. 219. Imago animæ vultus est,indices oculi.& *ibidem.* Vultus quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes potest efficere.& 2.de Or.148. Vultus qui sensum animi plerunque indicent.I.P.1. Vultus,qui sermo quidam tacitus mentis est.1.de Leg.27. Et is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores : cuius vim Græci norunt,nomen non habent. Orat.60. Vultus qui secundum vocem plurimum potest,magnam affert tum dignitatem,tum venustatem : in quo efficiendum est, ne quid ineptum aut vultuosum sit.1.de Di.80. In Aesopo sæpe vidi tantum ardorem vultuum atq; motuum,vt,&c.1.de Or. 115. Quidam vultu motúque corporis vasti atque agrestes. & 127. Quæ nobis non possumus fingere facies,vultus,sonus.pro Clu. 72. Recordamini faciem, atque illos eius fictos simulatósque vultus.3.Tusc.31.Iure erat in Socrate semper idem vultus, cùm mentis à qua is fingitur,nulla fieret mutatio. pro Sest. 22. Etenim animus vultu,tanquam tegebantur.2.de Ora.289. Vultus seuerus ac tristis.Postqu. in Senat. 14. Vultus importunus.pro Mil.93.Vultus semper idem, vox, oratio stabilis,& non mutata.pro Deiot.5.In tuis oculis,in tuo ore,vultúque acquiesco.3.cont.Rul.2.Video quosdam non eosdem vultus,quos proxima mea concione præbuerunt,in hanc concionem mihi retulisse.in Clod.Qui leuare vultum,mollire vocem potes.

✠ ADIVNC.*Alacris & promptus,1.de Orat. Bellissimus,5. Attic. Ficti,simulatique,hilaris, nefarius, & conscelerati,sapiens,incertúsque suspensus, incertúsque,pro Cluent.Grauis,in Vat.Importunus, Postq. in Senat.Lætus,8.Atti.Liber,1.Fami.Modestus,15. Fami. Obscuriores candidatorum,plenus furoris,pro Muræn. Perturbatus,pro Sest.Seuerior & tristior,2.de Orat. Similis,4.Famil.Totus,in Pison.*

☞ Syntaxis. *Facies & vultus.Ora,vultus, oculi.*

VXOR,oris.*quam in matrimonio quis habet,quæ matrimonium alicuius tenet,particeps connubij.*Top.14.Vxoris duę formę:vna matrumfamilias, hæ sunt, quæ in manum conuenerunt : altera earum, quæ tantummodo vxores habentur. L. COEMPTIO.Att. lib. 14.ep.12. Quintius à ducenda vxore sic abhorret, vt quicquam libero lectulo neget esse iucundius.pro Sest. 6. P. Sestius duxit vxorem optimi viri,filiam Scipionis.*ibidem.* P.Sestius duxit C. Albini filiam, ex qua hic puer,& nupta iam filia.2.de Ora.260. Ex animi sui sententia vxorem habere.3.Philip.17.Qui Numitoriam Fregellanam habuit vxorem.item, Habere aliquam in matrimonio. L MATRIMONIVM.pro Cl. 26. Is Sassiam in matrimonium ducere concupiuit.3.de Fin.68. Atque vt è natura viuat,vxorem adiungere.1.de Or.183. Cùm pater familiâs vxorem prægnantem in prouincia reliquisset, Romæque alteram duxisset,neque nuncium priori remisisset, mortuúsque esset intestatò.& ex vtraque filius natus esset,mediocrisne res in controuersiam adducta est? *contr. C. Anton. Cùm ex eodem stupro tibi & vxorem & filiam inuenisti.pro M.Scau. Vxor pellicatus dolore concitata.

✠ ADIVNC.*Alienæ,plures,4. Verr. Non modò auarissima,sed etiam crudelissima, probatissima,13.Phili. Fidelißima,atque optima,grauissima, optima,14. Famil. Iusta,1.Tusc. Lectissima, melior, 1.de Inuent Mima, 2. Philip.Misera,suo loco nata,sanctissima,miserrima,14. Att.Prægnans,Superior,1.de Orat.*

VXORIVS,a,um.3.Off.61.In arbitrio rei vxoriæ hæc verba maximè excellunt:Melius,æquius.& Top.66.

X.



Litera Latinis consonans,& duplex.

¶ *Vastior em appellat Cicero.*Orat. 153.Verba sæpe contrahũtur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo enim vester Axilla ala factus est,nisi fuga literæ vastioris? Quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo,& paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit.

¶ *Notæ quoque valens decem:quæ si præponatur literæ vel C,vel D,aut L,aut M,decem detrahit & tollit,hoc modo,XL.pro quadraginta.*

XANTIPPE.3.Tusc.13. Hic est enim ille vultus semper idẽ,quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro suo fuisse Socrate: eodem vultu semper se vidisse exeuntem illum domo, & reuertentem.

XENIVS,a,um. *hospitalis.*Xeniæ balneæ.pro Cæl.62.

XENOCRATES.*de cuius integritate Att.li.1.ep. 13.1.de Ora.59.* Ac primò ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates:quorum alter Peripateticorum,alter Academiæ nomen obtinuit.3.de Or. 64. Nam Speusippus Platonis sororis filius,& Xenocrates,qui Platonem audierat,& qui Xenocratem Polemo & Crantor, nihil ab Aristotele,qui vnà audierat Platonem,magnopere dissentit: copia fortasse & varietate dicendi pares non fuerunt.1. de Nat. 34.Nec verò eius(Aristotelis)condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior,in cuius libris qui sunt de Natura deorum, nulla species diuina describitur.Tusc.q.li.5.91.Xenocrates,cùm legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima, adduxit legatos ad cœnam in Academiam:iis apposuit tãtum

quod

quòd satis esset, nullo apparatu. Cùm postridie rogarent eum, cui numerari iuberet. Quid? vos hesterna, inquit, cœnula non intellexistis, me pecunia non egere? quos cùm tristiores vidisset, XXX minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. & li. 1. 20. Xenocrates animi figuram, & quasi corpus negauit esse, verum numerum dixit esse, vt iam Pythagoræ visum erat, cuius vis in natura maxima esset. 1. Acad. q. 38. Xenocrates & superiores animum corporis expertem esse dixerunt. ad Attic. lib. 1. ep. 13. Quæ mihi res multò honorificentior visa est, quàm aut illa, quum iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt. 5. Tusc. 51. Quid igitur aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum grauissimum Philosophorum, exaggerantem tanopere virtutem, & extenuantem cætera, & abiicientem, in virtute non beatam modò vitam, sed etiam beatissimam ponere. 1. Offi. 109. Contráque patrem eius, illum qui Tib. Gracchi conatus perditos vindicauit, nullam comitatem habuisse sermonis, nec non Xenocratem quidem seueriſſimum Philosophorum ob eam rem ipsam magnum & clarum fuisse. 4. Aca. 17. Nam cùm reliquisset duos præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem. *De Platone.*

XENOPHANES. 5. 4. Acad. 129. Et quàm non multum (dissenserunt) à Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina: cuius, vt scriptum video, princeps Xenophanes quem modò nominaui. 4. Acad. 118. Xenophanes vnum (vult) esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse Deum: neque natum vnquam, & sempiternum, & conglobata figura. 1. de Na. 28. Tum Xenophanes, qui mente adiuncta, omne præterea quod esset infinitum, Deum voluit esse, de ipsa mente item reprehenditur, vt cæteri.

XENOPHON, tis. Orator. 32 Xenophon, cuius sermo est melle dulcior, sed è forensi strepitu remotissimus. & 62. Xenophontis voce musas quasi locutas ferunt. 1. de Diu. 52. Xenophon Socraticus (qui vir & quantus in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est) sua scribit omnia, quorum exitus mirabiles extiterunt. *ibidem.* Mentiri Xenophontem, an delirare dicemus? 2. de Orat. 58. Denique etiam à Philosophia profectus princeps Xenophon, Socraticus ille, pòst ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri, scripsit historiam: & hic quidem rhetorico penè more, ille autem superior leniore quodam sono est vsus: & qui illũ impetum oratoris non habeat, vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, vt mihi quidem videtur dulcior. 3. de Or. 137. Instituit Xenophon Agesilaũ. 1. ad Q. fr. ep. 2. Vincunt tamen artificio benevolentiæ colligendæ, qui neque Cyrum Xenophontis, neque Agesilaum nouerint. 5. Fam. epist. 12. Vnus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando, facilè omnes imagines omnium, statuásque superauit. *de Agesilao loquens.* de Senect. 38. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quæso studiosè, vt facitis. Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur. *ibid.* 46. Pocula, sicut in symposio Xenophontis est, minuta atque torantia. 3. de N. 117. Apud Xenophontem quæritur Socrates, vnde animam attigerimus, si nulla fuerit in mundo 1. ad Quin. fra. ep. 1. 19. Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij: cuius summa grauitas ab illo Philosopho cum singulari comitate coniungitur: quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. Nullum est enim prætermissum in his officium diligentis & moderati imperij.

XENOPHONTEIVS, ia, ium. 5. Famil. ep. 12. Gratiam que illam, de qua suauissimè quodam in procemio scripsisti, à quo te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophonteium illum à voluptate. de Clar. 132. Tum facillimè ex eo libro, quem de consulatu, & de rebus gestis suis, conscriptum molli & Xenophonteio genere sermonis, misit ad A. Furium poëtam familiarem suum.

XENOPHONTIVS, a, um. Epist. lib. 5. epi. 12. Herculem Xenophontium ferunt, &c.

XERXES. Tusc. q. lib. 5. 20. Nam Xerxes quidem refertus omnibus præmiis, donisque fortunæ, non equitatu, non pedestribus copiis, non nauium multitudine, nõ infinito pondere auri contentus, præmium proposuit qui inuenisset nouam voluptatem, qua ipse non fuit contentus. 2. de Leg. 20. Nec sequor Magos Persarum, quibus autoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quòd parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera. 1. de Natur. deor. 116. Non manibus, vt Xerxes, sed rationibus deorum immortalium templa & aras euerterit.

XYSTVS, sti. *porticus.* de Clar. 10. Cùm inambularem in Xysto, & essem ociosus domi. de Opt. 8. Spaciari in Xysto. 4. Academic. 9. Cùm pauca in Xysto locuti essemus, tum eodem in spacio consedimus. Attic. lib. 1. epistol. 6. Gymnasium Xystúsque.

Y

Litera Græcorum potius quàm Latinorum: vnde sic Cicero. Orator 160. Puttum semper Ennius, nusquam Pyrrhum: vt pacefecerunt Phruges, non Phryges, ipsius antiqui declarant libri: nec enim Græcam literam adhibebant. nunc autem etiam duas, & cùm Phrygum, & cùm Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solùm Græcè loqui: tamen & Phryges, & Phryhum, aurium causa dicimus. Att. lib. 4. ep. 3. P. Sulla, pro P. Sylla.

Z

Literarum Latinarum vna ex consonantibus.

ZALEVCVS. 6. ad Att. ep. 1. Zaleucum quis leges Locris scripsisse non dixit? 2. de Leg. 14. Quod idem & Zaleucum & Charondam fecisse video: quum quidem illi non studij & delectationis, sed Reipub. causa leges ciuitatibus suis scripserunt.

ZELOTYPIA, piæ. *obtrectatio.* 4. Tuscul. 18. Obtrectatio, quam intelligi zelotypiã volo, est ægritudo ex eo quòd alter potiatur eo, quod ille ipse concupierit. Att. lib. 10. ep. 8. Offensio nostra, quæ magis *ζηλοτυπία* mea, quàm ab iniuria nata est.

ZENO, onis. 4. Aca. 131. Zeno qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. & *de eodem.* 144. & 1. Acade. q. 35. Iam Polemonem audiuerunt assiduè Zeno & Arcesilas. Sed Zeno, cùm Arcesilam anteiret ætate, valdéque subtiliter differeret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam. Tuscula. q. lib. 5. 34. Etsi Zeno Citiæus, aduena quidam & ignobilis, verborum opifex, insinuasse se in antiquam Philosophiam videtur. & lib. 2. 52. Zeno Eleates perpessus est omnia potius, quàm conscios detegendæ tyrannidis indicaret? 1. Ac. q. 40. Zeno ad visa quasi accepta sensibus assensionem adiungit animorum *ibidem.* Zeno ipsi solam visis adiungebat fidem, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ videntur. de Finib. lib. 4. 60. Zeno quod suam, quod propriam speciem habeat, eam appetendum sit, id solum bonum appellat. 1. Acad. q. 38. Zeno arbitrabatur omnium perturbationum matrem esse immoderatam quãdam intemperantiam. *ibi.* Zeno arbitrabatur nihil quicquam effici posse à natura corporis experte. 1. de N. 36. Zeno autem (vt iam ad vestros Balbe veniam) naturalem legem diuinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentémque contraria. 1. Acad. q. 40. Zeno comprehensionem inter scientiam & inscientiam collocabat, eámque neq; in rectis neq; in prauis numerabat. *ibid.* 38. Zeno census iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus. 4. Acade. q. 134. Zeno nihil censuit deesse virtuti. 1. Aca. q. 38. Zeno quod aut efficeret aliquid, aut quod efficeretur, censuit non posse non esse corpus. *ibidem.* 36. Zeno tam rebus quàm vocabulis veteris Academiæ disciplinam commutauit. 4. Acad. q. 139. Zeno, quasi corporis sinus expertes, animum solum complectitur. 3. de N. 22. Zeno ita concludit, Quod ratione vtitur, melius est, quàm id quod ratione non vtitur: nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus vtitur. Tusc. q. lib. 3. 75. Zeno, cùm ægritudinem definit, opinionem mali præsentis recentem, verbum (recens) sic interpretatur, vt non tantum illud recens esse velit, quod paulò ante acciderit: sed quandiu in illo opinato malo vis quædam inest & vigeat, & quandam habeat viriditatem, tandiu appelletur recens. 2. de N. d. 57. Zeno naturam ita definit, vt eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem via. Orat. 113. Zeno manui dialecticam & eloquentiam similem esse dicebat. 4. Ac. q. 145. Zeno comprehensionem esse dicebat, cùm manum plane compresserat, pugnumque fecerat. 1. de N. d. 94. Zeno non eos solùm, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæterósque figebat maledictis, sed Socratem ipsum, patentem Philosophiæ, Latino verbo vtens scurrã Atticum, fuisse dicebat, &c. 1. de N. d. 70. Zeno nonnulla esse falsa dicebat, quæ sensibus viderentur. 4. Ac. q. 145. Zeno cùm læuam manum admouerat, & pugnum dextræ arctè vehementérque compresserat, scientiam talem esse dicebat. de Fi. li. 2. 17. Zeno Rhetoricã palmæ, Dialecticam pugno similé esse dicebat. & lib. 4. 12. Zeno dixit ignem esse quintam naturam, ex qua ratio & intelligentia orirctur. 1. Aca. q. 37. Zeno virtutes nullo modo seiungi posse disserebat. 4. Aca. q. 145. Zeno visum inquiebat esse, cum extensis digitis aduersam manum ostendebat. Nam per gestus quid esset, scire conficiebat. 1. Acad. q. 36. Zeno inter rectè factum, *τὸ κατόρθωμα*, & prauè seu peccatum, *ἁμάρτημα*, medium quoddam locauit,

quod per se nec bonum, nec malum esset, sed adiectis certis circunstantiis nunc in bonis, nunc in malis numeretur, nempe officia, & seruata, & prætermissa. *ibidem.* 45. Zeno Epicureus, cùm à Carneade plurimum dissentiret, vnum tamen præter cæteros mirabatur. *ibid.* 36. Zeno virtutem cuiquam adesse negauit, nisi ea vteretur. *contra Aristotelem qui virtutem etiam in dormiente, nihilq; agente locat. ibid.* 40. Zeno scientiam nominauit id, quod sensu ita erat comprehensum, vt ratione conuelli non posset. *ibid.* 35. Zeno nihil aliud numerauit in bonis, nisi solam virtutem. *ibid.* 38. Zeno quatuor tantùm elementa seu initia rerum ponit: nempe ignem, aërem, aquam & terram. *ibid.* 36. Zeno rectè facta sola in bonis actionibus: praue, id est, peccata, in malis posuit. *ibid.* Zeno omnem virtutem in ratione posuit, contra veterum Philosophorum opinionem. 2. de Nat. d. 20. Zeno premebat, quæ dilatabantur à nobis. de Finib. lib. 3. 5. Zeno Stoicorum princeps, non tam rerum inuentor fuit, quam nouorum verborum. Diu. lib. 2. 119. Zeno contrahi animum, & quasi labi putat, atque concidere, & ipsum esse dormire. 4. Aca. 134. Zeno in vna virtute positam beatæ vitæ putat. 1. Ac. q. 37. Zeno perturbationes putabat esse voluntatarias, opinionisque iudicio suscipi. *contra antiquorum Philosophorum doctrinam, quæ eas naturales esse dicebant, & in ea animi parte, quæ rationis est expers, constituebant. ibidem* 41. Zeno omnia quæ essent aliena, firmæ & constantis assensionis, à virtute, sapientiáque remouebat. 3. Tus. 38. Me audiente Athenis senex Zeno Epicureorum acutissimus contendere, & magna voce dicere solebat, eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, confideréque se fruiturum aut in omni, aut in magna parte vitæ, dolore non interueniente: aut si interueniret, si summus foret, futurum breuem: si productior, plus habiturum iucundi, quàm mali. 2. de Nat. d. 20. Quæ breuius concluduntur (vt Zeno solebat) apertiora sunt ad reprehendendum. Ora. 113. Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. nam cùm compressérat digitos, pugnumq; fecerat, Dialecticam aiebat eiusmodi esse, &c. 3. de Na. 63. Magnam molestiam suscepit, & minimè necessariam primus Zeno, pòst Cleanthes, deinde Chrysippus, &c. 4. Aca. q. 131. Honestum autem quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno statuit finem bonorum, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. 1. Acad. q. 38. Zeno statuit cœlum esse ignem, qui quidque gigneret. 1. de N. 36. Zeno quum Hesiodi Theogoniam, id est, originem deorum interpretatur, tollit omnino vsitatas perceptásque cognitiones deorum. 1. Acade. q. 41. Zeno sensibus etiam fidem tribuebat. 4. Ac. q. 145. Zeno neminem volebat esse scientiæ compotem, nisi sapientem. 1. Aca. q. 37. Zeno perturbationibus quasi morbis sapientem carere voluit. *ibidem* 39. Zeno vult assensionem animorum esse in nobis positam, & voluntariam. 4. Ac. q. 18. Zeno nihil noui reperire, sed superiores Philosophos emendare voluit, immutatione verborum. 1. Ac. q. 40. Zeno plurimis nouis verbis vsus est: noua enim dicebat. 4. Ac. q. 129. Qui cùm Zenonis auditor esset, vides, quantum ab eo dissenserit, & quàm non multum à Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina: cuius, vt scriptum video, princeps Xenophanes, quem modò nominaui: deinde eum secuti Parmenides & Zeno. 1. de Nat. 38. Persius, Zenonis auditor, eos dicit esse habitos deos, à quibus magna vtilitas, ad vitæ cultum esset inuenta, ipsásque res vtiles & salutares deorum esse vocabulis nuncupatas. 3. de Natu. 18. Zenonis breues & acutulæ cõclusiones. pro Mur. 61. Zenonis inuẽta. 3. de N. 77. Posse enim asotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire. 1. Acad. qu. 41. Zenoni comprehensio facta sensibus, & vera & fidelis esse videbatur. 4. Acad. 135. Sapiens ne non timeat, nec si patria deleatur, non doleat, satis durum: sed Zenoni necessarium: cui præter honestum, nihil est in bonis. 4. Aca. q. 126. Zenoni, & reliquis ferè Stoicis, æther videtur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur. Tus. q. li. 5. 33. Zenoni, eiusque auditori Aristoni placuit, bonum esse solum, quod honestum esset. 4. Aca. q. 126. Zenoni, præter honestum, nihil est in bonis. 9. Fam. ep 22 Zenoni, homini acuto, placuit loquendi libertas. Tusc. q. lib. 1. 19. Zenoni Stoico animus ignis videtur. 1. de Nat. 37. Cleanthes, qui Zenonem audiuit vna cum Aristone, tum ipsum mundum deum dicit esse: tum totius naturæ menti atque animo hoc nomen tribuit, tum vltimum & altissimum, atque vndique circunfusum & extremum, omnia cingentem atque complexum ardorẽ, qui æther nominetur, certissimum deum iudicat. *ibid.* Zenonẽ, quem Phylo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat. & li. 3. 82. Anaxarchum Democritum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem Eleatem in tormentis necatum. Tusc. q. lib. 5. 32. Inter Zenonem & Peripatẽticos nihil præter verborum nouitatem interesse.

✠ *ADIVNC. Acutissimus Græcorum, 3. Tus. Pater Stoicorum, 3. de Nat. Princeps Stoicorum, non tam inuentor rerum, quàm nouorum verborum, 3. de Fin. Princeps, & inuentor Stoicorum, 4. Acad.*

ZETHVS. 2. ad He. 43. Vti apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia quum de musica inducta est, disputatio in sapientiæ rationem & virtutis vtilitatem consumitur. 2. de Orat. 155. Miror, cur Philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris.

ZEVGMA. *oppidum.* Qu. frat. lib. 2. ep. 11.

ZEVXIS. 3. de Or. 23. Vna est ars ratióque picturæ: dissimillimiq; tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles: neque eorum quisquam est, cui quicquam in arte sua deesse videatur. 2. de Inu. 3. Neque enim putauit (Zeuxis) omnia, quæ quæreret ad venustatem, vno in corpore se reperire posse, ideo quòd nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. *ibid.* 1. Itaque (Crotoniatæ) Heracleoten Zeuxin, qui tum longè cæteris excellere pictoribus existimabatur, magno precio conductum adhibuerunt. Is & cæteras tabulas complures pinxit, quarum nonnulla pars vsque ad nostram memoriam propter fani religionem remansit & vt excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in sese imago contineret, Helenæ se pingere simulachrũ velle dixit, &c. de Cl. 70. Similis in pictura ratio est, in qua Zeuxin, & Polygnotum, & Timantem, & eorum qui non sunt vsi plus quàm quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus.

ZHTHMA. *quæstio.* Epist. lib. 9. ep. 26. Quod tu vnum ζητημα Dioni Philosophi posuisti. Attic. lib. 7. ep. 3. Si hoc mihi ζητημα persolueris.

ZODIACVS. *signifer orbis, orbis signorum.* 2. de Diu. 89. Vis quædam est signifero in orbe, qui Græcè ζωδιακὸς dicitur, talis, vt, &c. in Arat.

Zodiacum hunc Græci vocitant, nostriq; Latini
Orbem signiferum perhibebunt nomine vero.

ZONARII. *qui zonas, hoc est cingulos faciunt.* pro Fla. 17. Sutores & zonarij.

ZOPYRVS. 4. Tusc. 80. Cùm multa in conuentu vitia collegisset in eum (Socratẽ) Zopyrus, qui se naturam cuius ex forma prospicere profitebatur, derisus est à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate subleuatus est, quum illa sibi vitia inesse, sed ratione à se deiecta diceret. de Fat. 10. Quid? Socratẽ, nónne legimus quemadmodũ notarit Zopyrus Physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturáſq; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet, obstructas eas partes & obturatas esse dicebat. Addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse.

ZOSTERA. *loci nomen.* Attic. lib. 5. ep. 12. Piræeo ad Zostera venimus, &c. cursum confecimus.

FINIS.

INDEX VTILISSIMVS, IN QVO

verba innumera ferè Barbara, vel Latina quidem, sed non Ciceroniana, indicantur: quibus elegantißima ex ipso Cicerone subiiciuntur: auctus à Iacobo Cellario Augustano.

ABLIGVRIO. ligurio, consumo, deuoro.

Abominabilis. detestabilis, detestandus.

Abominor. sum auersus ab, tanquam religioni habeo, offensionem atque fastidium habeo ad, aspernor, fugio, respuo, perhorresco, detestor.

Abortio, vel abortior. mihi partum medicamentis abigo.

Abusiuè. minus propriè.

Accentus. vox, sonus. Orato. 7. Vocis tres omnino sunt soni, inflexus, acutus, grauis.

Accepto. accipio, suscipio.

Accidentia nominum & verborum. res nominibus & verbis attributæ. 1. de Inuent. 34.

Aceruo. coaceruo, accumulo.

Acesco, coacesco.

Acquisitio. comparatio.

Actu esse. re, vel reipsa: esse in rerum natura, esse vel non esse.

Acuitas. acumen.

Adagium. prouerbium.

Addititius. addict⁹, astrictus. de Vniuers. 35. Credere alicui, quanquam nec argumentis nec rationibus certis eius oratio confirmatur. item: cum aliis isto modo, qui legibus impositis disputant, nos in diem viuimus, quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus: itaque soli sumus liberi.

Adimpleo. expleo, impleo.

Adoptiuus filius. iudicio & voluntate filius.

Adoro. colo, veneror.

Adriaticus. Adrianus: vt, mare Adrianum: id est, mare superum.

Aduersitas. res alicuius aduersæ, turbidæ res, grauis fortuna.

Adulteratus. fucatus, fallax, fucosus, adulterinus.

Aduno. in vnum locum congrego, in vnum conduco, in vnum redigo, in vnum confero.

Æquanimis, vel æquanimus. qui æquo animo est.

Æquanimitas. animus æquus, animi æquitas.

Æquilaterus. in Arat. Huic spacio ductum simili latus extat vtrunque.

Affabiliter. comiter.

Affectatio. appetitio, consectario.

Affectatus. nimis exquisitus, appetitus, putidus, odiosus, qui omni ex genere orationem aucupatur, omnes vndique flosculos carpit.

Affirmatiuus. aiens.) (. Negans. Top. 49.

Afflatio. motus, vaticinatio.

Afflatus. mente permotus, furore diuino incitatus, insanus, furens, qui humanos sensus amiserit, diuinos assecutus sit, mente incitatus, animi ardore aliquo inflammatus atque incitatus.

Agibilis. Senectus auocat à rebus gerendis.

Alatus. volucer, ales, aliger.

Albedo. color albus, candor.

Aliqualiter. aliquo modo vel ratione.

Aliquantisper. paulisper, parumper.

Allegare. afferre, citare, laudare.

Allocutio. compellatio.

Allubescit. lubet, libet, placet.

Alternatio. vicissitudo.

Alteruter. vterque alter.

Ambages. circuitio, anfractus. pro Quint. 46. Aliquo circuitu ad id peruenire quò velis.

Ambasiator. legatus.

Ancile. 11. I. A. 24. Id signum quod cœlo delapsum Vestæ custodiis continetur.

Angusto. in angustum adduco vel deduco, coangusto, contraho, angustum facio.) (. Dilato.

Animalculum. bestiola.

Annihilo. delco, induco, labefacto, infirmo, conuello.

Annihilor. in nihilum intereo, occido in nihilum, in nihilum recido, pereo.

Annotatio. notatio, obseruatio.

Antarcticus. antaxon.

Ante omnia. in primis, præ cæteris.

Anterior. superior.

Anticationes. Cæsar contra Catonem. Top. 94. & Attic. lib. 12. ep. 39. & lib. 13. ep. 48.

Antiquitùs. bonis temporibus.

Apologia. χάλκιον.

Apparens. expressus, eminens.

Apparentia. species, visio, visus.

Applaudo. plausum do, adhinnio.

Approprio. vendico, adsciscо.

Aptitudo. habilitas.

Aquaticus. aquatilis, nans, natans, aquarum incola.

Aquosus. humidus.

Armilustrium. tanquam si arma militis inspiciunda sint. pro Cec. 61.

Arresto. vador.

Arsus. deflagratus.

Artificialis. artificiosus, quod habet artem.

Artificialiter artificiosè.

Aspernatus. contemptus, reiectus.

Asser, vel assis. tabula.

Assertor. vindex.

Assuefacio. exercitatio, consuetudóque patiendi.

Assuefactio. vsus, exercitatio, consuetudo.

Assuetudo. consue udo.

Asylus. asylum, ara, perfugium.

Attondeo. depascor.

Audibilis. sub auditum cadens.

Augmentabilis.) (. Crescendi accessionem habens. de Finib. lib. 3. 45.

Augmentatio. amplificatio, accretio.

Augmentator. amplificator.

Augmento. augeo, amplifico, magnum vel maius facio, propago, magnum facio, vberius.

Augmentum. amplificatio, incrementum.

Authenticè. αὐθεντικῶς.

Autodidactos. sine interprete & exercitatione.

Aux. quæ ab Astrologis dicitur aux, hanc quidam à Cicerone iugum appellari dicunt: L. Iugum. vt, Luna in iugo.

Auxiliator, adiutor.

BAlbuties. hæsitantia linguæ.

Balliuia. dicœcesis, præfectura.

Balsamo. ταριχεύω. ad Heren. L. Condio.

Barbitõsor. tonsor & tonstrix.

Basse. presse, summisè.

Bassus. humilis.

Becchata. morsus.

Belligeratio. bellum.

Benefactor. benemeritus, benemerens.

Benefit. benignè fit.

Beneuolens. beneuolus.

Bibitio. potatio.

Biformis. biformatus, & triformis Chimera.

Blasphemo. execror.

Blaueus. cæruleus.

Boatus. mugitus.

Boreas. aquilo.

Brauium. stadium, præmium.

Breuiarium. epitome.

Breuio. breue facio.) (. Longum facio.

Brutum. Bestia, muta bestia, pecus, animal.

CAbala. à patribus accipere, audire & posteris prodere, vel familijs.

Caco. detractio confecti & consumpti cibi.

Calceo. induo.

Calculo. calculos subduco, ratiocinor.

Calefactiuum. quod vim caloris habet, quod calefacit, calefaciens.

Calendarium. fasti.

Caliditas. calor.

Calumniosè. contumeliosè, iniuriosè.

Candela. lumen.

Captiuo. iugum seruile impono.

Cardinalis. pontifex, pontificum collegium, summum consilium.

Carentia. inopia, egestas, vacuitas.

Castigator. vindex.

Castrametor. in Arat. Saxa castrorum antea metator.

Casualis. fortuitus, incertus, in casu positus, & illa verba quæ casus habent.

Cataphractus. tectus ac munitus ad pugnandum.

Cararrhus. epiphora.

Causatiuus. efficiens.

Causo. efficio, gigno, efficiens sum, importo, causam do.

Ceruicosus. qui nimium sui iuris sententiæque est. Attic, lib. 1. ep. 9. Obstinatus.

Chalcographus. librarius.

Chirotheca. manica.

Cholera. bilis. Ep. lib. 16. ep. 18. χολὴν ἀπαρτον noctu eieci.

Chorea. saltatio.

Chorizator. saltator.

Chorizo. salto.

Chymus. succus is quo alimur.

Cicuritas. mãsuetudo animi.

Cinædus. Cylo, puer meritorius, exoletus, catamitus, impudicus, qui turpiter patitur, puer emptus libidinis causa, qui aliorum amori flagitiosissimè seruit, nihil flagitiosum putans corpori suo quod alteri collibeat: ea patiens quæ alteri facere collibeat.

Circulariter. in orbem.

Circularis probatio. mutua, vel in orbem facta.

Circumferentia. extremitas, libramentum.

Circumlocutio. circuitio, anfractus.

Circũuoluo. in orbẽ torqueo.

Circumuolutus, circundatus, cinctus.

Circumstantia. ad Att. lib. 16. ep. 11. τὰ κατὰ περίστασιν πάθημα. Para. 3. Nuda ista si pones, iudicari qualia sint, non facilè possunt. i. ἀνεύ τῆς περιστάσεως.

Clancularius. furtiuus, clandestinus.

Clanculum. clàm.

Clarifico. claro, clarum facio. Orat. 92. Illustro.

Classici autores.) (. Plebeij Philosophi. 1. Tusc. 55. Vel, vt ita dicam, minorum gentium.

Classicum. bellum.

Clauis imperij. claustra imperij.

Clima. quasi cingulus.

Coactè. per vim.

Coæqualis. æqualis.

Cœptum. inceptum, cœptus.

Cognoscibilis. habens cognitionem.

Coincidò. concurro, in vnam formam cado.

Coitus. concubitus, coniunctio, complexus venereus, commiscere corpora, libido, rerum venerearum vsus, obscœna voluptas, coniunctionis appetitus. 2. de Natu. deor. 128. In mare & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines.

Colliquesco. liquesco.

Combino. connecto.

Comburor. deflagro.

Comitatio. assectatio, comitatus.

Commendatorius. commendaticius.

Commensalis. conuictor.

Comparatiuè. comparatè.

Compassio. συμπάθεια, misericordia. Dicit etiam Cicero συμπαθῶς scribere, valde moueri, & molestè ferre.

Compatior. συμπάσχω, misericordiam capio, misericordia moueor.

Compatriota. ciuis.

Complexa & cum complexione. Coniuncta. Græcè κατὰ συμπλοκήν.

Complexio. constitutio.

Composita. ex elemẽtis concreta, conflata.

Cõputatio. calculus, rationes.

Computus. Attì. lib. 13. ep. 45. Ratio sumptuaria.

Concausa. adiuuans causa.

Conceptus mẽtis. sensa mentis, cogitata, cogitationes.

Concernere. pertinere.

Concessio. concessus.

Conciuis. ciuis.

Concoctio. digestio.

Concordantia. concentus, consecutio.

Concorditer. coniunctis sententiis.

Concupiscentia. libido, cupiditas.

Condenso. constipo.

Conditionalis. connexum.

Conditionaliter. cum conditione.

Conditura. cõditio ciborum.

Condolentia. συμπάθεια.

Confabulatio. ἱλαρά τις quædam quæ habet colloquendi ipsa suauitatem, colloquium.

Confessus. concessus, certus.

Confisco. Asc. Vnde fiscus pecunia publica, & confiscari dici solet. 11. I. A. 15. Bona eius censeo publicè possidenda: publicè proscribo.

Conferto. confirmò, firmo, munio.

Congruè. congruenter.

Congruus. congruens.

Connexè. contextè, consertè.

Connumero. numero, ad numerum adscribo, colligo, in numero repono.

Consanguinitas. sanguinis coniunctio.

Consequenter. deinceps.

Consocius. socius.

Consodalis. sodalis, socius, amicus.

Consonare. consentire, concentum efficere.

Consortium. consortio, vel consociatio.

Constellatio. situs cœli & stellarum.

Constringere. cogere, vim adhibere.

Consummatus. absolutus & perfectus, ingenio præstanti & eruditione perfecta. L. Perfectus.

Contages. contagio.

Contagium. contagio.

Contemplatiuus. θεωρητικὸς βίος, speculator, contemplator.

Contemptibilis. contemptus, contemnendus.

Contentiosus. pugnax.

Contentor. contentus sum, non pœniter.

Conterraneus, popularis, eiusdem gentis, nationis, linguæ, ciuitatis.

Contiguus. contingens, quæ inter se penè cõtingunt. L. Inter.

Contingens. de Famil. 19. Interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem: id est, inter causas contingentes, quas vocant, & necessarias.

Continuitas. continuatio, perpetuitas.

Continuè. assiduè, continenter, vsque.

Contractus. res contracta, commercium.

Contradictorius. contrarius, contraria enunciatio.

Contrariò. contrariè.

Contra facio. assimulo, exprimo. 4. I. V. 189.

Contrarior. pugno, contrarius sum, colligo, aduersor, repugno.

Contribulis. tribulis.

Contributio. tributum, tributi confectio.

Controuertitur. ambigitur.

Contumelior. cõtumelia insequor, contumeliam impono.

Conuentio. conuentus, conuentum.

Conseruatio. consuetudo, vsus. 7. I. A. 6.

Conuersor. versor, consuesco, multùm sum cum aliquo, vtor, aliquem mecum semper habeo. pro Syl. 57.

Conuerti, & dici ad conuertentiam. reciprocari, Græcè ἀντιστρέφειν.

Conuicior. conuiciis insector, conuicium facio, verbis vexo, contumeliis vexo, contumeliis aliquem insequor, in aliquem inuado, contumeliam in aliquem iacio, ignominiis aliquem concido, malè dico, verborum contumeliis lacero, incesto ore probrum in maledicto obiecto.

Conuiuo. simul viuo.

Copula. copulatio.

Copulatiua propositio. coniunctio.

Cordialiter ex animo.

Corono. regnum defero, diadema pono, impono.

Corporatura. statura, habitus.

Correctè. emendatè.

Correlatiua. quæ sub eandem rationem cadunt.

Correspondeo. respondeo, consono.

Corrugo. contraho.

Creatura. res creata.

Creditum. pecunia credita. de Pro. 5. & I. V. 86.

Crepo. concrepo, percrepo.

Cretæus. Cretensis.

Criminalis. capitalis, causa criminis, & causa ex crimine, causa & lis capitis, criminales causæ & criminalis quæstio.

Crucifigo. cruce afficio, cruci suffigo, in crucem ago vel tollo.

Crumena. theca nummaria. Attic. lib. 4. ep. 7.

Cudo. tundo.

Culinarius. coquinarius.

Curabilis. quod curationem recipere potest.

Cursito. curso.

Curto. decurto.

Curuamen. aduncitas.

Curuitas. aduncitas.

Cuspis. mucro.

Cyclopædia. encyclopædia.

D

Amnifico. damno vel detrimẽto afficio, damnum vel detrimentum affero.

Damnosus. qui alicui damno vel malo est.

Dapes. epulæ.

Deauratus. inauratus.

Decens. pat, conueniens.

Deceptio. circumscriptio, aucupium, tendicula.

Deceptorius. veteratorius, insidiosus.

Deceptor. circumscriptor. 2. I. C. 7.

Decimo. decusso, hoc modo X.

Decliuis. deuexus, præceps.

Decollo. ceruicibus caput abscindo.

Dedecẽs. turpis, indecorum.

Defalco. deduco.

Defectus. vitium.

Definitum in neutro. res quæ definitur.

Defotis. foris, extrinsecus. L. Foris, & Extrinsecus. vt in ipsa arte insit, non foris petatur extremum.

Deformosus. deformis, turpis.

Deifico. in deos refero vel depono, consecro, dedico.

Delasso. defatigo.

Delectabilis. habens magnam delectationem.

Delector. acquiesco.

Demandatus. mandatus, iniunctus, impositus.

Demano. emano, proficiscor, orior.

Dementio. mentis amissio.

Demirandus. admirandus, admirabilis.

Demonstratio quia est. demonstratio ex effectu, & demonstratio qua res conuenire docetur.

Demonstratio propter quid. demonstratio ex causa.

Demordeo. mordicus aufero.

Demulceo. delinio, capio.

Dependeo. pendeo.

Deprædor. spolio, dispolio, prædor, eripio.

Deputatus. certus, definitus, destinatus, attributus, constitutus, dictus.

Derisio. ludibrium.

Deriuatus. ductus, productus.

Descendentes posteri. nepotes.

Desertum. desertus locus, vastus, incultus, solitudo.

Deses. desidiosus, iners, languidus.

Desidiosè. per desidiam.

Designum. ratio, cõsilium. 2. I. V. 34.

Desolatio. vastitas, excisio, excidium.

Desolor. euerto, vasto.

Desponsata. desponsa.

Destructio. ruina, excidium, exitium, excisio, disturbatio, vastitas.

Destructor. interfector, perditor.

Desuesco. desuefio, consuetudinem aliquid faciendi depono, detraho.

Detego. indico, enuncio, innuo, aperio, patefacio, illustro.

Deterio. deterius facio.

Detracto. detraho.

Detrimentosus. noxius, malus.

Deturpo. inquino.

Deuastatio. vastatio, depopulatio.

Deuio. declino, deflecto de via.

Deuotus. religiosus, castus, pius, sanctus, religionibus deditus, religionem colens.

Dexteritas. commoditas. 3. de Nat. 73.

Diameter. media linea. de Vniuers. 22.

Diapason. de Somn. 12. Illi octo cursus, in quibus eadem vis est duorum modorum, septem efficiunt distinctos interuallis sonos.

Dicatio libri. nuncupatio.

Dici ad aliquid. conferri cum aliquo.

Dictamen rationis. communis intelligentia, præscriptio, vel præscriptum rationis, summa ratio insita in natura, quæ iubet ea quę facienda sunt, prohibétque contraria: summa lex, suprema lex, recta, perfecta ratio, cœlestis descriptio, natura, norma legis.

Diescit. diluescit, lucescit, lucere incipit, lucet.

Diffamo. infamiam infero.

Differentia. controuersia.

Difficulto. difficultatem affero, difficile reddo.

Digni-

Dignitas.postulatum, Græcè ἀξίωμα.
Dignosco.internosco, secerno.
Diluuium. eluuio terratum, mira proluuies, magna vis aquæ.
Discoperio.aperio.
Disconueniens.alienum.
Discordans. discrepans, varius: vt, varium ius.)(. cõgruens, conueniens.
Discordantia.discrepantia.
Discurro.volito, vagor.
Discurro.percurso.
Disdiapason.I.P.3. Tamen ea quæ sunt longissimè desiuncta, comprehendam.
Disiunctiua. disiunctio.
Disparitas.varietas.
Dispensare.soluere legibus.
Displicentia. dolor, offensa, offensio, molestia.
Dispositus.affectus.
Dispositio.affectio.
Dissonare. dissentire, discrepare, dissidere.
Disquiro.exquiro, ἐξετάζω.
Dissono. dissentio, discrepo, dissideo.
Ditesco.diues fio, pecuniam facio, rem augeo, patrimonium amplifico.
Diuersimodè. non vno modo.1.de Diu.5.
Diuersifico.vario.
Diuersitas. varietas, dissimilitudo.
Diuinator.diuinus, diuinans, vt aruspex, augur, ariolus, vates, coniector.
Diuisibilis.diuiduus.)(. indiuiduus.
Diuisim separatim, seorsum.
Dociliter.intelligẽter.Par.28.
Doctio.doctrina.
Dogmaticus. cuius libertas differendi amissa est, quique in disputando non suum iudicium sequitur, sed autoritati aliorum paret.
Dolendus, habens dolorem. pro Mur.89.
Dolentia. dolor.)(. indolentia.
Dolorificus. faciens vel efficiens dolorem, inurens dolorem.
Dominium.mancipium, nexum vel nexus, κτῆσις.
Dominatio.dominatus.
Domuitio.domum itio.1.de Di. 68. Sed Rhodiorum classi domum itionum dari.
Dubitabilis. habens dubitationem.

EBrio.ebrium facio.
Ecclesia.ędes sacra, templum.
Echo.imago, saxa & solitudines voce respondent.
Econtrà. contrà, è contrario, ex contraria parte.
Effectiuè.efficienter.
Effectiuus. efficiens, habens naturam efficiendi.
Effectu.reipsa & exitu.
Efficacia.efficacitas.
Efficaciter.efficienter.
Efformo.exprimo, fingo.
Eluctor.extrico, vinco.
Emphasis.ad Brut.ep.1. Clodius valde me diligit, vel vt ὑπερτικώτερον dicam, Valde me amat.
Encomium.laaudatio.
Eneruis.eneruatus.
Ens.quod est, natura.
Episcopus.pontifex.
Epistolium.literulæ.
Equiso.agitator.
Eremita.solitarius homo, atque in agro vitam agens.
Eremus. solitudo. L. Desertum.
Essentia.natura, vis, vis & natura, natura vniuersa, vis & potestas, potestas.
Euacuo. exhaurio, inanio, vacuum facio, nudum inanémque relinquo.
Euagino.educo, distringo.
Euitatio.declinatio.
Exactè, vel exactius aliquid dicere vel facere: accuratè, accuratius, subtiliter, limatè, exquisitè.
Exalto.effero, prouecho, produco, ad honorem defero vel perduco, produco ad honores, illustro, effero ad honores, defero, in cœlum laudibus effero.
Excalefacio.calefacio.
Excedens.præstans.
Excessiuè.præter modum.
Excessus.superatus.
Excessus.exuperatio.
Excopio.describo.
Excresco.cresco.
Excursus.excursio.
Excusabilis. habens excusationẽ, vel aliquid excusationis.
Execrabilis.execrandus, detestabilis.
Exercitium, opus.munus, functio, exercitatio, ludus, ars, studium, industria, agitatio.
Exero.ostento, declaro.
Exinanitus.enectus, effœtus.
Exonero.deonero.
Exoptabilis. optabilis, optatus, expetendus.
Expensa. impensa, impendium.
Expergefio. è somno suscitor, expergiscor.4.Tusc.43.
Experio.experior.
Explorator.speculator.
Expositor. qui pecuniã suppeditat.
Extispicina.ars extispicum.
Extraordinariè. extra ordinem.

FAbrefacio. beneficio, pulcherrimè facio, optimè facio, scitè facio & venustè.
Fabulator.qui fabulas fingit.
Fabulosus.fictus, falsus.
Faciliter.facilè, perfacilè, nullo negocio.
Factiuus. efficiens, ποιητικὸς, id cuius opus est in faciendo & agendo.
Factor.effector, architectus, perfector, parens, genitor.
Facundus.copiosus ad dicendum.
Falsifico.adultero.
Famelicus.fame enectus.
Famesco.esurio.
Famigratio.prædicatio, nobilitas.
Famigratus, siue Famosus. clarus, nobilis, fama celeber, fama celebratus, qui est in magno nomine & gloria, qui in orbe viget.
Famigero.fama celebro.
Fastus.spiritus repitus.
Fatigo. defatigo, in labore me exerceo, laborib. me frãgo.
Fauilla.scintilla.
Fauorabilis.propitius, secundus.
Febrio & Febricito. febrem habeo.
Februa.necia, denicales, feralia.
Felicito.felicitatem do.
Fellator. qui ne à sanctissima quidem parte corporis hominum, impuram temperantiam propulsat.
Feracitas.vbertas.
Ferior.cesso.
Festo.celebro, ferias habeo, diem festum ago.
Festum.dies festus, feriæ.
Feudatarius.fundus: vt, populus fundus.
Fictitius. fictus, commenticius.
Fidatus nũcius.certus homo.
Fideicommissum. patrimonia spe bene tradendi relicta.
Fideiussor.sponsor, præs, vide.Fideiubeo.
Figlinus fictilis.
Figmentum. πλάσμα, commentum, fabula.
Finalis. τέλειος.3.de Fin.55.
Fingo.ementior.
Finio.conficio, exeo.
Finitio.terminatio.
Finitus. definitus, habens modum, perfectus, absolutus, confectus, profligatus, emeritus.
Fixè. acriter, acri animo, & attento.
Flecto.impello, deduco.
Fluuialis.fluuiatilis.
Fluxus.fluxio.
Fœmininus.fœmineus, muliebris.
Fœro.malè oleo, puteo.
Fomes peccati. seminarium vitiorum.
Formidabilis. formidolosus, horribilis, terribilis.
Foro.fodio, perterebro.
Fortifico.munio.
Fraternitas.germanitas.
Fraudulenter.insidiosè.
Frigefacio.refrigero.
Frigefactiuum. refrigerans, quod vim habet frigoris.
Frigefio.refrigeror.
Fructifer.frugifer, fructuosus.
Fructifico fructum edo, fero, fruges fundo.
Fruticesco.fruticor.
Fulminatus. de cœlo ictus.1. de Diu.16.
Fulmino. fulmen iacio, de cœlo tango, percutio è cœlo, de cœlo iacio.
Fulminor, ris. de cœlo tangor, icior, percutior, tangor.
Funis.funiculus.
Furiatus.furens, furibundus.
Fusim.fusè.

GArrulitas. inanis quædam profluentia loquendi.
Generatio.ortus, procreatio, genus generalissimum, genus vltimum, caput generis.
Gesta.res gestæ.
Gesticulor.gestum ago.
Gestito.gero, gesto.
Glorifico.gloria afficio.
Gracilis.tenuis, strigosus, subtilis, exilis, exiguus.
Grandiusculus.grandior.
Gratitudo.gratia, gratus animus, animus memor, memoria & voluntas grata, grata animi beneuolentia, pietas.
Gressibilis.gradiens.
Grosso modo. pingui Minerua.
Gulositas. vitium ventris & gutturis.
Gulosus.

HAeredito.hęreditas venit, ab aliquo venit.
Hebe.iuuentus.
Hermaphrodytus. Androgynus.
Hiatio.hiatus.
Historiographus. historicus.
Homagium.clientela.
Horoscopus. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitę ex natalidie minimè tredendum est.
Hortulanus.olitor.
Hospitor. hospitio accipio, tecto, domo, domum, tecto ac sedibus recipio.
Humiliatus.demissus.
Hypocrisis. simulatio virtutis, venditatio quædam atque ostentatio.
Hypocrita.cruditus artificio simulationis.
Hypothetica.connexum.

IEiuno. cibo me abstineo.
Ieiunium.inedia.
Ignauiter.ignauè.
Ignominiosè. per ignominiam.
Ignominiosus. contumeliosus sordidus ad famam, cũ ignominia coniunctus, maculosus.
Ignorãter. per ignorantiam, inscienter.
Illæsus. incolumis, inuulneratus, inuiolatus.
Illectamentum. illecebra, incitamentum, inuitamentum.
Illegitimus. nullũ habẽs ius.
Illyria.Illyrium.
Imaginatio.cogitatio.
Imaginor.cogito, fingo, effingo, formatum habeo, suspicor, cogitatione depingo vel fingo, animo comprehendo, suspicione attingo, coniectura informo, speciem alicuius rei cogito, animo fingo, in notione animi repono, cogitatione & mente complector, cogitatione assequor, imprimo notionem in animo.
Immaculatus.inuiolatus, integer, incorruptus.
Immediatè.proximè.
Immediatus.proximus.
Immedicabilis. insanabilis, desperatus.
Immeritus.iniustus.)(. Meritus.
Immoriger.non obediens.
Immoror.insisto, hæreo, in re longior sum.
Impatienter.intoleranter.
Imperfectè.præcisè.
Imperterritus.fortis, magnanimus, animosus.
Impetuositas.impetus.
Impetuosus.violentus, vehemens, furens.
Impossibilis. ἀδύνατος, quod fieri non potest.
Impostor.planus.
Impræmeditatus. imparatus.

Imprecatio. malum omen, execratio, preces.
Imprecor. precor, execror, malè precor, alicui pestem exopto, tristibus ominibus persequor.
Impropero. exprobro.
Improprius. ἄπρος.
Impubis. impuber.
Imputo. asscribo, tribuo, assigno, attribuo.
Inæqualis. inæquabilis.
Inanis gloria. falsa gloria. I. P. 57.
Incantamentum. cantio. de Cl. 217.
Incassum. frustra.
Incessanter. nullo puncto téporis intermisso.
Inclinatio. procliuitas, facilitas, propensio.
Inclinatus. procliuis, applicatus, propensus.
Incœnis. incœnatus.
Incogitabilis. in cogitationẽ non cadens.
Incogitans. inconsiderans.
Incogitantia. inconsiderãtia.
Incõmoditas. incõmodum.
Incompositus. inconditus.
Incomprehensibilis. incomprehensus.
Inconsideratio. inconsiderãtia, inconsulta ratio.
Incontinens. intemperans.
Inconueniens. incommodũ, absurdum.
Incorporeus. expers corporis.
Incorrigibilis. insanabilis.
Incredulitas. diffidentia, scrupulus, dubitatio.
Incredulus. diffidens.
Inculpo. in culpa pono.
Incurabilis. insanabilis, desperatus, curationẽ nõ recipiẽs.
Indebitus. iniustus.
Indesinenter. nullo puncto temporis intermisso.
Indigestio. cruditas.
Indigestus. crudus.
Indigus. indigens.
Indispositus. crudus.
Indiuisibilis. indiuiduus.
Indomabilis. qui imperium recusat.
Indubitanter. non dubitãter, sine disputatione, pro certo.
Indubitatus. certissimus, exploratissimus, quod non habet dubitationem, perspicuus.
Indubius. certissimus.
Intercessor. deprecator.
Intercessio. deprecatio.
Industrios è. industriè.
Inebrio. vino obruo, ebrium facio.
Ineffabilis. ἄφατον.
Ineloquens. infans.
Inemendabilis. insanabilis.
Inenarrabilis. ἀδιήγητος, in auditus, incredibilis.
Inexcusabilis. nihil habens excusationis.
Inexpertus. inexercitatus, nullo vsu.
Infallanter. pro certo, vero.
Infamatus. infamis.
Infatigabilis. acer.
Infœlicito. miserum habeo.
Inferioritas. inferior ordo.
Infesto. infestum reddo, infestus sum.
Infinitiuus. vt definitiuus.
Infirmiter. infirmè.
Inflatiuus. habens inflationẽ.
Influxus. tactus lunæ, dimissa è cœlo vis.
Infortunium. aduersa vel incommoda fortuna, acerbitas. 2. de Inu. 109. Qui propter fortunam, non propter malitiam in miseriis sunt.
Infra scribo. suppono, subscribo.
Infrigido. refrigero.
Infumibulum. vaporarium.
Ingeniculor. ad pedes iaceo.
Ingluuies. insatiabile abdomen.
Ingratitudo. ingratus animus, ἀχαριστίας crimen.
Ingruo. ineo.
Ingurgitatio. crapula, ebrietas.
Inobedientia.)(obedientia.
Iniurior. iniuriam alicui infero vel facio, malè mereo, iniuriam infero, impono.
Inobediens. non obediens. 3. de Leg. 6.
Inopinans. nec opinans. pro Plan. 40. Ignarus, insçius.
Inopinatè. nec opinatò. 2. in Ant. 77.
Inopinus. inopinatus.
Inordinatè. immoderatè. de Vniu. 7.
Inordinatio. confusio.
Inquantum. quà, quatenus, ob id ipsum quia, in eo, in quo.
Insalutatus. omnes nos ἀπροσαγορεύτους reliquit.
Insensatus. stupidus, communi naturæ sensũ carens, stipes. Aethiops sine sensu, sine sapore, elinguis, tardus.
Insensibilitas. stupiditas, stupor.
Insensibiliter. sensim & sine sensu.
Insensitiuus. sensum non habens.
Insido. insideo.
Insolitè. insolenter.
Insolubilis. inexplicabilis.
Instabilis. lubricus, varius, commutabilis, volubilis, vagus.
Instabilitas. volubilitas.
Instans. ad punctum temporis: id est, vt aiunt, in instanti. Tusc. lib. 1. 82.
Instare, vel dare instantiam. resistere, occurrere. Græcè ἐνίστασθαι.
Institor. propola, qui mercatur à mercatoribus, quod statim vendat. 1. Off. 150.
Insufficienter. exiguè.
In tantum. vsque eò.
Intellectus. intelligẽtia, mẽs, ratio, mens simplex: id est, intellectus agens, qui dicitur.
Intelligibilis, quod in nostrã intelligentiam cadit, sub intelligentiam cadens, quod ratione sapientiáque comprehenditur, quod intelligentia & ratione comprehenditur. de Vn. 3. 4. 5. & 6.
Intentio, scopus, propositum.
Intercedo. deprecor.
Interfectio. occisio, cædes.
Interlocutores. eclogarij, nomina eorum qui in Dialogis loquentes inducuntur.
Internus. interior.
Interpretamentum. interpretio.
Interstitium. intermallum.
Intertexo. intexo.
Intitulo. inscribo.
Intricatus. nec caput nec pedes. Epist. lib. 7. ep. 31.
Intrinsecus. interior, intestinus. 4. Acad. 48.
Inualidus. irritus, nullus.
Inuerecundia. impudentia.
Inuiolabilis. sanctus, sacrosanctus.
Inuiolandus. inuiolatus, sacer, sacrosanctus.
Inuisibilis. quod fugit aciem, obtutum, sensum oculorum omnem.
Inuisito. viso.
Inundatio. proluuies.
Ioco. Iocor.
Iratè. iracundè, cum ira, per iram.
Iris, arcus species.
Irrationabiliter. malè, ἀλόγως.
Irrationabilis. rationis expers, mente ac ratione vacuus.
Irreconciliabilis. inexpiabilis.
Irreligiosus. ab religione remotus, nihil habens religionis, impius.
Irremissibilis. inexpiabilis.
Irrequietus. solicitus, laboriosus, exercitus.
Irritamentum. inuitamentũ, illecebra.
Irrito. irritum facio.
Itineror. iter facio, ambulo.
Iucundor. iucunditas mihi est, in voluptate sum.
Iudicator. existimator, æstimator, iudex.
Iuramentum. iusiurandum, affirmatio religiosa.
Iurans. iuratus.
Iurista. Iurisconsultus, iurisperitus, leguleius.

Labilis, debilis, infirmus.
Labium. labrum.
Laboratus. magnificis operibus, & plenum artis.
Lacessitio. concertatio, certamen, contentio.
Lacteo. lactens.
Lanio. lanius.
Laniatio. laniatus.
Laniena. cædes.
Lapido. lapidibus cædo, lapidationem facio, lapidibus apeto & percutio, obruo.
Lapillus. calculus.
Lasciuio. exulto.
Lasso. languefacio.
Lassus. defatigatus, languens, vel languidus.
Lauacrum. lauatio.
Laudabiliter. cum laude.
Laureo. laureatus.
Legenda. vita.
Lenimentum. leuamentum.
Lento. laxo.
Lepidulus. lepusculus.
Lethalis. funestus, mortifer.
Leuatiuus. habens leuationem doloris.
Liberum arbitrium. libera voluntas.
Librariã. bibliotheca, taberna libraria.
Licitè. bonis & honestis rationibus.
Licitor. liceor, auctionor.
Ligatus. constrictus, vinctus, alligatus.)(Solutus. 3. Offic. 108. Aliquẽm vinctum hostibus dare.
Lignamen. materia.
Ligonizo. pastino, fodio.
Linearitèr. ad lineam.
Lineus. linteus.
Liquiditas. liquor.
Litigatio. concertatio.
Litigium. rixa.
Locum tenens. legatus, præfectus, vicarius.
Logica. logice.
Lucifuga. lucifugus.
Lucrosus. quæstuosus.
Luctificus. luctum afferens.
Lupanar. lustrum.
Lurco. helluo, gurges, nepos, ganeo.
Luridus. squalidus.
Luror. squalor.
Luscioſus. luscitius, qui oculos hebetiores habet.
Lusor. aleator, collusor.
Lusorius. aleatorius.
Lusus. lusio.
Latina. fides, ium.
Lutosus. luteus, lutulentus.
Luxus. luxuria, luxuries, diffluere luxuria, delicatè ac molliter viuere.
Lucernarius. lychnuchus.

Macero. conficio.
Macilentus. macie præditus.
Macor. macies.
Macresco. extabesco.
Macrologia. longa nimis oratio.
Macrobius. longæuus.
Maculatura. litura.
Madefacio. perfundo, respergo, imbuo.
Magnanimiter. magno animo.
Manificens. magnificus.
Maledicens. maledicus.
Maledicentia. procacitas linguæ, procacitas, morbus procacitatis, petulantia.
Malefactor. malemeritus.
Maleuolens. maleuolus.
Maleuolo. malè odi, malum volo alicui.
Malignus. qui prauo animo est.
Manifesto. apertum & manifestum facio, in medium profero, palàm facio, profero, planum facio, aperio, enuncio, edo, diuulgo, apertum ante omnium oculos pono, patefacio, profero in vulgus, indico, foras effero, ad populi aures peruenio, in conspectu pono, in luce colloco.
Mantica. 1. Off. 146. Fit enim nescio quomodo, vt magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis, si quid delinquimus.
Marceo. langueo, languesco.
Marcesco. putresco.
Marcidus. putridus.
Marito. colloco, in matrimonium colloco, loco nuptiis.
Masculinus. virilis.
Mastico. mando, conficio.
Mechanicus. sordidus, illiberalis.
Mediator. arbiter, arbitor honorarius, sequester, deprecator.
Medicor. medeor, medicinã affero, adhibeo, curo.

Medimnus.medimnum.
Meditatè.cogitatè, meditatus.
Melioro.melius facio.
Melioreſco.melior fio.
Memoriale.commentarium.
Menda.mendum.
Menſor. metator,decempedator.
Menſurator.metator,decempedator.
Menſuro.metior.
Merda.cibi reliquiæ,quas natura reſpuit.
Meretricor.palàm me in meretricia vita colloco.
Meridior,vel meridio. meridianum ſomnum capio.
Meſſana. Mamertina ciuitas.
Metaphora.tranſlatio.
Methodus.ratio & via.
Macrobius. contentus vitæ anguſtiis.
Minera.vena.
Minimi facio. in minimis pono.
Minutim. minutatim, exiguè,exiliter,κατὰ λεπτόν.
Miraculosè.mirabiliter.
Miraculoſus.portentoſus.
Miraculum.miracula, mirabile,prodigio ſimile,oſtentum, prodigium.
Miſanthropos. hominum aſpectum lucémque vitans.
Miſſa.res diuina.
Modifico.L.Modificatus.
Mœchor.adulteror.
Moleſto. ſolicitum habeo, malè habeo, ſolicito, exerceo, vexo, moleſtum facio, moleſtiam affero.
Mollifico.mollio.
Monarchia. regale ciuitatis genus, cùm dominatu vnius omnia tenentur.
Moriger.obediens.
Mucus.humor.
Multifarius.varius, diuerſus, multiplex.
Multoties.ſæpe.2.de Orator. 191.
Murator.faber.
Mutio.hiſco.
Mutuaticius.alienus,aliunde aſſumptus,aliunde petitus.
Mutuitas.mutuum.
Mutuo. mutuum do, vtendum do,commodo.

NArbona.Narbo.
Natatus.natatio.
Natiuitas.ortus, dies natalis.
Nauci facio.nauci habeo.
Nauiarcha.nauarchus.
Naumachia.bellum,vel prælium nauale.
Neceſſito. neceſſitatem affero.
Negatiuus.negans.
Neotericus.recens.
Nequitioſus.nequam.
Neutralis medius,indifferẽs.
Nigredo.nigror.
Nitiditas.nitor.
Niuoſus.niualis
Nocentia.crimen.
Nocuus. infeſtus, perniciosus.
Nomenclatura. nomẽclatio.
Nominatiuus. rectus caſus.
Notandus.attendendus, notatione dignus.
Notarius.ſcriba,librarius.
Nothus.ſpurius.
Notomia.anatomes.
Nouiter.nuper.
Noua.nuncij.
Nouendecim. vndeuiginti.
Nubiloſus.nebiloſus.
Nullibi. nuſquã, nullo loco.
Nuncium.nuncius.
Nuncupatio.προφώνησις.
Nutricius.educator.

OBæratus.æratus miles.
Obiectio. quæ contrà dicuntur, contraria refutanda, aduerſariorum adiumenta, cõtraria,aduerſaria.
Obiectum. res obiecta ſenſibus,quod ſenſu percipitur.
Obiter,ἐν παρόδῳ. At.li.5.ep.20. & ep.21.ἐξ παρέργου. Qu. frat.lib. 3.ep. 9. ἐν παρέργῳ. præter rem, præter propoſitum,non conſultò,caſu quaſi præteriens.
Oblatio.liberalitas.
Obliteratus.in litura.
Obſidium.obſidio.
Obſtinatè. præfractè, pertinaciter,cum pertinacia.
Obſtupefactio. obſtupefactus.
Obtenebro.obſcuro,tenebras, noctem offundo,perſtringo.
Obuiatio.ἀπάντησις, obuiam itio,occurſatio.
Obuio.ἀπαντάω,occurro,obuius ſum, alicui me obuiã fero.
Occidentalis.occidens.
Occurſus.ἀπαντήσεις.
Octodecim.duodeuiginti.
Odoramentum.odores, odoratio.
Odoramentarius. vnguentarius.
Olfactus.odoratus.
Omnifariam. in omnes partes aliquem fallere.
Omnifarius. cuiuſque modi.
Omnimodè. omni ratione, omnibus modis.
Omnimodus. cuiuſque modi.Orator.89. Omni modo permouere aliquem.
Opacitas.locus opacus.
Ophthalmia. morbus oculorum.
Opificium.opus.
Opprobro.probrum infero.
Oratorica.Rhetorica, ratio, doctrina dicendi, ſtudium eloquentiæ, oratoria dicendi vis, ſtudium, vituns dicendi,facultas, exercitatio dicendi, bene dicendi ſcientia, via & facultas dicendi.
Ordinarius.legitimus.
Ordinatus. habens ordinem.
Ordine.exordine.
Orientalis.oriens.
Originale peccatum. natiuũ malum,vitioſitas.
Oſtentator.glorioſus, vanus.

PAcificè.cum pace.
Pædico. qui pueros amat turpiſſimè.
Palleſco.palleo,exalbeſco.
Palliditas.pallor.
Pallidus.decolor, exſanguis, ſine colore.
Pannus.veſtis,veſtitus.
Papyrus.charta.
Paradiſus. cœlum, hortus, hortulus, certus in cœlo ac definitus locus, vbi beati æuo ſempiterno fruantur, piorum ſedes & locus.
Paralogiſmus.captio.
Parcitas parſimonia.
Paroxiſmus. commotiuncula,tentatio.
Particularis. in parte, præcipuus,ſingularis,τὸ κατὰ μέρος.
Particulariter.præcipuè.
Paruifacio.in paruis vel minimis pono, nullo loco habeo, pro nihilo habeo,puto.
Paſcuum. paſcua, paſtus pecudum.
Paſſio. perturbatio, affectio animi,animi dolor.
Paſſiuus. παθητικός, patibilis.
Paſtino.fodio.
Pathicus.puer emptus libidinis cauſa, puer meritorius, qui turpiter patitur, exoletus peni deditus.
Patrocinor. adſum pro aliquo,cauſis præſtò ſum.
Pauefacio. pauorem affero, metum incutio.
Pauefactus.exterritus.
Pauidus.pauens.
Pauperies.paupertas.
Pauſa.reſpiratio.
Peculor. depeculor, peculatum facio.
Penſionarius.vectigalis.
Per accidens. temerè, caſu, fortuitò.
Peremptorius.à prætore dies dictus.
Periuro.peiero.
Perpendiculariter. ad perpẽdiculum, ad lineam, rectis lineis,ad pares angulos.
Peſtiferus.peſtifer, perniciosus.
Pertingo.pertineo.
Peſtranſeo.permeo.
Peſſundo. obtero, protero, conculco.
Phantaſticus.opinioſus.
Philoſophaſter.minutus philoſophus,plebeius philoſophus, vel minorum gentium.
Phlebotomo.ſanguinẽ mitto.
Phlegma.pituita.
Phlegmaticus.pituitoſus.
Phraſis.verba coniuncta.
Phyſiognomia. L. Phyſiognomon.
Phyſiognomus. phyſiognomon.
Pignero.oppignero.
Pilo.pila ludo.
Piſcatio.piſcatus.
Planctus.plangor.
Planeta.astrum,vel ſtella errans,ſtella vaga,ſidus errãs ſtellæ quæ falsò errantes vocantur.
Planitudo. æquor, planicies.
Plantarium. planta, ſeminarium.
Planto.ſero arbores, ſemino ſtirpes,facio oliuetum, inſtituo vineam.
Pleureſis.pleuritis,lateris dolor.
Plico.complico.
Plurimus.plurimum.
Podager.podagricus, arthriticus.
Pœnitendus. ἀμεταμέλητος.
Ponderoſitas. grauitas, pondus.
Populoſus frequens.
Portarius.ianitor.
Poſſibilis. δυνατός, quod in noſtram poteſtatem cadit,quod fieri poteſt.Attic.lib.8.ep.3. Poteſt fieri,quod ſit in multis quæſtionibus,vt,&c.& Epiſt. lib. 13. ep.73.Poteſt fieri vt fallar.
Poſſibilitas. facultas, vires, vis.
Potentia. facultas, Græci δύναμιν dicunt.
Potator.vinitor.
Potentia eſſe.eſſe poſſe.
Practica. vſus, experientia, aſſiduus vſus vni rei dedimus.
Practicus.experiens, vſu peritus,agitatus,exercitatus, magnum vſum habens, rerum varietate atque vſu ipſo perdoctus. Att. lib. 2. ep. 16. ἐμπειροτέρους. & li.2.ep.3.κατὰ τὸ πρακτικὸν. pro Clu. 81. Vir vſu atque exercitatione præditus.
Præcedo.præcurro, antegredior.
Prædeſtinatio. fatum.
Prædeſtino.deſtino.
Prædicamenta.ſumma rerum genera.
Prędicari apud Philoſophos. & in aliquo.
Præfatus.dictus,de quo dixi.
Præfiguro.denoto, exprimo.
Præfoco.ſuffoco.
Prælatus.Antiſtes.
Præmió.præmiis afficio,præmium do, præmium tribuo, præmiis dono.
Præodoror.Odoror.
Præſagium.præſagitio, præſentio.
Præſentaneus.præſens.
Præſumo hoc mihi ſumo.
Prætextum.hypotheſis.
Prætextus nomen.ſimulatio, ſpecies,per cauſam, per beneficium.
Præualeo.præſto.
Prauè.perperam.
Prepon.L.decorum.
Primatus.principatus.
Principaliter.προηγουμένως.
Principior.inſtituo.
Priuatiuus.priuans.
Priuilegiatus.præmio affect'
Priuus.orbus,inops,nudus. caſſus,vacans.
Probiter.probè.
Proceriter.procerius.
Procliuiter.procliuius.
Proculco. conculco,protero.
Procul dubio. ſine dubio.
Prodigalitas.effuſio, profuſio.
Prodigaliter.prodige.
Prodigo.effundo, profundo, conſumo,diſſipo, dilapido, exhaurio,minuo,pecuniam conijcio,iacturam patrimonij facio, rem familiarem dilabi ſino.
Producere fructus. efferre fructus.
Proferre fructus. efferre fructus,ſegetes,& id genus.
Profectus. magnus progreſſus in aliqua ſententia.
Profeſſor. magiſter, alicuius artis doctor.
Profunditas.craſſitudo.
Progenero.progigno.
Prolongo.traho,differo, profero,prouecho,produco, prorogo,propago,diem profero,tempus differo, amplius pronuncio,longum facio.
Promano. permano, prouenio.
Promptitudo.alacritas.
Propalo. in medium profero,diuulgo.

ro, diuulgo, palàm profero, recito.

Properatus. promptus.

Properanter. festinanter, properans.

Properè. festinanter.

Properus. præproperus.

Prophasis. L. Prætextus.

Proponere quæstionem. ponere quæstionem, aut aliquid de quo quis audire velit.

Proportionaliter. pro rata portione.

Prorsum. prorsus.

Prosa. soluta oratio, verba soluta, oratio, nuda oratio, soluta à modis oratio.

Prospicienter. prudenter, prouidentissimè.

Prostituo. corpus palàm ad omnes libidines diuulgo, & vulgo, palàm in meretricia vita me colloco, omnibus me colloco, omnibus me vulgo, peruulgo.

Protector. patronus, parens ac deus vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis.

Proteruè. petulanter.

Proteruia. proteruitas.

Protestor. denuncio, testor, contestor.

Protocollum Autoritates.

Prouentus. fructus.

Proximior. interior, vicinus, citerior, propior, iunctior.

Puellaris. virginalis.

Pullatus. atratus.

Pulmentarium. pulmentum.

Pulpamentum.

Pulpitum. suggestum, pons.

Punctus. punctum, momẽtũ.

Punitus. mulctatus.

Purgamentum. sordes.

Puritas. proprietas, munditia, elegantia.

Puriter. purè.

Pusillanimitas. timiditas, animus pusillus, angustus animus & demissus, imbecillitas, infirmitas, egestas animi, angustiæ pectoris.

Pusillanimiter. timidè, timido animo, humili, demisso, fracto.

Pusillanimus. timidus, qui paruo animo est, animi parum habens, vel nihil, parui animi, homo, mentes angustæ & humiles, ieiuno & angusto animo, minutus & angustus.

QVadrum. quadratum.

Qualis qualis. cuiusque modi, cuiusmodicunque, qualiscunque.

Qualitercunque. perinde, vt cunque.

Quantitas continua & discreta. quantitas continuata & deuincta.

Quantitas. numerus, vis.

Quiditas. L. Essentia, & Vis.

RApinor. rapio.

Ratifico. ratum facio, ratum habeo.

Rationabilis. est ἐυλογον, idque eram suspicatus.

Rationabiliter. probabiliter, certa ratione, probabili coniectura & ratione.

Rauceſco. raucus fio.

Raucitas. vox obrusa.

Rebellio. defectio, alienatio, perduellio.

Rebellis. qui ab aliquo desicis, perduellis.

Rebello. ab aliquo desicio, desciſco, recalcitro.

Receptor. receptator, coactor.

Recommendo. commendo.

Recompenso. compenso.

Redargutio. refutatio, reprehensio, Græcè ἔλεγχος.

Reditus. fructus, vectigal, quod ex tuis possessionibus reficitur.

Reduplico. conduplico

Refocillo. reficio, recreo.

Regaliter. regificè.

Regimen. consecutio.

Registro. in publicas tabulas refero, in libellum refero.

Registrum. commentarium, commentarios veteres dixerunt, tabulas, literæ publicæ.

Reiuuenesco. renascor, reuiuisco, repuerasco.

Relatiua. quæ sub eandem rationem cadunt, quæ cum aliquo conferuntur.

Relatiuè. comparatè.

Relaxus. laxus.

Remordeo. morderi est melius conscientia.

Ren. renes.

Renego. nego, denego.

Repudium. repudiatio.

Repulsio. repulsa.

Respectiuè. comparatè.

Respectus. ad priuatum dolorem, ad rationem resp.

Resplendeo. reluceo.

Restagno. redundo.

Restauro. refarcio, restituo, instauro.

Resurgere à mortuis. excitari ab inferis, reuiuiscere.

Resumo. colligo, recreo, recipio me.

Resurgo. surgo, excitor ab inferis.

Resuscito. recreo, excito, ab inferis reuoco, ab Achetõte excito, vitam restituo, à mortuis excito, reducem ab inferis sisto.

Reualesco, conualesco.

Reuelo. enuncio, indico, profero, apetio, illustro, patefacio.

Reuolutio. replicatio, circulus, orbis, rotundus ambitus, conuersio.

Rhetoricor. Atti. lib. 15. ep. 16.

Ranæ enim ῥητορεύειν.

Ridicularis. iocularis, ridiculus.

Ringo. subringor.

Risibilis. qui habet naturam vt ridere possit.

Rixosus. concitus ad rixam

Robustè. nernosè.

Robustitas, gladiatoria corporis firmitas.

Rubedo. rubor.

Ruditas. infirmitas ingenij, stupiditas, stupor.

Ruricola. agricola.

SAcristia. sacrarium.

Sæuio. sæuitiam in aliquem adhibeo, sæuitiam exerceo, crudelitatem in aliquem adhibeo.

Sagittator. sagittarius.

Salarium. merces, præmium.

Saluator. sotor, seruator, conseruator.

Saluificus. salutaris, salubris.

Salutifer. salutaris.

Saluus conductus. fides publica.

Sanè salubriter.

Sanguisuga. hirudo.

Sapidus. condicus.

Satiatus. saturatus, satietate defessus.

Satum. seges.

Scabinus. iudex.

Scabo. perfrico.

Scabrositas. spinæ differendi, asperitas.

Scalpo. perfrico.

Scibilis. quod scientia continetur.

Scintillo. igniculos iacio.

Scire propter quid. scire rem ex causa.

Scire quia est. scire rem ex effectu.

Scrupulosè agere. nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare.

Sculpo. incido.

Sculptor. fictor.

Scultetus. prætor.

Scurrilitas. obscœnitas, scurrilis iocus.

Secessus. recessus, locus remotus, solitudo, latebra, longè, procul ab oculis populi.

Secretè. secretò.

Sectatio. affectatio.

Sectatrix. consectatrix.

Secundò. secundo loco.

Secundum Lucam. Euangelium scriptore Luca.

Secundum virtutem. ex virtute.

Secundum quid. quadam ex parte.

Securatio. cautio.

Securor. caueo ab aliquo.

Securè. sine cura.

Semel adhuc. iterum.

Sensatus. sentiens.

Sensibilis. habens sensum.

Separatio, diuortium, dissidium.

Septẽtrionalis. Aquilonalis, sub axe positus, ad septem stellas: aliter, Aquilonaris.

Sequ x. qui sequitur.

Seriò. grauiter, affirmatè.

Seriosus. serius.

Serua. ancilla, famula.

Sigillo. signo, obsigno, consigno.

Significatum. vis, notio, sententia, potestas, significatio.

Signio. signo, insignio.

Simul natura. simul naturæ ordine.

Simul tempore. simul temporis ordine.

Singilatim. singulatim, singillatim, sigillatim.

Situatus. situs.

Solamen. solatium.

Solennizo. ago diem festum, ago diem natalem quotannis.

Solummodo. duntaxat, tantummodo, solùm.

Somnolentia. sopor, languor.

Somnolentus. somni plenus, somniculosus, grauibus oculis.

Sonoritas. canorum.

Sonorus. canorus.

Sopio. consopio.

Sparsim. fusè.

Specialissima species. vltima, extrema, species, seu forma.

Specialis. præcipuus, vltimus, extremus.

Specialiter. speciatim, nominatim, sigillatim.

Species. forma.

Sperma. semen.

Spira. sed est quasi rudentis explicatio.

Spissitudo. frequentia.

Spontaneus. voluntarius.

Spuo. conspuo,

Spurcitia. lues.

Sputo. conspuo.

Stadio dromus. qui stadium currit.

Statuarius. fictor, qui signa fabricat.

Sternutatio. sternutamentũ.

Stipendio. conduco.

Scuba. hypocaustum.

Subalterna genera. genera quorum vnum ab altero continetur, vel quorum vnum alterri genus est.

Subalternio. subiungo: vt omnes artes oratori subiungere vel subiicere.

Subcontrariæ propositiones. aduersis contrariæ.

Subditus alicui. subiectus, vectigalis, stipendiarius, cliens.

Subhasto. præconi subiicio.

Subitanè. subitò.

Subitaneus. subitus.

Subiugatus. qui in dominatu alicuius est, subiectus.

Subiugo. subigo, bello domo, iugum ferunt imponо.

Subiugus. subiectus.

Sublimitas. excelsitas.

Sublimiter. sublimè.

Submonitor. hypodidascalus.

Substantia. natura, opes.

Substitutus. vicarius.

Successiuè. sensim, pedetentim.

Sufficiens. contentus.

Sufficienter. satis commodè.

Sufficientia. quod satis est.

Sugillo. existimationem imminuo, violo, famam lado, de fama detraho.

Summaria. capita.

Sumtum. sumtio.

Superabundo. supero, superfluo, affluo, abundo.

Superbio. semel dictũ à Cic. 4. Acade. 50. efferor, fastidio & contumacia efferor, animos effero, extollor, insolesco, spiritus assumo.

Supercilios us. qui vultu importuno est.

Superficies. extremitas, libramentum. Græcè ἐπιφάνεια.

Superfluitas. redundantia.

Superfluus. superuacaneus, superuacuus, reduncans, quod supersit.

Superimpleo. cumulo.

Superioritas. excellentia, præstantia.

Superscriptio. inscriptio.

Superuiuo. supersum.

Supponere. ponere.

Suspiratio. suspirium.

Sustentaculum. fundamentum, basis.

Syllogizo. ratiocinor.

Syllogismus. ratiocinatio, ratio, argumenti conclusio, συλλογισμὸς ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit.

Symbolum.

Symbolum,collecta.Topi.35. Aristoteles σύμβολον appellat, quod est Latinè nota.

Syncope. Orator. 156. Idem poëta, qui inusitatius contraxerat: Patris mei meûm factûm. pro meorum factorum. *ibid.* 157. Et plenum verbum rectè dici, & imminutum vsitatè. *ibid.* Siet plenum est,Sit imminutum.

Syngraphum.syngrapha.

TAbularius, vel tabellarius. custos tabularum, & tanquam quæstor.

Tantillus.ne punctum quidem temporis,minima mora.

Tangibilis. tractabilis, res quæ sub tactum cadit.

Tardatio.tarditas, procrastinatio,mora,commoratio.

Taxo.æstimo.

Techna.dolus,fraus.

Tegmentum.tegmen, tegumentum.

Temo. clauus, gubernaculum.

Temperatura. temperamentum,temperatio.

Temperies.temperatio, constitutio,temperamentum.

Tempestuosus. turbulentus.

Tenaciter.pertinaciter.

Tenebrosus.tenebricosus, cæcus.

Tentamentum.tentatio.

Tepiditas.tepor.

Terrefacio. terrorem affero.

Terreus.terrenus.

Terriculum.terrificus.

Testatio.testificatio.

Textus.scriptum.

Theorice.Cognitio, cõtemplatióque naturæ:tractare contemplarique res cognitione dignissimas, θεωρητικὸς βίος.

Thermæ.τὰ θέρμα.

Thesaurizo.pecuniam cõdo.

Tinctor.infector.

Titulus.inscriptio.

Tolerans.perferens.

Tonstrix.tonstricula.

Tonus.sonus.

Tormento.excrucio.

Tornator.L.Mentor.

Tortura.tormentum.

Totalis.totus.

Toxicum.venenum.

Tractatus.tractatio,opus, liber,lucubratio.

Tractim.lentè.

Transactio.decisio.

Transfiguro.muto, commuto,conuerto.

Transfodio.transfigo.

Transformo. conuerto, forma aliqua induor,me conuerto.

Transijcio. traijcio, transfigo.

Transmigratio animarum: elicjes ex iis quæ sequuntur.de Vn.38. Qui autem intemperatè vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet: & si ne tum quidem vitiorum finem faciet, grauiùs etiam iactabitur, & in suis moribus simillimas figuras pecudum & ferarum transferetur: neque malorum terminum prius aspiciet, quàm illam sequi cœperit conuersionem, quam habebat in se eiusdem & vnius simul innatam & insitam.

Transmutatio.vicissitudo.

Transnato.Trano,transno.

Terminus. vocabulum, aut verbum.

Transcribere.describere.

Transmutatio.vicissitudo.

Transmuto.conuerto, transfero.

Trecenti.tercenti.

Tredecim.decem & tres,tres & decem.

Trepidus. tremens, horrens.

Triginta octo. duo de quadraginta.

Triuncum.teruncius.

Tropicus. solstitialis orbis, brumalis orbis reuocatio.

Typographus.librarius.

Tyrannicida. vindex & oppressor dominationis, tyrannoctonus, qui tyrannum necauit.

VAcantia. vacatio.

Vacuo. exhaurio, vacuum facio, nudum, inanéque relinquo.

Vacuum.inanitas,inane.

Vagabundus. vagus, qui sedem stabilem & domicilium certum non habet.

Valedico.iubeo valere.

Valenter.fortiter,viriliter.

Valor.precium, æstimationis autoritas,momentum,virtus.

Vanè.inaniter.

Vappa.vinum fugiens.

Vasallus fundus: vt, fundus, populus,eliens.

Vaticinium. vaticinatio.

Vbertim.vberius.

Vecordia.stupor cordis.

Vegetatiuum. quod viget, quod viuit.

Vehementia.acrimonia.

Velox. concitatus, incitatus, excitatus,volucer.

Venenosus.venenatus.

Venerosus,venereus.

Ventositas.quod habet inflationem magnam.

Verifico.probo.

Veriloquus.veridicus.

Verificor.condo poëma, pãgo, facio,cõficio versus,& cano.

Vices.partes.

Victualia.commeatus.

Visibilis.aspectabilis.

Visus. aspectus, acies oculorum.

Vituperium.opprobrium,vituperatio.

Viuacitas.viriditas.

Viuifico.vitando.

Vlcero,exulcero.

Vlterius.longius.

Vltimatè.proximè.

Vltroneus.voluntarius,lectus ipse à se.

Vnanimis,vel vnanimus. cõcors.Consentiens,vna mẽte cõgruentes,consentiẽtes, vna voce,vna mente consentiẽtes, vna mente vnáque voce, vna atque constanti voce, vna voce ac mente:voluntatum, studiorum & sententiarum summa consensio: omnes vno ore consentientes, omnes ad vnum idem sentientes, hominum consentiens autoritas.

Vnanimitas. consentiens volũtas, vnus consensus omnium.

Vnanimiter. vna mente vno ore, omnes vno animo atque vna voce, vna voce & consensu.

Vncinus.vncus.

Vncus.vncinatus.

Vndecunque.ex omni parte, vndique.

Vniformis.vniusmodi, sui similis. & eiusdem naturæ, constans,perpetuus.

Vnigenitus.vnigena, vnicus.

Vnio concordia.

Vnio, *nis.* in vnum conduco, congrego.

Vniuersaliter.generaliter generatim,vniuersè, omnino, καθόλου.

Voluptuosus. volutarius, iucundus.

Vomitus.vomitio.

Voracitas. abdomẽ,edacitas.

Vulgariter. populariter, plebeio sermone, patrio sermone.

ZElus,æmulatio.

Zephyrus.Fauonius.

Τῷ Θεῷ μόνῳ δόξα.

LVGDVNI,

PER PETRVM ROVSSIN,

ANNO SALVTIS HVMANÆ,

cIↃ. IↃ. LXXXVIII.

mense Februario.

* *

PROGYMNASMATVM IN ARTEM ORATORIAM FRANCISCI SYLVII AMBIANI, VIRI ERVDITIONE recta & iudicio ſubacto inſignis, Centuriæ tres:

Omnibus ſucci illius natiui & quaſi puriſſimi ſanguinis incorruptæ proprijſſimæq; Latinitatis cupidis: inſuper ad oſtendendam viam imitandi diſertos, ac rationem iudicandi de eorundem orationibus, perutiles & neceſſariæ.

Ab eodem ALEXANDRO SCOT Scoto, ſublatis iis quæ aut ex Græcis authoribus, aut Latinis quidem, ſed oratione non ſatis limatis citabantur, & annotatis librorum numeris ſeu ſectionibus vnde Ciceroniana teſtimonia ſunt deprompta, factæ, quàm priùs, politiores.



LVGDVNI,
Apud Ioannem Pillehotte, ſub ſigno nominis IESV.

M. D. XCVI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

ALEXANDER SCOT ERVDITO LECTORI, SALVTEM.

ETSI tota bene dicendi facultas (Amice lector) aurium potiùs accurato iudicio moderanda, quàm vllis præceptorum anguſtiis coarctanda ſit : etenim (inquit Orator) cæteræ ferè artes ſeipſæ per ſe tuentur ſingulæ:bene dicere autem , quod eſt ſcienter,& peritè & ornatè dicere,non habet definitam aliquam regionem cuius terminis ſepta terminetur:tamen linguam Latinam cùm non niſi diligenti magiſtrorum opera, ardenti ſtudio, continuato labore, diuturnâque auhorum qui in eo genere claruerunt lectione nanciſcamur,imbecillioríſque ætatis aures rudiores ſint,quàm vt verborum ornatum poſsint agnoſcere, præceptionibus quibuſdam eas imbuere & inculcare doctorum virorum fuit conſilium : ne eorum quoque dicendi generum quæ præceptis incluſa non ſunt,omnino ſaltem ſint ignari. Quo itaque iuniores qui nondum comptos & politos Romanæ dictionis modos,vulgatémque Grammaticulorum barbariem poſſunt diſcernere, cautiùs & prudentiùs in Ciceronis (quem ego eloquentiæ vnum exemplum, vnam formam , atque Ideam vnicumque bene dicendi magiſtrum ſtatuo) lectione verſentur , tres hic , Franciſci Syluij viri cùm in hoc ſtudio, tum omnium humanarum artium exercitatiſsimi,præceptionum oratoriarum Centurias ſubiunximus, in quibus non adhuc rude ornati ſeſe exerceant , auréſque bene dicendi modulo paulatim demulceant. Sed cùm multùm, vel potiùs plurimùm referat quorum ſcriptis huiuſcemodi præcepta confirmentur,& quos libellos pueri, vel tanquam pueri (ſera namque eſt multorum diſciplina) afferamus,quibus denique verbis diſcipulos imbuamus,vix Latina multorum quæ hic adferebantur priſcorum teſtimonia, vt exemplorum lectori eſſet copia , Græcóſque authores, à Ciceroniano dicendi ſtylo abhorrentes (Omnes enim linguæ ſuas habent proprietates) nos expunximus,ne quas priùs barbariæ imbiberint feces,dulcia deinde infuſa vina corrumpant.Exemplorum autem hic factam iacturam noſter hic APPARATVS (vt ſpero) reſarciet,& quo iucundior adeò & tutior ſit Ciceronianorum vſus,& libros & librorum ſectiones, vnde ſunt deſumpta teſtimonia,citauimus. Quòd ſi fortè nonnulla non à me annotata agnoueris,non ſtatim neglecta aut prætcrita, ſed ſæpius in APPARATV eadem obuia eſſe ſcito. Vale.

FRAN

FRANCISCI SYLVII

IN ARTIS ORATORIAE PROGYMNASMATA, AD ROBERTVM VATELLVM Sancti Fusciani in Sylua Abbatem Proœmium.



RIA Oratori videnda esse autor est M. Tullius, quid dicat, quo quidque loco, & quomodo dicendum omnino est. Quod enim Architectus prudens ædificaturus domum obseruare solet: oratori id necessarium esse putamus. Vt enim primum hic animo colligit quid sit ædificaturus, ideóque aptam operi suo materiam disquirit inuenitque: eam deinde ita disponit, vt quid fundamentis, quid parietibus, quid tectis aptum sit distinguat: postremò ad amussim fabricans polit componitque omnia. Ita oratori primùm quid dicturus sit cogitandum est, vt materiam orationi suæ accommodatam inueniat: deinde quid in principio, quid in fine, quid in medio collocari aptius possit, disponat. Quod tandem ita disposuerit, ornatè ac eleganter componat. Sed vt in architectonica, ita & in Rhetorica componere quàm inuenire difficilius est. Hæc enim hominibus etiam imperitis literarum negata non sunt: illud oratori vix concessum est. Ideo M. Cicero inuentionem ac dispositionem prudentis hominis esse, oratoris elocutionem putat. Eam partem operis, vt inter omnes oratores conuenit, difficillimam, sine qua reliquas partes gladio condito, atque intra vaginam hærenti similes esse Quint. autor est. Eam verò Ciceronis ætate difficilem minus quàm nunc sit fuisse, est quod mihi persuadeam. Quippe quum is tum fuerit vsus linguæ Romanæ, vt etiam mulieres aliæ in foro dicerent, aliæ carmina facerent: & ætate paulò superiore filios aut alumnos doctè erudirent. Ab incunabulis penè cum lacte nutricis latini sermonis puritas hauriebatur. Ei ergo qui ab ineunte ætate eloqui didicerat, elocutio difficilis omnino non erat. Nũc verò hic quã difficilis sit, dici non potest. In primis à sermone latino domesticus alienissimus est. Decennes pueri ipsas literarum formas, quæ parentum dementia est, vix norunt: ij enim eam sibi induerunt persuasionem, vt putent ingenij paruitatem disciplinas ac studia capessere toleraréque nõ posse: quũ ætas nulla sit, quæ capta semel pertinacius retineat, quæque laboris tolerantior sit. Prius ergo domesticæ linguæ improprietatẽ, quæ plurima est, imbiberunt pueri, quàm ad magistros proficiscantur. Ad eos vbi venêre, colloquentes cum suis condiscipulis linguæ latinæ tanquam feces hauriunt. Primarij enim scholarum magistri vsu sermonis vernaculi eos tam seuerè prohibent, vt si qui ab obseruatoribus clàm dispositis hoc sermone loqui deprehendantur, pœnas graueis expendant. Igitur quoniam Latinè loqui coguntur, Latinum sermonem putant omnem eum qui Latini formam habeat. Quæ causa est, vt barbara multa ipsi sibi confingant. Sed à condiscipulis plura multò accipiunt. In scholis enim publicis improprij rusticique sermonis multò plus audias, quàm proprij atque Romani. Qui enim loquuntur, ex consuetudine magis quàm vlla ratione loquuntur. Nihil improbant magistri, modò ne sit sermo domesticus: quem ita perosi sunt, vt non improbent, si ei vocabulo quòd Latinè dicere non possunt discipuli, syllabam vs adiecerint, vt ne Latinum non esse videatur. Ridicula mehercule res est. Ei autem loquendi vitiosæ consuetudini vim non paruam adiungunt ij qui Dialecticæ auditores sunt: qui qua lingua, quo sermone loquantur, modò se intelligant, securi sunt. Non parum elocutioni inimica primariorum auaritia est, qui erudiendis discipulis magistros ditiores quàm doctiores præficiunt: qui magisterium, hoc est, docendi officium conducunt potius quàm locent operam suam. In scholis ergo, vt, quod sentio, breuiter dicam, ea imbibuntur dicendi vitia, quæ serò vix deprehendant ij qui in literis politioribus postea versati sunt Quæ si forte deprehenderunt, in ea nonnunquam imprudentes recidunt. Quare apud me auditorum sermo vernaculus quàm rusticus præponderet, laborandúmque præceptoribus potius est, vt propriè latinéque loquantur discipuli, quàm ea ne lingua vtantur vernacula. Est igitur difficile, vt Latinè pueri loquantur: nisi eorum instituendorum ratio aliò quæratur. Sed multo est difficilius vt ornatè eloquantur. Quam partem oratori præter alias necessariam esse diximus. Quo igitur purius ornatiúsque discat loqui studiosa iuuentus: has dicendi præceptiones scribendas suscepimus. Eas autem ex multa sedulàque & diligenti poëtarum, historicorum, & maximè oratorum in dicendo obseruatione desumpsimus. Ea enim assidua lectionis obseruatio tantum potest: vt Seruius, quem literatissimum fuisse Ciceroiudicat, ita notandis poëtarum generibus & legendi consuetudine tritas aureis haberet, vt facilè diceret, versus hic Plauti est, ille non est. Cæsar item, si quid ei quod Ciceronis non esset, pro eo quod Ciceronis esset afferretur, reiicere solebat. Has Seruij atque Cæsaris aures nobis non arrogamus: sed in notandis dicendi generibus aliquid fortasse profecimus. Quæ autem notauimus, adolescentiæ dicendi cupidæ inutilia quoniam non putamus: ea curauimus edenda. Sed ne quis ea perpetuò

putet obseruanda, quod ad Brutum Cicero scribit, mihi dicere licet: Nihil me præcipiendi causa dicturum: atque potius acturum, vt existimator videar, loqui, non magister. Negamus enim in arte dicendi vllam praceptionem tradi posse, à qua sæpe declinandum non sit. Ideo M. Fabius oratoria sua præcepta rogationibus plebisue scitis sancta esse negat. Nam cæteræ ferè artes, inquit Cicero, se ipsæ per se tuentur, bene autem dicere, quod est scienter & perite & ornatè dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa contineatur. Hoc enim postremum ornatè dicere, de quo præcipuè nostra hæc præcepta sunt, in aurium iudicio quàm in præceptis obseruandum potius est. Verùm imbecillioris ætatis aures minus prudentes sunt, quàm quæ de coniunctorum verborum εὐφωνία iudicare possint: eam ob rem præceptis quibusdam imbuendæ inculcandæque sunt, vt aliorum quoque dicendi generum, quæ præceptis inclusa non sunt (Tradi enim posse omnia quæ ars efficit, Quintilianus non putat) rudes omnino ne sint. Quod autem mihi consilium fuerit ordinis huius in scribendis præceptionibus dicam, si modò paucis antè dixerim, cur Progymnasmata hæc tanquam interpolauerim. Annis superioribus duas præceptorum Centurias edideram, primum non mendosissimè impressas: deinde, postquam iterum ac denuò librarius idem impressit, tam mendosæ, tam fœdatæ, tam mutilæ, tam laceræ ad me tanquam de iniuria querentes adeunt, vt eas ego vix agnoscam. Obsecrat me studiosa iuuentus, qui eas nitori integritatique pristinæ restituam. Augei stabula purgare mihi visum est facilius, quàm has omnes librarij sordes eluere: ac fore putaui, vt laborarem minus ijsdem renouandis omnino: quibus Centuriam adiuncturus fui tertiam. In his autem duabus Centurijs multa auximus, pauca immutauimus, quod vitio non verterit is qui Marcum Ciceronem, Hippocratem, diuum Augustinum scriptorum suorum quædam retractasse non ignorauerit. Ordinem præceptorum ideo commutauimus, quòd, quo quæque loco aptius locanda putarem esse, volui, quo minus lectoris ingenium turbaretur. Nihil ex facie pristina retinent, fateor. Quid dissimile magis est, quàm librorum Ciceronis de inuentione ac de oratore facies? Sed hunc secuti ordinem sumus. Præcepta singula multis firmamus authorum testimonijs, quo sibi fidem acquirant maiorem: quoque frequenti eiusdem in dicendo generis repetitione auditor imbutus non tam facile obliuiscatur. In his exemplis non pauca sententiæ sunt, quæ autoritates vulgo appellantur. Quintilianus enim oratorem futurum instituens admonet, vt selectas ex autoribus probis sententias ediscat: quæ oranti posteà oblatæ non quæsitæ videantur: quas orationis lumina idem appellat. Theophrastus quoque illud vnum in orationis laudibus ornamentum dicit, si acutæ crebræque sententiæ dicantur. Thucydidem M. Tullius dicendi artificio laudat: qui ita creber sententiarum frequentia est, vt verborū prope numerum sententiarum numero sequatur. Quis crebras in Sallustio Crispo non probet sententias? Hesiodum quoque sapientem in primis habitum fuisse propterea quòd scripta sua sententijs plurimis infersisset, ex Plutarcho didicimus. Ipsæ itidem sententiæ in coronis, in deambulationibus, in conuiuijs, in omni denique sermone si dicantur commode, non paruam scientiæ opinionem afferunt. Præter hæc vim habent multam ad mores effingendos. Paucis enim verbis quid fugiendum, quidque sequendum sit, edocent. Sed illa sententiarum immodica vtilitas est, quòd materiam dicendi præstant vberiorem: sine qua dicendi ars nulla sit. Rerum enim copia copiam verborum gignit. Omnem orationem ex rebus ac verbis constare, autor est Cicero: Neque verba, inquit, sedem habere possunt si res subtraxeris, neque res lumen, si verba summoueris. Ideòque dicebat, idem, compositè & aptè sine sententiis dicere, insaniam esse: sententiosè autem sine verborum ordine & modo, infantiam. Apud eūdem Crassus quicquam tam esse furiosum negat, quàm verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanes nulla subiecta sententia nec scientia. Non ab re igitur multas ascripsimus autorum sententias. Quæ quo plures essent, ex scriptoribus Græcis nonnullis asciuimus: quibus latinè citatis præceptio dicendi obseruaretur. Sed quoniam oratori poëtam multis ornandi generibus socium ac penè parem esse M. Cicero tradit: poëtarum exempla deesse noluimus. In his autem poëtis, vt in oratoribus ac historicis, antiquos etiam citamus. Antiquitatis enim commemoratio, quod idem ait, exemplorúmque probatio cum delectatione, & autoritatem orationi affert, & fidem. Habet, inquit, vt in ætatibus authoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. Quam quidem fatetur apud seipsum valere plurimum. Autor est Quintilianus, verba ab antiquitate repetita orationi non sine delectatione maiestatē quandā afferre. Antiquitatis enim autoritatem habent: & quia intermissa fuēre, gratiam nouitati similem parant. Adde quòd antiquitatis exempla ad hoc etiam commemoramus, vt cum scriptoribus nouis antiquos comparare queas: vt noris quibus discrepent conueniántque. Sed quia in antiquitate huiusmodi tanquam scopulus fugienda multa sunt: si quod vocabulum aut dicendi genus priscum est, indignum quod imiteris, ad eum ne offendas, ostendimus. Oratori verò per omnia sequendos poëtas, quoniam Fabius negat, quòd eos necessitas metri excuset, censétque ab oratoribus vel historicis autoritatem peti solere: ea causa est vt poëtis historicos oratorésque subscripserimus. Quorum Ciceronem quasi Triarium collocamus vltimum, autoritate cuius firmentur ij qui sunt superiores. Ne ergo mireris, cur tam multa scriptorum exempla conscripserimus, admonitum te voluimus. Quòd si omnia legere fastidis, quantumuis pauca aut nulla lege. Ab ipso enim statim principio capitis, penè totam præcepti habes materiam. Bene vale. Quinto Idibus Februarij.

Anno M. D. XXVIII. Parisiis,
ex ædibus Tornacis.

* * *

FRAN

FRANCISCI SYLVII

AMBIANATIS PROGYMNASMATVM

CENTVRIA PRIMA.

Vnde quærenda sit orationi elegantia. Caput I.



QVOD in moribus est, id in oratione exigendum puto. Vt enim multitudinis imperitæ mores non probantur admodum: ita qui semidocti vulgi sermo est, eo parum venustatur oratio. Ea enim vulgaris tritaq; si non sit, auditorum animos ad se allicit. seq; velut maiestate quadam præbet cum admiratione venerandam. Quocirca à vulgi sermone alienam esse debere censemus. Primum igitur rustica verba ac barbara impropriaq;, quibus lingua vsu nimio exæstuat, ne vsurpes. Vulgi sermonem non dico eum qui sit latinus, doctus, elegans: etiamsi vulgus vtatur. Fieri enim non potuit: quin vulgus nonnulla à doctioribus accepta sibi integra retinuerit. Deinde alius sit ordo collocandorū inter se verborū. Tertiū ingeniosa quædā inuentio dicendi, quæ à vulgari sententia absit, orationem relinquet venustiorem. De primo admonendum tetantum putauimus: de altero, multa sunt nostra hæc præcepta: de tertio dictū hic volumus. Exempla itaque ascribimus: vt, Amicitiæ nostræ integritas nos delectat maximè. Diceret enim multitudo, multum gaudemus quia boni sumus amici. Magnitudo amoris in te mei officium linguæ vel expeditissimæ superat. Virtus tua me tibi amicum fecit.

TIBVLLVS. *Viuite felices, memores & viuite nostri,*
Siue erimus, seu nos fata fuisse velint.

HORATIVS. *Porcis hæc comedenda relinquis.*

M. CICE. Hoc animo scito omnes sanos, vt mortem seruituti anteponant. Idem. Hyems adhuc remgeri prohibuerat. Idem. Or. 5. Nec verò Aristotelem in Philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis. Idem. Ibidem. Quoniam me loqui voluistis, aliquid de vestris vitiis audiatis. Idem 3. de Orator. 141. Hæc quum Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & à cæteris silentium fuit. Idem. ibid. 172. Nanque hæc duo, musici qui erant quondam iidem poëtæ, machinati ad voluptatem sunt versum atque cantum, vt verbotum numero & vocum modo delectatione vincerent aurium facietatem. Idem ibid. 98. Sic omnibus in rebus, voluptatibus maximis fastidium finitimum est.

Orationis obscuritas quo sit modo vitanda. Caput II.

NObis sermonem dedit natura, vt quod mente concipimus, id exprimere possimus. Eam ob rem orationis non postrema virtus est, vt dilucida sit. Qui enim obscure dicit, perinde fere proficit, ac si taceret. Multa orationi quæritur obscuritas à vulgo persuaso inter adiectiuum & substantiuum, inter suppositum & verbum, inter vocem regentem eamque quæ regitur, aliaq; genera eiusdem aliquid esse interponendum. Hæc autem ita colloces, vt adiectiuum prope substantiuum, suppositum prope verbum, recta dictio prope regentem, antecedens prope relatiuum ponatur. Si quid interpones, id breue sit, conuenatq; quoad eius fieri potest, cum vtroque, aut saltem altero eorum inter quæ interponitur, Vt in eo versu poëtæ Basi. Calliope princeps sapienti psallerat ore.

Quale illud Ciceronis est: ne apud eum quidem tale inueniri facile potest. Bona adolescentibus indole præditis sapientes senes delectantur.

Comparatiuum & superlatiuum substantiuo postponi elegantius. Cap. III.

ELegantiam maiorem, magisq;, puto, auribus blandientem sentias, si comparatiuum aut superlatiuum substantiuo postpones: quamuis id alij nonnulli, in quibus Valerius Maximus est, diligenter parum obseruent: vt, Vtilitas maior, vtilitas maxima. Dignitas amplior, dignitas amplissima, Amicus gratior. amicus gratissimus. Mala plurima affert mala victima.

ENNIVS. *Nunc est ille dies, quum gloria maxima sese*
Nobis ostendat, siue viuimus sine morimur.

PLINIVS. Homini cibus vtilissimus simplex. Idem. Fortissimi viri & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur. Aul. Gellius. Hippocrates diuina vir scientia de coitu Venerio ita existimabat, partem esse quandam morbi teterrimi: quem nostri comitialem dixerunt. Idem. Homines repente à bellua immanissima rapti laniatique sunt. Valerius Maximus. In Theodoro quoque viro grauissimo Hieronymus tyrannus tortorum manus frustra fatigauit. C. Gracchus. Nunc isti precia maxima obtacendum accipiunt. M. Cicero. 2. Tusc. 13. Cultura animi Philosophia quæ extrahit vitia radicitus: & præparat animos ad satus accipiendos: eáque mundat iis, &, vt ita dicam, serit: quæ adulta fructus vberrimos ferant. & Idem. 5. Tusc. 108. Quid T. Albutius? Num ne animo æquissimo Athenis exul philosophabatur? Idem. Tuscu. 48. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. & Idem. 2. in Anto. 3. Non venirem contra iniuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit. Idem. Epist. lib. 1. ep. 8. Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus. Idem ibidem. Senatu ordinem coniunctissimum & hominem clarissimum abalienauerunt. Idem. ibidem lib. 7. ep. 7. Imperatorem liberalissimum, ætatem oportunissimam, commendationem certè singularem habes. Idem. Cicero filius. Quum quotidie mecum haberem homines doctissimos. Idem. 3. de Orat. 98. Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est.

Quod nomina ea quæ numerum significant, substantiuis postponantur. Caput IIII.

EXemplo primo id doceri possit: nomina ea quæ numerum significant, substantiuis eleganter postponi: quæ sermone quotidiano præponi solent: vt, Annus tertius, Viri decem. Nuptiæ binæ. Zeno Citticus adolescentulo mepta loquenti plurima, duas, inquit, aures ideo habemus, & os vnum, vt audiamus multa, pauca loquamur.

OVIDIVS. *Teneros lædunt iuga prima iuuencos:*
Frenaq; vix patitur de grege captus equus.

PLAVTVS. *Pluris est testis oculatus vnus, quàm auriti decem.*
Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt.

PLIN. iunior. Prima vitæ tempora, media patriæ, extrema nobis impertire debemus, vt ipsæ leges monent: quæ maiorem annis sexaginta otio reddunt. Plinius. Homini non ante diem septimum lætalis inedia. Quintilianus. Sufficiebant alioqui libri duo à Domitio Afro in hanc rem compositi, quem adolescentulus senem colui. Idem. Demosthenes melius, qui se in locum ex quo nulla exaudiri vox, ni hilque prospici posset, recondebat: ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideóque lucubrantes silentium noctis & clusum cubiculum, & lumen vnū maximè teneat. Aul. Gellius. Herodotus homo fabulator in primo historiarum inuentum esse sub terra scripsit Oresti corpus cubita longitudinis habens septem: quæ faciunt pedes duodecim & quadrantem. M. Varro. Si cuius legati violati essent, qui id fecissent quamuis nobiles essent, vt dederentur ciuitati statuerunt fœciales viginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicarent, & statuerent & constituerent. Cicero. 2. de Orator. 109. Definitio primum reprehenso verbo vno, aut addito, aut dempto, sæpe extorquetur è manibus. Idem. 1. Offic. 57. Chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa est. Idem. Orat. 120. Quem laborem nobis Attici nostri leuauit, labor, qui cōseruatis notatisq; temporibus, nihil quum illustre præterm itteret, annorū septingentorū memoriā vno libro colligauit.

Adiectiuum dissyllabum substantiuo pluribus syllabis facto postponendum esse, Caput V.

Elegantia multæ orationis est tum, quum adiectiuum duas habens syllabas postpositum est substantiuo quod pluribus syllabis constet. Vt benuolentia magnæ facinus pulchrum: dignitas clara. Animus æquus optimum est aromatæ condimentum. Socrates saltabat sæpius: eamq; exercitationem valetudini bonæ non parum conferre putabat.

TITINNIVS. Consilium bonum gratia parui faciatur. Faciatur prisce dictum.

MARTIALIS. *Cineri gloria sera venit.*

TIBVLLVS. *Casta placent superis, pura cum veste venite,*
Et manibus puris sumite fontis aquam.
Idem. Vincuntur molli pectora dura prece.

PROPERTIVS. *Nempe tuas lachrymas littora surda bibent,*
Idem. Non me crimina parua mouent.

QVINTILIANVS. Nec præceptor bonus maiore se turba, quàm vt sustinere eam possit, onerauerit. Idem. Igitur Æsopi fabellas, quæ fabulis nutriculatum proximè succedunt, narrare sermone puto, & nihil se supra modum extollente, deinde eandem gracilitatem stylo exigere condiscant. SALLVSTIVS. Auaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi venenis malis imbuta, corpus, animumque virilem effœminat: semper infinita insatiabilisque est, neque copia, neque inopia rerum minuitur. CICERO. 3. de Finib. 38. Quis animo æquo videt eum quem impure ac flagitiose putet viuere. Idem. de Diu. li. 1. 62. Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur: quæres habet inflationem magnam. Idem. in Frag. Epist. ad Cæsarem lib. 1. Erat opinio bona de Plautio, bona de Lepido. Idem. Orat. 2. Quid enim est maius, quàm quum tanta sit inter oratores bonos dissimilitudo, iudicare quæ sit optima species & quasi figura dicendi. Licet à magnis authoribus obseruari non semper inuenias, attamen concinnitatem multam habere, senties autium iudicium si non neglexeris.

Quam vox omnis post substantiuum locari postulet, Caput VI.

Oratio omnis fere solet esse venustior, in qua vox omnis substantiuo postposita est. Vt virtus omnis, diuitiæ omnes, studium omne.

Honorati omnes suspecti sunt. Gyges quondam & Crœsus apertas habuisse thesaurorum suorum fores traduntur: vt egẽtibus omnibus inde liceret accipere. Viro bono diem omnem festum esse Diogenes dicebat.

CAECILIVS. *Vt te dij omnes infelicitent, cum male monita memoria.*

PACVVIVS. *Gnato ordinem omnem vt dederit, enodat patri.*

LVCILIVS. *Rugosi pasiq; senes eadem omnia quærunt.*

HORATIVS. *Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes.*

TERENTIVS. *Matres omnes filijs in peccato adiutrices, & auxilio in paterna iniuria solent esse.*

CORNELIVS CELSVS. Quadrupes animal omne, si lactans est, minus alimenti præstat. PLINIVS. Morbi omnes morsque sanguinem absumunt. Idem. Hordeum frugum omnium nobilissimum est. DOMITIVS AFER. Mulier rerum omnium merita, in omnibus rebus infelix. QVINTILIANVS. Frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus. Idem. Ridendi vero, qui velut leges proœmiis omnibus dederunt: vt intra quatuor sensus terminarentur. M. CICERO. lib. 5. Tusc. 114. Democritus impediri animi aciem aspectu oculorum arbitrabatur, & quum alij sæpe quid esset ante pedes non viderent: ille infinitatem omnem. Idem. Ibidem. lib. 3. 24. Est causa omnis in opinione, nec vero ægritudinis solum: sed etiam reliquarum omnium perturbationum, quæ sunt genere quatuor, partibus plures. & Idẽ. li. 1. 36. Vt deos esse natura opinamur, qualesq; sunt ratione cognoscimus: sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium. Idem. de Senect. 76. Omnino vt mihi quidem videtur, rerum omnium sacietas vitæ facit satietatem. Idem. 2. Off. 43. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur, ficta omnia tanquam flosculi decidunt. Idem. Ibidem. 19. Virtutis laus omnis in actione consistit: à qua tamen sæpe fit intermissio. Idem. 2. de Ora. 148. Si laudationes essent in oratoris officio, quod nemo negat, oratori virtutum omnium cognitionem, sine qua laudatio effici non possit, esse necessariam. Idem. Ibidem. 115. Atque ratio omnis dicendi tribus ad persuadendum rebus est nixa, vt probemus vera esse quæ defendimus, vt conciliemus nobis eos qui audiunt: vt animos eorum ad quemcunque causa postulabit motum vocemus. Idem. 1. de Orat. 18. Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria? quæ nisi custos inuentis cogitatisque verbis & rebus adhibeatur, intelligimus omnia, etiam si præclarissima fuerint, non oratore peritura. Idem. 3. de Orat. 131. M. vero Manilium nos vidimus transuerso ambulantem foro, quod erat insigne eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilij sui copiam. Idem. 1. de Orat. 3. Nam prima ætate incidimus in ipsam perturbationem disciplinæ veteris: & cõsulatu deuenimus ad medium rerum omnium certamen atque discrimen, & hoc tempus omne post consulatum obiecimus his fluctibus, qui per nos à communi peste depulsi in nosmetipsos redũdarunt. Idem. 1. Off. 150. Illiberales autem & sordidi quæstus mercenariorum omnium quorum operæ non quorum artes emuntur.

Quod nullus post substantiuum non inelegantes collocari soleat. Caput VII.

Locutio nulla fere est à quotidiani sermonis vsu abhorrens quæ nihil habeat elegantiæ: quid genus est nomẽ nullum: quid ornatius propterea substantiuo postponitur: quod familiari sermone præponi solet. Vt amicus nullus: literæ nullæ: præmium nullum. Lingua nulla est quæ id tibi negem. Laborem nullum causa tua defugiam.

Lacedæmoniorum lege, qui hostẽ nullum interfecissent, capistro cingebatur. Apud Scytas epulo solenni pateram circumlatam accipere non licebat ei qui hostem nullum occidisset.

CATVLLVS. *Nanque ego ab indigno præmia nulla peto.*

PROPERTIVS. *Fabula nulla tuas de nobis concitet aures.*

A. GELLIVS. Cognatos affinésque nullos fermè tam obsequibiles ait, vt ad laborem capessendum nihil cunctentur, & statim dicto obediant. M. VARRO. Bellum nullum nisi pium geri putabant. M. CICERO. Epist. lib. 12. ep. 30. Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, vt ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. Idem. Ibidem. lib. 13. ep. 8. Maius mihi dare beneficium nullum potes. Idem. 2. Tuscul. 48. Sæpe videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. Idem. 2. de Ora. 326. Narrare verò rem quidem breuiter iubent: si breuitas appellãda est, quũ verbum nullum redundet, breuis est.

Alienum, aliud, alterum, vtrunque, solum, vllum, tale, singula, aliaque hoc genus adiectiua substantiuis postponenda. Caput VIII.

Legendis autoribus probis verborum singulorum collocationem qui perpenderit: is non raro inueniet adiectiua hæc alienum, aliud, alterum, vtrunque, solum, vllum, tale, & siqua sunt generis eiusdem, substantiuis postposita esse: vt, Vires alienæ. Fortuna alia. Dictum vtrunque.

Aduenarum quorundam legibus alienis educatorum vti consuetudine creditũ est inutile esse ad rectam ciuitatis disciplinam.

NAEVIVS. *Cui cepe edendo oculus alter profluit.*

QVINTILIANVS. Illud ediscendo scribendóque commune est, vtrique plurimum conferre bonam valetudinem, digestum cibum, animum cogitationibus aliis liberum. A. GELLIVS. Nũc autem plerique, inquit, partis vtriusque amici, quasi probe faciant, duos litigantes destituunt, & relinquunt, dedũntq; aduocatis maleuolis aut auaris, qui lites, animósque eorum inflamment, aut odij studio aut lucri. Idem. Multam nos quoque apud veteres scriptores locutionum talium copiam offendimus. M. CICERO. 2. Tusc. 62. Quid de nostris ambitionibus? quid de cupiditate honorum loquar? Quæ flamma est, per quam non cucurrerint ij qui hæc olim punctis singulis colligebant? *His adiunge quoduis, quodlibet, totum, cætera, reliqua, aliaq; huiusmodi, quæ multitudinẽ significant.*

Quando tale & aliud præponantur. Cap. IX.

Aliud nihil in animo mihi est, quàm vt cultioris eloquij candidatæ iuuentuti aliquid labore meo prosim: ideoq; non vulgata satis dicendi genera quasi ex tenebris in lucem proferimus: cuiusmodi illud est. Post vocabulum tale, voces illas non inepte collocamus, nihil, nemo, nullus, & pronomina speciei prioris. Quæ eadem vt quicquam & vllum, post aliud itidem collocantur, etiam in diuersis casibus. Vt tale nihil de amico nunquam putassem. Alium nemo vidit. Alias quasdam accepi literas.

PLAVTVS. *Nec nobis præter me alius quisquam seruus: Sosia.*

A. GELLIVS. Si alium, inquit tribunus, neminem reperies, me licet ad hoc periculum vtare. Idem. Alius quidam veterum poëtarum, cuius nomen nunc mihi memoriæ non est, Veritatem temporis filiam esse dixit. Idem. Neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitauerit. M. CICERO. Epist. li. 4. ep. 3. His verò temporibus habemus aliud nihil in quo acquiescamus. Idem. lib. 2. de Leg. Is enim magistratus in nostro municipio, nec alius vllus creari solet. Idem. 2. in Catilin. 18. Neque enim isti qui possessiones habent, alia ratione vlla salui esse possunt. Idem. 3. Tusc. 2. Quòd si tales nos natura genuisset: vt eam ipsam intueri & prospicere, eadémque optima duce cursum vitæ conficere possemus: haud erat sanè quid quisquam rationem ac doctrinam requireret, quum natura satisfaceret. Idem. Ibibem. li. 5. 38. Humanus autem animus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.

Hæc enim pronomina speciei prioris elegãter multũ postponũtur adiectiuis ijs quæ alioqui postponũtur substantiuis. Vt vnũ id, omne id. Terentius. Quicquid præter spem euenit, omne id deputato esse in lucro. Cæcilius.

Aedepol senectus si nihil apportæ tecum quum aduenit, vnum id satis est. Id vnum dicit Quintilianus Discipulos, inquit, id vnum moneo vt præceptores suos non minus quàm ipsa studia ament: & parentes esse non quidem corporum sed mentium credant. Multum hæc pietas confert studio.

Quod pronomen adiectiuum substantiuo suo postponatur. Cap. X.

PRæceptio illa vsu multo obseruata est, vt pronomini adiectiuo substantiuum suum præponatur. Vt ingenium tuum Honor meus. Fauor ille. Bion Borysthenites ad eum qui agros suos vorauerat: Terra, inquit, Amphiaraum ab orbuit, tu vero terram

TERENTIVS. *Munus nostrum ornato verbis, quoad poteris.*

Idem. Abi hinc quo dignus es cum donis tuis tam illepidis.

Idem. Satietas me iam tenet studiorum istorum.

Idem. Senectus ipsa morbus est.

Idem. Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est.

PLAVTVS. *Homo hic ebrius est vt opinor.*

Idem. Ego illud scio quam doluerit cordi meo.

Idem. Ita ingenium meum est, inimicos ossa sum semper obtuerier.

CORNELIVS CELSVS. Res eadem magis alit iurulenta quàm assa, magis assa quàm frixa. Idem. Antiqui ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid iudicabant. Idem. Beneficio tuo in scholam redeo. PLINIVS. Oleum ipsum sale vindicatur à pinguetudinis vitio. QVINTILIANVS. In cibis interim acror ipse iucundus est. Idem. Nec interest discentium quibus quidque nominibus appelletur, dum res ipsa manifesta sit. Idem. Similes parentibus ac maioribus suis filij plærúmque creduntur: & nonnunquam ad honeste turpitérque viuendum inde causæ fluunt. Idem. Etiam si ætatem nostram non spacio senectutis, sed tempore adolescentiæ metiamur, abunde multos ad discendum annos habẽt. Idem. Pendemus ex laude, atque hanc laboris nostri ducimus summam. Idem. Pompeius abunde disertus rerum suarum narrator. Idem. Hippocrates clarus arte medicinę videtur honestissime fecisse, quòd quosdam errores suos, ne posteri errarẽt, confessus est. VALERIVS MAXIMVS. Ea demũ tuta est potentia quæ viribus suis modum imponit. Idem. Quid attinet aut humano dolori indulgere, aut diuino numini inuidiam fieri, quòd immortalitatem suam nobiscum partiri noluerint? M. VARRO. Num te pudet Mani, qui domi tuæ vides commilitonum tuorum cohortes seruis tuis ministrare cœmenta? M. CATO. Dotes filiabus suis non dant. C. CAESAR apud Salustium. Neque cuique mortalium iniuriæ suæ paruæ videntur. M. CICERO. Epist. lib. 7. ep. 17. Quum te ex adolescẽtia tua in amicitiam & fidem meam contulisses, semper te non modo tuendum mihi: sed etiam augendum atque ornandum putaui. Idem. Epi. lib. 5. ep. 17. Non obliuione amicitiæ nostræ, neque consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas literas misi. Idẽ. Ep. li. 1. ep. 9. Periucundæ mihi fuerunt literæ tuæ. Idẽ. 2. In Catil. 6. Non est iam lenitatis locus, seueritatem res ipsa flagitat. Idem. 7. Ver. Eos qui potestati imperio traduntur in carcerem, nõ oportere inde distrugere, priusquàm potestas ipsa quæ clausit, abire permiserit. Idem. 3. Tusc. 2. Sunt ingeniis nostris semina innata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. & Idẽ. ibidem. li. 5. 51. Quæro quam vim habet libra illa Critolai, qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. Et 3. Tusc. 31. In frag. de Rep. lib. 6. Firmiter maiores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt. Hic est ille vultus semper idem, quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro suo fuisse Socrate, eodem vultu semper se vidisse exeuntem illum domo & reuertentẽ. & Idẽ. 2. de Or. 317. Nihil est denique in natura rerum omnium quod se vniuersum profundat, & quod totum repente euoluat. Sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, leuioribus principiis natura ipsa prætexuit.

Hanc præceptionem obseruari semper ne putes, illa subscribimus exempla.

TERENTIVS. Vnum etiã vos oro, vt me in vestrum gregem recipiatis. C. GRACCHVS. Ita versatus sum in prouincia, vt nemo possit verè dicere, assem, aut eo plus in muneribus me accepisse, aut mea opera quempiam sumptum fecisse. Huc accedit, quòd grammatici quidam non ignobiles, in quibus Priscianus est, qui, quæ, quod, pronomen esse negauerunt. Ea de re nihil quamuis laboremus eius tamen ab eoque compositorum fere idem quod & pronominum est, elegantiæ genus agnoscimus. Vt, vir aliquis. Vtilitas quædam. Plinius iunior. Longius me prouexit dulcedo quædam tecum loquendi. Quintilianus. Verecũdia est timor quidam reducens animum ab iis quæ facienda sunt. MARCVS CICERO. 2. Tusc. 47. In animis omnium est fere natura molle quiddam, demissum, humile, eneruatum quodammodo & lãguidum, senile. Sed aliud nihil est in homine deformius. Idẽ. 5. de Finibus bonorũ. 54. Somnum denique nisi requietem corporis, & medicinam quandam laboris afferret, contra naturam putaremus datum. Aufert enim sensus, actionémque tollit omnem. Idem in Frag. de Rep. li. 6. Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quædam cogunt atque imperant: quæ quia expleri ac satiari nullo modo possunt ad omne facinus impellunt eos qui illecebris suis alliciuntur.

Pronomen adiectiuum inter adiectiuum necnon ac substantiuum collocandum. Cap. XI.

VNusto illo dicendo genere orationem facias compositiorem: si duo adiectiua sint, vnum nominale & alterum pronominale, quæ vni substantiuo attributa sint, nominale præponas: inter quod & substantiuum, pronominale interponas: vt præcipuum quidam amor: admirabilis tua virtus, honesti tui mores. Mare ciuitati proximum: quotidiana quadam dele ctatione eam afficit. Spartani quoties bonum quendam virum commendare volunt, Hic vir, inquiunt diuinus est.

QVINTILIANVS. Mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Idem. Demosthenes grande quoddam speculum intuens componere actionem solebat. VALERIVS MAXIMVS. Multorum matrimoniorum experientiam, quasi legitimæ cuiusdam intemperantiæ signum esse credentes. M. CICERO. 4. Tusc. 74. Nouo quodam amore veterem amorem tanquàm clauo clauum eiiciendum putant. Idẽ. li. 5. 13. Tanquàm leuia quædã vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista, magis gustata quàm porata delectãt. Idẽ. de Leg. lib. 1. 9. Subciuia quædã tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. Idem. 4. Tusc. 34. Malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omnium. Offic. lib. 1. 27. Leuiora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidũt, quàm ea quæ meditata, quæ præparata inferuntur. Idem. 3. Offi. 38. Quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus. Idem. Epist. lib. 2. ep. 16. Memini in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum Hortensium, quòd nunquàm bello ciuili interfuisset. Idem. 1. de Orat. 69. Si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium, poëtica quadam facultate non rustica, scripsisse preclare, quid est cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad certam causam tempúsque cognorit.

Si quid vero inter adiectiũ pronominale & substantiuum interseras, quod cum vtroque aut cum altero conueniat: maiorem quandam sentias elegantiam vt Magna tua in omnes liberalitas. Incredibilis quædam parentum virtus. Morituro Socrati Apollodorus pretiosum quoddam, in quo moreretur, pallium obtulit. Cui Socrates: Nũquid morituro mihi, inquit, non conuenit hoc quod viuenti conuenit?

FRANIVS. Dij tibi dent propria quæcunque exoptes bona, id est, perpetua. A. GELLIVS. Tenuit me grauis quædam in principio admiratio. Idem. Qualem fuisse accepimus ferum quendã in ludo Cæsaris gladiatorem: qui cum vulnera eius à medico excabantur, ridere solitus fuit. M. CICERO. Epi. li. 7. ep. 6. In omnibus meis epistolis quas ad Cæsarem aut ad Balbum mitto, legitima quædam est accessio commendationis tuæ. & Idem. 1. de Or. 193. Accedit verò quo facilius perspici cognosciqne ius ciuile possit, quod minime plærique arbitrantur, mira quæd am in cognoscendo suauitas & delectatio. & Idem ibidem 14. Auditis oratoribus Græcis, cognitisque eorum literis, adhibitisque doctoribus, incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagrauerunt. Idem. Orat. Aut si contentus his non fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Idem. 1. de Orat. 116. Magnum quoddam est onus atque munus, suscipere atque profiteri se esse, omnibus silentibus, vnum maximis de rebus magno in conuentu hominum audiendum.

Quod si in huiusmodi sermone adiectiua duo nominalia sint copulatiua iuncta particula, inter vtrunque pronomen adiectiuum collocetur: vt, Libero tuo & admirabili ingenio delector.

M. CICERO. 1. de Orat. 131. In nobis egregiam quandam ac præclaram indolem ad dicendum esse cognoui.

Omne, nullum, aut adiectiuum numerale quo in loco ponatur, si adiectiuum aliud adiungatur. Cap. XII.

NVlla duo adiectiua plena substantiuo vni sine vlla cõiunctione adiungi latina lingua vt Seruius aut patitur. Quæ causa est cur pronomina, omne, nullum, & nomina numerum significantia plena non sint adiectiua. Ea enim cum adiectiuis aliq; substantiuo adiuncta inuenire est. De pronomine iam diximus. De reliquis tam nobis dicendum est. Omne igitur, nullum, & adiectiuum numerale cum adiectiuo alio etiam non pleno substantiuo vni adiuncta omnem orationi locum æque elegãter promisc. ue sibi vendicant: siue adiectiuo siue substantiuo præponãtur, aut postponantur. Vt omnis mea felicitas, vel mea omnis felicitas, vel felicitas mea omnis. Nisi quum adiectiuum alterum plenum est tum adiectiua hæc minus plena pleno præposito ante substantiuum non inel ganter collocantur, sed perpetuum id non est: vt Bona omnis valetudo.

TERENTIVS. *Nequeo ego quenquam hominum esse arbitror cui magis bonæ felicitates omnes aduersæ sient.*

Idem. O mearum voluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector.

Idem. Ilium, liquet mihi deierare, his mensibus sex vel septem prorsus

non vidisse proximis.

Idem. In me planè dij potestatem suam omnem ostendere: cui tam subitò tot contigerunt commoda.

Idem Tace tu, quem esse infra infimos omnes puto homines.

Idem. Spes nulla reliqua in te fiet tibi.

AVL. GELLIVS. Libros tres reliquos mereatur. Idem. Nunc videre est Philosophos vltrò currere vt doceant, ad fores iuuenum diuitum: eósque ibi sedere atque opperiri prope ad meridiem: donec discipuli nocturnum omne vinum edormiant. VALERIVS. Ludósque & lectisternia cõtinuis tribus noctibus, quia totidem filij periculo liberati erant, fecit. SALVSTIVS. Omnis nostra vis in animo & corpore sita est. Animi imperio, corporis seruitute magis vtimur. Alterum nobis cum diis, alterum commune cum belluis est. M. CICERO. Tusc. lib. 2. 4. Pro Academia autem quæ dicenda erant, satis accurate in Academicis quatuor libris explicata arbitramur. Idem. de Senec. 71. Adolescens mori sic mihi videtur: vt cùm aquæ multitudine vis flammæ opprimitur. Senes autem sicut sua sponte nulla adhibita vi cõsumptus ignis extinguitur. Idem. 3. de Finibus 32. Quicquid enim à sapiẽte proficiscitur: id continuò debet expletũ esse omnibus suis partibus. Idẽ. Hunc mi Cæsar sic velim omni tua comitate complectare. Idem 1. Offic. 79. Eorum consilio sæpe aut nõ suscepta aut confecta bella sunt, nõnunquam autẽ illata: vt, M. Catonis, bellũ tertium Punicum, in quo etiam mortui valuit autoritas. Idem. Omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpésque non item: sed esse illa sine his non potest.

Inter adiectiuum & substantiuum siquid interponitur, nihil referre vtrum præponatur, sed præponi substantiuum solitum esse crebrius. Cap. XIII.

ALiquot iam præceptionibus docuimus adiectiuum substantiuo postponi elegantius. Attamen si quid inter vtrunque interponitur, licet quod præcepimus dici inuenias sæpius, non raro tamen fieri contrà attendimus: vt. Omnium natura est animantium, vel. animantium natura est omnium, æque enim eleganter vtrunque ferè dicitur. Pietas in parentes tua, tua in parentes pietas. Anno ætatis quarto: quarto ætatis anno.

ENNIVS. Malo hercle suo magno conuiuant: sine modo, pro conuiuantur. TVRPILIVS. Amorem intercapedine ipse leniuit dies. HORATIVS Citharœdus. Ridetur chorda qui semper oberrat eadem. PLAVTVS. Longa dies meum incertat animũ. TERENT. Mater quod suasit sua, adolescens mulier fecit. D. HIERONYMVS. Sola Gallia monstra non habuit: sed viris semper fortibus & eloquentissimis abundauit. AVLVS GELLIVS. Cum Phauorino Romæ dies plærunque totos eramus. Idem. Temperantia quoque Socratem fuisse tanta traditum est: vt omnia ferè vitæ suæ tempora valetudine inoffensa vixerit. QVINTILIANVS. Cæsar Augustus duodecim natus annos auiam pro rostris laudauerit. M. VARRO. Videmus populum furiis instinctum tribu diuersum ferri exterritum formidine. Idem. Priusquam indicerent bellum iis à quibus inducias factas sciebãt, fœciales, legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. M. CATO. Quem saucius multifariam ibi factus esset: tum vulnus capiti nullum euenit. M. CICERO. in Hortens. Vnde autem facilius, quàm ex annalium monimentis aut bellicæ res, aut omnis reipublicæ disciplina cognoscitur. Idem. 4. Tusc. 37. Quid enim videatur ei magnum in rebus humanis: cui æternitas omnis totiúsque mundi nota sit magnitudo? Idem. Autoritatem quidem nullam debemus nec fidem commentitiis rebus. L. AVTORITAS. Idem. 1. Tusc. 96. Quàm me delectat Theramenes? quamque elato animo est? Etsi enim flemus quum legimus: tamen non miserabiliter vir clarus emoritur: qui quum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum venenum vt sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit, vt id sonaret. Quo sonitu reddito ridens, Propino, inquit, hoc poculo Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Idem. Nec tantum Chartago habuisset opum sexcentos ferè annos sine consiliis & disciplina. *vide* Consilium. Idem de Socrate. 3. de Orat. 57. Cuius ingenium variósque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit: quum ipse literam Socrates nullam reliquisset.

Adiectiuis aliis substantiua postponi solere sæpius. Cap. XIIII.

ASsidua lectione oratorum de adiectiuorum aliorum collocatione postponenda ne an præponenda sint, nihil inuenias certi, ea tamen præposita sæpius attendas: vt. Boni viri familiaritas mihi iucunda est. Egregijs facinoribus immortalitati nomen commendari solet. quotidianis Ciceronis lectio mihi admirabilior est.

ENNIVS. *Magna ossa, lacertique apparent homini.*

LVCIL. *Magna penus paruo spacio consumpta pibibit.*

ACTIVS. *Ea obleclat spes animosum hospitem, dum hic quod miser est, etiam esse censet alteros.*

MARTIALIS. *Insteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci. Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.*

PROPER. *Magnum iter ascendo sed dat mihi gloria vires, Non iuuat ex facili lecta corona iugo.*

Idem. Assiduæ multis odium peperere querelæ, Frangitur in tacto fœmina sæpe viro.

Idem. Pauperibus sacros vilia thura damus.

QVINTILIANVS. Natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus. VITRVVIVS. Neque ingenium sine disciplina, aut disciplina sine ingenio perfectum artificem potest efficere. VALER. MAXIMVS. Eleuet aliquis præmia virtutis, quum animaduertat fortes viros felicius sepeliri, quàm viuere ignauos. M. CICERO 1. Offi. 139. Aliter enim ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo, & maxime si aliquando alio domino solita est frequentari.

Nomina mensuræ in accusatiuo vel genitiuo ponenda. Cap. XV.

NOmina significantia id quo metimur, in ablatiuo poni solita esse: grammaticorum ne vulgus quidem ignorat: vt, Iugerum fune dimensus sum. Quæ verò significant multitudinem rei eius qua longitudo, latitudo aut altitudo colligitur, in genitiuo vel accusatiuo sæpius, in ablatiuo rarius collocari à doctis solent, vt: Puteus altus vlnarum decem vel vlnas decem: latus pedes quinq; longus cubita centum.

LVCIL. Multa hominum portenta in Homero versificata Monstra putant, quorum in primis Polyphemus ducentos Cyclops longus pedes: huic porro maius bacillum, Malus maximus, quàm in naui & corbita vlla.

PROPERTIVS. *Tam multa illa meo diuisa est millia lecto Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.*

OVIDIVS. *Sulmo mihi patria est claris vberrimus vndis, Millia qui nouies distat ab vrbe decem.*

VIRGILIVS. *Tres pateat cæli spacium non amplius vlnas.*

PLAVTVS. *Comesse panem tres pedes latum potes.*

VITRVVIVS. Hæc autem basis erat longa pedes duodecim, lata pedes octo, alta pedes sex. PLINIVS IVNIOR. Decem & septem millibus passuũm ab vrbe secessit. Idem. Ambulat millia passuum tria PLINIVS. Iugerum vocabatur, quod vno iugo boum in die exarari potuisset. Actus, in quo boues agerentur quum aratur vno impetu iusto. Hic erat centum viginti pedum, duplicatúsque in longitudinem iugerum faciebat. Idem. Terebrare vitem in obliquum ad medullam, calamósque adire longos pedes binos. Idem. Fuit trabs in Larice longa pedes centum viginti. Idem. In Creta terræ motu rupto monte inuentum est corpus stans quadraginta sex cubitorum: quod alij Orionis, alij Etionis fuisse tradunt. Idem. Babylon Chaldaicarum gentium caput diu summam claritatem obtinuit in toto orbe: propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæque Babylonia appellata est: sexaginta millia passuum amplexa muris ducentos pedes altis. A. GELLIVS. Quum fere constaret curriculum stadij, quod est Pisis apud Iouem Olympium, Herculem pedibus suis metatum, idque fecisse longum pedes sexcentos. Idem. Eiúsque interfecti longum corium pedes centum & viginti Romam misisse. QVINTILIANVS. Mendacium quoque mendacio. Vt Galba dicente quondam Victoriato se vno quinque pedes longam murenam emisse: Nihil, inquit, mirum. Nam ibi tam longæ nascuntur, vt his piscatores pro retibus vtantur. Idem. Iugeri mensuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes esse, dimidióque in latitudinem patere, nõ ferè quisquam est qui ignoret. Dimidium legi non aspernaremur. D. BRVTVS. Quum abessem ab eo millia passuum triginta. SERGIVS GALBA. Impetu primo fugauerat legionem triceſimam quintam Antonij, vt amplius passus centum vltra aciẽ, quo loco steterat, pressérit. Cn. PLANCVS. Qui locus à foro Iulij quatuor & viginti millia passuũm abest. C. ASINIVS POLLIO. Nullum enim vestigium abs te discessurus sum. SALLVST. A quo mons aberat fermè millia passuum viginti. Idem. Oppidum Vaccam non amplius mille passuum abesse. M. CATO. Non minus quàm quindecim millia Anien abest. M. CICERO. Epi. lib. 16. ep. 2. Is locus est citra Leucadem stadia centum viginti. Idem. Abesémque ab Auiano iter vnius diei.

His doctum te velim mille quàm milliare aut milliarium à doctis multo dici vsitatius: quamuis id non reprehendamus.

Nomina significantia tempus, in accusatiuo casu poni venustius, atque in ibi quando in ablatiuo ponenda sint. Cap. XVI.

MVltos dies qui in attenta scientiae cuiuscunque eruditorum lectione versatus fuerit, aliud ab eorum vsu prope quotidiano agnoscet alienum non esse, vt nomina temporis significantia in accusandi casu posita vsurpentur vt, Annos multos duxerat amicus noster. Diem totum magistri operam

operam das. Mensem vnum te expectaui.

PROPERTIVS. *Vix vnum potes infelix requiescere mensem.*

VIRGILIVS. *Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.*

Idem. Tu faciem illius noctem non amplius vnam Falle dolo.

TERENTIVS. *Hoc me macerabo biduum.*

SVETONIVS. Nunquam postea se publice illud horæ sine tribunis commisit. A. GELLIVS. Tribuni plebei, quos nullum diem abesse Roma licet, quum post mediam noctem proficiscuntur, & post primam facem ante mediam sequentem reuertuntur: non dicuntur abfuisse vnum diem. Idem. Si libri copia fuisset id temporis, quum hæc dictabam. C. GRACCHVS. Biennium fui in prouincia. M. CICERO FILIVS. Sum totos dies cum eo, noctisque sæpenumero partem. M. CICERO. Mihi ante oculos dies noctesque versaris. Idem. A. Trebonio multos annos vtor valde familiariter. Idem. 1. Tusc. 75. Qui in compedibus corporis semper fuerũt, etiam quũ soluti sunt, tardius ingrediũtur: vt ij qui ferro vincti multos annos fuerunt. Idẽ. de Senec. Nemo est tã senex qui se annum non putet posse viuere. Idem. ibidẽ Quæ potest in vita esse iucunditas, quum dies & noctes cogitandum sit iamiámque esse moriendum? Idem. 5. Tusc. 113. Diodorus Stoicus cæcus multos annos nostræ domi vixit. Is verò, quod credibile vix esset, quum in philosophia multo etiam magis assiduè quàm antea versaretur: & quum fidibus Pithagoreorũ more vteretur: quúmq; ei libri noctes & dies legerentur, quibus in studiis oculis non egebat: tamen quod sine oculis fieri posse vix videtur, geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiens discentibus vnde, quo, quanque lineam scriberent.

Nonij autem Marcelli differentia illa non placet admodum. Quoties inquit, per accusatiuum casum annos vel dies loquimur. iuges annos vel dies vocamus quoties per ablatiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis vel diebus. Nam cum tempus aliquod totum dicis siue iuge sit, siue per interuallum: accusatiui quàm ablatiui maior est elegantia. Sed tum ablatiuo vti solemus, quum temporis partem dicimus. Vt si parte noctis aliqua ægrotaui, dicam. Valetudo mihi nocte familiaris non fuit. Ad te visam anno proximo. Suetonius de diuo Augusto. Non amplius quum plurimum quàm septem horas dormiebat ac ne eas quidem continuas. Ne tamen præceptionem hanc ita tibi obseruandam proponas: vt ab ea discedendum non putes: nonnunquam in ablatiuo nomen significans tempus continuum inuenias positum.

PLINIVS. Nihil salutare est, nisi quod toto anno salubre. TERENTIVS. Quem ego hodie toto non vidi die. SVETONIVS de diuo Tyberio. Biennio continuo post adeptum imperium pedem porta non extulit.

Nomina tempus significantia cum alijs nominibus numerum significantibus coniuncta in accusatiuo, cum alijs in ablatiuo vsurpanda esse. Cap. XVII.

NOmina ea quæ tempus significant, si cum vocabulis numerum significantibus, cuiusmodi sunt vnum, duo, tria, aliáque hoc genus coniuncta sint, in accusatiuo, si cum alijs. qualia sunt primum, secundum, tertium, in ablatiuo dici solent vsitatius atque elegantius: vt, Annos viginti Platonem Aristoteles audiuit. Vrbem Romam Senones Galli octo menses vastauere. Regis Alexandri equus Bucephalus vixit annos triginta. Post euersam Troiam anno centesimo sexagesimo, & annis totidem ante conditam vrbem Romam natus est Homerus. Plato anno ætatis suæ octogesimo primo mortuus est. Anno post vrbem Romam à Gallorum manibus recuperatam septimo natus est Aristoteles.

LVCILIVS. Qui sex menses vitam ducunt, orco spondent septimũ. TERENTIVS. Clàm me est profectus: tres menses abest. CENSORINVS. Horarum nomen non minus annos trecentos Romæ ignoratum esse credibile est. AVL. GELLIVS. Postquã mulieris vterus cõceperit semen, gigni hominem septimo mense rarenter, nunquam octauo, sæpe nono, sæpenumero decimo mẽse. Idem. Eúmque esse hominem gignendi summũ finem, decem menses non inceptos, sed exactos. C. ASINIVS. Pollio, quo tardius certior fierem de præliis apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios nouem dies retinuit. M. CICERO. 5. Tusc. 57. Duodequadraginta annos Tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, quum quinque & viginti natus annos dominatum occupasset. *Ciceronianum illud alienum est.* Epist. lib. 8. ep. 26. Quum decimum iam diem grauiter ex intestinis laborarem.

Huiusmodi nominibus præpositionem præponi inuenias, licet id rarius sit.

AVL. GELLIVS. Hoc venisse vsu Romæ comperi, fœminam bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia, in vndecimo mense post mariti mortem peperisse. Idem. Decemuiri in decimo mense gigni hominem, non in vndecimo scripserunt.

Nomina tempus significantia, in ablatiuo ponenda esse: si particula ante vel post interueniat. Cap. XVIII.

NVmne illud etiam oratoribus frequens: vt nomen significans tempus in ablatiuo ponatur, si particula post vel ante præpositio non existens adiungatur, & si adiectiuum atque substantiuum est in medio interponatur: vt, Longo post tempore: multis ante diebus: paucis post annis.

VALER. Memor eum triennio ante quæstorem factum. SERVIVS Sulpitius; Quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quia homo nata fuerat. CICERO. Themistocles aliquot ante annis quum in epulis recusasset lyram est habitus indoctior. Idem. Paucis post diebus, quum ad Nasicam veniisset Ennius. Idem. Vadit in eundem carcerem, atque in eundem paucis post annis scyphum Socrates. Idẽ. Perpaucis ante diebus dederã Q. Mutio literas ad te pluribus verbis scriptas. Idem. Catilina paucis ante diebus erupit ex vrbe.

Valerius tamen Maximus nonnullique alij pauci, in quibus Suetonius præcipue est, aliter locuti sunt. Alter, inquit, triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphali curru conspectus post diem tertium expirauit: Vbi ante & post prælationes magis quàm aduerbia sunt.

SVETONIVS. Quo gaudio elatus non tẽperauit, quin paucos post dies frequenti curia iactaret, inuitis & gementibus aduersaris adeptum se quæ concupisset. Idẽ. Paucos ante menses quum in colonia Capua deducti lege Iulia coloni ad extruendas villas sepulchra vetustissima dissicerẽt. M. CICERO. 1. de Or. 273. Acutum etiam illud est, quum ex alterius oratione aliud excipias atq; ille vult, vt Salinatori Maximus. Quum Tarento amisso arcem tamen Liuius retinuisset, multáque ex ea prælia præclara fecisset: quum aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset, rogaretque tum Salinator, vt meminisset opera sua se Tarentum recepisse: Quidni, inquit, meminerim? nunquam ego recepissem, nisi tu amisisses.

Nomina numerum significantia quomodo diuidantur. Cap. XIX.

NOmina numeralia vsque ad viginti fere singula sunt. Inde ad centum duplicia quæ sunt, ordine eo dicuntur, vt maiore præponatur minor, si qua interponatur coniunctio. Vt, quartus & vicesimus, octauus & tricesimus. M. Cicero tertio & sexagesimo ætatis anno obtruncatus est. Annus tertius ætatis & sexagesimus Aristotelem atque Demosthenem vitam eodem prope tempore ademit. Id quum ex alijs multis, tum maxime ex Laurentio Valla fere omnibus quia obuium est, admonitus fortasse locum non exposcebat. Cæterum ideo admoui, quòd illa quoque dicturus eram. Septem & decem pro septemdecim M. Cicero dixit. Ille, inquit egit septem & decem annos: Plinius quoque ordine alio Decem & septem, inquit, millibus passuum ab vrbe secessit. Nonnunquam item numerum maiorem præponitur. Plautus. Equidem haud sum natus annos præter quinquaginta & quatuor.

Idẽ. Fero annos octoginta & quatuor. MACROBIVS. Annũ agebat tricesimum & octauum. SVETONIVS. Funeratus tricesimo & octauo ætatis anno, & nonagesimo & quinto imperij die. Idem. Obiit tricesimo & quinto ætatis anno. M. CICERO filius. Venerunt post diem quadragesimum & sextum quàm à nobis discesserant. M. CICERO. Quum ætas tua quinquagesimum & sextum annum compleuerit, quæ summa tibi fatalis erit, spes quidem salutis publicæ te videbit.

Superius verò dicendi genus vsitatius est, hoc verò dictum parcissime improbandum non putem: quemadmodum vitiosum non sit minorem præponi sine vlla coniunctione: modo id etiam sit modestissimum.

SVETONIVS. Periit cum fratre & filio anno vitæ septimo quinquagesimo. M. CICERO. Sine vlla molestia sumptúue sociorum septimo quinquagesimo die rem confeci.

Post centum maior præponi solet: inter vtrunque interponitur coniunctio, sed elegantius nescio quo modo omittitur. vt, Centum viginti annos hominum vitæ finem Deus ipse constituit.

M. CICERO. 2. de Rep. Illa præclara institutio Romuli, quum ducentos annos & triginta fere firma mansisset. Idẽ. de Senect. 13. Leontinus Gorgias centum & septem impleuit annos. Idem. ibid. 68. Fuit, vt scriptum video, Argatonius Gadibus, qui octoginta regauit annos, cẽtum & viginti vixit. Idẽ. 1. Offi. 33. Vt ille, qui quum centum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros quòd dierum essent pactæ non noctium inducíæ. Idem. Ep. li. 16. ep. 2. Locus est citra Leucadem stadia cẽtum viginti. Idem. 2. Offi. 65. Nondum centum & decem anni sunt, quum de pecuniis repetundis à L. Pisone lata est lex.

Illud quod Valerij Maximi est, in hoc genere numerum minorem præponi posse documento est. Repudium inter vxorem & virum à condita vrbe vsque ad vicesimum & quingentesimum annum nullum interceßit. Idem. Genus est apud M. Cælium. Legis, inquit, quæ vnum & centesimum caput legit, in quo ita erat: Quod eorum iudicum maior pars iudicarit, id ius iudicatúmque esto.

Numerorum nomina diuidi à poëtis, ab oratoribus componi. Cap. XX.

ET quoniam poetis quoque sua dicendi elegantia est: quid poetæ quidque oratores in numerorum nominibus obseruare solitisint, iam dicimus. Ea numerorum nomina poetæ diuidunt quæ eadem cõponunt oratores. Hi enim decem, duodecim, quindecim, viginti, triginta, illi bis quinque, bis sex, ter quinque, bis decem, ter decem dicere solent.

OVIDIVS. Tempus ad hoc lustris mihi iam bis quinque peractis.

Omne fuit musæ carmen inerme meæ.

VIRGILIVS. *Bis senos cui nostra dies altaria fumant.*

Idem. Aspice bis senos lætantes agmine cygnos.

Idem. Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor.

Idem. Hic iam ter centum totos regnabitur annos.

Idem. Ter centum niues tondent dumeta iuuenca.

Quater viginti vulgo dici solet: octoginta melius dicatur. Ducenti, trecenti, aliaque hoc genus in oratione prosa sint vsitatiora. Sed quemadmodum Virgilius composito numero dicit.

Triginta magnos voluendis mensibus orbes,

ita Plinius diuiso numero: Homo crescit in longitudinem, inquit, ad annos ter septenos, tum deinde ad plenitudinem.

Mille & sexcenta aliter ab oratoribus, aliter à poëtis dici solere. Cap. XXI.

SExcenta præceptionis huius testimonia sunt cum apud scriptores ætatis antiquæ, tum vel maximè apud eos quibus ætate hac viuere cõtingit. Ea autẽ eiusmodi est. Quum magnum quendam dicis numerũ incertum, in soluta oratione dicas sexcenta, in versu mille: vt, Gaudia mille feres, me si laudabis amicum. Sexcentas amicitiæ nostræ testes literas vltro citróque missiculamus. In vulgaribus hominũ amicitijs sexcentos inuenias, qui neglecta amicorum vtilitate suam diligenter exquirant.

LVCILIVS. *Tu mille numũm potes vno quærere centum.*

OVIDIVS. *Ecquis non causas mille doloris habet?*

VIRGILIVS. *Non anni domuere decem, non mille carinæ.*

Idem. Tibi nomina mille, mille nocendi artes.

Idem. Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.

TERENTIVS. *Plus millies iam audiui.*

Idem. Tædet iam audire eadem millies.

BARTOLOMAEVS Scala. Ex eodem videntur genere error, marra, susurri, barri, horror, ferrum, & huiusmodi sexcenta. POLITIANVS. Possum tibi verò proferre sexcentos. C. ASIN. Pollio. Perferri literæ nulla conditione potuerunt, sexcentis enim locis excutiuntur: deinde etiam retinentur à Lepido tabellarij. M. CICERO. Epist. lib. 7. ep. 1. Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytymnestra?

Aulus tamen Gellius raro, quod Quintilianus multo sæpius mille, vt alibi Cicero millies in hac significatione dixit: Quid, inquit, calciamentum? quid paludamentum? quid pauimentum? quid vestimẽtum? quid alia mille per huiusmodi formam producta? M. Cic. 1. Offic. 113. Aiax, quo animo traditur millies oppetere mortem, quàm illa perpeti ab alio maluisse.

Numeralia quædam vocabula vsu imperitorum fœdata esse. Cap. XXII.

QVod in moribus est, idem in vsu linguæ Latinæ fateamur necesse est. Bona autem in peius mutari, ipsamque iuuentutem mala quàm bona facilius imitari, ignotum non est. Ipsa enim boni atque mali ignara est. Nos igitur ex bonis pauca quæ in peius mutata sunt dicamus: vt in Latinæ linguæ quasi sordibus iuuentus ipsa ne voluatur. Dicatur ergo octoginta, non octuaginta, neque vt vulgo receptum est, quatuor viginti. toties, quoties sine littera n. nouies per u, non nonie per n, Prima enim corripitur: vicies, tricies, quadragies, sexagies, septagies, octogies, nonagies, centies millies. Nõ vt vulgo dicitur, vigesies, trigesies, quadragesies, septuagesies, octogesies nonagesies centesies milliesies. Vicies autẽ & tricies per c potius, quã per g scribi putarpus, licet quadragies, & hoc genus alia per g scribantur. Licet enim literas c & g cognatione sibi propinquas non ignoremus: illud tamen attendimus, potius c quam g scribi in compositis numeris à duobus aut à tribus: quemadmodum in aliis g semper, nunquàm c scriptum inuenias. Vt vicesi, tricesi, quadragesi, &c. ducenti, trecenti, quadringenti, &c. Viginti autem & triginta, non vicinti & tricinta euphoniæ causa dicimus. Totiens, quotiens, quinquiens, deciens, viciens, tricies, vicensimum, tricensimum dixisse veteres testis est Politianus. Multotiens vero aut multoties latine dici prorsus negamus. Nec fieri ex nomine posse, qua forma fiunt alia generis huius aduerbia. Nomen enim multos dici oporteret: quod monstrabile monstrum esset.

Substantiuum nomen syllabis multis factum in orationis principio vsitate multum collocari. Cap. XXIII.

VSuasta orationis multa inde quæretur: si nomen substantiuum syllabis multis constans in orationis principio collocetur: idque præcipue, si id orationis suppositum sit. Vt, Amicitia est quædam quasi cœlestis felicitas dei immortalis munere bonis hominibus concessa, dulcedine cuius innumeræ mundi huius miseriæ leuarentur. Voluptas nullum habet cum virtute commercium. Eruditio mentem hominis facit diuiniorem.

LVCILIVS. Symmachus præterea iam tum depositus bubulcus exhalans animam pulmonibus æger agebat.

PROPERTIVS. *Luxuriæ nimium libera facta via est.*

Idem. Ianitor ad dantes vigilat: si pulset inanis

Surdus in obductam sopniet vsque seram.

PLINIVS. Aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora. Idem. Peruigilio quidem præcipuè vincuntur cibi. Idem Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur: quoniam assueti in pestilẽtibus durãt. Cn. PLANCVS. Credulitas error est magis quàm culpa, & quidem in optimi cuiusque mentem facillime irrepit. QVINTILIANVS. Lenocinium facilius in viro, veneficium in fœmina credas. Idem. Oratio verò, cuius summa virtus est perspicuitas, quàm sit vitiosa, si egeat interprete? Idem. Consuetudo & exercitatio facilitatem maxime parit. Idem. Consuetudo verò certissima loquẽdi magistra. Idem. Vrbanitas opportuna reficit animos. SALLVSTIVS. Auaritia fidem, probitatem, cæterasque bonas artes peruertit. Idem Ambitio multos mortales falsos fieri coëgit. M. CICERO. 3. Tusc. 29. Præmiditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia longe ante videris. Idem. 4. Tusc. 44. Impunitas enim peccatorum data videtur eis, qui & ignominiam & infamiam ferunt sine dolore. Idem. 3. Tusc. 10. Iracundia libidinis est pars. Sic enim definitur: Iracundia vlciscendi libido. Idem. Orat. 120. Commemoratio autem antiquitatis exemplorúmque probatio summa cum delectatione & autoritatem orationi affert & fidem.

Polysyllabum nomen substantiuum in fine orationis non minus eleganter poni posse. Cap. XXIIII.

MVlta quoque ex illo dicendi genere orationis quæritur elegantia: vbi substantiuum nomen quod plurium quàm duarum syllabarum est, ponitur in fine orationis. Id cum sæpe aliàs fit, tum maximè si id substantiuum nomen verbi suppositum sit: vt, Non mucunda est amicorum consuetudo. Voluptatu finis est tristitia. Hominis eius qui voluptatum illecebris ancillatur exanimalis est turpitudo.

ENNIVS. *Tum clypeis sonant & ferri stridit acumen.*

Idem Pellitur è medio sapientia: vi geriturres:

Spernitur orator bonus: horridus miles amatur.

NAEVIVS. *O pestifera pontica fera trux tollutim loquentia.*

PROPERTIVS. *Nauita de ventis, de tauris narrat arator,*

Enumerat miles vulnera, pastor oues.

PLAVTVS. Nescis quèm meticulosa res sit ire ad iudicem. TERENTIVS. Nescio quid peccati portat hæc purgatio. Idem. Solus mearum miseriarum est remedium. PLINIVS Iunior. Recta ingenia debilitat verecundia, peruersa confirmat audacia. QVINTILIANVS. Aliquid æquum est, sed prohibitum iure, vt libertas testamentorum. Idem. Fallit voluptas, & minus longa quæ delectant videtur: vt amœnum ac molle iter etiam si est spacij amplioris, minus fatigat quàm durum arduumque compendium. Idem. Vulgo dicitur, scelera non habere consilium. Idem. Prodit enim se, quàm libet custodiatur, simulatio. Idem. Artem memoriæ primus ostendisse dicitur Simonides. Idem. Nihil est tam populare, quàm bonitas. Idem. Nihil est ad conciliandum gratius verecundia. Idem. Græcis historicis plærúnque poëticæ similis est licentia. A. GELLIVS. Versus est Pacuuij, quẽ Macedo philosophus vir bonus familiaris meus scribi debere censebat pro foribus omnium templorum. Ego odi homines ignaua opera & philosophica sententia. VALERIVS Maximus. Est illa vehemẽs & constans animi militia, literis pollens, venerabilium doctrinæ sacrorum antistes philosophia. M. CICERO. de Amic. 20. Est autem amicitia nihil aliud nisi omnium diuinarum humanarúmque rerum cum beneuolentia & charitate summa consensio. Idẽ. Etiam in secundis rebus maxime est vtendum consilio amicorum: iisque maior quàm antea tribuenda autoritas. Idem. 3. Tusc. 8. Furor in sapientem cadere possit, nõ possit insania. Idem. 2. Off. 34. Iusticia sine prudentia multum poterit, sine iustitia nihil valebit prudentia. Idem. 1. Offic. 20. Iustitiæ primum munus est, ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria. Idem. ibidem. 23. Fundamẽtum iusticiæ est fides, id est dictorum conuentorumque constantia & veritas. Idem. ibidem. 30. Aequitas lucet ipsa per se: dubitatio autem cogitationem significat iniuriæ. Idẽ. ibidem. 33. Summũ ius summa iniuria, factum est tritũ sermone prouerbiũ. Idẽ. ibidẽ. 88. Nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia. Idem. ibid. 106. Victus cultúsque corporis ad valetudinem referatur & ad vires, non ad voluptatem. Idem. ibidem. Tales nos esse putamus, vt iure laudemur: ex quo nascuntur innumerabilia peccata. Idem. ibid. 110. Nihil decet inuita, vt aiunt, Minerua obstante, id est aduersante & repugnante natura. Idem. 2. Offi. 66. Quid eloquentia laudabilius, & præstabilius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum qui defensi

fensi sunt gratia? Idem.1.Tusc.3.Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. Idem.Parad.6.Contentum suis rebus esse maximæ sunt certissimæque diuitiæ. Idem.Illud quidem sic habeto,nisi sanatus sit animus (quod sine philosophia fieri non potest) nullum fore finem miseriarum. Idem.3.Tusc.23. Ægris enim corporibus simillima est animi ægritudo. Idem.Epist.lib.6. Non tam cumulus bonorum iucundus esse potest, quàm molesta discessio. Idem.1.de Finibus. Nisi quæ me fortè fugiunt, hæ sunt ferè de animo sententiæ. Idem.2.de Orat.333.Vitanda etiam ingenij ostentationisque suspicio.Idem.Orat.70. Sed est eloquentiæ sicut reliquarum rerum fundamentum sapientia.

Substantiuum autem syllabis duabus constans,locum hunc rarenter admodum sibi vendicat. Facuuius: Sentio pater te vocis calui similitudine.Sed quid consticio? num lactans caluitur atas? Plautus. Ego illum perisse dico,cui quidem periit pudor.

M. Cicero. Per terrenos actus iter paratur ad cœlum.

Adiectiuum polysyllabum in principio orationis canorum esse. Cap. XXV.

Elegantem etiam construes orationem, si in principio orationis adiectiuum quod multas habeat syllabas posueris: vt Egregia res est amicitia. Necessaria est ad bene beatéque viuendum scientia. Miseri sunt qui discere negligunt.

Ennivs. *Ctioso initio amicus nescit quid velit.*

Horativs. *Fastidiosa tristis ægrimonia.*

Martialis. *Innocuos censura potest permittere lusus.*

Propertivs. *Insanus medio flumine quaris aquam.*

Tibvllvs. *Fictilia antiqua primum sibi fecit agrestis.*
Pocula, de facili composituq; luto.
Authore Suetonio versus illi contra diuum Tyberium facti sunt.
Aurea mutasti Saturni secula Cæsar,
Incolumi nam te ferrea semper erunt.

Ovidivs. *Aurea nunc verè sunt secula, plurimus auro*
Venit honos: auro conciliatur amor.

Terentivs. *Hilarem hunc sumamus diem.*

Plinivs. Luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent. Avidivs Cassius.Misera Respublica quæ istos diuitiarum cupidos & diuites patitur. Qvintilianvs.Superuacuus foret in studiis longior labor,si nihil liceret melius inuenire præteritis.Idem.Superuacua cum tædio dicuntur:necessaria cum periculo subtrahuntur.Idem.Veteribus Romanis summum luxuriæ crimen.Idem.Imperitis placere aliquando quæ vitiosa sunt,scio. Sisenna. Egregias & longè præstantes ac metuendas aduersariorum opes esse. Sallvstivs. Sapientes pacis causa bellum gerunt,laborem spe otij sustentant. Marcvs Cicero.1.de Leg.32. Miseri, qui sunt inglorij. Idem. de Senec.29. Libidinosa etenim & intemperata adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.Idem.ibid.44.Diuinus enim Plato escam malorum voluptatem appellat,quòd ea videlicet homines capiãtur vt hamo pisces. Idem.1.Tusc.88.Sapientis est carere patria,duri non desiderare.

Canoram esse collocationem adiectiui syllabas multas habentis, si in fine orationis collocetur. Cap. XXVI.

Adiectiuum multis syllabis constans, si in finè orationis collocaueris,orationem efficies canoram. Vt, Amicum bonum inuenire res est difficilis. Nominis tui gloria futura est perpetua. Literarum scientia est ad bene beatéque viuendum necessaria.

Ennivs. *Oua parire solet genus pennis condecoratum.*
Parire in coniugatione quarta ex veterum more dictum est.

Afranivs. Equidem nunc resipui,postquam pectus lætitia est onustum. C. Mecoenas. Nec tumulum curo:sepelit natura relictos. Catvllvs. Ausilena,viro contentum viuere solo, Nuptarum laus est,laudibus eximiis.Propertivs. Vnicuique dedit vitium natura creato. Plavtvs. Non possunt omnes olere vnguenta exotica. Plinivs. Tonitrua matutina ventum significant: imbrem, meridiana. Idem. Quum æstate pasces, in orientem specta ante meridiem, post meridiem in occidentem. Qvintilianvs. Nihil enim facilè persuadetur inuitis.Idẽ. Quod libris dedicatur,& in exemplum editur,tersum ac limatũ, & ad legem ac regulam compositum esse oportere: quia venit in manus doctorum,& iudices artis habet artifices. Marcellvs. Tanquam licentia crudelitati indulta. M. Varro. Putas eos nunc citius tricas Attellanas, quàm id extricaturos. M. Cicero. 1.Offic.55. Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior,quàm quum boni viri moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Idem.4. Tusc.21. Indigentia libido est inexplebilis. Idem.4. Tusc.52. Fortitudo est animi affectio legi summæ in perpetiendis rebus obtemperans.Idem.1.Tusc.118.Nihil in malis ducamus,quod sit vel à diis immortalibus,vel à natura parente omnium constitutum. Idem.2.in Ant.119. Neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. Idem.ibid.1. Nemo illorum mihi fuit inimicus voluntarius. Idem.1.Offic.30.Difficilis est cura rerum alienarum. Idem.ibid.Bene præcipiunt,qui vetant quicquam agere,quod dubites,æquum sit,an iniquum.Idem.2.Offic.71.Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ est iustitia:sine qua nihil potest esse laudabile. Idem. Solæ faciunt virtutes beatum.Idem.Nec verò vlla vis imperij tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna.Idem.ibid.145. Ius profitentur etiam qui nescunt,eloquentiam autẽ illi ipsi qui consecuti sunt,tamen se valere dissimulant, propterea quòd prudentia hominibus grata est,lingua suspecta.

Collocanda esse in principio orationis vocabula in dus, in da, aut in dum, quæ necessitatem quandam significant. Cap. XXVII.

Omittendum illud non putauimus: vt vocabulum in dus, in da, aut dum exiens,in orationis principio locatum sonoram multùm reddat orationem:vt,Quærendus amicus est, qui tibi non sit moribus dissimilis. Discendum tibi est, quo viuas felicior. Seruanda pecunia est, qua, si fortasse ægrotes, pro amico vtare.

Plavtvs. *Faciundum id nobis quod parentes imperant.*

Qvintilianvs. Studendum semper & vbique. Idem. Credendum doctissimis hominibus, qui vnicum aduersorum solatium literas putauerunt. Idem. Vtendum planè sermone vt numo cui publica forma est. Idem. Carendum non solum crimine turpitudinis, verum etiam suspicione. M. Cicero. 1.Offic.42. Videndum est primum, ne obsit benignitas & iis quibus benignè videbitur fieri,& cæteris. Idem.ibid. Videndum est, vt ea liberalitate vtamur,quæ prosit amicis,nemini noceat. Idem.ibid.80. Expetenda quidem magis decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo. Idem.ibid.89. Optandum est vt ij qui præsunt Reipub. legum similes sint,quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. Idem.ibid.91. Cauendum est ne assentatoribus patefaciamus aures,nec adulari nos sinamus.Idem.2.Offic.64. Habenda autem est ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est. Idem. ibid.77. Vitanda tamen est suspicio auaritiæ. Idem.ibid.68. Vtendum etiam est excusatione aduersus eos,quos inuitus offendas, quacunque possis. Idem.3. Offic.61. Tollendum est igitur in rebus contrahendis omne mendacium. Idem.1.Offic. 79. Exercendum tamen corpus & ita afficiendum est, vt obedire consilio rationique possit in exequendis negotiis,& in labore tolerando. Idem.ibid.120. Parcendum est maximè charitati hominum,ne temerè in eos dicas qui diliguntur,aut qui in calamitate sunt. Hæc igitur adhibenda est primum in iocando moderatio.

Huiusmodi vocabula necessitatem significantia, etiam in fine orationis esse collocanda. Cap. XXVIII.

Hvic præceptioni illam putauimus subscribendam: vt vocabula hæc necessitatem significantia,de quibus dicimus,in fine quoque orationis nõ minùs eleganter collocari possint: vt, Leuia amicorum vitia putamus esse toleranda. Est etiam honestas vita retinenda. Viaticum ad senectutem est quærendum.

Qvintilianvs. Vt medici abalienata morbis membra præcidunt:ita turpes ac pernicioſos, etiam si nobis sanguine cohæreant,amputandos. Idem. Et toga & calceus & capillus tam nimia cura,quàm negligẽtia sunt reprehendẽda.Sallvstivs. Firmanda igitur sunt & concordiæ bona,& discordiæ mala expellenda. M. Cicero. 1. Offic.35. Mea quidem sententia, paci quæ nihil habitura sit insidiarum,semper est consulendum.Idem.ibid. Meminerimus autem & aduersus infimos iustitiam esse seruandam. Idem.ibid.63. Scientia quæ remota est à iustitia, callliditas potiùs quàm sapientia est appellanda. Idem. ibid.81. Mors est seruituti turpitudiníque anteponenda.Idem.ibid.139.Ornanda est dignitas domo,non ex domo dignitas tota quærẽda.Idem.ibid.150. Mercatura si tenuis est,sordida putanda est, sin magna & copiosa,multa vndique apportans,multísque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. Idem.1.Tusc.10. Tibi ipsi pro te erit maxima corona causa dicenda. Idem. Ipsam quidem gloriam per se nunquam putaui expetendam.

De gerundijs idem sentias. M. Cicero. Breue tempus ætatis satis longum ad bene honestéque viuendum.

Comparatiuum in principio orationis poni non inusitatè. Cap. XXIX.

Ornatiorem construes orationem,quàm quæ à vulgo solita sit construi,si comparatiuum in principio composueris: vt, Maius bonum amicitia est,quàm vt à tyranno cognosci possit.Honestior quæstus est ex literarum professione,quàm ex vlla alia arte. Miserior vita regum est, quàm agricolarum.

PROPERTIVS. *Nam melius duo defendunt retinacula nauem, Tutiùs & geminos anxia mater alit.*

QVINTILIANVS. Decentior equus, cuius astricta sunt ilia, si idem velocior. AVL. GEL. Melius posse fieri nihil censeas. VAL. Maximus. Frequentior apud eos pultis vsus quàm panis esset. M. CICERO. 4. Tusc. 91. Citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Idem. pro Clu. Propriores esse debemus ad nostra pericula, quàm ad communia. Idem. 2. Offic. 61. Propensior benignitas esse debebit in calamitosos, nisi fortè erunt digni calamitate. Idem. ibid. 24. Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis quàm retentæ. Idem. ibid. Faciliùs enim ad ea quæ visa, quàm ad illa quæ audita sunt, mentis oculi feruntur.

Quòd comparatiuum in orationis fine positum multam habeat elegantiam. Cap. XXX.

ILlud quoque obseruari ab oratoribus solet: vt comparatiuum in orationis fine ponant vsitatiùs: vt, Amicitia nihil hic inueniri potest felicius. Dulcedo loquendi tecum me compulit, vt epistolam scriberem aliquanto longiorem. Literarum scientia nobilitatem generis facit clariorem.

HORATIVS. *Ætas parentum peior auis tulit.*
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

PLAVTVS. *Isiic est thesaurus stultis in lingua situs, vt quæstui habeant loqui melioribus.*

Idem. Vbi ad paupertatem immigrant infamiæ, grauior paupertas est, fides submolestior.

TERENTIVS. Natura verò nihil hominibus breuitate vitæ præstitit melius. QVINTILIANVS. Virtus quid sit, aduersa ei malitia detegit: & æquitas sit ex iniqui contemplatione manifestior: & plurima contrariis probantur. LABEO. Morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam: qui vsum eius facit deteriorem. M. CICERO. 5. Tusc. 97. Nihil visum est illo pane iucundius. Idem. 3. de Orat. 53. Scientiæ suauitas qua nihil est hominibus iucundius. Idem. Epist. lib. 13. epist. 19. Nihil est familiaritate nostra coniunctius. Idem. 2. Offic. 68. A quo expeditior & celerior remuneratio fortè videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. Idem. 1. Offic. 2. Orationem autem Latinam efficies profectò legendis nostris pleniorem. Idem. ibid. 151. Rerum omnium ex quibus aliquid expetitur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Idem. de Sen. 57. Agro bene culto nihil potest esse nec vsu vberius, nec specie ornatius. Idem. 1. de Nat. 122. Nihil est enim beneficentia præstantius. Idem. 1. Offic. 32. Contra officium est maius damnum anteponi minori. Idem. 4. Tusc. 20. Iactatio est voluptas gestiens, & se efferens insolentius. Idem. 3. Tusc. 30. Non est dubium quin omnia quæ mala putentur, sint improuisa grauiora. Idem. ibid. 40. & 45. Videntur omnia repentina grauiora. Idem. 2 Tusc. Consuetudo laborum perpessionem dolorum efficiet faciliorem. Idem. 5. Tusc. 97. Nec esuriens Ptolemæus ederat: cui quum peragranti Ægyptum comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset: nihil visum est illo pane iucundius.

Quòd superlatiuum in fronte orationis positum canorum sit. Cap. XXXI.

SPectatissima fuerit oculis, auribúsque gratissima oratio ea cuius in fronte superlatiuum, siue nomen sit, siue aduerbium, positum sit: vt, Optima in hominum rebus amicitia est. Vtilissima res est artium bonarum scientia: qua diuinus ipse animus fiat diuinior. Optima nunc esset serenitas: vt vuæ matureſcerent.

PROPERTIVS. *Maxima de nihilo nascitur historia.*

PLINIVS. Perniciosissimum autem, & in omni vita quidem, quod nimium, præcipuè tamen corpori, minuíque quod grauat quolibet modo vtilius. QVINTILIANVS. Optimus quisque præceptor frequentia gaudet: ac maiore se theatro dignum putat. Idem. Prima virtus est vitio carere. Idem. Optima est emendatio verecundiæ fiducia. Idem. Tutissimum ergo pœnitentiæ confessio & satisfactio culpæ. Idem. Plurimum dicit oratori conferre Theophrastus lectionem Poëtarum: multíque eius iudicium sequuntur. Idem. Maximè necessaria est oratori memoria, & ea præcipuè firmatur atque alitur exercitatione. Idem. Turpissimum est non eodem ordine exequi, quo quídque proposueris. M. CICERO. 1. Offic. 121. Optima hæreditas à patribus traditur liberis, omníque patrimonio præstantior, gloria virtutis rerumque gestarum. Cui dedecori esse nefas & vitium iudicandum est. Idem. de Repub. lib. 4. ex Nonio. Optimum autem & in priuatis familiis & in republica vectigal duco esse parsimoniam. Idem. Plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens: quàm si quis, vt aiunt, curauerit: maior ei profectò quàm parenti debetur gratia. Idem. 13. Famil. epist. 44. Gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse. Idem. 1. Offic. 26. Maximè autem adducuntur plerique, vt eos iustitiæ capiat obliuio, quum in imperiorum, honorum, gloriæve cupiditatem inciderint.

Superlatiuo in fine orationis collocato orationem fieri elegantiorem, Cap. XXXII.

EST etiam oratoribus id vsitatissimum, vt in fine orationis collocent superlatiuum: vt, Amicitia qua te prosequor est maxima. Qua me complectaris benevolentia, literæ tuæ testantur amplissimè. Omnes te laudant plurimùm.

PLAVTVS. *Flamma fumo est proxima.*

Idem. Bene consultum subripitur sæpissimè.

Idem. Suspicione impleuit me indignissimè.

Idem. Boni mores dum ægrotant, interim mores mali, quasi herba irrigua succreuerunt vberrimè.

TERENTIVS. *O capitulum lepidissimum.*

PLINIVS Iunior. Quid enim tam circunciſum, tam breue, quàm hominis vita longissima. Idem de auunculo. Soleo ridere, quum me quidam studiosum vocant: qui si comparer illi, sum desidiosissimus. PLINIVS. Amygdala & pirus in senecta fertilissimæ: vt glandiferæ & quoddã genus ficorum. QVINTILIANVS. Vertex est contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur. Inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis: & ex hac, quod est in montibus eminentissimum. M. VARRO. Non eos optimè vixisse qui diutissimè vixerunt, sed qui modestissimè. SALLVSTIVS. Iugurtha hominum quos terra sustinet sceleratissimus. M. CICERO filius. 16. Famil. epist. 21. Cratippo me scito non vt discipulum, sed vt filium esse coniunctissimum. M. CICERO. pro Deiot. Hæc vobis leuiora videntur, quæ sunt grauissima. Vide GRAVIS. Idem. Profectò ita est, vt id habendum sit antiquissimum, & Deo proximum, quod sit optimum.

Quod vox omnis in orationis principio non lepidè parum collocetur. Cap. XXXIII.

OMnibus fermè oratoribus id non parum vsu frequentatum est, vt vox, Omnis, in orationis fronte collocetur: vt. Omnibus rebus præponenda amicitia est. Omnium rerum, nisi discendi, satietas est. Omnibus odiosa est perfidia.

ENNIVS. *Omnes mortales victores cordibus viuis.*
Latantes vino curatos sopnus repente.
In campo passim mollissimus pertulit acris.

LVCILIVS. *Omnia viscatis manibus leget.*

LVCRETIVS. *Omnia enim stolidi magis admirantur amantq;.*
Inuersis quæ sub verbis latitantia cernunt.

PROPERTIVS. *Omnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior.*

Idem. Omnes humanos sanat medicina dolores.

Idem. Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur illa iugo.

Idem. Omnia Romanæ cedent miracula terræ,
Natura hic posuit, quicquid in orbe fuit.

TERENTIVS. *Omnis res est iam in vado.*

Idem. Omnes quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt, nescio quo modo, suspicios.

PLINIVS. Omnia animalia à dextris partibus incedunt, sinistris incubant. QVINTILIANVS. Omnis vitæ ratio sic constat, vt quæ probamus in aliis, facere ipsi velimus. VALERIVS Maximus. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiscit. M. CATO apud Sallustium. Omnia virtutis præmia ambitio possidet. C. CAESAR apud eundem. Omnes homines, patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. SALLVSTIVS. Omnes quibus senecto corpore animus militaris erat. Idem. Omnes homines qui studeant sese præstare cæteris animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeãt, veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit. C. GRACCH. Omnes nos qui verba facimus, aliquid petimus. M. CICERO 5. de Finibus 58. Omnium enim rerum principia parua sunt. Idem 3. de Leg. Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Idem. 2. de Finibus 33. Omne animal simul ac ortum est, & seipsum, & omnes suas partes diligit. Idem. 1. Offic. 88. Omnis autem & animaduersio & castigatio contumelia vacare debet. Idem. 2. Tusc. 62. Omninóque omnes clari & nobilitati labores contemnendo fiunt etiam tolerabiles. Idem. 1. Acad. 37. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente, etiam à recta ratione defectio. Idem. de Sen. 72. Omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata facilè diuellitur. Idem. ibid. 76. Omnino, vt mihi quidem videtur, rerum omnium satietas vitæ facit satietatem. Idem. 2. Famil. epist. 12. Omnis enim peregrinatio, quod ego ab adolescentia iudicaui, obscura & sordida est iis, quorum industria Romæ potest esse illustris.

De

De eadem voce, quod in fine orationis non minus eleganter collocari posit. Cap. XXXIII.

ILlud quoque nihil minus obuium est omnibus: vt vox omnis in fine orationis ponatur: vt, Amicitiam fortunis antepono omnibus. Negotium suam quàm alienum conficere malunt omnes. Literarum semel perceptarum dulcedo voluptatem exuperat omnem.

TERENTIVS. *Ita plerique ingenio sumus omnes. Nostri nosmet penitet.*

PLAVTVS. *Apolactizo inimicos omnes. Apolactizo græcum vocabulum, idem quod contemno significat.*

Idem. Qui deliquit supplex est vltrò omnibus.

Idem. Mare quidem commune certo est omnibus.

TERENT. *Ait se scire. Is solus nescit omnia.*

Idem. Iam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia.

Idem. Abi, præcurre, vt sint domi parata omnia.

M. CICERO. Facillimum autem in ea Repub. esse posse concordiam, in qua idē conducat omnibus. Idē. 1. de Or. 157. Subeundus est vsus omnium. Idem. 5. de Finib. 55. Somnum denique nobis, nisi requietem corporis & medicinam quandam laboris afferret, contra naturam putaremus datum. Aufert enim sensus, actionemq; tollit omnē. Idē. pro Sex. Rosc. 5. Non electus vnus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere.

Quod vocabula nemo, nullus, nihil, aliáque si qua vlla sunt negatiua, in orationis principio ponantur. Caput XXXV.

NEmo est amœni in dicendo ingenij, cuius in memorijs vocabula nemo, nullus, nihil, aliaue siqua negatiua sunt, in orationis fronte non collocentur: vt, Nemo contemnit eos, a quibus diligi se non ignorat. Nulla cum otio literato voluptas conferenda est. Nihil est auaritia reipublicæ pernitiosius.

ENNIVS. *Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu.*

Faxit. Cur? volito viuus, per ora virum.

Idem. Nulla sancta societas nec fides regni est.

HORATIVS. *Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.*

Idem. Nemo adeo ferus est vt non mitescere possit.

CATVLLVS. *Nulla in tam magno corpore mica salis.*

Idem. Nemo adeò vt noceat barbarus esse volet.

TERENTIVS. *Nemo satis pro merito gratiam regi refert.*

Idem. Nulla mihi res posthac potest iam interuenire tanta quæ mihi agritudinem afferat.

CN. PLANCVS. Nihil autem serò aut exiguè à patria ciui tributum potest videri. C. MARIVS. Nunquam enim honestam mortem fugiendam, sæpe etiam appetendam putaui. QVINT. Nihil est odiosius affectatione. Idem. Nihil potest placere, quod non decet. Idem. Nemo tamē reperitur, qui sit studio nihil consecutus. Idem. Nemo sic in maioribus eminet, vt eum minora deficiant. Cicero 1. Offic. 36. Nihil autem amabilius nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum. Idem. 1. Tusculan. 30. Nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Idem. ibid. Nihil enim liberale, quod non idem iustum. Idem. Nihil enim honestum esse potest, quod iustitia vacat. Idem. 2. Offi. 39. Nullis præsidiis septi, multis afficientur iniuriis. Idem. ibid. 77. Nullum igitur vitium est tetrius, vt eo vnde egressa est referat se oratio, quam auaritia, præsertim in principibus & Rempublicam gubernantibus. Idem. ibidem. Nulla autem re conciliare facilius beniuolentiam multitudinis possunt ij, qui Reipub. præsunt, quàm abstinentia & continentia. Idem. 1. Tusc. Nescire autem quid antea quàm natus sit acciderit, id est semper esse puerum.

Quod eadem vocabula in fine orationis nonnunquam haud illepidè posita sint. Cap. XXXVI.

ORationem quoque illare venustari dubitare ex doctis arbitror, neminem, vt vocabula, quæ superiore diximus præceptione, in orationis fine ponantur: vt, Amicitiæ fidem qui bonus sit, fallat nemo.

Virtuti diuitias qui sana mente sit, postponat nullus.

Quæ tibi vtilia sunt attendis nunquam.

HORATIVS. *Naturam mutare pecunia nescit.*

PLAVTVS. Nemini misereri certum est, quoniam mei miseret nemo. M. CICERO. Ego habeo cui plus quàm tibi debeam neminem. Idem. 1. Tusc. Nec me pudet, vt istos, fateri nescire quod nesciam. Idem. ibidem. Quæ igitur ea cupiditas eius legis ferendæ, quæ turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? Idem. ibi. Qui mihi non assentiretur inueni neminē. Idē. 1. Fa. ep. 10. Illò si veneris, tanquam Vlysses, cognosces tuorum neminē. Idem. De quo tibi homine hoc spondeo more Romano, quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem.

Verbum modi finiti quod multis syllabis constat, in orationis principio non ineleganter poni. Cap. XXXVII.

IGnorat nemo verbum in partibus orationis tenere principatum. Nam sine verbo perfici oratio non possit, sine alijs possit. Ideóque licet aliæ orationis partes verbi nomine dicantur: hæc tamen per excellentiam quandam (vt Quintilianus ait) verbum appellata est. Quoniam igitur sine verbo intelligi non potest oratio, ideo in conspicuo loco verbum ipsum ponendum est. Quocirca in orationis principio non inepte collocatum sit, si multis constat syllabis, & si modi sit finiti. Quod poetæ quàm oratores obseruant diligentius: vt, Cognoscimus amicitia nihil esse dulcius. Credimus literarum studio ægritudines multas ex animo depelli. Animaduertimus ætate hac, vt ditissimus quisque est, ita eum literis fieri inimicissimum.

ENNIVS. *Refugiat tumido sanguen atque exalbescat metu.*

Sanguen, prisce.

Idem. Aspicite ô ciues senis Ennij imaginis vultum.

Hic vestrûm pinxit maxima facta patrum.

Vestrûm itidem priscè, pro vestrorum, vel Græco more dictum est.

LVCILIVS. *Animoq; ægrotat. Vidimus corpore hunc signum dare.*

HORATIVS. *Narratur & prisci Catonis*

Sæpe mero caruisse virtus.

PROPERTIVS. *Discite venturam iam nunc sentire senectam.*

Idem. Teritur rubigine mucro ferreus, & paruo sæpe liquore silex.

Idem. Panditur ad nullas ianua nigra preces.

M. CICERO. Solet in mentem venire illius temporis quo maximè fuimus vnà. Idē. 15. Fa. ep. 16. Postulabamúsq; ex qua hæresi vi hominibus armatis deiectus sis, in eam restituare. Idem. 1. Offi. Expetuntur autem diuitiæ tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Idem. ibidem. Delectant enim magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Idem. ibidem. Declarauit id modo temeritas. C. Cæsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit, propter eum quem sibijpse opinionis errore finxerat principatum.

Huiusmodi verbum finiti modi multis factum syllabis in fine orationis poni sæpius. Cap. XXXVIII.

SEd quum verbum in fine orationis ponitur, tum id quod prædictum est ad memoriam quasi reuocatur. Ideo fit, vt huiusmodi verbum non indefinitum syllabis multis compositum sæpius in fine orationis ponatur: vt, Amicitiæ vim non parum admiror. Rerum multarum scientia hominis vitam probè instituit. Caduca incertáque fortuna dona putantur. Cilices iciunys gaudent, Græci offenduntur.

PROPERTIVS. *Nec cito desisto, nec temerè incipio.*

PLINIVS Iunior de auunculo. Perire omne tempus dicebat quod studiis non impertiretur. Idem. Multi famam, conscientiam pauci verentur. SVETONIVS. Placet semel de tota re aliquid constitui, ne semper inter spem & metum fluctuemus. Idem. Diuus Augustus vsus est calciamentis altiusculis, vt procerior quàm erat videretur. Idem. Diuus Claudius conuiuæ qui pridie scyphum aureum surripuisse existimabatur, reuocato in diem tertium, calicem fictilem apposuit. Apud QVIN. Peregrinus qui mutum ascenderit, morte multetur. Idē. Bonos nunquā honestus sermo deficiet. Idē. Non de his loquor, quibus pars vitæ in oleo, pars in vino, consumitur: qui corporis cura mentem obruerunt. Idem. Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur: quia tyrannos infectatur. Idem. Vertere Græca in Latinum nostri oratores optimum iudicabant. Idem. Cogitatio quoties intermissus est somnus, ipsis noctis tenebris adiuuatur. Idem. Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio etiam Homerus ipse videatur. Summi enim sunt: homines tamen. Idem. Imperiti dum librariorum inscitiam insectari volunt, suam confitentur. Idem. Verbo sensum eludere, multo (si compositio patiatur) optimum est. In verbis enim sermonis vis inest. VAL. Maximus. Syncerę fidei amici præcipuè aduersis rebus cognoscuntur. M. VARRO. Lex neque innocenti propter simultatem obstrigillat, neque nocenti propter amicitiam ignoscit. *Obstrigillat, id est, obstat priscè,* C. MARIVS apud Sallustium. Mihi noua nobilitas est: quam certe peperisse melius est quam acceptam corrupisse. *Infinitum enim verbum hic etiam collocari posse intelligimus: frd rarius est.* SALLVSTIVS. Profectò fortuna in omni re dominatur. Idem. Fortuna simul cum moribus immutatur. Idem. Viuos interdum fortuna, sæpe inuidia fatigat. M. CICERO. Ego vos hortari tantum possum, vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Idem. 1. Offic. 18. Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis scientiæque cupiditatem: in qua excellere pulchrum putamus, labi & errare, nescire & decipi, & malū & turpe ducimus. Idem. in Pis. Ea est enim iucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Idem. in Sall. 3. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur. Idem. 16. Famil. ep. 8. Vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur. Idem. Nihil enim molestum,

quod non desideres. Idem. Imitatio virtutis æmulatio dicitur. Idem. de Sene. Pares cum paribus veteri prouerbio facillimè congregantur. Idem. 1. Offic. 118. Plærunque parentum præceptis imbuti ad eorum consuetudinem moremque deducimur. Idem. ibidem. Fit nescio quo modo, vt magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis, si quid delinquitur.

Esse videatur quam vsitate à M. Tullio in orationis calce ponatur. Cap. XXXIX.

QVamuis dicendi genus frequens nimium aurium voluptate indignum esse videatur. Mtamen Ciceroni illud placuisse adeò certum est, vt in orationis calce non infrequenter dixerit esse videatur: adeò vt nosse se quosdam dicat Quintilianus, qui se pulchre expressisse illud huius cœlestis in dicendo viri M. Tullij sibi viderentur, si in clausula posuissent esse videatur. A qua orationis clausula Quintilianus ipse non abstinuit. Eius verba sunt.

Si qua in his ars est dicentium, ea prima est, ne ars esse videatur. Itémque. Nos porrò quærimus, quando iis quæ rhetoricè præcipit percipiendis puer maturus esse videatur. M. CICERO. Auribus multa percipimus, quæ etsi nos vocibus delectant, tamen ita sunt varia sæpe, vt id quod proximum audias, iucundissimum esse videatur. Idem. 3. de Orator. 28. Sulpitius autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima & maxima voce, summa contentione corporis & dignitate motus, verborum quoque ea grauitate & copia est, vt vnus ad dicendum instructissimus à natura esse videatur. Idem. ibidem. 78. Nosque ipsi tam exigua disputatione hesterni & hodierni diei totum oratoris munus explicemus, dum modo illa res tanta sit, vt omnibus Philosophorum libris, quod nemo oratorum istorum vnquam attigit, comprehensa esse videatur. Idem. li. 2. 233. Quare Cæsar ego quoque hoc à te peto, vt si tibi videtur, disputes de hoc toto iocandi genere quid sentias, ne quà forte dicendi pars, quoniam ita voluisti, in hoc tali cœtu atque in tam accurato sermone præterita esse videatur. Idem. Ac licet non ad singulas res respondentem de vniuerso genere sic dicere, vt etiam singulis satis responsum esse videatur. Idem. 15. Fam. epist. 6. Quæ etiam, si parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, vt non nimis concupiscendus honos, sed tamen, si deferatur à senatu, minimè aspernandus esse videatur. Idem. 4. Fam. ep. 4. Quia tanta perturbatio & confusio est rerum ita perculsa & prostrata fœdissimo bello iacent omnia, vt is cuique locus vbi ipse sit, miserrimus esse videatur. Idem. Sed ij tamen Rempubli. casus secuti sunt, vt mihi non erepta L. Crasso à diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. Idem. 3. de Orato. 10. Neque verò non longe ab eo C. Iulij caput hospitis Hetrusci scelere proditum cum L. Iulij fratris capite iacuit, vt ille qui hæc non vidit, & vixisse cum Republica pariter, & cum illa simul extinctus esse videatur. *Ex eodem prope dicendi genere illud eiusdem est.* ibidem. 30. Antoniũ labor & cura torquet, verentẽ ne si paulo obsoletior fuerit oratio, non digna silentio & expectatione fuisse videatur. *Esse videantur in numero multitudinis, idem quoque Cicero dicit frequenter: vt, 2.* de Orat. 184. Genere quodam sententiarum, & genere verborum, adhibita etiam actione leni, facilitatéque significandi, efficitur vt probi, & bene morati, & boni esse videantur. Idem. ibidem. Iure autem omnia defenduntur, quæ sunt eius generis, vt aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut imprudentia aut casu facta esse videantur. Idem. Re distinguantur, verbis confusa esse videantur.

Quod verbum Sum ponatur eleganter in principio orationis. Cap. XL.

ESse hoc eloquentiæ rudibus fortasse alienum videtur: quòd, quum placeat nobis orationem eam canoram esse, cuius finis & principium erunt vocabula polysyllaba: nunc verò dicamus verbum sum in orationis principio, & mox dicturi sumus in fine orationis collocari non ineleganter. Sed alienum propterea videri non debeat: quòd verbum ipsum substantiuum appellatum sit, quia verbis omnibus subsstet: ideoq; in loco conspicuo collocandum est. Ideoq; præcipimus id siue monosyllabum, siue dissyllabum, siue polysyllabum, in orationis principio non inusitatè collocari: vt,

Est arctum humanæ societatis vinculum amicitia.
Fuêre quondam literati homines honoratiores.
Erit mihi perpetua beneficij abs te accepti memoria.

PROPERT. *Sunt apud infernos tot millia formosarum.*

TERENT. *Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, nec sunt.*

PLINIVS Iunior. Est enim ita comparatum, vt antiquiora beneficia subuertas, nisi illa posterioribus cumules. QVINTILIANVS. Est enim naturalis fauor pro laborantibus. Idem. Fuerit pene ridiculum, malle sermonem quo locuti sunt homines, quàm quo loquantur. Idem. Sunt quædam non laudabilia natura, sed iure concessa. Idem. Est res animi iacentis, & mollis supra modum frontis, fallitque plærunque, quod probitas vocatur, imbecillitas. M. CICERO. 3. Tuscula. Est profectò animi medicina Philosophia. Idem. ibidem. Est autem impudens luctus mœrore se conficientis. Idem. 4. Tusc. 26. Est autem auaritia opinio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhærens & penitus insita. Idem. Fuit ista quondam in hac Repub. virtus, vt viri fortes actioribus suppliciis ciuem pernicioſum quàm acerbissimum hostem coërcerent. Idem. 1. Offic. 43. Sunt autem multi equidem cupidi splendoris & gloriæ, qui etiam ab aliis, quod aliis largiantur. Idem. 3. de Or. 38. Est autem vitiũ, quod nonnuli de industria consectãtur. Idem. ibi. Sunt enim certa vitia, quæ nemo est quin effugere cupiat, mollis vox aut muliebris, aut quasi extra modum absona aut absurda. Idem. ibid. 36. Sunt enim illi veteres, qui ornare nondum poterant ea quæ dicebant, omnes prope præclare locuti: quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui nisi latinè. Idem. 1. de Orat. 100. Est enim fine dubio domus iurisconsulti, totius oraculum ciuitatis. Idem. 1. de Ora. 188. Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitimæ atque vsitatæ in rebus causisque ciuium æqualitatis conseruatio.

Quod verbum Sum ponatur eleganter in fine orationis, si præcedat comparatiuum aut superlatiuum. Cap. XLI.

IIs qui in dicendo accuratiores sunt, illud vsitatissimum est, vt verbum Sum in fine orationis ponatur: si sine vllo medio comparatiuum præcedat aut superlatiuum: vt, Amicorum consuetudine mutua nihil iucundius est. Artium bonarum professio reliquis honestior est. Tyranni vita omnino miserrima est.

PLINIVS. Beta Hortensiorum leuissima est. CORN. Celsus. Aqua omnium imbecillissima est. QVINT. Hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quàm deteriora sunt. Idem. Senibus autoritas maior est: quòd plura nosse & vidisse creduntur. A. GELL. Omnium quæ monstra dicuntur, monstrosissimũ esse. M. CIC. 2. Tusc. 64. Nullum theatrum virtuti conscientia maius est. Idem. de Senec. Conscientia bene actæ vitæ multorũmque benefactorum recordatio, iucundissima est.

Post comparatiuum aut superlatiuum in fronte orationis positum verbum Sum poni non ineleganter. Ca. XLII.

VSitatius est etiam hoc dicendi genus: vt post comparatiuum aut superlatiuum in orationis principio positum verbum Sum collocetur. Vt, Arctior est inter paucos amicitia. Solidior est virtutis quàm rerum aliarum possessio. Difficillimũ est id facere, quod omnium iudicio comprobetur. Melius esse Aristippus dicebat mendicũ euadere quàm imperitum.

PLIN. Validiora esse corpora, quæ frumentato pane aluntur. QVINT. Patientior est laboris natura pueris quàm iuuenibus. Idem. Difficillima est grauissimi cuiusque sceleris fides. M. CICERO. 1. Off. 87. Miserrima est omnino ambitio, honorũmque contentio. Idem. 2. de Or. 186. Facilius est currentem, vt aiunt, incitare, quàm commouere languentem.

Verbo Sum in fine orationis locum aptum esse, si nomen substantiuum præponatur. Cap. XLIII.

MVlta etiam quæsita orationi tum elegantia est, quum ante verbum Sum in fine orationis positum nomen substantiuum præpositum est, Id autem fit sæpius, quum id substantiuum nomen polysyllabum eiusmodi verbo suppositum est: vt, Nihil quicquam optabilius amicitia est. Etiam voluptatum satietas est. Scribendi mihi propera fatigatio est.

ENNIVS. *Terra corpus est, at mentis ignis est.*
Mentis, id est, mens priscè.
AFRANIVS. *Quicquid loquitur, sal merum est.*
CATVL. *Sed non videmus manticæ quid in tergo est.*
PROPERT. *Vndetamen veniant tot mala cæca via est.*
Idem. Nam quo tam dubia seruetur spiritus horæ,
Nestoris est visus post tria secla cimis.
Idem. Præ se formosis inuida dea est.
OVIDIVS. *Nulla reparabilis arte læsa pudicitia est.*
PLAVT. *Sapientiæ ætas condimentum est.*
Idem. Sapientia ætati cibus est.
TERENT. *Omnium rerum vicissitudo est.*
Idem. Ius summum sæpe summa malitia est.
Idem. Num ne id flagitium est? te dys consilium dare, foris sapere, tibi non posse auxiliarier.

PLIN. Sentiri quidem aquæ saporem vllum succúmue vitium est. Idem. Medico tantum hominem occidisse summa impunitas est. Apud QVINTIL. Intestatorum parentum liberi hæredes sint. QVINTIL. Tutioris audaciæ est tentare, quibus paratior venia est. Idem. Licet ipsa vitium sit ambitio: frequenter tamen causa virtutum est. Idem. Sæpe plurimum lucis affert ipsa translatio, quum etiam ipsi iurisconsulti, quorum summus circa

verborum

verborum proprietatem labor est, litus esse audeant dicere, quòd fluctus elidit. C. Memmivs. Inter bonos amicitia, inter malos factio est. Idem. Impune quod libet facere, id est regem esse. A. Gell. Acerbitas plærunque vlciscendi maleficij bene atque cautè viuendi disciplina est. Caesar apud Sallustium. In magna ciuitate multa & varia ingenia sunt. Sallvst. Idem velle, idem nolle, ea demum firma amicitia est. Idem. Magnæ curæ magna merces est. Idem. Parum tuta per seipsam probitas est. M. Cato. Eam nutricem oportet esse adolescentem. Anuis enim vt sanguis deterior, sic lac. Lac enim, vt quidam physici dicunt, sanguinis spuma est. Anuis pro anus genitiuus antiquus est. M. Cicero. 1. Offic. 122. Ineuntis ætatis insciti a senum constituenda & regenda prudentia est. Idem. ibidem. 25. Nec verò rei familiaris amplificatio nemini noceus vituperanda est, sed semper fugienda iniuria est.

De eodem verbo Sum posito post adiectiuum in orationis principio collocatum. Cap. XLIIII.

Ornata est oratio ea, cuius in principio adiectiuum est, siue nomen sit, siue participium, siue dissyllabum, siue polysyllabum: post idq; adiectiuum hoc verbum sum sit positum: vt, Tristis est amicorum infelicitas. Facilis est volenti laboriosa reconfectio. Contemptus est omnibus, qui turpiter viuit.

Catvllvs. *Difficile est longum subito deponere laborem.*

Propert. *Turpe est quod nequeas capiti committere pondus,*
Et pressum inflexo mox dare terga genu.

Ovidivs. *Sumite in exemplum pecudes ratione carentes.*
Turpe erit ingenium mitius esse feris.

Plinivs Iunior: Temerarium est enim secundis non esse contentum. Plinivs. Rudis fuit priscorum vita, atque sine literis: non minus tamen ingeniosam fuisse in illis obseruationem apparebit, quàm nunc rationem. Carnvt. Turpe est propter venustatem vestimentorum admirari, & propter turpissimè actam vitam contemnere. M. Cicer. 2. Famil. Suauis est præteritorum malorum memoria. Idem. 1. Offic. 137. Deforme est, de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. Idem. ibid. 139. Odiosum est, quum à prætereuntibus dicitur: O domus antiqua quàm dispari domino dominaris. Dominari, passiue, priscum. Idem. ibidem. Difficile est quum præstare omnibus concupieueris seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maximè propria.

Quod verbum Sum in fine orationis vsitatè multum ponatur, si adiectiuum præcedat. Caput XLV.

Illud non rarò ab oratoribus obseruatum est, vt verbum sum in orationis fine positum sit, si præponatur ei adiectiuum siue nomen sit siue participium, siue dissyllabum siue polysyllabum: vt, Amicorum omnia communia sunt. Animi huius vindemia copiosa est. Autummus hic nimium pestilens est.

Ovid. *Curia principibus clausa est, dat census honores.*

Terent. *Sæpe ex eiusmodi re quapiam & ex malo principio magna familiaritas conflata est.*

Idem. Nupta meretrici hostis est, vbi à viro segregata est.

Idem. Id omnibus innatum est.

Plin. Iunior. Præcipere, qualis esse debeat princeps, pulchrum quidem, sed onerosum ac prope superbum est. Plin. Absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se receptum est. Apud Qvintilianvm. Testamenta legibus facta rata sint. Qvint. Omnis deliberatio de dubiis est. Idem. Nihil longum videri necesse est, in quo quid vltimum sit, certum est. Idem. Euenit nonnunquam vt aliquando grande inueniat, qui semper quærit quod nimium est. Idem. Culpam præsertim deprehensam pertinaciter tueri, culpa altera est. A. Gellivs. Tunicis vti virum prolixis vltra brachia & vsque ad primores manus, ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. Cinc. Miles quum die qui prædictus est, aberat, nec excusatus erat, infrequens dabatur. M. Varro. Postea honoris virtutum causa Iulij Cæsaris, qui fastus portexit, mensis Iulius appellatus sit. Idem. Stipendium appellabatur, quod æs militi semestre aut annuum dabatur, cui datum nõ sit propter ignominiam, ære dirutus esset. Caesar apud Sallustium. Omnia mala exempla ex bonis initiis orta sunt. Sallvstivs. Diuitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis est. Idem. Catilina longe à suis inter hostium cadauera repertus est. Idem. Omnia mala pariter cum honore pecuniæ desinent, si neque magistratus, neque alia vulgo cupienda venalia erunt. Idem. Libertas iuxta bonis & malis. Strenuis atque ignauis optabilis est. M. Cato. Mortuus est, sepelitus est.

Sepelitus est, priscum.

M. Cicero. 2. de Orat. 279. Mihi videtur persalsum illud apud Næuium. Quid ploras pater mi? Mirum ni cantem, qui condemnatus sum. Idem. de Prou. Consulatibus. Vincula verò, & ea sempiterna, certe ad singularem pœnam nefarij sceleris inuenta sunt. Idem. 2. Tusc. 58. Ad ferendum dolorem placidè & sedatè, plurimum proficit toto pectore, vt dicitur, cogitare quàm id honestum sit. Idem. 5. Tusc. 78. Illud laudatur Architæ, qui cum villico factus esset iratior. Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? Idem. 10. Fa. ep. 12. Verum decus in virtute positum est, quæ maximè illustratur maximis in Rempub. meritis.

Orationem esse elegantem quæ verbo Sum claudatur, ante quod ponatur nomen in dus, in da, aut in dum exiens, quod necessitatem significet. Caput XLVI.

De collocatione verbi Sum, quia tam multa scribimus, illud nobis dicendum est: verbum Sum in fine orationis eleganter collocari, si præponatur ei nomen in dus in da, aut dum exiens, quod significet necessitatem: vt, Quum fortuna prospera est, amicitia tum diligentius colenda est. Tristiorem fortunæ vultu ne tristis aspicias literis opera danda est. Saluti tuæ consulendum est.

Qvintil. Illud in primis testandum est, nihil præcepta atque artes valere, nisi adiuuante natura. Idem. Imbecillis tamen ingeniis sanè sic obsequendum sit: vt tantum in id quo vocat natura ducantur. Ita enim quod solum possunt, melius efficient. Idem. Vt vasa oris anguSti superfusam humoris copiam respuunt: sensim autem influentibus, vel etiam instillatis complentur: sic animi puerorum quantum excipere possunt, videndum est. Idem. Si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis præmuniendum est. Vt ita dicam. Si licet dicere. Quodammodo. Permitte mihi sic. Avl. Gellivs. Secundum hanc sententiam quoque Varro in Satyra Menippea, quam de officio mariti scripsit: Vitium, inquit, vxoris aut tollendum aut ferendum est. Qui tollit vitium, vxorem commodiorem præstat: qui fert, sese meliorem facit. Catilina apud Sallustium. Quocunque ire placet, ferro iter aperiendum est. Q. v. Metellus. Saluti perpetuæ potius quàm breui voluptati consulendum est. M. Cicero. 3. Offic. 44. Si omnia facienda sint quæ amici velint, non amicitiæ tales, sed coniurationes putandæ sunt. Idem. Quæ enim videntur vtilia, honores, diuitiæ, voluptates, & cætera generis eiusdem: hæc amicitiæ nunquam anteponenda sunt. Idem. Voluntate & iudicio suscipi ægritudinem confitendum est. Idem. 1. Offic. 25. Nec verò rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda est: sed fugienda semper iniuria est. Idem. 5. Tuscu. Quanti verò ista ciuitas æstimanda est, ex qua boni sapientésque pelluntur? Idem. 1. Offic. 85. Vt tutela, sic procuratio Reipub. ad vtilitatem eorum quibus cõmissa est, gerenda est. Idem. ibid. 139. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Idem. 1. Tusculan. 30. Omni in re consensio omnium gentium lex naturæ putanda est. Idem. 1. Offi. 42. Qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi cui prodesse velle videantur, non benefici neque liberales, sed pernicioSi assentatores iudicandi sunt. Idem. 2. de Orato. 96. In qua nunc interdum, vt in herbis rustici solent dicere, in summa vbertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est.

Hoc verbum Sum poni posse post huiusmodi vocabula in dus exeuntia in orationis fronte posita, doceri possis exemplis ijs quæ tum ascripsimus: quum ea in orationis principio locari docuimus.

Quod post vocabula nullus, nemo, aut nihil in orationis principio posita, verbum Sum lepidè ponatur. Caput XLVII.

Nvllus est in multa oratorum lectione versatus, qui non attenderit verbum Sum poni haud illepide post vocabula nullus, nemo, aut nihil, in orationis principio collocata: vt, Nemo est quem non delectent amici fortunæ. Nulla est mihi lingua qua id tibi negem, quod petis. Nihil est quod mihi te viuat dulcius.

Horativs. *Nihil est ab omni parte beatum.*

Propert. *Expertus dico, nemo est in amore fidelis.*

Idem. Nulla est reuerentia laudi.

Plavtvs. *Nihil est, vt dici solet, quod hodie bene succedat mihi.*

Terentivs. *Nemo est omnium quem ego magis nunc cuperem videre quàm te.*

Idem. Nullum est iam dictum, quod non sit dictum prius.

Idem. Nulla est tam facilis res, quæ difficilis fiet, quam inuitus faciat.

Plinivs Iunior. Nihil est quod à te mandari mihi aut maius aut gratius, nihil quod honestius à me suscipi possit. Plin. Nihil est damnosius agro deserto. M. Cicero. 6. ad Attic. ep. 7. Nihil enim est illo adolescente castius, nihil diligentius. Idem. 3. Offic. 32. Nulla est enim nobis cum tyrannis societas. Idem. 2. Fam. ep. 16. Nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere videatur. pro Quint. 76. Nemo de iis qui peritissimi sunt huic anteponendus est. 1. Tuscul. 30. Nemo omnium tam est immanis. Idem. 5. Famil. ep. 12. Nihil est

aptius ad delectationem lectoris,quàm temporum varietas, fortunæque vicissitudines : quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt,in legendo tamen erunt iucundæ.Idem.de Clar. or. 273.Nihil est enim tam tenerum támque flexibile, neque quod tam facile sequatur quocunque ducas,quam oratio. Idem. 1. de Or.129..Nihil est tã insigne,nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile,quàm id in quo aliquid offenderis.Idẽ.1.Tusc.94. Nihil est profectò hominis prudentia dulcius,quam vt cætera auferat, affert certe senectus.Idem.ibid.43. Nihil est animo velocius, nulla est celeritas quæ possit cum animi celeritate contendere. Idem.1. de Nat.123.Nihil est enim virtute amabilius, quam qui adeptus erit,vbicunque erit gentium à nobis diligetur. Attic.lib.16. ep. 14. Nihil iucundius literis Sexti,nihil amabilius.Idem.11.Fam.ep.15. Mihi autem nihil amabilius officio tuo.

In fine orationis posit vocem negatiuam si collocaueris, inelegans oratio non sit. Quale illud Catulli est. Nam risu inepto res ineptior nulla est.

In orationis medio verbum Sum collocandum esse post comparatiuum,superlatiuum,substantiuum,adiectiuum,negatiuam vocem,aut nomen in dus, in da,vel in dum. Cap. XLVIII.

Sed id quoque attendendum esse putauimus,vt verbum Sum in orationis medio si ponitur:vt ei præponatur aut comparatiuum, aut superlatiuum.aut substantiuum,aut adiectiuum, aut negatiuum nomen, aut nomen in dus,in da,vel in dum exiens : vt, In amicitia nulla sit rerum dissensio.Fortunæ vultus est varius.

Literatis hominibus felicior est nullus.

TIBVLL.*Nam quanquam antiquæ gentis superant tibi laudes ;*
Nontua,maiorum contenta est gloria fama.
Idem. Hæc mihi verba loqui pudor est,vitaq; fateri
Tot mala perpessæ,tot superesse meæ.

PROPERTIVS. *Pertenues ossa sunt numerata cutes.*
Idem. Quod si deficiant vires,audacia certe
Laus erit,in magnis & voluisse sat est.

TERENT. *Pudore & liberalitate liberos retinere satius esse credo, quàm metu.*

PLINIVS Iunior. Gratia malorum tam infida est quàm ipsi: PLIN. Cremutius autor est nunquam vitere arborem ex qua Phillis se suspenderit. Idem. Vino natura est exhausto, accedendi calore viscera intus foris infuso, refrigerandi. Idem. Maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Idem. Antiqui censebant sartus esse minus serere,& melius arare.Idem.Quo anno superatus est Annibal, in arboribus tunc nata produntur frumenta.Idem.Magnes appellatus est ab inuentore,vt autor est Nicander,in India repertus. Apud QVINT.Nothus ante legitimum natus,legitimus filius sit,post legitimum natus tantum ciuis. QVINT. Error honestus est magnos duces sequentibus. Idem. Non sine causa dictum est, nihil facilius quàm lachrymas inarescere. Idem. Aduersus miseros inhumanus est iocus. Idem. Per totam actionem vitanda est obscuritas. Idem.Mutos nasci & egere omni ratione satius fuisset, quàm prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. AVLVS GEL. Propterea, inquit Plutarchus, in certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ : quoniam ingenium eiusmodi ligni est, vt vrgentibus opprimentibúsque non cedat. CATILINA apud Sallustium.Semper in prælio iis maximum est periculum,qui maximè timent.Audacia pro muro habetur. SALLVSTIVS. Quoniam vita ipsa qua fruimur, breuis est, memoriam nostri quàm maximè longam efficere. Idem. Id ita eueniet, si pecuniæ, quæ maxima pernicies est, vsum atque dedecus dempseris.M.CICE. 2.Tusc.13.Vt ager quàmuis fertilis,sine cultura fructuosus esse non potest,sic sine doctrina animus.Ita est vtraque res vna sine altera debilis.Idem.2.de Nat.deorum.168. Mala & impia consuetudo est contra deos disputandi : siue ex animo id sit, siue simultate. Idem. 2. de Leg.40. Profectò ita est,vt id habendum sit antiquissimum, & ideo proximum, quod sit optimum. Idem. de Diuin. lib.2. Ignoratio futurorum malorum vtilior est, quàm scientia. Idem.6.Famil. ep.4. De futuris rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere. Idem. 4.Fa.ep.9. Tẽpori cedere,id est,necessitati parere,semper sapientis est habitum. Idem. 7.Famil. epist.30. Quanquam hæc etiam auditu acerba sunt : tamen audire tolerabilius est,quàm videre. Idẽ. 2.de Or.279.Quum Cato percussus esset ab eo qui arcã ferebat, quum ille diceret, caue: rogauit, numquid aliud ferret præter arcam. Idem. ibidem.117. Tardi ingenij est riuulos consectari, fontes rerum non videre.

Contrà hæ præceptiones dictum raro inuenias : quale illud est Ciceronianum. Cui in voluptate summum bonum est, huic omnia sensu non ratione sunt iudicanda : eáque dicenda optima, quæ sunt suauissima. QVINT. Neque erit verendum ne binis præceptoribus oneretur puer.

Praticulam non,poni non inepte ante verbum Sum in fine orationis positum. Cap. XLIX.

ID quoque nobis prætermittendum non est, Quum verbum Sum in fine orationis positum est,atque ante id ponitur comparatiuum, vel superlatiuum,vel adiectiuum,vel aliud huius generis, quod diximus præponendum : tum si particula non adiungenda est,ea comparatiuo,superlatiuo,aut hoc genus alys præponenda non est, sed verbo sum : vt, Iuuenum cum senibus amicitia perpetua non est. Qui vtilitati publicæ suam præponit,is reipublicæ vtilis non est. Qui filios artem nullam docuit,à filys lege Solonis alendus non est.

PROPERT.*Vt caput in magnis vbi non est tangere signis*
Ponitur,hic imos ante corona pedes.

OVIDIVS. *Quod caret alterna requie durabile non est.*

Apud QVINTIL. Mors misera non est : aditus ad mortem miser est. QVIN.Vox vltra vires vrgenda non est.Q.METELLVS. Iisdẽ deos propitios esse æquum est,qui sibi aduersarij non sunt. M. CICERO. Quum in amicitia quæ honesta non sunt postulabuntur,religio & fides anteponatur amicitiæ.Idem. Attic. lib 8. ep. 20. Mihi dubium non est,quin hoc tempore bono viro Romæ esse miserrimum sit. Idem.2.de Orat. 351. Sed neque propter hoc Themistoclis responsum,memoriæ nobis opera danda non est. Idem.Cui si initio satisfactum non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. Idem.1.Offi.Negat enim ius esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. Idem. ibidem. 121. Pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam quæ ab honestatis actionibus non sit aliena.

Aliter tamen dici posse ne hæsites.Ciceronianum illud proferimus.
Non grauissimum est testimonium multitudinis.
Aliam vocem syllabæ vnius huic verbo in fine posito raro proposueris, nisi enclitica sit:vt que,ve,ne.

Ante verbum possum,quod ex hoc copulatum est, particulam non proxime inuenias præpositam sæpius : vt, Quantum te amem,literis explicare non possum. Quæ in me contuliſti beneficia, eorum gratiam referre non possum.

QVINTIL. Amantes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor.M. CICERO.1.Offi.25.M. Crassus negabat vllam satis magnam pecuniam esse ei qui in Repub. princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset. Idem.Ibidem.26.Nam quicquid eiusmodi est,in quo non possint plures excellere,in eo plærunque fit tanta contentio, vt difficillimum sit sanctam seruare societatẽ.Idem.2.de Or.69.Qui hominis speciem pingere perdidicerit, posse eum cuiusuis vel formæ vel ætatis,etiam si non didicerit,pingere : neque esse periculum, qui leonem aut taurum pingat egregie,ne id in multis aliis quadrupedibus facere non possit. Idem. 1.de Finib.24.Adhibeatur Reip.pro causa seueritas,sine qua administrari ciuitas nõ potest.

A nominibus in literas ndus exeuntibus comparationem nullam deduci, itémque de nonnullis comparatiuis ac superlatiuis quibus vsi sunt veteres. Cap. L.

REuerendissimum, colendissimum,obseruandissimum, metuendissimum,aliaq; generis huius superlatiua nostra hæc ætas in scribundis literis tam obuia tamq; vulgata habet: vt si literas ad quempiam Pontificem,aliúmue quem amplioris fortunæ virum scribimus : hæc fronte saluæ omittere non queamus. Tantum enim ex triuialium scribendi genere hi summates viri iam sibi persuasere: vt honorem suum minui eleuariq; putent : nisi longissimis adeoq; grauissimis his superlatiuis nomina sua onerentur. Ea autem vt latina esse putem tantum abest,vt ab indocto vulgo putem inuenta. Quocirca ab eis temperandum aut prorsus abstinendum censeam.

Adhoc,Grammaticorum præceptionibus ampliter satis traditum est à nominibus in is aut in us vocali præposita exeuntibus, nec comparatiua nec superlatiua fieri posse.Ab his positiuis vt ab aliis produxit antiquitas. Vt perpetuius & perpetuissimum,inoxiorem, arduius & arduissimum, egregius, egregiũssimum, industriorem, strenuiorem. Autor est Priscianus : à quo illa aduocata sunt testimonia.

PACVVIVS. *Mulier egregiũssima forma.*

LVCIL. *Fundi delectat te virtus, villicus paulo strenuior si euaseris.*

IVVENALIS. *Egregius cœnat,meliusq; miserrimus horum.*

PLAVTVS. *Strenuitori deterior si prædicat suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.*

C. GRACCVS. Vtrum inimicorum meorum factio,an magis solitudo patriæ te impulit,vt in me industrior sis quàm in te. M. CATO. Nequis iterum consul fiat,imperator laudem capit:exercitum meliorem & industriorem facit. Idem.Quantóque suam vitam superiorem atque ampliorem atque antiquiorem in animum inducent esse quàm innoxiorem. Idem. Iter longius arduiusque à cutia dixit. Idem. Aspertimo atque arduissimo aditu.

Idem.

Idem. A benefactis atque ab optimis artibus fugit maxima flagella perpetuissimo curriculo. Idem. Idque perpetuius atque firmius replit.

Ingenuus Marcus quoque Cicero dixit: sed tenuiorem sæpius.

Quid pugnas igitur? aut quid tibi vis ingenuius? Idem. 2. Offic. 62. Omnes enim immemores beneficij oderunt: eamque iniuriam in deterenda liberalitate sibi etiam fieri, eumque qui faciat, communem hostem tenuiorem putant. Atque hæc benignitas etiam reipublicæ vtilis est, redimi è seruitute captiuos, locupletari tenuiores. Idem. ibidem. 85. Neque tenuiores propter imbecillitatem circunueniantur: neque locupletibus ad sua vel tenenda vel recuperanda obsit inuidia.

Iuueniorem à iuuene Apuleius pronunciat.

Vnus, inquit, præ cæteris & animo fortior & ætate iuuenior.

Iunior enim à iune factum esse placet Cornuto: qui Persii est interpres.

Perlucidior ab Horatio dictum est contra multorum præceptionem. Eius verba sunt:

Arcanique fides prodiga perlucidior vitro.

Paruissimum dixit Lucretius: Præterea, nisi erit minimum, paruissima quæque.

Corpora constabunt ex partibus infinitis.

Sæpissimum nomen C. Nepos dixit: Facite nobis in mentem veniat Quirites ex ære alieno in hac ciuitate, & in aliis omnibus, propter diem atque fœnus sæpissimam discordiam fuisse.

Magnificissimum, mirificissimum, beneficissimum dixisse veteres Priscianus testis est.

Activs. *Et magnificissimè excellentissimeq; honore.*

Terentivs. *Quidnã arbitrare nescio: an quid mirificissimum?*

M. Cato. *Optimo & beneficissimo.*

Ex eo genere esse videntur illa comparatiua apud Plautum. Eius verba sunt. Nihil est, inquit, profectò stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis, neque confidentiloquius, neque periurius, quàm vrbani assidui ciues.

Hæc autem eò non scribimus, quòd comparatiuis hiu aut superlatiuis vtendum sentiamus, nisi quibus M. Cicero vsus est: sed quòd venerandæ illius antiquitatis cognitio multam in se habet cum maiestate delectationem. Ius enim si vtare, reprehensione puto non careas minus quàm M. Antonius: qui propterea à M. Tullio reprehensus est quòd pissimum dixerat. Eius autẽ Cic. verba sunt. 13. Phil. 43. Tu porrò, inquit, ne pios quidẽ sed piissimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua latina est: id propter diuinam tuam pietatem nouum inducis. *Ab hoc tamen vocabulo Ausonius non abstinuit. Probat hoc, inquit, principe orbis ordinatus pissimo. De antiquitatis comparatione quoniam tam multa diximus, illud ingratum non fuerit: fuisse quando comparatiuus in er, omnis esset generis.*

Valer. Antias. Hoc senatusconsultum prior factum est. Cassivs. Hemina annalem suum quarto hoc titulo inscripsit. Bellum Punicum posterior. Clavdivs Quadrigarius. Qui prio bellum quod cum his gestum erat, meminissent. Idem. Vbi decreuerunt, commemorant Graccho fœdus prior Pompeianum non esse seruatum. Autor est Priscianus.

Comparatiuum pro positiuo quando eleganter ponatur. Cap. LI.

Illud quoque oratoribus vsitatius est: vt tum comparatiuum vsurpent: quum familiari sermone aduerbium multum aut valde cum positiuo adiungitur: vt, Ab amico literæ iucundiores sunt. Fortuna rebus tuis arridet felicius. Aura hæc salubrior est.

Virgil. *Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitentes.*

Hic non concedo in sententiam eorum qui in hoc versu comparatiuum minus quàm positiuum significare putent. Tristis enim Venus, quia filio Aeneæ cunctis ob Italiam terrarum clauditur orbis, accedit ad Iouem, opem eius imploratura. Iouem inuenit aspicientem Carthaginem. Quos aspicit Iupiter, eos iuuare solitus est. Fata erant, vt Aeneæ genus euerteret Carthaginem. Venus ergo metuens ne fata Iupiter commutans adiuuaret Carthaginem: eaq; Aeneã aut Aeneæ genus perditura esset. Quum ergo tristis Venus Iouem, qui Libyæ defigeret lumina regnis, inuenit: facta est tristior quàm prius erat aut valde tristis. Ideoq; succinuit Virgilius.

— *Et lachrymis oculos suffusa nitentes.*

Plin. Iunior. Medici salubres, sed voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis prosequuntur. Idem. Quæ oblonga sunt oua gratioris saporis putat Horatius. Flac. Fœminam edunt quæ rotundiora gignuntur, reliqua marem. Valer. Maximus. Bonæ mentis vsurpatio nullum tristioris fortunæ recidit incursum. Idem. Quorsum attinet aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in vltimo miseriarum statu ponere? quum & illarum frons hilaris, multis intus amaritudinibus sit referta, & huius horridior aspectus solidis & certis bonis abundet. M. Cic. de Se. 55. Senectus est natura loquacior. Idem. 1. Off. 120. Amicitias, quæ minus delectent & minus probentur, magis decere censent sensim dissuere, quàm repente præcidere. Idem. 7. Fa. ep. 19. Sin tibi quædam videbuntur obscuriora, cogitare debebis nullam artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. Idem. de Oratore perfecto. 40. Thucydides autem præfractior, nec satis, vt ita dicam, rotundus, primus instituit dilatare verbis, & mollioribus numeris explere sententias. Idem. Ex quo quanquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt vnde verba sint ducta, credamusq; quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Idem. ibid. 130. Nam & palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. Idem. ibid. 131. Cauendum est autem ne aut tarditatibus vtamur iugressu molliorib⁹, vt similes pomparum ferculis esse videamur.

Magis quam sine vlla voce media elegantius dici. Caput LII.

Avris prudentioris hominum sermo est elegans magis quàm vulgaris. Quoniam igitur inter magis & quàm vulgari sermone aliquid interponi solet: eas duas particulas sine vlla voce media coniunxeris elegantius. Hoc dicendi genus tam frequens est apud Sallustium, vt id studiose dicere videatur: vt, Amicitia me delectat magis quàm pecunia. Loqueris magis quã quod deceat. Nũc pluit magis quã quod vindemia postulet.

Valer. Maxim. Quicquid imperio cogitur, exigenti magis quàm præstanti acceptum refertur. C. Marivs apud Sallustium. Ignauia nemo immortalis factus est: neque quisquam parens liberis vti æterni forent optant magis quàm vti boni honestique vitam agerent. Sal. Ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat. Idem. Alia belli facinora prædæ magis quàm detrimento fore. Idem. Seruire magis quàm imperare parati estis. Idem. In pace verò beneficiis quàm metu imperium agitabant. Idem. Sæpe praua magis quàm bona consilia prosperè eueniunt. Idem. Neque quisquam te ad crudeles pœnas aut acerba iudicia inuocat, quibus ciuitas vastatur magis quàm corrigitur. M. Cato. Iniurias autem imminentes præcauisse iustum est magis quàm expectauisse. M. Cicero. 2. Fa. ep. 6. Graue est enim homini pudenti petere aliquid magnũ ab eo de quo se benemeritum putet: ne id quod petat exigere magis quàm rogare, & in mercedis potius quàm beneficij loco numerare videatur. Idem. 2. de Orato. 93. Antiquissimi ferè sunt, quorum quidem scripta constent, Pericles atque Alcibiades, & eadem ætate Thucydides, subtiles, acuti, breues, sententiis magis quàm verbis abundantes. Idem. Ora. Quòd si antiquissima illa pictura paucorum colorum magis quam hæc iam perfecta delectet.

Hoc non obseruari semper, exẽpla multa inuenias. Interim illud, quod Quintiliani est, tibi documento sit. M. Acci. Paliscanus humili loco, Picens, magis loquax quam facundus.

De particula vt posita post particulam quàm, ratione comparatiui vsurpatam, quid habeat elegantiæ. Cap. LIII.

Hoc dicendi genus elegantius est, quàm vt prophanorum manibus attingatur. In Musarum enim studijs qui nondum initiati sunt, ita loquuntur: Tantum te amo, quòd dicere non possem.

Illud verò purius dictum sit ac mundius: Amor in te meus maior est quàm vt dicere possim. Clarior est fama tua celebritate, quam vt lippis inuidiæ oculis videri possit. Beneficiorum quæ apud me collocasti cumulus altior est, quàm vt gratiam referre possim.

Seneca. Quomodo Mæcenas vixit, notius est quàm vt enarrari nunc debeat. Plinivs Iunior. Quum sit ad connectendas amicitias vel tenacissimum vinculum morum similitudo. Quin. Id frequentius est, quàm vt exemplo confirmandum sit. Avlvs Gell. Profectò plus ausus est, quàm vt tolerari ignoscij; possit. Valer. Maxim. Vrbis Romæ exterarumq; gentium facta simul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffusa sunt quàm vt breuiter cognosci possint, ab illustribus electa autoribus deligere constitui: vt documenta sumere volentibus longæ inquisitionis labor absit. M. Cic. pro Mar. Nihil habet Cæsar nec fortuna tua maius, quàm vt possis: nec natura melius, quàm vt velis seruare quàm plurimos. Idem. 3. de Orat. 22. Hoc quoque videtur esse altius, quàm vt id nos humi strati suspicere possimus. Idem. Matore mihi ingenio videtur esse, quàm vt cum orationibus Lysiæ comparetur.

Loco particulæ vt, pronomen qui, quæ, quod, nihil minus eleganter dixeris, licet fortasse minus vsitatè, vt: Maior est ingratitudinis tuæ suggillatio, quàm quæ in auras euanescat.

Amplior tua est felicitas, quàm cui quis inuideat.

M. Cic. Quum præsertim matris tuæ grauissimæ atque optimæ fœminæ, maiora erga salutem dignitatémque meam studia, quàm quæ erant à muliere postulanda, perspexerim.

Eodem prope dicendi genere illud Publij Africani est: Tu in vno scorto maiorem pecuniam absumpsisti, quàm quanti omne instrumentum fundi Sabini incensum dedicasti.

Sine his vocibus positis postquàm, hoc dicendi genus vsurpari possit.

M. Cic. Orator. Hoc maius est quiddam, quàm ab iis qui hæc tradunt, postulandum sit. Idem. ibid. Longe Aristoteli videtur secus: qui iudicat heroum numerum grandiorem quàm desideret soluta oratio.

De comparatiuis duobus particula Quàm coniunctis, quid habeant elegantiæ. Cap. LIIII.

Elegantius quàm vsitatius hoc dicendi genus est: vt quum inter adiectiua duo nomina, aut duo aduerbia ab adiectiuis nominibus profecta gradus positiui, magis quàm interponi soleat: tum vtrunque positiuum in comparatiuum mutes, & omissa particula magis, quàm interponas: vt, Quos amamus: eos amicius quàm verius laudare solemus; id est, amicè magis quàm verè. Fortunatior quàm sapientior es. Reipublicæ administratio honoratior quàm quietior est.

Plinivs Iunior. Non quia eloquentius quàm verius, sed quia liberius, ideóque licentius scribitur. Quintilianvs. Nos nunc non veremur ne parum hic liber mellis, & absynthij multum habere videatur, sitque salubrior studijs quàm dulcior. Sallv. Ego scio quàm aspera hîc res in principio futura sit, præsertim iis qui se in victoria licentius liberiúsque quàm arctius futuros credebant. M. Varro. Metium Suffetium propter perfidiam interemit penè imperiosius quàm humanius. Nam equis ad curriculum ex vtraque parte deligatum distraxit.

Quod particula quàm, inter vocabula duo collocata, ante comparatiuum ponenda sit. Cap. LV.

Docti quàm rudes illud nouerunt esse vsitatius: vt quum particula quàm, ratione comparatiui posita inter vocabula duo collocata est, tum postponatur comparatiuum elegantius: vt,

Amicitia quàm pecunia delectat amplius.

Diuitys quàm virtuti plures inuigilant.

Plavt. *Te de alijs, quam alios de te suauius est fieri doctos.*

Plin. Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & auidè hausta: & æstate quã hyeme difficilius, & in senecta quàm in iuuenta. Idem. Somno concoquere corpulentiæ quam firmitati vtilius. Quint. Cornelius autem Seuerus verificator quàm poëta melior. A. Gell. M. Cato in L. Veturium duritudinem quàm duritiem dicere grauius putauit. Sall. Regibus boni quàm mali suspectiores sunt: semperque his aliena virtus formidolosa est. Idem. Sardinia in Africo mari facie vestigij humani in orientem quàm in occidentem latior prominet. M. Varro. Sed neque vetulus cauterius quàm nouellus melior, nec canitudini comes virtus. Q. Metellvs Numidicus. Qua in re quanto vniuersi me vnum antestatis: tanto vobis quàm mihi maiorem iniuriam atque contumeliam facit Quirites. M. Cic. Offic. li. 1. 75. Quamuis enim Themistocles iure laudetur: & sit eius nomen quàm Solonis illustrius. Idem. 3. Tusc. 32. Hostium repens aduentus magis aliquando conturbat, quam expectatus. Et maris subita tempestas quàm ante prouisa terret nauigantes vehementius. Idem. Id re quàm verbis faciam libentius.

Quod contra, comparatiuum non inelegantèr præponatur vocabulis particula quàm coniunctis. Cap. LVI.

Nobis visum est vtilius multa scribendo docere, quàm stringendo nimis lectorem turbare. Ideoq; præceptionem hanc adscribimus. Comparatiuum ante vocabula duo coniuncta coniunctione quàm, non inelegantèr præponere possu. Sed quod præceptione superiore docuimus, vsitatius est atque elegantius. Inter ea vocabula duo coniuncta comparatiuum ab elegantioris ingenij oratoribus rarò interpositum, ideo inuenias: quòd ibi id loquentium vulgus interponere solet. Sed ad exempla accedimus. Pluris amicitia quàm rerum multarum possessio esse debet. Melius est cum doctis errare, quàm cum imperitis bene sentire. Commodius est rem sibi quærere quàm in otio decumbere.

Activs. *Melius quàm viri callent mulieres.*

C. Martivs. Meos hortulos plus stercore quam holerõ. Vegetivs. Sæpius penuria quam pugna consumit exercitum. Quint. Difficilius semper est creditum (quod Cicero sæpe testatur) defendere quàm accusare. Idem. Facilius ediscimus versus quam prosam orationem. Idem. Discipuli libentius præcipientem audiunt, quàm reprehendentem. Idem. Minus afficit sensus fatigatio. C. Memmivs. In Repub. multo præstat beneficij quàm maleficij immemorem esse. Bonus sit tantummodo segnior vbi negligas: at malus improbior. M. Cic. 3. Tusc. 5. Morbi perniciosiores pluréfque sunt animi quàm corporis.

Fit vt inter vtranque huiusmodi coniunctam vocem comparatiuum inueniás: quale Plinij illud est: Nutricem indulgentiorem esse quàm matrem sæpe conuenit.

Quod verbum malo vocabulis coniunctis coniunctione quam postponatur aut præponatur. Caput LVII.

Quo tibi hæc sint manifestiora, memoriáq; adhæreant tenaciora, separatim ea quam iuctim scribere maluimus. Quod igitur de comparatiuo præposito aut postposito vocabulis ijs quæ particula quàm copulet diximus: idem de verbo malo obseruandum esse censemus: vt, Cum amicis quàm alibi vsquam terrarum viuere mallem. Discordiam ciuium quàm concordiam seditiosi malunt. Malo literarum prudentiam quàm generis nobilitatem.

Quintil. Defendere quidem reos quàm facere vir bonus mallet. Idem. Quidij Medea videtur mihi ostendere quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare quàm indulgere maluisset. Idẽ. Nec deerunt vnquã qui diserti esse quã boni malint. Idẽ. Quod neque summi imperatores, neque in cõsiliis rerum maximarum, ac totius administratione Reipub. versati, sibi vnquam vendicare sunt ausi. Facere enim optima quàm promittere maluerunt. Idem. Mauult pater corrigere quàm abdicare. Vale r. Maximus. Loci opportunitate (qua plurimum adiuuabatur) spoliatus, occidere dimicans, quàm assignatam sibi à patria stationem deserere maluit. Idem. Sua cæde testari voluit se Fuluij crudelitatem fugillare, quàm senatus misericordia vti maluisse. Sallv. Accepta iniuria ignoscere quàm persequi malebant. Idem. Paucis interfectis cæteros beneficio quàm metu retinere maluit. M. Cic. 3. de Orat. 140. Malim equidem indisertam prudentiam, quàm stultam loquacitatem. Idem. Errare mehercule malo cum Platone (quem tu quanti facias scio: & quem ex tuo ore admiror) quàm cum istis vera sentire. Idem. Italiam ornare, quàm domum suam maluit. Idem. Malo enim non intelligi orationem meam, quàm reprehendi.

Quod autem verbum hoc modo vno l, modo duobus scribatur, imprudenter factum ne putes, attende verba malo & nolo, vno l, scribi solita esse vbi eorum simplex, quod est volo, vno l, scribitur. Vbi verò in simplici sunt duo ll, in compositis ibidem duo sunt.

Cum vocabulis duobus coniunctis particula Quàm, si quod aliud conueniat, quòd vtrique postponatur elegantius. Cap. LVIII.

Eruditorum quam imperitorum sermo quoniam imitandus nobis est attentius: ideo præceptionem hanc prætermissam noluimus. Quum ratione comparatiui, aut vllius alterius vocabuli vim comparatiui habentis particula quàm, vocabula duo coniungit: si quod verbum est quod cum vtroque conueniat, postponatur non illepidè: vt, Amicitia quàm fortunæ vi fulciri certius est. Eloquẽtiæ quàm diuitiarum copiam habere commendabilius est. Sacra quàm profana lectio iucundior esse debeat. Solonis quàm Draconis legibus vti Atheniensibus dulcius fuit.

Quin. Vt quod sentio semel finiam, tanto est accusare quàm defendere, quãto facere quàm sanare vulnera facilius. Idem. Phidias diis quàm hominibus efficiendis melior artifex traditur. Idem. Admirabilior in fœmina quàm in viro virtus. Idem. Qui legente alio ediscit, in parte tardatur: quòd actior est oculorũ quàm aurium sensus. Idẽ. In armorum ratione antiquior cauendi, quàm ictum inferendi cura est. Quod exemplum ab re non multũ abest. Vale. Maxi. Patriæ quàm vitæ suæ longiores terminos esse maluerunt. Idem. Multo multóque seipsum quàm hostem superare operosius. Idem. Aliquanto satius fauorabili quam inuisæ rei vacare. Sal. de Catone. Esse quàm videri bonus malebat. Itaque quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequebatur. Idem. Quo mihi rectius esse videtur ingenij quàm virium opibus gloriam quærere. M. Cic. 5. Tusc. 105. Quid Aristides (malo enim Græcorum quàm nostra proferre) nũne ob eam causam expulsus est patria, quòd præter modum iustus esset? Idem. Accipere quàm facere præstat iniuriam.

Aduerbia superlatiui gradus terminari in e, vel in o, vel in um, tantum. Déque aduerbio potissime quòd latinè dicatur. Cap. LIX.

Plurimum hoc tibi fortasse proderit, ne in errorem incidas. Is enim Donatus quem ediscunt pueri, autor alioqui non asperuandus, aduerbia superlatiui gradus in e, & in vm, exire putauit: quum exempla dedit, vt doctissimè vel doctissimum. Eius hac in re sententiæ ne accedamus abest plurimum. Negamus enim aduerbia ea quæ in e desinunt, in vm exire. Contrà; quæ in vm exeunt, in e exire, nisi pauca, negamus. Ferè omnia. in e, pauca in vm, pauciora in o exeunt. Vt quia doctissimè dicimus, dici doctissimum non credimus. Contrà, plurimum non plurimè dicimus. Ea, puto, causa fuit, quæ perfuasus Valla Laurentius potissimè dici latinè negauit. Potissimum enim vsitatissimum est. Sed potissimè latinè dici prorsus non negamus. Eam enim Beroso interpres in sermone latino autoritatis non postremæ vsurpauit. Potissimè, inquit, idem offensus erat patri ob

vitia.

vitia. Hiut autoritatis leuitas, qualis tibi fortasse videtur, ne vacillet diutius: am Ciceronis verbis oneramus grauiorem. Hactenus, inquit, mihi videe, quid sentirem potissimè dixisse.

Quod autem minimum & minime dicantur latinè. idem Valla scribit, additq; minimè proprie esse superlatiuū minime verò pro negatione sola accipiendū. Minime tamē superlatiuū esse, verba illa M Tullij. 1. Off. 114. documento sunt. Si aliquando necessitas, inquit, nos ad ea detruserit, quæ nostris ingenijs non erunt: omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si non decore, at quàm minime indecore facere possimus. Ibi enim quàm minime possimus, ea forma dictum est, qua si dicas quàm doctissime possimus. Quod itidem Quintilianus dicit. Eius verba sunt: Mihi semper mori fuit, quàm minime alligare me ad præcepta, quæ κανονικὰ vocant: id est, vt dicamus quomodo possumus, vniuersalia vel perpetualia. Minimum idem, quod superlatiuum sit. idem vsurpat. Nos videmus, inquit, hoc vsu venire, vt quos nunquam putassemus à nobis internosci posse, eos consuetudine adhibita tam facile internoscere mus: vt minimū quidem similes viderentur. Minimo apud Quintilianum scriptum inuenio. Eius verba sunt: Status sit rectus, æqui & diuisi paulum pedes, vel procedens minime sinister.

Aduerbium in o, exiens vnum præter hoc solum legere memini: id autem est meritissimo: præter extremo. postremo. vltimo. primo, quæ itidem in vm exeunt. Quod ex forma aduerbiorum aliorum ordinem vt ipsa significant significantium scire possis.

TVRPILIVS. *Meritissimo te magnifico.*

CAECILIVS. Meritissimo hic me eiecit ex hac decuria. M. CICERO. 1. de Orat. 234. Scævolæ te dedisti, quem omnes amare meritissimo pro eius eximia suauitate debemus.

De aduerbiis quantitatis in vm: quòd comparatiuis adiungi possint. Déque particulis tam & quàm, quibus adiunctæ inueniantur. Cap. LX.

Quanto plures excusseris eruditorum memorias, tanto id inuenias obseruari sæpius: vt aduerbia quantitatis in um, cuius generis sunt tantum, quàtum, aliquantum, multum, nimium, parum, paululum: nihilum, & si qua alia sunt, positiuis, eadem in o comparatiuis adiungantur. Nihil & nimis vtrique comparationi apta sunt: vt, Tantum doctus quàtum amicus. Multo familiarior. Præceptionis huius exempla ideo nulla scribimus, quòd ea tibi ex aliis scriptoribus satis opinor cognita est. Adhoc, nostrum non fuit consilium eam scribere, sed commonere te tantum voluimus: ne scriptorum alium præceptionibus persuasum ibi solæcismū esse putes: vbi hoc genus aduerbia in um cum comparatiuo aut verbo vim habente comparatiui adiuncti inuenias. Quod rarius minusque elegans est, sed certe dicitur.

TERENTIVS. *Eius frater aliquantum ad rem est auidior.*

Idem. Nihil minus, immò magis auget suspicionem.

QVINTILIANVS. Quid, quòd Ciceronis temporibus paulumque infra, quoties s litera media vocalium longarum vel subiecta longius esset, geminabatur: vt caussæ, caussus, diuisiones: quo modo & ipsum & Virgilium quoque scripsisse manus eorum docent. Atqui paululum superiores etiam illud quod gemina dicimus nisi vna dixerunt. AVL. GELL. Cætera quoque stadia in terris Græciæ ab aliis postea instituta, pedum quidem esse numero fexcentum, sed tamen esse aliquātulum breuiora. Idem Videri ea sibi duriora paulum & acerbiora. VALERIVS MAXI. Quantum domo inferior, tantum gloria superior euasit. M. VARRO. Praxiteles propter artificium egregium, nemini est paulum modo humaniori ignotus. *Tanto & quanto cum superlatiuo adiungi vbi inuenias, rarū est: quale illud est Valerij Catulli. Tanto pessimus omnium poëta, Quanto tu optimus omnium patronus. Rarum item idem est, vt vbi tanto dicitur, in sermone eodem quàm. aut contra ponatur. Eiusmodi illud Plautinum est. Verum ita si quæ forte eueniunt huiusmodi. Inter eos, rursum si reuentum in gratiam est, Eò tanto amici sunt inter se, quàm prius. Tam & quàm cum comparatiuo adiungi raro inuenias: vt in illo quod est apud.*

QVINTILIANVM. Quàm magis erumna viget, tam magis ad malefaciēdum vrget. M. CICERO. de Oratore perfecto, 73. Tam magis offendit nimium quàm parum. In quo Appelles pictores quoque eos peccare dicebat qui non sentirent, quid esset satis.

Tā cum positiuo & quàm cū superlatiuo sermone eodē dici, rarò inuenire est. Cuius modi illud Ouidij est: Tā felix esses quàm formosissima vellē.

Hæc non eo scribo, quòd ea tibi putem imitanda: sed quod ea putes latinè dici posse: quæ si vsurpares parcissimè, improbanda non essent.

Quod aduerbia adiectiuis nominibus, aut aduerbijs ab adiectiuis nominibus factis postponantur, aut si præponantur, in medio aliquid non inelegantèr ponatur. Cap. LXI.

Elegantem admodum compones orationem, in qua aduerbium positum sit adiectiuo aut aduerbio quod factum sit ab adiectiuo, idq; si adiaceat, aut si præponatur, in medio aliquid interponatur: vt, Fida parum amicitia est eorum qui student auaritiæ. Eleganter multum ad me scripsisti. Aliquanto es adrem autdior.

QVINTILIANVS. Stylus intermissione paulum admodum de celeritate perdit. A. GELLIVS. Proletariorum ordo honestior aliquanto & re & nomine, quàm capite censorum fuit. Idem. Obscurè magis dictum quàm ambiguè videri potest. Idem. Diomedis arma & Glauci non dispari magis precio æstimata sunt. Idē. Tarquinius id multo risit magis. Idem. Obesum hic notauimus propriè magis quàm vsitatè dici pro exili atque gracilento. VAL. MAXIMVS. Prospera nimis vsi fortuna. Idem. Mithridatis regis filia Dripetine Laodicea regina nata duplici ordine dentiū deformi admodum, comes fugæ patris à Pompeio deuicti fuit. M. CICERO. de perfecto Oratore. 1. Negare ei quem vnicè diligerem, cuiq; me charissimū esse sentirē, præsertim & iusta petenti & præclara cupienti, durum admodum mihi videbatur. Idē. Quòd ab eo diligeris, multo ei amicior sum factus. Idem. 7. Famil. ep. 10. In re militari multò es cautior, quàm in aduocationibus. Idem. Facilius multo pro tua singulari prudentia iudicabis. Idem. 1. Famil. ep. 9. Quod tibi vt planius exponam, altius paulo rationem consiliorum meorum exponam necesse est. Idem. 1. de Orat. Multo tamen pauciores oratores quàm poëtæ boni reperiuntur. Idem. 1. de Orat. 70. Est enim finitimus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus socius ac penè par. Idem. Mihi quidem veteres illi maius quiddam animo complexi plus multo etiā vidisse videntur, quàm quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest. Idem. 5. Tusc. Vir sapiens multo arte maiore præditus, numquid verissimum sit, sed quid velit vulgus, requiret? Idem. 1. in Catil. 8. Intelliges multo me vigilare acrius ad salutem, quàm te ad perniciem reipublicæ. Idem. 2. in Catil. 9. Nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur. Idem. 3. Tusc. 9. Multòque melius hæc notata sunt verbis latinis, quàm Græcis. Idē. pro Milone. 93. Atq; haud scio an multo etiā sit adiuuādus magis. Idē. 8. ad At. ep. 9. Multo minus mouebāt minæ. Idē. de Sen. 36. Nec vero corpori solum subueniendum, sed etiam animo atque menti multo magis. Idem. 2. de Orat. 100. Quarum rerū negligentia plærasque causas & maximè priuatas, sunt enim multo sæpe obscuriores, videmus amitti. Idem. 2. de Orat. 178. Plura enim multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut itacundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut scripto, aut norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus.

Orationem non inuenustam eam esse, in qua positiuum à superlatiuo regatur, contráque à superlatiuo factum positiuum regatur à superlatiuo, quod ex positiuo altero factum sit. Cap. LXII.

Venustarum pulcherrima, pulchrarumque venustissima mihi, mehercule, visa hæc dicendi oratio est: in qua superlatiuum regit positiuum: contráque idem positiuum in superlatiuum mutatum regit positiuum à quo alterum superlatiuum factum erat: modo ne mutes sententiam, neue sæpius obseruatum affectationis præbeat te postulandum: vt, Charorū mihi amicissimus es & amicerū charissimus, doctorū sapientissimū sapientiumque doctissimus. Perditorū sceleratissimus, & sceleratorū perditissimus. Hoc dicēdi genus nō improbauit M. Tullius, qui in libro de Oratore primo 180. M Crassum verba illa dicere facit Quū. Q *inquit*, Scævola æqualis & collega meus homo omnium ditissimus, & disciplina iuris ciuilis eruditissimus, & ingenio prudentiáque acutissimus, & oratione maximè limatus atque subtilis, atque, vt ego soleo dicere, iutisperitorum eloquentissimus, eloquentium iutisperitissimus, ex scripto testamentorum iura defenderet. *Non ita dissimile illud est Ciceronis eiusdem de Cla 148 quamuis de duobus dictum sit.* Crassius, inquit, erat parcissimus elegantium, Scævola parcorum elegantissimus.

Ab hac dicendi venustate longe non abscedas: si cum adiectiuo substantiuum nomen ab adiectiuo factum. sit adiunctum: quod in adiectiuum redeat & altero adiectiuo substantiuum fiat: vt, Perfecta consummatio consummataque perfectio. Erudita compositio compositaq; erud. tio. Hoc facere non queas: nisi magna inter vtraque sit conuenientia.

Quod superlatiui à comparatiuo recti in ablatiuo significatus multum augeatur. Caput LXIII.

Elegantissimi in dicendo multi fuere: sed his quoque elegantiores ex illo dicendi genere superlatiui significatum non parum augeri putauere: si super id superlatiuum comparatiuo excessus ita detur, vt ab superlatiuis tanquam regatur. Non tamen intelligo ita vt putes significatum superlatiui ibi positi augeri. sed excessum eum per comparatiuum atque superlatiuū fiat accrescere magis: vt, Mihi amicissimus es: esses tamen amicior si ad me scriberes. Literas tuas quum recepi, mihi iucundissimæ fuerunt. Iis legendis valere te quum agnoui iucundiores fuere. Felicissimo feliciores. Liberide & Cingalo medicissimo hominibus mēdicior.

PLAVTVS. *Si sis sultior sultissimo.*

OVIDIVS. *Accedat lacrymis odium, dignisque puteris,*
Qui mala quum tuleru plurima, plura feras.

A. GELLIVS. C. Fabritius, & Coruncanius, antiquissimi viri, vel his antiquiores Horatij illi Trigemini planè ac dilucidè cum suis fabulati sunt.

M. CICERO. 10. Famil. ep. 3. Quum ipsum Furnium per se libentissimè vidi: tum hoc libentius, quòd illum audiens te videbar audire. Idem. 14. Famil. ad Terentiam. Ego autem hoc miserior sum quàm tu, quæ es miserrima, quòd ipsa calamitas communis est vtriusq; nostrũ. Idem. 3. Off. 121. Vale igitur mi Cicero, tibique persuade, te mihi quidem esse charissimum, sed multo fore chariorem, si talibus monimentis præceptisque lætabere. Idem. 1. Tusc. 64. Hoc tibi propone, amplitudinem & quasi quandam exaggerationem quàm altissimam animi, qui maximè eminet in contemnendis & despiciendis doloribus, vnam esse omnium rerum pulcherrimam, eóque pulchriorem, si vacet populo, neque plausum captans se tantum ipsa delectet.

Quum verò per gradus comparationis fit quædam velut gradatio: cum dicendi venustate vis acquiritur orationi: vt, Felix est cui amicum bonum diligere contigit. felicior qui ab eo literas multas accipit, felicissimus cui cum eo viuere datum est. Cum eo præclarè agitur, qui pecuniæ indigens literarum studiosus est: præclarius, cui cum scientia cupiditate pecuniæ adest copia: præclarissime, cui ea literarum cupiditas earum professione exactata est.

PLAVTVS. Miser homo est, qui ipse sibi quod edat quærit, & id ægre inuenit. Sed ille est miserior, qui & ægre quærit, & nihil inuenit. Ille miserrimus est, qui cum esse cupit, quod edat non habet. PLINIVS. Malum patrem familias, quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi in tempestate cœli. Peiorem, qui festis diebus ageret quod feriatis deberet. Pessimum, qui sereno die sub tecto potius operaretur, quàm in agro.

Superlatiui augmentum quibus particulis adiunctis fiat: quòdque vnusquisque cum superlatiuo adiungatur. Ac de comparatiuo de pluribus generis eiusdem dicto. Cap. LXIIII.

VNus omnium elegantissimus Cicero nobis, quoniam imitandus est, quibus cumularit dictionibus significatum superlatiui, nunc videtur dicendum. Illis autem particulis cumulauit, apprime, omnino, sine controuersia: vnum adiungit. Aulus Gellius maxime apposuit. Posis ergo dicere. Tu vnus omnium mihi charissimus es. Epistola ad me tua apprimè fuit elegantissima. Omnium sine controuersia doctissimus es.

AVL. GELLIVS. Bonas artes qui synceriter cupiunt appetúntque hi sunt vel maxime humanissimi. Q. CLAVDIVS Quadrigarius. Apprime summo genere natus erat.

Summum enim vt primum, vltimum, extremum, habere vim superlatiui multu persuasum est.

M. CICERO. 4. Fam. ep. 13. Qui anteà aut obscuris hominibus, aut etiam sontibus patrocinari poteram: nunc P. Nigidio vni omniũ doctissimo & sanctissimo, & maxima quondã gratia, & mihi certè amicissimo nec benigne quidẽ polliceri possum. Idẽ. de Amic. 1. Quo mortuo me ad pontificem Scæuolam contuli, quem vnũ nostræ ciuitatis & ingenio & industria præstantissimum audeo dicere. Idem. 2. de Orat. 296. Tum Iulius. Ego mehercule, inquit, Antoni semper is fui: qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo mihi videri lectissimum, propriúmque hoc esse, nihil à te vnquam esse dictum, quod obesset ei pro quo diceres. Idem. 3. de Finibus 32. Quod autem in quo sapienter dicimus, id apprimè rectissimè dicitur. Idem. 1. Offic. 87. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio. Idem. ibidem. Panætius sine controuersia de officiis accuratissimè scripsit.

Alia multa quæ superlatiuo adiungi solent, de industria omittimus, propterea quòd ea scriptorum aliorum monimentis ignota non sunt. Deinde particulæ hæ quas diximus, præter vnum, positiuis adiungi solent vsitatius. Vnum verò superlatiuo sæpius. Vnde appositum vnumquodque cum positiuo dictum sæpius, cum superlatiuo compositum inuenimus. Val. Maximus. Fabritius, inquit, Licinus honoribus & autoritate omni ciue temporibus suis maior, par vnicuique pauperrimo. Exemplo hoc commoneare comparatiuum dici posse de pluribus generis eiusdem: quod est contra nonnullorum præceptionem. Id quod Plautus, Aul. Gellius, alique multi facitarunt. Nam apud Plautum tres habens filias ad natu maximam viturus: Ad meam, inquit, maiorem filiam imus so domum.

AVL. GELLIVS. Hortensius omnibus fermè oratoribus ætatis suæ nisi M. Tullio clarior.

Particula vel, adiuncta cum superlatiuo, quid habeat venustatis. Caput LXV.

ORatoribus vel maximis illud dicendi genus valde consuetum est, vt ibi cum superlatiuo vel nomine vel aduerbio adiungãt particulã vel, vbi loquentium vulgus ponit non solum cum positiuo, sed etiam cum superlatiuo vt, Literæ ad me tuæ amicitiæ nostræ testes mihi fuerunt, vel iucundissimæ, id est, nõ iucundæ solum, sed etiam iucundissimæ. Literæ mihi tuæ gaudio vel maximo fuerunt. Eos quibuscum tibi negotium est, vel prudentissimè conuenit.

QVINTILIANVS. Potior mihi ratio viuendi honestè, quàm vel optimè dicendi videretur. Idem. Hoc transeo, de quo neminẽ qui literas vel primis, vt aiunt, labris degustauerit, dubitaturum puto. *Primum enim superlatiuum esse Præscianus contendit.* AVLVS Gellius. Menander poëta vetustior, humanarum opinionum vel peritissimus. Idem. Super hac quæstione tum à aliis, sicuti dixi, multis, tum vel diligentissimè à Theophrasto disputatur. Idem. Nunquam, inquit Phauorinus, quod equidem sciã, tam importuna támque audaci argutia fuit noster Probus: vt Sallustium vel subtilissimũ breuitatis artificem periphrasim pectarũ facere diceret. M. CICERO. Sed quid quæro velis ne, quum literis tuis eruditissimè scriptis te vel maxime velle perspexerim? Idẽ. 5. Famil. Illum fructum ex tuis literis vel maximum cepi, quòd te præclarè res humanas contemnentem, & optimè contra fortunã paratum armatúmque cognoui. Idem. de perfecto Orat. 30. Ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras abditásque sententias, vix vt intelligantur: quod est in oratione ciuili vitium vel maximum. Idem. 1. de Orat. 51. Quid est tam furiosum quàm verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subiecta sententia nec scientia? Idẽ. 1. Offi. 156. Ob eã etiã causam eloqui copiosè, modò prudenter, melius est, quàm vel acutissimè sine eloquentia cogitare. Idem. ibid. 146. Fidibus Musicorum aures vel minima sentiunt. Idem. 1. de Orat. 118. Turba & barbaries forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. Idem. ibidem. 12. In dicendo autem vitium vel maximum, à vulgari genere orationis atque à consuetudine communis sensus abhorrere. Idem. ibibem. 32. Hoc autem vno præstamus vel maximè feris, quo colloquimur inter nos, & exprimere dicendo sensa possumus.

Alijs quoq; vocabulis adiũgi posse ne tu nescias, exempla subscribimus.

VIRGILIVS. *Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.*

QVINTILIANVS. Omnibus his sufficit vel vnum Ciceronis exemplum. Facinus est vincire ciuem Romanum: prope scelus verberare: parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? SALLVSTIVS. Vnum omnibus finem natura vel ferro septis statuit. *In eadem hac significatione superlatiuo etiam particula adiungitur.* LENTVLVS. Cura vt omnium tibi auxilia adiungas etiam infimorum. M. CICERO. 1. Tusc. Caput autem est in omni procuratione negotij & muneris publici, vt auaritiæ pellatur etiã minima suspicio.

Quod aduerbia comparatiui gradus aut superlatiui perinde vt nomina casum regant. Cap. LXVI.

MInime omnium fieri putat vulgus semidoctum vt aduerbia comparatiua aut superlatiua perinde vt nomina casum regant. Siquidẽ absolutè ferè ponis solent. Ne igitur solœcismũ putes, si quem casum huiusmodi aduerbijs apposueris, hanc præceptionem scribimus: qua id fieri, vimque orationis augeri censemus: vt, Omniũ te diligo amantissime. Quod ad me misisti munus omnium diligentissimè asseruabo. Nemo te viuit iustius.

PLAVTVS. *Omnium primum Alcmena geminos peperit filios.*

Idem. Omnium primum iste qui sit iste Sosia, hoc dici volo.

TERENTIVS. *Meritò, hoc meo videtur factum?* DEM. *Minime gentium.*

Idem. Illa exclamat: Minime gentium.

AVLVS GELLIVS. Qui de vestali virgine capiẽda scripserũt, quorum diligentissimè scripsit Labeo Antistius, minorem quàm annos sex, maiorem quàm annos decem natam negauerunt. Idẽ. Quod apud Scipionem omniũ ætatis suæ purissimè locutum legimus, roboraria aliquot Romæ doctos viros dicere audiui id significare, quod nos viuaria dicimus. MARCVS Cicero. 1. Tusc. 7. Vt antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit, sic hæc mihi nunc senis est declamatio. Idem. 4. Tusc. 71. Maximè verò omnium flagrasse amore Rheginum Ibicum apparet ex scriptis. Idem. 2. Famil. ep. 7. Nemo est, qui tibi sapientius suadere possit ipse tibi. Idem. Quod quidem tu minime omnium ignoras.

Quod nomen aut aduerbium gradus comparatiui adiectiuum aut substantiuum aut participium in ablatiuo casu regat non vulgariter. Cap. LXVII.

OPinione tua illud fortasse inuenias elegantius: vt quum domestico sermone habes comparatiuum, siue nomen sit, siue aduerbium, postea particulam quàm cum adiectiuo nomine aut substantiuo vel cum participio, postremò sequitur verbum Sum, es, est: tum omittas particulam Quàm, ac verbum Sum: idque nomen vel participium in ablatiuo, quod comparatiuum regat, colloces. *Id exemplis tibi sit manifestius. Mea tecũ amicitia fide maior est: id est, maior quàm fides sit, hoc est, maior quàm quis credat. Tu solito felicior es. Vtilis tardius aduenis. Themistocles adolescens liberius iusto viuebat.*

VIRGILIVS. *Dicto citius tumida æquora placat.*

PLAVTVS. *Istuc curaui, vt opinione illius pulchrior esses.*

Idem. Prius tua opinione hic adero: bonum animum habe.

SVETONIVS. Curam quoque solito exactiorem contulit. P. LENT. Opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. C. ASINIVS. Quòd familiarem meũ tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est. VALERIVS Maximus. Consueto enim sacrificauit diutius. M. CICERO. Illa multo maior opinione, quòd nemo potest de ea re quam non nouit, non turpissimè dicere.

Quum verò in hoc dicendi genere substantiuum nomen in latino casu

à comparatiuo regitur, num attendendum est virtuténe comparatiui, an positiui regatur. Alia enim esse possit sententia. Quemadmodum si dicas. M. Crassus ditior erat opinione hominum: si ablatiuus opinione regitur virtute comparatiui, ea sententia est. M. Crassus ditior erat quàm homines opinabantur: sin autem virtute positiui. Homines opinabantur Marcum Crassum ditiorem, quàm esset. Quæ vtraque sententia eadē non est.

Quos casus regant nomina comparatiui gradus aut superlatiui, præter eos, qui ne vulgo quidem literatorum ignoti sunt. Cap. LXVIII.

IN oratoribus grauissimi illud quoque dicendo sæpe vsurpant: vt nominibus comparatiui gradus aut superlatiui adiungant accusatiuum vel ablatiuum cum præpositione ante, inter, in, de, vel ex: vt, Ex amicis maximus. Inter doctiores facilis. Ex discipulis studiosissimus. Id ibi obserues, vt in eo accusatiuo vel ablatiuo, id nomen colloces, quod comparatiui aut superlatiui adiectiuum esset.

VIRGILIVS. *Scelere ante alios immanior omnis.*

PLINIVS Iunior. Minorē è liberis duobus amisit. PLINIVS. Inter omnia venenata Salamandræ scelus maximum est. SVET. Antonium iuuenem maiorem de duobus interemit. QVINT. Pater dignissimo ex filiis reliquerat. AVL. GEL. Ex malis duobus, quos apud eos vidisset, vter maior esset cum mittendum curaret. VALERIVS MAXIM. Erat autem is ex triginta tyrannis crudelissimus. Idem. De duobus filiis & ingenti agilitate & corporis dotibus præstantiorem imperiúque successorem destinatū Atym existimauit ferro sibi ereptum. M. CICERO. Quem Crassus dilexit ex omnibus plurimum. Idem. 4. Tusc. 75. Maximè autem admonendus, quātus sit furor amoris. Omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla vehementior. Idem. 3. de Orat. 97. Quinetiam gustus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcedine præter cæteros sensus mouetur, quàm cito id quod valde dulce est aspernatur ac respuit? Idem. 2. de Orat. 357. Acerrimum autē ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi.

Quod nomen superlatiui gradus substātiuum in casu genitiuo numeri multitudinis regat elegantius, quàm sibi conueniens habeat. Cap. LXIX.

GEnerum dicendi (quibus vti solet Aul. Gellius) illud ferè vsitatissimum est: vt superlatiui substantiuum in casu patrio numeri pluralis collocetur: vt, Amicorum integerrimus. Sermone enim domestico diceres amicus integerrimus. Oratorum doctissimus. Imperatorum fortissimus.

SVETONIVS. In asperrima insularum aduehi. PLINIVS. Cur sternutamentis salutatur: quod etiam Tyberium Cæsarem tristissimum, vt constat, hominum in vehiculo exegisse tradunt. AVLVS GELL. Grauissimi philosophorum super hac re serio quæsiuerunt. Idem. Quibus declarabat maximus philosophorum literas atque doctrinas philosophiæ, quum in hominem falsum atque degenerem, tanquam in vas spurcum atque pollutum influxissent, verti, mutari, corrumpi. Idem. Protagoras insyncerus quidem philosophus, sed acerrimus sophistarum fuit. Idem. Hesiodus poëtarum prudentissimus linguam non vulgandam sed recondendam esse dicit. Idem. Catullus elegantissimus poëtarum. Idem. Vt videntur existimasse antiquissimi Græcorum. Idē. Apud antiquissimos Romanorum neque generi neque pecuniæ præstantior honor tribui, quàm ætati senectæ solitus est. Idem. Vetus atque perpetua quæstio inter nobilissimos philosophorum agitata est. SCIPIO. Vbi agros optime cultos & villas expolitissimas vidisset in regionibus excelsissimo locorum murum statuere aiebat. SALLVSTIVS. Quorum sanguine Tarulæ Scyróque pessimis seruorum diuitiæ partæ sunt. M. CICERO. 4. Acad. 107. Nisi idem placeret grauissimo Stoicorum Panætio. Idē. 5. Tusc. 51. Quid igitur aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum gratissimum philosophorum exaggerantem tantopere virtutem, & extenuantem cætera & abiicientem, in virtute non beatam modò vitam, sed etiam beatissimam ponere? Idē. 1. Offi. 109. Necnon Xenocratem quidem seuerissimum philosophorum, ob eámque rem ipsam magnum clarumque fuisse.

In comparatiuo idem obseruari posse. Quintilianus. Plures eruditorū aliam esse dicendi rationem, aliam scribendi putauerunt. Ideóque in agēdo clarissimos quosdam nihil posteritati, mansuríque mox literis reliquisse, vt Periclem & Demadem. Rursus alios ad componendum optimos, actionibus idoneos non fuisse, vt Isocratem.

PLINIVS. Animalium fortiora quibus sanguis crassior, sapiētiora quibus tenuior, timidiora quibus minimus, at quibus nullus, hebetia. M. CICERO. 2. Offi. 34. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus poller.

Quod in generis partitione nomen genus significans ponatur in casu genitiuo vel ablatiuo cum ex præpositione, vel è, vel de. Cap. LXX.

MVlti & Poëtarum & oratorum id vsu multo conterunt: vt cum generalis alicuius partitio fit, tum generale nomen ponatur in casu patrio aut in ablatiuo cū præpositione è, ex, vel de. Ea autem partitio fit sæpius nominibus illis quæ subscripta sunt, multus, aliquis, quispiam, nullus, nemo, alius, & si qua sunt generis eiusdem, quibus nomina numeri quæ ordinem significant adiungas: vt, Nemo amicorum tibi contemnendus est. Primus oratorum in latina lingua Cicero est. Nemo ex poëtis apud nos Virgilio grauior est.

ENNIVS. *Pendent periculamenta vnum ad quemque pedum. Periculamenta vestium partes appellat.*

PROPERTIVS. *Aeque vtinam primis animam me ponere cunis Iussisset quæuis de tribus vna soror.*

PLAVTVS. *Satin' habes, si fœminarum nulla est, quam æquè diligā?*

VIRGILIVS. *Multos Danaum demittimus Orco.*

TERENTIVS. *Nemo est meorum amicorum hodie, apud quem expromere omnia mea occulta audeam.*

SVETONIVS. Valerius Messala tradidit neminem vnquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ. Idem. Diuus Tyberius adulationes adeò aduersatus est, vt neminem senatorum aut officij aut negotij causa ad lecticam suā admiserit. Idē. Neminē exulum nisi ex senatus autoritate restituit. PLINIVS. Nemo mortalium omnibus horis sapit. Idem. Hoc primum quisquis in remediis animi sui habeat ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius esse tempestiua morte. In eáque id optimum, quòd illam sibi quisque præstare poterit. Idem. Lanarum nigræ nullum colorem bibunt. Idem Piscium fœminæ maiores quàm mares. AVL. GELLIVS. Plærique nobilium Græcorum affirmatissimè scripserunt, simulachrum columbæ è ligno ab Archita ratione quadam disciplináque mechanica factum volasse. Idem. Grammaticus autem quispiam è nobilioribus ab emptore adhibitus reperisse vnum in libro mendum dicebat. Idem, Quispiam de sectatoribus Phauorini, videbatur esse in literis veterator. Valerium, inquit, Probum audiui hæc dicere. Idem. Plutarchus secundo librorum quos de Homero composuit, imperfectè, atque præposterè, atque inscite syllogismo esse vsum Epicurum dicit. Idem. Aurelius autem Opilius in primo librorum quos Musarum inscripsit: Induciæ, inquit, dicuntur, quum hostes inter se vtrinque vtroque alteri ad alteros impune & sine pugna incūt. Nos neq; solœcismū neque barbarismum apud Græcorum idoneos ad huc inuenimus. VALERIVS MAX. Diuinæ fortunæ vulnus Phereo Iasoni quidam exitij eius cupidus intulit. Nam quum inter insidias gladio eum percussisset, vomicam, quæ à nullo medicorum sanari potuerat, ita rupit, vt hominem pestifero malo liberaret. Idem. Indignatus quoque quòd ex lictoribus nemo se equo descendere iussisset. Idem. Areopagus, quid quisque Athenienſium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissimè inquirere solebat. SALLVSTIVS. Amicorum neque nobis, neque cuiquam hominum satis fuit. Idem. Malitia præmiis exercetur, vbi ea dempseris, nemo omnium gratuito malus est. M. CICERO. Nemo est illorum omnium mihi te iucundior. Idem. Ex his alius alio plus habet virium. Idem. 3. de Leg. 24. Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit? Idem. de Senec. 21. Nec verò quenquam senum audiui oblitum quo loco thesaurum obruisset. Idem. 5. Tusc. 11. Asclepiadem ferunt non ignobilem neque inexercitum philosophorum quum quidam quæreret quid ei cæcitas attulisset, respōdisse, vt puero vno esset comitatior. Idem. 10. Famil. ep. 5. Nihil est quod tibi maioris fructus gloriæque esse possit, nec quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstantius quàm de Repub. bene mereri.

Particulam eo quod cum comparatiuo positam dici pro eo quod est præcipue quia. Cap. LXXI.

HOc scribendum suscepimus, eóque diligentius, quòd elegantia carere mihi visum non est. Id autem eiusmodi est: quum sermone domestico dici solet præcipue quia dicas elegantius particulā eo cum comparatiuo accōmodo & particula quòd pro quia: vt, Animi tam negligendam non putamus, eóque magis, quòd fortunæ tristioris quædam quasi medela sit. Literarum studium eo nobis debeat esse ardentius, quod gloriam compareat amplissimam. Literæ mihi tuæ fuerunt eo iucundiores, quòd eis huc te venturum scribis.

PLINIVS Iunior. Nobis hoc maior agenda reuerentia est, quòd iam illo functi sumus. C. MEMMIVS. Num ne summa ope nitemini, atque eo vehemētius, quòd maius dedecus est parta amittere, quàm omnino non parauisse. M. CAELIVS. Hoc eo diligentius facio, quòd quum otiosus sum, plane vbi delectē otiū meum, non habeo. Idem. Has ego tibi literas eo maiore misi interuallo, quòd comitiorum dilationes occupatiorem me habent. VALERIVS MAXIM. In C. Fabritij & Qu. Aemilij Papi principum seculi sui domibus argentum fuisse confitear oportet. Vterque enim patellam deorum & salinum habuit, sed eo lautius Fabritius, quòd patellam suam corneo capeduncŭlo sustineri voluit. M. CICERO. de Amic. 15. Amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternā fore, idq; mihi eo magis est cordi, quòd ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominātur paria amicorū: quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lelij notam posteritati fore.

Idem.

Idem. Eóque ad te tardius scripsi, quòd quotidie teipsum expectabam. Idem. 1. Famil. ep. 13. Hæc eo pluribus scripsi, quòd mihi significabant literæ tuæ subdubitare, qua essem erga illum voluntate Idem. Meministi enim profectò (vt opinor) Attice, & eò magis quòd P. Sulpitio vtebare multum. Idem. 2. Offic. 62. Temeritate enim remota, gratissima est liberalitas, eóque eam studiosius plærique laudant, quòd summi cuiusque bonitas commune perfugium est omnium. Idem. de Amic. 7. Ex me quærunt crebro, & ex hoc item Scævola, quonam pacto mortem Africani feras, eóque magis quòd his proximis Nonis, quum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, vt assolet, venissemus, tu non affuisti. Idem. 1. Tus. 6. In quo eo magis nobis est elaborandum, quòd multi iam esse latini libri dicuntur scripti inconsiderate ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. Idem. Nunc vt honores, vt omnis dignitatis gradus, sic huius scientiæ splendor deletus est. Idque eo indignius, quòd eo tempore hoc contigit, quum is esset, qui omnes superiores, quibus honore par esset, scientia facile vicisset. Idem. 2. de Orat. 28. Eo quidem loquor confidentius, quòd Catulus auditor accessit. Idem. 3. de Orat. 212. Hæc eo dico pluribus, quod genus hoc totum oratores, qui sunt veritatis ipsius actores, reliquerunt: imitatores autem veritatis histriones occupauerunt. Idem hoc pro eo dixit. Quum, inquit, salutationi nos dedimus amicorum, quæ sit hoc etiam frequẽtius quàm solebat, quòd quasi auem albam videntur bene sentientem ciuem videre, abdo me in bibliothecam.

Particulam eo cum superlatiuo Plinius Iunior coniunxit. Mala, inquit, emptio semper ingrata est, eò maximè quòd exprobrare stultitiam domino videtur. Idem quoque in hoc dicendi genere tanto pro eo vsurpauit: Tanto, inquit, laudabilior munificentia vestra fore videbatur, quòd ad illam non impetu quodam, sed consilio trahebamur. M. item Cicero particulam Quo pro Quod rarò vsurpat. Quorum, inquit. 2. Offic. 45. prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur, hi simul ac iuuenes esse cœperunt, magna spectare, & ad ea rectis studiis debent contẽdere, quod eò firmiore animo facient, quia non modò non inuidetur illi ætati, verũ etiam fauetur. Idem. ibid. Quod eo magis miror, quia scriptum à discipulo eius Possidonio est triginta annos vixisse Panætium, postquàm illos libros edidisset.

Quo pro vt comparatiuo quàm positiuo adiungi sæpius. Cap. LXXII.

Quo imitari authores possis facilius, hoc quoque præceptum voluimus. Quum alij multi primi in dicendo nominis, tum vel maximè Val. Maximus illud obseruare in dicendo solitus sunt: vt particulam Quo pro Vt, cum comparatiuo coniungerent, inq; medio sæpe vocem aliquam imponerent. Ad te scribo quo amicitia nostra crescat amplior.

Cibo & somno parce vtendum est, quo sit ingenij acrimonia maior. Artium bonarum studiis opera danda est quo sit animus tuus diuinior. TERENTIVS. Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius. QVINTILIANVS. Difficiliora debent esse quæ exercent, quo sit leuius ipsum illud in quod exercent: vt athletæ ponderibus plumbeis assuefaciunt manus: quibus vacuis & nudis, in certamine vtendum est. Idem. Culpa est in præceptoribus prima, libenter detinentibus puerum, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius sit quod pollicẽtur, partim etiam inscitia tradendi vel negligentia. Proxima in nobis, qui morari in eo quod nouimus, quàm discere quod nondum scimus, melius putamus. Idem de Demosthene. Scandens in aduersum cõtinuabat quàm posset plurimos versus. Idem. Quo facilius verba ore libero exprimeret: calculos lingua voluens dicere domi solebat. Idem. Pythagoreis certe moris fuit, quum cuigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores: & quum somnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, vt si quid fuisset turbidiorum cogitationum, lenirent. D. BRVTVS. Nos hic valemus recte, & quo melius valeamus operã dabimus. VALERIVS Maximus. Quicquid in excelso fastigio positũ est, humili & trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse conuenit. Idem. Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia superiorum opera carmina comprehensa pangebant: quo ad ea imitãda iuuentutem alacriorem redderent. M. CICERO. 15. Famil. ep. 20. Quo tolerabilius feramus igniculum desiderij tui, crebris nos literis appellato. Idem. 3. Tusc. Quo enim maiore sunt isti odio supplicioque digni, qui non solum vestris domiciliis atque deubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati. Idem. Vnde igitur ordiar? an eadem attingam, quæ modo breuiter dixi: quo facilius oratio progredi possit longius? Idem. Facessant igitur omnes qui docere nihil possunt quo melius sapientiúsque viuamus. *Nisi vt in hoc, ita in alijs quoque superioribus exemplis dicere mauis quo pronomen esse ablatiui casus.*

Ne autem sine comparatiuo dici putes, exempla subiungimus.

TERENTIVS. Hanc simulant parere, quo Chremetem abs terreant. M. CICERO. Omnia faciat quo propositum assequatur. Idem. 5. Tusc. 85. Inducebat Carneades non quo probaret, sed vt exponeret Stoicis summum bonum esse frui his rebus, quas primitus natura cõciliauisset. *Huius verò ætatis doctiores particulam quo pro vt, vel cum comparatiuo vel sine eo vsurpant promiscue. Qui pro vt nonnunquàm dici attendimus.*

TERENTIVS. Quanto satius est te id dare operam, qui istum amorem ex animo amoueas tuo: quàm id loqui, quo magis libido frustra incendatur tua.

Quo pro Quanto, & Hoc vel eo pro tanto simul ponenda esse. Cap. LXXIII.

Quo plura authorũ volumina excusseris, eo tibi facilior hæc præceptio sit. Particula quo pro quanto, & hoc vel eo pro tanto à doctioribus sæpissime vsurpantur. Vt, Quo te magis amo hoc plures ad te scribo literas. Quo quis altiore animo natus est: eo ad summum rerũ fastigium contendit ex ijs. Quo quis pauperior est, eo ei vehementior est ad studia literarum cupiditas.

PLINIVS. Omnia animalia quo maiore corpore: eo minus fœcunda sunt. QVINTILIANVS. Vox vt nerui, quo remissior, hoc & grauior: quo tensior, hoc tenuis & acuta magis est. Idem. Quo quisque ingenio minus valet, hoc se magis attollere & dilatare conatur: vt statura breues in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur. Idem. Præceptor quo sæpius monuerit, hoc rarius castigabit. M. CICERO. Quo difficilius, hoc præclarius. Idẽ. 1. Tusc. Quo minus ergo honoris erat poëtis: eo minora studia fuerunt.

Quamuis quo præponatur sæpius, postponi tamẽ prorsus nõ negamus. M. CICERO. Peto à te hoc diligentius quàm si mea res esset, quo est honestius de amicorum pecunia laborare quàm de sua. *Nonnunquàm inuenire est particulam quo solam positam: aut pro particula hoc vel eo poni tanto.*

OVID. *Quoque magis tegitur tanto magis æstuat ignis.*

PLINIVS. Quo maius est animal, tanto diutius formatur in vtero. Idem. Triticum quo serius metitur, copiosius inuenitur: quo celerius verò, eo speciosius & robustius.

Semitarium illud secundum quòd quisque, qua dicendi ratione euitari possit. Caput LXXIIII.

Vt elegantissimum quemque imitari contendes, ita elegans maxime euades. Ab elegantissimo autem præceptionem hanc maxime obseruatam inuenias: vt quum eis id dicendum est, quod indoctum vulgus dicit secundum quòd quisque tum superlatiua duo dicant, vtrunque nominale, vel vtrunque aduerbiale, vel alterum nominale, & alterum aduerbiale quibus particulæ ita, vt & quisque vel adiungantur, vel omittantur. Exemplis id sit manifestius. Vt quisque optimus est, ita retinet amicitiam longissimè, id est, secundum quòd quisque bonus est, amicitiam diu retinet, parũ enim bonus parũ diu retinet, melior diutius, optimus diutissime. Vt claris natalibus quisque conspicuus est maxime ita superbia eminentissimus. Maxime quisque diues, à literis abhorret maxime.

M. CICERO. 1. Offic. Primum illud in officio est, vt ei plurimum tribuamus à quo plurimum diligimur. Idem. ibid. Optime societas hominum coniunctioque seruabitur: si vt quisque erit coniunctissimus, ita in eum plurimum benignitatis conferetur. Idẽ. ibid. Nec dubium quin maximo, cuiq; plurimũ debeatur. Idẽ. In collocãdo beneficio, & in referenda gratia, si cætera paria sint, hoc maxime officij est, vt quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. Idem. ibid. A quo plurimum sperant, etiam si ille his non eget, tamen ei potissimum inseruiunt. Idem. Vt quisque animi magnitudine maxime excellit: ita maxime vult omnium princeps esse, vel solus esse. Idem. Vt quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime seueritate iudicandi sordes eluet. Idem. Nostros homines Syrorum venalium similes esse, vt quisque optime Græcè sciret, ita esse nequissimum. Idem. Vt enim quis optime dicit, ita maxime dicendi facultatem, varioſque euentus orationis, expectationémque hominum pertimescit.

Aliquanto alienum illud Turpilij est ad eandem sententiam dictum.

Profectò vt quisque omnino contentus fuit. Ita fortunatã vitam duxit maxime. *Itemque illud M. Tullij.* Colendum autem esse ita quenque maxime vt qui quis his virtutibus lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, ac ipsa, de qua iam multa dicta sunt, iustitia.

Particulæ enim vt & ita, ijsdem comparationis gradibus adiungi solent. Macrobius cum positiuo coniungit. Oportet, inquit, vt sari in conuiuio sermones, vt castitate integros, ita appetibiles venustate. Sine vlla comparatione dici ignotum non est, sed ascribimus pro particula ita, sic nonnunquàm ponit ea de re ne dubites.

M. CICERO. Vt bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus. Idem. Proprie vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet.

Quod

Quod omnis & quisque omnibus comparationis gradibus adiungi possint, quamuis hoc superlatiuo, illud positiuo & comparatiuo adiungatur sæpius. Cap. LXXV.

OMnibus latinæ linguæ doctioribus id consuetudinem vsitatum est. vt vox omnis, cum positiuo aut comparatiuo, quisque vero cum superlatiuo adiungatur. Si vero nullum sit comparationis gradus promiscue dicatur vtrunque. Sed omnis quàm quisque vsitatius est. Illud tamen non putauimus prætereundum, propterea quòd aliter multis persuasum est. Hoc autem est, Vox omnis, etiam cum superlatiuo, quisque cum positiuo vel comparatiuo dici potest. Vt, Amicis omnibus non parum deferendum est. Doctiores omnes fortunæ vim nihil metuunt. Hominibus perditis optimus quisque inuisus est.

LVCIL. *Omnes formosi fortes, tibi ego improbus esto.*
Fortes, id est diuites.

HORATIVS. *Quanto quisque sibi plura negauerit.*
A dijs plura feret.

Idem. Omnia diuitijs Arabum liberrima muto.

VIRGILIVS. *Viuo equidem, & vitam extrema per omnia duco.*

PLAVTVS. *Omnes nostrates optimi, pro claris factis diris aguntur malis.*

TERENTIVS. *Omnes deteriores sumus licentia.*

PLINIVS. *Stultissimum credo, admitandum non optima quæque proponere.*

QVINTILIANVS. Omnia liberiora poëtis quàm oratoribus. Idem. Profert mores plærunque oratio, & animi secreta detegit, nec sine causa Græci prodiderunt, vt viuat quemque etiam dicere. Idem. Erit eo obscurior, quo quisque deterior. Idem. Nihil enim rerum ipsa natura voluit magnum effici cito, præposuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem quæ nascendi quoque hanc fecerit legem, vt maiora animalia diutius visceribus parentum cõtinerentur. SALLVSTIVS. Pessimus quisque asperrime rectorem patitur. M. CICERO. In omni arte, vel studio, vel quauis scientia, vel in ipsa virtute optimum quodque rarissimum est. Idem. pro Cæcinna. Neque enim ratio afferri potest, cur si cuiquam nouo ciui potuerit adimi ciuitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis ciuibus possit. Idem. 2. de Finibus. 117. Maximas vero virtutes iacere omnes necesse est, voluptate dominante. Idem. 3. de Leg. 19. Quem ille non edidit? qui primum vt imperio dignum fuit, patribus omnem honorem eripuit, omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. Idem. Part. 60. Id effugiet, qui non omnia minima repetet. Idem. 1. de Ora. 9. Neque enim te fugit omnium laudatarum artium procreatricem quandam & quasi parentem eam quam philosophiam Græci vocant, ab omnibus doctissimis vocari. Idem. 2. de Orat. 162. Ego autem si quem nunc planè rudem instituo ad dicendum velim, his potius tradam assiduis vno opere eandem diem noctémque tundentibus: qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa, vt nutrices infantibus, pueris in os inferant.

Quòd quisque adiungatur comparatiuo, præcipue si quanto, aut quo pro quanto accedat. exemplis hic doctũ te satis dimitto. Præter hæc attende, vti superlatiuo quisque postponi soleat: vtique superlatiuus tunc in numero singulari quàm plura dicatur sæpius. Quia vero non desunt, qui putent vocabulum quod est summum vim habere superlatiui, cum eo omne itidem adiungi docemus.

M. CICERO. Quod item nos postulamus, non à te quidem, qui omnia nobis summa tribuis, sed à cæteris, qui hæc in manu sument. vide MANVS. Idem. de Ora. In eloquentia autem multa sunt quæ teneant, quæ si omnia summa non sunt, & plæraque tamen magna sunt, necesse est ea ipsa quæ sunt, mirabilia videri.

Quod cum pronomine Sui vel Suus, & qui, adiungatur quisque non omnis. Cap. LXXVI.

SE tum quisque in his cultioribus literis proficere sentit, quum ad eorum qui ornatiores habiti sunt genera dicendi propius accedit. In quibus illud est. Quisque non omnis adiungi solet cum pronomine sui, sibi, & se, à se, & suus, sua, suum: itémque cum qui, quæ, quod, nisi huius antecedens est aut illius tanquam adiectiuum. Dicas enim. Omnes qui amant, difficiles sunt. Omne suum decoxit patrimonium. Sed præceptionis huius ea sunt exempla. Dignus amari sibi quisque visus est. Sua cuique amicitia iucunda est. Quod quisque facit, laudandum id putat. Adiungimus aduerbia à quis facta.

PROPERTIVS. *Naturæ sequitur semina quisque suæ.*

PLINIVS Iunior. Suæ quisque inuentioni fauet. PLINIVS. In trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram certum est. QVINTILIANVS. Nos suum cuique professioni modum demus. Idem. Et erit sui quisque operis magister vtilior. Idem. Et quo quenque natura maxime ferat. Idem. In quo quidem non id est æstimandum cuius quisque sit ætatis, sed quantum in studiis iam effecerit. Idem. Vt in eo quo quisque eminet, proũehatur. Idẽ. Intendendus animus in hoc quõq; , vt perspiciat, quæ quisque & quomodo laudet. Idem. Post declamationes, quod omisisset quisque tractabant. Idem. Expertus eorum omni modo corpus animumque discernat cui quisque certamini præparandus sit. Idem. Erit ergo etiam obscurior quo quisque deterior. Idem. Prima est eloquentiæ virtus, perspicuitas: & quo quisque ingenio minus valet, hoc se magis attollere & dilatare conatur. SALLVSTIVS. Tollendus fœnerator in posterum, vti suas quisque res curemus. M. CICERO. 3. de Orat. 32. Diligentissimé-que hoc est iis qui instituunt aliquos atque erudiunt videndum, quo sua quenque natura maxime ferre videatur. Etenim videmus ex eodem quasi ludo summorum in suo cuiusque genere artificum & magistrorum exisse discipulos dissimiles inter se, attamen laudandos: quum ad cuiusque naturam institutio doctoris accõmodetur. Idem. ibidem. Quorum tanta multitudo fuit, tanta in suo cuiusque genere laus, vt quum summa miraremur, inferiora tamen probaremus. Idem. de Perfecto Oratore. 61. Cæterarum enim rerum quæ sunt in oratore partem aliquam sibi quisque vendicat. Idem. 1. de Orat. 15. Excitabat eos magnitudo ac varietas multitudóque in omni genere causarum, vt ad eam doctrinam quam suo quisque studio assecutus esset, adiungeretur vsus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. Idem. 1. Offic. 21. Ex quo, quia suum cuiusque sit eorum quæ natura fuerant communia: quod cuique obtigit, id quisque teneat. Idem. ibidem. Id enim maximè quemque decet, quod est cuiusque suum maximè. Suum igitur quisque noscat ingenium, acrémque se & vitiorum & bonorum suorum iudicem præbeat. Idem. ibidem. Facile quod cuiusque temporis officium sit, poterimus, nisi nosmetipsos valde amabimus, iudicare. Idem. 3. de Orat. 30. Propterea quòd minimè sibi quisque notus est, & difficillime de se quisque sentit. Idem. 1. Offic. 147. Vt enim pictores & ij qui signa fabricantur, & veri etiam poëtæ suum quisque opus à vulgo considerari vult, vt si quid reprehensum sit à pluribus, id corrigatur: idque secum, & cum aliis quid in eo peccatum sit exquirunt, sic aliorum iudicio permulta nobis facienda aut non facienda, imitanda & corrigenda sunt. Idem. ibid. 99. Nam negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Idem. 9. Famil. ep. 22. Placet Stoicis suam quanque rem nomine appellare. Idem. 1. Offi. Sed in his omnibus officiis tribuendis videndum erit quid cui maxime necesse sit, & quid quisque nobiscum vel sine nobis, aut possit consequi, aut non possit. Idem. 1. de Orat. 130. Itaque hoc iamdiu est consecutus, vt in quo quisq; artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur.

Cum particula quantum itidem quisque non omnis dicatur.

L. Piso. Is respondit, immo verò charum, si quantum quisque volet, bibat.

Quod relatiuo impedienti vulgatum orationis ordinem sua non desit elegantia. Cap. LXXVII.

QVoniam dicendi genus elegantius, id docentes, obseruari volumus: venustiorem censemus esse orationem eam cuius relatiuũ impediat vsum constituendi (vocabulo vtor domestico) vulgatiorem. Eius autem duo genera sunt. Vnum, quum participium relatiuum post se regens adiectiuũ suppositi est: ipsumque verbum post se regit antecedens. Quod Valerio Maximo consuetũ admodum est. Alterum, quod scriptoribus aliis vsitatius est, quum pronomen suum in casu recto ponitur: eiúsque antecedens in obliquo: vt. In periculum nimia cura id effugiens, nonnunquam incidit. Sua cuiusq; dignitas aliena præponenda videtur. Sua cuique natura sequenda est.

PERSIVS. *Velle suum cuique est.*

CATVLLVS. *Suus cuique attributus est error.*

TIBVLLVS. *Gloria cuique sua est.*

PROPERTIVS. *Namque in amore suo semper sua maxima cuiq;*
Idem Longius aut propius mors sua quemque manet.

VIRGILIVS. *Trahit sua quemque voluptas.*

PLAVTVS. *Suus rex reginæ placet*

TERENTIVS. *Suus cuique mos.*

QVINTILIANVS. Nemo expecter vt alieno tantum labore sit diuersus. Vigilandum ducat, iterum inistendum, pallendum est, facienda sua cuique vis, sua ratio. Idem. Est etiam sua loquentibus obseruatio, sua scribentibus. Idem. Sua cuique sunt vitia. Idẽ. Dabuntur quoque illis sua tempora. Idem. Erit suum parandæ facilitatis tempus. Idem. Est sua etiam studiis infantia. Et vt corporum mox fortissimorum educatio à lacte cuiusq; initium ducit: ita futurus eloquentissimus edidit aliquando vagitum, & loqui primum incerta voce tentauit, & hęsit circa formas literarum. Idem. Sua cuique proposita lex: suus cuique decor est. AVLVS GELLIVS. Sallustius odio auaritiæ pluspuẽ potuit eã criminatus est. SALLVSTIVS. Sua cuique satis placebant. Idem. Suus cuique animus ex conscientia spem præbet. M. CICERO. 5. Tusc. 63. Suum cuique pulchrum est. Idem. 2. Offic. 10. Quod qui parum,

prospiciunt

prospiciunt, hi sæpe versutos homines & callidos admirantes, eorum malitiam sapientiam iudicant. Idem. 3. Offic. 30. Suum cuique incommodum ferendum est potius, quàm de alienis commodis subtrahendum. Idem. 2. de Orat. 345. Singularum virtutum sunt certa quædam officia ac munera: & sua cuiq; virtuti laus propria debetur.

Pronomen ipsum cum pronomine alio in casibus diuersis eleganter poni solere. Cap. LXXVIII.

Hoc dicendi genere, quo sæpe vsus est M. Cicero, te ipse diutius ne macerem, propterea quod impar esse videtur, breui sententiam tibi nostram aperiamus. Pronomen quod est ipsum, omnium personarum est, sdq; componitur cum pronominibus speciei prioris, vt ego ipse, tu ipse ille ipse. Illud ergo pulcherrimum sit, quum quædam, vt ita dicam, reciprocatio est, tum in casu obliquo pronomen aliud quod speciei prioris est, ponatur: ipsum verò pronomen in nominandi casu positum, verbi suppositum sit: vt, Mihi ipse placeo. Te ipse laudas. Sibi ipse nocuit.

Id sine reciprocatione fit nonnunquam in diuersis personis.

ENNIVS. *Ods sapientem qui sibi ipse sapiens non est.*

TIBVLLVS. *Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis,*
Ipse mihi, non si præscribat carmina Phœbus.

C. MARIVS. An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitante commutem, ac me ipse retexam? SERVIVS Sulpitius de malis medicis. Qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt. CAIVS Marius apud Sallustium. Ipsa se virtus satis ostendit. SALLVSTIVS. Plærunque regiæ voluntates vt vehementes, sic mobiles, sæpe ipsæ sibi aduersæ. Idem. Vbi anima naturæ cessit, demptis obtrectatoribus, ipsa se virtus magis magisque extollit. M. CICERO. 14. Famil. ad Ter. Hæc scripsi non vt de me ipse dicerem, sed vt tu qui coniunctissima fuisti mecum & sententia & voluntate, eadem sentires. Idem. 6. Famil. ep. 7. Scripsi de te parcè mediusfidius & timide, non reuocans me ipse, sed penè refugiens. Idem. 2. Offic. 47. Sibi ipse peperit maximam laudem. Idem. 1. Famil. ep. 8. Me ipse confirmo ad eius voluntatem. Idē. 7. Fam. ep. 6. Illud semper memēto, qui ipse sibi sapiēs prodesse nequit, nequicquam sapit. Idem. Tibi vnum timendum sit, ne ipse tibi defuisse videare. Idem. 5. Famil. Non committam vt tibi ipse insanire videar. Idē. 1. Fam. ep. 1. Cæteris satisfacio omnibus, mihi ipse nūquā satisfacio. Idē. 3. in Catil. 27. Magna vis est cōscientiæ, quam qui negligent, quum me violare volent, se ipsi iudicabunt. Idem. 5. Tusc. 4. In hoc me ipse castigo. Idem. de Amic. 10. Non egeo medicina, me ipse consolor. Idem. de Sen. 85. Me ipse consolabar existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore. Idem. 4. Famil. ep. 8. Non ita abundo ingenio vt te consoler, quum ipse me non possim. Idem. 2. Offi. 2. Quandiu respublica per eos regebatur, quibus se ipsa commiserat, omnes meas curas cogitationésque in eam conferebam. Idem. 2. de Ora. 343. Virtus autem quæ est per seipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest, tamē habet plures partes, quarū alia alia est ad laudationem aptior. Idem. 2. de Orat. 5. Etenim cæteræ ferè artes se ipsæ per se tuentur singulæ: bene dicere autem, quod est scienter & peritè & ornatè dicere, non habet definitam aliquam regionem cuius terminis septa teneatur. Idem. 1. Offi. 112. Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, vt nonnunquam mortem sibi ipse aliquis consciscere debeat. Idem. 3. de Orat. 9. Tenemus enim memoria Qu. Catulum virum omni laude præstantem, quum sibi non incolumem fortunam, sed exilium & fugam deprecaretur, esse coactum, vt vita se ipse priuaret. Idem. 5. Tusc. 73. An tu me in viola putas aut rosa dicere? an Epicuro, qui tantummodo induit personam philosophi, & sibi ipse hoc nomen inscripsit, dicere licebit. Idem. 3. Tusc. 1. Ita fit, vt animus de se ipse tum iudicet, quum idipsum quod quæritur, ægrotet.

Duo, tria, pluráue pronomina, iuxta se posita orationem venustare. Caput LXXIX.

Illa mihi se dicendam offert præceptio: qua duo, tria, pluraue pronomina iuxta se sine vllo medio posita, siue eiusdem speciei, siue vtriusque, orationem reddere venustiorem dicamus: vt, Venio à patre tuo, is se tibi commendat. Amicitiam nostram ego nulli anteponendam censeo. Tu tibi ipse viues.

TVRPILLIVS. *Inuitauit plusculum hic sese in prandio.*

HORATIVS. *Tibi me virtus tua fecit amicum.*

CATVLLVS. *Nūquā ego te vita frater amabilior aspiciā posthac.*

PROPERTIVS. *Nam sine te nostrum non valet ingenium.*

Idem. At mihi quod vino detraxerit inuida turba,
Post obitum duplici faenore reddet honos

Idem. Nuper enim de te nostras me lædit ad aures
Rumor & in tota non bonus vrbe fuit.

Idem. Quas si quis mihi rettulerit, donabitur auro,
Quis pr. diuitijs ligna retenta velit?

OVIDIVS. *Me mea fata trahebant.*

MARTIALIS. *Hic tibi perpetuo tempore viuit honor.*

PLAVTVS. *Ego tibi istam hodie sceleſtam comprimam linguam.*

TERENTIVS. *Nuntium apporto tibi, cuius maxime te fieri participem cupis.*

Idem. Istos inuidos dū perdant, qui hæc libenter nunciant.

Idem. Hoc te moneo vnum, qualis sim amicus, aut quid possim potius quàm inimicus, periculum facias.

Idem. Forma impulsi nostra nos amatores olunt: hæc vbi immutata est, illi suum animum alò conferunt.

Idem. Eius me miseret.

Idem. Vigilantiam tuam tu mihi narras.

Idem. Non rete accipitri tenditur, neque miluo, qui male faciunt nobis: illis qui nihil faciunt, tenditur.

QVINTILIANVS. Natura fert vt iis faueamus, qui eadem pericula quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur. Idem. Nec ille se bonus præceptor maiore numero quàm sustinere possit onerabit: & nimiam loquacitatem recidet. Idem. Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit. AVL. GELLIVS. Quæri solet an negotio tibi dato, & quicquid omnino faceres definito, contra quid facere debeas si eo facto videri possit res euentura prosperius, exque vtilitate eius qui id tibi negotiū mādauit. QVINTVS Metellus Numidicus contra Manlium. Se ampliorem putat esse, si se mihi inimicum dictauerit, quem ego mihi neque amicum recipio, neque inimicum respicio. MARCVS Cato. Is mihi eras, bilis, aqua intercus, tussis, febris. M. CICERO. 3. Famil. ep. 13. Mihi propono fructum amicitiæ nostræ ipsam amicitiam, qua nihil est vberius. Idem. 13. Famil. ep. 77. Promitto tibi te ex eius amicitia magnam voluptatem esse capturum. Idem. 13. Famil. Mihi tu, tui, tua omnia maximæ curæ sunt, & dum viuam, erunt. Idem. In te mihi omnis spes est. Idem. ibid. Perfecisti vt nemo sine literis meis tibi esse commendatum putaret. Idem. Scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse. Idem. Quę faciam fecerimq; pro te, ex illorum te literis, quàm ex meis malo cognoscere. Idem. 3. Famil. ep. 10. Qu. Seruilius perbreues à te mihi literas reddidit. Idem. Gratæ mihi tuæ literæ fuerunt. Idem. 7. Famil. ep. 33. Valde mihi tuæ literæ facetæ eleganteſque visæ sunt. Idem. 2. de Orat. 133. Vt videatis quàm sit genus eorum qui sibi eruditi videntur, hebes atque impolitum. Idem. 2. Tusc. 12. Si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur: aut si absurdè canat is qui se velit haberi musicum: hoc turpiter sit, quòd in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam. Sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quòd in officio cuius magister esse vult, labitur. Idem. 5. Tusc. 18. Philosophi quamcunque rem habent in manibus, in eam quæ conueniunt cōgerūt omnia, & si alio loco disputata sunt. Idē. de Diuin. li. 2. Qui id quod vitari non potest, metuit: is viuere animo quieto nullo modo potest. Idē. de Platone. 1. Tusc. Sequar igitur, vt institui, diuinum virum illum quem quadam admiratione commotus sæpius sortasse laudo, quàm necesse est. Idem. 2. de N. 72. Qui totos dies precabantur & & immolabant, vt sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati: quod nomen patuit postea latius.

Si vtriusque speciei Duo pronomina sint, vtrum præponendum sit. Caput LXXX.

VT præceptio tibi nostra vtilior sit, illud nobis dicendum est. Quum duo pronomina sunt, vnum speciei prioris, alterum posterioris, si id quod posterioris est substantiuo præponitur, ei postponatur alterum: sin contrà, præponatur. Obserues item si vtrumque speciei prioris est, si alterum substantiuum habeat: vt, Tuæ mihi literæ redditæ sunt. Mea tibi familiaritas fortasse non inuncunda est. Labore mihi tuo vtilitatem paris. Liberalitas tibi tua amorem conciliauit maximum. Auaritia tibi tua omnium contrahit odia.

HORATIVS. *Tunc tua te infortunia lædent*

CATVLLVS. *Remitte pallium mihi meum quod inuolasti.*

TERENTIVS. *Satis adhuc tua nos frustrata est fides.*

M. CICERO. 13. Fam. ep. 10. M. Terētius in fortū venit, ad amicitiā se meam cōtulit. Idem. Tuū te desideriū mouet. Idem. Illa te res cruciat. Idem. 5. Famil. ep. 14. Istis te molestiis laxes. Idem. Tāta enim liberalitate se tua vsos prædicabāt, vt iis plus à te tributū intelligerē, quàm ego auderēte rogate. Idem. 1. Offi. Sunt etiā qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum suum se negotium agere dicant. Idem. 12. Famil. Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nunciata sunt, quæ quia tibi sunt propiora quàm nobis, tua me causa magis mouent quàm mea. Idem. Si proficiscerer ad bellum, periculum te meum commouebat. Idem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. Idem. 1. Tusc. Profectò mors tum æquissimo animo appetitur, quum suis se laudibus vita occidens consolari potest.

De collocatione pronominum vtriusque speciei, quorum alteri apposita præpositio est. Cap. LXXXI.

Fauorem

Fauorem à me tuum candidè lector nisi abijcis: id mihi vitio non vertes, quòd de eodem dicendi genere bis præcipere videar. Quod enim generale est, id per species diuisum multo fit manifestius. Sed ad rem accedimus. Quum duo pronomina sunt speciei vtriusque, quorum ea quod prioris est, apposita præpositio est: præposito nomine substantiuo pronomen speciei posterioris postponitur: eique præponitur alterum. Quod eloquij genus quum aliis huius nostræ aut paulo superioris ætatis vsitatum est, tum Politiano vsitatissimum. Vt, beneuolētia in me tua. Liberalitas in te mea. Studium in vos meum.

Apud veteres genus hoc dicendi rarum inuenio. Quod fuisse vt doceam, testimonia, quæ hæc sunt, profero.

M. Cic. Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei. Idem. Sunt enim testes & erunt sempiterni meritorum erga me tuorum, meæque pietatis.

Pronomen speciei posterioris quando sine substantiuo eleganter vsurpari solitum sit. Caput LXXXII.

NOn modo Politianus noster, aliiq; ætatis eiusdem oratores, sed veteres quoque felicis illius seculi scriptores ita sæpe locuti sunt, vt pronomen deriuatum solum vsurpent, tum quū sermone domestico cum eo adiungitur nomen familiaris, amicus, socius, comes, discipulus, præceptor, aut quoduis aliud hoc genus. Ibi autē propriū nomen non raro adiungitur: sed non sæpe minus omittitur. Vt Eustachius meus proficit. Planius meus ad suos abiit. Grenaschus meus Herbellotum suum prudenter instituit.

M. Varro. In quo Lælius noster literis ornatissimus memoria errauit aliquoties. Idem. Longe fugit, qui suos fugit. M. Cic. Ita ad tuos scribas, vt me tuum esse sciant. Idem. Si quid egero, scribam ad te, neque domum vnquam ad meos literas mittam, quin adiungam eas quas tibi reddi velim. Idem. 6. Fa. ep. 18. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus. Idem. Diogenes tuus homo modestus à me cum Philone Pessinum te discessit. Idem. Dolobellam meum vel potius nostrum videbam fore ab iis molestiis, quas liberalitate sua contraxerat, liberum. Idem. Credamus Panætio à Platone suo dissentienti. Idem. Omnes bonos interitu suorum quàm grauissime mœrere oportere. Idem. Vexatur idem Theophrastus & libris & scholis omnium Philosophorū: quòd in Callisthene suo laudarit illam sententiam: Vitam regi fortuna non sapientia. Negant ab vllo Philosopho quicquam dictum esse languidius. Idem. Catonem tuum mihi mitte. Cupio enim legere. Me adhuc non legisse, turpe vtrique nostrum est.

Aliqui qui, quod raro dicatur. Cap. LXXXIII.

EST quod lectoribus ipsis inutile non sit, quod prætermittendum esse non putauimus. Quum sermone domestico relatiuum quod, habet antecedens aliquid, tum id antecedens genere dicendi ornatiore omittitur. Vt fuerunt qui amicitiam nostram dissoluere conati sunt. Mitto ad te qui negotium hoc conficiat. Est qui alloqui te cupiat. Aliquid item antecur vel vbi omitti solet.

Pacvvivs. *Men' me seruasse, vt essent qui me perderent?*

Tibvllvs. *Vidi ego qui iuuenum miseros lusisset amores,*
Post Veneris vinclis subdere colla senem.

Martialis. *Non est quòd puerum Luperce vexes.*

Terent. *Nunquid est quòd opera mea vobis opus sit?*

Sveton. Nec defuerunt qui interpretarentur significari rerum mutationem. Plinivs. Iunior. Non est tamen quod ab homine desidioso aliquid noui operis expectes. Idem. Sunt qui defunctorum quoque amicos agant. Qvin. Eques Romanus, ad quem in spectaculis bibentem quum mississet Augustus, qui ei diceret: ego si prandere volo, domum eo: Tu enim, inquit, non times ne locum perdas. Idem. Ciceto Attico scripsit de Pompeio & Cæsare: Habeo quem fugiam: quem sequar non habeo. A. Gel. Misit qui amicos rogaret. C. Fabrit. & Aemilius apud A. Gellium. Vt esset quem armis vincere possemus. Q. Clavdivs Quadrigarius. Si pro tua bonitate & nostra voluntate tibi valetudo supperit: est quòd speremus deos bonis benefacturum. Valer. Maxim. Esse dixit quòd secreto audire eum admodum expediret. Idem. Apud Indos patientiæ meditatio tam obstinate vsurpari creditur: vt sint qui omne vitæ tempus nudi exigant. M. Caelivs. Hoc eo diligentius facies, quòd quum otiosus sum, plane vbi delectem otium meum, non habeo. M. Cic. Habeo paululum quod requiram. Idem. Nisi meo in Remp. beneficio vbi triumpharet esset habiturus. Idem Sunt qui discessum animi à corpore putent esse mortem: sunt qui nullum censeant fieri discessum: sed vna animum & corpus occidere. Idem. Sunt qui quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamen inuidiæ metu non audent dicere. Idem. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos qui quærunt quid velint: si satisfactum iis non sit, se velle decumbere. Idem. Non est cur eorum qui se studio eloquentiæ dediderunt spes infringatur, aut langueſcat industria. Idem. Sunt enim qui quum meus interitus fuerit Reip. profuturus, crimini loco esse putant quòd viuam. Idem. Est quod gaudeas te in ista loca venisse, vbi aliquid sapere videare. Idem. Habes vbi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis & frigoris.

Obseruari hoc semper ne putes, alia apponimus exempla.

Ovidivs. *Perlege quodcunque est: quid epistola lecta nocebit?*
Te quoque in hoc aliquid quid iuuet esse potest.

Plin. Iunior. Quatenus nobis denegatur diu viuere: relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur. A. Gel. Nemo quisquam tam efferis moribus est, quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid quo laudari queat. M. Cicero. Maximè verisimile est, quum optimus quisque maxime posteritati seruiat, esse aliquid, cuius is post mortem sensum sit habiturus. Idem. Sin sit quispiam qui aliquid tribuat voluptati, diligenter sciat ei tenendum esse modum eius fruendæ.

Quispiam enim vt aliquis dicitur.

Pronomen is, ea, id, non inusitate dici pro relatiuo, qui, quæ, quod. Cap. LXXXIIII.

QVum alios authores multos, tum maximè A. Gellium & M. Ciceronem attentè si legisti, ab ijs profectò illud non raro vsurpatum fortasse adnotasti: vt ibi pronomen is, ea, id, ponant, vbi relatiuum, qui, quæ, quod, sermone communi solitum est poni, præcipuéque in principio clausulæ proximæ. Vt, Literas tuas recepi: eis profectò supra fidem delectatus sum. Vxorem Xantippem duxit Socrates: ea autem supra modum iurgiosa fuit. Herostratus Dianæ Ephesiæ templum exussit. Is eo facinore immortalem se gloriam apud posteros inuenturum putabat.

Cae cilivs. *Consequitur comes insania: ea porrò insaniam affert.*

A. Gel. Phædon Eliensis ex cohorte illa Socratica fuit: Socratique & Platoni perfuit familiaris. Eius nomini Plato illum librum diuinum de immortalitate animæ dedit. Is Phædon seruus fuit forma atque ingenio liberali, & vt quidam scripserunt, à Lenone domino puer ad meretrem coactus. Eum Cebes Socraticus hortante Socrate emisse dicitur, habuisseque in Philosophiæ disciplinis. Atq; is postea Philosophus illustris fuit: sermonesque eius de Socrate admodum elegantes leguntur. Idem. Si exemplum quoque P. Crassi Mutiani clari & inclyti viri apposuerimus. Is Crassus à Sempronio Asellione & plærisque aliis historiæ Romanæ scriptoribus traditur quinque habuisse rerum bonarum maxima & præcipua, quòd esset ditissimus, quòd nobilissimus, quod eloquentissimus, quod iurisconsultissimus, quod pontifex maximus. Is quum in consulatu obtineret Asiam prouinciam, &c. L. Piso. Romulum dicunt ad cœnam vocatum, ibi non multum bibisse: quia postridie negotium haberet. Ei dicunt. Romule, si istuc omnes homines faciunt, vinum vilius sit. Is respondit. Immò vero carum: si quantū quisque volet bibat. Nā ego bibi quantum volui. Idem. Cn. Flauuius patre Libertino natus scriptum faciebat, itaque eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles subrogantur: eumque primæ tribus ædilem curulem renuntiauerunt. C. Gracchvs. His annis paucis ex Asia missus est qui per id tempus magistratum non cœperat, homo adolescens pro legato. Is in lectica ferebatur, ei obuiam bubulcus de plebe Venusina aduenit, & quum ignoraret, per iocum qui ferretur rogauit, num mortuum ferrent. Vbi id audiuit, lecticam iussit deponi. Stuppis quibus lectica erat deligata vsq; adeò verberari iussit, dum animam efflauit. Sallvst. Auaritia pecuniæ studiū habet, quā nemo sapiens concupiuit, ea quasi venenatis malis imbuta, corpus animumque virilem effœminat. M. Cice. 4. Tuscula. 24. Quum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio quasi quædam Socratica medicina, quæ sanaret eam cupiditatem, permanat in venas, & inhæret in viscera illud malum, existitque morbus & ægrotatio, quæ anelli inueterata non possit: eique morbo nomen est auaritia. Idem. 9. Fam. ep. 24. Cura vt valeas. id foris cœnitando facillimè consequere. Idem. ibidem. epi. 22. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen: is Conus vocitatus est. Idem. 1. Tuscul. 3. Est enim gloria solida quædam res & expressa, non adumbrata, ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute, ea virtuti resonat, tanquam imago glotiæ.

Coniunctionem quæ pronomini eidem, eadem, retenta sententia postpositam inueniās. Pronomen hoc perrarum est in hoc dicendi genere, vt apud Propertium.

Et quæcunque erat in numero Romana puella
Occidit, has omnes ignis auarus habet,

Quod pronomen id, vel hoc pro tali positum, multam habeat elegantiam. Cap. LXXXV.

FAscribimus dicendi Progymnasmata: quæ rudibus nonnullam vtilitatem allatura sint. In vsum scribimus institutionem, quæ ab eruditorum imitatione dicendi aliena non est. Ea autem est huiusmodi. Ser-

mone familiari quum dicitur tale vt, pro tali id vel hoc, pro vt, quod dixeris elegantius. Vt, Non is sum quem contemnere debeas. Frater meus is non est, qui turpitudini lucrum præponat. Is fuit Cicero, cuius de laudibus seculum nullum conticefcet.

PLIN. Iunior. Neque ij sumus, quos vituperare ne inimici quidem possint. VALER. Ea demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. C. ASINIVS Pollio. Me eum existima esse, qui primum pacis cupidissimus sim. Omnes enim ciues planè studeo esse saluos: Deinde qui & me & Rempub. vindicare in libertatem paratus sim. M. CIC. 1. Famil. ep. 6. Præsta te eum qui mihi à teneris, vt Græci dicunt, vnguiculis es cognitus. Idem Tu es enim is qui me tuis sententiis sæpissimè ornasti, qui oratione, qui prædicatione, qui summis laudibus in senatu, in concionibus ad cœlum extulisti. Idem. 2. de Orato. Tum Iulius. Ego mehercule, inquit, Antoni semper is fui, qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo mihi videri lectissimum. Idem. In eo vix maxima est, vt simus ij, qui haberi velimus. Idem. Non enim sumus ij, quorum vagetur animus etiore. Idem. Non enim sumus ij quibus nihil verum esse videatur. Idem. Ego sum is qui dicam me non laborare. Idem. 9. Attic. ep. 18. Sin sumus, qui profecto esse debemus, vt nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum honestumque sit, non potest esse dubium, quid faciendum nobis sit. Idem. Sin autem is tu sis, qui multam vtilitatem Reipu. atque hominum societati, si in vita remaneas, afferre possis, si quid ob eam causam alteri detraxeris, non sit reprehendendum. vide S I. & SIN. Idem. Hæc mihi scribenti veniebat in mentem, me eum esse, cuius tu desperationem accusare solitus esses.

Hoc dicendi genus non parum familiare est ætatis nostræ oratoribus.

M. CICERO. 12. Famil. epist. 19. Bellorum enim ciuilium hi semper exitus sunt, vt non ea solum fiant quæ velit victor, sed etiam vt iis mos gerendus sit, quibus authoribus parta sit victoria. *Idem quoque tales vt, dixit.* Tales, inquit, nos esse putamus, vt iure laudemur.

Rem prius dictam per pronomen illud, posterius dictam per pronomen hoc referri. Cap. LXXXVI.

POsterius dicta res ac prius iisdem pronominibus referri non solent, Hæc enim per pronomen illud, illa vero per pronomen hoc refertur vsitatius. Id autem exemplis tibi fiet manifestius. Virtuti potius quàm voluptati operam danda est. Hac enim à belluis nihil distamus, illa vero hominis dignitatem retinemus. Scipio & Cicero immortalem sibi gloriam peperere: hic dicendo, ille bellicis rebus. Scientiæ quàm generis laus est cumulatior: huius enim parentum, illius laboris propria laus est.

QVINTIL. Adde quòd M. Tull. ne Thucididem quidem aut Xenophontem vtiles oratori putat: quāquam illius bellicum canorem, huius ore musas esse locutas existimet. M. CICERO. de Amic. 20. Diuitias alij præponunt, bonam alij valetudinem, alij potentiam, alij honores, multi etiam voluptates. Belluarum hoc quidem extremum est: illa autem superiora sunt caduca & incerta, posita non tam in consiliis nostris, quàm in fortunæ temeritate. Idem. 2. de Orat. 218. Quum duo genera sint facetiarum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue: illa à veteribus superior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata est. Idem. 1. Offic. 34. Quum sint duo genera decertandi, vnum per disceptationem, alterum per vim, quumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum: confugiendum est ad posterius, si vti non licet superiore. *Hunc autem relationis ordinem etiam à Valerio Maximo, qui eius obseruantior est, neglectum agnoscimus. Eius enim Valerij verba sunt. Brutus, inquit, par gloria Romulo, quia ille vrbem, hic libertatem Romanam condidit. Nec illud indictum præterire voluimus: pro altero relatiuorum antecedens tum repeti posse, quum prolixior oratio auditoris sensum turbare posset. Quale est Ciceronianum illud.* 1. Offic. 11. Inter hominem & belluam hoc maximè interest, quòd hæc tantum quantum sensu mouetur ad id solum quod adest quodque præsens est se accommodat paulum admodum sentiens præteritum aut futurum. Homo autem qui rationis est particeps, facilè totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias.

Per Pronomen hoc, præteritam rem aut prædictam aut præsentem, per Pronomen illud futuram aut dicendam demonstrari. Cap. LXXXVII.

AB hac progymnasmaton scriptione illud alienum non est. Præteritum tempus aut prædictam rem aut præsentem cum demonstramus, pronomine hoc vti solemus, quemadmodum pronomine ille dicendam rem temporis futurum quod à præsenti non multum distet, significamus. Vt his diebus ad me venit nuncius. Verum est illud quod dici solet, neminem sibi esse secundum. Plinianum illud, vitæ ne confidamus admonet. Nullis, inquit, euidentibus causis obiere dum excitantur matutino duo Cæsares, prætor, & prætura Vop. Rom. functos dictatoris Cæsaris pater.

TIBVLL. *Heu malè nunc artes miseras hæc sæcula tractant.*
Iam tener assueit munera velle puer.

TERENT. *Verum illud verbum est vulgo quod dici solet. Omnes sibi esse melius malle, quàm alteri.*

PLINIVS de Apelle. Manum ille de tabula nescire tollere, illo memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. VAL. MAXIMVS. Qui vtroque hoc dicendi genere præstaret, postquam parentum in filios amorem indulgentiámque scripsit, eorundem in filios seueritatem scripturus: Comicæ, inquit, lenitatis hi patres, tragicæ asperitatis illi. QVINTIL. Illud non sine causa ab omnibus præceptum: vt parcatur maximè voci in illo à pueritia in adolescentiam transitu, quia naturaliter impeditur, non vt arbitror propter calorem, quod quidam putauerunt, nam est maior in aliis: sed propter humorem potius. Idem. Verum est illud quod vulgo dicitur, mendacem memorem esse oportere. Idem. Natura nos ad mentem optimam genuit: adeóque discere meliora volentibus promptum est, vt verè intuenti mirum sit illud magis, malos esse tam multos. Idem. Ex hoc genere dictum est illud Ciceronis: vt corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege: suis partibus vt nervis ac sanguine & membris vti non potest. Idem. Ludere nunquàm velimus: longéque ab sit propositum illud: potius amicum quàm dictum perdidi. Idem. Illa quoque seruata est à multis differentia: vt ad quum esset præpositio, d literam, quũ esset cõiunctio, t acciperet. Q. CI. de Pet. Conf. 30. Illud teneto, neruos atque artus esse sapientiæ, nõ temere credere. M. CICERO. Illud profecto cognosces, mihi te neque chariorem neque iucundiorem esse quenquam. Idem. Neque ego ad te his duobus mensibus scripseram. Idem. Orat. 34. Iam quantum illud est, quòd in maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ, semper aut ipse scribis aliquid, aut me vocas ad scribendũ. Idẽ. 3. Tusc. 59. Illud & melius & verius: Omnia quæ natura aspernetur, in malis esse, quæ asciscat, in bonis. Idem. Carneades, vt video nostrum scribere Antiochum, reprehendere Chrysippum solebat laudantem Euripideum carmen illud. Nemo mortalis est, quem non attingat dolor morbúsque. Idem. 3. Tusculan. 56. Hinc Cæcilianum illud: Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. Idem. 3. de Leg. 31. Neque enim tantum mali est peccare principes, qanquam est magnum hoc per seipsum malum, quantum illud quòd permulti etiam imitatores principum existunt. Idem. 5. Tusc. 52. Vt idem vincatur interdum necesse est, nec putet ad se præceptum illud Attei pertinere. Proinde ita parent se in vita, vt vinci nesciant. Idem. 4. Tusculan. 36. Nisi eo nomine virtutes continerentur, nunquam illud ita peruulgatum esset, vt iam prouerbij locum obineret, hominem frugi omnia recte facere. Idem. Nemo is annis viginti Reipublicæ hostis fuit. Idem. 2. de Orat. 176. Iam illud videmus, nequaquam satis esse reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis.

Illud pro dicendo, quàm hoc pro dicto à scriptoribus alios vsurpari sæpius his abunde satis doctus es exemplis. Sed ne institutionem hanc putes esse perpetuam, illud attende, per illud dictam rem, per hoc dicendam contra nonnunquam demonstrari.

A. GEL. Existimauit quidam etiam illud Biantis viri sapientis ac nobilis responsum consimile esse, atque est Protagorion illud, de quo dixi modò, νίτι ἑαυτόν. M. CIC. 1. Tus. 88. Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere velis. Idem. 3. de Natur. 88. Iudicium hoc omnium mortalium est. Fortunam à deo petendam, à seipso sumendam esse sapientiam. Idem. 2. de Orat. 248. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace seruo, solum esse cui domi nihil sit, nec obsignatum, nec occlusum, quod idem in bono seruo dici solet. Idem. 1. Offic. 77. Illud autem optimum est, in quo inuadi solere ab inuidis & improbis me audio. Cedant arma togæ: concedant laurea linguæ. Idem. ibidem 83. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil potest esse stultius. Idem. ibidem. 84 *De Lacedæmoniorum clade per Callicratidem accepta locutus, locuturúsque: de accepta per Cleombrotum:* Hæc quidem, inquit, Lacedæmoniis plaga medioctis fuit, illa pestifera.

Quod hic ad personam primam, iste ad secundam, ille ad tertiam sæpe referantur. Cap. LXXXVIII.

I Stud ingenium quo polire tersius possis, hoc scribimus. Pronomen hic ad personam primam, iste ad secundam, ille ad tertiam refertur sæpius. Quod idem obseruari solet in aduerbiis inde profectis: vt Amicitia ista me delectat. Hunc in te amorem, quantus sit, aliquando senties. Hic quàm illic vueres iucundius. Inde fit vt pronomen hic significet id quod præsens vulgo dicitur. Vt nuncius hic ordine tibi narrabit omnia. Ex harum latore plura cognosces. Non, vt dici vulgo solet, ex præsentium latore. Multi fluctibus vitæ huius iactati, hominum genus, vt ait Plato, vnquam fore beatum negant. Vitæ huius ad est, præsentis.

PLAVTVS. *Iam hic ero, quum illic censebis esse me.*

TERENT.

TERENTIVS. *Si tu hic sis, aliter sentias.*
Idem Quæ prospexi hîc oculis.

M. CAEL. M. Fetidium equitem Romanum amici mei filium bonum & strenuum adolescentem, qui ad suum negotium istuc venit, tibi commendo. Idem. Quàm cito tu istinc discedere cupias, nescio. M. CIC. Memini quod mihi despere videbare, quòd istic potius viueres, quàm nobiscum. Idem. 9. Famil. ep. 18. Romam tibi remigrandum est. Satius est hic eruditate, quàm istic fame. Idem. 1. ad Qu. fr. ep. 1. Qui istinc veniunt, superbiam tuam accusant, quòd negent te percunctantibus respondere Idem. ibidem. Qui istinc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quòd nihil respondeas, partim contumeliosum, quòd male respondeas. Idem. 1. Offic. 78. Licet enim mihi Marce fili apud te gloriari, ad quem & hæreditas huius gloriæ & factorum imitatio pertinet. Idem. Orat. 148. Quòd si ea quæ dixi non ita essent, quis tamen se ita durum agrestemque præberet, qui hanc mihi non daret veniam? Idem. Me autem tuus sonus, & subtilitas ista delectat.

Hoc meum, hoc nostrum, tuum istud, istud vestrum, & à recentioribus & ab antiquis oratoribus dici eleganter. Cap. LXXXIX.

AB hac nostra Progymnasmaton quasi segete illud reuiciendum non sit. Id enim tum veteres tum nostræ huius memoriæ oratores obseruant: quibus tam voluptifica amœnitas est, tam amœna modulatio, tumq; modulata suauitas: vt eorum dicendi genera indicta præterire non queam. Sed ad rem accedimus. Pronomen hic, cum meo aut nostro, iste cum tuo aut vestro adiunctum, orationem reddit vberiorem: vt, Hic meus amor, tuum istud studium, vester iste honor.

ACTIVS. *Eloquere propriè, ac pauorem hunc meum expectora.*

TERENTIVS. *Illa sese interea commodum huc aduorterat in hanc nostram plateam.*

M. CICERO 7. Famil. ep. 10. Scire enim cupio quid agas, quid expectes, quàm longum istum tuum discessum à nobis futurum putes. Idem. 4. Famil. Sic habeto: non tibi maiori esse curæ: vt iste tuus à me discessus fructuosissimus tibi sit, quàm mihi. Idem. 13. Famil. His nostris temporibus: quibus facillime bonam beneuolentiam hominum & fidem perspicere possis, eum tibi ita commendo, vt homines grati & memores benemeritos de se commendare debent. Idem. Totum denique hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum tuam istam & victoria & fide præstantem. Iem. 13. Famil. ep. 25. Pergratum mihi feceris: si dederis operam vt hic intelligat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Idem. ibidem. Iste tuus amicus apud me commendatione non eget. Idem. Velim existimes animum mihi istum tuum vehementer probari. Idem. Hæc nostra laus erit illustrior. Idem. de Amic. Non grauarer Læli, nisi & hos velle putarem, & ipse cuperem, te quoque aliquam partem huius nostri sermonis attingere. Idem. 4. Acad. 127. Cogitantes quæ supera atque cœlestia, hæc nostra vt exigua & minima contemnimus. Idem. Hæc nostra finitima vestris ignota esse nolui. Idem. Huic meæ rogationi potius non continuò responderunt. Idem. Ista tua culpa est, qui verecundiam tecum exuleris, & non hic nobiscum reliqueris. Idem. M. Marcellus. hic noster, qui nunc ædilis curulis est: & profectò nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset. Idē. 1. de Or. 135. Quoniam mihi leuius quoddam onus imponitis, neque ex me de oratoris parte: sed de hac mea quantulacunque est facultate quæritis, exponam vobis. Idem. ibid. 133. Neque enim sumus nimis auidi: ista tua mediocri eloquentia contenti sumus. Idem. ibidem. 197. Incredibile est enim quàm sit omne ius ciuile præter hoc nostrum inconditum. Idem. Ista tua nullum ad vsum meum, tantum cognoscendi studio adductus requiro. Idem. 1. de Orat. 220. Quid enim hic meus frater ab arte adiunari potuit, cum à Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit? Idem. 3. de Orat. 78. Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui euolent clamatores odiosi ac molesti. *Nonnũquam tamen fit, vt iste cum nostro & hic cum tuo addatur.* ACTIVS. Ista hæc tua auser terricula: atque animum iratum comprime. PLAVTVS. Ita sunt nostri diuites, si quid bene facias, leuior pluma est gratia: si quid peccatum est, plumbeas gerunt iras.

Id quod, pro eo quod est quæres, non inscite dici solitum. Caput XC.

EX præceptione superiore sciri potest facile, duobus pronominibus idem significantibus simul positis, quorum vnum si solum positum esset: perfectum relinqueret sensum, orationem fieri vberiorem: id quod ex hac præceptione itidem agnoscere possis. Nam pronomen id, nonnunquam significat quantum relatiuum quod: pro quo non inuenuste vsurpari dicebamus. Quum igitur sermone domestico dicimus quæ res: eius loco id quod, dicemus vsitatè admodum: vt, Hac nostra ætate nimia honorum cupiditas, id quod Reipub. perniciosum est, nobilissimum quenque occupat. Bonus coquus, quàm vir doctus, id quod eleuat literarum studia, plurimi fieri solet. Immensi cumulantur honoribus, viribus reipub. sam patiuntur: id quod in causa est, cur non magno studio virtus ipsa colatur.

Sed parenthesi sæpius sit.

LVCRET. *Id quod iam supera tibi paulo ostendimus ante.*

QVINT. Minus indulsere eloquentiæ Stoici veteres: sed quum honesta suaserunt, tum in eligendo probandoque quod instituerant, plurimum valuerunt: rebus tamen acuti magis, quàm (id quod sanè non affectant) oratione magnifici. C. CASSIVS. Videbaris enim non solum fauere nobis, id quod & nostra & Reipub. causa semper fecisti, sed etiam grauem curam suscepisse. SAL. Ad hoc, prouidendum est quonam modo Italia atque prouinciæ tutiores sint, id quod factu haud obscurum est. M. CIC. 2. de Fin. 90. Id quod Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Idem. 13. Famil. ep. 7. Omnes molestias & solicitudines (quibus & te miserrimam habui, id quod mihi molestissimum est, Tullioláq;, quæ nobis nostra vita dulcior est) deposui. Idem. 1. in Catil. 32. Secedant improbi, secernant se à bonis, vnum in locum congregentur, muro denique, id quod sæpe iam dixi, secernantur à bonis. Idem. 4. in Catil. Habetis omnes ordines, omnes homines, vniuersam Rempublicam, id quod in ciuili causa hodierno die primum videmus, vnum atque idem sentientem. Idem. Illi verò non modo cum hostibus, verumetiam cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit. Idem. 1. de Orat. 121. Quem verò non pudet, id quod in plærisque video, hunc ego non reprehensione solum, sed etiam pœna dignum puto. Idem. ibidem. In quo illos quoque errare arbitror, qui siquando, id quod mihi nunquam placuit, complures adhibent patronos, vti quenque eorum minimum putant esse, ita eum primum volunt dicere. Idem. Quòd si vnquam populo Roman. concessum esset, vt iure coniuratus videretur, id quod docebam sæpe esse concessum, nullam illi causam iustiorem fuisse. Idem 2. de Orator. 194. Sæpe enim audiui poëtam bonum neminem, id quod à Democrito & Platone in scriptis relictum esse dicunt, sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris. Idem. 1. de Orat. 196. At si nos, id quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta vis est ac tanta natura: vt Ithacam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret. quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ vna in omnibus terris domus est virtutis, imperij, dignitatis?

Relatiuum vel adiectiuum ad genus neutrum quando transferendum. Caput XCI.

IVcundum auribusq; gratum eloquentia illa est: quum relatiuum aut nomen adiectiuum aliud habens substantiuum cum significatu suo id quod nomĕres vna significat: vtrunque ad genus neutrũ traducis: vt, Amicitia optimum est, id est, res optima. Epistola tua vberitatem elegantiamq; & humanitatem admiror: quæ diuinum tibi ingenium esse ingenium docent. Ciborum varietas pestiferum est. Archilochu. Partus tolerantiam in rebus aduersis patientiam appellans, deorum inuentum esse dicebat.

PROPERTIVS. *Nec forma æternum, haud cuiquam est fortuna perennis.*

OVIDIVS. *Turpe senex miles, turpe senilis amor.*
Idem. Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo.
VIRGILIVS. *Quum Daphnidis arcum,*
Fregisti & calamos, quæ tu peruerse Menalca
Et quum vidisti puero donata dolebas.
Idem. Varium & mutabile semper fœmina.
Idem. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Dulce satis humor.

A. GELLIVS. Memoratis multis magnisque rebus, quæ bene ac benevole post redditam pacem Samnitibus fecisset, obtulisse dono grandem pecuniam. Idem. Vulgus, inquit, grammaticorum septentriones à solo numero stellarum dictum putat. Vbi numerus etiam mutatur. Idem. Exortus & occasus mobilia & varia sunt. Idem. Critolaus Peripateticus & malum esse voluptatem ait, & multa alia mala parere ex sese, iniurias, desidias, obliuiones, ignauias. QVINTIL. Facultas dicendi si in malos incidit, iudicanda est malum. M. VARRO. Verbenarius ferebat verbenam, id erat caduceus, pacis signum. Nam Mercurij virgam possumus existimare. SALLVSTIVS. Virtus, vigilantia, labor apud Græcos nulla sunt. Idem. Dolus atque malitia fide chariora erant. M. CIC. 5. de Finib. 84. Bonum liberi, misera orbitas, bonum patria, miserum exilium, bonum valetudo, miserum morbus, bonum integritas corporis, misera debilitas, bonum incolumis acies, misera cæcitas. Idem. Quum omnium rerum mors sit extremum. vide MORS. *Et poëtis & oratoribus huiusmodi genus dicendi consuetudinarium est.*

Quod relatiuum antecedentia duo habens, cum posteriore conueniat elegantius. Caput XCII.

AB his præceptionibus, quæ Progymnasmata appellamus, illud abiectum esse nolimus. Quum relatiuum vnum duo habet antecedentia, quorum posterius prioris enarratiuum est: cum posteriore, siue proprium nomen sit, siue appellatiuum, quàm cum priore conueniat elegantius in genere, casu, & numero: vt, Apud Belgas oppidum est mœnibus validissimum, fossis munitissimum, viris mauortijs instructissimum, qui Ambiani dicuntur. Prope Ambianos vicus est, vbi natus sum, quod Lullium dicitur. Amænum flumen qui Sella dicitur, inter Lullium interfluit.

VIRGILIVS. *Arcumq; manu celeresq; sagittas*
Corripuit: fidus quæ tela gerebat Achates.

PLIN. Omnibus suis medio vitelli parua ineſt velut ſanguinea gutta: quod esse cor auium existimant. QVINTIL. Ab antiquis dictos tenores comperi, videlicet declinato à Græcis verbo, qui τόνος dicuntur vel accentus, quas Græci τόνους vocant. Idem. Absurdum forsan videatur dicere barbarissimum, quod est vnius verbi vitium, fieri per numeros aut genera, sicut solœcismum. VALER. MAXIMVS. Cœnanti apud Scopam in Cranone, quod est in Thessalia oppidum, nunciatum est duos iuuenes ad ianuam venisse. M. VARRO. In hac ciuitate agros colunt arenosos: propter hos fluit amnis, quam olim Albulaui dicunt vocitatam. Nonius tamen Marcellus amnem generis esse fœminini affirmat hoc exemplo. M. CICERO. in Som. Scipionis. 4. Nihil est illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Idem. ibidem. Homines hac lege generati sunt, qui tuerentur illum globum, quem in templo hoc medium vides, quæ terra dicitur. Idem. ibidem. Iisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sydera & stellas vocatis. Idem. Inopem, probum tamen & modestum si defenderis: omnes non improbi humiles, quæ maxima in populo multitudo est, præsidium sibi paratum vident. Idem. Orato. 36. Omni in re difficillimum est formam, qui character Græcè dicitur, exponere optimi, quòd aliud aliis videtur optimum.

Hoc tamen semper imitandum non esse, Valerianum illud documento sit: Senatus, inquit, assiduam stationem eo loco peragebat: qui hodie quoque Senaculum appellatur.

De relatiuo eo quod accidentia esse literatores dicunt, qualia sunt quale & quantum. idem sentias.

VIRGIL. *Saxum antiquum ingens, campo qui forte iacebat*
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis,
Vix illud lectis bis sex ceruice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

De relatiuo conueniente cum antecedente in tribus, genere, casu & numero, deque imperfecta oratione. Cap. XCIII.

QVam præceptionem scribere volebamus, quam ex alijs multis, tum ex Valla Laurentio quoniam cognita satis videbatur, ideo de ea scribenda aliquantum temperauimus. Quum igitur antecedens & relatiuum ab eodem reguntur, in casu eodem, genere & numero poni solet. Ea enim perinde vt adiectiua simul & substantiua habentur: vt, Qua te complector amicitia, ex literis ad te meis abunde satis perspectum est. Quos homines securos nullius q; rei curiosos putamus, in vrbibus aurem dormire prouerbiali sententia dicuntur. Quas ad me dedisti literas, fuerunt gratissimæ. In orationis altera parte id vel hoc poni possit: vt, Quem habes librum, is magno emitur. In huiusmodi dicendi genere antecedens relatiuo non sæpe præponitur, nisi à poetis.

PLAVT. *Nauclerum quem conuenire volui, in naui non erat.*
TERENT. *Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?*
VIRGIL. *Vrbem quam statuo vestra est.*
M. CATO. Agrum quem Volsci habuerunt, campestris plenus Aboriginum fuit.

Hæ autem orationes quo asyndeton ordine tantum abest vt cum præceptoribus alijs sentiam: vt contra sentiam. Earum enim priorem partem suspensiua imperfectaq; sententia puto pronunciandam, quod in alijs quoque dicendi generibus fieri solet.

LVCIL. Tu qui iram indulges nimis, manus abstinere à muliere melius est. AVL. GEL. H litera, siue illam spiritum magis quàm literam accipi oportet, inserebant eam veteres nostri plærisque vocibus verborum firmandis roborandisque, vt sonus earum esset viridior vegetiorque. Idem. Tertius ventus, qui ab oriente hyberno spirat, Vulturnum Romani vocant. Idem. In libris quos de vita P. Scipionis Africani compositos legimus, scriptum esse animaduertimus, P. Scipioni Pauli filio postquam de Pœnis triumphauerat, censorque fuerat, eidem diem dictum ad populum. L. PISO. Ij contemnentes cum, assurgere ei nemo voluit. M. CICERO. 2. in Arto. 77. Quam illa quum legeret flens. Erat enim scripta amatorie. Caput autem literarum hoc erat.

Relatiuum, qui, quæ quod antecedenti præponendum. Cap. XCIIII.

QVum oratorum aliorum, tum M. Tullij suauitatem dicendi qui imitandam sibi proposuerit: is illud obseruandum curabit: vt relatiuum quod vel quodcunque vel quoduis habens pronomen speciei prioris, hoc est ille, iste, ipse, hic & is, antecedens, in oratione priore ponatur, eiusque antecedens in posteriore. Hoc tamen antecedens sit frequentius hic, hæc, hoc, vel, is, ea, id. velidem, rarius ille, iste, ipse, vt: Qui amicum extrema subeuntem pericula comitatur: idem amici appellatione indignus non est. Quorum supercilia omnino demissa sunt: vt uiuperones inuisiq; sunt. Quæ supercilia in nasum deflexa videmus: ea viri superciliosam seueritatem ostendunt. Bias Prienæus. Infelicitatem ferre qui nescit, is infelix est.

ENNIVS. *Quorum virtutis belli fortuna pepercit, horundem me libertati parcere certum est.*
Idem. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmam ipsi petunt.
PLAVTVS. *Fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum.*
Idem. Cui homini dii sunt propitij, lucrum ei profecto obijciunt.
Idem. Quod tibi iubet, id mihi impera.
Idem. Quod mihi prædicas vitium, id tibi est.
Idem. Haud æquum facit, qui quod didicit, id dedisce.
Idem. Si quid dictum est per iocum, non æquum est id te serio præuortier.

PLIN. Quibus longa cruta, iis longa & colla. QVINT. Si cui est mens tam illiberalis, vt obiurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas, vt pessima quæque mancipia, durabitur. C. HERMINA. Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt. C. GRAC. Alij vini amphoras quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportauerunt. M. VAR. Quem puerum vidisti formosum, hunc vides deformem in senecta. M. CATO. Auaritia omnia vitia habere putabant. Sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus qui habebatur, is laudabatur. M. CICE. Nobis autem videtur quicquid literis mandetur, id commendari omnium eruditorum lectione decere. Idem. 3. Tusc. 21. Qui dolet rebus alicuius aduersis, idem alicuius etiam secundis dolet, vt, Theophrastus interitum deplorans Callisthenis sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur. Idem. ibidem. Quæ appetitio aduersus rationem incitata est vehementius, ea libido est vel cupiditas effrenata. Idem. 3. de Leg. 31. Quæcunque mutatio morum in principibus exiterit, eandem in populum secuturam. Idem. 5. Famil. ep. 12. Qui semel verecundiæ fines transierit, eum bene & nauiter oportet esse impudentem. Idem. 4. in Cati. 22. Qui ex numero ciuium dementia aliqua deprauati hostes patriæ semel esse cœperunt: eos quum à pernicie Reip. repuleris, neque vi coërcere, neq; beneficio placare possis. Idem. 2. Offic. 24. Qui vero in libera ciuitate ita se instruunt vt metuantur: his nihil potest esse dementius. Idem. 2. Tuscu. 39. Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem vt participet patem. Idem. 2. Offic. 69. Qui se locupletes, honoratos, & beatos putant, hi ne obligari quidē beneficio volunt. Idem. 2. de Orat. 124. Neque enim boni est & liberalis parentis, quem procrearit, & educarit, eum non & vestire & ornare, præsertim quum te locupletem esse negare non possis. Idem. 1. Offic. 65. Qui errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Idem. ibidem. 68. A quo expeditior & celerior remunerario fore videtur, in eo fere est voluntas nostra propensior. Idem. ibidem. Quorum patres aut maiores in aliqua gloria præstiterunt, eorum plærique in eo genere laudis studēt excellere. Idem. ibidem. 21. Tunc res male se habet: quum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Idem. 3. Famil. ep. 8. Non dicam plura, ne in quo te obiurgem, idipsum videar imitari.

Ante relatiuum quod, antecedens hoc vel id sine vllo medio præponi. Cap. XCV.

PRæceptionem eam quam superiore capite scribebamus, obseruandam semper tibi ne persuadeas: illam quæ nihil minus habeat elegantiæ subscribimus. Quum relatiuum qui, quæ quod habet pronomen speciei primitiuæ antecedens, tum antecedens hoc vel id ante relatiuum sine vllo medio non incomposite præponi solet. Vt, nulla est amicitia ea quæ sibi lucrum proponit. Amicitiæ personam detrahit is, qui fenestrato pectore verum se amicum ostendit. Corui & lupi largitur hic qui ingratos nunquam vlla beneficiorum magnitudine satis onerat os confers beneficia.

TERENT. *Num ille somniat ea quæ vigilans voluit.*

PLINIVS Iunior. Ita natura comparatum est, vt ea quæ scripsimus cum labore, etiam cum labore audiri putemus. QVINT. Eo quod natura bonum est, bene vti licet. Idem. Certe non conuenit ei quem oratorem esse volumus, iniusta tueri scientem. Idem. Nihil peius est his qui paulum aliquid vltra primas literas progressi,

greſſi,falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt. Idem. Pigri eſt ingenij contentum eſſe iis quæ ſunt ab aliis inuẽta.Idem. Melius gubernantur ea quæ conſilio reguntur,quàm quæ ſine conſilio adminiſtrantur.M. Cic.Ira eſt libido puniendi huius qui videatur læſiſſe iniuria. Idem.1.de Finib.Quærendi defatigatio turpis eſt: quum id quod quæritur ſit pulchertrimum.Idem. Quod ſi iam ſunt id quod cum ſummo furore cupiunt, adepti,num illi in cinere verbis & ſanguine ciuium, quæ mente ſcelerata ac nefaria cupierunt, conſules ac dictatores aut etiam reges ſe ſperant futuros? Idem.3.de Leg.5.Oportet & eum qui paret, ſperare ſe aliquo tempore imperaturum,& illum qui imperat, cogitare breui tempore ſibi eſſe parendum. *Poſtremo hoc exemplo doceare pronomen illud præponi poſſe.vt in illo quoque Ciceronis eiuſdem.2.de Ora.187.* Tantam vim habet illa quæ rectè à bono poëta dicta eſt flexanima,atque omnium regina rerum oratio, vt non modo inclinantem erigere,aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantem & repugnantem,vt imperator fortis ac bonus capere poſſit. Itémque. Difficilius intelligatur quod patronus velit dicere,quàm ſi ipſe ille qui patronum adhibet,de re ſua diceret. *Eandem vocem interponit Martialis.Ille,inquit,dolet verè qui ſine teſte dolet. Titinnius inter id & quod,aliquid interponit.*Vti eum,inquit,oportet libertatem, qui ſapit. *Sed hæc variora ſunt.*

Quod relatiuorum Pronominum elegantiam aduerbia imitentur. Cap. XCVI.

VBi de relatiuorum pronominum elegantia dicimus, ibidem nobis dicendum videtur de aduerbijs ijs quæ relationem habeant. Quemadmodum relatiuum qui,quæ,quod,antecedenti,quod pronomen primitiuum ſit, præponendum vel poſtponendum diximus: ita ſentimus aduerbium relatiuum,quod per pronomen quod exponitur, poſtponi raro antecedenti aduerbio,quod per pronomen primitiuum declarari ſolet, ſed ſæpius multo præponi: vt quid mihi ſecreto in aurem dixeris, vbi poſueris, ibidem recipies. Quo iturus ſum ibi amicorum nullus eſt. Vnde venio ibi nullus eſt.

Terent. *Hic vbi opus eſt nihil verentur: illic vbi nihil opus eſt, ibi verentur.*

Quin. Nec pingere quiſquam aut fingere cœpit à pedibus. Nec denique ars vlla conſummatur ibi vnde oriendum eſt.Idem. Ea quæ vulgo recepta ſunt, hoc ipſo quòd incertum authorem habent, velut omnium fiunt. Quale eſt, vbi amici ibi opes. Et conſcientia mille teſtes. Valer. Maximvs. Coriolanus quo latebras quæſitum venerat, ibi breui ſummum adeptus eſt imperium. Sall. Vbi diuitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia ſunt,fides,probitas,pudor,pudicitia. M. Cic.4. Tuſcul.43. Vltimas terras luſtraſſe Pythagoram,Democritum,Platonem accepimus.Vbi enim quid eſſet quod diſci poſſet, eò veniendum iudicarunt. Idem.6.Fam.ep.1.Eaperturbatio eſt omnium rerum, vt ſuæ quemque fortunæ maximè pœniteat, nemóque ſit,quin vbinis quàm ibi vbi eſt, eſſe malit. *Cum pronomine antecedente aduerbium relatiuum adiungi poteſt.* Idem. Cicero. 1.de Orat.199.Quid enim præclarius quàm honoribus & reip.muneribus perfunctum ſenem poſſe ſuo iure dicere idem quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, ſe eſſe eum vnde ſibi, ſi non populi & reges, at omnes ſui ciues conſilium expetant ſuarum ſummarum rerum incerti.

Relatiuum qui, quæ, quod, ſine vllo antecedente tam à poëtis quàm ab oratoribus non inſolenter vſurpari. Cap. XCVII.

QVod ſcribimus,ex lectione non oratorum ſolum ſed poetarum quoq; agnoſcere poſſis.Hoc autem eſt.Relatiuum qui,quæ,quod,ſine antecedente crebro ponitur,quum antecedens id facile intelligitur,hoc eſt pronomen primitiuum.Vt,qui literas ſcripſit, amicus eſt.Cui ſecunda res adſunt ne ſuperbiat.Quem læſiſti ſemel,amicum ne putes.

Ennivs. *Otio qui neſcit vti plus negotij habet*
Quàm quum eſt negotium in negotio.
Nam cui quid agat inſtitutum eſt:nullo negotio
Id agit: ſtudet ibi: mentem atque animum delectat ſuum.

Lvcilivs. *Quod tibi magnopere cordi eſt, mihi vehementer diſplicet.*

Horativs. *Bene eſt cui deus obtulit Parca quod ſatis eſt manu.*

Propert. *Errat qui finem veſani quærit amoris.*

Tibvll. *Qui fuit horrendos primus qui protulit enſes,*
Quàm ferus, & vere ferreus ille fuit?

Lvca. *Non grauis moritur iugulo qui prouocat hoſtem*

Ovid. *Tunc bene fortis equus reſerato carcere currit,*
Quum quos prætereat, quoſue ſequatur habet.
Idem. Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem.

Plavt. *Qui homo timidus erit in rebus dubijs,nauci non erit.*

Terent. *Qui amat cui odio ipſus eſt,bis facere ſtulte duco.*

Plinivs Iunior. Mirum pudorem damnationis morte effugiſſe,quem non puduiſſet damnanda committere. Apud. Quint. Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet. Quint. Si veniam meretur qui imprudens nocuit,non meretur præmium qui imprudens profuit. Idem. Lex eſt. Qui parentes non aluerit, vinciatur. Idem. Neque dignus opera patroni, qui non vtitur conſilio. Idem. Quæ vetera nunc ſunt, fuerũt olim noua. Idem. Quod populus crediderit,omnibus debeatur: & quamdiu quilibet vnus ſuperfuerit,eſſe eum totius ſummæ creditorem. M. Cicero.3. Tuſc. Si quis doleat rebus ſecundis à quo ipſe lædatur: non rectè dicitur inuidere. Idem. Nec me pudet, vt iſtos, fateri neſcire quod neſciam. Idem. Qui habet, vltrò appetitur, qui eſt pauper, aſpernatur.

Relatiuum,quod appellant accidentis,quo ſit loco ponendum. Cap. XCVIII.

QVantus arte dicendi fuit Cicero, tantus eſſe quàmuis deſperes: eum tamen etiam procul imitari nihil te pigeat. Eum autem quo aſſequi inſpicereq; propius queas: ſcribendas inſtitutiones has ſuſcepimus: In quibus hæc aſpernanda non ſunt. Relatiua quæ appellant accidentis, qualia ſunt,quale,quantum,quot, antecedentia habent tale,tantum, tot: ijs autem antecedentibus eleganter poſtponuntur, præponuntur elegantius. Præpoſitis ijs,inter vtrunque aliquid elegantiſſime interponitur. Vt Romana ciuitas talem haud vidit vnquam, qualis fuit Scipio Africanus. Quanto maiores in literarum ſtudio ſuſcepimus labores: tanto fragilitatis hominum caſus experturi ſumus variores. Quantum me amas, tantundem mutuo redamaris. Quantum in bello ferrum poſſet,tantum in Repu. eloquentiam valere Demetrius Phalerius dicebat.

Terent. *Quot homines tot ſententiæ.*

Idem. Quanto minus ſpei eſt,tanto magis amo.

Plin. Si Virgilio quidem credimus,eſculus quantum corpore eminet,tantum radice deſcendit. Quint. Quantum poëſis ab Homero & Virgilio, tantum faſtigium accepit eloquentia à Demoſthene atque Cicerone. Idem. Quantum Græci præceptis valent,tantum Romani,quod maius eſt, exemplis. Idem. In oratione ſi ſpecies intueri velis, totidem penè reperies ingeniorum, quot corporum formas. Val. Max. Manifeſtum igitur eſt tantũ religionis ſanguini & affinitati,quantũ diis ipſis immortalibus tributum. Catil. apud Salluſtium. Quanta cuiuſque animo audacia natura aut moribus ineſt, tanta in bello patere ſolet. M. Cato. Mons ex ſale mero magnus, quantum demas, tantum accreſcit. M. Cicero. de Am.10.Moueor enim tali amico orbatus, qualis vt arbitror nemo vnquam erit,& vt confirmare poſſum,nemo certe fuit,*de Scipione loquitur*.Idem.ibidem. Tu autem Fanni,quòd mihi tantum tribui dicis,quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo,facis amice.Idem.Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortaſſe arrogo. Idem. A te tantum peto,quantum & te facere poſſe, & libenter mei cauſa facturum eſſe intelligo. Idem. Cura igitur ſi me tanti facis,quãti & Varro exiſtimat,& ipſe ſentio,vt quamprimum intelligam hanc meam commendationem tantum illi vtilitatis attuliſſe, quantum & ipſe ſperarit, nec ego dubitarim.Idem.3.de Legib.Erant præterea hæc animaduertenda in ciuitate, quæ ſunt apud Platonem noſtrum ſcripta diuinitus. Quales in Repub. principes eſſent,tales reliquos ſolere eſſe ciues. Idem.ibidem.31.Licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum,qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuiſſe.Idem.1.de Natura deorum.& 5.Tuſcu.47. Sic princeps ille Philoſophiæ Socrates diſſerebat: qualis cuiuſque animi affectus eſſet,talem eſſe hominem: qualis autem ipſe homo eſſet,talem eius eſſe orationem: Orationi autem facta ſimillima: factis vitam.Idem.2.Offic.43.Præclare Socrates hanc viam ad gloriam maximam & quaſi compendiariam dicebat eſſe,ſi quis id ageret, vt qualis haberi vellet,talis eſſet. Idem. Tantum me abeſſe puto ab impudicitia,quantum tu à pudicitia.Idem.ibidem.Recte præcipere videntur qui monent vt quanto ſuperiores, tanto nos ſubmiſſius geramus.Idem.3.de Orat.7.Quandiu Craſſi fuit ambitionis labore vita diſtracta,tandiu priuatis magis officiis & ingenij laude floruit,quàm fructu amplitudinis aut Reip.dignitate.Idem. de Or.perf.7.Atque ego in ſummo oratore fingendo talem informabo,qualis fortaſſe nemo fuit. Idem.1.de Orat. Quid vero ille M.Cato? Nonne & eloquentia tanta fuit quantam illa tempora atque illa ætas in hac ciuitate ferre maximam potuit:& iuris ciuilis omnium peritiſſimus. Idem. Quot homines tot cauſæ. Idem. de Ora. perfecto. 53. Quot orationum genera eſſe diximus: totidem oratorum reperiuntur. Idem. Quot oratores, totidem penè reperiuntur genera dicendi. Idem. Quot officia oratoris, tot ſunt genera dicendi. Idem. Vocis mutationes totidem ſunt, quot animorum:qui maxime voce mouentur.Idem.2.de Or.249. Sp.Carbilio grauiter claudicanti ex vulnere ob Remp.accepto, & ob eam cauſam verecundanti in publicum prodire, mater dixit. Quin prodis mi Spuri? & quotieſcunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniet in mentem.

Sine vllo vocabulo, quod in medio poſitum ſit, vſurpata raro inueniuntur.

Cicero. Quid enim eſt tantum quantum ius ciuitatis?

Eadem sine antecedentibus posita inuenire est.

QVINT. Quantum natura studióque valeat memoria vel Themistocles testis, quem vnum intra annum optime locutum esse Persicè constat: vel Mithridates, cui duas & viginti linguas, quot nationibus imperauit, traditur notas fuisse: vel Crassus ille diues, qui quum Asiæ præesset, quinque Græci sermonis differentias sic tenuit: vt qua quisque apud eum lingua postulasset: eadem ius redditum sibi ferret: vel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina. Quin semel auditos quamlibet multos versus protinus dicitur reddidisse Theodectes. L. Piso. Is respondit. Immo verò charum, si quantum quisque volet bibat: Nam ego bibi, quantum volui. M. CICERO. 16. Fam. ep. 14. Medico mercedis quantum poscit, promitti iubeto.

Quantum & tam, contráq; tantum & quàm dicta inuenimus.

PROPER. *Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.*

TERENT. *Non hercle verbis Parmeno dici potest tantum quàm re ipsa nauigatio incommodum est.*

Pronomen qui, quæ, quod, pro secundum quando ponatur eleganter. Cap. XCIX.

ELegantiore dicendi genere linguam, quæ tua diligentia est, quoniam expolire cupis: illud nobis memoriæ tradendum est: quod quum alij ex veteribus, tum præcipuè recentiores tam accuratè obseruant: vt dedita opera obseruare videantur. Id autem huiusmodi est. Quum sermone domestico dicimus particulam secundum cum pronomine speciei posterioris & nomine substantiuo: omissa particula, pronomen qui, quæ, quod cum eiusdem pronomine & substantiuo & verbo esse, dicetur elegantius: vt, Paupertatem omnem quæ tua est liberalitas, opibus & consilio adiutare non cessas, quæ tua est liberalitas, id est, secundum tuam liberalitatem. Inculta incohataq; orationi meæ, quæ tua humanitas est, facile, puto, ignosces. Diuitias omnes virtutis comparatione nullas, quæ tua consuetudo est, esse iudicas.

PLIN. Iunior. Recipies ergo epistolas steriles & simpliciter ingratas, ac ne illam quidem solertiam Diomedis in permutando munere imitantes, sed quæ tua est facilitas, hoc magis dabis veniam, quòd se non mereri fatentur.. M. CAEL. Qui (quæ mea negligentia est) multos sæpe dies ad te cùm hic eras non accedebam: nunc quotidie non esse te, ad quem cursitem, discrucior. M. CIC. 7. Fa. ep. 2. Si mihi permisisses (qui meus amor in te est) confecissem cum cohæredibus. Idem. ibi. ep. 13. Moriar, ni (quæ tua gloria est) puto te malle à Cæsare consuli quàm inaurari.

Nonnunquam fit, vt pro pronomine qui, quæ, quod, particula, vt, ponatur.

POLITIANVS. Nobis Laurentius, vt est homo tui studiosissimus; pro more authoritatéque mandauit, vt eam rem quàm primum, quàm diligentissime.

Qui ablatiuum pro quo aut pro quomodo poni non inusitatè. Caput C.

QVi non credas ablatiuum qui pro quo vel quomodo poni non inusitatè, si in cultiorum autorum lectione studia tua occupaueris? Vt qui vales? qui scis patrem venisse? Meum est vitreum qui poto.

PACVVIVS. Canis quando est percussa lapide, non tamappetit illum qui se icit, quàm illum eum ipsum lapidem, qui ipsa icta est petit.

PLAVTVS. *Qui in mentem venit tibi istuc facinus facere tam malum?*

Idem. Qui tibi nunc istuc in mentem venit?

Idem. Qui istuc potis est fieri quæso? potis est, pro pote est, antiquum.

Idem. Qui nunc vocare?

Idem. Pateram, qui ille potare solitus est, in cistella pertuli.

Idem. Ille olim habuit ignem, qui signum daret.

TERENT. *Abs quiuis homine beneficium, quum opus est, accipere gaudeas.*

Idem. Qui istæc tibi incidit suspicio?

Idem. Qui ille poterit esse in tuto?

Idem. Insanis: qui istuc facere Eunuchus potuit?

Idem. Qui non potest?

Idem. Qui vocare?

QVINT. Dubiis probari dubia qui possunt? M. CICERO. Qui potest igitur habitare in vita beata summi mali metus? Idem. Qui verò probari potest vt sibi mederi animus non possit: quum ipse medicinâ corporis animus inuenerit? vide ANIMVS. Idem. de Sen. 5. Qui cum amantissime & coniunctissime viuebat. Idem. ibid. Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit?

FINIS CENTVRIÆ PRIMAE.

FRAN

FRANCISCI SYLVII
AMBIANATIS PROGYMNASMATVM,
CENTVRIA SECVNDA.

In oratione vitanda quæ sint. Cap. I.



INE vitijs virtutes creari posse, apud Platonem Socrates negat. Ea re adducor, vt credam his dicendi virtutibus vitia multa commisceri posse. Quo igitur multa sint minus, quæ vitanda sint ex his nonnulla (non enim possunt omnia) hic differamus. In quibus illa sunt. Iotacismus, id est, nimium frequens literæ i, repetitio: vt Iunio, Iuno Iouis iure irascitur. Lamdacismus, vt Sol & luna luce lucent alba & candida. Myotacismus, vt illud poëtæ cuiusdam est apud Ciceronem: Impius hortatur me frater, vt meos malis miser mandarem natos. Itémque: Iterum iam aggreditur me, & quietum excuscitat: maior mihi moles, maius miscendum est malum. Hanc certe literam euitauit antiquitas: quum aliàs, tum præcipuè si vocis proximæ litera prima vocalis esset: vt Censorius Cato litera m detracta die hanc pro diem hanc, autore Quintiliano dixerit. Eandem ob causam ferendu'st, optimu'st, proferendum est, optimum est: aliáque hoc genus multa in Lucretio Plautóque inuenias. Est enim compositio mala, quum vocalis in principio verbi posterioris cum litera m in fine prioris coniungitur. Id quod quum vsu venit m parum, vt Quintilianus ait, exprimitur: vt multum ille, & quantum erat, adeò vt penè cuiusdam nouæ literæ sonum reddat. Neque enim eximitur, sed obscuratur: & tantum aliqua inter duas vocales, velut nota est, ne coëant. Polysigma itidem ab oratione abest, id est littera screbra nimium positio: vt, Sosias in solario soleas sarciebat suas. Literæ huius repetitio multum, mehercule, orationis euphoniæ inimica est. Ideóque ibi te ornatè dicere ne putes, vbi dictio in s desinens ab alia excipietur, cuius eadem litera initium sit. Id Virgilius vt euitaret: s in fine vbi detraxeriti nuenitur: vt, Sed tamen iste deus qui sit da Tytire nobis. Idem. Despectus tibi sum nec qui sim quæris Alexi. Nihil minus vitiosum sit si voce in hanc s desinente, proxima à litera x incipieret, vel contrà. Vt sobrius Xenocrates, mollis Xerxes, ex suo patre. Multo sit vitiosum magis, quum finalem s consonans præcedit: & eam in principio verbi proximi consonans alia subsequitur. vt ars studiorum. Adeò hoc stridet vt ex antiquis non defuerint qui vitiosum putarent s in fine verbi collocari: si posterior dictio à consonante inciperet. Quæ causa fuit Seruio, vt Quintilianus ait, subtrahendæ literæ, quoties vltima esset, aliaque consonante susciperetur. Neque Lucilium putant vti eadem vltima, quum dicit serenu fuit & dignu loco Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic locutos. Ea adductus causa est Messala, vt s appellaret sibilum non literam, ideóque litera hæc s tortuosa colubri facie scribi solet. Ea prudens omitto, quæ quiì vulgatis aliorũ præceptionibus, tum seipsis incognita non sunt quæ fugiantur. Qualia sunt illa: O Tite, tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. Amatrices præstrigiatrices aditrices fuerunt. Horror ferri rapuerat me. Illud Ennianum. Africa terribilis tremit horrida terra tumultu. Illa quoque puto, vitanda nescis. Tales casus Cessandra canebat. Dorica castra. Res mihi inuisæ visæ sunt. Brute O fortunatam natam me consule Romam. Qui te tanti talem genuere parentes. Hæc Virgilij ac Ciceronis sunt, fateor. Eáque nego reprehendenda si sint omnino parcissima. Huius enim modi dicendi generibus aliàs quoque vsus est Cicero: vt, Alia tamen mente remp. capessenti P. Africanus de C. Gracchо interroganti respondérat, iure cæsum videri. Idem. In tranquillo tempestatem aduersam optare dementis est. subuenire autem tempestati quauis ratione, sapientis. Idem. Terentianus ille Chremes humani nihil à se alienum putat. Idem. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. Idem. Nec facilis explicatio quæ forma maximè excellat. Hoc non euitauit Quintilianus plerisque in locis. Sed exemplum vnum satis sit: Statuta breues, inquit, in digitos eriguntur, & plura infirmis minantur. Vt enim cœnæ iucundiores sunt in quibus paucula quædam subacida apponuntur, quibus tanquam languescens stomachus excitetur: ita rara admodum orationis compositæ asperitas aures quasi tacentes mouet, erigit, oblectat. Vel ea voluntate videntur appetere, quo artem magis dissimulent. Summa enim dicendi ars est, ita dissimulare, vt ars non appareat. Quemadmodum Cicero idem de subtili genere dicendi monet, orator verba verbis quasi coagmentare negligat. Habet enim, inquit, ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis, quàm de verbis laborantis. Hunc tamen hiatum vocalium non pauci præcipiunt esse vitandum: quæ tum fit, quum dictiones multæ in vocales exeuntes ab iis excipiuntur quæ à vocalibus itidem incipiunt: vt, iucunda amicitia esse ei homini non potest, cuius meundæ vtilitas causa fuit. Græci quam Latini hoc vitant diligentius. Vocalis eiusdem crebra nimis repetitio auribus iucunda non est: vt, Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra. Vocalium item quibus exilis sonus est frequentia nimia velut languentem facit orationem: vt, Cum si ipse at: ouis p nituisset. Sunt igitur vocales commiscendæ: quemadmodum longas & breues commiscendas esse censemus. Non enim probamus admodũ vocales multas eiusdem mẽsuræ se consequentes: vt, Colligere lapidem voluis. In longis quàm in breuibus id tolerabilius est. Cauendum præterea est ne orationis finis, finis sit carminis alicuius, præcipuè heroici aut elegiaci. Id tamen cauendum ita non censemus: vt omnino fugiendum sit. Id enim aliquando inuenias, sed perrarum est. Sallustius. Vbi bonus deteriorem diutiùs magis clarum magisque acceptum videt, primo æstuat, multáque in pectore voluit.

M. CICERO. Omiserum cui peccare licebat. Idem. Latent ista omnia Varro magis obscurata & circunfusa tenebris. Idem. Quum loquerer tanti fletus gemitúsque fiebant.

Iambus & dactylus, vt ait Cicero, in versum cadunt maxime. Itaque vt versum fugimus, sic hi sunt in oratione euitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est oratio: nec quicquam inimicius quàm illa versibus. Monosyllaba vox orationem non claudat, nisi sit verbum sum, aut (quod multo est rarius) que, ue, ne. Voce duarum syllabarum clausam aliquando inuenias. Sed prope semper trium plurúmue.

De parenthesi, quod rara breuisque esse debeat, quódque in eodem sermone duæ, interdum tres inueniantur. Cap. II.

QVI de ratione dicendi scripsere, ij omnes (sunt enim multi) inter orationis virtutes illam enumerant præcipuam: vt dilucida sit. Quũ sermo homini datus sit ad expromẽda ea quæ animo concipit: quid absurdum magis est, magisque ineptum: quàm vti sermone eo, qui tam obscurus sit, vt ne ab eo quidem qui loquatur (nisi præmeditatus esset) intelligi queat? Numne tantum qui taceat consequatur: quantũ obscuro sermone vtens non intellectus? Ea autem obscuritas multa fit verbis ab vsu remotis: vsu quorum iactantiæ maioris homines ita delectantur: vt licere sibi permittant, vetustissima verba penéque situ ambesa interpolare, nouáque fingere. Maior, si sermo longior est, vt spiritus vllus pronunciando durare possit. Quo vitio imperiti, aut qui doctiores sibi videntur, sæpe laborant: vt suam orationem putent grauiorem, firmiorémque si huiusmodi clausulis quasi sesquipedalibus facta sit. Maximè, si sermo vnus sæpe intercisus, multis aliis sermonibus infercitur. hoc est, quum in sermone eodẽ multa crebráque ac longa parenthesis est. Hoc enim genere longior fit oratio, ideoque obscurior, Item illa sermonis intercisio non parum obscurat orationem. Est autem parenthesis (vt à Quintiliano describitur) dũ continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit: quam interpositionẽ aut interclusionem dicimus. Tria hæc vitia facile euitabit is qui eorum quasi turpitudinem agnoscet. Primum enim consuetis vti quam vetusta aut noua eruere, aut fingere, minoris est laboris. Deinde longum quendam contexere sermonem quàm breues multas. maiorem ingenij exigit attentionem: vt quemadmodum multas domunculas construere facilius sit: quam eadem materia magnam aliquam. Postremò, si huiusmodi longum sermonem in breues multos commutes quæ erant interpositiones, locum sibi haud dubiè inuenient, vt tanquàm in ordinem redigantur. Quo dicendi genere oratio non dilucida tantum sed etiam vehemens efficiatur: quæ aures sæpius ferire videatur. Hoc autem quo tibi sit facilius, exemplum hoc ascribam. Occupato mihi (hæc enim Progymnasmata scribebam, quæ vt absoluere properarem, quotidianis amicorum comitijs penè exurdatus sum) nuntius tristis (quia literas ad me tuas perdiderat) valere te nuntians (quo delectatus sum) verbis multũ à me (què tibi amicũ esse non ignorabat) contendit, vt ad te scribendo eũ (quòd imprudens amisisset) excusarem. Hanc hoc facias pacto clariorem. Quotidianis amicorũ comitijs penè exurdatus sum: vt Progymnasmatis his manũ extremã imponerem. Iis ergo absoluendis quum occupatus essem: ad me nuntius à te venit. Is autem propterea tristis erat: quòd literas ad me tuas perdiderat. Valere te mihi nunciauit: quæres me delectauit. Quoniam verò me tibi amicum esse non ignorabat, verbis multis à me contendit, vt ad te scribẽdo eum excusarem: quòd ea imprudens amisisset. Hanc autem interpositionis vsurpationem damnare omnino ne videar, quæ oratoribus historicisque frequens est. sed poetis frequentior, ac sæpe longior eam breuẽ esse debere censemus. Nec vitiosus sermo sit, in quo altera aut tertia interposita sit: modò ne sit sermo obscurior, vt, Quoties de te cogito (cogito autem sæpe) nostræ cõsuetudinis pristinæ recordatio mihi iucundissima est. Literas ad me si mittere (nulla enim adhuc abs te receptas) ab amici officio nõ discederes. Nimia gloriæ cupiditas (quæ est reipub pernicie) fugienda est.

QVINT. Illæ quoque fabulæ quæ etiam si ab Æsopo originẽ non acceperunt (nam videtur primus earum auctor Hesiodus) nomine tamen Æsopi maximè celebrantur) ducere animos solẽt, præcipuè rusticorum & imperitorum: qui & simplicius quæ hẽta sunt, audiunt, & capti voluptate, iis quibus delectantur, consentiũt. M. CICERO. 2. de Orat. 260. Natura nos (vt ante dixi) noster delectat error. Idem. 13. Fami ep. 7. Omnes molestias & solicitudines (quibus & te miserrimam habui, id quod mihi molestissimum est) Tulliolámque (quæ nobis nostra vita dulcior est) deposui. Idem. 2. Tusc. 58. Sumus enim natura (vt ante dixi)

(dicendum est enim sæpius) studiosissimi appetentissimique honestatis. Idem 2. Offi. 74. Sin qua necessitas huius munetis alicui reipub. obuenerit (malo enim alteri quàm nostræ ominari) (neq; enim tantum de nostra, sed de omni rep. disputo) danda erit opera, vt omnes intelligant (si salui esse velint) necessitati esse parẽdũ.

De dicendi propriẽtate, quo retinenda studio sit. Caput III.

TAnta fuit veteribus ijs qui purè locuti sunt retinendæ proprietatis cura, vt translatis vocabulis raro admodũ vsi fuerint. Translatorũ vsum tantum abest vt damnemus, vt si commodè fiat probemus nihil minus, quàm si propria essent. Sed alia vulgo dicendi impropriet æ quædam est: quæ nobis ordine eo habenda est qua Solœcismus. In eo vulgi sermone innumera sunt, ex quibus tam multa pauca illa dicimus. Quod dicunt dare conuiuium, Accipere dicas cum accusatiuo personam significante. Vt, Me cœnato lauto accepisti. Virgilius. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Excipere apud Macrobiũ lego. Eius verba sunt de Mœcenate: Exceptus est à quodã cœna satis parca & quasi quotidiana. Nã penè nullis se inuitatis negabat. Post epulũ igitur inops ac sine vllo apparatu discedens, vale dicens hoc tantum insusurrauit. Non putabã me tibi tam familiarem. Nisi si mendum est in peruulgatis codicibus. Excipere enim quum in alijs multis tum præcipuè in illo significatu dici attendimus: vt sit cadentem quampiam rem ne pereat recipere. Inde miserum excipere dicitur is qui alienam subleuat miseriam. Eadem quoque causa dicimus excipere id est loquentis aut dictantis verba scribere. Voces enim facile pereunt. Ea tamen scriptis velut conseruantur vulgus ita loquitur: Ego scripsi hoc sub doctore, dicendum est: doctore hoc dictante excepi.

Ponere vel apponere dicimus, quod seruire dicit vulgus. Plautus. Cœna apposita est: cœnauisti mecum, ego accubui simul: M. Varro de pauonibus. Primos hos Q. Hortensius augurali cœna dicitur posuisse. Illa omittimus, quia nemo non ex plebe nescit: sternere mensam, accumbere mensæ, mensam remouere, prandere, cœnare, pransum, cœnatum, impransum, incœnem. Pro quibus vulgus dicit ponere mappam, sedere ad mensam, deponere mappam. facere aut non fecisse prandium aut cœnam.

Equum adimere equiti, non ab equite equum amouere, à doctoribus solitum dici attendimus. Quod erat genus censoriæ notæ. A. Gellius. Nimis pingui homini & corpulẽto Censs. equum adimere solitos scilicet minus idoneum ratos esse, cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus. Idem. Cui equum in censura ademerat. M. Cicero. 1. de Orat. 287. Salsum est etiam quærentibus & quasi percontantibus lente respondere, quod nollent: vt censor Lepidus, quum M. Antistio Pigensi equum ademisset, amiciq; quum vociferarentur, & quærerent quid ille patri suo responderet: cur adeptum sibi equum diceret: quũ optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset: me istorum, inquit, nihil credere. *Equis publicis spoliari & direptos equos publicos Val. Maximus dicit. Aere diruti auctore Nonio Marcello appellantur milites quibus propter ignominiam subtractum est stipendium. M. Varro. Stipendium appellabatur, quod æs militare semestre aut annuum dabatur. Cui datum non sit propter ignominiam, ære dirutus esset. Vulgarium sermone stipendijs priuatus dicitur. In ærarios referri eos dici putamus: qui damnati ærario publico facti sunt obligati, ad emendam condemnati vulgo dicuntur. Emenda vocabulum nihil est, pœna aut multa latinè dici solet. Inde multare verbum inclinatũ est: quod ad pœnarias etiã nõ pecuniarias referri putamus. Inde Plautus matrimonio multare dicit, pro eo quod est, per diuortium priuare. Eius verba sunt: Nunquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio? Ad relatos in ærarios redimus.* Avl. Gellivs. Tũ Censs. eũ quòd intẽpestiuè lasciuisset, in ærarios retulit. Idẽ. Visum est parũ reuerẽs responsum, relatúsque in ærarios, vt mos est. *In ærarios autem pro eo quod est inter ærarios, vel in numerum ærariorum intelligas. Nam pro particula inter, in poni alibi scribimus. Eam ob rem inter ærarios, inq; numerum ærariorum, Valerius dicit.* Equis publicis, *inquit,* spoliatos in numerum ærariorum retulerunt. Idem. Direptis equis publicis inter ærarios referendos curauerunt. Idem. Salinarum vero quatuor atque triginta tribus in ærarios referre non dubitauit.

Mittere aut dimittere militem aut legionem, eleganter dictum est. quassare vulgus dicit.

M. Cicero. 1. Off. Põpilius imperator tenebat prouinciam: in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat. Quum autẽ Pompilio videretur vnã dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. Idem. ibid. 36. M. quidem Catonis senis est epistola ad Marcum filium, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse à Consule. *De militibus quoniam hic loquimur: nutrita promissaq; eorum barba, de qua latius fortasse dicemus, admonet me, qui tondere aut radere barbam dicendum esse præcipiam: non autem vt vulgariter dici solet: facere barbam.*

Virgilivs. *Postquam tondenti barba cadebat*

Avl. Gellivs. Quum in eo tempore, Scipionem minorem quadraginta annorum fuisse constaret, quod de barba rasa ita scriptum esset mirabamur. *Comperimus autem ceteros quoque in ijsdem temporibus nobiles viros barbam in eiusmodi ætate rasitauisse.*

Mouere magistratu docti dicunt: indoctiores qui habentur deponere de officio dicunt. Val. Maxi. Horum seueritatem M. Valerius Maximus & C. Iunius Brutus Bubulcus Censs. in consimili genere animaduersionis imitati, L. Antonium senatu mouerunt. Idẽ. M. autem Antonius & L. Flaccus Censs. Duronium senatu mouerunt. Idem. Geta quum à L. Metello & Cn. Domitio Censs. senatu motus esset: postea Conss. factus est. *Nihil proprie minus eleganterque illud ab eodem dictum est.* Porcius Cato L. Flaminum è numero senatorum sustulit. M. Cic. 2. de Or. 272. Est huic finitimũ dissimulationi, quum honesto verbo vitiosa res appellatur: vt quũ Africanus Censs. tribu mouebat eum centurionem, qui in Pauli pugna non affuerat: quum ille se custodiæ causa diceret in castris remansisse, quæreretq; cur ab eo notaretur: non amo, inquit, nimium diligentes. *Capere aut capessere magistratum doctioribus visitatum est, acceptare prope ignotum.* Avl. Gell. Quæ vetò in medio sunt, & à Græcis tum κατ' ἀφορὰν tum μέσα appellantur, vt in militiã ire, rus colere, honores capessere, causas defendere, vxorẽ ducere, vti iussum est proficisci, vt accersitum venire: quoniam & hæc & his similia per sese ipsa neque inhonesta sunt, neque turpia. Idem. Lex deinde Cincia præter sumptum æris, id etiã sanxit: vt qui magistratus esset, magistratúmue capturus esset, ne quo ad cœnam nisi ad certas personas itaret. M. Cicero. 1. Offi. 72. Capessenti bus autem remp. nihil minus quàm philosophis, haud scio an magis etiam & magnificentia & despicientia adhibenda sit rerum humanarum.

Naui transire aquam, vulgo quod dici solet: transmittere doctis visitatius est, quod fere dicitur absolute Avl. Gellivs. Ab Aegina in Pireum compluscli earundem disciplinarum sectatores, Græci Romaniq́ue homines eadem in naui transmittebamus.

Flumine secundo, id est, cum fluxu aquæ, vti aduerso flumine, id est, contra aquam, humanioribus ignotum non est: quemadmodum secundo sole. P. Nigidius dixit. Eius verba sunt. Austri anniuersarij secundo sole flant. *Alia que hoc genus innumera reperias: quæ volumine iusto scribi non queant.*

Quod retinendæ proprietatis gratia quædam vocum discrimina inuenta sint. Cap. IIII.

TAntũ proprietatis huius quam dicimus, retinendi studiũ fuit, vt vocum prope idẽ significantium discrimina, quædam excogitata sint. Quæ obseruata sæpe attendimus. De ij titulum quendam Nonius Marcellus conscripsit. Sed ascripta hæc volumus. Aeger authore Seruio, animo & corpore, ægrotus corpore tantum dicitur. Niti & conari ita ferè distinguuntur: vt sit conari impense in ea re laborare, quam efficere non queas. Niti verò siue sit, siue negata sit efficiendi facultas. Vt, Splendorẽ virtutis inuidia obscurare conatur. Iouem è cælo gigantes expellere conati sunt. Marcus Cicero: Neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui nesciat. Huic verbo quod conari est, particula frustra tum adiungitur, eius quum augetur significatus. Cognoscere quoque & agnoscere in ea dici solent differentia, vt noua alienaue cognoscamus: vetera vero aut nostra agnoscamus. Recognoscere vulgus dicit. Qui diutius abfuit: eum quum videmus agnoscimus. Has laudes non agnosco, id est, in me esse non cognosco. Virium meatum paruitatem agnosco Virgilius. Apparent primi, clypeo mentitaque tela agnoscunt. M. Cicero. Veni inquit Athenas Democritus: neque me quisquam ibi agnouit. Constantem hominem & grauem, qui glorietur à gloria se abfuisse. Idẽ. Quum humanitatem & facilitatem agnoscimus tuã, tum admiramur istam scientiam & copiam. *Locare quoque & conducere, quamuis Gallico eodem vocabulo vtrunque nostri exprimant, non parum tamen inter se dissident. Locat enim is cui res est: conducit vero qui vtendam rem accipit. Vt, Domum meam tibi locaui. Domum meam tu cõduxisti.* Avl. Gellivs. Condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito, possessione eius dominum interuertisset. Idem. de Plauto. Quum pecunia omni, quam in operis artificum scenicorum peperercrat, in mercationibus perdita, inops Romam redisset, & ob quærendum victum ad circumagẽdas molas, quæ trusatiles appellantur operam pistori locasset. M. Varro. Qui in ordine erat, is æs militare merebat: & ob mercedem, laborem vel infamiam corporis locat. M. Cato. Nisi qui palàm corpore pecuniã quæreret, aut se lenoni locauisset, & si famosus & suspiciosus fuisset, vim in corpus liberum non æquum censuere afferri. Idem. Ita est cupidus orationis, vt conducat qui auscultet. Itaque auditis non auscultatis, tanquam pharmacopolã. Nam eius verba audiuntur verum ei se nemo cõmittat, si cęger est. Idem. Frusto panis conduci potest, vel vti taceat, vel vti loquatur. M. Cicero. Senonis Memnoni nobilissimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. *Habere, referre, agere gratias quantum differant ex Valla scire possis. Cæterum dicendum id putauimus, licet referre gratiam & gratias vsitate dicatur, gratiam tamen habere, quàm gratias dici sæpius attendimus.* M. Cicero. Te diligimus, magnamq; tibi habemus gratiam. Idem. 2. de Orat. 351. Gratiámque habeo Simonidi illi Chio, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse.

Idem

Idem.3.de Or.61.Stolcos autem quos minime improbo,dimitto: tamen nec eos iratos vereor:quoniam omnino irasci nesciunt,atque hanc ab his habeo gratiam, quòd soli ex omnibus eloquentiam,virtutem & sapientiam esse dixerunt. *Ab his habeo gratiam proprie magis quàm vsitate dicis.*

Quod in oratione voces aliæ detrahantur, aliæ adiungantur ornatus gratia. Cap. V.

NObis præceptio hæc paucis tradenda est,propterea quòd facilè satis à quouis intelligi possit. Ea autem est. Genitiuus gentiũ & loci ornatus causa potius quàm sensus,orationi non raro adiungitur quemadmodum verbum,voce,via,tempore detrahi solet à vocabulis,paucis,multis, pluribus,clara,recta, breui. *Vt. Quando gentium ad nos redibis? Paucis loqui tecum cupio. Recta veni.*

LVCIL. *Summatim tamen experiar rescribere paucis.*

Idem. Omnia alia in quibus efferimur rebus,ne ego multis loquar.

TERENTIVS. *Sosia,adesdum,paucis te volo.*

PLAVTVS. *Quando gentium?*

Idem. Nusquam faciũ gentium.

Idem. Equidem te nisi nunc hodie nusquam vidi gentium.

Idem. Clara vorsum fabulabor,hic auscultet quæ loquar.

Idem. Iam ad regem recta me ducam.

A.GELLIVS. Eam mulierem tunc à Tarquinio digressam postea nusquã loci visam cõstitit. VAL.MAXIMVS. Senatus antea assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodie quoque Senaculum appellatur. SALLVSTIVS. At Lucullum Regis cura machinata fames breui fatigabat. M.CICERO.1.de Nat.123. Nihil est virtute amabilius: quàm qui adeptus erit, vbicunque erit gentium,à nobis diligetur. Idem. Nunc complectar quid proposui breui. Idem. de perfecto orat. 100. Complectar breui, differam pluribus. Is est enim eloquens qui humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè potest dicere. Idem.1. de Orat. 34. Ac ne pluta,quæ sunt innumerabilia, cõsecter,comprehẽdam breui. Idem.2. de Orat. 136. Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse,sed paucis. *Hic tamen Cicero recta via dixit.*1.in Catil.23. Si mihi,inquit, inimico vt prædicas tuo cõflare vis inuidiam, recta via perge in exilium. *Recte vulgus in hac significatione perperam dicit.*

Paucula quædam poëtis familiaria quæ oratores prorsus aspernati non sunt. Cap. VI.

QVamuis sua poëtis obseruatio sua sit,oratoribus atque historicis: innumera tamen dicendi genera sunt his omnibus promiscue vsuata. *Nonnulla tamen in poëtarum libris frequentia: quæ apud oratores historicos ita rara sunt, vt improprie locutus esse orator quis hæc dixerit videatur, ijs qui ea non nouerunt. Qualia sunt viderier, pedes à ger, sussus oculos. Ea autem ab oratoribus historicisq; dicta fuisse hic tantum admonemus: comprobamus ijs.*

PVB.VATINIVS. Cliẽs ad te venit, qui pro se causam dicier vult. A. GELLIVS. Ex insula Creta quispiam ætatem Athenis agẽs Platonicũ esse se philosophum dicebat,& viderier gestiebat. Idem. Memini me quondam & Celsinum Iulianum Numidam ad Frontonem Cornelium,pedes tunc grauiter ægrum, ire visere. Idem de Euclide. Tunica longa muliebri indutus & pallio versicolore amictus,& caput & ora velatus, è domo sua Megaris Athenas ad Socratem cõmeabat. SALLVST. Decores multi ab hostibus terga cædebantur. M.CATO. Multa me dehortata sunt huc prodire, anni,ætas,vox,vires,senectus. Verumenimuero quũ tãtã rẽ peragier arbitrarer. M.CICERO.3.Off. Vbi porrò illa erit formula,vt inter bonos bene agier oportet. *Ea quæ formula sit altas dicit amplius.* Idẽ.3.Offi.61. Reliquorũ inquit iudiciorũ hæc verba maxime excellunt. In arbitrio rei vxoriæ melius æquius in fiducia,vt inter bonos bene agier. Quid ergò aut in eo quod melius æquius est, potest vlla pars inesse fraudis? aut quum dicitur inter bonos bene agier, quicquam agi dolose aut malitiose potest? Idẽ. ibid.70. Quanti verba illa, Vti ne propter te,fidémue tuam captus fraudatúsve sim? An inter bonos bene agier oportet & sine fraudatione? *Sed Ciceronis verba illa inter bonos bene agier, non sunt. Nec illa eiusdem sunt quæ apud eum sunt.*1.Tusc.69.*sed poëtæ alicuius.*

Hic vbi habitamus non interuenit suo
Tempore,calumnitescere arbores frondescere,
Vites lætifice pampinis pullescere
Ramos baccarum vbertate incurnescere,
Segetes largiri frugẽ florere omnia.
Fontes scatere,herbu prata consitirier.

Hæc in versus restituimus,ne Ciceronis verba putares.

Historicis atque poetis omnino familiare est pro præterito imperfecto indicatiui præsens infinitiui dicere. Hoc quoque Cicero vsurpauit 2. de Or.240.Stomachari Cannius,inquit. Idem.Galba autem alludens variè & copiosè multas similitudines afferre,multáque pro equitate,ius dicere. *Natus item genitor.genitrix pro filio,patre,matre potiũ vsitata,oratoribus tantum non ignota sunt.* VAL.MAXI. Natúmque Cyrum exponi iubendo.

Nisi mauis natum esse participium. Præterea vt poeta ita historici infinitiuum pro præterito imperfecto indicatiui modo non raro vsurpant. Ab eo tamen dicendi genere oratores omnino non abstinuere. AVL.GELL. Pulli trepiduli circunstrepere, oratéque matrem, vt statim iam properet.

Voces vnius,duarum,ac plurium syllabarum commiscendas esse. Caput VII.

ILlud quoque indictum præterire noluimus,malam esse compositionẽ eã in qua voces multæ vnius syllabæ substruuntur: vt, *Hac in re nos hic non feret. De dissyllabis multis idem sentiendum est: vt. Multos ego vidi bonos viros nihil sibi præter victum cultúmque optantes. Si verò plures sint polysyllabæ: id non reprehenderim: vt, Est profectò anteponenda amicitia omnibus humanis rebus. Literarum tuarum lectionem iucundissimam fuisse mihi ne ignores. Die accensam lucernam Diogenes circunferens, interrogatus quid faceret,hominem quærere se respondit.*

PROPERTIVS. *Ah pereat qui cunque meracas reperit vuas:*
Corruptitque bonas nectare primus aquas.

PLAVTVS. *Manuleatam tunicam habere hominem addecet.*

M.CICERO.in Hortens. Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliscit illa,vt ignis oleo. Idem. pro Cluen. 105. Imperitotũ hominum rumusculos aucupant. Idem.5.Famil.ep.12. Habet in se præteriti doloris secura recordatio delectationem.

Sed magis placet,vt vnius, duarum, plurisúmque syllabarum voces commisceantur: nisi materia de qua dicis, grauis est & sublimis. Ei enim dictiones longæ magis conuenient: vt, Altissimam virtutis excellentiam immortalis deus ignotam esse hominibus voluit.

M.CICERO.1. Offi. 112. Catoni autem, quum incredibilem tribuisset natura grauitatem: eámque ipse perpetua constantia roborauisset, semperque in proposito susceptóque consilio permansisset: moriendum potius quàm tyranni vultus aspiciendus fuit. Idem.de orat. perfecto.114. Aristoteles tradidit præcepta plurima differendi,& postea quia dialectici dicuntur spinosiora multa pepererunt. *In polysyllaborum huiusmodi verborum vsurpatione accentus curandus est. Multorum enim prope se collocatorum penultima si acueretur: id parum placeret sed longe minus si antepenultima: vt, Iuuenilem voluptatem reprimendam putamus Voluptatibus deditos cupiditas animia commouet.*

Verba item lõga nimis & velut sesquipedalia non putem vsurpanda.

In dicendorum propositione, inque dictorum repetitione quid obseruatu pulchrum sit. Cap. VIII.

IN virtutibus orationis,quæ tres numero sunt,vt emendata sit,vt ornata,vt dilucida, postrema hæc maxima est. *Nam vt ait Quintilianus, orationis summa virtus perspicuitas est. Quo igitur magis ea dilucida sit: quæ dicturus sis proponenda sunt quæque dixeris,repetendas Quòd si duo dicturus sis hoc genere nõ inornatè proponas: vt in oratione eadem si dicturus sis primum de amicitia vtilitate,deinde de eiusdem voluptate,ita proponas. Quanta sit amicitiæ voluptas dicere mihi consilium est, si quæ ex ea capiatur vtilitas prius dixerim. In repetitione itidem, huiusmodi varietas ornatior sit Amicitiæ quæ voluptas sæ.diximus: & prius quæ ex ea capi solita sit voluptas. Inscribendis epistolis obseruari hoc solitum non est.*

M.CICERO.2. Offic. Sed quoniam nonnunquum subsidium hoc necessarium est,quæmadmodum sit vtendum eo dicemus, si prius iis de rebus quæ virtuti propiores sunt,dixerimus. Idẽ.ibid.1. In quo tũ quæri dixi,quid vtile,quid inutile tũ ex vtilibus quid vtilius,aut quid maximè vtile. De quibus dicere aggrediar,si pauca prius de instituto ac iudicio meo dixero. Idẽ.1.ff. 29. Quoniam igitur,duobus generibus iniustitiæ propositis adiunximus causas vtriusq; generis: eásque res antè cõstituimus quibus iustitia cõtineretur: facile quod cuiusq; temporis officium sit poterimus,nisi nosmetipsos valde amabimus,iudicare. Idem.2.de Orat.25. Priusquàm illa conor attingere: quibus orationem ornari atque illuminari putem,proponam breuiter,quid sentiam de vniuerso genere dicendi.

Quum duobus duo correspondentia sermone eodem dicimus, quis ordo seruandus. Caput IX.

POlitus sermo & rudis ex auctorum eloquentia bonorum malorúmque lectione haberi solet. Ideóque suademus,quantum fieri potest, vt in bonis lectitandis malisque abuciendis occupati sint adolescentes. In eis autem bonis præceptionem hanc non infrequentem inueniant. Quum sermone eodem duo dicimus, duóque correspondentia aut conuenientia adiungimus,ordinẽ hunc retinebimus,vt priori prius, posteriori posterius correspondeat. Id quod exemplo sit manifestius. Oratione vna si vti dicere, Amicitia crescit mittendis multis literis, & decrescit silentio: dicta elegantius. Crescit decrescitque amicitia mittendis multis literis,earúmque silentio. C. Cæsar & M. Cicero bellica virtute & eloquentia Romanis omnibus superiores fuere. Bonis & malis imperatoribus imperium firmum est ac imbecillum.

QVINTILIANVS. Sit præceptor tam eloquentia quàm moribus præstantissimus: qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat. Idem. Quàtum poëtis ab Homero & Virgilio, tantum fastigium accepit eloquentia à Demosthene ac Cicerone. AVL. GELLIVS. Si ea leuiora minoráq;, vtilitas autem contrà grauior & amplior spe quantum potest firma ostenderetur. Idem. Nunc autem plærique, inquit, partis vtriusque amici, quasi probe faciant duos litigatores destituunt, & relinquunt, deduntque eos aduocatis malevolis aut auaris, qui lites animásque eorum inflamment, aut odij studio aut lucri. Idē. M. Catonis Tusculani hominis egere se multis rebus, & nihil tamen cupere dicentis mera veritas plus hercle promouet ad exhortādā parsimoniam, sustinendámq; inopiam, quàm Græcę istorū præstigię philosophari sese dicentium, vmbrásq; verborum inanes fingentium, qui se nihil habere, & nihil tamen egere ac nihil cupere dicunt: quum & habendo & egendo & cupiendo ardeant. C. CASSIVS. Peream nisi solicitus sum, ac malo vererem & elementem dominum habere, quàm nouum & crudelem experiri. SALLVST. Cibus potúsque illis aduersus famem atque sitim, non libidini nec luxuriæ erat. M. CICERO. de Amic. 26. In amicitia nihil fictum, nihil simulatum: & quicquid est, id est verum ac voluntarium. Idem. 1. Offic. 31. Quæ pertinent ad veritatem & ad fidem, ea negare interdum & non seruare sit iustum. Idem. 2. Off. 16. Neminem neque ducem belli neque principem domi magnas res & salutares sine hominū studiis gerere potuisse. Idē. Aequitas, tēperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certāt cū iniquitate, cū luxuria, cum ignauia, cū temeritate, cum vitiis omnibus. Idē. 3. de Or. 11. Ego verò te Crasse cùm vitæ flore, tum mortis opportunitate diuino consilio & ornatum & extinctum esse arbitror. *In ille, quod Quintiliani est, non obseruatur.* In maledicendo plus iniuriæ quàm in manu, in infamia plus pœnæ dicimus, quàm in morte.

Quum aliqua vna vox in oratione eadem bis poni potest, quo in loco ponenda sit elegantius. Cap. X.

QVoniam à vulgi sermone oratorij alienum esse toties repetimus, inhonoratū hoc præterire nolumus. Quū vox quæpiā est, quæ in sermone eodēbis ponipossit: tum videamus primū, quo in loco vulgus dicere soleat: deinde loco alio collocemus. Exēpli gratia Vulgus diceret. Nullā amicitia maior est nostra: scilicet amicitia. Elegantius dicas. Amicitia nostra nulla omnium maior est. Literæ meæ tuæ sunt humaniores Hominibus indoctis doctiores postponuntur. Aeolica lingua Latina proxima est. Rebus diuinis humanæ comparatæ nugæ videntur. Malo minori maius anteponendum est. Paucis exemplis multa hic tibi vtiliora sint.

HORATIVS. *Quis non malarum, quas amor curas habet: Hæc inter obliuiscitur?*

PLAVTVS. *Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo.*

PLINIVS Iunior. Nec desidiæ nostræ prærendamus alienam.

IVLIVS Higinius. Quæ bidens est hostia, oportet habeat dentes octo: sed ex his duo cæteris altiores, per quos appareat ex minore ætate in maiorem transcendisse. QVINTILIANVS. Literæ, qua Domesthenes quoque laborauit, L succedit. VAL. MAXI. Abiecta priuata charitate publicam induebant. Idem. Age Cesselius iuris ciuilis scientia clarus quàm periculoso contumax. Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum quas Triumuiri dederant, formulam componeret. M. CICERO. 2. in Verrē. 32. Malo ei iurato suam, quàm iniurato aliorum tabellas committere. Idem. 1. Offi. 34. Ob eam quidem causam bella suscipienda sunt, vt nihil aliud nisi pax quæsita videatur. Idem. ibid. 41. Totius iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum qui tum quum maxime fallunt, id agunt, vt boni viri esse videantur. Idem. Duabus his personis, quas suprà dixi, tertia adiungitur: quam casus aliquis vel tempus imponit. Idem. ibid. Vt sunt, quemadmodum suprà dixi, qui vrbanis rebus bellicas anteponunt: sic reperies multos, quibus periculosa & callida consilia quietis cogitationibus & splendidiora & maiora videantur. Idē. ibid. 84. Quibus ille respondit, Lacedæmonios classe illa amissa aliam parare posse, se fugere sine suo dedecore non posse. Idem. ibid. Quod si vnquam populo Romano concessum est, vt iure cōcitatus videretur, id quod docebam sæpe esse concessum, nullam illa causa iustiorem fuisse.

Vtramque vocem Trabeas posuit. Fortunam, *inquit*, ipsam anteibo fortunis meis.

Quod inter vocabula duo copulata coniunctione copulatiua eleganter ponatur quod cum vtroque conueniat. Caput XI.

VSitatè admodum & eleganter hoc imitari possis: vt inter vocabula duo coniunctione copulatiua aliquid interponas, quod cum vtroque conueniat. vt, Amicitia virtute paratur & consuetudine. Pudicis moribus ac syncera vxor eligenda est. Scipionis pudicitia atque Alexandri rarum nobilitatis ornamentum est.

TERENTIVS. *Reperi facilitate nihil esse homini melius neque clementia.*

Idem. Memorem me dices & gratum.

QVINTILIANVS. Si quis vnam maximámque à me artem memoriæ quærat, exercitatio est & labor, multa edisscere, multa cogitare, & si fieri potest quotidie, potissimum est. Nihil æque vel augetur cura, vel negligentia intereidit. Idem. Si sit necesse, duram potius atque asperam compositionem malim esse, quàm effœminatam & eneruem. Idem. Prudentissimus esse haberique & optimus debet: qui sententiæ suæ de vtilibus atque honestis credere omnes velit. AVL. GELL. Delphinos venerios esse & amasios, non modò historiæ veteres, sed recentes quoque memoriæ declarant. Idem. Aeditimus verbum latinum est & vetus, & ea forma dictum qua finitimus & legitimus. Idem. Satis hoc esse potuit admonendi gratia dixisse, agrestes quosdam & indomitos certatores: qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimūtur. Idem. Natura omnium rerum quæ nos genuit, induit nobis inoleuitque in ipsis statim principiis quibus nati sumus, amorem nostri & charitatem: ita prorsus vt nihil quicquam esset charius pensiúsq; nobis, quàm nosmetipsi. CATO apud Sallustiū. Vbi socordiæ te atque ignauiæ tradideris, nequicquam deos implores. Irati infestique sunt. M. CICERO. Orat. 33. Magnum opus omnino & arduū Brute conamur: sed nihil difficile amanti puto, amo autem & semper amaui ingenium, studia, mores tuos. Idē. 1. Off. 11. Deos autem placatos pietas efficiet & sanctitas. Idem. Parad. 6. Diuitiarum fructus est in copia. Copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia. Idem 3. Tusc. 12. Non enim silice nati sumus: sed est naturale in animis tenerum quoddam atque molle, quod ægritudine quasi tempestate quassatur. Idem. 1. de Leg. 40. Scelerum in homines atque impietatum nulla expiatio est. Idem. 2. de Leg. 42. In omni religione impij nō solum vita cruciati atq; dedecore, verumetiam & sepultura ac iustis exequiarum caruerunt. Idem. 3. Tusc. 63. Hecubam putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem esse conuersam. Idem. 3. de Orat. 39. Rustica vox & agrestis quosdam delectat. Idem. 3. Tus. 2. Nunc simul atque editi in lucem & susceptisumus, in omni cōtinuò prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur: vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Idem. 2. de Na. 99. Assiduitate quotidiana & consuetudine oculorum assuescunt animi: neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum quas semper vident. Idem. de Orat. perfecto. 183. Ita notatio naturæ & animaduersio peperit artem.

Quod pulchrum sit vocabula duo proximè sibi ponere: quæ vnum esse videantur. Caput XII.

PRæceptio hæc delectabit hanc quam ab autoribus in eloquentia summis obseruatam esse agnoscies. Ea autem est: Si vocabula duo sibi proxime apposita, vnum esse videntur orationem efficiunt venustiorem: vt, Quid agas, vbique sic, fac me certiorem: id cum scire non parum cupio. Nam à me quū discessisti, ex literis tuis nullæ mihi redditæ sunt. Parisiis adhuc putabam esse te quum multò ante diebus discesseras.

VIRGILIVS. *At me cum raucis tua dum vestigia lustro*
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

PLAVTVS. *Ne me secus honore honestes quàm ego te, quum seruiebas mihi.*

Idem Vbi mores deteriores increbrescunt indies, vbique amici qui infideles sient nequeas pernoscere vbi quid eripiatur, animo quod tuo placet maxime ibi quidem si regnum detur, non est cupita ciuitas.

AVL. GELL. Annales libri tantummodo quod factum, quoque anno gestum sit id, demonstrant. Idem. Qui sunt leues, & futiles, & importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi verbis humidis & lapsantibus deniuūt: eorum orationē bene æstimatum est in ore nasci, non in pectore. M. CATO. Si per laborem honesti quippiam egeris: labor abit, honestum manet: si voluptatem turpe feceris quippiam, quod suaue est abit, quod turpe est manet. SALLVSTIVS. In his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. M. CICERO. Te quum semper valere cupio, tum certe dum hic sumus. Idem. 1. Fami. ep. 9 Quæ ad me de tuis rebus domesticis scribis, quæque mihi commendas: ea tantæ mihi curę sunt, vt me nolim admoneri, rogari verò sine magno dolore vix possum. Idem. 1. de Orat. 106. Equidem te quum in dicendo semper putaui deum, tum verò tibi nunquam eloquentiæ maiorem tribui laudem, quàm humanitatis. Idem. 3. Off. 3. Otio fruor, non illo quidem, quo debeat is qui quōdam perperisset otium ciuitati. Idem. Est enim bellum gestum consilio Senatus eius qui à Solone constitutus est. Idem. 1. Phil. 33. Num te quum hæc pro salute Reipublicæ tanta egisses fortunæ tuæ, num amplitudinis, num claritatis, num gloriæ pœnitebat? Idem. Cur minore dolore perituros se cum multis, quàm si soli pereant arbitrentur?

Quod vocabulum vnum in oratione eadem bis positum sine vllo medio ponatur sibi proxime. Cap. XIII.

ALīs quoque oratoribus oratores ipsi id vitio non vertunt, vt quū vocabulum vnū bis in oratione eadē ponēdum est proximo sibi sine vllo medio componatur: vt, Amicus amici consuetudine gaudet. Amore amor, vt clauus clauo truditur. Calliditate callidi as plærunque vincitur.

PLAVTVS. *Lupus est homo homini non homo.*

Idem. Odi ego aurum: multa multis sæpe suasit perperam.

Idem.

Idem. Hodie doctiores non sunt qui lites creant, quàm hi qui si nihil est litium, lites serunt.

Idem. Euentunt digna dignis.

Idem. Qui potest mulieres vitare, vitet.

Idem. Neque aqua aquæ, neque lac est lacti, crede mihi, vsquam similius.

Idem Huic homini nescio quid est mali mala obiectum manu.

Idem. Par pari hostimentum datum est opera pro pecunia.

TERENTIVS. *Tu par pari referto.*

Idem. Mulier mulieri magis congruit.

AVLVS GELLIVS. Ciuica corona appellatur, quàm ciuis ciui à quo seruatus est in prælio, testem vitæ salutisque perceptæ dat. M. CICERO. Cura vt valeas, & me vt amas ama. Idem. 1. Off. Nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quàm coniunctio inter homines hominum. Idem. 3. Off. 21. Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incõmodo suum augere commodum, magis contra naturam quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera quæ possunt aut corpori accidere aut rebus externis. Idem. Orat. Oratorem autem quoniam de eo quærimus, equidem non facio eundem quem Crassus, qui mihi visus est omnem omnium rerum atque artium scientiam comprehendere vno oratoris officio atque nomine. Idem. 2. de Orat. 190. Vt enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ nisi admoto igni ignem concipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quæ possit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam & ardens accesseris. Idem. Complectar hoc vno verbo, quo sæpe iam vsi sumus, diligentia: qua vna virtute virtutes reliquæ continentur. Idem. 2. Offi. 64. Est valde decorum patere domos hominum illustriũ illustribus hospitibus. Idẽ ibid. 11. Proxime & secũdũ deos homines hominibus maximè vtiles esse possunt. Idem. ibid. 12. Quia deos nocere non putant, his exceptis, homines hominibus plurimum obesse vel prodesse arbitrantur. Idem. 3. Tusc. 75. Artemisia illa Mausoli Cariæ regis, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum, quandiu vixit, vixit in luctu: eodémque etiam confecta contabuit. Idẽ. ibidem. 59. Mors est finita omnibus, quæ generi humano angorẽ nequicquam afferunt. Reddenda est terræ terra.

Vocabula duo ab eodem inclinata, aut quorum ab altero alterum factum sit, proxime sibi ponenda. Cap. XIIII.

ILLA quoque institutione instituere volumus, quæ ab oratorum oratione abhorrens non sit. Quum vocabula duo ab eodem profecta, aut quorum ab altero alterum profectum sit, in oratione eadem sunt, tum sine vllo quod in medio sit, prope se collocantur: vt. Amicus amicitia etiam aliena delectatur. Orationes oratori futuro legendæ sunt. Si solutus est seruire, seruitutem sentit leuiorem. Socrates horiabatur iuuenes vt in speculo se inspicerent sæpius, vt si formosi essent, ea specie digni fierent, si in deformes deformitatem suam eruditione tegerent.

ENNIVS. *Nequicquã sapere sapientẽ qui sibi ipsi prodesse nequiret.*

Idem. Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

LIVIVS *Andronicus. Humum humidam pedibus fodit.*

Humum virili genere priscum est.

Poëta quidam apud Ciceronem. Hæc omnia vidit inflammari, Priamo vitam euitari.

Euitari pro vitam auferri, risce dictum est.

AFRANIVS. *Nemo illa vivit carie cariosior.*

OVIDIVS. *Neque enim lex iustior vlla est,*

Quam necis artifices arte perire sua.

PLAVTVS. *O melle dulci dulcior tu es.*

Idem. Nutrobi habeo stabile stabulum.

Idem. Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauida est bonis.

Idem. Istuc non præcipias facile memoria memini.

Idem. Hic me dies amanitate amœna amœnus oneravit.

Idem. Non ego nunc parasitus sum, sed regum rex regalior.

Idem. Age tu, secundum sequor.

PLINIVS Iunior. Postquam desiimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus. M. CAELIVS. Nos frigore frigescimus. M. CICERO. 9. Famil ep. 16. Delectauerunt me literæ tuæ, in quibus primum amaui amorem tuum, qui te ad scribendũ incitauit. Idem. Facile fuit iustitiam iustissimo viro defendere. Idem. 5. Tus. 58. de Dionysio Syracusano. Ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Itaque ancillari sordidóque artificio regiæ virgines vt tonstriculæ tondebant barbam & capillum patris. Et tamen ab iis ipsis, quum iam essent adultæ, ferrum remouit, instituitque vticandentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Idem. Omnes qui probari volunt, voluntatem eorum qui audiunt intuentur.

Adiungendum putamus epigramma pulchrum esse in quo huiusmodi crebra vocis vnius quasi repetitio est, quale illud Ennij est.

Qui lepide postulat alterum frustrari,
Quem frustratur frustra eum dicit frustra esse,
Nam qui sese frustrari quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est si non ille frustra.

Eorum autem versuum sensus est. Qui alium frustrari contendit, idem frustra est, si is alius frustrari se sentiens operam dat frustra ne sit.

Vocabula pro voce non pro significatu posita quo sint modo vsurpanda. Caput XV.

QVoniam ab instituendo, institutionem dictam esse putamus, iuuentutẽ rudẽ hisce Progymnasmatis instituere ac polire nobis certũ est: vt relicto agresti, duro, aspero sermone: eũ qui cultior politiórque sit assequi possit. Id autem cum ex aliis multis, tum ex hac præceptione haberi possit. Vbi igitur verbum quoddam est pro voce ipsa, hoc est (vt ego vulgum docens vulgari dictione vtar obiter) materialiter positum: perinde collocandum est, ac si pro significatu suo diceretur. Vt ab amico amicitia appellata est: vulgo enim dicunt, ab hoc nomine amicus hoc nomen amicitia dictum est, quod dicendi genus è media plebe sumptum est. A tendendo tentare inclinatum est. Amor ne ab amando, an amare ab amore factum sit incertum est.

QVINTILIANVS. Quid est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? Vnde etiam nomen dictum est tumultus. Idem. Necessitate dicunt rustici gemmã in vitibus. Quid enim dicerent aliud? & sitire segetes, & fructus laborare. Idem. Cer uicem videtur Hortensius primus dixisse: nam veteres pluraliter appellabant. AVL. GELLIVS. Quiesco non est his simile quæ suprà posui, nec à quiete dictum, sed ab eo quietem. Idem. Equitare: quod verbum è vocabulo equitis inclinatum est, & homo equo vtens, & equus sub homine gradiens dicebatur. Idem. A personando enim id vocabulum factum esse coniectat. Idem. Dis plicita esset insolentia & insuauitas amatoris. Idem. Aheni quoque exemplo vsi sumus. M. VARRO. Vocatur à cælatura cœlum, Græcè ab ornatu κόσμος, latinè à puritia mundus. Idem. Idque alterum à calendo calorem, alterum à feruore febrim. Idem. Hanc deam melius putat esse Cererem. Sed quòd in asylum qui confugissent panis daretur, esse nomen fictum, à pane dando pandere, hoc est, aperire. M. CICERO. 2. Tus. 43. Appellata est ex viro virtus. Idem. ibid. A viris virtus nomen est mutuata. Idem. de Vniuers. Totam expectas prudentiam huius rectoris: quæ ipsum nomen hoc nacta est à prouidendo. Idem. 3. Tus. 17. Frugalitas, vt opinor, à fruge: qua nihil melius è terra oritur. Idem. ibid. 14. Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. Ductum verbum à confidendo, quod laudis est. Qui autem est fidens, is profectò non extimescit: discrepat enim à timendo confidere. Idem. lib. 4. de Rep. ex Nonio. A petendo petulantia: à procando, id est, poscendo. procacitas nominata est. Idem. 3. Tusc. 20. Ab inuidendo autem inuidentia recte dici potest: vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum ductum est à nimis intuendo fortunam alterius. Idem. 4. Tusc. 27. Differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij qui anguntur aliquãdo, neque anxij semper anguntur. Idem. Ipse animus ab anima dictus est. Idem. 1. Tusc. 28. Triste est nomen ipsum carendi: quia, subiicitur hæc vis: habuit quis, non habet, desiderat, requirit, indiget. Idem. ibid. 36. In terram cadentibus corporibus, hisque humo tectis, ex quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum. Idẽ. 1. de Leg. 60. Id enim est sapientis prouidere, ex quo sapientia appellata est prudentia.

Ab hac præceptione risciam illud alienum est. Cato inquit, Censorius musta agna pro noua dixit. Vsu venire potest vt præceptio hac obseruari non possit vt cum dicis: Amo verbi positio est. Amare enim si diceres, aliud diceres aliud dicere velles. Quum autem id in nomine vsu venit cum eo articulus non inuisitatè adiungitur. Cuiusmodi Nigidianum illud est: Si huius amici, vel huius magni scribas: vnum s facito extremum: sin vero hi amici, hi magni casu multitudinis recto, tum ante s, scribendum erit e. Atque id ipsum facies in similibus. Item si huius terrei scribas s, litera sit extrema si huic terræ, per e scribendum est.

Vocis alicuius repetitione orationis pondus augeri. Cap. XVI.

VNde, quæso, laudandi aut vituperandi copiam, vnde persuadendi vim aut dissuadendi, vnde accusandi defendendíue aut postulandi acrimoniam accepturus sis, ab hac præceptione si discedis? Nulla mehercule facunda magis, nulla acrior, nulla vehementior oratio est, quam ea in qua vox vna sæpius repetitur. quæ tanquam aure auditoris ipsius percutit sæpius: vt, Amicitia nihil dulcius, nihil suauius nihil homini libertate dignius esse putem. Quid iustitiæ tuæ integritatem, quid liberalitatis magnitudinem, quid virtutum denique omnium, quibus ornatus es, sinceritatem prædicare nunc opus est? Hoc dicendi genere vtuntur poëtæ, vtuntur oratores.

CAECILVS. *Itane Antipho profua fide, itan' est immemoris, itan' est mala memoria?*

Immemori pro immemor antiquè dictum est.

TIBVLLVS *Credula vi spes fouet, & melius cras fore semper ait.*

Spes alit agricolas spes iuicu credit aratu.

Semina: quæ magno fœnore reddat ager.

PROPERTIVS. *Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,*
Vino sæpe suum nescit amica virum.

PLAVTVS. *Multa sunt mulierum vitia sed hoc è multis maximum est, quum sibi nimis placent, nimisq; operam impendunt, vt placeãt viris.*

Idem.

Idem. Cum leone, cum extra, cum cerno, cum apro Aetolico, cum auibus Stymphalicis, cum Antæo delectari mauelim quàm cum amore.

Mauelim prijcè.

Idem. Nimis homo nihil est, qui piger est: nimisque id genus odi ego maie.

TERENTIVS. *Nostin' mores mulierum? dum moliuntur, dum comuntur, annus est.*

QVINTILIANVS. Illud ex præceptis veteribus manet, ne quod insolens verbum, ne audacius translatum, ne aut obsoleta vetustate, aut poëtica licentia sumptum in principio deprehendatur. M. CICERO. 1. de Finibus. 63. Epicurus dicebat omnium rerum quas ad beate viuendum sapientia comparauerit, nihil esse maius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius. Idē. 2. Tusc. 64. Mihi quidem laudabiliora videntur omnia quæ sine vendicatione, & sine populo teste fiant. Idem. 5. Tusc. 20. Xerxes quidem refertus omnibus præmiis donisque fortunæ, non equitatu, non pedestribus copiis, non nauium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit, qui inuenisset nouam voluptatem, qua ipse inuenta non fuit contentus. Neque enim vnquam finem inueniret libido. Idem. ibid. 5. O vitæ philosopia dux, ô virtutis indagatrix expultrixque vitiorum: quid non modò nos sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu vrbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vitæ conuocasti, tu eos inter se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum & vocum communi ore iunxisti, tu inuentrix legum, tu magistra morum & disciplina fuisti. Idem. Nihil est enim, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Idem. Nemo enim iustus esse potest, qui mortem, qui dolorē, qui exilium, qui egestatē timet, aut qui ea quę his sunt contraria, æquitati anteponit. Idem. 1. de Leg. 58. Mater omnium bonarum rerum sapientia, cuius amore Græco verbo philosophia nomen inuenit: qua nihil à diis immortalibus vberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est. Idem. 5. de Finibus 58. Multi quum in potestate essent hostium aut tyrannorum, multi in custodia, multi in exilio dolorem suum doctrinæ studio leuauerunt. Idem. 3. de Finibus 75. Sapiens rectius appellabitur rex, quàm Tarquinius qui nec se nec suos regere potuit. Rectius magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla, qui trium pestiferorum vitiorum luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Rectius diues quàm Crassus: qui nisi eguisset nūquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset. Idē. Si quis etiā morte pœnas sceleris effugerit: expectentur hæ pœnæ à liberis, à nepotibus, à posteris. Idem. de Amic. Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligēdū. Idē. 1. Off. 88. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. Idem. 3. de Orat. 222. Nihil est vtilius quàm crebra mutatio, nihil perniciosius quàm effusa sine intermissione contentio. Idem. Partit. 11. Sed nihil tam incredibile quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridū, tā incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Idem. 1. de Orat. 218. Sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse. Idem. ibid. 249. Nemo tam sine oculis, tam sine mente viuit, vt quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo fiant ea, omnino nesciat.

Multo certè maior acrimonia est, quum hoc dicendi genere sententia ferè eadē repetitur: quale illud est M. Catonis. Tuum, inquit, nefarium facinus peiore facinore operire postulas: succidias humanas facis. tantam trucidationem facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis indicta causa, iniudicatis, indemnatis.

In quibus verbis in fine quoque verbum repetitur.

Vocabula multa sibi proxima à litera eadem vel syllaba incipere apud veteres vitiosum non fuisse. Et an ætate sequenti vitiosum fuerit. Cap. XVII.

NOn fuit apud veteres vitiosum vocabula multa sibi proximè posita dicere quibus idem esset principium: vt, *Amicorum amissio mœror est grauissimus. Leuis literarum labor laudem facit leuiorem. Qui fortia facit facinora, hominis appellatione dignus est.*

PACVVIVS. *Quia via caprigero generi gradibus greßio est.*

Idem. Lapit cor cura: æruma cor conficit.

Lapit, id est, durescit.

ENNIVS. *Stultus est qui cupida cupiens cupienter cupit.*

Idem. Sæuum suspicionem ferre falsam futilium est.

Sæuum, id est, saue.

Idem. Virósque valentes Contundit crudelis hyems.

Idem. Neque miserè lauere lachrymæ falsum sanguinem.

NAEVIVS. *Facundo penetrat penitus talamoque potitur.*

LVCILIVS. *Deficit alma Ceres: nec plebes pane potitur.*

TVRPILIVS. *Quum te saluum video vt volui, gliscogaudio.*

Apud Quintilianum poeta quidam Vento rubet aurea Phœbe,

Et cornix plena pluuiam vocat improba voce.

PLAVTVS. *Omnes sunt leuæ leui fide, neque Tipulæ leuius pondus est quàm fides lenonia.*

Idem. Qui in amore præcipitauit, prius perit, quàm si saxo saliat.

Idem. Non potuimus nostros grandius grandire gradus.

Idem. Tu magnum malum habebis.

Idem. Quem pol ego hodie ob istæc dicta faciam feruentem flagris.

TERENTIVS. *Flagitium facimus.*

Idem. Profectò quanto magis magisque cogito, dabit nimirum Thais mihi magnum malum.

Quanquam fuit veteribus hoc dicendi genus familiare admodum, nō tamen ætate sequenti omnino intercidit. Nam ab huiusmodi rara asperitate non prorsus abstinuerunt ij qui auris fuere prudentioris.

CATVLLVS. *Accipe quis merser fortunæ fluctibus ipse,*

Ne amplius à misero dona beata petas.

TIBVLLVS. *Frangit fortia corda dolor.*

PROPERTIVS. *Si fas est omnes pariter pereatis auari.*

VIRGILIVS. *Sed qui te tanti talem genuere parentes.*

Idem. Sale saxa fouabant.

Idem. Tales casu Cassandra canebat.

SALLVSTIVS. Plurima & flagitiosissima fecere facinora. Idē. Iugurtha ex improuiso castra hostium cum magna manu inuadit. M. CICERO. Arma enim membra militis esse dicunt. Idem. Funditus euersam fortunam fortiter ferre debemus.

Vocabulorum prope idem significantium vsurpatione, orationis vim non parum augeri. Caput XVIII.

ID quoque auditorum & animos & aures contingit, *stimulat, ferit, mouet & excitat: quum res vna vocibus multis eidem prope significatum habentibus, quæ synonyma aut ferè synonyma sint, oratio quasi sparsitur, irrigatur, perfunditur, aut quum multa generis ferè eiusdem dicuntur. Eo tamen ordine, vt quæque ita locetur, postrema, vt maximi sit ponderis. Grauiorque futura sit oratio: si non ponatur vlla inter vocabula hæc coniunctio: vt, Incredibilē hanc nostram amicitiam colo, suspicio, veneror. Eruditionem tuam omnes vno ore prædicant, extollunt, admirantur. Nihil equidem lego quod oratione tua elegantius sit, venustius, lepidius.*

QVINTILIANVS. Nihil est tam occupatum, tam multiforme, tot ac tam variis affectibus concisum atque laceratū quàm mala mens. Nam & quum insidiatur, spe, curis, labore distinguitur: & iam quum sceleris compos fuerit, solicitudine, pœnitentia, pœnarum omnium expectatione torquetur. Idem. Iucundissima in oratore humanitas, facilitas, moderatio, beneuolentia. VALE. MAXIMVS. Ij demum penates, ea ciuitas, id regnum æternum in gradu facile steterit: vbi minimum vitium. Veneris pecuniæq; cupido sibi vendicauerit. M. VARRO. Omnes videmur nobis esse belli, festiui, saperdæ: quum sumus capri Saperdæ: id est, sapientes & elegantes. M. CATO apud Sallustiū. Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia deorū parantur: vigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia cedunt. SALLVSTIVS. Gloriam, honorem, imperium bonus & ignauus æque sibi exoptant. MARCVS CICERO. 1. Fam. ep. 9. Tantum enitor, vt neque amicis, neque etiam alienioribus opera, consilio, laboribus desim. Idē. Nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret: frigus, sitim, famem ferre poterat. Idem. Defendimus eas leges, quas ipse nobis inspectantibus recitauit, pronunciauit, tulit. Idem. in Somn. Scipionis. Omnibus qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo definitum locum. Idem. in Pis. 1. Vultus quidem totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit. Idem. 2. in Cat. 1. Abiit, excessit, euasit, erupit. Idem. 2. de Finibus 95. Turpe est viro, debilitari, dolore frangi, succumbere. Idem. 2. de Finibus 46. Omnia vera diligimus, id est, fidelia, simplicia, constantia, tum vana, falsa, fallentia odimus: vt fraudem, periurium, malitiam, iniuriam. Idem 2. Tusc. 27. Poëtæ quum magnam speciem doctrinæ sapientiæque præ se tulerint: audiuntur, leguntur, ediscuntur, & inhærescunt penitus in mentibus. Idem. 4. Tusc. 22. Quemadmodum temperantia sedat appetitiones, & efficit vt hæ rectæ rationi pareant, cōseruátque consideratā iudicia mentis: sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. Idem. de Senec. 38. Pythagoreorum more exercendæ memoriæ gratia, quod quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro vesperi. Idem. 1. de Finibus 44. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur. Idem. 3. de Finibus 38. Quis non odit sordidos, vanos, leues, futiles? Idem. 3. Tusc. 30. Pericula, damna, exilia peregre rediens semper secum cogitet: aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ.

Hoc genere delectari recentiores vt agnoscas, vnum hoc exemplum, quod volitasse est, ascribemus. Nihil, inquit, apud nos inuenies Laurentio placidius, mansuetius, dulcius: nihil etiam blandius, humanius,

nius,benignius:postremò nihil modestius,candidius, amabilius.

Nonnunquam inter huiusmodi vocabula coniunctio copulatiua interponitur.

M. CICERO.de Sene.17. Non enim viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur:sed consilio & auctoritate & sententia. Idem. Méque præ cæteris & colit, & obseruat, & diligit.

Est quando in hoc dicendi genere cum verbis ipsis aliquid adiungatur.

M. CIC.Actione.1.in Vertem.11.Siciliam prouinciam C.Verres per triennium depopulatus esse,Siculorum ciuitates vastasse, domos exinaniuisse, fana spoliasse dicitur.

In hac dicendi figura duæ solæ voces sine coniunctione raro dicuntur. Eiusmodi illud Ennij est: Vbi videt auenam lolium crescere inter triticum, seligit,secernit,aufert.

Itémque illud M. TVL.5.de Finib.62.Quis est qui non oderit libidinosam protetuam adolescentiam?Quis contra in illa ætate pudorem,constantiam,etiam si sua nihil interfit,non tamen diligat. Idem. A te peto maiorem in modum vt eum etiam atque etiam tuis officiis,liberalitate complectare.

Interrogationis exclamationisque vim esse maximam. Cap. XIX.

ANillud quoque oratioribus infrequens est, vt quum in oratione sermo quidem est cui pondus aliquod superimponendum sit, cum faciant interrogatiuum aut exclamatiuum: vt, Quid in vita hominum amicitia dulcius est? Studio literarum quid inuenies iucundius? O felices eos, quibus cum naturæ bonitate adest fortunæ benignitas.

TIBVLLVS. *Quàm iuuat immites ventos audire cubantem?*

PROPERT. *Quid iuuat in nullo pondere verba loqui?*

Idem. Mè similem vestris moribus esse putas?

Idem. O nullis tutum credere blanditijs.

VIRGIL. *O fortunatos nimium sua si bona norint, Agricolas.*

Idem. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt.

PLAVTVS. *Qui me Thebis alter viuit miserior?*

QVINT. Quid porrò est honestius quàm docere quod optime scias? Idem. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra?& patere tua consilia num sentis? Quanto magis ardet, quam si diceretur: diu abuteris patientia nostra:& patent tua consilia? Hoc instandi non scisitandi grati assumitur.Micipsa apud Sallustium. Quis autem amicior, quàm frater fratri?M. CIC.pro C.Corn.2.in Frag.O callidos homines,ô rem excogitatã, ô ingenia metuenda.Idem.3.de Orator.7. O fallacem hominum spem, fragilémque fortunam & inanes nostras contentiones, quæ medio in spacio sæpe franguntur, & corruunt, aut ante in ipso cursu obruuntur, quàm portum conspicere potuerunt.Idem.de Sen.66. O miserum senem,qui mortem contemnendam esse in tam longa ætate non viderit.Idem.de Perfecto Oratore.120.Quid enim ætas hominis, nisi memoria rerum veterum, cum superiorum ætate contexitur?Idem.ibidem.107.&10.in Ant.8.Quid enim tam commune,quàm spiritus viuis,terra mortuis, mare fluctibus,littus eiectis?Idem.2.de Finib.50. Quid turpius,quàm sapientis vitam ex insipientum sermone pendere? Idem.3.de Finib.38. Quis autem honesta in familia institutus, & educatus ingenuè, non ipsa turpitudine, etiamsi eum læsura non sit,offenditur? Idem. 5. Tus.105.Quid est dulcius otio literato?Idē.4.Tus.78.Quid est autem seipsum colligere,nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum congerere?Idem.pro Arch.poëta.26. Quid nostri Philosophi? nonne in iis ipsis libris, quos scribunt de contemmenda gloria,sua nomina inscribunt ? Idem. 1. Tusc. 64.Philosophia omnium mater artium, quid est aliud nisi, vt Plato ait, donum, vt ego,inuentum deorum? Idem.2.Offic.5.Quid est enim per deos optabilius sapientia?quid præstantius?quid homini melius ? quid homine dignius ? Idem ibidem.66.Quid enim eloquentia laudabilius& præstabilius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium,vel eorum qui defensi sunt,gratia ? Idem. de perfecto Oratore.141. Quis vnquam dubitauit, quin in Repub. nostra primas eloquentia tenuerit semper vrbanis pacatisque rebus, secundas iuris scientia ? Idem.Cur igitur ius ciuile docere semper pulchrum fuit ? hominumque clarissimorum discipulis floruerunt domus? Idem. de Oratore perfecto. 120. Quid est enim turpius quàm legitimarum & ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere,quum sis legum & ciuilis iuris ignarus? Idem. de Senec.68. Quid est enim stultius quàm incerta pro certis habere , aut falsa pro veris?

Sed exclamatio frequens quàm interrogatio odiosior est.

Quod in historia fabulaue narranda elegantius præsentis temporis quàm præteriti verbum dicatur. Cap. XX.

ORationis tota vis in eo collocata est, vt auditores aut moueat aut delectet. Mouent autem magis aut delectant quæ videmus, quàm quæ audimus: eaq; quæ præsentia sunt, quàm præterita. Ideoq; & poëtæ & oratores summi id contenderunt maximè: vt quam rem ipsi narrarent, eò verba ita accommodarent: vt ea tanquam præsens vel videretur, vel audiretur Quod quum alijs multis dicendi generibus tum maximè verborum præsentis temporis vsurpatione fecerunt.Id quod imitari si contendes,non mediocris futura sit orationi cum vehementia delectatio. Quin præteriti temporis verbis primam vsurpes non dissuademus: sed ad ea quæ præsentia sunt ita obrepas,vt ea tum dicas quum memores rem cui vehementiam maiorem aut delectationem inesse velis. Hoc autem narrandi genus, quoniam creberrimum est: de eo; exemplum paucis tradi non possit: vno altero; dixisse satis sit.

A. GEL. Mos antea senatoribus Romæ fuit in curiam cum prætextatis filiis introire. Tamen quum in senatu res maior quæpiam consultata,eáque in diem posterum prolata est, placuitque vt eam rem super qua tractauissent, ne quis enuntiaret prius quàm decreta esset. Mater Papytij pueri,qui cum parente suo in Curia fuerat,percunctata est filiũ,quid nam in senatu patres egissent.Puer respondit tacendum esse:neque id dici licere.Mulier fit audiendi cupidior secretum rei, & silentium pueri , animumque eius ad inquirendum euerberat: quærit igitur compressius violentiusque. Tum puer matre vrgente lepidi atque festiui mendatij consilium capit.Actum in senatu dixit,vtrum videretur vtilius exque Republica esse, vnus ne vt duas vxores haberet, an vt vna apud duos nupta esset. Hoc illa vt audiuit,animus compauescit, domo trepidans egreditur ? ad cæteras matronas peruenit. Ad senatum postridie matrumfamiliàs caterua lachrymantes atque obsecrantes orant,vna potius vt duobus nupta fieret,quàm vt vni duæ.Senatores ingredientes curiam,quæ illa mulierum intemperies,& quid sibi postulatio illa vellet,mirabantur. Puer Papyrius in medium curiæ progressus, quid mater audire institisset, quid ipse matri dixisset,rem sicuti fuerat, denarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri osculatur:cõsulatum facit,vti posthac pueri cum patribus in curiam ne introeant,nisi ille vnus Papyrius.

M.CICERO.3. Offic.58. C. Cannius eques Romanus,homo nec infacetus , & satis literatus, quum se Syracusas otiandi causa non negotiandi,vt ipse dicere solebat,cõtulisset:dictitabat se hortulos aliquos velle emere,quo inuitare amicos , & vbi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisset,Pythius ei quidam , qui argentariam faceret Syracusis,dixit,venales quidem se hortos non habere:sed licere vti Cannio , si vellet vt suis: & simul ad cœnam inuitauit in posterum diem. Quum ille promisisset: tum Pythius, vt argentarius qui esset apud omnes ordines gratiosus,piscatores ad se conuocauit,& ab iis petiuit vt ante suos hortulos postera die piscarentur: dixitque quid eos facere vellet.Ad cœnam tempore venit Cannius.Opiparè paratum erat conuiuium. Cimbarum ante oculos multitudo. Pro se quisque quod cœperat, afferebat: ante pedes Pythij pisces abijciebantur. Tum Cannius: Quæso, inquit, quid est ô Pythi? tantum ne piscium ? tantum ne cimbarum ? Et ille. Quid mirum, inquit? hoc loco est, Syracusis quicquid est piscium : hic aquatio, hac villa isti carere non possunt. Incensus Cannius cupiditate contendit à Pythio vt venderet: grauate ille primo. Quid multa? Impetrat. Emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius voluit. Et emit instructos: nomina facit: negotium conficit. Inuitat Cannius postera die familiares suos,venit ipse maturè. Scalmum nullum videt: quærit ex proximo vicino,num feriæ quædam piscatorum essent : quod eos nullos videret? Nullæ,quod sciam,inquit ille : sed hic pisçati nulli solent.Itaque heri mirabar quid accidisset.Stomachari Cannius. Sed quid faceret?Nondum enim Aquilius collega & familiaris meus protulerat de dolo malo formulas. Idem.2.de Orat.276. Vt illud Naficæ , qui quum ad poëtam Ennium venisset,eique ab ostio quærenti Ennium , ancilla dixisset domi non esse, Nasica sensit illam domini iussu dixisse, & illum intus esse. Paucis post diebus quum ad Naficam venisset Ennius, & eum à ianua quæreret , exclamat Nasica se domi non esse. Tum Ennius. Quid ? Ego non cognosco vocem , inquit, tuam? Hîc Nasica. Homo es impudens.Ego quum te quærerem, ancillæ tuæ credidi te domi non esse : tu mihi non credis ipsi.

Malum aduerbium interpositæ indignationis apud autores non incelebres vsitatum esse. Caput XXI.

QVæ tanta,malum,insania est hominibus his,qui quàm bene dicant negligunt,dummodo loquantur ? Ii profectò paruam admodum ne dixerim nullam persuadendi dissuadendique acrimoniam habent: quod quum ex alijs multis, quas hi negligunt, tum ex hac præceptione discere possis. Quum detestandum quippiam abominandumq; dicturi sumus: tum clausulam eam cui energiam dare volumus maximam, faciamus interrogatiuam:in eaq; aduerbium malum post primum secundumue vocabulum ponamus. Est enim malum autore Donato, aduerbium interpositæ indignationis. Idq; ferè significat,quod nefas à Virgilio sæpe vsurpatum: vt, Quid,malum,amicis personam contegis inimicitias. Quid, malum,patrici-

dium? patrem enecasti. Quid, malum, peius viuit otiosis hominibus?

CATVL. *Quid hunc, malum, fouetis? aut quid hic potest?*

PLAVTVS. *Quid, malum, non sum ego seruus Amphitryonis Sosia?*

Idem. Quo id, malum, pacto potest?

Idem. Quas, malum, nugas? satin' tu sanus es?

Idem. Qui, malum, intelligere quisquam potis est? ita nugas blatis.

TERENT. *Quas, malum, ambages mihi narrare occipit?*

Idem. Quo id, malum, pacto potest?

Idem. Quid tua, malum, id refert?

Idem. Quid, malum, me tandem censes velle id assimularier?

Idem. Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere, nisi credo me huic esse natum rei, ferundis miseriis?

T. LIVIVS. Quid, malum, est imperantibus nolle parere. M. CICERO. 1. Philip. Quænam, malum, est ista voluntaria seruitus? Idem. 2. Offic. 53. Quod te, malum, inquit, rationis in istam spem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses?

Hoc idem genus ætatis huius oratoribus vsurpatum est.

De Particula tandem quid habeat venustatis post vocem interrogandi. Cap. XXII.

QVis hoc tandem negaturus sit, qui quum alios multos, tum vel maximè Ciceronem attento animo euoluerit, particulam tandem post vocem interrogandi collocatam multum habere venustatis? Quam ornatus gratia non sententiæ positam esse Sextus Pompeius affirmat: vt, Quid mihi tandem putes fore iucundius, quàm aut te aut literas tuas videre aut legere? Cur tandem, ad me non scripsisti, ex quo à nobis abiisti? Quo tandem vinculo amicitiam nostram colligares, si ad me sæpius ac facis, scriberes?

VIRGIL. *Sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris?*

M. CICERO. 3. Fa. ep. 10. Quid mihi tandem erat vtilius, quid commodis meis aptius, quàm hominis nobilissimi atque honoratissimi coniunctio? Idem. Quo tandem animo in te esse debeo? Idem. Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? Idem. 1. in Catilin. 1. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Idem. Quid tandem impedit te? Idem. Quid vos tandem? Idem. Quid tandem incensis futurum est? Idem. 1. de Orator. 196. Quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ vna in omnibus terris est virtutis imperij, dignitatis: cuius primum nobis mens, mos, disciplina nota esse debet, vel quia est patria parens omnium nostrum, vel quia tanta sapientia fuisse in iure constituendo putanda est; quanta fuit in his tanti imperij comparandis? Idem. Qui tandem mos est illius patroni, qui ad eas causas sine vlla scientia iuris audet accedere? Idem. Orator. 141. Quis tandem id iustus rerum æstimator reprehenderet? Idem. pro Cæc. Quæ tandem in eius venditionibus auroritas esse poterit? Idem. 2. Offic. 68. Sed quis est tandem, qui inopis & optimi viri causæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? Idem. Quid tandem à Socrate & Platone perfectisque Philosophis faciendum putes? Idem. Quid illa tandem popularia? vide TANDEM. Idem. 5. Tusc. 98. Quid? victum Lacedæmoniorum in Phidiciis num ne videmus? Vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius: negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat delectatum. Tum is qui illa coxerat: Minime mirum. Condimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. His enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Idem. 1. Tusc. 102. Qualis tandem Lacæna? quæ quum filium in prælium misisset, & interfectum audisset. Idcirco, inquit, genueram, vt esset qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.

Deus immortalis, bone Deus, Iupiter, dij boni, dij deæque omnes, dij magni in casu votandi, quòd non leue pondus orationi adiungant. Cap. XXIII.

QVàm grauis deus immortalis futura sit oratio ea quæ interrogatiua sit, in qua dicatur admiratiuè vnus vocatiuorum istorum, deus immortalis, bone deus, Iuppiter, dij boni, dij deæque omnes, dij magni? vt, Quantam bone deus voluptatem ex amicitia nostra capio? Quàm præclarum est dij magni Rempublicam bene administrare? O dij boni, quàm longo interuallo homines alios præcedunt ij qui disciplinis bonis animum suum illustrant?

TERENT. *Dij boni, boni quid porto?*

Idem. Dij immortales, quibus & quantis me donatis gaudijs.

A. GEL. A principio statim, dij boni, quantum stupere atque frigere Cæcilius visus est. M. CICE. Quantus est error, dij immortales, eorum qui istam legem excogitauerunt. Idem. Cæteri verò, dij immortales, qua frequentia, quo studio, qua virtute ad communem dignitatem salutémque sentiunt. Idem. de Senec. 68. Quanquam, ô dij boni, quid est in hominis vita diu? Idem. 5. Tus. 19. Quid profitetur, ô dij boni, profecturum eum qui legibus suis paruisset. Idem. Huic igitur succumbet virtus? huic beata sapientis & constantis viri vita cedet? Quàm turpe ô dij boni? vide QVIS & O. Idem. 1. de Orat. 202. Quod tuum principium, dij immortales, fuit? quis timor? quæ dubitatio, quanta hæsitatio, tractúsque verborum?

Vbi sine interrogatione vlla dicatur exempla non desunt.

CATVLLVS. *Quum ausus es vnus Italorum*
Omne æuum tribus explicare chartis
Doctis, Iupiter, & laboriosis.

A. GEL. Verba super ea re Taurus facit cum summa dij boni, honorum atque officiorum perpensatione. M. CICE. Sed ô dij immortales, non dicerem hoc audiente Scæuola. Idem. Orator. Sed id mihi quærere videbare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem. Rem difficilem, dij immortales, atque omnium difficillimam.

Dei quodnam epithetum sit. Cap. XXIIII.

DEi immortalis beneficio quibus datum est vt oratores summi euaderent, id sæpe obseruarunt, vt quum deum dicerent, immortalem adiungerent: vt, Amicitiam nostram deus immortalis secundet. Hominum curam deus immortalis non negligit. Cum ijs præclare agitur qui deo immortali odiosi non sunt.

VAL. MAXIM. Ius ciuile per multa secula inter sacra cerimoniásque deorum immortalium abditum, solisque pontificibus notum. Q. METEL. Numidicus. Dij immortales plurimum possunt: sed non plus velle debent nobis quàm parentes. At parentes, si pergunt liberi errare, bonis exhæredant. Quid ergo nos à diis immortalibus diutius expectemus, nisi malis rationibus finem facimus? Iisdem deos propitios esse æquum est, qui sibi aduersarij non sunt. Dij immortales virtutem approbare, non adhibere debent. SAL. Reliquum est optare, vti quæ tibi placuerint, ea dij immortales approbent, benéque euenire sinant. M. CICE. 1. in Cat. 22. Vtinam tibi istam mentem dij immortales donarent. Idem. Magna diis immortalibus habenda est gratia. Idem. 14. Phil. 22. Supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est. Idem. 2. Famil. ep. 15. Quod actum est, dij immortales approbent. Idem. 3. in Catil. 21. Hæc omnia Quirites ita sunt à me administrata, vt deorum immortalium nutu atque consilio & gesta & prouisa esse videantur. Idem. 3. Tusc. 1. Ars eius atque vtilitas deorum immortalium inuentioni consecrata. Idem. 5. Tuscul. 90. Munera autem ista quibus es delectatus, vel ciuibus tuis, vel diis immortalibus dona. Idem. 4. in Catil. 7. C. Cæsar intelligit mortem à diis immortalibus non esse supplicij causa constitutam, sed aut necessitate naturæ: aut laborum aut miseriarum quietem esse.

Dicitur nonnunquam deus optimus maximus, & à recentioribus vltramundanus.

Participium cum verbo & breuitatem & vehementiam afferre. Cap. XXV.

VEnustatem orationem vehementiam roborabis hoc pacto. Quum duo verba sunt actus significatus copulatiua coniuncta, qua idem habeant suppositum idemq; oppositum, hoc est, post secundum casum ab vtroque simul rectum: eorum prius tum mutatur in participium præteriti temporis quod ab altero regatur: vt, Laudatos amicos honora, id est, laudatos amicos & honora. Scriptas literas mitte. Percussum exclusisti.

PLINI. Egnatij Metelli longe minore de causa, qui vxorem quòd vinum bibisset, fuste percussam, interemit. VAL. MAXI. Remigem in littore Tyriorum sentinam haurientem, quum è naui fluctus abiecisset, altero latere repercussam contrarius fluctus in nauem retulit. Idem. Verberibusque affectum necari iussit. Idem. Ad vltimum, Anaxarchus Nicocreonti amputationem linguæ minitanti. Non erit, inquit, effœminate adolescens hæc quoque pars corporis mei tuæ ditionis. Protinúsque dentibus abscissam & commanducatam linguam in os eius ira patens expuit. SAL. In his erat Fuluius senatoris filius: quem retractum ex itinere parens iussit necari. Idem. Iugurtha in primis Atherbalem excruciatum necat. M. VARRO. Equis ad curriculum ex vtraque parte deligatis distraxit. M. CICE. 12. Famil. ep. 30. Vt grauius ægrotant ij qui quum leuati morbo videntur, in eum de integro incidunt: Sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur.

Quando item nullum casum post se regunt: hoc itidem obseruatur, si à priore inclinari potest huiusmodi participium præteriti temporis. Sin minus, ponitur participium præsentis temporis.

LVCIL. *Magna penus paruo spatio consumpta peribit.*

M. CICERO. 1. Offic. 77. Consiliis diligentiáque nostra celeriter de manibus audacissimorum delapsa arma ceciderunt.

Quod in multis vna oratione pariter dicendis iucunda sit varietas. Cap. XXVI.

GEnus item dicendi hoc oratoribus frequens, auditoribus gratum, varium lectoribus est: vt quum in oratione eadem multa ordine

vno

vno dici solent: ea ordine mutato varie dicantur. Nihil enim tam vitiosum est, vt aut Cicero, quàm si semper est idem. Quod ad varietatis huius comprobationem patere possit latius: vt, Amicitia in prosperis rebus voluptas est: refugium in aduersis: medius tranquillitas.

Charitas in parentes magna est, maior in patriam, in deum maxima. Iniustitia bonos tutatur: malos punit: conseruat ciuitatem.

A. GEL. Postea quoque in libro Plinij Secundi naturalis historiæ septimo legi esse quasdam in terra Africa familias hominum voce atque lingua affascinantium. Qui si impensius fortè laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes paltu atque cultu optimas, emoriantur repente hæc omnia. VAL. MAXIM. Rupit verbera, fidiculas laxauit, soluit equuleum, laminas extinxit. M. VARRO. Tertia pœnarum infamia stans nexa in vulgi pectore fluctuanti, intonsa coma, sordida vestitu, ore seuero. M. CIC. 5 de Finib. 16. Vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio, sic viuendi ars est prudentia. Idem. Illa mista tria genera bonorum maxima animi, secunda corporis, externa tertia. Idem. 4. Tusc. 30. Contemnendæ sunt humanæ res, negligenda mors est, patibiles & labores & dolores putandi. Idem. 2. Tusculan. 11. Efficit hoc Philosophia: medetur animis, inanes solicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Idem. 1. in Catil. 29. An quum bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt, te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum? Idem. His decreta verbis est, quòd vrbem incendiis, cædeciues, Italiam bello liberassem.

Ibi M. Varro à præceptione hac discedit: Vel maximè, inquit, illic didici & sitienti theriacam, mulsum, esurienti panem cibarium, siligineum: & exercitato somnum suauem.

QVINTIL. Profectò miror hac dicendi varietate tam rarò vsum fuisse: qui varietati id oblectamentum inesse dicat, vt virtutes etiam ipsę tædium pariant: nisi gratia varietatis adiutæ sint. Eius enim Quintiliani exempla sunt: Potentes sequitur inuidia, humiles abiectosque contemptus, & turpes ac nocentes odium. Idem. Est quædam virtutum vitiorúmque vicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur. Eémque Multo labore, assiduo studio, varia exercitatione, pluribus experimentis, altissima prudentia, præsentissimo consilio constat ars dicendi.

Contrarij significatus vocabula prope se collocanda esse. Cap. XXVII.

QVoniam indocti doctorum dicendi genus facilè non agnoscunt nisi admoneantur: quo ad id agnitum concedant facilius, eoq; vtantur doctiùs: eos pro virili hic admonemus. Ab eo autem id alienum non sit, vocabula duo in oratione eadem si sint, quæ contrarium habeant significatum: ea sibi proximè posita orationem reddunt concinniorem atque vberiorem. Vti enim oculis pictura: ita auribus oratio iucunda esse debeat. Colores contrarij iuxta se positi quo magis apparent, eò aspectu iucundiores sunt. Sed ad exempla accedimus: Amicitiæ odium aduersum est. Docti indocti melius vulgo dicere videntur. Ingenium rude eruditis præceptores polunt. Philostratus. Praui si laudantur, deteriores fiunt.

HORAT. *Indoctum doctumq; fugat recitator acerbus.*

Idem. Scribimus indocti doctiq; poemata passim.

TIBVLLVS. *Venit post multos vna serena dies.*

OVIDIVS. *Non bene cœlestes impia dextra colit.*

Idem. Blanda truces animos fertur mollisse voluptas.

AVSONIVS. *Quam grandes paruo patitur sub vulnere mortes.*

QVINTIL. Magnos modica quoque eloquentia parit fructus. Idem. Qui stultis eruditi videri volunt, stulti eruditis videntur. Idem. Rudia politis maiora, & sparsa compositis numerosiora creduntur. Idem. Nobis adolescentibus seniores in agendo facti præcipere solebant, ne vnquam iusiurandum de ferremus. C. MEMM. Ne ignoscendo malis, bonos perditum eatis. VALER. MAX. Senectuti iuuentus ita cumulatum & circunspectum honorem reddebat: tanquam maiores natu adolescentium communes patres essent. Idem. Iubertas canis suum honorem reddebat: defuncta virium cursu ætas ingredientes actuosam vitam fauoris nutrimentis prosequebatur. Idem. Respiciantur Indorum fœminæ: quæ quum more patrio complures eidem nuptæ esse soleant. Apud SAL. CAT. Necessitudo etiam timidos fortes facit. SAL. Domi militiæq; boni mores colebantur: concordia maxima, minima auaritia erat. Idem. Vbi bonus deteriorē diuitiis magis clarum, magisq; acceptum videt, primo æstuat, multáque in pectore voluit Idem. Neque diuitiis aut superbia, sed bona fama factisque fortibus nobilis ignobilem anteibat. M. VAR. Vt arquatis & veternosis, quæ sunt, lutea omnia videntur: sic insani sani, & furiosi videntur esse insani. M. CICERO de Epicuto. 1. de Finib. 40. De dolore certa habet quæ sequatur: quorum magnitudinem brevitate consolatur, longinquitatem leuitate. Idem. 2. Tusc. 65. Cimbri & Celtiberi in præliis exultant, lamentantur in morbo. Idem. de Senec. 26. Adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad virtutem studia ducuntur. Idem. ibidem. 5. Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm puritiæ adolescentiā obrepit? Idem. Videas rebus iniustis iustos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. Idem. Sequuntur largitionem rapinæ.

Quòd ea vocabula quæ licet contraria non sint, de eodem tamen dici non possint, proximè sibi ponantur. Cap. XXVIII.

DIscipulii præceptor hoc quoque docere possit: ea quæ licet contraria non sint, tamen ita discreta sint, vt de eodem eadē ratione dici non possint: ea inquam vocabula iuxta se posita nihil minus quàm ea quæ contraria sunt, venustatu habere: vt, Seruo dominus raro amicus est. Vxorem marito parere ius est. Filij parentum curatores instituendi sunt.

HORATIVS. *Quis scit an adiciant hodiernæ crastina vitæ*
Tempora dij superi?

CATVLLVS. *Nec diuis homines componier æquum est.*

QVINT. Ex iudicio præceptoris discipulus pendeat. VAL. MAXIM. Cæsisque atris bobus Diti maribus, fœminis Proserpinæ. Idem. Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant. C. MARIVS apud Sallustium. Ex parente meo & aliis sanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem conuenire: omnibusque bonis oportere plus gloriæ quàm diuitiarum esse? arma non supellectilem decori esse. M. VARRO. Crede mihi, plures dominos seruī comedere quàm canes. M. CICERO. 2. Tusc. Quid est fletu muliebri viro turpius? Idem. 2. Offic. 78. Qui verò se populares volunt, ob eámque causam, aut agrariam rem tentant, vt possessores suis sedibus pellantur, aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant, labefactant fundamenta Reipublicæ. Idem. 3. de Orator. 40. Athenis iamdiu doctrina ipsorum Athenienſium interiit: domicilium tamen in illa vrbe remanet studiorum, quibus vacant ciues, peregrini fruuntur, capti quodammodo nomine vrbis & auctoritate.

Contrariorum aut tanquam contrariorum id cui adiungitur præpositio, præponendum esse. Caput XXIX.

SEd vt ex rudi politus fiat sermo tuus, hoc præterundum non putauimus. Si alterum horum contrariorum, aut tanquam contrariorum præpositionem præpositam sibi habeat: hoc alteri num ineleganter præponas: vt, Ex amicus inimici facti sunt. Ex seruo libertus factus est. Pro stylo gladium gestat.

PLAVTVS. *Ex insana saniorem facies.*

OVIDIVS. *Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.*

PLAVTVS. *Dij immortales facinus audax incipit, qui cum opulento pauper homine cœpit rem habere aut negotium.*

TERENT. *Tum autem ex amicis inimici vt sint nobis affinēs facis?*

PLINIVS. Optimè cum domito iuuencus imbuitur. Diuus HIERONYMVS. Multum in vtramque partem creb o fama mentitur: & tam de bonis mala, quàm de malis bona falsorum ora concelebrant. SVETONIVS. Augustus proximum à diis immortalibus honorem memoriæ ducum præstitit qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent. M. CICE. Neque medicorum præcepta dici verè possent, si qua insci imperitiáque pro salutaribus mortifera conscripserunt. Idem. De horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædam est oratio tua. Idem. Quos ego mea ope ex incertis certos compotésque consilij dimitto. Idem. 1. Offic. 2. Ipse ad meam vtilitatem cum Græcis latina coniunxi. Idem. Quid enim tam distans, quàm à seueritate comitas.

Plus dici per negationem quàm per affirmationem. Caput XXX.

NOn infrequens est & apud poetas & apud oratores locutio per negationem. Quum enim per affirmationem ioqueris, ea sola quæ dicis affirmas: quum vero per negationem contrarij, quicquid contrarium est negas. Vt non indoctus amicus est, si dicis: diuis vberius copiosiusq; quàm si dicas: doctus amicus est. Si enim rei vnius tantum, etiam si partim doctus est: tum verum dicis, quum dicis, doctus amicus est. Verumtamen non diceres si diceres: non indoctus amicus est. Ea enim oratione inscitia omnis atque (vt ita dicam permitte) indoctrina negatur. Eam obrem poetarum prudentissimus Homerus non virtutibus appellandis, sed vitus detrahendis, vt ait A. Gellius, laudare amplius solet. Hoc enim est.

Tunc nequeo cernere erat torpentem Agamemnona diuum.

Nec pauidum, vel nolentem decerpere ferro. Epicurus quoque simili modo maximam voluptatem detractionem priuationemque omnis doloris definuit. Eadem quoque ratione Virgilius inamabilem dixit stygiam paludem.

Idem quoque dixit: Aut illaudati nescit Busiridis aras.

Item. Ille impiger hausit
Spumantē pateram, & pleno se proluit auro.

Dicas igitur. Litera mihi tua non iniucunda fuerunt, in quibus non parua mutuæ nostræ amicitiæ testimonium est. Alexander Magnus hostem quemuis intrepidè aggressus est. Non insuauis oratio tua est.

TIBVLLVS. *Necvenit tardo curua senecta pede.*

PROPERT. *Absenti nemo non vocisse velit.*

HORATIVS. *Principibus placuisse viris non vltima laus est.*

OVIDIVS. *Nulli non sua forma placet.*

SVETONIVS de Tyberio Cæsare. Tonitrua præter modum expauescebat, & turbatiore cœlo nunquam non coronam lauream ceruice gestauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis. PLIN. Frontem do minus prodesse quàm occipitium non mentiuntur. QVINTIL. Probi verò mores & anteactæ vitæ integritas nunquam non plurimum profuerint. A. GELL. Nonnulli grammatici ætatis superioris, in quibus est Cornutus Anneus, haud sanè indocti neque ignobiles. M. VARRO. Neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum. *Ibi spicum genere neutro dicit.* M. CICERO. Etsi esse vnà minus poterimus quàm volumus: animorum tamen coniunctione, iisdemque studiis ita fruemur, vt nunquam non vnà esse videamur. Idem. 3. Tusc. 18. Non inscite Heracleotus Dionysius ad ea disputat, quæ apud Homerum Achilles queritur hoc, vt opinor, modo. *Cor(q; meum penitus turgescit tristibus iris, Quum decore, atque omni me orbatum laude recordor.* Idem. 5. Tusc. 68. Tardis enim mentibus virtus non facile committitur. Idem. 3. de Orat. 21. Est etiam illa Platonis vera, & tibi Catule certe non inaudita vox, omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium vno quodam societatis vinculo contineri. Idem. 1. de Orat. 115. Neque enim ignoro, & quæ bona sunt fieri meliora posse doctrina, & quæ non optima, aliquo modo acui tamen & corrigi posse.

Quod compositæ voces negatiuæ pro simplicibus sæpe dicantur. Cap. XXXI.

NVlli esse vllisignotum id credo, qui oratores aut comicos attentè excusserit: Nomina aut aduerbia cum particula ne, composita pro negatione simplicici, hoc est, pro non, accipi, eisq; voces quibuscum erant compositæ aliasue idem significantes adiungi, inq; medio aliquid sæpius interponi. Eorum vtrum præponas nihil refert. Quod genus dicendi copiosum est & elegans, sed vsitatum sæpius nota affectationis profectò non careret: quæ oratori opere maximo fugienda est. Sed exempla ponimus. Nûquam, arbitror, vnquam amicitia tua quicquam mihi futurum est suauius. Nemo enim vir te humanior est. Nusquam te vsquam videre potui. In hoc genere pro nullo nemo dicitur.

VIRGIL. *Turne quod optanti diùm promittere nemo*
Auderet, volenda dies en attulit vltro.

PLAVTVS. *Ego certe me incerto scio hoc daturum nemini homini.*
Idem. Alienum hominem intromittat neminem.
Idem. Hominem iracundiorem quàm te noui neminem.
Idem. Nemo homo vnquam ita arbitratus est.
Idem. Tum id dicere audes, quod nemo vnquam homo antehac vidit?
Idem. Tibi habeas, nisi si sis stultior stultissimo.

TERENT. *O frater, frater: quid ego nunc te laudem? satis certe scio, nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin superet tua. Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, fratrem hominem neminem esse primarium artium magis principem. Idem. Ego in hac re nihil reperio quamobrem lauder tantopere Hegio. Meum officiu facio. Quod peccatum à nobis est corrigo: nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant sibi fieri iniuriam, vltro si quam fecere, ipsi expostulant, & vltro accusant. Idem. Ego hominem callidiorem vidi neminem, quàm Phormionem. Idem. Nemini ego plura acerba credo esse ex amore vnquam oblata, quàm mihi. Idem. Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui.*

SVETONIVS. Ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse eum neminem hominem pudicum, QVINTI. Poëtas metri necessitas excusat, nisi si quando nihil impedietè in vtroque, modulatione pedum alterum malunt. AV. GEL. Quod ab Ennio ita scriptum relictúmque esse nemo vnus literarum veterum diligès dubitauit. Idem. Asseuerabat nulli esse vlli magis ea omnia explorata, comperta, meditaraue. Idem. Sed enim metuere, si nemo esset homo quem vereremur, quicquid liberet faceremus. VATINIVS. Profectò tibi illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit. VAL. MAXIMVS. Neminem Lycurgo aut maiorem aut vtiliorem virum Lacedæmon genuit. Idem. Arcana consilia patrum conscriptorum multis seculis nemo senator enunciauerit. T. LIVIVS. Neminem virum tantum eminere ciuem debere, vt legibus interrogari non possit. M. CATO. Nemo hoc rex ausus est facere. M. CICER. Nemo est mihi te amicus antiquior, Idem. in Frag. epistolarum. Neminem tibi profectò hominem ex omnibus aut antepositem vnquam aut etiam comparassem. Idem. 13. Fam. ep. 24. Hominem esse neminem qui vnquam mentionem tui, sine tua summa laude fecerit. Idem. 2. de Nat. 166. Nemo igitur vir magnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit. Idem 2. de Leg 41. Donis impij nè placare quidem audeant deos: Platoni audiant, qui vetat dubitare qua sit mente futurus deus: quum vir nemo bonus ab improbo se donari velit. Idem. 1. Tusc. 99. Hominem quidem scire arbitror neminem. Idem. Frater tuus quanti me faciat, sempérque fecerit, esse hominem qui ignoret arbitror neminem. Idem. in Sall. Plærunque enim Respub. priuatis crescit inimicitiis, vbi nemo ciuis qualis sit vir potest latere. Idem. 5. Tusc. 63. Adhuc neminem cognoui poëtam, & mihi fuit cum Aquilio amicitia, qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet. Tua te, me delectant mea. Idem. 3. Off. 10. Accedit eodè testis locuples Possidonius, qui etiam scribit in quadam epistola P. Rutilium Rufum dicere solere, qui Panætium audiuerat, vt nemo pictor esset inuentus qui Veneris eam partem quam Apelles inchoatã reliquisset, absoluere: oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat: sic ea quæ Panætius prætermisisset, & non perfecisset, propter eorum quæ fecisset præstantiam, neminem esse persecutum. Idem. 5. Tuscul. 105. Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios esse morte multandos, quòd cum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt. Nemo de nobis vnus excellat: sed si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit.

Quod nunquam & nullus eleganter diuidantur. Caput XXXII.

NEc ego vnquam vlli concedam, quin nullus & nunquam eleganter diuidantur: inter quorum partes si quid interposuerit, de elegantia nihil detraxerit. Hoc autem sæpius factum inuenias, quando cum his vocibus copulatiua coniunctio adiungi solet. Ea nec missa negligatur: nec aut neque (vtrunque enim & non significat) pro parte altera dixeris: vt, Non est vllares quam desiderem magis, quàm te coram alloqui. Non est vllum mihi ad te scribendi negotium, neque vllus vnquam adest nuntius.

MART. *Res noua non vllis cognita temporibus.*

TERENT. *Prohdeum atque hominum fidem, quod hoc genus est? quæhæc est coniuratio? vt omnes mulieres eadem æque studeant, nolintq; omnia? neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio vllam reperias.* Idem. *Quæres in se neque consilium, neque modum habet vllum: eam consilio regere non potes.* PLAVTVS. *Omnibus modis qui pauperes sunt homines, miseri viuunt, præsertim quibus nec quæstus est, nec didicere artem vllam.*

SVETON. de diuo Tyberio, Cæde in theatro per discordiam admissa, capita factionum & histriones propter quos dissidebatur, relegauit: nec vt reuocaret vnquã vllis populi precibus euinci potuit. QVINT. Neque enim ferè tam vllus est dies occupatus, vt nihil lucri, vel (vt Cicero Brutum facere tradit) operæ ad scribendum, aut ad legendum, aut ad dicendũ rapi aliquo momento temporis possit. Idem. Neque solida atque robusta fuerit vnquam eloquentia, nisi multo stylo vires acceperit. Idem. Non igitur vnquam idem, homo & perfectus orator. Idem. Nec rectæ voluntati serum est tempus vllum. V. MAX. Maximis viris prandere & cœnare in propatulo verecundiæ non erat, nec sanè vllas epulas habebant, quas populi oculis subiicere erubescerent. SAL. Vbi cupido diuitiarum inuasit, neque disciplina, neque artes bonæ, neque ingenium vllum satis pollet. Idem. Neque Rhodios, neque alias ciuitates vnquam suorum iudiciorum pœnituit; vbi promiscuè diues & pauper, vt cuique sors tulit, de maximis rebus iuxta ac de minimis disceptat. M. CICERO. 1. Tusc. 99. Nec enim vnquam bono quicquam mali euenire potest nec viuo nec mortuo: nec vnquam eius res à diis immortalibus negligentur. Idem. 1. de Finib. 3. Nec modus est vllus inuestigandi veri, nisi inueneris. Idé. 6. Fa. ep. 4. Fateor conscientiam rectæ voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum: nec esse vllum maius malum præter culpam. Idem. ibidem. Nec vllum est tantum malum quod non putem impendere. Idem. 2. Offic. 84. Neque enim vlla res vehementius Remp. continet, quàm fides, quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Idem. de Sen. 42. Impedit enim consilium voluptas rationi inimica: ac mentis, vt ita dicam, perstringit oculos: nec habet vllum cum virtute commercium. Idem. 3. Tusc. 68. Nec insipientia vllum maius malum est. Idem. de Sene. 29. Nec vlli bonarum artium magistri non beati putandi. Idem. Neque enim est vlla fortitudo quæ orationis expers est. Idem. 5. Tusc. 36. Neque enim lætabitur vnquam, neque mœrebit nimis, qui semper in seipso omnem spem reponet sui. Idem. 2. de Orat. 212. Neque est vlla temperatior oratio, quàm illa in qua asperitas contentionis oratoris ipsius, humanitate conditur Idem. 1. Offic. 60. Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine vsu & exercitatione consequi possunt.

Nec quicquam enim elegantius dicitur quàm & nihil.

Idem. Nec vnquam nisi necessariò, si nulla reperietur alia medicina. Idem. 1. Off. Neq; vlla re longius absumus à natura ferarũ.

Hoc non ita obseruandum præcipimus: vt perpetua huius præceptionis obseruatio nullum aut nunquam ex vsu penitus auferat: sed vt aliarum, ita huius temperatam obseruationem retinendam esse censemus. De neutro idem quod de nullo obseruare possis: sed quita de eo rara est autoritas: ideò tam plane de eo non præcipimus.

Quod homo adolescens, adolescens mulier, mulier ancilla, mulier meretrix, homo seruus, antiquis inusitata non fuerint. Cap. XXXIII.

Hom

HOminem adolescentem elegantioris sermonis studiosum, cuius ad vtilitatem hæc dicendi Progymnasmata scribimus, huius rei indoctum nolumus, adolescentem seruum, mulierem ancillam cum generali nomine ab antiquis vsurpata sæpe fuisse. Id quod multam mihi videtur habere elegantiam: nisi fortasse in eis sum quibus aut noua aut inusitata multo sunt grationa: vt, Hominis adolescentis amicitia solida non est. Adolescens mulier homini adolescenti collocata marem parit insolentius. Seruorum hominum proterua audacia est. TERENT. *Perpulisti me vt homini adolescentulo in alio occupato amore, abhorrenti à re vxoria, filiam darem in seductionem. Idem. Tu ne hic homines adolescentulos imperitos rerum, eductos libere in fraudem illicis sollicitando & pollicendo eorum animos lactas? Idem. Nec te adolescēs mulier defatiget. Idem. Seruum hominē causam orare leges non sinunt: neq; testimonij dictio est.* PLAVTVS. *Homini adolescenti argentum dare: est gladium qui se occideret dare. Idem. Nimio sibi mulier meretrix reperit odium ocyus sua immunditia, quàm in perpetuum vt placeat munditia sua. Idem. Hominis seruo domitos habere oportet oculos & manus orationēque.*

C. GRACCHVS. Quanta libido, quantáque intemperantia sit hominum adolescentium, vnum exemplum vobis ostendam. His annis paucis ex Asia missus est, qui per id tempus magistratum non cœperat, homo adolescens pro legato. SALLVST. Hiempsal reperitur occultans se in tugurio mulieris ancillæ. Idem. Is incessit mos, vt homines adolescentuli sua atque aliena consumere, nihil libidini atque aliis rogantibus denegare p lchertimum putent: eam virtutem & magnitudinem animi: pudorem atque modestiam pro socordia æstiment. M. CIC. 2. de Orat. 193. Quid potest esse tam fictum, quàm scena, quàm fabulæ? Tamen in hoc genere sæpe vidi, quum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur. Idem 1. de Orat. 14. Posteaquam imperio omnium gentium constituto diuturnitas pacis otium confirmauit, nemo fere laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum putauit.

Hoc dicendi genere modestè si vtare, equidem non reprehendam.

Quod composita vocabula diuidantur, inque medio aliquid ponatur, aut partium ordo mutetur. Cap. XXXIIII.

ANimum si aduertes, quum autores bonos excuties, ab eorum dicendi genere abhorrens hoc puto non inuenies. Vocabulum ex duobus integris aut fere integris compositum, vt diuidere, inq; medio aliquid interponere, aut partium ordinem ita mutare solent: vt quæ prior erat posterior sit. Quum præpositio compositionis pars est, tum poetæ quàm oratores diuidunt sæpius: vt, Viri boni amicitia magno me opere delectat. Lucri hodie nihil omnino feci. Tu mihi dubio procul amicus es.

LVCRET. *Nam dubio procul his rebus sua cuique voluntas.*

HORAT. *Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.*

Idem. Quem fors dierum cunque dabit, lucro appone.

VIRGIL *Nascere, præq; diem veniens age Lucifer ortum.*

PLAVTVS. *Rex Seleucus me orauit opere maximo.*

Idem. Sed nae ego stultus, qui rem curo publicam.

TERENT. *Maximo te orabat opere, vt cras redires.*

De peccatis tamen confiteri, quàm peccata confiteri, dictum est vsitatius.

SVETONIVS. Qua re admodum exhilaratus quadragenos aureos comitibus diuisit, iúsque iurandum & cautionem exegit è singulis. Idē. De iuris quoque consultis. quasi scientiæ eorū omnē vsum aboliturus, sæpe iactauit se, mehercule effecturum, ne quid respondere possint præter æquum. QVINT. Neque rogationibus plebisue scitis sancta sunt ista præcepta: sed hoc quicquid est, vtilitas excogitauit. AVL. GEL. Fiet nunc dubio procul quod futurum dixit. Idem. Chilonis quum alia quædam sunt monita vtilia atque prudentia tum id maximæ exploratæ vtilitatis est quòd duas ferocissimas affectiones amoris atque odij intra mo: dum tantum coërcuit. Hac, inquit, fini ames, tanquam forte fortuna osurus. Hac itidem tenus oderis, tanquam forte post amaturus. Idem. In Verri Flacci libro secundo scriptum inuentum est, receptitium seruū dici nequam & nulli precij: qui quum venum esset datus, redhibitus, ob aliquod vitium receptúsque sit. Idem. Pileatos seruos venum solitos ire, quorum nomine venditor nihil præstaret, Cælius Sabinus iurisperitus scriptum reliquit. Idem. De Anneo Seneca partim existimant vt de scriptore minime vtili. Cuius libros attingere nullum precium operæ sit. Idem. Legebatur Panætij philosophi liber de officiis secundus ex tribus illis inclytis libris quos M. Tul. magno cum studio, maximoque opere æmulatus est. Idem. Siquid posset remedij fore, vt ne tam assidue domus Romæ arderent, venum hercle dedissem res rusticas, & vrbicas emissem. Idem Nósque de more, quem in locum cunque iret secuti sumus. Idem. Iúsque iurandum à Qu. Mutio pont. Max. conceptum dicitur, quo in arrogādo iuraretur. Idem. Quam rem procul, inquit, dubio dixisset. Idem. Re in posterum diem prolata legatos ad Demosthenem venisse, magnóque opere orasse vti contra ne diceret: eum pecuniam petiuisse, & quantum petiuerat abstulisse. Idem. Tyro animum non aduertit non esse in omnibus rebus cauendis causam eandem. C. CASSIVS. Nunc te cohortatione non puto indigere, vt nos absentes, remq; publicam, quantum opus est defendas. VALER. MAX. Nihilominus manus cum hoste, sed non tam feliciter quàm temere conseruit. Procul enim dubio superabatur. Idem. Thrasybulus insignem restitutione libertatis victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebis enim scitum interposuit, nequa præteritarum rerum mentio fieret. M. VARRO. Quid inter hos Iones interfuit, & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere, & horum temporum diuitias, & illorum paupertates. Ibi licet nihil interponat, certe tamen diuidit.

Paupertates noue dixit.

SAL. Non sunt composita mea verba. Parui id facio. Ipsa se virtus satis ostendit. M. CICERO. 13. Fam. ep. 34. Magnoque opere à te pero cures vt is intelligat meam commendationem maximo sibi apud te & adiumento & ornamento fuisse. Idem. 9. Famil. ep. 14. Sperabam lepidum temporibus admonitum, tecum & Reipublicæ satis esse facturum. Idem. 2. Offic. 29. Rem verò publicam penitus amisimus. Idem. 3. de Orat. 56. Quorum princeps Socrates fuit, is qui omnium eruditorū testimonio, totiúsque iudicio Græciæ quum prudentia, & acumine, & venustate & subtilitate, tum verò eloquentia varietate copia quam se cunque in partem dedisset, omnium fuit facilè princeps. Idem. 2. de Or. 97. In hoc ex re familiari mea, & in illo ex eo quod dico, quantulum id cunque est, quid faciam iudicari potest.

Antequam & Priusquam diuidi, inque medio aliquid interponi. Cap. XXXV.

PRius de his nostris præceptionibus sententiam ne dixeris tuam, quàm à facundis oratoribus obseruari respexeris agnouerit, in quibus esse hanc volumus. Antequam & priusquam eleganter diuidimus, inq; medio aliquid interponendum censemus: vt, Prius naturæ sustuleram, quàm ratione vlla amicitiæ nostræ officium. Non ē meum prius obtuisear, quàm quæ apud me collocasti beneficia. Nullas ex meis ante receperum es literas, quàm nuntius rediero.

TERENT. *Omnia prius experiri verbis quàm armis sapientem decet.*

PLINIVS. Coturnices etiam ante veniunt, quàm grues. VALERIVS MAXIMVS. Postquam insidiis opportunum tempus animaduertit Zeno: aurem eius morsu corripuit: nec ante dimisit quàm & ipse vita, & ille corporis parte priuaretur. Idem. Attilius quum decimæ legionis miles pro Cæsaris partibus maritima pugna præliaretur: abscissa dextra quam Massilienium naui iniecerat: læua puppim apprehendit: nec ante dimicare destitit, quàm captam profundo mergeret. Idem. Spartanæ ciuitatis exercitus non ante ad dimicandum descendere solebant, quàm tibiæ concentu & Anapæsti pedis modulo cohortationis calorem animo traxissent. Idem. Persarum admodum probabile institutum fuit, quòd liberos suos non prius aspiciebāt, quàm septimum implessent annum: quo paruulorum amissionem æquiore animo sustinerent. Idem. Pindarus quum in gymnasio super gremium pueri, quo vnicè delectabatur, capite posito quieti se dedisset: non prius descessisse cognitus est, quàm gymnasiarcha claudere eum iam locum volente nequicquam excitaretur. Idem. Statuam auream nec in vrbe nec in vlla parte Italiæ quisquā prius aspexit, quàm à M. Attilio Glabrione equestris patri poneretur in æde Pietatis. Idem de Alexandro Cassandri pestiferam sibi dextra somnio prius cognouit, quàm exitu sensit. TVL. TYRO. Beneficia promissa oppetiti oportet: neque ante remunerari, quàm facta sint. SAL Tu tantum alios prægressus es: vt prius defessi sint homines laudando facta tua, quàm tu laude digna faciēdo. Idem. Præter cæteros mortales illa res clarior est, quòd & prius defessi sint homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciundo quæ gloria digna essent. M. CIC. 1. Tusc. 110. Ante Salaminam ipsam Neptunus obruet, quàm Salaminij trophæi memoria. Priusque Bœotia Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria. Idem. Volo enim prius habeat orator rem de qua dicat dignam auribus eruditis, quàm cogiter quibus verbis quicquam dicat, aut quo modo. Idem. 2. de Or. 109. Et in sensum & in mentem iudicis intrare non potest. Ante enim præterlabitur, quàm percepta sit. Idem. ibid. 154. Quidam Numam Pompilium regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt: qui annis permultis ante fuit quàm ipse Pythagoras, quo etiam maior vir habendus est, quum illam sapientiam constituendæ ciuitatis duobus prope seculis ante cognouit, quàm etiam Græci natam esse senserunt.

In illo Quintiliani non obseruatur hæc præceptio. Dociliora sunt ingenia priusquam obdurucrunt.

Inter adiectiui vocem ad genus neutrum traductam, & substantiuum in patrio casu ab eodem rectum, aliquid eleganter interserendum. Cap. XXXVI.

TAntum habet elegantiæ hoc dicendi genus: vt indictum id præterire non queamus. Quum adiectiuum ad genus neutrum traductum est, regitq; in casu patrio id quod eius substantiuum erat, aut patrius ii casus ab aduerbio parum, multum, satis, aut hoc genus alio regitur: inter genitiuum eum, regentemq; vocem aliquid non inelegãter interponitur: vt, Tantum apud me ponderis nostra habet amicitia: vt nihil sit quod eius causa libenter non suscipiam. Nihil ad me literarum adhuc dedisti. Quid mihi sit consilij vide.

Senet prisce dictum: à quo senesco, vt à calendo calesco.

ACTIVS. *Nuncio recreperatua quid capiæ consilij vide.*

LVCRET. *Tantum religio potuit suadere malorum.*

TERENT. *Reuiso quid agant, aut quid captent consilij.*

Idem. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.

Idem. Hanc tibi dono do: neque repeto pro illa quicquam abs te precij.

Idem. Opperiar, vt sciam nunc, quidnam hæc turba tristitiæ afferat.

Idem. Nescio quid profectò mihi animus præsagit mali.

Idem. Nihil est preci loci relictum.

Idem. Paululum da mihi operæ.

Idem. Quid das consilij?

Idem. Quidnam hoc rei est?

QVINT. Facientibus iter, multum detrahunt fatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. Idem. Equidem vel mediocrem orationem commendatam viribus actionis affirmauerim plus habituram esse momenti, quàm optimam eadem illa destitutam. M. CATO. Serui iniurias nimis ægre ferunt. Quid illos bono genere natos, magna virtute præditos opinamini animi habuisse, atque habituros dum viuent? M. CICE. Est omnino patriæ charitas meo quidem iudicio maxima: sed amor voluntatisque coniunctio plus habet suauitatis. Idem. de Senec. Quod cuique temporis ad viuendum datur, eo debet contentus esse. Idem. 1. de Orator. Quantum mihi vel fraus inimicorum, vel causæ amicorum, vel Respub. tribuet otij, ad scribendum potissimum conferam. Idem. 2. de Orato. 151. Plus enim te operæ Græcis dedisse rebus video, quàm putaremus. Idem. Erat facilè sequẽtem eam rationem, quæ maximè probatur de bonis & malis, negare vnquam lætitia affici posse insipientem, quòd nihil vnquam haberet boni. Idem. 1. Tusc. 84. Callimachi quidẽ epigramma in Ambraciotam Cleombrotum est, quem ait, quum nihil ei accidisset aduersi, è muro se in mare abiecisse lecto Platonis libro.

Vbi nihil interponitur, quod rarum est, exempla sunt.

LIV. ANDR. Mea puera quod verbi ex tuo ore profugit? *Puera prisce dicit.*

TERENT. *O fortunate nescis quid mali præterieris qui nunquam es ingressus mare.*

Genitiuus in hoc dicendi genere regenti vocabulo non sæpe præponitur.

Non scio dicendum non esse, sed haud scio, aut nescio. Caput XXXVII.

HAud scio an viris non indoctis illud cognitum sit: qui M. Tullij librum de oratore non euoluerint. Non scire, inquit, quiddam barbarum nimirum habere videtur: nescire dulcius. His verbis planè docet non scire dicendum non esse, sed nescire quemadmodum malle & nolle pro magis velle & non velle semper ferè dicuntur. Illud præter hæc dicimus, nescire ad animum, non, vt vulgus dicit, ad corpus referri debere. Vulgo enim dici solet. Omus ferre nescirem. Quia mihi dolent manus ad te scribere nescirem. Non quirem autem aut non possem, ibi dicendum esse, quis doctus vel mediocriter si attendat animũ, non videt? Ad hoc in ipsa verbi positione (alibi enim rarum est) haud scio pro nescio à Cicerone dici solet non inuenuste: vt, Haud scio an amiciorem tibi quenquam inuenias. Haud scio an breui ad nos venturus es. Haud scio an meæ tibi reddita literæ sunt.

A. GEL. Haud scio an pattim eorum fuerint, qui non nostræ contumeliæ causa id voluerunt euenire. M. CIC. Quòd me amas, quòd id etiam prídẽ & constanter facis, est id quidem magnum, atque haud scio an maximum, sed tibi cõmune cũ multis. Idem. 3. Off. 6. Quod quum omnibus est faciendum qui vitã honestam ingredi cogitant, tamen haud scio an nemini potius quàm tibi. Idem. 3. Tus. 16. Soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam. Sed haud scio an recte ea virtus frugalitas appellari possit. 1. Offic. 72. Haud scio an magis etiam hoc faciendum est. Idẽ. 1. Phil. Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an grauissimum Regulum, nolite quæso vituperare. Idem. 2. Tus. 41. Crudele gladiatoriũ spectaculum & inhumanum nonnullis videri solet: & haud scio an ita sit, vt nunc sit. Idem. 1. Off. 34. Haud scio an satis sit eum qui lacessierit, iniuriæ suæ pœnitere, vt & ipse nequid tale posthac cõmittat, & cæteri sint ad iniuriam tardiores. Idem. Atque haud scio an minus vobis hoc sim probaturus. Idem. Atq; haud scio an aliter sentias. Idem. 2. de Or. 18. Omnium autẽ ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud scio an vlla sit maior, quàm illorum qui solent quocunq; in loco, quouisq; inter homines visum est, de rebus aut difficillimis, aut nõ necessariis argutissimè disputare. Idem. Videtis ne quantum munus sit oratoris historia, haud scio an flumine orationis & varietate maximum. Idem. ibid. 72. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neq; cõmunium litterarum & politioris humanitatis experti: in causarum contentionibus magnum est quoddã opus, atq; haud sciam, an de humanis operibus longe maximum. Idem. ibi. 209. Par atq; vna ratio est spei lætitiæ molestiæ: sed haud sciam an acerrimus longe sit omnium motus inuidiæ. *Post haud scio particulam an non verum ponendam esse ex superioribus his exẽplis attende.*

Non quire quã nequire dici elegantius. Ca. XXXVIII.

NOn parum multa sunt quæ scire non quiret eloquentiæ candidatus: nisi præceptionibus quibusdam admonitus esset. *In ijs autem illud est: quum verbum nequire trissyllabum est aut polysyllabum, elegantius diuisum quàm compositum vsurpatur: vt, Absentẽ amicum quantum desiderem, credere non queas. Quæ literarum semel perceptarum dulcedo sit, dicere non queam. Ad te citius venire non quiui.*

ACTIVS. *Quem neque tueri contrà, neque affari queas.*

TERENT. *Nihil tam difficile est, quin quærendo inuestigari queat. Idem. Adeon' ingenio te esse duro atque inexorabili, vt neque misericordia neque precibus molliri queas?*

PLINI. Hæc natura vinis in vetustate est, ne potari per se queant, sine prouinciæ aqua. A. GEL. Facere id non quisse. Idem. Eo contra Milesios loqui non quire. Idẽ. Frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod poscereturr. Idem. Vt absoluerem tamen in animum inducere non quiui. Vt etiam à fortiter pugnantibus retineri non quiuerit. Idem. Stupefactos conuictósque ire inficias non quisse. Idem. Si supra palmæ, inquit, arboris lignum magna pondera imponas, ac tam grauiter vrgeas onerésque, vt magnitudo oneris sustineri non queat: non deorsum palma cedit, nec intra flectitur: sed aduersus pondus, ac sursum nititur recuruatúrq; Idem. Permitte, inquit, Philosophorum amplissime, quoniã respondere nos tibi, quos idiotas vocas, non quimus, recitari ex libro, quid de huiuscemodi magniloquentia vestra senserit dixeritque Epictetus Stoicorum maximus. Apud SALL. MICIPSA. Non exercitus neque thesauri, præsidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio & fide pariuntur. M. CIC. Non queo iam plura scribere. Idem. Ad te verò & ad nostram Tulliolam non queo sine plurimis lacrymis scribere. Idem. 1. Fam. ep. 9. In nauigando obsequi tempestati artis est, etiam si portum tenere non queas. Idem. pro Flac. 10. Eam explicare dicendo non queat. Idem. 2. Tusc. 65. Barbari quidam & immanes ferro decretare acerrimè possunt: ægrotare viriliter nõ queunt. Idem. 2. de Or. Enimuero, inquit Crassus, mirati satis non queo, etiam te hæc Scæuola desiderare, quæ neq; ego teneo, vti hi qui docent, neque sunt eius generis, vt si optime tenerem, digna essent ista sapientia ac tuis auribus.

Nequire tamen vocabulo composito nonnunquam dicitur.

ACTIVS. *Nam si à me regnum fortuna atque opes*
Eripere quiuit: & virtutem nequiuit.

Dignitatis nomen aut officij nomini proprio anteponi elegantius. Caput XXXIX.

ORator Cicero alijq; ordinis eiusdem, sed in primis Valerius Maximus dignitatis nomen aut officij nomini proprio postponit: sed sæpius multo præponunt, vt, Pontifex maximus Leo. Imperator Carolus. Rex Franciscus. Demophoon mensis regis Alexandri præfectus ad vmbram calefiebat: sole rigebat.

A. GEL. Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cœna. Idem. An regem Alexandrum qui Darij regis vxorem videre noluit. VAL. MAXIM. Oraculo Macedonum rex Philippus admonitus vt à quadrige violentia salutem suam custodiret, toto regno disiungi currus iussit, cumq; locũ qui in Bœotia, Quadriga vocatur, semper vitauit. Idem. Vetusto Macedoniæ moræ regi Alexandro nobilissimi pueri præstò erant sacrificanti. Idem. Quum Asiæ Rex Eumenes amantissimus nostræ vrbis bellum à rege Perse aduersus Po. Rom. comparari Senatui nunciauisset: non ante sciri potuit, quid aut ille locutus esset, aut patres respondissent quàm captum Persen cognitum est. M. CIC. 1. Tus. 83. Hoc quidẽ à Cirenaico Egesia sic copiose disputatur: vt is à rege Ptolemæo prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere: quòd multi his auditis mortẽ sibi consciscerent. Idẽ. 5. Tus. 115. Augurẽ Tyresiam, quẽ sapientem fingunt poëtæ, nunquã inducunt deplorantẽ cæcitatẽ suam. Idẽ. Alexandrum regẽ videmus: qui cum interemisset Clytum familiarem suum, vix à se manus abstinuit: tanta vis fuit pœnitendi. Idẽ. 2. de Or. 176. Vt illud Nasicæ, qui quum ad poëtã Ennium venisset, eiq; ab ostio quærẽti Ennium, ancilla dixisset, domi nõ esse.

Nomi

Nominibus propriis quod additum sit ad laudem aut vituperationem, id esse præponendum. Cap. XL.

QVum aliorum, tum maxime clarissimi oratorum Ciceronis lectio id te doceat, quum quid adiunctum est cum nomine proprio vel ad laudem, vel ad vituperationem, vel ad declarationem alicuius quid hoc genus: licet postpositum nonnunquam sit, præpositum tamen multo sæpius inueniamus: vt, Parentibus clarissimis ortus Eustathius Croysius. Adolescens indoles summa praditus Herbellothus. Amœnis clarique ingenij Carolus Planius.

TERENTIVS. *O fortuna, ô fortis fortuna quantis commoditatibus, quàm subito hero meo Antiphoni ope vestra hunc honorastis diem.*

QVINTILIANVS. An non clarissimus ille præceptor Isocrates: quem non magis libri bene vixisse, quàm discipuli bene docuisse testantur: cum de Ephoro atque Theopompo sic iudicaret: vt alteri frenis, alteri calcaribus opus esse diceret. Idem. Tantus amator secreti Demosthenes, in littore in quod maximo cũ sono, fluctus illideretur, meditans, cõsuescebat concionũ fremitus non expauescere. Idem. Vidi ego longè omnium quos mihi cognoscere contigit, summum oratorem Domitium Afrum valde senẽ quotidie aliquid ex ea quam meruerata, utoritate perdentem: quũ agente illo, quem principem fuisse quondam fori nõ erat dubiũ: alij, quod indignum videbatur, riderent, alij erubescerent. AVL. GELLIVS. M. Varro doctissimum tunc ciuitatis hominem L. Lælium errasse ostendit. Idem. Homo eruditissimus Lælius. VAL. MAXIMVS. Primus omnium poëta Liuius ad fabularum argumenta spectantium oculos & animos transtulit. C. GRACCH. Paulus destitutus est in foro: eóque adductus suæ ciuitatis nobilissimus homo M. Marius. M. CICERO. 5. Tusc. 90. An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non potuerunt? Idem. Quam quidem concertationẽ homo & acutus & diligens Chrysippus non contemnit. Idem. 3. de Leg. 45. Vir magnus ingenio summáque prudentia Lucius Cotta. Idem. 5. Tusc. 55. Cinna collegæ sui consulis Cn. Octauij præcidi caput iussit. Idem. 12. Famil. ep. 22. Nos hic cum homine gladiatore omnium nequissimo collega nostro Antonio bellum gerimus. Idem. 1. Fam. ep. 9. In quo ego spem fefelli, non modò inuidorum, sed etiam inimicorum meorũ: quæ de vno acerrimo & fortissimo viro, meóque iudicio omnium magnitudine animi & constantiæ præstantissimo Q. Metello Lucij filio quondam falsam opinionẽ acceperunt. Idem. 3. de Orat. 42. Quum audio socrum meam Lælium (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conseruant, quòd multorum sermonis expertes ea tenent semper quæ prima didicerunt) sed eam sic audio, vt Plautum mihi aut Neuiũ videar audire. Idem. 1. in Catil. 3. An verò vir amplissimus P. Scipio potest Max. Tyberium Gracchũ mediocriter labefactantem statũ Reipublicæ priuatus intersecit. Idẽ. 1. Off. 78. Mihi quidẽ certe vir abundans bellicis laudibus Cneus Pompeius multis audiẽtibus hoc tribuit. Idem. 1. de Or. 291. Num ne videtis equitem Romanum hominẽ acutissimo omnium ingenio, sed minime cæteris artibus eruditum C. Aculeonem qui mecum viuit, sempérque vixit, ita tenere ius ciuile, vt ei quum ab hoc discesseris, nemo de his qui peritissimi sunt, anteponatur. Idem. A nobis homo audacissimus Catilina in Senatu accusatus obmutuit.

Quod cognomina nominibus propriis præposita multam dicendi gratiam relinquant. Cap. XLI.

NON veteribus tantum sed etiam Politiano, Angelo, aliisq; recentioribus illud visum est elegantius, vt nomini proprio cognomen præponatur. Quod enim generale magis est, id elegantius præponi solet. Id circo nomen proprium quod minus generale est, cognomini non inelegauter postponitur. Vt, Planius Carolus, Messerius Ludouicus, Bolmuillerius Antonius, Politianus Angelus. Caue putes Hermolae, non diem dixerim, sed horam pene vllam præterire, in qua non ego de literis, de prudentia, de consilio, de humanitate, de candore, de studijs denique tuis prope declamitem Test. Medices Laurentius meus, hicitem Mirandulæ Picus, heroes, arbitror, duo non viri.

SVETONIVS. Quos omnes libellos vetuit Augustus publicari, in epistola quam breuem admodum ac simplicem ad Pompeiũ Marcũ, cui ordinandas Bibliothecas delegauerat, misit. QVINT. Celsus Cornelius duos & ipse fecit status generales. Idem. In T. Liuio mirã facundiã vito putat inesse Pollio Asinius quandam patauinitatem. Idem. De Pollione Asinio seriis iocisq; pariter accommodato dictum est, esse eum omnium horarum. Idem. Varro in eo libro quo initia Romanæ vrbis enarrat, Lupum fœminã dicit, Ennium Pictorémque Fabium secutus. AVL. GELLIVS. Archilochum autem Nepos Cornelius tradit Tullio Hostilio Romæ regnante iam tunc fuisse poëmatis clarum & nobilem. Idem. Ad Frontonem Cornelij visendi gratia pergebã. Idẽ. Memini me quõdam & Celsinum Iulianũ Numidã ad Frontonem Cornelij pedes tunc grauiter ægrum ire visere. Idem. Stabant forte vnà in vestibulo palatij fabulantes Fronto Cornelius, & Festus Posthumius, & Apollinaris Sulpitius. Idem. Apollinaris Sulpitius vir in memoria nostra præter alios doctus. Idem. Apollinaris Sulpitius inter cætera in quibus Cesellium reprehendit, hoc quoque eius quasi erratum animaduertit. Idem. Quòd Cesellius Vindex à Sulpitio Apollinari reprehensus est. Quo doceare Apollinarem cognomentum esse. Idem. Legi adeo nuper in Capitonis Attei Collectaneis. Idem. In qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animaduertit. Idem. Sabinus Messurius pedibus ingredi ouantes dicit, sequentibus eos non militibus, sed vniuerso senatu. Idem. Higinius tamen Iulius, qui ius pontificium non videtur ignorasse, in quarto librorum quos de Virgilio fecit, Bidentes appellari scripsit hostias quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. Idem. Labeo Antistius iuris quidem ciuilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de iure publice responsitauit. DEC. BRVTVS. De Pollione Asinio, puto te prospicere quid sit facturus. VAL. MAXIMVS. Aemilius Paulus nunc felicissimi nunc miserrimi patris clarissima repræsentatio. M. CICERO. Phaleræus Demetrius meo iudicio præstitit cæteris.

In prænominibus obseruandum id rarissimum est, nisi in versu.

PACVVIVS. *Hic sunt Pacuuij Marci sita ossa.*

ENNIVS. *Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus.*

Hoc enim prænomen Cicero præponit. In Sexti, inquit, Aelij commẽtarijs scriptũ protulisset. Vulgatior iam error est eorum qui in patrio casu, quique in ablatiuo cum præpositione cognomen collocare soliti erant: qualia fere omnium seniorum cognomina audimus, quàm vt de eis præcipiendum sit.

Quod inter prænomen & nomen, aut inter nomen proprium & cognomen aliquid interponatur. Cap. XLII.

QVanuis auctores alij id sæpe obseruarint, attamen Gellio tam familiare est: vt opera dedita & quasi ex affectatione quadam vsurpare id videatur: vt inter prænomen & nomen in nominibus populi Romani: in alijs inter nomen proprium & cognomen aliquid interponatur. Sed ne vocem, quamuis promiscuè interponas, attende hoc ipsum prænomen aut nomen in orationis fronte fere collocari, ac interponi nonnunquam pronomen: sæpius verbum inquit: sæpissime cõiunctionem subiunctiui ordinis: vt, Hadrianus meus Restbanus. Stephanus autem Guttanus. Stephanus item Fontius.

AVLVS GELLIVS. C. quoque Trebatio eadem concinnitas obrepsit. Nam in libro de religionibus secundo, Sacellum est, inquit, locus paruus deo sacratus cum ara. Idem. Massurius autem Sabinus in vndecimo librorum memorabilium, ciuicam coronam tum dari solitã dicit, quũ is qui ciuem seruauerat, eodem tempore etiam hostem occiderat: neque locum in ea pugna reliquerat. Idem. Cur autem non Quintum quoque Ennium reprehendit? Idem. Sextum quoque Roscium parricidij reum defendisse. Idem. Vt Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est. Idem. Valerium, inquit, Probum audiui hæc dicere. Idem. In Q. quoque Quadrigarij tertio annali verba hæc esse dicit. Idem. Mar. etiam Varro in libris disciplinarum scripsit obseruasse se in versu hexametro, quòd omnimodo quintus semipes verbum finiret. Idem. Massurius autem Sabinus in libro iuris ciuilis tertio antiquiorem locum hospiti tribuit, quàm clienti. M. CICERO. de Claris oratoribus. 59. M. verò Cethegum, quem recte suadam medullam dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus etiam senem? Idem. 4. Tusc. 112. C. autem Drusi domum compleri consultoribus solitam accepimus: quum quorum res esset sua ipsi nõ videbant, secũ adhibebãt ducẽ. Idẽ. 2. Off. 47. L. quidem Crassus, quũ esset admodũ adolescens, non aliunde mutuatus est. Idem. 2. Offi. 43. Tyberius enim Gracchus Publij filius tandiu laudabitur, dum memoria rerũ Romanarum manebit. Idẽ. 3. Offi. 70. Qu. quidẽ Scæuola Pont. Max. summã vim esse dicebat in omnibus his arbitrij in quibus ageretur ex bona fide. Idẽ. Ego quum Athenis decem ipsos dies fuissem, multúmque mecũ C. noster Caninus. Idem. 2. Offi. 58. Ne M. quidem Scio vitio datũ est, quòd in caritate annonæ asse modium populo dedit. Idem. L. quidem Philippus Q. Fabij filius magno vir ingenio in primísque clarus gloriari solebat se sine vllo munere adeptum esse omnia quæ habentur amplissima. Idem. de Clar. Tum Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus, aliíque horum similes extiterunt. Idem. 1. de Ora. 166. Cn. autem Octauius homo consularis non minus longa oratione recusaret, ne aduersarius causa caderet.

Quod nomina propria hominum in numero multitudinis dicantur: quidque habeant significatus. Caput XLIII.

CIcerones, Valerios, Gellios imitari qui contendent, ij non vitabunt ipsum nominum propriorum in numero pluralis: si plures eodem nomine appellatos aut si quos eorum quos dicit, imitatores aut similes dicere voleti vt, In amicitia certa paucos admodum inuenias Lælio ac Scipiones Galliahæc nostra Camillos, Africanos, Alexãdros multos peperit.

Curios Fabritiósque hic ne quæras.

MARTIALIS. *Qui loquitur Curios assertoréque Camillos.*

Nolito frontis credere: nupsit habet.

Apud QVINTILIANVM. Decios, Marios, magnósq; Camillos, Scipiadas duros bello & maximè Cæsar. M. CAELIVS. Curio, qui nihil consilio facit, ratione & insidiis vsus videretur in euitandis eorum consiliis, qui se intenderant aduersarios in eius tribunatũ. Lælios & Antonios, & id genus valentes dico. VAL. MAXI. Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabritij, Marcelli, Fabij. M. CIC. Te quũ video, omnes mihi Gracchos, Lucilios, verè vt dicã, Crassos quoq; & Lælios videre videor. Idem. de oratore perfecto. 232. Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitij mercatoréq; superarunt. Idem. Cæteri senes, Fabritij, Curij, Coruncani, quum rempublicam consilio & autoritate defendebant, nihil agebant? Idem. Paradox. 1. Quid duo propugnacula belli Punici Cn. & P. Scipiones, qui? Chartaginensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt? Idem. 2. de Oratore. 290. Tu Fabritios mihi autores & Africanos, Maximos, Catones, Lepidos protulisti. Idem. 3. de Oratore. 53. Hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones: atque ab hac similitudine Coruncani nostri, Fabritij, Catones, Scipiones fuerunt, non tam fortasse docti, quàm impetu mentis simili & voluntate. Idem. 2. de Orat. 94 Itaque & illi Theopompi, Ephori, Philisti, multique alij natutis differunt, voluntate autem similes sunt. Idem. 2. de Or. 77. Nam egomet in multos iam Phormiones incidi.

Cum nominibus singularis numeri quæ collectiua dicunt, adiectiuum ac verbum numeri pluralis in oratione quoque soluta adiungi posse. Cap. XLIIII.

GRammatistarum multitudo putant huiusmodi orationes, Turba ruũt in me luxuriosa proci. Pars in frustra secant, poëtarum esse tãtum non oratorum. Vt igitur oratoribus nihil minus quàm poetæ familiares esse agnoscas, id scribere nobis consilium fuit. Nomina igitur hæc numeri singularis, quæ collectiua vulgò appellant, etiam in prosa oratione adiectiuis verbisque in numero multitudinis adiungi solere: vt, Amicorum quisque iucundi sunt. Pernicioſa hominum turba è medio tollenda sunt. Caterua studiosis literarum fugiendæ.

PLAVTVS. *Maior pars populi arida reptant fame.*

Idem. Neque nostrum quisquam sensimus quum peperit.

AVL. GELLIVS. Sunt alia quædam nomina quasi peculiarium ventorum, quæ incolæ in suis quisque regionibus fecerunt. Idem. In vestibulo edium Palatinarum omnis ferè ordinum multitudo opperientes salutationem Cesaris constiterant. Idem. Plæraque veterum ætas & hominẽ equo insidentem, & equum qui insideretur, equitem dixerunt. Idem. Multitudo imperitorum praue & perperam nefastos appellant. Idem. Quod quisque familiæ pecuniæque habebant, in medium dabant. Idem. Ad senatum postridie matrum familiàs caterua lacrymantes atque obsecrantes orant. VAL. MAXIMVS de matronis Romanis. Quum viros suos clandestinis insidiis veneno perimerent, vnius ancillæ indicio protractæ, pars capitali iudicio damnatæ, centum septuaginta numerum compleuerunt. C. MEMMIVS. Pars triumphos suos ostentantes perinde quasi ea honori non prædæ habeant. SALL. Vterque graues inimicitias cum illo exercebant. Idem. Sæpe ego quum admoneo, reputans quibus quisque rebus clarissimi viri magnitudinem inuenissent: quæ res populos nationésue magnis autoribus auxissent, ac deinde quibus causis amplissima regna & imperia corruissent, eadem semper bona atque mala reperiebã: omnésque victores diuitias cotempsisse, & victos cupiuisse. Idem. Magna pars vulnerati aut occisi sunt. Idem. Magna pars confecti vulneribus abeunt. Idem. Pars capti, pars in crucem acti, pars bestiis obiecti sunt. M. VARRO. Discumbimus multitudo: minus maturè cœnam committimus.

Ibi commissi re pro incipere dictum est.

M. CATO. Omnis Græcia gloriam atque gratiam præcipuam claritudinis inclytissimæ decorauêre monimentis, signis, statuis, elogiis, historiis, aliisque rebus: gratissimũ id eius factũ habuêre.

Eadem ferè dicendi figura Terentianum illud est.

Aperite aliquis actutum ostium.

Quin adiungi possit adiectiuum aut verbum numeri singularis, non negamus.

PLINIVS. Maior quoque pars hominum terrenis vtitur vasis. Samia etiamnum in esculentis laudantur.

Quod patronymica nomina à poëtis sæpe, rarò ab oratoribus vsurpentur. Caput XLV.

QVoniam nominum quibus proprie appellentur homines multi, infinitus numerus est: ne ea infinitas perturbaret omnia factum est vt cognominibus, vt apud nos, aut etiam prænominibus, vt apud populum Rom. aut cuius quis esset filius dicendo, vt apud Græcos discrimen aliquod poneretur. Sed Græci poetæ nomina patronymica fecerunt, quibus appellati homines, quorum filij essent simul dicerentur. Quæ patronymica Latinis poetis ita vsitata sunt: vt ex eorũ crebra vsurpatione carmini suo acquirant elegantiã. Oratoribus verò historicisque eorum vsus rarus admodum est. Ea tamen ab his vsurpari prorsus ne putes à me negari, exempla pauca (pauca enim sunt) ascribo.

QVINTILIANVS Mihi totum de Tyndaridis fabulosum videtur. M. VARRO. Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum. Quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat. M. CICERO. 1. Tusc. 28. Eadem famæ celebritate Tyndaridæ fratres. Idem. Reliquum à suis Tyndaridis, quos æque laudasset, peteret, si ei videretur.

De librorum déque disciplinarum nominibus adiectiuis, in voce similibus contra vulgi sententiam. Caput XLVI.

A Progymnasmatis nostris grammatica hæc ideo aliena nõ sunt, quoniam oratoria quoque esse putamus. Quum nomen disciplina aut libri simile adiectiuo specie deriuata est, loquentium vulgus in genere fœminino numeri singularis vsurpare solent: vt grammaticam, logicã, physicam, rhetoricam, aliaque hoc genus mille tam pro nomine libri quàm pro disciplina dicunt. Hu qui paulo humaniores sunt aliquanto aliter visum est. Librorum enim nomina dicunt numeri esse pluralis tantum ac generis neutri: nomina verò disciplinarũ generis fœminini ac numeri singularis: vt rhetoricam disciplinam, rhetorica libram dicunt. Hatusmodi autem nomina siue librorum sint, siue disciplinarum, numeri esse pluralis censemus. vt, Rhetoricorum doctus est. Musicus multum expertus est. M Ciceronis Rhetorica publicè enarrant.

TERENTIVS. *Fit periculum in literis, fit in palæstra, in musicis (quæ liberum scire æquum est) adolescentem solertem dabo.*

AVL. GELLIVS. Verba subscripsi Appionis eruditi viri ex Aegyptiacorum libro quinto. Idem. Ne Virgilij quidem poterit autoritate vti: qui in Georgicis ita scripsit. Idem. Istiusmodi, inquit, hominem quum viderat studia quoque & disciplinas philosophiæ contrectare, & physica adire, & meditari dialectica, multáque hoc genus theoremata suspicari scitarique. M. CICERO. 5. Tusc. 63. Musicorum verò perstudiosum accepimus. Idẽ. 1. Tusc. 71. In animi cognitione dubitare nõ possumus: nisi planè in physicis plũbei sumus. Idẽ. ibid. 57. Gradatim respõdens, eo perueniat, quasi Geometrica didicisset. Idem. 1. Offi. 19. In Astrologia C. Sulpitium audiuimus, in Geometria Sex. Pompeium ipsi cognouimus, multos in dialecticis, plures in iure ciuili. Idem. Nam quid faciet in Geometria, qui non didicerit? quid in musicis? aut taceat oportebit: aut ne sanus quidem iudicetur. Idem. 1. de Orat. 187. Omnia ferè quæ sunt concluſa nunc artibus, dispersa & distipata quondam fuerunt: vt in musicis & numeri & voces & modi: in Geometria lineamenta, formæ, interualla, magnitudines: in Astrologia, cœli conuersio, ortus, obitus, motúsque siderum: in Grammaticis, pœtarum pertractatio, historiarũ cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus. Idem. Physica ista ipsa, quæ paulo ante & Mathematica & cæterarum artium propria posuisti, scientiæ sunt eorum qui illa profitentur. Idem. de Oratore perfecto. 119. Ne Physicorum quidem esse ignarum volo.

Græcos quoque hoc dicendi genere vsos inuento.

ARRIANVS. ἴυτως ἀλλαχοῦ καὶ λέγει ἐν τοῖς ἀιγυπτιακοῖς. *id est, Sic Hellanicus dicit in Aegyptiacis.*

Ea causa est, cur aetate hac doctiores hæc Biblia numero multitudinis dicant.

Sed pro disciplinæ nomine in numero singulari dici ne prorsus negemus, verba illa Quintiliani ascribimus.

Timagenes autor est, inquit, omnium in literis studiorum antiquissimam Musicen extitisse. Idem. Lycurgus durissimarum Lacedæmoniis legum autor Musices disciplinam probauit.

Quum verò librorum aut disciplinarum nomina alia sunt: quo in numero quoque in genere ponenda sint: is etiam qui non attendat vix ignorare queat.

In allegandis autorum sententijs post primum alterúmue vocabulũ inquit, aut ait, ponendũ esse. Cap. XLVII.

HOratianum præceptum est à quo persæpe discedere cogimur. Quicquid præcipies inquit, esto breuis. Tam multa enim ex vsu vulgi quotidiano inculcata sunt atque inueterata, vt præceptionis breuitate exemplorúmque paucitate reuelli funditus extirpariue non queant. Eiusmodi illud est. Autores alicuius sententiam semidoctum vulgus allegans, ei præponere solet dicens, vel dicit Qui verò concinniore lingua vtuntur: ij post primum aut secundum aut tertium verbum (rarò enim vltra fit) inquit sæpius, rarò ait dicere solent. Vt amicitiam hominibus nihil minus quam solem necessariam esse Lælius apud Ciceronem testis est. Solem, inquit, è mundo tollere mihi videntur ij qui amicitiam è medio tollunt. Diogenes interroganti quota hora prandẽdum esset. Si diues, inquit, est, quum vult, si pauper, quum potest. Anaxagoras dicenti cuidam, Athenensibus priuatus es. Non ego, inquit, sed me illi priuati sunt.

SVETONIVS de Nerone. Quum de supplicio cuiusdam capite damnati, vt ex more suscriberet admoneretur. Quàm vellẽ, inquit, nescire literas. QVINTILIANVS. Lõgus Sulpitius quũ fœdissimus esset, eum contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Cui respondens

Domitius

Domitius Afer: Tu, inquit, ex animi sentia Longe. Qui malam faciem habet, liber non est. Idem. Sic Atreus apud Varum: Iam fero, inquit, infandissima. Iam facere cogor. AVL. GELLIVS. Remittere, inquit Musonius, animum, quasi amittere est. Idem. Caius, inquit, Cæsar consul, M. Catonem sententiam rogauit. Idem. In conuiuio autem frequenti loqui solum vnum, neque honestum est, inquit, neque commodum. VAL. MAXI. Dionysius tidens amicis, Videtis ne, ait, quàm bona nauigatio ab ipsis diis immortalibus sacrilegis tribuatur? M. CATO. Fures, inquit, priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atq; in purpura. M. CICERO. 9. Fami. ep. 26. Atistippus quidem ille socraticus non erubuit, quum esset obiectum habere eum Laida: Habeò, inquit, non habeor à Laide. Idem. 2. Offi. 75. Vtinam, inquit, C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me seruasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent. Non essem passus diutius eos imperare. Idem. ibid. 88. de Catone. Quum quæreretur, quid maximè in re familiari expediret: respondit bene pascere. Quid secundum? satis bene pascere. Quid tertium: bene vestire. Quid quartum? bene arare. Et quum ille quæsierat, dixisset: quid fœnerari? Tum Cato: Quid hominẽ, inquit, occidere? Idem. de perfecto oratore. 36. Ennio delector, quispiam ait, quòd non discedit à communi more verborum. Pacuuio, inquit, alius. Omnes apud hunc ornati elaboratiq́ue sunt versus. Idem. 2. de Orat. 186. C. Lælius, quando ei quidam malo genere natus diceret, indignum esse suis maioribus: at hercule, inquit, tu tuis dignus. Idem. 4. Tusc. 51. Quomodo igitur Chrysippus fortitudo est, inquit, scientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, summæ legi parens sine timore? Idem. 5. Tusc. 118. Theodorus Lysimacho mortem minitanti: Magnum verò, inquit, effecisti: si cantaridis vim cõsecutus es. Idẽ. ibid. 103. Multam, inquit, operam, amici frustra cõsumpsi. Idẽ. ibid. 105. Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios morte multandos: quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum ita locuti sunt. Nemo de nobis vnus excellat: sed si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit. Idem. ibid. 40. Mihi illud Laconis dictum in hos cadere videtur: qui gloriantì cuidam mercatori quòd multas naues in omnem oram maritimam dimisisset. Non sanè optabilis ista quidem est, inquit, tu dentibus apta fortuna.

Est quando verbum inquit ponatur in fine orationis.

M. CICERO. 5. Tusc. 90. Socrates in pompa quum magna vis auri argentiq́ue ferretur: Quàm multa non desidero, inquit.

Vbi sub ipsum finem ponatur, rarum est quale illud est apud eundem M. Ciceronem. 3. Offi. 84. Multi iniqui atque infideles regno, paucis boni sunt inquit Accius.

Si verò de te loqueris, inquam, non inuisitatè dicas.

AVL. GELLIVS. Ego inquam, longe iam diu in eo ipso quærendo fui. Idem. Tum ego hæc dixi, Cordi, inquam, mihi fuit priusquam ad te iremquærere, explorare quoniam modo veteres nostri particula ista qua de agitur, vsi sint.

In citandis autoribus quando locus dicendus sit, & quando non. Caput XLVIII.

ET Cicero & scriptores alij propè omnes plagij ne postularentur: atque vt scientia vberiore viderentur: vtq; eorum dicta maiorem sibi fidem acquirerent, à citandis autoribus non abstinuere. Tantum enim abest, vt plagiarios putem eos qui autorem citẽt vnde exscripserint, vt cum doctissimo Plinio eos ingenue facere putem. Per quos enim profecerint fatentes animi gratitudinem ostendunt: alienúmque non suum esse ostendunt. Idem quoque authores se excusisse comprobant quo fit, vt doctiores esse credantur. Quod enim ab aliis adiutum ingenium est, multo sit fucendius necesse est. Rei cuius opinio facit vt quod ita scriptum sit, putetur esse verum. Sed quoniam ratione eadem nonnumes citant: quid attendamus esse varietatis nobis dicendum est. Quum scribimus aut dicimus, alios vt eruditamus docemúsque, non autor tantum, sed locus vbi is autor dicat non inepte aduocatur. licet autoris nomen tantum aduocari possit. Quum verò aliud quid facimus, omisso loco autorem tantum nominamus. In epistolis inquit orationibus hoc genere: in libris præceptionum vel disputationũ illo vtimur frequẽtius M. Cicero in Tusculanis disputationibus aliquantum sæpe. Quintilianus in institutionibus oratoriis sæpius. Aulus Gellius in Atticis noctibus locum nominat sæpissime. Sed quum Gellicana exempla adeo multa sunt, vt sine eo vllum vix tractatum inueniás ideo eius exempla ascribere nobis consilium non est.

QVINTILIANVS. Lumina non inter vmbram, quemadmodum Cicero dicit, sed planè in tenebris clariora sunt. Idem. In Bruto M. Tullius tot millibus versuum de Romanis tantum oratoribus loquatur: & tamen de omnibus ætatis suæ quibuscum viuebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silentium egerit. Idem. Vsus Horatij consilio, qui in arte Poëtica suadet, ne præcipitetur editio, nonúmque præmatur in annum. Idem. Socrates apud Platonem in Phædro palam non in iudiciis modò & concionibus, sed in rebus etiam priuatis ac domesticis rethoricen esse demonstrat. SALLVSTIVS. Res docuit id verum esse quod in carminibus Appius ait Fabrum esse quenq; fortunæ suæ. M. CICERO. 5. Tusc. 5. Animus æger, vt ait Ennius, semper errat, neq; pati, neque perpeti potest: cupere nunquam desinit. Idem. 2. Offi. 30. De amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. Idem. De hoc genere toto in his libris quos de Repub. scripsi, diligenter est disputatum. Idẽ. 9. Famil. ep. 22. Piso ille frugi in annalibus suis quæritur adolescentes peni deditos esse. Idem. 3. Tusc. 63. In animi doloribus alij solitudines captant, vt ait Homerus de Bellerophonte.

Qui miser in campis mœrens errabat aleis
Ipse suũ cor edens, hominum vestigia vitãs.
Aleus id est, erraticis.

Idem. 1. Offi. 63. Præclarum igitur Platonis illud: Nõ solum, inquit, scientia quæ est remota à iustitia, calliditas potius quàm sapientia est appellanda. Idem. Nunc hic dies aliam vitam defert, alios mores postulat, vt ait Terentius. Idem. 3. Offi. 108. Scitè enim Euripides, Iuraui lingua: mẽtem iniuratam gero. Idem. 2. Offi. 41. Mihi quidem non apud Medos solum, vt ait Herodotus, sed etiã apud maiores nostros fruendæ iustitiæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Idem. 3. Offi. 40. Propter æquabilem prædæ portionem Bargulus Illyricus latro, de quo est apud Theopõpum, magnas opes habuit. Idem. 2. de Orat. 222. Dicere aiunt Ennium flammam à sapiente facilius ore inardenti opprimi, quàm bona dicta teneat. Idem. 4. Tusc. 3. Grauissimus autor in originibus dixit Cato morem apud maiores hunc epularum fuisse, vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. Idem. 5. Tusc. 100. Est præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos.

Libri nomen si dicitur quoto sit aut libro, aut capite, ne dicatur nisi decendo in statuendóque.

In citandis autoribus obseruandum quid sit. Cap. XLIX.

NE Momo quidem de quo apud Lucianũ est præceptio hæc, opinor, displiceat. Quum quis auctor personam aliquam in opere suo loquentem inducit: si quid quod persona illa dicat: citare vis, personam auctore memorato cites. quod citandi genus vsitatius est. Quod idem obseruandum est quum historia fabulúe tibi alleganda est. Vt Lælius ille Ciceronianus amicitiam cæteris humanis rebus anteponendam censet: citatum puta melius quàm si dicatur, Amicitiam cæteris humanis rebus anteponendam censet Cicero. In hostedolum Chorebus apud Virgilium requirì negat. Phaedrinus ille Gellianus adolescentem prisce nimis loquutem obiurgat. PROPERT. *Thais pretiosa Menãdri.*

PLIN. *Iunior. Loquenti tibi illa Homerici senis mella profluere, & quæ scribis complere apes floribus & innectere videntur.*

QVINTILIANVS. Sit præceptor tam eloquentia quàm moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere & facere doceat. AVL. GELL. Ennianum Neoptolemum probabamus: qui profectò ait, Philosophandum est paucis: nam omnino haud placet. M. CICERO. 2. Tusc. 1. Idem Neptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis, nam omnino haud placère. Idem. 3. de Orat. 155. Miror cur philosophiæ sicut Zethus ille Pacuuianus prope bellum indixeris. & 156. Minime, inquit, Antonius: ac sic decreui philosophari potius, vt Neptolemus apud Ennium paucis: nam omnino haud placet. Idem. 1. Offi. 30. Terentianus ille Chremes humani nihil à se alienum putat. Idem. 3. Tusc. 71. Quum Oileus ille apud Sophoclem Telamonem ante de Aiacis morte consolatus esset: is quum audiisset de suo filio fractus est. Idem. ibid. 63. Sunt alij quos in luctu cum ipsa solitudine loqui sæpe delectat: vt illa apud Ennium nutrix. Cupido cepit miseram nunc me proloqui cœlo atque terræ. Idem. ibidem. 62. Hinc ille Agamemnon Homericus & idẽ Actianus scindens dolore itentidem intonsam comam, in quo facetum illud Bionis, perinde ftultissimum regem in lucta capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. Idem. 15. Famil. ep. 6. Lætus sum laudari me, inquit Hector, opinor, apud Næuium abs te pater laudato viro. Idem. 5. Famil. ep. 12. Placet enim Hector ille mihi Næuianus: qui non tantum laudari se gaudebat: sed addit etiam à laudato viro. Idem. 7. Famil. ep. 33. Si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus quòd hæc pennigero non armigero in copore tela exerceantur: vt ait Philoctetes apud Actium abiecta gloria. Idem. 5. Famil. ep. 12. A qua te affici non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophontium illum à voluptate.

Si quem autorem ab autore alio citatũ citare vis, nec citatum autorẽ legeris: is à quo citatus est tibi memorandus est. Id quod Ciceroniano illo exemplo doceri possis. 1. Offi. 118. Herculẽ Prodicus dixit, vt est apud Xenophontem, exisse in solitudinem. *Id enim in Xenophonte ex Prodico citari tantum Cicero legerat.*

Plenum genitiuo elegantius quàm ablatiuo adiungi. Caput L.

PLene profectò elegantiarum sunt illæ veterum memoriæ: in queis nomen plenum cum genitiuo sæpius multo quàm cum ablatiuo coniunctum inuenire est. Quamuis dixisse veteres sæpius plenum vino non vini, Quintilianus dicat: Plenus vini, plenus eruditionis plenus perfidiæ.

VIRGIL.

VIRGILIVS. *Quæ regio in terris nostris non plena laborum?*
OVIDIVS. *Res est solicitis plena timoris amor.*
Idem. Omnia solliciti plena timoris erant.
TERENTIVS. *Hac lege tibi meam astringo fidem: quæ vera audivi, taceo & contineo optime. Sin falsum aut vanum aut fictum est, continuò piam est. Plenus rimarum sum, hac & illac perfluo.*
Idem. Præceptorum istorum ille plenus est.
AVLVS GELLIVS. Epigramma Nævij, plenum superbiæ Campanæ. Q. CICERO. Fraudis atque insidiarum & perfidiæ plæna sunt omnia. M. CICERO. Plena vita exemplorum est. Idē. Plena errorum sunt omnia. Idem. Quibus etiam alabaster plenus unguenti putēre videatur. Idem. Stultorum plena sunt omnia. Idē. 1. de Orat. 2. Nam qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus videbatur, in eo maxime molestiarum, & turbulentissimę tempestates exiterunt. vide PLENVS.
Verba item ab antiquo exoletóque verbo quod pleo est, facta, à quo plenum factum putamus, cum genitivo coniungi elegantius nobis persuasum est.
VIRGILIVS. *Impleturque veteris Bacchi pinguisque ferinæ.*
PLAVTVS. *Erroris ambo ego illos & dementiæ complebo.*

*Verba significantia accusare, damnare, absoluere, genitiuum regunt quàm ablatiuum elegantiùs. Caput LI.

Affectionis postulandus non est is qui relicto vulgarium sermone eruditiores imitatur. Eum autem partim imitaberis: si verbis accusationem, damnationem, absolutionem significantibus genitiuum non ablatiuum adiunxeris: vt. Accuso te furti, damnatus est capitis: quod vulgò dicunt, condemnatus est ad mortem, absolutus est homicidij. De homicidio malim, quàm pro homicidio cum vulgo dicas. Nec putem generale nomen in ablatiuo intelligi. PLAVT. *Neque me pertæsum probri falso insimulatam.* TERENT. *Si herum insimulabis auaritiæ, male audies.* SVETON. Arretinum Clementem consularem virum è familiaribus & emissariis suis capitis condemnaturus. Idem. Affuit & cliētibus sicut scutario cuidam, euocato quondam suo qui postulabatur iniuriarum. Idem. Penè discerptus à populo & senatu, capitis damnatus est. PLINIVS Iunior Inauditamque damnauit incesti. AVL. GELLIVS. Idque Brutum solitum dicere, furti damnatum esse qui iumentum aliorsum duxerat, quàm quo vtendum acceperat. Idem. Ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit condemnandus, qui seruo suo vt furtum faceret impetauit. MASSVR. Sabinus Qui alienum tacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur, siue scit cuius sit, siue nescit. Q. MVTIVS Scævola. Quod cui seruandum datum est, si id vsus, est, siue quod vtendum acceperit, ad aliam rem atque acceperat vsus est, furti se obligauit. M. CICERO. Quum de auaritia, quū de intemperantia, quum de maximis vitiis loquitur, ea tanquam capitis accusat. Idem. 1. ad Herennium 18. Teucer intetuenit, vbi occisum fratrem, & inimicum fratris cum gladio cruentato videt, capitis accersit. Idem. 1. in Catil. 4. Meipsum inertiæ nequitiæque condemno. Idem. 14. Famil. epist. 14. Sceleris condemnat genetum suum. *Hoc exemplo docetur error eorum qui in hoc dicendi genere generale nomen in ablatiuo intelligi nescio qua opinione sibi persuaserunt. Condemnare voti, pro eo quod liberare est, itidem dictum est.*
TITINNIVS. Fortasse votum fuisse quo die liber foret: nunc eius voti condemnatus est: immolauit hostiam. TVRPILIVS. Amplius illam apparere condecet: quandoquidem condēnata est.

*Verba pugnare, certare, litigare, aliáque hoc genus, quos casus regant elegantiùs. Caput LII.

Mecum de hac re non contendent ij qui oratorum dicendi genera inspiciunt propius. Verba quæ controuersiam quandam aut odiū gerere significant cuiusmodi sunt litigare, pugnare, bellare, certare, congredi, concurrere, contendere, confligere, aliáque generis eiusdem, cum dativo apud poëtas nonnunquam inueniuntur coniuncta: sed sæpius multo, & apud oratores fere semper ablatiuo, præposita particula cum, adiuncta inuenias: vt. Cum amico litigare nolim. Mecum vis contendere? Cum hoste pugnatum est.
ENNIVS. *Annuit sese mecum decernere ferro.*
PROPERTIVS. *Et Mæoticanix mimo si certet Ibero.*
VIRGILIVS. *Audétque viro concurrere virgo.*
Idem. Impar congressus Achilli.
Idem. Vna cum gente tot annos Bella gero.
M. CICERO. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. Idem. 1. Offi. 38. Cum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor. Cum altero certamen honoris & dignitatis est: cum altero, capitis & famæ. Sic cum Celtiberis, cum Cimbris vt cum inimicis gerebatur, vter esset, nō vter imperaret. Idem. ibid. 84. Quum Cleombrotus inuidiam timens, temere cum Epaminonda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt. Idem. ibid. 81. Temerè autem in acie versari, & manu cum hoste confligere immane quiddam & belluarum simile est. Idem. Cum Atheniensibus dimicandum putabant. Idem. de Sene. 5. Quid est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare. Idem. 1. Offi. 120. Vt fortuna nonnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videatur. *Quod autem Q. Clau. Quadrigarius dixit. Postquam nunciatum est vt pugnatum esset in Gallos, id ciuitas grauiter tulit. Aul. Gellio dicti vsum est mundius subtiliúsq;, quàm ei Gallis aut cōtra Gallos. Nā pinguiora hæc, inquit, obsoletioraq; sunt. Hoc autē dicendi genus imitatus non est Gellius: sed id quod præscripsimus, nisi illa eius verba sunt quæ Verrij esse Flacci videtur. Verbe, inquit, a Gallis Senonibus recuperata L. Attilius in senatu verba fecit Q. Sulpitium tribunū militum ad Alliam aduersus Gallos pugnaturum rem diuinam dimittendi gratia postridie Idus fecisse. Vbi aduersus Gallos, id est, contra Gallos dictum est. Poetarum more Sisenna dixit. Saltus ac velocitati certare, nisi est pro ablatiuo datiuus, aut ablatiuus antiquus.*

*De præpositione de, quando ponatur pro ea quæ est pro. Caput LIII.

De ornatiore quoque dicendi genere cum imperitis certare possis: si particulam de, loco eius quæ est pro, non inusitate collocari noueris, post verba ea quæ superiore præceptione diximus: vt, Nulla de re certa contendit amicitia. Cum patre filius de hæreditate litigat. De imperio certatur.
M. CICERO. 1. Offic. 38. Quum verò de imperio decertatur, bellóque quæritur gloria: omnino subesse tamen causas oportet easdem: quas dixi paulò antè iustas causas esse bellorum. Idem. ibid. Cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio dimicabatur. Idem. ibid. 83. Alij de vita, alij de gloria & beneuolentia ciuium in discrimen vocantur. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quàm ad communia: dimicaréque paratius de honore & gloria, quàm de cæteris cōmodis. Idem. Quandiu imperium pop. Rom. beneficiis tenebatur non iniuriis, bella aut pro sociis, aut de imperio gerebantur. Idem. ibid. 86. Quum enim rex Pyrrhus populo Rom. bellum vltrò intulisset: quumque de imperio certamen esset cum rege generoso. Idem. In quibus certatur de iure ciuili. Idem. 1. de Orat. 240. Quum esset cum eo Tarracinæ de amicula rixatus. Idem. ibid. 76. Quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quàm Hannibali qui tot annos de imperio cum pop. Rom. omnium gentium victore certasset, Græcum hominem qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam demique minimam partem vllius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Idem. Quid si ne paruæ quidam causæ sunt in quibus certatur de iure ciuili? *Sed particulam pro, ne abijci ab hoc genere putes, exempla non desunt.*
SALLVSTIVS. Cum Gallis pro salute non pro gloria certare. M. CICERO. 4. Tusc. 42. Conuenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria. Idem. 1. Offi. 68. Cauenda est etiam gloriæ cupiditas, vt suprà dixi: eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. Idem. ibid. Ea animi elatio quæ cernitur in periculis & laboribus, si iustitia vacat, pugnátque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est. *Certare hanc rem dicere non ausim, pro eo quod est certare de hac re: quod sermonis genus ab antiquis vsurpatum inuenimus.*
ENNIVS. *Ferro non auro vitam cernamus vtrique.*
VVLCAT. Sedigitus. Multos incertos certare hanc rē vidimus.
Est quando particula de, pro ea quæ est pro, aliàs dicatur. M. CIC. 1. Offi. 39. Primo Punico bello Regulus captus à Pœnis, quum de captiuis commutandis Romam missus esset. Idem. ibid. 89. Cauēdum est etiam ne maior pœna quàm culpa sit: & ne iisdem de causis alij plectantur: alij ne appellentur quidem. *Illud quoque Quintiliani ratione eadem dictum videtur. Vxor marito dicit, appellatam se de stupro à priuigno: id est, rogatam pro stupro. Itémque illud M. Tullij 3. Offi. 94. Optauit interitum Hippolyti filij sui: quum is patri suspectus esset de nouerca.*
Et quoniam de particula hac tam multa dicimus, illud fidicatur fastidiosum puto non sit. Post verbum queri particulam de, non super, dici, quamuis hæ duæ in eadem significatione aliàs dicantur: vt, De diuturno nimis tuo silentio queror. De iniuria grauiter questus est.
QVINTILIANVS. Quum Proculeius quereretur de filio quòd is mortem suam expectaret. SALLVST. Cethegus semper querebatur de ignauia sociorum. M. CICERO. De aliorum iniuriis querar?

*Verba esse nonnulla, quorum aliis vulgus detrahit præpositionem, aliis adimgit, contrà ac doctiores faciant, deque particula ex, pro ab, posita. Cap. LIIII.

Ex nobis vt ne quæras cur hæc scribamus, quum hominibus paulò humanioribus satis cognitum sit: in eo vulgus aberrare solitum respondeo. Iuuentus autem latini sermonis studiosa, quæ in scholis præcipuè exercitationis gratia, latinè dicere cogitur: vulgari sermoni assuescens, plura quæ dedisscenda sint discit, quam quæ retinenda. Quocirca domestici sermonis Gallicique ratio in huiusmodi scholis mihi potè rsit, quam ista barbaries aut impuri assuefacho: quæ nonnunquam altius insixa, etiam si conetis repgi non potest. Ex eo vulgari sermone vt omittam illa, im-

med. ate.

mediate, vltimate, modernum, aliáque innumera vocabula nihil magis quàm Gothica fugienda, hæc etiam esse non ignoramus. Ludo ad aleã, poto in vitro, quæro, peto, emo tibi. Hæc autem purè magis ad hunc modum vsurpabis. Alea ludo, ludo pila, nõ cum vulgo ad palmam Hoc genus exercitationis Græco nomine σφαιριμαχία, id est, pilæ certamẽ appellatur. Vitreo poto. Vitreum enim subintelligendo vas (vt aurum, & philippeum subintelligendo numũm dicimus) ideo magis placet dici, quàm quod dici solet vitrum. Vitrum enim materia est: vitreum quod ea materia conflatum est. Quæro, peto, emo à te. Nam quæro, peto, emo, tibi si dicis, id significas quæro, peto, emo, pro te.

ACTIVS. *Tu quod quæro abs te enoda, & qui sis explica.*

PLAVTVS. *Pateram, qui ille potare solitus est in cistella pertulit.*

Idem. Credo non credet pater. si illam matri me emisse dicam.

Idem Qui omnes Tarentinas erat mercatus de patre.

TERENTIVS. *Forte fortuna domi erat quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidis.*

SVETONIVS de Augusto. Bello Sicilienſi epigramma vulgatum est. Postquam bis classe victus naues perdidit, Aliquando vt vincat, ludit assiduè alea. Idem de eodẽ. Animi laxãdi causa, modò piscabatur hamo, modò talis aut oscillatis, nucibúsque ludebat cum pueris minutis: quos facie & garrulitate amabiles vndique cõquirebat. Idẽ de C. Cæsare. Ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliam: cui & proxima suo consulatu sexagies sestertiũm margaritam mercatus est: *id est, pro qua.* AVL. GELLIVS. Saturnalibus, Athenis alea quadam festiua & honesta lusitabamus. M. VARRO. Quum emisti fundum Tusculanum à M. Pisone, in leporario apri fuêre. M. CICERO. C. Trebatius familiaris meus ad me scripsit te ex se quæsiuisse, quibus in locis essem. Idem. Multa ex eo sæpe quæsiui. Idem. 5. Fami. ep. 6. Ego tua gratulatione commotus, quòd ad me pridem scripseras velle te bene venire, quòd de Crasso domum emisses: emi eam ipsam domum millibus numũm triginta quinque. Idem. de Pythagora. 5. Tusc. 8. Phliuntem ferunt venisse, eúmque cum Leõte principe Phliasiorum doctè & copiosè disseruisse quædam. Cuius ingeniũ & eloquentiã quũ admiratus esset Leon, quæsiuisse ex eo qua maximè arte confideret. At illum artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum. Idem. 1. Offi. 150. Sordidi etiam putantur, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Idem. 5. Tusc. 97. Socratem ferunt, quum vsque ad vesperum cõtentius ambularet, quæsitúmque esset ex eo, quare id faceret respondisse, se quo melius cœnaret obsonare ambulando famem. Idem. 1. de Orat. 73. Qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ: sed ipse motus indicat didicerintne palæstram, an nesciant. Idẽ. 2. de Or. 253. Non sæpe magnũ risum mouẽt, magis vt belle & literate dicta laudantur: vt in illũ Ticinum, qui quum studiosè pila luderet, & idem signa facta noctu frangere putaretur: gregalésque, quum in campum non venisset, requirerent, excusauit Vespa Terentius: quòd eum brachium fregisse diceret. *His velim doceare particulã ex pro ea quæ est à vel ab poni non insolenter post verbum quærere, emere, mercari: quemadmodum post audire non inusitatè collocari solet.*

PLAVTVS. *Cur istuc mi vir ex te audio?*

M. CICERO 2. de Orat. 13. Quum ad me in Tusculanum, inquit, heri vesperi venisset Cæsar de Tusculano suo, dixit mihi à se Scæuolam hinc euntem esse conuentum, ex quo mira quædam se audisse dicebat. Idem. ibid. Verum, inquit, ex me audies Catule. Idem. ibid. Iam id quidem sæpe, inquit Catulus, ex eo audiui, quum diceret sibi certum esse à iudiciis causisque discedere. Idẽ Ego ex his sæpe audiui quum dicerent pergratum Athenienses & sibi fecisse. *Hic attende dictum non inelegantèr audiui quum dicerent: id est, audiui dicere vel dici.* Idem. Habetis ea quæ voluistis audire ex me, de quibus quidem accuratius dicendum & cogitandum fuit. Idẽ. E quidem sæpe hoc audiui de patre. vide AVDIO.

A scribimus cum vulgo, dicendum non esse emi aut vendidi multum. Magno enim doctiores vsurpant.

OVIDIVS. *Atque emitur magno nil nisi posse loqui.*

VIRGILIVS. *Et magno mercentur Atridæ.*

Sed ad verbum ludere, stylum reuocamus. Ludere imperia quod dixerit Suetonius, id ei mirum non sit qui id legerit quod de verbis neutris scripsimus. Suetonij verba sunt de Claudio Nerone. Priuignum Ruffinum Crispinum Poppæa natum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piscaretur, seruis ipsius demandauit. *Illud mirum videatur magis, quod idem ludere aleam dixerit. Eius de eodem Nerone verba sunt.* Nullam vestem bis induit, quadragenis in punctum sestertiis aleam lusit, piscatus est rete aurato, purpura coccóque funibus nexis.

Quum vox quæpiam est quæ pro significatu eodem genitiuum aliúmque casum regit, quòd cum genitiuo, quàm cum casu alio dicatur elegantius. Caput LV.

HVius nostri instituti alterna hæc præceptio non est. Quum vox quæpiam est quæ casum genitiuum regat, inq; significatu eodem alium regat aut regere posse videatur casum: elegantius regat genitiuum, quàm alium casum: vt, Accepti abs te beneficij oblitus non sum, elegantius dictũ est quàm acceptum abs te beneficium oblitus non sum. Diuitiarum felix qui est, vsu sæpe venit vt literarum infelix sit. Acceptæ iniuriæ memini. Nec accedo ad Nonij Marcelli sententiam quo dicit putat elegantius, memini illam rem, quàm memini illius rei.

Idem memoriæ tradit veteres cum verbo fastidire genitiuũ eõiunxisse.

TITINNIVS. *Dicis tu quæso, quo te auortisti meis fastidis.*

LVCILIVS. *Tristes difficiles sumus, fastidimus bonorum.*

TVRPILIVS. *Vide, nunc fastidit mei.*

PLAVTVS. *Fastidit mei.*

Hos in hoc verbo imitari nec laudo nec vitupero. Sed ad institutionis nostræ exempla accedimus.

LABERIVS. *Dum diutius detinetur, nostri oblitus est.*

HORATIVS. *Mox vbi lusit satis abstineo irarum.*

Idem. Integer vitæ, sceleris que purus.

Idem. Sapientiæ consultus erro nunc retrorsum
Vela dare.

CATVLLVS. *Est enim leporum diserte puer ac facetiarum.*

VIRGILIVS. *Dines opum studiúq; asperrima belli.*

Idem: Quàm dines pecoris nimei, quàm lactis abundans.

PLAVTVS. *Tute si pudoris egeas, sumas mutuum.*

TERENTIVS *Nescio hercle, neque vnde eam, neque quorsum eam, ita prorsum sum oblitus mei.*

Idem. Discrucior animi.

Idẽ. Animi vt incertus foret, pudori ne an amori obsequeretur magis.

Idem. Falsus animi est.

SVETONIVS. Officij duxit quantum in se esset exorare filiæ patrem frequentibus literis. QVINTILIANVS. Si quis tam cæcus animi est, vt de aliis dubitet. Idem. Veteribus etiam dissimulare eloquentiam fuit moris. *Quæ locutio planè obsua est Quintiliani lectoribus.* Idem. Alius imaginem mariti pro ea proferre magni putauit. MACROBIVS. Horum copiam proferre nunc possum, vt tempus noctis iam propinquantis necessariæ discessionis nos admoneret. AVL. GELLIVS. Nunc vtilitatis publicæ commonefacit. M. CAELIVS. Ego quidem vehementer animi pendeo. SALLVSTIVS. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Idem. Ille eos in domum D. Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena consilij, propter Sempronium. Idem. Metellus ignarus hostium, monte digrediens cum exercitũ conspicitur. Idem. Carthago æmula imperij à stirpe interiit. Idẽ. Ager aridus, & frugum vacuus. Idem. Ager frugum fertilis. M. CICERO. Vicinus amborum, in neutro excellens. Idem. 2. de Orat. 154. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum quum erat in hac gente magna Græcia.

Ea autem genitiui gratia est, vt hîc aduerbijs quoque adiungatur.

AVL. GELLIVS. Eam mulierem tunc à Tarquinio digressam postea nusquam loci visam constitit. SALLVSTIVS. Eò miseriarum venturus erat. M. CICERO. Vbinam gentium sumus?

De participio præsentis temporis, quando nomen sit. Caput LVI.

LEctionis multæ qui insolens non sit: id fortasse non ignorat, participium præsentis temporis quum nomen factum sit: idem significare quod nomen verbale, cuius finis or est: ideoque casum genitiuum habere. Tum autem à doctis vsurpari solet, quum verbum supino caret, aut nomẽ in or exiens ab eo factum esset duriusculum. Vt laboris patiens, pecuniæ indigens, vitiorum fugiens. Democritus Athenas quum venit gloriæ contemnens agnosci noluit.

TERENTIVS. *Liberalis est & fugitans litium.*

Idem. Nemo ad te venit, nisi cupiens tui.

SVETONIVS. Laboris impatiens per vrbem pedibus non temere ambulauit Idem. Laboris vltra fidem patiens. Idem. Ab iuuenta minimè ciuilis, animi confidens. QVINTILIANVS. Sũt & alia ingenita cuique adiumenta, vox, latus, patiens laboris, valetudo, constantia, decor. AVL. GELLIVS. Rhetoricus quidam sophista vtriusque linguę callens haud sanè ignobilis. Idem. Lucilius adeo vir apprimè linguæ latinæ sciens equum equitare dicit. Idem. Communiúmque vocum respuens. Idem. Quod ab Ennio ita scriptum relictúmque esse nemo vnus literarum veterum diligens dubitauit. Idem. Quisquis est, inquit, pecuniæ cupiens. Idẽ. Homo Thracius ex vitima barbaria ruris colẽdi insolens. SALL. Quæ tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium. M. CICERO 3. Offi 116. Ab Aristipo Cyrenaici atque Annicerij philosophi nominati omne bonũ in voluptate posuerunt: vitutémq; censuerunt ob eã rẽ esse laudandã, quòd efficiens esset voluptatis.

Ab vno genitiuo genitiuum alium in numero eodem regi rarum esse. Cap. LVII.

LEctionis oratorum diligentia cui fuerit maxima ab ijs id raro dici obseruabit, vt à genitiuo vno genitiuus alius in eodẽ numero regatur: vt quemadmodũ sæpe non sit, vt ratione infinitiui infinitiuus alius veniat eiusdem dicatur. vt, Retinere amicitiã sperare se dicebat. Elegãtius enim dictum sit. Vt retineret amicitiã sperare se dicebat. Raro itaq; dicas Amicitiæ vtilitatis causa id factũ est. Professor scientiæ Grãmatices Metu supplicij mortis factũ est Euitãdi huius dicẽdi generis securus est Val. Max.

Apo-

Apud alios rarius inuenimus. Inuenisse, nos ne dissimulemus, exempla subscribimus.

AVL. GELLIVS. Bubo in columna ædis Iouis sedens conspectus est. SVETO. Expectatio aduentus Iubæ. AVL. GELLIVS. Ordo atque ratio Pythagoræ ac deinceps familiæ successionis eius recipiendi instituendique discipulos huiusmodi fuisse traditur. M. CICERO. Pseusippus sororis Platonis filius. Idem. Quòd Tyberij Gracchi sæpe in concionibus deploraſti, quòd P. Africani necis socius fuisti.

Quemadmodum infinitiui duo in diuersa voce, ita genitiui duo in diuerso numero sæpius inueniuntur.

HORATIVS. *Rhetor comes Heliodorus Græcorum linguæ doctissimus.*

M. VARRO. Honoris virtutum causa Iulij Cæsaris, qui fastus porrexit, mensis Iulius appellatus est. Apud M CICERO. Aesculapij liberorum saucij opplēt porticus: non potest accedi. M. CIC. 7. Fami. ep. 13. Neque alia fuit vlla causa intermissionis literarum. Idem. 1. Offi. Gradus autem plures sunt societatis hominum. Idē. 1. de Or. 242. Nonne arripuisti patrocinium æquitatis, & defensionem testamentorum, ac voluntatis mortuorum?

Quod genitiuus hominum pro humano sæpe dicatur. Cap. LVIII.

HOminum generi, natura ne an mala consuetudine incertum, tributum est, vt etiam in dicendo vsurpent ea quæ magis trita sunt, atque vsitatiora: sed ab eo more declinantes ij qui humaniores sunt, sermone quoque vulgo superiores sunt. Id vt in aliis multis, ita in hoc quoque obseruatum est. Humanum genus, humanam vitam, humanum morē tam sæpe vulgus dicit, vt recte aliter dici posse facile neget. Quamuis autem ego hoc dicendi genus non improbem: vtpote doctis nonnunquam vsurpatum: tamen illud magis me delectat, quia humanioribus est vsurpatius, vt genus, vitam, mores hominum dicam. Hominum genus ad bonorum amicitiam propensum est. Vita hominum otio magis quàm labore decrescit. Miseriam hominum alia ferè comitatur.

NAEVIVS. *Venit in mentem hominum fortunas: id est, fortuna, priscum est.*

TIBVLLVS. *Non opibus mentes hominum curaq; leuantur.*
Nam fortuna sua tempora lege gerit.

PLAVTVS. *Nam in hominum ætate multa eueniunt huiusmodi.*
Capiunt voluptates, capiunt rursum miserias,
Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam.

PLINIVS Iunior. Dicendi facultas apta & exposita statim cernitur. Vita hominum altos recessus, magnásq; latebras habet. AVL. GELL. Hominum vita non tam iniquis, neque tam indomitis necessitatibus circumscripta est, vt idcirco prior iniuriam facere debeas: quam nisi feceris, prior pati possis. VAL. MAXI. Est mos hominum paruula initia pertinaci studio prosequendi. M. CICERO. de Senec. 56. Hominum generi vniuerso cultura agrorum est saluaris. Idem. 3. Offi. 11. Expertes rationis sunt equi, boues, reliquæ pecudes, apes: quarū opera efficitur aliquid ad hominum vsum atque vitam. Idē. Quæ est melior in hominum genere natura, quàm eorum qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitrantur. Idem. 3. Tusc. 69. Theophrastus autem moriens accusasse naturam dicitur, quòd cerui & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interest, hominibus quorum maximè interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorū si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Querebatur igitur se tum quum illa videre cœpisset, extingui. Idem. de Philosophia. Nec mihi charior vlla vnquam res in vita fuit, nec hominum generi maius à diis munus vllum est datum. Idem. 1. de Orat 36. Quis enim tibi hoc concesserit, aut initio genus hominū in montibus ac syluis dissipatum non prudentium consiliis compulsum potius quàm disertorum oratione delinitum, se oppidis mœnibusque sepsisse? Idem. Tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, vt nihil hominum aut auribus aut mentibus iucundius percipi possit. Idem. Quamobrem nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inueniri potest. Idem. 2. Offic. 51. Quid est tā inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad salutem hominum & ad conseruationem daram ad bonorum pestem perniciémque conuertere? Idem. 3. Offi. 34. Negárque vllam pestem maiorem in vitam hominum inuasisse. Idem abid. Qua nulla pernicies maior hominū vitæ potuit afferri. Idē. ibidē. 46. Est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maximè inimica crudelitas. Idem. 2. de Orat. 343. Nam clementia, iustitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus, iucunda est auditu in laudationibus. 344. Omnes enim hæ virtutes non tā ipsis qui eas in se habent, quàm generi hominum fructuosæ putantur. Idem. ibid. 204. Docuit enim longa iam nos vita vsusque rerum maximarum, vt quibus rebus animi hominum mouerentur, teneremus.

Quod res gestæ, quàm gesta dicantur vsitatius. Caput LIX.

PEruulgata illa grammaticorum institutio est, vt quando sermone domestico cum adiectiuo nomen res adiungitur, nomin quod est res, omisso in neutrum genus adiectiuum mutetur. Vt pulchrum id est, res pulchra: bonum id est, res bona: vtile id est, res vtilis. Id quod prope in reliquis venustum est, in nomine gestum vulgare sit ac triuiale. Itaque dicendum putes elegantius: Carolus Magnus rerum gestarum magnitudine clarissimus est, quàm gestorum Rerum ab Alexandro gestarum historia. Rebus gestis immortalem sibi maiores nostri gloriam peperere.

M. CICERO. 1. Offi. 121. Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omníque patrimonio præstantior gloria virtutis, rerúmque gestarum cui dedecori esse, nefas & vitium iudicandū est. Idē. ibid. 90. Philippum quidem Macedonum regem rebus gestis & gloria superatum à filio, facilitate & humanitate video superiorē fuisse. Idem. ibid. 76. Licet eadē de Paufania Lysandróq; dicere: quorum rebus gestis quanquam imperium Lacedæmoniis dilatatum putatur: tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus & disciplinę conferendi sunt. Quis est enim qui si clarorū hominum scientiam rerum gestarum vel vtilitate, vel magnitudine metiri velit, non anteponat oratori imperatorem? Idem. 2. de Orat. 182. Conciliantur autem animi dignitate hominis, rebus gestis, existimatione vitæ: quæ facilius ornari possunt, si modò sunt, quàm fingi si nulla sunt. Idem. abid. 347. Neque tamen illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis præmia, res gestæ iudiciis hominum comprobatæ, in quibus etiam felicitatem ipsam deorū immortaliū iudicio tribui laudationis est. Idē. Petebam à iudicibus, vt illud ætati meæ, vt honoribus, vt rebus gestis, si iusto, si pio dolore me esse affectum viderent, cōcederent. Idem. de oratore perfecto. 119. Cognoscat etiā rerum gestarum & memoriæ veteris ordinem, maximè scilicet nostræ ciuitatis, sed & imperiosorum populorum & rerum illustrium. Idem. ibid. 30. Thucydides autem res gestas & bella narrat & prælia, grauiter sanè & probè: sed nihil ab eo transferri potest ad forensem vsum & publicum. Idem. 2. de Orat. 53. Hanc similitudinē scribendi multi secuti sunt: qui sine vllis ornamentis, monumenta solum temporum, hominum, locorum, gestarúmque rerum reliquerunt. Apud eundem M. ANTONIVS. ibid. 61. Poëtas omnino quasi aliena quadam lingua locutos non conor attingere, cum his me, vt dixi, oblecto, qui res gestas, aut qui orationes scripterunt suas, aut qui ita loquuntur, vt videantur voluisse nobis, qui noa sumus eruditissimi, esse familiares.

Quæ nomina in genitiuo plurali etiam ab oratoribus cōcisa sint eleganter. Caput LX.

SExcentum exemplorum tum ex oratoribus, tum ex poëtis expromptorum testimonijs præceptio hæc firmari posset. Ea autem ad hanc est sententiam. Nomina composita deriuataue eaque præcipuè quæ gentem significant, in carmine non ineleganter in medio concidunturt, vt cœlicolūm pro cœlicolarum francigenūm pro francigenarum, Priamidūm pro Priamidarum. Nomina verò pecuniæ, ponderis, mensuræ ac numeri, ordinis eius cuius sint: quaterni, ducēni, trecēni, & ducenti vel trecenti, aliáque similia in oratione prosa lepide multum concidunturt in casu patrio numeri multitudinis: vt Carolūm, pro Carolorū: solidūm pro solidorum: hæc enim vt latina Gallia nostra accipit, Philipūpem, vel Philippūm, vtrúq; enim dictum inuenio, pro Philippeorū, vel Philipporū, aureum pro aureorum. sestertiūm pro sestertiorum, cadum pro cadorū, medimnū pro medimnorum, denum pro denorum. His adiunge liberum pro liberorum, & in genere neutro duūm pro duorum, differentiæ causa, vt placet Prisciano: & deūm pro deorum.

LVCILIVS. *Hu itidē in cœna dabis ostera millibus numūm empta.*
Idem Millia ducentum frumenti tolles medimnūm.
Vini mille cadūm.
Idem. Maximus si argenti sexcentūm ac mille reliquit.
Idem. Quid verò est centum ac ducentūm posideas millium?

PACVVIVS. *Quem ætate exacta indugum liberum laueraſti, orbaſti, extinxisti.*

ACTIVS. *Reprime parumper, millia, sex numūm in arcam dimisi numariam.*

MARTIALIS. *Ex insulis fundíque tricies solidūm.*

PLAVTVS. *Vi coactus reddidit ducentos, ac mille Philippūm.*

TERENTIVS. *Mille numūm poscit.*
Idem. Si talentum rem reliquisset decem.

SVETONIVS. Ego perdidi viginti millia numūm. Idem. Octingenta numūm millia diurna erogauit. Idem. Ne plebs frumentorum causa frequentius à negotiis auocaretur, ter in annum quaternum mensium tesseras dare destinauit. Idem. Suuersæ deūm aræ. PLINIVS Iunior. Offero tibi ad implendas equestres facultates trecenta millia numū. QVINTILIANVS. Quæritur & vnde quid ortum, an pestilentia, an ira deūm, an intemperie cæli, an corruptis aquis, an noxio terræ halitu. AVLVS GELLIVS. Ea multa fuerat talentum ferè quingentum. Idem. Hoc facit numi nostratis denarium decem millia. Idem. Id quoque rectè & probabiliter dici solitum. Mille denarium in arca est. Idem. Qui in plebe Romana tenuissimi paupertrimiúque erant, nec amplius quàm mille quingentum æris in censum deferebant, Proletarij

letarij appellati sunt. Idem. Memoriæ mandatum est Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse: atque eum tamen tres Philolai Pythagorici libros decem millibus denariûm mercatum. C. PLANCVS: Dedi operam deûm benignitate, vt & celeriter me reciperem, & hic discessus nihil fugæ simile haberet. ASINIVS POLLIO. Bouillium debent esse latitudines, nec minores pedum denûm, nec maiores quindenû. PVB. AFRIC. Qui spondet mille numûm? M. VARRO. Hortensius supra decem millia cadûm hæredi retulit. Idem. Delphos Apollini munera missa, corona aurea pondo ducentûm. SALLVSTIVS. Præsidio quasi duûm millium peditum mõtem occupat. M. CICERO. 6. Phil. 15. Quis vnquam in illo Iano inuentus est: qui L. Antonio mille numûm ferret expensum. Idem. 3. Offic. 92. An emat denatio, quod fit mille numûm. Idem. Pro meo sodali, qui mihi in liberûm loco, more maiorum esse deberet.

In hac eadem sententia Priscianus fuit. Is enim libro septimo ad hanc ferè sententiam scribit: Numûm, inquit, liberûm, sestertium, iugerum, modium, medimnum senûm septenum denum, pro numorum, liberorum, sestertiorum, iugerorum, modiorum, medimnorum senorum, septenorum, denorũ, frequenter etiam oratores per syncopam solent proferre.

M. CICERO. 3. I. V. 7. Ite vnus inuêtus est qui ex cõplexu parentũ abreptos filios ad necẽ duceret, & parentes præciũ pro sepultura proscret liberûm. Idem. Quum asserat sestertiũ vicies quingenta. Idem. Quis enim, qui tueri possit liberûm pueritiam contra improbitatem magistratuum? Idem. 4. in Ver. 122. Et pueri annorũ senum septenûmque & denûm, senatoriũ nomen, vænundata sunt. Idem. 5. in Vet 56. Sed tritici sepries medimnûm tollit. Idẽ. 2. in Ant. 101. Medio tr a millia iugerum dedisti. Idem. ibid. Si doceo iudices eos qui quadraginta millia modiûm lucrifaciunt. Idem. 9. Atti. ep. 8. Præfectum fabrûm. Idem. de perfecto orat. 155. Deûm fidẽ. Idem. 3. Ver. 147. Millibus quadragenis numûm. Idem. 3. ad Heren. 32. Pedûm tricenum.

Frequentius tamen hac vtitur Cicero & cæteri syncopa, in iis nominibus quæ numeros vel mensuras significant. Hæc ille. Mar. quoque Tullius de hac syncopa nõ tacuit. Verba cuius licet multum fadata sint impudẽte scriptorum imperitia: ea tamen, aut eorum certe sententiam, quantum poterimus, integritati restituemus. Atque etiam inquit, de perfecto oratore. 155. à quibusdam serò iam emendatur antiquitas, qui hæc reprehẽdũt. Nam proh deûm atque hominum fidem: deorũ aiunt. Ita, credo, hoc illi nesciebant. An dabat hanc licentiam consuetudo? Itaq; idem poëta qui vsitatius cõtraxerat, Patrem meum factûm pudet, pro meorum factorum: & Texitur exitiûm examen, capit pro exitiorum: non dicit liberûm, vt plerique loquimur, quum cupidos liberûm, aut in liberûm loco dicimus: sed vt isti volũt, Neque tu vnquam in gremiũ liberorum ex te genus. Et idem. Namque Aesculapij liberorum. At ille aliter in Chryse non solum Ciues antiqui amici maiorum meûm, quod erat vsitatum, sed durius etiã. Consilium socij augurium atque exitium interpretes. Iteinque. Pergit postquam prodigiûm horriferum portentum pauor. Quæ non sanè sunt in omnibus neutris vsitata. Nec enim dixerim tam libẽter armum iudicio, etsi est apud eundem. Nihil ne ad te de iudicio armûm accidit, quàm centum uirum, vt censoriæ tabulæ loquuntur. Fabrûm & procûm audio dicere, non fabrorum & procorum. Planeque duorum virorum iudicium, aut triumuirorum capitalium, aut decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam. Atqui dixit Actius. Video sepulcha dua duûm corporũ. Idemque Mulier vna duûm virûm. Quid verum sit intelligo: sed aliàs ita loquor vt concessum est, vt hoc, vel proh deûm dico, vel proh deorum, aliàs vt necesse est, quum triumuirum non triumuirorum, quum sestertiûm & numûm, non sestertiorum & numorum, quòd in his consuetudo varia non est. Hæc ille.

Quibus docet contractionem hanc apud poetas veteres in masculino genere, in neutro vero sepius fieri solitam: docetq; in oratione soluta deum & deorum dici posse: liberûm pro liberorum doctè vsurpari. Itemq; duumuirum, triumuirum, decemuirum, sestertiûm, numûm, altaq; hoc genus omnia magis ex cõsuetudine dici. Tam multa hæc quum aliorum, tum præcipuè M. Tullij Ciceronis exempla asciri sisse me non mirabitur u, qui à M. Fabio Quintiliano nouerit illa non probari, Centu millia numûm, & fidẽ deûm: ne ibi soloecismos duplices esse credat, quia numerus ibi & casus, vt ait, mutetur. Ideóque denariorum idem dixit. Eius verba sunt. Abderites Protagoras, à quo decem millibus denariorum didicisse artem quam edidit, Euathius dicitur.

Verba in temporibus à præterito in vi exeunte factis in medio concidi non inusitatè Cap. LXI.

OBseruasse id multos in dicendi facultate non incelebres attendimus, ne in nomine solo syncopam esse dicamus, vt ea verborum tempora in medio conciderentur, quæ à præterito in vi syllabam exeũte facta essent: vt, Amassem, audieras, redisses. Ideóque Fabius Quintilianus audaciter potius quàm audacter, & emicauit non emicuit, & conire non coire dicentibus: His inquit, permittamus & audiuisse & sciuisse, & tribunale & faciliter dicere. frugalis quoque sit apud eos non frugi. Nam quo alio modo fiat frugalitas? Aliaque huius generis multa. Tandem subscribit. Is adiuuat face & dice, & similia. Recta est hæc via: quis negat? sed alia est & mollior & magis trita. Hũ palam facit Quintilianus audiuisse sciuisse, aliàque hoc genus magis vsurpanda non esse quam tribunale, faciliter, frugale, face, dice. Hæc autem nemo consuetudine (qui eruditioru consensus est, seruiens dicat: illa igitur omittenda sint potius. Marcus quoque Cicero eorum vsum no abnegans, concisis vtendum esses potius cẽset. Eius verba sunt. de perfecto Or. 157. Quid quòd sic loqui nosse iudicasse vetant: nouisse iubent & iudicauisse, quasi verò nesciamus in hoc genere & plenũ verbũ recte dici, & imminutum vsitatè. Itaque vtrunque Terentius? Eho tu cognatũ tuum non noras? Post idem. Stilphonem inquam noueras. Siue plenum est, siue imminuutũ, licet vtare vtroque. Hæc ille. *Imminuto autem vsum eum sæpius fuisse monumenta eius documento sunt. Quorum exempla ex multis pauca subscribo.*

M. CICERO. 2. de Or. 13. Qui quum inter se, vt ipsorum vsus ferebat, amicissimè consalutassent. Idem. Et tanquam in schola prope ad Græcorum consuetudinem disputasse. Idem. 1. de Or. 9. Difficile est numerare quot viri, quanta scientia, quantáque in suis studiis varietate & copia fuerint, qui non vna aliqua in re separatim elaborarint: sed omnia quæcunque possent, vel scientiæ peruestigatione, vel differendi ratione comprehenderint. Idem. ibid. 94. Ego hac eadem opinione adductus scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum, disertos me cognosse nõnullos, eloquentẽ adhuc neminẽ. Idem. ibid. 99. Præsertim quum te vnum ex omnibus ad dicẽdum maxime natum aptúmque cognossem. Idem. Nec enim te ista attigisse arbitrabar, quæ diligentissime cognosse, & vndique collegisse, vsũque doctum partim correxisse video, partim cõprobasse. Idem. 2. de Or. 122. Neminem esse oratorem paulo illustriorem arbitror neque græcum neque latinum, quem ætas nostra tulerit, quem non & sæpe & diligenter audierim. Idem. 1. de Orat. 135. Sed profecto studia nihil prosunt peruenièdi aliquo, nisi illud quod eo quò intẽdas, ferat ducatque cognoris. Idem. ibid. 145. De actione & de memoria quædam breuia, sed magna cum exercitatione præcepta gustaram. Idem. 3 de Orat. 211. Quam quum suauissima & maxima voce legisset, admirantibus omnibus, quanto, inquit, magis admiraremini si audissetis ipsum? Ex quo satis significauit, quantũ esset in actione, qui orationem eandem aliam fore putarit autore mutato. Idem de Themistocle 2. de Ora. 300. Intelligere possemus nihil ex illius animo quod semel esset infusum, vnquã effluere potuisse, quum quidẽ ei fuerit optabilius obliuisci posse potius quod meminisse nollet, quàm quod semel audisset vidisse tue, meminisse. Idem. 1. de Or. 202. Qui denique quẽcunque in animis hominũ motum res & causa postularit, eum dicendo vel excitare possit vel sedare. Idem. ibid. 205. Ea si paulò latius dixeris, expleris omnẽ expectationem diuturni desiderij nostri. Idem. 2. de Or. 97. Me quidẽ inquit, recte mones, idque mihi gratum est, sed ne te quidem Antoni multum scriptitasse arbitror. Idem. 1. de Orat. 174. Ego tibi vllã causam maiorem committendam putẽ? Citius hercule iis qui duorum scalmorum nauiculam in portu euertiẽ, in Euxino põto argonautarum nauem gubernatis. Idem. 2. de Or. 337. Ad consilium autẽ de repub. dandum, caput est nosse rempublicam. Ad dicẽdum verò probabiliter, nosse mores ciuitatis. Idem. ibid. 285. Hoc ve. ò Crasso nihil facetius. Quum læsisset testis Silus Pisonem, quòd se in eum audisse dixisset: potest fieri, inquit, Sile, vt is vnde te audisse dicis, iratus dixerit. Annuit Silus. Potest esse, vt tu non recte intellexeris. Id quoque toto capite annuit, vt se Crasso daret. Potest etiam fieri, inquit, vt omnino quod te audisse dicis, nunquam audieris. Hoc ita præter expectationem accidit, vt testes omneis risus obruerit. Idẽ. ibid. 265. Gallus olim testis in Pisonem, quum innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixisset datam, atque Scaurus tenuitatẽ Magij redargueret: Erras, inquit, Scaure. Ego enim non Magium conseruasse dico, sed tãquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse. Idem. ibi. 111. Ambiguorum autem complura genera sunt, quæ mihi videntur melius nosse qui dialectici appellantur: hi autem nostri ignorare, qui non minus nosse debeant. Idem. 1. de Ora. 178. Defendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si vẽditor sciisset, neque declarasset, præstare deberet. Idem. ibid. 182. Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, séque liberasset, ac postea domum reuenisset, quæsitum est apud maiores nostros, nũ is ad suos redisset, an amisisset hanc ciuitatem.

Est igitur concisio hæc tam mollis auribus támque iucunda: vt oratione eadem (quæ varietate gaudet plurimum) non semel tãtum inuenatur. Verum attendas velim, si vocalem in huiusmodi oratoria concisione non geminari. Audisse enim, redisset, seruisset, scisse, non audisse, redisset, seruisset, scisse dicæ exempla hæc te admoneant.

Cuius & cuias quo dicendi genere vsurpanda sint: quódque pro possessore dominus vsitatè dicatur. Cap. LXII.

TAbernarios plebeiósque sermones illos, pro quo liber est, de qua patria aut natione est, quo fugere possis facilius, hic scribimus nomen cuius, cuia, cuiũ, de possessione, cuias verò de patria aut natione dici. Dices igitur: Cuius liber est? cuia domus? cuium prædium? Domum vẽdidit is cuia non erat, cuias es? cuia tem te esse putem?

VIRGILIVS. Cuium pecus? An Melibœi?

TERENTIVS. *Cedo cuium puerum hic apposuisti.*

Apud Aul. Gellium formula cuiusdam illa verba sunt.

Profitebere in triduo proximo, quidquid inueneris sustulerisue dolo malo: aut domino suo cuium id cēsebis esse, reddes, vti quod recte factum esse voles. A. GELLIVS. Tum prætorem ei, cuia res erat dixisse aduocatum eum non habere. Idem. In ipso enim iam vertitur, cuia est res, non in alio vnde petitur. M. CICERO. 5. Tusc. 108. Socrates quidem quum rogaretur, cuiatem se esse diceret, mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur.

Est, quando genitiuus cuius in eadem significatione vsurpatur. M. CICERO. Nauim petit ille cuius fuerat.

Ad interrogatiuum per cuium, per casum patrium, aut si prouomē formæ posterioris est: per casum eundem in quo cuium positum sit respondendum esse, quia cognitum satis est, prætereo. Ascribo tamen pro possessore dominum à luculentis scriptoribus non raro vsurpari.

AVL. GELLIVS. Condemnatum quoque furti colonum qui fundo, quem conduxerat, vendito, possessione eius dominum interuertisset. Idem. Furem esse hominis iudicatum, qui quum fugitiuus præter oculos domini forte iret, obtentu togæ tanquam se amiciens, ne videretur à domino obstitisset. M. CICERO. 1. Of. 138. Cn. Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quòd præclaram ædificasset in palatio, & plenam dignitatis domum: quæ quum vulgo viseretur suffragata domino nouo homini ad consulatū putabatur. Idē. ibid. 139. Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo. & maximè si aliquā do alio domino solita est frequentari. Idem. ibid: Odiosum est quū à prætereuntibus dicitur, O domus antiqua quàm dispari domino dominaris. Quod quidem his temporibus in multis licet dicere.

Admonitum satis te putem, quo sit modo nomē tuum tuis in libris scriptitandum: ne pertinere spectare, aut alia hoc genus à vulgo prorsus detrita repetas. Cuiatis genere vtroque, & neutro cuiate, quondam fuisse dictum non ignoramus.

ACTIVS. Qui neque cuiatis esset, vnquam potuimus multi rogitantes scire.

Multa hoc genus vocabula sub finem nunc cōcisa, quæ in his primo exibant Priscianus enumerat. Qualia sunt Laurens, Ferentinas, Capenas, Ardeas, Tyburs. ENN. *Quos homines quondam Laurentius terra recepit: id est, Laurens.*

M. CATO. Lucus Capenatis. Idem. Populus communiter Tusculanus, Aricinus, Lanuuinus, Laurens, Coranus, Tyburtis, Pometinus, Ardeatis. Idem. Samnitis dixit pro Samnis.

Hæc autem vocabula sic concisa omnis esse generis eo doceare, quòd Lucilius, vt idem ait, oleum Caßinas pro Caßinate dixit.

Genitiuus cuius aut Quorū, quando præponatur aut postponatur nomini substantiuo à quo regitur.
Cap. LXIII.

ORatores non improbi excutiendi sunt ei qui eleganter dicere contendat, quorum ex lectione illud appareat. Quum genitiuus quorū aut cuius, à nomine substantiuo regitur cui præposita præpositio sit, tum genitiuus præpositionis simul & substantiuo nomini non ineleganter propterea præponitur quòd vulgarium sermone huic genitiuo præpositio præponi solet: vt, Cuius ex amicitia. Quorum in domo. Cuius ab vtilitate.

PLINIVS. Verrius Flaccus autores ponit quibus credat, in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis sacerdotibus euocari deum cuius in tutela id oppidum esset, promittique illi eundē aut ampliorem locum apud Romanos cultumue. VAL. MAX. de Daphida. Apollinem Delphis ritendi causa cōsuluit, an equū inuenire posset: cùm omnino nullum habuisset. Cuius ex oraculo reddita vox est, inuenturum equum, sed vt eo perturbatus periret.

Apud M. Ciceronem tragicus aliquis poëta. 3. Tusc. 39.

Hiccine est Telamon ille modo quem gloria ad cœlum extulit.

Quem spectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant sua?

M. CICERO. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia. Idē. Hæc enim senatusconsulta non ignoro ab amicissimis eius cuius de honore agitur, scribi solere. Idem. 1. de Ora. 103. Eorum erat iste mos, qui tunc sophistæ nominabantur, quorum è numero primus est aulus Leontinus Gorgias in conuentu poscere quæstionem, id est, iubere dicere qua de re quis vellet audire. Idem. 2. de Or. 94. Ecce tibi exortus est Isocrates magister istorum omnium. Cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt: sed eorum partim in pōpa, partim in acie illustres esse voluerūt. Idem. Aspicite nunc eos homines atque intuemini, quorum de facultate quærimus, quid interfit inter oratorum studia atque naturas. Idē. de Orat perfecto. 15. Quod idem de Demosthene intelligi potest, cuius ex epistolis intelligi licet, quàm frequens fuerit Platonis auditor. Idem. ibid. 167. Hoc genere antiqui iam ante Isocratē delectabantur, & maximè Gorgias, cuius in oratione plærunque efficit numerum ipsa concinnitas. Idem. ibid. 9. Vt igitur in formis & in figuris est aliquid perfectum & excellens, cuius ad excogitatam speciem imitando referuntur ea quæ sub oculos ipsa nō cadūt, sic perfectæ eloquētiq; speciē animo videm⁹, effigiē auribus quærim⁹.

Huius etiā præceptionis modestia sit obseruatio. Ea, perfecto perpetua nō est.

M. TVLLIVS. 3. de Or. 136. Quid Pericles? de cuius dicendi copia sic accepimus, vt quum contra voluntatē Atheniēsium loqueretur pro salute patriæ seueriusᵗamen idipsum quod ille cōtra populares homines diceret, populare omnibus & iucundū videretur. cuius in labris veteres comici etiam quum illi male dicerent, quod tum Athenis fieri licebat, lepōrem habitasse dixerunt.

Illud quoque à vulgi sermone remotum inelegans non sit, modo sit parcissimum: vt genitiuus cuius aut quorum, substantiuo nomini cui apposita præpositio non est à quo regatur, postpositus sit: vt, Literæ mihi tuæ redditæ sunt: elegantia quarum non parū multa est. Accesit ad me doctus vir, sermone cuius factius sum doctior. ENN. *multi alij aduentant, paupertas quorum obscurat nomina.* ACT. *Sic multi, Animus quorum atroci iunctus malitia est, Composita dicta ex pectore euoluunt suo. Composita, id est, simulata. Quæ quum componas, dicta factis discrepant.*

Quod vocatiuus post pronomen congruere visus sit.
Caput LXIIII.

NEc illud puto ingratum sit tibi candide lector, quod apud idoneos scriptores non infrequens est. Id autem est. Vocatiuum, qui in orationis fronte insolens est, post pronomen quum aliarum, tum secundæ personæ collocari frequentius: vt, Diu est quum literas tuas Guttane desidero. Ingenium tuum Ianuari, tuámque in studijs diligentiam probo. Facetias ingenij tui Villice exosculor.

PROPERTIVS. *Tellet nulla dies hanc tibi Roma notam.*

TERENTIVS. *Aliud si scirem qui firmare meam apud vos possem fidem, sanctius quàm iusiurandum id polliceor tibi Laches.*

Idem. Vide quàm immeritò ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata.

C. CASSIVS. Sunt tibi M. Tulli liberi propinquique. M. BRVTVS. Nos Antoni te nulla lacessiuimus iniuria. Diuus AVGVST. Aetati tuæ mi Tyberi noli in hac re indulgere. M. CICERO. Nihil enim isti adolescenti, neque à natura, neque à doctrina deesse sentio: eóque magis est tibi Cotta, & tibi Sulpiti vigilādum ac laborandum. Idem. 12. Fā. ep. 29. Te mi Cornifici etiam atque etiam rogo, vt omnia Lamiæ negotia, mea putes esse. Idem. Quam dubitationem auunculus tuus Brute sustulit. Idem. 1. Tusc. 1. Quum defensionum laboribus senatoriisque muneribus aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus: retuli me Brute, te hortante maximè, ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocaui. Idem. Persuade tibi mi Brute me petere præturam. Idem. Quod quidem ego Brute ex tuis literis sentiebam. Idem. 11. Fam. ep. 24. Cupio iam vigiliam meam Brute tibi tradere. Idem. Scio vt Flamminiū sollicitari te Attice. Idem. Quod tibi mi Cicero arbitror contigisse. Idem. 1. Offi. 78. Licet enim mihi Marce fili apud te gloriari, ad quem & hæreditas huius gloriæ & factorum imitatio pertinet. Idem. de Sen. 19. Quam palmam vtinā immortales dij tibi Scipio referuēt, vt aui reliquias persequare. Idem. 2. Tusc. 27. Melioribus etiam verbis Matrodorus, Occupaui, inquit, te fortuna atque cepi, omnésque aditus tuos intercluſi, vt ad me aspirare non posses. Idem. Exponam enim vobis Quirites, ex quibus generibus hominum istæ copiæ comparētur. Idem. 2. de Or. 86. Clamare cōtra quàm deceat, & quàm possit, hominis est, vt tu Catule de quodam clamatore dixisti, stultitiæ suæ quàmplurimos testes præconio domestico colligentis. Idem. 1. in Cat. 2. Ad mortē te Catilina duci iussu cōsulis iampridē oportebat.

Pronomen speciei prioris infinitiuo cui præconstruitur postponi. Cap. LXV.

ILlud inuenisse nos apud facundiæ beatioris homines, exempla ea quæ subscribimus abunde multum te doceant. Quum pronomen primitiuum ante se regit infinitiuus, infinitiuo postponi solet. Vt Contemni te putas quòd non rescribam. Mirari se pater ait, ad eum quòd non venias. Vidisse senegat. Scipio Africanus & Antonius Pius dicebant malle se vnum ciuem seruare, quàm mille hostes occidere.

ENNIVS. *Assectarise omnes cupiunt. Ibi assectari passiuè dicitur.*

ACTIVS. *Trophæum ferre me à forti viro pulchrum est.*

Sin autem & vincat, vinci a tali nullum est probrum.

TERENTIVS. *Eunuchū dixti velle te: quia solæ vtuntur his reginæ.*

SVETONIVS. Referri se in palatium passus est. Idem. Sæpe confessus exagitari se materna specie. PLINIVS IVNIOR. Ipsa scripsisse se credidit. QVINTILIANVS. Tyrannus suspicatus à medico suo datum sibi venenum, torsit eum: & quum id dedisse se negaret, accersit alterum medicum: ille datum ei venenum dixit: sed se antidotum daturum: & dedit ei potionem: qua epota tyrannus decessit. Idem Isocrati obiiciunt comici, docere eum quomodo peiorem causam meliorem faciat. Idem. Si aliqua iusta ratione susceperis litem: cuius artis est, malam esse causam confiteri? Nisi forte tam hebes futurus est iudex: vt secundum id pronūciet, quod sciet narrare te noluisse. Idem. Nemo dubitabit, quin si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint (sicut posse interdum conceditur) saluos esse eos magis è repu. sit, quàm puniri. Idē. Qui neque fecisse se negabit, neque aliud esse quod fecerit, dicet, neque factum defendet, necesse est in suo iure consistat. Idem. Cicero dicit scire se mirari quosdam, quòd is qui per tot annos defenderit multos: læserit neminem, ad accusandum Verrem descēderit.

AVL. GEL. Super hoc equo bucephala dignum memoria visum est, quòd

est,quòd vbi ornatus erat armatúsque ad prælium: haud vnquam incendi sese ab alio nisi à rege passus est.Idem. Ea verba significant quæsisse eos, an contra ius contráue morem faciendum pro amico sit. Idem. Dixisset voluisse se aream capitolinam deprimere. VAL. MAX. Patri indicauerunt vidisse se in somnis, nescio à quo deorum spongia corpora sua pertergi. C. ASINIVS POL. Illud vehementer admiror,nõ scripsisse te mihi. SALLVSTIVS. Pompeius à prima adolescentia sermone fatuorum similem fore se credens Alexandro regi,facta consultáque eius quidem æmulatus erat. M. CATO. Quo perspicuum est maiorem curam habere nos marsupij quàm vitæ nostræ. M. CICERO filius 16. Fam.ep. 21. Emisse te prædium vehementer gaudeo: felicitérque tibi rem istam euenire cupio. M. CICERO. Valde iubeo gaudere te,magna res gesta est. Idem. A primo tempore ætatis iuri studere te memini. Idem. de Sen. 50. Honestum illud Solonis est,quod ait versiculo quodam,senescere se multa in dies addiscentem. Idẽ. ibid. 59. Mitari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius à quo essent illa dimensa & descripta. Idem. 3. Tusc. 67. Qui multa sunt sæpe perpessi,facilius ferunt quicquid accidit: obduruisséq; sese contra fortunam arbitrantur. Idem. 2. Tusc. 40. Consuetudinis magna vis est: pernoctãt venatores in niue,in montibus vri se patiuntur. Idem. 4. Tusc. 43. Cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ? qui dolere sese aiebat: siquando opificum antelucana victus esset industria. Idem. 1. Tusc. 99. Tempus est,inquit,iam hinc abire me,vt moriar, vos vt vitam agatis. Vtrum autem sit melius, dij immortales sciunt. Idem. ibid. 104. Durior Diogenes, & id quidẽ sentiens: sed vt cynicus asperius, proiici se iussit inhumatum. Tum amici. Volucribus ne & feris? Minime verò, inquit, sed bacillum prope quo abigam, ponitote. Qui poteris? illi: non enim senties. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? Idem. 5. Tusc. 34. Zeno Cittiæus aduena quidam & ignobilis verbo rum opifex insinuasse se in aliquam philosophiam videtur? Idem. 2. Tusc. 35. O verborum inops interdum, quibus abũdare te semper putas Græcia. Idem. 5. Tusc. 105. Leuiculus sanè noster Demosthenes,qui illo susurro delectari se dicebat,aquam ferẽtis mulierculæ, vt mos in Græcia est, insusurrantiq; alteri. Hic est ille Demosthenes. Idem. 2. de Or. 223. Vides sudare me iamdudum laborantem, quo modo ea tuear quæ mihi tuenda sunt. Idem. Nihil erat quod homines his autoribus non posse consequi se arbitrarentur. Idem. 2. de Or. 174. Illa verò deridenda arrogantia est, in minoribus nauigiis rudem esse se confiteri, quin queremus,aut etiam maiores gubernare didicisse. Idem. 2. de Or. 278. Salsa sunt etiam quæ habent suspicionem ridiculi absconditam, quo in genere est illud Siculi: cui quum familiaris quidam quęrererur: qui diceret vxorem suam suspẽdisse se de ficu. Amabo te, inquit, da mihi de ista arbore quos seram surculos.

Quod pronomen Primitiuum participio & nonnunquam nomini adiectiuo,cuius quasi substantiuum est,postponatur. Cap. LXVI.

INchoatum hoc ne relinquamus,illud quoque nobis dicẽdum fuit. Quũ participium aut nomen substantiuum habet pronomen primitiuum tãquam substantiuum ei non insitatè præponitur. Vt, Amantem me contemnis Visurum me non despero. Audito eo gauisus sum.

TERENTIVS. *Egon? qui aborco mortuum me reducem in lucem feceru sinam sine munere à me abire.*

SVETON. Ex Augusti præscripto imperaturum se professus. Idem. Nõ principẽ se sed ministrum egit. Idem. Nequa ei prouincia viuo se committeret. Idem. de D. Tyberio. Ignotissimum quæsturæ candidatum nobilissimis anteposuit, ob epotam in conuiuio propinante se vini amphoram. PLINIVS Iunior. Confido accessurum te sententiæ meæ. PLINIVS. Defunctos sese multi fictilibus doliis condi maluẽre. QVINTILIANVS. Pythagoras non sapientem se, vt qui ante eum fuerunt, sed studiosum sapientiæ vocari voluit. Idem. Desperantibus de eo cæteris medicis, adhibitus sanaturum se dixit, si is potionem à se datam bibisset. Idem. Nec præceptor bonus maiore se turba,quàm vt sustinere eã possit onerauit. Idem. Optimus quisque præceptor frequẽtia gaudet,ac maiore se theatro dignum putat. VAL. MAX. Dixerunt sic eum finem ratum fore,si Phileni vinos se ibi obrui passi essent. Idem. de Alcibiade. Quo pallio amicæ dormiens opertum se viderat: eodem interfectus & insepultus iacens contectus est. M. CIC. 3. Tusc. 72. Existimant enim diis immortalibus se facilius satisfacturos si eorum plaga percussi afflictos se & stratos esse patiantur. Idem. 1. Tusc. 101. Legiones scribit Cato sæpe alacreis in eum locũ profectas, vnde redituras se non arbitrabantur. Idem. 5. Tusc. 90. Anacharsis epistola fertur his verbis. Anacharsis Hãnoni salutem. Mihi amictui est scythicum tegmen, calciamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames, iacte,caseo,carne vescor. Quare vt ad quietum me licet venias. Munera autem ista quibus es delectatus, vel ciuibus tuis, vel diis immortalibus dona. Idem. Nec dubito quin legente te has literas, confecta iam res futura sit. Idem. 3. Offi. Illud quidem absurdum est quod quidam dicunt,parenti se aut fratri nihil detracturos commodi sui causa. Idem. 2. Of. 43. Si qui simulatione & inani ostentatione,& ficto nõ modò sermone sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse rentur vehementer errant.

De Verbalibus adiectiuis necessitatem quandam significantibus non aspernanda tradito. Cap. LXVII.

SCribendum porrò censuimus de adiectiuis nominibus in dus aut in rus exeuntibus,quæ participijs futuri temporis similia sint. Verbum debeo aut oportet,aut aliud quoduis hoc genus necessitatem quandã significans, si cum infinitiuo passiui verbi sermone vulgari adiungitur: id omittendũ est, proque infinitiuo vsurpanda vox est quæ similis sit participio in dus exeunti cum verbo sum. Sin autem infinitiuum actiui pater fuerit, illud in vocem participio futuri temporis in rus similẽ mutaturus sis. Sed quoniam infinitius passiui quàm actius frequentior vsurpatio est: nomen in dus quàm in rus desinens solet vsitatius. Si verò hoc vocabulum in dum sine substantiuo positum sit, id cum verbo sum impersonalis verbi significatum habere contendimus: vt, Videndum est, audiendum est, quale est à corpi, cœptum est. Hoc autem exemplis clarius sit. Amicitia humanis rebus anteponenda est elegantius dictum est, quàm debet anteponi: vel amicitiam oportet antepoui. Rempublicam curaturus es. Amicus obsequendum est. Diogenes reganti quæ ætate ducenda sit vxor: Iuuenibus, inquit, nondum: senibus nunquam.

QVINT. Virtus, etiamsi quosdam impetus à natura sumit,tamen perficienda doctrina est. Idem. Si animum dicas excolẽdum, similitudine vtaris terræ: quæ neglecta sentes atque dumos,exculta fructus creat. M. CICERO 7. Fam. ep. 3. Discessi ab eo bello,in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus, aut ad Iubam confugiendum, aut capiendus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. Idem. 1. Off. 72. Rempublicam capessentes nec anxij futuri sunt, & cum grauitate constantiáque victuri.

Huius vt rara vsurpatio,sta rara exempla sunt: illius verò abũde multa præceptio proxima suppeditabit. Nonnunquam verbum, debet, infinitiuo adiungi, inuenimus.

PROPERTIVS. *Sed tu non debes inimicæ credere famæ.*

QVINT. Non, inquit, iudicio discipulorum dicere debet magister, sed discipuli magistri. M. CATO. Pignoris capio ob æs militare, quod æs à tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum seorsum fit.

Ne autem gerundia,gerundiua aut participia esse putes: id nobis ascribendum fuit. Huiusmodi necessitatem gerundia aut participia ignorant. Vt cum dicis In curanda republica nomen fama comparatur: id est, in curatione reipub vbi nulla prorsus necessitas est. Si verò respub curanda est, ibi curanda participium est, sensus est huiusmodi, respublica curabitur. In illa item oratione rempub. curaturus es: si curaturus participium est, ita interpretare, rempublicam curabu. Adde quòd quum necessitatem significant, nullius temporis sunt. Ideoque dicimus: Curanda est, curanda erat, curanda fuit, curanda fuerat, curanda erit. Nec in Prisciani sententiã concedo,qui huiusmodi adiectiua in dus, significare id quod nomen dignus cum infinitiuo putat.

Quod adiectiua hæc in dus,necessitatem significantia, datiuum regant non ablatiuum cum præpositione à vel ab,nisi perrarò. Cap. LXVIII.

ILlud nobis propterea præcipiendum est,quia siquando vocabula hæc vsurpant ij qui in literis abunde frequentes non sunt: ablatiuum cum præpositione à vel ab,non datiuum putant addendum. Id contra vsu venire solet iis qui eruditiores sunt: vt, Amici negocium mihi conficiendum est: dictum est vsitatius quàm à me. Ignauia tibi fugienda est. Tibi prouidendum est,ne quam patiare iniuriam.

CATVLLVS. *Soles occidere & redire possunt:*
Nobis quum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.

PROPERTIVS. *Est mala,sed cunctis ista terenda via est.*
Idem. Cui fuit indocti fugienda hæc semita vulgi,
Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.

MARTIALIS. *Desperanda tibi ingentia gloria fati.*

OVIDIVS. *Timeas male dicere pauper,*
Multaque diuitibus non patienda ferat.

PLAVTVS. *Aliud nomen quærendum est mihi.*

TERENT. *Vxor tibi ducenda est.*
Idem. Restat Chremes qui mihi exorandus est.
Idem. Frater est expectandus mihi.

QVINTILIAN. Perisse profectò confitendum est præteritum laborem, cui semper idem laborãdum est. Idem. Eum nemo potest æquare cuius vestigiis sibi quisque insistẽdum putat. Idem. Hac de sponsione vobis iudicandum est. Idem. Gerentibus bella nõ semper exercitus per plana & amœna ducẽdus est: sed adeundi

plærunque aſperi colles. Idem. Si regitur prouidentia mundus: adminiſtranda certe bonis viris erit Reſpublica. Idem. Ante omnia, futurus orator, cui in maxima celebritate & in media reipub. luce viuendum eſt: aſſueſcat iam à tenero non reformidare homines: neque illa ſolitaria, & velut vmbratili vita palleſcere. Idem. Vt medicis non apparentia modò vitia curanda ſunt: ſed etiam inuenienda quæ latent, ſæpe ea ipſis qui ſanandi ſunt, occultátibus, ita aduocatus plurà quàm oſtenduntur aſpiciat. Idem. Bonos homines, bonaſque cauſas tueri non ſit metuendus ingratus. Idem. Meminerimus tamen non per omnia poëtas eſſe oratori ſequendos. Apud SALLVSTIVM Cæſar. Hoc item vobis prouidendum eſt. M. VARRO. Non quærenda eſt penula homini qui habet virtutem. M. CICERO. 1. de Fin. 3. Non paranda nobis ſolum, ſed fruenda etiam ſapientia eſt. Idem. de Senect. 74. Moriendum eſt omnibus. Idem. Hæc epicuro confitenda ſunt. Idem. 3. Tuſc. 59. Vita omnibus metenda vt fruges. Sic iubet neceſſitas. Idem. 1. Tuſc. 10. Tibiipſi pro te erit maxima corona cauſa dicēda. Idem. Erat hoc mihi dolendum. Idem. Præter eos, qui quum ſibi viderent eſſe pereundū, cum omnibus potius quàm ſoli perire voluerunt. Idem. 3. Offi. 44. Quum verò iurato dicenda ſententia eſt, meminerit deum ſe adhibere teſtem: id eſt (vt ego arbitror) mentem ipſam, qua nihil homini dedit ipſe deus diuinius. Idem. 2. de Ora. 186. Medico diligenti priuſquam conetur ægro adhibere medicinam, nō ſolum morbus eius cui mederi volet, ſed etiam conſuetudo valentis & natura corporis cognoſcenda eſt. Idem. 1. Offic. 112. Catoni autem quum incredibilem tribuiſſet natura grauitatem, eámque ipſe perpetua cōſtantia roborauiſſet, ſempérque in propoſito ſuſceptóque conſilio permanſiſſet, moriendum potius quàm tyranni vultus aſpiciendus fuit. Idem. ibid. 113. Nihil autem magis cauendum eſt ſenectuti, quàm ne languori, deſidiæq; ſe dedat.

Vbi verò iungantur ablatiuo, illa exempla ſunt, quæ ſola legere meminimus. Alia eſſe non negamus, ſed certe pauca eſſe affirmamus.

M. CICERO. Qui tandem à Socrate & Platone perfectiſque philoſophis faciendum putes? Idem. Gloria, quæ recte factorum plærunque comes eſt, non ea à bonis viris repudianda. Idem. 12. Fam. ep. 23 Neque enim quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenij moderatè fers, à te non vlciſcenda ſunt, etiam ſi non ſint dolenda.

De gerundiis ſexti caſus, quòd in gerundiua mutentur eleganter. Cap. LXIX.

LEgendis his noſtris præceptionibus, vt id quoque agnoſceres, curauimus Quum vulgari ſermone gerundium caſus ablatiui poſt ſe caſum regens accuſatiuum: id elegantius mutatur in nomen gerundiuum ablatiui caſus: cui ſubſtantiuum accommodetur nomen, id quod caſus erat accuſandi: vtrunque eiuſdem ſit numeri, cuius erat hic accuſatiuus. In vtroque numero id fit, ſed maiorem neſcio quo modo habet gratiam in plurali: vt, Euoluendis autoribus fit vt euadas doctior. Mittendis literis amicitia creſcit amplior Legendis tuis literis delectatus ſum maximè

QVINTILIANVS. Ipſe eos nondū opinabar ſatis maturuiſſe, quibus componendis, vt ſcis, paulò plus quàm bienniū, tot alioqui negotij diſtrictus impendi: quot tempus non tam ſtylo, quàm inquiſitioni inſtituti operis prope infiniti, & legēdis autoribus, qui ſunt innumerabiles, datum eſt. Idem. Poſt impetratā ſtudiis meis quietem, quæ per viginti annos erudiendis iuuenibus impenderā. Idem. Erudiendo nato tuo, cuius prima ætas manifeſtum iter ad ingenij lumen oſtendit, non inutiles fore libri videbantur. *Quo exemplo erudiendo, datiui caſus eſt. Euſdem enim ſit ſi dicas erudiendo natum.* M. CICERO. de Oratore perfecto. 34. Quid tam difficile, quàm in plurimorum controuerſiis diiudicādis ab omnibus diligi? Idem. 1. Offic. 2. Orationem autem latinam efficies profectò legendis noſtris pleniorem. Idem. 1. de Orat. 157. Exercenda eſt etiā memoria ediſcendis ad verbum quamplurimis & noſtris ſcriptis & alienis. Idem. 3. de Orat. 161. Hęc vel ſumma laus eſt verbis transferendis, vt ſenſum feriat id quod tranſlatū ſit. Idem. ibid. 185. Hæc quidem ab iis philoſophis, quos tu maximè diligis, Catule, dicta ſunt: quod eò ſæpius teſtificor, vt autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam.

In gerundiis alijs idem elegantiæ genus eſt, ſed hoc auribus gratius eſt.

Quod ablatiuus abſolute poſitus, in orationis principio aut ante verbum præcipuum vſurpari ſolitum ſit. Cap. LXX.

NEglecta oratorum ſedula lectione ad hanc dicendi facultatem accedere non poſſe. Ea autem lectio, vt alia multa, ita illud quoque in promptu tibi exponat. Ablatiuum quem grammatiſta dicunt abſolute poſitum, poni in principio orationis, aut in medio, præcipuéque ante verbum orationis quod ſit præcipuum: vt. Lecto libro Platonis de animorum immortalitate Vticenſis Cato ſe occidit. Lectis tuis literis gauiſus ſum. Mulier amiſſa pudicitia nihil habet reliqui quod laudandam putes. Eurylochus Pyrrhonis auditor in Helide quæſtionibus diſcipulorum ita fatigatus eſt, vt abiecto pallio trans fluuium Alpheum tranauerit.

PLINIVS. Attalus affirmat ſcorpione viſo, ſi quis dicat duo: cohibentur nec vibrare ictus. Idē. Incendio inter epulas nominato, aquā ſub menſa perfundi abominatur conſenſus gentium. Recedente aliquo ab epulis ſimul verri ſolum: aut bibente conuiua menſam vel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimum iudicatur. Idem. Creſcente luna frumenta grandeſcunt. CORN. CEL. Neque alienum eſt dū premit morbus, clauſis feneſtris ægrum continere. VAL. MAX. Contractis lenibus quæque ſors obtulerat, nutrimentis, pertinaci ſpiritu fiammam euomuit. SAL. Ferè quem quiſque pugnādo vinus locum cœperat, eum amiſſa anima corpore tegebat. Idem. Lenita iam ira poſtera die liberalibus verbis permulcti ſunt. M. CIC. 1. de Fin. 57. Stulti autem malorum memoria torquentur: ſapientes bona præterita renouata grata recordatione delectant. Idem. Re intellecta in verborum vſu faciles eſſe debemus. Idem. 4. Tuſc. 14. Hæc prima definitio eſt, vt ægritudo ſit animi aduerſante ratione contractio. Idem. 3. Tuſc. 30. Anaxagoram ferunt nuntiata morte filij dixiſſe, ſciebam me genuiſſe mortalem. Idem. ibid. 23. Vt medici cauſa morbi inuenta curationem eſſe inuentam putant: ſic nos cauſa ægritudinis reperta medendi facultatem reperiemus. Idem. Animus appropinquante morte multo eſt diuinior. Idem. 3. de Le. 32. Ego autem nobilium vita victúque mutato mores mutari ciuitatum puto. Idem. Nonnulli omiſſa imitatione maiorum ſuum quoddam inſtitutum ſequantur. Idem. Craſſo dicente, nemo tam arrogans qui ſimiliter ſe vnquam dicturum eſſe confideret.

Ablatiuos duos nonnunquam in oratione eadem poni poſſe Valerianum illud conteſtatur.

Carthagine capta vxor Aſdrubalis exprobrata ei impietate, quòd à Scipione ſoli ſibi impetrare vitam contentus fuiſſet: dextra læuáque tres communes filios mortem non recuſantes trahens incendio ſe flagrantis patriæ obiecit.

Tres nonnunquam inuenias. In fine orationis ablatiuus hic raro collocatur.

Vt apud Lucilium.

Scaberat, vt porcus contritis arbore coſtis.

Item apud Ciceronem. Maximas verò virtutes iacere omnes neceſſe eſt voluptate dominãte. vide VOLVPTAS. Ac rurſum pro Qu. 77. Soleo ſæpe mirari eorum impudentiam qui agunt in ſcena, geſtum ſpectante Roſcio.

Quod nomina in a exeuntia inclinamenti tertij, datiuum & ablatiuum numeri pluralis in atis quam in atibus ſæpius finiant: cuiuſque declinationis ac generis quondam fuerint. Cap. LXXI.

A Progymnaſmatis noſtris illud alienum non eſt. Sunt qui dicant nomina græca in a exeuntia (quæ nos mutuati tanquam latina, inclinamenti tertij vſurpamus) fieri latina, ſi nominatiuo tum, adiungatur: vt poema poematum, dogma dogmatum. Illud tamen aliquantum multa lectione didicimus in omnibus caſibus, inque numero vtroque tertij eſſe inclinamenti, niſi in datiuo & ablatiuo caſibus numeri multitudinis: vbi ſecundi inclinamenti ferè ſemper exiſtunt. Aliter putem raro inuenias. Id etiam Priſciani auctoritate firmamus. In huiuſmodi, inquit, nominibus: id eſt, neutris in a ſimilis, quæ ſunt græca frequēter inuenimus datiui antiquos & ablatiuum plurales in u producta proferentes contra regulam tertiæ declinationis: quam ſeruant in cæteris caſibus ſupradictorum nominum. Vt Cicero frequenter in Verrinis toreumatis dicit, & peripetaſmatis, & emblematu. In libro de ſigniſ. Nunc de peripetaſmatis quomodo te expedias, non habes. Idem in eodem. Scaphia cum emblematis. Idem ad Herēnium in quarto. De orationibus aut poëmatis. Hactenus Priſcianus: qui idē Varronem citat in numiſmatis.

PLAVTVS. *Neque fictum vſquam eſt, neque pictum, neque ſcriptum in poëmatis.*

QVINT. Vt quoties eſſet occaſio extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. AVL. GEL. Súſque deq; fero, aut ſuſque déq; habeo, his enim omnibus modis dicitur, verbum eſt ex hominum doctorum ſermonibus in poëmatis quoque & in epiſtolis veterum ſcriptum plurifariam. Idem. Archilochum autem Nepos Cornelius tradit Tullio Hoſtilio Romæ regnante, iam tunc fuiſſe poëmatis clarum & nobilem. Idem. Verſus autem ipſos ex poematis Furianis, in quibus hæc verba ſunt, ſubdidi. Idē. Scriptúmque inueniri in poematis Heluij Cinnæ. Idem. C. Caluus in poematis laborioſum dicit, non vt vulgo dicitur, qui laborat, ſed in quo laboratur. Durum, inquit, rus fugis, ſed laborioſum. Idem. Cinna in poematis. M. CATO. Ex dolore, ex febri, ex ſiti, ex medicamentis bibendis, ex cataplaſmatis, ex aluo laxando.

Aluum genere virili, priſce dictum puta.

M. CICERO. filius 16. Fam. ep. 21. Multum enim mihi eripitur operæ in excribendis hyponematis. M. CICERO. ex Cariſio. Huius ignoratione non modò in vita, ſed ſæpiſſime & in poematis & in oratione peccatur.

A. tamen Gellius theorematibus dixit, eius verba ſunt:

Theorematibus tantum nugalibus & puerilium iſagogarum commen

commentationúmque dilarrantes. *Itémque M. Cicero poematibus.* 3. Offic. 15. Quod, *inquit*, in poematibus & in picturis vſu euenit in aliiſque compluribus, vt delectentur imperiti, laudéntque ea quæ laudanda non ſint, ob eam credo cauſam, quòd inſit in his aliquid probi: quod capiat ignaros: qui quidem quod in vnaquaque re vitij ſit, nequeant iudicare.

Nonius tamen Marcellus poematis hic à Cicerone dictum adnotauit. Poematorum item non bonorum dixit Afranius Sed de vſitatiore dicendi genere hæc præcepimus. Illud ingratum non ſit diuerticulum. Autore Priſciano huiuſmodi græca nomina in a exeuntia, quæ in tum quondam pronuntiata fuiſſe Ceſius ait, aliquando fuere declinationis primæ, generiſque muliebris

PLAVTVS. *Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, quòd ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſchema: id eſt ſchemate. Idem. Glaucomam ob oculos obiiciemus: eúmque ita facimus, vt quid videris ne videat.*

POMP. Cuiuſuis lepôris liber Diademam dedit. LABER. Nec Pythagoream dogmam doctus.

De antiquis nominum caſibus, quique eorum nunc loco dicantur. Cap. LXXII.

REuerendæ illius antiquitatis ſcientia nõ minus iucunda quàm vtilis eſt: ideóque nobis conſilium eſt partim dicere quæ quondã finitiones caſuum fuerint: quæque aut exoleuerint aut in vſu remanſerint. Nomina igitur in a formæ primæ primùm genitiuos in as facere, quemadmodum græca ea quæ in a purum deſinunt, aut in Aa, aut in ðz, aut in ǫx.

LIVIVS ANDR. *Atque eſcas habemus mentionẽ. Eſcas, id eſt, eſcæ. Idem. Diua Moneras filiam docuit. Idem. Mercurius, cúmque eo filius Latonas. Ennius dux ipſe vias.*

NAEVIVS. *Inerant ſigna expreſſa quomodo Titani bicorpores gigantes, magnique Atlantes Runcus atque Purpureus filij terras. Idem. Venit in mentem hominum fortunas.*

VIRGILIVS. *Nihil ipſa nec auras, Nec ſonitus memor, aut veneſtu ab æthere teli*

SALLVSTIVS. Caſtella cuſtodias theſaurorum. *Ibi cuſtodias pro cuſtodiæ dictum eſſe Aſper & Seruius autumant, quanquum non deſint quibus aliter viſum ſit. Ex hac genitiui finitione remanſit ſolum genitiuus familias in compoſitione. Paterfamilias & materfamilias adhuc dicitur: quamuis paterfamiliæ quoque & matersfamiliæ dicatur.* MARC. BRVTVS. Itaque patresfamiliæ domi ſumus.

SALLVSTIVS. Filij familiarum, quorum è nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent. M. CICERO. Itaque ex his ſcribis, qui digni ſunt illo ordine, patribus familiis viris bonis atque honeſtis percontamini.

Poſt deinde factum eſt, vt genitiuus & datiuus diphthongo ai terminarentur: vti nominatiuus & vocatiuus numeri pluralis differentiæ cauſa in æ exiret vt ex Lucilio tradit Quintilianus. Id tamen à poetis dictũ ſæpius, vbique ferè diæreſim eſſe attendimus.

LVCRETIVS. *Effice, vt interea fera munera militiai. Idem. Aulide quo pacto Triuiai virginis aram Iphianaſſai turparunt ſanguine fœde.*

VIRGILIVS. *Aulaiin medio libabant pocula Bacchi. Idem Diues equũm, diues pictai veſtis & auri.*

M. CICERO. *in Arato. Atque oculos vrget pedibus, pectuſque nepai. Idem. Serius hæc obtus terrai iuſſit equinus. P. tamen Nigidius alter ſenſiſſe videtur, niſi id eius ætate obſeruatum eſt. Eius illa ſunt apud Aul. Gellium verba. Si huius terrai, inquit, ſcribas, i litera ſit extrema: ſi huic terræ, per æ ſcribendum eſt. Niſi mendoſe hæc ſcripta ſunt: ſitque ſcribendum huius terrai. Id quod eam faciat coniecturam: vt poſt Lucilij ætatem ea in ſcribendo fuerit differentiæ cauſa obſeruatio, vt huius terrai & huic terræ ſcriberetur. De huius declinationis datiuo & ablatiuo numeri pluralis, iam nobis quoque dicendum ſit. Laurentius Valla aliquantum multa fœminini generis nomina in a, exeuntia enumerat: quæ in abus faciant ablatiuum. Ea quoque in is exiiſſe ne dubites, exempla illa quæ ſunt apud Priſcianum proferimus*

ENNIVS. *Filijs propter te obiecta ſum innocens Nereiid eſt. filiabus.*

PLAVTVS. *Ego introibo & gratulabor veſtrum aduentum filijs, id eſt. filiabus. dem Qui talis eſt de natis ſuis id eſt. natabus Hæc autem quam alia potius vſurpanda cenſerem. Ea enim abus finitio nimium aſpera ſentitur: niſi in deabus, ambabus, duabus. Quis enim ex doctioribus iam quietis auribus poſſit audire eabus & dextrabus? Quamuis hoc Laberius, illud Hemina dixerit. Denique manibus dextrabus. Scriba pontifici qui cũ eabus ſtuprum fecerat. Sed ibus pro is veteres dixiſſe, vt commoneam, commouet me hic locus.*

TITINNIVS. *Accaſtor ſi moratæ ſitis ambæ ibus vt ego maioribus.*

POMPONIVS. *Agricola, nunc quando voluiſti facere: fac voluptatibus fies ibus.*

PLAVTVS. *Latrones ibus denumerem ſuſpendium. Hoc minus tibi mirum ſit, ſi nouis latinos priſcos im pro eum dixiſſe. Ex lege tabularum duodecim verba illa ſunt. Si nox furtum ſit ſi im aliquis occiſit, iure cæſus eſto. Vbi item occiſit pro occidit priſcè dictum eſſe attendas In nominibus inclinamenti ſecundi, alius ac nunc ſit apud veteres vſus non fuit: alia tamen ſcribendi obſeruatio fuit. Nominum enim maſculini generis patrium caſum numeri ſingularis per i ſolum ſcribebant: numeri vero pluralis nominatiuum & vocatiuum per eidiphthongũ: vt huius amici, hi & ô amicei: vt ex P. Nigidio A. Gell. & ex Lucilio Quintilianus tradidere Id autem differentiæ cauſa factitatum eſt: cuius tam diligens apud eos veteres obſeruatio fuit, vt in dandi caſu mendaci & furei per ei pro mendaci & furi ſcribendum eſſe Lucilius cenſeat. Id quod coniecturam facit in ablatiuo quoque mendaci & furi dixiſſe veteres. Magna eſt enim fere in omni forma nominum datiui cum ablatiuo in verbi fine cognatio Fuit autem quum Latini pro i longa ei ſcriberent, quum alibi, tum maxime in fine vocabuli: vt Capteiuei & Menæchmei pro Captiui & Menæchmi, quod am ſcripta fuiſſe argumenta in Plauti Captiuos & Menæchmos docent, quorum verſus literis primis conſtat: quæ ſunt in his vocabulis Captiuei & Menæchmei. Veis item pro vis, quæ verbi volo perſona ſecunda eſt, quondã ſcribi ſolitum Priſcianus teſtis eſt. Nomina autem declinationis tertiæ maiorem habent cum antiquitate diuerſitatem in caſu nominando, quàm in obliquis Ne autem ſingula dicendo à præcipiendi brevitate longe minium diſcederem: paucula illa dicta ſufficiant: frux, vultur, carnis: nouembris, memoris, lacte ſuppellectilis ſortis, trabes, ſcrobis, amentis, mentis, lentis, paris, ancipes, præcipes, bicipes, concordis, diſcordis adipes in caſu recto dixiſſe veteres, abunde te doceat Priſcianus. Quidem te doceat in patrio caſu dixiſſe veteres, homonis, cancerũ, Iupitris & Iupiteris mulcibris & mulciberis, lapu, Minonis Senecæ. Sed ad declinationem quartam properandum eſt: cuius olim fuit genitiuus & datiuus, vt huius ſenatus & ſenatuis, huic ſenatu & ſenatui. Apud Nonium Marcellum illa exẽpla ſunt.*

NONIVS. *Per deam ſanctam lauernam: quæ cultrix quæſtuis eſt.*

TERENTIVS. *Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus mediocriter veſtitam veſte lugubri, eius annus cauſa opinor, quæ erat mortua.*

M. VARRO. Candidum lacte papilla quum fuit, ſignum putant partuis, quòd hic ſequatur mulierem è partu liquor. Idem. Eius enim ſaliuam eſſe fructuis veneno. Idem. Quæro vtrum fructuis, an delectationis cauſa, fructus vt vendatis. Idem. Perrexit in interiores partes domuis. Idem. Primùm de re familiari à patribus, ſecundo de victuis conſuetudine primigenia, tertio de diſciplinis neceſſariis vitæ. Idẽ. Multo præditi pudore & pudicitia adoleſcentes, dixerunt cum maiore patre eius graduis & ætate ad ſe ſtipendia facerent. Idem. Eam nutricem oportet eſſe adoleſcentẽ. Anuis enim vt ſanguis deterior, ſic lac. Lac enim, vt quidam dicunt Phyſici, ſanguinis ſpuma eſt. Idem. Itaque domi rituis noſtri, qui per deum Fidium iurare vult, prodire ſolet in compluuium. M. hunc Varronem & P. Nigidium locutos fuiſſe aliter negat Aulus Gellius.

Datiuum in u ſæpe dixit Virgilius: vt, Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Idem Nanque aliæ victu inuigilans, Idem. Concubitu indulgent. Idem. Neque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Idem quoque fecit Lucilius.

Quod ſumptum atque epulas victu præponis honeſto. Idem Anu noceo. Quo eſſe dicendum modo C Cæſar vt ait Aul. Gellius cenſet. Nunc verò datiuus is qui ab vſurpato genitiuo factus eſt, amplius non dicitur: nec dicitur genitiuus is a quo vſurpatus datiuus inclinatus eſt. Nam à genitiuo ſenatus datiuus fit ſenatui quemadmodum ſenatus fit ab eo quod ſenatus eſt. Id quod in multis itidem factum attendimus. Vt fuit quum diceretur hic Iouis huius Iouis. & hic Iupiter huius Iupitris vel Iupiteris, hoc iter huius iteris, & hoc iter huius itineris. Quid obſoletum quidque recentum ſit ignotum non eſt. Itémque à datiuo mi factus eſt accuſatiuus me, & à mihi mehe: quo vſos fuiſſe tragicos veteres. Quint. ait Mihi & me retinuimus mi & mehe cum autorum ætate penè periit, Sed ad declinationem quintam iam accedimus. Declinationis huius nomina ab antiquis inflectebantur, vt hæc fames huius fames fami & fame. Singulorum exẽpla dicam ſeparatim quo res ipſa ſit manifeſtior.

ENNIVS. *Poſtremæ longinquæ die quod fecerit ætas.*

VIRGILIVS. *Libra die somniquæ pares vbi fecerit horas. Die tamen pro diei, non dies legit Priſcianus.*

M. CICERO. Equites verò daturos illius dies pœnas. In eadẽ Diomedes ſententia eſt.

LVCILIVS. *Rugoſum atque famũ plenum.*

PACVVIVS. *Paulo pater ſupreme noſtræ progeniẽ patris.*

CN. MATIVS. *Altera pars aciẽ vitaſſet flumius vndas.*

Idem. An maneat ſpeciẽ ſimulacrum in morte ſilentum.

Apud Virgilium. Munera lætitiamque dũ, id eſt. diei non dei legendũ eſſe Gellius contendit, quamuis non deſint ei qui reclament.

SISENNA. Romanos inferendæ pernicij cauſa veniſſe. C. GRAC. Ea luxurij cauſa aiunt inſtitui. M. CATO. Pueri atque mulieres extrudebantur famij cauſa. M. CICERO. Quorum nihil pernicij cauſa diuino conſilio & vi ipſa ac magnitudine rerum factum putemus.

Apud Nonium Marcellum in hoc Ciceronis & illo Siſennæ, pernicij nõ pernicei legendum eſt. In quo eodem inferendæ non in re cernere ſcribendũ putamus Ouidius Prima fide vociſque rata tẽtamina ſumpſit: id eſt fidei. Idem. Vtque fide pignus dextras vtriuſque poposcit.

SALLVSTIVS. Dubitauit aciẽ pars. Idem. Vix decima parte die reliqua. Idẽ. At inde nulla munitionis aut requie mora proceſſit ad oppidum. C. Cæſar huius die & huius ſpecie dicendum putat.

In caſu dandi facie non facies dixerunt veteres.

LVCILIVS. *Qui te diligit, ætati faciẽque tuæ ſe fautorem oſtendat,*

fore amicum polliceatur. Idem Et primum inquit facie honestas accedit. Exempla hæc quæ pro declinatione quinta prompsimus, quum apud Nonium Marcellum & Priscianum sint, tum præcipuè apud A. Gellium. Quo eodem autore non pauci sunt qui in hiis duobus Lucilij exemplis faciũ legant. Vnde credendum dixisse veteres huiu & huic facii. Hinc putem genitiuum & datiuum huius & huic faciei quo vtimur factum esse. Veteres enim, vt diximus, vtique docet Priscianus, finaiemi, quæ longa est, per ei diphthongum scribebant. huius ergo & huic faciei trisyllabum scribebant. Vsus postea obtinuit, vt soluta diphthongo faciei diceretur syllabis quatuor: quemadmodum in aliis factum esse attendimus. Autore enim P. Nigidio mi qui scribit in casu interrogandi, velut quum dicimus mi studiosus, per i vnum scribat non per e: at quum mei, tum per e & i scribendum est quia dandi casus est. His doctissimus vir docet mi in genitiuo & datiuo dicendum esse, ratione autem scribendi differre. Namin genitiuo mi, in datiuo mei scribendum. Sed quis iam non videt hoc immutatum maximè? Nam si genitiuus est, mei, si datiuus, mi scribimus. Mei etiam soluta diphthongo syllabis duabus enuntiamus. Eadem fortasse ratione in plurali numero poëtæ nostri, dei & deis, ei & eis dissyllaba dicũt. Oratores enim dũ & dũs, ẽ & ẽs vna syllaba dicunt. Iam autem litera ideo gemina scribitur, quod solebant latinorum vetustissimi longas vocales geminare: id ǒque virtus & felix in antiquis quibusdam numismatis vidisse se Politianus dicit. Quamobrem absurdum non sit dicere famij dissyllabum esse, quemadmodum eius nominatiuus aliique obliqui ab eo facti sunt. In hiis autem genitiuus qui à nominatiuo in literas iis exeunt facti essent, si vltima non geminaretur, aut esset apocope. Genitiuum pluralem declinationis huius per vnum syllabam efferri debere, vt specieum, materieũ, luxurieum, præter dierum: sed consuetudine per rum efferri, Diomedes tradit. Specierũ & speciebus latinè dici posse negat M. Tullius. Eius verba ascribimus

Top. 3. In diuisione, *inquit*, sunt formæ, quas Græci ideas vocãt. Nostri si qui hæc fortasse tractant; species appellant: non pessimè id quidem: sed inutiler ad imitandos casus in dicendo. Nolim enim, nisi latinè quidem dici possit, specierum & speciebus dicere. Et sæpe tribus casibus vtendum est. A formis & formarum velim: quum vtroque verbo idem significetur. Commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. *Hæc ille.*

His M. Tullij verbis adductus Quintilianus de duris asperisque vocabulis loquens Nec inquit, plurimum refert nulla hæc, an prædura sint. Nam quid progenies genitiuo singulari, quid species plurali faciet? Nec ibi spes dicendum est, vt quibusdam placet. Specierum scribere si auderemus: sententia multo esset facilior Quæ hæc esset huius progenies, & harum specierum: quonam prædura sunt: magis non sunt vsui, quàm si prorsus nulla essent. Superiora illa Ciceronis verba admonẽt nos hanc quintæ speciei plurales genitiuum datiuum & ablatiuum nõ vsurpari: id nisi fiat in paucis, vt horum dierum, harum rerum Facierum quod M. Cato dixit, durum est. Eius verba sunt.

Miror audere, atque religionem non tenere, statuas deorum, exempla earum, facierum signa domi pro supellectili statuere.

De Græcis vocabulis, in oratione latina quæ sint declinatione vsurpanda. Cap. LXXIII.

APud Quintilianum exorta quæstio est de græcis vocabulis in oratione latina vsurpatis, an eadem ratione per casus inclinari conueniat qua latina. Qui ætate Quintiliani aut paulo vltra fuere grammatici, ij censuere nominibus Græci, Græcas dandas esse declinationes. At veteres linguam latinam facere ampliorem potentioremque studentes, seque institutis alienis egere nihil fatentes, ex ratione latina mutandum esse quicquam negauere. Ideóque Castorem producta media enuntiabant: quia latina nomina iisdem literis quibus Castor exeũtia, ita enuntiari solent. Telamo, Plato, Simo, aliáque hoc genus per o non per on dicebant: vt Cato, Cicero. Nullum nomen latinum in on exit. Ideóque autore Prisciano græca nomina in ων latina facias si extremum n detrahas: vt quẽadmodum ex latinis Cræca facias, si literam n adiungas: vt Cicero Κικέρων, Cato Κάτων. Telamonem, Platonem, Simonem non Telamona, Platona, Simona, apud eos inuenias. Hic enim græcus est accusatiuus, ille latinus. Sosia, Phædria Chærea: non Sosias, Phædrias, Chæreas in poëtarum latinorum fabulis legitur. Nam vt Priscianus itidem meminit, græca nomina in ας exeuntia, quorum genitiuus in αντος est, detracta τ litera, fiunt latina: quemadmodum latina propria si assumunt σ græca fiunt. Vt Μαρκῖνος, Σύλλας. Apud Catium inquit Quintilianus, legimus, Pelia Cincinnatus. Et apud Messalam: Benefecit Euthia. Et apud Ciceronem Hermagora: Nec miremur, inquit, quod ab antiquorum plærisque Aenea & Anchisa sit dictus. De Aenea iam dixi. De Anchisa, ratio est. Græca nomina finis quorum est ης si genitiuus ου terminant, ea latina facias mutando ης in ης: vt, ποιητὴς ου: propheta æ. σοφιστὴς ου: sophista æ. ποιητὴς ου: poeta poeta. ἀγχίσου, Anchisa æ. Inde illud Virgilij Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. Propertius etiam in casu nominandi Atrida latinè dixit Non ita Dardanio gaudens Atrida superbo Itémque. Mar. Cicero in casu salutandi. Thyesta dixit 3. Tusc. 26. Tu te, inquit, Thyesta damnabis, orbabisque luce propter vim sceleris alieni? Ipsi verò Quintiliano placet latinam rationem sequi, quatenus decorum patitur: Neque, inquit, iam Calipsonem, vt Iunonem: quanquam secutus antiquos. C. Cæsar, vtitur hac ratione declinandi. Sed autoritatem cõsuetudo superauit. *Sallustius quoque Minoïs dixit:* Dædalum, *inquit*, ex Sicilia profectum: quo Minonis fugerat iram atque opes. *In quo imitatus est Syracusanos: qui ὄνων non ὄνως dicunt in casu nominandi. Præterea græca nomina virtis propria in ευς exeuntia, ευς in is longam mutando sæpe latina fiunt: vt Ἀχιλλεύς Achilles, Περσεύς Perses, à quo Persa sæpe dicitur latinè, Ὀδυσσεύς Vlysses, nec Vlyxem cum vulgo scribas. In hoc autem Tores sequimur: vt ait Priscianus. ὑ enim pro φιλῶν φίλυς, pro Ορφεύς, ὄρφις, pro Τυδεύς Τύδης dicunt. Ex ijs alia per eus: vt Tydeus, Orpheus: alia per es, vt Achilles, Vlysses, à nostris dicuntur sæpius. Est tamen quando in obliquis præcipuè vtroque modo à nostris dicta sint: quemadmodum poëtæ Græci nomina in ευς exeuntia, pro iis quæ in ευ exirent vsurpauere. Vt Ἀντιφατεὺς pro Ἀντιφάτης, Περιφεύς pro Περίφης, Δαρεὺς pro Δάρης.*

PROP. *Idem. Caucasea soluet de rupe Prometheï.*

HORATIVS. *Heu perfidiæ ad pedes Achillei.*

Idem. Laborioſi remiges Vlyſſei.

Idem. Laborioſa nec cohors Vlyſſei.

Idem. Certe cera Digni remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſei.

Idem. Haud male Thelemachus proles patientis Vlyſſei.

OVIDIVS. *Nericius Macareus comes experientis Vlyſſei.*

VIRGILIVS. *Iam validam Ilioni nauem, iam fortis Achatæ.*

Idem. Vnius ob noxam & furias Aiacis Oili.

Nomina enim propria in υ longam à Græcis profecta, inclinamenti tertij genitiuum i, vt datiuum æ, apud nostros terminant. Vt, huius Demostheni, Aristotelì, Thucididi, Euripidi: quàmuis dicat Quintilianus huius Achillũ & huius Vlyssũ veteres dixisse.

VIRGILIVS. *Troas reliquias Danaum atque immitis Achilli.*

Idem. Præcipuè pius Aeneas nunc acris Oronti,

Nunc Amici casum gemit.

Idem. Quis talia fando Myrmidonũ Dolopúmue aut duri miles Vlyſſi.

Idem. Pelias & vulnere tardus Vlyſſi.

Nec à nostris tantum poëtis hoc genere dictum est: nam in prosa oratione aliquando inuenire est.

A. GELL. Herodotus homo fabulator in primo historiarum, inuentum esse sub terra scripsit Oresti corpus, cubita longitudinis habens septem, quæ faciunt pedes duodecim & quadrantem. Idẽ. Poëtarum sapientissimus auditores illos Vlyssi labores suos illustrissime narrantis, vbi loquendi finis factus, nõ exultare, nec strepere, nec vociferari facit. Idẽ. Has vndique vorsum indagines cupediarum maiore detestatione dignas censebimus, si versus Euripidi recordemur. Idem. Versus Euripidi ascribendos putaui. M. CICERO. Sub pedibus profertur finita Booti. Idem. 5. Ver. In Timarchidi potestate sociorum pop. Rom. antiquissimorum atque amicissimorum liberos, matres, bona, fortunásque omnes fuisse.

In casu dandi non deest exemplum Virgilij: hoc est. Orphi Calliopea, Lino formosus Apollo. Orphi à nominatiuo Orpheus datiuus est. In accusatiuo tam apud poëtas quàm oratores inuenimus exire in a nomina ea quæ in es quam in eus in casu nominandi sæpius exeunt. Ab exemplis ne discedam.

AVSONIVS. *Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem.*

STATIVS. *Iamque vrua gradu Theumesia, & arces*

Intrat Agenoreas: ibi durum Etheoclea cernit.

LVCAN. *Famulúmque tyranni terribilẽ visu traiecit Achillea ferro.*

QVINTILIANVS. Nec ignara philosophiæ, quum propter plurimos in omnibus ferè carminibus locos ex intimæ quæstionũ naturalium subtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclea in græcis, Varronem ac Lucretium in latinis: qui præcepta sapientiæ versibus tradiderunt. Idem. Quid Periclea? similẽ ne credimus Lysiacæ gracilitati, quem fulminibus & cœlesti fragori comparãt comici, dum illi conuicientur? Idem. Fictas ad imitationem fori consiliorúmque materias apud Græcos dicere circa Demetrium Phalerea institutum fere constat.

Sed hanc declinationum mutationem in contractis nominibus faciendam censemus. In casu salutandi Græca hæc nomina in es apud nos exeũtia, literam de more Græcorum perdunt, etiam in prosa oratione.

M. CICERO. 5. Tusc. 61. Vis ne igitur, *inquit*, ô Damocle, quoniam hæcte vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? Idem. 1. Offic. 144. Bene Pericles quum haberet collegam in prætura Sophoclem: hique de communi officio conuenissent: & casu formosus puer præteriret, dixissétque Sophocles: O puerum pulchrum Pericle. Ait enim Pericles: Prætorẽ Sophoclẽ decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

Hoc sæpius: illa rarius multo vsurpare possis.

Nisi præceptio hæc nimium iam excreuisset, ex Prisciani sententia adiungerem nomina propria barbarorum, aut græcorum, quæ in des exeunt, prima & tertia declinatione à Latinis inflecti. vt Orontes, huius Orontæ vel Orontis: Oresles, huius Orestæ vel Orestis: Acetes, Atlantes, Tigranes, Herodes, Timarchides, Euripides, Heraclides, Thucydides, Calimedes, Alcibiades Hercu ides, Miltiades, Euclides, Callipedes, Philistides, Antiolides, Philonides, Sothades, Simonides, Agathagides, Apollonides, Durides, Asclepiades, aliáque hoc genus sexcenta. Hæc in declinatione tertia vsurparunt sæpius autores nominatissimi.

Nomen

Nomen personæ dici elegantius quàm nomen domus. Cap. LXXIIII.

QVi apud musam Terentij diuerterit, hoc ei dicendi genus frequentarium esse agnoscet: vt quum domum alicuius vulgus diceret: is personæ nomen, aut pro personæ nomine pronomen dicat propè semper. Vt ab amico venio potius quàm à domo amici. Apud patrem est. Ex patre exit.

TERENTIVS. *Quænam est hæc anus exanimata, à fratre quæ egressa est modo.*

Idem. A me nescio quis exit.

Idem. Quisnam à nobis egreditur foràs?

Idem. Huc deducta est ad meretricem Thaidem.

Idem. Meum virum abs te exire video.

Idem. Huc à me quispiam egreditur.

Idem. Ostium concrepuit abs te.

Idem. Quid Bacchidem ab nostro affine exeuntem video.

Idem. Quisnam hinc à Thaide exit?

Idem. A nobis grauiter crepuerunt fores.

Huic eiusdem illud consimile est. Dona adsunt tibi à Phædria.

PLINIVS. Iun. Nũtius à Spurina venio ad te. SALLVSTIVS. Constituere ea nocte paulo pòst cum armatis hominibus sicuti salutatum introire ad Ciceronem, ac de improuiso domi suæ imparatum confodere. M. CICERO. Ianitor interrogat: quis tu? A Marco tabellarius.

Contra institutionem hanc illud Sallustianum est.

Ille eos in domum D. Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena consilij propter Semproniam.

Nomen gentis, itemque nomen loci quando ponatur elegantius. Cap. LXXV.

ITalia ne tum quidẽ id negasset, quum ei latinus sermo domesticus erat. Id autem eiusmodi est. Vulgari sermone si loci nomen ponitur, eius loco nomen gentis non ineleganter positum est. Sin contra nomen gentis vulgo poni consuevit, elegantius loci nomen dictum attendimus: vt. Religiosus Gallia obseruantior est. Anglia tyrannidũ patiens non est. Ad Italos profectus est.

PROPERTIVS. *Ad cuius iacuit Græcia tota fores.*

PLINIVS. Mirum de anseribus: à Morinis vsque Romam pedibus venire. Idem. Allium cepásque inter deos iureiurando habet Aegyptus. Idem. Quartam lunam maximè obseruat Aegyptus. Idem. In odorando dexteram ad oscului referimus, totúmque corpus circumagimus. Quod in læuum feciſſe Galliæ religiosius credunt. A. GELLIVS. Cuius vim atque arma toti Græciæ cauendam metuendámque inclytæ illę Demosthenis orationes concionésque nosticant. Idem. Omnem illam postea librorum copiam Xerxes Athenarum potitus, vrbe ipsa præter arcem incensa abstulit asportauitque in Persas. Idem. Plæraque Italia ad regem defciuisset. VAL. MAX. Quum inter Carthaginem & Cyrenas de margine agri pertinacissima contentio esset. Idem. Age quid illud institutum Athenarum? quàm memorabile? quòd conuictus à patrono libertus ingratus, iure libertatis exuitur. Idem. Ad senatum Macedonia de Decio Syllano, qui eam prouinciam obtinuerat, querelas per legatos detulit. Idem. Nec Aegyptus quidem Romanæ humanitatis expers fuit. M. CAELIVS. Ipsum apud Beluacos circunsideri intercluſum ab reliquo exercitu. M. VARRO. Deinde ad Siculos se applicauit. M. CATO. Omnis Græcia gloriam atque gratiam præcipuam claritudinis inclytissimæ decorauêre. M. CICERO. in Ver. Sicilia tota, si vna voce loqueretur, hoc diceret. Idem. 2. Tusc. Ille sapientissimus Græciæ saucius lamentatur, vel modice potius. Idem. 1. de Nat. deorũ. 13. Vt omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inuenta & perfecta est. Idem. 3. de Or. 56. Quorum princeps Socrates fuit, is qui omnium eruditorum testimonio, totiúsque iudicio Græciæ quum prudentia & acumine & venustate, & subtilitate, tum verò eloquentia, varietate, copia, quam secunque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps. Idem. ibid. 27. de Gorgia. Isque princeps ex omnibus ausus est in conuentu peteere, qua de re quisque vellet audire. Cui tantus honos habitus est à Græcia, soli vt ex omnibus non in aurata statua sed aurea statueretur. Idem. ibid. 125. Herillus Hippias quum Olympiam venisset maxima illa quinquennali celebritate iudorum, gloriatus est cũcta penè audiente Græcia, nihil esse vlla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret. Idem. de perfecto oratore. 24. de Pericle. Qui si tenui genere vteretur, nunquam ab Aristophane poëta fulgere & tonare, permiscere Græciam diceretur. Idem. ibid. 25. Caria & Phrygia & Mysia, quòd minime politæ minimeque elegãtes sunt, asciuerunt aptum auribus suis opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus. Idẽ. ibid. 91. Phalereus Demetrius meo iudicio præstitit cæteris, cuius oratio, quũ sedate placideque loquitur, tum illustrant eam quasi stellæ, quædam trãslata verba atque immutata. Transiata dico ea, vt sæpe iam, quæ per similitudinem ab alia re, aut suauitatis, aut inopiæ causa transferũtur. Mutata, in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti. Quod quanquam transferendo fit, tamẽ alio modo transtulit, quum dixit Ennius, Arcem & vrbem orbas, alio modo si pro patria arcem dixisset. & horridã Africam terribili tremere tumultu quum dixit, pro Afris immutat Africam. Hanc hypallagen rhetores, quia quasi sumantur verba pro verbis. Metonymiam grammatici vocant, quia nomina transferuntur. Idem. 3. de Orat. 163. Verecunda debet esse translatio, vt deducta esse in alienum locum, non irruisse, atque vt precario non vi venisse videatur. Et paulo post: Ne illa quidem, inquit, traductio atque immutatio in verbo quandam fabricationem habet sed in oratione. Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Pro Afris est sumpta Africa. Neque factum verbum est, vt Mare saxifragis vndis, neque transiatum, vt Mollitur mare, sed ornandi causa proprium proprio commutatum: vt, Desine Roma tuos hostis. Testes sunt campi magni.

Pluscula hæc Ciceronis verba, quæ sit in hoc dicendi genere elegantia testantur abundè. Illa vero eiusdem ad præceptionem proximam præbent aditum. 3. de Orat. 165. Grauis est, *inquit*, modus in ornatu orationis, & sæpe sumẽdus. *Ex quo genere hæc sunt.* Mattem esse communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro senatu, campũ pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello. *Hæc ille. Hæc autẽ poetis quàm oratoribus magis sunt familiaria, sed Ciceronis verba præscribamus.* ib. 166. Quo itẽ in genere, *inquit*, & virtutes & vitia, pro ipsis in quibus illa sunt, appellãtur, luxuries quam in domum irrupit, & quo auaritia aut fides valuit, iustitia confecit. *Videtis profectò genus hoc totum quum inflexo commutatóque verbo res eadem nuntiatur, ornatius, quum sint finitimæ illa minus ornata.*

Quod Rei nomen Quam personæ maiorem habeat venustatem. Cap. LXXVI.

IVuentuti studiosæ ad poliendam linguam id inutile non sit: vt ibi ponat substantiuum nomen inanimatam rem & quasi accidens quoddã significans: vbi sermone quotidiano personæ nomen dici solitum est: vt, Amicitia vera in re incerta probatur, dictum elegantius est, quàm amicus verus in re incerta probatur. Liberalitatem tollit ingratitudo. Quo altior felicitas est, eo maiorem in se commouet inuidiam

PROPERTIVS. *Omnia post obitum fingit maiora vetustas.*

Maius ab exequiis nomen in ora venit.

PLINIVS. de medicis. Nulla præterea lex quæ puniat inscitiã capitalem, nullum exemplum vindictæ: discunt periculis nostris, & per experimenta mortes agunt. QVINTILIANVS. Etsi maxime hæc patiatur ætas robustior, tamen pueriles annos onerari non oporteat. Idem. Siqui verò paulo sunt viuaciores, in his præsertim moribus irascuntur admonitioni, & taciti repugnant. Idem. Satis est si puer omni cura & summo, quantum illa ætas capit, labore aliquid probabile scripserit. Idem. Infirmitas à robustioribus seperanda est. Idem. Aliter autem alia ætas emendanda est. A. GELLIVS. Plæraque omnis vetustas sic locuta est. VAL. MAX. Qu. Fab. Maximum Allobrogici filium, quem nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica seueritas exhæredauit. Idem. Neque illo quisquam ex paupertate parcior. Idem. Plærúnque temeritatem casus iuuat. Idem. Pubertas canis suum honorem reddebat. C. MARIVS apud Sallustium. Bellum gerere me cum Iugurtha iussistis: quam rem ægerrimè nobilitas tulit. SALLVST. Bellum scripturus sum quod populus Rom. cum Iugurtha rege Numidarum gessit: primum quòd magnum & atrox, variáque victoria fuit: deinde quia tum primũ superbiæ nobilitatis obuiatum est. Idem. Superbia commune nobilitatis malum. Idem. Antea plæraque nobilitas inuidia æstuabat, & quasi pollui consulatum credebat, si eum, quàmuis egregius, homo nouus adeptus foret. Idem. Contra eos summa openitebatur plæráque nobilitas. M. CICERO. Pub. Crassum ex omni nobilitate dilexi plurimum. Idem. de Senect. 48. Adolescentia voluptates propè intuens magis lætatur: sed delectatur etiam senectus procul eas spectans tantum, quantum sat est. Idem. 1. Offic. 123. Nihil autem magis cauẽdum est senecturi, quàm ne languori desidiæ se dedat. Idem. 1. de Oratore perfecto. 169. Habet autem vt in ætatibus auctoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. Idem. de Marc. Antonio. Cui vel primas eloquentiæ partes patrum nostrorum tribuebat autoritas. Idem. Orator. 155. Atque etiam à quibusdam sero emendatur antiquitas. Idem. 1. de Oratore 40. Hæc ætas nostra præter te Crasse, qui tuo magis studio quàm proprio munere aliquo disertorum ius à nobis ciuile didicisti; quod interdum pudeat, iuris ignara est. Idem. 5. Tusc. 102. Dies deficiet, si velim paupertatis causam defendere. Idem. 1. Tusc. Caret oculis odiosa cæcitas, liberis orbitas. Idem. Quale bellum nunquam Barbaria cum sua gente gessit.

Inuidere quem casum regat. Cap. LXXVII.

HAnc nostram Progymnasmaton scriptionem puto, non inuidebunt ij qui in literis excutiendis attentiores sunt: ij enim vtpote sapientes ab inuidia abstinent Deinde quæ scribimus, testimoniis ampliter comprobamus. Quale hoc est. Inuidere cum accusatiuo atque dativo casu consuncere veteres: quod ætatis huius doctiores eleganteresque repetunt: vt Mihi felicitatē inuidisti qui amicum ab me abduxisti. Diuitias tibi inuideo. Glorsam inuidere solent ij quibus nimia ignauia est.

ACTIVS. *Florem qui suam liberum inuidit meum.*

VIRGILIVS. *Liber pampineas inuidit collibus vmbras.*

Idem Ascanióne pater Romanas inuidet arces.

AEL. SPART. de D. Hadriano. In colloquiis etiam humillimorum ciuilissimus fuit, detestans eos qui sibi hanc voluptatem humanitatis seruantis fastigium principis, inuiderent. PLIN. Iunior. Quid inuidetis bonam mortem? Idem. Non enim ego, vt mihi, inuideo aliis bonum quo ipse careo. QVINT. Verborum verò figuræ, & mutatæ sunt semper, & vtcunque valuit consuetudo, mutantur. Itaque si antiquum sermonem nostro comparemus: penè iam quicquid loquimur, & figura est. Vt huic rei inuidere, nō vt omnes veteres, & Cicero præcipuè, hanc rem: & incumbere illi non in illum: & plenum vino non vini: & huic non hunc adulari iam dicitur. AVL. GELLIVS. Cuius operis pulchritudinem præstantiámque ita percitus Rhodiis inuidebat. M. CICERO 3. Tusc. 20. Vt enim videre, sic inuidere florem rectius quàm fiori dicitur. Idem. ibid. Ab inuidendo autem inuidentia recte dici potest, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum ductum est à nimis intuendo fortunam alterius. Vt est in Menalippa. Florem quisnam liberum inuidit meum?

Inuideo flori dici posse prorsus ne ipsi negemus, hæc ascribimus.

QVINTILIANVS. Ex græco verotrāslata vel Sallustij plurima, quale est, Vulgus amat fieri? vel Horatij. Nam id maxime probat hoc Ciceronis. Nec longæ inuidit auenæ, & Virgilij Tyrrhenum nauigat æquor. C. MARIVS apud Sallustium. Inuident honori meo. M. CICERO. Nonnulli inuident eorum laudi, quos in repub. probari vident. 2. de Or. 201. *quoque idem dicit.* Inuident autem homines maximè, paribus aut inferioribus, quum se relictos sentiunt.

Quod dicendi genus putarem esse venustius, si rei potius quàm personæ nomen in casu dandi collocatum esset, sed prius præponderat.

Quod cum verbo ignoscere, nomen rei pro nomine personæ non inusitatè dicatur. Cap. LXXVIII.

PRæceptionis huius breuitati ignosces, si ea fuerit quæ te satis doceat. Is domesticus sermo est. Ignosce mihi quia fui nimium tardus mittere ad te literas amicitiæ nostræ testes. Is vero multo sit ornatior, vbi nomen substantiuum delictum significans, in dandi casu colloceturvt, Quod literas amicitiæ nostræ testes prius non miserim, tarditati meæ ignoscas. Negligentiæ tuæ ignosco. Pudori meo pater ignouit.

PROPERTIVS. *Omnia me ludent, timidus sum, ignosce timori.*

PLAVTVS. *Stultitiæ, adolescentiæque eius ignoscas.*

C. TREBONIVS. Ignoscas etiam iracundiæ nostræ. M. CICERO. Ignoscas breuitati literarum mearum. Idem. Ignosce timori nostro. Idem. Noli ignoscere hæsitationi meæ. vide IGNOSCO.

Aliquanto diuersum illud est, quod Plautus dicit. In castra ex vrbe ad nos veniunt flentes principes Velatis manibus orant ignoscamus peccatum suum. Nomen personæ adiunctum aliquando inuenias.

M. CICERO. Mihi enim volo ignosci, cæteris ipse non ignosco.

Quod substantiua nomina ab adiectiuis facta pro adiectiuis ipsis lepidè multum & vsitatè dicantur. Cap. LXXIX.

LEctoris quoque diligentia illud non rarò à summæ facundiæ viris solitum dici inueniat: vt quum sermone domestico adiectiuum est cum substantiuo, tum ab eo adiectiuo substantiuum quoddam fiat, à quo substantiuum alterum in casu patrio regatur. Vt, Beneuolētia in me tua magnitudo me delectat. Domestico sermone diceretur: magna tua in me beneuolentia, &c. Hominis ingratitudine pejus nihil terram creare ex receptis autoribus didicimus. Ingenij tui facilitas id facit, vt amēte plurimū.

PLINIVS. Iun. Te memorem huius muneris, amicitiæ nostrę diuturnitas spondet. Idem. Facilitas tetræ imbecillis cultoribus fatigatur. PLIN. Auricularum magnitudo loquacitatis & stultitiæ nota est. Idem. Leonum feritas inter se non dimicat. QVINT. Cantus vocis plurimum iuuat sociata neruorum concordia. Idem. Ideóque maior adhibenda cura est, vt teneriores annos ab iniuria sanctitas docentis custodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. Idem. Carendum est non solum crimine turpitudinis, verum etiam suspicione. Idem. Tanquam instituendis artibus magis sit apta mediocritas præceptoris. VALERIVS MAXIMVS. Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatémque supplicij grauitate compensat. Idem. Eáque nouitas pugnæ vnicum Campanæ perfidiæ debilitauit auxilium. SER. SVLPITIVS. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. SALLVSTIVS. Generis humilitas fauorem addiderat. M. CICERO. Breuitas tuarum literarum me quoque breuiorem in scribendo fecit. Idem. Quæ si longior fuerit oratio, cum magnitudine vtilitatis comparetur: ita fortasse etiam breuior videbitur. vide BREVIS. Idē. 1. de Or. 185. Et quoniā de impudentia dixit, castigemus etiā segnitiē hominum atque inertiā. Nā si esset ista cognitio iuris magna ac difficilis: tamen vtilitatis magnitudine deberet homines ad suscipiendum discēdi laborem impellere. Idem. Rei magnitudo vsum quoque exercitationémque desiderat. Idem. 1. de Orat. 8. Facillime quanta oratorum sit, sempérque fuerit paucitas, iudicabit. Idem. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis. Idem. 1. Offic. 130. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuēda est, color exercitationibus corporis. Idem. Ac vocis quidem bonitas optanda est. Idē. 11. Fam. ep. 27. Maleuolentia facit hominum, vt nonnulla durius quàm à te facta sint, proferantur. Idem. 2. de Finib. 80. Sit ista in Græcorum leuitate peruersitas: qui maledictis infectantur eos à quibus in veritate dissentiunt. Idem. 2. Fam. Iamdiu propter hyemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Idem. 2. Tusc. 44. Contemno magnitudinem doloris, à quo me breuitas temporis vindicabit ante penè quàm venerit.

Ex hoc dicendi genere Tullianum illud esse putamus. de Perfecto oratore. 62. Theophrastus à diuinitate loquendi nomen inuenit. Idem. Nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

Substantiuum hoc ab adiectiuo factum in casu genitiuo inuenire licet. Quale illud est. M. Ciceronis 1. Offic. 103. Pueris non omnem licentiam ludendi damus: sed eam quæ ab honestatis actionibus non sit aliena.

Quando etiam adiectiua duo sunt eorum alterum in hoc genus nomen substantiuum mutare inelegans non sit: vt, Docta literarum tuarum facilitas eleganſque venustas admirabilis est.

QVINTILIANVS. Apelles imaginem Antigoni latere tantum altero ostendit, vt amissi oculi deformitas lateret. Idem. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas. VAL. MAX. Nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dētes euitare possit.

Terra Gallia pro eo quod est Gallia, aliáque hoc genus ab A. Gellio dici vsitatius. Cap. LXXX.

EOrum qui in terra Italia nati sunt, nemo fuit quisquam, quem ego legerim: qui sæpius quàm Aulus Gellius dicendi genus hoc vsurpet. Quum enim regionis nomen ei dicendum est, terram præponere solet vt, In terra Francia habito. Carolus terræ Hispaniæ. Rex paucis ante diebus Romanorum Rex creatus est. In terra Picardia natus sum.

TIBVLLVS. *Non tibi si precium Campania terra daretur.*

AVL. GELLIVS. Halyattes autem Rex terræ Lydiæ more atque luxu barbarico præditus, quum bellum Milesiis faceret, vt Herodotus in historiis tradit, concinentes habuit fistulatores & fidicines, atque fœminas etiam tibicinas in exercitu, atque in procinctu habuit lasciuientium delicias conuiuiorum. Idem. Qui ortus terra Hispania foret. Idem. Quumque Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret, vexatam Italiam dixit Cato ab Annibale. Idem. Philippus Amyntæ filius terræ Macedoniæ rex. Idem. Adolescens è terra Asia de equestri loco, lætæ indolis moribúsque & fortuna bene ornatus. Idem. Eos dixisse hominem, quum inde irent, in terra Italia fuisse. Idem. Esse in montibus terræ Indiæ homines caninis capitibus & latratibus: eósque vesci auium & ferarum venatibus. Idem. Histrio in terra Græcia fuit fama celebri. Idem. Imperator Pœnus in terra Sicilia bello Carthaginiensi primo obuiam Romano exercitui progreditur. Idem. Eúmque habuisse equum natum Argis in terra Græcia. Idem. Quum opidum Tholosānum in terra Gallia Qu. Cepio consul diripuisset, multumque auri in eius oppidi templis fuisset: quisquis ex ea direptione aurum attigit: misero cruciabilique exitu periit. Idem. Mausolus fuit, vt M. Tullius ait, rex terræ Cariæ. Idem. Scipio pauca præfatus, quæ dignitas vitæ suæ atque gloria postulabat. Memoria, inquit, Quirites repeto diem esse hodiernum quo Annibalem Fœnum imperio nostro inimicissimum magno prælio vici in terra Africa, pacémque & victoriam vobis peperi insperabilem. Idem. Psyllos quondam fuisse in terra Africa. Idem. Multos in terra Vmbria vnum & eundem diem esse dicere à meridie ad insequentem meridiem. Idem. Sed quod ait ventum qui ex terra Gallia flaret Circium appellari, M. Cato in libro originum eum ventum Cercium dicit non Circium. Idem. Bellum deinde in terra Græcia maximum Peloponesiacum, quod Thucidides memoriæ mandauit, cœperum est. C. GRACC. Vti in terra Græcia quo in tempore tragœdus gloriæ sibi ducebat, talentum magnum ob

vnam

vnam fabulam datum esse: homo eloquentissimus ciuitatis suæ Demades ei respondisse dicitur. Mirum tibi videtur si tu loquendo talentum quæsisti? Ego, vt tacerem, decem talenta à rege accepi.

Non ita dissimile illud est Mar Ciceronis. Consistunt in his vectigalibus, quæ habent in prouincia Gallia.

Quod nominibus vrbium propriis adiungi præpositio possit, quódque eadem à nominibus regionum detrahi possit. Cap. LXXXI.

Nominibus propriis vrbium si motus aut quies significatur, præpositionem addi posse, quæ eadem addenda sit nominibus regionum, præceptionibus grammaticis tradita est, vt si quis contradicat, solœcissare vulgo credatur. Nos autem ita vt traditum est, obseruari sæpius non dubitamus: sed si quis contradicat, eum solœcissare negamus: quamuis solœcismum esse per additionem aut detractionem nonnullis persuasum sit, vt ait Quintilianus Sed quod dicimus autoritate id firmamus.

STATIVS. *Arripit extemplo Maleæ de valle resurgens*
Notum iter ad Thebas.

VIRGILIVS. *Illis qui ad Troiam forte diebus venerat.*

AVL. GELLIVS. Nauigabamus à Cassiopea ad Brundusium mare Ionium & vastum & iactabundum. Idem. Ab Aegina in Piræum complusculi homines eadē in naui transmittebamus. VAL. MAX. Solon qui Pisistrati tyrannidem primus vidit orientem, & solus armis opprimi debere palàm dictare ausus est, senectutem Cypri profugus exegit. Idem. M. Bibulus vir amplissimæ dignitatis & summis honoribus functus, quū in Syria moraretur prouincia, duos egregiæ indolis filios suos à Gabinianis militibus Aegypti occisos cognouit. Idē. Natura quid ita syluestres capreas Cretæ genitas tantopere dilexerit, sagittis confixas ad salutare auxiliū herbæ dictami tantum non suis manibus deduxerit, efficitque vt cōcepta ea continuo & tela & vim veneni vulneribus respuant. Idem. Cœnanti enim apud Scopam in Cranone, quod est in Thessalia oppidum, nunciatum est duos iuuenes ad ianuam venisse. SER. SVLP. Postero die, quum ab eo digressus essem, eo consilio, vt ab Athenis in Bœotiā irem. Idem. Postridie eius diei quum ab Athenis proficisci in animo haberem. SAL. Brutus ab Roma aberat. M. CICERO. 9. Fam. ep. 3. Sed quid egò hæc ad te, cuius domi nascuntur? γλαύκα εἰς Ἀθήνας, id est, noctuam in Athenas. Idem. Circiter Idus sextiles ab Epheso in Syriam nauibus profectus est.

Nomina verò vrbium propria inclinamenti tertij, cum verbo quietem significāte in ablatiuo, non in datiuo, vt persuasum multis est collocātur.

AVSONIVS. *Armatam venerem vidit, Lacedæmone Pallas.*

QVINTILIANVS. Minus Lacedæmone studia literarum, quàm Athenis honores merētur. VAL. MAX. Theopompus primus instituit vt Ephori Lacedæmone crearentur. M. CICERO. Quem si arbitrarer esse Sycione. Idem. Adolescentium greges Lacedæmone vidimus ipsi.

Virgilium autem solitum esse collocare nomina locum significātia, siue propria sint, siue communia sine propositione in casu eo in quo cum præpositione collocari solent, hic solum nobis admonendum fuit. Propriis nominibus vrbium generale nomen præponere, eique præpositionem addere possis: vt, In vrbe Parisiis florentissimum hunc omnigenæ doctrinæ campum à præceptore Alcuino admonitus CAROLVS ille, qui à rerum gestarum magnitudine Magnus cognominatus est, omnium primus composuit. Ex quo natæ fruges huberrimæ totum fere orbem enutriunt. in vrbe Parisiorū tamen elegātius dici, vt videatur facit numerorū diuersitas.

AVL. GELLIVS. Domitio homini docto celebriq́ue in vrbe Roma grammatico cognomen Insano factum est, quoniam erat natura intractabilior & morosior. Idem. Quum Pacuuius grandi iam ætate diutino corporis morbo affectus, Tarētum ex vrbe Roma concessisset.

De nominibus propriis fluuiorum, montium syluarum idem sentias. Sed profectò sæpius multo sine eo generali dicuntur. Generale nomen quum addit Virgilius tum in casu patrio id quod proprium est collocat: licet in casu eodem alij collocent

VIRGILIVS. *Hic tamen ille vrbem Pataui, sedesque locauit.*
Idem. Butroti ascendimus vrbem.

Populum Romanum sæpius dici quàm Romanos. Cap. LXXXII.

QVum ab aliis multis, tum ab *A. Gellio* id vsurpatum sæpe inuenias, vt quum numero multitudinis *Romanos* vulgus dicit, populū Romanum dicant *Sed exemplis res tibi sit testatior Apud populum Romanum nulla certior amicitia credita est, quam Scipionis Africani minoris & C. Lælij. Fidem cæteris virtutibus populus Rom. integram coluit Populus Romanus in patria sæpe, foris raro victus est Hoc adeo certum est, vt M. Varro librum quendam à se scriptum inscripserit de vita populi Romani*

LVCILIVS. Populus Romanus, victus vi & superatus præliis sæpe est multis, bello verò nunquam, in quo sunt omnia. ALPHENVS. Inter populum Romanum & Carthaginenses factum & scriptum inuenitur: vt Carthaginenses quotquot annis populo Rom. darent certum pōdus argenti puri puri. A. GELLIVS. Sedeat hic potius, qui pop. Rom. magistratus est. Idem. Legatos dicit à Samnitibus ad C. Fabritium imperatorem popul. Rom. venisse. Idem. Populum autem Romanum ita vti Varro dixit dies singulos enumerare à media nocte vsque ad mediam proximam. Idem. Omnibus quidem virtutum generibus exercendis colendisque populus Rom. è parua origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit. TIT. LIV. Facturus ne operæ precium sim, si à primordio vrbis res pop. Rom. perscripsero. C. ASINIVS. Pollio. Res enim cogit huic tāto incendio succurrere omnes qui aut imperium aut nomen denique populi Romani saluum volunt esse. M. CICERO. Nihil est tantum, quod non populus Romanus à te perfici atque obtineri posse iudicet. Idem. 3. Offic. 79. C. Marius quum à spe consulatus lōge abesset, & septimum annum post præturam iaceret: neque petiturus vnquam consulatum videretur. Q. Metellum, cuius legatus erat, summum virum & ciuem, quum ab eo imperatore suo Romā missus esset, apud populum Romanum criminatus est, bellum illum producere: si se consulem fecissent breui tempore, aut viuum aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani redacturum. Idem. 2. de Orat. 164. Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit, qui exercitum hostibus pop. Rom. tradidit, non qui eum qui id fecisset pop. Rom. potestati tradidit. Idem. 1. Offi. 33. In medio relictum quod erat, populo Rom. adiudicauit.

Quod aliud in oratione geminatum multam habeat venustatem. Cap. LXXXIII.

Alia alijs placere nobis licet ignotum non sit, fore tamē speramus, vt eloquentiæ candidatis omnibus id placeturum sit, quod hic scribimus. Id autem est. Domestico indoctóque sermone quum duæ clausulæ sunt, quarum in priore aliquod & vnum, vel bis vnum, in posteriore bis aliud ponitur: tum ex his duabus vna doctè fiat oratio, in qua geminetur aliud. Vt indoctorum ille sermo est. Aliqui volunt loqui vno modo, & alij alio. Alius alio dicendi genere gaudet, elegantius dictum est. Alijs aliis viuēdi mos est. Alijs aly rebus delectati sunt.

TERENTIVS. *Dum tus eo cæpi egomet mecum inter vias, ita vt fit, vbi quid in animo est molestiæ, alium rem ex alia cogitare.*

QVINTILIANVS. In omnibus gentibus alius alio facūdior habetur, & loquendo dulcis magis. Idem. Aliud aliis annis magis conuenit. A. GELLIVS. Aspexerunt omnes qui aderant alius aliū. C. Cæsar apud Sallustium. Alia aliis licentia est. M. CICERO. 4. Tusc. 81. Sūt alij ad alios morbos procliuiores. Idem. 7. Fam. ep. 24. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. Idem. Eáque dissensione ciuium, quòd seorsum eūt alij ad alios, seditio dicitur. Idem. Vt bestiis aliud alij præcipui à natura datum est, quod suum quæque retinet, nec discedit ab eo: sic homini multo quiddam præstātius. Idem. 1. Offic. 22. Placet Stoicis quæ in terris gignuntur, ad vsum hominum omnia creari: homines autem hominum causa esse generatos, vt ipsi inter se alij aliis prodesse possent. Idē. de Oratore perfecto. 36. In omni re difficillimum est formam, qui character græcè dicitur, exponere optimi, quòd alius alij videtur optimum.

Aduerbium ab alio factum ab hoc genere dicendi cum alio alienum ne sit.

TERENTIVS. *Alijs aliunde periculum est vnde aliquid abradi possit.*

SALLVST. Petreius vbi videt Catilinam contra ac ratus erat, magna vi contendere, cohortem prætoriam in medios hostes inducit, eōsque perturbatos, atque aliqs alibi resistentes interficit. M. CICERO. Potest enim non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud aliâs videri.

Alio genere dicendi quod aliud itidem venustè bis ponatur. Cap. LXXXIIII.

Alij indocto sermone contenti sunt: alij ope summa contēdunt qui illam dicendi venerem assequi possint. Eos quantæ vires nostræ sunt, vt adiuuemus: id nobis dicendum videtur. Vbi sermone tribuitur duæ sunt orationes: earumque in priore aliquid vel vnum: in posteriore aliud: vel vna tantum, in qua est aliquid vel vnum & aliud: ibi aliud bis positum orationem multum venustabit Vt aliqui diuitias & alij honores præponunt. Elegantius dixeris: Alij diuitias alij honore præponunt Ingemorū alia facilia sunt alia nimis obtusa. Fallacia alia aliam trudit

QVINTILIANVS. Incibis alia aliis magis complent. SALLVSTIVS. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere. Idem. Acerbius in dies maleficiundo ac dicundo dignitate alios, alios ciuitate euertisum itent. M. CICERO. 4. Tusc. 35. Omnibus enim quorum mens abhorret à ratione, semper aliquis aliis dolor, aliis terror impendet. Idem. ibid. 59. Neque omnis ægritudo vna ratione sedatur. Alia est enim lugenti, alia miserenti, alia inuidenti adhibenda medicina.

Idem.

Idem.2.Tusc.Videre licet alios tanta leuitate & iactatione, his vt fuerit non didicisse melius,alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos,multos libidinum seruos: vt cum eorũ vita mirabiliter pugnet oratio. Idem. Alij de vita, alij de gloria & beneuolentia ciuium in discrimen vocantur.Idem.Quid ita?vt quum emerim,ædificarim, tuear,impendam,tu me inuito fruare meo? quid est aliud aliis sua eripere,aliis dare aliena? Idem. 1. Offic.Sunt autem multi quidem cupidi splendoris & gloriæ:qui eripiunt aliis quod aliis largiantur. Idem. ibid.Et qui aliis nocent, vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, vt si in suam tem alienam conuerrant. Idem. ibid. Cauendum est ne maior pœna sit quàm culpa:& ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem.Idem.ibid.107.Alios videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere. Itémque,in formis aliis dignitatem inesse,aliis venustatem.Idem. Top.& 3.Offi.Quum ex eo quærerem quid esset dolus malus, respondebat, quum esset aliud simulatum, aliud actum. Idem. 2.de Orat.Sed scitis esse nouissimum ridiculi genus, quum aliud expectamus,aliud dicitur. Idem.Aliud enim pugna & acies,aliud ludus campúsque noster desiderat.4.Tusc.76.Neque alium pudor,alium cogitatio,alium satietas deterret. Idem.Totos se alij ad poëtas, alij ad geometras,alij ad musicos contulerunt,alij etiam,vt dialectici, nouum sibi ipsi studium ludúmque peperterunt. Idem. Itaque se alij ad philosophiam,alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant.Ipsarúmque virtutum in alia alius mauult excellere.

Est quando,partim, pro altero tantum aut pro vtroque ponatur. Sallustius. Semisomnos partim, alios sumentes arma fugant fundúntque.

M. Cicero.2.de Orat.94. Eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.Idem. Periculosæ autem rerũ actiones partim iis sunt, qui eas suscipiunt, partim reipublicæ. vide Partim.

Quiddam pro alio geminari aliquando inueniás. Sed rarum est.

M. Cicero.4.Tusc.17.Dicimus grauedinosos quosdã,quosdam torminosos, non quia iam sint,sed quia sæpe sint. Quintilianus id vsurpat sæpius.

Aliud & aliter bis poni elegantius quàm aliud quàm, & aliter quàm. Caput LXXXV.

Quum aliter oratores,aliter hominum vulgus loqui soleant: horum neglecto sermone illo, pro viribus nobis proponamus imitandos. Quoniam igitur bis aliud quàm & aliter quam dicere solét:illi vero aliud aut aliter g eminant,hoc nobis potius obseruandum sit. Vt aliter dicis,aliter cogitas: aliud nu,aliud postulas. Aliud est virtutis, aliud voluptatis pretium.

Quintilianvs.Aliud est seruum esse,aliud seruire. A. Gellivs. Aliter Lucretius vescum salem dicit, ex edendi intentione,aliter Lucilius vescum appellat, cum edendi fastidio. Idem. Aliter cum tyranno, aliter cum amico viuitur. Idem. Aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias.Idem. Quum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor. M. Cicero. 4. Tusc. 27. Aliud est esse amatorem, aliud amantem.Idem. ibid. Est aliud iracundum esse, aliud iratum. Idem.2.Tusculanus.q. 35. Aliud est laborare,aliud dolere.Idem. Maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile esse voluerunt.Idem.15.Fã.ep. 16. Aliter Næuianus ille gaudet Hector. Lætus sum laudari abste pater à laudato viro. aliter ille apud Trabeam.Lena de lenita argẽtum nutum obseruabit meum.

Aliud semel tantum positum sine particula quàm nonnunquam reperire est

M.Varro.Aliud est quarto prætorem fieri & quartum,quòd quarto locum ad significat,ac tres ante factos: quartum tempus significat,& ter ante factum.

Præterea dictum putes elegantius alius alio doctior est,quàm vnus aut alius doctior est quam alius.

M. Cicero.2.de Or.343.Virtus autem quæ est per se ipsa laudabilis,& sine qua nihil laudari potest:tamen habet plures partes, quarum alia alia est ad laudationem aptior. Sunt enim aliæ virtutes, quæ videntur in moribus hominum & quadam comitate ac beneficentia positæ,aliæ quæ in ingenij aliqua facultate aut animi magnitudine ac robore.

Non sit enim pulchrum, vt particula quàm,causa comparatiui positæ, inter aliud hu dictum interponatur.

Nomen alienum vsitatius dici quàm genitiuum aliorum. Cap. LXXXVI.

Aliena labore quo fias doctior: vocabuli alieni quàm trita sit viris doctis vsurpatio dicimus. Vbi domestico sermone genitiuus aliorum poni consueuit: alienum poni solet vsitatius ab auris prudentioris oratoribus. Vt aliena bona diripis melius quam aliorũ. Felicitate aliena egrescit inuidia. Alienam famam fugillat inuidia.

Activs.Nihil credo auguribus,qui aues verbis diuitãt alienas,suas vt auro locupletent domos. *Diuitare priscum est.*

Ovidivs. *Fertilior seges est alienis semper in agris.*

Vicinúmque pecus grandius vber habet.

Terentivs. *Labore alieno magnã partam gloriam verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem quod in te est. Idem. Hoc patrium est, potius consuefacere filium sua sponte recte facere, quàm alieno metu.*

Plinivs. Tanta mortalibus suarum rerum satietas est, alienarúmque auiditas.Idem.Cautum est lege duodecim tabularum: vt glandem in alienum fundum procidérem liceret colligere. Idẽ. Optimum est,vt vulgo dixêre,aliena insania frui. Quint. Exercebitur acrius memoria, aliena complectendo quàm sua. Val. Max. Quid attinet mores nationes perpendi? in media Barbaries ortus sacrilegium rescidit alienum. Mass. Sab. Qui alienam rem attrectauit, quum id se inuito domino facere iudicare deberet, furti tenetur. M. Cato apud Sallustium. Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus. Quia bona aliena largiri liberalitas:malarum rerum audacia,fortitudo vocatur. Sallvstivs. Ad reprehendenda aliena facta aut dicta ardent omnibus animus. M. Cicero. 4. Tusc.56. Quum sit æmulantis angi alieno bono. Idem. 1. Offic. 125. Peregrini & incolæ officium est nihil præter suum negotium agere,nihil de alio inquirere, miniméque in aliena esse republica curiosum.Idem.4. Fam. ep.7.Si oppetenda mors esset,domi atque in patria mallem, quàm in extremis atque alienis locis.

Aliorum poni non sæpe inueniás. Nonnunquam tamen poni non negamus.

M. Cicero. 3.Tusc.71.Est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere,sua obliuisci. Idem. in Hortensio ex Frag. Tu me & alias nonnunquam & paulo ante adhortatus es aliorum facta & euenta conquirerem.

Quod conciuis,compopularis,cõmuniceps,coæqualis,consodalis latinè non dicantur,quidque eorum loco dicendum sit. Cap. LXXXVII.

Ciuem esse suum Musæ negaturæ sint eum qui conciuem dicat. Licet enim condiscipulum, contubernalem, cohæredem, commilitonem, consocerum,consponsorem,combibonem aliáque hoc genus multa, latinæ linguæ autoribus dici placuerit: qui tamen conciuem compopularem, communicipem,consodalem,coæqualem dixerit, neminem ego hominem auris prudentioris legere memini, præter diuum Hieronymum, qui nonnunquam dicit conciuem. Ferè enim semper deriuatum pronomen adiunctum cum ciue, populari, municipe, æquali, sodali, comunctum inuenias. Vt, Ciuibus meis amicus sum. Populares tuos adiuuisti. Municipem suum occidit.

Afranivs. *Noui amicum atque æqualem meum.*

Catvllvs. *Quod me non commouet æstimatione,*

Verum est συνομοιωσον mei sodalis.

Idem. Quendam municipem meum de tuo volo ponte Ire præcipitem in lutum.

Terentivs. *O populares, ecquis hodie me viuit fortunatior? Nemo hercle quisquam.*

Svetonde A. Vitellio. Nobiles viros condiscipulos & æquales suos omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperij allicefactos vario genere fraudis occidit. Idem. Appium Syllanum consocerum suum occidit.Idem. Sunt qui tradant ad primum tumultum proclamasse eum:quid agitis commilitones?Idem.Equitem Romanum proclamantem, quum raperetur ad pœnam: hæres meus es,exhibere testamenti tabulas coëgit, vtque legit cohæredem libertum eius ascriptum, iugulari cum liberto imperauit. Avl. Gellivs Is de proximo rure, Abderam oppidum, cuius popularis fuit,caudices ligni plurimos funiculo breui circundatos portabat. Plin. Ivn. Municeps tu meus & condiscipulus, & ab ineunte ætate contubernalis pater tuus Idem. Vaces sermoni, quẽ apud municipes meos habui. Val. Max. Alcibiades ille, cuius nescio vtrum bona an vitia patriæ pernicios iora fuerint. Illis enim ciues suos decepit, his afflixit. Idem. Quum omnes eius ciues nobilitate, pecunia, honoribúsque præstaret. Idem.Theseus vicatim dispersos ciues suos in suam vrbem contraxit. Sallvstivs. Magnis opibus clarum acceptúmque popularibus suis.M. Cicero. 5. Tusc. 59. de Dionysio. Quum duas vxores haberet Aristomachem ciuem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat,vt omnia specularetur,& perscrutaretur ante.Idem. Metui à ciuibus tuis quàm diligi malis. Idem. 1. in Catil. 17. Si me meis ciuibus iniuria suspectum tam grauiter atque infensum viderem, carere me aspectu ciuium, quàm infestis omnium oculis conspici mallem Idem.ibid. Serui, mehercule, mei, si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Idem. 13. Famil. ep. 11. Non dubito quin scias, non solum cuius municipij sim, sed etiam quàm diligenter soleam meos municipes Atpinates tueri. Idem. Semper tueri municipes meos consueui. Idem. Ego enim is sum, quemadmodum tu facillimè potes existimare, qui nihil vnquam mea potius quàm meorum ciuium causa fecerim.Idem.9. Famil.

Fam.ep.14.Sic titi mi Pete persuade,me dies & noctes nihil aliud agere,nihil curare, nisi vt ciues mei salui liberiq́ue sint. Idem.1.de Finib. 10. Debuo profectò, quantumcunque possim, in eo quoque laborare,vt sint opera studio labore meo doctiores ciues mei. Idem. ibid.5. Philosophia latuit vsque ad hãc ætatẽ,nec vllũ habuit lumen literarum latinarum,quæ illustranda & excitãda nobis esti in quo si occupati profuimus aliquid ciuibus nostris, prosimus, etiam si possimus, otiosi. Idem.ibid.7. Quanquam si planè sic verterem Platonem aut Aristotelem, vt verterunt nostri poëtæ fabulas:male,credo,mererer de meis ciuibus, si ad eorum cognitionẽ diuina illa ingenia transferrem. Idem.3.Tusc. 54. Legimus librum Clitomachi, quem ille euersa Carthagine misit consolandi causa ad captiuos ciues suos. Idem.3.Offic.1.P. Scipionem,Marce fili,eũ qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit ferè eius æqualis nũquam se minus otiosum esse,quàm cũ otiosus,nec minus solum,quàm cum solus erat. Idem. de Sen. Memoriæ proditum est,quum Athenis, ludis quidã in theatrum grãdis natu veniisset,in magno consessu locum ei à suis ciuibus nusquã datum. Idem 13. Fam. ep. 46. L.Nostius Zoilus est cohærtes meus. Idem.6.Fam.ep.18.Si Galba consponsor meus redierit,homo in re familiari non parum diligens,nõ desinam cum illo communicare. Idem.9.Fam.ep.25.In his controuersiis,quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis,optima opera eius vti soleo.

Superioribus his exemplis puto admonitus es, pronomen speciei posteriori adiungi posse vocabulis quoque cum particula con compositis.

Idem. 3. de Orat.135. de Pisistrato. Non fuit ille quidem ciuibus suis vtilis: sed ita eloquentia floruit, vt literis doctrinaque præstaret. Idem. Vt diceres illa in maxima concione tuorum ciuium,quę dixisti. Idem. Ne minueris apud ciues tuos authoritatẽ tuam. Idẽ. 1.de Or. 223. Acuto homine nobis opus est, & natura vsuque callido,qui sagaciter perueſtiget,qui sui ciues,ijdémq; homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit,cogitent,sentiant,opinentur, expectent. Idem.2.de Or.98. Neque vero noster æqualis Curio pater,mea sententia vel eloquentissimus temporibus illis quenquam mihi magnopere videtur imitari: qui tamen verborum grauitate, & elegantia,& copia suam quandam expressit quasi formam figuramque dicendi. Idem.1.de Or.180. Q. Scæuola æqualis & collega meus homo omnium ditissimus,& disciplina iuris ciuilis eruditissimus. Idem.ibid.117. Quis enim non videat, C. Lælio æquali meo magno honori fuisse homini nouo illam ipsam quamcũque assequi potuerit in dicendo mediocritatem? Quis vestrum æqualem meum Q. Varium vastum hominem atque fœdum enim intelligit illa ipsa facultate quamcunque habuit,magnam esse in ciuitate gratiam consecutum? Idem. Non sibi cohortandum Sulpitium & Cottam, sed magis vtrunque collaudandum videri, quòd tantã iã essent laudẽ adepti,vt nõ æqualibus suis solum anteponerentur,sed cum maioribus natu compararentur. Idem.2.de Ora.197. Quamobrem hoc vos doceo Sulpiti & Cotta,bonus ego videlicet atque eruditus magister, vt in dicendo irasci, vt dolere, vt flere possitis. Quanquam te quidem quid hoc doceam,qui in accusando,sodali meo tantum incendium non oratione solum,sed multo etiam magis vi & dolore & ardore animi concitaras,vt ego ad id restinguẽdum vix conarer accedere? Idem.3.de Orat.39. Rustica vox & agrestis quosdam delectat: quo magis antiquitatem,si ita sonet, eorum sermo retinere videatur: vt tuus Catulle sodalis L. Cotta gaudere mihi videtur grauitate linguæ,sonõque vocis agresti. Idem. ibid. 200. Me pro meo sodali,qui mihi in liberũm loco more maiorum esse deberet,& pro mea omni fama propè, fortunisque decernere, nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse,quàm si is qui sæpe alienissimis à me, sed meis tamen ciuibus saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non potuissem. Idem.3.de Orat.226. Me quidẽ istius sermonis participem factum esse gaudeo,ac vellem vt meus gener sodalis tuus Hortensius affuisset.

Æquales autem dicuntur ij qui eiusdem ætatis sunt: quos nonnulli ex recentioribus coætaneos dicunt: an latine, ipsi viderint. Sodales autẽ sunt qui colleꝯ eiusdem sunt, quos Græci ὁμοταφεῖς vocant, autor est Caius Iureconsul. In honorem imperatorum qui vita defuncti erant, sacerdotes quosdam sacrari, qui sodales vocarentur, moris fuit. Ideoque sodales Titios, & Augustales Suetonius, Aurelianos Iulius Capitolinus & Antonianos appellant. Sodales fuisse apud Romanos quales nunc sint Canonici aut monachi qui senserunt, doctè mihi sensisse videntur.

Quod nomen vir in laude sæpius, homo verò modò in laude, modò in vituperio dicatur. Cap. LXXXVIII.

*Q*Vemadmodum in moribus est, vt homines scelerati grauissimi viri insequantur: ita in re literaria doctis indocti odiosi sunt. Illorum enim quantum vitiendi moves, horum diligendi genera tantum dissident. *Quod etiam ex hac præceptione doceri possit: ij enim virum & hominem significare omnino idem autumantes, vtrunque tam in laude quàm in vituperio quotidiano loquendi usu promiscue usurpant. Ceterum vir, à quo virtus autore M. Tullio appellata est, in laude ferè dicitur: nisi quum sexus vel ætas dicitur. Homo verò modo in laude, modo in vituperatione dicitur: vt, Modestis moribus vir amicitia indignus non est. Ingluuie profunda homines ad honestam rem gerendam inutiles sunt maximè. Vir publicæ rei studiosissimus.*

Avl. Gellivs. Neque id satis ad faciendam scelerati hominis detestationem. Idem. A. Albinus in historiæ principio ad hanc sententiam scripsit. Neminem succensere sibi conuenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret: Nã sum, inquit, homo Romanus, natus in Latio: Græca oratio à nobis alienissima est. Idem. Tunicis vti virum prolixis vsque brachia & vsque in primores manus, ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. Idem. Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga solum amicti fuerunt: postea substrictas & breues tunicas citra humerum desinentes habuerunt. Idem. Hac antiquitate inductus Pub. Africanus Pauli filius, vir omnibus bonis artibus atque animi virtute præditus, Pub. Gallo homini delicato inter plæraque alia quæ obiectabat, id quoque probro dedit, quod tunicis vteretur manus totas operientibus. Val. Max. In Theodoro quoque viro grauissimo Hieronymus tyrannus tortorum manus frustra fatigauit. M. Cicero. 5. Fam. ep. 17. Omnibus officiis amicitiæ diligenter à me sancteque seruatis, ne hoc quidem prætermittendum esse duxi, te vt hortarer rogaremq; vt & hominem te & virum esse meminisses. Id est, vt communem incertúmque casum, quem neque vitare quisquam nostrum, neque præstare vllo pacto potest, sapienter ferres: & dolori fortiter ac fortunæ resisteres. Idem. Maximáque lætitia afficior, quum ab hominibus prudentissimis viriſque optimis, omnibus dictis, factis, studiis, institutis, vel me tui simílem esse audio, vel te mei. Idem. Fabio viro optimo & homine doctissimo familiariter vtor.

His admoneare velim nomen vtrunque simul dici posse.

Idem. 4. Fam. ep. 12. Vir clarissimus ab homine deterrimo acerbissima morte est affectus. Idem. Quæ potest enim spes esse in ea republica, in qua hominis impudentissimi atque intemperantissimi armis oppressa sunt omnia? Idem. 3. Fam. Suscipio inimicitias hominum perditorum. Idem. 4. in Ver. 192. Nunc verò quid faciat Hortensius? Auaritiæ ne crimina frugalitatis laude deprecetur? an hominem flagitiosissimum, libidinosissimum, nequissimúmque defendat? Idem. Neque te tui piget homo leuissime. Idem. 5. Tusc. 57. de Dionysio Syracusano. Atqui de hoc homine à bonis autoribus sic scriptum accepimus summam fuisse eius in victu temperantiam, in rebúsque gerendis virum & acrem & industrium: eundem tamen maleficum natura & iniquum. *Quod autem idem dicat.* 3. Tusc. 36. Quid est autem nequius aut turpius effœminato viro? *Sexum ibi per virum significat. Contra præceptionem hanc à paucis dictũ esse attendimus*

Qvintilianvs. Vir malus aliud dicat necesse est, quàm sentiat. Idem. Si quid est exemplum deforme posteris traditum, quale libidinis vir Perses in muliere Samia instituere ausus dicitur primus. C. Memmivs. Ego tametsi virum flagitiosissimum existimo impune iniuriam accepisse, tamen vos hominibus scelératissimis ignoscere, quoniam ciues sunt, æquo animo paterer. C. Marivs apud Sallustium. Vbi se flagitiis dedecorauere turpissimi viri, bonorum præmia ereptum eunt.

Quod is qui docet doctor, aut præceptor, aut magister, non regens, aut rector à doctoribus appellari solitus sit. Cap. LXXXIX.

*D*Octores qui audiet multa scriptorum veterum, qui pure'ocuti sunt, lectione exercitos, ab iis nunquam dici puto, audiet eos qui docẽt, regentes aut rectores appellari. *Quæ vocabula duo ita nunc inoleuerunt, vt ab iis ne magistri quidem puerorum temperent. Appellari verò audiet eos aut doctores: aut præceptores, aut magistros. Eius rei mille sunt apud scriptores classicos exempla. Dicas igitur. Nisi præceptorem discipulus, contraque discipulum præceptor amet, fore non credo, vt ab eo eruditur discipulus. Vsu venire solet vt aduersus doctores nati male discipuli ingrati sint, ij enim non modò gratiam non referre contendunt: sed accepti beneficij prorsus immemores sunt. Aduersus magistrum discipuli pietas multa esse debeat.*

M. Furius Bibaculus.

Mirati sumus vnicum magistrum,
Summum grammaticum optimum poëtam,
Omnes soluere posse quæstiones,
Nullum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

Qvintilianvs. Pyraticam quoque vt musicam & fabricam dici adhuc dubitant mei præceptores. Idem. Vultum præceptoris intueri tam qui audiunt debent, quàm ipse qui dicit. Idem. Doctioribus id esse curæ velim, vt teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & satiati veluti quodam iucundioris disciplinæ cibo lacteque patiantur. *Hæc autem vocabula apud Quinti. minùm inuenias omnino creberrima.*

A. GELLIVS. Accersebat sæpe nos, quũ apud magistros Athenis essemus, in villas eius vrbi proximas, me & clarissimum virum Seruilianum. M. VARRO. Maiores sunt pueri, hi pusilli magistri, qui expectant nundinas, vt magister dimittat suus. C. MARIVS. apud Sallustium. Neque græcas literas didici: parum placebat eas discere, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerant. M. CICERO. Num ius ciuile vestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen luménque desiderant. Idem. 3. Tusc. 64. Pueros verò matres & magistri castigare etiam solent, nec verbis solum, sed etiã verberibus, si quid in domestico luctu hilarius ab his factum est, aut dictum, complorare cogunt. Idem. ibid. 2. Quum verò parentibus redditi, deinde magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni cõfirmata natura ipsa cedat. Idem. ibid. In quo summus est error istorum magistrorum ad quos liberos nostros committimus. Idem. 1. Offic. 1. Quanquam te Marce fili annum iã audientẽ Crarippũ idque Athenis, abũdare oportet præceptis, &c. propter summam & doctoris autoritatem & vrbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. Idem. 3. Offic. 6. Suscepisti onus præterea graue & Athenarum & Cratippi, ad quos quum tãquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimũ est, dedecorantem & vrbis autoritatem & magistri. Idem. 3. de Orat. 54. Vetus illa quidem doctrina eadem videtur & recte faciendi, & bene dicendi magistra, neque disiuncti doctores, sed ijdem erant viuendi præceptores atque dicendi. Idem. 1. de Or. 85. Adiungeretur vsus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. Idem. 3. de Orat. 33. Dicebat Isocrates doctor singularis se calcaribus in Ephoro, contrà autem in Theopompo frenis vti solere.

Pro eo autem, quæ imperito vulgo regentia dici solet, magisterium dicit Aul. Gellius. Eius verba sunt: Tunc omnis eius sectatorum cohors ad eum accedit, orantes obsecrantésque vt ipse delegeret loci sui & magisterij successorem. Hiis accedit, quod scholasticos cum vulgo nolim, discipulos vel auditores appellari velim. Medicinæ, Theologiæ, aliarúmque disciplinarum professores appellari doctores ab humanioribus mirarer. Doctor enim officij nomen, actiuè fet à dicitur. Doctos appellari nihil mirarer.

Doctus, indoctus, eruditus, ineruditus, rudis, itémque verbum studere, quos casus regant: déque verbo docere qua significatione dicatur.
Cap. XC.

LAtinæ linguæ docti qui habentur & sunt, ita loqui solent, vt dicant, Philosophiæ doctus est, & philosophiam, & philosophia. De indocto, erudito, ineruditóque idem sentias. Iuris cõsultus, & iurecõsultus, iuris peritus, & ius peritus, & iure peritus eadem forma dicuntur. Quoniam autem docto rudis contrarium est nomen hoc genitiuo sæpius adiungi scribimus. Sed etiam cum ablatiuo, particula in, præposita non inusitate coniungitur. Per genitiuum autem dicas elegantius. Addimus verbum studere quamuis dativo hæreat sæpius, accusatiuo quoque & ablatiuo cum particula in, apponi posse. vt: Qui humanarum rerum indocti non sunt, amicitiæ magni retinentes sunt. Et qui grammaticæ rudis est, nullius ad disciplinas reliquas aditus est. Philosophiæ qui studet, hominem se vt noueris studet. Ne ergo dicas cum vulgo: doctus est in grammatica, nihil scit in arte oratoria. Sed accedimus ad exempla.

LABERIVS. Nec Pythagoream dogmam doctus. *Dogmam, priscè*, Idem. In lacu Auerno versorum numerum numero studuimus. *Versorum pro versuum priscè.*

TITINNIVS. Ferentinatis populus res græcas studet.

HORATIVS. *Docte sermonis vtriusque linguæ.*

Idem. *Dulces docta modos, & cytharæ sciens.*

Idem. *Indoctúsque pilæ, discive, trochive quiescit.*

QVINTILIANVS. Numerorum quidem notitia non oratori modò, sed cuicunque primis saltem literis erudito necessaria est. A VL. GELLIVS. Græci plusculi, qui in eo conuiuio erãt, homines amœni, & nostras quoque literas haud incuriosè docti. Idẽ. Anneus cornutus homo sanè plæraque alia non indoctus. Idem. Qui eodem in numero græcas res eruditi erant. Tyro Tullius. Veteres Romani literas græcas nesciuerunt, & rudes græcæ linguæ fuerunt. M. CATO. Poeticæ artis honos non erat: si quis in ea re studebat, aut sese ad cõuiuia applicabat, grassator vocabatur. SALLVSTIVS. Literis græcis & latinis docta. M. CICERO. 1. de Or. 191. Nónne videtis equitem Romanum hominem acutissimo omnium ingenio: sed minime cæteris artibus eruditum C. Aculeonem, qui mecum viuit, sempérque vixit. Idem. ibid. 72. Sentio neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus quę sunt libero dignæ, perpolitus: quibus ipsis si in dicẽdo non vtimur, tamen apparet atque extat vtrum simus earum rudes, an didicerimus. Idem. de perfecto oratore 115. Ego enim censeo, qui eloquentiæ laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem. Idem. 1. Offi. 2. Quam quidem ad rem nos, vt videmur, magnum adiumentũ attulimus hominibus nostris, vt non modò græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos & ad dicendum, & ad iudicandum. Idem. Si velim refellere ex illis locis quos exposuit Antonius hac dicendi exercitatione, in qua Velleius est rudis, vnusquisque nostrũ versatus. Idẽ. 1. de Orat. 40. Quem tu adolescentulus perpulisti ignarum legum, hæsitantem in maiorum institutis, rudem in iure ciuili. Idem. in Sallust. 3. Nihil aliud studet: nisi vt lutulentus sus, cũ quouis voluptari. Idem. 1. de Or. 250. Si leges nobis, aut si hominum peritorũ responsa cognoscenda sunt, veremur, ne ea, si ab adolescentia iuri ciuili minus studuerimus, non queamus cognoscere. Idem 2. de Orat. 55. Nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominum, nisi vt in causis atque in foro eluceat. Idem: Quo tamen in genere ita multi perfecti homines extiterũt, vt nemo fotẽ studuisse ei scientiæ vehementius videatur, qui non quod voluerit, consecutus sit.

Terentianum illud huic simile non est. Mulieres in eodem mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.

De hoc dicendi genere doctius literis, nihil puto dubitaueris: si verbo docere iungi ablatiuum noueris. Super ea re M. Tullij verba ascribimus. 9. Fam. ep. 22. Socratem, inquit fidibus docuit nobilissimus fidicen. Is Conus vocitatus est. *Quod verbum docere cum indefinito dici possit, exempla ne desine.*

TIBVLLVS *Longa dies homini docuit parere leones.*

A. GELLIVS. Alcibiades Athenienſis cùm apud auunculum Periclem puer artibus & disciplinis liberalibus erudiretur, & accersi Pericles Antigenidam tibicinem iussisset: vt eum canere tibijs, quod honestissimum tum videbatur, doceret, traditas sibi tibias quum ad os adhibuisset inflasset q; pudefactus oris deformitate abiecit.

Non fuerit omnino alienum si admoneamus verbum docere à doctoribus pro eo vsurpari, quod monstrare vel ostendere vulgo dicitur: vt, Quàm me ames tenuiter, tuum istud silentium nimis quam diutinum docet. Tuæ te literæ valere docent.

SALLVSTIVS. Adherbal legatos Romã miserat, qui Senatum docerent de cæde fratris ac fortunis suis. M. CICERO. 2. Offic. Qui quum exposuisset, patriam se liberare velle, causamq; docuisset: à Rege opulento vir summus facile impetrauit, vt grandi pecunia adiuuaretur. Idem 1. de Orat. 204. Docuit enim longa iam nos vita vsusq; rerum maximarũ, vt quibus rebus animi hominum mouerentur, teneremus. Idem. ibid. 215. Quare, qui aut breuiter aut summisse dicunt, docere iudicem possunt, commouere non possunt, in quo sunt omnia.

Admonendum te non arbitror esse imperitam multitudinem solitam ponere verbum discere pro eo quod est docere. Solet enim dicere. Præceptor discipulis bene addiscit. Id est Gallicæ nostræ linguæ aut penuriæ, aut certe ex vitiosa vulgi consuetudine loquendi profectum est, qua eodem vocabulo id quod discere & docere significant, dici solet.

Quod post adiectiua dignum, promptum, idoneum, elegantius ponas finitum verbum cum pronomine qui, quæ, quod, aut vt particula,
Caput XCI.

INdigna præceptio illa non est, quæ ab hoc alho non reiiciatur. Dignũ, idoneum, promptum, & siqua sunt generis huius adiectiua post se infinitiuas in carmine præcipue nonnunquam habere inueniuntur. In prosa vero oratione cum finito verbo collocantur sæpius cui præpositum sit pronomen qui, quæ, quod, aut particula vt: Loquentium vulgus cum eo adiũgere solent gerundium in dum. præpositione ad præposita. Sed exempla dicimus. Dignus es qui ameris. Promptus es qui comissum tibi negotium conficias. Idoneum te puto, vt hunc geras magistratum.

PROPERTIVS. *Digna quidem facies pro qua vel obiret Achilles.*

VIRGILIVS *Quod me quum sæpe rogaret,*
Non tulit Antigenes & erat tum dignus amari.

TERENTIVS. *Dignam meputas quam illudas.* Idem. *Aedepol, ne nos sumus mulieres æque omnes inuisæ viris propter paucas: quæ omnes faciunt dignæ vt videantur malo.* Idem. *Et si ego digna hac contumelia sum maximè: at tu indignus qui faceres tamen.*

MAR. BRVTVS. Digni sumus quos habeas tui consilij participes. Idem. Literas tuas legimus simillimas edicti tui, contumeliosas, minaces, minimèque dignas quæ à te nobis mitterentur. Q. METELLVS. Numidicus. Eum indignissimum arbitror cui à viris bonis benedicatur: tum ne idoneum quidem cui à probis maledicatur. SALLVSTIVS. Vix satis apertum os aut lingua prompta videtur, quæ dicta pectore euoluat. M. CICERO. Quem tibi commendo & ipsum suo nomine diligas, habeásque in numero tuorum, hominem prudentem & officiosum cognosces, & dignũ quià te diligatur. Idẽ. Me ergo & Triariũ dignos existimas apud quos turpiter loquare? Idem. 3. de Leg. 5. Qui modestè paret, videtur qui aliquando imperet dignus esse.

Alia quoque hoc genus adiectiua quæ cum infinitiuo construi solent, eiusmodi sunt egregius, bonus, iustus, honestus, par, paratus, eodem genere dicendi dicere possis.

Quod

Quod in malis rebus graue pro magno, & leue pro paruo dicantur: déque multo quando pro magno dicatur. Caput XCII.

LAbore profectò leui quod hic scribimus ediscas. Hoc autem est. In malis rebus quum domestico sermone magnum aut paruum dicimus, pro hoc leue, pro illo graue dixeris fortassè elegantius: sed certe cum doctiu vsitatius. Quod idem sentiendum est de aduerbijs grauiter & leuiter, pro multum & parum, vt. Mihi dolet grauiter, quod vbi sis nescram. Ex morbo graui reualere te audio. Ex disciplinarum negligentia grauem sibi fore iacturam imprudens adolescentia non præuidet.

PROPERT. *Non sic incerto mutantur flamine Syrtes,*
Nec folia hyberno tam tremefacta noto,
Quàm cito fœminea non constat fœdus in ira:
Siue ea causa grauis, siue ea causa leuis.

TERENT. *Pueri inter se quam pro leuibus noxijs iras gerunt:*
Idem. Nunquam graues ob hanc inimicitias caperem.
Idem. Leuia sunt quæ tu pergrauia esse in animum induxti tuum.

PLINI. Iunior. Vtque in corporibus, sic in imperio grauissimus est morbus qui à capite diffunditur. QVINT. Onus dedocendi grauius ac prius, quàm docendi. Idem. Cicero dixit. 2. in An. 119. neque grauem mortem accidere forti viro posse, nec immaturam consulari, nec miseram sapienti. Quæ omnia sunt optimè dicta. M. CIC. de Senec. 67. Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur. Idem. 12. Fam. ep. 30. Grauius ægrotãt ij qui cum leuati morbo videntur, in eum de integro incidunt. Idem. 1. in Catil. 31. Sæpe homines ægri morbo graui, quum æstu febriq; iactantur, si aquam gelidam biberunt, prius releuari videntur, deinde multo grauius vehementiúsque afflictantur. Idem. 6. Fa. ep. 3. Leuis est consolatio ex morbis aliorum Idem. 1. Offic. 83. In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes, leuiter curant: grauioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Idem. ibidem. Si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum, atque interim grauiter ægrotare filius cœperit: non sit contra officium non facere quod dixeris. Idem. Neque enim in Repub. periculum fuit grauius vnquam, nec maius odiũ. Idẽ. de Am. Nec verò audiendi sunt qui grauiter irascendum inimicis putabunt. *Inillo, quod Ciceronis est.* de Oratore perfecto. 219. Vbi libi do dominatur, innocentiæ leue præsidium est: *leue alia ratione dictum est. Leuiter pro parum, autor idem dixit alia quoque ratione.* 3. de Orat. 24. Oppressi, *inquit*, iam sumus opinionibus non modò vulgi, verumetiam hominum leuiter eruditorum. *Illud quoque accessisse ingratum non sit, vocabulum multum, pro magno tum dici à doctis: quum magnitudo rei aut altitudo nõ dicitur: vt, Voluptatem multam literæ mihi tuæ attulerunt. Nomen tui multa celebritas est.* QVINT. Multo labore, assiduo studio, varia exercitatione, pluribus experimentis, altissima prudentia, præstantissimo consilio, constat ars dicendi. Idem. Circa quæ omnia multus hominibus labor est. COTTA apud Sallu. Multa cura summo imperio inest.

Diutinum pro longo, quum tempus significatur, dici non illepidè. Cap. XCIII.

QVibus diutinum in lectitandis oratoribus studium fuit: ijs notum est, diutinum pro longo sæpe dici, quum tempus significatur. Quemadmodum si dicas. Ex quo tempore amicitia coniuncti sumus, fuit eius diutina felicitas. Diutinum laborem perpessus sum. Hominum literis operam dare coactorum diutina miseria est.

SVET. Diutino morbo Antiochiæ periit. A. GEL. Ipsa autem volumina ex diutino situ squalebant. Idem. Æmylius quoque Lepidus & Fulvius Flaccus nobili genere amplissimisque honoribus, & summo loco in ciuitate præditi, odio inter sese graui & simultate diutina conflictati sunt. Idem. Pacuuius grandi iam ætate & diutino corporis morbo affectus. VAL. Qua potata salutari quiete sopiti diutina vi morbi repente sunt liberati. M. CIC. Tantus ardor animos hominum occupauit desiderio libertatis odioque diutinæ seruitutis.

Ferinam, bubulam, aprinam, veruecinam, aliáque hoc genus, sine substantiuo vulgatiore ponenda. Cap. XCIIII.

VTceruina febribus inimica est: ita præceptionem hanc rusticitati, quam latinæ linguæ quasi febri aduersam esse sentiet is, cuius aures incolumi mundáq; latinitate imbutæ sunt. Vulgus enim semidoctum dicere solet: emi bouem, porcum, veruecem (de mutone quantum aberrent, ex eorum, vt ita dicam, vocabularijs discere possunt) Solet, inquam, dicere, emi vitulum venationem: aliaq; hoc genus sexcenta, quæ in prandium aut cœnam obsonatos se esse dicunt. Hi ne diutius aberrent, illud præcipimus. Primum ab animalium materij nominibus possessiua in ius autore Prisciano inclinantur. Deinde adiectiua quæ sine substantiuis facile intelligi possunt, in genere eo atque numero in quibus vsitatiora eorum substantiua ponerentur, sine ijs substantiuis veluti substantiua vsurpari solent. Vt natalis, oriens, parca, arida. Quia vulgatiora eorum substantiua sunt, dies, sol, dea, terra. Ratione eadem possessiua à nominibus animalium mutorum facta: in genere fœminino ideo vsurpari solent: quòd vsitatius eorum substantiuum nomen caro est. Vt ferina potius quàm bubula accipiendi sunt amici. Porcina gaudet rusticitas. Dat ferinæ pretium raritas, à veruecina id copia nimis ampla adimit.

VIRGIL. *Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinæ.*

TITINN. *Craticula, cerebellum, lactis, agnina.*

PLAVTVS. *Hæc sunt ventri stabilimenta, pane & assa bubula. Pane ibi neutri generis est. Ad hoc bubula non bouina dici solet. Idem. Venio ad macellum, rogito pisces: indicant caros, agninam caram: caram bubulam, vitulinam, cetum, porcinam, caram omnia.* CORN. CELSVS. Plerique qui nihil aliud concoquere possunt, bubulam coquũt. Idem. Inter domesticas verò quadrupedes leuissima suilla est, grauissima bubula. *Pro suina suilla per diminutionem dicitur. Eius autem generis illa vocabula sint. Aprina, ceruina, leporina, vulpina, canina, caprina, taurina, porcina, ouina, leonina, anserina, passerina, aquilina, mustellina, aliaq; generis eiusdem. Sallustium vnum inuenio cum huiusmodi vocabulis carnem adiunxisse.* Getulus, *inquit*, cibus erat caro ferina. Itémque. Numidę plærunque lacte & ferina carne vescebantur.

Vocabula genus & ordo in qua significatione à doctis dicantur, itémque versus quando vsitatius quàm carmen dicatur. Cap. XCV.

PLurima sunt à semidocto vulgo prope semper vsurpata, quorum loco qui in literis politiores sunt, alia dicunt. Eius generis illa sunt, modus vel species, status, carmen. Diceret enim vulgus: Iniustitiæ duo modi sunt. Ille est de statu honesto. Pulchrum est hoc Virgilij carmen, etiam si de versu no loqueretur. At qui linguæ exercitationis politioris q; sunt: eos ita dicturos putes. Iniustitiæ duo genera sunt. Ordinis homo est honesti. Pulcher est hic Vergilij versus. Carmen quod à canendo factum est de aliquo toto opere dicatur melius. Dicas igitur: Nullum est laboris genus, quod causa tua defugiam. Ordinis nostri homines patronum te literarum admirantur. De te versum illum Virgilij iure dixerim. Semper honos nomenq; tuum laudesque manebunt.

SVETON. Nec vllo spectaculi genere communior aut remissior erat. PLIN. Iunior. Meruit vt à C. Musonio ex omnibus omnium ordinum assectatoribus gener assumeretur. Idem. Proximè frequenti auditorio inter se coram multi ordinis nostri clare iocabantur, intraui, conticuerunt. QVINT. Isocratis præstantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere. Idem. Est in hac quoque parte Lucilij præceptum, quod quia pluribus explicatur versibus, si quis parum credat, apud ipsum in nono requirat. Idem. Præcipuè quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam & cæteros qui sunt proximi, vidimus Ennij, Accij, Pacuuij, Lucilij, Terentij, Cæcilij, & aliorum inseri versus. Idem. Versus quoque Saliorum habent carmen, *id est, cantum. Idem tamen alibi ait*: Saliorum carmina vix sacerdotibus suis satis intellecta. Idem. Facilius versus ediscimus quàm prosam orationem. A. GEL. Proletariorum ordo honestior aliquanto & re & nomine quàm capite censorum fuit. Idem. In vestibulo ædium palatinarum omnis ferè ordinũ multitudo opperiẽtes salutationem Cæsaris, constiterant. M. CIC. Meus autem est familiarissimus, sic prorsus vt nostri ordinis obseruet neminem diligẽtius. Idem. Genere nouo sum literarum ad te vsus, vt intelligeres non vulgarem esse commendationem. Idem. Id agendum etiam est, vt ne ea facere videamur irati, sed vt ad vrendum & secandum, sic ad hoc genus castigandi rarò inuitique veniemus. Idem. In primis autem constituendum est quos nos & quales esse velimus, & in quo genere vitæ. Idem. Ad hanc autem rationem, quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximã, vtriusque omnino ratio habenda est in deligendo genere vitæ, sed naturæ magis. Multo enim & firmior est & constantior. Idem. Commutato autem genere vitæ, omni ratione curandum est, vt id bono consilio fecisse videamur. vide GENVS & CASTIGO. *Proximis his tribus exemplis vitæ genus intelligere posis, eam quæ vacatio vulgo dici solet. In hisq; pro modo orationem dictam putes, quod infrequens non est.* Idem. C. Cæsar in ore semper Græcos versus Euripidis de Phœnissis habeat. vide CAESAR. Idem. 9. Fam. ep. 16. Seruius frater tuus, quàm literatissimum fuisse iudico, facilè diceret, hic versus Plauti non est, hic est, quòd tritas haberet aureis notandis generibus poëtarum & consuetudine legendi. Idem. 3. Offic. 58. Tum Pythius, vt argentarius qui esset apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se conuocauit. Idem. 2. de Orat. Retulit ad senatum de illo ipso, quòd in eum ordinem consultam grauiter in cõcione esset inuectus. Idem. Orator. 104. Vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam vnus eminet inter omnes, in omni genere dicendi, tamen non semper implet aureis meas. Idem. 1. de Orat. 6. Nam quocunque te animo & cogitatione conuerteris, permultos excellentes

in quocũque genere videbis, non mediocrium artium, sed prope maximarum. *Id genus, hoc genus, quod genus, pro eo quod est eiusmodi, huiusmodi, cuiusmodi, tanquam si vox vna esset non inflexa promiscue in omni casu autorum plurimi, M. tamen Cicero eius generis, huius generis, cuius generis, dicere solet, Exempla ex multis pauca ascribimus.*

M. Cicero. de Claris oratoribus. Horum ætati successit Isocrates, qui præter cæteros eiusdem generis laudatur semper à nobis. Idem. Huius generis plenus Næuius est. Idem. Et item de cæteris rebus eiusdem generis. *Sed ad propositum.* Idem. 3 de Orat. 139. Ipse Aristoteles quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quòd ipse suas disputationes à causis forensibus & ciuilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutauit repentè totam formam propè disciplinæ suæ, versumq; quendam Philoctetæ paulò secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse tacere cum barbari loquuntur: hic autem, quum Isocratem pateretur dicere. Idem de Demosthene. 1. de Orator. 261. Quinetiam, vt memoriæ prodium est, coniectis in os calculis summa voce versus multos vno spiritu pronunciare consueuerat. Idem. ibidem. 69. Etenim si constat inter doctos hominem ignarum astrologiæ, ornatissimis atque optimis versibus Aratum de cœlo stellisque dixisse, si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium poëtica quadam facultate non rustica scripsisse præclarè: quid est cur non orator de rebus his eloquentissime dicat, quas ad certam causam tempúsque cognorit.

Reliquum aut reliquias dici vsitatius quàm residuum. Cap. XCVI.

IN multis quæ reliqua sunt, illud quoque dicendum est. Qua forma ab ambigendo ambiguus, ab indigendo indigus pro indigue, ab occidendo occiduus, ab in & nocendo innocuus, ab assidendo assiduus, aliaq; hoc genus sexcenta, pro ambigente, indigente, occidente, innocente, & assidente: eadem propè dicitur à residendo residuus pro residente. Quo fit vt à doctioribus raro dicatur in significatione ea quæ ne vulgo quidem ignota est. Quum enim restare quid aut superesse vulgo dicendum est: id residuum esse dicere solet. Reliquum aut reliquias docti vsitatius dicunt: vt, Amicitiam si neglexi: quid reliquum in humanis rebus esse putas, quo tu oblectari possis? Literis tuis cum respondero, reliquum est vt meam tibi voluntatem aperiam. Nullæ sunt hostium reliquiæ.

Virg. *Troas reliquias Danaum atque immitis Achilli.*

A. Gel. Ne reliquum mercedis daret capit consilium. Sal. Parte consumpta reliqua eadauerum ad diuturnitatem vsus fallerent. Cato apud Sallust. Capta vrbe nihil reliqui fit victis. M. Cato. Mense Octobri facimus, Nouembris reliquus erat. *Nouembris pro Nouember priscè dictum est.* Mar. Cicer. Reliquas verò partes diei tu consumebas his delectationibus, quas tibi ipse ad arbitrium tuum compararas. Idem. 1. Fam. ep. 9. Vt Apelles Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines in capite meo solum elaborârunt, reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt. Idem. 10. Fam. ep. 20. Mea quidem, vt ad te sæpius scripsi, hæc sententia est: Qui reliquias huius belli oppresserit: eum totius belli confectorem fore. Idem. 1. Offic. 59. Consuetudo exercitatioque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus: & addendo deducendoque videre quæ reliqua summa fiat.

In hac autem significatione dici residuum aliquando attendimus.

Cn. Plan. Cupio, mehercule, nullam residuam solicitudinem esse,

Iure quàm iuste dici elegantius. Cap. XCVII.

MVlta sunt in sermone vulgi quæ iure neges mutari, nisi ornatiorũ in dicendo virorum autoritate persuasus sis. Quale est aduerbium iuste: cuius loco nomen iure dici inuenias vsitatius. Non enim raro fit vt casus latinus aduerbij significatum habeat. Vt si dicas voluntate feci & vltro feci, idem prope significas. Quæ causa est vt putem luci, vesperi, tempori: turi, aduerbia nunc credita, fuisse prisca latinorum lingua casus ablatiui. Omnium enim nominum cuiusuis inclinamenti, nisi primi, datiuus & ablatiuus eadem voce dicebantur. Id quod in numero plurali adhuc retinemus etiam in prima inflexione. Ideoq; alias contendimus furi & mendaci sine diphthongo ei in syllaba postrema sexti casus esse. Ex hac aduerbij & casus ablatiui affinitate factum est mane. Lanobini enim, vt Macrobius ait, mane pro bono dicunt, sicut apud nos quoque contrarium est immane, vt immanis bellua & immane facinus. Ab omne igitur boni nomine mane dictum est. Omnium enim rerum initia Romani optabant auspiciatiora. Mane autem in ablatiuo vt mare dicebatur, M. Var. Ab Erythro mare orti. Idem. In mare aquam frigidam ovi. Plavtvs. Hæc illic est pugnata pugna vsque à mane ad vesperum. Idem. A mane ad noctem vsque in foro ego diem locare argenti nemini numum queo. Ideoq; mane ablatiuus erat, nisi dictum putas vt facile. Nec ignoramus in vulgatis M. Varronis codicibus, verba illa inueniri scripta. Dei principium mane, quòd tum manat dies ab oriente, nisi potius quòd bonum antiqui dicebant manum. Ad cuiusmodi religionem Græci cum lumen affertur, φῶς ἀγαθὸν. Verum analogia vt mane dicatur expostulat. Sed ad rei nostræ exempla veniamus. Amicitiam nostram iure incusare non queas. De silentio tuo iure queri mihi videor. Ad me nisi scribas, negligentiam tuam iure reprehenderim.

M. Cic. 3. de Ora. 9. Quis enim non iure beatam L. Crassi mortem illam, quæ est à multis sæpe defleta, dixerit, quum horum ipsorum, qui, tum cum illo postremo ferè collocuti sunt, euentum recordatus? Idem. Tales enim nos esse putamus, vt iure laudemur. Idem. Quod forsitan aliquis iure irriserit. Idem. 1. Offic. 111. Sermone eo debemus vti, qui notus est nobis, ne, vt quidam græca verba inculcantes, iure optimo irrideamur. Idem. 3. de Orat. 37. Vt latinè loquamur, non solum videndum est, vt & verba efferamus ea quæ nemo iure reprehendat, & ea sic & casibus & temporibus, & genere, & numero conseruemus: vt nequid perturbatum aut discrepans, aut præposterum sit, sed etiã lingua & spiritus & vocis sonus est ipse moderandus. Idẽ. 1. Off. 19. Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæque ponetur, id iure laudabitur. Idem. ibid. 75. Quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen quàm Solonis illustrius. Idem. 1. de Or. 16. Quibus de causis quis nunc iure miretur, ex omni memoria ætatum, temporum, ciuitatũ, tam exiguum oratorum numerum inueniri? Idem. 1. Offic. 36. Si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento: quia priore amisso, iure pugnare cum hostibus non poterat. Idem. 2. de Orat. 106. L. Opimij causam defendebat apud populum audiente me C. Carbo. Nihil de C. Gracchi nece negabat: sed id iure pro salute patriæ factũ esse dicebat: vt eidem Carboni tribuno plebis alia tamen mente Remp. capessenti P. Africanus de C. Graccho interroganti responderat, iure cæsum videri. Iure autem omnia defenduntur, quæ sunt eius generis vt aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut prudentia aut casu facta esse videantur. Idem. 2. Offic. 43. Tyberius enim Gracchus Publij filius tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. Eius filij nec viui probabũtur, & mortui nomen obtinent iure cæsorum. Idem. Quod si vnquam populo Romano concessum esset, vt iure concitatus videretur, id quod docebam sæpe esse concessum, nullam illa causa iustiorem fuisse.

Iniuste autem iniuria, aut per iniuriam dicere possis.

Iusiurandum aut sacramentum non iuramentum latinè dici. Itémque potionem dici vsitatius quàm potum. Cap. XCVIII.

ILla quoque duo in ore vulgi sunt vulgatiora, iuramentum & potus. Iusiurandum verò non iuramentum: potio sæpe, raro admodum potus à doctioribus vsurpari solet. Huic rei maiorem exemplis fidem acquiremus.

Ennivs. *O fides alma apta pennis, & iusiurandum Iouis.*

Plavtvs. *Arbitratu tuo iusiurandum dabo.*

Svetonivs de Tyberio. Excogitauerat autem inter genera cruciatus, etiam vt larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul vrinæque tormento distenderet. Idem de Claudio. Libertos diuites & senes olim adoptionis, mox dominationis suæ fautores atque rectores, veneno partim cibis, partim potionibus indito intercepit. Idem. Sedata siti aquæ gelidæ potione pugiones duos arripuit. Idem. Vnum, veneno manu sua porrecto in aquæ frigidæ potione, quam is affectus febre poposcerat. Idem. Quare admodum exhilararus quadragenos aureos comitibus diuisit, iusque iurandum & cautionem exegit è singulis. Quin. Nobis adolescentibus seniores in agendo facti præcipere solebant, ne vnquam iusiurandum deferremus. M. Cic. 3. Offi. 111. Nullum enim vinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Idem. ibi. 104. Qui iusiurandum violat, is fidem violat, quam Capitolio vicinam Ioui Op. max. vt in Catonis oratione est, maiores nostri esse voluerunt. Idem. Censores nulla de re diligentius quàm de iureiurando iudicabant. Idem. Magna voce iuraui verissimum pulcherrimumque iusiurandum. Idem. Quamdiu iureiurando hostium teneretur, non esse senatorem. Idem. Iusiurandum conseruandum putabat. Idem. Quid est igitur, dixerit quis, in iureiurando? Non timemus Iouem. Idem. Hoc ipsum videtur honestum, conseruandi iurisiurandi causa ad cruciatum reuertisse. Idem. 3. Offic. 104. Hæc quidem ratio non magis contra Regulum, quàm contra omne iusiurandum valet. Sed in iureiurando, non qui metus, sed quæ vis sit, debet intelligi. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa. Idem. Est etiam ius bellicum, fidéque iureiurandi sæpe hosti seruanda. vide Ivsivrandvm. Idem. 2. de Fin. 90. Epicurus negat tenuissimo victu, id est, contemptissimis escis & potionibus minorem voluptatem percipi, quàm rebus exquisitissimis ad epulandum. Idem. Quid quòd ne mente quidem recte vti possimus multo cibo & potione completi. *Potum autem latinè dici non negamus: rarum esse fatemur.* Svetonivs de Sergio Galba. In iure dicendo quum de proprietate iumenti quæreretur, leuibus vtrinque argumentis & testibus, ideoque difficili coniectura veritatis, ita decreuit, vt ad lacum vbi adaquari solebat, duceretur capite

innoluto, atque ibidem reuelato, eius esset ad quem sponte se à potu recepisset. SAL. Cibus potúsque illis aduersus famem atque sitim, non libidini neque luxuriæ erat.

Inde agnoscas quàm friuola illa sit trivalium differentia, quæ potum sanorum esse, potionem ægrorum præcipit.

Sacramentum appellari iusiurandúmue id quod imperatori præstari solet attendimus: corrupto vocabulo nostri sarmentum vulgo dicitur.

SVETONIVS de C. Iulio Cæsare. Sanxit ne quis ciuis maior annis viginti minórue decem, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset. M. CIC. 1. Offic. 36. Quum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Pompilium scripsit: vt si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento: quia priore amisso, iure pugnare cum hostibus non poterat. Idem. 1. de Ora. 42. Agerent enim tecum lege primum Pythagorei omnes, atque Democritici, cæteríque in suo genere Physici, vincerénte; ornati in dicendo & graues, quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret.

Aliquot dici elegantius, quàm quod vulgo dici solet, nescio quot. Cap. XCIX.

ALiquot in arte dicendi artifices primarij, immò ferè omnes id obseruant, vt vbi semidoctum vulgus dicit nescio quot, ipsi aliquot vsurpent: vt, Aliquot abs te accepi literas amicitiæ nostræ plane refertas.

Inuidorum aliquot felicitate tua discruciantur. Domus aliquot incendio crematæ sunt.

VIRGIL. *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.*

TERENT. *Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Idem. Aliquot mihi amicos aduocabo. Idem. Aliquot me adierunt, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam meam nubere gnato tuo. Idem. Dijs pol habeo gratias, quòd in pariundo aliquot affuerunt liberæ. Idem. Heri aliquot adolescentuli coijmus in Pyræo, in hanc diem vt de symbolis essemus.*

SVETON. Aliquot ante annos L. Saturnini seditiosum tribunatum senatus coërcuerat. A. GEL. Quam rem & alij & hic quidem poëta locis aliquot demonstrat. Idem. Quumque aliquot eorum qui aderant, quadrupes equus, apud suum quisque grammaticum legisse se diceret. M. VARRO. Aliquot verborum antiquorum græcorum perinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas. M. CICE. Accepi à te aliquot epistolas vno tempore: quas tu diuersis temporibus dederas. *Aliquos non aliquot Quintilianus dicit.* M. *inquit*, Tullius non dubitauit aliquos suos libros iam editos, aliis postea scriptis ipse damnare.

Superius, posterius, & proximum, quid habeant significatus. Cap. C.

PRoxima autorum non vulgarium aduocatio te, puto, docebit. Superius pro præcedenti aut præterito, aut quod Ciceronem reformidasse aiūt, nouissimo, posterius vero aut (quod sæpius est) proximum, pro sequenti aut futuro aut secundo non rarenter vsurpari: vt, Superiores tuæ literæ amicitiæ nostræ testes sunt. Superioribus his diebus quid hic nouitatis fuerit, proximus literis meis cognosces. Anno proximo te, vt spero, visurus sum.

A. GEL. Quod in capite superiore à Critolao scriptum esse diximus super Demosthene, id C. Gracchus in oratione qua legem Aufidiam dissuasit, in Demadem contulit. Idem. Popu. autem Ro. ita vti Varro dixit dies singulos enumerare à media nocte vsque ad mediam proximā. VAL. MAX. Proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consueuit. Idem. Proximum somnium etsi paulo est longius, propter nimiam tamen euidentiam ne omittatur impetrat. M. CICE. Superioribus literis beneuolentia magis adductus, quàm quòd res ita postularet, fui longior. Idem. Abs te superioribus quoque literis petiui ne mihi tempus prorogetur. Idem. Iisdem igitur de rebus etiā atque etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum. Idē. Me & superiores literæ tuæ admodum delectarūt. vide LITERA. Idem. Ea quæ essent, dictum est libro superiore. Idem. 2. Offi. 1. Quemadmodum officia ducerentur ab honestare, Marce fili, atque ab omni genere virtutis, satis explicatum arbitror libro superiore. Idem. 1. Offi. 34. Quum sint duo genera decertandi, vnum per disceptationem, alterum per vim: quúmque illud sit proprium hominis, hoc belluarum: confugiendum est ad posterius, si vti non licet superiore. Idem. 1. Tusc. 114. Fertur de Sileno fabella quædam: qui quum à Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse Regem non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quàm primum mori. Idem. 1. Offic. 54. Prima societas in ipso est coniugio, proxima in liberis, deinde vna domus, omnia communia. *Ad hoc adijcio proximum pro superiore non prorsus infrequenter dici.* QVINT. Proximo libro de tropis dictum est. M. CICERO. Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his literis quas à te proximè accepi. Idem. His proximis Nonis tu non affuisti. *Proximum & superius nonnunquam simul dicuntur.* A. GEL. Quem librum legimus biduo proximo superiore. M. CIC. Quem proximis superioribus diebus acerrimè oppugnasse tulissem. *Hæc autem vtriusque collocatio vim habet maiorem. Præterea superior & inferior, vt id accedat, non inuenustè tum dici solent, quum comparationis excessus quidam est. Illud enim Cicero C. Cæsare fuit eloquentior, non parum dicas eleganter. C. Cæsare M. Cicero fuit eloquentia superior, vel M. Cicerone C. Cæsar eloquentia fuit inferior.* M. CICE. Habes enim neminem honoris gradu superiorem. Idem. 1. Offic. 116. Idem fecit Timotheus Cononis filius, qui cum belli laude non inferior fuisset quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. Idem. ibid. 90. Philippum quidem Macedonum regem rebus gestis & gloria superatum à filio, facilitate & humanitate video superiorem fuisse.

FINIS CENTVRIÆ SECVNDAE.

FRANCISCI SYLVII
AMBIANATIS PROGYMNASMATVM,
CENTVRIA TERTIA.

Quum generalis sermo est, vtamur tum eleganter verbo impersonali passiuæ vocis. Cap. I.



OBSERVATVR plerunq; vt quum generalis sermo est, hoc est, ad omnes aut ad multos generis eiusdem relatus est, impersonali verbo passiuæ vocis vtantur: vt, *Cum amicis iucunde multum viuitur, id est, quicunque cum amicis viuunt, aut ex his multi, multum iucunde viuunt. Nobilitati iniuste multa committenti non occurritur. De rebus gestis principum vere satis non scribitur.*

LVCRETIVS. *O miseras hominum mentes, ô pectora cæca,*
Qualibus in tenebris vitæ, quantisq; periclis
Degitur hoc ævi.

PERSIVS. *Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.*

MARTIALIS. *Non bene, crede mihi, seruo seruitur iniquo.*

VIRGILIVS. *Vndique totis vsque adeo turbatur agris.*

Idem. Conueniunt, stratoq; super discumbitur ostro.

HORATIVS. *Viuitur paruo bene, cui paternum*
Splendet in mensa tenui salinum.

PLAVTVS. *Mala fama facile nubitur, dum dos sit.*

Idem. Perinde vt bene viuitur, diu viuitur.

Idem. Verecundari neminem apud mensam decet, vbi de diuinis atque humanis cernitur.

TERENT. *Quid agitur? statur.*

PLIN. Hercule in hac artium sola euenit, vt cuicunque medicis se profitenti statim credatur, quũ sit periculũ in nullo mendacio maius. QVIN. Cito scribendo non fit vt bene scribatur: sed bene scribendo fit vt cito. Idem. Mithridati duas & viginti linguas, quot nationibus imperauit, traditur notas fuisse. AVL. GEL. Anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis victitare.

Hu duobus exemplis attende post huiusmodi impersonale verbum, quod absolutè ferè dicitur, verbum indefinitum collocari posse, quod ante se habeat accusatiuum.

Idem. Super ætate Homeri atq; Hesiodi non consentitur.

M. BRVTVS. Scribitur nobis, magnam veteranorum multitudinem Romam conuenisse. VAL. MAX. Quid enim prodest foris esse strenuum, si domi male viuitur? M. CICER. 1. Offic. 34. Suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, vt sine iniuria in pace viuatur. Idem. ibidem. Referri enim decet ad ea quæ proposui in principio fundamenta iustitiæ: primũ, vt ne cui noceatur: deinde, vt communi, vtilitati seruiatur. Idem. Virtuti sudorem mortales anteposuerunt: longa autem est & ardua via ipsa & aspera primum: vbi in cacumen ventum est, facilis est quæ dura extiterat. Idem. Huius ignoratione non modò in vita, sed sæpissimè & in poëmatis & in oratione peccatur. Idem. 1. Off. Quoniã autẽ viuitur non cum perfectis hominibus planéq; sapientibus, sed cum his in quibus nõ præclare agitur, sed sunt simulacra virtutis, etiam hoc intelligendum puto, neminem omninò esse negligendum in quo aliqua significatio virtutis appareat. Idem. 12. Famil. ep. 11. Ego ad vrbem accessi pridie Nonas Ianuarias. Obuiam mihi sic proditum est, vt nihil fieri potuerit honoratius. Idem. 2. Offic. 7. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis. Idem. 3. de Orat. 18. Quum placuisset idem cæteris, in syluam venitur, & ibi magna cum audiendi expectatione consideretur. Idem. 2. de Orat. 207. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum, studiis autem certe moderatis fauetur. Idem. ibidem. 210. Inuidetur autem præstanti florentiq; fortunæ. Idem. ibidem. 209. Sed etiam superioribus inuidetur sæpe vehementer, & eo magis si intolerantius se iactant, & æquabilitatem iuris præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt.

Nonnunquam tamen inuenias positum hoc genus verbum, vbi generalis sermo non sit, sed hoc rarius est: vt, A me amatur. Id proprie dictum esse negarem, nisi ab exercitu latinæ linguæ ducibus dictum scirem.

M. CIC. 6. Famil. ep. 12. Nihil est à me inseruitum temporis causa. Idem. Non potuit accuratius agi, nec prudentius, quàm actum est à te cum Curione de supplicatione.

Quum generalis sermo est, vti possis non inuenuste verbo modi coniunctiui personæ secundæ, numeri singularis. Caput II.

GEneralis sermo item si erit: hoc genere orationem venustes. *Verbum modi subiunctiui personæ secundæ, numeri singularis colloces: vt, Ea est amicitiæ suauitas, vt ea suauius nihil excogitare queas: id est, nullus, quicunque sit, queat. Qui in pericula euntem comitetur, vix hominem inuenias. Quo breuiore compendio ad egestatis tenuitatem deueniας: quàm quum nihil conquirendo multa deperdas?*

VIRGIL. *Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes.*

TERENT. *Adeo homines immutarier ex amore, vt non cognoscas eundem esse.*

Idem. Sine inuidia laudem inuenias & amicos pares.

Idem. Istuc est sapere, qui vbicunq; opus sit, animum possis flectere.

Idem. Perpol quàm paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores.

QVINT. Quo constant miracula illa Pilariorum & Ventilatiorum: vt ea quæ emiserint, vltro venire in manus credas & quæ iubentur decurrere. Idem. Nocet etiam diu pugnare in his quæ iubentur decurrere. Idem. Nocet etiam diu pugnare in his quæ obtinere non possis. VAL. MAXI. Neque virtus hausturn sui cum aliquo personarum discrimine largum malignumue præbet: sed omnibus æqualiter exposita, quid cupiditatis potius quam quid dignitatis attuleris æstimat: inque captu bonorum suorum tibiipsi pondus examinandum relinqui, vt quantum sustinere animo sustinueris, tantum tecum auferas. SAL. Priusquam incipias consulto, & vbi mature consulueris, facto opus. M. CATO. Vita humana propè vti ferrum est. Ferrum si exerceas, conteritur: si non exerceas, tamen rubigo interficit. Ita homines exercendo videmus conteri: si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quàm exercitatio. M. CICERO. 1. Offic. 73. In omnibus negotiis priusquam aliquid aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Idem. 5. Tusc. 118. Iniurias fortunæ quas ferre nequeas, de fugiendo relinquas. Idem. 1. Offic. 110. Neque naturæ attinet repugnare, nec quicquã sequi quod assequi nequeas. Idem. 3. Offic. 104. Quod affirmatiuè quasi deo teste promiseris, id tenendum est. Idem. Homines enim imperiti facilius quod stultè dixeris reprehendere, quàm quod sapienter tacueris, laudare possunt. *Ex hoc dicendi genere Ciceronianum illud omnino non est.* Lege orationes Gracchi, patronum ærarij esse dices. *Quale rarius est.*

Quod item in sermone generali infinitiuus cum verbo esse aut licere dicatur. Cap. III.

APud M. Tullium legere licet infinitiuum cum verbo licere, vt apud A. Gellium cum verbo esse, tum dici quum sermo generalis est: vt, Audire licet quàm frequens sim laudum tuarum buccinator. Animaduertere est quanta ex re literaria quæri possit vtilitas. Quàm sit hac aeris intemperies vehemens, sentire est.

A. GEL. Multos videre est pecuniæ cupidos. Idem. Animaduertere est plæraque verborum latinorum ex ea significatione in qua nata sunt decessisse. Idem. Animaduertere est in tota ista Catonis oratione omnia disciplinarum rethoricarum, arma atque subsidia mota esse. M. CICER. 1. Offic. 42. Videre etiam licet plærosque non tam natura liberales, quàm quadam gloria inductos, vt benefici videantur, facere multa: quæ videntur magis proficisci ab ostentatione quàm à voluntate. Idem. 3. de Orat. 97. Licet hoc videre in reliquis sensibus, vnguentis minus diu nos delectari, summa & acerrima suauitate conditis, quàm his moderatis.

Quod à verbis deponentibus aut communibus non fiant impersonalia vocis passiuæ, quorum loco in sermone generali persona tertia numeri pluralis vsurpanda sit. Cap. IIII.

EXperiuntur lectione multa attentaq; quo genere dicendum sit ornatius. *Quale hoc est. Loquentium vulgus in sermone generali perso-*

nam

nam tertiam numeri pluralis verbi neutri, aut actiui absolutè positi sine vllo suppositio dicunt sæpiusculè. Dicunt enim: cœnant prandent, ludunt, amant, alitq; hoc genus sexcenta. Ea autem fiant impersonalia verba vocis patientis lepidius, vt, cœnatur, prandetur, ludi tur, amatur. Sed quoniam à verbis in or exeuntibus verba huiusmodi impersonalia inclinari posse, negat scite Priscianus: ideo persona tertiæ numeri pluralis verborum in or exeuntium, qualia sunt deponentia aut communia, sine vllo suppositio vim habent verbi impersonalis passiuæ vocis, tum quum sermo generalis est: vt, Tantam esse amicitiam nostram admirantur. Aucupantur male principum amicitias: earum enim vtilitas non virtus origo est. Aetatis huius mos illæ parum probatus est. A suis abstinent, alienis vtuntur.

VIRGIL. *Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.*

PLIN. Iunior. Ita vulgo ex moribus hominis loquebantur. PLIN. Frontémque domini plus prodesse quàm occipitium, non mentiuntur. M. CICE. 2. Offic. 38. Maximeque admirantur eum, qui pecunia non mouetur: quod in quoque viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur. Idem. ibidem. Quia deos nocere non putant, his exceptis, homines hominibus plurimum obesse vel prodesse arbitrantur. Idem. Itaque vulgo loquuntur sese in beneficiis mores hominum non fortunam sequi. Idem. 2. de Orator. 321. Reos autem appello, non eos modò qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur: sic enim olim loquebãtur. Idem. Ita enim loquebantur, qui est omnibus princeps, non omnibus princeps. Idem. de Oratore perfecto. 31. Quæ est autem tanta peruersitas, vt inuentis frugibus glande vescantur? Idem. Veientem quidem agrum & Capenatem metiuntur.

Est tamen vbi à deponenti verbo impersonale fiat.

QVINTI. Cultus concessus atque magnificus addit hominibus, vt Græco versu testatum est, autoritatem: at muliebris & luxuriosus detegit mentem. *Hoc autem rarum omnino est.*

Vbi verò ea persona tertiæ numeri pluralis vocis actiuæ sine suppositio ponatur, scriptorum grauis autoritatis exempla non desunt: quum eorum significatus hominum generi est geminus. Sed hoc itidem rarum est, nisi in paucis: qualia sunt ferunt, aiunt, dicunt.

VIRGIL. *Vbem quam dicunt Romam Melibœe putaui*
Stultus ego huic nostræ similem.

PLINIVS Iunior. Ferunt Xerxem, quum immensum exercitum oculis obiisset, illachrymasse, quòd tot millibus tam breuis immineret occasus. M. CICERO. de Oratore perfecto. 62. Et Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt.

Quod cum impersonali verbo actiuæ vocis indefinitum impersonalis passiuæ vocis aut passiui verbi collocari debeat. Cap. V.

ID etiam tradi oportet, quod obseruari sæpe attendimus. Id autem est. Quum post verbum impersonale vocis actiuæ domestico sermone postponitur verbum modi indefiniti: hoc esse verbi impersonalis passiuæ terminationis, aut verbi passiui, elegantius sit: vt, Quanta sit amicitiæ nostræ magnitudo, credi non potest. Amicorũ negotia perinde vt sua curari oportet. Ab eo qui habitus amicus est negligi, inofficiosum esse dici solet.

TERENT. *Hanc oportet in cruciatum abripi.*

Idem. Iam sciri potest.

Idem. Non hercle verbis Parmeno dici potest tantum quàm re ipsa nauigatio incommodum est.

QVINT. Pueriles annos onerati non oportet. Idem. Vix dici potest quanto libentius imitemur eos quibus fauemus. Idem. Neque adeo ieiunam & pauperem natura eloquentiam fecit, vt vna de re bene dici, nisi semel non possit. Idem. Quæri solet, an etiam si discenda sint hæc, eodem tempore tradi omnia & percipi possint. Idem. Vt monilibus & margaritis ac veste longa, quæ sunt ornamenta fœminarum, deformentur viri: ita nec habitus triumphalis, quo nihil excogitari potest angustius, fœminas deceat. A. GEL. In iis autem diis quos placari oportet, vti mala à nobis vel à frugibus natis amoueantur, Aueruncus quoque habeatur, & Robigus. Idem. Eius obseruationis an religio vlla sit tradita, quæri solet. Idem. Quæri solitum est in Philosophorum disputationibus, an semper inq; omnibus iussis patri parendum sit. M. CICERO in Hortensio exfrag. Vti qui purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam: sic literis talibusq; doctrinis ante excoli animos & ad sapientiam concipiendam imbui ac præparari decet. Idem. Negat Epicurus iucunde posse viui, nisi cum virtute viuatur. Idem. 2. de Finib. 49. Naturæ obsisti nullo modo posse. Idem. Dici nihil potest verius. Idem. Premit enim atque instat, nec resisti potest. Idem. 2. de Orat. 208. Videndumque hoc loco est, ne quos nos ob benefacta diligi volemus, eorum laudem atque gloriam, cui maximè inuideri solet: nimis efferre videamur. Idem. de Senec. 69. Horæ quidem cedunt & dies, menses & anni, nec præteritum tempus vnquam reuertitur, nec quid sequatur, sciri potest.

Verba iubere & imperare cum passiuis indefinitis, quàm cum actiuis coniungi sæpius. Cap. VI.

ILlud quoque stylo nostro produci iubemus: quod frequens oratoribus esse non ignoramus. Hoc autem est, cum verbo iubere vel imperare indefinitum actiuum raro, passiuum prope semper, nisi alius generis est, adiunctum est: vt, Accersi iubeo, impero obseruari, portari iubeo.

ENNIVS. *Mihi auscultà nate: pueros cremari iube.*

PLAVIVS. *Quid deportari ad nos iubet?*

Idem Iube hanc aquam calefieri.

PLIN. Amygdalæ in argilla molli meridiem spectanti seri iubentur. Idem. Prior Africanus Q. Ennij statuam sepulchro suo imponi iussit. QVINT. Silent leges inter arma: nec te expectari iubent. A. GEL. Quem in manu amici conspectum legi iusserat. Idem. Eum vocari iussit. Idem. Vestimenta detrahi imperauit. M. CIC. 5. Tusc. 91. Xenocrates, quum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima: adduxit legatos ad cœnam in Academiam. Iis apposuit tantũ quod satis esset, nullo apparatu. Quum postridie rogarent, cui numerari iuberet. Quid? vos hesterna, inquit, cœnula num intellexistis me pecunia non egere? Idem. de Dionysio. 5. Tusc. 60. Quum pila ludere vellet, studiosè enim id faciebat, tunicámque poneret, adolescentulo quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic quum quidam familiaris iocans dixisset: Huic quidem certe vitam tuam committis: arrisisséque adolescens, vtrunque fussit interfici. Idem. 1. in Catil. 17. Num ne hunc in vincula duci, num ad mortem rapi, num summo supplicio mactari imperabis?

Infinitiuum passiui verbi vsitatius quàm actiui cum verbo posse componi. Ibique an possibile latinè dicatur. Caput VII.

VSurpatione dignum censeri id potest: quod multo receptæ autoritatis exemplo firmatum sit. Cuiusmodi illud est. Cum verbo posse infinitiuum passiuæ sæpius, actiui perraro adiunctum inuenias, nisi in primis aut secundis personis: vt, Ex amicitiæ integritate vtilitas muta quæri potest. Ab vncto corio canis absterreri nõ potest. Res ea citius nũciari nõ potuit.

TERENT. *Non potest cælari nostra diutius tam audacia.*

Idem. Non satis pro merito ab illo tibi potest referri gratia.

Idem. Mihi non videtur quod sit factum legibus, rescindi posse.

Lex tabularum duodecim. Sacri commissum est quod nũquam expiari poterit. Impiè cõmissum est quod expiari poterit. PLIN. Iunior. Quid homini potest dari maius quàm gloria, & laus, & æternitas? QVIN. Tradi omnia quæ ars efficit, non possunt. Idem. Natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus: vt sapor quo noua imbuas durat: nec lanarum colores quibus ille simplex candor mutatus est elui possunt. Idem. In pueris oratio perfecta nec exigi nec sperari potest. Idem. Philosophia simulari potest, eloquentia non potest. Idem. Neque semper est desperandum aliquid illis quæ dicta sunt meliùs posse reperiri. Idem. Turpiter desperatur quicquid fieri potest. M. CATO. Frusto panis cõduci potest, vel vti loquatur. M. CIC. pro Milone. 9. Insidiatori verò quæ potest inferri iniusta nex? Idem. 1. Tusc. 108. Ad omnem rationem Teucri vox accommodari potest. Patria est vbicunque est bene. Idem. 2. de Leg. 24. Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus vllis elui potest. Idem. 10. Fa. ep. 10. Is autem qui verè appellari potest honos, non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. Idem. Tãta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, vt nihil hominum aut auribus aut mentibus iucundius percipi possit. *Superioribus his exemplis admonitum te volumus vsu verbi posse, cum infinitiuo passiuo, declinari vitariq; vocabulum possibile aut impossibile, quod à M. Tullio vsurpatum legere non memini. Ne tamen vocabulum hoc è Latio quasi relegari à nobis videatur: latinum esse ex Macrobio exq; Fabio Quintiliano docemus. Illius verba sunt.* Quum tria hæc ex æquo impossibilia putentur: vel Ioui fulmen, vel Herculi clauam, vel versum Homero subtrahere. Huius autem. Non, inquit, longum tantum, sed etiam impossibile aut potius infinitum est. Eiusdem. Impossibilia aggrediantur. Eiusdem. Melius igitur qui tertiam partem dixerunt ἀδύνατον quod nostri impossibile nominant: quæ vt dura videatur appellatio, tamen sola est.

Impossibile igitur durum est vocabulum.

Post verbum volo, nolo, aut malo, infinitiuum passiui elegantius quàm actiui ponendum esse. Cap. VIII.

ADmoneri te quoque illud voluimus: post verbum volo, nolo, malo, sæpius atque multo vsitatius in persona quauis infinitiuum passiuum quàm actiuum collocari: vt, Amicitiam tuam comparari volo. Damnum suscipi nolo. Abste virtutem quàm diuitias comparari malo.

QVIN. Nec mihi vnquam tanta fuit cura breuitatis: vt non ea quæ credibilem faciunt expositionem, inseri velim. Idem. Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus: quas, si fieri posset, sapiens Chrysippus optauit: certe quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Idem. Se quoque præceptores intentè ac modestè audiri velint. Idem. Duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo

modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impunè voluerunt. ATTEIVS CAPITO. Cato rem quam consulebatur, quoniam non è Republica videbatur, perfici nolebat. M. CICE. Pluribus nominibus vnam rem declarari volo.

Post alia quoque vocabula infinitiuum passiuum non incommodè collocari. Caput IX.

ILlud quoque his adiungi laborauimus: vt etiam post vocabula alia infinitiuũ passiui verbi quàm actiui collocari inuenias vsitatius: etiam si non diutius in attenta oratorum lectione versatus fuerit: vt, Amicitiæ nostræ fines protendi longius operam dabo. Publicam rem negligi turpe est. Bellerophontis literas fert is qui exitium à se suum portari nescit.

HORATIVS. *Nec vera virtus, quum semel excidit, Curat reponi deterioribus.*

TERENT. *Aut ego profectò egregie ad miseriam natus sum, aut illud falsum est quod ego audio dici, diem adimere ægritudinem hominibus.*

Idem. Idcirco accersor, nuptias quod mihi apparari sensit.

SVETONIVS de Augusto. Componi aliquid de se nisi & setio & à præstantissimis ostendebatur. PLINIVS. Ritu naturæ capite hominem gigni mos est, pedibus efferri. Idem. Colitura ergastulis pessimum est, vt quicquid agitur à desperantibus. Idem. Minus miretur hoc, qui sciat vestem à tineis non attingi, quæ fuerit in funere. QVINT. Vbi vinci necesse est, expedit cedere. Idem. Socrates iam senex institui lyra non erubescebat. Idem. Videtur ars omnino dicentis contra iudicem adhiberi. Idem. Neque est sanctius sacris iisdem, quàm studiis initiari. Idem. Lex est quæ prohibet adulteram sine adultero occidi. Idem. Authoritas ab oratoribus vel historicis peti solet: nam poëtas metri necessitas excusat. AVL. GEL. de Alexandro. Victi hostis vxorem, facie inclyta mulierem vetuit in conspectum suum deduci: vt eam ne oculis suis quidem contingeret. C. CAESAR. Neque hominum morte memoria deleri debet: quin proximis retineatur: neque clientes sine summa infamia deseri possunt. MAR. CATO. Maiores sanctius habuere defendi pupillos, quàm clientem enim fallere. M. CIC. 2. Famil. ep. 7. Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Idem. Summum autem bonum si ignoretur: viuendi rationem ignorari necesse est. Idem. 1. Offic. Potest accidere promissum & conuentum, vt id effici sit inutile, vel ei cui promissum sit, vel ei qui promiserit. Idem. 1. de Diuinat. 2. Ego gentem nullam video neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem atque barbaram: quæ non significari futura, & à quibusdã intelligi prædiciq́ posse censeat. Idem. Ego cupio non mendacem probari. Idem. 2. Offic. 70. Melius apud bonos quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. Idem. ibidem. 87. Res autem familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. Idem. ibid. 28. Portari in triumpho Massiliam videbamus.

Quod verba curo, volo, nolo, malo, cupio, habeo pro debeo, & oportet, pro præsenti indefiniti actiui participium præteriti temporis habeant elegantius. Cap. X.

DIcendi genus hoc obseruatum si curaueris, à frequentiore vsu dicendi comicorum non discedes. Hac autem vta obseruare queas: si post verba curo, volo, nolo, malo, cupio, habeo pro debeo, & oportet, posueris participium temporis præteriti non verbum indefiniti modi verbi actiui, vt, Missas ad amicum literas curaui. Detrimentum vllum tibi allatum nolo. Rempublicam diuitijs ac viribus auctam oportet.

TERENT. *Adolescenti morem gestum oportuit.*

Idem. Iam iam, vbi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum tuum Pamphilum.

PLAVTVS. *Sed etiam est, paucis quod vos monitos voluerim.*

Idem. Eas si adeas, abitum quàm aditum matis.

Idem. Sunt qui volunt te conuentam.

Idem. Dũ me ex perdita saluatam cupiunt.

AVLVS GELLIVS. Aduersarios seruatos magis cupiunt, quàm perditos.

Quod item post verbum curo participium futuri in dus postponatur elegantius quàm infinitiuum verbi actiui. Cap. XI.

PReceptionem hanc imitandam si curaueris, nihilo minus eleganter orationem compones. Ea cum alijs multis, tum maximè A. Gellio. & Val. Maximo, M. quoque Ciceroni non parum familiaris est. Ea autem huiusmodi est. Cum verbo curo participium futuri in dus ponitur elegantius quàm actiuum verbum modi indefiniti. Vt, Negotia tua quàm mea prius conficienda curabo. Librum, quum vsui fuero, reseredum curabo. Literas ad te mittendas curaui.

PLINIVS Iunior. Missi statim pontifices qui defodiendam necandámque curarent. AVL. GELLIVS. Ex malis duobus quos apud eum vidisset, vter maior esset, mittendum curaret. Idem. Hos porro libros vniuersos multis post tempestatibus Seleucus rex qui Nicanor appellatus est, referendos Athenas curauit. Idem. Is me statim rei capitalis damnandum dandumque ad bestias curauit. CN. PLANCVS. Exercitum huc traiiciendum quàmprimum cures. VAL. MAXIMVS. Mero somnóque sopitos plaustris in vrbem deuehendos curauerant. Idem. Vt comperit vnde aduecti essent, quinqueremi reportandos Meletam, inque templo Iunonis collocandos curauit. M. CICERO. Eo factum est vt ad te Lupus sine meis literis rediret, quum tamen curasset tuas ad me perferendas. Idem. Quos tamen ipsos, si quem cui recte committam inuenero, curabo ad te perferendos. Idem. Hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum dicere quàm mihi gratum futurum sit. Idem. Hunc Fabricius reducendum curauit. Idem. Negotium conficiendum cures. Idem. Funus ei satis amplum faciendum curaui. vide CVRO.

Verbum velle ac locare itidem dici posse vt noris, exempla ascribimus.

PLAVTVS. Volo amori obsecundum illius. M. CICERO. 4. Fami. epist. 12. Posteáque curauimus, vt iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent.

Hæc quoque verba quæ præceptione dixi superiore cum infinitiuo passiui verbi non ineleganter dicuntur.

Post verba necesse est, oportet, volo, nolo, malo, peto, rogo, precor, verbum modi coniuncti-ui sine particula vt, ponendum esse. Caput XII.

NEcesse est multis comprobem testimonijs, quod à vulgi sermone alienum esse dicemus. Quale illud est. Post verba necesse est, oportet, volo, nolo malo, peto, rogo, precor verbum modi subiunctiui præpositæ ei particula quod vel vt, sermone vulgi ignotum non est. Qui sibi paulo visi sunt humaniores, omissa particula quod vel vt, posterius id verbum modi subiunctiui in verbum indefinitum transferendum esse præceperunt. Nos tamen censemus verbum id in modo subiunctiuo abiecta particula quod vel vt, relinquas: vt, Amicum bonum qui nactus sit, voluptate afficiatur necesse esse. Malo venias quàm scribas. Vbi sis me rogo certiorem facias. Demetrius Phalereus. Iuuenes domi parentes, obuios in itinere, in solitudine seipsos vereantur oportet.

CATVL. *Nam magnus ex matre & nato gignatur oportet,*
Si vera est Persarum impia relligio.

PROPERT. *Multa prius dominæ delicta queraris oportet.*

TERENT. *Nolo mentiare, aperte vt dicta, vt res est nuntiato.*

M. BRVTVS. Rescribas nobis ad omnia rogamus. Idem. Petimus à te facias nos certiores tuæ voluntatis in nos. D. BRVTVS. Autoritate & prudentia prospicias oportet, ne inimici nostri consulibus sublatis sperent se conualescere posse. C. CASSIVS. Cito fame pereat necesse est. C. ASINIVS Pollio. Si qui lætantur in præsentia, tamen postmodum necesse est doleant. QVINTILIA. Necesse est sibi nimium tribuat, qui se nemini comparat. Idem. Concedant mihi omnes oportet, quod Stoicorum quoque asperrimi confitentur, facturum aliquando bonum virum, vt mendacium dicat. Idem. Qui neque feciſſe se negabit, neque aliud esse quod fecerit, dicet, neque factum defendet, necesse est in suo iure consistat. IVLIVS HIGINVS. Quæ Bidens est hostia, oportet habeat dentes octo: sed ex his duo cæteris altiores, per quos appareat ex minore ætate in maiorem transcendisse. M. CICERO. Velim ita statutum habeas, me tui memoriam summa cum beneuolentia tenere. Idem. Tu velim ita tibi persuadeas, nullam rem esse minimam quæ ad te pertineat, quæ mihi non charior sit quàm meæ res omnes. Idem. His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim. Idem. 5. Famil. epistol. 6. Tu ad me velim literas crebrius mittas. Idem. 1. de Orator. 133. Nunc enim te iam exoremus necesse est. Idem. Tu velim desinas iam nostris literis vti, & nos aliquando reuisas. vide REVISO. Idem. Me tamen velim quod ad tempus expectemus, certiorem facias. Idem. Ante eam diem Anneius ad me redeat oportet. Idem. Eius negotium sic velim suscipias, vt si esset res mea. vide NEGOTIVM. Idem. Totum negotium sustineas oportet. Idem. Multos tibi commendem necesse est. Idem. Hoc tu meum consilium laudes necesse est. Idem. Nolim me iocari putes. vide IOCOR. Idem. 1. de Orator. 20. Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. Idem. Quicquid oritur, qualecunque est, causam habeat à natura necesse est: vt etiam si præter consuetudinem exiterit, præter naturam tamen non possit existere. vide CONSVETVDO. Idem. 2. Offic. vide METVO. Qui se metui volent, à quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi necesse est. Idem. Hominem occidat oportet, qui vestra opera vti velit. Idem. 1. Tusculan. q. Mallem Cerberum metueres, quàm

ista

ista tam inconsiderate diceres. Idem. Tamen huic ipsi multa tribuat & concedat necesse est.

Necesse est quàm necessarium est, aut, quod non infrequens est apud A. Gellium, necessum est, vsitatius dici velim admoneare.

Quod itidem post verba curo, censeo, prouideo, caueo, nuntio, suadeo, facio, reliquum est, verbum subiunctiui modi, omissa particula quòd, vel vt, vel ne ponatur. Cap. XIII.

ESSET præceptio hæc familior curaui, eam enim cum superiore, quæ eiusdem ferè argumenti est, si coniunxissem, verborum exemplorumque multitudo puerilis ingenij paruitatè obruisset potius, quàm adumento fuisset: quam iuuare firmaréque contendimus. *Quum igitur post verba hæc curo, censeo, prouideo, caueo, nuntio, suadeo, facio reliquum est, & si qua similia sunt, verbo modi coniunctiui particula quod, vel vt, vèl ne, domestico sermone præponitur: fac eam particulam abuciàs, si dicere contendas ornatius: vt, Amicitiam quibus scu rebus augeri posse, censeo augeas. Aeternam tibi quærat gloriam suadeo. Fac me semper diligas.*

CATVLLVS. *Velim Cæcilio Papyre dicas, Veronam veniat.*

PLAVTVS. *Vtinam dij faxint, infecta dicta recte veniant tua.*

VATINIVS. *Tu nos fac ames.*

Cn. PLANCVS. In quibus aperte denuntiat videam ne fallar. M. CAELIVS. Integrum tibi reseruo suadeo. SER. SVLPIT. Fac aliquādo intelligamus ad vera quoque te æque perferre posse. AVL. GELLIVS. Fac amicos adeas & roges veniant. CORN. NEPOS. Facile vobis in mentem veniat Quirites ex ære alieno in hac ciuitate & in aliis omnibus propter diem atque fœnus sæpissimam discordiam fuisse. M. CICERO filius. Firmo id constantique animo facias licet. M. CICERO. 10. Famil. ep. 15. Fac valeas, méque mutuo diligas. Idem. Reliquum est tuam profectionem amore consequar. Idem. Caue dubites quin omnia de salute ac reditu tuo perfecta sint. Idem. Caue festines aut committas, vt aut æger aut hyeme nauiges. Vide. CAVEO. Idem. Id si ita est, essedum aliquod suadeo capias. Idem. Caue suspiceris contra voluntatem meam te facere. Idem. Tu fac habeas fortem animum. Idem. Fortem fac animum habeas & magnum. Idem. Fac animo magno fortique sis. Idem. Omnibus de rebus fac quàm primum sciam. vide FACIO. Idem. Caue si me amas, existimes me, quòd otiosus scribam, abiecisse curam reipublicæ. Idem. Treuiros vites censeo. Idem. Hi plebei fuerunt, quos contemnas censeo.

Post verba hæc particulam vt postponi posse ne tibi negare videamur ascripta hæc voluimus.

M. CICERO. Quintum fratrem meum, si me diligis, eo numero cura vt habeas, quo me. Idem. Fac planè vt valeas. Idem. Ibi te vt firmum offendam mi Tyro effice.

Ad hæc: in oratione eadem si hæc superiórue præceptio his obseruari possit: vt obserues vtrobique non præcipimus.

PVB. LENTVL. Rogo te petas ab his vt hanc dignitatem potissimum nobis tribuant. SALLVST. Prouideas oportet, vt plebs largitionibus & publico frumento corrupta, habeat negotia sua, quibus à malo publico detineatur. *Necesse habet ignoscere, pro necesse est ignoscat, Aser Domitius dixit.* Princeps, inquit ille, qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere.

Verbum quæso quid habeat elegantiæ si cum verbo modi imperatiui adiungatur. Cap. XIIII.

ATtende, quæso, quid habeat venustatis breuiuscula hæc præceptio. *Sermone triuiali quum verbum precor aut rogo cum verbo modi subiunctiui particula vt, interiecta adiungitur: ornatior tua sit oratio, si ex coniunctiuo imperatiuum facias, ac verbum quæso in orationis medio colloces. vt: Quanti te fecerim, quámque de te vt amicorum integerrimo merere bene contenderim, animo, quæso reuolue. Vbi primum tibi per otium licebit, ad me, quæso, rescribe. Doceare, quæso, quantum sæpe mihi in mentem tui veniat.*

POMPONIVS. Noli quæso, irascere, more fit, moriri suam quisque vxorem vt velit.

Irascere & morire priscè dicta sunt.

TERENTIVS. *Narra istuc quæso, quid fuit.*

PLAVTVS. Abstine quæso. M. CICERO. Attende, quæso, quæ sint consecuta. Idem. 1. Tusc. 102. Quid Cyreneum Theodorum philosophum non ignobilem? num ne miramur? Cui quum Lysimachus rex crucem minaretur, Istis quæso, inquit, tuis ista horribilia minitare purpuratis tuis.

Paulo aliter illud à Propertio dicitur.

Vidi ego, me quæso teste negare potes.

Verbum precor hoc dicendi genere Tibullus vsurpat.

Parce precor tenero, non illi fontica causa est.

Idem. Si fas est, mos precor ille redi.

Vbi ille, vocatiuus esse videtur.

Cum verbis opinor, puto, arbitror, credo, fateor, aliisque hoc genus multis, coniunctionem vt, non adiungi, déque verborum eorundem vsurpatione. Cap. XV.

ILlud ne grammatici quidem puto ingratum erit. *Grammatistarum nonnullorum præceptio ad hunc ferè modum est Quum sermone quotidiano post verbum aliquod particula quod ponitur, sequiturque verbum alterum modi finiti: omissa ea particula quod, verbū hoc alterū fiat indefinitum: vt, Opinor quòd amicus meus valet: dicēdum esse censent: opinor amicum meum valere. Ibi aliter aliquanto dicendum esse præcipimus: sed superius id prorsus non negamus. Hoc autem est, vt verbum vtrumque finiti modi immutatum maneat. Id autem quod post se eo sermone quotidiano habet particulam quòd, ea omissa, ponatur in medio orationis, raro in principio: eique coniunctio nulla adiungatur: nisi ex veterum more, qui particulam vt sæpius præposuerunt. A præceptione superiore hoc differat: quòd ea verbum hoc alterum modi coniunctiui sit, hac indicatiui vt: Amicus meus incolumi, opinor, valetudine est. Amicitia nihil datum est credo, à dijs immortalibus homini melius. Nullas ad te, fateor, literas dedi.*

AVL. GELLIVS. Naturalis illa Gracchi vehementia indiguisse non, opinor, æstimanda est. M. CICERO. 5. Tusc. 63. Niobe fingitur lapidea, propter æternum credo in luctu silentium. Idem. 1. Tusc. 92. Endymion verò, si fabulas audire volumus, nescio quando in Lamio obdormiuit, qui est mons Catiæ, nondum, opinor, est experrectus.

Particulam vt, nonnunquam Cicero idem præponit: vt, Parad. 1. Sæpe laudabo sapientem illum Biantem, vt opinor, qui numeratur inter septem sapientes. Idem. 5. Famil. ep. 12. Ardeo cupiditate incredibili, neque, vt ego arbitror, reprehendēda, nomen vt nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis. Idem. 3. Tusc. 18. Non inscite Heracleotus Dionysius ad eu disputat quæ apud Homerum Achilles queritur hoc, vt opinor, modo.

Córque meum penitus turgescit tristibus iris,
Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.

Idem. 1. de Ora. 4. Mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriæ non sanè satis explicata recordatio, sed, vt arbitror, apta ad id quod requiris. Idem. ibid. Dabis hanc veniam mi frater, vt opinor, vt eorum quibus summa dicendi laus à nostris hominibus concessa est, autoritatem Græcis anteponam.

Post licet, fas est, necesse est, facile est, datiuum non accusatiuum adiungendum esse, si sequatur verbum indefinitum. Cap. XVI.

DIcere nunc mihi fas est quæ mihi grammatico minus quàm oratori vtilia sint. *Nisi enim congrua oratio est, ea eleganti esse non possit. Post licet, aut fas est, aut necesse est, aut facile est, aut quidem hoc genus aliud, datiuum sæpius vsitatiúsque quam accusatiuum posueris, si sequatur verbum indefiniti modi: vt, Amicitia tua frui vtinam liceret. Male perire ei necesse sit, qui virtutem contemnat. Furem occidere ius est ei: qui eum nocte cum telo inuenerit.*

ENNIVS. *Neque terram inijcere, neque cruenta.*
Conuestire mihi corpora licuit.
Idem. Si fas cædendo cœlestia scandere cuiquam,
Mi soli cœli maxima porta patet.

OVIDIVS. *Cui peccare licet, peccat minus, ipsa potestas*
Semina nequitiæ languidiora facit.

VIRGIL. *Mihi iussa capessere fas est.*

PLAVTVS. *Licet mihi liberè quodnis loqui.*

Idem. Mihi necesse est ire hinc.

QVINTILIANVS. Difficile est nobis mutare habitum animi semel constitutum. Idem. Oratori nihil est necesse in cuiusquam iurare leges. VAL. MAXIMVS. Cui si talibus studiis perfrui fas non erat: vtilius aliquanto fuit, ad illa aditum non impetrasse, quàm iam precepta eorum dulcedine caruisse. Idem. Illud quoque memoria repetendum est, quòd tribunis plebis intrare in curiam non licebat. Idem, Dabat operam ne imperatoribus capite censos sacramento rogare esset necesse. Idem. Vt ad Massilienssium ciuitatem reuertar, intrare oppidum eorum nulli cum telo licet. SALLVST. Nemo enim alteri impetium volens concedit: & quamuis bonus atque clemens sit qui plus potest, tamen quia malo esse licet, formidatur. M. CICERO. 5. Tusc. Animo autem multis modis variisque delectari licet: etiam si non adhibeatur aspectus. Idem. Licuit esse otioso Themistocli? Licuit Epaminondæ? Licuit, ne vetera & externa quæram, mihi? Idem. 3. Tusc. 48. Piso ille frugi semper contra legem frumentariam dixerat. Is lege lata consularis ad frumentum accipiendum venerat. Animaduertit Gracchus in concione Pisonē stantem, Quærit audiēte Romano populo qui sibi constet quum eadem lege frumentum petat, quam dissuaserat: Nolim, inquit, mea bona Gracche tibi, viritim diuidere liceat: sed si facias, partem petam. Idē. Danda igitur opera est, vt iis beneficiis quàm plurimos afficiamus, quorum liberis posterisque prodatur memoria, vt iis ingratis esse non liceat. Vide PRODOR & MEMORIA.

A verbo passiuo, sæpiúsque à præteriti temporis participio datiuum pro ablatiuo regi. Caput XVII.

ORatorum poetarúmque plurimis obseruatum id est, vt verbum passiuum, vel participium temporis præteriti, quod præposita particula à vel ab cum ablatiuo copulari solet, cum datiuo componatur. hoc sæpius fit illud ariusve, vt, Non facile cuiusbonus eligitur amicus. Multis inga cibi varietas ingenio valetudinique inimica esse hominibus multis cognoscitur. Famæ tuæ integritas inuidis multis lacerata est.

VIRGILIVS. Despectus tibi sum, nec qui sim quæris Alexi.
Idem. Præterea duo nec tanta mihi valle reperti capreoli.
Idem. Nulla tuarum audita mihi neque visa sororum.
Idem. Miscet se septus nebula, mirabile dictu,
Per medios, miscétque viris, neque cernitur vllis.

LVCILLIVS. Certum scio esse vt dicis, Nam mihi erant de illo explorata omnia.

SVETONIVS de C. Cæsare Caligula. Libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens nihil sibi admissum cur cuiquã inuisus esset. Idem. Quo cognomine iis deus quadam in parte vrbis colebatur. PLINIVS. Coli tura ergastulis pessimum est, vt quicquid agitur à desperantibus. M. CICERO. Est philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consulto ipsa fugiens, eique ipsi & suspecta & inuisa. vide PHILOSOPHIA. Idem. 10. Fam. ep. 27. Sapientius meo quidem iudicio facies, si te in istam pacificationem non interpones, quæ neque senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Idem. Aut enim negligenda nobis fuit voluptas eorum quibus probari volebamus, aut ars eius conciliandæ repetenda. vide VOLVPTAS. Idē. de perfecto oratore 118. Tum autem velim, si tibi ea quæ disputata sunt minus probabuntur, vt aut maius opus institutum putes quàm effici potuerit, aut dum tibi roganti voluerim obsequi, verecundia negandi impudentiam susceperis. Idem. Id à me genus exprimi sentiretur, quod maximè mihiipsi probaretur. Idem. Quæ si vobis hominibus eruditissimis non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote. vide ACCVSO.

Ab hac præceptione alienum illud prorsus nõ est, quod Ennij est O genitor, ô sanguen dẽs oriundum. Vbi hoc sanguen veteres dixisse attendas. Vnde huius sanguinis est.
Præceptio hæc tibi nimis quàm modeste obseruata sit

Quod participium præteriti temporis factum à deponenti verbo actiuæ significationis, vtrunque significatum habeat, actiuum & passiuum. Caput XVIII.

ARbitrata hæc vulgo fortasse non erunt, nisi auctoritate multa confirmentur. Autore Prisciano verba ea quæ deponentia dicuntur, fuit quando in significatione vtraque promiscuè dicerentur. Eius rei testimonia sanè quàm multa apud eundem legere possis. Quoniam verò in actiua significatione, quàm in passiua dicuntur sæpius, passiuam deposuisse videntur, ideóque deponentia, inquit, appellata sunt. Ita censemus adiungenda esse ea quæ vulgo creduntur communia esse. Ea enim vt deponentia alia, actiuè ferè semper dicta inuenias. Caterum participia præteriti temporis siue sint ab hu verbis quæ communia dicuntur, siue à deponentibus actiui significatus, in significatione vtraque dici possunt: vt,

Iam cita tum demum certa est, cum periculis multis experta est Testatas mecum geris inimicitias Beneficentia in te mea oblita est.

ACTIVS. *Multa inuenta expertáque in hoc sunt bona.*
PROPERTIVS. *Altera Cressæ portat mentitæ linea mõstra bouis.*
OVIDIVS. *Sæpe simultates ira morata facit.*
HORATIVS. *Viuunt & rigidi Getæ*
Immetata quibus iugera liberas
Fruges & Cererem ferunt.
VIRGILIVS. *Nunc oblita mihi tot carmina.*
Idem. Cursúsque dabit venerata sacerdos.
Idem. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.
TERENTIVS. *Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.*

SVETONIVS de C. Cæsare. Libertum gratissimum ob adulteratam equitis Romani vxorem, quamuis nullo querente, capitis pœna effecit. Idem de Augusto. Neque in senatu, neque apud populum, neque apud milites locutus est vnquam, nisi meditata & composita oratione, quamuis non deficeret ad subita extemporali facultate. AVL. GELLIVS. Cui plęraq; omnia comperta, explorata, meditatáque. Idem. Anceps quæstio, & in vtrãque partem à prudentibus viris arbitrata est. CORNELIVS Nepos. Aedis Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio. C. ASINIVS Pollio. Cuius experta virtus bello Germaniæ traducta ad custodiam Illyrici est. L. FENESTELLA. Frustratus igitur, à spe deiectus in castrum se recepit. SALLVSTIVS. At Lucullum regis cura machinata fames breui fatigabat. M. CATO. Exercitum suum pransum, paratum, cohortatum eduxit foras, atque instruxit. Q. HORTENSIVS. Abusis iam omnibus locis. M. CICERO. de Senec. 42. L. Flaminius quum esset consul in Gallia, exhortatus est in conuiuio à scorto, vt securi feriret aliquẽ eorum qui in vinculis essent damnati rei capitalis. Idem. 1. Offic. 27. Leuiora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata, quæ præparata inferuntur. 2. de Or. 118. Hoc meditatum nobilis in perpetuum esse debet. de Aruspicum responsis. 3. Nihil feci non diu consideratum & multo ante meditatum. Idẽ. de Senec. 4. Senectutem vt adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. Idem. ibid. 59. Mirari se nõ modò diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa & descripta. Et ei Cyrum respondisse Atqui ego ista sum dimensus.

De præteriti perfecti modi indicatiui persona tertia numeri pluralis in re exeunte. Caput XIX.

FVêre, vt ait Quintilianus, quibus placitum esse scripsere legere aliáque generis eiusdem numeri esse duale non pluralis sententia quorum simul cum his puto meruit. Nam vt exemplis non paucis idem Quintilianus docet de pluribus quàm duobus sæpe dicuntur. Marcus item Cicero reprehendere se negat scripsere: scripserunt etiam verius sentit. Promiscuè profectò similitudinem vtramuis inuenire est, tam apud poetas, quàm apud oratores. Historicis verò ea finitio quæ est re, aliquanto familiarior est. M. verò Catoni ciúsque imitatori Sallustio ita familiaris est, vt apud eum eam prope semper inuenias: vt, Qui ex inimicis amici facti sunt inimicitiis grauius nihil inuenêre. Abeunte mihi parentes pecuniam nullam dedêre. Nocere tibi hostis cogitauêre.

VIRGILIVS. *Et nunc quòd patrias vento petière Mycenas.*
Idem. Atque vtero sonitum quater arma dedere.

PLINIVS. Nec cuicquam ratius homines, quàm parientẽ vidêre vrsam. Idem. Vindemiam antiqui nunquam exstimauêre maturam ante æquinoctium. Idem. Multi extitêre qui non nasci optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Q. CVRTIVS. Bactrianorum equitum duo millia fuêre. Idē. Intrãuere vallum. Idem. Ordines seruare didicêre. T. LIVIVS. Morte Africani creuêre inimicorum animi. Sed in hoc finitionem alteram sæpius inuenias. CAESAR apud Sallustium. Qui demissi in obscuro vitam agunt: si quid iracundia deliquêre, pauci sciunt: fama atque fortuna eorum pares sunt. Idem. Qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt: eorum facta cuncti mortales nouêre. C. MAR. apud Sallustium. Illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionem sese probos simulauêre. Idem. Homines superbissimi procul errant. Maiores eorum omnia quæ licebat illis reliquere, diuitias, imagines, memoriam sui præclaram: virtutẽ non reliquêre, neque poterant, ea sola neque datur dono neque accipitur. SALLVST. Vrbem Romam, sicuti accepi, condidêre atque habuêre initio Troiani. Idem. Ii quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere mos est: vbi animum, quem dominari decebat, seruitio oppressere, nequaquam eo postea hebeti atque claudo pro exercitio vti volunt. Idem. Multi mortales dediti ventri atque somno indocti incultiúque vitam sicuti peregrinantes transegêre: quibus profectò contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. M. VARRO. Crede mihi plures dominos serui comedêre quàm canes. M. CATO. Maiores sanctius habuêre defendi pupillos quàm clientem non fallere. Idem. Maiores enim nostri sic habuere, & ita in legibus posuêre, furem dupli cõdemnari, fœneratorem quadrupli. Idem. Decemuiros Brutiani verberauêre: vidêre multi mortales. Idem. Omnis Græcia gloriã atque gratiam præcipuam claritudinis inclytissimæ decorauere monimentis, signis, statuis, elogiis, historiis, aliisque rebus gratissimum id eius factum decorauere. Idem. Compluries eorum milites mercenarij inter se multi alteri alteros occidere. Idem. Complures multi simul ad hostes transfugere. Idem. Compluries in Imperatorem impetum fecere. Idem. Dij immortales tribuno militum fortunam ex virtute eius dedere. Idem. Eum inter mortuos defatigatum vulneribus, atque spirantem quòd sanguen defluxerat, cognouere: eum sustulere. *Sanguen genere neutro prisce dictum est.* M. CICERO. Nam & erudiere multos, quo meliores ciues vtiliorésque in rebus suis publicis essent.

Alia terminatione quæ est vt legerunt, vsum fuisse Sallustium, licet rarissimè, nedissimulemus, verba eius ascribenda curauimus. Ego, inquit, in ea vita multa legendo atque audiendo ita comperi, omnia regna, ciuitates, nationes, vsque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera concilia valuerunt. Vbicunque gratia, timor, voluptas, ea corruptêre, pòst paulo imminutæ opes, deinde ademptum imperium, postremò seruitus imposita est.

Hoc dicendi genus multam habebit gratiam: nisi vsurpatione nimia affectasse videare. Idem enim authore Quintiliano deuitandæ asperitatis gratia molitum est: vt apud veteres pro male mereris, male mereor.

Quod persona secunda vocis passiuæ in re quàm in ris terminetur sæpius, Caput XX.

VT præceptione hac vtare monemus, si facundioris prudentiæ viros imitari contendis. Ea autem hæc est. Persona secunda vocis passiuæ, modo

modò in ris, modò in re terminatur: terminationis in re quàm in ris vsurpatio frequentior est, quum in alijs modis, tum vel maxime in subiunctiuo: idq; in coniugationibus alijs quàm in prima frequentius. Vt, *Amicis honesta petentibus obsequare. Rebus meis perinde vt tuis vtare. A quibus amari te sentias, amore prosequare.*

Apud Quintilianum epigramma hoc notum est.

Et verba antiqui multum furate Catonis
Crispe Iugurtinæ conditor historiæ.

OVIDIVS. *Leniter, ex merito quicquid patiare ferendum est:*
Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.

TERENTIVS. *In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?*
Idem. Quid tandiu, quæso, igitur commorabare, vbi id audieras.
Idem. Quodnam arbitrare?
Idem. Nihil est adhuc quod vereare Clinia.

AVL. GELLIVS. Si alium, inquit tribunus, neminem reperies, me licet ad hoc periculum vtate. Idem. Fronto ad Phauorinum: Non inficias, inquit, imus, quin lingua Græca, quam tu videre legisse prolixior fusiórque sit quàm nostra. D. BRVTVS. Si de tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis peterem vt dignitatem meam tuerere. CATEL. apud Sallustium. Quem neque gloria, neque pericula excitant: nequicquam hortere. Timor animi auribus officit. M. CATO. Ventus Cercius quũ loquare, buccam implet. M. CICERO. 5. Famil. ep. 12. Amoriq́ nostro plusculum eriam quàm concedit veritas largiare. Idem. Vides igitur si amitiam sua charitate metiare, nihil esse præstantius. vide AMICITIA. Idem. 7. Fam. ep. 14. Valde iam lautus es, qui grauere literas ad me dare homini præsertim propè domestico. Idem. Parum mihi constans & nimium cupidus decedendi videre, ob eámque causam me arbitrarere literas ad te iamdiu non misisse. Idem. Metuisti, vt ais, ne nimis liber in vicissendo viderere. Metuisti igitur ne grauis ciuis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere. Idẽ. de Amic. 22. Cæterę res quę expetũtur opportunæ sunt, singulæ rebus ferè singulis, diuitiæ vt vtare, opes vt colare, honores vt laudere, voluptates vt gaudeas, valetudo vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. Idem. In inuidiam absens & in crimen vocabare. Idem. Huius tu neque autoritatem verebere neque iudicium. Idem. de Senec. 19. Quam palmam vtinam immortales dij tibi Scipio reseruent: vt aui reliquas persequare. Idem. 1. Tusc. 93. Pellantur ergo istæ ineptiæ penè aniles: ante tempus mori miserum esse: quod tandem tempus? naturæ ne? At ea quidem dedit vsuram vitæ tanquam pecuniæ nulla præstituta die. Quid est igitur quod quęrare si repetit quũ vult? Ea enim cõditione acceperas. Idem. 1. in Catil. 26. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? quum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quenquam neque videbis.

Ab hoc dicendi genere abhorruisse iuniores ne credas, exempla ascribimus.

ANGELVS Politianus. Conferendus propemodum cum professoribus ipsis, & hoc vnum semper agentibus videare. Idem. In quibus tamen ita tantum processisti: vt videare ad summum breui, si modò perrexeris, euasurus.

De futuro imperatiui, quòd vsurpatio eius in testamentis inque legibus apud veteres non infrequens fuerit. Caput XXI.

PRæceptionem hanc tum probato, quum autoritate multa firmatam esse videris. Ea est Quum quid in futuro tempore vt fiat imperamus, hortamur, poscimus, aliúdue quid agimus: imperatiui futuro nobis vtendum est. vt: Ad me vbi primum tibi per otium licuerit scribito. Ad nos venire properato. Negotium hoc meum conficito. Veteres in scribendis legibus hoc futuro vsi fuere. Ideóque Diomede autore, à reliquis futuris hoc differt: quia non vt illico fiat imperamus: sed in futurum fieri, vt perpetuum fiat. Facito enim, legito, id est, semper fac, semper lege. Quem sermonem nonnulli, inquit, consuescuerunt mandatiuum potius quã imperatiuum dicere: Quoniam præsenti tempore imperare solemus vt fiat: in futurum verò magis mandare. Sed quod diximus, id exemplis doceamus.

PROPERTIVS. *Aurum spectato, non quæ manus afferat aurum.*

PLINIVS. Quum germinare videris morum, iniuriam postea frigoris timere nolito. Idem. Oliuantibus lex antiquissima fuit Oleam ne stringito, néue verberato. Apud eundem. Vuam calidam ne legito, hoc est, in eius siccitate, ac nisi imber interuenerit. Hanc ne legito rorulentam. hoc est, si flos nocturnus fuerit, nec priusquam sole discutiatur. Apud eundem. Oua, noua luna, supponito. Apud eundem. Stercus nisi decrescente luna ne tangito. Apud eundem. Verres, iuuencos, arietes, hœdos, decrescente luna castrato. Apud eundem. Frondem medio die arborator ne credito. Antiquissimam hanc legem regis Numæ esse AVL. GELL. credit. Pellex ædem Iunonis non tangito: si tãgit, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito. In veterum legibus iraserptũ fuit. Qui voti reus esto, accedito ad sacra. Qui damnatus esto, sacra rite persoluito. In tabulis duodecim. Si iniuriam alteri faxit, XXV. æris pœnæ sunto. In iisdem. Si in ius vocat, si morbus æuitásue vitium esset, qui in ius vocabit, iumentum dato: si nolet, arceram ne sternito. In iisdem. Ante meridiem causam conficito, quum perorant ambo præsentes. Post meridiem præsenti litem addicito. Si ambo præsentes, sol occasus suprema tempestas æsto. In iisdem. Acris confessi, rebúsque iudicatis, XX dies iusti sunto. Pòst deinde manus iniectio esto, in ius ducito, ni iudicatum facit. At qui pseudo eo in iure vim dicit, secum ducito: vincito aut neruo aut compedibus, X v. pondo, ne minore, aut si volet, maiore vincito. Si volet suo vluito. Ni suo viuit: qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato. Si volet, plus dato. In iisdem. Tertiis nundinis partes secanto: si plus minúsue secuerint, se fraude esto. In iisdẽ. In vrbe ne sepelito, néue vrito. In iisdem. Mulieres genas ne radũto, néue lessum funeris ergo habento. In iisdem. Rei fuæ ergo ne quis legatus esto. In iisdem. Eundem mugistratum, ni interfuerint, X. anni, ne quis capito. In iisdem. Duella iustè gerunto. *In legibus M. Ciceronis hoc genus plura inuenire est.* M. CICERO. Si me dilygis, si à me diligi vis, ad me literas, vt quàm primũ lætitia afficiar, mittito. Idem. A me autem, quum paulum otij nacti erimus, vberiores literas expectato. *Apud eundem, nisi eius esse libros ad Herennũ negas, qua in re à sententia tua non discesserim.* 1. ad Her. 23. Si furiosus existet, agnatorum gentiliúmque in eo pecuniáque eius potestas esto. Apud eundem. Paterfamilias vti super familia pecuniáue sua legauerit, ita ius esto. Apud eundem. 1. de Orat. 183. Si paterfamilias intestatus moritur: familia pecuniáque eius agnatorum gentiliúmque esto.

Sed iam constat satis futuro hoc vtendum esse quum de futuro loquimur: non præsenti, vt loquentium vulgo consuetum est.

De futuris modorum subiunctiui, & infinitiui, quódque eorum loco alia dicantur tempora. Cap. XXII.

MOdi autem subiunctiui pro ijs quæ indicatiui sunt ornate multum verba dici, nemo puto est qui ignoret. Sed maiorem nescio quã vim suadendi, postulandi vetandi, aliúdue quod hoc genus faciendi retinent.

M. CICERO. Hoc velim existimes, animum mihi istum tuum vehementer probari. Idem. Tu ipse velim iudices. Idem. Pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis.

Sed modi huius finitiones vt infinitiui, satis esse proprias temporibus non credimus. Quis enim verteret, rediret, imperfectis præteriti dare, euenire, egere præsentis aut præteriti imperfecti esse temporis nesciat: qui in grammaticæ quasi vestibulum ingressus sit? Ea tamen vsurpari ita inuenire licet, vt actionem futuram significent.

VIRGILIVS. *Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci*
Audierat, Tyrius olim quæ verteret arces
Duci, id est, ductum iri verteret, id est, versura esset.

TERENTIVS. *Cras mane argentum mihi miles dare se dixit.*
Dare futuri esse temporis aduerbium cras docet ampliter.
Idem. Maximo te orabat opere, vt cras redires.

M. CICERO filius. 16. Fam. ep. 21. Emisse te prædium vehemẽter gaudeo, felicitérque rem tibi istam euenire cupio: *id est euenturam esse.* M. CICERO. Spero amicitiam nostram non egere testibus.

Futurorum enim non præsentium aut præteritorum spes est. Sed hæc magis rara sunt quàm vt ea tibi suadeam imitanda. Futurum item subiunctiui significatum præteriti propius intuenti habere videatur.

M. CICERO de perfecto oratore. 3. In quo vereor ne si id quod vis effecero, cúmque oratorem quem quæris expressero, tandem studia multorum, qui desperatione debilitati experiri id nolent quod se assequi posse diffidant. Idem. Si sustinere tantam quæstionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. Idem. Num si contra te dixero, mihi maledicturus es, vt cæteris fecisti: Idem. Quum tria sint à me proposita, de vno dictum. Quum de duobus reliquis dixero, tum erit denique de disponenda tota oratione quærendum. Idem. 2. Offi. 2. De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto ac iudicio meo dixero.

Sed ea profecto futuri sunt temporis, si cum præsenti compares: quòd si compares cum verbis alterius significatus, præteritum tempus potius quàm futurum significare videantur. De præterito modi eiusdem, quod est vt luserim, fuit quum itidẽ dubitaretur: ideóque apud A. Gellium Athenis in Saturnalibus in propositis multis quæstionibus illa vna fuit. Scripserim, venerim, legerim, cuius temporis verba sint præteriti an futuri, an vtriusque. Sed obscurum illud magis est, subreptum erit cuius temporis sit, de quo quum alij multi in literis non incelebres viri, tum P. Nigidius iuxta M. Varronem doctissimus, dubitauit: vt A. idem Gellius disserit lib 17.

Sed de futuro infinitiui iam dicendum est. Id autem in agendi voce: cuiusmodi sunt scriptum vel scripturum ire scripturum vel scripturum esse: quod neque numeris neque generibus seruare A. Gellij primus liber abũdè te doceat.

LVCILIVS. *de Penelope. Nupturum te nupta neges, quòd viuere*
Vlyssem Credas.

PLAVTVS. *Iustam rem & facilem esse oratum à vobis volo,*
Idem. Feci thesaurum vt hic reperires Euclio, quo eam facilius nuptum, si vellet, daret.

Idem.

Idem. Hostis est vxor inuita, quæ ad virum nuptum datur.

Necenim cũ alijs persuademus nobis in eo sermone do filiã nuptũ, nuptũ ideo supinum esse quòd latens quidam motus intelligatur. Nam quemadmodũ figura Græca dicimus do nubere, vt Virgilius, Dederátque comam diffundere uentis: ita in futuro do nuptum dictum est. Apud eundẽ Plautum Stalmo senex Sed nehabet, inquit, & nunc Casina gladium? Pardalisea. Habet: sed duos Stalmo. Quid duos? Pardalisea. Altero te occisurum ait, altero uillicum hodie.

Idem. Si quid peperissem, educarem, tollerem, bona sua me habiturum omnia esse. Meretricis enim Phronesij verba sunt. VALERIVS Antia. Si hæ res diuinæ rectéque perlitatæ essent, aruspices dixerunt, omnia iam ex sententia processurum. C. GRACCHVS. Credo inimicos meos hoc dicturũ. M. CICERO. Quocunque venerint, hanc sibi rem præsidio sperant futurum. Idem. Iam postulabas te impurata bellua totã Siciliam deuoraturum insulam. *Nisi si deuoraturum ad eum qui per impuratam belluam significatus est referri dicis. Vsu enim sæpe venit, vt in latino sermone significatus nõ uocis ratio habeatur. Quod genus ex multis pauca illa sunt.*

VIRGILIVS. *Solaque, culminibus feralicarmine bubo. Quum enim bubo masculini sit generis, vt ait Seruius, ad rem significatam hoc est ad auem uox sola refertur. Incerti tamen generis esse Prisciano placet.*

TERENTIVS. *Vbi ille scelus est hodie qui me perdidit?*

Idem. Vt illum dij deæq; omnes perdant, qui me hodie remoratus est.

Idem. Eas se non negat personas transtulisse in Eunuchum suam.

AVL. GELLIVS. Quidam fuerunt monstra hominum qui de diis immortalibus impias falsasque opiniones tradiderunt. *Sed nimis multa fortasse hæc uideantur.*

De verbo fore vsurpato cum alio verbo finiti modi. Caput XXIII.

SPero fore vt præceptionem hanc studiosa iuuentus non improbet. Quum sermone domestico post verbum spero, credo, puto, aut si quod huiusmodi est participium futuri temporis cum verbo esse dici solet: tum elegantiorem construas orationem, si participium in verbum modi coniunctiui, cui participium vt præponas, & esse verbum in id quod fore est commutaueris. Vt, Spero fore vt certum me tibi aliquãdo probem amicum. Nunquam credidi fore vt à me tam breui discessurus esses. Putabas fore vt ad te viserem.

SVETONIVS de Domitiano. Nullatamen re perinde commotus est quàm responso casuque Asclerationis mathematici. Hunc delatum nec inficiantem iactasse se quæ prouidisset ex arte, sciscitatus est quis ipsum maneret exitus. Et affirmantem fore, vt breui lacerararetur à canibus: interfici quidem sine mora: sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissimè impetauit. Quod quum fieret, euenit vt repentina tempestate deiecto funere, semiustum cadauer diserperent canes. Idem. Conuersus ad proximos, affirmauit fore vt sequẽti die luna se in aquario cruentaret AVL. GELLIVS. Spero fore, vt eductus eruditúsque abs te, dignus existat, & nobis & rerum istarum successione. C. ASIN. Pollio. Nunquam fore credidi, iudices, vt reo Scauro, ne quid in eius iudicio gratia valeret, precarer. M. CICERO. Spero fore, vt contingat id nobis. Idem. Tu fac animo forti magnóque sis, speresque fore, vt impetu leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem consequare. vide SPERO.

Pro fore futurum dici multo varius est.

VAL. MAXIMVS. Carthaginiensiũ dux Amilcar, quum obsideret Syracusas, inter somnium vocem exaudisse credidit, nuntiantem futurum vt proximo die in ea vrbe cœnaret. M. CIC. Nec dubito quin legente te has literas confecta iam res futura sit.

Aliquot verba esse supina duo habentia, quorum ab altero præteriti temporis, ab altero futuri participium profectum sit. Cap. XXIIII.

ORationis ea virtus non est mediocriũ, vt emendata sit. Eam autem fecerit emendatiorem, si noueris verba esse aliquot supina duo habẽtia: quorum ab altero sit participium præteriti temporis, itémque verbum frequentatiuum: ab altero, quod in itum exit, participium futuri temporis in rus exiens inclinatur. Ea verba sunt, alo, tuo, arguo, orior, pario, morior, carco, & si qua sunt huiusmodi generis. Hæc supina habent altũ & altum, argutum, & argustum, ortum & oritum, partum & paritum, mortuum & moritum, cassum & caritum. Ab eis illa fiunt participia, altus aliturus, argutus arguturus, ortus oriturus, partus pariturus, mortuus moriturus, cassus cariturus.

ENNIVS. *Cyclopis uenter uelut olim turserat alti*
Carminibus humanis distentus. Quamuis si alij pro magni diceres, quod non placet, à sententia id nostra diuersum non esset. Nam hoc etiã altum ab alendo factum esse contendimus.

NAEVIVS. *Quando ad ludos uenit, alij quum tacerent, totum diem arguta'ur, quasi cicada*
Argutatur, idest, loquaciter proloquitur.

HORATIVS. *Nil oriturum, alta; nil ortum tale fatentur.*

OVIDIVS. *Obrutus insanis esset adulter aquis.*

STATIVS. *Atque hosti venat paritura marito.*

LVCANVS. *Ruituráque semper stat moles, mirum.*

IVVEN. *Tollere dulcem Cogitat hæredem caritурus turture magno.*

VIRGILIVS. *Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.*

Idem. Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum Pergama.

PLAVTVS. *Speraui ego istam tibi parituram filium.*

Idem. Argutus malorum facinorum.

Idem. Pergin' argutarier:

Idem. Durare nequeo in ædibus, ita me probri,

Stupri, dedecorũ à uiro argutam meo.

SALLVSTIVS. Quos aduersum multi ex Bithynia volentes occurrere falsum filium arguturi. M. CICERO. 2. de Nat. Deorũ 118. Sũt autem stellæ natura flammeæ, quocirca terræ maris aquarum vaporibus alũtur, iis qui à sole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur: quibus altæ renouatæque stellæ atque omnis ætherrefundunt eadem: & rursum trahunt in idem, nihil vt ferè intereat aut admodum paulum, quod astrorum ignis & ætheris flamma absumat.

Alitum quoque ab alendo dici non desunt qui affirment. His verbum fruor adiungere possis: quod autore Prisciano fructum & fruitum habet: vnde participia fructus & fruiturus. Cicero, inquit, in Hortensio: Vt amœnitate summa fructus est. Vlpianus ad Sauinum futurum dixit fruiturum nõ fructurũ, quomodo ortum oriturũ, erutum eruiturum, mortuum moriturum: quæ quum in præterito non habẽt, i. in futuro habent. Hæc ille.

Paululum hoc sit diuerticulum, parire veteres dixisse vt cupire.

ENNIVS. *Oua parire solet genus pennis condecoratum.*

LVCRETIVS. *Effingere vt arte naturæ primum terrarum claustra cupiret.*

Composita à plicando, currendo, stando, quæ præterita quæque supina habeant. Caput XXV.

PErsuasum multis est verbum plicare si cum præpositione componatur, præteritum in ũi diuisas, & supinum in itum formare: vt Explico, explicui, explicitum. Si verò cum nomine cõponatur, eius præteritũ in aui & supinum in atum exire: vt Multiplico, multiplicaui, multiplicatum. Ideo Priscianus huiusmodi plicare verbi cum præpositione compositi præteritum in aui dicit in usu raro esse. In qua prius sententia fuit A. Gellius: quo autore explicuit quàm explicauit esse iam usitatius cœperat. Cæterum nos ita censemus. Verbum hoc plicare cum nomine compositum semper habere præteritum cuius aui finis sit. Cum præpositione, raro in ũi diuisas, propè semper in aui & supinum in atum exire. Quod multis docendum est testimonijs: quo imbibitam istam persuasionẽ falsam eluamus.

PACVVIVS. *Quæ te applicauisti tam ærumnis obruta.*

CATVLLVS. *Risi nescio quem modò in corona,*
Cui quum mirificè Vatiniana
Meus carmina Caluus explicasset.

QVINTILIANVS. Locis vtendum est multis illũstribus explicatis. M. VARRO. Deinde ad Siculos se applicauit. M. CATO. Populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat, quàm re male gesta coronatus veneat. SALLVST. Amicorum negotiis implicati haud sanè reipublicæ consiliis affuerunt. Idem. Implicatæ rates ministeria prohibebant. M. CIC. Nec tamen is ipse à quo salus petitur, habet explicatam aut exploratam rationem salutis suæ. Idem. Κύρου παιδίαν (quod sonat exercitationem seu disciplinam Cyri) quam contiuerat legendo, totam in hoc imperio explicaui. Idem. De duobus generibus primis, tribus libris explicauit. Idem. Neque enim quicquam de hac parte post Panætium explicatum est. Idem. Satis accuratè in Academicis quatuor libris explicata arbitramur. Idẽ. Aegritudinis sedatio hesterna disputatione explicata est. Idem. Hæc efficere virtutem ostenderem, nisi superioribus diebus essent explicata. Idem. Peripateticorum quidem causa explicata est. Idem. Vereor enim ne natura quum corpora nobis infirma dedisset, iisque & morbos insanabiles, & dolores intolerabiles adiunxisset, animos quoque dederit & corporum doloribus congruentes, & separatim suis angoribus & molestiis implicatos Idem. Hic cum vterq; mo intueretur, seseque ad audiendum significarent paratos, primum inquam deprecor, ne me tanquam philosophum putetis scholam vobis aliquam explicaturum, quod ne in ipsis quidẽ philosophis magnopere vnquam probaui. Idem. Quum multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sint, tum perdifficilis Brute, quod tu minime ignoras, & perobscura quæstio est de natura deorũ. vide EXPLICO. Idẽ. Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo est questus, nemo rempublicam imploravit, nemo supplicauit: quid multa? pedem nemo in illo iudicio supposuit.

Sed alio quoque genere dici non negamus: id tamen varius esse multo affirmamus.

HORATIVS. *Et per obstantes catervas explicuit sua victor arma.*

PLINIVS Iunior. Quæ sicut implicita suspicionibus, ita non satis conuinci probationibus visa est. QVINTILIANVS. In paruis ergo, quales sunt ferè priuatæ, sit ille pressus & velut applicitus

rei

rei cultus. VAL. MAXIMVS. Mineruæ species oborta, præcepit vt illum graui morbo implicitum moneret, ne propter aduersam valetudinem proximo prælio non interesset. M. CICERO. Omnes Cæsaris familiares satis opportunè habeo implicitos consuetudine & beneuolentia. Idem. In Iudia ij qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, & Caucasi niues hyemalémque vim perferunt sine dolore: quumque ad flammam sese applicuerunt, sine gemitu aduruntur.

Illud quoque minore non indiget admonitione, composita à stando inuenirí quum retineant a in supinis participijsque inde factis.

LVCANVS. *Constatura fides superum.*

QVINTILIANVS. Video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi. C. TREBONIVS. Cui nos & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare. D. BRVTVS. Vtrunque me præstaturum spero, ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur. Idem. Occiso C. Cæsare postquam mare transierat præstatum est. Cn. PLANCVS. Nequid detrimenti fiat dabitur opera à me, idque me præstaturum spero. M. CIC. Huic meæ rogationi potius non continuo respondenti: eodem tamen die ad me reuerterũt: mihi hoc dederunt, vt esses in Gallia quoad velles, se præstaturos, nihil ex eo te offensionis habiturum. Idem. Otium nobis exoptandum est quod hi qui potiuntur rerũ, præstaturi videntur: si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint.

Hoc minus mirum sit si composita à stando in præterito in aui quondam exisse noueris. Vt restauerit pro restiterit Propertius dixit. Nec si post stygias aliquid restauerit vndas. Eam ob rem Priscianus, Composita, inquit, à stando variè vetustissimi protulerunt. Asto astitum & astatum, præsto præstitum & præstatum.

AEMYLIVS Porcina. Tempore astitutum atque periturum me esse. *Instaturum igitur, restaturum, aliáque multa, an dicere possis dubitem, quamuis analogia id doceat: sed præstaturum certè possis.*

De præteritis verborum à currendo compositorum: quod geminare possint syllabam eam quæ in simplici geminatur, id rudibus satu cognitum non est: quibus persuasum est eam geminationem in verbo solo, quod est præcurrere, fieri. In aliis quoque fieri posse, exemplis docemus.

SVETONIVS. Magistratus & maturius inchoauit, & quasi iunctim percucurrit. Idem. Quumque exterritus, luce prima ad expiandum somnium præmissis qui rem diuinam appararent, Tusculum excucurrisset: nihil inuenit præter tepidam in ara fauillam. Idem. Notissimus eques Romanus elephanto super sedens per Catadromum decucurrit. PLINIVS Iunior. Quum publicum opus mea pecunia inchoaturus in Thuscos excucurrissem. Idem. Modò nuntiatus est Silius Italicus in Neapolitano suo vitam finisse. Causa mortis, valetudo. Erat illi natus insanabilis clauus, cuius tædio ad mortem irreuocabili constantia decucurrit. M. CICERO. 3. de Orat. 49. Faciles enim, inquit, Antoni partes eæ fuerunt quas modò percucurri, vel potius penè præterij latinè loquendi, planéque dicendi reliquiæ sunt magnæ, implicatæ, varię, graues: quibus omnis admiratio ingenij omnis laus eloquentiæ continetur.

Hæc autem composita sine hac geminatione pronunciari vti noueris, Prisciani verba ascribimus. Curro, inquit, repetita prior syllaba cucurri facit præteritum: quod in compositione inuenitur apud quosdam autorum geminationem primæ syllabæ seruans apud alios minime.

VIRGIL. *Decurrere iugo, alia de parte patentes,*
Transmittunt cursu campos.

T. LIVIVS. Qua cuique proximum decurrere. Idem. Et, si ferocius procurrissent. MAN. CATO. Video hac tempestate ad omnes aduersarios cucurrisse.

TERENTIVS. *Vna illarum interea propere præcurrit.*

PLAVTVS. *Præcurri, vt nuntiarem nuntium exoptabilem.*

C. CAESAR. Excucurristi à Neapoli. *Hæc ille.*

Quod pro perfectis verba quæ dicunt frequentatiua ponantur: déque frequentatiuis sæpius vsurpatis. Caput XXVI.

Scriptitamus hæc dicendi præcepta: quo tibi ad ornatè dicendum facilitas promptior sit. In his autem illud non censemus prætermittendum. Quemadmodum diminutiua pro primitiuis posita multam orationi afferunt gratiam: ita pro perfectis frequentatiua quum vsurpata sunt: orationem non parum venustant. Propè me sessitabat amicus. Amici literis nec respondi tibi. Venturum te mihi nuntius dicitabat. Ad audiendum Theophrastum duo millia discipulorum itabant.

AVL. GELLIVS. Vecturásque onerum corpore suo factitauisse. Idem. Comperimus autem cæteros quoque in iisdem temporibus barbam in eiusmodi ætate rasitauisse. Idẽ Labeo Antistius iuris quidem ciuilis disciplinam principali studio exercuit: & consulentibus de iure publicè responsitauit. Idem. Hermippus hoc scriptum reliquit, Demosthenem admodum adolescentem ventitare in Academiam: Platonémque audire solitum. Idem. Saturnalibus Athenis alea quadam festiua & honesta lusitabamus. VAL. MAXI. Vetiti in æde Iouis, quod prisco more factitauerant, vesci Tybur irati se contulerunt. M. CICERO. 13 Fam. ep. 77. Quum his temporibus non sanè in senatum ventitarem, tamen vt tuas literas legi, non existimaui me saluo iure nostræ veteris amicitiæ, multorumque inter nos officiorum facere posse, vt honori tuo deessem. Idem. 2. de Orat. 341. Ipsi enim Græci magis legendi, & delectationis, aut hominis alicuius ornandi, quàm vtilitatis huius forensis causa laudationes scriptitauerunt. Idem. 1. Off. 121. Si igitur non poterit siue causas defensitare, siue populum concionibus tenere, siue bella gerere: illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate, iustitiam, fidem, liberalitatem, modestiã, tẽperantiã, quo minus abeo id quod desit, requiratur.

Quemadmodum item diminutiua duo, ita duo verba frequentatiua in oratione eadem poni possunt.

M. CICERO. 3. Tusc. 2. Natura paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusq; deprauatis sic extinguimus, vt nusquam naturæ lumen appareat. AVL. GELLI. Scipionẽ hunc Africanum solitauisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare.

De his autem frequentatiuis animo illud aduertendum est: si primitiuũ habet supinum in sum, vel præposita muta in tum: frequentatiuo secundo ferè semper, priore raro vtimur. Vt à sedeo, videndo, mittendo, legendo, agendo, viuendo: sessitare, visitare, missitare, lectitare, actitare, victitare propè semper dicuntur. Quum verò compositum verbum est modo primo, modò secundo vtimur: vt cõpensare, responsitare.

Verba in sco exeuntia speciei deriuatæ à primitiuis non inusitatè dici, déque hoc genus verbis nonnulla prius dicta. Cap. XXVII.

Omnibus illud fortasse non innotescit, ideóque suscepimus dicendum. Verba frequẽtatiua, eáque quæ in sco exeũt (quæ ab aliis inchoatiua, ab aliis exercitatiua aut meditatiua appellãtur) vti simtione, ita significatu distingui creduntur. Nos verò ea in sco propè idem significare putamus quod significant ea quæ appellantur frequentatiua. Sed ideo voce distinguuntur: quòd abijs verbis quæ supina habent, facta sunt frequentatiua, à supinis ipsis formata. Ab aliis autem verbis supini carentibus, qualia multa sunt coniugationis secundæ neutra, fiunt ea quæ in sco exeunt. A paucis enim actiua, pauciq; aliarum coniugationum verbis verba huiusmodi inclinata sunt: vt autor est Priscianus, qui illa enumerat præiscere, dormiscere, sentiscere, labascere, integrascere, hiscere, concupiscere.

VIRGIL. *Animosáque regum corda licet longe præsciscere.*

TERENVIS. *Hoc illi dormiscam.*

Idem. Ne tu id præsentiscires.

Idem. Labascit victus vno verbo.

Idem. Perij, hoc malum integrascit.

M. CICERO. Diuino aliquo animi motu concupiscat.

Hæc igitur verba in sco, vti frequentatiua pro perfectis non inusitatè dici solent: vt, Amicitia officiorum vicissitudine inuenescit. Voluptas blanda cito euanescit. Ab orbi acerbitas incrudescit.

NAEVIVS. Fames acer augescit hostibus. *Ibi acer genere mulieb ri prisce dictum est.* FVR. ANTIAS. *Omnia nocte sescunt tenebris caliginis atræ. Idem. Increscunt animi: vires cit vulnere virtus.* PLINIVS. Vini natura non gelascit. Idem. Si contra occidentem rubescunt nubes: serenitatem futuræ diei spondent. Idem. Pubescit homo solus: quod nisi contingat, steri is in gignendo est. QVINTILIANVS. Quæ summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, & imitatæ spicas herbulæ inanibus aristis ante messem flauescunt. M. CICERO. 1. de Orat. 121. Equidem & in vobis animaduertere soleo, & in me ipso sæpissime experior, vt exalbescam in principiis dicendi, & tota mente atque omnibus artubus contremiscam.

Has duas præceptiones verecundè multum vsurpabo.

Elegantius poni verbum de loco quam ad locum. Cap. XXVIII.

Ad hanc præceptionem abducor: cuius modestia si fuerit vsurpatio, venustatem orationi addet non mediocrem. Ea autem est. Domestico sermone quum dicitur verbum conueniens nomini significanti locum ad quem motus est, hoc omitta verbum: idq; vsurpes quod conueniat cum nomine eo quod significat locum à quo motus fiat. vt: Ad visendum amicum abeo. Abeo enim de loco, & adeo ad locum. Hucà patre onus hoc asportatum est. Amicum meum abduxisti tecum.

NAEVIVS. *Etiam qui res magnas manu sæpe gessit gloriose,*
Cuius facta viua nunc vigent, qui apud gentes solus
Præstat: cum suus patre cum pallio vna ab amica abduxit.

TERENTIVS. *Scio quo abducta sit.*

Idem. Hanc oportet in cruciatum hinc abripi.

Idem. Mercator hoc addebat, è prædonibus, vnde emerat, se audisse abreptam è Samo.

PLAVTVS. *Cum Amphitryone abijt hinc in exercitum.*

Idem. Non ego te hic lubens relinquo neque abeo à te.

Idem. Cubitum hinc abimus.

SVETONIVS. Alij tradunt adhibitum cœnæ nuptiali mandasse ad Pisonem contra accumbentem, noli vxorem meam

premere,

premere, statimque conuiuio abduxisse eam secum, & proximo die edixisse matrimonium sibi repertum exemplo Romuli & Augusti. Idem. Mar. Antonius super festinatas Liuiæ nuptias obiecit & fœminam consularem è triclinio viri coràm in cubiculum abductam, rursus in conuiuium rubentibus auriculis incomptiore capillo reductam. AVL. GELL. Capi virgo propterea dici videtur: quia Pont. max. manu prænensa, ab eo parente in cuius potestate est, vel vti bello capta abducitur. Idem. Mox eundem equũ, qui Dolabellæ fuerat, C. Cassium, qui Dolabellam obsederat, abduxisse. Idem. Omnem illam librorum copiam Xerxes Athenarum potirus vrbe ipsa præter arcem incensa abstulit, asportauitque in Persas. VAL. MAXI. Existimabant eum præcipuè matronæ synceritate incorruptum esse animum, qui post depositæ virginitatis cubile in publicum egredi nesciret, multorum matrimoniorum experientiam legitimę cuiusdam intemperantiæ signum esse credentes. M. CICERO I. Offic. 118. Herculem Prodicus dicit, vt est apud Xenophontem, quum primum pubescere: quod tempus à natura ad diligendum quam quisque viam viuendi sit ingressurus, datum est, exiisse in solitudinem. Idem. Abiit ad deos Hercules: nunquam abiisset, nisi quum inter homines esset, eam sibi viam muniuisset. Idem. 4. Famil ep. 3. Omnia quæ homini accidere possunt, sic fero, vt philosophiæ habeam magnam gratiã, quę non modò me à solicitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunæ impetus armat.

Irasci & succensere, cum dativo non cum accusativo præpositaque præpositione iungenda esse. Cap. XXIX.

QVoniam succensemus ijs qui latinæ linguæ puritatem fœdantes quo dicendi genere vtantur securi sunt: ideo plebeium indoctúmque sermonem vsurpant. Verum vt indocti docte loquantur, eorúmq; sermone hi loquentes latinam linguam ne fœdent: illud quoq; scribimus. Verbum irasci vel succensere dativo adiungas, non accusativo cum præpositione in, vel contra, vel aduersus, vel super, vt semidoctum vulgus consueuit. Vt, Amico irascendum non puto. Pater filio succenset. Prodigalitati tuæ irascor.

TVRPILIVS. *Meus est mihi pater iratus.*

AFRANIVS. *Dij sunt irati tibi, qui conciere cogites tantum mali.*

OVIDIVS. *Irascor votis, heu leuis ipsa meis.*

PLAVTVS. *Non te mihi irasci decet.*

Idem. Noli, amabo, Amphytrio irasci Sosiæ causa mea.

TERENTIVS. *Deos mihi iratos fuisse fatu scio.*

Idem. Ego illi non succenseam?

Idem. Tibi quoque sum iratus Philomena grauiter: nam hercle abs te est factum turpiter.

Idem. Quam velit, iure tibi irasci ne queat.

C. MARIVS. Quid mihi succensent, si id opto, vt pœniteat eos sui facti? M. CICERO. Adeone me iniustum esse existimasti, vt tibi irascerer? Idem. Tibi subiratscor. Idem. Marcellinum tibi esse iratum scis. Idem. Quomodo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare, quum scias Iouem iratum esse nemini posse? Idem. Vt solebat Lucilius sæpe dicere, homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam minus quàm volebat, familiaris. Idem. Quid poëtis irascimur? Idem. Nec verò audiendi sunt qui grauiter irascendum inimicis putant. vide Iratus, Irascor & Subiratus.

Stomachari pro irasci non insolenter dicitur. Marcus tamen Cicero dixit stomacharetur cum Metello. 2. de Orat. 167. Scipio, *inquit*, apud Numantiam quum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, Si quintum pareret mater eius? asinum fuisse pariturum. *In illo autem Terentiano.* Nunc nihil magis vereor, quàm ne quid in illum iratus plus satis faxit pater, faxit in illum: *non iratus in illum intelligendum est.*

Eo igitur dicendi genere iratus in me, vel contra me, vel aduersum me vti nolim, nisi prius in authore probo legerim: quamuis non ignorem apud recentiores id aliquando legi sed imprudenter potius quàm scitè dictũ eos mihi persuadeam.

Quid & id cum verbis neutris vsitatè multum dici. Cap. XXX.

ID authores mihi sunt & poëtæ & oratores quid, quod, aliquid, & id, casus accusatiui, aut tanquam aduerbia cum verbis neutrum significatum habentibus, collocari solere. ac fere significare, propter quid, quod, aliquid, aut, id, vel quantum, aut aliquantum: vt, Id gaudeo. Quid tristiu es? Aliquid rideo.

AFRANIVS. *Dummodo doleat aliquid, doleat quod libet.*

CATVLLVS. *Sed nunc id doleo.*

HORATIVS. *Pictoribus atque poëtis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

PLAVTVS. *Quid illi euenturum est?*

TERENTIVS. *Adolescens nihil est quod succenseam.*

Idem. An tu id succenses nunc illi?

Idem. Sed est quod succenseat tibi.

Idem. Nihil fecit, patrue quod succenseas.

Idem. Hoc aliud est quod gaudeamus, miles pelletur foras.

Idem. Iam id gaudeo.

Idem. Nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem.

Idem. Quid hic stabas? cur non rectà introibas?

Idem. Ego domi ero. si quid me voles.

Idem Id aduenienes mecum stomachabar.

Idem. Quid crepuerunt fores?

Idem. Illi facile fit quod doleat.

Idem. Hoc me delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet.

Idem. Quid tristiu es?

Idem. Nescio quid tristiu est.

Idem. Num id lachrymat virgo?

Idem Id dum studuisti.

Idem. Idne estis autores mihi.

QVINTILIANVS. Ea causa vel maxima est, cũr optimo cuique præceptori sit trandendus puer, quòd apud eum discipuli quoque melius instituti, aut dicent quod inutile non sit imitari, aut si quid errauerint, statim corrigentur. Idem. Id ne mentiri quidem poterat. VAL. MAXIMVS. Vt eorum quoque respectus aliquid præsentibus moribus profit. Q. MVTIVS Scęuola. Quod cui seruandum datum est, si id vsus est, siue quod vtendum acceperit, ad aliam rem atque accepit, vsus est, furti se obligauit. L. PISO. Cn. Flauius Annij filius id arrisit. M. CATO. Id ne irascimini, si quis superbior est quàm vos? M. CICERO. Ego te commendare non desino: sed quid proficiam ex te scire cupio. Idem. 5. Fa. ep. 16. His ego literis si quid profecissem, existimabam optandũ quiddam me esse assecutum. Idem. Quòd si non possumus aliquid proficere suadendo, gratia contendimus. vide CONTENDO. Idem. Quid profecerim, facias me certiorem. Idem. Quid huc properes, nihil est. Idem. 1. Famil. ep. 10. Cur enim tibi hoc non gratificer, nescio. Idem. Si modò aliquid in philosophia profecimus. vide PROFICIO. Idem. 1. Tusc. 6. Philosophia latuit vsque ad hanc ætatem, nec vllum habuit lumen literarum: quę illustranda & excitanda nobis est. In quo si occupati profuimus aliquid ciuibus nostris, prosimus etiam si possumus otiosi. In quo eo magis nobis est elaborandum, quod multi iam esse latini libri dicuntur scripti inconsideratè ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. Idem. ibid. 99. Nec verò iis, à quibus accusatus sum, aut à quibus condemnatus, habeo quod succenseam, nisi quòd mihi nocere se crediderunt. Idem. Sapientis est proprium, nihil quod pœnitere possit, facere. Idem. Non vt proficerem aliquid. Idem. 2. Tusc. 35. Interest aliquid inter laborem & dolorem. Sunt finitima omnino, sed differunt aliquid. Idem. 2. de Ora. 295. Non tam vt prosim causis elaborare soleo, quàm vt nequid obsim. Idem. Quo magis cauendum est, ne quid in eo genere peccetur.

Quod huiusmodi vocabula in significatione eadem cum verbis actiuis aut passiuis, quòdque cum verbis neutris alia quoque vocabula adiungantur. Cap. XXXI.

NE quid nos accuses, quòd hac in re tibi satis non fecerimus, id adiunctum voluimus Quid, quod, aliquid, id, in significatu eo quẽ dicebamus, cum verbis actiuæ significationus aut passiuæ nonnunquam adiungi. Itęque aliorum nominum, quæ pauca sunt, accusatiuos cum verbis neutris collocari: vt, Id te amo. Quid me odisti? Hanc rem egeo.

ENNIVS. *Hercle puto, hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm, Ne quid expectes amicos, quod tu agere possis.*

LVCILIVS. *Quòd tuas laudes culpes, non proficis hilum.*

CAECILIVS. *Id me arguit.*

TERENTIVS. *Quòd me accusat nunc vir sum extra culpam.*

Idem. Quid me incusas?

Idem. Ad cœnam vocant, aduentum congratulantur:

AVL. GELLIVS. Philippus Aristoteli salutem dicit. Filium mihi genitum scito, quod equidem diis habeo gratiam. Idem. Psyllos re aquaria defectos eam iniuriam grauiter austro succensuisse. M. CATO. Vitio vertunt, quia multa egeo, at ego illis, quia nequeunt egere. M. CICERO. 9. Famil. ep. 26. Nihil est, quod aduentum nostrum extimescas. Idem. Neque tamen adhuc habeo quod te accusem. Idem. Quid tu id pateris? Idem. Quid nunc mihi inuideri potest? Idem. de Senec. 13. Gorgias Leõtinus interrogatus cur tamdiu vellet esse in vita: Nihil habeo, inquit, quod incusem senectutem. Idem. 1. Tusc. 10. Tum illud quo Sisyphus versat saxũ sudans, neque proficit hilum.

Hoc autem poëtæ alicuius est.

Nihil item cum huiusmodi verbis non inepte adiungitur. Ea enim particula quàm non, vim habet maiorem. vt: Nihil irascor. Nihil te accuso.

PROPERT. *Nam nihil inuitæ tristiu custodia prodest.*

QVINTILIANVS. Pueri dum omnia timent, nihil conantur. AVL. GELLIVS. Nihil sanè potest cogi vir sapiens, quum est rationis obtinendæ locus. SALLVSTIVS. Animo cupienti nihil satis festinatur. M. CICERO. 2. de Orat. 325. Samnites vibrant hastas ante pugnas quibus in pugnando nihil veniunt. *Cum alijs quoque verbis eam tantundem valere credas.*

A verbis

A verbis neutris absolutis accusatiuum regi, vel aliunde, vel ab eodem verbo factum, indéque passiua nonnunquam fieri. Cap. XXXII.

STudia haud segniter qui studuere, & poetis & oratoribus commune illud esse, opinor, non ignorant: vt à verbo neutro absoluto regatur accusatiuus alius: vtque nonnunquam ab eo verbo passiuum fiat: vt, Cum amico viuere vitam iucundum est. Gaudia gaudeo quod literæ mihi tuæ redditæ sint. Dolorem doleo, quòd è morbo labores.

ENNIVS. *Occumbunt multi letum ferroq; lapiq;,*
Aut intra muros, aut extra præcipe casu.
Lapi pro lapide, & præcipe pro præcipite dictum est antiquius quàm vt sit imitandum.

HORATIVS. *Fortuna sæuo læta negotio*
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi nunc alij benigna.

PROPERTIVS. *Qui te cogebat multos pallere labores.*

VIRGILIVS. *Formosam pastor Corydon ardebat Alexim.*
Idem. Formosam resonare doces Amaryllida syluas.
Idem. Nec vox hominem sonat.

PLAVTVS. *Quid enim pugnatas pugnas prolocuta.*
Idem. Illac pugnata pugna, fratrem trudebat frater hasta & galea.

TERENT. *Hunc scio meæ solide solum gauisurum gaudiæ.*

QVINTILIA. Qui in seruitute est eo iure quo seruus, aut, vt antiqui dixerunt, qui seruitutem seruit. Idem. Qui beatam vitam viuere volet, Philosophetur oportet. A. GELL. Instaret celeriter cum sonum. Idem. Grauiusculum sonum inspiraret. Idem. Quum Pyrrhus rex in terra Italia esset, & vnam atque alteram pugnam prosperè pugnasset Idem. Cornelius quidam sacerdos & loco nobilis, & sacerdotij religionibus venerandus, & castitate vitæ sanctus, repente mota mente conspicere se procul dixit pugnam acerrimam pugnari. Idem. Pugnæ dies, quæ in Thessalia pugnata est. Idem. Delphini pueros forma liberali in nauiculis forte aut in vadis littorum conspectos miris & humanis modis arserunt. Idem. Eum luctum quoniam satis visus est eluxisse, rediit ad quæstũ artis. Idẽ. Si quis hęc duo verba cordi habeat, eaq; sibi imperando atque obseruando curet: is erit plæraque impeccabilis, vitámque viuet tranquillissimam. Verba duo hæc dicebat: ἀνέχου καὶ ἀπέχου. id est, parere & abstine. Idem. Hoc ære collecto quasi manuario cœnula curabatur omnibus qui eum lusum luseramus. Idem. Triumphauit cum Imperatoribus suis triumphos nouem. M. CAEL. Postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introiit, puto vt suum gaudium gauderemus. M. CICER. 2. de Or. 199. Eorum dolorem, qui lugebant suos, oratione refricabam. Idem. 3. de Orato. 41. Quum sit quædam certa vox Romani generis, vtbisque propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animaduerti possit sonare aut olere peregrinum, hanc sequamur: neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus:

Plautinum illud quoniam dissimile non est, ascribimus.
Præcucurri, vt nuntiarem nuntium exoptabilem.
Hoc dicendi quasi colore parco tua tibi oratio depingenda est.

De verbo mutare quem casum post se habeat. Cap. XXXIII.

GEnere dicendi meliore bonum vt mutare posse hoc scribimus. Verbum mutare cum accusatiuo interposita particula in iungi etiam à summis autoribus non negamus. Nihil tamen habere minus aut fortasse plus elegantiæ contendimus: si cum ablatiuo sine vlla præpositione coniungas, vt: Vita tristi iucunda mutaui cum ab me abisti. Vtne libro meo tuum mutare? Studium ignauia mutare penè inhumanum est.

HORATIVS. *Valet ima summis mutare.*
Idem. Mitibus mutare quæro tristia.
Idem. Velox amœnum sæpe Lucretilem mutat Lycæo Faunus.
Idem. Libros Panætii Socraticam & domum mutare loricis Iberis.

PROPERT. *Tyndaris externo patriam mutauit amore.*

QVINT. Natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus: vt sapor quo noua imbuas, durat: nec lanarum colores quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt, nam bona facile mutantur in peius: num quando in bonum vertetis vitia? Idem. Nemo dubitabit, quin si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint, sicut posse interdum conceditur, saluos esse eos magis è Rep. sit, quam puniri. V. MAX. Sicut placidum mare ex aspero, cœlúmque exnubilo serenum hilari aspectu sentitur: sic bellum pace mutatum plurimum gaudij affert. CATIL. apud Sallust. Nemo nisi victor bellum pace mutauit. *Sallustij illud diuersum est*: Non debere certa pro incertis mutare.

Odi & noui quam vsitata sint. Caput XXXIIII.

QVoniam odi ego vulgatam illã plebis locutionem, quæ nulla prorsus ratione cum oratorum sermone coniuncta sit: ideo nobis pro viribus danda opera est, vt neglecta illa hunc assequamur. Quod etiam in verbo odisse assequuti sumus. Hoc autem verbum quale sit, quoque sit metiamur modo, plures norunt quam qui vsurpent. Odire enim vulgus, qui verò à vulgo parumper discedunt, odio habere vel odio prosequi dicere solent. Illo autem licet hoc pursus aliquanto videatur: non magis tamen a viris doctis vsitatum putem. Itaque verbum odisse vsurpandum esse censemus. Eius vero tempora nosse vt possis (omnium enim temporum ac modorum significationem habet) vide in præterito verbi passiui & sex temporibus ab eo factis cuius temporis sit verbum sum: eiusdem inuenies verbum odisse. Vt gratia exempli in præterito amatus sum vel fui, sum præsentis, & fui præteriti temporis est: ideo odi in præsenti & odi in præterito dicere possis. Amatus eram vel fueram: eadem ratione oderam, præteriti imperfecti & præteriti plusquam perfecti est. De verbis noui, cœpi, memini, idem sentias. Sed ad exempla accedimus. Odi ingratitudinem tuam: noui liberalitatem tuam: cœpi te amare.

ENNIVS. *Quem metuunt oderunt, quẽ quisque odit perisse expetit.*

TVRPIL. *Quem olim oderat sectatur vltro ac detinet.*

VALER. *Catullus. Neu me nosse putes hospitis officium:*
Accipe quàm merser fortunæ fluctibus ipse,
Ne amplius à misero dona beata petas.
Idem. Vnusquisque sua nouerit ire via.

HORATIVS. *Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi.*

OVIDIVS. *Odimus accipitrem, quia viuit semper in armis.*

TERENT. *Dij me pater omnes oderint: nisi magis te quàm oculos nunc amo meos.*
Idem. Adeò vno animo omnes socrus oderunt nurus.
Idem. Certè noui ingenium mulierum, nolunt vbi vis, vbi nolis, cupiunt.
Idem. Ingenium noui tuum liberale.
Idem. Non satis me pernosti etiam qualis sim.

SVETON. Tragicum illud subinde iactabat: Oderint, dum metuant. QVINT. Prudenter, qui quum interrogasset rusticum testem, an Amphiona nosset, negante eo detraxit aspirationem, breuiauitque secundam eius nominis syllabam: & ille eum sic optime norat. Idem. Parentes malorum odimus. Idem. Exhausti laboris nosse mensuram voluptati est: & hortatur ad reliqua fortius exequenda scire quantum supersit. Idem. Odit enim ferè iudex litigantis securitatem. M. CAEL. Pudet me tibi confiteri, & queri de Appij hominis ingratissimi iniuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, cæpit. Et quum homo auarus vt ea solueret sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit. M. VARRO. Si quantum operæ sumpsisti vt tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam Philosophiæ dedisset: ipse bonus iampridem esse factus. Nunc illũ qui norunt, volunt emere millibus centum: te qui nouit, nemo centussis. M. CICERO. Te ipsum ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci. Idem. 2. Offic. 62. Omnes enim beneficij immemores oderunt. Idem. Sic in Bruto, quem oderat, & quem dignum cõtumelia vocabat. Idem. 2. de Orat. 89. Neque fieri potest vt doleat is qui audit, vt oderit, vt inuideat, vt pertimescat aliquid, vt ad fletum misericordiamque deducatur: nisi omnes ij motus quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse atque insiti videbuntur. Idem. ibid. 274. Illa subabsurda, sed eo ipso nomine sæpe ridicula non solum minus peroppositа, sed etiam quodam modo nobis, Homo fatuus, postquàm rem habere cœpit, est mortuus. Idem. Noueritis igitur hic quidem orator, quem summum esse volumus, argumentorum & rationum locos. Idem. Orat. 129. Nobis priuata in causa magna & graui, quum cepisset Curio pater respondere subitò assedit, quum sibi venenis ereptam memoriam diceret. Idem. 2. de Or. 337. Ad consilium autem de Republica dandum, caput est nosse Remp. ad dicendum verò probabiliter, nosse mores ciuitatis. Idẽ. 1. Offic. 135. Danda igitur opera est, vt si etiam aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. Idem. Bene illo prouerbio Græcorum præcipitur. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Idem. 2. Offic. 3. Vtinam respublica steriisset quo cœperat statu. Idem. Si te parentes timerent atque odissent tui, neque eos vlla ratione placare posses, vt opinor, ab eorum oculis aliquo discederes. Idem. 1. in Catil. Nunc te patria, quæ communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit. Idem. Neque enim assentior iis qui hæc nuper disserere cœperunt, cum corporibus simul animas interire, atq; omnia morte deleri. vide ANIMVS. Idem. 3. Offic. 31. Etenim vt membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine, & tanquam spiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ à communi tanquam humanitate corporis segreganda est.

Admonitum satis & doctum hæc te dimittant, cœpisse quàm incipere, aut (quo sæpius vsus est Plautus) occipere, dici vsitatius.
Noscere tamen quin dicas non prohibemus, quod dictum est rarius.

M. CICERO. Illam partem excusationis quate scribis orationis paupertate (sic enim appellas) iisdem verbis epistolas sæpius mittere, nec nosco, nec probo.

Quod habito & colo ab oratoribus ac poëtis vsurpentur sæpius, quodque habito vrbem & in vrbe, colo vrbem & in vrbe, dici posset: atque inibi de verbis manere & morari. Ca. XXXV.

QVi in oratorum lectione ac poetarum diu versatus quasi cum musis habitauit, ad illud, puto, animum aduertit. Primum, colere & habitare ab ijsdem semper vsurpari: manere aut morari raro, & propè nunquam pro significatu eo quo duo priora dici solent. Deinde colo vrbem sæpius poetæ dicunt: oratores verò colo vrbem. & habito vrbem sæpe, sæpius verò colo in vrbe, & habito in vrbe: vt, In vrbe habitat: colis in Gallia. Qui vrbem incolunt rusticis prudentiores sunt.

TVRPILIVS. *Habitamus hyemem totam cum mulierculis.*

PROPERT. *Atque vtinam Romæ nemo esset diues & ipse*
Stramineæ posset dux habitare casæ.

VIRGILIVS. *Atque humiles habitare casas.*

Idem. Pallas quas condidit arces Ipsa colat.

PLAVTVS. *Is ex se hunc reliquit, qui hic habitat; filium pariter moratum vt pater atque auus eius fuit.*

Idem. Hanc domum iam multos annos est vt possideo & colo.

Idem. Is illis habitat in ædibus.

Idem. In ædibus tu vbi habitas nimia mira vidi.

TERENT. *Virgo cuia est? vnde est, vbi habitat?*

Idem. Habitat Mileti.

Idem. Samia mihi mater fuit: & habitat Rhodi.

Idem. Habitant hic quædam mulieres pauperculæ.

Idem. Rus habitatum abij.

SVETON. Habitauit primo iuxta Romanum forum. PLINI. Iunior. Iustis ne de causis eum tibi videor incolêre, inhabitare, diligere secessum? QVINT. Pindarus Herculis impetum aduersus Meropas (qui in insula Goo dicuntur habitasse) non igni, nec ventis, nec mari: sed fulmini dicit similem fuisse: vt illa minora, hoc par esset. A. GEL. Ex locorum vocabulis in quibus colunt. Idem. Habitat nidulaturque in segetibus. Auem cassitam habitare dicit. Idem. De Hispanis Alpinis scriberet, qui citra Iberum colunt. Idem. Eo flatu aquam omnem ex locis in quibus colebant exaruisse. V. MAXIMVS. Habitat in villa sua prope vicum Sabinæ regionis Heretum. Idem. De M. Manlio Romanam libertatem opprimere conato Supplicio æternæ memoriæ nota inserta est. Propter illum enim lege sanciri placuit, nequis patricius in arce aut in capitolio habitaret. M. CIC. 1. Tusc. 98. Migrationem esse mortem in eas oras quas qui è vita excesserũt incolunt. Idem. de Senec. 84. Ex ista vita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Idem. Vrbem mi Rufe cole, & in ista luce viue. Idem. Ruri habitare iussisset. Idem. Apud M. Lepidum te habitare velle dixisti. Idẽ. Habitatur gratis in alieno. vide HABITO.

Habitare vrbem non magis ausim dicere in oratione prosa, quàm æquor nauigare. Vtrunque enim poeticum magis est. Ideoq; Quintilianus illa generis eiusdem esse dicit: vrbs habitabatur, campus curritur, mare nauigatur. Idem alibi author est Virgilianum illud: Tyrrhenum nauigat æquor, ex Græco translatum esse. Inusitatè dictum illud à Marco Varrone videtur. Antiqui nostri, inquit, domibus laterituis, paululum modo lapidibus suffuitatis, vt humorem effugerent, habitabant.

Quemadmodum Propertianum illud:
Atque vtinam Romæ nemo esset diues, & ipse
Stramineæ posset dux habitare casæ.

Inde à colendo colonus, id est, habitator.

VIRGILIVS. *Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuêre coloni.*

Idem. Veteres migrate coloni.

VARRO. *Mercurium Arcadum colonum.*

Idem quoque vindicolas dicit Naiades.

Habere itidem à quo frequentatiuorum forma habitare factum est, in significatu eodem nonnunquam dicitur.

SAL. Credo falsa existimas ea, quæ de inferis memorantur, diuerso malos à bonis loca tetra inculta fœda atque formidolosa habere. Idem. Africam habuere in initio Getuli. APHRICA. Vbi hic me scis, quæso habet meretrix Neapolitis.

Manere & morari pro habitare dicuntur rarissimè: ne tamen in ea significatione dici prorsus negemus, exemplum proferimus.

VLPIA. Non tamen ferendum Iulianus ait eum qui cum vxore sua assiduè moratus, noluit filiũ agnoscere quasi nõ suum:

Visitatius multo manere dici solet pro eo quod est nec progredi, nec regredi, aut existere, aut expectare. HORATIVS *de fortuna loquens. Laudo manentem, si celeres quatit pennas, resigno quæ dedit.*

Idem. Manet sub Ioue frigido venator tenera coniugis immemor.

TERENT. *Fac cures, si Chremes, huc forte aduenerit, vt ores primum vt maneat.*

Idem. Vbi veni, causam vt ibi manerem, reperi.

Quod autem moram trahere pro habitare vsurpent: id à doctiorum dicendi consuetudine prorsus, opinor, alienum est.

Verbum solere quid habeat ornamenti. Caput XXXVI.

SOlet indoctum vulgus dicere sæpe ludit, aut semper ludit, aut non facit nisi ludere, aliaq; hoc genus multa. Oris verò facundioris homines cum alio verbo verbum solere adiungunt. Vt, Amici incommodis perinde vt nostris dolere solemus. Fortuna eos, quibus fauere visa est, tandem fallere solet. Geminus sellis sedere volens, vtraq; excludi solet.

PROPERT. *Nescio quo pacto verba nocere solent.*

Idem. Inuidiam quod habet non solet esse diu.

PLAVTVS. *Homo ebriacus somno sonari solet.*

C. CAELIVS de C. Cæsare. Solet infimorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adiungere. QVINT. Timotheum clarum in arte tibiarum, ferunt, duplices ab iis, quos alius instituisset, solitum exigere mercedes: quàm si rudes traderẽtur. Idem. Fiducia ipsa solet opinione arrogantiæ laborare. Idem. Mitiori irrogari solet pœna verecundiæ. Idem. Nec immerito Pericles solebat optare ne quod sibi verbum in mentem veniret: quo populus offenderetur. Idem. Ex præteritis æstimari solent præsentia. A. GEL. Vbi reponi solerent signa vetera. PLIN. Iunior de Plinio auunculo. Dicere solebat nullum esse librum tam malum vt non aliqua parte prodesset. VAL. MAX. Dominiũ rerũ collabi solet. Idem. Effigies maiorum suorum cum titulis suis idcirco in prima ædium parte poni solebant: vt eorum virtutes posteri nõ solum legerent, sed etiam imitarentur. M. CICERO. Parad. 6. Animus hominis non arca diues appellari solet. Idem. de Senec. 22. Nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet. Idem. 1. Tusc. 96. Græci in conuiuiis solent nominare, cui poculum tradituri sint. Idem. Solent enim negare nos intelligere quid dicat Epicurus. Idem. Multi de diis praua sentiunt: id enim vitioso more effici solet. Idem. 3. de Leg. Vt enim cupiditatibus principum & vitiis infici solet tota ciuitas: sic emendari & corrigi continentia.

Perrarum autem est, vbi huic verbo particulæ sæpe adiuncta inueniatur.

TIBVLLVS. *Sæpe solent auro multa subesse mala.*

M. CIC. Soleo sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectante Roscio.

Præteritum imperfectum indicatiui sæpe idem significare, quod verbum solebat cum infinitiuo verbi. Caput XXXVII.

ELegantiæ quum per ætatem, ideoq; literarum studij insolentiam omnino rudis eram: quæ ea esset in verbis elegantia quærebam. Nunc verò quoniam eius particulam affectius mihi videor, id desiderare iuuentutem quod nimis desiderabam, quantum possum non patior. Ei enim iuuentuti hæc dicendi præexercitamenta scribimus. In quibus hoc vnum est. Præteritum imperfectum modi indicatiui poni solet pro verbo solebat & indefinito. Vt, Ex amicitia nostra mecum hic quum aderas, voluptatem multam capiebam: id est, capere solebam. Verba me tua delectabant. Consuetudine tua fruebar. C. Cæsar ne eis quidem qui contrà arma gesserant, irascebatur. Nominatissimus ille pictor Apelles diem nullum sine linea præteribat. Sponsioni tacturã deesse Lacedæmonius Chilo negabat. Theon Thoreus in somnijs dormiens ambulabat: idem in tecto summo Periclis seruus faciebat. Apollonius Tyaneus ad hanc orabat sententiam: Concedite mihi, ô dij immortales pauca habere, nullius q; indigere.

PHILOSTRA. Leones si quis manuefacere laboret, neq; verbere cædendos, neque rursum blandiriis alliciendos Pharaothes monebat. His enim superbi magis euadunt, illis verò recrudescũt. Domitianus dicebat: Princeps qui delatores non castigat, irritat. PROPERT. *Vesta coronatus pauper gaudebat asellis.*

Ducebant macræ vilia sacra boues.
Parua saginati substrabant compita porci:
Pastor & ad calamos exta litabat ouis.

QVINT. Fuit qui grana ciceris ex spatio distante missa in acum continuo & sine frustratione inserebat. Quem cum spectasset Alexander, donasse eum dicitur eiusdem leguminis modio. A. GEL. Turpius esse dicebat Phauorinus Philosophus exigue atque frigide laudari, quàm insectanter & grauiter vituperari. Idem. Socrates quidem dicebat multos homines propterea velle viuere, vt ederent & biberent: sese bibere atque esse vt viueret. QVINT. CICERO. 16. Famil. ep 26. Planè te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obsignabat: ne dicerentur inanes aliqua fuisse, quæ furtim essent exiccatæ. M. CIC. Africanus Scipio nihil difficilius esse dicebat quàm amicitiam vsque ad extremum vitæ diem permanere. Idem. 5. Tusc. 63. Vt ad Dionysium redeamus, omni cultu & victu humano carebat. Viuebat cum fugitiuis, cum facinorosis, cum barbaris. Neminem, qui aut libertate dignus esset, aut vellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur. Idem. 2. Offic. 25. Quid censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum? qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum. Idem. ibid. Compunctum notis Threicijs districto gladio iubebat anteire: præmittebátque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres. Idem. Tam magis offendit nimium

quàm

quàm parum: in quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent quod esset satis. Idem. Dicebat melius, quàm scripsit Hortensius.

Verbum pati pro permittere, dictum, quòd multum habeat ornatus. Cap. XXXVIII.

NOn patiar illud iuuentuti ignotum esse, quod multum habet gratiæ. Hoc autem est: verbum pati pro eo quod permittere est, ab eloquentioribus vsurpari: vt, Iniuriam amico fieri non patiar. Adolescentem filium pater indulgentius viuere ne patiatur. Patrem inedia mori passus est.

VAL. MAX. Non fastidito aditu virtus excitata ingeniaviuida ad se penetrare patitur. Idē. O te Thessaliæ rex Admete crudelis, & diri fati crimine sub magno iudice damnatum, qui coniugis tuæ fata pro tuis mutari passus es. Idem. Nec vlterius trepidare ciues suos vacuo metu passus est. M. CICE. Ferebat hanc quoque iniquitatem Septitius, & imbri frumenta in area corrumpi patiebatur. Idem. 1. Offic. 28. Suis studiis, quibus damue occupationibus, sic impediuntur, vt eos quos tutari debeāt, desertos esse patiantur. Idem. ibid. 44. Alter locus erat cautionis, ne benignitas maior esset quàm facultates: quòd qui beniguiores volunt esse quàm res patitur, primum in eo peccant, quòd iniuriosi sunt in proximos. Idem. Ego quum a nostro Catone laudabar, vel reprehendi me à cæteris facilè patiebar. Idem. de perfecto oratore. 42. Me autem, qui Socratem non diligunt, vnà cum Socrate & Platone errare patiantur. Idem. 1. de Oratore 126. Probaui summum illum doctorem Alabandensem Apollonium, qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos quos iudicabat non posse oratores euadere: operam apud se perdere, dimittebātque, & ad quamcunq; artem putabat esse aptum, ad eam impellere atque hortari solebat. Idem. 1. Offi. 64. Ex quo fit, vt neque disceptatione vinci se, nec vllo publico ac legitimo iure patiantur. Idem. 3. Offic. 22. Illud quidem natura non patitur, vt aliorum spoliis, nostras facultates, copias, opes augeamus.

Verbum negare poni eleganter, pro eo quod vulgo vsitatius est: dicere quod non. Cap. XXXIX.

ET quoniam ei qui ornate dicere velit sermonem vulgi imitandum esse negamus: hic præcipimus vulgare illud, dico quòd non, imitandum non esse, sed eius loco verbum quod est negare vsurpandum: vt Amicitia sibi tua quicquam dulcius esse negabat. Generis nobilitatem bonarum disciplinarum scientia præstantiorem esse negamus. Qui cupiditatibus suis modum non imponit, eum felicem quis non neget? Plato fore negabat, vt mundus felix esset, nisi aut Philosophi imperarent, aut Imperatores Philosopharentur. Dimus M. Antonius quicquam esse negabat, quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quam clementia sit.

PLINIVS. Trœzenium vinum qui bibunt, negantur generare. QVIN. Negant intueri lucem esse fas ei qui à se hominem occisum esse fateatur. Idem. Quum Philosophi quidam sint repetti, qui deos habere rerum humanarum curam negarent. M. CICE. Negarétque vnquam beatiorem quenquam fu isse. Idem. 2. de Fin. 90. Negat Epicurus tenuissimo victu, idest, contemptissimis escis & potionibus minorem voluptatem percipi, quàm rebus exquisitissimis ad epulandum. Idem. 3. Tusc. 46. Negat Epicurus iucunde posse viui, nisi cum virtute viuatur. Negat vllam in sapientem vim esse fortunæ. Tenuem victum antefert copioso. Negat esse tempus quo sapiens non beatus sit. Idem. 5. Tuscula. 99. Perfarum à Xenophōte victus exponitur: quos negat ad panē adhibere quicquam præter nasturtium. Idem. 3. Famil. epi. 11. Vt Aristarchus Homeri versum negat quem non probat: sic tu, libet enim mihi iocari, quod disertum non erit, ne putaris meum. Idem. Peripatetici virum denique videri negāt, qui irasci nesciat. Idem. Artem verò negabat esse vllam, nisi quæ cognitis penitusque perspectis, & in vnum exitum spectantibus, & nunquā fallentibus rebus contineretur. Idē. 1. Offi. 25. Nuper M. Crassus negabat vllā satis magnam pecuniam esse ei qui in republica princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset.

Quod præcepimus de negatiuis vocibus hoc est, quòd ponantur in principio, aut in fine orationis, quodq; post eas quisquam vel vllus ponatur elegantius quàm aliquis, hic non repetimus, quamuis verbum hoc his præceptionibus aliquantum alligatum sit.

Quod edo es, & edo edis: comedo comes, & comedo comedis, exedo exes, & exedo exedis promiscuè dicantur. Cap. XL.

EXest illud sanè quàm multorum ingenia, an edo edis, comedo comes, exedo exes, aliaq; huius generis composita dici possint. Ea vti relinquamus quietiora, autoritate aliquātum multa probamus huiusmodi verba ita vt præfati sumus, dici posse: vt, Cuius animum cura exest, amicitia integrum reddit. Comesse quàm bibere mauis. Præcoces fructus qui comest, valetudini satis non consulit.

NAEVIVS. *Tibi serui multi apud mensam astant: ille ipse astat quando edit.*

LVCILIVS. *Qui edit se, hic comedit me.*

VIRGILIVS. *Est mollis flamma medullas.*

PLAVTVS. *Quanquā illud est dulce esse & bibere, amor amara dat.*

Idem. Es, bibe, animo obsequere mecum.

Idem. Dum manè est, omnes esse mortales decet.

Idem. Quæsitus est alienum cibum.

Idem. Comesse panem treu pedes latum potest.

Idem. Sine modo venire quem absentem comes.

Idem. Tam facile vinces quàm primum vulpes comest.

A. GEL. Negant vllam auem præter ficedulam totam comesse oportere. Idem. Socrates quidem dicebat multos homines propterea velle viuere, vt ederent & biberent: sese bibere atque esse vt viueret. Idem. Præfecti popinæ atque luxuriæ negant cœnam lautam esse, nisi quum libētissimè edis, tum auferatur, & alia esca melior atq; amplior succenturietur. VA. MAX. Diogenes, Syracusis quum olera ei lauanti Aristippus dixisset, si Dionysio adulari velles, illa non esses: Immò, inquit, si tu ista esse velles, Dionysio non adulareris. MAR. CICER. 4. Tusc. 27. Habet ardorem libido, leuitatem lætitia gestiens, humilitatem metus: sed ægritudo quæ maiora, tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem: lacerat, exest animum, planéque conficit. Hāc nisi exuimus sic vt abiiciamus, miseria carere non possumus.

Primum pro primo, deinde pro secundo dici. quidque pro tertio dictum sit eleganter. Cap. XLI.

DIcendi genus optimum quod sit scire adolescens qui cupiet illa ei fore adiumento putem. Primum vt probum quem etiam artis præceptorem habeat. Deinde vt autores dicendi peritos excutiat. Tum ad genera dicendi animum attendat. Tum quæ elegerit, ea teneat memoria. Postremò, exercitatione multa os suum ijs effingat. Is hanc artis præceptionem fortasse non fastidiat: in qua id tradimus. Quum quid per partes aut ordinem enumeramus: pro primo primum, deinde pro secundo, pro tertio deinde, tum, postea, præterea, tertium, aut si quid eiusmodi est, non ineleganter positum esse putemus: vt, Amicitiæ memoria ei minor est qui alio habitandum abijt, quàm qui in loco eo vbi conuictum sit relictus est. Primus, oblatæ multa res nouæ mentem abducunt. Deinde rara ei sunt amicitiæ monimenta, quæ apud alterum relicta sunt plurima. Postremo, amicitia alia paratur: qua huius paulatim defuescentis desiderium abiciat. Deus primum nobis diligendus est, deinde patria, deinde parentes, postea amici. Patrem tuum salutai primum, deinde literas ei tuas reddidi. Nam duo sola etiam si enumeras. particulis his vtendum tibi censeo. Thales Milesius trium maximè rerum causa fortunæ gratias agebat. primum quod homo non bellua, deinde quod vir non mulier, tum quod Græcus natus esset, non barbarus.

TERENT. *Ne cui vestrum sit mirum cur paries sem poeta dederit, quæ sunt adolescentium, id primum dicam, deinde quid velim eloquar.*

CORN. CELSVS. Initia morborum primum famem sitimq; desiderant: ipsi deinde morbi, vt neque aliud quàm expedit, neque eius ipsius nimium sumatur. MASSV. SABINVS. In officiis apud maiores ita obseruatum est: primùm tutelæ, deinde hospitij, deinde clienti, tum cognato, postea affini. VA. MAX. Epaminondas traiectus hasta sanguine & spiritu deficiēs, recreare se conantes, primum an clypeus suus esset, deinde an fusi hostes penitus, interrogauit. SALLV. de Iugurtha. Paucis diebus post cum auro & argento multo Romam legatos mittit: quibus præcepit primum vti veteres amicos muneribus repleant, deinde nouos exquirant. Idem. Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes vitásque varias dispalata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam Rempublicam. M. CICE. 15. Famil. ep. 14. Tu multis de causis vellem me conuenire potuisses. Primum, vt te quem iamdiu plurimi facio, tanto interuallo viderem. Deinde, vt tibi, quod feci per literas, possem præsens gratulari. Tum vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Postremò, vt amicitia nostra, quæ summis officiis ab vtroq; culta est, sed longis interualiis temporis interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. Idem. An ego tibi obuiam non prodirem: primum Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorum? deinde, quod caput est, amico? Idem. 7. Famil ep. 3. Cuius me mei facti pœnitet, non tam propter periculum meum quàm propter vitia multa, quæ ibi offendi quo veneram. Primum neque magnas copias, neque bellicosas, deinde extra ducem paucósque præter ea (de principibus loquor) reliqui primum in ipso bello rapaces, deinde in oratione ita crudeles, vt ipsam victoriam horrerem. Idem. ibid. Quæ quum vidissem desperans victoriam, primum cœpi suadere pacem, cuius fueram semper autor: deinde quum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institi, vt bellum duceret. Idem. 1. Offic. In omni autem actione suscipienda tria sunt tenenda. Primum, vt appetitus rationi pareat: quo nihil est ad officia conseruanda accommodatius. Deinde, vt ani-

mad certamus, quanta illa res sit, quam efficere velimus: ne maior, neue minor cura & opera suscipiatur, quam causa postulet. Tertium est, caueamus, vt ea quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, moderanda sint. Idem. ibidem. Qui opera, id est, virtute & industria benefici & liberales erunt, primum quo pluribus profuerint, eò plures ad benigne faciendum adiutores habebunt: deinde, consuetudine beneficentiæ paratiores erunt. Idem. 3. Tus. Plures sunt causæ suscipiendi doloris. Primum illa opinio mali, quo viso atque persuaso ægritudo insequitur necessario. Deinde etiam gratum se mortuis facere, si grauiter eos lugeant, arbitrantur. Accedit superstitio muliebris quædam. Existimant enim diis immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum plaga percussi afflictos se & stratos esse fateantur. Idem. 1. Offic. Videndum est primum ne obsit benignitas, & iis quibus benigne videbitur fieri, & cæteris. Deinde ne maior benignitas sit quàm facultas, tum vt pro dignitate cuiq; tribuatur. Idē. 1. de Or. 144. De orationis ornamētis, in qua præcipitur primū, vt purè & latinè loquamur: deinde, vt planè & dilucidè; tum vt ornatè, pòst ad rerum dignitatem apte & quasi decore. Idem. de Or. 41. Quumque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa, vt deberet reperire primum quid diceret: deinde inuenta non solum ordine sed etiam momento quodam ac iudicio dispensare & componere, tum ea denique vestire & ornare oratione, pòst memoria sepire, ad extremum agere cum dignitate & venustate. *Caterum, quoniam de dicendi genere, quod multo est vsitatius, hic scribimus, ne aliter interdum dicti iam dissimulemus, exempla proponimus.*

PROPERT. *Ac veluti primo taurus obtrectat aratra,*
Pòst venit assueto mollis ad arua iugo.

CORN. CELSVS. Aqua leuissima pluuialis est, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo, posthæc ex niue aut glacie, grauior his ex lacu, grauissima ex palude. PLIN. Palmarum foliis primo scriptitatum, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata lineis confici cœpta aut cæteris. A. GEL. Quæ primo raptā per ignobilitatem, deinde per inuidiam scriptorum celebrata sunt. VAL. MAX. Efficax & illa quietis imago, quæ Crœsi regis animū maximo prius metu, deinde etiam dolore confecit. M. VARRO. Animaduertendum primum quibus de causis, & quemadmodum constituerunt paces: secundum, qua fide & iustitia eas coluerint. Idem. Cocula, quæ coquebat panem primum sub cinere, postea in foruo. Cuius vtriusque vocabulum à foruo dictum, id est, à calore. M. CIC. 1. de Finib. 50. Plærunque improborum facta primo suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum iudex. Idem. 3. Tusc. 2. Quum parentibus redditi: deinde magistris traditi sumus: tum ita variis imbuimur erroribus, vt vanitati veritas & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat.

Vnum pro primo, & alterum pro secundo in diuisi generis partibus enumerandis appositè dici: déque altero qua possit ratione dici. Cap. XLII.

TRia sunt quæ tibi non parum tribuant adiumenti ad doctrinam assequendam. Vnum, labori studioq; non parcere. Alterum, autores bonos euoluere. Tertium, quæ legeris memoria sæpius repetendo tenere potius, quàm noua semper legere velle. Continua enim sectio, vt Quintilianus ait, & quæ magis, & quæ minus hærent, æqualiter transit. Primum & vltimum, ab te petas. Quo autem modo autores bonos euoluere queas, nostra hæc scripta partim fortasse te docebunt. Eorum enim exattenta lectione præceptiones has desumpsimus. In quibus hæc vna est. Diuisi alicuius generis partes quum enumeramus, pro primo vnū, pro secundo alterū, pro tertio, si duobus plura fuerint, nonnunquam aliud, sed sæpius multo tertium ponamus. Vt tria sunt quæ inita iam conseruent amicitiā. Vnum crebra vtriusque visitatio. Alterum beneficiorum vltro citroq; collocatio. Tertium multa literarum vtrinque missitatio. Duo sunt quibus puerum bene instituere possis. Vnū, si quid benefecerit, eius laudatio. Alterum, si quid male, vituperatio. Multa sunt quibus in disciplinis percipiendis valeas magis. Vnum animi libertas. Alterum bona valetudo. Tertium cibi, potionis, somni rerumq; venerearum temperantia.

PLAVTVS. *Tres vnam perdunt adolescentes mulierem, rure vnus, alter vrbe, peregre tertius.*

A. GEL. De Rhodio etiam Diagora celebrata historia est. Is Diagoras treis filios adolescentes habuit, vnum pugilem, alterum pancratiastem, tertium luctatorem. Idem. Quæri solitum est in Philosophorum disceptationibus, an semper, inque omnibus iustis patri parendum sit. Super ea re Græci nostriq; qui de officiis scripserunt, tres sententias esse, quæ spectandæ considerandæque sint, tradiderunt, eāsq; subtilissimè diiudicauerunt. Earum vna est, omnibus quæ patet imperat, parendum. Altera est, in quibusdam parendum, quibusdam non obsequendum. Tertia est, nihil necessum esse patri obsequi & parere. Idem. Afferes prima luce falces duas. Vnam egomet mihi, & tu tibi capies alteram. M. CIC. 1. Off. In genere naturali & honesto duo vitia vitanda sunt. Vnum ne incognita pro cognitis habeamus, iisque temere assentiamur. Quod vitium effugere qui volet, omnes autem velle debēt, adhibebit ad considerandas res & tempus & diligentiam. Alterum est vitium, quòd quidam nimis magnum studiū, multamq; operam ad res obscuras atque difficiles conferunt, easdémq; non necessarias. Idem. ibidem. Iniuriæ duo genera sunt. Vnum eorum qui inferunt: alterum eorū qui ab iis quibus infertur, si possint, iniuriam non propulsant. Idem. Ratione vtentium duo genera ponuntur: vnum deorum, alterum hominum. Idem. 1. Offi. 152. Quum omnis honestas manet à partibus quatuor, quarū vna sit cognitionis, altera comitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis: hæc in deligendo officio inter se comparentur necesse est. Idem. 2. de Or. 235. De risu quinque sunt quæ quærantur: vnum quid sit, alterum vnde sit, tertium sit ne oratoris risum velle mouere, quartum quatenus, quintum quæ sunt genera ridiculi. Idem. 1. Offic. 85. Omnino qui Reip. præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneat. Vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quicquid agunt, ad eam referant obliti commodorum suorum. Alterum, vt totum corpus Reipub. curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquam deserant. Idem. In natura tria sunt: vnum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere nec dolore. Idem. de Sene. 15. Quum complector animo, quatuor causas reperio, cur senectus misera videatur. Vnam, quòd auocet à rebus gerendis. Alteram, quòd corpus faciat infirmum. Tertiam, quòd priuet omnibus fere voluptatibus. Quartam quòd procul haud âbsit à morte. Idem. 1. Offic. 104. Duplex omnino iocandi genus. Vnū, illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnū. Alterum, elegās, vrbanum, ingeniosum, facetum. *Quòd si ordo quidam seruandus est numerando, primum & secundum dixeris.* M. idem CIC. Meæ totius in dicendo orationis, & istius ipsius facultatis quam modò Crassus in cœlum verbis extulit, tres sunt rationes, vt antè dixi: vna conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. Harum trium partium, prima lenitatem, secunda acumen, tertia vim desiderat. *Pro vno alterum dicere possis, si duo tantum sunt quæ numeres.* M. CIC. 2. de Orat. 118. Quum duo genera sint facetiarum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum: alterum peracutum & breue: illa à veteribus superior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata est. *Sed quia de altero loquimur, huic illud accedat præcepto. Alterum de alio quocunq; aut alijs quibuscūq; à teipso dicere possis quo dicendi genere nostri ferè vtuntur: vt, Ad alterius vtilitatem perinde quasi ad suam, homo natus est. Hominibus libidinosis libido alterius odiosa est.*

ENNIVS. *Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.*
TIBVLLVS. *Vos ego nunc moneo, felix quicunque dolore*
Alterius discet posse carere suo.
PLAVTVS. *Qui de altero obloquitur, ipsum se contueri oportet.*

M. CIC. 4. Tusc. 20. Maleuolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Idem. Carmen ne liceret fieri ad alterius iniuriam, leges sanxerunt. Idem. ibid. Inuidentiam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas: quæ; nihil noceant inuidenti. Idem. Inuidentia ægritudo est, ex alterius rebus secundis. vide INVIDENTIA. Idem. Cui alterius commoda nihil noceant, tamen eum doleat iis frui: is inuidet profectò.

Quod particulæ eiusdem significatus iuxta se venustè ponantur. Cap. XLIII.

PRofectò est quid hoc dicendi genus, si parcum fuerit, orationē non parū venustabit: in quo duæ particulæ, id est, voces non inclinatæ, maximéq; aduerbia, idem propè significantes, iuxta se sine vllo medio ponantur. Vt spero fore, vt tecum tandem aliquando colloquar. Num ne te pœnitet, quòd insalutato me abieris? Id quidem certe tam sentio, quod metuere me me dixeram.

LVCIL. *Quanto blandior, hoc tanto vehementius mordet.*
TERENT. *Nunc primum facvt lauet, pòst deinde, quod iussi date ei bibere.*
PLAVTVS. *Hic clàm furtim esse vult, nequi sciant.*
Idem. Isti quidem hercle orationi Oedipo vsus est cōtēclore, qui Spingi interpres fuit. Vsus est, id est, opus est.
Idem. Hic quidem certe quæ illic sunt res gestæ memorat memoriter.
Idem. Quia enim sero aduenimus.

A. GEL. Post deinde idem Theophrastus ad hanc fermè sententiam disseruit. C. MEMMIVS. Num ne summa ope nitemini, atque eo vehementius, quòd maius dedecus est parta amittere, quàm omnino non parauisse. M. VAR. Ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas Atticæ Philosophiæ alumna. Ecce enim quin significet id quod de improuiso, nemo dubitet qui in Virgilij lectione attentus fuerit. Pædiano item Asconio eadem sententia est. SAL. Post vbi eorum famam atq; pudorem attriuerat, maiora alia imperabat. Idem. Post vbi contagio quasi pestilentia inuasit, ciuitas immutata est. Imperium ex iustissimo atque optimo crudele intolerandúmq; factum. M. CIC. Me quidē certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum deniq; omnium socium comitémq; habebis. Idem. 1. in Cati. Hunc mihi timorem eripe, si verus, ne opprimar, sin autem falsus, vt tandem aliquando

metuere

metuere desinam. Idē. de Sen. 25. Nec verò dubitet agricola, quamuis senex, quærenti cui serat respondere, diis immortalibus, qui me non accipere tantum modo à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. Idem. Quæ ætas longa, aut quid homini omnino longum: num ne modò pueros, modò adolescentes, in cursu à tergo assequens, nec opinantes assecuta est senectus? Idem. 5. Tusc. 60. Dionysius quum pila ludere vellet, studiosè enim id faciebat, tunicámq; poneret, aduléscentulo quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic quum quidam familiaris iocans dixisset, huic quidem certe vitam tuam cōmittis, arrisissétque adolescēs, vtrunque iussit interfici. Idem. 1. Offic. 78. Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius multis audientibus hoc tribuit. Idem. 1. Offic. 138. Et quoniam omnia persequimur (volumus quidem certè) dicendum est etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat esse. Idē. Quarū quidem certe est adhibendus modus, ad mediocritatemq; reuocādus. Idem. 3. de Or. 48. Verùm si placet, quoniā equidem satis spero vobis quidem certe maioribus molesta & putida videri, ad reliqua aliquāto odiosiora pergamus. Idem. 2. in Catil. 1. Tandem aliquando Quirites Catilinam furentē audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefarie molientē, nobis atq; huic vrbi ferrū flāmámq; minitātem, ex vrbe vel eiecimus, vel emisimus vel ipsum egredientē vrbe prosecuti sumus. Idē. 1. in Cat. 25. Ibis tandē aliquādo, quo te iampridē tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Idem. Ego enim assentior, eorum quæ posuisti alterum alteri consequens esse. Vt quemadmodum sit quod honestum sit, id solum sit bonum, sequatur beatam vitam virtute confici: sic si vita beata in virtute sit, nihil esse nisi virtutem bonum. *Ea enim particula vt in similitudine dicēda cum ea quæ est, quemadmodum si parca sit ac modesta, multam habet gratiam.* Idem. 2. de Or. 23. Sic enim res habet: vt quemadmodum volucres videmus procreationis atq; vtilitatis suæ causa effingere & constituere nidos, easdem autem quando aliquid effecerint, leuandi laboris sui causa passim ac liberè solutas opere volitare: sic nostri animi forēsibus negotiis ac vrbano opere defessi gestiunt ac volitare cupiunt vacui cura ac labore. Idem. ibid. Ego enim vt quemadmodum sentiam sic loquar, nunquam mihi minus quàm hesterno die placui. Idem. ibid. 338. Habet enim multitudo vim quādam talē: vt quemadmodum tibicen sine tibiis canere: sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit. Idem. 3. de Or. 198. Tum deniq; nobis hic orator ita confirmandus est & verbis & sentētiis, vt quemadmodum qui vtuntur armis aut palæstra non solum sibi vtendi aut faciendi rationem esse habendam putent, sed etiam vt cum venustate moueantur: sic verbis ad aptam compositionem & decentiam, sententiis verò ad grauitatem orationis vtatur, vt ij qui in armorum tractatione versantur. Idem. Talis est igitur ordo actionum adhibendus: vt quemadmodum in oratione constanti, sic in vita sint omnia inter se apta & conuenientia.

Vbi comparatio nulla sit præceptionem hanc obseruari nolumus. Huiusmodi particulæ duæ idem propè vtriam habent, quod omne, quidquid. Ea duo si simul dicta sint, vehementiam afferunt maiorem. Pvb. Syrvs. Alienum est omne quicquid optando euenit. Terent. Quicquid præter spem eueniat, omne id deputato esse in lucro. Val. Max. Animaduertit immensæ magnitudinis serpentem concitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem.

Diu & multum cum prope idem significant, simul ornatè interposita coniunctione componeris: vt, Quàm felix ineunda nostræ auspicium fuerit amicitiæ, diu multumq; mecum agito. Ad te quid scriberem, diu & multum cogitaui. Val. Max. de Demosthene. Fertur quoq; ore insertis calculis multum ac diu loqui solitus, quo vacuum promptius esset & solutius. M. Cicero 1. Offic. 118. Herculem Prodichus dicit, vt est apud Xenophontem, quum primum pubescereet, quod tempus à natura ad deligendum quam quisque viam sit ingressurus, datum est, exisse in solitudinem, atq; ibi sedentem diu secum multúmque dubitasse quum duas cerneret vias, vnam voluptatis, alteram virtutis, vtram ingredi melius esset. Idem. Vtrum difficilius ac maius esset negare tibi sæpius idem roganti, an efficere id q; rogares, diu multum hæsi: Brute dubitaui. Idē. 1. de Or. 152. Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis orationibus efficiunt: neque ea quisquam nisi diu multúmque scriptitarit, etiam si libentissimè se in his subitis dictionibus exercuerit, cōsequetur.

Forsan & forsitan à poëtis, fortasse ab oratoribus dici sæpius, quantumque fortè & fortasse differant. Cap. XLIIII.

Præceptionem hanc magis tum fortasse probabis: quum obseruari eam attendes sæpius. Ea autem est. Particulæ forsan & forsitan à poëtis, fortasse ab oratoribus vsurpatæ sunt sæpius. Fortasis non sæpe dicitur: sed oratoria magis quàm poetica particula est: vt, Aliqua in re amici officium fortasse neglexisti. Saluti quum voles, fortasse non consules. Nuntius cras fortasse veniet.

Horatius. *Forsitan vtilius quam tu tibi consulet aura.*

Propert. *Forsitan includet crastina fata dies.*

Idem. Forsitan & de me verba fuere mala.

Virgilius. *Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.*

Quintilia. Liberos natura omnes & iisdem constare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilibus ortos dici potest. M. Brvtvs. Fortassis ea re minaciter agis, vt iudicium nostrū metus videatur. M. Cicero. Rara tuas quidem, fortasse non perferuntur, sed suaues accipio literas. Idem. 7. Famil. ep. 3. Habes epistolam verbosiorem fortasse quàm velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remiseris. Idem. 2. Fami. ep. 16. Sed ego fortassis vaticinor, vt hæc omnia meliores habeant exitus. Idem. de Amic. Quid erat Africanus indigens mei? minime hercule: at ne ego quidem illius. Sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit: auxit beneuolentiam consuetudo. Idem. Captum me fortasse, inquit, tu putas, & id quod nollem, cōfiteri coactum. Idem. 3. Tusc. 18. Nequitia ab eo (& si hoc erit fortasse durius, sed tentemus, & lusisse putemus, si nil sit ab eo) quod nequicquam in tali homine, ex quo nihil idē dicitur. Idē. 3. Off. de C. Cæsare. In ore semper Græcos versus Euripidis de Phœnissis habebat, quos dicam, vt potero, inconditè fortasse, sed tamen vt res possit intelligi. Nam si violandum est ius, regnandi causa violandum est. Aliis rebus pietatem colas Idem. Quid ille dux Leonides dicit? Pergite animo forti Lacedæmonij: hodie apud inferos fortasse cœnabimus. *Oratores quoque forsitan nonnunquam dicunt, sed nemo sæpius Quintiliano: qui idem forsan etiam dicit.* Qvint. Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret. Sal. Forsitan imperator perlectis literis decernes quē numerum senatorum fieri placeat. M. Cice. Nimirum forsitan hæc illi mirentur atq; efferant. Idem. Forsitan quispiam dixerit: num ne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri homini ad nullam rem vtili? Minime verò. Nō enim mihi est vita mea vtilior, quàm animi talis affectio, neminem vt violem commodi mei gratia. *Illud quoque ascribendum putauimus. forte & fortasse id differre, vt forte tum dicatur, quum certo res facta est aut dicta, sed fortuitum fuit: fortasse verò, quum dubitatio est, facta sit aut dicta. Exemplis autem hoc fiat clarius. Veniendo Parisios amico forte obuius factus sum: id est, re vera factus sum obuius, sed fortuitum fuit. Ad hoc enim Parisios non veniebam, ei vt fierē obuius. Si verò dicis, fortasse obuius fui, incerta res est, an ei obuius fui. Inter eundum pecuniam forte inuenis.*

Terent. *Fortè fortuna adest huic meus amicus.*

A. Gel. Ea cassita in sementes forte concesserat tempestiuiores. Idem. Aderat ibi forte amicus noster, homo lectione multa exercitus. Idem. Quum in Lycio forte vespera ambularemus, vir quidam ludo ibi nobis & voluptati fuit. M. Cice. Si te forte dolor aliquis percusserit, exclamabis vt mulier. Idem. Id enim maximè decet, nisi forte se erraſe intellexerit in deligendo genere vitæ.

Vsque ad & vsque ab, quàm diuersis modis à receptæ fidei scriptoribus dicantur. Caput XLV.

Vsque à Plauto genera dicendi si recenses. vsque ad & vsque ab, illis omnibus modis inuenias dictum. Vsque ad palatium, aduſque palatium, vsque palatium, ad palatium ad palatium vsque. Itemq; a palatio, vsque à palatio ab vsque palatio, Eurylochus Pyrrhonis discipulus aliquando furore ita correptus est, vt sumpto vetu cum carnibus coquum ad forum vsque persecutus fuerit.

Virgil. *Siculo prospexit abusque Pachyno.*

Plavtvs. *Amor & melle & felle est fœcundissimus, gustu dat dulce amarum ad satietatem vsque aggerit.*

Idem. Hæc illic pugnata est pugna vsque à mane ad vesperam.

Terent. *Mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia fuit semper familiaritas.*

Idem. Ego istos vobis vsque à pueris curaui ambos.

Idem. Primus esses memoriter progeniem vestram vsque ab auo atque atauo proferens.

Idem. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, ne sursum deorsum cursites, néue ad lucem vsque vigiles.

Sveton. Edidit & Circenses plurimos à mane vsque ad vesperam. Qvint. Togam veteres ad calceos vsq; demittebant, vt Græci pallium. Idem. Condiscipulorum amicitiæ vsq; ad senectutem durant firmissimæ. M. Cic. in Hortensio. Vixit ad summā senectutem valetudine optima. Idem. de Senec. Quis est tam stultus, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperam esse victurum? Idem. 2. in Cat. 6. Si accelerare volet, ad vesperā consequentur. Idem. 5. Tusc. 97. Socratem ferunt, quum vsque ad vesperam contentius ambularet, quæsitumq; esset ex eo, quare id faceret, respondisse: se quo melius cœnaret obsonare ambulando famem. Idem. 1. de Ora. 91. Neminē scriptorem artis, ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat, quum repeteret vsque à Corace nescio quo & Tysia, quos artis illius inuentores & principes fuisse constaret.

Qvint. *In vsque dixit. Eius verba sunt.*

In prouerbium vsque Græcorum celebratum est, indoctos à musis atque gratiis abesse.

Quantum pro eo dici quod est prout: & dum pro quandiu vel donec. Caput XLVI.

QVantum lectione eorum qui elegãtiores sunt doceri potuimus: ea particula quantũ multo vsitatior est, quã quod verbo vno dici solet prout: vt, Ad nos breui quantum intelligo venturus es. Hac de re aliàs, quantum memoria repeto, ad te scripsi. Is tibi, quantum suspicor, amicus certus non est.

PACVVIVS. *Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo.*

PLAVTVS. *Quantum potes fac parata sint omnia.*

SVETON. de Augusto. Vrbem namque pro maiestate imperij ornatam & inundationibus incendiisque obnoxiam excoluit adeò, vt iure sit gloriatus, marmorem se relinquere, quam latericiam accepisset. Tutam verò, quantum prouideri humana ratione potuit, etiam in posterum præstitit. M. CICERO. Abdimus nos quantum licet, & sæpe soli sumus. Idem. 2. de Orator. 7. Vt laudem eorum iam propè senescentem, quãtum ego possem, ab obliuio ne hominum, atque à silentio vindicarem. Idem. 3. de Orator. Tu verò, inquit Catulus, collegisti, omnia, quantum ego possum iudicare, ita diuinitus, vt non à Græcis didicisse, sed eos ipsos hæc docere posse videare. Idem. 2. de Orator. 77. Sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare possum perridicula. *Quàm vel vt cum superlatiuo & verbo posse, licet cum gradibus alijs dici possit, in hac significatione vsurpari solet.* QVINT. Hæc de grammatica, quàm breuissimè potui, non vt omnia dicerem, sectatus. M. CICER. Dabo operam quàm maximè potero, vt breue id faciam. Idem. Quãtus ornatus in Peripateticorum disciplina sit, satis est à me, vt breuissimè potui, paulo antè dictum. Idem. Hæc vt breuissimè dici potuerunt, ita à me dicta sunt. vide BREVIS & BREVITER.

Ingratum non fuerit illud diuerticulum. Quandiu pro eo quod est quantum diu vsurpari à non indoctis non ignoramus: sed particulam eam quæ est dum, sæpius dici, plusq; venustatis habere attendimus: vt. Tu dum viuam memorem me non experieris. Neutri nostrum deerit quicquam, dum hæc durabit amicitia.

TIBVL. *Quem referent musæ, viuet dum robora tellus,*
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.

VIRGIL. *Infreta dum fluuij current, dum montibus vmbræ*
Lustrabunt, conuexa poli dum sidera pascet,
Semper honos, nomenq; tuum laudesq; manebunt.

TERENT. *Tu apud nos hic mane, dum redeat ipsa.*

C. GRACCHVS. Vsque adeo verberari iussit, dum animam efflauit. M. CATO. Bene factum à vobis dum viuetis non abscedet. M. CICERO. Immortales gratias ago tibi, agámque dum viuam. Idem. Quem tamen esse natum & nos gaudemus, & hæc ciuitas dum erit lætabitur. vide DVM.

Tantum abest, quantum habeat ornatus. Caput XLVII.

TAntum abest vt sermone vulgi loquendum esse putemus: vt ab eo discedendum omnino censeamus. Quid enim, vt alia omittam, rusticum magis, quàm illud sermone vulgi detritum, non caueo facere, non caues dicere, cauet nuntius venire? Num ne multo multoq; pulchrius est, vt dicas tantum abest cum verbo modi subiunctiui particula vt præposita: eiq; sermonem alium, qui contraria sententiæ sit, postponas? vt: Tantum abest vt amici obiurgatione offendar, vt ea mihi iucundissima sit. Tantum abest tui vt oblitus sim, vt ne vnus quidem prætereat dies quin mihi in mentem sæpius tui veniat. Tantum abfuit vt discessus hinc tuus mihi cognitus fuerit, vt plures iam dies abierint, quum id mihi cognitum est.

M. CICERO Tantum abest vt scribi contra nos nolimus, vt id etiam maximè optemus. Idem. 1 Offic. Id autem tantum abest ab officio, vt nihil magis officio possit esse contrarium. Idem. de perfecto oratore. 104. Tantum abest vt nostra miremur, vt vsque eo difficiles ac morosi simus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamẽ non semper implet aureis meas. Idem. Equidem tantum absum ab ipsa sententia, vt non modò non arbitror subsidium senectutis in eorum qui consultum veniant, multitudine esse ponendum: sed tanquam portum aliquem expectem istam, quam tu times, solitudinem. *In sermone secundo futura sit maior contrarietas: ei si comparatiuum adiungas aut superlatiuum. Suetonius paulo aliter dixit, sed certo eodem significatu.* Tantum abfuit, *inquit*, à remittendo laxandóque studio: vt conseruandæ vocis gratia, neque milites vnquam nisi absens, aut alio verba pronuntiante appellaret: neque quicquam serio iocóue egerit, nisi astante Phonasco, qui moneret, parceret arteriis.

Certe pro saltem poni non inusitatè. Cap. XLVIII.

IVuentuti, aut ex ea certe multa cognita hæc præceptio ingrata futura non sit. Duo quum dicimus, eorumq; alterum dubium est nec certum satu, alterum vero certum est: quod incertum est præponamus, quodq; certum, postponamus, ubiq; certe dicamus vbi sermone domestico saltem dici solet: vt, A me aut discessurus non eras, aut abitum certe tuum significare debebas. Ad te veniam, aut certe scribã. Aut nocebit, aut nihil certe proderit.

SALLVST. Quæ profectò aut tu vera inuenies, aut certe haud procul à vero. M. CICE. 1. Famil. ep. 2. Tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & beneuolo certe vsus es. Idem. Omnis cura mea solet in hoc versari semper, dicam enim sæpius si possum, vt boni efficiam aliquid dicendo, si id minus, vt certe ne quid mali Idem. 2. de Or. 346. Ea enim denique virtus esse videtur præstantis viri, quæ est fructuosa aliis, ipsi autem laboriosa aut periculosa, aut certe gratuita. Idem. 3. de Orato. 208. Quamobrem quoniam de ornatu omni orationis si non sunt omnes patefacti, aut certe commonstrati loci: nunc quid aptum sit, hoc est, quod maximè deceat in oratione, videamus. Idem. ibidem. 22. Sed si hoc quoque videtur esse altius quàm vt id nos humi strati suspicere possimus, illud certe tamen quod amplexi sumus, quod profitemur, quod suscepimus, nosse & tenere debemus. Idẽ. Nec quicquam est aliud dicere, nisi aut omnes, aut certe pleráque aliqua specie illuminare sententias. Idem. de Or. perfecto. 11. Video hanc primam ingressionem meam, non ex oratoris disputationibus ductam, sed è media Philosophia repetitam, & eam quidẽ quum antiquam, tum subobscuram, aut reprehensionis aliquid, aut certe admirationis habituram. Idem. 3. de Orator. 137. Quid Critias? quid Alcibiades? Ciuitatibus suis quidem non boni, sed certe docti atque eloquentes, nónne Socraticis erant disputationibus eruditi? Idem. Accedit, quòd orationis etiam genus habent fortasse subtile, at certe acutum. Idem. 1. de Or. 125. Quoties enim dicimus, toties de nobis iudicatur. At qui semel in gestu peccauit, non continuo existimatur nescire gestum. Cuius autem in dicendo quid reprehensum est, aut æterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis.

Quod me hercule quam me hercules M. Tullio magis placuerit, déque iureiurando quod est medius fidius. Caput XLIX.

ID iuuentuti me hercule cognitum satis non est: ideóque ab eo stylum nostrum abducere volumus. Me Castor & me Hercules iusiurandum est, vt ait Festus Pompeius: tanquam si dicas, ita me Castor, ita me Hercules, vt subaudiatur iuuet. Eadem figura dictum videtur medius fidius: quod per Iouis filium, hoc est per Herculem iusiurandum est. Eodem enim Pompeio autore Iupiter Graecè Ζεὺς Διὸς dictus est; & Latinè Fidius, id est, filius. Nam sæpe, inquit, antea pro l litera d vtebantur. Herculem quoque fidium à Marco Catone appellatum esse attendimus. Eius verba sunt: Itaque domi tuis nostri, qui per deum fidium iurare vult, prodire solet in compluuium. Autor est enim Plutarchus pueros si per Hercule iuraturi sunt sub dium exire iussos. Ratio cuius apud eundem multa est. Quoniam autem foris sub dio non domi vixit Hercules, absurdum fortasse non esset credere Herculem hanc ob rem dium appellari in eius gratiam. Nisi dius fidius dicitur, vt à Virgilio dia Camilla. Quidam, vt Pompeius idem meminit, existimant iusiurandum esse per diui fidem: quidam per diurni temporis, id est, diei fidem. Sed ad propositum redimus. Libentius, inquit Mar. Cicero, dixerim me Hercule quam me Hercules. Locutionis huius ratio in promptu satis mihi non est. Eam enim coniectura sola habeo. Autenim antiquorum more litera s detrahitur. Ita enim loquebantur: Qui est omnibus princeps, non omnibus princeps: & dignu loco, non dignus. Sed in nominibus in us exeuntibus vocali non sequente id fieri solitum, Cicero idem author est. Cæterum vocalibus alijs litera s, præpositis obseruatum hoc attendimus. Rei cuius Ennij exemplum illud documento sit. Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Iouis, id est, Iouis, qui nunc in recto casu Iupiter enuntiatur. Sed in versu tantum hoc factitatum putem. Quare aut in eo me hercule s, litera non detrahitur: aut ex versu consuetudo literæ huius hic detrahendæ profecta est. Illud verò putem esse prudentius. Me Hercule, id est, Hercule iuuante me. Hoc autem Ciceroni vsitatissimum est. Ex multis eius exemplis pauca subscribimus.

M. CIC. 2. de Orato. 244. Quid igitur distinguemus à Crasso, Catulo, & à cæteris familiarem nostrum Gannium aut Vargulam amicum meum: non me Hercule in mentem quidem mihi venit. Sunt enim dicaces Idem. ibid. Hæc quæ cadere possunt in quos nolis, quamuis sint bella, sunt tamẽ ipso genere scurrilia. Vt iste, qui se vult dicacẽ, & me hercule est, Appius, sed non nunquam in hoc vitium scurrile delabitur. Idem. ibi. 279. Me quidem Hercule valde illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula: non quum à morosis dicuntur, tum enim non sal, sed natura rideretur. Idem. ibid. 14. Itaque frater exorauit meipsum, non quidem à studio audiendi nimis abhorrentem, sed me hercule verentem ne molesti vobis interueniremus. Idem. Quod me Hercule, etiam si nihil ad nos pertinet, tamẽ propter eius ingenij magnitudinem vellem. Idem. Ego me hercule, inquit Cæsar, ex omnibus latinis verbis eius verbi vim vel maximam semper putaui. Idem. Id me hercule, dixit Catulus admirans illud, iam mirari desino, quod multo magis antè mirabar, hũc quũ hæc nesciret in dicẽdo posse tantũ. Idẽ Audiui me hercule, inquit Cæsar, ex omnibus latinis verbis eius verbi vim vel maximam semper putaui. Idem. Id me hercule, dixit Catulus admirans illud, iam mirari desino, quod multo magis antè mirabar, hũc quũ hæc nesciret in dicẽdo posse tantũ. Idẽ Audiui me hercule, inquit Cæsar,* admiratus hominis cũ diligentiã, tum etiã doctrinã & scientiam.

Idem.

Idem. Quæ me hercule ego Crasse quum à te tractantur in causis horrere soleo. Idem. Neque me hercule iniuria. Idem. Non me hercule vnquam aut dolorem, aut misericordiam, aut inuidiam aut odium dicendo excitare volui. Idem. Lapides me hercule omnes flere aut lamentari coegisset, vt torum illud, vti lingua nuncupasset, non in duodecim tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine positum videretur. Idem. Omnes, licet dicam quod sentio, bibliothecas me hercule omnium philosophorum vnus mihi videtur duodecim tabularũ libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & autoritatis pondere & vbertate vtilitatis superare. Idem. Me hercule etiam vt laudẽ eorum iam propè senescentem, quantum ego possem, ab obliuione hominum, atque à silentio vindicarem.

Hercule & hercle dici inuenias, sed à Cicerone rarius. Eius ea verba sunt. Non hercule nisi mihi admonitio venisset in mentem. Itémque. Valde hercule, inquit Catulus, timide, tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti. vide HERCVLE.

Vrbis Romæ nec mulieres per Herculem, nec viros per Castorem iurare solitos esse, A. Gellij liber vndecimus te doceat. Tamen apud Plautum seruus Chalinus: Ille, inquit, adepol ardentem te extra portam Metiam credo Castor videre vellet. In Plutarchi item quæstionibus traditum est Herculis aras, quæ duæ Romæ sunt, mulieres non attingere.

Aduerbia ea, plane, omnino, funditus, prorsus, quibus totum aliquid significamus. Caput L.

ILlud plenè contendimus, vt neglecto sermone quo vulgus vtitur, vrbanior inuectus os suum effingat. Cuiusmodi particula est totaliter. Ea vulgi sermone quanto teritur magis, tanto serpit in eius ore latior. Abiecta ea, planè, omnino, prorsus, funditus, qui doctiores sunt, vsu multo polluunt. Ea tamen ratione vt verbis vellere rem aut tollere significantibus funditus adiungatur: cui nonnulli ex recentioribus adiungunt imitus, sturpitus, radicitus. Prorsus in negatione dici solet sæpius. Planè verũ & omnino in affirmatione aut negatione promiscuè: vt, Meus mihi Plautus plane visus est bonis honestisq; ingenij dotibus à natura exornatus. Omnino te diligo. Voluptatum intemperantia è vita funditus tollenda est.

ACTIVS. Ego me non peccasse planè ostendam, aut pœnas sufferam. PLINIVS. Homerus omnino è flumine semper antelucanas auras insalubres verissimè tradit. QVINT. Consuetudo verè certissima loquendi magistra: vtendúmque planè sermone, vt nũmo cui publica forma est. Idem. Huic opinioni neque omnino accedo, neque planè dissentio. M. CAELIVS. Quid alios putas? Clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt, & ostenderunt planè esse, quod ferri non posset. M. CICERO. Quæ fecisti Lucceij causa, scire te planè volo, te homini gratissimo commodasse. Idem. Præcepta quæ didicisti, quæ probas, funditus euertunt amicitiam. Idem. Funditus euersam fortunam fortiter ferre debemus. Idem. Neque earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem. Idem. Athenienses verò funditus repudiauerunt, quorum semper fuit prudens syncerúmque iudicium, nihil vt possent nisi incorruptum audire & elegans. Idem. At Carthaginem & Numantiam funditus sustulerunt. Idem. Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam & in ea funditus delenda occupati & sunt & fuerunt. Idem. Ex quo illud etiam assequor, vt si quis mihi male dicat, petulans ac planè insanus esse videatur. Idem. An verò, vt quibusdam visum est, nihil certum sciri, nihil planè cognosci & percipi possit. Idem. Deprehensum me, inquit Antonius, planè video atque sentio. Idem. Tum maximè hoc signabat, eos qui Rhetores nominabantur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil planè tenere, neque posse quenquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inuenta didicisset. Idem de M. Antonio. Vir natura peracutus & prudens in eo libro quẽ vnũ reliquit: disertos ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. Idem de eodem. Vir autem acerrimo ingenio, sic enim fuit, multa & in se & in aliis desiderans, neminem planè qui rectè appellari eloquens posset videbat. Idem. Itaque nec hoc possum dicere, me omnino ignorare quod possidear, neque planè nosse atque inuidisse. Idem. Neque est omnino ars vlla, in qua omnia quæ illa arte effici possint, à doctore tradantur. Idem. In quo neutrorum omnino contemnenda est sententia. Idem. Nam negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Idem. Nunquam omnino periculi fuga committendum est, vt imbelles timidiq; videamur. vide PLANE & FVNDITVS.

Quod quasi aduerbium similitudinis sit: neque id significet in quo vulgo teri solet, déque particula ferè. Caput LI.

LIngua latinæ quasi carcinoma est particula quasi: quæ à vulgo etiam indocto male vsurpata aduſque viros non indoctos fere serpit. Eam enim particulam vsurpant in significatu eo, quo viri docti ferè, aut fermè, aut propè, & Valer. Maximus de Suetonius tantum non dicere solent: quum tamen aduerbium similitudinis sit, ibi tantum vsurpandum vbi similitudo quæpiam ac metaphora dicitur: vt, Fastidito amicitia, quasi lasso quies voluptati est. Scientia quasi thesaurus fortunatis honori est, miseris refugium. Ambitio quasi venenum præsens fugiẽda est.

CAECIL. Quasi ab hoste captus libere seruio. NAEVIVS. Quando ad ludos venit, alij quum tacerent, totum diẽ argutatur quasi cicada. *Argutatur, id est, loquaciter proloquitur.* PLAVTVS. Cor guttatim contabescit, quasi in aquã indideris salẽ. QVINT. Vna diligenter effecta plus proderit, quàm plures inchoatæ & quasi degustatæ. Idem. Non dubium est optimum esse emendandi genus: si scripta in aliquod tempus reponantur: vt ad ea post interuallum, velut noua atque aliena redeamus: ne nobis scripta nostra quasi recentes fœtus blandiantur. Idẽ. Pueri statim quamplurima ædificant: & quæcunque ætas operam iuuandæ studio memoriæ dabit, deuoret initiò tædium illud & scripta & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eundem cibum remandendi. M. CATO. Magnum est enim, vt Aristo scribit, in primordio pueruli, quẽadmodum incipiat, fingat & quasi euadat. C. MARIVS apud Sallustium. Maiorum gloria quasi posteris lumen est: neque bona neque mala eorum in occulto patitur. M. CICERO. In omnibus nouis coniunctionibus interest qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur. Idem. Non facile diiudicatur amor verus & fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, vt quasi aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. Idem. 4. Acad. 117. Est enim animorum ingeniorumque naturale quasi quoddam pabulum, consideratio contemplatioque naturæ. Idẽ. 1. Tusc. 36. Ipse labor quasi callũ quẽdam obducit dolori. Idem. Ibi quercorum rami ad terram iacẽt, vt sues quasi capreæ ex ramis glande pascantur. Idem. de Senec. 47. Non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus credo, sed nec desideratio quidem. Idem. 2. Tusc. 11. Fortes non modò fortuna adiuuat, vt est in vetere prouerbio, sed multo magis ratio: quæ quibusdam quasi præceptis confirmat vim fortitudinis. Idem. Necessitas ferendæ conditionis humanæ quasi cum deo pugnare cohibet, admonétque esse hominem. Idem. Vix inuenitur qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarũ desideret gloriam. Idem. Id autem est principium vrbis & quasi seminarium reipublicæ. vide GLORIA.

Cæterum attendendum est particulam ferè nonnunquam habere significatum propè generalem: significaréque propè semper aut propè omnia. Cui generali quædam vox interdum apponitur. Vt In hominum genere fere vsu venit, vt qui amat plurimum, minus redametur. Omnis ferè animi ægritudo literarum meditatione leuari solet.

QVINT. His ferè veteres facultatem dicendi exercuerunt. M. CICERO. Illud superius sic ferè definiri solet. Idem. De artificiis & quæstibus qui liberales habendi, qui sordidi sint, hoc ferè accepimus. Idem. Neganda ferè sunt omnia. Idem. Quoniam hæc ferè maximè sunt in iudicum animis. Idem. 3. de Orat. 15. Neque enim est quisquam nostrum, qui quum libros Platonis mirabiliter scriptos legit, in quibus omnibus ferè Socrates exprimitur, quanquam illa scripta sunt diuinitus, tamen maius quiddam de quo scripta sunt, non suspicetur. Idem. Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, vt iam quod natura fert, in omnibus ferè senescat rebus.

Si quid, quàm si aliquid dici solitum esse elegantius. Cap. LII.

SIquis à præceptionis huius observatione discedendum sibi in animum induxerit, falsum esse putem, quia in attenta doctiorum lectione parum admodum occupatus fuerit. Ea autem huiusmodi est. Post particulã siquis quàm aliquis collocari solet elegantius: vt, Si quem nactus sis qui cum fortunis non discedat: eum fide bona amicum diligas. Si quas ad me dedisti literas, redditæ non sunt. Si quem adeptus es honorem, virtutis tuæ id amplum testimonium est.

PROPERT. *Hostis si quis erit nobis amet ipse puellas.*

PLAVTVS. *Hen hen quàm ego habui hariolos aruspices:*
Qui si quid bom promittunt pro spisso euenit,
Id quod mali promittunt præsentaneum est.

Idem. Si quem hominem expectant, eum solent prouisere: qui hercle illa causa nihil ocyus venit.

PLINIVS Iunior. Si quid magnificum referente alio fuisset, ipso qui gesserit recensente vanescit. QVINT. Neque si quis Achillis gloriam in bellicis consequi non potest, Aiacis aut Diomedis laudem aspernabitur. AVL. GELL. Si quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum visus erat, impolitiæ notabatur. SALLVST. Si quam maledicendo voluptatem cepisti, eã malè audiendo amittas. CATO Censorinus. Si quis mortuus est Arpinatis: eius hæredem sacra non sequuntur. *Arpinatis, id est, Arpinas. prisum est.* M. CATO. Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum iuit, ei multam facit. Idem. Si quis mẽbrum rupit, aut os fregit, talione vindicta proximus cognatus vlciscitur.

Idem. Quæ tandem lex est tam acerba quæ dicat: si quis illud facere voluerit, mille nummis dimidium familiæ multa esto. M. Cicero. Si quid ad me forte scripseris, perficiam, ne te frustra scripsisse arbitrere. Idem. 3. Offi. 76. Si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere, iam se ipse doceat, eum virum bonũ esse qui prosit quibus possit, noceat nemini nisi lacessitus iniuria. Idem. ibid. Si quid singuli temporibus adducti hosti promiserint, est in eo ipsõ fides conseruanda. Idem. 1. Offic. 144. Tanta vis est & loci & temporis: vt si quis cum causam sit acturus, in irinere, aut ambulatione, secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur. At hoc idem si in conuiuio fiat, inhumanus videatur inscitia temporis. Idem. ibid. 146. Quo in genere non est incommodum quale quidque eorum sit ex aliis iudicare: vt si quid dedeceat in illos, vitemus & ipsi. Fit enim nescio quo modo, vt magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis, si quid delinquitur. Idem. 1. de Orat. 204. Socratem illum solitum aiunt dicere, perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ perspiciendæque virtutis. Idem. 1. Offi. Nec quenquam hoc errore duci oportet: vt siquid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinémque ciuilem fecerint locutúe sint, idem sibi arbitrentur licere: magnis illi & diuiuis bonis hanc licentiam consequebantur. Idem. 1. de Orat. 115. Oratoris peccatum, si quod est animaduersum, stultitiæ peccatum videtur. Stultitia autem excusationem non habet.

Si aliquid, dici posse, quod minus vsitatum est, illa ex Terentio exq; Ciceron te doceant.

Terent. Quid faceres, si aliquid grauius tibi nũc faciundum foret? M. Cicero. Sensus moriendi, si aliquis esse posset, id ad exiguum tempus durat.

Ne quid, & num quid quòd elegantius, dicantur quàm ne aliquid, & num aliquid. Cap. LIII.

Ne quis hoc dicendi genus, quod oratoribus familiare multum est, nesciat id subscribimus. Nequid, quàm ne aliquid: & num quid quàm num aliquid, dictum esse elegantius: vt, Ne quam patiar iniuram opera mihi danda est. Ne quid me frustrà postulauerit laborabo. Num quas mihi afferr literas?

Svetonivs de Domitiano. Vbertatem vini frumenti verò inopiam existimans nimio vinearum studio negligi arua, edixit ne quis in Italia nouellaret, vtque in prouinciis vineta succiderétur. Apud Qvintilianvm. Abdicatus ne quid de bonis patris capiat. Qvint. Nequis igitur tanquam parua fastidiat grãmatices elementa. C. Fabrit. & Æmylius apud A. Gellium. Vt te certiorem faceremus, ne quid eiusmodi si accidisset, nostro consilio ciuitates putarent factum. M. Varro. Omnes Tarquinios eiicerent, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberét. M. Cicero. Num quid igitur est causæ quin amicos nostros Stoicos dimittamus? Idem 1. Offi. Vixeruntque nonnulli in agris delectati re sua familiari. His idem propositum fuit quod regibus, vt ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate vterentur, cuius proprium est, sic viuere vt velis. Idem. Num quis horum miser hodie? Idem. ibid. Hoc præceptum officij diligenter tenendũ est, ne quem vnquam innocentem in iudicium capitis accersas. Idem. Permulta sunt in causis in omni tempore orationis circunspicienda, nequid offendas, ne quo irruas. Idem. ibid. De euertendis autẽ dirripiendisque vrbibus valde illud considerandum est, ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat.

Quòd quid dicatur elegantius quàm aliquid post quid, post quo pro quanto, post quum. Cap. LIIII.

Quo quid eruditiorum vsu frequentiore detritum est, id eo nobis imitandum est studiosius. Cuius generis hoc est. Post quid, post quo pro quãto, post quũ dici solet quàm aliquid frequẽtius. vt, Quo quis amicitiã nãctus est certiorem, eo hunc puto beatiorem. Si quis quid deliquit, minus insolens est. Quum quis inuitus laborem suscipit. eum sentit grauiorem. Ex Diogene seruum vllum aut ancillam habere se negante quum quis quæsiuisset: quisnam te igitur ad sepulchrum efferet? Qui, inquit, domo indiget. Anacharsis Scytha rogatus quo quis pacto Absitemius fieret, Si turpei, inquit, ebriorum motus sibi ante oculos ponat.

Plavtvs. *Si quis mutuum quid dederit, sit ex proprio perditum: quum iam repetas inimicum amicum beneficio inuenis tuo.*

Terentivs. *Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.*

Svetonivs de Augusto. Diuturnorum reorum & ex quorũ sordibus nihil aliud quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit: conditione proposita vt si quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ subiret. Plinivs Iunior. Naturale est enim, vt ea quæ quis adeptus est, ipse quàm amplissima æstimari velit. Massvrivs Sabinus. Furiosus mutúe, cuiue quod membrum lacerum læsumque est, aut obest quo ipse minus aptus sit, morbosi sunt. M. Cicero. Voluntatem Stoici putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt. Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. Idem. 2. Offi. 34. Quo enim quis versutior & callidior est, hocinuisior & suspectior, detracta opinione probitatis. Idem. 1. Offi. Primum munus iustitiæ est, vt ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria. Idem. ibid. Iam illis promissis non standum esse quis non videt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit? Idem. Si cui quid simile dicas, prius vt simile confirmes. *Non ita dissimile illud est autoris eiusdem.* 2. Offic. 40. Qui eorum cuipiam qui vnà latrocinantur, furatur aliquid, aut clàm eripit, is ne sibi in latrocinio quidem relinquit locum.

Post particulas, siue, nisi, aliud, quid, quàm aliquid, ponitur elegantius. Cap. LV.

Nisi cui molestum est tam multas de hac re audire præceptiones, illud quoq; nobis dicendũ est. Post siue, post nisi, post aliud, quid, vsitatius, ideóque elegantius quàm al quid ab auris prudentioris hominibus collocatur. Vt, Amicitiam ne contemnas, nisi quid ea dulcius inuenis. Literarum peritia nihil est in hominum vita felicius, siue quam fortunæ assequutus es prosperitatem, siue repu humi fortunæ vacuus. Si quis virtutem aliúdue quid quo ad eam iter pateat contemnit deterrimus est.

Avl. Gellivs. Si quis agrum suum passus fuerat sordescere, ac neque arauerat, neque purgauerat, siue quis arborẽ suam vineámue habuerat derelictui: non id sine pœna fuit. Idem. Quæri solitum est, qui noctis hora tertia quartáue siue qua alia nati sunt, vter dies natalis haberi appellarique debeat: is ne quem nox ea secuta est, an qui dies noctem consecutus est. Idem. Quæ lingua debili sensũue aurium diminuta, aliáue qua corporis labe insignita sit. Idem. Quum philosophus, inquit, hortatur, monet, suadet, obiurgat, aliúdue quid disciplinarum differit. Qvint. Sic discernet hæc dicendi magister, quomodo palæstricus ille cursorem faciet aut pugilem aut luctatorem, aliúdue quid ex iis, quæ sunt sacrorũ certaminum. Idem. Siue non idoneo die, siue contra intercessiones vel auspicia, aliúdue quid quod legitimè obstet, dicitur lata esse. Idem. Vt scribere pueros, plurimúmque esse in hoc opere planè velim: sic edisscere electos ex orationibus vel historiis alióue quo genere dignorum ea cura voluminum locos multo magis suadeam. M. Cicero 5. Tusc. 90. Omnes ferè philosophi omnium disciplinarum, nisi quos à recta ratione natura vitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerũt. Idẽ. Nisi quæ me fortè fugiunt, hæ sunt ferè de animo sententiæ. Idem. Nunc de ratione videamus, nisi quid vis ad hæc. Idem. In eum locum res deducta est, vt nisi quis deus, vel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus. Idem 1. Offi. Si verum est Q. Fabium Labeonem, seu quem alium Idem. Quare nisi quid vobis aliud placet, ad illa pergamus. vide Pergo.

Post has particulas ne, si, num, aliud, qua, non quæ poni debere. Caput LVI.

Ne qua tibi aberrandi via in hoc dicendi genere relicta sit immunita, illud ascriptum volumus. In quibus casibus quæ & qua simul sunt, hoc est, in nominatiuo singulari genere fœmmino: & genere neutro, nominatiuo & accusatiuo plurali, qua non quæ ponas post particulas ne, num, aliud, si, & ab ea compositas siue, sin, nisi: si relatio non fuerit. vt, Nequa mulier: si qua templa: aliáue qua iniuria.

Propert. *Nunc mihi si qua tenes, ab origine dicere prima*
Incipe, suspensis auribus ista bibam.

Svetonivs. Restitit aliquandiu collegis, ne qua fieret proscriptio. Plinivs. Hederæ mira proditur natura ad experienda vina. Si vas fiat ex ligno eius, vina transfluere, ac remanere aquã, siqua mista fuerit. Val. Maxi. Si qua ex eis improbassent, rata esse non sinerent. Idem. Si qua inter necessarias personas querela esset orta apud sacra mensæ, vt inter hilaritatem animorum fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur. M. Cato. Cogitate cum animis vestris, si quid vos per laborem recte feceritis, labor ille à vobis citò recedet: benefactum à vobis dum viuetis non abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit: nequiter factum illud apud vos semper manebit. M. Cicero. Si qua fortuna acciderit vt minus iustæ voluntates amicorum adiuuandæ sint, in quibus eorum aut caput agatur aut fama: declinandum sit de via, modò ne summa turpitudo sequatur. Idem. Molestia, afflictatio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem. Idem. 3. Offi. 17. Aliter enim teneri non potest, si qua ad virtutem facta est progressio. Idem. 16. Fami. ep. 10. Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est Idem. 10. Fa. ep. 14. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, vt nequa scintilla teterrimi belli relinquatur. Idem. 2. Offi. 45. Prima igitur est adolescenti commendatio ad glotiam, si qua ex bellicis rebus comparari potest. Idem. 2. de Orat. 62. Quis nescit primam esse historiæ legem, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri tacere audeat, ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis? Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Idem. 2. de Leg. Neque medicorum præcepta dici vere possent, si qua inscij imperitiáque pro salutaribus mortifera conscripserunt.

Idem.

Idem. 2. Offic. 74. Sin quæ necessitas huius muneris alicui reipublicæ obuenerit.

Si verò relatio sit, etiam si antecedens non ponatur, quæ, non quæ dicendum est. Vt: Si quæ dicit vera sunt.

QVINTILIANVS. Prouidendum est, ne quæ dicuntur, ab eo qui dicit, dissentiant.

Sicubi siquando, necubi nequando, nuncubi nunquando dicenda esse. Cap. LVII.

SI quando autorem latinæ linguæ principum elegantius dicendi genus aspicias propius: ab ijs haud dubie illud non raro obseruatum inuenias: vt sicubi siquando, nuncubi nequando, nunquando dicant vsitatius, quàm si alicubi si aliquando, ne alicubi, ne aliquando num alicubi num aliquà do: vt, Sicubi est, eum inueniam. Nunquando venies? Si quid facis, prouide nequando pœniteat.

TERENTIVS. Metuet semper, quem ipsa nunc capit fructum, ne quando iratus tu alio conferas. Idem. Si quando illa mentionem Phædriæ facit. Idem. Sicubi eum satietas hominum aut negotij, siquando odium ceperat, tequiescere vbi volebat. Idem. Siquando illa dicat Phædriam intromittamus commessatum. PLINIVS Iunior. Si quando vrbs nostra liberalibus studiis floruit, nunc maximè floret. SALLVST. Cauêre tamẽ necubi opportunus fieret. M. CICERO. in Hortens. Imbecillis autem est pudoris magister timor, si quando paululum aberraueris, statim spe impunitatis exultat. Idem. 1. Tusc. 103. Veruntamen Crito si me assequi potueris, aut sicubi nactus eris: vt tibi videbitur sepelito. Idem. Siquando ea quæ dixi pugnare viderentur. Idem. Siquando, quod nolim, displicere tibi tuum cõsilium cœperit, possis meum recordari. Idem. 2. de Orat. 61. In philosophos vestros siquando incidi deceptus indicibus librorum, qui sunt ferè inscripti de rebus notis & illustribus, de virtute, de iustitia, de honestate, de voluptate, verbum prorsus nullũ intelligo: ita sunt angustis & concisis disputationibus illigati. Idem. 1. de Ora. 124. Cæterarum hominum artium spectati & probati, siquando aliquid minus benefecerint quàm solent, aut noluisse, aut valetudine impeditos non potuisse consequi id quod scirent, putantur. Idẽ. 2. de Or. 315. Id quod primũ est dicendum, postremò soleo cogitare, quo vtar exordio. Nam si quando id primum inuenire volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut vulgare, aut commune.

Alicubi aut aliquando nonnunquam adiungi potest.

QVINTILIANVS. Dum timent ne aliquando cadant, semper iacent.

Nuncubi, sicubi, necubi, ad hiatum euitandum literam c, in medio accipiunt. Quod de his diximus, idem in aduerbij alijs tibi putes obseruandum, Vt siquo, siquà, sicunde: nequo, nequà, necunde, nunquo, nunquà nuncunde.

Post si, post ne, post num, aliquid poni posse si in medio aliquid interposueris. Caput LVIII.

SI verò vocabulum aliquod sit, quod inter particulam si, ne, aut num, & aliquid interponas: quid vel aliquid promiscuè vsurpes: vt, Si me aliqua voluptate affecisti. Num præmio donas me aliquo? Ne iniuriam feras aliquam.

LVCIL. *Vel si aliqua opus sit forte si hinc aliquo cesseris.*

CORNEL. Celsus. Imbecillus homo iturus in balneum vitare debet ne antè frigus aliquod experiatur. QVINTIL. Si vnum aliquid affirmaris, probandum est, aut causa periclitãdum. VAL. MAXI. Vini vsus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur. M. CICE. Lælius, si digito quẽ tetigisset, pœnas dedisset. Idem. In quo viro erit perfecta sapientia: quem adhuc nos quidem vidimus neminem, sed Philosophorum sententiis qualis futurus sit, si modò aliquando fuerit, exponitur. Idem. Gemitus si leuationis aliquid afferret, tamen videremus quid esset fortis & animosi viri. Idem. Si te rogauero aliquid, num ne respondebis? vide SI.

Quod quisquam, quispiam, vllus, vsquam, vnquam, post negationem ponantur elegantius, quam aliquis, alicubi & aliquando. Cap. LIX.

IN oratorum diligenti lectione versatus non est quisquam, qui, puto, non attenderit post negationem, quicquam quispiam, vllum, vsquam, vnquam poni elegantius, quàm aliquid alicubi, & aliquando. Vt, Non est labor vllus qui causa tua mihi ingratus sit. Nemo vir bonus cui quam inuidet. Nolo vllam pati iniuriam.

ENNIVS. *Multa dies in bello conficit vnus:*
Et rursus multæ fortunæ sæpe recumbunt.
Haud quaquam quenquam semper fortuna secuta est.

TVRPILIVS. *Nunquam minus numero quenquam vidi facere, quàm facto est opus.*

ACTIVS. *Fregisti ne fidem? Neque dedi neque do infidelis cuiquam.*

LVCIL. *Neminis ingenio quẽquã confidere oportet. Neminẽ priscè.*

PROPERT. *Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.*

PLAVTVS. *Nunquam ædepol quenquam mortalem credo ego vxorem suam sic efflictim amare perinde vt hic te efflictim deperit.*

Idem. Neque eo vsquam vnquam tanta mira me vidisse censeo.

Idem. Nunquam quicquam meo animo fuit ægrius.

TERENTIVS. *Tu acastor morem antiquum atque ingenium retines, vt vnus hominum homo te viuat nusquam quisquam blandior.*

Idem. Homine imperito nunquam quicquam iniustius est: quis nisi quod ipse facit, nil rectum putat.

SVETONIVS. de Vespasiano. Recordatus quondam super cœnam, quòd nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam meritóque laudabilem vocem edidit. Amicei, diem perdidi Idem, de eodem. Non oportere ait quenquam à sermone principis tristem discedere. C. CAESAR. apud Sallustiũ. Neque quisquã omnium libidini simul & vsui paruit. PHILIPPVS apud eundem. Vbi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuitò bonus est. SALLVST. Neque quisquam extremam necessitatem nihil ausus, nisi muliebri ingenio expectat. M. CATO. Neque mihi ædificatio, neque vasum, neque vestimentum vllum est in manu pretiosum. *Hoc vasum priscum est, à quo hæc vasa, horum vasorum.* M. CICERO. Nec mihi est te iucundius quicquam, nec charius. Idem. Ego nunquam quenquam ad te, quum sciam, sine meis literis ire patiar. Idem. Nec nunc committam, vt vllum meũ factum iure reprehendere possis. Idem. Nec simulatum potest quicquam esse diuturnum. Idem. Nemo vnquam sine magna spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortem. Idem. Darius in fuga quum aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibisset, negauit vnquam se bibisse iucundius. Nunquam videlicet sitiens biberat. vide QVICQVAM & QVISQVAM. Idem. Neque quisquam est quin satietate iam defessus sit.

Præceptionem hãc perpetuam non esse, illud quod M. VARRONIS est, exemplo sit. Neque idonei ciues aliquid habent antiquius salute communi.

Vocabula ea quæ latentem quandam in se continent negationem ab hoc dicendi genere aliena non sunt, qualia sunt vetera, cauere, rarum esse, vix aliáque hoc genus multa.

SVETONIVS. Vetuitque post hac viuentium cuiquam vsquã statuam aut imaginem, nisi consulto se & autore poni. QVINT. Rarum est, vt satis se quisquam vereatur. Idem. Vix vllus est tam communis locus, qui possit cohærere cum causa. M. CICERO. Caue putes vllas literas vnquam grauiores tuas in Senatu esse recitatas. Idem. Caue putes vllam in philosophia vocem emissam clariorem, vllúmue esse philosophiæ promissum verius. Idem. Si quis esset, aut si etiam vnquam fuisset, aut verò si esse posset, tu esses vnus profectò qui & meo iudicio & omnium vix vllam cæteris oratoribus, pace horum dixerim, reliquisti. Idem. Bene præcipiunt qui vetant quicquã agere quod dubites æquũ sit an iniquũ.

Quod post interrogandi vocem, vllum, quicquam aut vnquam, non aliquod aut aliquando collocari debeat. Caput LX.

AN est cui vllum sit politiorum literarum studium, cui ignotum sit post vocem interrogatiuam, vllum, quicquam, aut vnquam, non aliquid aut aliquando poni solitum esse? vt, Quis vllam rerum mearum suscipit curam? An tibi est vllius honestæ rei studium? Apud quos vnquam vllum fuit liberalitatis exemplum maius.

PROPERT. *An quisquam in medijs persoluit vota procellis,*
Quum sæpe in portu fracta carina natet?

TERENT. *An vnquam cuiquam contumeliosius audistis factam iniuriam quàm hæc est mihi?*

Idem. Censes ne te vllam posse reperire mulierem quæ careat culpa?

QVINTILIANVS. Quis inter hæc literis, aut vlli bonæ arti cultus? non hercle magis quàm frugibus in terra sentibus ac rubis occupata. M. CATO. Principio, quis vidit corona donari quẽquã quum oppidum captum non esset, aut castra hostium non incensa? M. CICERO. 2. in Catil. 8. Quis vnquãm tanti quenquam fecit? Idem. Iam verò, quæ tanta in vllo vnquam homine iuuentutis illecebra fuit, quanta in illo, qui alios ipse amabat turpissimè? Idem. 2. Famil. ep. 11. Putares ne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed hæc etiam lenia nostratia? Idem. 4. Tusc. 51. An est quicquam similius insaniæ quàm ira? quam bene Ennius dixit initium insaniæ. Idem. 6. Phil. 15. Quis vnquam in illo Iano inuentus est qui L. Antonio mille num mũm ferret expensum? Idem. Harum tot tantarum q; rerum videtis ne vlla esse præcepta, quæ in artibus rhetorũ reperiantur?

Nullum aut nunquam cum vllo, quid habeat elegantiæ. Caput LXI.

NVnquam vllus id negaturus, qui in oratorum intenta lectione insolens non sit. Quum in domestica quotidiánque oratione nomen nullus est: sequitur vnquam aut vllus: negatio à nullo detracta particulæ vnquam, aut vllo adiungatur, aut contra fiat pro domestici sermonis familiaritate: sed proposita semper negatio sit: vt Nunquam vllum amicitiæ causa effugi laborem: elegantius quam nullum vnquam &c. Nullam pecuniam vllus mihi dedit. Nunquã ex tuis vlla mihi literæ redditæ sunt.

PLAVTVS. *Virile sexus nunquam vllum habui.*

Sexus genere neutro, priscè.

SVETONIVS de Iulio Cæsare. Nullum vnquam hostem fudit, quem non castris quoque exueret. C. MATIVS. Nullius vnquam

quam periculi terroribus,ab officio,aut ab humanitate desistam. M.CICERO. Nulla vnquam fuit liberis amissis mulier tam imbecilla,quæ non aliquando lugendi modum fecerit. Idem. Nunquam vlli fortiores ciues fuerunt.Idem.Quoniam te nulla vincula impediunt vllius certæ disciplinæ. Idem. In hac ipsa ciuitate profectò nulla vnquam vehementius quàm eloquentiæ studia viguerunt.Idem. Nulla est in vllo genere laus orationis, cuius in nostris oratoribus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio. vide NVLLVS.

Post particulam quàm ratione comparatiui positam ponendum esse vllum, quidquam,aut vnquam. Cap. LXII.

ILlud fore vulgatius puto,ijs qui autores bonos summa excusserint diligẽtia,quàm quod vlla temporis iniuria obliterare possit:vt post particulam quàm ratione comparatiui,aut vocis comparatiui vim habentis positam,vllum,quidquam, aut vnquam , ponatur elegantius quàm aliquid vel aliquando:vt,Virtute instructior es quàm vllus sociorum. Ditior es quàm vt vnquam fortuna te deserat. Viribus nunc sum validior quàm me vnquam senserim.

PROPERTIVS. *Flamma per incensas citius sedetur aristas,*
Fluminaque ad fontis sint reditura caput,
Quàm possit vestros quisquam reprehendere cursus,
Et rapidæ stimulos frangere nequitiæ.

TERENTIVS. *Equidem plus hodie feci boni imprudens , quàm sciens ante hunc diem vnquam.*

CORNEL.Celsus.Plus alimenti est in carne,quàm in vllo alio.

QVINTILIANVS. Est in quibusdam turba inanium verborum:qui dum communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris circumeunt omnia copiosa loquacitate , quæ dicere volunt. Ipsam deinde illam seriem cum alia simili iungentes miscentésque,vltrà quàm vllus spiritus dare possit, extendunt. VAL. MAXI.Iámque plus in exquisito & nouo cultu religionis, quàm in vllo humano cõsilio positum opis videbatur.Idem.In solo magis fumante , quàm vllas ignis habente reliquias. M. CICERO. Plus valuit quàm pro vllo alio valere potuisset.Idem.2.Offi.89.De quærenda,de collocanda pecunia,etiam de vtenda commodius à quibusdam optimis viris & ad medium ianuæ sedentibus quàm ab vllis Philosophis vlla in schola disputatur. Idem. Nil turpius Physico,quàm fieri sine causa quicquam dicere.

Post particulam si,Quicquam, vel vllum , vel quippiam, vel vnquam,non aliquid aut aliquando ponendum esse. Caput LXIII.

SI vlla nominis primi oratorum scripta legisti: in eis id obseruatum puto inuenisti:vt post particulam si,vllum vel quicquam non aliquid postponatur:vt , Si vlla res est quæ absentes amicos oblectare possit, ea missarum literarum frequentia est. Si literas ad me vllas vnquam dederis supra fidem gauisurus sim : sine quibus quicquam mihi iucundum fore non puto Si quisquam te amat nisi redamas,inhumanus es.

NAEVIVS. *Si vnquam quicquam filium rescisco*
Argutum armoris causa sumpsisse mutuum,
Extemplo illo te ducam,vbi non despuas.

POMPONIVS. *Mars tibi fouco facturum.*
Si vnquam redierit,bidente verre.

TERENTIVS. *Si quicquam hodie hic turbæ feceris, faciam vt huius loci,dieíq; meique semper meminerus.*
Idem. Mihi si vnquam filius erit,me ille facillimo vtetur patre.
Idem. Vnam hanc noxiam mitte:si aliam admisero vnquam,occidito.

C.GRACCHVS.Si vlla meretrix, aut cuiusquã seruulus propter me sollicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimúmque existimatore.M.CICERO.2.Offi. 28. Multa præterea commemorarem nefaria in socios,si hoc vno sol quicquam vidisset indignius.Idem. 1. de Legibus.Intelligo equidẽ à me istũ laborem iam diu postulari Attice:quem non recusarem , si mihi vllum tribueretur vacuum tempus & liberum.Idem. 5. Tusc. 78. Aegyptiorum morem quis ignorat,quorum imbutæ mentes prauitatis erroribus,quamuis carnificinam prius subirent,quàm ibim aut aspidem,aut canem aut crocodilum violent.Quorum etiam si imprudentes quippiam fecerint,pœnam nullam recusent.

De particula sine , quod post eam vllus aut quispiam sæpius quàm aliquis ponatur. Caput LXIIII.

SIne vlla ornatioris eloquij virorum controuersia , hocferè vsurpatum est.vt post particulam sine vllum aut quicquam,non aliquid ponisolitum sit:vt , Ne horam quidem sine vlla amicitia nostræ memoria viuere possum. Sine vlla pecunia iucunde vius non potest. Sine cuiusquam auxilio negotium efficere non possum.

AVL.GELL.Videas quosdam scatere verbis sine vllo iudicij negotio.Q.METEL.Numidicus.Si sine vxoribus possemus Quirites esse, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, vt nec cum illis satis commodè , nec sine illis vllo viui possit,saluti perpetuæ potius quàm breue voluptati consulendum. SALLVST.Sine vlla pactione sese,regnumque suum in illius fidem tradere.M.CICERO.de Amic.61.Quum emendati mores amicorum sunt,tum sit inter eos omnium rerum,consiliorum, voluntatum sine vlla exceptione comitas.Idem. 1. de Nat. 1. Quid tam temerarium, támque indignum sapientis grauitate atque cõstantia,quàm aut falsum sentire, aut quod non satis explorate cõpertum sit & cognitum sine vlla dubitatione defendere?Idem. 6. Fa.ep.18.Ne literę quidẽ meę impediuntur,in quibus sine vllo interpellatore versor. Idẽ.2.Offi.40.Iustitiæ tanta vis est,vt nec illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur,possint sine vlla particula iustitiæ viuere.Idem. Sine vlla mora negotium susceperunt. Idem. Ipsi sine cuiusquam suspicione multos fortes viros eduxerant.Idem. 3. in Catil. Dictæ sunt à principibus acerrimæ ac fortissimæ sententiæ, quas senatus sine vlla mora est consecutus. Idẽ. 2. de Orat. 98. Esse tamen multos videmus qui neminem imitentur,& suapte natura quod velint,sine cuiusquam similitudine consequantur.Idem.Pythagoram & Periclem summam autoritatem consecutos sine vlla hilaritate.Idem.5.famil. ep. 12. Nulla perfunctis propria molestia, casus alienos sine vllo dolore intuentibus etiam ipsa misericordia est iucunda.

Syllabarum plurium voces particulis ac vel atque non ineleganter coniungi. Caput LXV.

CVI euigilata atque meditata sunt eruditiorum hominum scripta, ii puto,non est nescius particulam ac vel atque vsitatius quàm & poni inter polysyllaba vocabula:vt, Iustitiam ac liberalitatem tuam amici atque inimici suscipiunt ac mirantur.

ENNIVS. *Eo ego ingenio natus sum, amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero.*
Inimicitiam ibi prisce dictum puta.

LVCILIVS. *Qui te antiquis non sinet delitijs maculam atque ignominiam imponere.*

PLIN. Augescunt corpora dulcibus atque pinguibus & potu: minuũtur:siccis & aridis frigidisq; ac siti.C.CAES.Habe semper in memoria atq; in pectore:vt tanquã scopulum sic fugias inaudi tũ atq; insolens verbum. QVINT.Sub philosophiæ nomine maxima in plærisque vitia latuerunt.Non enim virtute ac studiis vt haberentur philosophi laborabant , sed vultũ & tristitiam & dissentientem à cæteris habitum pessimis moribus prætendebant, ad cursum.Idẽ.Sicut aues ad volatũ,equi,ad sæuitiã ferę gignuntur:ita nobis propria est mentis agitatio atq; solertia,vnde origo animi cœlestis creditur.M. VARRO. Distractione ciuium elangueſcit bonum proprium ciuitatis,atque ægrotare incipit & conseneſcere. M.CATO. Vt in grege opilio oues minus idoneas remouere solet,quas regiculas appellat.Sępe enim puer petulans atque impurus inficit gregem puerorum. Idem. Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi , tanquam veternosum bibendi ac dormiendi.Idem.Secundæ res lætitia transuorsum trudere solent à recte consulendo atque intelligendo. Idem. Scio solere plærisq; hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellentem atque superbiam atque ferocitatem augescere atque crescere.SALLVST.Gloria industria alitur : vbi eam dempseris, ipsa per se virtus amara atque aspera est.M.CICERO.Causa nulla est cur apud homines prudentissimos atq; amicissimos mentiar. Idem. 1. Tusc. 94. Exacta ætas honestè ac splendidè tantam fert consolationem,vt eos qui ita vixerunt, aut non tangat ægritudo, aut leuiter pungat animi dolor.Idem 5.Tusc.31.Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt,sed ex perpetuitate atque constantia.Idem.2. Tusc.65. Græci autem homines non satis animosi sed prudentes,vt est captus hominum,satis hostem aspicere non possunt : sed iidem morbos toleranter atque humanè ferunt. Idem. Mihi verò importunus ac ferreus,qui non dolorem cruciatu lenierit. *Ex his nę sis nescius inter voces polysyllabas particulam &, nonnunquam interponi posse sed rarius.*

Inter vocabula dissyllaba particulam atque nonnunquam inuenias positam.

AVL.GELL. Longa ætas verba atque mores veteres obliterauit. SALLVSTIVS. Auaritia bellua fera immanis intoleranda est.Quo intendit,oppida,agros,fana,atque domos vastat.Diuina cum humanis permiscet.Neque exercitus neque mœnia obstant, quo minus vi sua penetret. Fama, pudicitia,liberis, patria , atque parentibus cunctos mortales spoliat.

Polysyllabas dictiones postposita coniunctione que coniungendas esse. Caput LXVI.

ELegantior vsitatiorque futura sit oratio ea in qua plurium syllabarum vocabula coniunctione que postposita coniungantur:quam si & in medio interponeretur:vt, Miserias calamitatesque fortiter animosèque suscipis paterisq;.

SVETONIVS de D.Claudio. Dicitur etiam meditatus edictũ quo veniam daret efflatũ crepitúmque ventris in conuiuio emittendi:quum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset. QVINTILIANVS. Vterra altius effossa generandis alendisque seminibus fœcundior fit:sic profectus non à summo petitus,studiorum fructus effundit vberis,& fidelius continet.

Idem.

Idem. Vt terram cultu, sic animum disciplinis meliorē vberiorémque fieri. Idem. Litigator rusticus illiteratúsque de causa sua melius quàm orator qui nescit quid in lite sit, dicet. AVL. GELL. Si supra palmæ, inquit, arboris lignum magna pondera imponas, ac tam grauiter vrgeas onerésque, vt magnitudo oneris sustineri nō queat, nō deorsum palma cedit, nec intra flectitur, sed aduersus pōdus resurgit, & sursum nititur recuruatúrq; Idē. Veteres quoq; nostri, exempla pro maximis grauissimisque pœnis dicebant. C. TREBONIVS. Non enim nescis quanti te faciam, & quàm pro nostro veterrimo veríssimóque amore omnibus tuis etiam minimis commodis gaudeam. M. CICERO. Ego cum tuo Seruio iucundissimè coniunctissiméque viuo. Idem. Cum A. Cecinna tanta mihi familiaritas consuetudóque semper fuit, vt nulla maior esse possit. Idem. Hominem facillimum liberalissimúmq; cognosces. Idem. 13. Famil. Quod si honorificè liberalitérque tractaris, & tibi grauissimos optimósque adolescentes adiunxeris, & mihi gratissimum feceris. Idem. Quòd verò in C. Marij suauissimi doctissimique hominis familiaritatem venisti, non dici potest quàm valde gaudeam qui fac vt te quàm maxime diligat. Idem. Habendum est religioni contrarium, nocentem aliquando & nefarium impiúmque defendere. vide RELIGIO. Idem. 1. Offi. 90. In rebus prosperis, & ad voluptatem nostram fluentibus superbiam magnopere, fastidium, arrogantiámque fugiamus.

Quod post vocabula omne, totum, aliud, particula que postponatur. Caput LXVII.

OMnésque in dicendi genere præstabiles illud obuium habent atque domesticum: vt coniunctio que postponatur sæpius, quum præsit omne, totum, vel aliud. Vt: totúsque tremo: omnisq; thesaurus aliáque hoc genus. Nobilitatem, gloriam, aliáque hoc genus Diogenes ille Cynicus irridens malitiæ velamenta esse dicebat.

SVETONIVS. In hortos Mecœnatianos transmigrauit, totúmque se ad quietem contulit. AVL. GELLIVS. Videbamus Androdum & leonem loro tenui reuinctum vrbe tota circum tabernas ire: donari ære Androdum, floribus spargi leonem, omnésque ferè vbique obuios dicere, hic est leo hospes hominis: hic est homo medicus leonis. Idem. Aliósque id genus griphos neminem posse dicens nisi se dissoluere. Idem. Præque se vno cæteros omnes linguæ Atticæ principes, gentémque omnem togatam, totúmque nomen Latinum, rudes esse & agrestes prædicabat. PLINIVS. Toto quippe mundo & locis omnibus, omnibúsque horis hominum vocibus fortuna sola inuocatur & vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuitiis colitur. SALLVST. Domū aut villam extruere, eámque signis, aulæis aliisque operibus exornare, & omnia potius quàm semet visendum efficere, id est: non diuitiæ decori habere, sed ipsum illis flagitio esse. M. CICERO. 1. Tusc. 35. Quòd si omnium consensus naturæ vos omnésque qui vbique sunt consentiunt esse aliquid quod ad eos pertineat, qui è vita cesserunt: nobis quoque idem existimandum est. Idem. Honos alit artes: omnésq; incēduntur ad studia gloria. vide HONOS. Idem. Omnésque hæ virtutes, quæ in communitate cernuntur, & in societate generis humani. Idem. Vir tum bonus, tum humanus, omnique genere officij diligendus. Idem. 5. Tusc. 27. Melioribus etiam verbis Metrodorus. Occupaui, inquit, te fortuna atque cepi, omnésque aditus tuos intercluſi: vt ad me aspirare non posses. Idem. 11. Fam. ep. 17. Is magnificentissimo munere ædilitatis perfunctus petit præturam: omnésque intelligunt nec dignitatem ei deesse nec gratiam. Sed is ambitus extare videtur, vt ego omnia pertimescam, totámq; petitionem Lamiæ mihi sustinendam putem. Idem. ibid. ep. 21. Quum quidam de collegis nostris agrariā curationem ligurirent: disturbaui rem, totámque vobis integram reseruaui. Idem. 12. Famil. Populi verò Rō. totiúsque Italiæ mira consensio est. Idem. 1. Offi. 111. In actiones omnémque vitam nullam discrepantiam conferre debemus. Idem. ibid. 101. Ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. Idem. Omnique in re posse quod deceat facere, artis & naturæ est, sed scire quid, quādóque id deceat, prudentiæ. Idē. Omnésque admirati, maiorē aliquā esse causam eorū aduentus suspicati sunt. vide ADVENTVS. Idem. Totámque eam sic tuebitur, vt omnibus consulat. Idem. Id vsque quaque quantum sit appareat, in alióque ponatur, aliúdque totum sit, vtrum decere an oportere dicas.

Quod particula que particulis non inclinatis non inconcinnè postponatur. Cap. LXVIII.

PRæter vulgarem dicendi morem prætérque indoctiorem fidem particula que tum venustat orationem, quum particulæ non inclinatæ postponuntur: cuius particulam & raro præposuerit. Vt tursumq;, ideóque, vulgoque.

PLAVTVS. *Bene prosperéque hoc hodie operis processit mihi.*

PLINIVS. Vulgoque veritas iam attributa vino est. Idem. Nihil sero faciendum in agricultura omnes censent. Iterúmque suo quæque tempore facienda. Et tertio præcepto, prætermissa frustra reuocari. AVL. GELLIVS. Abduxitque eum statim, secúmque habuit. Idem. Leonum immanitas admirationi fuit, prætérque omnes cæteros vnius. Idem. Chilo præstabilis homo sapientiæ quonam modo debuerit contra legem, contráque ius pro amico progredi dubitauit: eáque res in fine quoque vitæ ipso animum eius anxit. QVINTILIANVS. Præsertim reficiat animos ac reparet varietas ipsa: contráque fit aliquanto difficilius in labore vno perseuerare. Idem. Nothum, qui non sit legitimus, Græci vocant: latinum rei nomen, vt Cato quoque in oratione quadam testatur, non habemus: ideóque vtimur peregrino. Idem. Ideóque optime institutum est, vt ab Homero atque Virgilio lectio inciperet. Idem. Omnis disciplina memoria constat: frustráque docemur, si quicquid audimus, prætereluat. MACER apud Sallustium. Meliúsque habent mercede delinquere, quàm gratis rectè facere. M. CICERO. 4. Famil. ep. 10. Et si nihil noui quod ad te scriberē habebam, magisq; literas tuas expectare incipiebam, vel te potius ipsum: tamen quum Theophilus proficisceretur, non potui nihil ei literarum dare. Idem. Ego quanti te faciam, sempérq; fecerim, quanti me à te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Idem. 13. Famil. ep. 21. Aemilius Auianus ab ineunte adolescentia me obseruauit, sempérque dilexit. Idem. Neque enim solum nobis diuites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximéque reipublicæ. Idem. 1. de Orat. 191. Qui mecum viuit sempérque vixit. Idem. 1. Offic. Viuitur non cum perfectis hominibus planéque sapientibus. Idem. ibid. 150. Nec verò quicquam ingenuum potest habere officina, miniméque artes probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum. Idem ibid 125. Peregrini & incolæ officium est nihil præter suum negotium agere, nihil de alio inquirere, miniméque in aliena esse republica curiosum. Idem. 3. de Leg. 2. Vt enim magistratibus leges: ita populo præ sunt magistratus. Veréque dici potest magistratum legem esse loquentem: legem autem mutum magistratum. Idem. 2. Tusc. 34. Cretum quidem leges (quas siue Iupiter siue Minos sanxit, de Iouis quidem sententia, vt poëtæ ferunt) itémque Lycurgi, laboribus eruditi iuuentutem: venando, currēdo, esuriēdo, sitiēdo algēdo, æstuādo. Idem. 3. in Catil. 21. Hic quis potest esse, qui tā auersus a vero, tam præceps, tam mēte captus, qui neget hæc omnia quæ videmus, præcipuéque hanc vrbem deorum immortalium nutu atque potestate administrari? Idem. 1. de Orat. 210. Omninóque perficiendum est, quoniam plectique sunt inuidi, maximéque est hoc vitium peruagatum.

Particulam que non inelegantèr postponendam esse vnius syllabæ vocabulis. Caput LXIX.

TAM elegans est, tamque vsitatè ab oratoribus illud obseruari solet: vt nihil ferè sæpiu obseruatum inuenias. Vt quum monosyllaba vox est, eramò particula & præponatur: postponatur propè semper coniunctio que: vt, De iustitia tua deque liberalitate supra fidem sento. Iamque obitus es quam te dil gam, quámque requiram credere non queas.

ENNIVS. *Accipe dáque fidem foediúsque fert bene firmum.*

NAEVIVS *Iamque eius mentem fecerat fortuna quietem.*
Quietem enim, vt inquietem. autore Priscian, incinauit antiquitas.

LVCILIVS. *Quumque hic tā formosus homo ac te dignus puellus.*

PACVVIVS. *Nam istos qui linguam aurum intelligunt,*
Plúsque ex alieno iecore sapiunt quàm suo,
Magu audiendum quàm auscultandum puto.

LVCRETIVS *Inq; breui spatio mutantur secla animantum.*

PROPERTIVS. *Dq; mihi sunt testes non degenerasse propinqui.*
Inq; meis libris nil prius esse fide

OVIDIVS. *Perque sinu: lacrymæ fluminis instar eunt.*

AVL. GELLIVS. Historia de Sertorio duce déque astu eius. Idem. Resque eas quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit. Idē. Quum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei sumuntur, aut per prætorem fit, aut per populum. Idem. De videndi ratione déque cernendi natura diuersas esse opiniones philosophorum animaduertimus. QCLAVDIVS Quadrigarius. Inde postquam recessit, offendit montem, loca munita, réisque omnes habere quæ militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum. M. CIC. Te valde amamus, nósque à te amari tum volumus, tum etiam confidimus. Idem. 1. Offic. 52. Estque ea iucundissima amicitia, quā similitudo morum coniugauit. Idem. Nunc tibi omnem rem atque causam méq; totum cōmendo atq; trado. Idem. ad Cæsarem ex Nonio. Balbum quanti faciā, quámque ei me totum dicauerim, ex ipso scies. Idem. Valebis igitur, méque, vt à puero fecisti, amabis. Idem. Ista sunt pergrata perque iucunda. Idem 3. de Leg. 31. Quo perniciosius de republica merentur vitiosi principes: quòd non solum vitia cōcipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. Neque solum obsunt, quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam corrumpunt, plusque exemplo quàm peccato nocent. Idem. de Senec. 41. Nihil tam detestabile, támque pestiferum quàm voluptatem. Idē. Estque animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere.

Pronominibus particulam que postponi non inelegánter. Cap. LXX.

ILludque quis neget vsitatissimum, vt particula que pronominibus speciei prioris interdum & posteriori postponatur sæpius: ea autem rarò præponatur? vt: Nuntius ad me venit isq; tuas mihi reddidit literas, Teque valere dixit, isque ad te literas dedi.

ENNIVS *Nam quum opulenti loquuntur, pariter atque ignobiles, Eadem dicta eadémque oratio æqua non æque valet*

PROPERTIVS. *Iupiter infamat séque suámque domum.*

TERENTIVS. *Absenti tibi te indignas, séque dignas contumelias nunquam cessauit dicere.*

QVINTILIANVS. Demosthenes quid esset in toto opere dicendi summum interrogatus, pronunciationi palmam dedit, eidémq; secundum ac tertium locum: donec ab eo quæri desierit: vt eam videri possit non præcipuam sed solam iudicasse. AVL. GELLIVS. Soloecismus latino vocabulo ab Asinio Capitone, eiusdémque ætatis aliis imparilitas appellatur. L. PISO. L. Tarquiniũ collegam suum, quia Tarquinium nomen esset, metuere: eúmque orat vti sua voluntate Roma concedat. VAL. MAXIMVS. Conuiuium etiam soléne maiores instituerunt, idque Charistiam appellauerunt. M. VARRO. Viue, méque ama mutuiter. *Pro mutuo antiquè dictum est* Idem. Vósque in theatro qui voluntatem auribus huc occupatum concurristis. M. CICERO. Méque totum & mea & meos commendatos habebis. Idem. 2. de Na. 71. Cultus autem deorum est optimus, idémque castissimus, atq; sanctissimus, pleniſſimúsque pietatis: vt eos semper pura, integra & mente & voce veneremur. Idem. 5. Tusc. 100. Timotheum clarum hominẽ Athenis & principem cæteratis, ferunt quum cœnauisset apud Platonem: eóque conuiuio admodum delectatus esset, vidisseréque eum postridie, dixisse: Vestræ equidem cœnæ non solum in præsentia, sed etiam postero die iucundæ sint. Idem. Idque memoria teneo. Idem. ibid. 59. de Dionysio Syracusano. Quum fossam latam cubiculari lecto circundedisset, eiúsque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset, eum ipsum quum fores cubiculi clauserat, detorquebat. Idémque quum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat.

Huiusmodi pronominibus particulam & raro præponas: vt in illo M. Tullij exemplo. 4. Tusc. 22. Quemadmodum quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat aut bilis, in corpore morbi ægrotationésque nascuntur: sic prauarum opinionum conturbatio, & ipsarum inter se repugnantia sanitate animum spoliat, morbisq; perturbat. Itémque. Moriendum enim certe est, & id incertum an eo ipso die.

Quum verò syllabæ vnius præpositio pronomini præponitur, coniunctio quæ pronomini postponitur sæpius, quàm inter id & præpositionem interponatur. Vt: ex eóque, in idq; AVL. GELLIVS. Ob eámque causam populi iussu Samnitibus per feciales dediti recepti non sunt. M. CICERO. A téque vehementer etiam atque etiam peto. Idẽ. 1. Famil. ep. 9. Meámque voluntatem ad summi viri de méque optimè meriti, dignitatem aggregassem. Idem. Est igitur adolescentis, maiores natu vereri, ex hisque eligere optimos & probatissimos. Idem. 1. de Orat. 2. Neque verò nobis cupientibus atque exoptantibus fructus otij datus est ad eas artes quibus à pueris dediti fuimus, celebrandas, inter nósque recolendas.

Coniunctiones que & ac, vel & iuxta se poni non inuenustè. Cap. LXXI.

FLoridum crispúmque & amœnum dicendi genus est, quum tria copulatiua coniunctione cõungenda sunt si cum primo secundum postposita que particula, atque cum secundo tertium interposita & vel ac cõiungat. Si plura, primum numera quod à fine tertium est vt, Amicitiam honorésque & rerum scientiam expeto. Gloriæ pecuniæq; & Veneris cupiditas pestis ciuitati perniciosissima est. Elegante doctéq; ac humanæ mihi tuæ redditæ literæ sunt.

AVL. GELL. Xantippe Socrati philosophi vxor morosa admodum fuisse fertur & iurgiosa, itarúmque & molestiarum muliebrium per diem pérque noctem scatebat. Idem. Crispum sanè, inquit, agmen orationis rotundúmque ac modulo ipso numerorum venustum. Idem. Phædon Eliensis ex cohorte illa Socratica fuit, Socratique & Platoni perfuit familiaris. VAL. MAXI. Lectisterniáque & ludi nocturni fierent. SALLVST. Iugurtha armis virisque & pecuniis spoliatus est. M. CICERO. 4. Acad. 135. Peripatetici multis verbis iracundiam laudant: eorem fortitudinis esse dicunt: multóque & in hostem & improbum ciuem vehementiores iratorum impetus esse solent. Idem. 1. de Orat. de Alabandensi. Non patiebatur eos quos iudicabat nõ posse oratores euadere, operam apud se perdere, dimittebátque: & ad quamcunque artem putabat esse aptum, ad eam impellere atque hortari solebat. Idem. 1. Offic. 105. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit aut agit, videndique & audiendi delectatione ducitur.

Genus hoc dicendi ita erit pulcherrimum, vt rarissimum.

Post particulas contra, perinde, æque, aliud, alienum, aliorsum, pro eo, vltra, aliter, ac, vel atque poni elegantius quàm particulam quam. Caput LXXII.

CONtrà ac vulgaris sermo est, id esse censemus, vt post particulas contra, perinde, æque, pro eo, vltra, aliud, aliorsum, alienum, aliter, aliásque hoc genus diuersitatem significantes, particula ac vel atque pro ea quæ est quam ponatur. Amicum æque ac seipsum diligendum esse multu persuasum est. Negotia tua secus atque volebas gesta sunt. Facis aliter ac mihi pollicitus es

PLAVTVS. *Nos homunculi sa lillum animæ, quam quum exemplo amissimus, æque mendicus atque ille opulentissimus censetur ad Acherontem mortuus. dem. Tibi nunc perinde ac merere, summas habeo gratias.*

TERENTIVS. *Vereor ne illud grauius Phædria tulerit: neue aliorsum atque ego feci acceperit.*

SERVIVS Sulpitius. Posteaquàm mihi renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, sanè quàm pro eo ac debui grauiter molestéque tuli. Q. SCAEVOLA. Quod cui seruandum datum est, si id vsus est, siue quod vtendum acceperit, ad aliam rem atque accepit, vsus est, furti se obligauit. VAL. MAXI. Apud Athenienses inertia in latebris suis languore marcescen, in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur. Idem. De his quæ passi erant, questa non sunt, ne quid vltra ac mandatum esset loquerentur. SALL. Petreius vbi videt Catilinam contra ac ratus erat, magna vi contendere, cohortem prætoriam in hostes inducit. Idem. Perinde omnes res laudantur atque appetuntur. Idem. Ea res longe aliter ac ratus erat euenit. M. CICERO. Me certe habebis, cui charus æque sis & periucundus ac fuisti patri. Idem. 6. Famil. ep. 14. Fratrum tuorum, quos æque atq; te summa beneuolentia sum complexus, singularis pietas amórque fraternus, nullum me patitur officij erga te studiúque munus aut tempus prætermittere. Idem. Præclarum illud est, vt eos qui nobis clarissimi esse debeant, æque ac nosmetipsos amemus. At verò plus, fieri nullo pacto potest. Idẽ. 1. de Finibus 67. Lætamur amicorum lętitia æque ac nostra: & pariter dolemus angoribus. Idem. 3. in Catil. 20. Iidémque iusserunt simulacrum Iouis fieri maius, & in excelsum collocari, contrà atque ante fuerat, ad orientem conuerti. Idem. Quum aliter res cecidisset ac putasses. Idem. 1. Offi. 30. Quia magis ea percipimus, atque sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera aut aduersa eueniunt, quàm illo quæ cæteris, quæ quasi longo interuallo interiecto videmus, aliter de nobis ac de illis iudicamus. Idem. Atque haud scio an plærique nostrorum oratorum contra atque nos ingenio plus valuerint, quàm doctrina. Idem. Illud quod ego in causa Curiana Scævolæ dixi, non dixi secus ac sentiebam. Idem. 2. de Orat. Vrbana enim dissimulatio est, quum alia dicuntur ac sentias: non illo genere de quo ante dixi, contraria quũ dicas, vt Lamiæ Crassus: sed quum toto genere orationis ludas, quum aliter sentias ac loquare. Idem. Quum ex alterius oratione aliud excipias atque ille vult. Idem. 2. de Orat. 280. Mouent illa etiam, quæ coniectura explanantur longe aliter atq; sunt. Idem. Aliquanto secus atque in tradenda arte dici solet, nulla præcepta ponemus.

Contrà quàm dictum est à Plinio. Aues, inquit, omnes in pedes nascuntur.

AVLVS *item Gellius in primis post perinde non rarò adiungit particulam vt vel quasi. Eius verba sunt:* Hesiodus, *inquit*, poëtarum prudentissimus linguam non vulgandam, sed recondendam esse dicit, perinde vt thesaurum: eiúsque in promendo gratiam esse plurimam, si modesta & parca & modulata sit. Itémque. Tu perinde quasi cum matre Euandri loquare, sermone multis annis iam desito vtetis, quòd scire atque intelligere neminem vis quæ dicas. M. CAELIVS. A te peto vt meas iniurias perinde doleas, vt me existimas & dolere & vlcisci tuas. M. CICERO. 3. Offi. Habes à patre munus Marce fili mea quidem sententia magnum, sed perinde erit vt acceperis.

Contra pro e contrario eleganter poni, ac è contra à Plinio sæpe vsurpari. Caput LXXIII.

QVum oratoribus aliis vsitatum est, tum M. Ciceroni Aulóque Gellio vsitatissimum, vt contrà pro e contrario ponatur Vt: Amicorum fortuna prospera delector altera verò contrà offendor. Nominis claritas virtute, vitijs contrà obscuritas haberi solet Si bonus est summus Reipub. administrator, ciuitas bona est: at contra si vitijs deditus, eius ea persimilis est.

OVIDIVS. *Eximia est virtus præstare silentia rebus,*
At contrà grauis est culpa, tacenda loqui.

CORNELIVS Celsus. Fatigato quotidianum cubile rarissimũ est: insolitum contrà lassat. Apud QVINTILIANVM. Tyrannicidæ imago in gymnasio ponatur: cõtrà mulieris imago in gymnasio ne ponatur. SALLVST. Neque quenquam in multis metuendum esse quin ad eum ex multis formido recidat. Eam vitam

bellum

bellum æternum & anceps gerere, quoniam neque aduersus, neq; ab tergo, neq; à lateribus tutus sis, semper in periculo, aut in metu agites. Contrà, qui benignitate & clementia imperium temperauere, his læta & candida omnia visa, etiam hostes æquiores, quam aliis ciues. Idem. Plærique; rerum potentes peruersè consulunt, & eo se munitiores putant, quo illi quibus imperant, nequiores fuere. At contrà id eniti decet, quum ipse bonus atque strenuus sis, vti quàm optimis imperites. M. CICE. 3. Tusc. 10. Eos enim sanos intelligi necesse est, quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit: qui contrà affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. Idem. 1. Offic. 94. Nam & ratione vti atque oratione prudenter, & agere quod agas considerate, omniq; in re quid sit veri videre & tueri decet. Contráq;, falli, errare, labi decipi, tam dedecet quàm delirare & mente captum esse. Et iusta omnia decora sunt, iniusta omnia contrà vt turpia sic indecora. Similis est ratio fortitudinis: Quod enim viriliter animoq; magno fit, id dignum viro & decorum videtur: quod contrà, id vt turpe, sic indecorum. Idem. 1. Offi. 61. In probris, maximè in promptu est, si quid tale dici potest. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres, illáque virgo viri. Etsi quid est huiusmodi. Salmacidas spolia sine sanguine & sudore. Contráque in laudibus, quæ magno animo & elato fortiter excellentérque gesta sunt: ea nescio quo modo, quasi pleno ore laudamus. Idem de M. Catone. Nemo apud populũ fortior, nemo melior senator, idem facilè optimus imperator, denique nihil in hac ciuitate tempotibus illis sciri dicíue potuit, quod ille non tum inuestigarit, scierit, tum etiam scripserit. Nunc contrà, plærique ad honores adipiscendos & ad Rempub. gerendam nudi veniunt, atque inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Idem. 2. Offic. 109. Quo in genere versutissimum & patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus. Contráque Callicratidem, qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit. Idem. Audiui & ex maioribus natu hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica. Contráq; patré eius, illum qui Tyberij Gracchi conatus perditos vindicauit, nullam comitatem habuisse sermonis. Idem. de perfecto oratore 36. In picturis, alius horrida, inculta, abdita & opaca: contrà alius nitida, læta, collustrata delectatur. *E contrario sæpe dicit Quintilianus. Eius verba sunt.* Quædam in his quoque commendatio tacita, si nos infirmos & impares agentium è contrario ingeniis dixerimus, qualia sunt plæraque Messalæ proœmia. *Id semel apud Ciceronem legisse recordor: eius ea verba sunt.* 5. de Finib. 35. Sessiones quædam & flexi fractíque motus, quales proteruorum hominum aut mollium esse solent, contra naturam sunt, vt etiam si animi vitio id eueniat, tamen in corpore immutati hominis natura videatur. Itaque è contrario moderati æquabilésque habitus affectiones vsusque corporis apta esse ad naturam videntur. *Idem ex contrario alibi dicit.* Eadem sunt in aduersarios ex contrario conferenda. *Quemadmodum tamen voce vna dicimus desuper, ita è contra dicit sæpe.* PLIN. Æsculus, *inquit*, humoris impatiens: è contra adacta in terram palustribus alnus æterna, onerisque quantumlibet patiens. Idem. Quum æstate vehementius tonuerit quàm fulserit, ventos ea parte denunciat: è contra, si minus tonuerit, imbrem. Idem. Græca res est nihil velare: at è contra Romana, militares thoracas addere. SEMPR. Nõ à Romulo Roma: sed è contra, ab ipsa potius Roma Romulus nomen habuit. *Apud alios rarò inuenias. Apud Ciceronem nunquam. Nec id vt dicas te horter.*

De particula ita, quum affirmatiua responsio est, quòd modeste magis vsurpanda sit. Caput LXXIIII.

ILlud in terra Gallia inoleuisse, inualuisse, irroborasse nouimus, vt quærentibus aliquid, responderi soleat his particulis, ita, sic, etiam. Id quod ita ignotum non est, vt rustici ipsi ne alphabetici quidem iis particulis non nunquam respondeant. Qui autem aut scribendo aut dicendo humaniores sunt: id prope semper obseruant, vt quum aliis vocabulis, tum maximè verbo orationis per quam interrogatum est, respondeant. Id apud Marsilium Ficinum in Platonis interpretatione obseruatum propè semper inuenias. Itémque in sermone eo qui tum legitur quum aqua sancta infantes expiantur, rogat senior, Vis baptizari? Credis in Deum? Abrenuntias Sathanæ? & hoc genus alia. Ei autem pro infante lustratores respondent, volo, credo, abrenuntio. Quarenti igitur, librum ne meum vidisti? An vemes cito? An ita mortuus est? Respondet: vidi, cito, ita.

PLAVTVS. BLEPH. *Ain tu alterum reperisse tui consimilem Sosiam?* SO. *Aio.*

Idem. AMPH. *Ain herinos venisse huc?* ALC. *Aio.*

Idem. SO. *Audin tu illum?* BLEPH. *Audio.*

Idem. AMPH. *Ain tu geminos?* BRO. *Geminos.*

Idem. AMPH. *In eodem lecto?* ALC. *In eodem.*

Idem. IVP. *Quæ hospes intemperiæ, vt tu meum verberes?* AMPH. *tuum?* IVP. *Meum.*

TERENT. *Sed est Simo intus?* DAVVS. *Est.*

Idem. Hoc sic opinor dicturum patrem: Ducas volo vxorem hodie tu. Ducam, inquies.

Idem. Sciu ne hoc certo? GE. *Certò.*

Idem. Iubes ne? CHAER. *Iubeo.*

Idem. PHAED. *Fac, vt iussi, deducantur isti.* PAR. *Faciã.* PHAED. *At diligenter.* PAR. *Fiet.* PHAED. *At maturè.* PAR. *Fiet.*

Idem. Siccine est sententia? ME. *Sic.*

Idem. Me ne vis? DE. *Te.*

Idem. An venit Pamphilus? PAR. *Venit.*

Idem. Nostin? DE. *Noui.*

Idem. Bacchis consecuta est illico. CHRE. *Sola?* ME. *Sola.*

Idem. Num tu dixti esse inter eos inimicitias carnifex? DA. *Sunt.*

A. GEL. Quum ita vti mos erat, Censor dixisset, & tu ex animi tui sententia vxorem habes? Habeo equidem, inquit, vxorem, sed non hercle ex animi tui sententia. M. CIC. Inter homines natura meministi coniunctam societatem? Memini, inquit ille.

Particulas tamen, ita & sic, non ita damnamus vt eo vtendum prorsus negemus: quibus vsus est Terentius, sed censemus admonendos esse discipulos, aut si nimium assueti sint, abstrahendos, ne tam sæpe has deterant particulas. Sed Terentij verba subscribimus.

Frater ne? DO. *Ita.*

Item. De hac istac rogas virgine? PY. *Ita.*

Item. Dic tu rursum. Chærea tuam vestem detraxit tibi? DO. *Factum.* PHAED. *Et eam indutus.?* DO. *Factum.* PHAED. *Et pro te deductus est?* DO. *Ita.*

Item Parmenonis tam scio esse hanc technam, quàm me viuere. DO. *Sic est.*

Item. Hic quoque bonam magnámque ad te attulit. TH. *Ita est.*

Ex his agnoscas, quum respõdes ita, sententiam esse, ita est vt dicis. Tecum verò si cogites comparesq; hunc & illum: vulgarem hunc, doctiorem illum inuenies.

Vt ne poni non inusitate pro ne. Caput LXXV.

VT ab imitatione doctiorum ne discedas hoc quoq; dictum voluimus. Particula ne significat nonnunquam idem quod vt non. Id quum significat, non ineleganter cum ea particulam vt simul dixeris: inq; medio, si voles, nihil, sed elegantius aliquanto interposueris: vt, Aduersum te omnia amicitiæ officia studiosè præstare velim: vt ea ne decrescat. Operam da vt ne quam tuis facias iniuriam. Ideo ad te scribo, vt tui me immemorem ne credas.

PLAVT VS. Glaucomam ob oculos obiiciemus, eumque ita faciemus, vt quod viderit, ne videat. Idem. Obsecro vt per pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem. TERENT. Id vt ne fiat, hæc res sola est remedio. Idem. Peregre rediens semper cogites aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ: communia esse hæc, fieri posse, vt ne quid animo sit nouum. Idem. Hæc mihi cura est maxima: vt ne cui mea longinquitas ætatis obstet, mortémue exoptet meam. A. GEL. Placuitque vt eam rem super qua tractauissent, ne quis enunciaret. Idem. Lex Cincia sanxit, vt qui magistratus esset, magistratúmue capturus esset, ne quo ad cœnam, nisi ad certas personas itaret. Idem. Senatusconsultum facit, vti posthac pueri cum patribus in curiam introeant, nisi ille vnus Papyrius. M. CIC. 2. Off. 61. In iis verò qui se adiuuari volent, non vt ne affligãtur, sed vt ad altiorẽ gradũ ascendãt, restricti omnino nullo modo esse debemus. Idem. Neue committas, vt ne, quum omnia suppeditata sint à nobis, tute tibi defuisse videare. Idem. Id agendum etiam est, vt ne ea facere videamur irati. Idem. 1. Offic. Ex quibus illud intelligitur, vt ad officij formam reuertamur, apperitus omnes contrahendos sedandosque, excitandámque esse animaduersionem & diligentiam, vt ne quid temerè, aut fortuitu, inconsideratè, negligenterque agamus. Idem. ibidem. Atque haud scio an satis sit eum qui lacessierit, iniuriæ suæ pœnitere, vt & ipse ne quid tale posthac committat, & cæteri sint ad iniuriam tardiores. Idem. ibid. Iustitiæ primum munus est, vt ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria. Idem. ibidem. Referri enim decet ad ea, quæ proposui in principio, fundamenta iustitiæ, primum vt ne cui noceatur, deinde vt communi vtilitati seruiatur. Idem. 1. de Orat. 215. Neque enim est interdictum aut à natura rerum, aut à lege aliqua atque more, vt singulis hominibus ne amplius quàm singulas artes nosse liceat. Idem. 1. Offic. Ludendi est etiam quidam modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus, elatiúque voluptate in aliquam turpitudinem dilabamur.

Quando ne ponatur elegantius quàm non. Caput LXXVI.

HOc ne putes reiiciendum. Quum quid ne eueniat deprecamur, aut ne fiat dicatúrue monemus, aut iubemus, aut præcipimus, tum particulam ne quàm õn ponemus elegantius. Cui imperatiui modi verbum quoddam additum est, sed id quod modi subiunctiui sit nunc additur vsitatius: vt, Inter amicos tuos connumerare me ne contemnas. Mihi quæso ne noceas. Mortuis ne maledicas.

PROPERT. *Tu modo dum licet, hunc fructum ne desere vitæ.*

PLAVTVS. *Ne corrumpe oculos, redibo actutum.*

Idem. Da mihi hanc veniam, ignosce, irata ne sies.
Idem. Quid memoret de loco excipiam, ne propera,
Idem. Ne me appella falso nomine.
Idem. Ne interpella.

PLINI. Oliuantibus lex antiquissima fuit. Oleam ne stringito, néue verberato. Idem. Frondem medio die arborator ne cædito. Idem. Stercus, nisi decrescente luna, ne tangito. Idem. Vuam calidam ne legito. Hoc est, in eius siccitate, ac nisi imber interuenerit. Hanc ne legito rorulentam, hoc est, si flos nocturnus fuerit: nec prius quàm sole discutiatur. Apud QVIN. Ex meretrice natus ne concionetur. Inibi. Qui artè ludicrâ exercuerit, in quatuordecim primis ordinibus ne sedeat. M. CIC. de Sen. Isto bono vtare quum adsit: quum absit ne requiras. Idem. Vt Aristarchus Homeri versum negat quem non probat, sic tu, libet enim mihi iocari, quod disertum non erit, ne putaris meum.

Quintilianus à barbarismo abesse negat eum qui pro ne feceris dicat non feceris: quia alterum negandi, inquit, est, alterum vetandi. Apud Aulum tamen Gellium regis Numæ lex illa est. Pellex ædem Iunonis non tăgito: si tangit, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito. Nisi vitium scripteris est.

Hæc particula, ne, cum verbo modi coniunctiui quàm imperatiui coniungitur elegantius: licet poetæ aliter vsurpent.

Particulam denique, tum vsitatè dici, quum multa quæ restant, summatim dicenda sunt. Caput LXXVII.

DIcendi genus hoc poetis frequens est, oratoribus consuetudinarium, historicis familiare: nullus denique scriptorum lepide ordo est, qui id non obseruet: vt quum multa secum in re quapiam non disconuenientia dicuntur: eorumq; pauca iam dicta sunt, si quæ reliqua sunt, in summa dicere volumus; particulam denique, non inusitatè ponemus: vt, Amicitia morbi vim diminuit, ægores depellit, aduersam fortunam ferre moderatè facit, subleuat inopiam: omnem denique humanæ conditionis imbecillitatem confirmat. Amicos liberalitate locupletas, inopes adiuuas, erigis calamitosos. Nullus denique miser est, iis quem nihil conferas beneficij. A diuitibus pauperes ne opprimantur, liberè tueris, illatam aliis iniuriam propulsas, quod suum cuique est reddis. Nullus denique iustitiæ titulus est, qui effectus in te suos non agnoscat.

VIRG. *Despectus tibi sum, nec qui sim quæris Alexi,*
Nil nostri miserere, mori me denique cogis.

QVINT. Domitius Marsus vrbanitatem ita finit, Catonis vt ait opinionem secutus. Vrbanus homo erit, cuius multa bene dicta responsaque erunt: & qui in sermonibus, circulis, item in concionibus, omni denique loco ridicule commodéque dicet. MA. CIC. Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerũ denique omniũ socium comitémq; habebis. Idẽ. 5. Tusc. 77. Adolescẽtiũ greges Lacedæmone vidimus ipsi incredibili cõtentione certantes, pugnis, calcibus, vnguibus, morsu denique, vt exanimarentur priusquam se victos faterentur. Idem. de Sene. 40. Hinc patriæ proditiones, hinc rerumpub. euersiones, hinc clandestina colloquia cum hostibus nasci dicebat. Nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret. Idem. Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem deniq; omnem in Milonis consulatu fixi & locaui. Idem. 3. de Orat. 131. Ego sæpe hoc audiui de patre & socero, meo, nostros quoque homines, qui excellere sapientiæ gloriã vellent, omnia quæ quidem tum hæc ciuitas nosset, solitos esse complecti. Meminerant illi Sex. Helium, Mar. verò Manilium nos etiam vidimus transuerso ambulantem foro, quod erat insigne, eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilij sui copiam. Ad quos olim & ita ambulantes, & in solio sedentes domi sic adibatur, vt non solum de iure ciuili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio referretur. Idem. 1. in Cat. 12. Templa deorum immortalium, tecta vrbis, vitam omnium ciuium, Italiam denique totam ad exitium & vastitatem vocas.

Quod solum, tum venustet orationem magis, quum nomen quàm quum est aduerbium: déque nomine dicto pro aduerbio. Cap. LXXVIII.

NEc Cicero solus, sed alij multi, in quibus nominatior est A. Gellius, id obseruare studuerunt: vt nomen solum, vsitatius dicerent, quàm quum esset aduerbium: dum nihil è sententia mutaretur: vt, Non amicis solis, sed alijs quoque opera mea exprompta est.

Non virtutis soli, sed etiam literis opera danda est.

Pudicitia sola in vxore satis sit.

A. GEL. Non verba autem sola, sed versus prope totos & locos quoque Lucretij plurimos sectatum esse Virgilium videmus. Idem. Existimaui non medico soli, sed omnibus quoque hominibus liberis liberalitérque institutis turpe esse, ne ea quidem cognouisse, ad notitiam corporis nostri pertinentia. Idem. Cauenda igitur est non impropriętas sola verbi, sed etiam prauitas omnis. Idem. Plærique autem capi virginem solam debere dici putant. Idem. Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt. Idem. Neque id soli Higino, sed doctis quibusdam etiam viris complacitum. VAL. MAXIMVS. Ius ciuile per multa secula inter sacra cerimoniásque deorum immortalium abditum, soliísque pontificibus notum. Idem. A Scipione soli sibi impetrare vitam contentus fuisset. M. VARRO. Quid te facere opottet literis imbutum solis Mineruæ. M. CICERO. Nec verò corpori soli subueniẽdum est, sed etiam menti atque animo multo magis. Idem. Spes sola hominem in miseriis consolari solet.

Multum, me hercule, à sermone domestico discedit: quum ratione hac in nomen aduerbium mutatur. Num ne illud apud Suetonium. Multum conquestus eripi sibi vitam immerenti: dictum est elegantius quàm dictũ esset, immeritò. Ab hoc dicẽdi genere. M. Tullius nõ abfuit: Equos, inquit, 1. Off. 90. propter crebras contentiones prælioru ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant, vt his faciliorib. possint vti. Ab hac præcepcione alienum non sit, quantus, quanta, quantum, vel qui, quæ, quod, adiungi non inuenuste cum superlatiuo, si verbum posse oppositum est: vt, Gratias ago quantas possum maximas. Quæ possum veneratione maxima te prosequor.

SVETON. de C. Cæsare. Bibliothecas Græcas & Latinas, quas maximas posset publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac dirigendarum. QVINT. Narrationes stylo componi, quanta maxima possit adhibita diligentia volõ.

Quid præticulæ &, etiam, quoque, habeant venustatis. Caput LXXIX.

VT labore nostro eos etiam qui iam multum in literis politioribus præmouere, adiutemus: illud quoque scribendum assumpsimus. Orationis rotunditas quæ à plerisq; iure commendatur, hoc dicendi genere accedit orationi. Quum dicimus non tantum, vel non solum, vel non modo, nec vlla in eadem oratione negatio sequitur: tum id quod maioris momenti est, in oratione ea poni solet, vbi positum est sed etiam, aut aliud id genus. Ex eis orationibus duabus vna tantum fiat: vbi non ponatur non solum: idq; minoris momenti quod cum eo positum est: omittatur item particula sed aut verum. Sed quo res tibi fiat planior, exempla subijcimus. Orationes has duas in vnam mutare si vis: Non externi solum sed amici etiam interdum obiurgandi sunt, id dicas. Amici quoque obiurgandi sunt. Mori etiam in patria grauissimum est. Et reges fato concedunt.

TIBVLLVS. *Spes etiam valida solatur compede vinctum.*
Idem. Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert.
OVIDIVS. *Stultus quoque munere gaudet,*
Ipse quoque accepto munere mitis erit.

PLIN. Iunior. Omnes enim qui gloria famaque ducuntur, mirum in modum assensio & laus à minoribus etiam profecta delectat. PLINIVS. Germaniæ prædones singulis arboribus cauatis nauigant, quarum quędam & triginta homines ferunt. CORN. CELSVS. Moderatio autem in cibo quoque adhibenda est. QVINT. In magnis quoque autoribus incidunt aliqua vitiosa. Idem. Emunctio etiam frequentior non sine causa reprehenditur. Idem. Athenis affectus mouere, etiam per præconem prohibebatur orator. Idem. Mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est. Idem. Ipsos, vt Demosthenes ait, erubescere, etiam quum ab aliis laudamur, decet. Idem. Leonides Alexandri pædagogus, vt à Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum vitiis imbuit: quæ robustum quoque & maximum Regem ab illa institutione puerili sunt prosecuta. A. GEL. Antiqui oratores historiæque aut carminum scriptores, etiam vnum filium filiámue liberos numero multitudinis appellarunt. M. CAEL. Scio quàm omnibus peregrinantibus gratum sit minimarum quoq; rerum quæ domi gerantur fieri certiores. C. TREBON. Qua ex re quantam voluptatem ceperim scire potes, etiam me tacente. VAL. MAX. Quam mattem Euripides, aut quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque seculo ignotum fuit. SAL. Auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. Idem. Humanæ res ita se habent, in victoria etiam ignauis gloriari licet: aduersæ res etiam detrectant bonos. Idem. Omne bellum sumi facilè, cæterum ægerrimè desinere. Non in eiusdem potestate initium eius atque finem esse. Incipere cuiuis etiã ignauo licet: deponi autem quum victores velint. M. CIC. Atque etiam in secundis rebus maximè est vtendum consilio amicorum. Idem. Ius profitentur etiã qui nesciunt. Idem. Medici toto corpore curando, minimæ etiam parti, si condoluit, medentur. Idem. 2. de Orat. 351. & 4. Acade. Themistocles quidem, quum ei Simonides, aut quis alius artem memoriæ polliceretur, obliuionis inquit, mallẽ. Nã memini etiã quæ nolo: obliuisci nõ possum quæ volo. Idẽ de Am. 28. Propter virtutẽ & probitatem eos etiam quos nunquam vidimus quodammodo diligimus. Idẽ. 1. & 3. Offi. Agitatio mentis, quæ nunquã acquiescit potestnos in studiis cogitationis, etiam sine opera nostra continere.

nere. Idem. 1. Off. Meminerimus & aduersus infimos iustitiam esse seruandam. Idem. 2. de Diu. 96. Multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt. Idem. 4. Fa. ep. 9. Multa enim victori, eorum arbitrio per quos vicit, etiã inuito facienda sunt. Idem. 1. in Cat. 28. Persæpe etiã priuati in hac Repu. pernicioso ciues morte multarunt. Idem. de perfecto oratore. 78. Vt mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quasi id ipsum deceat: sic hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. *Particulæ vel nonnunquam eadem vsurpatio est.* M. Cic. 7. Fami. epist. 15. Quàm sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Idem. 2. Off. 23. Malus enim custos diuturnitatis metus, contráque beneuolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem. Idẽ. 1. Off. 51. Quã ex re satis præcipit, vt quicquid sine detrimento possit cõmodari: id tribuatur cuique vel ignoto.

De particularum ne, quidem, venusta vsurpatione. Caput LXXX.

NE eruditis quidem ignotum hoc esse volumus. Quum post non solum, non tantum aut non modo negatio alia subsequitur, ex orationibus iisdem duabus vnam faciemus, in qua ne quidem ponemus, aut si copulandi coniunctio adiungenda est, nec quidem, aut neque quidẽ: inq; medio id ponemus vocabulum, quod sed etiam subsequeretur: vt, Ne amicis quidem hoc dicam: id est, non solum non dicam aliis, sed nec etiam amicis. Ne vnã quidem literam rescripsisti. Ne parentibus quidem obsequitur.

Interrogatus Thales Milesius: lateret ne Deum homo peccans? Ne cogitans quidem respondit.

Svet. Adulteria exercuisse ne amici quidem negant. Idem. de C. Cæsare. Vini parcissimum ne inimici quidẽ negant. Quin. Ne illud quidem quod admoneamus indignum est: ingenia puerorum nimia interim emendatione seueritate deficere. Idem. Nõ assuescat, ne dum infans quidem est, sermoni qui dediscendus sit. Va. Max. O Socratis immensa sapientia, quæ ne ipso quidem vitæ excessu obliuisci sui potuit. M. Cicero. Planè quando aut vbi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possum. Idem. 5. Tus. 100. Quid? quòd ne mente quidem recte vti possumus nullo cibo & potione completi. Idem. Omnia sunt misera in bellis ciuilibus, quæ maiores nostri ne semel quidẽ, nostra ætas sæpe iam sensit. Idem. 1. Off. 84. Inuenti multi sunt, qui non modò pecuniam, sed & vitam etiam profundere pro patria parati essent. Iidem gloriæ iacturam ne minimam quidem facere vellent, ne Repub. quidem postulante. Idem. de Senec. Quid mirum in senibus, si infirmi sunt aliquando, quum ne id quidem adolescentes effugere possint? Idem. 2. Tusc. 40. Pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem. Idem. ibid. 55. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque rarò: eiulatus ne mulieri quidem. Idem. de Orat. perfecto. Quòd si aures tam inhumanas támq; agrestes habent, ne doctissimorum quidem virorum eos mouebit autoritas. Idem. ibid. Postrema syllaba breuis an longa sit, ne in versu quidem refert. *Ne quidem sine vllo medio rarò positum est.* Plin. Populus Rom. ne quidem argento signato ante Pyrrhum regem deuictum vsus est. M. Cic. Eos ad Remp. ne quidem accessuros putãt. *Non modo præpositum nonnunquam inuenias.* M. Cic. Nunquam tu non modò otium, sed ne bellum quidem nisi nefarium cõcupisti.

Inter non solum, non tantum, non modò, aliquid interponendum. Caput LXXXI.

NOn Cicero solum, sed alij quoque multi celebratiq; nominis oratores ibi elegantiam orationis ineſſe putauerunt: vbi inter non solum, vel non tantũ, vel non modo, & inter sed etiam, aut verumetiam, aut sed quoque, aut verũ quoque: aut tantũ inter priora, aut tantum inter posteriora interponeretur quod non disconueniret. Tertiũ elegans est, secundum elegantius, primum elegãtissimum. Vt: Amicitia non mutua solum visitatione sed literarum quoque missitatione firmatur arctior. Non pecunia tantum, sed etiam vita respub. iuuanda est. Non solum peccatum, sed peccati quoque occasio vitanda est.

Svet. Homo non profundæ modò sed intempestiuæ quoque ac sordidæ gulæ. Quint. Omnis sui vitiosa iactatio est, eloquentiæ tamen in oratore præcipuè, affertque audientibus non fastidium modo, sed plærunq; etiam odium. Idem. Sentẽtiis quidem poëtarum non orationes modò sunt refertæ, sed libri etiam Philosophorum. Idem. Quum in loca aliqua post tempus reuersi sumus, non ipsa agnoscimus tantum: sed etiam quæ in iis fecerimus, reminiscimur. A. Gel. Parsimonia apud veteres Romanos, & victus atque cœnarum tenuitas non domestica solum obseruatione, sed publica quoque animaduersione, legúmq; cõplurium sanctionibus custodita est. Idem. Non culpa tantum vacat, sed dignus quoque laude admirationéq; est. Idem. Non enim te solum, sed alios quoque erantes audiui venam pro arteria dicere. Idem. Neque in hominibus id solum, sed in pecudibus quoque animaduersum. Mass. Sabi. Non hominum tantum, neq; rerum mouentium, quæ auferri occultè & surripi possunt, sed fundi quoque & ædium fieri furtum. M. Cic. Me tibi non amicum modò, verum etiam amicissimum existimes. Idem. de Or. perfecto. 33. Incẽdor porrò quotidie magis nõ desiderio solum, quo quidem conficior, congressus nostros, consuetudinem victus, doctissimos sermones requirens tuos, sed admirabili fama virtutum admirabilium, quæ specie dispares prudentia coniunguntur. Idem. de Sene. 54. Nec verò segetibus solum & pratis & vineis & arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed pomariis etiam & hortis. Idem. ibi. 28. Orator metuo ne languescat senectute. Est enim munus eius non ingenij solum, sed laterum etiam & virium. Idem. Admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam. Idem. in Hortensio. Vt igitur domitores equorum non verbera solum adhibent ad domandum: sed cibum etiam subtrahunt: vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. Idem. Idque ipsa natura non inuitaret solum, sed etiam cogeret. Idem. 2. de Natura Deorum. 71. Nõ enim Philosophi solum, verumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Idem. de Senec. Nec verò dubitet agricola, quàmuis senex, quærenti cui serat, respondere, diis immortalibus, qui me non accipere tantummodo à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. Idem. 2. Offi. 63. Est enim non modò liberale, paulum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Idem. Habere enim quæstui Rempub. nõ modò turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. Idem. 1. Off. Hinc apud Athenienses magnæ discordiæ ortæ: in nostra Republica non solum seditiones, sed pestifera etiam bella ciuilia. Idem. Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella. Idem. Parad. 1. Neque enim vnquã expletur, nec satiatur cupiditatis sitis, neque ea solum quæ habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. Idem. 4. Tuscul. 16. Inuidia non in eo qui inuidet solum dicitur: sed etiam in eo cui inuidetur. Idẽ. de Orat. perfecto. 140. Occurrebat enim posse reperiri non inuidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum. Idem. Neque solum viui atque præsentes studiosos discendi eruditi atque docent: sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur. Idem. 5. Tusc. 98. Hoc non ex hominum more solum, sed etiam ex bestiis intelligi potest: quæ vt quicquid obiectum est, quod modò à natura non sit alienum: eo contentæ non quærunt amplius. *Vbi inter neutrum quicquam interponatur, Ciceronis illud est* 2. Tuscu. 66. Si omnia fugiendæ turpitudinis adipiscendæque honestatis causa faciamus: non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit. Itemq;. A me inita ratio est, quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant. *Est etiam quando post particulam sed, nec particula etiam, nec quoque postponatur.* Quint. Neque enim scientia modò constat orator: quæ augetur annis, sed voce, latere, firmitate. Idem. Vt Eleum Hippiam transeam, qui non liberalium modò disciplinarum per se scientiam tulit: sed vestem & annulum crepidásq;, quæ omnia manu fecerat, in vsu habuit: atq; ita se præparauit, ne cuius alterius egeret, néue vllius rei. Idem. Oratorem instituimus illum perfectum, qui esse nisi vir bonus non potest: ideoq; non dicendi modò eximiam in eo facultatem, sed omnes animi virtutes exigimus. M. Cic. 1. Fam. ep. 8. Quid Pompeius susceperit optime ex Emplatorio cognosces: qui non interfuit solum, sed præfuit. Idem. 3. de Or. 119. Non enim solum acuenda nobis neque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum & plurimarum suauitate, copia, varietate.

De particula si, non ponenda in orationis principio. Caput LXXXII.

ORatores comicósque summa studij diligentia si excusseris: id puto inueneris, particulam Si multam habere elegantiam: si in oratione secunda (in vna enim oratione sententia conficitur, vbi particula hac vsurpatur) aut si non in principio prima, sed proximæ verbum posueris: vt, Amantem te si neglexi: spera fore vt quem ames ab eo contemnare. Quid tibi animi est si ne vsserim, res aliter multo gesta fuisset. Ad me scribito, nisi venies. Nam particulam nisi, quæ ex hac partim copulata est, eandem putamus habere elegantiam.

Propert. *Viuam si viuet, si cadet illa cadam.*

Plavtvs. *Pol magis sapuisset, si dormisset domi.*

Idem. Bene consultum, inconsultum si sit inimicis, vsu esse potest.

Idem. Non potest quæstus tam consistere, si eum sumptus superat.

Idem. Malo si quid benefacias, id beneficium interit: bono si quid malefacias, ætatem expetit.

Quinti. Nec mihi videntur Areopagitæ quum dãnauerunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud iudicasse, quàm id signum esse pernicioſissimæ mentis, multisq; malo futuræ, si adoleuisset. M. Cato. In adulterio vxorem tuam si deprehendisses, sine iudicio impune necares. Illa te, si adulterares, digito non auderet cõtingere: neq; ius est. *Adulterare inusitatè dicitur.* Mar. Cicer. de Amic. 37. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Idem. Nunquam ego sero te venisse putabo, si saluus

aduenerís. Idem. Ego si quid in vitam eius aut mores contumeliæ dixero, quo minus mihi inimicus sit, non recusabo. Idem. Id si feceris, erit mihi vehementissime gratum. Idem. Id ille si fecerit, spes est pacis. Idem. 1. Offic. Nec promissa igitur seruanda sunt, his quibus promiseris, inutilia si sint, nec si plus tibi noceant, quàm illi profint cui promiseris. vide S 1.

De particula vt, quod prope verbum ponatur. Caput LXXXIII.

ID etiam vt dicamus quod comici obseruant sæpius, sed oratoribus neglectum non est, stylum nostrum expostulat. Particula vt in orationis medio, ac proximè verbum ponitur sæpius: vt, Amicitia nostra vt crescat amplior multas vltro citroq; mitticulemus literas. Negotium hoc vt confician laborandum est. Multa vitæ huius miseria est, cœlestem diuinamq; vt exoptemus.

PLAVTVS. *Omnes bonos bonasq; accurare addecet, suspicionem & culpam vt ab se segregent.*

Idem Verum certo est confidenter hominem contrà colloqui:
Igitur quipossim videri huic fortis, à me vt abstineat manum.

TERENT. *Ea gratia simulaui, vos vt pertentarem.*

Idem. Diligenter nutrix patri, aduocatus manè mihi esse vt meminerit.

Idem. Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus.

Idem. Quàm inique comparatum est, hi qui minus habent, vt semper aliquid addant diuitioribus. Diuitioribus visitatè parum dictum est. Idem. *Ademptum tibi iam faxo omnem metum, in aurem vtramuis otiose vt dormias.* Idem. *Itan' comparatam esse hominum naturam omnium, aliena vt melius videant atque iudicent quàm sua? An eo fit, quia in re nostra aut gaudio sumus præpediti nimio, aut ægritudine?* Idem. *Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.*

M. CIC. 5. Fam. ep. 16. Est etiam consolatio peruulgata quidem illa maximè, quam semper in ore atque in animo habere debemus, homines nos vt esse meminerimus ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra. Idem. 3. de Or. 212. Quod fuit in Gracho: quem tu Catule melius meministi, quod me puero tantopere ferretur. Quo me miser conferam? quo vertam? In Capitolium ne? At fratris sanguine redundat. An domum? matrem ne vt miseram lamentantem videam & abiectam? Quæ sic ab illo acta esse constabat oculis, voce, gestu: inimici lachrymas vt tenere non possent. Idem. Ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil vt sit primum, nihil vt secundum. Idem. Proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi. vide V T.

Quod particulæ ne, dum, cur, & pronomen quod, in orationis medio collocentur. Cap. LXXXIIII.

QVod item comici in hoc particularum genere obseruant ne ignores, quia in oratione quoque non improbamus, ascriptum voluimus, id est. Apud comicos particulæ ne, dum, cur, & pronomen qui, quæ, quod, non ineleganter ponuntur in medio orationis ante verbum: vt, Amicitiã hanc nostram dum ego viuam asseruabo. Fortunæ vim ne sentiamus, operam diligentem literis impendamus. Virtuti voluptatem qui præponit, appellatione hominis indignus est.

CATVLLVS. *Mulier cupido quod dicit amanti,*
In vento & rapida scribere oportet aqua.

PLAVTVS. *Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus, seu maritum, seu hercle adeò cœlibem sortarier, cum eo nos hic lege agemus.*

Idem. Vix apud me sum, vigilans qui propè dormio, vigilans somnio, vigilans & sanus intereo.

CAECIL. *Audire ignoti quod imperant soleo, non auscultare.*

TERENT. *Quia egens relicta est misera, ignoratur parens, negligitur ipsa: vide auaritia quid facit.*

M. CICERO 1. de Orat. 199. Senectuti verò celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium quàm iuris interpretatio. Idem. 1. Offic. In medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit.

Quod particula quum, in medio orationis quàm in principio ponatur elegantius. Cap. LXXXV.

ILlo dicendi genere quum vteris, ab oratorum comicorumq; more non discesseris. Id autem est. Particulam quum, in medio orationis quum posueris, non ineleganter dixeris. Id dum fiat ita modestè, vt obseruari semper ne contendas: vt, Amici vitia, si qua leuia sunt, quum noueris, cum temerè ne deseras. Literas tuas quum recepi, immortalitate donari mihi visus sum. Laborem causa tua quum suscipio, voluptas non labor mihi est.

TIBVLLVS. *Vidi iam iuuenem premeret quum senior ætas*
Mœrentem stultos præterisse dies.

PLAVTVS. *Plerasq; homines quum nihil refert, pudent, vbi pudendum est, ibi pudor eos deserit.*

TERENT. *Facilè omnes cum valemus, recta consilia ægrotis damus.*

Idem. Animus vbi semel se cupiditate deuinxit mala: necesse est consilia consequi similia. Vbi enim pro quum positum idem habet elegantiæ.

Idem. Pro Iupiter, nunc est tempus profectò interfici quum perpetì me possum: ne hoc gaudium contaminet vitam ægritudine aliqua.

QVINT. Diuitiæ & potentia & gratia quum plurimum virium dent in vtranque partem, certissimum faciunt morum experimentum. Aut enim meliores propter hæc, aut peiores fumus. Idem. Crates quum indoctum puerum vidisset, pædagogum eius percussit. VAL. MAX. Sophocles ætate iam senior, quum ab eo quidam quæreret, an etiam rum rebus venereis vteretur: Dij meliora, inquit, libenter enim istinc, tanquam ex aliqua furiosa profugi dominatione. SEMP. ASELLIO. Gracchus domo quum proficisceretur, nunquam minus terna aut quaterna millia hominum sequebantur. M. VAR. Admota aspis quum pupugerit, si non occidat, sciat ex Psyllorum stirpe esse. Idem. Aui & ataui nostri quum allium ac cæpe eorum verba oleret, tamen optimè animati erant. M. CIC. In dissensione ciuili quum boni plusquàm multi valent, expendendos ab iis non numerandos puto. Idem. Potentes consilij quum vtrumque ratione perpendere liceret, scelus pietati prætulerunt. Idem. de Se. 55. Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites quum attulissent, repudiati ab eo sunt. *Præpositam hanc particulam sæpe mueniasi, M. tamen Catonis rnum id exemplum tibi satis sit.* Quum primotes cibis & potione initiarent pueros, sacrificabantur ab idibus Educæ & Potinæ. *Sacrificabantur pro sacrificabant, prisce dictum est.*

De particulis tum & quum, quomodo orationis pondus augeant. Caput LXXXVI.

TVm ex scriptorum lectione, tum ex aliorum præceptione puto non ignoras particulam tum, geminari, quum duo quæ paria sint, dicuntur. Non item ignoras si imparia sint, leuius cum particula quum proposita præponendum: grauius verò cum particula tum postponendum. Illud tamen ascriptũ voluimus: si tria sunt paria, cum secundo tertium copulatiua coniunctione coniungendum. Item; in paribus, cum particula tum adiungi posse præcipuè, vel maximè, vel superlatiuum, etiam si prius positiuum, non fuerit. Vt tum literis tum muneribus ac officijs accresci maior amicitia. Quum propter beneficia in me tua, tum maximè propter virtutem tuam mihi dilectus es. Quum tua consuetudo mihi iucunda, tum ingenij amœnitas iucundissima est.

Ne autem necessum esse putes in rebus imparibus quum & tum poni, illud Plinianum te docebit. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis, maximè autem dentibus.

Particula quum posita cum genere, & tum cum minus generali sed maioris ponderis, quid habeat elegantiæ. Caput LXXXVII.

QVum omnibus alijs oratoribus, tum maximè Ciceroni illud esse familiare nouimus, vt quum rem quampiam, vt sic dicam, generalẽ dicturi sunt, ab eaq; aliquid excipere volunt, quod generale illud exuperet: tum ipsi cum generali ponunt particulã quum, adiungunt omne, reliquum, aliud, multũ sæpe, vbique, aut quoduis aliud hoc genus. Cum eo autẽ excepto particulã tum addunt, eiq; nonnunquã adiungunt vel maximè, vel præcipuè, vel superlatiuũ si cum generali positiuũ fuit. Id quod exẽplis tibi manifestius sit. Si vis dicere, Amicitia conseruatur omni virtute, sed præcipuè iustitia: ex oratorũ imitatione dicas elegantius. Quu alia omni virtute, tũ maximè iustitia retineri solet amicitia. Quum aliàs sæpe, tum superioribus meis literis huius rei te admonui. Quum vbique in Gallia tum maximè Parisijs hoc anno aer pestilens est.

QVINT. Quum in omni studiorum genere, tum in hoc præcipuè bona valetudo, quæq; eam maximè præstat frugalitas, necessaria est. VA. MAX. Quod quum vbique, tum præcipuè Athenis intolerabile videri debet. M. CIC. Quũ te semper dilexi amauiq;, tum meiiã amantissimum cognoui. Idẽ. Plurimum valuisse apud me tuã semper autoritatẽ quum in omni re, tum in hoc maximè negotio potest existimare. Idẽ. de Se. Luxuria quum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Idem. 1. de Diu. 7. Quum omnibus in rebus temeritas in assentiẽdo errorq; turpis est, tum in eo loco maximè, in quo iudicandum est, quantum auspiciis, rebusq; diuinis, religioniq; tribuamus. Idem. Quum reliquis in rebus, tum in sermone cõmuni vicissitudine vtendum est. Idem. in Hortensio. Quum omnis solertia admirãda est, tum ea quæ efficit vt inanima quæ sunt, viuere & spirare videantur. Idem. 3. Tusc. 27. Quum omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est ægritudo. Idem. Quid sit in quaq; re maximè probabile semper requiremus: quod quũ sæpe aliàs, tum nuper in Tusculano studiosè egimus. vide PROBABILE. Idem. Apud Græcos autem tum eloquentissimi homines remoti à causis forensibus quum ad cæteras res illustres, tum ad scribendã historiam maximè se applicauerũt. Idem. 2. de Orato. 211. Quum singuli casus humanarum miseriarum grauiter accipiuntur si dicuntur dolenter, tum afflicta & prostrata virtus maximè luctuosa est.

In ha

In harum particularum vsurpatione verba diuersorum nonnunquam esse modorum videntur: quod omnino rarissimũ est: nisi quum pro quamuis accipi mauis. M. CIC. 13. Famil. Quum mihi multa grata sint, quæ tu adductus mea commẽdatione feceristi: tum in primis, quòd M. Marcilium amici atq; interpretis mei filium liberalissimè tractauisti. Idem. Tratorium nostrum quum semper probassem, tum maximè in tuis rebus summam eius fidem, diligentiam, prudentiámque cognui.

Hoc dicendi genus aliquando negligi inuenias.

CLAV. ALBINVS. Viuentes laudare irrisio est, maximè imperatores. M. CIC. Maxime mihi fuit optatum Romæ esse tecum multas ob causas: sed præcipuè vt in petendo & in gerendo consulatu meum debitum tibi studium perspicere posses.

Quum pro quando, & tum simul poni non inusitatè. Caput LXXXVIII.

ORatorum memorias quum excuties, tum ab eis id frequenter obseruari inuenies: vt vbi posita est particula quum pro quando, ibi tum simul positum sit. Id quod ratione triplici factum putes. Aut enim quum oratione prima ponitur, & tum secunda: aut contrà, tum prima & quum secunda: aut tum in fine primæ, & quum in principio secundæ: vt, Quum amico inimica fortuna est, tum ego doleo. Aut: tum ego doleo quum amico inimica fortuna est. Aut: ego doleo tum, quam amico inimica fortuna est Literas tuas quum recepi, tum multa perfusus sum lætitia. Tum dies quispiam est, quum cupiditatibus habendi modum imponit.

Rogatus Pythagoras quando coeundum esset: Tum, inquit, quum te ipso fieri vis infirmior.

TIBVL. *Tunc melius tenuere fidem, quum paupere cultu*
Stabat in exigua ligneus æde deus.

PLIN. Iunior. Tũ maximè fauor & ambitio dominatur, quum sub aliqua specie seueritatis delitescere potest. QVINT. Tum autem dicit optimè orator, quum videtur vera dicere. M. CATO. Summa professio stultitiæ est non ire obuiam sceleribus cogitatis, sed manere oppeririq;, vt quum admissa & perpetrata fuerint, tum denique vbi facta sunt, infecta fieri non possunt, puniantur. M. CIC. filius. 16. Famili. Quum maximam cepissem lætitiam ex humanissimi & charissimi patris tui epistola, tum verò iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt. M. CICE. 4. Tusc. Quum ratione animus mouetur placidè atque constanter, tum illud gaudium dicitur. Quum autem & inaniter & effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens vel nimia dici potest. Idẽ. Ludo autem & ioco illis quidem vti licet, sed sicut somno & quietibus cæteris, tum quum grauibus seriisq; rebus satisfecerimus. Idem. 1. Offic. 134. Quod maximè tum solet euenire, quum studiose de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuerè, maledicè, contumelioseque dicitur. Idem. 2. de Orat. 316. Admirari soleo nõ equidem istos, qui nullam huic rei operam dederunt, sed hominem in primis disertum atque eruditum Philippum, qui ita solet ad dicendum surgere, vt quod primum verbum habiturus sit, nesciat: & ait idem, quum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare.

Generis alicuius diuisi quum partes enumerantur, quòd scilicet aut videlicet non interponatur. Cap. LXXXIX.

DVo illa, vulgaris sermonis fuga, oratoriq; meditatio, aditum non parum facilem tibi ad ornatè dicendum præbere possunt. Vtrunque potis assequi, quantum possumus operam damus. Sed quo quid vulgare magis est, eo declinandum est diligentius. Vulgarissimum profectò illud est, nostriq; dialectici gratissimum: vt quum rei cuiusquam diuisæ partes enumerant, canora magis videatur hu oratio: si adiungant scilicet aut videlicet. Quo verò his canora magis sit, harum particularum alteram post partium primam collocant. Rem me Hercule dignam risu Catoniano. Sed rusticitate hac relicta, vt ad oratorium sermonem accedamus: harum particularum neutra in partibus enumerandis vsurpanda est. Si partes duabus plures sunt, rara intercedit coniunctio: vt, Diuitiæ sit amicitia rebus multis, officijs ijsdem, studijs, voluntatibus. Cumulatior acquiri solet scientia his rebus, auditione, studio, exercitatione. In literis tuis illa duo, humanitas atque elegantia, mirum est quàm me delectarint.

TERENT. *Quid reliqui est quin habeat quæ quidem esse in homine dicuntur bona, parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias? Atque hæc perinde sint vt illius animus est qui ea possidet. Qui vti scit, ei bona sunt: illi qui non rectè vtitur, mala. Idem. In amore hæc omnia insunt vitia: iniuriæ, suspiciones, inimicitiæ, inducia, bellum, pax rursum.*

PLIN. Terrarum orbis vniuersus in tres diuiditur partes, Europam, Asiam, Africam. A. GEL. Satis notum est limites regionesque esse cœli quatuor: exortum, occasum, meridiem, septẽtrionem. PVB. AFRICA. Omnia mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in rebus duabus sunt, malitia atque nequitia. M. VA. Num ne vides apud Mnestheum scribi tria genera esse vini: nigrum, album, medium? Idem. Villaticæ pastionis genera sunt tria: ornithones, leporaria, piscina. VA. MAX. Diuersi iisdem visceribus affectus ac medullis inclusi summa cupiditas & maxima verecundia ad vltimam tabem corpus redigunt. M. CIC. 3. Tusc. 17. Eas tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam, frugalitas est complexa. Idem. Statue esse optime constitutam Rempublicam, quæ ex tribus generibus illis, regali & optimati, & populari cõfusa modicè, nec puniẽda, irritet animũ immanè ac ferum. Idẽ. 2. de Fin. 39. Hi non viderunt vt ad cursum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem: sic hominem ad duas res, vt ait Aristoteles, ad intelligendum & ad agẽdum esse natũ, quasi mortalem deum. Idem. 2. Offic. 31. Summa igitur & perfecta gloria constat ex tribus his, si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore nos dignos putat. *Inter partes enumerãdas M. Tullius posuit semel, haud scio an pluries, sed semel posuisse non ignoro, id est. Eius verba sunt.* 1. Offic. 4. Quum duobus modis, id est, aut vi aut fraude fiat iniuria, fraus quidem vulpeculæ, vis leonis videtur. Vtrunq; alienissimum ab homine est: sed fraus odio digna maiore. *Caue autem putes exempla illa duo, Gellianum atque Ciceronianum, pugnare cum hac nostra præceptione. Gellianum est:* A quatuor cœli partibus, quas quasi primas nominauimus, oriente scilicet atque occidente latioribus, atque simplicibus non tripertitis. Ciceronianum. 5. Tus. 114. Democritus luminibus amissis, alba scilicet & atra discernere non poterat. At verò bona mala, æqua iniqua, honesta turpia, vtilia inutilia, magna parua, poterat, & sine varietate colorum licebat viuere beate: sine notione rerum non libebat. *Hic enim generale nullum præponitur, partes cuius enumerentur: illic verò quatuor partibus ablatiuus est casus: oriente verò & occidente septimus: sic enim ablatiuus sine præpositione rectus à nonnullis appellatur: atque vt clarius dicam, absolutè ponitur.*

Quod partes diuisi alicuius generis in fine clausulæ non ineleganter collocentur. Caput XC.

ORandi facultatem rebus tribus consummari Quintilianus scriptũ reliquit, natura, arte, exercitatione. Isdem hic ornatè dicendi copiam, quæ ex oratoris officio est, consummari affirmamus. Sed naturam, si pugnabit, ea dicendi assiduitas partim euincet. Primum si habes, deo immortali gratia habenda est: alterum vt assequere, nostra hæc Progymnasmata impedimento tibi fortasse non erunt. Tertium autem à te tibi petendum est. Sed ad rem accedimus. Huiusmodi generis diuisi partes in fine clausulæ non raro ponuntur: vt, Multi sunt quibuscum diutina non est amicitia, improbi, auari, ambitiosi, queruli, seueri. Ex morbo mala illa proueniunt, corporis macies, virium imbecillitas, attenuatio vitæ, memoriæ tenuitas. Duo sunt literarum studio non parum inimica, labor & somnus.

OVID. *Tres sumus imbelles numero, sine viribus, vxor,*
Laertesq; senex, Telemachusq; puer.

TERENT. *Omnes quum secundæres sunt maximè, tum maxime meditari secum oportet, quo pacto aduersam erumnam ferant, pericula, exilia, damna. Idem. In me quidem harum rerum conuenit, quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. In illum nihil potest. Nam exuperat eius stultitia hæc omnia.*

PLIN. Mirum, tria naturæ præcipua elementa sine sapore, sine succo: aqua, aër, ignis. A. GEL. Ad Mausoli laudes decertandas venisse dicũtur viri nobiles ingenio atque lingua præstabili, Theopompus, Theodectes, Naucrites. Idem. Phauorinus solitus dicere est duo esse vitia multo omnium grauissima ac teterrima, intolerantiam & incontinentiam. SAL. In duas partes ego ciuitatẽ diuisam arbitror, sicut à maioribus accepi, in patres & plebem. M. CI. Viri propria est fortitudo: cuius munera duo maxima sunt mortis doloriscq; contemptio. Idem de Sen. 14. Annos septuaginta natus. tot enim vixit Ennius, ita ferebat duo quæ maxima putantur, onera paupertatem & senectutem: vt eius penè delectari videretur. Idem. 1. Offic. Duæ res quæ languorẽ afferunt cæteris Scipionem acuebant otium & solitudo. Idem. 4. ad Her. 52. Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia atq; auaritia. Idem. 1. Offic. 85. Qui parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt seditionem atque discordiam. Idem. 7. Fa. ep. 3. Vacare culpa magnum est solatium, præsertim quum habeam duas res quibus me sustentem, optimarum artium scientiã, & maximarum rerum gloriã. Quarum altera mihi viuo nunquã eripietur, altera ne mortuo quidem.

De particula sed inter vocabula duo posita quando pulchrè omittatur. Cap. XCI.

LAbore nõ otij cupidis elegantiarũ assẽclis, quia prodesse cupimus, aliquid fortasse possumus, blandũ hũc nobis laborẽ suscipimus, qui eos doceamus illud dicẽdi genus elegãtis. Vbi sermone quotidiano particula sed inter vocabula duo interponitur: quorũ ante primũ particula nõ præposita est: omissa particula sed, vocabulorũ ordo ita mutatur: vt quod prius erat sit posterius: vt, Copia nõ inopia crescit auaritia. Vulgo. n. diceretur, nõ inopia sed copia crescit auaritia. Animũ nõ corpus curari addecet. Vigilando

non dormiendo feliciter omnia cedunt. Diuus Hadrianus Vxorem dignitatis non voluptatis nomen esse dicebat. Dicebat idem, sanum principem mori debere non debilem. Ex Tymone Philosopho Aratus quæsiuit quo pacto quispiam Homeri poema emendatum consequi posset: Si antiqua, inquit, legas exemplaria, non ea quæ nuper emendata sunt. Zeno Citticus: Vt calorū calefacere proprium est non refrigerare: ita boni est hominis prodesse non nocere.

HORAT. *Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt.*

Idem. Et mihi res non me rebus submittere conor.

PLAVTVS. *Virtute ambire oportet non fautoribus. Sat habet fautorum semper qui recte facit.*

SVETON. de diuo Tyberio. Præsidibus onerandas tributo prouincias suadentibus rescripsit, boni pastoris esse tondere pecus non deglubere. PLIN. Iunior. Summam omnium rerum nuntiat fama, non ordinem. Idem. Sequi enim gloria non appeti debet. M. CATO. Dicam de istis Græcis suo loco, M. Fili, quod Athenis exquisitum habeam: & quòd bonum sit istorum literas aspicere non perdiscere. M. CIC. 5. Tusc. 100. Confer sudantes, ructantes refertos epulis, tanquam opimos boues: tum intelliges qui voluptatem maximè sequantur, eos minime consequi, iucunditatemque victus esse in desiderio non in satietate. Idem. de Senec. 36. Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires non opprimantur. Idem. Itaque victus cultúsque corporis ad valetudinem referantur & ad vires, non ad voluptatem. Idem. 2. de Diuin. 119. A fabis quidem Pythagorei abstinuere, quasi verò eo cibo mens non venter infletur. Idem. lib. 4. de Rep. ex Nonio. Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Idem. de Senec. Hæc morum vitia sunt, non senectutis. Idem. Inuidiam virtute partam, gloriam non inuidiam putarem. Idem. Vt enim tutela, sic procuratio Reipublicæ ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, gerenda est. vide PROCVRO.

Sermo quotidianus nonnunquam retinetur.

MARTIA. *Gaudia non remeant, sed fugitiua volant.*

POMPON. Longè ab vrbe villicari, quò herus rarenter venit, non villicari sed dominari mea quidem sententia est. M. CICE. Sunt enim quidam homines non re sed nomine.

De vsurpatione particularum an, ne, vtrum, quum de pluribus quæstio est aut dubitatio. Caput XCII.

IMitandum ne sit quod hic præcipimus, an negligendum: tum demum noueris, quum multa sedulaq; oratorum lectio tibi familiaria fuerit. Duo pluraue incerta quum dicimus: aut quum de duobus pluribúsue dubitamus aut quærimus, sermone quotidiano particulam vtrum vulgo dicimus: sed elegantius multo primum particulam ne, deinde an ponemus. Quòd si plura duobus erunt, in omnibus, nisi in primo an poni expostulat. Amicitia ne an pecunia præponenda est? Veniet ne pater an scribet? Voluptatem ne an virtutem sequeretur pubescens Hercules dubitasse fertur.

ENNIVS. *Ferro non auro vitam cernamus vtrique,*
Vos ne velit an me regnare Hera, quidue ferat fors.

QVIN. Scio quæri etiam, natura ne plus ad eloquentiam conferat, an doctrina. A. GEL. Ea res fugerit ne tunc Varronis memoriam, an contrà aptius & cohærentius putarit. Idem. Ventorum ne vi accidant specus hiatusque terræ subeuntium: an aquarum subter in terrarum cauis vndantium fluctibus pulsibusque. Idem. Ex vultu ne meo, an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbis correptum esse me ira intelligis? Idem. Ea res vera ne an falsa sit, non laboro. CATO apud Sallustium. Nunc verò non id agitur, bonis ne an malis moribus viuamus. SAL. Diu magnum inter mortaleis certamen fuit, vi ne corporis, an virtute animi res magis militaris p ocederet. M. CICERO. Mortem ne videtur an dolorem timere. Idem. 3. Offic. 89. Quærit si in mari iactura facienda sit, equi ne pretiosi potius iactutam faciat, an seruuli vilis?

Est quando vtrum adiungatur.

A. GEL. Quæri cœptum est vtrum consul tertio inscribendum esset, an tertium. Q. CLAV. Quadrigarius. Vtrum negligentia partim magistratuum, an auaritia, an calamitate pop. Romani euenisse dicam, nescio. M. VAR. Quæritte vtrum hoc adduxerit cœli temperatura, an terræ bonitas.

Est item quando an solum ponatur.

SAL. Cn. Lentulus patriciæ gentis collega eius cui cognomentum Clodiano fuit, per incertum stolidior ac vanior legem de pecunia quam Sylla emptoribus bonorum remiserat, exigenda promulgauit. M. VAR. Poltremò quæro, parebis legibus an non? an ne exlex solus viues? Ibi enim an ne locus est tertius. M. CIC. Bene præcipiunt, qui vetāt quicquam agere quod dubites æquum sit an iniquum. *Quintiliano familiare hoc magis est: sed in re incerta dubiaq;: quod multam habet elegantiam.*

Quod de re vna quærentes aut dubitantes, particula ne vel an vti debeamus. Cap. XCIII.

ANnon audis istos, quibus incultus rusticusq; sermo cordi est, quotidianis suis interrogationibus aut dubitationibus particulam vtrum vsurpantes? Eam non damnamus: sed ex oratorum vsu loquerentur magis, si particulam ne vel an dicerent. Vt, An putas quicquam cum amico bono conferendum esse? Satis ne vales? An villa res est literati hominis otio iucundior?

TERENT. *Eo ne es ferox quia habes imperium in belluas?*

PLIN. Iunior. Nunquam ne legisti Gaditanum quendam T. Liuij nomine gloriáque commotum, ad visendum eum ab vltimo terrarum orbe venisse, statimque vt viderat abiisse? AVID. CASS. An ego proconsules, an ego præsides putem, qui ob hoc sibi à senatu & ab Antonio prouincias datas credunt, vt luxurientur, vt diuites fiant? A. GEL. Interrogaui in diatriba Taurum an sapiens irasceretur. M. CICERO 1. Tusc. 104. Præclarè Anaxagoras, qui quum Lampsaci moreretur, quærentibus amicis, vellet ne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, auferri? Nihil necesse est, inquit. Vndique enim ad inferos tantundem viæ est. Idem. An malumus Epicurum imitari, qui multa præclarè sæpe dixit? Idē. de Senec. 47. Sophocles quum ex eo quidam iam confecto ætate quæreret: vteretur ne rebus Venereis. Dij meliora, inquit: libēter verò istinc tanquam à domino agresti ac furioso profugi. Idem. 3. Offic. 89. & 90. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebit ne eam sapiens si potuerit? Idem. Qui dominus nauis? eripiet ne suum? Idem. ibid. 90. Quid si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicet ne id magistratibus filius?

De particula nisi pro ea quæ est quàm, posita. Déque eadem & alioqui pro eo quod vulgo dicitur excepto quòd. Caput XCIIII.

NIhil aliud esse putamus ornatè dicere, nisi eorum qui habiti sunt elegantiores imitatione à quotidiano sermone vulgi declinare. Quemadmodum post quid aliud, aut nihil aliud particulam quòd vulgus cōsuetudine nimia deterit: qui verò elegantiores sunt, particulam nisi vsurpant. Ea igitur orationem reddas ornatam: vt, Quid aliud est amici literis non respondere nisi amicum eum negligere? Nihil à te iure meo aliud postulo, nisi ad me vt scribas. Nihil aliud est frequens literarum missiculatio, nisi veræ certæque amicitiæ contestatio.

M. CIC. Quibus si nihil aliud respondeté, nisi me M. Bruto negare roganti noluisse, iusta esset excusatio, quum & amicissimo & præstantissimo viro, & recta & honesta petenti satisfacere voluissem. Idem. Orat. 227. Nihil enim est aliud Brute, quod quidem tu minime omnium ignoras, pulchrè & ornatè dicere, nisi optimis sententiis verbisque lectissimè dicere. Idem. ibid. 101. Non enim eloquentem quæro, neq; quicquā mortale & caducum: sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens, quod nihil est aliud nisi eloquentia ipsa, quam nullis nisi mentis oculis videre possumus. Idem. ibi. 170. Nihil enim inuidiosius numerus, nihil adfert aliud, nisi vt sit aptè verbis compræhensa sententia. Quod fit etiam ab antiquis, sed plærunq; casu, sæpe natura. Idem. 2. de Or. 36. Historia verò testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris immortalitate commendatur? Idē. ibid. 52. Erat enim historia nil aliud nisi annalium confectio: cuius rei memoriæq; publicæ retinēdæ causa, ab initio rerum Romanarum vsq; ad P. Mutium pon. Max. res omnes singulorum annorum mandabat literis ponti. Max. efferebátque in album, & proponebat tabulā domi, potestas vt esset populo cognoscendi: hiq; nunc annales maximi nominantur. Idem. ibid. 257. Sed qui eius rei rationem quandā conati sunt attémq; tradere, sic insulsi extiterunt, vt nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas rideatur. Idē. ibid. 242. Quid aliud fuit in quo concio rideret, nisi illa vultus & vocis imitatio? Idem. ibid. 205. Ecce autem quum te nihil aliud profecisse arbitrarer, nisi vt homines tibi ciuem improbum defendenti, ignoscendum propter necessitudinem arbitrarentur, serpere occultè cœpisti. *Præterea hāc particulā nisi, ubi collocabimus, vbi sermone vulgi dici solet excepto vel exceptis, aut præterquā: vt, Omnis hominum nisi amicorum consuetudo nonnunquā fastidiosa est. Parentes omnes, nisi quos natura bonitas deserit, honorē filijs quàm sibipsi comparare malunt.*

LVCR. *Tangere enim & tangi nisi corpus, nulla potest res.*

PROPERT. *Nullæ sunt inimicitiæ nisi amoris acerbæ.*

PLIN. Iunior. Vt de pictore, sculptore, fictore, nisi artifex iudicare: ita nisi sapiens nō potest perspicere sapientē. QVIN. Nemo nisi sua culpa diu mœret. M. VA. Nec pistoris nomē erat, nisi eius qui turi pinsebat. M. CIC. 2. Off. 77. Quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia nisi auaritia esse perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed & omnibus opulentis populis prædixisse. Idem. Quid enim ætas hominis, nisi memoria rerum veterum cum superiorum ætate contexitur. Idem. de Or. 122. Quid enim iā sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad dicendum. Idem. Verba enim neminem mouent, nisi eum qui eiusdem linguæ societate coniunctus est.

Excepto aut exceptis omnino non damnamus. sed vsu rarius est.

QVIN.

QVINT. In Brũto quum Mar. Tullius tot millibus versuum de Romanis tantum Oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ quibuscum viuebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silentium egerit. M. CIC. Nec vir melior mi Testa, nec mihi amicior P. Sitio quisquam est, te tamen excepto.

Quod autem nisi copulata voce dicimus, si non separatim dicere possis, vt quod non pro quin: & atque non, pro neque.

TERENT. *Tange si non totus friget.*

QVINT. An Philippus Macedonum rex Alexandro filio suo literarum elementa tradi ab Aristotele summo eius ætatis Philosopho voluisset, aut ille suscepisset hoc officium, si non studiorum initia & à perfectissimo quoque optime tractari, & pertinere ad summam credidisset? PLIN. Adeò nulla est voluptas, quæ non assiduitate sui fastidium pariat. Idem. Purus oriens atque non feruens serenum diem nunciat, at hybernam pallidus grandinem. M. CICERO. 2. de Orat. 24. Illud addidi: Mihi enim liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit: in qua permaneo Catule sententia. *Sed hæc uariora.*

Alioqui, quod scribimus propter significatus propinquitatem, in ea re dicitur, pro qua vulgus dicit præter hoc: vt, Amicorum causa peccare nolo, eorum alioqui obsequentissimus.

QVINTILIA. Omnia nostra dum nascuntur placent, alioqui nec scriberentur. Idem. Certe Fabritius Cornelium Rufinum alioqui & malum ciuem & sibi inimicum, tamen quia vtilem sciebat ducem imminẽte bello, palàm consufragio suo fecit: atque id admirantibus quibusdam respondit à ciue se spoliari malle, quàm ab hoste venire.

Propterea, idcirco, ideo, eo cum particula quòd, quia, vel quoniam, dici venustè. Cap. XCV.

PRopterea præceptionem hanc scribimus: quòd à vulgi sermone remota inuenusta non est. Quum duæ orationes sunt quarũ altera alterius dicit rationem, vna ex particulis illis vtamur propterea (quæ aliàs vsitatior est) idcirco, ideo, vel eo, eiq; quoniam sæpe adiungamus, sæpius quia, & quòd sæpissime: vt, Desiderium mihi tuum propterea grauius est, quòd abeuntem te non salutaui. Literas tuas ideo minimum expeto, quia te mihi uiuo esse metuo. Tenuioribus hæc hyems idcirco grauissima fuit, quoniam lignicarnas fuit maxima.

TERENT. *Ego vicam deorum propterea sempiternam esse arbitror, quòd voluptates eorum propriæ sunt, id est, perpetuæ.*

PLIN. Iunior. Ij qui beneficia sua verbis adornant, non ideo prædicare quia fecerint, sed vt prædicarent fecisse creduntur. A. GELL. Propterea, inquit Plutarchus, in certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam ingenium eiusmodi ligni est, vt vrgentibus opprimentibusque non cedat. M. VARRO. Virgo de conuiuio abducatur, ideo quòd maiores nostri virginis acerbæ aures venereis vocabulis imbui noluerunt. M. CIC. 9. Fa. ep. 2. Scito enim me posteaquam in vrbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris in gratiam, & si non idcirco eorum vsum dimiseram, quod iis succenserem, sed quod eorum me suppudebat. Idem. Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quòd nullam partem tuorum meritorum non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. vide GRATIA. Idem. Hæc eo scripsi, quòd mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti fidelissimo animo, vt mihi quidem visus est, narrauit. Idem. 1. Famil. ep. 2. Idibus Ianuariis in Senatu nihil est confectum, propterea quòd dies magna ex parte consumptus est altercatione. Idem. 2. de Diu. Quum autem aliquid actum est, in quo media officia comparantur, id cumulatè videtur esse perfectum, propterea quòd vulgus quid absit à perfecto ferè non ex toto intelligit. Idem 5. Fam. epist. 18. Egomet qui te consolari cupio, consolandus ipse sum, propterea quod nullam rem grauius iamdiu tuli, quàm incommodum tuum. Idem. ibidem. Plus tibi virtus tua dedit quàm fortuna abstulit, propterea quòd adeptus es quod non multi homines noui, amisisti quod plurimi homines nobilissimi. Idem. 12. Fam. ep. 30. Quum antea distinebar maximis occupationibus propterea quod omnibus curis Rempublicam mihi tuendam putabam, tum hoc tempore multo distineor vehementius. Idem. 3. Tuscu. 10. Qui exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sint in potestate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum est.

Nonnunquam quòd pro quia sine particula alia positum inuenire est.

ÆLIVS SPART. de Basiliano. Papinianum iuris asylum & doctrinæ legalis thesaurum: quòd parricidium excusare noluisset, occidit. M. VARRO. Hanc deam melius putat esse Cererem: sed quòd in asylum qui confugissent, panis daretur, esse nomen fictum à pane dando pandere, hoc est, aperire. MAR. CICERO. Amabilior mihi Velia fuit, quòd te ab ea sensi amari. Idem. 3. in Catil. 2. Non minus nobis iucundi atque illustres, sunt ij dies quibus conseruamur, quam illi quibus nascimur; quòd salutis certa lætitiæ est, nascendi incerta conditio, & quòd sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur. Idem. 4. Tusc. 43. Noctu ambulabat in publico Themistocles, quòd somnum capere non posset: quærentibusque respondebat Miltiadis trophæis se è somno suscitari.

Præpositionem cum verbo compositam, cum casu sæpius repeti. Cap. XCVI.

AD sedulam attentamq; oratorum nonnunquam & poetarum lectionem qui accedet: illud ab eis non parum sæpe obseruatum inueniat: vt præpositio cum verbo composita repetatur, ac cum casu coniungatur: vt, Accedo ad vrbem. In luctus incidi. De spe decidi.

ENNIVS. *Tum pauor mihi sapientiam omnem ex animo expectorat.*

ACTIVS. *Incusant vltro à fortuna, opibusq; omnibus destitutum, abiectum, afflictum ex animo expectorant.*

Idem. Caue ne in turba te implices.

Idem. Ad hanc fortunam accessit ei fortuna paris: id est par, priscus sermo est.

LVCILIVS. *Esurienti leoni ex ore exculpere prædam.*

PLAVTVS. *Vbi summus imperator non adest ad exercitum, citius quod non facto est usus, fit: quàm quod facto est opus.*

Idem. Vox mihi ad aures aduolauit.

TERENT. *Istoc verbo animus mihi redijt, & cura ex corde excessit.*

Idem. Vitium commune omnium est, quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus.

Idem. Ne impune in nos illuseris.

Idem. Inspicere tãquam in speculo vitas hominum iubeo: atque ex aliis sumere exemplum sibi.

Idem. Nisi me animus fallit, haud multum ab me aberit infortunium.

Idem. Quanti est sapere, nunquam accedo, quin ab te abeam doctior.

SVETON. Verbis quæ Crispus Sallustius excerpsit ex originibus Catonis, vtaris. A. GEL. Tanquam noscitabundus ad hominem accedit. Idem. Anus hospita atque incognita ad Tarquinium superbum regem adiit. Idem. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adiit. Idem. Mos antea senatoribus Romę fuit in curiam cum prætextatis filiis introire. CN. PLANCVS. Ex labore in febriculam incidit assiduam & satis molestam. M. VARRO. Ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas, Atticæ Philosophiæ alumna. Idem. Non hoc Pactolus aureas vndas agens eripiet vnquam è miseriis. Idem. Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se lemures extra ianuam eiicere. *Ex eum, eis, & in, tantummodo ab antiquis dicebatur: sed postea factum est vt extra, citra, intra quoque diceretur. Autor est Aulus Gellius.* M. CATO. Poëticæ artis honos non erat. Si quis in ea re studebat, aut sese ad conuiuia applicabat, grassator vocabatur. M. CIC. 9. Famil. epist. 14. Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, vt mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. Idem. 5. Tuscu. 78. Mulieres in India, quum est cuiusque earum vir mortuus, in certamen iudicium que veniunt, quam plurimum ille dilexerit. Plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ victrix, ea læta prosequentibus suis vna cum viro in rogum imponitur. Illa victa mœsta discedit. Idem. pro Archia poëta. Quid nostri Philosophi? num ne in iis ipsis libris quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Idem. 1. Tuscul. 34. Quid Phidias? sui similem speciem inclusit in clypeo Mineruæ, quum scribere non liceret. Idem. 11. Famil. ep. 16. Quemadmodum coràm qui ad nos intempestiuè adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt non loco redditæ 2. Offic. 76. Paulus tantum in ærarium pecuniæ inuexit, vt vnius imperatoris præda finem attulerit tributorum. At hic nihil in domum suam intulit, præter memoriam nominis sempiternam. Idem. Mihi & scriptum & nuntiatum est, te in febrim subitò incidisse. Idem. 6. Fam. Peto à te ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere quàm soleam, sed aut grauitate valetudinis, qua tamen iam paululum videor leuari, aut quòd absim ab vrbe, vt qui ad te proficiscantur, scire non possim. Idem. 5. Tuscu. 118. Mihi equidem in vita seruanda videtur illa lex: quæ in Græcorum conuiuiis obtinetur: Aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi: aut ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedat. Idem. ibidem. 92. Diogenes Iberius vt Cynicus, Alexandro roganti vt diceret si quid vellet: Nunc quidem paululum, inquit, à sole absis. Offecerat videlicet apricanti. Idem. Quomodo igitur iucunda vita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderatio? Idem. Abstinet se ab iniuria. Idem. 1. Off. 89. Nunquam iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum. Idem. Modò hoc malum in hanc Rempublicam inuasit. Idem. 1. in Catil. Magno me metu liberabis dummodo inter me atque te murus intersit.

In poetarum sermone huiusmodi præpositio composita, nec repetita, casum eundem regit quem regeret si separata esset.

VIRGIL. *Quamuis multa meis exiret victima septis.*

NAEVIVS. *Indignè exigor patria innocens.*

Cum datiuo item idem in carmine inuenitur.

VIRGIL. *Inferretque deos Latio.*

Quod dicendi genus oratoribus insolens est. Eo tamen vsus est M. Var-

ro. *Eius enim verba sunt.* Tanta portò inuasit cupiditas honorum plærisque: vt vel cœlum ruere, modò magistratum adipiscantur, exoptent.

Ad Veneris, ad Herculis, aliaque hoc genus qua ratione dicantur. Cap. XCVII.

AD Genouefæ quum itarem, diuinæ rei vt adessem, aliquot ex me discipulorum quæsiuere, an ad Veneris latinè diceretur: quæq; dicendi figura esset. *Eis autem respondi: ab antiquis illis, apud quos lingua latinæ puritas erat, hoc dicendi genus vsitatum esse admodum. Eorum illa verba sunt.*

HORAT. *Ventum erat ad Vestæ quarta iam parte diei Præterita.*

TERENT. *Vbi ad Dianæ veneris, ito ad dextram, priusquam ad portam aduenias.*

SVETON. Tribus quidem, verùm mediocribus præliis apud Alpes, circaque Placentiam & ad Castoris, quod loco nomen est, vicit. TITVS LIVIVS. Ad Murtiæ dataæ sedes. CORNIF. Ipsis verò ad Cereris memoriæ nouandæ gratia lectus sternitur. M. CAES. Senatus habitus esset ad Apollinis ad II. Calendas Sextiles. M. VAR. Ex his atque eiusmodi institutis ac vita vel ad Herculis athletæ facti erant. Idem. In oppido quæ est ædes Apollinis, & quæ ibi ad Herculis introëunt, nemo se excalcietur. Pro excalciet positum est excalcietur. M. CICERO. Ad me Pub. Valerius homo officiosissimus scripsit: id quod maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vestæ ad tabulam Valeriam ducta esses.

Eius autem figuræ ea ratio est apud Porphyrionem: Ventum erat ad Vestæ: subaudiendum, inquit, ædem, aut tale quid. Amant enim nescio quo modo eclypsim in relatione sui loca sacra. Sic denique & Terentius ait: Vbi ad Dianæ veneris. *Sic denique, Eo hodie in Claudij vel Telluris dicimus: nec addimus templum aut ædem. Hæc ille.*

SALLVST. Ad Iouis.

Ex his non dubitem, quin dicere possimus ad Genouefæ, ad Mariæ, aliaq; hoc genus. Rarum esse putem hoc dicendi genus cum præpositione alia inueniri.

MAR. enim Cælius dicit: Senatusconsulti autoritas pridie Calendas Octobris in æde Apollinis. Itémque. Pridie Calendas Octobris in æde Apollinis scripti affuerunt.

Quod particula in, pro ea quæ est inter, ponatur non ineleganter. Cap. XCVIII.

IN oratoribus qui habiti sunt præclarissimi, sæpe id obseruant, vt quum particula inter, sermone familiari dicitur pro eo quod est in numero, tum in pro inter vsurpent venustius: vt, In tuis familiarem me quæso habeas. Multi sunt quos equidem diligo, in quibus tu vnus præcipuus es. Tu in ingratis hominibus insignis es maxime.

SVETO. Autor & aliarum rerum fuit, in queis ne acta senatus publicarentur. A. GEL. Mirarique se ostendit, quòd & ipsi Italicenses, & quædam item alia municipia antiqua, in quibus Vticenses nominat, quum suis moribus legibusque vti possent, in ius coloniarum mutari gestiuerint. Idem. Nonnulli grammatici ætatis superioris in quibus est Cornutus, Anneus: haut sanè indocti neque ignobiles. SAL. In his erat Fuluius senatoris filius. Idem. Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplis honoribus vsi, in queis fuit M. Æmylius Scaurus. M. VAR. Factus sum vespertilio, neque in muribus planè, neque in volucribus sum. M. CICERO. L. Brutus eques Romanus adolescens omnibus rebus ornatus in meis familiarissimis est, meque obseruat diligentissimè. Idem. Peto, vt eum complectare, diligas, in tuis habeas. Idem. Exilium credo, quod in maximis malis ducitur. Idem. Nihil in malis ducamus, quod sit vel à diis immortalibus, vel à natura parente omnium constitutum. Idem. Horum singulorum generum quicunque vim singulis consecuti sunt, magnum in Oratoribus nomen habuerunt. vide IN.

Inde factum putem, vt in primis duæ sint voces, hoc est inter primos. Ne particulam inter ab hac significatione ablegemus: illa Quintiliani verba subscripsimus. Alij quoque authores, inter quos Eratosthenes, idem præceperunt.

Quod pronomen suum non reciprocum dici possit, déque particula, in quibus adiungi possit casibus. Cap. XCIX.

DE genere dicendi præcipere quæ certa firmáq; sint adeo difficile est: vt quæ certissima esse putantur, ea interdum mutanda sint. Qualia sunt illa. Ne pueris quidem ignotum est pronomen suum relatiuum esse reciprocum: id vero & ipsum reciproca non esse. Itemq; particulam in, cum ablatiuo coniungi si quies: si motus verò dicitur, cum accusatiuo quis nescit? Verùm canones ij perpetui non sunt. Contrà enim dictum esse, quod perrarum est, attendimus: quod exemplis tibi illis palàm facimus.

ENNIVS. *Eo ego ingenio natus sum, amicitiam atque inimicitiam in frontem promptam gero.*

NAEVIVS. *Etiam quires magnas manu sæpe gessit glorioſe, Cuius facta viua nunc vigent, qui apud gentes solus.*

PLAVTVS. *Certusti, intro rum pam in ædibus: vbi quenque hominem aspexero siue ancillam, siue seruum, siue uxorem, siue adulterum: seu patrem, siue auum videbo, obtruncabo in ædibus. Neque me Iupiter, neque dij omnes id prohibebunt, si volunt, quin sic faciam, vt constitui. Pergam in ædibus nunc iam.*

Idem. Quo illic homo fortasse penetrauit in ædibus.

Idem. Deinde ille ac lutum sufferet suus seruus pœnas Sosia.

M. CAEL. Postridie eius absolutionis, in theatrum Curionis Hortensius introiuit, puto, vt suum gaudium gauderemus. VAL. MAX. Nuntiatum est, duos iuuenes ad ianuâ venisse, magnopere rogantes vt ad eos continuo prodiret. De pronomine hoc ita accepto alibi exempla scribimus plura. Idem. Genibus innixus, lares familiares vt puerorum periculum in ipsius caput transferrent orauit. Ipsius, id est, suum. Idem. Eadem ciuitas seueritatis custos acerrima est, nullum aditum in scena mimis dando. M. VAR. Maiores sunt pueri, hi pusilli nigri, qui expectant nundinas, vt magister dimittat suus. M. CICE. Pub. Rutilius M. F. trib. pl. de senatu iussit educi, quòd eum ciuem negaret esse: quia memoria sic esset proditum, quem pater suus aut populus vendidisset, aut pater patratus dedidisset, ei nullum esse postliminium. Idem. Quum nostros portus, atque eos portus quibus vitam ac spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatem sciatis. *Super quo Aulus Gellius.* Amicus, inquit, noster, homo lectione multa exercitus (cui plæraque omnia veterum literarum quæsita, meditata, euigilataque erat) ibi negabat solœcismum esse, in potestatem fuisse, vt vulgus semidoctum putat, sed ratione dictum certa & proba contendebat, qua & Græci ita vterentur, & Plautus verborum latinorum elegantissimus in Amphitryone dixit: Non verò mihi in mentem fuit: non vt dici solitum est, in mente. Sedenim præter Plautum, inquit, cuius ille exemplo in præsenti vsus est, multam nos quoque apud veteres scriptores locutionum talium copiam offendimus atque in his vulgo adnotamentis insperſimus.

Quum vtrunque latinè dici posset, in potestate & in potestatem fuit, ὡφυιαν secutus Cicero, in potestatem fuit dicere maluit, vt amplius contendit A. Gellius. Qui idem alibi verba illa Claudij Quadrigarij defensitans, Nos in medium relinquemus. Nos, *inquit*, in medium relinquemus. Vulgus in medio dicit. Nam vitium istuc putant: & si dicas in medium ponere, id quoque esse σόλοικον putant. Et tamen probabilius significantiúsque sic dici videbitur, si quis ea verba non incuriosè introspiciat. Græcè quoque εἰσαγειν εἰς μέσον (id est ponere in medium) vitium id non est. *Hæc ille.*

Hoc dicendi genus in commentarijs suis inspersisse quod dicat A. Gellius: id aliquantum sæpe cum verbo claudere & condere inuenimus. Eius verba sunt.

In atras, inquit, & profundas tenebras claudebant. Idem. Libri tres in sacrarium conditi Sibyllini appellati. Plautus eodem genere vsus est. Postquam, inquit, in cumas conditus est, deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo maximi. *Cicero quoque ab eodem non abstinuit.* Eos, inquit, quibus aliquid aut plura deerant, in eam formam non poterat includere. Idem. Ea profectò oratio in eam formam quæ est insita in mentibus nostris, includi sic potest, vt maior eloquentia non requiratur. Idem. Versat sæpe multis modis eadem, & vnam in rem hæreat & in eandem commoretur sententiam.

Superiora illa ad hoc non docuimus, vt ijs vtendum censeamus: sed si in sermonem forte venirent, vt solœcismi vitium defenderemus. Eorum etiam vsurpatio, modo parcissima esset, oratione varietate fortasse distingueret.

Præpositiones quem in oratione locum habituræ sint. Caput C.

ORatorum atque poetarum varius collocandarum præpositionum mos est: quibus cum qui congrediatur, casui modò præpositas modo postpositas inueniat. De eis tamen illa præcipimus. In carmine dissyllaba præpositio sæpe postponitur. In oratione prosa quum aliæ multæ præpositiones, tum præcipuè cum postponitur pronomini qui, quæ, quod. Vsque postponitur sæpe cuiusi dictioni, sæpius versus, tenus sæpissimè hoc est semper. Quod exemplis manifestum sit.

LVCILIVS. *In eo numero manst quo in maxima non es pars hominum.*

LVCRETIVS. *Et quo quæq; modo fiant opera sine diuûm.*

ÆMYLIVS MACER. *Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.*

PROPERT. *Me sine, quem semper voluit fortuna iacere.*

HORAT. *Multa renascentur quæ iam cecidere cadentque.*
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi.
Idem. Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.
Idem. Ceruius hæc inter vicinus garrit anilis
Ex re fabellas.
Idem. Nam vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est

Qui

Qui minimis vrgetur.
Idem. Mentio si qua de Capitolini furtiu iniecta Petilli,
Te coram fuerit defendas vt tuus est mos.
VIRGILIVS. *Carthago Italiam contra Tyberinâque longe Ostia.*
Idem. Errabant acti fatis maria omnia circum.
Idem. Pigmalion scelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medius venit furor.
LLAVTVS. *Amphitryo, qui nunc præfectus est Thebanis legionibus quicum nupta est Alcumena.*
Idem. Domo vxori meæ dedi quicum hodie domi laui.
Idem. Omnia adsunt bona, quem penes est virtus.
Idem. Ex vxore hanc rem pergam exquirere
Quv fuerit quem propter corpus suum stupri compleuerit.
Idem. Enteſii ampiter quocum venio.
Idem. Illum vnum exoptaui quicum ætatem degerem.
Idem Quicum vna puero ætatem exegeram.
Idem Qua sponsione pro nuper exactus es.
TERENT. *Ipsum purgare ipsis coràm placabilius est.*
Idem. Essem vna quicum cupiebam.
Idem. Cogitatio quicum tibi res est.

QVINTILIANVS. Neminem posse dare alteri matrimonium: nisi quem penes sit patrimonium. A. GELLIVS. Cordi mihi fuit priusquàm ad te irem quærere exploratéque quonam modo veteres nostri particula ista qua de agitur vsi sunt. PVB. Lentulus. Centum circiter amissis ægrisque relictis noctu Antiochia profugisse Laodiceam versus. M. CAELIVS. Illi rumores de comitiis transpadanorum Cumarum tenus caluerũt. SALLVST. Quos aduersum multi ex Bithynia volentes occurrere falsum filium arguituri. Idem. Modò Galliam versus castra mouêre. Idem. Quem locum Aegyptum versus finem imperij habuêre Carthaginienses. M. CICERO. 5. Famil. ep. 21. Erat nemo quicum essem libentius quàm tecum. Idem. 12. Famil. Nihil mihi tam deesse scito, quã quicum hæc familiariter doctéque rideam. Idem. 2. Offi. 39. Habes quibuscum possis familiares conferre sermones. Idem. Quid dulcius quàm habere quocum omnia audeas sic loqui vt tecum? Idem de Amic. 85. Virtutum amicitia adiutrix à natura data est non vitiorum comes: vt quoniam solitaria non possit virtus ad ea quæ summa sunt peruenire, coniuncta & sociata cum altera perueniret. Quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est, eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimúsque comitatus. Idẽ. 13. Fa. ep. 12. Alia epistola communiter commendaui tibi legatos Arpinatum vt potui diligentissime, ac seperatim Q. Suffidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendo: non vt aliquid de illa commendatione comminuam: sed vt ad hanc addam. Idem. 2. Offi. 46. Facillime in optimam partem cognoscuntur adolescentes qui se ad claros & sapientes viros bene consulentes reipublicæ contulerũt. Quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt, eorum fore se similes, quos sibiipsi delegerunt ad imitandum. Idẽ. 5. Fa. ep. 21. Pleriq; eorũ quibuscum viuo necessario. Idẽ. 4. Acad. Vos quibuscum res est. Idem. de Orat. perfecto. 34. Quid tam difficile, quàm in plurimorum controuersiis diiudicandis ab omnibus diligi. Consequeris tamen vt eos ipsos quos contra statuas, æquos placatósque dimittas. Idem. 3. de Orat. 11. Sulpitius autem qui in eadem inuidiæ flamma fuisset, quibuscum priuatim coniunctissimè vixerat, hos in tribunatus spoliari instituit omni dignitate. Idẽ. 1. Off. Quæ autẽ harum virtutũ de quibus iamdudum loquimur, quæ pertinent ad verecundam, & ad eorum approbationem quibus cum viuimus, nunc dicenda sunt. Idem. 2. Off. 39. Maximéq; curãdum est, vt eos quibuscum sermonem conferemus, & vereri & diligere videamur. Idem. 2. de Orat. 17. Qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibus cum est, vel dignitatis vel commodi rationem non habet: aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, ineptus esse dicitur. Idem. 4. Tusc. 38. Mollis & eneruata putanda est Peripateticorum ratio & oratio: qui perturbari animos necesse esse dicũt, sed adhibent modum, quem vltra progredi non oporteat. Idem. 1. Offi. 156. Eloqui copiosè, modò prudenter, melius est quàm vel acutissime sine eloquentia cogitare: quòd cogitatio in se ipsa vertitur: eloquentia verò complectitur eos quibus cum communitate iuncti sumus. Idem. 3. Offi. 42. Scite Chrysippus vt multa, qui stadium, inquit, cucurrerit, eniti & contendere debet quàm maxime possit, vt vincat. Supplantare eum qui cum certet, aut manu depellere nullo modo debet. Sic in vita sibi quẽque petere quod pertineat ad vsum, non iniquum est: alteri diripere ius non est. Idem. 4. Fam. ep. 7. De illo autem, quem penes est omnis potestas, nihil video. *Hoc autem quibuscum, ea dictum est ratione qua nobiscum: de quo Mar. Tullius.* Vnde fit quòd dicitur cum illis: cum autem nobis non dicitur, sed nobiscum? Quia si ita diceretur, obscœnius concurrerent literæ, vt etiam modò: nisi autem interposuissem, concurrissent. Ex eo est mecum & tecum, non cum me & cum te, vt esset simile illis nobiscum atque vobiscum. *Hæc ille. Quæ ratio est cur mecum dicatur, eadem putes cur qui cum, vel quo cum dictum sit, quamuis perpetuum non sit, vti nec quibuscum est.*

PLINIVS. Malus est ager, cum quo dominus luctatur.

Quòd inter adiectiuum & substantiuum præpositio interponatur, ideo non dicimus: quod cognitum satis esse putamus.

Progymnasmatum trium Centuriarum in artem Oratoriam,
Francisci Syluij Ambianatis, Finis.

INDEX
PRÆCEPTIVNCVLARVM,
QVAE SPARSIM HISCE IN
PROGYMNASMATIS TRIVM
Centuriarum continentur.

Prior numerus caput, posterior paginam indicat.

ABlatiuus absolutè positus in principio ponendus. 70.52.
Ac vel atque, quibus apponendæ dictionibus. 65.82.
Ac vel atq; voces, post quas particulas, pro quàm ponendas. 72.84.
Adiectiuum dissyllabum substantiuo plurium syllabarũ postponendũ. 5.6
Adiectiua omnia multitudinem significantia ornatius substantiuis postponuntur. 4.5.
Adiectiuum numerale quo in loco ponatur, si adiectiuum aliud adiungatur. 12.7.
Adiectiuis quibusdam substãtiua postponi solere sæpius. 14.8.
Adiectiuum polysyllabum in fronte orationis venustè ponitur. 25.11.
Adiectiuum polysyllabum etiam finem orationis venustè habet. 26.ibid.
Adiectiua duo maxima, aut duo aduerbia, ab adiectiuis nominibus profecta, gradus positiui, quibus particulæ magis, quàm interponi solent, vt mutanda in comparatiua omissa particula magis. 54.18.
Adiectiui & substantiui venustissima quasi reciproca compositio. 63.19.
Adiectiuum ad genus neutrum quando referendum. 91.27.
Adiectiuum à substantiuo, positione venustè seiungitur. 36.42.
Adiectiua dignum, promptum, idoneum eleganter post se habent finitum verbum cum pronomine qui, quæ, quod, aut vt particula. 91.60.
Aduerbia superlatiui gradus terminari in e, vel in o, vel in um tãtũ. 59.18.
Aduerbia quantitatis in um positiuis, eadem in o comparatiuis adiungi. 60.19.
Aduerbia adiectiuis nominibus, aut aduerbijs ab adiectiuis nominibus factis postponuntur, aut si præponantur, in medio aliquid non inelegãter ponatur. 61.ibid.
Aduerbia comparatiui gradus aut superlatiui, perinde vt nomina casum regunt. 66.20.
Aduerbium gradus comparatiui, adiectiuum aut substantiuum aut participium, in ablatiuo casu ornatè regit. 67.ibid.
Aduerbia imitantur elegantiam relatiuorum pronominum. 96.29.
Ad Veneris, ad Herculis, aliáque hoc genus, qua ratione dicantur. 97.91.
Aduerbium eleganter mutatur in nomen. 78.86.
Aequales qui dicantur. 87.59.
Affirmationem minus dicere quàm negationem. 30.39.
Alienum, aliud, alterum, vtrunque, solum, vllum, tale, singula, aliáque hoc genus adiectiua substantiuis postponenda. 8.6.
Alienum, vsitatius dicitur quàm aliorum. 86.58.
Alioqui quid ornatus habeat. 94.90.
Aliquot dici elegantius, quàm nescio quot. 99.63.
Aliquid, post quas voces ponendum. 58.81.
Aliquid vel aliquando, post si, quicquam, vllum, vel quippiam, vel vnquam non ponendum. 63.82.
Aliqui qui, quòd raro dicatur. 83.25.
Aliud in oratione geminatum, multam habet venustatem. 83.& 84.57.
Aliud & aliter, bis poni elegantius, quàm aliud quàm, & aliter quàm. 85.58.
Alius alio doctior, elegantius dicitur quàm, Vnus aut alius doctior est quàm alius. eod.ibid.
Alterum pro secundo, quando & qua ratione dicendum. 42.76.
An particulam post haud scio ponendam. 37.42.
An particulæ vsus. 92.& 93.90.
Antè quando aduerbium, & quando præpositio, & quis eius vsus. 18.9.
Antequàm diuidi. 35.41.
Ars in oratione dissimulanda. 1.31.
Arbitror verbum, quem vsum habeat 15.67.
Atque non pro neque. 94.90.
Audiui quum dicerent, pro audiui dici. 54.47.

B

Barbara verba non vsurpanda. 1.5

C

CAsus antiqui qui sint, & qui nunc eorum loco in singulis dictionibus dicantur. 72.53.
Certare cum quo casu ponatur. 52.46.
Certè pro saltem poni non inusitatè. 48.78.
Cognomina nominibus proprijs præponenda. 41.43.
Cognomẽ à proprio seiungẽdũ. 42.ibid.
Cœpi, quem vsum habeat. 34.73.
Colo verbi vsus. 35.74.
Comparatiuus postponitur elegantius substantiuo. 3.5.
Comparatiuum in principio orationis vsitatè ponitur. 29.11.
Comparatiuum in fine positum, multam habet elegantiam. 30.12.
Comparatiuum pro positiuo, quando eleganter ponatur. 51.17.
Comparatiua duo, particula quàm cõiuncta, quid habeant elegãtiæ. 54.18.
Comparatiui gradus nomina, quos casus, contra vulgi iudicium regant. 68.21.
Compositæ voces negatiuæ, pro simplicibus sæpe dicuntur. 31.40.
Conciuis, compopularis, communiceps, coæqualis, consodalis, latinè non dicuntur, quidque eorum loco dicendum. 87.58.
Cõfiteri de peccatis, rectè dicitur. 34.41.
Contrariorum aut tanquam contrariorum, id cui adiungitur præpositio, præponendum esse. 29.39.
Contrà pro è contrario. 73.84.
Credo verbũ, quem vsum habeat. 15.67.
Cuius & cuias, quo dicendi genere vsurpanda. 62.50.
Cuius aut quorum, quando præponatur aut postponatur nomini substantiuo à quo regitur. 63.50.
Curro verbum, quæ præterita & supina habeat. 25.70.

Datiuus

D

DAtiuus à verbo passiuo & participio præteriti temporis, pro ablatiuo sæpius regitur. 17.68.
De, præpositio, quando ponatur pro ea quæ est pro. 53.46.
Dei epithetum. 24.38.
Denique, quando ponendum. 76.86.
Deus immortalis, bone deus, Iupiter, diÿ boni, diÿ deæque omnes, diÿ magni, in casu vocandi, addunt põdus orationi. 23.38.
Deponentia & Communia, non habent impersonalia vocis passiuæ: quorum tamen loco vtimur persona tertia in plurali. 4.64.
Dicenda quomodo proponenda. 8.33.
Dicta quo ordine repetenda. eodẽ. ibid.
Dictiones eiusdem significationis iuxta se venustè ponuntur. 43.76.
Dignitatis nomẽ aut officij, nomini proprio anteponi elegantius. 39.42.
Diminutiuorum vsus. 26.71.
Disciplinarum nomina, in plurali ponenda. 46.44.
Diu multúmque voces connexæ ornant orationem. 43.77.
Diutinum, pro longo. 93.61.
Docere, pro monstrare vel ostendere. 90.60.
Docens, rectè doctor, præceptor, magister, non regens, rector, à doctioribus appellari solitus. 89.59.
Doctus, indoctus, quos casus regant. 90.60.
Dominus pro possessore dicitur. 62.49.
Dũ, dici pro quandiu vel donec. 46.78.
Dum particula, orationis mediũ amat. 84.88.
Duo correspondentia duobus, quo ordine iungenda. 9.33.
Duo, quorum vnum certum, alterum incertũ, quo ordine ponenda. 48.78.

E

EDo verbum, cum suis compositis, quid ornatus habeat. 40.75.
Eius generis, huius generis, cuius generis. 95.62.
Eò, pro tanto. 73.22.
Eò quòd, pro præcipuè quia, cum comparatiuo. 71.21.
Eò particula, cum superlatiuo. eod.22.
Eò, cum particula quòd, quia vel quoniam dici ornatè. 95.91.
Eruditus, ineruditus, quos casus regant. 90.60.
Esse videatur, in orationis calce dicendum. 39.14.
Etiã particula, superlatiuo iũcta. 65.20.
Et, etiam, quoque, particulæ quid venustatis habeant. 79.86.
Exclamationis vis maxima. 19.37.
Ex, pro ab. 54.46.

F

FAcile est, post se datiuum habet, sequente verbo indefinito. 16.67.
Familiaria quædam poëtis, oratoribus autem rara. 6.33.
Fastidire, cum genitiuo. 55.47.
Fas est, à se datiuum habet, si sequatur verbum indefinitum. 16.67.
Fateor verbũ, quẽ vsum habeat. 15.ibid.
Ferè particula, quid significet, & proprietatis habeat. 51.79.
Finiti modi verbum, plurium syllabarum, orationis principium elegãter tenet. 37.13. *Idem in fine ponendum, vbi id quod prædictum est, ad memoriam quasi reuocatur.* 38.ibid.
Fore verbum, cũ alio finiti modi. 23.70.
Forsan, forsitan, fortassis, fortasse, & fortè, quibus & quando dicendum. 44.77.
Frequentatiuorũ verborũ vsus. 26.71.
Fruor, quot participia habeat. 24.70.
Futuri imperatiuum frequẽs vsus apud veteres. 21.69.
Futuri modorum subiunctiui & infinitiui vsus, & quòd eorum loco alia dicantur tempora. 22.69.

G

GEneris partitio, ornatius quo casu fiat. 70.21.
Generis diuisæ partes, quibus particulis ordine enumerandæ. 42.76.
Genus, in qua significatione à doctis dicatur. 55.6.
Genitiuum à genitiuo alio eodem numero, rarum, sed in diuerso vsitatum. 57.47. & 48.
Gentis nomen, quando ponatur elegantius. 75.55.
Gerundia sexti casus, in gerundiua mutantur elegantius. 69. 2.
Gerundia quo loco in oratione ponenda. 28.11.
Gradatio, per gradus comparationis quomodo fiat. 63.10.
Graue, in malis rebus pro magno. 92.61.
Græca vocabula, in qua declinatione apud Latinos vsurpanda. 73.54.

H

HAbito verbi vsus. 35.74.
Habere pro habitare. ibid.
Hic, ad primam personam sæpe refertur. 88.26.
Hic, pro præsens. eod.ibid.
Hoc pro tanto. 73.22.
Hoc pro tali, multa cum elegantia ponitur. 85.25.
Hoc, refert rem posterius: illud, prius dictam. 86.26.
Hoc pronomen, præteritam, prædictam, & præsentem rẽ demonstrat. 87.26.
Hoc meum, hoc nostrum eleganter dici. 89.27.
Hoc genus, pro huiusmodi. 95.62.
Hominum pro humano sæpe dicitur. 58.48.
Homo adolescens, adolescẽs mulier, mulier ancilla, mulier meretrix, homo seruus, antiquis fuêre vsitata. 32. 41.
Homo nomen, modò in laude, modò in vituperio: vir in laude sæpius dicitur. 88.59.

I

ID, pro tali, multa elegantia ponitur. 85.25.
Id quod, ponitur vsitatè pro, quæres. 90.27.
Id genus, pro eiusmodi. 95.62.
Idcirco, cum particula quòd, quia, vel quoniam, dici venustè. 95.91.
Idem cum iisdem dici. eod.ibid.
Id, cum verbis neutris rectè componi. 30.71. *etiam cum alijs.* 31.ibid.
Ignoscere verbum, nomẽ rei quàm personæ asciscit elegantius. 58.56.
Illud, refert rem prius dictam: hoc, posterius. 86.26.
Illud, futuram aut dicendam rem demonstrat. 87.26.
Ille, sæpe ad tertiam personam refertur. 88.ibid.
Impropria verba, non vsurpanda. 1.5.
Impersonali verbo passiuæ vocis elegãter tum vtimur, quum sermo generalis est. 1.64.
Impersonale verbum actiuæ vocis, venustè adsciscit indefinitum impersonalis passiuæ vocis, aut passiui verbi. 5.65.
Imperare, cum verbo indefinito passiuæ vocis ornatè iungitur. 6.ibid.
Impossibile, latina vox an sit. 7.ibid.
In allegandis autorum sententijs, post primum aut alterum vocabulũ, inquit, aut ait, ponendum. 47.44.
In citandis autoribus, quando locus dicendus sit, & quando non. 48.45.
In citandis autoribus obseruandũ quid sit. 49.ibid.
In, pro inter. 98 92.
In primis, duæ sunt voces. eod.ibid.
In præpositio, quibus adiungi possit casibus. 99.ibid.
Inchoatiuorum verborum vsus. 26.71.
Infinitum verbum vbi ponendũ 38.15.
Infinitiuus pro præterito imperfecto. 6.33.
Inferior quem vsum habeat. 100.63.
Infinitiuũ passiui verbi, vsitatius quam actiui cum verbo posse cõponi. 7.65.
Infinitiuus verbi passiui, elegantius quàm actiui post verbum volo, nolo, aut malo ponitur. 8.65.
Infinitiuus idem post alia quoque non incommode collocatur. 9.66.
Inter adiectiuum & substantiuum, suppositum & verbum, antecedens & relatiuum, vocem regentem, & eam quæ regitur, nihil nisi breue quiddam, & id cum vtroque, aut saltem altero conueniat, interponi debet. 2.5. & 11.7.
Inter adiectiuum & substantiuũ, si quid interponitur, nihil referre vtrum ponatur, sed præponi substantiuum solitum

solitum esse crebrius. 13.8.
Infinitum verbum vbi ponẽdum. 38.13.
Interrogationis vis maxima. 19.37.
Interrogandi vox decore post se habet vllum, quicquã aut vnquam. 60.81.
Inuidere, quem casum regat. 77.56.
Iotacismus vitandus. 1.31.
Ipsum pronomen, cũ alio pronomine, in diuersis casibus, elegãter poni. 78.14.
Irascor, cum datiuo elegantius iungitur. 51.79.
Is, ea, id pronomen, nõ inusitatè dici pro relatiuo qui, quæ, quod. 84.25.
Iste, ad secundam sæpe personam refertur. 88.26.
Istud tuum, istud vestrũ eleganter dici. 89.27.
Ita, affirmatiua particula, & quæ voces eius loco ponendæ. 74.85.
Iugerum quid sit. 15.8.
Iuricõsultus, & iurecõsultus: iurisperitus, & iusperitus & iureperitus dicitur. 90.60.

L

Labdocismus in oratione vitandus. 1.31.
Leue, in malis rebus pro paruo. 92.61.
Librorum nomina in plurali ponenda. 46.44.
Licet verbum, post se datiuum habet, sequente verbo indefinito. 16.67.
Litigare, cum quo casu ponatur. 52.46.
Locare, cum participio futuri temporis in dus. 11.66.
Loci nomen, quando ponatur elegantius. 75.55.
Lubere cum indefinito passiuo iungitur venustè. 6.65.

M

M Literam quando euitauerit antiquitas. 1.31.
Magis quàm, sine vlla voce media elegantius dici. 52.17.
Malo verbum, vocabulis connexis coniũctione quàm postponitur aut præponitur. 57.18.
Malùm aduerbium, interpositæ indignationis, apud probatos oratores vsitatum. 21.37.
Mane, quid significet. 97.62.
Manere verbi vsus rarus. 35.74.
Materialiter nomina, vt ponenda. 15.35.
Me Hercule, quàm me Hercules, magis Ciceroni placuit. 49.78.
Memini. 34.73.
Mille & sexcenta, aliter ab oratoribus, aliter à poëtis dici. 21.10.
Minimum vel minime, vtrùm rectius dicatur. 59.19.
Morari verbi vsus rarus. 35.74.
Multotiens vel multoties, latinè minime dicitur. 20.12.
Multo pro magno. 92.61.
Multum ac diu. 43.77.
Muto verbum quẽ casum post se amet. 33.73.
Myotacismus vitandus. 1.31.

N

N Eparticula, à quibus verbis remouendum. 13.67.
Ne quid, elegantius quàm ne aliquid. 56.80.
Ne pro non, quando eleganter inseratur orationi. 78.86.
Ne quidem, particularũ venusta vsurpatio. 80.87.
Ne particula, in medio orationis ponẽda. 84.88.
Ne particulæ vsus, vbi de pluribus quæritur aut dubitatur. 92.& 93.90.
Necubi, pro ne alicubi. 57.81.
Necesse est, post se habet datiuum, indefinito verbo sequente. 16.68.
Negatiua vocabula, vt nemo, nullus, nihil, & alia, vbi in oratione ponenda. 35.36.& 37.13.
Negationem plus dicere quàm affirmationem. 30.39.
Negare verbum, quid ornatus habeat. 39.75.
Negatiuæ particulæ non nemo, reliquæ à se venustè habent quisquã, quispiã, vllus, vsquã, vnquam. 58.& 60.81.
Nequando pro ne aliquando. 57.81.
Nequo, nequa, necunde, nũquo, nũqua, nuncunde quid gratiæ habeãt. eo.ib.
Neutra verba absoluta ornate regunt accusatiuum, vel aliunde, vel ab eodem formatum. Indéque passiua nõ nunquam fieri. 33.73.
Nescio ad animum referendum. 37.42.
Nihil post tale. 9.6. *nemo post tale.* ibid.
Nihil, quibus gradibus adiũgẽdũ. 60.19.
Nimis, quibus associandum. eod.ibid.
Nihil, quibus verbis iungendum. 32.73.
Nisi particulæ elegãtia. 9[illegible].90.
Nomina mensuræ, in accusatiuo vel genitiuo ponenda. 15.8.
Nomina significantia id quo metimur, in ablatiuo poni. eod.ibid.
Nomina in undus desinentia non sunt latina. 50.16.
Nomina exeuntia in is vel in us, an generent comparatiua vel superlatiua, & an ijs vtendum. eod.17.
Nomen gradus comparatiui, adiectiuũ aut substantiuum, aut participium in ablatiuo casu ornatè regit. 67.20.
Nominibus propriis, quod additum est ad laudem, aut vituperationem, id esse præponendum. 40.43.
Nomen proprium à prænomine seiungendum. 42. ibidem
Nominibus collectiuis adijci dictionem, etiam ab oratoribus, numeri pluralis. 44.44.
Nomina in genitiuo plurali, etiam ab oratoribus eleganter cõcisa. 60.48.
Nomina in a exeuntia, declinationis tertiæ datiuum & ablatiuũ numeri pluralis atis quàm atibus sæpius finiunt. 71.52.& 53.
Non scio, dicendum non esse. 37.42.
Non queo, non possum, ad corpus referendum. eod.ibid.
Non quire, quàm nequire dici elegantius. 38.ibid.
Non solum, non tantum, non modò, nec solùm aliquid in medium cum ornatu recipiunt. 81.87.
Nouies, non nonies dicendum. 22.10.
Noui & odi quàm vsitata sint.
Nullus, elegantius substantiuo postponitur. 7.6.
Nullus post tale. 9.ibid.
Nullum quo in loco ponatur, si adiectiuum aliud adiungatur. 12.7.
Nullus & nunquam eleganter diuiduntur. 32.40.
Nullum aut nunquam cum vllo, quid habeat elegantiæ. 61.81.
Numerum significantia, substãtiuis rectius postponi. 4.5.
Numerum significãtia nomina, & quidẽ duplicia, quo ordine ponẽda. 19.9.
Numerorum nomina diuidi à poëtis, ab oratoribus componi. 20.10.
Nuncubi pro nunc alicubi. 57.81.
Nunquando, pro nũ aliquãdo. eod.ibid.

O

O Ctaginta non octuaginta dicendum. 22.10.
Odi & noui, quàm vsitata sint. 34.63.
Officij aut dignitatis nomen, nomini proprio anteponi elegantius. 39.42.
Omne, quo in loco ponatur, si adiectiuũ aliud iungatur. 12.7.
Omnis vox, in orationis fronte collocetur. 33.12.& eadem vox eleganter finem orationis possidet. 34.13.
Omnis, quibus gradibus comparationis addendum. 75.23.
Omne, quicquid particulæ coniunctæ. 43.77.
Omnino, planè, funditus, prorsus, stirpitus & radicitus, pro totaliter doctiores dicunt. 50.79.
Oratio qualis alliciat auditorum animos, séque velut maiestate quadam præbeat cum admiratione venerandam. 1.5.
Orationis obscuritas quomodo vitanda. 2.5.
Orationis prima virtus, vt sit dilucida. eodem ibid.
Orationis finis non sit carminis. 1.31.
Ordo in qua significatione à doctis dicatur. 95.61.
Ordinis voces quæ. 41.75.
Oratio sit generalis, recte vti potes verbo modi coniunctiui, personæ secundæ, numeri singularis. 2.64.
Opinor verbò, quẽ vsum habeat. 15.67.

P

P Arenthesis vsus. 2.31.
Participium cum verbo, & breuitatem & vehementiam orationi adfert. 25.38.

Patronymica à poëtis sæpe, rarò ab oratoribus vsurpari. 45.44.
Participium præsentis temporis quando nomen sit. 56.47.
Partim, pro qua voce ponatur. 84.56.
Participium præteriti temporis, pro præsenti indefiniti actiui, cum quibusdam verbis elegantissimè ponitur. 10.65.
Participium futuri temporis in dus, maiore ornatu sequitur verbũ curo, quàm infinitiuũ verbi actiui. 11.66.
Participium præteriti temporis, sæpius datiuum pro ablatiuo regit. 17.68.
Pati, pro pmittere dictũ à doctis. 38.75.
Particulæ eiusdem significatus, iuxta se venustè ponuntur. 42.76.
Partes totius vt enumerandæ. 89.89.
Partes diuisi generis, quẽ locum amẽt. 90.*ibid.*
Personæ dici elegantius, quàm nomen hominis. 74.55.
Persona tertia præteriti tẽporis modi indicatiui, quẽ vsum habeat. 15.68.
Persona secunda vocis passiuæ, in re quàm in ris terminatur sæpius. 20.69.
Plenum genitiuo elegãtius quàm ablatiuo iungi. 50.45.
Plicare verbum, quæ præterita & supina habeat. 25.70.
Polysigma ab oratione absit. 1.31
Polysyllabas dictiones, postposita coniunctione que coniungendas. 66.82.
Populum Romanum sæpius dici quàm Romanos. 82.57.
Post, quando aduerbium, & quando præpositio: & quis eius vsus. 18.9.
Possum, præposita particula non, vbi ponendum. 49.16.
Positiui recti à superlatiuo, & contra, venustissima compositio. 62.19.
Positiuis quæ particulæ adiungantur. 64.20.
Posterius, quid significet. 100.63.
Possibile, an sit vox latina. 7.65.
Potissime an dicatur latinè. 59.18.
Præsentis temporis verbum quàm præteriti, in historia fabulaue narranda, elegantius dicitur. 20.37.
Prænomẽ, à proprio seiungendũ. 42.43.
Præpositio nominibus propriis vrbium adiungi, eademque nominibus regionum detrahi potest. 81.57.
Præteritum imperfectum indicatiui, sæpe idem significare, quod verbum solebat cum infinitiuo. 37.74.
Præpositionem cum verbo compositã, cum casu sæpius repeti. 96.91.
Præpositiones quæ in oratione locum habituræ sint. 100.92.
Primùm pro primo, deinde pro secundo dici: quid q; dicẽdũ pro tertio. 41.75.
Priusquam diuidi. 35.41.
Pronomina primitiuæ speciei, ornatè ponuntur post tale. 9.6.
Pronomen adiectiuum suo substantiuo à tergo ponendum. 10.*ibid.*
Pronomẽ adiectiuũ inter adiectiuũ nomen ac substantiuũ collocandũ. 11.7.
Pronomina duo, tria, pluraue iuxta se posita orationem venustare. 79.24.
Pronomina duo in oratione vtriusque speciei, vtrum præponendum. 80.24. & 81.25.
Pronomen speciei posterioris, quando sine substantiuo eleganter vsurpari solitum sit. 82 *ibid.*
Proprium nomen, à cognomine seiungendum. 42.43.
Propria nomina hominũ dicta in plurali, quid habeãt significatus. 43.*ib.*
Pronomen speciei prioris infinitiuo cui præconstruitur postponi. 65.50.
Pronomẽ primitiuũ, participio & nõ nunquam nomini adiectiuo postponitur. 66.51.
Proximum quid significet. 100.63.
Propterea cum quod, quia, vel quoniã dici venustè. 95.91.
Pugno verbum, cum quo casu ponatur. 51.46.
Puto verbũ, quem vsum habeat. 15.67.

Q

Quam quanti, quis huius connexionis vsus. 54 18.
Quale dicendi genus possit vsurpari, sine his vocibus, vt, & pronomen qui, post, quàm. 53.17.
Quàm particula, inter vocabula duo collocata, ante comparatiuum ponenda est. 55.18. & *econtra.* 56.*ibid.*
Quãtũ, p eo dici quod est prout. 48.78.
Quam cum superlatiuo & verbo posse. eod.ibid.
Quasi, aduerbiũ similitudinis esse. 51.79.
Qua ponitur, non quæ post ne, si, num, aliud: & post compositas ab eis particulas. 56.80. & 81.
Quam particula, ratione comparatiui posita, post se petit vllum, quidquã, aut vnquam. 62.82.
Quantus, quanta, quantum, qui, quæ, quod, adiungi non inuenustè cum superlatiuo, si verbum posse apponatur. 78.86.
Quæ in oratione vitanda. 1.31.
Quæso verbum, quid habeat elegantiæ, si cum verbo modi imperatiui adiũgatur. 14.67.
Queror, cum præpositione de. 53.46.
Quæ particula, postponenda vocabulis omne, totum & aliud. 67.83. & *indeclinabilibus particulis.* 68.*ibid.* & *vocabulis vnius syllabæ.* 69.*ibid.* & *pronominibus.* 70.84.
Que, ac, vel, &, coniunctiones iuxta se non inuenustè poni. 71.*ibid.*
Qui, quæ, quod pronomen, loco particulæ vt, eleganter dixeris. 53.17.
Qui, pro vt. 72.22.
Qui, quæ, quod relatiuum, antecedenti præponendum. 94.28.
Qui, quæ, quod relatiuum, sine antecedente crebrò ponitur. 97.29.
Qui, quæ, quod relatiuum, pro secundũ eleganter ponitur. 99.30.
Qui, pro quo aut quomodo vsitatè. 100.*ibid.*
Quia, pro quòd. 71.21.
Quicquam, post tale ornatè collocatur. 9.6.
Quid cum compositis in neutro genere, neutris verbis eleganter connecti. 30.72. *etiam cum alijs.* 31.*ibid.*
Quid dicatur elegantius quàm aliquid, post quid, post quo pro quanto, post quum. 5.80.
Quid elegantius dicitur quàm aliquid, post siue, aliud, nisi. 48.78.
Quisque, quibus gradibus comparationis associandum. 75.23.
Quisque cum pronomine sui vel suus, & qui. 76.*ibid.*
Quisque cum quantum. *eod.ibid.*
Quo pro vt, comparatiuo quàm positiuo adiungi sæpius. 72.22.
Quo pro quanto. 63.*ibid.*
Quod, pro vt quando scribendum. 85.25. & *contrà.* *eod.ibid.*
Quod relatiuũ, habens antecedens Aliquod, id antecedens ornatè omittitur. 83.*ibid.*
Quod relatiuum, ante se antecedens hoc vel id, sine vllo medio eleganter habet. 95.28.
Quod genus, pro cuiusmodi. 95.62.
Quòd particula, à quibus verbis remouendum. 12.66. & 13.67.
Quòd non, pro quin. 94.90.
Quòd, pro quia. 95.91
Quod pronomen, ponendum in orationis medio. 84.88
Quoties, nõ quotiens dicendum. 22.10.
Quoque particula, quid venustatis habeat. 79.86.
Quum particula, in orationis medio collocanda. 85.88.
Quur particula, amat orationis medium. 84 *ibid.*

R

Rei nomen quàm personæ maiorem habet gratiam. 76.55.
Relatiuo impediente vulgatũ orationis ordinẽ suaõ deest elegantia. 77.23.
Relatiuum quando ad genus neutrum referendum. 91.27.
Relatiui accidentis vsus. 92.28.
Relatiui conuenientis cum antecedente in genere, numero & casu. 93.*ibid.*
Relatiuum antecedentia duo habens, cũ posteriore cõueniat elegãtius. 94.*ib.*
Relatiuum accidentis, quo sit loco ponendum. 97.29. & *eod.*30.
Reliquum aut reliquias, dici vsitatius quàm residuum. 96.62.
Res gestæ, quàm gesta dicuntur vsitatius. 59.48.

Rudis, quem casum regat. 90.60.
Rustica verba non vsurpanda. 1.5.

S

Literæ repetitio multa vitanda est. 1.31.
Scilicet particula, quando fugienda. 89.89.
Secundum quod quisque, quomodo eleganter mutandum. 74.22.
Sed particula, quando omittẽda. 91.89.
Sermo si sit generalis, vti potes rectè verbo modi coniunctiui, personæ secundæ, numeri singularis. 2.64.
Si quid, quàm si aliquid, dici elegantius. 52.79.
Si particula, non ponenda in orationis principio. 82.87.
Sicubi, pro si alicubi. 57.81.
Siquando, pro si aliquando. eod.ibid.
Siquo, siqua, sicunde, quid ornatus habeat. eod.ibid.
Sine, quas voces à tergo amet. 64.82.
Sodales qui sint. 87.59.
Solere verbum, quid habeat ornamenti. 36.74.
Solum nomen, vsitatius dicitur quàm solùm aduerbium est. 78.86.
Species generis vt enumerandæ. 89.89.
Sto verbum, quæ præterita & supina habeat. 25.70.
Stomachor pro irascor, non insolenter dicitur. 29.72.
Studere, quem casum postulet. 90.60.
Substantiuum nomen multarum syllabarum, orationis principium ornatissimè occupat. 23.10.
Substantiuum nomen, plurium quàm duarum syllabarum, cum elegantia vltimum orationis locum possidet, maximè si verbi suppositum est. 24.ibid.
Substantiuum duabus syllabis constans, vltimum rarò habet. eod.11.
Substantiua nomina, ab adiectiuis facta, pro adiectiuis ipsis lepidè dicuntur. 79.56.
Substantiua vulgatiora ab adiectiuis resecanda. 94.61.
Succenseo, cum datiuo elegantius iungitur. 29.72.
Sum verbum, in principio orationis ponendum. 40.14.
Sum verbum, si præcedat comparatiuũ aut superlatiuum, eleganter finem orationis occupat. 41.ibid.
Et ijsdem præcedentibus, principium orationis. 42.ibid.
Sum verbo in fine orationis locum aptũ esse, si nomen substantiuum præponatur. 43.ibid.
Sum, post adiectiuum, in orationis principio collocatur. 44.15.
Sum, post adiectiuum in fine. 45.ibid.
Sum in fine post nomen in dus, da, dum, ponendum. 46.ibid.
Sum, post vocabula nullus, nemo, nihil, lepidè in orationis principio ponitur. 47.ibid.
Sum, quando in medio collocandum. 48.16.
Sum, ante particulam non, in fine orationis ponendum. 49.ibid.
Summum vox, habeátne vim superlatiui. 75.23
Superlatiuus postponitur elegantius substantiuo. 3.5.
Superlatiuum in fronte orationis positum, canorum est. 31.12.
Superlatiuo in fine orationis collocato, orationem fieri elegantiorem. 32.ib.
Superlatini recti à comparatiuo, significatio in ablatiuo multum augetur elegantissima connexione. 63.19.
Superlatiui augmentum, quibus particulis adiunctis fiat. 64.20.
Superlatiui gradus nomina, quos casus contra vulgi iudicium regant. 68.21.
Superlatiui gradus nomen, substantiuũ in casu genitiuo, numeri multitudinis, regit elegantius. 69.ibid.
Idẽ obseruatur in cõparatiuo. 70.ib.
Superius, quid significet. 100.63.
Superior, quem vsum habeat. eod.ibid.
Suum pronomen, non reciprocum dici. 99.92.

T

Tam & quam, cum quibusdam gradibus. 60.19.
Tanto, pro eò. 71.22.
Tandem particula, quid habeat venustatis post vocẽ interrogandi. 22.38.
Tanto & quãto, cũ superlatiuo. 60.19.
Tantum abest, quantum habeat ornatus. 47.78.
Tempus significantia nomina, in accusatiuo casu poni venustius: atque inibi, Quando in ablatiuo ponenda sint. 16.8.&9.
Tempus significantia nomina in ablatiuo ponenda esse, si particula ante vel post interueniat. 18.ibid.
Tempus significantia nomina, cum alijs nominibus numerum significantibus coniuncta in accusatiuo, cum alijs in ablatiuo vsurpanda esse. 17.ibid.
Terra Gallia, pro eo quod est Gallia: aliáque hoc genus dici vsitatius. 80.56.
Tum & quũ particulæ, quomodo orationis põdus augeãt. 86.87.& 88.88.

V


Varietas in multis pariter vna oratione dicendi iucunda. 22.38.
Vel, cũ superlatiuo, quid venustatis habeat. 65.20. *quæ etiam cum alijs adiungitur.* eod.ibid.
Verba significantia accusare, damnare, absoluere, genitiuum regunt quàm ablatiuum elegantius. 51.46.
Verba nonnulla quibus præpositio adiungatur vel detrahatur. 54.ibid.
Verbalia adiectiua, necessitatem quandam significantia, quem vsum habeant. 67.51.
Versus, quando vsitatius quàm carmen dicatur. 95.61.
Verba, quæ propræsenti indefiniti actiui, participium præteriti temporis habent elegantius. 10.65.
Verbum passiuum sæpius pro ablatiuo datiuum regit. 17.68.
Verba habentia duo supina, quæ participia de se forment. 24.70.
Verba in sco exeuntia speciei deriuatæ pro primitiuis non inusitatè dici. 27.71.
Verbum de loco quàm ad locum elegãtius poni. 28.ibid.
Vir nomen, in laude sæpius: homo verò, modò in laude, modò in vituperio dicitur. 88.59.
Vllum post tale ornatè ponitur. 9.6.
Vnusquisque, cum superlatiuo. 64.20.
Vocabula in dus, in da, in dum, quæ necessitatẽ quandã significant, collocãda esse in principio orationis. 27.11.
Vocabula eadem cum ornatu possident etiam orationis finem. 28.ibid.
Vocabulis duobus coniunctis particula quam, si quod aliud est subnectendũ, quod vtrique conueniat, id postponitur elegantius. 58.18.
Vocalium hiatus qui sit. 1.31.
Vocalis eiusdem crebra repetitio ingrata. eod.ibid.
Vocales vt commiscendæ. eod.ibid.
Voces aliæ in oratione detrahũtur, aliæ adduntur, ornatus gratia. 5.33.
Voces vnius, duarum ac plurium syllabarum commiscendæ sunt. 7.ibid.
Vocabulis duobus copulatiua coniunctione connexis, interponatur ornatè quod cũ vtroque conueniat. 11.34.
Vocabulum vnum, in eadem oratione bis positum, sine vllo medio, ponatur sibi proximè. 13.ibid.
Vocabula duo ab eodem inclinata, aut quorum ab altero alterum factum sit, proximè sibi ponenda. 14.35.
Vocabula pro voce non pro significatu posita, quo sint modo vsurpãda 15.ib.
Vocis alicuius repetitione orationis põdus augeri. 16.ibid.& 36.
Vocabulorum propè idem significantiũ vsurpatione, orationis vim non parum augeri. 18.ibid.
Vocabula cõtrariæ significationis prope se collocanda. 27.39.
Vocatiuus post pronomen collocandus. 67.51.
Volo cum participio futuri temporis in dus. 11.66.
Vsque ad, & vsque ab, quàm diuersis dicantur modis 45.77.
Vt particula, à quibus verbis reijciendum. 12.66.13.&15.67.
Vti cum superlatiuo, & cũ verbo posse. 46.78.

FINIS.

Errata quæ in quibuſdam exemplaribus irrepſerunt ſic corrigito.

Pag.1.colum.2. linea 15.	Epiſt. lib.12.epiſt.15.	lege	lib.10. epiſt.15.
Ibid. col.2.lin. penult.	de Orat.	lege	2.de Orat.13.
Pag.2. col.1. lin.67.	2.de rat.200.	lege	2. de Orat.
Ibid. col.2. lin.24.	cogita.	lege	cogito.
Pag.6. col.1. lin.69.	Ibidem Penitus abſtr.	lege	2.Cont. Rul.48.
Pag.27. col.1. lin.5.	pro Clu. 30.	lege	pro Clu. 3.
Pag.30. col.2. lin.19.	———	Adde	3. Tuſc. 2.
Pag.34. col.1.lin. 25.	de Clar.270.	lege	de Clar.27.
Ibid.lin.55.	5.de Finibus 6.	lege	5.de Finibus 61.
Ibid.lin.71.	pro Quin.147.	lege	pro Quint.47.
Ibid.col.2.lin.18.	5.Tuſc.in	lege	5.Tuſc.111.
Ibid.lin.40.	Attic.lib.1.ep.2.	lege	lib.1.ep.11.
Ibid.lin.52.	2.Offic.23.	lege	2.Offic.25.
Ibid.lin.59.	2.de Diu.	Adde	116.
Ibid.lin.61.	pro Dom.125.	lege	pro Dom.115.
Pag.75.col.2. lin.4. à Fine.	Incorrupta.2.de Orat.	lege	3.de Orat.
Pag.102.col.1.	*in titulo* AVDACIA	Adde	2. in Ver. 5.Incredibilis audacia.
Pag.117.col.1.lin 7.	de Amic. ———	Adde	18.
Pag.124.col.1.lib.37.	* de Orat.	lege	2.de Orat.226.
Pap.187.col.1.lin.48.	* de Orat.	lege	2.de Orat.226.
Pap.191.col.1.lin.6.	pro Clu.63.	lege	pro Clu.20.
Pag.252.col.2.lin.14.	1.contra Rull.	lege	1.in Catil.
Pag.240.col.1.lin.48.	2.de Orat.101.	lege	200.
Pag.246.col.2.lin.54.	vos.	lege	vox.
Pap.269.col.1.lin.26.	3.ae Orat.210.	lege	3.de Orat.
Pag.474.col.1.lin.16.	*de Orat.	lege	2.de Orat.
Pag.275.col.2.lin.17.	12.Offic.	lege	2.Offic.
Pag.285.col.1.lin.11.	pro Sylla.9.	lege	pro Syll.49.
Pag.303.col.2.lin.43.	Tuſc.lib.1. ———	Adde	71.
Pag.347.col.1.	Epitheta faciei vide Ante Facetus.		
Pag.420.col.1.lin.21.	———	Adde	Attic.lib.10.ep.3.
Pag.438.col.1.lin.16.	in Verre.	lege	2. in Verr.5.
Pag.475.col.2.lin.67.	1.Off.Res à natura.	lege	1. Acad.15.
Pag.505.col.2.lin.20.	pro Rab. Poſth.	lege	Perduell.
Pap.506.col.2.lin.37.	1.Tuſc.52.	lege	5.Tuſc.16.
Pag.532.col.1.lin.5.	Timidum.	lege	Tumidum
Pag.555.col.1.lin.43.	3.de Orat.34.	lege	42.
Pag.583.col.1.lin.3.	de Inuent.lib.1. ———	Adde	8.
Pag.540.col.1.lin.52.	Attic.lib.14.ep.11.	lege	lib.14.ep.15.
Pag.595.col.2.lin.15.	Cato.26.	lege	Cato Seu laus Cætonis.
Pag.623.col.2.lin.24.	de Diu. lib.1.78.	lege	lib.1.86.
Pag.631.col.2.lin.24.	Attic.lib.11.ep.6.	lege	Brut.ep.1.
Ibidem.lin.67.	Attic.lib.9.ep.11.	lege	lib.10.ep.3.
Pag.641.co..2.lin.26.	Attic.lib.13.ep.	Adde	22.
Ibid.lin.78.	de legibus lib.1.	Adde	34.
Pag.668.col.1.lin.20.	2.Offic.62.	lege	68.
Pag.694.col.1.lin.7.	pro Seſt.80.	lege	75.
Pag.726.col.2.lin.3.	pro Flac.74.	lege	91.

Quod adhæc in numeris ceſſatum fuerit collatione inter ſe locorum facile per te poteris reſtituere.



8
108

6.403